ACTA
SANCTORVM
FEBRVARII.



ANTVERPIÆ, APVD IACOBVM MEVRSIVM. ANNO M. DC. LVIII.

SANCTISSIMO ET BEATISSIMO

PATRI AC DOMINO NOSTRO

ALEXANDRO VII

PONTIFICI MAXIMO.

QVod ad pedes beatiſsimos SANCTITATIS TVÆ proſtrati offerimus de Actis Sanctorum menſis Februarij opus, id dudum nomini Tvo honoriſque deuotum fuit. Nam cùm adhuc in minoribus conſtitutus, legatione Apoſtolicâ Coloniæ Agrippinæ, ac deinde Monaſterij Weſtphaliæ, fungereris; ita TVÆ pietatis, ſapientiæ, benignitatis, ſplendor oculos atque animos hominum, qui illuc ex variis gentibus ad ſolennes Pacis Tractatus conuenerant, aduertit rapuitque; vt ad nos quoque, dierum aliquot ſpatio diſiunctos, non fama ſolùm, ſed & gratiſsimi quidam radij peruenirent. Ibi nos, qui pridem Sanctorum Actis conquirendis digerendiſque inſudabamus, rationem ita nobiſcum inire; Qui anteà Ianuarium menſem VRBANO VIII Pont. Max. tomumque eius alterum Cardinali BARBERINO dedicaſſemus, cui potiùs Februarium, quàm FABIO CHISIO inſcri-

beremus? Antiſtitem eſſe præditum eximiâ religione, vt Sanctorum res geſtas libenter lecturus ſit, cùm curæ publicæ patientur; inſigni eruditione, vt æſtimaturus operam, quâ collectum hoc conſertumque eſt opus; ſummâ facilitate atque humanitate, vt minimè aſpernaturus eiuſmodi ſibi oblatum munus, tenue licet, ſi artificium ſpectetur; ſi materia, pretij ingentis. Ac ne diu incerti nutaremus, ipſe, huius adhuc noſtræ deliberationis ignarus, vltro nos illuſtri illâ Tuâ beneuolentiâ complexus es, litteris & benefactis frequentibus teſtatâ. In his vnum fuit, quod nos illicò ad Summi Pontificatus auſpicium vertimus.

Difficilis ſe nobis ad ipſum ingreſſum Februarij, inque primo adeò Sancto, cuius eſſent acta commemoranda, CÆCILIO nempe Eliberitano in Hiſpaniâ Epiſcopo, ſcopulus obiecit. Reperta erant ſub finem ſeculi ſuperioris in cauernis montis Illipulitani prope Granatam ſcripta quædam & alia vetera monumenta, oſſaque etiam (vt ferebatur) S. CÆCILII. Minimè quidem illa nobis, vt à variis deſcripta per manus etiam noſtratium hominum iactabantur, probata; verùm à plurimis grauiſsimiſque ſcriptoribus Hiſpanis ita celebrabantur, vt obruendi eorum conſenſione atque auctoritate videremur: præſertim cùm Archiepiſcopus Granatenſis eo loco, vbi hæc erant refoſſa, baſilicam ædificaſſe, & Canonicorum inſtituiſſe collegium diceretur. Quid ageremus? Aſſentiri variæ nos & (vt quidem cenſebamus) ſolidæ rationes non ſinebant: tantæ turbæ ſcriptorum repugnare, temerarium exiſtimari

ſtimari poterat. Quò nos igitur verteremus ? Præterire eum Sanctum , haudquaquàm fas erat, quem Hiſpani, etiam ante ea lipſana inuenta, publicis ſacris eſſent venerati, ſanctique Apoſtoli IACOBI diſcipulum prædicarent ; nos ipſi à SS. PETRO ac PAVLO Apoſtolis Romæ Epiſcopum conſecratum, miſſumque in Hiſpaniam, minimè ambigeremus. Hoc è ſcopulo, FABIO CHISIO duce ſumus erepti. Latum erat à Congregatione Sanctæ Romanæ & vniuerſalis Inquiſitionis, VRBANO VIII præſente & approbante, Decretum de hiſce lipſanis & ſcriptis, quo variarum commentationum ad eorum defenſionem ac commendationem editarum lectione omnibus interdicebatur. In Belgio tamen, quia fortaſsis minùs id neceſſarium videri quidam volebant, vel quapiam aliâ ex cauſsâ, non erat Decretum illud palàm vulgatum. Coloniæ autem, vbi eiuſmodi Romanarum ſanctionum promulgationi intercedere nemo ſolet, iuſſu Tuo publicatum eſt, & ad nos miſſum. Continuò, non abſque Numinis prouidentiâ, oſtenſam nobis tempeſtiuè lucem profitemur, ac ſalutare illud aſtrum CHISIÆ gentis, cuius fulgore ea diſcuſſa à noſtris mentibus erat caligo, veneramur. Id nobis ſemitas Sanctorum, quas veſtigabamus, vt per eas alios ſecurè duceremus, aperuit, ac colluſtrauit.

Viſum exinde nobis, poſituram illius aſtri in auitis Veſtris inſignibus contemplari. Sex omnino Montibus imminebat. Quid ni, inquimus, vt in ſummo aliquando conſiſtat rerum faſtigio, & Romanæ celſitudinis apicem teneat, vnde orbem almâ iſtâ

luce perfundat vniuerſum, Mons additur SEPTIMVS? Et in voto omen fuiſſe ſenſimus, cùm deinde voluiſti ALEXANDER SEPTIMVS dici. Luceat diu, feliciter, ſacratiſsimum hoc ſidus: & quoniam de TE, BEATISSIME PATER, qui in teſſeris gentilitiis Montes gerebas, ſanctus ille Connertenſis Epiſcopus, à S. Bernardo laudatus, inſcriptuſque Faſtis Romanis, creditur vaticinatus, fore vt in Summorum Pontificum ſerie, quæ in hoc ipſum tempus incidit, CVSTOS MONTIVM in thronum Apoſtolicum eueheretur; diu ac proſperè Septem illos, quos populus Quiritium inhabitat Montes, indeque orbem illumina vniuerſum. Eueniet: (neque enim occuli, aut non longè lateque conſpici lux poteſt ſupra illos poſita Montes) iamque adeò euenit. Fidei lucem ad remotiſsimas etiam oras terrarum diffundis: quâ ab vltimo Septemtrione excita pertractaque Romam eſt, primo TVI Pontificatus anno, celeberrimi nominis Regina: quam aliunde plures viri Principes ſequerentur, ſi diu optatæ Pacis amœniſsimus nitor, tetris bellorum turbinibus diſsipatis, adluceſceret. Et admoues TV quidem, BEATISSIME PATER, conatum omnem ac ſollicitudinem, vt dura Principum corda amicabili velut propitij ſideris influxu emollias. Intereà lux quædam noua ſanctitudinis, ab exordio TVI Pontificatus, velut ab ſidere illo affuſa, Vrbem ſanctam illuſtrauit, inque omnium ordinum hominibus, iis præſertim qui TIBI intimiùs aſsiſtunt, nouas quaſdam pietatis flammas accendit. Atque ea res ſecundiſsimâ famâ per longinquas nationes, etiam hæreticorum, vulgata, horum coryphæos,

phæos, diaboli miniſtros, errorum feminatores, flagitiorum architectos, ita perculit, vt cùm non poſſent famæ, plurimis virorum illuſtrium firmatæ teſtimoniis refragari, nec pro ſuo more quidquam de luxu vitiiſque Curiæ Romanæ comminiſci, variis tamen locis ſuos è ſuggeſto hortati ſint, cauerent etiam atque etiam, ne ipſorum publica res, Satanæ videlicet regnum, detrimenti quidquam tali Pontifice pateretur. At multorum inter eos, quibus nondum omnino effaſcinata ipſorum præſtigiis ratio eſt, longè alius eſt ſenſus.

Verùm quæ his de rebus, deque omnium ſtudiis virtutum, TE Pontifice, mirabiliter auctis, occurrunt, ita ſunt multa, itáque illuſtria, vt cùm ea ne ſatis quidem idoneè complecti cogitatione, nedum pro dignitate enarrare verbis poſsimus, Eccleſiaſticorum Annalium ſcriptoribus relinquere cogamur. Alia nos TVI fortunati ſideris defixos tenet admiratio, & ſenſu iucundiſsimæ gratitudinis perfundit. Nam quâ nos olim benignitate es proſecutus, eam retines etiamnum, in illo ſupremo rerum culmine: vt inter auguſtas curas, quibus ſalus nititur orbis terrarum, noſtri digneris meminiſſe; nobiſque, hominibus profectò infimis, dici ſalutem curare, benedictionem impertiri, Indulgentiam plenariam in tempus mortis largiri; quærere quo loco ſit Februarius noſter, quando proditurus.

Prodiit tandem, BEATISSIME PATER, & ad SANCTITATIS TVÆ pedes abiectus, ne ſe aſperneris, ſed ſolitæ benignitatis auram aſpires, rogat. Gratulatur is meritò ſibi, quòd ad reliquorum vſum

hominum

hominum progredi detur, Pontificis Maximi auſpiciis, ac talis Pontificis, qui Sanctorum honorem amplificare, Sanctitatis ſeſe exemplar ſubiectis populis præbere, ardorem Sanctitatis adipiſcendæ in omnium mentibus ſuſcitare, contendit. Nos, Sanctos omnes, quibus ſtylum vitamque deuouimus, vt diu BEATITVDINI TVÆ, &, quam ſanctè adminiſtras, Eccleſiæ Catholicæ præſidio ſint, obteſtamur

SANCTITATIS TVÆ

Humillimi ſerui

IOANNES BOLLANDVS,
GODEFRIDVS HENSCHENIVS.

FACVLTAS

R. P. PROVINCIALIS FLANDRO-BELGICÆ

SOCIETATIS IESV,

ET SVMMA

PRIVILEGII CÆSAREI.

CVm Acta Sanctorum menſis Februarij, quotquot toto orbe coluntur, vel à Catholicis ſcriptoribus celebrantur, ex antiquis monumentis, Latinis, Græcis, aliarumque gentium, ſeruatâ primogeniâ ſcriptorum phraſi, collecta, digeſta, variis Obſeruationibus illuſtrata à Ioanne Bollando & Godefrido Henſchenio Societatis IESV Theologis, tres eiuſdem Societatis Theologi legerint, opuſque laborioſum & eruditum, ac luce publicâ dignum iudicarint; Ego infraſcriptus Societatis eiuſdem per Flandro-Belgicam Præpoſitus Prouincialis, poteſtate ad id mihi factâ ab Admodùm Reuerendo Patre Noſtro Goſvvino Nickel Præpoſito Generali, concedo Iacobo Meurſio, Typographo Antuerpienſi, facultatem eadem Acta excudendi.

Cumque ſacræ Cæſareæ Maieſtatis decreto cautum ſit, ne qui libri à Societate IESV conſcripti, in prouinciis Romano Imperio ſubiectis excudantur, aut venales proponantur, abſque eiuſdem Societatis conſenſu; hiſce declaro eumdem Typographum iſto priuilegio legitimè frui. In quorum fidem hiſce officij mei ſigillo munitis manu meâ ſubſcripſi. Antuerpiæ III Aprilis CIↃ IↃCLVII.

Thomas Dekens.

APPROBATIO CENSORIS.

HOc opus continens Acta Sanctorum mensis Februarij verè doctum, elaboratum, & à multis viris eruditis expetitum, hisce modis à Reuerendis Patribus Ioanne Bollando & Godefrido Henschenio Societatis Iesu Theologis editioni præparatum; magno lectorum fructu, nullâ fidei vel bonorum morum noxâ, excudendum censui. Antuerpiæ, hac XVII die Aprilis CIↃ IↃCLVII.

C. Voochts Canonicus, Archidiaconus, S. Th. Licentiatus ac lib. Censor.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

PHILIPPVS IV Hispaniarum & Indiarum Rex Catholicus, ac potentissimus Belgarum & Burgundionum Princeps, Diplomate suo sanxit, ne quis Acta Sanctorum mensis Februarij, à RR. PP. Ioanne Bollando & Godefrido Henschenio, Societatis IESV Theologis, collecta, digesta, ac Notis illustrata, præter voluntatem Iacobi Meursij proximis duodecim annis vllo modo imprimat, aut alibi terrarum impressa in has Germaniæ nostræ Inferioris ditiones importet, venaliaúe habeat. Qui secùs faxit, confiscatione librorum & aliâ graui pœnâ multabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ XII Maij anni CIↃ IↃCLVII

Signat.

Loyens.

IN TOMVM PRIMVM

DE ACTIS SANCTORVM

MENSIS FEBRVARII

PRÆFATIO

AD AMPLISSIMVM ET ADM. REVERENDVM

DOMINVM AC PATREM

GASPAREM ROGER

CELEBERRIMI MONASTERII LÆTIENSIS

ORDINIS S. BENEDICTI

ABBATEM,

EIVSQVE RELIGIOSISSIMVM CONVENTVM.

OBtulimus ante annos complures, ADMODVM REVERENDE DOMINE, Ianuarium noſtrum, ſiue eorum Acta Sanctorum, qui Ianuario menſe in variarum gentium orthodoxis Faſtis commemorantur, venerabili Deceſſori Tuo D. THOMÆ LVYTENS. Ac futurum tunc ſperabamus, vt non diu pòſt Februarium producere in lucem liceret. Vitas quippe plurimas eorum, quorum hoc menſe memoria recolitur, vndique collectas, iam conditas in ſcriniis noſtris habebamus: vt id ſolùm deſiderari videretur, eas vt recognoſceremus, quibuſque magis eluceſcerent, hiſtoricas obſeruationes adderemus. Quam enim inſiſtere cœperamus methodum, eam continuò ſenſimus eruditorum pleriſque probari.

Verùm ad opus proſequendum denuò accinctis, plures ſe, quàm anteà rebamur, vndique difficultates obiecerunt. Quorumdam enim Diuorum Acta ita erant implexa intricataq; à variis ſcriptoribus, qui longo poſt eorum ætatem tempore ea collegerant, ex ſolâ fortaſſis famâ, aut minimè certis ſolidiſq; monumentis, vel qui ſuo ea iudicio temerè interpolauerant, vt vix, nec niſi ingenti labore, eò redigere illa poſſemus, vt cum coætaneorum, aut alioquin antiquorum & ratæ auctoritatis ſcriptorum commentariis legitimâ conſenſione, ceu veritatis vinculo, iuncta conſtrictaque eſſe viderentur. Alibi inter ipſos hiſtoricos, qui de Sanctis nonnullis ſcripſerunt, magna nonnumquàm circa locum, tempus, aliaque adiuncta, ſine quibus factorum ratio haud ſatis conſtat, cernebatur diſcrepantia, vt quid potiſſimùm amplecteremur, non facile eſſet ſtatuere. Aliàs quæ ad quos Reges (Merouingicæ præſertim apud Francos ſtirpis) prouinciæ pertinuerint, paullò operoſiùs diſquirendum fuit, vt intelligi eorum poſſent Sanctorum Acta, qui in iis prouinciis, ſub Regibus aliis quàm vulgus recentiorum ſcriptorum exiſtimat, vixerunt. Quorumdam etiam multiplicia Acta, edita antehac quædam, alia adhuc in manu exaratis codicibus recondita; nonnulla ab certis, quorum nomina extent,

auctoribus conſcripta, alia ab grauibus quidem & doctis, ſed quorum lateant nomina, nacti eramus: quæ ſi vniuerſa publicare vellemus, immenſus eſſet labor ſubeundus; ſi omittere aliqua, incertus iaciendus calculus. Multorum Acta, etiam vetuſtiſſimorum, mandata litteris non erant, vt ad ea inueſtiganda, quibus eorum vitæ ratio intelligi poſſet, plurima euoluere Patrum ſcripta oporteret. Imò ipſorummet ſcripta Sanctorum, & quandoque benè multa, perlegenda fuêre, vt ex iis vita ipſorum delineari vtcumque poſſet. Ita IV Februarij S. Iſidori Peluſiotæ eruenda fuit ex ipſius epiſtolis Vitâ. Quædam intereà aliæ ſubceſiuâ operâ lucubrationes à nobis vulgatæ. Quid iam occupationes, quas ipſa religioſi inſtituti ratio imponit? quid ſpiritale auxilium, identidem proximis (in hac præſertim actuosâ Domo) variis in rebus, multiplici ratione modoque, adhibendum? Nonnullâ quoque (vt eſt naturæ infirmitas) ſtudia noſtra ſunt valetudine interpellata. Denique longius tempus effluxit, quàm ſperaueramus, quamque optarant multi viri graues atque eruditi, qui quæ ſcripſeramus ſcribimuſque, ad Dei gloriam bonumque publicum pertinere arbitrantur.

Serus hic tamen fœtus, vt in lucem prodiit, abire ad Vos, ac religioſiſſimæ Lætienſi congregationi, Tibi præſertim, ADMODVM REVERENDE DOMINE, ſiſtere ſeſe geſtiebat; & verò debebat: nimirùm fauſtiſſimi velut ſideris ſecũdo afflatu, Deceſſorum Tuorum ANTONII WINGHII ac THOMÆ LVYTENS, fauore, hortatu, liberalitate, auxilio, conceptus, ac Tuo. Fortunatum enim verò ſe vel ideò cenſet, quòd Te illorum imitatorem ac diſcipulum adire nunc queat, ſanctiſſimo illi cœtui præfectum: qui ſub WINGHIO Abbate, ante annos XLIII religioſum ſtadium ingreſſus; in eo monaſticam diſciplinam ab THOMA LVYTENS, tironum Magiſtro, edoctus; vtriuſque exemplo & adhortationibus, ad omne ſanctimoniæ decus, ſecundùm S. P. BENEDICTI Regulam, & Venerabilis, Patris itidem Veſtri, LVDOVICI BLOSII Statuta, ſis conformatus. Non referemus hîc, quàm ſemper fueris, ex eorum inſtitutione, ſilentij atque clauſtralis receſſus, religioſæ quoque paupertatis, & præſertim obedientiæ, diligens ac ſeuerus cuſtos. Quarum tamen virtutum exercitatio apud veros honeſtarum actionum æſtimatores maiorem Tibi gratiam & honorem peperit, quàm (quæ meritò, cum omni ſpe ſeculi, dudum ſpreuiſti) vitæ ſplendidè inſtituendæ, quibus parentum circũfluebat domus, præſidia; quodq; germanus Tuus diu geſſit, in ampliſſimâ & quõdam regiâ vrbe Tornaco, perquàm honorificum Senatoris munus.

Iam ſi recenſere velimus, quæ in cœnobio officia geſſeris, quantâ cum omnium commendatione; primum illud occurret, quod ſecularium hominum iudicio tenue fortaſſis videri poterit, ſed non tenuem tibi cæleſtis gratiæ quæſtum attulit, magnam etiam apud domeſticos virtutis non raræ opinionem; quòd communis horti procurandi Tibi impoſitum munus, tantâ ſubmiſſione ac diligentiâ geſſiſti. Dein eximiâ caritate, animique alacritate, domeſtico noſocomio præfuiſti. Vidimus ipſi, quanto tunc nitore & curâ eſſet hoc compoſitum: etſi nulli eo tempore illic ægri erant, vel Tuâ ſollicitudine præueniente ac propulſante morborum cauſſas, vel id largiente Deo Opt. Max. vt quicumque Lætias incolebant, in lætitiâ & vacuitate corporalis moleſtiæ, iugum monaſticum læti portarent. S. Doſithei ſub S. Siridone Abbate, Sanctoque Dorotheo inſtitutore, viſus ſanè tunc nobis es induſtriam obedientiæque ſimplicitatem, pari in munere, præclarè exprimere.

Deinceps ferale ab vicinis Gallis exortum eſt bellum, quod tum extimam illam Hannoniæ, quam incolitis, partem haud leuiter concuſſit, tum religioſiſſimum veſtrum cœtum recipere ſe Montes, vrbem prouinciæ illius primariam, coëgit, vbi maiori quiete in res diuinas incumbere, ac religioſæ vitæ munia exequi liceret. Ad ipſius tamen monaſterij cuſtodiam deſignari virum aliquem prudentiâ & robore animi inſignem oportebat; ne ea quæ ibi relicta erant, vel publici prædatores diriperent,

perent,vel occulti furunculi compilarent;aut etiam moles ipſa ædificiorum,niſi ſarta tecta curarentur, ſenſim labefactata decideret. Ad eam rem Tu potiſſimùm delectus es: planeq; feliciter rem Lætienſem Oeconomi titulo per annos ſeptem adminiſtraſti,cum aliquot conuentus Veſtri Religioſis.

Inde Montes reuocato impoſitum eſt munus Prioris. Eo autem per aliquod tempus ſapienter ac proſperè geſto,intereaq; Venerabili D. THOMA LVYTENS vitâ functo, Abbas es, magno Tuorũ conſenſu, Principumq; & populi vniuerſi approbatione, renuntiatus. Si nobis de Te cum alio potiùs quàm Tecum eſſet ſermo; liberè ac veriſſimè oſtenderemus, quæ ſunt à Spiritu ſancto Eccleſiaſtici XXXII præſcripta,à Te præclarè eſſe obſeruata. Nam poſtquàm Tui *Rectorem Te poſuerunt,non es elatus:eſque in illis quaſi vnus ex ipſis. Curam illorum habes.... vt læteris propter illos,& ornamentum gratiæ accipias coronam.* Quamquàm enim vulgò diſſimulent Tui, domeſticorum, etiam Præſidum,laudes, ob ſingularem ſuam modeſtiam, ne earum partem aliquam in ſe obliquè deriuare velle videantur; erumpũt tamen,ac ſe ſuo produnt lumine,etiã quæ abditiſſimo ſeceſſu ſtudiosè occuli quodammodò videntur virtutes Tuæ. Neque ignorãt etiam externi,quantâ Tu quoque modeſtiâ ac ſimplicitate conuerſeris inter Tuos, quàm ſincerè ac fraternè, abſque fuco vllo ac ſimulatione:qualem etiam,quamque exactam geras monaſticæ diſciplinæ curam: quo zelo religionis inflammatus, eadem omnia diuini cultus officia, domeſticarumque exercitationum munia, æquè obſeruari inbeas in Montenſi refugio, atque anteà cùm integer cœtus Veſter Lætiis ageret: quod & Tuis omnibus, vtpote viris religioſiſſimis,gratum eſt,& apud externos,qui id intelligunt,magnificè collaudatur. Perſpiciunt præterea non Tui ſolùm, ſed ceteri omnes qui Te norunt,quàm non ambias, imò quàm ſollicitè deuites, honorem: quàm eos qui alta ſapere videntur, parui æſtimes: quanto intereà iudicio ac prudentiâ de negotiis publicis patriæ, cum ceteris Hannoniæ Proceribus vrbiumque Legatis,deliberes:quantâ modeſtiâ ſimul ac grauitate ſentẽtiam dicas: quantâ fide & dexteritate, quæ Tibi in cõmunibus illis prouinciæ conciliis curanda committuntur,perficias. Sed iſta potiſſimùm ornatis & illuſtribus viris patent: quas verò eleemoſynas, in his etiam anguſtiis temporum, prout ſuppetunt facultates, multas & luculentas largiris indigentibus, ij prædicant, quorum manibus illæ in cæleſtes theſauros deportantur,pauperum videlicet greges.

Verùm hæc, quamuis paucula, & longè meritis Tuis inferiora, ſuſpicamur, haud ſatis æquis oculis Te eſſe lecturum. Vnum tamen adhuc reticere non poſſumus, neque verò Tu, ADMODVM REVERENDE DOMINE,neque Tui prohibere iure poteſtis,ne quod veriſſimum eſt pronuntiemus; quatuor,qui,Te inter ac Venerabilem LVDOVICVM BLOSIVM, Lætienſi congregationi præfuerunt,Abbatum curâ,ac Tuâ nunc induſtriâ,ita virtutum omnium ſtudium vigere apud Vos, vt latè toto Belgio,& ad exteras quoque gentes,celebretur BLOSIANA reformatio. Cui profectò neminem aduerſari poſſe arbitramur, qui quid ſit religioſa aſceſis,vel exigui temporis vſu didicerit. Qui enim penitùs à profeſſione religiosâ alienus, S. BENEDICTI Regulæ partem nullam vnquam obſeruauit,næ ille,ſi ſtatuta BLOSIANA vel Regulæ S.P. BENEDICTI repugnare aſſerat,vel eximiam quãdam perfectionem non continere; riſum quibuſdam,ſui commiſerationem pluribus moueat: qui, quãuis, humanæ fortaſſis litteraturæ opinione inflatus, ſibi multùm ſapere videatur, tamen quid dicat non intelligit. Scimus nos, ſciunt qui vobiſcum agunt familiariùs,ſeculares,Eccleſiaſtici, omnium Ordinum religioſi, Epiſcopi quoque & Archiepiſcopi; quàm ſeriò ac ſeuerè Euangelicam paupertatem colatis; quàm libenter ac hilariter intra monaſterij ſepta commoremini, firmioribus ſancti propoſiti,quàm portarum,clauſtris incluſi:quàm aſſiduè cæleſtia meditemini;quàm religioſe Diuina miniſteria obeatis;quàm arctum ſeruetis ſilen-

tium; quàm ſitis in omni ratione victus ac veſtimentorum frugales; quàm ceterarum ſtudio virtutum ,. quæ in religioſis congregationibus commendantur, addicti.

Cur non igitur Lætias, vbi tam acri & indefeſſâ operâ in omnimodæ *ſanctitatis*, cultum incumbitur Acta *Sanctorum* venire æquum ſit? Scripſit olim Stephanus Binetus noſter, ſe Lætiis tres velut ordines Sanctorum reperiſſe, pictos, mortuos, viuentes: quòd in templi veſtri Choro, Sanctorum, qui religioſas congregationes fundarunt, pictas effigies vidiſſet; dein præclarum & ingentem ſacrarum Reliquiarum theſaurum; ac denique Religioſorum cœtum pietate ceteriſque virtutibus conſpicuum. Quartam nos Sanctorum apud vos claſſem & coràm ſæpius aſpeximus, & nunc eam amplificatum imus. Sunt enim in inſigni Veſtrâ bibliothecâ Sancti complures, non penicillo picti, ſed calamo; variorum nempe, de eorum pietate ac laboribus, monumenta ſcriptorum. Quæ cùm indefeſſo ſtudio volui teriſque à Veſtris meminerimus; eò acceptiores fore Admodùm Reuerendæ Paternitati Tuæ confidimus, quas nunc adportamus Vitas Sanctorum, veteres quidem pleraſque, ſed nouo velut cultu expolitas: quarum plurimæ quondam à Veſtri Ordinis ſcriptoribus mandatæ litteris, à nobis, Veſtro fauore excitatis, multo labore conquiſitæ & illuſtratæ.

Porrò, vt in Præfatione ad Ianuarium Deceſſori Tuo, qui ſcopus noſter eſſet, quæ totius operis methodus, ordo, ſtylus, quæ ſingularum partium probabilitas, expoſuimus; ita nunc nonnulla de iis Tecum, ſi annuis, conferemus: ſuccinctè tamen, quòd quæ ibi prolixiùs ſunt diſputata, hîc omnia repetere nihil admodùm opus eſſe videatur, cùm illa accuratè perlecta à Te Tuiſque nouerimus. Vnum nunc reuerenter poſcimus ac flagitamus, vt hæc ſtudia noſtra quo ſoles fauore proſequaris, Tuiſque ac Tuorum precibus noſtros adiuues conatus.

CAPVT

CAPVT PRIMVM

Huius operis ſcopus: in eo contenta.

QVid hoc noſtro in opere ſpectemus, quem ad finem omnis noſter multorum annorum labor collineet, ſatis ſuperque in noſtrâ ad Ianuariũ Præfatione videmur declaraſſe: nimirùm vt quidquid geſtum olim à Sanctis præclarè, id omne lectoribus repræſentemus, non noſtris tamen verbis, ſed veterum ſcriptorum, qui eorum facta litteris tradidêre, vel deſtinato ſtudio in peculiarem aliquẽ commentarium redacta, vel aliis inſerta hiſtoriis. Nam fuit ea omnibus retro ſeculis in Eccleſiâ conſuetudo, vt quæ Sancti egregiè actitaſſent, aut fortiter perpeſſi eſſent, quæque à Deo ad illorum illuſtrandum honorem edita conſtaret prodigia, diligenter litteris mãdarentur. De lucubrationibus ciuſmodi ab Euſebio, Cęſareenſi in Palæſtinâ Epiſcopo, conſcriptis aut collectis, ac deinde ſexcentis poſt eum annis à Simeone Logothetâ, ſiue Metaphraſtes, illic fusè à nobis actũ: deque huius ætate, dignitate, ſcriptione, laudatione per Michaëlem Pſellum poſt annum ab ortu Chriſti milleſimum compoſitâ. Actum ibidem de Iacobo Voraginenſi Genuenſium Epiſcopo, atque eius Lombardicâ hiſtoriã, ſiue Aureâ Legendâ: deque huius recognitione per Claudium Rotam. De Vincentij item Bellouacenſis Speculo, & S. Antonini Archiepiſcopi Florentini Chronicis. De Catalogo quoque Sanctorum Petri de Natalibus Epiſcopi Equilini, cuius poſteà nobis meliùs comperta eſt ætas: non enim, vt ibi diximus, S. Antonino ſuppar fuit, ſed longè eo antiquior. Citat namque Thadæus Donnola in *breui tractatione de loco martyrij S. Felicis Epiſcopi Spellatenſis, grande & antiquum* illius Catalogi exemplar, *tabulis cupreſſinis, & corio violaceo* compactum, *ſtudioſeq; aſſeruatum in ſelectiſſimâ bibliothecâ Illuſtiſſ. & Excellentiſſ. D. Ioannis Angeli Ducis ab Altæmps.... manu Vaxilini Zordani Presbyteri Veneti, Eccleſiæ S. Raphaëlis Plebani, accuratè exaratum anno* M CCCCVIII, qui annus S. Antonino erat ætatis XIX, ab ingreſſu in Ordinem Prædicatorum tertius, vti in huius Vitâ apud Surium VI Nonas Maij videre eſt. Ipſe verò Petrus (vt ad calcem eius codicis de ſe teſtatur) *Sanctorum Catalogum ſcribere inchoauit anno Domini* M CCCLXIX, *die feſto S. Barnabæ, adhuc Plebanus exiſtens Sanctorum Apoſtolorum Venetiarum, diœceſis Caſtellanenſis: opus vero ad exitum perduxit anno* MCCCLXXII, *die* XXVI *Maij, iam creatus Epiſcopus Equilinus prouinciæ Gradenſis.* Nicolaus V Pont. Max. poſteà Gradenſem & Caſtellanenſem Epiſcopatus (vti VIII Ianuarij § 3 ad Vitam B. Laurentij Iuſtiniani dictum) ita vniuit, vt ſuppreſſo vtroque titulo, Patriarchatus Gradenſis dignitate in vrbem Venetiarum tranſlatâ, eundem B. Laurentium primum Venetiarum Patriarcham creârit anno M CDLI Chriſti, poſt collectum à Petro Catalogum LXXIX. Mortuus eſt autẽ S. Antoninus anno MCCCCLIX, poſt eũdem conſcriptum à Petro Catalogum LXXXVII, ipſe annos natus LXX.

Acta Sanctorum colletta olim,

ab Euſebio,

Metaphraſte,

atque alijs.

Petri de Natalibus Ep. Equilini

Catalogus SS.

quando ſcriptus?

Ibidem Laurentij Surij Carthuſiani præclarum opus commendauimus, è quo ſua hauſerunt recentiores plurimi, qui Vitas Sanctorũ vario modo, ac ratione ſtyloq; ediderũt. Illic quoque cap. I § 6 indicauimus, quale ſibi Heribertus Roſweydus è Societate noſtrâ vir doctiſſimus deſignaſſet opus, voluminum omnino XVIII. Quorum XVI priora Vitas complecterentur, ſed nullas, quarum ipſe non eſſet manu exaratum nactus exemplar, vel quas non ex archetypis fideliter & integrè expreſſas ſciret. *Intereſſe* enim aiebat, *originalia Vitarum ſcripta ſemel extare, quod perparùm fidei breuiatoribus ſit ſine iſtis: quando ſcilicet quiſque ſuo captu rem delibat, & dũ ſuo palato conſulit, alterum ſuo guſtu priuat.* Iliis XVI voluminibus, vnum Annotationum, alterũ Indicum variorum adiicere cogitabat. Quæ quidem tam ampla lucubratio vt perfici poſſet, feſtiuè quærebat Cardinalis Bellarminus, cautumne auctori eſſet, ducentos adhuc annos victurum? tot enim ſibi ad eam abſoluendam neceſſarios videri.

Surij opus de 65.

Maius deſignatum à Roſweydo:

Latiùs tamen noſter patet labor. Neque enim eas ſolùm date Vitas cogitamus, quarum nacti erimus MS. exemplar, vel ex archetypo fideliter expreſſum. Quid enim ſi illuſtrium Sanctorum vel perierint Acta, vel numquàm planè litteris tradita; extet tamen eorum, vt fit, apud hiſtoricos memoria; non licebit quæ hi tradiderint colligere, & in lucẽ proferre? Quid ſi ſolùm epitome extet deperditorum Actorum, eaque haud ſatis peritè ad hiſtorię normam exacta, nefas erit eam lectoribus proponere? Etiam his deſtituti monumentis, aut legitimo ſcriptorum teſtimonio, ſi cuiuſpiã Sancti repererimus populi ſermonibus miracula ac benefacta celebrari, vel ex appenſis circa tumulum anathematis ac tabulis; non id qualecumque eſt, exponemus? Atque hæc inſtituti operis ratio etſi illic ſatis eſt accuratè explanata; tamen quia multis illa Præfatio noſtra, ſiue eam viderint numquàm, ſiue olim legerint, non eſt nunc fortaſſis ad manum; breuiter hîc videtur repetenda: ſed non, vt ibi fecimus, cauſſis omnium operosè expoſitis.

noſtrum quale?

Primùm igitur Acta inquirimus, quæ ſint ab iis conſcripta, qui illa geri ab Sanctis viderunt: is enim poſt Diuinas litteras primus maximeque legitimus gradus hiſtoriæ. Talia quinto Februarij ſunt Martyrum Iaponiorum Acta, à Ludouico Froio exarata: talis ſexto Vita S. Amandi per Baudemundum, B. Margaritæ de Cortonâ XXII per Iunctam Meuanatem, & aliæ complures, & quæ à publicis Notariis excepta in iudicio, Martyrum Præſidumque dicta ac facta. His proximi ſunt ac prope pares ij ſcriptores, qui non ſpectarunt ipſi quidem quæ narrant, ſaltem omnia; ſed ab iis qui ſpectarant acceperunt. Accedunt illi, quibus nec ipſi ſpectatores retulerunt, ſed alij fide digni qui ex ſpectatoribus didicerant. Tum qui ex probatis documẽtis, publiciſque tranſactionum, donationum, teſtamentorum inſtrumentis, aut certè hiſtoriis, quas harum trium claſſium auctores compoſuerant; ſiue auctorum ipſorum aut tabularum verbis, ſeu ſtylo ſuo commemorant. Hæc tamen omnia vt iuſtis momentis penderentur, diſcutimus, quà licet: cuiuſmodi illi ipſi fuerint ſcriptores, (etiamſi autoptas ſe oculatoſque & auritos teſtes profiteantur) an viri prudentes ac probi, an non hæretici; non partibus, quas laudant, nimiùm addicti; non ad quidlibet credendum faciles, & in ſcribendo inconſiderati, vt velut certa aſſeuerent, quæ ab leuiſſimis hominibus audierint. Tum illud quoque indagare oportet, an non etiam probatiſſimorũ auctorum ſcripta, adulterata ſint à poſteris, aut ineptè interpolata: quod etiam in donationum inſtrumentis euenit, vt adiecta iis ſint quædam, & quandoque integrè conficta. Ac ſunt propterea hæc vniuerſa ad veritatis rationem reuocanda, expenſis, quantumuis faſtidioſè, temporibus, ac locis; & nationum, apud quas ea ferun-

continet Vitas à ſpectatoribus ſcriptas,

aut de ſpectatoribus auditas,

vel aliunde collectas;

omnes tamen ſeduld examinatas;

tum alias minùs certas:

tur gesta, institutis, tum hominum, qui interuenisse dicuntur, ætate ac moribus. Alia sunt sequioris notæ scripta, quæ longo post Sanctorum ætatem tempore cõposita sunt, quòd vel abolita essent, quæ solidâ fide olim fuerant exarata, vel certè numquàm litterarum monumentis, quæ gesta erant à Sanctis, commendata. Hæc ergo ex famâ à maioribus acceptâ, aut vulgaribus monumẽtis, nec sat certis, collecta, sæpe ab ignotis auctoribus & tempore incerto, ita prodita sunt posteris: qui tamen illa, cuicuimodi essent, meliorum defectu, amplexi sunt. Neque nos illa omnino respuimus, tamen magis etiam quàm priora suis ponderibus examinamus, & ad authenticarum historiarum calculos expendimus. Eas quoque Vitas damus, quæ ex antiquioribus, & fortè genuinis Actis contractæ, aut variè interpolatæ, prætermissis aut breuissimè perstrictis, quæ de virtutibus Sanctorum erant scripta; miraculis verò, præsertim quæ minimè vulgaria viderentur, accumulatis, ac sæpè immodicè exaggeratis; intertextis etiam temporum notis, descriptionibus locorum, rerumque explanationibus superfluis: quæ Vitæ propterea pensiculatiùs examinandæ & ad libram lineamque certam redigendæ.

etiam ex genuinis deperditis contractas & interpolatas.

In singulari Prolegomenis varia examinata.

His omnibus, etiam quæ à veteribus cõscriptæ sunt, Vitis præmittimus prolegomena quædam, siue obseruationes necessarias, vt Vitę ipsæ quod merentur pondus obtineant. In iis quærimus quibus locis ac temporibus ij vixerint Sancti. An exploratum sit publicam iis habitam olim venerationem? Qui eorum Vitam scripserint, quo tempore, quâ clari eruditionis famâ? Vnde exemplar nacti simus, aut etiam plura? Neque vnquam dissimulamus, cuius humanitate vel ipsi nobiscum sint communicati codices, vel ex iis Vita descripta & ad nos missa. Hoc arbitramur ad testandam gratitudinem nostram, fidemque Vitis illis addendam, valere. Ipsæ tamen Vitæ, præsertim ab ignotis auctoribus compositæ, quàm solidæ videantur, aperimus.

Annotationes post singula capita;

Post singula quoque capita (nam in certa capita ac paragraphos, Vitas longiores partimur, vt interquiescere lector possit) post illa ergo capita Annotationes, si quæ necessariæ videantur, subnectimus: non vt Rosweydus meditabatur, postquàm omnes excusæ essent Vitæ. Eas Annotationes speramus lectoribus vsui fore, præsertim eruditione mediocri præditis, quibus præcipuè cõsulimus. Quamquàm poterunt fortassis eædem siniſtra eruditissimorum iudicia sistere, qui quandoque Vitas abnormi stylo conscriptas, nullis locorum notis temporumque additis, aut vitiosè expressis, temerè aspernarentur, nisi his fultas veluti adminiculis viderent.

in quibus rudis primorũ scriptorum stylus, cùm necesse est, explicatur:

Damus enim Acta ipsa Sanctorum eo stylo quo primitus scripta sunt, quantumuis agresti & incompto, si quidem assequi ita primigeniâ phrasi scripta possimus. Atque id nouimus eruditis hominibus admodùm probari, etiam heterodoxis. Certior inde dictorum fides, quando ipsa æqualium Scriptorum, aut certè, antiquissimorum, quos quidem consequi potuimus, verba repræsentamus. In quibus tamen si qua dictio barbara aut inusitata, quæ vel offendere possit, vel non ita commodè intelligi; (quales multæ in medij æui scriptoribus) eas in Annotationibus explanamus, nisi & nos earum fugiat notio.

Mallent nonnulli (quibus ibidem cap. 1 § 7 fusè respondimus) compto & eleganti stylo narrari quæ certiora videntur: cetera resecari, aut penitùs omitti. Verùm ab his longè nostra discrepat ratio: nam sic res innumeras, quæ nobis obscuræ aut incertæ videri possunt, propterea quòd alios scriptores, quorum testimonio confirmentur, nondum legerimus, deberemus taciti præterire, non sine Veritatis ipsorumque Sanctorum aliquâ iniuriâ, ac piorum hominum detrimento.

nam ita olim scripta

Quis enim nobis eam dedit potestatem, vt quia non assequimur qualis sint scripta aliqua auctoritatis, ea expunganus ac mutilemus? Nam quòd aliqua omni careant sermonis elegantiâ, nemini mirum videri debet, cùm multis ætatibus vel nulli vel perrari extiterint, quorum esset limatus & elegans stylus, aut etiam satis Latinus: vnde & ipsi Regum annales à multis inscitè prorsus sunt conscripti, vti à Fredegario, aliisque Gallis & Hispanis antiquis scriptoribus. Si qui politulum adepti stylum sibi videbantur, ij ad priuata emolumenta, aut inanem fucum gloriæ sibi comparandum conferre operam suam maluerunt. Multi res gestas Sanctorum ita literis tradiderũt, vt vel studio humilitatis ipsam etiam sermonis munditiem deuitarint, vel quæ simplici & vulgari essent stylo conscripta, facilius intelligi, ab rudibus etiam hominibus posse existimarint, ac maiorem fructum allatura. De S. Hegesippo ista habet S. Hieronymus libro de illustribus Ecclesiæ scriptoribus cap. 22: *Egesippus vicinus Apostolicorum temporum, omnes à passione Domini vsque ad suam ætatem Ecclesiasticorum actuum texens historias, multaq; ad vtilitatem legentium pertinẽtia hinc inde congregans, quinque libros composuit sermone simplici: vt quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret charactere.* Quæ verba apud Vsuardum ad VII Aprilis, in Martyrologio quoq; Romano de eo leguntur. Sunt tamen Vitæ insigni venustate expolitæ, & ab antiquis auctoribus Latinis ac Græcis multæ, & ab recentioribus plurimæ, tum eorũ Sanctorum qui superiori seculo vixerunt, tum veterum, quorum ij ex certis monumentis Acta collegerunt, & suo stylo exornarunt.

defectu elegantium scriptorum,

vel ex humilitate:

quadam elegantes:

Si qualia hactenùs diximus, ab aliis quocumque stylo exarata, vel eruta ex certis monumentis, Acta non reperimus; ea nos vndique ex variis scriptoribus, sacris præsertim, &, quæ assequi perquisitigando possumus, documentis, velut consutis centonibus, vtcumque visum est, inter se inuicem conserta proferimus. Ac demum quæ in nullis scriptis reperta, famâ vulgique sermonibus celebrantur, iis præsertim locis, vbi Sanctorum illorum reliquiæ asseruantur, aut vbi illorum inuocatione eduntur miracula, ea quoque non respuimus, sed nec plus quàm mereantur addimus momenti.

quædam à nobis collecta ex variis, etiam famâ.

Denique modis omnibus conamur fontem ostendere, è quo piæ doctrinæ atque exemplorum riui promanent, ad salutem mortalium: siue fons ille suis adhuc marginibus, antiquâ arte, scitè ornatus sit; siue iam abditus, spissisque arborum vmbraculis tectus hactenùs fuerit, vt operosâ interlucatione ad eum pandere aditum oporteat. Si neutro modo ad ipsum pertingere fontem possumus; ab eo certè per ignotos meatus profluẽtes scaturigines scrutamur, vt ad abditũ aquarum thesaurũ peruenire, qui maiori pollebit industriâ, queat, & quò volet, qualibusque volet canalibus, puros salubresque latices deducere.

Opus hoc fons est quidam.

CAPVT SECVNDVM.

Cur quandoque plures Vitæ Sancti vnius edantur?

VIsi sunt pij quidam homines illud in nostro opere improbare, quòd vnius Sancti plures Vitas edamus. Nam cùm ipsi eas ideò potissimùm legant, vt virtutum inde colligant exempla; cupiantque prolixâ lectione

Eduntur hic plures Vita vnius Sancti à diuerſis ſcripta,

lectione non diſtineri; mallent omnia clarè ac perſpicuè dici, aut ſaltem non ſæpius idem, vt aiunt. Multas tamen & graues ob cauſſas contrarium nobis viſum eſt: idemque probarunt (quorum vſi ſapientiſſimo cõſilio ſumus) præter Antonium Winghium Abbatem, Ioannes Tolenarius, Laurentius Vwenus, & potiſſimùm Iacobus Tirinus, Domus huius noſtræ Præpoſiti, maximo iudicio viri, & ſcriptis clari. Probarunt ij quoque, vt plures alios præteream, qui noſtrum hoc opus recognouerunt, ſuoque calculo confirmarunt, & ipſi ſummâ eruditione ac prudentiâ conſpicui. Atque reuerà ſunt ſubinde à diuerſis auctoribus, doctis & grauibus ſcriptæ Vitæ vnius eiuſdemque Sancti. Horum autem ſcriptorum duplex eſt ordo: nam ambo quandoque ipſo quo geſtæ res ſunt tempore vixerunt: & narrat fortaſſis vnus nonnulla, quæ alter prætermiſit. Quî poteſt igitur altera eiuſmodi Vita prætermitti, abſque iniuriâ auctoris, ac hiſtoriæ fraude?

maximè Sãcto ipſi coæui,

Edite, inquies, vnam; ex alterâ, quod deeſt ſupplete. Quo id modo? An vt in vnius narrationem ex alterâ verba aliquot aut integras periodos intrudamus, atque ita nouam quamdam Vitam, vnâ ſic interpolatâ, procudamus? Alieniſſimum id ab noſtro inſtituto, & doctorum hominum exſpectatione, qui genuina volunt veterum ſcripta. An ſufficere cenſes, vt alterutram edamus, ex alterâ ſubnectamus quæ deeſſe videbuntur? Quid ſi vtraque par eſſe videatur, quem nos, aut quâ ratione delectum adhibebimus? quî patientur lectores vnam ſubtrahi ſibi, & in æternas abdi tenebras; quam etiam fortaſſis, ſi vidiſſent, alteri prælatam voluiſſent? Nonne igitur ad fidem nobis conciliandam, Vitis ipſis auctoritatem, dari vtramque expedit? Atque id valere quoque videtur, etſi vna eiuſmodi Vitarum (qui alter erat ordo comparatorum ſcriptorum) longo pòſt tempore ſcripta eſſet, quàm res geſtæ, alteraque Vita edita. Habet prior quidem ſcriptor antiquitatis prærogatiuam, in quâ vis ineſt magna, vt quæ narrat credibiliora videantur; alter tamen, etſi ſeculo vno alteroúe poſterior, plura poteſt vetera documenta examinaſſe, & adiuncta rei geſtæ certiùs exploraſſe.

nec inuicem commiſcentur:

item aliqua longo pòſt ſcripta:

Attamen ſi ſcriptor anonymus, nec graui ſatis ſtylo nec methodo probabili vſus, ex alterius (præſertim ſi & is anonymus atque ignotus) lucubratione ſuam decerpat; quamuis diffuſiùs fortaſſis ac phraſi mutatâ; nõ facilè vtramque edendam cenſemus: ſatis enim ſuperque feciſſe videmur, ſi lectorem monuerimus extare aliam in MSS. codicibus, re nihil, dictione aliquantulùm diſcrepantem, aut etiam principium eius recitauerimus. Quod multò etiam magis licere nobis videtur, ſi quas in ſecundis reponendas Vitas iudicamus, eæ editæ iam ſint, inque hominum manibus verſentur. Neque enim plerumque tales, ſaltem integras, recitatamus: allegamus tamen quandoq; ex iis aliqua in noſtris Annotationibus, vt conſulere eas, ſi volet, lector, quod ei promptum eſt, queat. Ita multas à Simeone Metaphraſte, eiuſque ſcribis, interpolatas, Latinè dein editas à Lipomano ac Surio, ſolùm citamus, quo iam diximus modo, quãdo antiquiores è Latinis Græciſue MSS. nacti ſumus, quas iis meritò præferendas cenſeamus. Damus tamen aliquando vtraſque, ſi multùm diſcrepant, etſi MSS. antiquiores videantur: quia quę adiecit Metaphraſtes, vir doctiſſimus, ea ex aliorum ſcriptis, quorum immenſam copiam habebat, credi poteſt hauſiſſe, quæ ſcripta dein abolita ſunt, præſertim cùm Barbari Conſtantinopolim ac reliquam Græciã expilarunt.

ſubinde tamẽ altera omittitur;

ſi ab anonymo, & ferè eadem,

aut anteà edita.

Denique non id primi in vſum duximus, vt plura vnius Diui Acta proferremus. Multorum id, ſi non omnium, fuit ante nos, eſtque etiamnum, eruditorum hominum inſtitutum. S. Cypriani Martyris qui diligẽter recognita edidêre in lucem opera viri doctiſſimi, Iacobus Pamelius & Nicolaus Rigaltius, nonne plura eius martyrij acta ex vetuſtis codicibus deſcripta præfixêre? Idem S. Chryſoſtomo in Græcâ Latinâque editionibus factum: idem Gregorio Magno, & recẽtioribus Petro Damiano, Bernardo Claravallenſi, atque aliis. Niſi fortè exiſtimant, qui contrà ſentiunt, id ſolùm fas eſſe, cùm ſcripta cuiuſpiam publicantur, vt quid de eo plures ſenſerint conſtet; non item ſi editâ operâ, non ſcripta eius, ſed res geſtæ inueſtigentur: cùm illud hîc vſurpari multò æquius videatur.

id alij quoque fecerunt,

Quid quòd veterum Patrum eadem fuit ſententia? Indicio ſunt quę in hoc volumine ad diem I Februarij de S. Ephræm Syrio proferuntur. Poſt duplicem ipſiuſmet de ſuâ conuerſione narrationem, ac luculẽtum Teſtamentum, egregiam de eius rebus geſtis orationem compoſuit, ediditque S. Gregorius Nyſſenus, aliam Vitam antiquus quidam anonymus: alij quædã, etiam ab illis omiſſa, in ſuas hiſtorias retulerunt, vt Sozomenus Scholaſticus.

etiam ſancti Patres:

Neque nobis, quos ad ſingulorum Sanctorum ornandam memoriam quidquid eruere vndique factorũ potuimus, vulgare conuenit, id non licere ſentient, vt arbitramur, qui Regum regnorumque commentariis etiam plures Sancti vnius Vitas inſerunt, vnde Regum eorumdem illuſtretur memoria, prouinciarum vrbiũque antiquitates eruantur. Andreas Cheſnæus Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Geographus, vir eruditiſſimus, nobiſq;, dum viueret, amiciſſimus, tomo 1 Scriptorum coætaneorum hiſtoriæ Francorum, geminam S. Leodegarij Auguſtodunenſis Epiſcopi Maioriſque Domus Regiæ ac Martyris, Vitam edidit, & quidem integram vtramque: priorem ab anonymo ſcriptam, dicatamque Ermenario, ipſius Leodegarij in Sedem Auguſtodunenſem ſucceſſori; alteram ab Vrſino ſcriptam, iubente Anſoaldo Pictauorum Pontifice, qui Didoni S. Leodegarij auunculo ſuffectus erat.

& alij ad profanam hiſtoriam illuſtrandam,

vt Cheſnaus

Quis verò illuſtris familiæ cuiuſpiam, vrbiſue aut prouinciæ, antiquitatem atque ornamenta exornare ſtylo conatur, qui non ad adſtruendam dictis ſuis auctoritatem, quæ poteſt omnia corradat, ſubinde in vilibus pittaciis exarata, etiam ab ignotis & ineruditis ſcriptoribus, qui ſæpe omnes eadem narrant, ac nonnumquàm verbis iiſdem, quę ceteri à primo deſcripſerunt, aut alioquin iiſdem è tabulis acceperunt?

alij idem agunt in vilioris notæ ſcriptis.

Nam quis è litteratorum grege, ſi opuſculum aliquod reperit vetuſti auctoris, ſiue is anteà notus extiterit ſcriptis, aut ſaltẽ nomine, ſeu planè ignotus, quæcumque opere illo tractetur materia, non continuò adlaborabit, vt typis mandetur ac lucem videat, vel ſeorſim vel in voluminibus antiquæ lectionis? Et hoc quidem ſtudium publicis vtilitatibus conſulendi non reprehendimus. Sed idem illis qui Diuorum res geſtas, etiam ab aliis pertractatas, ſuo & ipſi ſtylo explicarunt, fieri debere aſſerimus, ac multò etiam potiori iure. Siue etenim nomen lateat, ſeu notum ſit, auctoris, opus tamen ipſum tum ſuâ antiquitate, tum argumento id mereri videtur. Cedo enim, ſi Plinij quis aut alicuius, qui æreâ illâ vixerit ætate, non modò antiquioris alicuius, reperiat vſpiam epiſtolam, aut ignoti operis fragmentum, etiamſi quæ illo res narratur, ab aliis compluribus commendata ſit litteris; non illicò id quodcumque eſt volet ad eruditorum manus venire? non hi auidiſſimè arripient? Excellentium Imperatorum, Græcorum ac Romanorum, Vitæ & elogia à quamplurimis ſunt poſteritati propagata. Si illorum valeret ratio qui hîc contrarium ac nos ſentiunt, vnicum reſeruari, cetera diſcerpi, concidi, diſſipari oporteret: aut ſaltem nefas eſſet vnius alicuius ex illis Imperatoribus, puta Alexandri aut Africani, plura eiuſmodi elogia, à variis concinnata, in vnum opuſculum colligere, & eo modo in publicũ emittere. Quod qui affirmare velit, næ is contra eruditorum omnium opinionem, atq; adeò contra communem ſenſum hominum pugnet.

Vetera ſcripta nouiter inuenta auidè eduntur, leguntur.

etiamſi res eadem ab aliis tractata.

Subleuatur lectoris labor per ſummaria marginalia:

Quibus tamen graue ſit ac moleſtum, ita multa de Sancto vno volnere, & ſæpe res non admodùm diuerſas referentia; egregiè ſanè eorum faſtidium ſubleuamus, additâ ad marginem omniũ, quæ narrantur, ſuccinctâ ſynopſi: vt, quod feſtiuè olim dicebat Balduinus Cabillauius noſter, die vno perlegi volumen benè vaſtum queat: quâ ratione omne ferè ſcriptorum genus, inter innumeras alias occupationes, incredibili auiditate deuorârat. Si quæ res occurrent ſic obiter legenti, quas diſcutere penſiculatè velit, licebit quæ in pluribus eiuſmodi Actis narrantur, inuicem comparare. Ita nos nihil ferè quod alicuius momenti videatur, aut in Vitis ipſis traditum, aut aliunde ad eas illuſtrandas accerſitum, edimus; quin priùs quæcumque ſunt à veteribus hiſtoricis aut Patribus in eam rem ſcripta, examinemus. Quæ quidem noſtra diligentia neceſſe eſt vt moram operi afferat, ne tam citò quàm multi vellent abſoluatur. At nobis eâ ratione priùs ſatisfacimus, vt ſatisfaciamus & Lectoribus: quibus certè, ſi quas eiuſmodi Vitas omitteremus, neutiquam fieret ſatis. Demus etenim, exempli cauſsâ, S. Amandi Epiſcopi Traiectenſis ad VI Februarij eam ſolùm editam fuiſſe Vitam, quam Baudemundus Abbas Blandinienſis, eius diſcipulus, ſcripſit, quæ ſanè omnium maximam obtinere debet auctoritatem; quid iis dicemus; qui requirent quam Philippus Abbas Bonę Spei compoſuit? Eſt hæc quidem in manibus: at forſan paucorũ. Non eſt perinde ea quam Milo monachus pluſquàm CCC annis ante Philippum verſibus deſcripſit, in quatuor libros diſtributam: nec quæ de eiuſdem ſancti Antiſtitis eleuatione, ac tranſlatione Milo idem prosâ aliique de miraculis ad poſteros tranſmiſêre.

plures vnius Sancti Vitæ, ſi ſcriptæ ſunt, grata lectoribus.

nos omnia de ijſdem rebus ſcripta peruoluere ſolemus.

Nam miracula (quod quidam aliquando nobis ſuadere conati ſunt) minimè prætermittenda ducimus. Valent ea (vt alibi pleniùs dictum) ad augendum honorem Sanctorum, ad ingenerandam mortalibus de impetrandâ ab illis ope fiduciam, ad deterrendum à ſceleribus impios, maximeque eos qui ſacrorum hominum locorumque immunitatem violare aut quoquo modo minuere niterentur. Eadem miracula hiſtoriæ quoque, profanæ æquè ac ſacræ, lumen præferunt. Cheſnæus certè in citato anteà ſcriptorum Francicorum opere, non ſolùm ex variorum Sanctorum Vitis, ſed ex libris quoque miraculorum, quæ ſunt eorumdem Sanctorum meritis facta, profert non pauca ad hiſtoriam Regum explanandam.

etiam miracula, quæ vtiliter edun-tur.

CAPVT TERTIVM.

Sanctorum Hibernorum Scotorumque Vitæ quatenùs hîc relatæ? verſæ aliæ è linguis peregrinis.

Vitæ ſic plures editæ, ſæpe populorum de SS. lites ſopiunt:

QVando (vt fieri oportere capite præcedenti contendimus,) vnius Sancti plura Acta à variis conſcripta recitantur, illud, præter iam dicta, ex iis redundat emolumenti, vt quæ inter vrbes ac populos quoſdã de nonnullorum Sanctorum loco natali, reliquiis, rebuſque aliis ad eos pertinentibus, exiſtunt controuerſiæ, neque ſatis perſpicuè ex vnâ Vitâ decidi poſſunt, ex aliis fortaſſis vltro ſopiantur, aut corruant. Poſſemus, in hoc ipſo primo tomo Februarij, huius rei exẽpla commonſtrare, niſi metueremus vel ex eo ſolo alteri parti addicti videri, qui ſoli Veritati obnoxios nos profitemur. Quia enim multi Veritatem ad ſeſe, velut apprehenſis veſtimentorum eius laciniis quibuſdam, trahere nituntur, aut eam ita exornare vario cultu, vt opertam potiùs ignotamque latere, quàm qualis eſt, in propatulo conſpici eam malle videantur; nos illa, quibus quodammodò inuoluta tectaque eſt, ſiparia haud reducemus, ne videamur inuitis eam & repugnantibus, cùm maximè tamen quærere ſe eam clamitent, inuidioſè proponere. Allatis ſecundis tertiiſque Actis, aut aliis veterum teſtimoniis, ipſa vultum vltro fortaſſis ingenuè reteget, vt eam, qui volent, queant agnoſcere.

ignotorum SS. acta illuſtrant,

Atque (vt tantiſper adhuc eidem inhæreamus propoſito) nonnumquàm dum plures ab antiquis ſcriptoribus compoſitæ Vitæ vulgantur, non ipſorum dumtaxat Acta ſingula ex aliis fiunt clariora, ſed plurium aliorum geſta explanantur. Id licebit in S. Brigidâ Virgine Scotâ 1 Februarij perſpicere. Eius, præter benè longa prolegomena, quinque Vitas edidimus, fermè idoneæ molis volumen. Sed quia in iis plurimorum Sanctorũ Hibernorum, ſiue Scotorum, mentio fit, ad horum adſtruendam ſanctitatem, ac res geſtas illuſtrãdas, eæ plurimum conferunt Vitæ.

vt S. Brigida multorum SS. Hiberniæ,

Tulit enimuerò *Scottorum patria Hibernia*, vt eam Beda lib. 1 hiſtor. Eccleſ. gentis Anglor. cap. 1 vocat, innumerabilem olim Sanctorũ multitudinem. Quam ad rem probandam vnicũ S. Bernardi in Vitâ S. Malachiæ Epiſcopi, ad diem III Nouembris edendâ, teſtimonium ſufficiet. Illic de Benchorenſi in Vltoniâ, ad ſinum qui *Knockfergus* dicitur, monaſterio ita ſcribit: *Ipſum quoque locum Benchor..... tradidit ei Princeps, vt ædificaret ibi monaſterium, vel potiùs reædificaret. Nempe nobiliſſimum extiterat antè ſub primo Patre Congello, multa millia monachorum generans, multorum monaſteriorum caput. Locus verè ſanctus fœcunduſque Sanctorum, copioſiſſimè fructificans Deo: ita vt vnus ex filiis ſanctæ illius congregationis, nomine Luanus, centum ſolus monaſteriorum fundator exſtitiſſe feratur. Quod idcirco dixerim, vt ex hoc vno coniiciat lector, quàm ingens fuerit reliqua multitudo. Denique ita Hiberniam Scotiamque repleuerunt genimina eius, vt ea potiſſimùm tempora Dauidici illi verſiculi præcinuiſſe videantur: Viſitaſti terram & inebriaſti eam..... Nec modò in præfatas, ſed in exteras etiam regiones, quaſi inundatione factâ, illa ſe* SANCTORVM EXAMINA *effuderunt. E quibus ad has noſtras Gallicanas partes S. Columbanus aſcendens, Luxouienſe conſtruxit monaſterium* &c. Qui è patriâ, vt habet S. Bernardus, in exteras regiones abiêre Scoti Hiberniúe Sancti, eorum præcipui, noſtratium, Gallorumúe aut Germanorum, vel etiam ſuorum gentilium, qui ſocij fuerunt peregrinationis, celebrati ſunt ſcriptis. In iis porrò ſcriptis aliorum quoque mentio fit, qui in natalibus inſulis remanſêre: quorum nonnulli apud Anglos quoque, genteſque alias, famâ celeberrimi fuêre, vt *S. Patricius* Hiberniæ Apoſtolus, *S. Columba* Abbas, *S. Brigida* Virgo, *S. Congellus* atque alij, quorum ex Vitis, aliorum Sanctorũ, qui aliàs nobis omnino eſſent ignoti, nomina ac ſubinde geſta aliqua addiſcimus.

quâ in inſulâ multi olim monachi

& Sancti

Pſal. 64. 10.

etiam ad exteros profectis.

quorumdam ex Vitis celebriorum innoteſcunt geſta:

Sunt quidem à Ioanne Colgano Sacræ Theologiæ profeſſore ex Ordine Minorum, edi promiſcuè cœpta Sanctorum Hibernicorum, etiam qui ferè ſolâ in patriâ noti ſunt, Acta, labore immenſo: haud adhuc conſtat, an pari apud exteros fructu, propterea quòd his ignota ſunt, quibus illorum ſanctitatem ac dies iis dicatos adſtruit, Martyrologia, & alia quæ ſequi ſe profitetur documenta. Suaſimus aliquando, vt hæc priùs vulgaret: nam cùm ea amatores antiquitatis probaſſent, futurum vt firmiori deinde gradu ad Vitas ipſas progrederetur. Aiebat autem ſe cõplura habere Martyrologia, quædam ante annos DCCC ab ſanctis & doctis viris concinnata: Concilia item Hibernica, poëmata ſcriptaque alia miræ antiquitatis; & nobis pro ſuâ

Vitas plurimorum edidit Colgamus:

vnâ priùs Hibernienſia Martyrologia!

ſuâ humanitate duorum eiuſmodi Martyrologiorum ecgrapha ad Februarium ſpectantia communicauit: vnum compoſitum aiebat à B. Mariano Gormano Abbate Lugmudenſi circa annum MLXXI, alterum à S. Engůſſo Epiſcopo, qui ſeculo octauo vixerit, aſſeruatumque in Tamlachtenſi monaſterio: iis nos haud rarò vſi ſumus. Verùm quod ei fideliter dabamus conſilium, ei tunc ſeſe acquieſcere negabat poſſe: ſiue quòd amici ac præſides vulgari priùs Vitas mallent, ſeu quia fortaſſis in iis Martyrologiis aliqua reperiebat, quæ minùs probatum iri naſutis cenſoribus putaret, cùm ipſe quædam poſteriùs adiecta videri fateatur. Deo tamen ſupplicamus, vt ad opus de Sanctis, vt inchoauit, perficiendum, vires ei ſubſidiaque alia largiatur.

ſumimus ex eo quaſdam:

Tranſcribimus ex eo opere in noſtrum quandoque Vitas aliquas, ſed eorum dumtaxat Sanctorum, quorum in aliis Vitis vulgò notis, minimeque ſuſpectæ fidei, mentio fit. Quorum verò incomperta alibi memoria, eorum non temerè Acta, ab eo licet vulgata, proferimus; nihil tamen eorum ſanctitati, aut etiam publicæ venerationi, ſi quam olim obtinuerunt, priuſquàm hæreticorum iugo Hibernia opprimeretur, detrahentes.

Eò autem ſollicitiùs ab iis calamum abſtinemus, quòd ferè contextæ ſint ex portentoſis miraculis: quæ verè fortaſſis olim acciderunt ob ſinceram piiſſimæ gentis ſimplicitatem; tamen ita imperitè nonumquàm congeſta ſunt, omiſſis iis quæ ad virtutum officia ſpectabant, vt riſum potiùs mouere lectoribus queant, quàm Sanctos illos venerandi imitandique affectum. Nec queri quiſquam meritò poteſt, nos Sanctis illis iniuriam facere, ſi quorum in nullis Faſtis reperimus nomina, nulliſque in Actis aliorum Sanctorum; ea quę de ipſis in ſolis gentis illius extare monumentis dicuntur, atque eorum non pauca Scotticâ aliâue barbarâ linguâ conſcripta, operi noſtro non inſeramus.

non omnes, præſertim valdè portentoſas, & penitùs ignotorum.

Quamquàm non aſpernamur vniuerſim, quæ peregrinis linguis ſcripta ſunt. Profitemur enim nos Acta Sanctorum edere, vt olim Latinis litteris ſunt conſignata; ſi Græcè ſolùm extant, nos ea fideliter interpretari. At ſi quorumdam, quos certis in Eccleſiis, vrbibuſque ac prouinciis coli didicimus, perſcrutati Acta, nulla aſſequamur, niſi vernaculo populi illius ſermone exarata, puta Italico, Hiſpanico, Gallico, Teutonico; nihil nos ab inſtituto noſtro alienum facere arbitramur, ſi ea Latinè vertamus, aut verti ab aliis curemus, in lucemque demus, ſiue manu ſolùm exarata reperiantur, ſiue typis vulgata. In his tamen ſùmimus id nobis, vt quandoque breuiori epitome complectamur, quæ multis ac ſuperfluis verbis ad faſtidiū exaggerata ſunt. Niſi id eueniat nonnumquàm, vt quæ linguis illis edita ſunt, ea è Latino exemplari tranſlata dicantur; idque nos exemplar aſſequi nullo modo potuerimus: tunc enim preſſiùs illa conuertimus, vt ſi non verba, ſententiam certè omnem repræſentemus. Sed liquidior in iis ratio quæ Latinè ſcripta, aut Græcè.

Quaſdam ex aliis linguis vertimus:

duplici modo.

Porrò Hibernis (nam eorum occaſione huc deuenimus) ſeruamus religioſè, quam in Præfatione ad Ianuarium cap. 2 §. 6 dedimus fidem: vt quam aduersùs Scotiæ hodiernæ incolas acriter defendere nituntur nominis Scottorum, ac patriæ poſſeſſionem, & Sanctorum, qui plerique olim Scotti appellati, poſſeſſionem iis neutiquam abiudicemus: ſed nec ſecundùm eos potiùs quàm Scotos pronuntiemus. Quos enim Scotos, ſeu Scottos, in veteſtis codicibus nuncupatos reperimus, Scotos vocamus: Hibernos, quos Hiberños. Neque an Hiberni ac Scoti, quorum patria (vt ex Bedâ diximus) Hibernia, vna gens fuerit, diſputamus. Litigent ipſi ſanè, quoad volent, inclyti illius collatione decoris, modò fidei orthodoxæ & Chriſtianæ caritatis communione inuicem deuincti permaneant. Quorū tamen in Vitis mentio fit prouinciarum, vrbium, fluminum Hiberniæ, circa quæ Sancti, de quibus ſermo incidit, habitarint, eos in Hiberniâ vixiſſe affirmamus, etſi Scoti fuiſſe dicantur: idem de iis ſtatuimus, qui cùm Hiberni appellentur, in Pictorum Scotorumque locis, vt in Ionâ, ſiue Hy, inſulâ aliiſque habitaſſe aſſeruntur: eos enim Scotiæ, quæ id nomen hodie ſola retinet, tribuimus. De omni reliquâ controuerſiâ, ob quam inter ſe infeſtiſſimè altercantur, ne inquirere quidem nobis lubet, vt de multis in Germaniâ monaſteriis olim Scoticæ genti ædificatis, an vtriſque aliquando communia fuerint.

Litem de SS. inter Scotos & Hibernos non decidimus.

CAPVT QVARTVM.

De Dextri, Maximi Ep. Cæſarauguſtani, Luitprandi, Iuliani Petri Chronicis Hiſpanienſibus, iudicium.

Chronica Dextri, Maximi &c. nobis ſuſpecta.

PRopoſitum etiam nobis illud anteà fuit, vt Hiſtorias quaſdam, Aduerſaria, Chronica rerum Hiſpanienſium, quæ noſtrâ memoriâ ſub Dextri, Maximi, Luitprandi nominibus edita; etſi minimè nobis probarentur, tamen quia à viris eruditis laudata illuſtrataque commentariis eſſent, ipſi non impugnaremus. Verùm difficile deinde viſum, non indicare lectoribus, vbi occaſio tulerit, cur ab iis diſſentiamus: quia nempe vt plurimùm veteribus ſcriptorum monumentis repugnent; vt etiam cùm nil occurrit, quod iis contrarium ſit, niti tamen ſolâ eorum auctoritate minimè auſimus, quam alibi fluxam & inanem deprehenderimus. Neque tamen definire illud poſſumus, ſint iſta necne, ante duo triaue forſan ſecula à quopiam collecta; an nuper excogitata omnia; an potiùs ex leuibus quibuſdam lineamentis, vſpiam in vetuſto aliquo codice inuentis, efficta & adornata. Nouimus quid de iis ſentiant, etiam in Hiſpaniâ quidam eximiâ antiquitatis ſcientiâ ac ſingulari iudicio præditi homines; atque in primis D. Nicolaus Antonius Hiſpalenſis, vir nobilis, & in Curiâ Madritenſi, iuris ſcientiâ, ceteràque eruditione, ac virtutis exiſtimatione clariſſimus. Ludouicus Nonius, & ipſe nobis, dum viueret, amiciſſimus, quo non multi in omni antiquitate, præſertim Hiſpaniarum, magis verſati, quiſquilias vocabat. Alius quidam vir doctiſſimus, inque ampliſſimâ conſtitutus dignitate, nobis aliquando retulit, plurima eſſe per omnem Hiſpaniam monumenta antiquitatis, tùm Romanæ tum Chriſtianæ, ſed pleraque ignorata: intereaque nunc repertas ſub terrâ tabellas, nunc alia ſuppoſititia ſcripta proferri in lucem, & defendi, vt ita ſcilicet publica approbatio tentetur. Vt vt ſit, dabūt cordati homines nobis eam veniam, vt quamdiu ſuſpecta nobis ſunt, quacumque ex cauſsâ, liceat iis non vti: etſi non certa ac ſolida alioquin ratio, ſed noſtra ſolùm nos doctrinæ tenuitas, ingeniiue tarditas reuocaret. Ea ſanè ſi viſa nobis non eſſent, tacitè præterire liceret: cur non igitur liceat, quia viſa ſunt, quare iis niti nolimus indicare?

& multis viris doctis,

etiam Hiſpanis,

non ſequimur.

Qui porrò volet cur magnis illis auctoribus adſcripta falsò eſſe hæc Chronica arbitremur, ſummatim cognoſcere, (nam particulatim omnia expendere, longi eſſet laboris, quiq; operis noſtri abſolutionem plurimùm retardaret) is de Dextro quod in Præfat.

fat.ad Ianuarium cap.2 § 6 diximus,ſecum reputet.S. Hieronymus in libro de illuſtr. Eccleſ. ſcriptor. cap. 132 ita ſcribit: *Dexter Paciani,de quo ſuprà dixi,filius,clarus apud ſeculum,& fidei delitus,fertur ad me omnimodam hiſtoriam texuiſſe, quam necdum legi.* In illius quoque libri proœmio ad ipſum Dextrum, iſta habet inter cetera idem Hieronymus: *Quod Cicero tuus, qui in arce Romanæ eloquentiæ ſtetit, non eſt facere dedignatus in Bruto, Oratorũ Latinæ linguæ texens Catalogum*, &c. De patre verò S. Paciano (quo de agemus 1x Martij) idem cap.106 iſta habet: *Pacianus in Pyrenæi iugis, Barcilonæ Epiſcopus, caſtigatæ eloquentiæ,& tam vitâ quàm ſermone clarus* &c. Tria hæc capita ſunt, ex quibus Dextri eloquentia ac ſtyli nitor colligi poſſit:inſtitutio, Ciceronis aſſidua lectio, ſcriptio cùm iam eſſet *clarus apud ſeculum*, qui dein, vt alij tradunt, Præfectus Prætorio fuerit. Nemo autem vir il uſtris ad libros edendos facilè animum ſolet adiicere,niſi qui ſtylo excellere ſibi videatur:neque ſanè Dexter, eâ præſertim ætate, quâ Symmachus V.Pr. S. Ambroſius Ep. Aurelius Prudentius v. CL. atque alij eloquentiâ & ſtyli venuſtate præſtabant, ſcribere aggreſſus temerè eſſet, & quidem ad S. Hieronymũ, niſi ſe exiſtimaſſet tum huius maſculæ facundiæ, tum ſuæ dignitati parem afferre orationem poſſe. Iam Chronici illius quàm parùm culta dictio! quàm non reſpondet tanti auctoris dignitati!quàm non ſapit frequentem lectionem Ciceronis! Profectò irridere potiùs eum S.Hieronymus videri potuit verbis illis,*Cicero tuus*, ſi non aliâ pollere eum ſtyli gratiâ nouiſſet. Quid pater Pacianus, *caſtigatæ eloquentiæ*, & *tam vitâ quàm ſermone clarus*, non etiam filium ſermone clarum fieri voluit,quem ad omne & virtutis & ſcientiæ decus informabat?Neque enim illud dici poteſt, nimis citò eum deceſſiſſe, prius quàm filius diſciplinarum earum capax eſſet, quandoquidem *ſub Theodoſio Principe iam vltimâ ſenectute mortuus ſit*, quando & filius apud ſeculum clarus iam erat, vti ipſo quoque tempore ſcripſit S.Hieronymus.Neque arbitramur virum grauem, vt Dexter fuit, ita vi quadã prætoriâ, Hiſpaniæ ſuæ vindicaturum fuiſſe quotquot vel leuiſſimo indicio arripere poſſet,inque Sanctorum claſſem redacturum,de quibus ambigi poſſit an fuerint Chriſtiani: nec illud non animaduerſurum fuiſſe, in ignominiam id potiùs ſuæ gentis,quàm decus redundaturum.Illud enim taciti præterimus,quòd annos ab ortu Chriſti, & quidẽ inſcitè,numeret,quod nulli tunc,ac ne multis quidem pòſt ſeculis,fuit vſurpatum. Cur non potiùs Cõſules, aut Æras Hiſpanicas adſcripſit? Si id poſteà adiectum dicant,vnde norunt non & alia plura adiecta, ac forſan omnia? Habeant tamen Chronicon hoc quo volent loco:nos illud neque Dextri *omnimodam hiſtoriam* eſſe cenſemus,neque eâ fide ſcriptum,vt eius ſtare auctoritate cogamur.

Dexter vir doctus,

aſſiduè legens Ciceronem,

De Maximo iſta S.Iſidorus Hiſpalenſis,eius æqualis,libro de ſcriptoribus cap.33 habet:*Maximus Cæſarauguſtanæ ciuitatis Epiſcopus,multa verſu proſáque componere dicitur, ſcripſit & breui ſtylo hiſtoriam de iis quæ temporibus Gothorum in Hiſpaniis acta ſunt,hiſtorico & compoſito ſermone. Sed & multa alia ſcribere dicitur, quæ necdum legi.* Sed quod nuper editũ eſt Maximi Chronicon Dextri Chronico ſuperſtructum,nihilo maioris eſt firmitatis. Fatetur auctor in Præfatione, eſſe *continuationem omnimodæ hiſtoriæ,quam fecit Fl.Lucius Dexter.* Multa, vt in Dextro,vana ac falſa,quæ nos vel omittemus, ne noſtræ curſum ſcriptionis morentur,vel (ſi tanti erit eam operam ſubire) refellemus,vti tomo 3 ad 23 Februarij, pag. 394 refutata breuiter ſunt, quæ de *S. Celſo* ſcripta in eo Chronico, deque Ferrando Carthaginẽſi in Africâ Diacono, quem perperàm *Hectorem* eſſe volunt Epiſcopum Carthaginis Spartariæ, qui Concilio Tarraconenſi anno DXVI interfuit. Quo ex loco ſatis perſpicuè probari videtur, ſubditicium hoc quoque opus eſſe, neque à Maximo Epiſcopo tam inconſideratè fuſum.Hugo Menardus, vt tomo 3 Februarij pag.740 diximus,aſſerit *hoc Chronicon multa continere abſurda,& S.Maximo prorſus indigna.* Georgius Cardoſus Menardo ſubſcribit.

nec Maximus, laudatus à S.Iſidoro,

ita hallucinatus eſſet in rebus ſuæ ætatis.

Luitprandus Ticinenſis Diaconus,ac dein Cremonenſis Epiſcopus,ſcripſit *Rerum geſtarum ab Europæ Imperatoribus & Regibus libros ſex:* ac deinde Legationem, quam ad Nicephorum Phocam Imperatorem pro Ottonibus Auguſtis ſuſcepit. Eſt autem opus vtrumque pridem typis excuſum, teriturque hominum eruditorum manibus. Eiuſdem nomine *Chronicon* quoddam & *Aduerſaria* nuper edita ſunt, quæ variarum incertarumque narratiuncularum ῥαψῳδίαν continent. Præfixa eſt Tractemundi Epiſcopi Illiberitani ad eũdem Luitprandum epiſtola, Luitprandique reſponſio: inſunt autem in vtraque multa,quæ alij forſan nõ molli calamo caſtigabunt. Nobis illud hîc quærere liceat, quomodò in Hiſpanias penetrârit Luitprandus, vt potuerit Toleti Subdiaconus ordinari, aut quomodò eum, per loca acribus Maurorum ſepta cuſtodiis, in manifeſtum ſeruitutis periculum ſeſe coniicere vitricus ſuus ſit paſſus, ſub cuius adhuc curâ anno CMXLVIII Ticini degebat, vt libro 6 cap.1 ipſe indicat? Aut quando tandem Toleti Subdiaconus fuit? Ex Iuliani Subdiaconi Toletani libro de ordine Archiepiſcoporum, iſta citat Hieronymus de la Higuera noſter Prologo in Luitprãdi Chronicon: *Anno* DCCCCXLVI. *Bonitus Toletanus Epiſcopus annis duobus: ſub hoc floruit Eutrandus,ſiue Luitprandus, Diaconus Ticinenſis,Toletanus Subdiaconus,& Tractemundus Presbyter,pòſt Epiſcopus Illiberitanus, ab eodem Bonito miſſus.* Quid illud *ſub hoc floruit*,ſibi vult? Nempe quod ipſe Luitprandus in Reſponſione ad *Tractemundum* ſcribit: *cùm vnà Toleti quõdam conuiximus.* Hunc Iuliani Subdiaconi librum necdum vidimus: neque ſcimus, idem ſit necne Iulianus Petri Archipresbyter Eccleſiæ S.Iuſtæ Toleti, cuius Aduerſaria Chroniconque edita anno MDCXXVIII. Hic certè in Chronico ad annum 946 videtur paullò longius Bonito tempus Sedis tribuere, ac de Luitprãdo ita ſcribit:*Sub hoc fuit Subdiaconus Eutrandus, vel Luitbprandus, Archidiaconus Ticinenſis, hiſtoriarum ſcriptor haud ignobilis, & pariter poëta excellens..... Florebat per id tempus & Toleti Presbyter Traſemundus, pòſt Illiberitanus Epiſcopus, vir ſanctus: ad quem Eutrandus Scripſit Subdiaconus Toletanus, pòſt Ticinenſis Diaconus.*

Luitprandi hiſtoria probata,

non Chronicon aut Aduerſaria

nec videtur Toleti fuiſſe ſub Bonito Ep.

Videamus ea quæ certum eſt Luitprandum de ſe ſcripſiſſe,an cum his conſentiant. *Hugo,Arelatenſium ſeu Prouincialium Comes*, vt lib.3 cap.4 ſcribit,regnum Italiæ ſuſcepit ſub annum CMXXVI.Statim ipſo regni initi,vt res ſuas ſtabiliret,*cùm Reges ac Principes*(vt eodem libro,cap. 5 ſcribit idem Luitprandus) *amicos circumcircà acquireret, ſtuduit nomen ſuum etiam Achiuis longè à nobis poſitis notum facere. Imperàbat verò his tunc temporis memoriâ ſatis & laude dignus Romanus Imperator, liberalis, humanus,prudens ac pius:cui cùm propter morum probitatem, tum propter linguæ vrbanitatem, genitorem meum direxit nuntium.* Ac paullò pòſt: *magnoq; ab eo genitor munere donatus,ad Hugonem Regem, qui ſe illuc tranſmiſerat, rediit lætus. Poſt reditum verò eius,paucis interpoſitis ſolibus,languore correptus,monaſterium petiit,ſanctæq; conuerſationis habitum ſumpſit: in quo pòſt dies quindecim mortuus,me paruulo derelicto,migrauit ad Dominum.*Idem Luitprandus lib. 4 ca. 1 iſta ſcribit,quæ circa annum CMXXX videntur contigiſſe: *Eâ ſiquidem tempeſtate tantus eram, qui Regis Hugonis gratiam vocis mihi dulcedine acquirebam. Is enim euphoniam magnoperè diligebat, in quâ me coæqualium puerorum nemo vincere poterat.* Dein Rex Hugo anno CMXLVII in Prouinciam reuerſus... *breui eſt viam vniuerſæ carnis ingreſſus.* Non multo antè, ac fortaſſis eodem ipſo tempore, Berengario Marchioni Eporediæ,qui dein Longobardiæ tyrannus, poſteà Rex eſt factus, conciliatus eſt Luitprandus. Teſtatur id lib.5 cap. 14 his verbis: *Tantâ hac Berengarij famâ,humanitate, liberalitate,*

anno 927 Ticini patre orbatus adhuc paruulus,

poſteà Hugoni Regi Italiæ acceptus ob cantus peritiam,

Berengarij Marchionis, deinde Regis, ſecretarius factus,

tate, parentes acciti mei, ei ad ſeruiendum me tradunt. Cui etiam immenſis oblatis muneribus, ſecretorum eius conſcium, ac epiſtolarum conſtituunt ſignatorem. Cui cùm fideliter LONGO TEMPORE *deſeruirem, hac me, quam profecturus ſum ſuis in locis, mercede donauit..... Hic* (Berengarius) *ſuperſtitibus Hugone & Lothario, magnus voraxq; ſtruthio, non bonus, ſed bono ſimilis eſt viſus. Eis autem decedentibus, & ad regni faſtigia omnibus illum promouentibus, quantùm alas erexerit, quantiſq; diludiis nos omnes irriſerit, non tam verbis quàm ſuſpiriis ac gemitibus narro.* Primum inter hæc diludia fuit, antequàm Rex eſſet, quod lib. 6 cap. 1 narrat idem ſcriptor, mortuo Hugone, Lothario eius filio regni adhuc titulum retinente, omnia interim gubernante Berengario, geſtũ. Nam Conſtantinus Porphyrogenitus Imperator, qui *deiectis* iam anteà anno

ab eo miſſus Legatus ad Conſtantinũ Imp.

CMXLIV *Romano*, de quo iam egimus, *filiiſq; eius, Conſtantinopoleos regebat imperium, audito Berengarium præſtare Lothario, per Andream, qui ab officio Comes Curiæ dicebatur, litteras Berengario dirigit: in quibus continebatur, vehementer ſe Berengarij nuntium velle videre, cuius in reditu cognoſceret, quantâ eum caritate diligeret..... Berengarius itaque calliditate ſuffarcinatus, cogitans quem potiſſimùm mitteret, cui nil impenſæ ob itineris longinquitatem præberet, vitricum meum, cuius tunc ſub curâ degebam, conueniens; Quãti, inquit, eſſet priuignum tuum Græcas litteras non ignorare? Cui cùm diceret, Vtinam diuitiarum mearum eâ gratiâ partem mediam diſtributam haberem; Non neceſſe, inquit, habes, neque centeſimam impartiri. Conſtantinopolitanus Imperator litteris, vt meum ad ſe nuntium dirigam, orat. Quod tum ob animi conſtantiam nemo meliùs, tum ob dicendi copiam nemo commodiùs facere poteſt. Quid dicam, quàm facilè doctrinas ebibet Græcas, qui tam puerilibus in annis epotauit Latinas? Hac ſpe quàm mox vitricus meus animatus, impenſas omnes diſtribuit, meq; magnis cum muneribus Conſtantinopolim direxit.* Ea munera cùm Imperatori offerre ſuo nomine ſtatuiſſet; atque *Berengarij ex parte nihil præter epiſtolam & hanc mendacio plenam, detuliſſet;* ſatius poſteà fore duxit, illa velut à Berengario miſſa offerre, *paruumq; munus prout poſſet, verbis ornare.* Profectus eſt autem Conſtantinopolim Luitprandus, cùm VIII Kalend. Septembris in feriam ſextam incidit, ac per conſequens cùm littera Dominicalis eſſet A, quod inter annum 943 & 954 non niſi 948 contigit, quo Paſcha inciderat in 2 Aprilis. Eo igitur anno, poſt obitum Hugonis, Lothario eius filio adhuc titulo tenus regnante, illa ſuſcepta à Luitprando legatio. Videtur porrò inſequenti anno reuerſus poſtquàm interfuiſſet celebritati, quâ Imperator die Palmarum aurea numiſmata in diuerſę dignitatis Prefectos, Magiſtros item, ac Patricios erogabat. Sed caput 5 lib. 6, quo iſta narrat, mutilum eſt: & deſunt fortaſſis non ſolùm reditus eius hiſtoria, ſed & alia complura de iis quæ ſub eodem Berengario geſſit, paſſuſque eſt, deque fugâ ad Ottonem in Germaniam.

anno 948

ſequenti reuerſus:

non ergo ante an. 950 iuit in Hiſpaniã

nec longo tempore *poſt.*

Hæc à nobis idcircò allata ſunt, vt oſtenderemus Luitprandum in Hiſpaniâ anno CMXLVI & ſequenti non videri fuiſſe, quo tamen tempore aſſeritur Toleti ſub Bonito Epiſcopo floruiſſe: ac neque multis poſteà annis, cùm Berengario *longo tempore deſeruierit.* Si enim eò exulatum abiit, inde in Germaniam; quãdo tandem Ticinenſis Diaconus eſt factus, Ticinum ante hiſtoriam ſuam ſcriptam minimè reuerſus? Si erat anteà Diaconus, imò, vt Iulianus habet, Archidiaconus, quomodò Toleti Subdiaconus præpoſtero ordine factus? Liceat hîc demum nobis de eo Epiſcopo, cui ſuos ille commentarios miſit, coniecturam noſtram promere. Is *Raymundus* aut *Regemundus* appellatus antehac in edit. Baſileenſi anni MDXXXII, in *Tractemundum* transformatus eſt ab iis qui Chronicon illud & Aduerſaria cuderunt: in Chronico Iuliani Petri *Traſemundus* vocatur. Quid ſi *Recemũdus* fuit, de quo tom. 3 ad diem 27 Februarij cap. 13 Vitæ B. Ioannis Abbatis Gorzienſis mentio fit? Is certè ab Abderrhamano Cordubenſi Arabum Rege ad Ottonem Magnum miſſus, haud dubiè Luitprando apud eumdem Regem exulanti innotuit. Erat verò, vt ibidem num. 128 pag. 714 dicitur, *adprimè Catholicus, & litteris optimè tam noſtrorum quàm ipſius, inter quos verſabatur, linguæ Arabicæ, inſtructus:* quibus animi eius ornamentis conſentanea ſanè illa fuit *petitio, quâ totius Europæ Imperatorum Regumq; facta ponere* Luitprandum *compellebat, ſicut qui non auditu dubius, ſed viſione certus eſſet.* Et congruit his quoque tempus, quo commentarios illos ſcripſit Luitprandus, nempe inter annum CMLVII & CMLX. Nam lib. 4 cap. 7 ita loquitur: *Duxerat idem Rex Otho, ante regni ſuſceptionem, ex Anglorum gente nobiliſſimâ Regis Adelſtani fratris filiam ſibi vxorem, nomine Otgit: ex quâ & filium genuit nomine Liutolphum. Cuius ob recentem iacturam quoties memoriam agimus, lacrymis ſinum replemus. O ſi numquàm natus, aut nõ tam maturè eſſet defunctus!* Mortuus eſt autem Liutolphus anno CMLVII, vt tradunt Hermannus Contractus, Lambertus Schafnaburgenſis, & alij. Ergo poſt eum annũ commentarios illos elucubrauit Luitprandus. Ante annum tamen CMLX. Siquidem lib. 3 cap. 7 iſta habet: *Leo Græcorum piiſſimus Imperator... corporis humani debitum ſoluem, viamq; carnis vniuerſæ ingrediens, regni ſui hæredem, Alexandrum fratrem germanum, vnicumq; filium Conſtantinum,* QVI NVNC VSQVE SVPEREST *& feliciter regnat, paruulum, &, vt Græci aiunt, ἄλαλον, id eſt, mutum & infantem dereliquit.* Hic eſt Conſtantinus Porphyrogenitus, ad quem anteà à Berengario miſſus fuerat Luitprandus. Mortuus is eſt, vt alibi diximus, die 15 Nouembris, anno CMLIX, Indict. III, iam ſcilicet à Septembri inchoatâ. Eo autem ſpatio, quod inter CMLIX & CMLVI annos fluxit, illæ Abderrahmanis ad Othonem duæ legationes contigerunt: quarum vnâ functus eſt *Recemundus*, Epiſcopus à barbaro Rege nominatus; & vna ad eum Ottonis, quam obiit B. Ioannes, Gorzienſis poſteà Abbas.

Quis Regemundus, cui hiſtoriam dicauit;

ſcriptam poſt annum 957.

ante 960?

Iſta porrò ſic allata ſunt à nobis, magis vt rationem lectori reddamus, cur teſtimonia ex illis Chronicis deprompta arbitremur eiuſmodi non eſſe, vt neceſſariò iis acquieſcere debeamus; quàm vt eos, qui magnorũ illorum auctorum fœtum eſſe putant, refellamus. Si argumenta, ob quæ tum hîc generatim, tum alibi particulatim, diſſentimus, claris ac certis rationibus diſſoluerint; ingenuè illis aſſentiemur. Ac profectò quidem, non diffitemur Luitprandum lib. 5 cap. 1 ita ſcribere: *Hoc in tempore, vt ipſe Pater benè noſti, ſol magnam & cunctis terribilem paſſus eſt eclipſim feriâ ſextâ, horâ diei tertiâ. Quâ etiam die Abdaram* REX NOSTER *à Radamiro Rege Chriſtianiſſimo Galiciæ in bello ſuperatus.* Atque ita habetur etiam in Baſileenſi anni MDXXXII editione. Suſpicamur tamen mendum irrepſiſſe, ac *Rex veſter* legi debere: tum ob rationes hactenùs allatas, tum quia lib. 1 cap. 1 ita ſcribit: *Quemadmodùm tuam, Pater, prudentiã latere minimè reor; imò me meliùs ſcire, ſicùt ab ipſis, qui* VESTRI *ſunt tributarij Regis Abderhamenis poteſtis coniicere.* Qui enim alioqui factum dicemus, vt Maurorum Hiſpanienſium Regem nunc *Veſtrum* nunc *Noſtrum* prudens ſcriptor appellet? Neque obiici poteſt, tam in libri primi quàm quinti primo capite potuiſſe errorem committi: nam ideò ait Regemundum meliùs ſcire, qui ab ipſis Regis illius tributariis potuerit intelligere. Quid ni enim, ſi in Hiſpaniâ habitauerat Luitprandus, indeque genus ducebat, itáque erat Hiſpaniæ addictus, vt etiam Maurum tyrannum illic dominantem *Noſtrum Regem* appellaret, etiã ipſe ab illius tributariis ac ſubditis ea cognoſcere potuit?

An Luitprandus Abdarã Regem noſtrum *vocãrit*

Iuliani Petri Chrõnicon & Aduerſaria iam refutatis pariũ.

De Iuliani quoque aduerſariis & Chronico idem quod de prioribus nobis videtur; ſincerum germanũque veteris ſcriptoris fœtum non eſſe, ſed ad conciliãdam Dextri Chronico auctoritatem adornatum. Alioquin ſi quis probet ſcriptum à Iuliano; imperitum ſanè ſcriptorem fuiſſe Iulianum illum dicemus, qui multa

multa operi ſuo infarſerit inepta. Quale illud quod in Chronico pag. 17 num. 32 habet: *Martialis lib. 7 meminit Lini Papæ, more Chriſtiano oſculantis.* Verba Poëtæ lib. 7 epigr. 94 hæc ſunt: *In Linum.*

Bruma eſt, & riget horridus December,
Audes tu tamen oſculo niuali
Omnes obuius hinc & hinc tenere,
Et totam, Line, baſiare Romam. &c.

Vbi hominem importunè officioſum ridet, qui omnes quouis tempore obuios oſculabatur. An is mos Chriſtianus? An id paſſim & vbique agere grauiſſimum virum, ac Pontificem Maximum decebat? Alia ſunt id genus multa in hiſce Aduerſariis ac Chronico Iuliani.

CAPVT QVINTVM.

De ſepulchris ac lipſanis nuper in Sardiniâ inuentis: an omnia Sanctorum? De Menæis Græcorum, & aliorum populorum Hagiologiis.

PLures vulgati his annis libri de veterum Chriſtianorum ſepulchris & lipſanis in Sardiniâ inſulâ nuper inuentis: quæ Sardi ſcriptores aliique omnia Sanctorum eſſe iudicarũt, quòd in templis pleraque, nonnulla etiam intra templorum aut ſacellorum parietes, condita erant. Scimus Sardiniam νοσερὰν νῆσον & θέρους, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς εὐκαίροις χωρίοις à Strabone lib. 5 vocari, *morbidam inſulam æſtiuo tempore, illic præcipuè vbi feraciſſima eſt*: ideoque delectam ab Romanis, in quam ſontes relegarentur, ac præcipuè Chriſtiani, perſecutionum temporibus. Vbi tamen non ſolâ cæli grauitate, duriſque laboribus, ſed variis etiam cruciatibus multi enecati ſunt. De Sancto certè Pontiano Papâ iſta leguntur in Martyrol. Romano ad XIX Nouembris: *Natalis B. Pontiani Papæ & Martyris, qui ab Alexandro Imperatore cum Hippolyto Presbytero in Sardiniã deportatus, ibiq; fuſtibus mactatus, martyrium conſummauit* &c. Antiquus etiam codex de Romanis Pontificibus, qui ſub Luitprandi nomine editus fuit, iſta habet: *In exilium eſt deportatus ab Alexandro in Sardiniam, in inſulam Bucinam, Seuero & Quintiano Coſſ. & in eadem inſulâ afflictus & maceratus fuſtibus defunctus eſt* III *Kal. Nouemb.* Quæ eadem habentur in antiquioris libri de Romanis Pontificibus, qui S. Damaſo tribuitur, MS. exemplari Sereniſſ. Reginæ Sueciæ. Vſuardus, Beda, Ado ita habent: *Sardiniam deportatur, ibiq; fuſtibus mactatus martyrium cõſummauit.*

In Sardiniâ morbidâ inſulâ multi Martyres & Confeſſores,

Romani.

& Afri.

Quid quòd ex Africâ ſub crudeliſſimis Wandalorum Regibus plurimi eò Epiſcopi ac ceterorum ordinum Clerici deportati? Victor Vticẽſis lib. 2 de perſecut. Wandalicâ tradit, Catholicos plurimos, qui *in palatio militabant*, aut *publicas agebant actiones*, iuſſu Hunerici *domibus proiectos, omniq; ſubſtantiâ ſpoliatos, in inſulas Siciliam & Sardiniam relegatos. Idem deinde tyrannus plurimos in Sardiniam Epiſcopos ex totâ Africâ eiecit, vt alibi dicetur.*

Sub Traſamundo etiam Rege, cuius (vt in Vitâ S. Fulgentij 1 Ianuarij dicitur) erat *aduersùs religionem Catholicam mens implacabilis & ira terribilis*, ſexaginta & ampliùs Epiſcopi in Sardiniâ exularunt, cumque iis S. Fulgentius atque eius Clerici ac monachi. Ita cap. 20 Vitæ iam citatæ: *Intereà repentè diriguntur miniſtri regalis furoris, vt detentus etiam ipſe, cum ceteris in exilium Sardiniam Confeſſor Chriſti nobilis truderetur..... Comitantibus ergo monachis ſimul & Clericis, magiſter egregius vtriuſq; profeſſionis exit, flentibus omnibus laicis, de cathedrâ honoris ad locum beati certaminis, paratus fidem Catholicam mente liberâ, voce forti, coram Regibus & poteſtatibus confiteri.* Hîc primùm ille cum Illuſtri & Ianuario Epiſcopis, ſuiſque & illorum Clericis ac monachis, monaſtico ritu ſanctiſſimè vixit: deinde, vt cap. 27 habetur, *iuxta baſilicam ſancti Martyris Saturnini, procul à ſtrepitu ciuitatis vacantem reperiens locum, Brumaſio Calaritanæ ciuitatis Antiſtite venerabili priùs, ſicut decuit, poſtulato, nouum ſumptibus propriis monaſterium fabricauit: in quo* XL *& ampliùs Fratribus congregatis, diſciplinæ cœnobialis ordinem cuſtodiuit illæſum, nemini dans licentiam profeſſionis ſanctæ regulam præterire.*

Quid iam mirum, vbi tot Confeſſores vitam ſanctiſſimam egerunt, plurimoſque ſuo exemplo & inſtitutione ad virtutis exercitationem permouerunt, & non pauci ærumnis ac laboribus confecti obierunt; illic plurima Martyrum & Confeſſorum tumulata corpora reperiri? Quædam tamen, Antiſtitum præſertim, ad ſuas poſteà ſedes reuecta ſunt, vt S. Pontiani Papæ. Ita Damaſi liber de Pontificib. *Quem B. Fauianus adduxit cum Clero per nauim, & ſepeliuit in cœmeterio Calixti, viâ Appiâ.*

Non tamen ex dictis certò conficias, quotquot alia ibi Chriſtiano ritu ſepulta corpora reperiuntur, Martyrum eſſe aut Confeſſorum: at ſolùm id probari poſſe videtur, eſſe Chriſtianorũ, niſi alia addita ſint martyrij aut teſtatæ ſanctimoniæ ſigna. Nam quoſdam eorum ſcriptorum falli manifeſtum eſt, dum quoties B. M. nomini cuipiam præpoſitum eſt, interpretantur *Beatus martyr*, cùm ſolùm ſit *Bonæ memoriæ*: atque ita nonnumquàm integrè voces illæ expreſſæ, nuſquam (quod nunc quidem meminerimus) *Beatus Martyr*. Illa verò qualis cõiectura Dionyſij Bonfanti, qui in Triũphis Sanctorum regni Sardiniæ lib. 7 cap. 9, reperta *Sanctarum Martyrum Cæciliæ, Suiniæ, Giniæ* corpora probat ex hac epigraphe additâ ſepulchro?

B. M. Sepulchris inſcriptum non eſt beatus Martyr, *ſed* beatæ *vel* bonæ memoriæ.

quædam inſcriptio ridiculè expoſita.

.....ORIE CECILIA
.....NOS SVINVA GINIA
.....XIII KALENDAS SETEMBRES.

Eam enim inſcriptionem ita retulit Franciſcus Eſquivel Archiepiſcopus Calaritanus in Relatione miſſâ ad Paulum V Pontificem Maximum anno MDCXVII.

.....ORIE CECILIA
.....NOS SVINVA. GINA
....XIII CALENDAS SEPTEMBRES.

Seraphinus Eſquirrus in Sanctuario Calaritano, edito anno MDCXXIV ita ſculptam ait:

ORIÈ CECILIA
NO SVINVA GINIA XIII CALENDAS SEIEMBRES.

Vnde autem ea diſcrepantia? Porrò Bonfantus ita eam inſcriptionem exponit: Bonæ Memoriæ Cecilia vixit..... annos, Suinia, Ginia, depoſitæ ſub die 18 *Kalendas Septembris.* Vbi primùm vix intelligimus, quî potuerit ſcribere 18 *Kalendas Septembris*, cum duabus lineis priùs habeatur XIII *Kalendas Setembres.* Quod & ipſe mox ſequitur, ſcribens *triumphaſſe* eas 20 *Auguſti*, non 15, quod fuiſſet XVIII *Kalendas.* At nobis ea inſcriptio ita legenda, & ſupplenda quâ parte deleta, videtur: *Bonæ memoriæ Cæcilia, vixit annos quinquaginta, depoſita* XIII *Kalendas Septembres.* Ita pro QVINQVAGINTA ab imperito ſculptore inciſum lapidi SVINVA GINIA, litterâ S pro Q initio poſitâ, Q item omiſsâ in ſecundâ ſyllabâ: aut fortè qui hanc inſcriptionem è lapide exſcripſit, litteras non ſatis aptè expreſſas, detritaſúe legere

gere nequiuit,& mutauit. Nihil autem eſt, vnde Martyrem fuiſſe Cæciliam coniici queat. Neque enim inde eruiid poteſt, quòd *bonæ memoriæ* præfixum, alioquin innumeri quotidie fierent Martyres, quorũ nominibus recepto inter pios vſu illud additur: nõ quòd vitæ tempus, aut dies obitus exprimatur; id enim æquè olim Ethnicis ac nunc Chriſtianis vſitatum. Bonfantus autem non ſolùm illud QVINQVAGINTA diuellit in duas voces SVINVA GINIA, ſed *Suinua* in *Suinia* vertit, illudque ait eſſe quod Sardis familiare eſt *Suiæ* nomẽ. Alia id genus plurima ſe in eo auctore obſeruaſſe nobis retulit Raphaël Freſneus Gallus, ſagaciſſimus indagator antiquitatis.

ac noua Martyres confi-cta.

Cur quorum in Sardiniâ reperta nuper ſepulchra, in opus noſtrum non continuò referamus?

At præcipuum apud nos momentum, ne Sardoa illa ſcripta ſequeremur, habuit Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini, ſapientiſſimi humaniſſimique Principis, auctoritas: qui moneri nos iuſſit, quorum Sardi recens exuuias reperiſſent, venditarentque vt Sanctos, eos ne temerè in opus noſtrum referamus; donec conſtet, quæ Eccleſiæ Romanæ de his ſententia ſit, aut niſi eorum martyrium publicaque ab antiquo veneratio ſatis ſit aliunde explorata.

Menæa Græcorum etiam Catholicis probata,

Menæis Græcorum aliquantò ſecuriùs videmur vti poſſe. Conſtant ea vaſtis aliquot voluminibus, ſacras precationes, quas in eccleſiâ publicè recitant, continentibus, quemadmodùm apud Latinos Breuiaria ſunt: ſed his illa multò diffuſiora ſunt, ac præter hymnos, odaria, antiphonas, plurium quotidie Sanctorũ elogia habent, ſuccincta quædam, alia ampliora. Hiſce porrò Menæis ipſi etiam orthodoxi Græci vtuntur. Etſi enim in iis ineſſe hymni nõnulli dicuntur à ſchiſmaticis, vt Philotheo Patriarchâ, compoſiti; tamen Latini quoque ſcriptores, grauiſſimi ac religioſiſſimi, ea citare non verentur, multaque ex iis excerpta typis mandare. Sunt tamen in iis multa, quæ videntur correctionis egere, vt ſæpe lectorem admonemus, cùm occaſio incidit.

nobis nondùm integrè examinata:

Quod autem in Præfat. ad Ianuarium cap. IV, § XI pag. LV ſcripſimus, *nullum adhuc reperiſſe nos inſcriptum Menæis, quem conſtaret aut Eccleſiæ Romanæ debitam obedientiam abieciſſe, aut hæreticis inflatum erroribus*; quidam latiùs accepére, quàm nos ſcribentes cogitabamus, quaſi id de omnibus, quorum eſſent in Menæis deſcripta nomina, pronuntiaſſemus. Quod ſanè neutiquam ita intelligi voluimus, ſed de iis ſolùm, quorum iam Acta atque elogia expenderamus: neque enim vniuerſum Menæorum opus examinauimus, ſed prout in progreſſu operis noſtri neceſſarium viſum. Ac ſæpe ex Menæis nihil delibamus, cùm pleniora certioraque habemus Acta, ſeu Latina ſeu Græca. Sed quorum in Faſtis Latinis vel nomina omnino non extant, vel Acta ieiunè nimis perſtricta; ea ſi in Menæis luculentiùs explanata, inde depromimus. Antiphonas paſſim adiunctas, continenteſque varia Sanctorum encomia, ſed ferè ex Actis, aut elogiis quæ diximus, hauſta, ſæpenumerò prætermittimus: ſubinde autem euoluimus eas ac diſcutimus, vbi videtur operæ pretium. Quando minùs ſolida eſſe, quæ de Sanctorum illorum cultu publico memoriâque traduntur, viſa nobis fuerint; vel taciti prę terimus, quaſi inferendum numero Diuorum talem aliquem non putemus, vel plerumque cur abſtineamus ab eius commemoratione calamum, lectori indicamus.

ijs quatenùs vtamur

Idem licere nobis arbitramur, de claris ſanctimoniæ laude hominibus ſtatuere, quorum nomina ac geſta ſunt recentiorum quorumdam Martyrologiis inſcripta, vt niſi ſatis nobis perſpectum ſit eos in album Cælitum publico Pontificis Maximi decreto relatos, aut ab immemorabili tempore, cultu, qui Sanctis impendi ſolet, communi populorũ pietate, Eccleſiâ minimè refragãte, honoratos; eos vel ne attingamus quidem, vel necdum certi quidquam nos de iis comperiſſe fateamur. Ea autem Martyrologia vel vnicæ Eccleſiæ aut Epiſcopatus Sanctos complectũtur, vel populi vnius aut nationis. Celebria hoc in genere ſunt, quod Andreas Sauſſaius edidit Martyrologium Gallicanum, quemque ante XL annos Philippus Ferrarius Catalogum Sanctorum Italiæ, quam Ioannes Tamaius de Salazar Ἀναμνησις SS. Hiſpaniæ, ac demũ quod Georgius Cardoſus Hagiologium Luſitanicum. Quàm vellemus, poſtremi hi duo, viri ſanè doctiſſimi humaniſſimique, minùs Chronicis, quæ Dextri, Maximi, Luitprandi, Iuliani, dicuntur, adhęſiſſent! Quamquàm Cardoſus ad 11 Februarij pag. 327 liberè pronuntiat, (vti & nos ad eumdem diem ex eo retulimus) quando Dexter, & Luitprandus *inuicem pugnantia tradunt, ſuſpicione non carere, propterea quòd MSS. exemplaria, priuſquàm prælo committerentur, per variorum manus iêre, & quiſque quod ad patriæ ſuæ honorem facere videretur, inſeruit.* Miramur virum doctiſſimum, vbi id comperit, velle vnquam auctorum illorum teſtimoniis ſtare. Vnde enim conſtat, non etiam vbi minimè diſſident, eſſe adulteratos? Nihil ſanè ad eneruandam illorum auctoritatem afferri efficacius poteſt. Illud verò in Cardoſi opere præclarum, quòd eos qui verè Sancti aut Beati publicè habentur, ſecernat ab iis qui famâ ſolùm ſanctitatis, vel martyrij, aut etiam miraculorum, celebres ſunt, nondum, Eccleſiæ iudicio, tabulis Cælitum adſcripti.

item à recentioribus Martyrologijs, vrbium aut prouinciarum

CAPVT SEXTVM.

De monaſticis recentiorum quorumdam Martyrologiis.

PLura extant Martyrologia, quæ religioſarum quarumdam congregationum conſpicuos ſanctimoniâ homines exhibeant. Ad quæ nuperrimè acceſſit, quod Gabriel Bucelinus, monachus Weingartenſis, ac Veltkirchij in Rhætiâ ſuperiori, S. Ioannis Baptiſtæ Prior, vir admodùm diligens ac doctus, poſt Arnoldum Wionem & Hugonem Menardum alioſq; contexuit, *Menologium Benedictinum, Sanctorum, Beatorum, atque illuſtrium eiuſdem Ordinis virorum elogiis illuſtratum.* Id prodiit cùm iam pars eſſet maxima Februarij excuſa. Eius nobis deinceps eruditionem ac diligentiam ſubſidio futuram ſperamus. Erit tamen fortaſſis, qui in hoc quoque Menologium, vt in alia item plura, cadere poſſe exiſtimet, quod in Præfat. ad Ianuar. cap. 4 § 9 de Chryſoſtomi Henriquez Menologio Ciſtercienſi & Martyrologio Franciſcano Arturi à Monaſterio pronuntiauimus his verbis: *Cùm iam prior Ianuarij tomus eſſet excuſus, prodiit Martyrologium Franciſcanum cum amplis commentariis, curâ ac labore Arturi à Monaſterio. Sed illud in eo opere, atque Chryſoſtomi Henriquez Menologio, haud probo, quòd nulla inter eos, quibus ab Eccleſiâ olim decreti permiſſiue ſacri honores ſunt, & ceteros ſolâ adhuc hominum opinione, nullo Eccleſiæ iudicio confirmatâ, claros, differentia ſtatuatur: quo fit, vt his quidem honoris nihil accedat, de illorum veneratione plurimum detrahatur, dum vno omnes gradu habentur.* Et Chryſoſtomum quidem, nobis perfamiliarem, de his anteà monueramus, vt qui vel ad aras inuocantur, vel ſunt alioquin ab Eccleſiâ tabulis Cælitũ adſcripti, vel ab omni memoriâ Sancti aut Beati publicâ populorum religione habiti, eadem conſentiente Eccleſiâ, eos omnes ſecerneret ab illis qui ſolùm opinione ſanctitatis in vitâ ac morte, aut etiam famâ miraculorum

quod nobis alibi improbatum,

præſertim in Menol. Henriquez. & Franciſcano Martyrol. Arturi à Monaſterio:

Multa monaſtica Martyrologia veneranda cum Beatis permiſcent:

culorum, celebres fuerunt, eorumque nonnulli haud ita pridem: cauendum enim esse ne in recentem Vrbani VIII Pontificis Maximi bullam peccasse iudicaretur. Nostrum ille quidem consilium probare videbatur; negabat tamen ei se tunc posse obtemperare, aut editionem differre operis, quod concinnasset, maiori diligentiâ, quàm subsidiis librorum rerumq; aliarum; cùm iam & typographus esset paratus, & Abbates sui Ordinis complures opus illud expectarent. Præsagiebat etiam fortassis arcano quodam instinctu naturæ, fore vt non admodùm diuturna sibi vita contingeret: paullò enim pòst, etsi non admodùm grandis natu, decessit.

ideoq; hic in nouâ editione,

Alterum scriptorem vehementer nostra illa, verbis quæ retulimus expressa, atque ita modesta, admonitio pupugit. Is suum illud Martyrologium anno MDCLIII recudit, *accuratiùs* (vt ait) *recognitum & auctum*: quæ nobis editio non nisi absoluto iam excusoque Februario, cùm hanc Præfationem Indicesque moliremur, innotuit. In hac Prologum benè longum præfixit, in XXVI distributum articulos. Secùdi autem articuli hic est titulus: *Minoritici Ordinis Cœlites facti atque Beati, sunt in triplici differentiâ. Bollandus emendatus.* Explicatâ eâ, totidem ferè verbis quot in priori editione, differentiâ, post alia quædam, § 11 ista scribit: *Denique in refellendis quorumdam dictis, minùs veris & impunè effatis aduersùs nos institutumq; nostrum; dignum duxi abstinendum à dicacitatibus, & verbis malignis, seu prouocatoriis, vel indebitè prolatis. Etenim, vt D. Hieronymi verbis vtar epist. ad Furiã, Aut loquendum, vt vestiti sumus; aut vestiendum, vt loquimur. Mentem secuti S. Augustini lib. 1 contra litteras Petiliani cap. 29 ita nos alloquentis: Diligite homines, interficite errores: sine superbiâ de veritate præsumite, sine sœuitiâ, pro veritate certate.* Vt autem declaret, quinam illi sint quorum *interficere errores* velit, immediatè addit: QVAPROPTER *redeat ad se Ioannes Bollandus, & calamum iterum abstergat scribentis, velociter, (Tomo 1 Actor. Sanct. in præfatione generali cap. 4 § 9) haud sibi probatum esse, quòd nullam posuerim differentiam inter Beatos nostros Minoritas. Vtique illi dixissem eam apud Saluatorem similitudinem: Medice cura teipsum. Lucæ 4 versu 23. Esquid fallacius, librum perscrutari solius Indicis inspectione? Legat, si velit, nostras Annotationes; & clarè certoq; sciet, quo titulo, quâue de causâ quisque apud nostrum Martyrologium Franciscanum, Beati nomen iure sit adeptus: licet diuerso gradu, varioq; modo id euenerit: quo differentia perspicuè aderit: cum testimoniis ita probatis & authenticis, vt iis amplius requiri non possit: respectiuè tamen circa quemlibet eorum.* Ita ille.

pollicitus licet in reprehendẽdo modestiam,

in nos inuehitur:

Haud sanè improbauimus, eum hominum sanctitate illustrium nomina exemplaque posteritati tradere: verùm ita id fieri optabamus, vt primo aspectu innotesceret, qui *Sancti* aut *Beati* appellari possent, pingi cum radiis, aliisque sanctitatis iam probatæ insignibus ornari; ne si quis alteri quàm qui in eâ classe iam locati sunt, honorem illum tribuat, Vrbani VIII prohibitioni non paruisse, grauemque propterea noxam incurrisse arguatur. Præclarè id discrimen Beatorum ac Venerabilium statuit Georgius Cardosus in Hagiologio Lusitanico: atque in Gallicano Martyrologio Andreas Saussaius, diuersâ ad id vsus formâ characterũ. Ipse quoque tandem post multa Arturus art. 22 differentiam constituere videtur, sed verbis sanè implexis atque obscuris, vt nobis quidem videtur. At nihil tale indicârat in primâ editione, quod quidem perspexerimus.

ac tandem differentiam inter Beatos & Pios videtur statuere:

nobis in scribendo præcipitantiam temerè obijcit,

Quid autem sibi vult cùm *abstergere* me iubet *calamum velociter scribentis*? An me existimat præcipiti stylo Acta Sanctorum decurrere, & haud satis maturè cogitata chartis illinere, prælo; que transmittere? Næ ille fallitur vehementer. Multi è contra viri graues, etiam Præsules, nos frequenter increpant, quòd non celeriùs nostra edamus: posse, si quid posteà addendum videatur, seorsim id fieri. Nonnulli, qui Ianuariũ nostrum accuratè legerunt, fatentur satis se perspexisse, magnum ei elucubrando laborem à nobis impensum; nec iam se mirari, quòd non citiùs prouehatur opus. In stylo quidem poliendo haud multum operæ ac temporis ponimus: Arturus tamen, vt remur, stylum non facilè nobis obiiciet, qui, vt iam antè professus est, *Dignum duxerit abstinendum à dicacitatibus.*

qui leniores forsan sumus,

sed vtiliter:

At cur illa nobis inculcat ex Euangelio, *Medice cura teipsum*? An nos vspiam non distinximus à Sanctis aut Beatis eos qui solùm Venerabiles dicendi erant? Nam hoc erat, quod in ipso requirebamus. Certè in eo genere nimiùm ferè religiosi sumus, quorumdam iudicio. Quòd autem insinuat nos libros perscrutari solâ Indicum inspectione, errat profectò.

falsò item obijcit, quòd Annotationes suas non legerimus:

Nos ipsius Annotationes omnes legimus: nec eas solas, sed & auctores ab eo citatos, accuratè peruoluimus, quos quidem habuimus: Marianum enim Florentinum non vidimus, cùm non sit typis vulgatus, neque exemplar MS. nanciscì potuerimus, vti nec quosdam alios. Sed primarios omnes scriptores annalium antiquitatumque Ordinis, Bartholomæum Pisanum, Marcum Vlyssipponensem, Petrum Rodulphium, Franciscum Gonzagam, Barezzum, ac præcipuè diligentissimum Lucam Wadingum, quibus locis agunt de Sanctis quos Arturus commemorat, sedulò legimus, & expendimus. Neque ex illis auctoribus, ipsiusue Annotationibus, intelligere anteà potuimus, Martyrologio illi insertos esse *diuerso gradu, varioq; modo*, vt iam videtur profiteri. Denique quod ibi scripsimus, scimus pluribus probari: neque sanè suspicari potuimus, eum sic sua scripta amare, vt neminem à se dissentire pateretur. Qui namque ita est animatus, satius esset operam scriptioni non addiceret, nam illud nescio an hactenùs quisquam vel consecutus sit, vel sapienter sperare possit se consecuturum.

Multas Sanctorum ipsius Ordinis Vitas honorificè edidimus:

Multa ipse congerit de sanctitate Seraphici Ordinis sui, quâ præcellere cum omnibus omnino Ordinibus, omnibus in rebus, contendit. Gratulor ipsi sanctissimum suum institutum. Sed quid ad ea quæ scripseramus id spectat? Sanè ipsius Ordini vsq; adeò nihil detractum voluimus, vt potiùs, vbi licuit, eius omni studio amplificasse honorem nobis videamur. B. Odorici de Portu Naonis (quem multi ex ipso ordine, viri aliàs doctissimi, & præcipuis in eo muneribus perfuncti, ignorabant Vtini publicam habere veneratione) primi nos Vitam, ab ipsomet conscriptam, protulimus in lucem XIV Ianuarij: primi item Marochienſium quinque Martyrum XVI Ianuarij Acta dedimus, prout videntur à Ioanne Tisserando composita.

quasdam primi:

ipse non videtur opus nostrum legisse.

At fortassis illa Araturo ignota, cùm non videatur opus nostrum legisse, sed quæ in eius præfatione de se scripta essent ab alio didicisse. Edidit enim hoc ipso anno MDCLVII, tomum alium, quem *Sacrum Gynæceum, seu Martyrologium amplissimum sanctarum ac beatarum mulierum*, inscripsit, & in eo supra mille auctores citat, quorum & catalogum præfigit, interque eos LX circiter *Iesuitas*: at non in his Ioannem Bollandum aut Godefridum Henschenium. Cumque plurimas, quæ non ita pridem vel martyrij agone perfunctæ sunt, vel magnâ innocentiæ & sanctitatis laude vitam finierunt, illi includat Gynæceo; multarum, quas ex Martyrologiis ante mille ferè annos exaratis in Ianuario retulimus, omnino non meminit. Nam XXVIII Ianuarij *S. Marinam* Martyrem recenset, annotatque: *Ita Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum hoc die ex Bedâ & Galesinio.* Perperàm citatur à Ferrario Beda, apud quem *S. Marinæ* eo die non extat, vt illic indicauimus, memoria. At XXVII Ianuarij, vetustissimũ secuti Martyrologium Romanum, quod S. Hieronymi vocatur, atque alia, eam retulimus cum *SS. Veneriâ, Fortunatâ, Tecusâ, Secundâ, Perpetuâ, Iulianâ, Vincentiâ, Victoriâ*, quas omnes Arturus prætermisit, aliasque quamplurimas, vt *S. Noitburgam* viduam, *Hixtamq;* eius filiam, XXVI Ianuarij:

id nusquam citans.

cùm inde posset suum Martyrologium seminarum augere:

B. Orin-

niſi aliâ de cauſsâ id nc-luit.

B. Oringam, Chriſtianam dictam, Virginem Etruſcam &c. Non tamen ipſi ſuum, *Medice cura teipſum* obiiciemus, qui ne ipſos quidem Indices noſtros legerit, & opus citet? Potuiſſet alioquin ex eo opere ſuum locupletare: neque, opinor, neglexiſſet. Quis enim ſuſpicari audeat, conſultò eum noluiſſe à nobis vllas deſcribere, quòd aliquid in ipſius Martyrologio viſi eſſemus reprehendiſſe? Non eſſet ille affectus ſincero ſcriptore, nedum viro religioſo, dignus. Miror tamen ſi noſtrum opus habebat, cur cùm XXIX Ianuarij *B. Redigundem* accepit è ſolo Tamaio, qui tamen *Acta SS. Bollandi* citat, tomum, diem, paginam 975, non tomum illum noſtrum inſpexerit: vti & priorem tomum ad VI Ianuarij, vbi Tamaium eumdem citat, non Bollandum, è quo ille Acta accepiſſe ſe fatetur *S. Macræ*. Illud etiam magis miramur, quòd qui ſæpius auctore Tamaio multas in ſuum opus Sanctas adlegerit, XI Ianuarij *S. Felicitatem* omittat, à Tamaio relatam. An diſplicuit, quòd is Bollandum citans, dicat *ab alio amplius requirere, eſſe oleum & operam perdere*? Non tamen vt nos Arrurus citet laboramus: nec enim nobis honorem ex laborioſo hoc opere quærimus, ſed Sanctis. Horum celebrentur ab mortalibus atque imitatione exprimãtur benefacta: noſtra verò nomina, ſi Deo & Sanctis ipſis ita placuerit, aboleantur; modò inſcripta permaneant in libro vitæ.

CAPVT SEPTIMVM

Ordo dicendorum & ſymmetria.

Ordinata hic omnia

VAſtum ſit licet, quod molimur, opus; ordinatum eſt tamen, cunctaque in eo diſtinctè ac diſtributè poſita. Ne nos ipſos in eius progreſſu confuſio perturbaret, non modò lectores, quorum commodo conſulendum, ſi fructum hinc aliquem percipere eos volumus. Quâ igitur ſerie ac methodo dicenda componeremus atque inſtrueremus, anteà maturè deliberatum.

ſecundùm dies

Primùm quos commemoramus Sanctos, hi ſunt ad eos dies collocati, quos Faſti Romani, aliiue auctores (ſi Faſtis forſan inſcripti non ſunt) aut ipſamet Acta aſſignant: aut quibus eos in propriâ Eccleſiâ aut ciuitate, præcipuâ religione coli didicimus. In eadem collocatione, temporum quoque ordinem, quoad eius fieri potuit, ſecuti ſumus, vt primi ij eſſent, quos conſtaret priùs vitâ eſſe defunctos. Sicubi nullus erat character additus, è quo duci coniectura aliqua de tempore obitus poſſet; ei illos ætati adſcripſimus, cui potiſſimùm congruere videbantur.

ac tempora:

quoque die ſyllabus Sanctorum,

Vt autem ad initium cuiuſque diei perſpicere lector poſſit, quorum Sanctorum eo celebritas agatur, aut à nobis illuſtretur memoria; primo loco litteris maioribus nomina recenſemus eorum, de quibus acturi, quorumúe edituri Acta ſumus, addito etiam loco, quo aut vixerunt aut præcipuè coluntur, &, quam geſſerunt, dignitate, aut vitæ modo & conditione. Exempli gratiâ, S. BLASIVS *Ep. Martyr, Sebaſtiæ in Cappadociâ. S. Hadelinus Presbyter Viſeti & Cellis in Belgio.* Cuius autem Sancti in Breuiario Romano eo die feriæ aguntur, eius illo in catalogo maioribus quadratis litteris ſignamus nomen: V. G. V *Februarij* S. AGATHA *Virgo Martyr, Catanæ in Siciliâ.* Non tamen, vt in Martyrologio fit, primo loco ſtatuimus, niſi id ordo temporis poſtulet. Hoc tamen maiorum litterarũ diſcrimen ſubinde, vel obliuione noſtrâ vel typothetarum incuriâ, neglectum.

dein aliò reiectorum,

Dein Sancti in quibuſdam Faſtis eo die ſignati, à nobis in alium reiecti, aut omnino prætermiſſi indicantur, quâque id cauſsâ factum ſit. Nam cùm ſæpe à Græcis ac Latinis, & quandoque particularibus Eccleſiis, diuerſo die feſtum cuiuſpiam Sancti agatur; imò & ab vnâ eademque Eccleſiâ aut Ciuitate, ob varias Inuentionum, Tranſlationum, Miraculorumúe cauſſas; Vitam tamen, ceteraque ad eam ſpectantia, nõ niſi ſemel dare poſſumus, ad eum nempe diem, quo in ſuo Ordine, aut vrbe eius Reliquias aſſeruante, vel ceteroquin eius veneration i præcipuè deuotà, maximam habet celebritatem. Indicamus tamen, cùm aliis diebus eius nomen in vllis Faſtis ac tabulis Eccleſiaſticis reperimus adſcriptum, vt ſi qui eum tum colant, norint vbi valeant reperire.

Deinde in recentiorum quorumdam Martyrolo-

giis ac Menologiis, ſeu quo alio nomine inſignitis ſacris ephemeridibus, multi inſcripti ſunt, quibus tamen, vt anteà diximus, debiti Cælitibus honores nuſquam tribuuntur, neque illa ſummi honoris pleniſſima appellatio *Sancti* aut *Beati*, ſecundùm Eccleſiaſticas ſanctiones, competit. Eorum ergo vt plurimùm nomina tamen recenſemus, ſed monito lectore, nondum eſſe eos in album Sanctorum receptos, aut nobis id non conſtare. Nam ſi nuper admodùm mortui ſunt, neque de vllâ iis decretâ veneratione, vel leuiſſima ſuſpicio eſt, omnino omittimus.

& prætermiſſorum:

ordo in vtrisq;

In his quoque ordo adhibitus. Priùs enim qui ad menſem Ianuarium pertinent, aut alioquin Februarij eos dies, qui illum, in quo verſamur, præcedunt, Sanctos ordinatim reiicimus. Tum quos omnino prætermittendos ducimus, recenſemus ſecundùm cuiuſque ætatem. Demum qui ad ſequentes Februarij dies, aut alios menſes ſpectant, menſium ipſorum dierumque ſerie adnotantur.

ad Vitas Prolegomena,

Ad ipſa dein Sanctorum Acta accedimus. Si nulla extant, quid tamen de Sanctis ipſis exploratum ſit edicimus, ac ſubinde nuda è variis Martyrologiis nomina proferimus. Si Acta ſumus adepti, iis præfigimus Prolegomena, ſiue præuios commentarios: in quibus, quo tempore ac loco vixerit Sanctus quiſque, an publico cultu dignatus, an antiquitus ſemper in Diuorũ numero habitus, diſquirimus. Tum à quo mandata litteris Acta, quàm graui ſtylo ac fideli: quibus è codicibus nacti ea ſimus, & cuius beneficio ac humanitate, quod, vt gratitudinem noſtram teſtemur, nuſquam diſſimulamus. Atque id ſanè viris cordatis vehementer placuiſſe didicimus: & fuêre, qui cùm varia Sanctorum geſta collegiſſent, aut ad illa notationes confeciſſent, ad nos miſerunt, noſtro in opere edenda, vti viſũ nobis eſſet. Quod quidem adſcripto eorũ nomine fecimus: niſi ſi diſertè ſtipulati eſſent, ne quam ſui mentionem faceremus, quibus ſat eſſet Sanctorum res geſtas illuſtrari, quoquo modo id fieret.

quandoque etiam ad hiſtoriæ tranſlationis:

Si Sancti cuiuſpiam tranſlatæ Reliquiæ, ſi miracula ad eas facta, ſi quæ ſodalitia ad eorum amplificandũ honorem erecta, templa ædificata, inſtitutæ publicę panegyres, de his quoque diſſerimus in Prolegomenis: earumque rerum narrationem, ſi mandata litteris, Vitę ſubiicimus. Si tamen vtraque longior, & Prolegomena ipſa in multos diſtributa paragraphos; vt lectoris commodo ſeruiatur, quæ ad eiuſmodi Tranſlationis hiſtoriam, quæ ad illam illuſtrandam aliunde petenda, propriâ Præfatione ante ipſam narrationem poſitâ explicamus.

Secundùm ea Prolegomena, Acta ipſa Sanctorum, quo primùm ſtylo olim conſcripta fuêre, vt cap. I explanatum, damus, certis capitibus, vt quaſi reſpirare

Vitæ in capita diuiſæ:

lector poſſit, diſtincta: quam diſtinctionem ſi ſcriptores ipſi feciſſe videantur, plerumque retinemus; ſin minùs, aut certè ſi nimiùm frequentes ſectiones titulique occurrerent, aliam commodiorem adhibemus.

ad capita Annotationes,

Singulis capitibus Annotationes, ſi neceſſariæ videantur, ſubnectimus, ſed perbreues: ſi nimirùm variantes in MSS. codicibus lectiones occurrerint, ſi vrbium locorumque explicanda nomina, ſi verba inuſitata, ſi res doctrinaue paradoxa, ſi diſcrepans à vulgari Chronologia, ſeu firmanda, ſeu refellenda. Et iuuãtur hiſce Annotationibus qui mediocri præditi eruditione, (nam his præcipuè ſcribimus) & quicumque alij: doctiſſimi neque iis egent, nec fortè iam libris, ſine quibus tamen docti non euaſiſſent: denique Annotationes illas præterite, qui vult, poteſt.

litteris a b c &c. deſignata:

In ipſo impreſſionis modo, quæ noſtra ſint, quæ aliunde tranſcripta, vt ex ipsâ characteris formâ dignoſci poſſint, curauimus: etiam in Annotationibus, quæ tamen minori charactere excuſæ. His quæ præfixa littera, cadẽ in margine per illius capitis decurſum quæri debet: cui ſimilis in ipſo contextu expreſſa, locum, qui explicatione egere viſus, indicat.

tituli paginarum:

In margine ſuperiori nomen Sancti, de quo agitur, expreſſum, in alterà dies menſis: vt libro quâ parte libuerit aperto, cuius Sancti narrentur explicenturúe Acta; & ad quem is diem pertineat, intelligi poſſit.

nomen auctoris in margine,

Quia verò, vt fusè dictum cap. 2, ſubinde plures Vitæ Sancti vnius à diuerſis ſcriptæ auctoribus eduntur, in extetiori margine ſummo loco adſcriptum, quis eam Vitam auctor compoſuerit, ne plura reuoluere folia lectorem oporteat, dum ab certo quopiam compoſitam auctore Vitam quærit. E.G. paginâ 514 in ſupremo margine hæc ſunt : *Vita B. Rabani Mauri Archiep. Moguntini* 1v *Februarij.* tum in laterali margine: *Auctore Rudolpho Presbytero.* at poſt paginam 522, *Auctore Trithemio Abbate.* Ita die vi Februarij ad priorem S. Vedaſti Vitam appoſitum : *Auctore anonymo, ex MSS.* Ad ſecundam: *Auctore Alcuino, ex MSS.* Atque ita paſſim factum toto opere.

quorſum hæc?

Porrò quia duo ſimul in hoc opere deſudamus, Ioannes Bollandus & Godefridus Henſchenius; atq; communi quidem conſilio omnia ordinamus, ac mutua ſcripta recognoſcimus; ſinguli tamen ſeorſim ſingulas Vitas diſcutimus, Prolegomenis, Annotationibus, ſummariis marginalibus ornamus ac dilucidamus; curandum duximus, vt cuius potiſſimùm labore ſingula eſſent elucubrata, aut è Græco verſa, indicaremus, primis nominum litteris in exteriori margine appoſitis ad initiũ Vitæ cuiuſque aut tractatus de Sancto quopiam: vt nimirùm conſtare lectori queat, vbi G. H. viderit, Godefridi Henſchenij id eſſe opus, Ioannis Bollandi, quando I.B. erit adſcriptum. Quorſum hoc, inquies, cùm paullò antè profeſſi ſitis, vos pro nihilo ducere, vt nomina veſtra citentur? Ita eſt ſanè. Legantur hæc Sanctorum Acta, & quæ in iis plurima ac præclariſſima extant exempla virtutum, imitatione exprimantur, aut ad aliorum inſtitutionem recitentur; id ſatis eſt nobis: vt ea nos collegiſſe dicamur, non eſt quòd expetamus aut omitti nolimus. Nomina tamen noſtra appoſuimus, tum quia vetat Eccleſia ita temerè libros ſine auctoris nomine protrudi; tum quia id maximè ad rem noſtram conducere exiſtimamus, vt ſubmitti nobis poſſint quæ adhuc nos fugerunt. Eo autem poſito, mihi Ioanni Bollando, qui hæc nunc ſcribo, præcipuè viſum eſt faciendum, vt ſciatur quæ ab eruditiſſimo collegâ meo ſcripta ſint, ne eueniat, quod factum haud ſemel ab iis qui Ianuarium legerunt, vt ſub nomine meo citarent quæ ab illo erant ſcripta. Cenſui igitur eſſe ſatius, vt vtriuſque nomen indicetur: præſertim quia, cùm ſtudij ſit laboriſque patientiſſimus, ac firmis viribus corporis, ſpero ab eo abſolutum hoc opus iri, cùm me nunc præter ingraueſcentem ætatem multiplex infirmitas debilitet. Hoc igitur & initio Præfationis ad quamlibet Vitam apponimus ſignum, & in ſummo exterioris marginis in vnaquaque paginâ, quamdiu ea durat Præfatio.

aut I. B. G. H.

Ad eiuſmodi porrò Præfationes ac Vitas, earum ſuccinctam quamdam epitomen in marginibus apponimus, vt cui integra quæpiam Acta euoluere non vacat, habeat tamen eorum velut breuiarium, quod celeriter percurrere poſſit, ac ſi quid penſiculatiùs examinandum videatur, id ſeligere. In iiſdem marginibus litteræ poſitæ certis internallis A B C D E F, quarum in Indicibus vſus, vt certiùs deſignetur quo quidque loco, quâque parte paginæ reperiri poſſit.

ſummaria in margine:

Appendicem adiecimus ad ſingulos tomos, in quam contulimus quæ poſt ſingulos dies excuſos ab amicis ſuggeſta erant, quæque ipſi repereramus, anteà ignorata, vel non integra reperta. In eadem Appendice retractamus ſi quid perperàm priùs ſcriptum, vel excuſum. Vſque adeò non pudet, ignorantiam erroremque agnoſcere, ſeu per nos animaduerſum, ſiue ab amicis indicatum: quibus tantum abeſt vt iraſcamur, ſi quid monuerint, vt etiam gratiam ſimus habituri.

Appendi poſt tomum:

Etſi autem ſummâ attentione legat quis ingentes eiuſmodi libros; non tamen (quæ eſt humanæ mentis imbecillitas) recordari quo quidque loco habeatur poterit, niſi ſi epitomen ſibi conficiat quis omnium quæ legit, quod non eſt vnicuique opportunum. Ad ſubleuandam eâ in re memoriam maxima eſt Indicum aptè concinnatorum vtilitas. Senos cuique tomo addidimus.

Indices neceſſarij:

hic ſex:

Primus, qui huic Præfationi immediatè ſubiicitur, eſt eorum Sanctorum, quorum ſex prioribus Februarij diebus natalis celebratur, ſiue Acta extent, ſeu ſolùm obiter cõlignata in Martyrologiis memoria. Præfigitur cuique Sancto dies, qui illi præcipuè dicatus: at non litteræ S, aut B, aut, † vt alibi cum omnes Sancti ſint aut Beati, nec ſint à quibus eo ſigno diſcernantur. Rariùs quoque litteræ A B C D E F additæ ad certa paginæ ſpatia deſignanda, quia cùm tituli maioribus characteribus excuſi ſint, inque iis Sanctorum nomina; facile eſt vel vnico oculi coniectu hæc reperire, vti & titulos capitum, quæ rarò plura incidunt in vnam paginam. Hîc tamen non ſolùm conditio, dignitas, aureola cuique Sancto ſua additur; ſed quaſi ſub vnum aſpectum producitur quidquid de eo Sancto in hoc volumine ſcriptum: capita πεφυλεγμένων æquè ac Vitarum, ſingularumque tituli. Si nec Prolegomena ſunt vlla, nec capita, quidquid tamen aſſequi potuimus, indicatur. An ex Martyrologio vno illius Sancti notitiam hauſerimus, an ex pluribus; ex Menologio Græcorum, an Menæis. Ne tamen tot citationibus moles operis nimiùm exaugeatur, his ferè contractionum notis vtimur, vt manuſcriptum v.g. ita exprimatur *MS.* manuſcripta *MSS.* Martyrologium *Mrol.* Martyrologia *Mroll.* Menologium Græcorum, *Mlog. Gr.* Menæa Græcorum, *Men. Gr.* Martyr *M.* Martyres *MM.* Presbyter *Presb.* Epiſcopus *Ep.* Virgo *V.* Virgines *VV.* &c.

1 SS. huius tomi 1

cum ſynopſi dicendorum:

Hunc ſequitur INDEX CHRONOLOGICVS. Inchoamus eum à Chriſti natiuitate. Nam qui anteà vixêre Sancti, non ita multi ſunt, ſaltem Eccleſiaſticis Faſtis adſcripti: & tamen eorum ætas ad Commentarium proprium de illorum geſtis, ſecundùm probabiliorem Chronologiam, indicatur. In annis autem ab ortu Chriſti computandis, vulgarem & receptam iam paſſim epocham ſequimur: in Imperatorum, ac Regum Francorum per tria prima ſecula, annis aptandis, proprios inueſtigamus characteres. In hoc Indice quæ ab Sanctis geſta (potiſſimùm, qui primis ſex diebus Februarij celebrantur) non omnia, ſed præcipua, ſuis tẽporibus aptamus, ex certis Chronologicis notis, aut probabili coniecturâ, noſtrâ aut aliorum.

2 Chronologicus:

Qua-

Quatuor reliqui Indices in calcem cuiuſque voluminis poſt Acta Sanctorum reiecti ſunt: in quibus cur appoſitæ litteræ a b c d e f, quæ & in ſingulis expreſſæ, anteà indicatum, vt nimirùm quâ parte deſignatæ paginæ reperiri quidque poſſit, lectores intelligant. Tertius ergo INDEX HISTORICVS eſt, nomina complectens hominum, quotquot hoc volumine occurrunt. Sanctorum tamen nominibus † præfixa, non S aut B littera, ne earum litterarum frequenti inter alias interiectu, attentio lectoris, quidpiam celeri oculorum coniectu veſtigantis, turbetur. Sanctorum autem, quorum hoc volumine natales aguntur, in primo Indice poſita nomina, hîc omittuntur: niſi fortaſſis eorũ in aliorum Actis mentio fiat. Itidem vt in primo Indice, omnium ſtatus ſeu conditio expoſita, & in iis qui vulgò minùs cogniti ſunt, etiam ſeculum quo vixerũt, aut regio, in quâ verſati. De notis contractarum vocum antè dictum.

3 Hiſtoricus nominum:

Quartus INDEX TOPOGRAPHICVS nomina regionum vrbiumq́; continet: quæ ſi Sancti cuiuſpiam ortu, obitu, reliquiis nobilitatæ; eorum Sanctorum appoſita ſunt nomina, indicatâ paginâ quâ de iis agi cœptum, etſi ſæpius dein recurrant.

4 Topographicus;

Quintus eſt INDEX ONOMASTICVS, ſeu vocum barbararũ aut obſoletarum, minuſue vſitatarum, quæ in hoc tomo occurrunt, breuis collectio.

5 Onomaſticus:

Sextus denique INDEX MORALIS eſt, non ſola continens virtutum aut vitiorum vocabula, ſed rerum planè omnium, quarum notitia ad virtutum vitiorumque tractationem poſſit accommodari, vt ſint velut vniuerſales quidam loci communes, ſed perbreues.

6 Moralis.

CAPVT OCTAVVM.

Lectio huius operis fructuoſa. qualiter ſuſcipienda?

Lectio huius operis vtilis,

SAtis iam multa de ſymmetriâ omni operis huius dicta eſſe videntur. Finis, ad quem id poſtremò refertur, Dei gloria eſt, ac Sanctorum. Non quaſi ex ſolo labore noſtro incrementum ea magnum immediatè acceptura videatur, (etſi non ingratum tamen Cælitibus Deoque futurum illum confidimus) ſed fructu, quem lectio eius pariet vberrimum, præcipuè augeſcet.

præcipuè ſi ad inflammandam pietatem ſuſcepta;

Erit verò is multiplex ac varius, prout comparati animis erunt, qui ad legendum accedent. Eâ etenim lectione quidam mentem ſuam cupient ad amorem Dei laudemque excitare, qui tantum Sanctis ſuis gratiæ robur contulerit, quo vim dæmonis, mundique & carnis illecebras, frangerent, ac dein immensâ eos gloriâ cumulârit in cælis, & inſigni apud poſteros celebritate. Alij ſeſe ad eorum pietatem factaque imitanda accendere eâ lectione volent. Nonnulli hoc præcipuè ſpectabunt, vt ad Diuinæ gratiæ ſatus accipiendos corda præparent ſua. Quamquàm enim Spiritus vbi vult ſpirat, & ſæpe nil tale cogitantes, imò ad deſignanda ſcelera tendentes cum Saulo, velut iectâ manu percellit ac ſiſtit, eorumque mollit animos atque in contraria ſtudia conuertit, vberes etiam arcano quodam ictu fontes lacrymarum è petrâ cordis eliciens; multò tamen frequentiùs id luculentiuſque euenit, cùm ſe homo, præuio tamen etiam Spiritus eiuſdem inſtinctu, ad illum efficaciorem impulſum comparat, fundendis precibus, ſacris ritè obeundis, audiendâ concione, rebus piis meditandis legendiſue: iis enim rebus inuitari quodammodò ac ſollicitari idem Spiritus videtur.

aut ad alios erudiendos:

Alij denique non tam ſuum internum fructum religionis ac virtutum ceterarum ſpectant, quàm aliorum mortalium ſpiritalia emolumenta. Ad cũ finem excerpere & colligere virtutum exempla ſatagunt, quibus in publicis concionibus, catechiſmis, ac piis cum omni hominũ genere colloquiis vtantur: quibus commentationes aſceticas aſpergant ac locupletent: quibus dejectos mœrore aut morbo homines ſolentur. Eſtque in his omnibus ad Dei Sanctorumque ampliſicandum honorem vis magna: ad ea verò peragenda ingens ex horum voluminum noſtrorum lectione copia ſuppetet.

eue ad ſcripta alia ornanda:

Erunt alij fortaſſis, qui non hæc myſtica ſectentur, ſed quò hiſtoriam quampiam, familiæue aut ciuitatis alicuius, vel etiam gentis, antiquitates illuſtrent, hinc eruere, quæ eò ſpectabunt, velint: aut alios quoque de honeſtis rebus commentarios ornare. Et ſunt quidem ſtudia omnia eiuſmodi plena dignitatis, niſi praua quæpiam intentio illa dedecoret. His tamen ipſis magnoperè ſuademus, ne motum Diuini Spiritus, ſi qui interea concutiat animum, repellant. Maius inde profectò emolumentum, quàm ex meditatâ primò lucubratione percipient: quamquàm ne illam quidem propterea abiicere aut quoquo modo negligere opus ſit.

aut ad tædia leuandum.

Legent denique hæc quidam, nullo alio fine, quàm vt eâ lectione tempus fallant; aut vt animum recreent, vtque mœrorem, quo torquentur, leniant, ac tantiſper calamitates vel proprias, vel publicas Eccleſiæ ac Reip. obliuiſcantur. Eſt id quoque multis perquàm vtile, etiam vltra eum modum, quem ſibi præfixerunt. Meminimus Parentem noſtrum Ignatium, cùm de bellis rebuſque aliis inanibus ſcriptos libros, ex vulnere decumbens, popoſciſſet, nec vlli eiuſmodi eâ in domo eſſent reperti; oblatam Chriſti Vitam, ac Sanctorum, non alio primùm propoſito, quàm vt tædium leuaret, legere cœpiſſe: inde altiùs aſſurrexiſſe, & ſancto Spiritui obſecundantem, ſenſim ab eo ad ſublime faſtigium ſanctitatis eſſe prouectum. Neque duos illos Agentes in rebus, quos commemorat S. Auguſtinus lib. 8 Confeſſionum cap. 6 fortuitò in Vitam S. Antonij incidiſſe, ac parte eius lectâ accenſos animis, ſeſe abrupiſſe à vanâ ſpe mundani fauoris, nec ad Aulam Imperatoris cum Potitiano quartoque ſodali reuerti voluiſſe, ſed affigentes cor cælo illic in paupere casâ manſiſſe; illos, inquam, arbitror principiò otioſâ curioſitate legere Vitam illam cœpiſſe, quę tamen iis ſanctioris vitæ occaſio fuit, nec leuis poſteà Auguſtino ipſi ſtimulus

Hæretici in hac lectione ſpectare quid debeant?

Etiam heterodoxis, ſi hæc aliquando, alio licet conſilio, legant, illud ſubinde fortaſſis in mentem veniet: Hi omnes tantos labores ſuſceperunt, tantas tolerauêre ærumnas, non ſuis viribus, ſed Diuinæ gratiæ auxilio fulti, eique adhærẽtes doctrinæ, quam tot iam ſeculis, vt vel hinc perſpicimus, inconcuſſam retinet ac tuetur Romana Eccleſia. Nonne ſatius ſit horum fidem amplecti ac facta imitari, quàm viles aliquot apoſtatas contra iſta blaterantes ſequi ad exitium duces? Vtinam ſanctas eiuſmodi cogitationes altè in animum demittant? Neque exiſtiment eos, qui iſta egerunt, non fuiſſe magnâ præditos mente, vt peruiderent quàm vana ſint hæc, quibus multi mortales ſe miſerè mancipant: quàm ſublimia repoſita virtutem colentibus præmia ſint in cælo: quanta eos gloria, etiam in terris, conſequatur: cùm è contrà quotquot vanitati hîc ſeruire maluerunt, ignoti iam, ac longâ ſepulti nocte iaceant; adeò vt vix paucorum ex iis memoria extet, & ferè ex actis eruta Sanctorum, quos quidam eorum aliquando perſecuti ſunt.

Lectio talis monachis vsitata, super mensâ,

Atque hæc dicta sunto iis, qui priuato studio ad hæc legenda animum appulerint. Sed multò illa fructuosiùs legentur audienturúe in religiosorum hominum cœtibus, etiam in triclinio super mensâ. Solent enim ab antiquissimâ memoriâ monachis ad mensam accumbentibus, tum Diuinę Scripturę libri, tum deinde Martyrum certamina aut Sanctorum gesta legi, vt non soli corpori sed & animæ suum præbeatur alimentum: atque eo pacto ciborum appetentia, & ingluuies refrænetur, confabulandi occasio excludatur, & quæ eo præsertim tempore efferuescere posset cõtentio. Ideoque sapienter à S. P. Benedicto præscriptum cap. 38 Regulæ: *Mensis Fratrum edentium lectio deesse non debet.* Quam diu ante S. Benedicti ætatem vsu receptam fuisse, manifestum est ex iis quæ affert Iulius Nigronius noster Tractatu ascetico 4 de Lectione sacrâ super mensam parte 1 cap. 1, & in Disquisitionibus monasticis Benedictus Haeftenus libr. 10. tract. 2.

dein & Clericis:

Ea consuetudo à monachis ad Clericos manauit. Ita citato primo capite num. 3 Nigronius: *Hanc laudabilem monachorum consuetudinem probabile est in Clericorum perfectionis amantiorum venisse morem, ac pedetentim in legem transiisse, non modò longinqui temporis vsu, sed etiam Ecclesiæ consensu atque iussu.* Plura illi ambo & præclara in citatis tractatibus de iltiusmodi lectione congerunt. Ianuarium certè nostrum, vt primùm in lucem venit ac notitiam religiosorum hominum, accepimus non solùm in nostræ Societatis collegiis, sed & aliis cœnobiis ita super mensâ fuisse lectum. Illustrissimum quemdam Archiepiscopum nouimus, multis grauibusque pro pietate laboribus perfunctum, onusque etiamnum legationis pro Sede Apostolicâ sustinentem, sibi pridem super mensâ Ianuarium eumdem prælegi curasse, & anagnosten iussisse identidem ad Annotationes Appendicesque attendere.

multis eorũ lectus Ianuarius,

aliisq; magnis viris.

Alioquin cùm in publico conuentu, vt in triclinio locisue aliis ac temporibus, hæ Vitæ leguntur, minutiores Annotationes, quæ solummodò vel annos Regum Pontificumq;, vel variantes lectiones continent, omitti possunt. Si in aliquâ insit quidpiam maioris momenti, ad finem cuiusque capitis, repetitis ex ipso narrationis cõtextu verbis aliquot, ad quæ illa posita annotatio, litteràque alphabeti præfixâ indicata, ipsa quoque legi poterit.

Omitti in publicâ lectione quædã possunt:

an Vita vna, cùm plures?

Cùm plures sunt Sancti vnius Vitæ, secundùm ea quæ in propriis ad eas Vitas prolegomenis monuimus, statuere poterit qui ei lectioni moderatur, an omnes legendæ, an vna præcipua, & quæ ea sit inter plures.

Quid cogitandum, cũ sola occurrit nominis

Neque metuendum arbitror, ne piis hominibus illud fastidium pariat, quòd subinde de Sanctis quibusdam nihil præter Martyrologiorum verba afferatur, aut eadem in quibusdam prolegomenis operosiùs recitentur. Nam primùm nemini tædium affert in Officio Ecclesiastico lectio Martyrologij ad Primam. Nam auditis Sanctorum nominibus, etsi Acta ignorentur, saltem ad Deum erigi animus potest, vt ei gratias agat, qui hos sibi amicos elegerit; vtq; Sanctis ipsis gratuletur, seque excitet ad eorum imitandam in Dei cultu perseuerantiam; vt pro iis oret regionibus, quas illi vel suo sanguine perfuderunt, vel benefactis illustrarunt, quæ nunc fortassis datæ sunt in manus impiorum: vt deniq; sancto quodam gaudio exultet auditis tot fortissimorum Heroum nominibus, & cõfidat fore eos sibi Ecclesiæque Patronos ac Protectores.

qua rogemus pios lectores,

Illud ad extremum lectores, Catholicos præsertim ac religiosos, obsecramus, vt Deum pro nobis Sãctosque precentur: ac saltem cùm librum sumunt in manus, nobis optent gratiam, vt, quæ hic Acta Diuorum collegimus, imitemur.

& doctos?

Viros verò eruditos & in antiquis monumentis versatos obtestamur, vt quæ nondum ad manus nostras venerunt Acta Sanctorum Latina aut Græca, ea communicent, sub suo nomine vulganda, aut vnde nanciscipossimus significent: tum sicubi minùs accurata Actorum exemplaria secuti sumus, & si quâ aliâ in re erratum quidpiam, moneant. Gratias iis agemus, & Sanctos, vt referant, precabimur.

PRO-

PROTESTATIO.

QVandoquidem beneuolis eruditiſque Lectoribus cordatè & ingenuè ſæpius denuntiauimus, atque adeò inculcauimus, ſi quæ ipſis, ſinceriora quàm quæ habuimus, Sanctorum Acta, monumentaque alia, occurrent, aut ſi in ipſo noſtro opere quidpiam reperient, vbi quod verum rectumque erat, haud ſimus aſſecuti; deque his admonere nos dignabuntur; nos illis maximas habituros eſſe gratias, & quæ perperàm ſcripſeramus emendaturos; multò ſanè æquius eſt, nos Sanctæ Apoſtolicæ Sedis iudicio ac decretis obtemperare. Nam Cælites omnes, Deumque ipſum, ſanctè teſtamur, nos eamdem ſacroſanctam Sedem, vt Veritatis (quæ vnicè propoſita eſſe hiſtoriam ſcribentibus debet) Magiſtram reuereri: neque ab eius ſcitis iuſſiſque vel latum vnguem declinare velle.

Quare (quod eſt aliàs VRBANI VIII Pont. Max. iteratis Conſtitutionibus vetitum) nulli, quantùm quidem per imbecillitatem humani iudicij prouideri à nobis potuit, SANCTI aut BEATI appellationem adſcripſimus, cui non eam vel Sedis eiuſdem ſententia, vel maiorum religio, vel veterum Scriptorum auctoritas contulerit. Neque item cuiuſquam, qui non videatur *per communem Eccleſiæ conſenſum vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum virorumque ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientiâ ac tolerantiâ Sedis Apoſtolicæ vel Ordinarij*, venerationem obtinere, commemorauimus miracula, prædictiones, arcanorum manifeſtationes. Si tamen videamur vſpiam hoc in genere hallucinati; admoneat nos quiúis amator Veritatis, atque illicò corrigemus: & multò quidem multoque ſtudioſiùs hæc, quàm ſi quæ errata, pertinentia ad Chronologiam, Topographiam, Actaque ipſa, imprudentibus exciderint; quæ tamen ipſa moniti continuò retractabimus.

Etenim hoſce Commentarios nullum habere momentum volumus, niſi HISTORIÆ HVMANÆ, ab hominibus errori obnoxiis compoſitæ: niſi ſi qua ex Diuinæ Scripturæ libris deſcripta, aut Eccleſiæ Catholicæ Conciliis, Pontificiiſque Bullis Canonizationum, quibus ſua ſacroſancta conſtare debet auctoritas.

INDEX
SANCTORVM
VI PRIORVM DIERVM FEBRVARII.

Hic Index eos ſolùm continet Sanctos, quorum (vt ſuprà cap. 7 dictum) ſex prioribus Februarij diebus natalis celebratur, ſiue eorum Acta extent, ſeu ſolùm obiter conſignata in Martyrologiis memoria ſit. Præfigitur cuique Sancto dies, qui præcipuè illi dicatus: at non S. *aut* B. *vel* † *vt in tertio Indice, cùm omnes Sancti ſint aut Beati. Additur ordo, ſeu conditio vitæ, dignitas, aureola. Litteræ A BC &c. vix neceſſariæ viſæ, quia tituli ac nomina maioribus characteribus expreſſa, facilè paginâ indicatâ in oculos incurrunt.*

Quid de vnoquoque hîc edatur, an Vita, vna pluresúe, an Prolegomena, ſingulaq́; horum atque illarum capita aut paragraphi, cum titulis, exponuntur. An vnico ex Martyrologio de natali cuiuſque & memoriâ conſtet, an ex pluribus, indicatur.

Vſitatæ hîc nobis & alibi, ad vitandam molem operis, notæ contractionum, quas aſſequi facilè quiuis poſſit. Exempli gratiâ, Mrol. *Martyrologium ſignificat.* Mroll. *Martyrologia.* MS. *manuſcriptum.* MSS. *manuſcripta.* R. *Rex.* M. *Martyr.* MM. *Martyres.* Presb. *Presbyter.* Ep. *Epiſcopus.* V. *Virgo.* VV. *Virgines.* Mlog. Gr. *Menologium Græcorum.* Men. Gr. *Menæa Græcorum ceteraq́; paſſim obuia.*

A.

4 Abramius Ep. Arbelorum in Perſide M. *Commentarius hiſtoricus.* Arbela vrbs. Perſecutio Saporis. Natalis 467 Vita *ex Menæis.* 468

2 Adalbaldus Dux maritus S. Rictrudis in Belgio & Aquitaniâ. *Commentarius prævius.* § 1 Vita ſcripta. Reliquiæ tranſlatæ. cultus ſacer 295. § 2 Nobilis proſapia 396. § 3 Dominia in Belgio: Ducis titulus 297. § 4 Loca coniugij & necis in Aquitaniâ: ætas. 296 Vitæ epitome 1 *ex Actis MSS. S. Rictrudis, auctore Hucbaldo monacho Elnonenſi* 299. Epitome 2 *ex Vitâ S. Euſebiæ filiæ auctore Elnonenſi* 300. Epitome 3 *ex poëmate MS. de Vitâ S. Rictrudis auctore Ioanne Elnonenſi* 300. Epitome 4 *ex poëmate de Vitâ S. Euſebiæ* 301. Epitome 5 *ex lib.* 1 *Synopſeos Franco-Merouingicæ auctore Andreâ Siluio* 302. Epitome 6 *ex Vitâ & miraculis S. Rictrudis, auctore monacho Marchianenſi* 302. Epitome 7 *ex Chronico Marchianenſi.* 303.

2 Adalwinus Satelles regius M. Ebberkeſdorpij in Saxoniâ inferiore *Ex Actis ſociorum MM.* Martyrium, veneratio 309. Miracula. 315.

2 Addaſta Satelles regius M. Ebberkeſdorpij in Saxoniâ inferiore. *Ex Actis ſociorum MM.* Martyrium, veneratio 309. Miracula 315.

5 Adelheidis V. Abbatiſſa Vilicenſis in Germaniâ inferiore. *Comment. præu.* §. 1 Vilicenſe cœnobium, S. Adelheydis ſolennitas 713. § 2 Acta, tranſlatio, templum, fons 714 Vita *auctore Bertâ ſanctimoniali.* Prologus 714. *Cap.* 1 Illuſtris proſapia, ſancta adoleſcentia 715. *cap.* 2 Præfectura Vilicenſis cœnobij à parentibus conditi 716. *cap.* 3. Aſſumpta S. Benedicti regula. Parentum obitus 717. *cap.* 4 Liberalitas præſertim in pauperes 718. *cap.* 5 Præfectura Capitolini cœnobij. Miracula 718. *cap.* 6 Obitus, Tranſlatio 719. *cap.* 7. Miracula ad ſepulchrum. 720.

2 Aderamus Satelles regius M. Ebbeckeſdorpij in Saxoniâ inferiore. *Ex Actis ſociorum MM.* Martyrium, veneratio 309 Miracula 315.

1 Æmilius Dux Lucæ in Etruriâ. *Ex Franciotto & MS.* 78.

5 Agatha V. M. Catanæ in Siciliâ. *Comm. præu.* §. 1 Natalis, martyrij tempus 595. § 2 Celebritas ex ſcriptis SS. PP. 595. § 3 S. Iſidori Hiſpalenſis hymnus duplex 596. § 4 Acta Latina præferenda iis, quæ apud Metaphraſten ſunt 598. § 5 Acta Græca antiquiora Metaphraſte 600. § 6 Acta per Simeonem Metaphraſten qualia 601. § 7 Oratio S. Methodij Patriarchæ CP. 602. § 8 Alia à poſterioribus ſcripta 603. § 9 Diſceptatio de loco natali 605. § 10 Argumentum Panormitanorũ ex Metaphraſte 606.

§ 11

§ 11 Alia horum argumenta 607. § 12 Catanenſium argumenta ex PP. & ſcriptoribus ante annum CM 609. § 13. Aliud horum argumentum ex oratione S. Petri Thaumaturgi Ep. Argiuorum 610. § 14 Pro Catanenſibus citati Pontifices, Reges, Epiſcopi, Sancti, ſcriptores varij, Breuiaria, traditiones 612. § 15 Iiſdē fauent multi recentiores ſcriptores 613. §. 16 Noſtrum de totâ controuerſiâ iudicium. 614.

Acta *ex* XVI *MSS. Latinis. Quæſt.* 1 S. Agatha variè tentata, alapis cæditur 615, *quæſt.* 2 Equuleo torta & mamillæ abſciſſione, diuinitus curatur 616. *quæſt.* 3. Iterum torta, expirat, ſepelitur, Catanam ſeruat 617 Alia Acta *ex MS. Græco. Cap.* 1 S. Agathæ patria, comprehenſio, conſtantia blanditiis flagriſque tentata 618. *cap.* 2 Tormenta alia: mamilla abſciſſa, à S. Petro curata 619. *cap.* 3 Mors inter carbones, ſepultura. Catana velo eius ſeruata 620. Acta III *auctore Metaphraſte cap.* 1 S. Agathæ patria: iter Panormo Catanam 620. *cap.* 2 Conſtantia blanditiis tormentiſque probata 621. *cap.* 3 Varij cruciatus: abſciſſa mamilla à S. Petro ſanata 622. *cap.* 4 Vltimum S. Agathæ certamen: mors eius ac tyranni. Catana ſeruata illius ope 623. Oratio S. Methodij Patriarchę CP. *ex MS. cap.* 1 S. Agathæ laus ab Diuinâ prædeſtinatione, vaticinio, ſexu, viginitate, nomine petita 624. *cap.* 2 Ardor properantis ad martyrium, Diuinæ opis imploratione & miraculis roboratus. Primum cum turpi lenâ certamen 628. *cap.* 3 Inflicta tormenta grauia & multiplicia. Mamillæ ei à S. Petro reſtitutæ, vulnera ſanata 627. *cap.* 4 Mors, ſepultura, epitaphium ab Angelo appoſitum: huius pars prior explicata 627. *cap.* 5 Catana eius meritis ſeruata, Ætnæ ignibus velo eius repreſſis. S. Luciæ prædictum martyrium. 629.

Reliquiæ & Eccleſiæ S. Agathæ. *Comment. hiſtor.* § 1 S. Agathæ eccleſia & reliquiæ Romæ in Suburrâ. 631. §2 Aliæ Romæ eccleſiæ, cœmeterium, reliquiæ in Vrbe 632. § 3 Reliquiæ alibi in Italiâ, Hiſpaniâ, Belgio, Germaniâ 633. § 4 Tabula ſepulchro impoſita, Cremonam delata 634. § 5 Reliquiæ Panormi & Catanæ hinc Conſtantinopolim auectæ per Georgium Maniacem 635. § 6 Tempus auecti relatique corporis. Siculorum quorumdam refutata narratio. 635.

Hiſtoria Tranſlationis corporis Conſtātinopoli Catanam, *Auctore Maurito Ep. Catanen.* Epiſtola de Tranſlatione 637. *cap.* 1 S. Agathæ corpus Conſtantinopolim auectum, inde in Italiam reuectum non ſine miraculis 637. *cap.* 2 Catanam relatum: facta eo die miracula 639. *cap.* 3 Concurſus ad corpus: quidam in itinere defenſi, ſanati. 640. *cap.* 4 Ægri & energumeni ſanati 641. *cap.* 5 Alia miracula. Hiſtoriæ epilogus 642. Miracula auctore *Blandino monacho. cap.* 1 Catana ope S. Agathæ ſeruata, curati ægri & energumeni 643. *cap.* 2 Paralyticus curatus 644. *cap.* 3 Energumenæ mirabiliter curatæ 644.

Sylloge miraculorum miſcellaneorum. *cap.* 1 Spiritualia S. Agathę beneficia: martyrium prædictum, felix obitus 645. *cap.* 2 Velo eius Ætnæi ignes repreſſi an. CCLII. 647. *cap.* 3 Repreſſi ſeculo XII XIV XV 647. *cap.* 4 Sæpiùs coërciti ſeculo XVI 649. *cap.* 5 Iterum reſtincti an. MDCXXXV 651. *cap.* 6 Res variæ attactu Reliquiarum ſalutiferæ 651. *cap.* 7 Catana à peſte & fame liberata 651. *cap.* 8 Catana contra hoſtes defenſa 655. *cap.* 9 Catanenſes ab internecione liberati 653. *cap.* 10 Proles maſcula obtenta: mortis periculum diſcuſſum, fugati hoſtes. 654. *cap.* 11 Epiſcopatus Catanæ reſtitutus pulſis Saracenis: variè à Pontificibus ornatus. 655.

5 Agatha Hildegardis Palatina Carinthiæ. *Comment. hiſtor.* § 1 S. Hildegardis à marito præcipitata è rupe, innoxiè 721. § 2 Eius mors, templum, anniuerſariæ eleemoſynæ, reliquiæ. 722.

2 Agathodorus M. Tyanæ in Cappadociâ. *Ex Menæis.* Dira tormenta inflicta. 285.

5 Agricolaus Ep. Traiectenſis in Belgio. *Ex variis.* Tēpus Sedis. Oratoriū S. Seruatij extructum. Cultus facer. 660

1 Agrippanus M. Ep. Podienſis in Galliâ. *Comment. præuius.* Natalis, Acta, locus & tempus Sedis, martyrium, reliquiæ 204 Vitæ duplex epitome 205 Tranſlatio reliquiarum. 205.

2 Aida Satelles regius M. Ebbeckeſdorpij in Saxoniâ inferiore. *Ex Actis ſociorum MM.* Martyrium veneratio 309. Miracula 315.

2 Aida ſocius dicti Aidæ 309.

5 Albinus, ſiue Albuinus Epiſc. Brixinenſis in Tiroli *Ex variis.* Sedes tranſlata, ſepultura, miracula, cultus 712.

6 Aldericus ſubulcus Fuſniaci in diœceſi Colonienſi. *Comment. præu.* Cultus, tolerantia, geſta conſcripta, imago 922. Vita *auctore Iacobo Polio. cap.* 1 Ortus, peregrinatio, officium ſubulci 922. *cap.* 2 Fons miraculoſus 923. *cap.* 3 Sepultura, reliquię, veneratio 924. *cap.* 4 Miracula 924

2 Alfuinus Satelles regius M. Ebbeckeſdorpij in Saxoniâ inferiore. *Ex Actis ſociorum MM.* Martyrium, veneratio 309. Miracula 315.

6 Amandus Ep. Traiectenſis Elnone in Belgio. *Comment. præu.* § 1 Aquitania S. Amandi natalibus, vitâ monaſticâ, prædicatione illuſtrata 815. §. 2 Francia piis exercitationibus, conditiſque monaſteriis exculta 817. § 3 In Belgio Elnonenſe monaſterium conſtructū, diplomatis Regio & Pontificio munitum 818. § 4 Eccleſiæ & monaſteria erecta ad Scarpum, Legiam & Scaldim fluuios. Flandri, Antuerpienſes aliique inſtructi 819. § 5 Gandenſes ad fidem conuerſi. Tria ibi monaſteria extructa 821. § 6 Monaſteria in Brabanto antiquo & Hannoio erecta. Diœceſis Cameracenſis exculta 822. § 7 Traiectenſis Epiſcopatus. Cathedra Traiecto vindicata 824. § 8 Monaſteria in diœceſi Traiectenſi extructa, aliaq; præclarè geſta 826. § 9 Sclauis in Carinthiâ Euangelium prædicatum. Apud Wormatienſes & Argentoratenſes aritiqui Epiſcopi: aliqui Amandi appellati & Sācti 828. § 10 Chronologia ſtabilita à natiuitate S. Amandi vſque ad 636 annum 829. § 11 Chronologia firmata ab anno 636 ad 650. Triennium Epiſcopatus Traiectenſis 831. § 12 Tertium iter Romanum. Succeſſor S. Amandi non S. Landoaldus, ſed S. Remaclus 833. § 13 Res præclarè geſtæ ab anno 651 ad 664 annum 834. § 14 Res in ſenectute geſtæ 835. § 15 Tempus conditi teſtamenti & obitus 837. § 16 Scriptum Elnonenſe de obitu excuſſum 838. § 17 Publica S. Amandi veneratio. Reliquiæ 840. § 18 Vita à variis conſcripta 841. § 19. Hiſtoria Tranſlationum & miraculorum à variis ſcripta 842. § 20 Nantua in Beugeſiâ monaſterium an à S. Amando conſtructum 844. § 21 Obitus S. Amandi affictus Nantuæ. An ea monaſterium S. Amandi dicta 845. § 21 Epiſcopatus Caſtellonenſis an ab eo adminiſtratus. 847.

Vita *auctore Baudemundo diſcipulo ex MSS.* Prologus 848. *cap.* 1 Vita in patriâ, inſulâ Ogiâ & Bituri-

gibus

gibus 849. *cap.*2 Iter duplex Romanum. Ordinatio Epiſcopalis. Tempeſtas ſedata 850. *cap.*3 Verbum Dei Gandenſibus prædicatum. Mortuus Tornaci ſuſcitatus 850. *cap.* 4 Iter ad Sclauos, exilium: baptiſmus S. Sigeberti 851. *cap.*5 Epiſcopatus Traiectenſis. Fidei doctrinâ inſtituti Calloani & Vaſcones 852. *cap.*6 Monaſteria extructa: miracula patrata 853. *cap.* 7 Inobedientia punita. Obitus 853. Vita II *ex MS.* 854. Vita III *auctore Harigero Abb. Lobienſi* 855. Vita IV *auctore Philippo Haruengio Ab. Bonæ-Spei ex MSS.* Epiſtola dedicatoria *ad Hugonem Abb.* 857. Epiſtola *ad Ioannem Abb.* 858. *Cap.*1 S. Amandi ortus, pueritia, vita monaſtica. 859. *cap.*2. Primum iter Romanum. Verbum Dei prædicatum 861. *cap.* 3 Secundum iter Romanum. Gandenſes, alijque inſtructi 862. *cap.*4 Conuerſio variorum ad vitam monaſticã. Exilium & reditus S. Amandi. Baptiſmus S. Sigeberti 864. *cap.* 5 Epiſcopatus Traiectenſis. Epiſtola ad eum S. Martini Papæ 865. *cap.* 6 Variorum inſtitutio. Miracula patrata, monaſteria extructa 867. *cap.* 7 Tertium iter Romanum. Laus monaſterij Elnonenſis 870. *cap.*8 Teſtamentum, obitus, ſepultura 871.

Vita metrica *auctore Milone mon. Elnonenſi.* Epiſtola ad Haiminum Presb. 873. Procœmium operis 873. *Lib.*I *cap.*I Introductio poëtica à Chriſto & Apoſtolis ad S. Amandum: huius ortus 874. *cap.*2 Vita monaſtica in inſulâ Ogiâ. Serpens fugatus. Promiſſa patris contempta 875. *cap.*3 Clericatus. Vita anachoretica, iter primũ Romanũ 876. *Lib.* II *cap.* I Ordo Epiſcopalis collatus. Captiui redempti & inſtructi 877. *cap.* 2 Iter ſecundum Romanum. Puer à ſubmerſione liberatus. Tempeſtas ſedata 878. *cap.* 3 Gandenſes conuerſi. Eius diſcipulus Bauo ſanctitate illuſtris 879. *Lib.*III *cap.*I. Mortuus ſuſcitatus 881. *cap.*2 Fides propagata. Sclaui aditi. Exilij pœna irrogata 882. *cap.*3 Reditus ab exilio. Baptiſmus S. Sigeberti 883. *cap.*4 Epiſcopatus Traiectenſis 883. *Lib.*IV *cap.*I Vaſcones edocti: cæcus illuminatus 884. *cap.*2 Monaſteria extructa. Periculum mortis cælitus depulſum 885. *cap.*8 Cæcitate & paralyſi puniti, ope eius ſanantur 886. *cap.*4 Mors, ſepultura. Eleuatio corporis. Epilogus 887 Wlfaij verſus in confirmatione operis. 888.

Sermo I Milonis *ex MSS.* Tranſlatio corporis, ordinatio & dedicatio templi 889. Sermo II Milonis *ex MSS.* de Eleuatione corporis *cap.*I Miraculoſa corporis conſtitutio 892. *cap.*2 Ignis diuinâ virtute accenſus 893. Epitome Tranſlationis & Eleuationis corporis *ex MSS.* 894. Fragmẽtum Chronici Elnonenſis *ex MS.* 895. Hiſtoria miraculorum corpore per Franciam delato *auctore Gilleberto Elnonenſi ex MSS.* Prologus 895. *cap.*I Incendium Elnonenſe. Miracula ad reliquias Cameraci & Coccij facta 896. *cap.* 2 Miracula Lauduni, Calnici, Nouiomi & Duaci facta 897. *cap.*3 Captiuus liberatur & ſuſpenſus ſuſcitatur 898. *cap.* 4 Periculum mortis amotum. Clinica ſanatur. 899. Hiſtoria miraculorum corpore per Bragbantum delato *auctore Guntero Elnonenſi ex MSS.* 900. Hiſtoria mulieris ſuſpenſæ ad vitam reuocatæ *deſcripta à Marſiliâ Abbatiſſâ Rotomagenſi ex MSS.* 902. Hymnus duplex *ex MS.* 903.

6 Amantius Epiſcopus Tricaſtinus. *Ex Galliâ Chriſtianâ Sammarthanorum.* Cultus ſacer, reliquiæ à Caluiniſtis combuſtæ. 962

1 Ammon M. *Ex Mroll. MS. S. Hieron.* 47

6 Anatholianus M. Claromonte in Galliâ. *Comment. hiſt.* Cultus ſacer, Acta, martyrium, templum ei extructum. 768

3 Anatolius Ep. Patronus Salinarum in Burgundiâ. *Comment. præu.* § 1 Natalis, Vita, miracula 355. § 2 Epiſcopatus, patria 356. § 3 an Patriarcha Conſtantinopolitanus? an Adanæ Epiſcopus? 357. Vita *ex MSS.* 358. alia *ex ſchedis Petri Franc. Chiffletij.* 359.

6 Andreas Ab. Elnonenſis in Belgio. *Comment. hiſt.* Vitæ ſanctitas, regimen monaſteriorum Bariſiacenſis & Elnonenſis. Corporis eleuatio: veneratio. 903.

6 Angelus à Furcio Ord. Eremit. S. Auguſtini Guaſti-Amonij in Aprutio. *Comment. præu.* Cultus, Acta ſcripta. Hymnus. 927. Vita *ex MSS.* *cap.*I Ortus ex ſterilibus parentibus 928. *cap.*2 Educatio, ſtudia litterarum 928. *cap.*3 Deſiderium religioſæ vitæ capeſſendæ 929. *cap.* 4 Tirocinium vitæ religioſæ. Studia Theologica 930. *cap.*5 Officia in religione adminiſtrata. Epiſcopatus recuſatus. Obitus. 930.

1 Anonymus Belga Ep. Chami in Heluetiâ. *ex Henrico Murero.* 247

3 Anſcharius Archiepiſcopus Hamburgenſis, Danorum & Suecorum Apoſtolus, Bremæ in Saxoniâ inferiore. *Comment. præu.* § 1 Hamburgi erectus Archiepiſcopatus. Magnitudo prouinciæ 391. § 2 Bremenſis Epiſcopatus Hamburgenſi vnitus. Stabilita chronologia ætatis 392. § 3 Acta conſcripta. Elogia variorum 393. § 4 Veneratio ſacra. Templa dicata 395. § 5 Torholtana cella donata, dein ablata. An Flandri ab eo conuerſi. Eorum limites olim anguſti, & varij Comitatus vicini 396. § 6 S. Anſcharij patria. Qui Friſij ab eo edocti. Oſtergaus & Dorſtadum loca illuſtrata. 396. § 7 Reges Daniæ æuo S. Anſcharij malè ordinati apud ſcriptores Daniæ 398. § 8 Emendata ſucceſſio Regum Daniæ 399. § 9 Acta poſtrema Heriolti, huius fratris Roruc, filiorum Godefridi & Rudolfi 399. § 10 Viri Apoſtolici in conuerſione Danorum. Templa prima erecta 400. § 11 Sueones conuerſi. Horum, æuo S. Anſcharij, Reges: Birca emporium 410. § 12 Legatio ad Aquilonares populos 402. § 13 Reliquiæ Sãctorum ab eo in ſuam Diœceſim illatæ. Monaſteria extructa: libri conſcripti 403. § 14 Epiſtola S. Anſcharij 404. § 15 Decretum Paſchalis Papæ ſuper Miſſione Ebbonis 404. § 16 Præceptum Ludouici Pij ſuper Miſſione S. Anſcharij 404. § 17 Decretum Gregorij IV Papæ de eadem Miſſione 406. § 18 Decretum Nicolai Papæ 406. § 19 Epiſtola Nicolai Papæ ad Horicum Regem Daniæ 407. § 20 Epiſtola Formoſi Papæ ad Adelgarium Archiep. Hammaburgenſem 407.

Vita *auctore S. Remberto Archiep. ex MSS.* Prologus 408. *cap.*I S. Anſcharij pueritia. Tirocinium monaſticum. Viſiones 408. *cap.* 2 Præfectura ſcholarum in vtraque Corbeiâ. Viſiones. 410. *cap.* 3 Apoſtolatus Daniæ 410. *cap.* 4 Apoſtolatus Sueciæ 412. *cap.* 5 Archiepiſcopatus Hamburgenſis 412. *cap.*6 Gautberti Epiſcop. in Sueciam aduentus & exilium. Hamburgum combuſtum 413. *cap.*7 Ardgarij Presbyteri in Sueciam iter. Miracula & obitus Harigarij 414. *cap.* 8 Fridburgis obitus. Reditus Ardgarij è Sueciâ 416. *cap.* 9 Epiſcopatus Bremenſis Hamburgenſi vnitus 417. *cap.* 10 Coniunctio Epiſcopatuum oppugnata: auctoritate Apoſtolicâ confirmata 417. *cap.* 11 Legatio S. Anſcharij in Daniam reſumpta: in Sueciam parata. 418. *cap.* 12. Legatio Sueciæ. Eccleſia conſtructa 420.

420. *cap.*13 Incrementum Eccleſiæ in Sueciâ. Victoria bellica 421. *cap.*14 Incrementum Eccleſiæ inter perſecutiones. Viri Apoſtolici in Sueciam miſſi 422. *cap.* 15 S. Anſcharij pœnitentiæ, preces, eleemoſynæ 423. *cap.* 16 Illuſtrationes diuinæ. Miracula 424. *cap.*17 Morbus, obitus, ſepultura 426. Alia Vita metrica *auctore Gualdone monacho Corbeiæ veteris* ex MS. Prologus *ad Adalbertum Archiep. Hammaburgẽſem* 427. *Capita* XVII *tituli prioris vitæ propoſita, habentur à pag.* 429 *ad* 445 *&* 939.

5 Antonius Iapon, puer M. in Iaponiâ cum aliis XXV *Acta cum iis communia à pag.* 723 *ad* 762. Alacritas in captiuitate. Pietas in ſeruiendo celebrantibus Miſſam 735 d 739 a martyrium 761 a

1 Antonius Peregrinus Patauij. *Comment. præu.* Nobile genus, peregrinatio, obitus, cultus, monaſteria 264 Vita *auctore Bernardino Scardeonio.* Paupertas, miracula, tranſlatio epitaphium 264

1 Apollinaris M. *Ex Mrol. MS. S. Hieron.* 47

2 Apronianus Commentarienſis M. Romæ. *Ex Mroll.* & *Actis S. Marcelli Papæ.* Conuerſio, martyrium, cultus ſacer. 287

4 Aquilinus M. Foroſempronij in Vmbriâ, *Ex Mroll.* 458.

2 Auanus Comes M. Ebberkeſdorpij in Saxoniâ inferiore. *Ex Actis ſociorum MM.* Martyrium, veneratio 309. Miracula 315.

4 Auentinus Epiſc. Caſtroduni in Galliâ. *Comment. præu.* Sedes Epiſcopalis, geſta, veneratio 477. Vita *ex Rhytmo Gallico.* Genus, Ordines ſacri, miracula 478

4 Auentinus Presb. Trecis in Galliâ. *Comment. præu.* § 1 S. Auentini res geſtæ, habitatio. 474. § 2 Feſtum, eccleſia, reliquiæ 475. Vita *ex MSS. à Camuzato edita.* *cap.* 1 Oeconomi munus adminiſtratum non ſine miraculis 476. *cap.*2. Vita eremitica: ſacerdotium 476. *cap.*3. Eius cum feris familiaritas. 477

5 Auitus Epiſc. Vienn. in Galliâ. *Comment. præu.* § 1 Familia nobilitate & ſanctitate illuſtris. Eius cultus ſacer. ſcripta ab aliis commendata 660. § 2 Captiui ab eo redempti. Epiſtola ad Chlodoneum R. Francorum 662. § 3 Familiaris cum Gundobado R. congreſſus. Labores impenſi in eo ad fidem orthodoxum conuertendo. Hæreſes oppugnatæ. 663. § 4 Conuerſio S. Sigiſmundi R. Synodi habitæ. Epiſcopi inſtructi 664. § 5 Sedis Apoſtolicæ defenſio. Epiſtolæ ad Pontifices Romanos & Patriarchas Cõſtantinopolitanum & Hieroſolymitanum 668. Vita *ex MSS.* 667. Epitaphium. 699.

3 Azarias Propheta in Iudæâ. *Ex Menæis Græc. & lib.*2 *Paralipomenon.* 319

B

2 BArdo Comes M. Ebbeckeſdorpij in Saxoniâ inferiore. *Ex Actis ſociorum MM.* Martyrium, veneratio 309. Miracula. 315.

2 Bardo Comes M. *ſocius dicti* Bardonis. 309.

2 Bardo *tertius* Comes M. *ſocius aliorum.* 309

1 Baſilius Ep. Cretenſis dein Theſſalonic. Conf. *Ex Menæis & Nicetâ in vitâ S. Ignatij Patriar. Conſtantinop.* 243.

3 Berlendis V. Merbecæ in Brabantiâ. *Comment. præu.* Genus, ætas, natalis, geſta. 377. Vita *ex MS.* Prologus 378. *cap.* 1 Genus, parentes, exhęredatio. 379. *cap.*2. Sanctitas, miracula 379. *cap.*3 Mors, tranſlatio, miracula. 380. Hiſtoria miraculorum *ex MSS. cap.*1 Merbeca à Danis vaſtata. S. Berlendis ſepulchro & miraculis illuſtrata 381. *cap.* 2 Tranſlatio, miracula 382. *cap.* 3 Variæ ad tumulum curationes. 383.

5 Bertulphus Renticæ & Gandaui in Belgio *Comment. præu.* § 1 Ætas, feſtum, effigies 675. § 2 Tranſlationes, prodigioſus pulſus, Acta 675. Vita *ex MS.* Prologus 677. *cap.*1 S. Bertulphi ortus, aduentus in Belgium, conuerſio. 677. *cap.*2. Wamberti Comitis familia ab eo adminiſtrata. Inuidia repreſſa 678. *cap.*3 Virtus miraculis declarata, honorata ab Wamberto Comite 679. *cap.*4 Wamberti & coniugis obitus. Monaſterium Renticæ à S. Bertulpho erectũ 680. *cap.* 5. Obitus: ad ſepulchrum miracula 681. *cap.*6 Corpus Bononiam deuectum: inde ſacrilegio ſublatum, induſtria Arnulphi Magni Marchionis Flandriæ inuentum 681. *cap.*7 Corpus Harlebecam, inde Gandauum tranſlatum 683. *cap.*8 Reliquiæ ad nouam aram transferendæ priùs viſitatæ 684. *cap.*9 Reliquiæ Harleberæ flammis ereptæ, Gandauum tranſlatæ 685. *cap.* 10 Reliquiæ in nouam capſam nouamque aram impoſitæ. 686.

3 Blaſius Ep. Oretanus in Hiſp. M. *Ex variis.* Tempus & locus Sedis ac martyrij. Caput Lermæ, an & Toleti? 321

3 Blaſius Ep. Sebaſtenus M. *Comment. præu.* § 1 Natalis 331. § 2 Ætas. Acta quadruplicia 331. § 3 Celebritas, templa 332. § 4 Reliquiæ 334. § 5 Beneficia hominibus collata 335. Acta 1 *ex MS.* *cap.*1 S. Blaſij comprehenſio: curationes hominum ac brutorum 336. *cap.*2 Quæſtio I & II. Beneficentiæ remuneratio 337. *cap.*3 Martyriũ VII mulierum eius ſanguinem colligentium 338. *cap.*4 Cædes S. Blaſij & 2 puerorum 338. Acta II *ex MS.* *cap.* 1 S. Blaſij virtutes: miracula brutis ac hominibus curandis, comprehenſio 339. *cap.* 2 Tormenta; beneficentiæ remuneratio 341. *cap.*3 Martyrium VII mulierum ob eius ſanguinem collectum 341. *cap.*4 Martyrium S. Blaſij & 2 puerorum 343. Acta III *ex MS.*° Prologus 344. *cap.*1 S. Blaſij virtutes, miracula 344. *cap.*2 Tormenta ei inflicta 346. *cap.*3 Martyrium VII mulierum occaſione ſanguinis eius collecti captarum 347. *cap.* 4 Martyrium S. Blaſij & 2 puerorum 347. Acta IV *ex MS.* *cap.*1 S. Blaſij epiſcopatus, latebræ, captiuitas 349. *cap.*2 Miracula, tormenta 350. *cap.* 3 Martyrium VII mulierum ei deuotarum 351. *cap.* 4 Martyrium S. Blaſij & 2 puerorum. 352.

3 Blaſius Armentarius M. Cæſareæ in Cappadociâ. *Ex Menæis.* Illata tormenta: ſpiritus columbæ ſpecie emiſſus. 355

2 Bodo Satelles Regius M. Ebbeckeſdorpij in Saxoniâ inferiore. *Ex Actis ſociorum MM.* Martyrium, veneratio 309 Miracula 315.

5 Boëtus Commentarienſis M. Anazarbi in Ciliciâ. *Ex Menæis.* Conuerſio per S. Theodulam. Martyrium 656

5 Bonauentura, aliis Ventura Iapon M. in Iaponiâ cũ aliis XXV. *Acta cum iis communia à pag.* 723 *ad* 762. Famulus & Dogicus 738 f Prædicator 750 d Apoſtata ad Bonzios: rediens ad fidem, Martyr in cruce 760 b

2 Bonoſia M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285.

1 Brigida Virgo Scota Thaumaturga Kildariæ & Duni in Hibernià. *Comment. præu.* § 1 Natalis, celebritas 99. § 2 Varia Acta conſcripta 100. § 3 Patria 102. § 4 A quo & vbi velata? Eius habitus, Regula 104. § 5 Kildariẽſe & alia eius monaſteria 105. § 6 An Glaſtoniæ habitarit. 106. § 7 An Abernethi apud Pictos habitarit? 107. § 8 Quãdo obierit? 109. § 9 Eius ſepultura. Tranſlatio 109. § 10 Corporis inuentio, ſecunda Tranſlatio, tertia quartaque capitis 110. § 11 Perennia quædam miracula 112. § 12 S. Brigida donis San-

Sanctorum honorata: nonnulla de S. Gildâ quæsita 114. § 13 S.Brigidæ in varios Sanctos beneficia 116. § 14 Miracula suspectæ fidei eidem adscripta 117. § 15 Lectiones ex veteri Breuiario Aberdonensi. 118.

Vita I *auctore anonymo ex MS. cap.* 1 S. Brigidæ genus,natiuitas,infantia, præsagia sanctitatis 118. *cap.* 2 Mirifica in pauperes liberalitas, obtenta matri libertas 119. *cap.*3 Virginitas Deo deuota velo accepto: variæ rerum metamorphoses 120. *cap.*4 Miraculosa eius curatio & aliorum per eã 121. *cap.*5 Iter ad S.Patricium:innocens defensus,conuersus Gentilis,adiuti alij 122.*cap.*6 Fiducia in Dei ope vario euentu probata 123. *cap.* 7 Itineris pericula propulsata.annona cælitus multiplicata 124. *cap.* 8 Leprosis aliisque sanitas ac varia beneficia collata 125. *cap.*9 Gesta apud S. Patricium, eius præuisa sepultura 125. *cap.* 10 Reginæ proles, Conaldo Duci securitas & victoria obtenta 126. *cap.* 11 Cædes impedita:superstitio damnata: alia miracula 127.*cap.*12 Peruicaces repressi:alij periculis erepti 128. *cap.* 13 Annona egentibus obtenta. in viâ errante adiuti 130. *cap.*14 Angeli Custodis tutela & familiaritas. Victoriæ Regi benefico promissæ 130. *cap.*15 Raptus, occultorum cognitio.fluminum miraculosa traiectio 131 *cap.*16 Tentationis superatæ fructus: varia in ope miseris ferendâ miracula 132. *cap.*17 Varij generis miracula: pleraque in miserorum leuamen:mors S Brigidæ 133.

Vita II *auctore Cogitoso ex MSS.* Prologus 135. *cap.* 1 Brigidę adolescẽtis benignitas in pauperes:virginitas Deo deuota: vtrũq; miraculis comprobatũ 135 *cap.*2 Varia mortalibus eius precibus & benedictione collata 136.*cap.*3 Alia à Deo ipsi collata beneficia,per ipsam aliis 137. *cap.*4 Feræ cures ad eius obsequium 137. *cap.*5 Cædes impeditæ.Angeli præsens auxilium 138. *cap.*6 Res variæ eius precibus restitutæ. 139. *cap.*7 Fluuij mutatus alueus:lapis molaris prodigiis clarus 140 *cap.* 8 Kildaria vrbs. S. Brigidæ ecclesia, sepulchrum. 141.

Vita III *auctore Chilieno ex MSS. à Colgano edita.* Prologus 141. *cap.*1 S.Brigidæ sanctitatis præsagia: virtutes & miracula in adolescentiâ: spretis nuptiis ac velo accepto dicata Deo virginitas 142. *cap.*2 Hospitalitas,etiã absentibus& errãtibus exhibita 143. *cap.*3 Animorũ asperitas benignè repressa 145 *cap.* 4 Egentiũ,reorũ,ægrorũ solatia 146. *cap.*5 In feras arboresque imperium,signi Crucis efficacia 147. *cap.*6 Pietati vacantium seruata res:dissidentes conciliati 148. *cap.*7 Effusa in egenos liberalitas diuinitus remunerata : currus à lapsu in itinere seruatus 150. *cap.*8 Miseratio egentium: futura præscita, castigata inobedientia,annona diuinitus obtenta 151. *cap.*9 Raptus:cædes impedita: traiectio fluminum miraculosa, tentatio sopita 153. *cap.*10 Futura dormienti ostensa. 154.

Vita IV bipartita *auctore anonymo ex MS.* Prologus 155. *Lib.*1 *cap.*1 S.Brigidæ genus,natiuitas, educatio,varia sanctitatis præsagia 155..... *cap.* 4 Beneficia miseris impensa,pleraque miraculosè: gesta apud S. Patricium, innocens defensus 157. *cap.*5 Occultorum cognitio,beneficentia,austeritas vitæ:iter in Conactiam 158.*Lib.*2 *cap.*1 Reditus in Lageniam. Kildariæ initia. Pietati vacantium bona diuinitus defensa 159. *cap.*2 Pater periculo ereptus.Angeli præsens tutela. Illando Regi promissa victoria 160. *cap.*3 Verbi Diuini & sacrarum rerum studium diuinitus comprobatum. Liberalitas in egenos præsenti fœnore munerata 161. *cap.*4 Gesta apud S.Ibarum,mira beneficentia & mansuetudo 162. *cap.*5 Adita Vltonia cum S. Patricio: huius præuisa sepultura & futuræ pòst hæreses aliaque 163. *cap.*6 In Midiâ obtenta Reginæ proles: impeditæ cædes, signa superstitiosa dissipata 164. *cap.*7 Iter in Momoniam cum S.Erco Ep. variè adiuti egentes,puniti contumaces 165. *cap.*8 Reditus in Lageniam,annona sępius à Deo impetrata:succursum in itinere errantibus 167. *cap.*9 S.Ninnidio prædicta. S. Darlugdachæ lapsus,victoria 168. *cap.*10 Annona cælitus obtẽta ad hospitalitatem. mira largitas. varia miracula 169. *cap.*11 Maris, fluminum, ferarum, Angelorum obsequium ei promptum:variæ metamorphoses 170.*cap.*12 Epilogus scriptoris.S.Brigidæ mors,sepultura.171.

Vita V *auctore Laurentio Dunelmensi ex MS.cap.*1 S.Brigidæ serua mater. sanctitatis præsagia 172.*cap.*2 Natiuitas.alia signa futuræ sanctitatis 172. *cap.*3 Baptismus, educatio,sancta pueritia 173. *cap.*4 Nouercæ odium. Nutrix miraculo sanata 174. *cap.*5 Mater libertate donata. beneficentia miraculis comprobata 175. *cap.*6 S.Brigida periculo seruitutis erepta 176. *cap.*7 Virginitas deformitate defensa:velo accepto & miraculis stabilita 177 *cap.* 8 Cœnobium sanctimonialium institutum: misericordia egentibus exhibita 179.*cap.*9 Signo Crucis producta auctaque cereuisia & lac 179. *cap.*10 Feræ eius nutu mansuefactæ ad miserorũ leuamen 180. *cap.*11 Simplicitas miraculis illustrata 181. *cap.* 12 Curationes prodigiosæ eius & aliorum per eam 182. *cap.*13 Paralytico collatæ vires, infanti loquela ad innocentis defensionem 183. *cap.*14 Annona diuinitus obtenta:quæ absumpta erat,restituta 184. *cap.*15 Mors diu antè præscita,piè obita 185.

1 Brigida V.Fæsulis in Etruriâ.*Comment.histor.*§.1 natalis, Acta,ortus 243. § 2 Ætas 244. § 3 Monachismus discussus: sepultura 245. Vita *auctore Philippo Villano* 245.

2 Bruno Dux Saxoniæ M.Ebbeckesdorpij. *Ex variis* § 1 Occasio martyrij. cultus sacer 309. § 2 Genus,res gestæ 311. § 6 miracula 315.

6 Brynolphus Ep.Scarensis in Sueciâ. *Comment.histor.* Sedes Episcopalis erecta.S.Brynolphi ortus,studia,Episcopatus, odium & reconciliatio Regis, obitus,cultus,reuelatio S. Birgittæ facta, eleuatio corporis;canonizatio. 925.

6 Bucolus Ep. Smyrnensis. *Comment. præu.* Natalis, miracula, tempus obitus 766. Vitæ Epitome *ex Anthologio Græco* 767. Alia vita *ex Actis S. Polycarpi successoris.* 767

C.

1 CÆcilius Episc. Eliberitanus in Hispaniâ. *Comment.Histor.* § 1 An S. Iacobi discipulus 4. § 2 An Episcopi à S.Iacobo in Hispaniâ ordinati 5. § 3 S.Cæcilius & socij Episcopi à SS. Petro & Paulo in Hispaniam missi 7. § 4 Quando sint in Hispaniam missi? Accitani conuersi 9. § 5 S.Cęcilius Eliberi quieuit,non Granatæ. Apocrypha de eius nęce scripta reperta 10. § 6 Decretum Romanæ Inquisitionis prohibens scripta & alia circa Granatam reperta 10. § 7 S.Cęcilij scripta apocrypha,natalis, reliquiæ. 12.

2 Caius M.Romæ.*Ex Mrol.MS.* 285.

5 Caius Franciscus Iapon M.in Iaponia. *vide* Franciscus Iapon.

5 Calamanda V. M. in Catalaniâ. *Ex Domenecco.* Cultus,reliquiæ,patrocinium pro pluuiâ. 659.

6 Callistę M. Cæsareæ Cappadociæ.*Ex Mroll. & Actis S. Dorotheæ V.M.* Veneratio 771. Conuersio,martyrium. 774.

INDEX SS. TOMI I FEBRVARII

1 Ignatius Theophorus Epiſc. Antiochenus M. Romæ. *Comm. præu.* § 1 Vita ſcripta. Nomen Theophori 13. § 2 Natalis, cultus 14. § 3 Primordium Epiſcopatus Antiocheni 15. § 4 Ætas. Annus obitus 18. § 5 Perſecutio Traiani ob Plinij epiſtolas imminuta 19. § 6 Epiſtolæ S. Ignatij 20 Vita *ex Metaphraſte & MS. Gr. Cap.* 1 Epiſcopatus. Nomen apud Traianum delatũ 24. *cap.* 2 Fides corã Traiano defenſa. Deſideriũ martyrij 25. *ca.* 3 Condemnatio ad mortem. Iter Antiochiâ Smyrnam 25. *cap.* 4 Epiſtola ad Romanos ſcripta 26. *cap.* 5 Iter Smyrnâ Romam: martyrium. Tranſlatio reliquiarum Antiochiam 27. *cap.* 6 Teſtimonia Patrum. Perſecutio mitigata 28. Epitome *ex Men. Græc.* 28. Elogium *ex Adone & Bedâ* 28. Alia Vita *ex MSS. Latinis. cap.* 1 Epiſcopatus. Traianus Imperator reprehenſus 29. *cap.* 2 *ſeu potiùs* 4. Condemnatio ad mortem. Iter Antiochiâ Romam 29. *cap.* 3 *ſeu potiùs* 2. Fides defenſa. Dignitates & tormenta ſpreta 30 *cap.* 4 *ſeu potiùs* 3. Vita & lex Chriſtianorum ſancta; Gentilium ſpurca. Deſiderium martyrij 31. *cap.* 5 Martyriũ, ſepultura, teſtimonia aliorum 32. De Tranſlationibus. *Comm. hiſt.* § 1 Tranſlatio Româ Antiochiã Pars homiliæ S. Chryſoſtomi de eâ 33. § 2 Trãſlatio in templum Fortunæ 34. §. 3 Iterata tranſlatio Antiochiâ Romam. Reliquiæ variis in locis 35. § 4. Caput Pragâ Romam delatum 36

3 Ignatius M. *Ex variis.* Cultus, patria 321 322 Auunculus S. Celerini 324

6 Ina R. Saxonum Occident. in Britanniâ. *Comm. hiſt.* § 1 Genus: ſorores ſanctæ: monaſteria Abbendonenſe & Winburnenſe extructa 905. § 2 Glaſtonienſe innouatum & dotatum, 906. § 3 Priuilegia huic data 907. § 4 Epiſcopatus erecti. Auſtrales Saxones ſubiecti. Leges latæ 909. § 5 Bella geſta. Fabula de Walliâ ſubiectâ 911. § 6 Opera pia in regno & Romæ 912. § 7 Regnum abdicatum. Vita Romæ finita 913

5 Indractus M. Glaſtoniæ. *Comm. præu.* § 1 Patria, loca peregrinatione illuſtrata, Ætas 688. § 2 Acta, cultus: numerus ſociorum 689. Vita *auctore Malmesburienſi.* Genus, peregrinatio Romana, cædes, Corporis inuentio, tranſlatio, miracula. 690

5 Ingenuinus Ep. Sabionenſis Brixinæ. *Comm. hiſt.* § 1 Epiſcopatus, veneratio: miſericordiæ opera 669. § 2 Schiſma pro defenſione Trium capitulorum 670. § 3 Pſeudoſynodus in Mariano 671. § 4. Quædam Synodi explicata 672. § 5. S. Ingenuini conuerſio, exilium, mors, tranſlatio. 673

2 Ingenuus M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285

1 Innocentia filia S. Seueri Epiſc. Rauenn. *Ex huius Actu.* Natalis 79, Mors, ſepultura 85 89 Tranſlatio reliq. Moguntiam 90. depoſitio in Alto monaſterio 91

5 Ioachimus Saccachibara M. in Iaponiâ cum aliis xxv. Cognomen variè ſcriptum 738 f ętas, martyrium 761 c

4 Ioanna Valeſia Regina Franciæ. Fundatrix Ord. Annuntiatarum B. Mariæ. *Comm. præu.* § 1 Stirps regia, matrimonium contractum & diremptum 575. § 2 Ordo Annuntiatarum inſtitutus: B. Ioannæ veneratio 575. Vita *Vrbano* VIII *inſcripta. Cap.* 1 Res geſtæ ante Ordinem inſtitutum 576. *cap.* 2 Ordo inſtitutus, à Pontificibus approbatus 577. *cap.* 3 Ioannæ in Deum amor: heroicæ virtutes 578. *cap.* 4. Obitus, miracula: corpus à Caluiniſtis combuſtum 578. Proceſſus ad Beatificationem *ab Andreâ Fremiotto Archiep. Bituric. confectus. Cap.* 1 Libellus ſupplex illi oblatus 579. *cap.* 2 Decretum triplex de inſtituendo Proceſſu 580. *cap.* 3. Teſtimonia ad decretum 1 prolata 581. *cap.* 4 Teſtimonia ad decretum 2 prolata 583. *cap.* 5 Alia teſtimonia 584. *cap.* 6 Decretum de examinandis tabulis publicis & ſcripturis 586. *cap.* 7 Miracula in cœnobij extructione & morte B. Ioannæ facta 588 *cap.* 8. Miracula varia 589

1 Ioannes de Craticulâ Ep. Maclouien. Vita *è variis. cap.* 1 Natalis, vitæ inſtitutum 248 *cap.* 2 Epiſcopatus: Sedes tranſlata 249. *cap.* 3 In aduerſis patientia 250. *cap.* 4 Zelus 251. *cap.* 5 Vita ex Officiis Eccl. 252

4 Ioannes Epiſc. Irenopoli in Ciliciâ. *Ex Menæis Græc.* Cuius Sedis Epiſcopus? Adfuit Concilio Nicæno 466

5 Ioannes Soan, aliàs Goto, Societatis IESV Noitiuus, M. in Iaponiâ cum aliis xxv. *Comm. præu.* Ortus, miniſteria ſacriſtæ & catechiſtæ, mors generoſa 737 f 738 a b c Veneratio decreta 740 741 Reliquiæ Macaum delatæ 740. Vita *ex Hiſtor. Froez.* Petit Societatem 750 a captiuus detinetur 752 e Particulâ auris abſciſsâ circumducitur 753 b c f Nangaſacum mittitur 757. Confitetur, vota deuotionis emittit 760 a c In Cruce moritur 760 d 761 a e.

5 Ioannes Chimoia M. in Iaponiâ cum aliis xxv. Quizuya ab aliis cognominatus 738 f Martyrium. 761 c

1 Ioſſerandus mon. Crudati in Gall. *Ex Sauſſaio* 93

4 Iſidorus Peluſiota mon. & Presb. in Ægypto. *Cõm. hiſt.* § 1 Cultus, locus natalis, exercitatio monaſtica, ſacerdotium 468. § 2. Defenſus honos S. Chryſoſtomi. Monita data S. Cyrillo Alexandrino 469. § 3 Epiſtolæ ſcriptæ. Laus virginitatis. Monita ad virtutes 471. § 4 Zelus contra hæreticos, doctrina ſincera, fuga mulierum, libri ſcripti 472

2 Iulia M. in Africâ. *Ex Mroll.* 286

3 Iulianus M. Autiſſiodori in Galliâ. *Ex Mroll.* 331

6 Iulianus Medicus M. Emeſæ. *Ex Men. Græc.* 778

L

2 LAurentius Archiep. Cantuarienſis in Angliâ. *Comm. hiſt.* § 1 Cultus: Acta ſcripta 289. § 2 Vita priuata: diſceſſus in Angliam 290. § 3 Legatio Romam: reditus in Angliam: ætas 291. § 4. Vita in Epiſcopatu *ex* Bedâ 292. § 5 Miracula *ex Capgratio* 294 § 6 Epitaphium 294

2 Laurentius M. Foro-Sempronij. *Ex Mroll.* 286

3 Laurentius M. *Ex variis* Natalis, patria 321, 322 patruus S. Celerini 324 e

3 Laurentius Illuminator Ep. Spoletinus. *Comm. præu.* 361 958 Vita *ex Italico Iacobilli. Cap.* 1 Aduentus, in Italiam, ſacerdotium. Clerici regulares inſtituti. 362. *cap.* 2 Epiſcopatus: eius abdicatio. Farſenſe cœnobium fundatum 363. *cap.* 3 Obitus, memoria. Farfenſis cœnobij ſtatus 364

5 Legontianus M. Teate. *Ex Ferrario* 658

5 Leo Cataſumarus M. in Iaponiâ. Conciones 738 e 750 d Martyrium 771 d

1 Leonius Presb. Pictauis *ex Mroll. & Boucheto,* Fidei prædicatio, familiaritas cum S. Hilario 91

3 Liafdagus Ep. M. Ripæ in Daniâ, miraculis clarus. *Ex Adamo Bremenſi & aliis.* 445

3 Liberata V. apud Caluum-Montem in Galliâ *Ex Mrol. & Vitâ S. Berthaldi.* Natalis, inſtitutio, fons ſacer 361

1 Liboſus M. in Africâ. *Ex Mrol. MS. S. Hier.* 37

4 Lietphardus Ep. M. Hunonis-curiæ in Belgio. *Cõm. præu.* § 1 Locus martyrij. Veneratio. Vita ſcripta 492. § 2 Regnum Cadruelis. Tempus martyrij 493. § 3 Epiſcopatus 494. Elogium *è Molano* 494. § 5 Aliud *ex off. Eccl.* 495. Vita *ex MS.* Peregrinatio, cædes, miracula, Tranſlatio. 495

2 Liutarius Comes M. Ebbeckeſdorpij. Martyrium, veneratio. 309. Miracula 315.

6 Lucas Diac. M. Emeſæ. *Comment. præu.* Cultus, tempus martyrij 777. Acta *ex Men. Græc.* 778
1 Lucianus M. *Ex Mroll. MSS.* 47
5 Ludouicus puer, M. in Iaponiâ. Pietas in ſeruiendo celebrantibus Miſſam, alacritas in captiuitate, conſtantia 739 a 735 d 759 c Martyrium 761 a
2 Luitolfus Comes M. Ebbeckeſdorpij Martyrium, veneratio 309. Miracula 315
3 Lupicinus Ep. Lugdunenſis Gall. *Ex Mroll. & aliis,* Natalis, ætas, ſepultura. 360

M

5 MAcarius M. Anazarbi in Ciliciâ igne conſumptus. *Ex Men. Græc.* 656 657 c
4 Magnus M. Foroſempronij. *Ex Mroll.* 458
2 Mariæ V. Purificatio, ſiue Hypapante Domini, *Cõment. hiſtor.* § 1 Antiqua celebritas in Paleſtinâ & Phœniciâ 268. § 2 Apud Syros, Cyprios, Aſiaticos 269. § 3 In Eccleſiâ CP. & Copticâ 270. § 4 Apud Latinos: an introducta abrogatis ſacrificiis Plutonis aut Lupercalibus? 271. § 5 Particularis veneratio in variis Eccleſiis 273. Oratio *auctore S Sophronio Ex MS. Græco. cap.* 1 Myſteria Chriſti celebranda. Huius feſti ſolennitas 274. *cap.* 2 Occurſus Chriſti. Lumina collata. Dies purgationis 275. *cap.* 3 Ad occurſum admittuntur orthodoxi, repelluntur hæretici 276. *cap.* 4 Simeonis & Annę prophetiæ explicatæ 277. *cap.* 5 Myſterium turturum & columbarum oblatarum. Epilogus 278.
5 Maria coniux B. Domitiani Ducis Carinthiæ. *Ex huius Actis* 693 f 696 c d 702 d e f 705 d e
2 Marinus M. in Africa. *Ex Mroll.* 286
2 Marquardus Epiſc. Hildesheimenſis M. Ebbeckeſdorpij. *Ex variis.* Occaſio martyrij, cultus 309. geſta in Epiſcopatu 312 Miracula 315.
2 Martialis M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285.
5 Martinus de Aſcenſione, ſiue de Aguirre, Presb. Ord. S. Franciſci M. in Iaponiâ *Comment. præu.* Patria, acta in Ordine 733 a 734 b Veneratio decreta 740. Vita *ex Hiſtoria Froez.* Aduentus in Iaponiam. Prædicatio 743 Decreta mors, cuſtodiæ datæ: 745 f 746 a f Zelus à Iaponiis culpatus 748 f 749 b Particula auris abſciſſa 753 Iter Nangaſachum: exhortatio ad conſtantiam 757 c f 758 a Martyrium 767 d 761 b c.
1 Martyres 11 pueri cum S. Theione. 48.
3 Martyres 11 pueri cum S. Blaſio: Chriſtum intrepidè confeſſi & plexi capite 331, 338 339, 342 343 344 347 348 351 352 353
3 Martyres VII mulieres poſt collectum ſanguinem S. Blaſij captæ, tortæ & capite plexæ 338 341 343 351.
5 Martyres IX cum S. Indracto 689 690.
1 Martyres XIII cum S. Pionio Presb. 37.
1 Martyrs XXIV in Africâ. *Ex MS. S. Hieron.* 37.
2 Martyres XXXIV in Africâ *Ex Mroll.* 286.
2 Martyres LXXIV in Africâ. *Ex Mroll.* 286.
2 Martyres varij Ebbeckeſdorpij. 309.
3 Martyres varij in Africâ. *Ex Mroll.* 328.
4 Martyres Alexandriæ cum S. Phileâ & Philoromo capite plexi. 461 462.
5 Martyres Anazarbi in Ciliciâ cum S. Theodulâ igne occiſi. 656 657 e
5 Martyres in Ponto ſub Maximiano paſſi. *Ex Mrol. Rom. Euſebio & Ruffino.* Supplicia inflicta. 658.
5 Mathias M. in Iaponiâ. An antè Martinus dictus? 738 f Pro alio cognomine ſe offerens capitur 753 e obit in cruce. 761 b
1 Maurianus M. in Africâ. *Ex Mroll. MSS.* 37
2 Mauricius M. Romæ. *Ex Mroll. MSS.* 285
5 Michaël Coſachi M. in Iaponiâ. Ars conficiendi ſagittas, martyrium in cruce 760 f
5 Modanus Ab. in Scotiâ. *Comment. præu.* Ætas, cultus, 497. Vita *ex Breuiar. Aberdon.* Auſtera vita' conuerſio multorum: miracula, reliquiæ 498.
6 Mucius, aut Motius Lector Emeſæ M. *Comm. præu.* Cultus, tempus martyrij 777. Acta *ex Men.* 778.
2 Muſtula M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 295.

N

4 NIcolaus Confeſſ. Archimandrita Studitarum Ord. Acœmetorum CP. *Comm. præu.* Studium monaſterium, Ætas & cultus S. Nicolai 538 Vita *ex MSS. Græc.* Prologus 539. *cap.* 1 Patria, educatio, ſtudia 540. *cap.* 2 Vita monaſtica: ſacerdotium 541. *cap.* 3 Exilium ſub Leone Armeno 542. *cap.* 4 Cruciatus & verbera 543. *cap.* 5 Libertas poſt mortem Leonis 544. *cap.* 6 Illuſtre caſtitatis exemplum inſertum 545. *cap.* 7 Receſſus ſub Michaële Balbo & Theophilo 546. *cap.* 8 Præfectura Studitarum. Diſceſſus ob Photium intruſum in Sedem S. Ignatij 548. *cap.* 9 Exilium & carceres: regimen monaſterij reſumptum 549. *cap.* 10 Miracula in vitâ. 550. *cap.* 11 Obitus, miracula 551.
3 Nithardus Presb. M. in Suecià. *Ex Actis S. Anſcharij.* Occaſio & tempus martyrij. 390.
3 Nona V. Merbecæ in Brabantiâ. *Ex Actis S. Berlendis.* An huius neptis? natalis 378. Tranſlatio. miracula 382

O

4 OBitius Conf. Brixiæ. *Comment. hiſtor.* Occaſio conuerſionis, miracula, cultus. 573
3 Oliueria V. apud Caluum-Mõtem Gall. *Ex Mroll. & Vitâ S. Berthaldi.* Fons & facellum illi ſacra. 361.

P

2 PApyrius M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285.
1 Paulus Epiſc. Tricaſtinus. *Ex variis* 92 934.
3 Paulus M. capite plexus. *Ex Men. Græc.* 353
5 Paulus Suzuchi M. in Iaponiâ. Conciones 738 f 750 d Martyrium 761 c
5 Paulus Miki Societatis Ieſu M. Nangaſaki in Iaponiâ. *Comment. præu.* Hiſtoria martyrij ſummâ fide conſcripta 733. Geſta B. Pauli 735. Quem is gradum in Societate habuerit 753. Sanguis poſt IX menſes recens. Reliquiæ Macaum delatę 739 f 740 d Veneratio decreta 740. Vita ex hiſtoriâ *Ludouici Froës Scc. Ieſu.* Cuſtodia domus vicinis commendata 747 a 748 c Captius liberari renuit, martyrij cupidus 752 e f 753 a Concionatur in carcere, quoſdam conuertit: particulâ auris abſciſſâ circumducitur: PP. Minoribus gratias agit 753. Nangazachum mittitur. Socios exhortatur ad mortem 757 c e In itinere & Facatæ concionatur 758 f Sortem ſuam felicem æſtimat 759 b Pacem Eccleſiæ ominatur, confitetur, vota renouat 709 d 760 a Cruci alligatus concionatur, trucidatur, zeloſus ſemper concionator. 760 d f 761 a d e.
5 Paulus Ibarchi M. in Iaponiâ An prædicator? 738 e Ortus, conuerſio, martyrium. 761 a.
2 Perpetua M. in Africâ. *Ex Mroll.* 286
1 Petrus Galata eremita in Syriâ, *ex Menæis* 94 Vita *ex Theodoreti Philotheo.* 94
5 Petrus Baptiſta Presb. Ordinis S. Franciſci M. in Iaponiâ. *Comment. præu.* Aduentus in Iaponiam: publica prædicatio 732 d e f patria, pietas, miracula 734 a Corpus delatum Manilam, miracula 739 f 740 b c Veneratio decreta 740. Vita *ex hiſtoriâ Froës* Acta in aduentu cum Rege prohibente conciones: extructa eccleſia, prædicatio 743 d e f. Ira Regis accenſa, decreta mors, appoſitæ cuſtodiæ 745 f 746 a f Zelus ab Iaponiis culpatur 748 f 749 b Sententia mortis acce-

6 Candidi M. Translatio reliquiarum Fossani in ditione Pedemõtanâ ad ædem Cathedralem 932
2 Candidus M. Romæ. *ex Mroll.* 285
3 Candidus M. Romanus Volaterris in Etruriâ, vbi corpus adseruatur. 330
2 Cappa M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285.
1 Carion M. *Ex Menæis.* Excisa lingua. 48
1 Carterius Presb. apud Bituriges in Galliâ. *Ex Hagiologio Labbei.* 177.
2 Castula M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285
3 Celerina M. *Comment. histor.* Natalis, patria, laureola 321. Auia S. Celerini. 324 c
3. Celerinus Diac. Conf. *Comment. histor.* § 1 Natalis, patria, aureola 321. § 2 Confessio in tormentis: pro sorore lapsâ sollicitudo. 322. § 3 Ordinatur Lector 324. § 4 Schismati Nouatiani adhæret 328. § 5 Nouatiano Antipapæ creato assentitur 326. § 6 Ad Ecclesiam redit. 327
3 Celsa V. Merbecæ in Brabantiâ. *Ex actis S. Berlendis.* An huius neptis? Veneratio 378. Translatio, miracula 382.
6 Christe M. Cæsareæ Cappadociæ. *Ex Mroll. & Actis S. Dorotheæ.* Veneratio 771. Conuersio, martyrium. 774.
1 Cinnia Virgo in Hibernià. *Ex Mroll.* 96 Vita *ex Iocelino de Vitâ S. Patricij.* Nuptiæ spretæ, vita monastica, pater à morte resuscitatus. 97
3 Claudius Conf. *Ex Menæis Græc.* 353
2 Cornelianus M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 295.
2 Cornelius Centurio Ep. Cæsareæ & Scepsi. *Comm. præu.* § 1 Patria 279. § 2 Episcopatus 280. § 3 Labores, miracula, Inuentio. 281. Vita *ex Metaphraste & MS. Græco. cap.* 1 S. Cornelij conuersio, baptismus 281. *cap.* 2 Labores, præsertim Scepsi 282. *cap.* 3 Scepseorum conuersio. S. Cornelij obitus 283. *cap.* 4 Inuentio, Translatio, imago 284
5 Cosmus Tachegia M. in Iaponiâ cum aliis XXV. *Acta cum iis communia à pag.* 723 *ad* 762. Ortus in Iaponiâ, artificium acuendi machæras, martyrium. 260 f.
1 Cyriacus M. *Ex Mroll. MSS.* 47

D

1 Darlugdacha Virgo Scota, Kildariæ in Hibernià. *Ex Mroll. & Vitâ S. Brigidæ.* Pugna carnis adustis pedibus superata. Cultus sacer. 186
5 Didacus Gisai Societatis Iesu Nouitius M. in Iaponiâ cum aliis XXV Mart. *Comment. præuius à pag.* 723 *ad* 742. Vir pius, & humilis Passioni Christi addictus: ianitor Patrum Societatis 738 c d Reliquiæ Macaum delatæ 740 d Veneratio decreta 740 741. *Historia martyrij auctore Ludouico Froëz. Soc. Iesu à pag.* 742 *ad* 762. B. Didacus petit Societatẽ 750 a Captiuus detinetur 752 e. Particulâ auris abscissâ circumducitur in carro 753 b c f. Nangasacum mittitur incommodo itinere 757. confitetur, vota deuotionis emittit 760 a c Cruci alligatus trucidatur 760 d f 761 e.
1 Dionysius Martyr Smyrnæ socius S. Pionij Presbyteri *Ex Mrol.* 37 40
5 Dominica M. soror S. Indracti M. *Ex huius Actis* Cædes, cultus sacer. 689 690.
5 Domitianus M. Teate in Aprutio. *Ex Ferrario.* 658.
5 Domitianus, siue Tuitianus, Dux Carinthiæ. *Comment. præu.* §. 1 Milstadium oppidum. B. Domitiani ecclesia & monasterium 693. § 2 Milstadium Ordini S. Georgij, dein Societati Iesu donatum 694. § 3 B. Domitiani publica veneratio 695. § 4. Inquisitum in B. Domitiani ætatem. Occupata à Sclauis Carinthia. Eorum Rex Samo 696. § 5 Duces Carinthiæ ante & post B. Domitianum 698. § 6 Eius ætas determinata 699. § 7 Inauguratio. Gesta alia & miracula à quo descripta 700. Vita. Translatio 1 & 11 *auctore Milstatensi Monacho* 702 Miracula 703 Translatio 111 705.
4 Donata M. Forosempronij in Vmbriâ. *Ex Mroll.* 453
4 Donatus M. Forosempronij *Ex Mroll.* 458.
6 Dorothea V. M. Cæsareæ Cappadociæ. *Comment. præu.* § 1 Veneratio 771. § 2 Acta à quo scripta 772. § 3 Reliquiæ 773. Acta *ex MSS. cap.* 1 Confessio, tormenta 773. *cap.* 2 Alia tormenta, cædes. Conuersio Christes & Callistes, Theophilo poma & rosæ missæ. 774.
6 Dorothea V. Alexandriæ in Ægypto. *Ex Ruffino, Eusebio, Molano.* Ætas, certamen, fuga pro castitate. Cultus sacer. 776
2 Dudo Satelles regius M. Ebbeckesdorpij in Saxoniâ inferiore. *Ex Actis sociorum MM.* Martyrium, veneratio 309. Miracula 315.

E

1 EPhræm Syrus Edessæ in Mesopotamiâ. *Comm. præu.* § 1 Vita à quo scripta? 49. § 2 Natalis, ætas 50. § 3 Patria, gradus Ecclesiasticus 51. § 4 Doctrina, scripta, Græcæ linguæ peritia 52. § 5 Amicitia cum aliis Sanctis 54. § 6 Cumpunctionis fontes 54. Narratio eius ad monachos de suâ conuersione, *interprete Ger. Vossio. cap.* 1 S. Ephræm & duo concaptiui falso crimine accusati, etsi alterius verè rei 55. *cap.* 2 Sociis post quæstionem absolutis Ephræm ampliatur 57. *cap.* 3 Aliis tribus damnatis, iterum ampliatur, tandem absolutus fit monachus 57. Confessio & reprehensio sui ipsius, *interprete Ger. Vossio* 58. Testamentũ *eiusdem interp. eodem Vossio collatum cum MS. Græco. cap.* 1 Timor iudicij, mansuetudo, recta fides 60. *cap.* 2 Paupertas, humilitas in sepulturâ & exequiis 61. *cap.* 3 Pauperum cura. Edessę benedictio, sepulturæ modus 62. *cap.* 4 Preces & oblationes pro mortuis 63. *cap.* 5 Benedictiones discipulorum, execratio hæreticorum 64. *cap.* 6 Fides & pia opera inculcata, detestatio hæreticorum 66. *cap.* 7 Modestia piæ fœminæ inculcata, obitus. 67.
Oratio *S. Gregorij Nysseni Episcop. cap.* 1 Exordium, propositio, quæ in S. Ephræm laudanda 67. *cap.* 2 Virtutes eius Theologicæ 68. *cap.* 3 Compunctio aliæque virtutes 68. *cap.* 4 Commoratio, eruditio 70. *cap.* 5 Conciones, vitæ austeritas 71. *cap.* 6 Misericordiæ opera, lucta cum hæreticis 71. *cap.* 7 Imitatio sanct. Patrum 72. *cap.* 7 Testamẽtum, mors, miracula 73. Vita *auctore anonymo interpr. Ger. Vossio* 74. Excerpta *ex Vitâ S. Basilij Magni adscriptâ S. Amphilochio ex MSS Latinis. Cap.* 1 SS. Basilij & Ephræm congressus 75. *cap.* 2. Illorum meritis peccata cuidam condonata 76. Vita alia *ex Sozomeno.* 77.
2 Erlulfus Episcopus Ferdensis in Saxoniâ inferiore. *Ex variis.* Obitus, Veneratio. 313
5 Euagrius M. Anazarbi in Ciliciâ igne consumptus. *Ex Menæis Græc.* 657.
3 Euantus Ep. Viennæ. *Ex Conciliis & Mroll.* 365
1 Eubertus Episc. Insulis & Seclinij in Flandriâ. *Syllage hist.* Origo. prædicatio, obitus, reliquiæ. 47.
6 Euellij M. Translatio reliquiarum Fossani in ditione Pedemontanâ ad ędem Somascorum. 93.
1 Eugenius M. *Ex Mroll. MSS.* 47
4 Eutychius M. Romanus. *Ex Mroll. & Actis S. Secundi.* Natalis, sepulchrum, tormenta, inuentio, translatio. 458.

F

2 FElicianus M. Romæ. *Ex Mroll.* 285. reliquiæ Placentiæ in Hispaniâ. 286.

2 Felicitas M.Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285
3 Felicitas M.in Africâ. *Ex Mroll.* 328.
6 Felicis M. Tranſlatio reliquiarum Foſſani in ditione Pedemontanâ ad cœnobium S. Catharinæ. 932.
2 Felix M.Romæ. *Ex Mrol.MS.* 285.
3 Felix M. in Africâ. *Ex Mroll.* 328.
5 Felix M. in Africâ. *Ex Mroll.* 658.
6 Finianus Ab.Mellifonte in Hiberniâ. *Ex Mroll. & Vitâ S.Finiani Ep.Liſmorenſis.* 904
4 Firmus M. Genuæ.*Ex Kalendar. SS. Genuen.* 961.
2 Firmus M.Romæ. *Ex Mroll.* 285
2 Floſculus Ep.Aurelian. *Ex Mroll. & Car.Sauſſeio.*288.
2 Folcuuartus Comes M. Ebbeckeſdorpij in Saxoniâ inferiore. *Ex Actis ſociorum MM.* Martyrium, veneratio 309. Miracula 315.
2 Fortunatus M.Rom. *Ex Mroll.* 285. An Presbyter. 285.
3 Fortunatus M. Romanus Antuerpiæ. Corpus ſeruatur in templo Societatis Ieſu. 329.
6 Franciſca tertij Ordinis S. Franciſci, Eugubij in Vmbriâ. *Comment. hiſtor.* Reliquiæ & imago in altari,virtutes,miracula 931.
5 Franciſcus Iapon M. in Iaponiâ cum aliis xxv. *Acta cum iis communia â pag.* 723 *ad* 762. Faber lignarius,in famulatu PP.Franciſcanorū captiuorum comprehenſus 757 d. pro liberatione fruſtrà laboratum 760 b. Martyrij deſiderium 739 c Martyrium in cruce. 760 f
5 Franciſcus medicus Meacenſis M. in Iaponiâ cum aliis xxv. *Acta cum his communia à pagi* 723 *ad* 762 An prædicator? 738 f. Martyr in cruce. 761.c
5 Franciſcus Blancus Presb. Ordinis S.Franciſci ſocius B.Petri Baptiſtæ M.in Iaponiâ cū aliis xxv *Comm.præu.* Aduentus in Iaponiam 733 Patria 734. b. Veneratio decreta 740. Hiſtoria martyrij *auctore Ludouico Froëz. Soc. Ieſu.* Prædicatio publica 743. Rex offenſus, decreta mors,cuſtodiæ appoſitæ domui 745 f. 746 a f zelus à Iaponiis culpatus 748 f 749 b Particula auris abſciſſa, circumductio in carro 753 iter Nangazachum 757. Martyrium in cruce. 760 d 761 b e
5 Franciſcus à S.Michaële laicus Ord. S. Franciſci M.in Iaponiâ cum aliis xxv. Aduentus in Iaponiam 732 d Ortus, zelus,affectus in Paſſionem Chriſti, miracula 734 e f 735 a Veneratio decreta 740 pietas & humilitas 753 d Martyrium in cruce. 761.b

G

5 GAbriel Iapon,M.in Iaponia cum aliis xxv.Famulus, & Dogicus ab aliis habetur 738 f patria & martyrium. 761. c
1 Galla Virgo Deo deuota in Bageno vico Valentini agri in Galliâ. *Commentarius præu.* Memoria dudum obſcura, patria, ætas,variæ SS. Gallæ 939 Vita *ex MS. Reginæ Sueciæ.* Fuga nuptiarum, velum Virginitatis aſſumptum,miracula varia,obitus,ſepultura,cultus. 940.
4 Gelaſius M. Foroſempronij in Vmbriâ. *Ex Mroll.* 458.
4 Gelaſius alius M.Foroſempronij. *Ex Mroll.* 458
4 Gelaſius puer Placentiæ in Ital. *Ex offic. Eccleſ. & Mroll.* Ætas,obitus, natalis, Tranſlatio. 465.
5 Gelaſius M.in Africâ. *Ex Mrol. S.Hieron.* 658
4 Geminus M.Foroſempronij.*Ex Mroll.* 458.
4 Geminus alius M.Foroſempronij. *Ex Mroll.* 458.
4 Gemmulus M.Gannæ in ditione Mediolanenſi.*Ex Ferrario.* Martyriū,cultus, patrocinium pro pluuiâ. 567.
2 Gerricus Comes M. Ebbeckeſdorpij in Saxoniâ inferiore. Martyrium, publica veneratio 309. Miracula 315.
4 Gilbertus Fundator Ordin. Sempringham. in Angliâ *Comment.præu.* § 1 Nobilis progenies. Ordo Sempringhamen. inſtitutus 567. § 2 Inuſtæ calumniæ & extinctæ: erecta monaſteria 568. § 3 Vita ſcripta: canonizatio 569. § 4 cultus 569. Vita *ex antiquâ Hiſtoriâ Sanctorum* 570. Alia *ex MS.& Capgrauio.* 572.
5 Gonſaluus Garcia laicus Ord. S. Franciſci M. in Iaponiâ cum aliis xxv. Aduentus in Iaponiam 732. d Ingreſſus in Ordinem 734 e Martyrium. 758.
2 Gosbertus Ep.Oſnabrugen.*Ex variis.* Obitus,veneratio 313. Vita *ex Off. Eccl.* 958.
2 Gregorius M.Romæ.*Ex Mrol. MS.* 285.
6 Guarinus Ep. Prænestinus Cardinalis. *Comm. præu.* Ortus,Ordo Canon.Regularium. Ætas, Canonizatio 914 Vita *auctore Auguſtino Ticinenſi.*Pietas, Epiſcopatus Papienſis ſpretus, Prænestinus admiſſus: obitus,miracula 915.

H

3 HAdelinus Presb. Viſeti & Cellis in Belgio. *Comment.præu.* § 1 Cellæ eius ſitus 366. § 2 Reliquiæ Viſeti: veneratio 367. § 3 Geſta à Notgero Ep. ſcripta 368. § 4 Vita religioſa 370. § 5 Ætas 371. Vita *ex MS. Præfatio* 372. *cap.* 1 Aduentus in Belgium 373. *cap.* 2 Cellis cœnobium conſtructum 374. *cap.* 3 Miracula,obitus. 375.
2 Hadeloga V.Kitzingi in Franconiâ. *Comment.præu.* § 1 Kitzingenſis cœnobij ortus, interitus 303. § 2 S.Hadeloga alia à S.Theclâ 304. § 3 Illius parentes, Acta, feſtum 305 & 943. Vita *ex MSS. cap.*1 Genus,virginitas,fuga. 306. *cap.*2 Monaſterium ditatum,miracula 307.*cap.*3 morbus,obitus, ſepultura 308. Vitæ Encomium *ex MSS.* Præfatio 944. *cap.*1 Inuitatorium ad contemplandam Hadelaugam 944 *cap.*2 Laus ab humilitatis gratiâ 945. *cap.* 3 A pudicitiâ 946 *cap.*4 Ab oratione 948.*cap.*5 A conuerſatione ſolitariâ 948.*cap.*6 A caritate vel munificentiâ 949.*cap.*7 A familiâ 950. *cap.*8 A miſericordiâ & iudicio 951 *cap.*9 A ſepulturæ loco 952.*cap.*10 A Tranſlatione corporis & ſignorum gloriâ 953. *cap.*11 A diſciplinæ zelo,etiam poſt obitum 955.*cap.*12 A recapitulatione virtutum 956. *cap.* 13 Clauſula 957. *cap.*14 Oratio laudantis. 957.
2 Halilfus Satelles regius M.Ebbeckeſdorpij.Martyrium, veneratio 309. Miracula 315.
1 Hilarius M. *Ex Mroll. MSS.* 47
2 Hilarius M.in Africâ. *Ex Mroll.* 386.
2 Hilarus M.Romæ.*Ex Mroll.MSS.* 285.
5 Hildegardis Palatina Carinthiæ,Agatha dicta. *Comment.hiſt.* § 1 A marito præcipitata è rupe,innoxiè 721. § 2 Mors, templum, eleemoſynæ. Reliquiæ 722.
6 Hildegundis Comitiſſa Fundatrix cœnobij Marēſis Ord.Præmonſtrat. *Comment.præu.* Progenies. reliquiæ,miracula 917 Vita *auctore Roſtio.*Coniugium, monaſterium extructum, vitæ ſanctitas. 918 Diploma Reinoldi Archiep.Colonien. de fundatione Marenſi 919. Aliud de diuiſione bonorum inter B. Hildegundem & ſororem 920. Bulla Alexandri III de fundatione Marenſi. 921.
2 Hilwartus Satelles regius M. Ebbeckeſdorpij Martyrium,veneratio 309. Miracula 315.
2 Hippolytus M.Foro-Sempronij. *Ex Mroll.* 286.
2 Honoratus M.in Africâ. *Ex Mroll.* 286.
2 Hunildiunus Satelles regius M. Ebbeckeſdorpij. Martyrium,veneratio 309. Miracula 315.

I

5 IAcobus Giſai, *vide* Didacus Giſai.
4 Iaſimus Thaumaturgus. *Ex Menæis Græc.* 491

accepta 750 c d Particula auris abſciſsâ 753 b cf Iter Nangaſachum : epiſtola ad Rectorem Nãgaſachanum Societatis Ieſu 757 c e Petit veniã à PP. Societatis 759 e Cruci alligatus trucidatur 760 d f 761 e

5 Petrus Suchegirus M. in Iaponiâ. Cognomen variè ſcriptum 738 e in famulatu captiuorum Societatis Ieſu comprehenſus 757. pro liberatione fruſtrà laboratum 760 b Martyrium 760 f

4 Phileas Ep. Thmuitarum M. Alexandriæ. *Comm. præu.* § 1 Sedes Epiſcopalis: martyrij locus, tempus, Acta: opuſcula ſcripta 459. § 2 memoria in Faſtis 461. Vita *auctore Gregorio coæuo ex MSS. cap.* 1 Perſecutio Diocletiani. S. Phileæ captiuitas, epiſtola ad Thmuitenſes 462. *cap.* 2 Illuſtris inter tormenta Chriſti confeſſio: martyrium 463

3 Philippus Ep. Viennæ. *Ex Conciliis & Mroll.* 365

5 Philippus à Ieſu Acolythus Ordinis S. Franciſci M. in Iaponiâ. Ortus Mexici, ingreſſus iteratus in Ordinem 733 a 734 c d. Martyrium 761 b Veneratio decreta 740

4 Philoromus Tribunus militum M. Alexandriæ cum S. Phileâ. *Ex huius Actis.* Veneratio 461. Defenſio S. Phileæ, martyrium. 464 e f

1 Pictus Epiſcopus. *ex Mrol. MS.* 198

1 Pionius Presbyter, M. Smyrnæ. *Comm. præu.* § 1 Natalis 37. § 2 Acta 38. § 3 Martyrij tempus. 39. § 4 ſocij, ſcripta. Vita *ex MS. cap.* 1 Comprehenſio. 40. *cap.* 2 Quæſtio coram Polemone 41. *cap.* 3 Alia coram Proconſule : cædes 41. *Alia Vita ex Metaphraſte. cap.* 1 Pionij comprehenſi oratio ad Gentiles & Iudæos 42. *cap.* 2 Interrogatio publica in foro 43. *cap.* 3 Geſta in carcere, 44. *cap.* 4 Interrogatio II 45. *cap.* 5 Interrogatio III, tormenta, mors 46

1 Pionius M. cum S. Pionio Presb. 37 40

2 Placidus M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285

1 Polycarpus Ep. *Animaduerſio hiſt.* Veneratio. An Ep. Bracharenſis an potiùs Smyrnenſis? 933

5 Polyeuctus Patriarcha CP. *Vita ex hiſtoricis Græcis collecta. Cap.* 1 Veneratio: inauguratio. 706. *cap.* 2 Studium iuſtitiæ. Nomen Euthymij Patriarchæ in diptycha relatum 707. *cap.* 3 Manus S. Ioannis Baptiſtæ allata. Mors Conſtantini Porphyrogeniti S. Polyeucto infenſi: huius cum Romano Iuniore geſta 708. *cap.* 4 Nicephorus Phocas coronatus: ob nuptias è ſanctuario reiectus 709. *cap.* 5 Nicephori auaritia: tyrannicæ leges de Epiſcoporum electione, & occiſis in bello reclamante S. Polyeucto 709. *cap.* 5 Pallij ius & in Epiſcopos quoſdam Italos poteſtas vſurpata 808. *cap.* 4 Ioannis Zimiſcæ imperium. Obitus S. Polyeucti 711

1 Præcordius Presb. Corbeiæ & Valliaci in Galliâ. *Ex MSS.* Vita & Tranſlatio 196

2 Priuatula M. in Africâ. *Ex Mroll.* 286

4 Probatius Presb. Nouigenti in Galliâ. *Comm. præu.* Locus & ratio cultus 552. Vita *ex MS Cap.* 1 Ordinatio, virtutes, mors 552. *cap.* 2 Reliquiarum inuentio: miracula 553

1 Publius Mart. in Africâ. *Ex Mroll. MSS.* 37

5 Puer anonymus in Carinthiâ. *Ex Actis B. Domitiani Ducis* 696 c d 702 d e f 705 d e

R

4 RAbanus Maurus Archiep. Moguntinus. *Comm. præu.* § 1 Vita ſcripta 500. § 2 Patria, varia nomina 501. § 3 Studiorum locus, tempus, ſocij 503. § 4 Ex diſcipulis Epiſcopi 505. § 5 Ex diſcipulis Abbates 505. § 6 Ætas & ſcripta eius necdum Abbatis 507. § 7 Scripta eius creati Abbatis 508. § 8 Scripta reliqua: relicta cura Abbatis 509. § 9 Archiepiſcopatus Moguntinus. Concilia habita 510. § 10 Obitus. Nomen in *Faſtis* ſacris 511. Vita *auctore Rudolfo Presb.* Præfatio 512. *Cap.* 1 Fuldæ erectæ eccleſiæ 513. *cap.* 2 Reliquiæ S. Alexandri donatæ, *miraculis clara* 513 *cap.* 3 Prima Reliquiarum Fuldam tranſlatio 514. *cap.* 4 Secunda Reliquiarum tranſlatio. Miracula per S. Venantium facta 516. *cap.* 5 Alia S. Venantij miracula. Reliquiæ à B. Rabano depoſitæ 517. § 6 Tertia reliquiarum tranſlatio: miracula 518. *cap.* 7 Reliquiæ SS. Ianuarij & Magni. miracula 520. *cap.* 9 Abbatiale munus depoſitum. Libri ſcripti 521.

Alia Vita *auctore Ioanne Trithemio.* Prologus 522. *Lib.* 1 Vita priuata B. Rabani *cap.* 1 Ortus, educatio, tirocinium vitæ monaſticæ 524 *cap.* 2 Studia ſub Alcuino 525. *cap* 3 Sacerdotium: præfectura ſcholæ Fuldenſis: diſcipuli 526. *cap.* 4 Ratio docendi, ſcientia linguæ Græcę 528. *cap.* 5 Celebritas Ordinis S. Benedicti. Opus B. Rabani de Cruce 529. *Lib.* 2 Vita B. Rabani Abbatis. *cap.* 1 Electio. Studia promota 530. *cap.* 2 Dotes ad regendum. Virtutes 531. *cap.* 3 Auaritia monachi punita. Mulieribus acceſſus ad monaſterium prohibitus 532. *cap.* 4 Miracula: noua monaſteria erecta. Abdicatio regiminis 533. *Lib.* 3 Vita B. Rabani Archiepiſcopi *cap.* 1 Archiepiſcopatus Moguntinus. Concilia habita 534. *cap.* 2 Perſecutiones. Eleemoſynæ. Zelus animarum 535. *cap.* 3 Libri ſcripti 530. *cap.* 4 Diligentia, patientia, obitus, ſepultura 537

1 Raimundus Ab. Fiterij, fundator Ord. Calatrauæ. *Comm. hiſt. cap.* 1 Fiterium in Nauarrâ an Caſtella 252 *cap.* 2 Calatraua defenſa. Ordo militaris inſtitutus 253. *cap.* 3 Ordinis Iudes 254. *cap.* 4 B. Raimundi obitus, tranſlatio, miracula 255

4 Rembertus Archiep. Hamburgen. Bremæ. *Comm. præu.* § 1 Cultus 554. § 2 Vita ſcripta 555. § 3. Patria 556. § 4 Inueſtitura Archiepiſcopalis æuo S. Remberti affiĉta 557. § 5 Templa & cœnobia extructa 558. § 4 Victoria impetrata 558. § 5 Ætas & annus obitus 559. Vita *ex MSS. Cap.* 1 Archiepiſcopatus Hamburgẽſis inſtitutus. S. Remberti in Clerum adoptatio 559. *cap.* 2 Familiaritas cum S. Anſchario. Sanctitas oſtenſa 560. *cap.* 3 Anima ieiunio eius ex purgatorio liberata 561. *cap.* 4 Archiepiſcopatus Hamburgenſis delatus. Vita monaſtica. Eleemoſynæ 562 *cap.* 5 Caſtitas ſanctimonialibus commendata: zelus animarum 563. *cap.* 6 Captiui redempti. Manſuetudo : miracula 564. *cap.* 7 Morbus, mors, ſepultura 565

3 Remedius Ep. Vapinci in Galliâ *Ex Mroll.* 360 Reliquiæ Borſij in Aquitaniâ 361

6 Reuocata M. *Ex Mroll.* An in Hiſpaniâ 770

5 Reuocatus M. in Africâ. *Ex Mroll.* 658

2 Rhodippus Ep. Leontinis in Sicilia. *Ex Mroll. & Actis SS. Alphij, Philadelphij & Cyrini* 287

2 Rogatianus M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285

2 Rogatus M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285

S

2 SAluſtius M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 295

1 Saturninus M. in Africâ. *Ex Mroll. MSS.* 37

2 Saturninus M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285

6 Saturninus M. *Ex Mroll.* An in Hiſpaniâ? 770

5 Saturus M. in Africâ. *Ex Mroll.* 658

2 Secundianus M. Romæ *Ex Mrol. MS.* 285

2 Secundina M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285

1 Seuerianus Ep. *Animaduerſio hiſtorica.* Veneratio. An Bracharenſis Serarianus aut Serenianus ? an potiùs Seuerianus Gaualitanus? 933

1 Seuerus in Monte-Falco in Vmbriâ. *Comm. præu.* Sanctitas miraculis probata, ſeceſſus, obitus, reliquiæ, cultus 934 Acta *ex Vitâ S. Fortunati.* Ædes

ſacra S.Fortunato extructa 935
1 Seuerus Epiſc.Abrincen. *Comm.præu.*Natalis,ætas, Acta,reliquiæ 187. Vita *ex MS. Cap.*1 S. Seueri ortus,equorum cuſtodia 188. *cap.*2 Liberalitas in pauperes,miracula 189. *cap.*3. Conuerſio Corbeceni Principis 189. *cap.*4 Vita ſolitaria,diſcipuli 190. *cap.*5 Epiſcopatus eius abdicatio 190. *cap.*6 Vltima monita:obitus 191.*cap.*7 miraculũ. 192. Tranſlatio I & II *ex MS. Cap.*1 S.Seueri templum à Danis combuſtum,reſtauratum.192. *cap.*2 Corpus Rotomagum tranſlatum 192.*cap.*3 Aliquæ Reliquiæ ad eius monaſterium relatæ 194. *cap.*4 epilogus hortatorius 194. Tranſlatio III Rotomago Pariſios 195
1 Seuerus Epiſc.Rauennatium.*Comm.præu.*§ 1 Natalis 79. § 2 Vita,ætas 79. § 3 Tranſlatio reliquiarum. cultus apud Germanos 81. Vita *ex MS. & Mombritio ac Breuiariis. Cap.*1 S.Seueri patria, cõiugium,opificium 82. *cap.*2 electio ad epiſcopatum ,ordinatio 83 *cap.*3 S.Geminiani ſepultura, ordinatio S.Heracliani 84. *cap.*4 Obitus,ſepultura,miracula 85. *cap.*5 Digreſſio myſtica de coniugio & opificio eius 85. *cap.*6 Digreſſio altera de miraculis 87. Miraculum *ex Rubeo* 87. aliud *ex B.Petro Damiano* 88. Alia Vita *auctore Ludolpho Presb.ex MSS.* Prologus 88. *cap.*1 Quomodò auctor Vitam ſit aſſecutus 88. *cap.*2 miraculoſa electio ad epiſcopatum 89, *cap.*3 mors, celebritas 89. *Lib.*2 *cap.*1 Reliquiæ transferuntur Moguntiam 90. *cap.*2 Dein Erfurtum 91
2 Sicharia V.Aurelian.*Ex Mroll.* 288
1 Sigebertus Rex Francorum Auſtraſiorum Metis. *Comm.præu.*§ 1 Francorum origo,ſedes, migrationes.Primi S.Sigeberti maiores 206. § 2 Auſtraſiorum & Neuſtriorum origo. Ditiones S. Sigeberti in Belgicis & Germanicis prouinciis 208 § 3 Ditiones in interiore Galliâ 210. § 4 Æqualitas diuiſorum regnorum inter S. Sigebertum & Chlodoueum fratres. Leges ſubditis præſcriptæ 212. § 5 Metis ſedes regia Auſtraſiorum.S.Sigeberti natalis & veneratio 212.§ 6 Vita ſcripta:de Fredegario, Geſtis Regum Frãcorum,aliiſque hiſtoricis iudicium 213. § 7 Anni Regum Francorum ab ætate S. Martini numerati. Annus obitus Theodoſij Magni & S. Ambroſij 215 § 8 Chronologia ſtabilita in ſucceſſoribus S. Martini & Regibus Franc. vſque ad obitum Chlotharij I 217. § 9 Ætas Regum à filiis Chlotharij I ad obitum D. goberti. S. Sigeberti natiuitas,regnum 218. § 10 Anni regnorum Chlodouei II & S. Sigeberti fratrum , & Childeberti intruſi 220. § 11 Anni Chlotharij III & Childerici nepotum ex fratre S.Sigeberti 221. § 12 Regum Dagoberti filij S. Sigeberti & huius ex fratre nepotis Theoderici , & filiorum Chlodouei & Chrodeberti tum Dagoberti III aliorumque ſucceſſorum 223. § 13 Anni Chriſti Imperatorum,Conſulum,Indictionum à poſteris intruſi 225 Vita *auctore Sigeberto Gemblacẽſi. Cap.*1 Regia ſtirps.natiuitas 227 *cap.*2 Regnũ Auſtraſiorum,obitus patris Dagoberti 228.*cap.*3 Obitus B. Pippini. Maior domus Grimoaldus. Bellum Thuringicum, 229. *cap.*5 Monaſteria dotata,eleemoſynæ,mors, ſepultura. 230
Analecta *ex variis* § 1 S.Sigeberti vxor Imnechildis, filius Dagobertus Rex Auſtraſiorum, neptis S.Irmina,princeps S. Gregorius Vltraiectinus, aliique à S.Sigeberto prognati 231. § 2 Epiſtolæ eius & reſponſa, immunitas Eccleſiaſtica defenſa 232. § 3 Monaſteria extructa,dotata 233. Hiſtoria Tranſlationis I & miraculorum , *auctore Sigeberto Gemblacenſi ex MS.* Prologus 236 *Cap.*1 Tranſlatio corporis S.Sigeberti 236. *cap.*2 Pœna detrahentium ſanctitati eius:corpus incorruptum 237. *cap.*3 Sanitates collatæ. Vincula pœnitentis diſrupta 238. Hiſtoria Tranſlationis II *ex MS. Cap.*1 Secunda Reliquiarum eleuatio. Contumacia punita 239. *cap.*2 Dæmoniacus & amentes ſanati, captiui liberati 239. Tranſlatio III & IV corporis S.Sigeberti. *Ex variis* 240. Narratio *ex Gallico Georgij Alberici* 241
6 Siluanus Ep.Emeſæ M. 777 Acta *ex Men. Gr.* 778
3 Simon M.capite plexus.*Ex Men.Græc.* 353
3 Simplicius Ep.Viennæ Gall. *Comm.hiſt.*Sãctitas,natalis,ius Metropolitæ controuerſum,obitus. 354
1 Sorus Eremita apud Petracorios 199 942. Vita *ex MS.*Præfatio 199. *Cap.*1 Ortus.ſeculi fuga 199 942 *cap.*2 Vita ſolitaria,fiducia in Deum 200. *cap.*3 Lepra S. Guntramni Regis depulſa 201. *cap.*4 Alia miracula 203

T

6 TArcitij M. Tranſlatio reliquiarum Foſſani in ditione Pedemontanâ ad ædem Somaſcorum 932
1 Theion M.gladio occiſus *Ex Men.Græc.* 48
4 Theoctiſtus M.capite plexus.*Ex Men.Græc.* 466
2 Theodericus Ep.Mindenſis M.Ebberkesdorpij.*Ex variis.* Occaſio Martyrij, cultus 309. Geſta in Epiſcopatu 312 Miracula 315
6 Theodori M.Tranſlatio reliquiarum Foſſani ad ędum Somaſcorum. 932
5 Theodula M.Anazarbi in Ciliciâ 656 Acta *ex Menæis.*Tormenta inflicta.Conuerſio aliorum.Obitus 657
6 Theophili M. Tranſlatio reliquiarum Foſſani ad ædem Cathedralem 932
4 Theophilus Pœnitens Vice-Dominus ſiue Oeconomus Eccleſiæ, Adanæ in Cilicia *Comm.præu.* § 1 Locus & tempus geſtæ hiſtoriæ. Dignitas Vicedomini ſiue Oeconomi 480. § 2 Acta varia pœnitentiæ S Theophili: eiuſdem memoria ſacra 481. Hiſtoria *auctore Eutychiano , interprete Paulo Diacono Neapoleos ex MSS. Cap.*1 Theophili à vitâ piâ diſceſſus. Chriſtus & Maria abiurati. 483. *cap* 2 Theophili pœnitentia. Spes veniæ à Deiparâ Virgine impetrata. 484. *cap.*3 Peccata remiſſa.Chirographum redditũ. Obitus Theophili 486. Eadem hiſtoria metrica,*auctore(vt creditur) Marbodo Epiſc. Redonenſi ex MS. Cap.*1 Theophili vita piè cœpta:lapſus in ſcelera, Chriſto & Mariâ abiuratis 487. *cap.*2 Pœnitentia Theophili 488 *cap.*3 Incarnatio S.Mariæ apparentis & ſpes veniæ impetrandæ data Theophilo 489. *cap.*4 Theophilo peccata remiſſa:chirographum reſtitutum.eius obitus 490
6 Theophilus M.*Ex Mroll.*An in Hiſpaniâ? 770
6 Theophilus Scholaſticus M.Cæſareæ Cappadociæ. *Ex Mroll. & Actis S.Doroth.V.M.* Veneratio 771.Roſę & poma per Angelum miſſa 772 d 774 f.Conuerſio,tormenta,mors 775
2 Thiotericus Comes M. Ebbeckesdorpij. Martyrium,cultus ſacer 309. Miracula 315
2 Thiotrichus Satelles M.Ebbeckesdorpij 309 315
2 Thiotricus Comes M. Ebbeckesdorpij 309 315
5 Thomas Dachi M.in Iaponiâ.Prędicatio 738 f 750 d Martyrium 761 c
5 Thomas Cozachi puer M. in Iaponiâ. Conſtantia 738 miniſterium Miſſæ. hilaritas & pietas 753 ætas,martyrium 761 c
3 Tigrides Ep.Vapinci.*Ex Mroll.* 360
1 Timotheus.*Ex Menæis.* An Studita ſub S. Theodoro 94
1 Torquatus Epiſc.Tricaſtinus.*Ex Sauſſaio & Sanmarthanis* 193 934

6 Trosimi M. Translatio reliquiarum Fossani in ditione Pedemontanâ ad ædem Somascorum 932
1 Tuianus Abbas in Brit.Armor. *Ex Breuiar.* 198

V

6 VEdastus Ep. Atrebatensis *Comm.præu.* § 1 Episcopatus Atrebatensis & Cameracensis vniti. An alij ante S.Vedastum Episcopi? 782. § 2 Ætas SS.Remigij & Vedasti: vtriusque Episcopatus. Francorum ad fidem conuersio 783. § 3 Annus obitus SS.Remigij & Vedasti 784. § 4 Natalis & cultus S.Vedasti 785. § 5 Corpus à SS. Autberto & Audomaro translatum. 786. § 6 Monasterium & Templa illi sacra 787. § 7 Vita scripta 789. § 8 Translatio corporis Bellouacum, & relatio Atrebatum 790. § 9 Reliquiæ in æde Cathedrali Atrebatensi & Cameracensi: aliæ Duaci & Lætiis 791. Vita *breuior ex MSS.* 792 961. Vita *ab Alcuino emendata.* Prologus 794. *cap.* 1 Doctrina Christiana explicata Chlodoueo Regi. 795. *cap.* 2 Miracula & virtutes 796. *cap.* 3 Episcopatus Atrebatēsis 797. *cap.* 4 Obitus, sepultura 798. *cap.* 5 Translatio corporis 799. Adhortatio ad imitandas eius virtutes 800. Epitaphium 801 Historia Translationis *ex Vitâ S. Autberti Ep. Camerac.* 801.
Miracula *auctore Haimino Presb.* ex MSS. 801. Sermo *Haimini* de 2 paruulis sanatis *ex MSS.* 802 Apparitio & valetudo moribundo restituta *auctore Huberto Presb. ex MS.* 803. Miracula diuersis temporibus facta *ex MSS.* Prologus. 805. *Pars* 1 Eleuatio reliquiarum. Beneficia ægris collata. Pœna inflicta maleuolis. 805. *Pars* 2 Alij iniurij poniti. Miracula Bellouaci facta 807. Historia Translationis *ex MSS. Pars* 1 Corpus Bellouacum delatū & Atrebatum relatum 809. *Pars* 2 Energumenus liberatus. Virga arida in siluam excrescens 810 Miracula alia *ex MS.* 812. Alia *auctore Balderico Ep.* 813. Alia seculo XIV facta. 814.
1 Verdiana V.Castelli-Florentini in Etruriâ. *Comm. præu.* § 1 Ætas, professio. Acta 255. § 2 Priuata publicaque professio 256. § 3 Hymnus 257. Vita *auctore Attone Ep. cap.* 1 Sancta adolescentia, peregrinatio ad S. Iacobum 257. *cap.* 2 Iter Romanum, inclusio, vitæ austeritas 258. *cap.* 3 Illius & serpentum conuictus 259. *cap.* 4 Miracula in vita 259. *cap.* 5 Obitus miraculis illustratus 260. *cap.* 6 Funus curatum non sine miraculo 261. *cap.* 7 Miracula in S.Verdianæ templo 261. *cap.* 8 Variæ curationes 262. *cap.* 9 Miracula, quorum testis oculatus Auctor. 263.
4 Veronica matrona Hierosolymitana. *Comment. Histor.* § 1 Effigies Christi data S.Veronicæ 449. § 2 Romam ab eâ lata. An neptis Herodis Regis? 450. § 3 Veneratio S.Veronicæ 451. § 4 Coniugium SS. Amatoris & Veronicæ: aduentus in Gallias 453. § 5 An S.Veronica sanguinis profluuio à Christo liberata, ac sub nomine Veronicæ aut Venisæ colatur 454. § 6 Pietas Christianorum erga effigiem Christi à S. Veronicâ Romæ relictam 455. § 7 Effigies ad archetypum efformatæ & cultu celebres. 456.
1 Victor M. *Ex Mroll. MSS.* 47.
2 Victor M Romæ. *Ex Mrol. MS.* 295.
2 Victor M. in Africâ. *Ex Mroll.* 285.
2 Victoria M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285.
2 Victoria alia M. Romæ. *Ex Mrol. MS.* 285.
1 Vincentia coniux S.Seueri Episc. Rauenn. *In huius actis.* Natalis 79. Coniugium 82, improbatus accessus mariti ad electionem noui Episcopi 83 89 sepultura 85, 89. Translatio reliquiarum Moguntiam. 90
1 Vincentia M. in Africâ. *Ex Mrol. MS. S. Hier.* 37
4 Vincentius Ep. Trecensis in Galliâ. *Ex Actis S. Auentini, & Catalogis Epp. Trecensium:* Ecclesia S. Auentino extructa. 480
1 Vindemianus eremita in Bithyniâ. *Ex Men.* 99
6 Vitalis M. Abulę in Hispaniâ. Corpus Româ eō translatum. 768.
4 Vlgisus, Ep. & Ab. Lobiensis in Belgio. *Comment. hist.* Situs monasterij, fundatio. Abbates primi Episcopi. Huius reliquiæ, Translatio. 498.
5 Vodalus, Benedictus Suessione. *Comm. præu.* Ætas. Acta, cultus sacer 690. Vita *ex MS.* Prologus 691. *cap.* 1 Ortus. prædicatio apud Suessiones, fuga, reditus 591. *cap.* 2 Miracula, obitus 992.
2 Vrbanus M. in Africâ. *Ex Mroll.* 286.
1 Vrsicinus M. Podij. *Ex Actis S. Agrippani.* 204, e 205 d
1 Vrsus Presb. Augustæ Prætoriæ. *Comm. præu.* Cultus sacer. Alius S. Vrsus M. Huius miracula, & Acta interpolata 97 936. Vita *ex MS. cap.* 1. S. Vrsi Christianæ virtutes, miracula 937. *cap.* 2. Alia miracula, prædictiones, obitus 938.

W

3 WEreburga Virgo, filia Regis Merciorum. *Comment. præu.* § 1 Stirps regia. Vita scripta. Tempus præfecturæ monasticæ 384. § 2 Reliquiæ Cestriam translatæ. Veneratio 385. Vita *auctore Goscelino ex MS.* *Cap.* 1 Ex quatuor regiis familiis progenies 386. *cap.* 2 Conuersatio in Elienſi monasterio: præfectura variorum monasteriorum 387. *cap.* 3 Obedientia anserum siluestrium: inobedientia villici punita 388. *cap.* 4 S. Weneburgæ mors, sepultura, translatio. 389.
2 Werinhartus Satelles regius M. Ebbeckesdorpij. Martyrium, veneratio 309. Miracula 315.
2 Wigmannus Comes M. Ebbeckesdorpij 309. 315.
1 Wolfholdus Presb. Hohenwarti in Bauariâ 247 Vita *auctore Matth. Radero.* 248.

Z

1 ZOtreus M. *Ex Mrol. MS.* S. Hieron. 47.

INDEX
CHRONOLOGICVS
IN TOMVM I FEBRVARII.

QVæ hoc tomo examinantur quæſtiones Chronologicæ, ſtrictim ordine ſeculorum à Chriſto nato ad noſtra tempora obſeruato, proponuntur, quo ſcilicet tempore Sancti, præcipuè, quorum Acta hoc tomo, aut memoria, reſeruntur, diem extremum obierint, natiúe, aut ad epiſcopatum, aut quid aliud euecti ſint, aut eorum reliquiæ eleuatæ, aut tranſlatæ.

Chronologiam Regum Francorum primæ ſtirpis à Faramundo ad Pipinum hîc damus, & inſeruntur ab SS. Martino, Remigio, Vedaſto, Amando, aliiſq́; res geſtæ & ſuis annis affixæ, vt Chronologia illa Regum ſolidioribus Notis firmetur.

Litteræ A B C &c. indicant partes paginarum, in quibus rationes Chronologicæ obſeruantur.

I SECVLVM A CHRISTO NATO.

Anno 1 Chriſti nati. DVrificatio Deiparæ Mariæ, ſiue Hypapante Chriſti Domini 2 *Februarij.* 268
Epocha annorum æræ vulgaris Chriſti relata hactenùs ad Conſulatum C. Cæſaris & L. Æmilij Pauli, alibi adhuc examinanda. 18 b 216 b
Circiter annum 24 S. Ignatius Ep. Antiochenus naſcitur. 18 c
42 S. Petrus venit Romam 8 d 17 c S. Euodius fit Epiſcopus Antiochiæ. 17 d
56 S. Paulus venit Romam. 8 d
58 S. Paulus in Hiſpaniam proficiſcitur 8 d ſequentibus annis S. Cæcilius & ſocij Epiſcopi in Hiſpaniam miſſi. 9 b
Sub Nerone S. Blaſius Ep. Oretanus M. 2. *Febr.* 321
An. 69 S. Ignatius fit Epiſc. Antiochenus. 18
Hoc 1 *ſec.* S. Veronica matrona Hieroſolymitana mortua eſt 4 *Febr.* 449
S. Cornelius Centurio obit 2 *Febr.* 279
Eodem 1 *ſec.* S. Cæcilius Ep. Eliberitanus moritur 1 *Februar.* 4
Cir. 99 S. Bucolus Ep. Smyrnenſis moritur 6 *Feb.* 766 f

II SECVLVM.

Anno 106 PErſecutio in Chriſtianos ſub Traiano cœpta. 19 a
108 S. Ignatius Ep. Antiochenus M. 1 *Febr.* 13 19 b

III SECVLVM.

Anno 249 DEcius fit Imp. & alteri Conſulum ſuffi-
citur. 595 c
250 S. Gatianus fit Ep. Turonenſis. 215 d
S. Celerinus Romæ capitur, torquetur. 322 e
251 SS. Pionius Presb. Dionyſius, alter Pionius &
13 ſocij MM. 1 *Febr.* 37 39 f
251 S. Agatha V.M. Catanæ in Siciliâ 8 *Febr.* 595
252 Ætnæi ignes velo S. Agathæ repreſſi, 647
Hoc 3 *ſeculo* Celerina, Laurentinus & Ignatius MM. 3 *Febr.* 321
Cir. 255 S. Anatholianus M. Claromonte in Gallia 6 *Febr.* 768
Eodem 3 *ſec.* Solennitas feſti Hypapantes Chriſti ſeu Purificationis indicatur apud S. Methodium Epiſc. M. 168 e
S. Iulianus M. Autiſſiodori 3 *Febr.* 331
An. 300 S. Gatianus Ep. Turonen. moritur. 215 d

IV SECVLVM.

Seculi 4 *initio* SAncti Martyres Pontici 5 *Febr.* 658
S. Gelaſius puer Placentiæ Ital. 4 *Febru.* 465
Sub Diocletiano, S. Apronianus Commentarienſis M. Romæ 2 *Febr.* 287
SS. Theodula, Boëthus, Euagrius, Macarius & alij MM. Anazarbi in Ciliciâ 5 *Febr.* 656
SS. Dorothea V. Theophilus Scholaſticus, Chriſte & Calliſte MM. Cæſareæ Cappad. 6 *Febr.* 771
An. 304 SS. Phileas Ep. Thmuitarum, Philoromus Tribunus militū, alij MM. Alexandriæ 4 *Feb.* 459
312 SS. Siluanus Ep. Lucas Diac. Mucius Lector MM. Emeſæ 6 *Febr.* 777
Circ. 314 S. Rhodippus Ep. Leontinis obit 2 *Febr.* 287
316 S Martinus naſcitur 215 c
Sub Licinio Imp. S. Blaſius Ep. Sebaſtenus, VII mulieres & II pueri Martyres 3 *Febr.* 331
Hoc 4 *ſec.* S. Eubertus Epiſcopus, Tornaci & locis vicinis euangelio Chriſti annuntiato moritur 1 *Febr.* 47
Cir. 320 S Dorothea V. Alexandriæ 6 *Febr.* 776
Poſt 325 S. Ioannes Ep. Irenopoli Ciliciæ 4 *Febr.* 466
An. 337 Conſtantinus Magnus Imp. moritur 215 d
S. Lidorius conſecratur Ep. Turonenſis 215 d
346 S. Seuerus fit Epiſcopus Rauennas 80 c 83 d
348 S. Abramius Ep. Arbelorum in Perſide M. 4 *Feb.* 466
371 S. Lidorio Ep. Turonenſi mortuo, S. Martinus ordi-

ordinatur Episcopus 215 d
378 S. Ephræm Syrus moritur æstate vel autumno 50 f 51 c colitur 1 *Febr.* 49
379 Theodosius Magnus 19 Ianuarij creatur Imperator 215 f
386 S.Cyrillus Ep.Hierosol. obit,cuius Oratio in festo Hypapantes habita 269
*Cir.*390 S.Seuerus Ep. Rauennas moritur 1 *Febr.* 79 80 c
*An.*493 S.Patricius fer.4 17 Martij obit 109 c
394 An annus hic scribendus, *Post Consulatum Arcadij* III *&* *Honorij* II, prioribus annis ad Epocham annorum Christi acceleratis? 216 b
395 Theodosius Magnus moritur 216 a
397 S.Martinus Ep.Turonensis moritur 8 Nouemb. die Dominicâ Attico & Cæsario Coss.215 e 216 d e sepelitur 11 *Nouemb.* 216 e
397 S.Briccius fit Ep.Turonensis 217 b
398 S.Ambrosius Ep.moritur 216 d
Sec. 4 fine S.Leonius Presb.Pictauis 1 *Feb.* 91

V SECVLVM.

Seculi initio S. AGricolaus Ep. Traiecten. moritur 5 *Febr.* 659
S.Simplicius Ep. Vienn.in Gall.3 *Febr.* 354
*An.*417 Faramundus R.Francorum constituitur 208b
428 Clodius R. Francorum Faramundo succedit 208 b
435 S.Remigius nascitur 783 d
441 S. Eustochius fit Ep.Turonensis 217 b
Circa 445 S.Seuerus in Monte-Falco oppido Vmbriæ moritur 1 *Febr.* 934
Hoc 5 sec. S.Isidorus Pelusiota Presb. & mon.Ægypti 4 *Febr.* 468
*An.*448 Meroueus R.Franc.Clodio succedit 208 b
456 Childericus R. Franc. Meroueo patri succedit 208 c
457 S. Remigius ordinatur Episcopus Remorum 783 d
Eodem 5 sec. S. Petrus Galata eremita prope Antiochiam 1 *Feb.* 94
S.Cinnia V.Hiberna 1 *Feb.* 96
*An.*461 S.Perpetuus fit Ep.Turonensis 217 c
479 Chlodoueus 1 R.Franc. Childerico patri succedit, saltem sub finem anni 208 c
*Cir.*486 S.Lupicinus Ep. Lugdunen. moritur 3 *Febr.* 360
*An.*488. S.Mel Ep.Ardachadensis in Hibernià 6.*Febr.* 780 c
S.Melus frater succedit,colitur 6 *Febr.* 777
*Cir.*490 S.Auitus ordinatur Ep.Viennen. 661 e
494 Chlodoueus 1 deuictis Alamānis fit Christianus 208 f
*Cir.*500 S.Vedastus consecratur Ep.Atrebatēsis 784 b
S.Vrsus Presb.Augustæ Prætoriæ 1 *Feb.* 97 936
*Cir.*500 S.Flosculus Ep.Aurelian.2 *Feb.* 288

VI SECVLVM.

Seculi 6 initio S. AVentinus Presb. Trecis moritur 4 *Feb.* 474
S.Vindemianus eremita in Bithynia 1 *Febr.* 99
*An.*504 *&* 506 Chlodoueus anno regni 25 correptus febri,biennio ægrotat *tomo* 2 *Febr.* 246 c 548 b
507 Gothi cum Alarico Rege cæduntur à Chlodoueo 1. 217
508 *aut* 509 Synodus Aurelianensis 1 habita 218 a
509 Chlodoueus 1 moritur 27 *Nouemb.* 217 e f
Succedunt 4 filij regno quadrifariam diuiso 218 b
523 S.Brigida senior V.Thaumaturga obit Kildariæ in Hibernià 4 feriâ 1 *Febr.* 99 109
Post. 523 S.Auitus Ep.Viennen. moritur 5 *Febr.* 660
661 e
*An.*524 S.Darlugdacha V.in Hibernià 1 *Feb.* 186
Chlodomeres R.Aurelianensium moritur 218 b
*Cir.*525 Æra vulgaris annorum Christi à Dionysio Exiguo Ab.cœpta introduci 18 a
Ann. 530 S. Remigius Ep. Remorum moritur 785 b
531 Synodus Aurelianensis II habita 227 a
533 Theodericus 1 R.Franc. Austrasiorum moritur 218 c
535 *aut* 536 Synodus Aurelianensis III habita 227 a
*Cir.*538 S. Theophilus pœnitens Adanæ in Ciliciâ 4 *Febr.* 480
*Cir.*580 S.Vedastus Ep. Atrebatensis obit 6 *Febr.* 782 785 f
*Cir.*546 S.Vincentius Ep.Tricassinus 4 *Febr.* 480
*An.*547 Synodus Aurelianensis V habita 227 b
*An.*548 Theodebertus 1 R. Franc. Austrasiorum moritur 218 c
IIoc 6 sec. S.Auentinus Ep. Castroduni in Galliâ. 4 *Febr.* 477
SS.Oliueria & Liberata sorores Virg. in Galliâ 3 *Febr.* 361
S.Seuerus Ep.Abrincensis 1 *Feb.* 187
S.Præcordius Presb.1 *Feb.* 196
S.Sorus eremita 1 *Febr.* 199
*An.*555,Theodebaldus R.Franc. Austrasiorum moritur 218 c
558 Childebertus R.Parisiorum moritur 218c
561 Chlotharius 1 R.Francorum 218 d
Annus 1 regnorum 4 filiorum Chlotharij 1 secundùm Fredegarium 219 a
562 Annus 1 regnorum 4 filiorum Chlotharij 1 secundùm Gregorium Turonensem 219 a
*Cir.*570 Charibertus R.Parisiorum moritur 218e
*An.*575. Sigeberto 1 R. Austrasiorum interfecto Childebertus filius à die Natiuitatis Christi regnat 218 e
*Cir.*576 S.Laurentius Illuminator Ep.Spoletinus moritur 3 *Febr.* 361
*Cir.*578 S.Philippus Ep.Viennen.3 *Febr.* 365
*An.*584 Chilperico R. Francorum occiso succedit Chlothatius II filius 219 b
586 S.Euantius Ep.Vienn.obit. 3 *Feb.* 365
593 S.Gunthramno R. Burgundiorum mortuo succedit Childebertus R.Austrasiorum 219 b c
*Cir.*594 S.Amandus Episcopus Traiectensis nascitur 830 a
*An.*596 Childeberto R. Austrasiorum & Burgundionum succedunt Theodebertus II & Theodericus II filij 219 c d
Discedunt Româ versùs Angliam SS.Augustinus, Laurentius aliique 290 d
597 S.Ethelbertus R. Cantij aliique conuertuntur ad fidem 291 c
598 S.Laurentius Romam ex Angliâ mittitur 291 c
*Cir.*600 S.Ingenuinus fit Ep.Brixinensis 669 c

VII SECVLVM.

Anno 601 S. LAurentius Româ in Angliam redit 291 e
608 S.Augustino Ep.Cantuariensi succedit S. Laurentius Ep.Cantuariensis 292 c
611 S.Apollinari Ep. Bituricensi succedit S.Austregilsilus 830 d
Cir. 612 S. Amandus apud Bituriges includitur cellæ 830 d
*An.*612 Theodeberto II R. Austrasiorum occiso succedit Theodericus frater 219 d
613 Theoderico II R. Burgundionum & Austrasiorum mortuo & Sigeberto II aliisque filiis Theoderici occisis Chlotharius II fit Monarcha Fran-

Francorum 219 d
An. 619 S. Laurentius Archiep. Cantuarienſis obit 2 *Feb.* 289
621 *aut* 622 Dagobertus I fit Rex Auſtraſiorum 219 d
*Cir.*627 S. Amandus primâ vice abit Romam 630 e
An. 628 Chlothario II R. Francorum mortuo ſuccedunt filij Dagobertus I & in parte Aquitaniæ Charibertus 219 e
*Cir.*628. S. Amandus ordinatur Epiſcopus 830 e
629. Gentibus prædicat fidem 830 f
630 Secundâ vice abit Romam 831 a
S. Arnulphus ſecedit in eremum 219 f
631 S. Gertrudis naſcitur 835 a
S. Amandus Gandaui prædicat 831 a
632 Mortuum ſuſcitat, monaſteria extruit 831 b
633 Sclauos adit 831 b
634 In exilium pellitur 831 c
635 Cinegelſus R. Saxonum Occiduorum baptizatur 905 b
S. Sigebertus R. Auſtraſiorum naſcitur & baptizatur à S. Amando 120 e 831 c
636 S. Amandus monaſteria Gandaui regit per octo annos 831 d
Charibertus R. Aquitaniæ moritur 220 b
Corpus S. Seueri Ep. Rauennatis in Germaniam transfertur 81 d
637 S. Remaclus Solenniaci fit monachus 371 f
638 S. Amandus Elnonenſe monaſterium extruit 831 e
S. Sigebertus fit Rex Auſtraſiorum 220 b
640 S. Amandus de ſacro fonte ſuſcipit S. Clotſendem 831 e
S. Ingenuinus Ep. Sabionenſis moritur 5 *Febr.* 669
S. Lietphardus Ep. M. 4 *Febr.* 492
644 Dagoberto 19 Ianuarij mortuo ſuccedunt filij S. Sigebertus & Chlodoueus 220 c d
S. Amandus conſtituit S. Florbertum Abbatem Gandenſem 831 f
645 Marchianenſe monaſterium extruit 831 f
646 SS. Eligius & Audoënus 14 Maij Dominicâ ante Adſcenſionem conſecrantur Epiſcopi 220 d
S. Ioanni Agno Ep. Traiectenſi mortuo S. Amandus ſuccedit 832 a
*Cir.*646 SS. Remaclus & Hadelinus in Auſtraſiam veniunt 372 a c
*An.*647 S. Martinus creatur Pontifex Romanus 832 d
649 S. Amandus petit à S. Martino liberari ab Epiſcopatu Traiectenſi 832 d
650 S. Amandus tertiâ vice abit Romam cum S. Humberto Ab. Maricolenſi & Nicaſio Elnonenſi 833 b c
*Cir.*650 S. Lambertus Ep. Traiecten. naſcitur 833 f
S. Remaclus fit Epiſc. Traiectenſis 372 a 834 a
S. Monenna magiſtra S. Oſithæ & Brigidæ Glaſtonienſis floret 107
Poſt 650 SS. Agrippanus Ep. Podienſis & Vrſicinus MM. in Galliâ 1 *Febr.* 204
*An.*651 S. Amandus impetrat priuilegia à S. Martino Papâ & redit cum S. Landoaldo & aliis 833 c d
Clericum ordinat S. Bauonem 834 c
652 S. Adalbaldus Dux occiditur 2 *Febr.* 295 299 b
S. Rictrudis & filiæ vitam monaſticam aſſumunt 834 d
*Cir.*653 S. Amandus oratorium S. Giſleni conſecrat 834 e
*An.*655 Includit S. Bauonem 834 f
657 S. Bauo moritur: à S. Amando ſepelitur 834 f
659 S. Liuinus martyrio conſecratur 835 b
*Cir.*660 S. Amandus conſecrat Eccleſiam Antuerpienſem 835 b
S. Remaclus relicto Epiſcopatu Traiectenſi ſecedit Stabuletum & Malmundarium cum S. Hadelino 372 c
Brigida diſcipula S. Monennæ floret, Glaſtoniæ ſepulta 107
*An.*662 Chlodoueo II R. Francorum Neuſtriorum mortuo, ſuccedit Chlotharius III filius 221 a
663 S. Sigebertus R. Auſtraſiorum obit 2 *Februar.* 221 b
Succeſſor Dagobertus filius in Hiberniam exul mittitur 121 d 231 b
Childebertus filius Grimoaldi Maiori s. Domus intruditur 221 c
664 S. Gertrudis moritur 377. e 835 a
Childebertus Rex intruſus Auſtraſiorum pellitur 221 f
Childericus frater Chlotharij III fit R. Auſtraſiorum 221 f
S. Florbertus Ab. Gandenſis moritur 835 c
S. Amandus creat Abbates Aldebertum S. Bauonis & Ioannem Blandinienſium 835 d
665 S. Eligio Ep. Nouiomenſi mortuo ſuccedit S. Mommolenus 835 e
666 S. Amandus extruit monaſterium Bariſiacum 835 f
667 Corpus S. Vedaſti Ep. Atrebatenſis transfertur à SS. Autberto & Audomaro 787 b
675 S. Autbertus Ep. Cameracenſis obit 836 a
676 S. Vindicianus ordinatur Ep. Cameracenſis 836 a
Chlothario III Rege Franc. mortuo ſuccedit Theodericus frater, & hoc pulſo Childericus frater R. Auſtraſiorum 223 a b
S. Theodardus Ep. Traiectenſis M. 836 b
677 S. Lambertus conſecratur Ep. Traiectenſis 836 b
678 S. Wilfridus ex Epiſcopatu Eboracenſi pellitur. 223 f
679 Childerico R. Franc. occiſo ſuccedit Theodericus 223 c e f S. Wilfridus Epiſc. Eboracenſis in Friſiam venit 223 f S. Leodegarius Epiſ. Auguſtodunen. captiuus detinetur. 224 b
680 S. Wilfridus inuiſit Dagobertum II Regem Auſtraſiorum Tranſrhenanorum 224 a 231 c Intereſt Synodo Romanæ ſub S. Agatone. 224 a
681 S. Amandus conſecrat Eccleſiam Elnonenſem & condit teſtamentum. 962
683 S. Amandus conſtituit 7 Martij Baudemundum Abbatem Blandinienſem. 873 d
684 S. Amandus moritur Elnone 6 *Febr.* 815 837 e
non diu poſt Vita à Baudemũdo ſcribitur. 843 f
S. Leodegarius Ep. Auguſtodunen. interficitur. 224 b
687 Vulfoaldo Maiore-Domus mortuo ſuccedit Pippinus Herſtallius 224 c Ebroinus Maior-Domus Neuſtriæ interficitur. 224 c
Dagobertus II R. Auſtraſiorum obit. 224 c
688 S. Leodegarij corpus trãsfertur & menſe Maio in monaſterio S. Maxentij deponitur 224 d
Warado Maior-Domus Neuſtriæ, à filio Giſlemaro ſupplantatur. 224 d
689 Gislemaro mortuo Warado fit iterum Maior-Domus 224 d S. Audoënus Ep. Rotomagen. 24 Auguſti obit 224 d S. Ansbertus fit Ep. Rotomagen. 224 f Waradoni ſuccedit Maior-domus Bertharius. 225 a
690 Pippinus Herſtallius victoriam de Theoderico Rege obtinet Textricij in Veromanduis. 225 a
*Cir.*690 S. Hadelinus Presb. in Belg. obit 3 *Febr.* 366
An. 691 *aut* 692 Synodus Rotomagenſis ſub S. Anſberto. 224 f
An. 693 Corpus S. Audoëni in feſto Aſcenſionis trãſlatum 224 f S. Ansbertus in exiliũ pellitur 224 f
Theoderico R. Francorum ſuccedit Chlodoueus III, filius. 225 a b
*Cir.*693

*Cir.*693 B. Andreas Ab. Elnonenſis obit. 6 *Febr.* 903
An. 698 Chlodoueo III ſuccedit Childebertus frater. 225 b
Corpus S. Amandi à S.Mommoleno transfertur. 838 a
Cir. 700 SS. Berlendis, Nona, Celſa VV. 3 *Febr.* 377
S.Brigida Scota floret Abernetti. ſepulta 108

VIII SECVLVM.

Seculi 8 *initio* S. BErtulphus Rēticæ in Artheſiâ obit. 5 *Febr.* 675
S.Indractus, Dominica & IX ſocij MM. 5 *Febr.* 688
S. Vodalus Benedictus Sueſſione 5 *Febr.* 690
711 Childebertus R.Francorum obit 225 b ſuccedit Dagobertus III 225 c
714 Pippinus Herſtallius Princeps Francorum obit menſe Decembri. 224 c
Succedit Theobaldus è filio Grimoaldo nepos,& Carolus Martellus in cuſtodiâ detinetur. 225 c
715 Carolus Martellus è cuſtodiâ elapſus, apud Auſtraſios Maior-Domus 225 c Dagoberto III ſuccedit Chilpericus filius Childerici. 225 d
717 Chilpericus R.vincitur à Carolo Martello apud Cameracenſes 21 Martij Dominicâ. 225 e
Hoc 8 *ſec.* S.Wereburga V. obit 3 *Febr.* 384
720 ChilpericoR. Francorum ſuccedit Theodericus. 225 e
Cir. 728 S.Berlendis corpus eleuatur. 378 b
Poſt. 728 S. Ina R. Occidentalium Saxonum moritur Romæ 6 *Febr.* 905
An. 737 Theoderico R. Francorum mortuo Carolus Martellus abſque Rege imperat. 225 e
741 Carolo Martello mēſe Octobri ſuccedunt Karlomannus & Pippinus filij. 225 e
743 Childericus vltimus Rex Francorum 225 e
750 Childerico depoſito Pippinus in Regem à S. Bonifacio coronatur. 225 f
754 Childericus è Rege monachus moritur 225 f
Pippinus à Stephano Papâ iterum coronatur. 225 f
Hoc 8 *ſec.* S.Hadeloga V. Kitzingi moritur. 2 *Febr.* 303
S. Vlgiſus Ep.& Ab.Lobienſis 4 *Febr.* 498
An. 785 B.Rabanus Maurus naſcitur Mogũtiæ. 507 e

IX SECVLVM.

Seculi 9 *initio* BB. DOmitianus Dux Carinthiæ,Maria coniux & puer anonymus 5 *Febr.* 693 699
An. 801 S.Anſcharius naſcitur. 391 d
802 B.Rabanus mittitur ad Alcuinum Flaccũ. 507 e
809 Corpus S.Amandi eleuatur. 838 b
810 Godefridus R.Daniæ moritur. 399 c
B.Rabanus præficitur ſcholæ Fuldenſi. 507 f
812 Hemmingus R.Daniæ obit. 399 c
815 B.Rabanus fit Sacerdos. 508 a
Cir. 820 S.Rembertus Archiep.Hamburgen.naſcitur. 559 c
An. 822 B.Rabanus creatur Abbas Fuldenſis. 508 b
823 S.Anſcharius mittitur ad Corbeiam Saxonicam. 391 e
826 Herioltus R.Daniæ Moguntię baptizatur 399 e
S.Theodorus Studita moritur. 538 f 547 e
829 S.Anſcharius Sueciæ fidem infert. 401 e
831 S.Anſcharius conſecratur Archiepiſcopus Hamburgenſis. 391 e
834 Decreta dantur à Gregorio IV, & Ludouico Pio de Sede Hamburgi Epiſcopali ſtatutâ & miſſione S.Anſcharij ad Danos & Suecos. 405 406
Cir. 840 S. Nithardus Presb.M. in Succiâ occiſus. 3 *Febr.* 390
Vita S. Amandi metrica à Milone Presb. ſcripta. 842 d e
842 B.Rabanus curam Abbatialem deponit. 509 d
Cir. 845 S.Erlulfus Ep. Verdenſis M. 2 *Febr.* 314 b
847 S.Anſcharius fit etiam Ep. Bremenſis. 392 f
B.Rabanus ordinatur Archiep.Moguntinus 510 d
Concilium I celebrat. 510 d e f
848 Cogit Concilium contra Gotheſcalcum. 510 f
849 Walafridus Strabo Abb.Augienſis obit. 506 d
852 B.Rabanus 3 Concilium cogit. 511 c
Corpus S.Vedaſti Ep.Atrebatenſis eleuatur. 790 e 805 f
856 B. Rabanus Archiepiſc. Moguntinus moritur 4 *Febr.* 511 d
Horico ſeniori R. Daniæ ſuccedit Horicus iunior. 399 f
865 S. Anſcharius Archiep. Hamburgen. moritur 3 *Febr.* 391 393 b
S.Rembertus ordinatur Archiep. Hamburg. 559 c
868 S. Nicolaus Conf. Archimandrita Studitarum CP. obit 4 *Febr.* 538
Cir. 870 S.Baſilius Ep.Cretenſis dein Theſſalonicenſis obit 1 *Febr.* 242
Hoc 9 *ſec.* Corpora SS.Columbæ & Brigidæ ob deuaſtationem Normannicam Dunum tranſlata. 110
880 SS.Theodoricus Epiſc.Mindenſis,Marquardus Ep. Hildesheimenſis, Bruno Dux,Comites XI, Satellites regij XIV, aliique Mart.Ebbeckeſdorpij in Saxoniâ inferiore 2 *Febr.* 309 310
880 Corpus S. Vedaſti Atrebato Bellouacum defertur. 791 a
Cir. 884 S.Wereburgæ V. corpus Ceſtriam transfertur. 385 c
888 S. Rembertus Archiepiſc. Hamburgen. obit 11 Iunij,colitur 4 *Febr.* 554 555 c 559 c
893 Corpus S.Vedaſti Bellouaco Atrebatum refertur. 791 b
898 Corpus S. Bertulphi Bononiam transfertur. 675 f
9 *ſeculi fine* S.Brigida V. Fæſulis obit 1 *Febr.* 243 245 b
900 S.Petrus Ep.Argiuorum ſcriptor Vitæ S.Athanaſij Ep. Methonenſis floret. 611 b

X SECVLVM.

937 SAcellum S. Ioannis,nunc eccleſia Cathedralis,dedicatur Gandaui à Tranſmaro Epiſc. Nouiomenſi. 788 e
944 S.Polyeuctus creatur Patriarcha Conſtantinopolitanus 706 b c 946 Richardus I fit Dux Normanniæ 187 f Sub eo transferuntur Rotomagum reliquiæ S.Seueri Abrinc. 187 f 192
955 Corpus S. Bertulphi Gandauum transfertur. 676 b
959 Conſtantinus Imp. CP. obit, ſuccedit Romanus fil. 708 c d
963 Romanus Imp.CP.obit relictis Baſilio & Conſtantino filiis 708 f Nicephorus Phocas Imperium arripit. 709
970 S. Polyeuctus Patriarcha CP.moritur 5 *Febr.* 706
Cir. 980 Liafdagus Epiſc. Ripæ in Daniâ M. 3 *Febr.* 445.
Cir. 1000 Sanctus Epiſcopus Belga anonymus Chami in Heluetiâ obit 1 *Febr.* 247

XI SECVLVM.

Cir. an. 1015 S. ALbinus Ep. Brixinenſis moritur 5 *Febr.* 712
Cir. 1015 S.Adelheidis V. Abb. Vilicenſis 5 *Febr.* 713
Ann. 1024 S. Agatha Hildegardis in Carinthiâ obit. 5 *Febr.*

5 *Febr.* 721
Cir. 1040 Reliquiæ S. Agathæ auehuntur Conſtantinopolim. 635 636 c
1073 Corpus S. Bertulphi ad aliud altare transfertur. 676 d Vita eius conſcribitur à Blandinienſi monacho. 677 a
Cir. 1083 S. Gilbertus Sempringhamen. naſcitur. 567 c

XII SECVLVM.

Poſt annum 1100 B. WOlfholdus Presbyt. Hohenwarti in Bauariâ obit 1 *Febr.* 247
An. 1107 Corpus S. Amandi per antiquum Bragbantum delatum miraculis claret. 843
1126 Reliquiæ S. Agathę Conſtantinopoli reuehuntur Catanam 638 a 639
Cir. 1135 Ordo Sempringhamenſis in Angliâ incipit. 567
Cir. 1148 Ordo Sempringhamenſis ab Eugenio III approbatur. 568 a
An. 1159 S. Guarinus Ep. Præneſt. Card. moritur 6 *Febr.* 914
1163 B. Raimundus Fundator Calatrauæ 1 *Febr.* 252 S. Ioannes de Craticulâ Ep. Maclouienſis 1 *Febru.* 248 252 a
Cir. 1170. Vita S. Amandi à Philippo Ab. Bonæ-Spei ſcribitur. 842
An. 1181 S. Guarinus canonizatur ab Alexandro III 915 b
Poſt 1183 B. Hildegundis Comitiſſa moritur 6 *Febru.* 916
1185 Corpora SS. Patricij, Brigidæ & Columbæ tranſlata III c
1189 S. Gilbertus Sempringhamen. moritur 4. *Febru.* 567
Cir. 1200 S. Obitius Conf. Brixiæ 4 *Febr.* 573
Cir. 1200 S. Aldericus ſubulcus Fuſciniaci 6 *Febr.* 922

XIII SECVLVM.

Anno 1202 S. GIlbertus Sempringhamen. canonizatur. 569 f
1242 S. Verdiana V. obit 1 *Febr.* 255
1249 Sudarium S. Veronicę Româ Monaſteriolum in Galliam miſſum miraculis claret. 456 c d
1267 B. Antonius Peregrinus moritur 1 *Febr.* 264

XIV SECVLVM.

Anno 1317 S. BRynolphus Ep. Scarenſis moritur 6 *Febr.* 925
1327 B. Angelus à Furcio Eremit. S. Auguſtini 6 *Feb.* 927 c
1329 Incendium Ætnæ velo S. Agathæ auerſum. 648 b c
1338 Reliquiæ S. Hadelini Presb. Viſetum transferuntur. 367 e
1376 Sudarium S. Veronicæ ad Giennenſes in Hiſpaniam num delatum. 457 b

XV SECVLVM.

Anno 1408 & 1444 ÆTnæ incendium velo S. Agathæ auerſum 648 d e f
1468 Reliquiæ B. Raimundi Ab. Fiterij transferuntur. 254 f

XVI SECVLVM.

Anno 1501 REgula Ord. Annuntiatarum ab Alexandro VI probatur. 577 f
1505 B. Ioanna Valeſia Regina Franciæ, moritur 4 *Febr.* 574
1515 B. Rabani reliquiæ transferuntur in Saxoniam. 512 a
1531 Corpus B. Antonij Peregrini transfertur. 264 c
1536 Ætnæi ignes per S. Agatham coërciti 649 650
1542 S. Franciſcus Xauerius Goam appellit 724 c
Iaponia à Luſitanis inuenitur. 724 c
1549 S. Franciſcus Xauerius Iaponiam adit. 724 c
1548 Gaſpar Barſæus & Ludouicus Froës è Societate Ieſu in Indias mittuntur. 733 d
1563 Ludouicus Froëz ex Indiis in Iaponiam mittitur. 733
1568 S. Paulus Miki M. in Iaponiâ quinquennis cum patre baptizatur. 735 c
1580 In Iaponiâ 20570 Chriſtiani. 731 c
1584 Taicoſama Imperium Iaponiæ arripuit. 725 a
1585 Diploma Pontificis datur, ne vlli, non Societatis Ieſu, Religioſi eant in Iaponiam. 732 b
1586 S. Paulus Miki, Iapon mortuo patre Societatem Ieſu ingreditur. 735 d
1587 Taicoſama R. Iaponiæ mouet perſecutionem aduersùs Chriſtianos 728 b
1588 In Iaponiâ erant circiter CXXXV è Societate Ieſu in XXV domicilia diſtributi. eccleſiæ CC. 728 b
1591 & 1592 In Iaponiâ vltra 12000 baptizati 731 c
1593 S. Petrus Baptiſta & alij Ordinis S. Franciſci veniunt in Iaponiam 732 d
1597 Martyres XXVI in Iaponiâ 5 *Febr.* 723
Ludouicus Froës è Societate Ieſu teſtis oculatus, ſcriptor dicti martyrij moritur menſe Iulio 733 c f
1599 Caput S. Ignatij Ep. Antiocheni transfertur è Bohemiâ Romam ad Domum-Profeſſam Societatiis Ieſu 56 e 57 d

XVII SECVLVM.

1622 COrpus S. Fortunati M. Româ Antuerpiam defertur ad eccleſiam Societatis Ieſu 329
1627 Martyres XXVI in Iaponiâ crucifixi, ab Vrbano VIII ſacro & officio Eccleſiaſtico honorantur. 740
1635 Ætnei ignes velo S. Agathæ reſtincti. 651
1641 Reliquiæ SS. Theodori, Troſimi, Euelli, Tarcitij, Felicis, Candidi, Theophili MM. Eccleſiis Foſſani donatæ. 932

ACTA

ACTA SANCTORVM FEBRVARII.

EBRVARIVS MENSIS, gelu licet niuibuſque horridus, haud tamen ita corpora hominum menteſque adſtringit & torpedine glaciat, vt non quandoque magnificas, contemptâ vi frigorum, res gerant, ac memoriam geſtarum perennibus publici plauſus conſecrent argumentis. Euenêre ſanè quidem, hoc menſe, veteri Romæ multa, ad quorum recordationem ſacra ac ludos, ſolenni poſterorum gratulatione celebrandos, indixit. Ita (quod Polemeus Siluius in Laterculo, Poſthumiani & Zenonis conſulatu, anno nimirùm CCCCXLVIII *Æræ vulgaris, conſcripto, annotauit)* XIII *Kalend. Martias,* Romulus occiſus à ſuis non apparuiſſe confictus eſt: VII *Kalend.* Regifugium *accidit,* cùm Tarquinius Superbus ab Vrbe expulſus: *Idibus,* Parentatio tumulorum; quo die Roma liberata eſt obſidione Gallorum: *ac denique ad* III *Kalendas, in beatæ ſpem dominationis, natus eſt* Conſtantinus.

Neque Chriſtiana Roma, & qui eius nutum ſanctiùs quàm antiquæ obſeruat orbis ſubiectus, aut myſteria deſiderat hoc peracta menſe, quæ æternâ deuotione veneretur; aut Sanctorum omnis ætatis, quæ imitetur, ad ſingulos dies conſignata decora. Nam IV *Nonas* Hypapante *recolitur, ſiue Occurſus, deportati ad templum Hieroſolymitanum IESV Saluatoris: eiuſque Matris Sanctiſſimæ* Purificatio; *à quâ religioſiùs fieri inſtauratiue Februario nomen fas eſt, (nam* Februm, *ſiue* Februum, *veteres purgamentum dixerunt) quàm ab mœnium Romanorum profanâ luſtratione. Quid, quòd Chriſto Regi exhibita à Magis Adoratio (quam Græci* XXV *Decembris, vnà cum eius Natiuitate celebrant; Latini* VIII *Idus Ianuarij, quo die, triginta pòſt annis, à Ioanne eſt baptizatus) hoc menſe contigit? Quî enim alioqui crèdibile ſit, Diuino monitu, nocte intempeſtâ, ſummo ſilentio, deuio itinere, abiiſſe Magos, & in ſpeluncâ, quam deinde S. Theodoſius Cœnobiarcha (vt* XI *Ianuarij dictum) inhabitauit, ad modicam quietem latuiſſe; ſi dein* XXVII *dies ſecurè Bethlehemi Deipara Mater ſubſtitit, ac demum Hieroſolymam venit, Filiumque, tantâ ſanctæ exultationis & vaticiniorum celebritate excipiendum, Sacerdotibus ſtitit? Contigit igitur poſt hanc Oblationem Adoratio Magorum, & mox imperata tum his tum nouo Regi fuga, vereque Chriſtianum* Regifugium. *Sed hæc Diuinarum litterarum interpretibus accuratiùs pertractanda relinquimus, minùs propoſito noſtro congruentia: quippe qui ſolùm Sanctorum, æterni illius Regis militum, partim tropæa ſanguine inſcripta, partim monumenta præclaris benefactis aggeſta, proferre hîc conſtituerimus.*

Tu, cuius Gratiâ cœpta vtraque & conſummata ſunt, CHRISTE IESV, Spiritu tuo diuino noſtros promoue conatus. Faue Tu quoque, & curſum felicem nobis à Filio impetra MARIA Auguſta: quæque, per inhoſpitam ſolitudinem, in Ægyptum profugere hoc menſe coacta es, oſtende quæ legamus calamo, moribus exprimamus, Tua, Filij, Sanctorum veſtigia.

I. FEBRVARII.

SANCTI QVI KALEND. FEBRV. COLVNTVR.

S. Cæcilius Epiſcopus Eliberitanus & ſocij, } Martyres in Hiſpaniâ.

S. Ignatius Theophorus, Epiſcopus Antioch. Martyr Romæ.

S. Publius, S. Saturninus, S. Maurianu, } Martyres in Africâ.

S. Libosus,
S. Vincentia,
& alij XXIV } Martyres in Africâ.

S. Pionius Presbyter,
S. Dionysius,
S. Pionius alter,
& alij XIII } Martyres, Smyrnę in Asiâ.

S. Victor,
S. Lucianus,
S. Apollinaris,
S. Hilarius,
S. Ammon,
S. Zoticus,
S. Cyriacus } Martyres.

S. Eubertus Ep. Seclinij in Flandriâ.
S. Carion Martyr.
S. Theïon.
& duo pueri } Martyres.
S. Ephrem Syrus, Edessæ in Mesopotamiâ.
S. Æmilius Dux, Lucæ in Etruriâ.
S. Seuerus Episcopus,
S. Vincentia eius vxor,
S. Innocentia V. eorũ filia, } Rauennę.
S. Leonius Presb. Pictauis in Galliâ.
S. Paulus Ep. Tricastinus in Galliâ.
S. Torquatus Ep. Tricastin. } Crudati
S. Iosserandus monachus } in Galliâ.
S. Timotheus Confessor.
S. Petrus Galata, Eremita in Syriâ.
S. Cinnia, siue Kinnia, Virgo in Hiberniâ.
S. Vrsus Presb. Augustæ Prætoriæ in Pedemontio.
S. Vendimianus Eremita in Bithyniâ.
S. Brigida Virgo Scota, in Hiberniâ.
S. Darlugdacha, siue Dardulacha, Virgo in Hiberniâ.
S. Carterius Presb. in Galliâ.
S. Seuerus Ep. Abrinc. Rotomagi in Galliâ.
S. Tuianus Ab. in Britanniâ Armoricâ.
S. Præcordius Presb. Corbeiæ in Galliâ Belgicâ.
S. Pictus Ep.
S. Sorus Eremita apud Petrocorios in Gal.
S. Agrippanus Ep. } Martyres, Podij
S. Vrsicinus } in Galliâ.
S. Sigebertus Rex Francorum Austrasiorum, Metis in Galliâ.
S. Basilius Ep. Cretensis & Thessalonicen.
S. Brigida Virgo, Fæsulis in Etruriâ.
Sanctus Episcopus Belga anonymus, Chami in Heluetiâ.
B. Wolfholdus Presb. in Bauariâ.
S. Ioannes de Craticulâ Ep. Maclouiensis, in Britan. Armoricâ.
B. Raimundus Ab. Fiterij, Fundator Ordinis Calatrauæ in Hispaniâ.
S. Verdiana Virgo, Castolli-Florentini in Etruriâ.
B. Antonius Peregrinus, Patauij in Italiâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Seuerus Martyr Rauennæ, *hoc die refertur à Philippo Ferrario, Petro de Natalib. lib. 3 cap. 66. Richardo VVitfordo. Nos, Hieronymum Rubeum secuti, eum exhibuimus suprà* 1 Ianuarij.

S. Polycarpus Episc. Smyrnensis & Martyr, *refertur hoc die in veteri Martyrol. Rom. siue S. Hieronymi, inq; aliis quàm plurimis MSS. vnà cum* S. Seuerino. *Illius Acta dedimus* XXVI Ianuarij.

S. Marcianus, } Martyres in Lucâ ciuitate. *Ita adscriptum erat ad oram Martyrologij Vsuardi editi Coloniæ an.* MDXXI *cum Additionibus Hermanni Greuen, quod in Carthusiâ Bruxellensi asseruatur: additumq; erat* Imiliæ *nomen, siue* Æmilij, *de quo infrà agemus. De* Marciano *nihil alibi reperimus. De* S. Valerio *egimus* XXIX. Ianuarij.
S. Valerius }

Seuerus Sulpitius Presbyter, discipulus S. Martini, *memoratur hoc die vt* Sanctus *à Petro de Natalib. lib. 3 cap. 67 & Richardo VVitfordo. An in Sanctorum tabulas relatus videatur, disputauimus cùm de* S. Sulpitio Seuero *Episc. Bituric. ageremus* XXIX Ianuarij.

B. Amnichadus Reclusûs, Fuldæ. *Ferrar. De eo egimus* XXX Ianuarij.

Hypapantes Præfestum, *siue* πρυπάντιον, *recolitur hoc die à Græcis, vt patet ex eorum Menæis & Horologio, itemq; Molani Additionibus ad Vsuardum. Inscripsit & Gallicano Martyrologio Sausaius. Agitur alicubi fortassis in Galliâ* Vigilia Purificationis.

S. Patricius, } Martyres, socij S. Cæcilij Ep. Elibe-
S. Septemtrius } ritani, *referuntur in lamina iuxta Granatam nuper inuenta, cum eo martyrij coronam adepti. Verùm lamina illa, vt hoc ipso die ad Vitam S. Cæcilij dicemus, apocrypha hactenùs habentur.*

S. Gallenitus Martyr, qui cum S. Ignatio passus. *Ita recèti manu adscriptum Martyrologio Carthusiæ Bruxellensis antè citato. Sed cùm de eo in* S. Ignatij *Actis nulla mentio fiat, omittimus, donec aliud vspiam occurrat.*

Ephraim, *siue* Ephrem, XIII Hierosolymorum post Iacobum Episcopus, *in Chronico vniuersali Theodorici Gorcomiensis,* Sanctus *appellatur &* Martyr. *Nondum id in veterum scriptis legimus. Refertur tamen etiam à Franc.*

A *Franc. Maurolyco hoc die.*

S. Mercurius puer Martyr, Carali in Sardiniâ, *commemoratur à Dionyſio Bonfant, Triumphi SS. Sardiniæ lib.* 10 *cap.* 16. *vbi eius an.* 1630, *die* 27 *Ianuarij, repertas in marmoreo tumulo Reliquias tradit, cum hac inſcriptione:* B. M. MERCVRIVS, QVI VIXIT ANNIS PLVS MINVS QVINQVE, QVI EVIT IN PACE K. FEBRVARIA. *Litteræ quidem B. M. potiùs videntur* beatæ memoriæ, *quàm, quod ille ſcriptor aliiq; volunt,* Beatus Martyr, *ſignificare: tamen honorificentia illa tumuli aliquid fortaſſe habere momenti poteſt. Verùm quia & Acta latent, & adhuc nobis incompertum eſt, quis ſenſus ſit Sanctæ Apoſtolicæ Sedis de omnibus illis Reliquiis, noſtrâ memoriâ, in Sardiniâ repertis; tantiſper hunc aliosq; omittimus.*

S. Perpetua Virgo Martyr in Africâ, *refertur à Franc Lahierio noſtro in magno Menologio Virginum. Nuſquam alibi nomen eius, nedum Acta reperimus.*

Anſalogus; *Abbas, ac deinde Epiſcopus Salisburgenſis,* S. Vitalis (*de quo* XX *Octobris agemus*) *ſucceſſor, obiiſſe traditur hoc die, & à quibuſdam* Sanctus *appellatur. Non colitur officio Eccleſiaſtico, neque adhuc de eo ferè quidquam, præter nomen, habemus compertum.*

B Stephanus IV Papa, *qui vulgò* III *habetur,* Sanctus *appellatur, referturq; hoc die à Ferrario & Octauio Caietano noſtro: ab Hugone Menardo, eodemq; Ferrario, & in Kalendario Maclouij edito,* XXXI *Ianuarij. Fuit omnino vir ſanctiſſimus, vt ex Anaſtaſio Bibliothecario & Baronio patet. Sed necdum apud eos qui Vitas Pontificum ſcripſêre, de cæleſtibus honoribus ei vnquam delatis, quidquam legimus.*

Alexandri Patriarchæ Alexandrini *Vita extat in MS. Coptico collegij Maronitici Societatis Ieſu Romæ, hoc titulo:* Feſtum S. Alexandri Patriarchæ Alexandrini, ſeptimo die menſis Amſchiri. *Vitæ exordium:* Hoc die requieuit S. Alexander Patriarcha *&c. Non eſt hic Magni Athanaſij ſanctus deceſſor, de quo agemus* XXVI *Februarij: ſed Iacobitarum, ſiue Eutychianorum, Patriarcha, qui tempore Leonis Iſaurici hoc die obiit; plurima cum ceteris Chriſtianis, ac præcipuè monachis, perpeſſus ab aliquot Ægypti Præfectis Saracenis: quæ in eius Vitâ citatâ narrantur, & accuratiùs à Georgio Elmacino lib.* 1. *hiſtor. Saracenicæ; vbi iſti referuntur Iacobitarum Alexandrini Patriarchæ:* Beniamin, *qui tempore Heráclij electus, poſteà vrbe à Saracenis, anno Hegiræ* XX, *æræ Chriſtianæ* DCXL. *captâ reſtitutus:* Agathus, Ioannes, Iſacus, Simon Syrus, Alexander, Coſmas, Theodorus, Abuna Chaiil, Abuna Mina, Abuna Ioannes, Abuna Marcus nouus, Iacobus *&c. Tradit idem auctor, ex alterius hiſtorici fide, Orthodoxos annis* XCVII *caruiſſe Patriarchâ; donec tandem Hiſiami* XVII *Califæ anno* III Coſmas *Orthodoxus electus eſt: Eccleſias alioquin omnes occupatas à Iacobitis, conſtitutis vbique ſuæ ſectæ Epiſcopis, in ipsâ quoque Nubiâ, (ſiue Abaßiâ, vt interpretamur) quæ ex eo tempore Iacobitica facta eſt. Quamobrem Nubæ* Rex Cyriacus *cum centum millibus equitum Ægyptum verſus deſcendit, tempore* Abunæ Chaiilis *Iacobitæ Patriarchæ, vt Chriſtianis, ab Abdulmelico, filio Moſis, qui ex Iudæo Mahumetanus erat factus, crudeliſſimè vexatis, ſuccurreret. At, (quod ſolum huc pertinet, & neceſſariò indicandum fuit) abeſſe debet à Sanctorum albo Pſeudopatriarcha ille* Alexander.

C S. Paulus Epiſcopus Trecenſis, *qui tempore Ludouici Pij vixerit, in Martyrol. Romano aliiſq; refertur. An alius ſit à Tricaſtino meritò ambigi poteſt, vt, cùm de hoc agemus, infrà hoc ipſo die, oſtendetur.*

Brigitta Virgo, *Abbatiſſa monaſterij ſanctimonialium à S. VVolfgango fundati Ratiſponæ, ſoror S. Henrici Imp.* Sancta *appellatur, referturq; hoc die in Kalendario SS. Ordinis S. Benedicti recenti manu exarato. Nondum aliunde comperimus vt* Sanctam *coli. Eius meminit Raderus in vitâ Giſlæ to.* 4. *Bauariæ ſanctæ, aitq; in nouo S. Pauli parthenone Reginoburgi tum excitato, Antiſtitam fuiſſe: quod anteà S. VVolfgangus, rogante patre Hezilone, vt quaternis liberis ad eius genua admotis benè precaretur, futurum prædixerat.* D

S. Godermundus, *ſiue* Goedermundus, Epiſcopus & Martyr in Iſlandiâ, *refertur in MS. Florario, & Molani Additionibus ad Vſuardum. Nobis adhuc ignotus.* Ionas Ogmundus, *Holenſis in Boreali Iſlandiæ plagâ Epiſcopus, in* Iſlephi, *ſiue* Iſlani, *ſanctiſſimi Epiſcopi, ſcholâ educatus, mortuus an.* MCXXI III *Martij, in Diuos relatus dicitur anno* MCCI: *Sed ab hoc, vt remur, diuerſus.*

Gaufridus, Ep. Carnotenſis, *vir plenus Spiritu conſilij & fortitudinis, maximas pro Eccleſiâ res geſsit; à S. Bernardo, Petro Cluniacenſi, Goffrido Vindocinenſi, Roberto de Monte, Iacobo Sirmondo, aliiſq; ſummis laudibus celebratus; traditur in Galliâ Chriſtianâ Claudij Roberti obiiſſe* VIII *Kalend. Februarij; quo die inter* Pios *à Sauſſaio recenſetur: aſt in Menologio Ciſtercien. Chryſoſtomi Henriquez hoc die, cum* Beati *titulo. Haud remur ei cultum aliquem publicum haberi.*

Winandus, *ſiue* Guinandus, Prior cœnobij Prædicatorum Traiecti ad Moſam, *à Leandro Alberto* Beatus *appellatur lib.* 5 *de viris illuſtr. Ord. Prædic. vbi & tradit, eum vt vas vacuum vino diuinitus repleretur impetraſſe, circa annum* MCCXXXV. *Antonius Senenſis ſcribit, multis miraculis claruiſſe. Refertur hoc die à Raiſsio in Auctario ad Natales SS. Belgij*

Zegerus, Ordinis Prædicatorum Sacerdos, *vir ſanctus, refertur hoc die ab eodem Raiſsio, &* Beatus *appellatur. Eius mentio fiet in Vitâ* Margaritæ de Ipris XX *Iulij.*

Andreas Ord. Minorum, Cardinalis *creatus à Bonifacio* VIII, *cui erat, vti & Alexandro* IV *genere propinquus; eâ dignitate vltro depoſitâ, ſanctiſſimam vitam egit, obiitq; in loco* Pilei *dicto prope Anagniam, multis vtuus ac mortuus miraculis à Deo illuſtratus: ideoq; inter* Beatos *Ordinis Seraphici recenſetur à Franciſco Gonzagâ, Petro Rudolphio Toſiniano, Arturo à Monaſterio in Martyrol. Franciſc. ad hunc diem. Statuerat Bonifacius* VIII, *ſi ſupervixiſſet, eum catalogo SS. adſcribere, vti Piſanus lib.* 1. *Conformitat. fru.* 8. *& Ciacconius in hiſtoriâ Pontificum teſtantur. An poſteà* Beatus *ſit ſolemni Romani Pontificis auctoritate appellatus, nondum comperimus.*

Dominicus Melitenſis, laicus Ord. Minorum, *in vitâ ac poſt mortem miraculis clarus, inſcriptus hîc Martyrol. Franciſcano ab Arturo. Gonzaga teſtatur, corpus eius Neeti, Siciliæ vrbe, in maximâ eſſe veneratione.*

Ægidius, laicus Ord. Minorum *Laurentiani in prouinciâ Baſilicatâ, in maximo honore habetur, vt idem Gonzaga teſtatur.*

Petrus Ferrerius, Valentinus, Ord. Minorum, *cognatus S. Vincentij Ferrerij, an.* MCCCCLXXII *monaſterium ſui Ordinis iuxta oppidum, quod* Caceres *dicitur, (quaſi* Caſtra Cecilij, *aut* Caſa Cereris, *vt interpretatur Rodericus Mendius Siluæ) conſtituit. Caput eius in ſacrario, corporis reliquum lapideæ arcæ incluſum, in primario illius Eccleſiæ ſacello aſſeruatur, maximâ cum Fratrum populiq; deuotione, vt ſcribit Gonzaga* 3 *part. prouinc. S. Michaëlis conuent.* 2. *Addit Marcus Vlyſippon. par.* 3 *lib.* 8 *cap.* 36 *multos aquâ, cui ſacrum illud caput intinctum, à febribus ſanari. At nullus adhuc ab Eccleſiâ illi cultus decretus.* E F

Cornelius Dubenius, Epiſc. Dunenſis & Conerenſis, ex Ordine Minorum,

Patricius Larchranus, eius Sacellanus, 1 *Februarij. ann.* MDCXIII *Dublinij in Hibernia martyrium ſubierunt, vti partim Hugo Cauellus Primas Armacanus in Vitâ Ioannis Scoti cap.* 1. *partim Lucas VVadingus to.* 2 *Annal. Minor. ad an.* 1271 *nu.* 15 *teſtantur. Et hic quidem Epiſcopi coſtam vnam Romæ in monaſterio Aracæli inter alias Diuorum reliquias aſſeruari ſcribit to.* 2 *ad an.* 1250 *nu.* 57. *Eumdem* Cornelium *hoc die in Martyrol. Franciſcano conſignat Arturus, &* Beatum *vocat. nihil adhuc de vtroque decreuit Apoſtolica Sedes.*

S. Tigrides Ep. Vapincenſis *refertur hoc die à Sauſſaio in Martyrol. Gallicano: ab aliis* III Februar.

A S Seuerus Presbyter *hic ponitur ab Hermanno Greuen Carthusiano Colon. in addit. ad Vsuard. & Canisio. Martyrologium quoque S. Hieronymi, seu vetus Romanum, postquàm de* S. Seuero Episcopo *aliisq; egit, subdit:* Item Seueri Confessoris. *An illud aliquis adiecerit, nobis non constat. Petrus Equilinæ lib. 3. cap. 66. Martyrem* Seuerum, *de quo* I. Ianuarij *egimus, & hunc Presbyterum Confessorem in vnum constat. De Confessore agemus* XV Februarij.

S. Fintanus Confessor *refertur à Dauide Camerario hoc die, nullâ datâ, cur ita statuat, ratione, cùm eumdem esse fateatur, qui in Martyrol. Romano celebratur* XVII Febr.

S. Seuerianus Episc. *inscriptus est Florario SS. & aliquot Martyrologiis, vnà cum S. Polycarpo. Arbitramur eum esse, de quo Martyrol. Roman.* XXI Februarij.

S. Victorinus,
S. Victor,
S. Nicephorus,
S. Claudius,
S. Diodorus,
S. Serapion,
S. Papias
} Martyres. *Galesin. & Canisius. Iidem sunt, de quibus, mutatis paullùm nominibus, agunt Græci* XXX *Ianuarij, nos cum Martyrol. Roman.* XXV Febru.

B S. Perpetua,
S. Satyrus,
S. Reuocatus,
S. Torulus,
S. Secundus,
S. Felicitas
} Martyres in Africâ. *Menæa. At Martyrol. Romanum, diuersis aliquantùm nominibus* VII Martij.

S. Vindemialis,
S. Eugenius,
S. Longinus
} Episcopi Martyres in Africâ. *Galesin. Molan. Canis. MS. Martyrol. S. Hieronymi. Nos cum Martyrol. Roman.* II Maij.

Gisla, *siue* Gisela, *soror S. Henrici Imp. vxor S. Stephani, mater S. Emerici, Hungariæ Regina, refertur, cum* Sanctæ *titulo, hoc die in MS. Kalendario Benedictino. Ast ab Hugone Menardo, Ferrario, aliisq;.* VII Maij.

S. Restituta, Virgo Martyr Carali in Sardiniâ. *Ferrarius in gener. Catalogo SS. qui Kalendarium citat Eccl. Caritanæ; & Franciscus Labierius noster in Menol. Virginum. Nobis de Sanctis Sardiniæ, quos longè plurimos fuisse non diffitemur, absque certissimis testimoniis nil pronuntiare constitutum est. Certè Antonius Caracciolus de sacris Eccl. Neapolitanæ monumentis cap. 15. sect. 1. vnicam in Sardiniâ* Restitutam *agnoscit, S. Eusebij Vercellen. Ep. matrem, de quâ nos alibi. De Neapolitanâ* Restitutâ Virg. & M. XVII Maij. D

S. Cathanus, *siue* Caddanus, Episc. Hibernus *in Butâ Scotiæ insulâ, mortuus traditur hoc die apud Colganum, qui alios citat nobis ignotos. Vt certiora scrutemur, differemus eum, vti & Dempsterus, Ferrarius, Camerarius, in* XVII Maij.

S. Engelmundus, *siue* Ingelmundus, Martyr in Hollandiâ, *refertur hoc die in Florario. Eius Vitam dabimus* XXI Iunij.

S. Phocas, in Ponto. *Martyrol. S. Hieronymi. Hic esse videtur, qui Sinope in Ponto martyrium passus, de quo Græci* XXIII *Iulij, & fortassis (vt saltem existimauit Baronius)* XXII *Septembris. Nos cum Martyrol. Romano eum dabimus.* XIV Iulij.

S. Audoëni Episc. Rotomagensis Translatio *hoc die consignatur à Franc. Maurolyco, & MSS. quibusdam. Verùm celebrior, quæ sub eius successore contigit quarto post* E *mortem eius anno, agitur* V *Maij: de quâ nos ad eius Vitam* XXIV Augusti.

S. Birgitta vidua *refertur hoc die à Francisco Maurolyco & Constantio Felicio. Etsi alio die mortua, colitur nunc tamen* VIII Octobris.

S. Brigida,
S. Helena,
S. Sapientia
} Virgines Martyres, *S. Kiliani Ducis filiæ, S. Vrsulæ cognatæ, Coloniæ coluntur hoc die in æde SS. Ioannis & Cordulæ, vti Ægidius Gelenius est auctor. Nos de iis agemus* XXI Octob.

S. Tryphon Martyr *celebratur hoc die à Græcis in Menologio & Menæis; à Ferrario item, Galesinio, Molano, Canisio, & quibusdam Latinis MSS. extatq; in Surio Vita hoc die ex Metaphraste. Nos cum Martyrolog. Romano de eo agemus* X Nouemb.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
CÆCILIO EPISC. ELIBERITANO
ET SOCIIS, IN HISPANIA,

I. B.

Commentarius historicus.

§ 1. *S. Cæcilius an S. Iacobi discipulus.*

I. SECVLO. I. FEBRV. C

Dibus Maij celebratur natalis sanctorum Confessorum Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Indalecij, Cæcilij, Esicij, Euphrasij; qui Romæ à sanctis Apostolis Episcopi ordinati, & ad prædicandum verbum Dei, ad Hispa-

Hispaniarum Apostoli septẽ,

nias, tunc adhuc gentili errore implicatas, directi sunt. Cumque diuersis vrbibus euangelizassent, & innumeras multitudines Christi fidei subiugassent, Torquatus Acci, Ctesiphon Vergij, Secundus Abulæ, Indalecius Vrci, Cæcilius Eliberi, Esicius Carteiæ, Euphrasius Eliturgi, quieuerunt. *Ita Vsuardus; cui congruit. Martyrologium Romanum & alia pleraque. Breuius vetus Romanum à Rosweydo editum*: Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Indaletij, Cæcilij, Esicij, Eufrasij, qui Romæ ab Apostolis ordinati sunt. *VVandelbertus quoque in metrico Martyrologio eorum ita meminit:*

Pontifices septem Hesperiam simul Idibus ornant.

Fusiùs de iis agunt Beda vulgatus, Ado, Notkerus, & alij, vt infrà dicemus.

2 *Hos rerum Hispanicarum scriptores S. Iacobi Maioris* F *Apostoli discipulos tradunt fuisse; vti & recentiora quædam Martyrologia. Ita MS. Florarium:* Natalis sanctorum Confessorum Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Indalecij, Cæcilij, Esicij, Euphrasij: qui fuerunt discipuli S. Iacobi Maioris, & à sanctis Apostolis Episcopi ordinati, ad Hispanias directi sunt; vbi Christum euangelizauerunt. *Franciscus Maurolycus & Constantius Felicius ista habent*: Ipso die memoria nouem discipulorum, ex quibus Torquatus Gadium, Ctesiphon Almeriæ, Secundus Abylæ, Indalecius Vrcij, Cæcilius Heliberis, Hesychius Cartheiæ, Euphrasius Turris Iuliæ, Episcopi fuêre. Quos Iacobus Apostolus, Zebedæi filius, ex Hispaniâ Hierosolymam secum duxerat: & qui Magistri ab Herode perempti corpus in Galiciam retulêre: inde Romam profecti, à B. Petro ad prædictas vrbes destinati, vt Callistus Papa scribit. Duo autem reliqui huius Apostoli comites, Athanasius & Theodorus, in Hispaniâ relicti, iuxta Magistri sepulchrum apud Compostellam tumulati iacent, vt in epistolâ quadam S. Leonis legimus. Ab his primùm in Hispaniis Christianæ

S. Iacobi Maioris (vt vulgò creditur) discipuli.

A næ fidei doctrina propagata eſt. *Eadem ferè ſcribit Galeſinius, niſi quòd S. Cæcilium videatur priùs ceteris Epiſcopum ordinatum aſſerere: ita habet.* In Hiſpaniâ ſanctorum Confeſſorum Cæcilij, Indalentij, Euphraſij, Secundi, Torquati, Heſychij, Cteſiphontis, Athanaſij & Theodori. E quibus Cæcilius B. Iacobi Apoſtoli diſcipulus, ab Apoſtolorum Principe Petro Epiſcopus conſecratus, Eliberitanæ Eccleſiæ præfuit. Reliqui item, vbi ex vrbe Hieroſolymâ in Hiſpaniam eiuſdem S. Iacobi, quem Herodes Agrippa necârat, corpus exportarunt, inde Romam profecti, Epiſcopique ab eodem facti, ad Hiſpaniam, gentium ſuperſtitionibus implicitam mittuntur. Vbi Indalentius Vergitanæ, Torquatus Accitanæ, Heſychius Cathesianæ, Secundus Abylanæ, Cteſiphon Almerianæ, Euphaſius Elitorgenſis ciuitatis epiſcopatui præfectus, è tenebris ingentem multitudinem, pro ſuâ quiſque regione, ad aſpiciendam Euangelij lucem, reuocauit. Ab illis item duobus Athanaſio & Theodoro, qui ex Hiſpaniâ numquàm diſceſſerant, in multas illius prouinciæ partes Chriſtianæ religionis diſciplina propagata eſt.

5 *S. Iacobum Apoſtolum* Hiſpaniam adiiſſe, & ibi aliquos ad fidem conuertiſſe, Eccleſiarum illius prouinciæ traditio eſt; *vti dicitur in Breuiarij Romani Lectionibus, eius feſto die,* XXV *Iulij. De diſcipulis eius non eadem ſcriptorum ſententia eſt: alij iſthic ab eo conuerſos, alij eò, Euangelij propagandi cauſſâ, ab eo ductos tradunt. Priorem ſententiam*
B *ab eo iſthic conuerſi,* *tuetur Maurolycus in elogio iam relato. Et Breuiarium, poſt ea quæ iam attulimus, ſubdit*: Ex quorum numero ſeptem poſteà Epiſcopi à B. Petro ordinati, in Hiſpaniam primi directi ſunt. *Lucius Marineus Siculus de reb. Hiſpaniæ lib.* 5. In Hiſpaniâ D. Iacobus è Gallecià prouinciâ nouem diſcipulos elegit; quorum ſeptem, duobus aliis in Gallecià, prædicandi cauſſâ, remanentibus, *eũq; Hieroſolymã ſecuti,* cum eo Hieroſolymam perrexerunt: qui corpus eius poſt paſſionem per mare in Galleciam deportarunt. Ex quibus, vt idem Calixtus & B. Hieronymus ſcripſerunt, nonnulli cùm B. Iacobi corpus in Gallecià ſepeliſſent, & Romam ſe contulerunt, & ab Apoſtolis Petro & Paulo coronis Epiſcopalibus ornati, ad prædicandum Dei verbum in Hiſpaniam, adhuc errore gentilitatis implicatam, miſſi fuêre: qui ſuâ prædicatione innumerabilem Hiſpanorum multitudinem ad Chriſti cultum conuerterunt. *Ioannes Vaſæus in Chronico rer. Hiſpanicar.* D. Iacobus Apoſtolus, filius Zebedæi, in Hiſpaniâ prædicauit Euangelium Chriſti, & in totâ prouinciâ nouem duntaxat ad fidem noſtram conuertiſſe dicitur. Quamuis B. Calixtus, in epiſtolâ Tranſlationis ipſius, dicat illum plures habuiſſe diſcipulos; ſed duodecim ſpeciales, quorum nouem, dum adhuc
C viueret, in Gallecià elegiſſe. *& paucis interiectis*: Apoſtolus verò, duobus diſcipulis in Hiſpaniâ, prædicationis cauſſâ, relictis, cum reliquis in Iudæam rediit. *Ac paullò inferiùs, commemoratâ Apoſtoli cæde, & corporis illius per eoſdem diſcipulos curatâ in Galleciam tranſlatione, eos ait* inde Romam profectos, atque ab Apoſtolis Petro & Paulo infulis Epiſcopalibus ornatos, ad prædicandum verbum Dei in Hiſpanias iterum miſſos, & ibidem pro Chriſti fide, quam prædicabant, martyrio affectos. *Enumerat deinde nomina eorum, & vrbes in quibus vel ſedem Epiſcopalem collocarunt, vel ſuorum laborum metam adepti ſunt. De S. Iacobi prædicatione, & corpore in Galleciam deportato, ac ſub noni ſeculi initium, Alphonſi Caſti temporibus, reperto, agemus ad* XXV *Iulij; vbi & eius miracula à Calliſto II Papa deſcripta dabimus, & Leonis III Epiſtolam, quæ paſſim citatur, expendemus.*

Vnde corpus eius in Galleciam aduexerunt. 4 *Triplicem habemus Tranſlationis S. Iacobi hiſtoriam: nulla diſcipulos, à quibus in Hiſpaniam deuectum eſt eius corpus, Hiſpanos aſſerit fuiſſe, aut etiam inficiatur. Prima, cuius hoc initium eſt,* Nemo putet quòd ſit iſte Iacobus, qui cognominatur Alphæi *&c. Repugnat omnibus Martyrologiis, & Hiſpanienſibus hiſtoriis, cùm ait*: In eodem etiam loco (*in quo conditum fuerat Apoſtoli corpus*) tres diſcipu-

lorum eius, quorum nomina ſunt hæc, Torquatus, Theſifons, Anaſtaſius, ſortem requieſcendi cum dilecto Magiſtro habere meruerunt. Alij verò Hieroſolymam reuerſi, hæc quæ deſcripſimus, & plura alia, quæ breuitati ſtudentes omiſimus, in ſanctâ Synodo veridicis relationibus enarrauerunt. *In alterâ Narratione, quæ his verbis inchoatur*, Poſt Paſſionem Saluatoris Noſtri, eiuſdem reſurrectionis glorioſiſſimum tropæum, mirabilemque Aſcenſionem *&c. nulla diſcipulorum Apoſtoli nomina exprimuntur; illud ſolum ſub finem habetur*: Tres autem Magiſtri pediſſequi, pro illius reuerentiâ, dum ſummo cum affectu ad præfatum ſepulchrum peruigiles & indeſinenter vigilarent, definito dubiæ termino vitæ, naturæ debitum perſoluentes, felici exceſſu ſpiritum exhalarunt, cæloque animas gaudendo intulerunt. AVCTORE I. B.

D *Eorum quoſdam rurſus poſteà rediiſſe Hieroſolymã, alios apud corpus mãſiſſe, nonnulli aiũt.*

5 *Tertia extat in Bibliothecâ Floriacenſi Ioannis Boſcij, à veteri quopiam Floriacenſi cœnobitâ ante annos ſexcentos, vt cenſet, conſcripta, hoc exordio*: Spiritum ſanctum Paracletum per os Dauid Propheræ dudum prælocutum fuiſſe nouimus. *In hoc non Iacobi fuiſſe diſcipuli dicuntur, neque ab eo, aut Româ à S. Petro, ordinati Epiſcopi, ſed Hieroſolymis ab Apoſtolis*; *ita enim dicitur*: Cùm totus mundus iugo dæmoniacæ ſeruitutis teneretur depreſſus, tenebriſque ignorantiæ ſuæ eſſet obcæcatus, Sanctiſſimi Apoſtoli, iuxta Domini ſaluatoris edictum, eum à perfidiæ ſuæ ſquallore eruere cupientes, vniuerſis mundi partibus, in fide Chriſti fortiſſimos & lege ſanctâ doctiſſimos, euangelizare Diuini Verbi gratiam, direxerunt viros. Vnde factum eſt, vt prudentiſſimum omnique militiâ ſpiritali inſtructum eligerent virum, Cteſiphontem ſanctiſſimum, quem ordinauerunt Epiſcopum; adiunctis ſibi Coëpiſcopis ſociis in hoc opere ſatis ſtrenuiſſimis. Hi Miſſi Domini, ad Hiſpanias delegantur: quò barbaræ gentis ſaxea corda, vnguine ſancti Spiritus delibuta, molleſcerent, gratiam Chriſti ſuſceptura. Qui veriſſimi & rectiſſimi Chriſti famuli iniunctam ſibi prædicationis gratiam ocyùs implere cupientes, nauali euectione illuc properare ſatagunt. Aptatâ itaque nauiculâ, & quæ ſibi videbantur, neceſſariis impoſitis, ſubitò Diuinæ diſpenſationis munere ſibi collato, conſilium ineunt, vt corpus ſanctiſſimi Iacobi ſecum deuehèrent: quatenùs, dum ipſi prædicationis officio ſollicitiùs intenderent, ſancto reſplendente miraculis Apoſtolo, efferæ nationis hominum mentes, ad baptiſmatis fidem ſuſcipiendam paullatim manſueſcerent. Quod & factum eſt, vt pateſaciunt ſequentia. Etenim B. Cteſiphon cum ſociis, ad ſepulchrum properans glorioſi Apoſtoli, cum ingenti deuotionis honore & tremore, inæſtimabilis pretij F pretioſiſſimam margaritam, à loco terræ humili ſuſtollentes, cum magno & ſpirituali gaudio, in hymnis piæ iubilationis conlaudantes Dominum, decenter in nau compoſuerunt ſuâ. *alij Hieroſolymis ordinatos. Epiſcopos,* E *miſſoſq; in Hiſpaniã,* *corpus Apoſtoli ſecũ acceſſiſſe, in ſubſidiũ prædicationis.*

6 *Verùm nobis probabilius videtur, SS. Cteſiphontem, Torquatum, Cæcilium & ſocios, neque in Iudæâ ab aliis Apoſtolis, neque in Hiſpaniâ à Iacobo Epiſcopos eſſe conſecratos: ſed vel ab hoc ibi conuerſos, vt habet Breuiarium Romanum, & citati antè Auctores; ac fortè quoſdam eorum, vt Romanis nuncupatos nominibus, ita & Romanâ ſtirpe oriundos fuiſſe; vel certè è Romano Clero delectos, ordinatoſq; ab Apoſtolis Petro & Paulo Epiſcopos, & in Hiſpaniam miſſos.*

§. II. *An Epiſcopi in Hiſpaniâ ordinati à S. Iacobo?*

7 NEque magnoperè commouere quemquam debet Hiſpanienſe Chronicon, *quod ab homine diligenti, ſed tenuis doctrinæ ac iudicij, ſuperioribus ſeculis collectum, temerè nuper viro doctiſſimo Dextro adſcriptum. In eo Chronico multa de S. Iacobo narrantur, quæ alibi (ſi tanti id videbitur) expendemus: huc tranſſcribemus paucula, quæ ad eius diſcipulos,* *Iuxta Chronicõ, quod Dextri dicitur,*

AVCTORI B.

A *ſcipulos, ac nominatim, quo de hic agimus, ad Cæcilium pertinent. Ita ergo ſcribit ad annum Chriſti* XXXVI. *cùm Dextri ætate neque gens vlla, (nedum Hiſpania, quæ adhuc multis pòſt ſeculis Æras ſuas vſurpauit) neque Eccleſia, annorum epocham per ſpatium ductum ab ortu Chriſti ſignaret, ſed per Conſules. At fuerit Dexter, auctor primus illius moris, quem nunc tenemus; ita certè habet illud Chronicon*: Anno Chriſti XXXVI. Hiſpania prima prouinciarum mundi, poſt Galilæam, Iudæam, & Samariam, in partibus Occidentalibus Chriſti fidem amplexa eſt: eiuſque gentilitas ad fidem conuerſa fuit, veræ primitiæ ceterorum Gentilium. Nam & Iacobus ſanctus Apoſtolus, Zebedæi filius, peragratis vrbibus Hiſpaniæ, multiſque erectis Eccleſiis, & Epiſcopis creatis ex aduenis, Petrum Bracaræ primum reliquit Epiſcopum; ac templum vel oratorium Beatæ Virgini, ex eius iuſſu, præſentiâque ſuper columnam, Cæſarauguſtæ erexit. Multa quoque miracula patrat, virtute verò ſermonis feroces Hiſpanorum animos ad ſuaue Chriſti iugum adducit. Multi ibidem Iudæi conuertuntur ex XII Tribubus tranſmigrationis ex Babyloniâ, quibus & ibi tunc prædicauit.

S. Iacobus Epiſcopos in Hiſpaniâ ordinat

8 Anno XXXVII. Multos etiam diſcipulos, præcipuos autem numero duodecim, more Apoſtolico, in
B Hiſpaniam ſecum portat: ſcilicet Epiſcopos, Baſilium, Pium, Athanaſium; Maximum, Chryſogonum Presbyteros; Theodorum, Cæcilium, Theſiphontem, Iſcium, Calocerum Lectores; Torquatum Exorciſtam; & Secundum, Indalecium, Euphraſium Oſtiarios. Ex his Baſilius ſucceſſit Petro Bracarenſi: Athanaſius fuit primus Epiſcopus Cæſarauguſtanus; Pius Hiſpalenſis. Alios etiam S. Iacobus creauit Epiſcopos; alterum Baſilium, qui primus fuit Carthaginis Spartariæ Præſul: Eugenius Valentiæ, Agathodorus Tarraconenſis, Elpidius Toletanus, Etherius Barcinonenſis, Capito Lucenſis, Ephrem Aſturicenſis, Neſtor Palentinus, Arcadius Iuliobrigenſis. Omnes hi ex profugis ſunt, & in his omnibus vrbibus, & in aliis Hiſpaniæ, mirâ celeritate, S. Iacobus prædicauit. Poſteà Calocerus profectus in Italiam, adhæſit Apollinari Rauennatum Epiſcopo, & ab illo factus Presbyter ſucceſſit Marciano, & factus eſt Epiſcopus centenario maior, vigens tamen. Septem alij à B. Petro creati Epiſcopi ad Hiſpanias remittuntur.....

magno numero:

9 Anno Chriſti XLI. Impletâ honorificè legatione ſuâ, ac rebus Hiſpaniæ ſanctiſſimè compoſitis, relictâque Eccleſiâ Theodori curæ, quæ de Columnâ dicitur, quam Beata Virgo ſuâ præſentiâ ſoſpitauerat,
C beauerat, & conſecrauerat, vbi & præclaram imaginem ſuam reliquit, (quæ cæleſtis ædes ex eo tempore fidelium deuotione frequentatur) Iacobus cum lacrymis Hiſpanorum Hieroſolymam reuertitur. Rediens Iacobus Gallias inuiſit, ac Britannias, ac Venetiarum oppida, vbi prædicat; ac Hieroſolymam reuertitur, de rebus grauiſſimis cõſulturus Beatam Virginem & Petrum..... Anno Chriſti XLII..... S. Iacobus prædicans acerrimè Iudæis (priùs interfuit hoc anno conſecrationi ædis ſacræ Nazareth, in quâ Virgo Deum concepit, præſentibus nonnullis Apoſtolorum) ſucciſo capite, ab Herode, recens Hieroſolymam reuerſus, nobile martyrium XXV die Martij gloriosè pertulit. Diſcipuli S. Iacobi, Dei monitu, Virginiſque conſilio, corpus Magiſtri Ioppe in naue deponentes, Iriam Flauiam Gallæciæ ciuitatem felici nauigatione peruenerunt. Altare ſuper ſacrum corpus erigunt, & more ſacro Baſilius, Athanaſius, Chryſogonus, Agathodorus, Elpidius (qui nuntio accepto de corpore ſui Parentis in Hiſpanias allato, mox Iriam accurrunt) ſacrant & Apoſtolo dicant. Anno Chriſti XLIII. Sepulto corpore ſacratiſſimi Magiſtri, Torquatus, Theſiphons, Cæcilius, Iſcius, Secundus, Indalecius, Euphraſius Romam petunt: & à B. Petro conſecrati Pontifices, ad meridianas Hiſpaniæ partes, ſcilicet ad Bæticam littora-

viſit Gallias & Britãnias:

Hieroſolymis occiditur:

corpus in Hiſpaniã vehitur:

ſeptẽ eius diſcipuli, Epiſcopi à S Petro facti.

lem reuertuntur..... Anno LIV. Cæcilius Iliberi & circumquaque prædicat, & mirabilem ſe præbet, doctrinâque populos ſibi commiſſos in timore Dei ac fide promouet. D

10 *Hæc, quiſquis ille fuit, qui rhapſodiam illam Dextrinam, minimè dexter, conſarcinauit. De S. Iacobi in Hiſpaniam aduentu nolumus modò diſputare; nec populorum illorum conuellere traditionem, quæ maius longè habet apud nos momentum, quàm illius ſcriptoris aſſertio. Demus antiquam illam Iudæorum, quam aſtruit, in Hiſpaniam tranſuectionem, Nabuchodonoſoris auſpiciis factam, quam ne Hiſpanis quidem omnibus prolixâ ſuâ diſputatione Franciſcus Biuarius Dextri Commentator perſuaſerit. Sed quis credat tot à S. Iacobo ordinatos in Hiſpaniâ Epiſcopos, tam exiguo quo illic fuit tempore? Quis, quod Iulianus Petri in Chronico ſuo nu. 5. ſcribit, metropoles eum diſtinxiſſe? Poſſunt quidem gloriari Bracharenſes Petrum ſibi, primum Antiſtitem, ab Apoſtolo datum: nempe fidei Doctorem; quem poſteà Petrus Apoſtolorum Princeps, aliuſque eius auctoritate, per annos complures probatâ virtute, & fidei diſſeminandæ indefeſſo ſtudio, Epiſcopum creârit. Quid, quòd viri nonnulli eruditi, & quidem Luſitani, nullâ factâ Iacobi mentione, abſolutè Petri Apoſtoli diſcipulum Petrum illum prædicant? Ita ſiue Didacus de Roſario auctor, ſiue Stephanus Sampayus interpres Vitæ S. Gonſalui Amaranthi* IO. *Ianu. cap.* 1. *nu.* 3. Brachara Auguſta, totius E Hiſpaniæ Primas hodie cernitur, quæ S. Petrum, Apoſtoli Petri diſcipulum, primum meruit habere Paſtorem & Martyrem. *Sed plenius de hoc Bracharenſi Petro agemus* XXVI *Aprilis, vbi & fabellam refutabimus, quam recitat Biuarius, quòd fuerit S. Uriæ Prophetæ ac Martyris, de quo Ieremiæ* 26. *agitur, filius, cumq; aliis Iudæis in Hiſpaniam deportatus, atque ibi mortuus, ſed demum ſexcentis ferè pòſt annis à S. Iacobo reuocatus ad vitam, & Epiſcopus factus.*

ſed de Epiſcopis à Iacobo creatis non conſtat:

nam S. Petrus Bracharenſis S. Petri Apoſt. diſcipulus:

11 *Inquiremus alibi quoque, num Hiſpaniarum Epiſcopi fuerint* Baſilius, Eugenius, Elpidius, Agathodorus, Ephremius, Capito, Ætherius, *quos Martyrologium Romanum refert* IV *Martij apud Cherſoneſum martyrio coronatos, in Hiſpaniâ Dexter. At Menæa Græcorum* VII *Martij, memorant ab Hermone Hieroſolymorum Epiſcopo miſſos, Diocletiani Imp. temporibus, in Tauroſcythiam* Ephræmium, Baſileum *Cherſonam: hoc verò ab impiis interfecto, ſubmiſſos* Eugenium, Agathodorum, Elpidium; *iis quoque palmam martyrij aſſecutis,* Ætherium *miſſum, qui Conſtantini edicto coërceri religionis aduerſarios curauit, à quibus ipſe quoque in itinere interfectus eſt; datuſq; Cherſonenſibus Epiſcopus* Capito, *qui* XI *Kal. Ianuarij vitam finiuit. Hæc pluribus Menæa: quæ* Neſtorem *&* Arcadium Trimythuntinorum *aiunt Epiſcopos fuiſſe, atque in pace quieuiſſe.* Trimethus, (τριμηθοῦς, *vt eſt apud Ptolemæum lib.* 5. *cap.* 14. *aſt in* F *Notitiâ Eccleſiaſticâ, quam Carolus à S. Paulo ex codicibus Vaticanis edidit,* τριμηθούντων, *nimirùm πόλις,* Trimethuntiorum vrbs, *ſicut & Menæa habent,* Ἐπίσκοποι τριμυθούντων. *In alterâ verò Notitiâ, quam idem è Bibliothecâ Regis Chriſtianiſſimi accepit, appellatur* τριμιθούς, Trimithus) *vrbs eſt Cypri. Vt non facile ſit conijcere, cur ad Hiſpanias pertinere eos exiſtimârit, qui Dextri Chronicon procudit. Quid quòd in tabulis Epiſcoporum Hiſpaniæ, quas confecit Franciſcus Padilla, neque inter Aſturicenſes eſt* Ephrem, *neque* Baſilius *inter Carthaginenſes, neque inter Lucenſes* Capito, *neque inter Barcinonenſes* Ætherius, *ignotus idem quoque Hieronymo Paulo Barcinonenſi, vti & Franciſco Piſano* Elpidius *Toletanus? Et diſertè aſſerit Breuiarium Toletanum, S. Eugenium primum fuiſſe illius Sedis Epiſcopum.*

alij in Tauricâ Cherſoneſo diu pòſt vixêre,

quidam in Cypro.

12. *Quàm illa deinde ridicula & violenta verborum iſtius Chronici interpretatio apud Biuarium?* Multos diſcipulos in Hiſpaniam ſecum portat, *inquit Chronicon.* Quorum verborum non eſt ſenſus, *ait ille,* eos omnes in Hiſpaniam deduxiſſe, quos nimirùm ante acceſſum ad ipſam conuertiſſet, hoc enim verum non eſt; ſed eos in Hiſpaniam, hoc eſt intra Hiſpaniam, ab vnâ eius prouinciâ ad aliam tranſeuntem deduxiſſe. *Idem Chronicon cùm* duodecim præcipuos *Iacobi* diſcipulos *enumerat, omnino*

Alia in Chronico, & cõmentatore, non probata.

A *omnino quatuordecim conficit, vt videre hic eſt nu. 8. Quale deinde Iacobi iter, vt dum in Iudæam parat reuerti, Chriſti parentem omnium myſteriorum noſtræ religionis apprimè gnaram, & Petrum collegij Apoſtolici Præſidem, conſulturus, in Gallias Britanniaſq; excurrerit? Miſſam facio incuriam ſiue commentatoris, ſiue typographi, dum Venetos Armoricos in Orientali Galliâ locat, qui ferè omnium maximè occidui ſunt.*

13 *Omnium vel ſolidiſſimè pronuntiauit, vel prudentiſſimè dubitauit, de S. Iacobi prædicatione & diſcipulis, Ioannes Mariana noſter lib. 4. de reb. Hiſp. cap 2 ita ſcribens*: Iacobus Zebedæi filius, cognomento Maior, Iudæâ atque Samariâ obitis, in Hiſpaniam venit, auctore Iſidoro. Nouâque in eâ prouinciâ Euangelij luce propagatâ, Cæſarauguſtæ Virginis Matris nomine, eius monitu, templum conſtructum eſt, vt perſuaſio hominum ab antiquo per manus ducta confirmat: nobis receptas opiniones mouere non erat animus. Sed ex Hiſpaniâ tamen Hieroſolymam cùm reuertiſſet, quam ob cauſſam incertum, in eâ vrbe ab Herode Agrippâ, regnum Iudæorum recens à Claudio acceptum grato animo cupiente auſpicari, interfectus eſt anno ſalutis quadrageſimo ſecundo, VIII Kalendas Aprilis, quando per eos dies Iudæi azyma celebrarunt: tempus à Luca Iacobi cædi deſignatum. Corpus à diſcipulis ſublatum,
B nauique impoſitum, ad Iriam Flauiam in extremâ Calæciâ (et oppido hodie Padrono nomen eſt) conſtitit, ad octauum Kalend. Auguſti. Vnde, quo anno incertum, ſed trigeſimo tamen Decembris die, Compoſtellam migrauit. Secundi & tertij diei memoria anniuerſariâ celebritate, totâ præſertim Hiſpaniâ, colitur. Nam menſe Martio, quo tempore occiſus eſt, ieiunij Chriſtiani ſqualore ſituque occupatis omnibus, luctum lætitiâ mutare non eſt Patribus viſum. Annum circiter octingentesimum, Rege Alfonſo, qui dictus eſt Caſtus, ſacrum corpus diu oblitione obrutum, cæleſti indicio eſt inuentum, cultumque templo dicato, vti eo loco explicatur. Aucta religio eſt, cùm paulò pòſt Ramiro Regi ad Clauigium de innumerâ barbarorum multitudine victoriam conceſſit, & Chriſtianos grauiſſimo tributo liberauit, ex quo centum lectiſſimas virgines quotannis Mauris tradere ſoliti erant. Vnde cœptum eſt ſub conflictum in bellis nomen eius patrociniumque implorari: & voti rea Hiſpania facta eſt ex ſingulis iugeris pendendi modium frumenti quotannis D. Iacobi templo Compoſtellano. Morem hunc ſæpè alternantem Romani Pontifices ſæpè etiam reſtituerunt datis diplomatis.

14 Paucos ſe diſcipulos D. Iacobo adiunxiſſe, quo tempore fuit in Hiſpaniâ, fama eſt. qui plurimos, nouem numerant, Petrum Eboræ in Luſitaniâ Epiſcopum, pro quo nonnulli Theſiphontem ſubſtituunt
C Præſulem Bergitanum, quæ vrbs non procul Almeriâ ſita erat; Cæcilium Eliberritanum, Euſraſium Illiturgitanum, Secundum Abulenſem, Indaletium Vrcitanum, (Verga oppidum eſſe creditur in Vaſconum confinibus) Torquatum Accitanum, id eſt, Guadixenſem, Heſychium Carthefanum non procul Aſturicâ: Athanaſium demum & Theodorum, ſacri ſepulchri (ſic fama fert) cuſtodes. quorum ibi ſepulchra dextrâ læuâque monſtrãtur. Sunt qui hos omnes Româ à Petro & Paulo Apoſtolis amandatos in Hiſpaniam putant, gratiâ Euangelij promulgandi. Prorſus qui hiſtoriam ante quingentos ferme annos ſcripſit Pelagius Ouetenſis Epiſcopus, Iacobi diſcipulos facit Calocerum, Baſilium, Prium, Griſogonum, Theodorum, Athanaſium, & Maximum. Nos, quoniam rerum antiquitas certam ſcriptioni derogat fidem, liberum lectori iudicium de totâ hac re relinquamus. *Hæc ille (vt de eo, aliâ occaſione prædicat Baronius to. 8. ad an. 688. nu. 3.)* veritatis amator, & pietatis optimus cultor, qui erudito ſtylo poſtremam manum appoſuit rerum Hiſpanicarum hiſtoriæ. *Verùm ſingula, quæ hîc ab eo dicuntur, neque calculo noſtro comprobare neceſſe eſt, neque aliorum argumentis infirmare. Liceat de quibus homo Hiſpanus dubitauit, ea non vndequaque exploratiſſima cenſere.*

Mariana iudicium de S. Iacobi prædicatione,

martyrio,

tranſlatione,

inuentiones,

miraculis,

cultu;

diſcipulis,

quos alij à SS. Petro & Paulo Româ in Hiſpaniã miſſos volunt.

ipſe nihil pronũtiat.

AVCTORE I.B.

D

§. III. S. Cæcilius & ſocij Epiſcopi à SS. Petro & Paulo in Hiſpaniam miſſi.

15 MArtinus Carillius *lib. 2. Annal. ad* XLVI *Chriſti annum, ſcribit, falli eos, qui SS. Cæcilium, Cteſiphontem ac ſocios arbitrentur à ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo in Hiſpaniam miſſos: cùm neque tunc Romæ eſſet Paulus, neque illuc ante* LVIII *Chriſti annum venerit; & verò ad Petrum, ſupremum Eccleſiæ caput, propriè ſpectaret, Apoſtolos & præcones doctrinæ cæleſtis in prouincias ablegare: ab hoc igitur in Hiſpaniam miſſos ſeptem illos, veluti rerum Hiſpanicarum magis peritos. Ita tradere Maurum Caſtellam Ferrerium & Ioannem Vaſæum. aſſerit id Caſtella lib. 2. hiſtoriæ S. Iacobi cap. 11. Sed mirum non eſt eum, ac recentiores alios, ita ſentire, qui Chronico Dextri certam conflare fidem velint; in quo, anno Chriſti* XLIII *ſepulto in Gallæciâ S. Iacobi Apoſtoli corpore, Romam petiiſſe VII viri illi narrantur, & à B. Petro conſecrati Pontifices, ad meridianas Hiſpaniæ partes reuertiſſe. Magis verò indubitabile id cenſent, poſtquàm ex laminis, in neſcio quâ ſpecu circa Granatam repertis, didicerunt, ſecundo Neronis anno, eo ipſo quo Romam captiuus adductus eſt Paulus, martyrium ſubiiſſe Cæcilium ac ſocios. At nos de martyrio infrà quæremus.* S. Cæcilius & alij Epiſcopi non à S. Petro ſolo ordinati,

16 *Ioannes Vaſæus (quem Carillius citat veluti ſuæ ſuffragantem ſententiæ, de Epiſcopis in Hiſpaniam miſſis, quos diximus, antequàm Romam aduenirent Paulus) diſertè* ab Apoſtolis Petro & Paulo infulis Epiſcopalibus ornatos, ad prædicandûm verbum Dei in Hiſpanias iterum miſſos *ſcribit; vti ſuprà retulimus* §. 1. *nu.* 3. *vbi & L. Marinei Siculi verba recitauimus idem omnino affirmantis. Franciſcus Tarapha de Regib. Hiſpan. idem refert, ſed Paulum citiùs facit in Hiſpaniam veniſſe, ante Neronis imperium, quod antiquis omnibus, neſcio an non apertè Actis Apoſtolorum à Luca deſcriptis, aduerſatur. In Claudio ita ſcribit:* Iacobus Maior Apoſtolus Domini his temporibus vniuerſam prædicando peragrauit Hiſpaniam, in quâ nouem tantùm conquiſiuit diſcipulos..... Paulus Apoſtolus Domini, vas electionis, per hoc tempus multis vrbibus peragratis, in Hiſpaniam prædicandi gratiâ nauigaſſe, venienſque Narbonem multos conuertiſſe, putatur. *Tum de S. Cæcilio & ſociis in Nerone iſta habet*: Torquatus quidam, Cæcilius, & Euphraſius, ſanctiſſimi Chriſti Confeſſores, & ipſi vno die hoc tempore apud Hiſpanias, mandante Nerone, martyrio coronantur. Hi
F autem omnes ab Apoſtolis Petro & Paulo Epiſcopi apud Romam ordinati, confeſtim ad prædicandum verbum Dei Hiſpanis infidelibus fuerant directi. *Ita ille. Neque iidem ſint necne, quos Iacobus anteà conuerterat, exponit. Fatetur Mariana* §. *ſuperiore citatus, eſſe nonnullos,* qui hos omnes Româ à Petro & Paulo Apoſtolis amandatos in Hiſpaniam putent, gratiâ Euangelij promulgandi.

ſed & à S. Paulo,

17 *Sanè hanc receptam olim, minimeq; ambiguam, fuiſſe Hiſpanorum & Eccleſiæ Romanæ opinionem, liquidò patet ex B. Gregorij VII Papæ Epiſtolâ 64. ad Alphonſum VI Caſtellæ & Sanctium IV Aragoniæ Reges, quam viſum eſt hîc integram dare. Ita ergo habet*: Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Alphonſo & Sanctio Regibus Hiſpaniæ aparibus, & Epiſcopis in ditione ſuâ conſtitutis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm beatus Apoſtolus Paulus Hiſpaniam ſe adiiſſe ſignificet; ac poſteà ſeptem Epiſcopos ab vrbe Româ ad inſtruendos Hiſpaniæ populos à Petro & Paulo Apoſtolis directos fuiſſe, qui deſtructâ idololatriâ, Chriſtianitatem fundauerunt, religionem plantauerunt, ordinem & officium in Diuinis cultibus agendis oſtenderunt, & ſanguine ſuo Eccleſias dedicauêre, veſtra diligentia non ignoret; quantam concordiam cum Romanâ vrbe Hiſpania in religione & ordine Diuini

ex Hiſpaniâ reuerſos;

Eccleſias ibi fundarunt.

Avctore I.B. officij habuiſſet, ſatis patet. Sed poſtquàm veſaniâ Priſcillianiſtarum diu pollutum, & perfidiâ Arianorum
A deprauatum, & à Romano ritu ſeparatum, irruentibus priùs Gothis, ac demum inuadentibus Saracenis, regnum Hiſpaniæ fuit; non ſolùm religio eſt diminuta, verùm etiam mundanæ ſunt opes labefactatæ. Quapropter vt filios cariſſimos vos adhortor & moneo, vt vos, ſicut bonæ ſoboles, etſi poſt diuturnas ſcifſuras, demum tamen, vt Matrem reuerà veſtram, Romanam Eccleſiam recognoſcatis; in quâ & nos fratres reperiatis; Romanæ Eccleſiæ ordinem & officium recipiatis, non Toletanæ, vel cuiuſlibet aliæ, ſed iſtius, quæ à Petro & Paulo ſupra firmam petram per Chriſtum fundata eſt, & ſanguine conſecrata, cui portæ Inferi, id eſt, linguæ hæreticorum, numquàm præualere potuerunt; ſicut cetera regna Occidentis & Septemtrionis, teneatis. Vnde enim non dubitatis vos ſuſcepiſſe religionis exordium, reſtat etiam vt inde recipiatis in Eccleſiaſtico ordine diuinum officium. Quod Innocentij Papæ ad Eugubinum directa Epiſcopum vos docet Epiſtola: quod Ormiſdæ ad Hiſpalenſem miſſa decreta inſinuant: quod Toletanum & Bragenſe demonſtrant concilia: quod etiam Epiſcopi veſtri ad nos nuper venientes iuxta conſtitutionem
B Concilij per ſcripta ſua facere promiſerunt, & in manu noſtrâ firmauerunt.... *Subiungit nonnulla de excommunicatione à Geraldo Oſtienſi Epiſcopo, cum Rembaldo, latâ in Munionem ſimoniacum Sedis Oſcenſis inuaſorem....* Dat. Romæ XIV Kal. Aprilis, Indictione XII, *id eſt, anno Chriſti* MLXXIV. *Gregorij primo nondum expleto, vt qui* X *Kal. Maij, Indict.* XI *anno Chriſti* MLXXIII, *Alexandro II ſuffectus fuerit.*

ordinem ſ. Diuini officij.

18 *Conſtat igitur huius ſanctiſſimi ſapientiſſimiq; Pontificis auctoritate, Paulum Apoſtolum Hiſpanias Euangelij diſſeminandi cauſâ adiiſſe; quod ipſe facturum ſeſe ſpopondeS. Paulum Hiſpaniã adiiſſe,* rat Epiſtolæ ad Romanos cap. 15. *ita ſcribens*: Cùm in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, ſi vobis primùm ex parte fruitus fuero. *Et aſſeuerantiùs paullò pòſt*: Per vos proficiſcar in Hiſpaniam. *Quod deinde, ſeriùs tamen fortaſſe quàm ſcribens ſperârat, eum præſtitiſſe & hinc patet, & ſolidè probat Thomas Maſſutius noſter de Vitâ S. Pauli lib. 13. cap. 7. Vbi & eorum qui contra ſentiunt, argumenta confutat, ac præſertim quod à Gelaſij Papæ ducitur auctoritate, cuius iſta in Gratiani Decreto, 22. qu. 2. cap. 5. verba recitantur:*

non negat Gelaſius Papa, Beatus Paulus Apoſtolus non ideò (quod abſit) fefelliſſe credendus eſt, aut ſibi extitiſſe contrarius; quo-
C niam cùm ad Hiſpanos ſe promiſiſſet iturum, diſpoſitione Diuinâ, maioribus occupatus ex cauſſis implere non potuit, quod promiſit. Quantum enim ipſius voluntatis interfuit, hoc pronuntiauit, quod reuerà voluiſſet efficere. Quantum autem ad Diuini ſecreta conſilij (quæ, vt homo, omnia non potuit, licet Spiritu Dei plenus, agnoſcere) ſupernà prætermiſit diſpoſitione præuentus. *Vbi id ſolùm docet Pontifex, etiamſi in Hiſpaniam non iuiſſet Paulus, tamen non eſſe mentitum,* quia per eum non ſtetit, quin adimpleret, quod promiſerat, *vt ibidem habet Gloſſa. Atque ita quoque Paulum excuſat S. Thomas in Commentariis in Epiſtolam ad Romanos, in cap. 15 lect. 3. Vbi tamen videtur exiſtimaſſe, S. Paulum cùm Romam captiuus ex Syriâ ductus eſſet, poſt biennium occiſum eſſe. Aliorum rationes minus habent momenti. Profert verò idem Maſſutius, & Sigiſmundus Laurentius Cremonenſis in Vitâ S. Pauli Italicè editâ, plura Sanctorum Patrum teſtimonia, quibus diſertè confirmatur S. Pauli in Hiſpaniam profectio.*

nec S. Thomas;

aſſerunt verò alij PP.

19 *Poſteaquàm igitur eas gentes, aliquâ fortaſsis anteà per Iacobum, eiuſue diſcipulos, luce imbutas veritatis, luſtrauit Paulus, Romamq; eſt reuerſus; tum demum ab eo ac S. Petro ſeptem ſunt ad eas Epiſcopi miſſi, ſiue è Clero Romano lecti, ſiue ab illo ex Hiſpaniâ Romam adducti: id enim nuſquam certò affirmatur. Hinc refellas licet, quod è Chronico Dextri ſuprà retulimus, anno Chriſti* XLIII *profectos Romam Cacilium ac ſocios, & Pontifices conſecratos à Petro Apoſtolo remiſſos in Hiſpaniam eſſe. Venerat quidem Romam Petrus paullò*
D *ante, vt habet S. Hieronymus de illuſtr. Eccleſ. ſcript. cap. 1 ſecundo videlicet Claudij anno, Chriſti* XLI, *ipſo Claudio II & Cæcinâ Largo Coſſ. aut certè initio ſequentis, quo Kalendis Februarij ſecundus illius imperij annus explebatur, tertio ipſius, ſecundoq; L. Vitellij conſulatu. Baronius in annis Chriſti ad faſtos Conſulares aptandis biennio diſcrepat à ceteris; ac proinde Petrum Romam adueniſſe tradit anno Chriſti* XLIV *Claudij tamen II, Coſſ. Claudio II & Largo. Sed nondum tunc Romæ Paulus erat, qui venit anno demum Neronis ſecundo, vt in eodem libro cap. 5. ſcribit S. Hieronymus. Erat is* LVI *annus Chriſti ſecundùm vulgarem computum*; poſt Paſſionem Domini, *vt ipſe ait*, vigeſimus & quintus: *vnde liquet Chriſti Paſſionem contigiſſe anno receptæ iam in Eccleſiâ epochæ* XXXI.

S. Petrus Romam venit an. 2. Claudij.

S. Paulus 2 Neronis,

20 *Poſt biennium dimiſſus è cuſtodiâ Paulus, per Gallias in Hiſpaniam profectus eſt, aut certè ad vrbes quaſdam Gal-* *ac biennio poſt in Hiſpaniam, per Gallias, vt fertur.*
liæ appuliſſe ex itinere creditur. Nam de S. Paulo Narbonenſi Epiſcopo, qui XXII *Martij colitur, ita ſcribit B. Ado Vienenſis in libello de feſtiuitatibus Apoſtolorum*: Natalis S. Pauli, quem beati Apoſtoli ordinatum vrbi Narbonæ Epiſcopum miſerunt. Quem tradunt eumdem ipſum fuiſſe Sergium Paulum Proconſulem, virum prudentem: à quo ipſe Paulus ſortitus eſt nomen, quia eum
E fidei Chriſti ſubegerat; quiq́ue ab eodem ſancto Apoſtolo, cùm ad Hiſpanias prædicandi gratiâ pergeret, apud præfatam vrbem Narbonam relictus, prædicationis officio non ſegniter impleto, clarus miraculis coronatus ſepelitur. *Et de S. Trophimo Epiſcopo Arelatenſi (quem* ab Apoſtolis Romæ ordinatum Epiſcopum *ſcribit Ado in eodem libello; in Martyrol. verò vocat* diſcipulum Apoſtolorum Petri & Pauli) *iſta habet Vſuardus ad* XXIX *Decembris*: Apud Arelatem natalis S. Trophimi, cuius meminit Paulus ſcribens ad Timotheum: qui ab eodem Apoſtolo Epiſcopus ordinatus, præfatæ vrbi primus ob Chriſti Euangelium prędicandum directus eſt. Ex cuius fonte, vt Papa Zoſimus ſcribit, tota Gallia fidei riuulos accepit. *Quamquàm inde non ſequitur, ipſummet Arelati fuiſſe Paulũ. Verùm id, ex vetuſtiori traditione aut ſcriptis ſortè monumentis, teſtatur Ado in Chronico ad annum Chriſti* LIX *qui fuit Neronis* V, *ita ſcribens*: Quo tempore creditur Paulus ad Hiſpanias peruenisſe, & Arelate Trophimum, Viennæ Creſcentem, diſcipulos ſuos ad prædicandum reliquiſſe. *De S. Creſcente agemus* XXVII *Iunij &* XXIX *Decemb.*

21 *Lubet hic ex S. Innocentij I Papæ Epiſtolâ* I. *ad Decentium Eugubinum Epiſcopum, à B. Gregorio VII ſuperiùs citatâ, nonnulla, quæ huc pertinent, adſcribere. Data eſt ea Epiſtola* XIV Kal. Aprilis, Theodoſio Aug. ſepties & Pal-
F ladio viris clariſſimis Coll. *ſiue anno Chriſti* CCCCXVI. *In eâ ita ſcribit inter cetera*: Quis enim neſciat aut non aduertat, id quod à Principe Apoſtolorum Petro Romanæ Eccleſiæ traditum eſt, ac nunc vſque cuſtoditur, ab omnibus debere ſeruari, nec ſuperinduci aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Præſertim cùm ſit manifeſtum, in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam atque Siciliam, inſulaſque interiacentes, nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut eius ſucceſſores, conſtituerint Sacerdotes? Aut legant, ſi in his prouinciis alius Apoſtolorum inuenitur aut legitur docuiſſe. Quod ſi non legunt, quia nuſquam inueniunt, oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, à quâ eos principium accepiſſe non dubium eſt: ne dum peregrinis aſſertionibus ſtudent, caput inſtitutionum videantur omittere.

Omnes Occidentis & Africæ Eccleſiæ, à Petri Sede fundatæ,

22 *Ex horum Pontificum verbis exiſtimamus manifeſtè concludi, 1. non eſſe à S. Iacobo in Hiſpaniâ conſecratos Epiſcopos, certiſq; aſſignatos ſedibus; ſed à Sede Romanâ omnem iſthic* Chriſtianitatem fundatam, religionem plantatam, ordinem & officium in diuinis cultibus agendis oſtenſum;

A oſtenſum; Eccleſias denique inſtitutas, conſtitutos Sacerdotes. 2. *Hallucinari eos, qui S. Cæcilium, alioſq; primos Hiſpaniarum Epiſcopos, tradunt ſecundo Neronis anno martyrium ſubiiſſe, cùm non niſi quinto eius anno miſſi in Hiſpaniam ſint.* 3. *Paulum verè, quod ſtatuerat, in Hiſpaniam eſſe profectum. Neque illud Innocentius verbis citatis inficiatur; alioquin imperitè eum B. Gregorius VII citaret, aſſerens in Hiſpaniam iuiſſe, & Innocentij verbis oſtendens non iuiſſe: eodemq; argumento probaretur, nec Romæ quidem Paulum docuiſſe, quod tamen ex Diuinâ Scripturâ conſtat.* Non Paulum à Petro ſeparabat Innocentius, *inquit loco ſuprà citato Maſſutius*, cùm dixit, ſolum Petrum, id eſt, Cathedram Romanam Petri, fidem illis regionibus Occidentis intuliſſe, & Eccleſias ibidem inſtituiſſe; non alios Apoſtolos, qui ſuas Cathedras certis locis affixas quodammodò habuerunt, vt S Iacobus Hieroſolymis, & Epheſi S. Ioannes Euangeliſta. At verò S. Paulus nulli diu addictus Eccleſiæ fuit, ſed tantùm Romanæ ſub Petro extremis annis inſertus eſt. 4. *Concluditur, ſeptem illos Epiſcopos non à Paulo ſolo miſſos, ſed præcipuè à Petro, ex Pauli fortaſſis conſilio, à quo ſimul ac Petro ordinati ſint.* 5. *Hinc conſtat Paulum ex Hiſpaniâ Romam eſſe reuerſum. vnde alias Romani orbis regiones luſtratum abiit, donec vltimis Neronis temporibus iterum Romam ad martyrij* B *triumphum rediit.*

cuius coadiutor Paulus.

§ IV. S. Cæcilius & ſocij quando in Hiſpaniam miſſi? Accitani conuerſi.

23 PRæter eos auctores, eaſq; rationes, quas iam attulimus, Rodericus Mendez Silua, diſertus ſcriptor ac curioſus, *in libro quem de populis & vrbibus Hiſpaniæ anno* MDCXLV *ſcripſit, cap 5 Deſcriptionis regni Granatæ, cùm de Accitanâ vrbe, ſiue* Guadix *agit, S. Torquatum primum illius vrbis Epiſcopum, vnum è S. Iacobi diſcipulis, eò Româ à SS. Petro & Paulo miſſum ſcribit, anno* LVI *aut* LXVI. *Arbitramur indicare voluiſſe poſt annum* LVI, *quo Romam ingreſſus Paulus, ante tamen* LXVI *eò aduenisſe, nimirùm poſt* LVII, *quo è cuſtodiâ dimiſſus eſt Paulus. Quas quidem res ante* DC *annos non ignorabat Hiſpanorum diligentia, vti confidenter affirmat grauiſſimus Pontifex Gregorius VII: eranq; eadem manifeſtæ, Innocentio teſte, ante annos* MCL *& quod excurrit. Nunc de eorum in Hiſpaniam appulſu, & rebus ibidem geſtis quærendum. Vtinam vel mandata litteris Acta illorum eſſent, vel conſeruata. Paucula habemus ab certis auctoribus, nec niſi poſt* DCCC *annos, tradita.*

S. Cæcilius & ſocij poſt an. Chr. 58 in Hiſpaniã miſſi Epiſcopi.

24 *Ado Viennenſis in Martyrologio ad* XV *Maij iſta habet*: Natale ſanctorum Confeſſorum Torquati, Cteſiphontis, Secundi, Indaletij, Cæcilij, Eſicij, Euphraſij. Qui Romæ à ſanctis Apoſtolis Epiſcopi ordinati, & ad prædicandum verbum Dei ad Hiſpanias, tunc adhuc gentili errore implicatas, directi ſunt. Cumque ad ciuitatem Accitanam veniſſent, & propter laborem itineris modicùm quieſcentes, cauſsâ victus emendi diſcipulos in vrbem miſiſſent; mox paganorum multitudo, qui tunc fortè diis ſuis feſta celebrabant, eos vſque ad fluuium perſecuta eſt: in quo pons miræ magnitudinis & firmitatis exſtructus, tranſeuntibus Sanctis, Dei nutu, cum omni in ſequentium multitudine funditus corruit. Ad quod miraculum ceteri territi, & cuiuſdam magnæ ſenatricis Lupariæ (quæ diuinitus inſpirata, eos benignè ſuſcipieris, credidit) exemplum ſecuti, relictis idolis, Chriſto Domino crediderunt. Poſt hæc diuerſis vrbibus euangelizantes, & innumeras multitudines Chriſti fidei ſubiugantes, Torquatus Acci, Cteſiphon Vergij Secundus Abulæ, Indaletius Vrci, Cæcilius Eliberti, Eſitius Carteſæ, Euphraſius Eliturgi, quieuerunt. Extat vſque hodie illuſtre miraculum ad commendationem pretioſæ mortis eorum. Nam eadem ſolemnitate, apud præfatam Accitanam vrbem, ad ſepulchrum S. Torquati arbor oliuæ diuinitus florens, maturis fructibus onuſtatur.

ab Accitanorum furore

miraculosè erepti, Lupariam illuſtrem fœminam, alioſq; plurimos conuertunt.

anniuerſarium iſthic miraculum.

25 *Eadem habet B. Notkerus, MS. Martyrol. imperialis monaſterij S. Maximini, vetuſtiſſimum Martyrologium Eccleſiæ Lugdunenſis à Ioanne Boſcio parte 2. Bibliothecæ Floriacenſis citatum, &, omiſſo ſubitò flores fructuſq; proferentis oliuæ miraculo, Beda vulgatus. Petrus de Natalibus lib 5. cap. 3 eadem memorat, aliis verbis; & addit olearum iſtarum* liquore ægritudines ſanari. *Conſtantinus Ghinius in Natalibus SS. Canonicorum, ait pontem illum, qui ad ſeruandos Sanctos conſtructus eſt, marmoreum fuiſſe*: Lupariam (*quam* Lupanariam *vocat, vti & Petrus de Natal. & alij quidam*) *Sanctis domum ſuam receptis oratorium ædificaſſe: Sanctos* prope Accium portu appuliſſe; *quod haud ſatis aſſequimur. An ad portum applicuiſſe, qui haud procul Accis diſtaret? an ipſam vrbem Acci portum habuiſſe? Neutrum videtur affirmari poſſe, cùm longiùs à mari abſit* Guadix, *inter mediterraneas Baſtitanorum vrbes relata à Ptolemæo lib. 2 cap. 6* "Axxi, *quæ Plinio lib. 3 cap 3* Colonia Accitana *appellatur, ſtatuiturq; inter populos* LXII *Conuentui Carthaginenſi ſubiectos. Sita eſt inter aſperas ac propè inuias rupes, ad flumen, quod* Fardes *dicitur, in amœniſſimâ & fertiliſſimâ valle, patetq; eius ad leucas octo territorium, pagis* XV *diſtinctum, vt habet Rodericus Mendez antè citatus, qui nomen* Guadix, *quod* Flumen vitæ *ſignificat, à Mahomado Guadix Rege Granatenſi ei impoſitum coniicit, à quo ſub annum* Chriſti MCCCLXXX *ampliatam ornatamq; eam vrbem ſcribit. Vetus iſthic Epiſcopalis Sedes fuit à S. Torquato conſtituta, cuius Epiſcopus* Felix Eliberitano concilio, *Ærâ* CCCLXII *(vt habet Garſias Loaiſa) ſubſcripſit,* Lilliolus Toletano III *Ærâ* DCXXVII, *ſiue anno Chriſti* DLXXXIX.

vbi ſita vrbs Acc, nunc Guadix.

olim Martiũ cultui, Neti vel Necyos dicti, dedita.

26 *Porrò quòd Accitani, cùm in eorum pomœrium venerunt ſancti illi Antiſtites, dicuntur diis ſuis feſta celebraſſe, lucem id accipere fortaſſis aliquam poteſt è Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 19. vbi ita habet*: Accitani etiam, Hiſpana gens, ſimulacrum Martis radiis ornatum maximâ religione celebrant, Neton vocantes. *Ità habet editio Pariſienſis an.* 1585; *Lugdunobatauica an.* 1597 *&* 1628 *ex recenſione Ioannis Iſacij Pontani. Ortelius in Theſauro geographico, verbo* Acitani (*vbi dubitat an iidem* Accitani *ſint*) Necyn *ab iis vocari Martem ſcribit. Vtra præferenda lectio ſit, quærere haud lubet. Vtraque vox à Græcâ origine deflexa videri poteſt*: *hæc à νέκυς*, mortuus, cadauer; *& vnde plura quàm à Marte funera & cadauera? altera à νηλὸς* poſtremus, *aut νηλὲς* congeſtus, accumulatus.

27 *In hiſtoriâ Tranſlationis S. Iacobi mentio fit alterius* Lupariæ *potentis fœminæ in Gallæciâ, de quâ nos ſuo loco. Franciſcus Padilla hiſtor. Eccleſ. Hiſp. centuriâ 1 cap. 17. quòd vtrobique fracto ponte, vel teſtudine ſonti ſuperſtructâ, ſubmerſi narrantur qui Sanctos perſequebantur; quodq; vtrobique primas ducit Lupariæ; ſuſpicatur hiſtoriam vtramque ab Auctoribus confuſam, & quod in primo Sanctorum aduentu euenerat, dici accidiſſe in ſecundo, vel quod in ſecundo contigit, tranſferri ad primum. Si tamen reuerà ſtatim à ſancti Apoſtoli necè tranſlatum in Hiſpaniam eſt illius corpus, & non fortaſſis eo tempore quo Hieroſolymorum imminebat excidium. Chronicon Dextri, cuicuimodi fidem mereatur, duas Lupariæ agnoſcit; ait enim anno Chriſti* LX. Viuebat S. Lupariæ Bætica, filia Gallæciẽſis alterius Lupariæ. *Franciſcus Biuarius Comment. in Dextri Chronicon, ad annum Chriſti* XLIII *citat MS. codicem monaſterij Montis Sion extra muros Toletanos, in quo hiſtoria aduentus ſanctorum Antiſtitum, rupti pontis, Lupariæ populiq; Accitani conuerſi, paullò fuſiùs quàm in Adonis Martyrologio narratur; ſed partem ſolùm illius profert, quam apud eum videre licet. Recitat quoque ibidem S. Iſidori de SS. Torquato & ſociis hymnum, in quo eadem omnia, ac nominatim S. Lupariæ conuerſio ac baptiſmus commemorantur.*

Duæ SS. Lupariæ

AVCTORE I. B.

A § V. S. Cæcilius Eliberi quieuit, non Granatæ. apocrypha de eius nece scripta reperta.

S. Cæcilij & sociorũ aduentus memoria,

28 QVòd septem illi Hispaniarum primi Præsules simul in Martyrologiis, XV Maij, memorantur, existimat Biuarius, & satis probabilibus argumentis confirmat, eo die anniuersariâ festiuitate recoli memoriam aduentus eorum in Hispaniam, & non sine miraculis inchoatæ Gentilium conuersionis. Nam singuli proprios dies habent, quibus ipsorum martyrij triũphus celebratur. Colitur enim Cæcilius I Februarij;

natalis:

Hesychius, I Martij; Indaletius *alibi* III Martij, *alibi* XXX Aprilis; Cteſiphon I Aprilis; Secundus II Maij; Torquatus XV, Euphrasius XVI *aut* XVIII eiusdem. *Ad quos dies de singulorum Episcopali vrbe agemus: hîc de Cæcilio.*

S. Cæcilius Eliberi quieuit,

29 *Dextri Chronicon ad annum Christi* LIV *nu.* 4 *ista habet*: Cæcilius Iliberi, & circumquaque prædicat, & mirabilem se præbet; doctrinâque populos sibi commissos in timore Dei ac fide promouet. *Breuiùs, sed certiùs, suprà Vsuardus ac Martyrologium Romanum,* innu- B merabilem multitudinem Christi fidei subiugasse, *atque* Eliberi quieuisse *Cæcilium tradit. Fuit ea Bætica vrbs, vsitatiùs quidem* Eliberis *appellata, sed Ptolemæo lib. 2 cap.* 4

quæ diuersa à Caucoliberi;

Ἰλιβερὶς. *cui alia Volcarum Tectosagum in Galliâ Narbonensi vrbs* Ἰλιβερὶς. *Hæc Plinio lib.* 3 *cap.* 4 Illiberis, magnæ quondam vrbis tenue vestigium. *Liuius decad.* 3 *lib.* 1 oppidum Illiberim *vocat. Aliùs* Caucoliberis *dicitur: vulgò* Colibre, *vel* Colyure, *vrbs maritima prouinciæ Rusci-nonensis. Franciscus Tarapha lib. de Regibus Hispaniæ in Neronе, alteram illam Bæticæ* Illiberim *nunc* Granatam *esse scribit; vti & Rodericus Mendez Silua, Franciscus Bermudez de Pedraza in Antiquitat. Granatensibus, eiusq; hi ambo conditorem nescio quem fabulosæ vetustatis statuunt. Potiùs doctissimo nobisq; dum viueret, amicissimo Ludouico Nonio assentiri lubet, scribenti cap.* 22 *Hispaniæ illustratæ*, Illiberim non procul à Granatâ fuisse eo in colle, qui nunc Eluire vocatur, vnde & vrbis porta nomen sumpsit, & non à fœminâ, vt quidam somniant. *At de Granatâ, quam*

non est tamen Granata:

nam hæc Mauro-rum opus,

in titulo capitis Maurorum opus *vocat, ista subdit*: Vrbs autem noua est, Pœnorum colonia, quam ita dictam volunt nonnulli à cocco, quem Hispani Grana vocant, qui insigni copiâ in hoc regno legitur; alij verò à mali Punici similitudine, quod & Granata dicitur. Nam vt illud est granosum & densissimis acinis refertum, sic & vrbs hæc, dehiscentis granati in modum, confer- C tissimas ædes habet: adde incolas pro auitis insignibus mala Punica gestare, quo nominis etymon referrent. *Hæc Nonius.*

nacta & ipsa nuper Archiepiscopum.

30 *Subscribit Carolus à S. Paulo in Geographiâ sacrâ recensens prouinciæ Hispalensis, seu Bæticæ, Episcopatus, vbi ista habet*: Eliberi, seu Illiberis, vulgò Eluire, cuius Sedes Episcopalis Granatam translata est. *aut potiùs, Eliberi euersâ, post septingentos septuaginta septem annos noua erecta Granatæ Sedes, cùm ea vrbs anno* MCCCCXCII *Mauris erepta est à Ferdinando Catholico, institutusq; isthic Archiepiscopus Fernandus Talauera, vti Mendez Silua tradit, & pleniùs Ioannes Mariana noster lib.* 25 *cap.* 18. *Episcopos Eliberitanos decem, præter* S. Cæcilium, *enumerat Padilla, quorum celeberrimus est Gregorius Baticus à S. Hieronymo laudatus lib. de illust. Eccles. Scriptor. cap.* 105. *vltimus est Centurius, qui Concilio Toletano* XVI *subscripsit Ærâ* DCCXXXI, *annis ante Maurorum in Hispaniam irruptionem* XXI. *An Concilium Eliberitanum, quod Garsias Loaisa habitum tradit Ærâ* CCCLXII, *quidam aliquot annis seriùs, plures aliquantò priùs, in hac Eliberi celebratum, an Caucoliberi, quidam disputant: ad nos hîc nihil spectat. Differit de eâ quæstione Martinus Carillius in historiâ S. Valerij cap.* 15. *ostenditq; plures pro Eliberi Baticâ stare scriptores. Pedraza antè citatus, Eliberitanos, siue Granatenses (eamdem enim esse vrbem putat) Episcopos viginti recenset, qui sub Mauris Granatæ rem Christianam administrarint.*

31 S. Cæcilij *necem, eiusq; tempus ac modum indicari censent Franciscus Biuarius & Rodericus Carus in Dextri Chronico an.* LVII *vbi ista habentur*: Horum S. Iacobi discipulorum nonnulli sub Aloto, Neronis Iudice, dum ad Concilium Iliberri conueniunt, flammis exusti, spoliati suis suorumque bonis omnibus, generosè morientes pro Christi fide coronati sunt. *Et verò tum illi tum alij recentiores rerum Hispanicarum scriptores nefas esse putant de eâ re ambigere; postquàm, vt scribit Carus,* sacri cineres ossaque semiustulata in ipsis martyriorum cauis fornacibus ac vstrinis à Patricio Sacerdote tunc contecta, cum plumbi tabulis litteratis, quæ eorum nomina martyriumque continent, summâ Numinis prouidentiâ reperta sunt. *Et, quod huc facit, in quadam plumbeâ laminâ hæc erant scripta litteris Latinis vetustissimis*: Anno II Neronis Imperat. Kal. Febr. passus est martyrium in hoc loco Ilipulitano D. Cæcilius, S. Iacobi discipulus, vir litteris, linguis, & sanctitate præditus: Prophetias D. Ioannis commentauit, quæ sunt positæ cum aliis reliquiis in sublimi parte inhabitabilis turris Turpianæ; sicut dixerunt mihi sui discipuli D. Septentrius & Patricius, qui cum illo passi sunt. Quorum puluercs iacent in huius sacri montis cauernis. In eorum memoriam veneretur. *Ista recitat in Comment. ad citatum Dextri locum Biuarius, & Gregorius Lopez Madera, qui tomum integrum de eâ inuentione, & reliquiarum illarum certitudine edidit.* E

S. Cæcilius II Neronis anno cum socijs combustus traditur in laminis repertis: D

32 *Etsi ad Sedu Apostolicæ iudicium rerum similium examen reuocari debeat, cùm non solùm ad reliquiarum approbationem, Sanctorum omni antiquitati ignotorum cultum, & fidei quoque dogmata, pertineant; tamen illud fateri licet, haud nobis probari hactenùs potuisse, cùm alia, tum ea nominatim quæ retulimus. Quî enim potuit S. Cæcilius secundo Neronis anno martyrium subire, qui non est Episcopus in Hispaniam missus ante quintum eiusdem Imperatoris annum, aut etiam seriùs, cùm ex Hispaniâ rediisset Romam Paulus, vt suprà sanctissimi Pontificis Gregorij VII auctoritate probauimus?*

at nõdum erat eo anno Episcopus;

33 *Ne plura opus sit, ad ea monumenta confutanda quæ reperta ferunt, congerere argumenta, grauissimum Romanæ Inquisitionis Decretum, Vrbano VIII Pont. Max præsente latum, eiusq; auctoritate firmatum, facit.* Id Fabius Chisius, *Episcopus Neritonensis, eiusdem Pontificis Prælatus Domesticus, & Assistens, & Sanctæ Sedis ad tractum Rheni & alias Inferioris Germaniæ partes, cum potestate Legati de Latere, Nuntius, vir pietate, doctrinâ, humanitate eximius, anno à Natiuitate Christi* MDCXLI, *pontificatus Vrbani VIII anno* XIX, *die* XXV *Augusti Coloniæ Agrippinæ publicauit. Id hîc quoque inferere visum est, vt intelligant qui hæc legent, neque opus* F *fuisse, nec fas fortasis, vt plura à nobis de illis Granatensibus monumentis dicerentur.*

& lamina apocrypha declarata.

§ VI. Decretum Romanæ Inquisitionis, prohibens scripta & alia, circa Granatam reperta.

34 FEriâ V die V Maij MDCXXXIX in generali Congregatione Sanctæ Romanæ & vniuersalis Inquisitionis habitâ in Palatio Apostolico apud S. Petrum, coram Sanctissimo Domino Nostro D. Vrbano Diuinâ prouidentiâ Papâ VIII, ac Eminentissimis ac Reuerendissimis DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aduersùs hæreticam prauitatem Inquisitoribus generalibus à sanctâ Sede Apostolicâ specialiter deputatis.

35 Sanctissimus D.N.D. Vrbanus Diuinâ prouidentiâ Papa VIII attentè perpendens, quòd nulla cura magis anxios & sollicitos habeat Romanos Pontifices, quàm ne lolium & zizania adulterinæ doctrinæ pro sincero veritatis Catholicæ tritico in agro Dominо succrescant; quodque ob id fel. record. Clemens VIII simul-

A VIII ſimulatque accepit, in quadam vetuſtâ turri ciuitatis Granatenſis Torpianâ nuncupatâ, pro commodiore noui templi ædificatione anno 1588 detectâ, ſcripturam quamdam ſanctiſſimo Apoſtolo & Euangeliſtæ Ioanni aſcriptam, literiſque Arabicis, Græcis, & Latinis in membranâ exaratam, fuiſſe repertam; ac deinde in cauernis montis Illipulitani, dicti Sacri, prope eamdem ciuitatem in regno Granatenſi, quoſdam libros & laminas plumbeas Arabico ſermone, & antiquis characteribus conſcriptas, varia de rebus fidei pertractantes, partim B. Iacobo Apoſtolo, partim verò quibuſdam aliis eius, vt ferebatur, Diſcipulis attributas, anno 1595 & 1596 effoſſas fuiſſe; itératis litteris, in formâ Breuis, Petro de Caſtro Archiepiſcopo quondam Granatenſi præceperit, vt ab huiuſmodi librorum, non ſolùm iudicio, ſed editione etiam & peruulgatione abſtineret, ac prætereà omnibus & ſingulis quacumque auctoritate fungentibus perſonis, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœnis, & cenſuris ſuo arbitrio imponendis, iniungeret, & mandaret, ne circa eoſdem libros, & ea quæ in illis continentur, aliquid affirmare, vel negare, vel aliàs de iis iudicare quouis modo auderent, vel præſumerent, cùm B nemini præterquàm Romano Pontifici de dictis libris eorumque doctrinâ iudicare aut ſtatuere liceret: denique vt omnia ad hæc pertinentia vndique perquireret, ac ad Sedem Apoſtolicam ſimul cum ipſis genuinis exemplaribus perferenda curaret, vt maturâ deliberatione adhibitâ, tandem decernere poſſet, quid certò ſtatuendum eſſet de dictis libris, ac laminis, adeò ob linguæ antiquitatem, ac litterarum genus ab huius ſeculi vſu remotum, obſcuris, dubiis, atque implexis, vt vel ipſe Archiepiſcopus fateretur ſe magnam interpretum varietatem, & difficultates non paucas deprehendiſſe. Conſiderans prætereà alios deinceps prædeceſſores ſuos vehementi ſollicitudine in eam cogitationem incubuiſſe, vt præfati libri, ac laminæ Romam adducæ, à peritis linguarum viris, doctiſque Theologis explanari & examinari poſſent, probè aduertentes, verſiones quaſcumque ad examen ac iudicium perfectum, ac indubitatum ſine ipſis originalibus reuocari non poſſe; Sanctitas ſua eorum veſtigiis inſiſtens, in eadem pariter curâ ſedulò laborauit, nihilque intentatum reliquit, quatenùs Romam dicti libri ac laminæ, ad præfatum finem & effectum, tranſmitterentur.

Laminas & ſcripta circa Granatam inuenta,

Clemens VIII. vetuit in Hiſpaniâ edi;

ſed Romã mitti iuſſit,

vti & alij Pontifices:

C 35 Verùm cùm rei euentus minimè hactenùs votis reſponderit, & paſſim iam à pluribus auctoribus in libris impreſſis, & ab aliis in publicis concionibus, etiam ad dogmata ſtabilienda, honorificè citentur, & maiorem venerationem, tamquàm Diuinæ cuiuſdam & Canonicæ auctoritatis, in dies acquirant; licèt grauiſſimi viri, & linguarum periti, magni in contrarium momenti exceptiones atque difficultates attulerint, aſſerentes non pauca in quibuſdam ex dictis ſcripturis & laminis contineri, quæ impietatem, ſuperſtitionem, ac errores redolent; Idcircò Sanctitas ſua præcauere interim volens, ne ſub commentitio Apoſtolorum, eorumque Diſcipulorum nomine, adulterinæ fortaſsè doctrinæ in Eccleſiam Dei irrepant, poſt grauem & maturam conſultationem, auditiſque ſuper his Eminentiſſimorum ac Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum votis, ſtatuit præfatos libros, ſcripturas, ac laminas, quocumque nomine nuncupatas, ſuſpendendas eſſe, eaſque præſentis Decreti vigore ſuſpendit: Illiſque ac illarum verſionibus ſeu interpretationibus, fidem aliquam adhiberi, aut venerationem ſiue cultum deferri, omnino prohibet: donec Sedes Apoſtolica definiat, quid tam de laminarum qualitate & doctrinâ, quàm de verſionum, ac interpretationum veritate & fidelitate, tenendum ac ſequendum ſit. Libros ſimiliter omnes, tractatus, reſponſa, conſulta, commentarios, gloſſas, additamenta, aut annotationes, & quæcumque alia, ſiue manu dumtaxat exarata, ſiue typis impreſſa, quæ ex profeſſo de dictis laminis ac ſcripturis tractant, ſuſpendit penitùs ac prohibet, nec legi, aut teneri poſſe declarat; ſed ſtatim Ordinarius locorum, ſeu hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus conſignari mandat, donec Sedi Apoſtolicæ aliter ſtatuere viſum fuerit.

Vrbanus VIII. donec id fiat,

omnia illa,

& de illis ex profeſſo ſcripta,

36 Si qui verò libri ſint, tractatus, aut alia quæuis manuſcripta, ſeu typis impreſſa, quæ ad alias quidem materias ſpectant, incidenter verò aut obiter de dictis laminis, vel eorum doctrinâ mentionem faciunt, iis omnibus pariter, quoad illam partem, omnem prorſus fidem atque auctoritatem abrogat, ac abrogatam eſſe decernit, taleſque libros & tractatus expungi iubet, aliter inter ſuſpenſos ac prohibitos, donec expurgentur, cenſeantur. Prætereà quia docti nonnumquàm viritum Granatæ à præfato Archiepiſcopo, tum alibi ab aliis ad dictas laminas interpretandas, vel comprobandas, vel aliter quomodolibet explanandas conuocati dicuntur; Sanctitas ſua eas conuocationes, congreſſus, conteſſus, conſultationes, ſententias pariter ac iudicia, ſi quæ inde ſecuta ſunt, nullius prorſus ponderis & auctoritatis fuiſſe, & eſſe declarat; ſimiliaque deinceps fieri diſtrictè interdicit. Denique omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus cuiuſcumque ſtatus, conditionis, dignitatis & præeminentiæ, quantumuis excelſæ, & quamuis eorum ſpecialis ac individua mentio facienda eſſet, præcipit, ne in poſterum in ipſorum librorum, ſeu laminarum, approbationem quicquam principaliter, vel incidenter conſcribere, aut conſcriptum à ſe vel ab aliis imprimere, ſiue aliter diuulgare, aut ſcribi, imprimi, vel diuulgari facere, eoſdemque libros ac laminas ex Arabico, alioue quouis idiomate in aliud quodcumque de cetero conuertere audeant; aut in libris, concionibus, lectionibus, congregationibus, conſultis, aut reſponſis oretenus vel ſcripto datis, quidquam de iiſdem, aut earum doctrinâ tractent, neque Auctores de eâ tractantes, quoad illam partem, citent. Siqui verò dictarum laminarum, vel partis earum exemplum habuerint, Ordinariis locorum, aut Inquiſitoribus, vt præfertur, illud tradere teneantur, neque poſthac aliud conficere aut confici facere poſſint. Atque ita decreuit, & vbique terrarum inuiolabiliter ab omnibus obſeruari mandauit.

qua obiter alibi de iis dicta,

expungi iubet:

vetat de iis conſultationes fieri,

aut quidquam ad approbationem eorum vulgari:

37 Transgreſſores autẽ, ſiue Eccleſiaſticos, ſiue laicos cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, vel præeminentiæ, quantumuis ſpeciali notâ dignæ, excommunicationi, à quâ non niſi à Romano Pontifice, præterquàm in mortis articulo, abſolui poſſint, eo ipſo ſubiecit. Ac prætereà Regulares in ſuorum officiorum ac dignitatum, vociſque activæ & paſſiuæ amiſſionis, perpetuoque ad illa inhabilitatis; Clericos verò ſæculares in dignitatum pariter ac officiorum priuationis, atque perpetuæ eorumdem incapacitatis, pœnas ipſo facto incurrere voluit: laicos autem, præter excommunicationem, aliis Ordinariorum, ſeu dictorum Inquiſitorum arbitrio, pro modo culpæ, infligendis pœnis, etiam pecuniariis, ac corporalibus coërceri mandauit. Quibus Typographi quoque plectantur, ſi ex ſuprà prohibitis vel ſuſpenſis aliquid impreſſerint; ac prætereà impreſſa omnia amittant. Contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Et ne præmiſſorum ignorantia poſſit ab aliquo prætendi, voluit vt decretum huiuſmodi, ſeu illius exemplum, ad valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent. Ioannes Thomaſius S. Romanæ, ac Vniuerſalis Inquiſitionis Notarius.

pœnâ in tranſgreſſores, cuiuſuis ordinis, conſtitutâ.

Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo, Indictione nonâ, pontificatus S.D.N. Vrbani, diuinâ prouidentiâ VIII anno decimooctauo;

AVCTORE I.B.

D *ſuſpendit & prohibet:*

E

F

die

AVCTORE I. B.

die verò decimâ tertiâ menſis Maij, ſupradictæ litteræ ſiue Decretum affixum & publicatum fuit ad Valuas Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis ac Principis Apoſtolorum Vrbis & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Io. Baptiſtam Ricciũ prædicti S. D. N. Papæ & ſancti officij Curſorem.

Publicatum Romæ Decretum an. 1641.

§ VII. S. Cæcilij ſcripta apocrypha, natalis, reliquiæ.

S. Cæcilij ſcripta apocrypha;

38 *Operæ pretium haud ſit de* S. Cæcilij *ſcriptis quærere, quæ nulli veterum citata, aut viſa, magnis ſcriptorum Hiſpanorum ſtudiis certatim à quinquaginta iam annis celebrata, Romanæ Inquiſitionis Decreto ipſiuſq; iudicio Pontificis apocrypha declarata: non vt ea quæ Gelaſius Papa can.* Sancta Romana *in apocryphis recenſet, ita vt legi in Eccleſiis vetet, retineri verò ac priuatim legi patiatur: verùm illa quæ in Granatenſibus cauernis reperta ſunt ſcripta, ea ne habere quidem vel legere fas eſt cuiquam. Neque alia de iis ante hoc decretum nobis ſententia fuit. Præiudicârat eruditiſſimus ſenex Antonius Poſſeuinus noſter in Apparatu ſacro his verbis:* Cæcilij & ſociorum nomine, Concilia, Apoſtolorum iuſſu, in Hiſpaniis habita, & linguâ Arabicâ, ſiue Æthiopicâ, ſcripta, nouiſſimè apparuêre, quaſi inuenta ſint in Hiſpaniis (vt inde ſcriptum eſt) in monte ſancto Granatæ. Vnde ad Clementem VIII Pont. Max. allata ſunt, contecta plumbo & æneo filo colligataide quorum tamen fide nondum aliquid eſt certi, quod ſciam. Et quidem erat inter hæc Concilium prænotatum: Primum Illiberitanum; ſecundum Ilepulitanum, vnumquodque ſexdecim magna folia continens. Tertium, Vita & miracula S. Iacobi 16 foliorum. Quartum de regno, & domo Inferni 16 folior. Eiuſdem de ſummâ prouidentiâ: alter de miſericordiâ: tertius de iuſtitiâ, ac de omnibus quæ Deus fecit creans mundum; qui videntur Theologiam continere: quartus de creatione Angelorum: vnuſquiſque 16 folia continens. *talia viſa Poſſeuino:* Porrò ab eiuſdem S. Cæcilij nomine verſus ex Arabico, & 22 foliis contentus eſt liber, inſcriptus: Miracula fidei, ac de annulo Regis Salomonis, dictatus à Beatâ Virgine Mariâ S. Iacobo Zebedæi: quem eſſe apocryphum vix eſt, qui non cogitet. *Hæc Poſſeuinus.*

39 *Aliter quoſdam ex his libris deſcribit Franciſcus Biuarius Comment. in Dextri Chronicon ad annum Chriſti* LIV *nu.* 4. De excellentiis & miraculis Chriſti Domini ac Matris eius, ab Incarnatione Verbi vſque Aſcenſionem liber C 1. de ſummâ prouidentiâ, miſericordiâ, & iuſtitiâ, quas Deus in opere Incarnationis exercuit, libri 2. de naturâ Angelicâ liber 1. de pœnâ & gloriâ liber 1. de vitâ, peregrinatione, & miraculis S. Iacobi liber 1. Quibus adde *(ſubdit idem Biuarius)* miraculoſa planè commentaria ab eodem elaborata, ſuper Diui Ioannis Prophetias, quæ in ſublimi parte inhabitabilis turris Turpianæ inuenta anno MDXCV, non quidem Hebraicâ linguâ, Græcâ, aut Latinâ, ſed Hiſpanâ vulgari, quâ nunc poſt tot tantamque vocum variationem vtimur. *Plura de iis vir ille egregiè doctus, ſed qui vtiliùs multò in alio argumento deſudaſſet. Quod Marci 16 v. 17 promiſit Chriſtus, qui crederent, linguis locuturos nouis, id in hoc egregio opere, Prophetiis, inquam, S. Ioannis (an Euangeliſtæ, ambigit) diuerſis ab Apocalypſi, Hiſpanicâ linguâ, quæ nondum exſtabat, à S. Cæcilio interpretatis, & commentario illuſtratis, eueniſſe. Gregorius Lopez Madera contendit eamdem linguam, quâ nunc Hiſpani vtuntur, olim tempore Romanorum ſemper in vſu fuiſſe, licet poſteà multa Gothica & Arabica verba inſperſa ſint: & fusè conatur refellere, quæ à viris eruditis contra illa ſcripta, laminas, reliquias obiecta ſunt argumenta. Verùm ipſiuſmet ingens de iis rebus volumen illo Decreto Romano prohibitum. Nos, vt antè diximus, ſcripta illa & habuimus & habemus in apocryphis, donec ſancta Apoſtolica Sedes aliud decernat.*

in his quædam ſermone moderno Hiſpanorũ.

40 *Nec certiora ſunt quæ de* S. Cæcilij *morte, eiuſq; modo & tempore, ex iiſdem hauſta laminis, itidem aliiq; Hiſpani ſcriptores tradidêre; incendio videlicet extinctos anno ſecundo Neronis, Chriſti* LVII. *Nam primùm non congruunt annus ſecundus Neronis & Chriſti* LVII. *Capeſſiuit imperium Nero* XIII *Octob.* Aſinio Marcello & Acilio Auiola *Coſſ. ann. vulgaris Epochæ Chriſtianæ* LIV *atque ita Kalendæ Februarij anno eius ſecundo, inciderunt in annum Chriſti* LVI. *Secundùm Baronium, qui mortem Claudij Cæſaris & Auiolæ Marcelliq; conſulatum ſtatuit anno Chriſti* LVI, *in annum Chriſti* LVIII. *incident ea Kalendæ, quibus martyrium feciſſe S. Cæcilium aſſerunt. Et nos ſuperiùs oſtendimus non veniſſe in Hiſpaniam Epiſcopos illos ſeptem, è quibus erat Cæcilius, ante annum* V *Neronis.*

S Cæcilius (incertum quo anno aut mortis genere)

41 *Confeſſores quidem in Martyrologio Romano ad* XV *Maij, vt ſuprà diximus, appellantur SS. Teſiphon, Torquatus, Cæcilius & ſocij; tamen, vt in Annotat. ad eumdem diem ſcribit Baronius,* ex his aliquot inueniuntur dicti Martyres à nonnullis, licet eorum martyrij Acta non habeantur *Imò de omnibus vniuerſim pronuntiat Gregorius VII ſuprà, eos* ſanguine ſuo Eccleſias dedicaſſe. *Quo verò ſupplicij genere, quoúe Chriſti anno id contigerit, non liquet. Ioannes Marietta* S. Cæcilij *natalem conſignat* I *Februarij. Ad eum diem iſta habet Ordo recitandi Officium Diuinum in Eccleſiis Hiſpaniæ, anno* MDCXXXV *excuſus Madriti, in Kalendario Eccleſiæ & diœceſis Granatenſis*: Cæcilij Epiſcopi Martyris & Patroni, & diſcipulorum eius. dupl. 1. claſſ. cum Octauâ. *Socios (ex laminarum iſtarum Granatenſium fide) expreſſit Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, ita ſcribens*: Eliberi in Hiſpaniâ S. Cæcilij Epiſcopi & Martyris, vnà cum Patricio & Septentrione. *Imò in laminâ illâ Granatenſi ſuprà relatâ, hic* Septentrius *appellatur. Sed cùm apocryphæ declaratæ ſint illæ laminæ & inſcriptiones, hæc quoque duo Martyrum nomina expunximus. Vti anteà cùm in Hiſpaniam appulerunt ſeptem ſancti Epiſcopi, diſcipulos habebant, quorum aliquot in vrbem Accitanam miſerunt mercatum cibos; ita ſinguli poſteà aliquos ſibi ex iis retinuêre, vel alios adſciuêre diſcipulos, officiorumq; partim domeſticorum, partim Eccleſiaſticorum adminiſtros. Atque ex his fortaſſe fuêre, aut certè alij è populo, quos martyrij eius ſocios venerantur Eccleſia Granatenſis.*

Martyr tamen, E *colitur 1. Febr. cũ quibus.*

42 *De reliquiis eorum nihil poſſumus pronuntiare, donec aliquid Apoſtolica Sedes ſanciat. Decreto Inquiſitionis non diſertè repudiantur: ſed cùm omnem probabilitatem à laminis illis acceperint, quæ tamen reiectæ ſunt; quis illas audebit abſque certâ Sedis Apoſtolicæ auctoritate publicæ venerationi exponere? Eccleſias parochiales habet vrbs Granatenſis viginti tres, quarum vna S. Cæcilio dedicata eſt, eaq; exiſtimatur, etiam quo tempore rerum potiebantur Mahometani, Chriſtianorum conuentibus celebrata, vti ſcribunt Ioannes Marietta lib. 1 hiſtor. Eccleſ. Hiſpan. cap. 14. Maurus Caſtella Ferrerius hiſtoriæ S. Iacobi lib. 2 cap. 16. Franciſcus Bermudez de Pedraza lib. 3 Antiquitatum Granatenſium cap. 15, qui toto libro 4 agit de Monte Illipulitano & reliquiis aliiſq; monumentis in eo inuentis, & ſcriptis S. Cæcilij, quæ (vt diximus) in apocryphis ſunt numeranda, donec Sedes Apoſtolica aliud de iis iudicium ferat. Ac certè didicimus nuper, laminas illas aliaq; monumenta iuxta Granatam reperta, deportata Romam, ibiq; à viris eruditis ſenſim examinari. Vidimus quoque librum, an.* MDCXXXII *ab Adamo Centurione, Ioannis Baptiſtæ F. Marci N. Marchione de Eſtepa, ſermone Hiſpanico editum, dicatumq; Archiepiſcopo Granatenſi, Caſtellæ Præſidi, cui libro hic eſt titulus:* Informatio pro hiſtoriâ ſacri montis, dicti Vallis paradiſi, antiquitus Illipulitani, iuxta Granatam: vbi reperti cineres S. Cæcilij, S. Teſiphontis, S. Hiſcij, diſcipulorum Apoſtoli & vnici Patroni Hiſpaniarum Iacobi, aliorumque Sanctorum, qui illorum diſcipuli fuêre, reliquiæ, & libri in plumbeis laminis exarati. Pars prima. *An partem ſecundam, ſiue vlteriorem diſquiſitionem poſteà ediderit, haud ſcimus.*

de reliquiis eorũ, nõ liquet. F

Eccleſia S. Cæcilio dicata Granatæ.

Diſcutiũtur nunc ſcripta Granatæ reperta.

DE S. IGNATIO THEOPHORO

EPISCOPO ANTIOCHENO,

MARTYRE, ROMÆ,

Commentarius Prævius. G. H.

§ I *Vita S. Ignatij scripta. Nomen* THEOPHORI.

ANNO CHR. CVIII. I FEBRVARII. *Ignatius discipulus S. Ioannis Euangelistæ.*

1 INsignes S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ discipuli atque auditores *celebrantur in Chronico Eusebij ab S. Hieronymo Latinè vulgato, ad annum* 11 *Traiani Imperatoris,* Papias Hierapolitanus Episcopus, & Polycarpus Smyrnæus, & Ignatius Antiochenus. *Horum duos in Februario cultu sacro veneratur Ecclesia, hisce Kalendis* S. Ignatium, *&* XXII S. Papiam; *in Ianuario* S. Polycarpum, XXVI *die. Huius Historia martyrij (quod hic paucis repetendum duximus) continetur in* encyclicâ Epistolâ *ab* Ecclesiâ Smyrnensi, *mox post obitum eius, ad plurimas Ecclesias, maximè Asiaticas viciniores, missâ; è quâ multa recitat Eusebius lib.* 4 *Historiæ Ecclesiasticæ, cap.* 14, *vt ibi dictum* § 2 *num.* 10. *Extitit ea Epistola in antiquis codicibus MSS. tam Latinis olim translata, quàm Græcis primigenia, è quibus hanc etiam Latinè à nobis redditam, alteri coniunximus, & cum reliquâ Vitâ à Pionio posteà conscriptâ ad dictam* XXVI *Ianuarij in lucem edidimus. Piam hanc Ecclesiarum consuetudinem, glorioſa martyrum certamina describēdi, credimus apud primos Christianos viguisse: eâque etiam solennitate* Antiochenos *missâ Epistolâ variis Ecclesiis indicasse, quam istic apud se coram* Traiano Imperatore *subierat quæstionem* Ignatius: *alios dein itineris eius Romani ex Syriâ comites, quæ in eo obseruarant piè sanctèq; gesta, ac præcipuè Romæ glorioso martyrio vitam consummatam, non omisisse aut coràm referre, cùm in Orientem redirent, aut citiùs præmissis Epistolis nuntiare. Similes* passionis S. Ignatij litteras *allegat Galesinius in Notationibus ad* XVIII *Ianuarij. Has requirit* S. Polycarpus *à* Philippensibus, *in suâ ad eos Epistolâ, cùm auidè ipse* Smyrnæ *illatum* S. Ignatio *martyrij genus intelligere optaret.* De ipso, *inquit,* Ignatio, & de ipsis, qui cùm eo sunt, quod certiùs agnoueritis, significate. *De hac Polycarpi epistolâ infrà iterum agemus.*

eius Vita an ex epistolis encyclicis composita;

alia ex Græco Metaphraste,

collata cũ MS.

alterius Græca epitome in Menæa:

elogium ex Martyrologijs:

2 *Ex his similibusque obseruationibus* Acta *deinde conscripta arbitramur. Ea duplicia hic damus: alia Græcè à* Simeone Metaphraste *edita, & Latinè versa à* Gentiano Herueto: *quæ primùm Lipomanus vulgauit tomo* 5 *operum ad* XX *Decembris, dein Surius ad Kalendas Februarias. Nos eadem Græcè nacti ex MS. codice Medicæo Regis Christianissimi, contulimus cum priore Herueti interpretatione: ex quâ reiecimus, quæ huic codici deerant ex Euagrio sub finem adiecta, commodiùs cum reliquâ Translationis reliquiarum historiâ daturi. Alia olim Græcè extitisse opinamur Acta multò uberiora, ex quibus sacrorum Menæorum scriptores varia à* S. Ignatio *tolerata* Antiochiæ *tormenta, à Metaphraste non indicata, excerpserunt secundo loco danda. Aliud elogium adiungitur ex Martyrologijs Bedæ & Adonis ad maiora Acta Latina securiorem viam commonstrans.*

Acta Latina ex pluribus MSS.

3 *Ipsa deinde* Acta Latina *subduntur ex pluribus, eisq; vetustissimis codicibus MSS. desumpta, & cum Rosweydo olim, tum nobis communicata: eorum præcipui sunt Lobiensis, Audomarensis, Vltraiectinus aliusq; Burgundicus à Chiffletio nostro transmissus. Hæc Acta iudicio etiam Petri Scriuerij, qui eadem ex fidelissimo codice communicauit, ex Græco creduntur conuersa. In his, quæ* Antiochiæ *subiit tormenta* Ignatius, Romæ *dicitur* coram Traiano *passus, enormi mendo, quod etiam descripserunt Beda, Ado Vsuardus, aliiq; Martyrologi Latini, § sequenti adducendi; Vincentius Bellouacensis lib.* 10 *Speculi Historialis, cap.* 56, *& plures alij. An lacerum seu mutilum exemplar foliis transpositis habuerit interpres Latinus? An* Epistolam encyclicam *ab* Antiochenis *missam, titulo sublato, crediderit* Romanos *exaraſſe? Dedimus* XV *Ianuarij* Vitam S. Alexandri Fundatoris Accœmetorũ *ex codice MS. Græco Regis Christianissimi, præclaram admodùm sed quibusdam locis mutilam: in quâ foliis aliquot transpositis ordo rerum gestarum ab imperito descriptore fuerat immutatus, qui nullo verbo aut superaddito, aut omisso in debitum locum reductus est. Potuit auctor Latinæ Vitæ siue interpres, in similem codicis Græci errorem incidisse, eiq; non obseruato, reliqua Acta accommodasse. Hic capita distincta duplici numero prænotantur, vt quæ transposita iudicantur, facilius possint discerni commodiusq; cum Metaphraste & Menæis Græcorum conferri.*

an confusa ordine rerũ gestarum.

4 *Ex* Actis *hisce,* Epistolisq; S. Ignatij *infrà à nobis recensendis, contractiùs Vitam describserunt* Vincentius Bellouacensis *antè relatus,* Antoninus & Boninus Mombritius *mox citandi,* Iacobus à Voragine, Claudius à Rotâ, Petrus de Natalibus, Zacharias Lippelous, Franciscus Haræus; *Hispanicè* Ioannes Basilius Sanctorius, Alphonsus Villegas, Petrus Ribadineira, Franciscus Ortiz Lucius, *Italicè* Gabriel Flamma, *Gallicè* Clemês Marchantius; Iacobus Doubletius, Guilielmus Gazæus; *Germanicè* Henricus Fabricius, *Belgicè* Henricus Adriani, Dionysius Lambertti, *aliiq; innumeri, & quotquot Annales seu Chronica Ecclesiastica digesserunt, quorum princeps* Cardinalis Baronius *plurima de eo tomo* I *&* II *Annalium recenset. Ex antiquioribus Patribus elogia eiusdem tradunt* S. Polycarpus *condiscipulus, & huius discipulus* S. Irenæus, S. Dionysius *de Diuinis nominibus,* S. Anacletus Papa, Eusebius Cæsariensis, S. Hieronymus, S. Athanasius, S. Felix III Papa, Theodoretus Episcopus Cyri, *& potissimùm* S. Ioannes Chrysostomus *doctissimâ Homiliâ in eius solennitate anniuersariâ ad populum Antiochenum habitâ. Ex hac plurima, cùm de Translatione reliquiarum agetur, proferentur; ex aliorum doctrinâ varia inter viros eruditos dubia controuersaq; resoluentur.*

Acta ab aliis contracta,

& exteris linguis edita:

mentio apud antiquiores Scriptores,

5 *Cæleste hic apponitur visum quo Angelos in cælo sanctissimam Trinitatem alternis cantibus celebrantes conspexit, audiuitq;* Ignatius, *à Socrate lib.* 6 *Histor. Eccles. cap.* 8 *relatum.* Ignatius, *inquit,* Antiochiæ in Syriâ tertius à Petro Apostolo Episcopus, qui & cum Apostolis multum versatus est, visionem vidit Angelorum, Sanctam Trinitatem hymnis alternâ vice decantatis collaudãtium. Et formam canendi in eâ visione expressam Ecclesiæ Antiochenæ tradidit. Vnde & hæc ipsa traditio ab omnibus Ecclesiis recepta est. *Hæc Socrates. Eadem referunt Georgius Alexandrinus in Vitâ S. Chrysostomi, & in huius encomio Leo Sapiens Imperator, Nicephorus Callistus lib.* 13 *Histor. Eccles. cap.* 8, *& nonnulli Martyrologi infrà adducendi. Eximium ad virtutem consequendam stimulum proponit S. Gildas Sapiens, cuius Vitam illustrauimus* XXIX *Ianuarij. Hic* Clerum Britanniæ *ita alloquitur:* Quis vestrum, vt Martyr Ignatius, Antiochiæ vrbis Episcopus, qui post admirabiles in Christo actus ob testimonium eius, leonum molis confractus est, cuius verba, cùm ad passionem duceretur, audientes, si aliquando vultus vestri rubore suffusi essent, non solùm in comparatione eius vos non putaretis Sacerdotes, sed ne mediocres

Visio cœtus Angelici,

Vita huius lectio ad virtutem vtilis:

AVCTORE. G H. cres quidem Christianos esse. *Hæc ergo in nobis accendant sincerum in Deum hominesq; amorem, cuius igne in corde vehementiùs æstuante, leuia prorsus tormenta omnia, & mortem ipsam existimauit* Ignatius: *cui ex omnibus, quæ pati grauissima in vitâ poterat, hoc primum erat, mortem pro Christo non pati: secundum verò non quàm citissimè pati; sed differri atq; procrastinari: quod præclarè aduertit Petrus Halloix in Præfatione ad Vitam S. Ignatij, tomo 1. Ecclesiæ Orientalis Scriptorum copiosissimè deductam, inexstinguibili viri erga hunc* S. Ignatium *eiq; coæuos Scriptores pietatis ardore.*

A

Theophorus cognominatur.

6 *Cognomentum* Theophori, *quo semetipse sanctus Martyr passim appellat, in omnibus Epistolis euidentissimum capit argumentum ab hac similiue præfatione:* Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος. Ignatius, qui & Theophorus. *Quæ Latina versio ab omnibus antiquioribus Interpretibus seruata est, neque vllâ immutatione factâ ad redditas in alia idiomata Epistolas transiata. Illud autem cognomen quàm aptissimè illi conuenisse Acta Græca infrà monent his verbis:* Τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος ὁ καὶ κλήσει δὲ πράγματι θεοφόρος Ἰγνάτιος ἦν. Ecclesiæ Antiochenæ Episcopus & appellatione & re ipsâ Theophorus Ignatius erat: *quod miramur à Gentiano Herueto Deiferum verti. Malumus retinere* Theophorum *eâ formâ, quâ* SS. Chrysto-

B phorum, Carpophorũ, Onesiphorum, *similesq; seruato Græcorum verborum charactere appellamus; imitati post Acta Latina & Martyrologos varios, Eusebium, Socratem,*

Christum in animâ circũfert. *Cedrenum, Zonaram, Nicephorum, altosq; è Græco Latinos factos. Ipse* Traianus *in Actis scisitatur:* ὁ δὴ καὶ τί ἐστι Θεοφόρος; *Cui* Ignatius *respondit:* ὁ τὸν Χριστὸν ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρων: qui Christum circumfert in animâ: *aut secundum Acta Latina*, qui Christum habet in pectore, ille est Theophorus.

an literis aureis cordi inscriptum:

asserunt Martinus Polonus,

Vincentius Bellouacẽsis,

S. Antoninus, Mombritius,

7 *Hinc arbitramur occasionem datam scribendi,* in corde S. Ignatij *inuenta esse sacrosancta verba*, IESVS CHRISTVS, *diuino miraculo* aureis litteris *exarata. Id seculo* XIII, *post obitum S. Ignatij vltra mille & centum annos, scripserunt Vincentius Bellouacensis, & Martinus Polonus. Hic in Chronico ad tempora Traiani,* Huius, *inquit*, cor cũ minutatim diuisum esset, nomen Christi in singulis particulis aureis litteris scriptum inuentum est. *Aliquãto accuratiùs Vincentius lib.* 10. *speculi Historialis c.* 57. Huius cor cùm minutatim diuisum esset, nomen Domini Iesu Christi litteris aureis inscriptum, vt legitur, in singulis partibus inuentum est. Dixerat enim se habere Christum in corde: *seu, vt Acta habent*, in pectore, *aut* in animâ. *Eadem pluribus prosecuti sunt S. Antoninus tomo* 1 *Chronici titulo* 7 *cap* 1 § 11 *& Boninus Mombritius in Vitâ, eisdem vterque verbis*: Legitur autem, *inquiunt*, quòd B.

C Ignatius inter tot tormentorum genera numquàm ab inuocatione nominis Iesu Christi cessabat, quem cùm tortores requirerent, cur hoc nomen toties replicaret, ait: Hoc nomen cordi meo inscriptum habeo, & ideò ab eius inuocatione cessare non valeo. Post mortem igitur eius, qui audierant volentes hoc curiosiùs experiri, cor eius ab eius corpore auellũt, & illud scindentes per medium totum cor inscriptum hoc nomine, IESVS CHRISTVS, litteris aureis inueniũt. Vnde & hoc plurimi crediderunt. *Vbertinus de Casali lib.* 2 *Arboris*

Vbertinus de Casali, *vitæ Crucifixi Iesu c.* 2. Cum Apostolo, *inquit*, non ostendamus nos aliquid scire, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum, exemplo B. Ignatij, & centrum & circumferentiam cordis nostri sculpentes Iesum, qui ipsum Iesum viuens & moriens eructabat de corde pleno, & mortuus reliquit intra se scriptum litteris aureis in corde corporeo. *Ioannes Baptista Mantuanus lib.* 2 *sacrorum dierum, Matthias Casimirus Sarbiuius, aliiq; Poëtæ miraculum illud versibus exornarunt, quibus & pictoribus addendi quidlibet æqua potestas conceditur. Nobis sufficit fontes monstrasse, è quibus hi riuuli dimanarunt. Græci silent, quòd à leonibus velint carnem omnem comestam & solidiora tantùm ossa relicta: quæ nobis vel ideò magis probantur, quòd illustre hoc miraculum, si factum fuisset, vel maximè in Dei gloriam, & bonam tanti Martyris famam redundasset; & tamen altissimo silentio antiquorum scriptorum & Latinorum & Græcorum inuoluatur.* D

Mantuanus:

silent antiquiores scriptores.

§ II *S. Ignatij dies natalis. Cultus sacer.*

8 OB *magnam in natalitiâ S. Ignatij celebritate agendâ apud diuersas Ecclesias varietatem, non parua oritur difficultas discernendi diem certum martyrij consummati. Antiochenos olim diem illi sacrum dedicasse postridie solennitatis S. Pelagiæ Virginis Antiochenæ & Martyris, testis est S. Ioannes Chrysostomus homiliâ* 42 *de S. Ignatio.* Heri, *inquit*, puella planè adolescens & virgo, beata Martyr Pelagia magnâ cum lætitiâ conuiuium nobis exhibuit: hodie celebritatem illius beatus hic ac generosus Martyr Ignatius vicissim excepit. Diuersę quidem personæ; sed vna mensa: variæ pugnæ; sed corona eadem: disparia certamina; sed idem brauium. *Colitur S. Pelagia in Martyrologio Romano, Menæis Græcorum, aliisq; fastis sacris,* IX *Iunij: postridie in Menologio Græcorum à Canisio edito. Extat S. Chrysostomi de eâ homilia* 41, *ad quam annotat Fronto Ducæus eam homiliam Græcè repertam à se fuisse* in duobus codicibus MSS. Christianissimi Regis Hẽrici IV, in quorum altero adscriptus margini fuit dies E Octobris VIII, hoc pacto: μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ϛ. *quo die, vti aduertit Baronius ad* IX *Iunij*, agunt Græci in Menologio de aliâ Pelagiâ Antiochenâ, quæ, antequàm teneretur à persecutoribus, orans ne dispendium pateretur virginitatis, in pace quieuit. *In Menologio Canisij adduntur eodem* VIII *Octobris* Pelagia Tarsensis *sub Diocletiano passa, &* Pelagia *tertia post meretricium quæstum* pœnitens. *Quod huc facit, neque in Iunio, neque in Octobri vlla S. Ignatij in Martyrologiis reperitur obseruata solennitas, si quædam annotationes MSS. excipiantur Carthusianorum Bruxellensium, in quibus* XVII *Octobris traditur* B. Ignatij Martyris translatio.

relata 9 & 10 Iunij.

8 Octobris.

Aliqui 24 Nouemb.

9 *Aliqui diem illi sacrum statuunt* XXIV *Nouembris. ita Hermannus Greuen in Auctario Vsuardi:* Ignatij Martyris. *Ado MS. monasterij S. Laurentij apud Leodienses:* Eodem die S. Ignatij Episcopi & Martyris. *Pluribus Beda excusus, qui diem eius natalem appellat:* VIII Calendas Decembris, *inquit*, Natale S. Ignatij Episcopi & Martyris *&c. Elogium integrum etiam habet Ado infrà recitandum. In Decembri plures referunt, ac primo ad diem* XIV *martyrologium MS. Treuirense S. Martini:* S. Ignatij Episcopi & Martyris. *Vltraiectinum MS. S. Mariæ:* Eodem die S. Ignatij Episcopi & Martyris.

aut 14 Decemb.

Plures diẽ natalem statuunt 17 Decẽb.

10 *At* XVII *Decembris natalem eius celebrant Martyrologia MSS. Tornacense S. Martini, & Latiense, ambo antiqua sub nomine Eusebij, Hieronymi & Bedæ his verbis:* Natale S. Ignatij, qui tertius Antiochiæ post Petrum Apostolum Episcopus, vndecimo Traiani anno ad bestias vinctus Romam missus est. Reliquiæ tamen corporis eius Antiochiæ iacent (*additur in Latiensi*) extra portam Daphniticam in cœmiterio ecclesiæ. *Eadem cùm Latiensi MS. habet Rabanus Maurus in suo Martyrologio, dempto priore verbo de die Natali ab eo omisso. In Martyrologio antiquo MS. S. Maximini prope Treuirim hæc leguntur*: In Antiochiâ natale S. Ignatij Episcopi, qui tertius post Petrum Apostolum Antiochenam rexit Ecclesiam, quique persecutione Traiani damnatus ad bestias, Romã vinctus mittitur, duodecim militibus ad custodiam datus, quos ipse in epistolâ ob crudelitatem leopardos vocat: cumque iam productus ad bestias, rugientes audiret leones, ardore patiendi ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. Passus est anno XI Traiani. *Nonnulli apud Frontonem Ducæum suprà existimant Homiliam Chrysostomi de S. Ignatio habitam illo* XVII *Decembris.*

F

11 *Iuxta hos auctores non improbabiliter dici potest, S. Ignatium eo die martyrij coronam adeptum esse, ac triduo posteà sacrosancta eius ossa extra vrbem Romanam deposita fuisse ac*

A *ſe at terræ mandata. Qui dies depoſitionis cum die natali ſiue obitus paſſim confundi ſolitus, in ſacros Eccleſiarum faſtos ſæpè refertur. Idem Fronto Ducæus annotat ad dictam Græcam homiliam de S. Ignatio margini codicis Regij MS. adſcriptum* diem vigeſimum Decembris μηνὶ Δεκεμβρίῳ κ. *Græci eo die magnâ illum ſolennitate colunt: In Menologio Maximi Cytherei & Horologio,* ἅγιος ἱερομάρτυς Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος. *Kalendarium Græcorum apud Genebrardum.* Ignatius Martyr Theophorus. *Menologium Caniſij:* Natalis ſacroſancti Martyris Ignatij. *Menæa Græcorum:* Μνήμη, *ſeu* memoria ſancti Martyris Ignatij Theophori *&c. Petrus Halloix in Notationibus ad caput* 14 *Vitæ S. Ignatij aſſerit,* xx Decembris verum diem natalem eſſe, quem Græci ſolennem ſeruant,& in quo cœtus honori eius faciunt. *Interim infrà apud Metaphraſten dicuntur* qui Romæ erant fideles, *poſt martyrium conſummatum, & theatrum diſſolutum,* conuenientes eius oſſa ſuſtuliſſe, eaque religiosè obuoluta extra Vrbem in loco inſigni, vigeſimo menſis Decembris depoſuiſſe. *Græcè* Κατέθεντο εἰκάδα τότε ὁ Δεκεμβρίου ἄγοντος. *Eodem die antiquiſſimum Martyrologium MS. S. Hieronymi ita habet:* Romæ depoſitio Zephirini Epiſcopi & Ignatij Martyris,& Athanaſij Epiſcopi. *Iterum in Kalendario eidem Martyrologio ſubiuncto:* Ignatij Martyris & Anathaſſi Epiſcopi. *Colitur S. Zephyrinus Papa illo die in pluribus Martyrologiis, de quo cum Romano aliiſq; agemus* xxvi *Auguſti.* S. Anathaſius *in quodam Kalendario MS. S. Maximini etiam* Athanaſius, Epiſcopus in Oriente *colitur eodem* xx *Decembris.*

diem depoſitionis ſeu ſepulturæ 20 *Decemb.*

B

12 *Præcipua nihilominùs S. Ignatij in Eccleſiâ Romanâ ſolennitas agitur Kalendis Februarij, ad quas Notkerus:* S. Ignatij Martyris. *MS. Tornacenſe:* Paſſio S. Ignatij Epiſcopi & Martyris. *Vetus Romanum à Roſvveydo editum:* Antiochiæ Ignatij Epiſcopi & Martyris. *Beda excuſus. MSS. Vltraiectinum S. Mariæ & Leodienſe S. Lamberti:* Apud Antiochiã paſſio S. Ignatij Epiſcopi & Martyris. *Eadem ferè habet Ado hoc die, cuius elogium, in libro de feſtiuitatibus Apoſtolorum relatum, infrà damus. MS. Centulenſe S. Richarij:* Romæ paſſio S. Ignatij Antiochenſis Epiſcopi, qui B. Ioannis Apoſtoli diſcipulus, tertius poſt B. Petrum Antiochenam rexit Eccleſiam. *Alij iuxta Acta Latina volunt eum Romæ,* præſente Traiano, *paſſum. Ita Vſuardus:* Kalendis Februarij Natalis B. Ignatij Epiſcopi & Martyris, qui tertius poſt Petrum Apoſtolum Antiochenam rexit Eccleſiam,ac perſecutione Traiani Romam vinctus mittitur, vbi præſente eodem,circumſidente Senatu,immaniſſimis pœnarum ſupplicijs

maiore ſolennitate 1 *Februarij.*

C primò affectus,dehinc leonibus obijcitur; eorumque dentibus præfocatus,hoſtia Chriſti efficitur. *Eadem ferè habent Bellinus & Martyrologium modernum Romanum, in quo tamen cùm legeretur* præſente Traiano *paſſus, iam correctiùs* iubente Traiano *id factum dicitur.* Immania pœnarum ſupplicia & inaudita tormenta Romæ *eum ſubiiſſe tradunt etiam Galeſinius, Auctores Violæ Sanctorum & Martyrologij MS. Bruxellenſis, alijq; : Maurolycus verò,* Natale *inquit,* S. Ignatij Epiſcopi & Martyris,qui quartus à Petro Apoſtolo Antiochenam rexit Eccleſiam, in quâ Antiphonas decantari fecit, *Conſtantius Felicius,* tertiuſne *an* quartus Antiochiæ *præfuerit* Epiſcopus, *ſub dubio relinquit: quæ infrà reiicientur. De cantu hæc è Socrate deſumpta adduntur in Martyrologio antiquo Colonienſi poſt verba ex Vſuardo recitata:* Hic quodam tempore per viſionem in cælum raptus, vidit & audiuit, quomodò Angeli per antiphonarum reciprocationem ſanctæ Trinitati hymnos canebant. Quâ viſione edoctus inſtituit in Eccleſiâ Antiochenâ iuxta modum viſionis antiphonas decantari. *Eadem leguntur in Violâ Sanctorum, & aliis Martyrologiis. MS. Bruxellenſe reliquo encomio addit:* nomen eius canoni Miſſæ inſcriptum eſſe, *quem eumdem exhibet antiquus liber Sacramentorum S. Gregorij Magni nuper ex MSS. ab Hugone Menardo correctiùs editus.*

13 *Demum quia S. Brigida Kalendis Februarij præ-*

D *pnum apud varias Eccleſias obtinet cultum, pridie Kalendas* AVCTORE G. H. & 31. *Ianuarij.* seu xxxi *Ianuarij venerandus proponitur S. Ignatius in Breuiario Brugenſi, aliiſq; quibuſdam Belgicis, ſicuti etiam in MS. Martyrologio Treuirenſi S. Martini. Græcos admodùm celebri eum officio colere fidem faciunt eorum reſponſoria, antiphonæ, cantica, odaria, à Petro Halloix latinè reddita, atque vtraque linguâ edita ad Vitam S. Ignatij. Iidem Græci lectionem Euangelij deſumunt ex capite* ix *S. Marci, in quo Chriſtus puerum (quem illi S. Ignatium credunt fuiſſe.) complexus, in medio ſtatuit. Apud Latinos quæ modò ſit officij Eccleſiaſtici ratio, conſtat: qualis olim fuerit indicat Gauantus comment. in Rubricas Breuiarij ſect. 7 cap. 4: vbi refert* in appendice libri Sacramentorum Gregoriani feſtum habuiſſe in Decembri, ſed in Breuiario Vaticano volumine 4751 in Februarij primo. *Conſonant quæ in Actis Latinis ſub finem referuntur.*

Officium Eccleſiaſticum.

§ III *Primordium Epiſcopatus Antiocheni.*

14 ORtus, *adoleſcentia, & priuata* S. Ignatij *ante ſuſceptum Epiſcopatum vita, ferè latent. Inſtitutionem eius ſub S. Ioanne Euangeliſtâ, opinionemq; Græcorum, Euangelicum paruulum fuiſſe, quem Chriſtus in medio diſcipulorum* E *ſtatuit, infrà examinamus. Plura profert Halloix capite* 1, *&* 11 *Vitæ, quæ nos antiquitatis amantes omittimus. Primordium* Epiſcopatus *eius* Antiocheni *inquiſituri, primò, quòd omnes antiqui atque orthodoxi ſcriptores indubitatum affirmarunt, ſtatuimus;* S. Petrum Apoſtolorum Principem *priùs Antiochiæ Sedem ſupremi Pontificij collocaſſe, quàm inde* Romam anno 11 Claudij Imperatoris *profectus fuerit, vti cum reliquis Scriptoribus tradunt Euſebius in Chronico, & S. Hieronymus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, cap.* 1. De Cathedrâ S. Petri Romanâ *egimus* xviii *Ianuarij, de* Antiochenâ *acturi* xxii *Februarij. An Ignatius immediatus S. Petri ſucceſſor fuerit, hîc quærimus.*

Pontificatus S. Petri Antiochiæ.

15 *Primò Epiſtola* iii *S. Anacleti Papæ. eum à S. Petro Antiochenis Epiſcopum datum, quocumque id tempore contigerit, requirit. In hac Epiſtolâ trium primarum ſedium Epiſcopalium ordo indicatur his verbis:* Prima Sedes eſt cæleſti beneficio Romanæ Eccleſiæ, quam beatiſſimus Petrus & Paulus conſecrarunt. Sic Roma,quæ prius erat cacodæmonis artificio omnium errorum mater & altrix, excuſſis tenebris, & vanis ſuperſtitionum ritibus abiectis, filiorum Dei, exorto ſole iuſtitiæ facta eſt copioſa propagatrix. Secunda autem Sedes apud Alexandriam B. Petri nomine à Marco eius diſcipulo atque Euangeliſtâ conſecrata eſt, quia ipſe & in Ægypto primùm verbum veritatis, directus à Petro, prædicauit, & glorioſum ſuſcepit martyrium: cui venerabilis ſucceſſit Abilius. Tertia autem Sedes apud Antiochiam eiuſdem (id eſt, B. Petri) Apoſtoli nomine habetur honorabilis; quia illic, priuſquàm Romam veniret, habitauit, & Ignatium Epiſcopum conſtituit, & illic primùm nomen Chriſtianorum nouellæ gentis exortum eſt. *Hactenùs Epiſtoſtola Anacleti Papæ, cui omnis deberetur auctoritas, ſi genuina eſſet, aut à poſteris non interpolata. Verùm in eâ nonnulla leguntur traditionibus Eccleſiaſticis minùs congruentia.* Nam in Alexandrina Sede S. Marco *dicitur* ſucceſſiſſe venerabilis Abilius, *omiſſo* S. Aniano, *quem,* S. Marco viii anno Neronis *defuncto ſubſtitutum tradunt Euſebius in Chronico, & lib.* 2 *Hiſtoriæ Eccleſ. cap.* 23. *S. Hieronymus de Scriptor. Eccleſ. cap.* 8, *& reliqui omnes, quorum conſenſus firmatur in Martyrologio Romano* xxv *Aprilis, quo die coluntur &* S. Marcus *&* S. Anianus in Epiſcopatu ſucceſſor. *Hinc apud Ioucrium in Sanctionibus Eccleſiaſticis, & deinde in Concilijs tam Venetijs, quàm Coloniæ, atq; Pariſijs editis, hæc correctio in margine annotatur:* cui S. Marco venerabilis ſucceſſit Anianus,& poſt hunc Abilius: *quam ſucceſſionem ad huius Natalem* xxii *Februarij probabimus.*

ab eo conſtitutus S. Ignatius Epiſcopus dicitur

in Anacleti Epiſtolâ,

an genuinâ

16 *Eodem modo in* Antiochenâ ſede *hæc correctio in dictis ab aliis explicatâ,*

AVCTORE G. H. *dictis libris adscribitur, sed minùs probata*: Quia illic, *S. Petrus*, priusquàm Romam veniret, habitauit, & Zachęũ, A posteà Euodium, post quem Ignatium Episcopum cõstituit. *De* Zacchæi Episcopatu Antiocheno *nihil alibi legimus.* Zacchæum, publicanum, *qui in domo suâ* Christum *susceperat, primum* Cæsareæ Palęstinæ Episcopum *fuisse tradunt Apostolicæ Constitutiones sub nomine Clementis Romani lib. 7 cap. 46, aliis 47. Verùm de variis Episcopis non debito ordine eo capite relatis infrà agemus. Alius colitur* XXIII *Augusti* Zacchæus *quartus* Hierosolymorum Episcopus: *vt similis aliunde* Zacchæus *hîc intrusus videatur. De* Euodio *potiùs hæc similisúe lectio esset substituenda.* Quia illic Petrus habitauit & Euodium, cui posteà Ignatius successit, Episcopum constituit. *Verùm hæc nomina &* *olim interpolatâ.* *successionis* Abilij *in* Sede Alexandrinâ *& constituti* Episcopi Ignatij *apud* Antiochenos, *arbitramur à posteris adiuncta. Nam eadem verba absq;* Abilij *&* Ignatij *mentione repetita in Concilio septuaginta Episcoporum Romæ habito sub Gelasio Papâ ita leguntur:* Secunda autem Sedes apud Alexandriam B. Petri nomine à Marco eius discipulo & Euangelistâ consecrata est: ipseque à Petro Apostolo in Ægyptum directus, verbum veritatis prędicauit, & glorioſum consummauit martyrium. Tertia verò B Sedes apud Antiochiam eiusdem beatissimi Petri Apostoli nomine habetur honorabilis: eò quòd illic, priusquàm Romã veniſſet, habitauit, & illic primùm nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. *Et desunt &* successio Abilij, *&* inauguratio Ignatij à S. Petro facta. *Eadem confirmantur in Concilio Romano sub Damaso Papâ, ex cuius Canone iuxta collectionem Crescon*ianam hæc verba proferuntur apud Baronium ad annum *Christi* 39. *num.* 23. Tertia verò Sedes apud Antiochiam beatissimi Apostoli Petri habetur honorabilis, eò quòd illic primitus, quàm Romam veniſſet, habitauit: & illic primùm nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. *Quæ cum Epistolâ Anacleti prorsus consentiunt, si sola* S. Ignatij constituti Episcopi interpolita mentio tollatur.

Ordinatus à S. Petro 17 *Secundò* Ignatium S. Petri dexterâ ordinatum, *&* Pontificatus gratiam suscepisse *scribunt Theodoretus Cyri in Syriâ Episcopus, & S. Felix* III. *Papa, qui ambo* *dicitur à Theodoreto,* *seculo quinto vixerunt. Theodoretus in Dialogo Immutabilis, qui primus tomo operum* 4 *legitur, ita tradit*: Ἀκήκοας τὴ παν-τως Ἰγνάτιον ἐκεῖνον, ὃς διὰ τῆς θ μεγάλε Πέτρε δεξιᾶς τῆς ἀρχιερωσύνης τὴν χάριν ἐδέξατο, καὶ τὴν ἐκκλησίαν C Ἀντιοχέων ἰθύνας, τὸν τῦ μαρτυρίε στέφανον ἀνεδήσατο. Audiuisti enim prorsus Ignatium illum, qui de Petri dexterâ Pontificatus gratiam suscepit, & post administratam Ecclesiam Antiochenam, martyrij coronam adeptus est. *S. Felix Papa in epistolâ* V *ad Imperatorem Zenonem accusat* *& Felice III Papâ.* Petrum Fullonem excommunicatum, sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ indignissimum se ingessisse, sanctamque Sedem pontificatus Ignatij Martyris, qui Petri dextrâ Episcopus ordinatus est, polluisse.

S. Petri successor apud Chrysostomum, 18 *Tertio S. Ioannes Chrysostomus in memoratâ Homiliâ, quâ eximio vrbẽ Antiochenam præconio extollit, S. Ignatium laudat Apostoli Petri successorem*: Præcipua, *inquit*, Deo huiusce ciuitatis cura fuit, id quod & reipsâ planè declarauit. Siquidem eum, quem toti orbi præfecit Petrum, cui claues cælorum dedit, cuius arbitrio & potestati cuncta permisit, hunc ibi longo tempore iussit commorari. Quamobrem vniuerso orbi ex alterâ parte respondet ciuitas nostra, sed quia Petri mentionem feci, quintam ex ipso contextam coronam animaduerti: quoniam illi in Episcopatus Antiochensis dignitate successit. Nam vt, si quis è fundamentis magnum lapidem eruat, alterum omnino parem in eius loco conetur cõstituere, alioquin totum ædificium labascet & corruet; ita cùm Petrus Antiochiâ esset discessurus, alterum Petro parem præceptorem gratia Spiritus substituit, ne inchoata iam ædificatio successoris contemptu fieret debilior. *Hæc Chrysostomus am-*

plificatione oratoriâ adeò videtur extulisse, quasi nullus Antio D *chiæ Episcopus extitisset* Euodius, *cùm* Ignatium *velit fuisse quem.* Πέτρε μέλλοντ@ ἐντεῦθεν ἀποδημεῖν, ἕτερον ἀντ' αὐτῦ Πέτρε διδάσκαλον ἢ & Πνεύματ@ ἀνέπεμψε χάρις. Οὗτον μετ' ἐκεῖνον τὸν τόπον διαδέξασθαι τὴν ἀρχήν. *An Chrysostomus Euodium Antiochenam viuo Petro regen-* *an ab eius tem Ecclesiam, quasi ab eo supremo Pastore in munere suo obe-* *obitu?* *undo directum, neglexerit; & contrà illi S. Ignatium solum ab obitu vtriusque eam Ecclesiam gubernantem subrogarit?* Si enim, *inquit in eadem Homiliâ*, centum homines vel etiam quinquaginta regere difficile est, quantæ virtutis debet existimari, tam celebrẽ vrbem administrare, & eũ populum regere, qui ducenta contineat hominum millia? *Adiungit difficultatem temporum ob persecutiones Gentilium*: si hoc tempore, *inquit*, labores, ærumnaque multas gubernatoribus præbet Ecclesiæ præfectura; quantò plures, maioresque tunc erant labores, cùm pericula, & pugnæ, & insidiæ, & terrores perennes instabant? *In illud ergo tempus destinârit Petrus*, S. Ignatium, *à quo tum post suum Euodiiq; obitum*, Antiochiam *in Christi fide præuiderat conseruandam, & plurimùm augendam.*

19 *Hanc opinionem firmat Nicephorus Callistus lib.* 2 *cap.* 35, *quo* S. Petrum, *dum* per orbem circumiens, Ec- E clesias vbique constitueret, *tradit plures elegisse alios de-* *iuxta Nicephorum constitutus à S. Petro post Euodium,* *ficientibus in* dignitate Episcopali *successuros.* Ἐν δ' Ἀντιοχείᾳ πρῶτον μὲν Εὐώδιον, μετὰ δὲ τῦτον τὸν ὄντως τὸν Θεόληπτον, τὸν Θεοφόρον ἐπίθετ Ἰγνάτιον. Antiochiæ, *inquit*, primò Euodium, deinde reuerà numine afflatum Theophorum statuit Ignatium. *Eo scilicet modo, quo antè dixerat* Romam commisisse suis successoribus, Lino videlicet, Anacleto, & tertio sacro Clementi. *vt eadem vtriq; Ecclesia sit difficultas, eademq; extricandi ratio. Ac primò nonnulli confugiunt ad Apostolicas Constitutiones Clementi Romano Pontifici attribui solitas, in quibus lib.* 7 *cap.* 46, *alijs* 47, *sub nomine S. Petri & aliorum Apostolorum ita* *in Constit. Apost. Clementis* *legitur ex interpretatione Francisci Turriani*: De Episcopis verò, qui à nobis, dum viximus, ordinati sunt, certiores vos facimus. Iacobum Episcopum Hierosolymitanum fratrem Domini; & huic post mortem secundum successisse Simeonem Cleophæ filium, & huic rursus tertium Iudam Iacobi filium..... Euodium Episcopum Antiochię à me Petro ordinatum, cui successit Ignatius à Paulo ordinatus;.. Linum Clau- *à Paulo* dię filium Ecclesiæ Romanorum Episcopum primum, *ordinatus* à Paulo ordinatum, post mortem verò Lini Clemen- F tem, quem ego Petrus secundum ordinaui.... Aristonem primum Episcopum Smyrnæ, huius post mortem successorem fuisse Strateam Loidis filium, cui successit tertius Episcopus alter Ariston *&c. Omittimus plura recensere. Absunt à* Smyrnensibus S. Bucolus *primus Episcopus huiusq; successor* S. Polycarpus *condiscipulus* S. Ignatij; *de quibus egimus ad huius Vitam* XXVI *Ianuarij, de S. Bucolo acturi iterum* VI *Februarij. Secundò* §. Simeonem Hierosolymorum Episcopum *anno decimo Traiani cruci affixum fuisse, eiq; tum successisse, non* Iudam Iacobi, *sed* Iustum *ex Iudæis assumptum tradunt Hieronymus in Chronico Eusebij, & idem Eusebius lib.* 3. *Histor. cap.* 29. *Verùm seu Iudas seu* Iustus *vocetur, non potuit post obitum S. Simeonis cõstitutus fuisse ab Apostolis ante decimum annum Traiani cum S. Clemente Romano, cui hi libri attribuuntur, è vitâ sublatis. De* §. *Simeone agemus* XVIII *Februarij.*

20 *Hæc aliaq; conuincunt non omnimodam esse hisce li-* *An plures simul Epi-* *bris adscribendam fidem, neque tutò inde colligi duos tum* An- *scopi An-* tiochiæ constitutos Episcopos, *quorum* alterum iis, qui *tiochia,* ex Gentilibus ad Christum venissent, alterum verò iis, qui ex circumcisione credidissent, Episcopum præfici oportuit, *vt legitur in Notationibus ad Martyrologium Romanum, additurq;* irrepsisse errorem in citatum locum Clementis, dum Euodius à Petro, & Ignatius à Paulo dicuntur substituti Episcopi, cùm potiùs Petrus Ignatium ordinârit. *Eadem iterum in Annalibus Ecclesiasticis attinguntur anno* 45, *num.* 14: *vbi Baronius*, quòd agat coniectu-

A iecturâ, nihil certi affirmare audet: *quæ Petrus Halloix cap.2 Vitæ & adiunctis Notationibus pluribus conatur probare.* & Roma *Verùm eadem ratione duo dicerentur Romæ aut etiam plures ſimul ſedìſſe Pontifices.* Linus à Paulo, & Clemens à Petro *iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas* ordinatus, *eiſq; interponendus* Cletus *ſiue* Anacletus *in eiſdem Conſtitutionibus omiſſus. Nos eiſdem argumentis ordinem ſuccedentium apud Antiochenos Epiſcoporum firmabimus, quibus ſeries Pontificum Romanorum ſtabilitur.*

21 *Baronius anno Chriſti 69 numer. 38 auctoritate S. Ignatij ſucceſſionem illorum confirmat.* Quod igitur ad veteres, *inquit,* rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores pertinet, cùm S. Ignatius, qui eodem ſeculo vixit cum Apoſtolis, dicat Clementem ſucceſſiſſe Cleto (*ſic enim legit pro Anacleto*) planè declarat ipſum Clementem tertio loco, nempe poſt Linum & Cletum Romanæ Eccleſiæ Pontificem præfuiſſe. *Eſt ea* S. Ignatij *Epiſtola ad Mariam Caſſoboliten, quæ in pleriſq; exemplaribus* Anacletum, *in antiquâ verſione ab Vſſerio erutâ* Cletum, *in MS. Florentino* Λίνον *Græcè exhibet. Si vni Ignatio tantùm concedit Baronius in ſucceſſione Pontificum Romanorum, quidni illi credamus in cauſâ proprij Epiſcopatus ita ad ſuos Antiochenos ex itinere Romano ſcribentis* Παῦλος καὶ Πέτρος γέγονατε. μαθηταί. μὴ ἀπολέσητε τὴν παραθήκην. μνημονεύσατε Εὐωδίου ὃν ἀξιομακαρίστως ποιμένος ὑμῶν, ὃς πρῶτος ἐνεχειρίσθη ὑφὸ τῶν Ἀποστόλων τὴν ὑμετέραν προεδρίαν. μὴ καταισχύνωμεν τὸν πατέρα, γενώμεθα γνήσιοι παῖδες, ἀλλὰ μὴ νόθοι. *Conſentiunt omnia exemplaria Græca. Quæ ita apud Martialem Maſtraum Latinè leguntur:* Pauli & Petri fuiſtis diſcipuli, ne perdatis depoſitum. Mementote Euodij beatiſſimi Paſtoris veſtri, qui primus vobis ordinatus eſt ab Apoſtolis Antiſtes. Ne ſimus pudori Patri, ſimus genuini filij, non autem adulterini. *Ea* Euodium *adiunctum* SS. Petro & Paulo, *primum Antiochenũ ab Apoſtolis ordinatum Epiſcopum, Antiochenos ipſumq; Ignatium eius filios.*

22 *Baronius iterum numer. 42 ſucceſſionem prædictam confirmat* Martyrologio Romano, locupletè traditionis Eccleſiaſticæ teſte. *Iuxta illud poſt* S. Petrum *Eccleſiam gubernarunt* primus Linus, ſecundus Cletus, tertius Clemens: *relati die ſingulis natali* XXV *Septemb.* XXVI *Aprilis, &* XXIII *Nouemb. In eodem Martyrologio* VI *Maij ita legitur:* Antiochiæ S. Euodij, qui, vt B. Ignatius ad Antiochenſes ſcribit, primus ibidem à S. Petro Apoſtolo ordinatus Epiſcopus, glorioſo martyrio vitam finiuit. *Quod anno* M D LXXXVI *excuſum eſt Martyrologium Romanum, ita ad Kalendas Februarias S. Ignatium refert:* Natalis S. Ignatij Epiſcopi & Martyris, qui poſt S. C Petrum & Euodium Antiochenam rexit Eccleſiam. *In moderno Martyrologio, omiſſo* Euodij *nomine, traditur* tertius *eam* Eccleſiam rexiſſe: *quod prorſus coincidit; conſentiuntq; antiqua Martyrologia ſuprà relata.*

23 *Baronius denique eamdem Pontificum Romanorum ſucceſſionem ſtabilit auctoritate Euſebij & S. Hieronymi, à quibus hæc nobis lis melius dirimenda. Euſebius lib.3 Hiſt. Eccl. cap.16 aſſerit* Euodium primum fuiſſe Antiochiæ Epiſcopum, ſecundum Ignatium multùm hominum ſermone celebratum. *Iterum cap. 35 tradit* apud plurimos etiamnum celebratiſſimum Ignatium Antiochiæ ſecundum Petri ſucceſſorem Epiſcopatum ſortitũ. Græcè Πέτρου ἀποδοχῆς δεύτερον. *At Nicephoro Chronologo* Antiocheni Epiſcopi *hoc ordine referuntur,* I Petrus Apoſtolus, II Euodius, III Ignatius Theophorus, Martyr factus Traiani tempore. *Eo ſenſu S. Hieronymo de Scriptor. Eccleſ. cap.16* Ignatius *eſt* Antiochenæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus.

24 *Tempus Sedi ſingulis diſtinctum in Chronico Euſebij omnem tamdem tollit controuerſiam. Ita ergo apud S. Hieronymum in illo Euſebij Chronico traditur* anno Claudij Imperatoris II, *Chriſti* XLII, Petrus Apoſtolus, cùm primus Antiochenam Eccleſiam fundaſſet, Romam mittitur, vbi Euangelium prædicans, XXV annis eiuſdem vrbis Epiſcopus perſeuerat & anno Claudij III, *Chriſti* XLIII, Primus Antiochiæ, Epiſcopus ordinatur Euodius, *poſteà vt* VI *Maij dicetur, Martyr effectus* in perſecutione Neronianâ, *in quâ* Petrum & Paulum Romæ D gloriosè occubuiſſe *docet idem Chronicon, ſucceſſores contungens* in Sede Romanâ Linum, in Antiochenâ Ignatium. *Ita Græcè legitur.* τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας μὲν Πέτρου πρώτου κληρώτου τὴν ἐπισκοπὴν Λίνου. τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας δεύτερος Ἐπίσκοπος καθίσατο Ἰγνάτιος. *Hæc ibi poſt relatam necem* Galbæ, Vitellij & Othonis Cæſarum, *Aliter in Chronico Latino ab S. Hieronymo diſtincto, poſt relatum* SS. Petri & Pauli martyrium Iudæorumque rebellionem *dicitur* primus Romanam Eccleſiam tenuiſſe Linus annis XI. *Dein interpoſitis obitu Neronis, imperio ac cæde Galbæ & Othonis Cæſarum, additur:* Antiochiæ ſecundus Epiſcopus ordinatur Ignatius, ordinatur, *inquit S. Hieronymus, non ergo à S. Petro Apoſtolo nuper vitâ functo. Poſtremò ætas eiuſdem, circa annum Chriſti* XXIV, *vt mox dicetur, nati, cenuincit, S. Petro Antiochia Romam migrante, Epiſcopatum Antiochenum eidem admodùm iuueni non fuiſſe collatum.*

25 *S. Gregorius Magnus lib.2 Regiſtri, Indict.13 ca.71, ſiue epiſtolâ 37 ad Anaſtaſium Epiſcopum Antiochenum, vocat S. Ignatium* diſcipulum S. Petri *his verbis:* Amen, Gratia, Quæ videlicet verba de ſcriptis veſtris accepta, idcircò in meis epiſtolis pono, vt de S. Ignatio veſtra beatitudo cognoſcat, quia non ſolùm veſter eſt, ſed etiam noſter. Sicut enim Magiſtrum eius Apoſtolorum Principem habemus communem, ita quoque eiuſdem Principis diſcipulum nullus noſtrûm habet priuatum. *In Homiliâ S. Chryſoſtomi dicitur* S. Ignatius cum Apoſtolis conuerſatus, & fluenta hauſiſſe ſpiritualia; à Sanctis illis dignitatem Epiſcopalem obtinuiſſe: eiuſque ſacrum caput beatorum Apoſtolorum manus attigiſſe. *Nomen* Apoſtolorum *attributum primis Chriſti diſcipulis, aliiſq; coæuis ſæpiùs diximus. Ex his* Titum Apoſtolũ, Parmenam Apoſtolum, Timotheum Apoſtolum, Ananiam Apoſtolum *celebrauimus* IV, XXIII, XXIV & XXV *Ianuarij. Supererat adhuc* S. Ioannes Euangeliſta, *cuius diſcipulos numerauimus hos* Epiſcopos, Papiam Hierapolitanum, Polycarpum Smyrneum, & *tertio loco* Ignatium Antiochenum. *Ex his* Papiam à S. Ioanne Epiſcopum ordinatum *ſcribit Petrus de Natalibus lib.3 cap.* 141. *Petrus Halloix in eius* Vitâ non dubitat pro vero recipere, illi à S. Ioanne Apoſtolo curam Epiſcopatus, quemadmodum & Polycarpo, eſſe commiſſam. *Cæterùm* S. Polycarpum annuente vniuerſo cœtu Eccleſiaſticorum *à* laicis electum *eſſe,* & ordinariam conſecrationem ab Epiſcopis manuum impoſitione peractam, *tradit Auctor antiquus Vitæ eius cap.5. An ordinaria ea electio & conſecratio etiam apud Antiochenos peracta? In Actis vtriſq; S. Ignatij altum eſt de hac re ſilentium. Ordo ſucceſſionis præclarè indicatur, in prioribus è Græco tranſlatis:* Magno Petro ſuccedit Euodus, Euodo Ignatius, *qui in Actis etiam Latinis* poſt Euodium ſuſcepit Eccleſiam Antiochenam gubernandam. *Alij iterum in Polycarpi ordinatione diſſentiunt. Nam Irenæo lib.3 Hæreſeon cap.32,* ὑπὸ Ἀποστόλων καταστὰς Ἐπίσκοπος, ab Apoſtolis conſtitutus eſt Epiſcopus. Euſebio contrà, lib.3, Hiſtor. ca. 30 παρὰ τῶν αὐτοπτῶν, καὶ ὑπηρετῶν δὲ Κυρίου τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένος. ab iis, qui Dominum vidiſſent, eiuſque ſerui fuiſſent, ordinatus eſt Epiſcopus. *Tertulliano libr. de Præſcriptionibus aduersùs hæreſes cap.32* Polycarpus refertur à Ioanne conlocatus, ſicut Clemens à Petro ordinatus. *hunc* poſt Petrum Apoſtolum à pleriſque Latinorum ſecundum ſtatui *obſeruat corrigitq; Hieronymus de Script. Eccleſ. cap.15: cui* Polycarpus *cap. 17 dicitur etiam* à S. Ioanne ordinatus, *vt ipſe eumdem aut cum aliis Epiſcopis conſecrârit, aut ab aliis electum ſuo certè ſuffragio approbârit. Quæ eadem an de* S. Ignatio *dici poſſint eruditorum iudicio relinquimus. Ioannes Bapt. de Lezana anno Ch.102 Annal. Carmelitarum num.4, Marcus Antonius Alegreus ſtatu 2 Paradiſi Carmelitici decoris cap. 24, aliique* Carmelitano ordini *adſcribunt* S. Ignatium, vnum

Aver o- ra G.H.

& ætates Ignatij.

An ordinatus ab aliis Apoſtolis,

aut S. Ioan. Euangeliſtæ

vt SS. Papiæ & Polycarpus

non fuit diſcipulus S. Ioannis Baptiſtæ.

Veriuſq; Sedes ſucceſſio probatur auctoritate S. Ignatij.

ex Martyrologiis,

à teſtimonio Euſebij,

Nicephori,

Hieronymi:

ex tempore ſucceſſionis,

AVCTORE G.H.

vnum ex iis Religioſis, qui cum Baptiſtæ diſcipulis Chriſto adhæſêre Ieſu, annumerati inter ſeptuaginta duos, *quem* ſecũdum à Ioanne Baptiſtâ *aſſignant* omnis Helianæ religionis lumen & Archimandritam. *Quæ ex dictis & mox proferendis vltro corruunt, neque vlteriore refutatione indigent, nullâ auctoritate antiquorum ſtabilita.*

§ IV Ætas S. Ignatij cum annis Imperatorum collata. Annus obitus.

26 AD *hiſtoricam & chronologicam rationem continuãdam, quam hactenùs in Ianuarij Actis confirmandis adhibuimus, communiore vſu receptum, quamuis multis intricatum difficultatibus, calculum annorum Chriſti adaptamus, quem* æram *ſeu* epocham vulgarem *appellamus, nonnulli* Dionyſianam *indigetant, quod ea fuerit à* Dionyſio Exiguo Abbate Romano *circa annum* DXXV *cœpta introducti, à quo nomine abſtinemus, quòd eius rationi accuratè ſubducta non adæquetur æra illa, quæ paſſim apud viros exactiori in hiſce ſcientiis doctrinâ illuſtres ſuum principium accipit à* Kalendis Ianuariis C. Cæſare & L. Æmilio Paulo Conſulibus: *anno Iuliano* XLVI, *vrbis Romanæ conditæ è computu Varroniano* DCCLIV, *cuius præcedenti anno vulgò* Chriſtus *creditur & in Martio incarnatus, & in Decembri natus. Hanc epocham Baronius in ſuis Annalibus biennio integro prauertit, cœpitq;* Auguſto Cæſare XIII *&* M. Plautio Siluano, *& huic ſuffecto* C. Caninio Gallo Conſulibus, *anno Iuliano* XLIV, *Vrbis conditæ* DCCLII. *Ne tamen perpetuò in contextu Annalium à vulgari epochâ diſſideret, in progreſſu eorumdem annos ſex imperij Probi ad quadriennium contraxit, & duo paria Conſulum communiter admiſſa neglexit; & ſunt ferè* Fuluius Æmilianus *&* Pomponius Baſſus II, *itemq;* Cornelius Secularis, *&* Iunius Donatus, *aut horum loco* Gallienus *&* Valerianus *repetiti; referendi ad annos æræ vulgaris* CCLIX *& ſequentem. Hæc de epochæ Chriſtianorum initio, quocumque anno Chriſtus natus fuerit, ſeu qui hunc immediatè præceſſit, ſeu biennium cum Baronio addendum, ſeu potiùs quadriennium, vt poſt Ioannem Deckerium docent Dionyſius Petauius, Autbertus Miræus, Ægidius Bucherius & alij. Nonnulli cum Ioanne Kepplero quintum annum ſuperaddunt.*

27 *Qui in epochâ vulgari iam à nobis ſtatutâ annus fuit* XXXI, *Iulianus* LXXVI, *Cyclo Lunæ* XIII, *Solis* XII, *litterâ Dominicali* G, CL. Tiberio Cæſare Auguſto V, *&* Ælio Seiano Conſulibus, *redemptione generis humani illuſtris creditur: quippe celebrato pridie legitimo Paſchate,* Chriſtum Dominum *Martij* XXIII, *feriâ* VI, *Lunâ* XV, *in Cruce mortuum,* XXV *eiuſdem Martij, feriâ* I *reſurrexiſſe. Cùm autem vltimo prædicationis ſuæ anno Apoſtolos de primatu contendentes* Chriſtus *humilitatem docuerit, oſtenſo paruulo, quem* S. Ignatium *fuiſſe eius tum etiam brachiis geſtatum docent Græci poſteriores, fortè annum ætatis* VI *aut* VII *agentem, & circa annum æræ Chriſti vulgaris* XXIV *natum; cùm* X *Imperij annos abſoluiſſet Tiberius Auguſtus, cui* XVI *Martij anni Chriſti* XXXVII *defuncto ſucceſſit Caius Caligula, quo quarto Imperij anno,* IX *Kalend. Februar. anno Chriſti* XLI *occiſo ſuffectus eſt Claudius eius patruus; cuius anno* II *S. Petrus relictâ Antiochiâ Romam profectus, ſucceſſorem habuit S. Euodium,* III *Claudij anno Epiſcopum Antiochenorum ordinatum: quo tempore S. Ignatius vigeſimo ætatis anno à S. Ioãne Euangeliſtâ inſtituebatur, olim Euodio in Sede Antiochenâ ſufficiendus. S. Polycarpus à S. Ioanne commendatus S. Bucolo Epiſcopo Smyrnenſi, ordinabatur Diaconus, inſtruebat varia hominum genera: dein Sacerdos conſecratus, ſanctâ conuerſatione idoneus reddebatur, qui Bucolo in dignitate Epiſcopali aliquando ſucceſſor eligeretur. Quidni eadem ratione apud S. Euodium Ignatius per gradus Eccleſiaſticos promotus, eidem tandem ſuffectus eſt? Ita & Heron Diaconus S. Ignatij eidem in ſede Epiſcopali ſucceſſit, ad quem creditur miſſa S. Ignatij epiſtola, eximiæ pij parentis in filium ſpiritalem ſollicitudinis & amoris teſtis, de quâ mox agemus.*

28 *Interea* Nero, *qui anno* LIV *Claudio ſucceſſerat, primam in Chriſtianos mouit perſecutionem, in quâ poſt* Apoſtolos Petrum & Paulum, *varioſq; Antiſtites, etiam martyrij palmam adeptus fuit* Euodius Antiochenus. *Poſt Neronem imperarunt Galba circiter ſeptem menſes, tres Otho; à quorum nece* Antiochiæ ſecundus Epiſcopus ordinatus eſt Ignatius *apud Euſebium in Chronico: anno ſcilicet* Chri- LXIX. *ætatis S. Ignatij circiter* XLV. Vitellio *dein Imperatori poſt* VIII *menſium dominatum ſucceſſit* Veſpaſianus, *quo* II Conſule *cum* Tito *filio, anno* LXX, *Hieroſolymorum vrbs capta eſt, templumq; Iudæorum ſuccenſum. Eos vltimos Conſules in ſuâ hiſtoriâ dum refert* Tacitus, *egregiè confirmat præcedentium Conſulum ordinem cum maximo noſtræ Chronologiæ ſtabilimento.* Veſpaſiano *ſucceſſerunt duo filij, primò* Titus *anno* LXXIX, *dein biennio elapſo* Domitianus, *cuius anno circiter* XIII, *Chriſti* XCIII *ſecundâ in Chriſtianos excitatâ perſecutione, multi exiſtimant* S. Ignatium *plurima perpeſſum; ob hæc eius in epiſtolâ ad Caſſoboniten verba:* Ego non tam mei iuris quàm aliorum factus, multorum aduerſatiorũ arbitrio, partim exiliis, partim cuſtodiis, partim vinculis exagitor. Aſt eorum nihil curo: quin ipſorum potiùs iniuriis erudior, vt Chriſtum Ieſum conſequar. *Quod autem in epiſtolâ indicetur* Clemens *Romanus Pontifex tum ſucceſſiſſe* Anacleto, *ſeu* Cleto, *creditur ea Domitiano imperante conſcripta: quod ad horum Acta pleniùs examinandum. Cæterùm hæ videntur* perſecutionum infeſtationes, *quas* Ignatium ſuis orationibus ab Eccleſiâ repuliſſe *referunt Acta Latina.*

29 *Anni dictorum Imperatorum, ſub quibus vixit* S. Ignatius, *præter conſtantem Scriptorum antiquorum fidem, aſtronomicâ obſeruatione muniuntur. Nam primò annum* Claudij quintum *&* Conſulatum M. Vinitij & Statilij Coruini *cum anno Chriſti* XLV *firmat obſeruata apud Dionem lib.* 60 eclipſis ſolis Kalendis Auguſti, die Claudij Imperatoris natali. *Secundò* Conſulatum Vipſanij & Fonteij *cùm* anno VI Neronis *in annum Chriſti* LIX *cogit* ſolis defectio pridie Kalend. Maias, horâ diei inter ſeptimam & octauam in Campaniâ *conſpecta apud* Plinium *lib.* 2 *cap.* 70. *Tertiò* Cædes Domitiani Imperatoris XIV Kalend. Octobr. *contigit apud Suetonium* Lunâ in Aquario *exiſtente, anno Chriſti* XCVI. *Adde* Agonem Capitolinum ab *eodem* Domitiano inſtitutum *apud Cenſorinum cap.* 18 duodecimo eius *&* Sergij Cornelij Dolabellæ Conſulatu, *anno Chriſti* LXXXVI, Imperij *illius* V, *à quo ad annum Chriſti* CCXXXVIII Conſulibus M. Vlpio Crinito & Proculo Pontiano, *quo Cenſorinus librum ſuum commentabatur, fluxerunt anni* CLII, *&* Agon *qui erat ad modum Olympicorum certaminum tetraëtericus, vndequadrageſimus fuit inſtauratus. Quæ pluribus deducunt* Ioannes Deckerius *lib.* 1 *Diſſertationum de anno ortus ac mortis Domini, parte* 1 *hypotheſi* 6 *ſect.* 5 *& alibi.* Petauius *lib.* 11 *de Doctrinâ temporum cap.* 9, 19 *&* 20, *aliiq;. Quæ hîc attigiſſe oportuit, vt noſtram Chronotaxim aſſequeretur Lector.*

30 Domitiano XVIII *Septemb. anni* XCVI *occiſo,* Cocceius Nerua *iuxta Dionem annum vnum, menſes* IV, *dies* IX *imperauit, cui* XXVII *circiter Ianuarij anni* XCVIII *ſubrogatus* Traianus *Imperium capeßiuit. Sub hoc tertiâ Chriſtianus afflictis perſecutione,* S. Ignatius *ad beſtias damnatus, palmam martyrij aſſecutus eſt: quo autem anno dubitatur. In Actis Latinis* aſſignatur conſulatus Attici & Marcelli: *quod par* Conſulum *quia coniunctum non reperitur, Galeſinius in ſuis Notationibus ad* 1 *Februarij, cõfugit ad* Sutranum & Marcellum, *Conſules anno Traiani* VII, *Chriſti* CIV, *ab ipſo & Baronio ad annum Chriſti* CVI *retardatos: quo* Ignatium Antiochiæ Epiſcopum Romæ beſtiis traditũ *addit* in priſcis annalibus prodi: *quod etiam Ioannes Cuſpinianus ad Conſules Aurelij Cæſ:odori obſeruauit. Quorum autem hi annales ſint, neuter exponit. In Chronico Alexandrino,* Syriano II & Marcello Coſſ. anno Traianij VII rurſum Chriſtiani cœpêre vexari, ex quibus multi ob Chriſti profeſſionem generosè & gloriosè occubuêre. *Dein* martyrium S. Ignatij *ad annum ſequentem refertur. Fauet huic ſententiæ confectum bellum duplex*

Epocha vulgaris Chriſtianorum,

quibus Cõſulibus cœpta:

poſterior Baronij calculo,

& vero Chriſti natali:

31 huius Chriſtus paſſus,

eius brachiis portatus Ignatius,

diſcipulus S. Ioan. Euangeliſta,

an ab eo S. Euodio commendatus,

D *ei ſuccedit anno 69*

plurima paſſus,

an ſub Domitiano?

E

Anni dictorũ Cæſarum demonſtrati.

F

Sub Traiano ad beſtias damnatur Ignatius,

non anno 104

aut ſequenti

A *plex Dacicum: poſt primum* Traianum IV Conſulem *anno Chriſti* CI, victo Decebalo Rege Dacorũ triumphaſſe *exhibet antiqua inſcriptio apud Panuinium lib. 2. Faſtorum. Dein eumdem iterum rebellem Decebalum ſtrato ſuper Danubium ponte, à Traiano deuictum* Daciamque prouinciam *factam, cùm ipſe* V Conſul *eſſet anno Chriſti* CIII *docet antiquum numiſma apud Baronium anno* 103, *& confirmant Euſebius in Chronico, & Dio in Traiano: apud quem anno ſequenti regni eius* VII, *Chriſti* CIV, Surano & Marcello
præſente Traiano; Conſulibus, *Traianum in Vrbem reuerſum, plurimæ barbararum gentium & Indorum conuenére legationes: quando in foro columnam maximam, & poſterorum ſcriptis celebratam, collocauit. Quam Romæ præſentiam poſt bellũ Dacicum Acta Latina, & plurima martyrologia antè relata exigunt. Anno autem proximo, Chriſti* CV *cõtra* Armenos & Parthos *expeditionem ſuſcepturus, in Græciam atque inde in Orientem profectus eſt, nec vnquam Romam reuerſus.*

31 *Hac ratione ea ſententia intellecta etſi non omnino improbabilis videri poſſit, tamen S. Ignatium diutiùs ſuperuixiſſe* ad annũ Traiani XI, *vtraq; Acta, aliiq; Hiſtorici requirunt.*
ſed in perſecutione anno 106 *cœptâ,* Primò *Acta Latina tradunt* perſecutionem à Traiano in Chriſtianos motam anno regni nono, *Chriſti* CVI, *quo nouis latiùs edictis compellebat* Chriſtianos diis ſacrificare.
B *Hinc anno ſequente Traiani* X, *Chriſti* CVII *ita legitur in Chronico Euſebij:* Traiano aduerſus Chriſtianos perſecutionem mouente, Simeon filius Cleophæ, qui in Hieroſolymis Epiſcopatum tenebat, crucifigitur, cui
captus 107, ſuccedit Iuſtus. Ignatius quoque Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus Romam perductus, beſtiis traditur: poſt quem tertius conſtituitur Hero. *De* S. Simeone *agemus* XVIII *Februarij. Secundò Acta vtraque Latina & Græca requirunt* S. Ignatium Antiochiæ à Traiano ad beſtias condemnatum *eſſe: quem circa illud tempus* Antiochiæ *moram traxiſſe memorat Dio, cui* Antiochiæ, *inquit,* cùm eſſet, Augarus Oſroënus munera & legationes miſit. *Sit ergo* Ignatius *anno Traiani* X Antiochiâ Romam *miſſus: non mox ſequitur eodem anno beſtiis traditum fuiſſe. Hieronymus, à quo hoc Euſebij Chronicon Latine habemus paſſim auctum; in lib. de Scriptor. Eccleſ. cap.* 16 *tradit* paſſum eſſe
paſſus 108 anno vndecimo Traiani, *id eſt Chriſti* CVIII, *quo* Conſules *erant* Ap. Annius Trebonius Gallus, *&* M. Atilius Metilius Bradua: *quorum* Conſulatus *expreſſis ſolùm cognominibus* Gallo & Braduâ, *apud Victorium reperitur vitioſus*, anno biſſexto, Periodi LXXVII, Indictione II, Cyclo Lunæ I, *cuius* Kalendæ Ianuarij *incidunt* in Feriam II, *&* Lunam XIX, *&* Paſchæ dies in II Kalend. Aprilis & Lunam *itidem* XIX. *Quæ omnia conueniunt in annum Traiani* VII, *Chriſti* CIV, *quo* Conſulatum *gerebant ſuprà nominati* Suranus *&* Marcellus. *Potuit autem facilimè commutari* Appius, *vel* Annius, *vel* Atilius *in* Atticum, *&* Metilius *in* Marcellum, *quod illa prænomina apud Victorium & Caſſiodorum, in Chronico etiam Alexandrino & Faſtis Siculis deeſſent, quæ integra exhibent Faſti Capitolini. Aliam rationem ſuggerit ex Hegeſippo Euſebius, lib. 3 Hiſtoriæ cap. 26. cui* S. Simeon Epiſcopus Hieroſolymorum accuſatus eſt apud Atticum virum Conſularem, ἐν οὗτος μαρτυρεῖ ἐπὶ Τραϊανοῦ Καίσαρος, ἐν ὑπατικῷ Ἀττικῷ. atque ita, *inquit,* ſub Traiano Cæſare & Attico Conſulari fidem Chriſti profeſſus eſt. *Eadem referuntur in Chronico Alexandrino, Breuiario Romano, & alibi, vt ad* XVIII *Februarij dicemus: vt huius* Attici ex Syriâ tum Romam *redeuntis, curæ cuſtodiæq;* Ignatius *traditus, fortè fuerit. An idem de* Marcello *dici poſſit, in ſilentio antiquorum, nolumus coniecturâ agere. Denique eum* Traiano iubente, *non tamen* Romæ præſente, *paſſum eſſe ſupra dictum eſt. Ex calculo horum annorum ad annum ætatis octogeſimum quartum, initi Epiſcopatus trigeſimum nonum peruenit. Alij ab obitu S. Euodij, nullo in perſecutione Sedis vacantis ſpatio admiſſo,* ab anno Neronis XIV ad Traiani XI, *numerant* annos quadraginta, *quos ſuſpicamur in Catalogo Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani expreſſos fuiſſe, vt* Græcè *fuerint* ἔτη μ', *non* ἔτη δ', anni 40, *non* anni 4, *qui errore iſtic typographico leguntur.*
ab ſente Traiano,
anno ætatis 84 *Epiſcopus* 39 *aut* 40.

32 *Ioſephus Scaliger in ſuis animaduerſionibus ad Euſebij Chronicon ob* Ignatium Romam perductum, beſtiiſque obiectum, *hoc ſcrupulo agitatur.* Quærendum, *inquit,* D quare ex Syriâ Romam homo beſtiis obiiciendus perducitur. Nam non ſolùm de Chriſtianis, ſed & de Gentilibus, cognitio erat eius, qui prouinciam regebat, & in ipsâ prouinciâ ſecundùm iuriſdictionem ſuam ſupplicium de illis ſumebat. Soli ciues Romani prouocabant ad Cæſarem, vt Paulus in Actis Apoſtolorum. Hoc modo ſi quidem ciuis Romanus fuit Ignatius, potuit Romam perduci. Sed ciuem Romanum beſtiis obiicere leges non ſinebant. Quare hoc dubium aliis excutiendum relinquimus. Ego ingenuè fateor inſcitiam meam: Alioquin Chriſtianos beſtiis obiici ſolitos & pueri vel ſciunt, vel ex Martyrologiis diſcere poſſunt. Tamen quæſtio illa de Ignatio Romam ex Syriâ perducto digna eſt, quæ diſcutiatur, ac eo nomine eam proponimus. *Hæc Scaliger, qui tempora,* Pauli *&* Ignatij *non ſatis diſcernit: tum nulla in Chriſtianos lata lex erat: iam perſecutio tertiò renouata, in quâ quæ à furore tyrannico tormenta miniſtrabantur, ea ſuo imperio ſibi licita faciebant Imperatores. Aderat Antiochiæ Traianus, cuius nutus legi cuicumque præferebatur, & ipſi Chriſtiani quia in Deos blaſphemi cenſebantur, quocumque tormento digni iudicabantur, quaſi læſæ diuinæ regiæq; maieſtatis rei. Variæ tamen* Martyrum Romam *mittendorum à variis cauſſæ proferuntur: & hæ quidem infrà in Actis: vt* prolixitate itineris grauius ſubiret ſupplicium, *vt* Romanis maleficus videretur, *& vt* ne minima eius apud Antiochenos eſſe memoria. *Eaſdem ferè exaggerat cauſſas Chryſoſtomus in ſuâ de S. Ignatio homiliâ. Alias proferunt Baronius ad annum Chriſti* 109. *num.* 9. *& Halloix ad caput* 8 Vitæ S. Ignatij *litt.* I. *Claudius Salmaſius, ſi ad hanc Traiani perſecutionem, atque in eâ ad tempus martyrij S. Ignatij animum aduertiſſet, non continuò Epiſtolas à S. Ignatio vltimo vitæ ſuæ anno ſcriptas, tamquàm meræ figmenta reieciſſet, dum in libro de Epiſcopis & Presbyteris ſub nomine VValonis Meſſalini cap.* 4 *effutit,* Epiſtolas illas natas & ſuppoſitas videri circa initium aut medium ſecundi ſeculi, quo tempore primus ſingularis Epiſcopatus ſupra Presbyteratum introductus fuerit. *Hæc ille. Natæ eæ Epiſtolæ ſunt ſub initium ſecundi ſeculi, quo parens earum S. Ignatius viuebat. De Epiſtolis infrà agemus. Tractatum hunc Salmaſij egregiè refutat Petauius lib.* 2 *de Hierarchiâ Eccleſiaſticâ cap.* 8, *tomo* 3 *Dogmatum Theologicorum, & ex Heterodoxis Vſſerius in Diſſertatione de Epiſtolis Ignatianis cap.* 18.
AVCTO-RE G H.
Quo iure Romam miſſus fuerit obiiciẽdus beſtiis?

§. V. *Perſecutio Traiani ob Plinij Iunioris litteras imminuta.*

33 *Perſecutionis huius mitigatæ meminerunt vtraque Acta: id Plinij Iunioris interceßione Traianiq; reſcripto factum patet ex illius epiſtolâ* 97 *libri* 10, *quam cum MSS. collatam hîc damus.* F *In perſecutione*

C. Plinius Traiano.

Solemne eſt mihi, Domine, omnia, de quibus dubito, *Plinius conſulit Traianũ,* ad te referre. Quis enim poteſt meliùs vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam inſtruere? Cognitionibus de Chriſtianis interfui numquàm: ideò neſcio quid & quatenùs aut puniri ſoleat aut quæri. Nec mediocriter hæſitaui, ſitne aliquod diſcrimen ætatum? an quamlibet teneri nihil à robuſtioribus differant? deturne pœnitentiæ venia? an ei qui omnino Chriſtianus fuit, deſiſſe non profit? nomen ipſum, etiamſi flagitiis careat, an flagitia nomini cohærentia puniantur? Interim in iis, qui ad me tamquàm Chriſtiani deferebantur, hunc ſum ſecutus modum: Interrogaui ipſos an eſſent Chriſtiani? confitentes iterum ac tertiò interrogaui: ſupplicium minatus, perſeuerantes duci iuſſi. Neque enim dubitabam, (qualecumque eſſet quod faterentur) peruicaciam certè & inflexibilem obſtinationem debere puniri. Fuerunt alij *indicat Chriſtianorum cõſtantiam,*

AVCTORE G. H.

similis amentiæ, quos, quia ciues Romani erant, annotaui in Vrbem remittendos. Mox ipso tractu, vt fieri solet, diffundente se crimine, plures species inciderunt. Propositus est libellus sine auctore, multorum nomina continens, qui negarant se esse Christianos aut fuisse: cùm, præeunte me, Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum adferri, thure ac vino supplicarent; præterea maledicerent Christo; quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt re verâ Christiani. Ergo dimittendos putaui. Alij ab indice nominati, esse se Christianos dixerunt, & mox negauerunt: fuisse quidem, sed desiisse; quidam ante triennium, quidam ante plures annos: non nemo etiam ante viginti quinque: omnes & imaginem tuam, Deorumque simulacra venerati sunt, & Christo maledixerunt. Affirmabant autem hanc fuisse summam vel culpæ suæ vel erroris; quòd essent soliti stato die ante lucem conuenire, carmenque Christo quasi Deo dicere, secum inuicem seque sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursusque coëundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium: quod ipsum facere desiisse post edictum meum, quo secundùm mandata tua & hetærias esse vetueram. Quò magis necessarium credidi, ex duabus ancillis, quæ ministræ dicebantur, quid esset veri & per tormenta quærere. Sed nihil aliud inueni, quàm superstitionem prauam & immodicam, ideoque dilatâ cognitione ad consulendum te decucurri. Visa est enim mihi res digna consultatione, maximè propter periclitantium numerum. Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis, vtriusque sexus, & iam vocantur in periculum & vocabuntur. Neque enim ciuitates tantùm, sed vicos etiam atque agros superstitionis istius contagio peruagata est: quæ videtur sisti & corrigi posse. Certè satis constat propè iam desolata templa cœpisse celebrari, & sacra solennia diu intermissa repeti, passimque venire victimas, quarum adhuc rarissimus emptor inueniebatur. Ex quo facile est opinari, quæ turba hominum emendari possit, si sit pœnitentiæ locus. *Hæc Plinius: ex cuius epistolâ discimus tum Christianorum cuiuscumque generis, ordinis atque ætatis in Bithynia totiusq; Pontica regionis ciuitatibus, vicis, & agris multitudinem, nec non eorum exercitia pia, sancta, atque ab omni spurcitiâ aliena; tum Gentilium atque ipsius Plinij, viri in mundanâ scientiâ sapientissimi cæcitatem atque immanitatem, qui cogeret Christianos mutis simulachris, ipsiusq; Traiani adhuc viuentis statuæ supplicare, Christo maledicere, ancillas, aut potiùs Virgines Deo sacratas quæstioni subiici.*

à malis hominibus differentiam,

eorum exercitia pia,

& suam Gentiliumq; cæcitatem.

34 *Ei ita rescripsit Traianus Imperator, epistolâ apud Plinium* 98.

Traianus Plinio.

Rescriptũ Traiani:

Actum, quem debuisti, mi Secunde, in excutiendis caussis eorum, qui Christiani ad te delati fuerant, secutus es. Neque enim in vniuersum aliquid, quod quasi certam formam habeat, constitui potest. Conquirendi non sunt: si deferantur & arguantur, puniendi sunt: ita tamen vt qui negauerit se Christianum esse, idque reipsâ manifestum fecerit, id est, supplicando Diis nostris, quamuis suspectus in præteritis fuerit, veniam ex pœnitentiâ impetret. Sine auctore verò propositi libelli nullo crimine locum habere debent: nam & pessimi exempli, nec nostri seculi est. *Hæc Traianus, ob cuius sententiam Tertullianus sub initium Apologetici aduersùs Gentes, iustè conqueritur, exclamatq; his verbis*: O sententiam necessitate confusam! Negat inquirendos, vt innocentes; & mandat puniendos vt nocentes: parcit & sæuit: dissimulat & animaduertit. Quid temetipsum censurâ circumuenis? Si damnas, cur non inquiris? Si non inquiris, cur non & absoluis? latronibus vestigandis per vniuersas prouincias militaris statio sortitur: in reos maiestatis & publicos hostes omnis homo miles est: ad socios, ad conscios vsque inquisitio extenditur. Solùm Christianum inquiri non licet, offerri licet: quasi aliud esset actura inquisitio, quàm oblationem. Damnatis ergo oblatum, quem nemo voluit requisitum, qui, puto, iam non ideò meruit pœnam, quia nocens est, sed quia non requirendus inuentus est. Itaque nec in illo ex formâ malorum iudicandorum agitis erga nos, quòd ceteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum, solis Christianis ad negandum: cùm, si malum esset, nos quidem negaremus, vos verò confiteri tormentis compelleretis... Vociferatur homo, Christianus sum: quod est, dicit: tu vis audire quod non est. Veritatis extorquendæ Præsides de nobis solis mendacium elaboratis audire *&c.*

delati Christiani puniendi: non conquirendi.

sententiam eius arguit Tertullianus:

35 *Hæc & plura eiusmodi Tertullianus qui asserit* Plinium secundum damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsâ tamen multitudine perturbatum, quid de cetero ageret, consuluisse Traianum cùm prouinciam regeret. *Quæ eadem citatâ auctoritate Tertulliani refert Eusebius in Chronico, cùm antè dixisset* Ignatium Romam perductum bestiisque traditum fuisse: *atque ita in Actis S. Ignatij post glorioſum eius obitum narrantur: ad quod tempus ea referenda esse verba Plinij requirunt, quando post excitatam à Traiano persecutionem* Christiani *congregationem* facere desierunt ob edictum *eius*, quo secundùm mandata Traiani vetuerat hetærias esse. *Baronius has* epistolas refert *scriptas anno Imperij Traiani* V *Christi* CIV, *aliis melius* CII, *quo easdem citat Petauius in suo ad Doctrinam temporum Chronico, quòd* Plinius *anno præcedente Traiani* IV, *suffectus in duos menses* Consulatum *cum* Cornuto Tertullo *gessisset; à quâ dignitate mox* Proconsul *missus in prouinciam. Verùm contrà obseruat Rosinus lib.* 7 *Antiquitatum Romanarum cap.* 42 à consulatu in Vrbe gesto *alios* proximo anno, *alios* quinto vel sexto vel alio in prouincias proficisci. *Sed esto primo anno à vicario suo consulatu in Bithyniam iuerit Plinius; vnde probatur, virum naturâ ad lenitatem benignitatemq; propensum antè edictum Christianis proposuisse, quàm mandato Imperatoris persecutio fuerat indicta?*

post martyrium S. Ignatij Plinius scripsit,

Traiani.

36 *Demum Bithyniam fuisse prouinciam non Proconsularem, sed Prætoriam, docent Alexander ab Alexandro lib.* 2 *Genialium dierum cap.* 27, *& Paulus Manutius de Legibus Romanis: ille profert* Apuleium *ex lib.* 4 *Appiani de bello ciuili*, sub Bruto in Bithyniâ Prætorem *eiusdemq;* Bithyniæ Prætores *ex epigram.* 10 *Catulli de Varro. Manutius adfert senatusconsultum à Cælio ad Ciceronem missum, in quo inter* VIII *prouincias prætorias* Bythinia, *cui* Pontus *iungebatur. Sigonius etiam lib. de antiquo iure prouinciarum cap.* 13 Plinium Bithyniæ Prætorem, *appellat. Demum* Proprætorem Prouinciæ Ponti *nominat vetus eius inscriptio passim cum epistolis edita, & ex Apiano & Panuinio inter Inscriptiones antiquas à Iano Grutero relata pag.* 454. *An Plinius ad fidem Christi conuersus fuerit, disputat Petrus Halloix.*

Bithyniæ prouincia Prætoria.

§ VI *Epistolæ S. Ignatij.*

37 S *Anctitas Ignatij eximia in variis ab eo scriptis Epistolis optimè elucet.* Continent *enim* fidem, patientiam, & omnem ædificationem ad Dominum nostrum pertinentem: *vt ait S. Polycarpus, asserens in suâ ad Philippenses epistolâ eos multùm iuuari illarum lectione posse; adiungitq; quotquot S. Ignatij Epistolas sibi aliisq; missas penes se habuit. Polycarpi verba in historiam Ecclesiasticam transcripsit Eusebius, sincerus genuinæ antiquitatis approbator: apud quem Græca verba, quæ vltimâ Epistolæ parte mutilâ hactenùs desiderantur, vetustissimæ Latinæ versioni accuratè respondent. Ea ex lib.* 3 *cap.* 30 *huc transferimus:* Περιέχουσι γάρ, *inquit,* πίστιν, καὶ ὑπομονὴν καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν, τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν. *Eam, vt suprà innuimus, S. Polycarpus*

Epistola S. Ignatij à S. Polycarpo commẽdantur,

A pus Epiſtolam ſcripſit, cùm necdum martyrium S. Ignatij intellexiſſet, rogans Philippenſes, vt de ipſo Ignatio, & de ipſis, qui cum eo erant, quod certiùs agnouerint, ſignificarent. *Quæ verba à Petro Halloix cap.17 Vitæ S. Polycarpi in Epiſtolâ eius illic relatâ omittuntur, alibi vbique in eadem Epiſtolâ conſtanter reperta: cuius eadem ſunt editiones, quæ Epiſtolarum S. Ignatij mox recenſendæ; Baſileenſibus typis Henrici Petri (quibus eas anno* MDL *primò Latinè redditas excuſaſq; cenſuit idem Halloix) multò antiquiores.*

numero xv

38 *Epiſtolæ S. Ignatij vniuerſim quindecim numerantur, quarum tres, dubiæ prorſus fidei, necdum, quod ſciamus, in Græcis codicibus repertæ: duæ* Ioanni ſancto ſeniori, *Apoſtolo & Euangeliſtæ, inſcriptæ, tertia eſt* ad Chriſtiferam Mariam; *cui addi ſolet huius* ad Ignatium *reſponſum. Non vna etiam eademq; auctoritas eſt aliis Epiſtolis, duas ſecurius*

in tres claſſes diuidenda:

in claſſes diſpartiendis. Aliæ quippe certiſsimè ab S. Ignatio conſcriptæ noſcuntur; aliæ ſi non conuincentibus, probabilibus certè argumentis eumdem expetunt auctorem. Prioris generis ſeptem ſunt: ad Epheſios, Magneſianos, Trallenſes, Romanos, Philadelpheos, Smyrnæos & Polycarpum. *Ad poſteriorem claſſem pertinent quinque ſequentes* ad Tarſenſes, Philippenſes, Antiochenos, Heronem & Mariam Caſſoboliten: *cuius itidem epiſtola* ad S. Ignatium *nuper vulgata extat. Omnium autem nobiliſsima cenſeri poteſt,*

B *quam* ad Romanos *ſcripſit, infrà Actis à Metaphraſte collectis inſertam: in quâ ſuum* Ignatius *erga* Chriſtum *amorem, & ingens eo perfruendi deſiderium verbis ac ſententiis velut ex ipsâ totius amoris fornace deductis, aptiſsimè copioſiſsimeq; effundit. Hunc zelum admiratus S. Irenæus ex S. Polycarpi diſcipulo Lugdunenſis in Galliis Epiſcopus, lib.5 aduersùs hæreſes cap.28 hanc* Ignatij *ad beſtias damnati ſententiam, ex* Epiſtolâ *eius* ad Romanos *deſcripſit:* σῖτός εἰμι θεοῦ, καὶ διὰ ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ; *quæ apud vetuſtiſsimum Irenæi interpretem ita Latinè leguntur.* Frumentum ſum Chriſti, & per dentes beſtiarum molor vt mundus panis Dei inueniar. *Quem hoc loco non expreſsit Irenæus Ignatium, ab eo intelligi docet Euſebius lib.3 Hiſt. Eccl. cap.30. Eumdem apertè profert Dionyſius eximius myſticæ Theologiæ Magiſter, cuius opera vni Areopagitæ attribuuntur. Hic libro de Diuinis nominibus cap.4 § 12 excellentiam amoris Diuini ex dictâ* S. Ignatij ad Romanos Epiſtolâ *ita confirmat:* Viſum eſt quibuſdam noſtris ſacrarum ſcripturarum tractatoribus nomen amoris diuinius eſſe, quàm nomen dilectionis. Scribit enim diuinus Ignatius: Meus amor crucifixus eſt. ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται. *Quæ omnia expuncta cupit Petrus Halloix quæſtione 2 ad Vitam S. Dionyſij Areopagitæ à ſe compoſitam; ſed*

C *abſque vllo codicis ſeu manu exarati ſeu typis excuſi ſubſidio. Ea ſeruarunt Photius in bibliothecâ num.1. S. Maximus & Pachymeras Græci, & qui Latinè Dionyſiũ tranſtulerunt aut ſuis commentariis illuſtrarunt, viri integerrimi & ſummæ eruditionis, Hugo à S. Victore, Albertus Magnus, S. Thomas Aquinas, Robertus Lincolnienſis, Dionyſius Carthuſianus, Ambroſius Camaldulenſis, Marſilius Ficinus aliiq;, quorum ſagaci induſtriâ opera Dionyſij explicantur, edita annis Chriſti* MDII MDXXXVI, *& ſequentibus: de quibus copioſiùs differendi alius exigitur locus. Ex hac S. Ignatij* ad Romanos Epiſtolâ *Euſebius & Hieronymus partem inſerunt, ille Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, lib.3 cap.30, hic tractatui de ſcriptor. Eccleſ. cap.16. quæ pars inde ad Breuiarium Romanum delata, quotannis in officio Eccleſiaſtico recitatur.*

Dionyſio,

Euſebio, Hieronymo.

VII Epiſtolas referũt Euſebius

39 *Hi ambo reliquarum prioris claſsis Epiſtolarum illuſtre teſtimonium nobis reliquerunt: Verba Euſebij hæc ſunt:* Vt Smyrnam *Ignatius* venit, vbi erat Polycarpus, vnam epiſtolam ad Eccleſiam Epheſinam ſcribit, in quâ Oneſimi, qui ibidem Paſtor erat, mentionem facit. Aliam autem Eccleſiæ, quæ erat Magneſiæ prope Mæandrum fluuium, in quâ rurſum Damam Epiſcopum in memoriã redigit. Eccleſiæ item Trallianæ alia, in quâ Polybium, qui tum ibi præfuit, inſerit. Prætereà Eccleſiæ Romanæ ſcripſit *&c. ex quâ* Epiſtolâ *cùm partem, vt monuimus, attuliſſet, ſubiungit:* Iam verò Smyrnâ longiùs aliquantò profectus, ex Troade ſcribens, non ſolùm cùm his, qui erant Philadelphiæ, ſed etiam cum Eccleſiâ Smyrnenſi, & ſeparatim cùm Polycarpo, qui illi Eccleſiæ præerat, familiariter per litteras collocutus eſt. *Hæc Euſebius, quem imitatus S. Hieronymus ita eas epiſtolas paucis proponit:* Cumque nauigans, *inquit,* Smyrnam veniſſet, vbi Polycarpus Ioannis auditor Epiſcopus erat, ſcripſit vnam epiſtolam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallenſes, quartam ad Romanos, & indo egrediens ad Philadelpheos, & ad Smyrneos, & proprie ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem Eccleſiam. *Hanc commendationem pluribus deſcribit Euſebius, additq;:* ὁ δὲ αὐτὸς Σμυρναίοις χαίρειν, ἐκ δι' ὁπόθεν ῥητῶς συνκέχρηται, πιαῦτά τινα περὶ τοῦ χριστοῦ διεξίων. Ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα *&c.* Idem dum ad Smyrnenſes ſcribit, quibuſdam de Chriſto teſtimoniis (quæ vnde ſumpſerit, planè neſcio) vtitur. Ego, inquit, ipſum Dominum poſt reſurrectionem vidi *&c. Quæ priora verba dum breuitatis cauſsa cum prædictâ commendatione præterit Hieronymus, connexuit ſequentia cum* Epiſtolâ ad Polycarpum, in quâ, *inquit,* & de Euangelio, quod nuper à me tranſlatum eſt, ſuper perſonâ Chriſti ponit teſtimonium dicens: Ego verò & poſt reſurrectionem in carne eum vidi, *&c. Quæ accuratiùs apud Euſebium diſtincta ſunt.*

Auctore G. H.

D

& S. Hieronymus.

E

inter eas Epiſtola ad Polycarpũ,

40 *Honorius Presbyter Auguſtodunenſis libello de Luminaribus Eccleſiæ cap.17 omiſsâ Epiſtolâ ad Polycarpum, ſex ſolùm enumerat S. Ignatij Epiſtolas, his verbis:* Ignatius Antiochenæ Eccleſiæ poſt Petrum Apoſtolum tertius Epiſcopus, ſcripſit Eccleſiæ Epheſiorum epiſtolam, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallenſes, quartam ad Romanos, deinde ad Philadelphios & Smyrnæos. Hic paſſus eſt ſub Traiano. *Ita Honorius, & quidem, vt præfatur, S. Hieronymum ſequutus.* Quaſi, *inſert Vſſerius in Diſſertatione de Epiſtolis Ignatianis cap.2,* Epiſtolam ad Polycarpum Honorius in cenſu ſcriptorum Ignatij planè prætermittendam eſſe iudicarit, ita videlicet verbis Hieronymi acceptis, ac ſi nulla peculiaris ad Polycarpum data, intellecta hîc ab eo fuiſſet Epiſtola, ſed illa ad Smyrnæos tum eis, tum ipſi præcipuè, vt eorum Epiſcopo, coniunctim inſcripta fuiſſet: *eamq;* ſanè Hieronymi mentem fuiſſe, omnino non dubitat *Vſſerius: non accuratè collatis inter ſe Euſebij atque Hieronymi verbis, cùm ambo præter Epiſtolam Smyrnæis inſcriptam, velint aliam* ſeparatim, *ſeu* propriè, *ἰδίως Polycarpo miſſam. Ipſe etiam perperàm Polycarpus in ſuâ ad Philippenſes, Epiſtolæ à S. Ignatio ſibi miſſæ meminit:* Scripſiſtis, *inquit,* mihi & vos & Ignatius,

perperàm à neoterici reiecta.

F

vt ſi quis eat in Syriam, is veſtras etiam perferat litteras. *Verùm contendit Vſſerius* priuatas eas fuiſſe litteras, neque publici iuris à Polycarpo factas. *& iterum cap.3 admittit* Epiſtolæ ad Philippenſes ſubiecciſſe Polycarpum, quotquot penes ipſum fuerant, Ignatij epiſtolas, non priuatas, ad ſe vel ad alios de rebus ad commune nihil attinentibus conſcriptas; ſed publicas nobiliſſimis Eccleſiis dicatas, in quibus res ad πίστιν καὶ ὑπομονὴν καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν ſpectantes continebantur: *Ita Vſſerius ex proprio ſenſu, prorſus neſcius in illâ Ignatij Epiſtolâ S. Ioannem Chryſoſtomum,* πᾶσαν οἰκοδομὴν *latere, oſtendiſſe Homiliâ de vno Legiſlatore, quæ eſt prima tomo 6 operum ex editione Frontonis Ducæi: vbi hæc leguntur.* Διὰ τοῦτο γενναῖός τις τῶν ἀρχαίων (Ἰγνάτιος δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ) οὗτος ἱερωσύνης καὶ μαρτυρίου διαπρέψας, ἐπιστέλλων τινὶ ἱερεῖ, ἔλεγε. Μηδὲν ἄνευ γνώμης σου γινέσθω, μηδὲ σὺ ἄνευ γνώμης Θεοῦ τι πράττε. Propterea nobilis vir quidam ex veteribus, cui nomen Ignatius, quique ſacerdotio ſimul & martyrio decoratus fuit, ad Sacerdotem quemdam ſcribens dicebat: Nihil ſine tuâ voluntate geratur, neque item tu quidquam abſque Dei facias voluntate. *Quæ verba reperiuntur in Epiſtolâ ad Polycarpum, quem Chryſoſtomus* Sacerdotem *allegat, non aliquam* Eccleſiam. *Eamdem Epiſtolam citat Homiliâ* 124 *Antiochus monachus, qui in Laurâ S. Sabæ floruit ſub initium ſeptimi ſeculi: cuius opera extant edita in bibliothecâ Patrum. Hinc patet fruſtrà aſſumi ab Vſſerio, hanc* Epiſtolam priuatam fuiſſe,

citata à S. Chryſoſtomo.

& Antiocho monacho,

Avctore G. H.

fuiſſe, nec publici iuris à Polycarpo factam. *Eximia de aliis Epiſtolis prima claſſis teſtimonia antiquorum Patrum infrà dabimus.*

A 41 *Baronius tomo 1 Annal. Eccl. anno Chr. 48, num. 25 ſolùm* Epiſtolas S. Ignatij admittit, quas Hieronymus & alij antiquiores, qui eiuſdem S. Ignatij recenſuerunt Epiſtolas, nouerunt. *Quam cenſuram licet ipſe ad tres dubias,* Deiparæ Virgini *&* S. Ioanni *inſcriptas reſtringat, non ſufficienter tamen alteram excludit à nobis aſſignatam claſſem, quam Euſebius, Hieronymus aliiq; prioribus ſeculis non indicarunt. Petrus Halloix in Apologiâ pro Epiſtolis Ignationis cap. 5 ob* partum Virginis diabolis incognitum, *ex* teſtimonio S. Ignatij ab Origene & S. Hieronymo aſſertum, Epiſtolam ad Philippenſes *hiſce cognitam fuiſſe tradit. Verùm ea maximè congruunt huic in* Epiſtolâ ad Epheſios *ſententia:* Ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τοῦτου ἡ παρθενία Μαρίας καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς. Latuit principem ſeculi huius virginitas Mariæ & partus ipſius. *Quem locum exprimit Origenes Homiliâ 6 in Lucam,* Eleganter, *inquit,* in cuiuſdam Martyris Epiſtolâ ſcriptum reperi (Ignatium dio Epiſcopum Antiochicæ, poſt Petrum ſecundum, qui in perſecutione Romæ pugnauit ad beſtias) Principem ſeculi huius latuit virginitas Mariæ, *Quo autem pacto illum latuerit, deinde exponit:* Latuit, *inquit,* propter Ioſeph; latuit propter nuptias; latuit, quia habere virum putabatur *&c. S. Hieronymus eundem* S. Ignatij *ad* Epheſios *locum explicat lib. 1 Commentar. in cap. 1 Matthæi, vbi ita de* deſponſatione Virginis Mariæ *&* S. Iolephi *loquitur:* Martyr Ignatius quartam addidit cauſſam, cur à deſponſatâ conceptus ſit Chriſtus, Vt partus, inquiens, eius celaretur diabolo, dum eum putat non de Virgine, ſed de vxore genitum.

Partum virginem latuiſſe damones ex epiſt. ad Epheſios.

docent Origenes,

B *& S. Hieronymus.*

42 *Non tamen carent quinque ſecundæ claſſis* epiſtolæ *ſuâ probabilitate, quâ mereantur ad* Ignatium *vt ſuum auctorem referri; tum quòd mixtim cum aliis in antiquis codicibus Græcis & Latinis reperiantur; tum quòd materia in eis legatur rerum eo tempore geſtarum, & viuentium in Oriente perſonarum: & ſpiritus ab aliis prioris claſſis epiſtolis vix differat. Polycarpus de aliquibus in Syriam miſſis epiſtolis in ſuâ ad Philippenſes ita loquitur* : Scripſiſtis mihi & vos & Ignatius, vt ſi quis eat in Syriam, veſtras etiam perferat litteras. Quod equidem faciam, ſi tempus opportunum nactus fuero, ſiue egomet ipſe, ſeu is, quem mittam legatione functurum etiam pro vobis. *Quæ eadem ab Euſebio repetuntur : quibus ſimilia* Ignatius *in ſuâ ad* Polycarpum epiſtolâ *antè Troade miſſâ petierat:* nempe vt cõcilium ſacroſanctum cogeretur, *eligeretur q; aliquis* θεόδρομος homo dilectus *&* impiger, *qui in* Syriam *ad* Eccleſiam Antiochenam, *quam oratione* Polycarpi *intellexerat pacem obtinuiſſe, mitteretur. Tres ergo eius epiſtolas,* Philippis, ad Antiochenos, Heronem *ſucceſſorem, & his vicinos* Tarſenſes, *ſcriptas,* Philippenſes *ſibi ab* Ignatio *commendatas, adiunctis ſuis, miſerint* S. Polycarpo in Syriam *transmittendas; quod vt monuimus reſcripſit aut facturum ſemetipſum, aut alium eâ legatione functurum. Euſebius, à quo S. Hieronymus deſcripſit, vti* iter Ignatianũ *non vltra* Smyrnam *&* Troadem *proſequitur, ita etiam epiſtolarum deinde Scriptarum non commodè potuit meminiſſe. Quæ omnia, etſi euidentem harum Epiſtolarum certitudinem non adferant, congruis tamen argumentis induxerunt Orientales æquè atque Occidentales Scriptores, vt eas ab S. Ignatio ſcriptas admitterent.*

earum tres an à Philippenſibus commendatæ Polycarpo

C *v Epiſtolas alias ſcripſit Ignatius.*

43 *S. Ioannes Damaſcenus lib. 1 Parallelorum ca. 1 hanc S. Ignatij ſententiam vulgauit:* Cæſari in his rebus parete in quibus parere periculo caret. *Quæ in Epiſtolâ ad Antiochenos ſic Græcè legũtur.* Τῷ Καίσαρι ὑποτάγητε, ἐν οἷς ἀκύνδυνός ἡ ὑποταγή. *Ea vetus Interpres apud Vſſerium ita vertit:* Cæſari ſubiicimini, in quibus non periculoſa ſubiectio. *Reliqua, quæ dicto loco huic ſententiæ adduntur, aut ipſius Damaſceni Scholium ſunt, aut alterius auctoris, è quo hic deſcripſerit, additamentum : niſi malimus eum alio exemplari vſum aut magis perfecto, aut potiùs interpolato. Alia ratio videri poteſt apud Petrum Halloix in Apologiâ pro his Epiſtolis cap. 4 ex fragmento cuiuſdam* Anaſtatij Preſbyteri, *communicato à Sirmondo noſtro: in hoc citari refert* Epiſtolam πρὸς Φιλιππησίους ἐν Τάρσῳ, *locum autem reperiri in* Epiſtolâ ad Philippenſes. *Aliud argumentum conferunt in Martyrologiis Vſuardus. Ado, aliiq; in antiquiſſimis codicibus MSS. vt Maij his verbis:* Antiochiæ S. Euodij, qui, vt S. Ignatius ſcribit, primus ibidem Epiſcopus ab Apoſtolis ordinatus eſt. *Locus reperitur in* Epiſtolâ ad Antiochenos, *ad quos ita ſcribit:* Μνημονεύσατε Εὐοδίου καὶ ἀξιομακαρίστου πομένος ὑμῶν, ὃς πρῶτος ἐνεχειρίσθη παρὰ τῶν Ἀποστόλων τὴν ὑμετέραν ποιμασίαν. Recordamini Euodij dignè beati Paſtoris veſtri, qui primus ordinatus eſt ab Apoſtolis in veſtram prælationem. *Hæc ibi in antiquiſſimis editionibus, de quarum diuerſitate vbi actum fuerit, reliqua de* Epiſtolarum Ignatij *certitudine clarius innoteſcent.*

D *Anaſtaſius preſb.*

Vſuardus, Ado,

44 Ordo Epiſtolarum *hic ferè legitur,* ad Mariam Caſſoboliten, Trallianos, Magneſianos, Tarſenſes, Philippenſes, Philadelphienſes, Smyrnenſes, Polycarpum, Antiochenſes, Heronem, Epheſios, Romanos. *quas numero* duodecim *cum antiquo MS. Monaſterij Lobienſis collatas habemus, eaſq; credimus à Vincentio Bellouacenſi lib.* 10 *ſpeculi hiſtorialis cap.* 57 *indicatas, vbi* Scripſiſſe S. Ignatium duodecim Epiſtolas *meminit. Ex his* vndecim, *in itinere Romano ſcriptas, habemus Argentorati anno Chriſti* MDII *excuſas: harum prima eſt* ad Trallianos, *vltima* ad Romanos, *reliquæ prædicto ordine interpoſitæ, in quas præponitur Iacobi Fabri Stapulenſis argumentum, cuius meminit Poſſeuinus in Apparatu ſacro & ſolùm quoque* vndecim *exprimit. Deſuit quæ ad* Mariam Caſſoboliten *ſcripta eſt. Symphorianus Champerius Lugdunenſis prælo Aſcenſiano anno* MDXVI *vulgauit* quindecim Ignatij Epiſtolas, *hoc ordine* : primam *&* ſecundam ad Ioannem Apoſtolum & Euangeliſtam: tertiam ad Mariam Virginem Matrem Domini; quartam ad Mariam Caſſobolitam, quintam ad Trallianos *&c.* decimam quintam ad Romanos, *cùm apologiâ pro tribus prioribus Epiſtolis: quibus relatis hunc inſerit titulum:* Sequuntur epiſtolæ duodecim B. Ignatij, quarum prima eſt ad Mariam Caſſobolitam, *ac conſuetum deinde ordinem ſeruat numero vbique indicato, tamquàm tres priores non admiſiſſet. Cuſa mox, recuſaq; ſapiùs, quindecim epiſtolæ ex eadem antiquâ verſione Latinâ, tum Coloniæ vnà cum commentariis Dionyſij Carthuſiani in antiqui Dionyſij opera, quæ Areopagitæ attribuuntur, anno* MDXXXVI *&* MDLVI, *tum Antuerpiæ typis Stelſianis anno* MDXL *cum Epiſtolis Martialis, Dionyſij & Antonij; tum iterum Coloniæ anno* MDLXV *cum operibus S. Clementis Romani. Alias, quas non vidimus, editiones citant Vſſerius cap.* 19 *Diſſertationis, Pariſienſes annorum* MCDXCV *&* MCDXCVIII, *Maſtræus Auguſtanam anni* MDXXIX, *& Simlerus Pariſienſem ac Baſileenſem annorum* MDXX *&* MDLI.

Epiſtolæ quo ordine Latinè ſint in MSS.

E *& excuſæ anno 1052*

1516

1536 & ſeqq.

F

45 *Quæ ſolùm hactenus viſebantur Epiſtolæ, vnâ eademq; verſione Latinâ excuſæ, Græcè prodierunt* ex antiquiſſimo Ferdinandi Auguſti, *ſiue* Auguſtanæ bibliothecæ codice (*ita eum citat Vairlenius mox proferendus*) *à Valentino Paceo erutæ, ac Dilingæ ad Danubium Sueuorum vrbe anno* MDLVII *excuſæ. Plures dein eas Latinè interpretati. Inter eos eminuit Guilielmus Morelius, cui priuilegium Regiũ anno* MDLV *conceſſum, Epiſtolis Græco-Latinis anno* MDLXI *editis adiungitur. Hic Græcum librum Paces cum exemplaribus Latinis collatum, pluribuſq; locis reſtitutum præmonet, correctionibus quàm plurimis adiunctis. Extant inde in tomum primum bibliothecæ Theologicæ, editæ anno* MDLXIX, *tranſlatæ. Ediderat iam antè anno* MDLX *harum Epiſtolarum paraphraſin Ioannes Brunnerius Tigurinus vſus MS. Codice Gaſparis à Nydprugck. Huius Brunneri ab hæreticorum caſtris ad Catholicorum ſigna conuerſionem referunt Poſſeuinus in Apparatu ſacro & Halloix quæſtione 2 ad Vitam S. Dionyſij Areopagitæ. Nouam verſionem adornauit Hieronymus Vairlenius, notiſq; Epiſtolas illuſtratas edidit typis Plantinianis annis* MDLXVI *&* MDLXXII, *in bibliothecâ Patrum* I *&* II *Pariſienſi & Colonienſi annis* LXXV, LXXXIX *elapſi ſeculi &*

Græcè edita à Paceo anno 1557.

à variis Latinè tranſlatæ.

Eas citant S. Ioan. Damaſcenus,

A XVIII *huius ſeculi recuſas. Eaſdem denuò Epiſtolas vertit Martialis Maiſtraus Doctor Sorbornicus, notiſq; illuſtrauit Pariſiis anno* MDCVIII *vtraque linguâ editas, inſertaſq; etiam cum Notis Vatrlenij bibliothecæ Patrum Pariſienſi anni* MDCXXIV.

alia Græcè in MS. Florentino,

46 *Vnicum hactenùs prodierat exemplar Græcum Pacei ab omnibus reiuſum: cui paruam adhibendam fidem eſſe monuit Bellarminus de Scriptor. Eccleſ. & lib. 4 de Euchariſtia cap. 26. Recurrendum eſſe ad Græcum codicem MS. Florentinum indicarunt Franciſcus Turrianus lib. 2 pro Canonibus Apoſtolorum & Epiſtolis Decretalibus Pontificum cap. 10, appellans* exemplar vetuſtiſſimum & emendatiſſimum, *Thomas Maſſutius lib. 1 Vitæ S. Pauli cap. 9, Maiſtraus in Notationibus ad Epiſtolam Mariæ Caſſobolitæ ſcriptam numer. 1, aliiq; plurimi. Hinc deſiderium viris eruditis excitatum deſcribendarum ex codice Florentino Epiſtolarum: quod præſtitit Iſaacus Voſſius ſingulari vir humanitate & eruditione, in ſuo itinere Italico ad bibliothecam Mediceam admiſſus fauore Sereniſſimi Principis Ferdinandi II, Magni Etruriæ Ducis, has Ignatianas Epiſtolas deſcripſit, atque ad ſuos Batauos reuerſus vulgauit anno* MDCXLVI, *adiunctâ tranſlatione vetere earumdem Epiſtolarum ex duobus codicibus MSS. anno* MDCXLII *Oxomæ in Angliâ editarum induſtriâ Iacobi Vſſerij Proteſtantium Armachani apud Hibernos Primatis. Rudis plerumque eſt hæc verſio Latina, & à Græco codice ſubinde ob variam lectionem diuerſa: cui tamen prodeſt ad verum Græcorum verborum ſenſum eruendum, vti in priori Pacei exemplari Græco ſuprà diximus à Morelio factum.*

emendatiores,

edita 1646

B *cum antiquâ verſione Latinâ in Angliâ repertâ.*

47 *Florentinus codex hoc ordine exhibet Epiſtolas:* Ad Smyrnæos, Polycarpum, Epheſios, Magneſios, Philadelphios, Tralleſios, *quæ omnes ab Euſebio & S. Hieronymo relatæ ad priorem claſſem ſpectant. Ex ſecundâ claſſe ſunt ſolum* Mariæ Caſſabolitidis ad S. Ignatium, *& huius ad eamdem* Mariam *&* ad Tarſenſes. *In vtroque MS. Anglicano, teſte Vſſerio cap. 19. Diſſertationis ſequens repertus eſt ordo:* Ad Smyrnenſes, Polycarpum, Epheſios, Magneſios, Philadelphicos, Tralleſios, Marię proſelytæ Chaſſaobolorum ad Ignatium, Ignatij ad Mariam proſelytam, ad Tarſenſes, Antiochenos, Heronem, Romanos. *Deſunt codici Florentino tres vltimæ, quas opinatur Voſſius olim in eo contentas, temporis iniuriâ periiſſe. Defuit vtrique codici Anglicano, vti & Florentino,* Epiſtola ad Philippenſes, *quam hactenùs magis interpolatam, pluribus ſubditis fulcris conatur ſtabilire Petrus Halloix cap. 5 Apologiæ. Vſſerius repertum in vtroque codice MS. ordinem in editione Oxonienſi inuertit hoc modo:* Ad Epheſios, Magneſios, Tralleſios, Romanos, Philadelphicos, Smyrnæos, Mariam proſelytam Chaſſaobolorum, Polycarpum, Tarſenſes, Antiochenos, Heronem, *vbi miſcet* Epiſtolam ad Polycarpum *reliquis ſecundæ claſſis, quas omnes quaſi* commentitias *à S. Ignatio ablegat: quod ſuprà abundè refutatum.*

Ordo codicis Florentini,

& duplicis Anglicani,

mutatus ab Vſſerio:

C *In Florentino reperiuntur à Theodoreto citata,*

48 *Hunc Græcum Florentinum codicem, eiq; conuenientem verſionem Latinam commendant nonnulla, eaq; non obſcura argumenta. Primum, quia continent ab antiquis Scriptoribus ex his Epiſtolis excerpta, eorumq; inſerta ſcriptis, quæ alibi ſunt omiſſa. Ita in tertio* Theodoreti dialogo, *tomo 4 operũ, indicatâ* S. Ignatij Epiſcopi Antiocheni & Martyris epiſtolâ ad Smyrnæos, *hoc teſtimonium eius verbis adſeritur:* Εὐχαριστίας καὶ προσφορᾶς οὐκ ἀποδέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν. *Quæ in Codice Florentino ſic leguntur.* Εὐχαριστίας δὲ καὶ προσευχῆς ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν &c. *quæ ſenſu conueniunt, variâ lectione diuerſa. Priora apud Theodoretum ita* Latinè *tranſferuntur.* Euchariſtias & oblationes non admittũt, quòd non confiteantur Euchariſtiam carnem eſſe Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ pro peccatis noſtris paſſa eſt, quam Pater benignitate ſuâ reſuſcitauit. *Florentino Codici conuenit verſio Latina apud Vſſerium:* Ab Euchariſtiâ & oratione recedunt, propter non confiteri Euchariſtiam carnem eſſe Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti pro peccatis noſtris paſſam, quam benignitate Pater reſuſcitauit. *Hæc ibi: deſunt autem codici Græco Patei, aliiſq; codicibus Latinis. Petrus Halloix cap. 7 Apologiæ aliam innuit ſcriptam ad Smyrnæos, ex quâ hanc eruerit doctrinam Theodoretus. Quæ eius coniectura vltrò corruit.*

AVCTORE G.H. D

ſenſus genuinus exhibetur,

citatus ab Athanaſio,

49 *Alterum beneficium præſtat codex Florentinus, quòd Ignatianas nobis exhibeat Epiſtolas eâ phraſi verborum, qua eas citarunt* Athanaſius, Theodoretus, Euſebius *aliiq; eximiâ antiquitate Scriptores, à quibus reliquæ editiones multum differunt, mutatæ paſſim & interpolatæ.* Athanaſius *libro de Synodo hanc ex* Ignatio *deſumit de* Chriſto *doctrinam:* Εἷς ἰατρός ἐστι σαρκικὸς καὶ πνευματικὸς, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν ἀνθρώπῳ θεὸς, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ θεοῦ. *Quo loco allegato Dionyſius Petauius tomo 2 Theologicorum Dogmatum lib. 5 cap. 1. ſect. 14, addit ſe* haud ſcire, an in vulgatis illius epiſtolis extet. Legi *quidem* in XI, quæ eſt ad Epheſios, quiddam illius ſimile de Medico Chriſto, ſed longè aliter expreſſum. Ibi ἀγέννητον appellari Patrem, non Filium, Sciri autem Ignatij epiſtolas variis in locis aliter ab antiquis lectas, quàm hodie in codicibus habentur. *Verba in dictâ* Epiſtolâ *ſic hactenus lecta:* Medicus eſt noſter ſolus verus Deus, ingenitus & inuiſibilis vniuerſorum Dominus Vnigeniti pater & genitor. Habemus medicum etiam Dominum noſtrum Deum; Ieſum Chriſtum, ante ſæcula filium vnigenitum & in principio Verbum, poſteà verò hominem ex Mariâ Virgine. Quàm hæc prorſus diſſita à verbis S. Athaſij! In codice Florentino ita leguntur. Εἷς ἰατρός ἐστιν σαρκικός τε καὶ πνευματικὸς. γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ γενόμενος θεὸς, ἐν ἀθανάτῳ ζωῇ ἀληθινῇ, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ θεοῦ. *Eadem hæc ſunt ſi ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινὴ dixerimus, quemadmodum legerunt Theodoretus Dialogo, & Gelaſius Papa de duabus naturis in Chriſto aduerſus Eutychen & Neſtorium, aut quiſquis eius opuſculi auctor eſt antiquus, in Bibliothecâ Patrum ſeculo 5 par. 3. vbi ita habetur:* Ignatij Epiſcopi & Martyris Antiocheni ex epiſtolâ ad Epheſios: Vnicus medicus eſt, carnalis & ſpiritualis, factus & non factus, in homine Deus, in morte vita æterna, ex Mariâ & Deo. *Apud Theodoretum iterum* γεννητὸς ἐξ ἀγεννήτου *variâ lectione eſt. Omittimus tædij vitandi cauſſâ plura adferre. In ſolis tribus Dialogis Theodoreti tomo 4 operum nouem loca reperiuntur, quæ conueniunt cum codice Florentino plurimum ab aliis vnico dempto, diuerſa. In Dialogo primo perperam ſcribitur* ex Epiſtolâ ad Romanos; *corrigendum,* ad Smyrnæos: *quod ſufficit monuiſſe. Vſſerius hæc à Patribus citata loca edidit, inter ſe collata cap. 4. & 18. Quam antè diximus partem* Epiſtolæ ad Romanos *ab Euſebio ſuæ hiſtoriæ inſertam, eamdem refert Verſio Latina ab Vſſerio edita; interpolata in aliis codicibus epiſtolarum, & potiſſimùm in Actis apud Metaphraſten; ex quorum collatione Latinam fecit aliam Petrus Halloix cap. 10 Vitæ à ſe conſcriptæ. Non infeliciore conatu Voſſius ex eiſdem Græcis collatis cum editione Vſſerij Latinâ, eamdem integram* ad Romanos *Græcam formauit, atq; ad calcem notarum adiunxit, vt codicis Florentini defectum ſuppleret.*

Theodoreto, Gelaſio,

E

F

deſunt mẽda Theologica ab aliis intruſa,

50 *Tertiò quæ iam pridem coniecturâ præſumpſerunt viri doctiores intruſa in* Epiſtolas Ignatianas, *ea ab dicto codice Florentino abſunt. Epiſtola ſola ad Philadelpheos alterâ amplius parte auctior reddita, plures confert nauos iure expungendos. Ita poſt commendatam virginitatem additur.* Non detraho ceteris Beatis, qui nuptiis copulati fuerunt; opto enim Deo dignus ad veſtigia eorum in regno ipſius inueniri ſicut Abraham, & Iſaac, & Iacob & ceteri Prophetæ; ſicut Petrus & Paulus & reliqui Apoſtoli, qui nuptiis fuerunt ſociati, qui nõ libidinis cauſſâ, ſed poſteritatis ſubrogandæ gratiâ, coniuges habuerunt. *Quæ omnia inſerta fuerunt fraude nupturientium Clericorum Græcorum, qui dum vxores cum ſacerdotio cœperunt retinere, Paulum ceteroſq; Apoſtolos in defenſionem ſuæ ipſorum incontinentiæ aſſumpſerunt conſortes; vti ſuprà citati monuerunt Baronius, Maſſurius, aliiq;. Simile huic deinde additur his verbis:* Presbyteri & Diaconi atque omnis cleri ordo

de coniugio Pauli & Apoſtolorum,

AVCTORE G.H.

clerus ſimul cum omni populo & militibus atque Principibus, ſed & Cæſares, obediant Epiſcopo. *Quo tempore odium Chriſti à Cæſare condemnatus erat ad beſtias* Ignatius. *Quæ melius abſunt in codice Florentino. Ex eâdem epiſtolâ altercatio Catholicos inter & hæreticos exorta corruit; dum hi volunt calicis ſacroſancti vſum in* Euchariſtiâ *omnibus neceſſariò communem eſſe; Vis omnis in Græco exemplari ſita credebatur, vbi ita legitur* : Μία γάρ ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ καὶ ἓν αἷμα τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυθέν. ἓις καὶ ἄρτος τοῖς πᾶσιν ἐθρύφθη καὶ ἓν ποτήριον τοῖς ὅλοις διενεμήθη. ἓν θυσιαστήριον πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἓις Ἐπίσκοπος ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ τοῖς διακόνοις τοῖς συνδούλοις μου. *Quæ pauciùs in codice Florentino habentur.* Μία γὰρ σὰρξ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ καὶ ἓν ποτήριον εἰς ἕνωσιν τοῦ αἵματος αὐτοῦ. ἓν θυσιαστήριον ὡς ἓις Ἐπίσκοπος ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ διακόνοις τοῖς συνδούλοις μου. *Quæ ita vetus apud Vſſerium interpres vertit* : Vna enim caro Domini noſtri Ieſu Chriſti, & vnus calix in vnionem ſanguinis ipſius, vnum altare, vnus Epiſcopus cum Presbyterio & Diaconis conſeruis meis. *Abſunt ergo illa controuerſa verba* : Vnus eſt panis omnibus confractus, vnum poculum omnibus diſtributum. *De illis contra Magdeburſes Centuriatores, Scultetum, Pleſſæum agunt Bellarminus lib. 4 de Euchariſtiâ cap. 4. aliiq; qui Pleſſæum oppugnarunt.*

A obedientiâ Cæſari præſcriptâ,

calicis vſu omnibus in Euchariſtiâ dando,

B *Hactenùs diuerſas epiſtolarum Pacei & codicis Florentini ſcriptiones perſcrutati, iterum eas ſecernimus in diſtinctas antè claſſes, quòd in prioribus, quarum meminerunt Euſebius & Hieronymus, parcæ admodùm proferantur ſententiæ ex Scripturâ ſacrâ deprompta, eaq; ex nouo ferè tantùm Teſtamento. Non ideò ſtatim probamus arctiorem Voſſij cenſuram, quâ reliquas* falsò Ignatio adſcriptas, fictas, ſpurcas, ex pſeudepigraphis *cenſet : quas rationibus ſi non conuincentibus & certis, ſaltem probabilibus ad* Ignatium *referimus.*

51 *Quæ hactenus Græcè nondum reperta tres aliæ* Epiſtolæ, *vna ad* Deiparam Virginem, *duæ ad* S. Ioannem Apoſtolum, *ſub nomine* S. Ignatij *circumferuntur, dubiæ & incertæ à pleriſque cenſentur, à Bellarmino, Chriſtophoro de Caſtro aliiſq; etiam fictitiæ : quas tamen S. Ignatio adſcripſerunt S. Bernardus, Æneas Siluius, Dionyſius Carthuſianus, Michaël Cortonenſis, Symphorianus Champerius & alij quos profert Halloix quæſtione ſingulari poſt Apologiam pro Epiſtolis S. Ignatij, cuius iſtic iudicium non diſplicet hac ratione moderatum, quo admittit ſuſpectas dubiaſq; haberi poſſe, non prorſus deſpici debere, omnemq; fidem perdere : ideoq; liberam vnicuique relinqui facultatem, quodcumque voluerit, opinandi. Quod ſtylo differant, in tempora diſtinctiſsima referendum : Nam à iuuene & diſcipulo ſexaginta ante reliquas ſcriptæ fuiſſent annis. Quænam fuerit* Ignatij διδαχὴ & Liturgia *apud Vſſerium cap. 1 Diſſertationis pro Ignatianis Epiſtolis, prorſus nos latet. Fortè inde excerpta apud Damaſcenum S. Ignatio attribuuntur.*

Tres dubiæ fidei.

C 52 *Alius reperitur tractatus ſub nomine* S. Ignatij, *planè confictus, ſub hoc titulo* : Regula Chriſtiferæ Mariæ Virgini à S. Ignatio conſcripta. *tum rythmico verſu ea ita deſcribitur.*

Maria ſibi Regulam ſtatuit viuendi,
Et ſub iſto ordine Deo ſeruiendi.
Noctis enim tempore horæ matutinæ
Orationi iugiter vacabat hæc diuinæ. &c.

Verſus ſunt centum & triginta, ab aliquo viro pio, & Virgini Deiparæ dedito, exercitationis cauſſâ conſcripti, & monaſtico ſanctimonialium generi viuendi accommodati : cui annumerat & Deiparam *&* S. Ignatium, *Alegreus in Paradiſo Carmelitico ſtatu 2 cap. 1 & 24. quem aliàs ſæpiùs retecimus.*

conficta Regula Deiparæ Virgini conſcripta.

VITA

Auctore Simeone Metaphraſte,

Collata cum MS. Græco.

CAPVT I.

Epiſcopatus S. Ignatij. Nomen eius apud Traianum delatum.

VM *a* Traianus ſumpſiſſet ſceptra Romanorum Imperij, erat Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus, & nomine & re *b* Theophorus Ignatius. Nam magno quidem *c* Petro ſuccedit *d* Euodus, Euodo autem Ignatius : fitque & *e* morum eius & virtutis æmulator. Huic diuino Ignatio, cùm eſſet adhuc planè puer, *f* aiunt Chriſtum adhuc verſantem in mundo, ei intemeratas manus impoſuiſſe, & ad populum intuentem, dixiſſe : Niſi quis ſeipſum humiliauerit, vt hic puellus, non intrabit in regnum cælorum : & qui vnum ex talibus pueris ſuſceperit in nomine meo, me ſuſcipit : qualiſnam futurus eſſet ætate proficiens Ignatius, hinc oſtendens, & Apoſtolicam illius doctrinam apertè indicans.

a Ignatius puer in exemplar humilitatis à Chriſto propoſitus,

b c d e f E Matth. 18. 3 & 4.

2 Hic ergo diuinus Ignatius, ſimul cum *g* Polycarpo, qui Smyrnenſi præerat Eccleſiæ, fuit diſcipulus Ioannis Euangeliſtæ : & cùm ad eum ſolum ventitâſſet, & omnem virtutis ſpeciem, & eam maximè, quæ *h* decet Sacerdotem, diligenter exercuiſſet, Sacerdos deinde eligitur communi ſententiâ omnium ſimul Apoſtolorum, & Antiochenus creatur Epiſcopus. Cùm autem aſſumpſiſſet Eccleſiam, & multo ſudore & labore in eâ ſeminaſſet præconium pietatis, & zelum per omnia Apoſtolicum & doctrinam oſtendiſſet, & extitiſſet perfectus miniſter Chriſti myſteriorum ; fit quoque poſteà Martyr, beſtiis propter illum traditus, vt paullò altiùs repetens declarabit oratio.

g diſcipulus S. Ioannis Euangeliſta:

h

Epiſcopus Antiochiæ.

3 Traiano enim Romanorum Imperatori, quam de *i* Scythis habuerat, elato victoriâ, & non ſuſtinenti ſuam hucuſque ſiſtere felicitatem; ſed volenti eam vlteriùs producere, & Romanorum imperio multos alios ſubiungere, aduersùs Chriſtianos, ſeu aduersùs pietatem, bellum ei viſum eſt optimum eſſe & expedire. Nam illo quidem modo putabat ſe ſoli prodeſſe reipublicæ : ſic autem etiam Deos ſuos colere, & eos inducere, vt opem ferant aduersùs hoſtes. Grauem itaque ac difficilem perſecutionem infert aduersùs piam fidem, & proponit edicta per vniuerſam terram, quæ eius parebat imperio : vt vel eſſent cum eo omnes impietatis participes, vel adhuc manentes Chriſtiani, afficerentur variis ſuppliciis & acerbis mortibus. Contigerat, vt tunc Traianus verſaretur Antiochiæ : vt qui eſſet expeditionem ſuſcepturus contra *k* Perſas, & bellum ibi pararet. Hîc ergo ei de Theophoro ſignificatur Ignatio, quòd & religionem teneret Chriſtianam, & hominibus perſuaderet, vt Chriſtum tamquàm Deum honorarent; idque cùm fuiſſet à Pilato cruce condemnatus & morte, vt docent eius acta : & ferè legem de ſeruandâ virginitate, & de contemnendis diuitiis & deliciis, & aliis, quæ ſunt in vitâ iucunda : &, quod eſt omnium grauiſſimum, quòd non oporteat putare eſſe Deos, & nullam Imperatorum ducere rationem.

i apud Traianum Imper.

F

edictis cõtra Chriſtianos latis,

k impiè accuſatur:

a *Imperauit Traianus ab anno Chriſti 98 ad 117.*
b Deiferum *vertit Heruetus.*
c *De Cathedrâ eius Antiochenâ agimus 22 Februarij.*
d *Colitur S. Euodius 6 Maij.*

c *Ad*

A c *Ad imitationem eius adhortatur Antiochenos Ignatius in suâ ad eos epistolâ.*

f *Nicephorus lib. 2 Hist. Eccl. cap. 35 idem asserit. In odis Menaeorum hæc ita leguntur:* Adhuc admodùm paruulus in manibus Domini gestatus stetisti ad nos clamantis: Estote mihi sicut hic puerulus.

g *Ita & Menologium Græcorum 13 Februarij tradit fuisse* S. Polycarpum discipulum S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ vnà cum diuino illo Martyre Ignatio.

h. *S. Chrysostomus:* Omnes quidem virtutes, quæ in homine esse possunt, in Beato fuisse Ignatio, ipsi Apostoli, dum manus ei imposuerunt, testificati sunt.

Daci Scythæ annumerati.

i *Imò* Dacis, *in alio Acta adiuncta, quos sub* Scythis *enumerant Suidas, Plinius, Stephanus de Vrbibus, aliique; quibus* Sarmatia *Ptolemæi,* Scythia Europæa *dicitur.*

Parthi sub Persarum nomine relati.

k *Imò* Parthos, *vt alia Acta habent: hos Cedrenus in interiore Persidè collocat. Nam obseruauimus 22 Ianuarij ad Acta S. Anastasij Persæ §. 3 Persidem propriè dictam haud adeò vastam fuisse; at paullatim vicinas circumquaque regiones, Persarum Regibus subiectas, vno Persidos nomine denotari cœptas. Ita istic* Assyria, *hic* Parthia Persidi *attribuitur.*

CAPVT II.

Fides Christi coram Traiano defensa. Desiderium martyrij.

B 4 HÆc postquàm audiuit Traianus, Sancto statim accersito, cùm vnà etiam adesset Senatus; Túne es, inquit, qui diceris Theophorus; qui nostra iussa ludificaris, & omnem euertis Antiochiam; & omnes ducis post Christum, qui à te prædicatur; & nec solo quidem Deos dignaris nomine? Diuinus autem Ignatius, Ego sum, inquit. Ille verò, Et quid sibi vult, inquit, illud Theophorus? Cui Martyr; Qui Christum, inquit, circumfert in animâ. Imperator autem, Tu ergo, inquit, Christum in teipso circumfers? Certè, inquit. Scriptum est enim: Habitabo in eis & inambulabo. Quid verò nos? non videmur tibi Deorum assiduè meminisse, & eos semper in animâ circumferre, eosque inducere ad opem ferendam contra hostes, & per eos omnia facere, quæ sunt ex animi sententiâ? Respondens autem Diuinus Ignatius; Hei mihi! inquit, simulacra gentium, ô Imperator, Deos nominas. Vnus enim Deus, inquit, verus, qui cæli & terræ & maris & omnium quæ sunt in ipsis, est creator. Vnus Christus Iesus, Dei filius vnigenitus, cuius regni non est finis. Quem si tu agnosceres, ô Imperator, & purpura ipsa, & diadema, & thronus regius, firmiora essent & stabiliora.

2 Cor. 6. 16.

Rationem reddit fidei & appellationis Theophoriti

5 Imperator verò, Hæc, inquit, mittamus. Tu autem, si velis, inquit, ô Ignati, meæ potentiæ rem facere gratissimam, & de cetero referri in numerum meorum amicorum, hac mente mutatâ, diis nobiscum sacrifica: & statim (sciant ipsi omnes) te magni Iouis constituam Pontificem, & Patrem nominabo Senatus. Ad hæc Theophorus: Gratias quidem præbere, ô Imperator, omnibus quidem est pulchrum; maximè autem Imperatoribus, quòd possint ipsi ampliùs iterum gratificari: sed eas, quæ sunt omnino vtrisque vtiles & conducibiles: eas verò, quæ possunt lædere & maximè animam, & vehementiorem ignis gehennam ei accendere, non is qui dat solùm, sed etiam qui petit, & ipse miserrimus. Admirabilis autem, ô Imperator, & munifica est tua promissio. Quid enim meâ refert, à te maximi Iouis constitui Pontificem, & vocari Patrem Senatus, qui sum Christi Sacerdos, & ei quotidie sacrifico sacrificium laudis, & iam totum me ipsum propero immolare, & efficere complantatum eius mortis similitudini?

C

respuit oblatum pontificiũ Iouis:

6 Imperator verò, Cuinam, inquit, festinas teipsum immolare? ei ne, qui à Pontio Pilato in crucem fuit actus? Maximè, inquit magnus Ignatius, ei, qui peccatum crucifixit, & eius inuentorem destruxit diabolum, & omnem eius potentiam per crucem aboleuit.

Rursus autem Imperator: Videris, inquit, mihi, ô Ignati, omnino recto carere iudicio & sanâ mente. Non enim tam apertè fuisses deceptus scripturis Christianorum, sed cognouisses omnino, quantum sit bonum edictis parere Imperatoriis, & diis sacrificia offerre cum omnibus. Ad hæc Sanctus, vtens rursus maiore dicendi libertate, Etiamsi bestiis, inquit, consumpseris, etiamsi me cruce condemnaueris, etiamsi gladio & igni tradideris, quæ sunt in tuâ potestate; numquàm ego patiar dæmonibus offerre sacrificium: neque enim metuo mortem, neque desidero præsentia, quæ est in potestate vestrâ præbere fruenda; sed sola desidero futura, & à me omne adhibere studium, vt transeam ad Christum, qui pro me est mortuus.

AVCTORE METAPHRASTE, EX MS. GRÆCO.

D

vltro optat atrocissimũ mortis genus subire.

vt adsit Christo.

7 Propter quæ volens Senatus Martyrem arguere ignorantiæ, Quid autem tu quoque, dixerunt, confiteris Deum esse mortuum? Quomodò verò, qui subit mortem, eamque execrandam, poterit prodesse aliis? Dij autem & sunt immortales, & dicuntur à nobis. Cùm ex hoc occasionem Diuinus accepisset Ignatius, simul & irridendi illorum deos, & eis aperiendi ianuam mysterij susceptæ carnis dispensationis, & sic deducendi ad fidem Christi cognitionis, sic verba habuit: Meus Dominus & Deus Iesus Christus, primùm quidem propter nos homo factus est, & propter nostram salutem, crucemque & mortem & sepulturam E sua sponte accepit. Ceterùm rursus tertio die resurrexit, inimici deiecta & prostrata potentia, & ascendit in cælos vnde venerat, nos simul à lapsu peccati faciens resurgere, & rursus introducens in paradisum, ex quo malè fueramus electi: & nos donauit bonis maioribus, quàm erant ea, quæ præcesserant. Quòd autem ex iis, qui à vobis censentur dij, vllus tale quid fecerit, nullus omnino asseruerit. Nam cùm isti fuissent homines malefici & exitiosi, & multa fecissent *a* ad damnum & exitium nostræ vitæ & status, valdè vilem autem deorum opinionem & speciem hominibus, qui sunt à ratione paulò alieniores, citra vllam rationem præbuissent, contractis posteà velis deceptionis & scenâ ablatâ, deprehensi sunt id quod erant, vt qui turpiter è vitâ excesserint, & morti immortali traditi sint propter multorum interitum. Iuppiter quidem certè, qui est vobis primus & maximus deorum, in Cretâ est sepultus: Æsculapius verò fulmine est percussus. Sepulchrum Veneris ostenditur in Papho, & Hercules fuit ab igne consumptus. Nam cùm tales sint, immò verò longè deteriores, ea eis obtigerunt, quæ merentur.

ostendit Christum viuere,

& deos Gentilium periisse:

a *Græcè* μικράν τινα δόξαν θεῶν, *id est,* paruam, *seu* humilem, *aut* F vilem opinionem deorum. *Genebrardus vertit* prauam: *fortè* πονηράν, *vel* φαύλην *legit.*

CAPVT III.

Condemnatio ad mortem. Iter Antiochiâ Smyrnam.

8 CVm hæc dicta fuissent ab Ignatio, Imperator simul cum Senatu timens, ne, si esset eius sermo prolixior, res quidem Gentilium labefactarentur, & vel non crederentur, vel haberentur ludibrio; & vera quidem floreret religio, & tolleretur nubes erroris, quæ ei offundit tenebras; eum quidem coniicit in vincula, & in tutissimâ collocat custodiâ. Ipse autem cùm totâ nocte apud se cogitasset, quonam modo eum vlcisceretur pro meritis, & quonam modo è præsenti eum vitâ subduceret, statuit eum feris tradere deuorandum, vt dilaniatus ab eis Sanctus interiret. Visus est enim Imperatori hic mortis modus longè grauissimus. Cùm hanc rem ergo Senatui manè communicasset, ipsi quoque eius laudarunt sententiam: sed consuluerunt, ne hæc bestiis obiectio fieret Antiochiæ; Ne,

includitur carceri.

C aiebant,

AVCTORE METAPHRASTE EX MS. GRÆCO.

aiebant, sic magis desideratum & glorioſum apud ſuos ciues reddamus Ignatium, martyrico fine è vitâ excedentem. Quamobrem dicebant oportere eum Romam abduci vinctum, & illic tradi beſtiis. Sic enim & prolixitate itineris grauius ſubibit ſupplicium, & ſimul Romanis quiſnam ſit ignorantibus, videbitur eſſe peremptus, tamquàm vnus ex maleficis, & nec minima quidem erit eius apud illos memoria.

ad beſtias cõdemnatur, Romã mittẽdus:

9 Cùm hoc ergo placuiſſet, & in ipſum lata fuiſſet protinùs ſententia, Imperator eum rurſus producit è cuſtodiâ, hoc eius poſtremum faciens periculum. Et primùm quidem multis bonorum promiſſis crebrò Sanctum deliniebat ac demulcebat, deinde etiam rurſus minis magis territans. Poſtquàm autem eum vidit nec cedere promiſſis, neque minas formidare, deſperans omnino fore vt mutaretur, ad effectum deduxit ea, quæ decreta fuerant: & cùm iuſſiſſet prioribus grauiora ei imponi vincula, tradit eum cohorti militari, & mittit Romam, iubens, cùm aduenisſet ciuibus dies feſtus, quo totus congregaretur populus, eum tradi beſtiis ad communem theatri delectationem, vt conuenienter ei, quod dicit D. Paulus, ipſe quoque fieret ſpectaculum mundo, Angelis & hominibus.

ſpretis promiſſis & minis,

traditur militibus:

1 Cor. 4. 9.

10 Martyr ergo cùm vltimam illam accepiſſet ſententiam, & Deo magno clamore, vt conſentaneum erat, egiſſet gratias, cum magnâ voluptate & lætitiâ ſibi imponit vincula. Et Imperator quidem egreditur contra Perſas cum ſuo exercitu: Theophorus autem cùm Eccleſiæ priùs benè eſſet precatus, & gregem ſuum Deo commendaſſet cum lacrymis, vinctus ſequebatur milites. Deinde cùm *a* Seleuciam, non cunctanſ, non flens, non ſe aliquid graue omnino pati præ ſe ferens, ſed alacribus veniſſet pedibus, à militibus in nauem immittitur, & cum eis appellit *b* Smyrnam. Hìc ſalutat Polycarpum Diuinum Apoſtolum, quem Smyrnenſi præfuiſſe Eccleſiæ, cùm Ignatij fuiſſet condiſcipulus, ſuperiùs diximus. Eum ergo ſalutat, glorians & magnificè ſibi placens, lætuſque de vinculis. Quid enim ei poterat eſſe maiori ornamento, quàm adſpici pati pro Domino, qui eum ſic dilexerat? Deinde cùm etiam reliquis Epiſcopis & Presbyteris & Diaconis reddidiſſet eas, quas par erat, ſalutationes (quoniam multi concurrebant ex Eccleſiis Aſiæ & ciuitatibus ad videndum illud ſpectaculum, & vt pulchro fruerentur fluento, quod fluebat ex illius linguâ) ipſe ea, quæ par erat, ſuadens, rogabat omnes, vt pro ipſo orarent: vt per feras citò reſolueretur ad eum, quem deſiderabat; & appareret ante illius faciem.

a

vinctus abit Seleuciam pedes,

b

nauigat Smyrnam:

ſalutat S. Polycarpũ, alioſq;,

petit pro ſe orari.

a *Ita Actorum cap. 13* SS. Paulus & Barnabas *aſſumpti in Apoſtolos* Antiochiâ abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprum. *Nomen ſuum debet Seleuco Nicanori conditori, ſita ad mare è regione Antiochiæ.*

Seleucia.

b *Smyrna vrbs Ioniæ, totius Aſiæ minoris olim pulcherrima: de eâ ad Vitam S. Polycarpi 26 Ianuarij egimus.*

Smyrna.

CAPVT IV.

Epiſtola Smyrnæ ad Romanos ſcripta.

11 CVm videret autem eos valdè perturbatos, & quodammodò pendentes ab illius animâ, & non ferendum damnum exiſtimantes ſeparationem eius & mortem, de iis qui ſunt Romæ timens; ne ipſi quoque ſimiliter affecti, non ſuſtinerent eum videre tradi beſtiis; ſed manus eis afferrent, quibus mandatũ erat, vt eum traderent, & ei clauderent apertam ianuam martyrij: ſtatuit ad eos mittere, vt ij quoque pro eo orarent, ne curſus ſuæ exercitationis ei impediretur; ſed per feras, ſicut dictum eſt, citò reſolueretur ad dilectum Dominum. Operæ pretium eſt autem illius quoque meminiſſe epiſtolæ, quæ ſic habet ad *a* verbum:

Scribit Romanis,

a

12 Ignatius, qui & Theophorus, *b* Epiſcopus ſanctæ Dei Eccleſiæ quæ eſt Antiochiæ, Eccleſiæ, quæ miſericordiam eſt conſecuta in maieſtate Patris altiſſimi, & Ieſu Chriſti ſolius eius filij, dilectæ & illuminatæ in voluntate eius, qui *c* voluit omnia, quæ ſunt ſecundùm *d* caritatem Ieſu Chriſti Dei noſtri, quæ etiam præſidet in loco regionis Romanorum: quam ſaluto in nomine Ieſu Chriſti, ſecundùm carnem & ſpiritum vnitam omni eius mandato, impletam gratiâ Dei ad lætandum in Chriſto Ieſu Deo. Cùm Deum precatus obtinuerim, vt viderem ſpectabiles veſtros vultus, vinctus in Chriſto Ieſu, ſpero me vos ſalutaturum, ſi Dei fuerit voluntas, vt dignus habear, qui ſic ſim vſque ad finem. Meum enim rite ſuccedit votum; ſi gratiam fuero conſecutus, vt ſortem meam accipiam ſine impedimento. Timeo enim veſtram caritatem, ne eâ me afficiat iniuriâ. Vobis enim facile eſt facere, quod vultis: mihi autem difficile eſt Deum aſſequi, ſi vos mihi peperceritis. Non enim volo vos hominibus placere, ſed Deo, ſicut etiam placetis. Non enim ego vnquam habebo aliud tempus Deum aſſequendi, neque vos. Si ſiluerit is de me, ego Dei efficiar. Sin verò carnem meam amaueritis, rurſus ero currens. Potiùs autem mihi præbete, vt Deo immoler. Eſt enim ara parata; vt effecti chorus in caritate, canatis Patri in Chriſto Ieſu; quòd Epiſcopum Syriæ dignatus ſit Dominus, vt inueniretur in Occidente, eum accerſens ab Oriente. Pulchrum eſt à mundo occidere ad Deum, vt ad ipſum exoriamur. Nulli vnquam inuidiſtis, alios docuiſtis.

b

c

d

petit non impediri ſententiam latam:

glorioſum martyriũ Epiſcopi Orientis in Occidente,

13 Ego autem volo illa quoque eſſe firma ac ſtabilia, quæ docentes præcipitis. Solùm rogate, vt dentur mihi vires à Domino, vt non ſolùm dicar Chriſtianus, ſed etiã inueniar & dici poſſim: & tunc videbor eſſe fidelis, quando mundo non apparebo. Nihil enim quod apparet eſt æternum. Quæ enim cernuntur, ſunt ad tempus: quæ autem non videntur, æterna. Ego ſcribo Eccleſiis, & mando omnibus, quòd ego lubens pro Chriſto morior, ſi vos non prohibueritis. Rogo vos, ne ſit intempeſtiua veſtra in me beneuolentia: ſinite me deuorari à feris, per quas licet Deum conſequi. *e* Sum Dei frumentum, & molor per dentes ferarum, vt Chriſti inueniar mundus panis. Feris potiùs blandimini, vt fiant mihi ſepulchrum, & nihil relinquant mei corporis, ne ſopitus fiam grauis. Tunc ero verus Chriſti diſcipulus, quando nec corpus quidem meum adhuc videbit mundus. Pro me Chriſto ſupplicate, vt per hæc inſtrumenta, munda inueniar hoſtia. Non ſicut Petrus & Paulus vobis præcipio. Illi Apoſtoli, ego *f* condemnatus: illi liberi, ego autem ſeruus vſque in hodiernum diem: ſed ſi voluerit is, ego libertus Ieſu Chriſti, & exurgam in ipſo liber.

vt ſit à morte Chriſtianus,

e

& à deuoratione diſcipulus Chriſti,

f

& liber reſurrecturus:

14 Nunc diſco vinctus nihil mundanum cupere aut inane, *g* à Syriâ vſque ad Romam ipſam pugnans cum beſtiis, terra & mari, noctu & diu vinctus decem leopardis, qui ſunt cohors militaris: qui etiam ſi beneficio afficiantur, fiunt deteriores. In eorum verò iniuriis magis diſco. Vtinam fruar beſtiis mihi paratis, & opto, vt eæ mihi *h* paratæ inueniantur: quibus etiam blandiar, vt me protinùs deuorent, non ſicut quoſdam timore affectæ non tetigerunt. Quòd ſi eæ etiam inuitæ noluerint, at ego vi adigam. Ignoſcite mihi, ſcio quid meâ intereſt. Nunc incipio eſſe diſcipulus, vt Ieſum Chriſtum aſſequar. Ignis & crux, beſtiarum irruptiones, *i* diſſectiones, diuiſiones, amputatio membrorum, trituræ totius corporis, & diaboli tormenta ſuper me veniant, dummodò, Ieſum Chriſtum aſſequar. Nihil mihi proderunt mundi iucunditates, neque regna huius ſeculi. Melius eſt mihi mori in Chriſto Ieſu, quàm regnum obtinere vſque ad fines terræ. *k* Quid enim prodeſt homini, ſi totum mundum lucretur, & ſuæ animæ patiatur detrimentum? Illum quæro, qui pro nobis eſt mortuus.

g

h

ſpernit omnia tormenta,

i

& delicias ob Chriſtum,

k

15 Ignoſcite

A 15 Ignoſcite mihi, fratres: ne ſitis mihi impedimento, quò minùs viuam, neque me velitis mori. Sinite me puram lucem accipere. Cùm illuc enim venero, ero homo Dei. Permittite mihi, vt ſim imitator paſſionis Chriſti. Si quis ipſum in ſeipſo habet, intelligat, quod volo: & mei moueatur commiſeratione, cùm ſciat quæ me conſtringant. Princeps huius ſeculi me vult diripere, & corrumpere meam in Deum ſententiam. Nemo ergo ex iis, qui adſunt, ei opem ferat. Eſtote mei potiùs, hoc eſt, Dei. Ne loquamini Chriſtum Ieſum, mundum verò deſideretis. Ne habitet inter vos inuidia. Nec ſi ego quidem præſens vos rogem, parete mihi: iis autem parete potiùs, quæ ego ad vos ſcribo. Ex iis enim, quæ ſcribo ad vos, mori cupio. *l* Meus amor eſt cruci affixus, & non eſt in me *m* ignis amans mundanæ materiæ: aqua autem potiùs viua & in me loquens, quæ intus mihi dicit: Veni ad Patrem. Non delector nutrimento corruptionis, neque voluptatibus huius vitæ. Panem Dei volo, panem cæleſtem, panem vitæ, qui eſt caro Ieſu Chriſti filij Dei, qui poſteà natus eſt ex ſemine Dauid & Abraham: & potum Dei volo, eius ſanguinem, qui eſt caritas incorrupta, & vita perennis. Non ampliùs volo viuere ſicut ho-
B mines, hoc autem erit, ſi vos voluerit is. Velitis ergo, vt vos quoque Deus velit. Breuibus litteris peto à vobis: mihi credite. Ieſus verò Chriſtus vobis aperiet, qui eſt os non mendax, quòd vera dico petendo, vt conſequar. Non ſecundùm carnem ad vos ſcribo, ſed ſecundùm Dei ſententiam.

obteſtatur, ne impediant

deſiderium vitæ æternæ:

l m

16 Si paſſus fuero, mementote in oratione veſtrâ Eccleſiæ Syriæ, quæ pro me, paſtore Deo vtitur. Solus ipſam Ieſus Chriſtus viſitabit, eiuſque curam geret & veſtra caritas. Salutat vos meus ſpiritus, & caritas Eccleſiarum, quæ me ſuſceperunt in nomine Ieſu Chriſti, non tamquàm tranſeuntem. Etenim quæ ad me non attinebant in viâ, quæ eſt ſecundùm carnem, me deduxerunt in ciuitatem. Scribo autem hæc ad vos è Smyrnâ per Epheſios, qui digni ſunt, qui beati iudicentur. Eſt verò mecum cum multis aliis Crocus quoque, nomen deſiderabile eorum, qui mecum conuenerunt è Syriâ ad gloriam Dei. Hæc ad vos ſcripſi nono Cal. Septemb. Valete perpetuò Fratres in tolerantiâ Ieſu Chriſti, Amen.

commendat Eccleſiam Antiochenã.

a *De hac epiſtolâ egimus ſuprà § 6, & variè eam à diuerſis interpolatam monuimus, purioremq; editam ex antiquis MSS. Oxonia, ac deinde Amſtelodami.*

C b *Deſunt hæc verba de Epiſcopatu eius Antiocheno in vulgatis antè editionibus, à Græco, cùm prælegerentur in Eccleſiâ, honoris cauſsâ adiecta.*

c *Græcè χωρίν. Vetus interpres ab Vſſerio editus* in loco chori Romanorum: *quâ phraſi alibi vtitur S. Ignatius: alij hîc plurima addunt, ſed ferè interpolata.*

d *Alij* diuinos, *Græcè ἀξιόθια, hîc ἀξιοθίατα.*

e *Hanc ſententiam deſcripſit S. Irenæus, vt ſuprà dictum.*

f *Græcè κατέχριτος, alij legunt* ἐλάχιστος, minimus.

g *Hinc ediderunt Euſebius & S. Hieronymus loco ſuprà indicato.*

h *Græcè* ἕτοιμα; *Euſebius* σύντομα, veloces.

i *Hæ voces* dilectiones, diuiſiones, *deſunt Euſebio & veteri verſioni Latinæ.*

k *Deeſt hæc ſententia in vetere verſione: alij plura paſſim addunt.*

l *Sequentia citat S. Dionyſius de Diuinis nominibus, quæ ſuprà propugnauimus.*

m *Vetus verſio*: Ignis amans aquam, id eſt, refrigerium; ſed viuens & loquens eſt in me.

CAPVT V.

Iter Smyrnâ Romam. martyrium. Tranſlatio reliquiarum Româ Antiochiam.

a *In itinere confirmat Eccleſias: b c d*

17 SEd eſt hæc quidem epiſtola. *a* Ipſe autem paullò pòſt è Smyrnâ deductus à militibus: & cùm appuliſſet *b* Troadam & *c* Neapolim, tranſiit pedes per *d* Philippos & Macedoniam, eas quæ ſunt in viâ, inui-

ſens Eccleſias, & in eis docens; exhortans, diſſerens. Fratres, qui erant paullò ſimpliciores & imbecilliores, confirmans, & efficiens, vt omnes vigilarent & eſſent ſobrij. Cùm verò tranſiiſſet *e* Epirum, & mare tranſiniſiſſet Adriaticum & Tyrrhenum, appellit *f* Puteolos. Hoſpitio autem exceptus ſimul cum militibus ab iis, qui illic erant, fidelibus, cùm eos quoque valere iuſſiſſet in Domino, venit Romam, & ſiſtitur ante Præfectum Vrbis. Cùm is ergo Theophorum vidiſſet, & litteras accepiſſet Imperatorias, dies autem aduenſſet opportunus, quando erat dies feſtus & celebris Romanorum, ducit eum in medium theatrum, ſicut iubebat improbum edictum Imperatoris.

AVCTORE METAPHRASTE, EX MS. GRÆCO.

D *e f venit Romam.*

ducitur in theatrum:

18 Cùm ergo vniuerſa ciuitas ſederet in theatro, cum ardenti ſpiritu & oculis iam ſpectaculum amantibus, vtpote quòd iam fama vbique annuntiaſſet, Syriæ Epiſcopum cum feris eſſe pugnaturum; conuerſus ille ad populum, cum quodam generoſo & inflexibili animo, vt qui gloriaretur & ſibi placeret propter eam, quæ pro Chriſto ſuſcipi cernebatur, ignominiam; Viri, inquit, Romani, & præſentis huius certaminis ſpectatores: non hæc mihi fiunt, vt luam pœnas alicuius maleficij, aut ſceleratæ alicuius actionis, ſed vt Deum aſſequar: cuius quidem teneor deſiderio & quem cupio inſatiabiliter. Sum enim eius frumentum, & molor per dentes beſtiarum, vt fiam ei purus panis. Hæc
E dixit, & dimiſſi leones eum ſtatim dilacerarunt & deuorauerunt, à ſolis *g* aſperioribus illius oſſibus abſtinentes, eius re verâ impletis votis, vt beſtiæ eſſent eius ſepulchrum, & nihil reliquum eſſet eius corporis: vtpote quòd Deus pluris faceret famuli preces & amorem ferre vſque ad finem, quàm efficere, vt non tangeretur à leonibus, vt ſuo nomini tribueret gloriam.

populum alloquitur.

à leonibus deuoratur.

g

19 Poſtquàm autem hæc euenerunt & finem acceperunt; qui Romæ erant fideles, ad quos adhuc viuens, Diuinus ſcripſerat Ignatius, poſtquàm dimiſſum fuerat theatrum, conuenientes, cùm oſſa, id cupientibus manibus, ſuſtuliſſent, & ea honorificè ac reuerenter compoſuiſſent, ea depoſuerunt in loco inſigni extra Vrbem, viceſimo menſis Decembris. Hæc poſteà deportata ſunt in patriam Martyris Antiochiam: & quæ intercedunt ciuitates, duplicem accepêre benedictionem, & priùs, quando Martyr vinctus ducebatur Romam ex Antiochiâ, & nunc, quando cum præclaris tropæis illinc referebatur, tamquàm apes fauum, illum circumuolantes.

Oſſa Romæ ſepeliuntur.

Antiochiâ tranſferuntur.

20 Atque dicitur quidem, quòd poſt martyricam eius conſummationem, lugentibus illius priuationem iis, qui Romæ erant fideles, & nullam accipientibus doloris conſolationem, & vacantibus ſepulchralibus
F hymnis & vigiliis, ipſe in ſomnis apparens, & eos quaſi amplectens, qui ſcilicet ſe ipſos præbuerunt dignos illius conſuetudine, luctum eis effecit facilem & leniorem, & doloris ſedauit vehementiam. Alij rurſus dixerunt, ſe vidiſſe eum ſudore diffluentem, tamquàm qui nuper reſpiraſſet à laboribus decertationis, & precantem ſalutem ciuitati & omnibus fidelibus.

S. Ignatius Romanis apparet:

a *Alias tres epiſtolas etiam Smyrnâ ad* Trallianos, Magneſios & Epheſios *ſcripſit. Sunt* Trallis & Magneſia *vrbes Cariæ ad fluuium Mæandrum, qui non procul ab* Epheſo *in mare delabitur.*

Epiſtola Smyrnæ ſcripta,

b *Pars Phrygiæ minoris ad mare Ægæum* Troas *dicitur, cuius metropolis* Troas, *à celebri olim Troiâ, Ilio, non multùm diſtat. Troade ſcripſit* Ignatius *ad S.* Polycarpum, Smyrnæos, *& huius vicinos* Philadelphienſes, *Lydiæ ad Caiſtrum fluuium populos.* XII *Philadelphienſes Martyres cum S. Polycarpo Smyrnæ paſſos celebrauimus* 26 *Ianuarij.*

aliæ Troades.

c *Eſt hæc* Neapolis *in finibus Thraciæ & Macedoniæ vrbs maritima. Ita* SS. Paulus & Lucas *Actorum* 16 nauigantes à Troade recto curſu venerunt Samothraciam *inſulam & vrbem maris Ægæi*, & ſequenti die Neapolin, & inde Philippos, quæ eſt partis Macedoniæ vrbs.

Neapolis.

d Philippis *ſcripſit* Ignatius *ad* Antiochenos, S. Heronem, *&* Tarſenſes. *S. Parmenam, vnum ex* VII *Diaconis, Philippus martyrio coronatum celebrauimus* 23 *Ianuarij.*

Philippis epiſtola ſcripta.

AVCTORE METAPHRASTE EX MS. GRÆCO.

e *In MS. Medicæo* τὴν ἐν Ἐπιδάμνῳ Ἤπειρον. *In Latinis Actis:* Epirum, quæ est iuxta Epidamnum.

f *In MS. Græco:* Εἰς τὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ Ποτιόλας καταίρει. *ubi Roma pro Italiâ, siue Imperio Romano occidentali, ponitur. Sunt autem* Puteoli *vrbs maritima Campaniæ prope Neapolim in sinu Puteolano sitam.*

g τραχυτέρων ὀστῶν ἀποχέμενοι. *In Menæis:* καταλιπόντες τὰ πυκνότερα τῶν ὀστέων, reliquerunt crassiora eius ossa. *An cordi inscripta verba* Iesus Christus, *suprà disputatum.*

CAPVT VI

Testimonia PP. Persecutio mitigata.

21 HIc quidem fuit exitus Theophori: hæc sunt certamina: hi sunt *a* conspicui eius amores in Christum. Et fert testimonium Irenæus Lugdunensis Episcopus, vir magni faciendus, qui Theophori crebrò meminit. Quin etiam Polycarpus, qui Smyrnensi præerat Ecclesiæ, qui cum eo ventitabat ad Ioannem Euangelistam & Theologum; & cùm captiuus Romam duceretur Antiochiâ, eum, sicut diximus, salutauit, hæc alicubi scribens in suis epistolis: Rogo vos, Fratres, vt obediatis, & omnem exercitetis tolerantiâ, quam vidistis oculis, non solùm in BB. Ignatio, *b* Rufo & Zosimo, sed etiam in multis aliis ex vobis, & in ipso Paulo, & iis qui cum ipso crediderunt: quòd ij omnes non in vanum cucurrerunt, neque in vanum laborauerunt, sed in fide & iustitiâ, quæ est in Christo Iesu. Quamobrem sunt etiam in loco, qui eis debetur à Domino, cum quo passi sunt. Non enim præsens seculum dilexerunt, sed Christum, qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Sic ergo situs erat Diuinus Ignatius in sacris illorum animis: & cùm desideraſſet bestiarum ventres sibi sepulchrum efficere, in piorum virorum magis habitat animis.

a Deo testimonia SS. Irenæi & Polycarpi:

b

B

Eius mors Trajanum Christianis placat.

22 Imperator autem Traianus cùm de Theophoro hoc Ignatio posteà didicisset, & quàm fortiter peregisset hoc certamen martyrij, & quòd, vt ipse tulerat sententiam, à bestiis fuisset deuoratus, & multa etiam audiuisset *c* de Christianis, qui erant in regione, quòd scilicet nihil præter leges facerent, neque rem vllam agerent impiam; sed diluculò surgentes, & Christum adorarent tamquàm Dei filium, & omnem exercerêt abstinentiam in cibo & in potu sumendo, & nihil tangerent ex iis, quæ Lex prohibet; cùm ille, inquam, hęc audiuisset, & ductus est pœnitentiâ eorum, quæ facta fuerant, & dicitur tale decretum proposuisse, vt gens quidem Christianorum exquireretur & omnibus esset cognita; inuenti autem non interficerentur; sed neque magistratus gererent, neque susciperent vllam reipublicæ administrationem. Sic nō vita solùm Ignatij, sed iam mors etiam fuit multorum bonorum conciliatrix, gloriatio fidei, quæ est in Christo, augmentū pietatis, adhortatio ad eos, qui sunt ex Deo, labores, & contemptio eius vitæ, quæ est ad tempus, & continentia ab iis, quæ sunt noxia, & studium vitæ puritatis: Gratiâ & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cum quo Patri gloria & sancto & vitifico Spiritui nunc & semper & in secula seculorum, Amen. *d*

C

a *Græcè* πεφανεῖς ἔρωτες. *Gentiano* insani amores.

b *Colluntur* SS. Rufus & Zosimus *Philippis martyrium passi,* XVIII *Decembris. Lipomano* Rufinus *est, Græcè* Ῥοῦφος.

SS. Rufus & Zosimus.

c *Ex litteris potissimùm Plinij suprà datis, & in Vitâ Latinâ citatis.*

d *Quæ apud Lipomanum appendix annectebatur ex Euagrio, infrà dabitur.*

EPITOME VITÆ,

Ex Menæis & Anthologio Græcor.

MEmoria sancti Martyris Ignatij.
Proiceris esca, ô Ignati, leonibus:
Leo inualescis mysticâ pastus dape.

a Vicenâ Ignatium malæ absumpsêre leonum.

Fuit hic Apostolorum successor, & Ecclesiæ Antiochenæ secundus post Euodium constitutus Patriarcha, Ioannis Theologi, vnà cùm Polycarpo Ecclesiæ Smyrnensis Episcopo, discipulus. Adductus est autem ad Traianum Imperatorem contra Parthos proficiscentem, & multa cum eo collocutus, atque immutabilem suam in Christum fidem Imperatori professus, mox plumbeis pilis tunditur, & manibus expansis ignem suscipit, papyris oleo inunctis latera aduritur, ardentibus carbonibus imponitur, vngulis ferreis laceratur. His autem cùm superior euasisset, vinctus sub decem militum satellitio Romam mittitur, futurus bestiis cibus. Confirmatis igitur singularum vrbium Ecclesiis, quas præteribat, Romam perductus precabatur à bestiis deuorari, vt Deo, inquiebat, panis purus efficiar. Vnde productus in amphitheatrum à dimissis E contra se leonibus discerptus est: qui crassiora dumtaxat eius ossa dereliquerunt: quæ collecta Antiochiā reportata sunt. Hic autem erat beatus ille, quem adhuc paruulum, vt aiunt, tenuit Dominus, & sinu complexus dixit: Nisi quis se humiliauerit sicut paruulus hic, non intrabit in regnum cælorum &, Qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Ac propterea *b* Theophorus est appellatus. Hunc & sanctus Pater noster Ioannes Chrysostomus laudibus honorauit. Celebratur porrò eius conuentus in sanctissimâ magnâ Ecclesiâ.

a

Matth. 18. 3. & 4.

b

a *Vicenâ, seu viceſimâ, Decembris, quâ à Græcis S. Ignatium coli diximus.*

b *Tum Græcè* Θεόφορος *quasi passiuè sumitur; alibi ferè* Θεοφόρος *dicitur,* Deum ferens.

Elogium ex Martyrologijs Adonis, & Bedæ vulgati.

NAtalis S. Ignatij Episcopi & Martyris, qui tertius post Petrum Apostolum Antiochenam rexit Ecclesiam: qui persecutione Traiani dānatus ad bestias Romam vinctus mittitur. Vbi *a* præsente Traiano, circumsedente Senatu, pilis plumbeis F scapulæ eius primùm contusæ, deinde vngulis latera eius dilaniata, & lapidibus asperis confricata: pòst expansæ manus eius & igni tepletæ; papyro oleo infuso & incenso latera eius adusta. Post super carbones pauimento aspersos, vbi sanctæ plantæ illius stetetunt, post lectum flammantem, post dorsum eius vngulis discissum, & dilacetatum, *b* post acetum & salē quibus plagæ eius perfusæ, post vinculis ferreis beata membra illius adstricta, & pedes eius in ima carceris ligno conclusos, vbi tribus diebus ac noctibus panem non comedens, & aquam non bibens mansit; sedente Traiano pro tribunali in amphitheatro, concurrente omni turbâ Romanorum, ligatus duobus obijcitur leonibus. Cumque iam proiectus bestias rugientes audiret, ardore patiendi ait: Viri Romani, qui hoc certamen spectatis, non sine causâ laboraui, non propter prauitatem hæc patiòr, sed propter pietatem: frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. Hæc illo dicente, adcurrerunt ad eum leones, & ex vtraque parte super eum incidentes præfo-

a

b

præfocauerunt eum tantummodò, & non tetigerunt
A carnes eius, a vt reliquiæ eius tuitio esſent Romanorũ,
c & magnæ vrbis, in quâ Petrus crucifixus eſt, Paulus
d decollatus, d Oneſimus lapidatus. Paſſus eſt vndecimo Traiani anno, conſulatu Attici & Marcelli Kallend. Febr. Reliquiæ corporis eius à fratribus, qui eum vſque ad martyrium deduxerant, Antiochiam relatæ iacent extra portam Daphniticam in cœmiterio Eccleſiæ XVI Kalendas Ianuarij delatæ.

a *Hæc in Actis ſequentibus deducuntur.*
b *Ado:* poſt acto & ſalc plagas eius perfuſas.
c *Reliqua deſunt Bedæ.*
8. Oneſimus. d S. Onesimus *Epheſiorum Epiſcopus colitur 16 Februarij. Hic cum Epiſcopis Polybio Trallıano & Damâ Magneſio Smyrnam ad S. Polycarpum venit.*

VITA ALIA.

Ex vetuſtiſſimis MSS. Latinis.

CAPVT I.

Epiſcopatus S. Ignatij. Traianus Imperator reprehenſus.

1 VM Traianus Romanorum ſuſcepiſſet Imperium, Ignatius diſcipulus Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, vir in omnibus Apoſtolicus, ſecundus poſt Apoſtolos factus, qui poſt Euodium ſuſcepit Eccleſiam Antiochenam gubernandam, quæ a olim à tempeſtatibus & perſecutionibus exagitabatur; tanquàm bonus Paſtor atque gubernator omnes infeſtationes ſuis orationibus repellebat: & ieiuniis atque doctrinâ aſſiduâ & labore ſpirituali incumbentem tempeſtatem ſuâ virtute auertebat; timens ne aliquem puſillanimum aut infirmum amitteret. Denique lætabatur de Eccleſiæ immobilitate, cũ quieſceret paululùm à perſecutione. Conſiderabat autem apud ſemetipſum, quòd numquàm poſſet ad dilectionem Chriſti in plenum pertingere; neque perfectum ordinem doctrinæ obtinere, niſi per martyrij factam confeſſionem Domino appropinquaret. Vnde & paucis annis permanens in Eccleſiâ lucerna Deifica, ſingulorum corda illuminare per Scripturarum expoſitionẽ, precibus aſſiduis meruit.

S Ignatius Epiſcopus, ſuccedit S. Euodio:

2 Poſteà verò b nono anno regni Traiani, c remeante ea de victoriâ Scytharum & Dacûm, & d diuerſarum gentium, & putante quòd poſſet ſuum Imperium amittere, niſi Chriſtianorum piiſſimum cultum ad idololatriam inclinaret. Cùm ergo vniuerſis gentibus perſecutionem comminaretur, omnes Dei cultores aut ſacrificare, aut certè mori compellebat. Tunc igitur timens pro Eccleſiâ Antiochenorum fortiſſimus Chriſti miles, vltrò perrexit ad Traianum tranſeuntem in illo e tempore per Antiochiam, & feſtinantem ad f Armeniam, & Parthos. Cumque in faciem Regis Traiani aſtitiſſet, Traianus dixit: Quis es tu, cacodæmon, qui noſtra præcepta feſtinas tranſgredi, & aliis perſuades vt malè pereant? Ignatius dixit: Nemo Theophorum cacodæmonem vocat. Longè enim recedũt à ſeruis Dei dæmonia. Scio quidem, quia eis moleſtus ſum: propterea me malè cacodæmonem vocaſti. Confiteor enim me Chriſtum Regem habere cæleſtem, & diſſoluo eorum conſilia. Traianus dixit: Et quis eſt Theophorus? Ignatius dixit: Qui Chriſtum habet in pectore. Traianus dixit: Et nos non tibi videmur habere deos in pectore, quos habemus auxiliatores contra hoſtes? Ignatius dixit: Et dæmonia gentiũ Deos exiſtimas? Erras. Vnus eſt enim Deus, qui fecit cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis ſunt, & vnigenitus Ieſus Chriſtus filius eius, cuius amicitiam

b c d Traianum Imperatorem
e f Arguit,

acquiſui. Traianus dixit: Crucifixum dicis à Pontio Pilato? Ignatius dixit: Illum dico, qui crucifixit peccatum & inuentorem eius, g & illum qui non iuſtificat idolorum ſeruitutem, ſed qui in corde ſuo hunc ſapit. Traianus dixit: Tu ergò in teipſo Chriſtum geſtas? Ignatius dixit: Vtique; ſcriptum eſt enim: Habitabo in eis, & inambulabo.

AVCTORE ANONYMO. Ex MSS. LATINIS.
D
g 2. Corint. 6.16

a *Videtur indicari mota à Domitiano perſecutio anno Imperij 13 Chriſti 94: de eâ ſuprà actum* § 3.
b *Is eſt annus Chriſti 106. Reliqua antè diſcuſſimus.*
c *Anno 104, Dacia prouincia facta anno 103.*
d *Addit Euſebius,* Iberos, Sauromatas, Oſroënos, Arabas, Boſporanos, Colchos in fidem acceptos.
e *Anno 10 Imperij, Chriſti 107. quo Dio lib. 68 tradit Antiochiam eum veniſſe.*
f *Dio,* Bellum, *inquit,* intulit Armeniis, Parthiſque, propterea quòd, vt ipſe dicebat, Rex Armeniorum non abſtet; ſed à Rege Parthorum diadema ſuſcepiſſet; ſed reuerà id bellum ſuſcepit, adductus gloriæ cupiditate.
g *MS. Burgundicum:* & illorum. *forte legendum* diabolum, *vt Acta Græca habent.*

CAPVT a II. *ſeu potiùs IV.* b

Condemnatio ad mortem. Iter Antiochiâ Romam.

3 TRaianus dixit: Ignatium cenſui dicentem in ſe ipſo continere Crucifixum, vinctum à militibus perduci ad magnam vrbem Romam, eſcam beſtiis pro b auocatione populi. Hanc ſententiam audiens ſanctus Martyr Ignatius, cum gaudio c exclamauit dicens: Gratias tibi ago, Domine, quoniam perfectè me honoraſti in tuâ dilectione, & dignum me feciſti cum Apoſtolo tuo Paulo vinculis ferreis alligari. Hæc dicens, & cum lætitiâ ſuſcipiens vincula, & orans primò pro Eccleſiâ, & eam cùm lacrymis commendãs Domino, ſicut aries magnus, boni gregis dux, à ferociſſimis militibus ducebatur crudeliſſimus manibus Romam, beſtiis ad comeſtionem. Fuerunt autẽ cuſtodientes eum Traiani perſecutores, numero decem, immanſueti quidem, & beſtiarũ mores habentes. Et quamquàm quotidie beneficiis augerẽtur à Fratribus, nihil horum mitigabat eorũ iracundiam; ſed crudelibus oculis & manibus affligebant Sanctum; ſicut & ipſe in d epiſtolâ teſtatur dicens: A Syriâ vſque ad Romam cum beſt is depugno, ſuper terram & mare, vinctus cum decem leopardis, quod eſt militaris cuſtodia, quibus cùm benefactum fuerit, peiores fiunt.

E
b adiudicatur beſtiis,
c
ligatus à x militibus abducitur:
d
F

4 Tollentes igitur B. Ignatium milites peruenerunt ad Seleuciam: vnde & nauigare habuerunt. Et reſpiciens S. Ignatius poſt multum laborem ad Smyrnæorum ciuitatem, cum multo gaudio deſcendens de naui feſtinabat S. Polycarpum Smyrnæorum Epiſcopum e coadiutorem ſuum videre: fuerunt autem ambo diſcipuli S. Ioannis Apoſtoli. Ad quem adductus & ſpiritaliter communicans & congaudens, & vinculis eius coëxultans, rogat eum adiicere ad propoſitum ſuum. Magis autem communiter rogabat eum omnis Eccleſia per S. Polycarpum Epiſcopum, & per ſanctos Preſbyteros & Diaconos (ſed & omnes Eccleſiæ Aſiæ feſtinabant ad eum) vt participarentur de benedictione eius ſpirituali: maximè autem & S. Polycarpum Epiſcopum hortabantur, vt eum animaret: vt conſummatus à beſtiis, inuiſibilis mundo effectus, præſentarẽtur obtutibus Chriſti.

Seleuciâ nauigat Smyrnam,
e Inuiſitur à S. Polycarpo,

5 Et exinde proficiſcens, f Troiæ appropinquauit. Adductus autem Neapolim, per Philippos tranſiuit Macedoniam pedibus: & Epirum, quæ eſt iuxta g Epidamnum ſecus mare, atque exinde nauim conſcendens, nauigauit per Adriaticum pelagus. Et cùm inde aſcenderet ad h Tyrannicum, & tranſiret inſulas & ciuitates, oſtenſum eſt i S. Potiolo Epiſcopo quòd ipſe tranſiturus eſſet, & obuiam ei exiens, feſtinabat ſequi veſtigia

f
g
trâſit Macedoniam.
h
i

AVCTORE ANONYMO, EX MSS. LATINIS.

vestigia eius, tamquàm Apostoli Pauli, & non potuit sequi, spiritu nauis proræ incumbente. Et beatificans in eo loco fratrem suum in dilectione, ita nauigauit. Denique vnâ die & eâ nocte prosperis ventis vli perueuerunt ad vrbem Romam.

nauigat Romam

a *Proponenda esse capita 3 & 4 ob colloquium Antiochia, non Roma, factum monuimus* §. 1.
b *MS. Burgund.* pro aduocatione.
c *MSS. Louiense & alia:* exultauit.
d Ad Romanos *suprà relatâ.*
e *Quadam MSS.* Coadiutorem.
f *De* Troiâ, Neapoli & Philippis *antè actum.*
g *Alia MSS.* Epidamnium & Epidamniam: *à Romanis omissâ causâ, ne* in damnum ire *viderentur,* Dyrrachium *appellatum. Hinc epistolam* S. Ignatij ad Philippenses *scriptam censent nonnulli, eò hunc in aliquibus codicibus MSS. repertum titulum:* Ad Philippenses de baptismo, scripta de Endanno per Euphanium Lectorem: *quasi pro* Endanno *legendum* Epidamnum. *Alij hæc verba S. Ignatij opponunt:* Transmisi vobis hasce meas litteras per Euphanium Lectorem, virum honoratissimum ac fidelissimum, nactus eum circa Rhegium iam nauigium conscendentem. *Vbi alij legunt* circa regionem, *Græcè* περὶ ῥηγίονα, *an corruptè? Halloix corrigit,* πρὸς Ῥήγιον *Est autem Rhegium vrbs maritima Italiæ in agro Brutiorum. Ita* S. Paulus *Actorum cap.* 28 *vinctus nauigauit* Syracusis Rhegium, *inde* Puteolos, *ac tandem* Romam.

Epidamnum.

Rhegium.

h *Ita MSS. corrigendum* Tyrrhenum.
i *MSS. alia* Pontiolo, & Potriolo. *Legendum potius* Puteolono: *nam* Puteolis *eum fuisse constat ex priore Vitâ.*

CAPVT III *seu potiùs* II.

Fides Christi defensa. Dignitates & tormenta spreta.

6 a ET nuntiauerunt Imperatori de aduentu eius, & iussit Imperator adduci eum præsente Senatu, & dixit ei: Ignati, ob quam caussam rebellare fecisti Antiochenorum ciuitatem, & omnem Syriam conuerti de paganismo ad Christianitatem? Ignatius dixit: Atque vtinam, ô Rex, & te potuissem, sicuti & illos, auertere ab idololatriâ, & introducere ad Deum omnium Christum & constituere tibi fortissimum Principatum. Tunc Imperator ait: Si vis mihi gratiam dare, & inter meos amicos connumerari, deponens hanc sententiam, sacrifica diis, & eris princeps sacerdotum magni Dei Iouis, & b mecũ regnabis. Ignatius dixit: eas gratias oportet præsentare, quæ non lædunt animam; non eas quæ perducunt ad perpetuam damnationem: istas verò, quas promittis dare promissiones, in nihilo dignas existimo, neque diis tuis sacrifico; neq; Iouem, quis sit, scio; neque huius mundi regnũ attrahit me. Quid enim prodest mihi, si totũ mundum lucrer & animam meam perdam?

Spernit amicitiam & dignitatem oblatam:

7 Traianus dixit: c Videbaris mihi sensatus esse vel sapiens, & non insulsus, & propterea promissa mea d annullas: vnde non solum inobediens es, sed & ingratus, & non consentiens Senatusconsulto, sacrificare diis. Ignatius dixit: e Facito tu, ô Rex, quod tibi videtur, ego autem diis non sacrifico. Nam neque ignis, neque crux, neque ira bestiarum, neque dissipatio membrorum persuadent mihi separari à Deo viuo. Non enim præsens seculum diligo; sed eum qui pro me mortuus est Christum, & qui à Deo resuscitatus est. Senatus dixit: Nos nouimus, quoniam dij immortales sunt, tu quomodò dicis: Quia Christus mortuus est? Ignatius dixit: Meus Dominus propter aliquam dispensationem mortuus est, & post diem tertium resurrexit: vestri autem dij mortui sunt tamquàm mortales, & non resurrexerunt; quod manifestum est, quia Iupiter apud Cretam mortuus est: Asclepius verò in f Cithærone monte, g fulmine percussus est: Venus autem in b Papho cũ venatore sepulta est: Hercules igne consumptus est in i Tyro. Talibus igitur vltionibus digni habiti sunt dij vestri, qui fuerunt periuri, & malorum factores, & hominum corruptores. Noster autem Christus & crucifixus est & mortuus; sed ostendit virtutem suam resurgens à mortuis: & in inuriantes se, sicut in vos, vlciscens: vestri autem dij à nostro Deo sententiam acceperunt, sicut operarij malitiæ. Noster verò Deus ab hominibus nequissimis, qui non potuerunt sufferre eius mandata, & quibus omnia beneficia impenderat, passus est: & ipsi ei ingrati extiterunt.

Deos Romanorum periisse:

ostendit Christum viuere,

8 Traianus dixit: Ego moneo te, vt declines mortem, & ad vitam decurras. Ignatius dixit: Benè dixisti, ô Rex, vt fugiam perpetuam mortem, & vitam sempiternam acquiram. Traianus dixit: Quare? quantæ sunt mortes? Ignatius dixit: Duæ: vna quidem temporalis, alia verò æterna: similiter autem & duæ vitæ sunt; vna quidem modici temporis, altera verò sempiterna. Traianus dixit: Sacrifica diis, vt tormenta declines: quod est aptum tuæ senectuti. Ignatius dixit: Quibus diis sacrificem? ex quibus vnus, id est, Mars tredecim mẽses propter adulterium in k dolio vinculis damnatus est: alius verò qui sibi diuinitatem assignare vsurpauerat, à muliere vinctus est, quam à Tiranis rapuerat, quæ eũ ex masculo fœminam fecerat. Nam & l Laomedonti muros ædificauit, & mercede priuatus est, qui hominum & mulierum opera imitabatur. Ergo nõ confunderis deos dicere maleficos & m corruptores puerorum, & adulteros, qui per maleficia in draconem & taurum seipsos transfigurabant, non ad aliquid boni, sed vt alienas nuptas adulterarent, quos te oportebat abicere, non etiam adorare? Ecce quos deprecantur vestræ mulieres, vt pudicitiam vobis conseruent? Traianus dixit: Ego tecum reus factus sum, qui tantos deos blasphemas, qui nihil te nocuerunt. Ignatius dixit: Dixi tibi & olim, quoniam paratus sum omnia tormenta & omnem mortem subire, quia festino ad Deum.

docet duplicem vitam & mortem,

obiicit deorũ nequitiam:

9 Traianus dixit: Nisi protinus sacrificaueris, iam non parcam tibi. Ignatius dixit: Nec desidero, vt mihi parcas: neque quòd imperas faciam. Traianus dixit: Pilis plumbeis scapulas eius contundite. Ignatius dixit: Magis mihi excitasti in Deum desiderium. Traianus dixit: Vngulis latera eius dilaniate, & lapidibus asperis confricate. Ignatius dixit: Magis magisque sensus meus extenditur ad Deum, & de quibus patior, verbum non facio. Traianus dixit: Sacrifica diis; nam ista præsumptio non te iuuabit. Ignatius dixit: Quibus diis? forsitan Ægyptiorum iubes me sacrificare boui, aut hirco, ibidi, aut simiæ, aut aspidi venenosæ, lupo, cani, aut crocodilo, igni, aut aquæ marinæ, aut terræ, aut Cereri, aut Plutoni, vel Mercurio furi? Traianus dixit: Dixi, quia ista multiloquia non te iuuabunt; sed sacrifica diis, si vis salutem consequi. Ignatius dixit: Dixi tibi, quia non sacrifico: neque discedo ab vno solo Deo, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt: qui habet potestatẽ omnis carnis: Deo spirituum, & Rege omnium sensibilium & intelligibilium. Traianus dixit: Et quis te prohibuit, si quidem est, & illum Deum colere, & istos honorare, quos communiter omnes confitemur? Ignatius dixit: Natura & intellectus, quando fuerint munda, non commiscent veritati mendacium, & luci tenebras, & dulci amarum. Quis enim non intelligat hæc? Aut quis consensus Christo cum Belial? Aut quæ participatio fideli cum infideli? aut qui consensus templo Dei cum idolis?

contemnit tormenta

irridet deos Ægyptiorum,

prædicat Deum verum,

vnà cum dijs falsis non colendum:

10 Traianus dixit: Expandite manus eius, & replete eas igni. Ignatius dixit: Neque ignis incensus, neq; bestiarum morsus, neque dissipatio membrorum, neque confractio ossium, neque dilaniatio totius corporis, neque diaboli infestatio poterit me separare à caritate Christi. Traianus dixit: n Papyrum in oleũ infundite; incendentes, latera eius adurite. Ignatius dixit. Videris mihi, ô Rex, aberrare, quia Deus, qui est in me, vita est; qui virtutem mihi præstat, & confortat animam meam, vt possim sufferre tua tormenta. Traianus dixit:

cuius amore

varia supplicia tormenta,

Axit: Ferreus es, & duriſſimus, & plumbeus, vt tanta tormenta ſuſtineas: ſed ſacrifica diis, ne hæc patiaris. Ignatius dixit: Non quaſi non ſentiens tua tormenta, ô Rex, ſed ſpes Dei, quæ in me eſt futurorum bonorũ, releuat meos dolores. Quapropter neque ignis ardens, neque aqua bulliens poteſt extinguere meam in Deo dilectionem. Traianus dixit: Afferte ignem, & expergentes in pauimento carbones, ſtare facite Ignatium ſuper eos, vt vel ſic credat, & mihi conſentiat, & diis ſacrificet. Ignatius dixit: Combuſtio ignis tui commemorationem mihi facit veriſſimi ignis: iſte autem temporalis nihil eſt. Traianus dixit: Arbitror hoc maleficiorum eſſe, quòd ſic tormenta contemnit, & non cedit nobis, in tantis quæ á nobis pertulit. Ignatius dixit: Qui à dæmonibus diſcedunt, tamquàm ab apoſtatis Dei, & idola execrantur, quomodò malefici eſſe poſſint, edicito. Vos enim magij eſtis, qui idola colitis & talibus maledictionibus ſubiacetis. In noſtrâ autem lege poſitum eſt, vt maleficos viuere non permittamus, neque incantatores aut augures, ſed & omnũ illorum, qui talia opera gerunt, libros incendere conſueuimus: quos & audire execramur. Propter quod non ſum ego maleficus; ſed vos qui dæmonia adoraB tis. Traianus dixit: Per deos iuro, ô Ignati, laborabam tecum, vt liberari poſſes, ſed iam tormentis te afficiã, donec ſubiiciaris præceptionibus noſtris. Ignatius dixit: Noli laborare, ô Rex, ſed ſi vis, igni me contrade, aut gladio me concide, aut in mari me mitte, aut beſtiis trade; vt credas quia nihil horum periculoſum eſt propter Dei amorem.

maleficiũ obiectum retorquet in idololatras,

a *Habitam Antiochiæ hanc quæſtionem ſapiùs diximus.*
b *In alterâ Vitâ:* & Patrem nominabo Senatus.
c *Ibidem:* Videris recto carere iudicio & ſanâ mente.
d *MS. Burgund.* adnihilas e *Alia MSS.* fac citò.
f *MS. Audon.* Citbero. *Eſt* Citheron *mons Boetiæ.*
g *De* Aſculapio fulmine icto *agit Virgilius lib.* 7 *Æneid.*
h *Vrbe Cypri.*
i *Imò in Oetâ monte Theſſaliæ: hinc Herculis Oetæi tragœdia apud Senecam. At* Tyrium *etiam dici* Herculem *obſeruat Arnobius lib.* 1 *contra Gentes, qui ſimili modo deos Gentilium explodit.*
k *Imò reti ferreo. Hinc Ouidius lib.* 2 *de arte:* Mulciberi capti Marſque Venuſque dolis.
l *Regi troiano, cui ſuæ vrbis mœnia readificauit Neptunus.*
m *Traianum mirè segnitiæ infamem fuiſſe tradit ex Dione Baronius ann.* 100 *num.* 13.
n Papyro oleo infuſo & incenſo aduſta latera *tradunt Ado & Beda.*

CAPVT IV *ſeu potiùs* III.

Vita & lex Chriſtianorum ſancta: Gentilium ſpurca. deſiderium martyrij.

Docet Chriſtianos pati ſpe vitæ æternæ,

11 TRaianus dixit: Quæ eſt iſta ſpes, quam exſpectas, ô Ignati, pro quâ tanta pateris, vel tormenta ſuſtines; non habeo ſcire. Ignatius dixit: Qui ignoC rant Deum, qui eſt ſuper omnia, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & quæ præparata ſunt piis hominibus bona, ipſi neſciunt, quia *a* ex ipſo ſolo eſt principium omnium rationabilium & irrationabilium. Nos verò, qui ſcientiam habemus pietatis, nouimus: quia, cùm iſtâ vitâ caruerimus, reſurgentes ſempiternam vitam habebimus in Chriſto, quæ non amittitur, neque ſucceſſionem habet; à quâ diſcedit dolor & triſtitia & gemitus. Diuinitatem enim veri Dei, & vnigeniti eius Filij ſecundùm carnẽ conuerſationem Moyſes conſequenter prædicans, veram etiam noſtram religionem futuram eſſe oſtendit. Quem enim noſtrũm cognouiſti bellum meditari, & non potiùs ſubiectos eſſe Principibus, vbi non eſt periculoſa ſubiectio, ſed tantùm in amicitiis pacificè omnibus reddentes debita; cui tributum, tributum, cui timorem, timorem, cui vectigal vectigal; cui honorem, honorem: feſtinantes nulli aliquid debere niſi tantùm inuicem diligere? Docti enim ſumus à Domino noſtro non ſolùm proximum diligere, ſed & inimico benefacere & odientes nos amare, & orare pro inimicis, & perſequentibus nos. Quis enim præcepto tuo in Chriſtianitate non obediuit, ex quo eſſe cœpit, dicito: aut ſi aliquid noui contigit circa Romanorum Imperium, & non potiùs multorum regnum ad vnius deductum eſt Principatũ? Nam Auguſtus *b* pro auus tuus, quoaduſque Chriſtus de Virgine naſceretur, nobis ſolummodò, non omni mũdo regnauit? *c* Ex quo verò factus eſt primò Deus homo, tenens idem Auguſtus Romanorum Imperium, totius orbis monachiam, habuit, quomodò nullus ante eum: cui omnes gentes ſubditæ erant. Et primò fuit commixtio gentium; & odium contra inuicem nondum fuerat ſolutum, niſi ex Saluatoris noſtri aduentu.

Avctore Anonymo, Ex MSS. Latinis.

a

b

c

12 Senatus dixit: Vtique hæc omnia ſic ſe habent, quomodò dixiſti, Ignati, ſed illud indignamur, quia ille deorum noſtrorum culturam diſſoluit. Ignatius dixit: Et quid incongruum fecit, ô ſplendidiſſima prudentia, ſi ea quæ irrationabilia erant gentium, correxit Romanorum Imperium, quod noſtri ſermones *d* Virgam ferream vocant? Sic & tyranniços ſpiritus nequiE tiæ ab hominibus abegit, vnum & ſolum annuntians ſuper omnia Deum; & non hoc ſolùm, ſed & amara eorum ſeruitia immutauit, qui fuerant ſanguibibuli & immiſericordes; qui ſic mortem liberis veſtris immittebant: non quaſi in gentibus bellis vos contaminarent; ſed cogebant vos atque mulieres veſtras nudas ſpectari, quemadmodum in captiuitate pompam exhibentes: ſanguinibus terram maculabant, & communem aërem immunditiis pollnentes. Interrogate Scythas, ſi non homines Dianæ immolabant. Omnino vos negatis, erubeſcentes Saturno immolatam fuiſſe Virginem. Græci quoque gloriantur in tali humano ſacrificio, à barbaris accipientes hoc malum.

Lege Chriſti

d

E

aboleri ſacrificia ſpurca & crudelia.

13 Traianus dixit: Per deos, Ignati, quia expaueſco tuam doctrinam, ſed tamen non laudo religionem. Ignatius dixit: Et quid intellexiſti in ſanctâ religione noſtrâ. Traianus dixit: Quia Dominum Solem non adoratis, neque cęlum, neque terram, neque ſacram Lunam, quæ omnia nutrit. Ignatius dixit: Et quis poterit adorare ſolem iſtum figuratum, ſenſibilem, occidentẽ atque orientem, & iterum ex igne percipientem amiſſum calorem, eclipſim patientem, qui non poteſt mutare ſuum ordinem à ſententiâ illius, qui ei imperat explere curſum ſuum? Cælum quomodò eſt adorandum, quod nubibus operitur? quod ſicut pellem extendit opifex, & ſicut cameram confixit, & ſicut cuppam collocauit? lunam verè creſcentem atque minuẽF tem, & ſicut conſumptibilem atque paſſionibus ſubiacentem, quis adorabit? Sed ſi propterea ea adorari oportet, quòd ſplendidam lucem habent; ergo non eſt omnino vera ratio vt adorentur, quia ad lucendum hominibus & non ad adorandum data ſunt; & maturare atque calefacere fructus inſtituta, ſplendidum facere diem, illuminare noctem. & ſtellæ cæli in ſigna ordinatæ ſunt & in tempora, ac ſolſtitia; & pro conſolatione nauigantium. Nihil itaque horum, adorandũ eſt; neque aqua Neptunus vocetur, neque ignis Vulcanus, neque aër Iuno, neque terra Proſerpina, neque fructus Ceres. Omnia hæc ad vſum noſtrum facta ſunt: tamen corruptibilia ſunt & exanima.

non adorãdos deos, Solem,

F

cælum,

lunam,

elementa, fructus

14 Traianus dixit: Non benè dixiſti in initio, quoniam prohibuiſti adorare Orientem & deos. Ignatius dixit: Propterea indignaris, ô Rex, quia quæ non ſunt adoranda, monemus non coli, ſed Deum viuum verum, factorem cæli & terræ, & vnigenitum eius filiũ. Sola eſt hæc vera agnitio fortiſſima: per quam confitemur ſancta & ſpiritualia dogmata eius, quæ in nobis redundat, doctrinæ. Illa autem paganitatis *e* Deopo-

veram ſcientiam in cultu vnius Dei,

e

& obedire Principibus:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS. LATINIS

litia, ad bonum ineonuertibilis, inſtabilis conſiſtens, in nullâ firmitate ſtans, incorripiens eruditio, ſeductrix, quomodò non eſt omni falſiloquio repleta, quæ nunc dicit duodecim eſſe per omnia & in omnibus A Deos, iterum autem plurimos accipiens?

15 Traianus dixit: Iam non ſuffero tuam elationem: peſſimè enim nos prouocas, neſcio, quibus irrationabilibus verbis vincere nos volens. Sacrifica ergo: ſufficit enim tibi quod rhetoricè diſputaſti aduerſum nos. Si autem nolueris, iterum te tormentis afficiam; & ſic te poſteà beſtiis tradam. Ignatius dixit: Ex quo minaris, & non comples, quæ promittis? Chriſtianus ſum, & non ſacrifico nequiſſimis dæmonibus, ſed adoro verum Deum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, illuminantem me luce ſcientiæ, qui aperuit oculos meos ad intelligendum mirabilia eius, hunc colo & honoro: ipſe enim eſt Deus & Dominus & Rex & ſolus potens. Traianus dixit: Lecto flammeo te *f* cruciabo, ſi non pœnituerit. Ignatius dixit: Bonum enim eſt, ô Rex, à malis pœniteri, & ad meliora concurrere oportet, & non ad peiora. Nihil enim melius eſt pietate. Traianus dixit: Dorſum eius vngulis dilaniate, dicentes ei: Conſenti Imperatori, & ſacrifica B diis ſecundùm decretum *g* Senatorum. Ignatius dixit: Ego decretum Dei timeo, qui dixit: Non erunt tibi dij alij, præter me, & qui ſacrificauerit diis alienis peribit. Senatum verò & Regem iniqua monentem non audio. Non enim accipies, inquit Lex, perſonam Potentis: &, Noli multus eſſe in malitiâ. Traianus dixit: Aceto & ſale perfundite plagas eius. Ignatius dixit: Omnia quæ mihi pro Dei confeſſione acciderint, ſcio quia merces bonorum mihi augetur. Non enim ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Traianus dixit: Parce tibi iam homo; & acquieſce imperantibus tibi: nam peiora tibi adinueniam tormenta. Ignatius dixit: Et quis nos ſeparabit à caritate Dei? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an periculum, an gladius? Confido enim quia neque vita, neque mors poterit ſeparare à pietate confidentem in virtute Chriſti.

16 Traianus dixit *h* Senatui: Putat quia me poteſt vincere tolerantiâ iſtâ. Tolerabile enim animal eſt homo. Ignatius dixit: *i* Non puto, ſed credo, quia vici & vinco, vt cognoſcas quantum ſit inter pietatem & impietatem. Traianus dixit: Tollite eum & imponite ei ferrea vincula, & in ligno pedes eius concludite, & *k* cuſtodite eum in imo carceris, & nemo eum neque per foramen videat, & *k* tribus diebus ac noctibus panem C non comedat, neque aquam bibat: & poſt triduum beſtiis traditus, ſic vitâ careat. Senatus dixit: Et nos conſentanei ſumus huius ſententiæ: omnes enim nos iniuriauit cùm Imperatore, non conſentiens ſacrificare diis, ſed eſſe ſe Chriſtianum confirmans. Ignatius dixit: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui multâ ſuâ beneuolentiâ dignatus eſt me paſſionibus Chriſti communicare, & Martyrem verum Deitatis eius eſſe, & fidelem præconem.

minùs tormentorum auctis,

profitetur fidē Chriſti,

f

g eiuſdem mādata: Deuteron. 8 19 ibid. 16. 19

b

i

adiudicatur ieiunio triduano:

k

a *MS. Burgund.* quia ipſe eſt principium.

b *Id eſt, prædeceſſor in Imperio. Hæc interpolata eſſe, diſſenſio MSS. innuit.*

c *MS. Burgund. hæc ita refert*: Ex quo Deus noſter de Virgine natus eſt, & factus eſt primò Deus Verbum & homo, nobis ſolummodò non omni ſeculo regnauit omnibus quinquaginta annis & ſeptem menſibus, & aliis ſeptem tenens Romanum Imperium & monarchiam habuit.

d *Daniel.* 2. *v.* 40. Regnum quartum velut ferrum, quomodò ferrum comminuit & domat omnia, ſic comminuet & conteret omnia hæc, *alia regna. Ipſe autem dominatus regni quatti, quod eſt Imperium Romanum, per virgam, ſeu ſceptrum, indicatur: ita Pſalmo 2 v 9 dicitur*: Reges eos in virgâ ferreâ. & *Pſal.* 109 *v.* 2: Virgam virtutis emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum.

Virga ferrea, Imperium Rom.

e *MS. Lobienſe* polydicia, *fortè* πολυθεΐα *Deorum multitudo.*

f *Idem MS.* trucidabo: *Apud Bedam & Adonem puſſus dicitur* lectū flammantem: *ſilent Menæa, quaſi tantùm minæ fuiſſent.*

g *MS. Lob.* Imperatoris. D

h *MS. Audomar.* ſanè tui putant, quia *&c.*

i *MSS. aliqua interponunt*: Senatus putat, quia me potes.

k *Vita prior meminit vnius noctis. Ex eâ huc referendum decretum mittendi S. Ignatium Romam.*

CAPVT V.

Martyrium. Sepultura. Teſtimonia aliorum.

17 a TErtiâ autem die Traianus conuocans omnem Senatum & Præfectum, iuſſit conuenire ad amphitheatrum, & concurrit omnis turba Romanorum; audierant enim, quia Epiſcopus Syriæ, cùm beſtiis habebat pugnare: & ſedens pro tribunali, iuſſit adduci S. Ignatium. At vbi vidit eum, dixit ei: Ego miror quomodò viuis poſt tanta tormenta & famem: ſed vel nunc mihi conſenti, vt & de adiacentibus malis libereris, & nos de triſtitiâ *b* amici liberes. Ignatius dixit: Videris mihi figuram habere humanam, mores autem vulpis, blandientis quidem caudâ, mala autem in animo cogitantis; verba humanitatis confingens, & volens nihil ſanum eſſe. Audi ergo iam cum iracundiâ, quia non eſt mihi ratio mortalis & temporalis vitæ E proprer Ieſum, quem deſidero: vadam ad eum: panis enim eſt immortalitatis, & poculum vitæ æternæ. Omnis ipſius ſum, & ad ipſum extendo mentem meam; & deſpicio tormenta tua, & gloriam tuam reſpuo. Traianus dixit: Quoniam ſuperbus eſt & contemptor, alligantes eum, duos leones ad eum laxate, qui nec reliquias eius dimittant.

18 At vbi dimiſſæ ſunt ad eum beſtiæ, videns eas Sanctus Dei dixit ad populum: *c* Viri Romani, qui hoc certamen expectatis, non ſine cauſsâ laboraui; non propter prauitatem hæc patior, ſed propter pietatem. Triticum enim ſum Dei, & dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus efficiar. *d* Hæc audiens Traianus magnâ iracundiâ repletus eſt, dicens: Grandis tolerantia in Chriſtum credentium. Quis Græcorum aut barbarorum tanta toleraret pati pro Deo ſuo, quanta iſte pro illo in quem credit patitur? Ignatius dixit: Non humanâ virtute tanta toleraui, ſed ſolâ *e* promptâ magnanimitate & fide *f* attrahente & adiutorio Chriſti. Et hæc illo dicente, accurrerunt ad eum duo leones: & ex vtraque parte ſuper eum incidentes præfocauerunt eum tantummodò, & *g* non tetigerunt carnes eius, vt reliquiæ eius tuitio eſſent Romanorum magnæ vrbi, in quâ Petrus crucifixus eſt, & Paulus decollatus, & Oneſimus lapidatus. F

19 Traianus verò *h* exurgens, admiratione perculſus, diſceſſit. Venerunt autem ei ſcripta à Plinio Secundo Duce, permoto ſuper multitudine, quæ facta fuerat, Martyrum pro fide interfectorum, in quibus nihil omnino ſceleris deprehenderetur admiſſum, aut aliquid contrarium legibus geſtum, prætor hoc ſolum quòd ante lucem ſurgentes, cauſsâ Chriſti Dei hymnos canebant: adulteria verò vel cetera huiuſmodi crimina abominabantur, & omnia agebant legibus conuenientia. Traianus verò his auditis pœnitens de his, quæ in Beatum & Sanctum Ignatium ingeſſerat, (erat enim propugnator ceterorum Martyrum) tale decretum propoſuit, vt Chriſtianorum quidem genus non inquireretur; ſi quis tamen incideret, puniretur. Corpus autem S. Ignatij iuſſit, vt ſi quis vellet tollere ad ſepeliendum, non vetaretur. Qui autem Romæ fuerunt Fratres, qui eum & vſque ad martyrium deduxerant, quibus & commendauerat, non dubitauerunt corpus tollere eius, & depoſuerunt illud, vbi licebat congregari, & collaudare Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium eius in Spiritu ſancto. Pro conſummatione autem ſancti Epiſcopi & Martyris fecerunt ei memoriam cum laude.

educitur in amphitheatrum,

a

b

aſpirat ad Chriſtum,

Romanos alloquitur:

d

e

f

ſuffocatur à leonibus:

g

h

Traiani decretū citra Chriſtianos mitigatum.

Corpus S. Ignatij ſepelitur.

20 *i* Nouit

De eo teſtimonia SS. Irenæi, & Polycarpi.

20 i Nouit autem martyrium eius etiam Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, & epiſtolarum eius meminit, dicens: Sicut quidam noſtrorum ait, propter martyrium ſecundùm Deum ad beſtias damnatus: Quoniam triticum ſum Dei, beſtiarum dentibus molar, vt panis A mundus inueniar. Sed & Polycarpus Epiſcopus Smyrniorum meminit eius, Philippenſibus ſcribens, ac dicens: Rogo igitur omnes vos obedientiæ operam dare, & meditari patientiam, quam oculatâ fide vidiſtis non ſolùm in Beatis illis Ignatio & Rufo, & Zoſimo, ſed & in aliis, qui ex vobis ſunt, & in ipſo Paulo, & ceteris qui cum eo crediderunt. Quoniam hi omnes non in vacuum cucurrerunt, ſed in fide & iuſtitiâ, & in debitum ſibi à Domino locum abierunt, & ad eum cui commortui ſunt. Non enim præſens ſeculum dilexerunt, ſed eum qui pro nobis mortuus eſt Chriſtum, & à Deo reſuſcitatus eſt. Et iterum: Habetis epiſtolas Ignarij, quæ tranſmiſſæ ſunt vobis ab eo; & alias quaſcumque inuenimus apud nos, tranſmiſimus vobis, ſecundùm quod petiſtis, quæ ſunt ſubiecta huic epiſtolæ *k* ex quibus magnè iuuamini. Continent namque fidem & patientiam, quæ eſt in Domino noſtro.

21 Paſſus eſt autem conſulatu *l* Attici & Marcelli, B Kalendis Februarij, quo die etiam memoria eius à fidelibus ſolemniter celebratur; *m* ſed tranſlatio corporis eius non minori obſequio decimo ſexto Kalendas Ianuarij recolitur: præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

a *Interponendum caput 2 de Romano itinere. Quæ ſequuntur ab-ſente Traiano, coram Senatu ſunt peracta.*
b *MS. Lobien.* animi.
c *Ante dimiſſes leones hæc referuntur in priore Vitâ.*
d *Reliquum colloquium in eâ deeſt.*
e *MS. Burgund.* promptanimitate.
f *MS. Lobien.* auxiliante & attrahente fide, & auxilio Chriſti.
g *Iuxta alia Acta deuorarunt carnes relictis ſolis oſſibus.*
h *Iuxta eadem Acta abſens intellexit generoſum certamen S. Ignatij*
i *Sequentia num.* 20 *deſunt in aliquibus MSS. deſumpta ex Euſebio lib. 3 cap.* 30
k *Euſebius* ἐξ ὧν μεγάλα ὀφεληθῆναι δυνήσεσθε.
l *Imò* Atilij Metilij, *ſiue* Appij Annij & Metilij, *vt ſuprà probatum.*
m *Hæc ſolùm leguntur in MS. Burgundico.*

DE VARIIS TRANSLATIONIBVS

Reliquiarum S. IGNATII.

§. 1. *Tranſlatio reliquiarum Româ Antiochiam. Pars Homiliæ S. Chryſoſtomi de eâ ſolennitate.*

Trãſlatio reliquiarũ Romæ Antiochiam,

1 *Acta* S. Ignatij *oſſa initio* Romæ *inſigni loco, vt ſuprà diximus, depoſita, poſteà* Antiochiam *ad* ſedem *eius* Epiſcopalem *reportata fuiſſe docent, quæ dedimus, Acta: quibus conſentit S. Hieronymus lib. de Scriptor. Eccleſ. cap.* 16. Reliquiæ, *inquit*, corporis eius Antiochiæ iacent extra portam Daphniticam in cœmeterio. *Solennitatem hanc celebrant Græci* XXIX *Ianuarij, triduo ante Kalendas Februarias:* Latini *verò* XVII *Decembris triduo etiam ante* XX *eiuſdem Decemb. quo die ipſius depoſitionem Græci celebrant. & hi quidem ita habent in Menologio Maximi Cytheræi*, Tranſlatio Ignatij. *In Horologio, Anthologio, Kalendario Genebrardi*: Tranſlatio reliquiarum S. Ignatij Theophori Martyris. *Addunt Menæa*:

celebratur à Græcis 29 Ianuarij:

Grates cruentis, Ignati, leonibus:
Liquère partem corporis fidelibus.
Lux reditum Ignatij nona & vicena reponit.

Hic ſanctorum Apoſtolorum ſucceſſor, ſecundus Antiochiæ Epiſcopus creatus eſt, *diſcipulus autem Ioannis Euangeliſtæ Theologi, vnà cum Polycarpo Eccleſiæ Smyrnenſis Epiſcopo fuit.* Adducitur ergo ad Traianum, & omnia ferendo expertus tormenta, & omnium victor Romam mittitur cum belluis decertaturus. Quo peracto certamine, viri quidam Chriſtiani pretioſas & ſanctas eius reliquias Româ Antiochiam deferentes, optatum Fratribus donum dederunt. Qui omni cum honore & timore ſub terram eas depoſuerunt. Cuius rei gratiâ lætam feſtiuitatem concelebrat Eccleſia. *Quæ ſubdebantur elogia & odaria, Latinè à ſe tranſlata & Græcè exhibet Petrus Halloix ad Vitam S. Ignatij cap.* 29

AVCTORE G. H. D

2 *Ex Latinis ſolus Galeſinius hanc Tranſlationem celebrat in Ianuario, non tamen die* XXIX *more Græcorum, ſed* XVIII. Antiochiæ, *inquit*, Tranſlatio S. Ignatij Epiſcopi & Martyris, cuius corpus Româ eò aſportatum eſt proximo poſt martyrium anno: *quem* annum poſt martyrium eius ſequentem *obſeruat in* Notationibus, Paſſionis illius litteris memoriæ proditum eſſe. *Quæ verò hæ ſint* Paſſionis *illius* litteræ, *præter* Epiſtolam encyclicam *ſi quæ fuerit, neſcimus. Meminerunt Tranſlationis huius Acta Græca, ſed anni interuallum non addunt. Alij Latini conſignant hanc* Tranſlationis *ſolennitatem ad* XVII *Decembris, quo die Vetus Romanum*: Tranſlatio S. Ignatij Epiſcopi & Martyris Antiochiæ: *addunt Vſuardus, & varia MSS. ſub Bedæ etiam nomine*, qui ab vrbe Româ Antiochiam delatus, iacet extra portam Daphniticam in cœmeterio Eccleſiæ: *ſcilicet, (vt ſcribit Galeſinius, qui hoc iterum die Tranſlationem recolit)* piâ veneratione reconditus: vbi præſtante Domino, *(ſicuti addunt Martyrologium Coloniense, Viola Sanctorum, Vſuardus Lubecæ excuſus, & Maucolycus)* plurima ipſius meritis fiunt miracula. *Ado MS. monaſterij Lobienſis & Eccleſiæ Teruanenſis:* Apud Antiochiam tranſlatio & depoſitio S. Ignatij Epiſcopi & Martyris, qui tertius poſt B. Petrum Apoſtolum Antiochenam rexit Eccleſiam, qui paſſus eſt Romæ Kalendis Februarij. *Ita ille, qui per* depoſitionem *intelligit ſepulturam reliquiarum, quando, vt antè ex Menæis diximus,* Antiocheni *eas* ſub terram depoſuerunt. *Græcè* ὑπὸ τὴν γῆν ἀυλὰ κείψανα κατέθεντο. *Ita Gregorius Turonenſis lib. 2 Hiſtoriæ Francorum. cap.* 14 Tranſlationem corporis S. Martini è Condatenſi vico ad vrbem Turonenſem, *eiuſq; ibidem* depoſitionem *ad eumdem diem III Idus Nouemb. refert; vt plenius infrà ad Acta S. Sigeberti dicemus.* Florarium *MS.* Tranſlatio S. Ignatij Martyris apud vrbem Romam paſſi, ſed Antiochiæ poſteà ſepulti. *Clariùs MSS. Centulenſe S Richarij & Leodienſe S. Lamberti*: Apud Antiochiam tranſlatio & depoſitio corporis B. Ignatij Epiſcopi & Martyris, qui paſſus eſt Romæ Kalend. Februarij. *Referunt eamdem* Tranſlationem *Beda excuſus & MS. Treuir. S. Martini. Romanum Martyrologium duas eo die* Tranſlationes *coniungit. De priore ita habet*: Eodem die Tranſlatio S. Ignatij Epiſcopi & Martyris, qui tertius poſt B. Petrum Apoſtolum Antiochenam rexit Eccleſiam, cuius corpus ab vrbe Româ, vbi ipſe ſub Traiano paſſus fuerat, Antiochiam delatum, extra portam Daphniticam in cœmeterio eccleſiæ poſitum fuit, in quâ celebritate S. Ioannes Chryſoſtomus concionem ad populum habuit *&c. Eſt hæc* Homilia 42 *tomo* 3 *operum in editione* Frontonis Ducæi *noſtri, poſtridie feſtiuitatis* S. Pelagiæ *habita. Ex eâ paucula huc tranſcribimus.*

à Latinis 18 Ianuarij,

& poſtiſſimùm 17 Decemb.

etiam depoſitio dicta.

E

F

concio à S. Chryſoſtomo habita.

3 Cum igitur illic *Romæ* vitam poſuiſſet, imo verò in cælum profectus eſſet, reuerſus eſt deinceps coronatus. Etenim id quoque fuit Dei benignitatis, qui diſpoſuit eum rurſus ad nos redire, & ciuitatibus Martyrem impartiri. Roma enim ſtillantem ipſius ſanguinem excepit: vos autem reliquias eius ſuſcepiſtis. Vos illius Epiſcopatu gauiſi eſtis: illi martyrio ſunt lætati. Certantem illi, & vincentem, ac coronatum conſpexerunt: vos perpetuò illum poſſidetis. Exiguum ad tempus eum vobis ademit Deus, ſed maiore cum gratiâ reſtituit. Et quemadmodùm pecuniam mutuantes cum

Ignatius à morte, cũ maiore gloriâ redditus Antiochenis.

AVCTORE G.H

cum fœnore ea reddunt, quæ acceperunt; ſic etiam Deus pretioſum hunc theſaurum paullìſper ſuſci-
A piens, vt oſtenderet Romæ maiore cum gloriâ illum vobis retulit. Emiſiſtis eum Epiſcopum, & martyrem recepiſtis. Emiſiſtis cum precibus & cum coronis ſuſcepiſtis. Nec verò vos ſoli, ſed cunctæ quæ interiectæ ſunt ciuitates. Quomodò enim eas affectas exiſtimatis, cùm reportatas reliquias cernerent? Quem voluptatis fructum percipere? Quantâ lætitiâ geſtire? quàm fauſtis vndique acclamationibus coronatum amplecti? Quemadmodùm pugilem generoſum, qui omnes deuicerit aduerſarios, ſpectatores è caueâ cum plauſu conſurgente ſublimem ſtatim excipiunt, nec terram attingere patiuntur, ſed humeris ſublatum, innumerabilibus laudibus ornantes, domum reportant; ſic vtique & Sanctum illum omnes ex ordine ciuitates ab Vrbe relatum ſuſcipientes humeriſque geſtantes, Antiochiam vſque ſint comitatæ, Martyrem coronatũ concelebrantes, collaudantes victorem, diabolum deridentes, quòd è contrario illi verſutia ſucceſſiſſet. Quod enim in Martyrem ſtruxerat, in ſe recidiſſe animaduertebat. Et tunc quidem cunctis illis ciuitatibus profuit, documentoque fuit, & patriam hanc vſque in præſentem diem locupletauit. Et non aliter quàm theſaurus quidam perpetuus, qui quotidie ex-
B hauritur, & numquàm deficit; ſic etiam beatus hic Ignatius cunctis ad ſe accedentibus benedicens, fiduciâ, & ſtrenuâ alacritate, magnâque fortitudine plenos remittit domum.

omnium ciuitatum plauſu exceptus,

beneficia confert ſe inuocantibus.

4 Itaque non hodie tantùm, ſed quotidie ad ipſum confluimus, ſpirituales ex eo fructus percipiẽtes. Quiſquis enim cum fide ad illum accedit, magnis afficitur beneficiis. Sanctorum enim non modò corpora, ſed ipſi loculi, & monumenta, ſpirituali gratiâ conferta ſunt. Nam ſi in Eliſæo id contigit, vt defunctus, ſepulchrum eius attingens, mortis vincula diſſoluerit, & ad vitam rurſum redierit; multò magis id fiet hoc tempore, quo gratia fluit vberior, quo Spiritus maior eſt vis; vt ſi cum fide aliquis arcam attingat, magnam inde virtutem hauriat. Et eam ob cauſſam reliquias Sanctorum nobis conceſſit Deus, vt nos ad ſe eorum imitatione perducat, & ſint nobis velut portus quidam, & idoneum ſolatium eorum malorum, quæ aſſiduè nos affligunt. Quamobrem vos omnes cohortor, fratres, ſi quis veſtrum ægritudine animi, vel corporis morbo, vel quauis aliâ calamitate premitur, vt cum fide huc accedat, & ab aliis omnibus liberatus, magnâ cum lætitiâ reuertetur, & aſpectu ſolo conſcientiam leuiorem & tranquilliorem reportabit. Quin etiam expedit, vt non ſolùm ij, qui ærumnis & moleſtiis affecti ſunt, huc
C ſeſe conferant, ſed illi etiam qui & animi quiete, & gloriâ & potentiâ, & magnâ apud Deum fiduciâ perfruuntur. Huc enim accedentes, bona hæc efficient firmiora & ſtabiliora: & memoriâ virtutũ & rectè factorum huiuſce ſancti viri animos ſuos reddent moderatiores, nec conſcientias ſuas bonis operibus efferri atque intumeſcere patientur. Non autem parui momenti eſt, eos, quibus proſperæ atque ſecundæ res fluunt, eas ferre moderatè, & ſuperbiæ timore non extolli. Vtilis igitur cunctis hic theſaurus eſt, & refugium ſalutare, tam illis, qui rebus duris atque aſperis, & peccatis conflictantur, vt ab iis liberentur; quàm illis qui proſperè ac feliciter degunt, vt diu fruantur bonis: illis, qui morbis laborant, vt bonam valetudinem conſequantur; illis qui commodâ gaudent valetudine, ne in morbum aliquem incurrant. Quæ quidem omnia conſiderantes, cum omni gaudio, atque lætitiâ, ſacrum hunc locum frequentemus, vt contubernij, menſæque cœleſtis participes cum Sanctis fieri valeamus, precibus ipſorum Sanctorum, & gratiâ, ac benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quò Patri gloria, ſanctoque Spiritui, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. *Hæc ibi S. Chryſoſtomus; in quem locum Fron-*

Ad reliquias Sãctorũ nobis à Deo conceſſas,

4.Reg.13. v.21. & Eccli. 48. v.14.

iuſti & peccatores, cũ fructu accedunt,

tonij noſtri notas conſule.

D

5 Videas ex his, *inquit Baronius tomo 2. anno 110 numero 7.* quanti fecerint Chriſtiani huius temporis (omnes haud dubium Apoſtolorum diſcipuli) reliquias ſanctorum Martyrum; dum, ſæuiente licet perſecutione, nihil veriti inuidiam ſæuitiamque gentilium, nec viarum pertæſi difficultates & longitudinem Româ Antiochiam vſque eas magnâ veneratione & lætitiâ retulerunt & loco honeſtiſſimo collocarunt. *Ac paullò antè*: Sed quod ait Chryſoſtomus eam tranſlationem ſic ſolenniter omnium plauſu concurſu, & accurſu eſſe factam; cùm conſtet antiquo iure Romanorum, reliquias defunctorum prohibitas eſſe transferri, ſcribatque Plinius his temporibus ad Traianum, pro eâ re impetrandâ, collegium Pontificum adiri ſolitum; dicendum eſt, Chriſtianos eiuſmodi licentiam, nulli parcentes impenſæ, ingenti pecuniâ redemiſſe. Diſtrahere pecuniâ conſueuiſſe Gentiles reliquas Martyrum, notauimus in Romano Martyrologio. At ſicut qui nuper, licet vinculis alligatus, cùm duceretur ad beſtias, magno honore (vt vidimus) à ciuitatibus, per quas tranſiret, fuit affectus; ita Deo ſic diſponente; cùm ab iiſdem, qui eum Romam ad martyrium fuerant comitati, Antiochiam reduceretur, factum eſt, vt eadem loca & ciuitates eidem occurrentes, quem vinctum magno fuerant honore proſecutæ, eumdem co-
E ronâ martyrij redimitum exultantes vbique ſuſciperent. Suſpenſos enim omnes fuiſſe animo, anxiè expectantes quid IGNATIO Romæ accidiſſet. Sed hæc auidiùs Polycarpum ſcire optaſſe, ipſe in fine epiſtolæ, quam ſcripſit ad Philippenſes, declarat. *Hæc Baronius. Extat ea Polycarpi epiſtolæ pars in Actis S. Ignatij ſuprà relata.*

eas Chriſtiani in primitiuâ Eccleſiâ plurimum venerati,

Plin. l.10 epiſt.73. *magno pretio emptâ licentiâ tranſtulerunt.*

§. 2. *Tranſlatio* II *Reliquiarum in templum Fortunæ.*

6 *Altera* Reliquiarum S. Ignatij Tranſlatio *cenſetur, quando ſub Theodoſio Iuniore, ſolenni ea pompâ inuectæ ſunt in* templum Tychæum, *quòd* Fortunæ *olim, tum* S. Ignatij memoriæ *eſt ſacratum. Hanc* Tranſlationem *referunt Euagrius Scholaſticus lib.1 Hiſt. Eccl. cap.16, & Nicephorus lib.14 cap. 44. Sed hic ob verba Euagrij perperàm intellecta cum priore Tranſlatione confudit: quòd idẽ fecerunt Chriſtophorſonus in ſuâ Euagrij interpretatione, & Gentianus Heruetus ad calcem Vitæ S. Ignatij, vbi eadem ex Euagrio repererat adſcripta, iſtic à nobis omiſſa, quòd à MS. Codice Græco abeſſent, & hoc loco commodiùs proferrentur. Ita ergo* Græcè *ſcribit* Euagrius.

Tranſlatæ reliquiæ ſub Theodoſio Iuniore in templum Tychæum.

F

Τότε ϗ Ἰγνάτιος ὁ θεοφόρος ὡς Ἰωάννῃ τῷ Ῥήτορι σὺν ἑτέροις ἱστόρηται. ἐπειδή γε, ὡς ἐβούλετο, τάφου τύχοι τῶν θείων ἐγκωμίων γαστέρας, ἐν τῷ τοῦ Ῥώμης ἀμφιθεάτρῳ, ϗ διὰ τῶν ὑπολειφθέντων ὀστέων ὁδὸς ἡ Ἀνθιόχου ἀπεκομίσθη ἐν τῷ καλουμένῳ κοιμητηρίῳ μεταπέμψαι πολλοῖς ὕστερον χρόνοις. Τοῦτο μέντοι παναγάθου Θεοῦ Θεοδοσίου τὸν Θεοφόρον μείζοσι τιμῆσαι τιμαῖς, ἱερόν τε πάλαι τοῖς δαίμοσιν ἀνειμένον. Τυχαῖον τοῖς ἐπιχωρίοις ὠνόμασε, τῷ ἀθλοφόρῳ ϗ Μάρτυρι ἀναθεῖναι. Καὶ σηκὸς ἐναγὴς ϗ τέμενος ἅγιον τῷ Ἰγνατίῳ τὸ πάλαι τυχαῖον γέγονε, τῶν ἱερῶν αὐτῷ λειψάνων μετὰ πομπῆς ἱερᾶς ἀνὰ τὴν πόλιν ἐπ' ὀχήματος ἐνεχθέντων, ϗ τὸ τέμενος πεθέντων. Ὅθεν ϗ δημοπελὴς ἑορτὴ ϗ πάνδημος εὐφροσύνη μεχρὶ ἡμῶν πεπίτευκε, τοῦτο τὸ μεγαλοπρεπέστερον δὲ ἱεράρχαι Γρηγορίου τοῦτο ἐξάρσαντος. *Quæ priore parte ob claritatem parentheſi inclusâ ſic vertimus.* Tum etiam Diuinus Ignatius (poſtquàm, vt à Ioanne Rhetore & aliis eſt proditum memoriæ, ſepulchrum, vti ipſæ voluerat, ferarum ventres habuit Romæ in amphitheatro, & per oſſa craſſiora relicta, ad vrbem Antiochenam in Cœmeterium, vt vocatur, aſportatus eſt) poſt multa denique tempora transfertur, cùm Deus benigniſſimus ſuggereret Theodoſio, vt

A vt Theophorum maiore honoraret veneratione, & templum dæmonibus ſacratum (Tychæum ab indigenis appellatum) victori huic & Martyri dedicaret. Ita, quod olim Fortunæ templum fuit, ſacrum ſanctuarium & templum ſanctum factum eſt, ſacris eius reliquiis cum ſacratâ pompâ per vrbem curru portatis, & in eo templo depoſitis. Vnde & publicus dies feſtus & communis totius populi lætitia ad noſtra vſque tempora peragitur, quando & Gregorius Pontifex eum diem multò auguſtiorem reddidit. *Hac ibi.*

non Româ tum primùm delata,

7 *Nicephorus* Reliquias *haſce ſub* Theodoſio iuniore *credidit* Româ Antiochiam delatas. *Ita ergo ſcribit*: Eiſdem temporibus diuinus quoque Ignatius Româ Conſtantinopolim delatus eſt. Cùm namque ille, ſicut optauerat, in amphitheatro Romæ in ferarum aluis ſepultus eſſet, quæcumque ſuperfuêre firmiora ſolidioraque oſſa, condita ibi ſunt. Theodoſius autem Dei optimi maximi præſtantiſſimâ ſuggeſtione, magnoperè ingenti atque illuſtri cum honore ea ad gregem ſuum referre ſtuduit. Quapropter reliquias eas inde receptas, magnifico apparatu poſt longum tempus Antiochiam reduxit, & in eo loco, quod Cœmeterium vocatur, veneratione magnâ depoſuit, & delubrum ingens dæmonibus olim dicatum, quod ab incolis B τυχαῖον (quaſi Fortunæ fanum dicas) vocabatur, in ſacroſanctum templum mutatum, diuino Martyri conſecrauit: in quo etiam reliquiarum loculus repoſitus eſt, curru Imperiali cum ſacro apparatu & ſatellitio per vrbem eam illatus, vbi anno quolibet publicè & magnificè feſtus dies eſt actus, Deo diligentium ſe memoriam ſanctè, à funere etiam ipſo, glorificante.

neque Cõſtantinopoli:

Hæc Nicephorus. Sed primò, an Româ Conſtantinopolim Reliquiæ S. Ignatij *delatæ? Græcè* ἐκ Ῥώμης εἰς τὴν Κωνσταντίνου ἀνεκομίζετο. *an error librariorum: iſq; εἰς τὴν Ἀντιόχειαν corrigendus? Ita requirit locus Euagrij antè relatus. Secundò Nicephorus hanc* Tranſlationem *cum reductione ſacrarum* Reliquiarum S. Ioannis Chryſoſtomi *in vrbem* Conſtantinopolitanam *coniungit, quaſi vtraque eiſdem temporibus eſſet peracta. Hunc Euagrius* Ioannem Rhetorem *appellat, ex cuius Homiliâ confirmat olim Antiochiam* Reliquias S. Ignatij *tranſlatas. Ipſe Chryſoſtomus in eâ Homiliâ quam Sacerdos Antiochiæ dixit ſub Theodoſio Magno,*

ſed ex cœmeterio ante portã Daphniticam.

teſtatur Ignatium *exiguo tempore ab vrbe* Antiochiâ *abfuiſſe, eò poſt martyrium magnâ cum gloriâ relatum. Chryſoſtomo coæuus S. Hieronymus locum ſepulturæ deſignat* Cœmeterium extra portam Daphniticam.

8 *Tertiò* Tychæum, *ſeu* templum Fortunæ *vrbi attri-*

C *buit Petrus Halloix, vertens* reliquias in vrbem inuectas, *Græcè ἀνὰ τὴν πόλιν, quod magis triumphalem per vrbem circuitum indicat; ſeu templum intra mœnia fuerit, ſiue in ſuburbiis.* Iſta *addit Euagrius* propterea in eo loco facta fuiſſe, quòd Deus ſacras Sanctorum ſuorum memorias ibi coli honorariique voluit, vbi Apollo in Daphne coli ſolebat. *De Daphne ſuburbio vrbis Antiochenæ egimus* XXIV *Ianuarij in Tranſlatione S. Babylæ, cuius reliquias inde ad aliud illi extra portas vrbis extructum templum delatas fuiſſe dicto capite idem Euagrius refert. Denique qui ferias S. Ignatij auguſtiores reddidit* Pontifex, *dicitur à Petro Halloix cap.* 15 *Vitæ* Gregorius Magnus; *ſed quem velit, non explicat. Fuit is* Patriarcha Antiochenus, S. Anaſtaſio Sinaitæ, *in exilium eiecto ſubſtitutus, cuius laudes lib.* 5. *&* 6 *proſequitur Euagrius, aſſerens ſe cum eo conuerſatum aſſiduè, in eiuſq; obitu ſuam concludit Hiſtoriam anno Mauritij Imperatoris* XII, *Chriſti* DXCIV. *à cuius obitu S. Anaſtaſius in priſtinam ſedem reſtitutus, colitur* XXI *Aprilis. Egimus de eodem Gregorio ad Vitas SS. Simeonis Stylitæ, & Domitiani Epiſcopi Melitenæ* V *&* X *Ianuarij.*

Vbi Tychæum:

Feſtum celebrius reddit Gregorius Patriarcha Antiochenus.

§ 3. *Iterata Reliquiarum tranſlatio Antiochiâ Romam. Variæ particulæ in diuerſis eccleſiis.*

ANCTORE G.H. D

9 *Tertia hæc eſt Tranſlatio, reliquiis* Antiochiâ *iteratò* Romam *deportatis*: De tertiâ, *inquit Baronius in Notationibus Martyrologij ad* XVII *Decemb.* quando Romam delatum eſt corpus, nihil mihi hactenùs compertum eſt. Opinor tamen tunc inde ablatas ſanctiſſimi Martyris reliquias, cùm Iuſtiniano imperante ciuitas illa à Coſrhoë Rege Perſarum igni ferroque vaſtata eſt anno Domini DXL. Petrus Halloix *cap.* 15 *Vitæ eadem tempora aſſignat.* Tertia denique, *ait*, cum Romam conſtanti quidem famâ, ſed nullo certo ſcriptore aſſeruntur deportatæ; tum nempe cùm Syria variis bellorum incurſionibus, præſertim imperante Iuſtiniano & Coſrhoë Perſarum Rege ipſam Antiochiam igni ferroque vaſtante, ſub annum Domini DXL deflagraret. *De eâ Antiochiæ clade agit* Procopius *lib.* 2. *belli Perſici. Verùm ex ſuprà dictis conſtat Reliquias in templo Fortunæ, tunc ipſi dicato, fuiſſe ſeruatas tempore Euagrij ſub Mauritio Imperatore, quando publica ſolennitas tranſlatarum reliquiarum ſub Theodoſio iuniore cœpta, communi populi lætitia adhuc peragebatur, à Gregorio Patriarchâ multò celebrior reddita.*

Reliquiæ Romam relatæ non an. 540.

10 *Baronius in Annalibus ad annum* 637 *hanc Reliquiarum Tranſlationem refert, quando ſub Heraclio imperante* à Saracenis totius Orientis metropolis ciuitas capta eſt Antiochia, & ſiue habitatoribus in Occidentem commigrantibus, ſiue mercatoribus cum eiſdem Gentilibus tutò verſantibus, ſiue aliis fidelibus Chriſtianis id curantibus, complura Sanctorum, tum Martyrum, tum Confeſſorum, corpora tranſlata fuerunt in Occidentem, atque in diuerſis locis ſiue Romæ, ſiue Venetiis, vel alibi collocata. Romam autem tranſlatas tunc fuiſſe venerandas reliquias Ignatij Martyris Antiochiâ conſtans fama, vetuſque traditio potiùs quàm ſcripta ſignificant: quod & pariter dicendum de aliis pluribus Sanctorum reliquiis, quas ex Oriente aduectas diuerſa Occidentalis orbis loca cuſtodiunt. Hæc Baronius. Eccleſiam *verò, in quâ* Romæ *depoſita fuerunt ſacra hæc oſſa, aſſignat Martyrologium Romanum* XVII *Decemb. his verbis*: Poſtmodùm verò eius reliquiæ rurſus Romam tranſlatæ ſunt, & in eccleſiâ S. Clementis, vnà cum corpore eiuſdem beatiſſimi Papæ & Martyris, ſummâ cum veneratione reconditæ ſunt *Idem tradunt Auctor antiquæ & modernæ Romæ Italicè cuſæ anno* MDCXLIII, *& Octauius Pancirolus in Theſauro vrbis Romanæ regione* 2 *eccleſiâ* 23, *additque has ſub Iuſtiniano Romam reportatas Reliquias: quòd iam improbauimus.*

ſed potiùs ſeculo 7.

recondita in templo S. Clemẽtis:

F

11 *Idem Pancirolus in indice Reliquiarum Sanctorum Vrbis addit* reliquiarum S. Ignatij participes *factas eiuſdem* Vrbis Romanæ eccleſias SS. Sergij & Bacchi, S. Marthæ prope collegium Romanum, S. Cæciliæ trans Tiberim, S. Mariæ trans Tiberim, & S. Mariæ de populo: *in hac autem ſeruari* partem brachij. *De capite eiuſdem* § *ſequente agemus. Reliquias S. Ignatij aliquas ſeruari Neapoli in eccleſiâ S. Mariæ vulgò de Sapientiâ cognominatæ tradit Cæſar Engenius Caracciolus in Neapoli ſacrâ. Iuxta Meſſanam Siciliæ vrbem in cœnobio S. Placidi congregationis Caſinenſis aſſeruari* vertebram *ſeu* ſpondylum colli S. Ignatij *auctor eſt Halloix cap.* 15 *Vitæ. Earumdem reliquiarum particeps factas eſſe eccleſias Belgicas tradit in Hierogazophylacio Belgico Rayſſius. Obtinent autem Breellenſes monachi Ciſtertienſes* os aliquod, *at* partem planetæ *Præmonſtratenſes Parcenſis prope Louanium monaſterij*, Duas coſtas *habent Canonici Regulares S. Auguſtini cœnobij Aroaſienſis in Arteſiâ prope oppidum Bappalmam ſiti. Ex eiuſdem oſſibus ſeruant Lætienſes in Hannoniâ Benedictini monachi. De vltimis hiſce reliquiis mentio facta eſt* XIII *Ianuarij in Vitâ*

reliquiæ in variis tẽplis Romæ,

Neapoli,

in Siciliâ.

& variis eccleſiis Belgicis,

AVCTORE G.H. *Vitâ B. Hildemari Aroaſienſis congregationis Fundatoris cap.* 10, *&* VII *Ianuarij in Vitâ Ludouici Bloſij Latienſis reformationis Auctoris cap.* 20. *S. Bernardus Claramuallem* S. Ignatij Reliquiis *locupletatam prædicat Sermone* 7 *in Pſalmum, Qui habitat*: Magnus ille Ignatius, *inquit*, diſcipuli quem diligebat Ieſus, auditor Martyr noſter, cuius Reliquiis noſtra ditata eſt paupertas, Mariam quidem in pluribus, quas ad eam ſcripſit, epiſtolis Chriſtiferam cõſalutat. *Monaſterium S. Petri in Vallê extra vrbem Carnotenſem Ordinis S. Benedicti* brachium S. Ignatij *poßidet; vt ad Kalendas Februarij refert Sauſſaius in Martyrologio Gallicano.* Eadem die, *inquit*, natalis S. Ignatij Antiocheni Præſulis & Martyris illuſtriſſimi Sanctorum plurimorum, qui Eccleſias in Gallijs fundauerunt venerandi in Chriſto parentis ac magiſtri: cuius brachiũ in Eccleſiâ cœnobiticâ S. Petri de Valle Carnotenſi, religioſo cultu conditum, hodie deuotis ſupplicibus venerandum expromitur.

Clarauallę in Eiusdem Vitâ

Carnoti in Franciâ,

12 *Ægidius Gelenius li.* 3 *de magnitudine Coloniæ Agrippinẽſis ſyntagmate* 2 § 2 *aſſerit in* Eccleſiâ collegiatâ S. Gereonis in XV hierothecâ cryſtallinâ cõuexâ, argenteis inauratiſq; impagibus conclusâ, *contineri ex* Reliquiis S. Iguatij Martyris. *& ſyntagmate* 7 § 4 *ait in* Eccleſiâ collegiatâ B. Mariæ Virg. ad Gradus *conſeruari* in hierothecâ XIII *num.* XII *ex* Reliquiis S. Ignatij Epiſcopi & Martyris, diſcipuli S. Ioannis Euangeliſtæ. *item ſyntagmate* 45 § 6 *ait in* Theſauro ſacro eccleſiæ PP. Crucigerorum *numer.* 7 in monſtrantiâ argenteâ deauratâ *exhiberi particulam de brachio S. Ignatij Epiſcopi & Martyris. Alius refertur Ignatius Martyr inter primos Epiſcopos Mogontinos: num huius reliquiæ in aliquibus templis ſeruantur? De Mogontino Ignatio agit Serarius noſter lib.* 2 *rerum Mogontiacarum cap.* 9, *traditq; lib.* 1. *cap.* 31 ex VII Parochialibus eccleſiis Mogontinis primam S. Ignatio ſacram *eſſe, quæ geminis turribus, quòd ea ad ſummum vſque verticem quadris lapidibus tota conſtent, inſignis cenſeatur. Verùm cùm nulla in Breuiarijs Moguntinis reperiatur* S. Ignatij Moguntini *memoria, an per errorem ob templum* S. Ignatio *ſacrum, habitus* Moguntinus Epiſcopus? *Solùm* XVII *Decemb. nomen* Ignatij Epiſcopi *inſcriptum eſt Breuiario Moguntinenſi anno* MDVII *Lugduni excuſo: quo die ſuprà diximus ab aliquibus etiam Natalem, à reliquis Latinis Trãſlationem reliquiarum coli. Bruſchius in Catalogo Epiſcoporum Moguntinenſium omittit Ignatium, & plures alios, quorum memoria alibi tenuiſſima eſt. Ingolſtadij in Bauariâ Collegium Conuictorum Societatis Ieſu* S. Ignatio Antiocheno Epiſcopo & Martyri *dicatum eſt.*

in Germaniâ

Colonię,

templum Mogontię,

collegium Conuictorum Ingolſtadij.

§ IV. *Caput Pragâ Romam delatum ad templum Societatis* IESV.

13 *EX illuſtrioribus monaſteriis quæ in Bohemiâ Ordo Ciſtertienſis poßidet,* Oſſeckum *eminet in boreali regni parte iuxta Litomeritzium oppidum, ad Miſniæ confinia, ſub caſtro Roſembergio, quod approbante Primiſlao Othocaro Rege* III *fundauit Zlauuco Comes Belinenſis anno Chriſti* MCCVII, *cuius fundationis diploma publicauit Gaſpar Iongelinus lib.* 5 *Notitiæ Abbatiarum Ordinis Ciſtertienſis. Obtinuerunt olim dicti monaſterij religioſiſſimi Patres venerandum* S. Ignatij caput, *quod tamen neſcitur quâ occaſione, quibuſue viris intercedentibus fuerit eò tranſlatum. A primâ monaſterij fundatione cum aliis Reliquiis in maximâ veneratione habitum fuiſſe innuitur infrà in Epiſtolâ Antonij Archiepiſcopi Pragenſis. Varij poſt prædictum Primiſlaum Othocarum imperarunt in Boëmia Reges.* IV *Venceſlaus Othocarus.* V *Primiſlaus alius, ferè Othocarus appellatus.* VI *Venceſlaus alius, Othocarus Pius; ſinguli parentibus ſucceſſores. Hic ex Eliſabethâ Polonicâ, Primiſlai Principis filiâ, alteram Eliſabetham genuit regni Bohemici hæredem, quæ nupta Ioanni Lucemburgenſi, filio Henrici* VII *Imperatoris, eidem peperit Carolum* IV, *dein Imperatorem, & Regem Bohemorum. Dicta Regina Eliſabetha, impetrauit pretioſiſſimum Oſſeckenſis monaſterij pignus,* caput S. Ignatij, *anno* MCCCXX, *ſi hic rectè obſeruatus apud Auctorem antiquæ, & modernæ Romæ, & Pancirolum regione* 14 *eccleſiâ* 10.

Oſſecki Monaſterio Bohemiæ,

caput S. Ignatij,

ſeculo 13:

datum ſeculo 14

Eliſabetha Regina,

14 *Dono materno Carolus* IV *ſacras has* Reliquias, *aliaſq;* magnis precibus ex diuerſis mũdi partibus obtentas, auro, argento, gemmiſque pretioſiſſimè ornatas, donauit Eccleſiæ Pragenſi: *quarum* prima Allatio, ſolenni feſto ab Innocentio VI ad inſtantiam dicti Imperatoris conſtituto, *colitur* Pragæ II Ianuarij, *vt in Appendice ad eum diem paginâ* 1084 *ex MS. Martyrologio Eccleſiæ Metropolitanæ Pragenſis diximus. Ex eo iſtic hæc verba relata*: Caput S. Ignatij Epiſcopi Antiocheni. *His autem Kalendis Februarij, poſt longum de martyrio S. Ignatij, & cantu Eccleſiaſtico ab eo inſtituto elogium, additur*: Caput Elizabeth Regina Bohemiæ, mater Inuictiſſimi Karoli IV Rom. Imp. Aug. & Bohemiæ Regis, in monaſterio Oſſek diœceſis Pragenſis, Ordinis Ciſtertienſis obtinuit, & eidem Karolo filio ſuo dedit: qui poſtmodùm Karolus caput illud auro & argento ornatum donauit Eccleſiæ Pragenſi, & voluit vt feſtum hoc ſub officio duplici veneraretur cùm propulſatione. *Hæc ibi. Imperauit Carolus* IV *ab anno* MCCCLV, *quo* V *Aprilis, die Paſchatis, coronam Romæ accepit ab Innocentio* VI, *vitâ ſunctus anno* MCCCLXXVIII. *Relatum poſteà ad monachos* Oſſeckenſes caput S. Ignatij; *fortè cùm illud cœnobium eſſet menſæ Archiepiſcopi Pragenſis adiunctum; quod denuò Ferdinandi* II *Imperatoris gratiâ, & Cardinalis ab Harrach Archiepiſcopi fauore Ordini eſt reſtitutum. Iterum anno Chriſti* MDLXXII *ſacrum illud pignus donatum fuiſſe* Wratiſlao Pernſtain, *ſupremo*, Bohemiæ Cancellario, *eiuſq; coniugi* Mariæ Manriciæ *Antonius tum Pragenſis Archiepiſcopus ſuo diplomate teſtatur: quod ratum habuit ſuo teſtimonio Nuntius Apoſtolicus Clementis* VIII *Philippus Spinellus, anno* MDXCIX, *cùm ſacrum illud pignus Romam transferretur ad templum Domus Profeſſæ Societatis* IESV, *dictæ Mariæ Manriciæ liberali donatione.*

tum Carolo IV *Imp.*

ab hoc Eccleſia Pragenſis:

redditum Oſſeckenſibus:

donatum ſeculo 16 Mariæ Manriciæ,

ab hac Societati Ieſu Romana.

Diploma primum ita habet:

15 NOs Antonius, Dei gratiâ Archiepiſcopus Pragenſis ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatus, &c. Notum facimus tenore præſentium Vniuerſis & ſingulis: Nos cum R. P. D. Balthaſare Abbate Oſſecenſe diligenter reuidiſſe Sãctorum Reliquias, à primâ fundatione eius monaſterij ibidem continuè in maximâ veneratione habitas & ex Dei munere, ne tempore diſturbij, quando Ioannes Ziſcæ tyrannus & Taboritarum hæreſis per Boëmiam graſſaretur, penirẽt, mirabiliter cuſtoditas: & ex illis ad deuotam inſtantiam Illuſtriſſimi & Magnifici Domini, D. Wratiſlai Pernſtain ſacræ Ceſareæ Maieſtatis Camerarij & Regni Boëmiæ ſupremi Cancellarij, quâ Nos, nomine Illuſtriſſimæ Dominæ, D. Mariæ Manriciæ, dilectiſſimæ conthoralis ſuæ requiſiuit, dono dediſſe, & obtuliſſe imaginem capitis laminæ deauratæ, in quâ S. Ignatij Antiochenſis Eccleſiæ poſt Diuum Petrum Apoſtolũ tertij Epiſcopi & Martyris, ſanctiq; Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ diſcipuli capitis fruſtum; & alteram ſimiliter deaurati capitis imaginem, in quâ S. Iulianæ Virginis & Martyris cranium incluſa ſunt: cuius ſancti prædicti Epiſcopi feſtiuitatem noſtra Metropolitana Eccleſia primâ die menſis Februarij quotannis, S. Iulianæ verò XVI eiuſdem menſis deuotè commemorare & peragere conſueuit. In quorum feſtiuitatibus hæ ſanctę Reliquię ſemper ad altare maius in monaſterio Oſſicenſe expoſitæ fuerunt & cum omni veneratione ac debito cultu à populo frequentatæ; prout prædictus perilluſtris Dominus nomine dilectæ prænominatæ coniugis ſuæ identidem nobis promiſit, nempè vt inpoſterum, quocumque in loco tales Reliquiæ poſitæ vel ſeruatæ fuerint, debito quoque ſemper honore & cultu habeantur. In quorum fidem & teſtimonium has litteras in membranâ ſcriptas, noſtri minoris ſigilli appenſione, & manus propriæ ſubſcriptione

Diploma Archiepiſcopi de donatione Manricæ factâ.

A ptione muniri iuſſimus. Datum Pragæ ex ædibus noſtræ Metropolitanæ Reſidentiæ die 14. menſis Iunij anno à Chriſto nato 1572. Ind. 15. Sanctiſſimi D. N. Gregorij Papæ XIII. anno primo. ANTONIVS.

Alterum teſtimonium ita habet.

Approbatio diplomatis per Nuntium Apoſtolicum.

16 NOs Philippus Spinellus ex Ducibus Seminariæ, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſcopus Coloſſenſis, Epiſcopus Policaſtrenſis, vtilis Dominus Caſtri Sclutij, Turris Vrſaiæ & Petruciæ, Cameræ Apoſtolicæ Clericus Præſidens, Sanctiſſimi Domini Noſtri Clemẽtis Papæ VIII Prælatus domeſticus & Aſſiſtens, eiuſdemque Sanctitatis & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ad ſacram Cæſaream Maieſtatem Nuntius cum poteſtate Legati de latere per vniuerſam Germaniam, Vngariam, Boëmiam &c. fidẽ facimus & verbo veritatis atteſtamur, ſupradictam ſcripturam incipientem, Nos Antonius, & finientem, Antonius. Ad inſtantiam Illuſtriſſimæ Dominæ D. Mariæ à Pernſtain ſupranominatæ nobis oblatam, iuſſu noſtro ab Auditore & Cancellario noſtris fuiſſe cum originali (quod in chartâ pergamenâ ſcriptum, B ſigilli Archiepiſcopi Pragenſis ſupranominati appenſione cum chordulis ſericis cerulei & nigri coloris in vaſculo ſtanneo corroboratum eſt) collationatam & annueratam diligenter atque fideliter: qui retulerunt, AVCTORE G.H. D concordare in omnibus & per omnia, ac proinde ſupradictæ ſcripturæ eamdem fidem quam eius originali dandam & adhibendam eſſe vbique ab omnibus in Iudicio & extrà. In quorum fidem & teſtimonium, præſentem atteſtationem noſtrâ manu propriâ ſubſcripſimus, & ſigilli noſtri iuſſimus appenſione communiri. Datum Pragæ in ædibus ſolitæ noſtræ habitationis, de 8. Iulij 1599.

Philippus ex Ducibus Seminariæ Archiepiſcopus Spinellus Nuncius Apoſtolicus.

Auguſtinus de Iunctis Canonicus Cancellarius.

Loco ✠ Sigilli pendentis.

17 *Hæc Romæ in archiuio Societatis* IESV *ſeruantur; Ceterùm hiſce Kalendis Februarij quotannis publico cultui exponitur ſacrum* S. Ignatij caput *in hermâ argenteâ, ſiue ſtatuâ, quæ ſuperiorem corporis partem pectore tenus exhibet. Meminerunt harum reliquiarum Pancirolus, & Auctor antiquæ & modernæ Romæ antè citati.* *Statua argentea S. Ignatij.* E

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS
PVBLIO, SATVRNINO, MAVRIANO, LIBOSO, VINCENTIA, & alijs XXIV. I. B.

1 FEBR. MEmorantur ſancti hi pugiles *in veteri Martyrol. Romano, ſiue S. Hieronymi, vt adhuc citauimus, his verbis*: Et in Africâ, Publij, Saturnini, Mauriani, Liboſi, Vincentiæ, & aliorum XXIV. *In veteri Martyrologio Richenouienſi, ſiue* Augiæ-diuitis *prope Conſtantiam iſta habentur*: Africâ, Publij, Saturnini, Mauriani. *Carthuſiani Colon. in Addit. ad Vſuard.* Publium *referunt hoc die, nullo adſcripto quo paſſus ſit loco. Plures ex Africâ* Vincentiæ *Martyres alibi à nobis celebratæ, Ianuarij* XVII XXVI XXVII. *At nullus adhuc* Liboſus *&* Mauritanus.

DE SANCTIS MARTYRIBVS SMYRNENSIBVS, I. B.
PIONIO PRESBYTERO, DIONYSIO, altero PIONIO, & XIII alijs.

§. I. *S. Pionij natalis.*

C AN. CHR. CCLI 1 FEBRV.

S. Pionij natalis diuerſis diebus ſignatus;

1 QVemadmodùm *S. Polycarpum Smyrnenſem Antiſtitem diuerſis diebus Græci ac Latini venerantur, hi* XXVI *Ianuarij, illi* XXIII *Februarij, haud ſatis euidenti argumento, vtro potiſſimùm, atq; adeò an alterutro, martyrium obierit; ita* S. Pionium, *eiuſdem Eccleſiæ Presbyterum, ac ſocios, Græci* XI *Martij, vtcumq; ſuffragantibus Actis; Latini* 1 *Februarij colunt. Huiuſce diuerſitatis* multę, vt in aliis, *inquit Baronius in Not. ad Martyrol.* cauſſæ adduci poſſent, nempe Reliquiarum inuentio, aut trãſlatio, depoſitio, ſeu in honorem ipſorum Martyrum eccleſiæ dedicatio. *Conſtantius Felicius, cuius inferiùs verba dabimus, cùm de ſocijs S. Pionij agemus, hos ait Kalendis Februarij, illum* XII *Martij mortem oppetiiſſe.*

2 *Quia verò, ſi quis certum martyrij diem annumq; ſtatuere ſe poſſe arbitratur (quod nobis non perinde, vt mox fatebimur, expeditum) varia Martyrologia aliquid fortaſſe ponderis allatura ſunt, plerorumq; hic verba ſigillatim depromemus. Vetus Romanum, hactenùs à nobis ſub S. Hieronymi nomine citatum, ita habet*: Kal. Feb. in Smyrnâ ciuitate, natale Polycarpi Epiſcopi, Pœnis, Dionytij, & aliorum VI. Item Pœnis & aliorum V. *Aliud Romanum à Roſueydo editum*: Smyrnæ Pionij Martyris & aliorum XV. *Idem habet MS. Centulenſe, Bedæ nomine inſignitum. Succinctiùs etiam MS. collegij Louanienſis Societ. Ieſu*: Apud Smyrnam S. Pionis M. *addit Martyrologij Ord. S. Benedicti peruetuſta editio*: & aliorum XV cum eo coronatorum. *MS. Domus profeſſæ Societ. Ieſu Antuerpiæ Bedæ præferens nomen*: Apud Smyrnam natale S. Pionij M. Paſſi ſunt cum eo & alij XV. F *1 Febru. in veteribus Martyrologiis*

3 *Vſuardus*: Apud Smyrnam, S. Pionij Martyris, qui poſt ſqualloremcarceris, vbi multos fratrum ad martyrij tolerantiam ſuis exhortationibus roborauit, cruciatibus multis vexatus, clauis confixus, & ardenti rogo ſuperpoſitus, beatum pro Chriſto vitæ finem ſortitus eſt Paſſi ſunt cum eo & alij XV. *Ado, Notkerus, Beda vulgatus, & alij*: Apud Smyrnam natalis S. Pionij M. qui perſecutione Antonini Veri poſt inſuperabilem reſponſionum conſtantiam, & poſt ſqualloremcarceris, vbi multos fratrum ad martyrij conſtantiam ſuis exhortationibus roborauit, ad vltimum cruciatibus multis *&c. vt in Vſuardo. Romanum modernum à Baronio interpolatum*: Smyrnæ S. Pionij Presbyteri & Martyris, qui poſt apologias pro fide Chriſtianâ conſcriptas, poſt ſqualloremcarceris. *cetera itidem vt Vſuardus. Breuius Bellinus de Padua*: Apud Smyrnam S. Pionij *& Vſuardi, Adonis, Notkeri, Rom.*

AVCTORE I.B. M. qui cruciatibus multis vexatus, ardenti rogo ſuperpoſitus, beatum pro Chriſto vitæ finem ſortitus eſt.

A Paſſi ſunt cum eo alij XV. *MS. Eccleſiæ S. Gudilæ Bruxellis*: Apud Smyrnam S. Pionij M. qui perſecutione Antonini Veri Imp. ardenti rogo ſuperpoſitus, in Chriſto quieuit: & cum ipſo paſſi ſunt alij XV. quos ipſe ad martyrij tolerantiam roborauit. *Vetus MS. Eccleſiæ S. Mariæ Vltraiecti*: Apud Smyrnam S. Pionij M. qui perſecutione Antonini, poſt inſuperabilem reſponſionum cõſtantiam, ad vltimum ardenti rogo ſuperpoſitus beato fine quieuit.

4 *MS. Florarium SS.* Apud Smyrnam S. Pionis M. aliàs Pionij, ſub Antonino Vero. Paſſi ſunt cum eo & alij XV. anno ſalutis CLXII. perſecutionis tertiæ anno LIV. *Statuit Florarij auctor anno* II. *M. Aurelij S. Pionij mortem, ac tertiæ perſecutionis initium anno Traiani* XI, *Chriſti* CVIII. *cùm anno præcedenti, Traiani* X *eam ſignet Chronicon Euſebij; quartàm quâ peremptus eſt S. Polycarpus*, VII *M. Aurelij. Franciſcus Maurolycus ita breuiter S. Pionij martyrium memorat*: Apud Smyrnam Pæonij M. qui cruciatibus vexatus, ardenti rogo ſuperpoſitus, pro Chriſto occubuit cum aliis XV. *Galeſinius*: Smyrnæ S. Pionij, & XV ſociorum MM. Is carceris, vbi multos ad martyrium confirmauit, ſitu & ſqualore penè confectus, variis tormentis cruciatus, & clauis confixus, in igne denique pro Chriſti gloriâ id ſupplicium, Antonino Imperatore, fortiter ſubiens, migrauit in cælum. *Caniſius, in vtraq; editione, eadem habet quæ Vſuardus, niſi quod diſertè aſſerat* XV *ſocios eodem ſupplicio mactatos, quod neq; Vſuardus, neque Acta habent.*

aliiſq; recentioribus.

B

5 *Vetus Martyrol. MS. monaſterij S. Martini Treuiris* II *Febr. eum refert his verbis*: Apud Smyrnam Pionij M. qui poſt ſqualorem carceris, ardenti rogo defunctus eſt. *At Græci, vti monuimus*, XI *Martij eum celebrant. quo die Menologion à Caniſio editum*: S. Pionij Preſbyteri Eccleſiæ Smyrnenſis. Hic, Decio Imperatore, ligno affixus, & in ardentem rogum coniectus, martyrio conſummatur. *Fuſiùs Menæa*: Eodem die memoria S. P. N. Pionij Presbyteri ſanctæ Smyrnenſis Eccleſiæ.

in aliis 2 Febr.

II Mart. in Græcis:

Vt ſubcineritius panis percoctus,
Toſtus Pionius oblatus eſt Domino.

Hic ſanctæ Dei Eccleſiæ Smyrnę Presbyter erat, Decij Imperatoris temporibus. Captus cum aliis, primùm ad Polemonem Ædilem ducitur: apud quem de religione, argumentis depromptis ex Scripturâ & hiſtoriis, diſputat, ex iis quæ iam euenerunt futura confirmans,

C Deum videlicet facta hominum per ignem probaturum, qui & olim igneâ pluuiâ regionem Sodomorum in cinerem redegerit, ac multis locis flammarum ſcaturigines aperuerit. Deinde ad Elpidium Præfectum, Ædilis collegam, ducitur vir ſanctus. Ad extremum Quintiliano Proconſuli ſiſtitur, atque ignis ſupplicio addicitur. Peragitur eius celebritas in Lithoſtroto: *ade nimirùm quapiam Conſtantinopoli, in loco ſitâ, qui quia lapidibus ſtratus, ita appellatus.*

6 *Deniq;* XII *Martij, quo die conſummaſſe martyrium Acta tradunt, refertur iterum in Martyrol. S. Hieronymi, ſiue veteri Romano*: Smyrnæ Pionij Presbyteri. *In MS. Latienſi & S. Martini Tornaci*: In Nicomediâ Paſſio Pionij Presbyteri, qui paſſus eſt ſub Proconſule Aſiæ Iulio Proclo & Quintiliano; qui poſt carceres & corporis dilacerationem confixus ligno, cum Metrodoro compresbytero, igni traditus eſt. *Vbi duo corrigenda; nam neque Nicomediæ martyrium fecit, neque debet Metrodorus, hæreſis ſuſpectus, abſolutè eius* compresbyter *dici. eodem die Hermannus Greuen Carthuſianus Colonien. in addit. ad Vſuard.* Pionij Martyris.

in aliis 12 Mart.

§ II *S. Pionij Acta.*

7 EVſebius Cæſarienſis *lib. 4 hiſtor. Eccl. cap. 14 poſtquàm ex Smyrnenſis Eccleſiæ epiſtolâ S. Polycarpi glorioſum certamen enarrauit; (quam epiſtolam nos* XXVI *Ianuarij integram recitauimus) de Pionio breuiter nonnulla ſubdit, quæ Rufinus cap.* 15 *ita eſt interpretatus*: Sed in eadem epiſtolâ continebatur etiam de aliis quàm plurimis eiuſdem temporis Martyribus intexta narratio. In quâ refertur poſt Polycarpum, quòd etiam Metrodorus quidam ex Marcionis hæreſi Presbyter igni ſit traditus. Inter ceteros autem qui per idem tempus Martyres extiterũt, famoſiſſimus inibi refertur quidam Pionius nomine. Cuius per ſingulas interrogationes reſponſionum conſtantiam, & pro fide noſtrâ ad populum orationes, quamq́ue apud Iudices intrepidus ſemper adſtiterit, docens & diſputans in ipſis etiam tribunalibus; vtq́ue his qui in perſecutione titubauerant, cohortationibus ſuis ad conſurgendum dexteram dederit; & in carcere poſitus qualiter ingreſſis ad ſe fratribus animos ad martyrij tolerantiam roborârit; quoſve etiam ipſe pro martyrio tulerit cruciatus; vtq; ſit clauis affixus, & ardenti rogo ſuperpoſitus, & vt in his beatum vitę fecerit finem; ſi quis vult pleniùs ſcire, ex illâ quæ à nobis de antiquis Martyribus ſcriptura compoſita eſt, pleniùs diſcet. *De hoc Euſebij opere egimus in Præfatione generali in Vitas SS. cap.* 1 § 3 *vbi hunc ipſum locum citauimus.*

D

Acta ab Euſebio citata.

8 *Ea S. Pionij Acta, citata hîc ab Euſebio vti erant à Smyrnenſis Eccleſiæ fratribus conſcripta, in ſuum opus congeſſit Simeon Metaphraſtes; Latinè à Franciſco Zino Veronenſi reddita vulgauit Aloyſius Lipomanus to.* 7 *Vitarum SS. PP. atq; ex eo Surius. De ijs Actis ita ſcribit Molanus Annot.* 2 *ad* 1 *Febr.* Hæc nobis conſeruauit Simeon Metaphraſtes, non tam ex Euſebio Cæſarienſi, quàm ex epiſtolâ fratrum Smyrnenſium, qui præſentes aderant. *Patet id quidem ex cap.* 1 *nu.* 1 *vbi dicitur*: Vir Apoſtolicus noſtris temporibus fuit. *Et cap.* 2 *nu.* 11. Innuebat autem Aſclepiadem, qui nobiſcum erat. *& cap.* 5 *nu.* 22 Nos qui præſentes eramus, talem ipſum vidimus.

E

à Metaphraſte vulgata.

9 *Ea Acta Baronius in Not. ad Martyrol. à ſe* diligentiùs cognita, legitima inuenta eſſe atque ſincera *teſtatur. Ac tom.* 2 *Annal. ad an.* 169 *num.* 22 ſincera atque legitima eſſe *cenſet*, eaque tum ex publicis Actis Procõſularibus accepta, tum ab iis qui aderant ſimpliciter ſine fuco conſcripta. *Ad annum verò* 254 *num.* 1 *de iis ita ſcribit*: Extant ſinceriſſima eius Acta, à Chriſtiano homine, qui tunc aderat, fideliſſimè ſcripta, atque illa ipſa, quæ in commentarium illum de Martyribus à ſe ſcriptum illata, Euſebius tradit. Eſſe enim eadem ipſa legitima, cùm argumentum eorum ab eodem Euſebio collectum atque recitatum demonſtrat, tum quàm plurima alia, quæ iiſdem Actis contenta, ſimpliciſſimæ veritatis candore nitent, eruditus ac prudens lector intelliget..... contempſeram illa, fateor..... ſicque (vt ingenuè dicam) infenſo primùm animo ea legi, & auerſo vultu cognoui, atque Ariſtarchi ſtaterâ, quò ea improbarem potiùs, quàm probarem, expendi. Sed cùm inter legendum radij quidam ex eis ſimplicis & minimè fucatæ veritatis elucerent; ad ea accuratiùs cognoſcenda omne ſtudium adhibui. At tantum abeſt, vt ea inuenerim commentitia, ac proinde reiicienda putarim; vt eadem candidâ veritatis luce nitentia, & omni ex parte firma eſſe cognouerim. *Hæc aliaq́; vir ille ſummi iudicij.*

F

ab autoptis deſcripta, laudata à Baronio:

10 *Eadem iam olim, ante ipſius etiam fortaſſis Metaphraſtæ ætatem, apud Latinos extitêre* S. Pionij *Acta: quæ nos è codice imperialis monaſterij S. Maximini apud Treuiros, à quingentis facilè annis exarata, hîc damus: breuiata tamen fortaſſe quibuſdam locis. Agit de* S. Pionio *Vincentius Bellouac. lib.* 10 *cap.* 27 *Zacharias Lippelous in ſelectis SS. Vitis tom.* 1. *Bartholomæus Riccius in Iconibus Martyrum crucifixorum, Petrus Biuerus in Sanctuario Crucis.*

aliæ è Latinis MSS.

§ III

A

§ III *Martyrij tempus.*

11 *DE tempore cædis* Pionij *mirum quantùm diſcrepent Acta & Latini ſcriptores plurimi. Illa ſub Decio qui an.* CCXLIX, *occiſis Philippis, patre ac filio, imperium occupauit, tenuitque vltra annos duos, coronatum martyrio aſſerunt. Martyrologia complura ſuperiùs nu.3 & 4 citata, aliq; graues ſcriptores, cum Petauio noſtro, ſub M. Aurelio & L. Vero. Hi Chronicon Euſebij ſequuntur, in quo ad annum M. Aurelij* VII, *qui erat Chriſti* CLXVII, *iſta in Latinis exemplaribus habentur*: Perſecutione ortâ in Aſiâ, Polycarpus & Pionius fecêre martyrium; quorum ſcripræ quoque paſſiones feruntur. *Idem aſſerere hiſtoriæ Eccleſ. lib.4 cap. 14 videtur, vti nu.7 retulimus. Adſtipulatur iiſdem ferè verbis Nicephorus Calliſtus lib.3 cap.36.*

dubium an ſub M. Aurelio occiſus;

12 *Acta vtraque interemptum tradunt Decij Imp. perſecutione. Et maiora quidem, quæ è Metaphraſte ſumpta, cap.2 nu.*10 *Sabinam, quæ vnà cum Pionio capta eſt, anteà imperante Gordiano, ab herâ ſuâ vinctam in montes relegatam narrant: imperauit autem Gordianus ab anno* CCXXXVIII *ad* CCXLIV. *In iiſdem Actis cap.3 nu.*12 *Eutychianus quidam memoratur, ex hæreſi Phrygum, in carcere tam antè clauſus fuiſſe, cùm in eum adductus eſt Pionius. Non id ergo accidit anno* VII *M. Aurelij, quo Polycarpus martyrium fecit; cùm anno eiuſdem M. Aurelij* XI, *vt idem Euſebij Chronicon refert,*

an ſub Decio:

B

hoc probabilius videtur,

Pſeudoprophetia, quæ Cataphrygas nominatur, acceperit exordium, auctore Montano, & Priſcillâ Maximillâque vatibus. *Quid quòd Eucthemon Epiſcopus Smyrnenſis idolis immolârat priuſquàm comprehenderetur Pionius? Non igitur eo ipſo tempore quo Polycarpus coronatus, captus Pionius eſt, vt volunt. Qui enim in eo tumultu nouum electum fuiſſe Antiſtitem, ac ſubitò à fide excidiſſe, probabile fiat? Denique in Actis S. Polycarpi ita loquuntur Smyrnenſes nu.*15. Nobis in vnum aliquando coactis, concedet Deus diem martyrij eius cum gaudio & exultatione celebrare. *At comprehenſus eſt cùm iam ſolemnitas ageretur S. Polycarpi; ergo non eodem ſaltem anno: ac nec eadem quidem perſecutione, ſi legitima ſunt Acta.*

13 *Baronius* in eam ſententiam adductum *ſe fatetur*, vt exiſtimet Euſebij ſcriptis errorem ineſſe potiùs, quàm Acta veritate periclitari. *Vnde verò errorem illapſum ſuſpicetur, ita exponit*: Cùm (vt idem ait Euſebius) in eodem libello Smyrnenſis Eccleſię, poſt deſcriptum Polycarpi martyrium, cùm aliorum Martyrum, tum Pionij Acta attexta eſſent, quibus diceretur eodem quo Polycarpus tẽpore Pionius eſſe paſſus; exiſtimatũ fuit (non puto ab Euſebio, qui eadem Acta ſatis habuit

etiam Baronio:

C perſpecta, ſed ab aliis) ſub iiſdem Imperatoribus, quibus Polycarpus, Pionium quoque pro fide certantem fuiſſe martyrio coronatum. *Euſebij verba, quæ nos ſuprà ex Rufini interpretatione, recitat, atque in hanc ſententiam accipienda dicit*, quòd Pionius ibidem loci, eodem quoque anni tempore, quo gentilis eius Polycarpus, martyrium ſubierit. *Idem anteà ſcripſerat ad an.* CLXIX *nu.*22. *Idem inculcat in Notis ad Martyrologium.*

14 *Ita Græci Euſebium accepêre, vt patet ex Menæis & Menologio ſuperiùs citatis. Verba Euſebij ſunt*: Ἐν ᾗ αὐλῇ δὲ περὶ αὐλῆς γεγραφῇ, καὶ ἄλλα μαρτύρια συνῆπλο, καὶ ἀλλὴν αὐλὴν Σμύρναν πεπραγμένα ὑπὸ ἣν αὐλὴν πρεσβεῖον δ' χρόνου ἦς δ πολυκάρπου μαρτύριον. *Quæ minùs aptè verſa à Chriſtophorſono videntur*: Alia etiam aliorum martyria Smyrnæ eodem temporis momento, quo Polycarpus martyrium perpetiebatur, factitata, in eam de eo conſcriptam epiſtolam congeſta ſunt. *Neque omnino fortaſſis Ruffini probanda interpretatio*: Sed & in eadem epiſtolâ cõtinebatur etiam de aliis quamplurimis eiuſdem temporis Martyribus intexta narratio. *Rectiùs ita reddi ea Latinè poſſunt*: In eodem de Polycarpi rebus commentario alia coniuncta martyria erant eorum qui in illâ vrbe, recurrente eiuſdem Polycarpi martyrij tempore, coronati ſunt. *Nicephorus loco cit. ita habet.* Κατὰ δε τὴν αὐτὴ τῶν χρόνων περίοδον.

nec planè repugnat Euſebius in hiſtoriâ,

Langus vertit: Eadem hac ætate. *Meliùs fortè*: Eadem anni tempeſtate, *aut* temporis reuolutione. *Quos autem poſt Pionium martyrio perfunctos Pergami Aſiæ vrbe, memorant locis citatis Euſebius & Nicephorus*, Carpum, Papylũ, Agathonicen, *eos Acta quæ* XIII *Aprilis dabimus, & Menæa* XIII *Octobris, Decij temporibus paſſos tradunt; non, vt primo intuitu videtur Euſebius indicare, M. Aurelij Antonini.* AVCTORE I.B. D

15 *Baronius vel non animaduertit, contrarium eius quod ipſe propugnabat, aſſeri in Chronico, Euſebij, vel certè (quod de eius candore ſuſpicari fas non eſt) diſſimulauit. Verùm in Græcâ Chronici editione nulla Pionij mentio fit, ita enim habet ad L. Veri & Quadrati conſulatum*: Πολύκαρπος ὁ ἱερώτατος Σμύρνης Ἐπίσκοπος τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ ἐτελειώθη, διωγμῶ κατὰ τὴν Ἀσίαν γενομένου. Polycarpus ſanctiſſimus Smyrnæ Epiſcopus martyrio propter Chriſtum finitur, ortâ per Aſiam perſecutione. *An Pionij nomen S. Hieronymus adſcripſerit, an alius poſteà, quærere nihil attinet.* *aut Chronico.*

16 *At ſi verè ſub Decio Pionij martyrium contigit, quoto illius anno, quo menſe, ac die, diſputari poteſt. Nobis haud ſatis liquet. Non exiſtimamus, quod Petrus de Natal. lib.3 cap.* 68 *ſcribit, Kalendis Februarij id peractum. Chronicon Alexandrinum* Indict. XIV. Decio Cæſare & Decio filio eius Coſſ. *qui erat annus Chriſti* CCL. *iſta habet*: Smyrnæ, Aſiaticâ ciuitate, Pionius cum aliis haud paucis Chriſti cauſsâ occubuit: vir erat eruditus, & Chriſtianarum diſciplinarum ſanctiore cognitione probè imbutus: Proclo Aſiæ Proconſule, IV Idus Martias, hoc eſt, Aſiaticorum calculo, ſexto menſe, XII, ſabbati horâ decimâ, curſum confecit. *Acta Latina cap.1 nu.2 habent*: Secundo die ſexti menſis, qui dies eſt IV Idus Martij, die ſabbati maiore, geminum Pionium, Sabinam *&c.* vis perſecutionis inuenit. *& cap.3 nu.*15 Acta ſunt hæc ſub Procos. Iulio Proculo Quintiliano, C. Meſſio Quincto Traiano Decio, Vicio Grato, vt Romani dicunt, IV Idus Martij, vt Aſiani menſe ſexto, die ſabbato, horâ diei decimâ. *Alia Acta diem quo captus eſt, quoq; interemptus, diſtinguunt. Ita enim habent cap.1 nu.2* Vigeſimatertiâ menſis Februarij die, cùm ſabbatum magnum inſtaret, natali ſcilicet beati Martyris Polycarpi, vigente Decij Imp. perſecutione, Pionius Presbyter, & Sabina *&c.* comprehenſi ſunt. *Et cap.5 nu.*22 Hæc acta ſunt Iulio Aliæ Proconſule, Proclo & Quintiliano magiſtratum gerentibus, Conſule tertiùm Quinto Traiano, & Deltio Grato ſecundùm, Traiano Decio Auguſto, ante IV Idus Martias more Romanorum, Aſiæ autem more, ſeptimi menſis vndecimo, die ſabbati, hora decimâ. *captus eſt 23 Feb. 250, ſabbato:*

17 *Verùm iſta minimè inuicem congruunt, vt nimirùm* XXIII *Februarij, ac deinde eodem anno* XII *aut etiam* XI *Martij ſabbatum fuerit. Niſi quis ſcriptorem putet dupliciter hallucinatum, vt videlicet Idus Martij decimotertio die ſignârit, & pridie Idus vocârit* I Id. XI *diem* II Id. *Ita enim anno Decij* I *Chriſti* CCL, Meſſio Decio Auguſto & Annio Grato Coſſ. *litterâ Dominicali F. dies* XXIII *Febr. incidit in ſabbatum ante Dominicam Quinquageſimæ, quod Magnum hîc appellatur; & IX Martij in ſabbatum ante Dominicam* Oculi, *poſito illo erroneo calculo. Sed cùm ſitu ac ſqualore carceris penè confectus dicatur, diutius videtur quàm* XIV *diebus in eo detentus: vixq; tantillo ſpatio, quæ Euſebius commemorat, peragere omnia potuit. Probabile igitur eſt, anno Chriſti* CCL. *die* XXIII *Februarij, cùm anniuerſaria S. Polycarpi ſolemnitas ageretur, in vincula datum: anno ſequenti,* XI *aut* XII *Martij, aut alio quopiam die, abſoluiſſe certamen.* Decio III & Grato II Coſſ. *Certè in libello de Romanis Pontificibus, quem à nobis acceptum Ægidius Bucherius noſter in ſuis ad Victorij Canonem Cõmentariis vulgauit, dicitur S. Fabianus Papa* Decio II & Grato *martyrium paſſus, quod* XX *Ianuarij oſtendimus anno Chriſti* CCL *contigiſſe. Præcedenti igitur anno, Chriſti* CCXLIX, *vnà cum imperio Decius conſulatum occupârat. In eodem libello dicitur S. Cornelius ſediſſe* à Coſſ. Decio IV & Decio II. *vt ex illius auctoris ſententiâ occubuiſſe dicendus ſit Decius anno Chriſti* CCLII. *quo quartum* *de anno ac die mortis non certò conſtat.* *quo die occiſus, incertum.* *ſed probabiliter an.* 251

AVCTORE I. B.

A *quartum iam consulatum Decius pater inierat. tertium verò an.* CCLI *gessit cum* Q. Etrusco Decio F. Cæsare, *qui vel Annio Gratо suffectus, vel eum sibi, ad bellum cum patre profecturus, suffecerat. Alij eo anno Decij senioris collegam statuunt* Rusticum: *Auctor anonymus à Cuspiniano citatus,* Decium III & Decium Cæsarem. *Certiora fortassis de Pionij & sociorum martyrij die eruet, qui accuratiore studio Canones Asiaticorum paschales expenderit, vti & de S. Polycarpi martyrio alibi diximus.*

tertio Decij consulatu.

§ IV *S. Pionij socij. scripta.*

18 *Pionio glorioſi martyrij ſocios pleraque Martyrologia, vt ſuprà retulimus,* quindecim *iungunt. Haud pauca, Vſuardi ferè nomen præferentia,* duodecim *ſolùm cenſent. Vetus Romanum nu.* 2 *relatum, duos ex iis nominat,* Dionyſium *cum* VI *aliis, & alterum* Pionium *cum quinque ſociis: quaſi non ſimul omnes, ſed diuerſis vel diebus vel locis, & modo fortaſsis martyrij, perempti ſint. Nuſquam alibi ſecundi huius* Pionij, *ſiue* Pionis, *aut (vt habet MS.)* Pœnis *mentio fit.* Dionyſium *Carthuſiani Colonien. memorant his verbis:* Item SS. Dionyſij & Publij. *De Publio & ſociis in Africâ paſsis ſeorſim agemus.* XXVI *Ianuarij ad Vitam* B *S. Polycarpi* § 1 *nu.* 2 *diximus dubitari poſſe, num hi S. Polycarpi ſocij fuerint, an, quod potiùs remur, S. Pionij, cùm Polycarpo ſolùm* XII *iungantur, hîc* XIII *ſint.*

Socios habuit Dionyſium & Pionium, & alios 13.

19 *An qui in Actis recenſentur cum S. Pionio comprehenſi* Aſclepiades, Macedonia, Sabina *ſiue* Theodota, ac Linus Presbyter, *martyrio quoque perfuncti ſint, atque inter* XV *illius ſocios debeant computari, haud pronum nobis eſt definire. Acta Latina* Martyres *appellant cap.* 2 *nu.* 4. Tunc Martyribus in medio conſtitutis. *Nuſquam in Martyrologiis eorum legimus nomina, niſi apud Felicium, qui tamen præter eos videtur* XV *alios ſtatuere:* Peonius Presbyter, *inquit,* cum XV ſociis Martyribus: qui cum Sabinâ, Macedoniâ, Aſclepiade, & Lino Presbytero, & aliis, Smyrnæ martyrium perpeſſi ſunt ſub Decio Imp. variis à Quintiliano cruciatibus affecti, atque ad extremum crucibus affixi. Dicuntur ceteri 1 Februarij, Peonius XII Martij occubuiſſe; ſed hodie ſimul omnium fieri commemoratio. *Quem hic* Peonium, *Maurolycus ſuprà* Pæonium, *multa MSS.* Pionem *appellat.*

An Aſclepiadem, Sabinam, Macedoniam, Linum?

20 *Martyrologium Roman. modernum ſuprà nu.* 3 *tradit* apologias pro fide Chriſtianâ *à S. Pionio* conſcriptas. *Erat quidem, vt nu.* 16 *habet Chronicon Alexandrinum,* vir eruditus, & Chriſtianarum diſciplinarum ſanctiore cognitione probè imbutus. *At neminem veterum legimus, qui eum quidquam emiſiſſe in lucem teſtaretur. Euſebius lib.* 4 *hiſt. cap.* 14 *refert illius* τὰς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐπὶ Ἕ δήμου καὶ τῶν Ἀρχόντων ἀπολογίας. *Ruſinus vertit,* pro fide noſtrâ ad populum orationes *&c. ſuprà* § 2 *nu.* 7 *Chriſtophorſonus,* apologias pro fide coram populo & magiſtratibus recitatas. *Non aliud videtur intelligi, quàm habita de veritate noſtræ religionis diſputationes, quæ in Actis exſtant.*

apologias prò fide nō videtur ſcripſiſſe; C

21 *Vitam S. Polycarpi & martyrium oſtendimus* XXVI *Ianuarij* § 2 *à Pionio quopiam eſſe conſcripta, fortaſsis poſt Synodum Nicænam. Non eſt tamen improbabile, auctorem illum, noſtrum hunc ſanctum Martyrem fuiſſe. Ad calcem martyrij in Latinis exemplaribus iſta habentur:* Exemplaria hæc ex Irenæi, diſcipuli Polycarpi, doctrinâ ſcripſit Caius, qui conuerſatus eſt vnà cum Irenæo. Ego autem Socrates ex his Caij exemplaribus ſcripſi. Ego Pionius memorata exemplaria inueſtigaui & ſcripſi, ex reuelatione quæ mihi facta eſt de B. Polycarpo, ſicut enuntiaui in conuentu reliquis, ex tempore quo laboraui cum electis, & vt me colligat Dominus Ieſus Chriſtus in regno cælorum. *In Græco exemplari ita loquitur Pionius:* Ego verò rurſus Pionius ex iam memoratis exſcripſi, & ſcrutatus iuxta reuelationem B. Polycarpi mihi apparentis, vt oſtendam ea colligens quæ iam ferè tempore erant obliterata. *Sanè & laborauit cum electis ſanctus Martyr, & cæleſti reuelatione imminentis martyrij admonitus, & candore eo præditus fuit, vt etiam infratrum conuentu liberè auderet enuntiare, quæ diuinitus acceperat, vt & eorum ceruicibus vincula innexuit. Lege quæ ad Polycarpi Vitam dicta ſunt.* D

ſed S. Polycarpi Acta, per reuelationē monitus.

ACTA

è MS. monaſterij S. Maximini.

CAPVT I.

S. Pionij & ſociorum comprehenſio.

SS. geſta narranda:

REferre oportere ac debere memorati Sanctorum merita, Apoſtolus præcepit, eò quòd ſciat rerum geſtarum memoriâ egregiis viris famam in pectore creſcere, his ante omnia, qui imitari tales vitos vel maximè ſtudent, vel præcipuâ æmulatione contendunt. Vnde Pionij Martyris non debet Paſſio ſileri, quia dum eſſet in luce, multis fratribus ignorantiæ diſcuſſit errorem, & poſteà Martyr effectus, quibus minùs doctrinam infuderat, paſſus oſtendit exemplum. E

2 Secundo itaque die ſexti menſis, qui dies eſt quarto Idus Martij, die ſabbati maiore, *a* Geminum Pioniũ, Sabinam, Aſclepiaden, Macedoniam quoque, & *b* Leninum Presbyterum Catholicæ Eccleſiæ, vis perſecutionis inuenit. Sed quia bonum fidei totum Dominus oſtendit; Pionius, quia imminebant ſupplicia, quæ non timebat, aduenientia futura præuidit. Ergo cùm ante diem quàm natalis Polycarpi aduenisset, cum Sabinâ, & Aſclepiade deuotus inſiſteret ieiuniis, vidit in ſomnis ſequenti die ſe eſſe capiendum. Quæ cùm apertè & indubitanter agnoſceret, eò quòd tam lucidè viſus omnia aperiret; funis vincula, ſuo & Aſclepiadis & Sabinæ collo circumdedit: vt cùm ab illaturis vincula vincti inuenirentur, ſcirent qui venerant, nil noui ſe facturos; intelligerentque non eos, ſicut ceteros qui deguſtabant ſacrificia, eſſe ducendos; cùm eſſent vincula, priuſquàm iuberentur, impoſita, & fidei teſtimonio, & voluntatis iudicio.

a S. Pionius cum aliis capitur:

b ſed prænonitus in ſomnis,

iam vincula ſibi & ſuis induerat:

3 Factâ igitur oratione ſolenni, cùm die ſabbato ſanctum panem & aquam deguſtaſſent, Polemon, ſiue Æditуus, aduenit ſtipatus. Qui vbi Pionium vidit, talia ore profano verba profudit: Scitis manifeſtum Principis eſſe præceptum, quod ſacrificia celebrare vos iubeat? Pionius dixit: Scimus quidem præcepta; ſed illa ſola quæ venerari Chriſtum nos iubent. Æditуus ait: Venite ad forum, vt pernoſcatis vera eſſe quæ dixi. Sabina verò & Aſclepiades clarâ voce dixerunt: Nos vero Deo obedimus. Et cùm ad forum ducerentur oblati, repentè vincula ceruicibus eorum induta vulgus aſpexit: &, vt ſolet in populo rationis *d* viſendæ rei cupiditas inhiare, ita inter ſe mirantes ſtupebant, vt dum ipſi alios pellerent, ab aliis pellerentur. Ergo vbi ad forum ventum eſt, repentè immensâ multitudine quicquid ſpatij in medio fuit, & ſuperpoſita paganorum ædiculis tecta completa ſunt: innumeræ quoque aderant fæminarum cateruæ, quia erat dies ſabbati, & Iudæorum fæminas ab opere diei feſtiuitas relaxabat: omnis circumfuſa vndique viſendi ſtudio ruit ætas: & quos ad videndum deſtituebat breuitas corporis, aut aſcendentes arcas, aut aſcendentes ſedes altas, ne ſubtraherentur miraculo, æquiperabant ingenio quod natura negauerat. F

ducitur ad forum,

d

concurrēte innumerâ turbâ:

a *Ita MS. An fortè indicat alterum* Pionium, *de quo Martyrol. an prænomen eſt S. Pionij? an mendum librarij? an alius è ſociis Martyribus* Geminus?

b In

A b *In maioribus Actiu* Linus *appellatur.*
c *Non ait* Principum, *Aurelij & Veri. Ergo vnicus erat, vt suprà diximus, Decius.*
d *Fortè deest*, experte.

CAPVT II

Interrogatio prima coram Polemonè Ædituo.

4 TVnc Martyribus in medio conſtitutis, Polemon ait: Bonum eſt, Pioni, & te ſicut ceteros obedire; ac iuſſa complendo, declinare ſupplicia: Beatus Martyr, Polemonis ſermone percepto, extenſâ manu, lætо & alacri vultu, tali ratione reſpondit: Vos, qui exultatis in pulchritudine mœnium & *a* Smyrnæ ciuitatis decore gaudetis, & *b* Homero poëtâ gloriamini, & ſi qui ex vobis ex Iudæis aſſunt, pauci: audite, vos alloquor verbis. Audio enim quòd irrideatis eos, qui ad ſacrificandum aut ſponte proſiliunt, aut alio cogente non renuunt; & in illis & in iſtis leuitatem pectoris, vt ſpontaneum damnatis errorem: cùm oporteret Homero doctori veſtro ac magiſtro pariter obedire, qui aſſerit *c* nefas eſſe inſultare defunctis, nec vllum conflictum cum luce caſſatis, aut certamen eſſe debere cum mortuis. Vos autem, qui eſtis
B Iudæi, decuerat Moyſi obedire præceptis, qui ait: Inimici tui animal ſi ceciderit, oportet te priùs leuare quã tranſeas. Pari quoque ſententiâ Salomon, ſimiliq́ue ratione ſignauit: Ne exultes cadente inimico tuo, nec alienâ infelicitate læteris. Vnde ego mori malo atque omnia perferre ſupplicia, & in quaſlibet ærumnas deductus immenſos ſentire cruciatus; antequàm peruertam aut illa quæ didici aut ea quæ docui. Nunc ergo quoniam Iudæi ſe riſu cachinnante diſſoluunt, irridentes eos qui aut coacti, aut ſponte ſacrificãt; nec à nobis quidem temperant riſum, & inſultanti voce proclamant, diu nos licentiæ tempus habuiſſe. Eſto: inimici ergo ſumus, attamen homines. Quid enim à nobis pertulêre iacturæ, queúe per nos ſenſêre ſupplicia? Quos odio perſecuti iniquo ſumus? Quos linguâ læſimus? quos, ferinâ crudelitate graſſati, ad ſupplicia traximus? Non ſunt eorum peccata his ſimilia, quæ propter timorem hominum nunc aguntur. Longa diſcretio eſt inter inuitum & ſponte peccantem: & hoc intereſt inter eum qui cogitur, & illum quem nemo compellit; quòd ibi mens, hîc tempus in culpâ eſt. Quis enim coëgit Iudæos, aut myſteriis Beelphegor inbui;
C aut intereſſe parentalibus, & deguſtare ſacrificia mortuorum? Quis cum filiabus allophylorum turpes coitus agere, & exercere meretriciam voluptatem? Quis ſuos filios concremare? Quis aduersùs Deum murmur exercere, aut de Moyſe latenter loqui malè? Quis tot beneficiorum immemores, quis fecit ingratos: Quis coëgit per cor ſuum redire ad Ægyptum aut cum Moyſes legem aſcendiſſet accipere, dicere ad Aaron: Fac nobis Deos, & vitulum qui nos præcedat, & cetera quæ fecerunt? Sed vos, Pagani, poſſunt fortè decipere, aliquâ aures veſtras ambage fallentes; nobis nullus illorum poterit imponere. Recitent codicem Iudicum, Regnorum, Exodum, & cetera, quibus conuincuntur, oſtendant. Sed quæritis, cur multi ad ſacrificandum ſponte deſcendant, & propter paucos, ceteros irridetis. Fingite vobis imaginem trituræ: palearum eſt aceruus maior an tritici? cùm enim colonus bicorni furcâ triticum vertit, ſine pondere palea vento auferente iactatur, triticum autem graue & ſolidum
d in eo loco, in quo permanſerit, conſiſtit. *d*

5 Repetam nunc, quod Iudæi in primâ ætate poſito diſſerebant, quod eſſe mendacium ſequenti redarguens ſermone conuincam. Scriptum namq́ue eſt
1.Reg.28. ita: Saul interrogauit mulierem Pythoniſſam, & dixit ei, Excita mihi Samuelem Prophetam. Et vidit mulier aſcendentem virum cum ſtolâ: Saul Samuelem credidit, & interrogauit eum quæ volebat audire. Quid ergo? *e* Vates illa poterat excitare Samuelem? Si potuiſſe conſenſerint, iniquitatem plus iuſtitiâ poſſe confeſſi ſunt; & ſunt execrabiles, & maledicti: ſi negauerint ſic mulierem reduxiſſe; neceſſe eſt, vt Dominum Ieſum Chriſtum non ſic rediſſe conuincantur: ita fiet, vt in hac contentione aut damnentur aut cedant. Ratio huius verbi talis eſt: Quomodò mulier poterat ſancti Prophetæ excitare animam, iam olim in ſinu Abrahæ poſitam, cùm ſemper qui minùs valet, à potentiore vincatur? ergo, vt arbitrantur, Samuel in lucem reductus eſt? Minimè. Quid eſt ergo? Sicut omnibus qui Deum purâ mente ſuſcipiunt, Angeli famulari feſtinant, ita veneficis, vel incantatoribus, vel ſortilegis, vel furorem ſub vaticinationis ſpecie per deuia rura vendẽtibus, dæmones obſequuntur. Dixit enim Apoſtolus: Si Satanas in Angelum lucis transformatur; nihil magnum ſi miniſtri eius transfigurantur. Illi autem nos credere debemus, qui ordinauit circumflua terræ matia, & ſtatutâ terminorum vel littorum lege ſignauit.

6 Æditуus dixit: Tu illum dicis, qui crucifixus eſt? Et Pionius: Illum dico, quem pro ſalute orbis Pater miſit. Et Iudices inter ſe dixerunt: Coganus eos dicere, v. Pionius poſſet audire. Quibus ille reſpondit: Erubeſcite, cultuiæ Dei & iuſtitiæ quantulumcũque deferte. Sin verò vt veſtris legibus placet, cur iura veſtra culpatis, non exequendo quæ iuſſa ſunt? Iuſſi enim eſtis contradicentibus vobis, non vim inferre, ſed mortem.

a *Smyrna, vt § 1 ad Vitam S. Polycarpi diximus, habita olim totius Aſiæ minoris pulcherrima.*
b *Inter ſeptem vrbes, quæ Homeri ortu gloriabantur, prima memoratur.*
c *Ipſe Homeri verſus ex Odyſſea lib. 22 exprimitur in maioribus Actis cap. 1 nu. 4*
d *Hîc aliquid fortè deeſt.*
e *Sallanus noſter non ipſum quidem Samuelem redituum, ſed animam eius verè apparuiſſe exiſtimat, non magicis carminibus coactam, at Diuinâ virtute, priuſquàm impia mulier ſuorum incantamenta carminum abſoluiſſet: idem probabilius cenſet Cornelius, ac citat vterque plures è Patribus idem affirmantes, & verba Eccleſiaſtici cap. 46. 23. Et poſt hoc dormiuit (Samuel) & notum fecit Regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ &c.*

CAPVT III

Quæſtio coram Proconſule. Pionij cædes.

7 POſt hæc verba ait Rufinus quidam, pollens eloquio & facundiâ, atque oratoriâ arte præcellens: Quieſce Pioni. Quid inanem gloriam vanâ iactatione præſumis? Cui Pionius: Hoc te hiſtoriarum tuarum volumen edocuit? hoc codices tui demoſtrant? Tali Rufinus beati Martyris ſermone ſuſcepto, tamquàm fulmine ictus conticuit.

8 Quidam verò in excelſo honore huius ſeculi conſtitutus, ait: Noli clamare Pioni. Cui ille reſpondit: Noli eſſe violentus, ſed rogum conſtitue, vt in flammas ſponte pergamus. Arreptum itaque Pionium, magnâ cum lætitiâ & exultatione, portantes iuxta aram, tamquàm victimam, collocauerunt eò in loco, vbi erat ille, quem dicebant paulò antè ſacrificaſſe. Tunc Iudices ſeuerâ voce dixerunt: Cur non ſacrificatis? Illi reſponderunt: Quia Chriſtiani ſumus. Iudices iterum dixerunt: Quem Deum colitis? Pionius dixit: Hunc qui fecit cælum & terram, & ſideribus cælum ornauit, qui terram ſtatuit & floribus adornauit.

9 Rurſum Proconſul: Stultitiæ præceptor eras. Reſpondit ille: Pietatis. Rurſum Proconſul: Cuius pietatis? Ille reſpondit. Pietatis illius, quæ ad Deum pertinet, illum qui fecit cælum & terram & mare. Rurſum reſpondit

ad quam perorat,
a
b
& inſultantes Chriſtianos, quia quidam lapſi, arguit,
c
Deuter. 22.4
Prou. 14. 17.
præſertim Iudæos,
quorum maiores, non, vt noſtri, coacti, ſed ſponte ſuâ fœda patrarũt.
d
1.Reg.28.
AVCTORE RANONYMO, Ex MSS. LATINIS.
D
e
docet Chriſtum non eſſe arte magicâ ſuſcitatum; neque Samuelem à Pythonijſsâ:
2.Cor. 11. 14.
E
Chriſtum ani:nosè confitetur:
F
Rufino oratori ſilentium imponit:
ad aram viportatus cum ſocio,
abominantur ſacrificia,

AVCTORE ANONYMO. EX MSS. LATINIS.

ſpondit Proconſul: Sacrifica ergo. Ille reſpondit: Ego Deum viuum & verum adorare didici. Tunc Procõſul: Omnes deos colimus, & Cœlum, & eos qui in eodem ſunt. Quid autem aëra adſpicis? ſacrifica. Ille reſpondit: Non aſpicio aëra, ſed eum qui aëra fecit. Rurſus Proconſul: Quis fecit? Ille reſpondit: Non licet prodi. Rurſus Proconſul: Neceſſe eſt, te Iouem dicere, qui in cælo eſt, cum quo dij deæque omnes ſunt. Ergo ſacrifica illi, qui eſt deorum omnium, cælique regnator.

fruſtrà ea ſuadens Procõſule:

10 Cumque tacuiſſet, Proconſul iuſſit eum appendi, & quod verbis non poterat, voluit extorquere tormentis. Poſteà ergo quàm cœperat ſubiicere tormentis, ait Proconſul: Sacrifica. Reſpondit ille: Minimè. Rurſum Proconſul: Multi ſacrificauerunt, déclinanteſque tormenta, luce potiuntur: quid tantùm elatus ad mortem neſcio quâ feſtinatione feſtinas? facito quod iuberis. Ille reſpondit: Non ſum elatus; ſed æternum Deum timeo.

appenſus torquetur:

11 Poſt hanc beati Martyris firmam fixamque ſententiam, Proconſul diu habitis cum conſiliatore ſermonibus, rurſus ad Pionium verba conuertit & ait: Perſtans in propoſito, ſi pœnitentiam nec ſerò agis? Reſpondit: Minimè. Rurſus Proconſul: Habes liberam poteſtatem, quid te facere expediat maiore cõſilio & longâ deliberatione metiri. Ille reſpondit: Minimè. Tunc Proconſul: Quoniam feſtinas, inquit, ad mortem, viuus es paſſurus incendiũ; & recitari iuſſit in tabulâ: Pionium ſacrilegum virum, qui ſe Chriſtianum confeſſus eſt, vltricibus flammis iubemus incendi; vt hominibus metum faciat, & diis tribuat vltionem.

iubetur viuus cõburi,

ſententiâ lectâ de tabulâ:

12 Ibat itaque vir tantus futurus Chriſtianis exemplo, ſacrilegis voluptati: nec, vt ituris ad mortem ſolet, lababant veſtigia, titubabant genua, membra corpebant, nõ mens mali præſcia, & cetera ſigna mortis relabentibus veſtigiis impediebant inceſſum: velox pedibus, alacer corpore, mente ſecurus, abſolutæ animę ferebatur ad mortem. Cumque ad ſtadium peruenisſet, priuſquàm cõmentarienſis iuberet, corpus ſuum ipſe nudauit. Qui poſtquàm integra & illibata mẽbra reſpexit, ad cælum vertit aciem oculorum, agens Deo gratias, quòd ita fuiſſet ipſius pietate ſeruatus. Impoſitus itaque pyræ, quam manus gentilis exſtruxerat, vt clauis trabalibus figerentur, membra ſua ipſe compoſuit. Quem populus cùm vidiſſet infixum, ſiue miſericordiâ ſiue ſollicitudine commotus, Pœniteat te, inquit, Pioni; tolluntur tibi claui ſi facturum te ſpondeas quòd tibi iubetur. Tum ille, Sentio, ait, vulnera; ſed vtrùm clauis confixus ſim nõ intelligo. Interpoſito itaque tempore ait: Hæc me ducit cauſſa, hæc me ratio potiſſimùm compellit ad mortem, vt populus omnis intelligat reſurrectionem futuram eſſe poſt mortem.

generosè pergit ad mortem:

vltro ſe exuit,

ſemper virgo:

ſtipiti affigitur:

13 Poſt hæc Pionium & Metrodorum Presbyteros, cum eis in quibus fixi erant ſtipitibus, erexerunt: euenitque vt Pionius ad dexteram, Metrodorus ſtaret ad læuam, ad Orientem oculis animoque [a] conuerſus. ſed cùm allatis lignis ac ſubditis nutrimentis, vires ignis acciperet, & per ardentem pyram fortiter populatrix flamma crepitaret, clauſis Pionius oculis, tacitâ Deum ſuum oratione poſcebat. Nec multò pòſt nimiùm læto vultu, ignem reſpexit, & Amen dicens, animam quaſi eructuaret euomuit, commendans ſpiritum ſuum ei qui vicem redderet, & condemnatarũ iniuſtè animarum rationem repromiſit exquirere, dicens: Domine ſuſcipe animam meam.

a

orat:

latè & piè moritur:

14 Hic finis B. Pionij, hæc paſſio, futura vita incorrupta ſemper ac libera, omnique culpâ vacua, pura ſimplicitas, fides pertinax, innocentia perſeuerans: cuius pectus vitia excluſit, quia Deo patuit. Ita ille per tenebras feſtinauit ad lucem, & per anguſtam gradiens portam, ad plenam & ſpatioſam properauit. Coronæ itaque eius Deus omnipotens oſtendit indicium: ſubitò namque in igne, quos illuc aut miſericordia aut viſendi cura conduxerat, tale corpus Pionij viderunt, vt addita membra poſſet excedere. habebat rectas aures, mediocres crines, barbam florentem; atque ita erat omni membrorum mole compoſitus, vt iuuenis crederetur: & corpus pòſt quaſi in minorem ætatem redactum oſtenderat & illius meritũ & reſurrectionis exemplum. Mira præterea gratia de vultu eius arriſit, & multa Angelici decoris ſigna fulſerunt à Domino, vt Chriſtianis fiducia, metus Gentilibus adderetur.

Eius forma nec ab igne laſa.

15 Acta ſunt hæc ſub Proconſule Iulio Proculo [b] Quintiliano, C. Meſſio Quincto Traiano Decio, Vicio Grato [c], vt Romani dicunt, IV Idus Martij, vt Aſiani menſe ſexto, die ſabbato, horâ diei decimâ. ſic autem facta ſunt omnia, vt nos præſcripſimus, imperante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

[b] [c]

[a] *Hæc de Pionio præcipuè dicta. Nam Metrodorus minimùm ſuſpectus de hæreſi erat.*

[b] *MS. interiicit &. quaſi diuerſi fuerint Proculus & Quintilianus; vtì & apud Metaphraſten dicitur.*

[c] *Deeſt,* Conſulibus.

ALIA ACTA

Ex Simeone Metaphraſte,

Edita à Lipomano & Surio.

CAPVT I.

S. Pionij & aliorum comprehenſio: oratio ad Gentiles & Iudæos.

1 Poſtolus monet vt Sanctorum memoriam celebremus, minimè ignorans, nos, dum eos qui toto animo in fide ſanâ permanſerunt, celebramus, ad ea quæ præſtantiora ſunt imitanda concitari. Quod cùm ita ſit, Pionij Martyris memoria nobis præcipuè colenda eſt, qui tunc etiam cùm in mundo peregrinaretur, multos ab errore reuocauit, & vir Apoſtolicus noſtris temporibus fuit. Cumque martyrio coronatus ad Dominum vocatus eſt, admonitionis gratiâ hoc nobis virtutis exemplum reliquit, vt nunc etiam doctrinæ ipſius monimenta haberemus.

S. Pionius Doctor Smyrnenſium.

2 Vigeſimatertiâ menſis Februarij die, cùm ſabbatum magnum inſtaret, natali ſcilicet beati Martyris Polycarpi, vigente Decij Imperatoris perſecutione, Pionius Presbyter, & Sabina veræ pietatis ſtudioſa, & Aſclepiades, & Macedonia, & Linus Eccleſiæ Catholicæ Presbyter, comprehenſi ſunt. Pionius igitur pridie natalis diei S. Polycarpi futurum præuidit, vt eo ipſo die caperentur. Itaque cùm ſimul cum Sabinâ & Aſclepiade ieiunans, ſe poſtridie comprehenſum iri proſpexiſſet, ſumptis tribus catenis connexis, colloque ſuo & Sabinæ & Aſclepiadis iniectis, domi expectabat. Id autem fecit, tum ne ab amicis abducerentur, tum ne poſſet aliquis ſuſpicari, ſe, vt reliquos, ad ea quæ idolis eſſent immolata, comedenda deduci vellet: & vt omnes intelligerent, ſe ſtatim in carcerem duci decreuiſſe.

diuinitus monitus ſe capiẽdum.

vltro catenas ſibi & ſuis induit.

3 Cùm igitur precationibus incubuiſſent, & ſabbatho ſanctum panem & aquam cepiſſent, ſuperuenit Polemo Ædituus cum ſatellitibus ſuis, vt homines Chriſtianos quæreret, eoſque ad immolandum idolis, & comedendum ex iis quę fuiſſent immolata, perduceret.

Captus 25 Febr. 250

A ducereꝛ. Et Ædituus, Noſtis, inquit, planè decretum Imperatoris,quo vobis iubetur,vt diis ſacrificetis? Cui Pionius,Nouimus,inquit,mandata Dei,quibus imperat,vt ipſum ſolum adoremus. In forum igitur,inquit Polemo,venite, & illic obtemperabitis. At Sabina & Aſclepiades dixerunt: Nos Deo viuenti obtemperamus. Ducebat igitur eos, ſed ſine vi. Cùm autem ire pergerent,viderũt omnes eos vincula geſtantes. Quã-

ducitur ad forum:

obrem re nouâ commotus populus, celeriter concurrebat, & præ multitudine mutuò premebantur. Et cùm in forum veniſſent, & in porticu ad Orientem ſitâ,ad portam Duplicem conſtitiſſent, impletum eſt totum forum,& ſuperiores porticus tum viris Græcis atque Iudæis, tum etiam mulieribus. Nam cùm magnum eſſet ſabbatum,feriabatur. Quinetiam fundamenta arcuſque conſcenderant,vt ſpectarent.

4 In medio igitur cùm ſteriſſent,Satius eſt,inquit Polemo, ô Pioni, vt quemadmodùm omnes faciunt,

ad Gentiles & Iudæos perorat:

vos quoque pareatis Imperatori,& ſimulachris immoletis,ne puniamini. At Pionius, extensâ manu, hilari vultu,cauſſam ſuam defendit; Viri,inquiens,Smyrnęi, qui & vrbis pulchritudine,& melle Homerico,vt dicitis,gloriamini,& ſi qui ſunt inter vos Iudæi,audite me paucis perorantem. Audio vos riſu gaudioque eos

B qui transfugiunt ſuſcipere, perinde quaſi ridiculum aliquid ac leue ſit id quod agunt, dum idolis ſponte ſacra faciunt. Atqui æquum erat, Græci, vt magiſtrum veſtrum Homerum audiretis, *a* qui hominum interi-

a Deu.22. tu lætari pium eſſe negat.Vobis autem,Iudæi, Moyſes ita iubet:Si videris iumentum inimici tui cecidiſſe, &

Pro.14. 17 ſub onere iacere,ne præterieris: ſed ipſum excitato.Æquum item erat, vos Salomonem audire,qui, Si ceciderit, inquit,inimicus tuus, ne gaudeas & calamitate ipſius ne extollaris. Ego enim magiſtrum meum audiens, mori malo, quàm ab eius præceptis diſcedere. Et totis viribus enitor,ne recedam ab iis, quæ primũ didici,deinde etiam docui.Quid eſt igitur,cur nos crudeliter irrideant Iudæi?Quamuis,vt ipſi dicunt, hoſtes eorum eſſemus,homines tamen ſumus.Prætereà iniuriâ affecti,aiunt de nobis eſſe liberè loquẽdi facultatẽ. Sed quos affecimus iniuriâ? Quos occidimus:Quos perſecuti ſumus? Quos coëgimus vt adorarent idola?

horob lapſum quorumdam è noſtris inſultantes reprimit:

Putãtne ſimilia eſſe peccata ſua peccatis eorũ, qui nũc humano terrore adducti præuaricantur? Atqui tantũ differunt, quantum intereſt inter illa, quæ vi & quæ voluntate aguntur. Quis enim coëgit Iudæos, vt ſacra

C facerent Baelphegor? vt comederẽt ſacrificia mortuorum? vt ſcortarentur cum filiabus alienigenarum? vt comburerent filios & filias ſuas idolis? vt murmurarent aduersùs Deum?vt maledicerent Moyſi? vt in benè de ſe meritos eſſent ingrati? vt corde in Ægyptum reuerterentur? vt cùm Moyſes ad legem accipiendam aſcendiſſet, dicerent Aaron:Fac nobis deos, & vitulũ adorarent?Vt cetera taceam,quæ perpetrarunt. Vos enim poſſunt decipere: Sed legant vobis Exodum & librum Iudicum,legant libros Regum,& reliquos omnes, in quibus coarguuntur. Obiiciunt nobis, quoſdam non vi coactos, ſed vltro quæſitos, ad immolandum acceſſiſſe. Et vos propter paucos deſertores,cunctos Chriſtianos reprehendendos & damnandos eſſe iudicatis? Conſiderare vitam præſentem areæ eſſe ſimilem. Vter maior aceruus eſt,palearum an tritici?Cũ venerit agricola,vt ventilabro aream expurget, palea, quæ leuis eſt, facilè vento ſublata reiicietur: triticum autem ibidem manebit. Prætereà ſagenam in mare miſſam conſiderate. Num omnia quæ colligit, bona ſunt? Nequaquàm. Sic etiam ſe habet vitæ præſentis ſtatus. Quomodò igitur vultis, vt hæc patiamur? vt ſontes,an vt innocentes? Si vt ſontes,quî fieri poterit, vt vos,qui factis ipſis ſontes eſſe deprehendimini,non eadem patiamini?Sin vt innocentes,ecquam vos,cùm iuſti patiantur, ſpem habetis?Nam ſi iuſtus vix ſeruatur, impius & peccator vbi apparebit? Mundo enim

1 Pet.4.18

iudicium adeſt: cuius quidem ſigna ſunt manifeſta.

EX METAPHRASTE.

5 Ego quidem cùm peregrè proficiſcens, vniuerſam Iudæam luſtraſſem, Iordanemque fluuium traieciſſem,ſpectabam regionem *b* illam,quæ ad hoc vſque D tempus Diuinam in ſe indignationem teſtatur,propter peccata quæ incolæ ipſius admiſerunt, dum hoſpites vel occidunt vel eiiciunt,vel eis vim adferunt. Cernebam fumum ex illâ adhuc aſcendentem, & agros incendiis in cinerem redactos, omnium fructuum atque humoris expertes. Cernebam & mare mortuum, & aquam immutatam,& Diuinâ formidine extra naturales terminos egredientem, quæ nec animalia poteſt alere,& ſi quid iniiciatur,ſurſum reiicit,nec hominis corpus apud ſe valet retinere. Hominem enim recuſat admittere, ne propter hominem rurſum puniatur. Hæc ego commemoro,quæ procul abſunt. Vos Decapolim,Lydiæ regionem, igne combuſtam videtis,ad impiorum exemplum vſque in præſentem diẽ: Ætnæ item incendium, & Siciliæ, atque Lyciæ,& inſularum. Quòd ſi hæc quoque videntur vobis abeſſe longiùs; cogitate vſum aquæ calidæ, ex terrâ ſcaturiẽ- *variis Diuina iuſtitia exemplis probat iudicium per ignem futurum:*
tis. Vnde enim,niſi ex igne in intimis terræ partibus ſito contrahit caliditatem? Ad hæc memoriæ proditum E eſt,aliquas orbis partes tum igne vaſtatas eſſe, tum etiam aquâ,vel tempore Deucalionis, vt vos dicitis,vel Noë tempore, vt nos aſſerimus. Quamobrem ex rebus ſingularibus poſſunt vniuerſæ cognoſci. Itaque teſtamur vobis & denuntiamus, iudicium per ignem à Deo per Verbum ipſius Ieſum Chriſtum factum iri. Et idcircò deos veſtros, & ſtatuam auream nolumus adorare.

a *Odyſſea χ ſiue lib.22.cùm Vlyſſes nutricem ſuam* Eurycleam *cæde procorum exultantem, & præ gaudio* ὀλολύζουσαν clamitantem, *repreſſiſſet,* γνωμικῶς *addidit v.90 à fine illius libri,*
Οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν ἰυχετάασθαι.
Non eſt pietas ob viros interfectos gloriari.

b *Pentapolim intelligit, ſiue* Mare mortuum, & Aſphaltiten lacum, *de quo Solinus cap.36 & alij profani ſcriptores, & ſacræ Scripturæ Interpretes omnes ad cap.19 Geneſeos, & in illud libri Sapientiæ 10 v.6.* Hæc iuſtum à pereuntibus impiis liberauit fugiẽtem,deſcendente igne in Pentapolim:quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda conſtat deſerta terra.

CAPVT II.

Interrogatio publica in foro.

6 HÆc & alia multa cùm ſine vllâ interpellatione Pionius loqueretur, attentè atque incredibili F ſilentio tum ab Ædituo,eiuſq; ſatellitibus,tum ab vniuerſo populo audiebatur. Verùm cùm verba illa Pionius repeteret, Deos veſtros,aureamque ſtatuam nolumus adorare; duxerunt eos in medium ſub dio. Circumſteterunt autem quidam homines forenſes, vnà cum Polemone orantes atque dicentes:Nobis obtempera,Pioni,moremque gere,qui te diligimus, vitâque dignum ducimus, propter morum probitatem atque modeſtiam tuam. Dulce & iucundum eſt viuere, & lucem intueri.Ego quoque,Pionius inquit,vitam amabilem puto:ſed illud longè eſt amabilius, quod optamus nos Chriſtiani. Lucem hanc iucundam ac dulcẽ exiſtimo: ſed illam multò iucundiorem & dulciorem, quæ vera eſt lux, quam nos cupimus contemplari. Hæc quidem omnia ſunt pulchra, neque nos damnamus, odióve proſequimur opera Dei. Sed alia ſunt *quæ aptè refutat:*
longè pulchriora ac præſtantiora, quæ his anteponimus.

blanditiis tentatur,

7 Circumforaneus autem quidam, nomine Alexander, homo improbus,ait:Audi nos, Pioni. Cui Pionius, Tu, inquit, potiùs audi me. Quæ enim tu ſcis,ſunt mihi cognita:quæ autem ego ſcio, eorum tu es ignarus. Volebat autem eum Alexander irridere. Itaque cùm ironiâ;Quid ſibi volunt,inquit, iſtæ cate-

Ex Metaphraste

næ? Cui Pionius respondit: Ne per vrbem vestram iter facientes, existimemur ad immolandum idolis, aut ad edendum ea quæ sint illis immolata, proficisci: atque
A *rationem dat cur catenas vltro assumpserit:* adeò, vt intelligatis, nos ne interrogari quidem velle, sed decreuisse non in forum, sed rectà in carcerẽ ire: *a* & ne per vim nos cõprehensos, vt reliquos, trahatis; sed cùm vincula gestemus, dimittatis. Fortasse enim nos vinculis illigatos, ad idola vestra non introducetis. Sic eum Alexander illudebat. Cumque rursum illi multis verbis Pionium hortarentur, atque ipse sibi ita decretum & statutum esse responderet, eosque reprehenderet, & de iis quæ sunt euẽtura, differeret; Alexander, Quid multis, inquit, opus est verbis, cùm viuere nequeatis?

8 Sed cùm populus vellet in theatro conuentum fieri, vt plura illic audiret, quidam Ducis studiosi ad Polemonem Ædituum accedentes, ei persuaserunt, ne sineret in theatro populum cõuenire, ne tumultus fieret, &
b templum idolorum ingredi recusat: *b* panis flagitaretur. Quibus auditis, Polemo; Si non vis, inquit, Pioni, sacrificare, saltem in templum ingredere. Pionius autem, Hoc idolis, inquit, non expedit, vt illuc ingrediamur. Polemo verò, Persuade, in-
B *Sabina sui risus causſam reddit:* quit, hoc nobis Pioni. At ille, Vtinam, inquit, possem vobis persuadere vt fieretis Christiani. Tunc illi risu soluto dixerunt: Tu verò ne id feceris, ne viui comburamur. Grauius atque acerbius est, inquit Pionius, post mortem igne comburi sempiterno. Arridenteque Sabinâ, Ædituus & satellites eius dixerunt: Rides? Ita Deo placet, inquit illa; Christiani enim sumus: & qui fide sunt in Christum firmâ atque constanti, risu ridebunt perpetuo. Tu, inquiunt illi, quod non vis, patieris. Quæ enim diis nolunt sacrificare, in *c* pro-
c stibulum coniiciuntur. At illa, Sancto, inquit, Deo id erit curæ.

Pionius fidem animosè profitetur; 9 Pionium rursus Polemo sic allocutus est: Obtempera nobis, Pioni. Respondit Pionius; Iussisti, vt vel obtemperarem, vel plecterer. Non obtempero, iube igitur plecti. Tunc Ædituus Polemo, Sacrifica, inquit, Pioni. At ille: Christianus sum. Quem, inquit Polemo, deum colis? Respondit Pionius; Deum illum
eiusdẽ responsa cõscribũtur: omnipotentem, qui fecit cælum & terram, & omnia quæ sub cælo & terrâ continentur, atque omnes nos: qui nobis abunde suppedita omnia, quem per Verbum ipsius Christum, cognitum habemus. Sacrifica igitur, inquit Polemo, saltem Imperatori. Ego, inquit Pionius, homini non sacrifico: Christianus enim sum. Deinde, cuncta scribente notario, Quod, inquit, est tibi nomen? At ille respondit: Pionius. Tum Polemo, Christianus, inquit, es? Respondit: Sum profectò.
C Cuius, inquit Polemo, es Ecclesiæ? Respondit Pionius: Catholicæ. Nulla enim est alia apud Christum.

Sabinæ dicta Theodotæ, 10 Tum ad Sabinam accessit. Monuerat autem illam Pionius, & ab eo fuerat Theodota appellata; ne ex nomine cognita in manus impiæ ciuis iam dominæ suæ rursum incideret, quæ imperante Gordiano, cùm vellet Sabinam à fide abducere, eam vinctam in montibus relegauit, vbi clam victui necessaria ei à fratribus subministrabantur. Pòst autem studiosè curatum fuit, vt à dominæ seruitute & à vinculis liberaretur: plurimùm autem cum Pionio versabatur: quæ etiam in hac persecutione capta fuit. Dixit igitur huic quoque Polemo: Quo nomine vocaris? Eâque respondente, Theodota, subiecit ille: Christiana es? Næ, inquit, Christiana sum. Cuius Ecclesiæ? inquit Polemo. Sabina respondit: Catholicæ. Tunc ait Polemo: Ecquẽ colis & veneraris? Deum, inquit illa, omnipotentem, qui fecit cælum & terram, & omnes nos; quem nouimus per Verbum ipsius Iesum Christum. Mox Asclepiadem interrogauit, Quomodò, inquiens, appellaris? Asclepiades, inquit ille. Tum Polemo: Christianus es? Respondit: Sum. Quem, inquit Polemo, veneraris? Eoque respondente, Christum Iesum; ait Polemo: Estne alius? Minimè vero, inquit Asclepiades; sed idem il-

multa iam olim passa,

fidem generosè confitetur:

vti & Asclepiades:

le, quem hi dixerunt. D

11 His dictis, in carcerem ducti sunt, tam ingenti multitudine consequente, vt forum impleretur. Et di- *ducuntur omnes in carcerem* cebant quidam de Pionio: Quomodò qui semper erat pallidus, nunc est facie igneâ ac rubicundâ? Cùm autẽ ipsum Sabina vestimento propter multitudinis impetum teneret, quidam eam deridentes dicebant: Quàm veretur, ne ab eius vberibus depellatur? Vnus autem quidam clamauit; Si nolunt, inquiens, parere, supplicio afficiantur. Cui Polemo respondit: Nobis non præcedunt fasces, neque secures, vt hanc habeamus potestatem. Alius dicebat: Ecce homunculum subducit ad immolandum: (innuebat autem Asclepiadem, qui nobiscum erat) Pionius dixit: Mendacium loqueris; ne- *eos irridẽtibus aptè respondet Pionius.* que enim id facit. Alij dicebant: Hic & ille diis immolarunt. Pionius autem: Pro suo quisque, inquit, agit arbitrio. Quid igitur ad me? Ego Pionius vocor. Dicebant alij: Quid prodest huic doctrina sua, cùm ita se habeat: Hanc, inquit Pionius, vos doctrinam didicistis, per quam & famem & cædes & alias calamitates experti estis. At ipse quoque fame, quidam respondit, nobiscum laborasti. Sanè, Pionius inquit; sed tamen cum spe, quam in Deo positam habeo. Hæc illo di- E cente, sic à turbâ vexati sunt, vt parum abfuerit quin opprimerentur.

a *Baronius legit*: & ne per vim nos comprehensos dimittatis, sed, cùm vincula gestemus, trahatis.

b *Obseruat Baronius, in tali conuentu consueuisse populum* suas necessitates iunctis vocibus conclamare, ac interdum in magistratus iactare conuicia & turbas ciere.

c *Grauissimum hoc Christianæ feminis, castitatis tenacissimis, supplicium impij irrogabant, vt in Agnete, Glaphyrâ, Luciâ, atque aliis patet.*

CAPVT III

Gesta in carcere, præsertim cum lapsis.

12 IN carcerem igitur coniecti & custodibus traditi *alios ibi captiuos reperiunt:* sunt. Ingressi autem, Catholicæ Ecclesiæ Presbyterum, nomine Linum, & mulierem ex vico Carinâ, nomine Macedoniam, & ex hæresi *a* Phrygum quemdam, nomine Eutychianum, illic inclusos offenderunt. *oblata recusat Pionius: visuntur à Christianis,* Cùm igitur essent eodem in loco, custodes animaduerterunt, ea quæ à fidelibus afferebantur, à Pionio nõ recipi. Dicebat enim: Si, cùm pluribus egeremus, nemini graues eramus, quantò minùs accipere nunc debemus? Custodes igitur, qui ab inuisentibus munera solebant accipere, eos in interiorem carceris partem cõ- F iecerunt, ne possent vllum solatium aut consolationem accipere. At illi Deum collaudantes acquieuerunt, & quæ dari solita erant, ipsis præbuerunt: adeò vt carceris Præfectus admiraretur, & pristinum eos in locum vellet reducere. Ipsi verò manserunt, dicentes: Gloria Domino: hoc enim nobis prosperè succesſit. Possumus namque liberè philosophari, & precibus incumbere nocte & die. Multi tamen ex gentibus eos etiam *gentilibus,* in carcere visebant, & conabantur illos à proposito dimouere, sed eorum responsa admirabantur.

13 Introibant etiam illi, qui per vim tracti fuerant *lapsis,* ad immolandum, & magnum fletum excitabant: adeò vt in luctu & squalore singulis horis versarentur, præsertim propter illos, quorum vitæ iustitutio proba erat atque honesta. Itaque illis visis, Pionius lugebat; Nouo, inquiens, afficior supplicij genere. Membratim cõcidor, dum video margaritas Ecclesiæ à porcis conculcari, & cæli stellas à caudâ draconis in terram detrahi. *horum casum luget Pionius,* Vineam, quam dextera Dei plantauit, à filio porci siluestris vastatam: vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Alumni mei delicati ambulauerunt vias asperas atque difficiles. Nunc impij seniores insidias Susannæ tetenderunt. Nunc delicatam

A licatam atque formoſam retegunt, vt eius pulchritudine impleantur, & falſum in illam teſtimonium ferant. Nunc Aman inſultat: Eſther autem atque vniuerſa ciuitas perturbatur. Nunc non panis fames, nec aquæ ſitis; ſed audiendi verbi Domini fames ac ſitis premit. An omnino dormitauerunt omnes Virgines, & dormierunt? Impletum eſt illud: Si filius hominis venerit, inuenietne fidem in terrâ? Quid quòd vnuſquiſque, vt audio, prodit proximum ſuum? vt illud impleatur: Tradet frater fratrem in mortem. Profectò quæſiuit nos Satanas, quos cribraret vt triticum. Ignitum porrò ventilabrum eſt in manu Dei verbi, vt purget aream. Fortaſſe infatuatum eſt ſal, & eiectum eſt foras, & conculcatur ab hominibus. Nemo tamen, filioli, Dominum debilitatum exiſtimet, ſed nos. Num infirmata eſt, inquit, manus mea, quò minùs apprehendat? aut auris effecta grauis, vt non audiat? Peccata veſtra diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum. Peccauimus enim; quidam etiam contemnentes. Iniquè egimus, nos viciſſim mordentes & accuſantes. Mutuò conſumpti ſumus. Oportebat autem, vt Scribas & Phariſæos iuſtitiâ vinceremus.

Amos 8. 11

Mat. 25. 5 Luc. 18. 8 Mat. 10. 21 Luc. 22. 31

Eſa. 50. 2 & c. 59. 2 *& Eccleſiæ, ob peccata ortã perſecutionem:*

14 Quid, quòd Iudæi quoſdam veſtrum, vt audio, in Synagogas ſuas vocant? Quamobrem cauete, ne maiore atque voluntario ſcelere vos obſtringatis: & ne quis ex vobis peccatum, quod non remittitur, in Spiritum ſanctum admittat; & ne vos quoque ſimul cum illis, ſitis principes Sodomorum & populus Gomorrhæ, quorum manus ſanguine ſunt plenæ. Nos neque Prophetas occidimus, neque prodidimus Chriſtum, aut in crucem egimus. Quid multis moror? Memoriâ repetite ea, quæ audiuiſtis: quandoquidem non ignoratis, Iudæos affirmare, Chriſtum fuiſſe purũ hominem, & tanquàm mortalem occidiſſe. Dicant igitur nobis: Si ſimplex homo mortalis fuit, quomodò mundus vniuerſus diſcipulorum eius multitudine repletus ſit? Cur eius diſcipuli & poſteà tam multi pro nomine ipſius mortem oppetierint? Quomodò ſimplicis hominis mortalis nomine tot annis dæmonia eiecta ſint, & eiiciantur, & eiicienda ſint; & aliæ multæ res admirandæ in Eccleſiâ Catholicâ fiant? Neſciunt autem eum ita fuiſſe mortalem, vt propriâ voluntate animam egerit. Dicunt præterea Chriſtum necromantiam exercuiſſe, eiuſque vi poſt crucem fuiſſe ſuſcitatum. Quæ ſcriptura vel ipſorum vel noſtra de Chriſto talia commemorat? Aut quis homo iuſtus vnquam hæc dixit? Nonne qui nugas eiuſmodi confingunt, ſunt homines flagitioſi? Quod cùm ita ſit, cur ſceleratis potiùs hominibus, quàm probis & iuſtis fides habetur?

B

Eſai. 1. *monet ne Iudæis ſe iungant:*

C

quorum de Chriſto, figmenta refutat,

15 Ego quidem cùm adhuc eſſem puer, figmentum hoc Iudæorum audiui. Memoriæ proditum eſt, Saulem ad mulierem ventriloquam acceſſiſſe, vt ab eâ reſponſum acciperet, quæſiſſeque vt ſibi Samuelem Prophetam excitaret. Et vidit mulier virum rectum aſcendentem, & pallio indutum. Et agnouit Saul illum eſſe Samuelem, & rogauit ea quæ voluit. Quid igitur? Potuitne ventriloqua illa mulier Samuelem excitare, an non? Si potuiſſe dicunt, iniuſtitiam plus quàm iuſtitiam valere confitentur, & ſunt execrandi. Sin negant, ne Chriſtus quidem id egit, quod iſti fingunt. Huius autem argumenti vis eſt eiuſmodi. Quomodò potuit impius dæmon, qui in illius mulieris ventre loquebatur, ſancti Prophetæ animam, in ſinu Abrahę quieſcentem, in hanc vitam reuocare? Quod enim inferius eſt, ſuperioris imperio paret. Non igitur, vt iſti ſuſpicantur, Samuel fuit ab illâ muliere Pythonem habente in hanc vitam reuocatus. Sed ita ſeſe res habet: Angeli deſertores ſequuntur eos qui à Deo deficiunt: & omnibus maleficis, & magis, & præſtigiatoribus, & vatibus inſeruiunt angeli diabolici. Idque mirum non eſt, cùm ipſe ſatanas (vt inquit Apoſtolus) transfiguret ſe in Angelum lucis. Quamobrem & miniſtros eius ſpeciem miniſtrorum iuſtitiæ ſuſcipere eſt conſentaneum. Alioqui quomodò Antichriſtus Chriſti perſonam induceret? Non igitur Samuelem in hanc lucem reduxit mulier illa ventriloqua, ſed tartarei dæmones Samuelis perſonam atque ſimilitudinem induentes, ſeſe mulieri ventriloquæ & Sauli, qui à Deo defecerat, conſpicuos præbuerũt. Hoc autem indicat ipſa Scriptura. Dicit enim ille, qui Samuelis formam gerebat: Et tu hodie mecum eris. Quomodò enim poteſt Saul, Dei inimicus, eſſe cum Samuele? Nonne potiùs cum impiis dæmoniis, quæ ipſi obuiàm venerant, & quibus ipſe ſeruiebat, erat futurus? Non igitur erat Samuel. Quòd ſi fieri non potuit, vt ſancti Propheræ anima tunc in hanc vitam reuocaretur, quomodò Ieſum Chriſtum, quem in cælos aſcendentem diſcipuli conſpexerunt, & pro quo mori maluerunt, quàm ipſum negare, è terrâ hoc modo ſurrexiſſe audent affirmare? Quòd ſi non poteſtis hæc illis perſuadere, dicite aduersùm illos: Nonne vobis, qui nullâ neceſſitate adducti, ſcortati eſtis, & idola coluiſtis, nos meliores ſumus? Et nolite illis aſſentiri & animos deſpondere, ſed reſipiſcite, fratres, & pœnitentiam agite, & ad Chriſtum, qui benignus eſt, voſque iterum ſuſcipiet, confugite.

1. Reg. 28

præſertim non eſſe magicâ arte ſuſcitatum,

2. Cor. 11. 4

EX METAPHRASTE.

D

vti nec Samuelem à Pythonis:

lapſos hortatur ad pœnitentiam:

E

a Cataphryges Κατὰ φρύγας, *ideò dicti ſectatores Montani, quia ipſe vico Phrygiæ Ardaban natus. Is ſe Paracletum dicebat, ſecundas nuptias damnabat, Priſcilla & Maximilla ſcripta libros prophetico appellabat. Plura de eo Theodoretus hæretic. fabul. lib. 3 cap. 2 Prædeſtinatus Sirmondi hær. 26 & nos infrà 7 Febr. ad Vitam S. Apollinaris Ep. M.*

b *Baron.* dedicati mei.

CAPVT IV

Interrogatio II *in carcere, foro, fano idolorum.*

16 Hæc ille cùm dixiſſet, & rogaret eos vt è carcere egrederentur, Ædituus Polemo, & Theophilus Magiſter equitum cum ſatellitibus & multâ turbâ ſuperuenerunt, atque dixerunt: Ecce a Eudæmon Præſul veſter immolauit: vos item obtemperate. Interrogabunt vos in templo Lepidus & Eudæmon. Reſpondit Pionius: Eos, qui in carcerem conjecti ſunt, æquum eſt aduentum Proconſulis expectare. Quid vobis partes ipſius arrogatis? Cùm autem multa dixiſſent, diſceſſerunt. Sed rurſus cum ſatelliti- *ſitorem re-* bus & turbâ reuerſi ſunt. Et Hipparchus cum dolo; *cuſat:* Proconſul, inquit, miſit, vt Epheſum abducamini. Veniat, reſpondit Pionius, ille qui miſſus eſt, & accipiat nos. Atqui Princeps, inquit Magiſter equitum, dignus F eſt cui fides habeatur. Atqui Princeps, inquit, ſum. Et *vi in fanũ* arripiens illum, laqueumque collo ipſius iniiciens, eum *pertrahi-* ita premebat, vt propemodùm ſuffocaret. Tradidit *tur:* igitur illum ſatellitibus, atque ita ſimul cum Sabinâ & reliquis ſociis in forum ductus eſt. Cumque magnâ voce ſe Chriſtianos eſſe teſtarentur, humique ſeſe proſternerent, ne in idolorum templum inducerentur, ſex miniſtri Pionium rapuerunt ita reluctantem, vt eius latera genibus comprimentes, manibuſque ac pedibus cædentes, vix potuerint ipſum impellere. Sublatum igitur atque clamantem geſtarunt, humique ante aram depoſuerunt, vbi adhuc adſtabat Eudæmon, qui idolis ſacrificauerat.

Epiſcopi lapſi exẽplo ad ſacrificandũ vrgetur:

17 Et Lepidus, Cur, inquit, vos, ô Pioni, non immolatis? Reſpondit Pionius: Quia ſumus Chriſtiani. Lepidus ſubiecit: Quem Deum colitis? Eum, inquit *ibi fidem* Pionius, qui fecit cælum & terram & mare & quæ in *profitetur:* eis ſunt omnia. Quis igitur, inquit Lepidus, fuit crucifixus? Is, reſpondit Pionius, quem Deus Pater miſit ad ſalutem mundi. Principes hîc valdè clamantes riſerunt, & Lepidus ipſum deteſtabatur. Clamabat autem Pionius, Pietatem, inquiens, colite, iuſtitiam obſeruate, affectionis ſimilitudinem cognoſcite, legibus veſtris

Ex METAPHRASTE.

vestris parete. Nos puniendos censetis, quia non obtemperamus: & vos item à legum vestrarum præscripto receditis. Iubent enim, non vt cogatis nos, sed vt puniatis. Tum Rufinus quidam inprimis excellens eloquentiæ famâ, Desine, inquit, Pioni, inanem gloriam aucupari. Ille autem respondit: Ista est tua dicendi facultas? Isti tui sunt libri? Nónne hæc ab Atheniensibus Socrates perpessus est? Nunc omnes sunt imperfecti, & cessatores & pigri & tardi atque ignaui. Socrates igitur, & Aristides, & Anaxarchus, & ceteri horum similes, sententiâ tuâ, inanis gloriæ studio ducebantur, quoniam & philosophiam & iustitiam & fortitudinem excolebant? Rufinus his auditis obticuit. At quidam alius, qui mundi gloriâ præstabat, & Lepidus, Noli, inquiunt, Pioni, vociferari. Respondit ille: Ignem accendite & ingrediemur.

Rufino oratori respondet:

18 Terentius autem quidam è turbâ, magnâ voce; Videtis, inquit, quomodò hic aliis quoque suadet vt impij sint, nec diis sacrificent? Tunc illis coronas imposuerunt, quas ipsi discerptas abiecêre. At minister publicus idolis immolatum accepit, nec tamen ad quemquam ipsorum est ausus appropinquare: sed illud in omnium conspectu comedit. Verùm cùm illi rursum clamarent, Christiani sumus; non reperientes quid illis facerent, eos in carcerem reduxerunt. Turba autem eos illudebat ac verberabat. Et Sabinæ nescio quis dixit: Tu non potuisti in patriâ mori? Cui illa respondit: Quæ est patria mea? Ego sum Pionij soror. Terentius verò, qui tunc venationes curabat, ad Asclepiadem, Te, inquit, accusabo, vt bestiis damnatum in munere gladiatorio filij mei. Cui Asclepiades: Non ob id, inquit, me perterrefacies. Atque ita in carcerem ducti sunt. Ingredienti autem Pionio quidam è satellitibus vehementer caput percussit, ac vulnerauit. Atque ipse quidem patienti animo id tulit. Sed percussoris manus & latera sic inflammata sunt & intumuerunt, vt respirare vix posset. Ingressi autem, Deum collaudabant, quòd aduersùs inimicum & simulatorem Eudæmonem fortes constantesque permansissent, & psalmis ac precibus se confirmabant.

coronam à Gentilibus impositam discerpit SS. idolothytaexecrátur:

in carcerẽ reducuntur:

Pionium ludens à Deo punitur:

a *Baron.* Eudæmon. *al.* Auctemon.

CAPVT V

Interrogatio III. *tormenta. mors.*

19 POst hæc autem Proconsul Smyrnam venit, & Pionius adductus in iudicium, martyrio coronatus est. Quemadmodùm autem res transacta sit, commemorabimus. Ante quartum Idus Martij, Quintilianus Proconsul sedens pro tribunali, sic interrogauit: Quomodò vocaris? Respondit: Pionius. Proconsul ait: Diis immolas? Respondit: Non. Proconsul: Quam, inquit, religionem aut sectam colis? Respondit: Catholicorum. Quorum, inquit, ille Catholicorum? Respondit: Ecclesiæ Catholicæ Presbyter sum. Proconsul: Túne inquit, es doctor ipsorum? Respondit: Docui sanè. Interrogauit: Cuius partis magister es? Respondit: Pietatis. Cuius, inquit, Pietatis? Respondit: In Deum Patrem, qui fecit omnia. Immola, inquit Proconsul. Respondit: Nolo: Deum enim oportet adorare. Omnes, inquit ille, adoramus cælum & deos qui sunt in cælo. Cur aëri preces fundis? ipsi sacrifica. Respondit: Non aëri preces fundo, sed illi, à quo factus est aër & cælum & quæ in eis sunt omnia. Dic, inquit Proconsul, quis hæc fecit? Respondit: Non expedit dicere. Deus, inquit Proconsul, omnino, id est, Iuppiter, qui est in cælo: Rex enim est omnium deorum.

à Proconsule examinatur:

20 Tacenti autem Pionio atq; suspenso, dictum est: Immolas, an non? Respondit: Non. Ei rursum, cùm vngulis torqueretur, dictum est: Resipisce, cur insanis? Respondit: Non insanio, sed Deum viuentem timeo. Proconsul, Ceteri, inquit, immolarunt, & viuunt, ac rectè sentiunt. Respondit: Non immolo. Proconsul, Te ipsum, inquit, collige, & consilium muta. Respondit: Non faciam. Dictum est illi: Cur ad mortem properas? Non ad mortem, inquit, propero, sed ad vitam. Quintilianus Proconsul, Nihil, inquit, eximium facis ad mortem festinans. Nam & qui nomen dant, ac describuntur, exigui lucelli gratiâ morte contemptâ, cum bestiis pugnant. Et tu ex eorum vnus es numero. Quando igitur ad mortem curris, viuus comburetis. Ex tabellâ autem hæc verbis Romanis scripta sententia legebatur: Pionium se Christianum esse confitentem, viuum igni comburendum iudicauimus.

suspensi s raditur vngulis:

igni sententiâ è tabulâ in eum latâ;

21 Cùm igitur fidei studio alacriter in stadium venisset, vltro se vestimentis spoliauit. Deinde corporis sui castitatem ac decus agnoscens, ingenti repletus est gaudio, & in cælum suspiciens, ac Deo, qui se talem conseruasset, gratias agens, super ligno seipsum extendit, militique tradidit, vt clauis configeret. Cumque iam confixus esset, ei rursum minister ait: Resipisce, atque sententiam muta, & auferentur clau. At ille respondit: Eos inesse sensi. Et cùm paullisper cogitabundus mansisset; Idcircò, inquit, *a* dormire festino, vt celeriùs surgam, significans è mortuis resurrectionem. Eum igitur ligno suffixum erexerunt. Deinde etiam Metrodorum quemdam presbyterum ex *b* secta Marcionistarum. Erat autem Pionius à dextris, & Metrodorus à sinistris collocatus: vterque tamen orientem versùs spectabat. Cumque materiæ lignorumque cumulus vndique congestus esset, & Pionius oculos clausisset, turba illum animam egisse suspicabatur; sed ipse secretò precabatur. Cumque precandi finem fecisset, oculos aperuit. Iamque flamma sublimis ascendebat, cùm hilari vultu postremum Amen pronuncians, ac dicens: Domine, suscipe animam meam; tamquàm eructans, quietè & sine dolore expirauit: & Patri, qui omnem sanguinem iniquè effusum, atque omnem animam iniustè damnatam se pollicitus est seruaturum, spiritum tradidit.

clauis ligno affigitur:

in igne orat:

piè moritur:

22 Tali dignus effectus est exitu B. Pionius, qui vitam suam ab omni crimine ac reprehensione liberam integramque seruauit: atque animum suum in Deum omnipotentem, & mediatorem Dei atque hominum Iesum Christum, semper propensum & erectum habuit. Et magno in certamine victor existens, per angustam portam in amplum magnumque lumen peruenit. Ac corona quidem ipsius in corpore etiam est comprobata. Etenim cùm ignis extinctus esset, nos qui præsentes eramus, talem ipsum vidimus, quale vigentis ornatique pugilis corpus existit. Siquidem & aures erant molles, & capilli in cute capitis inhærebant, & barba, vt iuuenibus primùm pubescentibus, decorè florebat, & facies eius gratiâ splendebat admirabili, vt & Christiani magis confirmarentur in fide, & qui erant à fide alieni, conscientiæ stimulis verberati contertitique discederent.

eius corpus inter flãmas illasum.

23 Hæc acta sunt, *c* Iulio Asiæ Proconsule, Proclo & Quintiliano magistratum gerentibus, Consule tertiùm Messio Quinto Traiano, & Deltio Grato secundùm, Traiano Decio Augusto, ante IV Idus Martias more Romanorum, Asiæ autem more septimi mensis vndecimo, die sabbathi, horâ decimâ: vt nos autem loquimur regnante Domino nostro Iesu Christo, cui gloria in secula seculorum, Amen.

c quando martyrium passus.

a *Baron.* Domine.

b *Ea duo statuebat principia, vt ait Prædestinatus cap.* 21 *Imò* 4 *ingenitas substantias, vt Theodoretus scribit lib.* 1 *cap.* 24

c *Baronius:* Iulio Proculo Quintiliano Procos. magistratum gerente, Cos. tertiùm Messio Quincto Traiano Decio, & Grato secundùm.

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS

VICTORE, LVCIANO, APOLLINARE, HILARIO, AMMONE, ZOTICO, CYRIACO, EVGENIO. I. B.

I. FEBR. *Vetus MS. Martyrologium Romanum siue S. Hieronymi, ita hos Martyres recenset:* Et alibi Victoris, Luciani, Apollinaris, Hilari, Ammonis, Zotici, Cyriaci. *Vetus item MS. Martyrol. Richenouiense, siue Augiæ-Diuitis ita habet:* Et alibi Victoris, Luciani, Helarij, Cyriaci, Eugenij. *Memorantur quidem in Martyrol. Romano, XXI Iunij,* Cyriacus *&* Apollinaris: *verùm ab his diuersi. Nam in eodem S. Hieronymi Martyrologio alij iis iunguntur eiusdem laureæ consortes,* Saturninus, Bellicus, Perseus, Chrysinus, Prima, Ianuarius. *Quo etiam die in MS. Richenouiensi citato,* Cyriacus, Bellicus, Chrisimus, in Africâ *passi memorantur.*

I. B.

DE S. EVBERTO EPISCOPO,

INSVLIS ET SECLINII IN FLANDRIA.

SECVLO CHR IV. I. FEBR.

B

S. Eberti celebris in Martyrologiis,

INsulis, vrbe Flandriæ amplâ & opulentâ, colitur Officio duplici, Kalendis Februarij S. Eubertus *Episcopus. De quo Molanus in addit. ad Vsuard.* Insulis S. Euberti Confessoris, qui, licet vita Deo sit nota, & hominibus ignota, creditur tamen esse meriti præclari. Cuius corpus requiescit in S. Petro. *Hermannus Grenen:* Euberti Episcopi & Confess. *Canisius:* Insulis S Euberti Confess. cuius corpus in S. Petro quiescit. *Ferrarius:* Insulæ in Belgio S. Euberti Ep. *Balduinus V Villotius:* Seclinij oppido Insulis vicino, depositio S. Euberti Episc. & Confessoris, qui deinde Insulas ad collegiatam S. Petri ecclesiam translatus, ibidem hoc die colitur. *Meminerunt quoq; illius hoc die Andreas Boëius noster, Ghinius in Natal. SS. Canonicor. Miræus in Fastis Belgicis & alij. & fusiùs Saussaius:* Eodem die Insulis in Flandriâ, S. Euberti Episc. & Confess. aliàs Eugenij, qui ex vrbe Româ, furente Diocletiano, in Gallias ad prædicandum Euangelium cum S. Quintino, Lucio, Crispino & Crispiniano, Piatone, aliisque proficiscens, Dei regnum in Belgio plurimùm prouexit: magnisque exantlantatis pro fide laboribus, multis nobilitatus tropæis, demum feliciter obdormiuit in Domino. Quiescit Insulis in collegiatâ S. Petri ecclesiâ, quam condidit Balduinus cognomento Insulanus, Flandriæ Comes: illicque, &

C Seclinij, celebri Flandriæ municipio, magnâ veneratione colitur.

2 *Acta S. Euberti vel tradita nôn sunt litteris, vel interciderunt,* in Normannorum vastatione *fortassis, vti suspicatur Molanus. Lectiones Breuiarij Insulensis an* MDXXXIII *excusi, sumptæ sunt ex communi. Fama tenet comitem fuisse & adiutorem* S. Piati, *seu* Piatonis, *Tornacensium Apostoli, cuius Vitam dabimus* 1 *Octobris. Hic Beneuenti natus, litterisq; & pietate imbutus, cum Dionysio Parisiorum Episcopo, Quintino, Chrysolio, Crispino, Crispiniano aliisq; missus à Pontifice Romano in Gallias, ad prædicandam Christi fidem; dein ab eodem Dionysio Episcopus ordinatus, Tornaci primus Christi religionem, ac locis vicinis nuntiauit: tandemq; coronatus martyrio, Seclinij sepultus est; vbi trecentis & quinquaginta pòst annis corpus eius, instrumentaq; martyrij à S. Eligio Tornacensi Episcopo reperta. Huic igitur socij tam præclaræ expeditionis* Chrysolius *atque* Eubertus *fuêre. De Chrysolio agemus* VII *Februarij.* Euberti *patriam ac genus ab nullo prodi, testatur Ioannes Buzelinus noster Annal. Gallofland. lib.* 1. *existimari* Pontificio decore præditum fuisse.

socius S. Piati,

Tornaci & alibi prædicat:

3 *Ceterùm de rebus ab vtroque gestis ita scribit:* Chrysolius Eubertusque nunc Tornaci animis hominum excolendis, rebusque ad pontificium munus spectantibus peragendis, Piatoni operam commodare: nunc extra muros eius vrbis laborem suum latiùs porrigere, plurimis ad Christi fidem perducendis mortalibus. *Dein memoratâ Piatonis ac Chrysolij cæde, de Eberto subdit:* E Ab vero nihil discrepat, Eubertum, Eugeniumque satellitum manus ferrumque vitasse, vt Christianis laborantibus opem ferrent, ac plerisque hominum ad Christi sacra perducendis postmodùm operam darent: quandoquidem Eubertum siccâ inorte consumptum fuisse, ab omnibus fermè creditur; ac de Eugenij agone nihil vspiam vetera præbent monumenta. Siclinij per morbum ad cælos Eubertum euolasse, sunt qui existiment: quòd illic quondam eius ossa, priusquàm Insulam deportarentur, quieuerint, cultumque meruerint eo in templo parochiali, quod eius nomine olim claruit, nunc solis ruderibus famam retinet. An is Tornaci, vel alibi, Neruiis Pontifex præfuerit, postquàm è terris ad cælos Diuus Piaton euolauit, non est mihi facile arbitrari, quòd è nullis id liceat monumentis eruere. *Hæc Buzelinus.*

manus persecutorum fugit

sepultus Seclinij:

an Episcopus Tornacensis?

4 *Cur* Eugenium *Piatoni atque Eberto iungant, haud reperimus caussam: neque enim aut reliquiæ eius in Belgio vspiam, templumve, aut aliud monumentum. Ioannes Cognatus histor. Tornacensis lib.* 1 *cap.* 23 *ac Miræus in Fastis Belgicis, vnum eumdemq; esse* Eubertum *&* Eugenium *censent. Traditur quidem inter S. Dionysij socios fuisse S. Eugenius, Toletanus in Hispaniâ Episcopus, sed in Galliâ pòst Dionysium martyrio coronatus; cuius reliquiarum pars è S. Dionysij cœnobio in Belgium ad Bronienſe monasterium allata, vt* XV *Nouembris dicemus: at non fuit ille apud Tornacenses notus.*

idemne qui Eugenius?

F

5 *Quo loco Buzelinus tradit olim* S. Euberti *extitisse ecclesiam iuxta egressum Seclinij oppidi, viâ Atrebatensi, ingentem nunc tiliam stare testatur Cognatus, &* vulgò Arborem S. Euberti *appellari. Quotidie illius in officio Diuino recoli memoriam à Canonicis Seclinienſibus, idem asserit; & quidem in Laudibus illum recitari versiculum:* Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. *Scribit Ghinius,* non solùm festa eius celebrare Insulenses Canonicos & Siclinienses, sed & quotidie eiusdem habere commemorationem. *Quotidiana fit Insulis cominemoratio S. Petri, vt Patroni, an etiam S. Euberti, ex Breuiario non liquet. Antonius Sanderus in Hagiologio Flandriæ S. Eubertum* cum SS. Piato & Chrysolio martyrium passum esse *scribit, quod cum iis quæ alij referunt, non congruit. Neque quod suprà Saussaius, Diocletiano imperante in Galliam venisse: cum haud paullò antè, nimirùm* Decio & Grato Coss. *an. Chr.* CCL *venisse oporteat, si S. Dionysij & aliorum virorum Apostolicorum à Pontifice tunc in eam vineam missorum socius fuit: aut aliquot pòst annis; si in supplementum eius primæ Apostolicæ cohortis submissus: nisi, quod suprà insinuauimus, in Belgicâ fortassis aut Celticâ se Piatoni socium addidit: neque verò* Euberti *nomen Romanum est.* Nec Lucius *vllus SS. Quintini, Crispini,*

Arbor S. Euberti Seclinij, & veneratio:

an non Gallus?

AVCTOR I.B. *Criſpini, Criſpiniani comes memoratur, præterquàm ab eodem Sauſſaio ſuprà, & Miræo in Faſtis Belgicis. Rectiùs ab aliis iungitur* S. Lucianus *Bellouacorum Apoſtolus, de quo egimus* VIII *Ianuarij.*

Acta latent:

6 *Quo tempore, populantibus Gallias Normannis, S. Euberti Acta intercidiſſe ſuſpicatur Molanus, etiam* corpus eius auectum fuiſſe Boloniam, *inquit*, aut in Sithiu, alicubi legiſſe me memini. *Imò Audomaropolim deportatum ſuſpicamur, intra cuius vrbis muros nondum incluſum Sithienſe S. Bertini cœnobium erat. In geſtis Normannorum ante Rollonem apud Cheſnæum, ad ann.* DCCCXLV, cùm à monaſterio quodam, nomine Sithiu, direpto incenſoque, oneratis nauibus repedarent, ita Diuino iudicio vel tenebris cæcati, vel inſaniâ perculſi *dicuntur fuiſſe*, vt vix perpauci euaderent, qui Dei omnipotentis iram ceteris nuntiarent. Anno Domini DCCCXLVI Piratę Danorum Freſiã adeuntes, prouincias & eccleſias vaſtauerũt, & populum in eis occiderunt. Quod audientes Flandrenſes, vicinarumque vrbium Pontifices & Abbates cum Sãctorum ſuorum reliquiis ad Sanctum venerunt Audomarum, quia muro valido & turribus atrium eius, Diuinâ prouidentiâ, munitum erat. Iſti ſunt Sancti, qui propter perſecutionem illã conuenerunt: S. Wandregiſilus, & SS. Wlframnus, Ausbertus, Bauo, Waſnulfus, Piatus, Barcius, Winnocus, & S. Auſtraberta, & XL annis ibi fuerunt. *At Iacobus Meierus corpora* SS. Bauonis & Pharahildis, ex caſtro Diui Audomari, terrore Normannorum, *anno* DCCCLIII *Laudunum tranſlata ſcribit. Reliqua Diuorum corpora vel iſthic vel aliis munitis locis, donec ille barbaræ gentis furor detonuiſſet, aſſeruata ſunt. Quis ille porrò* S. Barcius *eſt? Niſi fallimur,* Eubertus *noſter. Familiare eſt noſtratibus diuidere ac dimidiare nomina propria, præſertim compoſita, vt ſunt pleraq; Teutonicæ originis: quâ ratione qui* Eubertus, Bertus *dici potuit, aut* Bertius, *ac* Bartius *quoque, quia* a *&* e *inuicem permutari & ſubſtitui ſolent, præſertim ante* r *litteram; quod priſcis quoque vſurpatum docet Arnoldus Boecop noſter in Diſceptatione de nomine* S. Huberti, *& hîc Antuerpiæ atque apud Batauos vulgatiſſimum eſt. Fauet coniecturæ noſtræ, quòd cùm Piato collocetur, cùm amborum in eodem oppido tunc corpora quieuerint, vt certum videatur, etiamſi id hiſtoricus fileret, ad eumdem locum ſimul delata.*

(*ac tunc fortè* Bartius)

Reliquiæ eius & aliorum SS. Audomarum delatæ an. 846.

Haſnoniã ad dedicationem eccleſiæ 1070

7 *Eadem Diuorumq; aliorum corpora ad templi Haſnonienſis dedicationem anno* MLXX *deportata his verbis memorat Meierus lib.* 3 *Annal. Fland.* Collegium Canonicorũ apud Haſnonium in Oſtrouandiâ conuertit Balduinus in Benedictinum monaſterium. Vetus reparauit templum, idque ab Epiſcopis Lietberto Cameracenſi, Ratbodone Nouiomagenſi, Raynerio Aurelianenſi curauit dedicatum III Non. Iunias. Eâ in dedicatione interfuiſſe reperio corpora SS. Marcelli, Piatonis, Saluij, Amati, Donatiani, Vedaſti, Amandi, Audomari, Giſleni, Vincentij, Bertini, Winnoci, Wandregiſili, Bauonis, Euerardi, Euberti, Landelini, Hugonis, Aychardi, Euſebiæ, Rictrudis, Aldegundis, Ragenfredis, Reginæ, & Waldetrudis. *Meminit huius dedicationis Buzelinus lib.* 4 *Annal. Miræus in Origin. Benedictin. Belgic. ex Meiero & Iperio, Ferreolus Locrius in Chronico Belg. qui tamen factam ſcribit* III Nonas Martias *Situm eſt Haſnonium in Hannonia ad Scarpum flumen in ipſis Flandriæ limitibus, Amandopolim inter & Marchianas.*

Aldenardam ad Comitem Flandriæ agrum eodem anno:

8 *Eodem anno idem Balduinus Montenſis*, cùm Aldenardę ægrotaret, *inquit ibidem Meierus*, Sacerdotes cum Sanctorum reliquiis, Primateſque Flandriæ & Hannoniæ ad ſe conuocauit. .... vitâque exceſſit XVI Calend. Auguſti, ac conditus eſt Haſnonij, maximum ſui relinquens deſiderium. *Fuiſſe eadem, quæ Haſnonium paullò antè, allata Aldenardam Sanctorum corpora, veriſimile eſt; ac præſertim quæ haud longè diſſita, vti Piatonis, Euberti, Bauonis &c.*

Inſulas metu hoſtium;

9 *Porrò Inſulam S. Euberti tranſlatum eſt corpus*, aut bellorum tempore *inquit Molanus*, aut, vt alij putant, in eccleſiæ dedicatione. *Balduinus Pius, Balduini Montenſis parens, Inſulam foſsâ ac muro cinxerat, atque eccleſiâ S. Petri aliiſq; ædificiis ornârat, ſub annum* MLV, *vti probat Locrius in Chron. ex illius Eccleſiæ tabulis, in quibus* Fulcardus *primus illius Eccleſiæ Præpoſitus obiiſſe traditur* pridie Non. Aprilis ar. MLXXX, conſtitutionis huius Eccleſiæ & ſuæ diſpenſationis an. XXV. *Quacumque verò ratione aut tempore eò allatum* S. Euberti *corpus fuerit*, cùm repeteretur, *inquit Molanus*, Inſulenſes maluerunt Clero Siclinienſi dare celebres decimas pagi ſanctæ Crucis, quàm ſancto corpore carere.

nec reddita:

viſitata an. 1229.

10 *Anno* MCCXXIX cùm Inſulam veniſſet Tornacenſium Pontifex Walterus, in templo D. Petri, *vt ſcribit Buzelinus*, eam capſam, volentibus Canonicis, reſeruit, in quâ D. Euberti Epiſcopi corpus continebatur. Aderant inter alios eius rei teſtes Wilelmus Abbas Laudenſis, Guilelmus D. Petri Decanus, Petrus Cantor eiuſdem Eccleſiæ, Wilelmus ibidem Theſaurarius, & Præpoſitus Caſletenſis. Ac tum eius Diui oſſa integra ſunt reperta III Idus Februarij. *Recitat Molanus eius rei teſtimonium (ſed non integrum) quod tunc capſæ inſertum, ante annos* CXL, *cùm ea reparanda eſſet, exſcriptum tradit. Eius rei memoria ab Inſulenſibus repetitur, eodem teſte Molano, octauo die poſt Diui natalem, his verbis:* Eodem die repoſitio reliquiarum S. Euberti Epiſc. & Confeſſoris, à venerabili Patre Waltero Tornacenſi Epiſcopo in præſenti eccleſiâ, & octaua depoſitionis eiuſdem.

exponuntur quotannis.

11 Circumferuntur porrò, *vt idem ait*, reliquiæ ſingulis annis, ipſo die Purificationis B. Mariæ, & in altari primario per Octauam relinquũtur. *Idem in hiſtor. Eccl. Belgij teſtatur Guilielmus Gazæus.*

I. B.

DE S. CARIONE MARTYRE.

I FEBR. *S. Carioni lingua exſecta.*

De hoc ſancto Martyre nil alibi legimus, præter breue hoc elogium, quod Græcorum Menæa exhibent: Eodem die ſanctus Martyr Carion, excisâ linguâ, vitam finit.

Voce priuaberis, linguâ mutilatus, Carion:
Fallacium linguarum inani abſtinebis locutione.

Alius XXIV *Nouembris* S. Cario *occurrit; ſed, quantum ex ſubiecto diſtycho colligere licet, anachoreta, non Martyr.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS THEIONE ET DVOBVS PVERIS.

I.B.

I FEBR. *SS. Theio & ſocij gladio perempti.*

Celebrant tres hoſce Martyres, alibi ignotos, Menæa, hoc elogio: Eodem die, ſanctus Martyr Theïon, cum duobus pueris, gladio occiſus.

Pueros promptiſſimè gladio occumbentes,
Summâ Theïon ſequitur alacritate.

Fuerintne ij Theïonis liberi, vt vertit Raderus, ex Menæis haud liquet; nam παῖδας ſolùm appellant; quâ voce liberi, famuli, aut quiuis pueri appellari ſolent.

DE

DE S. EPHRÆM SYRO
EDESSÆ IN MESOPOTAMIA,
Commentarius præuius.

I. B.

§ I *S. Ephræm vita à quo ſcripta?*

ANNO CCCLXXVIII. 1 FEBR.

1 SYrus ille Ephræm Magnus, *vti S. Chryſoſtomus in oratione* aduersùs impios hæreticos & de conſummatione ſeculi, *(quam ipſe poſtremam ſibi futuram, diuinitus edoctus, prædixit)* Ephræm *igitur* ille Magnus, *vti eum hic verè Maximus prædicat*, obtorpeſcentium excitator, afflictorum conſolator, iuuenum diſciplina, inſtructor, atque exhortator, monachorum ſpeculum, Dux pœnitentium, framea ac ſpiculum aduersùs hæreticos, virtutum receptaculum, & Spiritus ſancti habitaculum atque diuerſorium; *ille, inquam, celeberrimus Ephræm, Eccleſiam virtutibus & ſcriptis illuſtrauit, miſerrimis temporibus ſub Conſtantio, Iuliano, Valente Auguſtis; in Meſopotamiâ natus ac perpetuò conuerſatus, extremâ imperij Romani prouinciâ, maximeq; expoſitâ Perſarum Gentilium incurſionibus; in quâ tunc plurimi degebant immiſti Catholicis hæretici, non modò* B *Ariani impiorum Cæſarum ac Præſidum auctoritate freti, veteresq; Bardeſanitæ, Manichæi, Nouatiſtæ, & recentiores Apollinariſtæ, ſed quidamab ipſo etiam eruditi ad pietatem, eâque abiectâ aduerſarij veritatis effecti; quorum anteſignani Paulonas atque Anarad, non vulgari inſtructi doctrinâ, telo peßimo cùm manum non bonam armauit.*

S. Ephram. viri præſtantiſſimi,

à plurimis PP. laudati,

2 *Nactus eſt Ephræm non ſolùm prouinciales ſuos Syros admiratores, ſed Græcorũ etiam doctißimos, & Latinos quoſdam, imitatores ac laudatores. Baſilius certè viuentem eum, vt ſcribit Sozomenus infrà*, eruditionis cauſsâ inprimis admiratus eſt, ſummeque laudauit: *alij* πάντων ἐλλογιμώτερον, omnium præſtantiſſimum *prædicauerũt. Vitâ ſanctum Baſilij frater Gregorius Epiſcopus Nyſſenus luculentâ oratione celebrauit: plures eius aui ſcriptores, illius laudes elucubratis à ſe monumentis intexuêre. Nemo tamen vberiùs quã ipſe Ephræm, cùm maximè latere cuperet, vetaretq; ſe, etiam*

& à ſeipſo, prater mẽtem, in ſcriptis,

mortuum, laudatione ornari, virtutes ſuas propriis in ſcriptis prodidit: dum vel negligentiam accuſans ſuam, Dei interim in ſe dona commemorat; vel excitare ad fidei conſtantiam, ſtudium paupertatis, aliaſq; virtutes, diſcipulos ſuos volens, facta ipſe ſua illis proponit imitanda. Neque verò de virtutibus ita C *præclarè ſcribere potuiſſet, (vt nemo illius nunc ſcripta legens poßit non animo commoueri ac vehementer accendi) niſi earum ipſe officia, non languidâ ſpeculatione, ſed vſu atque exercitatione comperta probataq; habuiſſet: quod cùm in pluribus valeat ſcriptoribus, quorum quæ fuerit vita ſanctimonia, ex ſpiritu, quem ſcripta declarant, facimus coniecturam; in hoc tamen præcipuè elucet.*

ex his Vita concinnãda.

3 *Si quis igitur perfectam vitæ eius imaginem velit exprimere, ei ſcriptæ eius omnia ſedulò ſunt & penſiculatè euoluenda: vt non carptim mella apis inſtar libet è floribus, quod ſe feciſſe S. Gregorius Nyſſenus profitetur, ſed integros congerat ac conſtipet fauos. Præſtitit hoc quadantenus ante annos aliquot Michaël Hoyerus Auguſtinianus, eleganti edito de eius vitâ ac virtutibus libello: videtur tamen pleniùs fieri id poſſe, ſi quis omnia Ephræmi ſcripta euoluat & expendat. Verùm id neque inſtituti hîc noſtri eſt, neque otij. Ea igitur ſola, quæ de eius rebus geſtis, vel ab ipſo, vel ab aliis ſunt palàm & ex profeſſo tradita litteris, proponemus.*

datur hîc 1. Narratio de eius conuerſione,

4 *Primum erit ipſius* S. P. N. Ephræm Narratio ad monachos de ſuâ conuerſione: *quam, ex antiquißimo MS. codice Bibliothecæ monaſterij Cryptæ-ferratæ iuxta Tuſculum deſcriptam, Latinè reddidit Gerardus Voßius Belga, ediditq; tomo 2 Operum Ephræm; qui probabili coniecturâ ſta-*

tuit, vel compoſitam eſſe hanc Narrationem ab illius diſcipulis, qui eam tamen ex ipſius relatione didicerant; vel ab ipſomet conſcriptam, ſed prima illa verba, Sãctus Abbas Ephræm, accedentibus ad ipſum Fratribus, de ſeipſo vtilitatis cauſsâ enarrauit, dicens, *poſt eius obitum, illi præfixa eſſe* *quæ alterius videtur:* *Narrationi, ab eius, vel diſcipulis, vel ſtudioſis. Verùm illud nobis magis probatur, alterius eam eſſe narrationem, qui quæ anteà ab Ephræm, eiuſue diſcipulis, audierat, ea ipſe, lapſus fortaſſis nonnumquàm memoriâ, ſcriptis mandârit, ſub ipſiuſmet perſonâ; vti paſſim in Vitis PP. variæ eorum narrationes & apophthegmata referuntur veluti propriis eorum verbis. Vt ita ſentiamus, alia præcipuè ipſius Ephræmi lucubratio facit, quæ* Confeſſio & ſui ipſius reprehẽſio *inſcribitur, extatq; to. 3* *2. alia, ipſiuſmet:* *Operum eius: cuius primam partem, quâ ſuæ conuerſionis occaſionem commemorat, dabimus; & quæ deinde de genere ſuo, parentum conditione, adoleſcentiæ vitiis, ſubdit. Nam quæ plurima de ſuis peccatis, ſiue negligentiâ in religioſæ vitæ functionibus, interiicit, magis ex animi ſubmißione, ad aliorum inſtitutionem, proferre, quàm ex veritate, cenſet Voßius. Probi etenim ac religioſi homines, etiam vbi culpa non eſt, culpam agnoſcunt; non tam errore conſcientiæ, quàm quòd minimè ſponta-* E *neas animi inter precandum euagationes, motus paßionum, primoſq; impetus peccatorum, atq; alia id genus, non ſemper apertè intelligant culpâ omni vacare, aut certè vel hoc negligentiæ ſuæ imputent, quòd nõdum eorum radices malorum exſtirparint. Et ſanè non deliberata illa fuiſſe delicta, ipſemet ſub finem illius Cõfeßionis declarat, ita ſcribens:* Verùm ea mihi ſola tantis in malis reliqua eſt excuſatio atque defenſio, quòd nemini offendiculum aut ſcãdalum præbuerim.... Mendacio attrahebar quidem certè, verùm non oblectabar.... In pſalmodiâ negligenter me geſſi, ſed non aliis mundanis rebus diſtrahebar. *Similia de ſe queritur in aliâ* Reprehenſione ſui ipſius *tom. 1. Sed fatetur tamen externa opera bona fuiſſe, intentionem fortaßis non ita puram:* Hei mihi, *ait*, quòd in me non eſt id quod latet, vti id quod apparet!

3. Teſtamentum eius:

5 *Hanc igitur ſecundam Narrationem conuerſionis* Ephræm, *à priore aliquantulùm diſcrepantem, dabimus hîc quoque. Ei ſubiungemus Teſtamentum ipſius, præclaris exemplis monitiſq; confertum, anteà iam à Lipomano, Surio, aliiſq; editum; à nobis cum Græco MS. exemplari collatum.* F

4. Oratio S. Greg. Nyſſeni:

6 *Tum orationem S. Gregorij Nyſſeni, anniuerſario illius obitus die habitam, proferemus, ab eodem Voßio Latinè redditam, ſed in Pariſinâ Operum Nyſſeni editione, ad Græcum exemplar caſtigatam, itemq; à nobis obiter, & in capita partitam. Quinto loco breuem Vitam ponemus, ab incerto auctore Græco ſcriptam, verſamq; à Voßio, ex MSS. Vaticanis & aliis: cui in codice Cryptæ-ferratæ hanc præfixam fuiſſe inſcriptionem teſtatur:* Περὶ τοῦ ὁσίου Ἐφρὰιμ. ἴσ. τοῦ Ἀμφιλοχίου Ἐπισκόπου. de Domino Ephræm. fortè, Amphilochij Epiſcopi. *Verùm id & ipſi Voßio, & qui eam quoque in Vitis PP. edidit, Roſvveydo noſtro haud vſquequaque probatur. Aliam prolixiorem ſcripſit Metaphraſtes, quam Latinè à Gentiano Herueto verſam edidit Lipomanus, & tom. 2 Operum Ephræmi Voßius. Sed cùm hæc in Surio extet, nihilq; contineat, quòd non copioſiùs à S. Gregorio Nyſſeno deſcriptum, nos eam hîc omittemus.* *5. Breuis alia Vita:*

6. pars Vitæ S. Baſilij,

7 *Sexto igitur loco partem recitabimus Vitæ S. Baſilij Magni, quàm vulgò autumant à S. Amphilochio ſcriptam; quod Bellarminó & Baronio, atque ante eos Michaëli Glycæ, Græco homini, probatum non eſt: nos ſuo tempore diſcutiemus, cùm integra Baſilij Acta dabimus. Amphilochij opus habitam eam Vitam ante annos circiter* 800 *patet ex Vrſi interpretis præfatione, editâ primùm à Roſvveydo in Vitis Patrum. Et li-*

AVCTORE I. B. *cet in multis interpolatam fateri neceſſe ſit, nihil eſt tamen quamobrem Amphilochio penitùs abnudicare eam cogamur.*

A *Atque eam quidem partem, quâ de S. Ephræm agitur, ſub nomine Amphilochij reperiſſe ſe Voſſius teſtatur. Hîc ita nunc eam tamen proferemus, vt liberum ſit cuique, ac nobis ipſis poſteà, de auctore in alterutram partem pronuntiare. Habemus autem eam Vitam, antiquo & rudi ſtylo Latinè olim ſcriptam, ex vetuſtis codicibus MSS. monaſteriorum Marchianenſis, S. Giſleni, S. Maximini, atque Eccleſiæ S. Andomari; quam Surius terſiore ſtylo expreſſam vulgauit: eamdem ab Vrſo, vt iam diximus, S. R. E. Subdiacono, verſam è Graco i Gracam quoque MS. è bibliothecâ Chriſtianiſſimi Galliæ Regis, quàm Latinè reddidit, rogante Roſvveydo, Guilielmus Gratius noſter; quamq; à ſe verſam, Gracolatinè edidit Franciſcus Combefis Ordinis Pradicatorum. Nos primam illam verſionẽ, quæ quàm Vrſi antiquior videtur, etſi minimè illi cognita, hic nunc proferemus; ex eâ, inquam, capita 14. & 16. quæ de S Ephræm agunt, apud Voſium & Roſvveydum 11. & 10. in editione Combefis 13 & 16.*

7. alia ex Sozomeno: 8 *Septima erit Sozomeni narratio ex hiſtoriâ Eccleſiaſticâ lib. 3 cap. 15. cui congruit Nicephorus lib. 9 cap. 16. Partem verò illius poſtremam refert Palladius in hiſt. Lauſiacâ cap. 101. & Vincentius Bellouac. lib. 17 cap. 87.*

9 *Aliqne prætereà apud Græcos de S. Ephræm rebus geſtis*
B *ſcriptio extet, quærendi anſam præbet Nicephorus Calliſtus lib. 9 cap. 16 his verbis: πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πλεῖστα καὶ λόγου ἄξια, ἥδε περὶ αὐτὸν συγγεγραφὴ, καὶ οἱ ἐπιχώριοι καὶ Ῥωμαίων καὶ Σύρων ἱστοροῦσι περὶ αὐτοῦ. ἃ δὴ τοῖς βουλομένοις πεπόνηται ἐντυχεῖν.* Plurima ſanè & alia memoratu digna, & qui de eo conſcriptus eſt liber, & prouinciales eius, Romani ſimul & Syri de eo referunt, quæ cuique cognoſcere eſt procliue. *Sitne hic liber de S. Ephræm ſcriptus, aliquod è commentariis iam citatis, an omnia hæc aut pleraque repræſentans collectio, an peculiare aliud opus, haud eſt in promptu definire. Mirum ſanè eſt diſertiſſimum Metaphraſten quæ plura in antiquis extant, non omnia, vt ſolet, congeſſiſſe. Molanus Annotat. 3 in Martyrol. Vſuar. ita ſcribit:* Sed & Gennadius in Catalogo atteſtatur, Petrum Edeſſenæ Eccleſiæ Presbyterum in mortem ſancti Diaconi pſalmos compoſuiſſe. *Verùm aut mendoſo codice vſus eſt Molanus, aut ipſe negligenter deſcripſit: Nam Gennadius habet,* more S. Ephræm Diaconi pſalmos metro compoſuiſſe.

an alia Græcè ſcripta? eius apud alios mentio.

10 *Agit de S. Ephræm ex Latinis Vincentius Bellouac. lib. 14 cap. 86 ex* Amphilochio in Vitâ S. Baſilij: *& cap. 87 ex S. Hieronymo &c. & lib. 17 cap. 87 ex Heraclide. S Antoninus par. 2 tit. 10 cap. 4 § 5 & 6. Petrus de Natal. lib. 3 cap. 70 qui* Effron *appellat; at lib. 2 cap. 28 in Vitâ S. Baſi-*
C *lij* Effrem.

§ II. S. Ephræm natalis, ætas.

colitur 1 Feb. apud Latinos; 11 *Celebratur natalis S. Ephræm à Latinis 1 Februarij, XXVIII Ianuarij à Græcis. De eo ad 1 Febr. iſta habent Vſuardus, Beda vulgatus, Ado. Notkerus aliiq;:* Eodem die B. Ephræm Edeſſenæ Eccleſiæ Diaconi: *addit modernum Martyrol. Romanum:* qui poſt multos labores pro fide Chriſti ſuſceptos, ſub Valente Imp. ſanctitate & doctrinâ conſpicuus quieuit in Domino. *Plura alij quidam. MS. Adonis exemplar cœnobij S. Laurentij Leodij:* Eodem die B. Effren Ediſſenæ Eccleſiæ *Diaconi,* qui librum dulcium exhortationum edidit; quique à B. Baſilio maximâ veneratione excolebatur. Cuius Baſilij obitum ipſe B. Effren diuinitus præuidit, dum ab ipſo ad ſe miſſam mulierem, quæ peccatum in chartâ conſcripſerat, ad illum feſtinanter remiſit, monens accelerare, antequàm S. Baſilius tranſiret. Quæ reuerſa, S. Baſilium deferri conſpicit ad tumulum: & ex hoc credidit Beatum Effren veraciter prophetaſſe. *Eadem ferè MS. Florarium, additq;:* Claruit anno ſalutis 369. *Maurolycus:* Eodem die B. Ephrem Ediſſenæ Eccleſiæ Diaconi, litteris & ſolitudine præclari, qui Baſilium Cæſarienſem Epiſcopum in figurâ igneæ columnæ vidit. *Caniſius:* Item ſancti & celebris Ephrem, qui Edeſ- D
ſenæ Eccleſiæ Diaconus, auſteram in ſolitudine vitam egit: ſed cùm fames populum premeret, cellâ relictâ, concionatus apud locupletiores, pecuniam ad pauperum ſuſtentandam neceſſitatem corrogauit. S. Baſilij *(in 2 edit. Blaſij, mẽdosè)* precibus, à Deo Græcè loquendi gratiam impetrauit: eumdem Antiſtitem globi igniti ſpecie conſpexit: tandem ſanctimoniâ clarus deceſſit. *In margine adnotatus eſt annus 374. Aſt vbi illud de ignito globo legit Caniſius? Conſtantius Felicius:* Ephrem Syrus, Diaconus Edeſſenus, natus parentibus Chriſtianis, floruit temporibus Magni Baſilij, apprimè ei carus, quem in igneæ columnæ ſpecie vidit: vir fuit ſanctiſſimus, verumque humilitatis & paupertatis exemplar, euerſor cunctarum hæreſiũ, omnibus propriâ ipſorum linguâ loquens, etſi ſolam Syriacam calleret: hoc die deceſſit, eſtque inter Chriſtianos percelebris. *Neque vnde hic, dono illo linguis varijs loquendi ornatum fuiſſe S. Ephræm acceperit, ſcimus.*

apud Græcos 28 Ianuarij: 12 *Græci eum colunt, vt diximus,* XXVIII *Ianuarij. quo die ita habet Menologium à Caniſio editum:* Natalis ſancti Patris reuerendiſſimi Ephrem Syri, ex patriâ Edeſsâ, in cuius laudem extat ſermo S. Gregorij Nyſſeni. *Plura extant de eo in Menæis, atque hæc quidem de eius rebus geſtis, quæ & in Anthologio Antonij Arcudij habentur:* Hic in Oriente natus eſt, gente Syrus, pietatem à maioribus edoctus, temporibus Theodoſij Magni floruit, complexuſque eſt admodùm adoleſcens vitam monaſticam: cui fertur infuſa diuinitus gratia, quâ libros plurimos ad animi compunctionem accommodatos edidit, multoſque mortales ad virtutem adduxit; atque inſtituendæ deinceps aſceticæ vitæ exemplum factus eſt. Peragitur verò eius celebritas in æde S. Aquilinæ, in loco qui Philoxenus dicitur, iuxta forum. *S. Aquilina, cuius in templo, ſiue μαρτυρίῳ, S. Ephræm coli Conſtantinopoli conſueuit,* XIII *Iunij à nobis referetur. Petrus Galeſinius Græcos ſecutus,* XXVIII *Ianuarij ita ſcribit:* Edeſſæ in Syriâ, S. Ephræm Confeſſoris. Hic maximis virtutibus præſtans, Conſtantino Magno Imperatore, rem Chriſtianam, & piè agendo, & vtiliter docendo ſcribendoque, valdè adiuuit. demum multis meritis cumulatus, extremâ ſenectute quieuit in Domino. *Menologium Græcum, quod à Baſilio Imp. collectum Baronius crebrò citat, eodem die iſta habet, citante & vertente Voſſio:* Ephræm Edeſſæ in Syriâ, Conſtantino Magno Imperatore, Chriſtianis parentibus natus, vixit ad Valentis vſque tempora: ex cuius infantis ore viderũt aliquando in ſomnis parentes prodire vitem, quæ quaquauerſus diffuſa, & ramos ſuos ad extremam terram protendens, terram ipſam implere videbatur, de cuius fructu alerentur voluctres: intellexeruntque eam ſomnij figuram, vberrimam rerum omnium cognitionem, quæ in filio futura eſſet, portendere. Nec defuit coniecturæ euentus: etenim omnibus virtutis numeris expletus, magno fuit Chriſtianæ Reip. vſui & commodo. Atque vt magis etiam mortalibus prodeſſe poſſet, cùm Cæſaream veniſſet, à Baſilio Magno creatus Presbyter, repentè linguam Græcam (cuius erat, vt homo mediâ Syriâ natus, prorſus rudis & expers) callere cœpit: qui poſteà cùm præclarè multa ſcribendo & docendo & faciendo, optimè de rep. meritus eſſet, extremâ ſenectute ex hominum vitâ migrauit. *Hæc ibi.* E F

neutro mortuus 13 *At neque* XXVIII *Ianuarij, neque 1 Februarij obiiſſe videtur. Nam cùm Palladius, ei coætaneus, ſcribat in hiſtoriâ Lauſiacâ ca. 101. cùm anno integro agris & pauperibus curandis Edeſſæ vacaſſet, iamq; frugum copia ſucceſſiſſet, ad cellam reuerſum, & poſt menſem mortuum eſſe, potiùs æſtate, vel ineunte autumno, mortuus videri debet, quàm mediâ hyeme: neque enim illa frugum copia, ac fertilitas, ſub finem Decembris (vt dicendum foret) cœpit, cùm vel in herbâ, remota adhuc & incerta, ſpes eſſet meſſis; vel conditum à quinque aut ſex menſibus frumentum; ſed quam primùm id meti commodè potuit,*

verũ æſtate, vel autumno.

potuit, *aut cùm ſpes propinqua meſſis fuit, & prolata vilitas pretio diuendita, quæ premebatur, annona. Cur tamen his diebus conſignata ſit eius memoria, haud comperimus.*

14 *Sed breuiter vniuerſa illius ætàs, quatenus aſſequi poſſumus, proponenda. Menologium Baſilij Imp. vt iam vidimus,* quando natus *Conſtantino Magno rerum potiente natum ſcribit: ſub ipſa igitur Imperij eius exordia; quippe qui extremâ ſenectute, anno tamen Chriſti* CCCLXXVIII *deceſſerit, atque anno Chriſti* CCCXXXVIII *Conſtantij* I, *non paruâ iam tum habuerit nominis celebritatem, vt mox dicemus. Quare breuior Vita, quam quinto loco daturi ſumus, ſolùm habet* vixiſſe temporibus Conſtantini Magni Regis, & aliorum qui poſt ipſum regnarunt. *Certius eſt, temporibus Conſtantini monaſticam vitam arripuiſſe: quo in loco, quóve magiſtro, ſuperuacaneum eſt diuinare. Monumentum ſecundum antiquitatis ex MSS. adiectum à Voſsio ad calcem tomi tertij, habet,* exercitationem egiſſe in diebus Magni Conſtantini ..... floruiſſe autem vſque ad imperium Valentis, ſub quo & deceſſit.

15 *Poſtquàm autem* Imperator quidem ille magnus & admirabilis, *vt in Philotheo cap.* 1 *ſcribit Theodoretus,* exceſſit è vitâ cum coronis pietatis; illius autem filij fuêre hæredes imperij orbis terræ; tunc Rex Perſa-
B rum, cui nomen erat Sapores, contemptis filiis, vt quorum potentia non eſſet patri æqualis, bellum mouit aduersùs Niſibim, magnis & equitum & peditum copiis *&c. Obiit Conſtantinus an. Chr.* CCCXXXVII, XXII *Maij. Anno verò ſequenti, ſiue Conſtantij* I, Sapor Rex Perſarum, *vt habet S. Hieronymus in Chronico,* Meſopotamiâ vaſtatâ, duobus fermè menſibus Niſibim obſedit..... Iacobus Niſibenus Epiſcopus agnoſcitur: ad cuius preces ſæpè vrbs diſcrimine liberata eſt. *Id quemadmodùm contigerit, ad eiuſdem ſancti Antiſtitis Vitam dicemus* XV *Iulij, ex citato iam Theodoreto, qui hiſt. Eccleſ. lib.* 2 *cap.* 30 *vrbem narrat* LXX *diebus, omnibus machinis oppugnatam; ac murum, Mygdonij amnis, primùm oppoſitis aggeribus repreſſi, deinde ſubitò emiſſi, impetu labefactatum, Iacobi precibus nocte vnâ diuinitus reſtauratum. Dein verò, quod huc facit, ita ſcribit:* Eodem tempore Ephræm, vir ſanè admirabilis, & ſcriptor inter Syros facilè excellentiſſimus, orat Iacobum, vt conſcendat mœnia, barbaros intueatur, & execrationis in eos coniiciat tela. Guius poſtulationi obſecutus vir ſanctus in quamdam turrim aſcendit: ac cùm videret ingentem eorum multitudinem, non aliud eſt illis imprecatus, quàm vt cyniphes ac culices in eos immitterentur, vt vel per minuta hæc animalcula, ipſis ſubuenientis potentia agno-
C ſceretur. *Eadem refert hiſtoria tripartita lib.* 5 *cap.* 45.

Niſibi obſeſſa an. 338

adeſt S. Iacobo Ep.

16 *Quando Edeſſam profectus ſit Ephræm; quando, quâve in vrbe ad Epiſcopatum poſtulatus, nos latet. Probabile eſt longo tempore eum iuxta Edeſſam habitaſſe, cùm Sozomenus lib.* 6 *cap.* 34 *eum ac S. Iulianum recenſeat veluti coryphæos monachorum prope Edeſſam & vicinas vrbes degentium; ipſeque in Teſtamento, Edeſſenos vniuerſim, veluti ſuos in ſtudio pietatis diſcipulos ac filios alloquatur: vt non mirum videatur Iulianum apoſtatam celeriter prætergreſſum eſſe Edeſſam, vt ſcribit idem Sozomenus lib.* 6 *cap.* 1, odio fortaſſis incolarum, *inquit,* cùm inde à principio ea ciuitas Chriſtianam religionem profeſſa ſit; *& tunc præſertim tanto ardore animorum eam coleret, vt cùm poſteà Valens Imp. eccleſia iſthic Catholicis ademiſſet, ipſo ſpectante, in campo ante vrbem conuentus agerent, contemptis etiam Præfecti minis, ſicut ibidem cap.* 17 *narratur. Atque ideò ipſe quoque fortaſſis ab eodem impio Valente, à quo SS. Barſes Ep. Eulogius & Protogenes Presbyteri, ejecti in exilium ſunt, exagitatus eſt Ephræm.*

pietatem excitat Edeſſa.

durìs temporibus:

17 *Tandem extremo, vt remur, eiuſdem Imperatoris anno,* anno 378 mortuus. *certè* ſub Valente Principe, deceſſit, *vt habet S. Hieronymus lib. de illuſt. Eccl. ſcriptor. cap.* 115. *Num verò ante eum S. Baſilius obierit, vti ea habet Vita quæ S. Amphilochio tribuitur, num anno inſequenti, quinto poſt Valentis obitum menſe, alibi diſcutiemus. S. Hieronymus lib. cit. cap.* 116 *ſcribit S. Baſilium mortuum* imperante Gratiano, *poſt Valentis ſcilicet interitum: nam quòd Baronius ad an.* 378 *num.* 1. *ſcribit maluiſſe S. Hieronymum referre obitum S. Baſilij* ad tempus Auctore Pij Imperatoris, qui eo ipſo anno, extincto Valente, re I.B. Orientis quoque adminiſtrandum imperium ſuſcepit; D *nullius eſt momenti: cur non enim & Ephræm obitum ad idem retulit imperium Gratiani? Neque verò S. Baſilij ſcriptum ab S. Ephræm encomium, neceſſariò hunc illi ſuperſtitem demonſtrat, cùm nihil in eo ſit, quod non de viuente accipi poſſit, licet videatur interpres aliud ſenſiſſe. Potiùs ergo S Hieronymo, tunc in Syriâ agenti, quàm Menæis aut Anthologio nuper edito, de mortis tempore aſſentimur, cùm præſertim apud Græcos antè annos ferè* DCCC *Baſilij Imp. tempore, eadem viguerit opinio.*

§ III *S. Ephræm patria. gradus Eccleſiaſticus.*

18 *Quæ porrò magnum illum virum orbi dederit ciuitas, in ambiguo eſt. Sozomenus, proximus illius temporibus, vt qui ſub Theodoſio Iuniore ſcripſerit, lib.* 3 *cap.* 15 *iſta habet:* ἐκ Νισίβεως ὢν, ἵνα γε ἤδη χωρίων τὸ γένος εἶχε. Niſibi natus, genus ex illius ciuitatis regione ducebat. *Ita ipſe de progenitoribus ſuis S. Ephræm in Confeſsione, maiores ſuos ſcribit opere manuum victitaſſe; auos agricolas fuiſſe, ſed ſecundis rebus vſos, parentes ſuos qui humili hoc genere orti eſſent, in iudicio Chriſtum confeſſos. Verùm Chriſtophorſo-* E *nus pro* χωρίων, *legit* ἐπιχωρίων ex indigenis illius vrbis. *Sozomenum in totâ hac de Ephræmo narratione ſequitur Nicephorus lib.* 9 *cap.* 16 ὃς Νίσιβιν μὲν εἶχε πατρίδα, *inquit,* qui Niſibin habuit patriam. *Fuit is quidem Niſibi, cùm à Perſis obſideretur an. Chr.* CCCXXXVIII, *vt diximus. Haud ideò tamen certò aſſeri poteſt eam illi patriam fuiſſe. Eò ſe fortaſsis, monaſterio à Perſis Meſopotamiam vaſtantibus euerſo, receperat. Baronius in Not. ad Martyrol.* Niſibi natum *aſſerit,* Iacobi Ep. fuiſſe alumnum, eruditionis diſcipulum, & ſanctitatis hæredem.

Niſibenus,

19 *Edeſſam illi patriam fuiſſe tradit citatum Baſilij Imp. Menologium, alterumq; ab Henr. Caniſio vulgatum, vti & infrà breuior Vita ſcriptoris anonymi. Metaphraſtes quoque apud Surium cap.* 1 *ait:* Natus fuit in Syriâ, in ciuitate E- an Edeſſenus, incertum: deſsà, *& cap.* 3, venit in patriam ſuam Edeſſam. *Subſcribit Hoierus. Fauet S. Gregorius Nyſſenus, iuxta interpretationem, quam infrà cap.* 4 *nu.* 15 *dabimus. Ita enim habet:* Ἐντεῦθεν τὴν ἐνεγκαμένην, ὡς ὁ ἐκεῖνος κελευσθεὶς Ἀβραὰμ τῶν Ἐδεσινῶν κατέλαβε πόλιν. Inde, vti iuſſus diuinus ille Abraam, Edeſſenorum vrbem, quæ eum tulerat, petiit. *Voſsius vertit:* Vnde patriam, ſicut magnus ille Abraham, relinquere iuſſus, Edeſſenorum vrbem petiit. *Videtur legiſſe* ὡς ὁ θεῖος ἐκεῖνος Ἀβραὰμ, ἀπολείπειν κελευσθεὶς *vel,* ὡς ὁ θεῖος ἐκεῖνος κελευσθεὶς Ἀβραὰμ, ἀπολιπών. *Verùm etſi patriam repetebat, poterat tamen Patriarchæ illi comparari, qui Deo iubente domicilium, etiam extra patriam in eadem ipsâ Meſopotamiâ, locatum, illicò mutauit. De patriâ igitur non liquet.* F

20 *Maior controuerſia eſt, num ſacerdotio fuerit initiatus. S. Hieronymus, Palladius, aliiq; ſolùm* Diaconum *appellant.* item q̃, an *Sozomenus lib.* 3 *cap.* 15. καὶ ὀλίγων ἡμερῶν ἐπιβιώσας, Diaconus ἐτελεύτησε, διακονίας μὲν ἄχρι κληρικῆς τάγματος ſolùm fuἐπιβὰς, περιβόητος δὲ ἐπὶ ἀρετῇ γεγονὼς. οὐχ ἧττον τῶν rit, ἱερωσύνῃ καὶ πολιτείᾳ ἀγαθῇ βίῳ καὶ παιδεύσει θαυμαζομένων. Et cùm paucis diebus ſuperuixiſſet, vitam finiuit, vſque ad Diaconatum quidem in ordine clericali euectus, ob virtutem tamen celebratus, non minùs quàm qui ob ſacerdotium & bonæ vitæ inſtitutionem, ac doctrinam in admiratione ſunt. *Minus etiam ei tribuere Nicephorus Calliſtus videtur lib.* 9 *cap.* 16. κληρικῆς διακονίας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀξιωθείς. Clericali miniſterio in Eccleſiâ dignatus. *Negat quoque Baronius tom.* 4 *ad an.* 377 *nu* 14 *Sacerdotem fuiſſe;* cùm præter alia quæ repugnant, *inquit,* haud eſſet Baſilij iuris, Syrum hominem ordinare.

an Presbyter à S. Baſilio creatus;

21 *Si foret omnino exploratum, Vitam illam S. Baſilij, quâ de ſuprà egimus, à S. Amphilochio ſcriptam eſſe,* haud *magnam S. Hieronymi, Palladij, Sozomeni in* contrarium

AVCTORE I.B.

vim verba haberent. Viderant illi opuſcula eius aliqua Græcè verſa, Diaconi Edeſſeni titulo, neque de ſacerdotio legerant: A quare Diaconum appellarunt. Nobis ipſis euenit non rarò, vt quorum vidimus ſub Doctorum cuiuſpiam academiæ nominibus, alióve titulo editas lucubrationes, etſi ſint deinde ad epiſcopatum euecti (quod facilius in hac luce litterarum noſſe poſſumus, quàm illi Ephræmum in Cappadociâ Presbyterum factum) citemus tamen ſub priori illo titulo dignitatis. Menologium Baſilij Imp. diſertè habet, à S. Baſilio creatum Presbyterum: atque vt Bellonacenſem omittam lib. 14 cap. 86, S. Antoninum par. 2 tit. 10 cap. 4 § 5, Michaëlem Hoierum, alioſq; id aſſerentes; auctor anonymus de hæreſibus, qui antè annos MCC vixit, edituſq; eſt nuper à Iacobo Sirmondo noſtro ſub Prædeſtinati nomine, hæreſi 57, quæ eſt Meſſalianorum, diſertè ſcribit: Egit contra hos Ephrem Presbyter Syrorum.

22 Franciſcus Combefis vir doctiſſimus Not. 112 in Amphilochium, argumentum, in quo robur præcipuum ineſſe Baronius exiſtimat, egregiè refellit: antiquo enim iure neutiquam prohibitum fuiſſe, ne quis in alienâ natum diœceſi, ad ſacros ordines promoueret; ſed ne alteri obſtrictum Eccleſiæ, ad ſuam attraheret, itáve ei ordines conferret, vt eo deinde titulo ius ſibi in eum arrogaret. atque eam eſſe ſententiam canonis Illud quoque. & can. Si quis diſt. 71. qui ex Sardicenſi Nicanoq; concilio ſumpti, ignorari à Baſilio non potuerunt. Profert Combefis exempla aliquot eorum qui ab alienis Epiſcopis olim ita ordinati Presbyteri ſunt: plura Franciſcus Hallerius de electionibus & ordinationibus parte 2. ſect. 5 cap. 3 art. 1 § 4.

quod tunc veritum non erat,

B

23 Celebre eſt hoc in genere ipſo, S. Hieronymi exemplum, quod cùm à Baronio quoque referatur an. 378 num. 65, mirum eſt cur Baſilio in Ephræm nolit licuiſſe, quod in Hieronymum Paulino Antiocheno Epiſcopo. Ita de ſuâ ordinatione ſcribit S. Hieronymus Ep. 61 ad Pammachium aduersùs errores Ioannis Hieroſolymitani, quem cap. 16 ita alloquitur: Porrò quòd dicis te petiſſe vt ſubiicerentur Eccleſiæ Dei, & non ſcinderent eam, neque proprium ſibi facerent principatum; de quibus dicas, non ſatis intelligo. Si de me, & de Presbytero Vincentio; ſatis multo dormiſti tempore, qui poſt annos tredecim nunc excitatus hæc loqueris. Ob id enim & ego Antiochiam, & ille Conſtantinopolim, vrbes celebertimas, deſeruimus; non vt te in populis prædicantem laudaremus: ſed vt in agris, & in ſolitudine adoleſcentiæ peccata deflentes, Chriſti in nos miſericordiam deflecteremus. Sin autem de Pauliniano tibi ſermo eſt; vides eum Epiſcopo ſuo eſſe ſubiectum, verſari Cypri, ad viſitationem noſtram interdum venire, non vt tuum, ſed vt alienum, eius videlicet, à quo ordinatus eſt. Quòd ſi hîc etiam eſſe voluerit, & in exilio noſtro quietus in ſolitudine viuere; quid tibi debet, niſi honorem, quem omnibus debemus Epiſcopis? Fac à te ordinatum: idem ab eo audies, quod à me miſello homine, ſanctæ memoriæ Epiſcopus Paulinus audiuit: Num rogaui te, vt ordinarer? Si ſic presbyterium tribuis, vt monachum nobis non auferas; tu videris de iudicio tuo: ſin autem ſub nomine Presbyteri tollis mihi, propter quod ſeculum dereliqui; ego habeo quod ſemper habui: nullum diſpendium in ordinatione paſſus es.

C

ordinato à Paulino Ep. Antiocheno.

24 Eadem ſanè quæ Hieronymus Paulino, dicere Baſilio Ephræm potuit. & ipſe monachus, in eremo degens, nullis obſtrictus in eccleſiâ Edeſſenâ ſacris miniſteriis; habendis dumtaxat interdum concionibus, ſæpius priuatis colloquiis, populum erudiens ad pietatem. Ioannes Trithemius lib. de ſcriptorib. Eccl. iſta habet: Effrem monachus eremique cultor inſignis, & Diaconus Ediſſenæ Eccleſiæ, à B. Baſilio Presbyter ordinatus, propter humilitatem ad Diuina myſteria conficienda numquàm acceſſit, quamuis apud Deum & homines dignus haberetur. Non eſt quidem id à S. Ephræmi humilitate alienum, præſertim cùm annis perpaucis ſuperuixerit Ephræm; meritò tamen auctorem antiquiorem Trithemio poſtulat Combefis. At ſi verè ab offerendo ſacrificio abſtinuit, ne innotuit quidem fortaſſis Edeſſenis, eum Presbyterum ordinatum.

D

§ IV S. Ephræm doctrina, ſcripta, Græcæ linguæ peritia.

25 PEr idem tempus, inquit Theodoretus hiſtor. Eccleſ. lib. 4 cap. 27 Edeſſæ quidem Ephræm ille admirabilis, Alexandriæ verò Didymus, cum laude vixerunt, contraria veritati dogmata libris editis confutantes. Atque Ephræm quidem Syriacâ vſus linguâ, ſpiritualis gratiæ radios effudit. Nam tametſi Gentilium eruditionem ne deguſtauerat quidem, multiplices tamen eorum errores refutauit, atque omnis hæreticæ fraudis imbecillitatem omnino denudauit. ſubiicit, quæ nos infrà ex Sozomeno, quâ ratione, dulce venenum ab Harmonio propinatum popularium auribus animiſq; eliſerit, pijs cantilenis ad eius modulos aptatis, itaq; medicinam audientibus tum iucundiſſimam tum vtiliſſimam adhibuerit. Quod & in Tripartitâ narratur lib. 8 cap. 6 vbi tamen non rectè dicitur tunc Harmonius cantica compoſuiſſe, qui multò antiquior fuit, cùm eius parens Bardeſantes M. Veri tempore ſcripſerit, vt aſſerit Theodoretus lib. 1 hær. fab. cap. 22.

Hæreticos confutat,

E

26 Philoſophiæ quoque, ac præſertim ſacrarum litterarum, ſumma in eo peritia fuit, ipſi puero, aut eius parentibus, myſtico viſo præoſtenſa, infuſaq; diuinitus; vti infrà ex S. Gregorio Nyſſeno & aliis liquebit: vt minimè mirum videri debeat, eum ob eximiam eruditionem à S. Baſilio aliiſq; mirificè laudatum. Georgius Cedrenus ait, multa eum vtiliter conſcripta reliquiſſe. Multa, inquit S. Hieronymus lib. de illuſt. Eccl. Scriptor. Syro ſermone compoſuit opuſcula, & ad tantam venit claritatem, vt poſt lectionem ſcripturarum publicè in quibuſdam Eccleſiis eius ſcripta recitentur. Ea verò, Nyſſeno teſte, in Græcum verſa ſermonem, eamdem vim elegantiamq; retinent. Subſcribit S. Hieronymus: Legi, inquit, eius de Spiritu ſancto Græcum volumen, quod quidam de Syriacâ linguâ verterat, & acumen ſublimis ingenij, etiam in tranſlatione, cognoui.

ſcientiâ diuinitus infusâ:

multa ſcribit,

quæ in eccleſiis lecta;

quædam Græcè verſa:

27 In Latinam quoque linguam nonnulla eius tranſlata ſunt ſcripta. Vincentius Bellonacenſis, qui ante CD annos ſcripſit, Speculi hiſtor. lib. 14 cap. 87 iſta habet: Huius Ephræm ſeptem Opuſcula extant apud nos, ſcilicet de pœnitentiâ, de luctaminibus ſeculi, de compunctione cordis, de beatitudine animæ, de reſurrectione, de die iudicij. Eadem ex Vincentio recitat S. Antoninus par. 2 tit. 10 cap. 5 § 6. ſed & ipſe ſex ſolùm recenſet, cùm ſeptem dicat extare. Trithemius de Script. Eccl. eadem, aliaque inſuper ſeptem enumerat, quæ apud Latinos inueniri ait, de Spiritu ſancto, de contritione cordis, de cogitationibus, de prædicatione durâ, de celebratione myſteriorum, Planctum ſuper Edeſſenam vrbem. Horum opuſculorum quædam, alia item ab Ambroſio Camaldulenſi Latinè verſa è Græco, edidit Coloniæ an. MDXLVII Melchior Noueſianus, dicauitq; Guilielmo Hittorpio Veteris-montis Abbati, à Carthuſiano quopiam recenſita, vt conijcimus ex S. Brunonis elegiâ & epitaphio ad calcem adiecta. Ephræmi opuſcula aliquot (vt notat Wſuardi Martyrol. 1 Febr. ſcribit Molanus) edita ſunt Dilingæ an. MDLXII.

quædam Latinè,

& variis temporibus edita;

F

28 Tandem Gerardus Voſſius Belga, Borchlonij, primario Comitatus Loſſenſis oppido, in diœceſi Leodienſi natus, Præpoſitus Tungrenſis, quæcumque Sancti Ephræm opera in inſignioribus Italiæ bibliothecis, præcipuè Romanis, inueniri potuerunt, Latinitate à ſe donata, ſcholiiſq; illuſtrata, atque in tomos tres diſtributa, Romæ edidit; primum tomum an. MDLXXXIX, ſecundum MDXCIII, tertium MDXCVII, ætatis ſuæ L vrbicæ manſionis XXV, vt ipſe ſcribit. Quæ omnia an. MDCIII Coloniæ ab Arnoldo Quentelio recuſa ſunt. Ipſe demum laudatiſſimus Interpres & Scholiaſtes ann. MDCIX XXV Martij, Leodij mortuus eſt, vt ſcribit Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ Duo tamen in hoc præclariſſimo opere optaremus à Voſſio obſeruata: I. vt quæ antèà Latinè extabant S. Ephræm opera, ſiue ab Ambroſio Camaldulenſi, ſiue priùs ab anonymo verſa, addidiſſet, ad calcem ſaltem vel operis totius, vel tomi illius in quo ſingula extant ex ipſius interpretatione. Secundum,

planiùs à Gerardo Voſſio:

A dum, vt Gracolatinè potiùs, quod illi facile erat, omnia edidisset.

29 Non omnia tamen illius opera assecutus est Vossius. Nam quem legisse se Graecè versum librum de Spiritu sancto testatur S. Hieronymus, hic desideratur. Vti & commentarij in sacram Scripturam, de quibus S. Gregorius Nyssenus infrà nu. 10. Πᾶσαν γὰρ παλαιάν τε καὶ καινὴν ἐκμελετήσας γραφήν, καὶ ὡς οὐκ ἄλλός τις τοῖς τοιούτοις θεωρήμασιν ἐμφιλοχωρήσας. ὅλην ἀκριβῶς πρὸς λέξιν ἡρμήνευσεν, ἀπό τε τῆς κοσμογενείας, καὶ μέχρι τῆς τελευταίας τῆς χάριτος βίβλου, τὰ βάθη τῶν κεκρυμμένων εἰς πύμφανὲς ἀγὼν θεωρημάτων, λύχνῳ κεχρημένος τῷ πνεύματι. Nam omnem & antiquam & nouam Scripturam euoluens, &, vt nemo alius, in eius contemplationem incumbens, totam accuratè ad verbum interpretatus est: atque ab ipsâ mundi creatione vsque ad vltimum gratiæ librum, quæ abdita & recondita erant commentariis illustrauit, Spiritus lumine vsus. *At neque interpretatio illa, neque commentarij vsquam comparent.* Sozomenus quoque lib. 3 cap. 15 Λέγεται δὲ τὰς πάσας ἀμφὶ τὰς τριακοσίας μυριάδας ἐπῶν συγγράψαι. Dicitur verò vniuersim circiter tricies centena millia carminum conscripsisse. *In his nimirùm erant hymni ad*

B *Harmonij numeros facti, de quibus Theodoretus lib. 4 cap. 27* ταῦτα καὶ νῦν τὰ ἄσματα φαιδροτέρας τῶν νικηφόρων μαρτύρων τὰς πανηγύρεις ποιεῖ. Istæ & nunc cantilenæ splendidiores reddunt inuictorum Martyrum solennitates. *Atque hæc quoque vel delitescunt, vel omnino perierunt scripta: vti & alia quamplurima; nam Photius Tmem. 196 vbi Paraneses 49 aliaq; enumerauit, subdit:* Quamquàm alia quoque quàm plurima sancti viri in Græcam conuersa linguam opuscula circumferuntur, dicendi vi ac venustate referta. Syri verò affirmant orationes supra mille scripsisse: quibus etiam testimonium reddit (cuius grauis est in historiâ, non item in dogmatibus fides) Eusebius ille Pamphili cognomento. *At quî potuit scriptorum Ephræmi meminisse Eusebius? Nisi, quod suprà § 2 nu. 15 iam clarus erat eruditionis famâ & lucubrationibus Ephræm sub initium imperij Constantij? Quamquàm in iis libris Eusebij, qui in manibus sunt, nulla eius mentio est. Fortassis Ecclesiasticam historiam Sozomeni hîc pro Eusebianâ accepit, aut aliter memoriâ lapsus Photius.*

30 *De stylo Ephræmi, præsertim in Exhortationibus, siue* παραινέσεσι, *quæ habentur to. 2. ita idem censet Photius:* In his admonitoriis sancti viri sermonibus, iure quis admiretur, quam altè penetret persuadendi vis, quantumque ab his fluat iucunditatis, quàm denique affe-

C ctuum copiâ referti sint. Oratio tamen eius ac figuræ nihil mirum, si ad consuetum homiliarum vsum, & inelaboratum dicendi genus vergant. Non enim in auctorem sensuum, sed in horum interpretem, ea conferenda culpa. Qui namque Syriacæ sunt linguæ benè periti, verbis adeò ac tropis excellere norunt, vt ambiguum sit, ab hisne an à sensu recondito, tanta eius dicendi vis atque elegantia proficiscatur. Quimobrem non tam dictionis humilitas admiranda, quàm illud suspiciendum, quomodò per tantam verborum vilitatem, tanta salus atque vtilitas in legentes velut effundatur. *De iis opusculis quæ an.* MDXLVII *edita Coloniæ diximus, pronuntiat Bellarminus lib. de scriptorib. Eccles. magis pia quàm docta esse. Nimirùm suauis ille & benignus Dei Spiritus, vt se ipse in libro Sapientiæ describit, non eget ad emolliendā hominum corda vel reconditæ scientiæ vel elaboratæ facundiæ machinis, quas tamen, si adsint, abiici minimè iubet. Sed neque Ephræmo, diuinitus concessæ sapientiæ latices defuisse, neque rectè ornateq; dicendi artificium, eiusdem Diuini Spiritus magisterio haustum, testatur S. Gregorius Nyssenus, & alij infrà.*

31 *Hac ergo præditus eruditione,* omnes, qui ad eum videndum veniebant, *vt scribit Vincentius lib. 17 cap. 87* per annos plurimos docens, *vel* ædificans, *vt loquitur Palladius; vt pluribus prodesset, Græcæ linguæ peritiam S. Basilij precibus obtinuit, vt suprà ex Menologio Basilij Imp. retu-*

at non liber de Spiritu sancto,

commentarij in Scripturā,

Hymni innumeri,

multa orationes.

quædam Græcè uersa humili stylo:

quædā non tam docta, quàm pia & plena Spiritu.

Græca lingua scientiâ obtinet precibus S. Basilij.

limus. Vnde conficitur, quod Combefis annotauit, gratiam AVCTORE I B.
hanc in eo perduraſſe, neque ſolùm ad illud cum S. Baſilio col-
loquium fuiſſe collatam. Eleuat eius rei fidem Baronius to. 4 D
ad an. 370 nu. 56. duabus potiſſimùm rationibus: quarum prima eſt, quoniam nihil de his ipse Ephræm. *2. quia hic* testatur, sibi Basilium per interpretem esse locutum. *Principio certè interprete opus fuit. Quid verò mirum, si omnes humiliandi sui occasiones sollicitè aucupans, illud reticuit quod videbat in suam gloriam plusculùm cedere? Alia quoque silentio præsit, quæ illo cum Basilio congressu accidisse Nyssenus testatur.*

32 *Congressum illum ita ipse Ephræm describit Encomio in S. Basilium:* Vbi ergo Dominus miserendi occasione se offerente, in quadam ciuitate, misericordiâ motus est super me, illic vocem ad me dicentem audiui: Surge, ô Ephræm, & comede cogitationes atque sententias. Cui respondens dixi in magnâ anxietate: Vnde ego, Domine, comedam? Et ait ad me: Ecce in domo meâ vas splendidum est ac magnificum, quod tibi suppeditabit cibum. Super dictis autem multùm admira-

ad quem iussu Diuino missus,

tus, exurgens perueni ad templum Altissimi: & cùm sensim ad vestibulum ascendissem, & præ desiderio in introitum prospexissem, vidi in sanctis sanctorum vas electionis coram armento ouium præclarè extensum, verbisque maiestate plenis exornatum atque distinctum, omniumque oculos in illud defixos. Vidi templum Spiritu vegetatum ab eo, eiusque in viduas ac or- E

quæ viderit allegoricè exponit;

phanos potissimùm commiserationem. Vidi ibi apud eum, fluminis instar lacrymarum fluenta, & vellus vitæ cunctis quasi aureos radios diffundens; ipsum autem Pastorem pennis Spiritus sursum pro nobis preces sustollentem, filumque orationis deducentem. Vidi ab ipso ecclesiam ornatam, & dilectam aptissimè compositam. Prospexi ab ipso manare doctrinam Pauli, legem Euangeliorum, & timorem mysteriorum. Prospexi ibi vtilem ac salutarem sermonem, ad ipsum vsque cælum fideliter se attollentem: atque, vt rem paucis complectar, vniuersum illum cœtum splendoribus gratiæ renidentem. His verò cunctis ita religiosè ex electo vase regni efflorescentibus, laudaui sapientem & benignum Dominum, qui sic ipsum glorificantes glorificat. Peracto autem auditorio, Spiritu sancto reuelante, me adesse cognouit. Qui meam vilitatem accersendam curans, per interpretem interrogabat me, dicens: Tune es Ephræm, qui præclarè collum inclinatum iugo salutaris verbi subiecisti? Et respondens, dixi: Ego sum Ephræm, qui me ipsum à cælesti cursu sequestraui. Cumque me apprehendisset, sancto suo osculo consalutauit; instruxitque mensam epulis sapientis ac sanctæ & fidelis animæ ipsius, non quidem F corruptibilibus conditam ferculis, sed immortalibus refertam sententiis.

ab eo agnitus, & benignè exceptus:

33 *En vt allegoricis ambagibus inuoluit, quæ alij splendidiùs narrant, ab ipso visa ac gesta? Illud verò de linguâ Græcâ vel omnino texit silentio, vel aliàs aperuit; neque enim in vno eo sermone omnia explananda iudicauit. Nam & de* XL *Martyribus aliâ oratione, quæ à S. Basilio didicerat, exposuit: fortassis & hoc ipsum de linguæ Græcæ dono alibi scriptis mandauit. An eò non videntur spectare illa in eodem Basilij encomio, paullò ante medium?* Subtrahensque mihi viriditatem ac immaturitatem sermonis, æmulatione me cepit, demersitque me in pocula doctrinæ suæ. *Imò quod cap. 10 in illud,* Attende tibi, *Vitam S. Antonij per Athanasium scriptam citet, suspicatur Vossius, Græcè scriptam legisse.*

hoc donū vel reticet, vel alibi, aut obscurè indicat:

34 *Petrus de Natal. lib. 3 cap. 70 ita scribit:* Extat liber de Spiritu sancto, quem de Syrâ linguâ vertit in Græcam. Hunc B. Hieronymus legisse se dicit, & acumen ingenij illius etiam in translatione notasse. *Non ait S. Hieronymus eum librum ab ipso Ephræm, sed à quodam, versum de Syriacâ linguâ, vti nu. 26 dictum.*

non vertit ipse Græcè librum de Spiritu sancto.

§ V S. Ephræm cum aliis Sanctis amicitiæ.

35 ETſi in quouis genere hominum alliciat atque attrahat ad amicitiam morum ſimilitudo, multò tamen citiùs arctiuſq; ſancti viri amplectuntur ſui ſimilium amicitias Spiritu ſancto, qui fons eſt honeſtæ beneuolentiæ, inuicem celeriter conciliante. Eâ quoque ratione inſtituit S. Ephræm amicitias. Prater iàm commemoratum S. Baſilium, &, qui infrà in Teſtamento nominantur, diſcipulos Magiſtro ſimillimos, Abban, Abraam, Maran, Simonem, Zenobium; duos hîc referemus ſanctitate illuſtres, ipſi verò ſtabili neceſsitudine coniunctos.

Multos SS. amicos habet:

ex his S. Iulianum,

36 Primus eſt S. Iulianus, cuius vitam IX Iunij dabimus ab ipſo Ephræm ſcriptam, vti Sozomenus lib. 3 cap. 13 his verbis teſtatur: Per idem tempus circa Edeſſam Iulianus accuratiſſimum genus diſciplinæ monaſticæ exercuit: qui velut corporis expers, talem vitæ inſtitutionem ac modum ſecutus eſt, vt carne carere, atque ex oſſibus ſolùm & cute conſtare videretur. Quare Ephræm ſcriptor Syrus tractatum de eius vitâ contexuit. Clariùs aliquantò Nicephorus lib. 9 cap. 15. Tum etiam apud Edeſſam accuratiore & Angelorum ſimili viuendi more, Iulianus ille Magnus eſt philoſophatus: cuius tanta fuit continentia, vt oſſa carnibus carentia cuti conſtricta habere videretur. Vitam eius Ephræm etiam Syrus conſcribendam ſibi eſſe duxit.

(cuius Vitam ſcripſit)

B

37 Edita eſt ea Vita Latinè à Gerardo Voſſio tom. 3 Operum S. Ephræm, in quâ quæ vtriuſque amicitiam declarant, iſta habentur: Beatus verò Iulianus mortificans in ſe mundanas concupiſcentias, quantùm monaſtica viuendi exigebat ratio, in ſuâ reſidebat cellâ: prope autem eiuſdem cellam, etiam mea cella ſita erat; nam eiuſdem eramus congregationis ambo. Accedebat igitur is ad cellam meam, & ego viciſſim ibam ad ipſum: proficiebam enim ex colloquio ac conuerſatione viri; mirabarque cùm viderem tantam in homine barbaro cognitionem, quippe ex partibus Occidentalibus oriundo: glorificabamque Deum, qui non vult quemquam perire, ſed omnibus per pœnitentiam ignoſcere.

ſæpè viſit.

eiuſq; colloquio proficit:

38 Et quibuſdam interiectis: Quando verò pulſus ad Synaxim audiebatur, ante omnes alios Fratres occurrere contendebat. Sic verò in Synaxi conſiſtebat abſque vllâ oculorum diſtractione, quaſi ipſi tribunali Domini noſtri IESV Chriſti aſſiſteret. Quodam autem die ad ipſum dixi: Quis, obſecro, hoſce libros corrumpit? quippe in quibus vbi ſcriptum erat DEVS, aut DOMINVS, aut IESVS CHRISTVS, vel SALVATOR, litteratum elementa deleta reperiuntur. Beatus verò ad me, Nihil, inquit, à te penitùs abſcondam, Fornicatrix mulier ad Saluatorem accedens, lacrymis pedes ipſius rigauit, & capillis capitis ſui abſterſit: & ego vbicumque nomen Dei mei ſcriptum comperio, lacrymis meis rigo; vt & ego remiſſionem ab eo peccatorum accipiam. Ego verò gratiosè ad eum dixi: Deus, qui benignus eſt & miſericors, bonum illud tuum ſuſcipiat propoſitum; verumtamen libris parcas, obſecro. At ille dixit: Non irrigatur cor meum, niſi plorem corã Domino Deo meo. Ardenter porrò in Religione ſe geſſit, atque exercuit, vltra viginti quinque annos: & intereà moritur in Domino, in obedientiâ, & perſecutione, quam paſſus eſt, dignus æternâ factus beatitudine. Beati enim, inquit Chriſtus in Euãgelio, pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Meis ſanè oculis excidunt lacrymæ, ſuper diſiunctione ac ſeparatione viri iſtius.

eum monet, ne lacrymis ſacros libros corrũpat:

C

eius mortẽ dolet:

39 Fuit præterea S. Ephræmo coniunctiſsimus S. Abraham Eremita, qui XVI Martij colitur, & S. Maria fratris illius filia, quorum idem Vitam ſcripſit, quæ tom. 3 Operum eius extat, editaq; eſt à Roſweydo noſtro lib. 1 de Vitis PP. Aliam hunc arbitramur eſſe ab eo Abraam, qui inter Ephræmi diſcipulos numeratur in eius Teſtamento; is enim Ephræmo ſuperſtes fuit, alter verò ante ipſum annis pluribus deceſſerat, cùm eius & Mariæ, quæ quinquennio patruo ſupervixit, obitum deſcribat, atque iſta ſubiungat: Hei mihi, dilectiſſimi, quoniam hi quidem dormierunt, & ad Dominum cũ omni fiduciâ perrexerunt: quorum mens in nullo prorſus mũdanis negotiis colligata eſt, ſed in ſolâ Domini caritate. Ego verò impromptus atque imparatus meâ voluntate permanſi, & ecce comprehendit me hiems, & infinita tempeſtas nudum me atque ſpoliatum abſque perfectione bonorum operũ inueniet.

D

S. Abrahã (diuerſi ab Abraam diſcipulo)

40 Fuiſſe porrò vtrumque Ephræmo amiciſsimum, ex eadem Vitâ liquet, vbi Maria in fornicationem lapſa, ita loquitur: Vbi eſt magiſterium ſanctiſſimi patrui mei? vbi monita collegæ eius Ephræm? qui me docebant in meâ virginitate perdurare, exhortantes, vt impolluta animam immortali ſponſo ſeruarem. Sponſus etenim tuus, dicebant, ſanctus & zelans eſt. Ipſe quoque Abraham, cùm ad eamdem neptem ſuam, in diuerſorio quodam meretricie viuentem, veniſſet, militari habitu, ne eo agnito in fugam ſeſe illa præ pudore coniiceret; poſitâ tandem perſonâ, ita eam alloquitur: Filia mea Maria, non me agnoſcis? Viſcera mea, nonne ego ſum qui te nutriui? Quid tibi factum eſt, ô filia mea? Quis te interfecit? Vbi eſt ille habitus Angelicus, quem habebas, filia mea? vbi eſt cõtinentia? vbi fletus? vbi vigiliæ? vbi chameuniæ? A celſitudine cæli in hanc foueam quomodò deuoluta es filia mea? Cur, quando peccaſti, non mihi indicaſti? nõ mihi illud retuliſti? Et ego certè pro te pœnitentiam agerem cum dilectiſſimo meo Ephræm. Et poſt pauca, vt eam, ad ſpem erigat, Super me, inquit, ſit iniquitas tua, ô filia mea. Ex manibus meis peccatum hoc Deus requirat. Solummodò audi me, & veni, eamus in locum noſtrum. Ecce enim & cariſſimus Ephræm pro te nimiùm dolet, tuiq; cauſsâ ſedulè Dominum deprecatur.

collega,

eius neptẽ ad curam caſtitatis hortatur,

E

proq; eâ lapsâ orat:

41 Non omnes tamen, quibuſcum ille amicitiam conſtituerat, eam conſtanter coluerunt. De quibus ipſemet in ſuo Teſtamento cap. 1 num. 2 ait: Ceterùm vos, Fratres, nolite mirari ſuper aliquibus, qui obedientiæ diſciplinam complexi, à me receſſerunt. Et cap. 5, nu. 22 & 23 maledicit Paulonæ apoſtatæ & Arouandran, qui relicto pietatis ſtudio, hæreſes proſeminabant.

à quibuſdam ſuorũ deſertus;

42 Ab hoc verò Paulona, qui à Magiſtro ſuo viuente receſſerat, diuerſus fuiſſe videtur Paulinus, de quo Gennadius de illuſt. Eccl. Scriptor. cap. 3 ita ſcribit: Paulinus Preſbyter, diſcipulus B. Effrẽ Diaconi, homo actris valdè ingenij, & in Diuinis doctus Scripturis. Sed viuente Magiſtro clarus in Doctoribus Eccleſiaſticis fuit, & maximè ex tempore declamator: poſt illius autem obitum, amore primatus & nominis, ſeparans ſe ab Eccleſiâ, ſcripſit cõtraria fidei multa. Huic obiturus B. Ephrẽm aſtanti ſibi dixiſſe fertur: Vide, Paulne, ne te ſubmittas cogitationibus tuis, & eleueris. Sed cùm te ad purum comprehendiſſe putaueris Deum, crede, nec intellexiſſe. Præſenſerat enim illam ex ſtudiis vel ſermonibus noua inueſtigare, & in immenſum intellectum hæreſeon tendere: vnde & frequenter Bardeſanem nouellũ vocabat. Hunc tamen Honorius Auguſtodun. Paulonam vocat, vt & MSS. à Suffrido Petri citata.

Paulinum, acri & ambitioſo ingenio,

F

lapſurum præſentit.

§ VI S. Ephræm compunctionis fontes.

43 MVltos ac luculentos fontes compunctionis, in ſe aliiſq; excitandæ, S. Ephræm aperit. Duos ſolùm hîc commonſtrabimus. Primus ex rerum humanarum conſideratione promanat, ac Dei internâ allocutione. Ita ipſe De Timore animi, tom. 1. Ego Ephræm peccator, ignauus ac piger in certamine ſpirituali, in quo aſſidnè ob negligentiam meam animique torporem vincor, vobis, ſtrenui pugiles,

A pugiles, Deique amantissimi Fratres, ingentem animi mei timorem atque tremorem, qui quodam die me miserum atque distractum, tardumque ac desidem inuasit, recensere volo. Solus sedebam in loco quodam quieto atque sublimi, & inanes huius vitæ curas, tumultus, ac perturbationes mente reuoluebam. Et illacrymans dicebam: Quomodò vita hæc nostra velut vmbra fugit, & instar velocissimi cursoris pertransit, & tamquàm flos maturinus marcescit! Rursusque cũ dolore ac gemitu, Quomodò, inquam, seculum hoc prætereat, dum interim ignauiâ, rebusque ac cogitationibus inutilibus distrahimur, nescimus. Hæc dum mecum expendo, repentè oculos in cælum sustuli, & pænè à sensibus alienatus, magno timore perculsus, oculis cordis Dominum meum summâ in gloriâ sedentem prospexi, & sic animam meam compellantem audiui: Quamobrem, ô anima, cælestem tuum thalamum lumine gloriæ plenum contemnis? Cur, ô anima, sponsa mea, me immaculatum & immortalem sponsum tuum odisti? Cur, ô anima, spernis illa bona, quæ ego in lumine vitæ præparaui tibi?

cogitans mundi vanitatem,

calumq; aspiciens, de negligẽtiâ à Deo monetur:

B 44 *Et post pauca:* His ego, Fratres carissimi, in illâ horâ coram Domino constitutus, vehementer contremui & expaui: præsertim dum formidabilia illa Domini verba, maximamque animi mei confusionem atque turbationem animaduerterem. Vnde defecit præ timore atque confusione anima mea: cogitabamque vbi me absconderem, quòd tantam ignominiam ferre nequirem; dicebamque apud me: Venite montes & me peccatorem impium operite. Et demisso capite confusus, altâ voce me ipsum deflere lamentabiliter cœpi, dicens: Cur ego ex vtero matris prodij, vt Dominum meum sanctum & bonum atque misericordem exacerbarem? Cur conceptionem in vtero matris, & corporis incrementum, donaque cælestia, ac sancta gratiæ tuæ remedia, quæ dedisti, Domine, contempsi? Flens tamen procidi, & cum planctu ac dolore cordis mei illacrymans, rogaui & exclamaui: Exaudi, Domine, fletum meum, & suscipe verba deprecationis meæ, quæ ego peccator timore perterritus, coram te loquor, Clementissime, mitissime, & misericordissime Domine.

perterritus lamentatur:

Visionis huius memoriâ cohorrescit:

45 *Rursumq; paucis interiectis:* Quoties in mentem mihi venit illius diei ac horæ, in quâ me repentè timor hic inuasit, totus horreo, lacrymor, ac ingemisco. Iterum mox omnium simul obliuiscor, & precum & lacrymarum & timoris, & spatij pœnitentiæ mihi largitate Diuinæ gratiæ concessi. Sed vnde mihi ista duritia & negligentia? vnde tanta obliuio? vnde ita subitò fio impudens & timoris expers, elatus, & iracundus; adeò vt planè nec timor Dei nec iudicium futurum mihi versetur ob oculos? Numquid iniustus est Deus? Numquid dissimulat aut non intuetur opera mea? Absit. Omnes vos rogo obtestorque, amici Dei, & Fratres mei carissimi, vt pro me homine peccatore & minimo, apud Deum misericordem & benignissimum intercedere velitis. Quæ mihi acciderunt, vel ideò patefeci vobis, vt per vos misericordiam à Deo obtineam.

ariditates patitur;

C

vt senex fassus est:

46 *Scripsit porrò hæc Ephræm grandis iam natu, vt coniicit Vossius ex hisce eius verbis:* Gratia tua, quæ delicta iuuentutis meæ tulit, & senectutis nunc errata perferat. *Quando tamen illa ipsi visio, siue, vt idem ceuset, contemplatio acciderit, non exponit: verisimile est multò antè euenisse. Idem sermone de compunctione, alium huius fontem aperit, cæli aspectum, iudicijq; Diuini recordationem, ita scribens:*

cælum aspiciens,

47 Edessenâ ex vrbe benedictâ, quodam die diluculo surgens, cum duobus Fratribus egressus sum: sublatisque in cælum oculis, simile illud speculo, nitidum, astrisque ornatum, ac super terram cum gloriâ fulgẽs, adspiciebam. Ego verò cum admiratione tacitus mecũ ista reuoluens, Si hæc, inquam, tanto cum decore resplendent; iusti & sancti Diuinæ obtemperantes voluntati, in horâ illâ, quando ad iudicandum Dominus venerit, quantò magis in gloriâ Saluatoris, ineffabili luce fulgebunt? Subitò autem in memoriam mihi venit terribilis ille Christi aduentus. Vnde contremuerunt omnia ossa mea, corporeque simul & animâ totus exhorrui. Atque sic concussus & perturbatus magno cum dolore cordis flere cœpi, & ingemiscẽdo dixi: Quomodò ego peccator in illâ horâ terribili ac formidandâ inueniar? Quomodò ego coram tribunali tunc tremendi Iudicis adstabo? Quomodò ego elatus & superbus cum iustis atque perfectis consistam?

AVCTO. RE I.B.

D *memor iudicij,*

lacrymatur,

48 *Post plura in hanc sententiam prolata, subdit:* Tunc duo illi Fratres, qui mecum erant, & ipsi illacrymantes, his me verbis interpellabant: Quid ita acerbè plangis, ô Pater? Et ego ad ipsos, Meam, inquam, socordiã, ô filij carissimi, defleo. Cùm enim cognitionis nobis lumen tribuerit Deus ter optimus, ego quotidie illud repellere atque extinguere conor. Nam si Diuinæ voluntatis mandata perfecissem, beatus sanè in horâ illâ forem; & non solùm ego, sed & omnes qui obediunt voluntati eius. Iccircò, Fratres, nullam penitùs ibi excusationem habituri sumus, quoniam scientes ac spõte peccamus cuncti. Diuinam itaque prouidentiam & in nos munificentiam, quantaque nobis quotidiè pro suâ bonitate largiatur Deus, sedulò consideremus vniuersi.

& aliis aperit fletus sui causſam.

S. P. N. EPHRÆM

NARRATIO AD MONACHOS DE SVA CONVERSIONE.

Interprete & scholiaste Gerardo Vossio.

CAPVT I.

Ephræm & duo concaptiui, falso crimine accusati, etsi alterius verè rei.

Anctus Abbas Ephræm, accedentibus ad ipsum Fratribus, de seipso vtilitatis caussã enarrauit, dicens:

Ephræm vaccam infestando occidit;

1 Quando adhuc puer essem, incompositis moribus extiti. Quodam igitur die parentes mei in suburbana extra ciuitatem miserunt me: quò dum abirem, *a* reperi per viam in medio siluæ iuuencam vnam, ferentem vterum, pascentem; erat autem pauperis cuiusdam iuuenca. Acceptis ergo lapidibus persequi cœpi iuuencam per siluam. Tantoperè autem eam insecutus sum lapidibus, ad profundam vsque vesperam, (erat enim vicina partui) quousque in terram caderet, in interiores partes siluæ, & postremum pedum *b* crepitum ederet: relictâ igitur illâ mortuâ secessi, noctuque feræ deuorarunt eam. Obuiàm autem in eadem siluâ habui pauperem, cuius erat iuuenca, quærentem illam: qui me interrogabat: Fili, nonne sæpè occurristi iuuencæ prægnanti, in siluâ istâ? Ego verò non solùm non respondi ipsi, sed etiam *c* contumeliis illum per summam iniuriam oneraui.

a

b

seni eam quaerenti illudit:

c

pernoctans cum pastoribus,

2 Accidit autem post mensem dierum, vt me iterum parentes mei ad suburbana mitterent: Cùm igitur iterũ, aduesperascere mihi cœpit, dũ adhuc essem in viâ. Inuenerunt autem me pastores ouium in siluâ, & dixerunt ad me: Fratet, quò pergis horâ ista? Ad quos ego: Parentes mei vsque ad suburbana me miserũt, & eò proficiscor. At illi: Inclinata iam est dies, & aduesperascit, quare huc ad nos diuerte, & apud nos quiesce; ma-

AVCTORE ANONYMO, EX OPERIBVS S. EPHRÆM

manè reliquũ vię perficies. Vt ergo ſeceſſi ac manſi apud eos, nocte illâ in caulam feræ irruerunt, quæ gregẽ per ſiluã diſperſerunt. Apprehenderunt autem me domini gregis, obiicietes quòd ego fures induxiſſem, qui gregem ouium inuaſiſſent, diſperſiſſentque. Mihi verò

A *grege à lupu diſperſo. vt furũ ductor*

neganti, & inranti nullam in me culpam reſidere, non crediderunt, ſed perſtiterunt dicere, quòd ego ſuffuratus eſſem, diſperſiſſemque illorum oues. Demum ergo me cubito ligatum tradiderunt Prætori, qui me detrudendum mandauit in carceres: vbi duos viros vinctos reperi, quorum alter falsò inſimulabatur homicidij, alter verò adulterij.

Obiicitur in carcerẽ:

3 Peregi autem in carcere dies quadraginta: poſt quos, mihi dormienti adſtitit adoleſcentulus quidam, aſpectu terribilis, ad me placidâ voce dicens: Ephræm, quid in iſto agis carcere? Ad quem ego: Domine, aſpectu tuo ita ſum perculſus, vt omnes me vires deficiant. Ad me autem adoleſcentulus: Noli timere, ſed da mihi cauſſam tuam. Sumptâ igitur maiori ex manſuetis illius verbis fiduciâ, cum multis lacrymis dixi ad

ex Angelo intelligit ſe ob priua crimen id pati:

illum: Domine, Domine, miſſus ſum à parentibus meis ad ſuburbana, & me veſpera oppreſſit in viâ; inuenerunt autem me paſtores ouium, qui me apud ſe detinuerunt: eademque nocte ouile inuaſerunt feræ, quæ vniuerſum gregem diſperſerunt. Tenuerunt au-

B tem me domini ouium, obiicientes, quòd fures ego adduxiſſem, qui gregem ouium ſuarum inuaſiſſent diſperſiſſentque: quare vinctum me tradiderunt Prætori. Egò autem inſons ſum, Domine, & illi iniuſtè me calumniati ſunt. Atque ille vultu ſubridens; Et ego, inquit, te culpâ vacantem noui, quòd ad hoc attinet, illamque merè calumniam eſſe. Scio tamen, quid paucis antè diebus egeris, quomodò lapidibus inſecutus ſis iuuencam pauperis viri, eamque occideris. Intelli-

Pſal. 35. 7. ge ergo non eſſe iniuſtitiam apud Deum: ſed iudicia Domini abyſſus multa. Et vt cognoſcas viros quoque

concaptiuorũ alter falſo homicidij,

iſtos, qui tecum detinentur in carcere, extra culpam eſſe in eo ſuper quo accuſati ſunt, & in vincula coniecti. Verùm interroga illos, & intelliges illos non intempeſtiuè vinculis iſtis detineri: vt ſcias quòd iuſtus

Pſal. 10. 8. ſit Dominus, & iuſtitias dilexit. Et hoc referens, qui mihi apparuit adoleſcens, euanuit.

4 Manè autem facto, vocatis ad me viris, qui mecum in carcere erant, dixi ad illos: Fratres, ob quam cauſſam incluſi eſtis carceribus iſtis? Reſpondit autem vnus ex illis: Ego homicidij crimine impliçor, verùm huius culpâ vaco. Et alter, Detineor, inquit, cauſsâ

crimine captus,

adulterij, & huius quidem ſum criminis expers. At ego ad ipſos planè: Verùm quænam ſunt à vobis grauia commiſſa peccata, ob quæ permiſſi eſtis à Prouidentiâ

C hiſce criminibus & accuſationibus implicari? Cui alter ille, qui ob homicidium detinebatur: Verè ego vobis peccatum meum enuntiabo. Ante paucos hos dies pertranſibam pontem fluuij extra ciuitatem; alij autem duo viri poſt me veniebant, inter quos ſuborta eſt contentio, atque adeò ad manus ventum eſt, cumque alter in alterum inualuiſſet, deiecit illum ex

anteà pereunti noluerat ſuccurrere:

ponte deſuper in fluuium, & abiit. Cumque ego pertranſirem, potuiſſem illi manum præbere, & extrahere eum ex fluuio, ne moreretur: at illo vociferante, & opem meam cum multis lacrymis implorante, vt illi manus porrigerem, ego nolui, ſed illo relicto, abij. Vt autem multùm diuque luctatus eſſet, nec aquâ exire poſſet, ſuſtulit illum vnda fluuij, & periit, me adſtante & inſpectante. Iſtud meum eſt peccatum, & certò ſcio, quòd illius cauſsâ permiſit me Deus calumniis premi,

2. Par. 19. 7. & in carcerem iſtum detrudi: non enim eſt iniuſtitia apud Deum.

5 Dixit verò & alter, qui accuſabatur adulterij: Commemorabo & ego peccatum meum? Ante duos hos annos res contigit eiuſmodi: Erant duo fratres milites, quibus magna obuenerat à parentibus hæreditas, quam cùm nondum inter ſe diuiſiſſent, illorum ſoror vidua eam partem requirebat, quæ ad ſe pertineret. D Fratres autem, cùm nollent ei quidquam dare, cauſſam quærebant, quâ illam poſſent de patrimonij poſſeſſione deiicere: ac proinde calumniis ambo ſororem propriam obruere ſtudebant, quòd in fornicatione vixiſſet, aſſerentes ſe iſtius rei teſtes habere. At puella iureiurando affirmabat, ſe illius conſciam non eſſe quod obiiciebatur. Iſtis verò adſeuerantibus ſe rem eam probaturos; conuenit inter illos in præſentiâ teſtium, ſi eam de fornicatione conuicerint, protinus eam hæreditate ac patrimonio paternorum bonorum excludendam. Venerunt ergo ad me fratres ambo, rogantes vt me ante faciem ſororis ſiſterem, eamque teſtimonio meo ſimul cum ipſis premerem atque conuincerem de fornicatione reuerà per ipſam commiſſâ, & quòd illius conſcius eſſem, vt poſſent exhæredem illam paternorum ſuorum bonorum & patrimonij facere; & Dabimus, inquiebant, tibi quinquaginta numiſmata. Ego autem acceptâ conditione, me ante faciem puellæ conſtitui, mihique verè de facto illius conſtare, quòd ſcortata eſſet, aſſeueraui, licet verum non eſſet: & ſic eam bonis paternis eiecimus, & exhæredem patrimonij ſui declarauimus. Atque hoc meum eſt peccatum quod commiſi. De adulterio autem, cuius nuper accuſatus ſum, & cur hoc in carcere E detineor, non habeo culpam.

alter adulterij falsò accuſatus,

anteà in inſontem adulterij teſtis:

6 Dixerunt autem ambo ad me: At tu, frater, quam ob cauſſam in iſtos coniectus es carceres? Atque ego ad illos: Ante duos hos menſes miſerunt me parentes mei ad ſuburbana extra ciuitatem, & quia ad veſperam inclinabat iam dies cùm adhuc eſſem in viâ, detinebant me paſtores ouium, vrgentes vt manerem apud eos. Nocte verò illâ lupi oues adorti, vniuerſum gregem diſſiparunt. Domini autem, allegantes quòd ego fures ſubornaſſem, qui raperent atque diſpergerent oues gregis, me apprehenſum, ac vinculis conſtrictum, tradiderunt Iudici: atque hæc eſt cauſſa, cur iſto carcere detinear. At viri ad me: Numquid aliquando delictum aliquod ipſe commiſiſti, propter quod Diuina prouidentia te permiſerit in eiuſmodi deuenire periculum, & in iſtum detrudi carcerem? Ad quos ego: Ipſam rei veritatem vobis aperiam, dicamque quid egerim: Multùm cùm eſſem inſtabilis ac diſſolutus per peccata mea, miſſus ſum quodam die in ſuburbana noſtra à parentibus meis: quò pergens, offendi quamdam iuuencam prægnantem in paſcuis ſiluæ, arreptiſque lapidibus inſequi eam cœpi per ſiluam, & tamdiu quidem eam lapidibus ſum inſectatus vſque ad veſperam, quoad illam in interiores receſſus ſiluæ conieci: erat autem partui proxima, quare cecidit ex curſu, & animam ſupplodendo pedibus efflauit. Erat autem iuuenca pauperis cuiuſdam viri, quam vt iam vidi mortuam, reuerſus occurri in viâ pauperi illi, cuius erat iuuenca, flenti, eamque quærenti. Atque ego interrogatus ab illo, numquid iuuencam ſuam vterum gerentem alicubi vidiſſem; non ſolùm non reſpondi, verùm etiam contumeliis illum quàm plurimis oneraui: & iſtud peccatum eſt quod commiſi.

& verum aliud, narrat.

his Ephræm crimen falsò ſibi impoſitum,

a *Aliter hæc narrat ipſe Ephræm in ſuâ Confeſſione infrà.*

b *De hac in animantibus pedum extenſione & crepitu ſub mortem, agit Voſſius ſcholio 3.*

c *Quomodò ergo in Teſtamento cap. 1 nu. 2. ait,* In totâ vitâ meâ nemini prorſus maledixi? *Poſt conuerſionem, inquit Voſſius. Ipſe quoque in Conuerſione fatetur ſe puerum* contumelioſum fuiſſe, percuſſorem, ſeditioſum *&c.*

CAPVT

CAPVT II.

Sociis poſt quæſtionem abſolutis, Ephræm ampliatur.

torquẽtur ſocij:

7 POſtridie autem Iudice pro tribunali ſedente, conſtituerunt coram illo *a* tripaſſalum, & quæcumque alia tormentorum genera: iuſſitq́ue nos ſubiici quæſtionibus. Ingreſſi ſunt igitur carcerem apparitores, & nos ferreis *b* eculeis conſtrictos, & toto corpore alligatos obtulerunt Iudici. Prætore autem mandante vinctos adduci, primum illum, qui homicidij accuſatus fuerat, veſtibus nudatum adduxerunt in medium conſpectus omnium, catenâ ferreâ ligatum. At Prætore interrogante illum, vt vetitatem confiteretur, antequàm tormentis ſubiiceretur, ac quomodò homicidium illud commiſiſſet; conſtanter dixit ſe culpâ vacare, & planè innocentem in eo cuius accuſatus erat. Vnde iuſſit illum tormentis ſubiici. Cùm autem diutius in torturâ fuiſſet, apparuiſſetq́ue eius innocentia, mandauit Prætor ipſum liberari. Deinde imperauit adduci ſecundum, qui delatus erat ob crimen adulterij; quem etiam veſtibus exutum, mutato habitu produxerunt in medium. Quo facto ingens timor ac tremor inuaſit me, præſertim cùm certum tenerem, quòd & ego prorſus in medium producendus forem, ſicut & ceteri. Vnde demum plorabam atque tremebam, ac

Ephram flet & trepidat:

præ nimio timore animum deiiciebam. Adſtantes verò populi atque apparitores, me tremebundum ſimul ac lacrymabundum conſpicientes, irridebant, cùm dicerent: Quid ploras puer? quando ſcelus admittebas, non metuebas; iam flere vis, quando nihil proficis? Noli timere. Iam iam & tu in medium proditurus es. Dum verò verba iſta audirem, ampliùs liquefacta eſt in me anima mea.

8 Altero autem iam quæſtionibus torto ac innoxio reperto, Prætor cenſuit eum abſoluendum; me interim vinculis ferreis conſtricto, eiuſq́ue iuſſu in carceres detruſo; vbi ſolus alios quadraginta peregi dies: & adducunt apparitores in eumdem carcerem tres alios viros vinctos, quos compedibus cùm obſtrinxiſſent, receſſerunt. Egi autem cum viris illis in carcere dies alios triginta. Contigitq́ue rurſus aſſiſtere eum mihi ſecundùm quietem, qui anteà adhuc apparuerat, & dicebat ad me: Quid eſt Ephræm? Interrogaſti viros illos, quos

illis dimiſſis, in carcerem reducitur:

C reperiſti in carcere? Atque ego ad illum: Imò verò Domine, retuliq́ue ei cuncta, quæ à viris illis mihi dicta erant. Et ipſe ad me: Cernis iuſtum iudicium Dei. Vt autem cognoſcas, qui tres illi ſint, qui tecum hodie incluſi ſunt carceribus; duo ex illis ſunt, qui falsò ſororem propriam fornicationis accuſauerant, eamq́ue ſic paternâ ſuâ hæreditate ſpoliauerant, ſicut & tibi recenſuerunt. Alius verò eſt, qui hominem præcipitauit in flumen, vbi etiam interiit, vti ab eodem tibi relatum eſt: & hæc dicens, à me receſſit.

inſtruitur denuo ab Angelo:

9 Mane autem iam facto, vocatis ad me tribus illis viris, qui eodem mecum detinebantur carcere, rogaui eos, vt reuerà mihi cauſſam edicerent, ob quam in carcerem iſtum coniecti eſſent. Et duo fratres ad me: Crede Domine Frater, nos ob noſtra detineri peccata; & alter quaſi cædem fecerit, alter quaſi adulterium commiſerit, verùm innocentes ambo ſumus. Tertius autem, Et ego, inquit, cauſsâ peccatorum meorum ob cædem patratam hîc detineor. Atque ego ad illos: Veréne homicidiorum rei eſtis; aut falsò accuſamini? Et illi ad me: Omnino, Domine Frater, ob noſtra peccata: ſed in eo reperimur innocentes, cuius accuſati ſumus. Ego verò cupiens certior fieri, num vera eſſent, quæ dixerat ille, qui in ſomnis apparuerat, dixi; Fratres, num alia quæpiam à vobis priùs commiſſa erant crimina, vt iuſto iudicio ad extremum in

tres alij vetera ſua crimina ei aperiunt,

graues haſce accuſationes incideritis? Duo autem fratres dixerunt: Crede frater, ſoror nobis vnica eſt vidua, pia admodùm ac Deum timens, quam cùm paternâ cuperemus hæreditate ſpoliare, falsò adulterij criminis eam accuſauimus: ſubornaueramus autem & falſum teſtem aduersùs ſororem noſtram, & ſic ipſam hæreditate priuauimus. Alius verò Et ego, inquit, cum alio quodam flumen præteribam; & dum pontem tranſiremus, contentione inter nos obortâ, è ſublimi pontis eum præcipitaui in flumen, & perijt. Ego autem cuncta ipſis, quæ mihi acciderant, enarrabam; & quæ de duobus viris in carcere repertis cognoueram, quorum alter quidem aduersùs ſororem falsò depoſuerat; alter autem manum illi non præbuerat, quem in flumen præcipitauerat, ne moreretur, cùm ſaluare eum potuiſſet ex aquâ. Quæ viri illi audientes, magno timore correpti ſunt, iuſtumq́ue Dei iudicium ſuſpexerunt, & collaudarunt, dicentes: Vnus eſt Deus, qui facit mirabilia ſolus. Ceterùm flere cœpimus, magnâ cum anxietate finem expectantes.

AVCTORE ANONYMO, EX OPERIBVS S. EPHRÆM.

& priori intellecto iudicio, Deũ laudant.

Pſal. 71. 18.

a τριπάσσαλον (*vocem haud alibi à nobis notatam*) coniicit Voſſius ſcholio 5 trifurcatam perticam, vel palum tricipitem, aut ſimile aliquod tormenti genus, Syrupproprium, fuiſſe. Tripaſſalum.

b *Multa de eculeo habet Baronius Notat. ad Martyrol. 22 Ianuarij, quibus hic locus vix congruit. At fortaſſis interpres* eculei E *vocem non aptè inſerſit.*

CAPVT III

Aliis tribus damnatis, iterum ampliatur: tandem abſolutus, fit monachus.

10 POſtridie ergo Iudice pro tribunali publicè coram populo ſedente, omnibuſq́ue iterum tormentis ante eum conſtitutis, iuſſit nos in quæſtionem adduci. Intrantibus autem tortoribus in carcerem, catenisq́ue ferreis collo noſtro impoſitis, traxerunt nos per medium ciuitatis, vt nos Iudici ſiſterent. Tota autem ciuitas eò confluxit ad *a* ſpectaculi neceſſitatem. Vnde Iudex mandauit duos illos fratres nudatos adduci in medium: at lictores cùm eos exuiſſent, & compoſuiſſent, in quæſtionem adduxerunt, vtrumque noſtrum coram illis, qui iam torturæ ſubiiciebantur, ſtatuentes. Ego verò eiuſmodi cernens horrorem, flebam. Et miniſtri ad me: Crede puer, dicebant, quamuis iſtud aliâ vice euaſeris illæſus, modò non ſic euadere poteris; ſed tormenta iſta, quæ vides, hodie experiri cogeris. Atque ego hæc audiens cernenſq́ue, animo vehementer conſternatus ſum, & expaui. Iuſſu autem Iudicis, ad gyrum rotæ appenſi fuerunt duo fratres: F quibus per complures hotas excruciatis, tandem etiam fraudem atque iniuriam, quam propriæ ſorori intulerant, confeſſi ſunt, ſeq́ue ambos adulterij ac homicidij reos eſſe. Iudex autem ſententiam aduersùs eos tulit, vt amputatâ manu eorum dexterâ, adhuc in furcam adigerentur. Atque ab his acceptâ ſententiâ, mandauit Iudex & alium quæſtionibus ſubiici: quo nudo adducto, eum ad rotam appendi & torqueri iuſſit, eoq́ue aliquamdiu ſic appenſo, acriterq́ue extorto, etiam homicidium eſt confeſſus, quod recens patrârat, ac quomodò alium hominem in flumen præcipitaſſet, vbi perijt. At Iudex aduersùs eum ſententiam pronuntiauit, vt ambabus amputatis illi manibus, poneretur in furcâ.

tertiò ſiſtitur Iudici:

ſocius crimina, in quæſtione faſſis,

& damnatus,

11 Qui dum ſententiam accepiſſet, dixit Iudex: Exuentes iuuenem, producite & eum in medium. Miniſtri autem detractis mihi veſtibus, laceris me pannis induerunt, & ſic me nudum ad Iudicem adduxerunt. Ego autem amarè flebam & Deum inuocabam, dicens: Domine omnipotens, ſalua me ex iſtâ neceſſitate, vt dignè fieri queam monachus, & tibi inſeruiam. Prætor autem mandauit miniſtris, vt me quatuor ex parti-

ipſe torquendus, vouet ſe futurum monachũ:

S. P. N. EPHRÆM SYRI
CONFESSIO
ET SVI IPSIVS REPREHENSIO,
siue conuersionis eius occasio,
interprete Gerardo Vossio to. 3 Oper.

1 CVm in multis, Fratres dilectissimi, prodesse vobis videar, animæ quoque propriæ vtiliter consulere debeo. Absurdum quippe est, fame illum consumi, qui cibum aliis impertitur; turpeque est, siti perire me, qui reliquis potum subministro: quod sanè fiet, nisi meam ipse conscientiam reprehendero: noui enim quantum mihi illud fecisse, in futuro profuturum sit iudicio. *Caussa scriptionis, proprius profectus.*

2 Nam quando adhuc in seculo versabar, inimicus oppugnauit me in iuuentute, qui mihi ferè persuaserat, illa quæ in hac accidunt vitâ, fortuitò casuque fieri: contigitque mihi, quod naui alicui gubernaculis destitutæ, gubernatore in prorâ consistente; quippe quæ vel retrocedit, vel non procedit, vel etiam euertitur, nisi aliquâ vel per Angelum, vel per hominem visitatione vel prouidentiâ subleuetur. Quod ipsum & in me accidit, qui procellarum errore agitabar, nec pericula imminentia præsentiebam: quando Diuina benignitas me, in *a* interioris Mesopotamiæ regione peragrantem, fecit in pastorem quemdam ouium incidere: qui cùm ex me, quonam tenderem, percontaretur; egoque, quò me pedes ferrent, responderem; ad me ille: Si me, inquit, audieris, adolescens, huc ad nos diuerte, quoniam ad vesperum inclinat iam dies. Quibus ego permotus verbis, remansi apud eum. Mediâ autem nocte lupi gregem adorti, oues dissiparunt: cùm interim pastor graui somno propter ebrietatem correptus iaceret. At domini superuenientes, me quoque tamquàm reum in iudicium abripuerunt. Constitutus autem ante iudicium, me defendebam, & rem, vti acciderat, enarrabam. Intereà verò post me adductus est quidam in adulterio (vt aiebant) deprehensus; sed mulier profugerat. Iudex autem re dilatâ vtrumque nostrum in eumdem detrudi iussit carcerem: in quo agricolam quemdam propter homicidium detentum reperimus: sed neque qui mecum ducebatur, adulter erat; neque hic agricola, homicida: sicut neque ego ouium fur atque abactor fueram: cadauer autem propter agricolam, & pastor propter me, & maritus propter adulterum in aliâ seruabantur domo atque custodiâ. *Ephræm adolescens malè sentit de Diuinâ prouidentiâ: falso crimine conjicitur in carcerem, vti & alij duo:*

3 Peractis igitur *b* septem illic diebus, aspexi octauo die quemdam secundùm quietem, sic me compellantem: Pietatem cole, & Diuinam prouidentiam intelliges. Expende tecum, quæ cogitaueris, ac feceris; & ex te ipso cognoces, nihil vos iniustè pati: sed neque ipsi scelerum auctores impunè euadent. Somno igitur solutus, quæ in visione aspexeram memoriâ mecum repetebam: peruestigatoque lapsu & errore meo, comperi me in agro regionis illius, vbi captus fueram, pauperis cuiusdam peregrini iuuencam quadam malitiâ concitatum, mediâ nocte è suo loco atque cubili exegisse: quam frigore languentem, atque vterum gerentem, bellua illuc aduentans dilacerauit. Cùm igitur somnium meum, eiusque caussam, iis qui mecum erant recensuissem; ipsi quoq; permoti atque admoniti, narrare cœperunt quæ sibi acciderant: & agricola quidem ante alios incipiens, Ego, inquit, dum quemdam in flumine suffocari conspicerem, cui auxilio esse poteram, *ex Angelo discit, errorem illum suũ plecti, & antiquũ aliud crimen: idem de se concaptiui fatentur:*

AVCTORE ANONYMO, EX OPERIBVS S. EPHRÆM.

partibus distentum loris, boum neruis cæderent. Vnde Assessor Prætoris, ad ipsum: Domine, reseruetur iste, si placet, in aliud iudicium; quoniam & iam tempus est prandij. Prætor autem me ferreis constrictum vinculis reducendum curauit ad carceres, vbi solus egi alios viginti quinque dies.

A *quæstio differtur:*

12 Exhibuit autem se rursus tertiò, qui mihi in somnis visus erat adolescens, & dixit mihi: Quid est, ô Ephræm? certusne iam es, quòd iusto iudicio Deus mundum gubernet, & iniustitia apud ipsum non est? At ego ad ipsum: Imò Domine, certior sum factus, quòd mirabilia sunt opera Domini, & imperuestigabiles viæ eius. Cœpi autem multis cum lacrymis obsecrare eum, dicens: Feciſti Domine magnam hanc iustitiam cum seruo tuo, & in visione tuâ consolatus es infirmitatem meam: miserere mei famuli tui, & educ me de carcere isto, vt merear fieri monachus, & inseruire Domino Christo. Ipse autem vultu subridens, dixit mihi: Adhuc semel examini subiicieris, & dimitteris. At ego rursus ad ipsum: Domine pertimesco minas Iudicis, ac plagas reformido. Ipseque iterum subridens vultu, ad me; Oportebat, inquit, te quidem modestum esse, neque detrudi in istum carcerem: sed

B *ab Angelo intelligit, se liberandum:*

quando ob immodestiam tuam huc intrasti, quid possum tibi præstare? Verumtamen ne timeas, non multis subiicieris. Veniet alius Iudex, qui te liberabit. Et hoc dicens, recessit.

13 Ego interim multùm anxius hærebam, expectans quemnam tandem sortituræ finem essent res meæ. Post quinque itaque dies aduenit alius Iudex, qui erat familiariter versatus in domo meorum parentum: alter verò, cùm successorem accepisset, me solum vinctum reliquit in carcere. Peregit autem, qui aduenerat, Iudex in ciuitate dies septem, & interrogauit custodiæ publicæ Præfectum, num vincti detinerentur in carcere? Illoque respondente, quemdam adolescentem certâ de caussâ vinctum detineri. Octauo die iussit comparari processum: eoque pro tribunali sedente, mandauit in quæstionem me produci. Apparitores autem in carcerem venientes, imposuerunt collo meo catenas ferreas, & publicè me in iudicium abripuerunt. Iudice verò mandante, me denudarunt, & laceris pannis contexerunt. Sicque me in medium statuerunt, ac Iudici præsentarunt. Videns autem me Iudex, agnouit: verumtamen ex legum rigore vlteriùs inquisiuit. Et iam cognoscens, quòd falsò accusatus detinerer, iussit me dimitti. Tunc miniſtri solutis vinculis, quibus ligabar, redditisque vesti-

C

mentis, atque iis indutum dimiserunt me. Ego autem præter expectationem saluatus, è vestigio ac sine vllâ morâ in montem ascendi, ad magnum venerandumque senem: ad cuius ego pedes procidens, enarratisque ei cunctis, quæ acciderant, assumpsit me in monachum. Portò ista vobis vtilitatis ergò recensui, Fratres: vt & vos eiusmodi audientes, vnanimiter mecum glorificetis Deum, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Ipsi honor & gloria, in secula seculorum, Amen.

nouo Iudici sistitur: cognitâ innocentiâ liberatur: fit monachus.

a *Quærit Vossius Schol. 6 an tenerentur, pro more regionis, eiusmodi spectaculo interesse, vt propterea dicatur ἀνάγκη τῆς θεωρίας. sed hypallage est pro θεωρία τῆς ἀνάγκης,* contemplatio tormentorum *aut* quæstionis: *hæc enim* ἀνάγκη *dicitur, estq; durissima necessitas.*

A poteram, manus auxiliatrices præbere neglexi. Ciuis autem mulierem, quæ per calumniam accusabatur, testimonio suo falsò insimulauit. Vidua enim, inquit, hæc erat, & fratres eius hoc illi crimen inferentes, paternâ eam hereditate spoliarunt: & mihi mercedem, de quâ conuenerat, persoluerunt.

4 Quibus ego dictis atque relationibus, cœpi compungi atque resipiscere: & nos meritò pœnas luere, intelligere. Quòd si solus fuissem, censuissem fortasse id casu fortuitoque accidisse; at tres eramus pariter detenti. Accedebat & quartus quidam iniustus, qui nec genere cum illis qui iniuriâ affecti fuerant, coniunctus erat; neque conscius quidem eorum extiterat: cùm nec mihi, nec sociis, quibus speciem ac formam eius descripseram, anteà vnquam visus esset. Rursus autem somno captus, eumdem aspicio sic dicentem: Cras conspicietis & illos, c qui à vobis iniuriâ affecti sunt; & calumniæ falsæque accusationis vestræ retributionem. Experrectus, cogitabundus hærebam. Socij verò ad me, Quid, inquiunt, ita tristis es? Quibus ego caussam quidem exponebam, sed exitum rei metuebam; & iam illas de casu & fortunâ cogitationes obliuioni tradideram. Illi autem magnâ mecum sollicitudine angebantur.

c iudicij crastini quantum in somnis edocetur:

B 5 Transactâ igitur nocte illâ, sistimur ludici, & subitò adducuntur quinque vincti coram eo. Itaque qui mecum erant, multis excepti verberibus, iterum in custodiam retrusi sunt; me illic relicto. Deinde duo inprimis in iudicium adducti sunt; atque illi, fratres illius erant viduæ, quæ per calumniam ab iis paternâ hæreditate fuerat spoliata; vnus autem eorum in homicidio, alter in adulterio deprehensus erat. Quæ dum ipsi crimina confessi essent, per tormenta coacti sunt & alia, quæ patrarant, scelera confiteri. Homicida ergo confessus est, se quodam tempore dum negotiaretur in ciuitate, cum muliere quadam consuetudinem habuisse; (hæc verò illa erat, cuius caussâ vnus ex illis, qui mecum detinebantur, in custodiâ seruabatur) interrogatusque, quo pacto effugisset; Accidit, inquit, vt, dum obseruaremur, vicinus quidam adulteræ, aliâ ad eam accederet viâ, quasi aliquid ab ipsâ vtendum postulaturus: quod cùm dedisset illa, me iam per fenestram demisso, rogauit illum, vt se quoque per eamdem fenestram demitteret, prætexens fœneratores ad se capiendam aduentare: quod cùm ille iam niteretur facere, mox à marito eiusce mulieris comprehen-

homicidâ adulteriũ. vni è prioribus falsò imputatũ, in quæstione fatente,

C sus est, nobis interea aufugientibus. Ad hæc autem ludex, Vbi, inquit, est mulier? ille autem cùm locum indicasset, iussus est ad mulieris vsque aduentum custodiri. Alter verò præter adulterium, cuius damnatus fuerat, etiam se hominem interfecisse confessus est, illum scilicet, quem agricola, qui mecum detinebatur, occidisse accusabatur. Aiebat autem maritum mortuum illius esse fœminæ, quæ ipsius amore capta fuerat. Nam cùm, inquit, pomeridiano tempore agrum suum inuiseret, fictę salutationis prætextu propiùs accedens, confestim illum occidi, & aufugi. Affines autem cùm ad clamorem occisi essent egressi, nullum inuenerunt aut viderunt, præter hominem quemdam agrestem, quem magno labore fessum, somnoque correptum, tamquàm homicidam comprehenderunt, &

adultero cadẽ, cuius alius accusabatur;

d in vincula coniecerunt. Quæ *d* cùm ille retulisset, locumque pariter ac nomen mulieris indicasset, mox in carcerem abductus est.

6 Adducti autem sunt & tres reliqui, quorum vnus quòd segetes combussisset accusabatur: alij verò duo, quòd consciij & socij cædis fuissent: sed paucis excepti verberibus, quia nihil confitebantur, in carcerem perducti sunt: audierat enim ludex suum aduentare successorem: & ego nullâ de me factâ quæstione, cum ipsis recessi. Eramus igitur in eâdem, omnes custodiâ detenti. Iudex verò, qui aduenichat & succedebat, è nostrâ erat patriâ: sed multo ego tempore, quis & vnde esset, ignorabam. Interea autem dum plusculum nobis temporis atque opportunitatis interquiescendi tribueretur, amicitiam contraximus. Cumque priores iam facti alacriores essent, & reliquis quæ acciderant recensuissent; in me omnes, tamquàm in hominem pium atque religiosum, intendebant. Fratres autem viduæ illius, cognito homine qui contra eam patrocinatus erat, admirati sunt. Cuncti verò rogabant me, vt si quâ ratione possem, aliquid fausti ac boni adnuntiarem ipsis. Cetcrùm multis diebus commoratus ibi, non ampliùs eum, qui in somnis mihi apparuerat, vidi. Quem in fine tamen dierum iterum conspexi, me sic compellantem: Ecce hi tres aliorum etiam scelerum rei, nunc iustas pœnas luent. Quod ipsis cùm dixissem, confessi sunt duo ex eis se flagitij cuiusdam furtis conscios fuisse: qui cùm quemdam interfecissent propter vineam adiacentem suæ possessioni, ei nos testimonium dedimus, hanc ipsius fuisse vineam, eumque non ab illo necatum, sed è rupe præcipitem corruisse mortuum. Alius autem tertius retulit, se irâ concitatum, è tecto quemdam præter voluntatem deturbasse, quo ex casu ille interiisset.

IPSOMET AVTORE. D

hos falso crimine captos,

ex Angelo intelligit veri pœnas daturos,

quod ipsi fatentur:

7 Posteà rursus conspexi in somnis hæc mihi referentem: Tu cras liberaberis, reliqui autem iustum subibunt iudicium: fidelis igitur esto, & Diuinam prouidentiam enarrato. Alterâ ergo die ludex pro tribunali sedens, quæstionem de omnibus nobis habuit, & exploratis quæ iam acta fuerant, ac fœminis, quæ paratæ aderant, interrogatis, æquisque testibus adhibitis; ludex innocentes absoluit, agricolam, inquam, & eum qui falsò adulterij accusatus fuerat: fœminas autem torturæ subiecit, vt constaret an aliis etiam facinoribus reperirẽtur obnoxiæ: comperit igitur vnam earum, odio illius qui suum adulterum prodiderat incitatam, bona ipsius incendisse: ex quo quidem incendio, agrique depopulatione, cùm quidam propiùs fugeret, tamquàm illius auctor comprehensus est: & hic nobiscum erat; quem etiam ludex quæstione habitâ, quia innoxium reperit, absoluit atque dimisit. Altera verò adultera, cùm in eodem esset vico, vbi duo illi comprehensi fuerant, qui in homicidio perpetrando dicebantur extitisse socij, rem omnem vti contigerat apertè confessa est: Qui necatus est, inquit, cum domi meæ ab altero viduæ illius fratre (qui meus erat amator) mecum scortari deprehensus esset, occisus ab illo est, & in bruium proiectus: concursuque hominum facto, cùm duo viri quemdam persequerentur, à quo sibi hœdus surreptus erat; eos alij conspicati, arbitranteque ideò fugere, quòd cædem patrassent, comprehenderunt, ac carceri tradiderunt. Iudex verò cùm diligenter & nomen eorum, & genus, & quinã ac quales essent, explorasset, & rem omnem apertiùs cognouisset, illos innoxios liberauit. Erant autem hi quinque, agricola nimirùm, & qui falsò adulterij fuerat accusatus, & tres postremi. Porrò duos fratres, & scelestas illas cum ipsis mulierculas, à feris dilaniari iussit.

Compertis auctoribus criminũ, qua innocentibus imponebantur,

F *ij absoluti,*

ceteri bestiis obiecti.

8 Tunc verò & me Iudex in medium adducendum curabat, qui licet beneuolentiâ coniunctus mihi esset, scire tamen ex me ordine voluit, quo pacto res illa ouium successisset: cui dum ego id, quod verè gestum erat, retulissem, meque ex voce & nomine ille cognouisset (familiaritas enim ipsi cum meis intercesserat parentibus) quæstione de pastore habitâ, eoque flagris excepto, ac veritate compertâ, post dies plùs minùs septuaginta, ab accusatione & crimine obiecto me absoluit & liberauit. Nocte deinde sequenti in somnis conspexi virum mihi dicentem: Reuertere ad locum tuum, & de iniquitate tuâ age pœnitentiam, certoque scias vnum esse oculum cuncta perlustrantem: & grauiter ille mihi comminatus recessit, quem ad hunc vsque diem non ampliùs vidi. Anxius igitur, & multis lacrymis perfusus, inde abij, ignorans vtrùm Deo satisfecerim. Quapropter omnium me precibus adiuuari

ipse quoq; Ephram absoluitur:

ab Angelo iussus, pœnitentiam agit:

in carcerẽ reducitur, cum iis, & tribus aliis:

IPSOMET AVCTORE.

nari depoſco : nam vulnus mihi grauiſſimum accidit atque incurabile. Viſionibus ego non efferor, ſed impiis cogitationibus meis diuexor & angor. Apparuit
A & Pharaoni Angelus futura prænuntians: ſed mentem atque ſententiam eius, prophetia non mutauit. Dicit & Chriſtus illis, qui nomine ſuo prophetauerant: Non noui vos, operarij iniquitatis. Scio me vera vidiſſe, & re ipsâ expertus ſum: ſed excruciat me ſupra modum ingens mea in Deum iniuria; nam qui dicit omnia caſu fortuitoque fieri, is diuinitatem è medio tollit. Iſtud cogitaui, non inficior: reſipui; ſed an Deum mihi placauerim, neſcio. De ipſo prædicaui: ſed vtrùm verba mea ipſi grata fuerint atque accepta, me latet. De prouidentiâ ſcripſi: ſed an Deo placuerint mea ſcripta, ignoro. *ac multis interiectis.*

alienas preces implorat. Psal. 13. 1

9 Vndique igitur, Fratres, anguſtiis premor, & ad meam ipſius conſcientiam, euertor. Si impiè rurſus egero, væ mihi: ſi impudentem atque arrogantem me geſſero, ne caligine me opprimat vereor. Scio & Nabuchodonoſor poſt actam pœnitentiam ſuſceptum eſſe: ſed eum defendit atque excuſauit tum ignoratio, tum potentia: vtraque autem hac ego excuſatione careo. Eram iam gratiæ particeps factus: eram
B de Chriſto à patribus inſtitutus: qui me ſecundùm carnem genuerant, timorem Domini tradiderunt mihi: conſpexeram vicinos pietatis ſtudioſos: audieram multos varia pro Chriſto perpeſſos: parentes mei in iudicio Chriſtum profeſſi fuerant: Martyribus ſanguine ſum coniunctus. Non habeo defenſionem vllam, quæ mihi patrocinari poſſit. Si commune carnis genus dixero, nihil iis quos B. Iob commemorauit, præſtabo. Maiores mei peregrini erant, arte & manu victum quærentes, & ex collationibus victitantes: aui mei ſecundis rebus vtentes, in vitâ agricolæ erant: & parentes mei, cùm in his verſarentur humili conditione erant ac genere. Quâ igitur iactantiâ me Nabuchodonoſor eſſe ſimilem putabo? quâue rerum copiâ atque magnificentiâ? numquid vires giganteas habeo? numquid naturam pulchritudine gaudentem? nollem hîc commemorare, quæ in pueritiâ geſſerim, vt ne me abominandum vobis proponam. Quoniam cùm adhuc iuuenis eſſem, me Chriſtianum profeſſus ſum: verumtamen paucis illis annis contumelioſus fui, & percuſſor, atque ſeditioſus, & cum vicinis contentioſus, ac inuidus, in aduenas & peregrinos inhumanus, in amicos durus, in pauperes acerbus, ob res viles ac leues occurrentes pugnax, & immodeſtus; improbis quoque cogitationibus vacans, atque laſciuis, etiam
e
f præter tempus e incitamenti. At de his omnibus ſcio me
C veniam conſecutum eſſe in f tribunali: ſed non ita de iis, quæ poſteà geſſi, quæque poſt veritatis cognitionẽ admiſi. Ideò auxilio veſtro, ô amici, valdè indigeo.

Eius parentes Cõfeſſores, cognati Martyres:

maiores quales?

pueritia eius.

a *Ergo non hæc Edeſſæ, eiúſue pomœrio geſta, cùm ea ad ipſum ferè occiduum limitem Meſopotamiæ iaceat, Cappadociam versùs.*

b Aliàs 40, *inquit Voſſius, iuxta nimirùm præcedentem Conuerſionis eius hiſtoriam.*

c *Videtur potiùs legendum*, propter quos iniuriâ affecti eſtis. *Ita mox* calumniæ veſtræ, *id eſt, quæ vobis irrogatur.*

d *Notat Voſſius, ita alibi legi:* Quis verò hæc indicauit? mulier, inquit. At ille: Vbi hæc? Ipſe verò & nomen & locum oſtendit, in aliâ regione non procul ab alterâ.

e *Græcè eſt τῆς κινήσεως*, commotionis. *nimirùm ante competentem ætatem.*

f *Legit Voſſius, vt hîc notat, ἐπὶ βήματος. Sed quod illud tribunal, in quo ſe veniam conſecutum certò ſcire potuerit? Confeſſionis? Numquid & cetera per eam expiare potuit, & parem de vtriſque certitudinem conſequi? Minimè nobis dubium videtur, quin Græcè ſcriptum fuerit ἐπὶ βπματος, contractè pro βαπτίσματος, quod aliquantò prouectior fortaſſis ſuſcepit. Ideò ſollicitus eſt præcipuè de iis peccatis*, quæ poſt veritatis cognitionem admiſit.

EIVSDEM S. P. EPHRÆM TESTAMENTVM

interprete Gerardo Voſſio,

cum MS. Græco collatum.

CAPVT I.

Timor iudicij. manſuetudo. recta fides.

1 EGo Ephræm morior. Notum igitur cunctis ſit, ô viri Edeſſeni. Teſtamentum quippe vobis relinquo, *a* ſymbolum monumenti doctrinæ veritatis, ex illâ, quæ mihi conceſſa fuit, gratiâ & dono: vt in ſanctarum orationum commemorationibus mei memoriam faciatis, ac vos præſertim qui ſcitis & cognoſcitis me. Hei mihi! quoniam laquei E
mortis præuenerunt me. Hei mihi! quoniam dies vitæ meæ defecerunt me, & veſtimentum corporis detritum eſt, ac tela perfecta iam eſt & omnino ſublata. Defecit oleum terreſtris lucernæ: & qui demerſuri ſunt ſcapham, modò appropinquarunt. Nam mercenarius cùm eſſem, meos impleui annos: & incola ſuper terram, cùm iam tempus meum perfecerim, hinc abeo ac migro. Vtrimque circumdederunt me lictores atque ſatellites, ſeueri exactores; ad ſubiiciendum ceruices meas, tamquàm hominis malefactoris, grauiſſimo ſupplicio. Quid igitur? plorémne? At non eſt, qui attendat. clamémne? at vbi eſt, qui me exaudiat? Hei mihi! ab increpatione iudicij expectatio mihi grauis. Nam quando adſtitero ante horrendum Domini tribunal, & ibi diiudicabunt me vtrimque circumdantes, qui nouerunt me; valdè confundi incipiam; cùm & reuerà horribilis ibi futura ſit confuſio, & væ tunc ibi confuſo. Domine Ieſu Chriſte, ne intres in iudicium cum ſeruo tuo, & ne des alteri iudicium meum: ſed ante glorioſum tuum tribunal fac vt dignè aſtare poſſim. Nam quem Dominus iudicat, miſericordiam promeretur: cùm & hoc, inquam, à ſapientibus atque intelligentibus, ſanctiſque Apoſtolis audierim; quòd ſcilicet quicumque Regem conſpexerit, quamuis etiam peccator fuerit, talis veniâ dignus cenſebi- F
tur, & non morietur. Væ autem mihi, Fratres, ab eo quod conſtrinxit & coarctauit me. Plorate & vlulate ſuper contritione meâ: appropinquarunt enim iam cuſtodiis atque excubiis, qui ex ſpeluncâ me eiiciant, & in regione quæ homines à mortali hoc ſeculo ad ſe recipit, conſtituant. Oſee Propheta vehementer me Oſee 7. 9
ſonorâ ſuâ voce terret, dum obiurgans inclamat, & & 10. 11
dicit mihi: *b* Canicies efflоruit Ephræm, & ipſe non eſt b
reueritus. Ac rurſus: *c* Ephræm vitula furore agitata, c
docta diligere contentionem. Et iterum: Ephræm & 9. 15
tamquàm auis auolauit. Quòd ſi quis de Ephræm, qui fuit filius Ioſeph, dicat Prophetam iſta dicere, at certè ita ego ſentio, quòd, quando eo modo lamentabatur Propheta, non diſtinxit alterum Ephræm ab altero. Quin & Dauid denuò viciſſim me admonet, dicens: Pſal. 59. 9
Ephræm fortitudo capitis mei. Et iterum: *d* Coram & 79. 3
Ephræm, Beniamin, & Manaſſe. At non arrogantiâ d
aliquâ elatus iſta dico, neque ea ad me accedet: etenim teſtis mearum cogitationum atque verborum eſt Dominus. Et nunc volo, Fratres mei, commonefacere & adhortari vos, firmiterque conſtabilire, vt poſt *rogat ſuos vt pro ſe rent:*
meum exitum ac tranſitum aſſiduè memoriam mei e
e in veſtris precibus faciatis. Accedentes autem nunc claudite mihi oculos, & manus veſtras ſuper eos imponite. Defecit enim in me ſpiritus, iam me deficien-
te: &

a

S. Ephram morituros horret Diuinum iudicium.

A te: & ea quæ ad me pertinent, modò finem habent, & verus terminus aduenit. Veſtram enim vitam in me ponatis licet, & meam in vobis; ex hoc lectulo, quo detentus ſum, non ampliùs deſcendam: nam omni ex parte langueo atque diſſoluor, & ferre nequeo; doloreſque me graues conficiunt. Memoriam portò vobis omnibus relinquam, ac ſpeculum immaculatum; vt impigrè ſemper in illud inſpicientes, omneſque ſtudiũ adhibentes, perpetuò eam imitari atque exprimere veſtris moribus diligenter conemini.

f cum nullo Catholico vnquam contendit;

2 In totâ vitâ meâ *f* nemini prorſus maledixi, & cum nullo fideli vnquam contendi. Siquidem cum apoſtatis omnibus, docens, eoſque obiurgãs ac admonens, cunctis diebus meis non obtorpui in Sanctorum ſententiis atque conſiliis. Noſtis enim & ipſi, Fratres, quòd ſi quis paterfamilias canem habeat, qui ouile ac gregem ouium negligat; vel lupum adſpiciat in ouiũ ſepta irruentem, pecoraque diſperdentem, ac minimè adlatret, aut ipſum etiam inſequatur; omnino hunc tamquàm inutilem cædit, & procùl à domo ſuâ repellit. Scitis igitur fratres, virum ſapientem odio nemi-

ſemper acer in hæreticos:

nem perſequi: ſi quem tamen oderit, inſipientem odit. Inſipiens verò neminem diligit; & ſi quem dilexerit,

B ſui ſimilem diligit. Ceterùm vos, Fratres, nolite mirari ſuper aliquibus, qui obedientię diſciplinam complexi, à me receſſerunt: nam & inter duodecim Apoſtolos vnus erat proditor Iudas Iſcariotes. Noſtis verò, quòd

g etiam in vineâ rubus prætet imperium *g* germinare conſueuit; & inter roſas ſpinæ quoque naſcuntur, ac decerpuntur.

profitetur & ſuis inculcat fidẽ Catholicam, quã ſemper tenuit:

3 Firmamentum portrò fidei in vobis corroborari optarem, tamquàm in veris ac legitimis, concordibuſque fratribus meis; certiores vos per iuſiurandum de immutabili ac firmâ fide meâ reddens. Cupio enim vos optimè in ſententiâ confirmari de incomprehenſibili & vnicâ principe fidelium fide. Iuroque vobis, per eum, qui in naturâ ignis in montem Sina deſcendit; & per eum, qui in aquæ effuſione de petrâ duriſſimâ locutus eſt; & per os illud, quod ad exemplũ noſtrum dixit in Cruce: Eloi, Eloi, lamma Sabacthani? & omnes finium terræ tenes tremore correpti ac coarctati ſunt; & per illum, qui à proditore Iuda in Iudæâ venditus fuit, & flagellatus, ac paſſus in medio Hieruſalem; & per maieſtatem eius qui ab impiis ſe conſputari æquo animo tulit; & per potentiam eius, qui manu hominis impij ac ſcelerati alapis ſe cædi permiſit; & per ignem illum trinonymum ſanctiſſimæ gloriæ; & per infinitam illam ac ſolam vnamque Dei po-

C tentiam; & per tres intelligibilis ignis ſubſiſtentias, quæ ſunt altitudo, & voluntas vna, & vnum atque idem; in nullâ vnquam re ab vniuerſali fide, neque à Catholicâ & Apoſtolicâ Dei Eccleſiâ ſeparatus fui, neque vnquam de Dei potentiâ dubitaui. Si porrò in mente meâ Deum Patrem ampliùs quàm ipſius Filium magnificauerim, ne conſeruetur in me miſeratio pietatis. Et ſi ex Deo Spiritum ſanctum imminui, longè ab eius aſpectu tenebroſus reddar. Et niſi, quémadmodùm confiteor à principio, ita & nunc dico atque profiteor, in tenebras exteriores ſemperque caliginoſas mittar. Et ſi fictè ac ſimulatè hæc loquor, in igne gehennæ mea portio cum impiis computetur. Sin verò & aſſentatoriè iſta occultè ſubſemino; non mei in iudicio miſereatur Dominus.

a *Notat Voſſius, aliter hac efferri poſſe, ex aliis fortaſſe MSS. Græcis*: Symbola monumenti documenta, ex illâ quæ mihi dono conceſſa fuit gratiâ.

b *Vulgata editio habet*: Sed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit LXX *habent*: καὶ πολιὰ ἐξεπάνθησεν ἀυτῷ, καὶ ἀυτὸς οὐκ ἔγνω. Et canities vt effloruit ei, & ipſe non cognouit.

c LXX Ἔφραὶμ δάμαλις διδιδαγμένη ἀγαπᾶν νεῖκος. Ephraim vitula docta diligere contentionem. *Vulgata*, tituram.

d *Deeſt hoc in MS. Græco.*

e *Congerit Voſſius ſcholio 3, plura teſtimonia Patrum antiquorum, quibus refellantur hæretici aſſerentes non eſſe orandum pro mortuis. Ceterùm notat aliter verba hæc efferri poſſe*: horum memoriam faciatis, & mei aſſiduè in veſtris orationibus recordemini. *Græcum noſtrum MS. habet*: ἵνα μὴ τῆν ἔξοδόν μὲ μνείαν μὲ ποιῆσθε συνήθως ἐν ταῖς δεήσεσιν ὑμῶν.

D. Ipso Auctore, Ex MSS. Græco.

f *Poſt conuerſionem nimirùm, vt ſuprà diximus.*

g *Græcè*: ἐφ' ἑαυτὸν ἀρχήν, *quaſi* iniuſſa.

CAPVT II.

Paupertas. humilitas in ſepulturâ & exequiis.

4 PEr veſtram autem vitam, qui verè mecum perſeueraſtis, diſcipuli, & per veram ipſius vitam immutabilem Filij Dei; marſupium Ephræm numquàm habuit: non baculus ei fuit, non pera, neque argentum vel aurum, aut aliam aliquam poſſeſſionem ſuper terram aliquando acquiſiui, vel poſſedi. Bonum ſiquidem magiſtrum in ſacris Euangeliis dicentem ad ſuos diſcipulos audiui: Nihil ſuper terram poſſideatis. Matt. 10. 9 Neque enim inordinato affectu aliquid eiuſmodi vnquam habui. Accedentes igitur, Fratres mei, pacem in E fine prębete mihi, & dimittite me: quoniam deficiens abeo, atque è vitâ recedo. Reminiſcamini autem mei vilis & abiecti, in ſanctis veſtris precibus, cunctiſque deprecationibus: nam in vanitate & peccatis vitam meam compleui atque tranſegi.

verus amator paupertatis;

valedicit ſuis, iterum vt proſe orent, rogat:

5 Cùm timore autem ac reuerentiâ adiuro vos, ô viri ſancti, & incolæ ciuitatis Edeſſæ, & per immutabilem immortalis Dei fidem; ne obliuiſcamini pręceptorum & exhortationum atque conſiliorum paruitatis meæ; neque reſpuatis, tamquàm parui facientes ac cõtemnentes, verba mea; nam ex Diuinâ hæc profecta ac dicta ſunt gratiâ: & ne ſinatis me *a* in domo Dei poni, aut ſub altari. Si quis verò fallacibus rationibus auſus fuerit ſub altari me collocare; ſupernum ac cœleſte altare talis numquàm videat: non enim decet vermem putredine ſcatentem, in templo & ſanctuario Domini reponi. Sed neque alio in loco templi Dei permittatis me poni: non enim dignus cenſendus eſt templo gloriæ regni cælorum, qui contumaciter ac perũicaciter iſtud egerit, & in templo Domini me depoſuerit. Neque enim homini peccatori atque indigno prodeſt vana gloria, & cui præſertim ea non congruit. Nudi quippe cuncti mortales nati ſumus; & ſimiliter reſurgentes, nudi quoque apparebimus: omneſque ante Chriſti tribunal aſtantes, rationem ibi cunctorum, quę in vitâ geſſerimus, reddemus. Quorſum igitur honore me afficitis, qui meipſum actionum appellatione non F honorauì? Nam qui ſeipſum bonis operibus, probatiſque actionibus non honorauerit, quælibet hominum vita tali adhibita exiſtimationi, quam re ipsâ non eſt cõſecutus, nihil prodeſſe ipſi poterit. Omne verò corpus ſub cęlo creatum, etiam eſſe corruptibile, Fratres, ſecundùm illud quod ſcriptum habetur, à Deo audiſtis. Propterea & flens dico, Fratres, quoniam ſicut audiui, & vos cognouiſtis, diſſoluitur & corrumpitur hoc templum manufactum; & ſuſcitatur tẽplum ſpiritale, non corporale ac tranſitorium, quod ſecundùm deſideria carnis corrumpitur: ſed ipſum corporale, ſpiritale atque incorruptibile ſuſcitatur, vt ampliùs ad corruptionem non reuertatur: quando nimirùm tuba illa Chriſti reſonans, à ſomno excitabit cunctos à ſeculo dormientes. Non enim propter lapidea templa iudicium erit, neque lapides Deus iudicabit; ſed templa, quæ ſunt in corpore, quæque naturam humanam in templis iam dictis continẽt. Vnumquemque autem dico hominem, ſecundùm proprias actiones, iudicabit Deus; & ſecundùm cuiuſque certamen atque laboré, etiam præmium pro meritis reddet.

iubet ſe nõ ſub altari, nec in templo ſepeliri;

a

6 Attendite, Fratres mei cariſſimi, & viſcera deſiderata, ne pannos meos, velut Reliquias, monumenti gratiâ tollatis. Nam memoriæ præceptum Saluatoris

nec veſtes ſuas vt Reliquias ſeruari,

IPSO AVCTORE, EX MSS. GRÆCO.

noſtri Dei habetis, quod ab ipſomet acceptum didiciſtis, vt eius reditum exſpectetis. Cur enim præter cetera, laborem & onus graue atque intolerandum mihi imponitis; ne quando in inquiſitionis iudicium veniam, (non enim ſum melior hominibus à ſeculo ſanctis) & pœnæ atque ſupplicio propter vos ſubijciar? reprehendenſque meam dementiam Dominus, ad me dicat: O Ephræm, plus in te, quàm in me, homines crediderunt: nam ſi à te monumenta ſibi ſumere velint, fortaſſe in mandatorum obſeruationes, quas ipſis tradidi, non crediderunt: & ideò tuâ magis, quàm meâ memoriâ delectantur. Prætereà vos adhortor obteſtorque, ô viſcera mea deſiderata, ſi quidem Chriſti doctrinam retinetis; ne me cum Sanctis ponatis: nam peccator ego ſum, & minimus; & propter inſipientiam ac ſtultitiam meam ipſis appropinquare metuo. Si enim lignum ſarmentitium atque aridum admoueatur igni, totum combuſtum ab ipſo conſumetur. Non autem iſta dico, quòd ſocietatem & coniunctionem illorum reſpuam; ſed infinitam atque immenſam peccatorum meorum multitudinem inſpiciens, exhorreſco, & contremiſco. Prophetam enim dicentem audio, quod quidem Noë & Iob & Daniel ſi ſteterint, nequaquàm liberabunt filios ſuos ac filias. Et rurſus: Frater fratrem non redimit, numquid liberabit homo hominem? Sic quoque Gieſi, non liberabitur à ſuâ leprâ.

aut ſecum SS. locari;

A

B

Ezech. 14. 14

Pſal. 48. 8

7 Ne quis ex vobis ſolenni pompâ ad oſtentationem me circumferat; ſed humeris tollentes me, & curſim comitantes, funulque curantes, ſepelite me tãquàm opprobrium deſpectum atque abiectum: quoniam in doloribus dies vitę meæ præterierunt. Ne quis etiam veſtrûm, Fratres, præconiis me celebret, ac laudet: vilis enim & abiectus ſum coram Deo, meiſque operibus planè confuſus, & valdè contremiſco, qui coram Domino ſum inſtar illorum, qui præ pudore loqui non audent. Quis enim veſtrûm oſtendet debita mea, niſi cuncti meam imperitiam ſtultitiãque conſpuatis? Et quæ communicatio vitij cum virtute? aut quid peccatori, vt appropinquet iuſto? Quæ autem cõmunicatio luci ad tenebras? Nam ſi actionum mearũ odorem ſenſeritis, omnes profectò fugã capietis, meque inhumatum relinquetis, non ferentes fœtorem peccatorum meorum. Qui verò me veſtimento ſplendido amictum depoſuerit, in tenebras exteriores proiicietur. Si quis autem myrrhâ me condierit, huius pars in ardentem fornacem & in gehennæ ignẽ erit. Verùm in meâ me tunicâ & pallio deponite, quibus quotidie vtebar atque induebar. Siquidem peccatori *b* vermibus & putredine pleno, cultus minimè conuenit: ſed neque lætitiâ afficit, neque exornat peccatores, qui ſunt ſuper terram, viuentium gloria. Peccator enim ego ſum, ſicut dixi. Ne quis ergo beatum me prædicet: nam Deo meo cunctæ actiones meæ notæ ſunt, omneſque nequitiæ ac prauitates, quas in inſipientiâ meâ geſſi. Etenim inquinatus ſum ob iniquitates meas, & abiectus ſum propter ſcelera mea. Quæ enim à me non eſt admiſſa iniquitas? aut quod in me non reſidet peccatum? quoniam cunctæ iniquitates & peccata aſſiduè in meo mortali regnarunt corpore.

nec ſplendidè efferri,

C

ornari, cõdiri; ſed tunicâ ſuâ & pallio inuolui;

b

nec laudari:

a *Multa hîc ſibi poſt mortem exhiberi officia vetat vir ſanctus, ex humilitate, non quod ea damnet: imò vel hinc diſcimus, ea tunc vſurpata à Chriſtianis fuiſſe, ac ſaltem ſanctis hominibus impendi ſolita, cum quibus ſe nu 6. poni vetat.*

b *Ita reſtituimus ex Graco,* ὁ γὰρ ἀσμόζει καλλωπισμὸς ἁμαρτωλῷ σκώληκός τε καὶ σαπρίας μεστῷ. *Habebat Voſſius*: Siquidem peccatori & vermi putredine pleno cultus minimè conuenit.

CAPVT III

Pauperum cura. Edeſſæ benedictio. Sepulturæ modus denuò præſcriptus.

8 CEterùm quicumque patrum, & filiorum, ac fratrum, diſcipulorumque officio fungimini, a viri qui inhabitatis Edeſſam, ferte fructus iuſtitiæ veſtræ, quicumque mecum quodlibet pro indelebili veſtrâ memoriâ ſtatuiſtis ponere; vt ego ipſe pretio his conſtituto, ac pretioſo ex iis vaſe aliquo comparato, dignos opifices fructuoſi veſtri propoſiti conducã; dico autem pauperes & orphanos & viduas & egenos & peregrinos & nudos & famelicos, & cunctos labore ærumnâque confectos: vt veſtrum ſalutis monumentum reddatur perfectum in regione viuentiũ. Vobis enim continget in ſalutem, & mihi voluntaria merces computabitur propter conſiliũ. Alia quippe eſt merces, quæ operibus, & alia, quæ verbis tribuitur. Maior autem eſt, Fratres, qui dat, quàm qui accipit; ſicut & ab ipſo Domino per Spiritum ſanctum audiſtis. E Quemadmodùm igitur quilibet veſtrûm pro ſuæ voluntatis inſtituto voluerit, ita & expleatis. Recepi honorum gratiam, Fratres, & abundo. Adiuro porrò vos, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cariſſimi, vt cuncta pauperibus diſtribuantur: ſatis enim ſuperque mihi veſtra eſt caritas; quoniam omnibus viribus ac modis me honoraſtis: & quamuis ego indignus ſim, attamen qui honoratus eſt Deus, ipſe ſuperabundantem vobis mercedem retribuat. Et ſicut ſapientem Præceptorem dicentem audiſtis: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Ipſe enim Chriſtus munus veſtrum perfectum accipiet: quoniam in ſpe, propter nomen ipſius, me eiuſmodi honore affeciſtis.

a mandat dari pauperibus, quæ in funus ſuum ac monumentum expendere ſtatuerant:

Act. 20. 35

Matth. 10. 41

9 Suſcipiatur igitur munus veſtrum, quemadmodùm illud iuſti Noë, & illud antiqui Patris noſtri Abraham ſuſceptum eſt. Et benedicta veſtra ſit ciuitas, in quâ habitatis. Ipſa enim ſapientũ eſt ciuitas & mater Edeſſa: quæ quidem etiam palàm atque manifeſtè *ſa*, ex ore Chriſti Domini benedicta eſt per ſuos diſcipulos, noſtros verò Apoſtolos. Nam quando Rex *b* Abagarus, *c* qui hanc ciuitatem exſtruxit, rogabat, vt ſibi liceret excipere eum, qui peregrinus in terris apparuerat, Saluatorem, inquam, vniuerſorum & Dominum F Chriſtum, dicebat: Omnia audiui, quæ à te facta ſunt, & quæcumque à reprobis & aſpernantibus te Iudæis paſſus es. Veni igitur huc, & nobiſcum habita: habeo enim mihi ciuitatem hanc exiguam, quæ tibi & mihi ſufficiet. Cuius etiam fidem admiratus Dominus, *d* mittens eò per nuntios, perpetuò ciuitati illi benedixit, firmans ipſius fundamenta: benedictioque illa inhabitans, *e* in eâ permanebit, donec Sanctus è cælo apparebit Ieſus Chriſtus filius Dei, & Deus ex Deo. Nemo igitur veſtrûm à propoſito deficiẽs, infructuoſus recedat. Nam qui aliquid afferre decreuerit, & illud deſeruerit, iniuſti Ananiæ mortem patiatur; qui quidem ſanctiſſimum Dei Spiritum tentare voluit, Apoſtolos verò latere; & reprehenſus cecidit ante pedes ipſorum.

benedicit vrbi Edeſſæ,

b

c

d

à Chriſto benedicta.

e

10 Hæc porrò me adhuc loquente, vir quidam ex illic adſtantibus, valdè illuſtris, ab immundo correptus ſpiritu, è veſtigio ad lectum cecidit; & vociferans, volutabatur. Ipſe autem dixi ad illum: O homo, quid à te factum ſit, edicito. Et in verbi præcepto mox ſurgens ille, reſpondit: Attuleram; inquit, hoc neſcio quod pretioſum indumentum, vt tecum deponeretur: at nos damnaſti, vetans ornatiore te cultu ſepeliri. quare cœpi mecum ipſe ita reputare: Si nullo modo hiſce veſtibus indui velit, quid neceſſe eſt omnino veſtẽ hanc proferre, ac prodere? quòd ſi dari egentibus imperet, cùm

cogitantem eius monitis non parere, ideóque à dæmone, correptum ſanat:

A aliis rebus atque pecuniis abundemus, indigentibus distribuemus quantum opus erit. Respondens autem, dixi ad eum: Vade, & quod decreuisti, perfice. Cumque pro eo orassem, ac manus super ipsum imposuissem; sanatus est, & ab immundo spiritu liberatus.

11 Et denuò dixi: Admoneo & interdico, ne quisquā *g* cereum mihi in exitu meo accēdat ne ita æterno igne consumamini. Quid enim homini proderit gloria corruptibilis ignis, qui à proprio igne comburetur? nam quando formidabilissimus ille ignis apparebit, in eo, qui obnoxius illi erit, consumetur. Satis ergo mihi sit mei ipsius dolor: neque alia à vobis mihi pœna superinducatur. Desinat ac cesset in me, Fratres, quoniam defecerunt in dolore dies mei, & ille me circumdedit laqueus, quem non præuideram; venitque inquisitor meus; & laqueis truculenter me diuexantes, abducunt festinanter *h* sarellites; trahuntque me in terram mortuorum, & in regionem, quam non noui. Rogo atque obsecro te, Saluator, Dux, & Creator meus, ne me affligens, miserum reddas & conterens me condemnes. Si enim dignè, ea quæ à me gesta sunt, perscrutatus fueris vndique ruina me circumdabit. Nam quando hæc omnia mea opera commemoro, intolerabilis timor ac tremor super me cadens
B conterit me: & graui quodam horrore conficior, propter retributionum atque pœnarum expectationem, quæ in illo cernuntur seculo; tremoreque corripior, & ferre nequeo. Et palàm dentes mei concutiunt ac perturbant me, illic propter horribilem iudicij sententiam stridentes atque dolentes.

g vetat cereos sibi accendi,

12 Oro vos quoque, dilectissimi, ne cum aromatibus me sepeliatis. Non enim insipienti ac stulto conuenit deliciæ; sed neque gloria decet inglorium, neque alius boni odoris fumus eum, qui putredo est, & puluis terræ. At date vaporationem fumi boni odoris in domo Domini, & me orationibus potiùs vestris comitamini, & aromata Deo offerte: me verò fletibus sepelite, in doloribus conceptum: & pro suaui odore, aromatibusque pellucentibus, vestris me orationibus atque deprecationibus adiuuate, obsecro, semper mei in ipsis memoriam facientes. Quid enim mortuo proderit suauis odor, iam sensu carenti? Vestra porrò incensa adolete in domo Dei, ad gloriam & laudem ipsius; quoniam & ipse ibi inhabitat.

& suffitus in funere adoleri:

13 Cur porrò corpus corruptioni obnoxium, illustri & insitatâ veste inuoluis, quæ quidem istud haudquaquàm incorruptum retinebit? Quare potiùs terrestre corpus matri ipsius terræ relinquito, quoniam
C ex eâ sine spiritu ipsum sumptum est, & non consentanea est ipsi vana gloria. Virum autem inclytum ac gloriosum decent diuitiæ, at pauperi humilitas conuenit:
i & generosos quidem decet regnum, *i* infimis verò militiæ conuenit consolatio, denuntians consolationis gratiam. Neque in vestris monumentis me vsquam deposueritis: non enim loculi vestrorum monumentorum ex captiuitatibus meis me rediment. Causam verò ac rationem habeo, vt cum Deo meo habitem, inter peregrinos & aduenas, quandoquidem & ego aduena sum & peregrinus, sicut & illi. Cum iis ergo conicite me: quoniam omnis caro, Fratres mei, ei adhæret, cuius est particeps; & quilibet homo suo gaudet simili atque consorte. In cœmeterio igitur, vbi contriti iacent corde, ibi me deponite ac tumulate: vt quando Filius Dei venerit, & resurgere illos fecerit, atque reformârit cum eis me sanet, resuscitetque.

iubet se in cœmeterio sepeliri.

a *Græcè est:* ἄνδρες οἱ γῆν αἰδεσσῶν οἰκοῦντες viri Edessæam terram habitantes. *Iterum infrà nu.* 9 αἴδεσσα *legitur, apud Ptolemæum, Stephanum Byzantium, Suidam, & alios* Ἔδεσσα.

Edessa, & Ædessa.

b *Græcè est* Ἀγγαρος *apud Euseb* Ἄγβαρος, *errore (vt opinor) librarij pro* Ἄβγαρος. *plerumque alibi* Abgarus, & Agabarus.

Epistola Christi ad Abgarũ,

Eius ad Iesum Saluatorem, & Iesu ad ipsum epistolas ex linguâ Syriacâ in Græcam versas recitat Eusebius lib 1 histor. Eccles. cap. 13 atque ex ipso Baronius to. 1 ad an. Chr. 31 nu. 58 &

seqq. vbi & de Iesu imagine non manu factâ ex antiquis PP. & historicis. De vtrisque sæpe alibi mentionem faciemus. Sunt illa quidem epistola à S. Gelasio Papâ apocryphæ declarata, quasi non hagiographæ, *inquit Baronius,* non tamen vt eas ab Ecclesiâ omnino proscribat, sicut nec complures alios libros, quos proximè recensuit.

IPSO AVCTORE, ex MS. GRÆCO.

D

& imago non manu facta.

c *Græcè est:* ὁ πάντων ἀνεγείρας βασιλείαν, qui hoc regnũ excitauit. *Dicitur Abgarus apud Eusebium,* τῶν ὑπὲρ Εὐφράτην ἰθνῶν ἐπισημότατα δυναστεύων populis vltra Euphratem præclarissimè imperitans.

d *Græcè:* πέμψας δι' ἀγγέλων αἰωνίων, εὐλόγησεν τὴν πόλιν mittens per Angelos æternos, benedixit vrbi. *quibus verbis intelligi videtur* Thaddæus, *qui anno à Natiuitate Christi 43 eò missus, Abagarum ab inueterato morbo, manu impositâ curauit, eumq; & ciues Christo adiunxit. At Vossius legisse videtur,* δ' ἀγγέλων, αἰωνίως εὐλόγησε per nuntios, æternum benedixit vrbi. *Quod fortassis ad Christi epistolam retulit, quam missam annotauit Christophorsonus* δι' Ἀνανίου ταχυδρόμου per Ananiam cursorem.

Edessenorũ prima conuersio.

e *Huc spectant quæ Euagrius scribit lib. 4 cap. 26:* quo pacto Cosroës Edessam obsidere constituerit, ratus ea se falsa esse conuicturum, quæ de eâ ciuitate omnium fidelium ore ac sermone celebrantur, nempe Edessam numquàm ab hostibus subiugatum iri. Quæ res in epistolâ à Christo Deo nostro ab Abgarum scriptâ non ponitur illa quidem (vti studiosi ex historiâ Eusebij cognomento Pamphili, apud quem hæc epistola ad verbum citata est, intelligere possunt) sed tamen eum exitum consecuta esse, à fidelibus non decantatur solum, sed etiam creditur, ratusque eius euentus prædictionem illam veram esse confirmat. *Dein commemorat quo miraculo coactus sit eius vrbis obsidionem abrumpere. Idem ex Euagrio refert Baronius to. 7 an. 545 nu. 12.*

Edessa an ex Christi promisso inexpugnabilis?

E

f *Græcè:* πάντα δὲ αὐτῇ λέγοντος Hæc autem eo loquente. *Et mox:* ὁ δὲ πρὸς αὐτόν. *pro quo Vossius hic:* Ipse autem dixi ad illum. *ac deinde, quod hic effert:* Respondens autem dixi ad eum, *Græcè dicitur:* ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ μακάριος, Respondens autem dixit ad eam Beatus. *Congruunt alia, & nu.* 11 Καὶ πάλιν εἶπεν Et rursus dixit. *Vnde coniicere licet, hoc Testamentum à S. Ephræm anteà conscriptum, posteà ab aliquo interpolatum, adiectis iis quæ dum illud moriturus recitaret gesta erant; quæ ipsa deinde alius, velut à Sancto omnia scripta essent, prima persona aptauit.*

g *Vsum cereorum in exitu & funeribus non damnat, vsitatum iam olim, vt ex variis PP. ostendit Vossius, sed præ humilitate adhiberi sibi vetat.*

h *Græcè est,* παραλήπτορες susceptores, *siue* lictores. *sic nu. 16* παραλήπτωρ Ἄγγελος

i *Ita locum hunc exponit Vossius: sufficere ignobilibus, si vel in numerum militum adlegantur, quod honorificum apud Græcos & Romanos.*

CAPVT IV

Preces & oblationes pro mortuis.

14 RESpice, Domine, ad humilitatem supplicationis F meæ; & rogo te, vt misereris mei, dignumq; me facias, vnigenite Fili Dei, neque pro rebus à me in vitâ gestis, retribuas mihi. Nam si iniquitates obseruaueris, Domine, Domine quis sustinebit? Et si secundùm maiestatem tuam reddideris nobis, quis in iudicio tuo misericordiâ dignus censebitur? Omne enim os, inquit Scriptura, obturabitur, & totus mundus subditus fiet Deo. Non autem hæc adfero, tamquàm gratiam spernens; nam ea loquor, quæ scripta sunt, clementissime Christe. Quæ enim vtilitas in sanguine meo, si in ignem ardentem missus fuero? Age igitur iugiter mecum secundùm consuetudinem miserationum tuarum; & in eo gratia tuæ cognoscetur pietatis atque clementiæ. *a* At licet iudicium vniuersæ terræ feceris, sicut gratia tua declarat ac postulat, non saluabitur vnus ex millibus, & ex decem millibus non remanebitur duo.

Rom. 3. 19

implorat Dei clementiam.

a cum tam pauci saluentur:

15 Quid igitur? Ego enim humilis atque abiectus Ephræm, præ dolore deficiens loquor. Si ergo aliquis persuadere volens, dicat mortalium iudicium non fieri, Sed æquabuntur, inquiens, iniusti & peccatores iustis & probis & veridicis & humiles ac boni improbis & impiis? Non possunt ista sic inter se adæquari: nam impossibile est lucem consumi, atque offuscari à tenebris. Quomodò enim fieri potest, vt iustus Abel fra-

probat futurum iudicium.

IPSO AVCTORE, EX MS. & GRÆCO.

tricidæ & iniuſto Cain adæquatur? Aut quâ ratione id facilè fieri poteſt, vt in eodem iuſti & iniuſti commorentur loco? Vociferantes enim, diras atque intolerabiles edent voces miſeri & infelices reprobi. *b* Rogo te, Saluator, non vt adæques peccatores iuſtis, te obſecro, Fili totius bonitatis; ſed vt miſerationes tuas extendere digneris ſuper me, & ſuper humiles conſortes meos.

A

b

16 Quod igitur priùs à me dictum eſt, iterùm dicam, & ab eo non recedam, mi Domine; quoniam niſi miſerationes tuas præclaras ſuper nos extenderis, nemo noſtrûm adſpiciet vitam. Vnum enim Deum eſſe bonum teſtantur omnes mortales. Non autem quia peccator ego ſum, hæc dico: vſitatum quippe eſt ſacræ Scripturæ, ea quæ à me nunc dicta ſunt, paſſim referre. Quieſce ac deſine, ô Ephræm, dicit mihi Angelus apprehenſor meus, & redargutor: non enim continua tua ſuſpiria tibi proderunt; quandoquidem acerbi ſatellites, qui ad te miſſi ſunt, non mitigantur donis. Et duriter reſpondens, ad me dixit: Os tuum obſtrue deinceps; non enim *c* conſortes tui perditi ſunt inter hominum generationes: peccator quippe cunctos arbitratur ſibi eſſe ſimiles; & qui cæcus eſt, ſimiliter ſibi ipſi ſimiles exiſtimat ſuos propinquos atque vicinos.

& multos è bonis Catholicis ſaluari:

c

B

17 Accedite ad me igitur, ô Fratres mei, & extendentes componite me: nam ſpiritus meus penitùs defecit. Et comitamini me in pſalmis, atque orationibus veſtris, & aſſiduè pro meâ paruitate, oblationes facere digneſcemini: & quando diem trigeſimum compleuero, mei memoriam faciatis. Mortui enim, in precationibus atque oblationibus, commemorationis Sanctorum viuentium beneficio afficiuntur. Et videte in rebus etiam creatis ſingulis aliquid ſimile; veluti germen vitis, racemuſque acerbus in agro, & vinum expreſſum in doliis eſt. Quando igitur racemus in vite maturuerit, tunc vinum agitabitur, ac de ſuâ quodammodò naturâ recedet, quamuis immorum domi eſſe videatur. Similiter etiam de cepâ intelligite: cùm enim in domo fuerit aliqua arida, & aliqua in agro ſata eodem tempore, quo hæc ſuam viriditatem explicat, etiam illa domi arida germinat. Si igitur creaturarum fœtus ſic inter ſeſe conſentiunt, quantò magis mortui in viuentium commemorationibus atque oblationibus recreabuntur? Quòd ſi mihi ſcitè reſpondeas, hæc naturam rerum creatarum ſequi, intelliges te eſſe primitias quaſdam creaturarum Dei. Quòd ſi adhuc non te ſimile conuincit, niſi teſtimonium quoque adduxero, audi patienter quæ ſcripta ſunt: &, ſi volueris prudenter etiam intelliges quæ dicuntur. Seruus Dei Moyſes, in benedictionibus, nonne Ruben *d* ad tertiam vſque generationem benedixit? Si ergo non redimuntur mortui, quâ de cauſsâ Ruben vſque ad tertiam generationem benedixit Moyſes? Et ſi non eſt reſurrectionis memoria, audi quid clamet Apoſtolus Paulus, dicens: Si omnino mortui non reſurgunt, cur & baptizantur pro mortuis? Qui enim erant ſub lege, ad expectationem reſurrectionis in myſterio detinebantur concluſi, in eam fidem, quæ reuelanda erat; ſicut legiſtis, quòd in oblationibus ſacrificiorum, Sacerdotes in lege mundabant etiam eos, qui ſuis iniquitatibus in bello vulnerati erant: pleni enim operibus iniquitatis, debitores eorum quæcumque ſcripta ſunt. Quantò autem magis Sacerdotes noui teſtamenti Chriſti delere meritò poterunt debita eorum, qui decedunt, in ſanctis oblationibus & precationibus linguarum ſuarum?

C

d

1 Cor. 15. 29

iterum rogat, vt pro ſe orent;

preces enim & oblationes prodeſſe mortuis probat:

18 Cùm verò ad memoriam mei faciendam acceſſeritis, videte, Fratres, ne quiſquam in ſancta peccet; ſed attentè & reuerenter atque humiliter & ſanctè ac purè inuigilate. Non quod grauiorem damnationem promereatur peccatum ex lubricitate carnis commiſſum, ſupra cetera ipſi inſita: ſunt enim alia peccata longè illo grauiora atque deteriora. Miſerabile tamen hoc mihi impendere videtur, quòd fortè occaſione honoris atque memoriæ, ob inordinatas veſtras actiones, rationem pro vobis reddam Deo meo. Fortaſsè enim in iudicio iſtud mihi obiiciet, dicens: O Ephræm, horum omnium tu cauſſa fuiſti & auctor; quippe qui, huiuſmodi homines laſciuos congregaueris. Scriptum eſt enim: Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Et quid dicemus ad hoc, Fratres mei cariſſimi? Quod paullò antè dixi timore correptus, etiam nunc dicam, quòd ſcilicet, quem Deus iudicabit, remiſsè atque indulgenter cum illo agi cenſendum eſt. Dum iudicamur enim, inquit Apoſtolus, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo iudicemur. Nam ſicut modicum fermentum totam maſſam corrumpit, ita otium cogitationis malorum diffuſum, totum corpus comburit. Et ſicut ferri rubigo ipſum conſumit, ita quoque ab hominibus commiſſum peccatum repugnat honeſtioribus ipſorum membris & moribus; & iam ab eis perpetratum, conſumit atque corrumpit eos, qui viam ipſius adimpleuerunt. At qui *e* eius voluntatem non fecit, eſt tamquam ſolius diei viator permanens in aliquo diuerſorio, vnde pòſt abit. Sic breui tempore commoratus tandem ſeſe in fugam proripiet. Præterit enim mortale hoc corpus, & induit immortale atque cæleſte: & cùm interierit, tunc efficaciter incorruptibile reſurget, omnis corruptionis expers. Ecce etiam clariſſima & iucundiſſima Eccleſiæ lucerna Paulus antè voces has noſtræ imbecillitatis vſurpat, aut etiam confirmat, cùm ait: Quod ſeminatur in corruptione, ſurget in incorruptione.

D

nè ſibi eorum peccata imputentur. 1 Cor. 11. 31

e

Hebr. 13. 4

1. Cor. 15. 42

a *Notat Voſſius, aliam lectionem ita habere:* Et licet vniuerſam terram ex gratiâ & miſericordiâ iudicaueris; vix tamen vnus ex mille ſaluabitur. *Quid ſi igitur ex ſolâ iuſtitiâ iudicium fiat?*

b *Ita MS. Græc. & alia lectio apud Voſſium.*

c *Quenam hi? an monachi, vt nu. præced. exponere videtur Voſſius? an vniuerſim Catholici, qui, ſi paratâ ſibi gratiâ vti volunt, non pereunt?*

d *So um habet vulgata edit. Deuteron.* 33. 6. Viuat Ruben & non moriatur, & ſit paruus in numero. *Fortaſſis Syriaca verſio, quâ vſus eſt S. Ephræm, ita habuit. Chaldaïca ita exponit:* Viuat Ruben in vitâ æternâ & non moriatur morte ſecundâ, & accipiant filij eius hæreditatem ſuam iuxta numerum eorum

e *Ita ex Græco reſtituimus.*

CAPVT V

Benedictiones diſcipulorum. hæreticorum execratio.

19 SEd enim huc agite diſcipuli mei, quod reliquum eſt, ſitis benedicti in fortitudine boni paſtoris, ſanctiſque Magiſtri Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui eſt Deus ex Deo. Et quamuis non ſim ego ſicut Noë, vos tamen benedicti ſitis, vt Sem & Iaphet. Et licet non ſim vt Melchiſedech, vos tamen efficiamini vt Abraham. Etſi non ſim ego veluti Iſaac, vos tamen accedentes ſitis benedicti vt Iacob. Et tametſi non ſim vt Moyſes vos ſitis vt Ieſus filius Naue. Etſi non ſim ego, vt Elias, ſuſcipite duplicem ſpiritum, ſicut Eliſæus Propheta petiit. Incipiam autem & apud vos, mei diſcipuli, vobis benè precari. *a* Amba, vir admirabilis, Chriſtus magnificet monumentum tuum ſuper terram; fiatque perſona tua prope Angelos maieſtatis Dei, & ſimilis reddaris magno Moyſi; vt omnes adſpicientes te, intelligant te ſeruum eſſe Dei electum. Et tu *b* Abraam, quia veniens adhæſiſti mihi, exaudiat te Deus Abraham in orationibus & deprecationibus tuis; & priuſquàm os tuum aperias, impleat illud ſapientiâ & intellectu, quemadmodùm alibi ait Propheta: Dilata os tuum, & implebo illud.

Benedicit diſcipulis ſuis;

Abba, Abraam, *a* *b*

Pſal. 80. 11

20 Simeon, tibi dico, exaudiat te Deus, quando rogaueris

Simeon ii,

monet vt ſancta sãctè tractẽt;

A rogaueris eum in orationibus tuis; & in ſupernam ciuitatem ingrediaris. Impleatur ipſius Eccleſia, ſicut poculum miſturæ populorum, non credentium in ſaluationem. Veniant ſponſæ in conſpectum tuum, & incluſæ in doctrinâ tuâ. Quarum quidem ſponſæ, ſunt matres; recluſæ autem, tamquàm ſub iugo aduerſarij
e detinebantur: *e* veniens autem Chriſtus has liberauit, audientes à te parabolas prudentiæ, vt per te doctrinam vitæ ex Spiritu ſancto perciperent, & ſalutem à te animarum conſequerentur. Et ſicut ſapiens medicus
d *d* in parabolâ indigentium, ita in poſſeſſione percur-
Marb. rat auditus tuus. Maras vir Galilæus, manſuetus, & ſimplex, humilis & rectus; manſuetus, inquam, non naturâ, ſed liberâ voluntate, tamquàm in ſpe Dei decertans, in meis adiuuiſti me paſſionibus. Ipſe igitur Deus mercedem tuam inter pios tibi reddat, quam cum Sanctis omnibus accipies.

Zenobio: 21 Zenobius, *e* vir Giſdrazæus, quod interpretatur
e venatorius, & exercitatus ac potens, validuſque bellator, fiat ſermo tuus inſtar ignis, & iniquorum conſumat multitudinem. Et ſicut flamma ſiluas condenſas pertranſiens, ita tua ipſos delingat diſciplina; & erudiaris omni cognitione Dei. Et ſicut Dauid, illuſtris, vincendo ſceleratum Goliath, declaratus eſt, ita
B & tu per contemplationis exceſſum atque extaſim, errantium animas vinces. Induere armaturam Sanctorum, & galeam ſpem ſaluris, firmamentum ſanctorum Apoſtolorum: quæ quidem Sanctorum armatura, & Spiritus ipſe ſanctus; & galea ipſorum fortitudinis, eſt digitus Dei. Sit tibi comes & auxiliator ſemper ipſe pius & miſericors Dominus, qui numquàm in vllâ te deficiet.

f 22 Væ tibi *f* Paullona, cuius mater ex mulieribus
maledicit Paullonæ apoſtatæ, maledicta. Væ ventri qui te peperit, quoniam perditionis omnium hæreſum particeps factus es, & prædonum ianuâ ingrederis: opera enim tua, omni nequitiâ atque flagitio plena ſunt. Denudatus, proiectus es à gratiâ, & tamquàm Iudas Iſcariotes proditor factus, & ex cunctis tuis ſtudiis confuſus. Columna enim huius, ſedes eſt, quam tu dereliquiſti. Horribile verò prodigium ipſe in tuo oſtendet corpore, qui cælum ſuſtinet, & in quo omnis creaturæ natura conſtituta eſt atque firmata, quoniam quælibet in ipſo creatura fundata eſt, mare & plenitudo eius. Confuſus quippe es in atundine fractâ, derelinquens Crucis baculum atque armaturam, quæ infirmos conſolidat, & omnem paſſionem ac morbum tum animi tum
C corporis curat ſanatque.

g 23 *g* Arouandran vir effrænis atque rebellis, quia
& Arouandran, voluiſti congregationes Chriſti Eccleſiarum à Spiritu ſancto congregatas demoliri atque exterminare, ex eâ quæ ſub cælo eſt deleatur memoria tua; & non inueniatur in libro viuentium; quoniam dereliquiſti vinum vitæ, Chriſti nimirùm ſanguinem, & panem cæleſtem, hoc eſt, corpus Chriſti ac Saluatoris noſtri, & comediſti cibum victimatum contaminatarum, & biboſti vinum peccatorum, fel turbidum. Verbum Dei, Filius Patris, in quem os tuum impium maledicta coniecit ac blaſphemauit, acutâ atque ſubtili inquiſitione exquirat à te exprobrationem atque contumeliam in ſe factam: ſimiliterque ex omnibus hæreticis, Ariani*s*, inquam, & Manichæis, *h* Catharis, & *i* Ophitis,
& alijs hæreticis, h k l m n o p q r *k* Marcioniſtis, & *l* Eunomianis, & *m* Euchitis, atque *n* Cauchitis, *o* Paullianis, & *p* Valentinianis, *q* Vitalianis, & impuris *r* Borborianis, reliquiſque omnibus nefariis, qui ligna venerantur & lapides, Solem item ac Lunam, cuiuſmodi etiam ſunt augures, & aſtronomi, qui diuerſimodè ſeparati ſunt aduersùs ſanctam Maieſtatem puræ & immaculatæ Trinitatis, Patris & Filij & ſancti atque vluifici Spiritus.

24 Benedictus, qui Catholicam ipſius elegit Eccleſiam, veluti ſanctam agnam, quam lupus corruptor non contriuit; & immaculatam columbam, quam non eſt aſſecutus qui eam perſequebatur, vt elideret atque deleret, aſtutus ac callidus venator accipiter. Nam poculum in manu Domini eſt, vini fæculenti: & ex eo bibunt cuncti apoſtatæ Chriſti, diuiſores ſanctæ & omni principio carentis Trinitatis; & veritatis hoſtes, Iudæorum, inquam, genus, cùm bibiſſent, euomuerunt, crudeliterque impetum aduersùs Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum fecerunt. Et nihil mirum: nam rabidus canis furore atque inſaniâ percitus, etiam proprium mordet dominum. Eodem modo & Iudæi fecerunt, & adhuc faciunt, ac quaſi rabie quadam agitati, ſuum diffamant & blaſphemant Dominum. Nos verò glorificemus ſuperexaltatum Deum vniuerſorum, cui appropinquare nequeunt apoſtatarum poſteri. Si enim ipſis fuiſſet aliqua opinandi ratio, quòd etiam peccatores in cælum aſcendere poſſent, omnino diſſentientes etiam ibi diſcordiam ſeminaſſent, in domo, inquam, pietatis, in cæleſtibus tabernaculis; quomodò antiquis temporibus, horum maiores in terrâ Chaldæâ per turris ædificationem omni ſtudio in cælum aſcendere contendebant, & delapſi ceciderunt, à gratiâ repulſi, inaniter ac fruſtrà iniquè agentes; atque ideò etiam confuſæ, & diſiunctiſſimâ ſeparatione diuiſæ ſunt omnium ipſorum linguæ. Si igitur illos, qui *calo excludendis.* iſtud mali conati ſunt, adeò vehemens inuaſit calamitas, cùm vellent aſcendere in locum atque regionem ſupercæleſtium Sanctorum, ac vigilantium diuerſorium; & merces eorum ita aperte in ipſorum capita recidit; quomodò non magis condemnabuntur, & ſupplicio digni cenſebuntur, qui apoſtaſiæ ſeparationem diſſeminare cogitant in cordibus mortalium, aduersùs Deum Patrem, & vnigenitum ipſius Filium, & Spiritum ſanctum?

IPSO AVCTORE ex MS. GRÆCO. D E

a *MS. Grac. habet,* Ἀββαὰμ, *quaſi idem ſit, qui mox ſecundo loco benedicitur. Voſſius alibi legi ait*: Ambaner; *al.* Amba, *hoc tamen idem eſſe atque* Abba. *Non eſt hic S. Abbas, de quo Menæa 22 Nouemb. & Theodoretus in Philotheo cap. 4. Quari potius queat, an non hic ſit Niſibenus ille anachoreta, quem Sozomenus lib. 6 cap. 33* Ἀββᾶς *appellat. quamquàm idem lib. 3 cap. 15 vbi quinque hos Ephræmi diſcipulos recenſet,* Ἀββᾶν *vocat.*

b *Vel hic Abraham alius eſt ab eo qui à Latinis 16 Martij colitur, à Græcis 29 Oct. cuius Vitam idem S. Ephræm ſcripſit, & ſibi familiarem oſtendit fuiſſe; vel aliqua ad eam Vitam ab alio poſt adiecta, cùm ibi mors Abraha commemoretur, qui ipſi Ephræmo morienti hic adeſt.*

c *Hæc ad Græcum exemplar modicè correximus.*

d Al. in caſtris, *inquit Voſſius.*

e *Græcè,* ἀνηρ γαδρὰς, vir Geſdras. *Alij, teſte Voſſio, legunt* Gizaræus, *&* Zigaræus.

f *Hunc Sozomenus l. 3 c. 15 & Nicephorus l. 9 cap. 16* Παυλώνας *appellant.*

g *Græc. MS.* Ἀρουανδὰν. *Sozomenus, & Nicephorus* Ἀερανὰδ. *Voſſius alibi ait* Ἀρουανδὰν, Θουάδαρ, *Anarad appellari.*

h *Minùs nota hæreticorum nomina exponemus.* Καθαροὺς *ſe, id eſt, mundos, appellarunt Nouatiani negantes pœnitentiam & ſecundas nuptias, vt habet Pradeſtinatus Sirmondi hæreſi 46 & Baron. to. 2 an. 254 nu. 106. Hinc vir quidam eruditus Teuconicam vocem* Ketter, *qua nobis* hæreticum *ſignificat, ductam coniectat.* Cathari hæretici.

i Ophitæ *ſerpentem colebant vt Dei ſapientiam, qui incantante ſacerdote, è cauernâ egreſſus, altare aſcendebat, oblatos panes lambebat, ſeq; circum eos voluebat, ac deinde ad cauernam redibat. Atque hæc erat eorũ Euchariſtia, quam dein populo diuidebant. Agit de his Baronius to. 2 an. 145 nu. 12 & ſeqq. qui plures PP. citat. quibus adde Pradeſtinatum hær. 17. Auctor hæreſis fuit* Euphrates *quidam.* Ophitæ.

k *De Marcionis hæreſi ac moribus fusè Baronius ex antiquis ad an. 146. breuiùs Pradeſtinatus hær. 21.*

l *De* Eunomij *blaſphemia aduersùs filium Dei ac Spiritum ſanctum, & intolerabili ſuperbiâ, fusè ex SS. Baſilio, Nyſſeno, Theodoreto agit Baronius an. 360 nu. 35 & ſeqq.*

m Maſſaliani *Epiphanio dicti, Theodoreto lib. 4 hæret. fabul. cap. 11, & alijs* Meſſaliani, *quod nomen in Græcam linguam tranſlatum* Euchitas, *ſiue precatores, ſignificat,* εὐχιτὰς *ſeſe, ideſt,* ſpirituales *appellabant, propterea quòd nihil operis exercerent: ſed vbi orationi vacarant, diei maximam partem dormiebant. Horum deliria deſcribit Theodoretus, ob quæ* Enthuſiaſtæ *appellati.* Egit contra hos, *inquit Pradeſtinatus hær. 57.* Ephrem Presbyter Syrorum. *ſed & S. Amphilochius, ac Flauianus Antiochenus.* Meſſaliani, ſiue Euchitæ.

IPSO AVCTORE, EX MS. GRÆCO.

n Cauchitæ *qui fuerint, haud nunc occurrit.*

o *Pauliani à Paulo Samosateno, Episcopo Antiocheno, dicti, qui Artemonem, siue Artemam, secutus, Christum solum hominem asserebat, Sede ideò deiectus, Aureliani Imp. temporibus. Theodoret. lib. 2 haret. Fab. cap. 8. Prædestinatus hær. 44. Qui ergo* Artemoniani, *ij deinde* Pauliani *dicti, postea* Photiniani.

A Pauli Samosat. *hæresis:*

p Valentinus *tempore Antonini Imp. ineptas fabulas de Æonibus protrusit. Theodoret. lib. 1 cap. 7. Ab eo* Valentiniani per Orientem dispersi, grauiter Dei Ecclesiam vulnerarunt, *inquit Prædestinatus hær. 11. de ijs multa habet Baronius tom. 2 Annal.*

Valentini:

Vitalis.

q Vitalis *Presbyter Antiochenus sub S. Meletio, dein Apollinaristarum Episcopus, vnde* Vitaliani. *Ita Voss. & Prateol. ex Nicephoro lib. 11 cap. 12 & lib. 12 cap. 4. de* Apollinare *infrà agemus.*

Barbeliotæ, *siue* Barboriani.

r Barbeliotæ, *vt scribit Theodoret. lib. 1 cap. 13, ad Valentini deliria, alia addiderunt: ob fœdissimas lectiones* Borboriani *appellati,* ἀπὸ τῆς βορβόρου, *à cœno ac sordibus. Agit de his Vossius quoque & Prateolus.*

f *Græc. MS.* μοναρχικὰς τριάδας. *quam lectionem etiam Vossius notauit, vertitq́;*: quæ sola imperat & regnat ac dominatur.

CAPVT VI.

Fides ac pia opera inculcata, & detestatio hæreticorum.

B *suos ad fidei constantiam hortatur. suo exemplo,*

25 MEis igitur præceptis atque doctrinæ sedulò operam dantes, vt mei discipuli, à Catholicâ ne desciscatis fide, quam & ipse à teneris annis acceptam, immobilem atque inconcussam seruaui; neque ab illâ in aliquo dubio ac schismate deflectatis. Si quis verò dubitauerit, aut contra Deum sanctamq́ue eius Ecclesiam impingens ac diffluens, separatus fuerit; spirans adhuc & viuus in infernum detrudatur, & particeps hæreditatis maledictionis Cain reddatur, gemensq́ue ac tremens sit super terram. Et quicũque Patre Filium minorem fecerit, inhumatus & absque sepulturâ ipse etiam viuus in terram pariter descendat. Si quis verò aduersùs Spiritum sanctum dissenserit, talis in iudicio misericordiam non obtineat. Et si quis aduersùs Catholicam Ecclesiam sese extulerit, leprosus fiat, instar dementis ac stulti Giezi. Quicumque porrò rectam intelligentiæ fidem dereliquerit, constringatur iniquitatis fupiculo proditoris Iudæ. Quam enim ego accepi fidem, hanc à sanctis didici Apostolis; ipsiq́ue cùm eã à Deo percepissent, omni creaturæ prædicarunt. Intolerabilis ergo, & euitanda summoperè iniquitas est, in Deum blasphemia; cuius vos escam atque illecebras fugite apertè, ô mei discipuli. Siquidem in Deum vniuersorum apostasiam is prædicat qui blasphemat, & fundamentum verbi
C fidei emouet. Nosq́ue graui seruitute oppressi à morosâ carne erigere nos facilè nequimus. Ne ergo peccatis peccata cumulemus.

atque ad Numinis reuerentiam,

26 Expectationem autem habeo spei in hoc, & consolationem dilectiònis coram Domino, quòd nullatenùs Dominum in torâ vitâ meâ maledictis incesserim, & sermo stultus non prodiit ex labiis meis. Eos enim, qui oderunt te, Domine, perfectè odio habui; & inimicos tuos prorsus abominatus sum. Verborum meorum memoriam, Fratres mei, vestris insculpite cordibus: nam & eorum ab initio auctor mihi extitit Deus. Et hæc vobis in Deum sit exercitatio; vt scilicet vigilias assiduas, psalmodiasq́ue, ac ieiunia, & fidem diligatis: & semper Dominum omnium, & Saluatorẽ nostrum Iesum Christum speretis atque exspectetis. Habere nos præterea cum caritate oportet etiam hospitum ac peregrinorum suscipiendorum curam. Nã qui peregrinum suscipit, planè is Deum ipsum suscipit. Videte ergo, ne quis peregrinum talem dicat; sed quilibet potiùs vestrûm eum vt proprium appellet membrum.

opera asceticâ,

hospitalitatem,

27 Et circa fidem maximè estote constantes, cauentes vobis ab aduersariis, iniquitatis, inquam, operatoribus, & vaniloquis, & seductoribus. Quod quidẽ D
etiam Apostolus dicere atque docere non neglexit, vbi sic loquitur: Scitote, quòd post discessionem meam intrabunt ad vos lupi graues, non parcentes gregi, loquentes peruersa, vt auellant discipulos post se. Et alibi in Euangelio dicit Dominus: Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem ipsi sunt lupi rapaces; verba quidem, inquit, dulcia habentes, cor autẽ plenum felle & amaritudine. Et veste quidem induti sunt lugubri, cùm sint ipsi discipuli ab initio inuidentis nobis diaboli, quapropter & illius *a* reportant zizania. Omni igitur studio atque diligentiâ vobis cauentes, fugite istorum consuetudinem. Clarum autem vobis huius do exemplum, carissimi: si paganus quis ac rusticus consistens inueniatur in loco regio, licet etiam nihil mali atq; absurdi visus fuerit perpetrasse, nihilominùs velut temerarius dedecore afficietur, & in iudicium adductus examinabitur secundùm leges, tamquàm peregrinus nimirùm talis loci.

maximè fugam hæreticorum, Act. 20. 29. Matt. 7. 15.

a

28. Ne igitur simul cum illis sedeatis in concilio vanitatis eorum, & ne inuestigetis semitam cogitationis ipsorum. Parùm enim interest, an cum dæmone quis habitet, an cum viro apostatâ & desertore iniquo: adiuratus enim dæmon, præ timore aufugiet; cùm ibi permanere nequeat, vbi Christus aduersùs ipsum nominatur. Tu porrò, ô homo, cum foris in Christi corpore sis, si intus quoque in spiritu ipsius es, perfectus homo Christi es. Quoniam vir qui non accepit baptisma, similis est domui cuidam præparatæ Regi, quã nullatenus Rex inhabitauit. At si iniquum & infidelẽ adiuraueris; dupliciter hic suâ malitiâ vtetur, neque quidquam de suâ insaniâ remittet. Adiurati autẽ magis possunt impuri dæmones, quàm persuaderi iniquitatis filij. Siquidem dæmones Filium Dei confitentes, dicunt: Tu es Christus Filius Dei. At principes & prædicatores apostasiæ, Iudæi, inquam, & Pauliani, impij & Christum oppugnantes, pertinaciter contendunt ipsum non esse Filium Dei. Et vide effrænatos atque acerbos eorum mores. Auctor ac princeps apostasiæ ipsorum, exclamat, & dicit: Quid nobis, & tibi, Iesu Fili Dei? Et ipsi assiduè negant.

qui peiores dæmone

Luc. 4. 41

Lucæ 8. 28.

29 Si ergo fieri potest, vt sterilis salix in loco arido & sicco germinet, fieri quoque poterit, vt aliquando apostata erudiatur. Nam elatæ mentis consilia & sensus humiliabuntur, sicut Prophetæ videtur Esaiæ, prædicanti: Omnis mons & collis humiliabitur; & erunt praua indirecta, & aspera in vias planas. Si igitur salix sterilis in aspreto quandoque germinabit, etiam propheticus nobis sermo confirmabitur, & plura atque maiora iis euenient; & accedent prædones & iniusti ad discendam veritatem. Sicut autem coruus nequit F
vnquam fieri albus, *b* & si hic inalbuerit, etiam malus efficietur bonus, & accedens, quod bonum est addiscet. Contingit verò interdum, vt hiberno tempore, decidente niue, coruus aliquandiu albus visus fuerit, licet aliàs suâ naturâ is obscurus ac niger esset: simulatque enim sese ad volandum incitauit, totamq́ue à se niuem excussit, eodem quo anteà colore videntibus apparuit. Similes quoque huic sunt peccatores: quippe qui, cùm ad breue tempus compuncti ostenderint temporarios pœnitentiæ fructus, futuri iudicij verba formidantes, eò quòd in tempore atque proposito compunctionis eorum stabiles non permanserint, paullò posteà quasi omnium obliti, iterum ad pristinũ vitiorum locum abripiuntur.

difficillimè conuertuntur: Esa. 40. 4

b

30 Audite instituta atque præcepta mea, ô discipuli mei, eaq́ue semper memoriâ tenete: neque à viâ veritatis recedatis, neque traditiones & admonitiones meas declinetis. Cùm autẽ bella audieritis, & tumultus in creaturâ, scitote, quòd in ianuis adsit finis; & spem ideò vestram firmiter constanterq́ue retinete. Scriptum enim est, fore vt cuncta fiant, quæ in Scripturâ dicta sunt. Nam cælũ, (inquit,) & terra pertransibunt;

A bunt;iota autem vnum,aut vnus apex de lege præterire non poterunt, quemadmodùm Dominus & magister noſter per ſemetipſum iurauit & dixit.Noſtis autẽ ipſum veracem eſſe,& numquàm mentiri.Vt ergo adſtare queamus incorrupto & immutabili iuſtiſſimæ ſententiæ Iudici,demus ſeriò operam, vt noſmetipſos per bona opera perfectos atque integros in patientiâ aſſiduè reddamus.

ſigna inſtantis iudicij propoſita:

a *Græcè eſt* : διο δη ἡ τῶν ἐκείνε τυγχανουσιν ζιζανίων. *Voſſius vertit:* qua propter & illius ſunt ziz aniorum ſemina.

b *Simpliciùs & clariùs MS.* Sicut autem coruus nequit vnquam albus fieri, neque hi albi fient, aut malus bonus euadet.

CAPVT VII.

Modeſtia piæ fœminæ inculcata. obitus.

loculum ſibi fieri permittit, ſed non è marmore:

31 INtereà verò dum iſta cum lacrymis ſanctus ac beatus vir præciperet atque mandaret, & totius ciuitatis multitudo circumſtaret ac fleret; mulier quędam,nomine Lamprotate,magni Ariſtidæ filia, ſemotâ hinc inde virorum & mulierum turbâ,procidit ante pedes eius,& dixit:Per Deum tuum,quem à iuuentute tuâ vſque ad ſenectutem dilexiſti, permitte mihi ancillæ tuæ,vt exiguum loculũ, ſicut præcipiendo adiuraſti nos,facere poſſim, in quo venerabiles reliquias tuas recondã. Ille autem ſuſcepto atque probato propoſiti illius feruore, dixit ad illam: Mulier, vade, fac quemadmodùm tecum propoſuiſti, & alias hoc facere volentes ne impedieris. Ex marmore autem caue monumentũ mihi feceris : nihil enim mihi vana gloria proderit.

B

fœminæ ne lectică vehatur ſuadet:

32 Mandatum porrò hoc breuiſſimum tibi ímpono, quod vide vt ſerues : Ne prorſus in lecticis ſedeas. Neque enim pium eſt ac ſanctum, neque licitũ, vt vir ad geſtamen mulieris ſuas ceruices teclinet; & ſatellites ſuis humeris circumferant eam, quæ nobis interitus ac mortis cauſſa fuit : ſiquidem Chriſtum,ad cuius adorationem accedis, ipſum iugo ſubiicis. An non legiſti,vel audiſti,quòd omnis viri caput ſit Chriſtus?Et cùm quidpiam alicui metiris, memento reſurrectionis vniuerſalis, & actionum noſtrarum retributionem ibi nobis futuram à Deo. Nam in quâ quis menſurâ emenſus fuerit,eadem remetietur illi. Quin & ipſum fortè Deum audiſti dicentem: Vnumquemque ſecundùm vias veſtras, & iuxta ſtudia veſtra, iudicabo vos,domus Iſrael: viuo ego,dicit Dominus.

1.Cor.11. 3.

Matt.7.2. Lucæ 6. 38. Ezec.18. 30.

iuranti ſe id ſeruaturam,

C

33 Tunc iuranit puella coram circumſtante populo,dicens:Per Deum,cui conſtanter à iuuentute tuâ vſque ad ſenectutem inſeruiſti, in poſterum non ingrediar lecticam, & non ſubibit homo ampliùs geſtaturus lecticam meam. Quòd ſi mentita fuero, veniat in eadem horâ tomphæa reſolutionis atque euerſionis in iuuentũte meâ : & in futuro igne, portio mea cum impiis computabitur. Et ſi mandata tua tranſgreſſa fuero, in exemplum proponar coram totâ Dei Eccleſiâ. Beatus autem vir reſpondens, ad illam dixit: O filia, priuſquàm deficiam ac moriar, benedicam tibi ſecundùm propoſitum atque deſiderium tuũ. Non deficiat ex ſemine tuo Sanctorum doctrina vſque in ſecula.Cùm venerit Chriſtus ad mutandum cælum & terram,ipſe memoriam tuam in libro vitæ inſcribet in regno cælorum. Et pax Dei, quæ Sanctos ſertis coronat immaculatis,in vocatione præmium tibi largiatur, ſecundùm cor tuum. Quoniam Deo, & Patri conuenit gloria, & vnigenito Filio adoratio, & Spiritui ſancto maieſtas atque magnificentia, ante omnia ſecula, & nunc & ſemper : & in generationum generationes per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

benedicit,

& pè moritur.

34 Et hæc,ac plura his alia dicens, animam Deo reddidit. Defunctuſque eſt Beatus in Domino in optimo vitæ ſtatu:& factum eſt ipſius corpori, ſicut ſuis ipſe mandauerat diſcipulis, ad gloriam Dei omnipotentis, Amen.

DE VITA
EIVSDEM S. EPHRÆM
Oratio S.Gregorij Nyſſeni Ep.

CAPVT I.

Exordium. Propoſitio. Quæ in Ephræm laudanda.

1 RAecondita in diuinis Euãgeliis ſimilitudo me ad propoſitũ dicendi argumentũ ſeriò cohortatur, linguamque ſilentij fræno conſtrictam ſoluit, ac cogitationum ſemitas,velut ſpatioſos quoſdam campos, exæquat atque adornat, currumque orationis ad iter aggrediendum promptum reddit & expedit um,dum clarâ voce hiſce quodammodò exclamat verbis : Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Quid verò ex iis intelligendum ſit,ſubiungit dicens : Sic luceat lux veſtra coram hominibus,vt videant opera veſtra bona. Nũquid igitur reprehendendi meritò erimus,ſi negligentes atque ignaui ſilentio inuoluerimus illud, in quo celebrando magnos ſumere animos ipſe mandauit Dominus? Cùm enim ſancti huius Patris vitam, tamquàm illuſtrem ac ſole ſplendidiorem facẽ,orbi accenderit,exponendamque nobis propoſuerit,non fert, vt illam ſilentio prætereuntes ſub modio occultemus; verùm in ſublimi potiùs Eccleſiæ vertice reponamus, vt cunctis eluceat, qui in hac totius orbis terrarum verſantur domo: & qui ex illâ lumen acceperint, cæleſtem Patrem glorificent atque collaudent.

E

Matth.5. 15.

ibid.16

S. Ephræm prædicandus,

2 Quamobrem non ſic paternum illius metuendum eſt vinculum *a*, vt ipſius Domini mandatum ſpernatur. Quin etiam ipſius laudationis initium inde capiendum fuit; tametſi in extremam orationis partẽ nos iſtud reiecerimus. Rem enim ipſam rectè inſpicienti, illud haud prorſus videatur vinculum, quod humanam gloriam auerſantem vetet exornare laudibus : aut ſanè vinculum ad ſoluendum facile,obligatioque eiuſmodi,quæ ad hoc ipſum potiùs præſtandũ impellat amantes.Nam ex quibus ille laudes ſe euitaturum arbitratus eſt, interdicti vinculo noſtros conatus ſubuertens atque impediens, ea nobis ipſa laudãdi occaſionem ſuppeditant. Cùm enim ſingulæ præclaræ animi ipſius dotes vberem ad laudandum materiam exhibeant, tum illud cumprimis, quòd laudibus non afficiatur.Optabat quippe non videri,ſed bonus potiùs eſſe.Ex quo quidem vel ſolo,licet aliud nihil laude dignum præſtitiſſet,collaudari profectò mereretur.Adeò enim laudibus ſe delectari aiebat,vt eo vinculo vituperationem ex illis manantem obſignare maluerit atque euitare.Iſtud verò primùm noſtræ orationi ſtadium aperit, & clarè metam oſtendit, ad quã dirigere curſum oporteat : ne temerè progredientes feramur præcipites, ſed per viam incedentes regiam, conſideremus admirandum illum Dei virum, prohibiturum non fuiſſe ne laudaretur, niſi laudibus ſe dignum cognouiſſet: nam nullus, niſi valdè inſignis atque ſuſpiciendus, cùm adhuc in vitâ maximis virtutibus præcellat,memoriam ſui obliuione apud poſteros deleri iubeat. Et quemadmodùm Paulus prædicator gratiæ,auſpex Eccleſiæ, os Chriſti licet de ſe ipſe dixerit, Non ſum dignus vocari Apoſtolus; non tamen idcò effecit, cur minùs Apoſtolus vocaretur: imò quantò ipſe

a

F

(licet ipſe vetuerit, vel ideò laudandi-gnus, ſuo quoque indicio)

1.Cor.15. 9

AVCTORE S. GREG. NYSSENO.

tò ipſe ſubmiſſiùs de ſe ſenſit, tantò maiorem conſecutus eſt gloriam. Sicque magnus noſter hic Pater, quoniam prudenter ac cautè ſeipſum laudibus indignum cenſuit, ideò deinceps laudibus celebrari promeretur.

A

vſu Eccleſiæ,

3 Cùm ergo ea Eccleſiæ noſtræ conſuetudo ſit atque inſtitutum, vt virtutis cultores, propterea quòd eius partes amplexi ſint, coronentur; atque illi potiſſimùm qui ob humilem de ſeipſis exiſtimationem ſpiritu ſublimes euaſerint; cùm ipſum dicat Euangelium: Luc. 14. 11 Qui ſe humiliat, exaltabitur; haudquaquàm ſanè vituperandi, vel irridendi, aut reprehendendi ſunt, qui ſancti huius Patris virtutes atque encomia deſcribentes, ipſius nobis vitam, tamquàm ſpirantem & animatam aliquam columnam erigunt. Quæ verò commemorauimus, nequaquàm falſa eſſe prudens auditor cognoſcet, ſi, vbi peroratum fuerit, varia ipſius virtutum genera collegerit, ex quibus nos velut pretioſis ac diuerſis lapillis auroque diſtinctam contexentes coronam; gratum atque optatum Chriſti Eccleſiæ donum offeremus. Geſtit quippe illa ac gaudet eiuſmodi ſe muneribus decorari, quandocumque ſolẽnis memoria iuſti celebranda occurrit. *b* Quapropter cùm ita circulus ferat anni, vt hodie collaudandus ac celebrandus ſit nobis S. Ephræm, fieri nequit, quin ingenti cum gaudio monumentum iſtud, pignuſque amoris ſuſcipiat, & amplectatur.

ob varias virtutes,

b die anniuerſario;

B

vir longè maximus.

4 Ephræm igitur ille mihi celebrandus eſt, qui cunctis Chriſtianis verſatur in ore: Ephræm, inquam, Syrus; neque enim illius nos pudet generis, cuius illuſtramur moribus. Ephræm, cuius vitæ atque doctrinæ ſplendor vniuerſo terrarum illuxit orbi: nam in omni ferè loco, qui illuſtratur à Sole, cognoſcitur; illiſque tantummodò incognitus remanet, qui magnum Eccleſiæ lumen S. Baſiliũ ignorant. Ephræm, notus ille reuerà Eccleſiæ Euphrates, cuius aquis irrigata Chriſtianorum multitudo, centuplum fidei fructum producit. Ephræm, fertilis illa Dei vitis, quæ dulcium inſtar racemorum, doctrinæ fructus afferens, Eccleſiæ filios diuinâ caritate nutriens explenſque, reficit atque oblectat. Ephræm, bonus & fidelis Eccleſiæ diſpenſator, qui virtutum rationes æqualiter conſeruis diſtribuens, Dei familiam prudentiſſimè adminiſtrat.

Omiſſis autem, qua primò tractant Rhetores,

5 Cuius quidem genus atque nobilitatem, tum ab ipſo partam, tum à maioribus ſuſceptam, parentumque gloriam, ac ortum, & educationem, & ætatis incrementum, & corporis formam, & conditionem, & artes, & reliqua quæ ab externis ſcriptoribus tamquàm maximi momenti in laudibus recenſeri ſolent, nos hîc in medium proferre ſuperuacaneum arbitramur: cùm neque ſanctos homines ab eiuſmodi laudare rebus ſtatutum ſit. Et quamquàm ad hunc collaudandum, inde etiam abunde nobis argumenta ſuppetant; non aliis tamen viis ac rationibus, quàm quibus ipſe vitâ & doctrinâ illuſtrem ſe reddidit, coronam orationis contexemus. Veræ quippe laudes in iis conſiſtunt, quæ in nobis ipſis ſunt poſita; atque illis debentur præmia, quæ ex noſtrâ proficiſcuntur voluntate. Earum autem rerum, quas commemorauimus, & vituperationes ſunt falſæ, & laudes ineptæ. Quo enim pacto ex genere laudari volet, qui omnem mundi nobilitatem ac pompam deſpexit, & per optima opera, Dei filius fieri concupiuit? Quomodò ob patriam ſe patiatur celebrari, qui totum mundum ad ſe pertinere non cenſuit; quique materialem creaturam, tamquàm inimicam, auerſatus eſt, propter immortalem, quæ in cœlis repoſita eſt, beatitudinem? aut quomodò maiorum parentumue celebritate delectetur, qui corporis affectionem, ipſamque animalem carnis tunicam, tamquàm celerrimos ad virtutem curſus impedientem, prorſus pellundedit? Quo denique pacto, aut ex corporis incremento, aut educatione, aut ex artibus aliiſue eius generis vitæ ſtudiis adiectis, ſe exornari ſinat, qui iam inde à puericiâ in ſacrarum Scripturarum meditatione educatus, & excreſcens, atque ex perennibus gratiæ fontibus bibens, ad menſuram ætatis Chriſti, vt cum Apoſtolo loquar, peruenire ſtuduit?

C

genere, patriâ, educatione, artibus;

D

Epheſ. 4. 13

6 Cùm ergo nouerimus magnum hunc noſtrum Patrem ridiculis iis laudibus, quibus homines ſenſui ac corpori dediti capiuntur, cumulari nolle; ex propriis eum laboribus ſaltem mediocriter celebrare conabimur: neque enim oratio eam habet naturam, vt ſupra vires intendatur. Quamobrem adnitemur, vt neque infantiâ præpediti, quæ de eo dicenda ſunt, ſilentio inuoluamus; neque per ſemitam aliquam à Patrum inſtitutis alienam incedentes, à viâ deflectamus regiâ: verùm inter vtramque tranſcurrentes, conueniens orationi noſtræ temperamentum adhibeamus. Cuiuſmodi autem ſunt illa, quæ ad contexendam eius laudationem nobis propoſuimus atque ſubiecimus? Actio nempe & contemplatio, quas virtutum examen conſequitur, fides, ſpes, caritas, pietas erga Deum, ſacrarum Scripturarum meditatio, animi & corporis puritas, lacrymarum aſſiduitas, vitæ ſolitudo, è loco in locum ſeceſſio, malorum fuga, doctrina perpetua, precatio continua, ieiunium, & vigiliæ immoderatæ, humi cubatio, & vitæ auſteritas pænè incredibilis, voluntaria paupertas cum humilitate ſingulari, miſericordia humanam conditionem ſuperans, zelus diuinus in eos qui rabie aduersùs pietatem atque religionem inueherentur; cuncta denique, quibus ad Dei imaginem homo inſignitur. Iſtis noſter hic Pater decoratur laudibus: quæ commemoramus, agnoſcit: prærogatiuas has eſſe proprias, eum non latet: ac ſermones hoſce, vt nobis, non ſibi vtiles, non contemnit. Nam vel exigua de ipſo enarratio, ſtudioſis cauſſa complectendæ exiſtit virtutis. Atque iſta non aliunde, ſed ex iis quæ in variis ipſe ſuis diſſeminauit ſcriptis, didicimus: ex quibus, inquam, ſedulæ inſtar apis, ex pluribus floribus vtilia colligentes, fauum hunc ſpiritualem confecimus. Nobis verò hæc ipſa conantibus nequaquàm ſubiraſcetur, quando ſceleſtum dæmonem, qui multos vel in extremo agone ſupplantare ſolet, non pertimeſcit ampliùs: iam enim ad tranquillum peruenit incorporeorum portum, vbi nullas omnino procellas reformidat atque tempeſtates. Age igitur, ſingulis eorum, quæ enumerata ſunt, paullulùm immorantes, qualis eximius ille vir euaſerit; & in quem gradum ſpiritualis ſanctimoniæ ſeipſum prouexerit, his qui conuenerunt oſtendamus.

ſolidè laudãtur eius virtutes,

E

ex ipſius-met ſcriptis.

F

a *Ità cauerat Teſtamento, cap. 2 nu.* 7 ne quis ergo beatum me prædicet. *Et paullò antè*: Ne quis etiam veſtrûm, Fratres, præconiis me celebret.

b *Græcè eſt:* Ἐφρὰιμ δεινῶν εἰς ἐυφημίαν περιήγαγε τὸν χρόνος. Ephræmum verò nunc ad celebrationem adduxit curreus tempus.

CAPVT II

S. Ephræmi virtutes Theologicæ.

Fides Catholica,

7 AD fidem ergo quod attinet, nullâ ex parte procul à pietate deflectens, admodùm rectè ſentiebat: quod cùm eius ex ſcriptis, tum ex Eccleſiæ de ipſo exiſtimatione probè cognouimus. Nam æquè & falſam Sabellij confuſionem, & inſanam Arij diuiſionem abominabatur. Conſtitit autem in finibus pietatis atque religionis. Sic quippe vnam, non confuſam, ſacroſanctamque Trinitatem, & numero perſonarum diuidebat, & vnitate ſubſtantiæ coniungebat, vt neque diuinitatis inopiam Iudaïcè contumeliâ afficeret, neque Deorum multitudine, more Gentilium ac paganorum, debaccharetur: quod illis contingere deprehendimus, qui in incomprehenſibilem Trinitatem petulãter contumelioſi ſunt. Abſurdiſſimam porrò

A rò a Apollinarij opinionem ſic deteſtabatur, vt omni conatu atque ſollicitudine eamdem ex quorumuis Chriſtianorum animis euellere ſtuderet. Quin & futiles efficænataſque b Anomiorum linguas variis argumentis, Scripturæque teſtimoniis, penitùs repreſſit, ſummeque vtilia ac diuina nobis aduersùm eos monumenta reliquit. Si quis verò in Sancti Ephræm diſputationum cum c Nouato, conflictu, cuplat andaciſſimi eius contueri ſtragem, aduerſarij caſum reſpiciat oportet. Ibi enim vſque adeò ſuperiores in ipſo certaminis congreſſu noſtri Doctoris vires inueniet, vt hunc pancratiaſten atque certatorem inuictum, illum autem mollem, ac tamquàm puerum nondum ætate firmatum, dixerit. Neque verò illas dumtaxat, quæ vel tunc, vel anteà zizaniorum hæreſes ex malitiæ ſemine fuerant exortæ, fidei rectitudine propulſauit; verùm & eas, quæ in futurum permitioſè pullulare poterant, propheticis oculis præuidens præcidit. Quotquot enim ab eo conſcripta ſunt volumina, demonſtrationibus ſunt plena. Numquàm ergo veritatis hic filius ab ipſâ deflexit veritate:

a *Apollinarij opinionem*

b *ſcriptis defenſa contra hæreticos:*

c

8 Spem verò omnem in ſolo Deo defixam habuit, in quo qui ſuas ſpes conſtituunt, præmia referunt. B Quapropter & illud Pſalmi in cunctis ſuis factis dictiſque vſurpare ſolebat: In ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. Quoniam ſperantem in Dominum, miſericordia circumdabit. Et fiducia in Dominum, monti Sion ſimilem reddit: inque ſummam beatitudinem eum qui poſſidet, conſtituit, ſicut ex ipſis addiſcere licet Prophetis, cùm dicat Dauid: Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius. Ieremias verò: Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius: & erit quaſi lignum, quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas; & non timebit cùm venerit æſtus. Eſaias autem: Dominus Rex noſter, Dominus ſaluator noſter, ipſe ſaluabit nos. Ecce Deus ſaluator meus, fiducialiter agam, & non timebo. Quin & Paulus nos admonet, dicens: Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem; fidelis enim eſt, qui repromiſit.

ſpes:

Pſ. 27. 7 & 31. 10 & 123. 1 & 39. 5 Ierem. 17. 7 Iſa. 33. 22 & 12. 2 Heb. 10. 23

9 Diuinâ igitur hac, & repoſitâ ſpe enutritus S. Ephræm, humana ac tranſitoria quæcumque ſpernens, ſempiternam aſſiduè gloriam concupiſcebat. Amorem verò in Deum & proximum adeò ſeruauit ſtudioſè, vt ex hoc decedens ſeculo hæc inter poſtrema referret; par enim eſt ipſa verba ſancti illius Patris, C tamquàm omni demonſtratione potiora, in medium producere: Nullo modo in totâ meâ vitâ, inquit, aduersùs Dominum contumelioſus extiti, nec ſermo ſtultus è labiis meis egreſſus eſt. neminem in omni vitâ meâ maledictis oneraui; nec cum vllo planè Chriſtiano hominem contentioſum me præbui. O felicem linguam, quæ confidenter eiuſmodi vocem emiſit, quæ ſolis potiſſimùm Angelis, propter vitam ab omni materiâ mutationeque remotam, congruit: at nobis, carni ſeruientibus, haud ita conuenit, noſtræque naturæ vires magis exuperat, quàm vt facilè exæquari factis queat. Et vt plurimùm labores vitaſque illorum explores, qui virtutibus clari fuerunt; vix tamen vllum huic ſimile puræ ſinceræque caritatis indicium reperias. Si enim inter cunctas virtutes maximè præcellit caritas, hanc ita noſter hic excoluit Ephræm, vt nullus alius magis ex Patribus. Sed quoniam digna quiſque propriis factis acceptarus eſt præmia, ne Patres Patribus videamur conferre, iſta aliis conſideranda potiùs relinquemus. Neque etiam hęc ipſa comparationis cauſsâ à nobis ſunt dicta; ſed vt populo clarè conſtet, noſtrum hunc, aut veriùs vniuerſæ Eccleſiæ, Doctorem S. Ephræm ad ſupremum gradum in ſpiritali virtutum ſcalâ peruenisſe.

caritas Dei, & proximi

planè eximia:

Apollinarius *hæreticus.*

a *Duo fuerunt* Apollinarij; *pater Presbyter, grammaticæ ludum Beryti, dein Laodiceæ aperuit, vbi ei filius natus* Apollinarius, *rhetoricæ dein profeſſor: quâ ratione hæretici ſint facili narrat Socrates lib. 2 cap. 36. Nicephorus lib. 9 cap. 17 & lib. 11 cap. 12. ac lib. 12 cap. 4 alijq. Negabant hominem perfectum in Chriſto: huic pro animâ eſſe diuinitatem &c. ita Prædeſtinat. hær. 55.* AVCTORE S. GREG. NYSSENO.

b *Ita* Eunomianos *appellat, quaſi ἀνόμους* exleges *& flagitioſos potiùs, quàm ex nomine ſui auctoris ἐυνομίαν ſectantes. ſiue* bonam legem. *De Eunomio qui agant, indicauimus ad cap. 5 Teſtamenti litt. l.*

c Nouatiani, *qui &* Cathari; *à Nouatiano Presbytero Romano dicti, quem Theodoret. lib. 3 hær. fab. cap. 5* Nouatum *appellat. Et verè fuit is à* Nouato *Epiſcopo Afro in ſchiſma impulſus. De vtroque plurima tomo 2 Baronius & alij paſſim; ac nos 3 Febr. ad S. Celerini Acta.* Nouatiani *vnde dicti?*

CAPVT III.

Compunctio, aliæque virtutes.

10 Pietatem verò atque religionem in verâ ſapientiæ poſſeſſione comparauit, ſecundùm illud Iob: Ecce cultus Dei eſt ſapientia. Per illam vt paullò antè illius puritatem fidei deſcribentes oſtendimus, quomodò S. Paulus in tertium aſcendit cælum, æternamque ſibi nominis gloriam in Eccleſiâ parauit; ſacrarum quoque Scripturarum huic ex Dauidicâ lucernâ accenſa eſt meditatio, ſecundùm iſtud: In meditatione meâ exardeſcet ignis. Siquidem amor, cæleſtis contemplationis igne ipſum accendens, ſublimium rerum ardorem excitabat. Nam omnem & antiquam & nouam Scripturam euoluens, & vt nemo alius, in eius contemplationem incumbens, totam accuratè ad verbum interpretatus eſt: atque ab ipſâ mundi creatione vſque ad vltimum gratiæ librum, quę abdita & recondita erant, commentariis illuſtrauit; Spiritus, lumine vſus. Neque verò dumtaxat huius noſtræ diuinitus conceſſæ ſapientiæ latices hauſit, aliiſque impertitus eſt; ſed etiam eas, quæ ad rectè ornateque dicendi rationem, ac ad doctrinæ ſubtilitatem pertinent; artes atque diſciplinas, quatenùs ducebat vtiles, reiectis vanis ſtultiſque rebus, æquitatis lance actionem contemplationemque ponderans, exercuit.

Iob 28. 28 *religio:* 2 Cor. 12 Pſal. 38. 4 E *ſtudium ſacrarum Scripturarum, quas omnes expoſuit; & eloquentiæ ac philoſophiæ:*

11 Animi porrò corporiſque munditiâ, pro hominis naturâ, imò & ſupra conditionem quaſi humanam, cùm ſit gratiæ donum, excelluit. Neque enim animum ab eâ affectione, quæ eſt ſecundùm rectam rationem, aberrare patiebatur; reuerà autem animo quidem imperabat, corpore autem reſplendebat. Quod ex inſidiis, quæ ei (ſicut memoriæ eſt proditum), ab impudicâ ſtructæ ſunt muliere, ſatis confirmatur. Nam cùm eâ tamquàm eſcâ quâdam malitiæ ad fallendum inſignem ac rarum hunc virum homicida Belial vſus eſſet, tantùm abfuit, vt quod ſperârat conſequeretur, vt etiam aduersùs ipſum inſidiatorem, eam ipſe decertantem in conflictu conſtituerit: ſi quidem cohortationibus, atque admonitionibus, diuinarumque rationum quaſi incantationibus, ipſam conuerſam ad meliorem frugem perduxit; & ex impudicâ pudicam, ex laſciuâ grauem, ex inquinatâ puram caſtamque reddidit.

caſtitas, F *inſidiante meretrice conuerſâ:*

12 Iam verò diffluentes ac perpetuas ipſius lacrymas referre volenti verè oboriuntur lacrymæ: cùm vix abſque lacrymis eius lacrymarum pelagus liceat transfretare. Nam ſicut cunctis hominibus citra intermiſſionem ſpiritum ducere eſt proprium, ita Beato Ephræm aſſiduè lacrymas profundere, naturâ quodammodò videbatur inſitum. Nulla quippe dies, nulla nox, nulla diei noctiſque pars, nullumque breuiſſimi temporis momentum fuit, in quo non vigiles ipſius oculi lacrymis conſpicerentur perfuſi. Nunc enim communes, nunc priuatas, vt aiebat, calamitates, abſurditatesque deplorabat. ſuſpiriis porrò oculorum flumina prudenter inhibebat, aut potiùs oculorum fluminibus ſuſpiria excitabat. Eratque rei vtriuſque progreſſus admirabilis, licet alioquin vtrumque alterius videretur cauſſa: profluebant quippe ipſi lacry-

aſſidua lacryma,

& ſuſpiria:

mæ,

AVCTORE S. GREG. NYSSENO.

mæ, multiſque incognita erat cauſſa. Cùm enim tempus illas non auferret, ſed mutuâ quâdam viciſſitudine, & lacrymæ ſuſpiria, & ſuſpiria lacrymas exciperent, vtrorumque latebat cauſſa.

A 13 Illud verò cognoſcet, quiſquis ipſius ſcripta euoluerit. Neque enim tantummodò, vbi de pœnitentiâ, de moribus, de rectis vitæ inſtitutis agit, ipſum plangentem ac ſuſpirantem inueniet; verùm & in ipſis laudationibus quas plerumque omnes multâ aſpergere ſolent hilaritate. Hic verò eumdem ſe vbique præbuit aſſidueque lugendi munus, vt diuitias, expetitum vnde & nunc ferè cunctos ipſius ſermonum auditores ad veram amplectendam vitam reuocat: tantam ipſius mixta lacrymis vim continet oratio. Quis enim ita duro & adamantino eſt corde, qui eius verba audiens, non manſuefiat, morumque aſperitate abiectâ, ſuis ipſius peccatis ex animo non doleat? Quis adeò ferus eſt & immitis, qui ſalutarem eius doctrinam auribus percipiens, tempus non deploret quod perperàm tranſegit? Quis adeò immanis atque crudelis, qui ſimul ac verba eius quouis melle dulciora guſtauerit, non ſe mox mitem amabilemque omnino exhibeat? Quis abhorrens à lacrymis ita ſe tradidit voluptatibus, quin vel modicis illius verbis auditis, retributionem

B illam, quam pro vitâ anteactâ accepturi ſumus, in memoriam reducens, non lamentetur ac lugeat?

14 In rebus quæ fieri nequeunt, illud paſſim vſurpatur prouerbium: a Lapidi miſericordiam perſuades. at iſtud fieri poſſe, nos experimento edocti didicimus. Sanctus quippe hic ſenex, animos, quos ob malam obſtinatamque duritiem lapides diceres, planè emollit ac fregit, flexitque vt voluit. Quis enim eius de humilitate orationem legens, non omnem mox de ſe exiſtimationem, ſtultamque arrogantiam deponat, ac ſe omnium abiectiſſimum confiteatur? Quis ea quæ de caritate conſcripſit, lectitans, non ſic accendatur, vt ad quoduis etiam ſubeundum periculum paratus ſit? Quis illa euoluens, quibus virginitatem laudat, non ſe Deo caſtum corpore animoque offerre contendat? Quis audiens, vel legens eius ſermones, quibus iudicium extremum, ſiue ſecundum illum Chriſti aduentum deſcribit, non ita corde & animo afficiatur, quaſi ad illud iudicium iam iam ſiſtendus eſſet, metuque repentè ſic exhorreſcat, ac ſi aduersùs ipſum ſententia Iudicis feratur? nam ita futurum Dei iudicium accuratè ac plenè expreſſit, & ob oculos omnium ſtatuit præclarus ac ſanctus hic vir; vt ad eius cognitio-

C nem aliud nihil videatur deeſſe, niſi vt res ipſa agatur ac coràm fiat.

a Λίθον ἀψεῖς. lapidem aquâ decoquis.

in ſcriptis vis excitãda compũctionis.

aliarumq; virtutum.

CAPVT IV

S. Ephræmi commoratio. eruditio.

15 CVm ergo in talibus de iudicio cogitationibus Beatus ipſe ſemper occuparetur, mundum & quæcumque in eo ſunt, effugit: procul verò receſſit fugiens, ſicut ſcriptum reperitur, & manſit in ſolitudine, Deo & ſibi ipſi vacans, indeque virtutum præmia referens. Rectè enim iam nouerat, eos qui ſolitariam amplectuntur vitam, ex turbulentis huius ſeculi perturbationibus atque procellis liberari, & ad quietis tranquillitatiſque portum feliciter peruenire, vbi conſuetudine perfruantur Angelorum; mentibuſque ſublimes, quantùm licet, rapi ad contemplationem Dei. Quando porrò ſpiritus illum commonefaciens ad multorum ædificationem ſic diſponebat, vt loca mutaret, non reſiſtebat, ſed humiliter obſequebatur: erat enim iuſſis mandatiſque Dei, ſi quis alius, obtemperans. a Inde, vti iuſſus Diuinus ille Abraham, vrbem, quæ eum tulerat, petiit. Edeſſenorum neque enim cõueniebat, vt ſub terrâ diutius ſol occultaretur. Hiſce verò de cauſſis eò conceſſit, vt loca ibi ſancta inuiſeret, b tum vt ſapientem aliquem conueniret virum, ac cognitionis ipſe fructum vel caperet, vel aliis præberet.

ſolitudo expetita; Pſal. 54. 8

Deo iubẽte, relicta:

16 Ad eam igitur dum appuliſſet ciuitatem, & iam portam introiret, loco ſapientis viri, quem optârat, ſcortum ſibi obuium habuit: in quod ſpectaculum permoleſtum cùm præter expectationem incidiſſet, tamquàm ipe ſuâ deiectus, c oculos auertebat. At contrà, improba fæmina defixis in eum oculis inſpiciebat. Cui Ephræm, O mulier, inquit, dic mihi, cur me vſque adeò intueris? At illa promptè; Quoniam, inquit, ex te viro ego ſum: d tu autem me ne reſpicis quidem, ſed in terram, ex quâ ſumptus es, oculos tuos retorques. Quam quidem inexpectatam reſpõſionem vehementer ſibi profuiſſe, vir ſanctus ac prudens confitebatur. Quapropter infinitam Dei potentiam laudauit, qui interdum, ea, quæ ſperamus, præter ſpem nobis elargitur.

profectus vel ex meretricis apto apophthegmate:

17 Inde Cæſaream Cappadociæ Diuino ductus Spiritu cum petiuiſſet, ipſum ibi os Eccleſiæ, aureum ſcilicet illam doctrinæ luſciniam, Baſilium vidit atq; cognouit: quem ſenex intuitus, multis fauſtis cœpit venerari vocibus. Siquidem perſpicaci mentis oculo conſpexit e refulgentem columbam humero ipſius inſidentem dextero, verbaque ſapientiæ ſubminiſtrantem, atque ipſum ea populo depromentem. Ex eâ quidem arduâ ac venerandâ columbâ inſtructus ille, ſancti huius Patris cognouerat peregrinationem, eumque eſſe Ephræm illum Syrum. Per opportunè igitur, ambo mutuâ inter ſe fruebantur conſuetudine; ita vt laborioſa illa peregrinatio ipſi Ephræm inutilis non exſtiterit.

viſa columba, Baſilio ſuggerens dicenda:

mutua agnitio:

18 Naturalis porrò vitæ innocentia, malorum ipſi oſtendebat fugam: nam ex eâ diſcebat & meliora proſpicere, & deteriora euitare, atque illas ſententias ac rationes eligere, quæ puræ eſſent, quæque ad excolendam honeſtatem conferrent, & docendi vſum nequaquàm impedirent. Abundanter quippe ſancto ſeni conceſſum à Chriſto erat ſermonis talentum, quod cùm ad menſas cordium plurimis impertiretur, ei tamen cumprimis profuit. Fertur autem hæc ipſe de ſe dixiſſe; f ſibi, cùm primùm è tenerâ illâ excederet ætate puritiæ, arcana eiuſmodi contigiſſe viſa: ipſi etenim iuxta linguam admodùm fructifera enaſci videbatur vitis, quæ quidem ita excreſcebat, vt vniuerſum terrarum repleret orbem: cuncta autem cæli volatilia aduentabant, & de fructu eius comedebant: ipſa autem vitis, quantò plures volucres decerpentes fructus excipiebat, tantò ampliùs racemis abundabat.

ſũma eius eloquẽtia,

f (ipſi puero viſione vitis præoſtenſa,

19 Illud præterea, quod ad ipſum pertineret, alius quidam homo perſpicax ſe comperiſſe teſtatus eſt: Angelorum ſcilicet copiam deſcendentem è cælo, volumen intus ac foris conſcriptum detinere manibus. Sic verò ſanctam illam colloqui viſam eſſe aciem: Quis, putas, volumen iſtud in manus accipiet? Et hos quidem hunc, alios illum, alios verò alium ex præſtantioribus eo tempore hominibus, reſpondiſſe: deinde autem poſt omnium ſubieciſſe probationem: Iſti quidem ſancti ac miniſtri Dei ſunt; ſed hoc volumen in manus accipere nequeunt. Cumque iam varios ex tunc viuentibus nominaſſent, neque quiſquam ex iis placuiſſet, demum communi omnium conſenſu in eam pariter conuenerunt ſententiam, vt dicerent, à nullo alio iſtud volumẽ in manus poſſe ſumi, præterquàm ab Ephræm Syro. Tuncque cæleſtes Angelos idem conſpexiſſe fertur, Ephræm volumen tradere; noctuque ſurgens, ad eccleſiam, viſo illo eruditus, perrexiſſe: auditoque ipſo Ephræm, qui tunc inſignem gratiâque plenam habebat orationem, quid viſum illud deſignaret, cognouiſſe, Deumque collaudaſſe, & tam præclarum dicendi donum viro ſancto datum admiratum fuiſſe. Tantam enim ſapientiæ abundantiam largitus illi Deus fuerat, vt quantumuis ei perpetui quaſi verborum

& alteri

conſpecto libro ab Angelis dato)

fontes

A fontes ſuppeterent,rebus tamen explicandis pares nequaquàm eſſent. Illudque non tam linguæ tarditate, quàm cogitationis celeritate accidebat : lingua enim cogitandi aliorum vim exæquabat,attamen tardior erat,quàm vt ipſius ſententias adſequi poſſet. Vnde magnus ſenex,ſingulare quoddam à Deo eloquendi donum efflagitabat,hiſce verbis : g Largire,Domine,flumina gratiæ tuæ : ſiquidem doctrinę profunditas linguam ipſius abſorbebat, vt ſenſa animi efferre nequiret,cùm muneri concionandi inſtrumenta ad diſertè dicendum opportuna deficerent.

vix tamen celeritati cogitationis eius par.

g

a *Ita vertimus ex Græco, vt § 3 num. 19 expoſuimus. Voſſius habebat:* vnde patriam, ſicut magnus ille Abraham, relinquere iuſſus, Edeſſenorum vrbem petiit. *at* relinquere *abeſt à Græco.*

b *Addit Metaphr. vt ſacras Reliquias adoraret.*

c *Male ergo Metaphraſtes:* conſtitit in eam defixis intuens oculis,& quaſi emotæ mentis, triſtiſque & apud ſe perturbato animo, quòd non vt precatus fuerat, ſed contrarium potiùs euenilſet eius quod petierat.

d *Item Metaphr.* Te verò non nos,ſed terram potiùs oportet aſpicere, ex quâ ipſe rurſus ſumptus es.

e *Al.* albam, *ait Voſſius.*

f *Minor Vita habet,eam viſionem parentibus eius oblatam. Metaphraſtes, vti Nyſſenus, ipſimet Ephræmo.*

g *Metaphr.* Remitte, o Domine, vndas tuæ gratiæ. *Græcè eſt:* ἄνες, ὦ δέσποτα, τὰ τῆς χάριτος σου ῥεύματα. *Quod ambiguam videri poteſt habere ſententiam, quaſi ſcilicet aut reſtringi velit nimis exundantem gratiam, vti ille qui clamabat,* Satis eſt, Domine, ſatis eſt; *aut laxari & effundi flumina eloquentiæ.*

B

pecuniæ contemptor cùm eſſet, ac præſtantiora amaret,ad ipſos Apoſtolos in eo ſuo curſu quàm proximè accedere nitebatur. AVCTORE S. GREG. NYSSENO.

22 Quid verò animi ipſius ſubmiſſionem commemorem atque humilitatem;cùm ea ipſa virtus paſſim in cunctis eius ſermonibus ac ſcriptis ſeſe ſingulariter ab eo fuiſſe excultam quodammodò clamitet? Quando enim vnquam ad arrogantiæ elationiſque lapidem pes eius offendit,qui lacrymas lacrymis prouocabat, ac cinerem tamquàm panem manducabat, & aſperâ atque inamœnâ vitâ (vt ſacra illa perſonant verba)potum cum fletu miſcebat?quique ab omni vanâ atque mundanâ abhorrens gloriâ, cùm in hac adhuc peregrinaretur vitâ, ſi à quoquam ſe laudari animaduertebat,ægro animo ferens,aliumque aliàs colorem capiens, atque oculos in terram demittens,tenui ac ſubtili madebat ſudore,altoque ſilentio, tamquàm verecundiâ linguam præpediente, corripiebatur. Iam autem hinc ad beatam cęleſtemque illam emigraturus vitam, graui quodam interdicto illud ipſum vetans,dicebat: nulla Ephræm cecinerit is carmina, nul lāque laudationem adhibuerint.Ne me cum pretioſo ſepeliueritis veſtimento: neue priuatim corpori meo conſtitueritis tumulum : mihi enim cum Deo conuenit,vt inter peregrinos commorer. Aduena quippe ſum ego,& peregrinus, ſicut omnes patres mei. Sicut ergo aliarum virtutum, ita huius etiam eximia atque præclara habes indicia.

D

humilitas,

Pſal. 101. 10

horror laudis,

etiam teſtamento vetita:

E

CAPVT V

Conciones. Vitæ auſteritas.

20 COnciones porrò ipſius, aliud nihil niſi precatio interpellabat:precationemque iterum cōciones: has lacrymæ,lacrymas rurſum preces excipiebant: eratque ſermo ſermonis, aut, vt magis propriè dicam, in ſermone aſſiduè in Diuinarum rerum contemplatione occupatus. Nam ipſum quidem corpus ita confecerat,vt rationi quaſi dominæ obtemperans, non magis, quàm ſi emortuum eſſet, voluptatis vllum ſenſum haberet.Cumque ad ea quæ non decent, obeunda,inediâ atque abſtinentiâ priùs domitum,immobile langueſceret, illis tamen quæ animarum conferūt ſaluti perficiendis,robore præſtabat. Quid,quòd ne noctes quidē, ſomniorum ſimulachris atque imaginibus ſæpè decipientes,ei virtutis ac pietatis curſum in vllo interrumpebant? Nā quem aggredientes exceperant ſobrium,eumdem recedentes relinquebant vigilantem, illudque ſedulò curantem,ne manus principis iſtius tenebrarum ipſum ſomno oppreſſum deprehenderet. Tantum verò tēporis quieti tribuebat, quantum vitæ degendæ neceſſarium ducebat: ne naturali penitus ſublatâ viciſſitudine, caro violentā diſſolutionem ſuſtineret. Cùm autem varia eſſent quæ ab oculis eius ſomnum depellebant, tum illud inprimis,quòd aſperam ac duram vitam agens, multisque modis corpus ſuum affligens,humi etiam cubaret.Nā hiſce potiſſimùm rationibus ſomni affectio excuti ſolet.

Cōcionandi præcandiq; aſſiduitas,

abſtinētia,

C

vigilia,

humi cubatio:

21 Paupertatem porrò tantam ſeruabat,quantam vel ſanctis ipſis audis fuiſſe Apoſtolis. Quapropter ſi quis eum paupertatem colentium exemplar appellârit, haudquaquam à veritate aberrârit. Dulciſſimam ſanè prorſuſque beatam illam nobis vocem,velut paupertatis magiſtram,hinc in cœlum emigraturus, reliquit,quâ aiebat: Nec crumēna, nec luculus,nec pera Ephræmo vnquam fuit.Nunquàm aurum, aut argentum aut vllam rem aliam in terrâ poſſedi. Nam bonū Regem ad ſuos dicentem diſcipulos audiui in Euangelio: Nihil in terrâ poſſederitis. Quamobrem nulla me rerum eiuſmodi cepit cupiditas. Gloriæ igitur &

paupertas:

Matth. 10. 9

CAPVT VI

Miſericordiæ opera. Iucta cum hæreticis.

23 EOrum enim quæ ad eleemoſynam,& commiſerationis affectum pertinent, hunc non effectorem dumtaxat, ſed & doctorem extitiſſe, veritatis præſcriptio lexque ipſa confirmat.Nam cùm ex perfectâ,quam amplexus fuerat,paupertate, reliquum nihil haberet quod egenis impertiretur,frequentibus tamē cohortationibus alios ad miſericordię opera commouendo eleemoſynas erogabat. Erat quippe ipſius oratio,licet vultus non conſpiceretur,tamquàm diuinitus fabre facta quædam clauis, diuitum theſauros recludens,& indigentibus neceſſaria ſuppeditans: aſpectuſque eius angelicus ſufficiens erat,qui per ſe abſque vllâ oratione intuentes,etiam agreſtes & inhumanos,ad commiſerationem permoueret: tanta in eo conſpiciebatur tum ſimplicitas, tum manſuetudo, tum probitas. nulluſque adeò reperiebatur impudens, qui non ipſum inſpiciens, rubore quodam perfunderetur atque verecundiâ, ac ſeipſo melior non redderetur atque modeſtior.

miſericordiæ in eo affectus,

opera aliis perſuaſa,

verbis, & ſolo vultu:

F

24 Et quamuis ita multa in hoc viro perfecta extiterint, ne quis ob id exiſtimet abſolutam ei rerum Eccleſiaſticarum defuiſſe cognitionem.Quid enim otij ſuppeteret ipſi, diceret talis aliquis, vt ad tot virtutum ſtudia diuideretur? Sanè quidem non leuiter rerum Diuinarum cognitione erat imbutus. Neque enim eatenùs dumtaxat illam attigit, vt dicendo alios erudire poſſet,ſed tam pietatis atque eruditionis inſtituta,quàm ea,quæ illis repugnant, omnino adſecutus eſt : illa quidem ad inſtruendum populum, hæc ad coarguendos hęreticos.Bono quippe zelo in illas pietatis inimicas beſtias ferebatur. Siquidem ſermone quodam, qui famâ etiam potiùs quàm ſcriptis ad nos deuenit, vnde ipſum veritatis ſtudioſiſſimum extitiſſe facilè intelligi poterat; Apollinarium leuem, imò dementem atque inſanum nuncupabat, qui res nouas moliens,multa impia, Scripturæque ſacræ aduerſantia duobus comprehenſa libris, è ſuo eructans ventre,admodùm inſulsè ac temerè proloqueretur. Illos verò libros cuidam,quam in delitiis habuiſſe ferebatur,fœminæ

zelus contra hæreticos:

AVCTORE S. GREG. NYSSENO.

minæ ad ſeruandos commiſerat. Quæ cùm magno innotuiſſent Ephræm, ipſe eiuſdẽ ſe opinionis eſſe confingens, fœminam, quæ iſtos libros profanos cuſtodiebat, adiit: & de ſe, quis ſit, & quàm fauſta ei ex eremo adferat, patefecit: nonnullaq́ue fortè id genus alia adiiciens, tandem rogat, vt præceptoris ſibi ſcripta publicæ vtilitatis cauſsâ exhibeat, vt nobis ſcilicet, quos tunc hæreticos vocabat, repugnare commodiùs poſſet. Quibus capta verbis fœmina, eumq́ue ex illis vnũ, qui Apollinarij ſuſtinerent partes, reputans, libros præbuit, eos tamen ſibi celeriter reſtitui deprecans. Ceterùm magnus hic Iacob, dementem ſupplantans Eſau, ac flagitioſa illa primogenita rapiens, prudẽter oppreſſit: nam piſcis glutino *a* omnes illinens, ita folium folio cõnexuit, vt cùm pars vna ab alterâ ob firmam cõiunctionem planè ſeiungi nequiret, in vnam quaſi tabulã ſinguli libri apparerent redacti. Sicq́ue eos mulieri, à quâ commodatò acceperat, reddidit. Quæ quidem artificij eiuſmodi, vti mulier, ignara, cùm formã eorumdem exteriorem ſaluam cerneret, quid intrinſecus eſſet, diligentiùs inſpicere neglexit.

Apollinarij libri, dolo bono, glutine cõnexi;

a

25 Dies verò haud ita multi elapſi erant, cùm Orthodoxis quibuſdam defert ſanctus ſenex, vt Apollinarium accirent, & cum eo ſermones conferrent. Is prouocationem acceptans, impiis illis libris fretus, ad ſtatum diem venit: ac dicere quidem pro ſe, quòd graui iam premeretur ſenio, renuit; poſtulauitq́ue ideò ſibi proferri libros, vt ex illis reſpondere poſſet, atque contradicere. Cùm ergo eius diſciplinæ conſortes in medium libros produxiſſent, magnificè propter eos ſuperbientes, inueteratus ille dierum malorum, iudex iniuſtus vnum ex iis in manus ſumens, aperire atque explicare nitebatur. Sed quòd glutino vnctus non cederet; ad partem eius mediam aperiendam eſt aggreſſus, eamq́ue ipſam eodem conglutinatam modo inuenit. Quare ſuâ illâ ex priore libro fruſtratus ſpe, ad alterum ſe contulit, quem quidem totum ita firmiter connexum cernens, vt prorſus explicari nequiret, tanto rubore atque pudore ſuffuſus eſt, animoq́ue vſque adeò perturbatus, vt ex eo conſeſſu abiens, quaſi mentis atque conſilij inops, & exanimatus, in morbũ prolapſus ſit: illamq́ue ignominiæ notam ita ægrè ac moleſtè tulit, vt parùm admodùm abfuerit, quin tum mortem obiret. *b*

ipſeq; eo facto deluſus,

perturbatus, morboq; correptus.

b

26 Talis autem pietatis zelo extitit magnus noſter Pater & Doctor S. Ephræm. nam aliàs manſuetũ ſe præbens ac mitem, cùm nulla decertandi neceſſitas vrgeret, aliàs acerbum ac grauem, cùm fidei periculũ immineret, cuncta prudenter pro temporis ratione moderabatur. Et ex hoc quidem erga Deum zelo, non minùs quàm ob multa ieiunia, ac lacrymas, continuaſq́ue preces, commendandus eſt: atque haud ſcio, an propterea etiam magis, quòd iſta in eo vno concluderentur, ille ad vtilitatem quoque communem pertinebat. Quemadmodum enim verum inſignis alicuius venatoris ſpecimen exhibetur, cùm bellicoſas inſequitur feras, boniq́ue gubernatoris virtus ſe prodit in tẽpeſtate aduerſâ, medici prudentis in grauioribus morbis, militis ſtrenui in ipſo pugnæ diſcrimine; ita quoque pietatis ac religionis ſtudioſum virum magna ac difficilia pericula oſtendunt, cùm & ſe & alios ex inſidiis periculiſq́ue eximit.

S. Ephræmi labores profide.

a *Siue* ichthyocollâ, *vt habet Metaphr.*

b *Imò diſertè Metaphraſtes:* Et tandem malè perit, fructum ſuorum laborum & librorum mortem colligens. *Id ſi verum eſt, vt notauit Baron. ad an.* 373. *num.* 27. *debet de ſeniore Apollinario intelligi; qui, vt teſtatur Socrates lib.* 2 *c.* 14 *ſub Iuliano Imp adhuc vixit & multa carmine ſcripſit Filius verò poſt S. Ephræm,* ſub Theodoſio Imp. obiit, *vt habet S. Hieronymus de Scriptorib. cap.* 104.

D

CAPVT VII.

Imitatio ſanctorum Patrum.

27 NVllum ſanè virtutis genus à veteribus excultũ eſt, in quo hic etiam non excelluerit. Quare & animum ipſius vtilitate, dulcedine, iucunditate ſcaturientem, fonti quacumque aquarũ abundantiâ fluenti ſimilem dicere poſſumus vel prato diuerſis fragrantibus floribus reſplendenti, vel cælo variis ſtellarum luminibus diſtincto, vel Paradiſo, quẽ in Eden fuiſſe audis, innumerabili fructiferarum arborum copiâ decorato; (ita tamen vt ſerpenti maligno, communiſq́ue exilij auctori, nullus omnino in eum aditus detur) aut ſi quid aliud venuſtum amoenumq́ue multis variiſq́ue bonis cohoneſtauit natura; talem quoque beatum illum magni Ephræm animum, plurimis vndique virtutum generibus exornatum puta. nam ſemper vir ille admiratione dignus, in eam incubuit curam, vt perfectum abſolutumq́ue cuiuſuis generis virtutum chorum poſſideret; ac quibus reliqui ſingulis antecelluerunt, ea cuncta ſolus ipſe adſequeretur. Siquidem vt Sacerdos, eum qui inter iuſtos primus recenſetur Abel imitatus, non ex ouium gregibus, neque ex adipe ſacrificia Domino obtulit; verùm abſque ſanguine, rationabile obſequium, vitę puritate ſacrificauit; eâ duntaxat re Abel diſſimilis, quòd à nefario homicidâ, vt ille, peremptus non fuerit; ſed inimici dæmonis euitans laqueos, ſuperatis inſidiis, ad vitam omni fine carentem, ſicut ille, peruenerit. Enos porrò ſpem ſic æmulatus eſt, vt non ſolũ Domini Dei ſui nomẽ inuocauerit, verùm & alios, vt idem illud implorarent, edocuerit. Enoch autem vt ſimilis redderetur, operam dedit, non quidem admirandam eius è terrâ in Paradiſum tranſlationem atque ſeceſſum, ſed ex materiæ perturbatione, in ſpiritum tranſitionem, æmulando. Noë etiam ſimilis extitit, non quidem modicam in arcâ ligneâ generis conſeruationem, at ſuam potiùs animi incolumitatem procurans, vt vitæ procellas tutiùs ſubterfugiens, nullum virtutis naufragium pateretur.

imitatione pulcherrimâ

E

expreſſa virtutes Patriarcharum,

Abelu,

Enos,

Enoch,

Noë,

28 In plurimis quoque Abrahæ æmulator fuit; atque vt fidem, manſuetudinem, & amorem in Deũ taceam, in eo potiſſimùm, quòd quemadmodùm propriam terram atque cognationem ille, ita quoque hic noſter Ephræm mundum effugit, & in ſuo corpore vnigeniti ſacrificium expreſſit, Deo ſeipſum conſecrans, & membra, quæ ſuper terram ſunt, mortificans. Iſaac verò imitator extitit, propter mortem, quam prompto tranquilloq́ue ſubire paratus erat animo, non tamen inſerente patre: quin, & quotidie inſtar Apoſtoli, corpore quidem fructum, quod attinet ad propoſitum, percipiebat, ſpiritu autem Deo, ob caſtum corporis velut in ariete ſacrificium, viuebat. Iacob porrò æmulator fuit, ſupplantando ipſum Eſau, hoc eſt, hæreſum parentem, ac primogenita, id eſt, recta Eccleſiæ decreta, accipiendo: in eo præterea, quòd non ſcalam à terrâ ad cælum vſque pertingentem, ſed oblongam ignis columnam, pulchriorem myſterij profunditatem indicantem, conſpexerit: quodq́ue hic diſcipulis, quemadmodùm ille filiis, ex hac emigraturus vitâ, benedictiones impertitus ſit: quas qui pronus excipiebat, magni illius Iacob eſſe, arbitrabatur. Verùm ipſius Ioſeph ſimilitudinem, vel maximè expreſſit vitæ integritate, & corporis caſtitate; multò autem magis per hoc quòd ſicut ille triticum, ita hic verbum ſalutis communicauit.

Abraha,

F

Iſaac,

Iacob,

Ioſeph,

29 In non paucis quoque Moyſi ſimillimum ſeſe præbuit: nam & ipſe Pharaonem diabolum fugit, & commoratus eſt in ſolitudine, Deumq́ue vidit, quatenùs contemplatione videri poteſt; reſq́ue admirandas peregit,

Moyſis,

peregit,ac doctrinâ ſe ducem atque magiſtrum populo exhibuit;Ægyptioſque decepit, eorum diuitias furripiens, hæreticorum ſcilicet libros, de quibus ipſe triumphauit: falſum quoque ac potui minimè conueniens infidelitatis mare diuiſit, populumque fidelem in magno numero traiecit:Pharaonis verò exercitum, impiam nimirùm calumniatorum progeniem, proſtrauit atque oppreſſit & Amalec (ſi quem hæreticorum eo nomine appellare velis) in fugam vertit ac profligauit.Legem benè Chriſtianeque viuendi à Deo accepit & nobis vniuerſis eam tradidit: Tabernaculi exemplar in monte contemplatus eſt, non Moyſis,ſed horrendi illius iudicij futuri: Sacerdotes conſtituit,ac de ſacrificio leges præceptaque tradidit: aquam è petrâ eduxit, dum corda lapidea ad lacrymas fundendas commouit: pane cæleſti, ſicut ille, abundè populum pauit, caritatis nobis ſermones proponens,quibus maximè corroborantur animi, & ad ſumendum cum fiduciâ diuinum ac ſacrum hunc panem,qui pro noſtrâ ſalute huc è ſinu Patris venit, accenduntur. Coturnices quoque fidelibus, vt ille, exhibuit,oſtendens quonam pacto per Dei recordationem in cælum ſeſe tollant, ac quæ ibi ſunt pulchra, contemplentur. Et hoc quidem modo atque ratione, ſi quæ Pater hic grauiter ac ſtrenuè geſſit, priſcorum actionibus conferre lubuerit, illis nullatenus inferiorem comperies.

Ioſue, 30 Ipſe namque, vt Ieſus Naue, Iordanem quoque diuiſit, cùm clauſas diuitum manus benignitate aperuit; ac populo terram, non quidem abiectæ huius promiſſionis, verùm cæleſtis regni, diſtribuit. A ſuâ infantiâ, vt Samuel, conſecratus eſt Deo, Diuinamque vocem, vt ille, audiuit. Sicut Elias Sacerdotes turpitudinis coarguit, ignemque diuinum orationis ſacrificio, non ſemel, ſed ſæpius deduxit; igneoque virtutum curru, non in æthera, ſed in ipſum cælum ſublatus eſt. Sicut Eliſæus duplicem Spiritus gratiam conſecutus eſt. Sicut Prophetæ, diuinæ viſionis munere ac gratiâ donatus eſt. Quin & ipſa me mouet ratio,vt eumdem hunc, vel cum illo, quo inter natos mulierum nullus perhibetur extitiſſe maior, comparare audeam; cum illo, inquam, qui inter legem & gratiam fuit medius. Siquidem hic, vt Præcurſor ille, etemum coluit; & ad eum quoque factum eſt verbum Deiac præconem agens pœnitentiæ,docuit confiteri peccata accedentes ad ſe. ſicut Paulus autem vas electionis, varias tribulationes atque tentationes pertulit; pœnitentiæque ſemina, vt ille fidei, ſedulò ſparſit.

Eliſæi,

Ioannis Baptiſtæ,

Pauli.

CAPVT VIII

Teſtamentum. mors. miracula.

31 SEd quid neceſſe eſt hunc cum Sanctis ſigillatim conferre, cùm eius rectè factis totus terrarum orbis ſit plenus? prolixior autem oratio ſuperuacanea ſit, cùm ipſa ſatis appareant opera, ipſaque verborum multitudo fidem infirmare videatur; quaſi non ſatis ex ipſis rebus declarentur virtutes, ſed ſermonis adhuc auxilio indigeant.Quapropter operæpretium fuerit, tamquàm ſuauiſſimum quoddam condimentum huic orationi adiungere; percelebrem nimirùm,prodigioque ſimilem ipſius ex hac mortali vitâ exitum. In cælum ergo iam petrecturus ſanctus hic vir, iis qui tunc ibi aderant mandabat,ne pretioſo cum veſtimento corpus ſuum ſepelirent. & ſi quis amantior Patris tale quidpiam cogitaſſet aut præparaſſet,id ne exequeretur, ſed conſilio in melius commutato, hoc ipſum, quod ſepulturæ cohoneſtandæ decreuiſſet, pauperibus impertiretur.

morituri mandatũ, de ſumptu funeris dãdo pauperibus:

32 Cùm igitur vnus eorum qui aderant,præcipuæ nobilitatis vir, magni ſanè pretij veſtimentum paraſſet, quo ſancti ſenis corpus amictum ſepulturæ traderet; increpatione illius audita doluit, & melius

cogitantiũ obſtare.

a

b

eſſe animo reputans, ſi tantum ſtipis, quantum veſtis conſtiterat, eius loco indigentibus daret, paratum veſtimentum pauperibus elargiri diſtulit. Quamobrem mox à maligno correptus dæmone, quòd mandatis non patuiſſet, grauiſſimas pœnas dabat; ſeque ante lectulum, in quo vir ſanctus decumbebat, ore feruentes agens ſpumas, dilaniabat. Ad quem vir Dei clementiſſimus calamitoſum conuerſus, Quidnam, inquit, admiſiſti, ô homo, vt in hoc periculum concidereris? Ille verò ſenis mandato excitatus, licet eius menti tenebras cacodæmon offudiſſet,ſecretum, quod apud ſe conceperat, non obtemperandi iuſſis ipſius conſilium patefecit. Quem confitentem benigniſſimus vir commiſeratus, manuum ſanctarum impoſitione & precibus hominem protinus ab illâ affectione liberauit, & priſtinæ ſanitati reſtituit, eumque ſic eſt allocutus: Perfice, homo, quæ dudum promiſiſti.

AVCTORE S. GREG. NYSSENO.

Idem à dæmone correpti à curatio:

33 Quo quidem demonſtrato miraculo, cùm iam vitæ finis immineret, eos, qui tunc aderant,multis pijs commonitionibus ad virtutis ſtudium atque amorem cohortatus, vt poſtrema eius declarant verba;ad tranquillum æterni regni portum feliciter emigrauit, ſanctâque ac Deo gratâ acceſſione,numerum Beatorum, qui ab initio fuerant ſeculi, cumulauit. Nam in cæleſtibus anima ipſius conſedit tabernaculis, vbi Angelorum ſunt ordines, vbi Patriarcharum populi, vbi Prophetarum chori,vbi Apoſtolorum ſedes, vbi Martyrum gaudium, vbi piorum lætitiæ, vbi Doctorum ſplendor, vbi celebres primogenitorum cœtus, vbi puræ exultantium voces, vbi illa bona patent, quæ Angeli proſpicere optant. In ſanctum illum locum, felicíſſima beati clariſque Patris Ephræm anima peruenit. Arbitror verò cùm in cælum ipſe aſcenderet, ſingulas, quas in hac vitâ excoluerat virtutes, præceſſiſſe, ac res illas reconditas & ſpecioſiſſimas, quæ mortalibus cerni nequeunt oculis,demonſtraſſe; omniumque excellentiſſimam caritatem ſic ad eam accedentem dixiſſe: Intuere, dilecta anima, pulcritudinem, quam tibi comparaui; ſimulque delicias oſtendiſſe. Moxque accurrentem Humilitatem, ita eam compellaſſe: Aſpice, anima Deo cara, cuiuſmodi ego tibi locum quietis exornaui. Tum ceteras omnes ſigillatim recenſuiſſe demonſtraſſeque præmia, quæ iam inde, cùm ab ipsâ adhuc in corpore excolerentur atque exercerentur, in futurum comparabant. O decantanda, & imitatu digniſſima emigratiõ! ô mors lacrymis non indigens! ô ſeparatio, optatam ſocietatem concilians! ô tranſitus, cuius tranſeuntem minimè pœnitet! ô funus, omnis doloris atque moleſtiæ expers! Dum enim ipſius mores ſuſpicimus, conſolationem inde percipimus. Aliorum quippe hominum mors, illis qui relinquuntur, lacrymandi præbet cauſſam; Sanctorum autem, lætitiam nobis celebritatemque conciliat. Quare iſta non dicenda mors, ſed potiùs tranſitus, & ad vitam hinc meliorem emigratio.

S. Ephræmi obitus:

anima eius,

virtutibus comitantibus,

in cælum ingreſſus.

34 Hæc ſunt, quæ tibi, Patrum optime,mundique Doctor clariſſime, laudum præconia audax lingua, vt vilia munuſcula,offert: non ea quidem pro dignitate, neque vt indigenti tibi,(quam enim afferre queat gloriam oratio, quæ laudati meritis planè ſuperatur?) verùm propter viuentium potiùs vtilitatem: nam bonorum atque præſtantiorum virorum encomia, maximam pleriſque conſolationem & cohortationem ad meliora adferunt. Hanc verò laudandi prouinciam alacriùs ſuſcepimus,cùm variis aliis adducti rationibus, præter vitæ doctrinæque tuæ famam toto terrarum orbe celeberrimam; tum curâ illâ, quam in homine eiuſdem nominis liberando adhibuiſti. Ille ſiquidem nos ad ſubeundum hoc onus impulit, qui à poſteris Iſmaël in bello captus & longiùs à patriâ diu commoratus, cùm iam ad eam redire deſideraret, viamque commodam ignoraret, ſingulari ope tuâ, aptam ad ſalutem rationem inuenit, & quod diu concupiuerat, adeptus

Cur hæc ſcripta?

captiuo eum inuocanti

AVCTORE S. GREG. NYSSENO.

adeptus est. Cùm enim in maximum vitæ discrimen adductus esset, (quòd omnes viæ barbarorum intercluſæ copiis tenerentur) te nomine dumtaxat inuocauit, dicens: Sancte Ephræm ſuccurre mihi. Sicque tutò periculorum laqueos euaſit, ac mortis metum neglexit, inopinatamque conſecutus ſalutem, patriæ, tuo munitus præſidio, præter ſpem eſt reſtitutus. Quare ad iſta enarranda audaciùs aggreſſi, laudes tuas impuris attingere labiis non ſumus veriti. Quâ quidem in re, ſi quid profecerimus, id tuo nos adſecutos auxilio fatebimur, tibique acceptum feremus: ſin verò tua dignitate multò inferiores ſint noſtræ laudationes, te quoque (licet fortè audaciùs hoc dictum videatur) in cauſsâ fuiſſe dicemus, qui & viuens & defunctus, modeſtiâ humilitatiſque ſtudio, te collaudare cupientes impedis. Verumtamen, ſiue iſtud ſit ſiue illud, nos quantum tulerunt vires, pietatis officio ſatisfecimus: teque hoc ipſum minimè nobis ſuccenſurum, neque tui amantiſſimos auerſurum, verùm æquo beneuoloque animo filiorum balbutientium laudes admiſſurum confidimus.

inſperatò reditus ad ſuos conceſſus.

A

Eius patrocinium ab Auctore impetratum.

35 Tu autem diuino iam aſſiſtens altari, vitæque Principi, ac ſanctiſſimæ vnà cum Angelis ſacrificans Trinitati, omnium noſtrûm memineris, veniamque nobis peccatorum impetra; vt ſempiternâ cæleſtis regni beatitudine perfrui poſſimus; in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria cum Patre principio carente, & ſancto ac viuificante Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

B

a *Ita Græca, & Metaphraſtes. Aſt hæc ita verterat Voſſius:* poſtpoſito ipſius quod audierat mandato, piumque magis ac pauperibus præferendum honorem, quem ipſe excogitauerat, arbitratus, veſtimentum pauperibus elargiri diſtulit.

b *Id eſt, Ephræm, vt ex Græco patet, quod ita habet:* χρὰπολήρωσις ἡ εἰς τὸν σὸν μαγνηµένον ἐμοίωμον.

VITA S. EPHRÆM
AVCTORE ANONYMO,
interprete Gerardo Voſſio.

Ephræm cuias? quando natus?

a

1 SAnctus hic Pater Noſter Ephræm, ex Oriente oriundus, Syrus genere, piis parentibus natus in Edeſsâ. Vixit temporibus Conſtantini Magni Regis, & aliorum qui poſt ipſum regnarûr; abſtinens à puero ab omni re malâ. Cuius *a* parentes eo adhuc puero, per ſomnium videlicet viſionem conſpexerunt, quòd ex ore ipſius Ephræm vitis adſcenderet valdè frugifera, quæ excreſcebat, & replebat omnem ſub cælo regionem: veniebantque cuncta volatilia cæli, & comedebant de fructu vitis, & præter quæ comedebant, adhuc ſuperabat fructus. Hic ab ætate iuuenili eremum incoluit, compunctionis ſibi abyſſum vindicans, per quam & diuinam Spiritus ſancti gratiam ſuſcepit.

C

quantus futurus præſtenſum:

in eremo degit:

ſcientiam cælitus haurit,

2 De quo, quidam diuino afflatus ſpiritu, per ſomnium vidit virum terribilem, tenentem chartæ volumen, & interrogabat: Quis, putas, accipere & cuſtodire illud poterit? factaque eſt vox ad eum: Nullus alius, niſi Ephræm ſeruus meus. Quo quidem adſtante, & os aperiente, illudque deuorante, illicò fons ſermonum à Deo proficiſcentium ſcaturiit, compunctione & pœnitentiâ plenus, timorem commemorans iudicij, & ſecundi cum maieſtate aduentus vniuerſorum Regis & Domini Ieſu Chriſti, veri Dei noſtri, vt reddat vnicuique ſecundùm opera ſua. Præterea etiam diuinorum dogmatum rectitudinem ac veritatem libris mandauit.

b

3 Alius autem *b* quidam ſanctorum ſenum, rurſus in viſione vidit Angelorum agmina ex cælis diuino iuſſu deſcendentia, & in manibus caput, id eſt, volumen intus & extrà conſcriptum, tenentia. Et dicebant inter ſe: Cui debet liber iſte committi? Et alius quidem hunc, & alij alios nominabant. Alij autem reſponderunt dicentes: Vere ſancti & iuſti ſunt iſti: verumtamen nemini hoc volumen credi poterit, niſi Ephræm miti & humili corde. Viditque ſenex, quòd Sancto Ephræm tradidiſſent caput. Et ſurgens manè, audiuit ex ore ipſius aptiſſimos pro aliorum inſtructione ſermones, omnis compunctionis & timoris diuini, velut ex fonte aliquo ſcaturiente, profluentes. Et agnouit ſenex, à Spiritu ſancto illa ſuggeri, quæ ex illius ore manabant.

D

quia mitis & humilis:

4 Captus eſt autem deſiderio Sanctus hic Pater Noſter Ephræm viſendæ Edeſſenorum vrbis, orauitque Deum dicens: Domine Ieſu Chriſte, dignare me videre ciuitatem illam, & cùm ingrediar, obuiàm mihi habere merear hominem eiuſmodi, qui mecum à Scripturâ ſermonem exordiatur. Et ingredienti iam ei in locum, & pertranſeunti portam ciuitatis, occurrit mulier, quæ in ciuitate erat meretrix: quam adſpiciens ſeruus Dei Ephræm, indoluit. ſic ſecum loquens: Domine Ieſu Chriſte, deſpexiſti preces ſerui tui Ephræm: quo pacto enim hæc de Scripturâ mecum diſſerat? Subſtitit autem meretrix, intuens illum. Ad quam Sanctus: Dic mihi puella, quid ſubſiſtis, & ita intentus in me intueris oculis? Cui reſpondens meretrix ait ad eum: Intueor te, quia ego mulier ex te viro ſumpta ſum. Tu autem ne me intuearis, ſed terram, ex quâ tu vir ſumptus es. Quæ cùm audiret ſeruus Dei Ephræm, ſuſpexit, & glorificauit Deum, qui talem ei ſapientiam dederat, vt eiuſmodi ab ipsâ reſponſum acciperet. Et cognouit ſuam à Deo nequaquàm fuiſſe ſpretam orationem: venienſque in vrbem, diuerſatus eſt ibi.

E

it Edeſſam,

inſtitutionis ſpiritualis gratiâ:

ab obuiâ meretrice docetur terram adſpicere:

5 *c* Caſu autem iuxta eius hoſpitium alia meretrix habitabat: quæ, cùm ille per complures dies in vrbe commoraretur, dixit ad eum: Benedic Domine Abbas. Et fixis oculis feneſtram intuens, vidit illam proſpicientem, aitque ad eam: Deus benedicat tibi. Ad quem illa: Quid tuo deeſt *d* ſepto atque domicilio? Cui Sanctus: Tres lapides & argilla modica, vt feneſtra obſtruatur, per quam proſpicis. Cui ipſa reſpondit, dicens: Cùm primùm te alloquor, reiicis me: ego dormire tecum cupio, & tu vel à collocutione me excludis? Reſpondens autem illi ſeruus Dei Ephræm, ait: Si mecum dormire velis, veni quò dixero tibi, vt ibi ſimul dormiamus. Ad quem meretrix: Dic mihi, inquit, locum, & veniam. Et Sanctus ad illam: Si condormire mihi cupias, non poteris alio in loco, niſi in vrbe mediâ. Reſpondens autem illa, dixit ad illum: Et non erubeſcimus conſpectum hominum? Et reſpondens magnus Ephræm, dixit ei: Si homines erubeſcimus, multò magis Deum erubeſcere ſimul & timere oportebit, qui nouit etiam occulta hominum: quoniam ipſe eſt, qui veniet iudicaturus mundum, & redditurus vnicuique ſecundùm opera ſua. Hæc audiens meretrix, compuncta eſt ex verbis illius: & accedens procidit ante pedes eius, plorans, dicenſque: Serue Dei, deduc me in viam ſalutis, vt à multis meis malis, operibuſque improbis liberer. Sanctus autem ſenex multis eam admonens ex ſacrâ Scripturâ, confirmanſque illius pœnitentiam, miſit ipſam in monaſterium, & ſaluauit eius animam ex cœno flagitiorum.

c

aliam ad ſcelus inuitantem,

d

F

Dei inculcatâ præſentiâ,

conuertit:

6 Et diſcedens à ciuitate illâ, venit Cæſaream Cappadociæ, vbi ingreſſus templum, reperit S. Baſilium Archiepiſcopum concionantem ad populum: & cœpit magnâ voce beatiſſimus Ephræm prædicare eum. Dicebant autem quidam de turbâ: Quis eſt iſte peregrinus, qui ſic laudat Epiſcopum? quippe adulatur ipſi potiùs, vt aliquid ei largiatur. Peractâ autem iam concione, ait Baſilius: Accerſite ad me hominem, qui inſiſtebat laudando me. Et accerſito eo, dicit ipſi: Quid ita

it Cæſaream.

ita inſtanter vociferabaris laudando me, Domine Ephræm? Reſpondens autem ſanctus ſenex, dixit: Ideò perſeuerabam clamando, & laudando te; quia aſpiciebam immaculatam columbam ſtantem in humero tuo dextero, & in aures tibi ſuggerentem, quæ populo concionabaris. Magnus autem Baſilius Spiritu ſancto plenus, ipſum agnouit, & dixit ad eum: Tune Ephræm es Syrus? Verè quemadmodùm intellexi, ſic & in te comperi, quietis amator. Scriptum habetur in Prophetâ Dauid: Ephræm fortitudo capitis mei. Nam manſuetudo tua atque clementia & ſimplicitas clara eſt, velut lumen apparens omnibus.

videt columbam S. Baſilio concionem ſuggerentem:

Pſal. 59. & 107.

7 *c* Alibi rurſus tranſeunte Sancto Ephræm, fraudulenter acceſſit ad ipſum meretrix, quæ aſſentatoriè eum ad turpem pertrahere nitebatur commiſtionem: ſin minùs, ſaltem vt ad indignationem ipſum commoueret, quòd nemo vnquam illum vidiſſet iratum. Qui dixit ad illam: Sequere me. Cùm autem iam appropinquaret ad locum à magnâ ciuitatis turbâ frequẽtatum, dixit ad eam: Iſto in loco, veni faciamus vti cupis. At illa videns turbam, dicit ad eum: Quomodò poterimus iſtud hîc agere, in tantâ hominum præſentiâ? nónne nos pudet? Et ait ad illam: Si homines erubeſcis, quantò magis erubeſcere oportet Deum, abſcondita tenebrarum redarguentem? At illa confuſa, re infectâ abiit, nihil perficere cum illo valens, & ne ad iram quidem eum concitare.

c alteri ad fornicationem vel iram volenti excitare,

Dei præſentiã inculcat:

B

8 Atque iſta ſunt certamina Magni Ephræm. Vir enim erat clemens ac patiens, manſuetus, purus ac ſimplex, in cognitione diuinâ velut omni fuco carens, ſecundùm quod ſcriptum eſt, demiſſus atque modeſtus, humilis, & compunctione plenus, ſupra fidem, vt etiam ipſo tacente, vel ex ſolo aſpectu intuentes ipſum docere videretur. Totus precibus ad Deum fundendis intentus erat. Hic igitur Sanctus Patet Noſter, poſt vitam benè beateque peractam, & cùm ſe exemplum diuinæ virtutis exhibuiſſet, plurimoſque ſanctæ doctrinæ ſermones expoſuiſſet, præſcius ſui obitus, compoſuit teſtamentum ad diſcipulos, & quoſcumque monachos, de futuris eos commonefaciens: & ſic modicùm ægrotans, quieuit in Domino, à monachis eremi ſepulturæ traditus.

Iob 1.

Etiam ſolo aſpectu populum docet.

teſtamentũ condit.

9 Precibus igitur & interceſſione Sancti Ephræm, dignetur & nos peccatores Chriſtus Deus noſter facere imitatores diuinæ vitæ ipſius: per quam conſequi poſſimus miſericordiam, & remiſſionem peccatorum noſtrorum, in quæ collapſi ſumus. Quoniam ipſi Chriſto & Deo noſtro conuenit omnis honor & adoratio, cum Patre, & ſancto ac viuifico Spiritu, in ſecula ſeculorum. Amen.

Auctor eius preces implorat.

C

a *S. Gregor. Nyſſenus ſuprà nu. 18 habet, ipſumet Ephræmo hanc obiectam viſionem, vti & Metaphraſtes, & in Vitis PP. lib. 5 libel. 18 nu. 5. At Hoierus hanc Vitam ſequi maluit.*

b *Idem pluribus narratur à Nyſſeno num. 19. & in Vitis PP. loco cit. nu. 6.*

c *Metaphr. ait, hoc Edeſſæ contigiſſe, aliquot diebus poſtquàm eò veniſſet Ephræm.*

d *Metaph.* tuo cibo; *tunc enim Ephræm cibum ſibi parabat, vt ait.*

e *Idem habetur in Vitis PP. lib. 5 libel. 10 nu. 21. vbi dicitur meretrix* ex immiſſione cuiuſdam *cœpiſſe Sancto blandiri.*

DE S. P. N. EPHRÆM

ex Vitâ S. Baſilij Magni

Auctore (vt vulgò creditur) S. Amphilochio.

ex veteribus Latinis MSS.

CAPVT I, *in MSS.* XIV.

SS. Baſilij & Ephræm congreſſus.

IAtres, enarrationem volo facere de Baſilio memorabili, & Effrem Syro, *a* quæ ſunt apud Deum de Patre noſtro viſore, *b* quæ etiam de ſancto & non mentiente eius ore audiui. Eſt autem hic Effrem memorabilis, cùm eſſet in eremo quadam, ſplendore ſancti Spiritus illuſtrante, videns quemdam de amatoribus *c* eius, & interrogatione diſcens mirabilia opera beati Patris noſtri Baſilij, ſine intermiſſione poſtulabat reuelari ſibi qualis eſſet Magnus Baſilius. In extaſi ergo factus, vidit columnam ignis, cuius caput pertingebat cælum, & vocem deſuper dicentem audiuit: Effrem, Effrem, quemadmodùm vidiſti columnam iſtam ignis, talis eſt magnus Baſilius. Et continuò accipiens interpretem, eò quòd neſciebat loqui Græcâ linguâ, venit ad magnam Eccleſiam magni nominis Cæſareæ. Peruenienſque in ipsâ ſanctâ feſtiuitate ſanctæ *d* Theophaniæ, & intrans clàm, vidit procedentem in eccleſiam magnum Baſilium, & dicit *e* ſequenti ſe: In vanum laborauimus vt ſuſpicor, Frater. Iſte enim in tali ordine cùm ſit, non eſt quemadmodùm vidi. Vidit enim eum indutum ſtolâ candidâ, & qui circa eum erat, ſacrum Clerum candidiferum, *f* Et præcedente eo ſtans in loco occulto eccleſiæ, deſperabat pro huiuſmodi materiâ, dicens ſecum: Nos quia portauimus pondus diei & æſtus, nihil conſecuti ſumus; & hic in tali cùm ſit ſtipatione, & honore humano, columna ignis eſt! miror.

a

b

c S. Ephræm videt in Spiritu S. Baſilium vt columnam ignis:

E

it Cæſaream:

d

e conſpecto eius in ſacris ſplendore,

f

dubitat de ſanctitate:

2 Iſta igitur eo ſic proloquente, mittit Sanctus Archidiaconem ſuum, dicens: Vade circa portam Occidentalem, & in angulo eccleſiæ inuenies Abbatem habentem cucullam, cum altero quodam, *g* cum paruâ barbâ, puſillum, & cetera de vultu eius; & dices ei: Iube, intra in *h* presbyterium, vocat te Pater tuus Archiepiſcopus. Et diſcens Beatus Effrem per interpretem quæ dicebantur, reſpondit dicens: Erraſti, Frater: nos peregrini ſumus. Et abiens Archidiaconus retulit Beato iſta. Magno autem Baſilio ſacros libros legente, vidit Sanctus Eſtrem linguam igneam loquentem per os eius. Et dicit Sanctus Archidiacono: Vade, & dic ei: Domine Effrem iube, intra *i* in ſanctum presbyterium. Obſtupuit ergo in iſtis Sanctus, glorificans Deum, & *k* genu flectens, reſpondit dicens: Verè magnus Baſilius, verè columna ignis Baſilius, verè Spiritus ſanctus loquitur per os eius. Poſtulauit ergo Archidiaconem excuſare ſe, & vt magis poſt *l* miniſterium in *m* ſecretario ſaluaret eum.

ei diuinitus innoteſcit:

g

h

F

videt linguã igneã loquẽtem

i

k

l

m

3 Intrans itaque poſt completionem miniſterij Baſilius magnus in ſecretarium, vocauit Sanctum Effrem, & in Domino ſalutationem reddidit ei dicens: Benè veniſti, ô Pater filiorum eremi: benè veniſti, qui multiplicaſti diſcipulos Chriſti in ipsâ, & dæmones *n* eminaſti in Chriſto. In quibus labor tuus *o* Pater? Veniſti videre peccatorem hominem. Det tibi Deus mercedem, ſecundùm laborem tuum. Et reſpondens ei honorificentiſſimus Effrem, & *p* prædicens omnia quæ in corde eius erant colenda, ſimul cum coëſſente ſuo Abbate communicauit *q* de ſanctis manibus eius. Et *r* faciente eo caritatem, dixit Sanctus Effrem: Pater honorificen-

benignè ab eo excipiẽtur:

n

o

p

q r

Ex vita S. Basilii per S. Amphilochivm

tificentiſſime, vnam poſtulo gratiam apud te; annue eam dari mihi. Qui ait ad eum: Iube, dic quæ videntur tibi. Multa enim tibi debeo, maximè pro labore tuo ad meam preſentiam. Dicit ei honorificentiſſimus Effrem: Scio, Pater ſancte, quia quantacumque poſtulaueris à Deo, tribuet tibi, & volo vt deprecetis Deum, quatenùs loquar Græcè. Qui ait: Super virtutem meam poſtulaſti: ſed quia fideliter petiſti, veni, Pater honorificentiſſime, & eremi magiſter, poſtulemus Dominum. Poteſt enim facere voluntatem tuam. Pſal. 144 16. Scriptum eſt enim: Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet; & ſaluos faciet eos. Et facientes orationem in multam horam, reſurgentibus eis dixit magnus Baſilius: Cur Domine Effrem non accipis ordinationem presbyterij, quia decet te? Dicit ei per interpretem Sanctus Effrem: Quia peccator ſum. Reſpondit ei Sanctus: Vtinam peccata tua ego habuiſſem! Et dicit ei: Flectamus genua. Et iacentibus eis in humo, poſuit manum in Sanctum Effrem magnus Sacerdos, & *ſ* dixit quæ ſunt Diaconi, & dixit ei: Iube, ſurgere nos fac. Apertâ ergo linguâ eius, dicit Sanctus Effrem Græcâ linguâ: Suſcipe, ſalua, miſerere, & cuſtodi nos Deus gratiâ tuâ. Tunc impletum eſt quod ſcriptum eſt: Tunc ſaliet ſicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. Et loquente eo Græcè, in ipsâ horâ glorificauerunt Deum omnipotentem, & exaudientem poſtulationem deprecantium & timentium ſe. Et ſpiritualiter lætantes per tres dies, atque ordinans ſanctus Sacerdos interpretem Diaconem, ipſum verò Presbyterum, dimiſit eos in pace, glorificantes Deum in omnibus quæ audierant, & viderant, ſicut dictum fuit ad eos.

abeo Sacerdos ordinatur:

ſ Græcè loquēdi gratiam impetrat.

Iſa. 35. 6

a *Deeſt hoc in Graco & Vrſi verſione. Surius ita explanat:* qui per viſum didicit, qualis eſſet apud Deum Baſilius. *MS. S. Giſleni* prouiſore *habet.*

b *Vrſus:* Et quædam quidem ex Patris noſtri, quædam autem ex non mentientis ore ſancti & mirabilis Ephræm audiui. *Græcè eſt:* καὶ τὰ μὲν τοῦ πατρὸς ἡμῶν θεασάμενος, τὰ δὲ τοῦ ἁγίου καὶ θαυμασίου Ἐφραὶμ, ἐκ τοῦ ἀψευδοῦς αὐτοῦ στόματος ἀκούσας. Et ea quidem, quæ Patris noſtri ſunt, conſpexi; illa verò quæ ad ſanctum & admirandum Ephræm ſpectant, ex veraci ipſius ore accepi. *Si καὶ expungito, reſtituas ὃς efficietur eadem ſententia quæ in Latinis MSS* qui quæ Patris noſtri ſunt conſpexit.

c *Id eſt, Baſilij, vt rectè Surius. Græca, vt ferè etiam Vrſus:* Quædam per illuſtrationem ſancti Spiritus contemplatus, quædam ex affectu & percunctatione diſcens.

d *MS. S. Maximini,* Epiphaniæ. *Combefis,* Epiphaniorum. *Græcè,* ἑορτῆ τῶν Θεοφανίων. *Eſt is 6 Ianuarij, quo Graci præcipuè Chriſti baptiſmum celebrant: adorationem Magorum, ipſo die Natiuitatis.*

e *Vrſus:* ſequentibus ſe. f *Addit MS. Gr. & Vrſus:* & ei obſequentem.

g *Græcè,* σπαϑὸν. *Vrſus & Combefis vertunt:* ratibarbium. *Surius, non rectè,* barbatulum, *quod comptâ barbâ ornatum ſonat; & hoc Ephremi ſocio tribuit.*

h *Græcè,* ἱερατεῖον. *Vrſus & Combefis,* ſacrarium. *hic tamen veterem lectionem probat; & melior eſt, ſignificat enim locum Sacerdotum in eccleſiâ, aut Choro.*

i *Græcè,* εἰς τὸ ἅγιον βῆμα. *vertit Vrſus,* in ſanctum tribunal. *Combefis & Gratius,* ad ſacrum altare. *De ſignificatione vocis* βῆμα *conſule Roſuveydum in Onomaſtico ad Vitas PP.*

k *Græcè,* ποιήσας μετάνοιαν. *Vrſus,* faciens metanoeam. *Gratius,* pœnitudine quadam ductus. *Combefis,* reuerentiam faciens; *exponit & Notat.* 107 *quo ritu* μετάνοια *hæc fiat, genu flexo, oſculoq; terra impreſſo; & Roſuveydus Notat.* 54.

l *MS. March.* miniſtrationem *Vrſus,* Miſſas. *Combefis,* poſt peractam rem ſacram. *Græcè,* μετὰ τὴν λειτουργίαν.

m *Græcè,* ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ *Gratius preſſiùs ad vim verbi,* in vaſorum receptaculo aut conclaui.

n *Ita MS. S. Max. at Giſl.* eminatus. *March.* eliminaſti. *Aud.* ſeminaſti. *clariùs Vrſus & Combef.* expuliſti.

o *MSS. March. Giſl. Aud.* patet; *& connectunt cum prioribus, quaſi dicat præcipuè eum in expellendu damonibus laboraſſe. Græcè eſt,* εἰς τί ὁ κόπος σε, πάτερ; *Gratius:* Vt quid tantum laborem ſuſcepiſti, Pater? *& Surius:* Sed quorſum Abba hunc tibi laborem ſumpſiſti?

p *Exponit Sur.* & cùm didiciſſet omnia, quæ in illius corde ſuſcipienda erant. *Vrſus,* & diceus omnia quæ in corde ſuo verſabantur. *Græcè,* Καὶ ἐξεπῶν πάντα τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ μαϑηϑέντα, καὶ λελογισμένα τῷ συνόλῳ αὐτῷ Ἀββᾷ. *Gratius:* ſigillatim omnia quæ mente cogitauerat, & cum comite ſuo Abbate contulerat, narrauit.

q *Gr.* μετέλαβεν εἰς τὰς ἁγίας αὐτοῦ χεῖρας *Vertit Vrſus,* communicauit in ſanctas manus eius. *Combefis:* Communionem in ſacras manus ſuas accepit. *Magu arridet antiqua verſio,* de manibus, *vel* per manus.

r *Gr.* ποιήσαντος αὐτοῦ ἀγάπην. *Gratius vertit:* Agape, ſeu ſacro conuiuio abſoluto. *Sur.* cumque eos conuiuio excepiſſet. *Combefis:* Baſilioque, pro hoſpitij religione, excipiente conuiuio.

s *Sur.* eumque Diaconum ordinauit. *Quæ enim alioqui oratio Diaconi, inquit Combefis, niſi ordinatiua? Illa fortaſſis:* Flectamus genua. *Cui vt reſponderet Ephræm, præcipiens, impoſitâ manu ſimul Græcè loquendi facultatem impetrauit.*

CAPVT II, *in MSS.* XVI

SS. Baſilij & Ephræm meritis peccata cuidam dimiſſa.

4 MVlier quædam diuitiis & nobilitate ornata, & ceteris vitæ iſtius vanis miniſtrationibus omnibus ſupereleuata, quaſi viduitatem complectens, indecorosâ vſa eſt poteſtate, gaſtrimargiæ & prodigalitati ſeipſam inſeruiens, nihil placiti Deo poſſidens, ſed porcorum more ſe cœno voluptatis inuoluens. Serò quandoque, ſecundùm diſpenſationem Dei, ad mentem rediens, immenſurabilitatem ſuorum delictorum illuminata ſilenter ſola cogitabat, & multitudinem peccatorum ſuorum flebiliter ſuſpirans, dicebat: Heu mihi peccatrici & prodigæ! Quomodò me excuſabo de actis meis delictis? Templum Spiritus corrupi, & animam in corpore habitantem pollui. Heu mihi abiectiſſimæ! a Putas, dicam me ſicut meretricem anteriorem aut Publicanum? Sed nemo ſicut ego peccauit, maximè poſt ſanctum baptiſmum. Quomodò ergo certa ero quia pœnitentem ſuſcipiet me Deus? Et hæc cogitante eâ, qui omnes vult ſaluare, & ad agnitionem veritatis venire, in mentem ei miſit, de iuuentute & vſque in ſenectutem ſua peccata ſcribere in chartâ. Quâ præſcriptâ, nouiſſimè omnium ſcripſit, quod ei erat maximum peccatum, & plumbo ſigillauit eam.

Mulier luxui dedita

reſipiſcit

E

ſcribit totius vitæ peccata,

& obſignat,

5 Conſiderans autem tempus opportunum, quando S. Baſilius ad conſuetas orationes ibat in ſanctam eccleſiam, cucurrit clàm, & proiecit chartam ſecus pedes eius, & ſuper faciem iactans ſeipſam clamabat dicens: Miſerere mihi Sancte Dei, ſuper omnes peccatrici. Stans autem beatus Chriſti famulus ſciſcitabatur ab eâ cauſſam doloris. Quæ ait: Ecce Domine, omnia peccata mea ſcripſi in iſtâ chartâ, & iniquitates meas, & ſigillaui eam. Tu autem Sancte Dei, ſigillum ne amoueas, ſed tantùm per orationem tuam ea dele. Qui enim dedit mihi talē cogitationem, omnino exaudiet te pro me poſtulantem. Magnus autem Baſilius tollens chartam, & reſpiciens in cælum ait: b Domine, tibi ſoli eſt opus iſtud. Qui enim mundi peccatum tollis, & vnius animæ iſtius facilius delere potes peccatum. Omnia enim noſtra delicta numerata ſunt apud te; miſericordia autem tua innumerabilis & inueſtigabilis eſt. Et hæc dicens, intrat eccleſiam tenens chartam, & proſternens ſeipſum, & ponens chartam ſecus altare, manſit per omnem vigiliam orans, & craſtino c per omne ſanctum miniſterium deprecans Deum. Et poſt completionem ſanctorum myſteriorum, vocauit mulierem ſecretè, adſtantibus paucis Clericis, & oſtendens ei chartam, dixit: ad eam. Audiſti mulier, quia nemo poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? Quæ dixit: Audiui, ſenior, & pro hoc admoui te ad interceſſionem miſericordiſſimi Dei. Et hæc dicens, ſoluit chartam, & inuenta eſt tota inſcripta. Manſit autem magni peccati ſceleſtum opus non deletum.

offertq; S. Baſilio,

vt ſuis precibus ea deleat:

F

b

c

quodiu orante delentur omnia præter vnum.

6 Videns autem mulier, puſillanimis effecta eſt. Et percutiens pectus manibus, cecidit ad pedes eius clamans.

A mans: Miſerere mei, ſerue Dei Altiſſimi. Et quemadmodùm pro omnibus meis iniquitatibus certaſti, & exauditus es, ſic & pro iſtâ poſtula, & omnino delebitur. Archiepiſcopus autem lacrymatus eſt *d* propter indulgentiam, dicens: Surge mulier, quia & ego peccator ſum, indigens indulgentiâ. Qui deleuit tua peccata quanta voluit, potens eſt tollere & iſtud à te, qui tollit peccata mundi. Si cuſtodieris amodò non peccare, & vias Domini ambulaueris, non tantùm indulgebit tibi, ſed & gloriâ digna eris. Vade ergo ad eremum, & inuenies virum ſanctum, nominatum in omnibus, nomine Eſtrem: iſti da chartam, & poſtulans placabit Deum pro te. Mulier autem concitè à Sancto ad eremum cucurrit, & tranſiens longitudinem viæ, ad prædictum ſibi locum magni eremitæ peruenit. Et pulſans oſtium clamabat dicens: Miſerere mei Sancte Dei. Qui præſciens propter quam cauſſam adſtiterat, dixit ei: Vade à me mulier, quia homo ſum peccator, indigens & ipſe auxilij. Illa autem proiecit chartam, dicens: Archiepiſcopus Baſilius miſit me ad te, vt orans ad Deum deleas meam iniquitatem, quæ in iſtâ chartâ conſcripta iacet; ceteras enim ipſe Sanctus orans deleuit. Tu autem pro vnâ noli pigritari B deprecari Deum: ad te enim miſſa ſum. Sanctus autem dixit: Non, filia, non. Qui enim pro multis præualuit placare Deum, & pro vnâ poterit plus me. Vade ergo & noli ſtare, vt comprehendas eum ante tranſitum.

mittitur ad S. Ephræm: *d*

hic cælitus edocetur cur veniat,

& prædicens Baſilij obitum, ad eum remittit:

7 Mulier autem concitè à Sancto reuerſa eſt Cæſaream. Et intrante eâ in ciuitatem, *e* obuiauit corpus portantibus S. Baſilij. Et videns, cœpit clamare, volens ſe in humo, & cauſſabatur cum Sancto dicens: Heu mihi miſeræ! heu mihi, Sancte Dei! Propter hoc me miſiſti ad eremum, vt immoleſtatus à me tranſires? Et ecce inacta reuerſa ſum, in vanum pertranſiens pelagus viæ. Videat Deus, & iudicet inter me & te: quia potens placare Deum pro me, ad alterum me miſiſti. Et hæc clamans, proiecit chartam ſuper feretrum ſubtiliter enarrans de cauſſâ omni populo. Vnus autem de clero volens videre quale peccatum eſſet, tulit chartam, & abſoluens inuenit eam per totum inſcriptam, & clamauit voce magnâ dicens ad mulierem: Inſcripta eſt charta, ô mulier. Quid laboras, neſciens in te factam clementiam? Multitudo, ergo populi videns admirabile miraculum, glorificauit Deum, qui dedit poteſtatem ſuper terram dimittere peccata, dans C gratiam etiam ſeruis ſuis & poſt mortem ſanare omnem infirmitatem & omnem languorem, ſed & peccata fide accedentium dimittere.

e

illa funeri Sancti occurrens,

tacto feretro, peccatum deletum videt.

a *Combefis ex Græco:* Num ſicut meretrix illa dicam, Miſerere mei; aut ſicut Publicanus, Peccaui?

b *Ita etiam Græcè:* Κύριε, σὺ μόνη ἰσὶ τὸ ἔργον τοῦτο. Tuum, Domine, ſolius eſt opus iſtud. *aliter Verſus:* Tibi, Domine, ſoli ſunt opera iſtius manifeſta.

c *Gr.* διὰ πάσης τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς. *Verſ. & Combef.* per tota Miſſarum ſolennia.

d *Verſus,* præ miſericordiâ *Sur.* præ commiſeratione.

e *Suſpecta hæc erit narratio iis, qui S. Ephram ante Baſilium volunt obiiſſe: niſi iter moleſtum & ſatis longum vno alteróve menſe eam tenuit, tali labori inſuetam.*

VITA S. EPHRÆM

ex Sozomeno hiſt. Eccl. lib. 3 cap. 15

1 PEr idem tempus, præter ceteros in magnâ laude vixiſſe, & Eccleſiam Catholicam cumprimis ornaſſe viſus eſt Ephræm Syrus, qui Niſibæ natus *a* genus ex illius vrbis indigenis duxit. Hic diſciplinâ monaſticâ vitam inſtituens, cùm neque à quoquam didiciſſet, neque expectaret ſe talem euaſurum, repentè *b* tantam eruditionem in linguâ Syriacâ aſſecutus eſt, vt ſummarum philoſophiæ præceptionum intelligentiam adeptus ſit: & non ſolùm facilitate ac ſplendore *c* orationis, ſed etiam ſententiarum crebritate atque ſapientiâ Græcos ſcriptores facilè præſtantiſſimos ſuperârit. Nam iſtorum ſcripta ſi quis in Syriacam velit, vel in aliam linguam conuertere, & condimenta (vt ita dicam) Græcarum argutiarum adimere, ſtatim deprehenduntur priorem venuſtatem amiſiſſe. At verò in libris Ephræm idem minimè accidit. Nam non modò cùm vita ei ſuppeditaret, verùm hoc tempore etiam, eius ſcripta in Græcum ſermonem vertuntur: atque orationis vis & elegantia non multò inferior eſt eâ, in quâ primùm edita ſunt: ſed cùm Græcus etiam illa Græcè legat, perinde ea admiratur, atque ſi Syrus eſſet & Syriacè legeret.

a

b

S. Ephram diu nitus docti inam adi tus,

AVCTORE SOZOMENO.

D

c *præclara ſcripta edit; quæ etiam in alias linguas verſa, aquè placent:*

2 Quin etiam Baſilius, qui Cæſareæ, vrbis primariæ Cappadociæ, poſteà Epiſcopus fuit, hunc hominem eruditionis cauſſâ in primis admiratus eſt & ſummè laudauit. *d* Quapropter iure optimo mihi videtur Ephræm communi conſenſu eorum qui apud Græcos eloquentiâ excelluerunt, hoc teſtimonium retuliſſe, Baſilij ore prolatum, quòd omnium præſtantiſſimus extiterit. Dicitur porrò tricies centenas myriades carminum, ſi omnia ſimul numerare velis conſcripſiſſe; & diſcipulos habuiſſe multos, qui ſtudiosè illius doctrinam æmulati ſunt: quorum illuſtriſſimi fuerunt Abbas, Zenobius, Abraham, *e* Meras & Symeon; de quibus tum Syri, tum quotquot doctrinæ Syriacæ diligenter operam nauant, magnoperè gloriantur. Patriatione etiam Paulonam, & Aranad propter eloquentiam laudant illi quidem; tamen eos à piâ doctrinâ per errorem deſciuiſſe memorant.

laudatus à S. Baſilio.

d *& alius Græcis:*

E

inſignes inſtituit diſcipulos:

e

3 Neque equidem ignoro, olim quoque ſimiliter apud Oſroënos fuiſſe viros eloquentiſſimos, *f* Bardeſanem, auctorem ſectæ cuiuſdam ipſius nomine appellatæ, & Harmonium eius filium, quem dicunt Græcorum diſciplinis educatum fuiſſe, ac primum patrium ſermonem adſtrinxiſſe numeris, & modis muſicis, cantorumque cœtibus tradidiſſe: ad quem modum etiam hoc tempore canunt Syri; non quòd carminibus ab Harmonio ſcriptis, ſed quòd eodem genere concentus & numerorum vtantur. Nam cùm Harmonius neque à paternâ hæreſi, neque ab opinionibus, quas philoſophi Gentiles de animâ, de ortu corporis & interitu, & de regeneratione tenent, omnino vacuus eſſet, cumque ea quæ ſcripſerat, ad lyram compoſuiſſet, & eaſdem opiniones ſuis ſcriptis admiſcuiſſet; Ephræm videns Syros & verborum elegantiâ & F numeroſis modis concentus mirè delinitos, atque eo pacto ad ſimiliter cum Harmonio ſentiendum aſſuefactos, quamuis Græcæ litteraturæ eſſet expers, tamen in numeris verſuum Harmonij comprehendendis ſe attentè defixit, & ad modos carminum eius, alia carmina doctrinæ Eccleſiaſticæ conſentientia compoſuit. Qualia ab eo elaborata ſunt in hymnis diuinis, & encomiis proborum virorum. Ex quo quidem tempore Syri modos ab Ephræm fuſos, iuxta concentum Harmonij obſeruantes canunt. Quantũ igitur ingenio excelluerit, hinc facilè coniectura capi poteſt.

f

Harmonij hæreticis modis muſicis,

apud Syros vſurpatis,

pia carmina aptare

4 Quod autem attinet ad inſtitutionem vitæ, ſe bonis operibus & exquiſitâ viuendi diſciplinâ nobilitauit, quietemque vehementer amplexatus eſt. Grauis præterea erat, & ſibi vſque eò ab hominum calumniis cauebat, vt etiam aſpectum cuiuſque mulieris ſedulò vitaret. Nam fama eſt, mulierem quamdam vitâ diſſolutam, & moribus planè impudentem, ſeu vt hominem tentaret ipſa, ſeu ab aliis mercede conducta iſtud conaretur, quodam tempore deditâ operâ ei ex aduerſo obuiàm in angiportu prodiiſſe, illumque intentis oculis aſpexiſſe: eum autem acriter obiurgaſſe mulierem, vtque terram intueretur monuiſſe; mulierem verò reſpondiſſe: Qui poſſum ipſa iſtud facere, quæ non ex terrâ, ſed ex te edita ſum? eſt enim æquius, vt tu terram

vitat ad ſpectũ fœminarum:

meretricis apophthegmate docetur terrã reſpicere:

AVCTORE SOZOMENO.

terram aſpicias, ex quâ ortum habes, ipſa autem vt te intueat, vnde procreata ſum. Itaque Ephræm mulierem valdè admiratus, quòd inter eos acciderat, libro quodam accuratè deſcripſit: quem librum, qui ſunt inter Syros diſerti, in numerum librorum illorum qui ſunt accuratè ab eo elaborati, referunt.

ira domitor,

5 Eſt etiam memoriæ proditum, illum, quamquàm anteà iræ moderari non poterat; tamen ex eo tempore, quo vitam monaſticam excolere cœperat, numquàm viſum eſſe à quoquam irâ incenſum. Itaque cùm multis diebus, vti ſolebat, ieiunaſſet, miniſter, qui obſonium ei deferebat, ollam fregit. Quem cùm Ephræm videret pudore & metu perculſum; Quin bono animo eſto, inquit: eamus nos ad obſonium, quoniam illud ad nos non venit. Quare circiter ollæ fragmenta accumbens, cœnauit.

ad olla fragmenta ſedens cœnat:

6 Porrò autem quàm ſtrenuè inanem gloriam repreſſerit, ex eo quod modò dicetur, ſatis poteſt intelligi. Quodam tempore quidam ei ad Epiſcopatum gerendum ſuffragati, comprehendere hominem conantur, vti ad locum in quo crearetur Epiſcopus deducerent. Quod ſimul vt intellexit in forum curſitat, atque incompoſitè incedendo veſtem poſt ſe trahens, *g* & cibum palàm capiendo, ſe furere monſtrat. Vbi verò hi, qui eum comprehenderant, illum è mentis poteſtate exiuiſſe arbitrarentur, & appetitio, quâ ad eum conſtituendum Epiſcopum ferebantur, reſtincta eſſet; ille idoneum tempus nactus, clàm aufugit, & tantiſper latitauit, dum alter eius loco creatus eſſet Epiſcopus.

vt epiſcopatum declinet, amentiam ſimulat:

g

B

7 Verùm iſta de Ephræm dixiſſe contentus ero: de quo tametſi eiuſdem loci indigenæ & norunt multò plura, & commemorant; tamen vnum ſolum prætereà, quod ab eo non longè ante mortem geſtum eſt, quoniam mihi quidem videtur admodùm memorabile, hoc loco litteris mandabo. Cùm fames vrbem Edeſſenorum iam longo tempore antè occupaſſet, Ephræm è casà, in quà monaſticam degebat vitam, egreſſus, eos quibus ſuppetebant facultates, grauiter incuſauit: quòd videlicet, cùm minimè oporteret, tribules inopiâ rerum neceſſariarum confectos negligerent, diuitias ſuas ſtudioſè ſeruarent, idque ad ſuum ipſorum damnum, & cruciatum animæ ſuæ, quam non modò diuitiis cuiuſque generis, verùm etiam ipſi corpori, & aliis rebus omnibus præponendam ſapienter demonſtrabat: quam quidem illos pro nihilo ducere, re ipsâ planè oſtendit. Illi igitur hominem & eius verba reueriti, dixêre ad hunc modum: Nobis quidem opes minimè curæ ſunt, ſed cui eas diſtribuendas committamus, admodùm incerti ſumus: præſertim cùm omnes ferè lucri cupiditate ardeant, & hanc rem velut mercaturam ad quæſtum faciant. Tum Ephræm ſciſcitatur ab illis: Qualis, quæſo, ipſe vobis videor? Qui cùm fidelem, ſpectatum admodùm & bonum virum, & talem eſſe, qualem opinio de eo habita oſtendebat, confiterentur; Veſtrâ, inquit, cauſsâ, hoc quidquid eſt negotij mihi meâ ſponte ſumo. Atque

famis tempore Edeſſenos monet vt egẽtibus ſuccurrant,

C

ipſe ægrorum & famelicorum curã gerit:

argento ab illis accepto circiter lectulos trecentos *h* in publicis porticibus conſtituit: *i* & non eorum ſolùm, quos fames in morbum coniecerat, curam ſuſcepit, verùm etiam peregrinos, & eos qui egeſtate rerum ad vitam neceſſariarum coacti, ex agris eò venerant, benignè tractauit. Vbi autem fames extincta eſt, rediit in domum in quâ anteà ætatem degerat. Paucis verò pòſt interpoſitis diebus, obiit mortem. Qui quamquàm in Ordine clericali ad Diaconatum ſolùm elatus erat, tamen non minùs omnium ſermone ob virtutẽ celebratus eſt, quàm hi qui propter ſacerdotij dignitatem, bonæ vitæ inſtitutionem, & excellentem doctrinam, in magnâ admiratione fuerunt. Quare ſint iſta quidem tamquàm indicia quædam virtutis illius, quæ in Ephræm elucebat. Nam de eo pro dignitate dicere, atque omnino quo pacto ille, & alij ſinguli qui per idem tempus monaſticæ vitæ ſe dedebant, vitam & mores inſtituerint, & apud quos ætatem degerint, accuratè differere, ſcriptorem ſanè requirat, qualis ille ipſe fuit.

D

b

i

moritur:

anno integro agros curat.

a *Ita Chriſtophorſonius* τῶν τῇδε ἐπιχωρίων τὸ γένος ἦν *Alij legunt:* τῶν τῇδε χωρίων. ex eâ regione, *vel* agro. *Ita ſuprà suos ſuos agricolas fuiſſe ſcribit.*

b Ἐπὶ ποσὸν παιδείας καὶ τὴν Σύρων φωνὴν ἐπίδοκιν. *verterat Chriſtophorſonus,* in linguæ Syriacæ peritiâ tantùm profecit: *Significat Auctor, doctum ſubitò euaſiſſe, ſed linguâ Syriacâ, quâ ſi vernacula erat. Ita & Nicephorus:* καὶ τὴν Σύρων φωνὴν τοσοῦτον ἐπίδωκεν, καὶ πάντα μᾶλλον προσεδιδάχθη.

c *Addit Niceph.* καὶ ἡδεῖ τῷ λόγῳ. & ſuauitate orationis.

d *Paullò clariùs Niceph.* Vt tanti viri tam certo teſtimonio manifeſtum ſit, communiter quoque à Græcis, qui tunc clarum in eloquentiâ obtinuêre nomen, præſtantiſſimum omnium Ephræm eſſe iudicatum.

e *Niceph.* Μαρσὼν.

f Bardeſanes *Edeſſæ natus, Marci Veri temporibus, multa ſcripſit, vti &* Harmonius, *qui linguam Græcam Athenis didicit Ita Theodoretus hær. fab. l. 1 cap. 22: qui addit:* Vtriuſque autem errorem Ephræm Syrus, vir celeberrimus, ſtrenuè confutauit. *De Bardeſanitis agit Pradeſtinatus Sirmondi hær. 35.*

g *Addit Nicephorus:* παραρριπίσων τε τῶν ὠνίων, quæ venalia erant ſurripiens.

h *Sozomen. & Niceph.:* ἐν τοῖς δημοσίοις ἰμβόλοις. *vertunt Chriſtophorſonus & Ioan. Langus:* in publicis porticibus. *Palladius in Lauſiacâ cap* 101. καὶ διαφράξας τοῖς ἰμβόλοις. *vertit Heruetus:* & cùm infixis vallis ſeptum conſtruxiſſet *Potius:* & cùm ſepto porticus cinxiſſet. *Rectè Vincentius Bellouac. l. 17 c. 87.* Certis parietibus porticus ciuitatis intercluſit.

i *Palladius:* curabat eos qui infirmiores erant, ſuppeditabat iis qui fame conficiebantur: eos qui deficiebant ſepeliens, eorum verò qui ſpem vitæ habebant curam gerens: &, vt ſemel dicam, hoſpitium & miniſterium propter famem quotidie exhibens ex iis quæ ſuppeditabantur. Impleto ergo anno cùm ſucceſſiſſet fertilitas, & omnia rectè ſuccederent, cùm nihil haberet amplius quod ageret, ingreſſus eſt in ſuam cellam: & poſt menſem eſt mortuus, cùm Deus ei hanc occaſionem præbuiſſet adipiſcendæ coronæ in extremis diebus. *Vincentius quoque:* Impleto autem anno illo, poſt quem frugum copiæ grandes fuerunt, ad cellam rediit, in quâ poſt ſpatium vnius menſis obiit. *Idem habet Petrus de Natal. qui addit* Calendis Februarij *obiiſſe, quod nobis cur minùs probetur, anteà dictum.*

DE S. ÆMILIO DVCE
LVCÆ IN ETRVRIA.

I FEBRVARII.

S. Æmilij reliquiæ Lucæ, inuẽtæ 1200

CÆſar Franciottus *in hiſtoriâ ſacrâ Lucenſi, agens de* S. Paulini *baſilicâ, teſtatur exſtare iſthic S. Barbaræ Virginis & Martyris aram, in cuius lapide hæc inſculpta leguntur:* Hic eſt corpus Æmiliæ dux.† XI.†. Anni Domini MCC primo menſe Februarij fuit inuentus. *In tabulâ verò ante lapidem eum collocatâ iſta habentur:* Corpus Sancti Æmilij Ducis Temar. *Superioribus annis apertum eſt altare, repertaq; theca, cui cineres incluſi, oſſaq; & thorax ferreus, ac veſtis ſerica aureo limbo prætexta. Sancti hæc eſſe pignora argumento eſt, quòd intra altare condita, quòd in archiuo eiuſdem Eccleſiæ. vt ait idem Franciottus, inter alios Sanctos, quorum iſthic corpora ſunt,* Æmilius *cenſetur; quod iterum idem inferius oſtendit, dum Reliquias ipſas enumerat. In MS. quodam Carthuſiæ Bruxellenſis, at non antiquo, hæc habentur:* In Lucâ ciuitate, ſanctorum Martyrum Marciani, Valerij, Ymiliæ. De S. Valerio *egimus* XXIX *Ianuarij.* De Marciano *nihildum aliud reperimus.*

eius alibi memoria.

DE

DE S. SEVERO EP. RAVENN. S. VINCENTIA EIVS CONIVGE, S. INNOCENTIA VIRG. EORVM FILIA,

Commentarius præuius.

I.B.

§ I *SS. Seueri, Vincentiæ, Innocentiæ natalis.*

CIRCITER ANNVM CCCXC I FEBR.

1 *Kalendas Ianuarias* S. Seuerus *Rauennas Martyr illustrat, Februarias* S. Seuerus *itidem Rauennas Antistes, sed Confessor: quamquàm & hic* 1. *Ianu. à nonnullis refertur, & ille* 1 *Febr. ab aliquibus. Vt clariora euadant quæ de actis eius atque ætate dicentur, iubet hîc quæ de eo variis diebus prædicant Martyrologia, promere. Vetus Martyrol. Romanum, quod passim S. Hieronymi nuncupamus:* Rauenna Seueri Episcopi. *Beda, Rabanus, MSS. S. Maximini, & S. Martini Tornaci:* In Rauennâ S. Seueri Ep. *Bellinus de Padua, & quædam MSS.* Rauennæ, S. Seueri Ep. & Confessoris.

S. Seueri memoria in Martyrol.

B 2 *Alia Martyrologia nonnihil ex eius Actis delibant. Molanus in addit. ad Vsuard.* Rauennæ, S. Seueri Ep. & Confess. quem Deus de lanificij arte ad Episcopatum sustulit. *Modernum Martyrolog. Rom.* Rauennæ S. Seueri Ep. qui ob præclara merita signo columbæ fuit electus. *Maurolycus:* Rauennæ S. Seueri Ep. qui Geminianum Mutinensium Pontificem defunctum tumulasse se dixit in extasi positus, & Heraclianum Pisaurièsem Episcopum ordinauit. *Constantius Felicius:* Seuerus Ep. vilissimo genere natus, textor, cum vxore in sanctissimâ paupertate vitam agebat. Is cùm ad ecclesiam vnà cum aliis adiisset, electionem Episcopi spectaturus, cumque in caput eius candida columba tertiò deuolasset, vnanimi Patrum consensu electus fuit Rauennæ Archiepiscopus: in quâ dignitate multo tempore vixit, magna edens sanctitatis, ac doctrinæ sibi diuinitus infusæ, argumenta: tandem mortis horâ præcognitâ, Missâ celebratâ, vniuerso populo præsente, sacris adhuc vestibus indutus, seipsum sepeliuit, in tumulo medium collocans, coniugem interac filiam, iussas sibi loco, quantùm necesse esset, decedere: atque ita populo valedicens expirauit, Iouiniani Imp. tempore; multis deinde illustratus miraculis. Hic in extasi S. Geminiano Mutinensi Episcopo morienti adfuit: & Heraclianum Pisaurien sem Episcopum ordinauit. *An sub* Iouiano *Imp. mortuus sit, infrà liquebit. Galesinius de eo ista habet:* Rauennæ S. Seueri Ep. & Confessoris. Hic homo plebeius, lanificio sibi familiæque suæ victum quæritans, quo tempore eâ in vrbe, Marcellino mortuo, de Episcopo eligendo agebatur, Episcopus diuinitus declaratus est, columbâ ad aures eius conuolante; quæ ab se primò repulsa, iterum in illius capite cõsedit. Sic igitur episcopatum adeptus, è lanario mirabiliter summus factus Theologus, in concilio Sardicensi contra Arianos pro Athanasio, singulari virtute pugnauit; aliasque multas res admirabiliter Dei munere gessit. Quarum rerum & vitæ sanctissimæ laude, virtutumque episcopalium meritis cumulatus, senio tandem confectus, cùm de certo die, quo esset ex corpore in cælum migraturus, diuinitus certior factus esset; peractis de more sacris, conuocatisque omnibus Sacerdotibus, & vniuersis Rauennatibus, grauissimè de cælesti gloriâ concionatus, vbi finem fecit, vestibus sacris adhuc indutus, ad sepulchrum proficiscitur; vbi flexis genibus, & manibus oculisque in cælum

cum elogio ex Actis,

præsertim de electione,

morte,

gestis in concil. Sardic.

subductis, tamquàm preces suppliciter fundens, obdormiuit in Domino.

3 *Filiæ ac coniugis natalem hoc die consignat MS. Florarium:* Apud Rauennam natale S. Seueri, primò textoris, posteà eiusdem ciuitatis Episcopi & Confessoris: Vincentiæ vxoris, & Innocentiæ Virginis filiæ eiusdem, anno salutis CCCCXX. *Hermannus Greuen Carthusianus in addit. ad Vsuardum:* Rauennæ depositio S. Seueri Episcopi & Confessoris; qui ex lanificio victum quæritans, per columbam cælitus missam designatus est in Episcopum assumendus. Alij volunt, quòd hîc sit memoria eius & Vincentiæ vxoris, filiæque Innocentiæ; vndecimo verò Kalendas Nouemb. depositio. *Eadem habet Canisius, sed postrema ita effert:* Quidam volunt, hoc die vxoris eius ac filiæ memoriam agi; at XXII Octobris ipsiusmet S. Seueri depositionem. *Imò isthic Translatio celebratur, vt posteà dicemus.*

SS. Vincentia & Innocentia memoriâ.

E

4 *Nunc eos proferemus, qui Kalendis Ianuarij* S. Seuerum *Episcopum collocant. Martyrol. Colon. ann.* MXDXC *excusum, & MS. monasterij Albergensis:* Rauennæ S. Seueri Episcopi. *MS. Ecclesiæ S. Gudilæ Bruxellis:* Rauennæ S. Seuerij Confessoris. *At Maurolycus, Felicius, MS. Florarium, MS. Martyrol. domus professæ Societatis Iesu Antuerpiæ, MS. Ecclesiæ S. Lamberti Leodij vtrumque Bedæ nomine prætitulatum:* Rauennæ S. Seueri Episcopi & Martyris. *Martyrol. S. Hieronymi, seu vetus Romanum, in quo refertur* 1 *Feb.* S. Seuerus *Rauennas Episcopus, &* S. Seuerus Confessor; 1 *Ianu. ita habet:* Rauennæ depositio S. Seueri Episcopi cum fratribus suis. *Quæ, vt* 1 *Ianu. diximus, haud satis quid sibi velint, assequimur. Cùm de Martyre Rauennate* Seuero, *quem Hieronym. Rubeus ait* 1 *Ianu. coli, alij* 1 *Febr. referunt, nihil constet, nisi sub Maximiano coronatum martyrio. An non suspicari fas sit, Episcopum illum fuisse, sed, cùm eius Acta laterent, posterioris* Seueri *Confessoris celebriorem conseruatam memoriam? At seuerè pronuntiat Vghellus tom.* 2 *Italiæ sacræ,* mendacium esse allerere plures Seueros. *Non asserimus quidem; sed quo argumento seueram suam censuram firmet vir doctissimus, non satis perspicimus. Fuisse certè celebrem iam olim opinionem de S. Seuero Ep. Rauennate Martyre, patebit inferiùs ex Vitâ per Luidolfum, cui cap.* 2 *num.* 5. *ita Rauennas monachus respondet:* Seuerus, cuius tu Vitam scire desideras, non fuit Martyr, sed Confessor. *Ergo de Episcopo ita percunctatus erat Luidolfus, vt Martyrem eum existimaret: si quidem quadrat interrogationi responsio:*

S. Seuerus Ep. 1 Ian. memoratus.

an idem qui Martyr?

F

§ II *S. Seueri Vita. ætas.*

5 S. Seueri *Vitam Surius ex vetustis codicibus, sed à se expolitam, edidit. Nos primogenio stylo eam damus ex MS. codice PP. Congregationis Oratorij Romæ, collatam cum ea quæ in Bonino Mombritio; mutila extat; & Breuiario antiquo Ecclesiæ Erfurtensis. Auctorem Vitæ huius monachum fuisse & seculo* X *aut* XI *vixisse, argumento est. quòd cap.* 2 *ita acriter in aduersarios monachorum inuehitur, ac* 1 *cap. in Simoniacos: nam eo tempore monachos magno studio ad eam pestem penitùs extirpandam incubuisse patebit* VII *Febr. ex Vitâ S. Romualdi Abbatis, atque* VIII *ex* B. Petri Ignei; *ac propterea ingens in illos odium exarsisse eorum, qui Ecclesiasticas dignitates vel tam pretio comparauerant, vel ad eas aspirabant.*

S. Seueri Vita vnde? à quo, quando scripta?

AVCTORE I.B.

A *alia viſa Rubeo:*

6 *Aliam habuiſſe Vitam Hieronymus Rubeus videtur, eodem quoque tempore ſcriptam, aut non multò pòſt, cùm miraculum Auctor mêmoret, ſuo tempore patratum, ſub* Henrico Imp. & Bonifacio Marchione: *vixit autem* Bonifacius *Marchio Etruriæ tempore Conradi Salici, cuius & gener fuit,* Henrici II. *Imp. ſororius, obiitq́, ann.* MLI. *Illud porrò mi-* *mi-* *miraculum ex libr. 2 hiſtor. Rauen. eiuſdem Rubei edemus infrà.*

alia ſeculo 9 ſcripta à Luidolfo Presb.

7 *Aliam longè antè à* Luidolpho, *aut* Luitolfo *Presbytero ſcriptam damus, ex antiquo codice monaſterij S. Pauli Vltraiecti & monaſterij Budicenſis Canonicorum regularium in diœceſi Paderbornenſi. Ætatem ſuam Auctor indicat, dum lib. 2 cap. 1 S. Seueri reliquias ex eius monaſterio ſurreptas à Felice Presbytero Gallo, ab eóque Ticinenſi in vrbe Otgario Archiepiſcopo Moguntino traditas, ab hoc in Germaniam deportatas narrat, ac de Felice illud teſtatur numer. 2.* Quem dum puer eſſem me vidiſſe memini. *& cap. 2 numer. 8. ita ſcribit:* defuncto autem Otgario, & ſucceſſore illius Rabano, Carolus Pipini Regis filius, eiuſdem Epiſcopatus honore ſublimatur. Qui annuens precibus ſanctimonialium in Alto monaſterio conſiſtentium, partem quamdam de reliquiis S. Innocentiæ ad prędictum cœnobium, ſicut ipſe vidiſti, tranſtulit. *Obijt Otgarius ann.* DCCCXLVII, DCCCLVI *Rabanus, vt* IV *Febr. ad eius Vitam dicemus, Carolus ann.* DCCCLXII *pridie Non.*

B *Iunij, vt habent Annales Fuldenſes. Meminit Molanus in addit. ad Vſuard. Vitæ huius per Ludolphum, quem in primâ editione Presbyterum, in alterâ monachum appellat: fallitur autem cùm à Wolfango Lazio* lib. 1 rerum Viennenſium cap. 14 *huius S. Seueri ait Vitam citari. Citat Lazius lib. 1 rer. Vienn. cap. 4 (non 14) Vitam S. Seuerini Noricorum Apoſtoli, quem tamen perperàm tradit* fuiſſe Rauennatenſium Epiſcopum, *quod ante eum Otto Friſingenſis libr. 4 cap. 30 & Gotfridus Viterbien. parte 16. ſcripſêre; vti* VIII *Ianu. ad S. Seuerini Vitam diximus. Exſtat aliquantò brevior S. Seueri Vita in 2 parte Legendæ Louanij excuſâ ann.* MCCCCLXXXV *ex hac, vt videtur, concinnata.*

alia ab aliis.

8 *Referunt prætereà S. Seueri res geſtas Petrus de Natal. lib. 3. cap. 65. Philippus Ferrarius in Catal. SS. Italiæ; Zacharias Lippelous, & Franciſcus Haræus, ex Surio; vti & Gallicè Iacobus Tigiœus, Iacobus Doubletius, Guilielmus Gazæus. Habet B. Petrus Damiani de S. Seuero ſermones duos, 4 & 5 tomi 2. in quibus pleraque confirmat, quæ in priore Vitâ narrantur, de eius electione, Epiſcopi Mutinenſis exequiis, ſepulturâ filiæ &c. ac miraculum memorat, aliis prætermiſſum, quod nos*

C *infrà ex eo dabimus. Mentio fit S. Seueri cap.* Statuimus. *diſt. 61. §* E contrà B. Nicolaus.

ſedit ab ann. 346 ad 390 aut circiter;

9 *Ætatem S. Seueri controuerſam Hieronymi Rubei, Rauennatium hiſtoriarum ſcriptoris non ineruditi, præiudiciũ facit: quæ alioquin haud magno negotio definiri in hunc modum poteſt. Creatus Epiſcopus eſt, vt in Vitâ cap. 2. numer 6. traditur,* Conſtantio IV & Conſtante III AA. Coſſ. *ſiue anno Chriſti* CCCXLVI, *conſecratus Romæ à S. Iulio Papâ, cuius is decimus erat annus. Anno ſequenti interfuit concilio Sardicenſi,* Rufino & Euſebio Coſſ. *vti ex ſubſcriptionibus patet. Demum adfuit funeri S. Geminiani Mutinenſis Epiſcopi, multis poſt annis, quandoquidem tempore Siricij Papæ, qui anno* CCCLXXXV *ad pontificatum euectus eſt, adhuc in vitis fuit Geminianus, vti 31 Ianuar. ad eius Vitam diximus. Rectè igitur coniicit Haræus, circa annum* CCCXC *deceſſiſſe Seuerum: quem MS. Florarium ſtatuit ad annum Chriſti* CCCXX, *initi pontificatus* LXXIV *peruenisse. Mendo fortè typographi factum, vt annus,* CCCXX *in tertiâ Surij editione, inq́, Caniſij vtraque* CCCL *ſit adſcriptus.*

10 *Rubeus anno* CCLXXXIV *Marcellino ſuffectum tradit, obiiſſe* CCCXLVIII, *recens reuerſum à concilio Sardicenſi, fractum ſenio atque incommodis itineris: ſubrogatum ei Agapitum* II, *qui concilio Romano ſub Iulio Papâ interfuit. Atque hæc, quia à Baronio in Notis ad Martyrol. refutata, pluribus fulcire conatur argumentis, negatq́, vel ad Iouiani imperium, nedum ad Siricij pontificatum peruenisse. Quod de Attilæ repreſſo S. Geminiani precibus furore traditur, Rubeo nos quoque aſſentimur, nimis illud à S. Seueri, queinq́, hic ſe-*

peliſſe dicitur, S. Geminiani ætate longè abeſſe; factumq́, videri D *vel S. Geminiani, in cælum iam recepti, ſed ſuæ tamen conſulentis vrbi, patrocinio apud Deum; vel ſecundi Geminiani precibus, vti ad eius Vitam 31 Ianuar. indicatum: aut fortaſſis non Hunnos duce Attilâ, ſed barbaros alios irrumpentes, à di reptione vrbis repreſſos: erraſſe ad poſteros famam. Agapitum porrò, qui Romano concilio ſub Iulio Papâ interfuit, extitiſſe Seueri ſucceſſorem, Rubeus inde confict putat, quòd ex veteribus eccleſiæ Rauennatis picturis atque hiſtoriis conſtet, Seuerum ſucceſſiſſe Marcellino: hunc igitur non Agapitum, illi concilio, niſi poſteà celebratum foret, interfuturum fuiſſe, cùm* ſatis diu *vixerit. Neque verò alteri Synodo Romanæ Epiſcoporum* L *ante Sardicenſem habitæ, adfuiſſe Agapitum, ſed ei in quà* CXX *Epiſcopi fuêre, quæq́,* Indict. VI *coacta eſt. anno nimirùm* CCCXLVIII, *in quem ea non in vllum antecedentem Iulij Pontificis annum cadebat Indictio. Demum nihil eorum quæ in illâ* L *Epiſcoporum Synodo acta, tractatum eſſe in illâ cui intererat Agapitus. Veriſimile autem videri habitam hanc nouam Synodum ad Sardicenſis Acta confirmanda. Poſtremò* Protalium *Mediolanenſem Epiſcopum in Sardicenſi fuiſſe, eius ſucceſſorem Iulium in Romanâ cum Agapito.* Nam Gratum, *qui in epiſtolâ Patrum concilij Sardicenſis ad Ægypti & Africæ Epiſcopos, relatâ in Apologiâ 2. S. Athanaſij, cum aliis Africæ, qui eidem concilio interfuerunt, nominatur, non Carthaginenſem Epiſcopum dici, ſed ſolùm* Epiſcopum, *alterius videlicet ciuitatis; vt mirum non ſit in Romanâ Synodo non fuiſſe, ſed* Rufum, *quo mortuo, ad eum primatum à priori ſede euectus ille ſit:* Fortunatianum *Aquileienſem Sardicenſi Synodo ſubſcripſiſſe,* Benedictum *Romanæ, huic alium ſucceſſiſſe* Fortunatianum. *Vult igitur* S. Agapitum, Septimij Seueri imperio, *quod ille ineunte Iulio ann.* CXCIII *occupatum vſque ad* IV *Febr.* CCXI *tenuit, Epiſcopum creatum: ei ſubrogatum* S. Marcellinum *circiter annum* CCXXXI *huic* S. Seuerum *ſub annum* CCLXXXIV, *obiiſſe Kalendis Februarij* CCCXLVIII.

non vſque ad Attilam;

neque ab an. 284 ad 343.

11 *Verùm ea ipſe nullâ firmat certâ chronologicâ notâ, aut antiqui Scriptoris teſtimonio. Synodum illam Romanam ſub Iulio, ante Sardicenſem eſſe habitam, longè probabilius eſt licet exordium finiſq́, Synodi diuerſum exhibeant character em. Exordium ita habet:* In nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperantibus quoque Conſtantio & Conſtante Auguſtis anno quarto, ſub die XIX Kalendarum Octobrium, Indict. VI. præſidente ſancto ac beatiſſimo Iulio Papa Sedis Apoſtolicæ Romæ *&c. Annus Conſtantij & Conſtantis quartus, fuit* CCCXL *Chriſti, quo non ſexta, ſed* XII *incipiebat Indictio. Finis concilij ita habet:* Data Kalendis Nouembris, Feliciano & Maximiano viris clariſſimis Coſſ. *Atqui Felicianus & Titianus Coſſ. fuerunt ipſo quo Conſtantinus mortuus eſt anno, Chriſti* CCCXXXVII, *Iulij Papæ* I *Indict.* X. *Conſtantini minoris, Conſtantij & Conſtantis anno* I. *Hanc Chronologiam potiùs amplectitur Baronius, quòd facilius ſit vt in numeros vel imperij Auguſtorum, vel Indictionum, error irrepat, quàm vt falſa Cõſulum nomina inſcribantur. Vtrumuis annum ſumpſeris, ante Sardicenſem Synodum erit, vt rectè collocatur in tomis Conciliorum. In annum* CCCXLVIII, *præter* VI *Indictionem, nil quadrat: nam Philippus & Salia Cõſules erant, annus Auguſtorum, duodecimus.*

cum S. Agapitus Ep. Rauen. interfuerit concil. Rom. an. 337.

non 348

12 *Cetera Rubei argumenta vel effugia vim nullam habent. Nam quod Gratum Sardicenſis concilij tempore negat Carthaginenſem Epiſcopum fuiſſe, quodq́, duos ſtatuit Aquileienſes Fortunatianos, abſque auctore facit. de Iulio Mediolanenſi, ideinne fuerit qui S. Maternus, an alius in Catalogis vulgaribus prætermiſſus, quæremus alibi. Quòd ſucceſſiſſe Marcellino dicitur Seuerus, non inde conſequens eſt Agapitum non interfuiſſe Synodo Romanæ, aut ipſum debuiſſe intereſſe Marcellinum. vnde enim conſtat Marcellinum, quod ſcribit Rubeus,* ſatis diu vixiſſe *in epiſcopatu? Potuit ſanè poſt primam illam ſub Iulio Romanam Synodum obiiſſe Agapitus, atque ipſe quoque haud multò eius ſucceſſor Marcellinus. Vnde verò accepit Rubeus, neutrum interfuiſſe alteri* L *Epiſcoporum Synodo? aut quid id ad rem pertinet? Neque eſt cur velit in priore illâ tractari debuiſſe aliquid eorum, quæ in poſteriori ſunt acta.*

vt ſine ratione quidam aſſeruntur.

A *acta. At neque mentio Sardicensis Synodi facta: quî ergo verisimile sit, eius sanciendæ causâ indictam?*

13 *Si quis antiquiorem fuisse S. Marcellinum probârit, eiq; successisse Seuerum aliquem; dicat sanè duos fuisse Seueros, ipso non omnino repugnante Baronio, sed posteriori celebritate prioris obscuratam esse famam. Quid si Episcopus fuit Seuerus ille Martyr, quem diximus Kalendis Ianuarij coli, sub Maximiano interfectum?* Multi vt § *superiori, & ad illum diem diximus, Episcopum & Martyrem eo die statuunt. Neque ex Actis martyrij, quæ nulla extant, probari potest Episcopum non fuisse. Verùm id asserere, ad S. Seueri sanciendam ætatem, necesse non est. Censet quoque Raphaël Volaterranus Anthropologiæ lib. 19 S. Seuerum tempore Iouiani Principis vixisse. Ex S. Heracliani Ep. Pisaurienſis, ab eo ordinati, tempore, probari nil potest, cùm eius Acta, vt Ferrarius ad* IX. *Decemb. scribit, nulla extent.*

an fortè duo Seueri Epp. Rauen.

§ III *S. Seueri Translatio, cultus apud Germanos.*

B 14 ANno circiter quadringentesimo quadragesimo, quàm *in cælos migrarat S. Seuerus, illius ac Sanctarum Vincentiæ & Innocentiæ corpora sunt in Germaniam ab Otgario Archiepiscopo Moguntino deportata. Id quemadmodùm acciderit, litteris tradidit, qui tum viuebat, Luidolfus Presbyter. Ab eo alij accepêre, sed in anno Translationis dissentiunt, & inuicem, & plerique à vero. Obiit Otgarius (vt habent Annales Fuldenses, & rursus nos* IV *Febr. ad B. Rabani successoris eius Vitam dicemus)* XI Kal. Maij, DCCCXLVII. *in episcopatu autem, vt in illius epitaphio apud Serrarium habetur,*

Translatio S. Seueri descripta à Luidolfo Presb.

facta per Otgarium Ep. Mogunt.

Quatuor hic lustra, binos compleuit & annos.

Quod omne tempus idem Serarius XX *annis, mensibus* III, *diebus* XXIII, *aut* XXIV *definit; cùm Haistulphum eius decessorem obiisse velit an.* DCCCXXVI. V Kal. Ianuarij. *Non est necesse omnia hîc discutere: saltem non videtur ante an.* DCCCXXV *Episcopus ordinatus fuisse Otgarius.*

15 *Sigebertus tamen in Chronico ad an.* 824 *ita scribit:* Corpora SS. Seueri Rauennatium Episcopi, & vxoris eius Vincentiæ, & filiæ Innocentiæ, ab Otgario Archiepiscopo Moguntiam translata sunt. *Rubeus quoque histor. Rau. lib.* 2. Circiter annum Domini octingentesimum & vigesimum quartum ab Otgario Moguntino Antistite, importata Moguntiam fuerunt, Seueri, Vincentiæ vxoris, & Innocentiæ filiæ cadauera, collocataque in Herfordiensi templo: *Et libr.* 5 *diserte ait Rauennam venisse Otgarium, indeq; corpora illa asportasse. Rubeum secutus Baronius, quâ occasione Rauennam Otgarius venisse potuerit, exponit. Nam cùm, vt citati habent Fuldenses Annales, ceteriq; Francicarum rerum Scriptores, Lotharius à Pio parente anno Chr.* DCCCXXII *missus in Italiam, anno* DCCCXXIII *à Paschale Papâ coronatus; iterum an.* DCCCXXIV, *parentis mandato, Romam ad Eugenium Papam ierit, huius illi itineris comitem Otgarium addit Baronius, an.* 824 *num.* 16. Quo pariter anno, *inquit,* Lotharij in viâ comes Otgarius Episcopus Moguntinus, corpora SS. Seueri Episcopi & vxoris eius Vincentiæ & filiæ Innocentiæ, Rauennâ sublata in suam ecclesiam Moguntiam transtulit. *Verùm neque adhuc Episcopus erat eo anno Otgarius, neque Hilduinus Virdunensis, legationis socius: & missi ij fuêre* pro pace & amicitiis *inter Ludouicum Pium & Lotharium* reparandis, *vt scribit Luidolfus; tunc autem nullæ adhuc excitatæ inimicitiæ erant. Denique non nisi Ticinum iuêre, quò reliquiæ iam anteà allatæ à Felice Presbytero erant.*

non an. 824

nec immediatè ex vrbe Rauennâ,

C 16 *Serarius à Ludouico Germaniæ Rege missum Otgarum existimat. Licet enim haberet hic, vt scribit Nithardus lib.* 2. Loduwicum ad mortem vsque exosum, *censet tamẽ Serarius* rebus compositis, apud *dictum* Regem gratiâ valuisse eumdem Præsulem: cumque ab illo dissideret eius filius alter Lotharius, factum esse, *vt pacis inter eos componendæ causâ Ticinum missus, S. Seueri reliquias inde Moguntiam adueheret. At quis Ludouico Germaniæ Regi Lotharium filium tribuit? aut quod illi esse ius in Italiam poterat, vt Ticini commoraretur, cùm Italia Lothario Imperatori, dein Ludouico* II *eius filio, pareret?*

nec Legatũ Ludouici R. Germaniæ,

AVCTORE I. B.

D 17 *Certiùs quo ista anno euenerint Lambertus Schafnaburgensis declarat, ita scribens:* DCCCXXVI Otgarius Archiepiscopus transtulit S. Seuerum ad Franckfurt. *Certè ex Vitâ Ludouici Pij liquet, eum etiam receptis in gratiam filiis, post sceleratam & omnibus seculis detestandam ipsius abdicationem, indixisse an.* DCCCXXXV *conuentum ad Theodonis villam post Pascha, id est, sub anni* DCCCXXXVI *exordium, filioque suo Lothario mandasse, vt nobiles quosque suorum ad eumdem locum dirigeret, quatenùs reconciliationis mutuæ inter se & illum ratio inuestigaretur. Deinde plures ab eo ad eumdem filium missi eodem anno legati memorantur, primi qui eum Iudithæ Augustæ & Carolo eius filio conciliarent, deinde qui ægrum viserent, demum qui monerent ne Ecclesiæ subditos vexaret: qui vtrumque posteriorem legationem obiêre, nominantur; prima fortassis Otgario ac socijs commissa est, aut alia quapiam. Meminit huius Translationis Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad annum* 847.

sed Ludouici Pij Imp. 836

18 *Consignata est in Martyrologiis huius translationis memoria* XXII *Octobris; in multis veluti natalis ille foret dies, nullâ vel ibi trãslationis mentione factâ, vel Kalendis Februarij depositionis. Ita Appendix ad Martyrol. Adonis, edita ab Rosweydo:* Eodem die, S. Seueri, Episcopi Rauennæ. *Martyrol. Ord. S. Benedicti:* Seueri Ep. & Confess. *Martyrol. vetus Vltraiectinum:* Rauennæ S. Seueri Ep. & Conf. *Martyrol. Colon. an.* 1490 *editum:* Rauennæ S. Seueri Ep. & Confess. Hic ex lanifico opere, per ostensionem columbæ, in Episcopum ab vniuerso Clero & populo assumptus est. Quod videntes vxor eius Vincentia, & filia eius Innocentia, monasterium eius ingressæ, dedicauerunt & ipsæ se Domino. Ipse vir sanctus prænoscens obitum suum, sanctis mysteriis celebratis, & populis expulsis de ecclesiâ, accessit ad sepulchrum vxoris & filiæ, & lapide per se reuoluto, dixit ad eas: Præcepto Domini vocor; date mihi locum vobiscum dormiendi: illis autem sibi locum dantibus, viuus intrauit moriturus. *Monasterium tunc Rauennæ an fuerit, si quis ambigat, dicemus auctorem illius Martyrolog. hoc solum velle, eas sanctimonialem vitam esse amplexas.*

E *S. Seueri memoria in Martyrol* 22 *Oct. velut natalis,*

19 *Alia Martyrologia indicant, alium illi sacrum alibi diem esse. Hermannus Greuen in addit ad Vsuard. Ipso die (secundùm alios verò Kalendis Febru.)* Rauennæ B. Seueri Episcopi & Confessoris, qui ex lanario, miraculo columbæ cælitus missæ, in Episcopum assumptus, cùm iniunctum officium strenuè administrasset, diemque dormitionis suæ præsciret, aperto sepulchro vxoris & filiæ, vt sibi locũ secũ quiescendi concedant imperat, illisque locũ dantibus, sepulchrũ moriturus intrauit. *Eadem habet Canisius, nisi quòd addat vixisse* Iouiani *Imp. temporibus, perperàm ad marginem adscripto an.* 350. *cùm Iouianus an* CCCLXIII XXVII *Iun. imperium susceperit, tenueritq; vix* VIII *menses: fortassis voluit, vt Haræus,* CCCXC *scribere. In* 2 *edit. hæc addit:* Sacrum eius corpus posteà in Moguntinam diœcesim trãslatum est. *MS. Martyrol. Metropolitanæ Ecclesiæ Pragen. ita habet:* Rauennæ S. Seueri Episcopi & Confess. qui ex arte textoriâ mechanicâ per columbam Episcopus loco illi est diuinitus assignatus, virtutibus clarus; qui cùm vxorem suam in proprio monumento sepeliisset, deinde filiam Innocẽtiam ibidem sepeliuit, cui ad iussum Episcopi mater locum dedit: in quod posteà ipse viuus intrauit, & intermedium se locans quieuit in Christo IX Kalendas Februar. sed hîc dies eius recolitur,

indicatâ aliâ solennitate;

F 20 *Diserte Translationem eius hîc indicat celebrari Molanus in* 2 *edit. auctarij ad Vsuardum:* Eodem die Translatio S. Seueri Confessoris, Episcopi Rauennatis, cum vxore & filiâ, ad diœcesim Moguntinam. *Et MS. Florarium:* Eodem die corpora SS. Seueri Rauennatium Episcopi, & vxoris suæ Vincentiæ, & filiæ Innocentiæ

& sub nomine Trãslationis.

ab

AVCTORE ANONYMO, EX MS.

ab Otgario Archiepiſcopo Moguntiam tranſlata ſunt an. ſalutis DCCCXXIV.

21 *Eo autem die plures Germanicæ Eccleſiæ natalem celebrant S. Seueri, vt ex ipſarum propriis Breuiariis patet. Atque Erphordienſe quidem hunc præfert titulum*: Breuiarium dicendarum Canonicarum horarum, ad morem Seueriani collegij Erphordienſis; *habetq; in fronte SS. Seueri, Vincentiæ, Innocentiæ imagines: in ſecundâ paginâ decaſtichon ad lectorem, in quo iſta inter cetera.*

A *colitur eo die in Germaniâ.*

Inde accepta refer magno tua vota Seuero,
Qui tenet vndoſo proxima templa Gerhæ.

Celebritas eius ritu duplici agenda conſignatur XXII *Octobr. parſq; primæ Vitæ, quam ex Mombritio & Romano codice dabimus, in lectiones diſtributa conſequentibus diebus recitatur; die verò octauâ hiſtoria Tranſlationis auctore Luidolfo. Celebratur quoque* S. Seueri *feſtum eo die in Eccleſiâ Moguntinâ, vt patet ex Breuiariis excuſis an.* 1495, 1507, 1570, 1611. *In VVormatienſi edito an.* 1576 *habet officium* 3 *lectionum, itemq; in propriis officiis Eccleſ. Herpipolenſis excuſis an.* 1625. *Commemoratio eius fiebat in Hildeshemienſi edito an.* 1516. *inq; veteri Vltraiectino: hæc tamen in officiis propriis Eccleſiæ Vltraiectinæ, quæ an.* 1623 *&* 1640 *Philippus Rouenius, Archiepiſcopus Philippenſis, edi curauit, omiſſa eſt, quam ob cauſſam, quàve auctoritate, haud quærimus.*

B *Hæc Trãſlatio duplex: alia antiquior,*

22 *Verùm quia S. Seueri duplex facta eſt per Otgarium Tranſlatio, cùm nimirùm Ticino Moguntiam, ac deinde Moguntiâ Erfordiam eius deportatæ reliquiæ ſunt, vtra hoc die contigerit, haud poßumus certò pronuntiare: neque an harum altera, an prior aliqua in Martyrologiis referatur* XV *Februarij; vbi vetus Colonienſe, & Hermannus Greuen ita habent:* Item Rauennæ Tranſlatio S. Seueri Ep. & Confeſſ. *eademq; ferè MS. Florarium. At Caniſius* Eleuationẽ *appellat. Neque verò eſſe dubium poteſt, quin è priori tumulo in aliud aliquod conditorium aut capſam tranſpoſita ſacra pignora fuerint, antequàm ea auferret Felix, qui refodere ea nemine percipiente haud potuiſſet. Eleuatio facta fortaßis ac Tranſlatio illa prima à Petro III Rauennate Epiſcopo. Ita enim ſcribit Rubeus lib.* 2. Sepultus eſt *Seuerus* in Claſſe oppido, haud procul à regione, quam Salutarem vocabant: quo loco à Petro Seniore Rauennatum Archiepiſcopo inſequentibus temporibus eius nomini erectum templum eſt, cum multa prodigia ad viri ſancti tumulum aſſiduè ſuccederent. *Idem lib.* 3 *ſcribit* Petrum, cognomento, atque etiam ætate, ſed multò magis virtutum ac morum præſtantiâ Seniorem, virum grauiſſimum, & vitâ innocẽter actâ maximè laudatum, *ſub annum* DLXVIII *Rauennatium Antiſtitem eſſe factum. Infrà de eius morte iſta habet*: Hic templum inſigne D. Seuero Rauennatum Archiepiſcopo ædificare, ac potiùs maius nobiliuſque facere aggreſſus, in eâ Claſſis oppidi regione, quam appellabant Vicum ſalutarem, in ipsâ ædificatione moritur. *Quod in MS. Florario rurſus* XXX *Iunij adſcribitur* Tranſlatio S. Seueri Ep. & Conf. *correctionis eget; debet enim de S. Seueri Presbyteri Tranſlatione accipi, de quo* XV *Februarij.*

fortaſſis 6 ſeculo facta,

cùm ei templum ædificatum.

C

VITA AVCTORE ANONYMO,

ex MS. Cõgregationis Oratorij Romæ,

collata cum vet. Breuiar. Erfurt. & Mombr.

CAPVT I

S. Seueri patria, coniugium, opificium.

1 QVotieſcumque virorum geſta fortium, ac laudabilium prouectus Patrum in Eccleſiis recitantur; qui deſiderio cæleſtium flagrantes præmiorum, infirmioribus proximis planiorem viam fidei reliquerunt; ob id procul dubio actitari creditur, quatenùs ille Diuini amoris ardor, qui quotidie, abundante iniquitate, etiam in ſanctis viris flatu quodam *a* Aquilonis tepeſcere ſolet, iterum quaſi Auſtri gratiſſimo ſpiramine reaccendatur. Vnde Eccleſia in Canticis. Surge, inquit, Aquilo, & veni Auſter. Hinc eſt quòd nos penè idiotæ atque inertes, pretioſiſſimi lilij Chriſti, B. Seueri Archipræſulis, vitam, ordinationem, nec non & obitum ſacratiſſimum, qualicumque ſtylo *b* palificare geſtientes, ſimpliciter ea quæ de tanto viro ad noſtræ paruitatis notitiam peruolare potuerunt, auribus fidelium intimare propoſuimus, plus proſpicientes illorum ædificationi & ſaluti, quàm curioſorum pompaticæ vrbanitati. Qui enim, iuxta *c* Salomonem, ſophiſticè loquitur, Deo odibilis inuenitur: quia & ſemetipſum iactantiæ ſpiculo percutit, & inſuper auditorum infirmitati minimè conſulit.

D

a

Cant. 4. 16

S. Seueri cur vita ſcribatur?

b

c

Eccli. 37. 23

2 Sed quia rei geſtæ fidei anchoram adnectere opus eſt, more hiſtoriographis ſolito, tria in fronte narrationis, inſtrumenti gratiâ, ponimus, quibus ad contexendum propoſitum opus congruenter vtendum eſt, id eſt, perſonam, patriam atque conditionem. Nam vt de perſonâ eius vera paucis perſtringamus, non ſine Diuino quodam auſpicio Seuerus eſt à parentibus vocatus. *d* Non enim ſi propenſiùs inſpicere etymologiam volumus, ſæuitiam ſonat, ſed potiùs virilem grauitatem, de quâ in Pſalmo canitur: In populo graui laudabo te. Nec immeritò, quia futurus profectò erat & vitiorum extirpator auſterrimus, & virtutum auidiſſimus conſaſor. Patria verò eius ſatis omnibus in promptu habetur, quia ciuis Rauennas extitit: &, ſicut de beato Papâ Gregorio dictum eſt,

is non ſine omine Seuerus dictus,

d

E

Pſal. 34. 18

Rauennas natus,

Vnde genus duxit, ſummum conſcendit honorem.

3 Cuius autem conditionis fuerit, ſanctiſſimæ eius vitæ ſumma comprobat: quia verè Chriſtianus erat, & vitam columbinam in ſimplicitate cordis agebat. Pauperem quidem vitam cum Tobia geſſit, ſed quia Diuinam præſentiam timuit, & circumſpectionem Omnipotentis ſemper cogitauit, omnia bona poſſedit; quia caritatem, quæ Deus eſt, omnimodis habuit. Quantum enim ad ſeculi luxum pertinet, pauperem vitam duxit: quia, vt à veraciſſimis fertur relatoribus, vnà cum coniuge, quam ſibi iam dudum caſtiſſimo copulauerat matrimonio, non niſi lanificij opere ſumptus quotidianos carpebat. Nam, vtpote religioſus & orthodoxus Catholicus, de labore manuum cum Apoſtolo viuebat, nulliq; hominum vim vel fraudem inferebat. Neque enim ſurdâ aure præteriit Pſalmiſtã intonantem: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit. In hoc loco ſi quis ſupercilioſus ænigmaticâ mente & inſulsâ obiectione beato viro detrahat, quòd vxoratus ad *e* archiſterium Rauennæ acceſſerit, audiat Apoſtolum pro illo reſpõdentem, Quia omnia munda mundis. Sicut ergo ciborum edulio non polluitur homo, niſi inſidiatrix concupiſcentia præcedat; ſic quippe legali connubio non inquinatur Chriſtianus, qui ſe nullatenùs vel virginitatis vel continentiæ voto alligauit; niſi illùm priùs corrumpat obſcœni amoris fomento ipſa deceptrix libido. Ceterùm ſi quis voto conſtringitur, reddere cogatur; qua ſcriptum eſt, Vouete & reddite.

lanificij opere victitans,

Pſal. 127. 2

vxoratus,

F

e

Rom. 14. 20

Pſal. 75. 12

4 Sed quia tantiſper pro aſſertione veritatis quaſi per exceſſum diximus, ad cœpta redeamus. Igitur poſtquàm præeminentiſſimus athleta veritatis *f* Apollinaris, ſicuti ante ſecula Diuina prædeſtinauit prouidentia, ab Apoſtolorum Principe ordinatus eſt Pontifex ad prędicandum verbum Dei, & claues regni cęlorum idoneus & per omnia probatiſſimus vicarius accepit; Rauennam nobiliſſimam Italiæ ciuitatem, & multarum metropolim vrbium, *g* ac ſi ſecundam Romam, ſibi in apoſtolatum adſciuit. Hanc ſiquidem vrbem meritis præcipuis eiuſdem ſui triumphatoris B. Apollinaris, adeò clemens & pius Rex Chriſtus, præ ceteris decorando inſigniuit, vt ex quo ille miles felix

electus, vt alij XI *Epp. Rauennates,*

f

g

laureatus

A laureatus coronâ martyrij intrauit in gaudium Domini ſui, inſtar duodeni Apoſtolorum apicis, *h* duodecim illi ſucceſſores per varia annorum curricula ſuppleret, non humanâ electos induſtriâ, ſed potiùs diuinâ vocatos prouidentiâ,& ſuper quorum capita cęlitus miſſa requieuit columba. Vnde & hoc venerabile prouerbium iam dudum vulgatum eſt per vniuerſum orbis circulum: Beata ciuitas illa, vbi in electione Pontificis, Spiritus ſanctus deſcendit in ſimilitudinem columbæ; & ordinatur ille,ſuper cuius caput requieſcit.

indicio columba capiti inſidẽtis.

i

5 Sed ô mutatio temporis! ô nefas negotiationis! Redemptor itaque noſter,vt oſtenderet fidelibus ſuis, quàm ſit damnabile officium negotiationis, ingreſſus in templum omnes vendentes, & ementes in illo vehemens eiecit; & facto de reſticulis flagello, eos potiſſimùm,qui columbas vendebant, de templo eliminauit. Antiquus autem humani generis inimicus, qui iam iuxta Apoſtolum in membris ſuis myſterium operatur iniquitatis, quiſque ſedet cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem, iterum cum felle amaritudinis, per Simonem ſuum venalem facit columbã:nec deſinit per ſuos trapezitas cumulare mammonam iniquitatis, quò eos valeat profundiùs mergere in puteum perditionis.Ecce nemo modò Epiſcopus vſquam eligitur, quia nec Eccleſiis permittitur: ſed quod horribilius eſt omnibus monſtris & deterrima adulterij ſpecies, quæ primum locum obtinet in pœnis, adhuc viuente alicuius ciuitatis Epiſcopo, ab aliquo indocto & deprauato honor eius concupiſcitur, petitur, promittitur, ſacramento ſpes ſolidatur, perſona extollitur, ſcientia laudatur, pecunia impudẽter datur,vt poſtmodùm impudentiùs vendatur,quod tam nefando auſu comparatur. Sed quia ſe huius rei ratio conſequenter per columbam ingeſſit, Eccleſiaſtici vigoris gratiâ, venditores eius malè meritos, vt cœpimus,perſequamur. Videſne vt Simoni primo hæreſiarchæ, cuius inter ipſa lactentis Eccleſiæ cunabula Apoſtolico mucrone triſte caput amputatum eſt, ac deinde,tot iuſtitiæ fauentibus Patribus apud eccleſiaſtica concilia perpetuo anathemate ſepultum, alia rurſum quaſi hydræ capita ſuccreſcant? Inde neceſſe eſt, vt noſtri nunc temporis Epiſcopi apud omnipotentem Dominum aut valdè rari ſint aut nulli. Hinc etenim per Prophetam dicitur: Principes extiterunt, & non per me: ipſi rogauerunt, & ego non cognoui. *k* Sed hæc hactenus.

non vt Auctoris ætate, quidam Epiſcopi ſimoniacè legebantur.

etiam viuente deceſſore.

Oſee 8.4

k

C

a *Mombr.* Siniſtro algente. *Breuiar. Erfurt* agente.

b *Mombr.* declarare. c *Non eſt Salomonis, ſed Ieſu Syracida liber.*

d *Hæc de etymologiâ deſunt Mombritio.*

e *Hanc vocem pro monaſterio vſurpari oſtendimus* 17 *Ianuar. ad cap.* 19. *Vitæ S. Antonij. Hic pro principatu, aut epiſcopali ſeu cathedrâ, ſeu palatio, ſumitur. Simile eſt illud* 18 *Ianuar. cap.* 1 *Vitæ S. Deicoli:* Neque enim ſolummodò gloriantur ſe ſortiri Dominici gregis ductores in ciuitatibus muratis & archiſteriis epiſcopalibus, nec non caſtellis turribus præmunitis. *Agit de hac voce Roſuveydus noſter in Onomaſtico ad Vitas PP. & Gerardus Ioannes Voſſius lib.* 3 *de vitiis ſermonis cap.* 1 *vbi rectè explodit Gloſſarij Camberonenſis etymologiam, quaſi ab* archos, *princeps, eſt* ſterion *ſtatio dicatur; cùm* τὸ ἄρχειον *Græcum non ſit.*

f *Colitur* S. Apollinaris 23 *Iulij.*

g *Rauenna ſedes fuit Regum Gothorum, dein Exarchorum Italiæ, vel eius partis quæ Imperatoribus Conſtantinopolitanis parebat, cùm reliqua ferè Longobardi tenerent: Multa eius decora recenſet Leander Albertus.*

h *Vndecim ſolùm enumerat Rubeus, & Leander, qui in Deſcriptione Italiæ, de Cathedrali Rauennate baſilicâ agens, iſta habet:* In ſacelli maioris hæmiſphęrio depicti,ſeu opere Græcanico effigiati cernuntur illi ſancti Antiſtites,qui columbæ ſupra caput apparentis indicio Rauennates Archiepiſcopi fuêre creati;ſuntque D.Aderitus, Eleucadius, Calocerus,Marcianus, Proculus, Probus,Datus, Liberius, Agapitus, Marcellinus & Seuerus. *Vnde ſuſpicare liceat, vel omiſſum aliquem eſſe (Seuerum Martyrem fortaſſis, Agapiti deceſſorem, vt quidam volunt) vel duodenarium illum numerum confici, ipſo annumerato Apollinari. Vghellus inter SS. Marcellinum & Seuerum locat Agapitum* 11.

i *Hæc contra Simoniacos digreſſio abeſt à Breuiario Erfurtenſi: in Mombr. ponitur poſt num.* 7.

k *Sequebatur hîc in Mombritio quæ infrà habetur, inuectiua contra monachorum hoſtes.*

AVCTORE ANONYMO, EX MS. D

CAPVT II

S. Seueri ad Epiſcopatum electio, ordinatio.

6 ÆTate iam dicti ſemperque dicendi Seueri, contigit Rauennatem Eccleſiam proprio Paſtore viduari *a* Marcellino,adhuc *b* Conſtantino Magno imperante, orbique Romano ſingulariter præſidente, *c* quater Conſtantio & ter Conſtante Coſſ.natis eodem Principe.Cumque multi Epiſcoporum cõuenirent finitimi atque remotiores,quatenùs tantæ ciuitati Pontificem more ſolito ordinarent; finitoque *d* oramine,omnes in commune lęrabile operirẽtur ſpectaculum, aliquem ſcilicet per columbam cælitus deſignari; idem vir Domini B. Seuerus, fortè operi ſuo domi inſiſtens, vt erat ſimplex & columbæ amicus, his verbis ſuam affatur coniugem: *e* Vadam, ſi placet, ocyùs, & videbo viſionem mirabilem, quomodò diuinitus è cælo columba veniat, & ſuper caput electi conſedeat.Ad quem illa,Sede,inquit,hîc,& laboranoli otio vacare, quia non expedit nobis. Siue enim pergas,ſiue in loco ſubſiſtas, e Pontificem populus minimè ordinabit. Ad hæc ille,Sine me,inquit, vt vadam. At illa: Vadè,ſi placet;quia quacumque horâ intraueris, ſtatim Epiſcopus ordinaberis. Talia vxore nonicõs proſequente, illicò ſurrexit, & ad *f* eccleſiam cõcitus adiit, vbi erat populus cum Sacerdotibus congregatus,& ob veſtimentorum vilitatem,quia ſqualliido amictus erat indumento, occultabat ſe *g* poſt valuas templi. Et expletâ oratione, confeſtim deſcendit de cælo columba niue candidior, & ſedit *h* ſuper caput B.Seueri latitare cupientis. Ille autem dum à ſe columbam repelleret, & illa hac illacque per aërem volitaret, iterum iterumque reuiſit dilectum ſibi caput eiuſdem beati viri, ac ſi Spiritus ſanctus ſpecietenus, quòd in re erat,proderet,dicens:ſuper quem requieſcam,niſi ſuper humilem & quietum & tremẽtem ſermones meos:Et iterum:Ego diligentes me diligo.

a b

c *an. Chriſti 346, cœtus ad Epiſcopi electionem coacto.*

d

e

f *Seuerus, vxore improbante, eccleſiam adit,*

g *& columbâ capiti eius inſidente,*

h

Iſa.66.2

Prou.8.17

7 Stupefactùs ſuper hoc omnis poteſtatus & Clerus & omnes qui huic diuino ſpectaculo intererant, omnium bonorum & dignitatum largitori Deo immenſas gratias egerunt:*i* & de latibulo educentes, vnicâ voluntate electionem in eo pariter decreuerunt. *k* Miſſuſque Romam ad Iulium eiuſdem vrbis Epiſcopum,qui *l* tertius extitit à B.Siluestro Maximo,Rauẽnatum ordinatus eſt Præſul: reuerſuſque ad vrbem proprij honoris, cum omni veneratione eſt habitus. Niſi enim homo iſte humilis eſſet & manſuetus ac Deum timens, tam euidentibus indiciis non eum Spiritus ſanctus ſuo teſtimonio declaraſſet. Quod tamen poſt Apoſtolos in paucis actum fuiſſe legimus. Legimus tamen *m* Flauiani vel Zephyrini Romani Antiſtitis electionem ſimiliter declaratam. Tali namque modo ordinatus eſt B. Seuerus Rauennatis Eccleſiæ Epiſcopus,vnctuſque eſt oleo exultationis & vnguento ſacri Chriſmatis iuxta morem Pontificis.Tunc adimpletum eſt in illo quod Dominus dixit in Euangelio:Apud homines hoc impoſſibile eſt;apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. Et iuxta Pauli vocem: Infirma mundi elegit Deus,vt confunderet fortia.Ecce eſt, quod Petrus Apoſtolus dixit: Quia non eſt perſonarũ acceptor Deus,ſed in omni gente qui timet Deum,& operatur iuſtitiam,acceptus eſt illi.

i *eligitur Epiſcopus:*

k

l *à S. Iulio Papa ordinatur.*

m

Marc. 10. 27.

1.Cor. 1. 27

Act.10.34

8 Quid ad hæc muſſitant nouelli & indocti, qui Dominum quidem quoquo modo ſciunt,ſed minimè ſapiunt

AVCTORE ANONYMO, EX MS.

A

sapiunt? Monachi, inquiunt, non habent licentiam prædicandi, tametsi sint auctoritate diuinâ pleniſſimi. Sed non eſt mirum; quia caro neſcit ſpiritum. Veritas quippe amara eſt,& qui eam docere nituntur, amaritudine replentur. Ecce B.Seuerus propemodùm idiota & abſque litteris,Spiritu veritatis imbutus, efficitur Doctor vberrimus, & monachus qui ab incunabulis diuinis litteris inſiſtere ſtuduit,tacere habet? Paulus Apoſtolus hoc ſpecialiter priuilegij præ ceteris nactus eſt, vt qui ad pedes Gamalielis ſacras litteras didicit, Vas electionis & appellari & eſſe promeruerit: vnde & Doctor totius orbis ſpecialis dicitur, licet & ceteri Apoſtoli Doctores habeantur.Hæc contra illos paucis dicta ſint,qui ſecundùm faciem homines iudicare ſolent: quíque ſecundùm placitum fauent iniquitati,detrahunt autem veritati, aſſerentes non oportere fieri Epiſcopum,niſi aut natalibus ſublimatum aut ſtaturâ procerum.

Inuectiua in eos qui nolunt vt monachi prædicent.

a *Colitur* S. Marcellinus 5 *Octobr. Alij volunt immediatè ante* S.Seuerum *(vti ſuprà retulimus) ſediſſe* S. Agapitum, *de quo agemus* 16 *Martij. Hæc autem de S. Seueri deceſſore, & Conſulum,quæ ſequuntur, nominibus, in ſolo habentur Mombritio;abſunt à MS.PP.Oratarij.*

b *Imò nonus iam aut decimus à Conſtantini Magni obitu annus erat.*

c *Hi Coſſ. ponuntur anno ante Synodum Sardicenſem, Chriſti* 346, *qui alibi* poſt conſulatum Amantij & Albini *inſcribitur.Caſſiodorus & Cuſpinianus Auguſtes Conſules,* Conſtantium IV, Conſtantem III *ſtatuunt poſt* Leontium & Saluſtium,*ante* Amantium & Albinum,*an.Chr.*345.

d *Mombr.* oratione.

e *Ita quoque B. Petrus Damiani ſer.*1. Vadam,& videbo viſionem mirabilem, videlicet quomodò columba de cælo veniat,& ſuper electi caput ſolito more conſideat.

f *Rubeus ait fuiſſe* S. Theodori *eccleſiam, ſed de eâ haud ſatis conſequenter loqui videtur. Nam lib.*1 *pag.*35 *de* S. Proculo *agens,de quo nos* 1 *Decembr.* Qui in S.Theodori,*inquit,* conuentum pro deligendo Archiepiſcopo haberi tunc temporis aſſerunt, in ſummâ hiſtoriarum ignoratione verſantur,cùm illud templum ædificatum adhuc non eſſet. Aliquorum tamen ſententia eſt, in domo Theodori ciuis Rauennatis locum publicum ab Apollinari conſtitutum, vbi ij Rauennates;qui Chriſtum ſequebantur,quæ ad eius religionem ac fidem pertinerent,edocebãtur, & ſacram Euchariſtiæ hoſtiam ſumebant. Alij verò templum illud S. Theodori, id autem eſt,ſancti Dei doni, Græcâ voce dictum, perinde ac ſancti Spiritus arbitrantur, ab eo admirabili cæleſtis ac Diuini Spiritus aduentu.Neque enim eo tempore adhuc D. Theodorus Amaſiæ Marinaritanorum erat natus, nedum ob Chriſtum trucidatus;id enim Maximiani imperio contigit. *At pag.*38. Sub id tempus(*quo Roma ſedebat Calliſtus Pontifex, Heliogabalo imperante, annis ante Maximianum* 60 *ac ſupra*) Rauennæ D. Theodoro Martyri,& D. Mariæ Virgini in Coſmodim templa ædificantur. *Et paucis interiectis*: D. Theodori templum, nunc Spiritus ſancti appellatur, quòd in eo templo columba cælitus demiſſa, aliquot Archiepiſcopos Rauennatibus dederit. *Non eſt nouum, templa & nomina & præſides Diuos mutari, præſertim cùm reſtaurantur, ampliantur, miraculis reliquiiſque iſtorum Diuorum ornantur. Ab antiquiſſimis illis temporibus adem eam S. Theodori eſſe appellatam, vt nullo argumento probat Rubeus,ita non facilè perſuaſerit.*

S.Theodori *templum Rauennæ,*

nunc Spiritus ſancti.

g *Rubeus:* in angulum ad dextram ponè murum ſe coniecit. *Aliter infrà Luidolfus.*

h *Idem Rubeus:* Vix ibi conſtiterat Seuerus, cùm in feneſtrã inuolans columba, parumque in lapide ſubiecto commorata (quem nunc lapidem, ob rei memoriam atque reuerentiam, ab Conrado Graſſo Bononienſi, eius templi Abbate,qui templum illud mirificè inſtauraùit,honeſto loco poſitum videmus) ad aures Seueri conuolauit... Protinùs populus vniuerſus clamare ne illam eiiceret, ſineret quod vellet efficere. Quod cùm permiſiſſet,columba, immiſſo in aurem eius roſtro, inde ſublimis abiit.

Lapis cui columba ſacra inſedit.

i *Sequentia vſque ad*, Tali namque modo ordinatus eſt, *deſunt in codice PP. Oratorij,habentur in ſolo Mombritio.*

k *Cetera deſunt in Breuiario Erfurtenſi.Rubeus hic addit*: Ille confeſtim in alium mutatus, & diuino miraculo ſummâ præditus ſapientiâ, continuò ſuggeſto confenſo concionẽ habuit,pietatis doctrinæque pleniſſimam; in quâ prædixit,ne ampliùs diuinitus columbæ miniſterium expectaretur in creandis Rauennatibus Epiſcopis.

S.Seuero diuinitus infuſa doctrina.

l S.Marco *Papa ſucceſſit* S. Iulius, *ille* S.Silueſtro. *colitur* S. *Iulius* 12 *Aprilis.*

m *Diximus* 20 *Ianuarij*, S. Fabianum *Papam, à quibuſdam* Flauianum *appellari, & quod in eius electione contigit columba in eum deuolantu portentum,à Ruffino ad* S. Zephyrinum, *qui* 26 *Aug.colitur,referri.*

D

CAPVT III

S. Geminiani ſepultura, ordinatio S. Heracliani,per S.Seuerum.

9 CVmque ſanctus Domini Pontifex quotidie in diuini operis procinctu poſitus,ſanctam Eccleſiam ſibi cælitus commiſſam digno moderamine, vtpote vigilantiſſimus Paſtor, regeret,& voti ſui compos, ſiti in virtutum augmento, exiſteret; *a* quadam die Miſſarum ſolemnia ritu Epiſcopali celebrans,horâ illâ quâ Lector pulpitum adſcendit, vt beati Doctoris Gentium epiſtolam more ſoliro recitaret, ſubitò vir Domini ſuper altare in extaſin rapitur,ac ſi ſopore detineretur. Exiſtimantes autem miniſtri ſancti altaris Sanctum Domini obdormiſſe, præcipiti pede acceſſerunt excitantes eum ac dicentes: Quid eſt quod agis? Ille autem concitus, quaſi de ſomno euigilans, erexit ſe,& quaſi commoto animo dixit eis: O filij,quid feciſtis? quare inquietaſtis me? Quamuis vobiſcum videbar hîc eſſe corporaliter, in ſpiritu tamẽ alibi eram. At illi vehementiùs inſtantes, diſquirere ab eo cœperunt vbinam intereà loci eſſet. Quibus ille reſpondit dicens:Parcat vobis omnipotens Dominus, Dilectiſſimi Fratres, pro eo quòd tam improuidè expergefactum me reddidiſtis,quia in ſanctâ eccleſiâ Mutinenſi eram,& ibidem ſancti Fratris & Coëpiſcopi mei Geminiani, eiuſdem videlicet Antiſtitis Eccleſiæ, animã omnipotenti Deo commendaui: & ibidem tamdiu moram feci, quouſque ſacrum eius corpus tumularem deuotiùs.

a *S.Seuerus celebrans Rauennæ,*

in extaſim raptus,

E

intereſt ſepultura S. Geminiani Mutinæ:

10 Igitur ad indagandam ſubtiliùs tantæ viſionis veritatem magnâ ſub feſtinantiâ ciues Rauennates cũ Claſſenſibus veredarios miſerũt ad memoratam Mutinenſem vrbem, vt qualiter erga Sanctum Domini Geminianum Epiſcopum ageretur,omni anniſu velocitatis internoſcerent.Qui cùm ſummâ agilitate ad ſupradictam contingerent vrbem, iuxta quod illis indictum erat,interrogare ardentiùs cœperunt, quidnam de Epiſcopo ageretur? Quibus Mutinenſes ciues reſponderunt,dicentes:Quid noui habeatis, Fratres, incognitum habemus. Hoc autem non ignorate, quia nuperrimè orphani facti ſumus, decedente Patre noſtro & Epiſcopo Geminiano,qui inter Eccleſiæ Sacerdotes non minimus habebatur. Et quamuis eum patronum habere credamus in cælis, tamen non poſſumus de eius abſentiâ non habere mœrentia corda. Nonne Dominus Seuerus Archiepiſcopus die eodem aſſuit, eiuſque animam Domino omnipotenti commendauit? Nonne tamdiu hîc infulatus ſtetit,quoad corpus eius ſarcophago clauderetur? quo clauſo, ab oculis noſtris repentè ſublatus eſt. Qui reuerſi renũtiauerunt ciuibus ſuis, qualiter Sanctus Domini Geminianus migraſſet ad Dominum, & qualiter beatus Archimandrita Seuerus eius ſepulturæ diuinitus fuiſſet deſtinatus. His auditis, ciues Rauennates diem & horam ſtudioſiùs requirunt,& plenam fidem ceperũt, ipſo articulo B.Seuerum ſuper altare obdormiſſe, quo S. Geminianum conſtat de hoc mundo migraſſe: & exinde cœperunt ſanctum eius *b* cælibatum ampliùs venerari,

quod Rauennates, miſſis Mutinam nũtijs,

F

verum eſſe deprehendunt.

b

11 Fertur autem & à compluribus,quòd idem auriga Domini B. Seuerus ſanctum virum *c* Heraclianum, *d* Piſaurienſis ciuitatis Epiſcopum nutrierit, & omni Catholicæ fidei regulâ pleniùs imbutum, memoratæ vrbi digniſſimum præfecerit Epiſcopum.

c

S. Heraclianum ordinat Epiſcopũ.

d

A a *Idem narratur 31 Ianuarij in Vitâ S. Geminiani cap. 4 nu. 15. Idem Petrus de Natalib. habet in vtriuſque Sancti Vitâ, & Bernardinus Iuſtinianus in Vitâ B. Laurentij patrui ſui, 8 Ianuarij, cap. 8 nu 47. Idem commemorat B. Petrus Damiani ſer. 2.*

b Cælibatum *videtur Auctor ponere pro ſanctimoniâ, aut ſacerdotio: vti antè* Archimandritam *pro Archiepiſcopo.*

c *Colitur* S. Heraclianus 9 *Decemb*

d Piſaurum *vrbs eſt in orâ maris Adriatici, Ariminum inter & Anconam, vulgò* Pésaro, ad Piſaurum *fluuium, qui nunc* Foglia *dicitur.*

Piſaurum *vrbs.*

CAPVT IV

S. Seueri obitus, ſepultura, miracula.

12 ESt & aliud memorabile eius factum, quod nequaquàm patimur abſconſum iri, ſed ſtylo quo valemus proſequi cenſemus. Tantæ denique ſanctitatis apud omnipotentem Dominum fuiſſe aſſeritur, vt eius defuncta ac ſepulta coniux, ob imminentem neceſſitatem, poſt multorum annorum defluxa tempora, euoluta ſit in latus. Dum ergo filia beatiſſimi Confeſſoris Chriſti Seueri vitalem emiſiſſet flatum, & diem clauſiſſet extremum, conuenerunt quamplurimi, quatenùs corpuſculum Virginis in ſepulchro poneret genitricis. Erat autem eadem Virgo Innocentiæ inſignita vocabulo. Cumque appropinquaſſet hora, vt depo-

S. Innocentiam filiâ ſuam

B ni corpuſculum debuiſſet, ſuperuenit beatus Epiſcopus flendo, vt aiunt, more nimirùm humanitatis. Et cùm omnes qui funeri intererant, viderent eumdem ſepulturæ locum minimè eſſe duorum corporum capacem, mœrebundi ſatis atque anxij vnâ voce Epiſcopo dixerunt: Heu, Pater, quid erit? Vidéſne quia vas modicum eſt? Quibus vocibus beatus vir commotus, propriam dudum coniugem hoc modo affatur dicens: O mulier, cur mihi moleſta es? Quare non præbes locum filiæ tuæ? Suſcipe quod portaſti, & noli eſſe pertinax locelli tui. Reuerſa te in partem, & da ſpatium ſepeliendi, ne fortè contingat me contriſtari. Ad hanc vocem, ſub tantâ celeritate ſuæ dudum coniugis corpus in partem ſemotum eſt, & in latus volutum, vt animato corpore nullatenùs tam citò moueri potuiſſet, & filiæ ſuæ ſpatium dedit ſepeliendi copioſum.

cũ matre pridem mortuâ ſepelit,

iuſſâ locum dare filiæ:

13 Sed iam ordo rationis & ſeries digeſtæ narrationis flagitat, quatenùs & ſancti viri obitum, qualiter ex hoc mundo migrauerit ad Dominum, quatenùs ex antiquis exemplaribus eruere potuimus, paucis pandamus. Cùm enim iam prouectæ eſſet ætatis, & cygneo capite prætenderet perfectionis canitiem, Dominicâ falce quaſi Euangelicus manipulus in agro Eccleſiæ permaturus, pace vbique regnante deſecatur,

ipſe ſenex, poſt multos labores,

C & ad horrea Diuini promptuarij Angelicis prouehitur vlnis, vbi omnes Dominicæ ſegetis manipuli æternaliter ſuo collætantur ſatori. Hic denique cælitus electus Sacerdos dum quadam die piè Miſſarum ſolennia celebraſſet, & tranſitum ſuum, quem longè antè præſciuit, Dominici corporis & ſanguinis perceptione munîſſet, conuocato totius vrbis Clero, necnon populo, iuxta morem ſuum, de integritate Catholicæ fidei conſeruandâ, deque vnanimitate atque fraternâ caritate obtinendâ, prolixiùs, ſecundùm ſibi datam ſapientiam, ſermonem protulit. Quo finito, firmatâ pace atque benedictione, ſtolâ vt erat pontificali trabeatus, proprium ſibi iubet ſepulchrum aperiri. Quod videlicet nimis multis aſſtantibus ingreſſus, *a* inter coniugem & filiam modo mirabili ſe collocans, voce ſerenâ, vultuque vigorabili, vale vltimum dormiturus in Domino dedit, ſuauiterque ſe obeludi marmore iuſſit. Ibi denique aliquamdiu orans, pretioſam Domino animam lætus reddidit, atque ſarcinâ carnis exutus, cæleſtis regni Capitolium eſt indeptus. Tali namque modo in pace Eccleſiæ defunctus eſt plenus dierum, ſub die Kalendarium Februariarum.

die mortis ſuæ præſcito, Miſſâ celebratâ, habitâ concione,

a medium ſe inter coniugem & filiã locat in ſepulchro, & orans moritur:

14 Ex eo tempore vſque hodie pius ac miſericors Dominus Chriſtus Redemptor noſter, ad oſtendenda præclara Confeſſoris ſui merita, apud tumulum eius innumerabilia operatur miracula: vbi nunc eſt in eius honore baſilica marmorea tabulatis fabricata in ciuitate quæ dudum vocabatur *b* Claſſis, haud longè à regione quæ dicitur Salutaris vſque in præſentem diem.

AVCTORE ANONYMO, ex MS.

D *b claret miraculis:*

15 De innumeris autem ſignorum beneficiis, quæ Dominus omnipotens per dilectum Confeſſorem ſuum B. Seuerum erga infirmos oſtendere dignatus eſt, vnum, quod noſtrâ ætate monſtratum eſt, fideli relatione depromimus, vt per hoc cetera commendentur, quæ à nobis viſa non ſunt. Mulier quædam Rauennas, paruulum habens filium quotidiano febrium typo plus æquo laborantem, quem decreuit ob nimietatem continui doloris citiùs offerre Deo ad *c* ſepulchrum B. Seueri Archiepiſcopi & Confeſſoris. Quò dum amicorum adminiculo comitata peruenisſet cum filio, proſtrauerunt ſe humiliter Deo, Sancto quoque ſuo Seuero, attentiùs pro ſalute paruuli orantes. Cumque bonâ ſpe conducti pernoctare in eccleſiâ deliberarent, partim prolixitate noctis, partim conſtantiâ orationis laxati omnes, arrepti ſomno quieuerunt. Intempeſtâ autem horâ, cunctis inerti ſomno depreſſis, ſolus ille puer infirmus expauit, vocem flebilem emittens, & cunctos excitauit. Qui circumſpi-

Scriptoris ætate,

c puerum ægrum ad ſuam tũbam delatum,

E cientes viderunt lampades, quæ anteà extinctæ erant, congruo fulgoris lumine coruſcare. Et cùm cognouiſſent miraculum cælitus emiſſi luminis, conſternati mente, dederunt gloriam Domino & S. Seuero. Puer autem cùm in medium deductus fuiſſet, cœpit mater eius interrogare eum dicens: Quid tibi contigit, fili? At ille coram omnibus dixit: Vidi ex hoc ſepulchro egredientem virum epiſcopali habitu, canitie capitis decoratum, Angelicum habentem vultum, qui tetigit me, & expaui. Infirmitas verò illa confeſtim receſſit à puero, & vltrà iam minimè febricitauit. Sed quorſum ſunt iſta? Quia dubitari nequit, quin ea quæ ab omnipotente Domino petere voluerit, dubio procul abſque morâ conſequitur.

accẽſis diuinitus lãpadibus,

ex tumbâ egreſſus,

tactu ſanat.

16 Hæc interim de tanto Eccleſiæ ariete dicta ſufficiant: cuius ſanctitatis hiſtoriæ credimus quia nullus ſufficit ſtylus, etiamſi accedat Tullianus. Ecce, vt promiſimus, nouorum verborum phaleras euitamus: quamquàm & aliquatenùs ſuppetere poſſent, niſi magis intendere placuiſſet beneuolentiæ quàm iactantiæ. Paruuli quippe paruulis ſcripſimus: legimus enim quia paruum parua decent. Ceterùm docet nos Apoſtolus, non alta ſapere; ſed humilibus conſentire debere. Et certè Lex prohibet, ne quis coram cæco offendiculum ponat. Non enim omnia poſſumus omnes.

Scriptor ſtyli ſimplicitatem excuſat.

Rom. 12. 16

F

Leuit. 19. 14

a *Hiius ſepulturæ S. Seueri, vxoris ac filiæ in eadem tumbâ, mentio fit c.* Vnaquæque. 13 *qu.* 2 § Item S. Seuerus.

b *Si (vt nobis verosimilius videtur) poſt auectas in Germaniam S. Seueri reliquias ſcripta hæc eſt Vita, hinc tamen coniicere licet, aliquam earum partem iſthic remanſiſſe, fuiſſeque propterea ſepulchrum in veneratione, ac miraculis etiam nobilitatum.*

c Claſſenſium *ſuprà nu* 10 *fit mentio*; Claſſis *infrà ad Vitam per Luidolfum, & 31 Ianuarij in Vitâ S. Germiniani cap. 4 nu. 15. & ſapius 7 Febr. in Vitâ S. Romualdi.*

CAPVT V

Digreſſio myſtica de coniugio & opificio S. Seueri.

17 SEd quia iam, flante Fauonio, hiſtoriæ ſtagnum, ſaluis mercibus, enatauimus; libet paulliſper intueri, ſi qua in eadem hiſtoriâ, quaſi in conchâ, lateat pretioſa allegoriæ margarita. An putandum eſt columbam facilè & abſque magnâ auctoritate de ſupero cardine ad terram vſque delapſam? Non vtique. Nuſquam enim legitur columbæ aduentus, niſi ob teſtificationem præſentiæ ſancti Spiritus. Nullus quippe hæ-

Spiritus ſanctus in colũbâ requieſcens ſupra S. Seuerum,

AVCTORE ANONYMO, EX MS.

reticis relinquitur locus obiurgationis, qui Sanctum Domini Seuerum ad dedecus Ecclesiæ putant esse coniugio ligatum, quique suæ obscœnitatis fœcibus obuoluti, ignari sunt gratiæ Spiritus sancti, qui quod in semetipsis minimè sentiunt, in aliis nullo modo recognoscunt. Si quis igitur mellis gustum numquàm probauerit, cuius saporis sit omnimodè nescit. At contrà qui solo absinthio, ceteris herbis neglectis, vtuntur, his nimirùm dulce amarum videtur, & ceteras herbas eiusdem putant esse amaritudinis propter inexperientiam eiusdem saporis. De talibus namque scriptum est a.... Si cui ergo malum aliquid esse videtur, ipse sibi testis est quia malus est: & quod ipse per priuantiam, omnes indifferenter putat habere per naturam. Qui autem omnia simpliciter intelligit, & incorruptis oculis omnem creaturam bonam esse credit, ipse sibi testis est, quia bonus est. Bonus ergo gaudeat, se à Domino creatum: malus verò sciat se sine Creatore esse, & ideò nihil esse: nihil quippe, excepto Deo, non creatum est. Si ergo malus aliquid esset, quid ergo nisi bonum esset? Et vidit Deus, inquit Scriptura, cuncta quæ fecit, & erant non solùm bona, sed etiam valdè bona. Gen.1.31 Hinc diffinire licet, ea quæ sunt, bona esse; neque esse, si bona non sunt. Omnia igitur bona non etiam iusta?

A refellit hæreticos damnantes cõiugium

a & alias creaturas, vt malas;

18 Beatus itaque Seuerus columbinis oculis omnia inspiciens Domini opera, etiam intellexit coniugium valdè esse bonum, si quis eo legitimè vtatur; quia si bonum non esset, nequaquàm mulier in adiutorium à Deo creata fuisset. Oculos quippe columbæ habuit Gen.2.18 filius columbæ, per quam Spiritus sanctus significatur. Non quòd aliquis fidelium iure dici possit filius Spiritus sancti, sed planè Dei Patris & Matris Ecclesiæ; per adoptionis gratiam. Vnde sponsus in Canticis Cant.1.14.& c.4.1 sponsam alloquitur, oculum inquirens columbarum. Hos quidem oculos protoplasti perdiderunt, quando exigente præuaricatione à Deo sunt derelicti, & aperti sunt amborum oculi. Postquàm autem oculos columbarum perdiderunt, confestim erubescebant; quia intrauit mors per fenestras carnalium oculorum. Ecce quamdiu puer innocentiæ Spiritu ducitur, columbæ oculos habere perhibetur: quia omnia, quæ in mundo versantur, simpliciter intuetur. Non enim membra sua erubescit, nemini inuidet, nulli irascitur, nihil impudicum cogitat, nulla illicita concupiscit, quia inhabitator Spiritus sanctus, qui illum incorruptâ mente custodit, nihil eorum nouit. Si autem per diuortia vitiorum ad concupiscentiam carnis, vitæ exul, prolabitur, iure iam erubescit, quia impletum est in illo quod Psal.48.13 & 21 Psalmista ait: Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est. Spiritus itaque adoptionis, quem B. Seuerus in sacrâ renascentiâ suscepit, quasi columba in cauernâ maceriæ, sic virtutum pullos in cordis eius nidulo nutriuit: nec ab eo recessit, donec in electione Pontificis, cuius esset merити innotesceret hominibus. Ecce qualiter homines vitam obliuiscuntur cælestem, postquàm ab alto innocentiæ culmine incidunt corruptâ mente in terrestrem.

simpliciter & innocẽter eas intuentibus:

19 Habuit itaque B. Seuerus coniugem, habuit & filiam, sed ante Episcopatum. Numquidnam propterea indignus Episcopatu extitit, quia coniugem habuit? Absit. Numquid Apostolorum Princeps Petrus legali iure coniugem non habuit? Habuit planè: sed ante vocationem Apostolatus. Ecce eadem ratione B. Seuerus, Euangelij iam coruscante gratiâ, coniugio copulatus fuit, sicut Magister Gentium Paulus docuit; quo B. Petrus sub Lege constitutus vsus perhibetur. Ecce Petrus ad Apostolatum vocatus & electus, circumducit vxorem, sed non vritur. Vxor quippe in sororem versa est: quia iam ordo temporum mutatus fuit. Ipse enim qui dudum per Legem damnauit eos, qui sine semine remanerent in populo Israel; nunc terribiliter Luc.12.35 per Euangelium suum intonat: Sint vestri lumbi præ-

vxorẽ ut soror, vt & Apostoli, post ordinationem pro sorore habuit S. Seuerus:

cincti. Beatus namque Seuerus, in Episcopatum per columbam electus, vxorem sicut Petrus circumduxit, filiam spiritualiter nutriuit: tamen vxore iam non vtitur, quia Ecclesiæ Christi Pastor vicarius constituitur. Recedant longiùs Ecclesiæ calumniatores, qui non intelligunt neque quæ damnant, neque de quibus affirmant. D

20 Quòd autem vir Domini Seuerus de lanificij opere victum sibi quæritabat, simplicitatem eius sanctam commendat. Quia nimirùm omnimodis decebat, vt ouis Domini rationalis Agni vellere induta, qui tollit peccata mundi, non aliunde quàm de ouium, mundorum videlicet animalium, tegmine suam suorumque transigeret vitam. Erat namque vna, nec qualiscumque de his quas verus & æternus Pastor Christus in Euangelio his verbis commendat: Oues meæ Ioan.10. vocem meam audiunt, & ego agnosco eas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis. De quibus alibi ait: Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Est quippe ouis, vt fertur, naturaliter præ omnibus animal mundissimum & mansuetum, nec non & simplicitati deditum. Si enim est aliqua rationali & irrationali significatiua collatio, iure in talibus similia similibus comparamus. Non ergo vir tantus talem casu fortuito sortiri credendus est. Sed futuri eius officij, certi videtur esse caussa indicij; quippe cui deleganda erat cura pastoralis, quâ & agnos cum Petro pascere studeret & oues. E

texebat pannos de lanâ ouiũ.

quas mystice pastus erat; Ioan.21. 16 & 17

21 Sic enim in Actibus Apostolorum legimus, quòd totius Ecclesiæ Magister Paulus de labore manuum suarum vixerit, vt nulli auditorum oneri esset; erat autem scenofactoriæ artis. Numquidnam Paulus aliunde viuere non poterat, qui omnibus artibus plenus erat? Potuit vtique. Sed certi caussâ mysterij credimus actitari, vt quia Prædicator egregius omnia quæ fidelibus prædicauit, ne ipse reprobus efficeretur, operibus commendauit, oportebat valdè vt & manuum eius labores vitæ & prædicationi eius testimonium darent. Et quia opus ipsum, vnde viuebat, commigrantibus & peregrinantibus necessarium erat, hoc quod ipse, contemptum huius mundi Hebræis persuadens, scripturus erat dicens: Non habemus hîc manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus; iam tunc quadam præsagâ linguâ officij sui significatiuè loqueretur. Acsi humanâ ratione ipsa obumbracula apertè se vtentibus dicerent: Videte, ô nautæ & viatores peregrini, instrumentum atque materiem tuguriorum vestrorum, & ratione nostræ vobis cognitæ naturæ perpendite celsitudinem dignitatis vestræ, quam opifex noster atque confertor Paulus sine cessatione vos docet. *b* Nos originem de aquis sumpsimus & in ripis stagnorum nascimur, & tantæ leuitatis sumus, vt & facilè à conuiantibus portari possimus, & tamen per nostrum ministerium optatum habeant obumbraculum. Vos autem, qui rationales estis, de aquâ & de Spiritu sancto renati, nolite per terrena desideria & mundi illecebras vos prægrauare, quatenùs liberi atque expediti breuem huius peregrinationis viam percurrere, & ad æternam patriam quantocyùs meeamini peruenire. Ecce qualiter opus Pauli loquitur, vnde victitare legitur. Eadem quippe licet de opere manuum B. Seueri sentire, quatenùs per omnia vellera suos admoneat sequaces, habere mansueta & simplicia corda. F

mystice docẽs hinc migrandũ; Hebr.13. 14

b ea, quæ iuuenum natis ad aquas,

per quas fideles regenerãtur.

a *Videtur hîc deesse illud Isaiæ* 5.20. ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

b *Videtur auctor innuere tabernaculã, quã faciebat Paulus, è iuuenis fuisse, vt non* scenofactoria *ars, sed* schoenofactoria *dicatur: nam* χοῖνιξ *iuuenis, ὀκύμη umbraculum.*

CAPVT

CAPVT VI

De S. Seueri miraculis, digreſſio altera.

12 IAm verò ſeries expoſitionis exigit, vt & hoc quoque lynceis oculis penetrare conemur; quidnam ſit, quòd in horâ ſacræ oblationis in ſpiritu rapitur, & funeri B. Geminiani Epiſcopi intereſſe perhibetur. In hoc verò ſpecialis doni miraculo æſtimare non immeritò debemus Sanctum Domini Seuerum Archiepiſcopum per omnia B. Ambroſio æquiparandum: quia, vt ille beatiſſimus Hierarcha *a* S. Martini incomparabilis viri natalitio deſeruuit, ſic & iſte B. Geminiani. Quod ſi quis obtendere velit, ob hoc diſſimile aliquo modo miraculum haberi, quòd inter Mediolanenſium & Turonum ciuitates laxiora terrarum ſpatia habeantur; nouerit quòd omnipotens Dominus, qui in omnibus locis ſine loco eſt, nec in maximis dilatatur, nec in minimis anguſtatur, quia centum cæli non eſt regnum eius, qui difficilè inuenitur vbi ſit, difficiliùs vbi non ſit. Et quia *b* certum Eccleſiæ tempus in B. Seuero non habemus, quis eorum ſit prior ætate minimè nobis lucet: ſed tamen vnum idemque eſſe Spiritus ſancti donum, hominibus ſano cerebro B vtentibus patet. Sed obiicitur hoc modo: Et quî fieri poteſt, vt aliquis de Sacerdotum numero coæquetur Eccleſiæ Doctori Ambroſio? Quam vtique calumniæ anſam citiùs ſoluimus, ſi Spiritus ſancti laudem ſubtiliùs intueri curamus. Scriptum quippe de Spiritu ſancto legimus, quòd ſit multiplex & vnicus. Multiplex ergo Spiritus inuenitur ob multiformem ſcientiam in Ambroſio: ſed non minoris virtutis eſt vnicus in S. Seuero. Vnius quippe eiuſdemque meriti eſſe gloriоſos Patres Ambroſium atque Seuerum teſtatur in hoc facto ſimile donum.

S. Seuerus intereſſe funeri S. Geminiani,

a vti S. Ambroſius vidit in ſpiritu mortem S. Martini;

b

Sap. 7. 22

atque in hoc ſimiles:

23 Sed intueri quoque libet, quænam cauſſa ſit tam miræ auctoritatis, quòd vir Domini in filiæ ſuæ ſepulturâ coactus longè antè defunctæ coniugis corpuſculo iuſſit, quatenùs ſe dictu citiùs in latus declinaret, & filiæ ſpatium ſepeliendi præberet. Sicut enim rarò hæc virtus oſtenditur, ita non ſine difficultate à nobis exponitur. Attamen quidquid illud eſt, quod interlucet intellectibus noſtris, nequaquàm ſilentio tegere æquum iudicamus. Videtur quoque noſtræ imperitiæ intelligendum per omnia fore, hunc ſanctum virum nequaquàm imparem ad reſuſcitandum eſſe coniugis corpus, hoc quia apud omnipotentem Dominum obtinere potuit vt ſe tam ſubitò verſaret in latus.

qui coniugis corpus iuſſu mouit,

potuiſſet ſuſcitare:

C 24 Eſt & aliud quod intelligi vtile videtur. Superiùs namque ſatis ſuperque contra hæreticos atque Eccleſiæ æmulos limato enſe certauimus, qui ipsâ quoque opinione coniugis ad nullam rem ſanctum virum deſtinauerunt; ideoque neceſſe fuit, vt diabolus cum ſuis mendacibus in propatulo confunderetur, & ſancta vbique Eccleſia in Sacerdote tantam gloriam diuini præconij conſequeretur. Vt enim verum fateamur, cuius caſtitatis & continentiæ ante Epiſcopatum extiterit, ipſe euidenter Spiritus ſanctus per columbam in electione monſtranit, quæ tot Presbyteros & Leuitas ſuperuolitauit, & dilectum ſibi penetral aſſignauit. Sed vt nihil ineuiſceratum ſcrupuli remaneat apud ſeruos Domini, videtur ſacratiſſimus Pontifex Eccleſiæ ſuæ latenter ſatisfacere pro dudum coniugis opinione. Quid enim priùs eum feciſſe dicitur, quàm miraculum perpetraret? Recordari priùs eum vitæ priſtinæ creditur, quando Chriſtianâ licentiâ coniugio vinctus legitur. Quòd autem tam imperioſâ auctoritate iuſſit, vt defunctum coniugis corpus ſe declinaret in latus, patenter oſtendit, quàm ſecurus eſſet à tactu illius, poſtquàm effectus eſt Epiſcopus.

vt apparitione columbæ caſtitatem ante epiſcopatum,

ſic hoc facto continentiam in epiſcopatu indicauit:

25 Nouiſſimè tranſitum eius conſiderare eamus, & quàm plenus eſſet virtutibus, aquilinis (vt ſic dictum

ſit) oculis videamus. Deſcendit, inquam, viuus in ſepulchrum, in quo coniux ſepulta requieuit cum filiâ, ibique ſe medium collocans, obdormiuit in pace. Quemnam vir iſte, quem in obitu ſuo eſt imitatus, niſi ſplendidiſſimum radium Ioannem Euangeliſtam & Theologum, qui vt Eccleſiaſtica teſtatur hiſtoria, ſimili modo requieuit in vltimo ſenio? Ioanni quippe neminem præſumimus poſt Coapoſtolos ſuos comparare, quia totus mundus reclamare compellitur: ſed tamen in hac virtute aſſerimus virum Domini Seuerum cum illo participium poſſidere. B. Ioannes *c* aſſumptus eſſe creditur. Vir autem Domini Seuerus *d* apud nos plenus habetur in proprio tumulo. Habetur ergo in terris ſynecdochixῶς, præſtolatur quietus tempus ineuitabilis ἀναςάσεως.

AVCTORE ANONYMO, EX MS.

D *viuus intrat ſepulchrum, vt S. Ioannes Euangeliſta.*

c

d

26 Quâ de re omni deuotionis anniſu ſtudeamus tantum ac talem venerari Patronum, & quaſi adhuc in carne nobiſcum degentem, ita intueamur illum abſentem, quia (vt veritas ſeſe habet) veriùs adſtare nobis creditur, quàm viuus in carne ſuo tempore videretur. Quia verò ſummo ſoli, qui habitat lucem inacceſſibilem, iunctus eſt in cælis, nihil in creaturis agitur quod videre non poſſit. O ſi . . . tumulum eius contingere poſſent, quàm vberrimis lacrymarum vndulis eum irrigare contenderent! Habemus in illo Patronum dulciſſimum, Archiepiſcopum clementiſſimum, E qui vota noſtra Domino omnipotenti offerat, & vt pius Aduocatus ſe pro nobis fidedicendo interponat. Illi modis omnibus ſecreta conſcientiæ noſtræ per cõfeſſionem pandamus; vt in illo die tremendi examinis ſub ſuæ defenſionis patronatum nos recognoſcat. Laus illi & gratiarum actio, qui eum ante ſecula in regnum æternum prædeſtinauit, & per columbam Spiritus ſancti animal in Epiſcopatum elegit, in pace aſſumpſit, & in æterna Ieruſalem paſcua perpetuò gratulantem introduxit.

Adhortatio ad eius cultum.

a *De indicatâ diuinitùs S. Ambroſio S. Martini morte, dicemus* 11 *Nouemb ad S. Martini Vitam, &* 7 *Decembr. ad S. Ambroſij. Obiit ille* Cæſario & Attico Coſſ. *an* 397. *hic ſequenti,* Honorio IV & Eutychiano Coſſ. *vti delibatum inferiùs ad Vitam S. Sigeberti* § 6.

b *Hinc apparet. Scriptorem, etſi pium & in Scripturis verſatum, non admodum tamen peritum fuiſſe hiſtoriarum Eccleſiaſticarum. Senior aliquantò Ambroſio S. Seuerus, coætaneitamen fuerunt.*

c *De hoc, diſputandi locus erit ad* 27 *Decembr.*

d *Si conſtaret propriè locutum Auctorem, & Rauennæ ſcripſiſſe, conſequens eſſet, vt hæc Vita ante mortem Ludouici Pij ſcripta cenſeretur, cùm adhuc* habebatur in proprio tumulo S. Seuerus.

MIRACVLVM S. SEVERI

ex Hieron. Rubei hiſtor. Rauen. lib. 2.

QVi huius ſancti Archiepiſcopi vitam, quam è D. Donati cœnobio Senis allatam legi, auctor mihi adhuc ignotus, ſcripſit, is cùm miracula cetera ſummatim narret, vnum, quod ſuo tempore teſtatur accidiſſe, luculenter explicat. Henrico Imperatore, Bonifacium Tuſciæ Marchionem, cum exercitu, circùm diruta oppidi *a* Claſſis mœnia, caſtra locaſſe. Milites, cum propè D. Seueri templum cœnobiumque quod inde haud procul aberat, loca infeſta redderent, in hortumque monachorum, qui erant Ciſtercienſis ordinis, ingreſſi, olera, porroſque præſertim, abſtuliſſent; accidit, vt cùm ſub cineribus coctos comederent, cruor ora perfunderet, ex ipſiſque cultris, quibus inciderant porros, & manibus quibus tractauerant, ſtillaret. Itaque tanto prodigio perturbati, ac planè confuſi, Diuinam primò vltionem vereri, mox ſalutari accepto conſilio, in templum ſancti Archiepiſcopi accurrere, opem, veniamque ſupplices petere, munuſcula offerre. Quibus tandem exiccatus, abſterſuſque cruor,

a Milites bona monaſterij diſſipantes,

prodigio territi,

veniam deprecantur.

AVCTORE LVIDOLPHO. EX MSS.

veniam impetratam ſignificauit. Huius miraculi, ipſos monachos, & quamplures populares, qui interfuêre, iuratos teſtes, Auctor ille adhibet.

A a *De Claſſe oppido diximus ad Vitam S. Geminiani. Manet loco nomen cum monaſterio & inſigni S. Apollinaris baſilicâ.*

b *Erat id cœnobium Rauennam inter ac Claſſem ſitum, huic propinquius. Id Rubeus lib. 5 ſcribit circiter annum Chriſti 1115 Ciſtercienſis Ordinis leges accepiſſe: ac nimirùm tacitè refutat, quod hic ſcripſerat, quandoquidem viuente Bonifacio Marchione nondum Ciſtercienſis erat fundata familia, nondum in S. Seueri cœnobium introducta. Ferdinandus Vghellus, & ipſe illius inſtituti Abbas, tomo 2 Italiæ ſacræ ſcribit, Ciſtercienſes poſteà coactos illud monaſterium deſerere*, ob Commendatariorum ingluuiem &c.

ALIVD MIRACVLVM

ex B. Petri Damiani ſer. 2.

B SEd cur iſta de antiquis B. Seueri miraculis dicimus, cùm hodieque non pauca prodigiorum ſigna, in venerabili ſepulturæ ſuæ baſilicâ fieri frequenter audiamus? Nam, vt de ceteris ſileam, illud vnum quantis eſt præconiis dignum, quantâque lætitiâ ad Diuinæ omnipotentiæ gloriam referendum, quòd ſub ipſo altari ſacratiſſimi ſui corporis clariſſima ſenſim emanat aqua, diuerſis languentium valetudinibus profutura? Nam ſi fides bibentium exigit, mox vt eam pectora ægrota percipiunt, protinus de infirmitate ad ſalutem priſtinam conualeſcunt. Et, vt mirabilem rem fieri mirabiliter audias, non in vernalis clementiâ temporis, non in autumnalis inundantiæ pluuiis, non in imbriferæ algoribus hiemis, quando ex diuerſis ſaxorum molibus ſolet aqua tenuiter exudare; ſed in ipſo feruidæ æſtatis ardore eam noueris ex aridâ calce & duris lapidibus ebullire. Vt videlicet quando maior incumbit neceſſitas ægritudinum, tunc potiſſimùm conferat miſeratio Diuinâ remedium: & humanæ infirmitati, quæ tunc ex ignei caloris gignitur vitio, medicorum more, vim curationis ex contrario obiiciat elemento.

ſub altari S. Seueri manat aqua, cõtra morbos ſalutaris, æſtate, ex ſiccâ calce & lapidibus.

VITA ALIA

AVCTORE LVIDOLPHO PRESBYTERO,

ex Vltraiectenſi & Budicenſi MSS.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 VEnerando Fratri, atque vlnis caritatis non fictæ amplectendo Erlario Diacono *a* Luidolphus Presbyter indignus. Si tibi ſcripſero, cariſſime, quod ad aliquam pertinet vtilitatem, forſitan gratanter accipies: neque enim ingratus fore poteris, cùm te ab aliquo errore correctum videris; ſi tamen fidem dictis meis accommodare volueris. Igitur quæ in Italiâ poſitus didici, tibi legenda deſtinaui, obnixè poſtulans, vt ea relegendo corrigas, & recitata retranſmittas. Tibi etenim ſoli meas nugas oſtendere præſumo, quoniam mea *b* ruſticana, quaſi aliorum diſerta, legere non ſpernis. Vale dilectiſſime, faciens vti poſtulo: & me tibi fidiſſimum in omnibus noueris amicum.

a

b

a *MS. Budic.* Luidolfus. b *Idem*, ruſtica.

CAPVT I.

Quomodò Auctor Vitam S. Seueri ſit aſſecutus.

2 QVodam tempore in ſecretiori loco poſitus, cùm plurima de exitu animarum, & de diuerſâ retributione earumdem pro qualitate meritorum, in Dialogis S. Gregorij, aliorúque viſionibus legerem, timore iudicij, & formidine pœnarum perterritus, delicta iuuentutis meæ, quæ humanâ fragilitate contraxi, non ſine lacrymis ad memoriam reuocaui. Sed cùm mente confuſus, anguſtiâque vallatus, cogitaſſem, qualiter illa quibus Deum offenderam abolere potuiſſem, occurrit animo vt Apoſtolorum limina aliorumque Sanctorum viſitarem, & eorum interceſſionibus funes peccatorum meorum ſummo ſtudio diſrumpere procurarem. Velamen enim, iuxta ſententiam Beati Iob, non habentes amplexantur lapides. Acceptâ igitur licentiâ, iter laborioſum arripui, & variis incommoditatibus, maximè imbrium inundationibus, præpeditus, vix decimâ hebdomadâ Romam perueni. Ibique per octo dies poſitus, modò ſolus modò cum E aliis comitibus, coram Apoſtolorum memoriâ humiliter proſtratus, Dominum totis poſtulaui præcordiis, vt gratuitâ gratiâ ſuâ, & Sãctorum precibus exoratus, mihi de præteritis criminibus veniam dare, de præſentibus continentiam largiri, nec non de futuris ſub illius tuitione immunem finetenus me conſeruare dignaretur. Sed his paucis neceſſariò prælibatis, iam ad *a* narrationem veniendum eſt, quam tibi, adiuuante Domino, explicare diſpoſui.

Luidolfus pro indulgẽtiâ peccatorum, adit limina Apoſtolorum:

Iob 24. 8

a

3 Apud Rauennam Italiæ vrbem poſitus, diligenter inueſtigare ſtudui de vitâ Sanctorum, Seueri videlicet, Vincentiæ atque Innocentiæ, quorum corpora inde ſublata, in iſtam verſis nominibus tranſlata ſunt parochiam: de quorum tranſlatione, Chriſto propitio, aliàs diſputabo. Cumque nihil inde certi à quoquam percipere potuiſſem, non modicùm, fateor, contriſtatus ſum. Sed Deus, mœrentium conſolator, conſolatus eſt me per quemdam monachum, qui de monaſterio eorundem Sanctorum in ciuitatem abierat, (diſtat enim hoc monaſterium ab vrbe Rauẽnâ) quoſdam amicos ſuos viſitandi gratiâ. Quem ego de ciuitate ad monaſterium reuertentem conſpiciens conueni, atque inter cetera collocutionis noſtræ verba aliquid mihi de vitâ Sanctorum, ſi quid noſſet, referre poſtulaui. At ille Craſtinâ, inquit, die veni ad monaſterium noſtrum, & ibi ſuper hac re voti compos efficieris. Ego enim demonſtrabo tibi virum, qui viuâ voce indicare poterit quod quæris. Erat namque de Galliæ partibus, Latino eloquio exprimere non valẽs quod volui. Idem quoque retulit ſe bis numero ab hoſtibus captum, vnâ quidem vice à *b* Danis in Galliâ, alterâ verò in eodem monaſterio ab *c* Agarenis comprehenſum; ſed per Dei gratiam ab vtriſque liberatum.

inquirit Rauennæ de S. Seueri vitâ:

F *monacho, quem bis Sanctus ſeruârat, inuitante,*

b

c

4 Sequenti itaque die illius pollicitationem, vtrùm vera eſſet nec ne, explorare volens, meoque deſiderio ſatisfacere cupiens, perrexi ad monaſterium, non paucos habens itineris ſocios. Fratres autem illius loci nos benignè ſuſcipientes, in præſentiam Abbatis perduxerunt: à quo etiam caritatiuè ſuſcepti, omnes in monaſterio vnà cum illo conſedimus, conſedentibus quoque nobiſcũ numeroſis eiuſdem loci monachis. Deinde requiſitus vnde eſſem, vel ob quid illò veniſſem, vtrumque coram omnibus expoſui. Tunc vnus ex monachis, qui nobiſcum reſidebant, innuente ſibi Abbate, hanc mihi Latino ſermone reddidit rationem, ita incipiens.

adit eius monaſterium,

eamq; cognouit.

a *MS. Vltr.* rationem.

b *De Danorum in Galliam incurſionibus ſub Ludouico Pio, ac præſertim*

A *præſertim eius filiu, ſæpè alibi dictum.*

c *Rubeus lib. 5 hiſt. Rauen. pag. 240 ſcribit poſt annum 846 vaſtatam à Saracenis oram Adriatici maris, direptumq; Claſſenſe S. Apollinaris templum. Tunc quoque S. Seueri expilatum videtur cœnobium, reliquiis eius iam in Germaniam auectis. De aliorum SS. tranſlatis Claſſe in vrbem Rauennam corporibus, eorumdem Saracenorum metu, agemus ad Vitam S. Caloceri xi Febr.*

Claſſis oppidum direptum à Saracenis.

CAPVT II

S. Seueri miraculoſa electio ad epiſcopatum.

5 SEuerus, cuius tu vitam ſcire deſideras, non fuit Martyr, ſed Confeſſor. Hic nempe longo tempore in laicali habitu conſtitutus, vitam pauperem in hac vrbe Rauennâ ſecundùm ſeculum gerebat, quamdam ſortitus fœminam in matrimonium, Vincentiam nomine, de quâ genuit filiam, vocabulo Innocentiam: cum quibus opera muliebria, victum quæritans, operabatur. Nam lanam nere, more fœminarum atque a texere ſolebat, vnde vulgo lanarius vocabatur.

S. Seuerus lanificium exercet:

a

b 6 Qualis autem meriti idem vir fuerit apud *b* internum iudicem, etiam hominibus idem *c* arbiter innoteſcere curauit, ſicut in ſequentibus demonſtrabitur. Nam cùm Præſul memoratæ ciuitatis obiiſſet, iuſſus eſt populus à Principe ciuitatis triduanum agere ieiunium, vt Deus per aliquod ſignum oſtenderet, quis in locum defuncti ſuccedere debuiſſet. Dum hæc geruntur, dixit Seuerus Vincentiæ coniugi ſuæ: Vadam ad eccleſiam videre quis hodie eligatur Epiſcopus. Cui illa cum indignatione reſpondit: Quid tu pannis obſitus inter nobiles & purpuratos viros quæris? vel quid pertinet ad te magnatorum ſuper Epiſcopi electione conſilium? Vtilius tibi eſt, vt more ſolito alicui ſeruias, vnde mihi & filiæ tuæ victui neceſſaria miniſtrare valeas. Ad hæc ille, Quid, inquit, nocet, ſi vadam? At illa: Et vtinam illuc veniens, colaphizatus recedas! Ille autem verba vxoris ſtoccipiens, ad eccleſiam properauit, & ingreſſus *d* pænè iuxta Principem conſtitit.

c

inuitâ vxore it ad electionem Epiſcopi:

d

7 Orante autem populo, ecce ſubitò columba quædam deſuper volitans, ſuper caput ipſius, cunctis cernentibus, conſedit. Quod quidam pro ſigno accipientes, eum ſacerdotio dignum iudicabant: alij verò indignè ferentes, quòd tam vilibus veſtimentis indutus inter primos ciuitatis ſtare præſumpſiſſet, eum inhoneſtè, ſicut ei vxor euenire optauerat, de eccleſiâ exire compulerunt. Alterâ autem die in eccleſiâ lætitare volens, etiam per columbam proditus ſollicitabat corda intuentium. Tertiâ verò die cùm in eccleſiâ poſiti aliquod ſignum à Deo præſtolarentur, ille qui non in facie ſed in corde videt & iudicat, quaſi duritiem illorum increpans, eum ſicut priùs per columbam ſacerdotio dignum palàm omnibus demonſtrauit. Tunc omnes vnâ voce dixerunt: Quem poſſumus eligere, niſi quem Dominus ecce iam tertiò elegit? Et apprehendentes eum de turbâ in eminentiorem locum reluctantem pertrahunt, & mutato habitu Clericum fecerunt. Deinde iuxta morem Eccleſiaſticum Epiſcopum conſecrarunt.

conſidente ſupra eum columbâ,

primò eiicitur; iter repetito prodigio,

C

eligitur Epiſcopus:

8 Currens autem quidam de aſſiſtentibus nuntiauit Vincentiæ, quòd maritus illius eſſet Epiſcopus. At illa ſubridens, hæc nuntianti non credidit, ſed irridendo ſubiunxit dicens: Scio quia Seuerus *e* Grammaticâ ceteriſque artibus imbutus benè poteſt eſſe Epiſcopus. Nam Pater monaſteriorum longo tempore extitit plurimorum: idcircò exempla conuerſationis illius ceteri debent imitari. Ille verò qui nuntiauerat, verum ſe dixiſſe affirmauit. At illa: Qui hactenùs, inquit, per plateas incedendo, fila de colo tendere atque in fuſum colligere ſolebat, in cathedrâ Epiſcopali non immeritò ſedere perhibetur. Dum hæc loqueretur, alter & tertius venerunt, priori nuntio ſimilia referentes. Tunc illa admiratione ducta ſurrexit, atque vnà cum filiâ *f* ad eccleſiam cucurrit; videnſque vera quæ audierat, Deo gratias egit. Statimque vtraque illarum ſacro velamine cooperta, vna quidem in *g* viduitatis, altera verò in virginitatis propoſito piè viuendo perdurauerunt.

inuitâ vxore it ad electionem Epiſcopi:

e

vxor id credere renuit.

veritate cognitâ, cum filiâ velum accipit, & ſanctè viuit.

AVCTORE LVIDOLFO. EX MSS.

D

f

g

a *Deeſt hoc MS. Budicenſi.* b *MS. Vltr.* æternum.
c *MS. Vltr.* arbitror; *omiſſo* curavit.
d *Idem habet altera pars Legenda, aliter prior Vitæ cum Rubeo.*
e *Quo tempore hæc ſcripſit Luidolfus, magni fiebant Grammatici, ſiue politiorum ſcientiarum profeſſores, vti xi Ianuar. ad S. Paulini Aquileien. Vitam diximus.*
f *Rubeus tradit, è regione eccleſiæ habitaſſe.*
g *Ne quis putet viro deinceps cohabitaſſe, aut ſacro velo indutam inſtar viduæ vixiſſe.*

CAPVT III

SS. Seueri, Vincentiæ, Innocentiæ mors, celebritas

9 SAnctus verò Seuerus quotidie in Dei ſeruitio proficiens, & miraculis coruſcans, magnum populo de ſe præbuit ſpectaculum. Nam omnes illius temporis in ſuâ vicinitate viros vitæ ſanctitate & doctrinarum ſtudio ſanctarum ſuperabat, tantamque illi Dominus gratiam contulit, vt omnibus, qui eum noſſe potuerunt, amori fuerit & honori. Nec mirandum, quòd homo plebeius & idiota ſubitò magiſter & Doctor Eccleſiæ fieri potuit: nam Dominus noſter Ieſus Chriſtus non rhetores, non philoſophos, ſed piſcatores elegit, & per vniuerſum mundũ prædicare deſtinauit. Nulla quippe in diſcendo mora eſt, vbi ſanctus Spiritus Doctor adeſt: & in quocumque habitare dignatur, ardentem pariter & loquentem facit.

Seuerus miraculis & doctrinâ infuſâ clarus,

E

10 Contigit autem iam præfatas mulieres viam ingredi vniuerſæ carnis: quas ille in ſepulchro, quod ſibi parauerat, ſepeliri præcepit. Succedente autem tempore cùm vir Domini iam ſenio feſſus diem vltimum ſibi imminere conſpiceret, ſacerdotalibus veſtimentis indutus Miſſam nonnullis aſtantibus celebrauit. Quâ completâ, vnumquemque in ſua redire præcepit, excepto vno Scholaſtico, qui eius nutu omnes eccleſiæ ianuas clauſit. Deinde accedente beato viro ad locum, vbi ſanctæ mulieres condiræ fuerant, ſtatim tumulus ille vltro apertus eſt. Tunc ille, Soror, inquit, & filia, hoc ſepulchrum mihi preparaui, vobiſque indigentibus vtendum præſtiti: ſed quia modò ad factorem meum, illo vocante, proficiſcar, date mihi locum vobiſcum dormiendi; vt qui in hoc ſeculo communiter viximus, etiam communi ſepulturâ vtamur. Quibus illicò locum dantibus, viuus tumulum, ceu S. Ioannes feciſſe legitur, introiuit: atque ſignaculo ſanctæ crucis ſe muniens, obdormiuit.

vxoris & filiæ tumulum

vltro aperitur,

F

intrat, & moritur:

11 Puer autem, qui intus erat in eccleſiâ, videns beatum virum ingredi ſepulchrum, lapidemque ſuperiorem in locum priſtinum quaſi ab hominibus volut, cum clamore valido cucurrit, & apprehendens quamdam particulam caſulæ illius, quæ caſu de ſarcophago foras pependit ad ſe trahere nitebatur. At hi qui pro foribus erant obſtupefacti, irruerunt per oſtia, ſciſcitantes puerum, cur ita clamaſſet. Quibus ait puer: Dominus meus Epiſcopus hoc ſepulchrum ingreſſus eſt; adiuuate quantocyus ne intus ſuffocetur. Viri autem illi maturioris ætatis, cauſſam Dei voluntate peractam intelligentes, & eius animam iam ad cæleſtia migraſſe cognoſcentes, in hymnis & laudibus benedixerunt Dominum, condignum Confeſſori illius obſequium præbentes. Quanta verò ibi poſteà per merita ſancti Confeſſoris largiente Domino infirmorum ſanitatum facta ſint miracula, tibi longum eſt explicare.

vltro vrſus coëunte tumulo;

claret miraculis:

colitur 1. Febr.

12 Poſt hæc interrogati de feſtiuitatibus Sanctorum, in quibus eſſent celebrandæ Kalendis S. Seueri, inquit, feſtiuitas in Kalendis Februarij celebratur, ſanctarum

vti & S. Vincentiæ vxor & S. Innocentiæ filiæ.

AVCTORE LVIDOLFO. EX MSS.

ctarum verò fœminarum, quoniam propter infeſtationē *a* paganorum lapſa eſt de memoriâ, idcircò vnà cum illius ſolemnitate in ſupradictis colitur Kalendis. His auditis, Crœſi opes habere me putabam. Deinde non modicam illorum Fratrum experti ſumus humanitatem; nam pane & vino refecti iter noſtrum læti peregimus.

13 Hæc, Frater cariſſime, de virâ & obitu Sanctorum, ſicut ab ipſo monacho in præſentiâ plurimorum audiui, litteris tradidi, tuoque nomini dedicaui; ob hoc maximè, vt te ſuper nominibus & feſtiuitate Sanctorum certum redderem, & cum hæc neſcientibus errare non ſinerem. Si autem adhuc de iſtis hæſitans, mihi non credideris, vade in Italiam, & quære locum memoratum inter Rauennam & monaſterium S. Apollinaris: ibi procul dubio huius narrationis tot teſtes inuenies, quot monachos. Quod ſi etiam idem monachus in huiuſcemodi narratione me (quod abſit) fefellit, mendacij ſui pœnas abſque dubio luiturus eſt, illo cogente, qui nullum peccatum impunitum dimittit. Ego verò ſcio me nulla niſi ab illo audita ſcripſiſſe.

Monaſterium S. Seueri iuxta Rauennā.

S. Vincentia reliquiæ Mogunt. *b*

aliorum alibi.

14 Igitur quando in eccleſiam S. Albani oratum ire volueris, ad auſtralem plagam eiuſdem eccleſiæ veniens, ibi oſſa ſanctæ mulieris Vincētiæ condita ſcias, & de eadem eccleſiâ S. Seuerum in Thuringiam, Sanctamque Innocentiam *b* ex parte ad alterum monaſterium, nomine Paraciatenſe tranſlatam noueris. Quorum meritis & interceſſionibus, nobis Omnipotens concedere dignetur, vt hîc taliter conuerſemur, qualiter in tremendi examinis die à iuſtiſſimo Iudice, cum his qui à dextris eius ſtatuendi ſunt, remunerari mereamur.

a *Herulorum, Gothorum, Longobardorum &c.*
b Ex parte *deeſt MS. Budicenſi, vti & monaſterij nomen.*

LIBER II.

Tranſlatio SS. Seueri, Vincentiæ, Innocentiæ.

CAPVT I

Sacræ Reliquiæ transferuntur Moguntiam.

1 IN priori libello, cariſſime mi Erlari, ſcripturum me eſſe pollicitus ſum de tranſlatione Sanctorum, quorum ibi mentio facta eſt: quod nunc, donante & adiuuante illo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, quantum potero, adimplere non differam.

a 2 *a* Fuit quidam Clericus de Galliæ partibus, nomine Felix, (vtrùm factis necne, non eſt meum iudicare) quem dum puer eſſem me vidiſſe memini. Huic erat conſuetudo, per diuerſas vagari prouincias, & Sanctorum reliquias, vbicumque potuit, furari, quæſtus cauſsâ. Hic ad prædictum monaſterium, quod inter vrbem Rauennam & S. Apollinarem ſitum eſſe diximus, cum quibuſdam ſociis venit; ibique religionis gratiâ, quaſi peregrinus, ſuſceptus eſt, tātamque illorū Fratrum expertus eſt humanitatem, vt quotidiana inibi, quaſi vnus ex ipſis, acciperet ſtipendia: qui etiam, ne illi Fratres aliquid de eo ſuſpicarentur ſiniſtrum, ſacramento firmauit, ſe numquàm de eodem monaſterio receſſurum. Cumque tam familiariter eo loci aliquamdiu conuerſari cœpiſſet, iunxit ſe cuſtodi eccleſiæ, eique ſedulum exhibebat obſequium.

Felix, prædo Reliquiarum,

diuertit ad monaſterium S. Seueri,

3 Tempus autem opportunum ad id propter quod venerat nactus, oſſa prædictorum furatus eſt Sancto-

rum, & cum ſuis complicibus fugam iniit. Quod cùm Fratres comperiſſent, miſerunt nuntios ad Optimates Italiæ, vt omnes exitus viarum de Italiâ præoccuparēt, aut ne vllatenus inde labi potuiſſet. At ille cùm loca ſibi effugiendi *b* denegata cognouiſſet, per deuia noctu incedens Ticinum venit, ibique aliquanto latuit tempore.

eiuſque ac SS. Vincētia, & Innocentiæ Reliquias furatur, *b*

4 Intereà *c* Ludowicus Imperator Otgarium Magontienſem Archiepiſcopum, & *d* Hildi Wirdunenſem Antiſtitem, duoſque Comites, quorum alter Warinus, alter Adalgiſus vocabatur, ad Lotharium filium ſuum, qui eo tempore Ticini morabatur, deſtinauit, pro pace & amicitiis inter eos reparandis, quæ prauorum hominum machinatione ex aliquâ parte erant turbatæ. Quò cùm peruenisſent, *e* prædictus Felix *f* cum Sanctorum reliquiis, quas furatus fuerat, ad hoſpitium *g* Otgarij ſe contulit, & qualiter feciſſet indicauit. Quas Otgarius cum gaudio ſuſcipiēs, ſuis abſcondit in ſcriniis, & ne alicui ad illas pateſceret aditus, proprio eas ſignauit ſigillo.

c
d *atque Otgario Ep. Moguntino*
e
f
g *eas tradit:*

4 Manè autem facto Hildi & prædicti Comites ad manſionem Otgarij conuenerunt, quatenus inuicem conferrent, qualiter legationem ſibi iniunctam concorditer peragerent. Cumque introiiſſent cellam vbi ſanctę in ſcriniis ſeruabantur reliquiæ, horror & timor nimius irruit ſuper eos, ita vt tremore agitati vix reſiderent. Quos Otgarius pallentes & trepidantes videns, interrogauit quæ cauſſa eſſet tanti timoris. At illi, Forſitan, inquiunt, in hac legatione finem huius vitæ ſumus habituri. Nam nec contra hoſtes in bello poſitos talis tantuſque timor nos vnquam inuaſit. Nolite, inquit Otgarius, timere, nullas enim in hoc itinere, Deo nos protegente, patiemur anguſtias. Sed, ſi vultis grataner accipere, ego vobis dicam cauſſam huius timoris. Heſternâ quippe die allatæ ſunt mihi Sanctorum reliquiæ, quas penes me in iſtis habeo ſcriniis; quibus quoniam huc ingredientes condignum nō præbuiſtis honorem, meritò incidiſtis in timorem. At illi hæc audientes genua flectunt, & ſibi proſpera euenire per ſuffragia Sanctorum poſtulabant. Quod & factum eſt. Nam ſequenti die à Lothario honorificè ſuſcepti ſunt, & legatione peractâ voti compotes redierunt ad Imperatorem, qui miſerat eos. *h* Prædictus autem Felix cum ſociis ſuis, acceptis ab Otgario equis, & aliis muneribus, inter homines illius latitantes de Italiâ egreſſi ſunt, & Italorum præparatas deuitarunt inſidias.

qui, ſociis ad earum præſentiā horrore perculſis,

legatione feliciter peractâ, *h*

5 Otgarius verò peractâ legatione, de palatio Imperatoris Magontiacum veniens, Sanctorum reliquias cum ſummâ veneratione ſuſcipi à Clero & populo præcepit. Quo facto oſſa S. Seueri iuxta altare S. Albani in loculo poſuit, & *k* S. Vincentiæ ad auſtralem plagam, Sanctæque Innocentiæ ad ſeptentrionalem eccleſiæ eiuſdem, vt in priore libello præfati ſumus, honeſtiſſimis in locis iuxta ſingula altaria collocauit, conſtructis deſuper lectulis, quos veſtiuit auro & argento, ſicut hucuſque cernentibus liquet.

eas defert Moguntiā. *i*

k

a *Quæ hic habentur vſque ad num. 5. eadem extant in Breuiar. Erford. ad diem Octaua.*
b *MS. Vltrai.* denigrata.
c *Budic.* Ludevvicus. *Eſt hic Ludouicus Pius, Caroli Magni filius, vt ſuprà oſtendimus: cui morienti an. 840 adfuit cum Hetti Ep. Trouirenſi & Drogone Metenſi Otgarius.*
d *MS. Budic.* Hildivvinum. *Breuiar. Erph.* Hiltim. *Eum Epiſcopum ordinatum an. 819. ſcribit Waſſeburgius, adhæſiſſe ſemper Ludouico Pio, qui idcirco multa Eccleſiæ Virdunenſi donauit; poſt eius mortem plurima à Lothario filio perpeſſum.*
e *Addit MS. Budic.* & de negotio quod acceperant, diligentiſſimè pertractarent.
f *Addit idem MS.* & ſui complices.
g *Breuiar. Erford. ſemper* Othogarium *appellat.*
h *Huc vſque Breuiar. Erford.*
i *Inclytum pietate & doctrinâ extitit S. Albani cœnobium iuxta Moguntiam, è quo ducta Spanheimium colonia an. 1124, vt*

in

S. Albani templum Moguntiæ,

in Chronico Spanheim. ſcribit Trithemius. At S. Albani mutatum in collegium Canonicorum, qui ante annos 40. cùm ſcripſit Serarius, ſacra in æde Prædicatorum obibant, cùm ipſorum templi tantummodò parietinæ ſupereſſent. S. Albanum M. colit Eccleſia Moguntina 21 Iunij.

iam euerſum.

k *Serarius rer. Moguntin. lib. 1 cap. 17 inter Reliquias quæ olim in S. Albani baſilicâ ſeruatæ fuerunt, recenſet SS. Vincentiæ & Innocentiæ corpora, verùm vbi ea nunc ſint non indicat.*

CAPVT II

S. Seueri Reliquiæ tranſlatæ Erfurtum. S. Innocentiæ aliò.

6 EVoluto autem aliquanto tempore, idem venerandus Archipræſul Otgarius, volens ſanctas illas reliquias ad maiorem ſacri cultus venerationem perducere, oſſa S. Seueri tranſtulit in Thuringiam ad locum regalem, qui vocatur Erphesfurt, comitantibus Preſbyteris & Clericis diuerſi ordinis, turbâque populi non modicâ. Sed antequàm ſacratiſſimi cineres illuc peruenirent, in itinere multis, Deo operante, miraculis claruerunt. Quorum pauca de pluribus hîc non piget inſerere. Nam, ſicut illi retulerunt qui eidem tranſlationi ſe interfuiſſe teſtati ſunt, ſorores quatuor de Thuringiâ cum ceterâ multitudine obuiàm ſanctis venerunt reliquiis; quarum vnam, quæ maior natu erat, *a* ſpiritus malignus inuaſit, & coram omnibus qui aderant grauiter vexauit. Erat autem in eodem itinere Presbyter quidam, nomine Reginharius, poſteà verò *b* Epiſcopus, quem tu quoque ſæpiſſimè vidiſti; cui Dominus tantam gratiam in eiiciendis dæmoniis contulit, vt nullus ei dæmon reſiſtere auderet, quin ſtatim ad nutum eius ab homine inuaſo exiret. Solebat enim quando ad hominem à dæmone poſſeſſum acceſſiſſet, dicere: Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Is cùm libellum exorciſmi ſuper dæmoniacam legere cœpiſſet, ſpiritus nequam per os mulieris dixit: En eiicis me hinc per verbum Domini, & merita ſui Confeſſoris: ſed antequàm ad Erfesfort peruenias, inuenies me non ſemel, neque bis tibi aduerſantem. Quibus dictis, vas poſſeſſum derelinquens, ſororem illius ingreſſus eſt, & ſimili modo vexauit. Inde per diuinam gratiam expulſus, tertiam arripuit, & non minùs ceteris inſanire compulit. Quâ etiam per Domini clementiam & ſancti Confeſſoris ſui merita ſanatâ, quartam, id eſt, vltimam earumdem ſororum inuaſit, & ſupra modum miſerabiliter cruciauit. Tunc prædicto Presbytero libellum exorciſini legente, apoſtata ſpiritus dixit, audiente omni populo qui aderat: Væ nobis miſeris, qui hanc regionem diutiſſimè à nobis poſſeſsã deſerere modò debemus, propter aduentum S. Seueri: nõ enim deinceps talem in iſtâ regione habebimus poteſtatem, ſicuti hactenùs habuimus. Et hæc dicens abſceſſit. Mulier verò à dæmonis infeſtatione liberata feretrum ſancti Confeſſoris vſque ad Erphesfort, Deo gratias agens, ſecuta eſt.

deinde S. Seueri Erfurtum tranſfert,

non ſine miraculis,

B

a

b

4 enurgumenis liberatis,

C

dæmone querente ſe pelli per S. Seuerũ:

AVCTORE LVIDOLFO, EX MSS. D

7 Oſſa autem eiuſdem Sancti in eccleſiam in honore S. Pauli Apoſtoli dedicatã tranſlata ſunt. Vbi dum adhuc in loculo, ſicut allata erant, inhumata iacerent, tanta ſignorum & prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum vis in omni genere ſanitatum per diuinam gratiam enituit, vt à nullo mortalium eorumdem miraculorum aut numerus comprehendi, aut varietas valeat enarrari.

alia Erfurti miracula.

8 Defuncto autem Otgario, & ſucceſſore illius *c* Rabano, *d* Carolus Pipini Regis filius eiuſdem Epiſcopatus honore ſublimatur. Qui annuens precibus ſanctimonialium in *e* Alto monaſterio conſiſtentium, partem quandam de reliquiis S. Innocentiæ ad prædictum cœnobium, ſicut ipſe vidiſti, tranſtulit. Vbi non paucas virtutes per eiuſdem ſanctæ Virginis merita Dominus facere dignatus eſt, quas ſi ſcire volueris ab his ſanctimonialibus diſcere poteris.

c d

e

S. Innocentiæ Reliquiæ à Carolo Ep. tranſlatæ.

E

9 En habes, Frater cariſſime, meam pollicitationem, non vt volui, ſed vt potui, effectui mancipatam. Quæſo igitur te, vt illum depreceris pro me, qui ſuo ſimplo, noſtro duplo ſubuenit, quatenùs gratuitâ gratiâ ſuâ, & eorumdem Sanctorum precibus exoratus, ſaltem in die iudicij cum electis ſuis aliquam partem habere me faciat; quoniam melius mihi erat non naſci quàm ab eis in æternum ſeparari.

a *Addit MS. Budic.* olim. b *Idem MS.* Chorepiſcopus.

c *Obijt B. Rabanus, vt 4 Febr. dicemus, an. 856.*

d *Carolus Pipini Regis Aquitaniæ filius, Pij nepos, iunioris Pipini frater. Is, vt ex Chronico Fontanellenſi refert Duchesnius tom. 2 Francic. an. 849 menſe Martio, dum* ad auxilium fratri ferendum Aquitaniam deſtinabat, *à Viuiano Comite captus, in vrbe Carnotenſi, iuſſu Caroli Calui patrui ſui,* tonſoratur, & in monaſterio Corbeiâ continuò dirigitur. *Anno deinde 856 Rabano* ſucceſſit, magis ex volũtate Regis & Conſiliariorum eius, quam ex conſenſu & electione Cleri & populi; *vt habent Annales Fuldenſes editi à Frehero & Duchesnio, ac Serarius, aliiq; At MS. Trudonenſe exemplar eorumdem Annalium, ita habet:* Cui *(Rabano)* Karlus Pipini Regis filius, qui de cuſtodiâ Corbeienſis monaſterij lapſus ad Hludovvicum Regem patruum ſuum defecerat, in epiſcopatum ſucceſſit VIII Id. Mart. non ſolùm ex voluntate Regis, verùm etiam ex conſenſu & electione Cleri & populi. *Commendatur hic à prudentiâ & pietate: perperàm tamen à Wione* Diui *titulo ornatur,* Regiſque Aquitaniæ.

Carolus F. Pipini R. Aquitaniæ F. attonditur,

fugit,

Fit Epiſcopus.

e *MS. Vlt.* altero. *Teſtatur Serarius lib. 1 cap. 31 monaſterium* Veteris cellæ *à S. Bilhilde ædificatum, vulgò nunc* vetus monaſterium *appellari, olim* Altum monaſterium. *De S. Bilhilde, vel Bilehilde agemus 27 Nouemb.*

F *Altum monaſterium Moguntiæ.*

DE S. LEONIO PRESBYTERO
PICTAVIS IN GALLIA.

I. B.

CIRCA FINEM IV SECVLI 1 FEBR.

1 *OLitur Pictauis magnâ celebritate, Kalendis Februarij,* S. Leonius *Presbyter, qui aliis* Leo, *Vinc. Bellouacenſi* Leontius *appellatur, vulgò* S. Lieſne, *vel* Lienne. *Eius ita meminit Hermãnus Greuen in addit. ad Vſuard. itemq; Martyrol. Colon. an.* MXD *excuſum, & MS. Florarium:* Pictauis S. Leonis Confeſſoris. *Molanus in addit. ad Vſuard.* Pictauis S. Leonij, compresbyteri S. Hilarij, ab ineunte ætate ſanctiſſimi.

S. Leonius colitur 1 Febr.

ſtrenuus fidei præco,

ſocius S. Hilarij Ep. Pictauis.

2 *Andreas Sauſſaius in Martyrol. Gallic. breui elogio res ab eo geſtas ita complectitur:* Pictauis S. Leonij Confeſſoris S. Hilarij compresbyteri, ab ineunte ætate ſanctiſſimi: qui proficiſcentem in exilium ſanctum ipſum Pontificem comitatus, varias pro fide Catholicâ preſ-

suras cum eodem pertulit: poſtque reditum in Gallias, expugnandæ Arianæ perfidiæ, plurimo eidem adiumento fuit. Cererùm ſubuecto ad cæleſtem gloriam B. Hilario, Galliam tanti athletæ præſidio orbatam, ſingulari ſolatio recreauit, prædicationibus Apoſtolicis populum erudiens, ſanctæque vitæ exemplis ad religionis cultum incitans, & miraculis confirmans. Quibus piis inſiſtens officiis, cùm multa diuinè egiſſet, leui ſomno conſopitus, eo die, quem eidem prædixerat S. Hilarius, exutâ mortalitate, ad beatæ immortalitatis gaudia commigrauit: propeque S. Hilarium ſepultus, magnis in tumulo emicuit ſignorum diuinorum virtutibus.

3 *Vſquaĩne extent plenè deſcripta eius Acta, non compe-*

AVCTORE I B.

rimus. Eius meminit non vno loco Ioannes Bouchetus parte 1. Annal. Aquitaniæ: & cap. 9 quidem, adfuisse Hilario Leonium, Iustum, aliosq; Presbyteros scribit, cùm ab exilio reuertit. cap. 14 ait morienti adstitisse cum S. Iusto eumdem S. Leonium, qui ordinarius eius Sacerdos, aut, vt nunc loquuntur, Capellanus erat: missumq; hunc secundò, vt specularetur num strepitus constuentis assiduè ad eius ædes, degq; illius excessu sollicitæ multitudinis, conquieuisset. Quod ne quis ex recentiori aliquo scriptore accepisse Bouchetum suspicetur, Vincentius lib. 14 Spec. histor. cap. 51 ita narrat: Post multa igitur & magna miracula S. Hilarius infirmatus, cùm obitum suum imminere cognosceret, fecit ad se venire Leōtium eiusdem ciuitatis Presbyterum, quem maximè diligebat. Dumque imminente nocte eum exire, & si quid foris audiret nuntiare iussisset; & ipse voces tumultuantis populi ciuitatis se audisse reuertens exposuit. Et cùm iuxta eum vigilaret, finem eius exspectans, mediâ nocte iubetur exire, & quid audire posset iacenti referre: qui dum se audisse nil renuntiat, mox nimia claritas, quam etiam Presbyter sufferre non poterat, intrauit ad eum, & sic paullatim recedente lumine migrauit ad Dominum. Addit Bouchetus, tę flatos esse Leonium & Iustum, exanime S. Hilarij corpus suauissimum expiraſſe odorem. De S. Iusto agemus XXV Nouemb.

adest S. Hilario morienti,

lucemq; cælestem & odorem percipit

4 Idem Bouchetus Leonium tradit ab adolescentiâ, Hilarij disciplinâ institutum, eiq; carissimum fuisse propter eximiam, quæ in eo relucebat, bonitatem, simplicitatem, ac honestatem morum: eiq; in exilio ac deinceps famulatum fidelem impendisse; & hac ratione magnos in sacrarum litterarum scientiâ progressus fecisse: cùm post eius decessum annis multis populum docuisset, ætate iam grauem, febri correptum, eâque demum extinctum esse 1 Februarij. quod ita futurum diuinitus anteà didicerat; inq; S. Hilarij æde tumulatum. Est hæc abbatia nunc Ordinis S. Augustini, vulgò S. Hilarij de Cellâ appellata, vbi ipse habitasse S. Hilarius traditur, ac sacellum SS. Ioanni & Paulo Martyribus ædificasse, quibus dein maiorem extra muros ædem locauit, in quâ ipse, vxor & S. Apra filia sepulti; quæ dein ampliata, eiusq; dicata nomini est, eodem teste Boucheto.

ei ob virtutes carus:

febri moritur:

D

5 Honoratus est cælestibus prodigiis post mortem S. Leonius, vti idem Auctor prodit; etusq; corpus argenteæ thecæ inclusum. Magnus ad eam ædem fit piorum hominum concursus, multiq; eius patrocinio podagræ ac febrium leuamen reperiunt.

illustratur miraculis:

6 Meminit quoque S. Leonij Sebastianus Roulliardus in histor. Melodunensi, de alio agens S. Leonio, qui Meloduni colitur XII Nouembris, cuius etiam aduersùs febres auxilium imploratur: diuersum tamen esse censet à Pictauensi illo S. Hilarij Archipresbytero, tum quòd non eodem die, ac ne mense quidem, colantur; tum quòd vnius corpus credatur extare in suburbio Melodunensi quod ab eo S. Leonij appellatur; vbi adhuc terrâ conditum intra dicatam eius nomini ecclesiam, licet aliquæ eius reliquiæ in Deiparæ Virginis basilicâ, aliæ in S. Petri, nonnullæ in S. Aspasij asseruentur: alterius verò reliquias partim Partheniacum delatas, partim Pictauis esse, ac vicinis in locis, idem scribit. Illius tamen Melodunensis penitùs ignota sunt Acta, ætas, ordo, nisi quòd sacerdotis habitu cuipiam apparuisse in somnis memoretur. Diuersus ab vtroque est S. Leonius Episcopus, qui circiter CM annum Christi iuxta Baionam coronatus est martyrio.

diuersus à S. Leonio Melodun.

(cuius alibi reliquiæ)

E

item q. à Baionensi.

I. B.

DE S. PAVLO

EPISCOPO TRICASTINO IN GALLIA.

I. FEBR.

1 Olitur Kalendis Februarij S. Paulus Episcopus, Tricastinus an Tricastinus, incertum, an non etiam Sedis vtriusque, sed diuersus. Tricastinorum vrbs, quam Trecas alij dixêre, ad Sequanam amnem sita, Campaniæ prouinciæ facilè princeps est, cuius de nomine ac vetustate breuiter, sed eruditè, scribit Petrus Pithœus Aduersar. subseciu. lib. 2 cap. 1. Quæ, vrbi huic Paulum Episcopum tribuunt. Martyrologia proferemus. Vsuardi Martyrol. Lubecæ an. MDXC cusum, idemq; editum cū auctario à Ioanne Molano, & ad variorum olim Belgicorum cœnobiorum vsum manu exaratum passimq; interpolatum; Colonienſe quoque an. MDXC vulgatū, ita habent: In oppido Trecassino (Bellinus de Padua, Tricassino) S. Pauli Episcopi, cuius & vita virtutibus claruit, & mors pretiosa miraculis commendatur. Paria Galesinius & Maurolycus. Martyrol. Romanum: Trecis S. Pauli &c. Ado ac Beda vulgati & Notkerus: Eodem die S. Pauli Episcopi ciuitatis Tricassinæ (Beda Treçassinæ, MS. Bauar. Trieartinæ) cuius & vita &c. Petrus de Natal. lib. 3 cap. 71. Paulus Episcopus Trecassinus fuit. cuius vita virtutibus claruit, & mors pretiosa miraculis celeberrimis commendatur. Qui & in Christo Domino diem clausit extremum Calen. Februarij, vt dicit Ado. Eadem habet Canisius. Martyrol. Ord. Benedictini olim cum Regulâ S. Benedicti excusum: In oppido Trecassino B. Pauli Ep. virtutibus & miraculis glorioſi. Breuius MS. Centulense: Trecas S. Pauli Ep. & Conf. Florarium: In oppido Trecasino S. Pauli Ep. Ambiguè MS. Martyrol. Eccles. S. Gudilæ Bruxell. Item S. Pauli, ciuitatis Tricassinæ, castrive Yppidoti, Episcopi. cuius vita virtutibus claruit, &c.

S. Paulum fuisse Trecensem Ep. ostendunt Martyrologia,

2 Recensent eum in Catalogo Episcoporum Trecensium Demochares de diuino Missæ sacrificio cap. 19. Ioannes Chenu, Petrus Pithœus, qui Bedam, Notkerum, Vsuardum citat; Nicolaus Camuzatus in Promptuario Antiquitat. Tricassinæ diœces. Cl. Robertus in Galliâ Christianâ; etsi postremi duo, vt infrà dicemus, addubitare videantur.

Catalogi Epp.

3 Validum illud argumentum est, quòd eius Reliquiæ Trecis asseruari dicantur. ità Chenu: quiescit in Tricassinâ Ecclesiâ. Camuzatus: Eius corpus in ligneâ thecâ conditum, Tricassina Ecclesia summâ cum veneratione custodit, & tamquàm sacrum depositum piè religioseque colit & tuetur, nulla tamen annuâ eius nomini dicata celebritas: fortè quia eius historia non extat. Des Guerrois lib. de SS. Trecensibus, floruisse scribit, extremis Caroli Magni, primisq; Ludouici Pij temporibus. nempe & plerique ante Eliam recensent, quem constat sub Ludouico Pio sedisse. Miratur porrò Des Guerrois nullam S. Pauli agi in Ecclesiâ Trecensi celebritatem, alibi tamen scribit, Dominicâ post Ascensionem celebrari festum Reliquiarum in ecclesiâ Cathedrali, atque in quadam lectione hæc recitari: Veneremur etiam pretiosas & inæstimabiles margaritas corporū beatorum Episcoporum Trecensium Vrsi, Cameliani, Prudētij & Pauli, in præsenti ecclesiâ integrè quiescentiū.

Reliquiæ,

F

officium Ecclesiasticum.

4 Non desunt tamen argumenta, quæ eum Tricastinis vendicent, quorum vrbs, quæ apud Plinium lib. 3 cap. 4 Augusta Tricastinorum creditur appellata, nunc S. Pauli in Tricastinis dicitur, vulgò; non, vt Paullus Merula Cosmographiæ parte 2. lib. 3 cap. 40 scribit, S. Antoni de Tricastin; Sed, vt Franciscus Ranchinus to. 2 Descriptionis generalis Europæ, Sainct-Pol-trois-chasteaux; aut, vt Catellius lib. 2 hist. Languedoc cap. 10 Sainct Paul-de-Tricastin. Vrbs est episcopalis in Delphinatu, sub Archiepiscopo Arelatensi: eiusq; idem Episcopus & Comes; sed pauci, in Ecclesiâ Canonici, angustaq; diœcesis. Huic ergo ciuitati Patronum suum, auctoremq; nominis, Paulum varia tribuunt Martyrologia. Vsuardi Parisiis an. MDXXXVI editum & Coloniæ an. MDXXI cum additionibus Hermanni Greueu, itemq; MSS. optimæ notæ, atque inter ea, quod olim Augustini Hunnæi fuit, ac nunc penes nos est, ita habent: In oppido Tricastrino S. Pauli Ep. cuius vita &c. MS. Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis, Tricastino. MS. Eccl. Taroanensis, & peruetustum monasterij S. Laurentij

Tricastinū fuisse confirmant Martyrologia.

A *rentij Leody quod vtrumque eſt Adonis*: Eodem die S. Pauli Ep. ciuitatis Tricaſtinæ, cuius vita *&c. MS. antiquum Domus profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpiæ, Bedæ nomine præintulatum*, Trecaſtinæ. *MS. Eccl. S. Mariæ Vltraiecti*: Eodem die S. Pauli ciuitatis Caſtrinæ Ep. & Conf. *Ita quoque Gallicè vertit Romanum Martyrol. Philippus Labbe noſter*: A Tricaſtin, ou Tres-chaſteaux ſur le Rhoſne, S. Paul *&c. ſi non Rhodano proximè adiaceat, haud longè certè diſtat, vt ex Galliæ accuratâ delineatione apud Ranchinum patet. Balduinus Willotius noſter vertit*: A Trichateau en France, S. Paul *&c.*

Catalogi Epp. 5 *Claudius Robertus inter Trecenſes recenſet ac Tricaſtinos; & horum quidem vrbem* S. Pauli *appellat, itaq; de eo ſcribit*: S. Paulus, Cal. Febr. licet Tricaſtini putent ibi agi de ſuo Paulo. *aſt in Trecenſibus*: XLIV S. Paulus, in Martyrol. Calend. Februarij: videtur tamen ibi agi de S. Paulo Tricaſtino. *Camuzatus quoque poſt ea quæ num. 3 retulimus, citato Bedæ Martyrologio, ſubdit*: Verum memini me legere quædam chirographa Martyrologia, quæ habent, Tricaſtinæ, non Tricaſtinæ. *Idem poſt dedicatoriam epiſtolam expreſsiùs ita ſcribit*: Confecto & abſoluto hoc Promptuario, venit in manus meas codex cœnobij Arremarenſis, ſequentem Trecenſium Epiſcoporum catalogum continens, qui vulgatis ſyllabis non conſentit, in quibus plures Epiſcopi comprehenduntur: ſed quædam nomina in illos irrepſiſſe, mihi facilè perſuaſerim, vt Pauli, quem Tricaſtinum Epiſcopum veriùs dixeris; Fredeberti (rectiùs Frodeberti) & Oſulphi: qui meo quidem iudicio, perperàm inter dictos Præſules recenſentur. Frodobertus enim iure expungendus videtur, qui cùm Abbas Cellenſis fuerit & nominatiſſimus, à quibuſdam clenchorum concinnatoribus, ſe non ſatis exactè perpenſâ, in dictorum Præſulum ordine eſt collocatus: ſicut & ipſe Paulus, dum ex Tricaſtino Epiſcopo ipſum Tricaſtinum effecerunt, nominis cognatione decepti & deluſi; quod ſæpè accidit. *Hæc Camuzatus, & ipſe Tricaſtinus.* AVCTORE I. B. D

6 *Martyrol. MS Eccleſiæ S. Lamberti Leodij neutri parti fauet; habet enim ſolùm*: Eodem die S. Pauli Epiſcopi. *Andreas Sauſſaius duos Paulos facit; opportunè quidem ad litem hanc dirimendam, ſi veteribus nititur teſtimoniis. ita habet*: Eadem die Trecis S. Pauli Ep. & Confeſſ. qui Bertulfo ſuccedens, præſtanti doctrinâ, egregiâ pietate, diuinâque & admirandâ virtute, cùm aliquamdiu eam eccleſiam gubernaſſet, vitâ demum ſanctiſſimè acta, æternitatis præmia recepit, propriâque in eccleſiâ conditus, ſanctitatis eximiæ decus obtinuit. *Quam eccleſiam propriam vocat, eam non ipſi dedicatam putat Paulo, ſed Cathedralem, quæ eſt S. Petri; ſi vera ſunt, quæ ſuprà ex Des Guerrois retulimus. Subdit Sauſſaius*: Eodem die in prouinciâ Arelatenſi Sancti alterius Pauli Ep. Tricaſtini & Conf. qui ciuitatis illius primus in Chriſto informator ac Antiſtes, ſacrâ eruditione & vitæ epiſcopalis admirandis actibus, collecto à ſe gregi tramitem æternitatis indicauit: ac poſtquàm gratiæ diuinitus acceptæ fœnora copioſa accumulaſſet, meritis locupletatus egregiis, abiit ad præmium ſempiternum. *Hæc Sauſſaius. An forſan is hic eſt Paulus, qui cum aliis ſubſcripſit Concilio Valentino* I. Gratiano Aug. III & Equitio V. C. Coſſ. *an. Chr.* CCCLXXIV? *Alij duos faciunt.* E

DE S. TORQVATO I. B.
EPISCOPO TRICASTINO,
ET S. IOSSERANDO MONACHO,
CRVDATI IN GALLIA.

1 FEBR. 1 DImo *Auguſtæ Tricaſtinorum Epiſcopo, notiq; nominis auctori* Paulo, *alium eiuſdem Sedis Antiſtitem, deq; eâ præclarè meritum*, S. Torquatum *iungit V. CL. Andreas Sauſſaius in Martyrol. Gallicani ſupplemento, ſiue idem vtrique natalis obtigit, ſiue hac die* Torquati *facta tranſlatio, ſeu fortaſsis vetuſtis faſtis ac tabulis*

SS. Torquati & Ioſerandi natalis; C *Caluiniſtico tumultu conuulſis ac diſſipatis verum ignorauit eius natalem. cum* S. Paulo *retulit, &* S. Ioſſerandum *monachum addidit, quia ſimul eorum exuuiæ ſceleratorum hominum furore, vt plurium aliorum totâ Galliâ Sanctorum, abſumptæ incendio. Neutrius adhuc in Martyrologiis aliis nomen, nedum Acta, reperimus. Niſi fortaſsis hic eſt* Torquatus, *de quo* XXXI *Ianuarij Hermannus Greuen in addit. ad Vſuard.* S. Torcacus Ep. & Confeſſor.

Acta ignota; 2 *Hæc de vtroque ſcribit Sauſſaius*: Auguſtæ Tricaſtinorum S. Torquati Epiſcopi, à quo ſi non illa ciuitas Chriſto progenita, potiſſimùm tamen prouecta ad eius cultum & obſequium, ſanctæ religionis tenax abhinc ſemper extitit. Cuius felicis operæ memor, beati huius ſui Antiſtitis glorioſam memoriam ſacris deinceps anniuerſariis honorauit. Tranſuecta cuius pretioſa pignora ad Viuarienſem agrum, in monaſterio S. Mariæ Virginis de Crudacio diu in honore habita ſunt. At Caluinianæ ſectæ emiſſariis in ſacraria Galliæ ſacrilegis auſibus irruentibus, beati huius Epiſcopi venerandæ lipſana, cum S. Ioſſerandi Confeſſoris (illius quondam cœnobij alumni, iamque tutelaris glorioſi) ſacro corpore, nefando facinore, extra hierothecas eruta,

reliquiæ raptata, atque in rogum coniecta, indignis flammis conſumpta ſunt; non tamen impuni à manente horum impiorum perfidiâ, quos Diuina vltio exemplo conſtrinxit. Ferunt indigenæ perſeuerare ibidem manifeſtum Diuinę indignationis veſtigium. Locus enim, in quo S. Ioſſerandi corpus integrum exuſtum eſt, etſi circumcircà herbeſcens & vireſcens eniteat, herbas aut germen vllum non producit, ſed ſiccus & aridus ſemper permanet, in quo tam immane flagitium, cælo ſtupente, ab inferni ſatellitibus patratum eſt. *æterno ſceleris indicio.* F

Crudacij combuſtæ à Caluiniſtis,

3 *Hæc Sauſſaius. Quæ Tricaſtinorum vrbs, diximus in Paulo. Haud ab eâ longè ſitæ eſt* Viuaria, *ſiue* Viuarium, *ad dextram Rhodani ripam. Eam quidam* ciuitatem Albenſium *in veteri Notitiâ memoratam eſſe volunt: alij eò tranſlatam Sedem aſſerunt* Albâ Heluiorum, *ſiue vrbe Albenſium, per Germanos euersâ, quam nonnulli putant fuiſſe* Albigam, *procul inde ad Tarnim flumen imperitè; Scaliger eam eſſe vrbem cenſet, quæ nunc* Aubenas, *ſiue* Albenas *dicitur, quaſi* Albenatium, *eſtq; in Viuarienſi diœceſi; Catellius hiſtor. Languedociæ lib. 2 cap. 13* Albæ Heluiorum *rudera ingentia ſpectari ait in vico* Alb. *ſiue* Alp, *duabus à Viuariâ leucis: Ranchinus in loco quem* a Roche d'Abs *appellat, veſtigia antiquæ Albæ obſeruari teſtatur.* Viuaria *vrbs.* Alba Heluiorum *vrbs.*

4 Crudacium, *quod Cl. Roberto eſt* Crudacum, & Cruadatium, *in veteri ſcripturâ apud* Catellium, Crudarum, *vulgò* Cruas, *vetus cœnobium eſt ad Rhodanum, inter Viuariam & Turnonium oppidum. Quo furore hu in loco graſſati ſint Caluiniſtæ an.* MDLXII & MDLXIII *breuiter indicat Thuanus in hiſtoriâ, Spondanus in annal. & alij.* Cruas *monaſt.*

I. B.

DE S. TIMOTHEO.

I FEBRV. 1 PLures huius nominis ſacris tabulis inſcripti. *Quis hic fuerit, non eſt vnde certò ſtatuamus. Iſta de eo prædicant Menæa*: Eodem die S. Timotheus in pace quieſcit.

S. Timothei elogiũ.

Timotheus particeps ſit honoris ſuperni,
Qui hîc infernè nil Dei honori prætulit.

Alluſio eſt ad nomen, quòd à τιμὴ Θεοῦ honore Dei, *deductum.*

An hic S. Simeonis Stylitæ magiſter,

2 Timotheum hunc *cenſet Raderus* Abbatem fuiſſe cœnobij, quod vocatur Monaſterium S. Timothei, in quod Simeon, poſteà Stylita, puer tredecennis primùm receptus eſt. *De quo in S. Simeonis Vitâ ex MSS. Latinis, v Ianuar. cap. 1 num. 4 vbi* vir magnificus *appellatur Abbas ille Timotheus. Verũ in alterâ Vitâ per Metaphraſten cap. 1 num 5* Heliodorus *vocatur, vti & apud Theodoretum cap. 26 qui hæc addit*: Eum ego ſæpè vidi, & ſimplicitatem morum eius ſum admiratus, & eius animi puritatem ſum mirum in modum amplexus. *Quis ſuſpicari poteſt, hallucinatum in tanti viri nomine Theodoretum?*

qui aliis Heliodorus?

an eremita Ægyptius,

B 3 *Alij duo nunc veniunt nobis in mentem* Timothei, *quorum alteruter videri poteſt coli hoc die: alter eſt Ægyptius anachoreta, qui, vt refertur libr. 5 de Vitis PP. cap. 16* negligentem quemdam Fratrem audiens, interrogan-

nimis ſeuerus?

ti Abbati quid illi Fratri faceret, dedit conſilium, vt eum expelleret. Cùm ergo ille expulſus eſſet, tentatio venit ſuper Timotheum. Et cùm imploraret in conſpectu Dei, & diceret: Peccaui, miſerere mei; venit ad eum vox, dicens: Timothee, ideò tibi hoc euenit, quia Fratrem tuum in tempore tentationis ſuæ deſpexiſti. *Idem narratur lib. 3 num. 140.*

an monachus Studita ſub S. Theodoro?

4 Timotheus *alter, cuius fortaſsis conſecrata hîc memoria, fuit monachus Studita, de quo* IV *Febr. in Vitâ S. Nicolai Studitæ, vbi hæc leguntur*: Erat igitur reipsâ tum temporis omnium ſchola virtutum, atque alter quidã variis diſtructus floribus Paradiſus. Aderat namque præterea Patris noſtri ſapientiſſimi conſanguineus Ioſeph, qui aliquantò pòſt Theſſalonicæ vrbis celebertimæ ac nobiliſſimæ Archiepiſcopus eſt renuntiatus. Nam quid ego hîc Timothenm, quid Athanaſium, Naucratium, ceteroſque complures, quos iam conſultò prætermitto, terreſtris huius cæli incolas enumerem? *Ioſeph, cuius hîc mentio fit, colitur à Græcis* XV *Iulij: obiit ſub Theophilo Imp. qui an. Chr.* DCCCXXIX *Michaëli Balbo ſucceſsit, anno dein* DCCCXLI *Michaëli* III *imperium reliquit. Ioſephe ſuffectus eſt Leo Philoſophus, huic, quòd ſacras imagines impugnaſſet, redacto in ordinem, S. Baſilius ſubrogatus eſt, de quo hoc ipſo die agemus.* E

DE S. PETRO GALATA

I. B.

EREMITA PROPE ANTIOCHIAM IN SYRIA.

SECVLO V. I. FEBR. CElebratur S. Petri Galatæ, *in Græcorum Menæis*, 1 Februarij, *memoria cum illuſtri elogio. Vitam eius ſcripſit Theodoretus in religioſâ hiſtoriâ ca. 9. qui & illius ita meminit in Eccleſiaſticâ hiſtoriâ libro 4 cap. 25.* Quin etiam mons maximæ vrbi (*Antiochiæ*) vicinus, prati inſtar renidebat. In hoc enituit Petrus Galata *&c. Eadem habet Nicephorus lib. 11 cap. 41. Vitam ex Theodoreto hîc damus, ex verſione Gentiani Herueti, obiter emendatam ex Iacobi Sirmondi noſtri, haud paullò accuratiore, interpretatione. Aliùs*

C Petrus *& gente Galata, & profeſsione monachus. colitur* IX *Octobris, ſed* CCCC *annis poſterior; quippe qui ſub Theophilo Imp. vixerit, atque ad Baſilij peruenerit imperium. de eo Menæa.*

VITA

Auctore Theodoreto Ep.

1 DE Gallis quidem audimus qui ſunt in Europâ ad Occidentem. Scimus autem eos quoque qui ſunt in Aſiâ, ab illis oriundi, qui ſedes fixerunt propter Pontum Euxinum. *a* Ex iis germinauit B. Petrus, atque adeò terque quaterque beatus. Septem autem annis, vt aiunt, poſtquàm natus eſt, à parentibus educatus, conſumpſit totam reliquam vitam in philoſophiæ certaminibus. Dicitur autem obiiſſe, cùm vixiſſet nonaginta & nouem annos. Eum ergo qui nonaginta & duos annos decertauit, & noctu diuque ſemper victor euaſit, quis pro dignitate laudauerit? Quænam autem lingua ſuffecerit ad eius narrandas res præclarè & ex virtute geſtas, in pueritiâ & adoleſcentiâ, in virili & in ingraueſcente ætate, & in extremâ ſenectute? Quis illum ſudorem menſus fuerit? Quis luctas, quæ in tanto tempore factæ ſunt, enumerauerit? Quænam autem oratio conſequi potuerit vel ſemina ab eo deiecta, vel collectos manipulos? Quis eſt adeò magnâ & excelsâ mente præditus, vt poſſit perfectè intueri facultates & copias collectas ex præclarâ mercaturâ? Scio rerum illius geſtarum vaſtũ pelagus, & ideò vereor accedere ad narrandam hiſtoriam, ne obruatur oratio. Quamobrẽ ambulabo propter littus, & maris quæ continenti proxima ſunt admirabor & enarrabo, profundum autem relinquam F et qui, vt diuina dicit Scriptura, ſcrutatur profunda, & occulta cognoſcit.

a S. Petrus Galata

92 annis certauit;

nec ſat dignè laudari poteſt:

1 Cor. 2. 10.

2 Hic ergo primo tempore certauit in Galatiâ: illinc videndi gratiâ venit in Palæſtinam, vt, cùm vidiſſet loca quæ ſuſceperunt ſalutares paſſiones, in his Deum qui ſeruauit adoraret; non vt qui loco circumſcribatur, (ſciebat enim eius naturam non poſſe circumſcribi) ſed vt paſceret oculos ſpectaculo eorum quæ deſiderantur; nec ſola animæ vis, quâ contemplatur, abſque viſu, ſpiritali alimento per fidem frueretur. Iis enim qui amore aliquem proſequuntur eſt à naturâ inſitum, vt non ex ſolo eius aſpectu capiant voluptatem, ſed & domum & veſtes & calceos cõtemplẽtur cum magnâ lætitiâ. Tali in ſponſum amore prædita ſponſa, quæ deſiderabat in Cantico cãticorum, clamabat, dicens: Sicut malus in lignis ſiluæ, ita patruelis meus in medio filiorum. In vmbrâ eius deſideraui & ſedi, & fructus eius dulcis in gutture meo. Nihil ergo abſurdum & alienum fecit hic homo diuinus, qui in ſponſum quidem eumdem accepit amorem, iiſdem autem verbis vſus eſt quibus ſponſa: Vulneratus ſum ego, clamabat, ab amore. Cùm autem deſideraſſet cõtemplari ſponſi quamdam veluti vmbram, abiit viſurus loca ex quibus ſcaturierũt fontes omnibus hominibus ſalutares.

ſacra loca Paleſtinæ viſit;

Chriſti amore:

Cant. 2. 3.

Ibid. 5.

3 Cùm

A 3 Cùm ergo quæ deſiderabat ei frui licuiſſet, profectus quidem eſt Antiochiam: cùm autem vidiſſet ciuitatis pietatem ac religionem, externam regionem patriæ ſuæ prætulit, ciues exiſtimans non contribules & cognatos, ſed eos qui erant eiuſdem cum ipſo ſententiæ, & in fide ſocij, & trahebant idem iugum pietatis ac religionis. Cùm illic autem morari placuiſſet, non extendit tabernaculum, non fixit tugurium, non excitauit domunculam; ſed totum tempus tranſegit in alieno ſepulcro. *b* Hoc verò tabulatum habebat, & ſeptum prominens, cui coniunctæ ſcalæ eos excipiebant qui volebant aſcendere. In eo permanſit incluſus longiſſimo tempore, aquam quidem *c* frigidam bibens, ſolo autem pane veſcens, idque non quotidie, ſed vno quidem manens ieiunus, poſtridie autem ea ſumens.

Antiochiã venit:

in ſepulchro viuit, *b*

ſemper biduo ieiunans: *c*

4 Cùm autem quidam inſaniens, & furore percitus, & maligni dæmonis plenus operatione, ad eum veniſſet, eum quidem mundauit, deprecatus, & ab illo diabolico furore liberauit. Cùm verò nollet abire, ſed obſecraſſet, vt pro illâ curatione ei rependere miniſterium liceret, eum admiſit vt ſecum habitaret. Eum ego & noui, & memini miraculi, & vidi mercedem curationis, & audiui ſermonem, quem de me habuerunt. Dicebat enim Daniel (erat enim hoc illi nomen) me quoque præclari miniſterij huius futurum ſocium. Vir B autem ille diuinus non eſt aſſenſus vt hoc fieret, parẽtum meorum in me amorem cõſiderans; ſæpè autem me genibus impoſitum vuâ aluit & pane. Nam cùm mater feciſſet periculum ſpiritalis eius gratiæ, iuſſit me ſemel in hebdomadâ decerpere illius benedictionem.

damoniacum liberat, & ſecum retinet:

Theodoreto benedicit:

5 Eius autem habuit notitiam hac de cauſſâ: Morbus, qui ei in alterum ex oculis incubuerat, viſus eſt medicinæ ſuperare ſcientiam: nihil enim erat aut ſcriptum à veteribus, aut inuentum ab iis qui fuêre poſteriùs, quod nõ morbo fuerit adhibitum. Poſtquàm autem omnia probauit, & oſtendit nullam afferre vtilitatem, venit quædam ei familiaris, quæ diuinum virum oſtendebat, & ab eo factum docebat miraculum. Dicebat enim, vxorem eius qui eo tempore tenebat clauum Orientis adminiſtrationis (erat autem is Pergamus) cùm ea in hunc morbum incidiſſet, eum ipſam curaſſe, cùm deprecatione eſſet vſus & Crucis ſignaculo.

oculi vitiũ crucis ſigno curat:

6 Audiuit mater, & ad diuinum ſtatim accurrit hominem: habebat autem inaures, catenas, & torques, & alia aurea quæ ſibi induerat, & veſtem variã ex ſericis filis contextam: nondum enim virtutem guſtârat perfectiorem; florenti autem erat ætate, & C mundum muliebrem geſtabat vt adoleſcentula. Cùm diuinum ergo caput hæc aſpexiſſet, nimij ornatus amoris primùm morbum curauit, vſus verbis talibus: Dic mihi, inquit, filia, (vtar enim eius voce, & nõ mutabo verbum ſanctæ illius linguæ) ſi quis pictor in arte benè exercitatus, aliquam pinxiſſet imaginem, vt præcipit lex artis, & eam propoſuiſſet videre volentibus, veniret autem aliquis alius, artem non ſciens perfectè & accuratè, temereque & inconſultè, vt ſibi videtur, vellet contrà pingere; deinde illam artificioſam reprehendens picturam, ſuperciliis quidem & ciliis lineas adderet longiores, faciem autem efficeret albiorem, & genis rubrum adderet colorem; non tibi videtur priori ille pictor iure ſuccenſurus, quòd & ars eius probro eſſet & contumeliâ affecta, & eorum quibus opus non erat additamentum à manu indoctâ accepiſſet? Ergo vniuerſorum quoque, inquit, opificem, & noſtræ naturæ effictorem & pictorem iure iraſci credite, quòd illam, quæ verbis explicari non poteſt, naturam & ſapientiam accuſetis inſcitiæ. Non enim rubrũ & album & nigrum colorem vobis infunderetis, ſi non exiſtimaretis eſſe vobis opus hac additione. His autem corpus egere arbitrantes, imbecillitatis damnatis Creatorem. Sciendum eſt autem eum habere poteſtatem ſuæ voluntati iuſta ſymmetriâ reſpondentem. Omnia enim, vt ait Dauid, quæ voluit Dominus fecit. Eius autem quòd eſt omnibus vtile futurum curam gerens, non dat ea quæ damnum afferunt. Nolite ergo D Dei corrumpere imaginem, neque tentetis ea addere Pſal.113. quæ ſapienter non dedit, neque hanc adulterinam excogitate pulcritudinem, quæ vel pudicis affert exitiũ, videntibus inſidians.

matrĩ Theodoreti nimium ornatum arguit

aptâ ſimilitudine;

7 Hæc audiuit præſtantiſſima & omni ex parte optima fœmina, & ſtatim Petri reti fuit implicata, (piſcabatur enim hic quoque ſimiliter atque is qui idem quod ipſe nomen habebat (pedeſque tangens, & vociferans, obſecrauit vt curaret oculum. Is autem dicebat, ſe quidem eſſe hominem, & eamdem habere quã ipſa naturam; ſe autem peccatorum magnam geſtare ſarcinam, & ideò priuatum eſſe eâ quæ ad Deum habetur fiduciâ. Cùm autem mater fleret & oraret, & diceret ſe non eſſe eum relicturam, niſi ſanitatem aſſequeretur, dixit Deum eſſe horum curatorem, petitiones autem ſemper dare iis qui credunt. Dabit ergo, inquit, nunc quoque, non mihi donans gratiam, ſed tuam fidem contemplans. Si eã ergo habes ſinceram & veram, puramque & ab omni liberam dubitatione, iubens & medicos valere & medicamenta; à Deo datum ſume hoc medicamentum. Hæc cùm dixiſſet, E manum impoſuit oculo, & ſalutaris Crucis ligno facto, morbum expulit. Illinc domum reuerſa, cùm & medicamentum abluiſſet, & omnem extrinſecus inductum abieciſſet ornatum, ex legibus à medico latis vitam inſtituebat: neque variâ veſte induta, neque aureis monilibus exornata, idque cùm eſſet ætate adhuc admodùm iuuenis; nata enim erat vigeſimum tertium annum, necdum mater facta fuerat: cùm enim ſeptem alios annos vixiſſet, me peperit, qui fui eius primus & ſolus fœtus. Tantum fructum cepit ex magni Petri doctrinâ, & duplicem accepit curationem; & cùm corpori quæreret medicinam, bonam quoque animæ ſibi parauit habitudinem. Talia dicendo ille operabatur, & tam potens erat precando.

eiuſq; oculum ſigno crucis curat:

8 Cùm ea autem aliquando adduxiſſet famulum coquum, qui à malo dæmone vexabatur, rogauit vt ei ſuum non negaret auxilium. Cùm precatus autem eſſet vir diuinus, iuſſit dæmoni, vt diceret cauſſam cur haberet poteſtatem in Dei creaturam. Ille autem, tamquàm homicida aliquis vel murorum perfoſſor ac latro ſtans ante iudicem, & iuſſus dicere quæ fecit, ſic omnia eſt perſecutus, vt qui præter cõſuetudinem cogeretur vera dicere: & dixit, Heliopoli ægrotaſſe quidem ſerui dominum; dominam autem coniugi, vtpote ægrotanti, aſſediſſe; ancillas autem domus, in quâ manebant, narraſſe vitam monachorum, qui philoſophabantur Antiochiæ, & quãtas vires habeant aduerſùs dæmones: & has quidem, vtpote puellas, ludo delectatas, dæmoniacas & inſanas egiſſe; illum ipſum autem famulum monaſticâ veſte ex caprinâ pelle confectâ indutum, illas monachorum ritu adiuraſſe. Cùm hæc, inquit, fierent, ego ſtans pro foribus, ſuperbaque illa & glorioſa, quæ de monachis dicebantur, non ferens, volui facere periculum de illâ, quam illos habere inuentiliter iactabãt, poteſtate. Eâ de cauſsâ relictis ancillis, in hunc me intruſi, volens ſcire quemadmodùm expellerer à mõnachis. Nunc autem, inquit, dixi, nec vllâ aliâ egeo experientiâ, mox autem te iubente exeo. hæc dicens, aufugit, fuitque liberatus famulus.

damoniacum liberat, F

qui ridiculè monachorum mores erat imitatus:

9 Iam verò alium quoque ruſticum cùm matris quidem eius mater, mea verò nutrix, adduxiſſet, rogabat aduerſarium virij, vt ei opem ferret. Is autem rurſus rogauit, & vnde nam eſſet, & à quonam acceperit poteſtatem in Dei creaturam. Vt autem ſilens ille non dedit reſponſum; orauit Petrus flexis genibus, Deumque eſt precatus, vt execrando illi dæmoni ſuorum famulorum oſtenderet potentiam. Deinde rurſus ſurrexit; ille autem rurſus reſiſtens, tacebat: & hæc

facta

AVCTORE THEODORETO EP.

facta ſunt vſque ad horam nonam. Poſtquàm autem maiore ſtudio & magis vehementer Domino obtulit orationem, ſurgens dixit ſcelerato dæmoni: Non tibi imperat Petrus, ſed Petri Deus: reſponde ergo, vt qui ab illius cogaris potentiâ. Reuertus eſt, etſi ſit impudens, pernicioſus dæmon, Sancti lenitatem ac moderationem; & magnâ vſus voce, clamauit: In monte quidem Amano verſor. Cum autem vidiſſem hunc in viâ ex aliquo fonte aquâ haurientem & bibentem, contendi hoc mihi ſumere habitaculum. Sed egredere, inquit homo Dei, eo, qui pro orbe terrarum eſt crucifixus, hoc tibi imperante. Audiuit ille, & fugit: & à furore liber nutrici redditus eſt agricola.

alium liberat,

quẽ è fonte bibentẽ dæmon inuaſerat:

10 Cùm alia autem huiuſmodi innumerabilia poſſim de beatâ illâ narrare animâ, plurima prætermittam, pertimeſcens vulgi imbecillitatem: ad ſeipſos enim reſpicientes, fidem non habent diuinorum virorum miraculis. Cùm vnum autem vel duo narrauero, tranſibo ad alium athletam.

alios item curat:

11 Erat quidam vir libidinoſus, qui ſuperioribus temporibus fuerat Dux militiæ. Puella autem quædam innupta, ſed nubilis, quæ eius ſuberat dominio, relictâ matre & ſuis, fugit in quoddam gynæceum, in quo erat cœtus athletarum. Decertant enim feminæ quoque ſimiliter atque viri, & deſcendunt in ſtadium virtutis. Cùm huius fugam didiciſſet Dux militiæ, matrem flagris cecidit, & vinctam ſuſpendit, nec eam priùs emiſit è vinculis, quàm religioſarum mulierum oſtendit habitaculum. Suâ itaque vſus rabie, illinc rapuit puellam, & domum ſuam reduxit; & ſperauit infelix, ſe ſuam expleturum libidinem. Sed qui magnis & malis tentationibus de Sarâ vxore Abrahæ tentauit Pharaonem, & pudicam mulierem conſeruauit intactam; & qui Sodomitas percuſſit cæcitate, qui eos qui erant incorporei, aggreſſi fuerant, tamquàm hoſpites, inſectari contumeliis; is cùm huius videndi virtutem percuſſiſſet cæcitate, effecit vt præda euaderet è manibus: & ipſe quidem ingreſſus fuerat in thalamum; illa autem, quæ intus cuſtodiebatur, mox exiit & euanuit ex oculis, & ad maximè expetendum peruenit habitaculum. *e* Sic cùm didiciſſet ſtolidus, ſe non eſſe eam ſuperaturum, quæ Deum ſponſum elegiſſet, coactus eſt quieſcere, eam quæ capta fuerat, & diuinâ poteſtate euaſerat, non amplius requirens.

virginis Deo ſacratæ,

è manibus raptoris diuinitus elapſæ,

e

12 Hæc tempore procedente in grauem morbum inciderat; morbus autem erat cancer: cum mamillâ autem inflatâ dolor quoque creſcebat. Sed magnum inuocabat Petrum, cùm dolor eſſet vehementiſſimus: & dicebat ſacrâ illâ voce in aures ſuas immiſsâ, totum illum ſopiri dolorem, & nullum exhinc ſenſum ſentire moleſtiæ. Eâ de cauſsâ eum accerſens, frequentiùs accipiebat conſolationem. Dicebat enim toto illo tempore illius præſentiæ, dolores omnino recedere. Sed illam quidam, cùm ſic decertaſſet, laudibus victoriam ſignificantibus ex hac vitâ excedentem eſt proſecutus.

dein cancro laborãtis dolores ſuâ præſentiâ lenit.

13 Rurſus autem matrem meam, cùm poſtquàm me peperiſſet, eſſet in ipſis mortis foribus, à nutrice rogatus, veniens eripuit à mortis manibus. Iacebat enim, vt aiunt, medicis quidem deſperantibus, familiaribus autem deplorantibus, & finem exſpectantibus, clauſis oculis, febre vehementi laborans, nullum ex notis agnoſcens. Poſtquàm autem venit qui apoſtolico & ſermone dignatus fuerat & gratiâ, & Pax tibi, dixit, filia, (hæc enim erat eius ſalutatio) dicitur protinùs & cilia erexiſſe, & eum fixis oculis aſpexiſſe, & benedictionis fructum poſtulaſſe. Poſtquàm vlulauit autem chorus fœminarum, (animi enim angor & lætitia ſimul erant commixta, & cauſſa erant illius vociferationis) præcipit homo diuinus, vt eæ omnes ſint ſociæ eius orationis. Sic enim dicebat etiam Tabitham fuiſſe ſalutem conſecutam, viduis quidem deflentibus, magno autem Petro offerente Deo illorum lacrymas. Precatæ ſunt vt iuſſit, & acceperunt vt prædixit. nam cùm finem accepiſſet oratio, morbus quoque finem cepit: & ſudor repentè fluxit ex toto corpore, & ignis ille eſt extinctus, & ſanitatis ſigna apparuerunt. Talia noſtris quoque temporibus per ſuos ſeruos benenolos Deus fecit miracula.

meritũdæ precibus ſubuenit:

Actor. 9. 40

14 Huius quoque veſtium ſuperficies operata eſt ſimiliter atque diuiniſſimi Pauli. Hoc autem poſui, non vtens aliquâ hyperbole, ſed conſentientem habens dicto veritatem. Nam cùm propriam zonam diuiſiſſet in duas partes, (erat autem lata & longa, ex craſſo lino contexta) huius quidem dimidio ſuos lumbos, altero verò meos cinxit. Hanc cùm ſæpè quidem mihi ægrotanti mater impoſuiſſet, ſæpè autem patri quoque, morbum exegit. Quinetiam ipſa quoque hoc medicamento ſæpè vſa eſt ad ſanitatem. Multi autem ex notis quoque cùm hoc didiciſſent, aſſiduè ad ferendum ægrotis auxilium, hanc zonam accipiebant; & vbique illius gratiæ oſtendebat operationem. Cùm quidam ſic eam accepiſſet, priuauit eos qui donauerant, in eos, qui ipſum beneficio affecerant, ſe ingratum oſtendens. Hoc modo fuimus illo dono nudati.

etiâ zonâ eius morbi curantur.

15 Cùm ſic reſplenduiſſet, & radiis Antiochiam illuſtraſſet, abductus fuit à certaminibus, expectans coronam, quæ eſt repoſita victoribus. Ego autem, cuius, dum adhuc eſſet ſuperſtes, percepi benedictionem, eâ vt nunc quoque fruar precatus, finem imponam huic narrationi.

moriturꝰ

eum inuocat Theodoretus.

a *Menæa: παρὰ Γαλάταις τοῖς πρὸς τῇ Ἀγκύρᾳ τραφείς.* apud Galatas, qui iuxta Ancyram ſunt, educatus.

b *Græcè: ὑπερῷον δὲ εἶχεν αὐτῷ, καὶ δρύφακτόν τινα προβεβλημένον. Vertit Raderus*: qui ſuprà triplices cum procurrente ſepto cancellos habebat. *Sirmondus*: cuius pars ſuperior prominens habebat tabulatum.

c *Heruetus* calidam *ait bibiſſe. Græcè eſt: ὕδατι μὲν ψυχρῷ κεράμου.*

d *Ita vertit Sirmondus. Heruetus*: matris quidem meæ mater, mea verò matertera. *Græcè: τῆς μητρὸς μὲν ἡ μήτηρ, ἐμοὶ δὲ πενθή.*

e *In Menæis tribuitur Sancto hæc ipſa Virginis liberatio.*

I. B. DE S. CINNIA, SIVE KINNIA VIRGINE IN HIBERNIA.

SECVLO V. 1 FEBR.

S. Kinniæ natalis,

genus,

patria.

INter plurimas, quæ S. Patricij prædicatione excitatæ in Hibernia ſunt ad virginitatem Chriſto ſponſo immortali dicandã, Kinnia fuit ſiue Cinnia; nam c littera vocalibus e & i præfixa apud Hibernos idem ſonat, quod apud nos k. apud Italos Ch. Eam Kalendis Februarij cæleſtibus coli ſolitam honoribus tradit Ioannes Colganus, & Martyrologia citat alioſq; ſcriptores. Illuſtri orta erat genere, patre Eochadio ſiue Euchadio, quem Origellię Regem fuiſſe, ac Clochariam vrbem, quæ nunc intra Tironenſem eſt Comitatum, tenuiſſe, idem ſcribit. Origelliam hic dici arbitramur meridionalem Vltoniæ tractum, in quo Luda, ſiue Loutha Comitatus, Hibernis etiamnum Iriel, ſiue Vriel dicitur. Multos alibi recenſet Sanctos Colganus, à Carbreo, ſeu Corbreo, S. Cinniæ fratre ortos: de quo Carbreo, alteroq; fratre Briſſalio viſionem S. Brigidæ infrà habes in metricâ eius Vitâ cap. 10 nu. 69. Quod de ipsâ compertum eſt, traditum eſt litteris à Iocelino de Furneſio, veteri ſcriptore, cap. 79 & 80 Vitæ S. Patricij ante D circiter annos compoſitæ. Quibus ſimilia habet Auctor operis tripartiti de Vitâ S. Patricij par. 3 nu. 7 & 8 vbi pater ſanctæ Virginis appellatur Echodius, Eochadius, Euchadius. Vixiſſe eam ait Colganus

Vitæ.

A *Colganus circa annũ Chriſti* CCCCLXXX *vel* CCCCLXXXII. *quod ex S. Patricij ætate manifeſtum eſt, tametſi an illi ſuperuixerit, & quot annis, haud conſtet. Eius mentio fit, licet non exprimatur niſi patris nomen, in 3 Vitâ S. Patricij apud Colganum nu.* 65. *Cenſet Colganus* S. Hinnam, *ſiue* Hynnam *Virginem, cui S. Brigida aurum, quod antè reſpuerat, per vndas tranſmiſiſſe dicitur in 1 Vitâ, c.* 17 *nu.* 105 *& in 4 Vitâ lib.2 cap.*11 *nu.*69. *hanc ipſam* S.Kinniam *eſſe; vti affines ſunt figuræ litterarum* K *&* H.

VITA EX IOCELINO.

a 1 PEruenit S.Patricius in regionem *a* Neyll, in quâ principabatus Rex, Echu nomine, habens filiam, nomine Cinniam,vnicè dilectam,quam in conſequenti congruũ duxit nuptui tradere. *b* Puella paternũ propoſitum poſtpoſuit,Patricio exhortanti, ad centeſimum fructũ virginitatis promerẽdum, paruit,carnaleſq; nuptias nauſeans,cæleſti ſponſo ſe illibatam offerre,& conſeruare corde ſtatuit. Videns pater in filiâ mentis columnam, circa cuſtodiam caſtimonię virginalis,immobilẽ ſtare, Sãctum ad ſe accerſiens,ait illi:Deliberaui & ſtatui ex copore natæ, nepotũ procreatione,proſapiam meã ad robur regni & ſolatium meum dilatare;ſed ſucciſa eſt ſucceſſio,fruſtrata eſt ſpes mea in hac parte per te. Si ergo pro tantę ſtirpis amiſſione promiſeris mihi regnũ cæleſte, & me inuitum nõ compellas baptiſmũ ſubire, filia mea famulabitur factori ſuo ſecundũ formam exhortationis tuæ. Alioquin nõ defraudabor à deſiderio meo; ſed ab effectu fuſtrabitur prędicatio tua.Sanctus in Domino cõfidẽs, eius diſpoſitioni negotiũ iſtud totũ cõmiſit,& quod petebatur,Regi ſimpliciter promiſit.

b

Spretis nuptiis,Chriſto ſe dicat;

B

patri (ne obſtet) vitam æternam ſpondente S. Patricio:

2 Puella verò à Sancto velata & cõſecrata,in virgitate & aliis virtutũ exercitiis,Domino ſeruiens,multas exẽplo ſuo ad obſequiũ Dei deduxit, atque in hac vitâ,& poſt mortem miracuiis coruſcauit.Commendauerat Sanctus illam cuſtodię ſanctæ Virginis *c* Cethuberis,quę prima omnium Hibernicarum à S. Patricio velum accepit, cui etiam monaſterio *d* Druimduchan dicto,magnâ multitudine Virginum Chriſto ſeruientium repleto,præpoſitæ,epiſtolam exhortatoriã Sãctus ipſe ſcripſit.In hoc monaſterio S. Cinnia viuẽs deguit, & cum pluribus Virginum turbis in Domino quieuit.

fit monacha: claret miraculis:

c

d

3 Elapſo aliquanto temporis ſpatio incidit Rex Echu in lectũ doloris, & cùm morbo inualeſcente ſenſiſſet ſibi diẽ mortis imminere,deſtinauit nuntiũ ob S. Patricium vocandum ad ſe. Diſtrictiùs,etiã prohibuit, corpus ſuũ à ſuis ſepeliri ante ſancti Pręſulis aduẽtum, eò quòd ipſe promiſerit ſibi cęleſte regnũ,& maximè quoniam ab ipſo deſiderabat ſalutare lauacrum ſuſcipere. Hęc dicens expirauit:eiuſq; corpus,iuxta prętem ſuũ,vnius diei noctiſq;ſpatio ob expectationem Patricij inhumatum iacuit. S.Patricius in *e* Saballino monaſterio cõſtitutus,quod à loco,vbi ipſe defunctus iacebat, duabus dietis diſtans,Regis obitum in ſpiritu agnouit, & antequàm Regis nuntius deſtinatus ad ſe aduenirẽt, ad iter versùs domũ defuncti ſe procinxit. Affuit *f* tandẽ Sanctus Dei,& de Regis deceſſu doluit, præſertim quia ſine baptiſmi perceptione de corpore migrauit. Orauit Sanctus ad Dominum, *g* & geminæ mortis vinculis abſoluit illũ; quia enim abſq; regenerationis ſacramento deceſſit,continuò vitę reſtitutum regulis fidei inſtruxit,inſtructumque baptizauit:baptizato autẽ Rege, coram plebe ad eiuſdẽ ædificationẽ, ac commendationẽ ſuæ prædicationis narrare præcepit,quæ de pœnis reproborũ, & gaudiis electorũ pleniùs agnouit. Cumq; multa miranda de illis referret, inter cætera dicebat,ſe ſuum in cęleſti patriâ à Patricio ſibi promiſſum vidiſſe locũ, & quia baptizatus nõdum fuerat,illuc intrare non poſſe,ſicq; ob precem Sancti, iuſſu Diuino,corpus ſuũ reinduiſſe.Sciſcitabatur ab eo Sanctus,vtrùm mallet in hoc mundo viuere *b* diutiùs, an in inſtanti ad locum ſibi præparatum pergere. Reſpondens Rex reſuſcitatus, ſe totius orbis dominium, diuitias, delicias inſtar maniſſimi fumi ducere aſſeruit in comparatione gaudiorum cæleſtium, quæ oculatâ fide probauit.Sed rogo, inquit,vt abſoluar à corpore mortis huius, & educar quantocyùs de carcere iſto, quia vehementiſſimè cupio diſſolui,& eſſe cum Chriſto.His dictis accepit Euchariſtiæ viaticũ, & ſic dormiens in Domino,abiit in immortalitatis locum.

eum precibus reſuſcitat,

baptizat,

b

mori præoptantem

E

Euchariſtiâ munit.

a Nellus, *ſiue* Nealus, *aut* Neyl, *Rex Hiberniæ potentiſſimus fuiſſe traditur: à quo genus ducit nobiliſſima* Onellorum, *ſiue* O-Nealorum, *familia, fidei Catholicæ propugnandæ ſtudio clariſſima. Negat Colganus fuiſſe ditionem, cui Euchadius imperitabat,* O-*Nellorum, S. Patricij æui; ſed cùm ſcriberet Iocelinus.* Tir-oen *namq;, quod* Tertam Eugenij *ſonat,* O-*Nellorum eſt; in eoq;* Clocharia, *ſiue* Cloghar, *vrbs Epiſcopalis, quam Euchadij fuiſſe aſſerit Colganus.*

b Corbmaco, *inquit auctor Tripartiti par. 3 cap.* 7. Nielli Magni Hiberniæ Regis, ex Corbreo filio, nepoti.

c Ethembriam *alibi vocat idem Iocelinus citatus à nobis Not. c ad cap.* 9 *Vitæ* 1 *S. Brigidæ, vbi ait*: Sancta etiam Ethembria affuit, quæ prima omnium ſanctimonialium in Hiberniâ fuerat à S.Patricio in virginitate conſecrata. *Colganus* Cetumbriam *ait appellandam.* Cetamariam *vocat auctor Tripartati citatus.*

d *Auctor Tripartiti,* Drom-dubhain. *Colganus mauult* Druimdubhain, *aitq; eccleſiam eſſe prope Clochariam in Vltoniâ, in quâ præter duas illas ſanctas Virgines, ſeptem ſancti Epiſcopi quieſcere dicantur. De duabus hiſce Auctor Tripartitis*: In quo loco ambæ Virgines ſunt.

e *Tripartit.* Saballi prope Dunum: *quâ de vrbe ad Vitam S. Brigidæ pluribus agemus.*

f Ante XXIV horarum ſpatium, *vt dicitur in opere tripartito.*

g *Cùm* curaſſet aſſiſtentes omnes exire, *vt ibidem habetur.*

h *Addit idem*: & adhuc annis XV regnare.

DE S. VRSO PRESBYTERO, AVGVSTÆ PRÆTORIÆ.

I. B.

CIRCA AN. D. I FEBR.

1 AVgusta Prætoria, *Salaſſorum ad Duriam amnem, inter Alpium iuga, vrbs eſt aut potiùs Romana colonia, Salaſſis perdomitis ac ſub haſtâ venditis, Auguſti auſpiciis deducta, ad eorum colendos agros, firmandaq; illa Italiæ clauſtra: ab Auguſto ei & Prætorianis militibus, quorum tria millia iſthuc miſſa, factum nomen. Hîc Kalendis Febr.* S.Vrſus *Presbyter colitur*; *de quo Philip. Ferrarius in generali Catal. SS.* Augustæ Prætoriæ S.Vrſi Presbyteri. *MS. monaſterij S. Martini Tornaci & Lætienſe*: In Augustâ ciuitate S.Vrſi Epiſc. & Confeſſ. *Paria habet Galeſinius. Molanus in 2 edit.* Ciuitate Augustâ, S. Vrſi Epiſcopi eiuſdem ciuitatis.

Augusta Prætoria colitur S. Vrſus 1 Feb.

2 *Eſt illud frequens in Vitis ſanctorum, quas præſertim, veteribus abolitis Actis, rudes poſteà ſcriptores ex fama lacerſãe monumentis conſarcinarunt, vt plures eiuſdem nominis, quantumuis inuicem longo ſpatio temporis locíq; diſtent, ſæpè etiam conditione ac ſtatu, in vnum conflentur, aut eorum res geſtæ confundantur. Quod in* S. Vrſo *quoque, vt mox patebit, videtur locum habuiſſe. Extant in variis MSS. Acta* S. Theoneſti, *aut* Theogneſti, *Epiſcopi, quæ* XXX *Octob. aut* XXII *Nouemb. (alibi enim hoc,illo alibi die colitur) dabimus, niſi alia nanciſcamur ſinceriora: in illis memoratur* S.Theoneſtus *Epiſcopus cum* Albano, Vrſo, Tabra, *&* Tabrata *diſcipulis ſuis, ab Arianis Sede pulſus, Romam veniſſe, indeq; per Etruriam in Liguriam profectus, cùm Alpes peruaſiſſet, Auguſtam petiſſe*: *hîc* Vrſus *ab impiis, quod Catholicam doctrinam magno ſtudio tueretur, interfectus; vti &* Albanus *Moguntiæ*: *vnde cum reliquis duobus in Italiam reuerſus* Theoneſtus, *& ipſe tandem cum illis Altini lauream martyrij eſt adeptus.*

In MSS. Actis S. Theoneſti Ep.

Vrſus eius ſocius

3 *Vrbem porrò, in quâ* S. Vrſus *occiſus fertur, Vindelicorum*

AVCTORE I B.

corum Auguſtam interpretantur plerique; itaq; diſertè habet Breuiarium Moguntinum an. MDCXI excuſum: vetera autem an. MCCCCXCV & MDV edita, cum Theoneſtum narrant, Vrſo Auguſtæ relicto, tentoque ab infidelibus, & martyrio coronato, Alpes tranſgredientem ad Sigemundum Regem veniſſe, ab eo ad Treuirenſem Antiſtitem miſſum, inde Moguntiam, haud obſcurè Prætoriam indicant. Ipſe Adèo M. Velſerus lib. 8 rer. Auguſtanar. an. CCCCXXV fatetur Vrſum nihil ad Vindelicos pertinere: Ad iſtud ævum, inquit, Theoneſtum ſocioſque Martyres Sigebertus refert, cùm aliam alios temporis rationem inire ſciens ſim: Ex quibus Vrſum, Mediolano Maguntiacum proficiſcentem, Auguſtæ ab Arianis occiſum, vt vt quædam in reliquâ hiſtoriâ vacillent, ſatis conuenit. Sed vereor noſtrorum aliquos nominis errore ductos de Vindelicorum vrbe perperàm interpretari, quæ ad Prætoriam Salaſſorum pertineant. Pro Prætoriâ enim argumenta non obſcura ſunt aliquot: Conſultæ tabulæ Eccleſiæ Buraniæ, quæ ſub Torcellenſi Epiſcopo prope Venetias eſt, & hos Sanctos, quòd pleraque eorum corpora ibi condita, ſolenni cultu veneratur, planè habent, ciuitatem Auguſtam, quæ ſita eſt ad radicem montis, qui dicitur Iouis: dehinc locuples auctor Antoninus, in Itinerario iter Mediolano Magontiacum deſcribens, Auguſtam Prætoriam quintæ manſionis loco poſuit: tum antiquiſſimum ad eam monaſterium titulo S. Vrſi ſupereſſe audio: nobis contrà neque itineris ratio ſuffragatur, neque vllam noſtra Eccleſia Vrſi memoriâ retinet. Quocircà (quod huc vſque cauere curæ fuit) ornamento peregrino abſtinemus.

A *Auctor dicitur Auguſta.*

non Vindelica.

ſed Prætoria:

B

4 *Hæc ille, pari eruditione ac ingenuitate: verùm quod de* monaſterio S. Vrſi *Auguſtano ſcribit, vereor vt ab Vrſo S. Theoneſti ſocio nomen ſit ſortitum; ac fortè vt vllus S. Theoneſti huius ſocius Vrſus fuerit. Nam quæ in manibus ſunt, S. Theoneſti, Sanctiq; Albani Moguntini M. Acta, multis & grauibus* ſcatent mendis, *quæ nemo non perſpiciat. Relegati feruntur ab Hunerico VVandalorum Rege, qui, vt ſcribit Marcellinus Comes, orthodoxos Epiſcopos proſcripſit* Theodorico & Venatio Coſſ. *ſiue an. Chr.* CCCCLXXXIV, *regni ſui* VI, *vt habet Notitia Africæ à Sirmondo edita. Ab eo pulſi Theoneſtus & ſocij Romam venerunt ad S. Leonem Magnum Papam, qui obiit an. Chr.* CCCCLXI *inde ad S. Ambroſium Mediolanenſem, qui* CCCXCVIII: *mox ad Sigiſmundum Regem Burgundionum Catholicum, qui primùm poſt* D *annum Chriſti ad Catholicam fidem conuerſus eſt: ab hoc deinde ad S. Paulinum Treuirenſem, qui, vt teſtatur S. Hieronymus in Chronico, in Phrygiâ exul mortuus eſt anno Conſtantij* XXI, *qui Chriſti erat* CCCLVIII. *Quæ omnia quàm non congruant, nil attinet inculcare. Miſſa facimus hîc alia eiuſdemmodi complura, vt quòd in Actis S. Albani S. Ambroſius Sanctorum illorum gratiâ adiiſſe* auguſtæ memorię Principem Theodoſium Iuniorem *dicitur, qui quarto demum poſt Ambroſij mortem anno natus eſt.*

verùm Acta illa mendoſa.

C

5 *Cenſet Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ,* S. Theoneſtum *Ep. in Italiam veniſſe cum ſolis* Tabra & Tabrata *Diaconis, Theodoſij ſenioris Sanctiq; Ambroſij temporibus, omneſq; Altini coronatos martyrio: quoniam verò alius* Theoneſtus *è legione Thebæâ miles, mox Chriſti præco ac Martyr, Vercellis colitur* XX *Nouemb. cuius commilitones atque in Chriſti defendendâ fide ſocij* Vrſus *ac* Victor *Solodori apud Heluetios cæſi* XXX *Septembris &* Albanus *Moguntiæ* XXI *Iunij; inde* Theoneſto *Epiſcopo ac Martyri additos per errorem ſocios,* Vrſum, *atque* Albanum, *qui ſenioris* Theoneſti *militis, ſub Diocletiano occiſi, ſocij fuerant. Probabilia ſunt iſta quidem;* Vrſi *tamen alicuius, diuerſi à Solodorenſi illo, Martyris tamen, aſſeruari in Venetâ ditione corpus teſtatur Petrus Equilinus lib.* 5 *cap.* 133 *ita ſcribens*: Horum duorum Martyrum (*Vrſi Auguſtani & Albani Moguntini*) corpora ad prouinciam Venetiæ tranſlata, in loco qui dicitur Buranum, iuxta mare ſitum, Torcellanenſis diœceſis, tumulata ſeruantur: ibique & corpus iacet tertij Martyris Dominici monachi, qui quamuis in iſtorum paſſione non reperiatur ſpecialiter nominatus, ab incolis tamen ipſius loci, conſocius Albani & Vrſi fuiſſe dicitur, & cum iiſdem pro Chriſti nomine creditur martyrio coronatus. Paſſio horum Martyrum ibidem agitur XI Cal. Iulij. *Hæc Petrus.*

Vrſus alius occiſus Solodori:

D

6 *Siue ergo aliquis Auguſtæ Prætoriæ Vrſus martyrium fecit, cuius corpus aliò aſportatum oblitteratag; iſthic memoriæ ſit; ſiue Vrſi apud Heluetios coronati, vti ſocij eius Victoris Genuam, ita Buranum deuectæ reliquiæ ſint, iſq; illic, quia ignotus, Auguſtanus creditus, cuius celebre nomen; ſaltem qui Auguſtæ nunc colitur* Vrſus, *non Martyr appellatur, ſed Presbyter fuiſſe traditur illius Eccleſiæ,* S. Grati, *ſiue* Gradi *Ep. diſcipulus. Colitur* S. Gratus *Ep.* VII *Septembris. Hunc exiſtimat Carolus Ep. Nouarien. lib. 1. de Eccleſ. Nouar. illum eſſe, qui Euſebij Ep. Mediolanenſis epiſtolæ ſynodicæ ad S. Leonem Papam (inter huius Epiſtolas) ita ſubſcripſit*: Ego Gratus Presbyter, directus ab Epiſcopo meo Euſtaſio Eccleſiæ Auguſtanæ, vice ipſius in omnia ſupraſcripta conſenſi & ſubſcripſi, anathema dicens iis, qui de Incarnationis Dominicæ ſacramento impia ſenſerunt. *Euſtaſium verò, quem hic Epiſcopum ſuum Gratus Presbyter dicit, vnum è duobus Euſtaſiis eſſe, qui ſubſcripſerunt epiſtolæ ſynodali S. Ambroſij ad Siricium Papam, exiſtimat idem Carolus Ep. Qui vltimo loco ſubſcripſit* Euſtaſius Ep. *qui antepenultimo* Eutaſius *appellatur to. 1 Conciliorum. Vltra ſexaginta annos ſediſſe in epiſcopatu Euſtaſium neceſſe eſt, ſi hæc ſolida eſt Caroli Epiſcopi coniectura. quam eo firmari argumento putat, quòd* locundus *Ep. Auguſtanus*, Grati *diſcipulus fuiſſe perhibetur, idemq; ſynodo tertiæ Romanæ ſub Symmacho*, Ruffo Magno, Fauſto Auieno VV. CCL. Coſſ. *an. Chr.* DI, *ac deinde ſextæ ſubſcripſiſſe legitur.*

Alius Auguſta Cõf. S. Grati diſcipulus.

S. Gratus ſec. 5 vixit,

E

7 *Ferrarius S. Grati MS. Vitam citat, in quâ is Lacedæmone natus dicitur, atque à concilij cuiuſpiam Patribus ad Karolum Magnum Imp. miſſus è Græciâ, deinà Leone III Papâ Auguſtæ Prætoriæ Epiſcopus datus; idemq; cum* S. Theodulo *Ep. Sedunenſi Reliquias S. Mauricij & ſociorum inuentas honorificentiùs locaſſe, aliaq; egiſſe, quæ ſuo loco diſcutiemus. Suffragatur Ferrarij, aut potius illius MS. Vitæ chronologia, quod Simlerus lib. 2 de Heluetiorum rep. ſcribit*: Tradunt, *inquit*, Valleſianorum Annales, Carolum Magnũ Imp. Theodolo Ep. Sedunenſi, quòd is ab Angelo edoctus neſcio cuius ſecreti delicti remiſſionem ſibi indicaſſet, donaſſe Comitatum & præfecturam Valleſiæ ipſi ac ſucceſſoribus *&c. pòſt tamen fatetur* eſſe quædam, quæ hanc narrationem ſuſpectam reddant. *Refutat eam quoque in Coſmographiâ Belforeſtus. Guillimannus de rebus Heluetior. lib. 4 cap. 3 tradit* Sedunẽſes Epiſcopo ſuo parere & ſubiectos eſſe: Neſcio cuius munere, *inquit*, niſi Caroli Magni. *At mox de Theodulo, ſiue Theodoro*: Concilio Aquileienſi, Siagrio & Eucherio Coſſ. interfuit Theodorus Ep. Octodorenſis. . . . . ſub Sigiſmundo Burgundiæ Rege Theodorus, aut, vt alij ſcribunt, Theodolus Epiſcopus Sedunenſis eccleſiam S. Mauricij Agauni conſecrauit dedicauitque. *Non eſt tamen, vt remur, vnus ac idem* Theodorus, *qui concilio Aquilecenſi, Siagrio & Eucherio Coſſ. anno Chr.* CCCLXXXI *interfuit, & qui Thebæorum Martyrum baſilicam dedicauit, ſi quidem id S. Sigiſmundi Regis temporibus dicatur contigiſſe; alioquin fatendum eſſet, ſediſſe eum annis minimùm* CXXX. *Sed hoc aliàs.*

non Caroli Magni æuo,

(quo nec S. Theodulus Sedunen eius æqualis;

F

vnúſne an geminus?)

8 Gratus, *qui S. Leonis temporibus Presbyter erat, Legatuſq; Euſtadij, is deinde Epiſcopus factus, S. Innocentij è legione Thebæâ Tranſlationi interfuit, vti in hiſtoriâ martyrij S. Mauricij cap.* II *narrat Eucherius, ſeu quiſquis illius eſt auctor*: Cuius tranſlationem, *inquit*, ſanctæ recordationis Domitiano Geneuenſi, & Grato Auguſtæ vrbis, vel Protaſio tunc temporis loci illius Epiſcopo celebratam recolentes, quotidianâ deuotione & laudibus frequentamus. *Quod Protaſium ait* loci illius Epiſcopum, *Octodorenſem intellige, cui (vt ex veteribus prouinciarum catalogis colligere eſt) parebat etiam Sedunum, nunc Epiſcopi Sedes, Octodoro euerſo, aut deſerto. Eadem mox phraſi cap.* 12 Theodorus (*Protaſij deceſſor, ſi duo fuerunt Theodori, aut ſucceſſor, ſi vnicus*) illius loci Epiſcopus *appellatur.*

S. Innocẽtij M. corpus, inuenit Gratus,

obiitq; circa an. 500.

9 Gratus *igitur ſub exitum ſeculi Chriſtiani quinti deceſſit*:

A *ſit: quando &* S. Vrſus, *aut aliquandò pòſt, ſub Iocundo Epiſcopo. Paucula hæc de* Vrſo *tradit ex vrbis eiuſdem Chronico MS. aliiſq; monumentis Ferrarius:* Is S. Grati Ep. Auguſtenſis diſcipulus fuit, & Prior Eccleſiæ, quæ nunc S. Vrſi de ſuo nomine dicitur, eius Ordinis aut ſodalitatis, quæ in Pedemontanâ regione, S. Bernardi nominatur. Miraculis claruit viuens, claretque vſque in præſentem diem. Nam quoties ciuitas nimiâ aëris ſiccitate laborat, arcam, in quâ corpus eius aſſeruatur, circumferentes, opportunam ſolent impetrare pluuiam. Quoties etiam nimis abundant pluuiæ, ſacro eodem corpore per vrbem delato, ſerenitas optata ſuccedit. Illud quoque de S. Grato mirandum ferunt, talpas illius cauſsâ nuſquam in agro Auguſtenſi ad III M.P. repetiri. *Ita ille.*

S. Vrſus eius diſcipulus,

clarus miraculis, etiamnum pluuiam ſuis impetrat, ac ſerenitatem.

10 *Eccleſia illa* S. Vrſi, *vt ſcribit Gabriel Pennottus in hiſt. Canonic. regular. lib. 2 cap 33 nu. 6* ob multa inſignis eſt, & prima poſt Cathedralem in toto epiſcopatu Auguſtano; cuius Canonici numero XII, ſtatutis diebus ſolennioribus, in Cathedrali cum illius Canonicis ad ſacra facienda conueniunt, & in publicis proceſſionibus pariter incedunt. Habet Priorem, qui poſt Epiſcopum primam dignitatem obtinet, & inſigniis pontificalibus vtitur: licet iam multis abhinc annis non regularis profeſſus, ſed ſecularis & beneficiarius eſſe conſueuerit. Præfuerunt tamen eidem monaſterio plures Canonici profeſſi, tum vitæ ſanctitate, tum dignitate inſignes & illuſtres; ex quibus fuit ipſe B. Vrſus, primùm dicti monaſterij, quod anteà S. Petro Apoſtolo nuncupabatur, poſteà ipſius ciuitatis Auguſtanæ Præſul, in eodem monaſterio, ſiue in eius eccleſiâ, cui poſteà nomen dedit, honorificè tumulatus: prope cuius ſepulchrum iacet corpus B. Galli Epiſcopi Auguſtani. *Hæc Pennottus; quæ videntur de alio poſteriori Vrſo accipienda: nam Iacobus Philippus Bergomenſis, ab ipſo etiam Pennotto citatus, ſcribit lib. 12 illud S. Vrſi monaſterium fundatum à Montisferrati Marchionibus, quorum primum ſtatuit Alaramum Ottonis II generum. Haud nihil ambigimus tamen, fuerit ne iſthæc eccleſia, S. Vrſi tumulo nobilitata, reſtaurata fortaſſis ab illis Principibus, addito Canonicorum regularium cœnobio, cui deinde poſteri præfuiſſe Vrſum, cuius in eo viſeretur monumentum, crediderint.*

B *an Prior eccleſiæ S. Vrſi?*

AVCTORE I. B. D

11 *Sed poſteriorem aliquem* Vrſum *alij quoque ſtatuêre. Nam Canonicor. regular. Congr. S. Saluatoris Officia Romæ excuſa an.* MDCXIII, *ad* XV *Iunij, S. Bernardum aiunt ſeculo renuntiantem*, canonicum habitum ab Vrſo eius ciuitatis (*Auguſta, non tamen Vindelicæ, vt ibi perperàm dicitur, ſed Prætoriæ*) Epiſcopo ſuſcepiſſe. *Carolus quoque Nouarien. eumdem Bernardum ſcribit lib. 1. Archidiaconum Auguſtæ factum* an. CMLXVI cùm B. Vrſus, vt quidam ſcribunt, vrbis eſſet Epiſcopus. *Ferrarius verò, in Tabulis Eccleſ. Taurinenſis* S. Vrſum *Epiſcopum Kalendis Februarij adſcriptum tradit, ambigitq; num fortè alius ſit ab illo veteri Vrſo Auguſtano, qui ſolum Presbyter fuit: de cuius ætate iterum agemus ad Vitam* S. Grati *Epiſcopi,* VII *Septembris.*

an alius iunior, dein Epiſcopus?

E

DE S. VENDIMIANO EREMITA I. B.

IN BITHYNIA.

POST AN. D. 1 FEBR.

S. Vendimianus S. Auxentij diſcipulus,

MVltos ad pietatem erudiit, viros ac fœminas, S. Auxentius *anachoreta, cuius Vitam dabimus* XIV *Februarij. In his fuit S. Vendimianus, quem, Faſtis Latinis ignotum, Græci Kalendis Febr. venerantur, vbi hæc de eo Menæa:* Eodem die commemoratio S. P. N. Vendimiani.

Vendemianus, arbor virtutis magna,
Plantata in terrâ, & in cælum tranſlata.

in rupe degit:

Hic diſcipulus fuit S. Auxentij: eoque mortuo, in abruptam rupem ſeceſſit, in quâ exiguam ſibi domunculam conſtruxit, in eâque duos & quadraginta annos vixit. Ad Chriſtum iam migraturus, in genua procubuit, Deoque ſpiritum commendauit. *Nihil dum de eo alibi legimus. Quo tempore è viuis migrârit, ſtatui ex Auxentij ætate poteſt. Hic mortuus dicitur, in Latinâ quidem Vitâ à Lipomano & Surio editâ,* in imperio pij & Chriſti amantis Zenonis; *in Græcâ verò,* ἐν τῇ βασιλείᾳ τῦ φιλοχρίςυ Λέοντος, imperante Chriſti-amante Leone. *Hoc probabilius videri infrà dicemus. Cùm autem Leonis an.* IV *Chriſti* CCCCIX *obierit S. Simeon Stylites, vt* V *Ianuarij diximus, ac tunc S. Auxentio adhuc ſuperſtiti apparuerit; conſequens eſt, S. Vendimianum, qui ei* XLII *annos ſuperuixit, poſt annum* D *obiiſſe, poſt* DXVI, *ſi ille ad Zenonis vixit imperium, quod an.* CDLXXIV *capeßiuit.*

quando obierit?

DE S. BRIGIDA

VIRGINE SCOTA THAVMATVRGA,

KILDARIÆ ET DVNI IN HIBERNIA.

Commentarius præuius. I. B.

§ I. *S. Brigidæ natalis, celebritas.*

AN. CH. DXXIII. 1 FEBR.

I DVa eadem tempeſtate Eccleſiam illuſtrauêre ſanctiſſimæ Virgines Brigida *in Hiberniâ, in Galliis* Genouefa: *vt cùm ſapientiſſimi viri populos præferoces, Scottorum illic, hic Francorum, eruditione ac vitæ integritate ad capeſſenda* Chriſtianæ *diſciplinæ inſtituta informarent; illæ & ſuo alterum ſexum exemplo, & viros quoque ipſos ſapienti innocentiâ, ac miraculorum efficaci ſacundiâ ſuauiter ad danda veritati manus compellerent.* Et de Genouefâ *quidem* III *Ianuarij egimus.* Brigida *verò Kalendis Februarij celebratur, ita conſentiente populorum pietate, vt non modò Scoti & Hiberni, quorum vtrique ſuam eſſe gentilem contendunt, ſed & Angli, Belgæ, Germani eximiâ omnino religione illam venerentur. De Scotis, Anglis, Hibernis teſtatur Hector Boëthius*

S. Brigida V. celeberrima

hiſtoriæ Scotor. lib. 9. Effecta eſt, *inquit*, eiuſdem Virginis ad poſteritatem, ob pietatem inſignem, celebris adeò memoria, vt Scoti, Picti, Hibernici, &, qui illis gentibus vicinas habent ſedes, Angli, eam inter fœminas, quas Chriſtiana Eccleſia in Sanctorum numerum retulit, ſecundùm Deiparam Virginem præcipuâ ſemper habuerint veneratione. Templa Brigidæ nomini inter hos populos ſacra, quot vix alicuius Diuorum, huius rei certa ſunt indicia. *Exaggeratiùs etiam Ioan. Leſlæus lib. 4 in Conuallo* XLVII *Rege*: Tantâ veneratione Scoti, Picti, Britanni, Angli & Hibernenſes D. Brigidam ſunt vbique proſecuti, vt plura templa Deo in illius memoriam apud illos omnes erecta videas, quàm in vllius ceterorum Diuorum omnium. *Vtrumque ſecutus Georgius Conæus*, Facta autem, *inquit*, tam celebris huius Virginis ad poſteros memoria eſt, vt nullam ſecundùm

apud Scotos, Hibernos, Anglos,

plurimis templis ei dicatis;

AVCTORE I.B. Deiparam pari deuotione Scoti ſint venerati. *Ioannes Colganus in Append. 4 ad Vitam S. Brigidæ cap. 16 ſexaginta*

A *ferè loca enumerat* S. Brigidæ *nomine inſignita, eaq; è quinque dumtaxat diœceſeon Hibernicarum Catalogis, cùm multò plures aliæ ſint, quarum catalogos nactus non erat, & in illis ipſis alia templa, ſacella, altaria et dicata, etſi eius nomine oppida ipſa locaſſe haud nuncupentur. Fatetur tamen eorum, quæ recenſet, locorum aliqua ab alterius fortaſſis* Brigidæ *nomine ſortita appellationem. Nam eiuſdem Appendicis cap. 1 alias complures enumerat Brigidas, ſanctitate vitæ & publicorum ſacrorum honore illuſtres; quarum nos infrà nonnullas referemus. Sed pleraq; tamen loca ab eo recenſita, huic* Brigidæ, *longè ante alias celeberrimæ, ſacrata fuiſſe probabilius videtur. Quot iam in reliquâ omni Hibernià, Scotiâ vniuerſâ, Angliâ, ac circumiacentibus inſulis extitiſſe templa illius honori dicata neceſſe eſt, priuſquàm hæreticorum rabies illa auitæ pietatis monumenta maximam partem ſubuertiſſet? Quamquàm non omnis ex ipſorum etiam hæreticorum animis eraſus eſt ſenſus auitæ pietatis. Solent etiamnum in Scotiâ, non Catholici ſolùm, ſed & hæretici plerique, S. Brigidæ peruigilio, in ſingulis domibus conclaue vnum exquiſito nitore adornare, in eoq; thalamum quàm poſſunt ſumptuoſiſſimè inſtruere. Qui id mihi retulit vir grauis & certæ fidei, percunctatum ſe aiebat ex iis, quid illud ſibi vellet lectiſternium, cùm iam cultum*

B *Sanctorum, ex nouitiæ ſuæ ſectæ placitis, repudiaſſent? reſpondiſſe ipſos eum thalamum ſponſæ Chriſti Brigidæ præparari, ſeq; eum ritum à maioribus acceptum retinere. Vtinam reliquam omnem maiorum reſumant aliquando pietatem!*

apud Belgas, 2 *Quoniam verò in Belgicas ac Germanicas prouincias plurimi olim viri religioſi, partim fidei diſſeminandæ gratiâ, partim pietatis tranquillius apud ignotos colendæ, immigrarunt è Scotiâ & Hibernià, atque Angliâ quoque, ſed Scoticis inſtitutis pleriq; eruditi; inde ſanctæ illius Virginis propagata huc veneratio eſt, ad populos tunc, vt plurimùm, paſcuariæ & agrariæ rei deditos, neque tamen diu vnquam ab vſu tractationeq; armorum otioſos, ſed eiuſmodi tamen, vt eorum ſimplicitas illius emereri opem & niteretur, & poſſet: quippe quæ plurima olim circa ruſticanam annonam, lac, butyrum, lardum, mel circaq; ipſa armenta, aut alioquin in agreſtium hominum leuamentum, miracula patrauerit; & profeſſa ſit, vti vitæ 1. cap. 10 nu. 60 refertur, proniorem ſe eſſe ad benefaciendum plebeiis ac tenuibus,* quia plebeij cuncti ſeruiunt Deo, omneſque Patrem poſcunt; *cùm potentes,* exceptis paucis electis à Deo, ſerpentes ſint & filij ſanguinum, filiiq; mortis: *neque ideò tamen iuſta bella auerſata ſit, aut rogatâ deſtituerit ope. Eò aucta in illam pietas nouis identidem*

Officio Eccleſiaſtico, *in varios beneficiis; vt pleræque Belgicæ Eccleſiæ illius feſtum officio Eccleſiaſtico celebrare conſueuerint: vti cernere eſt in veteribus Canonicarum precum Breuiariis, Antuerpienſi an.*

C 1496 *excuſo, Bruxellenſi* 1516. *Audomarenſi* 1518. *Leodienſi ac Brugenſi* 1520. *Morinenſi* 1542. *Vltraiectenſi, aliiſq;.*

vti & apud Germanos; 3 *Eadem apud Germanos religio. Stephanus Vitus Societatis noſtræ Sacerdos apprimè eruditus, qui Theologiam annos plures in Germaniâ docuit, in docto & inſigni opere, ſed necdum edito, quod* Vindicias veteris Scotiæ, ſiue Hiberniæ, *inſcripſit, libri 3 cap. 12 iſta habet:* Inter Sanctos, qui Germaniæ ſunt ſpeciales Patroni, Brigidam recenſet Petrus Cratepolius, dicens in Germaniâ illam eſſe celeberrimam: & verè. Nam, vt alia indicia non eſſent, ſatis eſſet, quòd nulla ſit hodie, neque fuerit à mille ferè annis, Eccleſia Cathedralis aut diœceſis Catholicorum in eâ regione ampliſſimâ & vaſtiſſimâ, vbi non quotannis ad 1 Februarij, publicè in Choro & altari dicatur de Virgine Brigidâ officium, ſiue preces Canonicæ, & ſacrum Miſſæ celebretur. Neque mihi in Germaniâ licuit videre vllum ex Kalendariis, quæ vbique quotannis tam ab hæreticis, quàm à Catholicis noua pro varietate diœceſium & prouinciarum cuduntur, vbi nomen Brigidæ Virginis non viderim. *Ita ille, vir curioſus in paucis.*

4 *Celebrem apud alios quoque populos eius memoriam fuiſſe, patet ex omnibus Martyrologiis quæ eius hoc ipſo die deprædicant nomen. Vetus Romanum, S. Hieronymi nomine in codice Treuirenſi, quo ſumus vſi prætitulatum, auctum tamen,* D *(vt vel hinc manifeſtum eſt) ſi ab S. Hieronymo primitùs inchoatum, ita illius meminit:* In Scotiâ S. Brigidæ Virg. *inſcripta Martyrologiis 1 Febr.*

Idem habent MS. Martyrol. Brugenſe perantiquum, MS. S. Mariæ Vltraiecti. MS. Centulenſe Bedæ præferens nomen; & MS. Florarium, ſed in hoc additur: quæ obiit anno ſalutis 518. *MS. monaſterij S. Martini Treuiris, & ipſum peruetus:* In Hibernià Brigidæ Virg. *Vſuardus:* In Scotiâ S. *tum inſigni elogio.* Brigidæ Virg. cuius vita miraculis claruit. *Beda vulgatus, Ado, aliaq; MSS.* Apud Scotiam S. Brigidæ Virginis, cuius vita miraculis claruit. Quæ cùm lignum altaris in teſtimonium virginitatis ſuæ tetigiſſet, viride factum eſt. *Minùs hoc nobis probatur elogium: neque enim in teſtimonium ſuæ virginitatis ligneum altaris pedem tetigit; ſed orationes recitante, qui ei velum impoſuerat, ſancto Epiſcopo, ipſa* capite ſubmiſſo pedem altaris ligneum manu tenuit, & ab hac horâ pes ille viridis ſine vllâ putredine, & ſine defectu, manet in æternum, *vt in 1 Vitâ, cap. 3 nu. 16 dicitur. Meliùs ergo Martyrol. Romanum, Bellinus de Padua, Molanus in Addit. ad Vſuard. & plurima Belgica Martyrologia Vſuardi nomine inſcripta:* In Scotiâ S. Brigidæ Virg. quæ cùm lignum altaris tetigiſſet, in teſtimonium virginitatis ſuæ ſtatim viride factum eſt. *Eadem habet Maurolycus, adiicitq; tempore* Iuſtini I. *Vvandelbertus monachus Prumien. qui ante 800 annos ſcripſit:*

Brigida Virgo potens Februi ſibi prima Kalendas E
Scottorum lancit miro celebrare fauore.

Ita MS. Cuſanum. Molanus aliiq; celebrata fauore *legunt. Rabanus in Martyrol. ita illius meminit:* In Hibernià quoque natiuitas Brigidæ Virg. quæ natiuitas magnorum meritorum & ſanctitatis eſſe prædicatur. *meliùs MS. S. Maximini:* In Hibernià S. Brigidæ Virg. quæ magnorum meritorum & ſanctitatis eſſe prædicatur. *Neque enim apparet quâ ratione natiuitas ipſa* magnorum meritorum & ſanctitatis *dici poſſit, cum mater gentilis adhuc eſſet, & mago famularetur. Niſi quis aſſerere voluerit, quod Hieronymus de Villâ-vitis Canonicus regularis, in libro quem* Panem quotidianum *vocat, abſque vllo ſolido fundamento tradidit,* in vtero materno ſanctificatam fuiſſe: *quaſi verò quæ mox euenêre miracula præſentis ſanctitatis, & non potiùs futuræ argumenta extiterint. Eadem quæ MS. S. Maximini, habet Notkerus, additq;:* adeò vt cùm lignum altaris in teſtimonium virginitatis ſuæ tetigiſſet, viride ſit effectum. *Vetus MS. Latienſe:* In Scotiâ natale S. Brigidæ Virg. quæ ab ineunte ætate Chriſto iuncta eſt amore. Hæc in caſto propoſito ſanctiſſimè viuens, multis coruſcauit miraculis. *Eadem ferè habet antiquum MS. monaſterij S. Martini Tornaci. Denique nullum ferè Martyrologium non eius prædicat nomen. Sed quædam* XXXI *Ianuarij, anticipatâ nimirùm ob S. Ignatij Theophori feſtum* F *ſolennitate. In Martyrol. Colonien. an.* 1490 *excuſo, ad* XIV *Iulij hæc habentur:* Item feriâ III proximâ poſt feſtum S. Margaretæ Virg. eſt commemoratio S. Brigidæ Virg. *Nempe in eum diem, imò, vt Gelenius ſcribit de Coloniæ magnitud. lib. 3 Syntag. 29 § 3 in feriam III poſt Vincula S. Petri tranſfertur ſupplicatio & feriatio parochiæ S. Brigidæ Coloniæ.*

§ II. *S. Brigidæ Acta.*

5 *NEc minorem à Vitæ ſcriptoribus conſecuta eſt Brigida celebritatem. ita multi res ab eâ geſtas tradidêre litteris. Teſtatur id Chilienus, ſeu quiſquis eſt auctor metricæ Vitæ, quam tertio loco daturi ſumus, in Prologo:* *Vita eius à multis ſcripta;*

Scripſerunt multi virtutes Virginis almæ,
Vltanus Doctor, atque Eleranus ouans.
Deſcripſit multos Animoſus nomine libros
De vitâ & ſtudiis Virginis, ac meritis.

Extent nécne horum opera, & Hibernicis litteris an Latinis, augurari temerè nolim. S. Vltanus Ardbrecanenſis in Mediâ Epiſcopus, vt ex veteri ſcriptore tradit Ioannes Colganus, comprehendit miracula S. Brigidæ libro vno: *quem librum eam vult Colganus Vitam eſſe, quam ipſe tertio loco, nos primo damus. Quàm firmum ſit, quo id coniectat, argumentum,*

non

A *non eſt operæ vt pluribus diſquiram. Obiiſſe idem* Vltanum *ait* IV *Septembris, an. Chriſti* DCLVI, *ing, Sanctorum numerum relatum. Vſſerius eius obitum refert ad annum* DCLVII, *alij ad* DCLXII, *qui hymnum in laudem S. Brigidæ ab eo compoſitum putant,* tempore duorum filiorum Ædæ Slane: *nam ex veterum annalium fide* Dermitius II *&* Blathmac, *filij* Ædæ II. *anno* DCLVIII *regnum Hiberniæ capeſſierunt, tenueruntq, annis.*

6 S. Aleranus *ſiue* Aileranus, *in quibuſdam codicibus* Aierranus, *aliis* Eleranus, *&* Heleranus, *cognomento* Sapiens, *eâ peſtilentiâ extinctus eſt anno* DCLXIV, *aut* DCLXV, *de quâ* XX *Ianuarij ad Vitam S. Fechini Abbatis egimus, & Beda lib.* 3 *hiſt. gentis Angl. cap.* 27. *Colitur, Colgano teſte,* XI *Auguſti.* Cuius ingenij vnicum, *inquit Vſſerius de Britannicar. Eccleſ. primordiis. cap.* 17, atque illud perexiguum, monumentum habemus reliquum; Sedulij lumoris collectaneo in Matthæum inſertum, atque ita prænotatum: Incipit typicus ac tropologicus Genealogiæ Chriſti intellectus, quem S. Aileranus Scottorum ſapientiſſimus expoſuit. *Ailerani mentio fit in Vitâ S. Fechini cap.* 2 *num.* 8 *his verbis*: Hæc verò miracula, ne cuiquam in dubitationis ſcrupulum veniant, ſapienti viro Ailerano referente, & aliis multis fidelibus idem conteſtantibus, comprobata ſunt.

S. Elerano Sapiente.

B 7 *Nos quinas omnino S Brigidæ Vitas dabimus: Primam ex veteri MS. Eccleſiæ S. Audomari, diligenter collatam cum eâ, quam ex antiquo codice monaſterij Ripenſis, ſiue* am Hof, *S. Magno dicati, in ſuburbio Ratiſponenſi ad pedem pontis, ſuâ manu deſcripſerat olim, miſeratq, Heriberto Roſvveydo Stephanus Vitus. Huius exemplum communicauimus cum Hugone VVardeo ordinis Minorum, quod Colganus cum MS. Atrebatenſi S. Autberti, & Hibernico monaſterij Inſulæ Sanctorum in Comitatu Langfordiæ, alioq, Carthuſiæ Colonienſis collatum edidit, teſtatus aliud exemplar extare in monaſterio Dunenſi Brugis; quo an vſus tamen ſit, non indicat. Extat eodem principio ſanctæ Virginis Vita in veteri Legendario Cæſaris-inſulæ. Auctor ſuccinctè plurima complexus miracula eſt, decurſum vitæ omnem haud ſatis ordinatè explicateq, proſecutus. Quod vitium ineſt in omnibus ferè veterum Sanctorum Hibernicorum Vitis quas adhuc nacti ſumus: vt videantur illarum Scriptores ea duntaxat aceruatim & confusè accumulare voluiſſe, quæ præcipuè mouere admirationem poſſent; exemplis virtutum prætermiſſis, quòd ea vel vulgò notæ forent, vel populari ſermone deſcriptæ in religioſorum hominum manibus verſarentur. Pleraque tamen Brigidæ miracula inſigne præbent vel caritatis in Deum proximumq, vel fiduciæ de Diuinâ ope, vel demiſſionis ſui, vel aliarum virtutum documentum.*

quintuplex hic edita:

C 8 *Secundam deſcripſerat Roſvveydus è vetuſtiſſimo codice D. Preudhomij Canonici Atrebatenſis: quam contulimus cum MSS. monaſteriorum S. Maximini Treuiris, VViblingenſis in Sueuiâ, Bodecenſis in VVeſtphaliâ, cumq, editionibus Henrici Caniſij è MS. Aſſladiano, & Ioannis Colgani ex MSS. S. Huberti ac S. Amandi. Auctorem* Cogitoſum *vulgò appellant, quòd in Epilogo ita ſcribat*: Orate pro me Cogitoſo, nepote culpabili. *Sed deſunt illa multis exemplaribus. Neque ex iis rectè conficitur, vt quidam putant, S. Brigidæ conſanguineum fuiſſe, quia* nepotem *ſe vocet; neque tamen* luxuriosè ei tranſactam adoleſcentiam, *vt alij volunt: ſed ſubmiſsè de ſe, vt viri pij ſolent ſentientem,* nepotis culpabilis *titulum ſibi ſumpſiſſe. Colganus faſtis Sanctorum ad* XVIII *Aprilis adſcriptum refert. Inſignis eſt ſcriptor, vt qui grauiter & non audita ſolùm, ſed & viſa narret. Nam cap.* 7 *num.* 34 *ita ſcribit*: Alias ſemper operari virtutes innoteſcit, quas non ſolùm audiuimus, ſed etiam oculis noſtris vidimus. *Fuit ipſemet fortaſſis* maximi & clariſſimi monaſterij S. Brigidæ *alumnus, eq, Kildarienſis Epiſcopi* regulari ſcholâ, *vt c.* 8. *n.* 37 *loquitur.*

2 à Cogitoſo,

9 *Non fuit tamen S. Brigidæ æqualis, fortè nec coætaneus: nam & in Prologo num.* 1 *profitetur ſe* à maioribus tradita, patefacere. *& num.* 2 *oſtendit ſe non exiguo poſt fundatam Kildarienſem Eccleſiam tempore, nedum paucis à Brigidæ deceſſu annis, ſcripſiſſe, ſed cùm plures huic Abbatiſſæ,*

diu poſt ſcripta,

S. Conleo Epiſcopi ſucceſſiſſent: Amborum meritis, *inquit,* AVCTORES
ſua Cathedra Epiſcopalis & puellaris, acti vitis fructi- I.B.
fera diffuſa vnd que ramis creſcentibus, in totâ Hi D
nenſi inſulâ inoleuit. Quam ſemper Archiepiſcopus Hibernenſium Epiſcoporum, & Abbatiſſa, quam omnes Abbatiſſæ Scotorum venerantur, felici ſucceſſione & ritu perpetuo dominantur. *Quæ illa, velut in longùm propagata* felix ſucceſſio, *ſi cùm ſcribebat Auctor tertius à S. Conleo ſiue Conlaïdo, ſedebat Epiſcopus tertia à S. Brigidâ Abbatiſſa: Quid, quòd iam reparata erat eccleſia, vt cap.* 8 *narratur? an id credibile, paucis poſt Brigidæ exceſſum annis fieri debuiſſe? Denique quo argumento confici omnino putat Colganus ante annum* DIIC *conſcriptam eſſe hanc Vitam, eo ipſo inducimur, vt ſerius multò id factum exiſtimemus. Erat, inquit, tunc Antiſtes Kildarienſis, Archiepiſcopus Lageniæ: atque ea dignitas Fernenſi Sedi circà annum Chriſti* DIIC *Brandubij Regis rogatu, collata eſt: priùs igitur ſcripſit. quî enim alioqui id ignoraſſet, ac Kildariæ ſedere Archiepiſcopum aſſeruiſſet?*

cùm Archiepiſcopus Lageniæ ſederet Kildariæ;

10 *Verùm* S. Fiecum, *ſiue* Fecum, *Duptachi illius, qui in aulâ Temorienſi, nequidquam vetante Loegario Rege, S. Patricio primus aſſurrexerat diſcipulum, fatetur ipſe Colganus Append.* 4 *ad Vitam S. Patricij part.* 3, Archiepiſcopum Lageniæ *fuiſſe vixiſſeq, ad annum* DXX *aut* DXXX. *Non igitur* S. Conlaidus, *qui an.* DXIX *mortuus dicitur,* E
Archiepiſcopus fuit. Sed de S. Fieci *ætate agemus ad* XII *Octobris quo cum filio ſuo* S. Fiachrio *colitur. Archiepiſcopalem eius dignitatem confirmat auctor operis tripartiti de S. Patricij vitâ, parte* 3 *nu.* 21 *apud Colganum; nimirùm S. Patricio viſum eſſe dignum,* non ſolùm qui primus ex omnibus Lagenienſibus ordinaretur in Epiſcopum, ſed & qui toti iſti prouinciæ vt ſupremus præficeretur Antiſtes. *Qui verò in hymnum Hibernicum eiuſdem S. Fieci, de vitâ & virtutibus S. Patricij Scholia edidit, & ipſe ſcriptor perantiquus, iſta habet*: Et poſteà ab eodem *Patricio Fiecus* conſecratus eſt Epiſcopus, & tandem Lageniæ Archiepiſcopus inſtitutus: quo etiã munere eius Comorbani, ſiue ſucceſſores, abinde funguntur. *Ea Sedes* Slepti *fuit, ſiue* Sleibhti *in Leſiâ, ſeu Comitatu Reginæ, iuxta flumen* Berbha, *olim* Birgum, *nunc* Barrow, *vti ex eodem tripartito opere & Vſſerio patet.*

qui antè Slepti,

11 *Anno Chriſti* DXCVIII Branus Niger, *ſiue* Brandub, *Rex Auſtralis Lageniæ,* vir ſtrenuiſſimus & valdè pro- *poſt annũ*
bus in militiâ, *vt in Vitâ S. Didani, ſiue Modoci,* XXXI *Ia-* 598 *Fer-*
nuarij cap. 4 *num.* 24 *diximus,* occidit Regem Hiberniæ *næ,*
Ædum filium Anmirech, *prælio victum*, & maximam cædem nobilium virorum totius Hiberniæ cum eo fecit. *Deinde* accepto regno totius Lageniæ, & non ſolùm, ſed totâ etiam Hibernià vſque ad Callachuari, poſt occiſionem Ædi, filij Anmirechi; *graui morbo, S. Moedoci precibus, liberatus, atque æternæ damnationis periculo ereptus*; magnas dedit oblationes Sancto Moedhog, & agrum in quo vir Dei conſtrueret monaſterium, quod dicitur Ferna; in quo S. Moedog ſepultus eſt; ..... Deinde factâ Synodo magnâ in terrâ Laginenſium, decreuit Rex Brandub, & tam laici quàm Clerici, vt Archiepiſcopatus omnium Laginenſium ſemper eſſet in Sede & Cathedrâ Sancti Maedhog. Et tunc S. Maedhog à multis Catholicis conſecratus eſt Archiepiſcopus.

12 *Vt à Sleptenſi Sede ad Fernenſem, ita ab hac ad Kildarienſem eſt Metropolitana dignitas trãſlata: at quo id tempore factum ſit, necdum compert. Auctor* 4 *Vitæ in duos libros partitæ ſcribit lib.* 2 *cap.* 1 *num.* 3 *de Brigidâ loquens*: Ibi magnum monaſterium plurimarum conſtruxit Virginũ: ibique maxima ciuitas poſteà in honore beatiſſimæ Brigidæ creuit, quæ eſt hodie Metropolis Laginenſiũ. *Et Cogitoſus cap.* 8 *num.* 39 Maxima hæc ciuitas, & Metropolitana eſt. *Et in prologo, eius Præſulem* Archiepiſcopum Hibernenſium *appellat. In Sylloge veterum epiſtolarum Hibernicarum, quam Dublinij an.* MDCXXXII *Vſſerius edidit, epiſtola* XXXIV *eſt VVaterfordienſium ad S. Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum; cui inter alios ſubſcribunt*

dein Kildaria:

AVTORE I B. Samuel Dublinenſis Epiſcopus, & Ferdomnachus Laginenſiũ Epiſcopus. *Hunc Kildarienſem fuiſſe alibi probat*
A *Vſſerius ex antiquis Annalibus, in quibus ad annum* MCI *iſta leguntur*: Ferdomnach Epiſcopus Cilledara in pace quieuit. *De Cognoſi igitur ætate non liquet. Illud quoque argumento eſt, non ita propè ab illius ævo abfuiſſe, quòd, exoleſcente iam maiorum ſimplicitate, matre ſeruâ ortam diſſimulauit, cùm id diſertè primæ Vitæ Scriptor tradat, ſiue is S. Vltanus, ſeu quis alius fuit.*

3 *Metrica,* 13 *Quam tertio loco damus Vitam, metro conſcriptam, edidit Colganus ex MS. Caſinenſi, collatam cum MSS. tribus, Vaticanæ bibliothecæ, Antonij Barberini Cardinalis, Lucæ Wadingi, Eam* mutilam *eſſe ac* lacerã, fœdiſque librariorum mendis ſcatere, *prolixè queritur. Auctorem ait in Caſinenſis bibliothecæ catalogo indicari his verbis*: In codice MS. litterâ F. num. 232 ſignato, plutco 8 ad lævam ſerie ſecundâ, in ordine 15. Primus tractatus eſt .....
auctore Chilieno Quartus & vltimus, Vita Brigidæ Kill-darienſis Virginis à Chilieno monacho Inis-Keltrahenſis cœnobij verſibus edita. *eſt* Keltra, *ſiue* Inis Keltra, *inſula in lacu* Sinanni, *ſiue* Sinæi *amnis*, Derg *dicto, ſupra Laonenſem vrbem, ſiue* Killa-loe, *in Tuomoniâ, ſeu Momoniâ Septemtrionali, Conatiæ adiunctâ. In eâ inſulâ monaſterium fuit, cuius alumnum fuiſſe auctorem hunc vel inde conuicias, quòd cap. 9 n. 63 ita præter propoſitum illius mentionem inducit:*

monacho Keltrenſi,
B Altera valdè mihi virtus miranda videtur,
Quæ fuit in magnâ Sinanni fluminis vndâ;
Intra quam Keltra eſt, conuentus ritè virorum
Prudentũm, ſacro Benedicti dogmate florens.

Colganus Chilienum hunc eſſe coniicit S. Coelanum, *ſiue* Coelenum *monachum de Inis-Keltra, quem coli ait* XXIX *Iulij, vixiſſe ante annum* DCCL. *Cui coniecturæ ne ſubſcribamus facit, quòd Brigidæ matrem Comitiſſam vocat numer. 2. quaſi eum puduerit ſeruilis originis: & num. 7 flores carpentem deſcribit, vt & alibi eius ſodales, aliaq; habet haud ſcio an ſatis conſentanea veterum Sanctorum Hibernicorum ſimplicitati. Diligenter tamen, vt ex prologo patet, quæ antea ſcripta erant euoluit; vtinam eius integrum opus extaret!*

mutila.

4 libris duobus, 14 *Huic aliam ſubnectimus Vitam, ab Hugone Wardeo olim nobis communicatam: quam & Colganus ex illius collectaneis edidit. Eam frequenter citat Vſſerius in opere de Britannicarum Eccleſiar. primordiis, diciturq; illi eius ſcriptor nunc* anonymus, *nunc* ineditus, *nunc* auctor vetus qui libris duobus Acta Brigidæ deſcripſit. *Vixit ante annum Chriſti* MCLII, *quo Dublinenſi Antiſtiti Gregorio, S. Laurentij deceſſori, dignitas eſt Archiepiſcopalis collata: nam, vti antè indicatum, Kildariam ſcribit ſuâ ætate* Metropolim Laginenſium *fuiſſe. Niſi Chilienum metricæ Vitæ ſcriptorem ſibi perſuaderet Colganus S. Coelanum fuiſſe, qui ante annum* DCCL *deceſſerit, huius 4 Vitæ auctorem,* Animoſum *eſſe ſuſpicaretur ab eo laudatum.* Anmchadi *enim nomen, ſiue* Anamchodh, *Hibernis olim familiare, rectè* Animoſum *Latinè reddi ait. Fuit certè, vt idem refert,* Anmchadius Epiſcopus Killdarienſis, *qui anno* CMLXXX ſanctè traductam vitam in ſenectute bonâ finiuit. *Eâ ferè ætate ſcriptam eſſe hanc Vitam veriſimillimum eſt, pòſt multò quàm Dunum erat S. Brigidæ corpus tranſlatum, quam ideò iſthic primitus ſepultam auctor exiſtimauit lib. 2 cap. 12 numer. 82. antè tamen quàm Dublinium eſſet dignitas Metropolitana tranſlata, quam ſollicitiùs fortaſſis ſibi Kildarienſes vindicabant, quàm reuerentiùs alij agnoſcerent. Sed quiſquis hic fuerit, aut quoquo ſeculo vixerit ſcriptor, accuratè geſta Brigidæ collegit, multaq; de Hiberniæ Regibus, populis, vrbibus refert, aliis neglecta, vel ignorata.*

ſeculo 10 ſcripta,

fere ab Animoſo Ep.

5. à Laurentio Dunelmenſi, vt videtur, 15 *Quintam addimus Vitam ex veteri codice Seminarij Hibernici Societatis* IESV *Salmanticæ, qui penes nos eſt: cuius exemplum à nobis acceptum vulgauit Colganus, ac firmauit noſtram de auctore coniecturam. Scripſeram enim iam antè Laurentium Dunelmenſem videri, qui (vt ex Lelando tradit Balæus, ex hoc Piſæus ac Voſſius) Vitam S. Brigidæ proſâ ſcripſit, & ſe vehementem planè rhetorem probauit. Suam ipſe ætatem indicat, dum cap. 1 (quod exordio mutilum) ita loquitur*: Sed poſtquàm Anglia dominos cœpit habere Normannos; *quod anno* MLXVI *Chriſti, S. Eduardo Confeſſore mortuo, contigit. ac paullò pòſt.* Scotia autem & Hibernia dominos habens de gente ſuâ, nec omnino omiſit, nec vt olim exercet hunc morem ſuum. *Ante annum igitur* MCLXXI, *quo, vt ſcribit Matthæus* Weſtmonaſterienſis, Henricus II *Rex Angliæ* transfretauit in Hyberniam: vbi Archiepiſcopi & Epiſcopi ipſum in Regem & dominum ceperunt, & ei fidelitatem iurauerunt. *Et verò Dunelmenſem circa annum* MCLX *floruiſſe Voſſius ac Balæus ſcribunt; Piſæus eo anno obiiſſe: quidam cœnobio Weſtmonaſterienſi, volunt præpoſitum ab Henrico, redacto in ordinem Geruaſio Abbate, Regis ipſius conſanguineo, quòd nobiliſſimi illius cœnobij bona iuueniliter dilapidaſſet.*

D

ſaltem ſeculo 12 ſcripta:

alia apud Colganũ, 16 *Præter has S. Brigidæ Vitas, aliam rhythmo Hibernico conſcriptam, ac Latinè verſam, edidit Colganus, quam qui præfationem addidit, anonymus Scriptor, compoſitam ait à* S. Brogano, cognomento Cloen, *tempore Lugadij Hiberniæ Regis, filij Loegarij*: quia, *inquit*, S. Vltanus de Ard-brecain S. Broganum rogauit vt virtutes & Acta S. Brigidæ ſtylo metrico deſcriberet. Hic enim eſt, qui Acta S. Brigidæ pro ipſo collegit. *At ſi, quod ex Vltonienſibus Annalibus tradit Vſſerius, Lugadius ſiue Lugaidus,* an. DVIII *interiit, quâ potuit rhythmus ille ipſo regnante conſcribi, in quo Brigida, non niſi* XV *annis poſt eum mortua, inuocatur* cum Sanctis Killdarienſibus, *velut ævo beato iam fruens in cælis? Omitto quòd S. Vltanus, vt antè ſcripſimus, anno* DCLVII *vel potiùs* DCLXII *obierit. Occupat hanc obiectionem Colganus, atq; eſſe ex quorumdam Annalium fide, ad annũ* CLXXX *ætatis peruenisſe Vltanum. Broganum verò idem tradit* XVIII *Septembris apud Oſſorienſes coli.*

E

& plures alibi. 17 *Denique admirabilis huius Virginis res geſtas alij plurimi proſecuti ſunt; Capgrauius, Surius, Vincentius Bellouacenſis lib. 2 cap. 29 & ſeqq. S. Antoninus par. 2 tit. 12 cap. 7 § 1. Hæreus, Lippelous, Ribadeneira, Roſweydus, Siluanus Razzius tom. 1 de fœminis ſanctitate illuſtribus, aliiq; quamplurimi, quorum aliqui à Colgano enumerantur Append. 3 ad eius Vitam cap. 1. Nos è Silueſtro Giraldo, Dunelmenſis ferè æquali, atque è veteribus Sanctorum quorumdam Actis, nonnulla ſubiiciemus analecta, in quinque illis Vitis omiſſa, aut aliter relata.*

§ III. *S. Brigidæ patria.*

Brigida orta è Scotis, 18 PRognatam è Scottorum genere Brigidam æquè moderni ſcriptores atque antiqui conſentiunt. *Controuerſia eſt, num in eâ regione nata ſit, quæ pars veteris Britanniæ, Scotorum frequentibus coloniis habitata, ſola nunc Scotiæ retinet nomen; an in Hiberniâ, quæ & ipſa* Scotia *appellata eſt teſte S. Iſidoro Hiſpalenſi Origin. lib. 14 cap. 6 quòd, vt etiam lib. 1 hiſt. ſcribit Oroſius,* à Scotorum gentibus coleretur. *Et Beda libr. 1 Eccleſiaſt. hiſt. gent. Anglor. cap. 1* Hæc autem *(Hibernia)* propriè patria Scottorum eſt. *De patriâ S. Brigidæ ac loco natali, nihil diſertè expreſſêre Scotorum hiſtorici, Ioannes Maior, Hector Boëthius, Ioannes Leſleus, Georgius Conæus. At Thomas Dempſterus, eumq; ſecutus Dauid Camerarius, contendunt nihil eam omnino ad Hiberniam pertinere. Acriter eam ſibi vindicant Hiberni: quibus fauent exteri complures; atque in his nominatim Iacobus Gretſerus noſter lib. 1 de benedictionibus cap. 8.* Sancta Brigida Virgo, *inquit*, ex veteri Scotiâ, hoc eſt, Hiberniâ. *Et lib 3 cap. 9.* De S. Brigidâ Virgine Hibernâ *&c. tacitè retractans quod antè in contrarium ſcripſerat in Dedicatione* βασιλικῆ δώρᾳ, *ſiue* Cõmentarij exegetici in Iacobi Britanniæ Regis Præfationem monitoriam.

F

(quorum patria Hibernia,

19 *Vt liquidiùs tamen perſpici res tota queat, cuias nimirùm ea fuerit, vbi nata, educata, Diuino obſequio mancipata, mortua, ſepulta; illud primùm animaduertere oportet, Hiberniam omnem in quinque olim regna fuiſſe diuiſam,* Momoniam *ad Auſtrum*, Lageniam *ad Ortum*, Conaciam, *vel* Connactiam *ad Occaſum*, Vltoniam *ad Septemtriones, &* Mediam, *ſiue* Midiam, *in totius ferè inſulæ medio ſitam.*

in plura regna diuiſa)

A *ſitam. Eaq; etiamnum diuiſio obtinet, ac nomina: neque hæc apud Scotos Britannos vſpiam vſurpata. Ex his tamen præcipuè erui veritas debet: quoniam Scotiæ commune olim nomen fuit, quod Ioannes Maior fatetur. Brigidam* Laginenſem *appellat Antonius Poſſeuinus noſter in Apparatu. De eius*

patre Lagenienſi, *parente Laurentius Surius:* Fuit apud Hibernos vir quidam, Dupracus nomine, genere Laginenſis. *Eadem habent Franciſcus Haræus, Siluanus Razzius, aliiq; è vetuſtis eius Actis*

20 *Dempſterus Hiſt. Eccleſiaſt. gent. Scotor. lib. 2 num.* 144 *Dubtachum* corruptè Laginenſem pro Ladinenſi

non Ladenenſi, & Cathenefia Proregе, *vocari ſcribit, fuiſſe enim, Cathenefiæ Proregem, & Saxones irrumpentes animosè arcuiſſe. In Parecbaſi verò contra mendicabula pag. 5 aut,* Orcades rexiſſe, in Cathenefiâ domicilium habuiſſe, & ſub Congallo Rege feliciter Saxones cum Hengiſto, ne inſulas occuparent, arcuiſſe, vt diſertè Ioannes Fordanus Benedictinus in hiſtoriâ Scoticâ exequitur. *Mirum eſt Vſſerium, qui Fordani Chronicon MS. ſæpiſſimè citat, nuſquam meminiſſe Congallo Regi nauata à Dubtacho Duce operæ in bello aduerſùs Saxonnes. Refert certè ex Bedæ lib. 1 cap.* 15 Inito certamine cum hoſtibus,

vt gratis fingitur, qui ab Aquilone ad aciem venerant, victoriam ſumpſiſſe Saxones: *annotatq; in Indice Chronologico ad annũ*

B CCCCL. *hoſtes illos qui ab Aquilone venerant, ab aliis ſcriptoribus dici* Scotos *fuiſſe, ab aliis* Pictos & Scotos. *à quibuſdam ſolos* Pictos. *quod ex Bedâ ſumptum videtur, ita ſcribente lib. 1 cap.* 5. Confluentibus certatim in inſulam gẽtium memoratarum cateruis, grãdeſcere populus cœpit aduenarum; ita vt ipſis quoque, qui eos aduocauerant, indigenis eſſent terrori. Tum ſubitò inito ad tẽpus fœdere cum Pictis, quos longiùs iam bellando pepulerant, in ſocios arma vertere incipiunt. *Verùm licet*

(cùm tum Ladenos *Scotos quoque fateremur vnà cum Pictis bellum aduerſùs Saxones, vti anteà contra Britannos, geſſiſſe; at Dubtachus ſaltem, ſi Ladenenſis erat, & Cathenefiam atque Orcades regebat, Pictus dici debuit, non Scotus. Nam qui* Gadeni *Ptolemæo, in quibuſdam exemplaribus, vt Cambdenus teſtatur,* Ladeni, *ij inter* Tvvedam *amnem, atque* Edinburgenſe *æſtuarium ſedes habuêre. Plures eo tractu regiunculæ: vna* Lodoneium, *ſiue* Lothien, *aut* Lauden; *quo tamen vno nomine omnes apud medij ævi ſcriptores comprehenſas fuiſſe idem*

& Cathenefiam Picti tenerent) *Cambdenus refert. eamq;* Pictlandiam, *ſiue Pictorum patriam, appellatam.* Cathenefia *quoque (quam* Catini *tenuiſſe videntur, Ptolemæo perperàm* Carini *appellati) obiecta ferè Orcadibus inſulis, in extremis Britanniæ finibus regio, Pictorum tum erat. Nam Glottæ æſtuarij* partem Septemtrionalem Scotti aduenientes, *inquit Beda lib. 1 cap.* 1. ſibi locum patriæ fecerunt: *ac ſcilicet non niſi aliquot pòſt ſeculis Orientales Pictorum regiones ſubiugarunt. Verùm vnde accepit Dempſterus Dubtachum Cathenefiæ Proregem fuiſſe? Ex Brigidæ Vitâ, inquit, per Cogitoſum ſcriptâ, editâque à*

C *Caniſio: is quippe* in vlteriori Britanniæ parte natã profitetur. *Non inde conſequens eſt, patrem eius illi prouinciæ præfuiſſe, ac ne in eâ habitaſſe quidem, cùm alteri hero vendita eius mater, peregrè filiam pepererit. Neque tamen illud*

malâ fide citato Cogitoſo: *ſcribit Cogitoſus, at ſolùm in* Scotiâ *ortam. Eadem, opinor, fide* Ladenenſem *dici vult, non (quod omnes libri MSS. & excuſi habent)* Lagenienſem, *aut* Laginenſem.

21 *Faſtidium afferam lectori, ſi enumerare loca omnia velim vrbium ac regionum quas Brigida præſentiâ ſuâ ac miraculis conſecraſſe memoratur in quinis, quæ proferimus, Actis. Vix caput eſt in iis vnum, in quo non plura occurrant. Et quarta quidem lib. 1 cap. 1 numer. 2 regia patris eius proſapiâ*

ipſa Lagenienſis habita, *recenſitâ, de Eochadij Albi poſteris ita habẽt:* Et ibi habitant nepotes eius vſque huc; iam ipſi inter Lagenienſes numerantur, & Lagenienſes vocantur. De quibus fuit Dux quidam magnus & potens, nomine Dubtachus. *Dein cap. 5 num. 52.* Poſt hæc exiit Brigida cum ſuis, vt peregrinaretur in prouinciâ Connachtorum, nolens habitare in propriâ terrâ, id eſt, in regione Laginenſium. *Et lib. 2 cap. 1. num. 1* Orta eſt tam magna controuerſia apud Lagenienſes de abſentiâ S. Brigidæ. Ipſi enim.... volebant vt tanta Dei gratia in ſuâ regione eſſet: inde enim S. Brigida nata eſt. *Et Vitæ 1. cap. 15* AVCTORE

num. 94. Orta eſt magna quæſtio apud Laginenſes de I. B.

D abſentiâ Sanctæ, vt ad ſuam gentem rediret. Tunc Brigida venit cum eis. Cumque ad flumen Sinne venirẽt, inuenerunt ibi iuxta Vadum Lua duas plebes ſedentes ex vtraq; parte ripæ id eſt, Nepores Neti & Cona-

& in Lageniam reuocata, ctorum gentes. *Fruſtrà hæc in moderná Scotiâ quæſieris; vti & cetera, quæ paſſim hic habes, regiones* Midi, Mumonenſiũ, Vltorum; campum Breg *ſiue* Breag. Liffi, Tethfe, Geſilli, Hay; *Reges* Carpræum, *&* Conallum, Neilli *filios; fluuios* Liffi, Shannon, *ſiue* Sinne, *aliaq;*

in aliis Hiberniæ locis verſata; . 22 *Verùm vniuerſa hæc vno velut ſpiritu diffluere ſe Dempſterus arbitratur in Parecbaſi ita ſcribens:* Videt æquus lector, quàm ridicula ſint Lagenia, Kildaria, Liffeus, Dunum, & ſexcentæ affaniæ. *Neminem reor ita oculatum, qui id videat, aut credibile exiſtimet, expenſis iis, quæ ibi congerit, argumentis; ac præſertim illo Brigidæ in vlteriori Britanniâ*

(nil refragantibus Scotis Scriptoribus, *ortu, ex Cogitoſi hiſtoriâ fraudulenter aſſerto. Aliquantò efficacius argumentum illud è Vitis petitum eleuaret, ſi illud vnũ præſcriberet, omnes ab Hibernis eſſe compoſitas. Verùm hoc quoque arripient Hiberni: Si in Scotiâ Britannicâ, ſiue Albaniâ, nata eſt & verſata olim Brigida, inter eos Scotos, qui*

E *partem eius inſulæ occuparant, cur nemo ex his Vitam illius ſcripſit? aut ſi ſcripſit, cur non profertur in lucem? aut certè teſtimonium aliquod ævo Hectoris Leſlæiq; antiquius? Dabimus*

præſertim antiquis) *infrà* è Breuiario in vſum inſignis Eccleſiæ Cathedralis Aberdonenſis, adeoque totius Eccleſiæ Scoticanæ, impenſis Valteri Chepman, Edinburgenſis mercatoris, typis mandato Kalend. Februariis anno à Chriſto nato MDIX. Iacobi IV Scotorum Regis XXII, *Lectiones de S. Brigidâ, in quarum primâ dicitur* de bonâ ac prudẽtiſſimâ proſapiâ Scoticâ orta: *at pratereà ne verbum vnde vel in ſpeciem confici poſſe videatur, in Hibernià natam, educatam, mortuam non eſſe.*

Scota tamen, non Hibernа. 23 *Neque arbitror minùs ad honorem nobiliſſimæ gentis Scoticæ pertinere, ſi quis famâ virtutis celebratus, in Poloniâ, Belgio, Italiâ, ſed Scotis parentibus, genitus ſit, quàm ſi in ipſo Scotiæ meditullio. Statuimus certè, ſatentibus etiam Hibernis, Scotico natam ſanguine, non ex eorum Britannorum genere, qui ante Scotorum aduentum Hiberniam inſulam tenuêre; niſi fortaſſis hi continuò in vnam gentem, iunctis inuicem matrimoniis, coaluêre: vt quemadmodum occupatâ à Francis*

in quãtum diſcreti à Scotis aborigines Hiberni: *Galliâ promiſcuè omnes Galli & Franci ſunt appellati, etſi ad plura ſecula conſtiterit apud nobiliores diſcrimen originis, qui nimirùm Romanæ, qui Francicæ proſapiæ eſſent; ſic paſſim omnes Hiberni ac Scoti dici cœperint; etſi Scotorum erat honorificentior, ob bellicæ virtutis commendationem, appellatio. Exceſſerintne poſteà Scoti omnes, relictâ aboriginibus Britannis inſulâ non quæro. Non ſunt certè armis pulſi, bellicoſiſſimi*

F *homines: non etiam ſuâ ſponte, vt arbitror, fertiliſſimum ſolum reliquêre. Fortiſſimi tamen fuêre, & digni qui vel ſoli vel præcipuè Scotorum nomine deinceps noſcerentur, qui relictâ Hiberniâ ſedes ſibi nouas in Boreali Britanniæ tractu quæſiêre; ſiue id, vt ſcribit Giraldus, Nello Magno Hiberniæ monarchiam obtinente accideret, ductibus filiis ſex Muredi Regis Vltoniæ; ſeu quod Scoti aiunt, multis anteà ſeculis.*

nata in Fochart villâ, 24 *Hactenùs de S. Brigidæ gente ac patriâ. Locum natiuitatis indicat quarta Vitæ auctor lib. 1 cap. 1 nu. 8 his verbis:* Villa illa, in quâ S. Brigida nata eſt, Fochart Muirthemne vocatur, quæ eſt in prouinciâ Vltorum, ſcilicet in regione quæ dicitur Conaille Muirthemne. Ipſam villam modò habet S. Brigida, in cuius honore monaſterium Canonicorum in eâ eſt. Ibi illa eccleſia & cœmiterium eius eſt, vbi fuit domus & curia, in quibus nata eſt B. Brigida. Lapis verò, ſuper quem nata eſt ſanctiſſima Chriſti ſponſa, poſt tergum ipſius ſanctuarij conſtat, & ab incolis iſtius terræ colitur honorificè, eò quòd multa ſigna ſuper eum per merita S. Brigidæ patrantur. *Eius loci meminit S. Bernardus in Vitâ S. Malachiæ*

S. Bernardo memoratâ; *cap. 25 num. 56.* Venerunt aliquando, *inquit,* tres Epiſcopi in villam Fochart, quem dicunt locum natiuitatis Brigidæ Virginis, & quartus erat Malachias. *S. Monennam eccleſiam* Fochardæ, in natiuitate S. Brigidæ, *adifi-*

AVCTORE I.B. *caſſe, ibidemq; centum & quinquaginta Virginibus* Orbilam, *quæ &* Seruila, *Abbatiſſam præfeciſſe, tradit Vſſerius ex eiuſdem Monennæ Vitâ per Conchubranum ſcriptâ; quam non vidimus: in Vitâ quæ apud Capgravium extat, dicitur monaſterium illud, cui Orbilam præfecit,* conſtructum in quodam monte. *Idem Vſſerius tradit villam Fochard intra alterum à* Dundalkiâ *oppido milliarium ſitam in* Loutiano *Comitatu, ac territorio olim* Conayl-Murthemni, *&* Cãpo Murthemne (*in quo* Conaleorum *gens maximè viget, de quâ &* S. Monenna *procreata eſt*) *hodie* Mighery Connaill *dicto; appellariq; etiamnum à totâ vicinia* Fochardam Brigidæ. *In eo tractu* Conaelle Muirtemne *venditus olim fuiſſe duas ſorores S. Patricij, Lupitam, ſiue Lupitam, & Tigridem ſcribit Florentius Vigornienſis ad annum* 388. *Eam villam Vſſerius alibi* Fachayrd *vocat.*

A *vbi poſtea monaſterium:*

25 *Illhic ergo nata Brigida, in* Conaciam *infans delata eſt. Nam, vt primâ Vitâ cap.* 1 *nu.*5 *dicitur,* poſthæc ille magus *qui eius matrem emerat,* cum ancillâ perrexit ad regionem Connacthorum & habitauit ibi, quia de Connathis erat mater illius magi, pater verò de Muminenſibus. *Eadem habentur in* 4 *Vitâ nu.* 10. *Dein, vt in* 1 *Vitâ nu.* 7. magus cum ſuis omnibus perrexit ad patriam ſuam, quæ eſt in regionibus Muminenſium, vbi habebat hæreditatem patris ſui. Cùm autem creuiſſet, *vt cap.* 2 *nu.*9 *dicitur, reuerſa eſt in Lageniam.*

in Conaciam infans delata,

educata in Momoniâ.

B

§ IV A quo, vbi velata? Eius habitus, Regula.

26 VBi *adoleuit Brigida, Deo virginitatem vouit, ac ſanctimonialem habitū ab Epiſcopo accepit. Id in* Monâ *inſulâ, ſiue* Mannâ, *(quæ inter Cumbriam Angliæ prouinciã, & Vltoniam Hiberniæ, in mari Hibernico iacet) contigiſſe aſſerunt Scoti ſcriptores Hector Boëthius lib.*9. Hæc decimoquarto anno vix ſuperato, ad Sodorenſem Epiſcopum in Monam inſulam (huius autem viri, ſicut aliorum complurium, vetuſtate nominis memoria periit) paternis fortunis, quæ ampliſſimæ erant, contemptis aufugit; precibus non ſine lacrymis petens vt perpetuæ virginitati, pontificiâ auctoritate, addiceretur. Pontifex acceptam mirâ benignitate Brigidam, Virginem Deo ſacrauit: dediq́ue vt albâ tunicâ, ſcorteâ intercinctâ zonâ, vteretur; tegumento capitis lino candenti quadrato à ceruice ad humeros deiecto. *Eadem tradunt Leſlæus, Dempſterus, Camerarius, Conæus. Neque eorum quiſquam Epiſcopi nomen profert.*

ſacrum velum accipit, vt Scoti putant, in Monâ inſulâ,

27 Manniam *inſulam primus religione Chriſtianâ imbuiſſe legitur S. Patricius. Ita Iocelinus in eius Vitâ apud Colganum nu.*92. Videns S. Patricius in Hiberniâ meſſem quidem multam, operarios autem paucos, transfretauit in Britanniam, acquiſiturus ſibi coadiutores in agrum Dominicum & cooperatores.... Renauigans in Hiberniam, ad inſulas maris conuertendas diuertit: è quibus Euboniam, id eſt, Manniam, tunc quidem Britanniæ ſubiectam, ſalutari prædicatione ac ſignorum exhibitione ad Chriſtum conuertit.... Quemdam diſcipulorum S. Patricij, virum ſanctum & ſapientem, Germanum nominatum, in Epiſcopum promotum, illius gentis Eccleſiæ nouellæ regendæ præpoſuit, & in quodam promontorio (quod adhuc Inſula Patricij vocatur, eò quòd ipſe ibidem aliquantulùm demorabatur) Epiſcopalem Sedem poſuit. *Id Vſſerius in Indice Chronologico, anno* CCCCXLVII *vult contigiſſe. Habet nunc Sedem Epiſcopus Mannæ, qui Sodorenſis appellatur, in exiguâ inſulâ, vt Cambdenus pag.*839 *ſcribit iuxta* Rullin, *ſiue* Caſtletowne *oppidum, in auſtrali inſulæ orâ. Iſthic tamen ſederit S. Germanus an in occidentali latere, è regione* Strangfordij *portus, haud ſatis definio. Hîc certè in Mannia tabulâ apud Speedum* Kirck Iarman, *ſiue* eccleſia Germani *viſitur, prope* Pyle *caſtellum vndique mari cinctum: nec inde procul ad promontorium,* Kirck Patrick, eccleſia Patricij, *quem fortaſſe locum Iocelinus indicat. Germani obi-*

C

à S. Patricio conuersâ,

conſtituto Epiſcopo S. Germano

cui an. 474 S. Cõnidrius ſucceſſit,

tum conſignat Vſſerius ad annum CCCCLXXIV; *Colganus. Sanctis adſcriptum conſtat ex eodem Iocelino huic* 5 *Romanus,* 152 *ita ſcribente:* Erant *in Mannia inſulâ* duo Epiſcopi ſancti, Connidrius & Romulus vocati, quos ipſe Patricius conſecrauerat, & illuc deſtinauerat, ad populum inſulæ illius regendum & erudiendum in fide Chriſti, poſt obitum S. Germani, primi eiuſdem inſulæ Epiſcopi. *Colganus* S. Connidrium, *ſiue* Conderium, *colit* XVII *Nouembris:* S. Romulum, *ſiue* Romailum *poſtridie.* D

28 *His vitâ functis, anno* CCCCXCVIII *ſucceſſiſſe* Machaldum *ſcribit Vſſerius in Indice Chronologico. Is in Vltoniæ prouinciâ,* Mac-Gynnis, *ſiue, vt habet auctor operis tripartiti de vitâ S. Patricij lib.*3 *nu.*60, Mag-inis, *nunc* Down *dictâ, antea latronum princeps fuerat: cumq; S. Patricij ſanctitati illudere voluiſſet, Carbano, aut Caruano, ſocio iuſſo ægrum ſeſe aut mortuum ſimulare, intereaq; verè extincto; perculſus, veniam petiit, & baptiſmum ſuſcepit. Deinde voluit* formam pœnitentialis vitæ ſibi præſcribi *à Patricio: qui eum inſſit ſua largiri omnia pauperibus, dein pedes ferreis compedibus vinctum, claue in mare abiectâ; lembum corio tectum conſcendere, abſque clauo ac remis, ſicq; Dei ſeſe prouidentiæ committere. Quod ille magno animi feruore exequens, ſecundo vento in Manniam delatus, à SS. Conderio & Romulo pietate & litteris eruditus,* E *claue in piſce repertâ ſolutus compedibus, tandem, vt idem auctor operis tripartiti ſcribit,* prædictis Epiſcopis defunctis in pontificatu eiuſdem inſulæ ſucceſſit, & in virum celebratiſſimæ ſanctitatis euaſit. *Addit ſcriptor tertiæ Vitæ S. Patricij apud Colganũ n.*73. Et in illis regionibus habetur magna ciuitas Muguil ſancti Epiſcopi vſque hodie. *Ea Iocelini ætate iam deſtructa erat, fortaſſis Norwegicis bellis;* ſed murorum adhuc cernebantur reſidua, ex eius nomine cognominata. *Eo fortaſſis loco vbi* Maghhauleſſheade *in Speedi Theatro Britanniæ ponitur, id eſt,* S. Machaldi, promontorium, *è regione Virkintoni maritimi in Cumbriâ oppidi. Sed de S. Machaldo plura ad* XXV *Aprilis.*

dein S. Machaldus anteà latronum princeps.

à S. Patricio baptizatus;

29 *Cùm eſſet huius Machaldi celebre, etiam apud Scotos Britanniam incolentes, nomen, conſtaretq; ex S. Brigidæ Actis eam à* Maccaille *Epiſcopo velo ſacro indutam; hinc opinio nata, vt Vſſerius coniectat, à Sodorenſi id accepiſſe, ſiue (vt in opere tripartito appellatur)* Ard-ebnanenſi, *id eſt,* collis Euboniæ, *ſiue* Manniæ, *quæ, Cambdeno teſte,* in medio montibus denſiùs attollitur, è quibus editiſſimus Sceafell, vnde ſudo cælo Scotia, Anglia, & Hibernia proſpici poſſit. *Neque is longè à S. Machaldi, quod diximus, promontorio diſtat. Sed cùm priùs longè fuiſſe velata videatur Brigida, quàm is Epiſcopus eſſet propterea fortaſſis conſultò nomen Epiſcopi Boëthius diſſimulauit: aut verè quod ſcribit, nomen illius obliteratum oblituione apud Scotos erat.* F

à quo velũ accepiſſe credita, nato errore ex ſimilitudine nominis;

30 *Vbi & à quo velum acceperit, Vita prima oſtendit cap.*3 *nu.*16 *his verbis:* Sancta ergo Brigida, acceptis ſecum tribus puellis, perrexit ad fines Nepotum Neill, ad duos Epiſcopos Mel & Melchu, qui diſcipuli S. Patricij fuerunt, & in oppidis Medi illi habitauerunt; & habebant quemdam diſcipulum, nomine Maccalle, qui dixit ad Mel: Ecce Virgines ſanctæ foris ſunt, quæ volunt velamen virginitatis de manu tuâ accipere. Tunc introduxit eas ante Epiſcopum; intuenſque illas Epiſcopus Mel, ſubitò apparuit columna ignis de capite Brigidæ. *Sedem Epiſcopalem habuit S. Mel, vt* VI *Februarij ex S. Patricij Vitâ dicemus, in Auſtrali Teffiâ, in loco Ardachadh, in Longfordenſi Comitatu, inter Anneium ac Senanum fluuios. Locum verò, vbi ſolenni Epiſcopi benedictione Deo conſecrata Brigida eſt, indicat Vſſerius ex Tirenacho, Vitæ S. Patricij inedita ſcriptore: qui S. Patricium notat Eccleſiam adificaſſe* in capite Carmelli in campo Teloch; in quâ Brigida pallium cepit ſub manibus filij Caille in Huiſniuch Midi.

eũ in Mediâ acceperit apud SS. Melũ & Melchum,

31 *Porrò non ipſum Melum, ſiue Melem Epiſcopum ei velum impoſuiſſe, vt prima Vita videtur innuere, ſed Maccaillé (quem Tirenachus iam citatus* Filium Caille *vocat, quia* Mac *Hibernis* filium *ſignificat) tradit Cogitoſus cap.* 1 *nu.*5. *& Dunelmenſis cap.*7 *nu.*44 *&c. Idem habet Brogani rhythmus;*

à S. Maccaille Ep.

A *thmus*: Posuit S. Maccalleus velum super caput S. Brigidæ. *Colganus ex veteri Calendario Casselensi ista recitat*: S. Maccalleus, qui colitur in Cruachan Brighele in regione de Iffalgia, ipse dedit velum S. Brigidæ. *Consonant quæ ex aliis Martyrologiis depromit. Quæ regio sit* Iffalgia, *vel* Ifalgia, *aut* Hifalgia *indicat auctor operis tripartiti lib.* 3 *nu.*56 *ita scribens*: Post hæc prodigia valedixit vir sanctus, & iteratò benedixit Mumonios: & contulit se in regionem Lageniæ, quæ Hi-failge appellatur. *Ipsa enim Media sæpè Lageniæ accensetur, quadrifariàm solùm distributâ Hiberniâ vniuersâ.* Maccalleum (*qui Surio* Machillus, *Dunelmensi* Machilenus, *Hen. Canisio* Macca, *aliis* Maccalle, Machille, Mackelle, Maccille *appellatur*) *ait Colganus coli* XXV *Aprilis, quo nimirùm etiam Machaldi Mannienſis Episcopi natalis celebratur.*

31 *Quærunt nonnulli quodnam potißimùm vitæ monasticæ institutum complexa Brigida sit. Cogitosius cap.* 1 *na.*5 *scribit*, pallium album & vestem candidam super ipsius venerabile caput impositum *à Mackalle Episcopo. Inde quidam Canonicam fuisse concludunt, imbecillo planè argumento. Nam melote, siue tunicâ pelliceâ albâ vti solitos Ægyptios monachos ostendimus* XVII *Ianuarij ad Vitam S. Antonij* § 15. *Eorum viuendi ratio in Italiam, Africam, Galliam traducta: an & vestium color, alibi viderimus. De monachatu* B *S. Patricij agemus* XVII *Martij. Probabile est, quod ipse, seu Turonibus apud S. Martinum, seu Romæ, aut in Tyrrheni maris insulis, susceperat, id Scotis in Hibernià tradidisse. Varij dein viri sancti propria condidêre statuta. Octo Hibernicnsium Sanctorum Regulas recensct Benedictus Haftenus Disquis. monast. lib.* 1. *tr.*6 *disqu.*3. *videlicet S. Patricij, S. Brandani, S. Kierani Cluanensis, S. Columbæ Huensis, S. Congelli, S. Adomnani, S. Brigidæ, S. Molassi. Has ait enumerari in Vitâ S. Kierani Hibernicè scriptâ, quam & Colganus citat Append.* 3 *ad Vit. S Brig. cap.* 2. *In Latinâ perbreui, nec satis idoneo indicio compilatâ, nulla mentio fit regulæ, quam tamen ab eo scriptam ex veteribus monumentis tradit Vsserius pag.*1050. *Regulam aliquam siue à Brigidâ concinnatam, siue à S. Patricio alióve Antistite ei præscriptam, viguisse in Hibernià, erui è Cogitosi prologo potest. Ita hic scribit*: Et prudenti dispensatione de animabus eorum (*qui, vt antè dixerat,* ad eam de omnibus prouinciis totius Hiberniæ innumerabiles de vtroque sexu confluebant, & vota sua vouebant voluntariè) de eorum *igitur* animabus regulariter in omnibus procurans, & de Ecclesiis multarum prouinciarum sibi adhærentibus sollicitans *&c. ac paullò pòst*: Et Abbatissa, quam omnes Abbatissæ Scottorum venerãtur, felici successione & ritu perpetuo dominatur. *Neu quis veneralionem illam Abbatissæ Kildarensi à ceteris delatam fuisse existimet, solius virtutis opinione, non quòd ei subiectæ essent, aut ex eo velut seminario propagatæ, antè scripserat idem Cogitosus*: Et amborum (*Brigidæ & Conlaidi*) meritis sua Cathedra episcopalis & puellaris, ac si vitis fructifera diffusa vndique ramis crescentibus, in totâ Hibernensi insulâ inoleuit. *Quæ verba commune pluribus cœnobiis vitæ institutum ac regulam videntur significare. Clariùs etiam id probant quæ in* 4 *Vitâ. cap* 12 *nu.*81 *habentur*: Et prænoscens Spiritu prophetico locum resurrectionis suæ, constituit suam ciuitatem & monasterium, & loca quæ erant sub curâ eius per Hiberniam. Regulæ S. Brigidæ compendium Hibernicâ linguâ, conscriptum esse penes PP. Minoritas Hibernos Louanij, *scribit Haftenus loco anteà à nobis citato. Colganus tria S. Brigidæ opuscula penes se in Louanensi cœnobio esse testatur, de quibus infrà* § 11. *At Regulam inter ea non recenset.*

albo habitu induta.

Eius Regula,

in pluribus monasteriis seruata.

§ V *Kildarense, & alia S Brigidæ monasteria.*

Eius monasterium Kildaria in Lagenià,

32 PRæcipuum *S. Brigidæ monasterium* Kildaria *fuit, aut* Kildara, *quæ deinde in vrbem amplam excreuit, ab Angliæ Regibus, postquàm Hiberniæ regno potiti sunt, titulo Comitatus ornatam. Patet autem Comitatus hic sat latè, inter Bornum amnem & Comitatum Dublinensem.* Kildaria *vrbs circiter* XX *millium passuum Dublinio distat: cui honori erat, inquit Cambdenus* in primis Ecclesiæ Hibernicæ incunabulis Brigida Virgo, sanctitate & virginitate venerabilis. ... ante annos mille, S. Patricij discipula, per Hiberniam, Angliam, & Scotiam nominatissima. *Fusè de Kildarensi monasterio & vrbe agit Cogitosus. De eius fundatione ac nomine ista habentur in* 4 *Vitâ lib.* 2 *cap.* 1 *nu.* 3. Dum autem veniret gloriosissima Virgo Brigida ad patriam suam (*quod & breuiùs memoratur in* 1 *Vita*) cum magno honore & totius prouinciæ gaudio suscepta est & cella assignata est illicò ei, in quâ ipsa Dei Sancta mirabilem vitam deinde duxit. Ibi magnum monasterium plurimarum constituit Virginum: ibique maxima ciuitas in honorem B. Brigidæ creuit, quæ est hodie Metropolis Lagenienſium. Illa iam cella Scoticè dicitur KILLDARA, Latinè verò sonat CELLA-QVERCVS. Quercus enim altissima ibi erat, quam multum amabat S. Brigida, & benedixit eam: cuius stipes adhuc manet, & nemo ferro abscindere audet, & pro magno munere habet qui potest frangere manibus aliquid inde, sperans per illud Dei auxilium; quia multa patrata sunt miracula per illud lignum, per benedictionem B. Brigidæ. Et quo nomine cella dicebatur, eo & ciuitas vocatur.

dicta à quercu,

(post miraculis celebri)

33 *Hinc refellas quod Dempsterus hist. Ecclesiast gentis Scotor. lib.* 4 *nu.*385 *de* Kildariæ *nomine scribit; à S.* Dariæ *viduæ, matris S. Vrsulæ* reliquis in Hiberniam importatis, Comitatum illius gentis primum, & Lageniæ caput KILDARIAM vocari. *Hermannus Crombachius noster to.* 2 *Martyrij S. Vrsulæ lib.* 3 *cap.* 4 *perperàm Dempsterum citat, velut der uantem* Kildariæ *appellationem ab alterius S. Dariæ Virginis nomine, ex S. Vrsulæ sodalitio cuius reliquiarum pars tertia Glastonienſi in Angliâ cœnobio donata ab Henrico* I *Abbate Glastonienſi, ac VVintonienſi Episcopo, qui an.* MCLXXI *obiit, quadragesimo aditi pontificij anno, vti Vsserius tradit pag.* 118. *qui tamen pag.* 626 *eamdem existimat* Virginem *dicit in Glastonienſium reliquiarum indiculo, quæ S. Vrsulæ mater fuit. At Crombachius*, Alij, *ait*, nomen id vrbi à quercu profectum esse censent. Nec tamen improbabiliter nonnulli potiùs à Dariâ matre S. Vrsulæ vocem deducunt, quos sequitur Ferrarius, & pro se Calendarium ac Breuiarium Hibernicum laudat, quæ natales eius Hibernis etiam attribuunt. Scio quosdam Kildariæ conditricem facere S. Brigidam: sed quid vetat originem primam oppidi Dariæ tribuere, licet afflictum & penè euersum sit variis barbarorum incursibus, tandem natâ ibidem S. Brigidâ cœperit iterum inclarescere, breui spatiis & inquilinis mirabiliter au- F ctum? Sed nolo diuinare. *O idoneam clausulam, ea excusantem, in quibus eum memoria aut ratio fefellerat! Sanè enim præter Dempsterum, etiam Ferrarium perperàm citat. Ferrarij verba sunt in generali Catal. ad* XXI *Octob.* In Scotiâ S. Dariæ matris S. Vrsulæ Virginis. *addit in Notis*: Ex Kalen. Scotiæ ac Breuiar. Ab eâ Kildaria vrbs Hiberniæ nomen habere putatur. *Scoticum citat, non Hibernicum Kalendarium, ac Breuiarium: quamquàm in Aberdonensi Breuiario* Dariæ *expressa mentio non fiat. Neque* Dariæ *natales Hibernis attribuit Ferrarius testatur. Nec Kildariæ nata Brigida est. Qui deinde Barbari post Dariæ Vrsulæq; excessum, (si inde ortæ) Hiberniam populati sint, non legimus, licet ipsi Hiberni, seu Scoti, assidua cum suis gentilibus bella gesserint.*

non à S. Dariâ viduâ,

aut Virgine:

34 *Mihi sanè videtur, S. Brigidæ monasterium in campo ad quercum, non in veteri oppido constructum. Postea verò & superstite adhuc Brigidâ & post eius decessum, confluentibus isthuc innumeris mortalibus, ædificia, vt fit, constructa, vel peregrinis excipiendis, vel mercibus venum exponendis, annonæ præsertim. Ita plurima Belgij oppida videmus orta à cœnobiis, in vrbem excreuit,*

(vt alia passim)

quia vel stipem largè tribuerent egentibus, vel famâ miraculorum celebrarentur. S. Gislem, S. Amandi, S. Maurontt oppida, Malbodium, Nivella, Stabulaus, Malmundarium. Epternacum, VVinociberga, Gladbacum, vt cetera omittamus, monasteria

AVTORE I.B. *ſteria initio fuerunt, & quædam locis deſertis; nunc oppida, non infrequentia. Kildariam præcipuè poſt obitum S. Brigidæ*
A *vrbem factam, indicant verba iam è Vitâ 4 recitata*: ibique maxima ciuitas in honorem B.Brigidæ creuit. *ac deinde*: Et quo nomine cella dicebatur, *viuente nimirùm Brigidâ*, eo & ciuitas vocatur. *Cœpit tamen, etiam eâ viuente, ciuitas eſſe. Ita eadem Vita lib.2.cap.*8 *num.*47: Poſt hæc iter arripuit venire ad ciuitatem ſuam in terrâ Lagenienſium. *& numer.* 49 Poſtquàm S Brigida ad ſuam ciuitatem peruenit, *& cap.*3 *num.*15 Quem B.Brigida primum Epiſcopum elegit in ciuitate ſuâ Kildariâ. *Cauſſam verò cur ad vrbem Kildariam, muris carentem, ſed aſyli priuilegio cum ſuis ſuburbiis ornatam, tanta hominum multitudo concurreret, exponit Cogitoſus nu.*39. Et quis dinumerare poſſit diuerſas turbas & innumerabiles populos de omnibus prouinciis Hiberniæ confluentes? Alij enim propter epularum abundantiam, alij ad ſpectaculum turbarum, alij propter ſanitates de ſuis languoribus, alij cum magnis donis & muneribus conuenientes ad ſolennitatem natiuitatis S. Brigidæ, quæ in die Calendarum Februarij menſis dormiens, ſecura ſarcinam deiecit carnis, & Agnum Dei in cæleſtibus
B manſionibus ſecuta eſt.

etiam viuente Brigidâ:

maximus eò concurſus,

35 *Illuſtrantur quæ de Kildariæ etymo retulimus, ex Vitâ* 1 *cap.*6 *num.*43 *vbi iſta habentur*: Ante diem cuiuſdam ſolennitatis venit ad S Brigidam in Cellâ Roboris vna diſcipularum eius. *Ea enim eſt* Kildaria, *ſiue* Celldara. *id eſt*, Cella quercus *vel* roboris. *Nam* Dear, *lingua veteri Scotorum, ſiue Hibernicâ, vti pag.* 627 *tradit Vſſerius*, quercum *ſignificat. Colganus in recto* Dair *ſcribi ait, genitiuo* Dara. *Vox eadem Bedæ vſurpata lib* 3 *Eccleſiaſt hiſt gentis Angl. cap.*4 *vbi de S. Columbâ Huenſi agens, ita ſcribit*: Fecerat autem, priuſquàm Britanniam veniret, monaſterium nobile in Hibernia, quod à copiâ roborum DEARMACH linguâ Scottorum, hoc eſt, Campus roborum cognominatur. *De hoc monaſterio S. Adamnanus in Vitâ S. Columbæ cap.* 3. Vir Beatus in mediterraneâ Iberniæ parte monaſterium, quod Scoticè dicitur Dair-mag, Diuino fundans nutu. *& lib.*2 *cap.*39 Roboreti campum *vocat*: Pergens, *inquit*, per campum Breg, ad monaſterium deuenit Roboreti campi. *Erat illud in Mediâ, vbi & campus* Breg. *Hæc de nomine* Kildariæ, *quæ &* Dara, *eiuſq; Antiſtites* Darenſes *appellantur apud Iacobum VVareum in libro de Præſulibus Lageniæ.*

Kildaria etymon:

affine alibi nomen.

36 *Alia erecta à Brigidâ, aut certè eius nutu adminiſtrata monaſteria ſunt. Primum in Mediâ vbi ſacrum velum acceperat, vti in* 1 *Vitâ refertur cap.*3 *numer.* 16. *habebatq; illud monaſterium, vt num.*22 *habetur*, eccleſiam *&* hoſpitale. *De eo pluribus agit Dunelmenſis cap.*6. *Idem fortaſſis eſt, in quo, ex Vltoniâ veniens, habitauit, vt in* 4 *Vitâ lib.*
C 2 *cap.*6 *num.*29 *refertur*: Et venit ad campum Breagh in regione Midiæ: & cùm ibi habitaret in quadam cellâ *&c. In eadem Vitâ lib.*1 *cap.*5. *numer.*52 *iſta habentur*: Poſt hæc exiit S.Brigida cum ſuis vt peregrinaretur in prouinciâ Conachtorum, nolens habitare in propriâ terrâ, id eſt, in regione Lagenienſium: & habitauit ibi in campo Hay, ædificans cellas & monaſteria per circuitum. Tunc acceptauit parochiam, quam prophetauit in ſuâ infantiâ dicens: Meum erit hoc, meum erit hoc. *Refertur ea prophetia cap.*1 *eiuſdem Vitæ numer.*14 *&* 1 *Vitæ cap.*1 *num.*7. *Inde in Lageniam reuerſa Kildaram ædificauit. In Vltoniam poſtmodùm profecta, haud exiguo tempore iſthic videtur ſubſtitiſſe: rurſuſq; in Mediâ multa feciſſe miracula*, cùm ibi habitaret in quadam cellâ, *vt iam retulimus. In Momoniâ quoque* manſit cum puellis ſuis longo tempore, prope mare, *vt lib.*2 *cap.*7 *num.*40 *dicitur. Et num.* 43 cum ſuis in campum Cliach, in Momoniâ poſitum, exiuit, & habitauit illic in quodam loco ad tempus. *Tum cap.*8. *num.* 47 Multa alia B.Brigida in regionibus Momonienſium fecit, & plura loca & monaſteria ibi ſignauit. *demum cap.*12 *num.*81. Sciens quòd tempus & dies remunerationis ſuæ inſtabat, & præ-
Momoniâ. noſcens ſpiritu prophetico locum reſurrectionis ſuæ, conſtituit ſuam ciuitatem, & monaſterium, & loca quæ erant ſub curâ eius per Hiberniam. D

Conaciâ.

alia Brigidæ monaſteria, in Mediâ,

Momoniâ.

§ VI *An Glaſtoniæ habitârit S.Brigida?*

37 *AT dubium eſt, an Glaſtoniæ in Britanniâ, & Abernethi in Scotiâ aliquando habitârit. Eſt* Glaſtonia, *aut, vt multi ſcribunt*, Glaſconia, *amnica inſula in Somerſetenſi Comitatu, olim* Auallon *Britannicè, à pomorum copiâ, appellata; poſteà* Iniſ-witrim, *aut* Iniſ-gutrim, *id eſt*, inſula vitrea: *Saxones eadem ſignificatione* Glaſten-ey, *dixerunt*; glas *enim vitrum*, ey *inſulam ſignificat. At vetuſtiſſimum in eâ inſulâ monaſterium, vbi primi Euangelij præcones cum S.Ioſepho Arimathenſi habitaſſe feruntur*, Glaſtenbury, *ſiue* Glaſtiberia, *id eſt* vitrea ciuitas, *appellatum. in quo, vt Cambdenus, ex omnium ferè veterum ſcriptorum fide, fatetur*, viri ſanctiſſimi Deo inuigilarũt, & præcipuè Hibernici, qui ſtipendiis regiis alebantur, & adoleſcẽtes pietate artibuſque ingenuis inſtruebant. Solitariã enim vitam amplexi ſunt, vt maiore cum tranquillitate ſacris litteris vacarẽt, & ſecreto vitæ genere ad crucem ferendam ſe exercerent. E

Glaſtonia in Angliâ

multi ſanctè vixerunt;

38 *S.Patricium ferunt iſthic diem obiiſſe. Ideoq;, vt antiquiſſimus Scriptor Vitæ S.Dunſtani apud Vſſerium pag.*895 *ſcribit*: Hibernenſium peregrini prædictum locum Glaſtoniæ, ſicut & ceteræ fidelium turbæ, magno colebant affectu, & maximè ob B.PATRICII SENIORIS honorem, qui fauſtus ibidem in Domino quieuiſſe memoratur. *Quæ alibi diſquiremus, an de Magno Patricio accipienda ſint, an de* Seniore, *vulgò* Sen-Patrick *dicto, quem idem Vſſerius ex Connacienſibus Annalibus tradit anno* CCCCLIV *obiiſſe*; *an de iuniore, quem Iocelinus Magni Patricij filiolum appellat, traditq;* poſt deceſſum patrui ſui Britanniam remeantem in fata conceſſiſſe, in Glaſconenſi eccleſiâ ſepultum honorificè. *At Magnum Patricium iſthic ſepultum contendunt Glaſtonienſes. Et VVilhelmus Malmesburienſis apud Spelmannum in Apparatu ad Concilia Britannica, inter alia ſic ſcribit*: Requieſcit in dextero latere altaris vetuſtæ eccleſiæ, in pyramide ſaxeâ, quam argento veſtiuit poſterorum diligentia. Hinc Hibernenſibus mos inolitus, ad exoſculandas Patroni reliquias, locum frequentare: vnde & S. Indractum & B. Brigidam (Hiberniæ non obſcuros incolas) huc olim commeaſſe, celeberrimus ſermo eſt. Brigida relictis quibuſdam ſuis inſignibus (monili videlicet, perâ, & textilibus armis, quæ adhuc pro ſanctitatis memoriâ oſtentãtur, & morbis variis medentur) vtrùm domum reuerſa, an ibi acceperit pauſam, incertum. Alterum iuxta Glaſconiam martyrizatum F
&c. Dabimus S.Indracti Vitam v *Februarij.*

obiit alliquis S.Patricius:

huius reliquias viſit Brigida,

39 *De S.Brigidæ in Glaſtonienſem inſulam aduentu ſcribit anonymus quidam Glaſtonienſium Chronographus, citatus ab Vſſerio pag.*900. An. ab Incarnatione CCCCLXXXVIII S.Brigida venit Glaſtoniam: quæ in inſulâ iuxta Glaſtoniam, quæ Parua Hibernia, & in Anglorum linguâ Bryde-hay nominatur, multo tempore vſque ad ſenilem ætatem manſit. Sed vtrùm ibi obierit, vel inde repatriauit, pro certo non habemus. *Alius itidem Glaſtonienſis ſcriptor apud Vſſerium*, Hæc S.Brigida, *inquit*, in quadam inſulâ iuxta Glaſtoniam, vbi erat oratorium in honore S.Mariæ Magdalenæ conſecratum, Bekery, ſiue Paruâ Hibernia dictâ, aliquantulam moram per nonnullos annos traxit. Et relictis ibidem quibuſdam ſuis inſignibus, perâ, monili, nolâ, & textilibus armis (quæ pro eius ſanctitatis memoriâ ibi oſtenduntur & adorantur) Hiberniam rediit, ibiq́ue non multò pòſt in Domino quieuit, ſepultaq́ue eſt in vrbe Dunenſi. *Inſulam illam, in quâ S. Brigida habitaſſe dicitur, vt habet prior ille ſcriptor, Angli* Bride-ay, *vel potiùs* Bride-eye, *id eſt*, Brigidæ inſulam, *appellabant*; *Hiberni* Bek-ery, *vel* Beg-ere, *id eſt*, Paruam Hiberniam. *Alia erat* Beg-ery *vel* Beg-erin, *ſiue* Parua Hibernia, *inſula Comitatus VVexfordienſis, in*

ibiq; degit in Begery *inſulâ,*

A *ſis, in quâ S. Ibarus, ſiue Hibarus habitauit, vt ex Vitâ S. Abbani refert Vſſerius pag. 794 & 1062.*

40 *Brigidam autem Glaſtoniæ, & plures quidem annos, habitaſſe, an diſſimulaſſent Vitæ illius ſcriptores, qui non modò longinqua eius itinera, in Vltoniam, Connaciam, Momoniam, ſed ad propinquiora etiam Lageniæ, Mediæq; loca, tam ſollicitè executi ſunt? An nõ ſort-iſſis ea apud Glaſtonienſes opinio, de Brigidæ penes ſe cõmoratione, inde inoleuit, quòd eius iſthic exſtarent reliquiæ aliquæ? An potiùs de poſteriore aliâ Brigidâ accipi debet, quod imperitè ad illam antiquam, cuius celebrius nomen erat, poſteri tranſtulerunt? Fuit certè Brigida alia in Britanniâ ſed & ipſa Hibernica, de quâ in Vitâ S. Cuthberti Lindisfarnenſis Epiſcopi,* ex hiſtoriis Hibernienſium tranſlatâ, *iſta refert Vſſerius pag.* 705. S. Columba, primus Epiſcopus in Dunkeld, Cuthbertum puerum ſuſcepit; vnaq́ue cum puellâ quadam, nomine Brigidâ, ex Hibernià oriundâ, retinuit, & aliquamdiu educauit. *Alius hic eſt* Columba *ab Abbate Huenſi, alia à Kildarienſi Brigida; cùm hæc poſt annum* DCXL *educata à Dunkeldenſi Antiſtite memoretur, annis* XL, *& quod excurrit, poſt Huenſis Columbæ obitum, poſt Brigidæ centum ferè ac viginti. Conſtat enim ex Bedæ epitome hiſtoriæ gentis Anglor. S. Aidanum Ep. Lindisfarnenſem anno* DCLI *obiiſſe, cuius*

B *animam ab Angelis in cælum deduci vidit Cuthbertus adhuc adoleſcens*, remotis in montibus commiſſorum ſibi pecorum agens cuſtodiam.

41 *Eadem Brigida videtur eſſe, quæ S. Modvvennæ, ſiue Monennæ, diſcipula extitit, & ipſa miraculis clara. Vita tamen Monennæ, quam* V *Iulij ex Capgrauio dabimus, correctione haud leui indiget. Cui enim veriſimile videatur, Monennam S. Patricij diſcipulam, aliquot monaſteriorum eo viuente conditricem, ac proinde circa annum* CCCCLX, *vt minimùm, natam, S. Oſithæ magiſtram extitiſſe, cùm hæc Sighero Orientalium Saxonum Regi qui circa annum* DCLXIV *regnum capeßiuit, deſponſa fuerit? Vult quidem Vitæ illius compilator, Monennam vixiſſe* CXXX *annos. At neque ſic vltra annum* DXC *prorogârit vitam; imò neque ad* DLXV. *ſi Caleſtini Papæ temporibus nata, vt in antiquiore eius Vitâ tradere Conchubranum teſtatur Vſſerius pag.* 705. *Duæ memorantur* Monennæ, *S. Patricij æuo vixiſſe: prior ipſiuſmet ſoror* Dareꝛca, *quæ &* Moninna, *S. Mali, de quo* VI *Februarij, & aliorum Sanctorum, mater; alterius mentio fit in Vitâ S Endei Abb.* XXI *Martij, his verbis*: Hoc in tempore cùm S. Darerca Virgo, quæ alio nomine Monynni dicebatur, in monaſterio ſuo, quod Belſlebhi dicitur, commoraretur, *&c. Videtur hoc eſſe monaſterium, quod in Vitâ S. Monennæ apud Capgrauium*, à cellis, quæ conſtruebantur in cliuo montis, Cellilclinium appellatum dicitur. *Teſtatur Vſſerius eius monaſterij Eccleſiam, in Armacano Comitatu ſitam, etiamnum* Kil-ſleue, *ſiue* Chelle-ſleue, *id eſt*, Cellulam montis *appellari. Vtrâq; hac Monennâ longè poſterior ea fuit, cui* tradita fuit Oſitha bonis informanda moribus, *vt in huius Vitâ* VII *Octobris refertur, quæq;* iuxta ſiluam quæ Arderna dicitur duo conſtruxerat monaſteria; vnum in loco qui Polleſworth dicitur, aliud in manſione, quæ Streneſhal nuncupatur. *Iacet* Arderna *ſilua (vt eam vocat Vita Oſithæ & Vſſerius*, Arden *Cambdemus) in Boreali tractu Comitatus VVarvvicenſis: in quo &* Polleſworth, vbi ſacris Virginibus, *inquit idẽ Cambdenus*, Modwena Virgo Hibernica inſigni ſanctitatis opinione cœnobium conſtruxit.

42 *Quando hæc floruerit Monenna, ex Oſithæ ætate colligi debet. Erat hæc* filia Fritheuualdi Regis & Wiltheburgæ filiæ Pendæ Regis Merciorum. *Penda quinquagenarius anno Chriſti* DCXXVI apud Mercios Regis nomen præſumpſit, *vt loquitur Malmesburienſis de geſtis Reg. Anglor. l.* 1 *cap.* 4. *interiit anno* DCLV. *VVulferus eius filius, poſt Peadam fratrem, anno* DCLVII *regni gubernacula ſuſcepit, geßitq; ad annum* DCLXXV. *Huius ergo ſoror* Wiltheburga Frithwaldo *nupta, Oſitham ei peperit. Huius* Frithewoldi Subreguli adminiculo, *vt ſcribit ad an.* 675 *VVigornienſis, S. Erconvvaldus, qui eo anno Epiſcopus Londinenſis eſt factus, monaſterium Certeſeia, quod ante epiſcopatum ſun-*

dârat, opulentiâ rerum & monachis impleuit. *De eodem S. Erconvvaldo, ſiue Erkenvvaldo (de quo nos* XXX *Aprilis) Malmesburienſis lib. 2 de geſtis Pontif. Anglor.* Fecit duo monaſteria, vnum ſibi, alterum ſorori, *S. Ethelburgæ, de quâ* XI *Octobris.* Suum Certeſiæ dicitur, quod per adminiculum cuiuſdam Frithwoldi, qui ſub Wiferio Subregulum agebat, opulentiâ rerum & monachis impleuit. *Hic igitur Frithvvaldus Oſithæ parens, VVlferio regnante, vixit.* Eodem tempore, *inquit, Beda lib.* 3 *cap.* 30 prouinciæ Orientalium Saxonum, poſt Suithelmum, præfuêre Reges Sighere & Sebbi, quamuis ipſi Regi Merciorum Vulfere ſubiecti. *Hic Sighere, ſiue* Sigerus, *Malmesburienſi* Sigherius, *Sigeberti Parui filius, Sevvardi nepos, anno* DCLXIV, cùm prouincia mortalitatis clade premeretur, cum ſuâ parte populi, relictis Chriſtianæ fidei ſacramentis, ad apoſtaſiam conuerſus eſt, *inquit ibidem Beda.* Quod vbi Rex Wlfere comperit, fidem videlicet prouinciæ ex parte profanatam, miſit ad corrigendum errorem, reuocandamq́ue ad fidem veritatis prouinciam Iarumannum Epiſcopum ..... qui multâ agens ſolertiâ ... longè lateq́ue omnia peruagatus, & populum & Regem præfatum ad viam iuſtitiæ reduxit. *Malmesburienſis Epiſcopum hunc* Ierumanum *vocat. Deceſſor is fuit S. Ceadæ Epiſcopi Lichfeldenſis.*

43 Poſt deceſſum autem S. Modwennæ, B. Oſitha (*vt in huius Vitâ habetur*) ad patentes, *Frithevvaldum Subregulum, & VVilteburgam VVlferij Regis ſororem*, reducta, virtute & moribus quotidie proficiebat: cumq́ue ad nubiles peruenisſet annos, Rex Orientalium Saxonum Sigerus, parentes puellæ ſollicitans, Virginem ſibi petiit in coniugem dari. *Quæ* quamuis renitens & inuita, nuptiis regali apparatu inſtructis, Regi illi tradita eſt. *Et cùm* multis diebus laudabili quadam fallaciâ, & multarum occaſionum opportuno prætextu, Regis deſiderium repreſſiſſet; *tandem ab* Eccâ *ac* Bedwino *Orientalium Anglorum Epiſcopis religionis habitum velumq́; accepit. Malmesb.* Baldwine *&* Heta *eos appellat; Bedæ lib.* 4. *c.* 5 Ecci *&* Badwine. *VVigornienſis hos anno* DCLXXIII *ordinatos ſcribit. Vnde corrigas quod in Vita S. Oſithæ habetur, eam anno* DCLIII *à piratis Danis interfectam: cùm vix nata ante eum annum fuiſſe videatur.*

44 *Ex his patet S. Modvvennam, Oſithæ magiſtram, poſt annum Chriſti* DCLX *deceßiſſe, cùm necdum ad nubiles annos Oſitha peruenisſet; & adhuc in viuis eſſet Columkillus, ſiue Columba Dunkeldenſis Epiſcopus, qui ortam de eius ſepulturâ controuerſiam diremit. Huius Monennæ diſcipula fuit* Brigida, *vt diximus; ea veriſimiliter, quæ ab eodem Columbâ educata. Hæc magiſtram, monaſteria ſua reuiſentem, comitata legitur; ipſaq́;* cœnobio conſtructo multarum Virginũ Mater effecta, *quibus veſtes diuinitus Monenna impetrauit, cùm* flante Boreâ nimio frigore attritæ in orationibus deuotis peruigilarent. *Hæc igitur videri poteſt ad Glaſtoniam aliquamdiu commorata, ſiue dum iuxta Ardernam ſiluam, in VVarvvicenſi Comitatu, Monenna degebat, vt ſuprà num.* 41 *dictum; ſiue dum in Trentæ inſulâ morabatur, aut in ditione erat Occidentalium Saxonum, in quâ & Glaſtonia. Neque illud caſſum obſeruatione, quòd cùm plurimi Hibernenſes* vrbem Glaſtoniam orationis ac deuotionis gratiâ peregrini crebrò viſitare ſolerent, *SS. Indractum & Brigidam Malmesburienſis ſupra num.* 38 *retulit; quaſi iunctim annotatos in antiquis ſchedis reperiſſet, qui eodem ferè tempore illuc veniſſent: atqui Indractus, vt ſuo loco dicemus, eò venit tempore B. Inæ Regis. qui, Cedvvallâ Romam profecto ad Occidentalium Saxonum principatum vocatus eſt, initio anni* DCLXXXIX. *Planè igitur æquales Brigida illa & Indractus.*

§ VII *An Abernethi apud Pictos habitârit S. Brigida?*

45 *VNc de Aberneto quærendum.* Strath-Erna *eſt Scotiæ prouincia, ab* Erno *amne nomen adepta: Britannorum*

non Lageniensis,
sed iunior,
cum S. Cudberto educata post ann. 640.
sed qua S. Oſitham instituit
filiam Frithevvaldi Subreguli
circa ann. 670 floruisse,
dein discipula S. Monennæ,
non S. Patricij coætanea,
Sigero Regi Orient. Saxonum,
anno 664 relapso ad idola,
sed mox conuerso,
Ea Brigida, monasterio præfecta,
aliquando Glaſtoniæ commorata.
AVCTORE I.B.

AVCTORE I. B

uorum enim veteri linguâ vt auctor eſt Cambdenus, Straith-Ern, Conuallem ad Ernum *ſignificat. Oritur* Ernus *è lacu eiuſdem nominis, ac* Tao. *ſiue* Tauo, *aquas admiſcet, fluminum totius Scotiæ maximo. Vbi iam ſpatioſior versùs mare deuoluitur* Taus, *in dextrâ ripâ* Aberneth, *ſiue* Aberne-

A *S. Brigida Abernethi habitat, vrbe regiâ Pictorum,*

thy ſuſpicit, Pictorum olim regiam, & ciuitatem frequentem, *vti idem habet Cambdenus. Hic habitaſſe Brigidam tradunt rerum Scoticarum Scriptores, ſed ambiguis verbis, quæ fideliter referemus, vt perſpicuum fiat, in Seniorem Brigidam illa, vt volunt, minimè cõuenire. Nam quod Dempſterus in Parecbaſi & Camerarius ſeniorem Brigidam ſcribũt iſthic obiiſſe, non probant. Leſlæus, quem citant, ſolùm habet, Scotos corpus eius* in Canonicorum collegio Abrenethi rectè ſe colere hactenùs putaſſe. *Hector Boëthius lib. 9 de eâ ſcribit:* Defungitur tandem vitâ poſt plurima miræ ſanctitatis opera, duodeuiceſimo Conrani Regis anno. Cuius corpus ab Hebridibus in Dunum (oppido eſt nomen in Hiberniâ) ferunt delatum: ac eodem loco cum Patricio Hibernicorum Apoſtolo ſepultum. Noſtrates (nam & hi eumdem honorem ſibi vendicant)

vbi & ſepultus;

Diuæ Brigidæ funus Abirnetho (aliud tum loco nomen fuit) in templum ornatiſſimum Canonicis & Preſbyteris ad Diuina exequenda inſtitutis, eius nomini dicatum, elatum conſtanter aſſeuerant. *Verùm vnde accepit Hector, aliud tunc* Abernetho *nomen fuiſſe?*

B 46 *Ioannes Maior lib. 2 cap. 14 ita ſcribit:* Ad Britanniam S. Columba venit Brudeo potentiſſimo Rege apud Pictos regnante. Brudeo Garnard, filius Dompnach, ſucceſſit, qui eccleſiam collegiatã de Abiruethya extruxit; poſtquàm S. Brigidam B. Patricius in locum introduxit. Hic Rex Beatæ Virgini, & B. Brigidæ cum nouem Virginibus, quæ cum eâ venerant, poſſeſſiones obtulit, quas Præpoſitus & Canonici habent. In illâ tempeſtate Abiruethyæ Epiſcopalis Sedes fuit, & Pictorum regia. Aliqui eam ante Dunkeldenſem Eccleſiam XXVI annis, & nouem menſibus, conſtructam referunt: aliqui CCXLIV annis. Sed ne incertum pro certo ponam, illic dubitatiuè procedo. *Hæc Maior ex Scotichronico Fordani, cuius verba recitat Vſſerius pag.* 712. *Sed perperàm à S. Patricio inductam Abernethum Brigidam volunt ſub Brudei Regis ſucceſſore. Venit enim in Britanniam S. Columba, vt ſcribit Beda lib. 3. cap. 4* anno Incarnationis Dominicæ DLXV, regnante Pictis Bridio (*ſiue* Brudeo) filio Meilochõ, Rege potentiſſimo, nono anno regni eius. *Atqui iam* LXX *anni fluxerant à S. Patricij obitu, à Brigidæ* XL. *Alia igitur inducta Abernethum Brigida eſt, à quocumque demum Antiſtite. Nec illud excuſabile mendum, quod corrigere Maior auſus non eſt, nec probare voluit,*

iſthic à Ganardo Rege excepta,

C *de Dunkeldenſi Eccleſiâ* CCXLIV *annis poſt Abernethenſem conditâ. Nam ſi huius initium ſtatuamus circiter annum* DC, *poſt Brudei Regis obitum, conſequens eſſet Dunkeldenſem conſtructam eſſe circiter* DCCCXLIV, *quando iam Pictorum euerſum erat regnum. Quid ſi ergo non niſi circa annum* DCC (*nam eo tempore Ganardus regnauit*) *condita illa eſt eccleſiæ? Atqui iam antè docuimus, paullò pòſt annum* DCXL *Dunkeldenſi Eccleſiæ præfuiſſe Epiſcopum S. Columbam, ſiue Columkillum. Eſt autem Dunkelde Scotiæ vrbs Epiſcopalis ad Tæum amnem in Perthiâ prouinciâ, quam* Caſtrum Calidoniæ *olim dictam Hector aſſerit.*

47 *Quas nouem Virgines S. Brigidæ ſocias ſuprà ex Maiore retulimus, eas Fordanus apud Vſſerium pag.* 712. *ait,*

circa ann. 700,

infrà quinque annos deceſſiſſe, & ex parte Boreali dictæ eccleſiæ eſſe ſepultas. *Eas ſub finem ſeptimi Chriſtiani ſeculi ac principium octaui, Scotis in Britanniâ imperitante Eugenio* VII, *Garnardo Pictis, floruiſſe Boëthius lib. 9 fol.* 180 *ita narrat:* Viuente autem Eugenio VII valuit plurimùm ad commouendos ad pietatem homines Donealdi Scotici ſanguinis viri ſanctitas, qui in ſolitudine Owgilluy, ſex propè paſſuum millibus ab Alecto oppido, inter Pictos vitæ ſanctimoniâ inſignis vixit. Huic nouem erant filiæ: Mazotæ maiori nomen, Fincanæ alteri: ceterarum nomina vetuſtas aboleuit. His arctiſſimâ vitâ degentibus panis ordeaceus cibus fuit, & aqua potus: ſemelque dumtaxat in die exiguo reficiebantur cibo, perpetuæ ferè orationi, aut rei ruſticæ, quò tenuem vitam ſuſtentarent, deditæ..... Poſt exſtinctum patrem, Virgines (nam mater multò antè fatali morte deceſſerat) haud tutum ratæ ſolitudinem ſine caſtitatis cuſtode inhabitare, Garnardum Pictorũ Regem adeuntes, habitandi locum quærunt, vt Chriſto, cui tenerâ ab ætate virginitatem ſacrauerant, à virorum ſemotæ conſortio, liberiùs ſeruirent. Rex pijs Virginum poſtulatis annuens, ſtructas Abernethi ædes cum oratorio, redituſque ex proximis agris ad ſumptus eiſdem liberè erogauit: vbi poſt religioſam Deoque gratiſſimam vitam exactam beato fine quieſcẽtes, ad immenſæ quercus radicem ſunt ſepultæ. Oſtenditur locus etiam hac noſtrâ ætate, Chriſtiano populo illuc religionis cauſsâ confluenti in multâ habitus veneratione. Erat id temporis Abbernethi Pictorum oppidum, nomine Otholiniæ, numeroſiſſimum, primariâ illius gentis Epiſcopi Sede honeſtatum: ſed dirutum incenſumque poſteà, præter Diuorum templa ac Sacerdotum ædes, Scotorum, cùm Picticam gẽtem exitio darent, armis & flammis; vſque adeò vt nũquàm ad priſtinum decus redierit & ornamentum. Præfatas in eo oppido nouem Virgines non ſub Regis Conrani regno cum Diuâ Brigidâ (vti vulgaris eſt opinio) ſed Eugenij VII tempore claruiſſe ſcribunt noſtrarum rerum præſtantes auctores.

D *qua ab eremo*

Abernethum venerant;

E

48 *Hactenùs Boëthius: è quo patet Garnardum non proximè Brudeo ſucceſſiſſe, ſed centùm pòſt annis. deinde vulgarem opinionem fuiſſe, cùm Hector ſcriberet ante* CXXII *annos, nouem illas S. Doneualdi filias eo regnante Abernethi habitaſſe cum S. Brigidâ; non Lagenienſi illâ, ſed longè iuniore, licet eas imperiti fortaſſe confunderent. In Breuiario Aberdonenſi annq* MDIX *excuſo, ad diem* XXIII *Decembris Vita habetur S. Mazotæ harum ſororum natu maximæ, in quâ dicitur,* Pictorum Rex inclytus Granerdus filius Domath, *B. Brigidæ conſanguineæ ſuæ precibus victoriam de hoſtibus retuliſſe, eamq; Abernethum euocaſſe ex Hiberniâ (quò fortaſsis poſt S. Monennæ deceſſum abierat) &* Abernethy, quæ non longè à Tagi fluuio, eiuſdem parte Auſtrali ſita, omnipotentis Dei honori, & intemeratæ Virginis Mariæ, baſilicam conſtruxiſſe: in quâ, prædicatione B. Brigidę & ſuarum Virginum, ad Chriſti fidem præfatus Rex cum omni ſuâ familiâ baptizati ſunt. *Quæ hyperbolicè videntur dicta, quia Rex, earum fortaſſe ſuaſu, Romanum Paſchæ celebrandi canonem, à quo anteà Picti & Scotorum plerique abhorrebant, ſuſceperit: quem Naitanus, ſiue Nectanus, eius ſucceſſor, per vniuerſas Pictorum prouincias obſeruari curauit, vti Beda libr. 5 cap. 22 teſtatur. In eodem Breuiario mortua dicitur* Mazota *anno Chriſti* DCCXVI. *At* XV *Iulij ibidem iſta habentur:* Sanctarum IX Virginum filiarum S. Donaldi in Scotiâ, ſub Rege Eugenio VII. an. DCCXII vel DCCXVI.

diuerſa à Lagenienſi Brigidâ,

Ganardi conſanguinea,

cui & victoriã obtinuit,

& pietatẽ perſuaſit:

F

49 *De iiſdem Virginibus agit Leſlæus in Eugenio* VII, *quẽ* Abirnethi mortuum *ſcribit,* XVIII regni ſui anno, qui noſtræ ſalutis DCCXVI fuit: *cùm ſcilicet,* regnante Garnardo, (*vt ſcribit Boëthius*) quicum tantiſper dum viueret fœdus habuit & ſocietatem, ſanctiſſimum Virginum cœtum inuiſens, opimis donariis donauit. *Ganardi ſucceſſor Nectanus, vt in antiquo fragmẽto legiſſe ſe Cambdenus teſtatur pag.* 705. Aberneth Deo & Brigidæ dedit vſque ad diem iudicij, cum ſuis finibus, qui poſiti ſunt à lapide in Abertrent, ad lapidem iuxta Catful, id eſt, Loghfol, & inde vſque ad Ethan. *At ſi cui Scotorum hæc noſtra minùs probabitur de iuniore Brigidâ coniectura, dicemus, quæ memorati Reges donarunt, ea ſenioris conſecrata memoriæ eſſe, allatâ etiam fortaſsis eò reliquiarum illius parte aliquâ.*

Nectanus Rex Abernethum ei donat.

eum 9 Virginibus,

§ VIII *Quando obierit S. Brigida?*

Brigida senior obiisse dicitur an. 518 *vel* 521

vel 523,

30 annis post S. Patricium.

50 *Hactenùs de S. Brigidæ domicilio, nunc vbi & quando obierit, inquirendum. De anno obitus plures inuicem discrepantes scriptorum sententias recenset Vsserius, ex eoq; Colganus. Sunt autem tres præcipuæ: alij enim anno Æræ vulgaris* DXVIII. *Iustini senioris I volunt decessisse, ita Vitæ 4 Auctor, vt infrà ostendemus, Sigebertus Gemblacensis in Chronico, Constantius Felicius. Alij anno* DXXI, *Marianus Scotus, Florentius VVigornienſis, ac recentiores complures. Alij denique* DXXIII, *Vsserius, Colganus, atque ab his citati. Quatuor asseruntur ab iis characteres Chronologici: primus, quòd annis* XXX *S. Patricio superuixerit. Ita 4. Vita lib. 2 cap. 12 nu.* 82. *Ætatis suæ anno* LXXX, *anno verò* XXX *post obitum S. Patricij Archiepiscopi. . . . felicissimè abiit. & nu.* 83. *Iter faciens, benedicebat totam Hiberniam ex omni parte, sicut præcepit S. Patricius Episcopus moriens, & dicens: Per triginta annos B. Brigida post mortem meam benedic Hiberniã. Citat Vsserius pag.* 883 *Testamentum S. Patricij, in quo eadem Brigidæ Sanctus prædicit præcipitq;. Atque hanc etiam Notam sequuntur quotquot S. Brigidæ obitum consignant anno* DXXI, *statuunt enim S. Patricium anno* CCCCXCI *decessisse, primo Anastasij Imperatoris. Probare eorum calculum videntur plurimi, qui S. Patricium scribunt annos* LX *natum venisse in Hiberniam, eamq; totidem annis excoluisse. Cùm autem à S. Cælestino Papâ, qui decessit* VI *Aprilis* CCCCXXXII, *illuc sit missus, necesse est id anno* CDXXXI *contigisse.*

S. Patricius obiit an. 493 *feriâ* 4.

51 *Qui quartam Vitam S. Brigidæ scripsit, eamdem secutus est computationem, etsi in nonnullis siue ipse, seu qui exemplar, quo nos vsi sumus, quoq; Vsserius, transcripsit, hallucinetur. Ita enim habet:* Post breue spatium temporis, inter multitudinem Sanctorum, ætatis suæ anno LXXX, anno verò XXX post obitum S. Patricij Archiepiscopi, regnante in Themoriâ regnum Hiberniæ Murchiartach Mac-Erc, cui successit in regno Tuatal Moelgarbh, primo autem anno regni Iustiniani Imperatoris, sedente in Sede Apostolica Papâ Hormisdâ, anno quoque ab Incarnatione Domini DXLVIII, visitantibus eam Angelis Dei, felicissimè obiit. *Primùm in annis Christi manifestum est mendum: neque enim ad annum* DXLVIII *peruenit S. Hormisda Papa, qui, vt habetur in libro de Romanis Pontificibus,* sepultus est in basilicâ B. Petri Apostoli VIII Idus Augusti, consulatu Maximi, *siue Christi anno* DXXIII. *Restituendum igitur* DXVIII. *ficq; congruet cum Sigeberto. Anno porrò* DXVIII *Christi,* IX *Iulij Imperium suscepit* Iustinus, *non* Iustinianus, *qui anno demum* DXXVII *auunculo successit. Idem annus* DXVIII, *quartus erat Hormisdæ,* Senatore Col. *id est, anno Christi* DXIV

Auctor 4 Vitæ S. Brigidæ emendatus.

C *electis; sextus verò* Muircheartaci, *siue* Murchertaci, *filij Ercæ, Regis Hiberniæ, cui anno* DXXXIV Tuathal Melgarb *successit, vti ex annalibus Hibernienſibus tradit Vsserius pag.* 947. *De* Tuatalo *Rege, cuius hic mentio fit, agitur in Vitâ S. Finani Ep.* IX *Septembris.*

S. Patricius obiit an. 493 *feriâ* 4.

52 *Cur iis qui S. Patricium anno* CCCCXCI *obiisse scribunt, minimè astipuletur Vsserius, rationem affert, quòd feriâ quartâ natus, baptizatus, mortuus vulgò credatur S. Patricius: in quam feriam dies* XVII *Martij eo anno non incidit, sed anno* CCCCXCIII, *cùm littera Dominicalis erat C. Verùm ea ratio contra quartæ Vitæ scriptorem non pugnat, cùm is obiisse S. Brigidam tradat anno* DXVIII, XXX *post S. Patricium, quem proinde anno* CCCCLXXXVIII *decessisse statuet, quo anno littera Dominicalis C fuit. dies* XVII *Martij feria* IV. *Nullum horum characterum obseruasse Sigebertus videtur, cùm anno* CCCCXCI *obiisse Patricium velit. Brigidam* DXVIII, XXVII *dumtaxat post eum annis. Alij eodem anno* DXVIII *Brigidæ obitum referentes, aliâ ducuntur ratione: volunt enim* LX *annis Patricio superstitem fuisse; nam quod in Hibernicis annalibus legitur. an.* CCCCLVIII Senem Patricium *quieuisse, id ipsi de Magno Patricio perperàm interpretati, quod inter vtriusque decessum statuitur* XXX *annorum interuallum, vitiatum existimarunt, restituerunt*q; LX.

Sed de S. Patricio, quem plures ab Vsserio pag. 881 *citati anno* CCCCXCIII *obiisse volunt, agemus* XVII *Martij.*

AVCTORE I.B.

53 *Alter Brigidæ obitum indicans character refertur à Colgano append. 4 ad eius Vitam cap. 7. quòd nimirùm ipsa quoque in Roscreensibus, quos citat. Annalibus, inq; Hibernicè scriptâ Vitâ, dicatur feriâ quartâ velo sacro amicta, eademq; obiisse. At Kalendæ Februarij, quo die eius obitum & Vitæ Scriptores & Martyrologia omnia statuunt, neque* DXVIII *neque* DXXI *Christi anno in quartam feriam inciderunt, sed* DXXIII, *cùm littera Dominicalis A esset. Neque ille character, si verus est, in alium propinquum annum quadrat, præterquàm* DXVII *&* DXXXIV *qui à ceteris ab auctore quartæ Vitæ relatis minimùm recedunt. Colganus malè calculum ponit, cùm* DXXVIII *Kalendas Februarias in feriam quartam putat incidisse, quæ in tertiam inciderunt. Quartus character obitus S. Brigidæ statuitur à quibusdam, quòd quadriennio posquàm natus erat S. Columba, illa decesserit. Confirmat eum characterem Colganus, refellit Vsserius: nos ad eius Vitam* IX *Iunij expendemus.*

D *S. Brigida* 523. 1 *Feb. feriâ* 4.

54 *Probabilius igitur est anno* DXXIII. *Kalendis Februarij feriâ quartâ,* XXX *post S. Patricij obitum annis, decessisse Brigidam. At quo suæ ætatis anno* LXXX, *inquit quartæ illius Vitæ auctor. Vsserius pag.* 834 *antiqua secutus Chronica, vti* E *Martyrologia vetustissima Colganus, putant non nisi* LXX *fuisse annorum, vt proinde anno* CDLIII *nata fuisse videatur.*

an. 70 *ætatis.*

§ IX *S. Brigidæ sepultura. Translatio.*

Vide Glastoniæ asseruari S. Brigidæ reliquias olim seruebantur, quæque Abernethi. diximus § 6 *& 7 alterius Brigidæ, annis propè ducentis posteriorus. Gerardi Piclorum Regis consanguineæ, videri fuisse: aut si huius nostræ Lagenensis fuerunt, eò posteà deportatas ex Hibernià è quâ pedem extulisse Vitæ scriptores eam non memoreut, nedum alibi mortuam. Nam quòd ab Hebridibus (quasi ibi mortua sit) Dunum translatam Boëthius, suprà* § 7 *nu.* 45 *citatus, refert, nullo antiquiorus scriptoris testimonio probat.*

scilicet Glastonia sepulta,

56 *Kildariæ mortuam innuit Cogitosus cap. 8 nu.* 37. *Isthic certè suâ ætate corpus eius religiosè custoditum tradit:* In quâ, *inquit, (Kildariensi ecclesiâ)* gloriosa amborum, hoc est, Archiepiscopi Conlet & huius Virginis florentissimæ Brigidæ, corpora à dextris & à sinistris altaris decorati, in monumentis posita, ornatis vario cultu auri & argenti & gemmarum pretiosi lapidis, atque coronis aureis & argenteis desuper pendentibus, ac diuersis imaginibus, cum cælaturis variis & coloribus, requiescunt.

sed Kildaria:

57 *Posteà Dunum deportatæ S. Brigidæ reliquiæ sunt, vnoq; cum SS. Patricij & Columbæ corporibus conditæ tumulo, cui* F *hoc inscriptum fuisse distichon testatur Siluester Giraldus Topogr. Hibern distinct. 3 cap. 18.*

Pòst translata Dunum,

In burgo Duno, tumulo tumulantur in vno
Brigida, Patricius, atque Columba pius.

Cambdenus initium ita effert: Hi tres in Duno *&c. Est autem Dunum, vt idem ait,* vetustæ sanè memoriæ oppidum, *Sede Episcopali insigne, in Orientali Vltoniâ. Memoratum Ptolomæo Δᾶvov inter mediterranea Hiberniæ oppida; hoc ipsum fortasse, situ non suo. Id alio olim nomine appellatum, dein S. Patricij æuo* Dundalethglas. *In S. Fieci Ep. hymno de Vitâ S. Patricij strophâ* 22. *& in Vitâ eiusdem tertiâ apud Colganum cap.* 88 *&* 91 Dunlethglaisse. *In 4 Vitâ apud eumdem cap.* 91 Cistrum Lethglasse. *In Vitâ S. Columbæ per Magnum O Donellum lib. 1 cap. vltimo* Dunda leathglas. *In primâ Vitâ S. Brigidæ cap. 9 nu.* 56 Lethglasse, *&* Ladglaisse, *inq; alijs MSS. vt ibi dicemus,* Ledchladus, *&* Lechladus. *Nominis originem indicat Iocelinus in Vitâ S. Patricij cap.* 38. *Cùm enim Loegarius Hiberniæ Rex, obsides Dichui viri principis, quòd eum audisset Christi fidem suscepisse, iussisset sibi enecari;* orante Patricio, Angelus aduenieus, de domo carceris & de manu inimici eos liberauit. De loco namque, in quo carcerati tenebantur, à Dunensi ciuitate distante dietâ prægrandi, per aëris vasta, sicut olim Habacuc Prophetã illos transportans,

(*Dundalethglas olim appellatum*

ex prodigioso euentu)

AVCTORE I.B.

tans, vnum illorum in loco, vbi nunc Dun ædificata
est ecclesia S.Patricij; alterum in monticulo vicino, circũcluso palũde pelagi, dimisit: & catenas, quibus vinculati erant, separatim confregit: vterque verò locus
A vsque in præsens à catenis confractis vocabulum, scilicet Dun-da-leath-glas, est sortitus. *Significant voces Hibernicæ, inquit Colganus,* Dun *arcem,* da *duo,* leth *medium,* glas *catenam, seram, compedem.* Dundalethglas *igitur est,* arx dũarum mediarum cathenarum, *siue* compedum.

58 *Auctor Vitæ 4 S. Brigidæ lib. 2 cap. 12 nu. 82 vult eam isthic primitus sepultam fuisse*: Et veniens, *inquit,* Sanctissima in Aquilonalem plagam Hiberniæ, videlicet in prouinciam Vltorum, Brigida, illicò doloribus correpta est, & post breue spatium temporis, ... felicissimè obiit: & sepulta est in gloriâ & honore, in vno sepulchro cum Beatissimo Patricio Archiepiscopo, secundùm voluntatem eorum, in ciuitate positâ in regione Vltorum prope mare, nomine Dun-da-lethglas quæ priscis temporibus Aras Kealtuir, filij Cuircheachyr, Comitis Regis Vltorum Conchubhair, filij Nessa, vocabatur. *Colganus in Indice legit,* Aras-Kelchuir; *in Vitâ* Kealtuir. *Vsserius pag.* 888. Arascealtair. *Probabilius est, Kildariæ sepultam fuisse; ibiq; seculis aliquot asseruatas reliquias; Dunum posteà, munitam vrbem, asportatas. Idem*
B *vri & S. Columbæ;* *euenit S. Columbæ Abbatis reliquiis, quas sub initium noni à Christi exortu seculi, in Ionâ insulâ adhuc fuisse, patet ex Vitâ S. Blaithmaci, quam à VValafrido scriptam* XIX *Ianuarij dedimus, in quâ ista habentur:*

Insula Pictorum quædam monstratur in oris,
Fluctiuago suspensa salo, cognominis Eo,
Quâ Sanctus Domini requiescit carne Columba.
Hunc petiit voto patiendi stigmata Christi:
Illic namque frequens pagana caterua Danorum
Aduentare solet, furiis agitata malignis.

Ac post multa:

Et reliquis rabidâ sociis feritate peremptis,
Ad sanctum venêre Patrem, pretiosa metalla
Reddere cogentes, queis Sancti sancta Columbæ
Ossa iacent, quam quippe suis de sedibus aream
Tollentes tumulo terrâ posuêre cauato,
Cespite sub denso, gnari iam pestis iniquæ.

59 *Ea Danorum in Hiberniam vicinasq; insulas irruptio ante annum Christi* DCCC *est cœpta, vti Vsserius testatur ex Cambrico quodam Chronico, in quo ad annum* DCCXCV *dicuntur* maximam Hibernię partem populati, Rechreyn
populantibus Hiberniã Nortmannis, quoque vastasse. *Est hæc vna ex Hebridibus, siue Ebudis, exigua & Hiberniæ propinqua insula, quæ vulgò* Racline,
C *teste Cambdeno; Ptolemæo* Rixinæ, Rhicina, *Plinio, lib. 4 cap. 16* Ricnea; *S. Adamnano lib. 2 vitæ S. Columbæ cap. 41* Rechrea, *aliis alio nomine appellatur. Quæ ab his Gentilibus per annos centum ac quinquaginta perpessi sint Scoti ac Hiberni, recensetur ex variis annalibus Actisq; Diuorum idem in Indice Chronologico Vsserius. Vrbis cœnobiiq; Kildarienſis clades enumerat in Chronico Kildarienſi, Colganus, append. 5 ad Vit. S. Brigidæ cap. 2. Pauca delibabo. An.* DCCCXXXV.
seculo Christi nono; Kildaria per Northmannos de Inbher-dega spoliata, & ecclesia mediâ ex parte flammis absumpta. *An.* DCCCXXXVI. Classes Northmannicæ, altera triginta nauium ad Liffeum amnem, altera per Boinnium fluuium appulsa, campum Liffe & campum Bregh; omnesque per eos tractus Ecclesias & conuentus, maginates & mediocres, abactis gregibus & armentis, despoliarunt. *An.* DCCCLXXXIII. Killdaria à Northmannis expilata. *An.* DCCCLXXXVII Killdaria à Northmannis vastata. DCCCXCV Killdaria ab eisdem expilatur. CMXXIV Kildaria primùm à Menapiensi, seu Waterfordiensi; deinde à Dublinensi Northmannorum colonia expilata. *Plures eiusmodi & vrbu & prouinciæ expilationes, incolis ad tutiora loca confugiendi, secumq; Sanctorum exuuias asportandi ansam præbuerunt.*

60 *Porrò cùm in eodem Chronico ad annum* DCCCLXIII *dicatur* S. Kellacus, Alillæ filius, Abbas Kildarienſis &
Hienſis, obiisse in regno Cruthniorum, seu Pictorum; *haud leui ducor coniecturâ, ab eo, aut certè eius tempore, ab alio quopiam, & S. Brigidæ Kildariâ, & S. Columbæ ex Ionâ, siue Hij monasterio. Dunum delatas esse reliquias, ibiq; in S. Patricij tumulo conditas: quod à S. Brigidâ olim prædictum fuisse idem quartæ illius Vitæ scriptor testatur lib. 2 cap. 5 nu. 25.* Et dixit ad S. Patricium *Brigida*: De vno se- *vt ipsa prædixerat.*
pulchro ego & tu, Pater, & dilectus Dei S. Columba (qui natus non fuit) resurrecturi sumus. *Et S. Columbæ quidem longo pòst tempore isthuc allatas reliquias, ibidem fatetur.* Ad arcem Leathglasse, *inquit,* (vbi sepultus est ipse S. Patricius, & B. Brigida, & reliquiæ beatissimi Abbatis Columbæ post multos annos collocatæ in vno sepulchro) exiit. *Auctor, quòd Duni conditam audiret, ac miraculorum fortasse famâ celebrari, legeretq; viuenti diuinitus olim innotuisse, isthic S. Patricium sq; tumulandos, id euenisse simul atque è vitâ excesserunt, putauit: præsertim cùm Kildariæ absumptâ flammis veteri ecclesiâ, nullum sepulchri eius vestigium extaret, habitationis sola supereſſet memoria, & annosa quercus (ad quam primùm cellam fundârat) vietus iam truncus. De S. Patricij primâ sepulturâ (nam ea*
E *quoque in controuersia versatur) ad* XVII *Martij; de S. Columbæ Abbatis ad* IX *Iunij agemus.*

D

§ X S. Brigidæ inuentio, secunda Translatio: tertia quartaque capitis.

61 ANnis dein labentibus in hoc sacrorum corporum thesauro venerando pietas accolarum, ipsorumq; Du- *ibi eius & SS. Patricij ac Columbæ corpora inuentâ,*
nensium ciuium, *videtur refrixisse: ignorata certè sepultura fuit; tandemq; non sine cælesti prodigio patefacta anno* MCLXXXV. *Inuentionis huius tempus modumq; indicat Siluester Giraldus Typograph. Hibern. dist. 3 cap. 18 ita scribens*: Fuerant autem contemporanei Patricio S. Columba & S. Brigida: & apud Vltoniam in eadem ciuitate, Dunensi scilicet, ipsorum trium corpora sunt recondita. Vbi & his nostris temporibus, anno scilicet quo Dominus Comes Iohannes primò in Hiberniam venit, quasi in spelunca triplici, Patricio in medio iacente, alius duobus hinc inde; Ioanne verò de Curci tunc ibidem præsidente, & hoc procurante, tres nobiles thesauri, Diuinâ reuelatione inuenta sunt & translata.

62 *Occupauerant Angli non ita pridem Hiberniam, partim Dermitij Lageniæ Regis restituendi prætextu, partim (vt ad Adrianum Papam iam anteà Henricus II scripserat)* ad *Hiberniâ anteà ab Anglis occupatâ,*
F subdendum populum legibus Christianis, & vitiorum inde plantaria extirpanda. *Ac Dunensem quidem ciuitatem, vicinumq; Vltoniæ tractum anno* MCLXXVII *Ioannes Curcius subiugarat, Rege Roderico Dunleuio acie victo. Henricus Rex Angliæ, qui Octobri mense anni* MCLXXI *Hiberniam ipsemet adierat, eratq; ab Antistibus ac Principibus* in Regem ac Dominum receptus, *Ioannem Moretonij Comitem, filium suum, ad stabiliendam insulæ possessionem eò misit, anno* MCLXXXV. *Ita Rogerius Houedenus*: Deinde Dominus Rex venit vsque Windeshoueres, & ibi in Dominicâ quâ cantatur LÆTARE IERVSALEM, quæ illo anno pridie *ad quam regendam missus an. 1185 Ioannes Henrici II filius;*
Kalendas Aprilis euenit, fecit Iohannem filium suum Militem, & statim misit eum in Hiberniam, & indo eum Regem constituit. *Incidit eo anno Pascha in* XXI *Aprilis, eratq; littera Dominicalis F. quæ omnia cum characteribus Chronologicis ab Houedeno indicatis congruunt, cumq; eo quod idem subdit:* Contigit terræmotus in crastino diei Dominicæ in Ramis palmarum, videlicet XVII Kalendas Maij. *Breuiter expeditionem illam Ioannis exponit Matthæus Paris*: Eodem anno, *inquit,* Ioannes filius Regis, à patre militaribus accinctus armis, apud Wyndeshoram, pridie Kalendas Aprilis, in Hiberniam transfretauit. *Fusiùs qui Ioannem, veluti adolescentiæ eius moderator, comitatus est, Siluester Giraldus Hibern. expugnatæ lib. 2 cap. 31.*

63 *Eo igitur anno SS. Patricij, Brigidæ, Columbæ reperta corpora sunt. De iis Ranulphus Cestrensis lib. 5 cap. 4.* Cui-

A ius (*Patricij*) contemporanei fuerunt Abbas Columba qui & Columkillus, & S. Brigida, quam Patricius velauit, quæ & ſuperuixit eum LX annis. Hi tres apud Vltoniam in eadem vrbe Dunenſi, quaſi in ſpeluncâ triplici ſunt ſepulti: quorum corpora primo anno aduentus Domini Iohannis, filij Regis Henrici II, in Hiberniâ ſunt reperta. In quorum tumbâ iſti verſus ſunt inſcripti: Hi tres in Duno &c. *Quòd* LX *annis poſt Patricij deceſſum ſuperuixiſſe Brigidam ait, id ſuprà diximus ab iis traditum, qui cùm S. Patricij Senioris mortem ad annum* CDLVIII *conſignatam legerent, id de Magno Patricio accepêre. Quamquàm in Ranulphi exemplari, perſpicuum eſt* LX *pro* XXX *incuriâ librarij ſcriptum fuiſſe; cùm lib.* 5 *cap.* 4 *deceßiſſe Patricium ſcribat anno primo Anaſtaſij Imp. qui fuit Chriſti* CCCCXCI. *De Brigidâ verò ſcribat cap.* 5. *ad annum* DXXI. Hoc anno ſancta Virgo Brigida obiit in Hiberniâ. *Neque rectè ab Giraldo ac Ranulpho contemporaneis S. Columbæ ſtatuitur S. Patricius, qui* XXVI *annis prius, quàm ille naſceretur, vitâ functus eſt,* CXX *natus annos.*

quando inuenta corpora,

64 *Hiſtoriam Inuentionis, ex veteri officio Eccleſiaſtico illius diei, Lutetiæ an.* MDCXX *cum aliis excuſo, recitant Vſſerius & Colganus; quam & hîc viſum eſt dare*: Glorioſorum Hiberniæ Patronorum, Patricij Archiepiſcopi, Hiberniæ Primatis & Apoſtoli, atque S. Columbæ Abbatis,

B & ſanctæ Virginis Brigidæ, Tranſlationem dignis laudibus recenſentes, piæ mentis celebremus affectu. Fertur enim quòd tempore conquæſtus Hibernię per Anglicos, fuit quidam Malachias, vir magni meriti & ſanctæ vitæ ac conuerſationis, Dunenſis Epiſcopus, vbi corpora prædictorum tunc ſepulta fuerunt. Epiſcopus iſte ſedulò orationibus inſiſtens, Deum quaſi quotidie deprecatus eſt, vt oſtendere ſibi dignaretur, vbi tam pretioſus theſaurus, Reliquiarum videlicet dictorum Sanctorum, abſconditus eſſet, & vt ſuo tempore manifeſtaretur. Et cùm nocte quadam inſtantiſſimè in eccleſiâ Dunenſi ſic oraret, vidit quaſi radium ſolis per eccleſiam, & vſque ad locum ſepulturæ dictorum ſanctorum corporum perluſtrantem.

Malachiæ Ep. luce cæleſti oſtenſa,

65 De viſione prædictâ Epiſcopus multùm exultans, intenſiùs orabat ne radius ille diſcederet, quouſque Reliquias abſconditas inueniret. Et tunc inde exſurgens, adeptiſque neceſſariis, terram irradiatam adiit; ibique effodit, donec oſſa trium corporum prędictorũ inueniret. Et ſuper quæ radius ille irradiabat, illa in tabulis ſeparatim inſerebat, & illa ſic tabulata ibidem ſub terrâ reponebat. In illo tempore præſidebat in Vltoniâ Miles magnę probitatis, Ioannes de Courci, conquæſtor illius patriæ, qui multùm Deo & eius ſeruitio deditus fuit: cui dictus Malachias per ſingula viſionem & facta ſua narrauit. Ex cuius aſſenſu & magno adiutorio, miſſa fuit Romam Summo Pontifici

rei ad Papam relatâ,

C deuota ſupplicatio pro tranſlatione dictarum ſanctarum Reliquiarum habendâ.

66 Ipſe verò Papa ſupplicationi prædictæ aures inclinans, Ioannem tit. S. Stephani in Cælio monte Presbyterum Cardinalem & Apoſtolicæ Sedis Legatum in Hiberniam miſit. Qui in eccleſiâ S. Patricij in Duno, v Idus Iunij, debitis reuerentiis & ſeruitiis præmiſſis, tranſtulit prænominatas Reliquias ex loco vbi ſepultæ, & per Malachiam repoſitæ fuerunt, vſque in honorabilem locum in eccleſiâ ibidem ad hoc præparandum. Tempore verò tranſlationis eorum in dictâ Eccleſiâ præſidebant cum dicto Legato quindecim Epiſcopi cum Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconibus, Prioribus, aliiſque viris orthodoxis quamplurimis, ſtatuentes diem Tranſlationis dictorum Sanctorum ab vniuerſis Chriſti fidelibus per Hiberniam conſtitutis, IV Idus Iunij per ſingulos annos celebrari; & transferentes feſtum S. Columbæ in craſtinam Octauarum Reliquiarum iſtarum.

ſolenniter tranſlata,

anniuerſario feſto indicto,

Currite languentes; Duno piſcina mouetur,
Corpora vel mentes ægrotas ipſa medetur.

67 *Videtur temporis nota, quod Vſſerius obſeruauit, corri-*

genda. Neque enim IV *Idus, ſiue* X *die Iunij agi S. Columbæ Abbatis feſtiuitas ſolet, ſed* IX, *ſiue* V *Idus, vt patet ex omnibus Martyrologiis. Quamquàm in Carthuſia Colon. additionibus ad Vſuardum ante annos* CXXX, *& quod excurrit, publicatis, inq; Caniſij Martyrologio ac Ferrarij,* X *Iunij S. Patricij conſignata Tranſlatio eſt. In Catalogo SS. Hibern. ab Henrico Fitzimone edito,* X *Iunij* S. Columba XI S. Patricij Eleuatio *adſcripta. Cùm in officio iam citato dicatur S. Columbæ feſtum, Antiſtitum decreto, tranſlatum, ne ſolennitas Eleuationu Reliquiarum eiuſve Octauæ impedirentur, probabile eſt* IX *Iunij, quæ Dominica eo anno fuit contigiſſe. Quatenus autem decretum illud deinceps in aliis Hibernię Eccleſiis obſeruatum ſit, ex ſingularum ritualibus libris, ſi quidem extant, quærendum.* AVCTORE I. B. D

68 *Qui hîc memoratur* Malachias, *non eſt Sanctus ille Malachias, cuius Vitam S. Bernardus Abbas Clarauallenſis conſcripſit; qui Epiſcopus primùm Connerenſis, dein Primas Armachanus, poſteà ſuffecto ſibi B. Gelaſio, Dunenſem epiſcopatum, quem cum Connerenſi* ambitio, *vt ait S. Bernardus,* conflârat in vnum, *adminiſtrandum ſuſcepit, Connerenſi Sede,* quæ videretur paratior & principalior haberetur, *alteri Epiſcopo relictâ: Is enim anno* MCXLVIII *è vitâ exceſſerat. Verùm alius hîc fuit Malachias, qui* Malethias Thuenenſis *ab Houedeno appellatur, memoraturq; cum iam dicto Primate ſuo Gelaſio,* Necmia Chondercnſi, *& aliis Epiſcopis Principibus, Abbatibus, in conuentu Vrate: fordienſi an.* MCLXXI *Henricum II Regem Angliæ in Dominum Hiberniæ recepiſſe. Idem Roderici Regis Vltoniæ caſtra comitatus, in* prælio, *quo eum Ioannes Curcius debellauit,* captus eſt, *vt idem auctor eſt Houedenus, ſed mox liberatus, rogatu Viuiani Cardinalis. Huius Malachiæ meminit etiam Iocelinus in prologo ad Vitam S. Patricij*: Reuerentiſſimi Thomæ, *inquit,* Ardmachani Archiepiſcopi, totiuſque Hiberniæ Primatis, & Malachiæ Dunenſis Epiſcopi, ad hoc opus aggrediendum præceptis perſtringimur: Illuſtriſſimi nihilominùs Ioannis de Curſi, Vlidiæ Principis, ſuper hâc repetitio adiungitur, qui S. Patricij ſpecialiſſimus dilector & venerator eſſe dignoſcitur, cui obtemperare digniſſimum arbitramur. *De Curſio plura dicentur ad Vitam S. Patricij* XVII *Martij.*

9 *Iunij,*

curante eodẽ Malachiâ Ep. Dunenſi,

69 *Ab iis quæ iam à nobis de tempore Tranſlationis ſunt dicta, diſſentit Vſſerius in Indice Chronologico ad annum* MCLXXXVI *ita ſcribens:* Ad Vrbanum III Pontificem à Malachiâ Dunenſi Epiſcopo & Ioanne Curcio miſsâ legatione; per Viuianum Cardinalem, Nuntium Pontificium, V Idus Iunij, die S. Columbæ memoriæ ſacro, reliquiarum Patricij, Brigidæ, & Columbæ facta eſt Tranſlatio. *Citat hæc, & probat, Colganus annot.* 3 *ad Vitam S. Patricij per Iocelinum: qui tamen annot.* 1 *multùm fallitur, cùm Tranſlationem hanc contigiſſe ſcribit* anno primo aduentus Ioannis de Curci in Hiberniam; *additq; à Matthæo Florilego tradi, eum veniſſe in Hiberniam an.* MCLXXXV. *At Matthæus non de Curcio agit, ſed* Ioanne, iuniore filio Regis Henrici, *eo anno* in Hiberniam miſſo. *Curcius iam antè in Vlidiâ, ſiue Vltoniâ, rerum potiebatur, qui, teſte Houedeno, an.* MCLXXVII, *quo* XI *Kalend. Iunij erat Dominica; littera Dominicalis* B. obſedit & cepit ciuitatem de Dun, quæ eſt caput Vlueſtre.

an. 1185, *non* 1186

70 *Reliquias porrò SS. Patricij, Columbæ, Brigidæ, ſcribit Giraldus, qui in Hibernia tunc erat,* inuentas ac tranſlatas *anno quo Ioannes filius Regis venit in Hiberniam: atqui venit, vt oſtendimus, an.* MCLXXXV. *ergo eodem inuentæ & tranſlatæ; & quidem die* IX *Iunij, quæ eo anno Dominica erat. Solent enim eiuſmodi ſolennitates Dominicis peragi, vt plebs maiori frequentiâ & pietate intereſſe poßit. Tunc verò Lucius III Pontifex erat, qui ſub exitum anni, die* XXV *Nouembris obiit, ſuccedẽte Vrbano III. Huius autem electioni cùm ſcribat Ciaconius interfuiſſe* Vibianum Thomaſium Presbyterum Cardinalem tit. S. Stephani in Cœlio monte; *probabilis ſit Vſſerij coniectura, pro* Ioanne *eiuſdem tituli Cardinale, ſuprà nu.* 66 *reponendum eſſe* Vibianum; *qui anno* MCLXXIII *menſe Septembri, in ſacrum collegium adlectus; anno* MCLXXVI *in Scotiam miſſus,* fuit die natalis

per Viuianum Cardinalem

AVCTORE IB. Domini, *vt Houedenus ſcribit*, in inſulâ Man cum Guthredo Rege: & poſt Epiphaniam transfretauit in Hiberniam, & applicuit apud Dun in Vlueſtre, & cùm ambularet versùs Diueline ſecus mare, obuiauit exercitui Ioannis de Curci, qui iniicientes in eum manum tenuerant: ſed Ioannes de Curci liberauit eum. *Ideò fortaſsis denuò miſſus in Hiberniam eſt, quòd Curcio eiuſq; ſocero Mãniæ Regi notus iam erat; effeceratq; vt hic legitimum matrimonium iniret cum Phingolâ Murkartaci Regis Hiberniæ nepte, è quâ illi ſuſcepta iam proles erat.*

A

71 *Illud deinde trium horum Sanctorum* monumentum, *vt habet in Hiberniæ deſcriptione Cambdenus*, Leonardum Grey Proregem ſub Henrico VIII demolitum fuiſſe fama obtinet: certumque eſt, cùm ille prouinciæ malè habitæ ageretur, & capitis damnaretur, inter alia obiectum fuiſſe hoc Patricij templum profanaſſe. *Vocat* Patricij templum, *quia, cùm anteà* Sanctæ Trinitatis *diceretur, Curcius S. Patricio ſacrum haberi voluit, collocatâ in principe arâ effigie eius, ſacello Sanctæ Trinitati poſito, vti in Annalibus Hiberniæ apud eumdem Cambdenum ad an.* MCCIV *refertur. Securi percuſſus eſt Leonardus Graius Dorſettiæ Marchio,* XXV *Iunij,* MDXLI, *vti habent rer. Anglic. annales.*

corum monumenti violator punitus.

72 *Quid tamen ſacris tunc reliquiis ſit factum, comperire necdum potuimus. S. Brigidæ caput Neoſtadium, ſiue Neapolim Auſtriæ tranſlatum: ſed multò antè, vt remur; etſi quâ potiſsimùm tempeſtate, quove modo id contigerit, ignoremus. Condita eſt Neapolis, ſiue Noua-ciuitas, à Leopoldo* VII *eius appellationis, Auſtriæ Duce quarto, qui Frederico fratri anno* MCXCVIII *ſucceſſerat, obiitq; an.* MCCXVI. *Eius extruendæ cauſſam extitiſſe ſcribit Cuſpinianus*, ne continuò Hungari per fluuium Leyram in Auſtriam irrumperent: *nomen verò ei factum, quòd* propter continua incendia, omni penè anno innouetur, & ex nouis ædificiis noua & renata appareat: vnde & arma gentilitia, alba mœnia cum turri nouâ in rubeo campo. *Ea cauſſa appellationis haud ſcimus an probabilis videri ſolâ Cuſpiniani auctoritate debeat; cùm à principio ita dicta videatur, quia verè eſſet recenter conſtructa, non poſtquàm iteratis incendiis deformata, deinceps q; innouata. Eadem poſtmodùm, Frederici III voluntate ſolio eſt Epiſcopali ornata. Huc ergo* S. Brigidæ *Virginis allatum caput, inq; ſacello arcis imperialis intra arcam ternis clauibus obſeratam, conditum fuit.*

S. Brigidæ caput trãſlatum Neoſtadiũ, B *vrbẽ Auſtriæ epiſcopalem:*

73 *At Rudolphus II Imperator illud Ioanni Borgiæ, B. Franciſci Borgiæ filio, Philippi II Hiſpaniæ Regis ad ſe, ac priùs ad Maximilianum II parentem ſuum, Legato, donauit. Ioannes id, aliaq; plurima Diuorum pignora, in Hiſpaniam anno* MDLXXXVII *deportauit, atque Vlyſsipponenſi Societatis Ieſu domui, perpetuum ſuæ in Ordinem noſtrum benevolentiæ monumentum, attribuit. Earum omnium reliquiarum ſacra Tranſlatio eſt anno inſequenti* MDLXXXVIII, *die* XXV *Ianuarij, vti ad illum diem diximus, recenſitis Sanctorum, quorũ eæ erant, nominibus. Perperàm autem is qui Societatis noſtræ annuas prouinciarum litteras tunc vulgauit, eam ſolennitatem* S. Rochi *feriis contigiſſe ſcripſit, inde fortaſsis nato errore, quòd S. Rocho profeſſorum templum ac domus dicata ſint. Fuit verò huius Tranſlationis pompa eiuſmodi, vt qui illam, Alberti Auſtriaci, tum Luſitaniam pro Philippo Rege adminiſtrantis, iuſſu, conſcripſit Manuel de Campos, fateatur, poſt eam ſolennitatem, quâ allata olim Vlyſsipponem ſunt S. Vincentij Martyris reliquiæ, nihil hoc in genere geſtum illic pari magnificentiâ populiq; frequentiâ ac pietate. Librum de eâ à Manuele ſcriptum in alium diem conſultò reiicimus, cùm de S. Brigidâ ita multa habeamus, vt iuſtum ferè cõfici de eâ volumen poſsit.*

inde Vlyſsipponem, C *inſigni pompâ,*

74 *Duodecim omnino fercula fuêre, quibus ſacra illa circumgeſtata pignora ſunt, ac decimum quidem bina ornabant capita argenteis thecis condita, S. Vedaſti alterum, alterum Virginis vnius è S. Vrſulæ ſodalitio. tum capſa alia ex argento affabrè facta, gemmiſq; & auro illuſtrata,* XXXIV *Sanctorum reliquias continens. Eminebat verò herma, ſeu medium corpus, ex argento itidem efformatum, auro, vario q; calamine decoratum: intra quod caput erat S. Brigidæ Virginis. Sixtus V Pontifex Maximus iubilæum perpetuum in eâ æde conceſsit quaternisper annum diebus; feſto nimirùm S. Brigidæ, Inuentionis ſanctæ Crucis, S. Vrſulæ, S. Gregorij Thaumaturgi.*

in argenteâ hermâ.

D

75 *Coloniæ Agrippinæ, vt § 1 nu. 4 diximus, parochialem eccleſiam habet* S. Brigida. *Aſt in aliis eccleſiis quædam eius aſſeruari reliquiæ feruntur; in S. Gereonis, vti teſtatur Ægidius Gelenius de Colon. magnitud. lib. 3 Syntag. 2 § 2 pag. 265 hierothecâ 14. Itemq; in S. Mariæ ad Gradus, vt idem ſcribit lib. 3 Synt. 7 § 4 hieroth. 22. Alibi de altâ agit Brigidâ V. M. è S. Vrſulæ comitatu.*

Reliquiæ aliquæ Coloniæ.

§ XI *S. Brigidæ perennia quædam miracula.*

76 *Libet ad S. Brigidæ honorem attexere perpetua quædam miracula, (ſi ita fas eſt appellare) ſtupenda certè, ſupraq; leges naturæ, quæ Kildariæ ſuâ ætate, multiſq; anteà ſeculis, viguiſſe ſcribit Silueſter Giraldus Topographiæ Hiberniæ diſt. 2 cap. 3 & ſequentibus.*

Mirabilia Kildariæ:

Apud Kildariam Lageniæ, quam glorioſa Brigida reddit illuſtrem, digna memoratu ſunt miracula multa. Inter quæ primum occurrit Ignis Brigidæ, quem inextinguibilem dicunt; non quòd extingui non poſſit, ſed quia tam ſollicitè, tam accuratè moniales & ſanctæ mulieres ignem, ſuppetente materiâ, fouent & nutriunt; vt à tempore Virginis, per tot annorum curricula, ſemper manſit inextinctus: & cùm tanta lignorum ſtrues tanto in tempore ſit hîc conſumpta, numquàm tamen cinis excreuit.

S. Brigidæ ignis perennis.

E

cinere non excreſcẽte;

77 Cùm tempore Brigidę viginti moniales hîc Domino militaſſent, ipsâ vigeſimâ exiſtente; poſt glorioſum eius tranſitum, tantùm vnde viginti ſemper extiterunt, & numerum non auxerunt. Cùm verò ſingulis noctibus ſingulæ per ordinem ignem cuſtodiant, nocte viceſimâ monialis vltima lignis appoſitis, inquit: Brigida, cuſtodi ignem iſtum tuum. Te enim nox iſta contigit. Et ſic igne relicto, manè materiâ more ſolito conſumptâ inextinctus reperitur.

ab ipsâ Sãctâ cũſtoditus vigeſimo quoq; die;

78 Virgeo quodam & orbiculari ſepe ignis iſte circuitur, intra quem mas non intrat: & ſi fortè intrare præſumſerit, (quod à temerariis quibuſdam nonnumquàm attentatum) diuinam vltionem non euadit. Item mulieribus ſolùm, & his non oris flatu, ſed follibus tantùm & ventilabris, ignem licet exſufflare.

virũ inacceſſus,

nec flatu fouendus:

79 Item per imprecationem Virginis caprarum fœtus hîc non proueniunt. Sunt & hîc campeſtria pulcherrima quæ BRIGIDÆ PASCVA vocantur; in quæ nullus aratrum auſus eſt mittere: de quibus pro miraculo ducitur, quòd licet prouinciæ totius animalia ſolotenùs veſperi herbam corroſerint, manè facto non minùs herboſitas apparebit, tamquàm de paſcuis illis dictum fuerit,

nullus iſthic fœtus caprarum:

F

paſcua viberrima:

Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exiguâ tantum gelidus ros nocte reponet.

Virg. 2 Georg. v. 201

80 A tempore Brigidæ falco quidam egregius locum iſtum frequentabat, qui eccleſiaſticæ turris ſummitati inſidere conſueuerat: vnde & à populo Avis BRIGIDÆ vocabatur, & in veneratione quadam à cunctis habebatur. Hic ad nutum ciuium, ſeu militum caſtrenſium, tamquàm auis manſueta & ad hoc domeſtica, anates & alias aues tam campeſtres, quàm fluuiales circa planiciem Kyldariæ, cum intuentium non modicâ delectatione, perſequi ſolebat, & ad terram ab aëre innatâ velocitate coërcere. Quis enim locus miſeris auiculis relinquebatur, cùm homines terram & aquas, auis inimica, grauiſque tyrannus aërem obſidebat? Mirum de hoc alite, quòd circa templum, quod frequentabat, parem non admittebat: ſed amoris tempore procul inde ſecedens, & apud montana de Glindelachan, ex conſuetudine parem inueniens, naturæ indulgebat. Quo completo, iterum ad eccleſiam ſolus reuertebatur; vitis Eccleſiaſticis, & tunc præcipuè cùm intra eccleſiarum ſinus & ſepta Diuinis deputantur officiis, ſignum præferens honeſtatis. In ipſo diceſſu primo

falco longæuus & cicur,

honeſtatis ſymbolum.

tandem occiſus:

A mo Domini Comitis Ioannis ab Hiberniâ,auem, quæ per tot durauerat ſecula, & delectabiliter Brigidæ locum illuſtrauerat, demum prædæ,quam ceperat,minùs cautè inſidentem, & humanos acceſſus parùm euitantem,baculo, quem geſtabat,ruſticus quidam petijt.Ex quo patet caſum in ſecundis ferè metuendum, & vitæ diuturnæ delectabili & dilectæ parùm eſſe cõfidendum.

liber ad miraculã ſubtiliter & elegantèr conſcriptus, figuriſq; ornatus,

81 Inter vniuerſa Kyldariæ miracula,nil mihi miraculoſius occurrit,quam liber ille mirandus, tempore Viginis(vt aiunt)Angelo dictante conſcriptus.Cõtinet hic liber quatuor Euangeliſtarum iuxta Hieronymum concordantiam: vbi quot paginæ ferè ſunt, tot figuræ diuerſæ variiſque coloribus diſtinctiſſimæ. Hîc maieſtatis vultum videas diuinitus impreſſum: hinc myſticas Euangeliſtarum formas,nunc ſenas,nũc quaternas,nunc binas alas habentes;hinc aquilam, inde vitulum, hinc hominis faciem, inde leonis, aliaſq́ue figuras penè infinitas: quas ſi ſuperficialiter & vſuali more minùs acutè conſpexeris,litura potiùs videbitur quam ligatura: nec vllam attendes prorſus ſubtilitatem, vbi nihil tamen præter ſubtilitatem. Sin autem ad perſpicaciùs intuendum oculorum aciem inuitaueris, & longè penitiùs ad artis arcana tranſpenetraueris;tam delicatas & ſubtiles, tam actas & arctas,
B tam nodoſas & vinculatim colligatas, tamq́ue recentibus adhuc coloribus illuſtratas notare poteris intricaturas;vt verè hæc omnia Angelicâ potiùs quàm humanâ diligentiâ iam aſſeueraueris eſſe compoſita.Hęc equidem quantò frequentiùs & diligentiùs intueor, ſemper quaſi nouis obſtupeo, ſemperq́; magis ac magis admiranda conſpicio.

Angelo eas pictori prælonſtrãte,

82 Nocte primâ, cuius manè librum ſcriptor inchoaturus fuerat,adſtitit ei Angelus in ſomnis, figuram quamdam tabulæ, quam manu præferebat, impreſſam ei oſtendens, & dicens: Putaſne hanc figuram in primâ libri, quem ſcripturus es, paginâ poſſis imprimere? Cui ſcriptor de tantæ ſubtilitatis arte, de tam ignotæ & inuſitatæ rei diffidens nottriâ, reſpondit: Nequaquàm. Cui Angelus: In craſtino die dic

Brigidâ orante:

Dominæ tuæ, vt ipſa pro te orationes fundat ad Dominum, quatenus ad acutiùs intuendum, & ſubtiliùs intelligendum, tibi tam mentis quàm corporis oculos aperiat, & ad rectè protrahendum, manus dirigat. Quo facto,nocte ſequente iterum affuit Angelus, eãdem figuram, aliaſq́ue multas ei præſentãs. Quas omnes,Diuinâ opitulante gratiâ,ſtatim aduertens,& memoriæ fideliter commendans, libro ſuo locis competentibus ad vnguem ſcriptor impreſſit. Sic igitur Angelo præſentante,Brigidâ orante, ſcriptore imitan-
C te,liber eſt ille conſcriptus.

Idem Giraldus cap.48 eiuſdem 2 diſtinctionis iſta habet: Apud Kildariam ſagittarius quidam de familiâ Richardi Comitis, ſepem tranſiliens, ignem Brigidæ ore

ſacri ignis violatio morte punita;

ſufflauit:qui ſtatim reſiliens,demens eſſe cœpit,& cuicunque obuiabat,inſufflans in eius os,dicebat: Videnè Sic ignẽ Brigidæ ſufflaui. Sic quoq; per domos totius villæ diſcurrens, vbicumque ignem inuenit, eadem verba ingeminans, eum exufflauit. Tandem verò captus à ſociis,& ligatus,rogauit vt ad aquam proximam duceretur: ad quam ductus,ore deſiccato,tantum exhauſit,quòd inter eorum manus medius crepuerit, atque expirauerit.

aliàs claudicationes:

84 Alius verò vt ad ignem intraret, cùm tibiam alteram trans ſepem iam poſuiſſet, & à ſocijs tamen retractus eſſet & retentus; pes ille cùm cruce ſtatim exaruit.Vnde & poſtmodùm quamdiu vixit, claudus & imbecillis permanſit.

ignis conſeruandi ritus apud Hibernos.

85 *Hactenùs Giraldus. Quâ religione ignẽ illum S.Brigidæ ſeruaſſe ſanctimoniales illæ narrãtur ſæpiùs legimus in Sãctorũ Hibernicorum Vitis ignem conſecratũ nocte Paſchatis, ab Epiſcopo præſertim, ſtudioſè conſueuiſſe toto anno cuſtodiri, vti ad Vitam S. Kerani Sagerenſis v Martij dicemus;aut ſi alioquin*

Diuinâ virtute,ad Sãcti cuiuſpiã preces,erat elicitus,vt in Vitâ S. Coëmgeni videre eſt. Alterutrâ ex cauſſâ videtur ille Virginũ Kildarenſiã ritus manaſſe. Eo certè tempore,quo (vt ſuprà diximus) Kildariã Barbari expilarunt ac cõcremarunt,cùm & ipſum Brigidæ corpus aliò auectum, factiq; abolita memoria, non extinctum eſſe hunc ignem, neglectumq; eius alendi ſtudiũ, difficile eſt vt credamus. Nec mirum perſuaderi Giraldo potuiſſe,à temporibus S. Brigidæ perſeueraſſe,quod diutiſſimè durârat,aliis,quæ commemorat portentis conſecratum. AVCTORE I. B. D

86 *Quæ* montana de Glindelachan *adire ſub Veneris tempus conſueuiſſe longæuum illum falconem ſcribit; ea arbitramur eſſe, quæ Cambdenus memorat in Auſtrali parte Comitatus Dublinienſis, quibus* valles, Glynnes appellatę, ſubſident, cauæ & arboribus opacæ. *In quarum vnâ S. Coëmgenus, vt in eius Vitâ ad* III *Iunij dicemus,habitauit, quæ* inter concaua montium altiſſimorum poſita, irrigataq́ue pulcris aquis: duo enim ſtagna & clari riuuli hinc & inde confluunt..... illaque vallis quondam Scoticè vocabatur Glean-De; modò autem dicitur Gleann-da-loch, id eſt,vallis duorum ſtagnorum..... Et in ipſo loco clara & religioſa ciuitas in honore S. Coëmgeni creuit,quæ nomine prædictæ vallis, in quâ ipſa eſt,id eſt, Gleann-da-lach vocatur:ipſaque ciuitas eſt in Oriente Laginenſium, in regione quæ dicitur Fornatha. *Ea ciuitas Epiſcopalis fuit, ſed archiepiſcopatui* E *Dublinenſi adiuncta, iam deſolata eſt, Cambdeno teſte, qui* Glandilaugh *vocat.*

Glindelãcha vrbs epiſcopalis inter montes.

87 Richardus, *cuius è familiâ ſacrilegum illum militem extitiſſe Giraldus ſcribit, Penbrochiæ Comes fuit, qui cum lectis nobilium Anglorum ac VVallorum manu, Dermitij in Lageniæ regnum reſtituendi prætextu, in Hiberniam venit anno* MCLXIX *pridie S. Bartholomæi, vt habent Annales Hiberniæ, partemq; eius non exiguam ſubiugauit, obiit verò Dublinij anno* MCLXXVI. *Ioannes verò Regis filius eodem quo in Hiberniam appulerat anno* MCLXXXV *diſceſſit, vt ijdem habent Hibernici apud Cambdenum annales: atque eo tempore occiſus Kildarienſis ille eſt falco.*

Richardus Expugnator Hiberniæ.

88 *Nugatur more ſuo Balæus, ita de Brigidâ hac ſcribens centuriâ 14 Scriptorum Britan. num.* II. Angelo quodam dictante edidiſſe illam ferunt ſuarum reuelationum librum vnum. Angelo dictante, Brigidâ orante, & ſcriptore notante, liber eſt compoſitus, inquit Geraldus Cambrenſis in 2 lib. de mirabilibus Hiberniæ cap.39. *Dedimus tum.* 82 *ipſa Giraldi verba, quorum ex collatione fidem Balei perſpiciet Lector, qui* Reuelationum librum *vocat, quem alter* quatuor Euangeliſtarum Concordantiam. Sed (*addit Balæus*) tanta eſt in verbis obſcuritas,vt mulierecularum ſcholiis,aut anilium fabulatum interpretibus,ad ea enucleanda opus ſit. *ac paullò inferiùs in appendice:* Huius Diane tenebroſa ſomnia,ſeu, vt ipſi vocant, Reuelationes, in ſcholis Oxonienſibus, & in cathedris publicis,magiſtraliter expoſuerunt magni ſuâ ætate Doctores, Thomas Stubbes Dominicanus, Ricardus Lauynham Carmelita, & adhuc alij eius generis multi circa annum Domini MCCCLXX,vt talibus mulierecularum delirationibus ſole clariorem Dei veritatem ſophiſtæ obnubilarent. *Ita petulantis calami hemo. In priori editione, (quam non vidimus,citat Colganus)* duodecim Reuelationum libros *ſcribit poſteris reliquiſſe. Balæo tamen credidit Geſnerus, huic Poſſeuinus noſter: ſcribit vterque,Brigidam hanc Scotam.* Reuelationum ſuarum,libros XII obſcuriſſimè compoſuiſſe. *Quos verò Doctores Reuelationes S. Brigidæ in ſcholis expoſuiſſe ait Balæus, ipſemet alibi S. Brigittæ viduæ Suecicæ reuelationes aut deſcripſiſſe aut explanaſſe oſtendit. Nam centur. 7 cap.* I Ricardi Lauynhami *ſcripta enumerans,inter alia ſic habet:* In reuelationes Brigittæ libros VII. Stupor & mirabilia audita ſunt. *Ioannes Piſæus ita illud opus indicat:* Determinationes notabiles Oxoniæ & Londini publicè lectas pro libro reuelationum S. Brigittæ,libros VII. Stupor & mirabilia audita ſunt. *Atqui his verbis,* Stupor & mirabilia, *&c. inchoatur Prologus in libros reuelationum S. Brigittæ Suecicæ. Inter ſcripta* Thomæ Stubbes, *qui Piſæo*

Reuelationum libri perperàm huic Brigidæ adſcripti à Balæo.

creditiq; à viris doctis expoſiti.

cùm S. Brigittæ vidua fuerint:

AVCTORE I.B. Stubs, *Leandro Alberto* Stolbez *appellatur*) *recenſent Balæus ac Pitſeus*, In reuelationes Brigidæ librum vnum.

A Beata & venerabilis Domina. *Sed ad Suecicam quoque Birgittam, Stubbei ætate florētem, pertinere arbitramur. Præclarè Leſlæus lib. 4 de reb. geſtis Scotor.* Imperitè hanc noſtram cum Brigittâ Sueticâ, cuius nomine reuelationes multæ inſcribūtur, quidam confundunt. *Quò magis miramur Thomam Dempſterum non modò his auctoribus tribuere expoſitionem reuelationum S Brigidæ Virginis, ſed & quos indices* in reuelationes S. Brigittæ, & in prophetias *eiuſdem compoſuiſſe Alanus de Lynna circiter annum* MCCCCXX *memoratur apud Balæum ac Pitſeum, ipſum ad S. Brigidam Scotam referre.*

Quædam S. Brigidæ V. ſcriptâ. 89 *Cæterùm huius ſcripta (præter Regulam, de quâ egimus* § 4 *num.* 31) *enumerat terna Colganus append.* 3 *cap.* 2 *quæ penes ſe extare teſtatur Hibernico ſermone, videlicet* Poëma de virtutibus S. Patricij; Pharetram Diuini amoris, *pia deſideria continentem, Epiſtolam rhythmicam ad S. Aidam filium Degilli, quâ peregrinationem ei diſſuadet. Meminit huius epiſtolæ idem Colganus Not.* 49 *in partem* 2

B *Operis tripartiti de Vitâ S. Patricij.*

§ XII *S. Brigida Sanctorum donis honorata. nonnulla de S. Gilda quæſita.*

varia à SS. data S. Brigidæ: 90 EX *aliorum Sanctorum Vitis nonnulla de S. Brigidæ geſtis hic annectenda videntur, quæ ſunt ab eius Actorum ſcriptoribus prætermiſſa. Primùm dona ei quædam vel collata à Sanctis, vel obtenta diuinitus, impenſoſq; honores, ex ipſorummet Actis dabimus.*

à S. Albeo Ep. oues 100. 91 S. Albæus, *ſiue* Helueus, *Imaltcenſis, ſiue Imleacenſis, aut Emelicenſis in Momoniâ Epiſcopus, (quem tradunt cum aliis quibuſdam ante S. Patricium Chriſti religionem Hibernis prædicaſſe, ac longiſſimam ætatem vixiſſe, vt* XII *Septembris dicetur) à aliquando, vt in eius Vitâ (quam ex MS. Iniſenſi nobis Hugo VVardæus cōmunicauit) refertur,* peruenit ad campum Lyffe nomine, vbi S. Brigida, in eccleſiâ quæ Cilldaria dicitur, manebat: cumque ſe mutuò in caritate non fictâ ſalutaſſent, dixit Brigida ad S. Helueum: Ecce ego, ô Pater, oues, quibus veſtirētur ancillæ Chriſti, non habeo. Cui Helueus ait: Eſto ſecura, ô Brigida; nam oues habebis. Tunc pius Pater, promiſſionem complere cupiens, orauit ad Dominum, &

precibus obtenta, exauditus eſt pro ſuâ reuerentiâ. Dederat enim ei Do-

nec paſtore egentes: minus centum oues albas, quas ipſe S. Brigidæ contulit. Et hæ paſtore non indigebant, ſed per ſe ad paſcua

C ibant, & ſimiliter redibant ad ouile.

92 Alio quoque tempore, cùm S. Helueus & Brigida apud Currach Liphe eſſent, dixit ei Brigida: Vi-

item vaſculum vini, num non habeo pro ſacrificio altaris. Cui Helueus ait: Affer mihi vaſculum, vt vinum accipias. Reſpondit Brigida: Vas tibi, vbi illud reponere valeam, non habeo. Tunc vas vitreum vino plenum de cælo miſſum eſt in S. Heluei ſinum: hoc vas cum vino dedit ipſe Brigidæ. *In MS. codice Kilkennienſi ita poſterius hoc miraculum narratur:* Perrexit S. Albeus ad viſitandam S. Brigidam, quæ fuit in campo Lyphy, & manſit apud eam aliquantis diebus, vacantes myſterijs Dei, & loquentes Diuina verba inter ſe quotidie. Cùm autem in oratio-

oranti à cælo demiſſum: ne eſſent in vno loco, aliquo die vas vitreum de cælo, plenum vino, iactatum eſt inter eos, ſed propinquius fuit S. Albeo. Accepit autem S. Albeus illud, & dedit S. Brigidæ: tunc gratias egerunt Deo. Et venit inde S. Albeus ad fines Mumenienſium, acceptâ licentiâ à S. Brigidâ. *Locus qui hîc* Currach Liphe, *in MS. Salmanticenſi* Curreth Liphi *appellatur.*

93 *Brandani duo apud Hibernos ſeculo Chriſtiano ſexto floruiſſe memorantur, alter Finlogæ filius, de cuius ſeptennali nauigatione mira ſcribuntur; vti ad eius Vitam* XVI *Maij dicemus: alter ſenior aliquantò, Neimi aut Neini filius,* illius monaſterij fundator, quod Scoticè Birra nuncupatur, *vt ſcribit S. Adamnanus in Vitâ S. Columbæ lib.* 3 *c.* 3 *& in titulo cap.* 11. *Eſt autem* Birra, *vt ſcribit Vſſerius in Regis Comitatu. Hic Brandanus, vt in eius Vitâ quam dabimus* XXIX *Nouembris, narratur, S. Brigidæ mirabili modo Euchariſtiam tranſmiſit.* Erat apud Brandanum laicus quidam infidelis, qui non credebat quòd verum corpus & ſanguis Domini eſſet panis & vinum, quæ ſuper altari oſferuntur. Nocte verò Paſchæ, cùm Brandanus corpus Chriſti offerret, venit ipſe laicus, vt ſacrificij partem de menſâ acciperet, vidit manus ſupra & calicem plenum ſanguine, & perterritus noluit accipere. Sāctus autem Brandanus illud ſanctum ſacrificium miſit per Angelum Dei ad S. Brigidam. Ipſa enim deuouit, quòd in illâ nocte Paſchæ ſacrificium ab aliquo non acciperet, niſi à S. Brandano. *Fuit votum illud ſanctæ Virginis vehemens deſiderium, ſacra myſteria percipiendi à Brandano, cuius audierat famam ſanctitatis, cùm is eſſet multò quàm illa iunior ætate.*

D *à S. Brandano Birrenſi miſſa et Euchariſtia in Paſchate,*

Angeli miniſterio:

94 *Brandani huius æqualis fuit S. Gildas cognomento Sapiens, qui tantâ floruit exiſtimatione virtutis, vt Rex Hiberniæ* Ammericus, *ſiue* Aimmireus, *aut* Ainmireach, *(qui anno* DLXVI *monarchiam ſuſcepit ac triennio adminiſtrauit) eum in Hiberniam euocârit, ad diſciplinam Eccleſiaſticam, quæ nonnihil lapſa fluxerat, reſtituendam. Huius quoque, non admodùm ætate prouecti (quippe qui anno Chriſti* CCCCXCIII *natus, vti ex ipſiuſmet ſcriptis* XXIX *Ianuar. oſtendimus, vix triceſimum explerat ætatis cùm Brigida deceſſit) huius ergo cùm illa famam ſapientiæ virtutiſq; percepiſſet, eius præclaris initijs gratulata, aliquod ſibi ab eo munuſculum mitti, veluti pignus ſanctitatis eius pactæq; ſecum amicitiæ, petijt. Quod ita in S. Gildæ Vitâ cap.* 2 *num.* 10 *refertur:* Audiens autem B. Brigida, quæ ipſo tempore inſignis erat in Hibernenſi manens inſulâ, & monaſterio Virginum præerat Abbatiſſa, Virgo præclara, famam B. Gildæ; miſit ad eum nuntium cum verbis deprecatorijs, dicens: Gaude Pater Sancte, ac ſemper in Domino polle: obſecro te, vt aliquod indicium tuæ ſanctitatis mihi tranſmittere digneris, vt ſemper apud nos tua vigeat perenniter memoria. Tunc S. Gildas, perceptâ ſanctæ Virginis legatione, propriis manibus formulam fecit fuſili opere, &

tintinnabulum à S. Gilda, ab ipſomet fuſum, tintinnabulum compoſuit ſecundùm petitionem ipſius, & per nuntium, quem miſerat, ei tranſmiſit. Quod illa gaudens ſuſcepit, ac velut cæleſte munus ab eo ſibi tranſmiſſum, libenter accepit.

E

95 *Poſtrema hæc in Vitâ MS. S. Gildaſij, quam Rotomago miſſam citauimus,* § 4 *ad eius natalem* XXIX *Ianuarij, licet integram tunc dare haud duxerimus operæ pretium; in eâ ergo hæc poſtrema de tranſmiſſo per nuntium tintinnabulo ita efferuntur:* Tunc S. Gildaſius ſanctæ Virginis perceptâ legatione, propriis manibus formulam fecit opere fuſili, & tintinnabulum paruiſſimum eius petitioni compoſuit, & perfectum, ad littus maris acceſſit, & in vndas proiecit, dicens: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti hoc fretum maris pertranſi, vt citius ad veſtigia beatæ Virginis Brigidæ vndis & vento proueharis. Quod ſtatim ad nutum B. Gildaſij factum repertū

F eſt: & in eodem loco, vbi Virgo ſacrata ſuper littus maris adſtabat, trans mare continuò repertum eſt. Quod

quod per mare ad eā adnataſſe fingitur. illa gaudens ſuſcepit, & à B. Gildaſio miſſum agnouit, & velut cælitus in pignore ſalutis ab eo libenter accepit. Inter hæc B. Brigida ad monaſterium redijt, & hoc miraculum puellis ac Virginibus ſuis patratum à Domino nuntiauit: & vnà cum ijſdem Virginibus oratorium ingreſſa, pro magnitudine S. Gildaſij, ſimulque perceptione ſui pignoris, Domino gratias retulit. *Ita rudis Scriptor, aut antiquæ Vitæ interpolator, quod trans mare miſſum ad Brigidam à Gilda legerat audieratue, in mare conjectum, ac per vndas illuc ò in Hiberniam Diuinâ virtute delatum, eſt interpretatus.*

vnicus Gildas fuit an. 493 *natus:* 96 *Porrò quòd S. Brigida Gildam* Patrem *appellet, inde liquidò confici cenſet Ioannes Colganus append. ad Vitam S. Gildæ cap.* 2. *grandæuum eum tunc fuiſſe ac proinde diuerſum ab eo Gildâ, qui de excidio Britanniæ ſcripſit: hunc enim natum eo anno, quo clades Saxonibus illata* in obſidione Bado-

A Badonici montis, *quam ipſe cum Vſſerio & VVeſtmonaſterienſi, Galfridum ſecutus, contigiſſe anno* DXX *putat; nos* CDXCIII, *id eſt, anno* XLIV *ab aduentu Saxonum in Britanniam, vti diſertis verbis Beda, multò ceteris qui ab Vſſerio citantur antiquior, teſtatur lib.* I *Eccl hiſt. gentis Anglor. cap.* 16. *Fertur Caradocus Lancaruanenſis Vitam ſcripſiſſe ſenioris alicuius Gildæ, quem* Albanium *vocat, multoq; antiquiorem fuiſſe contendit eo quem iam retulimus* XXX *annis ante S. Brigidæ mortem natum. At qui huius Vitam centum ferè & quadraginta ante Caradocum annis compoſuit monachus Ruitienſis, vnicum agnouit Gildam. Cui nos quoque ſubſcripſimus, donec librum Caradoci videre contingat; ſententiam ingenuè mutaturi, ſi conſtiterit duos extitiſſe Gildas Britannicos: quod quidem congeſta à Colgano argumenta, pleraque ex Vſſerio, non euincunt. Sunt verò iſta: Gildam appellari à recentioribus quibuſdam ſcriptoribus, S. Patricij diſcipulum; quod in noſtrum quadrare non poßit, natum ipſo anno quo deceſſit Patricius, aut etiam ſeriùs, ſecundo ſtatui ab Alberto Magno de Morlaix, in hiſtoriâ Sanctorum Britanniæ Armoricæ, æqualem S. VVinvvaloei, ſiue VVinvvaloci, qui circa annum* CDLX *floruerit.* 3. *veniſſe in Gallias regnante Childerico, qui anno* CDLXXX *deceſsit.* 4. Patrem *reuerentiæ gratiâ appellari à Brigidâ.* 5 *Tintinnabulum à ſe fuſum detuliſſe ad Anaſtaſium*

quæ ſeniorem alium Albaniũ extitiſſe ſuadẽt argumenta,

B *Papam, qui an.* CDXCVIII *deceſsit, cùm vix quinquennis eſſet Gildas alter.* 6 *S. Cadoci æqualem fuiſſe, ac ſub eo ſcholas rexiſſe anno* CDLXIII. 7. *Veniſſe ex Hibernià cùm frater eius Huelus ab Arturo Rege eſſet occiſus anno* DVIII. *nec de iunore illo Gilda accipi id poſſe.* 8. *Rexiſſe ſcholas Armachæ in Hibernià, & quidem anno* CDXCVIII. 9. *Prædixiſſe S. Dauidis Epiſcopi Meneuenſis ſanctitatem, priuſquàm is ederetur in lucem: atqui floruiſſe Dauidem viuente etiamnum Patricio.* 10 *Et in VVallià operam dediſſe S. Finianum Cluainerardenſem Epiſcopum, qui annos* XXX *extra Hiberniam peregrinatus, celeberrimam deinde ſcholam aperuit, quam plurimi Sanctorum Hibernicorum frequentarunt.* 11. *Acta vtriuſque diſcrepare.* 12. *dies vnum iuxta Glaſtoniam obiiſſe, in Gallià alterum.*

97 *Non eſt animus, ſingula curatiùs expendere ac refutare: neque intereſt, vtrius donum fuerit nola illa ad Brigidam miſſa. Tamen quòd alibi videri nobis diximus, vnicum fuiſſe Gildam, qui iſtis* Albanius *quiq; Badonicus, ceterus* Sapiens *appellatur, udeò non apparet cur mutare opinionem debeamus, vt etiam non parùm ea confirmetur. Dicatur enim ſanè S. Patricij diſcipulus, qui in Ire, ſiue Hibernià, Diuinas litteras didicit, traditamq; à Patricio inſtitutionẽ hauſit. Nonne SS. Auguſtini ac Thomæ Diſcipuli vocantur, qui ſe eorum ſectari tuerit q; doctrinam profitentur, præſertim ſi idem quoque ceperint vitæ inſtitutum? Nam quòd Albertus ſeniorem Gildam velit, eumq; gente Hibernum, Ruitienſe monaſterium condidiſſe anno* CCCXCIX, *dein* CCCCV *Grallonis Regis exequiis interfuiſſe cum S. VVinvvaloeo, iam Abbatem, anteà Regis Cancellarium; neque ſatis probatur, & Gildam fateri oporteret* CLX *minimùm annos vixiſſe. De S. VVinvvaloeo ad* III *Martij quæremus. Neque incuria monachi Ruitienſis, ſcribentis ſub* Childerico Merouæi filio *veniſſe Gildam in Gallias, Colgano ſuffragatur, ſi, vt Albertus auctor eſt, etiam ſenioris Theodoſij ætate apud Conanum Armoricæ Regem agebat. Vnde verò accepit Colganus Anaſtaſio II. Papæ tintinnabulum à Gilda donatum?* Alexandro *habet S. Cadoci Vita* XXIV *Ianuarij, & S. Gildæ apud Capgrauium. Cùm ergo nullus aliquot ante ac poſt Gildam ſeculo* Alexander *Romæ ſederit: ipſeq; mendosè expreſſum eſſe nomen Pontificis fateatur Colganus; etſi fortaßis primam ſolùm litteram efformatam fuiſſe concedamus, vnde librarius* Alexandrum *fecerit; vnde tamen conſtat;* Anaſtaſium *potiùs reſtituendum, quàm* Agapetum, *qui Gildæ noſtri vixit ætate? Cadocum anno* DLXX *deceßiſſe ſcribit Harpsfeldius, ipſeq; id ſibi magis perſuaderi ait Colganus, quàm quod alij tradidêre,* CDXCI *vel* D. *ſupparem igitur Gildæ noſtro fatetur.*

refelluntur:

98 *Qui ab Arturo interfectus Huelus Rex, non ille ſenioris alicuius fuit Gildæ frater; vt ex ipſiſmet Caradoci verbis, ab Vſſerio relatis, perſpicuè colligi poteſt. Ita ergo ſcribit:* Contemporaneus Gildas vir ſanctiſſimus fuit Arturij Regis totius maioris Britanniæ, quem diligendum diligebat, cui ſemper cupiebat obedire. Confratres tamen XXIII reſiſtebant Regi rebelli prædicto, nolentes pati Dominum; ſed crebrò fugabant & expellebant aſſaltu & bello. Huel maior natu, belliger aſſiduus, & miles famoſiſſimus, nulli Regi obediuit, nec etiam Arturio. Affligebat eumdem, commouebat inter vtrumque maximum furorem: à Scotiâ veniebat ſæpiſſimè, incendia ponebat, prędas ducebat cum victoriâ ac laude. Vnde Rex vniuerſalis Britanniæ, audiens magnanimum iuuenem talia feciſſe, & æqualia facere, perſecutus eſt victorioſiſſimum iuuenem, & optimum (vt aiebant & ſperabant indigenæ) futurum Regem. In perſecutione autem hoſtili, & in conuentu bellico, in inſulâ Mynau interficit inimicum prædatorem. Poſt illam interfectionẽ Arturus victor remeauit, gaudens maximè quòd ſuperauerat ſuum fortiſſimum hoſtem. *Hîc habemus Huelum, ſiue Hoelem, aut Hovvelum, fuiſſe Gildá ſeniorem, & adhuc iuuenem occiſum ab Arturo. Iam ſiue anno* DXVI *regnum capeßiuit Arturus, ſiue* DVIII, *quî cogitari poteſt, quod illi volunt, natum Gildam anno* CCCCXXVII, *& fratrem eius natu maiorem, octoginta annis pòſt* iuuenem *adhuc, &* optimum futurum (*vt ſperabatur*) Regem, *ab Arturo interfectum?*

Avcto-RE I. B. D *frater eius Hovvelus ab Arturo R. occijus:*

99 *Omnia in Gildam noſtrum aptè conueniunt. Natus anno* CDXCIII, *litteras in Britanniâ didicit: cùm* XIII *aut* XIV *eſſet annorum, in Galliam profectus eſt: vnde ſeptennio pòſt reuerſus, docuit annis aliquot in Britanniâ: dein Hiberniam petiit, ac variorum Doctorum ſcholas obiuit: atque ipſo tempore, quo cum Arturo bellum Hovvelus gerebat, (quæ fortaßis illi è Britanniâ excedendi occaſio fuit) in metropoli Armacanâ docendi munus cum laude ſuſtinebat. Teſtatur ipſe Caradocus apud Vſſerium:* Gildas Britonum hiſtoriographus tunc (*cùm Hovvelus interfectus eſt*) remanens in Hiberniâ, ſtudium regens & prædicans in ciuitate Armachâ, audiuit fratrem ſuum ab Arturo Rege interfectum. *Reuerſus in Britanniam, Regiq; conciliatus, anno vno apud S. Cadocum docuit; ac ſacerdotio, ſiue iſthic, ſiue anteà in Hibernià, initiatus, Euangelium latè per Britanniam prædicauit, ingenti animarum fructu. Hoc autem tempore miſiſſe ad eum, iam* XXVII *aut* XXVIII *natum annos Brigidæ videtur.*

vbi ſtudierit ac docuerit Gildas?

100 *Audiuit eum in Britanniâ docentem ſiue poſt reditum è Galliâ, circiter annum Chriſti.* DXIV, *ſeu potiùs cùm poſt Hovveli cædem reuertiſſet ex Hibernià, S. Finianus, qui* XXX *natus annos ex Hibernià diſceſſit, ac* XXX *aliis peregrè exactis, ad ſuos rediit, ſcholamq; Cluainerardæ in Mediâ aperuit: ac tanta extitit eruditionis eius fama, vt vndique ad eum audiendum monachi, Sacerdotes, Epiſcopi confluerent. Viuebat adhuc S. Finianus anno* DLXV, *cùm ex Hibernià S. Columba, ſiue Columkillus diſceſſit, vt rectè animaduertit Colganus: quare nihil neceſſe eſt antiquiorem aliquem Gildam comminiſci, cùm eius, qui anno* CDXCIII *natus eſt, ipſe auditor eſſe potuerit. Acta demum Gildæ vtriuſque non ita diuerſa ſunt, quin vni conuenire, vt iam oſtenſum eſt, omnia poſſint. Nam quòd iuxta Glaſtoniam dicitur ſenior obiiſſe, id propter reliquias eò allatas fortaſſe creditum, vt de S. Brigidâ anteà diximus. An S. Dauidis necdum nati ſanctitatem prædixerit Gildas, diſquiremus ad* I *Martij, vbi illius Vitam dabimus, in quâ ſolùm dicitur vates ille fuiſſe* vir ſanctus, verbum Dei populo proponens. *Sed & de ipſius ætate Dauidis iſthic agendum, qui S. Cadoci conſobrinus fuiſſe memoratur, ac Brochmaëlis, vltra annum* DC. *adhuc ſuperſtitis.*

eius auditor S. Finianus.

101 *Hactenùs de S. Gilda, miſſoq; ad S. Brigidam tintinnabulo. Alto obſequij genere huius memoriam, iam cælo receptæ, honorauit S. Finianus monachus Rheinouienſis, vt in eius Vitâ* XV *Nouembris refertur:* In feſtiuitate S. Brigidæ Virginis non modicam pauperum turbam, vt ſibi moris erat, collegit: carnem totam, quam habuit, iuxta numerum aggregatorum in particulas incidi præcepit. Hoc autem facto, ecce tanti pauperes, vt ederent, improuiſi venerunt. Vir autem beatus in aduentu eorum Deo gratias egit: & particulas, quas ad numerum aggregatorum priùs parari iuſſit, in Dei largitate confiſus,

S. Finianus feſto S. Brigidæ carnem diſtribuit egenis,

AVCTORES I. B.

sus, qui quinque panibus quinque millia virorum exsatiauit, distribui fecit: sed licet numerus geminaretur egenorum, & nihil de carnibus vel ab illo vel à quoquam alio adderetur; vnicuique tamen sua particula ex eadem carunculâ inueniebatur.

diuinitus multiplicatam.

A

§ XIII *S. Brigidæ in varios Sanctos beneficia.*

102 *Deinceps quæ ipsa Sancta aliis beneficia impendit Brigida, ab Actorum eius scriptoribus omissa, exequemur. Ac primùm S. Tigernaco procuratum baptisma ita in huius Vitâ refertur: Cormocus, vir nobilis, è Lagenià oriundus, ex filia Echadi Regis, cui militabat, filium susceperat:* quem mox pater in humero suo ferens ad patriam suam velociter intendit adire. Cumque ciuitatem B. Brigidæ pater cum infantulo ingrederetur, antequàm ad eius aspectum attingerent, mox eos beata Virgo, Spiritu reuelante, intellexit, & familiæ suæ intimauit, dicens: Modò ad nos hospites aduenient honorabiles, quos hilariter suscipere debemus. Ipsa verò Virgo sancta eis obuians, in sinum suum puerum amplectens, S. Collaidum Episcopum baptizare fecit. Cui Virgo beata nomen imponens, dixit: Mukorum Regum nepos est, Tygernacus vocetur. Quo peracto ad patriam pater cum puero perrexit, ibique eum nutriendo diligenter educauit.

S. Brigida S. Tigernacum absentem agnoscit,

dein per S. Conlaidū baptizari curat,

B

103 *Paullò deinde inferiùs:* Fundato igitur monasterio, reclusique in eo Fratribus, ad Matrem spiritualem, quæ eum olim de fonte baptismatis leuauit, videlicet Brigidam, Kildarensi monasterio iam tunc commorãtem, profectus est. Quæ mysticis commonita signis, ac Spiritu ei reuelante, quòd filius eius spiritualis pastorali dignus esset honore; conuocatis Episcopis eum ad pontificatus ordinem prouehi fecit. Tantumque à Clero Hibernensis Ecclesiæ, & à populo, præfatæ Virgini condonatum priuilegium, vt quemcumque ipsa ad ordinandum eligeret, omnibus vnanimiter eligeretur.

pòst Episcopum consecrari:

104 *Ex his corrigas licet quod Colganus append. 5 cap. 2 scribit, S. Conlaidum primùm anno* 500 *Episcopum Kildarien sem esse factum. Nam si ès, iam Episcopus, S. Tigernacum baptizauit, necesse est id ante annum* CCCCLXXX *contigisse, cùm an.* DVI *obierit S. Kertennus, siue Mac-Iartinus, Clochorensis in Tirconiâ prouinciâ Episcopus; cui S. Tigernacus successit, Sedemq; in Clunensi oppido posuit. Neque enim, opinor, minorem* XXVI *annis Episcopali dignitate ornatum fuisse concedet Colganus: non igitur post annum demum* D *baptismo lustratus est infans. quem tamen iam pontificio inauguratum visisse legitur S. Duachus, siue Dubtachus, Armacanus Archiepiscopus, quem Colganus anno* DXII, *Vsserius, ex veterum Annalium fide,* DXIV *vult decessisse. Vt nodum hunc solueret Colganus, dum quæ de S. Tigernaco narrauimus, ex nostro Salmanticensi codice recitat, consultò S. Conlaidi nomen dissimulauit;* ab Episcopo, *inquiens,* baptizari eum fecit. *at MS. habet:* ab Episcopo Conlatheo baptizari eum fecit. *Nos alio vsi exemplari sumus, in quo* Collaidus, *pro* Conlaido *scriptum erat.*

quando vtrumque contigerit?

C

105 *In Vitâ S. Finiani Cluanerardensis, quam dabimus* XXIII *Februarij, ista habentur de Brigidâ:* Posthæc autem venit S. Finianus ad Kyldare ad S. Brigidam; vbi aliquo spatio legendo & sermocinando laborauit. Acceptâ autem discedendi licentiâ, S. Brigida annulum aureum sibi obtulit: sed quia omnia despiciebat temporalia, annulum respuit. Tunc S. Brigida dixit: Paullò pòst erit tibi opus auro. S. Finianus respondit, & dixit: Deus meus, cùm voluerit, & quando opus fuerit, aurum de suo thesauro mihi dabit. Benedictione receptâ S. Finianus inde recessit. Posthæc S. Finianus venit ad locum, qui dicitur Fforthorcha Arbrecht; & cùm ibi in quodam fonte manus lauisset, annulum, quem ei S. Brigida apud Kildare obtulit, super palmam inue-

S. Finiano aurum offert,

prædicens fore vt egeat:

tunc recusatum

postea egēti celitus datur:

nit. Veniens autem ad eum Casyn filius Naiman, & seipsum & agros suos Finiano deuotione dedit: & de Rege ex eo vnciam auri exigente conquestus est coram S. Finiano. Annulus igitur prædictus, vnciam põderans æquam, Regi datus est pro terra: & sic tota terra illa liberè S. Finiano remansit. *Qui hîc* Casyn filius Naiman, *in MS. Salmanticensi* Cassanus, filius Nemain, *appellatur: testaturq; Colganus Sanctis adscribi in Martyrologijs ad 1 Martij, quo tamen die eum omisit. Qua porrò hîc memorantur, gesta esse videntur, priusquàm in Britanniam abiret Finianus; vnde non nisi post Brigidæ mortem reuertit, iuxta ea quæ superiori § dicta sunt. Nisi fortassis, quod in 1 Vitâ cap 17 num.* 105 *& in 4 lib. 2. num.* 69 *transmissum simili modo S. Hinnæ Virgini aurum dicitur, ad Finnianum perperàm translatum, aut ad illam quod huic contigerat.*

D

106 *Alium salubri consilio adiutum à S. Brigidâ narrat ex Cataldi cuiusdam Hagiologio Colganus append. 2. num.* 46. Erat quidam monachus Fermorensis; B. Brigidæ familiaris; qui hospitij caussâ aliquando ad monasterium sanctæ Virginis declinauit. Ad illum autem tunc mensæ accumbentem pulsato ostio Brigida ingressa, ait: Habesne, Frater, synedrũ, siue Cõfessarium? Et cùm ille respondisset se habere, illa subiunxit: Nunc ergo ora pro eo. Quare hoc? inquit Frater. Interiit, inquit Brigida; & cùm tu ad dimidiam circiter refectionis partem peruenires, ego aduerti ipsum occubuisse. Quomodò hoc? inquit monachus. Respondit Brigida: Quando mediam refectionem absolueras, vidite tamquàm acephalum, sumptumque cibũ per tuũ tamquàm decollati hominis guttur in ventrem descendisse: quia a puncto horæ, quo Confessarius occubuit, corpus tuum sine capite tamquàm truncus apparuit. Vnde non pergas quidquam ampliùs degustare, antequàm nouum assumas synedrum: quia cadauer absque illo capite est homo absque Confessario, seu Patre spirituali.

absentia per visum mirabile cognoscit

E

suadet eligendum Confessarium:

107 S. Aidano, *siue* Medoco, *cuius Vitam dedimus* XXXI *Ianuarij, successit anno Christi* DCXXXII, *vt Vvareus & Vsserius scribunt,* S. Molingus. *Eius Vitam dabimus* XVII *Iunij, in quâ narratur à Regibus Nepotum Neyl varia suis gentilibus Lagenensibus impetrasse, ac multa adisse discrimina, quibus est mirabiliter ereptus. Huc spectat fortassis, quod ex aliâ eius Vitâ refert Colganus append. 2 numer. 22 hisce verbis:* Et hoc iciens sanctus senior Moling indicauit socijs, vt velociùs viam irent orantes Dominum. Et ipse incepit sanctum carmen Scoticâ linguâ, in quo multos Sanctos orando & laudando nominauit, incipiens à virginitate, & finiens in eadem, id est, faciens in primo memoriam beatissimæ Virginis Brigidæ, & memoriam Dei genitricis Mariæ in postremo: & cùm finiret Sanctus canticum suum, ferè ipse cum suis sociis captus est à persequentibus. Desperantes iam comites, S. Molingi de incolumitate corporum suorum, ipse verò confidens in Christo, lucida nebula à Deo de cælo inter inimicos & Sanctum cecidit: & ampliùs nullo potuerunt modo videre vel persequi Sanctum Dei: & sic sanctus Antistes Molingus cum socijs de regione Nepotum Neill euasit. Illud scilicet canticum S. Molingi semper honorificè in Hibernià habetur, quod cantant boni homines iter aggredientes: & per gratiam S. Molingi, ceterorumque Sanctorum, quorũ in illo memoria canitur, à diuersis periculis omnipotens Deus liberat illos.

S. Molingo in periculo adest inuocato.

S. Molingi canticum profausto itinere.

108 *Aliud* S. Brigida, *cum* S. Aidano, *beneficium celitus infirmo cuidam contulit, quod ita in citatâ S. Aidani Vitâ narratur:* Fuit quidam homo infirmus annis triginta in finibus Aquilonalium Lagenensium, nomine Finanus: hic in visione in festivitate S. Maedoc vidit coetum mirabilem de cœlo descendentem ad ciuitatem S. Moedoc Fearna; in quo erat senex sanctus pulcherrimus facie, in clericali habitu, & clarissima Virgo palliata cum eo; & ipsi sibi invicem dabãt honorem, quasi seruus

S. Finano apparet cũ S. Aidano, & mortem prædicunt.

A ſeruus Domino. Ille vir interrogauit eos, qui eſſent? Reſpondit Clericus ei: Iſta eſt beatiſſima Virgo Brigida, Domina Hiberniæ: ego autem ſum ſeruus Chriſti Mædoc. Feſtum iam meum craſtinâ die celebratur, & feſtum huius Virginis beatiſſimæ poſt cras colitur. Iam verò venimus, vt benedicamus loca noſtra, & eos qui ſuis donis & oblationibus honorificant diem exitus noſtri. Tu verò lætus, & paratus eſto; quia craſtinâ die migrabis ad cælum. Surgens ille homo de extaſi, aſcendit currum, & exiuit ad ciuitatem beatæ Virginis Brigidæ, nomine Killdara, poſitam in campo Liffe in terrâ Laginenſium, narrans omnibus viſionem ſuam. Et ſicut prædictum eſt ei, die tertio feliciter poſt victoriam infirmitatis ad cælum migrauit. *Hunc* S. Finanum, *cognomento* Lobhar, *id eſt*, Leproſum, *ſcribit Colganus, non* I *aut* II *Februarij, quo obiit, ſed* XVI *die Martij coli.*

§ XIV *Miracula ſuſpectæ fidei, S. Brigidæ adſcripta.*

109 *Nonnulla quoque S. Brigidæ adſcribuntur, quæ non ſatis cum illius ætate congruere videntur.* S. Aidus,
B Bricci *filius, memoratur ei familiaris, ac tamen iunior extitiſſe* S. Canico, *qui Brigidam numquàm vidit, quadriennio poſt eius mortem natus. Aidus enim, vt in eius Vitâ dicitur*, in domo matris ſuæ alitus in terrâ Mumunenſium puerulus; denique adhuc iuuenis factus, gregem porcorum in ſiluis quærens, S. Brandanum Birræ inuenit in aliquo loco ſcribentem Euangelium, & S. Kennechum ſuperuenientem. Loquentes autem & ſalutantes Sancti inuicem, viderunt puerum proximantem. Quem vt vidit Brandanus, ſurrexit obuiàm ei, & cum gaudio magno ſuſcepit eum. Kennechus autem accuſabat Sanctum Dei, in aduentu parui reſurgere *&c. Et clariùs in Vitâ* S. Aidi *ex codice Kilkennienſi Colganus* XXVIII *Februarij*: Quodam die ambulans beatus puer Ædus ſolus in eremo, inuenit in quadam cellulâ ſecretâ & remotâ inſulâ duos ſanctos ſeniores Abbates, S. Brandanum Birræ & Cainnicum legentes Euangelium. *ac deinde*: Sanctus autem Cainnicus increpauit B. Brandanum, eò quòd in aduentum pueri ignoti ſurrexit.

S. Aidus iunior S. Canico, nato an. 527.

110 *Poſteà tamen, quaſi iam Epiſcopus fuiſſet viuente Brigidâ, iſta narrantur*: Et ideò, vt periti dicunt, quicumque dolore capitis vexatur, inuocato nomine S. Aidi ſanatur. Nam S. Brigida cùm grauiſſimo dolore capitis laboraret, inuocans nomen S. Aidi Epiſcopi, ſtatim
C ſanata eſt à dolore capitis vſque in diem mortis ſuæ, ſicut illa dicere ſolebat: Inuocatio nominis S. Aidi à grauiſſimis capitis mei doloribus ſanauit me. *Idem recitat Colganus ex codice Iniſenſi, ſiue Inſulæ Sanctorum: quod tamen ad* XXVIII *Februarij ſatetur* plus examinationis poſtulare. *In eâ autem Vitâ, quam iſthic edidit ex codice Kilkennienſi, ſolùm dicitur*: Quædam ſancta Virgo, habens nimium dolorem in capite, inuocauit nomen S. Aidi poſita longè ab eo, & illicò ſana facta eſt à dolore capitis vſque ad mortem ſuam.

fingitur S. Brigidam dolore capitis liberaſſe;

111 *In eadem, quæ penes nos eſt, MS. Vitâ iſta habentur*: Alio autem tempore S. Aidus perrexit ad S. Brigidam, & dixit ad eam: Ego non habeo Euangelium, numquid potes illud præſtare? Quæ reſpondit: Non eſt hoc facile mihi. Tunc S. Brigida ſurgens extendit manus ſuas in oratione: & orantes ſimul vnanimiter, dimiſſum eſt Euangelium in ſinum S. Brigidæ; & dedit illud in ſinum S. Aidi Epiſcopi, gratias agentes Deo, & laudantes & benedicentes Dominum. *Alia fortaſſis iunior Brigida fuerit.*

liẽ Euangelium ab eâ acceptſſe, cælitus obtentum.

112 *Nec maiorem apud nos obtinet fidem, quod ex* S. Brandani Cluanfertenſis *Vitâ narrat Colganus, mirabile ſanè, ac portentis quæ in ſeptenni nauigatione vidiſſe memoratur, haud diſsimile. Erat is S. Brandano Birrano, de quo anteà egimus, aliquantò iunior, vt ex huius Vitâ patet, vbi iſta habentur*: Tunc iunior Brandanus dixit ad ſeniorem de Birrâ. *Vſſerius ſcribit Birranum anno* DLXXI *obiiſſe, alterum* DLXXVII, *vel ſummùm* DLXXXIII. *Ad hunc certè quidem annum pertigiſſe debuit, ſi, quod in eius nauigationis hiſtoriâ refertur, monachum in remotâ inſulâ reperit, qui iſthuc à S. Patricij deceſſu profectus,* XC *ibidem annos exegerat. Sed quod ait Vſſerius Brandanum* XCIII *annorum tunc fuiſſe, vnde conſequens eſſet anno* CDXC *in lucem prodiiſſe, haud ſatis nobis probatur. Nam in quartâ S. Patricij Vitâ apud Colganum iſta habentur cap.* 79. Beatus autem Apoſtolus Patricius inter cetera dona plenus Spiritu prophethiæ erat: & prophetauit de Sanctis, qui in illis regionibus poſt eius obitum forent; & nomina eorum, & tempora in quibus naſcituri eſſent, reuelauit: ſicut de S. Senano, qui poſt XL annos natus eſt, & de S. Brendano, qui CXX anno poſt beati viri obitum, oriundus fuit; *&c. Idem de Brendano refertur in opere tripartito, par.* 3 *cap.* 47. *Sed manifeſtum eſt, mendum irrepſiſſe in numeros; alioquin natus demum fuiſſet anno* DCXIII. *Colganus reſtituendum putat* XII anno ante beati viri obitum, *id eſt* CDLXXXI. *At diſertè ſcribitur*, qui poſt eius obitum forent. S. Senanus *quidem in Vitâ* I *S. Brigidæ dicitur eâ ſuperſtite ſanctitatis opinione floruiſſe: quod haud vſquequaque certum eſt, vt ad cap.* 17 *Vitæ illius notabimus; quod enim iſthic ad eum miſiſſe munus dicitur Brigida, id in* Senani *Vitâ alteri Brigidæ de familiâ Mac-Tailidarum tribuitur. At* S. Brandanus *fortaſſis* XXX
E *anno poſt S. Patricij obitum, ipſo nempe quo & Brigida deceſſit, natus eſt: facilè enim* X *in* C *deformatur. Quid ſi* C *illud incuriâ librarij additum, ſolumq; anteà* XX *ſcriptum fuit? In Vitâ certè quidem* S. Columkilli, *veniſſe ad eum dicuntur* quatuor monaſteriorum Sancti fundatores de Scotiâ Congellus, Cannecus, Brendanus, Cormacus: *atqui Cannecus, ſiue Canicus, anno* DXXVII, *Congallus* DXVI *natus dicitur, vti ad eorum Vitas* XI *Octobr. &* X *Maij referemus: fueruntq; ambo S. Columbæ æquales & amici. Cùm ergo Brandanus cum iis connumeretur, & quidem tertio loco, an veriſimile eſt tantò prouectiorem vtroque extitiſſe?*

AVCTORE I. B.

natus poſt S. Patricij mortem,

fortè 513.

æqualis SS. Cõgalli & Columbæ:

113 *Vtcumque tamen illa ſe habeant, ea promamus quæ de Brigidâ narrantur in S. Brandani Vitâ apud Colganum append.* 2 *ad S. Brigidæ Vitam nu.* 18. Quodam die cùm eſſet Sanctus ſenior ſuper mare, vidit duas belluas aliquando bellantes, aliquando verò veloci curſu natantes. Sed vna bello mirabili perſequebatur alteram: & bellua quæ erat fugitiua, cùm eſſet penè capta & ſuperata, è regione S. Brendano humanâ voce dixit: Commendo me in defenſionem S. Patricij Archiepiſcopi Scotorum. Altera ſimiliter humanâ voce dixit: Defenſio eius in nullo te iuuabit modò. Fugitiua dixit ei: Commendo me in defenſionem S. Brendani præſentis modò. Perſecutrix dixit: Defenſio verè Brendani nihil tibi proderit. Iterum fugitiua dixit: Commendo me in defenſionem ſanctiſſimæ Virginis Brigidæ. Tunc perſecutrix illicò reuerſa eſt, dicens: Ampliùs non audeo te perſequi, quia te commendaſti in defenſionem S. Brigidæ. Poſteà illa miſera euaſit incolumis. Sanctus autem Brendanus laudem S. Brigidæ fecit, dans gloriam Deo. Et peruenens ad Hiberniam, exiuit ad S. Brigidam; narranſque ei de ſuprà dictis belluis, interrogauit illam, & dixit: Quid timent te, Virgo Dei, belluæ marinæ, pluſquàm alios Sanctos? Virgo Dei reſpondit illi: Quomodò eſt frequentia intentionis tuæ ad Deum? Ait S. Brendanus: In ſeptimo greſſu meo, quando minus ſit, cogito Deum: aliquando verò longo interuallo nihil aliud cogito niſi Deum. Dixit ei S. Brigida: Ergo aliquando terrena cogitas, aliquando Deum. Ego autem verè à quo die poſui in Deum mentem meam, numquàm reflexi eam in terrena. Quantò iam homo intendit in Deum, & amat eum, tantò timent hominem animalia. Et ædificatus S. Brendanus in hâc ſententiâ beatiſſimæ Virginis Brigidæ, benedictioneque datâ ad inuicem, iuit in viam ſuam.

dicitur audiſſe belluam voce humanâ implorantem S. Brigidæ auxilium,

F *aliamq; acquieſcẽtem,*

quia Sancta ſemper de Deo cogitabat:

114 *Verùm quale illud eſt, belluas non ſolùm humanâ voce loqui, ſed ipſum agnoſcere Brandanum, abſentemq; Brigidam*

S. Brãdanus quãdo obierit?

AVCTORE I. B.

dam, & pridem vitâ functum Patriciumi Sed demus, etsi tanti miraculi cauſſa appareat nulla, Deum tamen, qui aſinæ loquelâ olim Balaamum commonuit, eadem ratione voluiſſe hîc Brandanum erudire; aut certè per ſomnium viſumve imaginarium aliquod, illi iſtud eſſe obiectum; at qui potuit Sanctus Senior *appellari, qui Brigidâ móriente, vel* XIII *dumtaxat, vt vero propius remur, vel* XXXIII, *vel demum ex Colgani mente* XLII *erat annorum? At tota ea narratio ex earum eſt genere, quæ plurimæ in Sanctorum Hibernicorum Actis, incertâ famâ poſteritatis, ab nimiùm credulis rudibuſq; ſcriptoribus, in monumenta litterarum relatæ habentur. Audierat quis, vel feras Brigidæ imperio manſuefactas, ad eamq; velut ſupplices confugiſſe. vel belluinæ ſæuitiæ homines opem illius implorata ſenſiſſe; quæ certum eſt euenisſe: inde commenitus eſt, veras belluas eius auxilium verbis expetiſſe, eoq; eſſe ſeruatas. Quod tamen additur, propterea ei etiam belluas fuiſſe ſubiectas, quia aſſiduè mentem habuerit in Dei contemplatione amoréque defixam; & ipſius pietati, & infinitæ Dei erga Sanctos ſuo caritati munificentiæq; conſentaneum eſt.*

quatenùs id probabile?

§ XV *Lectiones de S. Brigidâ, ex veteri Breuiario Aberdonenſi, an.* MDIX *excuſo.*

B S. Brigidæ parentes:

I S. Brigida, quam Deus præſciuit ad ſuam imaginem & prædeſtinauit, de bonâ ac prudentiſſimâ proſapiâ Scoticâ orta, patre Dubthaco, & matre Broccâ genita; à pueritiâ ſuâ bonarum rerum ſtudiis inoleuit. Electa enim à Deo puella, moribus ſobrietatis ac prudentiæ plena, in meliora ſemper creſcebat. Tranſimilla à matre, vt de lacte vaccarum, ſicut aliæ fœminæ, butyrum congregaret, totum pauperibus erogauit: & cùm ceteræ fructum vaccarum collectum reddidiſſent, ipſa flammâ Dei accenſa, ad Dominum ſe conuertit: Deus autem pro ſuâ Virgine butyrum reſtituit affluenter. Denique cùm parentes eius eam deſponſare volebant, ipſa caſtitatem elegit; & coram ſanctiſſimo Epiſcopo votum emittens, fundamen ligneũ, quo altare fulciebatur, manu tetigit: quod lignum ad commemorationem priſtinæ Virginis vſque ad præſens tempus viride, ac ſi non eſſet reciſum & decorticatum, ſed in radicibus fixum, vireſcit, & languidos curat vſque in hodiernum diem.

eleemoſyna diuinitus compenſata:

caſtitas frondente ligno aridò teſtata;

II S. Brigida Virgo religioſa, videns ſibi inſtare tempus deſponſationis, Dominum rogauit, vt aliquam deformitatem ſibi immitteret, & vt ſaltem hoc modo procorum inſtantiam vitaret. Tunc vnus oculus eius crepuit, & liquefactus eſt in capite ſuo. Accepto ergo

oculi ia cturâ ſeruata:

C ſacro velamine, Brigida cum aliis virginibus ſacris velatis & Deo deuotis, in oppido Medi extitit; vbi Dominus eius oratione plurima dignatus eſt facere miracula. Hoſpitem quemdam, Marcum nomine, ſanauit. Decem & octo Eccleſiis de vno modio cereuiſiam à Cœnâ Domini vſque ad finem Paſchæ ſufficienter miniſtrauit. Leproſæ cuidam petenti lac, cùm non haberet, aquam frigidam porrexit; ſed in lac aqua conuerſa eſt: eâque hauſtâ puella ſanata eſt. Deinde leproſum curauit, duos cæcos illuminauit. Contigit vt cauſsâ cogente iter faciens, in vadum laberetur: & fracto capite ſanguis emanauit, quo mulieres duæ murę linitæ vocem receperunt. Poſt hoc vas pretioſum Regis à manu ruſtici lapſum diſſiluit: &, ne ruſticus damnaretur, à Brigidâ integrum reſtiturum eſt. Cumque mulier leproſa quædam poma negaret, Brigidæ precibus pomarium funditus exaruit, & poma nouiter intus relicta penitùs euanuerunt. Hinc iter faciens in curru, vidit pauperem quemdam cum familiâ ſuâ multo ſudore ligna ferentem; & miſerta dedit illi equos ſuos, & illa cum puellis ſuis iuxta viam conſedit; & ait: Fodire ſub ceſpite propinquo, vt aqua prorumpat propter peregrinantes. Mox ceſpite eiecto fons proſiliens emanauit. Hoc facto Dux inde tranſiens Brigidæ duos equos dedit.

miracula plurima:

fons elicitus:

III Appropinquante die Paſchæ dixit Brigida puellis ſuis: Quæ lauabit infirmas noſtras ſorores? Cumque illæ, vtpote iuuenculæ, omnes recuſarent; Brigida intrauit, manu illas lauans, & ab infirmitate ſanauit, quarum vna paralytica erat, alia dæmoniaca, alia leproſa. D. *infirmæ lauando ſanatæ:*

IV In domo quadam alienâ S. Brigidâ manente, caſu contigit vt omnes exirent: & venerunt quidam petentes panem, & Brigida circumſpiciens dixit puero propè cubanti paralytico & muto, quod tam è ipſa ignorabat: Puer, ſcis vbi ſit clauis? Et reſpondit: Scio. Dixit ei Brigida: Surge, & miniſtra illis. & factum eſt ita. In domo vnâ duodecim infirmos curauit. *paralyticus ac mutus curatus:*

V In concilio magno mulier quædam vni Epiſcopo crimen ſui partus impoſuit: cui cùm B. Brigida os ligno Crucis ſignaſſet, illa intumuit à vertice capitis vſque ad plantam pedis, nec tamen veritatem confeſſa eſt. Dixit Brigida: Dic infantule, quis eſt pater tuus? Et ille reſpondit: Epiſcopus pater meus non eſt, ſed quidam in extremâ parte Concilij vilimus & turpis & vilis. In diebus illis venit ad S. Brigidam quædam Virgo quærens eleemoſynam ab illâ; cui Brigida: Accipe vaccam, & abduc. Cui illa reſpondit: Vacca mihi nihil prodeſt; venient latrones & auferent eam mihi. Brigida dixit: Accipe cingulum, & eo aquâ intincto ſpargens lauabis infirmos. Quo accepto abiit, & ab infirmis ſanatis lucra multa contraxit; & pauperibus Chriſti diſtribuit. *calumnia ab innocẽte depulſa:*

cingulo eius facta miracula:

E

VI In tempore famis Brigida perrexit ad Epiſcopum Iborum, vt ab eo peteret fruges. Ille tempore Quadrageſimę, cùm alium non haberet panem, durum lapidem cum lardo propoſuit; & illa cum Epiſcopo comedit. Duæ autem illius puellæ nolentes carnes comedere, abſconderunt. Sed illæ verſæ ſunt in ſerpentes duos. Vnde grauiter à Brigidâ coram Epiſcopo increpatæ ſunt. Tunc eis pœnitentibus, illis orantibus, ſerpentes ſunt mutati in panem. Poſt multa talia admiranda Brigida migrauit ad Dominum. *inobedientia diuinitus caſtigata.*

VITA I S. BRIGIDÆ

AVCTORE ANONYMO,

ex MS. Eccleſiæ S. Audomari, & aliis.

CAPVT I.

S. Brigidæ genus, natiuitas, infantia, præſagia ſanctitatis.

Vir quidam vir nobilis, Laginenſis genere, Dubtachus, qui emit ancillam nomine a Broerſech. Hæc erat formoſâ formâ, & moribus bonis, & bonâ ſeruitute. Concupiuit autem illam dominus ſuus Dubtachus, & dormiuit cum eâ: quæ concepit ab eo in vtero. Hoc autem ſciens propria vxor Dubtachi, contriſtata eſt valdè; & dixit viro ſuo: Eiice & vende ancillam iſtam; ne progenies ipſius meam progeniem ſuperet. Sed vir nolebat vendere ancillam, valdè amans eam: in omnibus enim moribus perfecta erat. *a S. Brigidâ ſeruâ matre, hæra exoſâ,*

2 Quâdam autem die ſederunt ambo in curru, vir ille & ancilla, & exierunt ſecùs domum cuiuſdam magi. Audiens autem magus ſonitum currus, dixit ſeruis ſuis: Videte, quis ſedeat in curru: currus enim ſub Rege ſonat. Tunc ſerui dixerunt: Neminem cernimus niſi Dubtachum in curru. Magus dixit: Vocate illum ad me. Vocatoque eo, magus ait: Mulier, quæ poſt tergum tuum ſeder in curru, an habet conceptum in vtero? Dubtachus reſpondens ait: Habet. Magus dixit: O mu- *(ſanctitate eius prædictâ à mago,*

A O mulier, de quo viro concepisti? Illa respondit: De domino meo Dubtacho. Qui ait: Hanc ergo mulierem valdè custodi; mirabilis enim erit conceptus illius. Dubtachus respondit: Compellit me vxor mea, vt hanc famulam vendam; timet enim semen illius. Magus dixit: Vxoris tuæ semen semini famulæ seruiet vsque in finem seculi. Ad ancillam verò magus dixit: Constans esto animo, quia nullus tibi poterit nocere: gratia enim infantulæ liberâbit te. Claram namque filiam paries, quæ sicut sol in vertice cæli, lucebit in mundo. Dubtachus dixit: Deo gratias ago, quia huc vsque filiam non habui, sed filios tantùm. Reuersi sunt ergo Dubtachus & ancilla eius in domum suam. Dubtachus verò plus dilexit ancillam suam post sermones magi. Tunc vxor irata cum fratribus suis, vrgebat valdè Dubtachum, vt venderet ancillam in regione longinquâ.

3 In illis autem diebus, Deo instigante, duo sancti Episcopi, ex Britanniâ venientes, intrauerunt in domum Dubtachi, quorum alter vocabatur *b* Mel & alter Melchu. Dixitque Mel ad vxorem Dubtachi: Quare tristis es? famulæ tuæ partus præcellet te & semen tuum. Sed tamen illam ancillam sicut filios tuos ama, quia progenies illius tuo semini multùm proficiet. Cùm ergo vxor perduraret in furore; venit quidam B *c d* magus *d* de nepotibus Neil, Deo inspiratus, & emit ancillam Dubtachi: sed tamè ille non vēdidit partum, quem habebat illa in vtero. Perrexit ergo magus cum ancillâ ad suam regionem: & in illâ nocte in quâ intrauit in domum suam, venit quidam hospes sanctus vir, orans Deum per totam noctem, videbatque sæpè in nocte globum igneum in loco in quo ancilla dormiebat; & hoc manè Poëtæ narrauit.

4 Quidam autem die magus ille *e* Regem suum & Reginam inuitauit ad cœnam, sed Regina illa erat vicina partui: Tunc amici & serui Regis interrogabant eumdem magum, quando oporteret Reginam prolem parere. Magus dixit: Si die crastino, orto sole nasceretur, neminem in terris haberet æqualem. Sed Regina ante horam genuit filium. Manè autem facto, & orto sole, venit ancilla magi ad domum, portans vas plenum lacte nuper emulso: & cùm posuisset vnum pedem trans limen domus, & alterum pedem foris, cecidit super limen sedens, & genuit filiam. Sic enim prædixit propheta, quòd nec in domo nec extra domum ista ancilla pareret: & de lacte illo calido, quod portabat, corpus infantis mundatum est.

5 Post hæc autem ille magus cum ancillâ perrexit ad regionem *f* Connacthorum & habitauit ibi, quia de Connacthis erat mater illius magi, pater verò de *g* Muminensibus. Quadam autem die exiit ancilla ista ad C mulgendas vaccas procul, & reliquit filiam suam solam dormientem in domo. Tunc domus illa accensa igne apparebat: & cucurrerunt omnes; vt extinguerent ignem, & cùm appropinquassent domui, ignis non apparuit: & viderunt puellam lætantem in domo, pulchrâ facie & genis rubicundis; & dixerunt omnes: Hæc puella plena est Spiritu sancto. Die autem quadam, magus & ancilla & ceteri cum eis sederunt in loco quodam, & subitò viderunt pannum contingentem caput puellæ flammæ incendio ardere, & porrigentibus illis manus suas velociter, ignem non viderunt.

6 Die quoque quadam idem magus dormiens vidit duos *h* Clericos, vestibus albis indutos, effundere oleum super caput puellæ, ordinem baptismi complentes consueto more. Vnus autem ex illis dixit: Hanc virginem vocate Brigidam. Nocte quadam hic magus erat vigilans suo more, astraque cæli considerans, & per omnem noctem vidit columnam ignis ardentem, consurgentem ex domunculâ; in quâ ancilla cum filiâ suâ dormiebat: & vocauit ad se aliquem virum, qui & ipse similiter vidit.

7 Quadam autem die audita est vox infantis orantis Deum, & expandentis manus ad cælum; salutauitque eam vir vnus, & illa respondit: Meum erit hoc; meum erit hoc. Audiens ille dixit: Verè prophetia est, quâ respondit infans, quia hæc loca illius erunt in æternum. Quod posteà completum est: nam *i* parochia magna est hodie S. Brigidæ in illis regionibus. Hoc autem audientes habitatores regionis illius, congregauerunt se ad magum illum, dicentes illi: Tu mane nobiscum, puella verò, quæ prophetat quòd regiones nostræ illius erunt; recedat à nobis. Magus respondit: Ancillam meam cum filiâ non relinquam, sed potiùs terram vestram deseram. Tunc magus cum *k* suis omnibus perrexit ad patriam suam, quæ est in regionibus Muminensium, vbi habebat hæreditatem patris sui.

8 Sancta autem puella cibos fastidiebat magi, atque vomebat quotidie. Hæc magus considerans scrutabatur causam nauseæ, eamque inueniens dixit: Immundus ego sum, puella autem ista plena est Spiritu sancto; cibum autem meum non capit. Deinde elegit vaccam albam, & destinauit eam puellæ; quam mulgebat aliqua fæmina Christiana, Virgo valdè religiosa, & bibebat puella lac illius vaccæ, sanoque ventre E non vomebat illud: & illa fæmina Christiana nutriebat puellam.

a *MS. Audomar.* Brostech *Ratisp.* Brosech *Cæsariæ insul.* Broeseech, *alij* Brosoach, Brotseach, Brocseach: *& hoc Colgano Not. 8 ad 4 Vitam magus probatur.: idemq; Append. 4 cap. 2 de eius familiâ agit.*

b *De vtroque hoc sancto Antistite agemus 6 Febr.*

c *Idem hìc infrà, & in alijs MSS* Poëta *appellatur.*

d *Colganus Not. 5 ex Hibernicâ Vitâ ait, magum hunc venisse* de regione Hi-mac-cuais in Mediâ, loco qui Tocharmaine dicitur: *ab eo autem venditam Brotsecam mago alteri Vltonienſi.*

e *Regem* Conalliæ Muithemne *in Vltoniâ, fuisse ait idem Colganus.*

f *MS. Ratisp.* Connactorum.

g *Ita MS. Ratisp. at Colg.* Mumunienſibus. *MS. Aud.* Mugineſibus.

h *In Vitâ è MS. VVardæi disertè dicuntur fuisse Angeli. Negat ab iis baptizatam Colganus, sed baptismum solùm in somnio præostensum, nomenq; quod impone ei deberet, indicatum.*

i *Colganus Not. 8 scribit in diœcesi Alfinnensi, in Connactiâ, olim amplum & opulentum monasterium ordinis S. Brigidæ fuisse.*

k *MS. Ratisp.* cum filiis omnibus.

CAPVT II

S. Brigidæ mirifica in pauperes liberalitas. obtenta matri libertas.

9 CVm autem creuisset puella sancta, ministrabat F in domo, & quodcumque manus eius tetigisset, vel oculus vidisset de cibis, ampliùs crescebat. Post hæc intrauit in cor eius cogitatio, vt rediret. Hoc autem sciens magus, misit nuntios ad patrem illius, vt dicerent ei: Accipe filiam tuam liberam. Tunc ille gauisus est valdè, & venit ad domum magi, & duxit inde filiam suam, & secuta est eam nutrix sua Christiana.

10 Nutrix autem eius dolens misit S. Brigidam & aliam puellam cum eâ ad domum cuiusdam viri, vt postularent potum cereuisiæ ægrotanti; & nihil inde sumentes, ad propriam domum reuersæ sunt. Tunc S. Brigida declinauit ad puteum, & impleuit vasculum suum aquâ, & facta est cereuisia optima: & cùm gustasset nutrix sua, surrexit sana.

11 Non multo pòst tempore quidam hospes venerabilis venit ad domum patris sui; cui pater disposuit carnem coquere, & dedit filiæ suæ quinque particulas ad coquendas eas. Ille autem egressus est foras, & hospes intus dormiebat. Tunc venit auidus canis in domum, & Brigida dedit ei particulam vnam, & iterum veniens dedit ei alteram. Et hoc hospes videbat, sed tacebat. Illa verò putabat illum dormire. Posteà venit pater

Auctore Anonymo. ex MSS.

D infans orat. & prophetat: i ideò pellitur è Connactiâ: k

cibos magi fastidiens,

à piâ Virgine, vaccæ lacte nutritur.

hero matru famulatur, cum eius quæstu: redit ad patrem:

nutricem aquâ in cereuisiam versâ sanat:

carnis particulas dat cani,

& S. Mel Ep.

b

ac globo igneo præostensâ)

e

nascitur, supra limē domus:

f

g

futura eius magnitudinis præsagiū,

visa arde re domus,

& tegmen capitu:

h

baptismus & nomen in visione indicata;

columna ignis supra domum:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

pater eius in domum, & quinque particulas integras inuenit. Hoſpes autem narrauit ei quæ vidit. Et dixerunt ad inuicem: Indigni ſumus, vt hunc cibum manducemus, ſed melius eſt vt detur pauperibus.

12 Religioſa quædam vidua, in proximo vico habitans, poſtulauit à patre eius, vt S. Brigida ſecum exiret ad ſynodum, *a* quæ collecta fuerat in Campo Liffi; & à patre permittitur. At illæ egreſſæ ſunt viã. Tunc vir quidam *b* ſanctus in ſynodo, dormiens vidit viſionem, & ſurgens ait: Vidi Mariam & quemdam virum ſtantem cum eâ, qui ait mihi: Hæc eſt Sancta Maria, quæ habitat inter vos. Et cùm hæc vir ſanctus narraſſet in ſynodo, ſtatim ſuperuenit vidua cum S. Brigidâ. Tunc Sanctus dixit: Hæc eſt Maria, quam vidi; quia formam illius manifeſtè cognoſco. Tunc omnes glorificauerunt eam quaſi in typo Mariæ.

13 Poſt hæc exijt S. Brigida, vt viſitaret matrem ſuam, quam reliquit ſupradicto mago. Sed mater eius in illo tempore ſeparata procul à domo magi erat, & duodecim vaccę cum illâ ad colligendum butyrum. Et poſtquàm venit S. Brigida ad matrem ſuam, diſtribuit butyrum quotidie pauperibus & hoſpitibus, & diuidebat butyrum in XII partes, quaſi XII Apoſtolis; & vna fiebat maior pars, quam Chriſto illa dedit, dicens: Omnis hoſpes Chriſtus eſt. Alio die venit magus, & vxor eius, habentes vas magnum, vt impleretur butyro. Videns autem S. Brigida vas magnum, confuſa eſt verecundiæ rubore facies eius. Non enim habebat butyrum, niſi menſuram diei vnius, & menſuræ ſemis alterius. Quibus domum ingreſſis læto animo miniſtrabat Virgo, & pedes eorum lauabat, cibumque apponens largiter refecit eos. Poſt hæc ingreſſa in penus ſuum, adorauit Dominum, & protulit inde modicum butyri quod habuit. Videns hoc vxor magi, ſpreuit illud, ac ſubriſit, dicens: Parum eſt hoc, quod protuliſti. Virgo reſpondens ait: Implete vas, butyrum habebitis. Tunc per potentiam Dei de hoc modico butyro vas magnum impletum eſt. Cũ autem videret magus hoc miraculum, ad S. Brigidam dixit: Hoc vas plenum ignoto butyro tuum fiat, & XII vaccæ, quas mulſiſti, tuæ ſint. S. Brigida dixit: Tuæ vaccæ tecum ſint; matrem meam mihi liberam relinque. Magus ait: Ecce offero tibi butyrum, & vaccas, & matrem tuam. Tunc magus credidit Domino, & baptizatus eſt. Sancta verò Brigida omnia oblata ſibi à mago dedit pauperibus, & reuerſa eſt cum matre ad patrem ſuum.

14 Poſthæc cogitabat Dubtachus filiam ſuam vendere, quia multa furta faciebat: omnia enim quæ videbat, pauperibus occultè dabat. Quadam autem die aſſumpſit eam ſecũ in curru, vt irent ad *c* Regem. Cumque veniſſent ad aulam Regis, reliquit Dubtachus currum iuxta eam, & exiit ad Regem: venitque pauper ad S. Brigidam, & dedit illi gladium regalem patris ſui, quem dedit ei Rex. Tunc Dubtachus dixit ad Regem: Eme filiam meam, vt ſeruiat tibi. Rex reſpondit: Quâ cauſâ vendis eam? Dubtachus dixit: Quidquid inuenerint manus eius, furantur. Dixitque Rex: Illa veniat ad nos. Exijt autem Dubtachus ad eam, dicens: Vbi eſt gladius meus? Illa reſpondens dixit: Ego dedi illum Chriſto. Iratus eſt autem pater volens interficere Virginem. Rex verò ait ad eam: Cur dediſti gladium meum & patris tui pauperibus? Reſpondit illa: Si teipſum & illum Deus meus à me poſtulaſſet, ſi potuiſſem, vos, cum omnibus quæ habetis, darem illi. Tunc Rex ait: Iſta filia, vt video, Dubtache, *d* magna eſt ad emendum mihi, & maior eſt ad vendendum tibi. Tunc Rex tribuit Virgini alium gladiũ, vt daret eum patri ſuo. Reuerſus eſt ergo Dubtachus ad domum ſuam lætus cum filiâ ſuâ.

A
integro manente numero:
a adit ſynodum,
b vbi ſancto viro oſtenſa in viſo vt S. Maria:
matrem viſit:
dat butyrũ pauperibus, velut Chriſto & Apoſtolis:
B
aliis miniſtrat:
modico butyri magnum vas implet;
ſicq; mago conuerſo, matri libertatem impetrat:
C
quidquid poteſt dat pauperibus,
c
etiam gladium patris
volentis eã vendere:
Rex mirifico eius aſp phthegmate delectatus,
d
alium ei donat.

a *MS. Aud.* qui collectus. *Sic & alij rudioris ætui Scriptores.*
b *Colganus Not. 9. ait fuiſſe S.* Ibarum *ſiue* Hibarum *Ep. qui in inſulâ* Beg-Eryn, *id eſt, paruâ Hibernià, habitauit, colitur 23 April,*
c Dunlangium *Regem Lagenia, fuiſſe ait Colganus.*
d *MS. Ratiſb. & Colg.* maior eſt.

D

CAPVT III

Virginitas Deo deuota, velo accepto. variæ rerum metamorphoſes.

15 NOn longo pòſt tempore venit quidam *a* vir honorabilis ad Dubtachum, vt peteret filiam ſuam in coniugem: & hoc placuit patri & fratribus. Brigida verò reſpuebat eum. Cumque grauiter compellerent eam, vt viro iungeretur, rogauit Dominum vt aliquam deformitatem ſuper corpus ſuum daret; vt ceſſarent homines eam quærere. Tunc vnus oculus illius crepuit, & liquefactus eſt in capite ſuo. Illa autem magis elegit oculum perdere corporalem, quàm animæ, & plus amauit pulchritudinem animæ; quàm corporis. Hoc autem videns pater eius, permiſit eam velatam eſſe: & oculo reſtituto ſanata eſt accepto velamine.

16 Sancta ergo Brigida acceptis ſecum *b* tribus puellis, perrexit ad fines Nepotum Neil, ad duos Epiſcopos, Mel & Melchu, qui diſcipuli S. Patricij fuerũt, & in oppidis *c* Medi illi habitauerunt: & habebant quemdam diſcipulum, nomine *d* Maccalle, qui dixit ad Mel: Ecce Virgines ſanctæ foris ſunt, quæ volunt velamen virginitatis de manu tuâ accipere. Tunc introduxit eas ante Epiſcopum; intuenſque illas Epiſcopus Mel, ſubitò apparuit columna ignis de vertice Brigidæ. Lectis ergo orationibus, Brigida capite ſubmiſſo pedem altaris ligneum manu ſuâ tenuit, & ab hac horâ pes ille viridis ſine vllâ putredine, & ſine defectu, manet in æternum: oculuſque eius ſanatus eſt, dum velamen acciperet. Aliæ verò octo Virgines acceperunt velamen ſimul cum S. Brigidâ: & illæ Virgines cum ſuis parentibus ad Brigidam dixerunt: Noli nos relinquere, ſed mane nobiſcum: & locum habitandi in his regionibus accipe. Tunc manſit cum illis S. Brigida.

17 Quadam autem die venerunt ad Brigidam cũ puellis ſuis tres viri religioſi & peregrini, & illa refecit eos cibo & cocto lardo. Illi autem viri comedentes cibum, abſconderunt tres partes, nolentes lardum cõedere. Craſtino autem die ſalutans eos Brigida dixit illis: Videte qualem cibum habetis remanentem. Qui cùm adſpexiſſent, viderunt has tres partes lardi, quòd tres panes eſſent. Altero autem die duo ex his viris exierunt ad opus *e* neceſſarium, tertius verò iunior in domo remanſit. Quem cùm vidiſſet S. Brigida dixit ei: Cur cum fratribus tuis non exiſti ad operandum? Ille reſpondit: Quia vnam manum non habeo. Videns autem Brigida manum eius, quia mancus erat, ſanauit eum: & ſtatim exijt poſt comites ſuos ad operandum.

18 Cùm autem dies Paſchæ appropinquaret, voluit S. Brigida cœnam facere omnibus Eccleſiis, quæ circa ſe in circuitu oppidorum Medi fuerant. Illa tamen materiam cœnæ non habuit, niſi vnum modium *f* tantùm, quia penuria panis illis temporibus in illâ regione erat. Fecit autem cereuiſiam de illo modio in duabus peluibus: alia enim vaſa non habebat. Diuiſa eſt ergo illa cereuiſia per modios, & portata eſt à Brigidâ decem & octo Eccleſiis, quæ in circuitu eius erant; & de his in Cœnâ Domini & in Paſcha, & in ſeptimanâ vſque ad clauſulam Paſchæ ſufficienter omnibus abundauit.

19 In eodem Paſchâ ad S. Brigidam quidam leproſus venit, poſtulans ab eâ quamdam vaccam. Illa autem vaccam non habens, dixit ei: Vis vt rogemus Deum, vt à leprâ tuâ ſanus fias? Ille reſpondit: Hoc mihi

columnã ignis ſuper caput eius apparens;
tactu lignũ ſemper viride reddit:
velum accipit ab Ep.
oculum recipit:
occulta cognoſcit:
lardum in panes mutat:
e
mancum ſanat:
f
coquit cereuiſia perparum, quod plurimus ſufficit:
ſanat leproſum, aquâ benedictâ aſperſum;

A mihi omnibus donis melius eſt. Tunc S.Brigida benedixit aquam, & aſperſit corpus leproſi; & ſanatus eſt,gratias agens Deo,& manſit apud Brigidam vſque ad mortem ſuam.

item ægrã, aquâ in lac mutatâ;

20 Aliâ autem die vna de puellis S.Brigidæ dolore ægrotabat,grauiterque dolens puſillum calidi lactis poſtulauit;ſed nulla vacca apud eos erat.Hoc audiens S.Brigida,ad alteram puellam dixit: Imple phialam aquâ frigidâ, & da ægrotanti bibere. Et cùm hoc feciſſet,factũ eſt vaſculum plenum lacte calido, quaſi in illâ horâ emulſum fuiſſet. Cùm ergo bibiſſet infirma,ſanata eſt.

duas paralyticas, aquâ & ſale benedictis;

21 Duæ Virgines de genere S.Brigidæ, quæ paralyticæ erant,& in proximo habitabant loco, miſerunt ad eam,vt veniens curaret eas. Exiit ergo ad eas, & benedixit ſalem & aquam : quæ ſumentes ſanatæ ſunt.

leproſum, & duos cæcos, aquâ benedictâ:

22 Duo denique Brittones cęci cum miniſtro leproſo,qui eis ducatum præbebat,venerunt ad Sanctã crebrò nominatam Brigidam; & ſteterunt ad ianuas eccleſiæ, in quâ illa erat, quærentes ab eâ ſanitatem. Quæ dixit eis: Expectate paulliſper,intrateque hoſpitale, & comedite, & nos precabimur pro ſalute veſtrâ.Illi autem indignati dixerunt: Infirmos generis
B tui ſanas, nos autem quaſi aduenas negligis pro Chriſto curare.Tunc illa accepto opprobrio exiit ad eos de eccleſiâ portans ſecum benedictam aquam: de quâ vt eos aſperſit, continuò mundatus eſt leproſus, & illuminati ſunt cæci, laudantes Deum & gratias agentes.

abſens invocantes ſe iuuat:

23 Quadam verò die venit quædam mulier,vaccam portans in oblationem Brigidæ: ſed vitulus eius errans in ſiluâ denſiſſimâ remanſit;vnde non poterant vaccam minare ſine eo. Tunc vnâ voce clamauerunt dicentes : O Brigida adiuua nos. Et ſtatim facta eſt vacca mitis, & ſanâ mente,rectoque itinere pergebat vſque ad Brigidam. Tunc dixit illis:Nolite ſolliciti eſſe de vitulo;aduenier enim poſt matrem ſuam, ſequens veſtigia illius.

aquam in optimam cereuiſiam conuertit:

24 Aliâ autem die, poſtquàm conſummata eſt ſeptimana Paſchæ, dixit S.Brigida puellis ſuis; Si deficit cereuiſia, quam parauimus ſolemnitati Paſchæ? Sollicita enim ſum de Epiſcopo noſtro Mel,& de hoſpitibus Chriſti.Reſponderunt puellæ dicentes:Deus mittet.Et cùm hæc dixiſſent,venerunt in domũ puellæ vas aquâ plenum in humeris portantes; & dederunt illud Brigidæ,vt benediceret ſolito more. At verò Brigida putans quod cereuiſia eſſet in vaſe,ait:Deo
C gratias agimus, qui dedit cereuiſiam iſtam Epiſcopo noſtro. & ſic conuerſa eſt aqua illa in cereuiſiam, ad inſtar vini optimi facta fuit ſtatim.

a *Hunc quidam,teſte Colgano,volunt fuiſſe* Dubtachum *Lugarij filium,celebrem poëtam,qui ſolus cum* S.Erco *in aulâ Leogarij Regis S. Patricio aſſurrexit, & baptiſmum periit Id ſi verum eſt, debuit admodùm ætate fuiſſe prouectus cùm Brigidam in coniugem expetijt ; cum tamen Chilienus cap.1 nu.9 huius proeum* iuuenem *fuiſſe dicat*, qui iure parentum vnica cura fuit.

b *Chilienus num.12 dicit* ſeptem *fuiſſe.*

c *MS. Aud.* Midi.

d *MS. Aud.* Macca. *vide Not.9 ad c.1 Vitæ per Cogitoſum.*

e *Colg.* manuum.

f *Addit Capgr.* braſij. *Eſt* braſium, *hordeum vel triticum, aut ſpelta, aquâ primùm macerata, dein exſiccata, tum commolita; vnde cereuiſia coquitur. Vide Voſſium de vitijs ſermonis lib.2 cap.3.*

CAPVT IV

S. Brigidæ miraculoſa curatio, & aliorum per eam.

laborat oculis:

25 EOdem tempore S. Brigida dolore oculorum cruciabatur.Hoc audiens Epiſcopus Mel, miſit ad eam, vt veniret ad ſe,quatenùs ambo ad quærendum med cum pergerent, qui curaret eam. Cui Brigida dixit : Corporalem medicinam quærere nolo; ſed tamen quod tu vis faciemus.Factum eſt autem,dũ Epiſcopus Mel & Brigida iter agerent ad quærendum medicum, cecidit S.Brigida de curru ſuo in vado cuiuſdam fluminis, & vulneratum eſt caput eius lapide, & ſanguis vehementer fluebat;de quo, mixto cum aquâ, ſanatæ ſunt duæ mulieres mutæ, & ſolutæ ſunt linguæ earum. Accidit autẽ poſt hęc, vt ille *a* medicus, quem quærebant,occurreret eis in viâ. Qui cùm manu tetigiſſet caput Virginis,dixit : O Virgo, medicus caput tuum ſanauit, qui multò melior me eſt. Nullum locum inuenit,ex quo effunderet ſanguinem. Illum medicum ſemper quære, qui poteſt morbum ex te repellere. Tunc Epiſcopus ad eam dixit : Nequaquàm iterum ego hortabor te,medicum quærere corporalem.

AVCTORE ANONYMO EX MSS.

D *de curru cadens læditur.*

eius ſanguine duæ mutæ curatæ:

à diuinitus ſanatur:

26 Poſt hæc autem Epiſcopi ſancti Mel & Melchu cum S. Brigidâ perrexerunt in campum *b* Tehtfe,quia illi Epiſcopi *c* monaſterium grande ibi habuerunt.Cumq; Sancta cum ſuis ibidem moraretur,quadam die Rex Tehtfe haud procul ab eis fuit in con-
E uiuio,& ruſticus quidam acceſſit, vt tolleret de menſâ Regis vas quoddam pretioſum facturæ mirabilis, & materiæ pretioſæ: & hoc vas apud veteres vocabatur Septiformis calix. Illud autem vas cecidit de manu ruſtici, & confractum eſt. Tunc iratus Rex iuſſit eum alligari, vt occideretur. Hoc audiens Epiſcopus Mel,perrexit vt rogaret pro miſero. Sed Rex non dimiſit eum.Tunc Mel portans fragmenta vaſis confracti,venit ad S.Brigidam; & illa rogauit Deum, & reſtauratum eſt vas,& redintegratum eſt, & miſer liberatus eſt.Fama verò S. Brigidæ totam regionem illam impleuit.

b

c

vas fractũ precibus redintegrat:

27 Erat autem in illâ regione quædam Virgo ſancta, *d* Brigida nomine,quæ miſit ad S.Brigidam,vt ad domum eius veniret.Tunc Brigida perrexit ad domũ illius,& illa ſuſcepit eam cum gaudio magno, & lauit pedes eius; & de illo lauacro pedum eius ſanata eſt quædam Virgo,quæ in domo iacebat ægrotãs,& ſtatim ſurrexit,& miniſtrabat cum ceteris.Et cùm appoſitus eſſet cibus, cœpit S. Brigida diligenter menſam intueri. Tunc Virgo ſancta Brigida ad Brigidam dixit: Dæmonem ſedentem in menſâ *e* veſtrâ aſpicio. Dixitque Brigida : Si poſſibile eſt, volo videre illum. Reſpondit S.Brigida : Non illud eſt impoſſibile, ſed priùs ſignentur oculi tui,vt poſſis ſuſtinere, ac faciem
F eius aſpicere. Signatiſque oculis,vidit inimicum tetrâ & nigrâ figurâ,capite ingenti, & per omnes fores eius flamma & fumus exhalabat. Tunc S. Brigida dixit ad eum:Loquere nobis dęmon. At ille reſpondit dicens: O ſancta Virgo, *f* non poſſum tibi loqui,nec tua præcepta contemnere, quia tu præcepta Dei non contemnis,& pauperibus eius & minimis affabilis es.Dixitque Brigida: Quâ cauſſâ huc veniſti? Dæmon reſpondit: Apud Virginem hîc habito,& cauſsâ pigritudinis eius locum in eâ habeo: *g* venienteque Virgine huc vt benediceretur,remanſi hîc.Tunc vocata eſt ad eas illa Virgo,& ſignauit Brigida oculos eius, & vidit horridum monſtrum;& illa timuit & tremuit.Dixitque ad eam Brigida:Vide quem nutrire ſolebas multis annis. Et ex illo die liberata eſt illa Virgo à dæmone.

d

quâ aquâ loti eius pedes, ægra ſanatur:

videt dæmonem,

e

atque alteri, ſignatis eius oculis, oſtendit;

f

item q; alteri, à quâ per pigritiã is fouebatur:

g

28 Quadam autem die in campo Tehtfe quędam mulier munuſculum pomorum attulit S.Brigidæ:& in eadem horâ,priuſquàm mulier de domo exiret,venerunt leproſi poſtulantes ea. Tunc Brigida dixit: Diuidite illis hæc poma. Hoc audiens illa,rapuit ad ſe ſua poma,dicens: Tibi & tuis Virginibus hæc poma attuli,non leproſis.Hoc diſplicuit S.Brigidæ,& dixit: Malè agis prohibens eleemoſynam dare: idcircò ligna tua fructum non habebunt in æternum. Tunc illa foras egreſſa conſpexit hortum ſuum, & nullum pomum inuenit,

arbores maledicẽs, ſteriles reddit:

AVCTORE ANONYMO, ex MSS.

inuenit, quem in eadem horâ plenum pomis reliquerat, & ſterilis in æternum permanſit.

29 Alio autem tempore S. Brigida iter per campum agebat Tethbe, ſedens in curru. Tunc illa vidit quemdam maritum cum ſuâ vxore, & totâ familiâ, & cùm multis pecoribus, laborantes & portantes onera grauia; qui in ardore ſolis laſſi fuerunt. Tunc miſerta illorum dedit eis equos currus ſui ad onera portanda. Illa autem remanſit iuxta viam ſedés cum puellis ſuis; dixitque illis Brigida: Fodite ſub ceſpite propinquo, vt erumpat aqua foras; veniunt enim alij, qui habent eſcas, & ſine potu ſitiunt. Tunc foderunt, & erupit fluuius. Poſt paullulum autem per eamdem viam venit alius Dux cum multâ turbâ peditum & equitum: & ille audiens, quòd S. Brigida de equis fecit, obtulit duos equos ei indomitos: ſed ſtatim domiti facti ſunt, quaſi ſemper eſſent ſub curru. Poſt hoc venerunt per eamdem viam diſcipuli & familia S. Patricij Epiſcopi, dixeruntque ad Brigidam: Nos in viâ laboramus, cibum habemus, ſed potus nobis deeſt. Tunc comites Brigidæ dixerunt: Nos vobis præparauimus potum, fluminis aquam. Prædixit enim S. Brigida vos eſſe venturos. Tunc omnes comederunt & biberunt, in commune gratias Deo agentes, & Brigidam glorificantes.

equos iis egenti donat:

abſentia cognouit:

riuum elicit:

equos indomitos ſibi ductos, illicò ciures reddit:

30 Duo leproſi viri ſecuti ſunt S. Brigidam euntem cum turbâ multâ: quos illa, vt ſolita erat, benignè ſuſcepit. Rixabantur verò miſeri, & ſe inuicem percutiebant. Manus illius, qui priùs percutiebat proximum, incuruata non potuit iterum erigi. Alterius quoque dextera ad percutiendum ſurſum erecta, recuruari in ſinum nō potuit. Rigauerunt igitur manus miſerorum manentes immobiles, donec S. Brigida aduenit. Tunc illi leproſi pœnitentiam egerunt, ſanauitque Brigida manus eorum.

manus, qua rixantibus obrigauerant, ſanat:

h currui ſuo ægrum imponit, & ſanat:

31 Alio quoque tempore currus S. Brigidæ *h* eductus eſt, vt in eo vir infirmus veheretur, qui in extremo vitæ confinio anhelabat. Cumque in curru S. Brigidæ portaretur, venerunt veſpere ad locum vbi Sancta fuit. Et in illâ nocte meliùs habuit infirmus, & in craſtino die benedicens Deum, ambulauit. Succurrentes venerunt leproſi, poſtulantes illum currum. Et datus eſt eis cum equis ſuis.

currum & equos dat leproſis:

32 S. Brigida rogata ad aliam Eccleſiam in regione Tethbe exijt, vt ibi celebraret diem Paſchæ. At verò Domina Eccleſiæ illius puellis ſuis in die Cœnæ Domini dixit: Quæ ex vobis lauacrum hodie faciet ſenibus & infirmis noſtris? Et omnes iuuenculæ nolentes excuſauerunt. Tunc S. Brigida dixit: Volo vt ego miſeras & infirmas abluam. Erant autem in vnâ domo quatuor egrotæ, vna paralytica quæ iacebat immobilis, alia verò energumena dæmone plena, tertia cæca, quarta leproſa. Tunc Brigida priùs cœpit lauare paralyticam, & illa ait: O Brigida, roga Chriſtum vt ſanet me: & orauit Brigida, & ſtatim illa ſanata eſt.

paralyticã lauans ſanat:

33 Alia quoque Eccleſia in eadem regione rogauit S. Brigidam, vt ibi maneret aliquibus diebus. Sed caſu accidit, vt omnes familiæ exirent, remanſitque Brigida cum ſolo puero muto & paralytico. Neſciebat verò Brigida, quòd mutus ille & paralyticus eſſet. Et in eadem horâ venerunt laici quærentes cibum: dixitque Brigida ad puerum iacentem: Noſti vbi eſt clauis coquinæ? Ille dixit: Scio. Brigida dixit: Surge, & da mihi eam. Tunc ſurrexit, & dedit ei clauem, & ille miniſtrabat cum eâ cibum hoſpitibus illis. Aduenit familia & mirabatur puerum loquentem & ambulãtem: & narrauit quomodò ſanatus eſt. Tunc omnes gratias Deo egerunt.

mutum & paralyticũ curat:

a *Dunalmenſis cap.* 12. *num.* 74 *ait* Epiſcopum *fuiſſe*, nomine Eth, *qui* genera morborum, & remedia curationum, doctrinâ ſimul & exercitatione callebat. *Superiùs oſtendimus, non fuiſſe* S. Aidum, *ſiue* Ædum, *Bricci filium; etſi is ad dolorem capitis pellendum inuocetur.*

b *Colg. ex MS. Rat.* Thebe, *notatq; eam regionem, quæ olim* Theffa, *nunc* Angaliam *dicti &* Longfordiam, *confinem Media occidentali ad Arctum, Sinanno amne irriguam.*

c Hoc monaſterium erat Ardachadh, quod poſteà in Sedem epiſcopalem euectum eſt. *ſta Colgan.*

d *MS. Rat.* Brig. *Colg.* Briga. *& dubitat num ea ſit* Briga Mater ancillarum Chriſti in prouinciâ Lageniâ, *quæ 9 Martij in campo Liffe haud procul Kildariâ colitur; an* Brigida de Kilbrige *in dioceſi Liſmorenſi, cuius etiam extet prope Kildariam eccleſia: hanc ait* 21 *Ianuarij in Calendario Caſſolenſi memorari. At neutro die* Brigæ Brigidæue *ipſe tomo* 2 *meminit. Notat alibi* Brig *virtutem Hibernicè ſignificare, vnde & Brigida videtur ductum nomen.*

e *Colg. ex MS. Rat.* noſtrâ.

f *Colg.* Non poſſum non tibi loqui.

g *Colg. & MS. Rat.* Sed te huc veniente, vt benediceretur.

h *MS. Audom.* conductus.

CAPVT V

Iter ad S. Patricium: ibi innocens defenſus, conuerſus Gentilis, adiuti alij.

34 TVnc ſancti Epiſcopi Mel & Melchu ad S. Brigidam dixerunt: Vis vt nobiſcum pergas in campum *a* Breg, ad S. Patricium ſalutandum? Brigida reſpondit: Ego volo ipſum alloqui, vt benedicat me. Tunc perrexerunt in viam ſancti Epiſcopi & Brigida. Subrogauit eos quidam Clericus, habens multam familiam, & vaccas, & currus, & onera multa, cùm irent in campum Breg: ſed nolebant Epiſcopi, ne tardaret iter eorum de multitudine pecorum eorum & onerum. Dixitque ad eos Brigida: Ite ante nos. Nam & ego remanebo, & compatiar iſtis. Tunc remanſit illa, & dixit familiæ: Cur non ponitis onera in carras? Illi aiũt: Quia frater noſter paralyticus & ſoror cæca in carris iacent ægroti. Nocte itaque veniente comederunt & dormierunt: ſola verò Brigida ieiunauit & vigilauit. Manè autem facto, effudit illa rorem matutinum ſuper pedes paralytici, & ſtatim ille ſanus ſurrexit, & cæca fœmina illuminata eſt. Tunc onera imponunt in carris, & iter cœptum agebant, gratias Deo agentes.

a it ad S. Patriciũ:

rogantibus ruſticis comitem ſe iungit,

cæcam, & paralyticũ, ieiunio, vigilia, precibus ſanat:

35 Cumque ambularent in viâ, viderunt quemdam plebeium, qui nimio labore ſolus mulgebat vaccas; dixitque Brigida: Interrogate eum, cur ſolus laborat ſine adiutore? Ille dixit: Quia tota familia mea in dolore eſt. In vnâ enim domo XII ægroti iacent. Tunc dixit Brigida puellis, vt cum eo mulgerent vaccas. Tunc plebeius rogauit vt prandium pro labore acciperent. At illæ acceperunt, & comederunt iuxta ripam cuiuſdam fluminis, præter ſolam Brigidam ieiunantem. Tunc S. Brigida benedixit aquam, & aſperſit domum plebeij, & ſanauit omnes ægrotos qui in eâ iacuerunt.

item ieiunio & aquâ benedictâ, 12 ægros:

36 Inde viâ rectâ venerunt ad locum, qui vocatur *b* Cultui, vbi ſanctus Epiſcopus cum multorum Epiſcoporum conuentu ſedebat; & in illo concilio maxima quæſtio fiebat. Quædam autem, quæ in peccatum cecidit, dicebat infantem, quem genuit, eſſe cuiuſdam Epiſcopi de diſcipulis S. Patricij, nomine *c* Broon; ille autem negabat. Tunc omnes in concilio audientes mirabilia & opera S. Brigidæ, dixerunt quòd hæc quæſtio per illam *d* ſanari poſſet. Adducta itaque eſt mulier cum ſuo infante in ſinu ad Brigidam extra concilium. Dixit autem Brigida ad illam: De quo concepiſti infantem hunc? Illa reſpondit: De Epiſcopo Broon: Brigida dixit: Non ſic exiſtimo. Tunc Brigida ad S. Patricium humilians dixit: Pater, tuum eſt hanc quæſtionem ſoluere. Patricius reſpondens ait: Mea filia cariſſima Brigida, tu reuelare digneris. Sancta itaque Brigida ſignans os illius fœminæ ſigno Crucis Chriſti, ſtatim intumuit totum caput eius cum linguâ; ſed nec illa pœnituit. Tunc Brigida linguam infantis benedixit, dicens ei: Quis eſt pater tuus? Ille reſpondit ambulans:

b

c

d mulierem crimen S. Brono Ep. imponentem, S. Patricio iubente, arguit,

lãs: Non eſt Episcopus Broon pater meus,ſed quidam homo,qui ſedet in parte concilij vltimus, ac turpis viliſque. Tunc omnes gratias egerunt Deo, & Brigida magnificata eſt:& mulier pœnitentiam egit.

Infante, abeâ ſignato, verum patrem prodente:

37 Die illâ veſperaſcente abierunt omnes huc illucque in villas;Brigida verò cum ſuis ad aquam perrexit. Tunc quidam plebeius inuitauit eam, dicens: Habeo domum nouam; volo vt cum tuis prima introëas in eam ad conſecrandam. Exiit S. Brigida cum eo,& miniſtrabat ei cum maximo gaudio, (ipſe enim vidit virtutem,quam illâ die Brigida in concilio fecit) & appoſuit cibum. Tunc S. Brigida puellis ſuis dixit: Oſtendit mihi Dominus,quòd iſte vir gentilis eſt. Reſponditque vna de comitibus ſuis dicens: Verum eſt quod dicis. Nam ille præ cunctis S.Patricio & ſuis diſcipulis valdè reſiſtit,& baptizari renuit. Tunc Brigida dixit ad eum:Non poſſumus cibos tuos comedere, niſi priùs baptizatus fueris. Tunc à Deo compunctus credidit cum domo ſuâ,& baptizatus eſt ab Epiſcopo Broon diſcipulo S.Patricij.

à quodam ſnuitata,

diuinitus agnoſcit eſſe Gentilẽ,

eumq; conuertit:

38 Sequenti autem die dixit Patricius ad Brigidã: Ex hac die non licet tibi ambulare ſine Sacerdote: auriga tuus ſemper tuus Sacerdos fiat. Ordinauit autem Sacerdotem, nomine *e* Natfrohic: & ipſe in totâ vitâ ſuâ auriga S. Brigidæ fuit. In illis diebus venit ad S. Brigidam quidam laicus,portans matrem ſuam paralyticam in humeris ſuis: & cùm ille peruenisſet ad locum,vbi erat Brigida in curru ſuo, depoſuit matrem ſuam in terram ſub vmbrâ S.Brigidæ. Et cùm illa tetigisſet vmbram, ſurrexit,dicens: Gratias ago Deo,quia quãdo tetigi vmbram tuam,O Sancta Dei,ſanata ſum ſtatim,nihil dolens.

eius auriga à S. Patricio ordinatur Sacerdos:

B

e

ipſa vmbrâ ſuâ paralyticam ſanat:

39 Cuius temporis interuallo venerunt ad S.Brigidam quidam viri, deducentes hominem dæmoniacum vinculis alligatum. Qui cùm cognouiſſet quòd ad Brigidam duceretur,cecidit in terram,dicens: Non me portabitis ad Brigidam.Dixeruntque ei:Numquid ſcis locum,in quo Brigida ſedet?Ille reſpondit:Scio,& ſtatim noui,& ad illam nõ ibo;dixitque illis proprium nomen loci, in quo Brigida fuerat; & non potuerunt illum mouere de terrâ. Tunc conſilio facto perrexerunt alij ex ipſis ad Brigidam,& rogauerũt eam vt veniret ad illum. Venitque Brigida cum eis. Et cùm vidiſſet dæmon Brigidam ad ſe de longè venientem, ab homine fugit:(dæmones enim quando S.Brigidam ad loca eorum venire aliunde videbant, timebant & fugiebant) & ſanus factus eſt ille homo, & gratias egit Deo.

energumenum adiens,eminùs dæmonem fugat:

C

a *Iocelinus in Vitâ S. Patricij* 17 *Martij*, campum Breagh *appellat*,ſpecioſum atque ſpatioſum. *Hibernicè* Mag-breagh. *abeat is non longè à Temoriâ regiâ vrbe; circa Boandum, ſiue Boinum amnem, qui infra Droghedam,ſiue Pontanam vrbem in mare influit. In 4 Vitâ mentio fit* campi Bregh in regione Midiæ: *qui idem,ni fallor.*

b *Colgan.* Tailten *vocat, ſitumq; ait in Boreali tractu Mediæ, olim publicis regni conuentibus celebrem.*

c *Colitur S.*Bronus *Ep.* 8 *Iunij,Colgano teſte.*

d *Colg.* finiti.

e *Alij.* Natfroich. *Colg.* Natftaich, *aitq; in Sanctos relatum coli* 11 *Decemb.*

CAPVT VI

Fiducia in Dei ope, vario euentu probata.

40 EOdem tempore hoſpitabatur S.Brigida in eccleſiâ S. *a* Laſtæ: quadam autem die ad veſperum venit S.Patricius cum turbâ magnâ vt hoſpitaretur in illâ Eccleſiâ. Tunc familia loci illius commota eſt, dixeruntque ad Brigidam:Quid faciemus, quia non habemus cibos ad tantam turbam? Dixitque ad eos S. Brigida: Quantum habetis?Qui dixerunt: Non habemus niſi XII panes, & modicum lactis, & vnam

a

ouem, quam coximus in eſcam tibi & tuis. Dixitque Brigida: Sufficienter hæc nobis plurimis erunt. Recitabuntur enim nobis ſanctæ Scripturæ, per quas carnales eſcas obliuiſcemur.Tunc ergo ex illo modico cibo comederunt duo populi ſimul, id eſt, Patricij & Brigidæ,& ſatiati ſunt:& dimiſerunt maiores reliquias quàm antè fuerunt materiæ, quæ S.Laſrea obtulit. Et poſteà obtulit Laſrea Sancta & ſuum locum S. Brigidæ in æternum.

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

D

paucis cibis plurimos ſatiat, ita vt multa ſupereſſent:

41 Ibidem quoque cùm S. Brigida hoſpitaretur, venit quidam maritus, rogans vt S.Brigida benediceret ei aquam, quâ conſpergeretur vxor ſua: ipſa enim vxor odiuit illum maritum. Tunc Brigida benedixit aquam, & aſperſa eſt domus illius, & cibus & potus, & lectulus de aquâ,vxore abſente, & ex illâ die dilexit maritum nimio amore,quamdiu vixit.

aquâ benedictâ cõiuges reconciliat:

42 In illis diebus venit ad S.Brigidã quædam Virgo Dei de nepotibus *b* Gais, quærens eleemoſynam ab omni domo. Dixitque ad eam Brigida: Sagum meum portabis vel vaccam ab aliquo mihi cõmodatam. Illa dixit:Non prodeſt mihi iſta recipere;venient enim latrones in viâ,& auferent ea ex me. Dixitque Brigida: Zonam meam portabis. Dixiſti enim mihi, multos morbos habere in regione veſtrâ,& per zonam meam intinctã in aquâ, in nomine Ieſu Chriſti ſanabis eos, & dabunt tibi victum & veſtimentum. Tulit ergo zonam,& primùm exijt ad alium puerum ægrum, quem dilexerunt parentes eius, & ſanauit eum. Et data ſunt ei veſtimenta bona. Et ſic faciebat per omnes annos vitæ ſuæ. Sanauit enim omnes languores, & accipiebat multa lucra,& de illis lucris emit agros, & diues effecta fuit, & pauperibus tribuit.

b

zonam donat mendicæ,

quâ illa morbos curat, & dimittit:

43 Ante diem cuiuſdam ſolennitatis venit ad S. Brigidam in *c* Cellâ Roboris vna diſcipularum eius, quam Brigida nutriuit,portans illi eleemoſynam. Cũque aſſignaſſet donum, dixit: Reuertar ad domum meam, vt veniant parentes orare tecum per noctem iſtam; ego autem remanebo ad cuſtodiendam domũ & pecora. Brigida dixit: Non ſic,ſed tu mane hîc,& parentes veniant huc: ſubſtantiam autem veſtram & domum Dominus ſeruabit. Veneruntque parentes,ſicut illa dixit, & ſimul omnes celebrauerunt feſtum apud S.Brigidam. Mediâ verò nocte fures venerunt ad domum eorum, ſcientes habitatores exiſſe ad S. Brigidam,& furati ſunt boues. Cumque veniſſent ad amnẽ Liffi, inuenerunt flumen repletum abundatiâ aquæ, & non potuerunt minare boues trans flumen. Cumque laborarent per maximam partem noctis, conſilio facto alligauerunt omnia veſtimenta ſua ſuper capita bouin,ſimiliter & arma ſua:& de medio flumine retro reuerſi ſunt, portantes ſpolia inimicorum ſuorum ſuper capita ſua, currenteſque per campum Liffi; & viri nudi poſt eos. Non ergo ad propriã domum reuerſi ſunt, ſed recto curſu ad ciuitatem Brigidę primo diluculo venerunt:& cognouerunt multi illos boues,& fures. Tunc fures dederunt laudem Deo, & pœnitentiam egerunt apud S.Brigidam in ſuâ ciuitate. Plebeius verò exultans cum bobus ſuis ad domum ſuam exiit,& Deo gratias egit.

c

Orationi vacanti bona ſpondet à Deo cuſtoditum iri,

iiſq; mirabiliter ſeruari boues ſuos impetrat,

F

confuſis furibus:

44 Alia quoque puella ante cuiuſdam feſti diem, pari cùm eleemoſynâ ad S. Brigidam venit, & accepto munere eius dixit:Vadam ad domum meam,quia non reliqui in eâ niſi nutritorem noſtrum, qui eſt ſenex valdè & paralyticus, & non eſt qui mulgeat vaccas vel domum cuſtodiat.S.Brigida dixit: Mane hîc hac nocte; Deus cuſtodiat domum tuam,& vaccæ inmulſæ fiant. Tunc illa manſit,& craſtinâ die,ſumptâ Euchariſtiâ rediit,vaccaſque & vitulos ſeparatim in agris comedentes ſanâ mente & ſine tædio inuenit, ſenemque vidit ſine ſomno,qui hucuſque non vidit noctem, nec dormiuit,nec interuallum temporis ſenſit, ac ſi in illâ horâ ab eo puella exîſſet.

alterius domum & vaccas diuinitus ita cuſtodiri obtinet:

45 In illo tempore S.Brigida cœnam magnam fe-

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

cit in honorem ſolemnitatis Domini; ſed hanc cœnam diuiſit pauperibus. De hoc verò familia ipſius contriſtata eſt: plebſque, vt conſueuerat, ad diem feſtum venit. Tunc Brigida orauit Dominum. Ecce in eadem regione quidam plebeius homo, diues valdè, cœnam Regi ſuo vehebat in plauſtro ad diem feſtum. Illeque errauit in vijs ſuis, & nebula texit eum, & viam antè cognitam non agnouit; donec recto curſu ad ianuam S. Brigidę peruenit. Hoc ſciens S. Brigida exijt obuiàm illi, & interrogauit viam eius. Illo autem admonitus à Deo, obtulit hæc omnia S. Brigidæ, dicens: Ob hanc cauſſam fecit me Dominus errare in propriâ meâ patriâ, aliam verò Regi faciam. Hoc Rex cùm audiſſet, illum plebeium cum ſuis omnibus obtulit, vt ſeruiret S. Brigidæ in æternum. Plauſtrum quoque alterum plenum ciborum ad ſupplementum ſanctæ ſolennitati idem Rex ad S. Brigidam miſit, quibus ingens cõuentus totius plebis ſaturatus eſt valdè.

cibos ſuis paratos dat pauperibus; alij inopinatò ſubmittũtur:

A

46 Regina quædam ad S. Brigidam cum donis bonis venit; in quibus erat argentea catena fabrefacta, quæ habebat in ſummitate formam hominis. Hanc autem catenam puellæ rapuerunt, & abſconderunt in theſauris ſuis. Brigida verò omnia pauperibus diuiſit. Quadam die venit ad Brigidam pauper; & illa nihil habens, exijt ad theſaurum puellarum, & inuenit catenam prædictam, & eam dedit pauperi. Hoc autem puellæ agnoſcentes, venerunt ad Brigidam dicentes: Perdidimus per te, quæ Deus miſit nobis; omnia enim das pauperibus, & nos inopes relinquis. Tunc Brigida dixit illis: Quærite ſtatim catenam, vbi ego iugiter oro in eccleſiâ; forſitan ibi inuenietis. Cumque quærerẽt eam, inuenerunt catenam eiuſdem formę, oſtẽderuntque Brigidæ. Tunc Brigida dixit eis: Nonne dixi vobis, Quærite illam? Et puellæ hanc catenam ſemper ſecum ſeruauerunt in teſtimonium virtutis, & non vendiderunt vnquam.

catenam argenteam dat pauperibus;

B

quæ pòſt in templo inuenta, in memoriã ſeruata:

a *Ita MSS. Rat. & Aud. Aſt infrà eadem MSS.* Laſream *vocant cum Colgano, qui &* Laſſaram; *aitq; plures eius nominis ſanctas Virgines coli ab Hibernis.*

b *Colg.* Guais. *& Not. 22 ait rectiùs* Mac-huais *dici, eſſeq; Mediæ diſtrictum* Hi-Mac-huais, *quem tenuiſſe aiit poſteros* Collæ Huaſij *Regu, vnde & nomen.*

c *Id eſt, Kildariã, de cuius etymo & ſignificatione egimus § 5.*

CAPVT VII

Itineris pericula propulſata. annona cælitus multiplicata.

C

47 a Coalianus Epiſcopus & Propheta Dei, qui habitabat in dexterâ parte Liffi campi, venit in curru ad S. Brigidam, & moratus eſt apud eam aliquantis diebus. Quadam autem die volens redire ad locum ſuum dixit ad Brigidam: Benedic diligẽter currum noſtrum: & illa benedixit. Auriga verò illius Epiſcopi iungens currum, b roſetos oblitus eſt ponere contra rotas. Tunc currus ipſe velox pertranſiuit campum. Cumque poſt magnum ſpatium diei Epiſcopus conſpexiſſet currum, vidit illum roſetos non habere. Tunc ille exiliuit de curru, Et corruens in terram gratias egit Deo, & benedixit S. Brigidam, commemorans benedictionem eius.

a viſitur à S. Coaliano: abeuntis currum benedicit,

b qui miraculosè ſeruatur:

48 Quadam autem die venit S. Brigida per campum Liffi, & alia ſancta Virgo ſimul ſecum ſedens in vno curru. Auriga autem prædicabat illis verbum Dei. Dixitque illi Brigida: Noli verſo vultu à nobis prædicare, habenas tuas poſt tergum tuum pone. Equi noſtri recto itinere ibunt ad domum noſtram. Et ita factum eſt. Exierunt enim equi rectam viam per campũ. Cũque auriga diligenter prædicaret Virginibus, & illę intentis auribus, & animo curioſo audirent; vnus equus abſtulit caput ſuum, & collum à iugo, & ambulauit liber poſt currum illis neſcientibus. Tunc Rex, qui ſedebat ſecùs viam in ſublimi loco, dixit omnibus circùm ſedentibus & mirantibus: Brigida ſedet in iſto curru, equorum oblita, Dominumque ſolum animo intendit. Tunc equus audiens clamorem turbæ admirantis, venit ad currum, & impoſuit collum ſub iugo eius ſolus. Tunc clamor Regis & plebis attollitur, & miranda virtus per totam regionem diuulgata eſt, & glorificauerunt Deum & S. Brigidam.

iubet auriga prædicare, currum Deo cura fore; & hic progreditur, equo iugũ excutiẽte,

D

dein vltrò reſumẽte:

49 Leproſus quidam c de nepotibus Neil venit ad S. Brigidam, quærens ab eâ vaccam. Dixitque illa armentario: Da illi vaccã. dixitque armentarius: Qualem vaccam illi dabo? Tunc elegerunt optimum vitulum, & dimittentes illum, occurrit ei cum gemitu magno optima vaccarum, & intantùm ſe inuicem dilexerunt, vt penè nullus poſſet ſeparare eos. Vacca etiam illa, cuius vitulus portatus eſt, alterius vaccæ vitulum dilexit viciſſim vt ſuum. Dixit ad Brigidam ille leproſus: Non poſſum ſolus vaccam minare ad prouinciam meam. Dixitque Brigida ad aurigam ſuum: Vade cum leproſo: erat autem in illà horâ auriga coquens carnes in cacabo. dixit auriga: Quis coquet carnes iſtas? Brigida dixit: Tu ipſe ad eas velociter veni. Et ita completum eſt, ſicut illa dixit. Exijt autem auriga cum leproſo iter dierum duorum in vno puncto temporis, & in eodem puncto confeſtim reuerſus eſt, & inuenit carnes ipſas in cacabo necdum coctas eſſe. & omnes mirati ſunt, quòd auriga potuit iter duorum dierum in vnius horæ puncto tranſcurrere. Sed Deus hoc donauit voluntati S. Brigidæ.

c

vaccam dat pauperi, & vitulum,

quem illa vt ſuum amat,

facitq; pũcto temporis per biduj iter deduci:

E

50 Erat inopia panis in campo Liffi in alio tempore: Brigida autem rogata eſt à familiâ ſuâ granum, & ad campum d Geſilli pergere ad S. e Yborum Epiſcopum, vt peteret ab eo fruges. Brigida verò obediuit voluntati rogantium, & exiuit in viam. Sanctus autem Yborus gauiſus eſt gaudio magno in aduentu S. Brigidæ: ſed tamen ille non habebat cibos in aduentu hoſpitum, niſi f panem ſiccum, & carnem ſuillam. Tunc panem & lardum Yborus Epiſcopus & S. Brigida in tempore Quadrageſimæ ante Paſcha manducauerunt. Duæ Virgines de comitibus S. Brigidæ partes ſuas de lardo non manducauerunt; & ille partes verſæ ſunt in duos ſerpentes. Hoc quando nuntiatum eſt S. Brigidæ, illas Virgines grauiter coram Yboro Epiſcopo increpauit, & iuſſit eas foras manere, & ieiunare cùm lacrymis; dixitque Brigida: Ieiunemus & nos cum illis, & oremus Dominum; & ita fecerunt. Et verſi ſunt iſti duo ſerpentes in duas g Euchariſtias in Paſchâ & in Natalitiis Domini. Dixitque Yborus Epiſcopus S. Brigidæ, Quâ cauſsâ huc veniſti in tempore Quadrageſimæ? Reſpondit Brigida: Vt quæram à te annonam panis. Tunc Yborus Epiſcopus ſubridens dixit: O Brigida, ſi tu videres & ſcires quantum de frugibus haberemus, modicum donum granorum tecum non portares. Dixitque Brigida: Non puto ſic: ſed XXIV plauſtra in horreo veſtro conſiſtunt. Et ita nutu Dei creuit. Minimum Yborus habuit, & iuuenta ſunt ibi XXIV plauſtra, ſicut Brigida dixit. Et diuiſerunt inter ſe XII plauſtra Yboro; & Brigida cum XII plauſtris reuerſa eſt ad domum ſuam.

d e adit S. Iborũ Ep.

f ab eo appoſitum lardum edit in Quadrageſimâ, quod verſum inobedientibus in ſerpẽtes:

g

F

Ibori horreum frumento replet, Dei virtute:

a *Ita MSS. Vita 4. lib. 2 cap. 3 num. 15* Conlianum *vocat: Colg.* Coelianum; *aut potiùs* Conlaidum, *vel* Conlaethum. *alij,* Conleum, *vt diximus ad Prolog. Vitæ per Cogitoſum, litt. c. De eo plenius 3 Maij.*

b *Colg.* roletas, *& interpretatur paxillos ferreos, ſiue embolia, aut obices, qui axis extremitati inſiguntur, ne rota excidat. conſentit Vita metrica cap. 7 nu.* 48. Neglexerat obice currum adfirmare.

c *De Mediâ interpretatur Colganus, quam tunc Auſtrales O Nellos poſſediſſe ait, Aquilonares Vlconiam.*

d *Campum hunc,* Mag geſille *vocatum, ait Colganus eſſe in regione* Hifalgiæ, *non longè à campo Liffe. Eſt alioquin apud Ioannem Spedum in topographicâ deſcriptione Lageniæ,* Geſell *locus in* Regis Comitatu, *ita dicto à Philippo Rege, à quo & primarium oppidum* Philipetovvne, *nunc* Kingeſtovvne. *Olim regio ipſa* Offalia *dicta, teſte Cambdeno.*

A e *De S. Ibaro, vel* Hibaro, *aut* Yuaro, *ſiue* Yboro, *agemus 23 Aprilis. In Vitâ 4 lib. 2 cap. 4 nu. 18 dicitur* prædicator fidei multis in locis in Hiberniâ fuiſſe ante Beatiſſimum Patricium.

f *In Breuiar. Aberdon. dicitur* durum lapidem cum lardo propoſuiſſe; *hyberbolicè.*

g *MSS. Rat. & Audom. habebant,* Euchariſtiæ. *alij, teſte Colgano.* Euchias. *Putat ipſe locum corruptum. Videtur indicari, aſſernatos hos panes, vt ad miraculi memoriam, & euchariſtiam, ſiue gratiarum actionem, oſtenderentur in Paſchate & Natalitiis.*

CAPVT VIII

Leproſis aliiſque ægris ſanitas ac varia beneficia collata.

viſitur à Rege:

51 REx quidam venit ad Brigidam ad ſolennitatem celebrandam Pentecoſten. Et cùm ibi celebraret noctem illam, ſurrexit valdè diluculo, vt iret ad domum ſuam. Currebant velociter in curribus, & in equitibus. Sancta verò Brigida, poſt expleta diei ſolennia, venit ad menſam, & largus cibus apponitur cunctis. Iam verò leproſus ſuperbiſſimus, diaboli magiſterio, S. Brigidæ cibum, vt ſolebat, reſpuit, niſi Brigida ſibi daret haſtam Regis ſupradicti, qui primo manè reuerſus eſt ad domum ſuam. Tunc omnes leproſo dixerunt: Vidiſti haſtam heri, cur non poſtulaſti ſtatim tibi dari? Ille dixit: Quia hodie cœpi concupiſcere.

ſuperbi leproſi voluntati paret:

B Tunc S. Brigida & omnes rogauerunt illum, vt comederet: & non impetrauerunt. Brigida quoque abnuit cibum ſumere, donec leproſus proteruus comederet. Tunc miſit Brigida equites poſt Regem, vt rogarent ab eo haſtam ſuam. Illi currebant, & tranſeuntes vnum montem, inuenerunt Regem in vado cuiuſdam fluminis, & indicauerunt ſuam quæſtionẽ. Tunc lætatus eſt Rex, & dedit eis haſtam ſuam, dicens: Si S. Brigida omnia arma mea poſtulaſſet, ſtatim impetraſſet. Tunc equites illi miſſi à Brigidâ interrogauerunt, vbi moratus eſſet Rex ab initio diei vſque ab hanc horam. Dixitque illi vnus è ſuis comitibus: Non morati ſumus ſed ſemper velociter iter cucurrimus. Scimus enim quòd S. Brigida nutu Dei retinuit nos, vt citò ſolueretur imminens quæſtio leproſi. Tunc omnes laudauerunt Dominum & Brigidam; & Rex velociter exiit in viam ſuam, non vt antè. Et miſſi confeſtim reuerſi ſunt ad Brigidam cum haſtâ Regis, & illa gratias egit Deo.

iter quorumdam ſuis meritis moratur:

52 Cùm eſſet S. Brigida in eccleſiâ quadam, & ſediſſet iuxta ianuam loci illius, vidit ad ripam fluminis ambulantem hominem valdè incuruum ſub onere; miſertaque illius, dixit puellis: Eamus ad hominem, & cum eo onus portemus. Euntibus autem, dixit illi Brigida: Da nobis onus, quod te grauat, & valdè te

C incuruat. Reſpondit ille & dixit: Non onus incuruat me, ſed dolor antiquus à iuuentute meâ. Ille autem homo interrogauit nomen Virginis. Et dictum eſt illi, quòd S. Brigida eſſet. Ille dixit: Deo gratias ago, quia quæſitam inueni. Et ait illi: Volo, vt die ac nocte ieiunes, & roges Deum, vt erigatur corpus meum. Dixitque Brigida: Veni ad hoſpitium, & requieſce in eo hac nocte; & faciam quod vis. Tunc S. Brigida in illâ nocte ieiunauit, & orauit Dominum pro eo. Manè autem facto, illa exiit ad hoſpitium, & dixit incuruato homini: Vade ad aquam fluminis, & laua te in nomine Saluatoris, & roga Deum, erigeſque ceruicem; & ne deſcendas donec dicam tibi. Et ſicut illa dixit, ita fecit ille, & ſanatus eſt, & gratias egit Deo, qui ſe erexit incuruatum annis decem & octo.

ieiunio & precibus curatum ſanat,

iuſſu priùs in flumine lauari:

53 Poſt hæc autem exiit S. Brigida cum S. Patricio Epiſcopo ad Aquilonalẽ partẽ Yberniæ. Quadam autẽ die S. Patricius verbũ Dei prædicabat ſuis hominibus: ſed illâ horâ S. Brigida obdormiuit, & poſtquàm euigilaſſet, dixit illi Patricius: O Brigida, cur obdormiſti in verbo Chriſti? Hæc vt audiuit, veniam petens genua flexit, dicens: Parce mihi, Pater, parce mihi, Do-

mine ſancte. Nam in hac horâ ſomnium vidi. Et *dixit* Patricius: Narra nobis illud. Dixit Brigida: Ego ancilla tua vidi *a* in viâ aratra arantia hanc inſulam, & ſeminatores ſeminauerunt ſanctum, & ſtatim illud creuit, & matureſcere cœpit, & riui lactis noui impleuerunt ſulcos: & ſeminatores illi induti erant veſtibus albis. Poſt hæc vidi alia aratra, & aratores nigros, qui bonam illam meſſem euerterunt, & ſciderunt vomere, & zizaniam ſeminauerunt, & flumina aquarum repleuerunt ſulcos. Dixitque Patricius: O Virgo, veram & mirificam viſionem vidiſti. Nos ſumus boni aratores, qui quatuor Euangeliorum aratris corda humana ſcindimus, & ſeminamus verbum Dei & lac rudis doctrinæ. In fine verò ſeculi venient mali doctores, malis hominibus conſentientes, qui noſtram doctrinam ſubuertent, & penè omnes homines ſeducent.

AVCTOREANONYMO, EX MSS.

D *a præuidet hæreſes in Hiberniâ futuras ſub finem mundi, viſionem exponente S. Patricio.*

54 Alio quoque die quidam leproſus venit ad S. Brigidam, rogans vt cum eâ ſua veſtimenta lauarentur aquâ; dixitque ei Brigida: Faciam quod petis. aitque leproſus: Non habeo alia veſtimenta, niſi propria mea lauentur. Dixitque Brigida ad vnam puellarum ſuarum: Da veſtem tuam leproſo, donec veſtes eius mundentur. Sed illa puella inobediens, fœtore nimio & leprâ percuſſa eſt ſpatio vnius horæ. Alia verò puella dedit *b* ſegnum ſuum leproſo. Tunc leproſus poſtquàm exuit ſe veſtimentis ſuis, mundatus eſt à leprâ ſuâ.

inobedientem leprâ ad horam puniri impetrat: alium leproſum ſanat:

b

E

a *Deeſt hoc MS. Rat. & Colg. At Iocelinus in Vitâ S. Patricij, ait hanc viſionem contigiſſe in illâ triduanâ concione, quæ ſequenti cap. nu 59 refertur; & quidem in loco* Finnabhair, *id eſt, albo campo. Aſt verò cùm aduſtantes vellent eam excitare, vetuiſſe id Patricium. Deinde plenius viſionem exponit, vidiſſe Sanctam homines* candidatos, aratra, boues, ſegetes, cuncta candida: deinde omnia illa maculoſa, poſtmodùm omnia nigra: ad vltimum oues, & ſues, canes & lupos diſcordantes ad inuicem & confligentes. Sanctus autem Patricius viſionem exponebat, totumque candorem præfatum ad mundi ſtatum tunc temporis præſentem, pertinere dicebat. Omnes enim in eo Prælati & ſubditi, erant in fide ac bonis operibus, ſecundùm Euangelicam doctrinam & Apoſtolicam, fertiles & feruidi. Maculoſa quoque ad tempus ſequentis generationis ſpectare, in quo fide quidem canderent, ſed eam prauis operibus denigrarent. Nigredinẽ ſubſequentem aſſerebat tempori generationis ſecuturæ congruere, in quo vitam ſuam homines non ſolùm iniquis operibus profanarent, ſed etiam fidei Chriſtianæ abrenuntiatione. Diſcordiam ouium, ſuum, canum & luporum, pronunciabat controuerſiam innocentum & immundorum Prælatorum, bonorum & prauorum, affuturam in diebus poſteræ generationis, poſt annorum ſcilicet curricula plurimorum. *Hæc Iocelinus. Eadem paullò breuiùs habentur in Vitâ S. Patricij tripartitâ, dicunturq; contigiſſe* in quodam colle Finn-abhuir dicto, *in regione* Lemaniæ: *quæ regio, vt ait Colganus, campeſtria eſt, in Tironiâ prouinciâ, diœceſi Glocharenſi.*

Quadruplex ſtatus Hiberniæ à S. Brigidâ prauiſus.

b *Ita MS. Audom. at Rat. Colg. & 4 Vit.* ſagum *habent.*

CAPVT IX

Geſta apud S. Patricium. eius præuiſa ſepultura.

55 IN illo tempore cepit S. Brigida cum puellis ſuis locum eccleſiæ, ac deinde Quadrageſimæ *a* penuria panis imminebat. Quadam autem nocte octo viri fures venerunt, vt furarentur quatuor equos, quos Brigida cum ſuis habebat. Tunc Virginum vna, quæ erat ſine ſomno, dixit ad Brigidam: Equi noſtri furto tollentur. Dixit Brigida: Sine, ego ſentio; plures & fortiores nobis ſunt qui auferant eos. Tunc fures ablatis quatuor equis exierunt ad domum cuiuſdam viri habitantis in proximo loco in plebe, & introierunt in horreum, & inuenerunt in eo quadraginta modios ſeminis ventilatos, & furati ſunt totum hunc numerum modiorum, portantes in quatuor equis, & propriis humeris ſuis, & venerunt ad habitaculum Virginum: putantes enim ſe ad propriam domum veniſſe, intra-

a

ſinit equos à furibus nocte abduci,

AVCTORE ANONYMO, EX MSS

uerunt in paruum tugurium, alligantes equos in angulo ſecreto,& ſomno graui dormierunt poſt vigilias. Facto autem manè, ecce viri venerunt, à quibus grana rapta ſunt, ad habitaculum Virginum,dixeruntque ad Brigidam: Fures furati ſunt grana noſtra, & duximus veſtigia furum & equorum vſque ad ianuam veſtri, Oramus ne celetis eos. Tunc exiit Brigida ad fures, & ſuſcitauit eos, dicens: Cur furtum attuliſtis ad nos? Illi autem dixerunt:Quia putabamus ad noſtram domum venire. Tunc S.Brigida miſit ad S.Patricium Epiſcopum in proximo manentem. Venitque ad eos ſtatim Patricius, & fures liberati ſunt, & pœnitentiam egerunt, & alij obtulerunt ſua grana Brigidę cum ſuis Virginibus. Sciebant enim quòd à Deo donata eſſent Virginibus.

A quos ipſimet reducunt, inſcij,cũ frumento aliunde ſublato; ſed liberãtur ipſi à S. Patricio:

56 S.Patricius quadam die prædicabat verbum Dei turbis & S.Brigidæ.Tunc viderunt nubem magnæ claritatis deſcendentem de cælo in terram, caliginoſam die pluuiali, & coruſcantem fulgure immenſo, & ſtetit modico ſpatio temporis in loco propinquo iuxta turbam illam. Et poſt hæc exiit ad arcem *b* Lethglaſſe, vbi ſepultus eſt Patricius, & diutius ibi morata, illic euanuit. Et non audebant turbæ interrogare Patricium Epiſcopum, quid ſignificaret iſta viſio mirabilis; ſed S. Brigidam interrogauerunt. Dixitque Brigida: Interrogate Patricium. Audiens Patricius dixit: Tu & ego æquales ſumus, reuela eis hoc myſterium. Dixitque Brigida: Nubes, vt putamus, *c* ſpiritus eſt Patris noſtri S. Patricij, qui venit ad viſitanda loca, vbi corpus eius requieſcet poſt exitum & ſepelietur. Nam in loco propinquo modicè corpus eius requieſcet, & poſt hæc portabitur, vt ſepeliatur in arce Ladglaiſſe, & ibi vſque ad diem iudicij corpus eius permanebit. Tũc dixit Patricius ad Brigidam, vt ſuis manibus faceret linteamen, quo corpus eius poſt exitum tegeretur, optans vt ex illo linteamine ad vitam æternam reſurgeret, & ſic Brigida fecit linteamen, & in eo S.Patricij corpus inuolutum eſt, & in loco conſtat.

b huius ſepulturam portento deſignatã, ipſa exponit,

c

& linteamen ad eã parat:

57 Erat quidam homo nobilis & diues atque bonus in campo *d* Methae, qui habebat dolorem grauiſſimum & peſtem, & non potuit curari à medicis: miſitque ad S. Brigidam, vt veniret ad ſe, & illa venit. Cùm ergo domum illius vidiſſet à longè, ſtetit & dixit: A quacumque parte ventus venerit ad domum iſtam infert ſecum maledictionem & morbum ad virum iſtum.Hoc audiens ille dixit: Nulli hominum feci malum, nec Clericis, nec fabris. Tunc armentarius eius dixit: Audiui omnes in circuitu tuo quaſi vno ore te maledicentes, eò quòd agricola tuos agros ſepibus muniens commutauit omnes vias, planas & rectas, incolis in aſperas & inplanas & ſpinoſas. Hoc audiens S.Brigida ait: Hæc eſt cauſſa dolorum. Tunc omnes viæ conuerſæ ſunt in vias planas, & omnes viatores benedicebant illi. Et homo ſanatus eſt, Deoque & Brigidæ gratias egit.

d

videt quẽdam agrotare ob maledicta,

in eum cõgeſta ob vias commutatas; quibus reſtitutis ſanatur:

58 Quadam autem die S. Brigida ſedebat in latere oppidi *e* Maceni cum puellis ſuis, & vidit duos viros plenum vas aquæ ſecum portantes. Cumque appropinquaſſent, poſtulauerunt à Brigidâ aquam benedici, & illa benedixit aquam & viros. Euntibus autem illis, contigit vt vas caderet in terram ſuper latus ſuum, & non fractum eſt illud vas,neque effuſa eſt aqua, quam S.Brigida priùs benedixit. Iuſſit autem S. Patricius aquam illam ſeruari & Eccleſiis omnibus illius regionis diuidi,vt ad Euchariſtiam ſanguinis Chriſti mitteretur, & vt aſpergerentur ægri de illâ aquâ in ſanitatem. Et ita factum eſt: & laudauerunt Dominum & Brigidam.

e

aquam benedicit,

qua vaſe lapſo, nec fracto, non effluit,

ſeruata morbos ſanat:

59 Miſit quoque S. Brigida ad S. Patricium, vt ſibi prædicaret verbum Dei. Dum ille cum diſcipulis ſuis, & illa cum puellis ſuis in vnum conuenirent,Patricius per tres dies & noctes non ceſſauit loqui, nec ſol occidit eis,ſed omnes putauerunt vnam eſſe horam.Quidam autem ignarus rerum aliunde ſuperuenit,& S.Patricio dixit:Quid tanto tempore hîc ſedetis? Patricius reſpondit: Quæ eſt hora diei nunc? Ille reſpondit: Per tres dies hîc manſiſtis. Dixit Patricius: Per quadraginta dies & noctes hîc fuiſſemus,niſi aliquis extrinſecus veniſſet: nullam laſſitudinem vel eſuriem ſentiremus, Diuinâ donante gratiâ. Tunc ad ſua reuerſi ſunt. D

3 dies continuos audit concionantem S. Patriciũ:

Dunum op.

S. Patricij ſepultura cælitus demõſtrata.

mors eius à S.Brigidâ S.Ethembriæ prædicta:

ſindon ad eam parata,

diuinitus S.Patricio indicata.

a *Colg. repetit* tempore; *deeſt in vtroque MS.*

b *MS.Audom.* Ledchladus. *& infrà,* Ladglaiſſe. *Ratiſp.*Ledchtadus, *& mox* Ledglaiſſe. 4 *Vit.* Leathglayſſe,*&* Leathlaidhi. *Ea* Dunum *eſt, vrbs Vltoniæ, vbi SS. Brigida, Patricij, Columba ſepulchrum, vt antè diximus: olim dicta* Dundalethglas.

c *Vita* 4 *habet* Angelus. *Iocelinus in Vitâ S. Patricij ſcribit concionem illam habitam* in loco non longè diſtante à Dunenſis ciuitatis matrice eccleſiâ: *diſſeruiſſe verò Sanctum* de gloriâ Sanctorum, & manſionibus lucifluæ patriæ: lucem *autem* copioſam cælitus emiſſam,perfudiſſe quemdam locum in cœmiterij Orientali parte. Virgo verò, *Sancto iubente,* palàm in auribus omnium aſſeruit illam claritatem deſignaſſe, atque ſanctifi aſſe locum ſepulturæ cuiuſdam clariſſimi Deoque cariſſimi Sancti, ibidem in proximo funerandi. Sancta etiam Ethembria affuit, quæ prima omnium ſanctimonialium in Hiberniâ fuerat à S. Patricio in virginitate conſecrata; & quis eſſet ille Sanctus, ſecretiùs inquiſiuit à Brigidâ. Illa verò reſpondit illum eſſe Patrem & Apoſtolum Hiberniæ S. Patricium,illo in loco nuper tumulandum, ſed proceſſu temporis exhinc transferendum: ſe etiam felicem fore pronuntiauit, ſi eius ſacratiſſimum corpus obuolueretur linteamine, quod propriis manibus nendo & texendo ad idem obſequium ipſa præparauerat. Hæc Virgo in aure conuirginali ſuæ protulit, nec verbum illud abſconditum aliquem audiſſe putauit.... S.Patricius edoctus diuinitus,deſiderium cordis Brigidæ, oriſque alloquium,& præparationem veſtis agnouit: illique vt domum reuerteretur, ac veſtem deferret, corpuſque ſuum, ob ſpirituale indicium mutuæ dilectionis, in Chriſto obuoluеret, imperauit. *Quâ ratione ipſa deinde veſtem attulerit,ita refertur in* 4. *Vitâ S. Patricij apud Colganum nu.* 93. *& in append.* 2 *ad Vit. S. Brigidæ cap.*1. Per multorum ſpatia annorum B.Brigida in cellulâ ſuâ cum ingenti curâ & diligentiâ linteamina contexuit. Conſummatoque opere illo, ſuis puellis dixit: Volo nunc iter agere ad campum Bregenſem, cuiuſdam neceſſitatis gratiâ. Venit ergo B. Brigida quinque virginibus comitantibus vſque ad lapidem Ailbe, ibique laſſatæ ſederunt, leuanteſque oculos viderunt quinque currus, quos ſoli aurigæ præcedebant, quaſi onera vecturi. Quoniam S.Patricius propè moriturus, dixerat ad ſuos: Quinque currus totidemque aurigas mihi parate, qui vſque ad lapidem Ailbe recto calle pergant, & quid illic inuenerint, nobis afferant. Nam de aduentu S. Brigidæ, beato viro eſt reuelatum.

d *MS. Ratiſp* Manchæ. *Vita* 4. Machæ. *Colganus ait* Magmacha *Hibernicè nuncupari. eſſeque circa Armacham vrbem.*

e *Itidem hîc Rat.* Manchæ. *alij* Machæ.

CAPVT X

Reginæ proles, Conaldo Duci ſecuritas & victoria obtenta.

60 POſt hæc omnia venit S. Brigida ad campum Breg: cumque ibi habitaret in eccleſiâ, venit ad eam vxor filij *a* Conalli Regis, vt rogaret pro ſe, quia ſterilis erat, ſecumque portauit phialam argenteam. Sed tamen Brigida non exiit ad ſalutandam illam extra eccleſiam, ſed puellam miſit. Tunc puella ad Brigidam dixit: Cur Dominum non rogas pro Reginâ, vt filium habeat, cùm ſæpè roges pro vxoribus plebeiorum? Brigida dixit: Quia plebeij cuncti ſeruiunt Deo, omneſque Patrem poſcunt. Filij verò Regum ſerpentes ſunt, & filij ſanguinum, filiique mortis, exceptis paucis electis à Deo.Sed tamen quia adiurauit nos Regina, vade, & dic ei, quoniam ſemen habebit, ſed tamen ſanguineum, & maledictæ ſtirpis erit, & *b* multos Regum tenebit. Et ſic fecit.

a Reginæ filiũ impetrat, ſed prædicit ſanguinarium fore:

b

61 Quadam antem die occurrit S.Brigidæ quidam inſanus de loco in locum tranſcurrens furore agitatus, qui affligebat omnes ambulantes per loca illa: dixitque

A xitque ad eum S. Brigida: Prædica mihi verbum Domini Iesu Christi. Insanus dixit: O Brigida Virgo, tua iussa implebo. Ama Deum, & amabunt te omnes; honora Deum, & honorabunt te omnes; time Deum, & timebunt te omnes. Et cùm hæc dixisset, cum clamore fugit.

insanum iubet sibi prædicare, qui paret:

62 In illo tempore, venit ad Brigidam in viâ ambulantem *c* Conaldus filius Neil, & dixit ad eam: O Sancta Brigida Virgo, benedic me diligenter, ne me occidat frater meus *d* Corpreus, qui me odit. Dixitque Brigida: Benedicam tibi. Tua familia præcedat, & sequemur eos. Non enim decet nos ambulare cum eis. Tunc illi præcesserunt. Et cùm omnes per collem ascenderent, dixit vna ex Virginibus ad Brigidam: Heu Brigida, quid faciemus? Ecce Corpreus post nos venit; & isti duo fratres nunc mutuò se iugulabunt. Ait Brigida: Non sic faciet nobis Deus noster. Et cùm venisset Corpreus dixit: ô Brigida Sancta benedic me, quia in his locis timeo fratrem meum Conaldum. Tunc simul omnes transierunt, nec se inuicem agnouerunt. Excæcauit oculos eorum Deus, ne se agnoscerent propter S. Brigidam. Et benedixit illis Brigida, & osculabantur se inuicem Conaldus & Corpreus, non agnoscentes se. Et abiit vnusquisque in viam suam, &

c

d duos fratres hostiliter dissidentes benedicit,

nec inuicē agnoscūt:

B magnificauerunt omnes nomen Dei & Brigidæ.

63 Iterum alio tempore venit ad S. Brigidam supradictus Conaldus suis satellitibus circumdatus, sub stigmatibus malignis, & dixit ad Brigidam: Tuâ benedictione indigemus; nam volumus ire in regiones longinquas, vt & ista vincula nostra soluantur: est enim solutio, inimicos iugulare & interficere. Dixitque Brigida: Rogo Deum meum omnipotentem, vt ista signa diaboli deponatis, vt vultis, & in nullo lædamini, & nullum offendatis. Et Christus velociter hanc voluntatem compleuit. Exierunt enim in regionem *e* Cruthiniorum, & expugnauerunt ibi quoddam castellum, & incenderunt illud, sicut visum est eis; & putabant multos hominum se interfeciſſe & decollasse, & venerunt ad patriam suam cum sonitu & iubilatione grandi & capitibus inimicorum. Et cùm illuxisset dies, capita & sanguinem non viderunt; neque in vestimentis, neque in armis vllus cruor apparuit; dixeruntque ad inuicem cum stupore: Quid nobis contigit? vbi sunt quæ cernebamus? Tunc miserunt legatos ad castellum quod succenderant, vt interrogarent, si quid illis accidisset. Legati verò interrogauerunt habitatores illius castelli dicentes: Vtrùm aliquid vobis noui accidit? At illi dixerunt: Non, nisi stipulas incensas

eadem spirantes, & ad hoc stigmatis superstitiosis insignitos, benedicit;

e

qui pro hostibus vmbras cadūt:

C hodie manè inuenimus, destructumque castellum, atque lapides exvndis vndique comportatos reperimus, neminem autem vidimus, neque sensimus, quis hoc fecerit. Legati autem reuertentes, hæc Conaldo anuntiauerunt.

64 Tunc Conaldus cum suis stigmata sua deposuerunt, nec contra Deum & Brigidam venerunt. Et Brigidæ placuit hoc, dixitque ad Conaldum: Quia stigmata tua pro me deposuisti, in quocumque periculo innocaueris me, defendam te; & sanus euades. Et hoc promissum impletum est. Nam in capite anni exiit Conaldus cum exercitu multo in regiones inimicorum, & ibi cædem maximam fecit, & cum magno triumpho reuersus est in patriam. Cumque fatigatus esset, in aliud castellum intrauit. Tunc socij eius dixerunt ei: Si in hoc loco manserimus, venient inimici nostri & interficient nos. Dixitque Conaldus: Lassus sum, hinc exire non possum. S. Brigida promisit mihi, quòd me defenderet in omni periculo. Credo, quia quod illa promisit, verum est. In manus illius me committo cum meis comitibus in hac nocte. Statimque in illâ nocte inimici post eos venerunt: & cùm venissent prope ad illud castellum, vbi erat Conaldus, tres viros ad considerandum castellum miserunt, & illi castellum intrauerunt, & ibi viderunt magnum populum

stigmatis depositis,

eis victoriam impetrab,

& in periculo tuetur

sunt

sedentem in habitu Clericali, & ignem in medio eorum, & libros apertos coram eis: sic enim posuerat exercitus capita occisorum, vt vnusquisque caput positum ante se haberet. Ideoque visi sunt viri quasi libros apertos scrutantes. Et reuersi sunt exploratores illi talia renuntiantes. Et iterum tres alios viros sagaciores miserunt, & ipsi viderunt similiter Clericos cum libris apertis, sicut priores viderant. Tunc exercitus inimicorum reuersi sunt in regionem suam, & legati ad reportanda capita retro, qui hæc Conaldo nuntiarunt.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D *diuinitus delusis vanâ specie exploratoribus:*

a *Multa hic affert Colganus de* Nielli Magni *Hibernia Regis filio* Conallo, *siue* Conaldo Gulbanio, *(à quo Tir conallia Vltonia prouincia, vnlgò* Tir-coneli) *&* Conallo Crimthannio, *qui in Mediâ & Bregensium finibus latè dominatus. Huius nurum fuisse hanc Reginam censet Colganus,* Fergussij *vxorem, quæ precibus S Brigida* Diermitium *filium, Regem Hibernia celeberrimum, obtinuit; cuius itidem filios posteros nonnullos recenset.*

b *Colg. & 4 Vita.* multos annos regnum tenebit.

c *Hunc quoque* Conaldum Crimthannium *fuisse censet Colganus, quia Gulbanium ait occisum, cùm S. Brigida vix esset duodennis.*

d *Restitit hic olim S. Patricio, eiusq; socios cædi flagellis curauit, quare maledictione eum percult Sanctus, vti in huius Vitâ fusiùs narratur. Posteà tamen, vti &* Leogarius *eius frater, Temoriæ Rex, videtur fidem amplexus: cur enim alioqui benedici sibi à S. Brigidâ peteret? alibi* Carbreus *&* Corbreus *appellatur.*

e *Colg.* Cruthentorum. *additur in 4 Vitâ:* quæ est Aquilonaris pars Britanniæ. *Pictos enim Britanniæ populos ait Colganus olim ab Hibernu* Cruithne *vocatos: & Not. 14 ad 4 Vit. citat ex Annalibus quibusdam hæc ipsa verba:* Obiit in regione Cruthiniorum, id est, Pictorum. *Sed quis potuêre illis nocte vnâ è Britanniâ in Hiberniam renauigare, eodemq; die legatus ipsorum in Britanniam appellere? Potiùs gens Hibernica fuêre hi Cruthenij: nisi fortè in orâ Antrimensis prouincia tunc erat Conallus, quæ nunc certè* Mac-conellis *Scotu paret, nescio an ab hoc Conallo repetentibus originem.*

CAPVT XI

Cædes impeditæ. superstitio damnata. alia miracula.

65 ALio tempore rogata est S. Brigida, vt exiret ad Regem qui erat in campo Breg, & liberaret alium virum qui vinctus fuerat cum Rege. Dixitque Brigida ad Regem: Dimitte mihi virum vinctum, & dabo tibi pretium pro illo. Rex respondit: Si mihi dedisses totum campum Breg, non dimitterem illum, sed statim iugulatem eum. Vixque obtinuit Brigida, vt vita vnius noctis concederetur ei. Tunc Brigida in illâ nocte in proximo loco sedit cum cognatis & amicis illius vincti, eratque sine somno. Dixeruntque socij sui ad Regem: Nisi in hac nocte vinctus occidatur, non potest cras occidi, quia Brigida eum liberabit. Statuimus ergo consilium, vt per vim rapiamus eum de manibus tuis, & sine consilio tuo occidamus eum; & tu eris inculpabilis. Sed istum dolum cognouit Brigida, ideoq; in principio noctis visio apparuit vincto, viditque Brigidam ei astantem, quæ dixit ei: Ecce mali homines cogitant te occidere in hac nocte: & cùm traheris ab eis ad iugulandum, vocabis nomen meum sæpissimè, & cùm catena de collo tuo ablata fuerit, vt iugularis, declinato ad nos in dexteram partem, & inuenies nos statim. Et vigilauit homo, & statim venerunt illi, & rapuerunt vinctum de manibus Regis, solueruntque catenam, vt iugularetur. Ipse autem absolutus exiit ad Brigidam: ipsi verò, vt putabant, interfecerunt virum, & amputauerunt caput eius. Crastino autem die caput & cruor non apparuit. Tunc omnes admirabantur stupidi. Orto autem sole misit Brigida ad Regem, vt dimitteretur ei vinctus. Rex verò audiens hæc, pœnitentiam egit, & dimisit vinctum liberum.

agit pro reo, frustrà;

F

mox, in somnis monitum,

mirabiliter liberat:

66 Quadam die venerunt, ad Brigidam *a* quidam

a

AVCTORE ANONYMO, Ex MS.

viri otioſi & vani, habentes ſtigmata diabolica in capitibus ſuis, & quærentes aliquem iugulare, & poſtulauerunt benedici à Brigidâ : & illa rogauit eos viciſſim, vt onus graue cùm *b* operibus leuarent. At illi dixerunt : Non poſſumus dimittere ſtigmata noſtra, niſi aliquis ſufferat ea, ne cadant in terram. Et accepit, & multùm mirabatur ſignorum formas, & ſignauit ea ſignaculo Chriſti. Illi autem abierunt in viam ſuam. Quærentes autem ſanguinem effundere, repererunt quemdam plebeium, & iugulauerunt eum & decollauerunt. Plebeius verò ille exiit ſanus ad domum ſuam, & illi quærebãt caput eius vel corpus aut ſanguinem, & non inuenerunt; dicebantque ad inuicem : S. Brigidæ cauſsâ interficimus, & non interficimus virum. Et diuulgatum eſt hoc factum per omnem regionem. Et reliquerunt illi ſua ſtigmata, glorificantes Deum, & S. Brigidam magnificantes.

A ſuperſtitioſa ſtigmata Cruce ſignat,

b & roſt inanem cædis ſpeciẽ, abĳci impetrat:

67 Rex quidam cum mulieribus in campo Liffi ad S. Brigidam venit, vt benediceretur ab illâ, & illa benedixit eum diligenter. Rex cùm reuerſus fuiſſet in viam ſuam, nocte pòſt ſequenti laſſus in itinere dormiuit cum ſuis omnibus comitibus & cuſtodibus. Venit ergo quidam vir, qui inimicus Regis erat, & intrauit in caſtellum, & in domum, & tenens candelam de candelabro, quæ fuit Regem, & inuenit eum dormientem; & gladium eius ſuper ceruical iuxta ſe arripiens, gladium in cor illius tribus vicibus fixit, & ſtatim in fugam perrexit. Tunc omnes ſentientes effuſionem ſanguinis ſurrexerunt, & fecerunt planctum magnum, putantes Regem eſſe mortuum. Rex verò dormiebat ſomno graui, & poſteà euigilans conſolatus eſt eos, & puſillùm vulneratus ſanus remanſit, dicens : S. Brigidæ benedictio, quæ hodie me benedixit, illa cuſtodiuit me. Craſtino quoque die cum multis muneribus ad S. Brigidam venit, & illa fecit pacem inter Regem & inimicum qui eum iugulauit, & inter genera eorum in ſempiternum, Deo donante per merita S. Brigidæ.

Regem benedicit,

B *& liberat à morte,*

ac inimico reconciliat:

68 Poſt hæc voluit S. Brigida exire in regiones *c* Mumminenſium ad peregrinandum ſimul cum Epiſcopo *d* Erco, diſcipulo S. Patricij, quia genus Erci de Mumminenſibus erat. Cumque intraſſent in viam, dixit Brigida ad Epiſcopum Ercum : Demonſtra mihi, venerabilis Pater, ſub quâ parte cæli gens tua conſiſtat. Et cùm ille demonſtraſſet, dixit ei Brigida : Nunc ibi bellum geritur inter vnam gentem & aliam gentem. dixitque Ercus : Credo, quod dicis, verum eſſe. Nam quando ab eis huc veni, dimiſi eos diſcordes. Dixitque Brigida : Gens tua nunc in fugam vertitur. Tunc vnus de familiâ Erci increpauit eam, dicens : Quomodò potes videre bellum per magna ſpatia terrarum ? Arguitque illum Ercus Epiſcopus, ne blaſphemaret Spiritum ſanctum : dixitque Ercus ad Brigidam : Oro te, ſigna oculos meos, & pueri iſtius, vt videamus quæ vides. Tunc ſignauit oculos eorum, & viderunt bellum oculis ſuis propriis. Tunc puer Epiſcopo voce lacrymabili dixit : Heu, heu ! Domine mi, ecce modò, videntibus oculis meis, duo fratres mei decollantur.

o d videt prælium in aliâ prouinciâ cõmittĳ;

C *efficitq; vt & duo alĳ videant:*

69 Viâ poſteà optatâ perrexerunt ad *e* montem, ibique Brigida cum Epiſcopo in medio itinere fame & ſiti laborauerunt, nimiâ laſſitudine fatigati, dixitq; vnus puerorum : Magnam miſericordiam faceret, qui nobis ſolatium dediſſet. Reſpondit Brigida : Ego corde auido volo vobis ſolatium præſtare. Si ergo vultis cibo & potu ſatiari, expectate hîc adiutorium Saluatoris : video domum, in quâ eleemoſyna paratur cuidam Eccleſiæ offerenda in Dei domo : huc itaque veniet hac horâ. Ecce enim prandium in ſarcinis modò eſt paratum. Adhuc illâ loquente, venerunt qui eleemoſynam portabant. Et illi cognoſcentes, quòd Ercus Epiſcopus & S. Brigida ſediſſent illic, & fame laboraſſent, lætati ſunt valdè, & obtulerunt eis ſuam eleemoſynam, dicentes : Accipite eleemoſynam, quam vobis miſit Deus. Non enim habemus meliorem Eccleſiam quàm vos. Tunc gratias Deo egerunt, comederuntque illic : ſed tamen potum non habebant. Dixitque Brigida : Fodite in proximo terram. Et fodientes inuenerunt fontem lucidum, & ipſe fons manet illic vſque hodie ſub nomine *f* Brigidæ. Tunc omnes Deum & S. Brigidam glorificabant.

e ſuis eſurientibus cibos impetrat:

D *fontem elicit:*

f

70 Deinde venerunt ad Campum *g* Femini, & ibi inuenerunt magnam ſynodum, & aliquantis diebus detenti ſunt in ſynodo. Narrauit ergo Epiſcopus ſynodo multas virtutes Brigidæ. Tunc peſtilentia grauis vaſtabat plebem, omneſque rogauerunt Brigidam, vt viſitaret infirmos. Dixitque Epiſcopus : Loca peſtilentiæ non ingredietur Sancta Dei, ſed veſtros ægros ducite ad eàm. Tunc adduxerunt ad eam claudos & leproſos, & dæmoniacos, & omnes infirmos, & in nomine Ieſu Chriſti Brigida illos omnes ſanauit.

g multos infirmos ſanat:

a *De hĳs Capgrauius :* Nouem viri nefariis votis & iuramentis in Kalendis Iulĳ hominem interficere quemdam ſe adſtringentes, prædicatione S. Brigidæ ab errore ſuo reuocari nullo modo potuerunt. Brigidâ tamen pro obcæcatione cordis eorum Deum rogante, contemplantur imaginem inſtar viri quem diſpoſuerant iugulare. Quam continuò ſuis lanceis & gladijs confodientes, quaſi poſt triũphum ſui aduerſarij, cum armis cruentatis ad Brigidam ingreſſi; veritate cognitâ ad pœnitentiam conuertuntur.

b *Colg.* opibus, *putatq; potiùs legendum* cum apicibus, *vel* capitibus.

c *MS. Rat.* Mominenſium. *Colg.* Mumunenſium; *& poſteà* Mumineuſium. E

d *Hic eſt ille* Ercus, *ſiue* Hercus, *qui S. Patricio ad Leogarium venienti, primus aſſurrexit, contra Regũ mandatum; ac deinde baptizatus, poſteà Epiſcopus Slanenſis eſt factus, & coli dicitur 2 Octob. alibi 1 Nouemb. Eſt* Slania *vrbs, olim epiſcopalis, ad Boinum, ſiue Boandum flumen, ſupra Pontanam.* *S. Ercus Ep.*

e *In 4 Vitâ vocatur* mons Ere.

f *Tres enumerat Colganus fontes S. Brigidæ nomine appellatos, ad quos etiamnum miracula patrantur, vt propterea ipſi etiam hæretici ad eos confluant.* *Fons S. Brigidæ miraculoſus.*

g Mag-Femhin, *in regione Deſiorum in Momeniâ, vt ait Colg.*

CAPVT XII

Peruicaces repreſſi : alĳ periculis erepti.

71 POſt hæc exijt S. Brigida ad alium hominem, qui erat propinquus mari, haud procul ab illo loco vbi Epiſcopus Ercus habitabat. Et manſit cum ſuis puellis aliquot annis, vt narratur. Non longè autem ab eis quidam anachorita habitabat, qui facies mulierum deuitabat, totus Deo deuotus & perfectus. Poſteà ille anachorita voluit ire ad quamdam inſulam, & ingrediens viam inuenit ſecùs locum Brigidam. Comites itaque illius anachoritæ dixerunt : Eamus ad S. Brigidam, vt nos benedicat. Reſpondit anachorita : Scitis votum meum, quòd nullam volo videre fœminam ? Tunc ſurrexerunt de ſuis ſedibus, in quibus interim ſederunt hæc loquentes, & obliti ſunt omnia onera ſua ſuper viam, & venerunt iter totius diei. Facto autem veſpere ſederunt in quodam hoſpitio, & tunc recordati ſunt ſuorum onerum, & dicebant : Ideò onera noſtra perdidimus, quia non declinauimus ad Brigidam, vt benediceret nos; & pro hac culpâ in hac nocte ieiunabimus. Manè autem facto reuerſi ſunt ad Brigidam, & inuenerunt in domo eius onera ſua. Suis namque puellis iuſſit Brigida dicens : Ite, & adducite onera ſeruorum Dei, quæ ſunt in viâ nobis proximâ, ne pereant. Reuerſis itaque illis ad Brigidam, tranſierunt tres dies & noctes in Dei laudibus, & in prædicatione verbi Dei. Deinde anachorita & ſui exierunt in viam, & exijt Brigida cum eis. Videns autem S. Brigida onera grauia, miſerta eſt eis. Tunc in illâ horâ viderunt duos equos de monte deſcendentes ad ſe, & impoſuerunt onera ſua ſuper eos. Et cùm venirent penè vſque ad finem itineris, dixit illis Brigida : Dimittite equos, quos

F *Eremita nolens fœminam videre, non ſinit ſuos Brigidam adire:*

ideò ſarcinas amiſerunt,

quas Brigida colligit, & poſtridie reddit,

iiſdẽ vehẽdis equos procurat:

quos tenuittis. Tunc equi fugerunt, & nemo eorum nouit vnde essent, vel cuius fuissent.

72 Brigida reuersa est ad domum suam : anachorita autem ad insulam suam exiit. sed laicus quidam intrauit in illam insulam cùm vxore suâ & filiis & filiabus suis. Anachorita autem deuitãs videre mulierem rogauit laicum, vt exiret de insulâ, sed non impetrauit. Dicebat enim laicus, quòd haberet agrum in illâ insulâ ex paternâ hæreditate. Tunc misit anachorita ad Brigidam, vt veniret ad se. At illa venit, & ieiunans rogauit laicum, & impetrare non potuit. Crastinâ autem die venit ingens aquila & rapuit infantem vxoris illius laici. At illa vxor plorans & flens venit ad Brigidam; dixitque illi Brigida. Noli flere, quia viuit infans ; dimisit enim eum aquila in littore quodam super terram, Tunc exijt vxor, & sic inuenit infantem, venitque ad Brigidam, & pœnituit. Laicus verò durus permansit, & iuxta littus habitauit. Crastinâ autem die subitò venit ventus, & illum trans mare in proximum portum leuiter vexit. Tunc ille laicus compũctus corde pœnitentiam egit, & deouit se Deo & Brigidæ, non intraturum iterum insulam, nisi permisisset anachorita ei intrare.

nolunte suo consilio acquiescere,

gemino miraculo eum cogit:

B

73 Alio quoque die hospites religiosi venerunt ad littus maris. Tunc dixit Brigida cuidam viro de familiâ suâ, qui erat piscator, & solebat iugulare tauros marinos: Vade ad mare, si fortè possis afferre aliquid hospitibus. Tunc ille exijt, & assumpsit secum hastam marinam. Statim verò occurrit taurus marinus, & mittit hastam iaculatam, & infixit eam in taurum. Funis enim pendebat, & hasta fixa in capite, funes verò circa manus viri erant obnixæ. Taurus autem grauiter vulneratus traxit secum virum in suâ naui per mare; & non cessauit taurus donec protinus perueniret *a* ad Britanniæ littora; tunc funis scissus est contra saxa littoris, & vir remansit in suâ naui in littore. Taurus verò reuersus est cum hastâ in mare, & venit recto itinere ad littus loci illius, in quò erat S. Brigida, & ibi mortuus est. Vir autem ille prosperâ nauigatione in suam nauim peruenit horâ sextâ, & inuenit taurum mortuum cum hastâ in littore, & regressus domum indicauit illic suam nauigationem. Tunc omnes gratias Deo egerunt, & Brigidæ.

piscatorem procul abreptum, meritis suis seruat, & subitò reuehit, cum prædâ elapsâ:

a

74 Post hæc venit S. Brigida cum puellis in campum *b* Clioch, & habitauit ibi in quodam loco. Tunc venit ad Brigidam quædam ancilla fugiens dominam suam. Domina autem illius secuta est eam, volens secum reducere illam. Brigida verò rogauit dominam vt dimitteret ancillam; sed domina noluit, ancilla enim multas vestes texebat. Tunc domina illa tenuit manũ ancillæ suæ, & traxit violenter à latere Brigidæ eam, & hoc Brigidæ displicuit. Et cùm pertexissent paullulùm

b

nolenti ancillam sibi relinquere, manus auellit;

C

à S. Brigidâ, manus dextera dominæ aruit, cùm quâ tenuit manum ancillæ. Videns autem domina, quia non potuit mouere manum suam, fleuit, & pœnitentiam egit; & dimisit ancillam liberam Brigidæ, & sanata est.

quam sanat:

75 S. Brigida rogata est vt iret ad quemdam Regem in campo *c* Blioch, ad liberandum virum qui erat in vinculis cum Rege: & exijt Brigida, & intrauit in domum Regis, & non inuenit Regem in domo suâ, sed amici eius erant in eâ, id est, vir qui nutriuit Regem cum suâ vxore & filijs; & vidit Brigida citharas in domo, & dixit: Citharizate nobis citharis vestris. Responderunt amici Regis: Non sunt nunc citharistæ in hac domo, sed exierunt in viam. Tunc alius vir, qui erat cum comitibus S. Brigidæ, ioculari verbo illius amicis dixit: Vosmetipsi citharizate nobis, & benedicat S. Brigida manus vestras, vt possitis complere quod illa præcipit vobis, & obedite voci eius. Dixeruntque amici Regis: Faciamus, benedicat nos Brigida. Tunc arripiunt citharas, & modulantur rudes citharistæ. Tunc venit Rex ad domum suam, & audiuit vocem carminis, & dixit: Quis facit hoc carmen? Respondit ei vnus: Nutritius tuus & nutrix tua cum filijs suis, iubente illis Brigidâ. Intrauitque Rex in domum, & postulauit benedici à Brigidâ ; dixitque ei Brigida: Tu vicissim dimitte mihi virum vinctum. Tunc Rex gratis donauit ei vinctum. Amici verò Regis fuerunt citharistæ vsque ad diem mortis suæ, & semen eorum per multa tempora Regibus venerabiles fuerunt.

c

piscatorem procul abreptum, meritis suis seruat, & subitò reuehit, cum prædâ elapsâ:

benedictione quibusdam peritiam cantûs citharâ confert:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

vincto libertatem obtinet:

76 Duo leprosi venerunt ad S. Brigidam, rogantes vt salui fierent. Tunc orauit S. Brigida, & benedixit aquam, & dixit eis, vt alterutrum se lauarent in aquâ sanctâ, & sic factum est. Et statim sanatus est vnus, & suis vestibus lotis induitur. Dixitque illi Brigida: Laua & tu socium tuum. Ille autem videns quia mundatus est, & vestimenta haberet lota, noluit tangere lepram alterius, sed de suâ salute gloriabatur. Dixitque ei Brigida: Quod tu voluisti, vt ille tibi faceret, te decet similiter ei facere. Ille verò negauit, & contradixit. Tunc Brigida surrexit, & mundauit leprosum, & dedit ei vestimenta munda. Qui verò priùs sanatus est, ait: Modò sentio scintillas ignis esse super humeros meos. Et statim totum corpus eius leprâ percussum est propter superbiam, alter verò sanatus est propter humilitatem suam. Et gratulatus gratias egit Deo, qui se per merita S. Brigidæ sanauit.

sanat leprosum,

item aliũ, eũ abluens, priore ob superbiam, leprâ corrector:

E

77 Quadam die S. Brigida cum suis Virginibus ambulabat in loco campestri & vidit quemdam *d* iuuenem scholasticum currentem velociter, & ait illi: O iuuenis, quò tu curris tam citò? Ille respondit dicens: Ad regnum Dei curro. Dixit ei Brigida : Vtinam merear currere tecum ad regnum Dei: ora pro me, vt istud valeam. Respondit Scholasticus: Tu roga Deum, vt cursus meus non impediatur, & ego pro te vicissim rogabo, vt tu & mille comites tecum vadant ad regnum Dei. Tunc S. Brigida pro iuuene rogauit Deum, & in illis diebus ipse pœnitentiam egit, & fuit religiosus vsque ad mortem suam.

d

pro quodã orans, ad religionem inducit:

78 Duo igitur leprosi ad Brigidam venerunt quærentes eleemosynam. Illa autem nil habebat quod eis daret, vnam vaccam quam habebat dedit eis. Quorũ vnus gratias egit Deo, alter verò superbus & ingratus extitit, dicens: Nisi mihi soli detur vacca, dimidium illius non portabo. Tunc Brigida dixit ad humilem leprosum: Tu hìc mecum paullisper expecta hoc quod Dominus nobis mittat ; & ille superbus vaccam habeat. Tunc exijt ille cum vaccâ, sed solus non potuit eam minare. Tandem labore fatigatus, reuersus est ad Brigidam, & multis conuicijs calumniabatur S. Brigidam, dicens: Quia non ex corde donasti vaccam tuam, ideò solus non potui eam minare ; dura es nimiùm & immitis. Sed S. Brigida consolabatur eum, & non potuit eum lenire, & hoc displicuit S. Brigidæ, & ait ad eum: Filius perditionis es, vaccam minabis; sed tamen tibi non proderit. Eadem die vir quidam venit ad S. Brigidam cum vaccâ in oblatione, & tunc duo leprosi minauerunt duas vaccas, & exierunt ad quamdam aquam, & illud flumen rapuit superbum cum suâ vaccâ in profundum, & absorptus est ; neque vnquam inuentum est corpus eius: humilis verò euasit cum suâ vaccâ.

duobus leprosis das singulas vaccas;

sed alter ingratus & superbus cum vaccâ perit:

F

79 Post hæc venit S. Brigida in campo *e* Clioch in fines Laginensium, vt illic pauperes feminis sui adiuuaret. Cumque veniisset in curru suo per campum *f* Femini, inuenerunt quemdam virum sapientem agrũ, dixitque auriga Brigidæ: Concede nobis, vt S. Brigida transeat in curru per agrum tuum, & postea circumdabis sepem agro tuo. Respondit ille vir: Non, sed ite per circuitum agri. Tunc dixit Brigida: Faciamus quod ille dixit, ne aliquid offensionis contingat, causâ illius viri. Tunc auriga cogebat equos transire sepem. Videns autem hoc vir ille furibundus, cædebat equorum nates: equisque calcitrantibus S. Brigida & auriga ceciderunt de curru, & læsi sunt, & steterunt equi in vno loco.

e

f

lapsa è curru laditur,

AVCTOREANONYMO, EX MSS.

loco. Tunc ait Brigida: Nonne dixi tibi, vt hunc virum vitaremus, quia vidi virum peſtilentiæ eſſe & mortis? Tunc vir ille cœptum opus aggreditur, paruipendens ſcelus quod fecit, & ſtatim corruit in terram & mortuus eſt.

A *eo qui lapſus cauſſa fuerat, ſubitò extincto:*

a *Vita* 4. ad littus cuiuſdam inſulæ in mari poſitæ longè.
b *Colg.* Cliach. *alij* Cliath. *Vita* 4 Cliach in Momoniâ poſitum.
c *MS. Rat.* Clioh. *Colg.* Cliach.
d *Is erat* S. Nennidius, *ſiue* Nennius, *de quo plura referuntur in* 4 *&* 5 *Vitâ, & à Colgano to.* 2 *ad* 18 *Ianuarij.*
e *MS. Rat.* Clich. *Colg.* Cliach.
f *Ita MS. Rat. & Colg. aſt Audom.* Femin.

CAPVT XIII

Annona egentibus obtenta. in viâ errantes adiuti.

80 VEnit-ergo S. Brigida ad extremos fines Laginenſium, & intrauit in prouinciam a Labrati, & ibi habitauit in quodam loco. Tunc venit ad eam quædam fœmina cum filiâ ſuâ leprosâ, vt ſanaretur ab illâ. Tunc Brigida orans ieiunauit, & aquam benedixit, & iuſſit filiam leproſam aſpergi de aquâ, & ſtatim mundata eſt à leprâ ſuâ, & gratias egit Deo & Brigidæ.

a leproſam aquâ benedictâ aſperſam ſanat:

81 Religioſi quidam viri ad Brigidam venerunt, & prædicauerunt verbum Dei. Poſt hæc dicit Brigida ad cocam ſuam: Præpara prandium optimum hoſpitibus. Reſpondit coca dicens: Quale prandium dabo eis? dixit Brigida: Da eis panem & butyrum & cepas & fercula multa. Reſpondit coca: Dabo ſic; ſed tu priùs exi ad eccleſiam. Nihil enim eorum quæ dixit habuit coca. Dixitque Brigida ad cocam: Scopa pauimentum coquinæ, & claude eam, & vade ad domum tuam, & ora in eâ: & ego ibo ad eccleſiam. Horâ autem ſextâ vocauit Brigida plauſu, & dixit illi: Adeſt tempus, vt reficiantur hoſpites: vade ad coquinam, & quodcumque inueneris, in eâ, da eis largiter. Tunc illa aperiens coquinam, inuenit omnes eſcas quas dixit Brigida, & non defecerunt illæ eſcæ per ſeptem dies, & erant ſufficientes tam hoſpitibus quàm omni familiæ Brigidæ: & nemo nouit, vnde erant iſtæ eſcæ, aut quis eas attulit, præter Brigidam & cocam ſuam.

B

orans, cibos hoſpitibus impetrat, ad 7 dies;

82 Alio tempore Virginum chorus venit ad Brigidam habentes quæſtionem, & dixerunt ad eam: Cur in hoc loco olera aquatica non ſunt, quibus ſancti homines vti conſueſcunt? Pro hac cauſsâ ſequenti nocte S. Brigida Dominum rogauit. Manè autem ſurgentes puellæ viderunt fontes ſupra modum menſuræ his oleribus abundantes: & tranſeuntes per longa ſpatia locorum, inuenerunt in illis locis nimiam multitudinem olerum iſtorum, quæ antè inuiſa erant in illis locis: & donauit ei Deus ſicut rogauit.

item olera aquatica ad ſuos fontes:

C

83 Famâ S. Brigidæ creſcente per multas regiones, quidam homines venerunt ad eam de longinquo, & illi munera portabant ad eam in curribus & in equis, ſed caſu venerunt in ſiluas condenſas: venit nox ſuper illos, & ignorantes viam errauerunt in ſiluis, neque poterant currus portare in ſiluâ. Tunc S. Brigida laborem illorum cognouit, & pro eis Dominum rogauit, & dixit puellis ſuis: Accendite ignem, & calefacite aquam hoſpitibus. Nox verò illa erat tenebroſa. Tunc princeps virorum illorum ambulantium vidit ingentem lampadem, quæ antecedebat eos in viâ, vſque dum peruenerunt ad domum. Tunc Brigida exijt obuiàm illis, Deoque communes gratias egerunt, & manſerunt ibi tribus diebus, Dominum laudantes. Poſthæc reuerſi ſunt illi per eamdem viam, quâ venerunt illâ nocte ſupradictâ, & viderunt loca aſpera & implana, & non potuerunt currus portare in humeris

abſentia cognoſcit:

nocte in ſiluâ errãtibus lucẽ diuinitus præferri impetrat:

ſuis, & maximo labore euaſerunt; quia nemo nouit peritorum eſſe viam in illis locis, ſed Chriſtus in nocte ſupradictâ illa loca fecit plana & lucida propter S. Brigidam rogantem. D

84 Simili modo quidã Epiſcopus, nomine Broon, quem ſuprà diximus, venit cum mulieribus ad S. Brigidam, & cum curribus & equis, & cum multo populo comitantium. Venerunt & ipſi in ſiluas condenſas, & errabant ignorantes viam, ſicut ſcripſimus accidiſſe. Tunc nox hiemalis cecidit ſuper eos. Sancta verò Brigida hoc ſciens, dixit puellis ſuis: Oremus pro hoſpitibus Dominum, qui laborant venientes ad nos, vt miſereatur Deus laborum eorum. Mira valdè dicturus ſum, Tunc hoſpites illi in mediâ viâ protinus viderunt locum Brigidæ, ſicut putabant, viderunt que lætam Brigidam cum ſuis puellis, in occurſum eorum cum pace. Quæ ſubitò duxit eos in magnam domum cum curribus & equis, & detractis calceamentis abluit pedes eorum, abundantiâque ciborum refecit eos: ſtratis quoq; lectis hoſpites collocauit, & omnia quę neceſſaria ſunt hoſpitibus, fecit eis Brigida cum puellis ſuis, ſicut ſenſerunt. Manè autem facto, dixit Brigida puellis ſuis: Properemus in obuiàm hoſpitibus errantibus iuxta nos, qui hac nocte in ſiluâ manſerunt. Tunc feſtinauerunt, & inuenerunt hoſpites in ſiluâ ſedentes, & cum ingenti lætitiâ deduxerunt eos in domum ſuam, & compleuerunt omnia iura hoſpitij, quæ oſtenſa ſunt hoſpitibus in nocte, & ſimul gratias Deo egerunt.

pro aliùs errantibus orat,

qui ſibi videntur ab eâ magnificè excipi,

E

quod poſtridie factum:

85 Sanctus Epiſcopus Broon reuerſus eſt ad ſuam regionem, & portauit ſecum chriſma à S. Brigidâ. Ille autem habitabat iuxta mare: quadam autem die Epiſcopus laborabat in littore maris, & vnus puer ſecum, & poſitum eſt chriſma ſuper ſaxum in littore, & venit mare ad plenitudinem ſuam. Tunc puer recordatus eſt chriſmatis, & fleuit. Dixitque Epiſcopus: Noli flere, credo enim quia chriſma S. Brigidæ non peribit. Et completum eſt ſic. Chriſma enim ſiccum ſuper ſaxum fuit, & non mutatum eſt fluctibus maris; & decreſcente mari inuenerunt illud, ſicut poſitum eſt.

eius chriſma abaſtu maris intactum:

a *MS. Rat.* Labrathi. 4. *Vita*, Labraithi. *Colg. Not.* 50 Labraide, *& conijcit* Hi-kenſelach *nunc dici, ab Enda cognomento Kinſelach, filio Labratij, vel Lauradij, F. Breſſalij Belach, Lagenia Regis.*

CAPVT XIV

Angeli cuſtodis tutela & familiaritas. Victoriæ Regi benefico promiſſæ.

F

86 POſt hæc venit S. Brigida ad domum patris ſui Dubtachi, volens poſt longa tempora viſitare parentes: & pater eius gauiſus eſt valdè in aduentu ipſius, & rogauit eam, vt in domo ſuâ maneret illâ nocte, & illa manſit. In hac autem nocte venit Angelus Domini, & ſuſcitauit Brigidam, & iterum veniens ſuſcitauit eam: tertiâ autem vice paullò grauiùs excitauit eam, dicens: Surge citò, & ſuſcita patrem tuum, & ſuam familiam, & tuas puellas: nam hoſtes appropinquant, & volunt occidere patrem tuum cum ſuâ familiâ, ſed propter te non vult Deus hoc. Exite nunc; nam ſtatim domus iſta comburetur. Et cùm omnes exirent, hoſtes ſtatim venerunt, & ſuccenderunt domum. Tunc pater ipſius dixit: O Sancta Brigida, tua benedictio nos cuſtodiuit in hac nocte à morte præſenti. Dixitque illi Brigida: Non ſolùm in hac nocte, ſed vſque ad ſenectutem ſanguis non effundetur in habitaculo veſtro. Nam cùm quidam voluiſſet percutere quamdam Virginem, riguit manus eius quam extenderat, & non potuit manum retrahere, donec illam Virginem dimiſit.

ter ab Angelo excitata,

patrem cũ ſuis ab hoſte liberat,

quodam vim inferentem punit.

87 Craſtinâ autem die dixit vna puellarum ſuarum

ad S.

Aad S.Brigidam: Vtinam Angelus adiuuaret te ſemper, ſicut fecit in nocte tranſactâ. Ait Brigida: Non iſtâ nocte tantùm, ſed per omnem ætatem meam auxilium eius habeo in omnibus. Nam quotidie lætitiam præſtat mihi, dum per ipſum cæleſtium ſonos carminum & ſpirituales cantus organorum quotidie audio. Sanctorum quoque Miſſas, quæ Domino procul in terrâ celebrantur, quaſi prope per ipſum eſſem, quotidie audire poſſum; & meas orationes nocte ac die offert Deo, & in præſentiâ & in abſentiâ ſemper audit me. Quod duobus exemplis nunc tibi demonſtrabo. Quodam autem tempore rogauit me mulier quædam leproſa & infirma, vt ei aquam deferrem, & in ceteris neceſſariis miſericorditer miniſtrarem. Vas itaque cum aquâ benedixi, & dedi ei, dicens: Pone illud inter te & parietem, ne aliquis præter te tangat illud, donec reuertar. Angelus verò meus benedixit illam aquam in præſentiâ meâ, & conuerſa eſt in omnem ſaporem, quemcumque leproſa volebat. Nam quando volebat vel concupiſcebat mel, ſaporem mellis habebat aqua; quando vinum, ſiue cereuiſiam, vel lac, aut alios liquores, eadem aqua in ſapores eorum per mulieris infirmæ voluntatem viciſſim vertebatur. Item cùm ego parua puella eſſem, feci altare lapideum ludo puellari, venitque Angelus Domini, & perforauit lapidem in quatuor angulis, & ſubpoſuit quatuor pedes Bligneos. Hęc duo de Angelo meo, ô puella, tibi monſtraui, vt Dominum noſtrum glorifices.

ſemper ope Angeli fouetur, quotidie cæleſtes cantus audit, & Miſſas SS. abſentium;

ab eo benedictam aquam dat leproſæ,

omnem ſaporem præbentem:

paruula ab eo adiuta, etiam ludens:

88 Eodem tempore S.Brigidam pater ſuus rogauit, vt iret ad Regem Laginenſium, vt gladium, quem illo Rex patri ſuo pro tempore donauerat, in perpetuum daret. Exiit itaque S. Brigida ad Regem in campum Liffi. Cumque illa ſediſſet ad portam ciuitatis ipſius, venit ad eam vnus ſeruorum Regis, dicens: Si me abſolueris ex iugo Regis iſtius, ſeruus tuus ero in perpetuum cum omnibus meis, & ego & cognati mei Chriſtiani erimus. Dixitque illi Brigida: Petam pro te. Tunc Brigida vocata eſt ad Regem, dixitque ei Rex: O Brigida, quid vis à me? ait illa: Vt detur gladius tuus patri meo, vt vnum de ſeruis tuis mihi dimittas. Dixit ei Rex: Quid mihi dabis pro his duabus magnis petitionibus? Ait Brigida: Si vis, vitam æternam dabo tibi, & ſemen tuum Reges erunt per ſecula. Dixitque Rex: Vitam, quam non video, non quæro: de filiis, qui poſt me erunt, non percuro. alia verò duo da mihi, vt longæuus fiam in præſenti vitâ quam diligo, & in omni loco & bello victor exiſtam. Iugem enim pugnam habemus contra nepotes Neil. Dixitque ei Brigida: Hæc duo tibi dabuntur, longa vita & victoria in omni bello. Nec multò pòſt exiit ille cum paucis hominibus in campum Breg: cumque vidiſſet multitudinem hoſtiũ, dixit ad ſuos: Vocate Brigidam in auxilium, vt Sancta impleat ſua promiſſa. Et clamauerunt ad cælum. Tunc ſtatim Rex vidit S.Brigidam præire ante ſe cum baculo ſuo in manu dextrâ, & columna ignis ardebat de capite eius vſque ad cælum. Tunc hoſtes in fugam verſi ſunt. Rex verò cum ſuâ familiâ gratias Deo & Brigidæ egerunt. Poſt hæc ille Rex triginta bella geſſit, & vicit omnia, nouemque certamina in Britanniâ proſperè egit, & à multis Regibus merces ei dabatur, vt cum ipſis pugnaret, quia erat inuictus. Factum eſt autem poſt mortem ipſius, venerunt Laginenſes, & inierunt conſilium, dicentes: Ponamus corpus mortuum Regis noſtri inter nos in curru, & pugnemus circa cadauer contra hoſtes: & ita fecerunt. Tunc nepotes Neil in fugam verſi ſunt. Donum enim diuinum per S.Brigidam in Rege permanſit.

petit à Rege patri dari gladium;

ſibi ſeruũ:

promittit ei longam vitam & victoriã;

ſecutuſque euentus, non ſine prodigio,

etiam poſt mortem, in exangui corpore:

CAPVT XV

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

Raptus. occultorum cognitio. fluminum miraculoſa traiectio.

89 ALiò quoque die quidam vir ſanctus venit ad domum, in quâ ſola Brigida orabat, & inuenit eam ſtantem, & manus in oratione tendentem in cælum; & nihil aliud videbat, nec audiebat. Eadem horâ clamor magnus habitatorum loci illius inſonuit: nam ad vaccas vituli ipsâ horâ irruerunt; ſed hæc Sancta non audiuit, in mentis exceſſu Deo intenta. Tunc vir ille reliquit eam in hac horâ, ne conturbaret orationem eius. Aliâ verò horâ reuerſus eſt ad eam, & dixit: ô Sancta Dei cur non cucurriſti ad clamorem plebis? Ait illa: Clamorem iſtum non audiui. Dixit ei vir ille: Quid aliud? Reſpondit Brigida: In vrbe Romanâ iuxta Petri & Pauli corpora audiui Miſſas, & nimis deſidero, vt ad me iſtius ordo & vniuerſa regula deferatur à Româ. Tunc miſit Brigida viros ſapientes, & detulerunt inde Miſſas & *a* regulam. Item poſt aliquantulum tempus dixit Brigida ad illos viros: Ego ſentio, quòd quidam commutauerunt in Româ Miſſas, poſtquàm venistis ab eâ; exite iterum. At illi exierunt, & detulerunt vt inuenerunt.

in extaſin rapta

Romæ Miſſam audit: inde ordinem Miſſæ petit,

& in quo mutatum aliquid, diuinitus intelligit:

90 Quidam autem die pluuiali venit Brigida ad domum ſuam. Et cùm ceſſaret pluuia, radius ſolis venit in domum per parietem, & poſuit Brigida veſtimentum ſuum ſuper illum radium, putans quòd funis eſſet. Tunc alius prædicauit verbum Dei in domo illâ, & Brigidâ intendebat verbo Dei, & vſque ad veſperam, & ad magnam partem noctis inebriata eſt mens eius verbo Dei, & oblita eſt præſentia. Radius verò ille, ſuper quem poſuit Brigida veſtimentum ſuũ, vſque ad dimidium noctis permanſit. Tunc vnus eorum, qui erant in domo illâ, dixit ad Brigidam. Tolle veſtimentum de radio ſolis. At illa dixit: Putabam quòd funis eſſet non radius. Alij quoque venerunt eadem nocte ad campum Liffi, & dixerunt ſe vidiſſe radium iſtum illuſtrantem campum, donec venerunt ad S.Brigidam mediâ nocte. Tunc omnes gratias Deo egerunt, & S.Brigidam laudauerunt.

ſuſpendit veſtem in radio ſolis,

ad mediã noctem durante,

& foris parente:

91 Poſt hæc exiit S. Brigida, vt peregrinaretur in regione quadam cum ſimul ſecum comitantibus, & habitauerunt in campo *b* Au. Quidam ergo die acceſſit ad altare, vt Euchariſtiam ſumeret de manu Epiſcopi & calicem deſuper intuens, vidit in eodem *c* formæ prodigium, id eſt, vmbram hirci vidit in calicem. Vnus quippe de pueris Epiſcopi calicem tenebat. Tunc Brigida noluit ex hoc calice bibere. Dixitque ei Epiſcopus: Cur non bibis ex hoc calice? Brigida autem manifeſtauit ei quod in calice vidit. Tunc Epiſcopus puero dixit: Quid feciſti? Da gloriam Deo. Puer autem confeſſus eſt ſe feciſſe furtum in caprario, & vnum occidiſſe hircorum ſuorum, & ex parte comediſſe. Dixitque ei Epiſcopus: Pœnitentiam age, & funde lacrymas cum fletu. Et illis obediuit, & pœnitentiam egit. Item vocata Brigida venit ad calicem, & nihil in calice vidit hirci illius. Lacrymæ enim illius culpam ſoluerunt.

b

c

furtũ puer mirabiliter cognoſcit:

92 Alio tempore in eadem regione quædam *d* decrepitana infirmabatur ad mortem, veneruntque ad eam omnes Virgines loci illius, vt vigilarent, & orarent cum eâ in domo, & S.Brigida venit cum eis. Tunc quædam ex Virginibus ait: Tollantur veſtimenta de eâ, ne ſub ipſis mortua fiat, & ne laboremus lauantes ea in tempore niuis & frigoris. Hoc S. Brigida prohibuit, dicens: Paruo tempore nobiſcum erit, facite miſericordiam ad paruam horam. Egrediente verò animâ illius vetulæ de corpore, viſa ſunt veſtimenta extra domum, & nemo vidit quis ea foras portaret.

d adeſt moribunda:

aliarũ laborem in mundãdis mortuæ veſtibus ſubtrahit.

Caritas

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

Caritas enim cordis Brigidæ vtrumq; voluit, vt infirma illa vetula non nudaretur veſtibus in magno frigore, & ne laborarent lauantes eas: vtraſque enim liberauit à frigore. Tunc omnes Deum & S. Brigidam laudauerunt. A

93 Cumque S. Brigida ibidem habitaret in quadam eccleſia, ſtagnum aquæ frequentabat. Quadam autem nocte, in quâ erat nix & glacies, omnibus dormientibus venit Brigida ad ſtagnum cum quadam puellâ, & erat in illâ nocte in ſtagno orans, & flens; & quod ſemel fecit in illâ nocte, hoc ſemper omnibus noctibus voluit facere, & in conſuetudinem vertere. Sed Chriſti miſericordia hoc fieri diutius non paſſa eſt. Aliâ autem nocte ſtagnum inuenerunt ſiccum ſine aquâ, & non inuenerunt niſi arenam tantùm. Primâ verò horâ diei venientes ad ſtagnum, inuenerunt aquâ plenum, vt ſemper erat: ſimiliter ſecundâ nocte iterum aruit ſtagnum; diebus verò plenum fiebat, ita vt Deus manifeſtaret omnibus magnam virtutem Virginis Brigidæ.

in gelido ſtagno noctu orat;

illud poſteà nocte exareſcit, die plenũ:

94 Orta eſt igitur magna quæſtio apud Laginenſes de abſentiâ Sanctæ, vt ad ſuam gentem rediret. Tunc Brigida venit cum eis. Cumque ad flumen *e* Sinne venirent, inuenerunt ibi iuxta *f* Vadum Lua duas plebes B ſedentes ex vtraque parte ripæ, id eſt, nepotes Neil & Conactorum gentes. Tunc puellæ S. Brigidæ poſtulauerunt ab omnibus, vt trans flumen portarentur, & non impetrauerunt. Quidam verò peſſimus homo dixit ad illas: Date mihi vnum ſagorum veſtrorum, & in meâ naui trans flumen portabo vos; dixeruntque puellæ: Non, ſed nos nunc ibimus in flumen, & benedictio S. Brigidæ cuſtodiet nos. Eadem horâ dixerunt puellæ S. Brigidæ: Signa iſtud flumen in nomine Ieſu Chriſti, vt mitior & humilior efficiatur nobis. Tunc S. Brigida flumen benedixit: & duobus populis adſtantibus, vt diximus, cum puellis ſuis flumen intrauit, & vſque ad genua Virginum non peruenit alueus ingentis fluminis, quod etiam fortiſſimi viri ſine naui non poterant tranſire. Omnes itaque Deum & S. Brigidam laudauerunt. Et priuſquàm S. Brigida intraret flumen cum puellis ſuis, ingreſſi ſunt in paruâ rati alij Clerici, *g* qui ſe confitebantur in imperitiâ nauigandi, & dixerunt ad Brigidam: Poterit ratis iſta portare vnam puellarum tuarum nobiſcum. Tunc Brigida iuſſit vnã puellarum ſuarum, vt ante ſe præiret eum eis trans flumen. Dixitque puella: Benedic me diligenter, quia timeo à te ſeparari in flumine. Dixit ei Brigida: Vade in pace, Dominus cuſtodiat te. Tunc C nauigauerunt, & in medio fluminis merſa eſt nauis ſub aquâ cunctis videntibus. Puella verò in periculo poſita, clamauit nomen S. Brigidæ in auxilium, & benedixit eam Brigida, & orauit pro illâ ſedente ſuper aquas. Et portauit eam aqua in ſuâ ſede ad portum, cum ſiccis veſtimentis. Tunc omnes confeſſi ſunt mirabilem Deum omnipotentem per Sanctam Brigidam Virginem.

e

f

fluuium cruce ſignatum, cũ ſuis tranſit ſine naui:

g

puellã benedicens periculo ſubmerſionis eripit:

95 Dum ergo S. Brigida veniſſet ad patriam ſuam, cum magno honore & gaudio totius plebis ſuſcepta eſt. Quodam autem tempore erat panis inopia Virginibus Brigidæ in loco in quo habitabant. Tunc quidam homo, qui habitabat in Orientali plagâ campi Liffi, venit ad Brigidam, vir bonus & largus, & dixit ad eam: Veniant mecum puellæ tuæ, vt afferant tibi aliquantos modios farinæ. Tunc perrexerunt puellæ cum eo, & poſteà ab illo cum oneribus reuerſæ ſunt. Cumque ad amnem Liffi veniſſent, inuenerunt illum plenum vltra ripas: abundantia magna aquarum erat, & non poterant à crine tranſire vndis tumeſcentibus. Tunc Virgines quid agerent ſtupidâ mente ignorabant. Ergo proſtrauerunt ſe in terram iuxta ripam fluminis, & inuocabant vnâ voce S. Brigidam in auxilium. Continuoque ſimul ab eo loco, in quo erant, in alteram ripam huius fluminis tranſlatæ ſunt cum oneribus ſuis: ſed quomodò, aut qualiter tranſlatæ ſunt, D ignorabant. Tunc venerunt puellæ ad S. Brigidam, & narrauerunt miraculum quod factum eſt de ipſis: & ipſa præcepit eis vt nemini dicerent hoc: ſed tamen celari non potuit.

mittit ſuas vt frumẽtum ferãt,

eas ſſ̃p mirabili modo trans flumen deferri impetrat:

a *Ordinem ac ritus ſacrorum. De legatis à S. Brigidâ Romam miſſis, mirificâ obliuione captu, ac caco à morte liberato, agit ex neſcio cuius Æguſſij feſtologio Colganus Append. 2 cap. 43. Neſcio quam illa fidem mereantur.*

b *Vita* 4. Hay. *Colg.* Air, *notatq; olim* Mag-ai, *nunc* Mag-air, *vel* Machaire Connacht *dici. Eſt enim in Connaciâ ampla planities, in Comitatu Roſcoman, quem duo fluuij Succus & Sineus includunt. Flures ibi eccleſia, in diœceſi Alſinnenſi, S. Brigida dicata.*

c *Ita MSS. at Colg.* deforme. *Capgrauius ita hoc prodigium narrat*: Cum Euchariſtiam de manu Epiſcopi ſumeret, vidit in calice, quem puer Epiſcopi tenebat, deforme prodigium, hirci videlicet vmbram: & renuens de calice bibere, viſionem Epiſcopo dixit. Tunc Epiſcopus puero ait: Quid feciſti? Da gloriam Deo. Puer autem confeſſus eſt, ſe furtum feciſſe, & vnum hircorum ſuorum occidiſſe, & partem comediſſe; & cum pœnitentiam cum lacrymis egiſſet; vocatâ Brigidâ nihil de hirco in calice vidit. *Hæc Capgrauius: quæ eò protuli, vt appareat Balai hæretici ſcurrile mendacium, Script. Brit. centur. 1 in append ad cap. 41 (vbi de Faſtidio Epiſcopo agit) ita ſcribentis:* Miraculis, his diebus (inquit Capgrauus) laborabat hypocriſis: non tamen potuit adulterium occultare, quod tunc pro ſummâ ſanctitate coluerat. Nam dum ſacra litaret Epiſcopus cælebs in Monâ inſulâ, Bronus vel Bi no nomine, Brigidâ mulier ſanctâ in eius calice (.....) hirci vmbratici deforme prodigium vidit. Quod ex eius fornicatione ac matrimonij ſacerdotalis contemptu, circa annum 510 proueniſſe, dictus Capgrauus interpretatur. *Hæc ille, homo impuriſſimus, quem tamen Guilielmus Xylander* ſenem doctrinâ & pietate polentem, *Cœlius Secundus Curio* bonum & doctiſſimum ſenem *prædicant: quaſi bonitatis, doctrinæ, pietatis nomine fas ſit impudentiam, maledicentiam, mendacium honeſtare.*

Balai apoſtata impudens mendaciũ.

d *Ita MSS. & Colg.*

e *Ita MS. Aud. at Rat.* Sinna. *Colg.* Sinann. *Ptolemæo*, Senus. *alius* Sena, Sionna, Sinaunus, *accolus* Shanoon: *nobiliſſimus Hiberniæ fluuius, Mediam à Nelli filiis habitatam, à Conaciâ diuidens.* Senus *ſl.*

f *Alij*, Luain. *Hîc nunc oppidum eſt, Sinæo flumini appoſitum, vulgò* Athlon, *O-Kelliorũm baroniæ Athlonæ, ac totius Comitatus Roſcomanenſis primarium, quod & caſtrum habet præſidio munitum, & pontem pulcherrimum viuo è ſaxo.* Athlõ *op.*

g *Colgan.* qui in ſe confidebant in peritiâ nauigandi.

CAPVT XVI

Tentationis ſuperatæ fructus. Varia in ope miſeris ferendâ miracula.

96 S. Brigida habebat quamdam aluminam, nomine *a* Darlugdacham, quæ quadam die non benè F custodiens oculos ſuos vidit virum, & concupiuit eum, & ipſe ſimiliter amauit eam. Poſt hæc verò Virgo quadam nocte conduxit illum virũ: & ipsâ nocte erat Virgo hæc in lectulo cum S. Brigidâ. Cùm autem paullìſper dormiret S. Brigida, ſurrexit Virgo: & cùm exiſſet de lectulo; irruit in eam mira perturbatio cogitationum, & magnum certamen habebat in corde, timoris & amoris. Timebat enim Deum & S. Brigidam, & vehementi igne amoris viri vrebatur. Orauit ergo Dominum, vt adiuuaret illam in tali anguſtiâ. Tunc inuenit à Deo bonum conſilium, & impleuit duos *b* ficones ſuos carbonibus ignis, & intinxit pedes ſuos in eos. Sicque factum eſt, vt ignis ignem extingueret, & dolor dolorem vinceret. Deinde verò ad lectulum reuerſa eſt. Hæc autem omnia ſenſit B. Brigida; ſed tamen tacuit, vt puella paullìſper temperaretur & probaretur. Craſtino autem die puella confeſſa eſt ſuum peccatum. Dixitque ei Brigida: Quia viriliter dimicaſti in hac nocte, & pedes tuos in præſenti combuſſiſti, ignis fornicationis iterum in præſenti non nocebit tibi, & ignis gehennæ in futuro non comburet te. Tunc B. Brigida ſanauit pedes eius, ita vt nec ſignum combuſtionis appareret in eis.

a

S. Darlugdacha, quæ ob malè cuſtoditos oculos tentata.

b

pedes ſibi vſſerat,

eos ſanat, & continentiæ donum ſpondet:

97 Aliâ

A 97 Aliâ die S. Brigida meſſores ſuos in meſſem ſuam vocauit: & in ipsâ die pluuia magna erat, & per totam prouinciam illam pluuiis abundanter effusis, ſua meſſis ſola arida ſine pluuiarum impedimento fuit. Et cùm omnes meſſores regionis illius à ſuo opere propter pluuiam prohibiti eſſent, ſui meſſores, ſine vllâ vmbrâ caliginis, totâ die ab ortu ſolis vſque ad occaſum per Dei potentiam opus exercebant inceſſabiliter cum ſerenitate.

meſſores ſuos à pluuiâ ſeruat immunes:

c 98 Alio autem die *c* tribus aduenientibus Epiſcopis & cum eâ hoſpitantibus, dum non haberet S. Brigida vnde eos cibaret, adiuta multiplici virtute Dei, vaccam vnam contra conſuetudinem in vnâ die tribus vicibus mulſit: & quod ſolet de optimis tribus vaccis exprimi, mirabiliter de vnâ vaccâ expreſſit. Hanc autem vaccam ſciens quidam *d* puer, rogauit S. Brigidam, vt donaret illi eam: & ita fecit. Et poſtquàm inde minauit eam, ſimilis aliis vaccis effecta eſt: & ſicut aliæ vaccæ fuerunt, talis fuit vacca illa. *e*

ad hoſpitalitatem, lactis copiâ à Deo impetrat:

d

e

99 Quidam autem die venit quædam mulier ad S. Brigidam, dicens ei: Quid faciam de filio meo, quia pater eius illum propter cæcitatem, quam patitur, vult occidere *f*? A natiuitate enim cæcus eſt, *g* tabulatam faciem habens. Tunc Brigida miſerta mulieri, iuſſit faciem pueri in aquâ propinquâ lauari. Et ſtatim ſanus factus eſt puer, qui vocabatur *h* Cretanus: quem dicebant homines loci illius vſque ad mortem dolorem oculorum habuiſſe: ſed tamen ſanos oculos ſemper habebat.

cuidã oculos & visũ confert:

fg

B

h

100 Alio autem die quidam alacer in formâ pauperis venit ad S. Brigidam, ſciens illam miſericordem eſſe in pauperes, & iocularibus verbis poſtulauit ab eâ veruecem de grege; & illa donauit ei. Et ille iterum veniens ſeptem vicibus, & ſeptem veruеces in nomine Domini poſtulans per aſtutiam in formâ pauperis ab eâ, vt voluit, impetrauit. Veſpere autem facto, dinumeratoque grege, certus numerus inuentus eſt: iterum additis ſeptem veruecibus gregi, non ampliùs quàm certus numerus inueniebatur. Quodam namque tempore leproſi à B. Brigidâ cereuiſiam poſtulauerunt. Illa verò videns quia non haberet cereuiſiam, aquam ad balneum portatam benedicens, in optimam cereuiſiam conuertit, & abundanter ſitientibus porrexit. Alio autem tempore S. Brigida, per potentiſſimam Dei virtutem, cuiuſdam mulieris tumeſcentem vuluam benedixit: & euaneſcente *i* conceptu, ſine partu & dolore eam ſanam ad pœnitentiam reſtituit. Illa verò ſanata eſt, & Deo gratias egit. Quadam autem die cùm quidam ad B. Brigidam veniret, ſal petens, illa non habens in promptu ſal, accepit lapidem, & benedixit, & fecit ſal de eo, & poſcenti largita eſt; & fecit eum domum cum gaudio redire.

7 veruеces dat ficto pauperi,

nec minuitur grex:

aquã benedictione in cereuiſiam conuertit;

i

C

petram in ſalem:

101 Alio verò tempore S. Brigida *k* grandem partem lardi cum aliâ carne perdidit. Et cùm pars illa eſſet inquiſita, non alicubi, ſed in loco vbi canis ſolebat eſſe, menſe tranſacto intacta & integra reperta eſt. Non enim canis auſus eſt comedere depoſitum B. Brigidæ: ſed cuſtos parcens lardo, & *l* idoneus contra ſuum ſolitum morem, Diuinâ refrænatus virtute, edomitus extitit. Alio quoque die cùm pauper cibo indigens eam rogaret, illa ad virum qui carnem coxerat perrexit, vt pauperi aliquid quæreret. Sed ille ſtultiſſimus famulus, qui carnes coxerat, partem carnis nondum coctam in ſinum dominæ ſuæ proiecit. Et ſic illa, non fuſcato colore candidæ veſtis, ſed manente in ſuo naturali colore, pergens pauperi tribuit.

carnẽ integram à tane intactam poſt menſem recipit:

k

l

carnẽ erudam gerit veſte non maculatâ:

102 Alio verò tempore cùm aper ferus, ſingularis & ſilueſtris & fugitiuus eſſet, ad gregem porcorum B. Brigidæ manſuetiſſimè peruenit. Quem ipſa inter ſuas ſues cernens, benedixit, ac deinde impauidus ac familiaris permanſit in grege porcorum eius: quia & bruta animalia & beſtiæ ſermonibus & voluntati eius reſiſtere non poterant; ſed domita & ſubiecta placidâ ſibi ſeruitute, vt voluit, famulabantur. Alio autem tempore S. Brigida fortiſſimum virum, nomine Lugnidum, nimiâ eſione ſanauit: quem aſſerunt in vno prandio bouem manducare & porcum cum pane ſufficiente: quantâ enim virtute eminebat tantâ eſione præcellebat. Hunc ſimilem aliis hominibus eſione effecit, nullâ virtute priuatâ.

aprum benedictione manſuetũ reddit:

AVCTORE ANONYMO. EX MSS.

D

enormem voracitatẽ curat:

103 Quidam verò nocte fuit *m* quidam vir cum ſuâ vxore in hoſpitio cum S. Brigidâ; & ille rogauit eam, vt ſignaret vuluam vxoris, vt filium haberet: & ita fecit. Et ſtatim vxor eius dormiente illo cum eâ concepit: & inde natus eſt *n* Echenus præcipuus Sanctus. In illâ nocte, lunulam argenteam mulieris illius quædam ancilla furata eſt, & fugit. In craſtino verò die multis hominibus ſequentibus eam, lunulam illam in amnem magnum proiecit. Tunc piſcis miræ magnitudinis eam ſtatim deglutiuit. Piſcatores quoque in illâ horâ ipſum piſcem retibus ſuis ceperunt, & illicò S. Brigidæ illum in domo obtulerunt: piſce verò aperto, S. Brigida mulieri ſuam lunulam reddidit. Tunc vir ſupradictus, cum vxore ſuâ prægnante, gratias Deo & B. Brigidæ egit: & Brigida in viam ſuam perrexit.

m mulierem ſterilem benedictione curat:

n

amiſſa eidem mirabiliter reſtituit:

E

104 Alio verò tempore venit S. Brigida ad Virginem religioſam. Illa autem non habens aliud, parauit ei cœnam de vitulo vnius vaccæ ſuæ, & ligna telæ ſuæ incidit, & coxit vitulum. Audiens autem hæc S. Brigida manè reſtituit ei vitulum, & ligna telæ renouata inuenta ſunt, vt anteà fuerunt. Alio quoque tempore miſſalia veſtimenta *o* Conlaidi Epiſcopi pauperibus dedit, quia aliud quod daret non habebat. Et ſtatim in horâ ſacrificij Conlaidus veſtimentum ſuum quæſiuit, dicens: Corpus & ſanguinem Chriſti non immolabo ſine meis veſtimentis. Tunc B. Brigidâ orante, ſimilia veſtimenta Deus præparauit. Omnes verò videntes glorificabant Deum.

pia hoſpitis abſumpta reſtituit integra:

o

ſacras veſtes dat pauperi: ſimiles diuinitus recipit:

a *De hac ſanctâ Virgine agemus hoc ipſo die, quo ab Hibernis colitur.*

b *Videtur genus aliquod calceamenti ſignificari.*

c *Colganus ex quodam Feſtologio miraculum hoc hyperbolicè exaggeratum recenſet: veniſſe octo Epiſcopos, Brigidam comperto ex coquâ ſuâ* Blathnatâ *nihil cibi portioniſve ſuppetere, ad nota præſidia orationis confugiſſe, iuſſamq; ab Angelo, vaccas denuò mulgendas curare: tantam hinc manaſſe lactis copiam, vt non vaſa modò omnia, ſed & locum etiam quemdam depreſſum impleuerit, qui inde* Loch-lamnachta, *id eſt, lacus lactis, appellatus eſt.* Blathnatam *Virginem, coquam S. Brigidæ, Sanctis accenſet Colganus, aitq; Blatham quoque vocari, Latinè* Floram, *& in quibuſdam Martyrologiis 29 Ianuarij referri.*

S. Blatha, ſiue Flora.

d *Colg.* pauper. *Vita* 4. auarus.

e *Addit MS. Rat.* Et quæcúmque vacca fiebat apud Brigidam, taiis fiebat qualis ſupradicta fuerat.

f *Addit MS. Rat.* nam penitùs abortiuus eſt.

g *Planam nimirùm tabulæ inſtar, nullis prominentibus partibus.*

h *In 4 Vitâ* Crimthanus *vocatur.*

i *Hæc de repleniùs ad cap. 2 Vitæ 2 nu. 12.*

k *Addit MS. Ratiſp* ſuam mentem de terreſtribus ad cælum eleuans.

l *Ita MSS. at Colg.* ieiunus.

m *MS. Rat.* Charus, *Colg.* Iceſus, *& in Notis* Icaſus, *vel* Eceſus, *aut* Ecceas. *Vocabatur enim, inquit,* Manius *cognomento* Ecceas, *id eſt,* poëta.

n *De S.* Echeno, *ſiue* Etchenio, *vel* Eciano, *agemus* 11 *Febr.*

o S Conlaidus, *ſiue* Conleus, *aut* Conliadus, *Epiſcopus erat Kildarienſis, vt ſuprà dictum, & plenius infrà in 2 Vitâ.*

CAPVT XVII

Varij generis miracula; pleraque in miſerorum leuamen. mors S. Brigidæ.

105 ALio quoque tempore S. Brigida veſtimenta in ſcrinio ſuper mare miſit, vt deuenirent per longiſſimum maris ſpatium ad *a* Senanum Epiſcopum in aliâ inſulâ in mari habitantem. Et ille, reuelante Spiritu ſancto, Fratribus dixit: Ite quantocyùs ad mare; & quid-

a veſtes in ſcrinio per mare mittit S. Senano;

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

& quidquid illic inueneritis, huc vobiſcum ducite. Illi autem abeuntes inuenerunt ſcrinium cum veſtimentis. Senanus ergo videns veſtimenta, gratias egit Deo & S. Brigidæ. Quò enim homines ire non poterant ſine magno labore, ibi ſcrinium ſolo Deo gubernante perrexit. Aliâ quoque die S. Brigida maſſam argenti proiecit in flumen, vt per illud veniret ad Virginem, nomine *b* Hinna, quæ paullò anteà reſpuit ipſam maſſam portare; & ſic poſtea, Domino afferente, maſſam accepit.

Virgini argentum per flumen:

b

106 Quadam die reus quidam perductus eſt ad iugulandum à Rege, *c* Morâ autem tugulationis. S. Brigida orans, argentum à Deo in ſinu accepit, & Regi pro eo dedit, & reus de morte liberatus eſt. Die quoque alio vnam tunicam pauperibus diuiſit duobus, vtrique dimidiam tunicam: & vtriuſque pars integra tunica effecta eſt. *d* Non ergo hoc ſilendum eſt, quòd *e* puellam quamdam à paterno ſtupro liberauit. Nam cùm illa virginitatem ſuam Deo vouiſſet, & pater eius coëgiſſet eam, vt ſumeret in coniugem, nocte nuptiarum præparatis epulis, relinquens patrem, & parentes, ad S. Brigidam confugit. Quam manè pater inſecutus eſt. Sed videns S. Brigida equitatum eius procul, ſignum ſanctæ Crucis eleuauit contra illum: & omnes terræ fixi ſunt. Quod vt ipſe vidit, mox pœnitentiam egit, & cum ſuis ſoluꝰ eſt: & ſic puella liberata à carnali ſponſo, deſponſata eſt Chriſto, ſicut vouit in corde ſuo.

c argentum diuinitus accipit, quo reum liberat:

dat veſtes medias, quæ integra fiunt:

d

e virginem à coacto cõiugio liberat.

107. Quidam verò Rex reſpuit Principem, quem volebat S. Brigida in aliâ ciuitate fieri: & Rex ſtatim de curru cecidit, & capite ad terram colliſo mortuus eſt. Quodam verò tempore patiente B. Brigidâ paupertatem, & aduenientibus hoſpitibus ad eam, vrticas tranſmutauit in butyrum, & cortices arborum in lardũ. Alio quoque tempore promiſit mago, qui ei ſuam hæreditatem dedit, in horâ mortis ſuæ obuiare: quod ita vt promiſit fecit. Nam cùm ille in lecto ſuo proximus morti iacuiſſet, dixit familiæ ſuæ: Citò ergo diſponite omnia quæ ad mortem meam neceſſaria ſunt. Video enim S. Brigidam in veſte candidâ ad me cum multis venientem. Sicque verè baptizatus eſt, & Chriſto credens defunctus eſt.

à Rege ſpreta vindicatur:

mutat vrticas in butyrum, cortices in lardum:

mago (vt promiſerat) moribundo apparet, eũq; conuertit:

108 Quadam nocte B. Brigida, & alia quædam Sancta, nomine *f* Daria, de Chriſto inuicem colloquebantur, & non ſenſerunt noctem; quia vbi Chriſtus ſol iuſtitiæ præſens fuit, ibi nihil tenebroſum eſſe potuit. Tunc Daria dixit ad Brigidam: Benedic oculos meos, vt valeam mundum videre, ſicut deſidero; illa enim oculis orbata fuit. Tunc benedixit oculos ſuos, & ſtatim aperti ſunt. Sancta verò Daria dixit ei: Iterum reclude oculos meos; quantò enim quis mundo abſentior fuerit, tantò Deo præſentior erit. Tunc Beata Brigida iterum reclulit oculos ſuos, ſicut rogauit.

f loquens de Chriſto, noctem non ſentit:

S. Daria benedictione viſum cõfert,

pòſt volẽti adimit:

109 Quadam nocte lignum quoddam miræ magnitudinis ſola â ſuo loco tranſmouit, quod priùs plurimi homines mouere nõ poterant. Angelo enim Domini ei auxiliante, vſque ad locum, quò volebat, illud perduxit. Quodam verò tempore quædam mulier cũ filiâ mutâ ad eccleſiam, vbi S. Brigida manebat, perrexit, & vocauit ad ſe Virginẽ, nomine Darlugdacham, dicens ei: Adiuua me, vt filia mea *g* ab infirmitate ſuâ ſanetur. Tunc illa duxit puellam ad B. Brigidam. Et dixit Brigida puellæ: Vis virgo permanere? Neſciebat enim, quòd muta eſſet. Statimque reſpondit puella: Quodcumque mihi præceperis, ego faciam. Et ſic poſteà in virginitate permanens, vſque ad mortem ſuam eloquentiſſima fuit. Quadam die vidit B. Brigida anates in aquâ natantes, & interdum per aëra volantes, & eas accerſiuit ad ſe. Quæ obedientes voci eius, ſine vllâ formidine ad eam volitabant: quas manu tergens, & amplectens per aliquod tempus redire permiſit.

immane lignũ tranſfert:

muta vocem impetrat:

g

ſilueſtres anates ad ſe euocat:

110 Alio tempore cùm ruſticus quidam, nullâ ſuffultus ſcientiâ, per Regis palatium videret vulpem, putans quòd non manſueta & familiaris eſſet, & quòd varijs artibus docta Regi & ſuis comitibus ſpectaculum præſtaret, videnre multitudine occidit eam. Tunc alligatus eſt, & ad Regem perductus; & iuſſit illum occidi, (niſi alia vulpes ei ſimilis in omnibus calliditatibus reſtituta eſſet) & vxorem & filios, & omnia quæ habebat in ſeruitutem redigi. Cùm autem S. Brigida rem geſtam didiciſſet, miſericordiâ permota, currum ſibi iungi præcipiens, & pro miſero precibus ad Dominum profuſis, perrexit in viam quæ ducit ad palatium Regis. Tunc Dominus eius miſertus *h* aliam vulpem ei tranſmiſit. & ipſa in currum ad eam intrauit, & iuxta eam ſe conſtituens, manſuetè in curru cũ eâ ſedit. Cùm ergo ad Regem veniſſet; precabatur eũ vt reus à vinculis ſolueretur. Ille autem reſpondit ei, ſe numquàm eius miſereri, niſi aliam vulpem priori ſimilem in omnibus calliditatibus reddidiſſet. Tunc ipſa vulpem, quam ei Deus tranſmiſit, protulit: & ipſa maiores calliditates agens, varijs artibus coram omnibus luſit. Rex verò placatus reum dimiſit liberum abire. Sancta verò Brigida, reo abſoluto, ad domum ſuam redit: & vulpes doloſa in turbas ſe callidè mouens, ad loca deſerta, & ad ſuum antrum refugit. *i*

D vulpe Regis occiſâ periclitantem,

h

ſimili diutius obtentâ,

liberat:

i

111 Alio tempore quidam vir ad eam venit, & dixit ei: Nuntij tui mecum ad meam villam veniant; vt tibi aliquos de meis porcis adducant. Villa verò, vbi vir manebat, itinere *k* quatuor dierum à manſione S. Brigidæ aberat. Tunc, vt rogauit, nũntios cum eo miſit. Sed tranſacto vnius diei itinere in monte confinali porcos, quos in longinquo opinabatur eſſe, obuios ad ſe venire, & à lupis coactos, & ad ſe directos per viam conſpexit. Et cùm intellexiſſet porcos, quos lupi à cãpo Femini minabantur de ſiluis maximis, ſuos eſſe, & pro reuerentiâ S. Brigidæ à lupis illæſos conſeruatos, dedit gloriam Deo. Tunc verò lætus ſuſcipiens porcos; dedit illos nuntiis S. Brigidæ. Et ſic altero die hi qui miſſi fuerant à S. Brigidâ, cum porcis ad dominam ſuam reuerſi ſunt, ei factum quod contigit narrantes, & Deum in omnibus glorificantes.

E

k

oblatos à quodam lues, lupis deducentibus accipit:

112 Alio autem tempore B. Brigida, quadam neceſſitate cogente, mel à Domino poſtulauit: & in pauimento domus ſuæ abundanter, quod petijt, inuenit. Quoddam flumen de loco ſuo ad alterum locum mutauit: *l* quod vſque nunc, ſicut ipſa diſpoſuit, currit. Plurima verò Dominus per ſuam ſanctam famulam fecit miracula, quæ non ſunt inter hæc, propter faſtidium lectoris, ſcripta.

mel diuinitus accipit:

l

flumen ab alueo abducit:

113 Cùm autem eius exitus de hoc ſæculo appropinquaſſet, alumnam ſuam, nomine Darlugdacham, vocauit, & ei diem obitus ſui prædixit. Quod vt ipſa audiuit, præ triſtitiâ cum magiſtrâ ſuâ mori voluit. Beata verò Brigida dixit ei: *m* Poſt obitum meum vno anno feliciter viues: & anno tranſacto in die obitus mei morieris: vt nobis, quæ ſimul in hoc ſeculo vximus, ſimul recolatur dies anniuerſarius. Quod poſteà, vt prædixit, euenit.

F

m prædicit S. Darlugdãchæ tempus mortis eius:

114 Sancta verò Brigida, bono certamine certato, & curſu felici conſummato, de hac luce migrauit ad regnum cælorum: quæ Angelorum atque Archangelorum illuc agminibus ducta, & inter choros Patriarcharum & Prophetarum & Apoſtolorum, & Martyrum, & Confeſſorum ac Virginum, collocata, nunc gaudia cum Chriſto poſſidet ſempiterna: cui cum Deo Patre & ſancto Spiritu manet honor & laus & gloria per cuncta ſeculorum ſecula, Amen.

ipſa moritur.

a *Colitur* S. Senanus 8 *Martij. in eius Vitâ ab aliâ quadam Virgine, Brigidâ quoque dictâ, ha ſacra veſtes ad eum miſſa, ſed diuersâ nonnihil ratione, memorantur: eſtq; id perquàm probabile, vel propterea quòd S. Senanus aqualis fuiſſe dicatur S. Medoci Fernenſis, qui puer Amnirco Regi obſes datus poſt annum* DLXVI, *natus proinde non fuit cùm S. Brigida Kildarienſis deceſſit:*

A *ceſsit: qui tamen in 4 Vitâ lib. 2 cap. 11 num. 69 ſenex, appellatur.*

b *Exiſtimat Colganus hanc eſſe* S. Kinnam, *ſiue* Kinniam, *aut* Ciuniam, *quæ hoc ipſo die primo Febr. colitur. Simile de* S. Finniano *ſuperiùs relatum: an alterutro loco forſitan mendum eſt?*

c *Colg.* In hotâ.

d *Addit MS. Ratiſp. quæ hîc deſunt:* In aliâ die S. Brigida digitis ſuis petram duriſſimam perforauit: neceſſitatem enim maximam habuit, quam nunc tacemus cauſsâ breuitatis.

S. Brigida lapidem digitis perforat.

e *MS. Rat.* filiam cuiuſdam Principis. *Neque inceſtus meminit, ad quem à patre ſit ſollicitata; ſed ſolùm vt ſponſo nuberet, adactam.*

f *Plures* Darias *publicâ religione celebres enumerat Colganus, tres alias Hermannus Crombachius noſter in hiſtoriâ Vrſulanâ; omnes ab hac cæcâ, ſed in rebus Diuinis perquàm acutùm videnti Virgine, diuerſas.*

g *Addit MS. Ratiſp.* alumna tua.

h *Pulchrè MS. Rat.* vnam de ſuis vulpibus feris.

i *Addit idem MS.* & equitibus canibuſque inſequentibus incolumis euaſit. Et omnes videntes admirati ſunt virtutem Dei per Brigidam.

k *Ita MSS. at Colg.* quatuordecim. *quod tamen in Notis minùs probat.*

l *MS. Rat.* & prima veſtigia illius vſque in hodiernum diem hominibus apparent.

m *MS. Rat.* Succeſſrix mea eris anno vno, & in die obitus mei morieris, vt vna nobis ſolennitas fiat.

B

VITA II

AVCTORE, VT CREDITVR, COGITOSO,

Ex MSS. Cameracen. VVibling. Treuir. &c.

PROLOGVS AVCTORIS.

Auctor, excuſatâ imperitiâ,

1 ME cogitis, Fratres, vt ſanctæ ac beatæ memoriæ Brigidæ Virginis virtutes & opera, more doctorum, memoriæ litteriſque tradere aggrediar. Quod opus impoſitum, & delicatæ materiæ arduum, paruitati & ignorantiæ meæ & linguæ minimè conuenit: ſed potens eſt Deus de minimis magna facere, vt de exiguo olei & farinæ pugillo domum impleuit pauperculæ viduæ. Itaque iuſſionibus veſtris coactus, ſatis habeo meam non defuiſſe obedientiam. Et ideò pauca de pluribus, à maioribus ac peritiſſimis tradita, ſine vllâ ambiguitatis caligine, ne inobedientię crimen incurram, patefacere cenſeo: ex quibus quanta qualiſque Virgo virtutum bonarum florida, cũctorum oculis innoteſcat: non quòd memoria & mediocritas, & ruſticus ſermo ingenioli mei, tanti muneris officium explicare valeret; ſed fidei veſtrę beatitudo, & orationum veſtrarum diuturnitas meretur accipere, quod non valet ingenium ferre dictantis.

3 Reg. 17 & 4. Reg. 4.

poſt alios,

C *Vitam S. Brigidæ ſcribit.*

2 Hæc ergo egregiis creſcens virtutibus & famâ bonarum rerum, ad eam de omnibus prouinciis totius Hiberniæ innumerabiles populi de vtroque ſexu confluentes, & vota ſibi vouentes voluntariè, ſuum monaſterium (*a* caput penè omnium Hibernenſium Eccleſiarum, & culmen præcellens omnia monaſteria Scottorum, cuius parochia per totam Hibernenſem terrã diffuſa, à mari vſque ad mare extenſa eſt,) in campeſtribus *b* campi Liffi ſupra fundamentũ fidei firmum conſtruxit: & prudenti diſpenſatione de animabus eorum regulariter in omnibus procurans, & de eccleſiis multarum prouinciarum ſibi adhærentibus ſollicitans, & ſecum reuoluens quòd ſine ſummo Sacerdote, qui eccleſias conſecraret, & Eccleſiaſticos in eis gradus ſubrogaret, eſſe non poſſet; illuſtrem virum & ſolitarium *c*, & omnibus moribus bonis ornatum, per quẽ Deus virtutes operatus eſt plurimas, conuocans eum de eremo & de ſuâ vitâ ſolitariâ, & ipſi obuiàm per-

cuius celebre monaſterium Kildariæ;

a

b

c vbi & Sedes epiſcopalis,

gens, vt Eccleſiam in Epiſcopali dignitate cum eâ gubernaret, atque vt nihil de ordine ſacerdotali in ſuis deeſſet Eccleſiis, arceſſiuit. Et ſic poſteà vnctum caput, & principale omnium Epiſcoporum, & beatiſſima puellarum principalis, felici comitatu inter ſe & gubernaculis omnium virtutum, ſuâ rexerunt principalem Eccleſiam: & amborum meritis ſua Cathedra Epiſcopalis & puellaris, acſi vitis fructifera diffuſa vndique ramis creſcentibus, in totâ Hibernenſi inſulâ inoleuit. Quam ſemper *d* Archiepiſcopus Hibernẽſium Epiſcoporum, & Abbatiſſa, quam *e* omnes Abbatiſſę Scottorum venerantur, felici ſucceſſione, & ritu perpetuo dominantur. Exinde ergo, vt ſuprà dixi à Fratribus coactus, Beatæ huius Brigidæ virtutes, tam eas quas ante principatum, quàm alias, quas in principatu geſſit, ſtudio breuitatis, licet præpoſtero ordine virtutum, compendiosè explicare conabor.

AVCTORE COGITOSO EX MSS.

D

d imò olim archiepiſcopalis.

e

E

a *Præſtantiſsimam eccleſiam intelligit, non quæ ceteris omnibus præeſſet: niſi de ſolis faminarum monaſteriis accipiatur, aut de Lagenia Eccleſiis, vt mox dicemus.*

b Magl-ffe, *id eſt, campus Liffi, vel Liffei. (amnis, ſeſe in mare ad Dublinium metropolim exonerantis) planities eſt ampla & fertilis, in quâ Kildarienſe cœnobium.*

c *Addit MS. VVibling.* Conleum nomine. *Colganus Not. 6.* Conlaethum *vocat, alibi* Conlaidum, *&* Coeltanum. *Iacobus VVaraus in Catalogo Epp. Darenſium* Conlæthum: *Sed quod ait* Lonium, *& luorum perhiberi ante eum illi Eccleſiæ præfuiſſe, ex hac S. Brigidæ Vitâ videtur refutari. De eo actum in præcedenti Vitâ cap. 7 num 47*

d *Lagenia ſolius Archiepiſcopus fuit Kildarienſis Antiſtes, cùm totius Hiberniæ Metropolita eſſet Armacanus.*

e *Dubitat Colganus, an omnes Abbatiſſæ, ac ſanctimoniales Hibernicæ ac Scoticæ amplexæ ſint S. Brigidæ Regulam.*

CAPVT I

S. Brigidæ adoleſcentis benignitas in pauperes; virginitas Deo deuota: vtrumque miraculis comprobatum.

3 SAncta itaque Brigida, quam Deus præſciuit ad ſuam imaginem & prædeſtinauit, *a* de bonâ ac prudẽtiſſimâ *b* proſapiâ, in Scotiâ orta, patre *c* Dubtacho & matre *d* Brotſech genita; à ſuâ pueritiâ, bonarum rerum ſtudijs inoleuit. Electa enim à Deo puella, moribus *e* ſobrietatis ac pudicitiæ plena, in meliora ſemper creſcebat. Et quis ſua opera ac virtutes, quæ etiam in hac ætate geſſit, plenè enarrare valeat? Sed hæc pauca de innumerabilibus, exempli cauſsâ poſita, demonſtrabimus.

a

b c S. Brigidæ Claro genere orta,

d

e à pueritiâ ſobria & pudica:

4 Exinde hæc, cùm tempus maturum aduenit, in opus coaguli, vt de turbato vaccarum lacte butyrum congregaret, à matre tranſmiſſa eſt: vt ſicut aliæ fæminæ hoc opus exercere ſolebant, ipſa quoque æquali modo perageret; & cum ceteris in tempore placito vaccarum fructum ac pondus menſuratum butyri ſolitum pleniſſimè in vſum redderet. Sed hæc moribus pulcherrima & hoſpitalis Virgo, obedire magis volens Deo quàm hominibus, pauperibus & hoſpitibus lac *f* largiter & butyrum diſtribuit. Et cùm ſecundùm morem opportunum aduenit tempus, vt omnes redderent fructum vaccarum; ad eam peruentum eſt. Et cùm cooperatrices eius monſtrabant ſua opera completa; quæſitum eſt à beatâ ſupradictâ Virgine, vt & ipſa ſimiliter aſſignaret ſuum opus. Et ipſa matris timore pauida, cùm non haberet quod monſtraret, quia totum pauperibus erogauerat, craſtinum non procurans tempus; & inextinguibili flammâ fidei accenſa ac firma, ad Dominum ſe conuertens, orauit. Nec mora: Dominus vocem Virginis audiens ac preces, largitate Diuini muneris, ſicut eſt adiutor in opportunitatibus, adfuit: & pro ſuâ in ſe Virgine confidente, affluenter butyrum reſtituit. Mirum in modum illâ horâ poſt o-

F

lac & butyrum dat pauperibus;

f

ſed ne matrem offendat,

precibus butyri copiam à Deo impetrat.

AVCTORE COGITOSO, EX MSS.

rationem Virgo ſanctiſſima nihil de ſuo opere deeſſe oſtendens, ſed ſuper omnes cooperatrices abundans, ſe monſtrauit compleſſe ſuum officiũ Et cùm pleniſſimè inuentum in oculis omnium tanti muneris miraculum innotuit, laudantes Dominum, qui hoc fecit, tantam fidei virtutem in virginali pectore conſtituiſſe admirati ſunt. A

5 Et ecce non multò pòſt, cùm eam ſui parentes, more humano, viro deſponſare vellent, illa cælitus inſpirata ſe Virginem caſtam exhibere Deo volens, ad Epiſcopum ſanctiſſimum beatæ memoriæ *g* Mackalle perrexit. Qui cæleſte intuens deſiderium & pudicitiam, & tantum caſtitatis amorem in tali Virgine, pallium album & veſtem candidam ſuper ipſius venerabile caput impoſuit. Quæ coram Deo & Epiſcopo ac altari genua humiliter flectens, & ſuam virginalem coronam Deo omnipotenti offerens, fundamentum ligneum, quo altare fulciebatur, manu tetigit: quod lignum in commemorationem priſtinæ virtutis vſque ad præſens tempus viride, ac ſi non eſſet exciſum & decorticatum, ſed in radicibus fixum, vireſcit, & vſque hodie languores & morbos de omnibus expellit fidelibus. B

g *velum ab Epiſcopo accipit:*

lignũ tangens, facit vt perpetuò vireſcat:

a *Addunt Caniſius & Colganus:* à Chriſtianis nobilioribuſque parentibus. *Atque ex hiſce verbis concludit Stephanus Vitus ſeruâ matre natam non eſſe; quod alij tradunt. Ex adulterio quidem natam nemo priùs conficiet, quàm polygamiam apud Scotos, ante fidem ſuſceptam, non viguiſſe docuerit. Dunelmenſis infrà pellicem appellat cap. 6 num. 33 quia, vt ex cap. 1 num. 5 liquet, Chriſtianam fuiſſe credidit.*

b *Addunt ijdem,* Ethech. *teſtatur Colgan. Not. 9 in aliis MSS. legi* Ecthec; *mauult ipſe* Ethach *vel* Echthach, *à recto* Eochaidh, *quod Latinè* Euchadius *efferunt, alij* Euchedius, *vel* Euſebius. *Genealogiam Dubtuchi, ſiue Dubtachij, patris S. Brigidæ, deducit idem Append. 4 cap 4 per undecim generationes vſque ad Fedlemidium Regem, de quo in Vitâ 4 ex MS VVardæi cap. 1.*

c *Canis.* Dubtocho.

d *Ita MS. VVibling. & alij ſuprà ad cap. 1 Vitæ 1, lit. a. MS. Preudhomij, & Caniſius* Brocca. *MS. S. Maximini,* Baoeca *Capgrau.* Broiſegh. *Mombrit.* Crocha. *Colgan.* Broceſſa; *ſed mauult,* Brotſeach.

e *Canis.* ſobria, ætatis ac.

f *Ita MSS. S. Maximini, & Preudhom. Alij,* largitur.

g *Sur.* Machillum. *MS. VVibling.* Machillem. *Vincentius Bellou. S. Antonin. MS. S. Maximini,* Machillam. *Dunelm.* Machilenum. *Canis.* Macca. *Colg.* Maccalle, *atque in Notat. ex aliis MSS.* Mackelle, *&* Maccille, *Latinè* Macralleum *vocat; traditq; coli 25 April. & diuerſum eſſe à* Macchilla, *ſiue* Machaldo, *Epiſcopo Mannia, ſiue Sodorenſi, qui longo pòſt tempore quàm Brigida velum acceperat, à S. Patricio conuerſus, in Manniam miſſus eſt, vbi poſt diuturnam pœnitentiam, Epiſcopus eſt factus. Monet tamen Colganus, dici à nonnullis velum Brigidæ impoſitum à S. Patricio, aut S. Melo Ep. quod cum Vitâ non congruit.*

C

CAPVT II

Varia mortalibus collata diuinitus, Brigidæ precibus, & benedictione.

6 NEc prætereundum mihi videtur, commemorare de illâ virtute, quam hæc famoſiſſima famula Dei ac diuino inceſſanter famulatui tradita, operata eſt. Nam cùm illa aliquando in *a* caldariâ lardum aduenientibus hoſpitibus coxerat, cani adulanti ac flagitanti miſericorditer illud tradidit: & cùm lardum de caldariâ tractum, ac poſteà hoſpitibus eſſet diuiſum, acſi non eſſet demptum, pleniſſimè repertum eſt: & valdè qui hoc viderunt admirantes, puellam incomparabilem virtute fidei, & merito bonarum virtutum dignis laudibus diuulgarunt.

a lardi partem dat cani,

quæ diuinitus ſuppletur:

7 Et eadem meſſores ac operarios conuocauit in meſſem ſuam: & factâ illâ meſſorum conuentione, nebuloſa ac pluuialis dies illa accidit conuentionis, & pluuiis largiter ex nubibus effuſis, per totam illam in circuitu prouinciam, ac riuulis guttarum affluentiâ per conualles & rimas terrarum currentibus, ſua meſſis ſola arida ſine pluuiarum impedimento & perturbatione perſtitit. Et cùm omnes meſſores ipſius vndique regionis pluuiali eſſent die prohibiti, ſui ſine vllâ vmbrâ caliginis vel pluuiæ illâ die totâ ab ortu vſque ad occaſum ſolis meſſuræ opus, Dei potentiâ, exercebant. D

meſſores à pluuiâ protegit:

8 Ecce inter ceteras virtutes ipſius, hoc opus dignum admiratione videtur eſſe. Aduenientibus enim Epiſcopis & cum eâ hoſpitantibus, cùm non haberet vnde eos cibaret, adiuta Dei multiplici virtute, ſolito more abundanter, vt ſua poſcebat neceſſitas, vaccam vnam eamdemque tribus contra conſuetudinem in vnâ die vicibus mulſit: & quod ſolet de optimis tribus vaccis exprimi, ipſa, mirabili euentu, de vnâ ſuâ expreſſit vaccâ.

lactis copiâ diuinitus impetrat, in cibum hoſpitum:

9 Ecce & hanc virtutem beatitudini veſtræ inſinuare cenſeo; in quâ mens pura virginalis & manus cooperatrix Diuina in vno apparent conuenire. Nam hæc cùm ſuas opere paſtorali paſceret oues, in campeſtri & herboſo loco, largitate nimiâ pluuiarum perfuſa, humectis veſtibus domum redit: & cùm vmbra ſolaris per foramina domus intrinſecus intraret, illa vmbram obtuſâ oculorum acie, arborem fuiſſe tranſuerſam & fixam putans, deſuper ſuam complutam veſtem poſuit. Et tamquam in arbore grandi & firmâ, in ipſo tenui ſolari vmbraculo veſtis pependit. Et cùm ipſius omnes habitatores & vicini hoc ingenti fuiſſent miraculo perculti, hanc incomparabilem dignis laudibus extollebant.

oues paſcit:

E

veſtem in radio ſolis ſuſpendit:

10 Et hoc ſilentio opus non eſt prætereundum. Cùm enim hæc Sancta Brigida in agro iuxta gregem ouium paſcendum, curâ paſtorali eſſet ſollicita; alius nequam adoleſcens callidè ſubripiẽs, & ipſius largitatem in pauperes probans, & mutato ſemper habitu ad eam ſepties veniens, ſeptem ab eâ verueces in vnâ detulit die, & in ſecreto abſcondit. Et cùm grex ad veſperum de more ad caulas fuiſſet dirigendus, duabus vel tribus vicibus diligentiſſimè adnumeratus, ſine damno ſui, mirum in modum totus integer repertus eſt numerus. Et admirantes qui conſcij facti fuerant, virtutem Dei manifeſtè factam per Virginem, ſeptem quos abſconderunt verueces ad ſuum dimiſerunt gregem. Et ille gregis numerus nec plùs nec minùs, ſed vt ante integer repertus eſt. His & talibus innumerabilibus virtutibus famoſiſſima hęc famula Dei in ore omnium ſuper omnes non immeritò, ſed dignis laudibus, excellentiſſima viſa eſt.

verueces 7 dat ficto pauperi,

nec minuitur grex,

nec iis reſtitutus augetur:

11 Mirabili quoque euentu ab hac venerabili Brigidâ leproſi cereuiſiam flagitantes, cùm nõ haberet illa, videns aquam ad balnea paratam, & cum virtute fidei benedicens, in optimam conuertit cereuiſiam, & abundanter ſitientibus exhauſit. Ille enim, qui in Canâ Galilææ aquam conuertit in vinum, per huius quoque Beatiſſimæ fidem aquam mutauit in cereuiſiam. *b* Dum autem de hac virtute dictum eſt, de aliâ admirabilem commemorationem facere aptum videtur. F

benedictione, aquam in cereuiſiam conuertit; b

12 Potentiſſimâ enim & ineffabili fidei fortitudine, quandam fæminam, poſt votum integritatis, fragilitate humanâ in iuuenili voluptatis deſiderio lapſam, & habentem iam prægnantem ac tumeſcentem vterum, fideliter benedixit: & euaneſcente in vuluâ conceptu, ſine partu & ſine dolore eam ſanam ad pœnitentiam reſtituit. Et ſecundùm quòd omnia poſſibilia ſunt credentibus, ſine vllâ impoſſibilitate innumera quotidie miracula operabatur.

Virginem lapſam ab infamiâ liberat;

13 Quadam enim die cùm quidam ad eam, ſalem petens, veniret, ſicut cæteri pauperes & egeni innumerabiles venire ſolebant pro ſuis neceſſitatibus; ipſa beatiſſima Brigida in illâ horâ ſalem factum de lapide, quem benedixit, in opus poſcentis ſufficienter largita eſt. Et ſic ab eâ ſalem portans lætus propriam domum rediit.

lapidem in ſalem mutat:

A *Colg. Canisius, MS. S. Maximini,* caldario.

b *Sequentia vsque ad,* Et secundum quod omnia possibilia *&c. omisit Canisius.*

c *Censet Colganus vel fœtum animatum non fuisse, vel non eius extinanitionem petiisse Brigidam, sed solum vt puella infamia periculo eriperetur: auferri ejs similia exempla. Certè Bernardini Realini, è Societate Iesu Viri sapientis ac sancti, precibus, memorat Vita illius auctor cap. 8. puellæ, longè inde degentis, septimo iam mense tumescentem vterum repentè substitisse, nullo dolore, nullâ ejectione, simulq; vbera exaruisse; vt ipsa, consorsijs flagitij frater, infamiæ periculum euaderent. Quâ id ratione euenerit, nouit qui famulo precanti id tribuit Deus.*

CAPVT III

Alia à Deo collata ipsi beneficia, per ipsam aliis.

14 ET hoc potentissimum opus eiusdem Diuinum iungendum esse mihi videtur inter cetera, quo Saluatoris instar, imitatrix diuini Numinis, *a* excellissimam operata est virtutem. Nam secundùm exemplum Domini, & hæc oculos cæci nati aperuit. Sua enim nomina & opera membris Dominus largitus est suis: quia cùm de semetipso loquitur, Ego sum lux mundi, nihilominùs suis dicit Apostolis: Vos estis lux mundi. Et de iisdem intulit, dicens: Opera quæ ego facio, & ipsi facient, & maiora horum facient. Interdum enim, quem naturalis partus cæcum protulit natum, fides eiusdem Brigidæ, grano comparata sinapis & consimilis eidem, oculos simplices & lucidos ingenti miraculo aperuit. Hæc itaque tantis virtutibus illustris, humilitate cordis & puritate mentis, & morum temperantiâ, ac spiritali gratiâ plena, tantam auctoritatem in diuino cultu & celebre nomen præ omnibus coætaneis Virginibus habere meruit.

a Ioan. 8. 12. Matth. 5. 14. Ioan. 14. 12.

B *cæco visũ confert;*

15 Et quadam die cùm vna ex adhærentibus sibi extrinsecus fœmina, cum filiâ annorũ duodecim ætatis, ex naturali procreatione mutâ, ad eam veniret visitandam, cum dignâ reuerentiâ, vt omnes solebant, se inclinans, & humili collo ad eius pacificum osculum procedens; ipsa omnibus affabilis Brigida ac felix conditis sale diuino sermonibus eam salubriter allocuta est: ac Saluatoris exemplo, iubentis paruulos ad se venire, filiæ manum retinens manu suâ, nesciente illâ quòd esset muta, & voluntatem ipsius interrogans, vtrùm velato capite permanere Virgo, an nuptiis tradenda esse vellet; matre ipsius admonente quòd sibi filia nulla daret responsa; respondens matri dixit, se non dimissuram manum filiæ, nisi prius sibi responsum redderet. Et cùm filiam secundâ vice interrogaret de re eadem, respondit filia sibi, dicens: Non aliud, nisi quod tu volueris, agere volo. Ac sic posteà aperto ore, sine linguæ impedimento, & soluto ipsius vinculo, sana loquebatur.

muta loquelam: Marc. 10. 14.

C

b 16 Et quibus hoc eiusdem opus *b* nullis multorum auribus anteà inauditum scrupulum non moueret? Cùm enim hæc animo esset intenta cælestium meditationi, vt semper solebat, suam de terrestribus ad cælestia eleuans conuersationem; quamdam non paruam, sed grandem, lardi partem cum cane dimisit. Et cùm esset inquisita, non alicubi, sed in loco vbi canis solebat esse, mense transacto intacta & integra reperta est. Non enim canis ausus est comedere depositum beatæ Virginis, sed custos patiens lardi & idoneus, contra suum solitum morem, Diuinâ refrænatus virtute & domitus, extitit.

lardũ canis relictum, mense pòst integrum recipit:

17 Excrescente quotidie miraculorum numero, quæ vix enumerari possunt, quantum misericordiæ & pietatis, & in pauperes eleemosynarum, opportunè & importunè postulantes, operata est! Nam cùm aliquis indigens cibo pauperum eam rogaret, illa ad eos qui carnes coxerant, vt ab illis aliquid pauperi deferret, festinauit. At illorum vnus stolidissimus famulus, qui carnes coxerat, insipienter partem nondum carnis coctam in albatum ipsius sinuatæ vestis receptaculum transiecit: & sic illa non *c* suffuscato mantili, sed in suo candido colore manente, portans pauperi tribuit.

carnẽ crudam gerit veste non maculatâ:

Avctore Cogitoso, ex MSS.

D

c

18 Nec non & hoc de eius gestis felicibus admirari debet. Confluentibus enim ad eam vndique pauperibus & peregrinis, ingenti famâ virtutum & nimiæ largitatis tractis, accedens inter eos ingratus quidam leprosus optimam de armento vaccam cum optimo vitulo omnium vitulorum simul sibi dari poscebat. Nec ipsa eius audiens preces distulit; sed mox illam quam optimam didicit de omnibus vaccam, & alicuius vaccæ vitulum elegantem & optimum, roganti infirmo voluntariè donauit, & misericorditer suum cum illo transmittens currum, per iter longum & latissimum campum, ne molestiam in vaccâ minandâ infirmus longo fessus itinere sustentaret, vitulum post tergum eius in curru poni præcepit. Et sic eum vacca linguâ *d* lambens, & tamquàm proprium diligens, nemine eam cogente, vsque ad loca destinata consecuta est. Videtis, carissimi Fratres, quòd & bruta contra consuetudinem ei famulabantur animalia.

dat vaccã leproso, & alterius vacca vitulum,

quem vt suum lãbens sequitur:

d

E

19 Et quodam interuallo temporis alij nequissimi fures, qui nec Deum nec homines verebantur, de aliâ prouinciâ ob latrocinium venientes, & per amnem grandem facili meatu pedum egredientes, boues ipsius furati sunt. Sed eos eadem reuertentes viâ, impetus ingentis fluminis inundatione aquarum subitò factâ conturbauit. Non enim flumen instar muri erectum sceleratissimam boum fraudem B. Brigidæ per se transire permitit; sed eos fures demergens & secum trahens, boues de eorum manibus liberati, loris in cornibus pendentibus, *e* ad proprium armentum ac boekium reuersi sunt.

boues recipit,

abigeũ submersus:

e

20 Ecce & hîc Diuina virtus apparet. Cùm quadam die ipsa sanctissima Brigida, cogente aliquâ necessitate vtilitatis, contentionem plebis visitaret, in curru sedens binis vehebatur equis. Et cùm in suo vehiculo meditatione theoricâ, cælestem agens in terris vitam, suum, vt solebat, dominatorem oraret; de alto procidens loco alter bruto animo equus saliens sub curru & irrefrænatus *f* habenis fortiter se *g* extorquens, & de iugo semetipsum absoluens, equo altero solo sub suo remanente iugo, exterritus, per campestria cucurrit: & sic manus Diuina iugum pendens sine præcipitio sustentans, & videntibus turbâ ob testimonium virtutis Diuinæ, secura in suo orans vehiculo, cum vno equo sub curru posito, ad plebis conuentionem discursu placabili inlæsa peruenit: & signis & virtutibus suam confirmans doctrinam, sermonibus salutaribus & sale Diuino conditis plebem hortata est.

f g

equo iugũ excutiẽte, ipsa cum curru in præcipitio seruatur:

F

a *MS. VVibling. & Mombr.* excelsissima.

b *Alij,* nonnullis. *abest à VVibling.* c *Canis. & VVibl.* suffocato.

d *Ita Canis. at MSS. VVibl. & Preudh.* tangens.

e *Canis.* ad proprium armentorum adbubulum. *Illud,* ac boekium *deest VVibl. & Momb.*

f *MSS. S. Max. & Preudh.* à viris. g *MS. S Max. & Can.* exeutiens.

CAPVT IV

Feræ cicures ad eius obsequium.

21 ET hoc virtutibus ipsius videtur nobis esse deputandum. Cùm aper ferus, singularis & siluestris, territus & fugitiuus esset, ad gregem porcorum Brigidæ felicissimæ concitus cursu præcipiti peruenit: quem ipsa *a* ventum inter suos cernens sues benedixit. Deindè impauidus, aeli familiatis, cum ipsius permansit grege porcorum. Ecce videtis, Fratres, quòd & bruta animalia & bestiæ sermonibus & voluntati eius resistere non poterant, sed domita & subiecta sibi famulabantur.

aprum benedictione cicurem reddit:

a

AVCTORE COGITOSO EX MSS.

22 Nam cùm aliquando aliquis inter ceteros offerentes ei munera, de longâ veniens prouinciâ offerret
A ſues pingues, & alios ſecum miſſos ire ad ſuam villam quodam longo terrarum interuallo poſitam rogaret, vt ab eo ſues acciperet; per longum itineris ſpatium dierum trium vel quatuor ampliùs prolixum; cum eo ſuos miſſos tranſmiſit comites: & tranſacto vnius diei itinere, in monte confinali regionum, qui proprio vocabulo nuncupatur *b* Cabor, ſues ſuas, quas in longinquis opinabatur eſſe regionibus, obuias contra ſe venire, à lupis *c* directas per viam & coactas, contemplati ſunt. Et cùm illi viciniùs erant, & intellexiſſet ſuas eſſe, cognoſcens ſues proprias, & videns agreſtes lupos, qui ob maximam B. Brigidæ reuerentiam de ſiluis maximis & campo Liffi latiſſimo, idonei paſtores in coactis & minandis ſuibus laborabant; aduenientibus miſſis relinquentes eas inlæſas; mirabiliqúe *d* hoc euentu intellecto, & conſueto more diſceſſerunt. Et ſic altero die ij qui miſſi erant cum ſuibus, factum mirabile narrantes, domum reuerſi ſunt.

ſues à quodam accipit.

b

c à lupis tridui itinere deductos:

d

23 Item de eiuſdem mirabilibus geſtis hoc factum videtur nobis minimè prætereundum enarrare. Quadam enim die cùm aliquis nullâ ſuffultus ſcientiâ, vulpem per Regis palatium ambulantem videret, putans
B illam obcæcatis ſenſibus ſuis feram eſſe beſtiam; & quòd in aulâ Regis familiaris & manſueta eſſet, variis artibus docta, agilitate corporis & ſubtilitate animæ, Regi & ſuis Comitibus grande præſtans ſpectaculum, ignoraret; videnté multitudine, occidit eam: & tunc ab his qui viderunt factum alligatus & defamatus ad Regem perductus eſt. Et Rex iratus rem diſcens geſtam, niſi ſibi vulpes ſimilis in omnibus calliditatibus, quas ſua vulpes operabatur, reſtituta eſſet, illum iuſſit occidi; & vxorem & filios ſuos & omnia quæ habuit in ſeruitutem redigi præcepit. Et cùm rem geſtam ſancta ac venerabilis Brigida didiciſſet, tanto miſericordiarum & pietatis affectu permota, currum ſuum ſibi iungi præcipiens, & ex intimo corde dolens pro ipſo infelici, qui iniuſtè iudicatus eſt, precibus ad Dominum profuſis, & per planitiem campi equitans, perrexit in viam quæ ad Regis ducebat palatium. Nec mora: Dominus exaudiens ipſam ſuas fundentem aſſiduas preces, vnam de ſuis vulpibus feris ad eam venire tranſmiſit; quæ cùm velociſſimo curſu per campeſtria veniret, & beatiſſimæ Brigidæ currui appropinquaret, leuiter ſe eleuans in currum intrauit, & ſub receptaculo veſtis Brigidæ ſe conſtituens,
C ſobriè cum eâ in curru ſedebat. Et cùm ipſa ad Regem veniret, vt ille miſer improuidus, qui reatu ſuæ ignorantiæ tenebatur, liber & abſolutus de vinculis egrederetur, cœpit precari. Et cùm Rex eius precibus conſentire noluiſſet, obteſtans ſe non illum dimiſſurum, niſi talem vulpem, tantæ manſuetudinis & calliditatis, qualis vulpes ſua fuerat, reſtituta ſibi eſſet; ipſa ſuam protulit in medium vulpem, quæ coram Rege & omni multitudine totos mores & ſubtilitatem docibilem alterius agens vulpis, in eadem formâ prioris palam omnibus variis luſit artibus. Tunc Rex hæc videns placatus, & eius optimates cum ingenti plauſu multitudinis admirantes mirabile factum, illum ſolui & liberum abire, qui fuerat anteà reus delicti, iuſſit. Nec multò pòſt cùm S. Brigida, ſolutione & libertate factâ, ad ſuam remearet domum; hæc vulpes inter turbas doloſè ſe torquens, & callidè mouens, quæ alteri videbatur ſimilis, fugitiua ad loca deſerta & ſilueſtria ad ſuum antrum, multis equitibus & canibus ſe perſequentibus illudens, ac per patentes campos fugiens, incolumis euaſit. Et omnes admirantes hoc quod factum fuerat, priuilegio ſanctitatis & prærogatiuâ virtutum multarum ſemper pollentem maioribus geſtis venerati ſunt.

liberat capite periclitantem ob cicurem Regis vulpem occiſam,

ſimili diuinitus obtentâ,

ac Regi datâ,

quæ poſteà aufugit:

e 24 Et cùm *e* in aliâ die anates pectore carnali in aquâ natantes, & per aëra interdum volitantes, Beata vidiſſet Brigida, eas ad ſe venire accerſiuit. Quæ pennigero volatu, & tanto ardore obedientiæ, eius vocibus, tãquàm ſub humanâ curâ eſſent conſuetæ, ſine vllâ formidine multitudinis ad eam volitabant. Quas manu tangens & amplectens, & per aliquantulum temporis hoc idem faciens, redire ac volare ſuis in aëra alis permiſit, collaudans creatorem omnium rerum inuiſibilem per creaturas viſibiles, cui omnia ſubiecta ſunt animantia, & cui omnia viuunt, vt quidam ait, officio gerendi. Et ex omnibus manifeſtè intelligi poteſt, quòd omnis natura beſtiarum & pecorum & volucrum ſubiecta eius fuit imperio. D

ſilueſtres anates ad ſe aduocat:

a *MS. S. Max.* venientem *VVibl.* euentu.
b *Ita MS. Preudh. & Canu. at MS VVibling. & Mombrit.* Gabor. *MS. S. Max.* Tabor. *Colgan.* Grabor.
c *Ita MSS. S. Max. & Preudh. Alij* direptas.
d *Momb.* hoc agentes intellectu, & manſueto more. *Colgan.* hoc agentes intellectu & inconſueto more.
e *MSS. S. Max. & Preudh.* illâ.

CAPVT V

Cædes impeditæ. Angeli præſens auxilium.

25 ET hoc eiuſdem miraculum omnibus ſeculis celebrandum, auribus fidelium inſinuandum eſt. E
Nam cùm ſemina ſaluberrima verbi Dominici ex more ſuæ conſuetudinis omnibus ſeminaret, vidit nonnuem viros in formâ quadam ſpeciali vanæ & diabolicæ ſuperſtitionis, & plauſum habentes vocis ridiculæ ad inſaniam mentis maximam. In quorum viis contritio erat & infelicitas, qui antiquo hoſti, qui in illis regnabat, votis ſceleſtiſſimis & iuramentis ſitientes effuſionem ſanguinis, antequàm Calendę *a* illius menſis ſuperuenirent venturi, aliorum iugulationem & homicidia facere diſpoſuerunt. Quibus reuerentiſſima & affabilis Brigida melliſluâ verborum copiâ prædicauit, vt mortiferis erroribus relictis ſua crimina per cordis compunctionem & veram delerent pœnitentiam. Qui hebetudine mentis ſuæ, niſi priùs vana ſua compleſſent vota, illud facere reſiſtentes, in viam ſuam perrexerunt: & pro hac re fuſis ad Dominum precibus aſſiduis, decoratæ Virginis, volentis, Domini exemplo, omnes ſaluos fieri & ad agnitionem venire veritatis; egredientes illi nefarij, imaginem inſtar viri, quem debuiſſent iugulare, contemplantes, continuò ſuis iugulantes lanceis, & gladiis decollantes, quaſi poſt triumphum de ſuo aduerſario & inimico, cum armis ſanguineis & cruentis reuerſi, multis apparuerunt. Mirum in modum, cùm neminem occiderent, illis viſum eſt ſua compleſſe vota, atque cùm nemo deerat de illâ prouinciâ, de quo illi triumpharent; nulla dubietas pro hac re alicui perſiſtens, largitas muneris diuini per Sanctam Brigidam facta omnibus innotuit. Et ſic illi, qui antèà erant homicidæ, per pœnitentiam ad Dominum conuerſi ſunt.

eadem ſpirantes fruſtrà monet, a

efficit tamẽ, vt viri imaginem, non virum ipſum, decollent: F

26 Et in hoc opere per decoratam Brigidam cultu inenarrabili ſacræ religionis, Diuina manifeſtata eſt potentia. Illam enim *b* Lugidus quidam, valdè validus & virorum fortiſſimus, duodecim virorum opera per ſemetipſum tantâ fortitudine ſui corporis in vnâ, cùm vellet, laborans die, & cibaria quibus duodecim ſufficienter viri veſci poſſent, ſimiliter comedens; (ſicut enim illorum opera ſolus facere, ſic & cibaria æquali modo vnius contra plures comedere poterat) deprecatus eſt, vt pro ſe Dominum oraret omnipotentem, vt eius ingluuiem, quâ ſuperflua deuorabat, temperaret, nec antiquam virtutem ſui corporis per hanc amiſiſſet cauſſam. Et ſic ipſa Brigida illum benedicens, & pro illo Dominum orans; ipſe poſteà victu vnius viri ſatis contentus, ac, vt anteà ſolebat, laborans ſicut duodecim operarij operabatur, in eadem antiquâ permanſit virtute.

b enormem voracitatem tollit,

manentibus viribus:

27 Item

A 27 Item inter eius opera præclara, hoc item egregium opus & excelſum compertumque omnibus explicare debemus. Arbor quædam grandis & maxima, ad aliquem parata vſum ab iis, qui artificia exercere ſolebant in ſiluâ lignari, ſecuribus exciſa eſt. Ad quam conuentio virorum fortium propter eius moleſtiam, & ingentem molem, & loca difficillima, in quibus ramorum cum fragore ſuorum ruit, vt deponerent, & traherent cum multis bobus & artificum machinis ad locum deſtinatum, vt neceſſitas rei poſcebat, congregata eſt. Et cùm nec multitudo virorum, nec vires boum & variæ *c* artificum artes, mouere vel trahere eam arborem nullo modo poterant; recedentibus cunctis ab eâ, per fortiſſimam fidem B. Brigidæ grano ſinapis ſimilem, (per quam fidem, vt Magiſter cæleſtis organo Euangelicæ vocis docet, montes mouentur, & poſſibilia ſunt omnia credentibus) eam grauiſſimam arborem *d* Angelicâ virtute per Diuina *e* myſteria nullo mortalium auxilio leuantes, ſine vllâ difficultate ad locum, quem voluit S. Brigida, deſtinatum detulerunt, ac per omnes prouincias tanta Diuinæ virtutis huius excellentia diuulgata eſt.

immẽſam arborem aliò tranſfert,

c

Marc. 11. 23 & 9. 22

Angeli ope:

d

e

a *Canu. Colg. Bellouac.* Iulij. *S Antonin.* Iunij.
b *Colg.* Luguid. *Canis.* Luguidinam. *Bellou.* Luguidina. *Momb.* Lugdemais. *MS. S. Max. indicat adoleſcentem fuiſſe.*
c *Mo. VVibling.* magorum.
d *Can. & MS. Preudh.* Euangelicæ virtutis.
e *Colg. & Mombr.* miniſteria.

CAPVT VI

Res variæ eius precibus reſtitutæ.

28 ET noſtro occurrit animo non excludere & hanc virtutem ſilentio noſtro, quam inter innumerabiles virtutes eadem operata eſt Brigida venerabilis. Quidam enim vir ſecularis, & gente nobilis, & doloſis moribus, exardeſcens in alicuius fæminæ concupiſcentiam, & quomodò eius concubitu frui poſſet callidè cogitans, ac ſuam *a* ſentem argenteam pretioſamque in depoſitum ſibi commendans, quam doloſè retraxit, illâ ignorante, & iecit in mare, vt cùm ipſa non poſſet reddere, ſibi eſſet ancilla, & eius poſteà vteretur, vt vellet, amplexibus. Machinatus eſt hoc perficere malum nullâ aliâ re ac redemptione placatus fieri poſſe dicens, niſi aut propriâ ſibi ſente argenteâ reditâ, aut ipsâ fæminâ in ſeruitutem ei redactâ, pro cauſsâ culpabili fragilis concupiſcentiæ vteretur. Et hæc timens pudica fæmina tamquàm ad ciuitatem refugij tutiſſimam, ad Sanctam confugit Brigidam. Quæ cùm talem comperiſſet cauſſam, vel quid pro hac re agere debuerit cogitaret, cùm necdum verba compleſſet, ſuperuenit ad eam quidam cum piſcibus de flumine tractis: & cùm illorum ilia piſcium illicò fuiſſent exciſa, ſentis illa argentea, quam ille crudelis iecit in mare ob cauſſam ſuprà dictam, in medio vnius ex piſcibus reperta eſt. Et ſic poſteà ſecurâ mente eam ſentem ſecum portans, & ad conuentum multitudinis pro hac culpâ cum tyranno infami progrediens, & monſtrans ſibi ſuam propriam ſentem, multis teſtantibus, qui eam agnoſcere poterant, non aliâ eſſe ſed ipſam, de quâ talis ſermo ferebatur; adhærentem ſibi fæminam pudicam de manibus tyranni crudeliſſimi liberauit. Et ſic ille poſteà confitens ſuam culpam, S. Brigidæ humiliter ſua ſubdidit colla. Et illa ab omnibus gloriosè, peracto hoc ingenti miraculo, gratias agens Deo, & omnia in eius gloriam faciens, domum rediit propriam.

faminam ſeruitutis & adulterij periculo eripit.

a

monili, quod in mare abiectum,

C

ſubitò in ventre piſcis reperto:

29 Et his miraculis glorioſum eius & clariſſimum cum aliquâ *b* fideli fæminâ hoſpitium iungi debet: quo proſperum iter faciens S. Brigida in Dei voluntate, in ampliſſimo campo Breg, cùm declinaſſet ad veſperam dies, ad habitaculum eius veniens cum eâ pernocta-

b

uit. Quæ obuiis manibus & gratulanter eam ſuſcipiens, & gratias omnipotenti Deo agens de felici aduentu reuerendiſſimæ Brigidæ *c* tamquàm Chriſti; cùm non haberet propter ſuam inopiam, vnde ignem nutriret & cibũ coqueret, vnde tales hoſpites cibaret; incidens ligna telaria, in quibus texturam telarum operabatur, in paſtum ignis; vitulum ſuæ vaccæ quem occidit, ſuper ſtruem illorum ponens lignorum, igne aſſauit, cum bonâ voluntate: Et cœnâ in Dei laudibus factâ, & nocte adſuetis tranſactâ vigiliis, expergiſcens poſt illam de manè noctem, vt nullum de receptione & refectione S. Brigidæ vllius rei ſuſtineret damnum ipſa hoſpitalis, quæ vitulum ſuæ amiſerat vaccæ, alterum in eadem formâ vitulum cum ſuâ inuenit vaccâ, quem vt priorem ipſa dilexerat: & telaria ligna ſimiliter ſibi præ ceteris reparata, in tali formâ in quantitate, in quâ priora fuerant, contemplata eſt. Et ſic S. Brigida, felici progreſſu, & mirabili factâ virtute, domui & habitatoribus valedicens, pacificè in viam ſuam perrexit proſperam.

AVCTORE Coætoso. Ex MSS.

D

c vitulum comeſtum, & ligna combuſta. pia hoſpita integra poſtridie reſtituit:

30 Et ecce in tantâ miraculorum multitudine hoc eiuſdem opus præclarum admirari ſolet. Tribus enim leproſis & infirmitatibus oppreſſis, poſtulantibus munus aliquodcumque ab eâ accipere, vas largita eſt argenteum. Et ne illis eſſet cauſſa diſcordiæ & contentionis, ſi illi inter ſe diuiderent, *d* cuidam in ponderibus auri & argenti comperto, dixit, vt inter illos tres hoc vas ponderaret tribus æqualibus partibus. Et cùm excuſare ſe cœpiſſet, dicens ponderari ſe æqualiter non poſſe, ipſa feliciſſima fœminarum Brigida, apprehenſo vaſe argenteo, ipſum allidit contra lapidem, & confregit in tres, vt voluit, æquales & conſimiles partes. Mirum in modum cùm poſteà ipſæ tres partes ipſius vaſis argentei in pondere eſſent emenſæ, nulla pars aliâ minor vel maior, quæ aliam ſuperaret, licet vno obolo, de his inuenta eſt tribus partibus. Et ſic ipſi infirmi pauperes, ſine vllâ iniuriæ aut inuidiæ cauſsâ, inter ſe læti cum ſuis receſſerunt domum.

vt pauperibus tribus ſuccurrat.

d

E

vas argenteum in 3 partes æquales confringit;

31 Secundùm enim Iob beatiſſimi exemplum numquàm inopes à ſe recedere ſinu vacuo paſſa eſt. Nam veſtimenta tranſmarina & peregrina Epiſcopi *e* Conlæi decorati culminis, quibus in ſolemnitatibus Domini, & in vigiliis Apoſtolorum, ſacra in altaribus & in ſanctuario offerens myſteria, vtebatur, pauperibus largita eſt. Et cùm tempus ſolemnitatis aduenit ſecundùm conſuetudinem, vt ipſe ſummus Pontifex populorum, ſuis indutus eſſet mutatoriis veſtibus, S. Brigida, quæ priora veſtimenta illius Epiſcopi Chriſto in formâ pauperis poſito donauerat, alia ſimilia per omnia veſtimentis prioribus, tam texturis quàm coloribus, quæ in illâ horâ à Chriſto, quem per pauperem induebat, perlata ſibi in curru duarum acceperat rotarum, tradidit pro aliis. Voluntariè autem alia pauperibus veſtimenta obtulit, & hoc pro eis opportunè recepit. Nam cùm ipſa eſſet viuum & feliciſſimum ſummi capitis membrum, potenter omnia quæ deſiderabat operabatur.

e

veſtes ſas cras dat Chriſto in formâ pauperis;

F

ſimiles citius recipit:

32 *f* Nam & hoc eiuſdem opus egregium non eſt prætereundum enarrari. Quidam enim compulſus quadam neceſſitate, indigens mellis ſextarium eam precatus eſt. Et cùm ipſa Brigida mente doleret, dum non haberet paratum mel, quod illi roganti donaret, murmur apum ſub pauimento domus, in quâ tunc ipſa fuerat, exauditum eſt. Et cùm ille locus, in quo ſuis apes vocibus ſonabant, perfoſſus & ſcrutatus fuiſſet, repertum eſt in eo quantum ſufficiebat in opus poſcẽtis. Et ſic ille ab eâ recepto mellis munere, quantum ſibi neceſſitas poſcebat, ad ſua gaudens reuerſus eſt habitacula.

f

mel, vt genti ſuccurrat, à Deo impetrat.

a *Mombr.* fibulam, *& poſteà*, gemmam.
b *MS. S. Max. ait nobilem fuiſſe, qua cùm audiſſet quòd Brigida in campo maneret, eam ad domum ſuam inuitauit. De hoc autem campo actum eſt in præcedente Vitâ.*

AVCTORE COGITOSO EX MSS.

c *Ita MSS. Preudh. & VVibling. at Canis. & Colg.* Virginis Christi.
d *MS. S. Max.* vni eorum.
e *Canis. & Mombr.* Conleath. *MS. S. Max.* Collei. *Colg.* Conlaith; *fatenturq; in MSS. quibusdam haberi* Conleach: *sed manuit* Conlaidh, *vel* Conlaedh.
f *Deest hic paragraphus Canisio.*

CAPVT VII

Fluuij mutatus alueus. lapis molaris prodigijs clarus.

33 ITem & hoc Sancta fulsit Brigida miraculo. Cùm Regis illius patriæ, in quâ ipsa fuit, edictum per plebes & prouincias, quæ sub eius erant ditione & iugo, inualescerent, vt de omnibus eius regionibus & prouinciis omnes populi & plebes conuenirent, atque ædificarent *a* viam latam & firmam ramis arborum, *b* & munitionibus quibusdam firmissimis in *c* grunnâ profundâ & penè intransmeabili & in locis humentibus atque in paludibus, in quibus grandis currebat fluuius; quæ constructa quadrigas & equites & currus & plaustrorum rotas & impetum populorum atque concursum vndique hostium sustentare posset; conuenientibus multis populis per cognationes & familias, diuiserunt viam illam, quam ædificare debuerant, in partes proprias, vt vnaquæque cognatio & familia suam sibi creditam constructisset partem. Et cùm illa pars fluminis difficillima & laboriosa in sortem alicuius ex ipsis nationibus cederet euentu; ipsa natio durissimum deuitans laborem, per suam fortitudinem S. Brigidæ infirmiorem coëgit nationem, vt hanc operaretur difficilem partem in structuram viæ, & suam quam faciliorem euentu habebant partem eligens ipsa crudelis & iniusta natio ædificaret sine vllâ fluminis perturbatione. Atque cùm ad S. Brigidam sui secundùm carnem cognati *d* venissent querelosi, prostratique à fortioribus sine vllo iure dispensationis; ipsa illis probabiliter dixisse fertur: *e* Abite: voluntas Dei est & potestas, vt ille fluuius transeat de loco quo est, & vbi vos dura opprimunt opera, in illam quam ipsi elegerunt partem. Et cùm de manè ipsius diei omnes surrexissent ad opera populi, fluuius ille quem querebantur, visus est reliquisse suum antiquum locum & conuallem, vbi inter ambas currere solebat ripas, & transmutasse de parte vbi S. Brigidæ natio compulsa operabatur, in illorum fortium & superborum partem, qui alios pauciores & infirmiores se iniustè & durissimè operari compellebant. Et in testimonium virtutis vestigia fluminis & vallis vacua, vbi vndans & emanans antiquo currebat fluuius tempore; ipsoque ad alterum flumine recedente locum, ipse locus siccatus sine vllis apparet fluitantibus aquis.

vt quosdam iniusto labore grauatos liberet,

flumẽ aliò transfert,

priore alueo sicco remanẽte.

34 Non solùm autem hæc in suâ vitâ carnali, antequàm sarcinam deponeret carnis, virtutes operata est plurimas, sed & largitate Diuini muneris in suo monasterio, vbi eius venerabile requiescit corpus, alias semper operari virtutes innotescit; quas non solùm audiuimus, sed etiam oculis nostris vidimus. Nam Præpositus maximi & clarissimi monasterij S. Brigidæ, de quo in huius opusculi principio breuem fecimus mentionem, operarios & lapidum cæsores quærere lapidem & incidere molarem per loca quæcumque, vbi posset inueniri, transmisit. Et illi sine vllâ prouidentiâ viarum difficilium arduam ascendentes viam, ad cacumem petrosi montis perrexerunt; & eligentes lapidem grandem in ipso montis altissimi cacumine, & cædentes eum de omni parte in rotundum & perforatum molarem lapidem formauerunt. Et cùm Præpositus de monasterio inuitatus ab eis venisset cum bobus ad illum montem, in quo lapis molaris formatus fuit, atque cùm boues secum propter arduam montis ascensionem trahere & cogere non posset, durissimum iter cum paucis illum sequentibus vix ascendere potuit. Exinde ille cum suis comitibus & operariis dum cogitaret, quomodò illum molarem deportaret lapidem de iugo altissimi montis, cùm boues in illo præcupto montis sub oneribus & iugis esse nullo modo potuerint; tum factâ desperatione, aliis ex eis dicentibus illum deserere lapidem, & eos in vanum laborasse qui illum formauerunt; ille Præpositus prudenti dispensatione & consilio suis operariis fideliter dixit: Nequaquàm hoc ita fiat; sed hunc leuate lapidem molarem viriliter & submittite in præcipitium de alto isto montis cacumine, in nomine & virtute S. Brigidæ, quia nos nullis artificiis & viribus per ista loca petrosa & difficillima hunc grandem lapidem molarem possumus portare, nisi ipsa Brigida, cui nihil impossibile est, secundùm illud quòd omnia possibilia sunt credenti, illum portauerit vsque ad locum, ex quo vires boum trahere ipsum possint. Et sic fide firmâ præcipitantes illum ac solum relinquentes in vallem, paullatim de monte descendens, aliquando petras deuitans, aliquando *f* transiliens, & in locis currens humidis in radice montis positis, in quibus nec homines, nec boues stare potuerant, pro illorum profunditate, mirabili comitatu vsque ad loca plana, sine vllâ fractione *g*, vbi illorum boues erant, progressus est. & sic inde ex bobus vsque ad molinum vectus artificiosè cum altero iunctus est lapide.

per præcipitium innoxiè deuolutus, ope S. Brigidæ; Marc. 9. 22

35 Et vt plus iste molaris lapis, qui in nomine Beatæ directus est Brigidæ, omnibus adhuc innotesceret, addidit & hoc inauditum anteà & præclarum miraculum. Nam cùm quidam paganus & gentilis de molino vicino suo habitaculo dolosè per alium simplicem virum, ignorante molinario, qui opus molituræ exercebat, suum granum ad hoc misisset molinum, cum inter huius molares transiectũ & fusum fuisset lapides, illum supradictum lapidem molarem nullus impetus fortis fluminis & directus, & nulla aquarum vis violenta, & nulla artificum conamina mouere ac trudere in circuitum volubilem & solitum ambitum potuerunt. Et dum illi qui hoc viderunt, de hac re contristarentur, nimio perculsi stupore; tunc granum illud magi esse comperientes, minimè dubitabant, quòd ille lapis molaris, in quo S. Brigida virtutem operata est Diuinam, granum gentilis hominis in farinam comprimere respuisset. Et in illâ horâ tollentes foras granum ipsius pagani, & suum granum monasteriale super molarem illum lapidem ponentes, cursus solitus & quotidianus sine vllis impedimentis repentinò reparatus est molæ.

sed ad magi granum molendum versi nullâ vi potest;

36 Et post interuallum temporis accidit vt *h* istud molinum igne combureretur. Nec & hoc paruum fuit miraculum, cùm ignis domum totam consumeret, & alterum lapidem, qui iunctus supradicto lapidi fuit; hunc tantùm specialem B. Brigidæ lapidem nullo modo tangere & comburere ausus est: sed sine vllius ignis molestiâ, magno molini incendio, permansit solus incolumis. Et posteà hoc viso miraculo *i* vectibus ad monasterium perductus est, & iuxta portam interioris ornati castelli, quo ecclesia ambitur, vbi multi conueniunt populi ob veneratione S. Brigidæ virtutum, in ipsâ portâ honorificè positus est. Et de fidelibus hunc Brigidæ lapidem tangentibus, per quem ipsa supradictas virtutes fecit, morbos expellit & languores.

h *ab incẽdio illæsus seruatus,*

i *miraculis clarescit:*

Lapis molaris in monte aptatus,

a *MS. VVibl.* statuam. *forte* stratam.
b *Addit Canis.* petris in fundamento positis.
c *Colganus scribit* gtunnas *esse loca bituminosa & vliginosa, in quibus cespites ad struendum ignem, vt in depressioribus quibusdam Belgij locis eruuntur. Canisius* gronnam *vocat.* Gruana.
d *Canis.* fuissent religiosè prostrati.
e *MS. VVibling.* Habete fiduciam.
f *MSS. Preudh. & S. Max.* traheus ac saliens. *Colg.* super eas saliens.

g *Addit*

g *Addit MS. Preudh.* tramitis.
h *MS. Preud.* Iſte molinus. *& antè*, ad hunc molinum.
i *Alij*, vectus ad monaſterium ſupradictum.

CAPVT VIII

Kildaria vrbs. S. Brigidæ eccleſia, ſepulchrum.

37 NEc & de miraculo in reparatione eccleſiæ facto tacendum eſt, in quâ glorioſa amborum, hoc eſt, Archiepiſcopi Conlei & huius Virginis florentiſſimæ Brigidæ corpora, à dextris & à ſiniſtris altaris decorati, in monumentis poſita, ornatis vario cultu auri & argenti & gemmarum pretioſi lapidis, atque coronis aureis & argenteis deſuper pendentibus, ac diuerſis imaginibus *a* cum cælaturis variis & coloribus, requieſcunt. Et in veteri noua res naſcitur actu: hoc eſt, Eccleſia creſcente numero fidelium de vtroque ſexu, ſolo ſpatioſa, & in altum minaci procerita-
te porrecta ac decorata pictis tabulis, tria intrinſecus habens oratoria ampla & diuiſa parietibus *b* tabulatis ſub vno culmine maioris domus. In quâ vnus paries
B decoratus, & imaginibus depictus, ac linteaminibus tectus per latitudinem in Orientali eccleſiæ parte, à pariete ad alterum parietem eccleſiæ ſe tendit. Qui in ſuis extremitatibus duo habet in ſe oſtia, & per vnum oſtium in dextrâ parte poſitum intratur ad ſanctuarium ad altare, vbi *c* ſummus Pontifex cum ſuâ *d* regulari *e* ſcholâ, & his qui ſacris deputati ſunt myſteriis, ſacra ac Dominica immolat ſacrificia. Et per alterum oſtium, in ſiniſtrâ parte parietis ſupradicti & tranſuerſi poſitum, Abbatiſſa cum ſuis puellis & viduis fidelibus tantùm intrat, vt conuiuio corporis & ſanguinis fruantur Ieſu Chriſti. Atque alius paries pauimentum domus in duas æquales diuidens partes à pariete Occidentali vſque ad tranſuerſum in latitudinem parietem extentus eſt. Et hæc tenet eccleſia in ſe multas feneſtras, & vnam in latere dextro ornatam portam, per quam Sacerdotes & populi fideles maſculini generis intrant in eccleſiam; & alteram portam in ſiniſtro latere, per quam Virgines & fæminarum fidelium congregatio intrare ſolet. Et ſic in vnâ baſilicâ maximâ populus grandis in ordine & gradibus & ſexu & locis diuerſis, interiectis inter ſe parietibus, diuerſo ordine & vno animo omnipotentem orant Dominatorem.

C 38 Et cùm valua antiqua portæ ſiniſtralis, per quam Sancta ſolebat Brigida in eccleſiam intrare, ab artificibus ſuis eſſet cardinibus ſita, totam concludere portam inſtauratam & nouam non potuit, quarta enim portæ pars ſine concluſione, & patefacta apparebat: Et ſi addita & iuncta ad valuæ altitudinem quarta pars fuiſſet, tunc totam concludere portam poſſet altam & inſtauratam. Et cùm artifices alteram maiorem nouam facere valuam deliberarent, quæ totam concluderet portam; aut tabulam facere iunctam in vetere valuâ, vt poſteà ſufficere poſſet; prædictus doctor & omnium præuius artificum Hibernenſium prudenti locutus eſt conſilio: In hac ſuperuenturâ nocte orare Dominum iuxta S. Brigidam fideliter debemus, vt ipſa nobis de manè quid in hoc opere acturi ſimus præuideat. Et ſic orans iuxta monumentum Brigidæ glorioſæ noctem tranſegit: & manè ſurgens, oratione præmiſsâ, valuam antiquam trudens ac ponens in ſuo cardine, ianuam concluſit totam. Nec aliquid defuit de eius plenitudine, nec vlla in eius magnitudine ſuperflua pars reperta eſt. Et ſic illam Brigida extendit in altitudine valuam, vt tota porta illa ab eâ ſit concluſa, nec in eâ vllus locus patefactus videatur, niſi cùm valua retro retruditur, vt in eccleſiam intretur. Et hoc virtutis Dominicæ miraculum omnium oculis videntium illam ianuam & valuam manifeſtè patet.

Eccleſia Kildariēſis (in quâ ſepulchra SS. Conlei & Brigidæ,)
a innouata & ampliata:
b
in ſeâ diſcreta loca
c
de
1 Epiſcopi & Cleri,
2 Abbatiſſæ & ſanctimonialium,
3 laicorū virorum,
4 faminarum:
porta animis breuis,
ope S. Brigidæ ab architecto implorata,
extēditur.

39 Et quis ſermone explicare poteſt maximum decorem huius eccleſiæ, & innumera ciuitatis, quam dicimus, miracula? ſi fas eſt dici ciuitas, dum nullo murorum ambitu circumdatur: conuiuentibus tamen in eâ populis innumerabilibus, dum ciuitas de conuentu hominum in ſe multorum nomen accepit, maxima hæc ciuitas & metropolitana eſt; in cuius ſuburbanis, quæ Sancta certo limite deſignauit Brigida, nullus carnalis aduerſarius, nec concurſus timetur hoſtium: ſed ciuitas eſt refugij tutiſſima cum ſuis omnibus deforis ſuburbanis in totâ Scotorum terrâ omnibus fugitiuis. In quâ theſauri ſeruantur Regum, & decorati culminis excellentiſſima eſſe videntur. Et quis dinumerare poſſit diuerſas turbas & innumerabiles populos de omnibus prouinciis Hiberniæ confluentes? alij enim propter epularum abundantiam, alij ad ſpectaculum turbarum, alij propter ſanitates de ſuis languoribus, alij cum magnis donis & muneribus conuenientes ad ſolemnitatem natiuitatis S. Brigidæ: quæ in die Calendarum Februarij menſis dormiens, ſecura ſarcinam deiecit carnis, & Agnum Dei in cęleſtibus manſionibus ſecuta eſt.

Kildaria vrbs refugij, cū ſuis ſuburbiis:
magnus ad eam populorum concurſus.

40 *f* Veniam peto à Fratribus hæc legentibus, imò emendantibus, qui cauſsâ obedientiæ coactus, nullâ præ
E rogatiuâ ſcientiæ *g* ſuffultus, pelagus immenſum virtutum B. Brigidæ, & viris peritiſſimis formidandum, in his paucis ruſtico ſermone dictis, virtutibus de maximis & innumerabilibus paruulū in re cucurri. Orate pro me, *h* Cogitoſo, nepote culpabili, & vt oratione veſtrâ pio Domino me commendetis exoro: & Deus vos pacem Euangelicam ſectantes exaudiat.

f
Epilogus Auctoris.
g
h

AVCTORE COGITOSO, EX MSS.
D

a *MS. Preudh.* cancellatis. b *MS. VVibl. interponit, &.*
c *Metropolita Lagenia.* d *MS. S Max.* ſeculari.
e *MSS. Preudh. & VVibl.* ſtolâ. f *Cetera deſunt in MS. VVibl.*
g *Caniſ.* ſuffiatus.
h *Cetera deſunt, ipſumq; Cogitoſi nomen, in MS. Preudhomij. in S. Maximini verò ita efferuntur ſequentia:* & audaciæ meæ indulgete, pro me miſero Dominum deprecantes, Amen.

VITA III

Auctore Chilieno monacho,

edita à Ioan. Colgano ex MSS. Italicis.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 *a* INibus occiduis deſcribitur optima tellus,
Nomine & antiquis Scotia ſcripta libris.
Inſula dives opum, gemmarum, veſtis, & auri:
Commoda corporibus, aëre, ſole, ſolo.
Mella fluit, pulchris & lacteis Scotia campis,
Veſtibus, atque armis, frugibus, arte, viris.
Vrſorum rabies nulla eſt ibi: ſæua leonum
Semina nec vnquam Scotica terra tulit.
Nulla venena nocent, nec ſerpens ſerpit in herbâ,
Nec conqueſta canit garrula rana lacu.
In quâ Scotorum gentes habitare merentur:
Inclyta gens hominum, milite, pace, fide.
De quâ nata fuit quondam ſanctiſſima Virgo
Brigida, Scotorum gloria, nomen, honor.
Turris ad igniferi pertingens culmina cæli,
Lumen inexhauſtum, celſa corona Dei.
Fons benedictus ouans, Scotorum corda reformans,
Recreat ipſa ipſos, curat, alit, vegetat.
Scala parata viris, pueris excelſa, puellis,
Matribus & ſanctis, tendit ad aſtra poli.

a
S. Brigida patria Scotia, felix inſula,

Dubtacus

AVCTORE CHILENO.

Dubtacus eius erat genitor cognomine dictus,
Clarus homo meritis, clarus & à proauis;
Nobilis, atque humilis, mitis, pietatè repletus:
Nobilior propriâ coniuge prole piâ.
Scripserunt multi virtutes Virginis almæ,
b Vltanus doctor, atque *c* Eleranus ouans.
Descripsit multos Animosus nomine libros,
De vitâ & studiis Virginis, ac meritis.
Ordiar à minimis; nec non maiora sequentur:
Sed prato pleno floribus apta legam.
Ordine si cæli fulgentia sidera cernens,
Altiuago cursu scire quis illa queat;
Littore quis minimas numero discernat arenas,
Turbida quas terris sparserat vnda maris;
Hic numerare potest virtutes ritè puellæ,
In quâ perpetuus manserat ipse Deus.

A *genus nobile.*

b c Vitæ à multis scriptæ.

a *In Vitâ S. Donati Ep. Fæsulani 22 Octob. prima 6 disticha huius Prologi, ipsi S. Donato tribuuntur. Ita enim loquitur illius Vitæ Auctor, de Hiberniâ agens*: Quantæ autem fortunæ vel dignitatis sit, seu etiam quàm amica sit pacis, breuiter B. Donatus verificando collaudans sonando: Finibus occiduis *&c. Vter ab altero mutuatus sit Auctor, non quærimus.*

b *Hunc Auctorem* 1. *Vitæ facit Colganus, aitq; coli* 4 *Septemb. quo die, illius meminerunt alia quædam Martyrologia.*

c Aleranum, *siue* Aieranum, *aut* Eleranum, *idem coli ait* 11 *Aug.*

CAPVT I

Brigidæ sanctitatis præsagia: virtutes & miracula in adolescentiâ: spretis nuptiis, ac velo accepto; dicata Deo virginitas.

Sanctitas à vate prædicta;

2 QVadam namque die genitrix dum fortè sedebat
In curru prægnans, nec tunc enixa puellam,
Dumque frementis equi spumantia colla tenebat,
Pulueruleuta quidem vestigia longa sonabant.
Audierat sonitum vates stridere rotarum,
Dixerat: Ecce venit, Rex est qui præsidet axi:
Sed Comitissa tamen carpentum sola regebat.
3 Venerat & tempus pariendi, venerat hora,
Vt mater sanctam genuisset viscere prolem.
Lectus erat præsens, quo hæc alma puerpera.....
Decubuisse thoro fertur: quam *a* blattea flamma
Texerat emisso radio flagrante superno.

a cælesti lumine præostensa,

Mater & ipsa modum rerum seruabat, & horam:
Et tacuisse tamen fertur, nescire quid ignis

sapius:

C Significaret opus, vel quæ præsagia veri
Ostendisset ibi: tacito sed corde volutat.
Sæpe etiam rutilis tectorum subdere flammis
Cernebant fabricam, paruæ & cunabula Brigdæ.
4 Tempore in hoc nutrix recubans cùm febribus ægra,
Illius ac teneros vastabat pestifer ignis
Artus, perturbat vitalia viscera morbus.
Faucibus ex siccis dixit: (vix verba sonabat)
Quærite ceruisiam: mihi medo magna voluptas.

aquâ vertit in ceruisiam,

Brigida tunc fuerat inuenis & pulchra puella,
Mittitur ad vicos; quærendo quippe liquorem,
Virgo Dei properans vnâ comitante sorore.
Quidam ceruisiam, quamuis celabat, habebat,
Virginibus sacris stultus donare negabat.
Cùm repedare domum cœperunt, Brigida fontem
Conspexit, liquidis calicem compleuerat vndis.
Nam quia sæpè Deus præsens est numine Sanctis

b quâ pulsa febres;

b Qui latices gelidos *b* cællæ conuertit in vndas;
Virginis ob meritum species mutatur aquarum:
In siceram versa est. Porrexit Virgo dolenti.
Inscia mirifici biberat cùm fæmina facti
Potum, tunc penitùs discessit frigida febris.

aliàs in lac, vinũ, ceruisiã:

Sæpe etiam pueris infirmis atque puellis,
Haustum qui lactis quærebant, illa petenti
Frigida donabat de fontis pocula rore:
Sed Deus ipse suum naturam vertit aquarum
In lactis gustum, siceram vel fortè Lyæum.

D *lac, butyrum, ceruisiam tactu multiplicat:*

5 Ceruisiam si fortè suis cernebat ocellis,
Aut lactis modicum tetigisset, siue butyrum,
Crescebat nimiùm, turbæ superare nequibant.
Qualis erat pueris, famulis, hæc ipsa puellis,
Talis amore pio cunctis pulcherrima Virgo
Pauperibus fuerat, miseris & larga pupillis:

viri facie numquàm aspicit:

Omnibus illa viris dignos præbebat honores,
Nec tamen ipsa virum in faciem conspexerat vllum.
6 Pastor oues patris aliquas, vel fortè suillas
Perdebat: pedibus cecidit sed Virginis almæ.

opilionis & subulci culpas deprecatur,

Illa rogare pio patrem cumpuncta dolore,
Curabatque piis pueros defendere verbis,
Qui malè tradebant siluis animalia patris
Furibus atque lupis. Tunc Brigida sancta puella

& amissa restituit:

Integrum pecudum numerum (mirabile dictu)
Consignabat ouans: raptum nil senserat vllus.
7 Quadam fortè die fuerat prædicta puella
Pratis, dum rutilos flores carpebat, amœnis,
Lilia cum rosulis portabat mixta canistro,
Turbidus irruerat collectis imbribus æther,

madidam vestem in radio solis suspendit:

Algida virgineam conspersit guttula pallam,
Et vestis tenero pendebat frigida collo.
Illa domum repedans, fragrantes sparserat herbas,
Sol radiosque suos detexit lumine claro,
Respexitque oculis, discessit turbidus imber
Dum rutilante polo, radiosque immiserat, intus
Instar funis erat, tectum penetrauit opacum.
Vestem Virgo Dei radio famulante reponit:
Et radius madidam gestabat vertice pallam.
Pactum cum Christo pepigit sanctissima Virgo,
Vt radius solis vestem portaret inanis.
8 Cùm fuerat Sancta in mediâ testitudine templi,
Orans ad Patrem deuoto pectore Virgo,
Pauperibus curam pietatis dogmate seruans;
Venerunt grauibus multi clamoribus orbi,
Virgineas aures pulsantes vocibus, escam
Quærebant pariter: descendit sobria Virgo,
Alloquitur puerum contracto poplite claudum,

claudum, mutum, surdũ sanat insciã:

Auribus & surdum, qui tunc commercia vocis.
Gutturis, & linguæ perdebat perpete morbo.
Inscia Virgo mali deprompsit pectore verba:
Concite curre puer, fer nunc alimenta petenti.
Talibus alloquitur verbis tunc Sancta sedentem.
Et manifesta Dei virtus comitata loquelam
Virginis: & claudus, surdus, contractus abibat
Sanus, iam propriis portatur gressibus idem:

F

Et triplex morbus puerum dimisit euntem.
Plebs omnis Christum laudat per Virginis actum,
Quæ tantos variis sanat virtutibus ægros.
9 Proximus huic fuerat iuuenis, qui iure parentum
Vnica cura fuit: pulsabat Virginis aures
Per se, perque patrem, per fratres atque sorores,
Munera muneribus promittens addere plura,
Aurum, purpureas, argenti pondera, vestes,
Diuitiasque domus, millenos, prædia, seruos.
Omnia sancta Dei despexit munera Virgo,
Sordida ceu terræ calcantur stercora nigræ.

nuptias respuit,

Illa: Habeo sponsum solum de Virgine natum,

Christi amore:

Fæmineumque thorum nescit pater illius vnquam,
Pulchrior astriferis, excelsior ordine cælis,
Mentibus Angelicis formosior, altior astris:
Cuius odore pio soluuntur vincula mortis.
Ille mihi lapides pretiosos clauserat auro:
Obtulit ipse meo pulchra & monialia collo:
Auribus atque meis gemmatum tradidit aurum,
Contextam cycladem, thalamum commiscuit auro,
Thesaurumque suum mihimet monstrauit opimum,
Marga-meis-ritas aptauit auribus istas,
Annulo & ipse suo memet signauit ab omni
Amplexu sibimet castum seruare cubile.
10 Dixerat, & tristi deterst lumina vultu.
Ecce sui fratres verbis affantur iniquis,

Compel-

A Compelluntque patrem triſtem ſponſare puellam.
fratri importunè ex virgeti maledicēs, oculum per Angelum eruit procurat: Dicere Virgo parat verbis ſanctiſſima contrà,
Et Chriſti thalamis caſtum ſeruare pudorem.
Talibus auditis cœperunt ludere verbis:
Fratribus ex ipſis ſurrexerat impius vnus,
Et Chriſti famulam deuoto pectore ſtantem
Perculit: ipſe oculum peruerſus perdidit vnum:
c E capite exſiliens lumen cum ſanguine mixtum
c Fluxerat in terram: percuſſerat Angelus ipſum.
Sancta dehinc fratrem miſerum maledixerat ipſum,
Progeniemque ſuam dixit ſeruire futuram.
Dixerat, & mœſtam fratres rogitare ſororem
Pro pereunte oculo, pro fratris caſibus ægri
reſtituit: Cœperunt. Pariter compuncta eſt pectore Virgo,
Reſtituitque oculum, collecto fragmine, vulſum.
Defuit vnda loco: meritis (mirabile dictu!)
fontem elicit: Virginis & venam terrarum ceſpite vulſam
Chriſtus aquæ dederat, lumenque reformat amicum.
Abluit illa caput, geminis geſtabat in vlnis.
O memoranda diu, multos veneranda per annos
Sancta Dei! Populi Chriſto præconia laudis
Perſoluunt omnes: iuuenis tremefactus abibat.
proco aliā deſignat ſponſam: 11 Sed tunc Sancta Dei depromens pectore voces,
Alloquitur iuuenem, ſponſalia multa ferentem:
Aſpice nunc, iuuenis, præcelſo in culmine caſtrum
B Temporibus priſcis vicinâ gente locatum:
In quo ritè manet vir prudens atque ſuperbo
Sanguine progenitus, cui pollet magna poteſtas:
Vnica nata ſibi de caſtâ coniuge proles,
Delitiæque patris præſtanti corpore virgo.
Illa parata tibi, iuuenis, formoſa puella:
Hæc tibi dicta, tuis aſſumens auribus audi,
Hæc tibi caſta domus generis quoq; pulchra propago.
Crede, recede modò . . . . ſic tua fata manebunt.
Perrexit iuuenis, verbis tunc Virginis almæ
Confidens animo: rerum præſagia cernit
Propheticâ mente prædicens omnia Virgo.
12 Tempus & hora volat, Virgo creſcebat in annis,
Plurima ſigna dabat Chriſto dictante per annos.
Et quoniam hoc patris verbum peruenit ad aures,
Quòd ſua ſponte Deo ſeruiret filia Chriſto,
Noxia quòd fragilis contempſit gaudia mundi,
Præſulis hinc proprios diſponit mittere miſſos
Ad cellam, pariter ſanctâ comitante puellâ.
bulum cū 7 aliis accipit, Illis fortè viris venientibus, vnus in agris
Occurrit mediis ollis; Benedicite, dixit,
Quid vos, quid cupitis? quam in partem pergere vultis?
Vt conſecretur deuoto pectore Virgo,
Nubat vt ipſa Deo, ſacro velamine ſumpto,
C Dubthacus ipſe pater tranſmiſit Virginis almæ
Præſulis vſque domum, dixerunt ſinguli in vnum.
Talia dicta dabant. Reſpondens ille viator:
Ipſe ego ductor ero veſter: nunc cernite templum.
Intrantes pariter, ſteterat tunc Præſul ad aram.
Virginibus ſeptem ſtipatur Virgo beata
Æqualis voti, numerum aſſignata figuris
Brigida Sancta Dei pedibus voluebat, & orat:
Pontificem precibus, lacrymis & voce precatur:
O Pater alme, tuis cernis cùm ſiſtimus aris,
Nunc benedic famulas deuoto pectore ſtantes.
Et ſancto noſtras ſignabis chriſmate frontes.
Tempore quo Præſul fundebat chriſmatis vndas,
Virgineaſque ſimul benedixit pollice pallas;
flammâ ſupra caput appārente: Et cùm Sancta caput curuabat poplite flexo,
Amplectendo pedem retinens altaris & orat;
(Mira loquor!) .... de ſancto vertice flammæ
Aſcendêre polo: ſignum dixêre parentes
Virginis. Antiſtes miratur talia Mel. hon.
O Benedicta Deo ſacro velamine Virgo,
pedem altaris tactu incombuſtibilem reddit: Sancta mei memorans, dixit, ſis Brigida velo.
Talibus alloquitur verbis, dimiſit euntem:
Altera namque ſuæ virtutis ſigna reliquit;
13 . . . . . .

Flammis conſumptum, cinerem ſic vſque redactum:
Sed benè pes quartus, manibus quem Virgo tenebat,
Manſerat altaris, tetigit non impetus ignis
Magna Dei virtus ſeruabat fiſſile lignum
Ignibus illæſum: nec ſoluit longa vetuſtas.
Altaris quartus ſeruatur pes, tribus vſtis.

Auctore Chileno. D

a Blatteum *pro purpureo aut rutilo, vſurpauêre alij ſcriptores, annu trecentis, eoſq; amplius hoc Poëtâ vetuſtiores.*
b *Ita habebant MSS. vt fatetur Colganus; ipſe, quod de aquâ agitur in vinum à Chriſto conuersâ,* Lycei *repoſuit. Nolim temerè id mihi licere.*
c *Putat idem hîc aliqua deſiderari. Nobis non videtur.*

CAPVT II

Hoſpitalitas, etiam abſentibus & errantibus exhibita. curationes animorum & corporum.

14 QVadam fortè die viſendum illa Sorores
Venerat & ſanctas, cellam diuertit ad vnam,
In quâ tunc ſanctæ vernabant flore puellæ.
Suſcipiunt Sanctam, pariter ſeruire parabant.
Voluebat pedibus, manibus ſic oſcula figunt,
Dulcia formoſis ſpectabant prandia menſis.
Sed tamen intereà præſens apparuit ipſi E
Spiritus immundus, flammantia lumina torquens,
Dentibus infrendens; flammæ cana guttura ſulcant:
Nigris inſultans ac tortis cruribus aſtat.
Brigida Sancta Dei rogitans horribile monſtrum:
Cur, maledicte, tuis peruertis artibus illos,
Quos Chriſtus proprio mercatur ſanguine ſeruos?
Cur loca ſancta Dei perturbas? cur populorum
Liuidus antiquis ſerpis per corda venenis?
Cur, maledicte, domos intraſti peſtis in iſtas?
Inflammare cupis? dixit clariſſima Virgo.
Vnica Virgo meis conſentit ſæpius actis.
Hæc eſt quæ calidum præſtat mihi veſpere lectum,
Virgineoque thoro totâ clàm nocte recumbo,
Tartareus rapido dixit tunc angelus ore.
Conticuêre omnes; fuerat quod non potuêre
Cernere, ſed vocis ſonitus peruenit ad aures
Sanctarum pariter. Dixit tunc prima Sororum:
Heu mihi, quis loquitur? vellem videre loquentem.
Virginis obtuſos benedixit Brigida viſus.
Viderat ac timuit, vultum latitare volebat.
Venerat illa timens, quam diximus antè, puella, *& Antiſtita oſtendit.*
Quæ in lecto calido nigrum refouebat amicum,
Nullis temporibus Sanctorum viſere templa, F
Nec malefuaſa choris conſtanter ſtare volebat. *ac Virginē ſæpè eum fouenti:*
Sancta dehinc miſeram caſtigans valdè puellam:
Cur tu ſpiritibus præſtas loca ſola malignis?
Aſpice nunc illum, qui te cognoſcit amicam.
Cur te non pudeat nigris ſeruire figuris?
Illa tremens pauidum diuertit ab hoſpite vultum: *hac correctâ,*
Heu mihi, tunc, miſeræ! faciam quid neſcio, dixit.
Et pedibus ſupplex cecidit tunc Virginis almæ.
Illa manus trepidæ porrexit, ſuſtulit ipſam,
Imperat vt fugiat prudenter Virgo draconem. *illum fugat:*
Ille fugit, putridum tectiſque reliquit odorem:
Virgineuſque chorus ſoluit pro munere grates.
Virginis ob meritum, Chriſto, laudeſque frequentant.
15 Tempore tranſacto Præſul venerabilis illuc
Venerat ad Sanctam, properans per longa viarum,
Sole ſub obſcuro: ſiluis ſed semita fallit.
Veſpere iam facto tentant confinia noctis:
Nox ruit, & grauidæ voluuntur montibus vmbræ,
Spes fugit & lecti, in ſiluis habitare facultas,
Aut repedare domum; nec quid ſperaret, habebat:
Omnibus ille ſuis deprompſit pectore voces:
Heu malè & vmbriferi deſcendunt æthere nimbi;
Quid faciemus, ait? Sanctam rogitare puellam.
Ecce ſub obſcuris ſiluarum frondibus ignis
Emicuit,

AVCTORE CHILIENO.

Emicuit, liquidas pulchro qui lampade flammas
Sparſerat; & nitidas niueâ cum veſte puellas
Viderat ad dextram ſiluis cum lumine claro:
Lampadas igniferas portantes dignius ibant.
Virgineas ſenior ſubitò per deuia turmas
Admirans, loquitur Doctor clementiùs, inquit:
Quæ vos igniferæ, quæ fertis lumina nocte,
Et manibus tremulas geſtantes ordine flammas?
Quid vos? quidúe velit hæc lux? quis lampadas iſtas
Tranſmiſit? Teneræ, teſtor, dictate puellæ.
Reſpondêre omnes: Brigidâ dictante magiſtrâ
Nos ad vos venimus: nunc vobis, ite, paramus
Tecta repleta epulis, veſtris & fruge caballis.
O manifeſta Dei virtus! monſtrantur in ipſo
Templa parata loco ſubitò, & triclinia tecta
Surgunt iſta eremo, nec non & prandia pulchra.
Fercula læta leuant, menſaſque & vina parabant,
Lignea tapetibus ſternunt ſedilia pictis:
Candida nunc tranſtris pendent mantilia pulchris:
Lectorum numerum conſignant ordine primo,
Vt proprium dominum quiſque vnum lectus haberet:
Dulcia formoſis ornant conuiuia tectis.
Et magnos mediis ponunt tunc ædibus ignes.
B Poſt data iam requies pueris quàm, nocte Sorores
Diſceſsêre: oleum lectis, & lumina linquunt.
16 Alterâ namque die, Phæbus dum illuminat orbẽ
Bis-ſenis radiis, luſtrat pelaguſque polumque,
Ac terræ pariter tremulas diſperſerat vmbras;
Manè ſub arboreis cernunt ſe frondibus eſſe,
Ceſpite gramineo ſine tecto nocte manere.
Surrexêre omnes, nec tunc ibi tecta videbant:
Sermones geminant, pulſabant vocibus auras.
Nec dubium fuerat, Chriſtum per Virginis almæ
Tunc merita, hos magnos eremo miſiſſe paratus,
Angelicis manibus, flammaſque dediſſe miniſtras.
Pandit iter pueris Præſul per deuia ſiluis,
Virginis ad cellam: Domino præconia laudis
Perſoluunt pariter, Chriſto pro munere grates.
Conſcia Virgo fuit virtutis; docta laboris,
Hoſpitium pueris dignum tunc Virgo parabat.
Poſtquàm ritè cibo Sanctorum membra refecit,
Præſulis & pedibus tepidas aſperſerat vndas,
Illa ſitim propter pòſt Scotica pocula ponit.
Sancta dehinc verbis cæleſtia dogmata dixit:
Tunc Dominum cæli laudabant vocibus omnes,
Plurima qui Sanctis ſemper miracula præſtat.
17 Et pòſt ſol rutilum diuertens vertice currum,
C Alteriuſque caput cùm luſtrans inchoat anni,
Bis ſex confectis tranſacto tempore ſignis;
Sancta dehinc proprios diſponit viſere fines.
Vir mediis vnus currebat percitus agris,
Qui matrem collo portabat cruribus ægram;
Quæ manibus propriis eſcam deducere labris
Nec poterat: putridus vexabat corpore morbus.
Sol orienſque dabat ſplendentia lumina terris:
Brigida ſancta Dei vehitur per compita curru:
Virginis inque vmbram matrem iactauerat ægram.
Mira loquor! vetulam firmatis greſſibus illam
Viderunt propriis confeſtim currere plantis.
Nec mora, nec requies; per campos fœmina currit,
Donec & hæc pedibus proſtrata eſt corpore toto
Virginis, atque daret magnas pro munere grates.
18 Altera magna ſuæ virtutis fulſit imago.
Horridus ad Sanctam leproſus venerat vnus,
Algida pernigro conſperſus vulnere membra:
Scabroſa & ſanies putridâ de carne fluebat,
Vlcere calcetenus turritum vertice corpus,
Atque venenoſis torquentur viſcera fibris,
Sordida & annoſo ſulcantur phlegmate labra:
Cui caput horrendâ ſcabie ſub caſſide candet,
Et pectus pariter ſuſpiria longa fatigant.
Cùm tamen ille ſuo oppreſſus ſic perpete morbo,
Ardet auaritiâ, magnâque cupidine rerum,
Et dolor interiùs ſerpit præcordia mentis.
Dixerat ad Sanctam: Pro Chriſti nomine vaccam
Semper habere volo: poteris ſi ſancta puella
Nunc dare lactantem, dignetur veſtra voluntas;
Vt mihi pòſt miſero ſeruetur lactis in vſum:
Et tibi multa dabit pro paruo munere Chriſtus.
Illa piis cupido verbis blanditur egenti:
Frater amice, mei ſpectemus munera Chriſti.
Nam mihi nulla modo ſeruatur a boſtare vacca. a
Sed quia ſæpè Deus largitur multa petenti,
Sûſtine paulliſper, venientem ſuſcipe vaccam,
Vbera candidulo ſpumantia lacte ferentem.
Tunc ait ille: Volo, ſi veſtra eſt, ire, voluntas:
Non ſpectare modò potero. Tunc ſancta puella
Dixerat ad miſerum leprâ & malè tabe fluentem,
Et plenum pupulis & rugis corpus habentem:
Cùm ſis ſcamoſus, pleniſque intercute membris, ſanus:
Viſcera valdè tibi torpeſcunt nigra venenis;
Si tamen alma fide credis ſuffragia Chriſti,
Forſitan vt veſtræ mundet contagia carnis:
Sed priùs hæc precibus deuotâ mente rogemus b.... b
19 In quo turba fuit ſanctarum iure Sororum,
Illuc aduehitur cum multis Virgo puellis E
Curru: nam precibus rogitabant ſemper vt illas
Viſeret, & verbis dextrâ & benediceret omnes.
Tunc humilis populus dextras tendebat ad aſtra. quâ ei pedes loti aquâ,
Dulcibus & ſanctas cantabat vocibus odas,
Obſequium calido præſtabat ritè lauacro.
Febribus infeſtis vexatur valdè Sororum
Vna domi; trepidis ardebat languida membris:
Affer amica mihi, teſtor te, protinus vndam,
In quâ quippe pedes loti ſunt Virginis almæ:
Nunc ſalus vt veniat membris de rore ſalubri;
En volo de ſanctis tota vt perfundiar vndis.
Dixerat ægra ſuis, eſſet dum proxima morti
Anxia, ſicca ſitis labris vix verba ſonabat.
Fœmina duxit aquam, ſparſit, dedit, atque fouebat.
Frigida nam calidam potuit conuincere peſtem
Guttula; cùm tetigit corpus benedicta, leuauit. agra ſanatur:
Surrexit pedibus, confeſtim Virgo cucurrit.
Nec mora nec requies fuerat; veneranda puella
Donec ad obſequium Sanctarum edocta veniret,
Atque parata ſuis ſeruiret mixta puellis:
Debita cumque aliis perſoluit iuſſa miniſtris.
Vociferare loco cœpitque ignobile vulgus, F
Magnis & trepidis repleuit vocibus auras.
20 Illa rogata ſuis venit cum Virgo puellis
Ad cellam quondam ſacratæ Virginis vnam,
Tempore Paſchali ad celebrandum Brigida feſta.
Proxima Cœna fuit Domini, quâ Sancta ſolebat
Mandatum Chriſti calido complere lauacro,
Et propriis manibus miſerorum membra fouere.
Quattuor, heu, miſeræ magno languore Sorores die Cœnæ Domini agras lauat,
Obſeſſæ fuerant diuerſo & perpete morbo:
Vna leproſa fuit, perfuſa & corpore toto:
Alterius miſeræ paralyſim membra tenebant:
Tertia cæca fuit, poterat nec lumen habere:
Spiritus immundus peruaſit publicè quartam.
His domus vna fuit: nulli cum talibus ægris
Conuerſare libet, nec ſe vult iungere quiſquam.
Virgo volebat aquis miſerarum membra fouere
Ipſarum calidis, & corpus ſorde lauare:
Nec tamen hoc potuit, perſiſtit dura voluntas:
Singula quæque ſibi quærebat vaſa parari,
Altera in alterius nolebat quippe lauacro
Perfundi. Ecce ſolent faſtidia ſtulta leproſi
Semper habere mali. Dixit ſanctiſſima Virgo:
Omnia perſoluam, quæ vultis quærere vobis,
Tantùm permaneat veſtræ concordia pacis.
Dixerat illa, piis confortans Brigida verbis
Infirmas, validis proſtratas corpore morbis.
Ducitur è lecto paralytica prima lauanda:
Illa dolore nimis clamabat vocibus altis:

Heu

A nocte in ſilua errantes lumine, cibo, quiete recreari diuinitus impetrat:

hoſpites benignè excipit, iiſq; pedes lauat:

agram ſolâ vmbrâ ſanat:

fœtidiſſimum leproſum,

A Heu mihi quis reddet dignam languore ſalutem,
& laudo paralyticæ ſanat; Neruorum & laterum membris comopage ſolutis,
Præſtabitque meis ſanctum illud viſere templum
Vt poſſim pedibus tribuat clementia Chriſti.
Talia dicta dedit: calidis infunditur vndis.
Virgo dehinc miſeram dextrâ parcente lauabat,
Et geminis corpus ſuſtentat blandiùs vlnis,
Et manibus ſanctis torpentia membra fricabat.
Fit virtus: alacrem ſubitò contracta vigorem
Senſit habere ſuum: pedetentim ſenſile corpus
Cepit gratuitam membrorum valdè ſalutem:
Surgens & propriis firmatis greſſibus ibat,
Et dignas Domino perſoluit fœmina grates.
21 Tres aliæ miſeræ poſtquàm vidêre miſellam
Virginis ante oculos ſanatam, ſeque mouentem,
Clamabant pariter: Nobis, ſanctiſſima Virgo,
Si tua ſancta manus percurrat membra lauacro,
Corporis atque animæ poteris conferre ſalutem.
Vocibus his omnes pulſabant Virginis aures.
Illa repleta Deo tres iſtas abluit vndis,
Vnam poſt vnam, quartam quoque: ſic in eodem
tum cæcã, Vaſe peregit opus, pietatis munere Virgo.
Pax fuit infirmis, & virtus magna ſalutis.
B Morborum tabies cunctis excuſſa puellis.
leproſam, Orba lauatur aquis: oculis diceſſit apertis.
Horrida lepra fugit, tremulis dum ſpargitur vndis.
energumenam: Spiritus immundus tandem dimiſit habentem.
Mira loquor! miſeræ confeſtim quattuor ægræ
Vnius ex merito curantur Virginis omnes.

a Boſtar, *boum ſtabulum, aut locus vbi ſtant boues. Gerardus Ioannee Voſſius lib. 2 de vitiis ſermonis cap. 2. plures citat auctores hac voce vſos.*
Boſtar.
b *Videntur aliqua omiſſa.*

CAPVT III

Animorum aſperitas benignè repreſſa.

22 ILlis temporibus quidam præcepta ſecutus,
Dulcia cum domibus diuerſis rura reliquit:
Ille timore Dei compunctus, perque locorum
Aſpera cum pueris pergebat Doctor onuſtus,
Deſertumque locum, ac eremi ſecreta petebat.
Hi ſubitò ad cellam diuertunt Virginis vnam.
Illa manebat ibi cum ſanctis Sancta puellis,
Tempore, quo venit prædictus quippe Sacerdos.
C Mos erat antiquis, quocumque eſt fœmina, Sanctis,
Tranſirentque locum, tunc nemo videre volebat
Vultus fœmineos: hæc ſecum verba loquuntur.
Hanc tunc ob cauſſam haud voluêre videre Beatam,
Depoſuêre loco pendentia pondera collo:
Conſilium capiunt paullìſper membra fouere.
Eremita amiſſas ſarcinas, Dei ope, ſeruat, Pòſt (data iam requies) pergebant luce diei,
Donec ſol oculos nigro velamine claros
Abſcondit, tremulæ & deſcendunt montibus vmbræ.
Deſeruêre domos ſanctarum hi ergo Sororum
Hoc propter ſtudium: tetigitque obliuio mentes:
Sunt onerum Fratres obliti namque ſuorum.
Confuſi penitùs iterum poſt damna reuerſi,
Immemores ſocij, quærebant ſigna ſuorum;
Nec tamen illa ſui. Tandemque ad Virginis almæ
Cellam venerunt triſtes: ſed gaudia corda
Implebant; ſubitò demonſtrat nam omnia Virgo
Perdita quæ fuerant. Chriſtus (mirabile dictu)
& reſtituit: Virginis ob meritum ſeruabat cuncta virorum
Pondera. Tunc pariter lætantes Brigida, Fratres,
Dulcia perpetuæ tractabant munera vitæ.
23 Inſula nam fuerat mediis in fluctibus vna,
Ad quam, ſi vellet, potuiſſet ille Sacerdos
Pergere, ad vſque diem mortiſque habitare valeret.
Tertia iam nigras diſperſit collibus vmbras
Lux, ait ipſe Pater: Nobis nunc, ſancta puella,

Auxilium petimus, nos omnes valdè rogamus, AVCTORE CHILIENO.
Quò peregrinus ego tendam? quò vertere poſſum?
Da pietatis opem, noſtri miſerere laboris.
Si potes, eſſet opus nobis præſtare caballos, D
Sarcina ſic humeris grauis vt ſoluatur onuſtis, *equos ad eas portãdas diuinitus impetrat,*
Littora ad vſque maris deduc nos proxima ſaluos.
Illa repleta Deo reſpondit ſancta puella:
En comitabor ego vobiſcum: proſpera Chriſtus
Præſtabit, pueros pergendo ſoluet onuſtos.
Perrexêre ſimul: virtus manifeſta videtur.
Ecce per obſcuras agreſti tramite ſiluas
Cernitur ex eremo confeſtim curſus equorum.
Brigida Sancta Dei depromſit pectore voces:
Credite mî, pueris Chriſtus miſerebitur ollis:
Sarcina veſtra modò, quæ vos hic valdè fatigat,
Apponatur equis: leuiùs tunc ire poteſtis.
Ibant hinc ſpatium: dixit benedicta puella
Littora proppè videns: Veſtrarum pondera rerum
Soluite; fas erit haud vltrà retinere caballos; *qui dimiſſi diſparuêre:*
Vos propter Chriſtus mihimet donauit ad horam:
Ante videbat eos nulluſque in finibus illis,
Poſteà (mira loquor) haud vllo tempore viſi.
24 Venit ad vſque maris portum pius ille Sacerdos,
Tranſiuit naui: placuit tunc inſula viſa, E
Vtque habitaret ibi voluit. Tamen ipſe colonus
Reſtitit in faciem: Hæc ſunt mea rura, recede.
Dixerat hæc verbis durato pectore ſtultus. *ruſtico, ne Eremitam ab inſulâ arceat, fruſtrà ſuadet:*
Sancta rogare virum verbis iam cœperat illum,
Vt partem minimam Chriſto concederet agri.
Virginis ille malus contemplit verba colonus,
Auribus obſtruſis, non hæc audire volebat,
Turgida valdè tenens durato pectore colla.
Nullam nam hîc potero (dixi tibi) tradere partem:
Ite, tenete viam: nec plus modò ſpargere verba
Eſt opus, (& dorſum detorſit) dixerat: Ite.
Virgo Dei triſti detorſit lumina vultu,
Hæc ſecum tacito paullìſper corde volutans.
Ecce ſub axe poli confracto carcere venti
Magno Neptuni turbabant flamine regnum. *vento trãs mare deferri impetrat, illatum;*
Aeolus ille malus patuit, nec ſtrinxit habenas:
Per mare, per terras ſaltùm dedit impiger Eurus:
Implicat ecce hominem, totum rapit altiùs illum,
Nubila ceu Zephyrus raptim cùm ſpargit ab alto;
Non aliter laxis falco eſt dimiſſus habenis,
Viderat ex altis prædam dum rupibus idem,
Ille fugit, liquidum pennis pòſt verberat æthra,
Vix oculis capitur, prædam capit vnguibus idem;
Sic leuat, & miſerum ventus ſic abiicit altus F
Aëre; tranſque fretum aduerſum maris expulit illum,
Littora poſt poſuit, ſummiſque in montibus vltra.
Corpore confracto, flatus vix corde remanſit,
Viſcere turbato pulſant ſuſpiria pectus.
Heu mihi nunc miſero! dixit: (vix verba ſonabat)
Quis furor ille fuit? vel quæ dementia mentis?
Virginis haud potero verbiſque reſiſtere ſanctis.
25 Altera namque fuit magni ſibi cauſſa doloris.
Vnica cura fuit natus, quem iure parentes
Dilexêre nimis; fuerat cùm ſolus in agro,
Sole ſub ardenti dormiuit paruulus ille. *filiolum ab vulture, itideni innoxiè:*
Heu malè ſomnus erat; percuſſerat vltio patrem,
Viſcera nec liquit: vultur malus ille marinus
Viderat extemplò, torſitque haſtilia paruo,
Vnguibus ac auidis transfixit; veſte pependit:
Littoreis miſerum portabat rupibus illum.
Quid moror? ipſe Deus præſens eſt numine Sanctis.
Reſtituit puerum patri benè corpore ſanum:
Inſula tota datur: lætatur valdè Sacerdos;
Splendida per totam diſperſit gaudia terram:
Brigida Virgo Dei clamat præconia vocis,
Vt Chriſto referant millenas publicè grates.
26 Venditor vnus erat quondã, quem vana voluntas
Torſerat, vt lapidem donaret veſte volutum
Sanctæ: namque ſalis præſens mentita figuram

AVCTORE CHILIENO.

Petra: ſed ipſe Deus, qui culpam fraudis iniquæ
Nouerat, ille ſalis naturam vertit in ipſam.
Omne quod ille malus lucrum ſperabat habere
A Vendendo populis, perdit tunc petra reperta.
lapidem in ſalem mutat, ſalem in lapides. Ille dedit lapidem durato pectore ſtultus
Virginibus: Chriſtus ſalis efformauit in vſum.
Sal modò petra fuit pro pœnâ criminis olli.
Brigida Sancta Dei cunctam (mirabile dictu!)
Duritiem lapidis, mordentis vertit in vſum
Tunc ſalis, & guſtum; præbebat petra ſaporem:
Vnde Sacerdotes, matres, ſeu turba virorum
Laudant innumeras virtutes iure puellæ,
Et Domino pariter perſoluunt vota Tonanti.

CAPVT IV

Egentium, reorum, ægrorum ſolatia.

27 PAuper ad vſque domum diuertẽs Virginis almæ
Venerat, hanc inopem refouens & tẽpore vitam:
Omnibus ille ſuis rebus, quoque veſtibus orbus,
Alloquitur ſanctam, clamans hac voce, puellam:
Brigida Sancta Dei, mihi ſi ſuccurrere fas eſt,
B Potu, veſte, cibo, miſerando membra reforma.
Sancta virum placidis clamantem Brigida verbis
Solatur miſerum, pietatis viſcere dixit:
En ego ritè tibi deuoto pectore veſtem
Largior: ecce vnam ſi vis educere vaccam
Optima vaccarum tibi nunc donabitur vna:
pauperi ſtipem poſcenti Inſuper atque meum ſagum portabis habendum.
Dixerat hæc Virgo. Reſpondit talia pauper:
Munera veſtra modò mecum non ducere poſſum:
Ad patriam propero nudus: hinc inde pericla,
Eſt via difficilis, circumſtantquaque latrones:
Tu miſerere; potes, pro Chriſti nomine, teſtor.
Dixit & illa: Volo: compuncta eſt pectore Virgo:
Corpore virgineo detraxit Sancta, ſolebat
Cingere quo filum lateralia viſcera Virgo:
Munera parua modò, zonâ quâ cingimur ipsâ,
Nos tibi magna damus; præſtabit gaudia Chriſtus.
Suſcipe, nunc noſtri, Frater, fer pignus amoris:
dat zonã, Per me magna Deus virtutum ſigna colonis
Fecerat in noſtris Killdaræ finibus iſtâ,
quâ miracula antèà facta; Omne genus morbi, fragilis quo valdè tenetur
Gens humana modò, vel quo perſerpit otigo,
Omnis imago mali; millenas pellere curas
Hæc poterit; poterit non vlla reſiſtere tabes:
C Corporibus ſerpant hominum contagia mille,
Proſternet paſſim: perdant ſi membra vigorem,
Præſtabit, nec opus medicam vlli quærere curam.
Præſtitit ille meus, qui me dilexit, amicus:
Tangere ſi manibus dignabar membra dolentis,
Auxilium miſeris Chriſtus præſtabat opimum;
Omne malum fugit, regnabant iura ſalutis.
Hoc modò (crede mihi) ſi tu vitalibus vndis
Hæc mea fila lauas; dederis, cui languor inhæret;
Credo, fauente Deo, morborum rixa recedet,
Inuida cauſſa mali, præſens dolor omnis abibit.
Hæc ait Sancta Dei lacrymans pietatis amore
Virginis ac Chriſti, præcordia tota timoris
Intima inardebant, intus cor vulnere amoris.
28 Ergo Dei ſponſæ portans nec parua miſellus
Munera, perrexit, patriamque ad vſque tetendit
Pauper iter gaudens: multos pòſt vixerat annos:
ut eâ aqua intinctâ plurima quoque faciat: Plurima tunc populis præſtabat dona ſalutis:
Nulla nocere mali potuit vis aſpera morbi,
Non oculis capitis vitium, non auribus vllum,
Dentibus, aut linguis, gingiuis, faucibus arctis,
Impediunt cholera aut febris, ſeu vulnera ferro,
Vlcera nigra calent, membris fœtentibus humor,
Phlegmata, vel languis fracturus oſſa malignus;
Non poterat languor, vis nulla reſiſtere morbi
Vndis prædictis filorum Virginis almæ.

Quid moror? omne malum deterſit paupere filum D
Portante ad patriam, vincit medicamine cunctos:
Pauper & ille fuit numquàm temporibus illis,
Maiores natu ſuperabat diuite gazâ,
Diuitias cumulat multorum ſpolia, ſeruos;
Diues & æris erat, dum vixit pluribus annis:
Virginis hinc terram diſperſa eſt fama per illam.
29 Tempore quo pulchris ornatur veſtibus annus,
Omnis ager nitidas gignit cum floribus herbas,
Fructifera & viridis veſtitur frondibus arbos,
Altis nec rapidi cribrantur nubibus imbres,
Turbida nec ſiccas perrumpunt flumina ripas;
Sed noua vernabant æſtatis tempore cuncta,
Aëris ex liquido deſcendunt vbere mella,
Candida cum roſulis naſcuntur lilia pratis;
Tempore in hoc ſanctis Virgo comitata puellis,
Aſcendit currum, vehitur poſt tergora equorum.
Concilium habuit quondam Patricius almus,
Ad quod Pontifices ex multis vrbibus ibant;
Cum quibus illa ſuis perrexit Sancta puellis;
Tempore quo rutilus torrentia ſol Geminorum
Sidera perluſtrat, ardent confinia Cancri,
Fit calor in terris, feruet ſol igneus aſtris;
Dum peragebat iter, miſeros cernebat euntes, E
Orbos, contractos: mediis tunc æſtibus illi *cæcum, & claudum,*
Carrucis clamant defeſſis vocibus omnes;
O pia Virgo Dei noſtri miſerere doloris.
Auribus vt ſonuit ſanctæ vox Virginis illa,
Audierat, ſteterat, miſerando manſerat illic,
Noctem perduxit vigilando, multa precando: *poſt vigilias & preces,*
Et benè manè nouo, nocturno vt nectare ſolis
Impleuit palmas, cæcorum lauit ocellos,
Membra fouebat aquis claudorum lurida putris,
Ecce ſalus manibus diſtillans, inuida morbis, *tota lotos ſanat:*
Virginis: inde oculis cæcorum lumina clauſis,
Claudorum greſſus reparantur lege ſalutis:
Diſſiliêre, viam carris tenuêre relictis,
Deſeruêre pares, quos præcurſare parabant:
Cæcus & ipſe videt, claudus fuit ocyor Euro.
Gaudebant pariter: dignas perſoluere grates
Curabant; oculos, dextras cum voce leuabant.
Illa piis monitis his dixit verba ſalutis.
30 Hinc iter inceptum ſanctis comitata puellis
Pergit, pacificum curſum direxit equorum:
Sol oculos vertit, nigrum penetrale cubile
Noctis ingreditur, poſt tergum clauſit apertum, F
Ille caput nitidum tinctis abſcondit amictis: *ſuis noctu in prato dormientibus, vigilat:*
Dulcis & inde quies: pòſt ſomnus valdè Sorores
Suauior oppreſſit, teneras cum floribus herbas
Collegêre ſibi: nitidis blandire pupillis
Cœperunt pariter: vigilat ſed Brigida pernox.
Dimisêre quidem, donec ſol aureus ortus
Bis ſenis radiis perluſtrat lumine cælum,
Omnibus & rutilum demonſtrat cardine vultum.
Surgebant omnes pariter per aperta viarum.
Hinc iterum rectis properando greſſibus ibant
Fluminis ad ripam cuiuſdam, nomine a Bannæ a
Vnum fortè virum non longè à fluminis vndâ
In prato ſolum viridi vidiſſe puellæ
Dicuntur trepidæ: quem iuxta armenta locabant,
Parceret vt populo, miſcebant gaudia fletu.
Tunc iter arreptum ſanctis de more puellis.
b . . . . . b
Illa repleta Deo multis comitantibus ibat.
31 Omnicolor fuerat vas quoddam Regis in aulâ:
Mirabatur opus, veterumque inſigne virorum:
Pocula multa ſimul ſeptem compacta metallis,
Auricolor vitrum ſociato fulget electro:
Commixtura latet calicum, ſed ductilis illa *Regis vitreã phialam fractam,*
Spargebat nitidis criſpantia lumina gemmis,
Verberat atque oculos ſpeculantis flamma nitoris:
Priſcæ facturæ fuerunt nam pocula quædam.
Talibus antiqui pateris conuiuia Reges

Dulcia

A Dulcia per populos ornabant, more vetuſto.
Delicioſa quidem, fragilis ſed valdè figura.
Quidam fortè die, cùm Rex recubabat in oſtro,
Diſcurrunt famuli, dum ponunt fercula menſis,
Omne genus potus pueri dum ritè reponunt,
Adpoſuêre ſimul vas miræ valdè figuræ.
Venerat ad præſens ſtultus tunc plebius vnus,
Admiratus opus, calicem tunc fortè tenebat:
Labitur in menſam ſubitò, delapſus ab alto
(Heu) cecidit, pulchris diſperſo fragmine gemmis
Frangitur, & minimis lucent mantilia cruſtis:
Menſa fuit rutilis calicum conſperſa metallis.
Talia facta diu multùm ſtupuêre miniſtri:
Rex benè lætus erat, calicis ſed fractio torſit:
Iuſſerat (heu) miſerum duris per colla catenis
Turpiter, ac manibus ſtrictim poſt terga reflexis,
Carceris obſtrictum tenebroſi in ima retrudi,
Donec ſtauraret vas tale & fuſile factum.
32 Venerat ad Regem Præſul venerabilis vnus,
cùm pro eo qui fregerat, fruſtrà deprecatus, eſſet Epiſcopus, Cauſſis proque ſuis dicendis, ſiue rogandis:
Audierat calicis fracti tunc publicè damnum,
Et iuuenem miſerum pro culpâ in carcere vinctum:
Tunc voluit Regem motus pietate rogare,
Vtque ſibi hanc noxam, quam ſtultus fecerat, almo
B Pectore donaret pro Chriſti nomine gratis.
Rex ait: Haud parcam, teſtor hanc, credite, dextram:
Ipſe qui calicem pretioſum fregerat illum,
Hunc ego tormentis variis affligere dicam,
Aut canibus rabidis rodendum, aut figere furcis,
Paſtum ſiue feris, tradetur furcifer ille
Ignibus arſurus calidis, aut ſubdere flammis,
Aut capite auulſo, corpuſque volucribus eſca
Seruetur: calicem aut redder, ſeu perdere vitam
Nunc ſciat, haud dubiũ; nec plus mihi verba reformes.
Præſul ad hæc iterum reſpondens, Sit tuus, inquit;
Tu mihi ſi calicis ſaltem fragmenta relinquis
Portare ad cellam, ſacris referenda puellis;
Hoc volo. Cumque cupit, Rex ceſſit fragmina vaſis:
Ille dolore tamen cordis confligitur inde.
Ad cellam Sanctæ properans diuertit habenas,
Omnia, quæ fuerant, referens ex ordine Præſul
Virginibus Chriſti: ſuſpiria longa parabat.
Brigida Sancta Dei lacrymas .....
Hæc ait, (heu) miſero magna eſt perpeſſio carnis
Quæ infertur: penitùs matris pietate dolebat.
ipſa pulcrè redintegrat, Præſul & hæc iterum, repetens ex ordine rerum,
Dixerat, & calicis memorati fruſta reſoluit.
Virginis ante oculos: hæc ſparſerat atque reliquit.
C Illa piis manibus complectens fragmina mille
Illius calicis, quem demens ſoluit ab alto;
(Alterius partem nam traxit fractio partis)
Fixerat vt fuerant, ponebat, cuncta locabat,
Singula quæque tenens, vnum coniunxit ad vnum.
Quid moror? his fruſtis calicem formauit acutis;
Pontificis manibus vas pulchrum iure volutum
Gauſape purpureo tradebat dignius ille.
Præſul adit Regem, manibus dum pocula portat,
Vnius & calicis ſeptem ſunt vaſcula dicta.
Septem namque pedè ſurgebant pocula ab vno.
& reum liberat: Rex benè millenas geſſit pro munere grates:
Soluitur ille miſer, poſt culpam gratia plena
Redditur, inde magis Chriſtuſque in Virgine præſens
Creditur, & fecit qui talia ſigna, fuiſſe:
Vox ſimul vna ſonat, plebiſque ad ſidera ſcandit;
O pia virgo Dei, clamabant; gratia Chriſti!
Virginis extollit virtutes regio tota.

a Banna, *ſiue* Bann, *egregius & limpidus amnis, eaq; ſalmonum feracissimus; in Comitatu Dunenſi ortus, in lacum* Baugh *ſeſe effundit; ac poſt* 30 *ferè milliaria* (*ea longitudo eſt lacus*) *inde effluens, ſuperbo alueo verſus Oceanum Borealem tendit; vti Cambdenus tradit in Deſcript. Comitatus Coltranenſis.*
b *Deſunt hîc aliqua.*

CAPVT V

AVCTORE CHILIENO.

In feras arboreſque imperium. Signi Crucis efficacia.

33 FÆmina cara Deo, Chriſti ſanctiſſima ſponſa
Brigida, quæ populis virtutum ſigna reliquit,
Omne genus rapidum, ſiluis quodcumque ferarum
aues ac feras ad ſe aduocat: Naſcitur obſcuris, vel quod volat omne volucrum,
Aëra per liquidum pennis rapit Eurus in altum;
Illius ad vocem vel nutum cuncta venibant:
Illa piis manibus tractabat quando volebat;
Obſequiumque ſibi præſtabant ſæpe libenter.
Morborum rabies facili ſermone fugabat.
34 Vna dolore graui conqueſta eſt fæmina ventris,
(Languida poſſedit præcordia frigidus hydrops)
Viſcera plena ferens: creſcebat ſordidus humor:
Illius (heu) talem partum malè venter habebat:
Liuida nam nigro vitalia valdè veneno
Turgebant miſeræ; vox tantùm fauce ſonabat:
Heu mihi quid faciam? nil poſſum proxima morti:
Nunc venit ecce dies, quid prodeſt viuere pœnis?
Hæc ait, & pedibus Sanctæ ruit, aſſerit ore: E
O benedicta priùs quàm mater te genuiſſet,
O pia Virgo Dei, miſeræ nunc verba precantis
Auribus exaudi, torpentia membra foueto.
Credo equidem, precibus membrorũ namq; meorum *hydropicã ſigno Crucis ſanat:*
Accipiam veſtris perfectam valdè ſalutem
Corporis atque animæ, Chriſtum iugè ſi rogitetis.
Dixerat, & palmas lacrymans vtraſque tetendit,
Virginis ante oculos voluebat corpore toto.
Virgo dehinc miſeram voluentem puluere membra,
Porrectamque loco, tranſuerſo corpore flentem,
Turgentes papulas, & morbum ventris habentem,
Atque illam triſtem Chriſtum ſibi ſæpè vocantem,
Et caput in pedibus Sanctæ veſtemque tenentem
Aſpexit, doluit, tetigit, dextràque leuauit,
Erigit, & ſignum ſanctæ Crucis indidit illi
Pollice ſacrato, verbis benedixit, & vnxit.
Mira loquor! ſubitò membrorum quippe ſuorum
Fæmina conſequitur perfectam valdè ſalutem:
Haud ſecùs vmbra diem ſolis cum cœperit ortus
Mane nouo rutilum demonſtrat cardine vultum,
Nigra fugit trepidæ noctis (ceu diximus) vmbra;
Fugerat omne malum, diffuſo fonte ſalutis.
Virginis ex manibus ſtillabat gratia Chriſti.
35 Plurima de minimis fecit miracula cauſſis F
Brigida Virgo Dei: dictis hæc geſſit, & actis.
Arboreum fructum ſiluæ quo tempore portant,
Autumno grauido fruges dum parturit annus,
Floret ager ſpicis, & vitis dulcibus vuis,
Arboris in ramis cernuntur pendula poma;
Malos pomiferas, & prunos fæmina habebat
Quædam: nam proprij cultrix erat vtilis horti.
nolentem quæ ipſi tulerat poma dari pauperibus, multas arbori ſterilitate; Illa repentè ſuâ dextrâ pendente caniſtro,
Veherat ad cellam, portabat mitia poma,
Virginibuſque Dei fructum dedit illa laboris.
Brigida Sancta Dei confeſtim poma recepta
Tradi pauperibus dixit, quòd ſæpè ſolebat.
Vt vetula audierat, tunc talia verba ſonare,
Quæ priùs attulerat pomorum munera gratis,
Condoluit nimio cordis confuſa dolore:
Deſpectam fieri ſe Sanctis nam illa putabat.
Impatiens igitur magnas exarſit in iras,
Irrita dona tulit, violenter traxit ab illis
Pauperibus Chriſti. Rem turpem geſſit auara,
Et dixit, tumidis iactans conuicia verbis:
Cùm tibi, Virgo Dei, portabam dona ſalutis,
Cur aliis properè hæc deſpectâ dante dediſti?
Altera magna dabat cum prunis fæmina poma:
Tunc hæc pauperibus largita eſt ſancta puella;

AVCTORE CHILIENO.

Et benedixit ei, promiſit præmia facti.
Tempore præſenti florens, & vere futuro
Hoc tibi pomiferum portabit plurima lignum
A Poma, erit & numquàm ſterilis, ſed fertilis arbos.
aliam ſuarum fœcunditate muneratur:
Sic ait, & vetulam dimiſit pectore lætam.
Illa maligna ſtetit durato in crimine collo
Improba, quæ miſeris abſtraxit poma pupillis.
Dixerat ad ſtultam, quæ tunc tulit antè recepta
Munera pauperibus, triſteſque reliquit egenos:
Stulta recede modò, nec te pudet eſſe ſuperbam,
Pomarioque tuo, quod plenum cernis in horto,
Inuenies nullum dependens arbore pomum.
Nec erit, vt fuerat, fructus tibi dignus in æuum.
Accidit ambabus, quod dixit conſcia veri.
36 Tempore non longo poſt hæc per compita curru
Pluribus hæc iterum ſeu campos Brigida turbis,
Vndique cum magno circumſtipata paratu,
Publicè tranſibat, ſanctis comitata puellis.
Dum peragebat iter rectum ſanctiſſima Virgo;
Obuia tunc illis veniebat turba pedeſtris,
Matres cum pueris, iuuenes cum matribus ægris,
Fœſſis cum patribus, poterant nec ponere greſſus:
Nam miſeris grauior pendebat ſarcina collis,
B Atque calore nimis corpus ſudabat onuſtum.
Cumque auriga loco deterſit cautus habenas,
Læderet, aut miſeros calcaret nullus equorum;
Vtque dehinc iterum flectendo rectiùs iret,
equos dat ordinatiùs & feſſis:
Impiger vrſit equos. Currum cùm ergo viderent
Defeſſi miſeri, ſteterant, & voce ſonabant:
O nimiùm felix, qui dorſo fertur equorum,
Pergere & auxilio tantùm nunc poſſet equino!
Dixêre hæc pariter: compuncta eſt ſancta puella;
Vnde repleta Deo, lacrymans cùm murmure vocis,
Iuſſit equos properè cum curru in calle reſiſti,
Pauperibuſque dari portandis atque vehendis.
Nec ſatis aurigæ acceſſit tunc prona voluntas:
Vincitur ille tamen magnâ pietate puellæ.
Accipiunt homines onerati quippe caballos
Virginis, aurigam, currum, veſteſque: Sorores
Turbam diuerſam, populi Fratreſque ſequuntur.
37 Tempore ſicca ſitis æſtiuo ſtrinxerat aruis:
Brigida (nec fuerat potandi fluminis vnda)
Sole ſub ardenti procedit turba Sororum.
Venerat ad Sanctam reliquis prudentior vna,
Murmurat: Ecce fames; nil potus, nulla ciborum
Fragmina turba tenet: campis quid poſſet habere?
fontem è terrâ elicit:
Quid faciemus? ait, vel vos quid dicere vultis?
Fultibus illa loco veſtris nunc, dixit, eodem
Ite, cauate, viri, terram, iactate parumper:
C Fons erit ille meus. Sponſus meus auctor aquarum:
Flumina dura ſilex Domino mundante refundet.
Præciſa eſt numquid quondam de cuſpide virgæ?
Panibus hic quinis ſatiauit millia multa.
Legerat hac eremo fontem nunc Chriſtus habendum:
Ille erit & rapidis (dixit) fons frigidus vndis.
Defluit ecce liquor, ſubitò prorumpit in amnem:
It populus, cupidè claro de fonte bibebat.
38 Publica ſtrata fuit via; iuxta hanc Sancta ſedebat:
Protinus ecce Comes multâ comitante cateruâ,
Ac peditum ac equitum, ſeu multo milite vulgi,
Curribus, ac domitis laſciuis cumque caballis,
Venerat, & turbam rogitat tunc rure ſedentem.
Atque vbi cognouit ſanctam ſediſſe puellam;
Applicuit currum, properans deſcendit ad illam:
Alloquitur blandè, iungitque hæc verba ſalutans:
O pia Virgo Dei, quid nunc in finibus iſtis,
Aduentus veſter præfert? quò pergere vultis?
Hîc currum video: veſtri quâ parte caballi?
equos indomitos ſibi à Duce datos, ſi curet reddit:
Aut viduis grauibus donaſti, aut fortè leproſis?
Accipe ſancta meos meliores Virgo caballos:
Hîc habeo iuuenes, quos nullus ſubdere curru
Indomitos potuit, fortes & valdè ſuperbos.
Si tibi nunc fuerint mites, hos ſemper habeto;
Sic autem domiti, veſtris tunc vſibus apti
Donantur penitùs. Hæc dixit verba ſedenti. D
Gratulor ecce Deo, reſpondit ſancta puella,
Munere gratuito. Aurigam tunc iuſſit equorum
Fræna tenere manu, modicumque oſtendere tantum.
Cumque auriga illas dextris geſtabat habenas,
Ecce dedêre leues ſaltum (mirabile dictu!)
Gaudendo, & rapidi pariter de rure caballi,
Donec eos iuuenis dextrâ parcente teneret,
Mitia colla iugis portandis, atque ferendis
Poneret, & poſiti ſub curru lentiùs irent,
Agni, ſiue vt oues humiles, nec membra moſerent.
Præterea fontem currentem ceſpite vulſo
Miratur populus: liquido de rore bibebat:
Fercula detulerat ſecum diuerſa ciborum,
Prandet turba ſimul: remanent fragmenta ciborum.
Vox confuſa ſonat, vulgus pulſauerat auras
Laudibus: & populus populum cum pace reliquit.
39 Solis in alterius ſignis confinia currunt,
Cunctis tranſactis momentis atque minutis,
Limite cæleſti ſaltat ſol, inchoat horam:
Brigida cum ſolis ſteterat tunc Sancta puellis,
vacat optimæ deſtinata, E
Orabant pariter, Chriſtum ſibi voce precantes.
Infirmus fuerat vir quidam nobilis vnus:
Corpore nam calidâ feruebant viſcera febri.
Diues habebat opes æger, quod perderet, auri
Copiam & argenti, multarum pondera rerum,
Centones, ſtimulos, pecora, ac ingentia rura.
Omnia præſentis illis hæc gaudia mundi
Quid proſunt miſeris, poſitis in limine mortis?
Ille ſalutis amans propriæ, creſcente dolore
Dixerat ad famulos: Talem tranſmittite vaccam
Virginibus Chriſti meliorem, ſemper habendam.
Sed tamen hanc miſeri nolebant perdere ſerui.
Altera quæ fuerat peior, abſente patrono,
ſed à ſeruis macrâ mutata,
Mittitur, & fraudis lucent figmenta malignæ.
Nocte ſequente etenim Chriſti fit maxima virtus:
Signum peruerſis, magnumque apparuit illis.
Ecce repentè mali ſeptem pro crimine fraudis
Occidêre lupi vaccam, quam diximus antè,
(Mira loquor, trepidus dum hæc miracula narro!)
Manè nouo, rutilis dum ſol reſpexit ocellis
Concaua terrarum, montes, & prædia, ſiluas;
Vmbra fugax latitat, ſuperantur luce tenebræ,
Clara exorta dies; paſtorque armenta reuiſit,
interfectores lupos 7 emorifacit:
Inuenit medio, ſeptemque ingentia campo
Corpora tunc rapidûm ſubitò percuſſa luporum:
Manè repentè ſimul vaccam conſpexit eamdem
Exanimemque feris: crudelia vulnera cernit,
F
Quæ fixêre mali tantùm, nec ſumere carnem
Præſumpſêre lupi: circumdant vndique prædam,
Liuida pendebant exertis dentibus ora.
Hæc memoranda diu virtus in finibus illis:
Virginis vna bouis mors ſeptem facta luporum.

CAPVT VI

Pietati vacantium ſeruata res. diſſidentes conciliati.

40 VIrginis alterius dum quædam proxima cella,
Nobilis, vt fertur, præclaro & nomine dicta,
Adforet, & propriis conſtructa ex more vetuſto;
Inſiliunt, capiunt intrantes nocte latrones,
Exagitare boues inuentos ſæpius, illi
Ruptis ſeu muris, & prædam quippe colonûm
Illi humeris portare ſuis, ſe ſubdere ſiluis;
Quæ potuêre mali fecerunt omnia fures,
abactos noctu boues
Furantes pariter tenebroſo tempore noctis:
Fluminis ad ripam diuertunt, nomine Liffe,
Gurgitis exiguique vadum tranſire volebant.
Sed tunc proceras creſcebat flumen ad alnos,

Virginis

A Virginis ob meritum. Stabant, & ſarcina collo
Pendebat miſero: mordebat corda virorum
Anxia cura boum: ſed nec potuêre pedeſtri
Ordine vada viri tranſire: ad fluminis vltra
Littora nocturnis ſpatiantur longiùs horis,
Tandem conſilium ceperunt tardius: illis
Corpora nuda patent; detractis veſtibus omnes,
Collectiq́ue ſimul, ſtricto cum fune ligatam
Impoſuêre boum prædam (quam diximus antè)
Cornibus expanſam, ac vrſerunt amnis in vndas.
vi arcanâ, traiectu fluuij, ſubitò tumefacti, arcet, Brigida Sancta Dei, memorans promiſſa puellis,
Senſit damna domus, præſens in littore ſtabat.
Flumina bella parant aduersùm armenta bouina:
Protinùs ipſa viri, cùm ſunt poſt terga ſequuti,
Fluctibus in mediis, extenſis nempe lacertis,
Nuda humeros, per dorſa comas; tunc ipſa per vndas,
Vellera barbarum natantia multa videres:
Tergora cæſa mali nigris ſignantia nodis,
Cornibus ac pedibus portabant penſa bouinis.
Vt ſolet vnda maris ſummis cùm fluctibus altum
Erigit ad cælos, ſplendentia ſidera lambit,
Tota tremit tellus, ſubitis caſura ruinis,
Cùm ruit, & rapto in ſpumantia flumina vento,
Littora lata tegit, ſpargit loca, marmora, ligna;
B Non ſecus illa armenta ruunt ſuper ipſa latrones,
Littora prima petunt, linquunt poſt terga rebelles,
Veſtes illorum portant, & cominùs ibant:
Tandem hinc inde boues nudato pectore fures
Per montes, valles, ſiluas, ac arua fatigant.
Haud ſecus arcitenens venator ſaltibus altis
Cùm canibus rabidis ſequitur veſtigia cerui;
ſequentibus eos nudu furibus: Labitur ille, leues curſu præuertit & auras:
Nec mora, nec requies, donec ſe ſaltibus altis
Abſcondit, canibus capitur nec retibus vllis.
Non ſecus ergo boues poſt ſe poſuêre latrones,
Veſtibus ac armis ſpoliatos, tecta petentes,
Quò populus multus, ſteteratq́ue ignobile vulgus,
Virginis ad cellam ſolennia ſacra colentes.
Venerat alma dies, iam noctis terſerat vmbras
Phœbus, ab axe poli conſpexit talia, riſit
Currere manè boues, nudoſq́ue videre latrones,
Cominùs & prædam totam rediſſe colonis.
41 Altera cùm fuerat vicinis partibus vna,
Venerat ad Sanctam ſimili ratione puella:
Dulcia namq́ue ſuæ voluit pia verba magiſtræ
Auribus intentis, parili quoque corde tenere.
C Illa puella nimis dilexit quippe Sorores.
puella ſecũ excubantu vaccas & domum ſeruat, Dixerat hæc: Vtinam vobiſcum hac nocte manerem!
Liquerat illa ſuam nullis cuſtodibus ædem,
Vaccas & vitulos ſparſos errare per agros,
Excepto miſero, quem morbus quippe vetuſtus
Flexerat in lectum, grauiorq́ue ac longa ſenectus,
Nilq́ue tuendo domi fas huic, nec cura peculi.
Sancta, Tuente Deo, dixit, hac nocte puella
Ritè manere potes: rerum nunc vlla tuarum
Perdere non timeas: Chriſtus tua tecta tuetur.
Manſit. Cras iterum perrexit viſere tecta.
O memorandi Dei virtus! O magna poteſtas!
vt ne nox quidẽ ſentiretur: Nox ibi nulla fuit: ſemper præſentia ſolis,
Longa dies fuerat bis denis quatuor horis.
Illa puella ſenem ſolum tunc æde ſedentem
Inuenit, vitulos cum vaccis rure libenter
Paſcentes pariter: nec dum ſuxêre vitelli,
Obliti lactis matrum ſunt quærere guſtum,
Temporis in magno ſpatio. mirabile dictu!
Nox obſcura fuit, quo manſit quippe puella,
Clara dies vitulis ſentitur ſole coruſco
42 Quadam fortè die cauſſis poſcentibus ibat
Brigida Sancta Dei multis comitata puellis:
Turba ſequuta fuit diuerſi maxima ſexus,
Leproſiq́ue ſimul comitantur valdè ſuperbi,
Quos omnes propriâ matris pietate fouebat.
Mouerat ita duos peruersâ mente leproſos,
Rixabantur item totis ex viribus illi,
Extendêre manus, proprios traxêre capillos:
Extulit viq́ue prior dextram, percuſſit euntem:
Reddidit hoc meliùs conuertens ſe impiger alter:
Fortiter exertis certant vtrimque lacertis,
Duris alternas facies concidere pugnis.
Vidit vt illa, piis verbis compeſcuit illos.
Mira loquor! primus qui fratrem percuſſerat antè,
Non iterum potuit curuatam tendere dextram.
Eleuat ad cælum dextram non ſegniùs alter,
Redderet vt talem, ſi poſſet, fortiter ictum:
Non tamen, vt voluit, potuit ſic cædere fratrem;
Duruit illa manus porrecta ad ſidera rurſum,
Suſpenſam potuit nullâ arte reflectere dextram.
Diriguêre manus leproſis, nil potuêre,
Donec Virgo Dei ſuccurrit ſancta duobus.
Hæc ait: O miſeri, fratres vos, ſanguine Chriſti,
Merce empti pretioſâ eſtis, deponite rixam,
Pœniteatq́ue malum, geſſiſtis quod modò: Chriſtum
Offendit nimiùm: ſanctamq́ue reſumite pacem. *ſanat*
Promisêre ſimul, nil plus committere culpæ:
Soluuntur dextræ, redeunt ſua membra ſaluti:
Pacificati iterum, Sanctamq́ue ſequuntur euntem,
Et magnas Chriſto reddunt pro munere grates. E
43 Proxima cella fuit conſtructa in finibus illis
Sacris Virginibus, fuerant quæ carne propinquæ,
Moribus ornatæ dignis, & corpore caſtæ:
Venerunt pariter deuotâ mente Sorores, *ſuperbis leproſis dat currum & equos:*
Subnixis precibus Sanctam tunc valdè precantes,
Dignetur venire, ſuam benedicere & ædem,
Ipſarum fuerant quæcumque & in ædibus illis.
Clementer Chriſti conſenſit Virgo puellis:
Aſcendit currum, vehitur per compita lata.
Venerat vnus homo feſtinans obuius illis;
Dixit: Habete modò pacem, ſaluete puellæ:
Nuntius ipſe ego ſum, vobis annuntio verum,
Quòd iacet infirmus veſter nunc patruus, inquit:
Tempora nunc penitùs venerunt vltima vitæ:
Mittite vos currum, (veniet namq́ue) atque caballos.
Excuſant, dicunt nullum ſe habuiſſe paratum.
Tollite, ferte meum, reſpondit Brigida, currum.
Mittitur inde viro currus, cùm dixit, egenti.
Ducitur ad præſens, fuerat qui ad fata paratus;
Ceſpite gramineo deponitur leniùs æger.
Venerunt grauidi capræ tunc pelle leproſi,
Voce ſimul reprobâ & pulſabant Virginis aures,
Currum poſcentes queruli, curruſq́ue caballos. F
Virginibus fuerat ſermo contrarius illis:
Si vobis detur currus, quo poſſumus ægrum
Ferre domum noſtrum? triſtes dixêre puellæ.
Reſpondêre ſimul magno clamore leproſi:
Ibimus ingrates, nil veſtri quærimus vnquam.
O pietatis opus! tam magna & mira voluntas!
Virginis ardebat cor Chriſti & pectus amore:
Leproſis cupidis currum conceſſit habendum,
Largiturq́ue ipſis deuotâ mente caballos. *ægrum ſanat:*
Mira loquor: præſtò, quem iam prædiximus, æger
Sanatur, morbi nil ſentit, nilq́ue doloris:
Laudibus eximiis clamat præconia Chriſti:
O Deus excelſus, Rex regum, ſumma poteſtas
Conditor altithronus terræ, maris, aëris, ignis,
Angelicus populus, hominum æquè ac turba ferarum
Te laudent, canimus tibi laudes, te veneramur.
Sic ait, & pedibus ſequitur tunc ipſe puellas.
44 Illis temporibus quidam, ſua quem oderat vxor,
Venerat ad Sanctam, ſacramq́ue petiuerat vndam:
Quam pia Virgo aquulam largitur ſanctificatam.
Fœmina ſtulta ſuum contempſit ſæua maritum,
Oderat atque nimis, negat & conſortia tecti: *mulierem à marito auerſam,*
Noxia nam miſeræ turbant faſtidia mentem.
Inde Sacerdotem, liquidas qui ſpargeret vndas,
Quas pia Virgo priùs proprio benedixerat ore,
Tranſmiſit properè: tunc has præſente marito

AVCTORE CHILIENO.
D *leproſorũ manus, quæ ad percutiendum eleuatæ, obrigueranr,*

AVCTORE CHILENO.

Ædibus atque thoris, valuis, menſiſque ciborum
Sparſit: & inde domum venit pòſt ipſe Sacerdos.
A Fœmina quippe virum nimio dilexit amore
Poſthæc illa ſuum, nullis temporibus illum
aquâ benedictâ in amorem reducit. Liquerat. Ante diem ſurrexit fortè maritus,
Tranſieratque fretum vicinum nauibus, actus
Solus amore ſali, ſalſiſque laborat in vndis.
Vxor at illa domi, ſomno depreſſa, remanſit:
Neſciuit quonam diſceſſit, quando maritus:
Surrexit ſubitò: tectum, loca proxima, vicos,
Compita lata ſatis, circùm quoque fœmina currit,
Littora ad vſque maris veſtigia creuit euntis,
conſtantè, & panè immoderatum: Cùm caput atque oculos tollit, conſpexerat vltra
Fœmina ſtulta virum, ſolumque in littore ſtantem.
Feruida vada maris ventis ſufflantibus Auſtris
Fluminis vndarum fluctus, & montibus altis,
Erexêre ſimul criſpantia verbera ſpumis:
Inlidunt ripas ſuperas, & marmora mergunt,
Aëra confundunt, ſplendentia ſidera tangunt.
Ignis amoris erat vehemens, pectuſcula carpit
Illius vxoris, torſitque amentia mentem:
Et magis atque magis gliſcit per viſcera virus.
Si non continuò perituræ proximus vnus
B Nauibus eſſet homo, qui raptam tolleret vndis,
Et miſeram manibus mergentem prenderet alto,
Protenùs in mediis peritura hæc pergeret vndis.
Talis amor fortis fuerat cum pace duorum:
Coniugis atque viri dulcis dilectio manſit
Semper ad vſque diem mortis: mirabile dictu!
Pluribus hæc populis virtus comperta refertur:
Virginis ob meritum Chriſtus firmauit amorem.

CAPVT VII

Effuſa in egenos liberalitas, diuinitus remunerata: currus à lapſu in itinere ſeruatus.

45 ILlis temporibus magna & cum murmure turba
Acceſſit, cupiens celebrare ſolennia ſacra
Sanctorum feſti. Et tunc dandarum indiga rerum
Brigida Sancta Dei venientem fortè videbat;
Dixerat illa ſuis, miſerans pietatis amore:
Has ego, ſi poſſem, vellem nunc paſcere turbas:
Finibus ex longis venerunt quærere victum.
Vos igitur pueri noſtri, vos inde puellæ,
multos exiguâ dapeſaciat: Ite parate cibos: paſcamus panibus iſtos.
Copia farris erat prouiſio tota puellis.
C Cetera quid referam? diuerſis fercula turbis
Appoſuêre ſatis deuotâ mente miniſtri.
Omnes appoſitis ſaturati, ignobile vulgus,
Matres cum pueris, iuuenes cum patribus ægris,
Laudibus eximiis palmas ad ſidera tendunt.
46 Virginis hoc factum famuli cœpêre maligni
Blaſphemare magis, triſteſque fuêre puellæ.
Fugerat ad ſolitum confeſtim Brigida templum,
ſuis murmurantibus, exhauſto penu, Illic ipſa Deum deuoto corde rogabat.
Nobilis ad Regem cum plauſtris plebeus vnus
Venerat: ille viam per rectam lentus, onuſtus,
Cumque iter arreptum peragebat præſcius antè,
Atque vehebat opes cùm multas Regis ad aulam,
Sanctorum feſtis cœnam portabat habendam;
Errabat propriis cum plauſtro plebeus agris.
Ecce ſub aſtriferi collectis culmine cæli
Nox ruit, & terram contexit nubibus; ambit
Nebula ſpiſſa boues, deſcendens montibus altis,
alimenta impetrat. Regi parata, Inuoluitque viros pariter per rura viantes.
Cognita namque fuit ſeruis via lata per arua,
Sed tenebroſa viros offendit nebula cæcos,
Donec ad ipſam ædem veniunt, quâ Sancta manebat.
Obuia Virgo viris perrexit protinus illis:
Conſcia namque fuit virtutis: dulcia verba
Deprompſit pueris. Reſpondens plebeus inquit:

Hæc tibi cuncta Deus tranſmiſit munera, Virgo: D
Accipe corde pio ſumens munuſcula noſtra.
Nam ſtatui ad Regem cum plauſtris pergere noſtris,
Et cœnam Domino dignam tranſmittere noſtro:
Sed Deus in mediis diuertit ruribus iſtis
Ad tua clauſtra boues. Sic eſt modò noſtra voluntas.
Poſſumus in duplo, ſi quærat, reddere Regi.
Omnia noſtra ſimul, ſi vult hæc tollere, tollat.
Hæc tua ſemper erunt: tantùm benedicite, dixit.
Miſerat ille viros ad Regem dicere cauſſas
Ordine prædicto. Stupet & Rex talia ſigna.
Munera confeſtim tranſmiſit maximus Heros, *& ab hoc munera:*
Villam magnificam, quâ tunc Rex ille manebat,
Etquæcumque priùs fuerant donaria, Rex tunc
Virginibus Chriſti ſemper conceſſit habenda.
Plebeus ille bonus, quem nos prædiximus antè,
Traditus eſt Sanctæ cum totâ gente parentum;
Seruiuit ſanctis poſt hæc ſine fraude puellis.
47 Tempore pòſt iterum non longo, è finibus illis
Venerat ad Brigidam quædam Regina, rogatque
Hæc gemibunda ſuis pro culpis ritè piandis:
Obtulit ac pulchram deuotâ mente catenam,
Vertice cui ſummo fuerat formata figura E
Humani capitis: ſubtilis lucet imago *catenam pretioſam à Reginâ datam,*
Filis argenti pretioſa, ac textilis hamis
Sphærula in alternis fuluis præfulgida gemmis.
Hoc decus eximium artificis Regina puellis
Obtulit, hanc rapiunt theſauris iure locantes,
Brigida pauperibus ne furtim traderet ipſam:
Namque ſolebat opes, quas poſſet, ſæpè miſellis
Spargere: & hoc famuli damnum timuêre tenaces.
Quadam fortè die cùm raucâ voce leproſi,
Quærentes pariter veſtes, alimenta, ciboſque,
Qualibus hi poſſent inopem defendere vitam,
Venerunt, queruli pulſabant Virginis aures.
Sancta tacere piis ſolatur Brigida verbis:
Sed magis atque magis clamabant vocibus omnes.
Virgo dehinc miſeros compeſcuit alma ſuperbos:
Illicò nam loculos, quos tunc habuêre puellæ,
In queis ſeruabant loculis, quæcumque dabantur, *dat leproſis:*
Scrutabatur: ibi pretioſam valdè catenam
Inuenit; manibus feſtinans abſtulit ipſam,
Pauperibus Chriſti furtim porrexit habendam.
Pòſt data quàm fuerat miſeris prædicta catena,
Nec fuit inuenta in theſauris; inde Sorores
Condoluêre nimis, ſanctæ dixêre Magiſtræ:
Quare laboramus? quid ſic ſeruimus manes? *ſuis mœrentibus,*
Nos propriis manibus valdè ſudando fatigas,
Omnia noſtra malis diſpendis Virgo leproſis. F
Pauperum an ergo tibi ſola eſt cura? vllane noſtri?
Sancta piis verbis ſolatur Virgo Sorores:
Linquite ſtulta modò verborum ſpicula, pacem
Semper habete bonam, nobis patientia regnet:
Ite, videte locum, quo nos orare ſolemus,
Fundere ſæpè preces Chriſto, Sanctiſque frequenter
Ante altare Dei; recubans fortaſſe reliqui:
Quærite fortè iacet: ceſſent conuicia veſtra. *ſimilem diuinitus impetrat.*
Dixerat illa. At quidam ſe vidiſſe puellam
Tradentem miſeris teſtatur voce catenam.
Maxima cùm fuerat quærendi cura Sororum,
Doctior vna fuit reliquis; hæc Virgo puellis
Ocyor, inde prior templum penetrauit apertum.
O memoranda nimis virtus oſtenſa refulſit!
Argenti nitidam nacta eſt altare catenam
In terrâ & rutilam congaudens ante iacentem,
Perſimilem formâ, gemmis, ac arte priori.
48 Venerat ad Sanctam quidam de plebe propinquâ
Sanctus, *a* Conlaidus proprio cognomine dictus. *a viſitur à Conlaido:*
Hic voluit dignam ſanctamque videre puellam:
In curru vehitur, puero comitante. Patronum
Suſcepêre omnes deuotâ mente Sorores.
His priùs hoſpitium calidumque ex more lauacrum,
Tecta parata epulis, ſedes, flammaſque miniſtrant.

Poſtquàm

A Poſtquàm rite cibo refouebant corpora lauto,
Brigida Sancta Dei, timidis deducta puellis,
Hoſpitibus Chriſti pietatis debita ſoluit:
Dulcia pacifico depromunt pectore verba.
Et poſtquàm ille dies lætus cum Virgine paucos
Manſerat, & verbis docuit cæleſtibus omnes,
Dignaque perpetuæ plantauit ſemina vitæ,
Creſceret vt Chriſto meſſis pòſt multa futura;
Ad cellam propriam voluit repedare patronus:
Iuſſit habere ſuum carpentum iure paratum,
Iungere colla iugis puero mandauit equorum.
Sed puer (heu) ſtultus neglexerat obice currum
Adfirmare, rotam penituſque oblitus in axem
Ponere cùm fuerat; neſcitur cauſſa pericli,
Proceduntque foras ſenior ſanctæque puellæ:
abeuntis currum benedicit, cuius rota, etſi non firmata obicibus, non excidunt:
Aſcendit currum ſenior: Benedicite, dixit,
Nunc iter hoc noſtrum, dextramque extendite ſanctã.
Brigida Sancta Dei pietatis viſcere plena
Tunc benedixit eos, ſignum Crucis addit & illis.
Axis ſolus erat, currusque ſine obice abibat,
Nec rota tunc cecidit, Chriſto cuſtode, per arua.
O manifeſta Dei virtus! ô magna poteſtas!
O benedicta manus, ſignique ſtupenda puellæ!
B Talibus auditis animuſque ardeſcit amando,
Paſcitur interiùs cordiſque intentio noſtri
Dulcibus in verbis, tendit ferè ad alta volando,
Effugit ad Superos, ſordent terreſtria viſu,
Virginis hæc ſanctæ dum nunc annuntio facta.
49 Virtuti ſimili virtus hæc ipſa priori,
Non minùs ædificat: ſi poſſem dicere, dicam.
Tempore tranſacto pietatis cura momordit;
viſit quãdam Sanctam:
Viſere diſpoſuit cuiuſdam Virginis ædem
Brigida Sancta Dei: paucis comitata puellis
Aſcendit currum, directo tramite tendit:
Venit aduſque locum, quo quædam Virgo manebat
Sancta, ac lætanter dignis ſuſcepta puellis:
Virginis aduentus fuit exultatio cunctis:
Plurima nam populis præſtabat gaudia multis.
Lilia formoſis ſparguntur candida rectis,
Miſcentur roſulæ violis, & floribus albis,
Deliciaſque parant, & dulcia pocula ponunt.
Sed tamen illa priùs Sanctorum dogmata dixit:
Arida rore ſatis cæleſti corda reformat.
Poſtquàm digna quies fuerat finita puellis,
Paucorum ſpatium tranſactum dulce dierum,
Iuſſit habere ſuum carpentum ritè paratum;
Nam Sancta ad cellam propriam repedare volebat.
C Aſcendêre ſimul currumque auriga, puellæ.
Cùm per aperta loca ad cellam tranſire volebant;
Brigida Sancta Dei, radio flammante ſuperno,
Dixerat aurigæ: Verbum depromito ſanctum,
Auribus & noſtris Dominum nunc dicito Chriſtum:
Ad nos inde tuum placeat conuertere vultum,
Poſt tergumque tuas ſtrictas firmabis habenas:
Hoc iter en noſtri cognoſcunt ritè caballi.
Ille obedire volens vultum conuertit ad illas,
Dulcia verba Dei, ſeu præmia magna futura
equo vno iugum excutiente, b
Dixit habere bonos: quæ ſunt mala, pœna peruret.
Dumque iter arreptum carpebant inde per arua,
Fluminis ad ripam venientes nomine *b* Beruæ;
Protinus vnus equus, qui currum vexit earum,
Fluminis in medio, cùm laxas ſenſit habenas,
Bigæ ſuppoſitum detraxit ab eſſide collum:
Reſtitit alter equus, cum curru ſolus abibat,
vehitur curru non euerſo,
Æquali curſu, currumque per arua ferebat:
Nec cecidit currus, nulluſque pericula ſenſit:
Aures intentas in verbo & corda tenebant.
Rex quidam fuerat ſublimi in colle locatus,
Deſuper hic multâ cum turbâ fortè ſedebat:
Miranturque omnes, cùm talia facta viderent,
Clamabant pariter. Vulgi ſtrepitumque ſonoſque
Senſit equus paſcens, ſaltum dedit, ocyùs ibat;
Nec mora nec requies, ventos præuertit & ipſos:
Poſt currum ſequitur, donec ſe ſubderet ipſi.
Nemo coëgit equum tunc bigæ ſubdere colla.
Dextera ſumma Dei tenuit per compita currum,
Nec currus cecidit; fertur quippe abſque caballo
Virginis ob meritum: Chriſtus ſuper aëre currum
Suſtentare manu dignatus, magna poteſtas!

AVCTORE C. HILIENO. D *Chriſto ſeruante:*

a *Fatetur Colganus, in MS. fuiſſe* Gellanus. *In* 1 *Vitâ cap.* 7 *nu.* 47 Coalianus *appellatur. Vide iſthic notata.*

b *Hic eſſe* Birgus *videtur, qui vulgò* Barrovv *appellatur. Is in Regina Comitatu ortus, aliis auctus fluuiis, in mare Vergiuium delabitur, infra VVaterfodiam, ad Momonia ac Lageniæ fines. Apud Colganum in Notis ad Vitam primam S. Patricij, dicitur* S. Fiecus *Slepteuſis*, in ſuâ ciuitate Sleibti, iuxta flumen Berbha in campo Albe, ſuæ vitæ ſanctiſſimum finiuiſſe curſum. *Quæ verba è veteri Vitâ S. Patricij, necdum editâ, citari à VVareo teſtatur Colganus, additq; locum illum eſſe in Comitatu Regina.* Berua *fl.*

CAPVT VIII

Miſeratio egentium. futura præſcita. caſtigata inobedientia. annona diuinitus obtenta.

50 SI modò leproſos, varioſque in corpore morbos, E
Contractos pedibus, oculis ſine lumine captos,
Quos pia Virgo Dei curauit, dicere vellem;
Excedunt numerum, tempus fugit, altera linguam.
Leproſus fuerat tectis in Virginis vnus, *moroſo leproſo dat vaccam,*
Moribus infeſtis, cupidus, cum murmure vanus:
Quæque videre malus poterat, hæc habere volebat:
Ardet auaritiâ, cæcâque cupidine rerum:
Da mihi præcipuam vaccarum, da vitulorum,
Da mihi ductorem, qui nunc per compita vaccam
Ducat cum vitulo (ſolus nam agitare nequibo) *cum ductore,*
Dixit, habere volo ſeruandam lactis in vſum.
Brigida Sancta Dei reſpondit corde ſereno:
Vultus & hîc mecum veſtitum, & corporis eſcam
Ac donare volo vaccam: ſi veſtra voluntas,
Tolle, recede modò, pax ſit tibi, frater amice.
Coxerat vnus ibi carnis alimenta pupillis:
Iuſſerat illa viro miſerum iuuare leproſum;
Cumque illis dederat vaccam melioris in agro
Formæ, nec vitulus fuerat cum reſpuit ipſam.
Alterius vaccæ vitulum quærebat habendum:
Hanc mihi da, dixit, cùm aliis ſit corpore maior:
Si non, ecce boues veſtri ſunt, ſemper habete..... F
Virginis hæc merito, vt fertur, (mirabile dictu) *& alterius vacca vitulo,*
Alterius vaccæ vitulum quærebat, amabat,
Cùm tunc leproſus cum miſſo Virginis ibat,
In curru pariter vitulum portabat eundo; *quem hæc vt ſuum ſequitur*
Vacca parata fuit, ſequitur veſtigia currus, *& amat,*
Per montes, valles, ſiluas, & flumina currit,
Ardet amore nimis vituli, hæc oblita ſuorum.
Nec potuêre viri ſpatium hoc ire diebus
Binis vel trinis: potuit tunc vacca leproſi.
Inde reuerſus homo, qui carnes coxerat antè,
Nec carnes coctas, quamuis tunc ignibus illas *& horâ vnâ bidui iter cõficit:*
Liquerat, inuenit: tunc vna haud tranſiit hora.
Altera vacca ſuum penituſque oblita vitellum,
Cœpit amare illum, liquit quem vacca leproſi.
O memoranda diu cunctis hæc magna poteſtas!
Paruis in cauſſis virtus quàm magna videtur!
51 Tempore quo Sanctus moriens Patricius almus,
Qui docuit ſancto Chriſti benè dogmate plebem,
Atque ſuæ vitæ tranſactis pleniùs annis,
Curſum finiuit, cælorum regna petiuit;
Genti Scotorum qui quondam ſemina vitæ
Seuerat, aſtrigeno mundans baptiſmate corda;
Nouit Sancta diem Diuino Brigida nutu, *præſcit diuinitus obitum S. Patricij:*
Quâ Pater ipſe fuit moriturus. Virgo puellis
Dixerat; Ecce dolor, luctus, nunc triſtia quæque
Pectora noſtra tenent, populi iactura ſalutis,

AVCTORE CHILIENO.

Finibus occiduis lux eſt ſuperata tenebris,
Præſulis interitu Scotorum lumen obibit.
Nos igitur noſtri deflentes funera Patris,
A Vltima portemus deuotæ munera mentis:
parat ſindonẽ eius corpori inuoluendo: Patris linteolo corpus volo voluere mundo,
Quod propriis manibus contexi ſindone factâ.
Dixerat hæc lacrymans, currum mandatque parari,
Et pueris, famulis, electis atque puellis
Iuſſerat ire, priùs quæ ſunt ſibi dicta, parare.
52 Nil aliud cùm aderat, iuſſit pietatis amore
Quadam nocte ſuis porcinas ſumere carnes.
carnem inobedientibus in angues verſam, diuinitus cognoſcit: Contemsêre duæ ſtultè præcepta Magiſtræ,
Arboris in gremio carnes poſuêre ſuillas.
Brigida manè nouo culpans hinc Sancta puellas,
Vos malè feciſtis carnes abſcondere, dixit:
Ite, videte modò. Cùm tunc abiêre puellæ,
Conſpexêre duas magnas ſub frondibus angues:
Pectora picta leuant linguis criſpantibus ora,
Lucida turgentes ſcamoſo pectore colla.
Hoc timuêre, ac ſe pedibus voluêre puellæ
Virginis, & precibus culpam concederet ipſa
Subnixis, curuæ.... clamaſſe feruntur.
Illa rogare ſuum cœpit ſanctiſſima Virgo
B Sponſum, mutaret ſerpentum quippe figuram
In formam panis, ſeu quam velit ipſe ciborum.
Ac poſt Virgo Dei ſignauit ſancta dracones.
in panes mutari impetrat: Mira loquor! tumidos conuertit Sancta chelydros
In formas panum, ſimileſque colore duorum.
Angues oblatas factas tunc mente viderunt,
Hinc magis & trepidæ ſtupuerunt valdè puellæ;
Mirantur pariter tundentes pectora palmis.
Hos igitur manibus nitidos de robore panes
Detulerat ſecum ſeruandos inde Sacerdos,
In Paſcha Domini, vel feſtis munera Chriſti
Hæc ſumenda, Dei ſeruis, ſanctiſque puellis.
53 Poſt hanc virtutem properans per compita, quinis
Virgo ſancta Dei ſurgens cum curribus ibat,
adit S. Patricium, iam mortuum, Donec ad excelſam, quâ tunc Patricius, vrbem
Peruentum fuerat; quò luctus plebibus ingens,
Præſulis ob mortem. Chriſtus per Virginis almæ
Reddidit hoc lacrymas magnum ac mirabile ſignum:
Surrexit Præſul, iterum de morte reuixit.
qui reuiuiſcens, Hinc dolor, hinc luctus ceſſant, hinc gaudia ſurgunt,
Concurſus populi diuerſis partibus vrbis,
Virgineoque choro fuit exultatio magna.
Brigida Sancta Dei præceſſit lentiùs, infit:
O Pater alme tuis nos omnes inſtrue verbis,
Arida rore tuæ doctrinæ corda reforma,
Præſentis vitæ ſparge & documenta futuræ.
C En ego ſeruitij portaui munera noſtri,
eam inſtruit, Vobis quod manibus noſtris conteximus ephod.
Tu mihi, Sancte Pater, dixiſti texere talem,
Vt veſtrum mundâ voluatur ſindone corpus.
Reſpice paſtor oues, venientes ſuſcipe ſeruos.
En ego cum pueris deuotis atque puellis
Venimus. Atque Pater reſpondit lentiùs, inquit:
& benedicit: Pax tibi Virgo Dei. Poſt hæc ſecretiùs ambo
Neſcio quid ſibimet, vel quæ ſunt verba locuti;
Scit Deus ipſe ſuus: heu, Patriciuſque remigrat,
Regna ſuperna petens: Sancta memorata reuerſa eſt.
54 Virginis vſus erat pro Chriſti ſemper amore
Tradere pauperibus victum, vel quidquid haberet:
Omnibus hoſpitibus plus hæc ſeruire volebat,
Rerum quàm fuerat donandi prona facultas.
Quadam fortè die cum ſanctis Sancta puellis
Laudibus in Chriſti ſteterat, cùm ſtare ſolebat:
Ecce Sacerdotes venerunt tramite longo
Cum pueris miſeris, laſſis, nec non lutulentis;
Hoſpitij ſibimet quærebant debita ſolui,
hoſpitibus eſcas à Deo abũdè impetrat, Corpora feſſa cibo, potu, flammiſque foueri.
Cùm pia Virgo Dei Sanctos veniſſe videret,
Ite, parate cibos, tantus tractetur & hoſpes,
Dixerat. Vna Soror reſpondens mitiùs inquit:
Quid dare, vel quantum debemus, dicito nobis?
D Sed tamen in domibus noſtris pars nulla ciborum,
Quam dare poſſit homo: dedimus, nil quippe remãſit.
Nec dubitare Soror poteris; namque omnia Chriſtus
Dat, dedit, atque dabit, ſic omnes credere debent:
Mundetur ſcopis, claudatur cella ciborum.
Hæc ait: atque iterum poſt paruam temporis horam,
Tu benè curre Soror, da nunc alimenta petenti,
Dixit. Aperta domus; quæcumque inueneris intus
& pauperibus, Tradere pauperibus ne tardes, hoſpite Chriſto,
Gaudent nunc pariter venientes atque Sorores.
Quid moror in verbis? virtus manifeſta refulſit.
Copia tantorum fuerat inuenta ciborum.
Fercula Virginibus Chriſtus dedit ac peregrinis:
Omnes vicini ſunt circumquaque vocati,
Atque inſenſibilis puerorum turba locata.
Nobilis ac eſcæ conuiuia magna parantur.
ad plures dies: Septem continuiis durauit & eſca diebus;
Nec tamen hæc populis, ſed tantùm ſigna miniſtris
Cognita tunc fuerant; poſt hoc manifeſta per omnes.
Virginis ac merito manna hæc pluit: inde refertæ
Turbæ laudantis Dominum vox vna ſonauit.
55 Vitam Sanctorum voluit pia Virgo priorum, E
Montibus & ſiluis eremi ſecreta petendo,
Æquiparare ſatis: fontes quærebat aquarum.
Dum peragebat iter cum ſanctis ſancta puellis,
multos infirmos ſanat: Venit ad vſque locum, quem plenum fontibus vnum
Dulcibus & herbis, quo tunc habitabat, & ægros,
Orbos, ac claudos, Chriſti virtute leproſos
Sanabat penitùs: populorum turba frequentûm
Venerat, abſcondi poterat nec flamma ſub vmbris,
Luxerat at cunctis ſub ſolis lumine claro.
Cumque habitabat ibi cum ſanctis Virgo puellis,
Noctibus in pſalmis, hymnis, totiſque diebus
Inuictâ teneræ durabant mente puellæ.
Veſpere flumineas quærebant fontibus herbas,
herbas in cibum Sororum Antiqui ſoliti queis vitam ducere Sancti,
Frigida cum criſpis ſumebant pocula & herbis.
Nec tamen in liquidis inuentum fontibus illis
Id genus herbarum. Hinc cœpit turbatio mentis
Murmure non paruo tectis reſonare Sororum.
Brigida Sancta Dei, cùm talia verba ſonare
Audierat, precibus inſomnem ducere noctem
Curabat lacrymans, ſponſus ſibi Chriſtus Ieſus
à Chriſto, ipſi lacrymas detergente, impetrat: Terſerat ipſe oculos: fontem (mirabile dictu!)
Manè nouo placitis impleuit protinus herbis:
Tunc habuêre ſatis herbas in flumine criſpas,
Quas priùs hæ querulæ quærebant fonte puellæ.
Virginis hæc meritis virtus manifeſta refulſit:
F Mirantur populi, lætæ gaudentque Sorores.

CAPVT IX

Raptus. cædes impedita. traiectio fluminum miraculoſa. tentatio ſopita.

56 QVadam nocte ſuis præcepit Sancta puellis,
Fortiter in precibus deuotâ ſiſtere mente.
Ipſa repleta Deo, ſecreto intenta ſuperno:
Cumque diu tacitis oculos ad ſidera verbis,
Auribus attonitis in templo Sancta leuabat;
orans, Chriſtum & cæleſtes choros videt, Ecce, Tacete modò, dixit, Magnalia Chriſti
Cernere quis poterit? numquid non cernimus ipſæ?
Nunc video cæli, terræ, maris, aëris alti
Concaua lata loca & ſpatium penetrabile ſurſum
Eſt plenum pueris indutis veſtibus albis:
In medio Chriſtus, Rex regum, ſumma poteſtas,
Et palmas manibus retinentes cantica dicunt;
O ſanctus Dominus, ſanctus, ſanctuſque Sabaoth.
Sedibus excelſis, Genitori, gloria Nato;
& audit cantantes: Organa dulciſono reſonant cæleſtia cantu.
Hoc pueri pariter cantantes, hoc ſeniores,

Angelici

A Angelici populi reſpondent, Alleluïa.
Intima vaidè meam demulcet viſio mentem:
Gaudet quo populus cæleſtis, neſcio cantum.
57 Cùm ſol manè nouo croceam de pectore pallam
Suſtulit, & rutilum noctis de limine vultum,
Viderat atque oculis terrarum concaua claris,
viſitur à S. Ibaro: Manſerat in terris nec nubila noctis imago,
Clara dies fuerat; Præſul venerabilis illam
Ibarus ad cellam, vir ſanctus, venerat alma
Dicere Miſſarum populis ſolennia cunctis.
a . . . . . .
58 Quidam nocte ſuis fuerat cum Virgo puellis,
In domibus patris manſit, cogente parente.
Virginibus Chriſti ſemper contrarius vſus:
Omnes namque auidè fugiunt ludibria vulgi.
Conſenſit tamen, & compleuit iuſſa parentum.
excitata ab Angelo, Cùm noctis medio ſomnus grauis inruit artus,
Angelus aſtiterat recubanti nocte puellæ,
Protinus ac tetigit, dixit bis terque, Leuate;
Turba ſuperba modò crudeli mente parata,
Nil pietatis habens, cum multis aduenit armis.
Surgite, namque tuum properant occidere patrem,
Et quoſcumque viros poterunt conuincere Marte:
Non Deus ipſe tuus non vult tibi ferre dolorem.
B Ite repentè, venit hoſtis: hæc tecta dabuntur
patrem & domeſticos periculo mortis eripit, Ignibus, ardebunt: nil veſtri tangitur igne:
Veſtibus & veſtris ſi quis vult iungere veſtes,
Saluantur pariter, poterunt nec vrere flammæ.
Angelus hæc iterum dixit: Heu ſurge puella,
Exi, tolle moras, nullumque hic linque tuorum,
Patrem, nec famulos, vel quos nunc continet ædes.
Currite per ſiluas, vel quò vos proteget vmbra.
Surrexit triſtis memorans hæc verba puella,
Ac retulit patri lacrymans: ſit planctus in aulâ,
It clamor cælo, fugiunt & cuncta relinquunt.
Vix potuêre viri muros tranſire volantes;
Gens inimica priùs circùm loca quæque ruebat:
Intrantes, intus nullum tunc quippe virorum
Inueniunt, ſolùm veſtes vidêre ſacratas.
Omnia tecta ſimul rutilis conſumere flammis
Incepêre mali, pariterque ardere leguntur.
sórum veſtibus ab igne & direptione ſeruatus: Sed quia ſeruorum veſtes ſimul atque parentum
Antè ſuis ſacris ſacræ iunxêre puellæ;
Nec furor his hoſtis potuit, nec flamma nocere:
Cuncta Sacerdotum cernentes eſſe putabant.
Poſtquàm tecta viri flammis combuſta relinquunt,
In tectis nullum potuerunt tradere morti.
Tunc genitor natæ retulit pro munere grates.
C 59 Illis temporibus gentis Rex iſtius vnum
Vinclis conſtrictum afflixit; tunc Virginis ille
Poſtulat auxilium, quo poſſet liber abire.
Arca pupillorum, miſerorum fida patrona,
Pro miſero ſupplex Regis perrexit ad aulam
captiuum liberat, Brigida Sancta Dei. Cùm Rex audiuerat illam
Affore præ foribus, iuſſit ſub tecta venire.
Protinus vt faciem Regis conſpexit in aulâ,
Pauperis hæc miſerans curauit dicere cauſſam.
Rex ait, hunc tibi ſi concedam mente ſerenâ;
Quæ mihi, Virgo Dei, præſtabis munera? Dixit.
Illa: Dei dono dabitur tibi vita futura,
Et tua progenies poſt te tua regna tenebit.
Talibus ille ferus, ſtultus Rex, atque ſuperbus,
Indignus donis, dixit ſe nolle futura.
Credere quis poterit poſt mortem viuere quemquam?
. . . . . .
Regi pollicita longæ vitam & victoriam Viuere per multos optarem ſtrenuus annos,
Hoſtibus eſſe meis terror, & plurima bella
Vincere, nec vinci penitùs congreſſibus vllis.
Rex ait hæc ſtultus. Reſpondit Virgo loquenti:
Iſta minora petis, quæ ſunt bona valdè relinquis:
Sed, mihi crede, Deus concedet cuncta roganti:
Plurima bella tibi largitur Rector Olympi
Vincere; victor eris, victus nec ab hoſtibus vllis
Terrenis: bellis gentes ſuperabis iniquas,
Et tua regna reges, pugnis ciaruſque triumphis.
D *AVCTORE CHRILENO.* 60 Germanus frater, cùm talia verba loquentem
Audierat Sanctam, dixit tunc corde gementi:
O vtinam mihimet promiſſio Virginis almæ
Hæc fieret! aures præberem, ſeruulus eſſem
Virginis, & ſacri vellem baptiſmatis vndâ
Perfundi, ſi eſſem dignus ſic munere Chriſti.
Brigida Sancta Dei reſpondens lentiùs inquit:
Hæc tibi credenti præſtabit magna poteſtas,
Tempora longa priùs, cùm hoc regno vita futura,
b Et tua progenies poſt te tua regna tenebit, *b*
Donec ad extremum, veniet pòſt terminus æui.
Omnia Virgo Dei quæ dixit, facta fuerunt.
61 Brigida Sancta Dei fuerat cùm ſola cubili,
Longiùs illa ſuis Romam conſpexit ocellis: *Miſſam Roma audit:*
Ferrur Apoſtolicum tunc & vidiſſe ſepulchrum;
Adſtitit ante aram, Miſſaſque audiuit ad illam:
Corpore non fuerat, ſed mentis lumine cernit.
Officium ſanctum placuit ſibi ſemper habendum. *inde libros & cætum petit,*
Vnde Sacerdotes Romam tranſmiſit ad vrbem,
Sacra adferre noua, & quodcumque audiuerat illic,
Virginibus cupiens hæc tradere lege perenni. E
Libros compoſitos, cantumque, & munera multa
Miſit Apoſtolicus Brigidæ, conceſſit habenda.
Tradidit illa ſuis, diſcendi vertit in vſum. *& ſuis præſcribit:*
Illis temporis *c* bis ſenos legimus eſſe
Pontifices ſummos Romæ viuente puellâ. *c*
62 Magna Dei virtus, res paruula facta videtur.
Fœmina pauper erat quædam tunc febribus vſta,
Et magis atque magis gliſcebat cauſſa doloris.
Donec & extremi venit iam terminis æui. *moribũda pannos lauari Angelico miniſterio. impetrat:*
Brigida Sancta Dei prædixit quippe puellis:
Hæc moritura modò eſt; pannoſque lauate Sorores.
Ventus tunc fuerat, deſcendit turbidus imber.
Excuſant teneræ (frigus timuêre) puellæ.
Mira loquor! vetulæ pannos exire videbant
Omnes qui fuerant, nullus portauerat ipſos.
Atque iterum lymphis lauatos, atque reductos
Cernebant pariter. Sanctæ timuêre puellæ.
Conſcia Virgo fuit virtutis, facta videbat.
Ignotum populis ſignum hoc mirabile, factum
Angelicis manibus firmamus, nec dubitamus.
63 Altera valdè mihi virtus miranda videtur,
Quæ fuit in magnâ *d* Sinanni fluminis vndâ; *d*
Intra quam Kellira eſt, conuentus ritè virorum
Prudentûm, ſacro Benedicti dogmate florens.
Venerat illa ſuis illuc cum Sancta puellis, F
Vnica ſpes miſeris, infirmis cura ſalutis.
Dum afforet illa, fluunt Fratres hinc, inde Sorores;
Conuenêre omnes tranſire ac nauibus amnem:
Heu malè tunc miſeræ venerunt tardè puellæ,
Fluminis ad ripam clamabant vocibus vltra.
vt ſua vaſtiũ flumen ſine naui tranſeant, à Deo obtinet: Turbida valdè fuit Sinanni gurgitis vnda
Imbribus aſſiduis, ſine lintre imperuia cunctis.
Caſu tunc multis tranſibat nauis onuſta,
Currebant iuuenes, ſaltabant, atque puellis
Hæc dixêre ſimul: Vos nos audite Sorores,
Tollite nunc veſtras, nobis committite pallas,
Vt nos in noſtris portemus nauibus omnes.
Derisêre ſatis iuuenes de puppe puellas;
Verbis inlicitis pulſant, & littore linquunt.
Brigida Sancta Dei adſtantes tellure Sorores
Clamabat, Trepidæ vires aſſumite, dixit,
Inde venite modò, me ſtantem cernite ripâ,
Nilque timete mali; Chriſtus in flumine ſpectat:
Chriſtus erat populis portus ac ductor in vndis.
64 Fluminis hæc hominem cernebat littore curuum
Sperabat penitùs quòd cauſſa hoc ponderis eſſet.
Venerat illa ſuis cum ſanctis Sancta puellis,
Ipſa leuare onus voluit, ſi pondus haberet.
Dixerat ad miſerum curuatum corpus habentem:
Quæ te cauſſa mali curuauit dicito, frater?

Si

AVCTORE CHILENO.

Si graue pondus habes, da nobis; tollimus illud:
Corpore tunc melius poteris procedere recto.
Pondera nulla meos deflectunt corporis artus,
A Sed dolor antiquus humeros depresserat, inquit.
Ceruum erigit, iussum in flumine ablui: Si sis carne miser, dixit tunc sancta puella,
Christus aquas dedit, qui purgat fonte salubri.
Nunc descende, precor, ac lymphis ablue corpus,
Flumine in hoc; Dominus præstat tibi quippe salutem.
Quid moror? intrepidus descendit amnis in vndas,
Seque lauabat aquis, corpusque, orante puellâ,
Protinus hinc alacrem cœpit renouare vigorem
Illius, antè fuit gibbus qui pluribus annis.
Virgo virum nouit: sanus iam venit ad illam,
Supplex cum precibus Christum benedixit, abiuit.
65 Illis temporibus fuerat penuria panis,
Atque fames populos perstrinxit pessima multos.
Brigida Sancta suas transmisit grana puellas
Quærere frumenti, vel quæ Deus ipse dedisset.
Suas imperceptibiliter trans flumen deferri impetrat: Nobilis vsque domum cuiusdam diuitis ibant:
Ille dedit pueris saccos similagine plenos,
Virginis ancillas dimisit denique onustas.
Cumque reuertentes iterando fortè venissent,
Non potuêre suis pedibus transire per amnem:
B Nulla ratis fuerat, quâ possent ire per vndas:
Deposuêre loco tristes sua pondera in ipso,
In facies cecidêre suas, Dominumque rogantes,
Virginis ob meritum, clamabant vocibus omnes:
Brigida Sancta Dei, nobis succurre miscllis.
Mira loquor! subitò portantur longiùs vltrà
Saccis cumque suis: sensit hoc nulla Sororum.
Cùm caput atque oculos de terrâ fortè leuarent,
Tunc flumen plenum penitùs post dorsa viderunt.
66 Brigida quam quondam dilexit Sancta puellam,
Cunctarum fuerat formosior illa Sororum:
Corpore virgo, tamen mente corrupta manebat:
Nàm iuuenem magno formosum carnis amore
Dilexit nimiùm, & secretum corde reseruans,
Virgine cum sanctâ semper dormire solebat.
Duxerat insomnem pensando fœmina noctem,
Surrexit tandem, superabat praua voluptas:
Ignis amore graui feruebat corde puellæ.
puella ad tentationē superandā pedes sibi vrenti, Tunc ait: O Genitor, Genitoris Filius almus,
Tu mea Christe salus, titubanti porrige dextram;
Nunc tua consilia inspira, mea destrue stulta:
Regnet virginitas, discedat praua voluntas.
Audierat Christus miseramque in nocte precantem,
Consilium dederat, firmatque in Virgine mentem.
C Tunc teneras plantas posuit carbonibus ignis,
Et Christum rogitat tacitis in pectore verbis.
Mox arsêre pedes miseræ super igne puellæ:
Improbus ibat amor, cordis dolor intima carpsit:
Ad lectum manibus corpus vix debile traxit.
Senserat, obticuit permittens omnia Sancta.
Tunc ait ad miseram, confirmans ipsa puellam:
O benedicta, malum superasti fortiter hostem,
Iuferni flammas extinguens ignibus istis.
spondet victoriā, Nec erit vlla tibi post hoc tentatio carnis:
Ignibus vsta iaces, victa est iam praua voluptas.
Inferni pariter superasti fœmina pœnas.
Et dolor ipse pedum discedet, nulla manebunt
& pedes sanat: Vulnera plantarum: mihimet, Virguncula crede.
Inde secuta salus membrorum plena puellæ:
e Virginis ob meritum tetigit medicamine Christus. *e*

a *Aliqua hic desiderantur.*

Reges Laginie, b *Reges, quorum hic mentio fit, ait, Colganus fuisse* Illandum *&* Alildum, *filios* Dunlongi. *Illando fratrem successisse, huic longam nepotum seriem, vltra quinque secula propagatam, quorum omnino quinquaginta enumerat. Ea vsu sanctissimæ Virginis apprecationi fuit.*

c *Sanè vsque ad* Hormisdam, *cuius tempore mortua est S. Brigida, inde à* Sixto III, *sub quo, vt summum, aut potius sub* S. Leone *nata, non nisi nouem Pontifices fuerunt. Serius fortasse & natam & mortuam credidit Auctor; nam inter Hormisdam vsque ad Vigilium sex sederunt, annorum 10 spatio.*

d *Ad Vit. 1. cap. 15 nu. 94 not. è diximus* Sinnam, Sinam, Sinann, Sionnam, Senum, Shannon *dici.*

e *Cetera desunt in MS. Casinensi.*

CAPVT 4X 4

Futura, dormienti ostensa.

67 QVadam fortè die Sanctus Patricius almus,
Gemma Sacerdotum, synodali cardine sedit;
Plurima verba Dei, Sanctorum dogmata Patrum
Dixerat, & populum firmabat lege salutis,
Vt messis Domini centenâ fruge receptâ,
Crescceret in melius, rore aspergenda superno.
Brigida Virgo Dei cum festis sancta puellis,
Venerat ad synodum Sanctorum, iure vocata *in concione rapta,*
Soluere vota Deo, sanctis obedire patronis.
Cùm residebat ibi, somnus leuis attigit artus:
Vix sua paullisper conclusit lumina Virgo,
Mystica, quæ vidit, tunc Sanctis somnia dixit:
Pratis florigeris me solam stare putabam,
Respexi populum venientem Solis ab ortu:
Candida turba fuit, florebat vestibus albis, E
Hanc aratris quatuor terram vertebat, & istis *videt secturas hæreses,*
Albis enim bouibus mittebat semina sulcis:
Candida tunc sulcos implebant flumina lactis:
Crescere cernebam subitò de semine semen.
Talia cumque diu signa admiranda viderem,
Conspexi populos Septem-de parte-trionis,
Nigris cum bouibus venientes, vultibus atris,
Campos obscuris rumpebant semper aristis,
Spargere cœperunt, vertebant semina terram
Vomere transuerso confundunt culta priorum
Seminibus nigris, implebant semina terram.
Iam benè prima meam demulcet visio mentem:
Heu! malè posterior conturbat cuncta priora.
68 Dixerat illa seni. Sanctus clementiùs ipsam
Consultatque piis pertractans omnia verbis:
Te modò, Virgo Dei, contristat visio rerum
Ordine turbato, variisque satoribus ipsis,
Albis vel nigris bouibus, qui semina sulcis
Miserunt, dubiâ & quam signant cuncta figurâ.
Sed tamen in paucis quæ sunt ea soluere verbis
Hæc ego si potero, tibimet nunc, filia, dicam:
Tempora nostra modò designat visio prima; *visionem explicante S. Patricio:* F
Quòd nos corda hominū colimus nūc vomere verbi,
Semina mittentes doctrinæ Euangeliorum:
Quattuor hinc messes sanctarum fruge animarum
Crescere centenâ cernentur rure beato,
Angelicis populis implebunt horrea Christi.
Proh dolor! euenient post nos mala tempora secli,
Cælica tunc ouibus tollentur pocula verbi:
Pastores cupidi, qui plus sua lucra sequentur,
Non frumenta satis, sed *b* lolia subdere sulcis *b*
Curabunt: nobis tunc Christus gaudia vitæ
Præstabit. Dixit pòst Præsul, Pax tibi Virgo.
69 Illis temporibus cum sancto perpete Patre
Corpore, corde pio credens benè Virgo manebat,
Dogmata Sanctorum diuini nectare verbi,
Desuper ex *c* astris venientia, fonte superno *c*
Hauserat, atque bibit magnâ dulcedine rerum,
Brigida Sancta Dei: dormiuit, somnia vidit:
Spiritus ille, facit qui quæ secreta adaperta,
Lucidat obscurum, solida & qui peruia reddit,
d Virginis ipse satis fundendo corda repleuit. *d*
Illa duos lapides magnos in monte leuatos, *in somno videt lapidem rore mollitum crescere, alterum duratum cōminui:*
Atque ipsos pariter per visum nocte videbat,
Sancti Patriclj in conspectu stare putabat:
Ros leuis ex alto descendit desuper illos,
Cumque diu trepidis fundebat pluuia guttis,
Vnde magis lapidum perduruit alter eorum,
Aspera. . . . . .
Et minor ex minimis decrescens ipse lapillis,

Donec

A Donec & ad nihilum paullatim iure redactus.
Sed lapis alter erat mollitus rore ſuperno,
Creſcebat nimiùm, circùm loca lata tenebat,
Et magis atque magis montes tranſcenderat altos :
Lampadas in lapidis præclaras vertice ſummo
Conſpexit, ſuperos quæ luſtrant lumine cælos.
Viſio magna fuit, mentemque repentè videntem
Turbabat trepidam tunc ſanctæ Virginis : illa
Obſtupuit lapidum diuerſum cernere caſum.
70 Manè nouo, nigras cùm ſol diſperſerat vmbras,
Nil fuit in terris abſconſum tegmine noctis;
Surrexêre omnes cum clarâ luce puellæ :
Brigida Patricio feſtinans viſa referre
Somnia, præteritâ quæ vidit nocte, Patrono.
quæ S. Patricius de Regis conuerſione, alterius indurationè exponit: Sanctus ad hæc dixit : Quæ tu pia Virgo videbas
Mentis per viſum, præclarâ luce videbis :
Namque duo fratres, regali germine cretos
Quos honor antiquus gradibus ſublimibus ornat,
Sanguine nobilium genitos & flore parentum,
Cras venient : ipſo præſenti rure videbis :
Queis nos verba Dei dicemus ſancta ſuperni,
Dulcia perpetuæ miſcentes pocula vitæ.
Sed tamen vnus erit durato pectore ſtultus,
B Inſtar ſic lapidis, duroque adamante maligno
Durior effectus, ſemper maledictus abibit.
Alter amore Dei conuertet corda fideli,
Et benedictus erit, Chriſti præcepta ſequendo,
Magnus erit, populis regnabit, regna tenebit,
Et ſua progenies poſthac ſua regna tenebit,
Donec ad extremum veniet tunc terminus æui.
Sic ait ille Dei ſeruus, ſic acta probarunt,
Omnia ſic fuerant, quæ vidit Brigida caſta
71 Qualis erat virtus quam geſſit tempore in illo,
Quamuis parua quidem, magna eſt, quia mira videtur.
Ad Sanctam ſtultus leproſus venerat vnus,
Eſt conuerſatus. . . . . .
Dicere præſumpſit, veſtem, quam corpus habebat,
Induuiaſque ſuas miſerans ſi Virgo lauaret.
Sancta tamen ſtulto pietatis viſcera flexit.
Dixerat illa: Tuas mihi nunc concede lauandas
Veſtes : hoc leue quid pro Chriſti nomine ducam.
Tunc tamen haud alias veſtes leproſus habebat:
Subſidium petiit quo poſſet membra fouere.
Illa rogare ſatis vnam tunc Sancta puellam
Cœperat, vt propriam præſtaret fœmina veſtem.
leproſum ſanat: Abnegat illa ſuam triſtis virguncula pallam.
Sternas ſi veſtri is mea dorſa magiſtra flagellis,
C Exuuias noſtras nunquàm præſtabo leproſo.
Dixerat, & duram torſit cum murmure frontem.
Mira loquor : refluens lepra, quam leproſus habebat,
inobedientem Virginem lepra percutit. Inuaſit meritò peruerſam corde puellam :
Sanus & ille redit leproſus corpore toto,
Virgineamque cutem percuſſit candida lepra.
Tunc timuêre omnes, qui talia ſigna videbant,
Laudabantque Deum, tundebant pectora palmis,
Virginis & pedibus lætantes oſcula figunt.
72 Brigida Sancta Dei poſt hæc temporibus illis
Virginibus ſanctis cellam conſtruxerat vnam;
In quâ cùm fuerat, pſalmis vigilabat & hymnis,
Ieiuniis multis Chriſtum ſibi corde colebat:
Illis temporibus fuerat penuria panis
e Multis (vt fertur) vicinis, atque puellis. e

a *Sequentia edidit Colganus è MS. codice Em. Card. Antonij Barberini.*
b *Ita habuiſſe MS. teſtatur idem; edidit tamen ipſe* lodea.
c *Sic idem correxit, quod in MS. erat* Auſtro, *alludente fortaſſis Poetâ ad illud Cantic.* 4. 16 Veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.
d *Clariùs hanc S. Brigidæ viſionem narrat auctor Vitæ tripartitæ S. Patricij his verbis* : Enarrauit etiam tunc Virgo ſancta aliam ſuam viſionem, quâ vidit duos lapides, vnum magnum & alterũ paruum; & vtrumque ſuperfuſo imbre conſperſum : maiore autem decreſcente, minor incrementum imbris contactu ſumebat, argenteaſque reddebat ſcintillas & coruſcationes. Auditam autem viſionem vir Dei ſic interpretatus eſt : Illi duo lapides, ſunt duo filij Eochadij, filij Crimthanni, Breſſalius & Carbreus. Breſſalius enim natu maior prædicatam ſibi ſalutis doctrinam, quæ eſt cæleſtis gratiæ imber, reſpuet : & hinc maledictioni ſubiectus, cum ſuo ſemine decreſcet. Carbreus autem, cognomento Damh-airgid, eius frater, Diuinæ gratiæ rore irrigatus, propoſitam fidei veritatem ſine reſiſtentiâ amplectetur, & Dei benedictione ditatus in gentem creſcet magnam. Quæ omnia, vt veritatis Propheta prædixit, euenerunt. Nam ipſe Sanctus poſteà Breſſalium prædictum, nolentem viam ſalutis amplecti, iaculo maledictionis feriit : eiuſque fratrem Carbreum, in Chriſtum promptè & deuotè credentem, cum ſuâ progenie, impertitâ benedictione ditauit & muniuit. *Huius Carbrei ſoror fuit S. Cinnia, de quâ antèà actum. Colganus plures ex eâ familiâ Sanctos recenſet.* D
Pietate creſcunt familiæ, impietate decreſcũt.
e *Cetera deſiderantur.*

VITA IV BIPARTITA

AVCTORE ANONYMO,

ex MS. Hugonis VVardæi Ord. Minor.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 IBus iam, Fratres mei, mea mens impugnatur, videlicet amore, pudore, & timore. Amor enim ſcribendi, me cogit commendare Vitam præclariſſimæ Brigidæ in chartis, ne magna charismata virtutum, quæ Dei gratia ei contulit; vel plurima miracula, quę eadem per eam patrauit, abſcondita vel inaudita eſſent. Pudore autem prohibeor; ne, vt reor, meus ſermo valdè incultus, aut ſententia inſubtilitatis meæ, ſapientibus legentibus ſeu audientibus diſpliceret. Timore verò magis trudor, quia periculum eſt imbecillitati meæ hoc opus dictare, quoniam obtrectatorum iniquorumque ſugillationes timeo, ingeniolum meum tamquàm dapes probantes. Sed quia cùm Dominus iuſſit pauperibus populi res offerre viles ad conſtruendum tabernaculum, nonne nos debemus ad ædificandam Eccleſiam offerre? Quid Eccleſia, niſi collectio iuſtorum? Quomodò vita prudentium ædificatur, niſi documentis & exemplis prudentium? Igitur amori curſum dimittam, pudorem calcabo, & ſuſurronibus indulgeo. Sed te, lector prudens, & auditor intelligens, adiuro, vt non F poſitionem vel textum verſorum curans, miraculis Dei & *a* beatitudini famulæ eius intendas. Omnis enimuetò agricola veſci debet fructibus ſulcorum agri ſui. E
Auctor excuſatâ imperitiâ, cauſſam ſcriptionis indicat.

a *MS. habebat* beatitudine. *correxit Colganus*, beatiſſimæ.

LIBER PRIMVS

CAPVT I

S. Brigidæ genus, natiuitas, educatio, varia ſanctitatis præſagia.

2 FVit glorioſus Rex in Hibernià, nomine *a* Feidlimidh, qui dicebatur Feidlimidh Reachtmar, eò quòd magnas in ſuo regno in Hibernià leges fecit: Reacht enim Scoticè, Latinè ſonat legem. Ipſe Rex habuit tres filios, quorum nomina dicuntur, *b* Fiacha Suighe, Eochaid Fionn, Cond Keudchathach, qui in ſummâ & maximâ fertilitate Hiberniam in *c* Temoriâ regnauit. Defuncto *d* patre ſuo, Fiacha Suighe habuit tres filios; ſcilicet *e* Roſſa, Ængus, Eogan: qui expulſi ab Arthuro prædicti Connij filio à Temoriâ, regionem *f* magnam in confinio Lagenienſium & Momo- *a* *b* *S. Brigidæ pater regij ſanguinis* *c* *d* *e* *f*

AVCTORE ANONYMO, Ex MS.

Momonienſium gladiis ſuis apprehenderunt; ſed ipſi Momonienſes vocantur. Eochaid Fionn autem perrexit ad Lagenienſes, & in multis locis Rex Lagenienſium dedit ei terras: & ibi habitant nepotes eius vſque huc; iam ipſi inter Lagenienſes numerantur, & Lagenienſes vocantur.

3 De quibus fuit Dux quidam magnus & potens, nomine Dubtachus, qui emit ancillam, quæ vocabatur Broſeach: ipſa erat multùm formoſa & moribus honeſta. Amans eam Dominus Dubtachus, fecit eam concubinam ſuam, & dormiuit cum eâ, & concepit illa ab eo. Hoc ſciens propria vxor Dubtachi, contriſtata eſt valdè, & dixit viro ſuo: Vende ancillam tuam Broſeach, quam feciſti concubinam tuam: timeo enim ſi progenies ipſius ſuperauerit progeniem meam. Sed Dominus Dubtachus noluit hoc facere, valdè amans eam: in omnibus enim moribus illa fæmina erat perfecta.

mater ſerua,

4 Quadam poſteà die ſedentes in curru Dux Dubtachus & ſua ancilla Broſeach, ſequenteſque eos comites ſui, peruenerunt prope domum cuiuſdam magi. Audiens autem ille magus ſonitum currus, dixit ſeruis ſuis: Videte quis ſedet in curru; ſonat enim currus ſub Rege. Tunc ſerui dixerunt ei: Nullum virum cernimus in curru, niſi Dominum Dubtachum. Magus dixit eis: Vocate illum ad me. vocatoque eo, ait illi magus: Mulier, quæ poſt tergum tuum ſedet in curru, an eſt prægnans? Dubtachus reſpondens ait: Iam ita eſt. Magus dixit: O mulier, de quo viro concepiſti? Illa reſpondit: de Domino meo Dubtacho. Magus dixit ad Dubtachum: Hanc mulierem valdè cuſtodi; mirabilis enim erit conceptus eius. Dubtachus ait: Compellit me vxor mea, vt hanc vendam: timet enim ſemen huius. Magus dixit: Vxoris tuæ ſemen ſemini famulæ huius ſeruiet vſque in finem ſeculi. Ad ancillam verò ait: Conſtans eſto animo, quia nullus tibi nocere poterit; gratia enim infantulæ te liberabit: claram namque filiam paries, quæ ſicut ſol in vertice cæli, ſic lucebit in mundo vſque in finem ſeculi. Tunc Dubtachus ait: Deo gratias ago, quia hucuſque filiam non habui, ſed tantùm filios. Deinde reuerſi ſunt Dubtachus & concubina ſua cum comitibus ſuis in domum ſuam: Dubtachus verò multùm dilexit illam propter ſermones magi.

(filia claritate prædictâ à mago,

5 In diebus iam illis, Deo inſtigante, duo ſancti Epiſcopi ex Britanniâ in domum Dubtachi venientes, quorum alter vocabatur *g* Maol, & alius Maolchu; ipſi erant diſcipuli S. Patricij Archiepiſcopi, qui tunc prædicabat verbum Dei in Hiberniâ. Videns Epiſcopus Maol vxorem Dubtachi triſtem eſſe, ait ei: Quare triſtis es? & addidit ſciens cauſſam eius propheticè: Famulæ veſtræ partus præcellet te & omne ſemen tuum. Sed tamen illam ſicut filiam tuam ama, quia progenies illius tuis proficiet multùm. Sed tamen illa adhuc in furore manſit.

g & à S. Melo Ep.)

hera inuidiâ

6 Ipſa iam irata cum fratribus ſuis, qui erant viri fortes & potentes, vrgebant valdè Dubtachum, vt venderet æmulam ſuam in regionem longinquam. Tunc quidam poëta de Aquilone Hiberniæ, nutu Dei, venit, & timens Dux Dubtachus iram vxoris ſuæ, quæ erat nobilis, & fratrum eius furorem, conſenſit vendere illam: & ipſe Dux inde erat multùm mœſtus. Et poëta prædictus emit illam fæminam in ancillam. Sed Dubtachus non vendidit partum illius; perhibens quòd illa haberet filiam mirabilem in vtero. Perrexit ille poſteà cum ancillâ in regionem ſuam. Venit quidam hoſpes ſanctus, qui orabat Deum per totam illam noctem, videbatque in illâ nocte ſæpè globum igneum in loco in quo ancilla mater S. Brigidæ dormiebat. & hoc manè poëtæ Domino eius narrauit, & ille inde gauiſus eſt.

venditur:

ipſa Brigida iterum globo igneo,

7 Ipſo tempore ille poëta parauit cœnam magnam Regi ſuo: & ipſe Rex cum Reginâ veniebat ad cœnam. ſed Regina erat partui proxima. Tunc amici & ſerui Regis interrogabant quemdam *h* Propheram, quando bona hora eſſet, vt Regina pareret prolem ſuam. Ille ait: Si die craſtino, orto ſole naſceretur, neminem in terris haberet æqualem. Sed Regina ante illam horam contra voluntatem ſuam genuit filium. Manè autem facto, & orto ſole, venit ancilla illa, mater S. Brigidæ, deforis ad domum proximi domini ſui, portans vas plenum de lacte nuper mulſo: & cùm poſuiſſet vnum pedem trans limen domus, & alter pes foris ſtans, cecidit ſuper limen, ſedens, & repentiſſimè ſine vi doloris parturiendi, Dei gratiâ, filiam pulcherrimam facie genuit. Sic enim ille Propheta dixit, quòd nec in domo, nec extra domum, ipſa fæmina prolem pareret. Et de lacte illo calido, quod portabat illa, corpus bonæ infantulæ lotum eſt.

h & vaticinio prænuntiata,

naſcitur in domus limine,

8 Signa iam maxima illicò ſecuta ſunt; dono Dei S. Brigidam, quorum hoc vnum eſt. Ipſo iam die natiuitatis ſuæ, quidam infantulus præteritâ nocte natus, ſubitâ morte præuentus eſt. Et aliquo euentu cùm eſſet Sancta Dei prope illum, tetigit corpus eius extinctum; & ſubitò ſanctiſſimæ infantulæ tactu ille infans viuus ſurrexit. Hoc omnes videntes dicebant, quòd meritò illa filia prædicata eſſet à Prophetis. Villa illa, in quâ S. Brigida nata eſt, *i* Fochart Muirthemne vocatur, quæ eſt in prouinciâ Vltorum, ſcilicet in regione, quæ dicitur Conaille Muirtemne. Ipſam villam modò habet S. Brigida, in cuius honore monaſterium Canonicorum in eâ eſt. Ibi illa Eccleſia & cœmiterium eius eſt, vbi fuit domus & curia, in quibus nata eſt B. Brigida. Lapis verò, ſuper quem nata eſt ſanctiſſima Chriſti ſponſa, poſt tergum ipſius ſanctuarij conſtat, & ab incolis iſtius terræ colitur honorificè, eò quòd multa ſigna ſuper eum per merita S. Brigidæ patrantur.

moxque puerum mortuũ contactu reſuſcitat:

i locus natiuitatis, poſterorum religione celebris:

9 Sancta iam puella cibos communes Magi, domini matris ſuæ, reſpuebat, atque vomebat quotidie: Ille enim homo poëta & magus erat. Hæc magus ipſe conſiderans, perſcrutabatur cauſſam nauſeæ; eamque ſciens, dixit: Immundus ego ſum; puella autem illa eſt plena gratiâ omnipotentis Dei, ideoque cibum meum non capit. Ille enim tunc erat gentilis & incredulus cum domo ſuâ, quia nuper anteà fides Chriſti peruenit ad Hiberniam: & tunc ſtatim ipſe non credidit, ſed poſt tempus, ſicuti audietis. Deinde magus ipſe elegit vaccam albam ſine maculâ, & deſtinauit eam ſanctæ puellæ, videns Dei gratiâ albedinem in eâ: contigitque vnam fœminam Chriſtianam ibi eſſe, quæ erat multùm religioſa, & fertur Virginem fuiſſe eam; quam fecit magus ille, vt nutriret S. Brigidam. Et ipſa mulgebat prædictam vaccam, & de lacte eius nutriuit S. Brigidam, quia beata infans libenter iſtius vaccæ lac recepit. & diligenter ancillam Chriſti nutriuit Chriſtiana fœmina, valdè amans illam.

Magi ei bos faſtidiens,

vaccæ candidæ lacte à Chriſtianâ Virgine nutritur:

10 Poſt hæc iam ipſe magus cum omni domo ſuâ perrexit ad regionem Connaghtorum, quæ eſt pars quinta Hiberniæ, & habitauit ibi. Fuit enim mater eius de Connachtis, pater verò de Momonienſibus. Cauſsâ iam magicæ artis ſuæ circuibat totam prouinciam illam, aliaſque prouincias, & habebat magnum honorem in eis.

defertur in Conaciã:

11 Quadam quoque die dimiſſa eſt beatiſſima Brigida ſola in domo dormiens: tunc domus illa accenſa igne apparebat: & circumuenerunt omnes, vt extinguerent ignem, & cùm appropinquaſſent domum, ignis non apparuit, ſed domus incolumis inuenta eſt. Viderunt excitantes illam, puellam pulchrâ facie, & genis rubicundis, & dixerunt omnes: Hæc puella verè plena eſt Spiritu ſancto.

in præſagium ſanctitatis. viſa arderè domus in quâ iacebat;

12 Die autem alio magus & mater S. Brigidæ, cum nutrice ſuâ & ceteris, foris in quodam loco ſedentes, ſubitò viderunt pannum contingentem caput puellæ iuxtà ſedentis, flammæ incendio ardere: & porrigentibus illis manus ſuas velociter, illicò ignem non viderunt,

& tegmen capitis:

A runt, ſed pannum intactum, & ex hoc ſignificatur gratia Spiritus ſancti ardens in Sanctâ Dei.

13 Quidam denique die idem magus dormiens vidit duos Clericos, veſtibus albis indutos, effundere oleum ſuper caput puellæ, ordinemque baptiſmatis complentes conſueto more. Vnus autem ex illis dixit ad magum: Hanc Virginem vocate Brigidam. Ipſa autem erit plena gratiâ coram Deo & hominibus, & nomen eius celeberrimum erit per totum orbem. Hiſque dictis diſceſſerunt Angeli. Nocte iam quadam idem magus erat vigilans ſuoque more aſtra cæli cõſiderans; & per totam illam noctem vidit columnam ignis ardentem, conſurgentemque altiùs eâ domunculâ, in quâ B. Brigida dormiebat, & vocauit ad ſe alium virum in teſtimonium, qui & ipſe ſimiliter vidit. Hoc verò manè omnibus narrabant.

baptiſmus per Angelos, & nomen in viſione indicatum:

columna ignis ſupra domum:

14 Quidam quoque die, cùm adhuc infantula tenerrima B. Brigida eſſet, orauit intentè ad Deum, expandens manus ſuas ad cælum. Tunc quidam vir ad illam venit, ſalutauitque eam. Ita ei beata puella reſpondit. Meum erit hoc. Mirans vir ille, inde narrauit mago. Reſpondens magus dixit: Verè prophetia eſt, quod reſpondit infans; quia hæc loca erunt illius in

infantula orat, ac prophetat,

B æternum. Quod poſteà completum eſt: nam parochia magna eſt hodie S. Brigidæ in iſtis regionibus. Hoc audientes habitatores regionis, congregauerunt ſe ad magum, dicentes ei: Tu mane cum domo tuâ nobiſcum; puella verò hæc, quæ prophetat quòd regiones noſtræ ſuæ erunt, recedat à nobis. Magus ait: Non ita fiet. Sed potiùs terram veſtram deſeram propter eam. Ipſa enim magna in cælo eſt, & quod ipſa prophetauit, poſt tempus ita erit. Tunc magus cum ſuis omnibus deſeruit prouinciam Conachtorũ, & venit ad prouinciam ſuam, quæ eſt in regionibus Momonienſium, vbi habebat hæreditatem patris ſui. Cùm iam creuiſſet quidem corpore, ſed plus fide, ſpe, & caritate ſancta puella fideliter miniſtrabat. *k* . . . . .

ideoque cogitat è Conacia emigrare:

k

a *VVardaus interpretatur*: Felix Legifer. *Hunc Colganus initio ſecundi à Chriſti ortu ſeculi vixiſſe ſcribit Not* 3

b Fiacha, *Latinè à varius* Fiachus, Fiacus, Fiecus, Fiochus *appellatur*: Eochaidh *verò*, Eachadius, Euchadius, Eochadius, Eutichius, *&* Equitius, *à voce* Each *vel* ech *quod Hibernis* equum *ſignificat*: Cond *autem* Conſtans, Conſtantinus, Conon. *Cognomen* Keudchatach *verterat VVardaus*, Centibellis; *Colganus*, à centum prælijs, *in quibus fertur victor extitiſſe.*

c *Huius regia vrbis ſæpius mentio fit in Vitis SS. Hibernicorum.*

C d *Colg.* fratre.

e *Hi VVardæo dicuntur*, Roſſæus, Æneas, Eugenius.

f *Colganus ait eam regionem Deſiorum eſſe in Comitatu VVaterfordienſi; quæ tamen non eſt admodùm magna.*

g *Hi ſancti Antiſtites in primâ Vitâ* Mel *&* Melchu *appellantur, quia, vt ait Colgan. diphthongi ao & ae, & apud antiquos oo, idem ſonant Hibernicè. Filij fuêre ſororis S. Patricij, vt 6 Febr. dicemus.*

h *Prophetam vocat eum qui futura prædicit, ſiue Diuini Spiritus inſtinctu, ſeu quâ aliâ arte diuinationis, qualis hîc videtur fuiſſe.*

i *Eſt nunc* Fochart, *Colgano teſte, eccleſia parochialis, diœceſis Armachana.*

k *Multa hîc deſiderantur.*

CAPVT IV

Beneficia miſeris impenſa, pleraque miraculosè geſta apud S. Patricium, innocens defenſus.

equos donat, ſu indigenti: a

37 ALio autem tempore S. Brigida iter agebat per campum *a* Theba ſedens in curru. Tunc illa vidit quemdam virum cum ſuâ familiâ & vxore & cum multis pecoribus laborantes & portantes onera grauia, qui in ardore ſolis laſſi tunc fuerant. Chriſti Virgo tunc miſerta illorum, dedit eis equos currus ſui ad onera portanda. Sancta autem in viâ cum ſuis comitibus ſedens manſit; dixitque miniſtris ſuis ſancta Virgo: Fodite in illo loco & erumpet inde fons, (aqua enim ibi anteà non fuerat) venient enim citiùs ad nos, quibus neceſſe erit potum habere. Tunc illi foderunt, & illicò fons erupit. Poſt paullulum venit per illam viam Dux cum turbâ multâ equitum. Ipſe audiens quòd S. Brigida de equis ſuis fecit, obtulit ei duos equos indomitos, dicens: Sanctitas bonæ Virginis faciat ſibi eos mites. & ſtatim ita diuino nutu facti ſunt domiti, quaſi vnquam iſſent ſub curru. Poſt hæc diſcipuli S. Patricij Archiepiſcopi totius Hiberniæ venerunt per eamdem viam, & dixerunt ad B. Brigidam: Nos valdè ſitientes ſumus, & comedere non poſſumus. Tunc comites gloriosæ Virginis dixerunt eis: Nos iubente Dominâ noſtrâ potum vobis præparauimus: ipſa enim nobis prædixit, vos eſſe ventutos. Poſteà omnes de viatico ſuo comedebant, & gratias Deo in communi agentes, & ſuam ſanctam ancillam glorificantes, bibebant.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS. D *abſentia cognoſcit: equos indomitos ſibi datos, illicò ciuures reddit:*

38 Inde duo leproſi ſecuti ſunt S. Brigidam euntem cùm turbâ multâ, quos ſancta Virgo benignè ſuſcepit. Contigit eis ante Sanctam Dei rixari; & miſeri ſe inuicem percutiebant: ſed manus illius, qui priùs percutiebat ſocium, incuruata ſemel, non potuit iterum erigere eam, alterius quoque dextera ad percutiendum ſurſum erecta, recuruari arefacta non potuit. Riguerunt itaque manus miſerorum manentes immobiles, donec S. Brigida veniens pacem fecit inter eos. Tunc illi leproſi pœnitentiam agentes, Sancta Dei manus eorum priſtinæ ſanitati reſtituit: poſteà accipientes eleemoſynam læti redierunt.

rixãtibus arefactus manus, ſanat: E

39 Alio quoque die currus S. Brigidæ conductus eſt, vt in eo quidam infirmus veheretur, qui in extremo vitæ confinio anhelabat: cumque poſitus eſſet in curru, meliùs habuit, & veniens ad S. Brigidam hoc ei indicauit: & craſtino die, benedicente eum Chriſti Virgine, benè valens ambulauit. Hoc videntes quidam leproſi poſtulauerunt currum illum, & eis Chriſti Virgo donauit eum cum equis ſuis.

infirmum currui ſuo impoſitum ſanat: currum dat leproſis;

40 Beatiſſima Brigida rogata, ad quoddam monaſterium ſanctimonialium in regione Theba exiuit, vt celebraret Paſcha. Et beata Abbatiſſa illius loci in die Cœnæ Domini dixit ad omnes Virgines: Quæ ex vobis hoc die lauacrum faciet infirmis noſtris? Ceteris omnibus nolentibus, S. Brigida dixit: Volo ego, vt miſeras & infirmas Sorores abluam. Et hoc placuit illi Abbatiſſæ ſcienti fuiſſe à Deo. Erant autem ibi quatuor ægrotæ in vnâ domo, vna paralytica, quæ iacebat immobilis; alia verò energumena, dæmonio plena; tertia cæca, quarta leproſa. Tunc S. Brigida priùs cœpit lauare paralyticam, & ait ei: O beata Mater, roga Chriſtum pro me, vt me ſanet, & orante Chriſti ſponsâ pro eâ, ſtatim in iſtâ horâ ſanata eſt.

ægras in Cœnâ Domini lauat: F

paralyticã precibus ſanat:

41 Manens B. Brigida in eadem regione in quadam cellulâ aliquibus diebus, caſu remanſit illa ſola cum vno puero in domo, & ille puer mutus & paralyticus erat: neſciebat verò ancilla Dei, quòd mutus & paralyticus eſſet. In eadem iam horâ venerunt viatores quærentes comeſtionem. Tunc ſancta Virgo ad puerum iacentem ait: Noſti, vbi eſt clauis cellarij? Ille apertâ linguâ illicò ait: Benè ſcio. Cui ait: Surge, & affer mihi eam. Ad hanc vocem paralyticus ſurrexit ſanus, & dedit ei clauem, & ipſe miniſtrabat cum ſanctâ Virgine cibos hoſpitibus largiter, ſecundùm morem Scotorum. Deinde familiares venientes deforis domum, videnteſque puerum loquentem & ambulantem, valdè mirabantur. Tunc ipſe narrauit eis, quomodò ſanatus eſt. Hoc illi ſcientes, omnes gratias Deo egerunt, benedicentes ancillam eius.

mutum & paralyticũ ſanat ignara:

42 Aliquando ſancti Epiſcopi Maol & Maolchu venientes ad S. Brigidam, dixerunt ei: Vis vt nobiſcum pergas in campum Bregh, ad viſitandum Patronum noſtrum S. Patricium ibi manentem? Quæ reſpondit:

it. ad S. Patriciũ:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

Ego multùm volo ipſum alloqui, vt me benedicat. Tunc perrexerunt in viam ſancti Epiſcopi & beata Virgo cum ſuis comitibus. Subrogauit eos quidam Clericus, qui habebat multam familiam & pecora & duos currus, volens ire cum Sanctis, ne quid paterentur in viâ. Sed nolebant Epiſcopi, ne iter eorum propter multitudinem pecorum & onerum eius tardum eſſet. Dixitque ad eos ſancta Virgo: Præcedite ante nos, ego iam manebo, & compatiar cum iſtis. Tunc euntibus Epiſcopis Sancta Dei remanſit cum illis, & ait illis: Cur non ponitis omnia veſtra in curribus? Illi aiunt: Quia vnus paralyticus, & fœmina cæca in curribus iacent ægroti. Nocte illâ veniente comederunt & dormierunt: ſola Virgo ſancta Brigida ieiunauit & vigilauit. Manè autem facto, Chriſti ſponſa benedicens aquam effudit ſuper paralyticum, & ſtatim ipſe ſurrexit ſanus, & ſimiliter cæca fœmina illuminata eſt. Tunc ſanctâ Virgine iubente, onera imponunt in carris, & cœptum iter agebant, gratias Deo agentes. Deinde ſancta Virgo, acceptâ licentiâ & benedictione ab illis, cum ſuis in viam ſuam exiuit.

A rogantibus ruſticis comitem ſe iungit:

paralyticũ & cæcam, vigilius, ieiunio, precibus, aquâ benedictâ, ſanat:

43 Et videntes quemdam plebeium iuxta domum ſuam circa pecora ſua valdè triſtem, B. Brigida dixit ſuis: Interrogate eum, cur tam triſtis ſit. Ille dixit: Quia tota familia mea in dolore eſt, & nulla mulier mulgere vaccas poteſt. In illius enim domo duodecim in infirmitate iacebant. Tunc dixit glorioſa Virgo puellis ſuis, vt mulgerent vaccas illius. Cùm mulgerentur vaccæ illæ, ille homo rogauit, vt poſt laborem prandium acciperent: & ibi comedebant comites ſanctæ Virginis, ipſa autem ieiunabat. Pranſis illis omnibus Sancta Dei aquam benedixit, & aſperſit domum illius, & omnes qui in infirmitate iacebant illic: & illicò præſente Chriſti ſponsâ omnes valentes ſurrexerunt, & gratias Deo egerunt benedicentes ancillam ſuam.

itẽ ieiunio & aquâ benedictâ 12 infirmos:

44 Poſteà S. Brigida cum ſuis viâ proſperâ venerunt ad locum, qui dicitur *b* Tailten, vbi erat S. Patricius Archiepiſcopus cum ſanctorum Epiſcoporum & aliorum Sanctorum conuentu: & cum honore debito B. Brigida ab illis ſuſcepta eſt. Beata iam Brigida accepit S. Patricium prædicatorem Hiberniæ in Patrem, & ipſe accepit eam in Filiam. Inuenitur enim, *c* quòd ibi priùs viderunt ſe inuicem. Ab illo ſcilicet die maior Sanctorum Hiberniæ mirabilis Virgo poſt S. Patricium omnium iudicio habetur.

b

S. Patriciũ in Patrem accipit:

c

45 In illo quoque Concilio maxima quæſtio orta eſt: quædam enim mulier, quæ in fornicationem incidit, dicebat infantem, quem genuit, cuiuſdam Epiſcopi, nomine Bron, fuiſſe, qui fuit alumnus S. Patricij: ille autem negabat coram omnibus. Tunc omnes in concilio audientes mirabilia & opera quæ Deus per S. Brigidam oſtendit, dixerunt, quòd hæc quæſtio ſolui per eam poſſit. Tunc rogata S. Brigida ab omnibus, illa mulier extra concilium cum ſuo infante adducta eſt ad eam. Cui ait Chriſti Virgo: De quo viro concepiſti hunc infantem? Illa reſpondit: De Epiſcopo Bron. Ad hoc, ſuaſione diabolicâ, illâ falſum teſtimonium perhibente, B. Brigida humilis ad S. Patricium veniens dixit: Pater mi, tuum eſt hanc quæſtionem ſoluere. Reſpondens S. Patricius ait ei: Mea Filia cariſſima, tu reuelare dignare. Hoc audiens S. Brigida, illius fœminæ os ſigno ſanctæ Crucis ſignauit. Et ſtatim illa nolens verum dicere, totum caput eius cum linguâ intumuit. Illicò S. Brigida conuerſa linguam infantis benedixit, dicens ei: Quis eſt pater tuus? Ille infantulus ante tempus loquendi, ait clarâ voce: Non eſt vtique Epiſcopus Bron pater meus, ſed vilis ille, qui ſedet vltimus concilij huius, eſt pater meus. Tunc omnes illum hominem cognoſcentes, gratias egerunt Deo, pro liberatione innocentis Epiſcopi: & B. Brigida dignè magnificata eſt, & illa mulier pœnitentiam egit coram omnibus.

C

mulierem crimen S. Brono Ep. ĩponentẽ,

iuſſu S. Patricij,

confundit, ſigno Crucis tumefactâ linguâ & capite, infante ab eâ ſignato, verum patrem prodente:

a *Colganus ait regionem eſſe prope Mediam in Hibernia.* D

b *Locus eſt, vt idem inquit, in Boreali parte Mediæ, olim publicis conuentibus & ludis iſthic agi ſolitis celebris. Ita Auctor Vitæ 3. S. Patricij apud Colganum:* Tunc S. Patricius perrexit ad locum Agonis regalis, qui dicitur Tailtiu, ad alterum filium Neille Corpre.

c *Non ergo anteà velum à S. Patricio acceperat, vt quidam volunt.*

CAPVT V

Occultorum cognitio, beneficentia. auſteritas vitæ. iter in Conactiam.

46 Die illo veſperaſcente, quidam homo, videns virtutes quas fecit S. Brigida ipſo die, rogauit eam, dicens: Habeo domum nouam, volo vt tu cum tuis prima introeas in eam conſecrandam. Exiit ergo Sancta Dei cum eo, & ipſe miniſtrabat cum gaudio magno. Ipſo cibum largiter apponente, S. Brigida prophetice dixit ſuis: Oſtendit mihi Dominus modò, quòd ille homo gentilis ſit; & non debemus cibum eius ſumere, cùm non vult ipſe baptizari. Reſpondit ei vna de puellis ſuis dicens: Verum eſt, quod dicis. Nam audiui, quòd ille præ cunctis S. Patricio reſiſtebat valdè, & baptizari renuit. Tunc B. Brigida dixit ad illum: Non poſſumus cibos tuos comedere, niſi priùs baptizatus fueris. Tunc à Deo ille compunctus, credidit toto corde, cum omni domo ſuâ, & ab Epiſcopo Bron baptizatus eſt, diſcipulo S. Patricij, qui tunc erat cum S. Brigidâ.

diuinitus cognoſcit quemdam eſſe Gentilem,

E

ſuimq; & domeſticos conuertit:

47 Sequenti autem die audiens S. Patricius dixit ad beatam Virginem: Ex hac die non licebit tibi ſine Sacerdote ambulare. Sit tibi Sacerdos ſemper in comitatu tuo. Ordinauit tunc S. Patricius Sacerdotem nomine *a* Nafrohic, qui in totâ vitâ ſuâ feliciter in comitatu S. Brigidæ vixit. Deinde acceptâ licentiâ à S. Patricio, B. Brigida cum ſuis remeauit.

deinceps ſemper Sacerdotem ſecũ habet:

a

48 In diebus illis veniebat ad S. Brigidam quidam homo portans matrem ſuam paralyticam in ſuis humeris: & cùm ille ad locum, vbi ſancta Virgo erat, veniſſet, depoſuit matrem ſuam in terrâ in vmbrâ ſanctæ Virginis; & cùm illa tetigiſſet vmbram Sanctæ, ſurrexit dicens: Gratias ago Deo, quòd quando vmbram tuam, ô Sancta, tetigi, ſtatim ſanata ſum, nihil dolens. Tunc clamor omniũ in laudem Dei ortus eſt.

vmbrâ ſolâ paralyticam ſanat:

48 Deinde tranſacto temporis interuallo, quidam viri hominem dæmoniacum, fortibus vinculis alligatum, ad S. Brigidam deduxerunt: qui cùm cognouiſſet quòd ad Sanctam Dei deduceretur, cecidit in terram, ſemper dicens: Non me ducetis ad Brigidam. Illi dixerunt ei: Numquid ſcis, quò duceris, aut locum, in quo S. Brigida eſt? Ille reſpondit: Scio, & benè noui, & ad illam non ibo. Dixitque illis nomen loci, in quo erat S. Brigida; & nullo modo potuerunt mouere illum de terrâ: conſilioque facto miſerunt ad S. Brigidam, rogantes eam, vt pro Chriſti nomine dignetur venire ad illum. Chriſti iam ſponſa humiliter cum eis exiuit. Et cùm vidiſſet S. Brigidam dæmon ad ſe venientem, longè antequàm ipſa veniret, effugit ab homine, (dæmones enim, quando S. Brigidam ad loca eorum aliunde venire ſentiebant, timebant & fugiebant) & ſanus factus eſt ille homo illâ horâ, & gratias Deo egit.

F

energumenũ adiens eminùs dæmonem, fugat:

49 Poſteà S. Brigida peruenit ad monaſterium ſanctæ Virginis Laſræ, & manebat ibi aliquibus diebus. Quadam autem die ad veſperam venit S. Patricius cum magno populo, prædicans in illâ regione, ad idem monaſterium, vt hoſpitaretur ibi illâ nocte. Tunc familia iſtius loci commota dixit ad S. Brigidam: Pia mater, quid faciemus? quia non eſt in promptu nobis tantam reficere multitudinem. Dixit eis ſancta Virgo: Quantum habetis? Illis dicentibus, quantum habebant; ait S. Brigida: Sufficienter habetis iam nobis plurimis:

cibos benedicens auget, vt pluribus ſufficiant:

A plurimis: gratia enim Dei hæc augebit. Posteà benedicente S. Brigidâ, illa cibaria administrata sunt duobus populis, id est, Patricij & S. Brigidæ; & ipsi saturati sunt, & dimiserunt maiores reliquias, quàm quæ fuerant ante in illo apparatu, quem S. Lasra Sanctis præparauit; & suum locum Deo & S. Brigidæ in æternum obtulit.

aquâ benedictâ efficit vt vxor maritum amet antè exosum:

50 Ibidem quoque quidam vir, quem vxor sua valdè odio habuit, venit ad S. Brigidam, rogans in Dei amore eam, vt inuocato Christi nomine vxor sua eum amaret. Tunc Christi Virgo benedixit aquam; & iussit domum illius aspergi eâ in Christi nomine: & aspersa domus illius est, & cibus, & potus, & lectus, vxore absente, illâ aquâ. Veniens illa mulier domum, & videns maritum suum, illicò nimio amore dilexit eum, & quamdiu vixit in eodem amore mansit.

b

zonam donat mendica,

51 Quædam fœmina de nepotibus *b* Gayssij per regionem eleemosynam quærens, venit ad S. Brigidam; cui ait Sancta Dei: Do tibi sagum meum, vel vaccam quæ mihi nuper data est. Illa dixit: Non prosunt mihi hæc accipere; venient enim latrones in viâ, qui auferent ea à me. Dixit sancta Virgo: Visne zonam meam? Dixisti enim mihi multos dolores esse in regione vestrâ, & per zonam meam intinctam in aquam, in nomine Filij sui, Deus sanabit eos; & dabunt tibi homines victum & vestitum. Tulit ergo illa fœmina sanctæ Virginis zonam secum, & primum abiit ad quemdam puerum ægrum, quem multùm parentes eius diligebant: & statim eum sanauit, Dei gratiâ, per zonam sanctæ Virginis. Et sic illa faciebat per omnes annos vitæ suæ, sanans multos languores, & accipiens multa lucra: & de illis lucris emit agros, & diues fuit: quæ custodiens castitatem suam puram, & tribuens omnia sua Christi pauperibus, Sancta effecta est.

B

quâ illa morbos curat, & ditescit:

migrat in Conactiâ:

52 Post hæc exiit S. Brigida cum suis, vt peregrinaretur in prouinciâ Conachtorum, nolens habitare in propriâ terrâ, id est, in regione Lagenienſium; & habitauit ibi in campo Hay, ædificans cellas & monasteria per circuitum. Tunc acceptauit parochiam, quam prophetauit in suâ infantiâ, dicens: Meum erit hoc, meum erit hoc.

videt hirci speciem in calice,

53 Accessit ad ipsum B. Brigida, vt Eucharistiam sumeret de manu cuiusdam Episcopi: & calicem desuper intuens, vidit prodigium, id est, formam hirci. Vnus tunc de ministris Christi tenebat calicem. Tunc S. Brigida noluit ex illo bibere. Dixitque ei Episcopos: Cur non bibis ex hoc calice? Brigida autem manifestauit Episcopo quod vidit. Tunc Episcopus illi ministro dixit: Quid tu fecisti? da gloriam Deo, confitendo peccatum tuum. Ille iam confessus est, se comedisse carnes hirci furtiui. Dixitque ei Episcopus: Pœnitentiam age, & funde lacrymas; & ille iussis obediens pœnitentiam egit. Deinde B. Brigida venit ad calicem, & non vidit in eo monstrum: lacrymæ enim illius hominis culpam soluerunt. Posteà corpore & sanguine Christi refecti sanctus Episcopus & gloriosa Virgo Brigida, læti de ecclesiâ redierunt.

C

ob occultũ ministri peccatum:

54 Alio tempore quædam vetula ibi infirmabatur vsque ad mortem: veneruntque ad illam omnes Sorores loci illius, vt vigilarent, & orarent apud eam; & sancta Mater Brigida venit cum illis. Et cùm illa esset in agone mortis, volebant Virgines meliora vestimenta sua de eâ tollere, ne sub ipsis morereturur. Hoc B. Brigida prohibuit, dicens: Paruo tempore vobiscum erit; facite ergo misericordiam, ne videamini rapinam facere. Caritas & humanitas B. Brigidæ nolebat vestimenta tolli de eâ, timens si ipsa frigus pateretur. Omnes videntes tantam beatitudinem religionis, Deum glorificabant.

vetat à moribũdâ vestes auferri:

55 Cùm gloriosa Virgo B. Brigida ibidem adhuc habitaret, stagnum aquæ gelidæ, quod erat iuxta monasterium, frequentabat. Quadam autem nocte, in quâ erat nix & frigus multum omnibus, venit ipsa Mater ad stagnum cum vnâ puellâ, & erat illâ nocte in illo stagno vsque ad gallorum cantus orans & flens: & quod in illâ fecit nocte, hoc semper omnibus noctibus statuit facere, & in consuetudinem habere. Sed Christi pietas & misericordia hoc fieri diutius non est passa, sciens hoc esse supra vires Brigidæ Virginis. Nocte enim sequenti eamus simili modo S. Brigida cum sociâ ad stagnum, non inuenerunt in eo nisi arenam siccam sine vllâ aquâ, & mirantes reuersæ sunt. Primâ verò horâ diei stagnum impletum est aquis suis. Similiter & in tertiâ nocte aruit stagnum in aduentu S. Brigidæ, & in crastino die repletum est eadem horâ. Idem hoc fecit Deus, vt manifestaret, qualem affectionem habuit circa sponsam suam S. Brigidam; sicuti circa Ioannem Euangelistam, dilectorem suum ceteris liberans plagis pœnarum & dolore corporis. Omnes illud scientes magnificabant virtutem Dei in Virgine suâ: rogantibusque eam ne hac re plus esset contra voluntatem Dei, & ipsa sciens illud fuisse factum causâ sui, cessauit ab hoc voto semper.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

noctu orat in gelido stagno: prohibetur id continuare, stagno noctu exsiccato.

a *Colg.* Natfroic. b *Idem,* Guassij.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I

Reditus in Lageniam. Kildaræ initia. Pietati vacantium bona diuinitus defensa.

1 ORta est iam magna controuersia apud Lagenienses de absentiâ S. Brigidæ. Ipsi enim scientes cursum totius Hiberniæ esse ad B. Brigidam, & plures virtutes & maxima miracula, quæ Deus per ipsam agebat, volebant vt tanta Dei gratia in suâ regione esset: inde enim S. Brigida nata est. Inito iam consilio, miserunt honorabiles personas, & fideles nuntios, quos ipsa negare non posset, rogantes eam vt dignaretur redire ad regionem suam. Glorioſissima autem Virgo sciens hoc esse à Deo, ordinatis locis in quibus tunc habitabat, venit cum illis. Cumque ad flumen *a* Syonna S. Brigida & sui comites venirent, ibi duos populos sedentes ex vtraque parte vadi Luain, id est, nepotes Neill, & Connachtorum gentes inuenerunt. Flumen enim Syonnan, quod est egregius fluuius Hiberniæ, diuidit regiones nepotũ Neill & Connachtorum. Tunc comites S. Brigidæ ab omnibus nauigatoribus postularunt, & non impetrarunt, vt trans flumen portarentur: ipsi enim postulabant naulum super fluuium. Comites autem glorioſæ Virginis dixerunt: Non, sed nos nunc ibimus per flumen pedibus nostris: & benedictio S. Brigidæ dominæ nostræ nos custodiet, per gratiam Dei, qui mare rubrum & flumen Iordanis, seruis suis diuisit. Posteà dixerunt ad S. Brigidam: Signa fluuium, Mater, in nomine Domini nostri Iesũ Christi, vt mitior & minor efficiatur nobis. Tunc sancta Virgo flumen signo sanctæ Crucis benedixit: & duobus populis, vt diximus, circa flumen astantibus, Christi sponsa cum puellis suis flumen intrauit, & sui omnes secum; & vsque ad genua alueus ingentis fluminis non peruenit; quod & fortissimi milites sine naue non poterant transire. Omnes itaque videntes, S. Brigidam laudauerunt.

redit in Lageniã:

a

F

signo Crucis facto, profundũ amnẽ cum suis vado transit:

2 Et priusquàm B. Brigida flumen intraret cum suis; alij Clerici cimentes paruam nauem, ingressi sunt in eâ. qui dixerunt ad S. Brigidam: Potest illa nauis vnam puellarum tuarum nobiscum portare. Tunc beata Mater vni tenerrimæ puellæ, quæ multùm timebat aquam, præcepit, vt ante se iret in illâ nauiculâ trans flumen: dixitque ei illa puella, Benedic me diligenter, Mater mea, quia timeo â te separari in flumine. Dixit ei sancta Virgo: Vade in pace. Deus custodiat te. De-

vnam, benedicens, nauimersâ, seruat:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

inde nauigantes in medio fluminis merſa eſt nauis ſub aquâ, cunctis videntibus; puella verò iſta, in magno poſita periculo clamauit nomen S. Brigidę in auxilium: benedicenſque eam de terrâ Chriſti ſponſa, ſuper aquas ſedens illa puella ducta eſt in ſuâ ſede ad portum, & veſtimenta ſua erant ſicca, quaſi ab aquâ intacta. Tunc omnes laudantes Deum mirabiliter confiſi ſunt in ſanctiſſimâ Virgine Brigidâ.

3 Dum autem veniſſet glorioſiſſima Virgo Brigida ad patriam ſuam, cum magno honore & totius prouinciæ gaudio ſuſcepta eſt, & cella aſſignata eſt illicò ei, in quâ ipſa Dei Sancta mirabilem vitam deinde duxit. Ibi magnum monaſterium plurimarum conſtruxit Virginum: ibique maxima poſteà ciuitas in honorem B. Brigidæ creuit, quæ eſt hodie Metropolis Lagenienſium. Illa iam cella Scoticè dicitur Killdara, Latinè verò ſonat Cella-quercus. Quercus enim altiſſima ibi erat, quam multùm amabat S. Brigida, & benedixit eam: cuius ſtipes adhuc manet, & nemo ferro abſcindere audet, & pro magno munere habet, qui poteſt frangere manibus aliquid inde, ſperans per illud Dei auxilium, quia multa patrata ſunt miracula per illud lignum, per benedictionem B. Brigidæ. Et quo nomine cella dicebatur, eo & ciuitas vocatur.

cœnobium conſtruit Kildaræ, ſiue Ad quercum, ſacram deinde; vbi & vrbs ſtructa:

4 Ante diem cuiuſdam ſolemnitatis venit ad S. Brigidam, manentem in prædictâ cellâ, quædam iuuencula, portans Virgini eleemoſynam: cumque aſſignaſſet donum, dixit: Debeo citò reuerti ad domum meam, quia parentes mei volunt venire & pernoctare tecum per iſtam ſanctam noctem: ego verò ad cuſtodiendum domum & pecora. Cui ait Chriſti amica: Non ſic erit, ſed tu mane hîc; & parentes tui venient poſt te huc: ſubſtantiam autem veſtram & domum Dominus ſeruabit. Veneruntque parentes, ſicut Sancta dixit; & ſimul omnes celebrabant feſtum iſtud apud S. Brigidam. Mediâ verò nocte fures venerunt ad domum eorum, ſcientes habitatores exiiſſe ad S. Brigidam, & furati ſunt boues. Cumque veniſſent ad amnem Liffij, habuerunt fluuium repletum abundantiâ aquæ, & non poterant minare boues trans flumen. Cumque laborarent per partem maximam noctis, conſilio facto alligauerunt omnia veſtimenta & arma ſuper capita pecorum, volentes ipſi natare poſt ea: & de medio flumine retrouerſa animalia illa portauerunt ſecum ſpolia inimicorum ſuorum ſuper capita ſua, currentiaque per campum Liffij, viri nudi ſequebantur ea: non quidem ad propriam domum boues reuerſi ſunt, ſed recto curſu ad monaſterium S. Brigidæ. Primo igitur diluculo peruenientes illuc boues cum perſecutoribus, homines cognouerunt eos ambos. Tunc fures laudes Deo dederunt, & confitentes peccata, pœnitentiam egerunt, ſecundùm inſtionem glorioſæ Virginis Brigidæ. Ille verò homo exſultans cum ſuis ad domum ſuam exiit; & inueniens omnia ſua integra ſecundùm vaticinium S. Brigidæ, gratias egit Domino.

orationi vacantiũ bona à Deo cuſtoditũ ijs ſpõdet, iiſq; eſtiui abactos boues impetrat, confuſis abigeis:

5 Alia quoque puella ante alium diem feſtum pari cum eleemoſynâ ad S Brigidam venit, & accepto eius munere dixit: Vadam ad domum meam, Domina, quia non eſt ibi mecum niſi nutritor meus, qui eſt ſenex valdè & paralyticus, & non eſt qui mulgeat vaccas, vel domum cuſtodiat. Chriſti autem ſponſa dixit ei: Mane hîc hac nocte ſanctâ. Deus iam cuſtodiet domum tuam, & vaccæ erunt immulſæ, & non nocebit eis. Tunc illa manſit ibi, & craſtinâ die ſumptâ Euchariſtiâ rediit: vaccas & vitulos ſeparatim in agris comedentes ſanâ mente & ſine tædio inuenit. Et puellâ dicente, quòd illâ nocte manſit apud S. Brigidam, fatebatur ei ſenex, quia erant pecora hucuſq; in paſcuis; & quòd ipſe non dormiuit, neque vllum interuallum temporis ſenſit; niſi acſi illâ horâ quâ puella ab eo exiiſſet. Myſterium huius rei Deus, qui fecit, ipſe ſcit.

alterius domum & vaccas ita cuſtodiri obtinet:

a De Seno, *ſiue* Sinæo, *aut* Sionna *amne ſuprà actum. ad* 1 *Vit. cap.* 15 *nu.* 94 *deg.* Vado Luain, *ſiue* Athlou *oppido.*

CAPVT II

Pater periculo ereptus. Angeli præſens tutela. Illando Regi promiſſa victoria.

6 POſt hæc glorioſa Virgo Brigida ad domum patris ſui Dubtachi exiuit, volens poſt longum tempus viſitare parentes ſuos. Et pater ſuus & omnes cognati ſui gauiſi ſunt valdè in aduentu ipſius: & rogauit eam pater ſuus, vt ſaltem illâ nocte in ſuâ domo maneret; & impetrauit. In illâ autem nocte Angelus Domini venit & ſuſcitauit B. Brigidam dormientem, dicens: Surge citò, & ſuſcita patrem tuum dormientem, & ſuam totam familiam, & tuas puellas. Nam hoſtes appropinquant qui volunt occidere patrem tuum cum ſuis: ſed propter te hoc non vult Deus. Exite hinc citiùs, nam domum iſtam inimici venientes ſtatim comburent. Et cùm omnes de domo exirent, hoſtes ſtatim venientes ſuccenderunt domum: dolebant enim quòd inimicus euaderet ab eis. Tunc videntes rogum pater & alij, ſanctæ Virgini dixerunt: Tua benedictio, S. Brigida, nos in hac nocte cuſtodiuit à morte præſenti: modò ſcimus omnia, quæ prædicta ſunt de te. Dixitque illi Brigida: Non ſolùm in hac nocte, ſed quamdiu vixeris, ſanguis non effundetur in habitaculo tuo. Quod ita poſteà probatum eſt: nam cùm quidam quamdam ibi fœminam percutere volebat, riguit manus eius, quam extenderat, & non potuit eam retrahere donec fœminam liberam dimiſit.

ab Angelo excitatâ, patrẽ cum ſuis hoſtiũ ira ſubducit, & deinceps à cade reddit domum eius ſecuram:

7 Craſtinâ autem die vna puellarum ſuarum ad B. Brigidam dixit: Vtinam Angelus Domini te ſemper adiuuaret, ſicut fecit in nocte tranſactâ, liberans te & patrem tuum cum ſuis! Cui ait ſponſa Chriſti: Non in iſtâ nocte tantùm, ſed iam per omnem ætatem meam, auxilium Dei mei per Angelos habeo in omnibus: nam quotidie lætitiam cordis mihi præſtat, dum per ipſum ſonos & ſpirituales cantus carminum & organorum cæleſtium quotidie audio. Sanctas quoque Miſſas, quæ Domino procul in terris celebrantur, quaſi propè per ipſum Dominum eſſent, quotidie audire poſſum: & meas orationes nocte ac die offerunt Angeli Domino: & in præſentiâ & in abſentiâ ipſe ſemper audit me. Quod duobus exemplis nunc tibi oſtendam. Quodam autem tempore rogauit me quædam mulier leproſa & infirma, vt ei aquam deferrem, & vt in ceteris neceſſariis miſericorditer miniſtrarem. Vas itaque plenum aquâ benedixi, & dedi ei dicens: Pone iſtud inter te & parietem, ne aliquis præter te ſolam tangat illud, donec reuertar. Angelus verò meus benedixit illam aquam in præſentia meâ, & conuerſa eſt in quemcumque ſaporem leproſa volebat. Nam quando volebat vel concupiſcebat illa mel, ſaporem mellis; quando iam vinum, ſiue cereuiſiam, vel lac, vel alios liquores, in eadem aquâ habebat: & per eius voluntatem viciſſim vertebatur. Item cùm ego parua puella eſſem, ſecraltare lapideum ludo puellari, Domino; venitque Angelus Domini, me præſente, & perforauit lapidem in quatuor angulis, & ſuppoſuit quatuor pedes ligneos. Hæc duo de Angelo meo tibi, ô puella, demonſtraui, vt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum glorifices. Et ita gratia eius ſemper mecum permanet.

ſemper ab Angelis foueatur, quotidie cantus cæleſtes audit, & Miſſas procul celebratas: aquã dat leproſa, ab Angelo benedictam, inde omnẽ ſaporem habentem: paruula ab eo adiuta, etiam in ludo:

8 Eodem tempore Dux Dubtachus, pater S. Brigidæ, dixit ad eam, Rogo te, ſancta Virgo, vade ad Regem noſtrum, & gladium, quem ipſe ad tempus mihi conceſſit, in perpetuum donet: valdè enim pretioſum munus eſt. Obediuit ergo Chriſti Virgo patri ſuo, & exiit ad Regem Lagenienſium in campum Liffij manentem. Cumque Virgo Dei cum ſuis ad portam ciuitatis Regis ſediſſet, vnus ſeruorum Regis venit ad eam,

A eam, dicens: Si me absolueris, Domina, à iugo Domini mei Regis, seruus tuus ero in perpetuum, cum omnibus meis, & semen meum post me, & ego & cognati mei etimus Christiani. Dixitque ei Virgo: Petam pro te. Tunc beata Virgo vocata est ad Regem. Dixitque ei Rex: Virgo beata Brigida, quid vis à me? Cui ait sancta Virgo: Vt gladium tuum, quem pater meus habet, sibi dones in æternum, & illum seruum tuum cum suis mihi liberum offeras. Dixitque ei Rex: O Sancta, pretiosissimus est gladius, quem petis: sed quid mihi pro his duabus petitionibus magis dabis? Ait ei sancta Virgo: Si vis, vitam æternam inueniam tibi, & de semine tuo Reges erunt vsque in finem seculi. Dixitque ei Rex: Vitam, quam non video, non quæro: de filiis etiam, qui post me erunt, non procuro. Alia verò duo da mihi, id est, vt longæuus fiam in præsenti vitâ, quam diligo, & in omni bello victor vt existam: iugem enim nos Lagenienses pugnam habemus contra semen Cuind. Dixit ergo beatissima Brigida Regi: Hæc duo dabuntur tibi, id est, longa vita, & victoria in omni bello. Deinde glorioſa Christi sponsa benedicens victoriam Regis, cum suis donis ad sua reuersa est.

petit à Rege patri suo gladium,

sibi seruiũ;

promittit ei longã vitam, & victoriã;

B 9 Nec multò pòst ille Rex cum paucis militibus in terram inimicorum, id est, nepotum *a* Cuind, scilicet in campum Breagh, perrexit. Occurrit ei ibi turba parata hostium: cumque Rex vidisset multitudinem hostium, dixit ad suos: Estote fortes, & vocate S. Brigidam in auxilium: ipsa enim sua promissa adimplebit. Et clamantes in cælum clamauerunt nomen sanctæ Virginis. Et tunc illis inuicem irruentibus, Rex vidit quasi S. Brigidam præire ante se ad bellum, cum baculo in dextrâ, & columna ignis ardebat de capite eius vsque ad cælum. Et illicò plures hostes in fugam conuersi sunt. Rex verò & sui peractâ victoriâ, gratias Deo & B. Brigidæ egerunt. Post hæc Rex triginta bella in Hibernia gessit; & vicit omnia: octoque certamina in Britanniâ prosperè egit. Et multi Reges donis datis amicitiam eius rogabant, scientes eum inuictum esse. Ipse Rex vocabatur *b* Iolland Mac-Dunluing, id est, qui fuit filius Dunluing; quique *c* Enguſum filium Naidfraich Regem Momonienſium, quem baptizauit Patricius Prædicator Hiberniæ, occidit, cum vxore suâ Ethne Huachach, filiâ Regis Crionhthain Regis Hibernensium; quique *d* Olill-Molt Regem Hiberniæ iuxta Themoriam interfecit, & regnauit post eum: *e* & ipse moriens sepultus est apud C S. Brigidam in suo monasterio.

a

vnde ille mox cum paucis multos vincit,

& bella plurima feliciter gerit,

b

c

d

e

10 Factum est autem post mortem Iolland, qui vixit CXX annis, congregantes Nepotes Neill exercitum fines deuastare Lagenienſium; inierunt Lagenienſes consilium, dicentes: Ponamus corpus mortuum Regis nostri ante nos in curru contra hostes, & pugnemus contrà circa cadauer eius. Et illis sic facientibus, illicò nepotes Neill in fugam versi sunt, & cædes facta est in eis. donum enim victoriæ per S. Brigidam adhuc in corpore mansit.

suis etiam mortuus causſa victoria.

a *Quam plagam Hiberniæ tenuerint posteri Coni, vel Cuindi, seu Constantini Cedchathach Regis Vltoniæ, hinc patet; nimirùm campum* Breag, *siue* Breg, *quem ad cap. 5 Vitæ diximus circa Boinnum amnem fuisse. Et verò Colganus ex Hibernis scriptoribus tradit Not 69 ad Vitam S. Patricij per Iocelinum, patuisse* Coni *regnum ad Liffi amnis ostium, siue Dublinienſem portum; latus Australe eiusdem portus possidente* Eugenio *Magno Mumoniæ Rege.*

b *Alij* Illandum *vocant; patrem eius* Dunlangum, *qui hic* Dunluing. *obiisse Illandum anno Christi 506 tradit Colganus.*

c *Cæsum* Enguſium *idem tradit anno 489 per* Murchertachum *filium Ercæ, prælio tamen interfuisse* Illandum *Regem, fratremque eius* Alildum, *quibus proinde ea quoque cædes ab aliis adscribitur.* Enguſius *porrò, siue* Ænguſius, *qui in Vitâ 3 S. Patricij apud Colganum, appellatur* Oengus, *traditur Cassellia baptizatus à S. Patricio. Hic est pius ille Rex, cui cùm benediceret S. Patricius, pedem scipsonè imprudens lacerauit; cuius tei ſenſum vsque fortiter dissimulauit, mox ab eodem ſancto Anti-*

ſtite ſanatur. Eadem memorat Iocelinus in S. Patricij Vitâ, vtq; Rex ad fidem iam inflammato ſtudio ſuſcipiendam motus fuerit, idolis vltro aliquoties proſtratis.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

d *De* Olildo, *ſiue* Alildo *per Crimthannum filium Erdei Kennſelack, Regem Lageniæ, occiſo, agit Colganus hic Not. 8 & 9 Eum eadem quidam alio tribuunt, qui prælio interfuerunt, ad locum* Oche *in Mediâ commiſſo an. 483 vt ſcribit Vſſerius.* D

e *Id de Crimthanno accipiendum ait Colganus, non de Illando.*

CAPVT III

Verbi diuini & ſacrarum rerum ſtudium, diuinitus comprobatum. Liberalitas in egenos præſenti fœnore munerata.

11 ALio quoque die quidam vir sanctus ad locum, in quo S. Brigida sola orabat, venit, & inuenit eam stantem, & manus in oratione tendentem ad cælum. Eadem horâ clamor magnus mulierum & iuuenum in illâ villâ factus est: nam ad vaccas illiâ horâ vituli foras irruerunt, & cùm homines separarent eos à matribus, inde ortus est clamor: sed hæc Sancta non audiuit, in mentis excessu Deo intenta. Vir sanctus videns Brigidam non audientem clamorem, reliquit eam, ne turbaret orationem eius: & post horam reuersus ad eam, dixit: O S. Brigida, nonne audiuisti clamorem magnum, qui fuit in villâ? At illa ait: Verè clamorem istum non audiui. Dixit ei ille Sanctus: Vbi fuit auditus tuus? Respondit: Deo teste, in vrbe Romanâ iuxta SS. Petrum & Paulum tunc Missas audiui; & nimis desiderio vt ille ordo & vniuersa regula Româ ad me deferatur. Tunc B. Brigida viros sapientes Romam misit, vt ipsi inde Missas & regulam Ecclesiasticam ferrent.

Brigida in extaſi Miſſas Romæ audit:

E

ritus Miſſæ Romæ petit:

12 Quidam autem die pluuiali Virgo glorioſa Brigida ad cellam suam de viâ venit, & cùm post pluuiam sol luceret, radius solis domum per parietem domus intrauit, & posuit S. Brigida vestimenta sua humida super illum radium, putans quòd funis esset. Tunc in domo illâ quidam Sapiens verbum Dei prædicabat; & B. Brigida multùm diuinis verbis intendebat, & vsque ad magnam partem noctis mens Virginis inebriata diuinâ doctrinâ, oblita est secularia præsentia. Radius verò ille, super quem posuit Virgo vestimenta sua, vsque ad mediam noctem permansit. Tunc vnus illorum, qui in illâ domo erant, dixit ad Virginem sanctam: Vestimentum, O Domina, tolle de radio solis. Dei Virgo ait: Verè putabam, quòd funis esset, & non radius. Eodem die quidam venerunt per campum Liffij ad S. Brigidam, & nox cecidit super eos in campo, sed radius ille solis illustrabat illis viam: & ipsi dixerunt, se vidisse radium illum illustrantem sibi campum, donec mediâ nocte ad S. Brigidam venirent. Tunc omnes, qui ibi erant, in Dei laudibus voces erexerunt, & super S. Brigidam, per quam Deus talia egit, laudauerunt.

veſtẽ ſuſpendit in radio ſolis,

vſque ad mediã noctem permanẽtẽ,

F

& foris etiam lucẽte, ac viam mõſtrante:

13 Sanctissima Virgo Brigida cœnam in honore cuiusdam solennitatis Dominicæ egit: sed hanc cœnam ante festum pauperibus aduenientibus dimisit. De hoc iam familia Virginis contristata est: multi enim vocati de plebe à S. Brigidâ ad diem festum illum venerunt. Hoc videns Sancta Dei orauit ad Dominum illâ nocte, & ecce in eadem regione quidam villicus, homo diues valdè, cœnam Regi vehebat in plaustris ad diem festum eumdem: erraut ille in viis suis notissimis, donec recto cursu ad ianuam monasterij S. Brigidæ peruenit. Hoc sciens Sãcta Dei diuinitus, exiit obuiãm illi, & interrogauit viam eius. Ille autem à Deo admonitus, obtulit totum suum apparatum S. Brigidæ, dicens: Ob hanc causſam fecit me Deus errare in propriâ meâ regione: aliam verò cœnam Domino meo Regi faciam. Hoc cùm audiuisset Rex, illum villicum cum suis omnibus obtulit Deo & S. Brigidæ, vt ſer-

eſcas ſuis paratas, dat pauperibus,

alias inſperatò accipit,

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

uiret loco eius in æternum. Plaustra quoque altera plena ad supplementum sanctæ solennitatis idem Rex iterum ad S. Brigidam misit. Tunc S. Brigida Euangelicum promissum inuenit, quo dicitur, Centuplum accipiet. Quibus conuentus apud S. Brigidam solenniter refectus est.

A

à Rege cumulatas:

14 Regina quædam cum magnis donis ad B. Brigidam venit, in quibus erat argentea catena, quæ habebat in summitate formam hominis. Quibus assignatis Regina cum benedictione ad sua remeauit. Illam iam catenam puellæ tollentes de manibus S. Brigidæ, posuerunt in thesauro ecclesiæ. Beata verò Mater cetera omnia pauperibus diuisit statim. Quadam iam die pauper ad S. Brigidam venit: & beata Virgo nil aliud habens, tunc exiuit ad thesaurum communem, & prædictam catenam tollens, dedit eam pauperi. Hoc autem agnoscentes puellæ locutæ sunt ad B. Brigidam: Perdidimus, O Mater, per te, quæ Deus per bonos Christianos nobis mittit; omnia enim das pauperibus, & nos inopes relinquis. Tunc B. Brigida volens sedare eas, dixit illis: Ite, filiæ, & quærite catenam, vbi ego eo in ecclesiâ; forsitan ibi inuenietis. Cumque exirent, inuenerunt illic catenam simillimam per omnia illi catenæ, & obtulerunt eam S. Brigidæ, petentes veniam. Tunc sancta Virgo dixit: Terrena date Deo; terrena & cælestia dabit vobis Deus. & puellæ illam catenam semper seruauerunt in testimonium virtutis.

catenã argenteam dat pauperibus,

similem diuinitus impetrat:

B

15 Conlianus Episcopus sanctus & Propheta Dei, qui habebat cellam in Australi parte campi Liffij, venit in curru ad S. Brigidam, & moratus est apud eam aliquot diebus. Quem B. Brigida primum Episcopum elegit in ciuitate suâ Killdarâ. Die autem quadam rediens Episcopus ad locum suum, dixit ad sanctam Virginem: Benedic, Domina, currum & nostrum iter. At Sancta benedixit. Auriga verò Episcopi iungens currum, *a* rosetos oblitus est ponere cõtra rotas. Posteà currus ipse velox pertransiit campum. Cumque post magnum spatium diei Episcopus currum conspexisset, vidit illum non habere rosetos. Tunc ipse descendens de curru, gratias egit Deo, & benedixit S. Brigidam, magnificans miraculum benedictionis eius.

currũ benedicens seruat, absq; obicibus rotarum:

a

16 Quadam quoque die S. Brigida per campum Liffij, & alia sancta Virgo simul sedens in curru vno venit: auriga iam Virginis euentu sancto Presbyter erat, qui prædicabat Virginibus verbum Dei: plures non erant in viâ. Dixitque illi S. Brigida: Noli verso vultu nobis prædicare. Habenas tuas post tergum tuum pone. Equi nostri recto itinere ibunt, Deo ducente, ad monasterium nostrum. & ita factum est. Exierunt enim equi rectam viam per campum. Cumque sanctus Presbyter prædicaret Virginibus, & illæ intentis auribus & curioso animo audirent; vnus equus abstulit caput suum & collum à iugo, & ambulauit liber post currum, illis nescientibus. Tunc Rex Lagenienſium, sedens prope viam in colle sublimi, dixit omnibus circumstantibus, & illud admirantibus: Dico vobis verè, quia S. Brigida in isto curru sedet, non curans de equis, dum de solâ animâ intendit. Alter iam equus fortiter & aptè currum trahebat. Sed ille equus audiens clamorem turbæ admirantis & currentis, venit ad currum, & imposuit collum sub iugo suo solus. Tunc voces Regis & exercitus sui in cælum attolluntur, & admiranda virtus ab eis per totam regionem diuulgata est, & glorificarunt Deum & B. Brigidam.

auriga prædicãte, currum seruat,

C

equo vno iugum excutiente,

mox vltro resumẽte:

17 Leprosus quidam de Nepotibus Neill venit ad S. Brigidam, quærens ab eâ vaccam. Dixit Sancta armentario suo: Da illi vaccam. Ait armentarius: Qualem vaccam dabo ei? Sancta ait: Mihi placet, vt sit omnium optima. Tunc elegerunt vitulum elegantem, & dimittentes eum, ad armentum occurrit magno cum mugitu optima vaccarum, & in tantùm se inuicem dilexerunt, vt nullus posset separare eos: vitulus autem ipse non erat illius vaccæ, sed alterius, tamen dilexit eum magno amore vt suum, propter voluntatem S. Brigidæ, quia ipsa voluit vt optimum pecorum suorum pauper Christi tolleret. Deinde ille leprosus dixit ad Sanctam Dei: Non possum ego solus vaccam cum vitulo minare ad prouinciam meam. Dixitque pia Mater ad quemdam ministrum tunc coquentem carnes in cacabo: Vade, & pecora vsque ad terrã suam cum leproso mina. Ille ait: Quis coquet carnes? Sancta inquit: Tu ipse velociter ad eas veni. & ita completum est, sicut Sancta dixit. Exiit enim ille cum leproso iter duorum dierum in vnâ horâ, & in eadem confestim reuersus est, inuenitque carnes in cacabo necdum coctas. Miratique sunt omnes de hac re. Sed Dominus omnipotens donauit hoc voluntati fidelis ancillæ suæ.

pauperi dat optimũ vitulum,

D

quem optima vacca, vt suum amat & sequitur.

& horâ vnâ iter bidui facit. famulo iusso citò redire:

a *Colgan. vt suprà* rosetas *habet.*

CAPVT IV

Gesta apud S. Ibarum. mira beneficentia, & mansuetudo.

18 ALio tempore B. Brigida à familiâ rogata est, vt ad S. Hybarum Episcopum in campo *a* Gessill manentem iret, & peteret ab eo frumenta. Suis obediens B. Brigida iter arripuit. Sanctus autem Hybarus, qui seminator fidei multis in locis fuit ante Beatissimum Patricium, gauisus est gaudio magno in aduentu gloriosæ Virginis Brigidæ. Cœnantibus S. Hybaro Episcopo & S. Brigidâ cum suis, & sumentibus carnes, duæ Virgines de puellis B. Brigidæ duas partes lardi, quæ contingebant sibi, respexerunt, nolentes carnem comedere; & illæ partes versæ sunt in duos serpentes. Hoc videns B. Brigida, illas Virgines grauiter coram B. Hybaro Episcopo increpauit, & iussit etiam eas manere foris, & pœnitentiam agere cum lacrymis. Dixit Sancta ad suas: Oremus & nos Dominum pro eis. Et datâ à Deo veniâ, versi sunt illi serpentes in duos panes, quos Sancti consecratos comederunt.

E

a

lardi partes inobedientibus in serpẽtes mutatas.

in panes vertit:

19 Deinde sanctus Episcopus ait ad sanctam Virginem: Quâ causâ, Mater, ad me venisti? Respondit Virgo: Mei dicunt, quòd frumenta sibi desunt. Episcopus subridens ait: O beata Virgo, non multum modò nobis abundat. Sancta Dei ait: Non sic est secundùm vaticinium, sed viginti quatuor plaustra ibi in horreo tuo consistunt. Et ita nutu Dei euenit, quòd erant in illo horreo: non enim multum anteà ibi erat. Iubente Episcopo id probari, inuenta sunt viginti quatuor plaustra ibi secundùm vaticinium S. Brigidæ. & gratias Deo agentes, diuiserunt id inter se, duodecim iam plaustra dimissa sunt Episcopo, & B. Brigida cum duodecim reuersa est ad sua.

F

S. Ibari horreũ diuinitus frumento repleri impetrat:

20 Rex quidam ad solennitatem Pentecostes celebrandam apud sanctam Virginem venit: & cum celebraret noctem illam, manè post Missarum solennia cucurrit cum suis in curribus & equis ad castrum suum. Sancta Virgo post expleta diei solennia, venit ad mensam: sedentibus ante se communiter diuitibus & pauperibus, largus iam apparatus apponebatur cunctis. Tunc quidam leprosus superbissimus, diaboli magisterio, cibum respuit comedere, nisi B. Brigida sibi daret hastam supradicti Regis. Dixerũt omnes rogantes eum comedere: Leprose, vidisti hastam heri, cur non postulasti tibi dari? Ille dixit: Quia hodie concupiui illam. Tunc S. Brigida, & omnes rogauerunt eum comedere, & non impetrauerunt. Beata iam Brigida abrenuit cibum sumere, paupere iam ieiunante ante se. Illicò beata Virgo misit equites post Regem, vt peterent hastam suam. Illi currentes inuenerunt

superbo leproso paret,

Regem

A Regem tranſeuntem vadum cuiuſdam fluuioli, & ei indicarunt ſuam qnæſitionem. Et inde lætatus eſt Rex, & dedit eis haſtam, dicens: Si domina noſtra Brigida noſtra arma omnia poſtularet, ego ſtatim darem ei. Tunc nuntij S. Brigidæ interrogarunt, vbi Rex moratus eſſet tamdiu, quòd non peruenit longiùs? Dixèrunt illis comites Regis: Non ſumus morati alicubi, ſed velociter equitauimus, ſcimus tamen quòd poteſtas Dei per B. Brigidam nos retinuit, vt citò ſolueretur Sancta Dei ab improbitate leproſi. Tunc omnes laudauerunt Deum & S. Brigidam, & Rex gaudens citiùs peruenit ad caſtrum ſuum. Nuntiis autem monſtrantibus haſtam Regis ſanctæ Virgini, ipſa iuſſit dari leproſo. Et gratias agentes Deo omnes cum eâ refecti ſunt ſolenniter.

& ei haſtâ Regis obtinet,

huius iter Deo morante:

21 Cùm eſſet aliquando Brigida in monaſterio, & ſediſſet iuxta ianuam loci illius, vidit ad ripam fluminis proximi hominem ambulantem valdè curuum, & ipſe onus portabat. Miſerta illius Sancta Dei dixit: Eamus ad hominem illum, & onus eius portemus. Cui ait Sancta veniens ad eum: Da nobis onus tuum, te enim valdè incuruat. Reſpondens ille dixit: Non onus me incuruat, ſed dolor antiquus à iuuentute meâ. Illi B iam interroganti, quæ eſſet Virgo, dictum eſt, quòd S. Brigida erat. Ipſe homo dixit: Deo gratias ago, quia quæſitam inueni; & ait ad ſanctam Virginem: Rogo te, ſancta Mater, vt Deum ores pro me, vt erigatur corpus meum. Dixitque beata Virgo: Intra hoſpitium, & requieſce in eo hac nocte, & faciam quod vis. Et illâ nocte Sancta orabat Dominum pro eo. Manè autem facto, dixit ad eum hominem: Vade ad flumen, & laua te in nomine Saluatoris ibi, & roga Deum: & dico tibi, quòd eriges ceruicem, & ne diſcedas inde, donec ego dicam tibi, quòd eriges ceruicem. Et agens ſecundùm iuſſionem ſanctæ Virginis, ſanatus eſt, & benedicens medicam ſuam, gratias egit Deo, qui ſe incuruatum annis octodecim erexit.

curuum erigit,

iuſsũ priùs in flumine lauari:

a *Eſt is (teſte Colgano) in diœceſi Kildarienſi: quam fortaſſis ob cauſſam S. Iburus à quibuſdã Epiſcopus Kildarienſis appellatur.*

CAPVT V

Adita Vltonia, cum S. Patricio: huius præuiſa ſepultura, & futuræ pòſt hæreſes; aliaque.

C 22 POſt hæc cum Patricio Archiepiſcopo ad Aquilonarem plagam Hiberniæ exiuit. Quadam quoque die S. Patricius verbum Dei prædicabat ibi populo: ſed S. Brigida obdormiuit illâ horâ. Et poſt prædicationem dixit S. Patricius ad B. Brigidam: O Sãcta Virgo, cur obdormiuiſti in verbo Dei? Hęc vt audiuit Virgo, veniã petens genua flectit, dicens: Parce mihi, Pater, parce mihi, Domine ſancte. Ego in illâ horâ ſomnium vidi. Ait ei ſanctus Pontifex: Narra nobis illud, filia. Sancta Virgo ait: Ego ancilla tua vidi quatuor aratra arantia totam Hiberniam; & ſeminatores ſeminarunt ſemen: & ſtatim illud creuit, & matureſcere cœpit; & riui lactis noui impleuerunt ſulcos, & ſeminatores illi erant induti veſtibus albis. Poſt hæc vidi alia aratra. & arantes erant nigri, qui bonam meſſem euerterunt, & ſciderunt vomere, & zizania ſeminauerunt, & aquæ turbatæ impleuerunt ſulcos. Dixit Epiſcopus Virgini: Beata Virgo, veram & mirificam viſionem vidiſti. Hæc eſt interpretatio eius: Nos ſumus aratores boni, qui quatuor Euangeliorum arattis corda humana ſcindimus; & ſeminamus verbum Dei; & lactis fidei Chriſtianæ riui à nobis fluunt. In fine verò ſeculi, mali doctores malis hominibus conſentientes venient, qui noſtram doctrinam euertent, & penè omnes homines ſeducent. Deinde autem qui ibi erant cum S. Patricio & S. Brigidâ, Deum benedixerunt.

it in Vltoniam cum S. Patricio:

præuidet hæreſes futuras in Hiberniâ,

viſionem explicante S. Patricio:

AVCTORE ANONYMO Ex MSS.

23 Alio quoque die quidam pauper leproſus ad S. Brigidam venit, rogans, vt apud S Brigidam veſtimenta ſua lauarentur. Dixitque ei Virgo: Fiet tibi quod vis. Ait leproſus: Neceſſe eſt mihi nudus eſſe, quamdiu veſtimenta mea humida erunt. S. Brigida ait ad vnam puellarum ſuarum: Da veſtimenta tua leproſo, quia alia habes, donec veſtimenta eius mundentur. Sed illa puella renuit dare; & ſtatim illa inobediens leprâ percuſſa eſt: ſed poſt ſpatium vnius horæ pœnitentiam agens, & orante S. Brigidâ pro eâ, munda facta eſt. Alia verò puella dedit *a* ſegnum leproſo ſuum: omnes enim timor accepit. Deinde leproſus poſtquàm exuit ſe veſtimentis ſuis ante S. Brigidam, mundatus eſt à leprâ ſuâ. Et omnes videntes talia, Deo laudes dederunt.

D *inobedientem ad horam leprâ punitam,*

a & alium leproſum, ſanat.

24 Illâ in regione tempore Quadrageſimæ, S. Brigida cum puellis ſuis in quadam cellulâ manſit. Quadam autem nocte octo fures, viri fortes, venerunt vt tollerent quatuor equos, quos B. Brigida cum ſuis habebat. Tunc vna, quæ erat ſine ſomno, dixit ad S. Brigidam: O Mater, equi noſtri furto tolluntur. Cui Sancta ait: Sine, filia, ego iam ſentio; ſed fortiores nobis ſunt, qui auferunt eos. Tunc latrones ablatis quatuor E equis, exierunt ad domum cuiuſdam plebeij, & furati ſunt inde XL modios frumenti, ponentes in quatuor equis & in humeris ſuis, & putantes ſe ad propriam domum ire, reducti ſunt Dei nutu ad cellam Virginum, & deponentes onera de equis, poſt laborem graui ſomno dormierunt *b* in angulo atro. Facto autem manè, ecce viri, quibus rapta ſunt præteritâ nocte; venerunt ad cellam S. Brigidæ, acceptis armis ſequentes veſtigia furum & equorum vſque ad cellam. Et veniente ad eos S. Brigidâ, dixerunt ad eam: Grana noſtra rapta ſunt præteritâ nocte, ſed veſtigia furum & equorum vſque ad ianuam loci huius ſecuti ſumus. Oramus vos, ne quid huius rei celetis. Tunc reuerſa Virgo beata vidit latrones dormientes, & ſuſcitauit eos, dicens: Cur attuliſtis furtum ad nos? Illi iam expaueſcentes & mirantes, dixerunt: Quia putabamus, Domina, nos ad noſtram domum veniſſe. Tunc S. Brigida miſit ad S. Patricium in proximo manentem, vt veniens liberaret latrones. Venitque ſtatim S. Patricius ad ſanctam Virginem; & fures liberati ſunt, & pœnitentiam egerunt: & illi homines ſuum frumentum B. Brigidæ cum ſuis Virginibus obtulerunt, ſcientes quòd à Deo donatum eſſet eis. Et per hæc nomen S. Brigidæ in iſtis regionibus diuulgatum eſt. F

finit equos ſuos à furibus nocte abduci,

b quos ipſimet inſcij reducunt cum frumento aliunde ſublato;

ſed liberãtur à S. Patricio:

25 S. Patricius quadam die in terrâ Vltorum verbum Dei prædicabat turbis & B. Brigidæ. Tunc vidit populus nubem magnæ claritatis deſcendentem de cælo in terram, & coruſcantem fulgore immenſo, & ſtetit modico temporis ſpatio iuxta populum in propinquo: & poſteà nubes illa ſurgens, ad arcẽ *c* Leathglaſſe (vbi ſepultus eſt ipſe S. Patricius & B. *d* Brigida, & reliquiæ beatiſſimi Abbatis Columbæ poſt multos annos collocatæ in vno ſepulchro) exiit, & diutius ibi morata, illic euanuit. Et non audebant turbæ interrogare S. Patricium quid ſignificaret illa viſio mirabilis; ſed mitem Virginem Brigidam interrogauerunt. Dixitque eis Sancta: Interrogate Patrem noſtrum Patricium. Audiens hoc S. Patricius ait: Tu & ego æquales ſumus: reuela ergo eis hoc myſterium. Tunc dixit ſancta Virgo ad turbas: In illâ Angelus Patris noſtri S. Patricij erat, qui venit ad viſitanda loca, vbi corpus ipſius requieſceret, & ſepeliretur poſt obitum eius. Nam vbi ſterit nubes priùs prope nos, ibi erit corpus Patroni noſtri poſt obitum inhumatum per dies, *e* ſed deinde ducetur, & ſepelietur in arce Leathghlaiſſe, & ibi manebit vſque in diem iudicij. Tunc S. Patricius ad S. Brigidam dixit, vt ipſa ſuis manibus linteamen faceret, quo corpus eius poſt obitum tegeretur, optans vt in illo

c
d

huius ſepulturam portento nubis deſignatam,

ipſa exponit:

e

linteamen ad eam parat,

AVCTORE ANONYMO, Ex MS.

in illo ſinteamine ad vitam æternam migraret. Et ſic fecit ſancta Virgo. Et dixit ad S Patricium: De vno ſepulchro ego & tu, Patet, & dilectus Dei *f* S. Columba (qui natus non fuit) reſurrecturi ſumus. Et in illo ſinteamine corpus beatiſſimi Patris noſtri Patricij inuolutum eſt. Et his dictis turbæ dederunt Deo laudes.

A

f & prædixit ſe & S. Columbã apud eum ſepeliẽdos:

26 Fuit quidam homo nobilis & diues atque bonus, in campo Macha, qui patiebatur dolorem grauiſſimum & peſtem, & non potuit curari à medicis: miſitque ipſe ad S. Brigidam, vt dignaretur ipſa venire ad ſe. Cùm ergo Virgo Dei domum illius vidiſſet à longè, dixit: A quacumque iam parte ventus venerit ad domum illam, infert ſecum maledictionem & morbum ad dominum domus. Cùm hoc nuntiatum eſſet homini illi, ait: Videtur mihi, quòd nulli hominum feci malum. Tunc ſtans ante ſe armentarius ſuus, dixit ei: Audiui, Domine, omnes viatores quaſi vno ore maledicentes te, eò quòd agricolæ tui agros tuos ſepibus munientes, omnes vias planas & rectas commutauerunt in aſperas & ſpinoſas. Audiens hoc S. Brigida, ait: Verè hæc eſt cauſſa dolorum tuorum. Tunc illo iubente, toræ viæ conuerſæ ſunt in veſtigia priſtina, & omnes viatores benedicebant illi. & illicò homo ille (S. Brigidâ orante pro eo) ſanatus eſt ab omni dolore, & Deo & S. Brigidæ gratias egit.

agrotanti ob maledicta

propter vias commutatas,

iis reſtitutis, orans ſanat:

B

27 Quadam quoque die S. Brigidâ ſedente cum puellis ſuis in latere oppidi Macha, venerunt duo viri ad eam portantes vas ligneum apertum, plenum aquâ: & cum veniſſent rogauerunt Sanctam Dei, vt aquam benediceret. At illa benedixit aquam & viros. Euntibus autem illis, contigit vt caderet in terram vas ab eis, ſuper latus ſuum, & non eſt fractum, neque aqua effuſa eſt de eo, quamuis aperto, gratiâ benedictionis S. Brigidæ cuſtodiente illam. Audiens S. Patricius illud miraculum, iuſſit aquam illam Eccleſiis regionis illius diuidi, vt ad Euchariſtiam ſanguinis Chriſti mitteretur, & vt aſpergerentur ægri ipsâ in ſanitatem. & ſic factum eſt: & qui ſanabantur iſtâ aquâ, laudabant Deum, & ſuam famulam S. Brigidam.

aquã benedixit,

quæ vaſe lapſo, non effluit,

& ſeruata morbos ſanat:

28 Deinde cùm cõuenirent in vnum locum ſanctus Pater & S. Brigida cum ſuis; beatus Pontifex Patricius per tres dies & noctes non ceſſauit prædicare verbum Dei populo, & nec ſol occidit eis, ſed omnes putabant eſſe vnam horam. Quidam autem homo, ſciens eos eſſe ibi tamdiu, ſuperuenit, & dixit: Cur tanto tempore, ô Sancti, ſedetis hîc? Dixit ei Epiſcopus: Quæ eſt hora nunc diei? Ille reſpondit: Verè per tres dies & noctes hîc eſtis. Tunc dixit Pater Patricius: Per XL dies & noctes ita fuiſſemus, niſi aliquis extrinſecus indicaſſet nobis, & nullam laſſitudinem vel eſuriem ſentiremus, Diuinâ hæc nobis donante gratiâ. Tunc Sancti ad ſua reuerſi ſunt.

3 diebus & noctibus audit cum aliis S. Patricii prædicantem, nec noctem ſentit:

C

a *Colgan. vti in 1 Vit.* ſagum. b *Colg.* in angulo horrei.

c *Suprà diximus, hanc eſſe* Dunum *Vltoniæ vrbem.*

d *Tranſlata eò fuit, anteà ſepulta Kildariæ, vt in Prolegom. diximus.*

e *Addit Colgan.* aliquot *ſcribit Iocelinus*, XII *diebus continuis S. Patricij corpus inhumatum manſiſſe*, quia Clero controuerſiis populorum (*Vltoniæ & Ardmachiæ*) præpedito, in loco cælitus deſignato, illud ſepelire non permittebatur.

f *Aliud S. Brigidæ de S. Columbâ vaticinium refert Colganus app. 2 c. 15. ex Vitâ S. Columbæ auctore O Donello lib. 1. cap. 9.* Beata igitur Brigida Columbæ ſanctitatem præuidens, huiuſcemodi de eo vaticinium edidit: Orietur, inquit, in hac Aquilonari plagâ virgula gratiarum omnium floribus ornata, quæ Diuinâ operante virtute, in magnam proceramque arborem excreſcet, ramos ſuos vltra omnem Hiberniam, Albaniam, vltimumque hunc orbis horizontem explicatura. Arbor autem, quam dico, Columba erit; quem ex beatâ illâ fæminâ Ethnæ, velut è radice fœcundâ egreſſum, diuini verbi prædicatio, & vitæ exempla per diuerſas has regiones celeberrimum efficient; cuiuſque ego (licet necdum nati) ſanctimoniam & virtutum fragrantiam, veluti ſi re ipsâ coràm apparerent, ſubodoro. Aliàs etiam eadem Virgo prædixit D. Patricium, ſe ipſam, & Columbam Duni in vno eodemque tumulo condendos.

CAPVT VI

In Midiâ obtenta Reginæ proles. impeditæ cædes. ſigna ſuperſtitioſa diſſipata.

29 POſt hæc accepit beatiſſima Brigida à S. Patricio Archiepiſcopo licentiam veniendi ad ſuam patriam, & venit ad campum Breagh in regione Midiæ: & cùm ibi habitaret in quadam cellâ, venit ad eam vxor filij Conalli, filij Neilli Regis Hiberniæ, vt rogaret pro ſe, quia ipſa ſterilis erat: & habebat phialam argenteam in eleemoſynam S. Brigidæ. Nolens iam Sancta Dei exire ad eam, vnam de puellis ſuis ad ſalutandam illam foris manentem miſit. Rediens illa Virgo ad S. Brigidam, dixit: Cur, Domina, non vis venire ad Reginam, vt ores pro eâ Deum, & filium habeat, cùm ſæpè roges pro vxoribus ruſticorum? Cui reſpondit Sancta Dei: Ideò, quia ruſtici & paupertes ſeruiunt Deo, (niſi pauci) & Deum poſcunt. Filij verò Regum ſerpentes ſunt; & filij ſanguinum, & fornicationum, exceptis paucis electis à Deo. Sed tamen quia ipſa adiurauit nos, vade ad eam, & dic ei: Habebis ſemen, quod ſanguineum & maledictæ ſtirpis erit, ſed tamen multos annos regnum tenebit. Et ſic euentus probauit.

viſitur à Reginâ,

impetrat ei filiũ, & qualis futurus prædicit:

E

30 Quadã quoque die occurrit S. Brigidæ quidam inſanus, de loco in locum tranſcurrens, furore agitatus, qui affligebat omnes occurrentes per loca iſta. Videns eum ſancta Virgo dixit ei: Prædica mihi, ô homo, verbum Domini mei Ieſu Chriſti. Comites autem Sanctæ Dei valdè timentes confidebant in ſanctitate Dominæ ſuæ. Inſanus iam factus mitis, ait Virgini: O B. Brigida, tua iuſſa implebo: Ama Deum, & amabunt te omnes boni: honora Deum, & honorabunt te omnes: time Deum, & timebunt te omnes. Et cùm hæc dixiſſet, cum clamore fugit.

à furioſo egregia documenta accipit:

31 Eodem tempore Conallus Neilli filius ad S. Brigidam in viâ ambulantem venit, & dixit ad eam: O ſancta Virgo, benedic me diligenter, ne me occidat frater meus Carbræus, qui me multùm odit propter regnum. Ait ad eum Sancta Dei: Tui milites ante me præcedant, & benedicam te ſequentem eos: non enim oportet nos ire cum eis. Tunc illi præceſſerunt, & cùm accederent omnes per collẽm, vna ex Virginibus dixit ad S. Brigidam: Heu Mater, quid faciemus? Ecce Carbræus poſt nos, frater iſtius Domini, aduenit: & ipſi fratres ſe mutuò nunc interficient. Ait eis Sancta: Non ſic faciet nobis Deus noſter. Et cùm adueniſſet ille, dixit ad S. Brigidam: O ſancta Virgo, benedic me, quia in his locis timeo fratrem meum Conallum. Tunc ſimul omnes cum Sanctâ Dei ibant, & nec ſe agnoſcebant: cæcauit enim Deus oculos illorum, ne ſe agnoſcerent propter S. Brigidam, & ſeparantes in diuerſis viis Carbræus & Conallus oſculabantur ſe inuicem, alter alterum quemdam ſuum amicum putãs. Et poſteà hoc ſcientes, multùm Dei nomen & S. Brigidæ magnificabant.

duos fratres capitaliter diſſidentes benedicit,

F

neque inuicẽ agnoſcunt:

32 Iterum alio tempore idem Conallus cum ſuis ſatellitibus circumdatus ſub ſtigmatibus malignis venit ad S. Brigidam, dicens: Tuâ benedictione, O Sancta Dei, indigemus: nam volumus ire ad regiones longinquas terrarum deuaſtare & interficere inimicos. Reſpondit Sancta: Deum meum omnipotentem rogabo, vt iſtâ vice à nullo lædamini, & nullus ſit læſus à vobis: & iſta ſigna diabolica deinde deponatis. Et hæc vota Virginis Chriſtus velociter compleuit. Illi enim his auditis in regionem a Cruthuniorum, quæ eſt Aquilonaris pars Britanniæ, nauigarunt, & expugnauerunt quoddam caſtrum, & viſum eſt eis quòd incenderunt illud, & putarunt multos inimicorum ſe interfeciſſe & decollaſſe: & reuerſi ſunt ad patriam ſuam

a efficit vt diabolicis ſtigmatis vtentes nulli noceant,

A ſuam cum ſonitu & lætitiâ grandi, portantes capita inimicorum Principum. Et cùm veniſſent ad portum, capita vel ſanguinem non viderunt, & nec in veſtimentis, nec in armis vllus cruor apparuit. Et ſtupuerunt, & dixerunt ad inuicem: Quid nobis contigit? Vbi ſunt, quæ cernimus? Tunc inito conſilio remiſerunt legatos ad caſtrum, quod ſuccenderant, vt interrogarent, ſi quid eis acciditſet. Legati verò interrogauerunt habitatores iſtius loci, dicentes: Verùm aliquid nouum vobis accidit? At illi dixerunt: Non, niſi ſtipulas hodie incenſas inuenimus, deſtructoſque de capite lapides vndique reperimus: neminem autem vidimus, neque ſenſimus, quis hoc fecit. Legati iam reuertentes, hæc Conallo renuntiauerunt. Tunc Conallus magnificans nomen Dei, cum ſuis tendit ad patriam ſuam, venienſque, vbi erat S. Brigida, narranſque omnia hæc ei, poſuit ipſe & ſui ſtigmata ſua ſecundùm iuſſionem Virginis. Quæ dixit ad Conallum: Quia ſtigmata tua reſpuiſti propter me, in quocumque periculo inuocabis me, defendet te Deus per me, & incolumis euades.

vmbras pro hominibus cadentes:

ſtigmatis depoſitis, eos benedicit,

33 Et hoc promiſſum aliquando ſic completum eſt: nam poſt tempus exiit ipſe Conallus cum exercitu ſuo
B multo in regionem inimicorum ſuorum, & ibi magnam cædem fecit, & poſt victoriam gloriosè reuerſus eſt ad terram ſuam: cùm non longè veniſſent à terrâ illâ, cadebat ſuper eos nox; & videns Conallus quoddam caſtellum deſertum, intrauit illud. Tunc milites ſui dixerunt ei: Si hîc prope terram inimicorum manſerimus, morti trademur: inimici enim noſtri latenter nos ſequentur, & irruentes interficient nos dormientes. Dixit eis dominus ſuus: Nox iam cadit, & laſſus ego ſum: ſcitote, quia beatiſſima Brigida promiſit mihi, quòd me defenderet in omni periculo ſe inuocantem; & credo, quia quod ipſa promiſit, verum foret: in manus Dei per eam me cum comitibus meis in hac nocte commendo. Statimque inimici in illâ nocte poſt eos venerunt, ſequentes eorum veſtigia: & cùm veniſſent prope caſtellum, vbi erat Conaldus, tres viros ad conſiderandum caſtellum miſerunt: & illi caſtellum, vbi erat Conaldus, intrantes, viderunt magnum populum ſedentem in habitu Clericali, & ignem in medio eorum, & libros apertos coram eis: ſic enim poſuerunt milites capita inimicorum ſuorum ante ſe, & viſa ſunt quaſi libros apertos ſcrutantes. Reuerſique exploratores talia dominis ſuis narrauerunt: & iterum alios tres viros ſagaciores miſerunt, & ipſi viderunt ſimiliter Clericos cum ſuis libris apertis, ſicut priores
C viderunt. Tunc exercitus inimicorum reuerſus eſt ad regionem ſuam. Craſtinâ autem die ipſi legatos poſt Conaldum miſerunt, vt peterent ab eo capita, vt cum corporibus ſepelirentur: qui legati hoc Conaldo nuntiauerunt: & acceptis capitibus reuerſi ſunt, nuntiantes dominis ſuis, quòd Conaldus cum exercitu ſuo illic erat. Vtrique talia ſcientes, Deum & S. Brigidam glorificabant.

& in periculo tuetur,

deluſis inani ſpecie hoſtibus:

34 Alio tempore B. Brigida, rogata à quibuſdam, adiuit Regem in campo Breagh manentem, vt liberaret quemdam virum, qui erat in vinculis apud Regem: & promiſit ſancta Virgo precem pro illo dare Regi. Sed Rex nullo modo voluit dimittere eum, promittens quòd ipſe illo die occidendus eſſet. Et vix obtinuit S. Brigida, vt concederetur illi ſpatium iſtius noctis. Deinde S. Brigida illâ nocte perrexit cum cognatis & amicis illius vincti: omnibus dormientibus, ſola Brigida vigilabat. Dixerunt ſui ad Regem: Niſi in hac nocte ille captus occidatur, Domine Rex, nemo poterit eum cras occidere, quia S. Brigida eum liberabit. Statuimus ergo nos conſilium vt per vim rapiamus eum, & ſine tuo conſilio occidamus, & tu eris inculpabilis. Et hunc dolum Sancta Dei diuinitus cognouit, & in primâ vigiliâ noctis viſio apparuit viro, qui erat in vinculis: vidit iam ipſe S. Brigidam ei adſtantem, & dicentem ſibi: Ecce mali homines cogitant te occidere in hac nocte. Sed cum traheris ab eis ad iugulandum, vocabis nomen meum ſæpius: & cùm catena de collo tuo ablata fuerit, vt occiderent te, declina ad dextram tuam partem, & incolumis euades ad nos ab eis. Poſteà ipſo euigilante, venerunt illi, & rapuerunt eum de palatio Regis, & ducentes eum foras ſoluerunt catenas de illo. Ipſe autem abſolutus, ſtatim euaſit ab eis, & incolumis venit ad S. Brigidam. Ipſi ſe putabant interficere eum, & amputaſſe caput eius. Craſtino autem die nec corpus, nec caput apparuit, quippe quia phantaſma videbant, etiam omnes admirabantur ſtupidi. Orto iam ſole miſit B. Brigida nuntium ad narrandum Regi quæ geſta fuerant. Rex verò hæc audiens pœnitentiam egit, & dunſit illi homini, propter ſanctiſſimam Brigidam, omnem inimicitiam ſuam.

Aversio ANONYMO, Ex MSS.

in ſomnu admonitâ periculo eripit,

interfectoribus phantaſmate deluſis:

35 Quidam die ad B. Brigidam quidam viri fatui venerunt, habentes ſtigmata diabolica in capitibus ſuis, qui quærebant ſanguinem fundere: & cum poſtularent ſe benedici à S. Brigidâ, illa rogauit eos viciſſim, vt his vanis vti ceſſarent. At illi dixerunt: Non poſſumus ita ſtigmata noſtra dimittere. Et videns Virgo ſignorum formas multùm mirabatur: & ſignauit ea ſignaculo Chriſti, non cauſsâ benedicendi, ſed ne homines per ea perirent. Illi autem abierunt, quærentes ſanguinem effundere, & reperientes in viâ virum plebeium, viſum eſt eis quòd eum iugulauerunt & decollauerunt. Vir verò ille per medium illorum incolumis exiit in domum ſuam, apparens eis phantaſma. Illi poſteà quærentes caput eius, vel corpus aut ſanguinem, nihil inuenerunt, dicebantque ad inuicem: Miraculum nobis contigit, à Deo factum S. Brigidæ cauſsâ, putantibus occidiſſe virum, & non interfecimus. Et diuulgatum eſt factum ab eis per omnem regionem: ipſique poſteà ſua ſtigmata, glorificantes Deum, & S. Brigidam magnificantes, reliquerunt.

ſuperſtitioſa ſtigmata Cruce ſignat, ne noceant.

& poſt vanam cædis ſpeciem,

abiici impetrat:

36 Dux quidam in campo Liffij ad S. Brigidam acceſſit, vt ab ea benediceretur. At Sancta benedixit eum diligenter. Dux verò gaudens reuerſus eſt ad caſtellum ſuum. Quidam vir audax, qui inimicus Ducis erat, intrauit illâ nocte caſtellum occultè, omnibus dormientibus, & tenens candelam de candelabro, quæſiuit Ducem dormientem, & inueniens eum vidit gladium ſuper ceruical iuxta ſe, & accipiens ipſum gladium Ducis, in cor Ducis tribus vicibus fortiter fixit, & ſtatim in fugam perrexit. Tunc omnes ſcientes effuſionem ſanguinis, ſurrexerunt, & fecerunt planctum, putantes Ducem eſſe mortuum. Dux verò de graui ſomno
F euigilans, & puſillùm vulneratus, ſoſpes remanſit, & conſolatus eſt eos, dicens: Ponite planctum veſtrum, quia benedictio S. Brigidæ, quæ hodie me benedixit, cuſtodiuit me de hoc magno periculo. Craſtinâ quoque die cum magnis muneribus venit ipſe Dux ad S. Brigidam, agens ei gratias. Deinde gloriosa Brigida pacem inter ipſum Ducem & inimicum, qui eum iugulauit, & inter genera eorum in ſempiternum feci, per merita eiuſdem Virginis, Deo donante.

Ducem benedicit,

tergladio confoſſum,

immunem ſeruat,

& hoſti reconciliat:

a *Colg.* Crutheniorum, *vti & in* b *Vitâ, vbi MS. Aud. habet* Ciuthiniorum.

CAPVT VII

Iter in Momoniam cum S. Erco Ep. variè aduti egentes, puniti contumaces.

37 POſt hæc B Brigida in prouinciam Momonienſium, volens loca ſancta & Sanctos qui ibi erant, viſitare, exiuit, ſimul & Epiſcopus Ercus, qui fuit diſcipulus S. Patricij Archiepiſcopi, quique natus de Momoniâ erat. Cùm quodam die ambularent in viâ, S. Brigida dixit ad Epiſcopum Ercum: Demonſtra, venerabilis

proficiſcitur in Momoniam:

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

rabilis Pater, ſub quâ parte cæli gens tua in Momoniâ conſiſtit. Et cùm Epiſcopus indicaſſet, ſancta Virgo dixit ei: Nunc ibi bellum geritur inter tuam gentem & aliam. Dixitque ei Epiſcopus: Credo, quod dicis, ſancta Mater, verum eſſe. Nam quando ab eis ad te veni, dimiſi eas diſcordes. Dixitque ei ſancta Virgo: Gens tua, Pater, nunc in fugam conuertitur. Tunc vnus de diſcipulis ſancti Epiſcopi, hoc non credens, protetuè dixit ad S. Brigidam: Quomodò potes videre bellum per magnum ſpatium terrarum? Arguitque eum Epiſcopus, ne blaſphemaret Spiritum ſanctum, qui illuminabat ſanctam Virginem corpore & animâ. Dixitque ad beatam Virginem: Oro te, Sancta Dei, ſigna oculos meos, & huius Fratris, vt videamus quæ vides. Tunc ſignauit oculos eorum Chriſti ſponſa, & viderunt bellum lucidè, & ait ille diſcipulus Erco Epiſcopo voce lacrymabili: Heu, heu, Domine mi, ecce iam modò, videntibus oculis meis, duo fratres mei decollantur. Et ita omnia euentus rei probauit.

videt prælium in remotâ prouinciâ committi,

efficitq; vt duo alij videant:

38 Deinde in quodam loco iuxta montem ſanctus Epiſcopus Ercus & beatiſſima Virgo Brigida cum ſuis comitibus, itinere fatigati, eſurientes ſederunt. Tunc vnus puerorum dixit: Ille magnam miſericordiam feciſſet, qui nobis modò comeſtionem dediſſet. Reſpondit ei S. Brigida: Ego vobis prædico, ſi vultis cibo & potu ſatiati, expectate hîc parumper adiutorium Saluatoris. Videó domum, in quâ eleemoſyna hodie cuidam Eccleſiæ offerenda parata eſt, quæ huc venit hac horâ: ecce modò in ſarcinis eſt. Adhuc Sanctâ loquente, ecce venerunt qui eleemoſynam portabant. Et illi cognoſcentes, quòd S. Brigida & B. Ercus Epiſcopus cum ſuis eſurientes ſedillent illic, lætati ſunt valdè, & obtulerunt eis ſuam eleemoſynam, dicentes: Aſpicite eleemoſynam, quam vobis miſit Deus. Non enim inuenimus Eccleſiam meliorem, quàm vos. Tunc gratias Deo agentes comederunt illic. Sed tamen potum non habebant, quia de cibis tantùm erat illa eleemoſyna. Dixit eis S. Brigida: Fodite terram illic: & illis fodientibus terram, fons lucidus illic erupit, qui vſque hodie manet, & Fons S. Brigidæ vocatur.

B *ſuis eſurientibus cibos impetrat,*

fontem elicit:

39 Deinde cāpum Femyn intrantes, inuenerunt ibi magnam ſynodum Sanctorum, & detenti ſunt in ſynodo. Narrauit autem ſanctus Epiſcopus Ercus ſynodo virtutes, quas ipſe vidit factas per S. Brigidam. Audientes habitatores illius regionis S. Brigidam ibi eſſe, adduxerunt multos infirmos ad eam, vt curaret eos, inter quos erant claudi, leproſi, dæmoniaci; & orante Chriſti ſponsâ pro eis, ſtatim illos Diuina poteſtas languoribus ſuis ſanauit.

infirmos plurès curat:

C 40 Poſteà exiuit S. Brigida ad locū, qui erat prope mare, haud procul à loco in quo tunc ſanctus Epiſcopus Ercus manebat, & manſit illic cum puellis ſuis longo tempore. Non longè ab eis quidam anachorita habitabat: ipſe Deo deuotus & perfectus erat, & volens vitare facies mulierum, deſeruit locum ſuum, & direxit iter ad quamdam inſulam vallatam aquâ. Et ingrediens viam, venit prope cellam, in quâ S. Brigida habitabat. Sui diſcipuli dixerunt ei: Eamus, Domine, ad S. Brigidam, vt nos benedicat. Reſpondit anachorita: Scitis, filij, votum meum, quòd nullam volo videre fæminam. Poſteà ſurgentes obliti ſunt aliqua neceſſaria de rebus ſuis. Facto autem veſpere ſteterunt in quodam hoſpitio, & iterum recordati ſunt rerum ſuarum, dicentes: Ideò res noſtras perdidimus, quia non declinauimus ad Sanctam Dei, vt benedicat nobis: & pro hac culpâ orantes Deum in hac nocte ieiunabimus. Manè autem facto, reuerſi ſunt ad S. Brigidam, & inuenerunt apud eam res ſuas. Cùm enim obliuiſcerentur Fratres res ſuas, ſancta Virgo ſedens in cellâ, dixit ſuis: Ite, & adducite res ſeruorum Dei, quæ relictæ in viâ proximâ ſunt. Sanctus anachorita & ſui apud S. Brigidam tres dies & noctes manſerunt in Dei laudibus, & in prædicatione verbi Domini. Deinde reuerſi ſunt illi: & B. Brigida volens ſatisfacere eis, iter illius diei exiuit cum eis. Videns autem Sancta Dei, onera diſcipulorum anachoritæ grauia fuiſſe, miſerta eſt eis. Tunc viderunt duos equos de monte propinquo deſcendentes ad ſe, & iubente S. Brigidâ impoſuerunt ſuper eos onera. & cùm venirent ad finem itineris, dixit eis S. Brigida: Dimittite equos ad ſua reuerti. Tunc ſoluti equi reuerſi ſunt: & nemo illorum nouit, vnde eſſent, vel cuius fuiſſent. Et ibi beata Virgo Brigida datâ benedictione ad inuicem, reuerſa eſt ad cellam ſuam. D

Eremita nolentis ex itinere ad ſe diuertere,

amiſſas ideò ſarcinas diuinitus cognoſcit, & colligit,

ac reddit.

ii/q; vehēdis equos à Deo obtinet:

41 Anachorita autem perueniens ad inſulam intrauit eam: ſed homo, cuius poſſeſſio erat inſula illa, exiuit cum pecoribus ſuis & hominibus in eam, volens pecora ſua per æſtatem ibi paſcere. Sanctus autem vir, deuitans videre mulieres, rogauit illum hominem, vt exiret de inſulà, ſed non impetrauit. Dicebat enim ille homo, quòd habebat illam terram in hæreditate paternâ. Tunc miſit anachorita ad S. Brigidam, vt veniret adiuuare eum. At Sancta perueniens, rogauit illum hominem, & non potuit impetrare. Craſtinâ autem die venit ingens aquila, & rapuit filiolum illius ſurſum in aëre. At vxor eius, mater infantuli, plorans & flens venit ad S. Brigidam, petens adiutorium. Cui ait Sancta: Noli flere, quia viuit infans: & dimiſit eum aquila in littore ſuper terras, & ſic infans inuentus eſt incolumis. Sed adhuc homo ille durus permanſit, & in littore, nolens diſcedere, habitauit. Craſtino autem die ſubitò, Diuinâ potentiâ, ventus validiſſimus venit, & illum cum ſuis trans fretum in proximum portum leuiter vexit. Tunc homo ille compunctus corde, pœnitentiam egit, & deuouit ſe Deo & S. Brigidæ.

nolentem ſuo cōſilio, in fauorē ſeruorum Dei, acquieſcere, E *gemino miraculo cogit:*

42 Alio quoque die hoſpites religioſi venerunt ibi ad S. Brigidam. Tunc dixit Sancta Dei piſcatori ſuo, qui ſolebat tauros marinos, id eſt, phocas, occidere: Vade ad mare, ſi poſſis adferre aliquid hoſpitibus. Tunc ille nauigans aſſumſit haſtam, quâ iugulauit belluas marinas. Et ſtatim occurrit ei phoca: & eleuans ille haſtam, infixit eam in taurum. Sed furis pendebat circa manum viri innixus haſtæ, haſta verò in capite phocæ fixa erat. Taurus autem grauiter vulneratus traxit ſecum virum in ſuâ nauiculâ in pelago, & non ceſſauit, donec peruenit ad littus cuiuſdam inſulæ in mari poſitę longè: & tunc finis ſciſſus eſt, vbi vir manſit in ſuâ nauicula in littore. Phoca verò pendente haſtâ in ſuo capite, reuerſus eſt in mare, & venit recto curſu ad littus loci illius, in quo S. Brigida erat, & ibi mortuus eſt. Vir autem ille confidens in Deo per ſanctitatem Dominæ ſuæ tentauit nauigare, & proſperâ nauigatione. Dei nutu, venit ſextâ horâ ad ſuum portum, & inuenit recto curſu ibi phocam mortuum cum haſta in littore, & ingreſſus domum narrauit omnibus illam ſuam nauigationem.

piſcatorem procul abreptum ſeruat,

& ſubitò reuehit, cum prædâ elapſâ: F

43 Deinde S. Brigida cum ſuis in campum Cliach, in Momoniâ poſitum, exiuit, & habitauit illic in quodam loco ad tempus. Ibi ad Sanctam Dei quædam ancilla venit, fugiens dominam ſuam, quia non poterat mores eius ſufferre. Domina autem eius ſecuta eſt eam, volens reducere eam. Sancta verò Brigida volens liberare miſeram, rogauit dominam ſuam, vt dimitteret ancillā Deo liberam. Sed illa mulier noluit: ancilla enim pretioſas veſtes texebat. Et tunc illa domina manum ancillæ ſuæ tenuit, & traxit eam violenter delatere S. Brigidæ. Et hoc Sanctæ Dei diſplicuit. Et cùm pertranſiſſet paullùm ancilla S. Brigidam, manus dextra dominæ aruit, quâ tenuit manum ancillæ. Videns autem illa, quia non poterat mouere manum ſuam, fleuit & rediens egit pœnitētiam, & dimiſit ancillam liberam S. Brigidæ: & illicò manus eius ſanata eſt.

nolēti ancillam ſibi relinquere, manus vt areſcat efficit: quamdiu ſanat:

44 Alio tempore B. Brigida rogata eſt vt iret ad Regem illius regionis, qui tum erat in campo Cliach, ad liberandum virum qui erat in vinculis apud Regem. Et perueniens Chriſti amica ad domum Regis, non inuenit Regem ibi; ſed nutritor eius cum ſuis amicis

amicis erat in domo. Et videns beata Virgo citharas in domo, dixit: Citharizate nobis. Reſponderunt ei homines: Domina non ſunt modò citharistæ in domo. Tunc quidam de comitibus S. Brigidæ ioculari verbo illis dixit: Benedicat ſancta Virgo manus veſtras, vt poſſitis complere quæ ipſa præcipit vobis, & obedite voci eius. Tunc nutritor Regis cum ſuis filiis dixit: Benedicat nos Sancta Dei, vt citharizemus ei. Et benedicente eos Sanctâ, acceperũt citharas, & modulanter rudes, quaſi periti citharistæ, & dulciter citharizabant. Tunc Rex venit ad domum ſuam, & audiens ſonum carminis, dixit: Quis facit hoc carmen? Occurenſque vnus ei dixit: Nutritor tuus, Domine, & filij ſui, iubente illis S. Brigidâ. Intrauit Rex domum, mirans de hac re, & poſtulauit ſtatim benedictionem ſibi à ſanctâ Virgine. Dixitque Sancta: Tu pro benedictione virum illum, quem tenes in vinculis, dimitte liberum mihi. Tũc Rex benedictione acceptâ à S. Brigidâ, gratis & benignè donauit ei captum. Nutritor verò Regis & filij ſui, probi citharistæ vſque ad diem mortis ſuæ fuerunt, & nepotes eorum Regibus venerabiles citharistæ erant.

A benedictione confert quibuſdã peritiam canendi,

captiuo libertatem obtinet:

45 Alio verò die duo leproſi ad S. Brigidam venerunt, rogantes vt ſalui fierent. Tunc Deum orauit Sancta, & benedixit aquam, & dixit eis, vt alterutrum ſe lauarent in aquâ ſanctâ. Et cùm alter alterum lauaret, vnus ſtatim mundatus eſt, & veſtibus lotis induitur. Dixitque illi Virgo: Laua & tu ſocium tuum. Ille autem videns quia mundatus eſt, & veſtes haberet lotas, noluit leprã alterius tangere, ſed de ſuâ ſalute gloriabatur. Ait ei Sancta: Quod voluiſti vt ille faceret tibi, te decet ſimiliter ei facere. Ille verò negauit & contradixit. Tunc B. Brigida ſurrexit, & lauans leproſum, mundatus eſt inter manus eius, & veſtibus lotis induit eum. Qui verò priùs ſanatus fuerat, ait: Modò ſentio ſcintillas ignis ſuper humeros meos, & ſtatim totum corpus eius leprâ percuſſum eſt propter ſuperbiam ſuam. Alter verò humilis mundatus eſt; ſicut legitur i Luc 14.11 Qui arrogat, deiicietur; & qui ſe inclinat, altus fiet. Et gratulabatur ille, gratias agens Deo, qui ſe per merita S. Brigidæ ſanauit.

B *leproſum aquâ benedictâ lotum mundat:*

item aliũ;

priore ob ſuperbiam iterũ leprâ infecto.

46 Duo alij leproſi ad S. Brigidam venerunt, quærentes eleemoſynam. Sancta autem nihil aliud habens, quod daret eis, vnam vaccam, quam habebat, dedit eis, quorum vnus gratias egit Deo: alter verò ſuperbus & ingratus extitit, dicens: Niſi mihi ſoli detur vacca, medium eius non habebo. Dixit tunc Sancta ad humilem leproſum: Tu ergo hîc mecum expecta paulliſper, donec nobis Dominus aliquid mittat; ille autem vaccam ſolus habeat. Exiit deinde cum vaccâ ſuâ, ſed ſolus non potuit eam minare: tandem labore fatigatus, reuerſus eſt ad S. Brigidam, & multis conuiciis inſultabat in eam, dicens: Ideò non potui eam minare, quoniam non ex corde donaſti eam, dura nimiùm & immitis. Sancta autem conſolabatur eum, & non potuit eum lenire. Et hoc diſplicente beatæ Virgini, ait ad eum: Filius perditionis iam es. Vacca modò tibi mitis erit, ſed tum non tibi proderit. Tunc verò vir quidam ad S. Brigidam venit, habens vaccam in oblatione; quâ Sancta Dei alteri leproſo dedit. Deinde duo leproſi minauerunt duas vaccas ſuas: & cùm venirent ad quoddam flumen, merſus eſt ibi proteruus leproſus, & abſorptus eſt in profundum, neque vnquam inuentum eſt corpus eius. Humilis verò euaſit incolumis cum ſuâ vaccâ.

C *duobus leproſis dat ſingulas vaccas;*

ſed vnus ingratus & ſuperbus ſubmergitur:

CAPVT VIII

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

Reditus in Lageniam annona ſæpius à Deo impetrata. ſuccurſum in itinere errantibus.

47 *a* MVlta alia B. Brigida in regionibus Momonienſium fecit, & plura loca & monaſteria ibi ſignauit. Poſt hæc iter arripuit venire ad ciuitatem ſuam in terrã Lagenienſium. Cumque veniſſet in curru ſuo per campum *b* Feamhire, inuenerunt quemdam agricolam præparantem agrum ſuum. Dixit ei auriga ſanctæ Virginis: Concede nobis, vt S. Brigida curru ſuo tranſeat agrum tuum, & poſteà circundabis ſepe agrum tuum. Reſpondit ille vir: Non, ſed ite per circuitum agri. Tunc dixit ſancta Virgo: Faciamus, quod ipſe dicit, ne aliquid offendat nos cauſsâ illius viri. Sed tum auriga cogebat equos tranſire agrum. Videns hoc vir ille, furibundus cædebat natès equorum, equiſque calcitrantibus B. Brigida de curru cecidit, & læſa eſt; & de equis auriga cadens læſus eſt: & ſteterunt equi poſteà. Tunc ait Sancta: Nonne dixi vobis, vt vitaremus hunc hominem, quia eum virum peſtilentiæ & mortis eſſe vidi? Et vir ille inceptum opus aggreditur, parui pendens ſcelus, quod fecit contra Dei famulam. Et vindicans Deus iniuriam ancillæ ſuæ, ille vir ſtatim corruit in terram, & ibi mortuus eſt.

a redit in Lageniã:

b

lapſa à curru laditur.

E

extincto qui cauſſa erat læſus:

48 Deinde S. Brigida veniens ad fines Lagenienſium, intrauit regionem *c* Labrachy: ibique quædam fæmina ad eam cum filiâ ſuâ leproſâ venit, vt ſanaretur illa. Tunc ſancta Virgo ieiunans orauit, & benedixit aquam, & iuſſit leproſam aſpergi eâ: & ſtatim aquâ benedictâ aſperſa mundata eſt à leprâ ſuâ, & gratias egit Deo cum matre ſuâ, & S. Brigidæ.

c

oratione & aquâ benedictâ leproſam ſanat:

49 Poſtquàm S. Brigida ad ſuam ciuitatem peruenit, quidam religioſi viri ad eam viſitandam venerunt, & prædicauerunt ei verba Diuina: Poſt hæc dixit S. Brigida ad Cellariam ſuam: Præpara prandium pro ſanctis hoſpitibus. Reſpondit cellaria: Quale prandium? Ait ei Sancta: Multa fercula dentur eis. Reſpondit Cellaria: Fiet ſic; ſed tu, Domina, ito priùs ad eccleſiam, & ora ibi: nihil enim eorum, quæ Sancta dixit, habuit Cellaria tunc. Nimia enim largitas caritatis B. Brigidæ diuidebat citiùs, quicquid donauerat ei Deus. Et dixit Sancta ad Cellariam, ſciens cauſſam eius: Vade modò ad cellarium tuum, & ſigna illud, & claude ipſum, & rediens ora; atque ego ibo ad eccleſiam. Horâ autem ſextâ vocabat S. Brigida Cellariam ſuam, & dixit ei: Adeſt tempus, vt reficiantur ſerui Dei. Vade modò ad cellarium, & quæcumque inueneris ibi, da illis largiter. Aperiens iam illa cellarium, omnes eſcas, quas nominauit S. Brigida Mater, inuenit ibi. Et non defecerunt ei eſcæ per ſeptem dies, & tamdiu erant ſufficientes tam hoſpitibus quàm omni familiæ & pauperibus Nemo tunc nouerat hanc rem præter ipſam S. Brigidam & piam Cellariam ſuam. Vnde illæ eſcæ erant, aut quis illas attulit, ſcientia Dei nouit.

F

oratione ciborũ copiam obtinet, hoſpitibus & pauperibus;

50 Alio tempore cùm eſſet B. Brigida in quodam loco, vbi erant riuuli ſine aquatilibus oleribus, quæ naſcuntur in riuulis fontium ſine humano labore, quibus veſcuntur multi in occiduis partibus Sancti, qui crucifigunt ſe in ieiuniis; chorus illius loci Virginum venit ad eam, habentes quæſtionem, & dixerunt ad eam: Cur, Domina Mater, olera aquatica in his aquis non naſcuntur, quibus ſancti homines aſſueſcũt? Sciens pia Virgo, quòd vellent illa olera habere, ſequenti nocte vigilans Dominum rogauit. Manè autem ſurgentes puellæ, viderunt riuulos ſupra vndam illis oleribus plenos, id eſt, *d* briſiâ, & ſampſiâ, & ceteris oleribus abundantes: & tranſeuntes per longa ſpatia locorum, inuenerunt

item vigiliâ & oratione, olera aquatilia ad riuulos:

d

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

inuenerant in illis locis magnam multitudinem olerum, quæ antè ibi inuſa erant, donata à Deo, ſicut rogauit famula ſua. Et ibi adhuc olera eiuſdem generis, Dei dono, S. Brigidæ non deficiunt.

A 51 Quidam homines de longinquis locis venerunt ad Brigidam, volentes ſe commendare ei, & ducebant ſecum munera multa in plauſtris & equis: ſed die quo

abſentia cognoſcit:

putabant peruenire ad Sanctam Dei, nox in ſiluâ denſâ ſuper eos cecidit, & errantes non poterant plauſtra præ tenebroſitate ducere. Beata autem Brigida laborem eorum ſpiritu prophetico ſciens, Deum rogauit pro eis, & dixit ſuis: Accendite ignem, & calefacite aquam, vt lauentur pedes hoſpitum venientium ad

nocte errantibus in ſiluâ lumen præferri diuinitus impetrat,

nos. Et mirabantur quòd dixit homines ambulare in tenebroſitate denſâ illius noctis. Tunc apparuit illis lampas ingens illuminans eis viam lucidè, vſque dum venerunt ad monaſterium S. Brigidæ, & ſanctiſſima Virgo obuiàm exiuit, Deoque omnes gratias egerunt: & ſoluentes ſua vota, poſt tres dies reuerſi ſunt per eamdem viam, & vix maximo cum labore in die vacua plauſtra duxerunt pro auſteritate viæ; ſed Chriſtus

& cõplanari vias aſperas:

in nocte illâ loca plana & lucida fecit eis propter S. Brigidam ſe rogantem.

52 Simili modo ſanctus Epiſcopus Broon, cuius

B mentionem fecimus, cum curribus & equis & cum multo populo ad S. Brigidam viſitandam venit: & accidit, ſicut ſuprà diximus, eis. Nox enim hiemalis longè à monaſterio S. Brigidæ foris in denſâ ſiluâ cecidit ſuper eos. Sancta Virgo verò hæc diuinitus ſciens, di-

pro aliis ſimili modo errantibus orat cum ſuis,

xit puellis: Oremus, filiæ, pro hoſpitibus ſanctis, qui laborant venientes ad nos, vt miſereatur Deus laborum eorum. Mira multùm, Fratres cariſſimi, dicturus ſum vobis. Tunc Epiſcopus Broon & ſui comites, prope ſe quaſi monaſterium S. Brigidæ conſpexerunt, & S. Brigidam lætam cum ſuis puellis in occurſum viderunt. Quæ ſubitò in magnam aulam paratam eos deduxit, & detractis calceamentis, abluit pedes eorum,

qui ſibi viſi ſunt ab eâ in monaſterio magnificè excipi;

abundantiâque ciborum & potuum refecit eos: & currus eorum benè curauit: ſtratiſque lectis collocauit eos; & omnia quæ neceſſaria ſibi erant, præbuit eis ſancta Virgo cum filiabus ſuis, ſicut viſum eſt eis. Manè autem facto S. Brigida in ſuo monaſterio dixit puellis ſuis: Properemus obuiàm Epiſcopo Broon cum comitibus ſuis, qui errabant præteritâ nocte in ſiluâ. Tunc Sancta cum ſuis feſtinauit: & inuenerunt hoſpites in ſiluâ ſedentes. Et ſcientes quòd Deus fecit miraculum in eis propter S. Brigidam, & narrantes quæ

quod poſtridie factum:

fuerunt geſta erga ſe, quaſi neſciret Virgo, glorificanteſque Deum cum ingenti lætitiâ, illi venerunt cum

C Sancta Dei ad monaſterium ſuum. Ideò iam S. Brigida ad eos in ſiluam exiuit, quia ſciebat quòd illi putabant ſe eſſe in monaſterio ſuo.

53 Manenſque ibi per aliquot dies Epiſcopus Broon, reuerſus eſt cum ſuis ad regionem ſuam, & donauit

donat ſua, etiã ſacra, peregrinis;

ei S. Brigida vaſculum chriſmatis, quod pro magno munere Epiſcopus accepit ab eâ. Sancta enim Dei ſuas magnas res peregrinis & pauperibus Chriſti donabat. Quodam quoque die ipſe Epiſcopus tranſiens per littus maris, Frater, qui habebat illud vaſculum, oblitus eſt

S. Brono chriſma,

in littore; & recordans venit, & indicauit Epiſcopo flens. Cui ait ſanctus Epiſcopus: Noli flere, Frater, quia credo, quod donauit nobis beatiſſima Brigida, non poterit diabolus perdere. Sed mare ad plenitudinem antè ſuam venerat: rediens autem Frater non

quod fluctibus maris nõ corruptum:

mutatum fluctibus maris, creſcente & decreſcente mari, à quo ibi dimiſſum eſt, & ibi viatoribus tranſeuntibus, vaſculum inuenit, & gratias Deo egit. Et cùm oſtenderat ſancto Epiſcopo, ſimiliter ipſe Deo & B. Brigidæ gratias retulit.

a *Exiſtimat Colganus hîc initium eſſe libri tertij. Aſſ Vſſerius, qui ſapiſſimè hanc Vitam citat, diſertè aſſerit, libris duobus ab auctore veteri deſcriptam, vti § 2 nu. 14 retulimus.*

b *Colg.* Femhin. *in 1 Vitâ cap. 12 nu. 79* Femini *appellatur.*

c *Vita 1.* Labrati. *Colg.* Labraith:. *addit in aliis codicibus haberi,* prouinciam nepotum Laboraſij.

d *Conicit Colganus per* briſiam *naſturtium aquaticum intelligi: per* ſampſiam *verò, vel amaracum, ſiue ſampſychum; vel potius herbam, quam vulgò* acetoſam *vocãt, Hiberni* Samhadh.

D

CAPVT IX

S. Ninnidio prædicta. S. Darlugdachæ lapſus, victoria.

54 QVodam die cùm glorioſa Brigida paullulùm à monaſterio, in campo Liffij, ad Orientem plagam eſſet; quidam iuuenis ſcholaſticus per propinquam viam venit, & videns ille S. Brigidam, eleuauit veſtimenta, & cœpit velociter & *a* ſcurriliter currere. *a*

Et ait S. Brigida vni de Virginibus ſuis: Voca illum ad me. Et vix ille declinauit ad eam; cumque veniret ille, ait ei ſancta Mater: Quò tu curris tam citò? Ille reſpondit dicens: Hodie oportet me intrare regnum Dei, & ad illud curro. Ait Sancta: Vtinam mererer currere tecum hodie ad regnum Dei. Ora pro me, Frater, vt perueniam ad regnum Dei. Reſpondit ſcholaſticus: Et

E tu roga Deum Sancta, vt curſus meus ſit aſſiduus in regnum Dei: & ego pro te viciſſim rogabo, vt tu & plurimi tecum ad regnum Dei vadant. Et tunc orante S. Brigidâ pro eo, repletus eſt ipſe gratiâ Spiritus ſancti, & conuerſus egit pœnitentiam, & factus eſt religioſiſſimus vir vſque ad mortem ſuam, qui vocabatur Ninnidius, filius *b* Eathach, de partibus *c* Muli, & inter maiores Sanctos Hiberniæ nominatur. Cui ait S. Brigida: In die obitus mei de manu tuâ communionem corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti accipiam. Et ait S. Ninnidius: Vtinam tu viueres donec de manu meâ Euchariſtiam acciperes. Ideò iam dixit hoc, volens ipſe diu peregrinari, & non videre iterum Sanctam Dei, vt ipſa maneret ad finem mundi. Sed Sancta affirmauit, quòd foret verè, & acciperet ab eo communionem in die obitus ſui. Poſthæc benedicentes ſe ſalutaribus dictis, & commendantes ſe inuicem Deo, ad ſua ſeparatim receſſerunt.

S. Ninnidiũ adhuc iuuenem inducit ad religionẽ,

b c

& prædicit ſe ab eo acceptura Euchariſtiam in fine vitæ:

55 S. Ninnidius volens ab illâ die manum ſuam mundiſſimam ſeruare, de quâ beatiſſima Brigida prædixit vt in die exitus ſui Diuinum viaticum ſumeret, fecit circa eam æream arctam manicam, cum ſerâ & claui, ne illa corpus ſuum tangeret, neque de aliquo immundo tangeretur. Inde agnomen ipſe habet: nam vocatur Scoticè *Ninidh d Lamghlan*, quod ſonat Latinè *Ninidius Manus-munda*? deinde Sancti Seniores contra *d*

F ſuam voluntatem ordinari eum curarunt, vt poterat de eo dici quod ſermo Diuinus ait: Ecce Sacerdos magnus. Deinde tranſnauigauit ad Britonum regiones, volens ſemper Hiberniam deſerere, ſciens ipſe quòd verum eſſet, quod ait S. Brigida, dicens ſe non migraturam de hoc ſeculo, donec de manu eius communionem acciperet. Et intrans nauem, proiecit clauem manus ſuæ in pelagus, ne ſemper aperiretur. Sed contigit quod dixit Scriptura ſancta: Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Deum. Cùm Prou. 21. 30

quod, ipſo licet inuito ordinato,

atque extra Hiberniam peregrinante,

enim dies remunerationis ſanctiſſimæ Virginis Brigidæ poſt multum tempus appropinquaret, nauigans tunc S. Ninnidius in Britannico mari, nutu Dei, vis ventorum ad Hibernicas partes eum compulit: & collatus eſt ei piſcis magnus, & inuenta eſt in eo, cùm eſſet partitus, clauis ferææ manus S. Ninnidij: & B. Ninnidius hæc omnia videns prædemonſtratione Diuinâ eueniſſe, compunctus corde, ait: Non oportet me ampliùs mortalem eſſe contra Dei viuentis & omnipotentis nutum. Et audiens ipſe B. Brigidam infirmam eſſe, adiuit eam, & in horâ dormitionis ſuæ corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, Filij Dei viui, de mundiſſimâ S. Ninnidij manu, ſicut ipſa propheticè prædixit,

in eam tẽpeſtate reiecto, inuentâq; claui, quâ manũ ara teſtã obſeſſa rãrat,

tandem contigit:

A prædixit, accepit. Reliqua autem ſeries vitæ S. Ninnidij, & miracula, quæ Dei gratia per eum egit, in Vitâ ſuâ habentur.

56 Alio tempore quidam homo, qui habitabat in Orientali plagâ campi Liffij, qui erat vir bonus & largus, venit ad B. Brigidam, & dixit ad eam: Veniant mecum nuntij tui, Domina, & afferant vobis aliquantos modios frumenti. Cũque rediſſent ab eo cum oneribus, inuenerunt amnem Liffij vltra ripas *e* lue plenum, & non potuerunt tranſire aquis tumeſcentibus: pons enim vel nauis non erat prope in locis illis. Vadum nimirùm illius amnis, cùm non ſit lues, tranſeunt homines & animalia. Tunc ſederunt ſuper ripam, inuocantes B. Brigidam ſibi in auxilium. Continuoque omnes ſimul trans amnem in alteram ripam, cum omnibus ſuis, Dei poteſtas, gratiâ S. Brigidæ, conduxit. Quomodò aut qualiter tranſlati eſſent ignorabant. Deinde venientes ad S. Brigidam narrauerunt ei miraculum, quod factum eſt in eis. Beata autem præcepit eis, vt nemini dicerent.

e ſuos trans flumen inſenſibiliter transferri impetrat:

57 Quodam die vna de Virginibus, quæ dicebatur alumna S. Brigidæ, Darlughdacha nomine, non benè cuſtodiens oculos ſuos, vidit aliquem militem, & in amore eius capta eſt; & ipſe ſimiliter amauit eam. Quadam nocte manente S. Brigidâ in quodam vico in plebe, erat inter ceteras cum eâ illa Virgo Darlughdacha, & ille miles ad eamdem domum, in quâ S. Brigida cum ſuis erat, venit. Et iacebant in vno ſtatu ſeparatim B.

S. Darlugdacha, quæ malè cuſtoditu oculu ten tata,

B Brigida & Virgo Darlughdacha, & fecerunt inter ſe conuentionem miles & Virgo Darlughdacha. Cùm ergo paullulùm S. Brigida dormiret, ſurrexit illa Virgo ire ad conuentionem ſuam. Et procedens de lecto, ir-

ne ſurgè-beret,

ruit in eam mira perturbatio cogitationum, & magnum & inenarrabile certamen habebat in corde, inter amorem & timorem; timebat enim Deum & nutricem S. Brigidam, & vehementiſſimo igne amoris viri vrebatur, Et conuerſa ad ſe, orabat Dominum, vt

plantas ſibi aduſſe-rat,

adiuuaret eam in magnâ anguſtiâ. Et inſpirans in eâ gratia Dei, impleuit duos ficones ſuos viuis carbonibus ignis, & intinxit duos pedes ſuos in eos: & ſic factum eſt, vt ignis ignem extingueret, & dolor dolorem vinceret: atque ita in ſuum lectulum pedibus combuſtis reuerſa eſt. Hæc autem euigilans B. Brigida vidit, ſed tamen tacuit, vt puella tentatione probaretur. Craſtinâ autem die beata puella ſuum peccatum confeſſa

victoriam tentationũ ſpondet, & ſigno Crucis plantas ſanat:

eſt. Cui ſancta Mater Brigida ait: Ego vidi, filia, certamen tuum: ſed quia viriliter dimicaſti, & pedes tuos in præſenti combuſſiſti; ignis carnalis iterum non tentabit te, & ignis in futuro gehennæ non tanget te. Deinde accipiens B. Brigida beatæ Virginis pedes combuſtos, & ſignans eos ligno ſanctæ Crucis, ſanauit eos, ita vt nec veſtigium quidem combuſtionis appareret

C in eis, & quaſi ignis non tetigiſſet eos.

a *Colganus ait hoc verbum in alio codice non haberi. Dunelmenſis vult contractam inter Brigidam ac Ninnidium amicitiam, cùm hic iam maturâ eſſet ætate.*

b *Colgan. & hic & 18 Ianuarij (quo die coli S.* Ninnidiũ *tradit)* Ethac *legit, aut* Eochadium, *ſiue* Eutichium *eſſe, Aidi filium, Laogarij Regis nepotem.*

c *Idem intelligi hic ait inſulam, vnam ex Ebudis, ſiue Hebridibus, quæ Ptolemæo* Μαλιὸς, *nũc* Mula *dicitur: coniicit in eâ inſulâ peregrinatum, vel eccleſiam ibi ædificaſſe, indeq; cognomen retuliſſe.*

d *Colganus ad 18 Ianuarij hoc cognomen S. Ninnidij ſcribi ait, nunc* Lamh-ghlan, *nunc* Lamhiodhan, *eadem ſignificatione;* Lamh *enim manum Hibernicè ſignificat,* ghlan *&* iodhan *mundum. Eumdem ait alio celebrari cognomine* Laobh-dhearc, *id eſt,* toruiaſpectus: *quod diuinat manaſſe à temerè coniectu in ſpecioſam Virginem oculis. An fortè culpâ agnitâ, toruum desineps ſeuerumq; aſpectum induit?*

e *Id eſt, eluuione aquarum, vt exponit Colgan.*

CAPVT X

AVCTORE ANONYMO, EX MS.

Annona cælitus obtenta ad hoſpitalitatem. mira largitas. varia miracula.

58 QVadam die B. Brigida meſſores ſuos in meſſiem miſit. Sed incipiente horâ tertiâ per totam prouinciam pluuia denſa apparuit, & inde totâ die effluxit: & cùm omnes meſſores regionis illius ita die pluuiali prohibiti eſſent, ſola meſſis beatiſſimæ Brigidæ ſine intermiſſione, & ſine vmbrâ caliginis, totâ die, poteſtate Dei, agente gratiâ ſanctæ Virginis, cum ſerenitate inceſſabiliter metebatur.

meſſores à pluuiâ immunes ſeruat:

59 Alio die quidam Epiſcopus cum turbâ multâ comitum viſitauit S. Brigidam: & volens beata Virgo reficere eum, non habebat in promptu quod volebat illi miniſtrare. Sed multiplex Dei virtus, volens adiuuare eam, donauit ei repentè vnde omnes ſufficienter reficeret. Similiter duobus aliis Epiſcopis ad Sanctam Dei ipſo die, non ſimul, aduenientibus, refectio inuenta eſt. Quamdam vaccam iam habebat ſanctâ Virgo, quæ valdè incredibiliter copiam lactis dabat. Hoc ſciens quidam auarus rogauit Sanctam Dei illam proximo ſibi dari. Et donauit ei caritatiua Mater illam vaccam. Sed priuſquàm ad ſuam poſſeſſionem duxit, ſimilis aliis vaccis effecta eſt. Deinde quidam homo donauit aliam vaccam S. Brigidæ, quæ in copiâ lactis, Dei dono, talis facta eſt, qualis ſupradicta fuerat.

ad hoſpitalitatem exercendam, diuinitus annenam accipit, iterum: E *item lactis copiam ex vnâ vaccâ, & poſteà ex aliâ:*

60 Alio quoque die quædam mulier venit ad S. Brigidam, dicens: Domina de hoc filio meo quid faciam? nam penè abortiuus eſt, & cæcus à natiuitate, habens tabulatam faciem; & ideò pater eius volebat occidere eum. Tunc B. Brigida mulieris miſerta, iuſſit faciem pueruli in aquâ propinquâ lauari: & ſtatim factus eſt ſanus, Domino donante ſalutem propter S. Brigidam. Ille vocabatur Crimthanus, qui vixit multum tempus.

cuidã oculos & viſum, aquâ ablato, impetrat:

61 Dum eſſet quodam die S. Brigida foris in ericeto iuxta gregem ouium monaſterij ſui, quidam iocularis homo ſciens eam miſericordiſſimam eſſe in pauperes, cauſsâ ludi, & ioculari aliorum ſuaſione, venit in formâ pauperis ad eam, & veruecem pro caritate poſtulauit: & Sancta Dei iuſſit veruecem illi dari. Et ipſe eadem die mutato habitu ſeptem vicibus venit, & ſeptem verueces in nomine Domini à Sanctâ poſtulans per aſturiam in formâ pauperis, vt voluit, impetrauit. Sed facto veſpere certus numerus gregis inuentus eſt, additis ſeptem veruecibus à Deo abſconditè innocenti gregi: quia quamuis non pauperes primos verueces tulerunt, tamen in Chriſti caritate quaſi mendico donati ſunt.

7 verueces dat ficto pauperi,

nec minuitur grex: F

62 Quodam die quidam leproſi ſitientes de viâ cereuiſiã anxiè à B. Brigidâ poſtulauerunt. Chriſti autem ancilla, videns quia tunc illicò non poterat inuenire cereuiſiã, aquam ad balneum portatam benedixit; & in optimam cereuiſiaã conuerſa eſt à Deo, & abundanter ſitientibus propinata eſt.

aquam in cereuiſiam benedictione conuertit:

63 Alio die cùm aper ferox multis canibus & venatoribus fugatus eſſet, ad gregem porcorum felicisſimæ Virginis laſſus venit: quem Sancta inter ſuos ſues cernens, præcepit ei manere domitus cum eis: ac deinde ferus in grege porcorum Sanctæ Dei impauidus & familiaris permanſit. Quia bruta animalia & beſtiæ ſermonibus & voluntati eius obediebant, & ſubiectâ ac placidâ ſibi ſeruitute famulabantur.

aprum iubet inter ſuos porcos cicurem manere:

64 Quodam tempore glorioſa Chriſti ſponſa Brigida virum ferociſſimum & fortiſſimum, nomine Lugudum, à nimiâ eſtione curauit: quem aſſerunt in vno prandio bouem manducaſſe & porcum, cum pane ſufficienti & potu. Quantò enim virtute eminebat, tantò eſtione præcellebat. Hunc ergo ſimilem ceteris homi-

enormem voracitatem curat:

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

nibus eſtione gratia Dei per S. Brigidam effecit, nullâ virtute priuatum.

65 Vir quidam cum ſuâ vxore quadam nocte in vno hoſpitio cum S. Brigidâ pernoctabat: & ille rogauit Sanctam Dei, vt ſignaret ſancto ſigno vuluam vxoris ſuæ, quæ non habebat filium, vt filium haberet. Et beata Virgo ſigno Dei benedixit vuluam iſtius fœminæ. In illâ iam nocte vir ille cum ſuâ vxore dormiens, conceptus eſt *a* Sanctus præcipuus. Illâ nocte lunulam argenteam mulieris illius viri quædam ancilla furata eſt: & hoc diſplicuit S. Brigidæ, timens ſi illa dixiſſet, quòd à ſuis eſſet decepta. Et in craſtino illa ancilla fugit, & multi ſecuti ſunt eam: & non potens euadere, lunulam illam in amnem proiecit. Sed piſcis miræ magnitudinis eam ſtatim deglutiuit. Piſcatores quoque in illâ horâ piſcem illum in rete apprehenderunt, & illicò ad S. Brigidam illum in oblationem portauerunt, & lunula illa piſce inſciſſo inuenta eſt in ventre eius; & iuſſit Sancta dari dominæ ſuæ. Tunc vir ille cum vxore prægnante gratias egit Deo, benedicens ſanctam Virginem.

mulierem ſterilem benedictione curat:

amiſſum monile eidem reſtituit,

in piſce inuentum:

66 Alio die erat S. Brigida veſte candidâ induta, & venit quidam mendicus petens aliquid carnis ab eâ: & illicò Sancta Dei ad coquum exiuit; & ille ſtultè crudam partem carnis in ſinu ſanctæ Matris proiecit: & portans ipſam in ſinu ſuo mitis tribuit mendico. Sed in ſignum caritatis Virginis, veſtis gratiâ Dei candida manſit, quaſi fuiſſet ſanguine intacta. Quodam die B. Brigida in quodam loco fruſtum carnis poſuit volens conſeruare pauperibus. Sed canis veniens ad illud ſedit, nulloque modo tetigit: non enim auſus eſt canis comedere depoſitum ſanctæ Virginis: ſed cuſtos parcens carni & idoneus, contra ſuum ſolitum morem Diuinâ refrænatus virtute extitit edomitus.

carnē crudam gerit veſte non maculatâ: B

carnē deponit, quā canis intactam cuſtodit:

67 Alio tempore S. Brigida quamdam Virginem religioſam viſitauit, quæ Virgo vitam ſolitariam cum paucis ducebat, habens vnam vaccam cum vitulo. Illa verò Virgo volens parare cœnam B. Brigidæ, & non potens aliter carnes inuenire, fecit vitulum vaccæ ſuæ occidi, & inde parari: & cùm non eſſent ligna ſatis ad coquendum, ligna telæ ſuæ fecit comburi. Audiens hæc omnia B. Brigida, illâ nocte ad Dominum orauit: & Dominus per orationem eius ſuâ magnâ potentiâ omnia manè renouabat: vitulus eiuſdem magnitudinis & formæ ludens & mugiens ad matrem ſuam venit, & ligna telæ inuenta ſunt integra, ſicuti antè fuerant.

pia hoſpiti abſumpta reſtituit integra:

68 Venientes aliquando pauperes ad S. Brigidam, petebant eleemoſynam: & Sancta Dei tunc non aliud habens, veſtimenta Miſſalia Conlaidi Epiſcopi, quæ habebat in cuſtodiâ, tradidit illis. Venienſque ſanctus Epiſcopus horâ ſacrificij, quæſiuit ſua veſtimenta, dicens: Corpus & ſanguinem Chriſti ſine meis veſtimentis conficere non valeo. Tunc orante ex corde B. Brigidâ, manifeſtauit Deus ibi ſuam clementiam propter caritatem ſanctæ Virginis. Etenim in eodem loco ſimillima veſtimenta Dei dono apparuerunt: quæ ſanctus Epiſcopus accipiens, omnes videntes glorificabant Deum.

veſtes ſacras dat pauperibus: C

oratione ſimiles impetrat:

a Hic eſt S. Echenus, *de quo* 11 *Febru. agemus.*

CAPVT XI

Maris, fluminum, ferarum, Angelorum obſequium ei promptum. Variæ metamorphoſes.

69 ALio quoque tempore B. Brigida Miſſalia indumenta parauit ſancto Epiſcopo *a* Senano: & cùm ab inuicem longâ viâ valdè eſſent, manenſque tunc iuxta mare Sancta Dei, & dedit illa in ſcrinio, & iuſſit ſcrinium in mare mitti, confidens in corde quod Deus duceret id ad S. Senanum. S. Senanus habitabat in quadam inſulâ in oſtio pelagi poſitâ, freto ſeptâ lato, in occidentali plagâ Hiberniæ. Et Diuinâ conductione illud ſcrinium per circuitum Hiberniæ ad prædictæ inſulæ portum ad ſanctum Epiſcopum per multa maris ſpatia nauigabat. Quò iam periti nautæ in magnis nauibus ſine maximo labore nauigare non poſſunt, ſcrinium duorum Sanctorum, ſolo Deo gubernante, nauigauit. Et ſanctus Pater Senanus quodam die, reuelante ſibi Spiritu ſancto, Fratribus ſuis ait: Ite quantocyùs ad mare, & quicquid illic inuenietis, huc vobiſcum ducite. Illi inuenientes ibi ſcrinium, ad ſuum ſenem duxerunt. Senanus autem Epiſcopus enarrans Fratribus donum S. Brigidæ eſſe, gratulatur Deo, & benedixit Chriſti Virginem. Sancta iam Brigida maſſam argenti donauit beatæ Virgini Hymnæ, ſed non recepit Virgo. Hoc videns ſancta Mater proiecit illam in quoddam flumen: & veniens per flumen maſſa ad cellam beatæ Virginis Hymnæ, ſic poſteà, Deo ducente & concedente, accepit.

a D *veſtes mittit ad S. Senanum, procul diſtantē, in ſcrinio cò adnatāte*

argentum S. Hymnæ Virgini, flumini iniectum:

70 Homo quidam ad occidendum reus perductus eſt, Rege iubente: moram autem iugulationis eius piiſſima Virgo Brigida faciebat, petens vitam eius. Tunc deſuper purum argentum in ſinum Virginis à Deo deiectum eſt, & Regi pro miſero ipſa reddidit: & ſic reus à morte per Sanctam Dei liberatus eſt. Die quoque aliâ S. Brigida tunicam ſuam vnam diuiſit duobus pauperibus, & vnuſquiſque dimidium tunicæ accepit, ſed Dei gratiâ efficiente, ſecundùm velle cordis ſanctæ Matris, illâ horâ plena tunica apud vnumquemque eorum facta eſt.

argēto diuinitus oblato reū liberat: E

mediā tunicā duobus dat, quæ vtriſque fit integra:

71 In alio die B. Brigida digitis ſuis petram duriſſimam perforauit, maximam neceſſitatem habens, quam nunc tacemus, breuitatis cauſsâ. Quidam Rex quemdam Principem de ciuitate ſuâ repulit, qui fuit amicus B. Brigidæ: rogauitque Sancta Dei Regem pro eo, vt concederet ei Rex eſſe in ſuo principatu, & Rex reſpuit, & non audiuit eam: & ipſo die, Diuino nutu, de curru ſuo Rex cecidit, & capite colliſo mortuus eſt.

petrā digitis perforat:

à Rege ſpreta, diuinitus vindicatur:

72 Alio tempore cùm multitudo hoſpitum conueniret, & minimus apparatus eſſet, B. Brigida vrticam in butyrum, & corticem arborum in lardum pinguiſſimum & dulciſſimum commutauit, Dei gratiâ cooperante. Cuidam mago S. Brigida, qui ſuam hæreditatem Deo obtulit, obuiare ei in horâ mortis ſuæ promiſit. quod ita factum eſt, cùm ſcilicet ille magus iacuiſſet in lecto expectans mortem, dixit familiæ ſuæ: Diſponite citò omnia, quæ neceſſaria ſunt: nam S. Brigidam in veſte candidâ cum multis obuiare mihi video. Et tunc demum baptizatus eſt in Chriſto, & defunctus eſt credulus in Deo.

mutat vrticas in butyrum, cortices in lardum: magō (vt promiſerat) moribundo apparet, eūq; conuertit: F

73 Quodam die B. Brigida & alia Virgo, nomine Daria, colloquentes inuicem de Chriſto, ſed non ſenſerunt noctem: vbi enim ſol iuſtitiæ præſens fuit, nihil tenebroſum erat. Sed S. Daria oculis à natiuitate orbata erat; quæ ait ad S. Brigidam: Domina, benedic oculos meos, vt valeam mundum videre, ſicut deſidero. Tunc Sancta oculos eius benedixit, & ſtatim aperti ſunt: & reſpexit mundum, & ait S. Daria ad S. Brigidam: Reclude oculos meos: quantò enim mundo abſentiùs fuerit homo, tantò præſentiùs Deo erit. Et ſignans S. Brigida oculos eius recluſi ſunt, ſicut ipſa rogauit.

loquens de Chriſto, noctem nō ſentit: benedictione viſum confert S. Dariæ, poſt petenti aufert:

74 Nocte quadam S. Brigida ſola, Dei adiutorio adiuta, immobile penè lignum miræ magnitudinis ex loco ſuo tranſmutauit, quod in die plurimi homines mouere non poterant: Angelus enim Domini cum B. Brigidâ illud lignum ad locum, ad quem Sancta volebat, perduxit.

immane lignum transfert, Angelī ope:

75 Quædam mulier aliquando cum filiâ mutâ ad eccleſiam S. Brigidæ perrexit, & veniens illuc vocauit ad ſe quamdam Virginem Darlughdacham nomine, cuius ſuprà mentionem fecimus, dicens ei: Diſpone, bona

A bona Virgo, vt filia mea ſanetur per S. Brigidam. Tunc ducens Virgo filiam rogantis ſecum, ſtatuit eam ante conſpectum B. Brigidæ, & non indicauit ei quòd ita eſſet muta: & videns eam Sancta Mater, putans quòd loquelam habuit, ait ei: Vtrùm vis, filia, permanere in virginitate Deo, an nuptiis copulari? ſtatimque illa ſoluta reſpondit: Quodcumque dixeris mihi, Mater, hoc volo facere. & poſteà in virginitate vſque ad mortem permanſit ſub curâ S. Brigidæ, & eloquens multùm erat. Aliâ die videns S. Brigida anates in quodam amne natantes, & aliquando per aëra volantes, accerſiuit eas ad ſe. Collectâ multitudine, anates, voci ſanctiſſimæ Virginis obedientes, ſine vllâ formidine manſuetiſſimè ad eam volando venerunt: quas pia Mater per aliquantulum temporis nunc manu ſuâ tergebat, nunc amplectebatur, deinde eas ad ſua redire permiſit.

muta vocem impetrat ignaræ:

ſilueſtres anates ad ſe euocat:

76 Quodam die ruſticus quidam magnâ ſtultitiâ de vico ad palatium Regis perrexit, & vidit ibi vulpem familiarem diſcurrentem, & putans quòd non manſueta neque familiaris eſſet, vidente multitudine occidit eam in palatio: & illa vulpes docta & aſtuta variis artibus ludendi erat, & ſpectaculum ludificum Regi & ſuis Comitibus præſtabat. Tunc ille alligatus eſt, & perductus ad Regem. Iuſſit eum Rex tradi ad carcerem, vt in tempore apto occideretur; & vxorem & prolem eius, & omnia quæ habebat in ſeruitutem Regi dari. Et interpellantibus quibuſdam pro eo, Rex iratus ait: Niſi vulpes alia in omnibus calliditatibus illius ſimilis reſtituta fuerit, ita erit ſicut ego dixi. Cùm autem S. Brigida hæc audiuiſſet, & pro eo miſero precibus ad Deum oraret, arripuit viam ad palatium Regis. Et ſine morâ Dominus eius vnam de ſilueſtribus manſuetam vulpem ad eam tranſmiſit, quæ illicò in currum aſcendens mitiſſima ad S. Brigidam, & ſub veſte eius ſe conſtituens, ſobriè in curru cum eâ ſedebat. Cùm verò Sancta Dei ad Regem veniſſet, cœpit eum precari, vt miſer improuidus vinculis ſolueretur ad vitam. Sed Rex nolens, ait ei, quòd non dimiſſurus eſſet illum, niſi vulpem ſimillimam in omnibus calliditatibus alterius Sancti pro eo reſtituiſſet. Tunc Virgo Dei vulpem ſuam protulit in medium, quæ omnes mores & calliditates alterius agens, coram Rege & populis artibus luſit variis: & placatus inde Rex dimiſit ei reum abire. Sed cùm Sancta Dei ad cellam ſuam properaret, vulpes illa doloſa in turbas callidè ſe immiſcens foras in plateis, ad loca deſerta, & ad ſuam ſpelũcam fugit, & equitibus & canibus inſequentibus illam longè, incolumis euaſit. Et omnes C videntes hæc, mirati ſunt virtutem Dei per beatam Virginem.

ruſticum vulpe Regis occisâ periclitantem,

Regis oblatâ,

liberat:

77 Vir dives aliunde veniens ad S. Brigidam, ait ei: Veniant mecum nuntij tui, Domina, ad villam meam, vt tibi pingues ſues perducant. Vir ille longè à ciuitate S. Brigidæ habitabat, ſpatio itineris viantibus quatuor dierum, videlicet in Momoniâ, in terrâ Nandeſi, in campo Femhin. Sed euntes nuntij S. Brigidæ cum illo, ſuos porcos in primo die inuenerunt incolumes nutu Dei à lupis fugatos. Pro reuerentiâ enim beatæ Virginis Brigidæ, per ſiluas maximas ſues illæſas à lupis rapacibus fecit Deus minari. Et agnoſcens vir ille ſues proprias eſſe, miratus eſt valdè cum omnibus, & aſſignauit eas nuntiis S. Brigidæ, dans gloriam Deo. Et ſic craſtinâ die illi cum porcis oblatis ad S. Brigidam veniunt, & narrantes miraculum auditum, coram Dei famulâ ſciente, gratias Deo egerunt.

oblatos ſues à quodam accipit, longo ſpatio à lupu deductos:

78 Aliâ quoque die cùm beata Virgo Brigida cogeretur neceſſitate, vt quæreret mel; adiutorium Dei poſtulans, apparuit ei mel in pauimento domus ſuæ multùm purum & dulce. Deus enim, quem Virgo ſemper in corde tenebat, citiùs audiuit eam. Hoc Virgo Dei videns, pro viribus ſuis gratias ſuo Conditori retulit. Quadam die glorioſa Chriſti ſponſa Brigida

mel diuinitus accipit.

quoddam flumen in alterum locum aptiorem de loco ſuo, Deo concedente, mutauit, & prima veſtigia iſtius fluminis vſque in hodiernum diem omnibus ſicca apparent. AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

fluuium à priori alueo abducit: prædicit S. Darlughdacha tẽpus mortis eius:

79 Cùm iam beatiſſima Chriſti famula Brigida ſenectute venerabili premeretur, alumna ſua Virgo probata Darlughdacha quadam die ait ei: Mea Mater & Domina, ad regnum Dei tecum ſtatim migrare volo. Cui reſpondit ſancta Mater, dicens: Non ita fiet: ſed ſucceſſeris mihi vno anno, & finito eo anno in die mei obitus morieris: & ſub vnâ celebratione ſolennitas tua & mea coletur.

a *De* S. Senano *eiuſq; inſula ſitu agemus* 8 *Martij: in cuius Vitâ, vt ſuprà monuimus, dicuntur hæc à S. Brigidâ aliâ, non Kildarienſi, ad eum miſſa.*

CAPVT XII

Epilogus ſcriptoris. S. Brigidæ mors, ſepultura.

80 HIc, Fratres cariſſimi, miraculis & virtutibus beatiſſimæ Matris Brigidæ ſcribendi vel narrandi terminum ponimus: quia dignum aliquid poni in chartis, quotidie nouum ſemper de ea ſolâ iam inueniſſemus. Non enim modò ceſſant, neque ceſſabunt vſque ad finem ſeculi talia miracula per eam à Deo, qualia audiſtis per eam in vitâ ſuâ. Per hæc autem pauca, quæ ſcripta ſunt, lecturi & audituri qui ſitis, qualis & quanti meriti apud Deum omnipotentem glorioſiſſima Virgo fuerit ſcire poteſtis. E

poſt mortẽ claret miracula eiam suo ſcriptoru:

81 Ipſa iam ſiquidem ſciens, quòd tempus & dies remunerationis ſuæ inſtabat, & prænoſcens ſpiritu prophetico locum reſurrectionis ſuæ; conſtituit ſuam ciuitatem & monaſterium & loca quæ erant ſub curâ eius per Hiberniam, & dicebat ſuis, quòd vellet ſepulchrum & reliquias Patroni ſui S. Patricij Archiepiſcopi viſitare ante mortem ſuam. Ipſa autem ſciebat ſe non reuerſuram quidem corpore, & iter faciens benedicebat totam Hiberniam ex omni parte, ſicut præcepit S. Patricius Epiſcopus moriens, & dicens: Per triginta annos B. Brigida poſt mortem meam benedic Hiberniam.

inſtante morte,

viſitat ſua monaſteria:

82 Et veniens ſanctiſſima in Aquilonalem plagam Hiberniæ, videlicet in prouinciam Vltorum, Brigida, illicò doloribus correpta eſt, & poſt breue ſpatium temporis inter multitudinem Sanctorum, ætatis ſuæ anno a LXXX, anno verò XXX poſt obitum S. Patricij Archiepiſcopi, regnante in Themoriâ regnum Hiberniæ Murchiattach Mac-Erc, cui ſucceſſit in regno Tuathal Moelgarbh, primo autem anno regni Iuſtiniani Imperatoris, ſedente in Sede Apoſtolicâ Papâ Hormiſdâ, anno quoque ab Incarnatione Domini DXLVIII, viſitantibus eam Angelis Dei, feliciſſimè obiit: & ſepulta eſt in gloriâ & honore, in vno ſepulchro cum beatiſſimo Patricio Archiepiſcopo, ſecundùm voluntatem eorum, in ciuitate poſitâ in regione Vltorum prope mare, nomine Dun-dale-thglas, quæ priſcis temporibus Aras Kealtuic, filij Cuitheachyr Comitis Regis Vltorum Conchubhair, filij Neſſa, vocabatur. Tamen gratia & honor & ſedes S. Brigidæ in ciuitate Kildarâ, in terrâ Lagenienſium, per ſeculum manet. Igitur ſanctiſſima & glorioſiſſima Virgo Brigida migrauit de hac vitâ Calendis Februarij, poſt victoriam perfectam, inter choros Patriarcharum, & Prophetarum, atque Apoſtolorum, & Martyrum, Confeſſorum, ſanctarumque Virginum, & inter Angelorum, & Archangelorum agmina, ad coronas æternas Regis cæleſtis, in Ieruſalem cæleſtem, & ad regnum ſine fine, vbi ſibi præſtarentur æterna præmia à Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto, viuit Dominator, & regnat Deus, per omnia ſæcula ſeculorum.

a moritur anno ætatis 80

F

ſepelitur Duni.

a *Egimus*

A a *Egimus ſuperiùs de S. Brigidæ ætate, & hîc expreſſos Chronologicos characteres, correctione in quibuſdam egentes, examinauimus.*

VITA V

auctore Laurentio Dunelmenſi

ex MS. Salmanticenſi.

CAPVT I

S. Brigidæ ſerua mater. ſanctitatis præſagia.

Deerat principium.

S. Brigida matrem grauidã, vxoris inſtinctu, vẽdere hæres cogitat,

1 VErbis in virum amaris intẽhitur: de venditione puellæ pertinaciter agit; vnum iurans futurum ex duobus, aut puellæ venditionem, aut ſuam ab eo ſeparationem. Frangit denique virilem animum pertinacia mulieris: aſcenſoque curru puellam ex ſe grauidam ſecum aſſumit, & ipſam ſecundùm terræ illius morem venditurus iter facit. Mos enim ab antiquis temporibus, Anglis, Hybernienſibus,

B *antiquo more gẽtis:* & Scotis hic inoleuerat, vt, pluſquàm cererarum mercium, nundinas hominum frequentarent: magnamque penes eos erat laudem meruiſſe, multos homines vendidiſſe. Et quod ferarum immanitate crudelius eſt, mater in filiam, filius in patrem, frater in ſororem, in ſocrum gener, in vxorem maritus, & naturæ ſimul obliti & gratiæ, hanc plerumque noxam exercebant. Sed poſtquàm Anglia Dominos cœpit habere Normannos, numquàm hoc Anglici paſſi ſunt ab alienis, quod ſæpè paſſi ſunt à ſuis: & hac in parte ſibi meliores inuenerunt extraneos, quàm ſeipſos. Scotia autem & Hybernia Dominos habens de gente ſuâ, nec omnino amiſit, nec vt olim exercet hunc morem ſuum.

filia ſanctitas prædicitur à quodã viro magno,

2 Dubtachus igitur, vt eò vnde digreſſa eſt oratio ſe referat, iuxta manſionem magni cuiuſdam viri tranſitum faciens, citatus ad eum intromittitur; illeque poſt multa, de muliere, quænam ipſa ſit, & à quo imprægnata perquirit. Reſpondit Dubtachus, & hanc eſſe ſuam, & ſe cauſſam vteri eius intumeſcentis extitiſſe. Tunc ille, Filiam, inquit, iſta tibi pariet caſtitate quidem magnam, caritate verò præcipuam; quæ profectò anguſtiores habebit terminos patriæ, quàm famæ. Sicut enim ſtellas ſui claritate ſol exuperat, ſic Virgines huius regionis ſuæ merito virtutis anteibit. Vnde conuenit vt te liberalem hæc inueniat, quæ publicum in vtero gaudium portat. Contrà Dubtachus, Impedimento, ait, mihi eſt vxor mea, ne me liberalem, & humanum mea reperiat concubina: quia ſi iſta non venditur, illa amittetur. Tunc ad prægnantem ille

C conuerſus, Bono, inquit, animo te eſſe ratio bonæ ſpei monet: tradi ſiquidem in captiuitatem quandoque poteris, ſed diu captiua permanere non poteris. Filia quippe, quam paries, ſuæ merito virtutis matrem abſoluet vinculo captiuitatis. Quibus Dubtachus auditis corde compunctus eſt, & domum rediit: multiſque ſermonibus vxori ſuæ pro iuuenculâ vix tandem ſatisfecit.

matrẽ per eam liberãt;

3 Paucis verò poſtmodùm diebus euolutis, Epiſcopi duo de Britanniâ domum ipſius hoſpitaturi venerunt: quos ille cum exultatione ſuſcipiens, hilaritate vultus ſui acceptiorem reddidit humanitatem hoſpitij ſui. Optimum enim cibi vel potus condimentum, vultus bonus. Cumque dehinc mensâ poſitâ, puella ſupetiùs memorata miniſtraret; vnus Epiſcoporum, Mel vocabulo, triſtem eminùs ſedere videns vxorem Dubta-

item à S. Mele Ep. chi, percunctatur, quare ceteris exultantibus, ſola domus Domina triſtem animum profiteretur, vultu lugubri, & ore parùm liberali. Quæ ſtatim exclamans, D Ego, ait, non ſum domina, ſed illa quæ miniſtrat vobis. Cui reſpondit Epiſcopus: Vera quidem ignoranter aſſeueras dominam hanc vocans: dominam enim verè in vtero geſtat, non tantùm ſobolis tuæ, ſed & totius Hyberniæ. Vt autem aliud, quod verum eſt, audias; tres quidem filios peperiſti, quartus tibi reſtat in vtero pariendus, qui ſicut natiuitate vltimus, ſic malitiâ erit primus. Poſt hunc autem ſpe naſcendæ tibi prolis nullâ traharis, quia deinceps ligaberis infortunio ſterilitatis.

zelotypa domina furore,

4 His illa auditis, de ſtultâ protinus efficitur inſana, & verecundiam neſciens matronalem, neque maritalem magni faciens reuerentiam, inhoneſtis ſermonibus malignam mentem interpretatur. Denique poſt multa in virum iaculata conuicia, iurat Dubtachum illo ipſo die vel ancillam amiſſurum vel vxorem. Non enim, inquit, vlteriùs ſub ancillæ ſpecie, dominantis locum hæc obtinebit; & ego, ſolo nomine domina, vilitate dehoneſtabor ancillari. Si vxor placet, hodie ancilla vendetur: ſi ancilla placet, hodie vxor amittetur. Cumque more furentis belluæ fremeret, & citiùs euomeret quod peiùs excogitare poterat, ſuperuenit hoſpitandi gratiâ quidam de remotis Hyberniæ partibus, qui puellæ miniſtrantis admiratus prudentiam, obnixè cœpit deprecari, vt, ſi venalis eſſet, ſibi potiùs quàm alteri venderetur. Dubtachus autem, & vxoris importunæ perpeſſus inſaniam, & hoſpitis benenolentiam captans, puellam, prout petebat, ipſi venumdandam expoſuit. Quod cùm audirent Epiſcopi, Hanc, inquiunt, vendere potes, quia iuris tui eſt: ſed filiam, quam in vtero geſtat, non vendas, quia iuris Dei eſt. Hoc ille libenter accipiens, ſic quidem vendidit in ſeruitutem concubinam ſuam, quòd ſeruitutis immunem eſſe voluit filiam ſuam.

E *venditur mater:*

rurſus eius libertas prædicitur;

5 Et conuerſus ad vxorem iratam, vultum eam induere lætiorem admonuit, dicens iuuenculam illinc ſemel abductam, ſecundò illuc numquàm reuerſuram. Quem vnus Epiſcoporum increpans, ait: Stultum valdè eſt hoc loqui, quod neſcias; & de incertis certam definire ſententiam. Puella hæc, quam tu dixiſti numquàm hanc in terram reuerſuram, ſcias quòd non tam miſera hinc abducitur, quàm felix huc reuertetur. Clauſum enim geſtat in vtero, per quod vinculo ſeruitutis abſoluetur. Poſt hæc itaque procul abducitur iuuencula ſæpè memorata; præſidium quidem inter ignotos nullum ſperans, niſi Domini; conſolationem nullam ſibi promittens, niſi pietatem Dei: quoniam ipſe eſt, qui ſolus laborem & dolorem conſiderat, & F in ſe ſperantem, diuitem vel egenum, dominum vel ſeruum, ciuem aut exulem, nullum deſerit. Illâ verò

filia ſanctitas colũnâ ignẽâ prænoſtratur.

nocte, quam primam exegit in noui domini peregrinâ domo, intempeſtæ noctis ſilentio ignea quædam columna de lecto eius viſa eſt exurgere, & ſe vſque ad domus culmen erigere. Quod is qui viderat, manè facto domus domino nuntiauit, & hinc ei perſuaſit humaniter eſſe tractandam, circa quam euidenter oſtenſum eſt gratiam operari Diuinam.

CAPVT II

S. Brigidæ natiuitas. alia ſigna futuræ ſanctitatis.

6 COnſequenti verò tempore Rex prouinciæ illius, & proxima partui Regina, ad eamdem domum inuitatur. Regina autem in vicinâ commorantem audiens quemdam præſcium futurorum, eum ad ſe euocatum interrogat, quo die, & quo diei tempore, nouam matrem eam præuideret futuram. Cui ille, Ante ortum, inquit, ſolis craſtinum, hac in domo naſcentur infantes duo: ſed ille prior eſt dignitate qui poſterior

A posteriorem natiuitate. Tempus verò natiuitatis satis congruet nascituris: nam post occasum solis hodiernum vnus, qui & minor, orietur; & cras Aurorâ apparente alter natus apparebit, qui fulgore virtutum insignis, famæ suæ radios vsquequaque diffundet. Vix atrium domus ille egressus fuerat, & Regina subitis arrepta doloribus, exclamat: Quid sibi vult tanta partus mei festinatio? Quid infans in lucem prodire nititur? Si nasci properat, cur ita præproperat? An hoc congruere fata docent, vt hac nocte Regina puerum edat degenerem, & aliqua ancillarum crastino prolem pariat generosam? Non ita erit: licet enim pariendi tempus immineat, licet mihi dolorem dolor augeat, licet fata velint, vt ante ortum crastinæ lucis mihi filius oriatur aut filia; ego tamen, nisi per latus exitum fecerit, antequàm Auroram cras videro, puerpera non ero. Loquebatur illa sicut volebat; sed licut volebat, non euenit. Nam ante noctis medium enixa est. Et quidem magnum documentum pauperibus esse potest, quòd non quæcumque volunt Reges, possint.

tempore prædicto,

(frustrà in illud partũ suum conante protrahere Reginâ)

7 Igitur inter angustias pariendi, puella memorata ministerium obstetricis Reginæ exhibuit, & nascentem infantulum ipsa excepit, natum fouit, & abluit,
B curamque illius inter ceteras, imò præ ceteris officiosiùs habuit. Cumque mitigatis doloribus, cibo recreari Regina debuisset, illa cibum paratura egreditur. Iam verò vicinus solis ortus imminebat, cùm ipsa egrediens filiam antè peperit quàm ad Reginam perueniret: natamque protinus infantulam ipsa lacte perfudit. Quod audiens ille præscius futurorum, multis hoc efferebat laudibus puerperium, dicens nuper natam Virginem magni meriti futuram ante Deum, quæ relinqueret omnes seculi voluptates propter Deum. Dicebat etiam per hanc filiam captiuæ totam Hyberniam esse liberandam à peccati captiuitate. Cuius verba effectum postmodùm habitura, frequentia miraculorum, inter ipsa infantiæ eius primitiua crepundia cælitus exhibitorum, testimonio fuit. Ex quibus pauca subnectere memoratis congruum videtur.

nascitur Brigida:

iterũ eius sanctitas prædicitur:

8 Quadam igitur die, cùm in cunis infantili more fasciata quiesceret, negotio quodam inuitante mater eius & reliqua domus familia egrediuntur, solam ibi puellulam relinquentes. Et ecce post paullulum domus, in quâ paruula quiescebat, speciem ignis intuentium oculis repræsentare cœpit; ita quidem quòd si-
C mul & similiter ex omni eius parte ignis sæuire, imò quòd ipsa in ignem conuerti tota videbatur. Quod cùm adspicerent & hi qui ad vnam partem, & illi qui operabantur ad alteram, relinquentes propter quod abierant, tamquàm domum liberaturi, protinus aduolant. Verùm vbi eò peruenerunt, speciem quidem ignis, sed nullum ignem inuenerunt. Stupentibus autem cunctis, & secum de re tali & tam inconsuetâ mussitantibus, pars ad relictum opus reuertitur, mater verò infantis quibusdam ex aliis eam comitantibus, domum ipsam ingreditur. Qualis verò apparuerat extrinsecus, talis etiam intrinsecus apparet: & sicuti tectum, sic parietes & fundamenta, vnum colorem, vnam speciem, & vnum miraculum ipsis repræsentant.

inq; eiusdẽ rei præsagiũ domus, in quâ iacebat, velut igne lucet, foris,

atque intus,

9 Auget dehinc eorum admirationem res mirabilior, facies videlicet Virginis incredibili claritate oculos reuerberans intuentium; Deo nimirùm agente circa nuper natam Virginem, qualia quondam egerat circa legislatorem Moysen: quem cùm in rubo, ignis formam non tamen ignis substantiam exhibente, suæ ministrum voluntatis elegisset; tantâ postmodùm vultum eius illustrauit claritate, vt in faciem eius filij Israël intendere, non nisi velamine interposito, potuissent.

maximè Brigida facit,

vt olim Moysis:

10 Nec tamen vt eximio Prophetarum eam æquiparemus hoc dicimus, sed vt breuiter ostendamus muneris esse Diuini, id quod circa legislatorem actum est, & quod circa Virginem. Deus enim hanc elegit in salutem Hybernienſium, qui illum in saluationem Hebræorum. Et qui illum instituit quod ante Pharaonem loqueretur, ipse vt hæc in infantili ætate loqueretur, eius linguam in verba laxauit. Ne enim parum esse quòd Virgo prætendebat in facie splendorem insolitum, ipsa præter solitum locuta est, priusquàm naturaliter veniret ei tempus loquendi. Vnus autem ex his, quos domum ingressos prædiximus, ad patremfamilias accurrit, eique rei nouitatem indicauit. Qui licet professione Gentilis, acer tamen ingenio, multarumque rerum peritus, cogitauit non sine certi causâ mysterij, tale miraculum euenire. Vnde protinus eum, diligentiùs quid ipsa loqueretur inuestigaturum, remittit. Qui cùm aduenien s, quid locuta fuisset, percunctaretur; ipsa inquit: Hoc meum erit. Et item hoc ipsum ingeminans, tacuit. Cumque hoc ei, cuius iussione illuc erat, regressus nuntiasset, Non potest, ait, non fieri quod hæc Virgo, imò per hanc Virginem, prædixit Dei præscientia. Locus iste, in quo sumus, erit eius: & quæ nata videtur ex ancillâ meâ, futurum est, vt quandoque sit Domina mea; nec tantùm mea, sed & totius posteritatis meæ. Nemo autem impossibile ducat hoc quod dicimus: potest enim Deus loqui quidlibet per os infantulæ, qui olim quod voluit per
E os asinæ locutus est.

Avctore Laurentio Dunelm. Ex MSS.

D *loquitur adhuc infans,*

& suũ futurum locum illum propheras:

CAPVT III

S. Brigidæ baptismus, educatio, sancta puerilia.

11 PRocedente nihilominùs tempore memoratus ille paterfamilias nocte quadam, quiescendi gratiâ, sese lecto collocauerat. Et ecce post noctis medium solus ex circumiacentibus intuetur tres viros in modum Clericorum attonsos, albis etiam indutos vestibus, domum ipsam introire. Videbat ille, & mirabatur, tales tam reuerendi vultus & habitus viros, tali horâ ingredi domum alienam; eisque clauso ostio patere aditum: & quid quærerent, quid agerent, quidue dicerent, tacitus attendebat. Illi verò protinus accedentes ad Virginem, quæ secum attulerant protulerunt, & ipsam aquâ perfundentes, totum ordinem baptismatis, sicut Catholica consuetudo Ecclesia, super eam peregerunt. Quo ita peracto vnus trium ad eum, qui hæc singula conspiciebat, accedens, Virginem, inquit,
F istam Brigidam vocare debes. Et, quoniam ante Deum præelecta, meriti erit singularis, prænomen habebit suæ merito sanctitatis, Sanctaque non solùm ab huius terræ incolis, sed & à diuersis nationum populis, iure prædicabitur. Quo dicto socius suis eum comitantibus egressus est.

tres Clerici nocte clauso ostio ingressi, eã baptizant:

patri Brigidam appellandam indicant, & sanctã fore:

12 Stupefactus ille talibus & tam inauditis rerum euentibus, partem noctis, quæ restabat, ducit insomnem; diligentiori mentis intuitu, & quæ viderat & audierat secum recogitans: tantoque diligentiùs, quid humanitatis Virgini faceret, excogitabat, quantò apertiùs apud Virginem Diuina fieri ipse videbat. Vbi autem dies illuxit, vxorem suam singula, prout gesta fuerant, edocuit: quæ similiter, quamuis implicaretur errore Gentili, tamen naturaliter mitis & moderata, bonum viri propositum, quod habebat ad Virginem, in melius incitauit precibus assiduis & exhortationibus bonis. Inde mulier vna nutriendæ Virgini idonea quæritur: quæsita tandem inuenitur: inuenta Virginis obsequio protinus adscribitur; vt vnà cum matre eius illi assisteret, & nutricis loco curam illius officiosâ sedulitate per omnia haberet: necessaria Virgini & Virginis matri simul & nutrici sufficienter inueniuntur, domus dominis paternum affectum circa infantulam habentibus. Matrem tamen illius nondum restituerunt libertati, quia necdum sunt gentilitate liberati.

benignè habetur ab matris hero, licet gentili,

qui eius nutricẽ Christianam assignat:

13 Creuit igitur Brigida, sed non tam ætate quàm

AVCTORE LAVRENTIO DVNELM. ET MSS.

gratiâ: Deus enim (qui ſolus eſt, cui nemo dicere poteſt: Cur ita facis?) illud ei muneris conceſſit, vt vultum, quaſi magnum aliquid futuri boni præſagiẽtem, infans repræſentaret Angelicum. Hilaritatem aſpectus exhibet, membra decorem: quæ præterea circa ipſam eſſe videbantur, quotidianis incrementis augmentum profitebantur. Vnde contigit ſæpedictæ matris ſuæ dominum in breui plurimùm locupletari. Quod & ipſe, ſubtili ſicut erat ingenio, intelligens, cibis eam poſtmodùm ablactatam competentibus educari præcepit. Sed cùm hoc fieret quod ipſe præceperat, acceptos cibos euomebat. Exiſtimantibus autem matre ſimul & nutrice ſuâ cauſſam huius rei nullam eſſe, niſi caſum, alimenta ſimilia prioribus ſibi præparant & apponunt, bonum illis omen adeſſe ſuppliciter poſtulantes. Verùm de iis hoc idem fit, quod factum fuerat de prioribus: ſumptas enim eſcas ſtatim omnes ipſa, ſtomacho velut indignante, reiecit, ſicque magnum ſuæ matri dolorem intulit & deſperationem. Licèt autem Virgo multo tempore ſimilia faceret, corporis tamen incrementum & decorem ſic accipiebat, quaſi cibus ei per membra diffuſus, profuſiùs vtrũque multiplicaret.

A *vultu Angelico pradita, efficit vt herus diuerſcat: eius cibos, quia gentilis, euomit;*

ſic tamen creſcit,

14 Quòd ſi cuiuſlibet auditoris admirationem res infrequens adducat in incredulitatem, audiat, &, ſi velit, videre pergat Virginem vnam in Auſtralibus Angliæ partibus commorari, quæ in paternâ domo ſine perceptione alicuius cibi vigeſimum annum agit: hoc tamen excepto, quòd diebus tantùm Dominicis communione Dominici corporis vegetatur, & quia gutturis arterias vix etiam illud tranſire poteſt, ad meatum faciliorem efficiendum, exiguum aquæ benedictę poſteà in potum accipit. Quintâ nihilominùs feriâ parum aquæ præguſtat potiùs quàm bibit: & præter ſimilia iam per tot annorum curricula, nihil aliud vel comedit vel bibit, neque comedendi vel bibendi appetitum habuit. Vnde licèt viribus deſtituta corporeis, poſſibilitatem amiſit incedendi, mente tamen integra membriſque decora, facultatem loquendi non amiſit. Et cùm hoc quod mirabilius eſt, plures veritatis producat teſtes, quàm vicus ille, in quo Virgo permanet, homines; illud in Brigidâ, quod minus eſt, quæ ſine cunctatione maior eſt, tamquàm impoſſibile diſcredi iuſtè non poteſt.

B *vti alia Virgo in Anglia 20 annis ſine cibo vixit, ſolâ Euchariſtiâ:*

15 Veruntamen in hac noſtri temporis Virgine quod Deus facit, ſolus ipſe nouit cauſſam quare ita facit. Brigidam verò probatum eſt cibum acceptum ob hoc nequaquàm poſſe retinere, quia cibus Gentilis viri nequaquàm conueniebat Virgini tam excellenter Chriſtianæ. Vbi enim ille hoc idem de Brigidâ ſubtili mentis intuitu peruidit, vaccam vnam ab armento ſuo ſeparauit, & ſeorſum mulgendam ad opus eius ei dedit, cibos ex lacte illius illi præcipiens fieri ſingulares. Quod & factum eſt, ipſaque ſolitam alimenti iacturam ex tunc ceſſauit ſuſtinere.

C *vacca lacte nutritur Brigida,*

16 Annis dehinc infantilibus emenſis, ſic ætatem præterijt puerilem, quòd nullam intrârit puerilitatem. Tota ſiquidem rebus inſiſtebat honeſtioribus, non minùs aniles ineptias, quàm ludos puellares abhorrebat, & in tenerâ facie maturitatem prætendebat matronalem. Mirabantur quidam in eâ mentis prudentiam, alij verborum temperantiam, nec minùs rerum fugiendarum odium, omnes verò faciendarum fortitudinem. Stupebant quoque viri ſeculares ſuum ab eâ conſortium deſeri. Laſciuæ quoque mulieres ſe dolebant ſicut indignas deſpici. Virgines verò Deo dicatæ, ſe à boni propoſiti Virgine gratulabantur frequentari.

etiam in pueritiâ matura, prudens,

17 Cumque comitem, imò cuſtodem omnium virtutum addiſceret eſſe verecundiam, hanc illa ſic amplectebatur votis indeſinentibus, vt non ſolùm illius ſermo, adſpectus, vultus, opera, habitus & inceſſus publicè profiterentur diſciplinam, verùm & in ſecretum cordis, nullius admitteret maculam inhoneſtæ cogitationis. Nihil enim ducebat inconuenientius, quàm illud quod adſpectibus hominum patet, honeſtare; & ſecretum cordis, quod Diuinum latere non poteſt intuitum, latibulum efficere cogitationum immundarum. Et vt multa breui concludam, ſicut nihil fugiebat appetendum, ita nihil appetebat fugiendum. D

verecũda, ſedulas ſtudiosè puritatem cordis:

CAPVT IV

Nouercæ in Brigidam odium. Nutrix miraculo curata.

18 CVmque poſtmodùm fama talis filiæ paternum auditum pulſaret, ſimul & animum, in voces erupit exultationis & Diuinæ laudis, Deum corde & ore glorificans pro filiâ, quem in filiâ mirabiliter & multipliciter audiebat operari. Ardet pater deſiderio videndi filiam, iacturam ſibi reputat illius abſentiam, cuius præſentiam virtutum multitudo comitabatur. Miſſis itaque nuntiis reuocatur in venditionem matris eius olim facta conuentio: dolentibus dominis Virgo abducitur, & paternis tandem adſpectibus exhibetur; ipſam quidem nutrice ſuâ comitante, matre verò, ſicut priùs, in ſeruitute permanente. E

reuocatur ad domum paternam:

19 Pater ergo venientem filiam excipiens, ſicut pater, tantò ſe habuit ad eam affectuoſiùs, quantò veraciùs hoc probat intuitu, quod paullò antè perceperat auditu. Verùm quoniam omnes quos hîc amat Deus, quantùm permittitur, impugnare ſolet vel per ſe vel per ſuos diabolus; nouercam Brigidæ tanta contra Brigidam inflammauit inuidia, vt ad eius læſionem animum indueret nouercalem. Denique ſingula quæ Virgo vel dicebat vel operabatur, illa hæc in malum ſiniſtrâ interpretatione detorquebat: & tam verbis quàm verberibus ſæpè in innocentem ſæuiebat. Nec ſuis eſt contenta malitiis, ſecretis delationibus in apertum furorem pertraxit virum ſuum; & vitricum ex patre, perſecutorem ex dilectore, malignum ex benuolo, malum ex bono ipſum facit. Quia tamen impetrare non potuit, vt ipſam in ſeruitutẽ venderet, inſtare cœpit vt ſeruilibus officiis manciparet. Quid multa? fecit ei in domo ſuâ quod fieri nolebat in domo alienâ; ſubulci videlicet officium herili filiæ ſeductus imponens.

verberatur à patris uxore: patrẽ quoque durũ experitur: ſues iubetur cuſtodire:

20 Sancta verò Brigida reductis ad memoriam paſſionibus Chriſti, aduersùs paternas iniurias, & inſidias nouercales, ſalubri cogitatione armabatur; reputans non eſſe condignas paſſiones huius temporis, ad ſuperuenturam gloriam, quam in Sanctis ſuis Chriſtus reuelabit. Porcorum etiam ſic curam habens, quòd amorem Dei non negligens, foris agebat quod domi facere conſueuerat, aut Deum orare, aut aliquid in vſus indigentium operari. F

fert omnia patienter:

21 Cumque die quadam grex porcorum huc illucque vagando, paullulùm elongaretur à Virgine, duos malignæ mentis homines ibi tranſitum facere contigit: qui videntes opportunitatem, conceperunt dolorem, & perfecerunt iniquitatem, duas ſcilicet ſues furto auferentes. Et cùm deinde cœptum iter proſequerentur, vident procul illis obuium venire Dubtachum; quem vehementer extimeſcentes, quid pedibus poſſent, fugam ineuntes, probauerunt. Dubtachus autem veniens, & relictas à fugientibus ſues inueniens, ſuas recognouit: ipſiſque diligenter abſconditis, filiam adiit, hilari vultu, & verbis pacificis animum celans iratum. Tandem verò verba tenduntur illuc, quò tendebat animo: Virginemque percunctatur, ſi numerus ſibi commiſſi gregis integer eſſet aut imminutus. Illa autem fidem integram in Deum habens, rogauit vt ipſe videret, hoc quod ſcire volebat, qui cùm ſollicitè numeraret numerum integrum, illas etiam ſues quas abſconderat inuenit: ſtupenſque de facto domum rediit.

duas ſues furto ſublatas, à patre recuperatas & abſconditas, ei oſtendit à grege nil abeſſe:

22 Beata Virgo Brigida ſicut inter aduerſa patientiam,

A tiam, ſic inter meritorum gloriam amplectebatur humilitatem, quidquid virtutis operabatur Deo tribuens, non ſibi; ſciens nihil boni fieri, niſi per Deum, nullum de bonis efferendum niſi Deum. Et quia non in vacuum gratiam Dei recipiebat, ſed eidem in ſe operanti ſtudioſè cooperabatur, de bonis ad meliora, de melioribus ad optima quotidie promouebatur. Quantò verò Diuinæ maieſtatis adſpectibus ſeſe repræſentabat humiliorem, tantò coram hominibus Diuina pietas etiam miraculorum gloriâ reddebat excellentiorem. Vnde & inter alia ipſius opera, iſtud eam egiſſe memoratur, quod nos quoque memoratu dignum iudicamus.

humilitate creſcit in virtutibus.

& miraculis clareſcit:

23 Nutricem eius vehementis infirmitatis dolor inuaſit: quem licet ex infirmitate pateretur grauem, tamen aliunde patiebatur multò grauiorem, quòd ſcilicet videbat Brigidam in paternâ domo velut alienam ſeruilibus officiis dehoneſtari, quam viderat in domo alienâ quaſi filiam paternis affectibus honorari. Ita enim à naturâ comparatum eſt nutricibus, vt quibus præbent lac carnis, præſtent etiam ſemper affectum mentis. Sancta verò Brigida piè compatiens ſuæ nutricis infirmitatibus, ei ſe nutricem exhibebat: lecto B enim ipſius diebus & noctibus aſſidere, cibis etiam & verbis ſalutaribus refouere, & omnem ei pro viribus humanitatem exhibere ſatagebat. Tantumque potuit apud infirmantem deuotio miniſtrantis & caritas, vt patrem, parentes, & patriam, quæ quondam eius amore reliquerat, ei ſola Virgo ſuppleret. Sufficiebat enim hæc vna plus illis omnibus, quia vna præ omnibus ipſam diligebat: ſed ſine commodo ipſi miniſtrabat infirmanti, ſed ſine faſtidio neceſſaria ſibi largiebatur, ſed ſine ſuorum adiutorio, quia quod adipiſci Virgo non potuit laboribus ſuis, largitionibus accipiebat alienis.

nutrici ægrotanti miniſtrat,

eamq; ſolatur,

& neceſſaria ab aliis vicinis:

24 Vbi verò neceſſitatibus Virginis defuiſſet homo, clemens aderat auctor & amator virginitatis Deus. In ſe enim adiutorem Deum habet, qui cordis & corporis virginitatem habet: quod & tunc temporis in Brigidâ probatum eſt. Nam cùm nutrix ipſius ſitis ardore fatigata, cereuiſiam in potum ſibi dari poſtularet; S. Brigida duas puellas quemdam vicinum patris ſui cereuiſiam rogaturas miſit: in hoc eum æſtimans nouercâ ſuâ ſibi futurum liberaliorem, quòd ſi libenter cereuiſiam dare nollet, competenter negaret. Quod & ita fecit. Cumque manu vacuâ puellæ rediſſent ad Virginem, ipſa Deum totâ mente concipiens, aquam protinus de vicino fonte protraxit, attulit, impreſſione ſigni ſaluatoris benedixit, & in optimam cereuiſiam, ſicut pòſt bibentibus probatum eſt, potenter conuertit: deinde ſuæ nutrici parum ex eâ propinauit: nutrix infirma bibit, & ſtatim ab infirmitate conualuit. Tantaque fuit vtriuſque, potus videlicet & curationis optatæ, conuenientia, vt de hac cereuiſiâ bibiſſe, ſoſpitatem ſit accepiſſe. Quod quidem obſtupeſcentes qui aderant, fidem Virginis, & virtutem huius operationis, vſquequaque dignis laudum præconiis extulerunt.

aquam in cereuiſiâ conuertit.

C

quâ nutrix conualeſcit:

CAPVT V

Mater libertate donata. beneficentia miraculis comprobata.

25 VErùm quia omnis vita iniqui peccatum eſt, & malignus ex omni quod vel audit vel videt, ſibi malitiæ commentatur materiam; nouerca Brigidæ auditam virtutis famam ſibi reputat infamiam: & ſuum æſtimat dedecus, illius, quam perſequi videbatur, decus. Vnde bono Virginis mulier iniqua labitur in deterius; virtutibus illius iſta fit vitioſior, laudibus priuignæ in deteſtabiliora inuidens nouerca, protraxit

à nouerca magis offuscatâ

Audito enim & quod foris de furatis ſuibus, & quod domi de nutrice ſuâ infirmante prouenerat; eius inuidia permutari cœpit in odium, totumque ſuæ malitiæ virus aduersùs innocentem euomuit. Iamque perexiguum reputat vnius officij vel dedecore vel labore Virginem onerare: & ob hoc nunc coci, nunc piſtoris, modò ſubulci, nonnumquàm opilionis, aliquando meſſoris, ſæpè textricis officium, & alia atque alia his viliora, tam domi quàm foris, imponens, magnitudine laboris, & opprobrio ſeruilitatis, ipſam molitur opprimere.

AVCTORE LAVRENTIO DVNELM. EX MSS.

D

variis & vilibus laboribus opprimitur.

26 Sancta verò Brigida nullum opus ſeruile reputans niſi peccatum, exercitia laborum patienter admittebat, prudenter proſequebatur, laudabiliter conſummabat. Proinde tempore quodam viris aliquot hoſpitio receptis à patre ſuo, Brigida cibis eorũ præparandis accerſitur; nec diſtulit iubentis imperiũ facto complere. Caldariam enim ignibus ſuperpoſuit, & caldariæ aquas, aquis verò fruſta carnium, quot opus eſſe videbatur, impoſuit. Et dum cœptis inſtanter aſſiſteret, catulis fœta iacentibus canis vna venit ad Virginem, geſtibus quibus poterat alimoniam petens. Quid tum ageret Virgo miſericors? Numquid indigenti beſtiæ præberet alimoniam? Sed carnium earumdem & quantitas & numerus nouercam non latebat. Negaret igitur? Sed conſolationem indigenti negare, nihil aliud eſſet quàm ſibi contraire. Semper enim pia, ſemper clemens, ſemper mitis & benigna, tantâ ſemper redundauit miſericordiâ, vt non ſolùm in neceſſitates hominum, verùm etiam compaſſionem extenderet in indigentiam beſtiarum. Vnde pluris habens ſibi innatam miſericordiam, quàm crudelitatem alienam, & magis eſurienti beſtiæ compatiens, quàm inſaniam nouercalem timens, partes memoratarum carnium (neque enim aliud habebat ad manum) eſurienti largita eſt. Secundò quoque ſimiliter venit; & qualem primò, talem nihilominùs ſecundò ſibi Virginem inuenit. Quemadmodùm fauus melle redundans facili motu liquorem diſtillat dulciſſimum; ita & hæc Virgo plena pietate naturali, facillimè inopiâ flectebatur pietatis.

duas partes carnis dat canis:

27 Cumque poſtmodùm pater eius cum ſuis hoſpitibus ad menſam reſideret, fercula carnium elixarum mẽſæ iuſſit apponi. Fecit Virgo quod pater imperauerat: fidens enim Deo, carnes comedẽtibus eas apposuit, inuentæq; ſunt & quantitate & numero excreuiſſe, quàm priùs fuerant miſericorditer imminutæ. Tali deniq; hoſpites iidẽ obſtupefacti miraculo, (nam carnes quas anteà ipſi imminuti viderant, ſine aliquâ imminutione ſibi apponi videbant) Dubtachum prout geſta fuerant edocuerunt ſingula. Ille verò recogitans, & quæ priùs audierat, & quæ de Brigidâ tunc audiebat, tandem ſe meminit eſſe patrem, & nobilem filiam, ſeruilibus officiis emancipatam, amori habuit & veneration. Indecens enim ſibi viſum eſt, hominem velle dehoneſtare, quam Deus videbatur honorare, & affectu patrem à filiâ alienari, cui paternum affectum impendebant alieni.

quæ integra in lebete reperiuntur

E

honeſtius habetur à patre

28 Sentiens itaque beata Virgo ſuum patrem animum ſibi indulgere paternum, cœpit non tam de arridente ſibi proſperitate gloriari, quàm de ſuæ matris ſeruitute die noctuque ſollicitari. Sciebat enim ſecundùm Apoſtolum, quòd ſi quis ſuorum, & maximè domeſticorum, curam negligit, fidem abnegat, & eſt infideli deterior. Vnde ad matrem ſuam inuiſendam

1. Timoth. 5. 8

eius venia,

matrem inuiſit cũ nutrice & fratre:

piam animum apponit: propoſitum deinde patris auribus exponit; acceptâque licentiâ, ſe & ſibi neceſſaria ad iter optatum componit. Denique ſuo deſiderio ſatisfecit, iunctis ſibi in itinere ſociis, ſuâ nutrice & quodam fratre ſuo. Quia enim quiſquis talibus moribus viuere putatur, qualibus ſociis delectatur, prudens hæc Virgo, prouidens bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus, neque domi neque foris

AVCTORE LAVRENTIO DVNELM. EX MSS.

alicuius admittebat ſocietatem, quæ vel malis aliquam mali præberet ſuſpicionem.

29 Denique ad optatum locum beata Virgo perueniens, aduentu ſuo magnam domus dominis, magnam familiæ, maximam ſuæ nutrici contulit exultationem. Miſertus eſt enim Deus illius, & omnia eius opera dirigebat. Vbi verò ſecreto ſuæ matris eſt potita colloquio, diligentiùs inueſtigare cœpit, quid laboris, ſub qualibus dominis, & quâ mercede toleraret: audiuitque dominos liberales ei multum amorem pro paruo labore clementer impendere; laborem enim nullum ſuſtinere cogebatur. Vaccas duodecim ad mulgendum gratis acceperat, quarum lac vel coagulabat in caſeos, vel detorquebat in butyrum.

hilariter excipitur à dominis matris: reperit eâ benè ab iis haberi:

30 Quibus auditis, Deo bonorum omnium auctori laudes & gratiarum actiones exſoluebat, & hunc pro matre filia laborem ſibi rogare cœpit aſſignari. Cumque mater quieſceret, & filia laboraret, multitudo bonitatis & benignitatis eius multitudinem pauperum ad petendum ab eâ alimoniam frequenter inuitabat. Illa verò nullum abire volens inconſolatum, ſingulorum neceſſitatibus pro ſuis viribus reſpondebat, dictum implens Sapientis: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi autem exiguum, etiam de exiguo libenter impertiri ſtude.

eius laborē ipſa ſubit,

liberalis in pauperes: Tob. 4. 9.

31 Sed quia nonnulli malè loquendo de bonis, nonnumquàm benè merentur de malis, matremfamilias adiit quidam aſſentator, Brigidam aſſerens non hoc facere quod facere ſperabatur. Nam illud lac omne, quod in caſeos deducere debebat & butyrum, ipſa vanâ mente & manu prodigâ in vſus profundebat egenorum; ipſe quidem exiſtimans pro verbis huiuſcemodi largâ mercede munerari. Licet autem adulator iſte, bona dicendo non benè neque ſibi prodeſſe, nec obeſſe Virgini potuerit; mulieris tamen animum ad probandum quod audierat inclinauit. Quis enim ſuo non moueatur incommodo? Intrat denique operariam domum domina, ſimul & maritus eius, vas quoddam valdè magnum butyro iubentes impleri. Sancta verò Brigida, licet multum peteretur, & parum haberet, illud tamen quod habebat, fiducialiter in vaſculo quodam protulit, largam manum Diuinæ pietatis adeſſe petens, factoque ſuper hoc ſigno ſanctæ crucis, magnum vas impletur ex modico, citiuſque potuit illud impleri, quàm illud poſſet euacuari.

accuſatur prodigalitatis:

modico butyri, Cruce ſignato, magnum vas implet:

32 Cumque illud plenum ſuſcipi poſtularet, reſpondit paterfamilias, Hoc, inquiens, ille ſuſcipiat cui tu dare volueris. vas enim iſtud & has vaccas duodecim tibi tribuo, quodque ex iis omnibus tibi fieri libet, ecce facere licet. Et illa, Si mihi, inquit, hoc liceret quod magis libet, mea mater libertati reſtituta mecum abiret. Cuius petitioni libenter annuens, Tuam, ait, matrem iugo ſeruitutis abſolutam tibi trado: & eam ita dare placet, quòd priorem donationem dediſſe non diſplicet. Mater libera tecum abeat, & abducantur animalia: ſeruos & ancillas habe quot ſufficiant animalibus, etiam quæ vobis in commune ſatisfaciant. Præter hoc Deus tuus erit ſimiliter & Deus meus, quoniam gentilem abhorrens vanitatem, Chriſtianam affecto veritatem. Nec multò pòſt ſua dicta factis exequitur, & per lauacrum regenerationis & renouationis Ieſu Chriſti, Chriſto Domino cum omni domo ſuâ meruit incorporari. Beata verò Brigida, ea quæ ſibi data fuerant dans cuncta pauperibus, ad paternam domum cum gaudio magno & multo omnium fauore, ſuam matrem reuocauit.

matri libertatem impetrat:

dominum matris cōuertit:

vaccas 12 ſibi ab eo datas, dat pauperibus:

CAPVT VI

S. Brigida ſeruitutis periculo erepta.

33 QVia verò nihil eſt inuidiâ, muliebri facilius ad incitandum, nihil etiam ad ſedandum difficilius; nouerca Brigidæ ſimpliciter intueri non potuit ſuam pellicem iam rediſſe liberam, quam ipſa ſine ſpe reuerſionis venumdari fecerat in ancillam. Cogitat deinde facere Virgini, quod factum fuerat ſuæ matri, eique reddere vicem maternæ libertatis, graue iugum ſeruitutis. Quid multa? Tendit inſidias ancillares domina nobilis, & de Virgine bonâ non benè ſollicita, diligenter inueſtigat, quod inuenire non poteſt, aut verbum eius turpe, aut opus inhoneſtum. Verùm vbi res non procedit ad votum, (omnis enim vita Brigidæ virtus erat) de bono ipſius malum facere nititur, & virtutem eius in vitium interpretatur. Calumniatur enim Brigidam nihil habentem multa pauperibus dare; & cùm nihil haberet ſuum, eam furari dicebat alienum. Virum denique ſuum aggreditur beſtia venenata, dicens, per filiam ſuam in ſolitudinem redigi domum ſuam. Ipſa enim, ait, vniuerſâ ſuppellectili ſpolians paternam domum, locupletat alienam, ſæua quidem ſub ſpecie pietatis; & ſic circa alios exercens miſericordiam, vt patrem inducat, niſi præcaueatur, in magnam miſeriam. Vnde præcaueri malum hoc oportet, antequàm perueniat. Quia ſtultum eſt nolle tibi prouidere, niſi cùm egere cœperis; neque cogitare velle de miſeriâ, niſi quando fueris miſer. Quid igitur agendum eſt? Vendatur hæc filia tua, ne tecum pereat tibi innitens familia. Quòd ſi diſtuleris eam ſeruitutis iugo caſtigare, ipſa te non differet in opprobrium egeſtatis præcipitare. Hæc & iis ſimilia viro mulier inſurrans, fraude fœmineâ effœminat virilem animum, eumque ſuâ crudelitate inficit, & filiam ſeruire facit.

à nouercâ matri libertatē inuidente,

accuſatur apud patrem, quod ſpecie eleemoſyna, eius bona diſſipet:

34 Sic, ſic olim vir ille deſideriorum Daniel circumuentus ab hoſtibus, cùm non poſſet accuſari de opere bono, ille accuſatur quòd contra Regis imperium orabat Deum. Hæc autem, quòd contra ſalutem patris eleemoſynas facit propter Deum. Vnde & ille traditur ad deuorandum fœuis leonibus, iſta autem ducitur ad vendendum alienis hominibus. Sed quia fidelis vterque repertus eſt ante Deum, Deus vtrumque liberauit, illum ſcilicet ne deuoraretur, & iſtam ne venderetur. Cùm enim Virginem ad vendendum duceret deceptus pater eius, diuertit currum ad Regis curiam, quem in caſtello quodam vicino perendinare famâ referente cognouerat; nulli volens niſi Regi, aut alicui nobilium vendere nobilem filiam ſuam. Perueniens itaque pater, imò ex patre perſecutor, ad optatum locum; filia pro foribus in curru relinquitur, & ipſe ad Regem ſalutandum ingreditur.

Dan. 6.

ducitur ad Regem, ei aut nobili alicui vēdenda:

35 Cumque Rege ſalutato conſideret, & multa audiens, multa etiam diceret, ipſe ſermo tandem inter eos habitus, de magnis ad parua deſcendit, de re militari ad exercitia ruſticana, de affluentiâ diuitum ad inopiam pauperum, de quiete liberorum ad ſeruorum vexationem. Rege autem dicente, neutrum ſine altero benè procedere: non enim terra excolitur, niſi pax defendatur; neque pax benè defenditur, niſi terræ fructus adminiſtretur defendentibus; conſtans etiam ſit & ſeruos dominis, & dominos ſeruis indigere; ſubiecit Dubtachus: Ego foris Virginem vnam venalem habeo, quam ſi Regi emere placet, credo quòd non vltimum inter ancillas Regis ſibi locum parabit. Rex autem hoc audiens, & quænam ea eſſet inquirens; reſpondit Dubtachus, hanc eſſe filiam ſuam. Et Rex ait: Si hæc filia tua eſt, quare ipſam vendere diſponis? Omnem, ait, domus meæ ſuppellectilem furatur, & vt me pauperem faciat, de meâ ſubſtantiâ pauperes ditat. Cùm hoc Regi aſſidentes audiſſent, Bona, inquiunt, fama filiæ tuæ, totam percurrens Hiberniam, magnæ eam æſtimationis apud nos eſſe fecit. Et mirum eſt, quòd tu ſolus vitij ream adſtruis, quam plenam virtutibus ceteri affirmant. Nec mora: ſuis eam aſpectibus Rex iubet exhiberi.

aliquando offertur,

mirantibus nobilibus:

36 Sancta verò Brigida, dum pater eius in palatio moras facit, pauperi cuidam eleemoſynam petenti, gladium

A gladium dedit patris sui. Postmodùm igitur ipse venit, agnitoque quod de ense factum fuerat, nimis indoluit, & quia bonus erat, & quia memoratus Rex Laginensium ipsum ei dederat. Plus enim placet munus Regis, licet exiguum, quàm aliunde grandis acquisita pecunia. Denique & mendicum persequi, & in filiam sibi sæuire pater ducens indecorum, eam introduxit ad Regem, suam ei iacturam insinuans. Rex autem in vultu iuuenili reuerendam grauitatem, moderantiam admiratus in habitu neque nimis nitido neque immoderatè sordido; Quare, ait, ensem dedisti pauperi, quem ego dederam tuo patri? Et illa, Ne mireris, ait, hoc me dedisse quod potui, quia si possem similiter in pauperibus meo factori, quidquid & tu Rex & pater meus habetis, erogarem. Æternales etenim diuitias thesaurizat, quisquis pro Deo pauperibus erogat temporales.

gladiũ patris dat pauperi eleemosynã petenti:

facti causſam Regi sapienter reddit;

37 Tunc Rex conuersus ad Dubtachum, Maior est, ait, hæc Virgo & melior, quàm vt venundari possit, vel emi. Et cùm omni vel auro vel argento sit pretiosior, ego pretium, quo comparetur, nullum habeo. Pro hoc autem bono gladio, quem ipsa dedit inopi, optimum dabo tibi. Tu autem si credere velis consilio meo, ipsam relinques arbitrio suo. Cuius verbis instructus, & honoratus muneribus, ad sua rediit, filiamque suam, quò libuit, liberam ire permisit. B

qui patri alium gladiũ donat: ipso sui iuris efficitur.

CAPVT VII

Virginitas deformitate defensa; velo accepto & miraculis stabilita.

38 COgitans autem B. Brigida nihil esse seruilius, quàm acceptâ abuti libertate, seruitium euadens humanum, totam se transtulit ad Diuinum: & quasi parum esset quidquid priùs egerat, corpus suum attenuabat vigiliis frequentioribus, & inediâ grauiori; mentem verò feruentiùs dilatabat in contemplationem, & amorem Dei. Apium etiam imitata solertiam, quæ per hortorum vagantur amœnitates, & ex multis floribus succum varium colligunt, quem in vnum saporem mixturâ quadam ac proprietate spiritus sui permutant; mansiones Virginum sanctarum hæc sancta Virgo circuibat: & quidquid vel in vnâ vel in alterâ videbat boni, transferebat hoc in vtilitatem suam: huius enim humilitatem, patientiam illius imitabatur: ab vnâ parsimoniam, misericordiam addiscebat ab alterâ: & vt multa paucis includam, quidquid erat omnium, faciebat esse suum. Tantùm verò caritate redundabat, & indefessâ pietate, vt vbi aliquam ancillarum Christi lecto ægritudinis detineri cognosceret, visitaret protinus infirmantem, nec ab eius ministerio ante separaretur, quàm ipsa aut vires reciperet, aut vitam terminaret. C

austeriùs & sãctiùs viuit:

virtutes alienas imitatur:

ægris ministrat:

39 Et cùm die quadam ad vnam tantò festinaret velociùs, quantò eam infirmari audierat vt alidiùs, obuios habuit in itinere fratres suos, quorum vnus, vocabulo *a* Bacchenus, (cuius vt multa breui dicantur) matri similis, alios inuitare cœpit ad malitiam, Hæc est, inquiens, soror nostra, quæ de loco ad locum discursando, nescio quâ superstitiosâ vanitate, virile consortium abominatur; illud refugit ad quod eam Deus fecit, & mente pertinaci sic viuit, & sic viuere disponit, vt nec auum patrem suum, nec auunculos esse velit fratres suos. Institutis Dei vanitatem suam anteponit, naturæ legibus præfert leges proprias: & ad nostrum tam dedecus quàm dispendium, filiorum numerositati præponderat abominandam sterilitatis infæcunditatem. Sed, viri fratres, stultitiam hanc magnam compescamus, & non suæ voluntati, sed nostræ simul & suæ consulentes vtilitati, quæramus aliquem nobilium, (& certè repertu facilis erit) qui sit ei maritus, & nostro patri genet, nobis autem omnibus propugnator & amicus.

a fratrum vno volẽte eam cogere ad nuptias,

40 Quam increpantes alij, Non est, inquiunt, virile, neque fratres decet, sæuire in sororem Virginem: maximè quæ pro terrenis cælestia, permanentia pro transitoriis, pro homine sibi sponsum elegit Deum. Et quoniam ei cuncta postposuit, non impediamus hoc propositum, quod affectat Deum: nec inquietemus Virginem, quæ sectatur honestatem: nec hoc adoriamur, quod nobis turpe sit aut perfecisse, aut perficere non posse. Inhonestum enim est ab honesto proposito suam sororem fratres reuocare. Quod tamen si tentauerimus, & nostros conatus eius frustretur constantia, nonne turpissimum erit Virginem vnam non cessisse viris quatuor? Seruiat igitur nostra soror Deo, cui seruire proposuit: eiusque bonum diligamus bono nostro, quia si aliter facere tentauerimus, hoc omnino faciemus malo nostro. Hæc & his similia, tres illi quarto inculcantes, in ventum verba iaculari videbantur.

Avctore Laurentio Dvnelm. ex MSS.

D

aliis tribus reclamantibus,

41 Cumque nihil proficientes, in contentiones & conuicia mutuò prosilirent; S. Brigida Deum inuocans adiutorem obnixè supplicabat, vt & discordantes in fraternam pacem reuocaret, & suâ protectionis dexterâ eam ab illis propugnaret. Nec mora: vnus oculorum eius velut ictu erutus apparuit, sanguinis etiam non modicum eius capite læso postmodùm emanauit: vt fratrem, quem ad quærendum sibi maritum pristina forma prouocârat, hæc noua deformitas ab intentione tam insulsâ reuocaret.

à Deo impetrat, vt oculum amittat:

E

42 Videntes autem illi tres, qui contra fratrem pro sorore contendebant, in sorore faciem taliter & tam celeriter immutatam, dolebant, & dicebant, illud ei nequaquàm euenisse, si de contrahendo matrimonio, quod suæ aduersabatur voluntati, interpellata non fuisset. Querebantur etiam aquam se non habere, vt saltem sanguine perfusam faciem abluerent; & si medelam conferre non possent, quam volebant, humanitatem conferrent, quam valebant. Sentiens itaque Virgo Christi sibi Christum adesse defensorem, de suâ consolatione sollicitos, inconsolatos relinquere noluit fratres suos: & non parum in omnipotentis magnâ confidens clementiâ, terram, vbi stabant, vt foderent imperauit. Omnibus iussa complentibus, ille protinus aquam ad petitionem ancillæ suæ de aridâ potentialiter eduxit, qui ipsam ad percussionem Prophetæ sui quondam in deserto mirabiliter de petrâ produxit.

fratribus 3 ei compatiẽtibus,

fontẽ precibus elicit:

43 Tali igitur tres illi fratres applaudentes miraculo, in sororis obsequium animo deuoto præparantur, & manu satis officiosâ, ablutâque diligentiùs sanguinolentâ facie, oculum Virginis, & vnum & alterum incolumem inuenerunt. Vnde protinus in gaudium & gratiarum actionem accensi, quartum illum fratrem non minùs moribus quàm naturâ filium matris suæ, ad congaudendum inuitant, dissimulantem increpant & accusant. S. Brigida verborum correptionem nullam videns afferre stulto correctionem, (stultum enim non quod auditur, sed quod sentitur corrigit) vnum illi maledicendo oculum eripuit. & sic insipiente flagellato, iter quod inceperat, & opus quod proposuerat, nullo impediente peregit.

F

eo ablutæ oculum recuperat,

& fratrẽ obstinato maledicẽti, oculum eripit.

44 Non multo deinceps elapso tempore, septem boni propositi Virgines iunctæ sunt ad memoratam Virginem, animo simili, & affectu salutari optantes, & per eam & cum eâ spiritualibus informari disciplinis. Vnum siquidem in ore multorum verbum erat, multipliciter & mirabiliter operari Spiritum sanctum per Brigidam, per quem Brigida semper erat in cunctis prosperè agens. Illa verò sanctam earum amplectens voluntatem suæ voluntati consentire, vtilissimum tam eis quàm sibi iudicauit, vt sacri velaminis impositione Christo consignatæ agerent vitam, & haberent normam cœnobialem. Placet omnibus quod vni placuerat: & dilationem vel modicam magnam arbitrantes iacturam,

eũ 7 Virginibus,

quibus cœnobialem vitam suaserat,

AVCTORE LAVRENTIO DVNELM. EX MSS.

iacturam, ad beatæ memoriæ Mac hilenum Episcopum simul & simili feruore properant, ipsius benedictione consecrari Christo & signari postulantes.

45 Episcopus autem earum vitam nescions, & eas impetu quodam animi magis, quàm inspiratione Spiritus sancti affectare credens vitam arduam Virgines delicatas; recusauit hoc facere, quod facere petebatur, sciens secundùm Apostolum, nemini citò manum imponendam, neque credendum omni spiritui; sed probandos esse spiritus si ex Deo sunt. Cumque videret sancta Virgo, quòd Episcopus tuta timeret, spe & prece conuersa est ad orationum nota præsidia, consolatorem inuocans Spiritum consolationis, vt quem eis ipse inspirauerat affectum, ipse etiam perducere dignaretur ad optatum effectum.

46 Quid multa? Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Vt enim feruor ipsius interior signis exterioribus appareret, ignea super caput eius columna resplenduit quæ vsque ad tectum ecclesiæ excrescens, (in ecclesiam enim cum suis oratura Virginibus ipsa secesserat) intuentibus exultationi fuit & admirationi. Episcopus etiam hoc miraculum admiratus, suos inquisitione diligentiori percunctatur, quibus hæc Virgo parentibus edita, quo vocabulo nuncupata, quibus moribus ab infantiâ fuisset conuersata. Cui vnus ex Clericis, hanc esse Brigidam, filiam Dubtachi, mirabilium rerum operatricem, exposuit. Quod cùm audiret Episcopus, & videret hanc ad se venisse, quam bona fama multò antè præuenerat; petere ipse iam cœpit, vt faceret quod facere petebatur: & mox eam cum suis Virginibus sacri velaminis impositione, Christo consignauit. Gaudenter enim hoc homo potest operari, ad quod cælestibus signis sese videt inuitari.

47 Contigit autem inter ipsa benedictionum sacramenta, vt lignum quo sanctum altare sustentabatur, quod & nullis firmum radicibus, neque cortice velatum, vetustate consumi videbatur & carie, sancta Virgo manu tangeret. Ad cuius tactum tantam accepisse virtutem memoratur, vt & mox virescere videretur, & postmodùm inter flammarum incendia, quibus eadem ecclesia consumpta est, consumi nequaquàm potuisset. Sic, sic, omnipotens Dominus, qualia priùs egerat in veteri Testamento, talia iam nunc operatur in nouo, in vtroque suos amans, & suam eis piam potentiam & potentem pietatem administrans. Ipse enim filios Israël tendentes ad terram repromissionis, in igne præcedebat: ipse etiam Brigidam festinantem ad terram æternæ hæreditatis, in igne sursum ascendente, de terrenis ad cælestia magis & magis appetenda prouocabat. Neque ligno memorato virorem alius contulit, & alius ex virgâ summi quondam Sacerdotis Aaron fructum produxit. Vnus Deus vtrumque fecit: huic ligno contulit virorem, vt Brigidam signaret esse Virginem; virga autem Aaron & viruit simul & fructum dedit, quia illa quæ per eamdem virgam præsignabatur, & Virgo simul & mater fuit.

a *Colg.* Baithenus.

A adit Episcopum, velumq; postulat: quotergi- uersante, 1 Timot. 5.22 1 Ioan. 4.1 *Deũ orat:*

mox colu- mnâ igneâ apparente super ca- put eius,

B Episcopus, intellecto Brigidam esse,

ei & so- dalibus velũ imponit:

ipsa ligni ficeũ tan- gens, viri- de reddit,

& pòst in- ter flãmas illa sum;

antiquis innouatis miraculis:

C

CAPVT VIII

Cœnobium sanctimonialium institutum. misericordia egentibus exhibita.

48 EPiscopus igitur fidem Virginis admiratus & meritum, locum suo proposito, & professioni competentem ei præparauit: & quot habebat socias, tot sibi vaccas dedit. Ipsa verò locum sibi datum cum suis ingressa sodalibus, sic viuere & vigilare, sic ieiuniis & laboribus insudare, sic orationibus & Diuinæ contemplationi studuit inhærere, vt priorem eius vitam hæc noua vita superaret. Et licèt aliis dignitate præemineret & merito, sociam tamen humilitatem profitebatur; dictum implens Sapientis: Principem te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi vna ex illis. Exemplis autem ipsius & exhortationibus ceteræ ad bonum prouocatæ, licet magna professæ, digna faciebant tali professione.

loco ab Episcopo assignato,

D Eccli. 32.1 *cum sodalibus sanctè viuit,*

49 Quarum conuersationi congaudens antedictus Episcopus, & eiusdem prouinciæ populus vniuersus, quæque corporalem earum spectabant necessitatem, paratiores ad tribuendum, quàm illæ ad accipiendum erant. Si quid verò superfuisset, hoc in vsus indigentium Brigida misericorditer, prout cuiusque necessitas exposcebat, erogare studebat.

victũ sub- ministrãt Episcopo & populo;

quæ super- erant dãs pauperi- bus:

50 Quadam verò die sæpedictus Episcopus, eam cum suis ad cœnam inuitauit. Cumque mensâ positâ, & paratis omnibus cibum sumere debuissent, S. Brigida cœpit Episcopum deprecari, vt antè spiritualibus alimentis ipsarum mentem, quàm carnalibus epulis ventrem reficeret. Quod libenter ille accipiens, ad informationem earum linguam protinus exercuit eruditam, sermonem Domini in monte habitum, materiam assumens sermonis sui. Et cùm multa de virtutibus, quibus beatitudo promeretur, multa etiam de ipsâ beatitudine deseruisset, S. Brigida, sermone terminato suis ait: Ecce, dilectæ mihi in Christo sociæ, virtutes octo, quarum obseruantia beatos facit, nobis proponuntur, & nos Virgines octo sumus. Licèt autem vna virtus sic connexa & quasi concatenata sit alteri, vt multas necesse sit virtutes habeat, quisquis perfectè vnam habuit; tamen ex iis omnibus vnam quam voluerit, vnaquæque nostrum specialiùs adimplendam eligat. Quibus ista sibi placere respondentibus, si tamen ipsa, quæ prima inter eas esse videbatur, priùs virtutem quam vellet eligeret; ipsa nihil cunctata, misericordiam elegit. Et licèt aliis etiam virtutibus sic diebus ac noctibus insudaret, vt eam ex virtutibus compactam iudicares; sic tamen studuit misericordiæ; quasi præter misericordiam virtutem vel omnino nullam, vel exiguam reputaret. Sic & aliæ quamcumque propositarum virtutum elegissent, feruentiùs & frequentiùs eidem insistebant: nec antè desistebant propositam adimplere virtutem, quàm virtutis acciperent promissam remunerationem.

cùm ipsæ rogatus de 8 beatitu- dinibus dixisset,

E

singula singulas virtutes exercendas eligunt,

ipsa mise- ricordiã:

51 Ita igitur in animâ spiritualibus alimentis saginatæ, ad recreationem corporis corporales postmodùm cibos, Episcopo inuitante, perceperunt. Et hic in omni vitâ mos Brigidæ postmodùm inoleuit, vt nullâ die carni suæ corporales cibos indulgeret nisi priùs animæ cibo, verbo videlicet Dei, pasceretur.

semper an- te cibum, verbum Dei audit:

F

52 Miraculis deinde crebrescentibus, fama Brigidæ in vniuersis Hyberniæ finibus magis & magis innotuit; quia lucerna posita super candelabrum abscondi non potuit. Confluunt itaque ad Virginem Virgines innumeræ, veniunt simul & viduæ, neque viduatas Virgini, neque veteranas iuueni, neque diuites, imò ex diuitibus sponte pauperes, pauperi graue fuit subiugari. Vnde contigit in breui ancillas Christi multiplicari numero: sed hoc singulare studium & sollicitudo fuit Brigidæ, vt multiplicarentur & merito. Licèt enim meritum esse non possit, vbi numerus non est, in numero tamen virtus non consistit, sed in merito: quia laudabile non est conuentum esse numerosum, sed religiosum; neque magni iudicatur simul habitare multos, sed hoc omnino magnum est simul habitare bonos. Quocirca & benè viuendo & patienter docendo, bonas ad meliora prouocabat; errantes autem ab errore, arguendo, obsecrando, increpando reuocabat. Pauperum etiam sic curam habuit, & sic in eos liberalis fuit, vt sui monasterij res primata, inopum res publica efficeretur.

multas sibi iũgit Vir- gines & viduas,

quas piè instituit

pauperes subleuat

53 Contigit autem die sancto Paschæ ei de ecclesiâ egredienti, occurrere quemdam, & pauperem & lepro- sum; cui protinus suam exponere cœpit miseriam, di-

leproso ab eâ vaccam petenti,

cens

A cens paupertatem ægritudine, & ſuam ægritudinem paupertate plus grauari. Et quoniam, inquit, me natura pauperem creauit, infirmitas autem mihi vires ademit laborandi, magnæ pietatis eſt, & precor, vt bouem vnam lactantem indigenti largiaris. Licet enim valdè ſit miſerum, vel nihil habere, vel leproſum eſſe; tamen lepra quos inuadit, non ſtatim perimit: quibus autem omnia deſunt alimẽta, citò deerit & vita. Quod cùm audiret Chriſti Virgo, & nunc reuocaret ad memoriam gaudium illud ſingulare, quod illo die reſurgens à mortuis, de ſuâ ſimul & noſtrâ reſurrectione nobis omnibus contulit homo Deus; nunc etiam recogitaret, iſtum ab hoc duplici gaudio, duplici mœrore, inopiæ ſcilicet & infirmitatis, retardari; viſceribus miſericordiæ ſuper miſerum cœpit commoueri. Quid verò faceret? ſi tantùm eius indigentiam releuaret, reſtabat ſatis ex infirmitate quod doleret: ſi autem ſola ſibi propulſaretur infirmitas egeſtate remanente, dimidius conſolari videretur magis quàm totus. Quapropter & ſubſtantiam, quàm pia Virgo petebatur, ei pariter conferendam cogitabat. Tandemque benignis eum allocuta ſermonibus, Viſne, ait, ſanus fieri? Quod cùm feruenti deſiderio ſe ſemper voluiſſe reſponderet; aquam ſibi beata Virgo fecit afferri: & cùm eam impreſſione ſigni ſalutaris, & inuocatione Saluatoris, conſecraret, ſuper corpus infirmantis ipſam reſperſit.

Crucis ſigno & aquâ benedictâ ſanitatem confert,

B moxque deformitas oneroſa ſatis & odioſa ſibi viſa eſt aufugere, optatuſque decor in ſanato corpore cœpit apparere. Deinde quod petierat ei præbens, gaudentem & gratias agentem, ipſam à ſe ſancta Virgo dimiſit.

& vaccã donat:

CAPVT IX.

Signo Crucis producta auctaque cereuiſia, & lac.

54 ALio item tempore pauperum multitudo venit ad memoratam Virginem, cupiens & obnixè petens potu cereuiſiæ recreari. Ad eam enim velut ad communem penum pro diuerſis neceſſitatibus quotidie pauperum caterua confluebat; iſte panem expetens, ille potum, quidam lac, alij caſeos vel butyrum, alij etiam vel farinam vel frumentum, nonnulli linum aut lanam, aut quodlibet operimentum, id petentes ſinguli, quo ſingulariter indigere videbantur. Et quia ſe undùm veritatis eloquium, quærentibus regnum Dei & iuſtitiam eius, cetera, quæ corporalis expetit neceſſitas, adiiciuntur; ita Virginem miſericordiæ ſemper conſolata eſt Omnipotentis larga miſericordia, vt nullum egenorum à ſe dimitteret aliquando inconſolatum. Nam cùm ſibi vel omnino nihil, vel non ſatis eſſet, quod indigentibus erogaret; clementia Diuina, per ſuæ largitatis copiam, nunc vno, nunc alio modo ſupplebat ipſius inopiam. Numquàm enim Deus alicui conſueuit deeſſe, qui ſolius obtentu caritatis, proximorum neceſſitati conatur adeſſe.

multis ad eam confluentibus egenis,

nullũ vacuum dimittit,

C

Deo illi ſẽper ſuccurrente:

55 Vnde & hîc cùm beata & verè miſericors Virgo cereuiſiam peteretur à pauperibus, & nec haberet quod petebatur, neque tamen inconſolatos emittere pauperes ipſos voluiſſet; cogitauit quid faceret, quò mitteret, quemúe cereuiſiam ad ſitim pauperum exſtinguendam poſtularet. Et dum ipſa pro adimplendo pauperum deſiderio, diuinitus ſibi & conſilium adeſſe deſiderat & auxilium, aquas ad balnea præparatas (nam & tunc & modò balneis tam Hybernenſium natio quàm Scotorum frequenter vti ſolent) non procul intuetur. Ad quas protinus accedens, Saluatorem omnium inuocare cœpit adiutorem, vt ipſe, qui per ſeipſum poteſt quidquid fideliter poſtulatur à ſuis, eamdem aquam permutaret in cereuiſiam, ne pauperes illi fruſtrati ſpe & petitione ſuâ, triſtiores abſcederent quàm venerunt. Spes namque quæ ſola in miſeris conſolari poteſt, comitata fuerat venientes: quâ ſi tunc fruſtrarentur, tantò grauiora tolerarent, quantò meliora ſperare ſtuduiſſent. Denique cùm aquis iiſdem ſignum ſanctæ Crucis impreſſiſſet, & eas inuocato nomine Saluatoris benediceret, viſæ ſunt confeſtim aliquantulùm denſari, & in alium colorem permutari. Cùm pòſt egentibus exinde propinaret, optimam ori bibentium cereuiſiam ſapiebat. Ille ſiquidem per Virginem ſuam aquas conuertit in cereuiſiam, qui eas olim in Canâ Galileæ, inuitatus ad nuptias, per ſeipſum conuertit in vinum: & qui nuptialia celebrantibus gaudium contulit, tribuendo vinum quod defuit, ipſe ancillæ ſuæ vt ſitientem pauperum multitudinem lætificare poſſet, cereuiſiam, prout petebatur, ex aquâ dedit.

aquãpatefactam ad balnea. Scotis & Hibernis familiaria,

Auctòre Laurento Dunelm. ex MSS.

D *oratione & ſigno Crucis in cereuiſiam conuertit:*

56 Ecce autem dum cereuiſiam ex aquâ factam referimus, quâ recrearetur fitiens multitudo pauperum; referendum occurrit, ad benedictionem ipſius cereuiſiam multiplicatam, quâ lætificata eſt conuiuans multitudo Clericorum. Quidam enim die a memoratus Epiſcopus ſolito more, ſed inſolitâ Clericorum ſtipatus multiplicitate, venit ad Virginem; lætamque in aduentu ſuo de aduentu ſuo domum inuenit. Omnes enim ſimilium ſui præſentiâ gaudent: nam & mali quoties conueniunt, vnus fit deterior ex altero: bonorum autem collegia mutua ſibi bonitatis adminiſtrant incrementa. Vnde quoniam omnis intentio Virginis iſtius ad virtutes feſtinabat, non potuit in aduentu viri ſancti non gaudere, cuius verba, vultus, habitus, & omnis vita virtutum incitamenta fuêre. Qui cùm Virginem ſanctam & ſuas ſalutaribus verbi Dei refeciſſet alimentis, ad corporales ipſum epulas, & omnes Clericos ipſius, ipſa poſtmodùm inuitauit. Menſam denique beata Virgo refectionis poſuit, ciboſque, quos & quales habebat, gaudenter appoſuit. Cùm verò præter aquæ potum, quem apponeret non haberet; exiguâ tandem in vno vaſorum inuentâ cereuiſiâ, lætior efficitur, & de miſericordiâ multum præſumens Diuinâ. (nemo enim amicus de ſuo tantum præſumere poteſt amico, quantum verus amator Dei præſumere poteſt de bonitate Dei) inuentæ cereuiſiæ ſalutarem ſanctæ Crucis infixit benedictionem. Nec mora: liquor vſque ad ſummum excreſcens, vndique cœpit exundare: nec hoſpitibus quoties & quantum volebant potatis, illud vas euacuare potuerunt. Multa etiam vaſa ex hoc vno tunc impleta memorantur, Domino mirabilia augente cereuiſiam per Virginis meritum, qui quondam oleum mulieri viduæ multiplicauit per Prophetam Eliſæum. Epiſcopus autem, & qui cum eo venerant, cibo ſimul & potu recreati, diſcedunt, magis exultantes de meritis Brigidæ, & miraculo quod viderant, quàm de refectione quâ conſolati erant.

a recreatur Epiſcopus aduentu,

E

eiuſq; concione auditâ,

eũ & Clericos eius conuiuio excipit:

57 Alius etiam Epiſcopus, alio quodam tempore, de remotioribus Hyberniæ finibus venit ad Virginem quia vnguentum effuſum nomen eius, religioſas hinc & inde perſonas ad colloquium eius inuitauit. Sermo autem inter Epiſcopum & Virginem de ſpirituali philoſophiâ largior extenditur: & Virgo per Epiſcopum, & Epiſcopus per Virginem collatione ſalutari, in contemptum tranſeuntium, & appetitum æternorum, in amorem proximi, & contemplationem Dei, magis & magis inflammantur. Neminem enim hoc audire tœdet quod amare libet. Numquàm ſatis eſt etiam ſæpè de eo vel audire vel proferre ſermonem, cui ſinceram exhibere ſtudueris dilectionem. Vnde quoniam in mente Brigidæ perenniter hærebat prædulcis amor Dei, libenter & ſine faſtidio loquebatur & audiebat laudes Dei.

poſt longos de Deo ſermones,

58 Cùm verò poſt longam inter eam & Epiſcopum habitam de Deo collationem, ad refectionem corporis eos & hora vocaret & tempus; vnam vaccam, quam lactantem habebat, ſancta Virgo fecit adduci,

ſignocrucis modicũ cereuiſiæ in vaſe excreſcere facit, eáq; plura vaſa replantur:

F

AVCTORE LAVRENTIO DVNELM. EX MSS.

duci, vberibus ipſius conſuetam ſanctæ Crucis adhibens benedictionem. Moxque ad benedictionem eius, tantam Deus vaccæ vnius vberibus contulit lactis vbertatem, vt lac multò amplius ex vnâ mulgeretur, quàm ex multis mulgèri putaretur. Adulterinas eſcarum compoſitiones, & condimenta peregrina populus Hybernenſis parui facit: humiles cibos panis & lactis & leguminum conuiuantes pro deliciis habuêre. Fidem verò ipſius admirantes, & exultantes de merito, famam eius ſatis magnam, maiori merito ſuperari, dignis laudibus extulerunt.

ſigno crucis in vaccæ vberibus auctũ Epiſcopo lac apponit, quod Hibernus pro deliciis eſſe ſolet: laudẽ humanam cõtemnit,

59 Sed illa regiam ſemper viam incedens, ſicut numquàm declinauit ad ſiniſtram, carnalibus ſuccumbendo illecebris; ita nec ad dexteram aliquando deuiabat, extollendo ſe vel de virtutibus ſuis, vel de laudibus & fauoribus alienis. Vtrumque enim, & carnis videlicet illecebras, & laudum humanarum phantaſias, non opinione vulgari, ſed merito ſuo ponderabat & ob hoc vtrumque mentis prudentiâ & virtute fidei facilè ſuperabat. Carnis quippe voluptates magnas ſanè fæditates, & laudem humanam aurium inflationem magnam exiſtimabat. Vnde in hoc tota erat, vt ſancta eſſet, magis quàm vt ſancta diceretur. Et quia omni habenti dabitur & abundabit, ab eo autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo; Brigidæ bonam habenti voluntatem ſupernæ pietatis largitas contulit ſuæ voluntatis adimplendæ facultatem. Nam & verè bona fuit ante Deum, & tamen ne theſaurus bonitatis eius abſconderetur, proximorum vtilitatibus, ſignis ſuprà memoratis, & hîc infrà memorandis, ſatis innotuit, quanta vel qualis fuit.

vt verè inanem:

Matth. 25. 29

a *Videtur hîc eſſe Mac-callenus, de quo ſuprà cap. 7 & 8*

CAPVT X

Feræ, eius nutu, manſuefactæ, ad miſerorum leuamen.

60 CElebre eſt in Hybeniâ, quòd vir quidam animo ſimplex & naturâ, palatium aliquando Regis Laginenſium adiit, vel voluntate ductus, vel coactus neceſſitate. Cumque conſiſteret idem inter Curiales ruſticus, & ad eorum lepores, vtpote res inconſuetas, ſtupidus redderetur; ſubitò videt vulpem vnã palatium ingreſſam huc illucque diſcurſare: quam vel inſecutione canum vel hominum violentiâ credens illuc eſſe coactam, magnum ſperabat inter palatinos honorem ſibi prouenturum, ſi eam antè ruſticus occideret, quàm illorum aliquis inſequi fugientem tentaret. Quid multis morer? quod inconſultâ mẽte cõceperat, opere protinus adimpleuit inconſulto. Videntes autem officiales Regis, magnâ Regem hilaritatis cauſsâ priuatum, (vulpes eadem variis ſaltibus & diuerſo membrorum ſinuamine multis luſibus docta fuerat quotidianam Regi excitare hilaritatem) ſperanti laudem, ſtatim exhibent captionem; cupienti gloriam, vincula & afflictionem infligunt ingloriam. Sic meretur ſimplex affectator aſtutiæ: ſic proficit ruſticus, proſiliens in facetiam: ſic affligitur, palatinis honoribus immutare properans conditionem ſuam. Regi denique nuntiatur, & occiſam eſſe vulpem ſuam, & vinculis coërceri vulpis occiſorem. Ipſe autem indignè ferens occiſam in domo ſuâ beſtiolam ſuam, vinculis arctioribus reum iubet coarctari, Deum conteſtatus & caput ſuum, quòd niſi vulpem in omnibus ludendi modis & motibus ſuæ ſimilem ſibi citò reſtitueret, diſtractis diſſipatiſque facultatibus ſuis, ſuccensâ domo, vxore etiam & liberis in ſempiternam ſeruitutem adductis, grauem ipſe ſententiam mortis exciperet. Et quia verbum Regis vires habet, plus ipſius mentem dolor & totius boni deſperatio, quàm membra eius compedes & catenæ coarctant & affligunt. Nec tamen ſuarum deſcriptionem facultatum, & iacturam vitæ ſuæ tanti facit, quanti bonæ coniugis & dulcium liberorum indecentem ſeruitutem. Vitã enim gladio finire, ſemel mori eſt, liberos autem captiuari, nil eſt aliud quàm quotidie mori.

ruſticũ eicere vulpe Regis interfectã,

vinculis conſtrictã,

mortis adiudicatum,

61 Factum itaque viri ſimplicis, & iudicium irati Regis, confeſtim multorum auribus inſonuit: quia quantò quiſque maior eſt, tantò minùs illud etiam quod in ſecreto loquitur, ſecretum eſſe poteſt. Licet autem aliquos flecteret ad compaſſionem benignitas, & ab aliquibus etiam eliceret fletum miſericordia; citò tamen areſcit lacryma, præſertim in alienis malis. Beata Virgo Brigida, quæ veræ compaſſionis affectu dicere poterat cũ Apoſtolo: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? quia etiam aliorum affectus in ſe trahens, ſicut gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus nouerat, hominem pro beſtiâ ſic tractari, nimis ægrè tulit. Moxque conſurgens ad orationum conſueta ſubſidia, Deum, in cuius manu corda ſunt Regum, inuocat adiutorem, vt Regem ipſe mitigaret, & duram illius ſententiam emolliret. Deinde cùm aſcenſo curru feſtinaret ad curiam, rogatura pro miſero; duo quædam animo ſollicitè reuoluebat, magnam ſcilicet hominis compediti miſeriam, & infinitam omnipotentis Dei miſericordiam. Et licet inde laberetur in dolorem, ſpe tamen, quam habebat in Diuinâ pietate, erigebatur in conſolationem.

miſerata, 2 Cor. 11. 29

Deũ orat,

abitq; ad aulam;

62 Nec defuit in ſe fideliter ſperanti Deus: voluntatem enim timentium ſe faciet. Dum enim eminus proſpiceret, vulpem vnam ſiluis egredi, & rapido curſu per campeſtria intuetur ad ſe properare: quæ currui appropinquans leui ſaltu ſe in eum recepit, manſuetudinem exhibens domeſtici animalis. Proinde multas Deo laudes exoluens & gratiarum actiones beata Virgo, peruenit ad Regem, & à Rege gaudenter & glorioſè ſuſcepta eſt. Multam enim ſæpè gloriam accipit ab hominibus, qui gloriam non requirit humanam; & hanc deſpiciendo, quàm expetendo, citiùs promeretur.

obtinetq; à Deo in viâ vulpẽ mãſuetam,

63 Verùm vbi Virgo reatum ignorantiæ captiuo indulgeri petiit, Rex fixam ait ſtare ſententiam, occidendum ſuæ vulpis occiſorem, ſi vulpem citiùs non reſtitueret, quæ in omnibus ludendi modis illam coæquaret. Quibus auditis ſancta Virgo Diuino munere ſibi tranſmiſſam beſtiolam protulit, quæ mirâ protinus agilitate, vario membrorum ſinuamine nunc ſurſum, nunc deorſum, modò huc, modò illuc ſeſe contorquens, in omni genere ludendi vulpem Regis adæquare viſa eſt. Rex autem hoc ſpectaculo plurimùm delectatus, illum, pro quo petebatur, non ſolùm vinculis & compedibus abſolutum, ſed & omni calumniâ liberum, petenti Brigidæ tradidit: ipſaque protinus inde recedens, vxori & liberis eius, eum nil minùs cupientem quàm curiam, reſtituit. Ita illo præter ſpem reddito, & Virgine domum reuersâ, memorata beſtiola, ſicut pridie ludebat in domo regiâ, multoque genere ludendi Regis oculos aliquamdiu tenuit. Sed ibi inter ludendum palatij foribus appropinquabat, videns exitum patere liberum, repentè foras exiliit, & ſiluarum latibula vicina curſu velociſſimo petere cœpit. Quam iubente Rege, Palatinorum quidam equis poſt eam admiſſis inſecuti cum canibus, fruſtrà diem illum venando conſumpſerunt. Cumque circa veſperam, ſpem prædæ nullam ſupereſſe ſentirent, conuocantes canes ſuos, manu vacuâ redierunt.

quã Regi offert,

& eo libertatem obtinet;

ſed poſtridie vulpes in ſiluas anfugit;

CAPVT

CAPVT XI

Simplicitas miraculis illuſtrata.

64 MIrandis miranda ſuccedunt. Quodam enim tempore, cùm frugibus vſquequaque maturis tempus inſtaret meſſionis, S. Brigida de frugibus ſuis colligendis opetarios quoſdam conuenit, quos pro mercede patatos ad laborandum inuenit. Pretium deinde pro labore dignum paciſcitur, & diem certam quâ venirent noſſe volentibus, dies laborandi certa conſtitnitur. Sed cùm die conſtitutâ ſummo manè, ſicut fuerat pactum, venirent; cælum nubibus & caligine cœpit obduci, nebulâque denſiori aër iſte ſic obtenebrari, vt ſol non tam oriri, quàm in occaſum declinaſſe videretur. Dehinc inundantia pluuiarum grandis & grauis erupit, nec ante noctis initium pluuialis immanitas terminum habere viſa eſt. Proinde & per omnem Laginenſium prouinciam, quorquot ſe præparauerant ad fruges ſuas ipſo die colligendas, coacti ſunt, vndis vndique ſæuientibus, domi reſidere, & inuiſo diem illum otio feriari. Sancta verò Brigida Diuinæ protectioni commendans ſuam meſſem & meſſores, ſine contractu pluuiarum, à manè vſque ad veſperum illos operari fecit orationibus ſuis. Et mirabile ſpectaculum, quòd in pluuiis circumquaque ſæuientibus, ſolus ager Brigidæ non ſolùm imbribus intactus, verùm etiam ſine nubibus & nebulâ lucidus illic apparebat. Sed quid mirum, ſi multum per Deum potuit, quæ fideliter in Deum credidit? Sic enim ipſe teſtatur in Euangelio: Omnia credenti poſſibilia ſunt. Item etiam ipſe ſuis dignatus eſt polliceri, Qui credit, in quiēs, in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Quod ergo veritas polliceri voluit, numquid hoc adimpleri vel noluit, vel nullo modo potuit? Sed ſi crebrò per fideles tam viros quàm mulieres hoc adimpleuit, numquid hoc per Brigidam noluit, quæ eum toto corde, totâ animâ, totâ virtute dilexit? Quæ cùm ab infantiâ caſtitatis & caritatis ardore ſit ſingulariter inflammata, nihilque amauerat niſi Deum, aut in Deo, aut propter Deum; ambigi non debet, multis eam refulſiſſe miraculis quæ multis refulſit & meritis.

Brigida operas ad meſſem conducit,

& copioſâ decidente pluuiâ,

ab eâ immunes ſeruat,

B

65 Tempore quodam, exigente neceſſitate, moras faciens in agro ſuo S. Brigida, vtilitatibus inſiſtebat monaſterij ſui. Vbi eam inuenum aliquis magnæ calliditatis intuitus, iniquitatem meditatus eſt in corde ſuo, vt paupertate ſcilicet ſimulatâ, aliquam ouium C ſuarum, quæ iuxta paſcebantur, abduceret: non tamen vt ſuæ neceſſitati conſuleret hoc agendum indicauit, ſed vt eam quaſi prodigam, & res ſuas inſipienter profundentem irrideret. Quid plura? Veſtem protinus & vultum pauperis induit homo dues: ſicque baculo ſuſtentans artus, quaſi inediâ & ægritudine fatiſcentes, nutante greſſu peruenit ad Virginem. Deinde trahens cordis alta ſuſpiria, anhelitu tandem vix reſumpto, verbis per interualla dimidiatis potiùs quam prolocutis, ouem vnam ſibi dari precabatur. Cumque magnam egeſtatem vultu pariter & habitu, ſimiliter & ſermone profiteretur; facile ſibi fuit in pectore Virginis inuenire pietatem. Accepit itaque quod petierat, & velut ex lętitiâ ſuſcepti muneris factus aliquantulùm fortior (ſpei enim gaudium vires præbet) ouem ſibi datam abduxit.

paupertatē habitu & verbis ſimulanti ouem donat;

66 Et cùm eam abſcondiſſet in loco quodam ſatis opportuno, item in alteram formam & habitum tranſformatus venit. Laborabat ita vecors in ſuam verecundiam: calliditatem ſtultus exercebat in confuſionem propriam: fraudes miſer commentatus eſt ad ignominiam ſuam ſempiternam. Licet autem penes ipſam habuerit efficacem interceſſorem, illam, quam prætendebat, & rerum & ſanitatis indigentiam, humili tamen voce ouem vnam ſibi dari poſtulabat, aſſerens aliquamdiu infirmitatis, ſemper verò ſe fuiſſe fatigatum incommmodis grauiſſimæ egeſtatis. Et quia beata Virgo viſceribus affluebat indeficientis miſericordiæ, nimis impium iudicauit citò non reſpondere tali miſerię: dedit igitur ſibi protinus & alteram ouem. Quam ipſe cum gratiarum actione ſuſcipiens, ſimili diligentiâ quâ priorem abſconderat, abſcondit & ſecundam. Nec timuit homo perfidus opus huiuſmodi ſepties iterare: & pia Virgo, quod petebatur, totiens non diſtulit erogare.

& 6 alias, toties mutato habitu petentis:

AVCTORE LAVRENTIO DVNELM. EX MSS. D

67 Videns autem Deus ſuæ Virginis bonam voluntatem, & ſubdoli iuuenis peruerſam machinationem; noluit hanc non habere quod egentibus erogaret, nec iſtum habere voluit, quo Virginem ſanctam irrideret. Proinde cùm ad veſperum oues Brigidæ cogerentur in caulam, quotquot manè exierant, ingredi videntur ad veſperam. Mirantur intuentes integrum eſſe numerum, nec mirari ſatis poſſunt illas ſeptem oues ibi ſimul inueniri, quas antè viderant Brigidâ largiente abduci. Iuuenis autem ille, vbi quod abſconderat non inuenit, doluit magnam aſtutiam ſuam totâ die laborraſſe in opprobrium & ignominiam ſuam, quia dum illudere molitur alteri, materiam aliis dedit illudendi ſibi. Sicque ſuâ fruſtratus voluntate, triſtis abſceſſit, triſtior iam de acceptis ouibus quàm amiſſis. E

qua omnes reliquo gregi reſtituuntur:

68 Extitit item cauſſa & exegit neceſſitas, vt in agro ſuo ſancta Virgo moras faceret: vbi dum hoc ageret quod agendum antè ſuſceperat, ſubitis pluuiarum effuſionibus intercepta eſt. Et ſicut multoties euenire ſolet, quantò profundebantur effuſiùs, tantò citiùs deſierunt. Nec mora: in priorem commutatur aër iſte ſerenitatem, quia ſol, ſine obiectu nubis & nebulæ ſeu pluuiarum, magnam emittere cœpit claritatem. Claritas autem hæc magna magnam Brigidæ obduxit oculorum caliginem. Cumque veſtibus compluuiis, & caligantibus oculis, domum ipſa veniſſet, vidit ſolis radium ipſam domum tranſlucere per feneſtram, quem putans lignum eſſe per tranſuerſum domus nuper ab aliquo poſitum; (quantò enim quiſque foris ſolem intuetur clariorem, tantò domum quam ingreditur reputat obſcuriorem: & quò magis in ſolem intendit, eò minùs quod inuenit attendit) S. Brigida ſolis radio ſuum pallium aquis infectum appendit. Et quid multis morer? Seruit ſol Virgini, imò creatura famulatur ſuo Creatori. Muneris enim Dei eſt, quicquid virtutis iſta poteſt, & quod ſuſtinet ſolis radius veſtimentum Virginis iſtius. O quàm firmum & fidele præſidium, firmiter & fideliter amare Deum! Ecce Virgo iſta ſexu quidem fragilis, fideliter diligendo Deum, quàm impoſſibilia viris etiam fortibus operatur per Deum! Quæ quia totam ſe contulerat in amorem ipſius, præter ſolitum paratam inuenit in obſequium ſuum facturam ipſius. Nec mirum, ſi ſolem obſequi fecerit Virgini ſuæ, qui in *a* expugnatione Gabaonitarum eum ſtare fecit ad imperium Joſue; & ter quinis gradibus retrorſum ire compulit ad petitionem Regis Ezechiæ. Vnus Deus & hoc & illa fecit; ſine quo nullus virorum niſi fragilis, & per quem fœminarum ſexus fortiſſimus eſſe comprobatur.

chlamydē ab imbre madidam ſuſpendit in radio ſolis:

F

a

69 Verùm nobis factum huius Virginis conferentibus cum iis quæ geſſerunt Patres Teſtamēti veteris, occurrit etiam vxor Loth indignatione Dei conuerſa in ſalis lapidem, & lapis vnus merito Brigidæ conuerſus in ſalem. Quod qualiter actum ſit, paucis expediam. Quadam die pauperum quidam venit ad Virginem, ſalis inopiam ſe habere conquerens. Sed cùm illa non haberet ſalem quo conſolari poſſet indigentem, lapidem vnum quantitate magnum, qualitate verò candidum, propè vidit; quem ad ſe protinus allatum benedixit, & deinde minutias ex eo abraſas pro ſale, in ſalem Dei virtute conuerſas inopi dedit. Verùm cùm abſcederet, cœpit reprehendere ſanctam Virgi-

benedictione lapidem in ſalem conuertit:

AVCTORE LAVRENTIO DVNELM EX MSS.

nem, & ſeipſum, quòd illa dederit, & ipſe ſuſceperit ſectiones lapidis pro conſolatione ſalis; præſertim cùm ei non fuerit neceſſarium egredi pro lapidibus ianuam hoſpitij ſui. Cogitans tamen Virginem viſceribus miſericordiæ ſingularem, ſub ſpecie pietatis numquàm A illudere deſolatis, priùs experiendum Virginis munus, quàm abiiciendum iudicauit: & parum inde ori ſuo immittens, ſicut formam ſalis ſuis repræſentabat obtutibus, ita palato ſaporem exhibebat. Qui teſtes ipſius miraculi multos habere volens, pluribus inde guſtandum dedit. Et cùm hoc idem ceteris, quod ei viſum fuerat, appareret, ſecretum eſſe non potuit, quod ita per vnum experientiæ multorum innotuit.

a *Meliùs* oppugnatione *d. xiſſet. Oppugnata enim à quinque Amorrhæorum Regibus Gabaon, non tamen expugnata, ſed illis à Ioſue caſis liberata, vti fuſiùs narratur Ioſue* 10.

CAPVT XII

Curationes prodigioſæ, eius, & aliorum per eam.

viſit S. Briga monaſteriũ,

70 ERat in præfatâ Laginenſium prouinciâ Mater ancillarum Chriſti, nomine Briga, quam S. Brigìda pro vitæ ſuæ merito ſæpiùs inuiſere conſueuerat: B & cùm ad eam tempore quodam veniſſet hæc beata Virgo, ſicut ſemper, ſuſcepta eſt eum honore magno, & non modicâ exultatione. Lotis autem, pro more hoſpitum, pedibus ipſius, quædam ex Virginibus eiuſdem loci, ſuorum officio pedum, podagræ vitio, diu deſtituta, pedes infirmantes aquâ eadem, quâ pedes Brigidæ loti fuerant, lauit, & antequàm poſſent ſiccari, ſanari potuerunt.

vbi aquâ quâ loti ipſius erãt pedes, curata podagra:

poſt pia colloquia,

71 Sancta verò Brigida poſtmodùm cum antedictâ Matre monaſterij & ſanctimonialibus multa de carnalibus illecebris, de tentationibus diabolicis, quædam de tormentis infernalibus, non pauca de cælo, plurima de Deo, mutuâ collatione diſſerens; dum alias affectu caritatis informare ad meliora nititur, ipſa in eadem magis & magis inflammatur. hoc enim poſſeſſio ſpiritualis habet, quòd minuitur ſi aliis inuidetur, & tunc maximè comprobatur augeri, quando maximè videtur aliis affectu caritatis communicari. Quia verò neceſſitas exigit naturalis, ſpirituales etiã omninonon omittere cõpaſſionem corporis; multâ iam diei parte peractâ, ad menſam corporalium epularũ acceſſerunt.

menſæ aſſidens dæmonem videt,

72 Cumque Briga & Brigida conſediſſent, cœpit illa multùm admirari, quòd Brigida oculis irreuerberatis ex obliquo videret, (videbat enim dæmonem C prope menſam reſidere) tandemque Virginem alloquta, Quid, inquit, ita diligenter intueris? Cui cùm expoſuiſſet quod videbat. Et ego, ait, ipſum, ſi fieri poteſt, opto videre: ſtatim S. Brigida ſignum ſalutis infixit oculis ipſius, ipſaque vidit hoſtem, non hoſpitem, iuxta menſam conſidere, ingenti capite, facie nigrâ, flammantibus oculis, & igneo anhelitu, groſſiſque genibus, & prominentibus talis. Quo viſo S. Brigidam eum alloqui rogauit. Et cùm hoc illa faceret, dæmon ait: Non poſſum non reſpondere tibi, quæ fideliter adimples præcepta Dei, quem profectò quia perfectè ſtudes diligere, ego te non poſſum non timere. Tunc illa, Quare, inquit, tu & cetera turba dæmonum odio habetis humanum genus? Et dæmon, Quia nullum, inquit, gloriæ cæleſti ſuccedere volumus, quam nos ſine ſpe reuerſionis amiſimus. Cui beata Virgo ſic ait: O quàm procul eſt ab hac intentione veſtrâ voluntas mea! Nam etſi ipſa cælum adire non poſſem, portas eius omnibus optarem aperiri, quas mihi ſcirem obſerari. Et tamen quæ cauſſa fuit huc aduentus tui? Diu eſt, ait, ex quo hîc habito cum Virgine quadam mihi ſatis familiari, quæ inter alias vna mihi placuit, quæ ſola meæ voluntati malè viuendo conſentiens fuit.

& oſtẽdit Briga, ſignatis eius oculis:

quarit cur homines infeſtet,

& cur iſthic ſit?

73 Cùm nomen eius ad Brigidæ iuſſionem ederet, eam protinus euocari iuſſit. Deinde venientem ad D *ſigno cruce aperit oculos puellæ, vt dæmonẽ videat, cui ſæpè parebat;* ſe accedere præcipit, & ſuper oculos eius ſignum faciens ſanctæ Crucis, rogat vt apertè iam aſpiciat, qualis ille ſit, cuius diu voluntati libenter obediſſet. Videns autem illa formam dæmonis, deformem nimis & horridam, ſeruitium tale & tam turpis domini diutiùs ſe exercuiſſe grauitet indoluit. Et mox conuerſa ad Brigidam, flebilibus implorat vocibus eius patrocinium, contra tam horrendum inimicum: vitæ prioris emendationem polliceturiurat ſe ſtudioſiùs adhæſuram obſeruantiæ regulari, ſi videret ipſius meritis iſtum incitatorem mali & incentorem effugari. Numquàm enim adeò delectat occultus, quantùm horretur manifeſtus. Et vtinam horreretur dum occultè mala ſuggerit! quia ab eis ſine timore poteſt apertiùs adſpici, à quibus deſpici, dum mala latenter ſuggerit, comprobatur. Videns denique beata Virgo virginem illam pœnitere de præteritis malis, & polliceri de futuris actibus bonis, eius miſerta eſt, & potenti virtute præcepit, vt dæmon nequaquàm reuerſurus abſcederet: qui dicto citiùs ab oculis earum euanuit. Sicque per vnius Virginis meritum curatæ ſunt infirmitates duarum, multaſque Deo gratias egerunt, illa quidem debilitate corporis, & hæc liberata à captiuitate mẽtis. E *eaq; emẽdationem ſpondente, illũ abigit:*

74 Quia verò ſecundùm Sapientis teſtimonium, Quem diligit Dominus, corripit; flagellat autem omnem filium, quem recipit; dolore capitis S. Brigida cœpit poſtmodùm vehementer affligi. Reputans autem hoc flagellum Dei eſſe indicium amoris Dei, gaudebat & gratias agebat, illud Pſalmiſtæ ſecum reuoluens: Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus iis liberauit eos Dominus. Sed cùm Brigidam infirmari cognoſceret ſupramemoratus *a* Epiſcopus, iuſſit vt ſecum ad alium quemdam Epiſcopum, nomine *b* Eth, iret: nam ille genera morborum, & remedia curationum, doctrinâ ſimul & exercitatione callebat. Sancta verò Brigida, licet infirmitatem corporis non ſolùm patienter, verùm etiam libenter toleraret, iter ad Epiſcopum cum ipſo aggreditur, iudicans ſecundùm Samuelis teſtimonium, meliorem eſſe obedientiã quàm victimam; præſertim cùm hac in cauſsâ, vt dictum à quodam Sapiente, Ne deſpicias medicum, Dominus enim & illum feeit. Quia verò multâ detinebatur infirmitate, parum itineris in die peragebat. Prou. 3, 12 *vehemẽti dolore capitis laborans,* Pſ. 33, 20

a

b

ducitur ad Epiſcopum medicinæ peritum:

1 Reg. 15. 22

Eccl. 38. 11

75 Contigit autem eos domum cuiuſdam viri introire, qui duas ex vnâ vxore filias adeptus, tali fortunâ ſibi videbatur infortunatus: nam vſum loquendi altera numquàm habuit, altera in ipſis infantiæ temporibus amiſit. Licet tamen neutra ipſarum loqui poſſet, vtraque pro viribus infirmanti Virgini miniſtrabat. Cumque manè facto currum aſcendere ſancta Virgo cœpiſſet, Dei diſpenſatione protinus in terram corruit, ſicque tuentis caput ſilex præacutus excepit. Venâ autem vnâ capitis ipſius acumine lapidis incisâ, multum ſanguinis emanabat: quod altera muta conſpiciens, vultu dolorem profeſſa, velociter accurrit, & in obſequio ſanctæ Virginis tota fuit: cuius beneuolentiæ congaudens, & miſeriæ condolens, præcepit vt ſanguinem de capite læſo profluentem aquis infunderet, & ſic eas ſuo collo circumfunderet. Fecit infirma quod iuſſum fuerat, & per infirmantem Virginem ab infirmitate Virgo liberata eſt. Nec vnius tantum ſanitate contenta, Voca, ait, ſororem tuam, quia ſimiliter ægrotanti ſimilis adhibenda eſt medicina. Quæ vocata protinus venit, & ſicut illa, ſic etiam iſta ſanata eſt. F *cadens caput ladit:* *muta reſtituit vſũ loquendi:* *itẽ alteri:*

76 Et cùm his ita geſtis cœptum iter Epiſcopus & Brigida cum ſuis proſequerentur, obuium habuerunt Epiſcopum, quem optabant. Qui cùm ad petitionem alterius Epiſcopi caput Brigidæ diligentiùs intueretur; Quis eſt, ait, qui venam iſtam ita percuſſit? Quiſquis ille eſt, medicus ſine dubio bonus eſt. Epiſcopus autem, quem itineris & ducem & ſocium Brigida habuerat, ei, rem

vulnere capitis aperta venâ, ſic & minuto ſanguine, cõualeſcit

A ei rem, prout geſta fuerat, enarrauit. Et ille, Non vobis, inquit, neceſſe fuit alteram poſt venæ huius inciſionem quærere medicinam. Licet enim inanitio quædam remanſerit ex præteriti doloris immenſitate, ab infirmitate tamen antiquâ ſanata eſt: futurumque citò videbitis, quòd ſicut ægritudine liberata eſt, ita liberabitur ab hac, quam ægritudine contraxit, debilitate. His auditis ad ſua quique redierunt: ficque puellis duabus per infirmantem Virginem ab infirmitate curatis, ipſa quoque plenæ reſtituta eſt ſoſpitati.

a *Videtur* S. Machilenum *indicare, de quo ſapius anteà egit; cùm tamen in primâ Vitâ cap. 4 nu. 25 dicatur* S. Mel *fuiſſe.*

b *Colganus, licet Vitam hanc edat ex noſtro codice,* Echenum *vocat. Verum to. 2 ad 11 Febr. vbi eadem recitat,* Echeum: *aitque eum eſſe, quem mater diu ſterilis, à S. Brigidâ benedicta, peperit, vti in 1. Vitâ habetur cap. 16 nu. 103. in 4. lib 2 cap. 10 nu. 65. At quomodò ad hunc iam eruditione clarum, & Epiſcopum, à S. Melo Epiſcopo duci potuit Brigida, cùm* S. Mel *anno 488 mortuus dicatur;* Echeus, *ſiue* Echenus, *anno 577 ? ſuperiùs tamen oſtendimus, Epiſcopum hunc, medicinæ peritum, non fuiſſe* S. Aidum *Bricci filium.*

CAPVT XIII

Paralytico collatæ vires; infanti loquela, ad innocentis defenſionem.

77 NEo videtur prætereundum; die quadam viros aliquot ad Brigidam veniſſe, rogantes vt ineris & famis magnitudine fatigatos ciborum refectione citiùs recrearet. Fames enim laborantibus grauis ſocius, quam vnde propellerent, viam aggreſſi ſine viatico, prorſus non habebant. Nihil autem facilius, quàm in pectore Brigidæ pietatis dulcedinem inuenire. Vnde & iſtorum neceſſitati protinus ſubueniendum iudicauit, quos ad ſe venientes ſpes bona comitata fuerat. Sed cùm ſuorum neminem adeſſe videret, nec haberet claues, quibus oſtium cellarij ſui poſſet aperire, nimis indoluit, vel ad modicum illis differri refectionem; quia illud modicum famem patientibus immenſum erat. Cumque ad eam partem, quâ cellarium erat, oculos triſtis ipſa diuertiſſet, ſi claues alicubi videret; vidit puerum vnum in illâ parte domus ægritudine maximâ detentum recubare, cuius vniuerſum corpus valetudo paralyſeos in ipſis infantiæ temporibus ita peruaſerat, vt præter oculos penè nullum in ipſo membrum ex toto ſuum officium expleret. Manus enim ſine ſenſu tangendi miſer habebat; ſine efficaciâ incedendi pedibus fruebatur; aures habebat, ſed nihil penitùs audiebat; linguam inſuper habere, ſed ſine linguæ miniſterio videbatur: quem ita in nullo ferè membrorum ſuorum ſenſibilem motum retentantem, & ſtatuam lapidis exprimentem potiùs quàm ſtatum hominis, S. Brigida cibis ei ingeſtis educari faciebat. Hunc igitur ibi iacentem cùm videret, eum alloqui cœpit; Vbi ſunt, inquiens, claues noſtræ, & clauis? Ille autem ad ſonum vocis ipſius, auditum protinus emeruit, & linguæ vinculo ſimul abſoluto, neſcire, reſpondit. Videns itaque pia Virgo a Diuinam adeſſe pietatem, proſecuta eſt, & ait: In nomine Saluatoris noſtri Dei ſurge velociter, & claues vbinam ſint diligentiùs perſcrutare: quas cum inueneris, cibos de cellerario noſtris offer hoſpitibus, fame quidem & labore fatigatis. Quid poſteà? Fecit puer, quod ſancta Virgo præceperat. Sanus ergo de lecto ſurrexit ægritudinis, inuentiſque clauibus, diligentiam miniſtrantis ſuſceptis hoſpitibus exhibere ſtuduit. Qui poſtmodùm geminâ refectione, gaudij videlicet, quod de viſo miraculo conceperant, & ciborum, quos ex ſanati manibus lubentiùs ſuſceperant, pro voto recreati, Deum qui in Sanctis ſuis ſemper eſt mirabilis, multis laudum præconiis efferentes, cœptum iter peregerunt.

vt hoſpites famelicos reficiat,

C *puerũ paralyticum, quem domi alebat,*

a miraculoſè reſtituit ſanitati,

vt claues penuarij quærat, ciboſq; affe-rat:

78 Operæ pretium eſt etiam addere memoratis quod in cœtu ſanctorum Epiſcoporũ hæc ſancta Virgo fecit. Tempore quodam in Hyberniæ partibus res aliqua grandis emergens, Epiſcopos Hybernienſes cum magnâ litteratorum & laicorum etiam multitudine coëgit in vnum. Et ſicut in magnis fieri conuentibus ſolet, multi ſine quibus ſuſceptum negotium benè poterat terminari, inter alios confluxerunt, quos non alia illuc cauſſa inuitauit, niſi vt multitudinem viderent, & vt domum reuerſi dicere poſſent: Ibi fuimus. Cumque S. Patricius, qui inter Epiſcopos primus videbatur, ſermonis habuiſſet exordium; & ceteri poſtmodùm Epiſcopi, ſecundùm inſtituta Canonum, prout eorum expoſcebat neceſſitas, ſententias ediderent; fœmina quædam infamis & infrunita ſine bono conſilio venit in concilium, & infantulum, quem enixa fuerat, ante pedes ſancti cuiuſdam Epiſcopi, Bron vocabulo, proiecit, & ait: Accipe hunc infantem, quem tu genuiſti, cuius non erubuiſti pater fieri. Turbatum eſt igitur huiuſcemodi verbis illud omne collegium, Epiſcopis & bonis quibuſque dolentibus, & ſanctum Epiſcopum defendentibus; aliis autem, his ſcilicet qui in defenſionem malitiæ libenter audiunt de bonis hominibus verba non bona, eidem inſultantibus.

AVCTORE LAVRENTIO DVNELM. EX MSS. D *Concilium Epiſcoporum,*

fornicationis calũniâ S. Brono illatâ turbatum,

79 Cumque turbatum audiret à quodam referente beata Virgo concilium, cogitauit hoc quod verum erat, dæmonis videlicet operatione defenſores veritatis hoc conturbatos mendacio, vt dum propellere niterentur infamiam Epiſcopi vel in oblitionem vel in dilationem ponere cogerentur, propter quam illò conuenerant, Dei cauſſam. Denique ad locum concilij, qui non procul aberat, iter accelerauit. Quo cùm peruenisſet, magnam bonis aduentu ſuo lætitiam, & aduerſæ parti pudorem intulit & confuſionem. Nam hoc idem & boni ſentiebant, & mali, Brigidam ſcilicet finem mendacio celerem impoſituram. Proinde ſanctam Virginem cùm in concilium Sanctus introduxiſſet Patricius, eam iuxta ſe conſidere fecit, & pudicis auribus verba mulieris impudicæ retexuit. Vultus autem omnium in Virginem conuerſi, cultricem veritatis vigilantibus oculis aſpectant, & arrectis auribus oraculum veritatis exſpectant. Iubet igitur impudicam aduocari mulierem. Et cùm adeſſet, ſemel & ſecundò ſtuduit ipſam adhortari, ne mendaciis occideret animam ſuam, dum famam lædere moliretur alienam. Sed illa doctrinam ſanam inſanâ mente contemnens, exclamat, & ait: Profiteor hoc verum eſſe, quod anteà confeſſa ſum, & in hoc teſtem inuoco Deum, quòd infantem iſtum Epiſcopus iſte generauit. Et cur palàm audire refugit, quod in ſecreto operari delectabile fuit? Si turpe putat Epiſcopum filium genera ſſe, cur non ſimiliter turpe putauit Epiſcopum prolem generare? Sit ſatis mihi quòd filium eius in vtero meo portaui nouem menſibus, quòd cum anguſtiâ pariendi, quòd curam illius iam per tres aut quatuor menſes habui. Iam tempus eſt, vt huius infantuli pater ipſe ſit & nutritius, debet enim particeps eſſe laboris, qui particeps fuit etiam delectationis.

adit Brigida:

à S. Patricio introducta,

hortatur impiã mulierem ad pœnitentiam:

F *quam impudentius obſtrepentem,*

80 Vix verba compleuerat, & mendacem linguam tumor ſubitus inuaſit, qui per caput & omne corpus ipſius inualeſcens, monſtrum magis quàm hominem, prodigium potiùs quàm mulierem, repræſentabat. Sancta verò Brigida linguam benedicens infantuli, Quis eſt, ait, pater tuus? Nonne Epiſcopus iſte tibi pater eſt, cui hoc adſcribit tua miſera mater? Ille autem apertâ voce, & verbis reſpondit abſolutis: Pater meus non eſt Epiſcopus, ſed vilis quidam ruſticus: neque locum hic habet inter Clericos, aut etiam nobiles laicos, ſed vulgaribus turbis admixtus, inter ſibi conſimiles eminùs ſedet. Illa verò pomum præbens infantulo, Surge, ait, & vadens hoc pomum defer patri.

ideoq; intumeſcẽte corpore diuinitus punitam,

(infantis linguâ benedictâ, & patrẽ verbis prodente, ac pomo oblato)

81 Quod cùm ille feciſſet; acclamatur à Clericis, conclamatur à laicis, mulierem eſſe tradendam igni-

AVCTORE LAVRENTIO DVNELM. EX MSS.

bus, quæ magnam intentare ſancto viro non timuiſſet infamiam. Sed tumultum concitantibus, Brigida indicto ſilentio, Oportet, inquit, ſeruum miſericordis Domini miſericordiam amplecti: pium enim offendit Dominum ſuum, qui impius eſſe ſtudet in conſeruum ſuum. Dominus & Deus noſter aſſerit, ſe nolle mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat: & nos peccatores hanc peccatricem inſequi debemus vt non viuat? Procul ſit hæc crudelitas ab omnibus, qui egent miſericordiâ Dei, quia iudicium ſine miſericordiâ illi fiet, qui non facit miſericordiam. Vnde conſilium videtur, non quidem vt hanc peccatricem occidamus peccatores ſed vt auctorem vitæ ei vitam ad pœnitentiam indulgere deprecemur. Deinde miſeram intendens mulierem, ſolitam ſibi ſanctæ Crucis adhibuit medicinam: ad cuius virtutem tumor omnis ab eâ confeſtim euanuit, & priſtina ſibi facies & forma reſtituta eſt. Cui & ait. Dignam age & vitæ & verborum tuorum pœnitentiam, vt ſicut Dei miſericordiâ liberata es à tumore corporis, ſic etiam à peccatorum nexibus abſolui merearis. Terminatis deinde cauſſis, propter quas in vnum conuenerant, ad voluntatem ſuam, ſolutum eſt tunc omne colleginm, omnibus in Virgine ſuâ Deum mirabiliter operantem multâ laude prædicantibus.

A conuictam calumniæ, incendioq; adiudicatam Ezech 33. 11 liberat,

& ſigno Crucis ſanatam, ad pœnitentiã hortatur:

B

a *In 1 Vit. cap. 4 nu. 33 dicitur Brigida ignoraſſe hunc puerum mutum ac paralyticum fuiſſe: geſtum enim id in eccleſiâ quadam regionis Tethbe, ad quam ipſa diuerterat.*

CAPVT XIV

Annona diuinitus obtenta: quæ abſumpta erat, reſtituta.

famis tempore,

82 ITem occulto Dei iudicio aëris intemperies & elementorum inclementia præter ſolitum in Hybernia ſæuiens, terram frugibus ſterilem reddidit, ſicque ex penuriâ frugum fames inualuit. Graue autem illud erat, quòd fames in præſenti tolerabatur, & in futuro frugum abundãtia nulla ſperabatur. Quid enim meret, qui nihil habet quod ſeminet? Cùm autem non ſolùm cellarium ſuum, ſed prouinciam ſuam frugibus egere S. Brigida cognoſceret; Epiſcopum vnum, *a* Eburium nomine, circa Quadrageſimam adit, petens ab eo quod aliis præbere conſueuerat, ciborum videlicet alimoniam. Sed cùm in horreis etiam ipſius, præter frumẽti quatuor aut quinque modios, ipſe nullas fruges inueniret, carnes dedit, præcipiens vt carnibus ipſa cum ſuis Virginibus in ipſo Quadrageſimæ tempore veſceretur, cùm planè nihil aliud illic ad edendum inueniretur. Quæ diſcretionis virtute præcipua, donum Epiſcopi cum gratiarum ſuſcepit actione, & ſecundùm ipſius imperium ſuis Virginibus carnes in Quadrageſimâ apponi præcepit.

a

C

Epiſcopi iuſſu cum ſuis carnes comedit in Quadrageſimâ:

duas partes, quarumdam inobedientiâ, in ſerpentes verſas,

83 Vnde ex ipſis duæ vim diſcretionis ignorantes, & parſimoniam pluris æſtimantes quàm obedientiam, carnibus abſtinere, non ſine inani quadam gloriâ decreuerunt: & vtraque partem ſuam pauperibus opportuno tempore tribuendam, abſconderunt. Cùm poſtmodùm venirent arbitrantes ex inobedientiâ ſe facturas eleemoſynam, inuenit vtraque ſuam partem conuerſam in ſerpentem: quo reperto plurimùm exterritæ, ad S. Brigidam velociter accurrerunt, quod acciderat indicantes. Ipſa verò de pernicie propriæ voluntatis, & virtute diſcretionis multa illis ediſſerens; poſteà cum illis ad locum, quo fructus latebat inobedientiæ, acceſſit, & videns verum eſſe quod audierat, beſtiis hiantibus ſignum ſalutis appoſuit: ſicque formam illis exuens beſtialem, in duos illos panes conuertit, quorum vnum retinuit, alterum Epiſcopo memorato dedit.

ſigno Crucis forma priori reſtituit:

84 Epiſcopus autem audiens quod acciderat, iuſſit vt ad eum ipſa veniret frumentum, quod habebat, vel dimidium acceptura vel totum. Venit igitur, & horreum intrauit Epiſcopi: ſed recogitans non eſſe dimidiandum, quod ad familiam Epiſcopi non ſufficeret ſimul totum, Diuinam petit adeſſe pietatem, vt Epiſcopi bona voluntas, & ſua magna neceſſitas ſic impleretur, vt dum ſibi indigentiam Epiſcopus propulſaret, ipſe non patereturꝰ. Et oratione completâ, plauſtrum vnum fecit applicari, quouſque ad ſummum impleto alterum protinus admoueretur. Et fit de ſecundo quod factum fuerat de primo. Sic etiam tertium poſt ſecundum, & vnum poſt alterum vſque ad plauſtra viginti quatuor impleta ſunt: ex quibus duodecim abduxit, & totidem Epiſcopo dimiſit. Factum eſt vt Epiſcopus parum dando, plus acciperet; & dum conſulere niteretur alteri, conſultum inueniret ſibi.

D

precibus multiplicari diuinitus frumentum impetrat:

85 Quia verò etiam extra ſuæ terminos prouinciæ meritum ſuum & miſericordiam frequens fama prouexerat, multos tam de remotis quàm de vicinis ad eam finibus, pro variis neceſſitatibus, pauperes aduexit. Libenter enim hoc expetitur vnde liberalitas ſperatur. Nec eſt inuitantis efficacior vox præconis, opinione liberalitatis. Sancta verò Brigida vno paupere diſcedente, aduenientem non faſtidiebat alterum, ſed vnam vniuerſis, ſingulis ſe exhibebat vniuerſalem. Nam licet in omnes extenderet affectum, tamen ſecundùm neceſſitates indigentium moderabatur manum ſuam, præbens abundanter plus egentibus & moderatè mediocribus; quamuis paruum munus dici non debeat, quod magna caritas adminiſtrat.

multũ ad eam confluentibus.

E

86 Audito igitur tres leproſi, qualis & quàm liberalis Brigida eſſet in pauperes, ſimul & ſimile conſilium inierunt, quo ſcilicet ipſam pro eleemoſynâ expetendâ adierunt. Quos videns & itineris & infirmitatis magnitudine fatigatos beata Virgo, de conſolatione eorum ſtatim cogitare cœpit, & vas quoddam proferens, quod habebat, argenteum, ipſis dedit: præcauens tamen ne donum ſuæ liberalitatis eſſet eis cauſſa diſcordiæ & diſceptationis, vas illud in lapidem ſatis durum impegit: quod dictu mirabile eſt, in tres æqui ponderis partes, vno ipſum ictu, ſicut optauerat, confregit; quæ ſemel & ſecundò diligentiori lance trutinatæ ponderis vnius omnes inueniuntur. Sicque citiùs hoc peregiſſe potuit meritum Deo dilectæ Virginis, quàm perita manus cuiuſlibet artificis. Acceptâ igitur quiſque trium parte ſuâ, gaudentes & gratias agentes ad propria redierunt.

tribus leproſis vas argẽteum vno ictu in tres partes æquales diuiſum, donat:

F

87 Rurſus extitit in Hybernia pauper vnus, quem noxa quædam ita fecerat obnoxium, vt aut mellis ſextarium dare, aut detrimentum ſui corporis deberet ſuſtinere. Cogitat itaque pauper quid agat, quo ſuæ voluntatis effectum peragat, & in neceſſitate magnâ multa meditatur conſilia. Tandem verò neque votis deſidibus, neque petitoribus mutis, rerum affluentiam cogitans prouenire, in hoc ſuæ meditationis ſummam ponit, vt pauperum rempublicam, pectus videlicet Brigidæ, fidenter adeat; & ei, quæ pauperum cauſſis & aurem & animum libenter apponere conſueuerat, ſuæ neceſſitatis cauſſam exponat. Proinde comes itineris aſſumitur ſpes bona, fructus verò peruentionis inuenitur res deſiderata. Venit ad Virginem, & ei quemadmodùm res ſecum agebatur intimauit: rogat pro ſe, vt liberalitatem eius experiatur in ſe, quæ nulli deeſſe cùm peteretur, multis adeſſe conſueuerat, etiam cùm non peteretur.

paupere mellis ſextarium poſcente, alioquin grauiter plectendo.

88 Videns igitur pia Virgo pauperis neceſſitatem magnam, & recogitans quòd de ſuâ liberalitate concepiſſet ſpem bonam, facilè quidem ad compaſſionem flectitur; ſed inopiâ mellis à conſolatione pauperis retardatur: & dum æſtuaret pectus illud melliſluum pro mellis ſextario, murmur apium auditur ſub pauimento domus, in quâ Brigida pauper inuenerat, & de ſuâ neceſſitate, ſicut eſt prædictum, conuenerat: quod ſtatim

apes & mel ſub pauimento domus ſuæ reperit:

A tim pertuſum eſt ad iuſſionem Virginis: inuentâque, quantum pauperi ſufficerebat, mellis portione, pauper quod petierat accepit, ſicque lætus abſceſſit.

89 His accedit, aliquando cauſſam extitiſſe, quòd Brigidam à ſuâ manſione ſolito longiùs elongaret grandis via, & grauis labor. Sed ei nullum arduum nullumúe opus laborioſum, quo aut iuuari proximum aut placari ſperat Deum. Cumque iter ageret, diuertit die quadam, hoſpitandi gratâ, in domum cuiuſdam pauperculæ mulieris, meliùs ducens apud inopem cum quiete, quàm in domum cuiuſlibet diuitis hoſpitari, quæ quantò dilior, eò tumultuoſior inueniretur. Anus autem illa cenſum exilem vultu læto & liberali diſſimulans, ligna telis conficiendis idonea (textricis enim opus exercere conſueuerat) ipſa ſtatim incidit, ſuis hoſpitibus ignem accendens, tantò magis commodum, quantò minùs fumigantem: vitulum etiam, quem habebat vnicum, occidit, & in opus hoſpitum ſuorum cibum inde præparauit. Inde menſam poſuit, qualem habuit, & quales habere potuit cibos appoſuit. Vultus autem hilaris, & animus eius liberalis pro variis condimentis; officioſa ſedulitas pro ciborum copiis, benigna deuotio pro deliciis accipiebantur à comedentibus.

iter agens diuertit ad pauperculam,

à quâ benignè excipitur:

B 90 Cumque cibo qualicũque & potu recreati Deo gratias, & ſuæ hoſpiti retuliſſent; S. Brigida ſecretis precibus Deum cœpit deprecari, vt ipſa cauſſa non fieret, quâ penè vacua bonis domus penitùs euacuaretur, quâue pauperrima mulier paupercula remaneret. Et quid poſteà? Inuenitur manè facto vitulus ibi priori ſimilis: & ne ſolum hoc apud Deum poſſe videretur oratio ſupplicantis & meritum, inueniũtur etiam in eadem domo ligna telaria, quæ magnitudinem priorum & formam exprimerent, magnamque ſpectantibus admirationem exhiberent. Quod ſi res ſolùm attendatur quæ facta eſt, videtur incredibilis; ſi verò ſimul potentia Factoris attenditur, nonne hoc ei perfacile eſt, qui omnia poteſt? Ille enim ad petitionem ſuæ Virginis hoc fecit, de quo verâ fide canitur: Quia omnia quæcumque voluit, fecit. Videns igitur, vt cœpta proſequar, beata Virgo Factorem ſuum ſuam adimpleſſe voluntatem, in hymnis & confeſſionibus benedicebat eum, hoſpitiqúe ſuæ vale C dicto & iter quod propoſuerat, proſperè peregit & opus.

ei vitulũ occiſum poſtridie viuum reſtituit,

& ligna textoria, combuſta:

Pſ. 134. 6

a *Hic in* 1 *Vit. cap.* 7 *nu.* 50 Yborus *appellatur; alibi* Ibarus *&* Hibarus, *vti ſuprà monuimus.*

CAPVT XV

Mors diu antè præſcita, piè obita.

91 His igitur & huiuſmodi virtutibus effulgens hæc beata Virgo, reuelante Deo, didicit quartum poſt hunc annum futurum ſibi vitæ temporalis extremum: quem ipſa cum gaudio & deſideriis ſpiritualibus exſpectans, vigiliis & orationibus, ieiuniis arctioribus, & largioribus eleemoſynis, ad ſuperna præparabatur. Licet enim ab infantiæ cunabulis, pro viribus & virtute ſibi diuinitus collatâ, bonis operibus feſtinauerit ad exitum bonum; ſic tamen cæleſtibus iam nunc intentam, imò magis confectam, deſideriis exitus vitæ vicinus exhibuit, vt eius hæc vita puſillanimem ſuperet æſtimationem. Diligenter enim in mentem & memoriam reuocabat, quòd mortem vel bonam vel malam nihil efficit, niſi quod præcedit mortem. Vnde ſic viuere & vigilare ſtuduit in huius vitæ viâ, vt non confunderetur cùm loqueretur inimicis ſuis in portâ. Nec ſuam circa ſe tantùm conſiſtere voluit ſollicitudinem: nam & ſuarum ſaluti diligenter inuigilabat, illud annitens magnâ ſollicitudine, quam habebat de eis, & crebris exhortationibus, quibus agebat cum eis, multis etiam precibus, quibus ſupplicabat pro eis, vt quæ retro oblitæ, in anteriora ſe ſemper extenderent, & in carne non ea quæ carnis ſunt, ſed quæ Spiritus, affectarent.

intelligit ſe quarto pòſt anno moriturã:

diligenter ſe ad mortem præparat

AVCTORE LAVRENTIO DVNELM. EX MSS.

D *ſuarum ſalutem curãt:*

92 Ita igitur & ſui curam habens & ſuarum, die quadam neceſſitate perurgente, fores egreſſa eſt manſionis ſuæ. Videns autem vir quidam ab olim altaris functus officio, nomine Nunneod, cogitare cœpit quantæ pietatis in proximum, & quanti meriti eſſet hæc beata Virgo ante Deum, curreníque velociter beatam Virginem pertranſibat. At illa reuocans volitantem rogauit, vt quò, quare ſic feſtinaret, ediceret. Magnæ, inquit, ciuitatem ciuita is tactus deſiderio, ad ipſam ſic propero, & ſi mihi p omiſeris, quòd tuis adiutus orationibus ipſam intrabo, iuſſis tuis obtemperans, rem tibi referabo. Virgo autem Deo fidens, poſtulata promiſit: & Sacerdos reſtitit, & ciuitatem, quò tendebat, cælum eſſe fatebatur. Cauſſamque curſus tam volucris hanc eſſe intulit, vt hac arte orationum eius efficaciter ſuffragium acciperet, quò ad patriam, ad quam tendebat, perueniret. Illa verò, cuius viſceribus inhærebat indeficientis vena miſericordiæ, audiens talem eius petitionem, ad compaſſionem protinus inclinatur: ibique poſt orationem completam ſurrexit, & his eum allocuta ſermonibus, ait: Ecce, vir bone, quod diligenter expetiit tua bona voluntas, ad petitionem ancillæ ſuæ tibi miſericorditer indulſit clementia Diuina. Felix enim quandoque peruenies ad Deum: ſed conuenit vt aliquid antè patiaris propter Deum. Nam ſine labore præmium affectare nemo probus ſolet. Vnde moneo, hortor, & rogo, vt peregrinaturus proficiſcaris in terram alienam, & gratis exul, aduena patienter, libenter peregrinus, voluntariè pauper, vbi Deus prouiderit, effici patiaris; certum hoc habens, niſi per magnos labores, ad magna præmia non poſſe peruenirí. Præmonitum etiam & præmunitum eſſe te volo, quòd antequàm temporalis vitæ diem clauſero ſupremum, Angelicum de reuertendo percipies oraculum. Viam enim vniuerſæ carnis ingreſſura, tuis è manibus vitalia Dominici corporis & ſanguinis percipiam Sacramenta: ſicque expeditiùs tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Domini. Cumque meis obſequiis obſequium inter alios exhibueris, felix & ipſe ſubſequeris.

ſed in pãtitia materiã ſuadet illi voluntariũ exilium:

prædicit ſe ante mortem ex eius manibus communicaturam:

F 93 His ille verbis in ſpem magnam ſolidatus, Romam petiit, & ad limina ſanctorum Apoſtolorum in magnâ ciborum, in maximâ virtutum continentiâ, vitam duxit peregrinam. Et cùm tertius peregrinationis eius annus tranſiret in quartum, Angelus Domini, ſicut prædictum fuerat, apparuit, & vt citò repatriaret imperauit. Qui eius iuſſis obtemperans, Hyberniam venit, & beatam Virginem à terrenis ad cæleſtia iamiam migraturam inuenit. Cuius è manibus poſtmodùm ipſa accepto illo ſalutari & ſingulari viatico, viam vniuerſæ carnis ingreditur, terrâ quidem paradiſum, tranſitoriis æterna, felici commercio permutans. Nec multò pòſt idem Sacerdos, ſarcinam deponens, appoſitus eſt ad patres ſuos. Deceſſit autem Venerabilis Brigida primâ die menſis Februarij, ſuæ benignitatis & miſericordiarum remuneratorem in perpetuum poſſidens Deum: qui in vnitate trinus, & vnus in Trinitate viuit, & gaudet, & gloriatur, ipſe quidem vita, gaudium, & gloria Sanctorum omnium, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

poſteà Angeli monitu redit,

eâque ſacramentis munitâ & mortuâ, ipſe paullò pòſt moritur.

DE S. DARLVGDACHA, siue DARDVLACHA,

I. B. VIRGINE SCOTA, KILDARIÆ IN HIBERNIA.

AN. D. XXIV. I FEBRV. *S. Darlugdacha natalis.*

1 *Brigidam ſecuta* Dardulacha, *ſiue (vt habent plerique codices MSS.)* Darlugdacha, *diſcipula ſua & alumna, eodem primo Februarij die, vti hac optârat, illa euenturum ſponderat, ſed non eodem anno. De eâ Henricus Fitzimon noſter in Catalogo præcipuorum SS. Hiberniæ* an. MDCXIX *excuſo, ita ſcribit:* Dardulacha Virgo. Breuiarium Friſingæ 1 Febr. An Derludacha? *in MS. Bodec.* Darlugdaca *appellatur, in MS. Hugonis VVardai, è quo quartam S. Brigidæ Vitam dedimus,* Darlugacha, *&* Darluagdacha.

2 *Thomas Dempſterus in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ gentis Scotor. quàm octo poſt Catalogum illum vulgatum annis edidit, haud ſatis felici vſus coniecturâ, ita ſcripſit lib. 4 cap.* 391. S. Dardulacha Virgo Scota & peregrina in Germaniâ ceſſit; ſoror, vt exiſtimo, SS. Gunifortis & Gunibaldi, vt ex eorum hiſtoriâ colligo, quam habet Sanctuarium Papiæ. Vtcumque ſit, hæc maximo deuotionis affectu colitur Friſingæ, vt ex Breuiario Friſingenſi conſtat. Fruſtrà hîc ſtipem captat Hirlandus. Scotiâ exceſſit cum fratribus duobus & vnâ ſorore an. CCCCXX. Colitur die 1 Februarij, ex auctoribus laudatis. *Hæc ille; qui deinde lib. 7 nu.* 575 *&* 576 *agens de SS. Guniforti & Gunibaldo, eos ait, duabus ſororibus in Germaniâ coronatis martyrio, in Italiam veniſſe, & hunc Comi, illum Papiæ martyrium feciſſe an.* CDXVII. *An triennio priùs, quàm ſoluerent è Scotiâ? De* SS Guniforto *&* Guniboldo, *duabuſq; eorum ſororibus, è quibus* Dardalucha *non fuit, agemus* XXII *Auguſti.*

B *an ea in Germaniâ occiſa, ſoror SS. Guniforti & Guinibaldi?*

3 *Dempſterum ſequitur, alio fortaſsis quopiam eius commentario perlecto. Ferrarius; citat certè in generali SS. Catalogo, biennio ante illam hiſtoriam edito, itaq; ſanctam illam Virginem prædicat:* Friſingæ in Bauariâ S. Dardulachæ Virginis, *Colganus quoque* Friſingæ in Bauariâ celebrari *ſcribit. In moderno Breuiario Friſingenſi nulla eius extat memoria. In veteri lectio erat vna de S. Brigidâ, in quâ iſthæc habebantur:* Poſt hæc aliaque miracula multa, cùm de hoc ſeculo B. Brigidæ exitus appropinquaſſet, rogauit eam alumna ſua Daludarcha, vt ſecum de hac vitâ egredi mereretur. Cui S. Brigida reſpondit: Sequeris me in vno anno, & in die exitus mei morieris, vt vna ſolennitas nobis ſit. Et ſic factum eſt. *Nihil hîc de Dardulacha apud Bauaros veneratione; neque eius meminit in Bauariâ ſanctâ Raderus: Lectionem illam vel à Stephano Vito noſtro, à quo & nos, Fitzimon acceperat vel ipſe legerat: alij non rectè, quòd erat, aſſecuti. Longiùs aberrat Camerarius, 1 Decemb. ita ſcribens:* S. Dardulacha. Vide tabulas Friſingenſes & alios.

C *an Friſingæ culta?*

4 *Meliùs Franciſcus Lahierius noſter hoc die:* In Hiberniâ vel Scotiâ S. Dardulacha Virgo. *Plura Martyrologia nobis adhuc incognita, & alios Hibernicos Scriptores citat Colganus, è quibus egregium illius concinnat elogium.*

in Hiberniâ mortua:

5 *Non ſunt illius res geſta peculiariter commendatæ litteris, quod quidem adhuc compererimus. Memorabile illud, quo pacto à præcipiti planeq; iam deliberato in inceſtum lapſu, diuinitus concuſſa roborataq; retraxerit pedem. Ita illud in S. Brigidæ 1. Vitâ refertur cap.* 16 *nu.* 96 S. Brigida habebat quamdam alumnam, nomine Darlugdacham: quæ quadam die non benè cuſtodiens oculos ſuos, vidit virum, & concupiuit eum; & ipſe ſimiliter amauit eam. Poſthæc verò Virgo quadam nocte conduxit illum virum: & ipsâ nocte erat Virgo hæc in lectulo cum S. Brigidâ. Cùm autem paullisper dormiret S. Brigida, ſurrexit Virgo: & cùm exiſſet de lectulo, irruit in eam mira perturbatio cogitationum, & magnum certamen habebat in corde, timoris & amoris: timebat enim Deum & S. Brigidam, & vehementi igne amoris viri vrebatur. Orauit ergo Dominum, vt adiuuaret illam in tali angustiâ. Tunc inuenit à Deo bonum conſilium: & impleuit duos ficones ſuos carbonibus ignis, & intinxit pedes ſuos in eos. Sicque factum eſt, vt ignis ignem extingueret, & dolor dolorem vinceret. Deinde verò ad lectulum reuerſa eſt. Hæc autem omnia ſenſit B. Brigida; ſed tamen tacuit, vt puella tantiſper * temperaretur & probaretur. Craſtino autem die puella confeſſa eſt ſuum peccatum. Dixitque ei Brigida: Quia viriliter dimicaſti in hac nocte, & pedes tuos in præſenti combuſſiſti, ignis fornicationis iterum in præſenti non nocebit tibi, & ignis gehennæ in futuro non comburet te. Tunc B. Brigida ſanauit pedes eius, ita vt nec ſignum combuſtionis appareret in eis.

malè cuſtodiens oculos,

ſpiritu luxuria tentatur:

vincit tentationem, pedes ſibi adurens,

* *al. MSS.* tĕtaretur.

E *quos ſanat S. Brigida*

6 *Diuersâ paullùm phraſi hoc Darlugdachæ certamen narratur in 4. S. Brigida Vitâ lib. 2 cap* 10 *nu.* 58. *vbi vir ille, cuius ei exitialis fuit conſpectus,* miles *fuiſſe dicitur, cumq;* quadam nocte maneret S. Brigida in quodam vico in plebe, *ad eamdem veniſſe domum, perpetrandi ſcilicet facinoris occaſioni intentus: Darlugdacha* in vno ſtrato *cum S. Brigidâ, ſed* ſeparatim *decubuiſſe: hæc autem euigilaſſe, & generoſam alumnæ pugnam ſpectaſſe; poſtridie autem pedes aduſtos* ſignaſſe ſigno ſanctæ Crucis, *itaq; ſanaſſe. Epipho-nema eſt Colgani:* Licet callidi hoſtis inſidiis violentam nimis paſſa fuerit tentationem, inuiolatæ tamen pudicitiæ candorem ſeruauit, & glorioſo agone defendit. *Quod de pudicitiâ corporis, non mentis, videtur intelligi oportere. Rectiùs MS. cœnobij Bodecenſis Canonicorum regularium,* vnam de pediſſequis *Brigidæ* iuuenculam, nomine Darlugdagam, amore cuiuſdam iuuenis, ſe nihilo minùs ardentis, accenſam, *eiuſdem Brigidæ meritis,* Diuinitatis inſpectu, laqueum fornicationis, iam licet irretitam, tranſiliiſſe: *at poſtremi eius* agonis S. Brigidam per Spiritum non ignaram fuiſſe. *Metrica Brigidæ Vitæ cap. 9 nu. 66. ita pronuntiat:*

ſigno Crucis.

Cunctarum fuerat formoſior illa Sororum: F
Corpore virgo, tamen mente corrupta manebat.

Quos verò B. Darlugdacha *prunis impleuit* ficones, *videntur rudia fuiſſe calceamenta, forſan è ligno excauato, vt pauperum apud nos.*

7 *Cautior deinceps atque in ſtudio virtutis feruentior* Darlugdacha, *ita S. Brigidæ cara fuit, vt per eam ſibi huius opem infirmi depoſcerent. Ita 1. Vitæ cap.* 17 *nu.* 109. Quædam mulier cum filiâ mutâ ad eccleſiam, vbi S. Brigida manebat, perrexit, & vocauit ad ſe Virginem, nomine Darlugdacham, dicens ei: Adiuua me, vt filia mea ab infirmitate ſuâ ſanetur. Tunc illa duxit puellam ad B. Brigidam. *&c. Vita 4 cap.* 11 *nu.* 75 *habet:* Diſpone, bona Virgo, vt filia mea ſanetur per S. Brigidam. Tunc ducens Virgo filiam rogantis ſecum, ſtatuit eam ante conſpectum B. Brigidæ, & non iudicauit ei, quod ita eſſet muta.

8 *Demum ita Brigida adhæſit Darlugdacha, vt ne morte quidem ab eâ vellet ſeiungi. Quod ita in S. Brigidæ 1. Vitâ narratur cap. vltimo nu.* 113: Cùm autem eius exitus de hoc ſeculo appropinquaſſet, alumnam ſuam, nomine Darlugdacham, vocauit, & ei diem obitus ſui prædixit. Quod vt ipſa audiuit, præ triſtitiâ cum magiſtrâ ſuâ mori voluit. Beata verò Brigida dixit ei: Poſt obitum meum vno anno feliciter viues; & anno tranſacto in die

cũ eâ mori cupiens,

A die obitus mei morieris: vt nobis, quæ ſimul in hoc ſeculo viximus, ſimul recolatur dies anniuerſarius. Quod poſteà, vt prædixit, euenit. *Vita 4. lib. 2 cap. 11 nu. 79 ita habet*: vt vna nobis ſolennitas fiat. *aliud MS.* Et ſub vnâ celebratione ſolennitas tua & mea coleatur. *MS. Budicenſe*: Poſt hæc carnis incommodo, tempore præcognito, tangitur: ſpiritu tamen, & hoc plus ſolito, vigens, de grege, quem Chriſto pauerat pluſquàm de ſe ſollicitatur. Ergo prædictam Darlugdagam, in-

intelligit ſe poſt annum ſecuturam.

diuiduam ſuæ ſanctitatis alumnam, aduocat; eique, licet ſecum migrare, multis ſibi lacrymis inundantibus, malenti, cœtum Sororum, Iudici diſtrictiſſimo, eidemque paſtorum paſtori, reconſignandum commendat: Noli, inquit, filia dulciſſima, noli de meâ abſentiâ triſtari. Breue adhuc tempus, Sororum excubiis inuigilans, Chriſto militabis. Anno vertente, hac eadem die mihi in Paradiſi gaudiis adiungeris.

Avctore I. B.

D *iuſſa interim cœnobio Kildarienſi præeſſe.*

DE S. CARTERIO PRESBYTERO

APVD BITVRIGES IN GALLIA.

I. B.

I Febr. A Ndreas Cheſneus *in Antiquit. Galliæ, agens de prouinciâ Bituricenſi, cap. 3 inter oppida quæ Exolduneníi tribunali ſubſunt, recenſet* S. Chartier, *vti & Paullus Merula Coſmographiæ par. 2 lib. 3 cap. 25. Id à* S. Carterio *habet nomen, cuius ita meminit Philippus Labbe noſter in Hagiologio Franco-Galliæ* 1 *Febr.* Bituricas, vico Lucaniaco, S. Carterij Presbyteri & Confeſſoris. *Nihil præ-*

B

tereà de eo comperimus. Alium dedimus S. Carterium *Presbyterũ Cæſareæ Cappadociæ nobili martyrio coronatum* VIII *Ianuarij. Alium dabimus* II *Nouemb. qui Sebaſtæ ſub Licinio, cum pluribus aliis, martyrij palmam tulit. Sed hic miles erat, Martyr vterque; ne quis alterius allatas fortaſsis in Galliam ex Aſiâ reliquias, venerationem iſthic obtinuiſſe, ac nomen loco feciſſe arbitretur.*

Carterius Presb. Conf. diuerſus ab eo qui 8 Ian. & 2 Nou.

E

DE S. SEVERO

EPISCOPO ABRINCENSI IN GALLIA.

Commentarius præuius.

I. B.

Secvlo VI. 1 Febr. *S. Seuerus colitur Rotomagi,*

I CVius *in Metropolitanâ Rotomagenſi baſilicâ aſſeruantur* S. Seueri *Epiſcopi reliquiæ, agiturq; Kalendis Februarij ſolennitas; eum illius vrbis Antiſtitem fuiſſe exiſtimarunt nonnulli, nullo certo teſtimonio. Nam Democ hares cap. 20 de diuino ſacrif. quarto eum loco recenſet his verbis:* Seuerus ſubrogatus 325. *Auitiano nimirũ, qui concilio Arelatenſi,* Voluſiano & Aniano Coſſ. *an. Chr.* CCCXIV *ſubſcripſit. Plura paullò, at non magis teſtata, Natalis Taillepedius Ord. Minor. in Compendio antiquit. Rotomag. cap. 16.* S. Auidiano in archiepiſcopatum ſucceſſit S. Seuerus an. CCCXXV. Sanctè munus illud, ad quod diuinitus erat vocatus, adminiſtrauit. Extat eius nomine paro-

C chialis eccleſia in ſuburbiis vltra pontem atque in maiori Beatæ Virginis baſilicâ corpus eius reuerenter aſſeruatur, inſigni capſæ impoſitum. *Poſt hunc Ioannes Chenu Biturix:* Seuerus ſubrogatur CCCXXV. XV annis, tempore Conſtantini & Conſtantij, ſub Marco Papâ & Iulio floruit. *Denique Claudius Robertus:* IV S. Seuerus CCCXXV, alius à Rauennate, & Abrincenſi. Habet eccleſiam ſui nominis ſuburbanam.

non eius vrbis Epiſcopus,

2 *Reclamat Eccleſia Rotomagenſis, vt infrà oſtendemus, neque quem veneratur* Seuerum, *ſuum fuiſſe Præſulem agnoſcit. Atque olim quidem, vt ex Breuiario an.* MDLXXXVII *excuſo patet, Rauennatem eſſe, quem coleret, exiſtimabat; deq; eius Vitâ lectiones octo recitabat, quippe cuius in omnibus Martyrologiis nomen extaret. At nunc ſecundi nocturni*

ſed Abrincæ:

lectiones ſunt de S. Seuero Abrincenſi, retentâ veteri oratione, quæ vtrique quadrat, Rauennati magis, ea ita habet: Deus qui B. Seuerum ad ſacerdotalis officij dignitatem mirabiliter ſublimaſti; fac nos, quæſumus, ipſo intercedente, ad ſumma virtutum gradibus proficere, & ad ſocietatem eius celſitudinis peruenire.

3 *Fuit igitur hic Seuerus Abrincæ, in eadem Rotomagenſi prouinciâ, ad Britanniæ Armoricæ confinia ſitæ, Epiſcopus.*

quando is vixerit

Quo tempore vixerit, quibuſve ſub Regibus, Vita non prodit: ſolùm indicat, fuiſſe adhuc eo tempore in Conſtantienſi diſtrictu Gentiles, eoſq; Chriſtianis infeſtos, licet in illos morte ac ſupplicijs non animaduerterent. Vnde coniicimus circa Clodonæi, I *eiuſve filiorum tempora vixiſſe, atque ante* S. Paternum *ſediſſe. fortaſsis inter* Nepum, *aut* Nepotem, *qui Concilio Aurelian.* I *ſubſcripſit; &* Perpetuũ, *qui Aurelianenſi* II. *an.* 533. *quo ferè tempore eremiticam in iis partibus vitam egêre* SS. Paternus & Scupilio, *cùm adhuc Gentilium vigerent ſuperſtitiones, vt patet ex S. Paterni Vitâ* XVI *Aprilis.*

4 *Vitam* S. Seueri *accepimus à Frederico Flouento noſtro, ex veteri codice monaſterij* S. Seueri, *quod ſitum eſt in diœceſi Conſtantienſi, non procul à Vitiâ amne. Auctor quo tempore vixerit, haud ſatis liquet: nam cap.* 2 *nu.* 5 *de quercu loquens, quæ ex* S. Seueri *baculo excreuerat, ſcribit:* Hodieque cùm ſenio defecta corruerit, truncuſq; in terrâ iaceat & putreſcat, nemo eam ſecuri incidere, nemo vel eius corticem manu præſumit detrahere. *Et cap.* 1 *nu.* 2 *de ilice, Corbeceni profanis ſacrificiis frequentatâ:* Quæ licet multo temporis ſpatio confecta ventorum rabie corruerit, adhuc tamen ſuperſunt plurimi, qui eam ſe vidiſſe profiteantur, ac eam, quæ ſupereſt adhuc, ilicem ex eius radice proceſſiſſe. *At cap.* 6 *nu.* 21. Dies autem teſolutionis eius etſi minùs in notitiâ habeatur, quippe cùm *&c.* recolitur tamen pridie Nonas Iulij, ſcilicet die quâ reliquiæ Rotomago in hunc locum delatæ ſunt. *Hoc verò ſub Guilielmo accidit, qui an.* MLXXIX *ex Abbate Cadomenſi Archiepiſcopus Rotomagenſis creatus, obiit an.* MCX. *Ergo arborem vtramque oportet circiter* DC *annis ſtetiſſe: niſi quis poſtroma hæc dicat poſteà adiecta ad Vitam, quæ ante Danorum irruptionem ſcripta erat. Non idem tamen Vitæ illius interpolator & ſcriptor Tranſlationis, cùm ille* pridie Nonas Iulij *allatas Rotomago reliquias ſcribat; hic* IV Nonas Februarij. *Prior tamen alumnus monaſterij* S. Seueri *videtur fuiſſe, cùm* in hunc locum delatas *ſcribat: fortaſsis etiam alter.*

F

Vita vnde quando ſcripta?

ab alio Tranſlatio.

5 *Natalis igitur, vt cap.* 6 *nu.* 21 *dicitur, ignotus. Agitur Rotomagi officio duplici* I *Februarij; quo fortaſsis die ſub Richardo* I *Duce, & Roberto Archiepiſcopo, iſthuc eius reliquiæ allatæ ſunt. Succeſsit V Villelmo, à Flandris interfecto. Richardus* I *an.* CMXLII XVII *Decemb. obiit an* CMXCVI. *Robertus eius filius Archiepiſcopus Rotomagenſis obiit an.* MXXXVII. *Abrincenſis verò Eccleſia* S. Seueri *natalem celebrat Officio duplici, ſecundæ claſſ.* VII *Iulij. atque eo die Sauſſaius inſigne illius elogium habet, quo vitam eius omnem breuiter complexus*

natalis eius I *Feb.*

alibi 7 *Iul.*

AVCTORES I. B.

est. At 1 *Februarij hæc de eo habent Carthusiani Colonien. in Addit. ad Vsuard.* Item B. Seuerij Episc. & Confess. cuius corpus in basilicâ Metropolitanâ B. Mariæ Rotomagensi populis hac die reuerenter ostenditur. *Eadem ferè habet Molanus, Canisius, & pluribus verbis idem Saussaius, qui tamen rectè* Seuerum *appellat. Breuiùs Galesinius*: Rothomagi S. Seueri Ep. & Confessoris. *Idem tamen, vti & Ferrarius, in Notis tenset Rotomagensem Præsulem fuisse. vti & Ghinius, ita scribens*: Rothomagi S. Seueri Ep. & Confess. qui an. Domini CCCXXV quartus Episcopus ibidem ordinatus, sedit annos sexdecim; cuius corpus in Metropoli basilicâ B. Mariæ in capsâ venerabili conditur, & populis hac die reuerenter ostenditur.

nomen in Martyrologiis.

6 *Aliquæ* S. Seueri *reliquiæ, ac* S. Sinerij, *Episcopi itidem Abrincensis, qui* XVIII *Septembris colitur, missæ ab Archiepiscopo Rotomagensi & Canonicis, Parisios ad* Ludouicum XIII *piissimum Regem, an.* MDCXXXIX. *Exemplum publici instrumenti eâ de re confecti, ab eodem Frederico Floueto accepimus.*

Reliquiæ missæ Parisios.

7 B. Ægidij, *alteriusq; anonymi Sancti, in eadem S. Seueri ecclesiâ sepulti, nusquam in Martyrologiis reperimus nomen. In Sanctorum numero iam olim habitos, colligere est ex historiâ Translationis cap.* 2 *nu.* 6 *vbi ista habentur*: Duorum autem vtrimque Sanctorum sepulchra iacebant; vnum B. Ægidij quondam discipuli, atque in Dei opere cooperatoris, aliud verò alterius Sancti, cuius nomen etsi nescitur, meritum tamen per Numen manifestatur. *In Vitâ autem cap.* 4 *nu.* 14 *vbi de* S. Seueri *discipulis est sermo, de Ægidiò ista leguntur*: Inter quos quidam, Ægidius nomine, venerabilis vir enituit, qui beati viriin sancto proposito socius atque cooperator præcipuus extitit; suiq; Doctoris vestigia sequens per omnia cælestis disciplinæ subesse magisterio satagebat. *Dubitare fortasse quis possit, an non ille Ægidius sit, qui* Episcopus Ecclesiæ Abrincatinæ *subscripsit concilio Aurelianensi* V.

B. Ægidij, eius discipuli, & alterius Sancti, natalis ignotus.

VITA AVCTORE ANONYMO

ex veteri MS. monasterij S. Seueri.

CAPVT I

S. Seueri ortus. equarum custodia.

1 VIr *a* igitur Seuerus venerabilis, loco *b* Constantiensis, parentibus ingenuis, non autem diuitibus, oriundus fuit. Neque verò puritati illorum præiudicabat fuga diuitiarum; cùm verè diuites non terrenæ diuitiæ, sed amor cælestis faciat patriæ. Sufficiens tamen non deerat eis huius vitæ sumptus, ex quo pauca sibi, plura verò darent pauperibus Christi: tantaq́ue circa eos Christi feruebat caritas, vt semper foris adesset largitas, nec etiam voluntaria deesset paupertas. Filium autem, nomine Seuerum, genuerunt, quem in Dei timore educauerunt, eumq́ue educatum cuidam patrifamilias, *c* Corbeceno nomine, adhuc Gentili, ad seruiendum tradiderunt.

a
b
C *S. Seuerus ignobilibus parentibus natus,*

sed pius & liberalibus in pauperes:

c

2 Ille verò puerum sibi traditum equarum custodiæ tradidit suarum: qui fideliter depositum seruauit, fideliterq́ue seruando ex paruo & penè nullo multiplex reddidit. Habebat autem idem Gentilis in decliuo montis *d* mansum quoddam contiguum, quod hodie Vetus-castrum dicitur, super fluuium Beuroniam situm; vbi frequenter conueniebat, quoniam & nemorum vicinitate, & pomorum amœnitate, & ceruorum caprarumq́ue venatione admodùm delectabatur; ibiq́ue gregum illius alebatur multitudo: quæ loca vndequaque vasta ambiebat solitudo. Atque ibi cum suis equitibus, & familiâ multâ nimis, certo tempore anni morabatur, præcipuè venationis & hiemis.

equas custodit viri diuitis, sed Gentilis,
d

Eius quippe ditioni circumiacens parebat regio, Constantiensis videlicet, *e* Baiocensis, & *f* vallis fluuij qui Viria dicitur: aliàs autem ad alia loca festinabat. Et quia Gentilis Gentilium adhuc etiam ritibus agebatur, habebat in vicinià domus suæ ilicem prægrandem, ritui dæmonum deputatam; sub quâ vitulorum caprarumq́ue, diis suis immolatorum, fundebat cruorem: quæ licet multo temporis spatio confecta ventorum rabie corruerit, adhuc tamen supersunt plurimi, qui eam se vidisse profiteantur, ac eam, quæ supereſt adhuc, ilicem ex eius radice processisse.

D
e f

ad ilicem diis sacrificantis:

3 Habebatur autem ferme ad duo miliaria ecclesiola quædam B. Martini, quæ Ad-septem fratres hodie nuncupatur: altera quoque è regione, in honore B. Quintini constructa: ad quas pauci Christiani eo tempore, non sine Gentilium metu, in festiuis, præcipueq́ue Dominicis, diebus conueniebant. Gentiles enim licet Christianos eatenùs *g* morti non traderent, tamen illudebant eis, &, vt fieri assolet ab inertioribus, quando soli inueniebantur, afficiebantur verberibus. Illuc itaque B. Seuero moris erat sæpius conuenire, quasi sub obtentu fertilioris herbæ; quoniam gregum suorum custodiæ deputatus, Deiq́ue seruitio, pro tempore & posse, intentus, & suo temporali domino, ac æterno veroq́ue Regi, parere satagebat. Vbi frequenter in stratâ publicâ residens, prætereuntibus necessitatem patientibus, cuncta, quæ habebat vel habere poterat, necessaria erogabat.

circa ecclesiam Christianorum pascit:
g

E *valdè misericors,*

4 Accidit autem die quadam, vt pænè omnibus, quæ habebat, pauperibus distributis, nec iam haberet quod vlteriùs daret, præter femoralia tantùm; accidit, inquam, vt anus quædam transiens eleemosynam peteret. Cuius inopiæ vir sanctus compatiens, sed quod impenderet non habens, cœpit animò angi, quia non habebat quidquam suum, quod petenti pauperculæ posset largiri. Cumq́ue illa attentiùs, vt id genus hominum solet, vt sui misereretur insisteret, Dei famulus ad equarum gregem oculos fortè deflexit, vnamq́ue de iis, quam meliorem esse putauit, eligens, quærenti pauperi cum pullo tradidit, eamq́ue citiùs recedere præcepit. Quâ recedente, relatum est Regi. Rex iratus reduci viduam cum equâ præcepit, penes se vtramque seruari. Dehinc armentarium euocat per nuntium, iubet vt reddat ad numerum, quem sibi commiserat gregem equarum. Itur ad armentum, in partes diuiditur, partes numerantur, nulla deesse inuenitur: fecitq́ue omnipotentis Dei larga benignitas, vt omnes cùm adessent, vna deesset. Nec enim fuit Deo difficile, vnum pro altero supplere: cùm quod priùs fuerat, maneret, & quod deerat, nouum fieret. Viduæ igitur equa cum pullo redditur; pastori sancto credendi maior fides adhibetur. Vnde factum est, vt & in dominum de commendato fidei sancto viro maneret integritas, & in fidem dati muneris seruaretur veritas.

pauperi equam cum pullo donat,

F

sed diuinitus suppletur numerus.

a *Hinc coniicere fortassis licet, fuisse huic Vitæ præfixum Prologũ.*

b *Est* Constantia *ciuitas Galliæ, olim* Castra Constantia: *ditio, vrbis tribunali subiecta*, Pagus Constantinus *passim apud Historicos appellatur.*

c *Hunc verisimile est nobilem Francum fuisse, illi prouinciæ præfectum. infrà* Rex *appellatur.*

d *Alibi dictum sæpius*, mansum *villam esse, siue domum rustici habitationi idoneam, addito agello, quem colat.*

e *Ea* Baiocassium *regio vulgò* Beſsin *Gallis dicitur, vrbs ipsa* Baioca.

f *Massonus de fluminib. Gall.* Vironus, seu Viria, regia sedes Prætorij Cadomensis, eodem nomine, quo vrbs, fluuium habet, qui in mare labitur apud Vadum S. Clementis. *De circumiectâ regione, qua* Vallis-Viriæ, *Gallicè* Vau de Vire *dicitur, agit Chesnaus in Antiquit. Gallia lib.* 7 *cap.* 14

Viria fl. & opp.

g *Fuit ea Francorum, cùm primùm Gallias inuaserunt, moderatio, vt indigenis liberam constare religionem vellent: quâ ratione eos sibi facilius conciliarunt. Immitiores alij hoc in genere barbari, VVandali, Gothi, &c. ac moderni hæretici.*

CAPVT

CAPVT II

S. Seueri liberalitas in pauperes. miracula.

5 ALio quoque tempore vir Domini Seuerus nimio laboris & æstuantis solis affectus tædio, dum in cespite virenti paullisper requiescere vellet, defixit humi à parte capitis virgam quernam, quam pro deducendis animalibus manu ferebat. Cùm paullùm obdormisset, sollicitus de grege suo citò surgens, virgam, quam ad caput suum humi defixerat, radicatam inuenitquæ in arborem maximam crescens paullatim, ad ostendendam beati viri, quam à Deo promeruerat, gratiam, multo tempore in omnium oculis mansit. Vir itaque sanctus cernens erga se Dei misericordiam, prostratus humi, profusisque lacrymis, pro suis beneficiis gratias ei reddidit. Arbor verò in tantam ab incolis habita est reuerentiam, vt omnes eam, ac si in se numen aliquod haberet, venerarentur, & ad eam in diebus festis vnanimiter gaudentes conuenirent. Nec immeritò: vt enim Deus ostenderet, qualem in conspectu suo iam tunc B. Seuerum haberet, quicumque ramos arboris illius disrumpere attentabat, aut protinus sensum funditus amittebat, aut protinus deorsum ruebat. Auis quoque, quæ in eius ramis pernoctabat, manè iuxtà inueniebatur mortua. Quòd si fortè bos aut caper de hederâ, quâ colligabatur, aliquid contingebat, illicò coram astantibus expirabat. Hodieque cùm senio defecta corruerit, truncusque in terrâ iaceat & putrescat, nemo eam securi incidere, nemo vel eius corticem manu præsumit detrahere. Quod ideò Deus fecit, vt & ipse in suo Sancto glorificaretur, & viri iusti laus & memoria frequentior haberetur.

baculum humi defigit,

qui statim in arborē crescit,

nulli impunè violatam,

B

ne bestiis quidem,

nec in trunco:

6 Patris verò ac matris suæ tantus erga eum erat affectus, vt relicto solo patrio, domo, propinquis, locum, ad quem filius conueniebat frequentiùs, incolerent. Erant autem ambo graues ætate, robusque suis in vsus pauperum penè omnibus distributis viduati, pauperem sponte ducebant vitam; adeò vt humanæ vitæ fructibus, cibo videlicet & veste carerent. Quos indigere B. Seuerus æquanimiter non ferens, vestibus, quas pro sui seruitij mercede à suo temporali domino recipiebat, eos induebat, malens nudus Abrahæ sinum adipisci cum Lazaro, quàm in inferno comburi cum diuite purpurato.

parentibus vestes suas donat egē-tibus.

7 Procurator autem domus regiæ, huiusmodi beati viri videns intentionem, zelo ductus dominum
C adiit, virum Dei diffamaturus, tum quia sectam gentilem penitùs abhorreret, & eorum contubernia sedulò fugeret, tum quia vestes ab eo sibi datas Christianis egentibus, vsque ad femoralia, largiretur. Rex itaque Corbeenus irâ permotus hoc audito, Dei seruum obseruari præcepit, vt si fortè vestes, quas sibi iteratò dari iubebat, cuiquam vllatenùs traderet, nemo sibi deinceps vestem daret, nemo eum in domum reciperet, sed nudus in sudo remaneret. Beato itaque Seuero vestibus sibi datis, protinus in pauperum vsus solito distributis, de agro nudo redeunti, occurrit puer familiaris id explorare sedulus, præcurrensque, Dei famulum nudum aduentasse domum nuntiauit. Iubet Rex crudelis Dei seruo fores regias claudi, eumque eo loci, quo venerat, cum iniuriâ repelli. Inhorruerat autem asperior solito hiemis intemperies, altaque nix terræ superficiem occupauerat.

alii, & pauperibus:

ideò domo herili exclusus sumo frigore,

8 Dei autem omnipotentis famulus, cùm se videret ab omnibus vndequaque depelli, omnesque in se fremere more bestiali, iamque sui nullo modo velle misereri, humano solatio destitutus, spem in semper miseranti Christo habens, adiit sibi commendatarum gregem equarum, stansque è regione cœpit nudus sub aëre Dominum deprecari. Quem multimoda misericordis Dei cernens pietas, affuit auxilio, iuuit beneficio. Grex quippe equarum, Dei imperio, de loco quo longiùs stabat semotus, pastorem suum adiit, hinc inde vertis ad eum vultibus circuit, flatibusque in eum emissis frigus sentire non permittit. Nix quippe nutu Dei locum, quo vir Dei cum sibi fideliter ministrantibus degebat equabus, deuitans, forinsecus prætendens littoris formam, intrinsecus locum diffusum relinquebat. Quod vbi nuntiatum est Regi, festinus accurrit, vidit, mirari cœpit, miratus est, Deum omnipotentem in suorum operibus Sanctorum collaudauit, moxque virum Dei nouis & melioribus indumentis vestiri præcepit.

Auctore REANONYMO, Ex MSS.

D *equarum halitu fouetur.*

CAPVT III

Corbecenus Princeps cum suis conuersus per S. Seuerum.

honoratur ab hero,

9 SIc itaque furore & inuidiâ in amorem & reuerentiam versis, cœpit quem priùs abiecerat venerari, eumque iam non in pastoris, sed in patris loco cœpit amplecti; totiusque suæ domus custodiam, si vellet, ei delegare peroptabat. Sed Sanctus Dei, qui iam
E ad stiuam Dominici aratri semel manum apposuerat, indignum reputans post tergum respicere, videlicet vt temporalem honorem Diuino præferret operi, quod sibi offerebatur humiliter respuit; vitamque de cetero solitariam ducere se velle dicens, recedendi licentiam tēporali domino petiit, vt posset vacare Deo soli.

10 Rex itaque Corbecenus, cùm beati mentem viri in amorem superni Regis exardescere penitùs cerneret, cunctaque terrena postponere, vt meditetur cælestia, eum deuotè petiit, vt Christianæ religionis sibi sacramenta manifestaret, dicens se velle Deum illum sequi, qui tales famulos haberet, per quos & ipsis elementis imperaret. Vir igitur sanctus audito eo, pro quo Dominum frequenter exorauerat, vt sui notitiam patefaceret, quemdam boni testimonij Presbyterum non longè manentem expetiit, eique Regis petitionem insinuauit, secumque venire monuit. Ille verò signo Crucis elato, cum libro Euangelij, sequente se multitudine fidelium, Regem adiit, eumque humili cum deuotione, & cum deuotâ humilitate salutauit: moxque datâ benedictione, Christianisque omnibus, qui aderant, respondentibus, Amen; B. Seuerus Dei repletus gratiâ, Regem eiusque pueros & Incarnationis Christi mysterium & fidei Christianæ sacramen-
F tum luculenter edocuit. Tantam autem gratiam famulo suo tribuit omnipotens Deus, vt omnes continuò ritu gentilitatis derelicto, & gratiam & nomen appeterent Christianitatis. Quo Presbytero quadraginta dierum indicto ieiunio, quadragesimo die, in melius aduatâ Ecclesiâ, Rex primus accessit, nomenque Christi publicè confessus, regiisque vestibus exutus, cum lacrymis baptizari petiit, & promeruit: eique in baptismate B. Seuerus pater est effectus, qui ei ad hoc dux & monitor fuerat præuius; cuius exemplum quàm plures prosecuti, religionis nostræ dignitas.... & idolorum inanis superstitio penitùs despiciebatur.

quem fide imbutum

cum suis baptizari procurat,

post ieiunium 40 dierum, eūq; suscipit de sacrō fonte:

11 Gaudebat itaque B. Seuerus de tantâ suæ sationis segete, eratque ei ad cumulum beatitudinis, quòd primus in eadem regione fixerat aratrum prædicationis Dominicæ, vnde fructus vberes cælesti horreo vi-
neophytos instruit
debat excreuisse. Lætabatur quòd ei causa salutis fuerat ac remedium, à quo frequenter vitæ præsentis seruitij receperat stipendium: tractabatque coram Rege
verbis & exemplo:
de fidei integritate, vitæque munditiâ, atque cordis sinceritate; paullatimque eorum animos ab enormi idololatriæ superstitione ad morem informabat supernæ patriæ, quotidianæ insistens prædicationi; assiduæque dum vacaret orationi, seipsum aliis & formam & exemplum

AVCTORE ANONYMO, EX MS.

exemplum præbebat imitandæ religionis: eratque mirum videre, nomen illic Chriſti modò prædicari publicè, vbi nuper erat timor vel audire. Fiebatque in dies
A partis diabolicæ detrimentum, quatenùs eâ decreſcente, fidelis populi redderetur augmentum.

CAPVT IV

S. Seueri vita ſolitaria, diſcipuli.

12 CVm igitur Dei omnipotentis famulus, in eorum iam cordibus propenſiùs fidei germina pullulare, fructumque iam centuplicatum in bonis operibus reddere, idolorum templa penitùs deſtrui, eccleſias Chriſti vbique videret conſtrui; remotioris vitæ ex multo tempore deſideriis accenſus, conuocatis quos Chriſto lucratus fuerat, deſiderium ſuum eis patefecit, talique ſermone eorum corda dolentia confortauit: Gratias ago Deo omnipotenti, quoniam vos per præuaricationem primi parentis, ac per ignorantiam ipſius veſtræ actionis, facti filij diaboli fueratis: nunc verò facti per adoptionem filij Dei, quod in vobis vitiatum fuerat, Baptiſmatis lauacro reparaſtis,
B voſque hoſtiam ſanctam & immaculatam exhibuiſtis: eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vnde, fratres & filij, fidem quam in baptiſmate ſuſcepiſtis, quamque coram Sacerdote confeſti eſtis, moribus teneatis, & opere perſeueranter exerceatis. Incipientibus enim regnum promittitur, ſed perſeuerantibus redditur. Recolite quàm miſerâ & fragili carne circumdemur. Recolite quàm breui vitâ in hoc labili tempore fruamur, vt ait Propheta: Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, & ego ſicut fœnum arui. Ponite præ oculis extremum iudicij diem, vt ait a Salomon: Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Et ego, Cariſſimi fratres, aliquando vobiſcum remoratus ſum, veſtriſque profectibus multo tempore, per Dei gratiam intentus. Videns iam ad plenum corda veſtra Chriſti caritate ferueſcere, pro meis peccatis & ipſe ſollicitus, metuens trucis gehennæ ſupplicium, vt Deo attentiùs valeam inhærere, ſecretiorem locum deliberaui expetere. Commendo autem vos Deo, qui vos ad agnitionem ſui nominis venire fecit: quatenùs per adoptionem filij eius conformes factos, ipſius Chriſti faciat vos cohæredes.

de eorum profectu

gratiis Deo actis,

eoſq; hortatus ad conſtantiam,

Pſal. 101. 12

a Eccli. 7. 40

ſtatuit ire in ſolitudinem.

13 Quod cùm audiſſent qui aderant, omnes pariter cum lacrymis rogare cœperunt, vt ſe, quos Chriſto per prædicationem nuper genuerat, non deſereret.
C Cui Rex Corbecenus, Vides, ait, Pater, in te ſolo ſummam ſalutis noſtræ conſiſtere: quoniam noſtrâ ſimiliumque inſaniâ & perſecutione, Chriſtiani ex finibus noſtris effugati, vix pauci nimis, nec ipſi capaces cæleſtis doctrinæ, remanſerunt. Vnus eras, quem Diuina nobis reſeruauit pietas, qui aptus cælo nouos procreare filios, religionis caſtimoniæque teipſum nobis formam præberes. Vnde non multùm credo prodeſſe, ſi te vnum dum velis ſaluare, plures videas, imò patiaris, deperire; quos poſſis, ſi velis, admonendo ad rectam perducere viam. Nuper enim idolis deditis difficile eſt vſitati morem ſacrificij non repetere, nouoque Dei ſeruitio libera colla ſubigere. Vnde & ego, qui præcipuè indigeo cæleſtis ritus doctore, tuam benignitatem obnixiùs exoro, vt ſi tui huiuſmodi non poteſt mutari intentio, vel vicina nobis tibi placeat habitatio, quatenùs ſi quid aut.... vel operis in nos ortum fuerit, ad te velut ad fontem ſitibundi recurramus. Habemus autem loca varia voluntatibus hominum congrua: tuum eſt eligere, noſtrum autem, electa tuo nomini aſſignare.

omnibus dolẽtibus,

hero rogãte ne longiùs abeat,

14 Audiens Dei famulus, magno pro eius ſuorumque deuotione repletus gaudio, priuato aſſenſum præbuit, ſibique de proximo locum elegit, eumque ſuo nomini adſcribi fecit. Erat autem ibidem locus millia-
rio à Regis caſtro, in ſilueſtris montis .... ſitus, quem
D vaſta ſolitudo ambiebat, vicinus quercui quòndam de eius Sancti virgâ paſtorali procreatæ: ad quem Dei famulus perueniens, primùm in honore beatæ Dei Genitricis Mariæ conſtruxit eccleſiam. In quâ commorans, cæleſti iugiter intentus theoriæ, aſſiduè vigiliis, ieiuniis, orationibus vacabat. Cuius exemplo multi & nobiles viri ſecularia relinquentes, cæleſtia toto deſiderio ſequentes, poſt Dominum crucem ſuam baiulare gaudentes, pauperem cum eo vitam ducere elegerunt. Inter quos quidam, Ægidius nomine, venerabilis vir enituit; qui beati viri in ſancto propoſito ſocius atque cooperator præcipuus extitit; ſuique doctoris veſtigia ſequens per omnia cæleſtis diſciplinæ ſubeſſe magiſterio ſatagebat. Creſcebat interea multimoda conuerſationis eorum opinio, qui cùm nihil haberent, nihil tamen appetebant, quotidiano labori inſeruientes, vt haberent, nulli obnoxij, illud parum vnde viuerent, eratque ſatis inde locuples, panis ſcilicet & aqua, quotidiana ad veſperam refectio: indumentum neceſſitati tantùm deſeruiens, nihil terrenum concupiſcere, inuicem ad vocem iubentis obedire, alienos ſe ab hoc ſeculo facere, malorum iniurias pa-
E tienter tolerare.

in propinquo loco eccleſiam conſtruit:

diſcipulos admittit, & in his B. Ægidium:

a *Rectiùs ſcripſiſſet*, Sapiens. *Non enim eſt Salomonis, ſed Eccleſiaſtici.*

CAPVT V

S. Seueri epiſcopatus. eius abdicatio.

15 BEatus autem Seuerus, aliis humanæ neceſſariis vitæ ſtudiis intentis, infra eccleſiæ ſuæ ambitum ſe continebat, nec niſi viſendorum gratiâ infirmorum vſpiam progrediebatur. Adepto autem, Fratrum totiuſque populi rogatu, ſacerdotio, dignè, prout poterat, noſtræ ſalutis hoſtiam ſæpiùs immolare Deo procurabat; ſeque pariter per compunctionem lacrymarum in holocauſtum Deo immolabat. In quo Dominici gradu officij ſupernum & humanum fauorem & gratiam multimodè promeruit, & promerendo diuinitus ad celſiorem gradum hoc ordine peruenit. Erat in vicino ciuitas quæ hodie nuncupatur Abrinca, in ſupercilio montis versùs Occidentem poſita, quæ ſui Paſtoris morte viduata, ſucceſſorem à Deo ieiuniis & orationibus quærebat. Hæc, vt fama refert, cùm ſanctitatis beati viri celebre nomen audiſſet, Diuinâ inſpiratione commonita, omnes vnanimi fauore, con-
F cordique electione, eumdem Dei famulum, vt præeſſet, inuitum plurimumque reſiſtentem coëgerunt. At ille cùm voluntati, imò Dei ordinationi obſiſtere nullatenùs valeret, inuitus epiſcopatum ſuſcepit.

ſit Sacerdos,

dein Epiſcopus Abrincenſis, inuitus:

16 Sed talem ſe, qualis anteà fuerat, exhibuit: vacabat orationi, lectioni, ieiunio, vigiliis; plenus auctoritate, plenus & caritate: ſic præſulatus inter populos vtebatur dignitate, ne ſolitudinis obliuiſceretur continentiæ. Erat peruicax in habitatione, blandus in alloquio, ſeuerus in correptione, bonos vt in melius proficerent monebat, prauos vt à malo deſiſterent terrebat: incredulos vt ad fidem Chriſti conuerterentur ſuadendo mouebat: credere verò nolentes penitùs à totâ regione eliminabat. Quanti autem fallentis mundi gloriam habuerit, quantumque ſecularium honores vilipenderit, indicio eſſe poterant & habitus vilitas, & ſermonis vultuſque deiectio: qui etſi vili tegebatur indumento, formâ tamen quoddam generoſitatis ſpecimen prætendebat. Pallebat vultus ieiunio, corpus afficiebatur ſqualloribus, in corpore tamen ſquallido membrorum præeminebant lineamenta: adeò vt ſi hominem ſanctum ignorares, formæ reuerentia indicaret.

magno zelo & humilitate id munus gerit.

17 Fecit autem plurima in epiſcopatu miracula, quæ ad noſtram minimè peruenerunt notitiam: quantum

A tum enim in ipſo fuit, omnes eius vita latuit: quippe qui de rebus à ſe geſtis, nec laude donari, nec mercede temporaliter remunerari deſiderabat. Et quoniam adhuc eo tempore in a epiſcopio plurimi vaniſſimo tenebantur idolorum errore, erat ei iugis contra hanc vanitatem diabolicam diſceptatio, quatenùs ad rectam fidem conuerteret, quos vana dæmonum illuſio euertiſſet: adeò vt ſicubi idolum aut templum idolis conſecratum reperiſſet, feſtinus accurreret, ac ſine reſpectu aut funditus illud euerteret, aut Dei omnipotentis nomine, expulſo dæmone, conſecraret: nulluſque tantis tantorum, quæ fiebant ab eo, ſignorum fulgoribus audebat reſiſtere. Sicque factum eſt, vt intra breue temporis ſpatium lumen veræ fidei omnibus ſui præſulatus illuceſceret per eum, adeò vt omnes Chriſti nomen profiterentur publicè & ſub tali Paſtore ſui erroris tenebras gauderent ſe ponere.

claret miraculis:

a

idola euertit,

& Gentiles conuertit:

18 Cùm his & aliis diuinis rebus operam daret attentiùs, timens ne paſtoralis curæ graui pondere, ſibi inopinatò ruinæ pararetur occaſio, ſucceſſorem ſibi à populo dari expetiit. Cuius petitioni cùm faciliter populus non vellet acquieſcere, quippe quos eius præſentia fouebat, abſentia contriſtabat; cui ſubeſſe gaudebant, quem ſibi non præeſſe dolebant; proteſtatus

B eſt, ad priorem vitam & locum omnino ſe velle redire, idemque velle nullo modo mutari poſſe; eoſque, quorum verbo & exemplo inſtruerentur, plurimos habere: prioris gregis detrimentum ſui abſentiâ fieri: eorum, qui aderant, fidem Eccleſiaſticam, ſi abeſſet, in nullo violari. Cui cùm reſiſtere nollent, inuiti aſſenſum dederunt. Acceptâ itaque licentiâ receſſit, ſuique cordis amicam adiit ſolitudinem.

dimiſſo epiſcopatu,

redit ad monaſterium:

19 Fratres autem, quaſi Patre recepto, gratias Deo reddiderunt, eiuſque præſentiâ roborati certatim in bono opere ſeipſos præuenire ſatagebant. Vir autem Domini, velut ab humeris magno reiecto pondere, cœpit Diuino operi expeditiùs intendere, arctioriſque vitæ tramiti inſiſtere, totum poſt ſe, retentis neceſſariis, reiecit ſeculum. Et Diuinâ teſte Scripturâ, Qui ſe humiliat, exaltabitur, cœpit intereà magnis miraculorum ſignis declarari; adeò vt euntium & redeuntium agmina ſanctum virum viſitantia, aut ſaltem petentia, velut apum examina frequentare videres Fratrum habitacula. Aduenientium autem circa corporum ſanitatem à Deo tantam promeruerat gratiam, vt cuiuſcumque grauedine incommodi depreſſus accederet, eius precibus priſtinæ ſanitati redditus hilaris rediret. Cæcis viſum, claudis greſſum, mutis loquelam, ſurdis auditum reddebat. In fugandos quoque ab obſeſſis corporibus dæmones ei Diuinæ virtutis aderat

C præſens operatio. Multi quoque antequàm beati viri attingerent limen, fugato dæmone reddebantur incolumes. Animarum quoque morbis & Diuinæ documento Scripturæ, & orationum gratiâ ſubueniebat; adeò vt quique aduenientes, eius verbis mente compuncti, multumque meliorati, & præterita deflerent & iterum flenda committere nollent.

vacat contemplationi:

Luc. 18. 14

infirmos ſanat,

& ad pietatem erudit.

a Epiſcopium *pro diœceſi poſitum, vti & mox* præſulatus.

CAPVT VI.

S. Seueri vltima monita. obitus.

obitum ſuum diuinitus præneſcit, & ad eum ſe parat:

20 CVm igitur his multiſque aliis vir beatus ſanctis operam daret operibus, præſciret, confectus iam ſenio, Diuinâ reuelatione diem ſuæ vocationis, vt à Domino ſui laboris recipetet mercedem, coronam videlicet æternæ gloriæ immarceſcibilem, ne imparatus à iuſto Iudice inueniretur, quem ſemper timuerat offendere, ne offenſum aliquando timeret, iugimeditatione & aſſiduâ oratione, eius faciem ſatagebat præuenire. Vnde futurum, conuocato, quod Chriſto lucratus fuerat, agmine, & ſui exitus diem prædixit, & vt pro ſe Domino preces funderent monuit, eoſque pro ſuâ lamentantes reſolutione, iuſtâ compeſcuit correptione, dicens: Beneficiorum Dei videmur eſſe ingrati, cùm ei, quod eius per diſpenſationem fieri nouimus, voluntarique reſiſtimus. Seruus enim, qui ſcit voluntatem Domini ſui & non facit, vapulabit plagis multis. Vnde cùm Sanctos Dei certa pro factis poſt mortem gloria maneat, pro eis dum moriuntur lamentari, ſuæ non eorum vtilitati poteſt non immeritò adſcribi. In Chriſto enim mori multò melius eſt, quàm in carne viuere. Et quia mihi viuere Chriſtus fuit, & mori lucrum, ideò gaudens & gratias reddens, mortis expecto diem, plurimùm in miſericordis Dei bonitate confidens, vt qui immeritos & non credentes morte ſuâ redimere voluit, credentes & ſuæ militiæ emeritos milites ab antiqui hoſtis inuaſione dignetur vendicare. Commendo autem vos Deo, qui ſuos ſuper vos aduertat oculos, quatenùs itinere recto vnà perducat ad patriam, quam per primi parentis perdidimus incontinentiam; vt eius reddat gratia, quod noſtra amiſit negligentia; neve nos, quos vt ſuos filios vocauit ad regnum, quaſi ſemper inutiles depellat in

E ſupplicium. Precor autem vos, vt & Apoſtolici memores præcepti, quod dicit, Orate pro inuicem vt ſaluemini, pro me Deo preces fundatis, ne mihi manus inimicorum miſericordiæ neſcia occurrat, neve ſuo impetu deterreat, quæ licet in quolibet Sanctorum parum aliquid de ſuo reperiat, ipſa tamen ſuâ efferatâ crudelitate & ſua immaniter violat & aliena violare etſi non valeat, tamen præſumit furioſa; tantoque magis eſt timenda, quantò minùs eſt exoranda: cui cùm per nos minimè reſiſtere valeamus, exorandus eſt Chriſtus, cui reſiſtere non valet; vt per eum eius ſæuitiæ & crudelitatis manus effugere valeamus; quem Chriſtum ſi aliquando placatum habuerimus, nullos irruentium furores timebimus.

Auctore anonymo, ex MSS.

D *ſuos monet, ne doleant,*

ſed diligentes ſint in ſtudio virtutis,

Iacobi 5. 16

& pro ſe orent.

21 His ita finitis, dato cunctis pacis oſculo, ad propria dolentes multumque gementes remiſit: ipſe verò totus iam interioris hominis agebatur exercitiis, atque in magnâ poſitus contritione carnis & ſpiritus, cupiebat diſſolui & eſſe cum Chriſto. Non multò pòſt denique vir beatus graui febre corripitur, quæ in dies ſingulos magis ac magis eius.... depaſcens, quantò magis corporis rigorem minuebat, tantò magis animæ vigorem ſuppeditabat. In infirmitate tamen poſitus, non minùs à Dei ceſſabat laudibus, omnemque à ſe mundani actus remouebat ſtrepitum, vt ſoli ſupremo Iudici intentus, in eius manus redderet ſpiritum, cuius ſolâ propitiatione & auxilio ſe ab iniquo-

F rum manibus poſſe defenſari credebat: rogabatque cum gemitu & lacrymis, vt eum abſque timore ſemper in vitâ recordatus fuerat. Poſtremo autem die, Dominicis præmunitus ſacramentis, Fratribus adſtantibus vniuerſis & flentibus, inter pſalmorum orationumque verba, ſine dolore maximo, vt viſum eſt, quaſi in ſomnum reſolueretur, ſpiritum exhalauit. Dies autem reſolutionis eius etſi minùs in notitiâ habeatur, quippe cùm irruentium turbine barbarorum poſt eius mortem Fratres omnes fugerunt, ita vt illic nemo remaneret, multoque tempore locus idem humano deſtitueretur ſolatio: recolitur tamen pridie Nonas Iulij, ſcilicet die quâ Reliquiæ Rotomago in hunc locum delatæ ſunt. Fecerat autem ſibi fieri in eccleſiâ beatæ genitricis Mariæ, quam ipſe conſtruxerat, ſepulturam, in quâ poſitus fuerat à maioribus, quaſi viueret miraculorum ſignis ſe viuere manifeſtauit, quantique eſſet in cælo meriti, virtus ſanitatum de ſepulti puluere exhibita, viuentibus oſtendit. Per omnia benedictus Deus, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

febri corripitur:

Sacramentis munitus moritur.

neſcitur quo die:

ſepultus claret miraculis.

CAPVT

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

CAPVT VII

Aliud S. Seueri miraculum in vitâ.

4 224 ET quoniam donum ac Dei nostri potentia nec minor est in magnis, nec maior in minimis sed vbique & in toto & in parte omnipotens, cui dum fideliter seruitur, potiora quàm petantur largitur, qui mari terminos posuit quos non transgreditur, quo iubente vires ignis hebescunt, ipse B. Seuerum in igne comburenti incombustum seruauit: quatenùs per hoc tribus pueris in ardenti camino Regis superbi Deum laudantibus, vt ætate, sic & merito coæquari non incongruè videretur. Quodam enim tempore anus quædam paupercula, ardenti furno panes ad coquendum inferebat: quos dum mitteret, missorium, quod pala dicitur, pani suppositum in furno remansit, atque combustum est. Anus verò dum suum se missorium videret amisisse, nec aliud, quod pro eo suppleret, in promptu habere, plurimos verò panes superesse, cœpit, vt illi & ætati & sexui moris est, gemebunda conqueri, duo in damno pertimescens, quòd non haberet vnde panes coctos retraheret, vel coquendos immitteret. Cuius vocem lacrymosam B. Seuerus dum prætergrediens audisset, aduolans de itinere, requisito & cognito vnde doleret, motus pietate, plenusque fide, protinus accessit, ardentemque furnum, sui securus, irrupit, panesque relictos à foris suscepit, & per furnum ad coquendum disposuit, quos paullò pòst coctos, cum aliis quos non miserat, viduæ non minimè gaudenti reddidit, illæsusque de furno, adeò vt nec in carne nec in veste læsura quælibet denotari posset, exiuit: qui exiens, quod fecerat miratus, timuit, & timendo Deum, in quo poterat, quod per se non posset, laudauit; eique fideliùs de cetero seruiuit, & seruiendo ad maiora pro eius amore toleranda seipsum contra se erexit.

B *Olim furnum calẽtem, vt vidua succurreret, intrârat illaſus.*

a *Videtur hoc miraculum cum eo quod nu. 5 narratur, iungendum. & fortè plura id genus à librario omissa.*

TRANSLATIO I ET II

auctore anonymo, ex eodem MS.

CAPVT I

S. Seueri templum à Danis combustum, restauratum.

AN. CH. MLXXXIX. 1 QValiter idem venerabile beati viri corpus de loco prioris sepulturæ Rotomago fuerit delatum, ibique decenter in argenteo loculo sit locatum, vti à maioribus accepi, posteris scribere libuit.

2 Post obitum itaque beati Confessoris Seueri, Christianâ religione multò magis ac Diuini cultus ardore refrigescente, dilectioneque nuper vnanimi studio mentis peruersæ in odium simultatemque recidente, elegit peccantium enormitas, vt digno huius terræ incolæ multarentur supplicio, qui se à Dei sponte, vt nequiter viuerent, retrahebant seruitio. Inde vt hanc velut à radice vitiatam nationem totam Dei digna extirparet vltio, gentem quamdam misericordiæ & pietatis nesciam .... a gens cum classibus magnoque belli apparatu mare transiens, huius incolas terræ in luxu vitam quietè ducere offendens, inopinato eos aggressi bello, quos capere poterant, alios ignibus, alios fluminibus, alios præcipitiis tradentes, morti dabant.

Danis Galliam vastantibus,

a

Quo terrore natio tota perterrita, sua omnia secum deferentes, fugam non reditum inierunt; adeò vt loca priùs delectabilia, suisque populis plena, feris tantùm & auibus permitterentur habitanda. Quibus fugæ præsidium petentibus, tantus hostium timor incidit, vt ipsimet ecclesias cum domibus, & domos cum rebus non differendis igni traderent, ablatis secum, quotum patrociniis gaudebant, Sanctorum corporibus. Vnde fit vt terra hæc Sanctorum suorum viduata corporum præsentiâ, minùs in eorum patrocinio gaudeat, quæ ipsorum vt corporibus sic animabus parem factorum efficaciam imputat. Quosdam etiam tanta hostium subitò inualit irruptio, vt sui voti minimè compotes, neque superuenientibus resistere valentes, solum mortis euasisse periculum rerum & locorum non vltra videndorum eis fieret grande pretium. Et quoniam Danis adhuc idola pro Deo colentibus, Deique omnipotentis cultoribus inimicis, Christianæ religionis norma nondum fuerat propalata, nulla eis Sanctorum ædium aderat reuerentia, nullus in destruendis Sanctorum corporum reliquiis timor & pietas. Vnde sancta loca in eremi vastitatem redacta, per multum temporis & cultu Diuino & humano carùerunt obsequio. Inter quæ B. Seueri Confessoris Christi egregij locus & loculus ab infandis hostibus igni traditus, atque à solo funditus est euersus, adeò vt nec protectionis loci potentia, cùm quos protegeret non haberet, haberetur in memoriâ; nec locus in veneratione esset, cùm qui venerarentur non adessent.

multa corpora SS. aliò delata;

D

templa euersa;

E

S. Seueri combustũ;

3 Terram itaque totam indigenis vacuam efferatâ crudelitate occupauerunt, eamque diu quæ impietatis graui ditione oppressere. Donec tandem & ipsi cognitâ veritate Omnipotenti fera spontanea subigerent corda, eique, cui hactenùs detraxerant, religioni apponerent diligentiam: & quia à parte Septemtrionali eos venisse, Danosque vocari diximus, deinceps dicti sunt Normani: Man quippe homo dicitur, North venti est nomen. Normani itaque à North venientes, vel sub North degentes dicuntur. Qui fide susceptâ, vti barbaræ mentis erant, & effrænatæ conditionis, non citò nec leuiter ad Diuinum cultum inflecti poterant: donec tandem miserantis Dei gratiâ, signorum assiduitate, & frequenti prædicatione dulcorati, paullatim illâ belluinâ feritate sepositâ, cœperunt habere veneration quam priùs addixerant vanitati; ecclesiæque Dei ab ipsis quondam destructoribus cœperunt reædificari. Cœpit quoque Deus interea in Sanctis suis ad corroborandam viuentium fidem mira facere, eorumque sepulchra signis euidentibus manifestare.

iis tãdem, agrè licet, cõuersis,

F

cœpta rursus fieri miracula:

a *De Danorum in Galliam irruptionibus fusè in Francitis & Normannicis agit Chesnæus.*

CAPVT II

S. Seueri corpus Rotomagùm translatum.

4 ACcidit autem ipso eodem tempore, duos Rotomagi Clericos orationum gratiâ B. Michaëlis montem expetere, eosque prope B. Seueri ecclesiam itum & reditum frequenter habere, ibique eos aliquamdiu sub obtentu deuotionis pernoctare: quæ videlicet ecclesia, tum quidem vili tecta stramine, vimineisque parietibus contexta, signorum tamen frequentiâ, quæ ibi sui Patroni fiebant meritis, frequentabatur à populis. Nuper enim ab infidelibus disrupta, sed ab eisdem factis fidelibus *a* dapsiliter restaurata, inter siluarum fruteta, ferarumque latibula, multorum tamen signorum insignia, habebatur. Illic ergo cùm Clerici duo illi frequenter pernoctassent, huc illucque perambularent locumque sine habitatore, excepto Presbytero quodam, vidissent, cupiditate rapiendi corporis illecti, cœperunt tempus & horam quærere quibus,

Clerici duo ad S. Seueri ecclesiam, tenuiter restauratam, diuertunt.

a

corpus eius auferre statuunt,

A quibus ad finem quæ mente conceperant, poſſent perducere. Quorum *b* ſimultates Presbyter aſtutus prætidens, multâque ſolertiâ & ſibi & loco præcauens, cathedram ſibi fieri præcepit, in quâ clauos ſemipedales vndique inſui fecit, vt ſi fortè aliquando ſuarum tempore excubiarum ſomno grauaretur, ſicque peruigil in proſpectu ſanctum habens corpus, etiam ſi nollet, aſſiſtere cogeretur.

b impeditur Presbyteri diligentiâ:

5 Quibus exploratores viſis, animo turbati, & ſuâ ſpe fruſtrati, Rotomagum redeunt, & quæ per B. Seuerum Dei famulum ſigna fieri viderant, Archiepiſcopo Cleroque per ordinem tangunt: qui diffinito conſilio, Principi terræ Richardo Guilielmi filio Legatos mittunt, ſuppliciter petituri, quatenùs ſui ducatus matrem Eccleſiam B. Seueri corpore inſigniret; quod inter vaſtæ ſolitudinis fruteta poſitum, etſi miraculis coruſcare & digno miniſteriorum ſerditio audierant carere. Quibus Comes Richardus auditis, multumque ſuper hac re dubius, cùm & huiuſmodi petitioni vellet acquieſcere nec voluntati Sancti vellet contraire; in vno quippe formidabat periculum, in altero verò diligebat affectum; ſtatuit communi ſuorum Primorum iudicio decernendum, & quidquid vtilius decreuiſſent, id faciendum. Statuit autem concilium, in locum adirent præceptum, & ne aliqui hominum reſiſterent, licitum vt ſi loci prouiſori placeret, ſanctum corpus deferrent. Vnde Legati magno gaudio exhilarati domum redeunt; quod audierant edictum nuntiant: eliguntur de omnibus duo boni teſtimonij Clerici, cum quibus & alij multi, iuſſione Principis, ingenti cum feſtinatione & gaudio & ſtrepitu ad locum veniunt.

Rotomagenſes, recognitâ,

annuente Richardo I Duce Normanniæ,

B

mittuni, qui id auferant:

6 Porrò indigenæ, pro quo Legati venerant comperto, nec quo reſiſterent conſilio reperto, in lacrymas verſi, dolebant ſibi auferri, cuius oratione ſe confidebant protegi. Rogauerunt autem, vt ibidem aliquid de ſancto corpore relinquerent, vt & ipſi eorumque poſteri, ... cui poſt Deum ſuarum vota precum committerent. Legati verò conuiciis eos inſequentes, & quoſdam reſiſtere præſumentes verberibus percellentes, extra eccleſiæ ambitum cum iniuriâ agentes expulerunt. Quibus expulſis vnanimiter cum lacrymis incumbunt orationi: quâ completâ, cum magno tremore & reuerentiâ accedunt ad Sancti ſepulchrum, quod ante altare poſitum, terræque infoſſum, ſummitatem tantùm ſuæ prætendebat crepidinis: ibi enim à fidelibus metu paganorum, in loculo ſaxeo poſitus, terræ vili multi terra pretij communis habebatur.

hi, repreſſis accolis,

C

ſepulchrũ, inter duo alia Sanctorum ſitum,

Duorum autem vtrimque Sanctorum ſepulchra iacebant; vnum B. Ægidij quondam diſcipuli, atque in Dei opere cooperatoris; aliud verò alterius Sancti, cuius nomen etſi neſcitur, meritum tamen per ſigna manifeſtatur: ad quorum medium, vbi B. Seuerum iacere ſignis euidentibus fuerat approbatum, accedentes,

refodiunt;

alij pſallebant, alij terram fodiebant, alij foſſam terram foras proiiciebant: denudatoque ſepulchro lapidem ſuperpoſitum raſtris & fuſtibus impellebant; quo à dextrâ parte leuato, tantus tamque ſuauis de eodem ſepulchro odor emanauit, vt omnes, qui aderant, eo replerentur, & repleti ſuis infirmitatibus ſanarentur. Nec tantùm odor ille intra eccleſiam, verùm etiam extra poſitos omnes repleuerat, & à quibus ſenſus eorum continuò ægritudinibus ..... reddebatur.

è quo ſuauis odor expirans, ægros ſanat:

7 Aperto denique loculo vident velut hominis dormientis corpus extenſum, pannis mundiſſimis obuolutum, vnguentis pretioſis delibutum, quod in ſuperficie candidum, iam in carnis demutatæ parte præſignabat, quod poſt in reſurrectione totum futurum erat. Paratoque feretro ſericis hinc inde veſtibus adornato, perfuſi lacrymis, manibuſque corpori ſancto applicitis, leuauerunt illud, ita rigidum ac ſi eo die fuiſſet humatum. Et quoniam feretrum tantùm oſſibus paratum, extenſo corpori erat incongruum, habitâ deliberatione illud per medium cultro incidunt, nouiſque ac melioribus pannis reindutum in loculo geſtatorio ponunt; ſtatimque cum magno vocis & cordis tripudio, illud ſuis humeris impoſuerunt.

corpus integrum, decẽter involutum,

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

8 Exeuntibus autem illis de eccleſiâ, affuit furens turba ruſticorum, inde ferentibus ſanctum corpus auferre volentium. Sed viſâ armatorum multitudine, in fugam verſi, opus cœptum dimiſêre. At illi citato gradu viâ publicâ totâ die gradientes, ſole iam ad occaſum vergente venerunt in vicum, qui milliario diſtat ab *c* Eureceyo, vbi hoſpitium ſubituri, in eccleſiâ luminaribus accenſis cum cuſtodiâ ſanctum depoſuêre feretrum. Deinde cibo accuratiùs refecti, nocteque partim vigiliis, partim datâ ſopori, manè præmiſſis hymnis accedentes, ſanctumque corpus nequidquam leuare geſtientes, in ipſo conatu ſuo deficientes, incolarum conuocatâ multitudine, multò attentiùs manus appoſuêre; neque mouere, quem ſancti Spiritus ſuaque ipſius voluntas fixerat, potuêre. Vnde animo conſternati, & in quam partem ſe verterent, penitùs ignorantes, tandem id initum conſilij, vt promiſſis placare tentarent, quæ promiſſa non fallerent. Promiſerunt igitur, vnde attulerant ſe eſſe relaturos: promiſerunt illic relicturos; neque moueri potuit. Promiſerunt in ſui nomine eccleſiam ibi ſe conſtructuros; & tantâ ſeuitate motum eſt, acſi pondus expers ponderis eſſet. Idque factum per totum vſque Rotomagum itineris ſpatium, vt nullâ vi, nullâ ratione poſſet de loco quo nocte deponebatur, moueri, donec ei iuramento firmaretur, illic ſuo nomini eccleſiam debere fabricari.

c vbi noctu quieuerat, tolli non poteſt,

niſi voto nuncupato tẽpli ædificandi,

D

auferunt:

E

idq; per totam viã:

9 Quæ verò miracula in eius tranſlatione, in omnium oculis Dominus fecerit, non eſt noſtræ euoluere facultatis. Infinita quippe multitudo vtriuſque ſexus de agris & vicis aduenientes occurrebat, alij ſanitatum gratiâ, alij deuotionis affectu: & quiſquis fideliter Sancti petebat patrocinium, optantis votum velox præueniebat remedium. Qui verò per ſe non valebant accedere, aliorum manibus delati, tacto ſancto feretro, per ſe redibant ſanitati redditi.

plurima fiunt miracula:

10 Tandem ventum eſt in vicum tribus ab vrbe diſtantem millibus, vbi depoſito feretro felix rei geſtæ euentus ſuo Præſuli mandatur per nuntium. At ille gaudens non modicè, accito Clero & populo, dictoque omnibus, vnde agebatur, negotio, cum hymnis & laudibus, crucibus & thuribulis, obuiàm pergit: venienſque, factâ oratione, manum appoſuit, vt ſanctum leuaret feretrum, nec potuit; hortatuſque ſuos, manus vt apponerent: nec euentu proſperiore lætati ſunt multi, quàm vnus. Vnde turbati, nondum quæ Legatis euenerant cognitis, hæſitabant priùs, quid facerent: donec tandem per ipſos voluntate Sancti cognitâ, factâ in præſenti donatione, eccleſiam in eius nomine ſe obligauerunt conſtruere.

occurrit Archiepiſcopus cum ſupplicatione:

F

eleuare corpus non valet, niſi voto ſimili facto:

11 Inde feretro manibus vix appoſitis, tantâ facilitate motum eſt, quatenùs quod portabatur vix portari putaretur. Portantibus autem illis, iamque ciuitatem appropinquantibus, tota obuiàm ruit ciuitas, collaudans Dominum, qui ſibi talem accommodaret Patronum, cuius præſentiâ roboraretur, & orationibus fulciretur. Sicque in excelſum voce iubilationis elatâ in matrem eccleſiam B. Mariæ, lætantium humeris defertur; illicque ſericis, atque in loculo decenter auro & argento contexto repoſitum, plurimum verè petentibus præſtat beneficium. Factumque eſt, vt Dei ſeruus idem qui mundo temporaliter vilem ſe & abiectum pro Dei amore exhibuerat, quique in ſtramineo tugurio, vili tectus veſtitus tegmine, cum pauperibus pauper & ipſe latuerat, nunc iam & in cælis ante Dei conſpectum exaltatus, & in terris pennas in metropoli eccleſiâ ſublimatus habuerit, exemplumque viuentibus, ſeipſos temporaliter humiliandi, vt æternaliter exaltentur, præbuit.

in eccleſiâ Cathedrali honorificè recondi-tur.

AVCTOREANONYMO, EX MSS.

a *Quomodò* dapſiliter, *ſi vimine contexti parietes?*
b Simultatem *poſuit pro conſpiratione, agitatoq; ſimul conſilio.*
c *An* Ebroicenſem, *ſiue* Ebroicacenſem *pagum intelligit? an vrbem ipſam, quæ Gallis* Eureux *dicitur?*

A

CAPVT III

Aliquæ S. Seueri reliquiæ ad eius monaſterium relatæ.

12 ET quoniam locum hunc, in quo Deo ſpecialiter ſeruierat, nequaquàm ſui immunem relinquere voluit, hoc modo quaſdam de ſuo corpore reliquias illuc referri..... Tempore igitur Domini Guilielmi, *a* priùs Abbatis Cadomi, poſteà verò Rotomagenſis Archipræſulis, Fratres monaſterij S. Seueri, quod in Valle Viriæ ſitum eſt, deuotionis gratiâ Rotomagum adeunt, quatenùs eiuſdem ſui Patroni & loculum viderent, & ſe illi quaſi præſenti præſentes committere poſſent. Quorum affectum cùm idem Præſul agnouiſſet, honorificè eos ſuſcepit, ſuſceptis plenam caritatis gratiam impendit, & impendendi maiora promittendo ſibi, ſi peterent, ſpem tribuit. Cuius promiſſione benignâ prouocati, incidit horum animis, quatenùs aliquid reliquiarum corporis pretioſi ab eodem Pontifice peterent: ſed ab eo quem tantùm honorari, coli, amari audierant & viderant, non ſe facilè poſſe, quod optabant, aſſequi pertimeſcebant. Et quoniam nullum in repulſione damnum, nonnullum fore credebant in petitione profectum, cum fiduciâ Dominum Archipræſulem adeunt: ſuam petitionem ſupplices pandunt. At ille capite deorſum inclinato, quidnam reſponderet diu deliberato, talia ſe vel tentare reſpondit nequaquàm audere; cùm in multis codicibus legerit, plurimis nocuiſſe, Sanctorum reliquias tetigiſſe; quibuſdam etiam, vidiſſe. Prætendunt illi, Dei Sanctum minimè ſuum priorem odiſſe locum, quippe quem viuens condiderat, quem ſibi proprium dedicauerat, quemúe ſignis tantis tamq́ue frequentibus illuſtrabat, mortuum abdicare, ſic amatum non amare, videbatur incredibile. Poſcunt denique ſibi licentiam dari, per ſe ſanctum corpus adire, ſi poſſint de eo aliquid auferre; ſi verò non poſſint, at poſſunt ei tantùm, Epiſcopo ſcilicet, gratias debere, cùm fide viuâ accenſus annuat. Petitioni eorum ſpondet parere, ſi non neſciret Sancto Dei ſuam ſponſionem nequaquàm diſplicere.

a

Fratres monaſterij S. Seueri, eius corpus viſunt:

B

aliquas eius reliquias petunt:

tergiuerſante primùm Archiepiſcopo,

C

13 Mane igitur ſequentis diei, paucis ſuorum ad ſe vocatis, cum prædictis Fratribus, præmiſſis orationibus Miſſarumq́; ſolenniis, ſanctarum thecam reliquiarum deponi fecit, ipſeq́ue cum magno timore primus acceſſit, lacrymiſq́ue perfuſus patefecit, corpuſq́ue ſericis inuolutum euoluit. Cuius caro etſi in puluerem fuerat redacta, cutis tamen adhuc remanebat integra. Sumpſit igitur Archiepiſcopus os quod vulgò Cauila colli dicitur, cum parte pellis, pòſt quoque medij digiti, quod rati manus adhæret, ſimulq́ue cuncta pallio inuoluta, Fratribus prædictis tradidit deferenda. Fratres verò cum maximo gaudio & honore, tali ſuſcepto pignore, lætabundi redeunt, donaq́ue auro & argento pretioſiora Fratribus ſuis detulerunt: qui & ipſi non minimùm lætati, ſanctis reliquiis non vilis thecam pretij parauerunt; in quâ eas cum multis aliis depoſuerunt, diemq́ue ſuſceptionis earum IV Nonas Februarij celebrem agi inſtituerunt: eoq́ue die tota circumquaque regio, ob petendum tanti Patris patrocinium, lætabunda confluit, eiuſq́ue ſolennitati gaudet intereſſe: cuius precibus ab omni aduerſitate eripi, choriſq́ue cæleſtium ſpirituum, non ſuo ſed eius merito, confidit aſcribi.

tandem obtinent,

& ad ſuos deferunt,

colitur 2 Febr.

a VVillelmus II *Dux Normaniæ, poſteà Rex Anglia, duo Cadomi monaſteria ædificauit, in multam id mandante Pontifice, cùm ei iniit cum conſanguineâ coniugij veniam faceret: vnum Virginum fuit, alterum virorum; huic præfuit primus Abbas* Lanfrancus: *cui ad Cantuarienſem Cathedram euecto, hic* Guilielmus *ſuffectus.*

D

CAPVT IV

Epilogus hortatorius.

14 ET quoniam non ſibi, ſed nobis, eius ſolennia colimus, videamus quales ſimus, qui tanti Patris ſolennia frequentamus. Non enim, vt ait Scriptura, ſpecioſa laus eſt in ore peccatoris. Si enim, vt verum eſt, ſupra numerum peccauimus, eius laudes attrectare cur præſumimus? Denique ſi, quod dicitur, rectos decet collaudatio, quæ peccatorum erit gloriatio? Verùm ne peccatores deſperarent, in eodem ſubditur pſalmo: Miſericordiâ Domini plena eſt terra. Terræ quippe nomine cenſentur peccantes, qui terrenis inhiantes, dum mente ad cæleſtia ire deberent, ſollicitudini mundanæ cupiditatis propenſiùs inhærent: quorum vita vel ratio adhuc ſtudet & ſudat, vt habeat vnde venerabilior fiat; ad hoc laborat, vt pluribus præſit, & diuitiis gaudeat. Sed & iſtis miſericordiæ plenam porrigit.... ſi quod fuerint, non eſſe voluerint: nulli enim, ſi velit, pietatis ſuæ viſcera Deus non impendit, & vt velit impellit, & compulſo quaſi ſemper volenti mercedem remunerationis ſemper largitur: nolenti verò, imò contradicenti, quantùm ex libertate prouenit arbitrij, aufert gratiam, & auferendo cordi permittit illabi duritiam, vt non velit nec poſſit, quod velle & poſſe potuiſſet, ſi fidei gratiam agnoſcere potuiſſet. Cuius enim vult Deus, ait Apoſtolus, miſeretur, & quem vult indurat. Et alibi: Neque volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Vnde, Fratres, ſalutis noſtræ ſolliciti ſimus, quoniam peccatis reſiſtentibus noſtris, an electi ſimus neſcimus. Verùm mandatorum Dei obediendo præceptis, id agamus, vt veraciter ſciamus, ne indigni gratiæ Dei in fine inueniamur, & æternis tradamur incendiis. Recurramus ad miſericordiæ fontem, in ablutionem menſtruatæ patentem. Mundemus lacrymis, quod fœdauimus peccatis.

Hortatur Auctor, Eccli. 15. 9 Pſal. 32. 1 & 3

vt etiam peccatores miſericordiam Dei implorent,

E

15 Si verò malis noſtris obtenebrati, ad ipſum veritatis lumen per nos accedere nequimus, interceſſores quæramus, per quos veniam mereamur: interpellemus eos, qui dum vixerunt, Deo attentiùs ſeruierunt, vt nobis in præſenti ſeculo dignentur patrocinari, quos in futuro iudices ſumus habituri, qui & ipſi fonte miſericordiæ inebriati, non negabunt præſentibus, quod voluerunt habere commune cum pœnitentibus. Magis enim conſortes quàm diſtricti volunt eſſe iudices: cum quibus & hunc Patrem noſtrum B. Seuerum pro nobis intercederet poſcamus, & per ipſum ad Chriſtum legatione fungamur, vt nobis eſſe ſuis precibus faciat pacatum, quem malè viuendo fecimus iratum. Rogemus vt ſuo gregi ſibi deuotè famulanti ſubueniat, qui ſuo temporali domino equarum gregem fideliter cuſtodiuit, & cuſtodiendo meritis augmentare promeruit: & qui pietatis affectu, vt nudos veſtiret, nuditatem non abhorruit, veſtem iuſtitiæ impetret poſcenti familiæ. Porrò qui viduæ clamanti equam cum pullo miſeratus tradidit, & pro eâ alteram diuinitus ſuppleri promeruit, ipſe nobis obtineat, vt Deus in nobis bonum, quod deeſt, ſuppleat; & malum quod adeſt, miſeratus auferat: extinguat verò in nobis vitiorum ſentinam, qui furni ardentis non ſenſit incendia. Amen.

& Sanctorum patrocinium,

F

præcipuè S. Seueri.

TRANSLATIO III S. SEVERI
ROTOMAGO PARISIOS.

AN. CHR. MDC. XXXIX.

CHRISTIANISSIMO & inuictiſſimo Domino noſtro, Domino LVDOVICO Dei gratiâ Francorum & Nauarræ Regi, humilimi Oratores Canonici & Capitulum ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Rotomagenſis, Subiectionem & promptiſſimæ deuotionis obſequium. Vt primùm ex Illuſtriſſimi & Reuerẽdiſſimi Domini Archiepiſcopi noſtri litteris intelleximus, auguſtiſſimam Maieſtatem tuam erga domeſticam huius Eccleſiæ ſanctimoniam pietatis zelo ſuccenſam, ex theſauro, quem habemus in vaſis fictilibus, partem aliquam religioſo affectu concupiſcere; pro tam ſalubri deſiderio gratias Deo agentes, illud exultantibus animis ſtuduimus adimplere. Cuius rei gratiâ, maturis inter nos deliberationibus habitis, ex variis Sanctorum Reliquiis in eiuſdem Eccleſiæ ſecretario quieſcentibus, in duo potiſſimùm corpora beatorum CHRISTI Confeſſorum & Pontificum SEVERI & SINERII oculos coniecimus, vnde ſacra pignora in hunc finem excerperemus. Itaque infrà ſcriptâ die ad id conſtitutâ, peractis quotidianis Miſſarum ſolenniis, conuenientes in prædictum ſecretarium, vbi diuerſi generis capſæ, immortalibus opibus plenæ, ex armariis, in quibus religioſè aſſeruantur, priùs eductæ, & decenter diſpoſitæ fuerant, felices vtriuſque Sancti exuuias per cariſſimum Concanonicum noſtrum Ioannem le Preuoſt Presbyterum, tunc Hebdomadarium, planetâ aliiſque ſacris veſtibus indutum, comitantibus & adiuuantibus cariſſimis etiam collegis Nicolao Throſnel & Dionyſio le Feure Presbyteris, Diaconali & Subdiaconali cultu paratis, è propriis conditoriis ſucceſſiuè depromi, & ſuper menſam in modum altaris velis & luminibus adornatam, cum thurificatione & precibus ſanctæ actioni congruentibus, reuerenter exponi fecimus hoc ordine: Primùm è peruetuſto tabernaculo variis metallis eleganter obtecto, gemmiſque & cælaturis decorato, B. SEVERI nomen in inſcriptionibus Gothico charactere per gyrum exaratis exteriùs præferente, depromptum eſt corium quoddam ingens, antiquum, ſanum tamen, mundum, & ſolidum, potiſſimam corporis eiuſdem Sancti partem cum cute firmâ adhuc & integrâ complectens. Quo ſuper menſam prædictam reuerenter explicato, ſupplices cum tremore & gaudio intuiti, mirati, & venerati ſumus pretioſum illud beatę immortalitatis ſeminarium, in quo Diuina benignitas futuræ Reſurrectionis gloriam diutiſſimâ tot ſeculorum incorruptione præſignat: ſtatimque primâ colli vertebrâ vnanimi omnium conſilio detractâ & ſepoſitâ, ſtudioſè, vt priùs, obuolutum recondi curauimus. Deinde S. SINERII corpus ex alio veteri tabernaculo, ex ære fuſili elaborato, (quod ob multiplicem Reliquiarum ibidem incluſarum copiam Omnium Sanctorum feretrum nuncupatur) vbi ſeparatim in ſericis & verſicoloribus perantiquæ texturæ pannis, cum variis inſcriptionibus, compoſitum, diem retributionis expectat; pari cum reuerentiâ eductum, detectum, perſpectum fuit; excerptoque inde quodam oſſe calcanei figuram exhibente, in eodem Omnium Sanctorum tabernaculo recondi-

Ludouico XIII Regi, petenti ab Eccl. Rotomag. reliquias,

miſſa ſunt oſſa S. Seueri Ep.

& S. Sinerij Ep.

tum. Quæ quidem veneranda duo pignora ſeorſim purpureo ſerico inuoluta, ſchedulisque ſignata, in hac arculâ, ſerâ claueque munitâ, collocauimus, auguſtiſſimæ Maieſtati tuæ ſedulò tranſmittenda. Ad quorum venerationem vt auguſtiſſima Maieſtas tua ex amplioti eorumdem Sanctorum notitiâ fiducialiùs animetur; veraciter & ſyncerè teſtamur in Domino, duos iſtos miſericordiæ viros, in generationibus gentis ſuæ gloriam adeptos, in diebus ſuis haberi in laudibus: & Beati quidem SINERII Depoſitionem in Diptycha noſtra ad XIV. Kal. Octobris à multis ſæculis eſſe relatam: Beati verò SEVERI feſtiuitatem quotannis Kalendis Februarij apud nos celebrari. Quo die glorioſi Pontificis merita coram ſacris eius liſtanis, quæ tum fideli populo in variis thecis reuerenter oſtendi ſolent, ex ambone ſub Crucis titulo, per diuini verbi præcones à Canonicis viciſſim ad id ſelectos, ſolenni ritu explicantur. Præterea fidem facimus, vtriuſque geſta in quibuſdam Eccleſiarum extare codicibus, & in compendium redacta Diœceſano Breuiario contineri: quorum ex ſerie conſtat, par illud eximiæ ſanctitatis, vt cæleſtis modò gloriæ & ſepulturæ conſortio, ita quondam natalis ſoli vicinià, profeſſionis genere, ſacerdotij ſucceſſione, fuiſſe coniunctum. Siquidem ambo Conſtantienſem huius Prouinciæ agrum cunabulis, monaſticâ vitam exemplis, Abrincenſem Eccleſiam inſulis illuſtrarunt. SEVERVS, humili loco natus, ex vili armentorum cuſtode primùm Euangelij prædicator, dominiique ſui (quem infidelem adhuc cum totâ familiâ miraculorũ magnitudine Chriſto peperit) inſtitutor ac magiſter, deinde relicto ſæculo anachoreta, & monachorum Pater, tum ſingulari eius prouidentiâ, qui Dauid ſeruum ſuum de poſt fœtantes accepit in Regem, ad paſtoralis officij culmen euectus, cùm gregẽ ſibi creditum in intellectibus manuum deduxiſſet, & gentilitatis reliquias è diœceſi ſuſtuliſſet, in priſtinam demum ſolitudinem reuerſus, incorruptæ carnis ſarcinam moriens in oratorio à ſe in honorem ſanctiſſimæ Dei genitricis extructo depoſuit. SINERIVS, S. Paterni (qui *a* Childeberto primo Rege Abrincenſi Sedi præfuit) honore meritiſque ſucceſſor, cùm multis & ipſe virtutibus claruiſſet, poſt felicem exitum ad eiuſdem Paterni & *b* B. Scubilionis eius ſocij corpora ſepultus eſt in monaſterio quod Siſiacum appellabant. Vtriuſque verò corporis certam indubiamque poſſeſſionem nobis tum diuturna traditio, tum domeſtica documenta confirmant. Ac SEVERI quidem Tranſlationem ex agro Cõſtantienſi Rotomagum ante annos ſexcẽtos & quadraginta, Ricardi primi Normannorũ Ducis operâ, factam, illuſtria miracula commendarunt. Corpus enim, quod anteà bellorum metu humi defoſſum diutiùs iacuerat, integrum repertum eſt: & quoties in itinere pernoctandi cauſâ deponebatur, ita firmum conſiſtebat; vt nullâ vi de loco dimoueri poſſet, quin priùs ſacri vectores oneris ad nouæ ibidem eccleſiæ conſtructionem voto ſe adegiſſent. In cuius rei argumentum extant etiamnum templa eius nomine iis in locis ædificata. SVSCIPIAT igitur auguſtiſſima Maieſtas tua ex inopiæ noſtræ promptuariis apophoreta plena gratiæ & ſanctitatis, & in modicâ Reliquiarum parte integra Sanctorum corpora ſe poſſidere glorietur, eorumque munita præſidiis, cæleſtium benedictionum continua ſentiat incrementa. Ne verò rei, velut à nobis geſta eſt, ſuperiùs deſcriptæ vlla ambiguitatis obrepat occaſio, præſentis ſcripti paginam noſtris omnium, qui interfuimus, ac Notarij noſtri ſubſcriptionibus, annulique SANCTÆ MARIÆ impreſſione duximus roborandam. ACTVM in prædicto ſecretario ſub corporali præſentiâ & teſtimonio Sanctorum, Anno Regis Regum Domini noſtri IESV CHRISTI milleſimo ſexcentelimo trigeſimonono, quarto Idus Ianuarij.

EX INSTRVMENTO CAPITVLI ROTOMAG. D *vtriuſque natalis:*

S. Seueri Actorum compendium:

a ac S. Sinerij:

b

vtriuſque corpus tranſlatũ Rotomagum.

F

Donationi reliquiarũ ſubſcribũt Canonici

Ego Nicolaus le Royer Cantor & Canonicus interfui & ſubſcripſi. †

Ego Ioannes Baptiſta Godart Theſaurarius & Canonicus interfui & ſubſcripſi. †

Ego Ioannes Careſmel Archidiaconus & Canonicus interfui & ſubſcripſi. †

Ego Ludouicus Sauſſon Canonicus interfui & ſubſcripſi. †

EX INSTRVMENTO MS.

Ego Ioãnes Sequart Canonicus interfui & ſubſcripſi.†
Ego Anſelmus Marette Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
A Ego Nicolaus Barbey Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Ioannes le Vendangs Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Ioannes le Mercyer Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Ioannes Briffault Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Iacobus le Cheualier Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Carolus Braſdefer Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Iacobus Mallet Canonicus interfui & ſubſcripſi.†
Ego Ioannes le Preuoſt Canonicus glorioſas Sanctorum Reliquias immeritis meis manibus depromſi, & ſubſcripſi. †
Ego Petrus de la Mare Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Bartholomæus le Roux Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
B Ego Ioannes Aubourg Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Nicolaus Throſnel Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Dionyſius le Feure Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Petrus Picot Canonicus interfui & ſubſcripſi. †
Ego Ioannes Patry Presbyter, Notarius venerabilis Capituli, interfui, relegi, & ſubſcripſi. D
I. PATRY. Locus † Sigilli.

EGo FRANCISCVS miſeratione Diuinâ Sanctæ Rotomagenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, Normanniæ Primas, Confratrum noſtrorum Acta ſynodicè atque hierarchicè facta, fideliter ſcripta, religioſè oblata, ſanctiſſimo Domino noſtro Regi LVDOVICO Decimotertio, per venerabilem Theſaurarium Eccleſiæ noſtræ, & ex ſuprà ſcriptis Canonicis duos, Magiſtros Braſdefer & le Preuoſt, ſanctè offerenda approbaui, ſigilloque ac ſubſcriptione communiui, & Epiſcopale ſacrarum Reliquiarum depoſitum claue inclusâ obſignaui, noſtriſque nominatis digniſſimis deputatis reuerenter deferendum tradidi, poſt conſuetas ſolenneſque Tranſlationis cærimonias, Gallioni in Arce noſtrâ, Anno cæleſtis gloriæ Sanctorum, ac Regis cæli incarnati milleſimo ſexcenteſimo trigeſimonono, Regis noſtri Chriſtianiſſimi vigeſimonono, dedicationis Regni Reginæ Sanctorum omnium, ab Auguſto menſe ſecundo, die decimaſeptimâ menſis Ianuarij. Scriptum ac ſubſcriptum manu noſtrâ. E

& Archiepiſcopus.

FR. Archiepiſcopus Rotomagenſis.
De mandato Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Domini Domini mei. ESPRIT. †
Cum ſigillo è laqueis pergamenis pendente.

a Childebertus 1. *Clodonei I. filius fuit, regnauitq; ab an. Chr.* 510 *ad* 558.
b *Colitur* S. Scubilio *cum* S. Paterno 16 *April.*

DE S. PRÆCORDIO PRESBYTERO

CORBEIÆ ET VALLIACI IN GALLIA.

I. B.

SECVLO VI. 1 FEBR.

1 ORbeia *nobiliſsimum Galliæ Belgicæ ad* Somonam *amnem, riuumq;* Corbeiam, *monaſterium eſt, de quo* 11 *Ianuarij ad* S. Adelardi *Ab. Vitam, &* XXVI *ad* S. Bathildis *Reginæ, actum pluribus. Dedit illud multos cælo Sanctos, multorum aliunde allatas reliquias piè aſſeruat: in his,* S. Præcordij *Scoti Presbyteri, qui* Valliaci, *ſiue* Vaſſiaci, *ad* Axonam *flumen vixit, ibiq;* CD *per annos tumulo conditus iacuit miraculis clarus. Ferrarius in gener. Catal. SS. pro* Valliaco Vigliacum *ſcribit; fatetur tamen ab aliis* Vaſſiacum *appellari: ſed fallitur dum ſcribit* pagum eſſe, cum cœnobio Benedictinorum, in Burgundiæ Comitatu. *Oppidum enim eſt diœceſis Sueſsionenſis iuxta* Axonam: Velia *videtur à Papirio Maſſono appellari in Deſcript. Galliæ per flumina, vbi de* Axonâ *hæc tradit*: Idem fluuius decurrens per agrum Reteliorum, Regiteſte ipſum oppidum alluit, deinde Caſtrum-Porciani, poſtremò Veliam properans, præclaram Sueſſionum vrbem alluit. Extat *etiamnum, vt teſtatur Ioannes Colganus*, in ſuburbanis oppidi Vaſſiacenſis, inſignis eccleſia S. Præcordij dicata nomini.

C *S. Præcordij ſepultura Vaſſiaci,*

eccleſia.

natalis 1 Febr.

2 *Natalis* S. Præcordij *Kalend. Februarij conſignatus eſt à Molano in Addit. ad Vſuard. his verbis*: In Vaſſiaco natalis S. Præcordij Confeſſoris. *Eadem habet Caniſius: eadem Ferrarius; niſi quòd pro Vaſſiaco Vigliacum ſcribat, vti monuimus. Breuiùs MS. Martyrol. Eccleſiæ S. Gudilæ Bruxellis*: Et Præcordij Presbyteri. *Vixiſſe eum ſexto ſeculo inde conſtat, quòd* S. Remigio *Ep. Remenſi, qui (vt alibi dicemus) an.* DXXXII *deceſsit) familiaris extiterit. Reliquiæ, vt mox dicetur, Corbeiam tranſlatæ ſunt ſub* Berengario *Abbate, qui. vt ſcribit Claudius Robertus.* Walberto, *ad Nouiomenſem Cathedram an.* DCCCCXXXII *euecto, ſuffectus, an.* DCCCCXLII. XIII *Nouemb. deceſsit. Facta eſt ea Tranſlatio* V *Iunij; quo die in quodam MS. Martyrol. hæc leguntur:* Monaſterio Corbeiæ Exceptio corporis S. Præcordij Confeſſoris.

3 *Hiſtoriam breuem Vitæ & Tranſlationis* S. Præcordij *ex manu exaratis codicibus deſcripſerat Nicolaus Belfortius Canonicus regularis cœnobij S. Ioannis Vinearum apud Sueſſiones, à quo eam hîc damus. Extat eadem apud Colganum in Actis SS. Hiberniæ, ex eiuſdem Belfortij exemplari deſcripta, ſed minùs accuratè, vt perſpiciet qui vtramque contulerit.*

huius hiſtoria.

VITA ET TRANSLATIO

AVCTORE ANONYMO,

ex MSS. eruta à Nic. Belfortio.

1 OMnis decor Corbeiæ tum diuinâ tum humanâ creuit prouiſione. Hinc ei fuit *a* amplitudo illa terrarum, quæ modico incremento potuiſſet penè ſufficere in regnum, & ea quæ adhuc eccleſiæ ſupereſt præſens veneratio reliquiarum, de quibus ſuis locis continetur relatio: nunc ſubiungenda eſt S. Præcordij admodùm mirabilis Tranſlatio, quam ita fuiſſe conſtat ex antiquitate.

a Corbeia olim opes.

2 Inter villas Eccleſia Corbeienſis, Valliacus habetur, in pago Sueſſionico, ita glebis & vineis fertiliſſima, vt abundantiâ ciuium, non vicus, ſed dici poſſit ciuitas pleniſſima. Axonæ enim contigua fluuio, aquis & pratis ſuperba eſt. Ad hanc igitur quondam caſu aduenit quidam ex *b* Scotorum genere, virtuteque clarus, & per omnia venerabilis vitæ: ibique habitando manſionem adamauit, & tamdiu manſit donec ex toto remanſit, ac feliciter ibi defunctus eſt. Porrò tantâ claruit perfectione & honeſtate morum, vt efficeretur B. Remigio familiaris, qui tunc ſanctitate fulgens Epiſcopus erat metropoleos Remenſis: *c* cuique profectò erat

b S. Præcordius Scotus, Valliaci degit, S. Remigio familiaris, c

A ctò erat cariſſimum, vbicumque erat, Dei ſacrificium. Nec fefellit: quia quantus fuit in vitâ, mors pretioſa probauit. Cumque longo confectus ſenio, vitam feliciter clauſiſſet in Chriſto, ibidem honorificè ſepultus eſt in vnâ eccleſiarum: crebriſque beneficiis & lenamentis, populorum fauorem ſibi conciliauit, ad ſepulturam ſuam concurrentium.

à morte clarus miraculis.

3 Huius venerationis frequentatione Presbyter quidam, nomine Tihardus, cernens eccleſiaſtica augeri & creſcere, omni inſtitit arte, mercede & ingenio, quatenùs ipſa eccleſiaſtica ſuis vſibus deuenirent. Et adeptus votum, paullò pòſt, vt alienis affluens diuitiis, cœpit non ferre ſeipſum: ſed mercede conduxit ſibi Presbyterum quemdam, & officij ac tanti theſauri commiſit ei cuſtodiam. Is ergo deuotè adimplebat cuſtodiam, & ſupplebat officium, & iam quadam ſimulatione benignitatis conciliabat ſibi àmicitiam incolarum: donec tandem, licet ſerò, cognitus eſt ex malis fructibus ſuis. Quamquàm perhibente Scripturâ nihil in terrâ fieri ſine cauſâ, miniſter fuerit, licet neſcius, *d* ſupernæ diſpoſitionis. Quid ergo fecit? Cuiuſdam noctis crepuſculo, eccleſiam, cuius cuſtos erat, intrauit; diſſimulationis cauſâ lucernam, vt ſolitus erat, ante corpus ſanctum accendit & obſerato oſtio diſceſſit, venit domum, expectauit horam. Cumque nox tenebras diffunderet, primo conticinio iterum eccleſiam intrauit, lucernam, quam priùs accenderat, extinxit, & furto audenti amplexus ſancti corporis loculum, quem quiuis alius Sacerdos tangere vix audebat, cum ſummâ diligentiâ fugam arripuit, & properans ad littus maris acceſſit. Tunc malè ſibi ſecurus, & plebis inſecutiones timens à tergo, nautas coëgit ſperare diem tranquillum, & quas horridi fluctus minarentur perturbationes ſpernere. Cùm autem proſperè appuliſſent omnes ad portum Anglorum, præteriens Presbyter maritimas manſiones, vt qui necdum ſatis ſecurum ſe crederet, tandem in quodam vico ſortitur habitationem, & incolarum familiaritatem breui obtinuit: ſicque etiam Reliquias in eccleſiam permiſſus eſt inferre, & in ſuâ cuſtodiâ habere.

eius reliquiæ à Sacellano cuſtodiri, Iob. 5. 6

d

B

eàm in Angliam defert.

4 Cùm autem manè ſurrexiſſet Tihardus, & eccleſiam de more adiiſſet, inuenit, & miratur vacuam & patentem: & introgreſſus diu expectabat cum populo Presbyterum euntem & non redeuntem. Denique domi ille requiritur, & quia non erat, nec inuenitur, & abeſſe renuntiatur. Cœpit Tihardus animaduertere, & inſpecto Patroni ſui loculo, miſerandâ percellitur confuſione, quòd talem theſaurum amiſiſſet. Tamen adſtitit, & triſtis officium celebrauit, non tantùm de *e* damno quantùm metuens de periculo. Statim verò vt auditum eſt, quod celari non poterat, omnis populus conuolat ad eccleſiam, & Tihardum ſceleris conſcium clamitat, excuſantem infidelitatis & malæ cuſtodiæ accuſat: nec antè potuit tumultus ſedari, quàm paciſceretur ſe Presbyterum ſubſequi, & reliquias referre, ſi quouis modo poſſet aſſequi.

Tihardus Presbyter,

C

e tumultuante populo,

eum inſequitur,

5 Sumpto itaque viatico, veſtigia Presbyteri non tum pede quàm linguâ ſequitur: & forrè eadem hoſpitia, quæ & ille, vſque ad littus maris ſortitur. Quò vbi deuenit, naulum dedit, transfretauit, eumdem portum, quem & ille, Anglorum attigit: neſcius quò iret, voluntate Dei & Sancti, quò ille deuenerat, & ipſe deuenit. Requirens illum inuenit *f* inuento ignouit: & monitus ab eo, quia ſi eâ de cauſâ adueniſſet, aliquamdiu conſenſit habitare cum eo: rem tamen cautè diſſimulans artem arte deludere volebat, & opportunitatem expectare. Sed fruſtrà: quia ille ex ſuo facto alterius mentem ponderabat. Quid multis? Quadam die dum Presbyter balneis lauaretur, & Tihardus famulo vt famulus obſequeretur; clauem cum cinctorio clàm rapuit, & figuràm talem habere cupiens, ceræ diligenter impreſſit. Cùm haberet ſimilem, exploratâ opportunitate reſerat capſellam, & vacuat ſuſpirato ſibi diutius theſauro, feſtinuſque litus maris repetit; quia clauem reliquiarum ſecum habebat, à talibus non cauente ſibi Presbytero. Tum ille repertis quibuſdam *g* viris in littore nequicquam congruum nauigationi ventum præſtolantibus, cœpit eos ad transfretandum hortari, ſibi notam eſſe videlicet Dei miſericordiam, & ex eius fiduciâ ſpondere illis proſperam nauigationem. Quibus verbis illi fidem accommodantes, attemonem *h* exercuerunt: & à littore Anglico ſtatim citiùs quàm ſperauerant, recepti ſunt in Gallico.

reliquias clàm aufert,

reperit,

f

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

g feliciter reuehit in Galliam.

h

6 Ingreſſi portum gratias Presbytero referebant, quaſi eius meritis tantum euaſiſſent periculum. Ipſe quoque Presbyter lætatur S. Præcordij reliquias ſe referre, cuius præclaris meritis tam lætos habuiſſet ſucceſſus. Vnde etiam modum egreſſus lætitiæ, feſtinabat illos tanto nuntio lætificare, quos olim dimiſerat non modico affectos mœrore. Quia verò plus iuſto feſtinare aliquando magis impedit, quàm ſubueniat, & Deus, qui cœpit, rem ipſam, non Presbyter, diſponebat, errore diuinitus immiſſo, cœpit deuiare, donec Folliacum deueniret prædium Corbeienſis Eccleſiæ. Quod recognoſcens, vtpote qui ſæpè illuc veniret, ingreſſus eſt domum amici ſui cuiuſdam, nomine Serani. Cumque poſt amicas ſalutationes pariter fuiſſent conuiuati, Tihardus in craſtinum diſcedere volens, rogauit hoſpitem ſuum, vt arcam præſtaret in quâ ſarcinulæ ſuæ deponerentur, donec parentes ſuos reuiſeret, poſteà ad ipſum rediturus. Impetrauit, reliquias depoſuit, claue munirit, clauem ſecum tulit, ad ſuos venit, triſtes inuenit, reditu ſuo lætificauit. Percontatus ab eis, an Sancti reliquias retuliſſet, aut à quoquam retineri ſciret, Scio, inquit, vbi habentur, ſed non niſi grandi pretio abſtrahentur. Illi verò, Non deerit, inquiunt, pretium: tantùm ne amittamus Patris noſtri præſidium.

Folliaci deponit, arcâ clauſa:

E

7 Intereà dùm Presbyter ſpes ſuas paſcendo inaniter ſecuritate reliquiarum, nec minùs ſponſione pecuniarium ...; voluit Deus manifeſtare, cuius meriti ille eſſet, quem ruſtica & vilis arca clauſum Folliaco teneret. Cuiuſdam quippe noctis tenebroſo ſilentio dum Seranus inſcius tanti hoſpitis, ſomno indulgeret; cum magno ſtrepitu diſſiliit arca vbi erant reliquiæ, & inſtar fulguris, viſa eſt domus perſeueranter coruſcare. Surgunt & accurrunt domeſtici: & pectora percutientes, à longè ſtant nec audent accedere. Seranus ipſe ſurgens eadem horâ Corbeiam petit, quæ Folliaco habetur contigua: & pulſans ad cameram Domini Abbatis Berengarij, nullo dubitante quin noua nuntiaret, ſine morâ admittitur. Requiſitus quid ſic horâ ipsâ accurriſſet, rem omnem pandit ex ordine. Abbas auditis quæ dicebantur, monachorum & Clericorum ſapientiores, ac laicorum nobiliores adeſſe mandat: quorum vna fuit ſententia, debere adiri vicum, ſanctaſque reliquias ad monaſterium deferri cum dignâ reuerentiâ.

cæleſti lumine collustrãtur:

re Berẽgario Ab. nũtiatâ,

F

8 Itur ergo ad locum, &, ſicut ruſticus dixerat, inueniunt ſplendorem magnificum. Inde proni accedentes, & non ſine timore reliquias tantæ virtutis leuantes, imponunt ferendas cuidam venerabili Clerico, & ipſi cum laudibus ſubſequuntur retrò. Quicumque ſit, religioſè defertur: quis enim ſit, adhuc tunc ignoratur. Sed ſi nomen latuit; cuius meriti, citò patuit, quem Deus tali miraculo mirificauit. Denique cùm ſpatio trium menſium pluuiæ penuriâ areſceret tota terra Ambianenſium, mox vt reliquiæ Sancti de domo ſunt expoſitæ, cælum obducitur tenebroſâ nube: nec priùs portitores peruenerunt ad eccleſiam, quàm viderunt & ſenſerunt profluentem pluuiam. Nonis itaque Iunij illatus in eccleſiam *i* S. Ioannis Euangeliſtæ, ibi *k* non ſine ſignis aliquanto tempore requieuit. Adhuc enim apud tranſlatores ſuos ignotus nomine, non meritis, in principali loco non eſt compoſitus, dilatione requirendi nominis. Poſteà autem fabricatâ auro & argento

deferũtur Corbeiã,

pluuiam exoptatam impetrãt:

i

k

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

argento thecâ repoſitionis ſuæ, ad eccleſiam S. Petri tranſlatus, & inter ceteros locatus eſt cum dignâ reuerentiâ & honore, nomine etiam, cuius ignorantiâ mónachi triſtabantur, notificato, huiuſmodi Diuinâ diſpoſitione.

A

9 Presbyter namque prædictus, dum à parochianis ſuis onuſtus pecuniâ illuc rediit, vbi tantum gaudium dimiſerat, nihil inuenit, præter dolorem & gemitum. Quem enim ſuis lugentibus inſtabat vendere, audit Corbeienſibus gratis à Chriſto datum eſſe. Cùm aliquamdiu inops cõſilij manſiſſet, nihilominùs Abbatem adire vult, & reliquias repoſcit. Abbas verò, Cuius, inquit, reliquias requiris? Aitille, S. Præcordij Confeſſoris, quas de domo hoſpitis mei Serani tuliſtis. Abbas exultans de audito Sancti nomine, Non ego, ait, tuli à te; ſed mihi Deus eum miſit gratiâ dignationis ſuæ. Tum Presbyter, Heu, inquit, quàm citò amiſi, pro quo maris periculo me commiſi. Miſer quid faciam? Cur tanti Patroni amiſi gratiam? Non es, ait Abbas, priuandus mercede: reddet enim tibi qui te voluit eſſe miniſtrum tranſlationis ſuæ: modò quoque à nobis non immuneratus abibis. Ita donatus ab Abbate competenti pecuniâ, triſtis & lugens rediit ad ſua, iureiurando obteſtans, quòd ſicut ab Anglicâ terrâ eum rapuit, ita raperet à Corbeiâ, ſi anno integro aduiueret: ſed Deo permittente, eodem anno defunctus eſt. Ita Corbeienſes de Præcordio ſuo adhuc exultant: cuius præcordialis amor conciliet eos Deo deorum, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum.

fruſtrà eas repetit Tuhardus ſimoniacus,

B

breuiſſ moritur:

10 Poſtquàm igitur S. Præcordius, quod ſibi delegerat, ſuſcepit Corbeienſis eccleſiæ hoſpitium, & cum ſancto martyre *l* Gentiano ſortitus eſt locum; cœpit florere Corbeia multis miraculorum ſignis: & maximè poſtquàm ad ſtatuendam pacem *m* facta eſt collatio ſanctorum reliquiarum Ambianis. Ibi enim notum fecit Deus, quàm mirabilis ſit in Sanctis ſuis, & quantis Sanctorum meritis præemineret Corbeiæ locus.

l

m facta ad eas miracula:

11 Denique non multum temporis proceſſit ſpatium, & in omnem terram exeunte, Corbeiam vndequaque confluunt quibuſcumque erat cura corporis ſui aut animæ. Inter quos Ambianenſis quidam adducitur, ligatus ſuper currum funibus & vinculis, & ante monaſterium S. Ioannis Euangeliſtæ ligatus ex carro deponitur, atque in monaſterium ingredi à viginti fortiſſimis viris impellitur. Sed vanus erat labor eorum: multi enim erant cum illo, peſſima ſcilicet legio dæmonum, quibus in corpore ſuo parauerat hoſpitium. Impellitur, & obſtat: trahitur, & paſſum pedis non ampliat: omnibus manat ſudor, & ipſe ſolus non laborat. Miſera fortitudo, quæ nec cibum, nec potum ſumpſerat menſe integro. Solemnitas S. Præcordij erat ipsâ nocte, veſperæ celebrabantur debitâ veneratione. Intererat Caſtellanus, & cum eo aliqua multitudo monachorum ſuorum. Qui vt vidit, Succurrite illis, (clamat ad ſuos milites) natum enim video, vnum vincere plures. Taliter obiectis viribus multorum, obſtantem & renitentem ducunt, imò trahunt, eâ ſcilicet horâ quâ Chorus cantabat S. Præcordij reſponſorium. Cùm peruenisſent ante altare, velit nolit, cogunt eum in terrâ procumbere, & pedibus ſuperpoſitis quaſi dæmonem, non hominem, conculcarent, miſerum monebant, Deum & Sanctos orare. Cùm aliquamdiu ſic iacuiſſet ſub pedibus virorum, antequàm finiſſet Chorus reſponſorium, non immunis ab ipsâ oratione pſallentium, vt candela ſibi daretur, obſecrabat fratrem ſuum. Statim à viris erigitur, candela ipſi defertur, ad feretrum S. Præcordij ducitur, & candelâ ſuperpoſitâ ex manu eius, ſubter feretrum collocatur. Ipſe poſt paullulum obdormiuit, ac poſteà euigilans, cibum, quem à menſe non ſumpſerat, requiſiuit. Curritur in refectorium, defertur ei panis & vinum. Manducauit & bibit, & aliquantulum cibo releuatus iterum obdormiuit. Felix ſomnus, in quo dormiente illo, vigilauit per Chriſtum S. Præcordius. Totâ denique ipſius celebritatis nocte cum dormiſſet ſubtus feretrum, in craſtino tandem à ſomno corporis & mentis ſe excutiens, ante omnes ſanus & ſanæ mentis adſtitit, & gratias referens Deo, S. Præcordio & reliquis Sanctis, vt ſolueretur, rogauit. Soluitur corpore, quem Deus ſoluerat mente, & teſtis ad omnes aſtabat erroris & infirmitatis ſuæ, etiam linguâ non ſilens laudes diuinas. Cùm reduiſſet Ambianum, diffunditur fama tantæ virtutis: ad requirendum S. Præcordium funditur maxima pars populi totius ciuitatis, laudatur Deus in opere tanto, mirabilis in Sancto ſuo.

C

energumenus vi ad eas introductus,

D

liberatur.

E

F

a *Colgan.* ampliando illa terrarum tanta prouiſio.
b *Hunc, vt alios SS. Scotos, Hibernum fuiſſe pronunciat Colganus, non probat.*
c *MS. habebat:* cui etiam cuique profectò eſt cariſſimus, vbicumque erat Dei ſacrificium. *Colg.* qui etiam cuique profectò erat cariſſimus, vbicumque erat Dei ſacrificium.
d *Annotat hic iſta Belfort.* Nunc planè iſtud apparet: nam Sacramentarij noſtro iſto tempore Valliiacum poſſederunt, qui haud dubiè S. Præcordij corpori minimè peperciſſent.
e *Colg.* Domino, *non rectè.* f *Idem:* inuentum agnouit.
g *Idem perperàm,* vicis. h *Idem,* exercent, *non placet.*
i *In præf. ad miracula S. Adelardi* 1 *Ianuar. nu.* 1. Tres enim in eâ principales habentur eccleſiæ, in quibus corda fidelium ſanctæ Trinitatis confeſſio benè poſſit vnire: prima Petrum præfert piſcatorem, ſecunda piſcatis Euangeliſtam Ioannem, tertia euãgelizatis Stephanum Protomartyrem.
k *Colgan.* non ſegnis. l *De S.* Gentiano 11 *Dec.*
m *De hoc ritu plura habes in Miraculis* S. Adelardi 1 *Ianuar. cap.* 8 *nu.* 15 *& ſeqq.*

DE S. TVIANO ABBATE
IN BRITANNIA ARMORICA.

I. B.

1 FEBR.

COreſopitenſis *Eccleſiæ in Britanniâ Armoricâ antiquum Breuiarium typis excuſum,* 1 *Febr. poſt tres Lectiones de* S. Ignatio, *& nouem de* S. Brigidâ *iſta ſubdit*: Eodem die de S. Tuiano Abbate, de communi vnius Confeſſoris, non Epiſcopi. *Nihil de eo alibi à nobis obſeruatum. Inciderat dubitare num fortaſsis* S. Tudinus, S. Winwaloei *ſodalis,* S. Corentini *diſcipulus is foret: verùm hic in eodem Breuiario in Vitâ S. Coremini diſertè* Tudinus, *non* Tuianus *appellatur.*

DE S. PICTO EPISCOPO.

I. B.

1 FEBR.

S. Pictus Ep. ignotus.

PIctum *Martyrem ex plurium Martyrologiorum veterum fide retulimus* 1x *Ianuarij. De hoc, vnicum vetus Romanum, ſiue S. Hieronymi,* 1 *Febr.* Et depoſitio Picti Epiſcopi. *Ignotus is nobis. Quem enim Baronius to* 9 *Annal. ad an.* 721 *nu.*5 *ait ſubſcripſiſſe ſynodo Romanæ* Pictum Epiſcopum Scotiæ, *is to.*3 *Concilior. appellatur* Fergustus Epiſcopus Scotiæ Pictus; *ita vt* Pictus *gentile ſit, non proprium viri nomen. Et recentior eſt, quàm vt Hieronymiano Martyrologio videatur à S. VVillebrordo adſcribi potuiſſe. Dempſterus hiſt. Eccleſ. Scotor. l.*6 *nu.* 533 conſtare *ait* Epiſcopum

A ſcopum P. &orum fuiſſe. *Antiquior noſter hic, cuius tamen ſedis, aut etiam gentis fuerit Epiſcopus, haud ſcimus.* D

DE S. SORO EREMITA

APVD PETROCORIOS IN GALLIA. I.B.

SECVLO VI. I FEBR. *S. Sori natalis.*

1 *Natalem* S. Sori *ita in Martyrol. Gallicano Kalendis Februar. conſignauit Andreas Sauſſaius*: Ipſo die, Lemonicis commemoratio S. Sori Confeſſoris, admirandâ humilitate, continentiâ, aliiſque præclaris ſanctæ conuerſationis dotibus illuſtris. *In Breuiario Lemouicenſi præſcribitur hoc die feſtum* S. Ignatij, *peragendum, vt in Romano, ritu ſemiduplici, cum commemoratione* S. Sori.

Vita. 2 *Huius Vitam nobis Lutetiâ tranſmiſit Andreas Cheſnæus, Regis Chriſtianiſſimi Coſmographus, deſcriptam è vetuſto Bibliothecæ Thuanæ codice, cui titulus* Hiſtoria Eccleſiaſtica. *adſcriptus ante Præfationem erat hic verſus:*

Aruernis genuit, quem præſens pagina pandit.

quando ſcripta? *Auctor diu poſt eius obitum vixit, vt patet ex præfat.* Satius tamen ducimus dicere vel exiliter, quæ nouimus, quàm cum his qui per tot tempora, iam iamque tranſacta, beati viri deſtiterunt adſcribere geſta *&c. ac nu.* 16 *citat* B *Geſta Francorum. nu.* 9 *ſe* maiorum relatu didiciſſe, *quæ narrat, ſcribit. at nu.* 12 *videtur aliqua alia eius geſta habuiſſe; ait enim*, Vt ex ipſius patet geſtis; *quod de* S. Guntramni *geſtis non poteſt accipi, in quibus illud non habetur, niſi aliqua ſint ſcripta, quæ nondum lucem aſpexerunt.*

ætas. 3 *Quo tempore vixerit, licet ex* S. Guntramni *ætate* Sanctique Aredij *colligere. Hic anno Chriſti* DXCI *deceſſit, vt patet è S. Gregorio Turon. lib.* 10 *cap.* 29. Guntramnus *biennio poſt*, DXCIII, XXVIII *Martij. Quo anno è viuis migrârit* S. Sorus, *nuſquam indicatum legimus.*

VITA AVCTORE ANONYMO

ex MS. bibliothecæ Thuanæ eruta ab Andrea Cheſnæo.

PRÆFATIO AVCTORIS.

Conſtat veterum fuiſſe morem, vt ſui temporis viros per ſcripturarum ſuarum monumenta poſteritati commendarent, eorumque dicta memoratu digna vel facta, aut literis traderent, aut picturæ committerent; aut certè ære ſeu marmore laborioſo, ſpectabili opere, effigiarent: id ſtudij habentes, vt quæque ad ſui notitiam vel vtilium conditu digna, vel æſtimarentur imitanda, ea ad ſucceſſorum ſuorum producerentur notitiam; quatenùs nec ſuo tempori indeuoti, nec poſteritati apparerent inofficioſi. En miror, cur tantùm adtendamus priorum incaſſum functum laborem. Nobis quidem à Saluatore promittitur, nec calicem aquæ frigidæ fratri porrectum perdendum. Fortium Chriſti militum facta cur ſilentij carcere premenda committimus? Ea verò præſenti ac ſuccedenti ætati profutura ſchedulis ſaltem vilibus tradamus, ac mediocri ſtylo chartulis pro poſſe mandemus. Accedit ad hoc, quòd & animo incitamur, ne cum torpenti ſeruo damna patiamur diſpendij pro retentâ pecuniâ domini. Vnum enim è pluribus Chriſti fortiſſimis bellatoribus Dominus ſuæ Eccleſiæ adtribuit, SORVM nomine, cuius inclytam vitam multorum vtilitati profuturam ordiri adgredimur. Et quamquàm tanto operi exiſtamus impares, vtpote quibus & pertenuis adeſt facundia, & ingenij peranguſta copia; ſatius tamen ducimus dicere vel exiliter quæ nouimus, quàm cum his qui per tot tempora, iamiamque tranſacta, beati viri deſtiterunt adſcribere geſta, tenacitate muti ſilentij ſoluere quoquo modo pœnas. Et hoc vt fiat, dat etiam Dominus auſum loquendi, qui iubet aperire ora, & ne elinguia remaneant Spiritus ſui gratiâ promittit implenda. Ipſe ergo nobis orandus eſt vt qui ſerui ſui adiutor extitit ad bona peragenda, quæ præcepit, ſit nobis in adiutorium ad ea narranda quæ per ſeruum ſuum miſericorditer geſſit. Hæc igitur excuſabilibus verbis dicta ſufficiant. Nunc ad narrationem veniendum eſt, quia & valdè ſtultum eſt in præfatione effluere, in ipsa verò hiſtoriâ ſuccingi.

Matth. 10. 42 Acta SS. ſcribenda.

Auctor tenuis ſibi ſuam exuſa.

CAPVT I

S. Sori ortus, ſeculi fuga.

2 Hic igitur ſanctus vir Sorus territorio ortus Aruernico, parentibus ſecundùm ſeculi dignitatem non infimis. Diuinis tamen legibus, & orthodoxæ fidei deditis, altus eſt. Quibus Dominus tantæ gratiæ munus conferre dignatus eſt, vt eis inter præcipuos ſuorum adfines ſobolem Deo dicatam, & ab vbere omnipotenti Deo conſecratam gignerent. Natus itaque B. Sorus, Chriſtianâ lege edoctus, nutritus in fide Catholicâ, ætatem infantiæ gerebat cum induſtriâ. Exin adoleſcentiæ annos ingreſſus, totuſque mirum in modum in Dei opere conuerſus, meditabatur iam in ætate iuuenili, quod poſteà deuotus implenit. Nullis itaque næuis pectus fuſcari contendens, iam non tardus, nonque ſurdus auditor Euangelij, Diuini executor mandati, Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me: vt cum Petro Domino dicere poſſet Apoſtolo; Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te; confeſtim vt liberâ vſus eſt ætate, dictu citiùs pedem extulit, rumpenſque moras, iunctis ſibi duobus commilitonibus eiuſdem viæ, eiuſdemque amoris ſociis, *a* Amando atque *b* Cypriano, relictâ patriâ parentibuſque, Aruernicum excedens ſolum, Dominici exſecutor edicti, Dimitte, inquit, omnia quæ habes, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me; Petrogoricum ingreſſi pagum, vnâ mente pariſque conſenſu eremiticam adgreſſi ſunt ducere vitam.

Sorus pius adoleſcens *Matth. 16. 24 & 19. 27* *a* *b* F *cum 2 ſociis abit in deſertum: Marc. 10. 21*

3 Aliquamdiu igitur pariter commorati, vti ſeſe talium opinio habet, ad famam Sanctorum cœpêre confluere quamplurimi, alij imitationis gratiâ, alij audiendi, pariterque videndi, quæ gerebantur. At hi nequaquàm obliti priorum propoſiti, dum aliquamdiu fatigationem patiuntur vndique confluentium, quod dente diſcretionis interiùs ruminabant, adinuicem conqueruntur, fruſtrà ſe deſeruiſſe ſua, ſi talibus implicarentur negotiis, & retrogradis aratro terram ſulcantes veſtigiis infigerent culta iuuencorum. Caſtigabant itaque corporis ſenſus à ſiniſtris affectibus, & ſtudebant venuſtare mentem ſacrorũ actuum exhibitionibus. Studioque illis erat & opere ſeſe reddere conſpicuos & ſermonibus falſos. Eratque in eorum operibus intuentium admiratio, atque in eorum ſermone audientium oblectatio. Reddebat namque eos caſtitas floridos, fides inuictos, mentis puritas ſimplices, ſplendor vitæ laudabiles. Eratque illis humilitas, non in modo ſolùm verborum, vel habitu, ſed omnis eorum actus ita erat cõditus, vt quiſquis eos aſpiceret quaſi pennâ ſpiritali eos virtute Diuinâ pictos putaret.

hi ad ſe cõfluentes inſtruunt: *ſanctè viuunt:*

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

4 Interea deuotiſſimi Chriſti famuli nimio in Domini flagrantes amore, nec ſatis ſic ſuo fieri cernentes deſiderio, remotius ſibi habitaculum inquirẽdum iudicarunt: ad quod non eos fluctiuaga incitabat leuitas, ſed Domini larga voluntas, & inexplebilis Chriſto placendi pia cupiditas. Itaq; cernens beatus vir Sorus confluentium ſibi anx etatem, ſciens quia in tumultu hominum ſæpè deeſſe contingit conuentum Angelorum, ingentíque deſiderio anachoreſis ſtimulatus, euocat quàm citiùs ſocios, allocutuſque eos, indicat deſiderium mente conceptum, ſimulque hortatur ſingulos ſigillatim deinceps degere debere anachoretas. Nec mora, dictu citiùs animati beati viri Amandus, & Cyprianus, ſanctuſque Sorus, iter arripiunt, quò Domini eos pietas & velle duxerit.

olteriùs ſecedunt,

ſeorſim victuri:

5 Dumque ſanctis ſermonibus pia refouent corda, inter eundum deueniunt ad quendam locum, vocabulo, vt ita dixerim, quia ita neceſſe eſt, parum Latino vtamur verbo, Petras-erectas: ibique greſſum figentes, paullíſper ſubſiſtunt. Conciteque tam laſſitudine cogente, quamque Deo diſponente, ſocij profundo ſomno obdormiunt. At beatus vir Sorus vbi eos obdormiſſe conſpexit, percitus gradum extulit, atque huc illucque peragrans, ſicubi aptum ſibi reperiſſet locum, ſollicitè perſcrutari cœpit. Et ſubitò dum curioſus loca quæque pererrat inter opaca nemorum, & luſtrans abditiſſima ferarum, obuium ſe eius conſpectibus aptiſſimus tulit locus; quique tam ſecretus tamque habilis ſancto ſeſe contulit viro, vt nemo mortalium habitandi gratiâ, ſeu diuertendi cauſsâ, priùs ibidem acceſſerit. Qui, ſicut perſpicuè patet, Dei nutu illi erat deſtinatus. Rupis namque deſuper eminens præbebat obſequium, propter quam fons viuaci venâ riuulum euomens, amœna loci illius partim inrigabat, ceteram planiciem *c* Viſera fluuius ab vndoſo latis recluſerat ſinu. Quibus vir beatus conſpectis, inæſtimabili ſuffuſus gaudio, in terram ſe protinus dedit, & miſericordiæ Domini, tanquàm qui hæc ſibi præparauerit, gratias reddidit, totis ſupplicans viſibus, vt qui locum præparauerat, fructus quoque operis cæleſtis ſibi ibidem agere ſineret. Moxque pede percito ad ſocios regreſſus, ita eos ſopore reperit feſſos, vt nemo illorum nec quando vir Dei abſceſſerit, nec quàdo quidem regreſſus fuerit, omnimodò cognouerit. Tunc-que ſummâ diſſimulatione eos latere volens, è latere ſe contulit, ac paullíſper quieuit.

ſocijs dormientibus,

animam rupem ſpeculatur Sorus:

6 Tranſacto itaque ferè duarum horarum ſpatio, abſcedente pigritiæ ſomno, excuſſis palpebris concitè expergefiunt. Initoque conſilio inter dulcia patriæ cæleſtis colloquia ſemet hortantes, diu multumque inter dulces lacrymas amaraque ſuſpiria, cùm diu luctati ab inuicem, caritate & nimiis amoris amplexibus interneuientibus diuelli non poſſent, (quippe vnus erat ſpiritus & cor vnum in Domino) tandem vir beatus altioris ingenij, verens ne in ipſis amoris vinculis fraus inimica quiddam operaretur ſui; ſcilicet ne ſi diutius pariter morarentur, concepta dudum conamina impedirentur, ſimulque quia tam ardebat animus viſa repetere, & cœpta non deſerere, ait Fratribus: O, inquit, cariſſimis & cunctis mortalibus mihi præferendi, olim quæ mente concepimus, celeriùs, quæſo, exequamur, ne dum ſimul degimus, Apoſtoli dictum incurramus: Impedimenta, inquit, mundi fecerunt eos miſeros, ſed potiùs laboris atque ſudoris iam benè edocti fraternâ ex acie iter arripiamus, & ſolâ manu vel brachio contra poteſtates aëris huius, ceu paleſtrici *d* agonothetæ, oleo peruncti paternæ traditionis, iamiamque intrepidi adgrediamur. Et quia quos caritas iungit, emenſio terrarum non ſeparat, vt caritas dilectionis, iuxta Apoſtolum, ſemper maneat in nobis, pro eiuſdem caritatis dulcedine aliquid *e* eulogiarum pariter ſumamus. At cùm nec panis in promptu, nec aliud quid, vnde id fieri poſſet, requiſitum inueniretur, conſpecto eminùs beatus vir Sorus, particulam adipis ſuilli, quod vulgò lardum dicitur, improuisè reperit. Quam particulatim partiens, ſingulas ſingulis ſacris pro benedictione particulas recluſit in pugnis.

ab inuicè diuellendis

d

Hebr. 13. 1

e

Laridum pro eulogiâ ſumitur:

7 Dies erant ſanctæ Quadrageſimæ. Hoc peracto, continuò ab inuicem diſceſſum eſt, & vnus ex pediſſequis, qui tum inibi confluxerant, quaſi pro reuerentiâ ſacrorum dierum, dum inuictæ caritatis indiſcretè perpendit vim, portionem, quam à Sancto acceperat ſumendam, latenter in ſinu præripuit, quæ ſtatim in colubrum verſa eſt, totumque eius corpus gyris ſuorum circumdedit anfractuum. Sanctus fortuitu iam Sorus diſceſſerat, & iter ad antrum paullò antè repertum pedetentim regreſſurus, ſociis abſcedentibus, pedem extulerat. Et ecce miſer pauitãs, poſt tergum Sancti accurrens, clamat ſe dignis inobedientiæ & caritatis non habitæ pœnis affici. Quem beatus vir miſeratus, paullulùm greſſum figit, miſerumque præſtolatur. At ille pronus totum ſe in terram dedit, confitens impudentiæ ſuæ negligentiam habitam, multumque deplorans veniam & vitam conſequi, cui mors è vicino erat incurſans. Sanctus autem protinùs edito crucis ſigno, inimicum humani generis, amicam ſibi beſtiam ingreſſum per fratris inobedientiam, ceu quondam in primo parente, Domini Saluatoris vſus exemplo, confeſtim expulit, & in benedictionem priſtinam, fugatâ maledictione conuertit: fratremque monuit, caritatem ſemper habendam, ſemperque ſeruandam, quia hæc eſt quæ operit multitudinem peccatorum. Fugato itaque ſerpente, in ſtatum priorem oblationem reformatam ſanctus vir benedixit, eique ſumendam tradidit. Quâ ſumptâ & grates innumeras redditas, is qui venerat frater receſſit.

id cuidam edere obtestunium, ſpretâ caritate, recuſanti vertitur in colubrũ;

ſed in priorem formã reſtituit Sorus.

a *Hic eſſe videtur* S. Amandus, *vel* Amantius, *cuius in Vitâ* S. Iuniani, *eius diſcipuli, 16 Octob mentio fit.*

b *Colitur* S. Cyprianus *Ab. 9 Decembr. Meminit eius S. Greg. Turonen. de Miraculis Confeſſ. cap. 100. Quatuor illius nominis Sancti eo tractu coluntur:* S. Cyprianus *Ep. Carthagin. M. cuius reliquiæ Moiſſiacum allatæ, quæ vrbs Cadurcorum eſt in ipſo Languedociæ limite, ad Tarnem fluuium, haud longè ab eo loco vbi hic Garumna miſcetur. Alter eſt* S. Cyprianus *Nicomediæ cum* Iuſtinâ *V. martyrio coronatus: à quo ſuburbium Toloſanum nomen* S. Cypriani, *ſiue* S. Subrani *accepit; quòd iſthic eius ac* S. Iuſtinæ *reliquiæ aliquæ in S. Nicolai ade aſſeruantur. Tertius itidem Martyr cum* S. Sauino *colitur prope Pictauos in monaſterio ſui nominis. Quartus eſt hic ſanctus Abbas, à quo fortaſſis nomen accepit* S. Cypriani *oppidum ad dextram Dordoniæ, ſiue Duranij, aut Duranonæ amnis ripam, in Sarlatenſi diœceſi, ſiue inferiori Petrocoriorum regione.* 4 SS. Cypriani in Aquitaniâ.

c *Alii* Velera & Veleris *dicitur: oritur in Lemouicibus, atque ad Limolium Petrocoriorum oppidum Duranio excipitur.*

d *Agoniſta voluit dicere, ſiue pugiles. Nam* Agonothetæ *ſunt muneranij, ſiue inſtructores certaminis.*

e *Simile ferè factum memoratur 6 Ianu. in Vitâ S. Melanij cap. 4 nu 21 & 22. vbi Annot. 3 diximus eulogia non ſemper ſignificare Euchariſtiam, ſed cibaria reſiue alias, in ſignum communionis & caritatis dari aut mitti ſolitas, præſertim ab Epiſcopis aliiſue ſacris hominibus. Ita 4 Ian. in Vitâ S. Rigoberti cap. 2 nu. 7* Præmiſitque ſuas et eulogias. *& paullò pòſt de iiſdem eulogiis agens:* Epiſcopi benedictionem gratiſſimè ſuſcipiens. *3. Ian. in Vitâ 1. S. Genouefæ cap. 3. nu. 11.* Ecce eulogias illi à S. Germano directas. *12 Ian. in Regulâ S. Cæſarii § 4 nu. 25* Si aliquam tranſmittere voluerit eulogiam panis. *Hic laridum datur pro eulogiâ.* Eulogia.

CAPVT II

S. Sori ſolitaria vita, fiducia in Deum.

8 SAnctus verò Dei interiùs vaſtè patentes ſolitudines adiit, atque in eo, vt prædictum eſt, loco, arctiſſimo ſe ſpecu tradidit: ibique diebus ac noctibus perpetuans, vt cum Pſalmiſtâ dicere poſſet, Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto, penè per XL. annos mirabili atque imitabili vitâ vixit, cui nihil aliud quàm Chriſtus viuere erat, & mori lucrum. Pallebant ora ieiuniis, & mens acriùs cæleſtia meditabatur, ſciens quia

Pſ. 101. 8

auſterè vixit.

A quia bona eſt oratio cum ieiunio. Fiebatque vita eius ſpeculum imitari volentibus, & cunctis audientibus auidus: & quod difficile eſt, & facilè loquebatur, & purè. Cibus autem eius, panis arctus & aqua brevis
ibid.10 erat, vt vox eius Pſalmiſtæ concineret dicenti: Potum meum cum fletu temperabam. Et cum Ezechiel, Panem, inquit, meum in feſtinatione comedebam, &
Ezech. 12.18 aquam meam in conturbatione bibebam. Operabatur
operans manibus, tantum vnde arduum haberet victum, ſciens quia qui non operatur non manducet. Et cum opere orationi vacabat, vt Scripturæ vita eius congrueret dicenti. Le-
Thre. 3. 41 uate corda veſtra cum manibus ad Deum: Et cum Iob,
Iob 5. 8 Ego, inquit, deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meũ, qui facit magna & inſcrutabilia, & mirabilia abſque numero. In primis cellulam ſibi lento vimine conſtruxit, ne incurſus obuiantium ferarum, quæ ibi ſatis abundéque confluebant, incurreret, vt de ipſo dici poſſet: Quoniam beſtiæ agri pacificæ erunt tibi. Poſteà verò cum iam diu deliteſcere nequiret, & fama eius circumquaque ferretur, verens
in arctâ ſpecu, hominum confluentium conuentum, arctius ſibi interiùs inter rimulas rupis in modum fornicis exiguæ
a ſpecu conſtruxit, in quâ niſi incuruus ſtare non poB ſſet: in quâ etiam ſedile inſtar ſubſellij compoſuit, ac è regione capitis in circuitu clauos infixit, vt ſi quando
ſomnolentiam aptè vincens: laſſitudine cogente inter ſedendum ſomnum obriperet, defluenti quaquauersùm capiti inliſo, citiùs ſomno excitus, ad nota confugeret præſidia orationis, ne aliquibus inimici falleretur inſidiis. Fecerat etiam oſtiolum ante ſpecu, quod numquàm, niſi quando orationis gratiâ noctibus egrediebatur, cuiquam patebat. Iuxta quod foramen perexignum in modum feneſtræ obliquè compoſuit.

9 Iam verò cumque plurimi ad eius magiſterium
turbas inſtruit: feſtinarent, cauens, & ſecum multa voluens, vtrumnam melius eſſet ſolitam ſolummodò vitam ducere, an verbi pabulum vndique confluentibus præbere, vt quod iamdiu ſolus exercuerat multorum profectibus militaret; ante ipſam cellulam altare ſubpoſuit, ibique ſacri Ordinis Sacerdotem delegit, quatenùs conuenientibus, & ſacri ſermone verbi, & diuini officio myſterij populis percepto, quaſi duplicatum de negotio beatus vir lucrum referret. Vti autem maiorum relatu didicimus, ipſe per inſertam quam diximus, cellulæ feneſtram Sacerdoti ſacra myſteria celebranti, quod ſibi in munere à quibuſque largitum eſſet, proferre ſolitus erat. Vnde, quia ita neceſſe erat, ſanctus vir mini-
diſcipulos admittit; ſtros in vſus congruos habebat, ex quibus vnus dicebatur Principius, alter verò Bonitus; qui, ſicut cunctis
C eſt viuentibus conſuetudinis, victum abundè requirebant & veſtitum.

b 10 Accidit ergo vt dies inſtaret Dominicus *b* ſanctæ Quadrageſimæ, cùm, ſicut omnibus ipſa dies in cibo potuque eſt infeſtior diebus, famuli viri Dei grauiter ſecum conqueri cœperunt, non ſupereſſe quic-
ques de cibo ſollicitos quam vnde eadem die iucundiùs ac ſalubriùs tranſigerent, cunctis in circuitu parantibus eſui quæ eſſent congrua. Eos autem vir beatus leniter compeſcuit, ac, ſicut ſemper, caritatis & fidei monitis inſtruxit, & vt ſpe firmâ conſiſterent ſollicitè admonuit: Potens eſt, inquit, filioli, manus Domini etiam in hac, quâ degimus, eremo ſeruis ſuis præbere cibum, qui quinque milia viros in deſerti regione paucis refecit è panibus. Numquid non recordamini, quid Pſalmiſta de murmure populi in deſerto muſſitantis pro penuriâ carnis
Pſ. 77.30 dicit? Adhuc, inquit, eſca eorum erat in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Et Apoſtolus, Neque
1 Cor. 10. murmuraueritis, inquit, ſicut quidam eorum murmu-
10 *fiduciam docet,* rauerunt, & à ſerpentibus perierunt. His & talibus
Matth. 17.19. ſalubribus eos reficiens verbis, ipſe orationi incumbit, de Dei fiſus largâ pietate dicentis: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis huic monti, Tranſi hinc, & fiet. Et ecce extemplo Sancto orationi intento, cervus miræ magnitudinis ſaltum egreſſus, atque ex ſupercilio montis ſaltum emittens, ante Beati cellulam fractis toroſis ceruicibus corruit, atque exanimis effectus, nec vocis mugitum dedit. Confeſtim itaque puer Sancti curſu concito nuntiat Patri munus à Deo collatum, atque quid exinde fieri iuberet ediceret. Tum verò Sanctus totâ ad Dominum mente conuerſus, ingeminat laudes, qui numquàm derelinquit ſperantes in ſe: ſimulque famulos increpitans, fidei deinceps innitendum, & in proſperis & in aduerſis præſentem ſemper de ſe præſumentibus adeſſe Deum. Vocato itaque vno è *c* pareſitis, iubet diligenter à beſtiâ pellem detrahere, ſibique in vſum indu-
c *cuius pelle veſtitur,* menti præparari, in monumento ponẽs, vt & ipſe fidelem retributorem laudibus attolleret, & intuentium animos fide pleniſſima roboraret, vt numquàm deinceps cordibus eorum torpor diffidentiæ inſiſteret. Quo indumento, quouſque in corpore manſit, vſus eſt: *ſubtus catenâ:* ſub quo etiam catenam collo à pectore ita indidit, vt nec obtutibus pateret intuentium, & maneret intrinſecus ſanctâ conſcientiâ occultum. Exin carnes ſupradictæ belluæ orphanis & viduis partiendo diſtribuit, ſuis quantum neceſſe eſſet ad victum diurnum retẽto. E

AVCTORE ANONYMO, IX MSS. D *cervo precibus obtento;*

a Specu *pro* ſpecus *poſitum.*

b *An Dominica tam finita ſancta Quadrageſima, ſive Paſcha indicatur? Nam ipſis monachis in Gallia, iuxta Canonem 17 Concilij Turonenſis II, anno Chariberti, & Guntbramni, 6, Chriſti 566, aut ſequente habiti,* à Paſcha vſque Quinquageſimam, *id eſt, Pentecoſten,* exceptis Rogationibus, *nullum erat ieiunium. An verò Dominica hac erat inſtantu ſancta Quadrageſima, qua nunc* Quinquageſima *dicitur? Plus enim tum indulgeri poterat, cùm alioquin ab* Epiphaniâ ad Quadrageſimam ter in ſeptimanâ *à monachis* ieiunaretur, *vt in pradicto Canone præſcribitur. An deniq; cùm iuxta Canonem* II *Concilij Aurelianenſis* IV *anno* 541 *habiti, ſolueretur Dominicus diebus per Quadrageſimam ieiunium, qui etiamnum mos obtinet, ita licitum fuit carnibus veſci?*

c Pareſitus *pro lanione, haud alibi, quod ſciamus, uſurpatum.*

CAPVT III

S. Guntramnus Rex à leprâ mundatus per S. Sorum.

11 ITaque ſancto viro magis magiſque in virtutibus ſuccreſcente, cœpit longè lateque fama eius reſpergi. Cœpit namque maximis eluere ſignis, cæcis *clareſcit miraculis.* viſum reddere, ſurdis auditum præſtare, mutis vocem reformare, cunctiſque languidis ad ſe concurrentibus medicinæ remedia præſtare. Et quia tempus non ſinit, & faſtidium lectorum pariterque auditorum cauemus, pauca de plurimis perſtringamus. Intereà dum ſanctus vir orationibus, ieiuniis vigiliiſque perſeuerat, pergit Dominus glorificari in Sanctum ſuum, nec patitur abdito celari modio tantam claritatis accenſam lucernam, quam ſupra ſanctæ Eccleſiæ candelabrum decreuerat præponendam. F

12 Igitur, vt ex ipſius pater *a* geſtis, hic Beatus tem- *a*
poribus extitit *b* Gontranni quondam potentiſſimi ac *b*
ſanctiſſimi Regis; qui ſanctis deditus operibus, vt in fine claruit, etſi aliquo infectus nævo, purgari meruit *c* elephantiaco percuſſus morbo. Denique hoc, vt di- *c*
ximus, dum diu laboraret tabo, monetur per Ange- *Guntrãnus R. leproſus, Angeli monitu, eum adit:*
lum in ſopore noctis, Beatum expetere Sorum morantem territorio Aquitanorum, & Petrogorico pago, ipſumque ſuæ ſalutis fore auctorem: illique à Deo collatum, priſtinam Regi conferendam mentis ac corporis ſoſpitatem: ſibique nihil ſalutis ſupereſſe, niſi ad Dei hominem quantocyùs properaret. Quâ Rex ammonitione ſollicitus nimiumque recuperandæ ſanitatis cupidus, iubet ocyùs præparari qualiter negotium expleret concitus. Et, vti dignum erat Regiæ clientelæ, parantur quæ tanto erant itineri congrua, quatenùs apparatus copioſus & Regiæ ſufficientiæ non deeſſet, & quod

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

& quod viro Dei in munere deferret omnimodis abundaret. Itaque emenſo tanto terrarum ſpatio, deuenitur ad locum, vocabulo Vriacum, duobus ferè milibus à beati viri cellulâ ſemotum. Tum ſubrectis palpebris, reductiſque eminùs oculis, totus præ gaudio exultans, iubilum mentis extulit. Nam deſpumanti, &, vt ita dixerim, aurato percitus deſiliens equo, terræ pronus decubat, palmiſque ac genibus reptans, ad ſpecum vſque beati viri, non tam declinis, quàm deuotus & ſpe nimiâ credulus deuenit. Tua ſunt hæc, Chriſte, miracula, tua magnificentiæ opera, cui ſapit omne quod brutum eſt, cui nitet eſt omne quod ſæuit. Ecce etenim Rex præpotens, ac dudum tremendus, cuius Duces inclyti, Tyranni etiam ſuperbo ſanguine creti, veſtigia lambere erant cum gaudio timoris ſoliti, Pauperis tui, cui cum beſtiis feris commune erat tam degendi grauitas quamque & victus vnitas, à cunctis longiùs remoto mortalibus, præpoſterato ordine, ianuis humilis recubat, & benedici ab eo expoſtulat, quem hactenùs in totâ ſuâ vitâ nec ipſo nomine nouerat. Tibi laus, tibi gratiarum actio, qui ponis humiles in ſublimi, & mœrentes erigis ſoſpitate. Qui ſuſcitas de puluere egenum, & de ſtercore eleuas pauperẽ.

A per 2 milia paſſuũ adrepit:

B

13 Igitur, vt dicere cœperam, Rex ſolo decubat, ac totis nitibus cum collegâ Dauid proclamat: Adhæſit pauimento anima mea, viuifica me ſecundùm verbum tuum. Iubet vtique ſanctus vir Regem ſurgere concitè, ac cauſſam tanti itineris tantique ſudoris, licet benè ſciolus, percunctatur, & quis ſe in illâ humili ſpecu indicauerit, inquirit. Reſponſum refert, Angelicam ammonitionem indicat: ſecum non leuiter actum, vt ipſe veniret, tanti morbi feſſum grauedine in proſpectu haberi, nec neceſſe requiri quid quæreret, quidue poſtularet. Confeſtim itaque ſanctus vir, cui ſolidiſſimum ſupra petram erat fidei fundamentum, aquam iubet afferri. Quâ exorcizatâ, Regem iubet perfundi. Et (ô mira virtus) alter quodammodò Heliſeus Naaman Syrum Iordanis vndâ reſperſum, Regem Francorum extemplo reddidit ſanum. Aſpiciens itaque Rex ad omnes maculas corporis ſui, ita eas ſanas reperit, vt nullius cicatricis veſtigium penitùs remaniſiſſet, & ſeptennis quodammodò pueri gratia in cunctis membris eius appareret. Exin igitur diu multumque in laudibus omnipotentis Dei, eiuſque famuli Sori ora ſoluêre, ac largitoris & remunetatoris ſui munus præconiis extulêre.

Pſ. 118. 25

aquâ benedictâ perfuſus, ſanatur.

C

14 Tum vir Dei vocato ad ſe ſuarum rerum œconomo, iubet citiùs Regium præparari conuiuium. Tempus erat, quo præcoquæ vuæ veſci ſolent. Denegat miniſter meri quicquam reperiri poſſe, ſed neque in vineis circumquaque quicquam vuarum, vnde id liquoris quiddam exprimeretur, inueniri valere. Tum ille, vt totus ſemper affluebat in Domino, ſupplices oculos cælorum aſpectui dirigens, Eia, inquit, eia, nunquid manus Domini inualida eſt? Vade ocyùs, & in illâ, quam noſti, paruâ vite tria, quæ repereris de palmite pendere, turgentia grana protinus defer. Obſequitur miniſter magiſtri edictis, & excuſſo pede defert quæ fuerat iuſſus, traditque Patri tria illa gemmea grana. At Sanctus totâ Spiritum ſanctum mente concipiens, Eia, eia, inquit, num manus Domini inualida eſt? Vade igitur, œconome, & penu omne ſcopâ terens diligenter emunda, ac tres illas apothecas, quas ruſtici *d* tonnas vocant, diligentiſſimè compone. Fecit vt fuerat iuſſus, concitèque ad Patrem regreſſus, indicat cuncta ſtudiosè perfecta. Accipe, inquit Sanctus, hæc tria, quæ clementia Domini contulit in vite grana, & ea in quas præparaſti apothecas exprime elicita. Aderit enim, credo, ille, qui in Canâ Galilææ aquam fundere limpidiſſimam iuſſit in vina. Statimque vt iuſſis Sancti miniſter obtemperans peregit quæ præceperat, exuberans vnda ſubitò repleuit cellaria. Renuntiat miniſter opus patratum: fit continuò eximium gaudium: attollitur fauor Sancti cum laudibus Dei.

S Sotus ex 3 granis 3 vaſa vino impleri diuinitus impetrat:

D

15 Tunc diligenter conuiuio edito, aliquamdiu inibi Rex commoratus, luſtratis circumquaque loci illius finibus, orat ſuppliciter Sanctum, quò, ſi fieri poſſet, ſeruorum Dei inibi conſtrueretur xenodochium. Ad quod ſanctus vir libentiſſimè aſſenſum præbuit, ac Rege impenſas conferente copioſas, cum feſtinatione Sanctus Sorus opus arripuit, & cum diligentiâ conſummauit, ac Domini *e* Scholam aſſiduè militaturam coadunauit, & in honore ſancti Martyris *f* Iuliani eccleſiam conſecrauit. Supradictus itaque Rex, reditibus terræ abundè ad ſupplementum ſeruorum Dei delegatis, & à ſeruo Dei benedictionibus formatus, cum multo gaudio ad propria eſt regreſſus. Multis itaque Regis beatus vir aſtrictus precibus, quatenùs ipſe eodem loco per ſemetipſum præeſſet, cùm ab amicâ nullatenùs extrudi poſſet cellâ, verbis ad vltimum Regis victus, perpendens in his rebus multò magis augeri cumulum mercedis, maximeque Domini ſeruo pro augmento lucro intendens, dicentis: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui; alacri mente eius precibus adtentus cellit. Cuius corporalis præſentia, quamplurimos ſecum traxit in Dei viâ.

xenodochiũ Regis ſumptu conſtruit;

e

f

eiũ præeſt: Matth. 25. 21 & 23

E

16 Præfatus autem Rex Gontrannus, vt ex *g* Francorum Geſtis perſpicuum patet, eximiam agens deinceps vitam, animabus Chriſtum deſiderantibus ſemet expectabilem reddidit, atque inter bonorum actuum inſignia, reperto Dei nutu copioſo *h* theſauro, (quod qualiter factum ſit, non eſt noſtri temporis euoluere: beato viro Paulino ea narranda committimus) In vrbe Cabillonicâ ſancti Martyris *i* Marcelli mauſoleum opere polymito, auro gemmiſque miro conſtruxit emblemate. Quo in loco ipſe poſtmodùm magnis cluens meritis ſepultus eſt: atque, vt ex eius retexitur geſtis, Rex fortis felix vernat in gloriâ.

g

S. Marcelli M. cœnobium à Guntramno ædificatum.

i

a *Alia igitur* S. Sori *geſta extabant, cùm ſcripta eſt hæc Vita.*

b *De* S Guntramno *Rege agemus* 28 *Martij. Non vno nauo vitæ eius inquinata fuit: in his ex pellice filius; vxore repudiatâ, ſed adhuc ſuperſtite, alia ducta; fœdera cum fratrum altero in alterius perniciem inita, rupta, dennò repetita; Recaredi Regis pacem petentis ſpreta ſæpius legatio, miſſus iteratò in eius ditionem exercitus &c: Sed maioribus hæc ſcelera compenſata virtutibus, reuerentiâ erga Sacerdotes, munificentiâ erga Eccleſias, largitate in pauperes. abrogatione impiarum legum à fratre Chilperico latarum, ne Eccleſia hæredes inſtituerentur &c.*

S. Guntramni peccata; virtutes.

c *De hoc pij Regis morbo nihil in hiſtoria Francorum legimus. At non omnia ſcribuntur à ſingulis.*

F

d *Etiamnum Belgis ac Germanis* tonne *vas aquæ, vini, cereuiſiæ, aut rei ſimilis. Alius etiam ſcriptoribus vſitata vox* tonna, *aut* tunua, *vt videre eſt apud Voſſium lib.* 2. *de vitiis ſermonis cap.* 18.

Tonna.

e *Alludit ad* Scholas *militares, ſiue ordines & contubernia militantium; de quibus S. Ambroſius in epiſt.* 1 *ad Cor. cap.* 12 *ſub initium* Scholæ enim ſunt, quæ poſitis in ſe dant dignitatem, vt loci honor hominem faciat glorioſum, non propria laus. *Tertullianus in Apoleg. ad beſtias amphitheatrali pugnæ deſtinatas tranſtulit cap.* 35. Teſtis eſt Tiberis, & ſchola beſtiarum. *Nicol: Rigaltius exponit metaphoram, quòd fera in circum è caueâ emittantur à munerariis velut ludimagiſtris. Ad legendum fortaſſis* beſtiariorum *qui pugnaturi ad beſtias velut erudiuntur, continentur certè in feralî funeſtoq; collegio. Vt igitur Theodoretus religioſa hiſtor. cap* 26 *cœnobium ἀσκητικὴν παλαίστραν*, exercitatoriam palæſtram *appellauit, ita hic Auctor* Deo militaturam Scholam.

Schola militaris;

f *Celebris hic totâ Galliâ Martyr, de quo* 28 *Aug.*

g *De hoc cœnobio Chronicon Fredegarij*: Anno igitur XXIV regni ſui (*id eſt, vt infrà ad S. Sigeberti Regis Vitam dicemus, Chriſti* 584) Diuino amore tactus, Eccleſiam B. Marcelli, vbi ipſe pretioſiùs requieſcit in corpore, quæ in ſuburbano quidem Cabillonenſe, ſed tamen in Segonum eſt territorio, mirificè & ſolerter ædificare iuſſit: ibique monachos congregans monaſterium condidit, ipſamque Eccleſiam rebus plurimis ditauit.

h *Niſi intelligat Auctor ingentes* Mummoli *opes, quas Guntramnus* pauperum & Eccleſiarum neceſſitatibus tribuit, *teſte Turonenſi lib.* 8 *cap.* 3. *haud nunc occurrit, quis ille ſit inuentus ab eo theſaurus. Refert idem Turon. lib.* 5 *cap.* 20 *ingentem à Tiberio* II *Imp. repertum Narſetis theſaurum, in mercedem eximiæ*

A *eximia erga pauperes munificentia. An id Auctor, fallente memoriâ, de Guntramno accepit, de quo præcedenti & sequenti capite agitur?*

i *Colitur* S. Marcellus *M. Cabillonensis 4 Septemb.*

CAPVT IV

Alia S. Sori miracula, obitus.

17 SAnctus autem vir Dei Sorus propositum beatæ mentis augere gliscens, dum quadam die orationi incumbens fortuito forinsecus oculos extulisset, prospexit mulierem vltro se in fluuio Viserâ absque vllo rubore lauantem, nec nuditatem sui erubescentem. Vnde vir sanctus satis superque erubuit, atque animo proposuit, se deinceps in hoc seculo mulierem non visurum. Nimirùm è studio cauens illud propheticum: Intrauit, inquit, mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, interfecit paruulos nostros. Nam fenestræ nostri corporis, oculi auresque constant, per quæ visu & auditu quæ concupiscimus attrahimus. Nos verò ad narrationem redeamus. compendio hoc tantùm dictum, ne quis fortasse hæc B legens, incautum adiectum exemplum putet.

Faminarũ conspectũ fugit S. Sorus; Ierem. 9.21.

18 Igitur vir sanctus in voto ponens continentiæ propositum non deseruit. Quâ de re actum est, piâ sollicitudine matrem beati viri eum inuisere cupientem totis nisibus repugnare, sicque videndi se gratiam omnibus denegare. Cui mater iamiamque discessura, mœrens nimis & eiulans, quasi propheticum vsurpans verbum, ait: Hîc te, fili, videre non potui, videbo te proculdubio in illâ miseratione, quando tecum recepturа sum pro iustis studiis præmia repromissa. Sicque edito breui elogio, discessit. Nec dubium, quin eius verbum dignum fidei obtinuerit effectum. Dixit & abiit. Nos tamen credere decet, tantum fidei dictum non excessisse in cassum.

etiam matris:

19 Itaque beato viro magis magisque virtutibus clarescente, audiens B. Aredius tunc temporis Abbas, & veræ sophiæ operam dans, cateruisque monachorum in *a* Atensi cœnobio, à se in sui iuris fundo constructo, sacræ regulæ obseruantiam præbens, quòd beatus vir Sorus monasterio constructo cum suis Deo omnipotenti vacaret, verbis consolatoriis epistolam perstringens, S. Soro direxit, atque in adiutorium ædificij ostium ei opere cornificio aptatum misit, pullosque columbarum consolationis gratiâ, aliasque domesticas aues, quas vulgò corniculas dicimus, transmisit; multa monens, Diuinis insistendum rebus, fallaciisque inimici præcauendum insidiis. At B. Sorus hæc cum gaudio excepit, ac pro munerum largitate plurimas gratiarum actiones reddidit.

a

munera accipit à S. Aredio Ab.

C

20 Inter hæc, quia exiguitatis nostræ sermo fessus finem postulat, ad incitandos animos legentium, quantam vim etiam in rebus leuioribus sanctus vir obtinebat, vno tantummodò propalandum exemplo censemus. Mulier quædam è vicino degens, ante ostiolum Sancti porticulam *b* scopare consueuerat: cui vir Dei ob operis mercedem sæpè denarium conferre solitus erat. At cùm, vt iam dictum est, votis Sancti inesset fæminam non videndam, quadam die cùm eadem, quam diximus, mulier opus consuetum perageret, metuens seruus Dei ne aut egredienti è cellulâ aut ingredienti improuisè mulier obuiaret, comminans præcepit ne illuc vlteriùs redire tentaret; etsi parui pendens verbum istud excederet, dignâ vt iustum erat pœnâ multaretur. Quod illa verbum triste excepit, mœrensque domum rediit, at, vt pòst patuit, plus quia fraudabatur censu pecuniæ, quàm amore solitæ obedientiæ. Regressa igitur domum, post triduum nihili pendens iussum Sancti, regressa est, Deique homini se importuna ingerebat, anteque fores eius nimiis clamoribus inualescebat, repetens ab eo quod solita erat recipere in lucro. Tum vir Domini grauiter ferens, simulque reputans, nullis eam minis posse ab stultitiâ reuocare, sputum ex sancto ore egerens, oculo mulieris immersit. Quæ statim Diuino nutu cæca effecta, domumque reuersa, cunctos suæ domus municipes, ex vnâ parte capitis, quâ & ipsa erat, reperit cæcos. Et, vt fertur, tam bestiæ quamque volucres in illâ domo manentes huiusmodi cautione vsque in hodiernum multatæ sunt: vt quæ viri Dei excesserat verbum, tam illa quàm omnis domus eius atque cognatio, cunctaque supellex sentiret exitium imminens.

b

mulierem vetat ante cellam verrere;

Avcto-re anonymo, ExMSS.

D

contemnẽtem diuinitus vno oculo cum domestica multari obtinet:

21 Beatus autem vir Sorus omnium odoribus virtutum refertus, vernabat Christo deuotus. Roboratur namque in eo naturalis infirmitas carnis ardore intimo caritatis: imbecillitaremque corporalium virium solabatur copia spiritalium charismatum, simulque illud Apostolicum hortamentum: Non sunt, inquit, condignæ huius seculi passiones ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Itemque quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. & quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Hæc atque alia sacræ Scripturæ documenta, tamquàm sal spiritale, floxa mundi gaudia ab E eo exsiccabant, & ad semper mansura cor illius ignibant. Hæc illius exercitatio, hæc continua contra diabolum extitit decertatio, donec tandem post laboris cursum, operis peracti à Domino repræsentata est remuneratio. Dum his atque huiusmodi agonibus decertaret, agminibusque monasticis vndequaque ad se confluentibus, æmulamina suarum virtutum inuictissima relinqueret finis cunctis mortalibus ineuitabilis ostium corpusculi eius cœpit pulsare, vt anima Deo dilecta, diutissimis reuincta catenis, carceralibus tandem libera seruitutis raumperet vincula carnis, & Regi suo occurreret, in gaudium eius suscipienda lætâ.

Rom. 8. 18

Act. 14. 21

1. Cor. 2. 9.

solatur suos labores verbu Scripturæ:

22 Conuocatis itaque Fratribus quadam die, indicat dissolutionem sui corporis imminere, seque velle iam dissolui, & esse cum Christo. Exin igitur, nec mora, acri febri corpore prærepto, medullæ eius igne genuino perurebantur, & sanguinis vnda per membra singula siccabatur, spiritus tamen carnis in infirmitate vigore Diuino fortior reddebatur, & ad Domini faciem deprecandam, quò celerrimè solato carnis vasculo liberaretur, magis ac magis accendebatur. Denique dissolutione iam vicinâ, cohortibus monachorum circùm se adstantibus, & euentum rei præstolantibus, paullò pòst futuram eis suam prædixit dissolutionem, & vt possibilitas permisit, vt sui memores essent ammonuit.

febri corripitur:

obitum suum prædicit:

F

23. Intereà ad hæc cunctis attonitis, & finem rei præstolantibus, ecce subitò Orientis tramite splendor nimius aduenies, totum illud repleuit cubiculum, ac eximij odoris nidor cunctorum repleuit corda, patuitque in calce, qualis vir sanctus extitit in stadio vitæ. Sicque valedixit Fratribus, & cælicum cælo spiritum collocandum tradidit. Ad cuius obitum adfuêre præsentes sancti viri Amandus & Cyprianus: vt quibus vnum fuerat vitæ studium, par fieret recompensatio & præmium. Iam verò eo migrato, quis explicet quantus fuerit circumadstantium luctus, quis pectoris anxij singultus? qualiter loqui volentibus, atque orare nitentibus, media interrumpens verba locutionem interdixerit doloris magnitudo? Tandem autem inter dira suspiria & amaras lacrymas doloris modum non ponentes, corpori sacro funebria impendentes obsequia, loculum parauerunt cum magnâ diligentiâ, & in basilicâ quam ipse dudum in honore sancti Martyris Iuliani construxerat, terræ mandare studuerunt deuotè.

caelesti lumine & odore perfusus moritur:

sepelitur à SS. Cypriano & Amando:

24 Quem locum Dominus noster Iesus Christus sæpissimè, ad demonstrandum quem circa suum famulum habuerit fauorem, mirandorum operum exhibitionibus

AVCTORE ANONYMO, E. MSS.

hibitionibus consueuit nobilitare. Neque enim vel huius operis sint breuitas, vel stylo suppetit facilitas enarrandi, quot cæci post obitum ad illius sepulcrum receperint visum, vel debiles, seu quacumque infirmitate detenti, sanitati sint pristinæ redditi; & dæmones ex obsessis corporibus pulsi, & alia quamplurima petentibus sint collata beneficia. Hæc omnia tuæ potentiæ præconia, tu Domine Pater in seruis tuis mirabilis, mirabiliter operaris, ad gloriam nominis tui & ad laudem vnigeniti Filij tui Redemptoris nostri: cum quo, & cum Spiritu sancto viuis & regnas per secula immortalia, Amen. D

A *miraculis illustratur.*

a Attanum *vocat Cl. Robertus. Situm id fuit, vbi nunc* S. Aredij *oppidum, vulgò* S. Yrier la Perche, *de quo And. Chesnæus in Antiquitat. Gallia, & Franciscus Ranchinus to. 2 Descriptionu Europæ.* S. Aredij *Vitam dabimus 25 Aug.* S. Aredij oppidum.

b *Plura huius verbi exempla reperies apud Vossium lib. 4 de vitiis sermonis cap. 24*

DE SANCTIS MARTYRIBVS
AGRIPPANO EPISC. ET VRSICINO
PODII IN GALLIA.

I. B.

POST AN. CH DCL. I FEBR.

VElaua vrbs *Aquitaniæ primæ, Gregorio Turonensi lib. 10 hist. Franc. cap. 25 memorata, Velaunorum ditionis, quam Galli nunc* le pays de Velay *appellant, caput*; *aliis* Anicium *dicta à cliuo aut colle Anicio, in quo sita est*; *Papirio Massono* Auicium; *vulgò, à pluribus retro seculis,* Podium, *quod collem sonat, aut montem. Nam vt multa olim extructa in collibus oppida Gallorum, in* dunum *desinebant. quod ascensum veteri ipsorum linguâ significabat*; *ita deinceps eadem ferè notione* Podij *vox vrbium nominibus addita, quam Franci* Puy, *Tolosates* Pech *efferunt: vt* Podium-Laurentij, Puis-Laurens, Pech Laurens. *Obseruauit ista Guilielmus Catellius historiæ Languedociæ lib. 2.*

B *S. Agrippani, vrbis Anicij siue Podij,*

2 *Est autem* Anicium, *siue* Podium S. Mariæ, *omnium Languedociæ vrbium post Tolosam maxima, vti idem Catellius & Franciscus Ranchinus tradunt. Sedem Episcopalem habet ab antiquissimis retro temporibus, siue isthic locatam, cùm primùm fide imbuti sunt Velauni; siue 2 quod plures sentiunt, à S. Euodio illuc translatam, ex oppido S. Pauliani, quod* Ρουεσιον, Ruesium, *Ptolemæo lib. 2 cap. 7 in tabulâ 3 Europæ celebratum, putant esse. Eius porrò vrbis Episcopus, etsi in Notitiâ ciuitatum sub Bituricensi Archiepiscopo constituatur, ab eius tamen exemptus iurisdictione, vni paret Romano Pontifici.*

apud Velaunos in Aquitaniâ

Episcopi XV

3 *Decimusquintus eius vrbis Episcopus fuit* S. Agrippanus, *vti auctores sunt Catellius, Claudius Robertus, Ioannes Chenu, Odo Gissæus noster. Colitur is Kalendis Februarij;* C *quo die ista habet Philippus Ferrarius:* Podij in Gallia, S. Agrippani Episcopi eiusdem vrbis & Martyris. *Saussaius prolixiori elogio illius acta complexus est, vti & Gissæus lib. 1. historiæ Anicensis cap. 32, vbi tradit, Gallicè* S. Aggreue *nuncupari. Duplicia eius acta Anicio ad nos misit Ioannes Baptista Bellus noster, vtraque nimis quàm succincta: priora, in nouem perbreues lectiones partita, sumpsit è collegij Societatis nostræ in eâ vrbe codice MS. ita prætitulato:* Hîc incipitur feriale secundum .... ecclesiæ B. Mariæ, Anicensis diœcesis. *Posteriora Acta exscripta sunt* Ex Officio Sanctorum peculiarium sanctæ, augustæ & illustris Ecclesiæ Cathedralis B. Mariæ Anicensis, immediatè Romanæ subditæ, ad formam Breuiarij Romani redacto. *Is titulus libri anno* 1624 *editi. Sunt autem lectiones tres secundi, vt vocant, Nocturni.*

natalis;

Acta;

4 *Vtraque hæc Acta,* S. Agrippani *ætatem indicant, dum missum ad Velaunos Episcopum tradunt à S. Martino Papâ, qui vt ad eius Vitam* XII Nouemb. *dicemus, pontificatum adiit anno Christi* DCXLVII, *in exilio mortuus est an.* DCLV. *Quamdiu sederit* Agrippanus, *nusquam indicatur. Interfectus est, cùm Româ reuerteretur, in Viuariensi diœcesi ad fines Velaunorum, ab idolorum cultoribus: quos fortassis miretur aliquis in mediâ Galliâ tunc extitisse, & coniectet potiùs, ab alijs improbis hominibus, quorum scelera reprehendebat, cæsum; posteros verò ratos tam immane flagitium in Christianos non cadere, paganis id tribuisse: quamquàm, vt narrat Turonensis lib. 10 cap. 25. fuit* S. Aurelij XIII *Velaunorum Antistitis tempore,* LX *ferè annis ante Agrippani cædem, magus quidam Biturix, qui se vt Christum adorari iubebat, mulierem quamdam circumducens,* quam Mariam vocitari fecit: *atque ambobus occisis, tamen* homines illi, *inquit Turonensis,* quos ad se credendum diabolicâ circumuentione turbauerat, numquàm ad sensum integrum sunt regressi; sed hunc semper quasi Christum, Mariam autem illam partem Deitatis habere profitebantur. *Pluresq; vt ibidem subdit, per Gallias fanatici homines, simili furore agitati, emerserunt. Hac peste fortassis ij afflati fuêre, qui sancto Antisti intulerunt manus, eâque ratione magis ad eius necem irritati, quòd ab illis ipsorum pseudo-christus occisus erat in Velauæ vrbis territorio, quos ad eum coercendum* Aurelius, *Agrippani decessor, miserat. Potuit alia impiorum isthic exitiere colluuio, magicis & idololatricis deuincta præstigiis.* E

martyrium, an à Gentilibus illatum?

5 *Locum martyrij historia Translationis* Chinacum *appellat,* Chiniacum *Saussaius; Gissæus olim* Chiniacum, *nunc* S. Agrippani oppidum *vocari scribit, vulgò* S. Aggreue: *extitisse verò in iugo vicini montis templum huic Sancto dicatum, quod, vt innumera alia, patrum nostrorum memoriâ Caluinistæ euerterunt. Paullò infra arcem, in eiusdem (vt arbitror) montis cliuo, locus visitur, vbi plexus capite fuit, appellaturq; ad* S. Vrsicinum, *qui socius illi glorioso martyrij fuit, meritò hoc die relatus à nobis, etsi nomen eius in nullo martyrologio adhuc reperierimus. Probabile est, ab eo factum esse loco nomen, quòd aliqua eius ibi relictæ ad accolarum veneration ac munimen, reliquiæ sint, cùm* S. Agrippani *Anicium transferrentur.* F

locus martyrij,

nunc ad S. Vrsicinũ;

6 *Translationis historiam ex eodem Anicensi Officio nobis Bellus transmisit. Collocatum est primò sacrum illud pignus in S. Stephani Protomartyris ædiculâ, quæ nunc subterranea est, superædificato S. Georgij templo. Vnde Saussaius ait* in cryptâ S. Georgij depositum esse. *Inde ad Cathedralem Deiparæ Virginis basilicam deportatum est, ac demum ad templum in ipsius honorem, ab eodem* Dulcidio, *vt scribit Gissæus, extructum: in cuius principe arâ, vnà cum* S. Vrsicini *corpore asseruatur.*

Translatio;

6 *Anno Christi* MDXXII *die* VI *Aprilis,* Antonius de Chabanis, LXXIV *Anicensis Antistes, per Suffraganeum suum* Stephanum de Pressuris *ex Ordine Minorum, Troadensem Episcopum, aperiri capsam, ac visitari* S. Agrippani *reliquias curauit. Is ergo sacris ad illius aram solenniter peractis, habitâque ad populum elegante de eius virtutibus oratione, è monumento lapideo, quod in eodem maiore altari aptissimè clausum extabat, thecam ligneam profert, cui inclusa reliquiæ erant, ipsaq; adeò nihil sui nitoris vetustate amiserat, vt planè noua videretur. Caput intra rotundam è plumbo pyxidem conditum erat, inuolutum panno byssino telâque lineâ, ita mundis atque si eo primùm die isthic posita essent. Omnia hæc ad dies aliquot exposita palàm fuêre, vt pietati populi fieret satis: suntq; eo tempore complures variis liberati morbis. In eodem lapideo conditorio alia reperta est lignea arcula, in quâ reliquiæ*

Reliquiæ visitatæ;

A *reliquiæ aliquæ erant S.* Saturnini, S. Gertrudis, S. Fusci, S. Gerardi *Auriliacenſis apud Aruernos Comitis*, S. Martini, S. Magdalenæ, *& aliorum, ac viuificæ Crucis particula.*

Tranſlationis anniuerſaria celebritas.

Sanxit poſtmodùm XV *Octobris eiuſdem anni* Antonius *Epiſcopus, vt* S. Agrippani *Tranſlatio, quæ antehac* XXV *Octobris agebatur, deinceps* VI *Nouembris celebraretur: quamquàm neutro die in vllo, quod quidem viderimus, Martyrologio, eius rei conſignata memoria eſt. Citat Anicienſe Giſſeius. Recondita ſunt ſacra illa pignora intra idem ſaxeum monumentum. Caput ſolum, atque alterum brachium, ſeorſim habita, vt thecis argenteis includerentur.*

VITA

ex MS. collegij Podien. Soc. Ieſu.

B. Agrippanus Hiſpanus, doctus,

Vm igitur B. Agrippanus ex nobiliſſimis parentibus duxiſſet originem, & de Iſpaniâ oriundus fuiſſet, tamen liberalibus artibus imbutus eſſet. Cùm autem in adoleſcentiâ ætatis peruenisſet, à parentibus, eò quòd vnigenitus eſſet, vtique mattimonio compellebatur. Et cùm ad eius notitiam peruenisſet, inconſultis parentibus Romam perrexit, & in ſeruitio Dei taliter ſe occupauit, quòd in amore Papæ rapitur. Et ſic B. Agrippanus gradum & dignitatem Preſulatus obtinuit, & à Summo Pontifice in Vallauenſem Epiſcopum ibidem conſecratus fuit. Accepto nempe tanto dignitatis officio, toto poſſe prauitatem hæreticam *a* ſtirpare ſatagebat. Et cùm gentibus & profanis diu decertaſſet, quædam nobilis mulier ad ſimulacra deorum populum conuocabat. Dum autem videret ſe eſſe ſeductam, perſuaſit gentilibus & profanis, vt crudeli morte puniretur. Deinde cum eodem Chriſti Martyre in multis decertaſſent, nec prece nec pretio eum vincere poſſent, capitali ſententiâ iudicatus eſt. Hic vir Dei martyrium ſuum conſummauit, & caput eius in planum proſiliens, in fontem cecidit, ex quâ quidem aquâ iuſti baptizati ſunt.

B nuptias vitans, Romæ petit: fit Epiſcopus:

a errores profligat:

occiditur.

præciſum caput fontem elicit.

Stirpare.

a Stirpare *eſt ſtirpitus euellere. Pro purgare vſurpatum S. Ambroſio lib. 9. in Lucam, ſect.* 4. Stirpare agrum ſolitus, *inquit*, ne ſentibus gemma lædatur, ne luxuriet vmbra foliorum.

ALIA VITA

ex Officio Eccleſiæ Podienſis.

S. Agrippanus pietati à puero deditus, nuptias fugit: fit Epiſcopus:

Grippanus ex Anicienſibus Epiſcopis, Martyr vnicus, in Hiſpania natus, puer ſcholas frequentauit, eâ ingenij felicitate, vt condiſcipulos facilè ſuperaret. Ad cibum à magiſtro quæſitus, in templo ſæpius genibus flexis precabundus reperiebatur. Eum matrimonio dum parentes, quibus ſola proles erat, implicare tentant, Romam clanculò petit. Romæ vir eruditus latere non potuit, quin viduatâ Paſtore *a* Anicienſi Eccleſiâ ab ipſo ſummo Pontifice Martino primo ad eam paſtor mitteretur, ab eodem Pontifice Velaunorum Pontifex conſecratus. Id temporis gentilitio ritu adhuc Velaunia ſordebat, Arrianaque hæreſis & *b* Heluidiana *c* eamdem contaminabant. Aduersùs hæc tria monſtra præliaturus Agrippanus abſtinentiæ præſidio ſe communit, carne & vino ſibi interdicit, verbi Dei concione crebrâ Catholicos armat, hæreſim laceſſit, paganiſmum impugnat. His Agrippani ſtudiis aduerſarij fracti ſancto Præſuli moliuntur inſidias: tonſorem pretio comparant, qui dum de more crinem barbamque raderet, iugulum putet & enecet. Adeſt tonſor ſicarius: Nonpoteris, inquit, Agrippanus hodie præſtare quod animo agitas; mihi

a errores profligat:

b c abſtinentiam colit: errores impugnati

tonſorem necem ſibi parare, ab vnitus agnoſcit:

vlteriùs progrediendum eſt. Nihil tamen deſinas velim barbam piloſque decurtare. His perculſus tonſor, ſcelere ſibi temperat, ac detonſam Agrippani barbam religioſè ſibi aſſeruat; quæ poſtmodùm Eccleſiæ Gratianopolitanæ tradita prodigiis claruit, in expellendis præſertim morbis circa faciem enaſcentibus. Romam profectus ad Pontificem Agrippanus, cùm inde ſuum ad ouile ſe reciperet, in idolorum cultores incidit vigeſimo ferè ab Anicianâ ciuitate milliario: contra eorum ritus ſacrilegos inuehitur. Vnde in vincula detruditur, tertioque pòſt die, hortante loci dominâ gentili, capite truncatur, cum Vrſicino famulo. Agrippani autem capite in ſubiectam vallem delapſo, fons exiliit ex veſtigio, in quo ſubſtitit; qui poſteà ſanandis ægritudinibus, *d* plurimumque baptiſmo inſeruiit. Ad eius ſacros artus ſepulturæ commendatos, frequenter egêre excubias Catholici, vbi cæleſtibus ſolatiis ſunt irrigati. Martyrio ſublatus fertur Kal. Februarij.

ex MSS. D

barba eius pilis facta miraculat

ab impijs occiditur cum S. Vrſicino:

d caput præciſum fontem miraculoſum elicit.

a *Is* S. Benignus *fuit, cuius natalem* 12 *Nouembris ſtatuit Sauſſaius.*

b *Non mirum* Heluidianam *hæreſim cum Arianâ graſſari: nemo ferè in Dei filium blaſphemus eſt cum Ario, qui non vnà ſit in Matrem impius cum Heluidio. Auxentij Mediolanenſis Ep. Ariani diſcipulo, aſſerente Chriſti Matrem, poſt eius ortum, plures ex Ioſepho filios peperiſſe; & nuptias virginitati aquante.*

B *Heluidiani.*

c *Addit Giſſeius* Sabellianam, *quæ perſonarum in Trinitate diſſerentiam tollebat. Nec mirum eius hæreſis in Galliis ſuperſuiſſe germina, quam Rex Chilpericus, Clotarij filius, ſcripto indiculo conatus erat Epiſcopis Galliarum perſuadere, vti tradit S. Gregorius Turon. lib. 5 hiſt. Franc. cap.* 44.

Sabelliani.

d *Scribit Sauſſaius, illius fontis* hauſtu ægros morborum leuamen in hos vſque dies percipere. *Idem tradit Giſſeius.*

TRANSLATIO S. AGRIPPANI

ex eodem Officio Podienſi.

ad corpus eius facta miracula.

Vi martyrio ſublatus eſt B. Agrippanus, eiuſque corpus ſepulturæ datum, morbis frequentibus medicinam fecit, tot enim malè habentes ſuo præſidio recreauit, vt ad monumentum eius crebræ excubiæ fierent, ac peregrinationes multæ: vnde oppidum in quo membra quieſcebant, antiquo nomine repudiato, quod Chinacum erat; à S. Agrippano ſibi nomen fecit. Crure fractum aduenam quemdam perhibent ad eius tumulum labore multo perrexiſſe; atque è veſtigio vt illum attigit, incolumem ſtetiſſe, firmoque ac nihil claudicante greſſu, ad ſua limina ſe retuliſſe. Ibidem diutius quidam febre iactatus, vix hęrebat oſſibus, ſed beati Martyris merito omnis febrilis æſtus eſt propulſatus, ac valetudini priſtinæ reſtitutus æger. Stabat iam facellum ſuper Agrippani tumulum, cùm Dulcidius, proximè poſt S. Agrippanum Anicienſis Antiſtes, tanti pignoris auidus, à Viuarienſi Epiſcopo popoſcit (in Viuarienſi enim ditione Chinacum eſt, vbi condita B. Agrippani membra erant) fas ſibi eſſet, è ſepulcro ſublatum beati Martyris corpus Anicium transferre, cùm Anicianæ Sedis Præſul quondam extiterit. Annuit Viuarienſis Pontifex: effertur Chinaco Anicium Agrippani ſacrum corpus; Aniciique in ſubterraneâ Stephano Protomartyri nuncupatâ ædiculâ reconditur, vbi priſca repetiit miracula. Inter alia memorandum eſt iſtud. Ante membrorum capſam cerea ardebat candela ferro infixa: igneo lumine abſumptâ candelæ cerâ, quod ſubſtabat ferrum, perinde atque ipſa candela ardebat. In eodem loco, quod lucentibus lampadibus oleum infundebatur, lampadum flammis non abſumebatur. Ex S. Stephani ædiculâ Agrippani corpus poſteà ad B. Virginis altare primarium fuit latum: inde poſt varias ad ipſum vigilias, variaque cultuum & precationum genera, ad templum nomini Agrippani recens extructum ac dicatum, deportatum fuit, ibi etiamnum colitur & inuo-

F

alius febrilitans:

transfertur Anicium:

clareſcit miraculis.

ferro inſtar cerei ardẽte, oleo lãpadum non deficiente:

defertur ad eadem propriam.

ix[MSS. A eatur. Celebrabatur olim eius glorioſi Martyris Tranſlatio Octob. vigeſimâ quintâ, annis ſingulis reuertente die: tamen, cùm anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo, Aprilis die ſexto, capſa Martyris reſerata patuiſſet, reliquiæque non ſine ægrorum *viſitatur* commodo, propalàm proſtitiſſent per dies aliquot, Antonius tunc Anicienſis Epiſcopus edicto ſanciuit, in poſterum luce ſextâ Nouembris Tranſlationem corporis S. Agrippani fore feſtiuam annis ſingulis; quod poſteà ſeruatum eſt. D

DE S. SIGEBERTO

REGE FRANCORVM AVSTRASIORVM METIS IN BELGICA I

G.H.

Commentarius præuius.

AN. CHR. DCLXIII 1 FEBRV. *Cauſſa huius longioris commentarii.*

B *Actenùs in ordinandis temporibus, quibus Galliarum ac Germaniarum Sancti vixerunt, præſertim ſub Merouingis Francorum Regibus, ſecuti ferè ſumus Ægidij Bucherij, Iacobi Sirmondi, Dionyſij Petauij chronologiam: quam præ ceteris accuratam, etiam retinent Chriſtophorus Browerus in Annalibus Treuirenſibus, Autbertus Miræus in Chronico Belgico, Andreas Cheſnæus in Scriptoribus hiſtoriæ Francorum à ſe illuſtratis, Sœuola & Ludouicus Sanmarthani in tertiâ editione hiſtoriæ genealogicæ Regum Francorum, aliiq; hoc tempore doctrinâ ſcientiâque hiſtoricâ illuſtriores. Et nobis certè neque neceſſarium erat, neque omnino opportunum, vt omnem temporum rationem antè excuteremus, quàm Vitam vllam proferremus in lucem. Non neglexi-mus tamen, ſi quæ ſe obtulerunt perſpicuæ notæ temporum: ſed illas ipſas, quatenùs fas fuit, conati ſumus fide optimâ ad illorum chronotaxin reuocare. Verùm quia animaduertimus eos haud paucos characteres veterum ſcriptis demere, aut corrigere debere, vt quam ſibi præſtituêre temporum rationem ſtabiliant; neque tamen id ſemper aſſequi poſſe; ſatiùs fore duximus, ſi diligenter expenſis veteribus Gallicarum rerum ſcriptoribus, Regum omnium, qui ab exordio Francicum imperium, ſiue ſolidum, ſiue biſariàm, triſariàm, aut etiam quadriſariàm diuiſum tenuerunt, annos regiminis certis characteribus firmatos, & receptæ nunc Æræ, quæ ſub occaſum primæ illius ſtirpis inualuit, accommodatos conſtitueremus. Quod hac in re nos ſperamus conſecutos, breui hîc damus tractatu ad Vitam S. Sigeberti Regis Francorum, eamq; primam alicuius ex regiâ Merouingorum ſtirpe oriundi, à nobis illuſtratam: in quâ aliàs cogeremur plurimùm ab aliorum chronologiâ diſcedere, quæ, reliquis præcedentium ſubſecutorumq; Regum temporibus non examinatis, apparuiſſet viris etiam eruditis, necdum omnibus extricatâ erroribus. Eamdem ſæpiùs hoc menſe ad Vitas SS. Vedaſti, Amandi, Ansberti aliorumq; ſtabiliemus. Præponimus autem primam gentis originem, ex plurium ſimul populorum ad ſuam tuendam libertatem coniuratione conflatæ; deinde Auſtraſiorum regni ſedem ac fines explicamus, vnde chronologiæ vniuerſæ expeditior deinceps ratio erit.*

C

§ I *Francorum origo, ſedes, migrationes. Primi S. Sigeberti maiores.*

Franci à vindicandâ libertate nomen adepti.

2 GErmani, *mari Oceano propinquiores, iiſq; viciniores* Belgæ, *iugo Romanorum aut exciſſo, aut certè numquàm admiſſo, tamquàm* libertatis *ſummè auidi deſcribuntur à Cornelio Tacito, peritiſſimo harum regionum ſub Traiano Imperatore, circa initium ſeculi à Chriſti ortu ſecundi, ſcriptore: apud quem lib.* 4 *Hiſtoriæ, cap.* 17, Ciuilis & Brinio Batauorum Caninefatumque Duces, *partâ de Romanis victoriâ,* magnâ per Gallias & Germanias famâ, libertatis auctores celebrati, *eam vicinis ſuis* libertatem, naturâ etiam mutis animalibus datam, *ablatis &* Romanorum ſpoliis, *&* honoratis militiis *inculcarunt. Imò Romanis eam* Germanorum libertatem regno Parthico acriorem *fuiſſe docet lib. de Moribus Germanorum cap.* 37. *Scilicet* prætexebantur, *vt tradit cap.* 37 *dicti lib.* 4 *Hiſtoriæ,* ab *eiſdem* Germanis ſpecioſa libertatis nomina: *vt non miremur ab eo tempore plures iſtic populos, animis armiſq; contra Remp. Romanam conſpirantes, à* libertate *nomen ſibi* Francorum *ſumpſiſſe:* Franck *quippe Belgis Franciſq;* liberum *ſonat. Vires dein eorum adeò paullatim accreuêre, vt ſeculo Chriſti* III *hi* Franci, *Imperij Romani hoſtes,* Gothis, Sarmatis, Perſis, *ſeu* Parthis, *æquiparentur. Nam* Gallienus Imperator *apud Trebellium Pollionem illuſurus populo Romano de* Gothis, Sarmatis, Francis, Perſis, *tamquàm fortiſſimis hoſtibus ſubactis, ſpecioſâ ſimulatione triumphauit. At* M. Aurelio Probo *in Imperatorem electo, populus Romanus apud Flauium Vopiſcum ſolenni voto acclamauit, eum* Francicum, Gothicum, Sarmaticum, Parthicum *eſſe, ob vires illorum ab eo aliquantulùm repreſſas. Sunt autem Pollio & Vopiſcus primi auctores, in quorum hiſtoriâ nomen* Francorum *legitur expreſſum.* E *potentes Romanorum hoſtes ſeculo Ch.* 3.

3 *Nazarius hiſce coæuus, in ſuo Panegyrico Conſtantino Magno recitato, vocat ſect.* 17, Francos præter ceteros truces, quorum vis cùm ad bella efferueſceret, vltra ipſum Oceanum æſtu furoris effecta, Hiſpaniarum etiam oras armis infeſtas habebat: *quod Gallieno imperante factum memorat Aurelius Victor, nobilis ſub Conſtantio & Iuliano ſcriptor. Tum namq;, vti ſcribit libro de Cæſaribus,* Francorum gentes, direpta Galliâ, Hiſpaniam poſſidebant, vaſtato ac penè direpto Tarraconenſium oppido: nactiſque in tempore nauigiis, pars in vſque Africam permeabat. *Proximi Aurelio ſcriptores, S. Hieronymus in Chronico Euſebij, Oroſius Hiſpanus lib.* 7 *Hiſtoriarum & Eutropius lib.* 9 *Breuiarij Hiſtoriæ Romanæ,* Tarraconem à Germanis, *& quidem* vlterioribus, *quos* Francos *diximus,* expugnatam ſub Gallieno *teſtantur: iterum* Franci *aliqui apud Zoſimum Comitem, (qui tempora Theodoſij iunioris attigit) lib* 1 *Hiſtoriæ,* magnâ nauium copiâ inſtructi, ſub Probo Imperatore totam Græciam conturbarunt: in Siciliam delati, Syracuſas ſpoliarunt: vaſtatis *denique* Africæ littoribus, nullum ipſi detrimentum paſſi, *(quod Scriptor miratur)* domum rediuerunt. *Idem* Francorum *facinus iam antè in Panegyrico Conſtantio Cæſari, Magni Conſtantini parenti, dicto, depinxerat Eumenius cap.* 18. *Denique apud ſuprà dictum Eutropium lib.* 9. *iidem* Franci & Saxones per tractum Belgicæ & Armoricæ, mare infeſtarunt: *quorum etiam auxiliis fretus* Carauſius, *(huic præfecturæ claſſis Romanæ in littore Geſſoriaco tradita erat) purpurâ ſumptâ, ſibi* Bononiam *cepit, ac* Britanniam *inuaſit; eiuſq; principatum tenuit annis pluribus.* F *infeſtant mare mediterraneum.* *& Oceanū Belgicæ & Armoricæ vicinum:*

4 *Ex his* Francorum *maritimis incurſionibus accuratè deductis, conſtat nomen, tum* Francorum *apud Romanos latiſſimè ſumptum, eoq; inprimis populos illos omnes, qui infra Bononiam, littuſq; Morinorum Geſſoriacum, vicinas Oceano regiones tum Gallicas tum Germanicas incolebant, comprehenſos: antiquos ſcilicet in hodiernâ Flandriâ Menapios, qui inde olim cum vicinis Morinis contra Iulium Cæſarem, vt hic lib.* 3 *de bello Gallico teſtatur, Venetis Armoricæ populis mari ſuppetias tulerunt: quorum ciuem fuiſſe memoratum antè Carauſium ſcribit Aurelius Victor: deinq; Ambiuaritos, ac Caninefates,* *reſident in hodiernâ Flandriâ.*

A *Zelandiâ, Hollandiâ.*

neſates ad Scaldim fluuium Moſamq́ quos Zelandiæ, vicinarumq́ Flandriæ, Brabantiæ, atque Hollandiæ partium populos, Gallicis ditionibus attributos, contra Cluuerium alioſq́ recentiores alibi vindicabimus. Verùm (vt eâ lite hîc ſupersedeamus) dictæ maritimæ regiones ab Imperio Romano excludantur in Itinerario Antonini Imperatoris & Tabulis Peutingerianis; in quibus limes Imperij à littore G. ſſoriaco, ſeu Bononiâ, ducitur, Teroanam, Virouiacum, Tornacum, Bauacum, Geminiacum, Tungros: *atque inde per ripâ Moſæ, ad Valhalim & Rheni apud Batauos oſtia, quæ, aliquando Romanis ſubdita fuerant. Accedit, in excluſis ab hoc limite prouinciis vſum idiomatis Teutonici in hac noſtra tempora ſeruari, cum quæ intra præſcriptum limitem verſus meridiem iacent, in iis rigeat lingua moderna Gallica ex antiquâ Romanorum Latinâ deprauata. Demum Bononiâ Carauſio tyranno ereptâ, dictam* Francorum regionem, quam penitùs paluſtrem, aquiſque imbutam, obliquis meatibus Scaldis interfluit, diuortioque ſui Rhenus amplectitur, expeditionibus Conſtantij Cæſaris vindicatam atque purgatam *declamat Eumenius in Panegyrico Conſtantio dicto, num.* 8. Multis *ſcilicet* Francorum millibus, qui Batauiam, aliaſque eis Rhenum terras inuaſerant, interfectis, depulſis, captis, abductis, *vt Auctor Panegyrici V Maximiano & Conſtantino dicti, num. 4, de hac Conſtantij expeditione pronuntiat. Ita antè apud Vopiſcum teſtes virtutis Probi Imperatoris adducuntur* Franci in ſuis ſtrati paludibus, *ſiue ea eis Rhenum, ſiue apud Friſios alioſq́ Tranſrhenanos populos conſtituantur.*

ad Scaldim

& Rhenũ, in Batauiâ.

B

5 *Verùm Saxones non tantùm in Germaniâ maritimâ, ſed in Belgicâ quoque & vlteriore Galliâ, littora ſibi commodiora occuparunt, nomine inde Francorum ferè depulſo.* Ambos ad Rhenum & mare occiduum ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον καὶ τὴν ἑσπερίαν θάλατταν *collocat Iulianus Imperator Orat. 1. in laudem Conſtantij, filij magni Conſtantini. Diſtinctum ſitum indicat S. Hieronymus in Vitâ S. Hilarionis* XXI *Octobris:* Inter Saxones, *inquit,* & Alemannos gens extat non tam lata, quàm valida, apud Hiſtoricos Germania, nunc verò Francia vocatur. *Horum* Francorum regionem Rheno tranſmiſſo peruaſit Iulianus *apud Ammianum Marcellinum lib.* 20, *vbi* Atthuarij *appellantur, quos* Anſiuarios *Tacito lib.* 13 *Annalium cap.* 55, *dici opinamur*, eoſdemque *iſtic* agros occupaſſe, qui fuerant Chamauorum Tribantum & pòſt Vſipiorum: *imò apud Iulium Cæſarem* Sicambrorum, à quibus *refert lib.* 4 *de bello Gallico ſect.* 16, Vſipetos Tenchtheroſque intra fines ſuos receptos. *In illis ergo ſedibus degentes* Chamaui *in Tabulâ itinerariâ Peutingeri dicuntur* Franci *eſſe, in eâque litteris maioribus legitur* FRANCIA, *ſupra fluuium Rhenum in eadem antiquorum* Sicambrorum *ſede.*

nomine ibi ad Saxones tranſlato,

Franci vltra Rhenũ degunt.

Atthuarij, ſeu Chamaui, apud antiquos Sicambros,

C

6 Omnium *autem* primos Francos *exiſtimat Ammianus Marcellinus lib.* 17 Salios, *Zoſimo Comiti lib.* 3 τὸ Σαλίων ἔθνος Φράγγων ἀπόμοιρον, Saliorum natio, Francorum *eſt* portio, *qui, vt idem ait*, à Saxonibus è propriis expulſi ſedibus, in inſulâ Batauiâ conſederunt. *Hinc medij* Batauos *inter &* Saxones, *(qui à VVeſtphaliâ modernâ vltra Amiſiam Viſurgim & Albim extendebantur, dominatu etiam maritimo apud Friſios & in littore Belgicæ Armoricæq́ potiti) conſtituendi* Salij, Francis *reliquis aut mixti aut contigui. Horum veſtigium remanet ad* Salam, *ſeu* Iſalam *fluuium, à quo moderna Belgicæ prouincia* Tranſiſulania *appellata; cuius aliqua ditiuncula* Sallandia, *quaſi* Saliorum terra, *& oppidum* Oldeſalia, *quaſi* antiquorum Saliorum *ſedes, nomen retinent, in confinio* Weſtphalorum Saxonum *ſita.*

& Salij,

ad Iſalam fluuium.

Praualentibus Saxonibus,

7 *Hæc ergo prima* Francorum *tam* Saliorum, *quàm aliorum ſedes, præcipuâ ſuâ parte poſteà à Saxonibus occupata eſt, horum imperio ad Rhenum dilatato: à quibus deinde Lippiâ fluuio* Francos *diremptos fuiſſe docemur in* Chronico Fredegarij *cap.* 109. *Ipſi autem* Franci, *amiſſis ab Iſalâ ad Lippiam vſque ditionibus, non minores ab Alemannis ſibi paullatim ſurripuerunt, vt quorum regio vltra dexteram Moeni ripam ad Haſſos vſque & Lonam fluuium antè extendebatur, ea, his ad Neccarim vſque fluuium pulſis, ceſſerit* Francis, *quæ*

Chamaui Franci à Lippiâ fluuio,

à nouis poſſeſſoribus, ablegato Alemannorum nomine, Francia, *ac tandem* Franconia *appellata eſt. Magnam huius partem, ſi non integram, Ludouicus Pius Imperator, in Præcepto de diuiſione regni ſui inter filios faciendâ, videtur* Ribuarias *vocaſſe, accenjiſſeq́ partem Ciſrhenanam quâ Coloniâ versùs Arduennam & Moſellam eſt iter: vbi, in diuiſione regni Lotharij anno* DCCCLXX *inter Carolum Caluum & Ludouicum fratrem, Regem Germaniæ factâ.* Comitatus quinque in Ribuariis *leguntur. Hæc* pars Galliarum propinqua Rheno, quam olim Franci poſſidendam occupauerant, Aëtij Comitis armis, Felice & Tauro Conſulibus, *anno* CDXXVIII recepta *dicitur in Proſperi Chronico vulgato: ſed in altero Proſperi Chronico à Pithœo edito iidem* Franci in pace ſuſcepti ſunt, *agris eis Rhenum aſſignatis. In lege Ripuariâ, de quâ infrà agemus, tit.* 36 §. 4, *vicini deſcribuntur.* Si quis Ripuarius aduenam Alemannum, ſeu Friſionem, vel Baiuuarium, aut Sixonem interfecerit *&c. Sedem deinde regiam* Coloniæ Agrippinæ (*quam* Ripuariæ metropolim *dixit Eginhardus in hiſtoriâ tranſlationis reliquiarum SS. Petri & Marcellini et Iunij*) *habuerunt poſteriores iſtorum* Francorum ad Rhenum Reges, *quorum vltimo* Sigeberto Claudo *in* Buchoniâ ſiluâ *prope Mœnum fluuium interempto, dein & filio eius* Childerico, Chlodoueus I, (*cuius dolo vtrique occubuerat*) *regnum illud ſuis ditionibus adſciuit: vt tradit Gregorius Turonenſis lib.* 2 *Hiſtor. Francorum cap.* 40.

AVCTORE G H.

D

ad Nicrũ vſque habitarunt, Ripuarij dicti,

obtẽtâ parte Ciſrhenanâ,

Regiâ ſede Coloniæ conſtitutâ:

E

8 *Interim* Salios, primos omnium Francos, *quos è primâ ſuâ ad* Iſalam *ſede pulſos, in* Batauiam *migraſſe docuimus, iterum ſub* Conſtantio Imperatore, *filio Conſtantini Magni, expulerunt* Saxones *aliqui, quos* Καάδας μοίρων Σαξόνων *nominat Zoſimus.* Καύχας nonnulli mallent *legere*, "notam iſtic Amiſiam *inter & Viſurgim ad Oceanum gentem. Fortè eòſdem Procopius lib.* 4 *de bello Goth.* Οὐάρους *ſeu* Οὐάρνους *dixerit*, Varnos *ſeu* Varinos, à Francis (*vt ait*) Rheno *ſolùm* fluuio ſeiunctos: *quos* Warnos Childebertus Rex Auſtraſiorum & Burgundionum *apud Fredegarium cap.* 15 rebellantes vicit *anno Ch.* DXCV & trucidauit, vt pauci ex ipſis remanſerint. *Verùm* Salij *ex alterâ ſede Batauiæ pulſi*, animaduersâ Iuliani Cæſaris erga ſe humanitate, partim ex inſulâ cum Rege ſuo Romanum in ſolum tranſiciebant; partim ad limites iniitâ fugâ ſe conferebant: omnes Cæſari ſupplices facti, ſponte ſuâ ſe cum rebus ſuis eius fidei permittebant. *Hæc Zoſimus. Addit Ammianus lib.* 17 *hos* Salios auſos in Romano ſolo apud Toxiandriam locum habitacula ſibi figere prælicenter. Quorum legatio, cùm Tungros veniſſet Iulianus, ei occurrit, opinantium repetiri Imperatorem etiam tum in hibernis, pacem ſub hac lege prætendens, vt quieſcentes eos tamquàm in ſuis nec laceſſeret quiſquam nec vexaret: quos dedentes ſe cum opibus liberiſque ſuſcepit. *Hanc* Saliorum *deditionem confirmat ipſe Iulianus in epiſtolâ ad Athenienſes, & indicat Libanius in Oratione funebri: vbi dicitur* agros petentibus dediſſe, & barbaris aduersùs barbaros auxiliaribus vſus.

Salij Fræci migrãt in Batauiam, inde à Quadis, Cauchis, aut Varnis pulſi,

in Romanum ſolũ,

prope Toxiandriã & Tũgros,

F

9 *Locus autem* Saliis in Romano ſolo *conceſſus, potiſſimùm ab interiore Brabantiâ, & confinibus Comitatuum Hannoniæ & Namurcenſis, Demeram inter & Sabim fluuios, Carbonariam ſiluam, ſaltem ſubſecuto tempore, extenſus. Ibi* nec procul Tungris, *& prope* Toxiandriam locum, *ſiue* Teſſenderloo, *ad Demeram plurima* Saliorum *veſtigia extant, vt ingeniosè aduertit Godefridus Vendelinus ad Legem Salicam cap.* 11, *&* 15. *Eiuſmodi ſunt tres pagi* lege Salicâ *iſtic latâ celebres*, Salheim, *quod* Saliorum domicilium *ſonat*, Bodersheim *&* Windershouen: *tum prope Diſthemium* Silicus vicus, Selck; *&* prata Salica, Seelbemde, *nec non & agri inter Herkam & Halam oppida*, Vranckriick, *id eſt*, Francorum regnum *dicti. Imò quod Gregorius Turonenſis lib.* 2, *cap.* 9, caſtrum Diſpargum, *Aimoinus lib.* 1, *cap.* 4 caſtellum Diſpargum, *ſedi Regum Francorum aſſignant; Diſthemium eſſe oppidum, cuius alterum caſtrum etiamnum Disburgum appellatur. primi ſortè coniecturamus aliquando: quod litteris indicatum Ioannes*

inter Demeram & Sabim fluuios,

veſtigiis etiamnum iſtic relictis,

conſtitutâ ſede regiâ Disbargi, id eſt, Diſthemij,

AVCTORE G.H. *Iacobus Chiffletius V.CL. ita probauit vt id in nouis Luminibus ad Vindicias Hiſpanicas recuſas vulgârit, & primus quidem; vti docet pluribuſq; explicat Vendelinus cap. 14. Trithemius de Origine Francorum, inq; Compendio annalium,* A caſtrum Diſpartum *nuncupat; ſtatuitq;* non longè à Mosâ *iuxta Toring. ſeu Tong.* flumine, in regione Tongrorum, *quos opinamur apud Procopium lib. 1 rerum Gothicarum dici* Toringos barbaros, permiſſu Auguſti Cæſaris has ſedes obtinuiſſe, *populum Iulio Cæſari prorſus ignotum. Ægidius ad Harigerum de Geſtis Pontificum Tungrorum & Traiectenſium cap. 13* Tungros *vocat* metropolim Turingiorum. *Congruit prorſus in eum ſenſum locus Gregorij Turonenſis,* Diſpargum *ſtatuentis* in termino Toringorum, *ſeu, vt Badius excudit anno* 1512, Tongrorum, *ad Septemtrionem. Ad* meridionalem *verò* plagam habitaſſe Romanos vſque Ligerim *Romanis tributos.* fluuium, *in quâ Notitia dignitatum Imperij tum ſcripta, Romanu attribuit* Lætos Lugenſes prope Tungros in Germaniâ II, Lætos Actos Epuſi, *ſiue* Iuodij, in Belgicâ I, Lætos Neruios Fanomartis in Belgicâ II *&c.*

10 *In hac* Saliorum Franciâ *apud Diſpargum tradit Reges Frãci Priami an. 381,* *Proſper in Chronico à Pithœo edito, anno ab obitu Valentis Imperatoris* IV. *Chriſti* CCCLXXXI, quantùm altiùs colligere potuit, regnaſſe Priamum; *qui nomine ſuo fabulis,* B Francorum *originem à* Troianis *accerſentibus, occaſionem dedit. Quare* Priamo *cùm hiſce figmentis præterito, primus in Regum ſerie ſtatuitur* Faramundus, *cuius regnum inchoat Proſper anno ante obitum Honorij Imperatoris* VI, *qui conuenit in annum Chriſti* CDXVII. *Vndecimo pòſt anno dicitur* Clodius regnaſſe, *poſt eiuſdem Honorij obitum anno* V, *Chriſti* CDXXVIII. *Dein ab obitu Honorij (nam inde Theodoſij iunioris Imperium exorditur Proſper) anno* XXV. *Chriſti* CDXLVIII in Franciâ regnat Merouеus; *à quo omnes primæ* Francorum *ſtirpis progenti* Reges, Merouiadæ, *&* Merouingi *appellati. Parentibus hi ſuis in regnum, velut hæreditarium, ſuccèſſerint, nec ne, incertum.*

11 *Interim cum hiſce* Francis *vicinos versùs Oceanum populos, Menapios, inquam, & Brabantos, (quos Baldricus lib. 3 Chronici Cameracenſis cap. 61* Brachatenſes *& fortè* Brachatos *Notitia Imperij appellat) quòd numquàm ſubacti legantur, in vnam gentem credimus coaluiſſe, & ſanctam communi cum Romanis fœdere amicitiam ſeruaſſe: donec* Rex Clodius, *Gregorio Turonenſi* Clogio, *regni fines extenſurus,* miſſis vltra Corbonariam ſiluam exploratoribus, *occupatũ Cameracum,* perluſtratiſque omnibus ad vrbem Cameracum ſecutus eſt, Romaniſque protritis ciuitatem adprehendit: in quâ cùm paucum tempus reſediſſet, ad Suminam fluuium *alia loca* occupauit. *Hæc Gregorius abſque vllâ* C *alterius interpoſitæ vrbis aut fluuij, remoram obſtaculumq; adferentis, mentione; quæ nec aliqua reperitur apud illos auctores, qui ex* Sicambriâ *apud* Mœotidas paludes *extructâ,* Francos *ad* extremas Rheni partes *finxerunt demigraſſe: hi verò cum Cameraco volunt etiam Tornacum expugnatum eſſe.* Ambianis *ad* Somonam *& Somona fluu.* fluuium *ſedem ſibi regiam* Chlodionem *elegiſſe, etuſq; ſucceſſores* Merouеum *&* Chilpericum *ſeruaſſe, tradit Rorico monachus lib. 1 de Geſtis Francorum: ſi lent antiquiores.*

12 *Deſtituimur etiam, quo antè vſi ſumus Proſperi Chronico, deſinente anno* V *Marciani Imperatoris, Chriſti* CDLV, *quo Petronius Maximus refertur, cæſo Valentiano* III, *inuaſiſſe Imperium* XVI *Kalend. Aprules, mox pridie Idus Iunias occiſus: quo anno aut poſt huius imperium cademq; proximo cum Childericus tritauus an. 456,* *Sigeberto referimus* Merouei *obitum, filiiq;* Childerici Regis *ſucceßionem: cuius annus primus cum Chriſti* CDLVI *ex calculo iam facto eſt auſpicandus.* Childerico *tritauo S. Sigeberti, cùm* per annorum XXIV curricula, *iuxta Aimoinum lib. 1, cap. 12,* Francorum regnum adminiſtraſſet, *& Chlodoueus I atauus S. Sigeberti an. 480.* *ſub finem anni* CDLXXIX *vitâ functo, ſucceſſit filius* Chlodoueus I, *atauus S. Sigeberti, cuius primum annum numeramus Chriſti* CDLXXX, *quo modo annus regni eius quintus concurrit in annum* CDLXXXIV, *decimus in* CDLXXXIX, *& decimus quintus in* CDXCIV: *quibus Siagrius, qui pro Romanis apud Sueßiones regebat, victus & occiſus: Toringi, ſeu Tongri eius ditionibus ſubacti: ac tandem Alemanni, inuocato S. Chlothildis vxoris Deo, domiti. Reliqua chronologia infrà demonſtrabitur.* D

§ II *Auſtraſiorum, & Neuſtraſiorum origo. Ditiones S. Sigeberti in Belgicis & Germanicis prouinciis.*

13 CHlodoueo I *vitâ functo, vniuerſum* Francorum *regnum, eius auſpicijs longè lateq; prolatum, quatuor inter ſe filij diuiſerunt: quod vtrùm ex ſententiâ Gregorij Turonenſis,* æquâ lance *fuerit factum, infrà inquiremus. Ex his filius* Theodericus *ſenior, regni ſedem apud* Metas *habuit:* Chlodomirus *apud* Aurelianos, Childebertus Lutetiæ Pariſiorum, *& in* Sueſſionibus Chlotharius, *qui fratribus, imò &* Theoderici *filio* Theodeberto, *ac nepoti* Theodebaldo *ſuperſtes,* Francorum *regnum ſolus obtinuit. Cuius iterum ab obitu, quatuor filij totidem in partes diſtributam ſortiti* Franciam *poſſederunt: &, quod hiſce regnis propria hactenùs non fuiſſent indita nomina, à ſuis Regibus, aut ſede regiâ ſingula appellabantur.* Dedit ſois, *inquit Turonenſis lib. 4, cap. 22,* Chariberto regnum Childeberti, ſedemque habere Pariſius; Gunthrammo verò regnum Chlodomeris, ac tenere ſedem Aurelianenſem; Chilperico verò regnum Chlotharij patris eius, cathedramque Sueſſionas habere; Sigeberto quoque regnum Theoderici, ſedemque habere Metenſem. Sigeberto *dein mortuo ſucceſſit filius* Childebertus, *ſub quo ſuam finiuit hiſtoriam Gregorius Turonenſis, qui* regnum hoc Metenſe *lib. 5, cap. 5* regnum Sigeberti *nominat: eius verò incolas eodem lib. 5. cap. 14, & 19,* Auſtraſios *vocat: quod nomen an ab antiquiore indicatum ſcriptore ſit, haud ſcimus. Commentum arbitramur recentiorum, qui cum Georgio Alberico cap. 1 Vitæ S. Sigeberti Gallicè editæ, abſque antiquorum auctoritate volunt nomen ſub Romanis inditum ab Auſtraſo, harum regionum conſtituto Præfecto.*

Francorũ regni varie diuiſi *partes initio à Regibus, aut ſede Regiâ denominata.* E

14 Chariberto *mortuo, reliqua regna ſuis cœpta ſunt nominibus appellari: regnum* S. Gunthramni, *de quo agemus* XXVIII *Martij,* Burgundia *ferè dicta eſt, quod eius imperio ſimul ſubiectum eſſet* Burgundionum regnum, *antè à deceſſoribus occupatum. Alia à ſitu loci ſortita nomen,* Orientale *vel* Occidentale Francorum regnum *appellabantur, quod* Ooſter-rijch, *&* Weſter-rijch *Teutonico idiomate eſſerebatur. Ita regna Gothorum ab* Oſtrogothis *&* Weſtrogothis, *ſeu* Viſigothis, *poßidebantur: Saxones in* Oſtphalos *&* Weſtphalos, *ſiue* Oſterlingos *&* Weſterlingos *diuidebantur; & confinia Friſonum, in Vitâ S. Bonifacij* V *Iunij, à S. Villibaldo* Oſtar *&* Weſter *dicuntur. Engilſcalcus quidam in Annalibus Fuldenſibus ad annum* 893 *ab Arnulpho Imperatore* Marchenſis in Oriente *effectus eſt, vbi deinde* Marchiones, *poſteà* Archiduces, Auſtriæ, *vulgò* Ooſten-rijch, *dominatum tenuerunt. Quam etiam ad Mœnum, eiectis Alemannis,* Franconiam *diximus appellatam, in Vitâ S. Bonifacij, & Caroli Magni,* Francia Orientalis, *in Martyrologiis Bedæ & Rabani ad* VIII *Iulij* Auſtria *dicta eſt. Ita celebre olim fuit* Weſter-rijch *ad Saram fluuium, omnium prouinciarum, in quibus vſus linguæ Germanicæ viget, maximè iſtic occidentalis: cuius veſtigium etiamnum manet in Ducatu Bipontino, Comitatu Biſchio iſtic ad fines Alſatiæ ſito, aliiſq; conterminis locis. Quia autem ea regio Auſtraſiorum regno apud Francos, vti mox conſtabit, attributa fuit; viri aliàs non mediocriter eruditi,* Weſter-rijch *Latinè Auſtraſiam, quæ vox* Ooſten-rijch *ſonat non aptè tranſtulerunt.*

dein Burgundia, *Oſterrijch, & VVeſterrijch.* F *Auſtria ad Danubium,* *alia ad Mœnũ fl.* *VVeſterrijch ad Saram flu.*

15 *Huius ſimiliſúe VVeſter-richiæ reſpectu,* Francia Occidentalis *in ſuprà dictâ diuiſione* noua Weſtria *appellata fuit, & inde* Neuſtria *contracta. Ita Annales Metenſes ad annum* 688 Francos occidentales Nuuiſtrios *à ſuis* dici, Orientales *verò* Francos Oſterliude vocari *teſtantur.* Luyden, Liuden, *ſeu* Leuden, *Teutonicâ linguâ* populum *ſignificat. Hinc ad annum* 798 *Annales Francorum Loiſeliani* Nordliudos *vocant* populos trans Albim, *quos* Nordmannos *ibidem appellat Eginhardus: & Fredegarius cap. 56 tradit*

hinc Neuſtria quaſi noua VVeſtria, apud Frãcos,

A *tradit* Dagobertum vniuerſis Leudibus, quos regebat in Auſter, iuſſiſſe cum exercitu promouere. Miſſos in Burgundiam & Auſter (*lege* Weſter *ſeu* Neuſter) direxiſſe, vt ſuum deberent regimen elegere. *Quemadmodùm verò ſermone Germanico* clooſter *formatur, quod Latinis* clauſtrum *eſt*; *ita quod ſuprà* Ooſter-rijch *diximus*, Auſter & Auſter-regnum *eſt*. *Fredegarius cap.* 38 totum Auſter, *& cap.* 40 vniuerſam Auſter *vario genere & caſu dixit. Sed Auctores Vitarum S. Leodegarij* II *Octobris, & S. Bathildis Reginæ* XXVI *Ianuarij* partes Auſtri, & Regem Auſtri *nominant, qui omnes ſeculo* VII *ſcripſerunt*. Auſtriam *deinde appellarunt Continuator Fredegarij ſub Pipino Rege, Monachus S. Dionyſij in Geſtis Dagoberti, & Aimoinus, licet aliquot ſeculis iunior*. Auſtraſiam *denique dixerunt poſteriores quidam viri docti. ita Notgerus in Vitâ S. Remacli* III *Septemb. aut* Chlodouei II filios regnaſſe, Chlotharium in Occidente, Childericum in Auſtraſiâ. *In Geſtis Francorum cap.* 41 *dicuntur* Auſtraſij Franci ſuperiores, *& cap.* 27 ſuperiores Franci in Auſter. *His Auſtraſiis ſub nomine* Francorum *opponunt Neuſtraſios Auctor Vitæ S. Audoëni* XXIV *Auguſti, & Vrſinus in Vitâ S. Leodegarij, aliiſq; in Vitâ S. Deſiderij Epiſcopi Cadurcenſis* XV *Nouemb. graues omnes & coæui ſcriptores. Recentior auctor hiſtoriæ conuerſionis S. Huberti Epiſcopi* III *Nouemb. tradit eum ex* Francià Sequanorum *ſe* in Auſtriam contuliſſe.

& Auſter,

Auſtria,

ſeu Auſtraſia,

B

16 *Harum ditionum varij ſub diuerſis Regibus limites præſcripti. In Chronico Turonenſi Maioris monaſterij apud Hotomannum lib.* I *antiqui iuris regni Galliæ cap.* 4, Neuſtria eſt, quidquid à Pariſiis & Aurelianis interiacet inter Ligerim & Sequanam inferiùs ad Oceanum: *quæ Franciæ pars maximè Occidentalis eſt. Cui oppoſita* Campania Belgicæ II, Belgica I *& Germania* I, *dicta Franciæ pars Orientalis eſt*, Auſtria, *ſiue* Auſtraſia *potiſſimùm appellata. Aſt in diuiſione regionum* S. Sigeberti *&* Chlodouei *fratrum ſub patre* Dagoberto *factâ, omnis extra Burgundiam Gallia* Auſtriæ *&* Neuſtriæ *ſeu* Neptrici *nomine comprehenſa traditur à Fredegario cap.* 76 *his verbis*: Cùm anno XII regni Dagoberto Chlodoueus de Nanthilde Reginâ natus fuiſſet, conſilio Neuſtraſiorum eorumque admonitione, per pactionis vinculum cum Sigeberto filium ſuum firmare dignoſcitur: & Auſtraſiorum omnes Primati, Pontifices ceterique Leudes Sigeberti, manus eorum ponentes, inſuper ſacramentis firmauerunt: vt Neptricum & Burgundia ſolidato ordine ad regnum Chlodouei poſt Dagoberti diſceſſum aſpiceret. Auſter verò, idemque ordine ſolidato, eo & quòd de populo & de ſpatio terræ eſſet coæquans, ad regnum Sigeberti, idemque in integritate deberet adſpicere: & quidquid ad regnum Auſtraſiorum iam olim pertineret, hoc Sigebertus ſuæ ditioni regendum reciperet, & perpetuò dominandum haberet; excepto Ducatu Denteleni, qui ab Auſtraſiis iniquiter abſtulcus fuerat, iterum ad Neuſtraſios ſubiungeretur, & Chlodouei regimini ſubiiceretur. Sed has pactiones Auſtraſij, terrore Dagoberti coacti, vellent nollent, firmare viſi ſunt: quod poſteà temporibus Sigeberti & Chlodouei conſeruatum fuiſſe conſtat. *Hæc Fredegarius, quem deſcripſerunt Monachus Dionyſianus in Dagoberto cap.* 32, *& Aimoinus lib.* 4, *cap.* 27: *hic propriâ phraſi, ille ſeruatâ ferè Fredegarij verbis, qui tamen, quod ex Neuſtriâ oriundus, ignoraret* Leudes *indicare tertium ex populo membrum collectum, eius loco* Duces *ſuppoſuit, cùm antè tamen* Primates, *ſub quibus hi continentur, expreſſiſſet.*

Virius-que aitio ſtrictè ſumpta,

latiùs accepta,

al. Primarij

C

in diuiſione regnorũ S. Sigeberti & Chlodouei fratrum.

17 *Iam ſingula* Auſtraſiorum *loca* S. Sigeberto *ſubiecta inuiſamus: quæ cum Lotharingiâ confuſa ſunt à Georgio Alberico cap.* I *& 2 Vitæ S. Sigeberti, Iodoco Coccio in Dagoberto cap.* 3, & *Aubert o Miræo de Stemmatis Principum Belgij cap.* I, *aliiſq; Ac primò, quod ab iis ſilentio præteritum eſt, eam* Campaniam, *quæ* Belgicæ II *olim adnumerabatur, ſemper pertinuiſſe ad* Auſtraſios, *certum. In eâ* Remorum *metropolin viſitur*, *cuius* Archiepiſcopus Ægidius *apud Turonenſem lib.* 10 *cap* 19, *ob conſpirationem in Regem ſuum* Childebertum, *exilio mulctatus eſt, in eius locum* Romulfo filio Lupi Ducis Campaniæ *ſubrogato: &* Ermenfredus *apud Fredegarium ex Neuſtriâ & regno Chlodouei fugitiuus*, in Auſter *ſub S. Sigeberto* Remis in baſilicâ S. Remedij reſedit. Catalaunis *ad Matronam fluuium vrbe Epiſcopali* Theodericus *Francis Ripuariis, Alemannis, & Baioariis leges dictauit: &* Childeberti *rogatu* Bertondus, *ſeu* Bertrendus Epiſcopus, *Synaulio Abbati Dertenſi conceſſit priuilegium, in Promptuario Tricaſſino Nicolai Camuzati relatum.* Attelanus *verò, ſiue* Attola, Laudunenſis Epiſcopus *infrà in diplomate S. Sigeberti intimus eius Conſiliarius habetur. In huius diœceſi ad Aiſiam, ſeu Iſaram fluuium ſunt oppida Fara, Ripamontium, Guiſia, vix itinere diei Cameraco diſiuta. Huius* Epiſcopum S. Gaugericum tum Clerus tum populus à Childeberto Rege Auſtraſiorum ſibi ordinari poſtulauit, *quorum* votis conſeſtim volatu Rex ſatisfieri, miſſis ad Ægidium Epiſcopum Remenſem litteris; *vt in eius Vitâ traditur* XI *Auguſti. Suberant ibidem Auſtraſiis cum Epiſcopo Cameracenſi, Neruij eorumq; clientes, Hainau ſeu Hannoniæ, & Brachanti antiqui populus. de Brachanto agemus* XXI *Februarij ad Vitam S. Pipini in illis partibus Ducis ſub Dagoberto & S. Sigeberto. Cæterùm* VII *Aiſia in Campaniâ Auſtraſiorum terminus fuit, ita ab eius fonte non procul exortus Scaldis eumdem terminum continuauit, & Atrebates, Morinos, Menapios (hos iam Flandros dicimus) ab Auſtraſiis diremit, remouitq; : ibi Scaldim inter & Scarpum ditio* Auſterbantia *eſt, quaſi Auſtraſiorum limes dicta, de quâ Auſterbantiâ & Scarpo fluuio agimus* II *&* VI *Februarij ad Vitas SS. Adalbaldi Ducis, & Amandi Epiſcopi, vbi Elnonenſe monaſterium S. Sigeberto ſubiectum fuiſſe innuitur.*

Neruij &c.

v; que ad Oeſiam & Scaldim fl.

D

Catalaunenſes,

Laudunenſes,

Cameracenſes,

18 Belgica I *tota, propria* Auſtraſiorum *regio dici poteſt, ob vrbem Mediomatricum ſedem regiam, de quâ infrà agemus. Ibi præterea diœceſes* Virdunenſis & Tullenſis, *quarum* Epiſcopi Giſlocardus *&* Theofredus, *ſeu* Teufredus, *in diplomate S. Sigeberti conceſſo Malmundarienſibus & Stabulenſibus recenſentur. Huius denique* Belgicæ I *Metropolis eſt* Auguſta Treuirorum, *in quâ* Dagoberti iuſſu, *cum ſolis Auſtraſiis imperaret*, Chrodoaldus interfectus *eſt, teſte Fredegario cap.* 52. *Belgicæ* I *contigua ad Orientalem plagam* Germania I, *metropolim* Mogontiam *habet cuius* populum Maguncenſem in prælio Turingico non fuiſſe S. Sigeberto fidelem, *ſcribit idem Fredegarius cap.* 87. *Quem antè diximus* Archiepiſcopum Remenſem *exilio ſub* Childeberto *condemnatum*, ad Argentoratenſem vrbem, quam Strateburgum vocant, deductum *ſcribit citatus ſuprà Turonenſis. An ab S. Arbogaſto, huius ſedis Epiſcopo rectè dicatur ad vitam reuocatus* S. Sigebertus, *infrà inquiretur. Sunt iſtic præterea diœceſis Spirenſis apud Nemetes, & apud Vangiones VVormatia, de quarum Sedium ſplendore innouato, agimus* VI *Februarij ad Vitam S. Amandi. In* Germaniâ II *Ciuitas Agrippinenſium metropolis* Colonia *erat, à Turonenſi lib.* 6, *cap.* 24 Sigeberto I Auſtraſiorum Regi *attributa. Huius vrbis Archiepiſcopum* S. Cunibertum *in adoleſcentiâ* S. Sigeberti, *cum aliis Proceribus regnum* Auſtraſiorum *adminiſtraſſe, infrà dicemus. Suberat huic diœceſis Traiectenſis, cuius ſancti Epiſcopi* Amandus, Remaclus, & Theodardus, *qui regnante* S. Sigeberto *iſtic ſederunt, ſæpiùs infrà & iterum* VI *Februarij referentur.*

Germania I,

& Germania II,

E

19 *Aliæ trans Rhenum regiones ſubiiciebantur dictis Auſtraſiorum Regibus; in quatuor potiſſimùm diſtributæ populos, quibus ſingulis proprias ab his Regibus præſcriptas fuiſſe leges, infrà oſtendemus. Horum primi à* Chlodoueo I *ſubacti, ſunt* Franci Tranſrhenani, *quos antè inter fluuios Lippiam & Neccarim, ſeu Saxones & Alemannos, cum S. Hieronymo conſtituimus; his ferè hoc tempore prouinciis diſtinctos; Marcâ, Bergâ. VValdecâ. Haſſiâ. VVeſtervvaldiâ, VVetteraniâ. & Franconiâ: quam Auſtraſiis antiquis adſcribunt Annales Fuldenſes ad annum* DCCXIX: *vbi dicitur* S. Bonifacius Archiepiſcopus Mogũtinus prædicatione ſuâ multos populos, Thuringorum videlicet, Heſſiorum, & Auſtraſiorum ad fidem rectam conuertiſſe. *Sunt autem* Thu-

trãs Rhenum Francі antiqui,

& exteri, Thuringi,

AVCTORE G.H.

ringi *ad Oneſtrudem fluuium, qui eâ regione irrigatâ ad Naumburgum Albi illabitur*, à Theoderico I *caſi, regnoq;* A Auſtraſiorum *ſubiecti. Eamdem* Thuringiam, *ob* ſuppetias Saxonibus ad Wiſeram fluuium latas, à Chlothario I *obtentâ à morte Theodebaldi Auſtraſiâ*, deuaſtatas *fuiſſe referunt Turonenſis lib.4,cap.10, & Continuator Chronici Marcellini Comitis. Huic* Thuringiæ *à* Dagoberto *Dux præpoſitus Radulfus, amicitiâ cùm VVinidis firmatâ, contra* S. Sigebertum *rebellauit, caſtro in monte ſuper Vneſtrode fluuio munito, vt tradunt Fredegarius cap.* 87 *& infrà in Vitâ Gamblacenſis: contra quos egregiam* S. Sigeberto *nauauit operam* Ænoualdus Comes Sigiontenſis, *fortè prope Sigam fluuium, vbi etiamnum* Sigena *&* Sigeburgum *oppida viſuntur, prouinciæ præfectus.*

Alemãni, 20 Alemanni, *tertias vltra Rhenum populus, teſte Turonenſi lib.2 cap.*30 Chlodouei ſe ditionibus ſubiecerunt, cùm Regem ſuum cernerent interemptum. *Hac Chlodoueus victoriâ potitus, fidem Chriſti ſuſcepit, vt infrà dicetur* V *&* VI *Februarij ad Vitas SS. Auiti, & Vedaſti. Qui trans Danubium verſus Alpes tum degebant* Alemanni *tributarij Regi Oſtrogothorum Theoderico, eos à Gothis, vt gratiam ſibi Francorum ac benuolentiam conciliarent, aliquot pòſt annis dimiſſos, in ſuam redegit poteſtatem Theodebertus* I, *&* B *deinde Theodebaldus filius cum reliquis populis rexit: vt pluribus proſequitur Agathias lib.* I, *rerum Iuſtiniani Imperatoris. Hæc autem tum Auſtraſiis ſubiecta Alemannorum regio, has ferè horum temporum continet prouincias, VVirtenbergium Ducatum, Badã Marchionatum, Briſgoiam, Sueuiam vtramque, cuius pars ſuperior etiamnum Alemannia appellatur, à fluuio Lecco ad Acronianum ſeu Brigantinum lacum extenſa. Addi debent quæ à Germaniâ primâ antè memoratâ ad hunc lacum interiacent ditiones Epiſcopatus olim Rauracenſis, nunc Baſileenſis, & Vindoniſſenſis olim vrbis ad confluentes Arolam & Ruſam, qui inde in Rhenum deuoluuntur. Huius Vindoniſſenſis Eccleſiæ Epiſcopus* Gramatius, *aliquibus* Chromatius, *ſubſcripſit Synodis Aurelianenſi* III *&* IV, *nec non, quod hîc potiſſimùm ſpectamus, Aruernenſi ſub Theodeberto* I, *Rege Auſtraſiorum, ab omnibus iſtic congregatis Epiſcopis agnito ſupremo ſedium ſuarum Domino. Gramatio* Maximinus *ſubrogatus Sedem Vindoniſſâ Cõſtantiam tranſtulit ſub Chlothario* I *monarchiam totius Galliæ adepto. Huius Conſtantiæ diœceſis admodùm ampla magnam continet Alemãniæ portionem. His ergo iuncti Alemanni Burgundos Tranſiuranos, in pago Auenticenſi & Lauſanenſi, irruptione bellicâ aggreſſi ſub Theodeberto* II, *ſuperarunt: quibus iniuriis frater huius Theodericus* II *Burgundionum Rex laceſſitus, bello ſuſcepto, cruento eum prælio deuicit. Quæ apud Fredegarium cap.37 &* 38 C *leguntur. De origine Alemannorum agimus ad Vitam S. Vedaſti* VI *Februarij, cap.*I.

Baioarij, 21 *Vicini Alemannis ſunt* Baioarij, *ſeu* Bauari, *quos* Auſtraſiis *vendicant leges illis à* Theoderico I *præſcripta: armiſne tamen ſubacti fuerint, an verò, vt contrà Sclauorum, Hunnorum, aliorumq; barbarorum incurſiones tuti protegerentur, ſponte ſuâ Auſtraſiis ſe ſubiecerint, in ſilentio antiquorum Scriptorum incertum eſt.* Dagobertus *apud Fredegarium cap.*58 tantâ proſperitate regale regimen in Auſter regebat, vt etiam gentes, quæ circa limitem Auarorum & Sclauorum conſiſtebant, eum promptè expeterent. *Et* S. Amandus, transfretato Danubio, Euangelium Chriſti Sclauis prædicauit. *Quo tempore Alemanni & Baioarij necdum cœperant Auſtraſiis rebellare: quod ſub Ebroino Maiore domus à morte S. Sigeberti factum arbitramur. Hæc de regno Auſtraſiorum in Germanicis & Belgicis prouinciis ſtabilito.*

§ III *Ditiones S. Sigeberti in interiore Galliâ.*

In Galliâ interiore 22 IN *reliquâ Galliâ, populos meridionales Aquitaniæ* I, Aruernos, Albigenſes *&* Ruthenos, *cæſo* Alarico Rege Gothorum, *à* Theoderico I, *iuſſu* Chlodouei *patris, miſſo exercitu deuictos fuiſſe tradit Gregorius Turonenſis lib.2 Hiſtor. cap.* 37. *Horum regiones, cum aliis in interiore* D *Galliâ prouinciis, regno ſuo* Mediomatricorum *adiunxit memoratus* Theodericus. *Id primò de* Aruernis *confirmat Gregorius lib.3 cap.*9,21,23, *&* 25, *& lib.4 cap.*6,7, *&* 9. *quibus locis indicatur* Aruernos *imperio* Theoderici, Theo- *Aruerni,* deberti *&* Theodebaldi *continẽter obtemperaſſe. Tum iuſſu* Theoderici S. Quintianum, *cui* XIII *dies Nouembris ſacer eſt,* Aruernis *datum eſſe* Epiſcopum, *docet idem Gregorius de Vitâ Patrum cap.*4. Synodus *apud hos* Aruernos *celebrata eſt à ſolis ſubditis* Theodeberti. *Mortuo* Chlothario I *in alterâ monarchiæ diuiſione, eidem* Aruerni *pertinuerunt ad* Sigebertum I *apud eumdem Gregorium lib.* 4 *cap.*30.33.37, *&* 41, *& ad eius filium* Childebertum, *lib.*5, *cap.*34, *lib.*6, *cap.*26, *lib.*10, *cap.*7, *&* 8 *& paſſim alibi. Denique, quod huc proximè ſpectat,* S. Bonitus, *cuius Vitam dedimus* XV *Ianuarij*, ex Aruernorum vrbe oriundus, *in aulâ* S. Sigeberti *egit* Principem pincernarum, *tum annulo ex manu* Regis *accepto* Referendarium, *ſeu, vt alij appellant,* Cancellarium; *ipſis* Aruernis *tandem* Epiſcopus *creatus. Poſt S. Sigeberti obitum* Auernis *ſimul cum* Auſtraſiis Regem *præfuiſſe* Childericum, *docemur in Vitâ S. Præiecti Aruernorum Epiſcopi* XXV *Ianuarij.*

23 *Eadem cum* Aruernis Albigenſium *&* Rutenorum *ratio eſt, & illorum vrbem ab Auſtraſiis auulſam* Gunthramnum Regem nepoti ſuo Childeberto reddidiſ- E *ſe tradit idem Turonenſis lib.*8 *cap.*45. *Epiſcopus Albigenſium regnante* S. Sigeberto *erat* Conſtantius, *qui ab aulâ eius redux, epiſtolam ad* S. Deſiderium Cadurcenſem *ſcripſit, hoc exordio:* Cognoſcite, Domine, nos orationibus veſtris incolumes de Palatio remeaſſe, & Regem modò Magontiæ eſſe *&c. Extat inter epiſtolas Deſiderij* LXXVII. *Albigenſes* *Relatæ antè Synodo Aruernenſi ſub Theodeberto interfuerunt* Rutenorum *&* Gabalorum Epiſcopi SS. Dalmatius *Ruteni,* & Hilarius, *quorum ille* XIII *Nouembris, hic* XXV *Octobris Gabali,* *colitur. Aliam ſub Childeberto* in confinio termini Aruerni, Gabalitani atque Ruteni factã Epiſcoporum ſynodum, *ſcribit ſæpiùs memoratus Gregorius lib.* 10, *cap.* 8. *At lib.* 6, *cap.* 38 *tradit* opitulante Brunechilde Reginâ, Innocentium ex Comite Gabalitano Rutenorum electum Epiſcopum. *His tempore S. Sigeberti præerat* Verus *Epiſcopus, cuius duæ epiſtolæ ad* S. Deſiderium Cadurcenſem *extant* 78 *&* 81 *inter huius epiſtolas. Sed* Gabalos *Auſtraſiorum regno ſubiectos fuiſſe confirmat præterea tum Comitatus eius à* Sigeberto I Palladio *conceſſus apud Gregorium lib.* 4, *cap.* 32. *tum* Lupentius Abbas *inde à* Brunechilde *euocatus lib.*6, *cap.* 37. *Horum filius* Childebertus Rex *lib.* 8, *cap.* 18 Nicetium Ducem *conſtituit* in vrbe Aruernâ, Ruthenâ atque Vcetiçâ. *Eſt autem* Vcecia *vi-* *Vcecij,* F *cina iſtic vrbs Epiſcopalis, olim* Galliæ Narbonenſi *adſcripta. Eius loci* Epiſcopi *celebrantur* SS. Firminus *&* Ferreolus, *quorum ille habetur Ansberti Senatoris, & Aigulfi Epiſcopi Metenſis frater; hic eiuſdem Ansberti & Blithildis filius, patruus S. Arnulphi Epiſcopi Metenſis. Ibidem ſub* Childerico *ſucceſſore* S. Sigeberti *præerat* Epiſcopus Mummulus, *acerrimus S. Amandi aduerſarius, cùm hic monaſterium Nanto, de quo* VI *Februarij agemus, non procul inde auctoritate Childerici extrueret.*

24 *Eſt ibidem* vicus Ariſitenſis *apud Rutenos conterminus Prouinciæ Narbonenſi*, Sigeberti I *dono attributus* Eccleſiæ Metenſi S. Stephani: *quam donationem* ſuâ præceptione confirmarunt Chlotharius II, Dagobertus, *ac deinde* S. Sigebertus. In *eo* vico Ariſidio Aigulfus E- *Ariſitẽſes,* *piſcopus Metenſis* germanum ſuum Deotarium Epiſcopum conſtituit: *poſt quem* nepos ipſius Domnus Modericus eſt ordinatus Epiſcopus per ordinationem Epiſcopi Metenſis: *vt his verbis refertur in antiquâ Genealogiâ S. Arnulphi à Dominicio editâ. De* SS. Moderico *&* Ferreolo *fratribus Ansberti egimus* XV *Ianuar. ad Vitam S. Tarſitiæ Virginis, eorumdem ſororis. Meminit* Ariſitenſis vici *Gregorius lib* 5, *cap.*5, *qui lib.*9, *cap.*9. *&* 12 Childeberti regno *adſcribit* Caſtrum Vabrenſe *&* vicum Vabren- *Vabrẽſes,* ſem *in Marchiâ ſuperiore Rutenorum ſitum, & ſeculo* XIV *in Epiſcopatum erectum, in cuius diœceſi eſt monaſterium Nanto, quod*

A *quod iſtic auctoritate Regis Childerici à S. Amando extructum eſſe diximus.*

25 Cadurcos, *celebres etiamnum Aquitaniæ populos, cum vicinis iam memoratis ciuitatibus fuiſſe regno Auſtraſiorum tempore S. Sigeberti ſubiectos, demonſtrant & Acta S. Deſiderij tum iſtic Epiſcopi, danda die eius natali* XV *Nouembris, & epiſtolæ eiuſdem à Cheſnæo editæ, ex quibus infrà inter Analecta referemus, quas ille Regi ſuo S. Sigeberto ſcripſit, & quas ab eodem ſibi cum regiis mandatis miſſas accepit. Quo* bi *Cadurci tempore Auſtraſiis iuncti ſint, non æquè certum. Aimoinus lib.* 1 *Hiſtoriæ Francorum cap.* 22, *eumq; ſecutus Valeſius lib.* 6 *rerum Francicarum referunt eos cum Aruernis Rutheniſq; ſibi contiguis à Theoderico* 1 *ſubactos eſſe, regnoq; Auſtraſiorum adiunctos. Nullus interim inde Epiſcopus adfuit Concilio Aruerno Epiſcoporum Theodeberto* 1 *ſubiectorum: adfuerunt quinque Conciliis Aurelianenſibus, ſed cum Epiſcopis ex omnibus regnis congregatis. Vrbem Cadurcorum* Regem Sueſſionum Chilpericum *aliquando obtinuiſſe certum eſt, fortè poſt mortem Chariberti Regis Pariſiorum ad regnum Sueſſionum delatam. Hic ergo* Chilpericus Cadurcum *cum aliis ciuitatibus* in dotem *ſeu* morgangebam, id eſt, matutinale donum (*vt loquitur Gregorius lib.* 9 *cap* 20, *& cõſonat linguæ Teutonicæ*) donauit Galeſuindę *vxori ſuæ: quâ vitâ functâ ſoror huius* Brunechilda, *tum nupta Sigeberto* 1 *Regi Auſtraſiorum,* Cadurcum ciuitatem cum ter-
B minis & cuncto populo ſuo in ſuâ proprietate percepit. *Hinc eoſdem Cadurcos Brunechildi poſteà viduæ adſcribit Auctor Vitæ S. Maximi Martyris relatæ die* 11 *Ianuarij. Tranquillam Childeberti filij poſſeſſionem, vrbe hac illi ereptâ, Gunthramnum patruum aliquando interrupiſſe colligimus ex Matiſconenſi* 11 *Concilio, cui Pappolus Cadurcinus ſubſcripſit: ſed videtur reſtituta fuiſſe ante annum* DLXXXVIII, *quo pacto fœdere plures nepoti Childeberto tradidit vrbes è regno Pariſiorum Chariberti.*

Cadurci,

26 *Ad Rhodanum viſitur ciuitas Albenſium Viuarium, olim Burgundionibus adiunctum, quorum regno inhiante Chlodomere Rege Aurelianenſi, Auſtraſij vicinam hanc ſibi vrbem occuparunt. Hinc Venantius ſub Burgundionibus ſubſcripſit Concilio Epaonenſi, & tranſlatus ad Auſtraſios Aruernenſi. Nec vllus eorum Epiſcopus interfuit alicui Concilio ſub Gunthramno habito quod ſignum videtur, continenter ſub Auſtraſiis permanſiſſe. Quo fortè argumento Velaunium, cuius præcipua vrbs Podium, anteà Anicium, Auſtraſiis ſubiectum diceretur, maximè quòd Turonenſis lib.* 4 *cap.* 41, *&* lib. 6 *cap.* 9, Aruernis *coniungat* Velanum territorium. *Fuerunt ergo iſtic ſub Auſtraſiorum dominio hæ prouinciæ coniunctæ, vt hoc tempore appellantur, Aluernia inferior & ſuperior, cum Limaniâ interiectâ, Cadurcium ſuperius & inferius,* Comitatus *Rutenenſis, & Marchia eius inferior ac ſuperior. Auracienſis ager, Albigenſis tractus, Gabalium ſuperius ac infe-*
C *rius, & ex Narbonenſi primâ abſtractus Vceticenſis Epiſcopatus, nec non, vt probabiliùs arbitramur, Velaunium cum tractu Viuarienſi.*

fortè etiã Albenſes

& Velauni.

Quæ horũ iam prouincia?

27 *Poſtquàm regio Rhodanum inter & Alpes, Romanorum olim Prouincia dicta, à Theodato Gothorum Rege promiſſa, ab huius ſucceſſore Vitige circa annum* DXXXV *donata fuit Regibus Francorum Childeberto Pariſienſium, Theodeberto* 1 *Auſtraſiorum, & Chlotharioi Sueſſionum, vti tradit Procopius lib.* 1 *de bello Gothorum, acceſſit Auſtraſiorum regno præter partem Alamanniæ ſuprà deſcriptam, Maſſilienſis vrbs, eiuſq; aliqua prouincia. Certè* à morte Chlotharij 1 Hecca ex primoribus Palatij Sigeberti 1, vt prouinciam Maſſiliæ diſponeret, *miſſus dicitur in Vitâ S. Conſortiæ Virginis* XVI *Nouemb. & apud Gregorium lib.* 4 *cap.* 38 in regno Sigeberti Regis, remoto ab honore Iouino Rectore Prouinciæ Maſſilienſium, Albinus in loco eius ſubrogatur: *&* cap. 41 Lupus Dux ex iuſſu Sigeberti Regis ad vrbem Maſſilienſem acceſſit. *Poſt Sigeberti obitum filio eius Childeberto cum patruo Gunthramno plurimæ ob Maſſiliam difficultates fuerunt, relatæ lib.* 6, *cap.* 12. *Quibus ſopitis apud eumdem Gregorium lib.* 8 *cap.* 49, à Childeberto, anno regni eius XII, *Chriſti* DLXXXVII, ordinatus eſt Nicetius Aruernus Rector Maſſilienſis prouinciæ &

Maſſilia prouincia ſub Auſtraſiis:

reliquarum vrbium, quæ in illis ad eum pertinebant. *S. Bonitus, quem S. Sigeberti Referendarium fuiſſe retulimus, ſub huius ſucceſſore Childerico dicitur in Vitâ num.* 4 *factus* Iudex in Præfecturâ Maſſiliæ primæ Prouinciæ, *quæ tum ſpectârit ad Auſtraſios: ſed quàm lata ea fuerit Præfectura, non legimus. Tradit quidem Gregorius* Auenionem *ſiue* Auennicam ciuitatem, *fuiſſe ſub Sigeberto* 1, *eiuſq; filio Childeberto, & hoc* Rege largiente Pontificalem poteſtatem vrbis Vincienſis ſuſcepiſſe Fronimium. *Legantur caput* 30 *libri* 4, *capita* 24 *&* 26 *libri* 6, *& caput* 24 *libri* 9. *Verùm non permanſiſſe penes Auſtraſios eas vrbes colligimus, quòd Aurelianus Epiſcopus Ventienſis adfuerit ſub Chlodoueo* 11 *Concilio Cabilonenſi, eoq; regnante S. Agricolus factus ſit Auenionenſis Epiſcopus, vt dicitur in eius Vitâ apud Vincentium Barralum in Chronico Lerinenſi dandâ* 11 *Septembris die eius natali. Cùm iuxta Fredegarium cap.* 53 Chlotharius 11. *filio ſuo* Dagoberto, tranſactis cum Gamadrude nuptiis, redderet ſolidatum regnum Auſtraſiorum, ſuæ ditioni retinuit partes Prouinciæ, *aliaſq;* citra Ligerim, *vt infrà dicemus, quas Dagobertus filio ſuo Sigeberto conceſſit: quænam autem fuerint hæ partes Prouinciæ, non additur.*

AVCTO-RE G.H. D

28 *Alias ſæpè obtinuerunt Auſtraſij vrbes ob mortem aliorum fratrum occupatas. Ita vitâ functo Chlodomere Rege Aurelianenſi ad Auſtraſios dilatæ ſunt ditiones Biturigum, Lemouicum, & Lingonum, quorum Epiſcopi interfuerunt Concilio Aruernenſi, tum ſubditi Theodeberto primo. Iterum poſt ſecundam regnorum diuiſionem, Chariberto Rege Pariſiorum mortuo, aliquot ciuitates Sigeberto* 1 *obtigerunt, quas Gregorius lib.* 9 *cap.* 20 *recenſet, quando interfuit pactioni fœderis inter Gunthramnum & Childebertum facta anno huius* XIII *Chriſti* DLXXXVIII. *Erant autem hi populi, Turones, Pictones, Abrincatui, Meldæ, Siluanectes, Conſorani, Vico-Iulienſes & Lapurdenſes. Qui aut rediuerunt ad regnum Pariſiense ſub Chlodoueo* 11, *aut à Vaſconibus tum detinebantur vt ſubiugati. Nec fuit inter Proceres vtriuſque regni præfectos vlla de ditionibus hactenùs memoratis controuerſia. Ea ſolùm mota de Ducatu Dentelini à regno Sueſſionum ad Auſtraſios tranſlato. Quod ita factum narrat in Chronico Fredegarius cap.* 20, *& ex eo Aimoinus lib.* 3, *cap.* 88. Chlotharius, *inquit ille de ſecundo iſtius nominis, acceptâ clade* oppreſſus, vellet nollet per pactionis vinculum firmauit, vt per Sigonam & Iſaram (*Aimoinus* inter Sequanam & Iſeram) Ducatum integrum Denteleni vſque Oceanum mare Theodebertus 11 *Rex Auſtraſiorum* reciperet. Duodecim tantum pagi inter Iſeram & Sigonam & mare littoris Oceani Chlothario remanſerunt. *Regionem iſtic in plures diſtinctam pagos fuiſſe legimus in Præcepto Ludouici Pij Imperatoris, de diuiſione regni ſui inter filios, in quo ad dexterum latus Sequanæ* XXVIII *pagi aſſignantur.*

Alia aliquamdiu Auſtraſiis ſubiecta, E

pòſt Neuſtriis reddita:

vti & Dentelini Ducatus.

29 *Hic ergo Ducatus Dentelini, quòd prætenderetur iniquè adiunctus regno Auſtraſiorum, iterùm Neuſtraſiis redditus & Chlodoueo* 11 *ceſſit. Et vnica huius Ducatus exceptio firmat regulam internoſcendi limites vtriuſque regni & S. Sigeberti & fratris* Chlodouei 11. *Huic ergo ceſſerunt regna Pariſienſe, Sueſſionenſe, & Aurelianenſe trium olim fratrum & à morte Chlodouei* 1, *& iterum poſt obitum Chlotharij* I. E *quibus tum vnicum regnum Neuſtraſiorum conflatum fuiſſe diximus. Burgundiam Aurelianenſi regno coniunctam à morte Guntramni obtinuit Auſtraſiorum Rex Childebertus, ſed eo vitâ functo filiorum alter Theodericus* 11 *Burgundionum Rex factus, alter Theodebertus* 11 *ſolùm Auſtraſiorum. Hæ fortè de cauſâ Coccius & Miræus ſuprà relati Burgundiam Auſtraſiis poſteà iunctam crediderunt. In huius vrbe Cabilone, euocante Chlodoueo* 11, *Synodus habita eſt, cui ex Burgundiâ & plures ſubſcripſerunt Epiſcopi & præfuerunt Candericus Lugdunenſis, & Landalenus Viennenſis.*

F

Habuit Chlodoueus 11, *regna Pariſienſe, Sueſſionẽſe Aurelianenſe,*

& Burgundiam.

AVCTORE G. H.

§ IV. *Æqualitas diuiſorum regnorum inter S. Sigebertum & Chlodoueum fratres. Leges eorum ſubditis præſcriptæ.*

Æquale regnũ habuit S. Sigebertus.

30 *Baronio ad annum* 658 *num.* 3 viſus eſt S. Sigebertus ſolus pro miraculo frænum iniecisse indomitæ dominandi cupiditati, cùm paterni regni ipſe maior natu minorem ſibi ſumpſerit partem, maiorem verò minori ceſſerit fratri Chlodoueo. *Verùm aliter iudicauit Fredegarius auctor* σύγχρονος *verbis ſuprà relatis*, regnum Sigeberti de populo & de ſpatio terræ fuiſſe coæquans regno Chlodouei *fratris. Contrà Valeſius lib.* 7 *Rerum Francicarum arbitratur Gregorium Turonenſem lib* 3 *cap.* 1 falsò tradidiſſe regnum paternum *Chlodouei* 1 æquâ lance, & optimâ fide, inter fratres eſſe diuiſum; *ſed aut* præpoſitos diuiſioni faciendæ, à Theoderico pecuniâ corruptos, *aut* alio dolo & fraude fratres admodùm adoleſcentes, & rerum imperitos, fuiſſe deceptos. *Verùm in perpetuo huius deceptionis apud omnes Scriptores ſilentio, vnde Valeſio ea aduersùs* Theodericum *ſuſpicio? Quorſum ſilet de Childeberto Rege Pariſiorum, cui vni multò plures ditiones obtigerunt, quàm ſimul & Chlodomeri Regi Aurelianenſium, & Chlothario Sueſſionum? In Chronico Moiſſiacenſi dicitur* regnum æquo ordine diuiſum. *Quidni* Chlodoueus *parens filio ſuo ſeniori, viro militari, vltrò donarit limitibus regni contiguas prouincias contra hoſtium plurimorum incurſionem defendendas, vt fratres adoleſcentes & rerum imperiti, ab eo protecti, interiora regni tutò poſſiderent? Ita* Theodericus *prærogatiuâ patris conceſſione acceperit finitimos* Belgicarum Germanicarumque *regionum populos, aut* Friſiis, Saxonibus, *aliiſq; hoſtibus expoſitos, aut iugo* Francorum, *maximè trans Rhenum, necdum aſſuefactos Praterea obtinuerit à ſe ſubiugatas* Aquitaniæ *ditiones*, Gothorum *oppugnationibus continuò obnoxias.* Francos *namq; antè* à Circaſſonæ obſidione depulſos *fuiſſe, auctor eſt Procopius lib.* 1 *de bello Gothorum. Addit Iornandes* triginta Francorum millia cæſa *fuiſſe: quam de iis victoriam reportaſſe* Theodericum Regem Oſtrogothorum *tradit in Chronico Caſſiodorus*, Conſulibus Celere & Venantio, *anno Chriſti* DVIII, *altero ante obitum Chlodouei. Denique in quadripartitâ regni interioris diuiſione ſortitus fuerit* Campaniam Belgicæ 11, Belgicam 1, Germaniam 1, *vicinaſq; ditiones ſuprà deſcriptas.*

Quomodò æquâ lance inter filios Chlodouei 1 *diuiſum.*

Lex Salica conſcripta prope Demerã,

31 *Hæc de regno* Auſtraſiorum S. Sigeberti *latè diſperſo, variiſq; legibus adminiſtrato. Earum antiquiſſima cenſetur* Salica *eo & loco & tempore primùm lata, quo* Francis Saliis *lingua Latina fuerit familiaris: cuius veſtigium ad Sabim fluuium, vicinâque illi in* Brabantiâ *etiamnum apparet, vbi incolæ, quamuis à* Germanis *oriundi, Francico ſermone, ex linguâ Latinâ corrupto, loquuntur. Nec procul inde tres villas* Selheim, Bodersheim & Windershouen, *in quibus ſub* Pharamundo *iſtic* Rege *lata perhibetur, hodieq; ſupereſſe antè diximus. Extat ea maximè genuina ex Codice antiquiſſimo MS. cœnobij Fuldenſis à Baſilio Ioanne Heroldo vulgata: apud alios variis titulis, diuiſionibus & nouo prologo aucta atque interpolata. Eam* Chlodoueus *poſt receptum baptiſmum ſanctiùs emendatam, ſuis ſubditis præſcripſit, à* Ligeri *fluuio (ſeu* Aquitanis, *qui* Alarico Regi Gothorum *adhuc ſuberant, &* Lingonibus *reliquiſq;* Burgundis *proprio ſub* Rege *degentibus) ad* Rhenum *vſque, ſeu* Friſios, Saxones, *&* Ripuarios, *tum necdum* Chlodoueo *ſubiectos. Eam ibidem* Francos, *tam* Auſtraſios *quàm* Neuſtraſios, *aut in plura etiam regna diſtractos, aliterq; apud poſteros* Ludouici Pij Imperatoris *diuiſos, obſeruaſſe accuratè probant* Chiffletius *in Vindiciis Hiſpanicis, illiq; oppoſitus Dominicius in Aſſertore Gallico, vterque cap.* 5; *ille pro* Auſtraſiis *poſteriſq; regni* Lotharij *decertans, hic ius* Neuſtraſiorum *&* Franciæ occiduæ *propugnans.*

à Ligeri vſque ad Rhenum obſeruata

ab Auſtraſiis & Neuſtraſiis.

Lex Romana Theodoſij;

32 *Vigebant eo tempore* leges Romanæ, *olim à* Theodoſio iuniore *anno* XV *ab obitu Honorij, is eſt annus Chriſti* CDXXXVIII, *iuxta Proſperi Chronicon Pithœanum, vulgata, atque anno* Alarici Regis XXII, *pro huius in* Aquitaniâ Narbonenſique Galliâ *ſubditis, à* Cancellario *eius* Aniano Adurtis *in* Nouempopulaniâ *publicata.* Alarico *anno ſequenti deuicto*, leges *hæ* Theodoſij Romanæ *à* Chlodoueo *ceteriſq;* Francis *permiſſæ ſunt* Aquitanis, *qui idcircò* Romani *ſæpè cognominati. Agathias lib.* 1 *de rebus Iuſtiniani tradit* Francos vt plurimùm vti politiâ Romanâ & legibus eiſdem. *quibus alibi in defectu legis Salicæ vſos fuiſſe non dubitamus. Harum* legum Romanarum indagationi ſtuduit *in iuuentute* ſub Theodeberto 11 S. Deſiderius Epiſcopus Cadurcenſis, XV *Nouembris*; legem Romanam *allegat* S. Præiectus Epiſcopus Aruernorum XXV *Ianuarij*: *cuius poſt* S. Auitum *fratrem ſucceſſor* S. Bonitus *dicitur* XV *Ianuarij in Vitâ.* Aruernis è Senatu Romano natus, & Theodoſij edoctus legibus: *eadem de cauſâ* Ansbertus, *gener Chlotharij* 1, Victorius Aquitanus, S. Eligius *aliiq; appellantur* Romani: *qui iidem* Romani Ligerim *inter &* vrbem Bituricenſem *à* Carlomanno *&* Pipino protriti *dicuntur in Chronico Fredegarij poſt cap* 110.

Forè etiã Thuringiã.

D *permiſſa Aquitanis, Romanis ideò dictis.*

Leges à Theoderico 1 *datæ Francis Ripuariis, Alamannis, Baioariis,*

E

33 *Pro Germanicis populis* Theodericus 1, cùm eſſet Catalaunis, iuſſit conſcribi legem Francorum *Ripuariorum*, Alemannorum, & Baiuuariorum, vnicuique genti, quæ in eius poteſtate erat ſecundùm ſuam conſuetudinem. Et quidquid Theodericus propter vetuſtiſſimam Paganorum conſuetudinem emendare non potuit, poſthæc Childebertus, *filius Sigeberti* 1, Chlotharius 11, & Dagobertus, *Reges Auſtraſiorum*, perfecerunt. *vt Prologus Baioariorum legi præfixus indicat. Carolus Magnus in diplomate Aquiſgranenſibus dato apud Miræum in Codice Donationum cap.* 11, *meminit* legum Francis Ripuariis & Salicis datarum, *&* vtriuſque *deinde* Franciæ tam Orientalis quàm Occidentalis, *vt nos ſingulis ſuam legem aſſignauimus. Inter leges antiquas extat alia hoc titulo*: Lex Angliorum & Werinorum, hoc eſt, Thuringorum. *Antiqui* Thuringi, *ſeu* Deuringi, *ad mare Sueuicum* Anglis *&* Varinis, (*vbi Varna fluuio adiacet Roſtochium*) *adiunguntur à Tacito de moribus Germanorum cap.* 40, *vbi corruptè* Reudingi *dicuntur. Sedes ab his ad* Oneſtrudẽ *&* Salam *fluuios fixa*, (Varinis *iuxta Procopium, vt ſuprà diximus, ad* Batauos *dein profectis*, Angliſque *inter* Saxones *commorantibus*) Thuringia *appellata eſt*, *cui à* Theoderico 1 *debellatæ dicta lex aut præſcripta fuerit, aut Gentilium erroribus correctis permiſſa. Huius* Theoderici *filiæ nuptæ fuerunt* Principibus Varnorum, *quarum altera antè* Regi Angilorum *deſponſa fuerat, vt lib.* 4 *Gothorum tradit Procopius.*

§ V. *Metis ſedes regia Auſtraſiorum. S. Sigeberti natalis & veneratio.*

Diuodurum, ciuitas Mediomatricorum,

34 MEdiomatrici, *Ptolemæo* Mediomatrices, *antiquus* Galliæ Belgicæ *populus, Rhenum inter & Moſam fluuios, latam incoluerunt regionem, Moſellâ etiam interfluente irrigatam. Genti huic caput quondam fuit* Diuodurum, *ſeu* Diuiodurum: *quo deinde nomine obliterato*, ciuitas Mediomatricorum *in Notitiâ antiquâ Prouinciarum & Ciuitatum Galliæ appellata eſt; Ammiano Marcellino lib.* 15 *etiam ſolùm* Mediomatrici; *quo ſcilicet modo* Tungri, Treuiri, Ambiani, Remi, Pariſij, Lingones, Senones, *aliæq; voces, olim populum, iam vrbes deſignant. Quòd autem* Mediomatricorum *nomen excurreret, compendioſum ex primis ſyllabis factum*, & Metis, *quaſi* Medis *dicti cœptum, quod* Mettis *etiam &* Meræ *aliis ſcribitur. Extat ea etiamnum ampla, opulenta valideq; ſitu ac opere munita, quam Salia fluuius præterlapſus, Moſellæ ad eius mœnia miſcetur. Sedem iſtic regiam, regno* Chlodouei *diuiſo*, *conſtituit* Theodericus, *ſeruarunq; filius* Theodebertus *& nepos* Theodebaldus: *cui ſuperſtes* Chlotharius 1 *frater* Theoderici, *abauus S. Sigeberti integram obtinuit Francorum monarchiam.*

ſeu Metis,

Sedes regia Auſtraſiorũ,

35 *In partitione regni Chlotharij* 1 *volunt Baronius an.* 565 *ſect.* 6

A *etiam Sigeberti I,*

sect.6 & Petauius lib. 7 Rationarij temporum cap. 6 Sigebertum I sedem regni Remis habuisse, *forsè vitiosâ Gregorij Turonensis editione decepti. Porrò apud eum, tomo I Scriptorum Historiæ Francorum à Chesnæo ex quinque antiquis Codicibus MSS. editum, ita legitur lib. 4, cap. 2.* Sigeberto quoque sors dedit regnum Theodorici, sedemque habere Mettensem: *qua totidem verbis Fredegarius in Historiâ Epitomatâ cap. 55 descripsit, & clarè explicat Aimoinus lib. 3, cap. 1*, Sigeberto, *inquit*, Mediomatricum, quæ & Metis, cessit, Theoderici patrui quondam subiecta dominatui. Childebertum, *huic Sigeberto patri suo substitutum*, regiam sedem Argentorati habuisse *opinantur Coccius in Dagoberto cap. 3, & Miræus de Stemmatis Principum Belgij cap. 1: aut* iæpè resedisse *tradit VVassenbergius lib. 2 Antiquitatū Galliæ Belgicæ in Hermenfredo XII Episcopo Virdunensi. Verùm, quia* Theodebertus, *mortuo* Childeberto *patre*, sortitus est Auster, sedem habens Mettensem, *apud Fredegarium cap. 16 Chronici, & quidem (vti addit Aimoinus lib. 3 cap. 84) vbi* priores Reges eam constituerant, *arbitramur æquè* Childebertum *atque reliquos* Reges Metis *habitasse. Potuit tamen* Argentorati, *vrbe sibi subiectâ, subinde substitisse.*

Childeberti,

36 *Interempto* Theodeberto *frater eius* Theodericus II *mox post susceptum regnum*, Metis *fluxu ventris extinctus, hæredem reliquit* Sigebertum II, *quem necdum* Regem
B Chlotharius II *filius* Chilperici, *auus* S. Sigeberti *bello captum, occidit, ita integram denuò* Francorum *monarchiam adeptus; qui posteà filium suum* Dagobertum *in regni consortium adscitum, Austrasiis præfecit. Hic ab obitu parentis & fratris Chariberti, solus rexit, mox* S. Sigebertum, *qui huius nominis tertius habetur, Regem Austrasiorum creauit. Hunc Christophorus Brouverus lib. 7 Annalium Treuirensium tradit* Aquigrani degisse, *ob diploma istic S. Modoaldo Archiepiscopo Treuirensi concessum, quod infrà ostendemus plurimùm interpolatum. Ægidius Gelenius in Fastis Coloniensibus tradit* dici eum Andernaci in districtu Coloniensis Lotharingici territorij regiam habuisse. *Idem Gelenius lib. 1 de Magnitudine Coloniæ Agrippinensis, syntagmate 3 contendit* Coloniam Agrippinam caput & metropolim regni Austrasiæ *fuisse sub omnibus Regibus* à Theoderico I ad S. Sigebertum: *&*, Ne dubites, *addit*, de metropoleos in Austrasiâ dignitate & prærogatiuâ, aduerti to Dagoberti filium Sigebertum, regnique administrationem in S. Cuniberti Vbiorum Præsulis arbitratu & manu fuisse. *Hæc ille: quæ ita præscribit Fredegarius in Chronico cap. 55, vt* Cunibertum Coloniæ vrbis Pontificem, & Adalgisclum Ducem palatij ad regnum gubernandum institutos *concedat*; Regem *tamen* Sigebertum *asserat* sedem Mettis ciuitate habuisse, *quò* Coloniâ *sæpiùs* S. Cunibertus *itârit, diutiusq; moratus fuerit.*

& S. Sigeberti,

C Exemplar *etiam* testamenti *sui* Dagobertus Rex, *ab vtroque filio* S. Sigeberto *&* Chlodoueo *subscriptum*, Mettis constituendum dirigi *præcepit, ad vrbem scilicet regiam, non* Coloniam, *non* Andernacum, *non* Aquasgrani, *aut ad alium illustrem Austrasiorum locum. De hoc testamento legendus Aimoinus lib. 4 cap. 30. Eadem S. Sigeberti regia in vrbe Metensi statuitur in Vitâ S. Hadelini à Notgero conscriptâ III Februarij; & infrà in propriis eius Actis, in quibus etiam dicitur* in S. Martini monasterio *ad* Mosellam *ab eo extructo sepultus.*

ibidem sepulti:

37 *Obitus diem assignant eadem Acta* Kalendas Februarias, *ad quas nomen eius adscriptum Auctario Vsuardi ab Carthusianis Coloniensibus & Molano. Illi*, Metis, *aiunt*, Sigeberti Confessoris. *Hic verò*, Metis ciuitate, Sigeberti Regis & Confessoris, qui inter alias virtutes viginti monasteria extruxit. *Idem Molanus pluribus de eodem agit in Natalibus Sanctorum Belgij sub hoc titulo*: De S. Sigeberto Confessore, Rege Austrasiæ; *tum* Mettis ciuitate, depositio S. Sigeberti Regis, Confessoris Christi *&c. Prolatâ dein Vitæ epitome continenter* Sanctum *appellat. Petrus Galesinius in suo Martyrologio*, Metis, *inquit*, S. Sigeberti Regis & Confessoris, qui tum aliis multis, admirandæ pietatis officiis, tum hoc illustris extitit,

eius nomẽ in sacris Fastis,

quòd monasteria viginti exædificauit. *Celebrant eumdem Miræus in Fastis Belgicis, Gelenius in Fastis Coloniensibus, Canisius in Martyrologio Germanico, Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, & varij in Auctario ad Martyrologium Romanum, Belgico & Gallico sermone. Saussaius in Martyrologio Gallicano eum postridie, seu* IV *Nonas Februarij, refert hoc elogio*: Metis S. Sigeberti Regis Austrasiæ & Confessoris, qui Dei cultus studiosus amplificator, viginti monasteria construxit, inque ecclesias & pauperes profusas eleemosynas erogauit: ob quæ merita, præcessaque alia pietatis opera, pro terreno regno cœleste assecutus est. Cuius corpus in ecclesiâ S. Martini ab ipso fundatâ conditum, miraculis mox à tumulatione refulsit, postque annos inde quingentos repertum est, non sine omnium spectantium admiratione, incorruptum. *Hæc Saussaius.*

AVCTORE G.H. D

38 *De extructis ab eo monasteriis infrà agemus. Post dictum Metense S. Martini eminent apud Arduennates Stabulense & Malmundarien.e, in quorum templis altaria visuntur* S. Sigeberto *dicata, quem regio more coronatum, & paludamento liliis intexto decorum, duas manibus gestantem ecclesias, repræsentant imagines cùm coloribus tum scalpro delineatæ: colitur autem ibidem hisce Kalendis Februarij sub præcipuo ritu & campanarum maximarum pulsu. Festum Translationis corporis, sub annum Christi* MLXIII *facta, recolitur pridie Kalendas Iulij apud Molanum in Natalibus Sanctorum Belgij, Carthusianos Colonienses in Auctario Vsuardi & Canisium in Martyrologio Germanico*: Metis Translatio S. Sigeberti Confessoris, de quo I Februarij actum. *Cultum antiquum confirmant tum miraculorum ad eius sepulchrum olim perpetratorum historia, tum, vt in eâ refertur, nomen eius sacris Litaniis insertum. Baronius ad annum 658 num. 3 ad imitandum proponit* Sigebertum, laudatissimum Principem, æqui amantissimum, & religionis obseruantissimum; *qui* pace benè vsus, cùm ab externis & ciuilibus bellis quiesceret, sese totum monasteriis erigendis aliisque pietatis operibus mancipauit. *De ecclesiâ illi Nanceij dicatâ & sacris ad eam reliquiis translatis, seorsim post Vitam eius relatam agemus.*

altaria ei dicata:

tranſlatiũ corpus,

E

nomen in Litaniis.

§ VI *Vita conscripta. de Fredegario, Gestis Regum Francorum, aliisque historicis iudicium.*

39 *Sigebertus monachus Gemblacensis libro de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 172, siue vltimo, ait se* Metis positum in primâ ætate in ecclesiâ S. Vincentij ad instruendos pueros, scripsisse Vitam Sigeberti Regis, conditoris ecclesiæ & Abbatiæ S. Martini extrà ciuitatem Metensem positæ. *Eum autem* Metis docuisse tempore Maschelini, siue Tietmari Abbatis *Gemblacensis*, diu quoque conuersatum cum Fulcuino cœnobij S. Vincentij Abbate, post multum temporis vix impetratâ licentiâ, rediisse ad monasterium Gemblacense *testatur discipulus eius in libro de Gestis Abbatum Gemblacensium apud Miræum in Præfatione ante eiusdem Sigeberti Chronicon. Dictus* Abbas Maschelinus, *qui in hoc Chronico* Mylac *dicitur*, Olberto *decessore anno* MXLVIII *è viuis sublato, electus, superuixit ad annum* MLXXII, *quo ei substitutus est* Tietmarus. *Illam autem* S. Sigeberti Vitam, *quam tum Gemblacensis inculcat* in primâ ætate *à se fuisse scriptam, eamdem arbitramur, quam ex Cod. MS. bibliothecæ Alexandri Petauij Senatoris Parisiensis edidit, sed mutilam, Andreas du Chesne tomo I Scriptorum historiæ Francorum; quamq; integram exhibet codex MS. bibliothecæ monasterij Stabulensis hoc vtrobique exordio.* Quia de Vitâ Sigeberti Francorum Regis quæritis, quæque de eo, vel de ordinatione regni in historiis, vel de sanctæ religionis propagatione in Sanctorum legimus gestis, inde collecta expediam paucis. Et quia tres huius nominis Reges Francorum fuisse scimus, nobilitatis eius antiquitatem repetam altiùs,

Vita S. Sigeberti à Sigeberto Gemblacensi scripta,

F

(edita ab Andreâ du Chesne)

AVCTORE G.H.

altiùs, vt, quis fuerit primus Rex Sigebertus, quis ſecundus, quis iſte, de quo nunc agitur, tertius, vobis
A patefiat clariùs, & cunctis palàm fiat, vnde gens Francorum nomen vel originem trahat, & vnde & quando Gallias inuaſerit, quas per annos iam fermè ſexcentos tenuit, & adhuc tenens potenter regit & feliciter. *Hæc ibi. Dicti autem* ſexcenti anni, *ſi à Galliarum domitore Chlodoueo* I, *cuius regnum anno* CDLXXX *cœptum eſſe ſuprà probauimus, ad præfecturam* Tietmari Gemblacenſis *anno* MLXXII *initam numerentur*, iam ferme, *vt præſcribitur*, apparebunt completi.

poſteà limata & aucta,

40 *Eamdem* S. Sigeberti Vitam, *reiectis ſuperfluis de* Francorum origine, *ac* primo ſecundoque Rege Sigeberto, *in eam perfectionem, quâ infrà damus, formauit aut alius, fortè ſecundæ partis miraculorum. de quâ mox agemus, auctor, aut idem deinde Sigebertus, quem, Chronico ſuo ad annum* MCXII *deducto*, III Nonas Octobris *eiuſdem anni*, longâ confectum ſenectute obiiſſe, *tradit diſcipulus eius in memorato libro de Geſtis Abbatum Gemblacenſium, tum adhuc ſuperſtite* Liethardo Abbate, anno *proximo* MCXIII, II Nonas Februarij *vitâ functo, vt Anſelmus Gemblacenſis in Auctario ad Chronicon Sigeberti docet. Ceterùm propria S. Sigeberti eiuſq; parentis Dagoberti geſta eodem verborum contextu ex priore Vitâ in ſecundam leguntur tranſlata; interpoſitis aliunde nonnullis, quæ auctor vt prioris*
B *bus interſererentur digna iudicarit. Si autem Sigebertus eam limaſſet ornaſſetq; ab alio ante vulgatam, illud profectò, dum ſua ipſe opuſcula enumerat, non ſiluiſſet. Nam, ſicuti ibidem fatetur ſe* Vitas SS. Macloui & Theodardi vrbaniori *tantùm* ſtylo melioraſſe, *ita indicaſſet ſe* Vitam Sigeberti Regis *ab alio compoſitam amplificaſſe: quam modò ſe* ſcripſiſſe *profitetur. Præterea eiſdem verbis idem Sigebertus & in priore Vitâ & in Proœmio ſui Chronici fabuloſam Francorum originem deducit per Troianos, Antenoridas, Sicambros, eiſq; Reges præfecit Priamum, Marcomirum, Faramundum, Clodium, Merouæum, de quibus vti primo & ſecundo Sigeberto, aliiſq; Merouingis Regibus certiora diſputamus.*

hic datur

41 *Vniçam ergo damus Vitam iam antè ſub nomine Sigeberti Gemblacenſis editam à Iacobo Moſandro in appendice ad Surium, ſeu tomo* 7 *de probatis Sanctorum Hiſtoriis, & deinde in tertiâ editione Surianâ ad Kalendas Februarias ordine debito inſertam. Molanus eamdem habuit ex codice MS. bibliothecæ monaſterij Malmundarienſis deſcriptam; quam illic extare etiam teſtatur Chapeauillus tomo* 1 *de Geſtis Epiſcoporum Tungrenſium & Traiectenſium annotatione* 3 *ad cap.* 44 *Harigeri Abbatis. Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij hoc* 1 *Februarij*, Scripſit, *inquit*, Sigebertus Gemblacenſis libellum de vitâ & genealogiâ huius S.
eum hiſtoriâ miraculorum,
Sigeberti Regis, qui tertius fuit eis nominis. Deinde alterum ſcripſit libellum de miraculis, quæ ipſius tempore Metis contigerunt ad ſepulchrum glorioſi
C Confeſſoris. *Hæc Molanus, poſt quem eamdem miraculorum hiſtoriam* Sigeberto *adſcribunt Baronius anno* 657 *num.* 46. *Miraus in Faſtis Belgicis, Chapeauillus ad cap.* 50 *Harigeri & paſſim alij. In editionibus Surij dicuntur* hæc miracula ab eodem Sigeberto conſcripta, ſed in compendium contracta. *quæ ſtylo primogenio integra damus ex codice MS. bibliothecæ monaſterij Stabulenſis à Domino Benedicto del Riue, religioſo iſtic Sacerdote deſcripta, nobiſq; ab Reuerendo admodùm Domino Iacobo Lanſiual eiuſdem monaſterij Priore tranſmiſſa.*

partim ab eodem Sigeberto,

42 *Ea in duas partes diſtribuimus, quarum vnaquæque à diuerſo auctore conſcripta, proprio epilogo concluditur. Occaſio prioris partis conſcribendæ data eſt, quando corpus S. Sigeberti poſt quinque ſecula incorruptum, cæleſti monito anno* MIXIII *tranſlatum, nouis claruit miraculis, quæ non diu poſteà à Sigeberto Gemblacenſi vnà cùm Actu ſancti Regis creduntur conſcripta. Certè auctor in prologo præfatur ſe* non aliena aut inexperta *ſcribere*, ſed ea, quæ, aut recenti tempore facta comprobantur, aut quæ à fidelibus hominibus, qui ſe eiſdem interfuiſſe mirabilibus tunc etiam proteſtabantur, compererit. *Miſcentur lepore poëtico aliquot verſus, quod etiam* in Vitâ Theoderici Epiſcopi cõditoris eccleſiæ & abbatiæ S. Vincentij *ſe feciſſe teſtatur idem Sigebertus, nec omiſit verſus Virgilij de Antenore in priore Vitâ S. Sigeberti proferre: à quo ſtylo diuerſus auctor ſecundæ partis miraculorum, nullos omnino verſus poëticos interſerit, tum integro ferè ſeculo Gemblacenſi iunior, poſtquàm iterum ſub annum* MCLXX *aut etiam ſeriùs incorruptum corpus S. Sigeberti repertum eſt, aſſerit ſe* hæc & alia multa miracula vidiſſe, quæ ſuis temporibus facta fuerunt. *Ab eodem fortè auctore, quam damus S. Sigeberti Vitam politiùs limatam eſſe ſuprà inſinuauimus. Eamdem Vitam ſuo ſtylo contractam ediderunt Zacharias Lippelous, & Franciſcus Haræus, & Gallicè tranſlatam Dubletius, aliiq;, ex quibus Lippelous annum obitus hîc obſeruatum omiſit, Haræus ad ſuum calculum correxit, Dubletius eumdem fidelior interpres intactum deſcripſit.*

D *partim poſteà ſcriptâ.*

43 *Ex* hiſtoriis, *aliiſq;* Sanctorum geſtis, vnde collectam S. Sigeberti Vitam *ſe* expediuiſſe *præfatur Gemblacenſis, eminet* Chronicon Fredegarij Scholaſtici, *auctoris coæui, qui ſe* Acta Regum & bella gerentium, quæ legendo, & audiendo & videndo etiam cognouit, ſcripſiſſe *in prologo affirmat. In hoc Chronico deſcribuntur* S. Sigeberti *natiuitas, regnum Auſtraſiorum illi collatum, Auſtraſios inter & Neuſtrios pactum de regni inter fratres diuiſione, theſaurus ab obitu patris Dagoberti receptus, & bellum cum Thuringis in primâ adoleſcentiâ geſtum. Quæ eò accuratiora ſunt, quòd* Fredegarius *tum temporis vixerit, ſuo Chronico non vltra* Caput LXXXX *producto: reliquis quæ deinde ſubnectuntur, ab non vnico auctore, neque eodem tempore conſcriptis. Ad hanc de* Fredegario *opinionem plurima nos mouent. Primò, quæ ſolius ſunt* Fredegarij, *ea tantùm exhibentur* in veteriſſimo Codice Iacobi Sirmondi Societatis Ieſu vncialibus litteris exarato, *vt ante hoc Chronicon præfatur Andreas Cheſnæus. Secundò, in eodem Chronico typis VVichelianis in Corpore hiſtoriæ Francicæ anno* MDCXIII *cu-*

Fredegarius coætus S. Sigeberto ſcripſit Chronicõ,

vſque ad caput 90,

E

ſo, ea poſt præfationem tantùm capitula recenſentur, quæ nos ſolùm à Fredegario *conſcripta arbitramur. Tertiò Aimoinus, quamuis hiſtoriam ſuam Francorum, vt in præfatione fatetur,* ad id temporis, quo Pipinus pater Caroli Magni regnare cœpit, decreuiſſet *deducere, eam tamen cum* Chronico Fredegarij *à nobis limitato finit, fortè ratus ſe veterioribus hiſtoricis, quos ſequeretur, deſtitui.*

alio ſtylo continuatum,

44 *Quartò* Fredegarium *ſtylus & modus ſcribendi à Continuatoribus plurimùm diſtinguit ſeparatq;; Ille vt monet in prologo, imitatus Gregorium Turonenſem per annos Regum res geſtas digerit; illis, annis illis omiſſis, maximè diſparata hoc ſimiliúe modo loquendi connectunt*, igitur, quoque, hiſce diebus, eodem tempore *&c. Ille procul à Gallis, res ab Imperatoribus, Longobardis. Hiſpanis aliiſq; geſtas interſerit; hi ſolùm à Francorum Regibus peractas narrant. Denique vbi* Fredegarius *dicto capite* 90 *deſinit, rerum à S. Sigeberto, eiuſque fratre Chlodoueo* II, *& huius filiis Chlothargo* III *&*
F *Childerico geſtarum hiatus eſt, abſq; vllâ mentione reliquæ vitæ & mortis S. Sigeberti, filij eius Dagoberti attonſi in Clericum, & Childeberti intruſi electiq;: tum paucis attinguntur regna aliorum, neque abſque pluribus magniſq; mendis, quæ infrà ſuis locis corrigimus. Hic autem hiatus ex Geſtis Regum Francorum, aliiſq; minùs ſolidis hiſtoriis ſuppletus eſt, ad continuandum* Chronicon *iuſſu Childebrandi Comitis ſub* Pipino *Rege conſcriptum, quod à Capite* XCV *in morte* Childerici *& regno Theoderici cœptum, accuratè ſequentium Regum hiſtoriam proponit: deinde auctoritate Nibelungi, dicti Childebrandi filij. ad annum Chriſti* DCCLXVIII *productum.*

(poſt hiatũ miſerè ſuppleti)

iuſſu Childebrandi & Nibelungi.

45 *Fredegario proximè ſubſtituenda forent* Geſta Regum Francorum *à Marquardo Frehero primùm in lucem edita, dein ab Andreâ Cheſnæo tomo* 1 *Scriptorum hiſtoriæ Francorum inſerta, ſi eam, quam vulgò habent, mererentur fidem. Continuator Aimoini hæc* Regum geſta *à capite* XLIII *deſcripta interſerit libro* IV. *Baronius anno* 692 *ſect.* 52, *huic* præ ceteris inhærendum putat, cùm res ſui temporis ſcripſiſſe noſcatur: etenim vbi agit de Theoderico filio Dagoberti II in Regem aſſumpto, ita de ipſo ait, *cap.* 52. Qui nunc ſexto anno in regno ſubſiſtit, eo ſe anno ſcripſiſſe demonſtrans. *Hæc Baronius. Annus is ſex-*

Auctor Geſtorum Regum Francorũ,

tus

A tus Theoderici II conuenit in annum Christi DCCXXV, à quo eadem Aimoini historia continenti methodo continuata est ad annum vsque Christi MCLXV, tamquàm auctor idem seculis propè quinque vixisset. Idem antè hisce Gestis Regum Frãcorum factum arbitramur: quæ magnâ incuriâ ex variis collecta nobiscum indicabit, quisquis ea cum aliis scriptoribus coæuis contulerit, aut infrà pauca à nobis collata attentiùs relegerit. Eorum compilator, quocumque vixerit tempore, Aimoino & Sigeberto senior statuendus est. Vnicum licuit hactenùs videre codicem manu exaratum, sed admodùm antiquum, à quingentis facilè annis scriptum, qui pertinuit ad Melchiorem Goldastum, virum in Germaniâ apud Lutheranos eruditum. In hoc eodem Codice MS. extat Chronicon Fredegarij seu capita solùm XC, quæ genuinum ipsius Fredegarij fœtum diximus, additâ sub finem hac solenni clausulâ Explicit: quod itidem verbum post nudos titulos sub initium indicatos legitur, indicio certo nihil amplius requiri ab eo auctore scriptum.

46 Alia extat tomo I Histor. Francorum anonymi monachi S. Dionysij Gesta Domni Dagoberti Regis Francorum ad obitum Chlodouei filij deducta, Chesnæus auctorem temporaneum vocat, quem sub Chlodoueo II scripsisse putat Petrus de Marcâ lib. I historiæ Bearniæ cap. 26 § 1. Verùm plura in hisce Gestis reperiuntur, quæ auctorem hunc aliquot seculis iuniorem fuisse innuunt. Sufficiant hîc paucula ex capite 43 recitata: Nunc ad obitum, inquit, ipsius Dagoberti describendum vertens articulum, quid in ipsâ positus infirmitate gesserit, & vnum, quod in quadam vetustissimâ reperi chartâ, quam, vt ferebatur, B. Audoënus scripserat, quodque memorato Regi eius post mortem contigit, breuiter narrabo miraculum.

monachus S. Dionysij de Gestis Dagoberti,

B

47 Hæc Dagoberti Gesta quasi à pluribus scripta citat Aimoinus lib. 4 cap. 17. Cuius Dagoberti, inquit, actus licet à nonnullis separatim digesti habeantur, tamen ne eos facta eius lateant, apud quos præfata non inuenitur scriptura, ea nos libuit perstringere. Hinc auctorem Aimoino antiquiorem fuisse licet coniectare. Præcipuam autem historiæ suæ auctoritatem mutuatur à Fredegario, à quo pleraque describit. Reliquis eius scriptis non tam secura vbique fides est adhibenda. Ipse autem Aimoinus, qui hosce auctores sequitur, floruit sub annum Christi CIↃ, suamq; historiam ipse monachus Floriacensis inscripsit S. Abboni Abbati suo, eamq; cum translatione reliquiarum S. Benedicti ex monte Casino ad suum monasterium Floriacense concludit.

Aimoinus Floriacēsis.

§ VII *Anni Regum Francorum ab ætate S. Martini numerati. Annus obitus Theodosij Magni & S. Ambrosij.*

C 48 MAgnum rerum Francorum dispendium futurum *monet Baronius ad annum* 351 *num.* 22, si error Chronographicus contingat in ætate S. Martini, à cuius obitu solerent olim tempora numerari. Ita numerauit S. Gregorius Episcopus Turonensis è successoribus S. Martini, qui tempora huius sancti Præsulis & reliquorum Episcoporum Turonensium accuratissimè descripsit. Gregorium imitati Fredegarius, Aimoinus, aliiq; antiqui Chronologi, ab obitu S. Martini tempora Regum digesserunt: vti & infrà in Actis S. Sigeberti num. 17 à transitu S. Martini illius obitum quasi certiore charactere consignat Sigebertus Gemblacensis. At modò quia Gregorius Turon. migrasse ad Christũ asserit S. Martinum octogesimo & primo ætatis suæ anno, Episcopatus verò vigesimo sexto; de his annis primò inquirendum. Natum autem esse S. Martinum apud Sabariam Pannoniæ ciuitatem, pace post excessum Diocletiani Ecclesiis redditâ, anno Imperij Constantini vndecimo, scribit idem Turonensis lib. I Histor. cap. 34. Annus is habetur Æræ vulgaris CCCXVI, quo Sabino & Rufino Coss. III Nonas Decemb. Diocletianum diem functum tradit Idatius in Fastis Consularibus. Confirmat hunc annum Seuerus Sulpitius S. Martini discipulus Dialogo 2 cap. 7 & 8, & in Vitâ eius cap. 23, vbi S. Martinus septuagenarius conuenit Maximum Imperatorem præsente Consule Euodio, qui eâ dignitatem gessit anno CCCLXXXVI, interquẽ & CCCXVI, anni omnino LXX continentur. Decessores habuit S. Martinus in Episcopatu SS. Gatianum, seu Gratianum & Lidoriũ apud Gregorium lib. 10 cap. 31. quorum ille Româ missus anno Imperij Decij primo, Christi CCL, commoratusque annos quinquaginta in vrbe Turonensi obiit in pace XVIII Decembr. anno CCC, cessauitque Episcopatus XXXVII annis, quibus completur annus CCCXXXVII, quo Constantino Magno ipso die Pentecostes vitâ functo filij tres Imperium capessiuerunt. Anno autem Constantis primo ordinatus Lidorius sedit annos XXXIII, ab anno scilicet CCCXXXVIII ad annum CCCLXXI, quo, vti ibidem asserit Gregorius, Imperij Valentiniani anno VIII S. Martinus ordinatur Episcopus, & quidem IV Nonas Iulias: quem diem huic ordinationi sacrum assignat idem Gregorius lib. 2 cap. 14.

S. Martinus natus anno 316,

Auctor G. H. post SS. Gratianũ & Lidoriũ.

ordinatur Episcopus Turonensis anno 371.

D

49 His positis ad obitum S. Martini transimus, cuius annum pluribus characteribus insignem reddit idem Gregorius, & lib. I historiæ cap. 45 hos indicat: Arcadij, inquit, & Honorij secundo Imperij anno, S. Martinus Turonorum Episcopus, plenus virtutibus & sanctitate, præbens infirmis multa beneficia, octogesimo & primo ætatis suæ anno, Episcopatus autem vigesimo sexto, apud Condatẽsem diœcesis suæ vicum excedens à seculo, feliciter migrauit ad Christũ. Transiit autem mediâ nocte, quæ Dominica habebatur, Attico Cæsarioque Consulibus. Hæc Gregorius, quæ omnia & singula quadrant in annũ CCCXCVII, ac primò Consules eo anno fuerunt Atticus & Cæsarius, iterum à Gregorio lib. I Miraculorum S. Martini cap. 3 repetiti: quos ex antiquis Ecclesiæ Turonensis monumentis transcriptos vel ideò certiùs concludimus, quòd in tot. à suâ historiâ aliisue libris nullam aliorum Consulum mentionem faciat, & hos præter suam consuetudinem bis allegarit. Dein consentiunt anni ætatis & Episcopatus administrati, quos tamen Gregorius more suo, vti infrà constabit, annis Iulianis aptatos, incipit à proximè sequente Ianuario. Moritur ergo S. Martinus octogesimo & primo ætatis suæ anno, vti confirmat idẽ Gregorius lib. I Miraculorum cap. 3. Is autem ab CCCXVI anno absoluto aut proximi CCCXVII initio cœptus numerari ad hunc annum CCCXCVII expletur. Moritur etiam anno Episcopatus vigesimo sexto, qui eodem modo ab anno CCCLXXI finito aut sequente CCCLXXII inito ad hunc annum CCCXCVII perducitur. Hæc ita obseruat Gregorius, vbi sequitur & supputatur annus Chronicalis, vti ad calcem Historiæ tradit: alium ab eo ait se modum numerandi conficere in tractatu de Episcopis Turonensibus sub finem Historiæ adiuncto, quo præter dies nonnullos, de quibus mox agemus, assignat annos Episcopatus eius XXVI & menses IV. Ex his colliguntur anni à CCCLXXI ad CCCXCVII, menses verò à die IV Nonas Iulias ad IV Nonas Nouembris.

moritur anno 397 Attico & Cæsario Coss.

ætatis 81,

Episcopatus 26,

E

50 Alius suprà indicatus character est, quòd anno secundo Imperij Arcadij & Honorij dicatur migrasse. Verùm is character non caret difficultate, ex annis Imperij Theodosij Magni horum parentis explicandus. De eius exordio ista habet Idatius in Fastis Consularibus: Ausonio & Olybrio Coss. leuatus est Theodosius Augustus ab Augusto Gratiano die XIV Kalend. Februar. in ciuitate Sirmio. Annus is est Æræ vulgaris CCCLXXIX. Russinus, qui tum florebat, historiam suam Ecclesiasticam cum obitu Theodosij ita concludit: Ipse Theodosius Romano Imperio per annos decem & septem feliciter gubernato, ad meliora migrauit, cũ Principibus piissimis percepturus præmia meritorum. Eosdem annos Imperij eius XVII expressit Marcellinus Comes in Chronico his verbis: Theodosius Magnus apud Mediolanum vitâ decessit. Imperauit annos septemdecim. Corpus eius eodem anno Constantinopolim allatum atque sepultum. Hos XVII Imperij annos numerauit Orosius lib. 7 cap. 34 & 36 ab anno V. C. millesimo centesimo trigesimo secundo, ad annum millesimum centesimum quadragesimum nonum: quando Arcadius Augustus, cuius nunc, inquit, filius Theodosius Orientem regit, & Honorius frater eius, cui nunc Respublica innititur, XLII loco commune Imperium diuisis tantùm sedibus tenere cœperunt: vixitque Arcadius post patris

Theodosius Magnus creatur Imperator 19 Ianuar. 379,

an imperarit 17 annos?

F

AVCTORE G.H.

patris exceſſum annis duodecim, Imperiúque ſummam filio ſuo paruo admodùm moriens tradidit. *Hi autem* XVII *Imperij anni cœpti* XIX *die Ianuarij, anno Æræ vulgaris* CCCLXXIX, *neceſſariò protrahendi ſunt ad finem anni* CCCXCV *aut initium ſequentis. Hos auctores ſecutus Gregorius Turonenſis, annum* CCCXCVI *ſtatuit primum Imperij filiorum Arcadij & Honorij, quorum* anno ſecundo *obitum S. Martini ab eo referri* Attico Cæſarioque Conſulibus *iam monuimus. Socrates de annis Imperij Theodoſij Magni, eiuſq; filij Arcadij planè diuerſa tradit, & iſta quidem lib.* 5 *cap.* 25 *habet*: E vitâ *abiit* Theodoſius Olybrio & Probino Coſſ. decimâ ſeptimâ Ianuarij. Annus is erat primus ducenteſimæ nonageſimæ quartæ Olympiadis. Vixit Imperator Theodoſius annos ſexaginta, regnauit annos ſedecim, *ſed nondum completos duorum dierum defecta, tùm cap.* 2 *eiuſdem libri* 5 *aſſerat* XIX Ianuarij Theodoſium Sirmij à Gratiano declaratum Imperatorem Auſonio & Olybrio Coſſ. *vti eadem ſupra ex Idatij Faſtis dicta ſunt.*

moritur Mediolani anno 395.

51 *Ioannes Grothauſius noſter hiſtoriæ & chronologiæ antiquæ callentiſſimus, eoſdem initio & fini Imperij aſſignatos Cõſules monuit ſeruandos, & nihilominùs cum antè indicatis antiquis auctoribus, Rufino, inquam, Marcellino, Oroſio aliiſq;, annos ſeptemdecim eſſe Imperio Theodoſij tribuendos, inſerto anno ante Conſulatum Auſonij & Olybrij, hactenùs ab auctoribus pleriſque magno cum detrimento veritatis hiſtoricæ neglecto:* B *quem tamen Acta proconſularia Africæ, apud S. Auguſtinum lib.* 3 *contra Creſconium cap.* 56 *relata, clarè indicant his verbis*: POST CONSVLATVM Dominorum Archadij III & Honorij iterum Auguſtorum, ſexto Nonas Martij Carthagine in ſecretario Prætorij Ticianus dixit *&c. Quæ ſuis verbis ipſe Auguſtinus lib.* 4 *contra Creſconium cap.* 39 *ita confirmat*: Dies concilij Bagaienſis eſt Conſulatu Auguſtorum Archadij III & Honorij iterum octauo Kalendarum Maij, dies autem dilationis hinc vſque ad octauum Kalendarum Ianuarij. Poſtulatio verò iſta Ticiani dicta eſt POST illum CONSVLATVM die ſexto Nonas Martij. *Poſtulabant Legati Concilij Bagaienſis ſuperiore anno celebrati, vt Maximianiſtæ è ſuis eccleſiis pellerentur. Hoc autem anno, quòd Imperium eſſet bello Eugeniano turbatum, & abſens Imperator Theodoſius non poſſet ciuilia officia ordinare, Conſules iidem perduraſſent, ſcriptumq; in Actis publicis* poſt Conſulatum Archadij III & Honorij II. *Quo etiam modo annus* XV *Imperij Conſtantij inſcribitur* poſt Conſulatum Sergij & Nigriani, *& annus* IX *Imperij Gratiani*, poſt Conſulatum Gratiani Auguſti III & Equitij. *Quod poſterioribus temporibus ſæpius & per plures continenter annos factum eſt. Hunc autem annum* poſt Conſulatum Arcadij III & Honorij II *plurimis probare conatur argumentis idem Grothauſius noſter, eumque annum adſtruit* CCCXCIV, *à quo Æram Chriſti quatuor penè ſeculis anterioribus aliter ordinat, Epochamque annorum Chriſti, quos ad hæc noſtra tempora ſeruamus, non ſtatuit ad* Conſulatum C. Cæſaris & L. Æmilij Paulli, *vti nos hactenus cum Deckerio, Petauio, Bucherio fecimus, ſed principium ducit ab aliis ſequentibus Conſulibus: quod hoc loco monuiſſe ſufficit: vt mirum non videatur, ſi magnum inter auctores diſcrimen appareat annorum, quibus Theodoſius Magnus, eiuſq; filij imperarunt.*

An annus interponẽdus

prioribus annis 400 *acceleratis?*

C

52 *Poſt annos Imperij* XVI *aut potiùs* XVII, *mortuum Theodoſium eſſe* XVII Ianuarij Olybrio & Probino Coſſ. *anno* CCCXCV (*nam inde ad hæc tempora rectè effluere annos nobiſcum ſentit Grothauſius*) *Arcadius Auguſtus confirmat, dum* III Idus Martij Olybrio & Paulino Coſſ. *in Codice Theodoſiano ad Ruffinum Præfectum Prætorio L.* 25 *de Hæreticis iſta reſcripſit*: Omnes pœnas, cuncta ſupplicia, quæ ſanctionibus diuæ recordationis genitoris noſtri aduersùs hæreticorum ſunt pertinaces ſpiritus conſtituta, noſtro etiam decreto reparantes decernimus. *Quibus verbis conſtat Theodoſium patrem iam tum vitâ functum.* Corpus *ab obitu* quadraginta diebus Mediolani *conſtitiſſe, & inde* per multa regionum diuortia interiacentia & maria transfretanda Conſtantinopolim *deuectum fuiſſe indicat S. Ambroſius oratione de Theodoſio.*

Corpus Theodoſij Conſtantinopolim delatum

Fuiſſe autem corpus honorifico funere die VIII Nouembris Conſtantinopoli ab Arcadio filio depoſitum *refert Socrates lib.* 6 *cap.* 1, *ſed ipſius conſulatum innuit, ἐν τῇ αὐτῇ ὑπατείᾳ, quaſi anno,* CCCXCVI *ea depoſitio contigiſſet, non præcedenti, vt Marcellinus & alij tradunt.* D

53 *Ab annis & morte Theodoſij Magni, ad annum obitus S. Ambroſij Epiſcopi Mediolanenſis tranſeundum eſt, quia* Dominus S. Ambroſio Mediolani feſta Dominici diei celebranti oſtendere dignatus eſt, S. Martinum de corpore egreſſum fuiſſe, *vti illa refert Gregorius Turon. lib.* 1 *Miraculorum cap.* 5 *cuiuſq; ſe cutus auctor Vitæ S. Seueri Epiſcopi Rauennatis ſuprà pag.* 87 *nu.* 22. *At* S. Ambroſius *apud Paulinum Presbyterum in eius Vitâ, quam hortatu S. Auguſtini ſcripſit*, poſt obitum Theodoſij ferè triennium ſuperuixit. *Paulini optimus interpres Marcellinus in Chronico tradit* Indictione XI Honorio IV & Eutychiano Coſſ. Anaſtaſio *antè* XIV *die Martij* Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo ordinato, Ambroſium ad Chriſtum migraſſe. *Annus is eſt Chriſti* CCCXCVIII, *quem antè memoratus Gregorius confirmat. Reliqua copioſiùs ſuo tempore ſtabilientur.*

Ante S. Ambroſiũ mortuum anno 398.

54 *Denique* tranſiit mediâ nocte, quæ Dominica habebatur, *aut, vt legitur lib.* 1 *Mirac. cap.* 3, die Dominicâ, illâ horâ *noctis, quâ* matutini hymni *abſoluti erant. Hunc diem poſteriores cum tranſlatione corporis, & ſepulturâ coniunxerunt, melius à Gregorio lib.* 2 *Hiſt. cap.* 14 *diſtinctum. Hic iudicatâ ad S. Martini honorem extructâ eccleſiâ, ſubdit*: Solennitas ipſius baſilicæ triplici virtute pollet, id eſt, dedicatione templi, tranſlatione corporis Sancti, vel ordinatione eius Epiſcopatus. Hanc enim IV Nonas Iulias obſeruabis, depoſitionem verò eius III Idus Nouembris eſſe cognoſcas. *Hæc Gregorius, aſſignato eidem ſolenniiati die* tranſlationis *&* depoſitionis, *quo corpus è Condatenſi vico* tranſlatum, *in ſuâ apud Turones præparatâ ſepulturâ* depoſitum eſt.

obit S. Martinus die Dominicâ,

E

55 Dominica *proximè ante* XI Nouembris *elapſa, quâ* ad Chriſtum migrauit S. Martinus, *anno* CCCXCVII *incidit in* VIII *Nouembris. Altercatio mox eſt Pictones inter & Turones exorta, quâ dies* IX *Nouembris proxima poſt Dominicam, conſumpta fuit. Pictonibus nocte ſequente dormientibus, Turones Corpus ſublatum,* X *Nouembris per Vingennam & Ligerim ad ſuam auexerunt vrbem, &* XI *Nouembris*, monachis ad duo millia concurrentibus (*vt in epiſtolâ Seueri ad Beſſulam legitur*) *ſolenni apparatu* depoſuerunt. *Hic dies ob felicem altercationis exitum, & quaſi victoriam de Pictonibus reportatam, publicè extructis ignibus quotannis renouatus eſt, & pro die obitus habitus. His poſitis, præter* XXVI annos & menſes IV *relatos, rexit Martinus Epiſcopatum* dies VII, *à* IV Nonas Nouemb. *ad* VI Idus, *quos* VII dies ab aliis legendos aſſeri, *docet Malebrancus tomo* 1 *de Morinis, tract.* 2 *Chronol. cap.* 2. *Alij dies* X *aut* XVII, *plures* XXVII *legunt. Hinc Malebrancus obitum reiicit in* XXIX *Nouembris, tum Dominicam. Verùm fuiſſet anno ſequente corpus ad Turonẽſem ſepulturâ tranſlatum, quod nullo modo dictæ Hiſtoriæ congruit.*

ſepelitur & colitur 11 *Nouemb.*

F

56 *Abiectâ hac Gregorij auctoritate, aſſumitur verbum Seueri lib.* 3 *Dialog. cap.* 15. *Ibi* S. Martinus *ab* Angelo *reprehenſus*, nullam *poſteà* adit Synodum, *licet* ſedecim *ad huc* vixerit annos. *Habita eſt ea Synodus Treuiris* Euodio Conſule, *anno* CCCLXXXVI, *quando* ſeptuagenarius *erat* Martinus, *qui, ſi* ſedecim poſteà vixit annos, *ad annum* CDII, *vt Baronius cenſet, ita protraxit, ſed tum* XI *Nouembris in diem Martis incidit, & obſtant anni ætatis & Epiſcopatus.*

poſt Synodũ Treuirẽſem vixit annis non 16

57 *Quàm parùm Seuero fidendum ſit, docet Baronius anno* 351, *nu.* 18, *aſſerens* Seuerum deformiter ſibi contrarium. Vitam S. Martini librariorum vitio deprauatam, ineſſe illi prorſus indigna, ipſum adeò contraria inter ſe litteris haud videri commendaſſe, & tam turpiter hallucinatum eſſe, his præſertim in rebus, de quibus à pluribus tum viuentibus mendacij redargui facilè potuiſſet. *Dein n.* 15 *&* 20 in Seuerum mẽda illapſa in annis S. Martini, *eum* annos quindecim natum *ſcribi* militare coactum, *qui tum egit* annum ætatis XVII. *Et nu.* 22 ait abſurda & planè portentoſa apud Seuerũ in annorũ numeros illapſa

vitio librariorũ ſcriptis,

A pſa menda, dum Martinus dicitur ante baptiſmum biennio militaſſe, biennio verò poſt baptiſmum, quem liquet ante baptiſmum annos viginti militaſſe, & quatuor poſt baptiſmum expleſſe *&c. Quidni eadem ratione*
pro 11. *adiungat imperitum illum deſcriptorem* annos ſedecim vitæ *à congreſſu Maximi effinxiſſe, licet* vndecim *tantùm reperiſſet è quæ genuina Seueri lectio fuerit, cùm Turonenſis ſuam Hiſtoriam ſcriberet, in quâ lib.* 10, *cap.* 31, ait ſe de Martini Vitâ tres à Seuero Sulpitio libros cõſcriptos legiſſe, *ibiq; quaſi huius auctoritate roboratus tradit* Martinum obiiſſe anno LXXXI ætatis, ſediſſe *in Epiſcopatu* annos XXVI, menſes IV *&c. alibi extremum annum, quem non attigit Seuerus, amplißimâ notâ* anni II Imperij Honorij & Arcadij, Conſulatus Attici & Cæſarij, *reuelationis* S. Ambroſio *adhuc viuenti facta, confirmat. Imò vtrique & Seuero & Gregorio Martinus eodem prorſus tempore* ſeptuagenarius *erat, quod verbum minùs errori correctorum ſubiectum fuit.*

58 *Quæ* Baronius *ſibi contraria circa S. Martini ætatem profert, legi poſſunt anno* 375, *num.* 2, *&* 3, *&* anno 402, *num.* 49: *vbi num.* 50 *praterea cenſet ad illum annum* vixiſſe Martinum, *quòd* Franci veteres ſcriptores, qui numerare conſueuerunt annos ab obitu S. Martini, huius ſen-
B tentiæ adſtipulatores eſſe conuincantur: *quos ideò per ſecula ferè quatuor ab annis S. Martini ad tempora Caroli Martelli accuratè deducimus, donec anno* DCCXIV *tandem cum Baronio conueniemus. Contendit Scaliger lib.* 6, *de Emendatione temporum, Martinum anno* CCCXCV *obiiſſe. At Petauius lib.* 11 *de Doctrinâ temporum cap.* 25, *Bucherius de Chronologiâ Regum Francorum Merouœadarum, Deckerius tomo* 1 *diſſertationum Theologicarum in Chriſti Natalem, lib.* 3 *diſput. vltimâ, quæſt.* 5. *& alij, morti eius aſſignant annum quadringenteſimum: quorum rationes ex dictis infracta ſunt, ſuo tempore magis refutanda.*

Epocha hac in Regibus Francorũ vſque ad an. 714 *ſtabilitur.*

§ VIII *Chronologia ſtabilita in ſucceſſoribus S. Martini & Regibus Francorum vſque ad obitum Chlotarij* I *abaui S. Sigeberti.*

Succedunt S. Martino SS. Briccius

59 *Vcceſſores S. Martini, è quorum tempore ſtatuta chronologia confirmatur, referuntur à Gregorio lib.* 10 *cap.* 31. *Ex his* S. Briccius ordinatus eſt anno Arcadij & Honorij ſecundo, cùm pariter regnarent. Fueruntque omnes anni Epiſcopatus eius XLVII, *vitâ functi anno* CDXLIV, *cuius Natalem Vſuardus, Beda aliiq; tradunt* XIII *Nouemb. Poſt hunc* S. Euſtochius ſedit annos XVII *vſq; ad annum* CDLXI, *colitur* XIX *Septembris. Quo mox anno* S.

Euſtochius,

C Perpetuus Epiſcopus *factus,* interfuit, ſubſcripſitque Concilio Turonico I, Seuerino V.C. Conſule ſub die XIV Kalend. Decemb. *Gregorius lib.* 1. *Miraculorum S. Martini, cap.* 6, *aſſerit* B. Perpetuum poſt tranſitum glorioſi Domini Martini anno ſexageſimo quarto Turonicæ Sedis cathedram ſortitum dignitatis. *Quod tempus ab anno* CCCXCVII *ad* CDLXI *terminatur, egregio ſententiæ noſtræ firmamento.* Sedit autem S. Perpetuus annos triginta, *ſaltem ad annum* CDLXXXX, *colitur* VIII *Aprilis. Subrogatur* S. Voluſianus, anno Epiſcopatus ſui VII *circiter Chriſti* CDLXXXXVI *à* Gothis, *quòd Chlodoueo videretur fauere, versùs Hiſpanias abductus, vt diximus die eius Natali* XVIII *Ianuarij. In eius locum* ordinatus Verus ſedit annos XI, dies VIII, *vſque ad annum* DVII, *quo Licinius ſucceſſit.*

Perpetuus,

Voluſianus,

Verus, Licinius.

60 *Ab hoc* Vero *miſſus* Leo Diaconus *ſubſcripſit* Concilio Agathenſi, III Idus Septemb. Meſſala V.C. Conſule, anno regni Alarici XXII, *Chriſti* DVI. *Anno ſequente* DVII, *dum Licinius Epiſcopus Turonenſis eſſet,* Alaricus, *apud Iſidorum in Chronico Gothorum,* anno regni *ſui* XXIII, Anaſtaſij Imperatoris XVII, Æræ Hiſpanicæ DXLV. prouocatus à Francis, *Rege Chlodoueo*, in regione Pictauenſis vrbis prælio inito extinguitur. *Inclinaſſe annum in ſeram ætatem innuitur apud Gregorium lib.* 2, *cap.* 37, *quòd*

Gothi cæſi anno 507

& Vigenna fluuius intumuerat inundatione aquarum, & Chlodoueus *apud Burdegalenſem vrbem hiemem egit. Inde anno ſequente* DVIII, *à victoriâ Gothicâ proximo,* Chlodoueus Turonos regreſſus, ab Anaſtatio Imperatore codicillos de Conſulatu accepit, & ab eâ die, *quâ ideò iſtic triumphauit,* tamquàm Conſul & Auguſtus eſt vocitatus. *Hæc Gregorius cap.* 38. Ipſe autem Rex, *vt addit Sigebertus in Chronico (qui anno* DIX *Alaricum cæſum ſcribit)* miſit Romam S. Petro coronam auream cum gemmis, quæ Regnum appellari ſolet. *Hincmarus etiam in Vitâ S. Remigij coniungit victoriam Gothicam, codicillos de Conſulatu acceptos, & coronam hanc Romam miſſam: ſed ambo falluntur, ratti tum Romanæ Eccleſiæ præfuiſſe* Hormiſdam Papam, *quem anno integro ante victoriam Gothicam creatum ſcribit Sigebertus, inueterato tum errore, à Balderico lib.* 1 *Chronici Cameracenſis cap.* 6 *etiam deſcripto. Præerat ſummus Pontifex* S. Symmachus, *cui anno* DXIV, XIV *Kalend. Auguſt. mortuo, ſucceßit* Hormiſdas VII *Kalend. Auguſti creatus, antè Romanæ Eccleſiæ Diaconus; qui Patribus in Synodo Romanâ* IV, *vulgò Palmari dictâ, anno* DII *examinanda prælegit. ſacri ſcrinij Romanæ Eccleſiæ Notarius, cuius nomen in locum* Symmachi, *ob litteras huius à ſe ſubſcriptas, vitio librariorum fuerit ſubſtitutum. Hoc præcipuo fundamento nixus Baronius obitum Chlodouei vſque ad Pontificatum Hormiſdæ ſe reiecißſe aſſerit ad annum* 514. *num.* 21, *& ad annum* 402, *num.* 50, *vbi ideò ad illum vſque annum vixiſſe S. Martinum ſtatuit: câq; demum de cauſsâ ad tres quatuorue annos differt ætatem filiorum aliorumq; ſucceſſorum Chlodouei, vltra ipſa etiam S. Sigeberti tempora, vti ex dicendis conſtabit.*

AVCTORE G.H. D

Chlodoueus Conſul & Auguſtus, an. 508

coronam mittit Romam.

Symmacho Papâ, non Hormiſdâ.

E

61 Egreſſus autem Chlodoueus (*verba ſunt Gregorij eodem cap.* 38) à Turonis Pariſius venit, ibique Cathedram regni conſtituit. *Inde,* Rege Sigeberto Claudo, filioque Chloderico, *fraude eius* interfectis, Coloniam *profectus, regnum Francorum Ripuariorum accepit.* Interfectis *deinde* Chararico, Ragnachario, aliiſque Regibus per totas Gallias regnum firmauit. *Et* his tranſactis *addit Gregorius cap.* 43 obiiſſe apud Pariſius Chlodoueum. *At quo anno, loco mendis intricato, accuratè inquirendum. Primò* à tranſitu S. Martini vſque ad tranſitum Chlodouæi ſupputantur anni CXII. *Qui anni iterum referuntur lib.* 4, *cap.* 46, *& deſcribuntur à Fredegario in hiſtoriâ Francorum epitomatâ cap.* 20, *&* 73 *& ab Aimoino lib.* 1 *hiſtoriæ Franc, cap.* 25, *in Chronico Moiſſiacenſi & paſſim aliis. At* S. Martinum *ſuprà demonſtrauimus vitâ functum eſſe anno* CCCXCVII, *menſe Nouembri: à quo, ſi anni* CXII *dictis locis requiſiti interponantur, reperietur annus* DIX, *ipſo tum menſe Nouembri hos* CXII *annos completurus: cuius Nouembris die* XXVII *è vitâ diſceßiſſe Chlodoueum, innuunt anniuerſariæ preces pro eo in templo S. Genouefæ, vbi ſepultus eſt ſolitæ hactenus recitari. Secundò eidem Gregorio lib.* 2, *cap.* 43, *Fredegario cap.* 29, *& Aimoino lib.* 1, *cap.* 25, *fuerunt* omnes dies regni Chlodouei triginta anni: *ab exitu anni Chriſti* CDLXXIX, *circa quem, deductis Regum præcedentium temporibus, exordium regni eius ſtatuimus, cum hoc anno* DIX *finiendi: quamuis in ſilentio antiquorum accurata menſium ratio nequeat iniri. Tertiò annum Chriſti* DX, *regni filiorum Chlodouei primum cenſeri ex horum epochâ infrà probabimus.*

Interfectis variis Regibus,

moritur ab obitu S. Martini anno III,

Chriſti 509 27 *Nouẽb.*

F

regni 30,

62 *Verùm requiruntur apud eumdem Gregorium dicto cap.* 43 *libri* 2, *&* annus quintus poſt Vogladenſe bellum *&* annus vndecimus Epiſcopatus Licinij. *Iſtic annus Chriſti* DXII, *hic* DXVII *indicatur. Idem* Licinius *lib.* 2 *cap.* 39 *dicitur,* migrante Euſtochio Turonorum Epiſcopo, octauus poſt S. Martinum ordinatus, *cùm tamen* ſeptimus à S. Martino Epiſcopus, *non* S. Euſtachio *olim vitâ functo. ſed* Vero *ſucceſſerit. Omnes hoc ordine enumerantur ad calcem lib.* 10, *à Gregorio.* Martinus, Briccius, Euſtochius, Perpetuus, Voluſianus, Verus & Licinius. *Quorum temporibus antè expoſitis, oſtendimus* Verum anno DVI *per ſuum* Diaconum Agathenſi Concilio ſubſcripſiſſe, *Quia tamen idem Gregorius addit,* Licinij tempore bellum Gothicum factum, & Chlodoueum Regem

quoto anno Epiſcopatus Licinij,

AVCTORES G.H.

victorem Turonos rediiſſe, *ordinatum colligimus circa initium anni* DVII, *vt* cædes Gothorum *anno Epiſcopatus* primo, obitus *verò* Chlodouei *tertio, non* vndecimo, *contigerit. Ita etiam annus primus à victoriâ Gothicâ, ſupputatione Gregorij Chronicali, conuenit in annum Chriſti* DVIII, *ſecundus in* DIX, *quintus in* DXII, *& ſeptimus in* DXIV *à Baronio electum.*

A *quoto poſt deuictum Alaricum*

63 *Alium ſcrupulum iniicit ſub Chlodoueo habita Synodus Aurelianenſis prima, à Baronio, & Binio relata ad annum* DVI. *victoriâ Gothicâ inſignem. Sigebertus ad ſecundum ab illâ victoriâ expectat annum, ex calculo noſtro* DIX: *qui nobis eſt annus regni Chlodouei* XXX, *& vltimus, quem etiam* XXX *apponit Sirmondus huic Synodo, ſed annum Chriſti requirit* DXI, *quòd habitam* Felice Conſule *reperierit notari. Ita Aurelianenſi* II *adſcriptus legitur* annus Iuſtiniani Imperatoris decimus, *quem Sirmondus reiicit tamquàm intruſum ab iis qui cum Sigeberti Chronico Chlodoueum ad annum* DXIV *ſuperuixiſſe crediderunt: quòd ab eiſdem* in Conſulatu Felicis *factum fuiſſe magis certum eſt, ſed nec Codices vlli MSS. nominantur, vt alibi à Sirmondo accuratiſſimè obſeruatur. Deeſt autem hic* Conſulatus Felicis *in omnibus aliis Conciliorum codicibus, quos hactenùs videre contigit. Vidimus certè à Iacobo Merlino collecta & Pariſiis anno* 1524 *excuſa. Coloniæ à Petro Crabbe Ordinis Minorum anno* 1538 *& iterum auctiora* 1551, *& rurſus Laurentij Surij induſtriâ anno* 1567 *vulgata. Alia auſpiciis Sixti V. Venetiis anno* 1585 *edita. Deniq; hoc ſeculo à Seuerino Binio collecta, & primùm anno* 1606 *excuſa, dein recognita, & Frontonis Ducæi variis etiam ad hanc Synodum lectionibus, & nouo Epiſcoporum, qui ſubſcripſerunt, prolato ordine, aucta, Coloniæ* 1618, *& Pariſiis* 1636 *recuſa. Nec mirum. Conſulatus enim perpetui honorem Chlodouæus ab Anaſtaſio Imperatore acceperat. Non ſolitos etiam Francorum ſtatutis, priuilegiis, & diplomatibus apponi annos Imperatorum, Conſulum Romanorum, aut Indictionum, infrà deducimus. Ità etiam eo tempore Francos ex Gallicanis metallis aureos ſolidos, non, vt cum Perſis cetera gentes faciebant, Romani Imperatoris effigie, ſed ſuapte ſignaſſe obſeruat Procopius de bello Goth. lib. 3 & ex eo Petauius part. 1 Rationarij temporum lib. 7, cap. 6. & Sirmondus allatis Græcis eius verbis, in Notationibus ad epiſtolam 78 Alcimi Auiti, de quo agimus infrà* V *Februarij.*

& quoto poſt Synodum Aurelianenſem

64 *Chlodoueo ergo* XXVII *Nouembris anni Chriſti* DIX *vitâ functo, filij regnum partiti, ſucceſſerunt: quorum annis præclaram lucem confert in Chronico Marius hoc* VI *ſeculo apud Burgundiones, Epiſcopus Auenticenſis, ſeu Lauſanenſis. Iuxta hunc* Iuſtino II & Opilione Coſſ. Indictione II, *anno Chriſti* DXXIV, à Godemaro Rege Burgundionum interfectus eſt Chlodomeres Rex Aurelianenſis, *de quo agemus* I *Maij &* VII *Septembris ad Vitas* SS. Sigiſmundi Regis *ab eo occiſi, &* Chlodoualdi *illius filij. Proximus ex fratribus Regibus mortuus eſt* Theodericus I, *Chronologo Moiſſiacenſi & Fredegario cap.* 40 *hiſtoriæ epitomatæ* anno regni XXIV, *& Aimoino lib.* 2. *cap.* 14. cum iam viginti quatuor annis regnum tenuiſſet: *quos annos apud Gregorium legerint, vbi iam* XXIII *exprimuntur lib.* 3. *cap.* 23. *Annus Chriſti intelligitur* DXXXII, *& ſtatutam in morte Chlodouei Chronologiam confirmat.* Theoderico *ſubſtitutus tum filius* Theodebertus, *cum patruis* Childeberto *&* Chlothario Burgundiam, *anno ſequente* DXXXIV, Paulino Iuniore Conſule, Indictione XII, *apud Marium,* obtinuit, fugatoque Godomaro Rege, regnum ipſius diuiſit. *Hoc iuxta eumdem Marium* anno VII poſt Conſulatum Baſilij, Indictione XI *anno Chr.* DXLVIII *mortuo,* ſuccedit in regno eius Theudebaldus filius eius, *quem deinde* anno XIV poſt Conſulatum Baſilij, *Chriſti* DLV Indictione III *idem Marius* obiiſſe *tradit,* regnumque eius obtinuiſſe Chlothacarium patruum patris eius. *Tertius Chlodouei filius* Pariſiorum Rex Childebertus *in eodem Marij Chronico* tranſiit indictione VI, anno poſt Conſulatum Baſilij XVII, *Chriſti* DLVIII, *cuius* diploma pro baſilicâ S. Vincentij Martyris, *quæ hodie S. Germani dicitur in ſuburbio Pariſienſi,* datum anno regni XLVIII, die VI Decembris, *arguit primum regni annum ſaltem ad* DX *referendum eſſe. Inſertum eſt illud diploma Aimoino lib.* 2, *cap.* 20 *in editione Pariſienſi à Iacobo Breulio illuſtratâ. Demum* Chlothacarius I, *abauus* S. Sigeberti, *apud eumdem Marium* mortuus eſt, eiuſque regnum filij ipſius diuiſerunt Indictione IX, anno poſt Conſulatum Baſilij XX. *Annus is erat Chriſti* DLXI, *à Fredegario etiam primus regni filiorum numeratus, qui à Gregorio ad annum ſequentem* DLXII *differtur, vt ex ſequentibus clarè conſtabit. Duos autem Chlotharij vltimos annos vitio librariorum apud Gregorium in vnum conflatos eſſe & ratio temporis dedicti exigit & verba Gregorij lib.* 4 *cap.* 21 *oſtendunt.* Rex Chlotharius, *inquit,* anno quinquageſimo primo regni ſui cum multis muneribus limina B. Martini expetiit *&c. & poſtea pergit.* Regreſſus, quinquageſimo primo (*imò ſecundo*) regni ſui anno à febre corripitur, *& tandem* ſpiritum exhalauit: *Ita Gregorius, qui nuſquam ſolitus eſt eoſdem annos repetere: & ſic tota Chronologia præclarè ſtabilitur.*

D

Chlotharius I abauus S. Sigeberti anno 561,

§ IX *Ætas Regum Francorum à filiis Chlotharij I vſque ad obitum Dagoberti. S. Sigeberti natiuitas: regnum.*

65 *EX quatuor Chlotharij I filiis, qui regno eius iterum diuiſo imperarunt, primus apud Gregorium lib.* 4 *cap.* 26 deceſſit Charibertus Rex Pariſiorum, *ſed quoto regni anno auctor non addit:* decimum *aſſignat Sigebertus in Chronico, qui nobis eſt* DLXX. *Alter frater* Sigebertus I Rex Auſtraſiorum *apud eumdem Gregorium lib.* 4 *cap.* 46 *interemptus* obiit anno regni ſui XIV, *Chriſti* DLXXV: *eiuſq; filius* Childebertus *lib.* 5 *cap.* 1 vix luſtro ætatis vno peracto die Dominici Natalis regnare cœpit. *A quâ ſolennitate, quia Burgundiones aliiq; ſuum annum auſpicabantur, apud Marium,* Sigeberto per fraudem interfecto, Childebertus ſuſcipit regnum Indictione IX, anno Conſulatus Iuſtini iunioris Auguſti X, *Chriſti* DLXXVI, *qui* Childeberti primus, *integer* Gunthramni & Chilperici *patruorum voluitur* decimus quintus *apud Gregorium. Hinc lib.* 6 *cap.* 26 *horum annus* XVII *cum illius* tertio *componitur; & cap.* 18 *illius* quartus *cum horum* XVIII. *Imò lib.* 6 *cap.* 14 menſis Ianuarius *anni* VII Childeberti *in patruorum* XXI *incidit, & lib.* 9 dies, IV Kalend. Decembr. *eſt anni* XII Childeberti *&* XXVI Gunthramni.

E

mortui Reges, Pariſiorum Charibertus circa an. 570, *Auſtraſiorum Sigebertus I anno* 575.

Chronologia ſtabilita annorũ Regum inter ſe,

66 *At conſenſum cum annis Chriſti confirmat primò lib.* 6 *cap.* 15 dies Dominicus pridie Kalend. Februar: jan- *& cũ anno Chriſti* no Childeberti VIII, *Chriſti* DLXXXIII, *cyclo Solis* IV, *litterâ Dominicali* C. *Secundò lib.* 10 *capitibus* 10 *&* 22 *collatis,* dies hebdomadæ quartus, *ſeu Mercurij,* XVIII Kalendas menſis quinti, *ſeu Iulij,* anno Childeberti XV *&* Gunthramni XXIX, *Chriſti* DXC. *cyclo Solis* XI, *litterâ Dominicali A, quo terræ motus factus eſt. Tertiò lib.* 10 *cap.* 1 Pelagio Papâ defuncto, S. Gregorius eligitur anno Childeberti XV, *Chriſti* DXC: *eiuſdemq;* Gregorij annus V, *ad calcem Hiſtoriæ, eſt* Childeberti XIX, *Chriſti* DXCIV. *Quartò* S. Radegundis Regina (*vt ſcribit in eius Vitâ Bandomina, quæ morienti adſtiterat*) obiit quartâ feriâ manè Idibus Auguſti: *addit Gregorius, qui eius ſepulturæ præfuit, lib.* 8 *cap.* 43, *& lib.* 9 *cap.* 2, annum *tum fuiſſe* Childeberti Regis XII, menſem VI & XIII diem menſis: *quæ annum Chriſti* DLXXXVII *requirunt, cyclo Solis* VIII, *litterâ Dominicali* E. *Quintò eidem Gregorio lib.* 5 *cap.* 17 anno II Childeberti, *Chriſti* DLXXVII, *cyclo Solis* 26, *litterâ Dominicali* C, apud Turones multaſque Galliarum ciuitates Paſcha celebratum *fuit, iuxta Victorij canonem,* XIV Kalendas Maias, *Lunâ* XVI, *cyclo Lunæ* XVIII: apud Hiſpanos *verò, iuxta antiquorum Latinorum Canonem,* XII Kalendas Aprilis, *ipſo Æquinoctij die. Lunâ* XVII. *Sed apud Italos, iuxta cyclum Lunæ Alexandrinum, eo anno* Paſcha *fuit* VII Kalendas Maias, *Lunâ* XXI: *concurrentibus dicto anno in Dominicam,* XXI *Martij,* XVIII *&* XXV *Aprilis. Sexto lib.* 10 *cap.* 23 anno Childeberti XV, *&* Gunthramni XXIX, *Chriſti* DXC, Turonenſes Paſcha celebrarunt XXII, alij XV Lunâ, *hi* VII *Kalendas, illi* IV *Nonas Aprilis. qui dies*

F

ciclo Paſchali,

cyclo

Ex filiis poſteris & Chlod. uel I obeunt Reges, Aurelianenſium Chlodomeres anno 524,

Auſtraſiorum Theodericus I anno 533,

Theodebertus I an. 548,

Theodebaldus anno 555,

Pariſiorũ Childebertus anno 558,

A *cyclo Solis* XI, *litterâ Dominicali A, in Dominicas conueniebant. Septimò lib.*6 *cap.*21 anno Childeberti VII, Chilperici & Gunthramni XXI, *Chriſti* DLXXXII, Luna eclipſin paſſa eſt: *& lib.*10 *cap.* 23 anno Childeberti XV Gunthramni XXIX, *Chriſti* DXC, ſol eclipſin pertulit menſe octauo, *ſiue Octobri. Vtramque dictis annis contigiſſe accurato calculo demonſtrat* Petauius *de Doctrinâ temporum lib.*8, *& lib.*11 *cap.*48.

eclipſi bis Lunæ & Solis.

67 *Fredegarius, quod hactenùs non obſeruaui ab aliis animaduerſum, aſſignatum calculum Gregorij Turonenſis vno anno præuertit, dum, quem hic primum annum regnorum Gunthramni, Chilperici & fratrum ſeparat ab vltimo patris Chlotharij duoſq; conſtituit, eoſdem coniungit Fredegarius, atque vnicum facit, vltimum Chlotharij & primum filiorum Regum: adeò vt, qui calculum Fredegarij in hiſce Regibus ſupputationi Gregorij adaptare cupiat, annum Fredegario demat, neceſſe ſit: quod ſequentibus exemplis demonſtratur, dum anni Gunthrãni & Chilperici ſecundùm vtriuſque calculũ accommodãtur annis Childeberti, in cuius regni exordio, quod cũ initio anni in Chriſti Natalitiis incepit, vterque conſentit. Hinc Chilpericum, proauum S. Sigeberti, tradunt ambo Gregorius & Fredegarius,* interfectum eſſe anno Childeberti IX, *qui Chriſti eſt* DLXXXIV: *at Gregorius lib.*6 *cap.*46, *quod cum præcedentibus capitibus conferendum eſt, dictum* IX annum Childeberti

Diſcrimen vnius anni inter Turonenſẽ & Fredegarium

Chilperico anno 584 mortuo

B *ſtatuit conuenire* in annum Chilperici & Gunthramni XXIII, *quẽ* XXIV *Fredegarius ſcribit ca.*1 *&* 3 *Chronici eumdemq; ſtatuit annum* I Chlotharij II, *aui S. Sigeberti; qui tunc patri Chilperico ſucceſſit. Anno ſequente, Chriſti* DLXXXV, Gunthramni *apud Fredegarium* XXV, *huius iuſſu* Mummulus interfectus eſt, *cuius cædem Gregorius lib.*7 *cap.*39 *refert* anno Childeberti X & Gunthramni XXIV: *quem annum deinde lib.*8 *adhuc numerat. Ita qui auctore Gregorio lib.*10 *ca.* 10 *dicitur* Childeberti XV *&* Gunthramni XXIX, *& ca.* 24 Childeberti XVI *&* Gunthramni XXX, *apud Fredegarium ſunt* Gunthramni XXX *&* XXXI: *apud quem ca.*13 anno XXXII Gunthramni ita à manè vſque ad mediã diem ſol minoratus eſt, vt tertia pars ex ipſo vix adpareret. Quæ ſolis defectio accidit* XIX *Martij anni* DXCII, *qui ad Gregorij calculum foret* annus Childeberti XVI *&* Gunthramni XXXI.

ſuccedit filius Chlotharius II, *auus S. Sigeberti:*

obeunt Reges, S. Gũthramnus Burgũdionum anno 593.

68 *Anno proximo ab hac ſolis eclipſi apud Fredegarium ca.* 14 moritur Gunthramnus anno regni XXXIII, *Chriſti* DXCIII, V Kalendas Aprilis, *die eius veneration dein ſacrato: quem regni annum* XXXIII *etiam tradit Chronicon Moiſſiacenſe tomo* 3 *ſcriptorum hiſtoriæ Francorum. Eo autem anno* XXXIII *ſecundùm calculum Gregorij Turonenſis perperàm obſeruato, obitum eius ad annum ſequentem* DXCIV *retulerunt Bucherius, Miræus, Malebrancus, & potiſſimùm Petauius, qui in Rationario temporum ob dictam Solis defectionem*

C *vult par.*1, *lib.*7, *cap.*11, *eum* obiiſſe anno Chriſti DXCIII aut DXCIV; *at par.*2, *lib.*4, *cap.* 16, *tradit eum* deceſſiſſe vel anno DXCIII, aut DXCV, neutrâ autem ratione anno regni XXXIII, ſed priori, anno XXXII ineunte, poſteriori anno XXXIV. *Quæ ex dictis corruunt, multò verò magis ſententia Sigeberti & Baronij, quorum ille aſſerit mortuum eſſe anno* DXCVII, *hic* DXCVIII.

Childebertus Auſtraſiorum & Burgũdionum anno 596.

69 *Idem autem annus Chriſti* DXCIII *apud Fredegarium* & vltimus *fuit* S. Gunthramni Regis, & primus Childeberti *in regno illius adſumpto, cui cap.*16 anno IV huius regni *Chriſti* DXCVI, defuncto, *ſucceſſerunt* Theudebertus in Auſter, & Theudericus in Burgundiâ, *quorum primum regni annum ſtatuit Fredegarius, Chriſti* DXCVI, *quo nempe eiſdem Regibus, epiſtolâ* XIV Indictione *ſcriptâ, S. Gregorius Papa commendauit S. Auguſtinum in Angliam proficiſcentem. Eſt ea epiſtola* 58 *lib.*5 *Regiſtri, cuius tum* menſe Iulio *ſcriptæ meminit Baronius & anno illo* 596 *nu.*10 *& anno* 598 *nu.*13. *vbi relato Gunthramni obitu addit:* Dum verò aiunt (*Fredegarius, Aimoinus aliiq; ſcriptores veterrimi*) Gunthramnum Childeberto reliquiſſe regnum, non video, quomodò id fieri potuerit, cùm habitâ ratione annorum Gunthramni, ipſum Childebertum ante eũ ex hac vitâ migraſſe oportuerit anno Domini DXCVI, vt ex litteris S. Gregorij Papæ monſtrauimus *&c. Hæc*

Baronius. Verùm ſecundùm Chronotaxim noſtram omnia ſunt ac perſpicua.

AVCTORE G.H. D

70 *Regni deinde* Theuderici & Theudeberti VII *apud Fredegarium cap.* 23 Mauritij à ſe interfecti Imperium adſumpſit Focas. *Annus is ex calculo noſtro eſt* DCII, *quo litterâ Dominicali G* die XXVII Nouemb. *feriâ* III *hebdomadæ, capite eum plexum refert Chronicon Alexandrinum. Demum* anno *vtriuſq;* regni XVII, *Chriſti* DCXII Theudebertus *prælio à fratre victus, regnum primùm, deinde vitam amiſit.* Theudericus *verò* anno regni XVIII, *Chriſti* DCXIII, *ca.*39. Mettis profluuio ventris moritur, *cuius filiis Sigeberto* II *aliiſq;, & auiâ Brunechilde occiſis,* Chlotharius II, anno regni paterni XXX, *apud Fredegarium cap.*43, in Burgundiâ & Auſtriâ regnum arripuit, *eiuſq; primus annus cum dicto anno* DCXII *computatur. Huius* Chlotharij anno XL regni, & Imperij Heraclij XIV, *Chriſti* DCXXIII, *finitur Appendix ad Chronicon Marij: magnáque poſiti calculi conuenientiâ,* Chlotharius feliciter religioſeque gubernans nunc vitam ducere *dicitur à tum ſuperſtite ſcriptore.*

Theodebertus II *Auſtraſiorum* 612.

Theodericus II *& Sigebertus* II *anno* 613.

Chlotharius II *fit monarcha, dat regnũ Auſtraſiorum Dagoberto, patri S. Sigeberti anno* 621, *aut* 622.

71 *Interea* Chlotharius Dagobertum filium ſuper Auſtraſios Regem inſtituit, retinens ſibi quod Ardenna & Voſagus versùs Neuſter & Burgundiam excludebant. *ita Fredegarius cap.*47. Annus ille regni Chlotharij XXXVIII *fuiſſe dicitur apud Cheſneum & in codice MS. Goldaſtino, & conuenit in annum Chriſti* DCXXI, *alij cùm codice MS. Sirmondi annum ſequentem tradunt. Nicolaus Zilleſius par.*3 *defenſionis Abbatiæ S. Maximini pag.*9 *vulgauit* diploma Dagoberti datum Moguntiæ pridie Nonas Aprilis anno regni XII, *quod* Henricus Cancellarius ad vicẽ Recolfi Archicapellani recognouit. *Annus hic* XII *regni ſecundùm Æram apud Auſtraſios cœptam eſt annus Chriſti* DCXXXII *aut ſequens. Hoc ergo primum Dagoberto exordium regni, conſilio S. Arnulphi Epiſcopi Metenſis adminiſtrati. Huic* Chlotharius anno regni ſui XLII, *Chriſti* DCXXV, tranſactis cum Gomadrude nuptiis, reddidit ſolidatum regnum Auſtraſiorum, hoc tantùm exinde, quod *Fredegario ca.*53 citra Ligerem, vel Prouinciæ partes ſitum erat, ſuæ ditioni retinens; *conceſsâ Campaniâ Belgicâ aliiſq; vicinis locis ſuprà deſcriptis. Præcipuum verò regni exordium cœpit* anno regni ſui VII, *Chriſti* DCXXVIII, *quo* Chlothario *patri,* anno regni *huius paterni* XLV, Auſtraſiorum & Burgundionum XVI, mortuo *ſucceſſit,* maximâ parte regnorum aſſumptâ, Chariberto *tamen* fratri regendum conceſſit pagum Tholoſanum, Caturcinum, Agennenſem, Petrocoreum & Sanctonicum, vel quod ab his versùs montes Pyrenæos excluditur.

moritur anno 628.

72 *Hæc omnia leguntur apud Fredegarium ca.*42, 55, 56, *&* 58, *monachum S. Dionyſij in Geſtis Dagoberti cap.*15. *& Aimoinum lib.*4, *cap.*16: *qui apud Burgundiones & Neuſtraſios (nam illis contixit Fredegarius, his monachus S. Dionyſij & Aimoinus) ab hoc anno* DCXXVIII, *neglecto apud Auſtraſios antè peracto Imperio, regnum eius inceptum in ſua accuratè tempora digeſtum proſequuntur: quorum* imprudentiâ Dagoberti primordia confuſa eſſe *non rectè arguit Petauius par.*2 *Rationarij temporum lib.*4 *cap.*17. *Diſtinctiſſimè quippe proponit Fredegarius à cap.*47 *ad* 55, *quæ & Chlotharius & Dagobertus in conſortem regni aſſumptus egerunt: à quibus exactiſſimè ſecernit à cap.*55 *ad* 79, *quæ à morte Chlotharij ſecit Dagobertus. Idem præſtat monachus S. Dionyſij in Geſtis Dagoberti, cuius cum patre regimen refert à cap.* 12 *ad* 15. *inde ab obitu patris ad cap.*43 *eius acta deſcribit. Vtrumque ſequitur Aimoinus, qui lib.*4 *cap.*8 *ſocietatem regni Dagoberti cum patre tradit, & poſt huius obitum à cap.* 16 *proſequitur geſta Dagoberti.*

hinc anni regni Dagoberti numerantur

à Fredegario,

monacho S. Dionyſij.

Aimoino.

73 *Ante natiuitatem S. Sigeberti requirunt relati auctores, S. Arnulphum, relicto Epiſcopatu Metenſi, aulicâque Dagoberti inſtitutione, petiiſſe eremum: quod factum eſſe anno regni Dagoberti* III, *Chriſti* DCXXX *aut ſequenti, alibi accuratè oſtendimus. Imò* poſt diſceſſum B. Arnulfi, Dagobertus, *apud Fredegarium cap.*58 *alioſq;,* adhuc conſilio Pippini Maioris Domus & Chuniberti vrbis Colonię Pontificis vtens, magnâ proſperitate ac iuſtitiæ amore gentes ſibi ſubditas regebat: *donec* Gomadrude Reginâ *repudiatâ,*

In eremũ diſcedit S. Arnulphus anno 631.

Averò. RS G. H. A

nascitur S. Sigebertus anno 635.

pudicitâ, Nanthildem de ministerio *in vxorem acciperet, atque* omnis iustitiæ oblitus, luxuriæ supra modum *fieret* deditus. *Tum* anno regni sui VIII, *Christi* DCXXXV, Dagobertus, cùm Auster regio cultu circuiret, quamdam puellam, nomine Ragnetrudem, stratui suo adscíuit, de quâ eo anno habuit filium, nomine Sigebertum. *Ita Fredegarius cap.* 59, *Monachus S. Dionysij cap.* 24 *& Aimoinus lib.*4 *cap.*20. *Confirmat* S. Sigeberti *baptismus à S. Amando Episcopo collatus. Huius enim ætate accuratè digestâ* VI *Februarij, ostendimus eum relictâ vitâ solitariâ, quam* XV *annos apud Bituricenses egerat, anno Christi* DCXXVII *Romam abiisse: inde in Gallias regressum, atque Episcopum consecratum, verbum Dei Gentilibus prædicasse, pueros transmarinos in fide Christianâ educandos emisse: alterocj, itinere Romano peracto, impetratisq, per S. Aicharium Episcopum Tornacensem litteris Dagoberti, Gandenses adiisse, derelictum à socijs, alimentum propriis manibus conquisiuisse, mortuum Tornaci resuscitasse: varias ecclesias & monasteria cœpisse extruere, ad Sclauos conuertendos vltra Danubium profectum esse: reuersum ad aulam, ob Dagoberti Regis incontinentiam culpatam, in exilium missum in Vasconiam abiisse, ibique S. Rictrudem instruxisse: denique cùm Chariberto Rege Aquitaniæ in Franciam rediisse, & Aurelianis baptizasse S. Sigebertum, à Chariberto de sancto lauacro susceptum. Quæ omnia intra biennium peragi debuissent, si anno apud Austrasios cœpto Dagoberti* VIII, *Christi* DCXXIX *natus foret S. Sigebertus: quod nemo itineribus solùm consideratis facilè concedet. Singulis* VI *Februarij in suos annos distributis, demonstrauimus S. Sigebertum anno Christi* DCXXXV *natum, atque à S. Amando baptizatum esse. Baronius solito gressu tardior natiuitatem eius refert in annum* DCXXXIX.

baptizatur à S. Amando:

B

obit Chäribertus Rex anno 636:

74 *Verùm* Chariberto, *eiusq,* filio Chilperico defunctis, Dagobertus anno regni IX, *Christi* DCXXXVI, omne regnum eius vnà cum Wasconiâ *ab illo subiugatâ* suæ ditioni redegit, *integram Francorum monarchiam adeptus: ita Fredegarius cap.* 67, *Monachus S. Dionysij cap.* 25, *& Aimoinus lib.*4 *cap.*23, *præclaro vbique consensu.* Dagobertus, *deinde* anno regni XI, *Christi* DCXXXVIII, filium suum Sigebertum in regno Austriæ sublimauit, sedemque in Metensi ciuitate habere permisit, *vt tradunt iidem Auctores, Fredegarius cap.* 75, *Monachus S. Dionysij cap.* 32, *& Aimoinus cap.*26 *: apud quos capitibus mox sequentibus,* Chlodoueo nato anno Dagoberti XII, *Christi* DCXXXIX, *integrum* regnum Austrasiorum, *suprà* § II, *& III descriptum, S. Sigeberti dominio subiectum est.* Anno XIV Dagoberti, *Christi* DCXLI, *bellum* Wasconibus *illatum, iisq,*

fit Rex Austrasiorum S. Sigebertus anno 638:

C anno XV clementiâ Dagoberti vitam indultam *referunt Fredegarius cap.*78, *Monachus S. Dionysij cap.* 36 *& 42, & Aimoinus lib.*6 *cap.* 38 *& 41. Qui mox capitibus sequentibus addunt,* Dagobertum profluuio ventris in Spinogelâ villâ super Sequanâ fluuio laborare cœpisse, exinde ad basilicam S. Dionysij à suis delatum anno regni sui XVI *exeunte, sub finem anni Christi* DCXLIII. *Nam regno Neustrasiorum & Burgundionum filio Chlodoueo tradito, eoq, & Reginâ Nanthilde Maiori domus Ægani commendatis, in-*

obit Dagobertus anno 644. 19 Ianuar.

grauescente morbo, humanis rebus exemptus est XIV Kalend Februarias, *vt tradunt in Gestis eius monachus S. Dionysij cap.*43, *& Aimoinus cap.* 43. *Annus tum cœperat* DCXLIV, *qui primus Chlodouei* II *numeratur.*

Errores in Gestis Regum Francorum,

75 *Anonymus fabulator in Chronico, quod Gesta Regum Francorum inscribitur, omnem luxuriam & incontinentiam à* Dagoberto *in* Chlodoueum *filium, maritum* S. Bathildis, *transfert;* S. Sigebertum & Chlodoueum *fratres facit vterinos ex eadem* Nanthilde *natos:* Dagobertum in Spinogelâ villâ mortuum esse, *&* regnasse annos XXXIV, *& quidem, vt antè insinuârat,* Monarcham in totis tribus regnis. *Legantur capita* 42, 43, *&* 44. *Verùm licet concedamus hîc annos Dagoberti ab initio regno Austrasiorum numerari, tamen mortem eius cogemur differre ad annum Christi* DCLV. *Iuo Carnotensis annos regni illius scribit* XLIV, *vt necessariò ad annum* DCLXV *aut* DCLXXII *tum vixerit. Priorem annum* DCLXV *elegit Trithemius in Historiâ Regum Francorum. In fragmento Historico, quod Chronico Alberti Argentinensis à Christophoro Urstitio præfixum est, & inter scriptores Francicos cum Gestis Regum Francorum recusum, ita legitur:* Anno Domini DCLXXIV Dagobertus Rex obiit, & filij eius duo regno substituuntur. *Regino obitum eiusdem Dagoberti refert sub Imperatore Iustiniano* II, *Rhinotmeto dicto, qui patri suo Constantino successit anno* DCLXXXV. *Non ergo mirandum si plures anni posterorum regnis eripiantur, vt tandem in Carolo Martello, Pippino & Carolo Magno debitus annorum calculus reducatur.*

Iuone Carnotensis.

D

Chronica Argentinensis.

& Reginone.

§ X Anni regnorum Chlodouei II *& S Sigeberti fratrum, & Childeberti intrusi.*

76 INitum *Chlodouei* II *regnum anno Christi* DCXLIV, *solidissimè confirmat S. Audoënus Dagoberti Regis olim Referendarius. Hic indicaturus, quem optimè scire poterat, annum & diem, quo Episcopi consecrati fuerant ipse Rotomagensis, & S. Eligius Nouiomensis, in huius à se editâ Vitâ tradit, ambos se* Apostolicam benedictionem meruisse eo tempore, quo apud Gallias à cuncto populo Rogationes celebrabantur. *Tum, inquit,* conuenientes simul in ciuitate Rotomagensi decimo quarto die mensis tertij, anno tertio Chlodouei, iuuenculi adhuc Regis, die Dominico ante Litanias, inter cateruas populi, inter agmina Clericorum, inter choros psallentium, consecrati sumus gratis ab Episcopis pariter Episcopi, ego Rotomago, ille verò Nouiomo. *Hæc Audoënus. Annus ab eo indicatur Chlodouei* III, *Christi* DCXLVI, *quo, cyclo solis* XI, *litterâ Dominicali A, cyclo Lunæ* I, *Pascha celebratum fuit Lunâ* XVIII, *die* IX *Aprilis, & solennitas Christi in cælos adscendentis* XVIII *Maij, quam antecessit Dominica Rogationum siue ante Litanias,* XIV *Maij.*

Anno Chlodouei III. *Christi* 646, *consecrantur Episcopi SS. Eligius & Audoënus.*

E

77 Iuuenculus *tum erat* Rex Chlodoueus *annos tantùm* VII *natus; cuius eo anno* Maior domus, defuncto Ægane, *factus est* Erchenoaldus, *Amiserat etiam* S. Sigebertus *suum* Maiorem Domus S. Pippinum, *cuius* Vitam *illustramus ad* XXI *Februarij. Huic successit filius* Grimoaldus, *frater* SS. Begghæ *&* Gertrudis: *quocum S. Sigebertus anno regni* VIII, *adolescens bello Thuringico interfuit, in clade suorum lacrymatus, vt pluribus describit Fredegarius cap.*87, *qui suum mox Chronicon finit cap.*90, *apud cuius Continuatorem, vt suprà monuimus, vsque ad tempora Theoderici magnus rerum gestarum hiatus est, minùs prudenter suppletus. In eo legimus cap.*92, *quod etiam in fabulosis Gestis Regum Francorum habetur cap.* 45, Erchenoaldum Præfectum palatij Regij post mortem Chlodouei II *vixisse,* F *quo* defuncto Francos vacillantes in incertum, præfinito consilio Ebruinum in huius honoris curam ac dignitatem statuisse. *Verùm aliquot ante* Regem Chlodoueum *annis* Erchenoaldus repentè extremum efflauit anhelitum, *cuius infelicem à* S. Eligio *prædictum obitum, in huius Vitâ, describit S. Audoënus. Successor eius* Radobertus *subscripsit* Maior domus Præcepto Chlodouei de libertate monasterij S. Dionysij X Kalendas Iulij anno regni *illius* XVI, *Christi* DCLIX, *quo aut breui defuncto, aut secundùm prædictam vacillationem submoto, substitutus est* Ebroinus, *à quo* Maiore Domus *&* Chlodoueo Rege *puniti sunt interfectores* S. Aigulfi Abbatis Lirinensis, *vt huius Acta antiqua apud Vincentium Barralem in Chronologiâ Lirinensi docent, proferenda* III *Septemb. die eius natali. Eundem* Ebronum *sub mortem* Chlodouei, *& initium regni* Chlotharij III, *fuisse* Præfectum palatij *docet Auctor coætaneus in Vitâ S. Bathildis Reginæ verbis mox promendis.*

succedunt Maiores domus Erchenoaldus,

Radobertus,

Ebroinus,

78 Anno regni Chlodouei XVIII, *Christi* DCLXI, Leodebodum Abbatem S. Aniani, & Fundatorem monasterij Floriacensis, laudabilis vitæ cursum sancto fine conclusisse *referunt antiqua monumenta, cum huius testamento edita à Carolo Saussayo lib.* 4 *Annal. Ecclesiæ Aurelianensis, cap.* 1 *num.* 14. *Vlteriorem ætatem requirit Monachus S. Dionysij, qui interitu Chlodouei narrato, Gesta Dagoberti concludit. Hic relato, monachis Dionysianis,* XXII *Iunij, anno regni* XVI *dato diplomate, tandem cap.* 52 *& vltimo scribit,*

Regnat Chlodoueus annos 18.

A *ſcribit*, Regem reliquias S.Dionyſij minùs religiosè *attrectantem*, in amentiam decidiſſe: *ſed quantum temporis poſt datum diploma ante hanc amentiam contractam interfuerit, non exponit.* Poſthæc *addit*, vt ſenſum Rex recuperaret, villas quaſdam illi loco traditas eſſe, & reliquias auro gemmiſq́ue miro opere veſtitas. Sed ſenſum ex aliquantulâ parte recuperantem, non autem integrè recipientem, poſt duos annos vitam cum regno finiuiſſe. *In Fredegarij Chronico ſuppleto cap.92* Chlodoueus in extremis vitæ annis amens effectus vitâ caruit, *cùm* regnaſſet annos XVIII, *quibus prorſus completis*, XXIV *vitæ ſuæ annum attigit, nec mortem obiit ante annum Chriſti* DCLXII, *quem primum regni Chlotharij filij numerari infrà ex Actis S.Wandregiſili probamus. Hunc autem filium, ac duos fratres* in morte Chlodouei paruulos *fuiſſe teſtatur in Vitâ S. Eligij S. Audoënus.*

obit anno Ch.662,

S.Sigebertus Chlodoueo ſuperſtes,

97 *Eo autem tempore adhuc vixiſſe* S.Sigebertum *inſinuat Auctor coæuus in Vitâ* S. Bathildis Reginæ, XXVI *Ianuarij, dum* Childericum *alterum filium poſt mortem patris Chlodouei in Regem Auſtraſiorum aſſumptum tradit. Verba eius hæc ſunt*: Deo iubente Rex Chlodoueus vir eius migrauit à corpore, relictâque ſobole filiorum cum matre, ſuſcepit illicò filius eius Chlotharius quondam
B Francorum regnum. Tunc etenim præcellentibus Principibus Chrodoberto Epiſcopo Pariſiaco, & Domno Audoëno, ſeu & Ebroino Maiore domus, cum reliquis ſenioribus, vel & ceteris quàm plurimis, & regno quidem Francorum in pace conſiſtenti. Tunc enim nuper (*cuius ſcilicet recentiſſima memoria innuitur*) & Auſtraſij pacifico ordine * ordinante Domnâ Bathilde, per conſilium quidem Seniorum receperunt Childericum filium eius Regem Auſtri. *In Chronico Fredegarij ſuppleto cap.93, poſt relatum regnum Chlotharij additur*: Theodericus, (*perperàm, corrige* Childericus) frater in Auſtraſiâ à Francis in regnum eleuatus eſt apud Vulfoaldum Ducem. *Mendo cap.94 ſublato* Childericus *cum* Vulfoaldo *euocatur in* Neuſtriam. *Hæc de Childerico ſucceſſore S. Sigeberti infrà ſtabilientur; quibus conſentanea referunt Acta S. Sigeberti, hunc* obiiſſe Kalendis Februarij anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, *vti tempore Sigeberti Gemblacenſis numerabant: quem nobis, annum à Ianuario inchoantibus, eſſe ſequentem* DCLXIII *ſæpiùs demonſtratum eſt. Hunc autem annum certiſſimum eſſe, & ex antiquis monumentis, fortè etiam ſepulchralibus, tam in palatio Regio, quàm in cœnobio S. Martini repertum Metis arbitramur, quem Sigebertus tum iuuenis, fidelis hiſtorici functurus munere, intactum deſcripſit, non auſus ſuopte ingenio (quod in Chronico, peruerſo annorum computu abreptus, fecit) à publicis tabulis ſecedere.*

**alteraVita faciēte.*

obiit anno 663;

C

80 *Prætereà ſtatutum mortis eius tempus requirunt tum Epiſcopatus S. Remacli, tum monaſteria Stabulenſe & Malmundarienſe extructa ab eo & dotata. Ac primò, vt ſupra fundamentum* VI *Februarij ad Vitam S. Amandi poſitum, &* III *Februarij ad Vitam S. Hadelini firmatū, ſuperſtruamus, S. Remaclus ſuſceptum circa annum Chriſti* DCL *Epiſcopatum Traiectenſem decem annos adminiſtrauit: hos exprimit Chronicon MS. cœnobij Trudonenſis, exiguntq́; Acta S. Trudonis* XXIII *Nouemb. à Theoderico Abbate monaſterij Trudonenſis conſcripta: in quibus S. Trudo à Remaclo tum Epiſcopo Metas ad S. Clodulphum iſtic Epiſcopum miſſus, omnia ſua bona raro exemplo legauit Eccleſiæ S. Stephani. Sapientiæ dein acquirendæ ſtudio accenſus, à Grammaticâ per reliquas liberales artes ad Philoſophiam progreſſus, anno* VI *Epiſcopatus S. Remacli ſacræ Scripturæ ſtudium arripuit, in quo optatum aſſecutus profectum, in Clerum aſſumitur, & per gradus Eccleſiaſticos promotus, ordinatur Sacerdos, mox ad S. Remaclum anno Epiſcopatus eius* X *remiſſus, in diœceſi illius verbum Dei euangelizauit. Anni hi Epiſcopatus indicantur in Chronico Trudonenſi cap.6, & 8: reliqua pluribus deſcribuntur in Actis S. Trudonis. Eodem anno* VI *Epiſcopatus S. Remacli, Chriſti* DCLV *ſecundùm dictum Chronicon cap.7, cœpta extrui monaſteria* Stabulenſe & Malmundarienſe, *& triennio poſt à* S. Remaclo *adhuc* Epiſcopo *dedicata, qui circa annum* DCLX, *relicto*

illud tēpus requirunt Epiſcopatus S. Remacli, ſtudia S. Trudonis,

Epiſcopatu, in iis longo adhuc tempore vixit, dictiſq́; monaſteriis mox ſequentibus annis procurauit duo diplomata infrà danda, quibus S. Sigebertus vtrumque monaſterium regiâ magnificentiâ dotauit: in iis dicitur vir venerabilis Remaclus Epiſcopus, Chriſto auſpice, Abba præeſſe, *vt vel inde annum obitus S. Sigeberti in Actis indicatum neceſſariò requiri rectè concludamus. Quin & S. Sigebertus, dum in ſecundo diplomate reuocat donationes à ſe factas, antequàm* ad legitimam peruenerat ætatem, *caſq́; ſolùm ratus cenſet, quas* ab anno regni ſui decimo quarto *conceſſerat, prouectam aliquam tum ſe obtinuiſſe ætatem innuit.*

AVCTORE G.H.

D *monaſteria Stabulenſe & Malmundarienſe extructa, & dotata;*

81 *Baronius natum eum anno* DCXXXIX *& Kalendis Februarij anni* DCLVII *defunctum, cùm ingreſſi eſſent annum ætatis S. Sigebertus decimum octauum, & Chlodoueus triennio iunior decimum quintum. Similem errorem incurrunt Bucherius ad Geſta Epiſcoporum Tungrenſium, Miræus in Chronico Belgico, Piſen in Hiſtoria Eccleſiæ Leodienſis, Malebrancus in Morinis, aliiq́;, quibus natus eſt S. Sigebertus anno* DCXXXVI, *vitâ functus* DCLIV, *cùm ille decimum octauum, Chlodoueus decimum quintum ætatis attigiſſet annum: quo tempore huic non potuit fuiſſe filius ſecundo loco genitus Childericus, qui in Regem Auſtraſiorum aſſumeretur, & nuſquam infans aut tantùm natus indicatur. Defuncto autem S. Sigeberto ſecundùm noſtrum calculum anno ætatis* XXVIII *potuerunt proprij filij hæredes regni fuiſſe quos Auctores antiqui in Vitâ S. Remacli* III *Septemb. & S. Boniti* XV *Ianuarij ei attribuunt. Imò potuit Dagobertus, cuius vnius nomen & res geſtæ extant, octo aut decem annos attigiſſe: quem factione Grimoaldi Maioris-Domus in Clericum attonſum fuiſſe, & in Scotiam, ſiue Hiberniam, deportatum, ſed dein poſt aliquot exilij annos rediuiſſe, atque etiam in paternum Auſtraſiæ regnum reſtitutum, infrà in Analectis ad Vitam S. Sigeberti probamus. Quibus hîc omiſſis ſtatutam Chronologiam per annos Chlotharij* III, *huiuſq́; fratrum Childerici & Theoderici, nepotum S. Sigeberti deducimus.*

ætas Childerici ſucceſſoris,

E *& Dagoberti II, filij S. Sigeberti*

82 *Dagoberto ablegato ſubſtitutus eſt Childebertus Grimoaldi filius, à quo S. Niuardum Archiepiſcopum Remenſem Eccleſiæ ſuæ à teloneo aliiſq́; tributis immunitatem impetraſſe docent Flodoardus lib.2. Hiſt. Remenſis cap.7, & Auctor Vitæ S. Niuardi Kalendis Septembris. Huic Childeberto in breuiſſimo Chronico Regum Auſtraſiorum tomo* I *Scriptorum Hiſtoriæ Francorum pag.781 attribuuntur* VII *anni his verbis*: Childebertus adoptiuus, filius Grimoaldi, annos VII. *Fuit autem potiùs* adoptiuus Rex *à Proceribus aliquot & aſſeclis Grimoaldi in regnum aſſumptus, quàm à Rege Sigeberto adoptatus, cuius apud coæuos ſcriptores nullum extat veſtigium. Verùm quidquid de illâ adoptione fuerit, nullo modo regnauit annos* VII *Childebertus, ſed nec aliorum Regum anni in iſto Chronico exactè obſeruantur. Annum illi integrum aut ſeſquiannum cum Chronico Sigeberti relinquimus, regnumq́; Childerici inchoamus labente anno* DCLXIV, *cùm iam Chlotharius biennium in Neuſtriâ regnaſſet.*

Childebertus intruſus,

F *pellitur anno 664.*

§ XI *Anni Chlotharij* III *& Childerici, S. Sigeberti ex fratre nepotum.*

83 *Defuncto* Chlodoueo II *anno* DCLXII, illicò ſuſcepiſſe regnum Chlotharium filium natu maiorem, ſub tutelâ S. Bathildis matris, *tradit in huius Vitâ Auctor antiquiſſimus. Annos regno eius* IV *tantùm paſſim, aſſignant poſteriores omnes chronologiæ atque hiſtoriæ Francorum ſcriptores: contra quos antiquorum & coæuorum teſtium auctoritas clariſſima grauiſſimaq́; præualet. Ac primò* quintum *regiminis annum profert conceſſum* monaſterio Corbeienſi *diploma regium, ſeu, vt iſtic appellatur,* Præceptum *de huius monaſterij ab omnibus teloneis immunitate. Integrum legitur tomo* I *Conciliorum Galliæ ex codice Virdunenſi à Iacobo Sirmondo noſtro deſcriptum. Eius clauſula ita habetur*: Vt hæc præceptio firmior habeatur, & per tempora conſeruetur, nos & præcelſa genitrix noſtra Domna Baldechildis, Regina maxima, noſtris ſignaculis ſubter eam decernimus adfirmare. Signum glorioſi Chlotharij Regis, ſignum præcelſæ Baldechildis

Chlotharius III regnat vltra 4 annos,

obſeruantur anni regni,

AVCTORE G. H.

Reginæ. Data ſub die XXIII menſis Decembris anno V regni noſtri. *Is eſt annus Chriſti* DCLXVI.

A *quinque,*

84 *Diplomata alia annum regni eius ſextum exprimunt; horum alterum confecit* S. Audomarus Epiſcopus Teruanenſis, *quo* baſilicam S. Mariæ Sithiuenſis *tradidit* S. Bertino Abbati, ſub die XVIII Maij, VI regni Domni Chlothocarij Regis. *Integrum exhibet Iacobus Malebrancus in Scholiis ad lib.* 4 *de Morinis, cap.* 3. *Eiuſdem meminit in Chronico Bertiniano Ioannes Iperius capitulo* I *parte* 10, *titulo.*

ſex, De Fundatione eccleſiæ S. Mariæ: *vbi titulo* De concambio quarumdam terrarum inter SS. Bertinum & Mommolenum, *tunc* Epiſcopum Nouiomenſem, *aliud diploma allegatur, hoc exordio:* Dum & nos Dominus in ſolio Patrum *&c. hac verò clauſulâ.* Actum ſub die Kalend. Februar. anno VI regni noſtri. *Iperius, quòd regno* Chlotharij *anni quatuor tantùm ab aliis paſſim attribuerentur, addit,* hæc duo priuilegia data fuiſſe anno VI regni Chlothocarij: ſigillum enim regium nec fallere, nec falli. *Vbi clarè innuit ſe primigenia diplomata, ac ſigillum regium coràm inſpexiſſe, & diligenter examinaſſe.*

85 Septimum *regno annum alij aſſignant. Ita* Bertefridus Epiſcopus Ambianenſis, *tomo* I *Conciliorum Galliæ, concedit* monaſterio Corbeienſi priuilegium libertatis B *à plurimis Epiſcopis ſubſcriptum,* ſub die VIII Idus Septembris anno VII regnante Chlothario Rege. *Et* S.

ſeptem. Wandregiſilus Abbas Fontanellenſis anno regiminis ſui XV adiit Chlotharium anno regni eius VII, & priuilegium regiæ confirmationis ſuper areâ cœnobij ſui liberaliſſimâ datione accepit, *vt hiſce verbis teſtatur auctor Vitæ eius, inſcriptæ* S. Lantberto *eius ſucceſſori, tum* Archiepiſcopo Lugdunenſi, *ad hanc dignitatem promoto poſt* Kalendas Nouembris *anni* DCLXXXIV, *quibus ex hac vitâ migrârat deceſſor eius* S. Geneſius, *quo inter Angelos obtuiante animam* S. Bathildis Reginæ *in cælum eleuatam fuiſſe, huius Acta teſtantur, vnaq; requirunt* S. Bathildem S. Geneſio *ſuperfuiſſe. De* SS. Wandregiſilo, Lantberto, & Geneſio *pluribus agemus* IX *Februarij ad* Vitam S. Ansberti III Abbatis Fontanellenſis, *eorumq; annos regiminis, hîc ſæpiùs interponendos, accuratè ſtabiliemus.*

86 *Statutos hactenùs* Chlotharij *annos præclarè promouet* Vrſinus *in* Vitâ S. Leodegarij Epiſcopi Auguſtodunenſis, *quam, iubente* Anſoaldo Pictauorum Epiſcopo, *& vrgente* Audolpho Abbate S. Maxentij, *qui ambo viuente adhuc* S. Leodegario, *eum dignitatis gradum obtinuerant, ipſe eruditiſſimo vir iudicio conſcripſit. Vitam illam elimato nonnihil ſtylo, vt præfatur, edidit Surius* II *Octobris, atque ex illo Andreas Cheſnæus tomo* I *Hiſtoriæ Francorum.*

C *Nos eamdem primigenio ſtylo ex quatuor optimæ fidei Codicibus MSS. nacti, huc paucula conferimus. Ita ergo ſcribit:* Cùm quidam Pater ex monaſterio, quod eſt ſitum in honore B. Maxentij, obiiſſet, iuſſu Pontificis *Pictauorum Didonis, auunculi ſui,* idem ſuſcepit Leodegarius regendum, quod per ſex ferè annos ſtrenuè rexit, illudque magnis opibus dilatauit. Sed cùm iuxta ſuum Pontificem idoneum ſe præparaſſet, & clarus haberetur præ omnibus, odor eiuſdem ſuauitatis intantùm proceſſit, vt vſque ad palatium Regis redoleret. Erat enim eodem tempore minor Chlotharius cum Baldhilde matre Rex, Francorum regens regnum, qui, agnitâ eius prudentiâ, cupientes eum ſecum habere in aulâ regiâ, petierunt Pontificem, vt habitâ ipſius licentiâ cum ipſis eſſet in palatio. Qui ſtatim iuſſa complens, magnis rebus ditatum, & ſapientiæ floribus adornatum, obtemperans eorum voluntati, deſtinauit ad palatium: quem Rex atque Regina videntes honorificè ſuſceperunt. Qui in paucis diebus tam dulcia ſua verba, & bonitatem oſtendit intantùm, vt Rex ſimul atque Regina & plerique Pontifices ac Proceres ſupra omnes eum in amorem ſuſciperent. Et quia eum videbant dignum ad ſuſcipiendum honorem, cunctorum conſenſu, præcipuè Francorum, ad honorem Pontificalem eum eſſe idoneum proclamarunt. Quem ad hoc electum omnes Auguſtiduno, quæ eſt Æduorum ciuitas, fecerunt Pontificem. Quam cùm D per annos decem ſtrenuè gubernaret, eodem tempore Rex Chlotharius, qui eum Epiſcopum conſtituerat, defunctus eſt. *decem.* *Hæc Vrſinus ex quatuor, vt diximus, præclaris Codicibus MSS. cum ſummo aſſenſu in* decem annis *aſſignatis, quos Surius ita expreſſit.* Quo munere decem annis ſtrenuè cùm functus eſſet, Chlotharius Rex, qui eum promouerat, exceſſit è viuis: *iam pridem ante hos Epiſcopatus illius* decem annos, *Rex conſtitutus, cùm S. Leodegarius & Abbas eſſet S. Maxentij, & deinde in aulam regiam* *plures* *euocatus degeret. Hoc indicat odor boni nominis ex Aquitaniâ vſque ad palatium regium redolentis. Hoc etiam exigit perfecta eius in aulâ viuendi ratio, quâ ipſe ex Aquitaniâ euocatus, Procerum Francorum animos ſibi adeò benignos conciliárat.*

87 *Quæ ſimul cum Chlothario Rege in aulam ad ſe S. Leodegarium euocárat S. Bithildis mater, eadem inter regni adminiſtrationem anno regni illius* VII *vnà contulit priuilegium, quod à Bertefrido Epiſcopo conceſſum fuiſſe monaſterio Corbeienſi ſuprà monuimus. Certè, vt in eius Vitâ legitur,* Primores & Proceres Francorum, vt cœnobialem vitam in monaſterio duceret, differebant, quia eius ſapientiâ palatium regebatur, & pro ſuâ ſanctâ conuerſa- E tione ab omnibus amabatur. *Nam, vt Acta MSS. S. Bertilæ Abbatiſſæ, danda* IV *Nouemb. tradunt,* monaſterium *legitimam* Kalenſe puellarum conſtruxerat, quatenùs, cùm ad *Rex nactus* legitimam ætatem filius ſuus Domnus Chlotharius *ætatem,* peruenisſet, & regnum ſibi commiſſum per ſemetipſum regere potuiſſet, tunc ipſa, relictâ curâ regali, ſub religionis ordine in prædictum ingrederetur monaſterium. *Quod præſtitit* Chlothario filio adulto, *adultus,* cum conſenſu optimatum ſuorum, & in monaſterio ſupradicto ſub obedientiâ Bertilæ ſe abdidit Abbatiſſæ. *Iam verò ſe* ad legitimam ætatem peruenisſe, anno regni ſui XIV *tum annos* XVI *natum, agnoſcit* S. Sigebertus Rex *in ſecundo diplomate Stabulenſibus & Malmundarienſibus dato: vt vel ſimili ætate* Chlotharius adultus, *matre in monaſterium profectâ, regnum videatur ſolus adminiſtraſſe: aſſumptâque deinde maiore viuendi licentiâ, thori ſociam, ſeu illicito concubitu, ſeu potiùs legitimo coniugio, acceptârit. Nam à morte eius, fratriſq; Childerici,* Ebroi- *creditur* nus *eiuſq; aſſeclæ* acceperunt quemdam paruulum, quẽ *generaſſe* Chlotharij fuiſſe confinxerunt filium: hunc in parti- *filium,* bus Auſtri ſecum leuant in regnum. Quâ de re multum collegerunt hoſtiliter populum, eo quòd veriſimile cunctis eſſe videretur. Etenim cùm depopulando patriam ſubiugarent, etiam in nomine ſui Regis, quem falsò fecerant, præcepta Iudicibus dabant. F Quanti autem per hoc calliditatis figmentum, Chlodoueum eſſe filium Chlotharij crediderunt? *&c. vt pluribus refertur in Vitâ S. Leodegarij Ermenario, eius in Epiſcopatu Auguſtodunenſi ſucceſſori, inſcriptâ, editâque tomo* I *Scriptorum Hiſtoriæ Francorum.*

88 *Adulta hæc Chlotharij ætas præclarè ſtabilitur in Actis S. VVandregiſili, in quibus hic traditur,* cœpiſſe monaſterium Fontanellenſe ſub die Kalend. Martiarum anno Chlodouei Regis XI, S. Martini Papæ VII, *Chriſti* DCLIV, *& ab eo tempore* expleuiſſe decem & nouem annos, menſes quatuor, dies quoque viginti & vnum, *qui menſes & dies intercedunt à* Kalendis Martiis *vſque ad* XXII Iulij *ſeu* XI Kalendas Auguſti, *quo vitâ hac mortali exutus eſt. Annus is neceſſariò eſt* DCLXXIII, *qui* XII fuit regni Chlotharij, *vt Acta MSS. exhibent ad plenam Chronologiæ noſtræ confirmationem. In iiſdem Actis* Chlotharius faſtigium regni poſt patrem Chlodoueum adeptus, *regnat v-* rexit populum Occidentalium Francorum annis qua- *niuerſim* tuordecim. *annos* 14. *Ibidem in expoſitione eorum, quæ S. Bathildi prædixerat S. VVandregiſilus, additur:* Chlotharius maior natu quartum decimum regni agens annum, conſortiis ſubitò caruit humanis. Childericus temerè ab inſidiatoribus interemptus, à præſenti ſublatus eſt vitâ. Tertius Theodericus matri ſuperſtes, regni ſuſcepit gubernacula. *Quo regnante Auctor hæc ſcripſit. Annos*

hos

A *hos* XIV *regni Chlotharij anno Christi* DCLXII *cœptos, finimus cum anno* DCLXXV, *vt sub initium sequentis* DCLXXVI *ei primò Theodericus, tum hoc pulso Childericus succesſerint: ambo adultam ætatem adepti, Childericus etiam ductâ in vxorem Bilichilde matrimonio coniunctus. Nam diplomati à Childerico Stabulenſibus & Malmundariēſibus anno regni eius* VIII, *Christi* DCLXXII, *dato ſubſcripſerunt & Bilichildis eius vxor, & Imnechildis vidua S. Sigeberti, vt infrà probabitur, cùm ipſe huius ſucceſſor Auſtraſiis præeſſet, cuius regni anno* XII, *Christi* DCLXXVI *vnà imperiū Neuſtriæ obtinuit, quod ita demōſtratur.*

succeſſit Theoderico anno 676

89 *Baldericus lib.* I. *Chronici Cameracenſis cap.* 27. *exhibet diploma donationis* monaſterio Maricolenſi *ad Helpram in Hannoniâ fluuium* à S. Humberto Abbate *factæ, aliquantò correctius relatum à Miræo in Codice Donationum piarum cap.* 5: *quod nos ex autographo, ipſius Humberti ſigillo munito, deſcriptum habemus hoc exordio*: Anno duodecimo regni Domni noſtri Hildrici glorioſi Regis, ego in Dei nomine Humbertus *&c. interponitur apud Baldericum & Miræum* XV Kalendas Aprilis, *quo die fuiſſe datum aliunde potuit Baldericus ſciuiſſe. Annum illum* XII *regni in* DCLXXVI *conuenire confirmat in clauſulâ diplomatis* ſubnixa adſtipulatio idoneorum teſtium, Domni videlicet Vindentiani Epiſcopi, & Fulberti fratris Humberti. *Nam (vt ex tabulis ſibi à Claudio Deſpretz communicatis probat Coluenerius in Notis ad caput* 19 *Balderici)* S. Autberto Epiſcopo Cameracenſi XIII Decembris anno DCLXXV defuncto *ſucceſſit* Vindentianus, *ſeu* Vindicianus, *aſſignato anno* DCLXXVI, temporibus Theoderici Regis, qui poſt Chlotharium fratrem ſummam regni ſuſcepit, renitentibus plurimis ex Francorum Principibus, maximè propter Ebroinum, qui Maior domus regiæ illis permoleſtus erat, *vt tradit idem Baldericus cap.* 20, *vbi vtriuſque &* Theoderici *& Ebroini ſubiungit eiectionem.* Erat *autem* Ebroinus, (*vt monet in Vitâ S. Leodegarij Vrſinus*) Francis odioſus, quia quod per eumdem ſub Rege Chlothario ſuſtinuerant ponderis iugum, *iterum* metuebant; *potiſſimùm poſtquàm* multitudo nobilium, qui ad Regis noui properabant occurſum, Ebroino mandante, itineris accipere repudium *fuerat coacta: vti ex alterâ Leodegarij Vitâ habemus. Quare* optimates, *conſpiratione factâ*, Theodericum *cum Ebroino*, quòd non eſſet iis præſentibus ſolenniter, vti mos eſt, ſublimatus, perſequuntur: tamdem captum, & violenter iniuriis affectum, ſub monachali habitu monaſterio includunt: & fratrem ſuum Childericum ſubrogant in regnum, *vt referunt Acta MSS. S. Amati Epiſcopi Senonenſis* XIII *Septemb. danda. En regnum* Theoderici, *quamuis breui tempore definitum: quo* S. Vindicianus *anno* DCLXXVI *Epiſcopus factus, donationi* S. Humberti *ſubſcripſit* XVIII Martij, anno XII regni Childerici.

anno Childerici 12 *apud Auſtraſios:*

pulſo Theoderico regnat Childericus,

C 90 *Hic deinde in* Neuſtriæ regno confirmatus, ſuper omnem domum ſuam S. Leodegarium Pontificem ſublimauit, & Maiorem domus in omnibus fecit, *vti in huius Vitâ proſequitur Vrſinus: qui addit* tribus penè annis *Regem feliciter ſub eius directione imperaſſe; ſed poſteà excitatam æmulorum flatibus inuidiæ ſcintillam, paullatim animum regium incendiſſe contra* S. Leodegarium, *qui in Paſchate anno Chriſti* DCLXXIX, *iram Regis declinaturus Luxouium ſeceſſit. Nec diu ſuperfuit Rex* Optimatibus Palatinis *minùs gratus, à quodam* Bodilone, *aliiſq;* inſidiatoribus impiis, cùm Reginâ prægnante interfectus, & cum filiâ Rotomagi in baſilicâ S. Petri à S. Audoëno ſepultus, *vt colligimus ex vitâ SS. Audoëni, Leodegarij, Lamberti, VVandregiſili. Childerici Regis Chilpericus filius fuit, & fortè etiam Theodericus, qui ambo deinde ſub Carolo Martello Reges fuerunt: ij ſub S. Bathilde auiâ in monaſterio Calenſi poſt necem patris delituerunt, tutelamq; & defenſionem ſecuriſſimam apud illam, ad annum vſque* DCLXXXV *ſuperſtitem, ac poſt huius obitum apud S. Bertilam eiuſdem monaſterij Abbatiſſam, aliaſq; ſanctimoniales obtinuerunt. Quarum conſilio, vt omnis præcideretur inuidiæ contentioniſq; occaſio apud Regem Theodericum patruum, eiuſq; liberos & poſteros, videtur Chilpericus in Clericum attonſus eſſe, & nomen Danielis aſſum-*

occiditur anno 679.

ptiſſe. Theodericus etiam, quòd in monaſterio Calâ fuerit enutritus, Calenſis cognominatus eſt. De horum Regum ſucceſſione, & geſtis alibi commodior occaſio diſputandi erit. Ad Chlodoueum II *eiuſq; liberos reuertamur.*

Avero- RE G.H.

D 91 *Poſtremò inſpiciantur effigies Regum Franciæ, quæ à Iacobo de Bie Chalcographo Regio, ex monumentis ſepulchralibus aliiſue Regiis cimeliis ſculptæ prodierunt, & veras eorum perſonas præſentare iudicantur. Ex iis plenâ facie & vtcumq; adultam ætatem referente, ſed imberbes viſuntur Chlodoueus* II *trium Regum pater, & Chlotharius* III *primogenitus. At ſuâ barbâ hirſuti apparent duo alij filij, Childericus facie ferè iuuenili, Theodericus ſenili rugiſq; contractâ. Succedit huius filius Chlodoueus* III, *formoſâ facie adoleſcens, qui* paruulus *patri ſuffectus,* quatuor *tantùm* annos regnauit, *de quibus mox agemus, & ſtatutam Chronologiam vel maximè ex regno Theoderici ſtabiliemus.*

Effigies

Chlodouei II, *Chlotharij* III, *Childerici, Theoderici, & Chlodouei* III.

92 *Hæc accuratè oportuit deduci, quòd omnium penè Chronica, Annales & Hiſtoriæ Francorum prædicta tēpora confundāt, &* Chlotharium *velint ſolùm* quatuor annos *regnaſſe:* puerum vitâ functū. *Quorum opinio euidentiùs infringitur in* Childerico, *quem anno iuniorem* Chlothario *fratre primogenito neceſſariò agnoſcunt: nec tamen vltra* triennium *eidē ſtatuunt ſuperfuiſſe: & tamen admittunt ductâ vxore in coniugio vixiſſe, liberoſq; procreaſſe: quod æquè potuiſſet annos* VIII *natus Chlotharius, quam decem Childericus. His præiuit Fabulator in Geſtis Regum Francorum, coactus, quia regno Dagoberti annos* XXXIV *attribuerat,* XVIII *deperditos recuperare: duos proinde Chlodoueo filio, decem Chlothario nepoti eripuit. Hæc Geſta deſcripſit, qui hiatum Fredegarij ſuppleuit, & Sigebertus Gemblacenſis hos* IV *regni annos, aſſignat Chlothario ab anno Chriſti* DCLXII *ad annum* DCLXVI, *qui deinde ſingularis in ſuâ opinione,* XIII *annos ſequentes attribuit Childerico in regno Neuſtriæ, vſque ad annum Chriſti* DCLXXIX: *quod ſuprà ſatis refutatum.*

Aliis Chlotharius & Chilpericus pueri obeiti, & coniugati.

E

§ XII *Regnum Dagoberti filij S. Sigeberti, & huius ex fratre nepotis Theoderici, tum Chlodouei* III, *& Childeberti fratrum, Theoderici filiorum: & Dagoberti* III *Childeberti filij.*

93 Dionyſius Petauius *par.* 2. *Rationarij temporum lib.* 4. *cap.* 17, *cenſet* Chlotharij & Childerici tempora ex Theoderici exordio firmanda eſſe. *Et nobis quāuis illorum regni tempora tam ſolidis opinemur* § *præcedenti ſtabiliri fundamentis, vt exordium regni Theoderici iis ſuperſtrui poſſit, noua tamen eaq; euidentiſſima non deerunt argumenta, quibus cœptam Chronologiam firmemus. Ac primò Acta S. VVilfridi Epiſcopi Eboracenſis clarè euincunt Theodericū regnum anno* DCLXXIX *recuperaſſe, einſq; palatio præfuiſſe Maiorem-Domus Ebroinum. VVilfridus, teſte Bedâ lib.* 4 *cap.* 12, *ab Epiſcopatu anno* DCLXXVIII *expulſus eſt: poſt cuius abſceſſum Ethelredus Rex Merciorum bellū intulit Egfrido Northumbrorum Regi, à quo VVilfridus fuerat à Sede Epiſcopali eiectus. Conſerto igitur graui prælio iuxta fluuium Trentam, occiſus fuit Alfwinus frater Regis Egfridi.* Contigitque, *inquit Malmesburienſis de Geſtis Pontificum Anglorum lib.* 3, vt anno reuoluto, eodem die, quo ille (*VVilfridus*) præiudiciū in Eboraco paſſus fuerat, cadauer regij adoleſcentis illatum vrbi longum indiceret iuſtitium. Ita Ethelredus triumpho functus, integritate regni receptâ, Winfridum Epiſcopum, qui Ceddæ apud Licefeld ſucceſſerat quòd Egfridi partium fuerat, expulit. Is Gallico littori fortè appulſus, in Theodoricum Regem & Ebroinum Ducem Francorum incidit: quibus à Britanniâ mandatum erat, vt Wilfridum Epiſcopum caperent & ſpoliarent. Quem illi errore nominis acti, ſociis occiſis & rebus ablatis, abire ſiuerunt. At Wilfridus, *ne in manus Theoderici Regis & Ebroini incideret, eodem anno* DCLXXIX in Friſiam ad Adalgiſum Regem nauigauit. Hunc ad necem vel expulſionem viri Dei Ebroinus

Theoderici regnum anno 619 *receptum,*

F

quo S. VVilfridus à Theoderico Rege & Ebroino inſidias paſſus

declinauit in Friſiam.

AVCTORE G. H.

broinus epiſtolis cùm tentaſſet, aurum immenſum pollicitus, irritus fuit. Hieme ibidem exactâ *anno* DCLXXX
A Wilfridus ad Dagobertum, *filium S. Sigeberti*, Regem Tranſthenanorum Francorum venit. Is non immemor, quòd eum quondam factione Magnatum pulſum, & de Hiberniâ ad ſe venientem hoſpitio recepérit, & equis ſociiſque adiutum patriæ remiſerit, benignè excepit, multiſque precibus fatigauit, vt prouinciam remanentiâ ſuâ dignaretur, Epiſcopatum Strateburgenſem accipiens. *Verùm is Romam profectus eſt, vbi* ab Agathone Papâ (*verba ſunt Bedæ lib.* 5 *cap.* 20) Epiſcopatu eſſe dignus inuentus eſt, & ad Synodum centum viginti quinque Epiſcoporum, aduersùs eos qui vnam in Domino Saluatore voluntatem atque operationem dogmatizabant, vocatus, inter Epiſcopos conſedit & *cum iis ſubſcripſit epiſtolæ ex hac Synodo ad Conſtantinum Imperatorem, Heraclium & Tiberium Auguſtos, miſſæ: quæ refertur actione quartâ ſexti Concilij Oecumenici, Conſtantinopoli eodem anno* IↃCLXXX, *menſe Nouembri, inchoati. Sed ad Theodericum, quem hinc conſtat anno* DCLXXIX *Regem fuiſſe, redeamus: cuius, regni reſumpti epocha inchoanda eſt ab eodem anno* DCLXXIX, *ſaltem labente: nam ſeriùs reconciliato Ebroino, videtur* in Regem ab Optimatibus ſollenniter ſublimatus.

& anno 680 inuiſit Dagobertũ Regem filiũ S. Sigeberti,

& Romana Synodo ſub S. Agathone interfuit.

94 Theodericò *igitur poſt Childerici fratris cædem Rege conſtituto, Auſtraſij factione Ebroini Chlodoueum Chlotharij* III *creditum filium in Regem aſſumpſerunt*, aſſerentes
B cum ſacramento Theodericum mortuum eſſe. *Tunc* S. Leodegarius, *quòd huic Chlodoueo nollet fidem promittere, iuſſu Ebroini captus, atque euulſis oculis abductus eſt, & inediâ aliquamdiu cruciatus, ac poſteà in ædibus VVaymeri, Ducis cuiuſdam Campaniæ, qui ad hoc ſcelus perpetrandum, cum Didone altero Ebroini Conſiliario*, è finibus Auſtri, *ſiue Auſtraſiæ, miſſus fuerat, detentus. Interim Ebroinus, reiecto Chlodoueo illo ſubornato, in gratiam Theoderici Regis reſtitutus, dignitatem Maioris Domus adhuc anno* DCLXXIX *recepit. At Dagoberto S. Sigeberti filio, anno ſequente* DCLXXX *ad regnum Auſtraſiæ euecto VVaymerus tùm S. Leodegario in Neuſtriam ad Ebroinum fugit, ac* per huius fraudem in Epiſcopum promotus, in eius indignationẽ *poſteà* incurrit, *&* multis flagellis cæſus, turpiſſimeque, vt decebat proditorem, condemnatus, laqueo ſuſpenſus eſt. *At* S. Leodegarium in quoddam perduxerant monaſterium, in quo eum per annos circiter duos latuiſſe *tradit in eius Vitâ Vrſinus ad annum ſcilicet* DCLXXXII, *quando iuſſu Ebroini oblatus Regi, opprobriis contumeliiſq; affectus, linguâ etiam exectâ, traditus eſt* S. Waningo, *in cuius* monaſterio Fiſcano per biennium ferè in Dei laudibus reſedit *ad annum vſque* DCLXXXIV. *Quo tempore ei ad Concilium ab Epiſcopis in Villâ regiâ habitum euocato ingredi non licuit, ſed ſeorſim à Rege in ſpeciem examinatus, eius atque Ebroini ſententiâ capite plexus eſt die ſecundo Octobris, vti genuina vitæ eius hiſtoria exactè tradit, altera Epiſcopo Auguſtodunenſi Ermenario eius ſucceſſori dicata, altera auctore Vrſino inſcripta Anſoaldo Pictauorum Epiſcopo, in Didonis eius patrui locum ſubſtituto.*

S. Leodegarius anno 679 captus,

anno 684 occiditur.

C 95 *Anno dein* DCLXXXVII *mortuo Auſtraſiæ Maiore Domus Vulfoaldo Duce, Pippinus Herſtallius, pater Caroli Martelli, menſe Iunio huius dignitatem accepit*, rexitque, *vt Annales Metenſes habent*; annos XXVII, *&* menſes VI, *mortuus anno* DCCXIV *menſe Decembri. Nec diu ſuperſuiſſe Dagobertum Regem colligimus ex hiſtoriâ Chronico Fredegarij annexâ, in quâ cap.* 97 *relato poſt obitum Vulfoaldi dominatu Martini atque Pippini, additur:* Defunctis, *ſiue* decedentibus Regibus, commiſſis inuicẽ Principibus, Ebroino, Martino atque Pippino aduersùm Theodericum Regem excitantur ad bellum ... Deuicti cum ſociis Martinus atque Pippinus in fugam lapſi ſunt, perſecutuſque eos Ebroinus maximam partem de illâ regione vaſtauit. *Tunc Martinus Dux contra fidem datam ab Ebroino interfectus eſt. Sed hic eâ victoriâ inſolenter elatus, dum Francos crudeliùs opprimit, à quodam Hermenfrido confoſſus eſt eodem anno ad finem vergente, aut certè initio ſequentis*, tranſacto *poſt necem S. Leodegarij* trium annorum ſpatio, *vt in vtraque huius Vitâ legitur. Dein poſt cædem Ebroini corpus S. Leodegarij Pictauos delatum eſt, & in vicino monaſterio S. Maxentij* medio Martio menſe *depoſitum anno* DCLXXXVIII.

Vulfoaldo an. 687 *mortuo ſuccedit Pippinus,*

interficitur Ebroinus:

D *corpus S. Leodegarij an.* 688 *Martio trãſfertur.*

96 *Ebroino ſucceſſit VVarado, ſeu VVaratto, Maior-Domus, ac mox datis obſidibus inter hunc & Pippinum pax firmata. Sed VVaradone à filio Giſlemaro ſupplantato bellum ciuile recruduit*, quamplurimis nobilibus viris Pippini Ducis fraudulenter ad caſtrum Manucum, *quod Namurcum interpretantur, occiſis. Quæ dicto anno* DCLXXXVIII *peracta arbitramur. Non diu pòſt Giſlemarus, ſæpius à S. Audoëno Epiſcopo Rotomagenſi fruſtrà monitus, morte pertinaciam luit, & VVarado pater palatij præfecturam recepit: inter quem & Pippinum vt concordia conſtitueretur, Colonìam eſt profectus S. Audoënus, & pace ſtabilitâ ad Regem ac VVaradonem regreſſus, in villâ regiâ Clypiaco prope Pariſios, è viuis exceſſit* nonagenarius, *cùm* rexiſſet Eccleſiam Rotomagenſem annos XLIII, menſes III, dies decem, *à* XIV *Maij anni* DCXLVI, *ad* XXIV *Auguſti anni* DCLXXXIX, *vt nihil accuratiùs dici poſſe videatur. In Actis adiungitur* annus ab Incarnatione Chriſti IↃCLXXVII, *è minùs recto Rotomagenſium ante quingentos aut ſexcentos annos aſſumpto calculo inſertus. In Chronico Sigeberti à Roberto de Monte interpolato & continuato, ad annum* DCXXXIV *iſta leguntur*: Defuncto S. Romano ordinatur S. Audoënus XXII Rotomagenſis Archiepiſcopus. *Qui error duodecim annorum illic cœptus,* & ſuprà reiectus, *in obitu neceſſariò continuandus, veritate non diſcuſſâ, videbatur, & varios hactenùs aſſectatores habuit.*

Annus Theoderici 3, *Chriſti* 681, *menſe Octobri,*

97 *S. Audoëno ſucceſſit S. Ansbertus ex* III *Abbate Fontanellenſi Archiepiſcopus Rotomagenſis, ad cuius Vitam* IX *Februarij ordinamus tempora S. VVandregiſili Fundatoris & primi Abbatis Fontanellenſis, oſtendimuſq; illi* XXII *Iulij anni* DCLXXIII *vitâ functo ſuffectum fuiſſe Abbatem* II *S. Lãbertum, cuius regimen egregiè annos Theoderici Regis propugnat. Nam Aigradus auctor coæuus in Vitâ MS. S. Condedi Abbatis,* XXI *Octobris dandâ, ſcribit* inſulam Belcinnacam *ad Sequanam flumen illi* à Theoderico Rege per priuilegium ſuæ auctoritatis traditam perpetualiter *poſſidẽdam: cui etiam Condedo* prædiues ac nobilis Schiwardus poſſeſſiunculas aliquas dono perenni contulit VI Idus Octobris ſub anno III præfati Regis Theoderici, qui erat Lantberti annus nonus. *Ergo annus Chriſti* DCLXXXI, *in quem, ſaltem dicto menſe Octobri, conueniunt & annus* III *Theoderici &* IX *Lãberti: quo Archiepiſcopo Lugdunenſi ordinato ſub finem anni* DCLXXXIV (*nam deceſſor S. Geneſius Kalendis Nouembris è viuis deceſſerat*) *datus* III *Abbas Fontanellenſibus S. Ansbertus, cuius* anno II, Theoderici Regis VII, *eidem monaſterio inſulæ Belcinnacæ à memorato viro Schiwardo varia collata fuiſſe bona tradunt prædicta Acta S. Condedi, nullo tamen donationis menſe indicato, vt ea potuerit facta eſſe aut ſub finem anni* DCLXXXV, *aut certè ſequenti* DCLXXXVI, *cuius magnam partem ad dictum* VII *annum Theoderici Regis eſſe referendam ſuprà diximus, atque infrà, maximè in anno obitus, confirmamus.*

Annus Theoderici 3, *Chriſti* 681, *menſe Octobri,*

Theoderici 7 *Chriſti* 685, *aut* 686.

E

F

98 *Eodem* anno ſeptimo regni Theoderici, *die* VIII Idus Maij datum eſt priuilegium Ioannis V Papæ, *quo* res Atrebatenſis Eccleſiæ confirmantur S. Vindiciano Ep. *apud Baldericum lib.* I *Chronici Cameracenſis cap.* 25. *Electus eſt Ioannes Papa die* XXII *Iulij anni* DCLXXXIV, *vitâ functus anno ſequente die* II *Auguſti, quo illud* priuilegium VIII Idus Maij & anno VII Theoderici *datum, præclarè noſtrum calculum confirmat.*

Theoderici 7 *Chr.* 686 *menſe Maio.*

99 *Sedem S. Ansberti (quem S. Audoëno* XXIV *Auguſti anni* DCLXXXIX *mortuo ſucceſſiſſe diximus) celebrem facit ſynodus Rotomagenſis ab eo habita, & quidem* anno glorioſi Regis Theoderici XIII, *vti eum exprimunt Acta excuſa & MSS. Rotomagenſia & Fontanellenſia, quibus maximè fidendum eſt. Annus is eſt Chriſti* DCXCI, *aut certè proximus* DCXCII. *Deeſt menſis quo ſynodus habita eſt. Anno dein* DCXCIII *in ipſo Aſcẽſionis Chriſti feſto, corpus S. Audoëni in editiorem locũ tranſtulit S. Ansbertus: qui pulſus poſteà in exiliũ, defunctus eſt in Alto-monte monaſterio Hanoniæ* IX *Februarij anni* DCXCV. *Alij paſſim hanc ſynodum referunt ad annum* DCLXXXII,

Theoderici 13 *Chriſti* 691 *aut* 692.

A DCLXXXII, *quo adhuc viuentibus SS. Geneſio & Audoëno Archiepiſcopis, illo Lugdunenſi, hoc Rotomagenſi, ſub Lantberto Abbate Fontanellenſi priuatus degebat S. Ansbertus. Sirmondus tomo* I *Conciliorum Synodum hanc Rotomagenſem dicto anno* DCLXXXII *habitam etiam cenſuit, & quidem anno* XVI *Theoderici, quem ex* MS. *codice S. Michaëlis in mari, appoſuit. Verùm tot eum annos non regnaſſe mox probabimus. Hoc argumento nixi plurimi, ſcripſerunt Theodericum anno* DCLXVII *cœpiſſe regnare: quod abundè refutatum. Cum annò Chriſti intruſa erat Indictio* X, *quod etiam monuiſſe ſufficit.*

100 *His interpoſitis redeo ad annum* DCLXXXIX, *quo S. Audoënum* XXIV *Auguſti vitâ functum oſtendimus: cuius obitu relato, additur in Hiſtoriâ iuſſu Childebrandi ſcriptâ cap.* 99, in illo itidem tempore Waradonem Maiorem-Domus obiiſſe: *cuius etiam mors in Annalibus Metenſibus ad eumdem annum refertur. Waradoni ſucceſſit Bertharius, de quo & Theoderico Rege Pippinum Textricij in Veromandus victoriam reportaſſe anno* DCXC *tradunt iidem Annales Metenſes. ſtatuuntq; ad annum* DCXCIII *obitum Theoderici Regis, cùm* victus à Pippino ſub eodem annis regnaſſet tribus. *Secundùm Hiſtoriam iuſſu Childebrandi ſcriptam cap.* 101, Theodericus regnauit annos XIV, *ab æſtate anni* DCLXXIX *ad annum* DCXCIII. *Dein iſta adduntur:* Chlodoueum filium eius paruulum elegerunt in regnum. Non poſt multos verò annos prædictus Rex Chlodoueus ægrotans mortuus eſt. Regnauit autem annos IV. *Annales Metenſes habent, eum,* dum quartum annum in regno compleuiſſet, innocentem vitam finiuiſſe. *In Chronico breuiſſimo Codicis Tiliani apud Cheſneum tomo* I *Hiſtoriæ Francorum pag.* 781, Chlodoueus regnauit annos IV, obiit in quinto, *ab anno* DCXCIII *labente ad initium circiter anni* DCXCVIII, *qui primus Childeberti Regis annus eſt cum magnâ hactenùs ſtatutæ Chronologiæ approbatione. In epitaphio Theoderici, quod limbo ſuperiori mauſolei, in monaſterio Vedaſtino, inſcriptum legitur, annus obitus illius aſſignatur* DCXCIV, *quem nos alibi etiam indicauimus. Verùm cùm tempus epitaphij illius conditi ignoretur, malumus cùm auctoribus iam citatis annum præcedentem retinere. Opponunt alij ſcriptum quoddam, quod penes Bongarſium fuit, ſed id alibi accuratè à nobis refutatum, hîc omittimus*

Theodericus regnat annis 14, *moritur* 693

101 Annos Childebertum tredecim regnaſſe *legitur in Hiſtoriâ iuſſu Childebrandi ſcriptâ, in Chronicis Regum Francorum breuiter digeſtis pag.* 798 *tomo* I *Cheſnei, & ſequitur Ado in Chronico. Hos tredecim annos numeramus ab anno* DCXCVIII *ad* DCCXI, *quo Childebertum è viuis exceſſiſſe referunt Annales Metenſes, aliiq; Annales breues tomo* 2 *Cheſnei pag.* 3, *&* 6, *& conſentiunt hactenùs diſſidentes auctores, Bucherius, Petauius aliiq;. Quot annos Childebertus natus vitam finierit, necdum legimus. Chlodoueus* III paruulus Rex factus *traditur, &* puer mortuus. *Hoc Rege Childebertus frater iunior,* XIII *ſolùm annos regnauit, ſed ductâ vxore, & relicto filio Dagoberto* III, *quem alij* adhuc puerum, *alij* iuuenculum Regem, *& paſſim omnes* iuniorem Dagobertum *appellant.* Annos quinque *eum* regnaſſe, *tradunt Annales Metenſes, & Hiſtoria iuſſu Childebrandi ſcripta. In Chronico breuiſſimo tomo* I *Cheſnæi pag.* 781 *legitur* regnaſſe annos quatuor, obiiſſe in quinto. *Annus obitus* IↃCCXV *aſſignatur in Annalibus Fuldenſibus aliiſq; breuibus tomo* 2 *Cheſnei, & confirmatur in Chronico MS. Fontanellenſi, vbi* Dagobertus Rex iunior Benigno Abbati largitus eſt quartam partem de Arlauno foreſte anno quinto regni ſui. . . Edita eſt autem hæc donatio, ſiue confirmatio à præfato Rege Dagoberto, anno Dominicæ Incarnationis IↃCCXV, Indictione XIII, V Iduum Iuniarum, die Dominicâ. Eodem anno ipſe Dagobertus Rex mortuus eſt. *Hæc ibi: & congruunt characteres, concurrente in dictum annum cyclo Solis* XXIV, *litterâ Dominicali F. Ceterùm Pippino Herſtallio, quem ſuprà diximus, poſt adminiſtratam* XXVII *annos præfecturam, anno* DCCXIV *è viuis exiuiſſe, ſucceſſit initio Theobaldus eius nepos, Grimoaldi è Plectrude legitimâ vxore nati filius. At Carolus Martellus ex Alpaide concubinâ genitus, manſit ſub nouercæ cuſtodiâ vſque ad annum* DCCXV, *quo liberatus, à ſolis Auſtraſiis aſſumptus eſt, cùm iam tùm apud Dagobertum* III *eſſet Maior-Domus Ragenfredus.*

Chlodoueus regnat vltra 4 annos vſque ad annum 698

Childebertus regnat annos 13 *moritur* 711

ſuccedit Dagobertus III.

mortuus anno 715

AVCTORE G. H.

102 *Mortuo in iuuenili ætate Dagoberto* III, *& adhuc, quod veroſimilius nobis videtur, cælibe & forſan impubere,* Franci Danielem quondam Clericum, cæſarie capitis creſcente elegerunt, atque Chilpericum nominant. *Ita Hiſtoria iuſſu Childebrandi ſcripta cap.* 106. *& conſentiunt reliqui auctores. Monachus Egoliſmenſis in Vitâ Caroli Magni hunc* Chilpericum *ſcribit eſſe* fratrem Dagoberti iunioris, illiuſque conſanguineum Theodericum ſucceſſorem. *Verùm ordo immutatus forſan ita emendandus eſt, vt* Chilpericus *dicatur* conſanguineus Dagoberti Regis *& Theodericus frater Chilperici, qui* Calenſis *cognominatur, quod feratur* in monaſterio Calenſi enutritus, *forſan ſub* S. Bathilde, *quam* auiam *ſuam vti &* Childericum genitorem *agnoſcit Chilpericus in diplomate Corbeienſibus conſignato, at* Dagobertum III conſobrinum *appellat in altero diplomate monachis S. Mauri ad Ligerim dato. Fuerunt autem fratres Childericus pater Chilperici, & Theodericus auus Dagoberti Iunioris: hinc prorſus illius ætui inſcientiâ* cõſobrini *appellati, & à monacho Egoliſmenſi* conſanguinei, *vti legendum eſſe monuimus. Fuit autem Rex Chilpericus anno* DCCXVII *die Dominicâ in Quadrageſimâ* XII *Kalendas Aprilis deiectus à Carolo Martello Vinciaci in pago Cameracenſi, & anno iterum* DCCXIX *cum Eudone Duce Aquitaniæ in Sueſſionenſi ditione, à quo Regem Chilpericum ſibi traditum, Carolus anno* DCCXX *Nouiomum abduxit: quo paullò poſt vitâ functo Theodericum in ſedem regni conſtituit, qui annos ſeptemdecim regnauit, ab anno ſcilicet* DCCXX, *ad* DCCXXXVII, *quo eum vitâ functum eſſe alibi probamus. Mortuo Theoderico Carolus Martellus per reliquum vitæ tempus abſque alio Rege imperauit vſque ad annum* DCCXLI, *quo Pariſiis menſe Octobri è viuis exceſſit, ſepultus in monaſterio S. Dionyſij: de cuius damnatione fabulam confictam refutamus* XX *Februarij ad Vitam S. Eucherij Epiſcopi Aurelianenſis.*

ſuccedunt Chilpericus filius Childerici

& anno 720 *Theodericus forſan illius frater,*

ac poſt interregnum

103 *E diuiſione Caroli Principatum regni filij eius Karlomannus & Pippinus aliquamdiu, etiam abſque vllo Rege, adminiſtrarunt. Extat diploma Pippini, quo Eccleſiæ Matiſconenſis immunitates confirmantur cum hac clauſulâ:* Signum Pippini Maioris-Domus. Ego Rodalgus iuſſus ſcripſi. Actũ Kalendis Ianuarij anno ſecundo Principatus eiuſdem Pippini in ciuitate Metis in Palatio regio. *Is erat annus* DCCXLIII, *ſub cuius adhuc initium aſſumptum eſſe Childericum vltimum in Regem colligimus ex Concilio Sueſſionenſi tunc habito, ad quod ita præfatur Pippinus:* In nomine Dei & Trinitatis. Anno DCCXLIV ab Incarnatione Chriſti ſub die VI Nonas Martij & Lunâ XIV in anno ſecundo Childerici Regis Francorum, ego Pippinus Dux & Princeps Francorum. *Hunc Childericum genitum patre Theoderico Rege tradunt Genealogia Regum Francorum apud Cheſneum tomo* I *pag.* 793 *& Chronicon MS. Fontanellenſe: in quo dicitur* anno DCCL depoſitus, tonſuſque, ac in monaſterio S. Audomari, quod dicitur Sithiu, truſus. Cuius filius, nomine Theodericus, in hoc *Fontanellenſi* monaſterio anno ſequenti Clericus effectus, collocatus eſt. *Hæc ibi.* Obiiſſe Regem Childericum monachum anno DCCLIV tempore ſecundæ coronationis Pippini *tradit Iperius in Chronico Bertiniano MS. Fuit hæc ſecunda Pippini coronatio peracta à Stephano Pontifice Romano in Franciam peregrinato. Fuerat autem auctoritate Zachariæ à S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino anno* DCCL, *depoſito Childerico, coronatus. Quem annum alibi exactè probamus.*

Childericus anno 743

in monachum actonſus anno 750

regno ad Pippinum delato.

§ XIII Anni Chriſti, Pontificum, Imperatorum, Conſulum, & Indictionum ſubinde à poſteris intruſi.

104 *Væ ob nonnullos* Chriſti, Imperatorum, Pontificum, Conſulum Romanorum, *aut* Indictionum annos *neglectos contrà datam hactenùs Chronologiam opponi poſſent, vltro in hunc locum ſeruauimus, oſtenſuri vnde firmiſſimum ſibi fulcimentum ſtatuunt alij, inde præcipuum errorum fundamentum nonnumquàm erui debere. Ac primò certum,*

AVCTORE G. H.

certum, atque apud eruditos indubitatum est, nullam primis quinque seculis consuetudinem fuisse ab Incarnatione aut A Natiuitate Christi singulos annos enumerandi: cuius instituti Dionysius cognomento Exiguus, qui Iustiniano Imperatore, seculo Christi sexto floruit, auctor fuisse traditur; cuius tamen epocham ab hodierno calculo paullò diuersam esse alibi diximus. Hinc anni Christi melius desunt in codicibus nonnullis MSS. Chronicorum Eusebij, Hieronymi, Prosperi, & aliorum antiquorum, qui à posteris margini adscripti, alij leguntur apud Scaligerum, alij apud Pontacum, Mirœum, aliosq; Et Idatius, dum eorum Chronicon continuat, monet, ne anni Olympiadum turbentur, se annum eumdem scribere & Theodosij Magni vltimum, & filiorum Arcadij & Honorij primum: silet de annis Christi, quos æquè turbasset. Præterea epocham Christi statuissent Eusebius, Hieronymus, Prosper, Marcellinus Comes, aliiq; à Christi baptismo ac prædicatione, aut passione seu resurrectione; vt eorum Chronica demonstrant: quæ epocha cùm annis à Natiuitate Christi apud Victorem Tunenensem in fine Chronici & Continuatorem Fredegarij cap. 109 confusa, clarè innuit, necdum eo tempore viguisse consuetudinem annos à Christi incarnatione aut natiuitate numerandi.

Anni Christi non obseruati ante 6 seculum.

105 Bucherius Tractatu de Chronologiâ Regum Francorum sect. 1, obseruat ad suppùtationem à Christo nato B non posse confugi, quod ea in antiquis historiis ante DCCL circiter Christi annum non vsurpetur. Ab eo autem tempore sub Pippino Rege, eiusq; filio Carolo Magno ratio illa à Christo incarnato aut nato supputandi paullatim adeò inualuit, vt ipsa Chronica per similes annos Christi mox fuerint conscripta. Huiusmodi Annales plures exhibet Andreas Chesnæus tomo II Historiæ Francorum, qui finiuntur ad annum Christi, alij DCCXC, alij DCCC, alij superaddunt VI, VIII aut XIII eius seculi annos; quibus etiam temporibus eorum auctores videntur vixisse. Hi autem, ne procùl aberrarent, suos Annales auspicati sunt ab vltimis annis Pippini Herstalli eiusque filij Caroli Martelli: circa quorum tempora maior omnium auctorum ideò consensus reperitur. Monachus S. Dionysij in Gestis Dagoberti, Aimoinus in Historiâ Francorum antiquorum, licèt post supputationem à Christo nato iam longo tempore vsitatam, vixerint; vt omnem tamen aberrandi occasionem euitarent, eos solùm adhibuerunt temporum characteres, quos à vetustissimis & coæuis scriptoribus sciuerunt admotos.

apud Fræos seculo 8 cœpti vsurpari,

106 Regino Abbas Prumiensis, qui sub initium seculi decimi floruit, solùm posteriorem Chronicorum librum à morte Caroli Martelli, per Incarnationis Dominicæ annos, tempora Principum & gesta deducit, priore verò libro, omissis annis Christi, se nihilominùs quo tempore, quo C loco, vel quid sub vnoquoque Principe actum sit, summatim ostendere, sub finem libri primi monet. Eos autem annos Christi, libro primo deesse, inconcinnum alius ratus, intrusit adeò inordinatos, vt integri ferè seculi hiatus reperiatur admissus. Nam sub finem libri primi proposito anno Dominicæ incarnationis DCLV ita subditur: Carolus Princeps X anno regni sui cùm Baioariis pugnauit, XV contra Lantfridum dimicauit, XVI Eudonem Ducem Aquitaniæ protriuit, XVII Saracenos expugnauit &c. At liber secundus mox inchoatur in obitu eiusdem Caroli Martelli his verbis I Anno Dominicæ Incarnationis DCCXLI Carolus filius Pippini Maior domus & bellicosissimus Dux Francorum defunctus est. En hiatus LXXX & amplius annorum in eodem Carolo, quod admodùm absurdum, non putamus in Reginonem cadere potuisse. Quare toto libro primo annis Dominicæ incarnationis deletis, singulos paragraphos ab Imperatoribus inchoandos arbitramur, hac ratione: Mauritius regnauit annos XX. Phocas regnauit annos VIII. Heraclius regnauit annos XXVI &c. quo tempore per Imperatorum successionem indicato, quod tum diuersis locis peractum credidit, subiunxit, sed non semper absque mendis. Ita Dagoberti I Regis obitum ad Imperium Iustiniani Rhinotmeti, anno DCLXXXV inchoatum, suprà monuimus ab eo dilatum esse: cuius tamen Imperio præpositus à posteris annus Dominicæ Incarnationis DCXII summam induxit rerum omnium confusionem. Illos autem annos Christi olim ab aliquot seculis appositos fuisse innuunt antiqui codices MSS. in quibus etiam leguntur. D

intrusi in librum I Reginonis,

107 Non multùm ab eâ Chronologiâ discedunt auctor Chronici Gandensis, Theodericus Abbas S. Trudonis, Philippus Abbas Bonæ-spei, aliiq; historici, qui seculo Christi XII in Belgio floruerunt. Ita in Chronico Gandensi annus Incarnationis Dominicæ DCX coniungitur cùm anno Dagoberti Regis XIV. & S. Amandum, qui anno Theoderici Regis II, Christi DCLXXXI mense Aprili suum confecit testamentum, scribunt Philippus Abbas, aliique vitâ functum esse anno Christi DCLXI. Verùm illic antiquum Regum Dagoberti & Theoderici characterem, expunctis annis Christi, seruandum esse, docebimus VI Februarij die Natali S. Amandi. Quæ extat Vita S. Vedasti eodem VI Februarij à nobis illustrata, profert annos Episcopatus eius quadraginta, reticet annum mortis, quem DLXX Christi refert eadem Vita in Breuiario Atrebatensi in lectiones Matutinales distributa. Eumdem annum DLXX tradunt Sigebertus in Chronico, Baronius in Notationibus ad Martyrologium Romanum aliiq; illustres Scriptores; cùm tamen S. Vedastum circa annum DXL vitâ functum esse certò constet ex dicendis VI Februarij. Eodem prorsus modo intrusos annos Christi Actis SS. Wandregisili, Audœni, Ansberti, expungendosq; esse ostendemus IX Februarij ad Vitam S. Ansberti. Sunt autem ea Acta ab auctoribus contemporaneis scripta, cùm vsus adscribendi annos Christi apud Francos assumptus necdum esset. *& varia Acta Sanctorum.*

108 Minor difficultas in annis Pontificum Romanorum appositis apparet, cùm & ea consuetudo nũ facilè probetur ab antiquioribus Scriptoribus vsitata, & menda enormia vindicent auctores coæuos à simili confusione. Ita S. Martinus Papa, qui Theodoro anno DCXLVII vitâ functo successit, passim coniungitur cum Rege Dagoberto anno DCXLIV mortuo: imò Chronicon Gandense annum XIV Dagoberti, & V Martini Papæ in annum Christi DCX coniecit. Aliqui characteres Imperatorum, & Consulum Romanorum, atque Indictionum, antiquis Chronographis magis vsitatos & tritos, adeò perturbant, quasi omni & loco & tempore adhibiti fuissent. Gregorius Turonensis dum libro primo, & initio libri secundi Historiæ, tempora ea describit, quibus Imperatores Romani rerum adhuc in Galliâ potiebantur, res gestas ad eorumdem Imperatorum epocham ordinatas, per sua tempora distribuit; adductis etiam Consulibus Romanis, quos ad annum obitus S. Martini accuratiùs obseruatos repererat. Deinde verò, postquàm Imperio Romano è Galliis eliminato, regnum ibidem Francorum stabilitum est, solùm suorum Regum annos obseruarunt antiquiores Franciæ Scriptores, Gregorius Turonensis, Fredegarius, Fortunatus, Audœnus, Vrsinus, aliiq; Vitarum Sanctorum Scriptores coæui, eosq; imitati monachus S. Dionysij in Gestis Dagoberti & Aimoinus suprà memorati. E F

Anni Pontificum.

Imperatorum, Consulum, Indictionum,

olim Francia non vsitati.

109 At Francorum Regibus in Romanos Imperatores assumptis, Franci cum nomine Imperatorum vsum Indictionum, quibus Romani assueuerant, etiam acceperunt, quas diplomata Ludouici Pij & sequentium Imperatorum passim exhibent. Posteri ergo cùm viderent historias suorum maiorum temporibus conscriptas, hisce Imperatorum & Indictionum notis quasi singulari ornamento carere, ipsi ne illud antiquioribus historiis deesset, suo calculo supplebant. Trithemius quasi appositis Indictionibus anni Regum antiquorum tutissimè confirmarentur, eas suo calculo adaptauit. Ita ei in Historiâ Francorum è vitâ excesserunt anno Christi DCLXV Indictione VIII Dagobertus I, & anno DCLXXXI Indictione IX Chlodoueus II, errore circiter XX annorum commisso: quo in compendio libri I Annalium ferè emẽdato mortui dicuntur Dagobertus anno DCXLV Indictione III, Chlodoueus II anno DCLXII Indictione V, & ita de aliis. Idẽ Chlodoueus in Chronico Moissiacensi post Dagoberti decessum regnum patris adsciuit anno ab Incarnatione Christi DCXLI Indictione IV: moritur verò, regnauitque filius eius Chlotharius pro eo, anno ab Incarnatione Christi DCLVIII, Indictione II. Quæ omnia

à posteris supplebi.

non sine mendis.

A *omnia licet Indictionibus videantur certissima reddita, suprà refataumus.*

an rectè appositi in Conciliis sub primis Francorū Regibus habitis.

110 *Intricatum magis negotium exhibent Concilia Ecclesiastica sub primis Francorum Regibus habita, ob nonnullā* Indictionum, Imperatorum *etiam aut* Consulum Romanorum *mentionem: in quibus ordinandis multùm desudarunt Sirmondus in notis ad tomum* I *Conciliorum Galliæ, Petauius lib.* II, *de Doctrinâ temporum cap.* 48, *aliiq;. Nos candidè fatemur valdè suspectam esse horum characterum varietatem, eosq; nobis videri à posteris sapiùs intrusos.* Cōsulatum Felicis *à Sirmondo primùm appositi* Concilio I Aurelianensi, *nullo certo codice MS. allegato, suprà reiecimus.* Aurelianense II, *habitum legitur* anno XXII Childeberti Regis *Parisiorum, ergo Christi* DXXXI *&* Iustiniani Imperatoris anno X: *quem Imperatoris characterem expungimus cum Sirmondo, rati ab iis intrusum, qui cum Sigeberti Chronico obitum Chlodonei distulerant ad annum* DXIV. Aurelianensi III *passim adscribitur* annus *eiusdem* Childeberti XXVI *aut* XXVII, *quo anno Christi* DXXXV, *aut sequenti habitum arbitramur: alij annum* XX *Regis requirunt, ob adiunctum in aliis codicibus* Consulatum Paulini Iunioris, *cui ideò contra Fastorum fidem alterum Consulatum adscripsit Baronius ad annum* DXL. *Additur in codice MS. Lugdunensi apud Sirmondum omisso Rege* annus IV post Consulatum Paulini Iunioris, Indictione II, *in quâ tamen* manifestum mendum *esse scribit Sirmondus: quod tam de* Consulatu, *quàm* Indictione *dicendum. De* Aurelianensi IV *ob annum* Childeberti Regis *omissum nihil certi statui potest; an ex vnico Pithœi codice MS.* Indictio IV Basilio V. C. Consule *rectè legatur ex Episcoporum subscriptionibus discuti posset.* Aurelianense V *habitum legitur* sub die V Kalend. Nouēb. *anno* XXXVIII *Childeberti, is est annus Christi* DXLVII. *Scaliger lib. 6 de Emendatione temporum addit* circa tempora Pelagij Papæ primi habitum Indictione XIII post Consulatum Paulini anno XII. *Quæ non cohærent: electus est in Pontificem Pelagius anno Christi* DLV; *est in* DXLVI *cadit annus* XII *post Consulatum Paulini. Petauius* Indictionem XI *censet substituendam, quæ cum* Consulatu Paulini *&* pontificatu Pelagij *meliùs abest.* Arelatense V *habitum est* anno Childeberti XLIII, *cui additam* Indictionem III, *substitutâ* II, *corrigit Sirmondus, vt annum* DLIV *conficiat, quod anno* DLII, *habitum fuit.* Lugdunense II *celebratum* anno Gunthramni Regis VI *ergo Christi* DLXVI, *non* Indictione III, *quæ passim legitur, sed* XIV. *Eodem Christi anno habitum* Turonense II *solùm refert* annum VI Chariberti Regis. Parisiense IV *subscriptum habet* III Nonas Septemb. anni Chilperici XII *cum* Indictione VI *quæ anno Christi* DLXXII *à Kalend. Septembris inceperat.* Matisconense I *celebratum* Kalend. Nouemb. anno Gunthramni XXI Indictione XV, *quæ conueniunt in annum Christi* DLXXXI. Con-

C cilium Valentinū II *refertur* anno Gunthramni XXIV *Indictione* II, X *Kalend. Iunij. Annus is est* DLXXXIV, *In quibus omnibus Æram Fredegarij secuti sumus. Sirmondus annum Gunthramni* XXIII; *& antè* XX *correxit, vt Gregorij Turonensis calculo accommodaret.*

VITA
AVCTORE a SIGEBERTO
monacho Gemblacensi.
CAPVT I
S. Sigeberti maiores. Natiuitas.

a

b c

I NNo Dominicæ incarnationis quingentesimo octogesimo *b* sexto *c* Lotharius secundus, Chilperici Regis & Fredigundis filius, in Franciâ admodùm *d* puer regnare cœpit. Qui postquàm ad intelligibilem ætatem venit, honestati mo-

d

rum studere cœpit. Vnde à Deo exaltatus, eò vsque processit, vt monarchiam regni Francorum mereretur accipere solus. Hic anno regni sui tricesimo nono Dagobertum filium suum in consortium regni adsciuit: & ne regiæ potestatis licentiâ, & iuuenilis ætatis intemperantiâ exorbitaret à viâ rectitudinis, ei viros potentiâ & sanctitate claros substituit, Sanctum scilicet *e* Arnulphum, ex Majore domus Metensem Episcopum, & *f* Pipinum Maiorem domus, tunc temporis cunctis aulicis præeminentem potentiâ & prudentiâ. Illis Dagobertus vrens tutoribus regnum Francorum propagauit latiùs, & maximè ad debellandos Saxones laborauit intentiùs, qui fines regni sui crebris fatigabant excursibus. Quos auxilio patris sui Lotharij ita deiecit, vt & Regem eorum Berthoaldum perimeret, & omnes Saxones, mensuram gladij sui excedentes, gladio trucidaret. *g*

AVCTORE SIGEBERTO GEMBLACENSI, D

Dagobertus in societatem regni à patre asciscitur:

e
f
Saxones domat:
g

2 Tam bonis Dagobertus Rex vsus principiis, post mortem *h* patris sui cœpit paullatim resilire à proposito æquitatis, & cōsiliis Pipini Principis, & *i* Cuniberti Archiepiscopi Colonienſis, quē idem Pipinus post decessum S. Arnulphi vnanimem sibi amicum, & intimū suis elegerat consiliis. Nā, quamuis *k* Dagobertus Rex esset egregius bellator, Sacerdotum Dei & Ecclesiarum pius amator, pauperum Christi largus subleuator & multarum bonarum artium executor; tamen carnalis incontinentiæ morbo nimis laborabat, vnde & claritudini nominis sui fœdam infamiæ notam contraxerat, & (quod grauius erat) Regis Regum iram contra se accenderat. *l* Reginas enim suas fictis ex causis alias pro aliis repudiabat, ipsis quoque desponsatis pellicum amores superducebat. Et quamuis adeò deditus esset carnali commercio, nullam tamen spem propagandæ posteritatis habebat, ex nullâ tot vxorum filio susceptо.

h
i
k
E
l

3 Permaximè ergo Rex dolebat, quia se Dei offensam incurrisse sentiebat: præsertim quòd ex regio patrum suorum semine nullum sciebat superesse, præter se & fratrem suum Charibertum: qui Charibertus propter simplicitatem nimiam minùs idoneus erat ad regni gubernaculum. Sed quamuis de prolis prosperitate, non tamen desperans de Dei miseratione, præcordialiter eum deprecabatur, vt sibi ex eius nutu filius daretur, qui sibi in regimine regni subrogaretur. Iustus & pius Dominus, qui hominum erratibus ad iram attrahitur, precibus etiam humilium ad misericordiam reducitur. Rex siquidem Dagobertus, dum circuiret Austrasiam *m* nono anno regni sui, puellam quandam *n* Ragentrudem nomine, vultus elegantiâ laudabilem, genere etiam inter Austrasios non ignobilem, cum regij cultus honore sibi vxorem iunxit: quæ Deo volente, eodem anno ei genuit filium.

liberiùs caret:

pro iis Deū deprecatur:

m
n
filium obtinet.
F

a *An hæc Acta post obitum Sigeberti Gemblacensis reiectis superfluis & fabulosis in hunc ordinem redacta fuerint, suprà inquisitum est.*

b *Imò* quarto *vt § 9 probatum, non* septimo, *vt Baronius cum Chronico Sigeberti:*

c *Antiquioribus* Chlotharius, *Francorum monarcha factus anno* 613

d *Ætatis* mense quarto. *Greg. Turon. lib.* 7 *cap.* 7

e *Colitur* 18 *Iulij, pronepos Chlotharij* I, *sicut Dagoberti, sed ex filiâ eius Blithildē.*

f *Colitur* 21 *Februarij, pater S. Beggha nuptæ Ansigiso filio S. Arnulphi.*

g *Ea pluribus describit Monachus S. Dionysij in Gestis Dagoberti cap.* 14.

h *Obiit Chlotharius anno* 628: *non* 631, *vt volunt Sigebertus, Baronius, alij*

i *Colitur* 12 *Nouemb.*

k *Post monachum S. Dionysij, nuper de virtutibus eius scripsit Iodocus Coccius noster, sed non optatam vbique assecutus antiquorum mentem.*

l *Repudiatâ legitimâ vxore*, tres *assumpsit* ad instar Reginas & plurimas concubinas *apud Fredegarium cap.* 58.

m *Imo* octauo *apud Fredegarium cap.* 59 *alioqui. Is erat annus Christi* 635, *non* 639 *à Baronio positus.*

n *Alij*

AVCTORE SIGEBERTO GEMBLACENSI.

n *Alius* Ragnetrudem, *quam è pellicum grege frustrà amandare conatur Cocceius cap.* 12.

CAPVT II

Baptismus. Educatio.

a 4 *a* REx hoc lætificatus nuntio, voluere cœpit animo, cui sanctorum virorum potiùs hunc puerum traderet, qui eum sacro baptismate regenerare deberet. Erant eo tempore in Francorum regno multi apud Deum & homines sanctitate prædicabiles & virtutibus. Inter quos S. Amandus Elnonensis clarebat glorioſiùs: qui ex Aquitaniâ orinndus, Christum relictis omnibus sequebatur, & labores voluntariæ peregrinationis instantiâ Diuinæ prædicationis consolabatur, & eius cultu seges vberrima per Franciam in horrea Christi congregabatur. Ad hunc perquirendum per diuersa discurrunt nuntij, ad festinantis Regis edictum. Is Amandus iam dudum, quia solus omnium Sacerdotum non timuerat Regem redarguere procapitalibus criminibus, iubente eo, cum iniuriâ de regno eius fuerat expulsus, & in remotioribus Franciæ

S. Amandus accersitus

B locis verbum Dei prædicabat Gentibus. Tandem reperitur, & vt Regem adeat quantocyùs admonetur. Ille memorans præceptum Apostoli, quòd omnis anima potestatibus sublimioribus debeat subiici, venit ad

Rom. 13. 1

b Regem, in villâ *b* Clipiaco morantem. Visò Rex beatissimo Amando, magno repletus est gaudio, prostratusque pedibus eius, deprecabatur, vt tanto sceleri, quod in eum perpetrauerat, veniam largiri dignaretur. At ille, vt erat mitissimus, citiùs eum eleuauit à

renuit initio eum baptizare,

terrâ, atque clementissimè indulsit. Tunc Rex ad Sanctum ait: Pœnitet me, quòd stultè aduersùm te egerim. Precor ergo, vt ne memineris iniuriæ, quam tibi irrogaui, atque precem meam, quam à te postulo, non dedigneris annuere. Dedit Deus mihi filium, non meis præcedentibus meritis, precorque vt eum sacro digneris abluere baptismate, atque in filium tibi spiritualem accipere. Quod vir Domini vehementer re-

2 Tim. 8. 4

nuit, scilicet sciens scriptum esse, militantem Deo non oportere implicari secularibus negotiis: & quietum atque remotum, non debere regia frequentare palatia, & è conspectu Regis abscessit. Rursum Rex misit ad eum viros illustres, tunc in laicali habitu palatio deseruientes. *c* Audoënum scilicet, pòst Rothomagi Episcopum, & Eligium pòst Nouiomi Episcopum. Hi humiliter virum Dei petierunt, vt precibus Regis daret assensum, atque filium ipsius sacro dignaretur diluere fonte, & vt eum enutrire, atque lege imbuere Diuinâ

c intercedentibus SS. Audoëno & Eligio assentit.

C quantocyùs assentiret; dicentes, quòd si hoc vir Domini non renueret, per hanc familiaritatem libentiùs in regno illius, vel vbicumque eligeret, licentiam prædicandi haberet, seu nationes quamplures per hanc gratiam se posse conquirere fatebantur. Tandem ergo fatigatus precibus amborum, facturum se esse promisit.

5 Audiens autem Rex, quòd vir sanctus precibus

d eius annuerat, puerum adduci præcipit: *d* ipse verò Aurelianis contendit: vbi ei frater suus Charibertus ad hoc ipsum, vt filium eius de sacro lauacro susciperet, occurrit. Ibi puer affertur, qui non plusquam *e* quadraginta dies ab ortu suo habere ferebatur. Quem ac-

e baptizat respondentem Amē

cipiens vir sanctus sacris mysteriis initiandum, cum benedictione solenni eum fecit catechumenum. Cumque finitâ benedictione nemo ex circumstantibus respondisset, Amen; aperuit Deus os infantis, atque cunctis audientibus clarâ voce respondit, Amen. Statimque eum regenerans sacro baptismate, Sigebertum eum nominauit, eumque ipse cum Chariberto fratre Regis de sacro fonte suscepit. Super hoc Rex cum omni exercitu magno tripudians gaudio, dehinc sanctum virum habitum in magnæ venerationis loco, *f* non multò pòst inthronizauit eum in Traiectensis Ecclesiæ solio. O miram Dei gratiam! ô prædicabilem eius potentiam! Quis non in eius laudem exclamet? quis non super diuitiis bonitatis eius exultet? Qui olim Ieremiam Prophetam in vtero matris sanctificauit, cuius spiritu afflatus cum matre suâ, plusquàm Propheta Ioannes exultauit, & nondum natus præco nascturum Regem præuidens gratulando salutauit; ipse etiam modò recens nato puero per os sancti Præsulis charisma spiritualis benedictionis infudit, & quòd sibi vas electionis esset futurus, per eiusdem ostendit miraculum: quem mox vt originalis peccati ablutus est maculâ, Spiritus sancti perfudit gratiâ. Verè benedictus per omnia, per quem nomen Domini adhuc benedicitur in Ecclesiâ, & benedicetur in

D *f*

secula.

6 *g* Aut vix, aut numquàm inuidiam effugit gloria. Pipinus Maior domus, qui cautè & prudenter se agebat in cunctis regni vel palatij negotiis, bonus in consiliis, fortitudine terribilis, cultu iustitiæ & fidei proposito per omnia laudabilis, quò magis omnes gloriâ anteibat, eò maiorem omnium penè Austrasiorum contra se inuidiam conflauerat, obseruantibus æmulis, vt amonerent eum à latere Regis: vt aut disiungerent eum à Regis corde, aut facerent eum plecti

g

E morte. Sed ille callens moderati animo sito, noluit vinci à malo, sed vicit malum in bono. Nam vt se & omne regnum absolueret discordiæ scandalo, arrepto

à S. Pipino enutritur.

ad nutriendum Sigeberto Regis filio, inuidorum factioni cessit, & ad Charibertum Regis fratrem in Aquitaniâ morantem contendit. Non multò pòst transeunte nubeculâ huius tempestatis, lætior rediit per concordiam aura serenitatis.

a *Desunt hæc de baptismo in priore Vitâ apud du Chesne, desumpta ferè ex Vitâ S. Amandi per Baudemundum explicanda 6 Februarij. Huius loco hæc verba solùm leguntur*, quem sacro fonte regeneratum Sigebertum nominauit.

b Clipiacum *villa regalis non procul Parisijs, in quâ Dagobertus Gomadrudem in coniugem acceperat apud Fredegarium cap. 53.*

c *Baudemundus* Dadonem. *colitur 24 Augusti: at S. Eligius 1 Decemb. cuius ille Vitam scripsit.*

d *Hæc de vrbe Aurelianensi & Rege Chariberto ex Fredegario cap. 61, inserta*: Charibertus, *inquit*, Aurelianis venieus Sigebertum de sancto lauacro excepit. *Aimoinus lib. 4 cap. 20 addit* Dagobertum *etiam adfuisse.*

e *Aimoinus* triginta. *Rel qua de baptismo scribit Fredegarius. Ex Baudemondo verò descripserunt monachus S. Dionysij, Annoinus & Sigebertus in Chronico.*

f *Imò diu pòst, mortuo etiam Dagoberto, tempore S. Sigeberti factum fuisse Traiectensem Episcopum probabimus 6 Februarij.* F *Baudemundus* His ita gestis, *quâ phrasi etiam maximè dissita connectit.*

g *Hæc sequentia desumpta ex cap. 61 Fredegarij.*

CAPVT III

Regnum Austrasiorum. Obitus Dagoberti.

7 *a* SAmmon quidam, Francus genere, negotiator arte, cùm ad gentem *b* Vinidorum se contulisset, & per fortitudinem & industriam suam ab eis in *c* Regem promotus fuisset, inter se & Dagobertum Regem ortâ simultate, sæpè regni sui transgresso *d* limite, Thuringiam & reliquos sibi vicinos Francorum pagos vastabat acerrimè. Hac de causâ Rex Da-

a
b
c
d

Rex Austrasiorū constituitur.

gobertus anno regni sui *e* vndecimo Metis adiit, ibique Procerum & Pontificum conuentum adesse iussit, eorumque consilio & consensu filium suum Sigebertum *f* in regnum Austrasiorum sublimauit, sedemque Regis Metis vrbem habere permisit: partem etiam thesaurorum sufficientem tradidit, & hoc totum edicto regali & Procerum attestatione authorizauit.

e
f

g Tutelam verò Regis, cuius pueritiæ timebat, commisit Cuniberto Archiepiscopo Colonienſi, & Adelgiso Duci: curam verò regni Austrasiorum & prouidentiam

g

A dentiam omnium impoſuit Pipino Principi. Ex illo die repreſſa eſt inſolentia Vuinidorum, obuiante eis fortiter & feliciter fortitudine Auſtraſiorum, & frequentibus præliis reprimente excurſus illorum.

b frater Clodoueum baſcitur: 8 Poſt *b* annum naſcitur Regi Dagoberto filius, qui Clodoueus eſt nominatus. Qui iterum cunctis primatibus Auſtraſiæ & Neuſtriæ in generali conuentu congregatis, iterum diuiſionem regni inter duos filios ordinauit coram eis eorum aſſenſu & conſilio, & confirmauit datis & acceptis inuicem pactis & ſacramentis, vt ſcilicet determinato vtriuſque regni certo limite, Sigebertus regnaret ſuper Auſtraſiam, Clodoueus verò regeret Neuſtriam. Eam partem Franciæ, quæ ſpectat ad *i* meridiem & Orientem, vocabant Auſtraſiam: eam quæ vergit ad Aquilonem & Occidentem, vocabant Neuſtriam. Rex Dagobertus tam iuſtè & prudenter regno vtroque ordinato, ne aliquandò aliquo modo vel fratres inter ſe paterno diſliderent odio, vel regnum in ſeipſo diuiſum ciuilis belli deſolaretur ſcandalo; anno regni ſui *k* decimo ſeptimo mortuus, & Pariſiis in baſilicâ S. Dionyſij ſepultus, regnum dimiſit, ab exteris pacatum gentibus, & in nullo diminutum à ſuis finibus.

Rex Neuſtria decernitur: i

k moritur Dagobertus.

9 Poſt cuius obitum duo Reges & fratres, Sige-
B bertus & Clodoueus, ſe quiſque in regno ſuo agebat prudenter, & inter ſuos valebant potenter, *l* ſubiectis ſe exhibendo placabiles, aduerſantibus terribiles. Et cùm in omnibus inter ſe Deo placita vigeret concordia, pro vno tamen negotio penè voluit introrepere diſcordia. Sigeberto enim Rege repetente ſibi debitam partem paterni theſauri; nitebantur ei contraire Proceres, qui erant ex parte Clodouei. Sed Pipino Principe, & Cuniberto Archiepiſcopo fortiter & rationabiliter inſtantibus, pro ſui potentiâ ab inuitis Neuſtriæ primatibus extorſerunt, mediante iuſtitiâ, vt ex condicto ad villam Compendium veniretur, ibique theſaurus Regis æquâ lance diuideretur, ſuaque cuique *m* pars competenter daretur. Ventum eſt illo: theſaurus diuiditur ex æquo, pars debita repræſentatur Metis Regi Sigeberto.

l Sigebertus theſauri regij partẽ ſibi vindicat.

m

a *Sequentia leguntur apud Fredegarium cap. 75, monachum S. Dionyſij cap 32 & Aimoinum lib. 4. c. 23 & 26 quibus forè* Samo *dicitur* de pago Senonago, *de quo agemus 5 Februarij in Vitâ B. Domitiani § 4.*

Sclani VVinidi. b Sclauos cognomento Winidos *appellant citati auctores, Gens origine Sarmatica, VVandalos & VVinulos Germaniæ antiquos populos ſibi ſubiugauit; vnde hoc tempore Germanos trans Albim, Sclauico genere oriundos* die Wenden *appellari tradit Cluuerius ex illâ regione oriundus lib. 3 Germaniæ antiquæ cap. 44. Fidem* Sclaui & Winidi *ſuo de nomine modernam Sclauoniam & VVindiſmarchiam, vicinas Hungariæ ditiones fecêre: & proximam iſtic prouinciam Carinthiam obtinuiſſe Samonem dicemus, in Vitâ B. Domitiani.*

C c *Ob victoriam & libertatem de Hunis procuratam Rex factus, regnauit annos 35, & ex 12 vxoribus procreauit 22 filios & 15 filias. apud Fredegar. cap. 48.*

d *Salâ fluuio diremptis* Winidi, Sorabi *dicti ab Eginhardo in Vitâ Caroli Magni 28 Ianuar. ſect. 19. quiſe VVinedis Sclauis coniunxerint.*

e *Chriſti 638. Hinc prior Vita eadem refert.*

f *Fredegarius* Adalgiſelum Ducem palatij *vocat.*

g *Deſiderantur in priore Vitâ.*

h *Anno Dagoberti 12 Chriſti 639. Eadẽ in priore Vitâ habentur.*

i *Imò* verſus Septentrionem & Orientem, *nec vox* Auſtria *ſeu* Auſtraſia *ab Auſtro vento meridionali deriuata eſt, ſed à voce Germanicâ* Ooſten *id eſt* Oriente *vt ſuprà docuimus. & contra* Neuſtria eſt verſus meridiem *& Occidentem: & deduximus ſuprà à* nieuw Weſten, *à nouis Occidentalibus incolis.*

k *Potiùs anno 16, à morte ſcilicet Chlotharij, vt ex Fredegario, monacho S. Dionyſij & Aimoino ſuprà docuimus. Obiit autem anno Chriſti 644. die 19 Ianuarij. Si hoc initium anni ſeorſim computetur, poſſet annus 17 aliquo ſenſu obtrudi.*

l *Reliqua huius capitis deſunt in priore Vitâ.*

Compendium m Compendium caſtrũ *in Vitâ S. Marculphi*, at palatium *in Actis S. Medardi*, villa *vero Gregor. Turon. lib. 4 cap. 2, & lib. 6. cap 35. Fredegario cap. 85. Aimoino lib. 4 cap. 36. extat etiamnum oppidum munitum apud Sueſſiones in finibus Neuſtriæ ad confluentes Axonæ & Aiſiæ ſiue Ligeris fluminum.*

CAPVT IV

S. Pipini obitus. Maior domus Grimoaldus. Bellum Thuringicum.

AVCTORE SIGEBERTO GEMBLACENSI.

10 *a* SEquens annus luctum maximum intulit Regi Sigeberto eiuſque regno, Pipino Maiore domus ex hac luce ſubtracto, qui ipſum Sigebertum paternè nutrierat à puero, & imbecillitatem pueritiæ & adoleſcentiæ eius validi ſui auxilij ſuſtentauerat brachio. Hic omnimodis regno vtilis, genere, potentiâ, prudentiâ & fortitudine ſuper omnes nominabilis; Grimoaldum filium ſuum rerum ſuarum hæredem fecit: duas quoque filias, *b* Gertrudem & Beggham, ad laudem & gloriam generis ſui poſt ſe reliquit. Quarum vna Gertrudis Chriſto, quam ſponſo carnali, malens nubere, ſanctæ religionis propoſito inſeruiens in *c* Niuellenſi cœnobio, à ſuâ fundato *d* matre, ſpiritualem prolem adhuc non deſinit Deo gignere. Soror eius Beggha nupta Anſigiſo S. Arnulphi Metenſis Epiſcopi filio, regiæ dignitatis decus, quod penitùs deperierat per Regum Francorum inauditam deſidiam, per ſuam reparauit proſapiam. Ipſa ſiquidem genuit Pipinum, Pipinus Carolum, qui *e* Tudetes, id eſt, Martellus eſt agnominatus: Carolus Pipinum Regem: Pipinus Carolum, cognomento Magnum, Francorum Regem & Imperatorem Romanorum: qui eò honoris & potentiæ proceſſit, vt nullus de Regibus Francorum, vel ante eum, vel poſt eum, ei comparari potuerit. Quia aliquantulum excurrimus, citò vndè digreſſi ſumus redeamus.

a S. Pipinus Maior Domus obit,

b

c d

caput familiæ Regum:

E

e

11 Grimoaldus pro patre ſuo Pipino conſtitutus Maior domus, potenter in aulâ Sigeberti Regis principabatur, & domi militiæque viriliter tutabatur. *f* Omnia in tuto eſſe putabantur, & compreſſis vicinarum gentium motibus, nihil metuebatur. Inuenit tamen nouerca bonorum inuidia, quomodò in ipſis regni viſceribus ſereret diſcordiæ zizania. Otho *g* Vtonis domeſtici filius, qui Sigeberti Regis ab adoleſcentiâ fuerat baiulus, zelo inuidiæ ducebatur contra Grimoaldum Maiorem domus, & traductis ad ſe Procerum aliquibus, arrepebat in ſpem inuadendi principatus eius.

ſuccedit Grimoaldus eius filius.

f

g

12 *h* Radulphus quoque Dux Thuringiæ, vir belli-
F coſus, proſperis intumeſcens euentibus, cùm Vuinidos crebris vicilſet congreſſibus, contra Sigebertum dominum ſuum & Regem agebat inſolentius, eiuſque deſpiciens adoleſcentiam, magnam intulit regno moleſtiam: & eò vecordiæ proceſſit, vt exercitu Sigeberti inſidiis excepto, non *i* minimam de Francis ſtragem facere præſumpſerit. Quod infortunium nimiùm Sigeberto Regi intulit *k* luctum, tunc agenti annum regni *l* nonum, ætatis verò duodecimum. Sed quia cùm ætate ei robur & induſtria accreuit, non antea ab inimicorum inſecutione deſtitit, quàm ſuperbiam eorum domuit, & *m* Thuringos, qui inſtinctu Radulphi rebelles erant, ſub iugo dominij ſui victos & confuſos reflexit: *n* Otho etiam, qui potentiam Grimoaldi obliquo oculo limans, eam ad ſe trahere nitebatur, factione Grimoaldi à *o* Leutherio Alamannorum Duce in gratiam ipſius trucidatur, atque ita Grimoaldus in Principem corroboratur.

h Thuringos vario euentu oppugnat.

i

k

l

m domat.

n

o

a *Fredegarius cap. 85, deſcriptâ bonorum Dagoberti diuiſione, addit*: Poſt anni curriculum Pipinus moritur. *De eo agemus 21 Febr.*

b *Colitur Gertrudis 17 Martij. Beggha verò 17 Decemb.*

c *Prior Vita* Niualenſi. *eſt oppidum Brabantiæ: in diœceſi nunc Namurcenſi.*

d *S. Iduberga ſiue Itta, colitur 8 Maij.*

e *Adrealdus lib. 1 de miraculis S. Benedicti cap. 14* Carolum *ait* Tuditem *dictum, quod* aduerſariis nullatenus cedere ſciret nulliſque parcere. *Tuditos enim valles dicuntur fabrorum, quorum* *Tuditus ſeu Martellus,*

AVCTORE SIGEBERTO GEMBLACENSI.

quorum ictibus cuncta atteritur durities. Festus à tundendo *nomen deriuat. Ita* Martellus *siue,* Marcellus, *paruus malleus est.*

f *Hinc reliqua desunt in alterâ Vitâ.*

g *Fredegario cap* 86 Beronis, *alias, vt istic notat du Chesne,* Vironis, Eronis, Aronis.

A h *Bellum hoc fusè describit Fredegarius cap.* 87.

i *Fredeg.* fertur ibidem plurima millia hominum fuisse gladio trucidata.

k *Idem.* Sigebertus cum suis fidelibus graui amaritudinis dolore adreptus, super equum sedens lacrymas oculis prorumpens, plangebat quos perdiderat.

l. *Fredeg.* regni VIII.

m *Fredeg.* In verbis Radulphus Sigeberto regimen non denegabat: in factis fortiter eiusdem resistebat dominationibus. *Sed hac de proximis adolescentiæ annis intelligenda.*

n *Fredeg. cap.* 88. Otto aduersus Grimoaldum inimicitiâ per superbiam tumebat. *notatur autem* annus regni Sigeberti x.

o *Idem* Leuthario, *apud quem nihil vltra de S. Sigeberto legitur.*

CAPVT V

Monasteria dotata. Eleëmosynæ. Mors. sepultura.

B 13 PAx alta & quies erat in cunctis *a* Austrasiorum terminis, sedatis vndique exteris & domesticis aduersariis, virtute Dei promouente virtutem Sigeberti Regis, quem sibi placiturum monstrauit à primo rudimento ætatis. Qui enim Salomoni in tenerâ ætate dedit sapientiam, diuitias, & potentiam, dedit etiam huic sapientiam, diuitias, & potentiam. Ego quidem, si verbis Domini vti audeam, fidenter dicam, quia plusquam Salomon hic. Salomon enim sapientiam, quam in nocte & per somnium accepit, transgrediendo Dei cultum perdidit; diuitias & potentiam, quas plus cunctis habuit, in perniciem animæ suæ vertit, &, vt in posteris suis minueretur, peccando meruit. Hic verò pacificus noster Salomon, quicquid sapuit, quicquid habuit, quicquid potuit, ad animæ suæ commodum conuertit, &, vt in posteris suis spiritualiter multiplicaretur, benè agendo meruit. Solet enim fieri in pacatis regnis, vt per otium & desidiam moribus corruptis, abutantur securitate pacis. Hic contrà gaudens diuturnitate temporalis pacis, laborabat obuiàm ire aëreis caterua: & colluctaturus contra spiritualia nequitiæ in cælestibus, conducere sibi spirituales, qui secum bellarent, exercitus.

a Luc. 11. 31 *Singulari sapientiâ & sanctitate praditus,*

b 12 *monasteria extruit. & redditibus donat;*

14 *b* Duodecim enimm onasteria in diuersis regni sui partibus ædificauit, eisque ex suis redditibus regiâ liberalitate necessaria suppeditauit, vt illic sub Apostolicæ vitæ viuentes regulâ, dum sua meterent carnalia, C sua sibi seminarent spiritualia. Inter quæ eminent in

c nostrâ vicinià *c* Stabulaus & Malmundarium cœnobia, infra siluam Ardennam sita: quæ idem Rex, cooperante sibi Maiore domûs Grimoaldo, constructa, S. Remaclo Tungrensi Episcopo tradidit ordinanda.

d *d* Illius enim & Cumberti Colonienſis Episcopi præcipuè innitebatur consilio, & ad talia facienda sanctorum virorum animabatur exemplo. Et vt ab vno plura discamus, quanta pij Regis liberalitas fuerit in Sanctorum locis ditandis, ex his duobus colligamus. Audiens in locis S. Remaclo delegatis, ferueret cultum sanctæ religionis, præsertim quòd idem Præsul, abiectâ Episcopali farcinâ, se ibi mancipauerat arctiori vitæ, tradidit ei ex ipsâ forestâ duodecim leucas in latitudine, & totidem in longitudine: in quo spatio nullus ei vel sibi succedentibus contradiceret: affirmaueruntque illud testamento cum adstipulatione imperiali.

liberalitas erga S. Remaclum.

15 Rex Sigebertus, reuerà Regis nomine dignus, quia seipsum benè regere norat, magnoperè terrena bona minimis Christi distribuere curabat, vt ad summum bonum tandem pertingere posset, quod non constare nisi in æternâ beatitudine claret. Expertus enim erat, quia terrena felicitas in aliquo semper curD tatur, ne ad perfectionem boni perueniat. Cùm enim sibi opes, honores, potentia, gloria affatim pro regiâ affluerent magnificentiâ, multùm tamen felicitati suæ deesse dolebat, pro eo quòd *e* liberorum dulci affectu carebat. Et ideò in ædificandis ad ædificationem animarum cœnobis instabat liberiùs, & sua Christo distribuebat liberaliùs: quia præter Christum, cui hæc cederent, non erat ei hæres legitimus. *f* Quia verò Grimoaldum Maiorem domûs sibi in omnibus fidelem, morigerum & cooperatorem eatenùs expertus erat, filium eius Childebertum regni Austrasiorum *g* hæredem delegat: hoc tamen proposito conditionis tenore, si ipsum contingeret sine liberis obire. Rex quidem, vtpote futurorum nescius, quod tunc sibi videbatur, ex temporis conuenientiâ fecit: postea verò filium genuit, quem nomine patris sui Dagobertum vocauit: & priori testamento ad irritum redacto, hunc nutriendum commisit Maiori domûs Grimoaldo, vt eius potentiâ contra omnes tutus sublimaretur in Austrasiorum regno.

e *Grimoaldi filium hæredem adoptat:*

f

g

natο sibi filio remittit:

16 *h* Talis erat Sigeberti Regis vita, quam apud homines & temporalis magnificabat potentia, & grata Deo in omnibus commendabat iustitia: apud Deum verò eam acceptabilem faciebat columbina simplicitas; cùm tamen ei adesset etiam serpentina calliditas. Quia verò dicit sapientia ex ore Salomonis, Auferrubiginem de argento, & egredietur vas purissimum, *i* aufer iniquitatem de vultu Regis, & firmabitur iustitiâ thronus eius; Rex ille, in cuius manu sunt corda Regum, de famulo suo Sigeberto, qui per vitæ puritatem & sapientiæ venustatem splendebat vt argentum, abstulit in præsenti seculo rubiginem peccatorum, & fecit sibi vas misericordiæ purissimum. Et cùm Deus dicat nobis, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis; quis discredat peccata huius Regis, ex terrenâ contagione & regni occupatione ei adhærentia vice puluerisDeum eluisse tot eleemosynis, quæ ad laudem & gloriam nominis Christi expensæ sunt per eum, & adhuc quotidie expenduntur in tot ab eo structis cœnobiis? Abstulit nimirùm iniquitatem de vultu Regis, vt firmaretur iustitiâ thronus eius: vt quia iustus ex fide viuens, vili penderat terreni regni fastus, coronatus coronâ iustitiæ, & ornatus palmâ victoriæ, conregnaret Christo in cælestibus. *k*

h Prou. 25. 4 & 5 *i*

peccata eleemosynâ redimit: Luc. 11. 41

k

17 Rex ergo terribilis apud omnes Reges terræ, qui aufert spiritum Principum, ne malitia mundi mutaret militis sui intellectum, in flore iuuenilis ætatis eum acerbâ morte rapuit de præsenti seculo nequam, & in cælesti curiâ ei contulit veræ dignitatis gloriam. Obiit autem Calendis Februarij, *l* ætatis suæ anno ferè tricesimo primo, regni vicesimo octauo, ab incarnatione Domini anno sexcentesimo sexagesimo secundo; à transitu Sancti Martini anno ducentesimo sexagesimo tertio. Et qui in multis locis insignia sui monimenta reliquerat, sepeliri eligit in *m* vrbe Metis, quæ regni sui sedes fuerat, in basilicâ, quam ad gloriam & laudem Dei in honore S. Martini glorioſi Confessoris regiâ liberalitate construxerat.

moritur,

l

sepelitur Metis.

m

a *S. Sigebertus infrà in epistolâ ad S. Desiderium Episcopum Cadurcensem testatur* gentes patrias pacificè obedire & gentes barbaras pacatissimè cohabitare.

b *Hæc in priore vitâ etiam habentur, sed aliis postpositis. Legunt alij* viginti. *silent numerum antiqui.*

c *De iis mox pluribus agemus.*

d *Hæc iterum desunt in priore Vitâ.*

e *Silent antiquiores scriptores. Imò plures ei* filios *fuisse tradit auctor Vitæ S. Bonifacij coætaneus, vt suprà dictum est.*

f *Hæc in priore Vitâ habentur.*

g Adoptiuum *appellari in quodam MS. Tiliano suprà diximus, sed potiùs ab affectu Grimoaldi post obitum Sigeberti assumptum.*

h *Iterum desunt in priore Vitâ.*

i *Vulgata editio* aufer impietatem.

k *Reliqua sed mutato ordine sunt in priore Vitâ.*

l *Imò*

A *l* *Imò ætatis 28 regni 25. vtpote natus ſub finem anni 635, mortuus 1 Febr. 663. qui Gemblacenſi annum à Paſchate inchoanti fuit 662, à tranſitu S. Martini 266.*

m *Potiùs* in confinio Metenſi, *vt infrà in Tranſlatione, non autem* prope Pariſios, *vt Sanmarthani ſcribunt.*

DE S. SIGEBERTI REGIS REBVS GESTIS

Analecta ex variis Auctoribus.

§ 1 *S. Sigeberti vxor Imnechildis, filius Dagobertus Rex Auſtraſiorum: neptis S. Irmina, abnepos S. Gregorius Vltraiectinus, aliique à S. Sigeberto, prognati.*

S. Sigeberti vxor Imnechildis

1 VXor *S. Sigeberti fuit* Imnechildis, *nonnullis* Emnechildis, Eumpechildis & Chinechildis *appellata, è quâ* Dagobertus *& forſan plures liberi prognati ſunt. Mortuo S. Sigeberto* Dagobertus *octo aut decem annos natus, cui iure hæreditario regnum debebatur,* factione Magnatum, *& potiſſimùm* Grimoaldi Maioris Domus, pulſus eſt, *atque* in Clericum, Didonis Pictauenſis Epiſcopi conſilio, attonſus, in Scotiam, *ſiue* Hiberniam inſulam directus, *proq; eo in* regnum Auſtraſiorum *intruſus* Childebertus filius Grimoaldi: *quem à* S. Sigeberto *in regni hæredem fuiſſe adoptatum, & Dagobertum deſanctum, eſſe falſus rumor ſparſerat, vti alibi ex antiquis auctoribus probamus.* Imnechildis *vxor S. Sigeberti, abducto in Hiberniam filio videtur Pariſios fugiſſe, opem imploratura contra regni inuaſorem. Hoc namq; pulſo, ipſa cum Childerico adoleſcente Auſtraſios rexit, cuius regni anno* 11 *tam* Childericus *Rex, quàm Imnechildis Regina Bariſiacum monaſterium in agro Laudunenſi S. Amando condonarunt. Eiuſdem etiam Reginæ Imnechildis conſilio traditur* Childericus *in Alſatiâ ſuperiore monaſterium in valle S. Gregorij fundaſſe.*

Dagobertus filio in Scotiam à Proceribus abdegato,

cum Childerico Rege Auſtraſiis præeſt.

2 *Viuebat eo tempore in Angliâ S. Wilfridus, anno* DCLXIV *Epiſcopus conſecratus, & circa annum* DCLXIX *toti Northumbriæ præpoſitus. Hic* Dagobertum, ex Hiberniâ, ad ſe venientem, hoſpitio excepit, & equis ſociiſque adiutum in patriam remiſit: *cui Imnechildis mater in locis magis remotis partem regni procurauit, & inter vtrumque Regem pacem concordiamq; fouit. Dagobertus Rex conſtitutus* S. Wilfridum *ad ſe venientem* benignè excepit, multiſque precibus fatigauit vt prouinciam remanentiâ ſuâ dignaretur, Epiſcopatum Strateburgenſem accipiens. *Quæ alibi ex Actis S. Wilfridi deducimus. Dagoberto huic vxorem fuiſſe* Mechtildem Saxonum Ducis ſam *colligimus ex Bruſchio in Epiſcopis Argentinenſibus in S. Arbogaſto. Imò* Dagobertum regno pulſum cum coniuge ſuâ apud Thuringos habitaſſe *tradit è Chronico MSS. Matthæus Merianus in Topographiâ Archiepiſcopatus Moguntini, agens de Heiligenſtadio Eichsfeldiæ vrbe primariâ, quem locum ſua primordia Dagoberto debere aiunt. Quæ etiam in additionibus ad Lambertum Schafnaburgenſem à Piſtorio editum pag. 264 de monaſterio Erpharti extructo leguntur, ad eumdem Dagobertum referenda videntur, & tempus Kygiberti ſeu Richberti Epiſcopi Moguntini probat, ſed pro anno 707 ſubſtituendus eſt annus 677 aut huic vicinus. Ipſe autem Dagobertus appellatus eſt Rex* Germanorum, Francorum Germanicorum, & Francorum Tranſrhenanorum, *ac præter ditiones trans Rhenum ſitas obtinuit etiam Alſatiam cum vrbe Argentoratenſi. In hac Alſatiâ Palatium ſuum Kirchemium aliaq; loca monaſterio Haſelacenſi attribuit, cùm S. Florentius, dein Epiſcopus Argentoratenſis, filiæ eius viſum ac loquelam reddidiſſet. Varia item à Dagoberto Eccleſiæ Argentoratenſi & monaſteriis Schutterano & Saraburgo, donata ſunt; cùm filius eius à S. Arbogaſto Epiſcopo Argentoratenſi fuiſſet ad vitam reuocatus. Videtur hic Dagoberti filius in arce regiâ Senburgo, ſiue Iſenburgo, in lucem editus, ac ſacro baptiſmatis fonte renatus, de aui ſui nomine Sigebertus appellatus. Hinc temporibus non diſtinctis, ipſe S. Sigebertus ſuſcitatus à morte perperâ traditur à Bruſchio & Guillimanno de Epiſcopis Argentinenſibus in S.*

habuit filiũ à S. Arbogaſto reſuſcitatum,

Arbogaſto, atque à Coccio in Dagoberto prætio cap. 15. At reſuſcitatione omiſſâ, ab apro in venatione ad inſulam Rheni Nouietenſis occiſus *dicitur à Ioanne Iſacio Pontano lib. 2 Hiſtoriæ Gelricæ*: extinctus veneno per Grimoaldum *à Miræo in Faſtis Belgicis* XXI *Februarij in elogio B. Pippini Ducis. Veneni ſuſpicionem mouent etiam Sammarthani tomo 1 hiſtoriæ Genealogicæ Regum Francorum lib. 5 cap. 8. Quæ omnia temporum ac perſonarum factâ diſtinctione corruunt. Reliqua ex Actis SS. Arbogaſti & Florentij Epiſcoporum Argentoratenſium alibi firmamus.*

AVCTOR G. H. D *& pro S. Sigeberto auo perperàm habitum,*

3 *Imnechildis vxor S. Sigeberti, ac huius Dagoberti mater commorabatur apud* Childericum *Regem, etiam poſtquàm hic Bilichildem vxorem duxerat. Donationes monachis Stabulenſibus & Malmundarenſibus à S. Sigeberto factas hi tres confirmant. Ipſum diploma infrà dandum ſic incipit:* Childericus Rex Francorum, Emnechildis & Bilechildis gratiâ Dei Reginæ, viris illuſtribus Gundoino Duci, & Odoni Domeſtico. *Et hæc eius clauſula:* Vt hæc præceptio noſtra in membranis conſcripta, firma & inuiolabilis perſeueret, manu noſtrâ ſubter eam decreuimus adfirmare. Signum glorioſi Domni Childerici Regis. Signum Emnechildis Reginæ, Signum Bilichildis gratiâ Dei Reginæ. Signum Gundoini Ducis. Data quando fecit menſis September dies VI, anno VIII regni Domni Childerici Regis. Traiecto feliciter. *Annus is eſt* DCLXXII. *Dein anno* DCLXXVI *mortuo Chlothario* III *Neuſtriæ & Burgundiæ Rege Childericus ſucceſſit, & vnà regnum Auſtraſiorum retinuit; in quo Imnechildem Reginam aliquâ adhuc cum poteſtate vixiſſe innuitur in Vitâ S. Præiecti Epiſcopi Aruernorum* XXV *Ianuarij ex MS. Vltraiectino editâ, vbi num.* 11 *ita legitur*: Cùm vir Dei Præiectus, *in ius ab Hectore Comite vocatus,* ſe vndique arctatum cognouiſſet, neceſſitate compulſus, ita reſpondit, ſe cauſſas Eccleſiæ Imnichildæ Reginæ ditioni commendatas habere. Cumque hanc aſſertionem cognouiſſent, imperfectum opus permanſit. Beatus igitur Præiectus operis ſui laborem, & quomodò perfideiuſſores veniſſet exhibitus, tandem depromit. Rex verò & Regina *Bilichildis (ita nomen in alterâ Vitâ exprimitur)* timore perculſi veniam coram omnibus à prædicto Epiſcopo expetunt. *Contigerunt ea anno* DCLXXIX, in ſolennibus vigiliis Paſchæ. *Non diu ſuperſuit* Childericus, ab inſidiatoribus impiis cum Reginâ prægnante interfectus, & Rotomagi in baſilicâ S. Petri ſepultus.

Imnechildis in regno Auſtraſiorum pollet auctoritate

& 679

4 *Occiſo Childerico Theodericus à Neuſtriis Burgundiſq; ad regnum reuocatus eſt: ab Auſtraſiis verò Chlodoueus quidã, quòd Chlotharij* III *crederetur filius, Rex conſtitutus eſt, ſed eo dein reiecto, legitimus regni hæres Dagobertus S. Sigeberti filius ab Optimatibus euocatus, videtur patris regnum, cuius aliquâ parte iam pridem potiebatur, vltrò oblatum potiùs accepiſſe, quàm armis ac vi bellicâ ſubegiſſe. Hoc nouæ belli Auſtraſios inter & Neuſtrios fomes fuit. Quod bellum ex Vitâ S. Salabergæ Abbatiſſæ ab auctore coæuo ſcriptâ alibi dedimus.*

Dagobertus fit Rex Auſtraſiorum,

5 *Inter illuſtriora monaſteria à S. Sigeberto extructa, mox dicemus eminere Stabulaum & Malmundarium: quibus donationem à patre ſuo factam confirmauit Dagobertus iam Rex apud Auſtraſios conſtitutus. Quod diploma ita incipit:* Dagobertus Rex Franchorum illuſtris vir. Illud nobis ad ſtabilitatem regni in Dei nomine prouenire confidimus, ſi facta Domni & genitoris noſtri Sigeberti quondam Regis pro noſtris oraculis in Dei nomine firmare deliberamus. Atque ideò vir venerabilis Goduinus, Abba de monaſterio Stabulau & Malmundario clementiæ regni noſtri ſuggeſſit, eò quòd Dominus... & genitor noſter Sigebertus Rex... per ſuam præceptionem conceſſiſſet: *Integrum diploma alibi damus, & alia Imperatorum tabulis ac conſtitutione S. Leonis* IX *Papæ confirmamus. Friſiorum ad fidem conuerſionem à Dagoberto Rege commendatam fuiſſe Epiſcopo Colonienſi tradit S. Bonifacius Archiepiſcopus in epiſtolâ hac de re ad Stephanum Papam miſſâ, atque inter illius epiſtolas apud Serrarium num. 97 editâ: quam alibi damus & de Dagoberto filio S. Sigeberti intelligendam eſſe probamus.*

donationes S. Sigeberti patris ratas habet:

Friſiorum conuerſionẽ procurat:

AVCTORE G. H.

6 *Præter filium precibus S. Arbogaſti à morte ſuſcitatum plures fuerunt Dagoberto filiæ: inter quas præcipua eſt S.* A *Irmina Virgo monaſterij Horrei apud Treuiros prima Abbatiſſa, etiam Faſtis Martyrologij Romani ad* XXIV *Decembris adſcripta. Sepulta ea eſt in monaſterio Wiſſenburgenſi munificentiâ Dagoberti parentis dotato: à quo plura monaſteria fundata aut dotata fuiſſe alibi oſtendimus. Altera Dagoberti filia,* & *S. Sigeberti neptis eſt* Adela, *quæ poſt mariti obitum, Irminæ ſororis exemplo inflammata, monaſtico item cultu aſſumpto, vitam ſanctiſſimè traduxit, ac monaſterio Palatiolo ad Moſellæ fluminis ripam extructo Abbatiſſa præfuit, eiuſq; Eccleſiam bonorum ſuorum hæredem ſcripſit, teſtamento ſignato* Kalendis Aprilis anno XII Theoderici Regis, *ſcilicet vltimi, anno Chriſti* IↃCCXXXI. *In eo teſtamento mentio fit ſororis* Regentrudis, *quâ omiſſâ, alij* Rathildem, *ſeu* Rothildem, *tertiam filiam Dagoberti ſtatuunt, voluntáque nuptam fuiſſe Luderico Bucano, Caſtri Inſulenſis in Galloflandriâ fundatori. Sed id necdum antiquis monumentis probatum reperimus. Id certum eſt, Albericum dictæ Adelæ filium plures procreaſſe liberos, ex quibus S. Gregorius indiuiduus S. Bonifacij ad obitum vſque ſocius, poſteà Vltraiectinæ Sedi vice Epiſcopi* B *præfuit Presbyter: cuius Vitam ſcripſit S. Ludgerus eius diſcipulus. An ex aliquo fratrum S. Gregorij progenitus ſit S. Albericus, dein Epiſcopus Vltraiectinus,* & *ab aui nomine ita appellatus, alibi inquirimus. Coluntur S. Gregorius* XXV *Auguſti* & *S. Albericus* XIV *Nouembris. An qui S. Dagobertus Martyr colitur apud Sathanacenſes in Lotharingiâ, Rex fuerit Francorũ,* & *filius S. Sigeberti, hactenùs iudicio noſtro definire non audemus.*

eius filia, S. Irmina Abbatiſſa,

Adela marito mortuo Abbatiſſa,

Regetrudis, Rathildis:

Adelæ nepos S. Gregorius Vltraiectinus:

an S. Albericus abnepos

Quis S. Dagobertus Martyr?

§ II *Epiſtolæ S. Sigeberto ſcriptæ, eiuſque reſponſa. Immunitas Eccleſiaſtica defenſa.*

7 *EX Epiſtolis, quas ab aliis ſcriptas accepit S. Sigebertus, extant duæ S. Deſiderij Epiſcopi Cadurcenſis, cui totidem Rex remiſit. Prior eſt quinquageſima S. Deſiderij ad Reges* & *Epiſcopos, in quâ incitat S. Sigeberto præſentiam Dei,* & *memoriam nouiſſimorum. Altera eiuſdem epiſtola eſt* LI, *ad quam reſpondit S. Sigebertus, eſtque eiuſmodi.*

S. Deſiderius Epiſc.

8 Domino glorioſiſſimo atque piiſſimo vbique præcelſæ ſanctæ Eccleſiæ Sigeberto Regi, Deſiderius ſeruus ſeruorum Dei, atque per gratiam eius Cadurcæ vrbis Epiſcopus,

Quòd vos piâ ſollicitudine dignati eſtis litteris conſolare, inſufficiens eſt mens noſtra, gratiarum iura perſoluere. Quâ de re ſingulari poſtulatione credidi depoſcendum, vt eâ me dignatione iubeatis peculariùs confouere, quâ Domini genitoris veſtri circa meam puſillulam exiguamque perſonam habita eſt gratia familiaritatis. Volui quidem ſic obtemperare, vt nõ priùs ad vrbem redirem, donec, ſi potuiſſet fieri, veſtri culminis præclaram Celſitudinem vidiſſem. Sed, quia hoc difficile fuit, ideò nunc latorem præſentium commendare præſumo, per quem officia ſalutationum digno culmini veſtro honore perſoluens, quæſo, vt petitiones ipſius in effectu poſitas, me de veſtræ Excellentiæ incolumitate digneris facere certiorem.

C petit familiarem affectum.

& de ſtatu regni informari.

9 *Ex litteris S. Sigeberti ad S. Deſiderium prior eſt* LXXI, *quâ præcedenti reſpondetur.*

Sancto, atque Apoſtolicâ Sede digniſſimo, honoris titulis præferendo, Domno, & in Chriſto Patri, Deſiderio Papæ, Sigebertus Rex.

Reſcribit Rex

Culminis veſtri paginam deferente venerabili viro Bettore Abbate, vnà cùm ſanctis eulogiis veſtris, me cum ſummo gaudio comperite ſuſcepiſſe. De id verò ſcripſiſtis, vt quàm proſperè nos Diuina pietas degere permittebat, vobis inſinuare deberemus. Cognoſcite, veſtrâ intercedente oratione, proſperè hactenùs, Chriſto Præſule, conſiſtimus. Et gentes patriæ nobis Deo conceſſæ, pacifico ordine nobis obediunt: gentes etiam barbaræ pacatiſſimè nobis cohabitant. De conditiones verò veſtras, vnde iniunxiſtis, taliter, Chriſto D adiuuante, ad effectum produximus, vt veſtra fuit iniunctio. Proinde cum ſalutatione deuotiſſimâ petimus, vt pro nos Domini noſtri Ieſu Chriſti miſericordiam, & cõmendat ſe eius precibus: vbi iugiter ſedulas funditis preces, exorare dignetis: vt ſua largiente clementiâ & hîc pacificè viuere, & ad æternam vitam nos iubeat peruenire.

10 *Altera eiuſdem Sigeberti epiſtola ad eumdem Deſiderium eſt* LXXIX.

Domno Sancto, & Apoſtolico in Chriſto Patri Deſiderio, Syggibertus Rex.

Dum fabulâ currente à pluribus & fidelibus noſtris cognouimus, quaſi vocati, ab eodemque Patre noſtro Vulfoleudo Epiſcopo, Synodali conſilio Kalend. Septemb. in regno noſtro; ignoramus in quo loco vnà cum reliquos Fratres & Comprouinciales veſtros debeatis coniungere. Licet nos ſtatuta Canonum & Eccleſiaſticas regulas, ſicut parentes noſtri in Dei nomen conſeruarunt, ita & nos conſeruare optamus; tamen dum ad noſtram anteà notitiam non fuit perlatum, ſic nobis cum noſtris Proceribus conuenit, vt ſine noſtrâ ſcientiâ Synodale conſilium in regno noſtro non agatur: nec ad dictas Kal. Septembris nulla coniunctio Sacerdotum, ex his qui ad noſtram ditionem pertinere noſcuntur, non fiatur. Poſteà verò opportuno tempore, ſi nobis anteà denuntiatur, vtrùm pro ſtatu Eccleſiaſtico, an pro regni vtilitate, ſiue etiam pro qualibet rationabili conditione, conuentio eſſe decreuerit, non abnuimus. Sic tamen, vt diximus, vt in noſtri priùs deferatur cognitionem. Proinde præſentia ſcripta Sanctitati veſtræ deſtinare curauimus, per quæ petimus, vt pro nos orare dignetis, & ad iſtam coniunctionem, priuſquàm noſtram cognoſcatis voluntatem, penitùs accedere non debeatis. Et vt certiùs credatis, hunc indiculum manu propriâ ſubter ſubſcripſimus. Syggibertus Rex ſubſc. *Fuit ſupradictus* Vulfoleudus Archiepiſcopus Bituricenſis *ſuſpectus, quia in ditione Chlodouei fratris erat, ſub quo ſubſcripſit Concilio Cabilonenſi,* & *Priuilegio libertatis monaſterio S. Dionyſij à Landerico Epiſcopo Pariſienſi conceſſo, anno Chlodouei* XV: *in hoc ſcribitur* Vulfolenus, *in Concilio* Vulfoledus, *Claudio Roberto etiam* Vulfolendus & Vulfeodus, *ſucceſſit* S. Sulpitio Pio, *cuius Vitam illuſtrauimus* XVII *Ianuarij. Ceterùm ſimili dictione barbarâ extat priuilegium Dagoberti Regis apud Miræum lib.* 2, *Diplomatum Belgicorum cap.* 1.

interdicit Concilium Epiſcoporũ abſque ſuo conſenſu.

E

11 *S. Martinus Papa in epiſtolâ ad S. Amandum Epiſcopum Traiectenſem hæc de hoc Rege interſerit.*

Sigebertum præcellentiſſimum filium noſtrum, Regem Francorum, pro ſuæ Chriſtianitatis remedio conſultiſſimè admone atque precare, dirigere nobis ex corpore fratrum noſtrorum dilectiſſimos Epiſcopos, qui Sedis Apoſtolicæ legatione, Diuinâ concedente propitiatione, fungi debeant; & quæ in noſtro Conſilio peracta ſunt, cùm his Synodalibus apicibus veſtris ad clementiſſimum Principem noſtrum ſine dubio aſportare: vt noſtrûm laborum particeps effectus, mercedis cumulum adipiſci valeat, & ſui regni Protectorem inueniat eum, cuius cauſſa flagitari dignoſcitur. Hoc namque & in eius epiſtolâ exhortari eum cognouimus. *Integram Epiſtolam refert in Actis S. Amandi* VI *Februarij Philippus Abbas, vbi plura dicentur de Actis Synodi Romanæ, quæ mittebantur ad Epiſcopos Galliæ.*

S. Martinus Papa ab eo petit mitti Epiſcopos Romam.

F

12 *Chriſtophorus Brouwerus lib.* 7 *Annalium Treuirenſium, tradit* Eccleſiam Treuirenſem perhiberi anno à Chriſto DCLII, ab Hattone quodam, obſcuri nominis homine, damnum accepiſſe; quippe quem perditorum manu ſtipatum, cellas Diuorum Maximini atque Euchatij hoſtiliter peruadentem, aiunt ea ſibi loca contra ius & æquum nil veritum vſurpare. Quâ iniuriâ permotum S. Modoaldum *Epiſcopum Treuirenſem* Aquas, vbi Sigebertus tum degebat, adiiſſe, querelaſque apud Regem de illatâ ſibi ſuæque Eccleſiæ iniuriâ expoſuiſſe: obtinuiſſeque patens diploma, quo veteres poſſeſſiones

Rogatu S. Modoaldi defendiſſe creditur Rex Eccleſiam Treuirenſem.

A poſſeſſiones ad Eccleſiam more maiorum nouò priuilegio ſint reuocatæ. *Addit Brouwerus diploma. ſed mutilum, ex libro Stemmatum Lotharingiæ ac Barri Ducum deſcriptum, in cuius priore parte* ex archiuijs cellarum hîc nominatarum *Franciſcus de Roſieres integrum ita profert:*

& dato diplomate

13 In nomine Domini, Amen. Sigisbertus Diuinâ fauente gratiâ Francorum Rex. Quoniam adoptionem filiorum Dei præſtolamur; ad quam per pacem attingitur, teneamus pacem inuicem, & in omnes.

Matt. 5. 9

Beati enim pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Vbi enim altercationis inuicem diſpendium incurrit, ibi pacis reſidet diſſidium, quæ Eccleſiarum gratioſam fouet & incrementat quietem. Igitur nouerit omnium fidelium noſtrorum præſentium & futurorum notitia, qualiter de cellis Beatorum Hilarij, quæ modò cella S. Maximini dicitur, ac B. Eucharij, quæ nunc vocatur cella S. Matthiæ, in prædio S. Petri Treuericæ vrbis ædificata, quas Dominus genitor noſter Dagobertus, Chriſtianiſſimus Rex, prædeceſſorum ſuorum mores ſequens, ad Eccleſiam S. Petri Treuericæ vrbis, regiæ poteſtatis iure tradiderat, ac perpetuâ ſtabilitate firmauerat; Modoaldus eiuſdem Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopus, in generali Palatio noſtro, querelosis ſe precibus proclamauit, plangens eas abs malis graſ-

B ſatoribus, quorum Dux quidam, nomine Hattus, eſt, contra libitum ſuum ſuorumque fidelium, vſurpatas, ac de ſupradictâ Eccleſiâ violenter abſtractas. At nos per omnia omnem præfati Hatti ac ſuorum per ordinem recolentes fallaciam, iam calliditatibus detectis, querimoniam illius veram eſſe agnouimus. Perpendentes ergo ac verentes, ne fortè, quod abſit, de eleëmoſynâ genitoris noſtri ac prædeceſſorum noſtrorum Regum, detrimentum animæ noſtræ faceremus, pro conſeruandâ eorum pietatis munificentiâ, ipſas cellas, cùm conſilio & iudicio Epiſcoporum, Ducum, & Comitum noſtrorum, maximè dilecti conſanguinei noſtri Domini Martini filij Clodulphi, filij Arnulphi, Ducis Auſtriæ Moſellanicæ ac Moſelant, quem præfatæ B. Petri Eccleſiæ, ac Fratrum ac antedictarum cellarum, Aduocatum, Rectorem, Protectorem per præſens præceptum conſtituimus, memoratæ Eccleſiæ Treuirenſi reddidimus. Vt autem præſens noſtræ reformationis ſcriptum, inuiolabile per ſuccedentia tempora, in Dei nomine obtineat ſtabilitatem, propriâ manu cum Duce Martino, ac Cuniberto Archiepiſco-

C po Colonienſi, ac Ramaclo Epiſcopo Traiectenſi, ſubter eam firmauimus, & ſigillorum noſtrorum impreſſionibus iuſſimus inſigniri. Data Aquiſgrani, Idibus Maij, anno Dominicæ Incarnationis DCLIII. Sigisbertus Francorum Rex † Cunibertus Archiepiſcopus Colonienſis † Ramaclus Epiſcopus Traiectenſis † Martinus Dux Auſtriæ Moſellanicæ ac Moſelant †.

illud diploma ſuſpectum eſſe tradunt Zylleſius,

14 *Hactenus diploma, ſub nomine S. Sigeberti editum à Franciſco de Roſieres; quod* Nicolaus Zylleſius *in libro pro defenſione Abbatiæ Imperialis S. Maximini cum plurimis aliis à Roſieres ibidem productis confictum aſſerit, eiuſq; negat originale oſtendi poſſe. Ipſum etiam Roſieres manifeſtis criminibus conuictum, fraudulenter, & malitioſè plurima à ſe excogitata fuiſſe, confeſſum eſſe coram Henrico* III *Francorum Rege,* XXVI *Aprilis anni* MDLXXXIII, *tradit, edicto de hac eius confeſſione adſcripto, Ludouicus Chanterellus Faber ante ſuas Conſiderationes Genealogicas domus Lotharingicæ. Malè autem Zylleſius par.* 2. *cap.* 1, *ſect.* 3. §. 1, *hoc diploma reiicit, quòd* Sigebertus, *qui ſoli Auſtraſiæ imperaret, dicatur* Rex Francorum, *ita ſuprà à Martino Papâ appellatus, cui conſonant diplomata mox danda: quòd ſubſcripſerit* S. Remaclus Epiſcopus Traiectenſis, *in cuius locum perperam credidit tum ſucceſſiſſe* Theodardum: *deſint* Indictiones, *qua non ſolebant apponi:* Hatti graſſatoris *alibi non fiat mentio, ſed nec vnus omnia ſcripſit. Idem Zylleſius negat ſect.* 1. §. 1, monaſterium S. Maximini *in prædio, fundo, aut territorio S. Petri fuiſſe, & ſect.* 2, §. 5 *nomen* cellæ S. Hilarij *eidem monaſterio aptari poſſe; additq;* S. Maximinum *anno* CCCLI, *aut ſequente,* XV *ante* S. Hilarium *annis, mortem obiiſſe, depoſitumq; in eccleſiâ* S. Ioanni *dicatâ, quæ mox ob plurima ad eius ſepulchrum patrata miracula, nomine* S. Maximini *cœperit appellari. S. Hilarium anno* CCCLVII *mortuum eſſe docuimus* XIII *Ianuarij ad eius Vitam* §. 4. *De S. Maximino agemus* XXIX *Maij.*

& ſigilla apposita.

& Chanterellus;

Auctore Reg. H. D

15 *Diſplicent præterea* annus Chriſti DCLIII, *quo potuerit contigiſſe, contra iſtorum temporum conſuetudinem adſcriptus:* vrbs Aquiſgranum, *vbi Reges Auſtraſiorum palatium nullum habuerunt:* Ducatus Auſtriæ Moſellanicæ ac Moſelandt, *cuius excogitandi fundamentum conſtituit Roſieres lib.* 3. *hiſtoriâ capitali* 48, 49. *&* 50 *in hoc Sigeberti, aliiſq; adiunctis diplomatibus:* Duceſque *præfecit* SS. Arnulphum, *&* Clodulphum filium, Epiſcopos Metenſes, *&* Martinum, *quem dicti* Clodulphi *iterum* filium *facit: non abſque pluribus mendis. Nam diplomate* 1 *&* 2, *à Dagoberto anno* DCXXIII *dato, ſubſcribunt* Arnulphus Dux Auſtriæ Moſellanicæ & Atto Epiſcopus Metenſis, *quo tamen anno* Arnulphus *erat Epiſcopus, eóq; in eremum abeunti anno* DCXXXI *ſucceſſit* S. Goëricus, *qui &* Abbo, *hîc corruptè* Atto, *cognominatus. Iterum in diplomate* 3 *Dagoberti ſubſcribit* Clodulphus *anno* DCXXII, *quaſi illi* Arnulphus *pater ſucceſſiſſet; ſed eſto, annus* DCXLII *legatur ob annum* DCXLIV *diplomati ſequenti adſcriptum, quomodò probatur* ex antiquâ & nobili Francorum E Troianorumque ſtirpe natus, *liberos genuiſſe* Maximum, Baſinum, Pipinum, Arnoldum, Gonzam, Ittam, Gertrudem? *Melius alius cœlebs vixit, ſanctitatem patrui* Arnulphi *imitatus. Ex fratre eius* Anſchiſo *natus eſt* Pipinus Herſtallius, *quo cum Maior-domus* Martinus *apud Auſtraſios anno* DCLXXXVII *factus eſt, nec diu poſteà Ebroini dolo interfectus. Potuit hic Martinus Dux populum ad Moſellam & dexteram ripam Moſæ pro Regibus Auſtraſiorum rexiſſe, cuius ditiones ſub nomine* Comitatuum Moſtenſis & Maſau *referuntur in diuiſione regni Lotharij, anno* DCCCLXX *factâ. Hinc poſteri formarint* Ducatus Auſtriæ Moſellanicæ & Moſelandt: *ſicut* S. Pipinus, *in* 1 *&* 2 *diplomate memorato, appellatur* Dux Brabantiæ & Hasbaniæ, *qui populum inter Carbonariam ſiluam, ſiniſtram Moſæ ripam, & fines Friſiorum gubernauit, vt* XXI *Februarij ad eius Vitam dicemus. Denique ad datum diploma ſubiuncta ſigilla diſplicent, tum Epiſcoporum & Martini Ducis, quæ hîc omittimus referre, tum ipſius S. Sigeberti, quod aureum exhibuiſſet ſcutum liliis inſculptis refertum: cuius originem à Ludouico Craſſo, aut Odone è Comite Pariſienſi Rege, quam à Chlodoueo* 1 *aliiſque prioribus Regibus malunt deducere San-Marthani lib.* 1 *hiſtoriæ genealogicæ Francorum cap.* 9. *Hiſce ſimilia, ſed fabulis potiùs quàm hiſtoria adſcribenda, de S. Sigeberto leguntur tomo* 2 *Annalium Hannoniæ lib.* 10 *ex libris Iacobi Guiſij Gallico idiomate edita, quæ hîc omittimus.*

diſplicent annus & locus, in ſubſcriptione,

titulus Ducis Auſtriæ Moſellanicæ ac Moſelandt,

F

§. III *Monaſteria extructa, dotata.*

16 MOnaſteria duodecim extructa refert in *Actis S. Sigeberti auctor: quæ ſoli Ardennæ attribuit Gelenius, Vniuerſim viginti extructa cum Gelenio volunt Molanus in auctario Vſuardi, Galeſinius & Sauſſaius, quorum verba ſuprà dedimus. Brouwerus de iis in ſuâ Metropoli necdum editâ ita ſcribit:* Anno DCLI Sigebertus Auſtraſiorum Rex Metis in ſuâ regiâ, eximiâ vitæ innocentiâ ac præſtanti, in omne Religioſorum genus liberalitate florebat, viginti amplitudine non vulgari conditis extructiſque & vectigalibus perpetuis auctis paſſim monaſteriis, in quibus Malmundariùm & Stabulenſe in Ardennæ finibus, S. Martini verò in Metenſi ſuburbano fuêre. *Hæc Brouwerus, ſed reliqua monaſteria nec ipſe, nec alij nominant. De Metenſi condito & deſtructo infrà agemus. Ad vitam S. Amandi* VI *Februarij referemus, apud Auſtraſios, dum iis præeſſet Rex S. Sigebertus, multa in Belgicis & Germanicis prouinciis extructa eſſe monaſteria, quæ hîc omittimus recenſere. Ante Stabulenſe & Malmundarienſe, aliud erectum eſt* Caſæcongunduni, *in Ducatu Luxemburgenſi ad amnem Seſmarum, ſeu Seſomirim, vulgò Seſmoy, aut Semoy,*

Ex monaſteriis à S. Sigeberto extructis.

eſt Caſacongunduenſe,

AVERO- REG. H.

inter Chinium & Bullonium oppida: cuius poſterioribus ſeculis extitit Prioratus in pago Cougnon. De eo pluribus agemus III *Februarij ad Vitam S. Hadelini. Hîc damus diploma S. Sigeberti nobis ab humaniſſimo viro Ioanne Antonio Gournenſio Congregationis Oratorij Presbytero communicatum, ex quo conſtat* S. Remaclum Abbatem *conſtitutum eſſe, cùm nondum eſſet Epiſcopus Traiectenſis, ſuperſtite adhuc Epiſcopo Metenſi* Godone, *alias* Dodone, *ſeu* Godeo, *cui ſucceſſit* S. Clodulphus *filius S. Arnulphi, ad quem Epiſcopum* Remaclus *primo anno ſui Epiſcopatus* S. Trudonem *miſit. Hinc optimè refellitur Bouchetus, qui par.* 1 *Originum familiæ regiæ Francorum cap.* 6, *tempus epiſcopatus Godonis numerat ab anno* DCLIX *ad* DCLXVII, *eiq; ſuffectum S. Clodulphum vixiſſe ad annum* DCCVII *arbitratur. Quæ pleniùs* VIII *Iunij deducentur. Qui in diplomate præter* Seſomirim *nominatur* Alſnia *fluuius, ſupra Luxemburgum exortus, vrbem alluit, & Attarto mixtus, aquam in Suram exonerat, ac dein in Moſellam delabitur.* Silua *autem* Vriacuiſe *ad vicum* Vres *infra Bullonium pertigerit, aut potius* Viracuiſe *legendum, & tum referretur ad vicinum* Viram *amnem. Hîc ante expoſitio diploma facilius intelligetur, quod ita habet:*

A *in ditione Luxemburgenſi:*

de eo diploma S. Sigeberti.

17 Sigibertus Rex Franchorum. Ad augmentum credimus pertinere, ſi larga munera ſummi Dei omnipotentis deuotâ mente offerre non dubiteris. Quia tunc regia poteſtas ſuum cultum corroborare videtur, cùm ex propriâ voluntate compendia ſeruorum Dei deſtinare non dubitat. Ideoque ſub deuotione animæ noſtræ, cum conſilio magnificorum Apoſtolicorum, Guniberti, Godonis, vel illuſtrium virorum, Grimoaldi, Bobonis, Adalgiſili, monaſterium Regulare in honore patroni noſtri, Petri, Pauli, Ioannis, vel cererorum Martyrum, in terrâ noſtrâ, ſyluâ Arduennenſe, in loco qui dicitur Caſegonguidinus, quem Seſomiris fluuius cingere videtur, & ex noſtræ largitatis munere, iuxta Patrum traditionem, cœnobium volumus conſtruere, & ibidem, Chriſto auſpice, Remaclum Abbatem conſtituimus; qualiter ibidem ſecundum ordinem & monita antiquorum Patrum conuerſari debeant: ſic tamen vt de ipsâ Caſtrâ, & ripâ fluminis in directum leuuas tres, de noſtrâ ſyluâ Vriacuiſe, cum ipsâ Vennâ Dominicâ, quæ dicitur Arnulfi, cum Probardo, Babone, vel minoribus eorum, qui ibidem ſeruire videntur, die præſente concedimus ad poſſidendum. Similiter de ſuo ipſo caſtro ex aliâ ſyluâ Dominicâ, alias tres leuuas, & in directum iterum tres alias leuuas, necnon & aliam nouellam in flumine nuncupante Alſniâ, vbi illa petra quadrata eſt. Hæc omnia ad vſus eorum ſeruorum Dei immunitate noſtrâ viſi fuiſſe condonaſſe, vt habeant, poſſideant, fuiſque poſteris ſpiritualibus derelinquant: vt potiùs eis delectorum attentiùs pio Domino preces inceſſabiliter fundere. Et vt præceptio firma atque inuiolata permaneat, manus noſtræ ſubſcriptionibus ſubter eam roborari decreuimus.

B

C

18 *Notgerus Epiſcopus Leodienſis, in Vitâ S. Remacli Epiſcopi Traiectenſis* III *Septembris, meminit alterius Vitæ ab auctore antiquiore & ferè coæuo conſcriptæ, de quo in Prologo ad VVerenfridum Abbatem hæc ſcribit:* Obtuliſtis libellum de Vitâ tam noſtri, quàm veſtri ſpecialis patroni, Domini ſcilicet Remacli, conqueſtus propter incuriam tamen prædeceſſorum veſtrorum breuiùs, quàm vt res poſtularet, pro magnitudine geſtorum eius eſſe eruditam: ſimulque viſus es, vt ne dicam precari, ſed potiùs exhortari, vt eam non modò exemplari, verùm aliquantò lepidiùs mandarem politi. *In hoc ergo priori libello, ſeu Vitâ S. Remacli, de extructis monaſteriis Stabulenſi & Malmundarienſi ita legitur:* Contigit, Deo fauente, iuberi à piis Principibus regni Francorum, Sigiberto Rege, & Grimoaldo Duce, ex voluntate Dei, & conſilio Optimatum ſuorum, vt conſtruerentur infra foreſtem monaſteria, ſita in pago qui Ardoënna dicitur, cognominata Stabulaus, ſiue Malmundarium, in quibus commanerent religioſi monachi, qui ſpiritualiter inibi Chriſto famularentur; & pro ſtatu totius regni, & Regis ſalute vel filiorum, ſiue curam regni exercentium, omnipotentem Dominum exorarent. Tunc cœperunt ædificare attentiùs, &, vt aſſolet in tali opere, virtus Diuina ſubſecuta eſt, proſperoque ſucceſſu velociter adimpleta ſunt. Cumque adeſſet tempus, vt eccleſiæ nouâ materiâ ornatæ dedicarentur, mittens præfatus Rex ad B. Remaclum Epiſcopum, quia alter eorum, id eſt, Stabulaus, ad eius pertinebat diœceſin; alterùm verò, id eſt, Malmundarium, quia metropolim reſpiciebat, cum conſenſu Chuniberti, qui erat Metropolitanus Agrippinæ, euocauit eum, vt, ſicut conueniebat eius * miniſterio, eas dedicaret. Quod ſanctiſſimus vir illicò obaudiens, cùm magnâ diligentiâ expleuit opus ſibi iniunctum, quod eius diſpoſitione dudum fuerat actum: quia, cùm eſſet Regi ac Primis palatij propter maximam ſanctitatem vicinus ac amatus, nihil præcipuum abſque eius conſultu fiebat. Vnde factum eſt, quia tam carus eis habebatur, vt Miſſarum peractis ſolennijs, traderet ei prædicta loca iam dictus Maior domus Grimoaldus, ſuâ * ditione cuncta ordinari, & monaſticæ vitæ inſtituta iſtic ſeruari. Poſt non multum verò temporis impetrauit tandem à Rege, quatenùs relinquens ſucceſſorem poſt ſe in Sede Pontificali, vt diu deſiderabat, hunc eremi locum adiret, & ibi ab hominibus remotus ſoli Deo vacaret, ... Manens itaque peruigili curâ, abſque vllâ reprehenſione, in monaſticis documentis, multos nobilium virorum animos conuertit, vt imitatores fierent illius vitæ, cuius erat doctrina perfecta: quia, quòd ore docebat, priùs opere adimplere curabat. Vnde factum eſt, vt creſcente religione, creſceret etiam cenſus eiuſdem eccleſiæ, in vſus ibidem ſeruorum Dei famulantium. Nam audientes cultum huiuſmodi religionis iam dicti piiſſimi Principes, euocantes beatum virum, tradiderunt ei ex ipsâ foreſte duodecim leucas in longitudine, ſimiliter & in latitudine, in quo ſpatio nullus contradictor exiſteret ſuæ ditioni vel ſuccedentium ei, vt quietè Deo militarent. Nec non affirmarunt teſtamento cum ſignaculis Imperialibus, vt ſtabile illud omni tempore duraret: quod Pater ſanctiſſimus ſuſcepit libenter, ac tenuit reuerenter. Verùm non multò pòſt ipſum ſpatium adbreuiare ſtuduit, vt ſine impedimento fieret ſequacibus, & ſine vllo obſtaculo Rectores loci poſſent ſeruare, quod ad noſtrum vſque tempus inconuulſum durare videtur omnino. *Hæc ibi. Sunt verò monaſteria Stabuletum & Malmundarium diſſita Leodio octo ferè leucis horariis, quà verſùs Orientem & Treuiros abitur. De Stabuleto egimus ad Vitam S. Popponis Abbatis* XXV *Ianuarij. Extrui vtrumque cœptum circa annum Chriſti* DCLV, *qui erat Epiſcopatus S. Remacli ſextus: diplomata verò conceſſa ſunt ſub finem vitæ eiuſdem Regis Sigeberti. Horum partem profert Notgerus in Vitâ S. Remacli. Integra duo damus ex Stabulenſi archiuo, quorum priùs ita habet:*

D

E

F

Stabuleti & Malmundarii condita:

S. Remaclo commiſſa,

** al. ministerio.*

** al. dictione, forte iuriſdictione.*

diplomatibus ſtabilita:

19 Sigibertus Rex Francorum. Veſtra comperiat largitas, qualiter pro deuotione animæ noſtræ, ſeruorum Dei compendiis, opitulante Domino, in foreſte noſtrâ, nuncupatâ Arduennâ, in locis vaſtæ ſolitudinis, in quibus caterua beſtiarum germinat, conſulere cupientes, quatenùs eorum meritis æternæ retributionis copiam adipiſci mereremur, quò Patronorum noſtrorum Petri & Pauli, Ioannis Baptiſtæ, Martini, vel aliorum Sanctorum pignora venerari noſcuntur, conceſſimus eis, vt ibi monaſteria iuxta regulam cœnobiorum, vel traditionem Patrum, cognominata Stabulaus, ſeu Malmundarium, conſtruerentur: vbi, Chriſto auſpice, Remaclus venerandus Epiſcopus præeſſe dignoſcitur: & eis tale beneficium præſtitiſſe compertum ſit, vt ibidem familia Dei, vel cuſtodes eccleſiæ, quieto ordine contemplatiuam vitam agere debent, iuxta admonitionem Diuinam: Qui reliquerit

de eiu ptlmum diploma S. Sigeberti i

Matth. 19. domum 29.

A domum, patrem, aut matrem, aut agros &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Quapropter ex consensu fidelium nostrorum, videlicet Domini Cuniberti Colonien sis Archiepiscopi, nec non Attelani, Theodefridi, Gislocardi Episcoporum, vel illustrium virorũ Grimoaldi, Folciardi, Bobonis, Adegrisili, item Bobonis, nec non & Domesticorum, Flodulfi, Ansigili, Bertelani, Gariperti, concessimus suprà dicto Patri, ob cauenda pericula animarum inhabitantium, & ad euitanda consortia mulierum, vt gyrum gyrando, & in vtrorumque partibus monasteriorum mensurarentur spatia dextrorsum saltibus, non plus duodecim milliaribus, vt absque impressione populi, vel tumultuatione seculari, Deo soli vacaretur. In reliquo verò taliter noster promulgauit edictum, vt nullo vnquam tempore vitæ suæ, quælibet persona illam forestem audeat irrumpere, aut mansiones, aut domos ædificare, nisi tantummodò illi serui Dei, qui hæc tugurriola cum tempore, nostro concessu, excolere videntur. Et vt hæc præceptio circa ipsam familiam Dei, vel posteritatem illorum, quibus pro Diuino intuitu hæc parua munuscula concessimus, pleniùs obtineat vigorem, manus nostræ subscriptionibus subter eam decreuimus roborari. *Huc vsque primum diploma. Sunt*

B *autem in eo Episcopi* Attelanus, *aliis* Attola, *siue* Attila, *Laudunensis*; Theodefridus, *aliis* Teufredus, *Tulensis*; *&* Gislocardus, *aliis* Gisloaldus, *Virdunensis. Alterum à S. Sigeberto hisce monasteriis datum diploma ità habet:*

Secundum diploma S. Sigeberti:

20 Sigibertus Rex Francorum, vir inluster, &c. Igitur sancta ac venetabilia monasteria, Stabulaus, siue Malmundarium cognominata, vbi vir venerabilis Remaclus Episcopus Abba, Christo auspice, præesse videtur, quæ vir Illuster Grimoaldus Maior-domus, in honorem Dei Genitricis Mariæ, sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli, Sanctique Ioannis Baptistæ, vel S. Martini, seu ceterorum Sanctorum, suo opere in vastâ eremi Arduennensis solitudine constructa; quemadmodùm nos loca ipsa, ad ipsa monasteria ædificanda, pro nostrâ præceptione ex forestâ nostrâ concessimus, quæ licet gratiâ Christi sint ditata præfata monasteria, mundanæ tamen substantiæ cernuntur parumper habere. Ideò Diuinâ inspiratione commoniti, decreuimus aliquantulùm de fisco nostro ad ipsa monasteria conspicere & consolari. Telonium igitur, quod ad portum Vetraria super fluuios Tannuco, Itraque, & portum illum, qui dicitur Sellis, imoque & Vogatium ad fluuium Ligeris, quod ludices vel

C Agentes nostri ad portus ipsos, tam quòd naualis euectio conferebat, quàm vndique negotiantium commercia in telonio, aut quolibet ripatico ex ipsis portubus superiùs nominatis, in fisco nostro solebant recipere, pariter homines, qui in ipsis portubus commanent, vel ipsos portus custodiunt, aut ibi aspicere videntur, pro stabilitate regni nostri ad monasteria nostra superiùs nominata, vel monachis ibidem consistentibus, nostri muneris largitate concedimus. Quapropter præsenti ex hac iussimus promulgari præceptione, vt neque vos, neque iuniores, seu successores vestri, aut quislibet, quæ ad partem ipsorum monasteriorum ex hoc pertinet, numquàm præsumant existere contrarij, sed magis telonios ipsos de portubus superiùs nominatis, quodcumque exinde fiscus noster poterat sperare, in luminaribus iam dictis basilicis, vel stipendiis monachorum, qui ibidem cursum regulariter quotidianis horis implent, annuimus possidendos, vt omni tempore proficiant in augmento. Et si fortè aliqui portus ipsos prænominatos pro tetris eorum propriis transtulerint, quò faciliùs ipsum telonium, quemadmodùm ad fiscum nostrum debuerat peruenire, subtraxerit, iubemus, vt nauigia ad portus ipsos, vbi per tempora præcedentium Regum, parentum nostrorum, ire consuetudinem habuerant; discurrant, & alibi telonius, neque à vobis neque à iunioribus, seu successoribus vestris, exigatur. Quod fiat, vt, si ante superiores annos, dum adhuc sub tenerâ videbamur ætate subsistere, aliquis quodlibet ex huius cessionis instrumentis accepit, nullus mancipetur effectus, sed vacuum & inane permaneat. Dum & aliter compluribus fidelibus nostris noscitur esse conuentum, vt, dum auxiliante Domino in regnum ad legitimam peruenimus ætatem, cessiones illius, quæ ex originario fisco nostro aliquando Serenitas nostra concesserat, deinceps in antea, hoc est, de anno decimo quarto regni nostri debeant in Dei nomine esse stabiles. Hanc quoque auctoritatem, vt in omnibus valitura, in nostris & futuris temporibus inacta valeat durare, manus nostræ subscriptionibus roborauimus. *Huc vsque diploma secundum. Quæ loca ad Ligerim & in Aquitaniâ possederint Reges Austrasiorum, suprà indicauimus. Hæc confirmauit successor S. Sigeberti Childericus Rex, cuius diploma istis etiam iungimus.*

tertium diploma Childerici Regis.

21 Childericus Rex Francorum, Eumechildis & B lechildis gratia Dei Reginæ, viris illustribus Gondoino Duci & Odoni Domestico. Ad æternâ enim mercedem procul dubio credimus pertinere; si petitionibus Sacerdotum, vel quorumlibet deuotorum, iusta petentium, perducimus ad effectum. Igitur Domnus & Pater noster Remaclus Episcopus Clementiam regni nostri petiit pro monasteriis suis Stabulau & Malmundario: quæ bonæ recordationis patruus noster Sigibertus, quondam Rex, suo constituxit opere. Vnde & ipsius Principis regiminis tale præceptum nobis ostendit relegendum de eorum maiori spatio: De ipsâ foreste Dominicâ vtrisque partibus de ipsis monasteriis, tam in longum quàm in transuersum, duodecim millia dextrorsum saltibus; quod & adhuc pro totius firmitate taliter in ipsâ præceptione habetur insertum: vt per consilium Pontificum ipsius temporis, id est, Huneberti, Memoriani, Gisloaldi Episcopi, cum illustribus viris Grimoaldo, Fulcoaldo, Adregisilo, Bobono Ducibus, Clodulfo, Angelisino, Gareperto Domesticis, talifer actum fuit; quòd veracissimè cognouimus, quòd illi serui Dei, quibus datum fuit, absque impressione populi ibidem in ipsa loca residere deberent. Quapropter ipse Episcopus Abba eorum vnà cùm ipsis monachis nobis exinde confirmatione auctoritatis nostræ petierunt affirmari. Quam petitionem nos pro Dei intuitu eis minimè denegare potuimus. Eâ tamen conditione sic petierunt ipsi serui Dei, vt versùs curtes nostras, id est, Amblauam, Charancho, Lethernacho, de ipsis mensuris, duodecim millibus dextror- F sum saltibus sex millia subtrahere deberemus, pro stabilitate operis, quod admodùm per nostrum ordinationem sic factum est. Vnde iussimus pro hac re Domino & Patri nostro Theodardo Episcopo, vel illustri viro Hodoni Domestico, cum forestariis nostris, & æternale cum paribus suis, ipsa loca mensurare & designare per loca denominata; quorum vocabula sunt: De Monasterio Malmundario vsque Sicco-campo. De Sicco-campo per viam Mansuerisca vsque Warcinna transuersat. De ipsa Warcinnâ vsque vbi Stagnebachus consurgit: deinde per ipsum Stagnebachum vsque in Amblauam; deinde per Amblauam versus aquam per illam forestem, de Vulfeberto vsque Rarobacca vbi ipse consurgit. Deinde Diddiloni riuus consurgit; deinde per ipsum riuum vsque in Restam, & de Restâ per illam forestem, quæ separat Helmini Rouoritum & Andaste villare. Per ipsam mediam forestem vsque Iocunda-fania; de Iocundâ-faniâ per illam Alsenam, quæ propinqua est monasterio. Deinde per illam Alsenam vsque vbi in Glanem ingreditur; deinde transuersa Glane vsque Albam fontanam. De ipsâ Albâ fontanâ in Amblauam. Summa Siggino, Auiaco; vbi Gare Laicus vennam habuit. Inde per ipsam Amblauam, vbi Dulnosus in ipsam ingreditur; deinde per Dulnosum vsque in Fanias. Deinde per me-

AVCTOR G.H. A diam foreſtem de ipſis Fanis vſque viam Tranſuerſcam; inde per ipſam viam vſque Sicco campo. Vt hoc totum, & ad integrum, cum Dei gratiâ & noſtrâ teneant atque poſſideant, cum immunitate nominis eius temporibus; vt abſque vllius impugnatione Foreſtariorum, vel cuiuſlibet perſonæ; liceat ipſam familiam Dei quieto ordine reſidere: & pro vitâ noſtrâ, vel ſtabilitate regni Frãchorum die noctuque Domino famulari. Vt hæc præceptio noſtra in membranis conſcripta, firma & inuiolabilis perſeueret, manu noſtrâ ſubter eam decreuimus affirmare. Signum Domini Childerici Regis glorioſi. Signum Eumechildis Reginæ. Signum Bilichildis Reginæ.

Qui inter Epiſcopos Memorianus *eſt, in altero diplomate* Attelanus *dicitur: qui è Domeſticis* Clodulphus *&* Angeſilinus; *ſuprà ſunt* Elodulphus *&* Anſegiſus: *ab hoc diuerſus Dux fuit* Adregiſilus, *ſuprà* Adegiſilus, *qui Fredegario videtur* Dux Palatij Adalgiſilus, *in Vitâ* Adelgiſus. *De Eumechilde vxore S. Sigeberti antè actum.*

HISTORIA TRANSLATIONIS ET MIRACVLORVM S. SIGEBERTI,

auctore Sigeberto monacho;

Ex MS. monaſtery Stabulenſis.

PROLOGVS.

1 NEmini prudentium videri arbitramur incongruum, ſi virtutes Sanctorum, quas Dominus per eos operari dignatur, memoriæ commendentur auctoritate litterarum, ad inſtructionem videlicet fidelium tam præſentium quàm etiam futurorum. Quia, ſicut ex verbis Angeli ad Tobiam loquentis didicimus, *a* ſecretum Regis celare bonum, opera autem Dei reuelare & confiteri omnimodis exiſtit magnificum. Quapropter & nos ea virtutum inſignia, quæ idem cunctorum Dominus, ſcilicet remunerator bonorum, meritis glorioſiſſimi & religioſiſſimi Regis Sigeberti, noſtris temporibus eſt operari dignatus; quamuis indocti & ad hoc minimè idonei, vilibus ſaltem ſeculis committere dignum duximus. Si quis autem fortè ſtudioſiùs inquirere voluerit, quis iſte Sigebertus, de quo loqui cupimus, fuerit, aut quo tempore regnauerit, *b* ad liberãdum quem dicitur verò ipſius C occurrat & intentè perlegat, quia manifeſtè reperire vel diſcere poterit, quantæ ſanctitatis aut religioſitatis excellentiâ vir iſte venerandus præditus extiterit, quem Deus in terris ſignis illuſtrat apertis. Verùm ex his, quæ ſcribimus, nullo modo quiſpiam ambigere vel diffidere debet, quia & Dominus ſuis fidelibus promittere dignatus eſt, dicens: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet; & maiora horum faciet. Et nos non aliena aut inexperta præſumptiuè meditari tentamus, ſed ea, quæ aut recenti tempore facta comprobantur, aut quæ à fidelibus certiſque hominum perſonis comperimus; qui ſe eiſdem interfuiſſe mirabilibus nunc etiam proteſtantur, fide veracique relatione ad poſteritatis memoriam ſcripto tranſmittere curauimus. Alioquin niſi veritatis aſtipulatione nos omnimodis roborari crederemus, de talibus penitùs ſilere, quàm ficta loquendo falſitatis crimen incurrere, rectiùs fore iudicaremus. Sed iam ad narrationis ordinem breuitate quâ poſſumus accedamus.

Pandere promiſſa ſtyli vertigine dicta.

a Tob. 12. 7

b *Auctor fide digna ſcribit ſuo tempore facta.* Ioan. 14. 12

a *Lectio vulgata:* Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt: opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum.

b *Hæc verba intricata forte hoc aut ſimili modo enodanda, vt legatur:* ad librum, idem quem ſcripſi de vitâ ipſius, accurrat.

CAPVT I

Tranſlatio corporis S. Sigeberti.

2 SIquidem anno Dominicæ Incarnationis MLXIII, dum huius venerabilis viri Sigeberti corpus in monaſterio S. Martini, quod ipſe inter cetera bonorum operum exercitia in Metenſi confinio ſuper ripam Moſellæ fluminis à fundamentis ædificauerat, iaceret humatum, & propter antiquitatem *a* presbyterium, quod ſuper cryptam, in quâ ipſe iacebat, fuerat conſtructum, ſui quotidie minaretur caſum: & idcircò à monachis illic commorantibus cum maximo timore Diuinum repẽderetur Officium; apparuit ipſe Sanctus manifeſtâ oſtenſione cuidam viro, nomine Wylant, in ſupradictæ ciuitatis ſuburbio manenti, ciuibuſque cunctis penè notiſſimo. Qui cùm ad aſpectum tanti viri, præ magnitudine inſoliti ſplendoris, ſtupidus miraretur, nec vllo modo quidquam ei dicere præſumeret, ille blandâ allocutione eum, ne timeat, hortatur: ſed, quæcumque ſibi præcipiat, cum omni feſtinatione implere non moretur. Cumque ille ſe ad omnia, quæ præcipere dignaretur, paratiſſimum obedire fateretur, ad hæc vir ſanctus; Scis, inquit, quis ille ſit, quem tibi aſſiſtere cernis, aut qui talia iniungit, vel cui te parere promittis? Ipſe verò protinùs ad iſta reſpondens, Hæc, ait, ignoro, per te ſcilicet diſcere quæro. Tunc vir venerandus talibus interrogationum affatibus quaſi inſtruendo eum percunctari eſt aggreſſus, Numquid, inquiens, aliquando cognouiſti, aut ab aliquo non audiſti, quis ille auctor fuerit, qui cœnobium S. Martini, quod in proximo ſitum videtur, conſtruxerit, vel bonis temporalibus, ſicut in præſenti cernitur, ſtuduerit ditare? Ille autem iam à pluribus audiſſe, ſed tunc à ſuâ tamquàm amentis memoriâ funditus excidiſſe ſe dixit. Ad hæc vir ſanctus Sigebertus iubet illum expergiſci; verbaque dicentis animo retinere valenti: Ego, inquit, ſum Sigebertus, quondam Rex, qui prædictum monaſterium conſtruxi, monachorumque Deo famulantium turbam inibi coadunaui, propriumque in eodem loco ſepeliri mandaui corpuſculum. Nunc verò quoniam ipſius ſtructuræ ſicut cernitur caſuale imminet excidium, ſub quantâ præuales celeritate, feſtina Fratribus congregationis ipſius denuntiare, vt ſi Deum, Sanctumque Martinum cupiunt ſibi placatos exiſtere, loculum corporis mei exinde, vbi nunc conſiſtit, auferre, & in loco tutiſſimo ſtudeant reponere: ne caſus fabricæ poſſit mea membra nocere. Cuius rei iuſſionem poſtquàm fidelis nuntius ſupradictis Fratribus maturauit indicare, illi meritò confiſi de dilecti Patroni veriſſimâ ſanctitate, quod iuſſum fuerat, deuotiſſimè deliberauerunt implere.

a *Sigebertum corpus ſuũ in monaſterio S. Martini ſepultum,* *menet alìò tranſferendum.*

3 Deinde poſtquam peruentum eſt, vt, quod cœperant, competenter perficerent; mox vt ſarcophagum, ſacri corporis membra geſtantem, ex priori loco auferentes leuauerunt, tantâ velocitate ad præparatæ manſionis locum perduxerunt, vt eum non ab hominibus, ſed ab Angelis haud immeritò deferri crederent. Locato ergo cum ſuperno auxilio venerabilis viri ſæpè memorati, & ſæpè memorandi locello, omnes vnanimes cum ſpirituali iubilo maximas laudes retulerunt Deo mirabiliter in Sanctis ſuis glorioſo. Quæ omnia iuxta Diuinam fuiſſe completa voluntatem, plurima deinceps per eumdem Sanctum in ipſo loco produnt miraculorum inſignia: ex quibus, vt ſuprà promiſimus, poſterorum vtilitatis gratiâ, dignum duximus ſcripto perſtringere aliqua,

Tranſlato mirâ celeritate corpore,

Ad laudem Domini, retinet qui culmina cœli,
Reddere qui Sanctos vult per miracula claros:
Cuius virtute valuerunt viuere iuſtè.

Igitur poſtquàm venerandi corporis ſepulchrum vt dignum fuerat, in loco decenter præparato deuoti monachi

Anachi honorabiliter locauerunt; non multo tempore interiecto ea, quæ caſura erant eiuſdem monaſterij ædificia, ceciderunt; ſed protegentibus tam beatiſſimi Martini quàm huius Sancti, de quo loquimur, Sigeberti meritis, etiam cùm multi præſentes viderentur, neminem lædere valuerunt. Ne quis autem arbitretur hoc caſu fuiſſe *b* paratum, & non potiùs virtute Sanctorum; reliqua quæ ſequuntur miracula omnem dubitationis occaſionem ab infidelium cordibus auferre poterunt.

corruunt priora edificia, nemine læſo.

b

4 Sed quid miraculi in proximo tempore noſcitur contigiſſe, vnde omnipotens Dominus mentes, ſuorum fidelium dignatus eſt lætificare, nequaquàm videtur fore congruum reticere debere. Siquidem in ipsâ nocte, cui ſubſequens imminebat dies, in quâ prædicti Fratres ea quæ cupiebant decreuerant peragere; cùm omnes poſt diurnum Officium quieti membra dediſſent, aliqui verò ex illis, quibus cuſtodia loci erat deputata, in oratorio quieſcerent; ecce ferè nocte mediâ tantam ſonitus dulcedinem totum monaſterium compleuiſſe viderunt, vt præ nimio pauore penè exanimes effecti, huc illucque diffugerent, & quæ viderant & audierant vix aliis nuntiare præualerent. Qui poſt aliquantulum temporis cum maximo timore ingreſſi, dulciſſimi ſonitus cantum, & vt ipſis videbatur, quaſi plurima examina concreparent apum, ſuauiſſimam melodiam audierunt. Quod miraculum poſtquàm ad notitiam hominum peruenit, quicumque ſapiens vel credulus illud audiuit, viſitationem Sanctorum de eo, quod ex conſorte ſuo fieri oportere præuidebant, ad inuicem gratulantium fideli veraciqúe interpretatione plenè intelligendo ſignificauit. Quod & nobis, licet exiguis & omnino imperitis, veritati ſubnixum, ratione conſideratâ, videtur, quòd illud animal & ſine alicuius rei diſpendio viuere dinoſcitur, & tam diuinis quam humanis officiis neceſſariæ claritudinis ſolatium ſuis innocuis laboribus ſubminiſtrare cernitur. Sed & in pleriſque ſacrarum Scripturarum ſententiis oſtenſio apum virtutis & ſapientiæ incrementum ſignificare demonſtratur, ſicut de Ambroſio, & de aliis nonnullis, qui poſteà ſapientes & ſancti viri fuerunt, legitur; quia dum in cunabulis iacerent, apes à ſuperis deſcendentes circumuolabant facies illorum, & poſteà ad aëra referebant volatum.

nocte trãſlationi præuiâ

muſica auditur,

quaſi ab apibus formata,

bonopræſagio.

a *MS. Stabulenſe* bresbyterium. *Quid autem in eccleſiis ordinis Benedictini vocetur* presbyterium, *in antiquo Ordinario nigrorura monachorum congregationis Burſfeldenſis indicatur. Ibi enim lib. 1 de diuinis officiis cap. 31 ita legitur* : Veſpere diei præcedentis diem Cinerum, cruces & imagines cooperiãtur, & cortina ante presbyterium tendatur. *& cap. 38 de 8 abbatho pridie Paſchatis:* Quo facto ſtatim Diaconus indutus Dalmaticâ cultiori in eodem loco, ſcilicet ante gradus presbyterii, cereum benedicat. *& cap. 43:* Igitur poſtquàm Sacerdos & miniſtri ad Miſſam conuentualem præparati ritu & ordine præactis in ſuperioribus aſcenderunt in presbyterium, venientes ante altare reuerenter inclinent. *Imò hic infrà num. 5.* tumulus S. Sigeberti *prope* principalem aram S. Martini *conſtituitur. Eſt ergo* presbyterium *prior pars chori, cui altare includitur.*

Presbyterium

b *Legendum videtur* patratum.

CAPVT II

Pœna detrahentium eius ſanctitati. Corpus incorruptum.

5 PArumper ergo ad ſuperiora, vnde digreſſi ſumus, reuertentes, ea quæ omiſimus repetamus, & hîc aliquod exemplum, vnde ſimplicibus & de Dei beneficiis huic ſanctiſſimo viro, ſicut & ceteris ab ipſo collatis minimè dubitantibus, fidei, ſpei & caritatis augmentum tribuatur; incredulis autem & duris cordibus flagelli ſuæ vindictæ metus incutiatur. Denique cùm venerabilis Regis Sigeberti corpus adhuc in priori loco, vbi in primordio tranſlatum fuerat, in pace quieſcens detineretur, & à fidelibus Fratribus, qui de eius ſanctitatis plenitudine meritò conſiderabant, debitus ei honor & reuerentia famulatus impenderetur, ita vt in Letaniis, ſiue Diuinæ ſeruitutis Officiis, memoria nominis eius celebraretur; quidam Frater, quẽ etiam nos ipſi vidimus, Hugo nomine vocatus, nationibus Iudæorum ſigna quærentibus, qui inſipientes dixerunt in corde ſuo, Non eſt Deus, & quia ſigna noſtra non vidimus, iam non eſt Propheta, & nos non cognoſcet ampliùs, omnes dies feſtos Dei à terrâ quieſcere faciamus; parili facto (quod dictu nefas eſt) aſſimilandus, huius Sancti nomen de libro Letaniarum, in quo ab aliis quotidie nominabatur, delere præſumpſit impauidus. Quo perpetrato facinore, contigit non poſt multos dies, vt, quoniam ſolemnis dies videbatur imminere, veſpertino tempore per ſacra altaria (erat enim ſacerdotalis officij) more ſolito incenſum debuiſſet deferre: cumque ſuper principalem aram, quam in honore S. Martini diximus conſtructam, illud obtuliſſet, & ad huius ſancti viri tumulum ſecundùm conſuetudinem accedere voluiſſet; tantâ ſubitò inualetudine omne corpus eius viſum eſt diriguiſſe; vt nequaquàm de loco, in quo ſtabat, vltra pedem mouere aliquatenùs potuiſſet. Tunc omnes pariter, tam ipſe quàm reliqui Fratres reatum ipſius cognoſcentes, ante Sanctum Dei pœnitentiam egerunt: & vt culpàm, quam in ſe ſtultè commiſerat, parcere ſibi dignaretur, humilibus precibus popoſcerunt. Deinde delato libro, poſtquàm nomen ſanctum, quod pridem incautè deleuerat, deuotè propriâ manu reſcripſit, & eadem nocte matutinalibus officiis ſolitum famulatum abſque vllo cuiuſpiam impedimenti obſtaculo, Sancto, vt volebat, perſoluit, ſicque in eo Salomonis illud prouerbium manifeſtum eſt adimpleri; Peſtilente flagellato paruulus ſapientior erit; quia & ipſe ab incredulitate ſuâ correctus erubuit, emendatuſque permanſit: & ceteri erga obſequium Sancti deuotiores ſtuduerunt fieri; & qui ſponte ſuâ renuebat credere iuſta, taliter eſt doctus à Sancto viuere cautus. Hoc autem miraculum, à nobis ſuperiùs prætermiſſum, idcircò ſtuduimus repetere, vt per hoc quiſque fidelis valeat intelligere, eum in antiquis temporibus plurima peregiſſe, quę ſcriptorum incuriâ vel negligentiâ, hominũ memoriæ funditus contigit deperiſſe.

AVCTORE SIGEBERTO MONACHO, EX MS.

D

Oberaſum nomen è Litaniis, Pſal. 52. 1 & 73. 9

incenſum oblaturus,

rigore immobilis redditur,

E

reſcripto nomine ſanatur,

Prou. 19. 25

6 Tranſlato ergo ſacri corporis ſarcophago, & locato in loco, vt diximus, decenter præparato, videlicet ſecus aram beatiſſimi Martini, ad dextram partem altaris, vt omnipotens Dominus oſtenderet ſuis fidelibus, quantâ dignitatis gratiâ in ſuo conſpectu Sanctus iſte viueret glorificatus, quidam Fratrum in ſacris inſtitutionibus deuoti, & amoris illius igne ſuccenſi, quem Dominus noſter IESVS Chriſtus miſit in terram, & voluit vehementer accendi; & de quo alibi dicitur: Numquàm eſt amor Dei otioſus: operatur enim magna ſi eſt, ſi autem operari renuerit, amor non eſt; confidenter ſacrum tumulum aperuerunt, & ecce ſanctum corpus tamquàm dormiens, non quaſi mortuum, integrum & abſque vllâ maculâ quieſcere inſpexerunt. Quo viſo laudantes benedixerunt Dominum omnipotentem, qui non dedit Sanctum ſuum videre corruptionem: quod licet de Domino noſtro IESV Chriſto ſpecialiter dictum intelligatur, in pleriſque tamen Sanctorum, ſicut & in iſto, impletum fuiſſe comprobatur. Qui poſtquàm tam iocunda Diuinæ gratiæ meruerunt videre myſteria, completi ſimul ammiratione cum lætitiâ, omnes pariter ouantes regreſſi ſunt ad propria,

F

Corpus eius reperitur incorruptum: Luc. 12. 49 S. Gregorius hom. 30. in Euang.

Patris honorandi voto vel amore iocundi,
Credentes illum retinere ſuperna polorum.

7 Iiſdem quoque diebus erat quidam in eodem monaſterio iuuenis monachus, &, quod pace omnium dictum ſit, nimiùm leuibus & lubricis moribus, quodque

AVCTORE SIGEBERTO MONACHO, EX MS.

que frequenter à talibus fieri videmus, magis ad iocularia quàm ad ſpiritualia intelligenda & dicenda paratus. Hic dum quadam dierum ab aliquibus ſeculariũ hominum interrogaretur, quid ſibi ex iis quæ nuper geſta fuerant videretur, aut quid boni ſiue in
A reuelationibus, ſeu in virtutibus apud ipſos S. Sigibertus operaretur? Ille ad hæc (quoniam, ſicut ait Apoſtolus, animalis homo non percipit quæ ſunt Domini Spiritus: ſpiritualis autem omnia, etiam ſecreta ventris, inueſtigare dignoſcitur) reſpondit non ſine irriſionibus, quòd idem ſanctus vir ita iaceret in tumulo, ſicut mortuus, aperto ore & nudatis dentibus, ſeſeque ignorare penitùs, ſi aliquando quidquam virtutis fuiſſet operatus. Qui poſtquàm talia finiuit, ineptus eadem penè horâ velut ex ſenſu effectus cœpit huc illucque per terram, per petras, ſeſe volutando proſternere, & cum magnis clamoribus ſaltus dare, atque iterum in terram ſeſe proſternendo volutare. Cumque hoc diutius ageretur, tandem aliquando à Fratribus eius dolori compatientibus vix eleuatus, & ante ſanctum ſepulchrum adductus, poſtquàm reatum ſuum Sancto ipſiſque Fratribus verè fuit confeſſus, pœnitentiamque agere cœpit deuotus, ſtatim priſtinæ ſanitati eſt reſtitutus,

Contemptor Sancti 1 Cor. 2. 14

punitur amentiâ.

culpam faſſus, ſanatur:

B Agnoſcens Domini verba conſiſtere vera:
Nam qui vos ſpernit, pariter me ſpernere quærit.

CAPVT III

Sanitates collatæ. Vincula pœnitentis diſrupta, ope S. Sigeberti.

8 QVidam Frater ex eodẽ cœnobio diutino morbo, qui *a* fici appellatur, adeò intolerabiliter laborabat, vt nonnullis diebus cibi vel potus alimentum faſtidiret, & aliquibus momentis etiam penè ad exitum appropinquaret. Hic cùm diutiùs tanto dolore contabeſcens fatigaretur, quadam die tactus ſalubri conſilio, &, vt credimus, hoc inſpirante Patrono, ad eius tumulum acceſſit, & fuſâ oratione ex pallâ, quâ ſacra oſſa tegebãtur, pectus, ventrem, & cetera membra fideliter tetigit, ſtatimque ſibi poſteà omnis dolor & infirmitas ſic funditus ab eo receſſit, vt nunquàm eam ſibi poſteà dominari perſenſerit.

a *a tactu operimenti tumuli ſanatur æger,*

b 9 Vnde Deo *b* iubilæum ſtuduit mox reddere votũ,
Qui Sancti meritis dederat ſibi dona ſalutis.

C 9 Sub eiſdem ferè diebus quædam mulier de villâ, quæ Caſellis dicitur, validâ infirmitate detinebatur. Nam in eius gutture natum fuerat vlcus, quod *c* acer ignis appellatur: & ita quotidie creſcendo augebatur, vt de vitâ ipſius à nonnullis deſperaretur, maximè quia plurimorum medicamina, ſibi frequenter impenſa, nil remedij operari videbantur. Hæc itaque à parentibus ad ſæpè dictum deducta cœnobiũ, poſtquàm de pallâ ſancti ſepulchri credens attigit locum, quo morbi inſederat detrimentum, protinus depulſo languore adepta eſt ſanitatis beneficium. Tunc itaque & ſoſpes & læta rediit ad propria, quæ pridem ad ſacrum tumulum triſtis venerat & infirma,

c *alius ab igne ſacro.*

Collaudans Dominum tanto pro munere ſummum,
Qui decorare ſuum voluit per talia Sanctum.

d *Fratricida pœnitens, aſſumens vincula ferrea,* *e* *f* *g*

10 Anno ab Incarnatione Domini *d* MLXVIII, exſtitit quidam homo, qui propter enormitatem ſceleris, ſcilicet *e* fratris interfectionem, ferreis vinculis aſtrictus, plurima Sanctorum loca, vbi virtutes eorum florere compererat, *f* frequenter circuire ſolitus erat, quatinus ipſis interuenientibus ſolitam ſuæ pietatis clementiam impendere ſibi dignaretur omnipotens Deus. Inter hos ergo ſalutiferos diſcurſus peruenit tandem Pariſius ad locum, in quo cum ſuis ſociis venerabiliter requieſcit pretioſus athleta Domini *g* S. Dionyſius. Vbi cùm aliquamdiu in ieiuniis & oratio-
D nibus perſiſtens, miſericordiam Domini deuotè præſtolaretur, Sanctorum meritis patrocinantibus à vinculo vnius brachij redditus eſt abſolutus. Cùm verò pro liberatione alterius adhuc inſtantiùs & deuotiùs Dominum cum ſuis Martyribus precaretur, quoniam, ſicut Apoſtolus, Vnicuique Sanctorum data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti, Diuinâ iuſſione per B. Dionyſium ſibi patefactâ in ſomnis, eſt ammonitus, vt has partes adiens, monaſterium in honore S. Martini conſtructum inquireret; quia ibi præſtante Domino, meritis S. Sigiberti in eodẽ loco quieſcentis, ſanitatem, quàm deſiderabat, certiſſimè reciperet. Ille autem dum de ignorantiâ viæ vel patriæ quereretur, certa totius itineris ipſiuſque regionis indicia didicit ab eo, qui ſibi talia præcipiens loquebatur, nomen videlicet Metenſis ciuitatis, magnitudinem turrium, ſiue murorum, pulchritudinem multorum intra vel extra vrbem monaſteriorum, ceteramque locorum qualitatem in monaſterij confinio latentium.

D *à S. Dionyſio liberatur in vno brachio.*

Ephes. 4. 7

ab eo apparente, mittitur ad S. Sigebertum:

Ardua terrarum curſuſque docetur aquarum.
Quid amplius? Aggreſſo itaque itinere, tanto ſolamine tantâque proſperitate ad deſignatum peruenit cœ-
E nobium, vt meritò crederet Diuinâ ſe miſeratione ſuper his fuiſſe admonitum. Cumque eò, vt cupierat, peruenisſet, & aliquanto tempore ſubſidia Sanctorum & præcipuè ipſius Sancti ſibi nominati humiliter implorans, Diuinam clementiam expectaret; quadam die, veſpere propinquante, cuſtos loci præcepit eum extra eccleſiam ire, eò quòd vellet, propter varios ſuccedentis noctis timores, oſtia monaſterij obſerare. Ipſe verò magnis vocibus obteſtans, cœpit eum precari, vt vel ante fores oratorij permitteretur ipsâ nocte remorari, quia credebat promiſſam ſibi diuinitus miſericordiam in proximo poſſe experiri. Quod cùm Frater miſeratione victus tandem conceſſiſſet, ille confiſus de Dei miſericordiâ, tanto deuotiùs aſſiduis orationibus incumbebat, quantò propinquiùs S. Sigiberti auxilium ſibi imminere ſentiebat; cùm ſubitò, eo in oratione proſtrato, tantâ celeritate ferrum ei de brachio in duas partes confractum diſſiluit, vt vna pars illius tanto fragore valuas monaſterij percuſſerit, quòd ſonus eius multò longiùs audiretur, altera verò pars longè aliò excuteretur.

orat,

liberatur vinculis diuinitus diſruptis,

O Deus alme, tuo tribuis qui talia Sancto,
Ipſius oratu te poſcimus atque precatu,
Diſſue noſtrorum duriſſima vincla malorum.

Vtræque ergo partes ipſius ferri ad teſtimonium facti, & veneration em Sancti, ante ſacrum altare oratorij à
F deuotis ſuſpenſæ ſunt monachis, laudantibus Deum pro tam manifeſtâ dilectiſſimi Patris glorificatione vocibus excelſis & mentibus amplificatis. Homo autem ille, qui ſanus fuerat effectus, annuali cenſu Liberatori ſuo promiſſo, licentiâque à Fratribus perceptâ, quia id mente diſpoſuerat, Hieroſolymitanum iter aggreſſus eſt, gratias Deo de acceptâ precaminum indulgentiâ redditurus; eâ videlicet facti conditione, vt, ſi eum Dominus exinde ſineret remeare, loco huic & Sancto, per quem ſoſpitatem receperat, omni tempore vitæ ſuæ libentiſſimè ſtuderet deſeruire.

dein ante altare ſuſpenſis.

11 Hæc ergo retulimus pauca de multis, minima de magnis, verè credentes eum ſiue in præteritis, ſiue in futuris temporibus plurima poſſe patrare, qui in paucis diebus, hoc eſt, in ſeptem tantùm annorum curriculis, tanta dinoſcitur peregiſſe. Nos itaque, Fratres, hunc tantorum bonorum operatorem humillimis frequentibuſque precibus imploremus apud Deum nobis fieri interceſſorem, vt ſicut ipſius meritis in hoc tempore ſanitates debilium à Saluatore collatæ ſunt corporum, ita eodem interueniente nobis in futuro ſalus proueniat animarum, Amen.

Epilogus prioris partis.

A a *Ficus morbus capitur pro vlcere ad fici similitudinem; de eo agit Celsus lib. 6, cap. 3.*
b *Fortè* iubilans *legendum.*
c *Videtur* sacer ignis *scriptum: de eo egimus 17 Ianuarij § 1 ad miracula S. Antonij.*
d *Ita Surius. In MS. Stabulensi 1048. quod ex Romano numero ortum characteribus insciè transpositis.*
e *De similibus vinculis ferreis imponi pœnitentibus solitis egimus 28 Ianuar. ad translationem 1 & 2 S. Ioannis Abbatis Reomaensis cap. 2. litt. a. Multa etiam disputat de eâ consuetudine Petrus Rouerius ad Historiam Reomaensem Notatione 7.*
f *ita coniecimus debere esse. M Stanidem habebat* sic.
g *colitur 9 Octob.*

HISTORIA TRANSLATIONIS II,

Auctore Anonymo ex MS.

CAPVT I

Secunda reliquiarum eleuatio. Contumacia punita.

B 1 OMnipotenti Deo cuncta gubernante ac moderante, qui Sanctos suos in omni loco dominationis suæ glorificat, volens sancti sui Regis Sigiberti merita multorum notitiæ propalare, accidit vt quidam Burgensium Metensis ciuitatis, scrupulo cogitationis suæ commoti, hæsitarent, vtrùm corpus sanctissimi Sigeberti in monumento haberetur necne. Anno ergo Dominicæ Incarnationis MCLXX conuenientibus in vnum Abbatibus & Clero, cum copiosâ fidelium multitudine, in ecclesiâ, vbi sanctum corpus iacebat, factâ oratione, lapidem superpositum remouentes, sanctissimam glebam corporis illius ita integram inuenerunt, ac si dormiens ibi iaceret. Videntes autem, qui aderant, tanta Dei magnalia, & corpus sanctum quod ferè per DLXXII annos in sepulchro iacuerat, sic incorruptum, sic ab Omnipotente conseruatum, gauisi sunt gaudio magno, laudantes & glorificantes Deum, qui in Sanctis suis semper est mirabilis. Venerabilis verò Abbas Letandus nomine, qui tunc temporis eidem cœnobio præerat, & Fratres eiusdem ecclesiæ, quam ipse Rex Sigebertus sanctissimus quondam in honore S. Martini ædificauerat, & in quâ se sepeliri mandauerat, bonisque temporalibus ditauerat, volentes ei ampliorem deferre C honorem, ædificauerunt cum multo apparatu thecam argenteam, in quâ sanctissimum corpus illius recondere possent. Erat autem in ipso cœnobio Frater quidam, nomine Hugo, Præpositus monasterij, vir boni testimonij & vitæ laudabilis, qui circa Sanctum valdè deuotus erat, & eum toto corde diligebat, & maximâ deuotione sanctum illius sepulchrum assiduè frequentabat. Nocte ergo quadam vir Dei Sigebertus, ei in visu apparens, ait illi: Veni, iace mecum. Ille verò tremente, & dicente, non posse sepulchrum ambobus sufficere, ait Sanctus: Veni securè, quia sufficiet vtrisque. Ille verò existimabat se visum videre, & præ timore expergefactus visionem, quam viderat, nobis enarrauit. Hæsitante autem illo de tali visione, iterum vir beatus Sigebertus ei apparuit dicens: Præbe manum tuam, vt oscules eam. Ille verò tanto viro non audens deprecanti potrigere, pauore perterritus facto manè ad tumbam Sancti celeriter accurrit, & dextram illius cum multâ deuotione & cordis compunctione osculari cœpit. His itaque patratis venerabilis Abbas *a* Letandus conuocatâ religiosorum Abbatum caterua de Sancti translatione tractare cœpit: quomodò & quâ die sanctissimum corpus eleuaretur & populo ostenderetur, & in mausoleo argenteo reconderetur.

Corpus iterum reperitur incorruptũ.

theca argentea

facta à S. Sigeberto apparitione,

a includitur,

b 2 Fuit quædam matrona in suburbio *b* S. Iuliani iuxta Metim sito, opibus quidem larga, sed virtutibus non satis referta: quæ quadam die, cùm in medio ciuium & vicinorum sederet, audiuit quosdam miracula, quæ Dominus per venerabilem virum iam dictum Patronum nostrum operabatur, narrantes, & D Deum in Sanctis suis glorificantes. Illa verò audita non solùm credere noluit; verùm etiam quædam probrosa & contumeliosa verba & iram Dei prouocantia proferre non expauit. Ille verò qui dixit: Mihi vindictam, ego retribuam, hanc eius vesaniam ferire non distulit. Nempe, vt verba ex ore eius proruperunt, ipsum os blasphemum vsque ad aures retortum, tali hiatu cunctis videntibus miserabile præbuit spectaculum. Illa verò ad se reuersa & commissum suum deflens parentes & amicos suos sedulè rogauit, vt ad ecclesiam B. Martini iuxta muros iam dictæ ciuitatis sitam, vbi corpus iam dicti Regis & Confessoris humatum honorabiliter requieuit, deferretur. Quò perueniens, & sese in pauimentum volutans, Custodem loci illius rogat, vt reliquias iam dicti Confessoris osculari mereretur. Et dum hæc fierent, visum fuit ei, quòd sanctus Confessor manum apponeret, & pristinæ sanitati os eius restitueret. Auctore ergo illo, à quo bona cuncta procedunt, ad propria reuertens, sicut amicis & cognatis de infirmitate luctum intulerat & planctum, sic de recuperatâ sanitate gaudium reportauit immensum.

AVCTORE ANONYMO, EX MS.

In Sancti contumax

Rom. 12. 19

punitur ore retorto,

sanatur osculo reliquiarum.

E

a *Error subrepsit in hoc aut antè memorato numero. Si anno 663 quo S. Sigebertus obiit, adiiciantur anni 507, emerget dictus annus 1170, qua nobis correctio facilior apparet. Si verò adiungantur hi 572, suprà reponendus erit annus 1235. Ex annis Abbatis Letandi, si hi jciri aliquando possint, hoc mendum corrigi poterit.*
b *S. Iuliani ecclesia etiamnum in mappis Geographicis notata visitur in suburbio, quod ad ortum vergit.*

CAPVT II

Dæmoniacus & amentes sanati. Captiui liberati.

3 COntigit etiam in eodem suburbio B. Iuliani Metensis, vt quidam iuuenis vespertino tempore, cùm iam sol occubuisset, & nox suis tenebris mundum infecisset, vineas iam maturis vuis grauidas custodiens, vidit quamplurimos prope se, quos Sathanæ ministros fuisse non ambigimus, inter se facibus ardentibus dimicantes. Ille verò temeritatis audaciâ fretus, appropinquauit ad eos; vt videret quidnam esset. Sed & nostræ salutis semper inuidus diabolus, quantum potuit, eidem suæ malignitatis infligens, ipsum tanto timore concussit, vt amens in terram corrueret quasi mortuus. Cuius moram cognati & amici admirantes, ad vineas discesserunt, scientes quia illò diuertisset: quem cùm reperissent à terrâ erigentes, non solùm eum amentem inuenerunt: verùm etiam ita à diabolo possessum, vt quasi quadam caninâ rabie furiens; circumstantes attractare morsibus apperebat: qui tenentes eum, instituis ligarunt illum, deferre cupientes. Iuuenis verò non pristinarum virium virtute validus, sed diabolo agente, à quo totus possessus detinebatur, quibus ligatus fuerat, funes distrupit; & in tenentes ipsum aperto ore irrupit. Tunc illum iterum tenentes multò arctiùs ligauerunt, ita quòd nec caput nec pedes aliquatenùs mouere posset: imponentesque in grabato per multas ciuitatis Metensis ecclesias detulerunt: & fusis super sepulchra Sanctorum lacrymis cum precibus, non est redditus sanitati, sicut Diuinæ placuit Maiestati. Tunc recordati parentes & amici miraculorum innumerabilium, quæ Dominus meritis sanctissimi Confessoris sui Sigiberti frequenter operabatur, ad eius sepulchrum deportauerunt

F *obsessus à damone & furibũdus*

AVCTORE ANONYMO, Ex MS.

uerunt eum, & deponentes ante ſepulchrum ligatum, clementiam implorabant Saluatoris: vt eum dignaretur liberare meritis ſanctiſſimi Confeſſoris. Cumque ibidem per aliquos dies fuiſſent perſeuerantes in
A orationibus, iuuenis ſanitati reſtitutus eſt: & apertis oculis circumſtantes reſpiciens, dixit: Soluite me: quia meritis ſanctiſſimi Confeſſoris Sigeberti curatus ſum. At illi lætiſſimi effecti ſoluerunt eum, Deo & beatiſſimo Confeſſori eius laudes referentes. Tunc iuuenis Miſſarum ſacra myſteria celebrari ſibi poſtulauit: & oblationem ad menſam Domini ſupplex humiliter & deuotè obtulit. Finito verò Diuino Officio corpus Domini deuotiſſimè recepit, vt ibi eſſet præſentia Saluatoris, in quo latuerat poteſtas tentatoris. Ille verò in memoriam ſuæ liberationis per annuum cenſum quatuor nummorum ſe beatiſſimo Confeſſori Sigeberto obligauit: quem per biennium ſatis competenter certis temporibus ſoluit, in anno verò tertio negligens, quod vouerat, non perſoluit. Qui ſtatim inopinato morbo, quò priùs detentus fuerat, correptus eſt, ſub ditione Sathanæ conſtitutus. Parentes eum tenentes ad medicum priſtinum recurrerunt: eumque ſecum deferentes, deprecari cœperunt bonitatem Saluatoris ſub nomine Sigiberti piiſſimi Confeſſoris. O ineffabilis clementia Diuinæ bonitatis, quæ
B preces iuſtas te exorantium numquam deſpicis! Iuuenis enim ſtatim ſanitati reſtitutus ſurrexit, laudans Deum de beneficio ſui Confeſſoris, qui ad propria cum gaudio remeauit: nec vlteriùs in cenſus ſui ſolutione, quem anteà vouerat negligens inuentus eſt: ſed annuatim fideliter perſoluit, vſque in diem mortis ſuæ, non immemor beneficiorum Dei, & ſui ſanctiſſimi Confeſſoris.

liberatur ad ſepulchrum S. Sigeberti:

votos nũmos negligens offerre, iterum obſidetur,

rurſus liberatur.

4 His & huiuſmodi pollente S. Sigeberti ſanctitate miraculis, ad ſepulchrum eius multi confluebant infirmi, qui meritis ipſius curabantur. Accidit autem, vt duo viri contemporanei noſtri, quorum vnus Conſtantius, reliquus verò Iozelinus vocabatur, veſanæ mentis effecti, tam rationis quàm corporis valetudine carebant. Hi adducti ad ſepulchrum S. Sigeberti, pietatem eius ſentire meruerunt, & tam mentis quàm corporis ſanitatem integraliter receperunt. Qui cum gaudio ad propria remeantes, magnificabant Deum atque bonitatem ſui Confeſſoris, per quem receperant ſubſidium priſtinæ ſanitatis. Annis verò ſingulis, memores ſui fidelis medici, ad eccleſiam S. Martini, vbi eſt eius ſepulchrum, veniebant deuoti, & cenſu annuo honorabant Confeſſorem Chriſti. Hæc & alia
C multa miracula vidimus, quæ facta fuerunt noſtris temporibus: E quibus vnum Sancto Dei auxiliante hîc annotare curabimus.

Duo amentes & ægri

ad eius ſepulchrum ſanantur:

5 Quodam tempore veſpillones quidam & prædones in noſtros ſubitò & inopinatè fines irruperunt: qui domos diuitum ſimul & pauperum feſtinanter percurrentes, deſpoliauerunt: non enim diuturnam moram facere præſumebant. Venientes autem in *a* vallem Gorgienſem, multa damna hominibus ibidem degentibus intulerunt, quæ nobis longum eſſet enarrare. Enormitatis autem huius rumor vndique per ciuitates & oppida adiacentia peruolans, Metenſium perculit aures, qui collectâ maximâ armatorum multitudine, ciuitate exeuntes, memoratos perſequebantur prædones. Et congreſſi contra eos, expugnauerunt illos, quorum pars maxima armis ibidem interiit, pars verò captiua ducta eſt, aliqui tamen hinc inde fugientes euaſerunt. Poſt aliquantulum verò temporis vnus ex illis prædonibus, qui diutinâ captiuitate, cum ſolo complice ſui ſceleris, carceris ergaſtulo detentus fuerat, in ipsâ captiuitatis anguſtiâ memoratus eſt, quia Dominus Deus noſter per merita S. Sigiberti Confeſſoris ſui quamplurima feciſſet miracula: hic ſiquidem prædo, Rodulphus nomine, à noſtris finibus extiterat oriundus, ideò frequenter de ſignis & virtutibus beati Confeſſoris audierat. O
D quantam fidem eius bonitati adhibuit, qui iam ſuis damnatus meritis, eum pro liberatione interpellare auſus fuit, dicens complici ſuo: Acquieſce conſilio meo, & ambo pariter in oratione proſternamur, implorantes clementiam ſanctiſſimi Sigiberti, cuius corpus requieſcit in eccleſiâ S. Martini extra muros ciuitatis Metenſis, vt non quantitatem ſcelerum noſtrorum attendens, nobis ſubueniat ipſius meritis, qui latroni ſubuenit iam iudicato ad diſpendia mortis. Tunc ambo proſtrati in oratione, quod fideliter poſtulauerunt, ſine morâ obtinere meruerunt. O inæſtimabilis Bonitas Saluatoris, qui etiam peccatorum petitionibus aures accommodat pietatis! Mox autem vt orationem compleuerunt, eius auxilium ſentire meruerunt, quem mente memori tenuerunt. Nam vincula ferrea & compedes, quibus ſtricti tenebantur, laxari cœperunt, ita vt liberi ab omni iugo ferreo ſurrexerunt, ſicque liberati euaſerunt, ſecum compedes & catenas ferreas deferentes, vt nullus ambiguitatis ſcrupulus in eis remaneret, quibus hoc grande miraculum per eorum reuelationem innoteſceret. Venientes itaque ad eccleſiam, vbi eſt corpus S. Sigiberti, cum catenis ferreis, quibus ligati fuerant, gratias egerunt Deo cunctipotenti, & beatiſſimo eius Confeſſori,
E narrantes nobis aſtantibus, quomodo ad memoriam S. Sigeberti Confeſſoris ſui cum eis egiſſet miſericors & miſerator Dominus.

catenis vlſtro abſoluuntur:

ex prædonibus a

eaſis

duo captiui

6 Contigit & huic ſimile aliud miraculum, quia miles quidam de Mayſiers, captus à ſuis hoſtibus, carceris horrori fuerat mancipatus. Qui cùm ſtrictus ferreis teneretur catenis, recoluit in mente beneficia Saluatoris, quæ Dominus largiebatur omnibus tam captiuis quàm ægrotantibus ſe ſub nomine S. Sigiberti fideliter inuocantibus. Statimque ad orationem proſtratus, cœpit deprecari ſanctum Confeſſorem, vt ſui miſereretur in hoc ſuæ neceſſitatis articulo, cuius auxilium plurimi ſenſerant, illud implorantes corde deuoto. Mox laxatis vinculis ferreis liber euaſit, & ad eccleſiam, vbi corpus S. Sigeberti requieſcit, deuenit: O quantas laudes Saluatori reddidit & ſimiliter ſuo Confeſſori, in cuius obſequio nos animabat perſeuerare, laudando eum, qui viuit & regnat per immortalia ſecula ſeculorum, Amen.

inuocato S. Sigiberto,

item alius miles.

a *Vallis ſeu terra Gorgienſis aut Gorzienſis ab illuſtri monaſterio Gorziâ dicta, adiacet ſiniſtræ ripæ defluentu Moſellæ Metas inter & Muſſipontum. De eâ agemus 6 Martij ad Vitam S. Godegrandi Epiſcopi Metenſis dictæ Abbatiæ fundatoris.* F

DE TRANSLATIONE III & IV corporis S. Sigeberti.

1 *INter alia monaſteria, quæ ſuprà à S. Sigeberto extructa eſſe docuimus; præ ceteris eminet* S. Martino dicatum *num. 2 in Hiſtoriâ miraculorum*, in Metenſi confinio ſuper ripam Moſellæ fluminis à fundamentis ædificatum. *Eius mentio fit in diuiſione regni Lotharij inter huius patruos anno Chriſti* DCCCLXX *peractâ, quando Carolus Caluus Rex Francorum Occiduorum ceſſit fratri ſuo Ludouico Regi Germaniæ* ciuitatem Mettis cùm Abbatiâ S. Petri & S. Martini. *Auulſa poſteà à iuriſdictione vrbis, ſub clientelâ Ducum Lotharingiæ fuit hæc S. Martini Abbatia; quâ tamdem deſtructâ, eius territorium, factâ bonorum permutatione, adiunctum eſt agro Metenſi, quod hodieq; in antiquâ ferè iuris formulâ perſiſtens, vulgò* bannum S. Martini *dici obſeruant auctores. De Tranſlatione reliquiarum S. Sigeberti factâ, cùm ea Abbatia deſtrueretur, agit Sauſſayus in Martyrologio Gallicano* IV *Nonas Februarij:* Corpus S. Sigeberti inde (*ex eccleſiâ S. Martini*) Metas ob bellorum turbines ingruentes tranlatum, poſteà Nanceium Lotharingiæ Ducatus metropolim aduectum, demùm illic quieſcit in pri-

Abbatiâ S. Martini

deſtructâ,

corpus S. Sigeberti Nanceium delatum,

A in primatiali basilicâ, quam non ita diu fundauit Carolus III Lotharingiæ Princeps. *Hæc Saussayus. Miræus quoque in Fastis Belgicis ac Burgundicis, hisce Kalendis Februarij scribit,* Basilicæ *huius* Nanceianæ fundamenta posita esse anno MDCIII à Carolo III Duce, eiusque filio Carolo sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale: corpus autem ibidem quiescere capsæ argenteæ inclusum: S. Martini denique Abbatiam à Clemente VIII Papâ suppressam esse; eiusque prædia nouo isti collegio Nanceiano pro dote esse assignata, quæ sæuientibus bellis anno MDLII fuerat diruta. *Addit Iodocus Coccius in Dagoberto præuio cap.* 12, corpus S. Sigeberti sub *illum* annum MDLII ad vrbem Nanceianam incredibili ac verè principali apparatu translatum ibidem maiore religione coli, templo illi dicato, cuius memoriam festo Kalendis Februarij sacro incolæ præcipuâ veneratione agitant.

in nouâ basilicâ

colitur.

2 *De bello illo Metensi agunt passim Scriptores rerum gestarum istorum temporum, ac potissimùm Franciscus Belcarius Episcopus Metensis lib.* 26 *Commentariorum rerum Gallicarum. Quod huc spectat potissimùm,* est in manibus, *inquit idem Coccius,* liber vitæ S. Sigeberti per V.C. Georgium Albericum Sereniſſimis Lotharingiæ Ducibus à secretis, vernaculo idiomate eleganter conscriptus.

Historia translationis.

B *Hinc Latinè damus historiam translationis reliquiarum S. Sigeberti, quæ tertia & quarta censeri potest. Qui in hac Alberici historiâ Dux Carolus* III *habetur, is Chiffletio in Lotharingiâ Masculinâ cap.* 5 *&* 8 *Carolus* II *dicitur anno* MDCVIII *extinctus, cui tum succesſit Henricus filius natu maior, quo mortuo prolequ masculâ non relictâ, inauguratus est anno* MDCXXIV *eius frater Franciscus Vaudanimontis Comes, qui deinde Ducatus Lotharingiæ & Barri dedit Carolo* III *natu maiori filio moderno Duci, ex cuius fratre Nicolao Francisco nati sunt Ferdinandus Philippus, & Carolus Nicolaus. Quod autem idem Albericus serenissimam hanc Ducum familiam velit ex S. Sigeberti stirpe prognatam, disputent alij.*

HISTORIA III ET IV TRANSLATIONIS

Gallicè scripta à Georgio Alberico.

1 C MAnifestum est in hodiernum vsque diem competere Duci Lotharingiæ ius laici patronatus in cœnobium S. Petri Dominatum intra septa vrbis Metensis, eiusdemque loci Abbatissam in fundorum possessionem beneficiariam per eum mitti, ac se in eius futuram fide & clientelâ profiteri: illud quippe cœnobium ab regiæ Lotharingicæ domus Principe olim fundatum. Quodque magis ad propositum meum pertinet, pagus, bannum, & abbatia S. Martini, in suburbio Metensi, è cuius ecclesiâ ad nos S. Sigeberti Regis allatum est corpus, eiusdem Ducis iurisdictioni, clientelari titulo, obnoxia fuêre: ipsaque ecclesia & abbatia ab Ducis pependit patronatu, ad annum circiter MDCIV. quando Magnus Carolus III, gloriosæ longumque desiderabilis memoriæ Dux, cum ciuitate Metensi de variis possessionibus transegit. Non foret hîc alienum instituto meo pleniorem nobilissimæ illius ciuitatis texere laudationem. Si qua enim vspiam gentium vrbs est, quæ se Sanctorum genitricem iure queat appellare, huic profectò illud debitum est decus: vt alia mittam honestamenta, vetustatem, munitionem, nitorem, dignitatem; quæ omnia fortassis aliàs peculiari commentario pertractabo. At me nunc aliò vocat S. Sigeberti, quem illa olim Regem habuit, Translatio.

Abbatia Metensis S. Martini sub clientelâ Ducũ Lotharingiæ,

2 Fuit vrbs illa anno MDLII à Carolo V. (quo Imperatore haud facilè præstantiorem vnquam sibi Germania elegit) obsessa: verùm à Francisco Lotharingo Duce Guisiæ, Franciæ Regis Vicario Generali, singulari curâ, prudentiâ, fortitudine defensa. Hic ne quam hostibus relinqueret ædificiorum tectorumque commoditatem, aut locum à tormentis vrbis tutum, coactus est suburbia, ac templa circùm vrbem ab antiquissimis temporibus extructa demoliri, nimirùm S. Arnulphi, S. Clementis, S. Petri Campestris, S. Iuliani, S. Martini: quibus in templis cùm plurima asseruarentur corpora Sanctorum, ea Dux idem inde efferri curauit, solenni institutâ supplicatione, cui ipse cum multis viris principibus, & frequentissimâ nobilitate interfuit, nudo capite, facem manu gestans: deposita fuêre in æde Prædicatorum Metis, donec cuique propria ædificaretur ecclesia, vti nunc factum cernere est. Translatæ eodem die eademque supplicationis celebritate tumbæ sunt, quibus in S. Arnulphi æde conditi erant, Hildegardis vxor Caroli Magni Imperatoris Regisque Frãciæ & Austrasiæ; Ludouicus Pius eorumdem Caroli & Hildegardis filius, itidemque Rex & Imperator; Hildegardis item & Aleidis sorores eiusdem Ludouici; duæ quoque Caroli sorores Roraidis & Aleidis; Drogo Episcopus Metensis, frater eiusdem Ludouici; Vitto Gubernator Lutharingiæ, parens S. Glotsindis, atque alij.

Ex Gallico Georgii Albertici.

D *ob vrbis obsidionẽ cum aliis monasteriis destructa:*

tumbis illustrioribus in vrbem asportatis,

E

3 Quod ad S. Sigeberti Regis corpus attinet, tumulatum id erat in ecclesia abbatiæ S. Martini, quam ipsemet olim in proprio prædio ædificârat, sibique in eâ tumulum legerat. Propterea verò quòd, vt antè scriptum, idem bannum, vicus, abbatia, adhuc erant Lotharingicæ ditionis, sacræ eius exuuiæ relictæ iuri sunt, inque manus consignatæ Lotharingi Ducis, ex eiusdem Diui stirpe prognati, ac hæredis non exignæ portionis illius ditionum: ideoque Nanceium asportatæ in ædem Prioratus S. Mariæ, qui ab antiquâ illâ S. Martini abbatiâ pendebat.

corpus S. Sigeberti Nanceium delatum,

4 Quintò ea vrbi Metensi totique Mediomatricorum regioni acerbior accidit auectio sancti corporis, cuius gratiâ multa diuinitus beneficia perceperant; tantò Nanceiani ciues pietate, reuerentiâ, alacritate maiori id excepêre, Diuumque ipsum peculiarem deinceps apud Deum suæ vrbis Patronum adoptauêre. Neque eos sua spes fefellit: magnis enim à Deo beneficiis sæpenumerò cumulati, ea meritò sancti Regis fauori accepta ferunt. Quamobrem ex eo tempore, singularis eidem sacro corpori certis temporibus exhiberi veneratio consueuit. Frequenti enim experientiâ comprobatum est, imbres cælitus elici sistique illius patrocinio, per publicas supplicationes, vbi necessitas posceret, exorato, eiusque Reliquiis piè ac solenniter circumgestatis: vt omittam innumerabiles morborum curationes, quæ isthic euenerunt eueniuntque quotidie, miseris mortalibus placatâ per eum Numinis maiestate.

magnificè exceptum

miraculis claret:

F

5 Multitudo verò hominum assiduè Nanceium ad venerandas Reliquias confluentium, non obscurum perhibet testimonium antiquitatis sanctæ, illius cæremoniæ ac deuotionis, plurimorumque beneficiorum quæ variis temporibus lociſque, sancti Regis gratiâ, impertitus est Deus. Neque illud exigui momenti est, quòd per tot iam secula, abbatia S. Martini, à S. Sigeberto fundata, beneficio confertur Sereniſſimi Lotharingiæ Ducis; manifesto argumento, stirpis ac ditionis sanctissimi Regis hæredem esse. Postquàm verò insignis basilica primatialis Nanceij erecta est, eique & S. Martini abbatia, & supradictus S. Mariæ Prioratus annexa sunt, in eamdem primatialem basilicam sacrum translatum est corpus, vt & illi ornamentum esset, eius magnitudini consentaneum; & ipsum ab loci, in quo asseruaretur, dignitate, sibi congruens acciperet ornamentum.

depositum in basilicâ primatiali,

6 Quia enim veterum Ducum Regumque Lotharingiæ temporibus, ciuitates Tullum, Virdunum,

Ex GALLICO GEORGII ALBERICI.

Metæ iis parebant, hinc populus omnis Lotharingiæ adhuc ſub Antiſtitum, qui tres illas regebant ciuitates, iuriſdictione manſit: neque obtineri à Pontifice Maximo potuit, vt vetuſtiſſimarum diœceſeon illarum iura ac fines mutaret. Vt tamen & Lotharingiæ vniuerſim & præcipuè Nanceianæ vrbis dignitati conſuleretur, inſtitutâ baſilicâ & ſacrâ apud eam poteſtate, quæ vtriuſque magnitudini reſponderet; Caroli III Ducis eiuſque filij Cardinalis Caroli Lotharingi motus rogatu Clemens VIII Pontifex, pro Epiſcopo Primatem iis conceſſit, factâ Eccleſiæ primatialis, Nanceij Lotharingiæ metropoli, erigendæ poteſtate: cui deinde quatuor contulit dignitates, vt vocant. Primatis, Decani, Cantoris, Scholaſtici, tredecim adiunctis Canonicis, octo Vicariis, ac reliquo, vt in primatiis Eccleſiis Cathedralibus ſolet, ſacrorum miniſtrorum officio. Vtque illorum Principum, ſibi perquàm acceptæ pietati idem Pontifex obſecundaret, Primatialis illius Eccleſiæ ſuſtentationi has attribuit annexuitque Eccleſias ac prouentus; abbatiam S. Martini, Benedictini ordinis, in ſuburbio Metenſi, olim à S. Sigeberto fundatæ, è quâ eius eſt corpus Nanceium, vt diximus, tranſlatum: cuius cœnobij cùm ampliſſimæ fuerint poſſeſſiones, Primatiali noſtræ Eccleſiæ attributæ, cenſeri meritò vocarique idem ſanctiſſimus Rex poteſt Primatialis huius primarius fundator. Annexa præterea ei ſunt, Pontificiâ auctoritate, prouentus menſæ abbatialis Clariloci, quod cœnobium eſt inſtituti Ciſtercienſis, leucâ diſtans Nanceio: tres præbendæ (vt vocant) Canonicales inſignis Eccleſiæ S. Deodati: Eccleſia Cuſtodiæ Dei, vulgò Dieu-le-ward, quæ duabus conſtabat dignitatibus, Decani nimirùm ac Theſaurarij, & ſex Canonicatibus: Prioratus S. Nicolai de Portâ, Varangevillæ, Salonij, S. Dagoberti Sathenacenſis, S. Gorgonij: ſunt autem hæ Eccleſiæ à Lotharingiæ Ducibus maximam partem fundatæ. Earum, verò reditus, cum iis quos è ſuo ærario Dux Carolus adiecit, ad ſuſtentationem dictarum Dignitatum, Canonicorum, Vicariorum, cantorum, Phonaſci, ceterorumque miniſtrorum; ac ſartorum tectorum præſtationem, abundè ſufficiunt. Separata tamen eſt Primatis menſa à collegij Eccleſiæque prouentibus.

A *erectâ à Carolo Duce, approbante Clemẽte VIII,*

7 Idem deinde Pontifex inſignem hanc Eccleſiam, eiuſque Primatem, Decanum, Cantorem, Scholaſticum, Canonicos Sacellanos, ceteroſque officiales eius & miniſtros, atque vniuerſa beneficia, poſſeſſiones, fundos, iuriſdictionem, ceteraque bona, communia ac priuata, ab omni iuriſdictione, correctione, ſubiectione, viſitatione, dominatu, auctoritate, poteſtate, tam Epiſcoporum Metenſis, Tullenſis, Virdunenſis, quàm aliorum Ordinariorum, ac Metropolitarum, & quorumuis Iudicum, præſentium ac futurorum, tum ſpiritualium tum temporalium, in perpetuum exemit; ſoliſque ſubiecit poteſtati & auctoritati Sanctæ Apoſtolicæ Sedis, ac protectioni ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli: vti patet ex eius Bullâ datâ pridie Idus Martij an. MDCII. D

& à iuriſdictione Epiſcopali exemptâ:

8 Sola hactenùs magnificæ huius baſilicæ locata ſunt fundamenta, neque altiùs à ſolo educta, ſed tam illuſtri ideâ, vt quæ perfecta opera ſpectabit poſteritas, ingenium ſit architectorum admiratura: ſingularum enim partium forma eſt ſeorſim delineata, & ad præſtantiſſimorum operum totius Europæ exacta ſpeciem. Intereà in ſubitarij operis æde Diuina peraguntur officia ſanè quàm magnificè, dignâ cuiuſuis Cathedralis Eccleſiæ ſolennitate.

iactis fundamentis noua baſilica.

9 Hìc S. Sigeberti viſitur feretrum, ex ebeno affabrè factum, opertum figuris argenteis encauſto politis, planiformi baſi nixa, columnis marmoreis præaltis ſuſtentata, additis ex argento inaurato Terminis: ſupernè conopeum imminet, in quo varia eiuſdem Diui eleganter figurata miracula ſunt. Quæ cuncta Antonij Lenoncurtij, ſecundi Primatis, munificentiâ curata. Huc, feſto præſertim Aſcenſionis Chriſti, innumera confluit hominum multitudo, qui tradito à maioribus ritu, Deum ibi religioſè venerantur, ſanctique Regis ei offerunt merita & benefacta, piâ freti fiduciâ fore vt per ea Diuinam ſibi clementiam concilient, opemque & ſolatium in aduerſis rebus obtineant: fatentuique plurimi, cùm hinc recedunt, fructu ſeſe ſuæ deuotionis, Diuinæque bonitatis experimento potitos.

Adferitrum S. Sigeberti F *peregrinatio fit feſto Aſcenſionis Chriſti.*

10. Dedicata eſt illius eccleſiæ area Deiparæ Virginis honori, Idibus Septembris an. MDCIII ſolenni benedictione, ab eodem Antonio Lenoncurtio, tunc Decano & Cardinalis Lotharingi, primi Primatis Vicario generali; primuſque in fundamenta lapis miſſus, cui hæc erant inciſa: CAROLVS III LOTHARINGIÆ ET BARRI DVX, ET CAROLVS EIVS FILIVS, CARDINALIS ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ A LATERE LEGATVS MET. ET ARGENT. EPS. D. O. M. ET DEIPARÆ V. MARIÆ TEMPLVM HOC VOVERVNT, POSVERVNT, DOTARVNT ANNO SALVT. HVM. CIↃCIII XVIII CALEND. OCTOB. CLEM. VIII P. R.

Inſcriptio lapidis fundamentalis.

DE S. BASILIO CONFESSORE

EPISC. CRETENSI, DEIN THESSALONICEN.

I. B.

CIRCA AN. CH DCCCLXX I FEBR. *Baſilius Athenienſis,*

1 *Elebrant Græcorum Menæa* 1 Febr. memoriam ſancti Patris Noſtri Confeſſoris Baſilij Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, Athenis oriundi: *nec plura de eo narrant. Fuit is (vt tradit Nicetas cognomento Dauid, in Vitâ S. Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani, quam à Radero noſtro Latinè verſam, pridemq; editam cum Concilij* VIII *œcumenici Actis, dabimus* XXIII *Octob.) anteà in Cretâ Epiſcopus; verùm Agareni eam inſulam inuadentibus, Theſſalonicam tranſlatus eſt. Occuparunt Cretam Agareni Hiſpanienſes, vti ſcribunt Zonaras lib. 3. Cedrenus, Ioan. Caropalates, & alij, primis Michaëlis Balbi temporibus, cùm huius copiæ pleraq; aduersùs Thomam, Leonis Armeni vlciſcendæ necis prætextu rebellantem, diſtinerentur. Inuaſit imperium Balbus an. Chr.* DCCCXX *ipsâ nocte Natiuitatis Chriſti, tenuitq; annis* VIII, *menſibus* IX. Quo tempore, *inquit Cedrenus,* nouas res moliri Thomas cœpit, famâ rei in omnes partes diuulgatâ, *Barbari Apochapſo Duce primùm inſtructâ claſſe varias Orientis inſulas populantur; ac luculentam prædam domum reuehunt: deinde omnibus probè exploratis, Cretam præſidio deſtitutam, ſub annum* DCCCXXIII *occupant, ac latè vaſtant, vnâ demptâ vrbe, habitatoribus partim cæſis, partim in ſeruitutem redactis: dein Ducibus Imperatoris aliquot ſuperatis, ingentia toti Orienti multos per annos mala intulerunt.*

in Cretâ Epiſcopus,

eâ à Saracenis occupatâ, profugit:

2 *Tunc igitur è Cretâ, cum multis fortaſſe ſuorum, profugit Baſilius Epiſcopus. Non continuò tamen ad Theſſalonicenſem thronum euectus, nec ante annum Chriſti* DCCCXLI. *Nam Leo Philoſophus, Michaëlis Pſelli ſenioris auditor, à Theophilo Imp. (qui Balbo parenti an.* DCCCXXIX, *menſe Octobri ſucceſſit imperij heres atque impietatis) compertâ inſigni eius eruditione,* beneficiis affectus, publicè docere iuſſus eſt; pòſt etiam Theſſalonicæ Pontifex deſignatus, *vt Zonaras ſcribit. Addit Cedrenus, id factum operâ impij Ioannis Patriarchæ, quem vulgò* Iannem *vocabant, cui Leo erat ſanguine iunctus. Theophilo autem an.* DCCCXLI *mortuo, cum ceteris Iconomachis eâ dignitate priuatus eſt Leo; cumq; in otio degeret Conſtantinopoli, à Barda Michaëlis* III *Imp.*

poſt Leonẽ Philoſophũ iconomachum

A *fit Episcopus Thessalonicēsis:*

Imp. auunculo, S. Theodoræ Augustæ fratre, ad philosophiam docendam adhibitus. Ei ergo subrogatus Basilius videtur, non à S. Ignatio Patriarchâ, vt in MSS. annotationibus ad Menæa Græcor. habet Raderus; sed à S. Methodio Confessore, qui, Ioanne ob hæresim & scelera submoto, Constantinopolitanam Ecclesiam quadriennio rexit, ac demum S. Ignatium successorem habuit.

Michaëlis III deprauatos mores,

3 *Michaël à Theodorâ matre ad omnem honestatem educatus, vbi eius aspernari consilia, Bardæ Cæsaris astu, cœpit, fœdis voluptatibus, ludis inconditis, rerum sacrarum contemptui sese tradidit: matrem ipsam ac sorores post annos XIV in cœnobium detrusit, ne harum exemplis, illius etiam obiurgationibus, ipsius profana amentia deinceps castigaretur. In exilium quoque Ignatius Patriarcha eiectus est, qui Bardæ ob incestam cum nuru consuetudinem, sacris interdixerat. Huic Photius suffectus, doctrinâ quidem ille, at non pietatis vllâ laude conspicuus. Hic contra Ecclesiæ leges, cùm alterius adhuc superstitis thronum, ac veluti thorum legitimum, occupasset, non est: ausus Michaëlis ac Bardæ flagitia (de quibus XI Feb. ad S. Theodoræ Vitam, & fusiùs XXIII Octob. ad S. Ignatij, agemus) arguere, quorum fauore ad eam erat dignitatem euectus.*

4 *At non Thessalonicensis Præsul Basilius silere ad hæc potuit. Eius præclarum facinus ita commemorat Nicetas:* Age-
B batur non multò pòst sacer Christo cælum ascendenti dies anniuersarius, cùm sub vesperam terra tanto motu, quanto numquàm antè cœpit contremiscere, neque totâ insequenti nocte constitit. Et vox quædam subobscura, & mugitus è terrâ marique ingens editus, hominum pectora ita metu fregit, vt pænè col-

prodigiis iam reprehensos,

liquescerent. Iustini quoque columna à genibus con- AVCTORE I. B.
uulsa concidit. Tum Basilius, Cretensis antè Epi- D
scopus, Agarenis autem Cretam inuadentibus Thessalonicam translatus, non sine Photij, tunc Cathedram Constantinopolitanam occupantis, infamiâ, ausus ipse Michaëlem accedit, eumque partim admonentis auctoritate, partim docentis, à tam impiâ & sacrilegâ rerum sacrarum mimicâ imitatione & irrisione dehortatur; inde enim Numinis iram accendi affirmabat. Quâ reprehensione Michaël grauissimè offensus ac propè attonitus, colaphis atrocissimis venerando seni dentes stirpitus elisit, tergumque flagris ita laniauit, vt nihil propiùs factum sit, quàm vt inter tormenta animam ederet. De quo nihil sollicitus erat mercenarius opilio: quin ipse paullatim sacrilegiis illis pariter oblectabatur, & vnà cum impuris histrionibus pueroque consuescebat, & comessabatur. Sed hæc illis ludibria iocaque & vita haud diuturna fuêre. *Hæc Nicetas. Quæ ex eo quoque recitat Baronius ad an. 862 nu. 4.*

verbis castigat,

ideoque crudelissimè verberatur:

5 *Tantæ verò fuit apud Nicolaum Papam auctoritatis. Basilius, vt epistolâ 8 eum, & quinque alios Episcopos, tres Hegumenos, siue Abbates, ac monachum vnum mitti ad se ex parte Ignatij Legatos voluerit; neminem aliarum partium admissurus, nisi missi hi essent. Hi nimirùm fuêre, de quibus ita Cedrenus:* Post multam vexationem tandem Ignatium Mytilenam Barda relegat. Multi quoque tum alij Episcopi eodem modo sunt tractati, quòd acta non probarent; neque vllum alium, quocumque modo res caderet, Patriarcham se admissuros alleuerarent. *Paria habent Zonaras, & Caropalates.*

euocatur à Nicolao Papâ: S. Ignatium defendit.
E

DE S. BRIGIDA VIRGINE

FÆSVLIS IN ETRVRIA, I. B.

Commentarius historicus.

§ I *S. Brigidæ natalis, Acta, Ortus.*

SVB FINEM IX SECVLI. 1 FEBR.

1 SEcunda hæc est Brigida, quam, vt priorem, *Scottorum insula protulit, excepit hospitem, cæloque transmisit Etruria, iisdem* (quod mirum est) *Februarij Kalendis, quibus alterius, quadringentis ferè annis priùs vitâ functæ, celebratur memoria. Ei vitam in Italiâ terminandi*

S. Brigida v. Scota,

C *hæc occasio fuit, quæ mox plenius exponetur. Germanus illi fuerat, Andreas nomine, quem suus in virtutum ac litterarum studiis magister. Donatus è patriâ deduxerat, ad loca Sanctorum vel certaminibus olim consecrata, vel celebrata miraculis, peregrinatum. Fuerat dein idem Donatus, seu fauore Numinis cælestis ostenso, seu Francorum Regum suffragio, ad Fæsulanæ Ecclesiæ solium euectus, atque Andream Archidiaconum creârat. Hic ad Mensulam amnem, qui Fæsulanorum collium radices rigat, vetustam adem S. Martino quondam dicatam,*

S. Andreæ Archidiac. Fæsulani soror,

sed hostili pridem incursione euersam, Antistitis sui auctoritate, corrogatis piorum hominum liberalitate impensis, restaurauit, adiectisque habitacula monachorum, cum quibus sanctissimè ætatis reliquum exegit, latè miraculorum gloriâ clarus. Cùm senio & laboribus fractus, exitum vitæ præstolaretur, nescio quo motus arcani spiritus instinctu, optasse fertur, vt sibi sororem, antequàm emigraret, videre & alloqui liceret. Nec mora: subitò adfuit soror, siue eodem ipsa quoque spiritu admonita, maximâ quæ adhiberi poterat vsa festinatione, seu Diuinâ quadam virtute per tanta oceani ac terrarum spatia isthuc deportata. Decessit haud multò pòst Andreas. Brigida in auios densosque saltus secessit, ibique quod reliquum vitæ fuit admirabili sanctimoniâ decurrit. Mansit eius obitus apud posteros memoria, solenni religione consecrata, Kalendis Februarij. Ad quem diem ita illius meminit Philippus Ferrarius in generali SS. Catalogo: In territorio Fæsulano S. Brigittæ Virginis. *Fusiùs de eâ in Catalogo SS. Italiæ agit ipse, aliique mox citandi. Dauid Camerarius lib. 3 de Scotorum pietate, ad XXXI Decembris eius reuocat natalem, nullum in eâ re secutus auctorem; nam Diacettus, quem citat, de Brigidæ festiuitate ne verbum quidem scribit. Henricus Fitzsimon noster in Catalogo præcipuorum SS. Hiberniæ eam quidem recensct, sed videtur natalem ignorasse.*

in Italiâ mortua,

colitur 1 Feb.

nō 31 Dec.

2 *Vita huius sanctæ Virginis traditáne litteris, eo quo vixit, rudi seculo, an famâ, solùm transmissa ad posteros sit, haud liquet. Testatur Philippus Villanus infrà nonnulla de vitâ &* morte illius sanctos viros litteris commendasse. *Coæta* F *nei ij fuerint, an solam secuti famam, non indicat: neque an eorum vspiam scripta extent. Agit de eâ Thomas Dempsterus historiæ Ecclesiasticæ gentis Scotorum lib 2. qui & Siluanum Razzium citat; sed in hoc ne nomen quidem huius Brigidæ reperimus; Franciscus Cattanius Diaccetus in Præfatione libri de SS. Fæsulanis ad Franciscum Medicæum Etruriæ Ducem, cuius verba inferiùs recitabimus; Franciscus Lahierius noster in Magno Menologio Virginum. Diacettus ac Siluanus Razzius in Vitâ S. Donati honorificam S. Andreæ mentionem faciunt, Brigidæ nullam. Testatur Diacettus in Præfat. iam citatâ, admirabilia Andreæ Acta historicè digesta à M. Philippo Villano, conspicuo virtutibus viro. Eam nos historiam nondum vidimus. Partem illius (quæ nimirùm ad S. Brigidam propriè pertinet) Latinè redditam, recitat ad hunc diem in Actis SS. Hiberniæ Ioannes Colganus Ord. Minorum, à quo hic eam dabimus. Priùs quæ de Brigidæ patriâ, ætate, ordine, locoque obitus quæri possunt, explicanda.*

à multis scriptoribus celebrata,

3 *Vita S. Andreæ ex MS. codice S. Martini ad flumen Mensulam accepta, de eius genere ac patriâ ista habet:* Hic Scotorum gentis nobili prosapiâ ortus, & nihilominùs Christi posteà extitit discipulus. Scotia, quæ & Hibernia est appellata, proxima est Britanniæ insula, spatio terrarum angustior, sed situ fæcundior . . . .

nata nobili Scotorū genere, in Hibernia.

AVCTORE I.B. *alia addit ex S.Isidoro Hispal.lib.14 Origin.cap.6. & Vitâ S. Donati, ac deinde subdit:* In hac ergo prouinciâ Sanctus
A Dei, vt diximus, Andreas, non de infimis, sed nobilibus oriundus extitit parentibus. *Ac paullò inferiùs:* Erat in præfatâ Scottorum prouinciâ summus quidam philosophus & Christi fide Catholicus, nomine Donatus, B. Andreæ Doctor ac socius. *Et paucis interiectis:* Exiens denique Beatus Christi Donatus, discipulusque eius Andreas, de sæpè iam dictâ Scottorum prouinciâ. *Patria habentur in Vitâ S. Donati Episcopi Fæsulani, quam 21 Octobris dabimus. At S. Andreæ Vita per Villanum:* Fuit homo Dei Andreas oriundus ex insulâ Hiberniâ (quæ alio magis vulgari nomine Scotia appellatur) sitâ in occidentali plagâ. *Cetera inferiùs dabuntur & expendentur. Nata est igitur Brigida, Andreæ germana, nobili Scotorum genere, in Hiberniâ insulâ.*

§ II *S. Brigidæ ætas.*

4 *THomas Dempsterus historiæ Ecclesiasticæ gentis Scotorum lib. 2 nu. 166. de Brigidâ scribit:* Sanctitate claruit anno DCCCII: eoque, miraculo delata in Italiam: quando obierit non reperi. *At lib.1 cap. 31 scribit eam* Fæsulas appulisse anno DCCC, vt Baronius, & Razzius, atque ipsa historia de vitâ illius loquuntur. *Vbinam de eâ Baronius & Razzius agunt? aut quam eius Vitam legit Dempsterus? Sed ne leuiter secum ipse pugnet, mox Andream scribit* monasterium condidisse, monachosque Benedictinos in eo collocasse anno DCCCII. *Atqui*
B *priùs multò monasterium illud condidit Andreas, quàm Fæsulas venit Brigida, vt non possit eius aduentus statui anno* DCCC *vel* DCCCII, *si* DCCCII *conditum monasterium est. Nam* sanctus Dei famulus Andreas, *vt in eius Vitâ antè citatâ habetur,* postquàm sæpè iam dictam ecclesiam reformauit, in quâ longo tempore militauit, de longo confectus senio, & febribus corporis diutissimè fatigatus, Fratres conuocauit, eisque per ordinem obitum suum demonstrauit: *ac tum demum appulsa est, aut in eius conspectum subitò deportata Brigida. Idem Dempsterus lib.4 nu.367. Diacettum secutus, S. Donatum ait* inauguratum Præsulem anno DCCCII. *Id si ita est quî potuit igitur eius discipulus Andreas anno* DCCCII *ecclesiam illam reædificasse, monachosq; istbic instituisse; cùm ab eodem Donato iam Episcopo, nec fortasse statim ipso suscepti muneris exordio, minoribus Ordinibus, quos vocant, initiatus sit, legitimis fortasse interuallis, ex sacrorum Canonum præscripto, obseruatis? Innuit hoc eius Vita:* Videns autem beatus Episcopus Donatus discipulum suum fulgere meritisque clarescere,
C cœpit eum valdè diligere, & sic vsque ad Diaconatus officium per ordinem promouere. *Deinde variis Andreæ in eo munere virtutibus commemoratis, subdit Vitæ illius auctor:* Beatus Episcopus Donatus audito eius fructu laboris, omnipotenti Deo gratias egit, & B. Andream ad Archidiaconatus officium sublimauit, eumque in palatio suo post se primum constituit. *At demum imposita ei adis illius restaurandæ cura est à Donato: quod ante annum* DCCCX *aut* DCCCXII *non videtur esse factum, si hic anno* DCCCII *Episcopus est ordinatus. Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ ad 1 Februarij Brigidam ait* Caroli Magni temporibus vixisse. *Idem ad* XXII *Aug. de S. Andreâ illius fratre scribit: ad* XXII *Octob. S. Donatum, vult anno* DCCCII, *qui erat Caroli Magni imperii* III, *regni* XXXV, *Episcopum esse factum. Franciscus Lahierius noster in Menologio VV. S. Brigidam tradit obiisse circiter annum* DCCCX; *Constantinus Caietanus an* DCCCLXX.

5 *Nullas hi omnes proferunt, quibus chronologiam suam firment, notas. Aliquas suggerit Vita S. Andreæ, certiores S. Donati Vita & Epitaphium. Vita S. Andreæ, fortassis vitiosè descripta, sic habet:* Tempore igitur Theodorici Regis & Ludouici Boni, qui apud Augustani palatij (*lege potiùs,* Aquisgranense palatium, *aut iuxta veterem illam scribendi formam,* apud Aquisgrani palatium) DCCCXVI Dominicæ Incarnationis anno, Canonicam instituerunt normam, erat in præfatâ Scottorum pro- D
uinciâ summus quidam philosophus & Christi fide Catholicus nomine Donatus, B. Andreæ Doctor & socius: *Habitum est Concilium Aquisgranense anno* DCCCXVI *Ludouici* III, *in eoq; edita est forma institutionis* Canonicorum & sanctimonialium. *Verùm nullus circa ea tempora Rex Theodoricus. Fuit quidem Theodoricus Caroli Magni ex Adelluidâ concubinâ filius, quem vnà cum Drogone & Hugone filiis eiusdem Caroli, ex aliâ concubinâ nomine Reginâ, natus, Ludouicus Pius Imp. ipsorum frater. anno* DCCCXVIII tonsurari iussit, *vt habet Theganus,* & liberalibus disciplinis iussit instrui; quos postmodùm honorificè constituit. *non sub Theodorico Rege,*

6 *Vita S. Donati aliquantò accuratiùs Regum horum nomina expressit his verbis:* Tempore igitur Christianorum Principum Lotharij Magni & Ludouici Boni, qui sanctam eorum coadunationem apud Aquisgrani palatij Canonicam instituêre Regulam sub anno Dominicæ Incarnationis DCCCXVI. *At vereor ne hic Auctor in Ludouici nomine hallucinatus eum perperàm primum, siue Pium, Lotharij patrem fecerit, qui secundus eius nominis Imperator fuerit. Est quidem sub Ludouico Pio habitum Aquisgranense concilium, anno vno priùs quàm à patre imperij consors adoptaretur Lotharius; sed cui patri idem Lotharius præfertur? Fiet id fortasse magis perspicuum ex epitaphio S. Donati, quod ita habet:* *sed Ludouico,*

E
Hîc ego Donatus, Scotorum sanguine cretus, *cui antè episcopatû seruiuerat Regi Italico*
Solus in hoc tumulo, puluere, vermè voror.
Regibus Italicis seruiui pluribus annis,
Lothario Magno, Ludouicoque Bono.
Octonis lustris, septenis insuper annis
Post Fæsulanâ Præsul in vrbe fui. *&c.*

Quis non videat Ludouicum Bonum appellari Lotharij filium, qui Rex Italiæ, siue Longobardorum fuit, atque anno DCCCLV, *patre monasticũ institutum amplexo Imperator est factus?* *ergo Lotharij Imp. filio,*

7 *Cur enim alioquin Ludouicus Pius* Rex Italicus *appellatur, qui Italiam numquàm peculiari titulo possedit? At Lotharius à patre ad regendam Italiam missus eam deinde & Belgicam in diuisione regni cum fratribus initâ retinuit, eamq; cum titulo imperij Ludouico filiorum maximo reliquit. Huic Ludouico familiarem fuisse Donatum constat ex huius Vitâ, vbi ista habentur:* Adiit ergo præfatus Episcopus Ludo- *quem & conuenit Episcopus*
uicum magnum Principem, qui benigno illum animo excipiens, pro deuotione sanctissimi viri omnia postulata non denegauit..... Actum est apud Capuanam vrbem. *Ludouicus Pius Capuam numquàm adiuit, cùm Italiam viuente patre Carolo Pipinus rexerit, inde Bernardus: hoc oculis virâq; orbato, missus in Italiam est Lotharius, cui tamen* *apud Capuam,*
F
Principes Beneuentani, qui & Capuam tenebant, subiecti non erant, licet tributum, quod auo ac patri pacti erant, fortasse persoluerent. Post Ludouici Pij mortem mirum in modum sunt Longobardorum res in Campaniâ ceterisq; tractus illius prouinciis perturbatæ; vt ad eas componendas sæpius isthuc cum exercitu proficisci Ludouicum Pij nepotem oportuerit. Et tertiâ quidem expeditione, anno DCCCLXVI *susceptâ, vt habet Leo Ostiensis lib. 1 Chron. Casin. cap.38 mense Iunio peruenit ad monasterium Casinense, vbi à S Bertario Abbate maximo cum honore exceptus est.* Post hæc inde digressus, Capuam pe- *numquã ante eius aditam, sed ab ipso captam an. 866.*
tiit: quam tribus obsessam mensibus cepit, eamque maximâ ex parte delenit. *Eo igitur tempore probabile est Donatum ab eo quæ in Vitâ referuntur impetrasse* apud Capuanam vrbem *an.* DCCCLXVI.

8 *Sed cum* XLVII *annis Fæsulanam Sedem tenuerit Donatus, nondum quo anno eam adeptus sit, quo obierit, constat, vt de Andreæ ac Brigidæ statui certi aliquid possit. Anno* DCCCXLIV, *cùm Romam venit idem Ludouicus, tam Episcopus erat Donatus, adfuitq; & coronationi ipsius Ludouici, & concilio malignantium Episcoporum, qui, vt Anastasius Bibliothecarius in Sergio II scribit, cum Drogone Archiepiscopo Metensi,* contra hanc vniuersalem & caput cunctarum Ecclesiarum Dei, sine Metropolitani concessione, atque vocatione, conuenerant. *Qui tamen, vt deinde narratur,* Diuinâ gratiâ inspirante, nec sermones ipsius al- *cuius & coronationi interfuerat Romæ 844.*

An in Italiâ venerit an 800 vel 802, vt tradit Dempsterus, secum ipse pugnans?

an 810 vel 870 mortua?

Cũ S. Donatus Ep. Fæsul. floruerit,

mi

A mi Pontificis, nec prudentiam ſuperare valuerunt. Tantaque ei ſuperna aderat virtus, vt nullus ſermone eum concludere vel conſtringere potuiſſet. Et ab eo ſuperati pudore & operti confuſione diſceſſerunt. Quod videntes, omnem iram atque ferocitatem, quam mentibus obſeruabant, omni modo depoſuerunt. *Non poteſt*, quod aliqui ſcripsêre iam citati, *ſi anno* DCCCLXVI *Ludouicum* II *Aug. conuenit ſiue in caſtris ad Capuam, ſiue in ipsâ iam captâ vrbe, anno* DCCCII, *nec* DCCCXVI *quidem fuiſſe inauguratus, cum ſolùm* XLVII *annos ſederit. In concilio, vel colloquio illo Romano, quando Ludouicus à Sergio Papâ coronatus eſt, poſtremus omnium Epiſcoporum recenſetur Donatus; cùm* Fractellus, *ſiue* Frantellus, *aut* Frontellus, *Epiſcopus Camerinenſis, qui quinto ante eum loco ſediſſe memoratur, non ante annum* DCCCXL *factus Epiſcopus ſit, quo anno, die* XIII *Martij S. Anſoninus eius deceſſor dicitur vitâ functus. Vnde conſequens eſt, ſi ordine antiquitatis iuxta vſitatum morem conſederint, Donatum non niſi* DCCCXLI, *aut* DCCCXLII *Epiſcopum eſſe factum, poſtquàm pluribus annis Lothario Imp. & Ludouico Principi ſeruiuiſſet. His ſi* 47 *annos, quibus Eccleſiam illam adminiſtrauit, addideris, ſequetur non diu ante* 890 *Chriſti annum deceſiſſe. Iam ſi Andreas eius diſcipulus, vti certum videtur, fuit illo aliquantò adoleſcentior, & tamen non niſi* longo confectus ſenio *deceſſit, fatendum erit ferè ad* 900 *annum Chriſti peruenisſe. Igitur de ſororis eius Brigida, quæ illi ſuperuixit, ſtatui ætate poteſt.*

non multò ante Epiſcopus factus.

atque ita mortuus circiter an. 889.

B

Brigida vltra 890 vixit.

§ III *S. Brigidæ monachiſmus diſcuſſus. ſepultura.*

9 *Franciſcus Labierius noſter S. Brigidam ſcribit ſanctimonialem in ſeculo vitam apud gentiles ſuos egiſſe, ſiue Denotam fuiſſe; in Italiâ poſt fratris exceſſum ſolitariam in ſiluâ pietati vacaſſe. Conſtantinus Caietanus in Annotationibus ad Vitam S. Andreæ, ait non ipſum modò, ſed & Donatum quoque, ac Brigidam,* Benedictinis inſtitutis addictos fuiſſe: *& Brigidam quidem priùs etiam quàm in Italiam aut veniret aut deportaretur,* ſub monialium habitu, in domo paternâ; vel in aliquo monaſterio Hiberniæ, ſanctiſſimam egiſſe vitam. *Quod Colgano videtur haud ſatis probabile. Labierio fauet præſumptio, cùm nulla monachici inſtituti argumenta proferuntur.*

Monachã fuiſſe non conſtat:

10 *Minùs etiam illud ſimile veri eſt, quod ſcribit Dempſterus:* Vt S. Andreas frater viris monaſterium condidit Scopetum, ita hæc aliud mulieribus Scotis ſtructum reliquit: verùm illud Canonicis S. Saluatoris ante CCC annos ceſſit, vnde illi Scopetini audiunt; iſtud ita exoleuit, vt poſt Fæſulas à Florentino dirutas nulla memoria extiterit. Scripta perierunt. *Ita ille. Sed quo pacto reperturum ſe fidem ſperat, ſi & ſcripta perierunt, & memoria monaſterij illius à Brigidâ conſtructi penitùs exoleuit, tùm nullum ipſe teſtem citet? Quid quòd rurſus ipſe ſecum pugnat? Nam de S. Donato agens ita ſcribit:* Cui magnificentiſſima eccleſia erecta Scopeto, vt vocant, prope Florentiam, quæ poſteà in Prioratum erecta eſt anno MCCCCVIII, vt ſcribit Ioannes Baptiſta Signius Bononienſis, eo ſcilicet anno, quo Scopetinorum ordo per Stephanum Senenſem Auguſtinianum inſtituitur, & à Gregorio XII confirmatur. *Gabriel Pennottus in hiſtoriâ Canonic. regular. lib. 2 cap 52. vbi monaſteria enumerat* Congregationis ſancti Saluatoris de Bononiâ, *nu. 2 iſtâ habet:* Quartum monaſterium fuit S. Donati de Scopeto prope Florentiam, quod obtinuerunt ab eodem Martino V per ſuas datas V Calend. Iulij anno MCDXX, cùm anteà eſſet eccleſia dependens ex abbatiâ S. Saluatoris de Septimo Ordinis Ciſtercienſis. Ab hoc loco cœperunt apud vulgus Scopetini denominari, ſicut alij ab aliis locis. *An verè anno* MCDVIII *Scopeti Prioratus ſit inſtitutus à Ciſtercienſibus,* XII *annis pòſt ad Scopetinorum congregationem tranſlatus, non habemus diſputare: neque Ioannis Baptiſtæ Signij ſcriptos de eâ congregatione libros vidimus.*

nedũ monaſterium condidiſſe, quod ſcribit Dempſterus,

C

qui & multa perparùm de Scopeti cœnobio,

Inchoata eſt illa congregatio anno MCDXIII *in monaſterio Iliceti, ſiue de Siluâ lacus per Stephanum Cionium Senenſem, vti narrat Pennottus lib. cit. cap 51. & Thomas Herrera in Alphabeto Auguſtiniano. Sed quæ inſtituta anno* MCDVIII *congregationi donata eſt eccleſia ea non debuit diu ante* CCC *annos illi ceſsiſſe, vt ſuprà ſtatuit Dempſterus. cùm à* MCDVIII *ad eum quo ipſe ſcribebat,* MDCXXVII *Chriſti annum, non niſi* CCXIX *intercedant, à quo tamen numero adhuc duodecim ſubtrahendi ſunt.* Auctor. I. B.

D

11 *Verùm Scopeti tumulatus necne Donatus ſit, non quærimus. Andreas in Menſulanâ S. Martini, quam ædificârat, eccleſiâ ſepultus eſt, vti ſcribit Diacettus aliiq;. Ferrarius ibidem ſepultum S. Donatum putat. At non fuit ea Scopetenſis eccleſia, quod videtur Dempſterus exiſtimaſſe, dum Scopeti vtrumque tumulatum ſcripſit. Siluanus Razzius to. 1. de SS. Etruriæ, in Vitâ Stephani Senenſis, Scopetinorum parentis, ſcribit Scopetinſem S. Donati ædem iam euerſam. Ab graui auctore didicimus, mille à Florentiâ paſsibus extra portam Gattolinam extare eccleſiam Deiparæ Virgini ſacram, de Scopeto dictam: an eadem ſit quæ S. Donati, nobis non liquet. Menſulana illa S. Martini etſi non ſemel dicatur fuiſſe diruta, à Florentinis tamen ordinis S. Benedicti monachis denuò extructa, & conſentaneo cenſu dotata, etiamnum ab iis poſſidetur, famâ miraculorum celebris: videtur aliquando ſanctimonialium puellarum fuiſſe, vt ex officiis aliiſq; ſignis colligere eſt.*

eiuſdem euerſo.

E

12. *Monaſterij à S. Brigidâ conditi nulla vſquam mentio. Philippus Ferrarius in generali Catalogo SS. ſcribit eam* in loco, qui Opacus dicitur, conditam. *In Catalogo SS Italiæ iſta habet:* Tandem aſſiduis vigiliis, ieiuniis, aliiſque corporis macerationibus & annis grauata Kal. Februarij migrauit ad Sponſum, ac miraculis claruit. Cui in eodem loco apud Opacum templum conſtructum & dicatum eſt. *Hinc Colganus* Eccleſiæ Opacenſis apud Feſulas in Italiâ Patronam *appellat. De eâ locoq; exercitationis eius & mortis ita ſcribit anteà citatus Diacetus Epiſcopus Fæſulanus in præfat. ad Vitam S. Romuli aliorumq; Sanctorum Præſulum eiuſdem Eccleſiæ:* S. Brigida Virgo Scota, S. Andreæ ſoror germana, prodigioſo quodam modo ad eius deceſſum perducta, iſthic reliquum vitæ exegit intrà denſum & aſperum ſaltum, ſupra Fæſulas, non longè à S. Martino in Lubaco: quo loco, ſilueſtri ac horrido, foliſque tunc feris habitato, reliquam in ſummâ auſteritate vitam egit: donec extremo iam ſenio confecta, à ſupercæleſti ſuo Sponſo ad laborum ſuorum præmium eſt euocata. Iſthic deinde ob miracula ab eâ in vitâ ac morte perpetrata, eius nomini templum ædificatum, quod etiamnum viſitur. *Hæc Diacetus. Villanus ſepultam ſcribit non procul ab eccleſiâ S. Martini in Baco.*

S. Brigidæ apud Opacum.

aut Lubacum.

vel Bacũ, eccleſia ædificata.

13 *Porrò Fæſulæ, quod alibi diximus, vrbs Etruriæ quondam celebris, ſed nimiùm vicina Florentiæ, (tribus ſolùm paſſuum millibus diſtat) à cuius incolis poſt internecina ſeculorum aliquot odia & bella, tandem exciſa, ciuibus Florentiam tranſlatis: perſtat tamen epiſcopale nomen ac templum.*

F

Fæſulæ vbi ſitæ.

VITA

auctore Philip. Villano

in Vitâ Italicâ S. Andreæ Diac.

1 Vir homo Dei Andreas oriundus ex inſulâ Hiberniâ (quæ alio magis vulgari nomine *a* Scotia appellatur) ſitâ in occidentali plagâ ad littus Oceani; inſulæ Britanniæ, quæ Anglia dicitur, ita contermina, vt ambæ eadem inſula videantur, vtpote quæ vno paruo *b* freto, fluminis ſpeciem præferente, à mari vſque ad mare protenſo, diſterminantur. Natus fuit ex parentibus nobiliſſimis & multùm opulentis; habuitque ſororem Virginem nomine Brigidam, iuniorem ætate, ſed magni meriti coram Deo:

a S. Brigida nobilis Scota.

b

AVCTORE PHIL. VILLANO.

A quam vnicè diligebat, magis contemplatione *c* caſtæ eius vitæ, & operum iuſtitiæ quæ exercebat, quàm naturalis conſanguinitatis obtentu..... *Narratis Andreæ fratris peregrinatione, miraculis, morbo extremo, monachorum conuocatione, deſiderio videndi ſororem, ſubdit ſequentia:*

c

2 Fratribus Andreæ præcepta cum lacrymis excipientibus, Diuinâ diſpoſitione ſubiit beati viri animum ingens deſiderium videndi, priuſquàm vitâ excederet, ſororem ſuam Brigidam: ad cuius præſentiam tacitè ſuſpirans, quo ferretur deſiderio circumſtantibus non aperuit, tamquàm quod ob locorum diſtantiam cenſebat humanis viribus expleri non poſſe. Verùm ea ſuſpiria trahentem Dominus Deus omnipotens, qui ſanctorum ſeruorum ſuorum iuſta deſideria à longè cognoſcit & intuetur, eius votis condeſcendendo, reſpexit. Nam Brigidæ, eo temporis momento apud Hiberniam in ſolitario loco menſæ accumbenti, & acetarium partioſque piſciculos comedenti, adſtitit Angelus Domini, eamque, & menſam cui aſſidebat, *d* inſtanti coram viro Dei Andreâ eiuſque Fratribus miraculosè locauit. Quod euidentiſſimum miraculum conſpicati qui tum præſentes aderant, in obſequiis B ſancti viri occupati, rei nouitate ſtupore perculſi, certatim conuocabant multitudinem ad tantum ſpectaculum ſuſpiciendum.

S. Andreæ fratre moribundo id optante,

ab Angelo trãsfertur in Italiã:

d

3 Brigida autem tota attonita & animo ſuſpenſa, putabat ſe potiùs viſum videre, quàm facti veritatem, & huc illuc volutatis in gyrum oculis circumſpiciens, cùm videret regionem & locum incognitum, venerandum ſenem in lecto iuxtà decumbentem, homines inſſueti & peregrini cultus & habitus, velut animo conſternata, totaque panefacta, hærebat mente ſuſpenſa. Quod in ſpiritu cognoſcens Dei famulus Andreas, placido ſermone ſororem compellans; Brigida, inſit, ſoror cariſſima, animaduertentem me finem inſtare vitæ meæ ingens deſiderium inceſſit, te coràm intuendi. Et fons miſericordiæ & caritas immenſa Deus dignatus eſt ſicut tu vides, annuere votis meis, & indulgere mihi peccatori quod magnoperè optabam. Nihil igitur vereare; nam ita placuit Diuinæ voluntati, vt fratrem tuum carnalem Andream, quem dudum vitâ exceſſiſſe putaſti, in hoc vltimo agone verſatum intuereris, ſperantem per tua præſentis merita Creatorem omnium habiturum me propitium. In loco hoc à patriâ terrâ noſtrâ procul diſſito, ego imbecillus pugnator & miles dies meos conſummaui; & tu ſimiliter C tuos conſummabis, reliquum militiæ meæ aſperitate vitæ & penuriæ anguſtiis ſuppletura. Iam verò Diuinæ innixa miſericordiæ pauorem omnem panicum depone, animoque ſis tranquillo, ſecura nihil te iam, niſi quæ veriſſimè aguntur, videre vel ſentire; & pro me, quæſo, cuius diſſolutionis inſtat hora, cum timore Dei & ſpiritus feruore, communem Dominum deprecare.

confirmatur à fratre,

eius ſe precibus commendãte:

4 Ad hæc Brigida, quaſi ex alto euigilans ſomno, in ſe reuerſa, magnâ iam deuotione & mentis teneritudine in lacrymas reſoluta, fratris manus arctè complectitur, teneriſſimè exoſculatur, nimio interim lacrymarum imbre ſingultibus permixto ſermonem interdicente. Cumque vltra horam huiuſmodi fletum & ſuſpiria traxiſſet, ingenti affl cta mœrore, tandem flexis in terram genibus, in hæc verba prorupit: Omnipotens Deus, qui ſolus facis mirabilia, cui cælorum ſeruiunt poteſtates, elementa obediunt, & omnis creatura ſubiecta eſt, tibi laus ſit & benedictio, honor & gloria, qui dignatus es ancillæ tuæ adeò inſigni miraculo concedere fratrem ſuum præſentem intueri. Ad fratrem ſubinde conuerſa; Piiſſime, inquit, germane, fidelis pridem & optime moderator & cuſtos iuuentutis meæ, adgratulor ſorti tuæ, tecumque lætor & lætabor, durante hoc breuiſſimo ſpatio, quo mihi indultum eſt te videre: quamquàm magnoperè languo-

Deo gratias agit:

ribus tuis compatiar, tantoque vehementiùs, quantò D liquidiùs videam deceſſu tuo me priuatum iri in hac miſerâ vitâ, ſanctâ conuerſatione tuâ, quâ deſtituta deinceps affli cta & deſolata degam. Nihilominùs gaudium mihi in Domino accumulant, & feſtum diem exhibent, impreſſa à te laudabilium operum ſanctarumque actionum veſtigia, relictaque monumenta; quorum intuitu, dubio procul, in Chriſto felicior obdormiſces. De quâ ego re nihil ambigua, quin imò maximè ſecura, non prætermittam in hiſce locis, ad quæ Angelica me virtus inuexit, quamdiu lucis huius vſurâ donabor, veſtigiis tuis in exercendâ pœnitentiâ inſiſtere, quantum infirmitas vitiatæ carnis meæ ſuſtinere poterit, & ſuperna gratia largietur; adiuta tamen, germane dilectiſſime, ſanctis precibus tuis, qui fœmineæ fragilitati virile robur, quo firmetur, adiicies. Tu verò macte iam animo, & in ſanctâ cruce ac crucis hoſtiâ Chriſto confortare, & quibus hactenùs aſſueuiſti, inuictum ſpiritus vigorem, inconcuſſamque fortitudinem, in hoc vltimo, quo verſaris, agone maioribus argumentis exprimito.

fratrem ſolatur:

5 His aliiſque ſimilibus ſororis ſanctæ colloquiis & exhortationibus, Dei famulus Andreas haud me- E diocriter conſolatus, flexis in duriſſimo quo iacebat grabato genibus, leuatis manibus, fixiſque in cælum oculis, ſorori & Fratribus ſupremum valed xit; deinde ad Chriſtum conuerſus, Domine, inquit, Ieſu Chriſte, Redemptor meus, ſuſcipe ſpiritum ſerui tui: & his dictis ſtatim expirauit. Soror autem & Fratres, qui tum præſentes eius tranſitum præſtolabantur, viderunt circa Dei famulum clariſſimum ſplendorem, quem inconniuentibus oculis intueri non poterant, extemplo offuſum, ſuauiſſimâ inſoliti odoris fragrantiâ, quæ totam mox domum impleuit aſſociatum, qui paullò pòſt vnà cum ſancti viri animâ in cælum, vnde dilapſus erat, ſe recepit..... *agit hîc Auctor de tempore quo vixit Andreas. tum iſta ſubdit.*

eo, non ſine miraculis, mortuo,

6 Fuit & alia Brigida inter Scotos, ſingularis ſanctitatis & vitæ illuſtris, & multorum gratiâ miraculorum celebris, *e* anno gratiæ DV, & XX Ioannis Papæ primi, imperante Iuſtino Conſtantinopoli, & Româ Theodorici Ariani imperio miſerabiliter afflictâ. Ea autem Brigida in Hiberniâ obiit, in cuius reuerentiam plures exiſtimo decurſu temporis fuiſſe, præcipuè in eâ, quâ iacet, inſulâ vocatas Brigidas: quarum vna fuit hæc Andreæ ſoror, de quâ anteà feci, & deinceps facturus ſum ſermonem. Igitur iunior hæc Brigida S. An- F dreæ ſoror, fratre vitâ perfuncto, rigidioris pœnitentiæ ſtudio, fugiendique illorum conſortia, qui ſecundùm ſeculum viuunt, ſeceſſit infra Fæſulas in eremi cuiuſdam, ſitæ ad radices Alpium, aſperrima præruptaque teſqua, à feris tantùm habitata: ibique fructibus contenta agreſtibus, herbarumque radicibus, vitam in magnâ auſteritate ad decrepitam vſque ætatem traduxit, pœne omnium interea mortalium ſubducta conſpectui, & cognitioni. Cui cùm adiacentis arui cultores ſi quando venandi cauſsâ eoſdem impetuoſis ſaltus peruagantes in eius ſpeluncam incidérent, quidpiam ex iis quæ venatu prehendiſſent, offerrent, illa continuò velut ſuperfluum recuſabat.

e

ſecedit in eremum,

ibique auſterè vixit:

7 Appropinquante tandem eius vitæ termino, Dei inſtinctu multæ matronæ & viri ſanctæ vitæ eam frequentabant, eique ſeruiebant, donec ſenio demum, & multâ ætate confecta, felicis vitæ curſum abſoluit. In cuius honorem vicini, quibus in magnâ reuerentiâ & veneratione fuerat, eccleſiam ſub eius nomine erexerunt in prærupto quodam illius montis loco, haud procul diſtante ab eo quem Piaue S. Martini in Baco appellant; ibique ad hunc vſque diem natalis eius annuâ feſtiuitate recolitur. Erant per id tempus loca illa aſpera, horrida & inculta; ſed poſtmodùm coli cœta à circumiacentium locorum colonis, bella & populoſa miraculosè euaſerunt. Qui volet pleniùs ſcire gra-

mortua templum erectum:

eremus illa deinceps culta.

tias

A tias & virtutes, quas per hanc ancillam ſuam ſeu vitâ functam ſeu defunctam operatus eſt Deus, legat quæ de vitâ & morte illius, ſancti viri litteris commendarunt.

a *Ita S. Iſidorus lib. 14 Originum cap. 6.* Scotia, eadem & Ibernia, proxima Britanniæ inſula, ſpatio terrarum anguſtior, ſed ſitu fœcundior: hæc ab Africo in Boream porrigitur, cuius partes priores Iberiam & Cantabricum Oceanum intendunt. Vnde & Iberna dicta: Scotia autem, quòd à Scotorum gentibus colitur, appellata. *Sic & Beda hiſtor. Eccleſ. gentis Anglor. lib. 1 cap. 1 de Hiberniâ loquens.*: Hæc autem propriè patria Scotorum eſt.

Scotorum patria Hibernia.

b *Hallucinatur auctor. Fretum illud, quod Britanniam inter ac Hiberniam iacet, latum eſt ac turbidum. Si Scotiam intelligit Britannia regionem, quæ nunc ſola Scotiæ retinet nomen, eſtq; pars Britanniæ Septemtrionalis, Pictis olim poſſeſſa; nuſquam illa freto à Britanniâ planè ſeiungitur.*

c *Lahierius noſter ſcribit, ante fratris è Scotiâ diſceſſum, ſeculari more vitam egiſſe, (vt quæ necdum virginitatem perpetuam AVCTORE I. B. colere ſtatuiſſet) ſemper tamen intra honeſtatis limites; poſteà autem, omni veſtium luxu abdicato, modeſto deinceps cultu* D *vſam earum ritu Virginum, quæ ſanctimoniæ ſeſe in ſeculo deuouerunt; votoq; caſtitatis nuncupato, in pietatis virtutumq; ceterarum ſtudium ſedulò incubuiſſe. Sunt illa quidem veriſimilia; ſed à quo prodita auctore?*

S. Brigida an denotat

d *Probabilius eſt fortaſſe, quod idem tradit Lahierius, diuinitus edoctam, fratrem propediem migraturum è vitâ, illicò eius viſendi ſtudio profectam è patriâ, ſummâque vſam celeritate, Eſulas tempori appuliſſe, vt morienti adeſſet.*

e *De S. Brigida ſenioris ætate ſuprà egimus. Quæ hîc dicuntur, inuicem non congruunt. Nam 505 Chriſti anno neque imperabat* Iuſtinus, *neque* Ioannes *Eccleſiam regebat: verùm hic an. 523 Pontifex creatus, 526, mortuus Rauennæ in carcere; vt perperàm 20 illius annus conſignetur. Brigida verò ſub Hormiſda pontificatu mortua eſt.* Iuſtinus *imperium capeſſiuit an. 518 9 Iulij, tenuitq; ad 1 Aug. 527. Theodoricus regnauit in Italiâ ab anno 493 vſque ad 2 Septemb. 526.*

DE SANCTO EPISCOPO BELGA ANONYMO,

CHAMI IN HELVETIA,

I. B.

CIRCA AN. M. I FEBRV.

1 VGienſis eſt Heluetiorum pagus, ſiue Canton, Lucernates inter & Tigurinos, vbi & lacus eiuſdem nominis; quod factum vtrinque à Tugio, vulgò Zug, oppido in eiuſdem lacus orâ ſito. Ad eumdem iacet, ac Tugio ſubeſt, Chamum vicus quondam, S. Andreæ vocabulo inſignitum, oppidum. In huius parochiali templo ſepulchrum viſitur è quadrato lapide, ſuprag; id Epiſcopi effigies, cum pedo, tiarâ, ſacroq; reliquo cultu.

B *Chami in Heluetiâ*

ſepultus ſanctus Epiſcopus

2 *Henricus Murerus Carthuſianus in Heluetiâ ſanctâ, vbi de Sanctis agit diœceſis Conſtantienſis cap. 9 illud ſe an.* MDCXXXV *viſitaſſe ſepulchrum ſcribit, ac Sancti patrocinium flagitaſſe, iſtaq; ab loci Curione de eo Sancto accepiſſe: Circiter annum fortaßis* M *(neque enim certam temporis notam extare) veniſſe eò è Belgicis oris Epiſcopum, vnico comitatum famulo aut Presbytero, Romam ad ſacra loca veneranda tendentem. Sed hecticâ, quâ laborabat, & labore moleſti per moniuoſa illa loca itineris, debilitatum, Chami ſubſtitiſſe, dum vires modicâ quiete reficeret. Die quodam templum petiiſſe, vt ſacris operaretur. His peractis, dum populo impertiri benedictionem parat, & luſtralem aquam de more aſpergere, ante altare humi prolapſum, ſacris adhuc veſtibus, vti Miſſam fecerat, amictum expiraſſe; inq; eo templo honorificè tumulatum. Minimè quidem dubium eſſe, quin Presbyter, ſeu quiſquis* C *eius itineris comes erat, priuſquàm inde abſcederet, indicârit, aut etiam ſcripto tradiderit, defuncti nomen, patriam, Epiſcopatum, virtutes, & quæ alia ſciri operæ pretium eſſet; omnia tamen abolita obliuione, ſiue oppidanorum negligentiâ, ſiue iterato templi oppidiq; incendio, quo ſcripta, ac miracula, ceteraq; monumenta antiquitatis perierint.*

Belga, hecticâ mortuus

poſt ſacrũ;

ignoti nominis:

3 *Ceterùm quia animaduerterant populares, pium ac ſanctum virum fuiſſe, & hecticâ extinctum, cœperunt in ſuis ſuorumq; morbis, hecticâ præſertim febri ac phthiſi, & maximè puerorum, Sancti illius inuocare opem, ſepulchrum viſere, donariſq; & anathematis honorare: multiq; ſanitatem eius auxilio recuperarunt, & recuperant etiamnum in dies. Concurrunt namque ad Sancti ſepulchrum, tradito à maioribus ritu, quamplurimi: neque Catholici ſolùm, ſed & qui Euangelici dicuntur, deportantq; eò liberos ſuos tabe laborantes, ac diuinam opem per ſancti Antiſtitis merita implorant, impetrantq;* E *Neque ferè per totum annum dies eſt vlla, quâ non aliqui ex propinquis ac remotis locis eò ventitent, agroſq; pueros apportent, & ſancti Epiſcopi tumulo imponant; quibus Curio hanc cæremoniam adhibet. Aſſeruantur adhuc ſacræ eæ veſtes, quibus fama eſt Sanctum indutum vltimò Miſſam celebraſſe, ac mortuum eſſe, ſed alio nunc tectæ panno. Eæ agris flectentibus genua, aut, ſi paruuli ſunt, vti dictum eſt, ſupra tumulum collocatis, imponuntur: intereaq; ſuper eos recitat Sacerdos pias quaſdam precationes atque Euangelium.*

hecticã & phthiſim inuocatur à peregrinis, eriã heterodoxis,

quotidie:

eius reliquiæ,

4 *Hæc porrò omnia, aliquot retro ſeculorum vſu euentiſq; mirabilibus probata, non Chamenſes ſolùm, ſed omnes vicinorum oppidorum ac pagorum incolæ, Eccleſiaſtici ac ſeculares, vnanimi calculo teſtantur, ad Sancti nimirùm illius tumbam, oſſa, veſtes, innumera quotidie fieri miracula. Hæc ferè Murerus.* F

miracula teſtata.

DE B. WOLFHOLDO PRESBYTERO,

HOHENVVARTI IN BAVARIA.

I. B.

POST AN. MC. I FEBR.

1 SVmmontorium, vel Alta-ſpecula, *inquit Bruſchius in Chronologiâ monaſteriorum Germaniæ*, Germanicè Hohenwart, celebris olim arx Comitum Taurenſium, (qui inter Halam & Oenipontem antiquitus habitantes, ab hac arce Comites quoque de Altâ-ſpeculâ, vel Hohenwartenſes dicti, arcem etiam Schrobenhuſanam condidiſſe perhibentur) nunc verò monialium Benedictinæ profeſſionis, & Auguſtanæ diœceſeos, elegans, in amœniſſimoque monte ad Parrium fluuiolum, fundatum, & ex arce in oratorium, ex domo venationum & voluptatum in precationum & honeſtorum ſtudiorum do-

Hohenvvarti in Bauariâ,

mum, conuerſum eſt à Rapothone Comite de Tauris eiuſque coniuge Hemmâ. *Eadem ferè habet Matthæus Raderus noſter to. 2 Bauaria ſancta in B. Richildis Vitâ: eadem VVigueleus Hundius to. 2. Metropolis, in* Hohenwart; *& Chriſtophorus Gevvoldus. Andreas quoque Brunnerus noſter Annal. Boicor. to. 3 lib. 11 §. 6 narrat Rapotonem*, caſtrum gentilitium, quod familiæ nomen dedit, & haud dubiè inter veruſtiſſima eſt, quæ oſtentare Boica poſſit, in parthenonem verſum ſtudiis ſanctioribus conſecraſſe. *Addit*, ſteriſſe illud Romanis etiamnum in Vindeliciâ rerum potientibus, clarum Summontorij nomine. *Auentinus* Sumuntorium, *& Hochouartum vocat lib. 2 Annal. Boior. aitq; vicum eſſe & cœnobium*

quod olim Summontorium,

AVCTORE I. B.

bium fæminarum, olim arcem munitiſſimam.

A 2 *Idem teſtatur*, multa hîc Diuorum oſſa condita eſſe, *quæ Bruſchius & Hundius tradunt*, certis temporibus magnâ veneratione oſtendi ſolere. *Præter alia, nobis ignota, corpus iſthic B. Richildis Virginis aſſeruatur, quâ de agemus 22 Aug. inq; eodem tumulo oſſa nonnulla S. Iulianæ Virg. ac Mart. è S. Vrſulæ ſodalitio: corpus præterea B. VVolfholdi Presbyteri, cuius Vitam ex chartis Summontorianis & Schirenſibus deſcribit Raderus. Ætatem eius non exprimit; ſolùm vixiſſe poſt an.* MC. *ſcribit: quippe qui ad eam ædem habitârit, anno (vt traditur)* MLXXIV *dedicatam, cuius præcipuus fundator Ortholphus Comes, Rapotonis filius, in Syriam cum Godefrido Bullonio an.* MXCVI *Boicâ aliquâ copias duxit.*

colitur B. VV. Iſholdus Presb.

VITA

Auctore Matth. Radero Soc. IESV.

B IN æde Summontorij magnâ religione colitur Kal. Febr. Wolfholdus, ſacris maioribus initiatus. Propter B. Richildis ſacellum ad latus, ſepulchrale ſaxum extat alæ templi affixum, intra quod conditus eſt B. Wolfholdus, qui ad ædem hanc ſacram olim coluit, magnâque cum virtute vixit, ſolitus nullâ non nocte ſurgere, limina templi petere, per apertas diuinitus portas intrare, regrediq́ue poſt vota, valuis ſponte poſt diuini viri egreſſum coëuntibus. Quo nomine, eodem cum Richilde cultu populum ad tumbam ſupplicem habuit: quamuis nec ille, nec iſta ſolenni ritu in cenſum Beatorum venerit, priuatâ ſinguli gentis ſuæ veneratione contenti. Extat hic de illo peruetus epitaphios:

quot noctibus templum adit, valuis vltro apertis:

Hic eſt defunctus Wolfholdus in ordine functus.
Laus patet exempli, quam produnt oſtia templi,
Vera Sacerdotis dans concordantia votis,
Crebrò firmatâ prece Petri ſunt reſerata.

mortuus claret miraculis:

2 Medelæ corporum ab D. Wolfholdo variis poſt mortem annis paſſim factæ ad me perſcriptæ ſunt, ex quibus vnum dumtaxat exempli cauſſâ, nam id mei inſtituti non eſt, exponam. Anno CIↃ CCCCXCII VI Idus Septembr. in oppido Summontoriano, veſtium concinnator, è vico Seibolſtorf oriundus, Stephanus, cui opificium cognomen dedit, intra veſicam C graui calculo tortus immenſum cruciabatur, vti nuſquam conquieſceret. Cùm iam extremè decumberet, adeoq́ue vitam deſperaret, locati ad curationem chirurgi, negarunt ſe manus homini id ætatis (nam annis iam grauis, & natu grandis erat) admoturos, D niſi ſe æger pro mortis victimâ offerret, & ſibi mors eius non fraudi foret. Anxius hac denuntiatione Stephanus, tamen vi doloris adactus, ſe in eorum poteſtate fore promiſit, quidquid Numen de ſe decreſſet. Ergo illi in alterum diem benè mahè affuturos promittunt, pro ipſius ſalute & ſuâ facultate vltima tentaturi. Æger metu propè exanimatus per noctem in ſomnis æſtuabat, & imminentis diei periculum ſemper velut ob oculos verſabat. Tandem & dolore exhauſtus, & metu pauens Deum infimis precibus adit, votumq́ue ſuſcipit, ſe, ſi ex tantis malis cruciatibuſq́ue, & vltimo vitæ periculo liberetur, nudis poplitibus per montem ad cœnobium adrepturum, Deo Diuiſq́ue, quorum ſacri cineres inibi colerentur, gratias, quantas animus poſſit capere, dicturum. Hæc maximè meditantem, ſub intempeſtam noctem ſomnus, non tam ab naturâ quàm cælo immiſſus, opprimit, in quo hæc ægro ſpecies obiecta. Venerandâ facie Presbyterum, duabus comitatum Virginibus, ad ſe ingredientem ſpectat. Virgines mitis, tamquàm regiis coronis, ornatas credebat: quarum altera religioſo cultu apparebat. Sacerdos compellare viſus decumbentem, rogareq́ue an curari velit? Ille, Enimuerò, venerande Pater: viden' imminanes cruciatus & tormentum infelicis? Si quid potes, adiuta, quæſo: beneficij memoriam, dum vixero, ponam numquàm. Sed qui ſis, edere ne graueris. Ego, inquit, ſum Wolfholdus hoc loci olim Curio, quem Hebdomadarium dicunt, & in latere templi quieſco humatus; è cælo ad te cutandum miſſus, vti mei quoque mortales, inter Diuos alios, quorum reliquiæ hîc cuſtodiuntur, ſint memores, meq́ue inter illos iuxta venerentur. Virginum quas coràm ſpectas altera eſt S. Richildis, altera Iuliana, quæ vno tumulo clauduntur. His deinde Wolfholdus præcipit, vti Stephanum tantiſper reuinctum teneant, dum ipſe ſaxum è viſceribus ægri eximat, exemptum tradit Stephano in manus, admonito, vt voti reus ſe promiſſis exoluat; & cùm Virginibus diſparet. Stephanus excuſſo ſomno exemptum calculum benè magnum in dextrâ reperit, vxorem vocat, beneficium Diuinum cum ingenti gratulatione prædicat, ipſe ſanus, attonitis poſtridiè chirurgis, ad montem, habitu quo receperat, adrepit, votum exoluit, & Wolfoldi ſacratumq́ue Virginum laudem gloriamq́ue haud parùm, aſſiduâ prædicatione illuſtrat. F Plura id genus præterm itto. Hoc ad memoriam D. Wolfoldi renouandam in præſens ſatis, vt ægri medicum, ad quem recurrant, non ignorent.

in ſomnis apparet cum SS. Richilde & Iuliana,

& calculo exempto, ſanitatem reſtituit.

cuidam calculo laboranti,

VITA S. IOANNIS DE CRATICVLA

EPISCOPI MACLOVIENSIS IN GALLIA,

EX VARIIS COLLECTA.

I. B.

CAP. I *S. Ioannis natalis. vitæ inſtitutum.*

ANNO CHRISTI MCLXIII I FEBRV. *S. Ioannes cur* de Craticulâ *dictus?*

1 VLtimus Eccleſiæ Alethenſis in Britanniâ Armoricâ Antiſtes, primuſq́; Maclouienſis, Ioannes de Craticulâ fuit. Hunc, *vt ſcribit Iacobus Sirmondus noſter in Notis ad Petri Cellenſis epiſt.* 15 *lib.* 1. Macloulenſes vt Sanctum venerãtur, inditoq́ue à clathris ferreis, qui tumulum eius ambiunt, cognomine, S. Ioannem de Craticulâ vocant. *Ioanni Chenu in catalogo Epp. Macloulenſium*, S. Ioannes du Gril *appellatur: Cl. Roberto in Galliâ Chriſtianâ*, B. Ioannes de Craticulâ, de la Grille, vel du Gril. *Eum vt publicis ſacris honorari fas eſſet, etſi nondum ſolenniter in Sanctorum tabulas relatum, à Leone* X *Pont. Max. obtinuit Dionyſius Briſſonettus Macloulenſis Epiſcopus, vir ſanctiſſimus, Franciſci* I *Galliæ Regis Legatus; qui vt coli etiam publicè quoquo modo B. Veronica de Binaſco Mediolani in cœnobio S. Marthæ poſſet, apud eumdem Pontificem peregit, vti ex huius Bullâ liquet, quam* 13 *Ianuar. ante eiuſdem Diuæ Vitam edidimus.*

publicè colitur

2 *Colitur S. Ioannes ab Eccleſiâ Macloulenſi officio duplici, vt vocant, cuius Lectiones infrà recitabimus,* 1 *Febr. non* 3, *vti ſcripſit Gaſpar Iongelinus lib.* 1 *Notitiæ Abbatiar. Ord. Ciſterc. Albertum Magnum du Morlaix perperàm citans, cùm hic* 1 *Febr. referat, vti & Andreas Sauſſaius in Supplemento Martyrologij Gallicani, vbi hoc eum prædicat eleganti elogio*: Macloulopoli in Armoticâ S. Ioannis Epiſcopi, cogno-

1 *Febr.*

A cognomento à Craticulâ: qui Ordinis Cistercienſis digna proles, Sanctique Bernardi meritiſſimus diſcipulus, cùm mundi gloriam inſtantiùs fugeret, latere magis cuperet, erumpentibus multiplicis gratiæ, quâ illuſtratus erat, luminibus, à viduâ Alethenſi Eccleſiâ expetitus eſt in ſponſum & paſtorem; iubenteque Cæleſtino II Summo Pontifice, inuitus licet, eam ad Cathedram euectus, iis illam ſplendoribus ſanctimoniæ, zeli Apoſtolici, doctrinæ, & omnis virtutis Pontificiæ irradiauit, quibus perpetuum ſancti ſui nominis decus indidit. Hunc ſiquidem beatum Præſulem Petrus Cellenſis ille Abbas, qui Antiſtes poſteà extitit Carnutenſis, litteratorum piorumque decus ſuâ ætate non minimum, directis ad eum apicibus, ferìò deprædicat, fuiſſe alterum ſui temporis Heliam: Epiſcopum autem extitiſſe commemorat, inſtantiâ laborum, ſollicitudine Eccleſiarum, compaſſione afflictorum, reconciliatione diſſidentium, perpetuò æſtuantem. Quem & religionis augendæ, deſtruendæ impietatis, profligandæ iniuſtitiæ, at verò aſſerendæ ſacræ diſciplinæ fuiſſe enixè ſollicitum, propriæ eius indicant litteræ, plenum pietatis animum ſpirantes, quas miſit ad Eugenium III Papam pro S. Genouefæ Pariſienſis Eccleſiæ conſeruandâ feliciter initâ reformatione. Quo & ſtudio, vt ipſa cui prælidebat Eccleſia Alethenſis, incommodo ſitu conſtituta, meliùs componeretur, & ſecuriùs in ſincero Dei famulatu inſiſteret; hanc ex ipsâ Alethâ, exili ac parùm tutâ ciuitate, ad inſulam Aaron tranſtulit: vbi nunc Epiſcopalis eſt ſedes, & ampla ciuitas S. Maclouij nomine inſignita. Non eſt facile ſancti huius Pontificis merita recenſere, quibus Dei gloriam, & Chriſtianæ reip. commoda promouere inſtuduit. In memoriâ æternâ habetur nomen eius, quod diuinis ſplendoribus clarificatum, Maclouienſis ipſa Eccleſia exploratæ ſanctitatis honoribus proſequitur. Nam hac die feſtum eius ſolenni officio celebrat ſub titulo Pontificis Confeſſoris; quem ideò cognominauit à Craticulâ, quòd erumpentibus ex eius tumulo ſignis ſupernæ virtutis, appoſita ſit venerationis ergò ſepulchro eius craticula, cuius adminiculo à ſordibus incedentium, tantæ ſanctitatis loculus ſeruaretur immunis.

Epiſcopalibus virtutibus præditus,

Ep. 15. lib. 1.

quas alij laudant,

ipſe in litteris prodit;

B

Sedem transfert Maclouiopolim:

3 *Hæc Sauſſaius. Sed quædam enucleatiùs illuſtranda. Ciſtercienſem monachum fuiſſe Sirmondus quoque in citatam Pet. Cellenſis epiſtolam, & Officia Maclouienſia teſtantur, vti & Albertus ac Iongelinus. Mirum eſt, neque Hugonem Menardum, accuratum ſcriptorem, in Martyrol. Benedictino, in quo & Ciſtercienſes meritò recenſet, Sancti huius meminiſſe; neque Chryſoſtomum Henriquez in luculento ſuo Menologio Ciſtercienſi, neque Arnoldum Vionem in Ligno vitæ, præſertim lib. 2 cap. 37, vbi ex Alethenſibus Epiſcopis ſolum S. Maclouium, ſiue Machutum, Ordini Benedictino vendicat; quo iure, alibi videbimus. Neque Ciſtercienſem fuiſſe Ionnem ex Petri Cellenſis ep. 16 lib. 1 ſatis probari poteſt, vbi iſta habet:* Miror vos ſcripſiſſe deſtitutum patrocinio ſanctiſſimi Patris noſtri Bernardi. *Non enim magis inde ſequitur, Ioannem Ciſtercienſem fuiſſe, quàm ipſum Petrum, qui Benedictinus erat. Neque id Nicolaus Clarævallenſis (qui extat to. 12 parte 2 Bibliothecæ PP.) vllo ſigno innuit, ſiue in epiſtolâ 13 Henrici monachi nomine ſcriptâ pro Ioanne ad S. Bernardum, ſiue in 41 ſub perſonâ Rualeni Prioris. Quid, quòd ipſe Ioannes, ibidem ep. 21 contrarium videtur non obſcurè ſignificare? Scribit enim ad ipſum S. Bernardum:* Hinc eſt, quòd inter veſtros Clarævallenſes poſitus exſpecto conſilium veſtrum, tamquam conſilium Dei. *Non hîc ſuos fratres vocaret? non ſuam illam Bethlehem, quæ ei vitæ ſanctioris præbuiſſet cunabula aliter indicaret?*

an Ciſtercienſis Ordinis?

C

4 *Nam quòd Albertus ſcribit, atque ex eo Iongelinus, Begario, ſiue Begardo monaſterio, in diœceſi Trecorenſi, an.* MCXXX *munificentiâ Stephani Comitis Ponthenurenſis, eiuſque coniugis Hanoiſiæ, fundato, Abbatem fuiſſe præfectum hunc noſtrum Ioannem; haud ſatis id nobis perſuadetur. Eſt* Begardum, *ſiue* Putrida ſilua, *vt ſcribit Iongelinus,* filia Eleemoſynæ, de lineâ Ciſtercij, *vt loquuntur: quomodò igitur illi Abbas datus è Clarauallè, vbi Ioannem tirocinium religioſæ vitæ ſub S. Bernardo poſuiſſe ſcribit Albertus? Hinc deinde euocatum ad regendum Buſayum, ſiue Buzetum, quæ filia eſt Clarævallis, idem tradit. Fundauit hoc cœnobium Conanus III Dux, rogatu matris ſuæ Ermengardis, aut hæc ipſa ſortaſſis, filio annuente. Fuit ea religioſiſſima fœmina, atque in Rhodonenſi parthenone monaſticum quoque habitum ſuſcepit. Extant ad eam duæ S. Bernardi epiſtolæ, 116 & 117, ita inſcriptæ:* Dilectæ in Chriſto filiæ ſuæ Ermengardi; quondam eximiæ Comitiſſæ, nunc humili Chriſti ancillæ, Bernardus Abbas Clarævallis, pium ſanctæ dilectionis affectum. *Petrus Baudus hiſtoriæ Britannicæ cap. 25 ſcribit ex Clarauallè accerſitos monachos, veniſſe Nannetes in peruigilio SS. Petri & Pauli, ibiq; honorificè exceptos: horum præſidem fuiſſe Niuardum (quem Vuardum appellat, mendo forte librarij) S. Bernardi germanum, Clarævallenſem tunc Priorem: huic abbatiam eam collatam à Conano ac matre. Haud diu tamen eam videtur Niuardus adminiſtraſſe, qui octauo poſt anno in Hiſpaniam miſſus, Spinæ cœnobium condidiſſe traditur, ſumptum præbente Sanciâ Alfonſi Imperatoris ſorore, ad quam ſcripta à S. Bernardo epiſtola 301. Buſato verò Ioannes præfectus, qui deinde illius regimine relicto in ſolitudinem abiit, vnde eum Bernardus ep. 232 nititur reuocare. Ioannem illum, noſtrum hunc fuiſſe, Begario ab Ermengarde euocatum, ſcribit Albertus, non probat; eò minùs, quòd in Chronologiâ fœdè vel ipſe hallucinatur, vel librarius; dum fundatum ait Buſaium* XVI Iun. MCXXXVI *& quatuordecim ipſos annos à Ioanne adminiſtratum, qui tamen anno* MCXL *Alethenſis Epiſcopus ſit factus.*

ab alio Ioanne adminiſtratis?

D

E

5 *Auguſtinus Pazius, Cl. Robertus, Baudus, tradunt Ioannem, cùm ad Cathedram Alethenſem vocatus eſt, fuiſſe Guengempi, ſiue Guincampi, Abbatem cœnobij ſanctæ Crucis Canonicorum regularium. Vnde conſequi videtur, Ciſtercienſem non fuiſſe: neque enim horum relicto inſtituto, in ipſis propè ſanctiſſimæ Congregationis incunabulis, ad aliam religionem videtur vir grauis ac ſanctus temerè tranſiturus fuiſſe. Albertus fatetur cœnobij illius ſanctæ Crucis Ioannem Abbatem extitiſſe, ſed cùm iam Epiſcopus eſſet, eiuſq; paullò poſt curam in Moyſem tranſtuliſſe. At Stephanum* III *Eudonis an.* MLXXIX *mortui filium, tradunt Pazius & Bertrandus Argentræus an.* MCXXXVIII *deceſſiſſe, Baudus* MCXXXVII, *aut initio fortaſſe ſequentis, quod iuxta iſtorum temporum epocham, quâ annum Franci à Paſchate inchoabant, debuiſſet ad præcedentem referri. Qui ſaltem potuit Stephanus fundationi illius monaſterij adfuiſſe, cùm iam Epiſcopus eſſet Ioannes, eâ dignitate an.* MCXL *ornatus, ſi biennio antè obierat? Henricum Stephani filium ſcribunt Baudus ac Pazius adhuc puerum fuiſſe, cùm eius cœnobij iacta ſunt fundamenta, atque in ea primum lapidem, parentum hortatu ſuis humeris tuliſſe. Non erat certè puer, cùm Ioannes Epiſcopatum adiit, vt ex iis patet, quæ iidem auctores commemorant, & nos infrà verbo attingemus. Quid ergo? an fortaſſis à Canonicis ad Ciſtercienſes tranſiit Ioannes, & cùm annis aliquot ſanctæ Crucis cœnobio præfuiſſet, id Moyſi commiſit, ac Begarienſe ipſe ædificauit ac rexit? Eam quæſtionem libenter peritioribus relinquimus.*

Abbas Guengempi Canonic. regular. fuit,

ante epiſcopatum.

F

CAP. II *S. Ioannis epiſcopatus, Sedes tranſlata.*

6 IDem in S. Ioannis exponendâ ætate ſecum ipſe pugnat Albertus, ſcribit enim obiiſſe anno Chriſti MCLXX, *cùm Eccleſiam ſuam annis* XXX *adminiſtraſſet, vixiſſet* LXVIII. *Vnde conficias an* MCII *eſſe natum. Atqui idem anteà retulerat an.* MXCVIII *natum fuiſſe: niſi aliter tamen ſcribere voluit, cùm addat natum ſub Paſchale* II *Papâ, qui non niſi an.* MXCIX *Auguſto menſe creatus eſt. Sed mox eamdem ſuam Chronologiam confirmat, dum aſſerit anno ætatis* XXIII, *Chriſti* MCXXI *monachum eſſe factum. Baudus quoque hiſtor. Britan. cap.* I. *ſcribit ex veterum Chronicorum fide, circiter annum* MCLXXII *Sedem eſſe Alethi à Ioanne tranſlatam:*

Quandò natus?

AVCTORE I.B.

tam: cap. 26 haud ſatis eorum, quæ antè ſcripſerat, memor, aut Ioannẽ deceßiſſe an. MCLXIII. Eodem anno MCLXIII Ioannem Pazius affirmat obiiſſe. Priùs certè tranſlatam Sedem, ex iis quæ infrà dicentur patebit, cùm ad S. Bernardum, qui an. MCLIII obiit, de iis quæ illam ob cauſſam à Maioris-monaſterij monachis perpeſſus eſt, epiſtolam dederit Ioannes.

quo genere?

7 Tradit idem Albertus, Ioannis parentibus mediocres fuiſſe facultates: ipſi promptum ingenium capaxq; diſciplinarum; quamobrem exiguo tempore egregios eum in litteris progreſſus feciſſe. Baudus cap. 26 ſcribit, admirabili ſcientiâ præditum fuiſſe. Petrus Cellenſis de eo, ep. 15 lib. I. Eſt ei litterarum peritia multa. Mox tradit Albertus, annos natum XXIII Ciſtercienſium habitu in Clarauallè indutum, ac monaſticis diſciplinis inſtitutum ab ipſo S. Bernardo: ab hoc miſſum an. MCXXX in Britanniam ad Stephanum Comitem, Begarium in Trecorenſi diœceſi, tribus à Guencampo milliaribus fundaſſe: dein Buſaium an. MCXXXVI in diœceſi Nannetenſi. Quæ iam breuiter diſcußimus; diſcutient pleniùs Ciſtercienſes, atque eum vel ſibi certioribus teſtimoniis vendicabunt, vel Canonicis regularibus relinquent, nil alieni decoris egentes, qui proprio ita multipliciter niteant. Probabilius eſt, vt iam oſtendimus, antequàm epiſcopatum Ioannes ſuſciperet, conditum à Stephano Pontheuurenſi Comite, & Hadeuiſiâ, ſiue Hauoiſiâ, aut Hauiſiâ, eius coniuge, monaſterium Canonicorum regularium Guenguempi, ſiue Minguempi, aut Guenkampi. Lapidem primum in huius fundamenta iaciendum, Henricus ipſorum filius, (non tamen primogenitus, vt vult Albertus) admodùm adhuc adoleſcens, humeris ſuis, piorum parentum hortatu, geſtaſſe traditur. Huic Abbas præfectus Ioannes: dein eo ad epiſcopatum euecto, Moyſes, Hauoiſiæ Comitiſſæ Capellanus, vt Baudus & Pazius ſcribunt.

egregiè doctus,

fit Guengempi Abbas,

8 Cùm Benedictus III Epiſcopus Alethenſis, quem Cl. Robertus teſtatur ex quopiam inſtrumento S. Nicolai Andegauenſis, adhuc in viuis fuiſſe an. MCXL deceßiſſet, ſubrogatus eſt religioſißimus Abbas noſter Ioannes, vti habent Robertus, & Pazius. Albertus an. 1140 ait contigiſſe: Sauſſaius ſuprà, ſub Cæleſtino II. qui ſedit à 25 Sept. 1143 ad 8 Martij inſequentis. Is deinde, quòd Aletha vrbs antiqua, inde à Romanorum temporibus, vt ex Notitiâ imperij patet, celebrata, ſuperioribus bellis fortaſſe labefactata, non ſatis aduersùs nouos motus, quos Stephani Pontheuurenſis filij aliiq; identidem excitabant, ſecura videretur, minùs certè iam frequens eſſet, inde pontificij ſui Sedem, probante Conano Duce, in vicinam vrbem, ſitu loci munitiorem, ac plurimo populo iam tum habitatam, tranſtulit. Eſt ea in peninſulâ vicinâ, quæ olim Inſula Aaron dicebatur, propterèà quòd S. Aaron Britannus exile quoddam monaſterium iſthic inhabitauit, vt XXII Iunij ad eius Vitam dicemus, & XV Nouemb. ad S. Maclonij ſiue Machuti, à quo nunc Maclouiopolis, ſiue S. Maclouij ciuitas, vulgò S. Malo appellatur. Extant in vico Guic-Aleth, ſiue corruptè Quidaleth, veteris Alethæ veſtigia, vti XIII Ianuar. ad S. Enogati Ep. Vitam diximus. Agunt de hac tranſlatione plerique Britannicarum rerum ſcriptores.

dein Alethenſis Epiſcopus,

Sedem tranſfert in Inſulã Aaron;

9 Erat in eâ inſulâ tunc eccleſia, S. Vincentio dicata, quam (vt auctor eſt Albertus) Benedictus II Epiſcopus Alethenſis Guilielmo Maioris-Monaſterij apud Turones Abbati an. MCVIII donârat, ratamq; eam eſſe donationem ſanxerat Paſchalis II Papa. Cùm hanc igitur eccleſiam Cathedralem ſibi delegiſſet Ioannes, vt ſanctior in eâ eſſet morum ac pietatis diſciplina, Canonicos regulares in eam induxit, eius inſtituti, quod in S. Victoris cœnobio Pariſienſi tunc vigebat.

quò & Canonicos regulares induxit:

CAP. III. *S. Ioannis in aduerſis patientia.*

i.e. inten-tatâ ipſi lite,

10 QVâ ratione ea occupata à Ioanne eccleſia ſit; quâque auctoritate, eius poſſeßione deiecti Maioris-monaſterij monachi, an Romani Pontificis, legitimè de iure partis vtriuſque edocti, conſenſus acceſſerit, nobis haud liquet. Grauiſſimæ certè hinc lites exortæ, egregiè Ioannis patientiam exercuerunt, protractæ ad annos complures, vario, vt ex Nicolai Claræuallenſis litteris apparet, euentu. Res commiſſa à Pontifice Epiſcopis Gallis. Ab horum ſententiâ ad Pontificem, S. Bernardi conſilio, prouocauit Ioannes. Non aliud ſanctius in orbe tribunal, certiuſq; innocentiæ perfugium. Contingere tamen nonnumquàm poteſt, vt, ſeu ſubdolis aduerſariorum ſermonibus, mollitis ſuper oleum, ſeu nonnullorum miniſtrorum cupiditate aliquâ aut inuidiâ, vel non ſtatim audiantur qui æquum poſtulant, vel diutius quàm vellent, differantur. Ipſa etiam exactiſſima iuſtitiæ ratio & ordo, rerumq; agendarum multitudo, moram affert, quam ceu iniquam grauantur quandoque, etiam zelo diuino præditi homines. Id quod Ioanni noſtro euenit, cuius etſi patiens erat caritas, non omni tamen tædio ac moleſtiâ ſemper caruit.

non audiri-tus,

& ſuſpenſus,

11 Quæ geſta ſint, quoq; animo ab ipſo tolerata, licet ex ipſius ad S. Bernardum epiſtolâ colligere, apud Nicolaum Clarauall. ep. 21. quæ ita habet: Patri ſuo, & Patri omnium bonorum, Bernardo Claræuallenſi Abbati, Frater Ioannes Aletenſis Epiſcopus, & hîc honeſtari in laboribus ſuis, & illic honorari cum Angelis. Vtinam viderem vos, non ſcriberem vobis: & dolorem meum liniret & leniret veſtræ ſuauitatis aſpectus. Contriſtatus ſum enim in exercitatione meâ, quamuis iuxta Sapientem ipſa tribulatio ſit mihi pro ſolatio, non conſcientiâ, ſed pro flagello. Scio enim, quia feliciter ſunt miſeri, quos conſtat non meruiſſe quæ perferunt. Propterea ex me, quæ circa me ſunt, ſcribo vobis, breuiter tamen, ne quos mundo debetis oculos, detineam paginâ longiori.

vt ipſa mœrens ſcribit.

12 Poſt datam in me ſententiam, iuxta veſtrum conſilium perrexi ad Dominum meum, quem conſtituit Dominus Dominum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſſionis ſuæ. Ad quem ingreſſus, plus inueni iudicis, quàm patris; minus miſericordiæ, quàm cenſuræ. Præuenerunt enim me homines Monaſterij maioris, & maiores facti ſunt me, facientes voci ſuæ vocem virtutis. Dixerunt me ſubterfugiſſe Epiſcoporum audientiam, in quorum manibus ipſe me poſuerat audiendum. Non ſolùm autem hæc, ſed quæcumque vndecumque colligere potuerunt, propoſuerunt aduersùm me, & cum multâ pace auditi ſunt. Cumque paratus eſſem repellere vel refellere, quæ dicebantur, noluit me audire vniuerſitatis Iudex. Non illi imputetur. Sed & ſuper dolorem vulnerum meorum addidit, remittens me ad illos, ad quos antè me miſerat, quos ex parte ſuſpectos habebam: & adhuc manus eius extenta, quia ſuſpenſus acceſſi ad illum, & ſuſpenſus ab illo receſſi.

Epiſcoporũ iudicio dãnatus, it Romam conſilio S. Bernardi:

13 Et quamuis nihil horum conſcius ſum, quæ illi malitiosè compoſuerunt aduersùm me; porro tamen iudicium patienter, etſi non libenter. Scio enim me meruiſſe grauiora, quàm patior, tamquàm ſeruus malè operans, & dignus omni indignatione. Verumtamen duram prouinciam nactus ſum homo minimi cenſus, & ſenſus minoris, illos aggredi, & cum illis ingredi cauſſam, qui confidunt in virtute ſuâ, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Hinc eſt, quòd inter veſtros Claræuallenſes poſitus expecto conſilium veſtrum, tamquàm conſilium Dei: quia nemo poterit eripere pauperem Epiſcopum de manu fortiorum eius, niſi veſtra manus tota obuiauerit infeſtantibus & diripientibus eum. Domine Pater, paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua. Et vtinam voluntas tua (ſi Domini voluntas eſt) cum meâ voluntate diſcordet. Beneplacitum veſtræ dignationis, ſi dignum iudicatis, renuntiate puero veſtro: quia non eſt conſilium & auxilium, niſi ad vos, & ex vobis, amantiſſime Pater.

patientiſſimus,

venit Clarauallẽ,

paratus ſtare iudicio S. Bernardi:

14 Hæc ille: qui ideò cauſſam nõ exponit, quia coràm anteà cum S. Bernardo egerat. Ipſemet deinde ad S. Bernardum profectus eſt, cùm commendatitiis Claræuallenſium litteris, Rualeni Prioris, Henrici, fratris Ludouici VII Regis Galliæ, & Nicolai itidem monachi: qui omnes eximiam Ioannis virtutem deprædicant. Rualenus ep. 41 ad S. Bernardum ita ſcribit: Iſte vir, Epiſcopus pauper, pauperum amicus; &, quod maius eſt, paupertatis amator, veniens ab Vrbe, venit ad nos, & per nos, ſperãs vos inuenire nobiſcum Retinuimus

hinc à Priore cõmendatur vt amator paupertatis,

A tinuimus eum communi consilio, tam pro familiaritate, quâ nobis deuinctus est, quàm pro necessitate, quia non habebat vbi reclinaret caput suum. Omnes amici, inimici; omnes necessarij, aduersarij facti fuerant: & aggrauauerat manum suam super eum manus potentis, filius excussorum. Quàm benignè intrauit & exiuit nobiscum, quantumque commercium cum paupertate habeat, viderunt oculi nostri. Non est consilium, non est auxilium, sed nec refugium, nisi ad vos, & in vobis. Venit ipse ad vos, & nos cum eo, & pro eo, etsi non corpore, spiritu tamen. Aperite illi illum vestræ pietatis latissimum sinum: quia (nisi multùm fallimur) negotium Dei est: & si Dei, & nostrum, & vestrum. Complacuit in illo vniuersitati nostræ propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, quæ eum etiam inimicis commẽdabilem reddere possunt. Sed si hac vice ad vestros Claræuallenses redieritis, reducite eum vobiscum, & tunc videbitis quantam sollicitudinem & teneritatem super eius tribulationibus habeamus. *&c.*

aliisq; virtutibus ornatus;

15 *Henricus verò Ludouici Crassi Regis Galliæ filius, Ludouici iunioris frater, tunc monachus Claræuallensis, postea an.* MCXLIX *factus Episcopus Bellouacensis, vt Sammarthani tradunt, apud eumdem Nicolaum Claræual. ep.* 13 *ita inter*

B *alia, ad S. Bernardum de Ioanne scribit*: Zelus, fateor, vrit animam meam pro paupere isto Episcopo: qui, quia iustitiam coluit, voluit æquitatem, plagâ inimici percussus est, castigatione crudeli. Quia voluit sedere in Sede suâ, & Episcopo episcopalia resignare, hoc est maximum & primum peccatum. En sanguis iste de manu eius exquiritur. Si quid ergo ego possum in oculis Patris, imò quia multùm possum, facite negotium eius, sicut illi noueritis expedire. *&c.*

itemq; ab Henrico fratre R. Galliæ monacho;

16 *Ipse denique Nicolaus ep.* 42 *ita eum commendat Gaufrido, S. Bernardi Notario*: Totum ergo illud familiaritatis arcanum, quod mihi seruas in pectore tuo, experiatur Dominus Aletensis Episcopus in negotio suo. Totus enim Episcopum viuit, nihil habens in vestibus & moribus de supercilio Pharisæorum admixtum. Pauper est, & pauperum amicus, &, quod maius est, paupertatis amator. Insurrexerunt in eum viri absque misericordiâ, antiqui fratres mei..... Traditus est pauper Episcopus in animam inimicorum suorum, & quos suspectos habebat, iudices accepit; vbi veraciter dicere possit, Et inimici nostri sunt iudices. Vnum tamen ei inexpugnabile refugium remansit, Pater tuus, imò & meus. *Plura de S. Bernardi sinceritate, & Ioannis*

à Nicolao quoque, Gaufrido S. Bernardi secretario,

aduersariis subiicit; indicatq; commendatitias eum habuisse, cùm Romam proficisceretur, à Gaufrido scriptas, Bernardi nimirùm nomine; sed quæ nihil ei profuerint.

(*à quo antè litteras habuerat*)

C 17 *Denique & Riuallis Prior Hugoni* II *Archiepiscopo Turonensi, qui eius Metropolita, vnus fortassis erat ex iudicibus, ita Ioannem commendat ep.* 23 *apud eumdem Nicolaum*: Dominum Aletensem vestræ sanctitati commendo: quia quidquid illi feceritis, factum est nobis. Gloria vestra hæc est, pauperem, & vestrum, & talem Episcopum protegere & honorare.

& Hugoni Archiep. Turon.

CAP. IV *S. Ioannis zelus.*

18 *NOn est simile vero, S. Bernardum, quem antèa consilio instruxerat, patrocinium illi suum negasse Papa igitur Eugenius* III, *apud quem suum in Claraualle discipulum, plurimùm gratiâ valebat Bernardus, cognitâ causâ, ac Ioannis sanctitate perspectâ huic possessionem Ecclesiæ Maclouiensis adiudicat, indicto, vt scribit Albertus, monachis Turonensibus silentio: quos tamen ait, cùm Eugenius an.* MCLIII *decessisset, nouam Ioanni litem intentasse, vt propterea rursum oportuerit eum Romam proficisci: verùm ab Anastasio* IV *confirmatam Eugenij sententiam esse, ac mox, cùm adhuc is Romæ esset, ab Adriano* IV, *qui an.* MCLIV III *Decemb. Anastasio successerat.*

Pontificis Rom. sententiâ ius obtinet:

19 *Vbi semel Eugenio Pontifici Ioannis virtus innotuit, continuò illi arctâ familiaritate sanctus sancto, coniunctus est. Cùm Parisiis in ecclesiam S. Genouefæ Canonicos regulares è cœnobio S. Victoris accitos induxisset an.* MCXLVII *Eugenius, vti plenius ad S. Guilielmi Roschildensis Vitam* VI *April. dicemus; variis deinde sunt, à nonnullis etiam Præsulibus, Odo Abbas & reliqui Canonici appetiti calumniis, de quibus nos alibi, vt vererentur boni complures, ne eos inde Rex exturbaret, & seculares praua vitæ Canonicos, qui eam priùs tenuerant, restitueret; dedit Ioannes ad Eugenium litteras pro regularibus, quas recitat in Galliâ Christiana Cl. Robertus, testes & submissionis eius & zeli*: Quis ego, *inquit*, vel cuius momenti, qui tantæ maiestatis oculos vel in puncto audeam detinere? Ignosce mihi, Pater Sancte, ignosce, quæso: neque enim de supercilio ista præsumptio emanat. Silere non possum, quantâ bile inuehatur spiritus meus in viros mendaces, viros effrontes & perditos, qui sanctam sementem vestram excrescentem in centuplum, opus laudabile manuum vestrarum, inter magnificos actus Sanctitatis Vestræ non modicè præclarum, scilicet Ecclesiæ S. Genouefæ Parisiensis à Deo per Vos, tamquàm per complacitum sibi Vicarium, factam mutationem, filij hominum, quorum dentes arma & sagittæ, quorum lingua gladius acutus, non sunt veriti insimulare, concionem sanctam, E Abbatem prædicti loci loquor, & Fratres. Sed (Deo gratias) derecta est malignantium factio: &, te instante, in eos Domini iusta decernentis censura patebit: cùm filiorum de S. Genouefâ, tam Deo quàm hominibus grata conuersatio, non solùm propè, sed & longè positorum nares optimâ suauique fragrantiâ perfundere non desistat. *Hæc ille.*

ab amulo calumniâ appetitus,

cõmendat:

20 *Idem collapsam in S. Meuenni cœnobio disciplinam egregiè restaurauit, Pontificis Romani auctoritate, siue eiusdem fortassis Eugenij. seu decessoris eius Lucij* II. *vt habent officia Maclouiensia. Appellatur illud cœnobium in chartâ Alani* III *Ducis apud Argentræum lib.* 3 *cap.* 28 Ecclesia S. Mariæ & S. Menenni & Iudicaeli de Gadel, *siue, vt vulgò*, Gaël. *Condidit illud S. Meuennius. de quo* XXI *Iunij, restauauit S. Iudicael Rex, ibidem q; monachus vulgò* S. Gicquel, *vel* S. Giguel, *qui colitur* XVI *Decembris, readificauit deinde à Normannis euersam Alanus* III *Dux circa annum Chr.* 1000. *disciplinam denique in eo restituit S. Ioannes Episcopus circiter annum* MCL.

S. Meuẽni cœnobium reformat:

21 *Dimicandum Præsuli nostro non magis cum monachis pro Ecclesiæ suæ vsu fuit, quàm cum profanis hominibus, qui eiusdem ac Aletensis Ecclesiæ possessiones inuisse vsurpabant. Quæ res magnos ei labores ac plurimorum odia peperit. Verùm cuncta incredibili constantiâ superauit. Omnium grauissima dimicatio cum Henrico Stephani* III *Pontheurensis Comitis filio fuit. Hic sub patris disciplinâ optimè actâ adolescentiâ, simul ille excessit è viuis, in omnem effusus est morum improbitatem, ac præsertim luxuriam. Huic vt liberiùs vacaret, è Guencampensi Sanctæ Crucis cœnobio Canonicos regulares ac Moysem Abbatem, Ioannis successorem, virum sanctissimum, exturbauit: idq; in ius ac possessionem Abbatissæ S. Georgij in vrbe Rhedonensi transcripsit, habitandum interim fœminis tradidit, interq; eas pellicem suam, nobili ortam genere, collocauit; ne quid suis cupiditatibus obsisteret. Pupugit ea res sanctissimum Antistitem, qui ne quid intentatum relinqueret ipsum appellauit Romanum Pontificem Eugenium. Datæ ab hoc ad Henricum litteræ: quibus ille, vnaq; Antistitis nostri opportunis monitis inductus, Moysem & Canonicos restituit, rescisâ donatione, ac pellice Prætori Trecorensi nuptum traditâ. Ita ferè memorant Baudus, Argentræus, Pazius, Albertus.*

Henricum Comitem à luxuriâ & sacrilegio reuocat,

obtentis ab Eugenio III litteris:

22 Consecrauit *deinde Ioannes, vt scribunt Robertus ac Pazius*, maius altare abbatiæ S. Iacobi Monteforten- *altare Mõteforti dedicat:*
sis recens extructæ MCLVI. *Est Mons fortis, vt Franciscus Ranchinus to.* 2 *Descript. Europæ tradit, oppidum Britanniæ, quatuor ab vrbe Redonensi leucis distans, diœcesis Maclouiensis. Albertus scribit ipsum, & monasterium istud vt construeretur procurasse, & regulares isthic Canonicos, vti Guencampi, statuisse. Maclouiensem verò basilicam egregiè ornauit, & amplauit, Choro, qui etiamnum visitur, addito. & suis quidem*

suam ecclesiam ornat:

AVCTORE I.B.

dem ſumptibus, vti Ioannes Chenu tradit.

A *moritur.*

23 *Tandem ætate ac laboribus feſſus è mortali hac vitâ ceſſit an.* MCLXIII, *in eodem eccleſiæ ſuæ choro tumulatus. Multis dein clarum miraculis Leo* X *Pont. Max. Cælitum honoribus decorandum ſanxit, vt antè ſcriptum.*

CAP. V *S. Ioannis Vita ex Off. Eccl. Maclou.*

Ex Religioſo Epiſcopus,

24 IOannes, de Craticulâ nuncupatus, à crate ferreâ, quæ tumulum eius ambit, omiſſis mundi deliciis, ab ineunte iuuentute, Ciſtercienſium ordinem eſt amplexatus, præceptore Diuo Bernardo. Vnde, diſciplinis humanarum ac diuinarum ſcientiarum percurſis, in Epiſcopum Alethenſem aſſumptus, à regulari profeſſione non diſceſſit; ſed confeſtim ad ſolatium ſibi de Sacerdotibus piis ordinem Canonicum, ſecundùm B. Auguſtini Regulam, & obſeruantiam religioſorum Fratrum S. Victoris, in eccleſiâ S. Maclouij feliciter inſtituit. Tanta porrò fuit in eo ſanctitas, vt etiam ipſum in humanis agentem Petrus Abbas de Cellâ. Epiſcopum ſanctum, & Dei famulum, virum fortem, paupertatis amatorem, plenum caritate, & lucem

Canonicos regulares in eccleſiâ ſuam inducit;

B oppoſitis obſtaculis minimè obumbratam, vocitauerit: eidemque Lucius Papa ſecundus anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto commiſerit cœnobij S. Meuenni reformationem.

25 Cùm autem eccleſiam S. Maclouij nuper inuaſiſſent Maioris-monaſterij monachi; illos B. Ioannes (cuius negotium Nicolaus Claræuallenſis teſtatur eſſe negotium Dei) ad Apoſtolicæ Sedis iudicium euocauit. Tam verò ipſo quàm illis in auditorio Sedis Apoſtolicæ conſtitutis, cauſsâ ipsâ diligenter auditâ, & vtriuſque partis rationibus ex plenariâ inueſtigatione cognitis, Eugenius III, qui Lucio ſucceſſit, ipſam Ca- D thedralem eccleſiam S. Maclouij, ſub B. Petri & ſuâ protectione ſuſcepit, & de ipsâ cum vniuerſis poſſeſſionibus, quas illo tempore poſſidebat, ipſum Ioannem inueſtiuit; perpetuum in hac cauſsâ ſilentium monachis imponens. Cùm verò deciſam controuerſiam rurſus innouarent, perpetuum iterum illis impoſuit ſilentium Anaſtaſius IV, omnemque facultatem eis & eorum ſucceſſoribus abſtulit, eumdem Ioannem vel ſucceſſores ſuos recidiuo ſuper hoc litigio fatigandi. Quæ quidem omnia confirmarunt & priuilegiis roborarunt Adrianus IV, & Alexander III. quorum etiam temporibus, vexare denuò tentarunt hominem diuinum, qui propterea terque quaterque Romam proficiſci coactus fuit: prout ſcribit ipſemet ad Diuum Bernardum, cuius & ſtylum imitatur & zelum.

quæ res probata ab Eugenio III,

& aliis Pontificibus:

quater Romam profectus:

26 Sedatâ itaque tempeſtate, quæ decem & octo fremuerat annos, chorum dictæ Maclouienſis eccleſiæ, in quo corpus eius honorificè reconditum exiſtit, ædificauit. Tùm verò rerum eccleſiaſticarum inuaſores ad reſtitutionem ablatorum coëgit, eccleſiam ipſam opibus adornans, & ſalutaribus diœceſanorum animas inſtitutis & exemplis erudiens. Denique anno Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ad tranquillum æterni regni portum emigrauit, & ſe poſtmodùm viuere cum Chriſto, magnis virtutibus manifeſtauit. Tandem Leo Papa X anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, certior factus E de multis, quibus Beatus ipſe Ioannes claruit, miraculis, propter quæ magna Chriſti fidelium, illius interceſſione ſuas preces ad Deum fuſas exaudiri cognoſcentium, ad ipſam eccleſiam Maclouienſem confluueret multitudo ad feſtum & Officium eiuſdem, necdum canonizati, ſolemniter celebrandi facultatem conceſſit & indulſit.

eccleſiam ornat: ſubditos inſtruit:

à morte clarus miraculis, coli permittitur.

DE B. RAIMVNDO
ABBATE FITERII, ORD. CISTERC.
FVNDATORE ORDINIS CALATRAVÆ,
Commentarius hiſtoricus.

I.B.

CAPVT I

B. Raimundus Abbas Fiterij, in Nauarrâ an Caſtellâ?

AN. CHR. I MCLXIII. I FEBRV.

Conſecrata hoc die in Ciſtercienſibus Menologiis Raimundi *memoria eſt, eius qui nobilem militiam* Calatrauæ *primus inſtituit. Solum id ferè traditum litteris, cetera in obſcuro ſunt. Barcinone natum Alfonſus Villegas* 10. 2 *Floris SS. & Franciſcus Carus Torrius in hiſtoriâ Ordinum militarium, ſcripſêre: Chryſoſtomus Henriquez*

Raimũdus ex eremitâ,

Faſcic. SS. Ord. Ciſterc. lib. 1 *diſt.* 17 *Tarracone, additq; hic, litterarum ſcientiâ vtcumque imbutum, in ſolitudinem abiiſſe, quò Diuina liberiùs, procul à mundi ſtrepitu, contemplaretur: dein cùm Ciſtercienſium pietatis fama latè vulgaretur, illud complexum eſſe inſtitutum, in Scala-Dei celebri apud Vaſcones cœnobio, diœceſis Tarbenſis; quod* MCXXXVII *anno Chriſti fundatum auctor eſt Gaſpar Iongelinus Notitiæ abbatiar. lib.* 1 *nu.* 74. *Antonius Yepes to.* 7 *Chron. Benedictin. ad an.* 1140 *cap.* 5 *ſcribit dici Canonicum Tarraconenſem fuiſſe,*

vel Canonico,

priuſquàm ſe Ciſtercienſibus iungeret. Angelus Manrique Turiaſonenſem Canonicum ait fuiſſe. Triennio poſtquàm Ordini Ciſtercienſi dederat nomen, ex Scalâ-Dei, cum Durando probatæ virtutis monacho miſſum ſcribit Henriquez in propinquum Nauarræ regnum, & coloniam iſthuc ſui Ordinis iuſſum ducere: ibi eos in altiſſimo Tergæ montis cacumine humillima ædificaſſe tuguria. Ex eo loco, aſpero nimis & inacceſſo, in planiora deſcendiſſe, teciſſeq; monaſterij fundamenta, iuxta vrbis Nienzauæ, à Mauris olim euerſæ, ruinas. Durando Abbate vitâ functo, præfectum cœnobio Raimundum: mox coactum penuriâ, alium petiiſſe locum, qui Caſtegonius, aliis Caſtellio, dicitur: hinc rurſus à Petro Tizonio, viro nobili, ſub annum MCL *euocatum, firmas ſedes in eius fundo, qui Fiterium dicebatur, locaſſe, eodem ad ædificia materiam ſumptumq; omnem ſuppeditante. Supereſſe tamen in Tergæ vertice primæ in eo tractu habitationis veſtigia; duoſq; ibi è Fiterio monachos degere, cuſtodes celebris ſtatuæ Virginis Deiparæ, ad quam frequens concurrit multitudo.*

F *monachus Ciſterciẽſis, mox Abbas,*

Fiterium ædificat

2 *Hæc Fiterij initia memorat Henriquez. Situm id trans Iberum ad Alhamam flumen, 4 leucis ab Tutelâ, ſiue Tudelâ vrbe, tribus ab Alfaro, duabus à Ceruerâ, mediâ à limite moderno Caſtellæ; vulgò* Hitero, *aut* Fitero *dictum. Huius enim Fiterij Abbatem fuiſſe Raimundum, etiam ante Chryſoſtomum ſcripſit Hieronymus Zurita Annal. Aragon. lib.* 2 *cap.* 21. *& poſt Franciſcus Carus, & Iongelinus Notit. abbatiar. lib.* 6. *At Mariana noſter lib.* 11 *de reb. Hiſpan. cap.* 6. Raimundus, *inquit,* Fiterij ad Piſoricã Abbas. Errant, qui hanc laudem ad Fiterij cœnobiũ ablegant, quod in Vaſconibus non procul Tudelâ, ſitum eſt, cùm conſtet conſequenti tempore fuiſſe extructum. *Subſcribunt Autbertus Miræus*

ad Alhamam ſt.

non Piſoricam,

in

A *in Chronico Cisterc. Ludouicus Nonius Hispaniæ cap.62. Stephanus Garibatus Compend.hist. lib.13 cap.11. Franciscus Pisa histor.Tolet.lib.4 cap.9. Flumen, cui adsitum Fiterum hoc, siue Fiterium, fuisse dicitur, Miræus (incurtâ fortassis librarij) Siforicam vocat: vulgò* Pizuerga *est*, Pisurga *Nonio, atque ex veteri, quam recitat, inscriptione,* Pisoraca; *is ad Septimancas Durio miscetur. Verùm contendit Henriquez Fiterij in Castellâ nullum extitisse monasterium, aitq; constare alterum illud in Nauarrâ annis multis ante Ordinis Calatrauæ institutionem esse fundatum: testimonium tamen certæ fidei nullum profert, vti nec Iongelinus, qui* maximè hallucinati *Marianam asserit. Garibatus Fiterij Nauarrensis monachos ait non solùm B.Raimundo Abbate gloriari, verùm & libellos supplices Regi Catholico & Congregationi Ord. Calatrauæ obtulisse, quibus restitui se in veteris patrimonij possessionem flagitarent: at vidisse se monumenta quædam fundationis monasteriorum regni Nauarræ, in quibus Fiterium fundasse dicitur Sanctius Fortis, Octauus eo nomine Nauarræ Rex, qui anno demum* MCXCIV *regnum capessiuit. Iongelinus censere quosdam scribit, opus illud esse Sancij* VII *cognomento Sapientis, qui ab anno* MCL *ad* MCXCIV *regnauit. Verùm Tepes loco iam citato, ex certis (vt videtur) Fiterij monumentis, illud olim in ditione Regis Castellæ fuisse, vti & alia circùm loca, ipsumq; etiamnum Tergam montem esse asserit. Huc venisse ex Scalâ Dei, accitu Alfonsi* VII, *qui Im-*

B *perator Hispaniarum est dictus, aut sororis eius Sanciæ religiosissimæ Virginis. Post longam Castellanos inter ac Nauarros disceptationem de finibus, anno* MCCCXXXIV *à Pontificis Maximi Legato adiudicatum esse Nauarræ Fiterium. Hæc si ita sunt, iam omnis illa de Fitero inter Scriptores controuersia sopita erit, præsertim cùm nullum aliud Fiterense Cisterciensium cœnobium in ipsorum Catalogis extet. Eadem confirmat illustratq; Angelus Manrique in Annalibus Cisterciensibus: sed pridem quæ hîc damus, eramus antè commentati, quàm eos Annales videre licuerit.*

olim in Castellâ, hunc in Nauarrâ.

CAPVT II

Calatrauâ defensa. Ordo ibi militaris constitutus.

3 *Calatrauâ non obscurum Hispaniæ oppidum, in Oretanis ad Anam flumen, idem esse existimatur à nonnullis, quod Ptolemæo lib.2 geograph. cap. 6* Ὠρητον Γερμανῶν Oretum Germanorum *dicitur; cuius nominis ridiculam originem tradit Franciscus Tarapha in Valeriano:* Germani superiores, *inquit,* his temporibus abrasâ potiuntur Hispaniâ; à quibus Germani, qui Oretani, & Oretum

Calatraua non est Oretum Germanitum,

C Germanicum, Estremaduræ oppidum (hodie Calatraua vocant) conditum. *Quî potuit Valeriano imperante, post annum Christi* CCLIX *conditum fuisse oppidum, cuius meminit Ptolemæus, quem sub M. Aurelio, centum ferè ante Valeriani imperium annis, scripsisse auctor est Suidas? Quid, quòd ipse Plinius senior sub Vespasiano ita scribit lib.3 cap.3 de Hispaniæ citerioris populis loquens:* Oretani qui & Germani cognominantur? *Alioquin Ioannes Vasæus, & alij, Oretum Calatrauam interpretantur. Ita ille Chronic. Hisp. cap.20.* Oretani in confinio sunt Tarraconensis, Bæticæ, & Lusitaniæ, vulgò Calatraua. Nunc Episcopum non habent, sed conuentum Equitum militiæ Ordinis Cistercienſis, qui cognominatur à Calatraua.

4 Ambrosius Morales *à Nonio citatus cap. 62 Hisp.*

sed eo euerso

Calatrauam negat Oretum Germanorum fuisse; sed non procul ab vrbe ædiculam esse, quam incolæ Nuestræ Señora de Oreto vocant, atque hîc antiquum Oretum fuisse. Nam & templum illud Romanam architecturam præsefert, pontemque habet vicinum eiusdem operis. *Verisimile est ergo Oreto euerso, ædificatam, aut certè communitam à Mauris Calatrauam. His eam eripuit Alfonsus* VII *Castellæ Rex, vti Rodericus Toletanus lib.7 de reb.Hisp.cap.4 tradit:* Calatrauam, *inquit,* quæ regnum Toleti grauiter infestabat, diu obsessam pu-

in propinquo ædificata à Mauris;

gnis & machinis occupauit, & ecclesiam, cùm multis possessionibus & decimis regalium redituum, D.Raimundo Toletano Primati concessit, & eiusdem villæ iurisdictionis municipia, quæ munitionibus præminebant, quædam retinuit, quædam solo dirupta adæquauit, scilicet Alacuris, Caracoi, Petrochium, S. Euphemiam, Mestantiam, Alcudiam, Almodouar. *Eam ille vrbem tum, vt Mariana lib.* 10 *cap.* 14 *scribit,* Templariis militibus, quorum esse cœperat virtutis opinio singularis, dedit: vt *(quod lib.*11 *cap.6 addit)* arcis instar esset, ad barbarorum incursus arcendos.

Avctore I.B.

D *iure erepta ab Alfonso* VII R.

data Templariis;

5 *Ea postmodùm, Alfonso, mortuo ac regnantibus eius filiis, Sancio in Castellâ, in Legione & Gallicià Ferdinando, Castellano reddita à Templariis, qui quòd venturos eò validiùs cum copiis Mauros fama erat, haud satis sibi virium esse ad eam tuendam sentiebant. Data tum duobus Cistercienſibus monachis, Raimundo Fiterij Abbati, & Diego Velasquio, vltro deposcentibus. Atque hinc origo extitit Ordinis Calatrauæ. Ea quemadmodùm gesta sint idem Rodericus Ximenius, illis temporibus proximus, vt qui horum alterum sibi visum testetur, ita narrat lib.7 cap.14.*

ab iis reddita Sancio III R.

6 Rex Sancius venit Toletum, & rumor increbuit, quòd Arabes veniebant cum magno exercitu Calatrauam. Fratres autem militiæ Templi, qui arcem Calatrauæ tenebant, timentes quòd non possent Arabum violentiæ obuiare, ad Regem Sancium accesserunt supplicantes, vt & arcem & villam Calatrauæ reciperet, quia non erat eis facultas Arabibus resistendi: nec inuentus fuit aliquis de potentioribus, qui vellet defensionis periculum expectare. Erat autem tunc temporis in vrbe regiâ Raimundus, homo religionis, Abbas Fiterij, & cum eo monachus quidam, qui Didacus Velasqui dicebatur, homo nobilis, & quondam strenuus in officio militari, & de Buronæ partibus oriundus, & à iuuentute cum Rege Sancio enutritus. Qui videns Regem sollicitum pro discrimine Calatrauæ, suasit Abbati, vt à Rege peteret Calatrauam: & licet Abbas se à principio retraxisset, demum consensit monacho, olim militi, supplicanti; & accedens ad Regem, petiit Calatrauam. Et licet aliqui fatuum reputarent, tamen, sicut Domino placuit, Rex consensit.

E *metu Saracenorum;*

B. Raimundo Abbati Fiterij data:

7 Et Abbas cum monacho incontinenti venerunt ad Primatem Ioannem, qui tunc præerat Ecclesiæ Toletanæ. Qui audiens sanctum propositum gratias egit Deo; & statim rerum suarum dedit auxilium, & fecit publicè prædicari, vt omnes euntes in auxilium Calatrauæ omnium peccatorum veniam mererentur. Et facta est tanta commotio in ciuitate, vt vix esset, qui aut in propriâ personâ non iret, aut equos, aut arma, aut pecunias in subsidium largiretur. Et Rex Sancius incontinenti dedit Abbati, & S. Mariæ de Fiterio in possessionem perpetuam, villam & præsidium Calatrauæ. Et Abbas cum Didaco Velasqui monacho venit, duce Domino, Calatrauam. Et sic est factum; dispositione Altissimi ordinante, quòd Agarenorum exercitus, de quo rumor increuerat, non aduenit. Et tunc multi quos deuotio incitauit, temperato habitu, vt militaris agilitas exposcebat, eorum ordinem receperunt, & incontinenti cœperunt contra Arabes cædes & prælia exercere: & Domino adiuuante prosperatum fuit opus in manibus monachorum. Tunc Abbas reuersus ad monasterium, armenta & greges, & cetera mobilia, quibus tunc temporis Fiterium abundabat, necnon & multitudinem bellatorum, quibus stipendia & viatica ministrauit, duxit secum veniens Calatrauam, exceptis debilibus & ægrotis, quos ad ministerium monasterij dereliquit: &, vt audiut ab his qui viderant, ferè viginti millia hominum secum duxit. Et hic fuit in Fiterio primus Abbas. Mortuus autem sepultus est in villâ quæ Cirolos dicitur, prope Toletum: vbi Deus per eum (vt fertur) miracula operatur. Didacus autem Velasqui posteà diu

F *& ciuium;*

Saracenos reprimit:

ordinem militarem Calatrauæ instituit:

aliunde copias aduocat:

à morte claret miraculis.

AVCTORE I.B. dio vixit, quem etiam memini me vidiſſe, & obiit in monaſterio S. Petri de Gomeleo.

A 8 *Hæc Rodericus, Mariana, iis quos Raimundus ex vicinis Fiterio oppidis adduxerat, ſcribit*, agros diuiſos, oppidaque Calatrauæ vicina, quoniam incolis vacua erant, domicilio deſignata. *Diegum Velaſquium Franciſcus Carus Torrius & Antonius Tepes Bureuæ circa Burgos natum ſcribunt. Diu ille ſuperſtes fuit, ſi verum eſt quod Iongelinus ſcribit, monaſterium S. Petri de Gumiel conditum eſſe circiter annum* MCC. *ſitum illud eſt in diœceſi Oxamenſi.* Gumiel am *appellat Mariana, Rodericus* Gomellum. *Arnoldus Vvion Ligni vitæ lib.* 1 *cap.* 47 B. Diegum Velaſquium, Ordinis militiæ Calatrauenſis præcipuum quaſi auctorem *cenſet.*

Socius eius Diegus Velaſquius.

CAPVT III

Ordinis Calatrauæ laudes.

9 *NOn eſt nobis hîc propoſitum Ordinis nobiliſſimi res geſtas vel belli fortiter vel domi religioſè proſequi. Sunt de iis multa à Scriptoribus Hiſpanis tradita litteris. Priuilegia à variis Pontificibus data huic aliiſq; militaribus Congregationibus quæ Ciſtercienſe inſtitutum obſeruant, earumq; Regulas & Conſtitutiones collegit & in ordinem redegit Chryſoſtomus Henriquez. Breuiter vniuerſa eius decora ita Mariana lib.* II *cap.* 6 *complexus eſt:* Ab his initiis ſacram Calatrauæ militiam, in hunc quem cernimus ſplendorem, perductam, Alexander III ſuo diplomate confirmauit, Garſia eius Ordinis primo Magiſtro anno MCLXIV. Garſiæ ſucceſſit Martinus Pereſius, Martino Nunnius Pereſius, Quignonius, his alij. Domicilium, quod Calatrauæ primò collocatum eſt, Ciruelos deinde, Buxedam mox, Corcolem deinceps, & Saluaterram migrauit: Couos ad extremum, Nunnio Fernando duodecimo eius militiæ Magiſtro. Sunt quidem minora alia eius Ordinis domicilia aliis locis conſtituta, illud præcipuum. copiæ, auctoritas, multorumque oppidorum imperium eximiâ Regum liberalitate acceſſit. Quæ oppida emeritæ olim militiæ eius Ordinis hominibus commendabantur, vt iis reditibus vitam honeſtè ſuſtentarent, neque tamen poſteris hæreditaria relinquebant. *Ita ille. Vtinam numquàm, vt eiuſdem phraſi vtar*, rebus ab antiquo mutatis, aulicorum deliciis, Regum ex libidine mancipentur!

Equitum Calatrauæ Regula,

B *Priuilegia,*

poſſeſſiones;

quibus ha tradenda?

10 *Duorum veterum Scriptorum honorifica de hoc Ordine teſtimonia adiungam. Primus eſt, Rodericus Ximenius*
C *iam citatus, Archiepiſcopus Toletanus, is lib.* 7 *cap.* 27 *ita ſcribit:* Sancius pater eius dedit Fiterio Calatrauam: Aldephonſus nobilis conſummator eorum. Suſcepit militiam contemplatio, & egreſſus Fratrum à Fiterio. Rex Aldephonſus educauit eos, & poſſeſſionibus pluribus ditauit eos: Zuritam, & Almochariam, Machedam, Acecham, & Cuculutum obtulit eis, & ſuſtulit ſarcinam paupertatis, & ſuperaddidit diuitias competentes. Multiplicatio eorum cotona Principis, qui laudabant in pſalmis, accincti ſunt enſe, & qui gemebant orantes ad defenſionem patriæ: victus tenuis paſtus eorum, & aſperitas lanæ tegumentum eorum: diſciplina aſſidua probat eos, & cultus ſilentij comitatur eos, frequens genuflexio humiliat eos, & nocturna vigilia macerat eos, deuota oratio erudit illos, & continuus labor exercet eos: alter alterius obſeruat ſemitas, & frater fratrem ad diſciplinam.

eorum ſanctitas,

11 *Idem lib.* 8 *cap.* 3 *enumerans copias, quas varij Principes & Antiſtites ad Alfonſi* VIII, *Sancij F. auxilia adduxêre an.* MCCXII, *ita inter cetera ſcribit:* Fuerunt etiam Fratres Calatrauæ ſub vno militiæ ſuæ Magiſtro Roderico Didaci; grata Deo & hominibus fraterna ſocietas. *Inter vrbes tunc dè Mauris receptas fuit ipſa Calatraua, quam, poſt cladem Alfonſo ad Alarcum anno* MCXCV *illatam, occuparant: ea, vt lib.* 8 *cap.* 6 *idem ſcribit*, ſtatim à Fratribus, qui dudum ibidem reſederant, fuit munita, & Chriſtiano nomini redonata. *Paullò pòſt in prælio ad Nauas Toloſæ, vbi nobiliſſima relata victoria eſt, mediam aciem cum aliis habuêre iidem Fratres Calatrauæ, vt cap.* 9 *idem refert.* D

bellica expeditiones,

12 *Iacobus de Vitriaco Cardinalis, Roderico haud multò iunior, hiſtoriæ Occident. cap.* 17 *ita ſcribit:* In partibus Hiſpaniæ, quidam deuoti & humiles viri, qui Fratres * Calatrauæ nominantur, prædicti Ordinis Regulam & obſeruationes profeſſi, addiderunt inſuper manus ſuas Domino conſecrare, auctoritate Summi Pontificis, & conſenſu totius Ordinis, contra Saracenos pugnantes, & ad defenſionem Chriſtianorum contra impios & infideles homines voto ſalubriter obligati. Vt autem ſemper ad pugnam ſint expediti & parati, femoralibus vtuntur. Sed & Dominus Papa Innocentius labores eorum miſeratus, tempore expeditionis & belli eis carnibus vti conceſſit. Quando verò in locis deſertis vel nemoribus habitant, de venatione ſuâ licet eis penuriam ſuam edendo releuare. *Ita ille. Porrò Innocentius Papa eſt tertius eius nominis, qui ab initio anni* MCXCVIII *ſedit vſque ad* XIII *Iulij* MCCXVI. *Memoria inſtituti huius Ordinis conſecrata eſt in Kalendario Ciſtercienſi ad* XV *Ianuar. his verbis:* Inſtitutio ſacræ militiæ Calatrauæ, ſub S. Raimundo Abbate Fiterij an. MCLIX *Verùm an.* MCLVIII *aut ſub finem* MCLVII, *inſtitutus eſt Ordo, neque enim Sanctius Rex vſque ad an.* MCLIX *vixit. Nam, vt Lucas Tudenſis ſcribit, Ærâ* MCXCV *patri ſucceſſit, regnauitq; anno vno & diebus* XII. *Obiit autem, vt habet Rodericus, pridie Kalend. Septemb. aut, vt alij legunt, Nouemb.* E

** in excuſo eſt* Calatrapiæ.

victus;

inſtitutio, nius anniuerſaria memoria.

CAPVT IV

B. Raimundi obitus, tranſlatio, miracula.

13 *CVm quinque aut ſex annis nouum Ordinem Raimundus rexiſſet, multaq; oppida (ſi Chryſoſtomo Henriquez alteriſq; recentioribus fides eſt) de Mauris recepiſſet; muniſſet certè operibus, commeatu, milite Calatrauam, ac vicina nonnulla loca; è vitâ migrauit in oppido, quod Rodericus* Cirolos, *alij* Ciruelos *appellant. Chryſoſtomus illum ait ſenio fractum, eò quietis gratiâ ſeceſſiſſe. In Notationibus verò ad Menologium* 1 *Febr. lit.* M *ita ſcribit:* Porrò B. Raymundum Sanctorum numero fuiſſe adſcriptum, multi auctores aſſerunt, inter quos Ioannes Mariana, Aubertus Miræus, & alij. *Miræus in Chron. Ciſterc. agens de Ordine Equitum Calatrauæ, ipſa recitat verba Marianæ, & in margine vocat* B. Raimundum. *Marianæ iſta ſunt lib.* II *cap.* 6. Abbati Raymundo poſt aliquot annos defuncto, ad oppidum Ciruelos, vbi ſepultus etiam eſt, pro operâ nauatâ honores à populo habiti: vſque adeò, vt miraculis fulciſſe creditus ſit, & in cæleſtium numero reponatur. *Fama miraculorum iam tum Roderici Ximenij ævo ſparſa. De legitimâ apotheoſi nuſquam legimus. Arnoldus Vvion Ligni vitæ lib* 1 *cap.* 47 *& Iongelinus* S. Raimundum *appellant, vti & Manrique in Annalibus Ord. Ciſterc.* F

B. Raimundus moritur:

Sanctus habetur:

14 *Miracula eius nonnulla recitat Henriquez; nam in Notat. ad* 1 *Febr. in Menologio ita habet:* Vſque in hodiernum diem, quacumque imminente tempeſtate, pulſatis campanis, quarum funes ſepulchrum, vbi olim ſancti viri corpus honorificè tumulatum iacuit, pertingunt, ſubitò, magno quidem miraculo, ſerenitas aëris redit. *Plura eius miracula recenſeri ait à Barnaba de Montalbo in Chronicis. atque ſequentia ipſe, ſed laciniosâ ac fluente, vt plerumque alibi, ſtylo commemorat.*

tempeſtates pellit:

15 *Magnâ in veneratione apud Ciruelos ſacræ exuuiæ fuêre, neque eas ab oppidanis vel Calatrauæ Equites, vel monachi Ciſtercienſes obtinere vllâ ratione potuerunt. Eas tandem Ludouicus Nunius, Canonicus Toletanus ac Madritenſis Archidiaconus, an.* MCDLXVIII, *Pauli* II *Pont. Max. auctoritate, ad Montem Sion, Ordinis Ciſtercienſis non procul Toleto cœnobium, tranſtulit; inq; Deiparæ ſacello, à ſe extructo, ad lævam*

eius Reliquiæ tranſlatæ:

A *uam altaris, collocauit. Aliud posteà exiguum sacellum ei positum ac dicatum: ac multa deinceps patrata eius ope miracula. Nam grassante Toleti epidemiâ, plurimis aqua intinctâ Raimundi reliquiarum particulâ consecrata salutifuit. Cuidam in eodem cœnobio superfluæ carnis tumor in capite excrescens, ingentem cum deformitate cruciatum afferebat: illeuit eum oleo è lampade, quæ ante Dini sepulchrum pendebat, sumpto, atque illicò sensit resedisse. doloremq; depulsum. Sæpenumerò vel virûs principibus ostensæ reliquiæ, vel aliâ causâ è tumulo prolatæ, diuinum quemdam visæ sunt odorem exspirare.*

morbi ope illius curati,

tumor ac dolor capitis:

16 *Garcia Lopezius Padilla Equitum Calatrauæ Magister, quia nullis precibus à monachis Montis Sion impetrare sacrum corpus, Calatrauam asportandum, valuit; fornicem, insigni opere, eius sepulchro aptauit, & statuam illius mitrâ pedoq; insignem, vtrimque verò SS. Benedicti & Bernardi, collocauit. Medio fornicis isthæc inarata epigraphe:* Fornicem hunc erigere curauit Magnificus admodùm ac Illustris Dominus Frater Garsia Lopezius de Padilla, Magister Ordinis ac Militiæ Calatrauæ, anno Domini MCCCCLXXXV.

statua ei posita:

theca argentea inclusa Reliquiæ:

17 *Marcus Villalua Fiterij Abbas, ac Congregationis Cisterciensis in Castellâ Generalis, vir sanctus, nouum B. Raimundo, in presbyterio Montis Sion, ad latus Epistolæ, monumentum erexit, vbi thecæ argenteæ inclusum eius corpus honorificè asseruatur,* B *hac additâ inscriptione:* Hic iacet Raymundus monachus huius Ordinis, primus Abbas Fiteri, cuius meritis plura miracula Deus operari dignatus est: qui authoritate & facultate Regis Domini Sanctij, cognomine Desiderati, Calatrauam ab incursu Maurorum defendit; ibidemque instituit Ordinem militarem Calatrauæ. Obiit anno Domini MCLXIII. Translatus est autem ad hoc sepulchrum anno Domini MDXC.

AVCTORE I.B.

18 *Hæc ferè Chrysostomus in Fasciculo Cisterc. dist.* 17 *cap.* 4. *& Manrique: breuiùs Longelinus lib.* 6 *vbi de Fiterio agit. Alfonsus Villegas scribit magnam obtinere venerationem in cœnobio Montis Sion, quò translatum ait an.* MCDLXXI, *ac testari monachos, miracula isthic eius meritis à Deo facta. Meminit eius Franciscus Pisa hist. Tolet. lib.* 4 *cap.* 9 *&* sanctum Abbatem *appellat.* D

alia miracula:

19 *Eius Natalis in Kalendario Cisterc. Diuione an* 1617 *edito, consignatur Kalendis Febr. his verbis:* Raymundus Abbas Fiterij, Militiæ Calatrauæ primus author. *Prolixiori elogio eum ad eumdem diem ornat Henriquez, & V Martij ista habet*: In Hispaniâ Translatio B. Raymundi Abbatis Ord. Cistercienſis, quando ex oppido Ciruelos in monasterium Montis Sion, Pontificiâ auctoritate, corpus eius magno cum honore fuit delatum. *At Cisterciense Kalendarium Translationem illam primam refert* XV *Martij, his verbis:* Translatio S. Raymundi Abb. ad Montem Sion prope Toletum an. MDXC. *Sed fallitur huius Kalendarij auctor in notâ temporis, vt ex dictis patet. At nec* XV *die Martij videtur contigisse, cùm litteræ Pauli* II, *quibus eâ Translatio vt fieret sanciebat, datæ dicantur die* XV *Martij an.* MCDLXVIII. *Neque enim priùs quàm datæ eæ litteræ essent fieri potuit, neque verisimile est ad annum integrum iis acceptis dilatam. Hugo Menardus, quia natalem B. Raimundi ignorabat, eum* XV *Martij,* E *vt fatetur propterea retulit, quòd eo die decretum illud de Translatione latum à Pontifice esset. Ita porrò scribit:* In territorio Toletano, S Raymundi Abbatis, Institutoris militiæ Calatrauæ, Ordinis Cistercienſis. *Meminit B. Raymundi Rodericus Mendius Silua in Descript. Castellæ cap.* 72, *& quicumque de Ordinibus militaribus, aut rebus Hispanicis scripsêre.*

eius natalis,

Translatio.

DE S. VERDIANA VIRGINE
CASTELLI-FLORENTINI IN ETRVRIA,
I.B.

Commentarius præuius.

§ I *S. Verdianæ ætas, professio, Acta.*

ANNO CHRISTI MCCXLII I FEBRV. C

I CAstellum-Florentinũ *Etruriæ oppidum est ad Elsam flumen, Leandro Alberto, Petroq; Aquitio to.* 3 *Descriptionis Europæ, memoratum. Hîc (non Florentiæ, vt habet in Menologio Virginum Franciscus Lahierius noster) nata est, hîc dicatam suo nomini ædem, solenneſq; ferias habet S.* Verdiana *Virgo, quæ Lucæ VVadingo aliisq;* Viridiana *est, Arturo à Monasterio* Viridiana *&* Veridiana, *Hugoni Menardo* Verdina, *pluribus* Verdiana.

S. Verdianæ cultus?

an mortua anno 1222?

2 *Eam anno Christi* MCCXXII, *Kalendis Februarij, mortuam, Vitæ illius scriptor, Ferrarius in Catal. SS. Italiæ, Abrahamus Bzouius in Annal. ad eumdem annum, nu.* 27. *Lahierius, Siluanus Razzius in Vitis fœminarum sanctitate illustrium to.* 1 *& in Vitis SS. Etruscorum, tradiderunt. At Lucas VVadingus to.* 1 *Annal. Minor. an.* MCCVIII *cellæ inclusam scribit,* MCCXLII *in cælum abiisse; vti & post eum Arturus in Martyrol. Francisc. & multò antè Eudoxius Locatellus in Vitis Generalium Vallis-vmbrosæ lib.* 2 *cap.* 29. *atque Arnoldus VVion lib.* 3 *Ligni vitæ. Et certè cùm constet ex Vitâ cap.* 3. *nu.* 12 *Ardingum Episcopum Florentinum ad eam ventitare solitum; si is, vt scribit Archangelus Gianius in Annal. Ord. Seruorum Centur.* 1 *lib.* 1 *cap.* 1. *an.* MCCXXXI, *aut, vt Ferdinandus Vghellus to.* 3 *Italiæ sacræ,* MCCXXX, *à Gregorio* IX *Pont. Max. Florentinæ Ecclesiæ Præsul est datus; non potest Verdiana multò ante* MCCXLII *Christi annum videri obiisse, quam is non semel dumtaxat inuiserit, sed, quoad vixit quotannis. Vghellus non ab Ardingo, sed Ioanne Ardingi decessore visitatam censet. Verùm facilius irrepere in numeros mendum potuit, vt* X *pro* L *poneretur, proq;* MCCXLII, *annus* MCCXXII *signaretur; quàm vt Ardingus pro Ioanne scriberetur.*

an Tertiaria Franciscana?

3 *Non liquet autem, fuerítne vllius religiosi Ordinis instituta ac leges sectata. Lahierius tradit ductu ac præceptionibus* F *Camaldulensium monachorum vitam exegisse. At ne id quidem scribit Razzius Camaldulensis, sed Vallis vmbrosæ tenuisse disciplinam; quod VVion quoque. Menardus. Ferrarius, Bzouius, Cornelius Curtius paullò infertis citandus, tradidêre. Locatellus &* monachum *vocat, & habitum ait à Plebano Castello-Florentinensi accepisse Vallis vmbrosæ, propterea quòd illius ordinis, qui in Etruriâ eximiæ sanctitatis laude florebat, esset pridem studiosissima. Arturus in Notis ad* 1 *Febr.* § 11 *scribit,* à Seraphico Patre S Francisco fuisse receptam ad statum tertij Ordinis, in quo sanctissimè vixit ac mortua est. *VVadingus to.* 1 *ad an.* 1242 *nu.* 22 *ita habet:* Inclusa est an. MCCVIII: in consueto igitur solitariæ vitæ exercitio perseuerans, tandem post aliquot annos à B. P. Francisco, dum ibidem locum habitationi Fratrum reciperet, & alios ad statum pœnitentiæ ex præscripto tertiæ regulæ admitteret, hæc velut adhuc rudior in viâ Domini, ab eodem pleniùs instructa & illuminata, assumpsit tertij Ordinis habitum, cùm aliàs nullâ certâ regulâ ductum Spiritus sequebatur in statu anachoretico. *Hæc ille; qui deinde commemorato miraculo, quod in Vitâ cap.* 7 *nu.* 31 *refertur, subdit:* Inter alia autem dona, quæ in gratiarum actionem obtulit, curauit depingi Sanctam in eâ formâ, quâ nunc in ecclesiâ cernitur, habitu tertij Ordinis, & chordâ præcinctam. *Non potuit, quæ, vt cap.* 2. *nu.* 8 *& cap.* 6 *nu.* 23 *veste vnicâ laneâ, rudi & asperâ, è vilissimo panno,*

an monacha Vallis-vmbrosæ?

AVCTORE I. B.

panno, vtebatur, non ad Minorum habitum propè accedere: eam veſtem ſi zonâ adſtringebat, vti decori ratio fortaßis poſcebat, non mirum, funem adhibuiſſe. Neque tamen certum, non vſos conſuetâ licentiâ pictores. Nihil autem eſt in eius Vitâ, quamobrem Religioſam fuiſſe cogamur fateri.

an nullius Ordinis?

4 *Vitam S. Verdianæ à B. Attone Epiſcopo Piſtorienſi, eius gentili, Latinè ſcriptam ait Razzius, ex eoq; Ferrarius. Sed cùm fateatur vterque, vti & Vghellus, B. Attonem circa annum* MCLIII *è vitâ migraſſe, quî poteſt illius Vitam ſcripſiſſe, quæ an.* MCCXXII *aut* MCCXLII *obiit? Eam Vitam manu exaratam accepimus,* B. Attonis *præferentem nomen, Italicè verſam à R. P. F. Hieronymo Setino: quam, quia primigeniam, ſtylo ipſius Attonis, (quicumque demum is Atto fuerit) ſiue alterius, qui poſt* MCDVII *annum Chriſti ſcripſit, aſſequi non potuimus, ex Italico rurſus Latinè tranſtulimus. De B. Attone agemus* XXI *Maij, de quo ad eum diem Ferrarius, Razzius in Vitis SS Etruſcorum, & Locatellus lib. 2 cap. 15.*

Vita an à B. Attone Ep. ſcripta?

alia ab aliis.

5 *Scripſêre quoque S. Veridianæ Vitam alij, Italicè Razzius de Vitis faminarum ſanctitate illuſtrium, eamdemq; habet in Vitis SS. Etruſcorum; paullò breuiorem Eudoxius Locatellus; Gallicè Franciſcus Labierius in Menologio Virginum; Latinè Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, Lucas VVadingus to. 1 Annal. Minor. ad an. 1242 nu. 22. Abrahamus Bzouius to. 1 ſuorum Annal. ad an. 1222 nu. 27.*

§. II *S. Verdianæ priuata publicaque veneratio.*

Viſitatur eius ſepulchrum,

6 INgentem populorum concurſum *ad eius venerandas Reliquas fieri ſolitum, ſuſpendi anathemata, aliaq; edi ſingularu erga eam pietatis argumenta, patet ex iis quæ narrantur in Vitâ, quaq;* X Ian. *retulimus in Vitâ B. Oringæ, ſiue Chriſtianæ Virg. quæ an.* MCCCX *obiit. Nam cap. 3 nu. 17 ita habetur:* Diſceſſit è S. Franciſci æde atque vrbe Chriſtiana, venitque Caſtellum Florentinum B. Viridianam honoratura. *Quod in alterâ Oringæ Vitâ perperàm expreſſum à Cornelio Curtio, cap. 4 nu. 22.* Ceterùm, *inquit,* Aſſiſio egreſſura, locum in valle Elſæ non obſcurum, Caſtrum-Florentinum petere inſtituit, B. Verdianæ ſalutandæ ergô, quæ Vallis-vmbroſiani Ordinis ſanctionibus conformiter viuere profeſſa, illic ab hominum aſpectu recluſa habitabat. *Obiit S. Verdiana* XVIII *annis ante natam Oringam, ſi an.* MCCXXII; *ſin potiùs* MCCXLII, *certè cùm ea bimula eſſet: quî ergo cùm venit ad eam Oringa, dicitur recluſa habitaſſe, quæ pridem erat tumulo condita?*

à B. Oringâ:

templum ornatur indulgentiis,

7 *Auxit eam populi religionem Pontificis Maximi & Cardinalium fauor, conceſſâ indulgentiâ pœnitentiarum iis qui ad S. Verdianæ ædem quibuſdam feriis, precationis ergô, conuenirent. Cuius Indulgentiæ à Iulio* II *(vt ſcribit) conceſſæ meminit Razzius. Extabat in MS. codice, qui Italicam Sanctæ Vitam continebat, de hac re Iulij* II. *aut Cardinalium, diploma, quod hic damus.*

IVLIVS PP. II.

à Cardinalibus ſub Pio II.

..... Oſtienſis, Georgius Portuen. Hieronymus Sabinenſis, Antonius Prænestinus, Ioan. Antonius .... Ioan. Stephanus tt. S. Vitalis, Dominicus tt. S. Marci, ac Adrianus tt. S. Chryſogoni, Presbyteri, Ioannes tt. S. Priſcæ, Iacobus tt. S. Clementis, Iulianus S. Angeli, nec non Amaneus S. Nicolai in carcere Tullianenſi Diaconus, miſeratione Diuinâ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes litteras iuſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Quantò frequentiùs fidelium mentes ad opera caritatis inducimus, tantò ſalubriùs animarum ſuarum ſaluti conſulimus. Cupientes igitur, vt eccleſia S. Verdianæ & filialis parochialis eccleſiæ plebis nuncupatæ S. Hippolyti de Caſtro-Florentino, diœceſ. .... (ad quam, ſicut accepimus, dilecti nobis in Domino Mag. Franciſcus de Attauantis Cameræ Apoſtolicæ Notarius, & Hieronymus etiam de Attauantis eius filius, dictæ parochialis eccleſiæ Rector, Plebanus nuncupatus, ſingularem gerunt deuotionem) congruis frequentetur honoribus, & à Chriſti fidelibus iugiter ornetur, vtque Chriſti fideles ipſi eò libentiùs, deuotionis cauſsâ, confluant ad eamdem, & ad reparationem, conſeruationem, manutentionem, & munitionem huiuſmodi; quò ex hoc ibidem, dono cæleſtis gratiæ, vberiùs conſpexerint ... Nos Cardinales præfati, videlicet quilibet noſtrûm per ſe, ſupplicationibus Franciſci & Hieronymi prædictorum nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de omnipotentis Dei, vnà ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius, auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus, verè pœnitentibus & confeſſis, dictam filialem eccleſiam S. Verdianæ, in ſingulis Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, S. Ioannis Baptiſtæ, S. Barnabæ Apoſtoli, S. Verdianæ, ipſiuſque filialis eccleſiæ dedicationibus, feſtiuitatibus, & diebus, à primis veſperis vſque ad ſecundas veſperas incluſiuè, deuotè viſitauerint annuatim, pro ſingulis feſtiuitatibus ſiue diebus prædictis, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis eis pœnitentiis, innixi in Domino, relaxamus; præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum fidem litteras noſtras huiuſmodi fieri, noſtrorumque ſigillorum fecimus appenſione communiri. Datum Romæ in domibus noſtris, ſub anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo quarto, die verò primo menſis Decembris, pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Ivlii Diuinâ prouidentiâ PP. II anno ſecundo.

tertiâ Feſtiu.

100 dierum:

8 *Clemens* VII *publicam adiecit venerationem: nam, vt habet Ferrarius,* vitâ & miraculis examinatis ... vt officio Eccleſiaſtico illam veneraretur conceſſit. *Idem tradunt Razzius, Bzouius, Lahierius, Arturus. Dabimus ipſiuſmet Pontificis Breue, ex eodem MS. codice.*

CLEMENS PP. VII Dilectis filiis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſtis, quòd in iſto veſtro oppido quoddam eſt oratorium, in quo B. Verdiana, olim conciuis veſtra, virginitatis laudem duxit, & poſt eius obitum miraculis claruit, & in dies claret: propterea quod ad dictum oratorium frequens vndique Chriſti fidelium concurſus & deuotio exiſtit. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, quòd vobis, vt in die obitus eiuſdem B. Verdianæ, qui primus dies Februarij fuit, & in quo eadem B. Verdiana, vt piè creditur, cælum commutauit cum terris, Horas canonicas & Miſſas de communi Virginum, ſecundùm morem Romanæ Curiæ, ad Dei laudem, & eiuſdem Verdianæ venerationem, piè recitari facere poſſitis, concedere dignaremur, ad veſtram & eorumdem Chriſti fidelium pietatem conſeruandam. Nos qui ſanctorum Chriſti fidelium deuotionem paterno confouemus affectu, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, vt deinceps ſingulis annis perpetuò, in dicto oratorio dumtaxat, in eodem primo die Februarij, Horas canonicas, & ſuper altari portatili Miſſas, de communi Virginum, ſecundum eumdem morem Romanæ curiæ, ad Dei laudem, & in eiuſdem Verdianæ venerationem, celebrari facere liberè & licitè poſſitis, auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium, Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque..... Datum in oppido prædicto, ſub annulo piſcatoris, die XX Septembris, MDXXXIII, pontificatus noſtri anno X.

Clementis VII auctoritate,

Feſtum eius Officio Eccleſiaſt. & Miſſâ colitur:

9 *Inſcriptum eſt illius nomen Martyrologio Benedictino Arnoldi VVionis, his verbis:* In Caſtro-Florentino S. Verdianæ recluſæ, Ordinis Vallis-Vmbroſæ, miraculorum gloriâ, & prophetico Spiritu claræ. *Eadem habet Menardus, niſi quòd Verdinam vocet. Benedictus Dorganius:* S. Verdianæ recluſæ, prophetico Spiritu & miraculorum gloriâ claræ. *Ferrarius in generali Catal. SS.* Apud Caſtrum-Florentinum in Hetruriâ B. Virdianæ Virginis Recluſæ Ord. Vallis-Vmbroſæ. *Arturus à Monaſterio:* Apud Caſtrum-Florẽtinum in Hethruriâ, B. Veridianæ Ter-

nomen inſcriptum Martyrologij:

A næ Tertiariæ, fructibus pœnitentiæ dignis, & miraculorum gloriâ ſpectabilis.

10 *In recenti quodam MS. Carthuſiæ Bruxellenſis,* XIX *Iunij iſta habentur*: Tranſlatio Veridianæ Virg. *Quæ hæc ſit Tranſlatio, haud comperimus.* S. Verdianam *arbitror accipi oportere apud Gonzagam par.* 2 *prouin. Tuſciæ Conu.* 31, *vbi ita ſcribit*: Eius loci (*Montaonis, vt ex Arturo & alijs dicemus* 1 *Maij ad B. Vualdi Vitam*) incolæ, ſacellum, ſeu potiùs eremitorium, ibidem in eius honorem erigentes, ipſum Patribus huius prouinciæ Obſeruantibus, an. MCCCCXCIX in habitationem contulêre: eâ tamen lege, vt imagines Diuorum Laurentij, Leonardi, & Verdiani, quos ipſi tamquàm peculiares Patronos venerantur, in eccleſiâ depingi curarent. *Diſtat non procul à Montaone Caſtellum Florentinum, vt non mirum ſit, iſthic quoque inter tutelares haberi S. Verdianam.*

Tranſlatio:

Montaonem colitur vt Patrona.

11 *In MS. codice vnde Vitam S. Verdianæ accepimus, exſtabat in eius laudem hymnus, quem hic dabimus.*

§ III HYMNVS DE S. VERDIANA.

GAudeat cæli pia turba, dignis
Laudibus numquàm reſonare ceſſet,
Hoc die poſtquàm meritis beata
Virgo triumphat.
B Aſtra miratur, varioſque motus
Siderum; nubes pedibus ſub imis
Cernit, æternos referens honores
Viridiana.
Spreuit indignos pia Virgo faſtus,
Seculi pompas fugiens caduci:
Anguſtus ſolùm ſociata vixit
Paupere tecto.
Plurimis corpus domuit flagellis,
Comprimens motus animi ſuperbos,
Moribus dignis peragrans pudica
Omne per ævum.
Aſt vbi pacis iubet ipſe tila
Rumpere æternus Pater, orbis auctor,
Sponte iam nullo retegunt mouente
Cymbala funus:
Regis æterni veneranda Virgo
Fertur in ſinum, humeros amicta
Sole candentes, vbi lecta Sponſo
Sponſa potitur.
Reſpice ô Virgo ſoliis Olympi,
Quæ tuas laudes celebrat, cateruam,
Et piis Mater precibus tuere,
Noxia pellens.
C Obuiàm nobis venias, precamur,
Dexteram tendas famulis benignam:
Limen æterni reſera Tonantis
Candida Mater.
Bellicos motus acriùs retunde:
Hoſtibus ſæuis patriam tueri
Iam tibi pulchro libeat beatæ
Munere pacis.
Exitus nobis petimus ſecundos,
Annuas Virgo meritis precamur:
Profit, in noſtris laribus fuiſſe
Te Dea quondam.
Robora Virgo fragiles caducos,
Dexterâ mitis releua iacentes,
Semper & noſtros pia Mater actus
Dirige ſurſum.
Tu refers Virgo precibus benigna,
Quidquid à ſummo petis alma Rege:
Tu graues morbos veteriſque ſanas
Vulneris ictus.
Vota nunc felix populi ruentis
Suſcipe ô Mater: prece te fatigat
Terra, quâ ducis genus, vnde diuum
Lumen adiſti.
Sit Patri ſummo Genitoque virtus,
Flamini & ſancto: Deus vnus auctor,
Cuncta qui nutu regis & gubernas,
Secula vincens. D

Februarij Tom. I.

VITA

ab Attone Ep. Latinè ſcripta,

hic verſa ex Italico Hier. Setini.

CAPVT I

Verdianæ ſancta adoleſcentia. peregrinatio ad S. Iacobum.

1 REligioſiſſima Virgo Verdiana, Caſtelli Florentini, quod oppidum eſt in territorio ac a diœceſi Florentinâ, pauperibus quidem, ſed Catholicis, nata parentibus eſt. Ea adhuc parvula, aliarum puellarum, etiam æqualium, vitabat conſortia, intenta ſolitudini, precationi, abſtinentiæ. Incedebat intuentes admiratio, cùm animaduerterent nihil ab eâ actitari puerile, maiora ætate omnia. Oppidani ergo viri iuxtà ac fœminæ, perſpectâ tam inſigni prudentiâ ac ſanctis actionibus, eius mores & conuerſationem ſedulò obſeruabant, & quibus ei ad vitam ſuſtentandam opus erat, vltro ſuppeditabant. Nondum duodecim annos nata, vultu ſpecioſa, habitu humilis, ſtudioſa pauperratis, paucis ac vilibus rebus contenta, lumbos vinculo ferreo ſtringebat, quod in illius æde adhuc ſeruatur, oſtenditurque interdum ſummâ cum veneratione. Aſperrimo præterea operta cilicio, ſuprà fere quàm pati humana imbecillitas poſſet, dedita aſſiduè erat vigiliis, precibus, ieiuniis. Quod ad ſui cuſtodiam attinebat, ita diuinitus erat erudita, vt nihil vnquam verbo, opere, nutuue aut geſtu deſignaret, quod eximiæ eius ſanctitati omnino repugnaret.

a Verdiana à primâ ætate ſancta,

E

humilis,

aſpera pœnitentia dedita,

2 Hæc cùm diligenter conſideraſſet quidam illius conſanguineus, vir opulentus ac nobilis, ex illuſtri Attauantorum ortus familiâ, eam in domum ſuam accepit, futuram comitem, cuſtodem, & adiutricem ſuæ coniugis: cuius etiam rogatu, vniuerſæ domus curandæ ei onus impoſuit. Haud multo pòſt tempore ingens populum inopia ac fames oppreſſit. Erat in herili domo vas ligneum benè magnum, leguminibus refertum. Cùm igitur gloriosa hæc Virgo, cuius intima viſcera pietas atque inopum commiſeratio peruaſerat, plurimos cerneret vtriuſque ſexus mortales dirum in modum fame vexari, Diuini Spiritus inſtinctu ea omnia legumina in pauperes diſtribuit. Interim ea herus cuipiam vendidit, acceptoque pretio, domum deduxit emptorem. Hîc cùm vas vacuum reperiſſet, vociferari, & conuicia vomere cœpit, magno domeſticorum ac vicinorum ſcandalo.

viri diuitis domum gubernat:

F

famis tempore legumina dat pauperibus:

hero irato,

3 Euenêre cuncta hæc peculiari Dei prouidentiâ, vt lucerna adhuc ſub modio abſconſa humilitatis, velut candelabro impoſita, latè verâ famâ eximiæ ſanctitatis ſplendeſceret; & quanti apud Deum eſſet meriti, fieret etiam hominibus manifeſtum. Cùm igitur turbatæ eſſent in ædibus omnia, plenaque tumultu, ob herilem iracundiam, humili Dei ancillæ res innotuit: quæ illicò magnâ fiduciâ precationi ſe dedit, totamque in eâ noctem exegit. Poſtridie arcam, vt priùs, plenam fabis inuenit: herum aduocat, ac monet, vt querelis deinceps abſtineat, Chriſtum enim, qui fabas acceperat, eas illi reſtituiſſe. Ac verè ſic res erat. Ille miraculo attonitus, reuerituſ deinceps Verdianam eſt, nec minùs præ gaudio tunc, atque anteà præ dolore exclamauit. Latè per prouinciam celebrata Verdianæ ſan-

precibus ea reſtitui diuinitus impetrat:

AVCTORE ATTONE EX ITALICO.

ctitas, cùm eo euentu conſtitiſſet, quantâ apud Deum in gratiâ eſſet, quæ veterum Sanctorum, *b* Hieremiæ, *c* Eliſæi, *d* Benedicti, *e* Fortunati, aliorumque admirabilia opera imitaretur. Verùm B. Verdiana, ſponſi ſui A Chriſti Ieſu exemplo, odiſſe ac fugere honorem, abominari mundanam gloriam, &, ſi quà fas eſſet, fugam è patriâ ſollicitè meditari. Quod vt ſenſêre ciues, permoleſtè tulerunt.

b c d e vult aliò fugere, ne honoretur:

4 Euenit Dei nutu, vt *f* matronæ quædam in Galliæciam ad S. Iacobi Apoſtoli ſepulchrum peregrinationem ſuſciperent, Iis ſe comitem dedit Verdiana. Hîc eam per Deum obteſtari ciues ſui, vt quamprimùm ad ipſos reuerteretur. Quod iis pollicita Virgo, peccatis priùs confeſſione expiatis, perceptoque in viaticum Chriſti corpore, atque eius munita benedictione, iter ingreditur. Per omnem viam (quod permirum) nihil de aſſuetis vigiliis, precationibus, ieiuniis remiſit. Summo manè ſurgebat cum comitibus, & quia eximiâ ardebat caritate, viſitabat, vbi ſe dabat occaſio, infirmos in noſocomiis piiſque aliis locis, ac blandis eos ſermonibus ſolata, exemplis quoque & obſequiis, non verbis ſolùm, ad patientiam hortabatur. Hilarem ac comem ſodalibus aliiſque ſeſe in hoſpitiis oſtendebat, atque indefeſſam: omnibus pedes abluebat, ac ſummâ ſubmiſſione tergebat: omnibus in rebus ac locis B Chriſti humilem ancillam ſe exhibebat. Feruntur è popularibus eius complures, etiam primarij, iter illius, pietatis ergô, proſecuti, qui omnia eius acta ſedulò obſeruarunt, eaque reduces ſuis ciuibus narrarunt.

f proficiſcitur ad S. Iacobum,

datq; caritatis, humilitatis & ſanctitatis exempla:

a *In MS. additum erat,* eo tempore; *quaſi tunc cùm Auctor ſcriberet, in eâ diœceſi non eſſet.*

b *Videtur* Eliæ *ſcribi debuiſſe, & indicari miraculum Sarephtanum* 3 *Reg* 17.

c *Cuius fide & precibus factum eſt* 4 *Reg.* 4 *vt lecytho olei vaſa plura implerentur.*

d *Non vnum* S. Benedicti *hoc in genere miraculum, vt videre eſt in eius Vitâ* 21 *Mart. præſertim cap.* 21 *&* 29. *Haſtenus in Commentar. ad cap.* 29 *plura ſuggerit aliorum SS. exempla.*

e *Veremur ne hîc Auctorem memoria fefellerit. Nihil ſimile de* S. Fortunato *Ep. Tudertino legimus, de quo agit S. Gregorius lib.* 1 *Dial. cap.* 9 *&* 10, *& nos* 14 *Oct.* Nonnoſi *fortaſſis voluit ſcribere, cuius ſimilia aliquot miracula refert idem S. Gregorius lib.* 1 *cap.* 7.

f *Addit Locatel.* honoratæ. *Lahierius ait mendicato victitaſſe eo in itinere Verdianam.*

CAPVT II

C *Verdianæ iter Romanum, incluſio, vitæ auſteritas.*

5 CVm domum reuertiſſet, ſummâ omnium lætiâ excepta eſt, non ſecùs ac theſaurus anteà deperditus ac denuò inuentus. Geſtire omnes alacritate, eamque obſecrare, ne quoquam deinceps à patriâ abiret. Illa ſoli Chriſto cupiens, non hominibus placere, vnum eos rogauit, vt publicis expenſis ſibi eremiticam domunculam fabricarentur, in quâ poſſet ſolitaria viuere, ab omni hominum ſeiuncta conſortio ac rebus mundanis, vt peregrina in terrâ, cum Apoſtolo conuerſationem haberet in cælis. Quod, propitiâ Numinis voluntate, ex voto Virginis factum, eique cella ædificata trans Elſam flumen, *a* in eccleſiâ S. Antonio olim dicatâ. Dum illud ipſi conſtruitur habitaculum, nihil conſuetarum precum intermittens, conſtituit, priuſquàm cellæ includeretur, Romam proficiſci, ibique Quadrageſimam exigere. Iter ergo cum honorato piarum matronarum comitatu ſuſcepit, eadem actitans quæ in priori ad S. Iacobum peregrinatione. Romam vt attigit, loca ſacra piè obit, & Sanctorum meritis ſeſe toto animi affectu commendat: præcipuè baſilicas SS. Petri & Pauli frequentabat, inque iis diutiſſimè orationi aliiſque ſanctis actionibus vacabat. Tantam ſibi in almâ Vrbe piorum hominum

rogantibus ſuis, ne aliò eat,

petit ſibi cellam conſtrui:

Phil. 3. 20.

a

it Romam:

gratiam comparauit, vt eam in patriam reuerti non paterentur. Triennium iſthic dicitur commorata, non ſine popularium ſuorum admiratione ac dolore, metuentium vt ea reuerteretur, ac tale ipſis reſtitueretur præſidium. Tandem Diuino nutu, furtim quodammodò Vrbe egreſſa, in patriam reuertit, publicâ ſuorum exultatione excepta. D

ibi triennio haret:

6 Perfectâ iam, quam incolere optabat, cellâ, conſtituto die ad oppidi eccleſiam venit, vbi factâ peccatorum confeſſione, ſumptâque Euchariſtiâ, coram Plebano *b* vouit Deo ipſique Plebano obedientiam: is habitum velumque benedixit, quibus eam deinde induit, & Canonico cuidam eiuſdem Eccleſiæ, à toto Canonicorum collegio ad id electo, eam tradidit ad præparatum habitaculum deducendam. Eò ipſa tetendit, Crucem brachiis geſtans, Clero vniuerſo ac populo comitante. *c* Ingreſſura rogat adſtantes, vt Deo pro ſe offerant preces: illi viciſſim, vt pro ipſis oret, obteſtantur. Cùm ingreſſa eſſet, obſtructus aditus eſt muro exædificato, exiguâ ſolùm relictâ feneſtellâ. Exſtat ea etiamnum cella, ſed in ſacellum mutata: ipſe eam puer meis oculis vidi. Quanto ſtudio antiquum illum Patrum Ægyptiorum feruorem innouârit, ſatius erit non explanare dicendo, ne me increduli quidam homines nimiæ credulitatis accuſent: cùm ipſi Apoſtolo Paulo æmuli ſui non pepercerint, arbitrati diſcipulum eſſe Ananiæ, à quo erat baptiſmo luſtratus, non Chriſti, à quo vocatus, ac cæleſtium theſaurorum particeps effectus; de quibus ipſe pronuntiat, animalem hominem non percipere quæ ſunt Spiritus Dei. Nemo tamen ambigat, quin ampliſſima de hac Virgine dici à nobis veriſſimè poſſint.

b sacro velo donata,

c cella includitur,

& ſanctè in eâ uiuit.

1. Cor. 2. 14.

7 In eam cellam incluſa Verdiana, florenti adhuc ætate, ac venuſto aſpectu, vt liberiùs Deo vacaret ac rerum ſacrarum contemplationi, in perpetuum vino abſtinuit, ſatiſque gnara naturam paucis contentam, admenſum cibum non niſi ſemel in diem ſumebat, ſub occaſum ſolis, magis ſuſtentandæ naturæ, quàm captandæ delectationi. In nudâ humo cubabat, hiberno tempore tabulam ſubſternens: ceruical illi rudis truncus. Vinculo ferreo, vti antè ſcriptum, nudum corpus conſtringebat, cui aſperrimum cilicium ſuperinduebat: vigiliis, ieiuniis, orationi ſemper intenta. Cùm Miſſam audiret, aut Diuinum officium ipſa recitaret, mens illi aſſiduè in Deum rapiebatur. Diligenter otium vitabat, ne ſerpens antiquus, qui fœminæ calcaneo inde à primâ origine inſidiatur, in eius vitâ ac conuerſatione vel momentum temporis ſibi vindicaret. Si quid committeret, aut anteà commiſiſſet leuium delictorum, aſſignato ſibi Sacerdoti cum lacrymis quâque hebdomadâ confitebatur, & veluti grauium criminum rea, iniunctam ab eo pœnitentiam eiulans & plangens explebat. F

semper viridi no abſtinens,

parco cibo vtens:

ſapè rapitur:

8 Narrant qui eam nouerunt, peculiari Dei fauore obtinuiſſe copiam lacrymarum, ſiue Chriſti Paſſionem attentè meditaretur; ſeu ſibi regni cæleſtis Deique fruitionem differri cogitaret, ſeu denique cerneret miſerorum ærumnas, quibus intimè compatiebatur. Maximoperè paupertatem amabat, ſeque non modò rebus ſuperfluis ſpoliabat, verùm quantum naturæ ferre imbecillitas poterat, etiam neceſſariis, vt perfectiſſimè ſponſo ſuo ſimilis euaderet. Nihil omnino poſſidere voluit, aut ſibi retinere præter parciſſimum cibum: ſi quid ex eleemoſynis ipſi collatis ſupererat, id omne pauperibus eò aduentantibus erogabat. Nihil de veſtitu eius exteriore loquor; erat enim is è viliſſimo, qui tunc reperiri poterat, panno. Omnino in craſtinum, iuxta Euangelicum præceptum, ſollicita non erat: omnis enim eius animi affectio in cælis erat, non in terrâ.

meditans lacrymatur:

colit paupertatem,

cilicio & vili veſte tecta:

Matth. 6. 34.

9 Eâ ratione triginta quatuor annos vixit, ſoli Deo nota: nulli vnquam facies eius viro conſpecta, nec ipſi viri vllius. Ratò ipſa hominibus loquebatur, ne à ſolitæ con-

tæ contemplationis dulcedine animus auocaretur. Si quis tamen ad eam adibant, ſpiritualis fructus atque ædificationis gratiâ, mirificè in eius verbis relucebat gratia Spiritus ſancti, quâ animus eius affluebat, vti ex abundantiâ cordis os loquitur. Si quis mœſtus, aut aliquâ preſſus neceſſitate, aut aliâ ratione perturbatus ad eam venerat, abſcedebat tanto perfuſus ſolatio, vt ipſemet admiraretur. Quandoque biduo triduoque nulli ipſam interpellanti reſpondebat, omnibus illâ eius patientiâ attonitis. Creditur eo tempore Diuinorum contemplatione, ſanctique Spiritus dulcedine fuiſſe abſorpta. Per Quadrageſimam, Aduentum, ab Aſcenſione Domini ad Octauam vſque Pentecoſtes, die Aſſumptionis Deiparæ & per Octauam, ratiſſimè cuiquam reſpondebat.

A parò, nec niſi de Deo loquitur, & vt mœſtos ſolatur:

certis temporibus cõtinenter filet.

a *Extra oppidum, vt notat Locatel.*
b *Locatel. ait fuiſſe* virum verè ſanctæ vitæ.
c *Addit Locatel. hymnos & pſalmos magnâ cum ſpirituali alacritate inter eundum cantatos; ac die Dominicâ id contigiſſe.*

CAPVT III

Verdianæ & ſerpentium conuictus.

10 CVm Sacerdos quidam ad populum diceret in S. Antonij æde, ac narraret S. Antonium à dæmonibus varias brutorum animantium formas indutis multa fuiſſe perpeſſum, hominum quoque importunitate vexatum, Verdiana ſancti Spiritus gratiâ incitata, multis precibus Diuinam pietatem obſecrat, ſibi vt conſortium eiuſmodi tribuat, quò & merita augere, & aliqua perpeſſu aſpera ipſumque adeò martyrium ſuſtinere, ad gloriæ Diuinæ amplificationem, ac pleniorem ſuæ patientiæ coronam poſſit. Non fuit eas inanes Diuina prouidentia preces eſſe.

S. Antonij exemplo orat, vt pati poſſit:

11 Biennio ferè pòſt quàm erat illi cellæ incluſa, cùm eius deprecatio Diuino eſſet conſpectui oblata probataque, ecce horribiles duo ſerpentes, æquali ambo magnitudine, in cellam eius per feneſtellam ingreſſi ſunt. Cohorruit Verdiana, anceps conſilij, quippe gnara familiare dæmoni animal eſſe ſerpentem. At Cruce ſeſe conſignans, Diuinæ acquieuit voluntati, ac ſe precationi dedit. Hîc Diuinam agnoſcens viſitationem, nihil humani præſidij procurauit aut expetiit. Mansêre illic ſerpentes per longum temporis ſpatium die ac nocte: ac ſi quando egrediebantur, breui rurſus redibant: neque vnquam aberant eo tempore quo cibum capere Virgo ſolebat, cum eâ ex eadem patinâ edendo, in quâ illa panem aquâ maceratum, lactucaſue aut legumina habebat, abſque vllo olei ſaliſue condimento. Si quid verò feris hoſpitibus deerat, caudâ eam verberabant, ita crudeliter, vt ſe Dei famula nonnumquàm octo dierum ſpatio erigere à terrâ non valeret. *a* Sed cùm in memoriam reuocaret varios Martyrum cruciatus, ſentiebat patientiam ſuam in Domino corroborari, quantoque imbecillior corpore, tantò ſpiritu fortior erat.

duo ſerpentes ei cohabitant,

& conueſcuntur,

eamq; verberant:

12 Intereà fama *b* ſanctitatis eius ad Ardingi Epiſcopi Florentini, Theologiæ Doctoris, aures peruenit: is illam inuiſit, &, vt erat vir pius, multos dies cum eâ de rebus ſpiritualibus collocutus eſt, magnâ cum animi ſui voluptate. Verùm vt triſte illud ſerpentum contubernium cognouit, vel quia exeuntes ingredientesque viderat, vel quia innocentiſſima Virgo adacta illius præcepto, omnem facti ſeriem, quantoque ſecum eſſent tempore commorati, aperuerat, rei nouitate ſtupefactus, pellere eos ruſticorum operâ conſtituit. Id vt ſenſit Verdiana, ſecretò eum per Dei nomen obteſtatur, ne ſibi fructuoſam illam ſocietatem adimeret. Ceſſit eius precibus pius Præſul, eâ Virginem caritate proſecutus, vt quotannis eam, quoad vixit, viſitârit. Cernebant quidem ſubinde vicini eoſdem ſerpente at negligebant quærere vnde iſthuc veniſſent, quoue tenderent; neque enim hoſpites eſſe Verdianæ ſuſpicabantur.

Epiſcopum orat, ne eos fugari curet:

13 Tranſeunte iſthac (nam ad viam publicam ſita erat eccleſia) Legato Pontificis cum ingenti hominum multitudine, quidam ex illius comitibus occidere ſerpentes illos conati ſunt, atque vtique caudæ partem benè magnam abſciderunt. Illi ſubitò in cellam relictâ in publico parte præciſâ, ad nutricem ſuam refugerunt, c eiuſque attactu non modò curati, ſed & redintegrati ſunt: at deinceps, pro more ſerpentium, multò crudeliùs in eam quàm anteà ſæuierunt, omnia maiori quàm anteà patientiâ perferentem.

laſos ſanat:

c

14 Poſt annos triginta, eoque amplius, innoteſcere accolis cœpit, inuitâ licet Virgine, cohabitare illi ſerpentes, quos, dum conueniendæ illius occaſionem præſtolantur, exeuntes è cellâ ac redeuntes viderant: quamquàm id illa quibuſdam magis familiaribus indicârat. Metuentes igitur accolæ, ne quid Virgini incommodarent, obſeruatâ quâ ingredi ſolebant horâ, cùm denuò egrederentur, alterum occiderunt inſciâ Verdianâ, alterum fugarunt, vt deinceps amplius viſus nulli ſit. Diſplicuit ea res Virgini, orbatæ tanti meriti materiâ, & diuinitus concello contubernio. Nec longo pòſt tempore peculiari ſancti Spiritus inſtinctu imminere ſibi obitum ſenſit: ac multorum rogatu, præſertim Confeſſarij ſui, indicauit, quanto tempore eorum vſa eſſet conuictu, & quid abus paſſa. Qua verò nihil fides eius ex famâ accipiebat detrimenti, Diuinâ prouidentiâ factum eſt, vt virtutes eius per omnem latè regionem celebrarentur. Cœpit etiam Virgo, Dei munere, plurimis clarescere miraculis.

vno ab accolu caſo, altero fugato, dolet:

moritura indicat, quid ſib iis perpeſſa ſit.

a *Addit Locatellus*: mordebant quoque, ſed, Dei nutu, nihil illi nocebat venenum.
b *Perperàm Labierius ad eam veniſſe* Ardingum *ſcribit motum famâ prodigij cohabitantium illi ſerpentium.* Ardingi *ſit ſæpius honorifica mentio in Annalib. Seruorum Gesuij lib. 1 & 2. dicitur q; circa an. Chr. 1248 obiiſſe. Pluribus de eo agit Vghellus in Italiâ ſacrâ.*
c *Signo Crucis curatos ait Labier.*

CAPVT IV

S. Verdianæ miracula in vitâ.

15 CVm eſſet æſtiuo tempore iuuenis quidam ſtaturæ & ætatis mediæ in S. Antonij eccleſiâ; hunc rogat Verdiana, ſibi vt vas fictile è puteo, qui exſtat etiamnum viæ publicæ propinquus, aquâ impleat. Paret ille, ad *a* puteum properat, aquam haurit, Virgini præbet. Illicò ea in vinum mutatur: quod cernens Verdiana, rata piè ſibi illum voluiſſe illudere; Ignoſcat tibi Deus, fili, ait. Aquâ mihi opus erat, non vino. Ille attonitus; Cariſſima Domina Mater, inquit (ita eam vulgò compellabant) certò ſcio, aquam me è puteo hauſiſſe, non vinum. Aſpice, ait illa, aquáne ſit, an vinum; eique idem illud vas per feneſtellam tradit. Colorem is, odorem, ſaporem explorat, reperitque aquam in optimum vinum conuerſam. Vas illa repetit: negat is ſe redditurum, ſimulque è templo ſe proripit, omnibuſque miraculum narrat, concurrentibus etiam ex vico Timiniano, qui ſub eodem eſt oppido, ad inſolitæ rei ſpectaculum.

F

a aqua ei verſa in vinum,

16 Tandem *b* Magiſtratus Reip. Florentinæ, Plebani & aliorum conſilio, vas illud in oppidum eſt deportatum, deque rei veritate inquiſitum. Conſtanter aſſeuerante iuuene, aquam ſe è puteo hauſtam, non vinum, ad Sanctam attuliſſe, mirabantur cuncti inſolitam vim vini odoremque; ac beatum ſeſe exiſtimabat, qui vel guttulam poterat obtinere. Ea deuotio fidei in quibuſdam extitit, vt infirmi complures ſanati dicantur, cùm pauxillum illius vini guſtaſſent. Magnam ea res Verdianæ, honorem omnem ac laudem humanam reſpuenti

quo ægri curati:

b

AVCTORE ATTONE, EX ITALICO.

D

AVCTORE ANTONE, EX ITALICO.

respuenti, molestiam attulit, & rarò deinceps ac difficulter responsa consulentibus dabat. Imitari eam arbitror voluisse factum illius sancti anachoretæ, qui bis terúe, vt summùm, conspici ab hominibus potuit, indignos iudicans Angelicæ conuersationis, qui frequentiâ hominum delectarentur.

A *re vulgatâ, varius respondet:*

17 Exeunte ad rusticum opus colono quodam, corruit iumentum, onusque excussit, & insidentem colonī filium grauiter afflixit, confracto brachio, ac c genu. Ad huius subitum clamorem & eiulatum, accurrunt mœsti parentes, quibus iam filius haud diu in viuis futurus credebatur. Superuenientes alij, vt fit, nonnulli, suadent vt filium sistant S. Verdianæ, eamque rogent, vt Deum pro eo precetur. Continuò ad Virginem properant: pulsant cellæ de more fenestram: sed cùm diu nullum audirent responsum dolore grauissimo afflicti, ac tædio victi, dubij hærebant, abirentne opis exortes, an adhuc opperirentur. Demum mater filiolum ei per fenestram porrigit: quem vt tetigit Sancta, is subitò planctu in risum mutato, ac gestu alisque indiciis lætitiam testificari cœpit, &, Sanus sum, inquit. Attoniti parentes diligenter inspiciunt, sanum penitùs & incolumem reperiunt, actisque Deo gratiis, ad sua reuertuntur.

c

puerum grauiter lasum tactu sanat:

B 18 Alia mulier diu oculis doluerat primùm, dein cæca effecta, auditâ Verdianæ famâ, ad eam adit, calamitatem suam exponit, per amorem Dei, vt opem ferat, obtestatur. At Virgo multis ac sanctis argumentis eam ad ferendum illud incommodum hortata, demum palmæ ramum illi tradit, quam ad eam Confessarius suus die Palmarum attulerat, En carissima, inquit, quod largiri nunc possum; neque enim aliud habeo quidquam. Eum hæc ramum magnâ animi alacritate ac pietate osculatur, admouetque oculis: qui (mirum dictu) primò illius attactu subitò recipiunt lumen. Gratiis igitur Deo Sanctęque actis domum redit, illud identidem ingeminans: Mirabilis Deus in Sanctis suis.

eundem illuminat palmæ benedicta ramo:

a *Eutatis nunc quoque, Razzio teste.*
b *Videtur Præfectus oppidi Castelli Florentini intelligi, qui fortassis à rep. Florentinâ constituebatur.*
c *MS. habet* occhio, *oculum; Razzius* ginocchio, *genu, puero fractum: hoc verisimilius.*

CAPVT V

S. Verdianæ obitus miraculis illustratus.

C 19 TAndem suæ peregrinationis metæ appropinquans, solitò feruentiùs ac frequentiùs vacabat orationi, & vim magnam profundens lacrymarum, Diuinis operibus intendebat. Cùm enim triginta *a* quatuor annos in angustâ illâ cellâ exegisset, tandē cælitus edocta est, quo die migratura esset è vitâ. Nullos deinde cum quoquam mortalium ampliùs miscere sermones voluit; sed accito ad se tempestiuè Confessario, eo animi dolore, eâ cum copiâ lacrymarum, omnes animæ neuos per confessionem eluit, ac si enormes noxas admisisset. Peractâ confessione, sacratissimum Christi corpus sibi impertiri flagitauit: priùs verò quàm id sumeret, prolixiores solito preces fudit coram Sacerdote, quod ille miratus, quærit cur præter morem longiori orationi indulserit? Illa acceptâ Eucharistiâ, fenestram claudit, genua flectit, apertoque psalterio septem psalmos pœnitentiales piè decantat: peruenerat que ad psalmum MISERERE MEI DEVS; an eum absoluerit, haud constat: ad eum psalmum apertus inuentus est liber: ipsa sublatis in cælum oculis ac manibus, ita vt erat, poplitibus nixa, animam Deo reddidit.

a diem mortis diuinitus cognoscit: cōfessa sumit Eucharistiā:

legēs Psalmos pœnitentiales moritur

20 Euenit felicissimus eius transitus anno à Christi natiuitate MCCXXII, ipsis Kalendis Februarij: is cùm adhuc mortalibus esset ignotus; quantis illa virtutum meritis polleret, quo triumpho & exultatione anima eius in cælestem deportata Hierusalem esset, manifestis indiciis, vsitatisque Ecclesiæ militanti publicæ solennitatis argumentis, declaratum est. Sunt enim in æde S. Hippolyti Martyris campanæ tres, quæ simul pulsatæ suauissimam edunt harmoniam. Stupenda res: ipso momento, quò decessit Verdiana, nemine impellente, vltro, mirabili modo, sonuerunt. Obstupuêre illicò omnes, quoniam eiusmodi sonitum neque ea diei hora, neque occasio vlla, vulgò nota, postulabat: cōcurrunt igitur ad tēplum viri ac fœminæ, & pulsum eum à nemine cieri conspiciunt. Stabant omnes miraculo attoniti: iuuenes quidam curiosâ ducti audaciâ, sistere campanas conantur. At frustrà contra Diuinam voluntatem ministeriumque Angelicum nituntur vires humanæ: videbantur enim iis sua diuelli à corporibus brachia, impulsu campanarum violentè prostratis. Sonus verò earum erat, non qualis adhiberi in funeribus, aut ceteroquin operariis diebus, sed vt in publicis celebritatibus, consuenit. Durasse is fertur, donec sanctæ Virginis repertum est corpus, aut (quod à pluribus traditum reperio, estque similius veri) toto quo migrauit die, ac nocte insequenti.

D

vltro sonant campanæ,

nec sisti queunt:

21 Dei posteà instinctu, qui Sanctos suos inter peregrinantes adhuc in terrâ mortales honorare consueuit, aliquanto temporis spatio post præbitam Verdianæ Eucharistiam, subit Confessario memoria eius, quod postremâ illâ vice præter morem egerat, idque pluribus narrat. In hanc cuncti vocem prorumpunt: Verè, verè id propterea editum à Deo est signum, quòd ad se gloriosam Matrem nostram euocârit. Omnes quamprimùm ad S. Antonij ædem conueniunt, in cuius angulo Verdianæ cella erat. Ferrur prætereà infantulus, necdum loquelæ capax, adhuc maternis vlnis gestatus clarè isthæc pronuntiasse verba: Famula Dei Verdiana mortua est. Creuit cœptus iam strepitus popularis famæ, pluresque exciuit. Vt ad cellam venerunt, de more fenestram pulsant. Cùm nullum, quod anteà solebat, daretur responsum, murus perfossus, & patefactus aditus est. Primus lacrymans ingreditur illius Confessarius, tum Sacerdotes ceteri, aliique religiosi homines, omnes metu perculsi: conspicati erectum in genua corpus, abreptam eam in extasim existimarunt. Sed cùm neque consueta suspiria, neque aliud vitæ indicium animaduerterent, intellexerunt demum vitâ functam.

hinc cognito eius obitu,

atque eā infantis voce,

perfoditur cella:

E

22 Stabat nixa genibus, oculis manibusque in altum sublatis, orantis ritu: *b* quo ex gestu coniecêre nonnulli, sanctos Angelos ei in ipso exitu animæ apparuisse, qui eam in cælos deducerent. Argumento itidem is situs fuit, nullâ eam oppressam ægritudine fuisse, ob quam iacere opus esset. Sanctos legimus Martinum, Basilium, Gregorium, Augustinum, Ambrosium, multosque alios eximiæ virtutis, aliquâ tamen correptos ægritudine, priusquàm migrarent è vitâ: imò vix paucos, ac fortassis ne vnum quidem reperiemus, præter Martyres, qui non aliquâ infirmitate corporis ac dolore finitus sit: nisi si quibus eximiæ omnino sanctitatis hominibus singulari quodam priuilegio indultum, vt omnis expertes molestiæ decederent; quod datum diuinitus Deiparæ Virgini est, ac SS. *c* Seuero Rauennatium Antistiti, *d* Petronillæ Petri Apostoli filiæ, *e* Ioanni Euangelistæ, atque aliis nonnullis.

F

b quo situ mortua, conspectus forte Angelis, absq; præuiâ ægritudine.

c d e

a *Ferrarius solum* triginta *habet.*
b *Arturus, haud scimus an rectè, ait* cancellatis brachiis *obiisse.*
c d e *De* S. Seuero *suprà retulimus hoc ipso die; de* S. Petronillâ *referemus* 31 *Maij, de* S. Ioanne 27 *Decemb.*

1 *Febr.*

CAPVT

CAPVT VI

S. Verdianæ funus curatum, non ſine miraculis.

23 VBi palàm innotuit, obiiſſe Verdianam, omnes immenſo quodam gaudio ſimul ac mœrore perfuſi ſunt: neque enim poterant non ſummè mœrere, cùm tanto ſe priuatos cernerent ſpirituali ſolatio, ac magiſterio illius, quæ perpetuò ea quæ ad Dei gloriam, ſuarumque ſalutem animarum agenda iis eſſent, edocebat. At geſtiebant lætitiâ, cùm nouum ſibi paratum apud ſupremum Iudicem patrocinium recordarentur. Dein verò primariorum conſilio, viri à cellâ abſcedere, honeſtiores matronæ ingredi, ac ſacrum corpus glorioſæ Virginis componere iuſſæ ſunt. Id dum peragunt, vinculum ferreum nudo corpori appreſſum, &, interulæ modo, cilicium, quæ perpetuò geſtârat; tum vnicam ianeam veſtem his inductam, rudem admodùm & aſperam. Erat cella omni prorſus ornatu deſtituta: vt vel inde coniicere fas eſſet, quantoperè Virgo Diuinis rebus contemplandis fuiſſet affixa, quæ nihil rerum terrenarum vel habuiſſet vel appetiiſſet.

Compoſitum à matronis corpus.

B

24 Cùm igitur harum manibus matronarum lotum ſacrum corpus eſſet, ac compoſitum, decenterque, pro loci ac temporis modo, inuolutum, foras productum, inque eccleſiâ collocatum eſt. Tum verò, non vt ceterorum cadaueta fœtorem expirare, ſed mirificæ ſuauitatis odorem, quem omnes percepêre ad a decem & octo dies; tanto enim ſpatio temporis inhumatum iſthic permanſit. Quis copiam luminum? quis confluentem eò hominum multitudinem explicet? Illicò dicta eſt per omnem prouinciam locaque finitima tantæ rei fama: eâ exciti, omnem ſecum familiam trahunt, ipſos adeò paruulos liberos iumentis impoſitos, cuncti velut immemores rei familiaris, agriculturæ, pecorum, opificij. Nihil verò iſthic actitare, niſi exoſculari ſacrum corpus, piè illud circumſtare, accenſa tenere manibus lumina. Neque ſoli conuenêre Elſæ amnis vtrimque accolæ; verùm feruntur b Florentiâ, Piſis, Senâ, Volaterris, aliiſque ex vrbibus, etiam remotioribus, plurimi adueniſſe.

in templo locatum, ſuauem odorem expirat, diu incorruptum:

a

concurrunt plurimi,

idq; mirantur:

b

25 Multa meritis ſunt ſanctæ huius Virginis patrata miracula; ſed maiorum negligentiâ non omnia litteris tradita. Paucula memorabo, quæ vel gratitudine eorum, quibus bono commodoque fuerant, vel quia genere ipſo illuſtriora, ad nos vſque peruenerunt.

facta miracula:

C

26 Matrona nobilis, cui Berta nomen, leprâ multo tempore laborârat, neque præ verecundiâ ac mali horrore, quoquam efferebat pedem ex ædibus. Verùm vt inſolitum campanarum ſonum audiuit, ſtrepitumque concurrentis multitudinis, & horum cauſſam cognouit, tenere ſe non potuit, quin ſepoſito pudore, glorioſæ illius Virginis viſeret corpus; cuius reuerenter opem implorauit, ac magnâ fide & pietate corpus eius exoſculata, illicò leprâ omni caruit: gratias Deo, cum adſtantibus, magnas egit, ac domum reuerſa, numquàm ſuæ liberatricis oblita eſt; ſed quibus potuit modis, illius amplificare honorem deinceps conata.

leproſa ſanata:

27 Alia mulier prodigiis, quæ fiebant, auditis, piâ ducta curioſitate, Virginis corpus viſitatũ veneratumque accurrit, relicto, quẽ domi accenderat, luculento igne. Cumque aliquamdiu in templo, miraculorum, quæ aſſiduè fiebant, nouitate attonita, hæſiſſet, venit in memoriam & foci ſuccenſi & filioli in ædibus relicti, ac ſollicita ne eueniſſet, quod reuerà euenerat, nec minùs filioli periculum, quàm mariti iram verita, ſanctæ Matris Verdianæ auxilium piè implorauit. Domum celeriter reuerſa, puerulum reperit in mediis flammis intactum, adeoque exultantem. Illa non minus lacrymarum præ ingenti, quâ ſubitò correpta fuit, lætitiâ profudit, quàm præ dolore, ſi quid ſecus filio eſſet factum, profudiſſet, cœpitque altè vociferari. Exciti eius clamoribus complures in domum aduolant, ſpectant ipſi miraculum, Deumque in Sanctâ ſuâ collaudantes, puerulum illæſum mediis è flammis extrahunt. Dicitur illud miraculum eueniſſe in oppido Timiniano.

puer in igne illaſus

Avctores Attonem Ep. ex Italico.

D

28 Inière tandem primores populi de ſepeliendo Virginis corpore conſilium; effractâque, quam inhabitârat, cellâ, nouum iſthic ſacellum erexerunt, aramque ſtatuerunt, templo ad illud latus dilatato. Illic tumulatum Verdianæ corpus, ſuauiſſimum odorem aſſiduè exhalans. Quamuis autem ampliatâ poſtmodùm æde, deſtructum illud fuerit ſacellum, ara tamen eodem etiamnum ſtat loco, quòd eo obiiſſe Virgo memoretur. Ædes ipſa deinceps S. Verdianæ eſt c appellata, quæ priùs S. Antonio erat dicata; ei nimirùm qui poſt S. Paulum primum Eremitam, meritò anachoreticæ vitæ primipilus habetur. Is in Thebaide celeberrimâ Ægypti d ciuitate cellis eremiticis conſtructis, illud vitæ genus inſtituit: hæc noſtra Virgo in Italiâ, etſi non eremum incoluit, vitam tamen ſolitariam Eremitarum more duxit, miraculis à Deo comprobatam.

S. Verdianæ ſepulchrum, ara, templum: c d

E

29 Sepulto hunc in modum intra illud ſacellum Virginis corpore, pia quædam fœmina, vt ad illud lampas perpetuò arderet, cenſum de ſuo contulit. At non omiſit Sathanas ſolitas artes, quibus quæ ad Dei Sanctorumque honorem fiunt, turbare conſueuit. Decidit igitur quadam vice ea lampas: verùm ad maiorem peſſimi dæmonis ignominiam ac dedecus, contra figuræ ſuæ rationem, erecta conſtitit, neque confracta eſt, cùm vitrea eſſet, neque effuſum oleum, ac ne lumen quidem extinctum, cùm ex ſatis edito loco decidiſſet. Vniuerſus populus miraculi teſtis fuit; permanſit enim longo tempore erecta humi, vt ceciderat, lampas.

lampas lapſu nec fracta, nec euerſa:

30 Audiui à viris fide dignis, qui ſe maiorum relatione id aſſerebant didiciſſe, conſueuiſſe feſto S. Verdianæ, quod Kalendis Februarij celebratur, ante eius altare lampades accenſas deferri, quæ neque nouo infuſo oleo, neque alio lychno appoſito, diutiſſimè ardebant.

alia diutiſſimè ſine nouo oleo lucentes:

a *Razz. & Wading.* ſeptemdecim. *Ferrar Bzou. Labier* ſedecim.

b *Antiquæ omnes hæ, ac celebres, Etruriæ vrbes.*

c *Ferrarius*: Eccleſia eius nomine conſtructa.

F

d Thebais *regio Ægypti deſcripta à nobis 17 Ian. ad Vitam S. Antonij § 1. Alia ſuperior, in quâ Syene & Tabenneſiotarum loca: alia inferior, in quâ natus Paulus 1 Eremita, vt ex eius Vitâ patet 10 Ian.*

CAPVT VII

In S. Verdianæ templo miracula.

31 MIles Romanus armorum tractandorum peritiâ celebris, in quodam conflictu graue in femore vulnus accepit, ita altè infixâ oſſi cuſpide, vt nullâ medicorum arte anno toto euelli potuerit. Cùm imminere ſibi mortem ſentiret, audiſſet verò Verdianæ famam, quantaque diuinitus conferrentur beneficia iis, qui eius ſepulchrum viſitarent, vouit eò ſe quoque iturum, & munera Diuæ oblaturum. Vix votum nuncupârat, cùm ſenſit ſibi melius eſſe, iterque mox ingreſſus eſt. Eò vt venit, ac S. Verdianæ altari appropinquauit, (res mira! quod ars humana non poteſt, Diuina effecit virtus) ſubitò abſtitit ferrum à vulnere, tantoque impetu reſiliit in eccleſiæ murum, qui cœmiterium ac Septemtriones reſpicit, vt ad miraculi fidem diu pòſt eidem muro infixum hæſerit. Recuperatâ

vulnus ſubitò curatum, ferro violentè eiecto, ac pariéti infixo:

AVCTORE ATTONE EP. EX ITALICO.

ratâ ſanitate, gratiiſque Deo & Sanctæ actis, doniſque compluribus oblatis, lætus rediit in patriam miles, qui mœſtus exierat. Sæpiùs referri audiui; eſtque ea peruulgata iſthic fama, illius militis ſumptu depictam in tabulâ, quæ etiamnum viſitur, & æri inſculptam S. Verdianæ imaginem.

A

S. Verdianæ imago picta & ſculpta:

32 Fuit in eo diſtrictu vidua, quæ cùm nullam iracundiæ refrænandis motibus daret operam, eò deuenit peſſimæ conſuetudinis, vt quadam vice filio admodùm adoleſcenti irata, inter alias truculentas & blaſphemas voces, in hæc proruperit verba: Diabolus natum hunc meum ad inferos abripiat, ne eum deinceps hiſce oculis videam. Vix ea erat effata, cùm ſublatus eſt è conſpectu puer, audituſque eſt eiulare: quò tamen ſit deportatus, haud ſcitur. Infelix mater, horrore, metu, dolore amens, terribiles edere clamores cœpit. Concurrunt ad ſpectaculum vicini, atque alij quamplurimi, & poſt lugubrem, vt tali in re ac tempore, tumultum, vnanimi conſilio ad ſepulchrum B. Verdianæ properant, cum dolore planctuque, præſertim miſeræ matris. Huic omnes veniam piaculi dari cælitus, filiumque dæmoni ereptum reſtitui precantur. Eorum verò haud multò pòſt cùm maior confluxiſſet populi turba, omneſque in oratione perſiſterent, placato Verdianæ precibus Deo, ante iram Virginis puerum cernunt omnino illæſum. Cuncti gratias Deo ſanctæque Verdianæ egerunt. Retulit eadem mulier, ſe nocte inſequenti (dormientem an vigilantem, haud poſſe aſſerere) viſam ſibi cernere, à dæmone per ſcalas filium pedibus prehenſum trahi, inde à S. Verdianâ retineri: cumque vtrimque magno conatu traherent, tandem Sanctam puero Crucis ſignum impreſſiſſe, eoque fugatum dæmonem, puerum verò ſaluum & incolumem manſiſſe.

puer, maternâ imprecatione, raptus à dæmone,

incolumis reſtituitur,

B

à S. Verdianâ ſigno Crucis, ereptus dæmoni:

33 Genuæ venerabilis quædam matrona in grauem incidit ægritudinem, quâ diu conflictatæ ita contracta ſunt membra, vt iis vti iam non valeret. In eo ſtatu longo tempore perdurans, aſſiduè Deum precabatur vt ſibi opem ferret. In B. Verdianæ peruigilio vocem viſa eſt in ſomnis audire hæc edicentem: Si ſanari vis, abi & corpus S. Verdianæ inuiſe. Quibus prolatis conticuit ea vox. Illa expergefacta, vniuerſam familiam aduocat, rei ſeriem exponit. At nemo ei, quæ aut vbi S. Verdiana eſſet, exponere potuit. Vbi illuxit, inquiri per vrbem curauit, num cui nota Verdiana eſſet. Reperti tandem negotiatores Florentini, qui quo loco Diuæ illius corpus quieſceret indicarunt. Illa ſpe certâ recuperandæ ſanitatis, maritimo itinere eò tendit: appulſa primùm ad *a* Portum Piſanum, inde vecta Caſtellum Florentinum; vbi ante S. Verdianæ aram aliquamdiu precata, integram adepta eſt ſanitatem. Illa conſideratâ beneficij magnitudine, magnam vim præclaræ laneæ veſtis, atque alia ad exornandam Diuæ aram donauit, & læta in patriam rediit. Nec dubium eſt, quin deinceps ſuæ memor liberatricis, eam magnâ ſemper coluerit veneratione.

infirma, cæleſti monitu, S. Verdianæ ſepulchrum viſit,

C

a

ſanatur,

donaria largitur:

34 Florentiæ hortulanus quidam, longo feſſus opere, ſub arbore quietem, ſomnumque capiebat aperto ore: in hoc ſerpens irrepit. Ille ſentiens ſibi inteſtina commoueri, euigilat, & horribiliter vociferatur, præſertim poſtquàm deinde corpus inflari cœpit. Varia excogitata à medicis remedia, fruſtrà fuêre. Tandem multis ſuadentibus, cœpit cum iis S. Verdianam inuocare, illius opem in hac ſuâ neceſſitate implorare: poſt plurima vota ac preces, viſum eſt, eum deportare ad ædem S. Verdianæ, atque ante eius aram collocare. Concurrebant plurimi ad ſpectaculum, moti commiſeratione. Vt templum ingreſſus eſt, ſubitò vociferatione atque inconditâ doloris ſignificatione abſtinuit: vbi ante Diuæ aram aſtitit, ſeſe inclinans os aperuit, è quo ſerpens prorupit ſanguine ſanieque conſperſus: homini ſanitas rediit, vt vix meliori per omnem retro vitam vſus videretur.

anguis os dormientis ingreſſus,

ante Diuæ aram euomitur:

35 Imbres maximi per omnem Ethruriam deciderant, effuſique extra alueum amnes omnia latè inundabant: Elſa præſertim, qui haud longè ab æde S. Verdianæ fluit, mirum in modum auctus pluuiis, ſolum omne illius oppidi aquis texerat, ipſamque adeò ædem S. Verdianæ circumdederat, imò illius iam ianuæ apertæ limen pedum aliquot altitudine aqua ſuperabat: ne vnica tamen gutta in templum ſeſe infudit; etſi ædem Fratrum Minorum è regione ſitam, aqua ſatis altè peruaſerit. Voluit Deus antiqua renouare miracula, & patefacere mortalibus, haud minoris coram Diuinâ ſuâ Maieſtate eam meriti eſſe, atque olim S. Zeno Veronenſis Epiſcopus fuit, in cuius baſilicâ *b* ſimile olim factum miraculum commemorat S. Gregorius.

D

eius templum inundante fluuio non intrant aquæ:

b

3. Dial. c. 19.

36 Simile prodigium animaduerſum aiunt in ingenti aquarum eluuione, quæ haud multò poſt magnam illam mortalitatem anni MCCCXLIII euenit, cuius meminerat pater meus, & plures alij ſenes, qui quod eo tempore oculis ipſi ſuis viderant, poſteà referebant. Euerſa tunc S. Iacobi ædes, quæ ſita erat iuxta pontem eiuſdem oppidi ad dextram. Ita enim tunc flumen exundârat, vt tectum molæ S. Verdianæ ad foſſas vſque oppidi delatum, ibique euerſum, vti & alia paſſim ædificia in Comitatu Florentino, in Verginienſi tractu, Piſis, Florentiæ: neque tamen in antè dictam eccleſiam multò aliis depreſſiùs ſitam, aquæ quidquam influxit.

itemque aliàs.

E

a *Ad Arniſi oſtium.*

b *Referemus hoc miraculum* 12. *Apr. in* S. Zenonis *Veronenſis Vitâ.*

CAPVT VIII

Variæ curationes, ope S. Verdianæ.

37 HVngaro cuidam annonæ Præfecto, cui Ioannes nomen, inter dimicandum læſa tibia eſt, neque multis admotis medicamentis ita curari potuit, quin & claudicaret ipſe, & inhæreret vulneri ferrea ſagittæ cuſpis, vnde copioſa ſanies aſſiduè emanabat. Durauit illud incommodum, vti certò probatum eſt, quinque annis. Factus deinde Florentinorum annonæ curator, cùm multa audiret præclara S. Verdianæ miracula commemorari, eius ſæpenumerò opem puſſimè implorauit, ædem viſitauit, donaria obtulit. Quodam die domum reuertens perſenſit aliquem ipſo plagæ loco pruritum, reductâque caligâ & faſciis, leuiter tibiam fricat; ac ſubitò, non ſine ipſius & comitum admiratione, vltro egreſſum è vulnere eſt ferrum, abſque eius vllo dolore, & (quod ſanè mirum) ne cicatrix quidem vulneris in eius tibiâ apparuit. Quare gratis Diuæ actis, doniſque oblatis, domum ſuam reuerſus eſt.

Ferrum vulneri ad 5 annos inhærens, ejectum,

F

cicatrix jublata:

38 Mulier quædam, Landina nomine, graui & diutinâ oppreſſa infirmitate, itaque fœdè contracta, vt neque niti pedibus, neque brachiis aut manibus vti, nec incedere, ac ne cibum quidem ipſa capere poſſet, multa in medicos & medicamenta expenderat; neque remedij quidquam erat experta. Nimirùm eius curationem Sanctæ ſuæ reſeruârat Deus. Demum ſpem omnem in Deo ſanctâque Verdianâ locans, ad eius ſe tumulum deuehi curat: ibi cum lacrymis auxilium à Deo eiuſque famulâ depoſcit. Qui precationis, idem & doloris finis fuit, ac contractionis membrorum. Nam cùm in omnibus ferè oſſibus neſcio quem ſtrepitum motumque ſenſiſſet, ſubitò aſſurgit ſana & expedita, vt vires ſibi multò quàm anteà maiores firmioreſque adepta deinceps videretur. Egit Deo ac ſanctæ Virgini grates, domumque reuerſa eſt.

contracta ſanata:

39 Ciuis quidam Florentinus, cùm Caſtelli-Florentini

hernia curata:

A rentini magistratum gereret, grauissimâ herniâ laborabat, vt omnia defluere intestina viderentur. Sed cùm cerneret quæ in dies meritis S. Verdianæ diuinitus fiebant miracula, visit sacrum illius corpus: votis conceptis integram recuperauit sanitatem; Deoque gratias & Verdianæ egit.

energumeni liberati,

40 Quæ eius virtus extiterit ad expellendos ex humanis corporibus pessimos dæmones, quos rude vulgus animas à corporibus seiunctas esse existimat, tot probari testimoniis potest, quot fuerunt suntque in eâ prouinciâ homines. Vnicum proferam exemplum.

vnus, reuulsâ in signum & comminutâ tegulâ:

41 Energumenus iumento vectus, sed ei propter inconditos motus alligatus, ad Diuæ sepulchrum venit. Ibi ab Sacerdote (Antonium Balneolensem, nisi me fallit memoria, vocabant) sacris verbis, cum Verdianæ meritorum obtestatione, adactus malè insesso è corpore facessere, post multa tandem excessurum se promisit; argumento futuram, reuulsam à tecto, proculque iactatam tegulam. Nec fefellit tunc mendacij parens: abiit enim, atque eodem momento temporis ingens isthic commotio ac strepitus extitit, vt cunctos metus incesseret, ne fortassis terræ motu templum corrueret: tegula verò vna sepulchro cuipiam in cœmiterio, tantâ vi, impacta est, vt in minutissimas particulas quaquauersùm dissilierit, non paucis de populo spectantibus. Ita vir ille, S. Verdianæ meritis, liberatus est.

lethale vulnus subitò sanatum:

42 Gliscentibus, vt fit, intestinis odiis inter illius regionis homines, ad arma vtrimque factiones deuenêre: quidam graue in capite vulnus accepit, vt gladij etiam fragmentum cranio infixum hæreret, & iamiam expiraturus crederetur. Domestici eum S. Verdianæ, cui perquàm addicti erant, sedulis precibus commendarunt. Is nocte somnum inter ac vigilias, graui pressus mœrore, honestam matronam albis indutam videt cubiculum circuire, ac lectum præsertim, in quo ipse iacebat, & nunc huc nunc illuc ire orantem, atque infirmum fixis oculis intueri, videbaturque sibi ipse dicentem audire: Ecce me. Ac subitò sentit ferrum capiti infixum moueri, non sine magno cruciatu. Tum verò plenè experrectus, clamore suo domesticos omnes excitat, ac visum narrat: ij admirabundi fascias capitis soluunt, ferrum vident è vulnere reiectum: ipse intra paucos dies conualuit, ac plures posteà vixit annos.

CAPVT IX

Miracula S. Verdianæ, quorum Auctor testis oculatus.

auctoris pater periculoso morbo liberatus:

43 CVm essem admodùm adolescens, parentem meum grauis lecto afflixerat ægritudo, vt neque cibi quidquam sumere posset. Multis iam labentibus hebdomadis tendere ad mortem videbatur: mœrebat mater se cum copiosâ & adhuc tenerâ prole relinqui, rationibus mercium ac pecuniarum, quæ sibi deberentur, quasque ipsa deberet, intricatam. Ea cùm audissem, ipse meâ sponte, aut Dei potiùs impulsu, adeo ad aram S. Verdianæ: memini etiamnum, emisse me, & accendisse candelas, preces fudisse, commendasse Sanctæ parentem meum. Domum reuersus reperi in lecto considentem, ac cibum sumentem: & breui plenam adeptus sanitatem, quinque & triginta superuixit annis.

item frater:

44 Ægrotantem germanum meum, postquàm vota erant S. Verdianæ nuncupata, censuerunt nouæ hauriendæ auræ gratiâ, Castellum Florentinum vehendum. Sed cùm ad diuersorium, quod Paruæ quercus appellant, quinque millibus passuum Florentiâ distans, perueniissent, præ nimiâ imbecillitate subsistere coactus est. Deportatus in cubiculum est, vbi cùm iam exhalaturus animam videretur, deliquium vitium passus, lapsis iam oculis, mater mea, quæ tum aderat, lacrymans altâ voce inclamat: S. Verdiana succurre illi. Subitò ad se rediit, ac vires recepit. AVCTORE ATTONE, EX ITALICO. D

45 Sub idem ferè tempus, cùm in officinæ nostræ foribus starem, mulier quædam in eodem nata districtu, in peccatorum suorum pœnam infestâ erat à dæmone, & iumento imposita per eam plateam ducebatur à suis ad ædem S. Verdianæ, vociferans identidem per omnem viam: Hei mihi! Hei mihi! Ludebant in plateâ nonnulli, è quibus vnus, Iuniperus nomine, frater Hippolyti Bartolini, iterum ac tertiò respondit: Heus tu, trade te Deo, at dæmon: Habeo eam; habeo. Cùm ad templum S. Verdianæ peruenissent, vellentque eam sui comites è iumento in terram deponere, vt ante aram Sanctæ deducerent; quia anteà, vt fama fuit, ad veneficæ cuiuspiam præstigias recurrerat, subitò fuit à diabolo suffocata. Perculsi omnes insolito euentu. Adfui ego, meisque omnia oculis vidi, atque alij complures: quod ideò ad aliorum terrorem commemorandum hîc duxi. *energumena veneficam consulens, à dæmone suffocata:* E

46 Cùm anno MCDVII *a* Fani in Piceno conciones in Cathedrali basilicâ haberem, rogatus vt pro honoratâ quadam matronâ, Petrâ nomine, Simonis Bertij coniuge, difficili morbo detentâ, iamque à medicis depositâ, preces ad Deum funderem, eamque inuiserem, vtrumque lubens præstiti: ei verò & adstantibus suasi, vt S. Verdianæ opem implorarent, licet in iis partibus tunc ignotæ. Haud fruſtrà preces fuêre. Illicò restituta ei sanitas est, ac S. Verdianæ depictam in tabellâ effigiem in S. Dominici æde suspendit. *a* *infirma ope S. Verdianæ sanata.*

47 Albertus de Francis in territorio Florentino ad Senensium confinia degens, accusatus est rei capitalis, & Reip. Florentinæ edicto in custodiam datus: sed cùm conuinci intentati criminis non posset, adhibita tormenta, quorum atrocitate fassus est, quod tamen non perpetrârat crimen, morteque damnatus. Adducti ad carcerem monachi duo, qui eum ad obeundam Christianè mortem hortarentur. Is primùm opem S. Verdianæ pissimè implorauit: dein paullum quietis cepit, interque somnum ac vigilias ei Diua apparuit, honesto, vti pingi solet, habitu, itaque eum allocuta est: Alberte quid metuis? quid dubitas? Confide Diuinæ misericordiæ. Quibus dictis, erepta oculis est. Visum monachis retulit. Postridie ad populum de more producitur: acta publicè perleguntur: id dum fit, Dei inuocat nomen, eiusque se misericordiæ commendat. Tum verò, cùm anteà maximè serenum & tranquillum cælum esset, subitò maxima planeque insolita exoritur tempestas ac violentus turbo, qui è tabellionis manibus chartam in quâ tota eius erat caussa & sententia descripta, abripit: neque ea, plurimis licet assequi & comprehendere nitentibus, vnquam recuperari potuit. Conclamant vniuersi, Miraculum, Miraculum. Primi lictores cum reo abscedunt, ac miraculum prædicant. Reus crimen se falsò confessum ait, tormentis victum: atque ita Dei numine, Sanctæque Verdianæ patrocinio liberatus, huic præter alia dona imaginem suam cum cippo ac lictoris machærâ obtulit, quæ diu fuêre ad miraculi memoriam suspensa, ad S. Verdianæ honorem, quæ in cælo viuit ac triumphat per infinita secula. Amen. F *falsò crimine damnatus,* *ope S. Verdianæ liberatur.*

a *Vrbs vetusta est* Fanum, *siue* Fanum Fortunæ, *in littore Adriatici maris.*

DE B. ANTONIO PEREGRINO

PATAVII IN ITALIA.

AN. CH. MCC LXVII. I FEBR. *Ecelino tyranno sæuiente,*

1 ECelinus *atrocissimus tyrannus Patauio ac vicinis vrbibus non tam impositus à Frederico* II *Imperatore Præfectus, quàm ad vlciscenda populi flagitia à Deo immissus, (quemadmodùm viro sancto calitus demonstratum tradit Bernardinus Corius hist. Mediol. par.* 2 *ad an.* 1207 *) etsi innumeras hominum cædes aliaq; infinita scelera perpetrauit; quibusdam tamen ansam præbuit vel gloriosam mortem pro iustitiâ subeundi, vel vitam piè instituendi. Referemus* X *Febr.* B. Arnaldum *Abbatem pœdore carceris, eius iussu, extinctum. Eius vt furorem declinaret, è patriâ profugit* Antonius, *nobili Manziorum familiâ ortus, patre Marsilio, Dulcinâ matre, ac coluit peregrè pietatem, celebria miraculis ac religione loca lustrando: demum tyranno extincto rediit in patriam, ibiq; ignotus, etiam suis, annos aliquot in summâ paupertate exegit. In breui Chronico rer. Patauinar. ab an.* MCLXXXIX *ad* MCCCXXV *edito post Chronicon Rolandini, ad an.* MCCLXVII *ista habentur:* B. Antonius Peregrinus obiit hoc anno. *Guilielmus & Albricetus Cortusij, qui circa an.* MCCCLXIV *historiam scripsêre, lib.* 1 *cap.* 8 *ita habent:* In eodem anno (MCCLXVI) obiit B. Antonius Peregrinus. *Quorum testimonio liquet, iam à* CCC *annis* Beatum *vulgò appellatum.*

Antonius Nobilis Patauinus fugit:

Obiit an. 1267 30 *Ian.*

2 *Vitam eius breui epitome complexus est Bernardinus Scardeonius antiquit. Patau. lib.* 2 *classe* 6 § de B. Antonio Manzone peregrino. *Agit de eo quoque Angelus Portenarius de Patau. felicit. lib.* 9 *cap.* 40. *traditq;, etiam priùs quàm è patriâ profugeret, fuisse integerrimis moribus, itaq; in pauperes liberalem, vt sua omnia in eos profunderet: peregrinatum esse annis* V, *ac post Ecelini mortem, quæ contigit an.* MCCLIX, *redisse in patriam, ac stipe mendicatâ deinceps victitasse, nec alio vsum hospitio, quàm porticu ecclesiæ cœnobij S. Mariæ de Porciliâ extra muros. Dirutum est hoc sanctimonialium cœnobium an.* MDIX *moliente vrbis obsidionem Maximiliano Cæsare, vti alterum Camaldulensium, illi propinquum. Sanctimoniales ad S. Benedicti monasterium in vrbem se receperunt, eoq; corpus* B. Antonij *&* B. Compagni, *quod in vicinâ ecclesiâ à Camaldulensibus relictum, vt idem Portenarius scribit, atque à militibus ipsis ad illarum erat ædem delatum, asportarunt.*

5 annis peregrinatur:

mortuus sepelitur in templo S. Mariæ de Porciliâ: Reliquiæ in vrbẽ delatæ,

C

3 *Anno* MDLXXV *eadem monachæ aliud ædificarunt cœnobium, patrocinio & operâ Dauli Docti, idq;* B. Antonij Peregrini *appellatum: ecclesia an.* MDLXXXI *dedicata est. Extat ad rei memoriam isthæc insculpta lapidi inscriptio:* Daulo Docto, Bernardini F. à Daulis oriundo, quòd D. Antonij Peregrini cœnobium, templumque cùm ædibus iuxta mœnia ædificiis V. S. C. ne vrbis munitioni officerent, diruta, publico decreto Protector designatus, summo studio hoc intra vrbem loco restituenda curauit; Lucretia Capiuaccia Antistes, cæteræque Virgines fidei ac diligentiæ ergò posuerunt. Fanum Mariæ Virginis beatissimæ anno à Christi natali MDLXXXI XVII K. Iunij Federicus Cornelius Pontifex Patauinus consecrauit. *Eodem anno, die* XXV *Martij, solenni totius Cleri supplicatione, vniuerso comitante populo, ad nouam hanc ædem, B. Antonij Peregrini deportatæ sunt reliquiæ, vti & B. Compagni, atque antiquis suis è marmore sepulchris, supra columellas eleuatis, impositæ. Additæ in geminis tabulis inscriptiones, quarum vna est eiusmodi:* Hîc iacet B. Antonius Peregrinus Patauinus, Manziorum familiâ natus, qui omnia loca sancta visitauit. Obiit anno Domini MCCLXVI die XXX Ianuarij. *Alteram dabimus* VIII *Octobris, quo die* B. Compagni *agitur memoria.*

dein eius nomine ædificato cœnobio,

ad id translata.

4 *Quod hîc dicatur obiisse an.* MCCLXVI, *mendum re-*

mur, cùm alij iam citati, ipseq; Scardeonius, & Portenarius quoque, contrarium tradant: nisi isthic quoque, vt in Galliâ, menses ante Paschа ad præcedentem annum pertinebant. Ideò verò Kalendis Februarij eum retulimus, licet XXX *Ianuarij obierit, quia inscriptio relata à Scardeonio eum diem exprimit: vnde coniecimus eo die tumulatum, coliq; solitum concursu populi, donariis, aliisq; priuatæ pietatis argumentis; at nondum publicis sacris, cùm necdum sit ab Ecclesiâ in Sanctorum tabulas relatus.*

5 *Nomen eius eodem die* XXX *Ian. ita retulit Molanus in Addit. ad Vsuardum:* Eodem die beatæ memoriæ Antonij Peregrini Patauini, ex Manziorum familiâ nati, qui omnia loca sancta visitauit, & defunctus est MCCLXVII. *Eadem habet Canisius, nisi quòd* Papiensem *vel* Paphiensem *faciat, pro* Patauino. *Molanus in* 2 *edit. aliis verbis eum refert eodem die; quo & Ferrarius in generali Catal.* SS. Patauij B. Antonij cognomento Peregrini.

memoriæ in Martyrol. 30 *Ianu.*

E

6 *Idem rursùs Ferrarius* 1 *Febr.* Patauij B. Antonij, cognomento Peregrini, Ord. Camaldulensium. *Arnoldus Vion eodem die:* Patauij in cœnobio S. Benedicti, depositio S. Ausonij (*in annot. habet* Antonij) cognomento Peregrini, Ord. Camaldulensis, qui exemplo S. Alexij, duabus sororibus suis, monialibus, seruiens, incognitus ad mortem vsque permansit, & tandem bonis operibus plenus, quieuit in pace. *Eadem habet Menardus. Verùm Ordinis eum Camaldulensis fuisse neque citati rerum Patauinarum scriptores tradunt, neque fit verisimile: nam si erat eius Ordinis monachus, cur in porticu ecclesiæ S. Mariæ degebat, & non in propinquo Camaldulensium cœnobio? Occasio fortassis id suspicandi inde nata, quòd* B. Compagnus *ex eo Ordine videatur fuisse qui in eadem ædc, in quâ Antonius, quieuit. Neque seruisse suis sororibus traditur: neque in S. Benedicti cœnobio vel obiit, vel nunc asseruantur eius reliquiæ, licet* LXX *per annos isthic depositæ fuerint. Breuiùs de eo Benedictus Dorganius* 1 *Febr.* S. Antonij dicti Peregrini, qui bonis operibus plenus in pace quieuit.

& 1 Febr.

VITA

Auctore Bernardino Scardeonio.

1 EOdem fermè *a* seculo vixit & B. Antonius, cognomento Peregrinus: qui cùm ab ineunte ætate mundi illecebras cœpisset abominari, & amplecti cælestia, sæuiente interim vltra modum *b* Acciolini tyrannide, non, vt plerique alij, vi aliquâ coactus, sed sponte profugus, relictâ patriâ, penè totum orbem peragrauit mendicus, ex alieno victitans, qui domi priùs mendicos alebat de suo. Adiit itaque primùm Hierosolymam, Compostellam, Romam, Lauretum, & alia loca ferè omnia, quæ vel religio, vel alicuius Apostoli aut præcipui cuiuspiam Sancti reliquiæ decorabant. Atque ita quod reliquum ætatis sibi supererat, ferme totum in itinere peregrinando consumpsit; victum quotidianum mendicando quæritans, non sine immensis corporis laboribus, atque interdum cum maximâ animi molestiâ.

a B. Antonius mendicus peregrinatur:

b

sacra loca visit:

2 Denique reuersus in patriam, ignotus aliquamdiu in summâ inopiâ & calamitate duxit vitam, numquàm ante vltimum vitæ suæ diem à quoquam cognitus.

in patriam redit ignotus:

A tus. Postremò lassitudo, inedia, & frigus intolerabile, cum in ægritudinem grauissimam deduxerunt: quâ aliquamdiu languens interiit. Ex chirographo autem post mortem tandem cognitus est, & quis fuerit, & quâ ratione à suis agnosci noluerit. Erat enim ex Manziâ nobili familiâ Patauinâ, sub parochiâ D. Petri natus. Obiit autem salutis anno MCCLXVII III Kal. Februarij.

post mortē agnoscitur ex chirographo:

3 Claruit post mortem multis & magnis miraculis, licet ab Ecclesiâ Romanâ in Sanctorum catalogum non fuerit receptus. Habitus est tamen eo tempore Patauij in summâ veneratione, dicatumque eidem sacellum satis pulchrum, extra portam *c* Porciliam: & *d* municipali decreto statutum, vt solenniter statâ die in eius memoriam fieret solennis supplicatio, obseratis in totâ vrbe tabernis, indictâque omnibus in vrbe à quouis opere seruili cessatione, non secùs quàm si à Summo Pontifice mandatum fuisset.

claret miraculis: sacellum ei dicatum;
c
d
ad id supplicatio:

4 Verùm cùm in dies magis ac magis beatus vir miraculis clarescceret, Patauini à Summo Pontifice popposcerant per legatos, vt eius nomen in catalogo adscriberetur Sanctorum. Qui respondit sufficere satis posse Patauinis, habere vnum Antonium sanctificatum. Nec propterea tamen minùs deinceps honori habitus est, quàm priùs, neque desitum est, quin honoratissimè eodem die Prætor & alij ciues solenni pompâ cum vexillis artificum, & cum vniuerso populo, cereis candelis religiosè procederent, ad salutandas sacras Reliquias, tam in templo monialium vbi ipse iacebat, quàm in proximo templo monachorum. Nunc autem cœnobio vtroque diruto, moniales intra vrbem cum his sanctis Reliquiis se receperunt; monachi verò ad alia sui ordinis monasteria Venetias transmigrarunt, annò Domini MDIX. De eo autem legitur ibi hoc epitaphium:

postulata canonizatio:

AVCTORE I. B.

translata reliquiæ:

HIC IACET CORPVS BEATI ANTONII PEREGRINI PATAVINI, EX MANZIORVM FAMILIA NATI: QVI OMNIA LOCA SANCTA VISITAVIT, ET DEFVNCTVS EST M. CC. LXVII. KAL. FEBRVARII.

epitaphiū.

a *Egerat § precedenti* de S. Iacobo Martyre Patauino *ex Ord. Minorum, cuius ac trium sociorum an.* 1221 *interfectorum mentio fit* 14 *Ian. in Vitâ B Odorici* 2. *cap.* 2.

b *Huius* Acciolini de Romano, *siue* Actiolini, *vulgò* Ecelini, *&* Eccelini, *atque etiam* Ezerini, *horrenda scelera referuntur fusè à Monacho Paduano atque alijs cum Albertino Mussato editis. Patauio potitus est an.* 1237. *infelicissimè periit an.* 1259.

c *Ea nunc obstructa, vt tradit Portenarius: visuntur pontis vestigia.*

d *Factum illud decretum, vt idem Portenarius narrat, an.* 1269.

II FEBRVARII

SANCTI QVI IV NON. FEBRVAR. COLVNTVR.

HYPAPANTE DOMINI, ſiue PVRIFICATIO B. MARIÆ V.

S. Cornelius Centurio, dein Epiſc. Cæſareæ in Palæſt.

S. Agathodorus M. Tyanæ in Cappadociâ.

S. Fortunatus,
S. Felicianus,
S. Firmus,
S. Candidus,
S. Caſtula,
S. Secundula,
S. Rogatianus,
S. Caius,
S. Gregorius,
S. Cappa,
S. Felicitas,
S. Placidus,
S. Victor,
S. Felix,
S. Martialis,
S. Cornelianus,
S. Saluſtius,
S. Mauricius,
S. Papyrius,
S. Secundianus,
S. Ingenuus,
S. Muſtula,
S. Victoria,
S. Bonoſia,
S. Victoria alia,
S. Hilarus,
S. Rogatus,
S. Saturninus,
} Martyres Romæ.

S. Laurentius,
S. Hippolytus,
} Martyres, Foroſempronij in Vmbriâ.

S. Victor,
S. Marinus,
S. Perpetua,
S. Iulia,
& alij LXXIV
} Martyres in Africâ.

S. Honoratus,
S. Vrbanus,
S. Hilarus,
S. Priuatula,
& alij XXXIV
} Martyres in Africâ.

S. Apronianus, Commẽtarienſis, Martyr Romæ.

S. Rhodippus Ep. Leontinis in Siciliâ.

S. Floſculus Ep. Aurelianis in Galliâ.

S. Sicharia Virgo ibidem.

S. Laurentius Archiep. Cantuarienſis in Angliâ.

S. Adalbaldus Dux, Duaci in Belgio.

S. Hadeloga Virgo, Kitzingi in Franconiâ,

S. Theodericus Ep. Mindenſis,
S. Marquardus Ep. Hildesheimenſis,
S. Bruno Dux Saxoniæ,
S. Wigmannus,
S. Bardo,
S. Bardo alter,
S. Bardo tertius,
S. Thiothericus,
S. Gerricus,
S. Liutolfus,
S. Folcwartus,
S. Auanus,
S. Thiotricus,
S. Liutharius,
} Comites,

S. Aderamus,
S. Alfuinus,
S. Addaſta,
S. Aida,
S. Aida alter,
S. Dudo,
S. Bodo,
S. Walus,
S. Halilfus,
S. Hunildiunus,
S. Adalwinus,
S. Werinhartus,
S. Thiotrichus,
S. Hilwartus,
& alij plurimi
} Nobiles, vel Satellites Regij

S. Erlulfus Ep. Ferdenſis,
S. Gosbertus Ep. Oſnabrugenſis,
} Martyres.

} Martyres, Ebbekeſdorpij in Saxoniâ inferiore.

PRÆ-

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

Anctus Pionius, Martyr Smyrnæ. *MS. vetus monaſterij S. Martini Treuirís. Nos de eo egimus* 1 Febr.

S. Soris Confeſſor, *refertur in MS. Martyrol. Carmelit. Colonien. & in Carthuſianor. Colon. addit. ad Vſuardum, & Martyrol. Colon. an.* 1490 *excuſo ac Doctrinali Clericorum Lubecæ eodem anno.* Sorus *eſt, cuius Vitam dedimus* 1 Febr.

S. Sigebertus Francorum Auſtraſiorum Rex, *hoc die à Sauſſaio inſcriptus Gallicano Martyrol. De eo egimus* 1 Februarij.

Heraclitus, Maximus, } priſci Scriptores Eccleſiaſtici (*quorum* ἐναρέτῳ σπουδῇ ὑπομνήμασι præclaræ diligentiæ monumenta *laudat Euſebius lib.* 5 *hiſtor. Eccleſ. cap.* 26. *illius in Apoſtolum, huius de famosâ quæſtione Hæreticorum*, Vnde ſit malum? & Quòd materia à Deo ſit facta) *Sanctis annumerantur in Martyrologio Richardi VVyſordi an.* 1526 *excuſo. Vixêre ſub Commodi Seueriq; imperio, vti ſcribit idem Euſebius & S. Hieronymus de illuſtr. Eccl. Scriptoribus cap.* 46 & 47. *Nuſquam alibi Sanctorum tabulis inſcriptos legimus.*

B

XXX millia, Romæ *hoc die, ſub Diocletiano, martyrium ſubiiſſe ſcribit Galeſinius, eumq; ſecutus Caniſius. Infrà oſtendemus, cùm de* SS. Fortunato, Feliciano, & ſociis *agemus, non videri tot ſimul interemptos, eodem ſaltem loco.*

Erlulphus *quidam memoratur à Dempſtero lib.* 5 *hiſt. Eccl. gentis Scotor. nu.* 485 *ex Ionæ Arngrimi fide, in Iſlandiam Chriſti religionem intuliſſe. Hunc* Erlulphum, *ſiue* Ernulphum, (*diuerſum ab Oſnabrugenſi Epiſcopo* Erlulfo, *de quo hoc die agemus in tractatu de Ebbeckeſtorpienſibus Martyribus cap.* 4) *citatis Arngrimi verbis, qui* Irlandum *facit, Hiberniæ ſuæ vindicat Colganus, ac* Beatum *indigetat, referíq; ad hunc diem. Certiora deſideramus.*

Dudo Paderbornenſis, Aufridus Vltraiectinus, Albertus Hamburgenſis, } Epp. *memorantur hoc die à Philippo Ferrario, Ebbeckeſdorpij martyrio perfuncti: quod infrà in Ebbeckeſdorpienſium Martyrum hiſtoriâ refellimus.*

Bonifacius, Conuerſus Clarauallenſis, *moribundus vidit Angelos ad ſe venientes, itaq; lætus exceſſit: vti ex libro de exordio Ord. Ciſterc. commemoratur à Chryſoſtomo Henriquez. qui* Beati *titulo eum ornat; Sauſſaius* beatæ memoriæ *vocat.*

Vincentius Ep. Cracouienſis, dein monachus Ord. Ciſtercienſis factus, *Menologio Ciſtercienſi inſcriptus eſt à Chryſoſtomo Henriquez. ac* Beati *titulo inſignitus; qui ei, aut veteri populorum pietate, aut Sedis Apoſtolicæ iudicio, attributus ſit nécne, non quærimus. Huc enim non pertinet: quippe qui (vt Matthias de Michouia ſcribit Chron. Polon. lib.* 3 *cap.* 32.) *an.* MCCXXIII *die* VIII *Martij obierit. Vnde manifeſtum eſt, non ſemper ſolidos characteres in ſuis digerendis Faſtis ſecutum eſſe Chryſoſtomum.*

C

Sabbatinus, vnus è XIII S. Franciſci ſociis, *refertur hoc die ab Arturo in Martyrol. Franciſcano. &* Beatus *appellatur; vti & à Gonzaga par.* 1 *hiſt. Seraph. in Beatis Ordinis; à Rodulphio quoque lib.* 1 *ac VVadingo tum alibi tum præſertim to.* 2 *ad an.* 1251 § 57 *vbi de eius corpore in baſilicâ Aræ cæli condito agit. An ab immemorabili tempore, aut certè ex Pontificis Maximi decreto, is illi titulus tribuatur, nondum comperimus; ideoq; hîc omittimus.*

S. Simon Confeſſor, *Officio ſemiduplici in Hiſpaniâ ab Ordine Præmonſtratenſi coli dicitur in Kalendario, ſiue* ordine recitandi officium Diuinum, *Madriti an.* MDCXXXV *excuſo. Cuius ſit auctoritatis illud Kalendarium, viderint alij.* Simon *hic eſſe ille videtur, quem* Beatum *prædicat Chryſoſtomus vander Sterren in Natal. SS. Ord. Præmonſtr. hoc die, & primum Abbatem fuiſſe ait cœnobij S. Mariæ in Nemore in Lotharingiâ. Eius Acta & publicæ*

veneration is certitudinem maiorem deſideramus.

Simon de Caſſiâ, *vel* Caſſianus, *ſiue* Corſulanus, *aut* Carſulanus, cognomento (*vt quidam ſcribunt*) Fidatus, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, *obiit* II *Februarij, an.* MCCCXLVIII, non minùs ſanctitate conuerſationis, quàm ſcientiâ venerandus, *vt ait Trithemius de Script. Eccleſ.* prophetiæ ſpiritu illuſtratus, *teſtibus Sixto Senenſi & Poſſeuino:* Fecitque aliquot miracula, *vt tradit Ioannes Nauius in Eremo Auguſtinianâ. Thomas Herrera in Alphabeto Auguſtiniano Madriti edito an.* MDCXLIV Beatum *appellat, ſcribitq;* à cunctis ferè auctoribus Beatum nuncupari; & eius icones Beatorum ſplendoribus irradiari, oſſa verò eius Caſſiæ (*oppidum id eſt Vmbriæ, non Hernicorum, vt putauit Sixtus Senenſis*) in capſulâ cuſtodiri. *Eadem ferè de eo ſcribit Ludouicus Iacobillus to.* 1 *de SS. Vmbriæ. Necdum tamen nobis compertum, an legitimè* Beatis *adſcriptus ſit. Scripta eius egregiam ſpirant pietatem: è quibus de ipſius Auctoris conuerſione & rebus geſtis collegit, quæ ea Coloniæ in officinâ Eucharij Ceruicorni an.* MDXL *edi curauit.*

E

Catharina Riccia Florentina Ord. Prædicat. *obiit* II *Febr. an.* MDLXXXIX *feriâ ſextâ, magnâ opinione ſanctitatis, multiſq; poſt mortem illuſtrata miraculis dicitur: vti videre eſt in eius Vitâ duobus libris ſermone Italico ſcriptâ à Philippo Guidio ex eodem Ordine. Aliquándo de eius cultu à Sede Apoſtolicâ conſtitutum ſit haud comperimus.*

S. Telerinus Confeſſor. *MS. Carthuſiæ Vltraiectinæ. Videtur* Celerinus *eſſe, de quo agemus* III Febr.

S. Blaſius Ep. Sebaſtenus Martyr. *MS. S. Richarij ſub Bedæ nomine. Nos* III Febr.

VII Sanctæ mulieres cum S. Blaſio martyrij coronam adeptæ, *hîc referuntur à Caniſio & Hermanno Greuen in addit. ad Vſuardum. Agemus de his* III Febr.

S. Columbanus, Abbas Hibernus, *hoc die, in cœmeterio cœnobij Gandenſis, cellæ incluſus memoratur à Molano, Ant. Sandero. Balduino VVillotio, aliis: obiiſſe traditur (ad quem diem de illo agemus)* XV Febr.

S. Macarius, } Eremitæ apud Scethim in Ægypto. *Ita*
S. Marcus, } *Ferrarius, qui Caniſij Martyrologium citat, in quo* S. Marcus Eremita *memoratur* VII *Octob. non hoc die.* Macarius *hic eſt qui* Alexandrinus *dicitur: quod indicat Ferrarius, dum vtrumque ſimul refert, citato Heraclidis Paradiſo, in quo cap* 10 *vtriuſque mentio ſit. De* S. Macario Alexandrino *egimus cum Martyrol. Rom.* II Ianuar.

De S. Marco *agemus cum Menæis* V Martij. F

S. Apollonij Martyris Elenatio *conſignatur ad hunc diem in MS. Florario. Plures reperiuntur huius nominis Martyres: quis hic ſit, haud diuinamus; niſi quòd idem Florarium eius natalem refert* VII April.

S. Aurelianus, *ſiue (vt Galeſinius ſcribit)* Laurelianus Martyr, Romæ ſub Decio. *Ferrar. Galeſin. Felicius, Vſuardi editio Pariſien. an.* MDXXXVI. *Agemus de eo infrà, cùm de Martyribus Romanis; & pleniùs, quo die Ticini colitur,* XXII Maij.

S. Aurelius Martyr, *à Galeſinio & Caniſio ſanctis Martyribus Romanis* Fortunato, Firmo, Candido *iungitur: ignotus aliis, niſi ſit* S. Aurelianus, *de quo iam diximus nos acturos* XXII Maij.

S. Theodoricus, monachus Lobienſis, *hoc die inauguratus eſt* Abbas Andaini ad S. Hubertum in Arduennâ, *vti ex Vitâ patet. Eius rei in quibuſdam MSS. Martyrologiis hoc die conſecrata eſt memoria. Vitam dabimus* XXIV Auguſt.

S. Simeon Hieroſolymis. *Martyrol. S. Hieronymi, & MSS. Martyrologia Eccleſiarum Aquiſgranenſis & S. Gudilæ Bruxellis, atque Menol. Graecor. ab Henr. Caniſio editum. Nos* VIII Octobr.

Niſi Martyrol. S. Hieronymi agat de S. Simeone Ep. *de*

A *quo nos inferiùs* XVIII Febr.
S. Burchardus Ep. Herbipolenſis *obiit hoc die, quo & Martyrologio adſcriptus à Galeſinio, Felicio, Caniſio. VVilſono in 1 & 2 editione Martyrol. Anglicani. Eius Vitam dabimus, quo die Herbipoli colitur* XIV Octobr.
S. Firmilianus Ep. Cæſareæ Cappadociæ. *Galeſin. Ferrar. Ghinius. Nos cum Græcis* XXVIII Octobr.
S. Tryphon Martyr *hoc die refertur à Conſtantio Felicio. Acta dabimus* X Nouemb.
S. Laurentius Epiſcopus in Hiberniâ. *MS. Florarium. Hic eſt, vt remur,* S. Laurentius Dublinienſis, *de quo agemus* XIV Nouemb.
Theodoricus à Monaſterio, Ord. Minorum, vir celeberrimæ in iuuandis peſte laborantibus caritatis, *refertur hoc die in Martyrol. Franciſcano Arturi, &* Beatus *appellatur: qui titulus neque in Vitâ Monaſterij VVeſtphaliæ an.* MDCXXXVI *excusâ, neque in imagine ſculptâ nuper Antuerpiæ, illi tribuitur: licet Reliquiæ eius, vt in Vitâ refertur,* licentiâ Superiorum exhumatæ ſint, & in ornato ſcrinio poſitæ in ſacello infirmariæ Louanienſis an. MDCXVIII XII Septembris. *Neque cur eum hoc die conſignet Arturus indicat; neque cur* Petrum à Villanoua, *an.* MDXL *feſto S. Franciſci mortuum, vti tradit (quem ipſemet citat) Gonzaga, ſed itidem abſque* Beati *titulo. Hoc eſt velut ſorte Faſtos ordinare. Certè Theodoricus deceſſit (non anno* MDXVI, *vt ait) ſed* MDXV XI Decemb. D

DE HYPAPANTE DOMINI,

ET PVRIFICATIONE B. MARIÆ,

G. H.

Commentarius hiſtoricus.

§ 1 Antiqua huius diei celebritas in Palæſtinâ, & Phœniciâ.

II FEBRV. 1 *Rima Chriſti Redemptoris noſtri myſteria in variis Paleſtinæ, ſiue Terræ ſanctæ locis peracta ſunt: Annuntiatio Angelica ad ſanctiſſimam Virginem Mariam, & Verbi Diuini Incarnatio, in oppido Galileæ Nazarethio; ſolennitas eiuſdem Virginis cognatam Eliſabetham viſitantis, in Montanis Iudeæ; at ſanctiſſima Chriſti in terris*

Hypapãte Domini Hieroſolymis peracta,

Natiuitas, atque octauo die facta Circumciſio: nec non in Magorum ſiue Regum aduentu illuſtris Chriſti Epiphania ſiue Apparitio, in Bethlehemo. Supererat vrbs regia Hieroſolyma, aliquando paſſione Chriſti, morte ac reſurrectione nobilitanda. In hac huius ſolennitatis myſteria II *Februarij quadrageſimâ ab Chriſto nato die, & primitus è decreto Diuino facta ſunt, & deinde ab initio Eccleſiæ tam in eâ vrbe, quàm in vicinis regionibus Orientalibus, ſacrâ memoriâ quot annis celebrata. Nomen feſto huic diei impoſitum,* Ἀπὸ τῆς ὑπαντῆς, *ſiue* ὑπαπαντῆς, *aut* ὑπαντήσεως, *ab* Occurſu *ſiue* Obuiatione, *tunc factâ à ſene Simeone & Annâ viduâ, & deinde, vt infrà patebit, quotannis ab Eccleſiâ ſacro ritu innouatâ.*

ibidem, & in Oriente vicino, ab initio Eccleſiæ celebrata:

C 2 *Antiquior Scriptoribus Hieroſolymitanis eſt S. Methodius, primò Olympi ac Pataræ, maritimarum Lyciæ vrbium, ac poſteà Tyri in Phœnicîâ primâ Epiſcopus, qui teſte S. Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 83, multa opera, quæ *tum* vulgò lectitabantur, confecit, *& inter illa* Sympoſium decem Virginum, *cuius meminit ipſe S. Methodius in Homiliâ hac die habitâ, atque à Petro Pantino Latinè versâ, typis Antuerpienſibus anno* MDXCVIII *editâ: quam nuper cum nouâ ſuâ interpretatione Pariſiis recudit Frantiſcus Combefiſius Ordinis Pradicatorum, vnà cum reliquis operibus eiuſdem S. Methodij, & SS. Amphilochij & Andreæ Cretenſis. Titulus*

vt S. Methodius Epiſcopus Tyri & Martyr

in Homiliâ eo die habitâ oſtendit,

huic Homiliæ præfixus eſt huiuſmodi: Μεθοδίου Ἐπισκόπου Πατάρων καὶ Μάρτυρος, εἰς τὸν Συμεῶνα καὶ εἰς τὴν Ἄννην τῇ ἡμέρᾳ τῆς ὑπαντήσεως, καὶ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον. Methodij Epiſcopi Patarentis & Martyris, de Simeone & Annâ, quo die Domino in templo occurrerunt, & de ſanctâ Deiparâ. *Ex eâ Homiliâ nonnulla, iuxta accuratam Franciſci Combefiſij verſionem, excerpimus, confirmaturi annuam eius diei ſolennitatem primis Chriſti ſeculis habitam eſſe inter perſecutiones, in quarum* nouiſſimâ, Chalcide, Græciæ martyrio *eum* coronatum eſſe *ſcribit S. Hieronymus, & nos cum Martyrologio Romano referemus* XVIII *Septembris. Ita ergo incipit.*

3 Cùm olim, quantum quidem breuiter licuit, quæ de virginitate dicenda erant in Sympoſiacis de caſtitate ceu iactis fundamentis abundè explicuerimus· hodiernâ die totam ipſam & à radice virginitatis gloriam coronamque immarceſcibilem, alumnis Eccleſiæ oblectandis, tempus ecce in medium produxit. Hodie ſiquidem Diuinorum oraculorum concilium palàm aperitur, glorioſaque huius diei ſigna præfigurata, eorumque exitus atque effectus à ſacris prædicatoribus Eccleſiaſtico cœtui releguntur. Hodie finis antiquo illi veroque concilio impoſitus, præclarè ipsâ rerum exhibitione, mundo manifeſtatur. Hodie citra tegumentum aliquod Domini gloriam, diuinæque ipſius Arcæ maieſtatem, ceu in ſpeculo reuelatâ facie contemplamur. Hodie cæleſtem illam, Gentibuſque anxiè exſpectatam lætitiam, humeris ſuis ſanctiſſima celebritas baiulans, mortalium generi impertitur..... Quid verò mente concipiam, quidue loquar hac dignum die, enitens ad inconceſſa? Vincit enim ac longè ſuperat omnem ſermonem, ſanctæ huius Virginis memoria. Quocircà... nos ipſi immobiliter victos gloriantes, vnà cum feſti ſtudioſo Chriſti grege, tripudio ſaliamus... Feſtum agimus... quod importabilis gloriæ, eius qui eſt ſuper omnia Deus, humilem ad nos demiſſionem edoceat... Lege ſuperior Mater ſe Legi ſubmittit: ſanctaque illa mundaque tempus quadraginta dierum, in pollutas conſtitutum, obſeruat: ac qui abſoluit à Lege, Legi ſubiectus efficitur: offerturque pro eo, qui nos ſanctificauit, par autium mundarum, in eorum teſtimonium, qui mundi inculpatique accedebant.... Soluens igitur Dei Arca ex Bethlemitico diuerſorio, illic enim ſoluit Legi quadraginta dierum, non iuſtitiæ, ſed gratiæ debitum, requieuit in montibus Sion... Aſcendit in templum ſacra Mater, templo celſior, duplicem inducta gloriam; intemeratæ, inquam, virginitatis, & ineffabilis fœcunditatis: Legis benedictionem & Gratiæ ſanctificationem... Si quis ſoleret ad feſtum, quod nunc celebramus, oculos mentis intenderit...: quis qualiſue veneration is cultus à nobis minimis tibi verè Reginæ fuerit exhibendus... ſenex Simeon... iucundæ celebritatis congruos ſermones cantico depromit... Lætetur mecum hodie cælum, quoniam miſeratus eſt Dominus populum ſuum... Hinc nos deinceps Adæ ſoboles feſta plauſu agimus, quòd primus ille Adæ fictor, ſuâ ipſe ſponte nouus Adam effectus ſit, ſplendorque Domini Dei noſtri nobiſcum verſatus.... Sicut benè atque appoſitè ac valdè egregiè & feſto huic cumprimis congrua ab vtroque dicta, conſcripta ſunt. Oportebat enim, ac planè neceſſum erat, vt Senex quidem... pacificam à legali poſtmodùm inſtitutione dimiſſionem quæreret... Sed & Viduam, F

ex quâ hæc excerpta, ſolennitatem diei docent:

A duam, quæ donis ſuperantibus rationem aucta eſſet, feſtis canticis Deo gratias agere par erat... cùm propheticæ informationes & figuræ ad eximias haſce feſtiuitates congruam quamdam relationem haberent. Ceterùm hîc tamquàm in portum Crucis ſignaculo inſignitam nauem appellentes, orationis vela contrahamus, ſi priùs ciuitatem magni illius Regis, vnà cum Eccleſiſtico populo tamquàm ſpiritu præſentes, ac vnà cum poſitis illic honorabilibus Patribus ac Fratribus feſtum diem & conuentum agentes, lætis vocibus ſalutauerimus... Salue ſis ciuitas ſancta atque electa Domino: age in lætitiâ dies feſtos tuos... Salue in æternum indefinens noſtra lætitia, Genitrix Virgo, ad te enim rurſus accurro. Tu nobis feſtæ lucis initium, tu medium, tu finis &c. *Huc vſque ex S. Methodio excerpta huius feſti antiquam venerationem commonſtrant.*

4 *Sed ex Phœniciâ in vicinam Palæſtinam, & Tyro ad Hieroſolymitanam vrbem reuertamur, in quâ antiquiſſimus Scriptor ſeculo Chriſti quarto floruit* S. Cyrillus *eius Sedis Epiſcopus, qui eodem teſte Hieronymo de Scriptoribus Eccleſ. cap.* 112, ſæpè pulſus Eccleſiâ, & receptus, ad extremum ſub Theodoſio Principe octo annis inconcuſſum Epiſcopatum tenuit, *vſque ad annum Chriſti* CCCLXXXVI. *quo* XVIII *Martij è vitâ deceſſit. Huius extet in hac ſolennitate habita oratio, interprete Laurentio Siſano, & poſt editionem Colonienſem anni* MDLXVIII, *recuſa Pariſiis tomo* II *Græco-Latino Bibliothecæ veterum Patrum, & nuper ex tribus MSS. recognita editaq; à Combefiſio in Auctario Bibliothecæ Patrum hoc titulo:* Τῶν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ εἰς τὸν Σίμεωνα τὸν Θεοδόχον. Sancti Patris nostri Cyrilli Archiepiſcopi Hieroſolymorum de Occurſu Domini noſtri ac Saluatoris Ieſu Chriſti, deque Simeone, qui Deum ſuſcepit. *Ex huius Orationis exordio ac peroratione nonnulla tranſcribimus, quibus S. Cyrillus, magnus rituum Eccleſiæ myſta, etiam cereorum cærimoniam in hoc feſto tunc adhibitam proponit. Ita ergo incipit:*

5 Gaude impensè filia Sion, prædica gaudium filia Ieruſalem, choros duc populi ciuitatis Dei, geſtite portæ & muri Sion omniſque terra: clamate montes, colleſque magnâ gaudij ſignificatione exultate: flumina plaudite manibus, ac turbæ amplexamini Sion, quæ Deum in eâ præſentem videatis. Conſpirent ac conſentiant hodie cum terrenis cæleſtia, ſupernaque Ieruſalem cum eâ quæ infernè ac in terris eſt, propter Chriſtum, in illâ cæleſtem atque terreſtrem canticis celebret. Circùm cæleſtem ſpiritales Virtutes choros ducite: terreſtri, terræ incolæ vnà cum Angelis laudes ac cantica promite. Hodie namque Viſus eſt Deus Deorum in Sion. Hodie glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei Hieruſalem, ciuitas Regis magni: aperi portas ei, qui vniuerſis cælorum aperuit portas, quique in Cruce ſepulchrorum portas aperuit... Hodie qui olim Moyſi in monte Sina Deo congruâ ratione reſponſa ediderat, ſeruilem in modum Legem implet. Hodie Deus à Theman in Sion venit. Hodie cæleſtis ſponſus cum Dei Genitrice, ſuo illo thalamo, templum petit. Filiæ Hieruſalem ei in occurſum exite. Lætis gaudiis, vero lumine lampades accendamus: animorum tunicas ſponſo Chriſto aptemus. Populi Gentium, vnà cum Sion, manibus præferentes faces, obuiàm procedamus, in templum vnà cum templo, Deoque ac Chriſto pariter ingrediamur *&c. At ſub finem orationis hæc habentur:* Venite vos, qui Chriſti ac Dei ſtudioſi & amici eſtis: vniuerſi alacres ac puri obuiàm Domino ac hero prodeamus... Sic modò læto feſtuoque habitu lampades ornemus, vt filij lucis cereos lumini vero Chriſto offeramus: ſiquidem lumen ad reuelationem gentium mundo illuxit... Hodie, dilecti, perpetuò diei feſti curſum peragamus, cùm Angelis exultemus, & tripudiemus,... cum Sione obuiàm procedamus, cum templo ſanctificemur, cum Virgine diem feſtum celebremus, cum Ioſepho offeramus, cum Simeone Chriſtum in vlnis accipiamus: vt etiam æterna Chriſti bona conſequamur gratiâ, miſeratione atque benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen. Avero- RB G.H. D

6 *Extat eiſdem Colonienſibus & Pariſienſibus typis, atque ab eodem Siſano verſa, homilia Græcolatina Timothei Presbyteri Hieroſolymitani in hoc feſto habita quæ etiam tum dictâ antè oratione S. Cyrilli, vti quoque homiliæ SS. Chryſoſtomi, Nyſſeni, & Amphilochij, de quibus mox agemus, relatæ ſunt inter Sanctorum Vitas ad* 11 *Februarij, cum operibus Symeonis Metaphraſtæ, à Gentiano Herueto Latinitate donatæ, atque ab Aloyſio Lipomano, & Laurentio Surio ad hunc* 11 *diem Februarij editæ: ſed accuratiore poſtmodùm diligentiâ à variis expolitæ, ſapiùs recuſæ ſunt, ideoq; à nobis hîc omittendæ. Earum omnium loco damus Homiliam S. Sophronij Archiepiſcopi Hieroſolymitani, hactenùs ἀνέκδοτον, ex MS. Græco Mediceo Regum Franciæ olim obtentam, quam, vt nos eo labore leuaret, Latinè interpretatus eſt Ioannes Scapelingus noſter, at reliquis diſtinctionibus atque annotationibus eam ipſi illuſtrauimus. Floruit S. Sophronius ſeculo Chriſti ſeptimo ſub imperio Heraclij, qui, vt Anaſtaſius in Hiſtoria Eccleſiaſticâ ex Theophane deſcriptâ ad annum Heraclij* XXVI *teſtatur,* verbo & actu Hieroſolymitanam adornauit Eccleſiam, & contra Heraclij & fautorum eius Monothelitarum, Sergij ſcilicet & Pyrrhi, decertauit errorem: *vt pluribus deducetur* XI *Martij, die eius natali. Extant eius Orationes quatuor in Bibliothecâ Patrum, de Angelo in Exaltationem ſanctæ Crucis, eiuſq; Adorationem, & de Natali Chriſti, cui vltimæ in ſuâ dictione conformis eſt hæc quam reperimus ſub hoc titulo:* τῶν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων λόγος εἰς τὴν Ἀπαντὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *In quâ oratione totam hiſtoriam Euangelicam illuſtri paraphraſi exponit, atque omnes illius diei cæremonias Eccleſiaſticas deducit. Extat apud Combefiſium in Auctario bibliothecæ Patrum homilia S. Athanaſij Epiſcopi in Chriſti Domini occurſum, in quâ ſub finem aliqua eadem leguntur quæ hîc de Annâ Prophetiſſâ, reuerſione Deiparæ Virginis, ac in epilogo repetuntur. Cenſet Combefiſius eam homiliam genuinum eſſe S. Athanaſij fœtum, fatetur tamen neceſſariò à poſteris auctam, ob inſerta Eutychetis & Neſtorij hæreticorum nomina: de quibus S. Sophronius plurimùm agit: vt vel reliqua poſſint videri ex hac oratione adiecta, dum more Græcorum in Eccleſiâ prælegeretur: potuit etiam S. Sophronius pauculà illà ex S. Athanaſio deſcripſiſſe, cuius feruorem in perſtringendis hæreticis imitatus eſt. Plurima in eâ huius diei venerationem indicant, vt hæc in exordio verba:* Sacra diei præſentis ſolennia perſonet Euangelica tuba: nobiſque omnibus Lucas... feſtæ lucis indicia dicat, eaque nobis feſti amantibus clariùs oſtendat.* Eadem, vti alia edita à Lipomano & Surio: hîc ſola datur S. Sophronij Epiſc. Hieroſol. hactenùs inedita, E an ex eâ aucta S. Athanaſij homilia de occurſu Domini? F

§ II. *Eiuſdem feſti veneratio apud Syros, Cyprios, Aſiaticos.*

7 *Palæſtinæ ac Phœniciæ vicina eſt Syria, adeoq; Hieroſolymis ac Tyro tranſimus Antiochiam, ad cuius populum arbitramur habitam à S. Ioanne Chryſoſtomo homiliam de huius diei ſolennitate, poſt alias editiones cum MSS. recognitam ab Henrico Sauilio, ac tomo* V *operum, Orat.* 137 *Græcè editam: iteramq; à Frontone Ducæo, additâ nouâ verſione Latinâ tomo* VI *operum recuſam, hoc titulo:* Εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὴν θεοτόκον καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα λόγος. De occurſu Domini noſtri Ieſu Chriſti deque Deiparâ & Simeone oratio. *Margini adſcriptum apud Sauilium* μηνὸς Φεβρουαρίῳ. β. mentis Februarij die ſecundâ. *Syria contigua eſt Cappadociæ, in quâ floruit S. Baſilij Magni frater S. Gregorius Epiſcopus Nyſſenus: cuius Vitam dabimus* IX *Martij. Hic eodem ferè cum Chryſoſtomo titulo edidit orationem, à memorato antè Siſano Latinè redditam, & ſapiùs cum ceteris eius* De eadem ſolennitate homilias habet S. Chryſoſtomus Antiochiæ, S. Gregorius Nyſſenus in Cappadociâ,

AVCTORE G.H.

operibus recusam: De Occursu Domini, de Deiparâ Virgine, & de iusto Simeone: *ac mox in exordio meminit* τῆς παρούσης ἁγίας καὶ δεσποτικῆς ἑορτῆς, huius præsentis sancti ac Domini diei festi: τὴν πανήγυριν ἄγεσθαι σήμερον, solennem hodie agi cœtum atque conuentum: *ac deinde* κοινῇ πανηγυρίζειν σὺν τοῖς ἐπιγείοις τὰ ἐπουράνια, Cælestes Spiritus communiter vnà cum terrenis dies festos concelebrare. *& mox inquirit* primitium & originale tempus præsentis diei festi instituti, Christo infante *tunc* quadraginta dies nato, *ac resoluit*, festo cultu celebrari hodie memoriam mysterij expletæ constitutionis legalis litteræ. *ac repetit*, huius sacri diei festi nos hodie memoriam celebrare, hanc mysterij explicationem spiritualem cogere præsentem sanctum atque solennem conuentum *&c.*

8 *Demum* S. Amphilochius, *vt de eo traditur ex S. Hieronymo in Martyrologio Romano* XXIII *Nouemb. SS. Basilij Magni & Gregorij Nazianzeni socius, Iconij in Lycaoniâ iuxta Cappadociam Episcopus, scripsit* Orationem εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὴν θεοτόκον καὶ εἰς τὴν Ἄνναν καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα. De Occursu Domini nostri Iesu Christi, deque Deiparâ, & de Annâ & Simeone. *Extat ea Oratio Græco-Latina tomo* II *Bibliothecæ Patrum suprà citatæ interprete eodem Sifano. & è codice magis emendato inter opera Amphilochij, à Combefisio edita, cum nouâ huius interpretatione Latinâ: qui & alteram addit S. Amphilochij orationem hactenùs ineditam ex apographo Iacobi Sirmondi nostri,* εἰς ἁγίαν θεοτόκον καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα. de Sanctâ Deiparâ & Simeone. *at dubitat ob pugnam eius contra Nestorium, num fortè sit alterius Amphilochij Episcopi Sidæ metropolis Pamphyliæ prope Lycaoniam & Cappadociam, qui interfuit Conciliis generalibus Ephesino & Chalcedonensi.*

S. Amphilochius Iconij in Lycaoniâ,

an alter Amphilochius Sidæ in Pamphyliâ?

9 *Asiæ adiungitur Cyprus insula sub Patriarchatu Antiocheno, in quâ seculo Christi septimo floruit Leontius Episcopus Neapoleos, à quo scriptam Vitam S. Ioannis Eleemosynarij dedimus* XXIII *Ianuarij, ante quam* §. 2 *num.* 7 *diximus in Synodo Nicanâ* II, *actione* 4 *tradi*, multa præconia & festiuos eius sermones haberi. *Ex his est in Occursu Domini habitus, & de Simeone quando is eum in vlnas suas accepit. Auctor hunc diem* θείαν καὶ δεσποτικὴν ἑορτὴν, Diuinum & Dominicum festum *appellat: & mox pronocat* ad lætitiam ac exultationem cælos pariter ac terram, *quia* cælesti Deo ac Rege veniente, naturam omnem ab eo conditam, tum quæ oculis subiecta est, tum quæ mente aspectabilis, lætari oporteat ac exultare, omnique gaudio ac veneratione Occursum implere. *Orationem reliquam exhibet Combefisius in nouo Auctario Bibliothecæ Græco-Latinæ Patrum.*

Leontius in Cypro.

10 *Est, teste Baronio in Notationibus ad* II *Februarij, qui* affirmet homiliam S. Gregorij Nazianzeni tam celebrem, inscriptam AD SANCTA LVMINA, in huiusmodi festo die occursus Domini esse habitam: *ast opponit Baronius tum istic, tum ad* VI *Ianuarij*, habitam esse eam homiliam die Epiphaniæ, quo etiam Græci celebrare consueuerunt Christi baptismum. *Faciliùs in eâ re assentimur Baronio, quàm dum adiungit*, nullum Patrum, qui ante Iustinianum Imperatorem (*de quo mox agemus*) vixerunt, sermonem in festo die Occursus Domini scriptum reliquisse: *scilicet* aliud prorsus esse Christi Domini facta laudibus prædicare, aliud eorum caussâ festos dies indicere & celebrare: *quam* Baronij censuram *Combefis, ad Orationem S. Amphilochij indicatam, asserit* præcipitantiorem. *Nos verbis Patrum prolatis, antiquam huius diei venerationem ostendimus in Palæstinâ, Phœniciâ, Syriâ atque Asiâ reliquâ, primis Christi seculis, viguisse: neque eius institutionem vspiam reperimus. In Calendario Syrorum, quod est in Breuiario Maronitarum, vocatur* Ingressus Domini nostri in templum.

Baronij censura de oratione S. Greg. Nazianzeni,

& aliorũ Patrum.

§ III *Sacra eiusdem solennitatis memoria in Ecclesiâ Græcorum Constantinopolitanâ, & Ægyptiorum Copticâ.*

Constantinopolis caput Orientis.

11 CONstantinopolis, *sedes Patriarcharum, sub quibus numerantur prouinciæ, Lycia, Pamphylia, Lycaonia & Cappadocia, in quibus SS. Methodius, Gregorius Nyssenus, & vterque Amphilochius, illustres festi Hypapantes siue Occursus Domini, præcones, Episcopi vixerunt. Constantinopolis vrbi regia Imperatorum Orientalium, in quorum dominio fuerunt Sedes Patriarchales Antiochena & Hierosolymitana, vbi suprà relatas Homilias scripserunt SS. Cyrillus, Sophronius aliiq; antè memorati. Constantinopoli Archiepiscopus floruit S. Ioannes Chrysostomus, licet orationem eius citatam opinemur antè ab eo Antiochiæ habitam. Demum Constantinopolis singulari ergo Christum & Deiparam cultu inclyta viguit. Ibi visitur, teste Nicephoro lib.* 14 *Histor. Eccles. cap.* 2, opus Pulcheriæ Augustæ, sacrum Dei Genitricis templum, quod Blachernæ dicitur, dignum illâ ipsâ Dei Matre, quod inhabitaret, iudicatum domicilium, sicut filio eius quod Sapientiæ, *Græcis* τῆς Σοφίας, vocatur. *Ibi ergo* Pulcherin præter multa alia templa, præcipuè Ecclesiam in Blachernis condidit, ac Dei Genitrici consecrauit, cùm nuper Marcianus imperium iniisset. *Ita Cedrenus in Marciano anno* CDL *in Imperatorem assumpto à S. Pulcheriâ, de cuius illustribus Actis agemus* X *Septembris.*

addicta Deiparæ Virgini,

12 *Ex quibus omnibus, in vnum quasi concurrentibus, satis certò inferimus, constare hoc festum Hypapantes, siue Occursus Christi, eiusq; Matris Mariæ, præcipuâ quadam solennitate eo tempore Constantinopoli celebrari consueuisse: imò Imperatores subsecutos, cùm in nonnullis locis in hoc festo colendo negligentia irreperet, decreto suo cultum illum stabiliuisse, & nouâ sanctione confirmasse. Certè cùm* XXIX *die Maij, feriâ* VI, *validus terræ motus cœpisset, quo omnis penè euersa est Antiochia, anno Iustini senioris* VIII, *Christi* DXXVI, *tunc, inquit Cedrenus,* ἐτυπώθη ἑορτάζειν ἡμᾶς καὶ τὴν ἑορτὴν τῆς ὑπαπαντῆς, τῆς μέχρι τότε μὴ ἑορταζομένης. norma data est celebrandi festum Hypapantes, in illud tempus non celebratum, *tali scilicet auctoritate publicâ. Anastasius Bibliothecarius ex Theophane scribit*, anno Iustiniani XV, *Christi* DXLI, mense Octobrio factam esse Byzantij mortalitatem, & eodem anno Hypapanti Domini sumpsisse initium, vt celebraretur apud Byzantium die secundâ mensis Februarij. *Quæ ita exponit Nicephorus lib.* 17 *cap.* 28 τάττει δὲ καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ὑπαπαντὴν ἄρτι πρώτως ἁπανταχοῦ τῆς γῆς ἑορτάσεσθαι, ὥσπερ ὁ Ἰησοῦς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἁγίαν γέννησιν. Instituit verò *Iustinianus* tum primùm toto terrarum orbe, festo die celebrari Hypapanten, id est, Occursum Domini, sicut Iustinus de sanctâ Christi Natiuitate fecit. *At Baronius, qui horum Scriptorum auctoritate* sub Iustiniano Imperatore solennitatem hanc Constantinopoli celebrari cœptam esse *contendit, numquam admissurus est festum Natiuitatis Christi sub Iustino Imperatore primùm cœptum etiam esse celebrari: vnde eos auctoris intelligendos esse de seueriore aliquâ sanctione, decretâ in illos, qui non debitâ veneratione ea festa celebrarent, colligimus. Quæ verba ex Sigeberti Chronico à Baronio citantur, desumpta sunt ex Anastasio, & desunt in exemplaribus emendatioribus.*

Hypapantes olim celebrati;

præscribit id Iustinus Imp.

& Iustinianus;

vti festum Natiuitatis Christi, anteà tamen sæpe celebratũ.

13 *Theophylactus Simocatta lib.* 8 *Historiarum cap.* 4, *agens de Mauritio, Imperatore facto anno* DLXXXII, *hoc festum Occursus Domini vocant* τὴν πεντηκοστὴν ἡμέραν τῆς γενεθλιακῆς πανηγύρεως τοῦ μεγάλου θεοῦ Ἰησοῦ, οὗ Χριστὸν τὸν κεχρισμένην ἔθνη γεγαίρουσι. Quadragesimum *appellat* diem à celebritate natalium magni Dei Iesu Christi, quem gentes vniuersæ per orbem terrarum venerantur. *Codinus Curopalata de Officiis Ecclesiæ & Curiæ Constantinopolitanæ cap.* 15, *recenset hanc solennitatem inter festa, quibus Imperator procedere solet, si Constantinopoli versetur, quod ita narrat num.* 8: In festo Occursus, seu

Quadragesimum diem vocat Simocatta:

ſolenni apparatu celebrãt Imperatores:

A ſeu Purificationis, recipit ſe Imperator ad Blachernarum templum, comitantibus Barangis: qui ſemper Imperatorem equitantem comitantur, portantes humeris ſuis ſecures ſuas, deducuntque vſque ad excelſos gradus: at in hoc feſto etiam ad templum comitantur; vbi tamen non manent vſque ad Imperatoris reditum, ſed præſtolantur, vt conſuetum eſt, ad portam Excelſorum graduum, vbi Imperatorem excipiunt, & vſque ad ſancti Spiritus deducunt. *In conſtitutione Manuelis Comneni Imperatoris, XII Chriſti ſeculo latâ, apud Balſamonem in ſcholiis ad caput I tituli 7 Nomocanonis Photij, enumeratur* dies 11 Februarij propter Seruatoris Occurſum *inter illos, quos more antiquorum Imperatorum* ab omnibus negotiis & actionibus immunes *ſanciuit. Ita Conſtantinus Magnus lege præcepit venerationem diei Dominicæ, olim tempore Apoſtolorum inſtitutam, vt tradit Euſebius lib. 4 Vitæ eius cap. 18.*

renouat cultum Comnenus:

14 *Græci in omnibus ſuis Martyrologiis, Horologiis, Menologiis celebrant 11 Februarij,* Hypapanten Domini noſtri Ieſu Chriſti, quo tempore (*additur in Menologio Caniſij*) B. Simeon Chriſtum Dominum in vlnas accepit. *attexitur verò in Menais & Anthologio hoc elogium:*

celebrant Græci in Menologio, & Menaio:

B Quadraginta diebus elapſis poſt ſalutarem à Domino aſſumptam humanitatem, & ſemper Virginis partum abſque viro conceptum, hoc ipſo ſanctiſſimo die in templo Dominus noſter Ieſus Chriſtus à ſanctiſſimâ eius Matre & Ioſepho iuſto, ex conſuetudine & Lege, quæ fuit vmbra nouæ Legis, adductus & oblatus eſt, quando & Simeon venerandus ſenex (qui à Deo reſpõſum acceperat non viſurum ſe mortem, priuſquàm vidiſſet Chriſtum Dominum) accepit in vlnas, Deoque gratias agens viciſſim confeſſus exclamauit: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine &c. Et gaudio plenus vitâ exceſſit. Celebritas autem in venerandâ immaculatæ Dominæ noſtræ Deiparæ ſemper Virginis æde, quæ eſt in Blachernis, peragitur. *Græcè dicitur* Simeon τῶν ἐπιγείων ἀνταλλαξάμενος τὰ ἐπίγεια καὶ ἀτελεύτητα, pro terrenis cæleſtia & immutabilia obtinuiſſe: *phraſi communi, licet in limbum Patrum delatus, expectârit dum Chriſtus cælum morte, & adſcenſu ſuo aperuiſſet. Præclarè Simeonem apud inferos Chriſti nuntium tradit Leo Auguſtus oratione hac die habitâ in Dominicam Præſentationem à Combefiſio editâ.*

& Copti in Ægypto.

15 *Antiquus Ægyptiorum cultus innuitur in Martyrologio Coptico, in quo die VIII Mechir, qui in 11 Februarij conuenit, hæc traduntur:* Ingreſſus Domini in templum poſt quadraginta dies à Natiuitate. Feſtum Purificationis. *Eamdem ſolennitatem habet etiam Calendarium Ruthenorum.*

C

§ IV *Antiqua eiuſdem diei celebritas apud Latinos: an introducta abrogatis ſacrificiis Plutonis, aut Lupercalibus?*

Hoc feſtũ Latini celebrãt ſub nomine Hypapãtes Domini,

16 *QVam ceperat methodum celebrandi hoc feſtum, Græca ac reliqua Orientalis Eccleſia, eamdem illius exemplo ſibi præſcripſit Eccleſia Occidentalis; in cuius antiquioribus Martyrologiis Græcum* ὑπαπαντῆς *vocabulum retentum, abundè eius rei fidem facit. Ita antiquum Martyrologium Romanum à Roſvveydo editum, Vſuardus, Ado, Bellinus, MSS. Leodienſe S. Lamberti, & Aquiſgranenſe:* IV Nonas Februarij HYPAPANTE DOMINI. *Additur in MS. Treuirenſi,* Feſtum ſummum minus, *id eſt iuxta ritum modernum Eccleſiæ Romanæ Duplex ſecundæ claſſis. MS. Centulenſe S. Richarij, Bedæ præferens nomen:* Hypapanti Domini, quod eſt amplexio ſiue ſuſceptio Domini Saluatoris. *At MS. noſtrum ſub eiuſdem Bedæ nomine, vti MSS. Treuirenſia SS. Maximini & Martini, Vltraiectinum S Mariæ, & Colonienſe ad Gradus S. Mariæ, & Galeſinius, ita ſcribunt:* Purificatio S. Mariæ, *additur* ſemper Virginis *in MS. monaſterij S. Cyriaci. Alia Martyrologia vtrumque iungunt. Ita MS. Bruxellenſe S. Gudilæ, MS. Florarium, antiquum Colonienſe, & plurima MSS. ad vſum Eccleſiarum Belgicarum ſub nomine Vſuardi:* Purificatio B. Mariæ Virginis, & Hypapanti Domini noſtri. *Martyrologium Romanum:* Purificatio B. Mariæ Virginis, quæ à Græcis Hypapante Domini appellatur. *Beda excuſus:* Purificatio S. Mariæ, quando cum infante repræſentata eſt in templo: *addit Rabanus,* vbi ipſum Dominum Ieſum ſenex Simeon in vlnas ſuas accepit & benedixit. *Notkerus:* Hypapante Domini, vel Purificatio B. Mariæ, quando Dominum Ieſum cum hoſtiis ſecundùm Legem præſentauit in templo, & ipſum eſſe Chriſtum Simeon & Anna in Spiritu ſancto cognouerunt, & expectantibus redemptionem Hieruſalem prædicauerunt. *Breuiùs MS. Richenauienſe:* Solennitas S. Mariæ, quando Dominum noſtrum in templo præſentauit. *MS. Latienſe:* Feſtiuitas Purificationis beatiſſimę Genitricis Dei Mariæ, & Præſentatio Domini in templo. *Similia leguntur in MSS. Tornacenſi S. Martini, & Colonienſi Carmelitarum, & apud Maurolycum. VVandelbertus hos verſus proponit:*

ſiue etiam Præſentationis Domini:

Quartum Nonarum templo inlatus dicat Agnus,
Quo luſtrante Deum viuum plebs credula templum
Mente piâ locat acceptum ſternitque tribunal.

AVCTORE G. H. D *aut vtriuſque,*

17 *Auctor Martyrologij, quod Viola Sanctorum inſcribitur, tradit* hoc feſtum tribus nominibus appellari, Purificationis, Hypapantes, & Candelariæ. *Verùm hoc vltimum in præcedenti includitur: acceptis quippe candelis ſeu cereis aut lampadibus occurrendum Chriſto eſſe monent in ſuis Homiliis SS. Cyrillus & Sophronius Archiepiſcopi Hieroſolymitani, à quo occurſu ſiue hypapante paſſim plerique in ſuis vernaculis linguis hoc feſtum appellant, quod nos Belgæ & Germani* Licht-Miſſe, *quaſi* Miſſam Luminum *nominamus, vti Angli* Candle-Maſſe, *id eſt* Miſſam Candelarum. *In libro Sacramentorum S. Gregorij Papæ legitur,* IV Nonas Februarij, Purificatio S. Mariæ Virginis, *cum primâ oratione* ad Collectam, *id eſt, ad ſynaxin, ſeu conuentum ad communes preces fundendas & diuinum officium peragendum. Ita S. Hieronymus in Vitâ S. Paulæ viduæ* XXVI *Ianuarij num. 32 ait:* Poſt Alleluia cantatum, quo ſigno vocabantur ad Collectam, nulli reſidere licitum erat. *Ita ab eodem Hieronymo* Collectam *vocari in regulâ S. Pachomij à ſe Latinè versâ, ibidem monuimus. Hîc autem conuentum ad proceſſionem cum cereis ardentibus faciendam innuit Oratio ad Collectam præſcripta eiuſmodi:* Erudi, quæſumus, Domine, plebem tuam, & quæ extrinſecus annuâ tribuis deuotione venerari, interiùs aſſequi gratiæ tuæ luce concede. Per Dominum *&c. In ordine & Miſſali Romano, eadem incipit,* Exaudi, quæſumus, *mutato ſolum primo verbo. Baronius in notatione ad Martyrologium intelligit hîc collectionem eleemoſynarum, quam etſi admiſerimus ſæpè factam eſſe, hic tamen minùs placet.*

ad quorũ collectam

hæc oratio legebatur.

E

F

18 *Illuſtrarunt ergo eum diem ſacra lumina accendi ſolita; quam ſolennitatem Latini cum feſto Hypapantes ab Orientalibus acceptam, maiore etiam pietate animorumq; ardore celebrarunt, vt ſuperſtitio Ethnicorum, quâ Romani in honorem Februi Dei, id eſt, Plutonis, cum cereis ardentibus luſtrabant Vrbem, penitùs aboleretur. Agit eâ de re S. Ildephonſus Epiſcopus Toletanus, anno Chriſti* DCLXVII *vitâ functus, vt ad eius Vitam* XXIII *Ianuarij diximus. Hic Sermone I in Purificatione S. Mariæ, hæc refert:* Non abs re eſt, ſi aliquid de ſolennitatis vocabulo compendioſiùs dicamus. Vocatur itaque Græco vocabulo ὑπαντὴ, quod Latinè obuiatio dici poteſt: ὑπαντᾶν enim Græcè obuiare dicitur. Proinde hæc feſtiuitas tali vocabulo notatur, quia, cùm Dominus hodiernâ die in templum à parentibus fuiſſet delatus, à Sanctis, quos plurimos tunc temporis Hieroſolymis fuiſſe non dubium eſt, et obuiari credimus. Agitur autem hæc feſtiuitas menſe Februario, quem Romani adhuc pagani à Februo, id eſt, Plutone, ſic vocauerunt: quem potentiſſimum purgationis credebant. Februare enim purgare dicimus. Quo menſe luſtrabatur ciuitas. Cùm enim Romani omnes gentes ſibi ſubiugaſſent, tributum eis impoſuerunt eo tenore, vt quinto quoque anno idem

alij denominant à luminibus prælatis,

Iuxta S. Ildephonſum,

in locum luſtrationis Vrbis & ſacrificiorũ Plutonis,

Purificationis S. Mariæ,

Avcto-re G. H.

no idem tributum ſolueretur. Quo expleto & cenſu perſoluto, ab omni populo, vt dictum eſt, ciuitas luſtrabatur, & diis manibus ſacrificia offerebant, quorum auxilio & virtute totum orbem ſe ſubiugaſſe putabant. Quam luſtrandi conſuetudinem congruè & religiosè Chriſtiana mutauit religio, cùm eodem mente, hoc eſt, hodiernâ die in honore ſanctæ Dei genitricis, & perpetuæ Virginis Mariæ, non ſolùm Clerus, ſed & omnis plebs eccleſiarum loca cum cereis & diuerſis hymnis luſtrantibus circumeunt, non iam in memoriam terreni imperij quinquennem, ſed ob recordationem cæleſtis regni perennem, quando iuxta Euangelicam parabolam omnes Sancti cum bonorum operum lampadibus in fine mundi ſponſo Chriſto obuiantes, abeo in thalamum æternæ felicitatis ſunt intromittendi.

dicitur introdu u hoc feſtu:

Matth.25.

A

19 *Hæc S. Ildephonſus cum* ὑπαπαντῆς *vocabulo, feſti origine ex Orientalium Eccleſiâ accerſitâ. Dum tamen addit à Chriſtianâ religione conſuetudinem Romanorum in Vrbis luſtratione mutatam eſſe ſiue abolitam, eo modo debere intelligi arbitramur, quo idololatriam Iouis Capitolini ac ceterorum deorum etiam mutauit Chriſtiana religio, ſubſtituto vero cultu Chriſti Seruatoris noſtri, qui tamen cultus erat introducendus etiamſi numquàm Iupiter ceteriq; dij fuiſſent excogitati. Prætereà, quod valdè hîc obſeruandum eſt, ea luſtratio Romæ ſolùm celebrabatur, non autem apud Græcos alioſq; populos Orientales, quibus alia erant menſium nomina, eiſq; μὴν Περίτιος primùs Chriſti ſeculis ferè appellabatur, qui Coptis Ægyptiis Mechir erat, & Latinis Februarius, vt præclarè demonſtrat Petauius noſter lib. 1 de Doctrinâ temporum cap. 29. Demum ea Vrbis luſtratio non ſecundâ Februarij peragebatur, ſed, vt annus ille expiatus finiretur,* Februa *celebrabantur per* XII *dies continuos, & menſis parte extremâ vergente versùs Kalendas Martias, vti S Eligius, creatus anno* DCXLVI *Epiſcopus Nouiomenſis in Galliâ, ac vitâ functus anno* DCLXV, ὡδιακρίνως *factâ ad hanc luſtrationem comparatione, exponit* Homiliâ II, in die Purificationis S. Mariæ de Euangelio & de vſu luminarium, *vt titulus præfert, habitâ:*

cit in locum id latriæ, ve rus Chriſti cultus.

B

Eadem referunt S. Eligius,

20 Quia, *inquit*, conſuetudo eſt Eccleſiaſtica, vt hac die geſtantes manibus lumina, Miſſarum ſolennia celebremus, breuiter quoque dicendum, quæ ſint huius rei exordia. Cùm Romani totius mundi potirentur dominio, à ſubiecto ſibi orbe tripartitò per tria quinquennia ſolutionem cenſus indixerũt fieri, & hoc modo, vt aurum vno, argentum altero, æs verò tertio perſolueretur quinquennio. Vnumquodque autem quinquennium vocabatur luſtrum, eò quòd ipſo expleto, cenſuque ſoluto, in vnum conueniente populo Romano, ſacrificium celebraretur, & cum cereis & lampadibus vrbs Roma luſtraretur, ob honorem infernalium deorum, & præcipuè Februi, id eſt Plutonis, qui Dominus inferni dicebatur, à quo & menſis Februarius vocabulum ſortitur, in cuius parte extremâ, id eſt in Kalendis, hoc agebatur. Ideò verò tunc infernalibus diis ſacrificabant, quia eorum præſidio nationes orbis ſe ſubiugaſſe credebant. Nunc igitur vanæ ſuperſtitionis errorem pulchrè Chriſtiana deuotio ad veram conuertit fidei religionem, cùm iam non poſt quinquennium, nec, vt olim, circa finem menſis Februarij, vna luſtratur ciuitas Romana ob honorem Februi, qui falsò luſtrationum, id eſt, purgationum, potens putabatur & Deus infernorum, & ob dignitatem eius, quæ iam ceſſauit, terreni Romanorum imperij; ſed per ſingulos annos circa initium eiuſdem menſis, vniuerſa Dei ciuitas, ſancta videlicet Eccleſia, illuſtratur: fidei lumen, quod filiorum ſuorum fulget in cordibus, deſignans cereorum lumine, quod eorumdem geſtatur manibus ob honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt vnus & verus Deus cæli & terræ & inferni: quique verus homo pro nobis factus, hodiernâ die in templo præſentari, & cùm eſſet ſine ſorde peccati, legalem purgationem cum hoſtiarum oblationibus pro ſe fieri, ſanctique ſenis Simeonis manibus ſuſcipi, atque ab eo & à B. Annâ ceteriſque iuſtis, qui eius expectabant aduentum, ſe voluit confiteri. Nos ergo, cariſſimi, hodie ſolenniter recolentes huius rei memoriam, & cum Dominâ noſtrâ, gloriosâ genitrice eius Mariâ eum oblaturi, vel cum B. Simeone eum ſuſcepturi, cum cereis & hymnis, puritate mentis atque lucidis operibus ſplendidi, in conſpectu eius adſtare debemus deuoti, ſedulò recordantes dignitatem nobis repromiſſi perennis & felicis imperij, cæleſtis ſcilicet regni, quod tunc omnes electi ſunt accepturi quando iuxta ſparabolam Euangelij, cùm bonorum operum lampadibus occurrentes Sponſo immortali, ipſi ſponſa eius effecti, amantiſſimum thalamum intrabunt *&c.*

Matth.25.

C

D

21 *Hæc S. Eligius prorſus* σύγχρονον *S. Ildephonſo, cuius verbis antè prolatis ita inhæret, vt eadem videatur adhibitâ amplificatione exornaſſe, niſi alium antiquiorem auctorem ambo deſcribant, quod nobis veroſimilius apparet, cùm eadem etiam proferat S. Beda tomo 2 operum tractatu de Ratione temporum cap.* 10, *vbi hæc ſcribit*: Secundum menſem dicauit Numa Februo, id eſt, Plutoni, qui luſtrationum potens credebatur: luſtrarique eo menſe ciuitatem neceſſe erat: quo ſtatuit, vt ſacrificia diis manibus ſoluerentur. Sed hanc luſtrandi conſuetudinem benè mutauit Chriſtiana religio, cùm in menſe eodem, die S. Mariæ, plebs vniuerſa cum Sacerdotibus ac miniſtris, hymnos modulando, deuota per eccleſias, perque congrua Vrbis loca procedit, datoſque à Pontifice cereos in manibus geſtant ardentes, & augeſcente bonâ conſuetudine idipſum in ceteris quoque eiuſdem B. Mariæ & perpetuæ Virginis feſtiuitatibus agere didicit; non vtique in luſtrationem terreſtris Imperij quinquennem, ſed in perennem cæleſtis regni memoriam, quando iuxta parabolam Virginum prudentium, omnes electi, lucentibus bonorum actuum lampadibus, obuiàm Sponſo ac Regi ſuo venientes, mox cum eo ad nuptias ſupernæ ciuitatis intrabunt. *Eadem, citato Bedâ, referunt Alcuinus Flaccus lib. de Diuinis officiis cap. 7, & Amalarius Fortunatus lib. 3 de Eccleſiaſticis officiis cap.* 43; *aſt omiſſo Bedæ nomine Rabanus Maurus tomo 6 operum lib. 2 de Inſtitutione Clericorum cap. 33, vbi eadem de Græcis verbis* ὑπαντὴ *&* ὑπαντάω *diſſerit, quæ ſuprà ex S. Ildephonſo retulimus. Quibus accuratè collatis, in vnius Scriptoris ingenioſam inuentionem hac tota ratio comparandi hanc cereorum ac luminum in feſto Hypapantes geſtationem cum luſtratione antiquorum Romanorum videtur reſolui poſſe.*

Matth.25.

Eadem referunt aliiq;.

eiuſdem Scriptoris ſenſum ſecuti.

E

22 *Aliam profert occaſionem huius ſolennitatis inſtitutæ Baronius in Notationibus ad Martyrologium*: Conſtat, *inquit*, Gelaſium Romanum Pontificem, qui annis triginta ante Iuſtiniani tempora Romanæ Eccleſiæ præfuit, huius diei celebrandæ in occidentali Eccleſiâ aperuiſſe viam, dum Lupercalia menſe Februario agi ſolita (vt ſcribit Varro lib. 5 de linguâ Latinâ) Romæ ad ea tempora permanentia, legibus Eccleſiaſticis abrogauit. Extat eiuſdem Pontificis eâ de re eruditiſſimus commentarius aduersùs Andromachum Senatorem ac ceteros Romanorum, ſtudioſos Lupercalium. Habemus illum MS. in noſtrâ Bibliothecâ, quem & excripſimus integrum in Annalibus Eccleſiaſticis: eſt eius exordium: Sedent quidam in domibus ſuis, neſcientes quæ loquantur &c. Iure itaque opinamur, abrogatis Lupercalibus, Romæ, ſicut in multis accidit, eiuſmodi fuiſſe ſolennitatem introductam, quam paullò pòſt Iuſtiniani temporibus, vt vidimus, Orientalis Eccleſia eâ occaſione recepit. *Hæc Baronius. Verùm hoc feſtum Hypapantes, etiam cum luminaribus, apud Orientales ante tempora Iuſtiniani aliquot ſeculis celebratum fuiſſe ſuprà probatum eſt, atque ab Orientali Eccleſiâ in Occidentalem introductum. Scimus S. Auguſtinum lib.* 18 *contra Fauſtum cap.* 5 *ſcribere* Februarium *nominari* à ſacris Februis Lupercorum. *Legimus etiam commentarium*

F

non etiam inductum hoc feſtum abrogatis Lupercalibus;

A *tarium memoratum S. Gelasij Papæ tomo 6 Annalium ad annum Ch.* 496 *à num.* 30 *ad* 45. *Sed absque vllâ mentione Hypapantes, aut nominis beatissimæ Mariæ Deiparæ. Vnde ergo inferemus tum hanc solennitatem Hypapantes institutam?*

sed Apostolicâ potiùs traditum auctoritate.

Quidni potiùs hanc S. Augustini regulam lib. 4 *de Baptismo contra Donatistas cap.* 24 *hîc proponimus, quâ id quod vniuersa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolicâ traditum rectissimè creditur? Ita à temporibus Apostolorum Natiuitatem Christi celebratam fuisse ostenderetur* XXV *Decembris, quam tamen ita à Iustino Imperatore institutam fuisse atque à Iustiniano festum Hypapantes à Nicephoro scribi suprà retulimus.*

§. V. *Particularis veneratio Purificationis in variis Ecclesiis.*

23 *Solennitati huius diei meritò accessit processio, quia hac die multæ venerabiles personæ in Euangelio leguntur*

Processio eius diei,

processisse. Offerunt, *teste S. Bernardo serm.* 2 *de Purificatione,* Ioseph & Maria sacrificium laudis, sacrificium matutinum; Simeon & Anna suscipiunt. Ab his quatuor celebrata processio est, quæ per quatuor orbis climata solennibus hodie gaudiis ad memoriam reuocatur. *Plures alios vtriusque sexus obuiàm processisse innuunt S. Ildephonsus aliiq; Patres. De eadem processione infrà agit S. Sophronius. Quem autem modum præscripserit Romanis S. Sergius Papa, qui præfuit Ecclesiæ ab anno* DCLXXXVII *ad annũ* DCCI, *indicatur in libro, qui* Ordo Romanus *inscribitur,*

à Sergio Papâ ordinata

B *in Bibliothecâ Patrum inter Scriptores seculi octaui editus, quem tempore Pipini Regis & Stephani Papæ conscriptum esse affirmat Michaël Hittorpius in Præfatione ante antiquos Auctores de Diuinis officiis à se editos. Ibi* de Purificatione S. Mariæ *hæc traduntur:* De hac festiuitate, id est, ὑπαντῆ Domini, & aliis festiuitatibus S. Mariæ in Gestis Pontificalibus legitur, quòd Sergius Papa præceperit Litanias fieri in die Præsentationis Domini in templo. Ita enim scriptum est, vt in diebus Annuntiationis Domini, Dormitionis ac Natiuitatis sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & S. Simeonis, quod ὑπαντῆ Græcè dicitur, cum Litaniis exeant à S. Adriano, & ad S. Mariam populus occurrat. Ipsâ ergo die, aurorâ

ab ecclesiâ S. Adriani ad S. Mariam:

ascendente, procedat vniuersus Clerus & populus cum Litaniâ & antiphonis ad ecclesiam S. Adriani, exspectantes Pontificem. Ingressus Pontifex in sacrarium induit se vestibus nigris. *Eadem habet Alcuinus suprà citatus, additq;:* Post hoc accipiunt omnes singulos de manu Pontificis cereos *&c. Paucis eadem attingit antè memoratus Amalarius Fortunatus.*

24 *Graci mensem Februarium ab hac solennitate in suis*

C *Menæis auspicantur his verbis:* Εἰς τὸ πρώτω, θεοῤῥπια τῆς ὑπαπαντῆς τῦ Κυρίυ ἡμῶν καὶ Θεῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ. Primâ die, Profestum Hypapantes siue obuiationis Domini & Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi. *Agitur de eodem profesto in Horologio Græcorum, & apud Molanum in Additionibus ad Vsuardum. Saussaius in Martyrologio Gallicano ita habet:* Præfestum Hypapantes, siue obuiationis, Domini, aliàs Vigilia Præsentationis Christi & Purificationis sanctissimæ Virginis. *Vigiliam enim Purificationis apud Parisienses obseruari notat Locrius in Calendario Festorum B. Mariæ. Sed & in Hispaniâ hanc vigiliam cum ieiunio obseruari solere testis est Bernardinus Gomesius lib.* 1 *de Vitâ Iacobi* I *Aragonum Regis. In Agendâ Ecclesiæ Moguntinensis excusâ anno* MDLI, *titulo de obseruatione ieiuniorum, præscribuntur omnes Vigiliæ B. Mariæ Virginis, sola quidem Assumptionis ex præcepto, reliquiæ ex consuetudine seruandæ. Recensentur autem festa B. Mariæ ista septem, Purificationis, Annuntiationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis, Præsentationis, & Conceptionis. Solent autem hæ vigiliæ, seu ieiunia, ex piâ consuetudine seruari in Poloniæ, Germaniæ ac Belgij multis diœcesibus. Hinc in Synodo Siluæ Ducensi anno* MDCXII *celebratâ, titulo* 12 *can.* 10 *ita statuitur:* Vt Pastoribus & animarum curatoribus

1 Februarij Profestum,

seu Vigilia,

cùm ieiunio ex deuotione,

aliisque nostris subditis angendæ pietatis demus occasionem, mandamus & iniungimus, vt in iisdem illis locis illam laudabilem consuetudinem ieiunandi pridie festorum Deiparæ Virginis Mariæ solenniter celebrati indictorum receptam seruent, populo publicent, vt piam consuetudinem seruent. *Abbatia Tongerloënsis Ordinis Præmonstratensis, in eadem diœcesi sita, inter antiqua diplomata fundationis à Miræo in Notitiâ Ecclesiarum Belgij edita, exhibet cap.* 217 *aliquod datum* anno MCCLXXVII in Vigiliâ Purificationis B. Mariæ. *Solebat in vicinâ Gelriâ atque Hollandiâ, antequàm fides Catholica per Caluinistas istic opprimeretur, pia consuetudo ieiunandi in profestis B. Mariæ Virginis à Parochis denuntiari, atque à populo obseruari. Hinc Hesselius in Explicatione Decalogi cap.* 106 *de ieiunio agens, ita scribit:* In Vigiliis Pentecostes, Ascensionis Domini, Purificationis, Annuntiationis, Natiuitatis, & Conceptionis B. Mariæ mos regionis, siue ciuitatis, sequendus est. *Henricum* II *Angliæ Regem singulis Sabbatis ab horâ* IX *in diem Lunæ proximam & singulis Virginis Mariæ Vigiliis iustitium Anglis imperasse docet Rogerus de Houeden parte posteriore Annalium Angliæ citatus à Locrio lib.* 1. *Mariæ Augustæ cap.* 31 *& à Coluenerio in Calendario Mariano ad Kalendas Februarij, qui pluribus hoc argumentum prosequitur. B. VValterus de Birbeke (vt dicitur cap.* 2 *Vitæ quam dedimus* XXII *Ianuarij) solitus erat in vigiliis omnium solennitatum beatæ Dei Genitricis ieiunare in pane & aquâ. quæ eidem in vinum etiam mutata est. B Margarita Hungarica in Vigiliis solennitatum B. Mariæ Virginis pane tantùm cum aquæ potu vescebatur, vt tradit Ranzanus in eius Vitâ cap.* 2 *num.* 8, *quam dedimus* XXVIII *Ianuarij.*

etiam in pane & aquâ:

25 *Festum hoc cum Octauâ celebrant Fratres Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis Ordinis sanctissimæ Trinitatis, Ordinis B. Mariæ de Mercede, & Ordinis Carmelitarum, additis propriis Lectionibus, item Cluniacenses, Cisstercienses, Virgines Deo dicatæ Fontisebraldi, & Ordo B. Mariæ Annuntiatarum. Eandem notat Cursus B. Mariæ ad vsum Ordinis S. Benedicti, & Breuiarium Donouiense conscriptum anno* MCCLVIII, *vti refert Coluenerius ad* III *Februarij, antiqua Breuiaria Ambianense, Lingonense, Tullense in Galliâ, Burgense & Seguntinum in Hispaniâ, Antuerpiense & Bruxellense in Belgio, Hildesheimense in Germaniâ, Canariense in Oceano, & Hermannus Greuen in Auctario Vsuardi ad* IX *Februarij: quo etiam die ita scribit Saussaius:* In Santonensi Pontificali Ecclesiâ Octaua Purificationis S. Mariæ propter miraculum, quod illic sic contigisse produnt sacra illius Ecclesiæ monumenta. Est in illâ præcipuâ æde altare Dei Genitricis antiquâ religione sacrum, statua antiquior, quam ob mira frequentis

solennitas alicubi per Octauam continuata

F opitulationis insignia, B. MARIAM DE MIRACVLIS iam pridem ciues appellitant. Accidit verò dudum medio intempestæ noctis silentio, cùm alta quies totam vrbem occuparet, repentè, nemine mouente, ærea maioris ædis cymbala mirâ concentus suauitate resonarunt. Quo insolito tinnitu expergefacti sacri æditui, mox è strato surgentes, templum vndequaque luminibus coruscum conspiciunt, numerosumque hominum conuentum augustâ lustratione ac prece, suauissimisque hymnis Virginem suppliciter venerantem. Ad quem timido gressu propiùs accedentes, eum qui tam celebris pompæ postremum ducebat ordinem, rogarunt, vt cereî ardentis reliquum, quod pijs gestabat manibus, tantæ rei testimonium daret. Quod ille lubens præstitit. Cumque ea res primo diluculo Ecclesiæ primoribus, non tantùm per custodes, sed etiam per multos ciues, qui eam rem per ostiorum transfucentes rimas viderant, innotuisset, cereum inter sacras reliquias religiosè seruandum mandarunt, atque ob tam nouum prodigium, hunc diem toti posteritati memorandum indixerunt. *Insuper diei Octauarum Purificationis meminit Ioannes Gerson parte* 4 *Operum, in epistolâ de Festo S. Iosephi instituendo datâ anno* MCDXVI *in Concilio Constantiensi ad Dominum*

vt Sanctorum ob miraculum.

Parui

AVCTORE G.H. A *Parui Cantorem Carnotenſem & ſacræ Theologiæ Profeſſorem.*

26 *Eccleſia Pragenſis ſingularem cultum hodie exhibet ob reuerentiam duarum partium cingulorum B. Mariæ, de quibus hæc traduntur in MS. Martyrologio Pragenſi*: Purificatio B. Mariæ Virginis & Hypapanti Domini. Quæ non ideò purificata dicitur, quòd vllam ex ſuo partu contraxerit maculam, cùm Virgo ſit, ſed quòd ipſe Dominus & glorioſa Mater eius, cùm nihil legi deberent, decretis legalibus ſe ſponte ſubdere voluerint. Hypapanti etiam dicitur, id eſt, luſtrationum: nam Chriſtiani cultum illum luſtri, qui in principio Februi Plutoni fiebat, in melius commutantes, in honore veri Luminis & Agni, quem Mater Virgo in templo præſentauit, hodie cereos ardentes in manibus portant, Domino præſentato in templum occurrentes. De cuius Cingulis glorioſis duobus duas pecias glorioſus Princeps Carolus IV Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemorum Rex, in eccleſiâ Auguſtenſi obtinuit, & decoratas in monſtrantiâ cryſtallinâ Eccleſiæ Pragenſi donauit.

Praga ob cingula B. Mariæ partes celebrior diei veneratio:

27 *Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonenſi tradit, Stephanum Borſellum Eccleſiæ maioris Canonicum anno* MCDLXXII *Cremonæ extruxiſſe Eccleſiam, vulgò* Incoronatam *dictam, ſub titulo Purificationis B. Mariæ Virginis. Romæ etiam celebre eſt templum S. Mariæ Purificationis in Exquiliis cum monaſterio ſanctimonialium S. Franciſci anno* MDC *fundato. Aliud eſt Romæ templum nationis Lotharingicæ, quod* S. Maria Purificationis *dicitur, ſitum in eâ vrbis parte, quæ vulgò* in Banchi *appellatur. Agit de his Romanis templis Antonius de Balinghem noſter in Calendario Mariano ad* II *Februarij, vbi plures cæleſtes viſiones variaq; miracula recenſet ad huius feſti cereorumq; commendationem patrata vti & paſſim recentiores Auctores. Extaſes B. Veronicæ de Binaſco dedimus* XIII *Ianuarij cap.* 5 *Vitæ. vti etiam* XXV *Ianuarij pias meditationes B. Henrici Suſonis cap.* 12, *quas hi in feſto Purificationis habuerunt. Similia exercitia miraculaq; hoc toto opere daturi, quæ, in vnum colligere ad honorem cultumq; Deiparæ Virginis Mariæ, quamuis animus foret, inſtituti noſtri ratio, & temporum anguſtiæ non permittunt.*

templa erecta ſub titulo Purificationis B. Mariæ. B

ORATIO DE HYPAPANTE SIVE OCCVRSV DOMINI,

Auctore S. Sophronio Archiep. Hieroſolymorum.

Ex MS. Græco Medicæo Regis Franciæ.

CAPVT I

Myſteria Chriſti celebranda. Huius feſti ſolennitas.

Myſteriorum Chriſti eminentia ineffabilis,

1 ALiud Chriſti eſt hoc myſterium, alia hæc eſt Chriſti Dei noſtri magnificentia. Magna enim ſemper ſunt illius miracula, vt quæ orationum aditus acceſſuſque vincant omnium, omniſque excedant virtutem ſapientiæ, non humanæ modò, ſed etiam Angelicarum, earumque quæ ſub aſpectum non cadunt, Virtutum. Sermo namque & lingua quædam, quæ ab nobis hominibus comprehendi nequeat, cæleſtibus Angelis ſeorſum data eſt. Quapropter & magnâ voce cùm magno Paulo exclamabo: Vbi ſapiens? Vbi ſcriba? Vbi conquiſitor huius ſeculi? Vbi rhetorum ornamenta? Vbi philoſophorum problemata? Vbi grammaticorum facetæ artes? Certè ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi, & ſuperuacaneam vanamque & inutilem vel ideò magis demonſtrauit: quia hæc ſapientia donum etiam ac munus gratiæ erat, ad obſernationem inquiſitionemque Dei, vanoque exerrore reſipiſcendum, incredulis gentibus data. Verùm quia per mundi ſapientiam non cognouit mundus Deum; placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Et hæc iure cum Paulo clamo, ipſeque etiam nunc admirabundus exclamabo: O altitudo diuitiarum & ſapientiæ & ſcientiæ Dei! Quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Nullus enim cognouit ſenſum Domini, neque quiſquam Conſiliarius eius fuit. Nam quo modo res creata mentem videat Conditoris, vel ingenium intellectumque illius poſſit comprehendere? Vel quo modo figmentum det conſilium ei, qui ipſum finxerit, quaſi committenti ſe figmenti conſilio, indigentique imperfecto ad perfectionem? Ideò apud inſipientes, quod prædicatur, ſtultitia eſt: quia ſapientia hominum infatuata eſt. Ideò Academia obdormiit, *a* Stoa conticuit, vacat Peripatus, dormit *b* Lyceum, Athenæ proculcatæ ſunt: vt ne, relicto Deo omnium Conditore, Deos faciant res ab ipſo creatas. Hæc enim contra Deum Deique militant ſapientiam, quæ ea quæ videntur, Deo eſſe maiora iudicant, neque Deum eorumdem Conditorem videre cupiunt. Propterea tradita ea ſilentio ſunt, atque in profundum obliuionis proiecta.

D ibid. 1. Cor. 1. 21. Rom. 11. 33. *deſtruit ſapientiam mundi.* *a b* E

2 Hinc potiùs Nazareth prædicatur, in quâ Euangelia Dei recitata ſunt: prænuntiatur hinc Bethlehem, vbi Deus in carne naſcitur *c*..... vbi Deus miracula patrans vitam degit. Præſignatur hinc Golgotha, vbi Deus crucem ſuſcipit. hinc canitur Reſurrectio, in quâ è ſepulchro Deus rurſum exurgit: prædicatur hinc Sion, ac latera Aquilonis præſignificantur, vbi Chriſtus, cùm à mortuis reſurrexiſſet, apparet: hinc gloriâ mons Oliuarum afficitur, è quo cum humanâ naturâ in cælum Deus reuertitur. Ablata ſunt priora, atque alia introducta: infatuata illa, hæc demonſtrata ſunt: illa in cinerem redacta, hæc illuſtrata; illa iuſtè, quia Deum non honorauêre, contempta ſunt; conuenienter hæc, quia Deo, vt oportebat, dedêre gloriam, viciſſim gloriæ commendata ſunt. Illa enim hominibus erant offenſioni, trahebant ad interitum, in inferni barathrum deferebant; aſt hæc hominibus & ſaluti ſunt, eoſque è morte ad vitam reducunt, & è terrâ in cælum reuehunt. Illis in obliuionem actis, hæc feſto iam colimus: hæc hodiernâ die vniuerſi concelebramus: his, vt par eſt, initiamur. Dei enim feſta ſunt, atque myſteria, quæ, cùm iuxta hominum conditionem aptè perficiuntur, tum myſticè ſeſe perficientem ipſa perficiunt.

illuſtrat loca in quibus peracta ſunt, *c* Pſ. 47. 3. *deiicit Gentiles,* *perficit cultores ſuos.*

3 At quod nunc etiam hoc myſterium ſit (huius enim eſt præſens hæc celebritas) vel quæ hæc Chriſti magnificentia (huius enim eſt hæc pompa atque progreſſus) continuò nos roget quiſpiam, vel infidelitate detentus, vel etiam ignorantiam religionis affectans. Eccleſiæ namque filiis, initiatiſque à ſancto Spiritu, omnia, quæ Chriſtum attinent, manifeſta ſunt atque cognita, nihilque eſt eorum, quæ peraguntur, ignotum. Ego verò & clamabo, atque eloquar, prædicaboque, quæ feſti huius ſunt propria. Non enim erubeſco Euangelium Chriſti, quod clamauit ante nos Paulus, ſed extraneorum ſapientum per ipſum faſtus pudore ſuffundo. Virtus enim Dei, quæ comprehendi nequit, eſt in ſalutem omni credenti. Et verò quî poſſit fieri, vt potentiam Numinis ineffabilem proferre erubeſcam? myſteria noſtra fruſtrà ne incuſent *d* Ariſtagoræ. Anaxagoræ, Anaximandri, Pythagoræ, Ariſtoteles, Platones, ſapientiæ iam corruptæ ſapientiſſimi defenſores, qui quæ dicunt neſciunt, eaque quæ aſſerunt intelligere nequeunt: quos meritò *e* & piſcatorius

F *Ea myſteria in propriis feſtis proponenda ſunt,* *ad Rom. 1. 16.* *d obſtrepentibus fruſtrà Gentilibus.* *e*

1. Cor. 1. 20.

A torius notâ perſtrinxit calamus, & artis ſutoriæ ſcalpellum demeſſuit, mortuaque & inſenſilia oſtendit eſſe terræ retrimenta: verùm his è ſapiente noſtrâ celebritate dimiſſis, (quippe qui Dei ſapientiam & ex ſe ipſi expulerunt, & inani ſe vanâque ſtultitiâ repleuerunt) nos ore cuncti Theologico miranda atque à Deo rectè facta accinamus, puriſque mentibus celebremus. Hoc enim & diuinis Dei feſtis conducit maximè, atque hic eos, qui feſta ſua concelebrent, requirit.

Poſt feſta Chriſti nati,

4 Natus eſt æternus ille Chriſtus in carne, ac more noſtro ſibi matrem ſumpſit, quæ ipſum indubitatè & ineffabiliter genuit: atque hanc nos, qui ſalutem ex ipsâ decerpſimus, myſticè nuper feſto die coluimus.

& circũciſi,

Poſt quem ritè octauus dies expectatam carnis circumciſionem excepit: tum verò tamquàm Myſtæ clienteſque Dei, quique Diuina Dei dona acceperimus, rurſum myſticè hanc peregimus. Aliud autem nunc ſuccedit illis myſterium, alioque mortalibus dono gratificatur. Nihil enim ab Deo nato proficiſcitur, quin ad hominum vtilitatem omnino referatur: præ deſiderio certè humiles abiectoſque extollendi, noſtrâ hominum cauſsâ natus eſt. Quodnam autem nunc etiam illud eſt, quod vt Deum decet, celebramus myſterium?

occurrit facta Bethlaemo Hieroſolymam proceſſio:

Progreſſus Chriſti perquàm admirabilis, aduentus Chriſti felicitate pleniſſimus, Chriſti perdifficilis explicatu oblatio, Chriſti è diuiniſſimo quidem Bethe-
B hemo excedentis, aduenantis autem *f* hanc in vrbem
f Hieroſolymam, de loco in locum tranſgreſſio.

5 Ecquis poteſt hanc Dei ex alio in alium locum migrationem effari? Quapropter, ô viri, eadem nobiſcum ſapientiâ repleti, ineffabilia ſunt IESV Chriſti myſteria, atque eiuſmodi vt nequeat ea flumen orationis complecti. Quomodò enim Dei non circumſcripti progreſſum, eiuſdemque ex aliis in alia loca

explicatur verus progreſſus Dei incarnati,

tranſgreſſionem audiens, non continuò ridebit dicentem, tamquàm incredibilia in hominum mentes nulloque pacto recipienda inducentem? Prodit tamen incircumſcriptus (reprehendant licet Gentiles hoc præconium, inſipientiâ eius notatâ) prodit qui naturalem ambitum, (quippe Deus) non ſuſtinet, imò, qui naturâ potentiâque infinitus eſt, (finita enim hæc natura eſt finiteque virtutis) noſtro hominum more prodit: rumpatur licet, qui filium ait eſſe alium, qui proceſſerit, in alioque delirat, qui non proceſſerit, atque

cõtra Neſtorium,

ita filiorum Chriſtorumque par nobis ſomniat miſer ille Neſtorius. Ille verò potiùs & ex ſe ſibi perſuadet impiè, & Chriſti myſterium nefando auſu dilacerat. Voluit enim procedere dumtaxat natum ex Virgine, non autem natum ex patre filium, verbum illud ſempiternum. At verum manifeſtumque Deus fecit pro-

& Eutychem,

greſſum. Verè enim erat caro factus & corpus, comprehenſuſque fuerat circumſcriptione corporeâ: exaſperetur licet is, qui naturam carnis in Verbo negat,
C quod caro factum eſt, progreſſionemque merum ſpectrum fuiſſe ſomniat, miſer Eutyches. Si enim Verbi, quod caro factum eſt natura manſiſſet vnica, fuiſſet ſpectrum, quod apparebat, & nuda vmbra hoc Chriſti eſſet myſterium, nec verè verbum incarnatum. Etenim quomodò Verbum, ſi nõ aſſumpſit naturam carnis, immutabiliter caro factum eſt? At Verbum reuera caro factum eſt, conuerſionemque in carnem nullo modo ſuſtinuit; inuiolatâque ex Virgine accepit naturam carnis, ſecundùm quam ex eâ etiam eſt progenitum. Idem & diſſolutionem non admittit naturarum, & in naturis innoteſcit duabus neque ob differentiam earum diuiſum, quemadmodùm inſanus furebat Neſtorius; *g* neque cõfundens ſubſtantiam, quorum in hypoſtaſi facta eſt coniunctio. Ita vnus idemque & in eodem exiſtens, Deus innoteſcit & homo, exhibet perſonam vnicam, conſtitutam, ex ambabus conſtantem naturis; attamen, quæ erant ambarum propria, non confundentem: ex quibus enim immutabiliter componebatur, indiuisè in iisdem apparet, nec
g mysterium confundens ſuum, neque ſuam perſonam diuidens.

Auctore S. Sophronio, ex MS. Græco.

a *Schola Stoicorum & Peripateticorum.*
b *Gymnaſium Athenis, in quo docuit Ariſtoteles.*
c *Deſunt nonnulla, potiſſimùm de vrbe Hieroſolymitanâ.*
d *De his Philoſophis agit Laërtius in libris de Vitis Philoſophorum, & paſſim antiqui.*
e *Apoſtolos Petrum & Paulum intelligit: ita eoſdem S. Chryſoſtomus aliique Patres deſcribunt.*
f *Græcè τὴν πόλιν, vbi ſe degere indicat.*
g *Græcè, οὐτε συγχέων τὴν ὑποστασιν (potiùs οὐσίαν) τῶν ἐξ ὧν ἡ καθ' ὑπόστασιν γέγονεν ἕνωσις.*

CAPVT II

Occurſus Chriſti. Lumina collata. Dies purgationis.

6 ITa cæleſtis ille Bethlehemita procedit: ita appa-
ret aſpectabilis, qui fugit aciem oculorum: ita expers ille corporis in carne monſtratur: ita venit circumſcriptus, qui circumſcribi non poteſt. At in occurſum curramus eius vniuerſi, qui tam piè illius colimus veneramurque myſterium, propenſo cuncti animo eamus. Quis illi primus occurret? Quis Deum oculis cernet primus? quis Deũ primus excipiet? Quis primus vlnis portabit Deum? Neminem pigeat curſus accelerati, nemo ad greſſum concitatum claudicet, nemo pium abrumpat exitum, nemo ad Diuinum occurſum tardet: nemo celebritatis deguſtatæ ſpectetur expers, nemo myſteriorum exors appareat, nemo luciferâ hilaritate priuetur: nemo ad curſum Simeonis ſenis velociſſimum fiat lãguidior, nemo anu illâ Annâ pede tardior iudicetur, vt ne quo modo ſenes vereque grandæui illum, quem deficientem viderint pedibus, citoque curſu deſtitui, non ſolùm incuſent, ſed remiſſum etiam animum, fortaſſe & infidelem, eidem prophoticis verbis exprobrent. Nemo igitur ſit occurſus non particeps, nemo *a* ab luce ferendâ alienus.

Occurſus illi faciendus

cum Simeone & Annâ:

a

7 Cereorum etiam ſplendorem addimus, tum oſtendendo ſplendorem accedentis Diuinum, à quo cuncta ſplendeſcunt, peſſimiſque depulſis tenebris illuſtrantur abundatiâ lucis æternæ; tum vel maximè manifeſtando ſplendorem animæ, quicum nos occurrere Chriſto neceſſe ſit. Vt enim Dei Mater Virgoque integerrima, veram vlnis tulit lucem, iiſque adfuit, qui iacebant in tenebris; ita & illuſtrationibus illius nos illuſtrati, ac lumen omnibus apparens tenentes manibus, ei qui verè lux eſt, obuiàm ire feſtinemus. Nam profectò, quia lux venit in mundum, eumque tenebris circumfuſum illuſtrauit, & quia viſitauit nos Oriens ex alto, atque his qui in tenebris ſedebant, affulſit; hoc noſtrum eſt myſterium; idcircò lampades
F tenentes incedimus, idcircò lumina ferentes accurrimus, tum ita deſignantes, quod illuxit nobis, lumen; tum ſplendorem, ab eo nobis adfuturum, innuentes. Quapropter curramus vnà, Deo cuncti occurramus: ne, ſi facere id piguerit, vel de animo ab eo ingrato aliquando accuſemur, vel de metuendo ipſius contempti crimine: audiamuſque, quod etiam dicentem eum priùs audierant tenebris illis inuoluti, nec illuſtrandi Iudæi: Quia Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim eorum mala opera (ſemper enim animum obſcurat malitia, nec eum ſinit videre lucem) vel etiam illa (quod ſacrum ait Euangelium) lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Lux ergo illa, vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum venit. Omnes ergo, ô fratres, illuminemur; omnes illuſtremur. Nemo noſtrûm maneat hoc non initiatus ſplendore, nemo oppletus illuni nocte perſiſtat; ſed prodeamus omnes ſplendidi: illuſtrati eamus obuiàm ſimul vniuerſi, lucemque illam claram ac ſempiternam excipiamus cum ſene Simeone: exultan-

lumẽ malignis præferendum.

Ioan. 3. 19.

Luc. 1. 78.

Ioan. 3. 19.

Chriſto illuminatori, Ioan. 1. 5. Ioan. 1. 9.

ob lucem Euangelicam

AVCTORE S. SOPHRONIO, EX MS. GRÆCO.

exultanteſque cum eo animis, Genitori Patrique lucis, qui miſit lucem veram, caliginemque depulit, ac nos omnes effecit ſplendidos, cum gratiarum actione hymnũ concinamus. Dei enim ſalutare, quod parauit ante faciem omnium populorum atq; ad noſtram noui

A Iſraëlis gloriam manifeſtauit, etiam nos per ipſum vidimus, fuimuſque veteri illo obſcuroque crimine, vti vitæ præſentis vinculis viſo Chriſto Simeon, confeſtim abſoluti. Nos etiam Chriſtum è Bethlehemo ad nos profectum complexi fide, facti ſumus ex Gentibus, Dei populus (ipſe enim Dei Patriſque ſalutare eſt) oculiſque Deum carnem factum conſpeximus, ac visâ Dei præſentiâ vlniſque mentis admiſsâ, nouus Iſraël nũcupamur, eamque feſtis anniuerſariis, in obliuionem eius numquàm venturi, celebramus.

gratia agendæ.

Luc. 2. 31.

8 Verum Chriſtuſne *b* vbique præſens accedit? An lux implens omnia procedit in medium? Nihil enim illius, cùm naturâ non circumſcriptâ ſit, nullâque abs re arceri valeat, velitque legem implere priſcam, vacuum eſt claritate. Imò verò accedit, ortumque ſuum omnino ſummum prefignificans, de ſe Moſaïco vaticinatus eſt ore. At quale hoc vaticinium? Omne maſculinum adaperiens vuluam, inquit, ſanctum Domino vocabitur. Quod quidem præceptum, magis tamen denuntiationem prophericam, etiam ſolus impleuit,

B cùm ex vtero Virginis ſolus ipſe proſpexit, eamque tamen virginitate non priuauit ſuâ, eiuſdemque, cùm procederet: vinculum non diſſoluit: quod de ſolo ipſo apertè prædictum erat. Nam & ipſe ſolus è ſolâ natus eſt Virgines, & à feminis experte vulua ſolus eſt genitus, & ſolus è Virgines vtero progreſſus, ipſam Virginem conſeruauit; non corruptâ eius gratiâ naſcens, illius non minuto ſplendore in lucem veniens, vinculo illius non ſoluto progrediens: quæ & Deum oſtendunt eum eſſe, qui naſcitur, & Deiparam declarant propriè eam eſſe quæ parit. Vbi ſceleſtus iterum videtur eſſe Neſtorius, qui neque Deum dicere vult eum qui naſcitur; nec Deiparam eam ſuſtinet vocare quæ peperit: vbi exécrandus quoque Eutyches ſpectatur, qui carnem negat Domino eiuſdem, atque nobis, eſſe naturæ. Quo enim modo Verbum, quod caro noſtrâ fieri cauſsa ſuſtinuit, Caro factum eſt, ſi natura carnis ab eo ex nobis neque verè aſſumpta, neque ita ipſi iuncta erat, vt oſtenderet liquidò, eamdem, quam nos, naturam Verbum antè corporis expers ſuſcepiſſe, atque ita verè hominem factum eſſe nobiſcum, ſi neque habeat corpus eiuſdem cum corporibus noſtris generis, neque animam eiuſdem, quâ noſtræ conſtant, naturæ? At verè Verbum Caro factum, nos ſeruare cu-

C pit: & exiſtens in ipſo Deus verè factus homo, nihil falſi præſefert, neque homines nos decepit; ſed noſtrâ naturâ ſuſceptâ gratificatus eſt nobis ſuam.

Procedit Chriſtus iuxta legẽ Moyſis,

Exod. 13. 2.

Luc. 2. 23.

natus Deus è virgine

verè Deipara,

Ioan. 1. 14 *& Verbũ verus homo.*

9 Etenim, ſi hoc ita non erat vt credimus, quomodò, qui hæc ſcribit, ait Euangeliſta: Et poſtquàm impleti ſunt dies purgationis eorum? Qualis porrò purgationis, ò abominande Eutyches, ſi caro in Chriſto non erat vera? ſi natura humana adunata non erat Verbo? nam Diuina expers corporis quali eget purgatione? quæ contaminatio in experte carnis Diuinitate conſpicitur? Quamquàm vt hominum conditio exigebat, humilius hoc conſcriptum eſt, vel maximè ob te amentiamque tuam imaginariam, atque inſtar Manichæorum attonitum ſtuporem tuum. Nam neque, qui omnium eſt expiator Chriſtus, vllâ expurgatione indigebat, acceptâ præſertim carne illâ ſolâ immaculatâ: neque, quæ peperit, inuiolata illa impollutaque verè Virgo, quæ omnium genuit expiamentum, expiatione per Legem præſcriptâ eguit. Quamquàm hoc, ſecundùm legem, adſcriptum ſit, vt ne Chriſtus diſſolutor eſſe legis exiſtimaretur.

Luc. 2. 22. *Dies purgationis*

cur indicatus:

ea ambo non egebant.

Luc. 2. 22.

a *Græcè φωτοφορίας ἀλλόῤῥιον, alluſione ad cereos qui ferebantur, factâ.*

b *Intelligi ſolam Chriſti Deitatem infrà patet vbi hæretici de eâ malè ſentientes perſtringuntur.*

CAPVT III

Ad occurſum admittuntur orthodoxi, repelluntur hæretici.

10 QVid autem vel ipſa inuiolatis geſtauit vlnis, vel quid Simeon excepit ſuis, præter Deum carnem corpuſque factum? Et Deum affectu religioſo Propheta ſuſcipiebat, ac Patri Deoque illum deferebat, & legem implebat ſpiritu. Nunc, gratis inquiens labiis, dimittis ſeruum tuum, Domine, ſecundùm verbum tuum, in pace. Quod ei ex Spiritu dictum erat, non viſurum ſe mortis aditum, niſi priùs videret Chriſtum Domini, legiſque vinculum ſolueretur. Senex enim ille obtinebat perſonam legis. Quia, inquit, viderunt oculi mei Salutare tuum. Non enim erat Salutare lex illa Moſaïca. Lex autem vetus & ſenex & infirma, viſo Chriſto, hoc eſt Salutari Dei, & ab infirmitate ad ſalutem reducebatur; & vetuſtate, quæ illi aderat, conuenienter nouitati renouatâ, eximebatur: lumen enim veterem Iſraël omni vetuſtate liberans, ad eumque Gentes adducens, oculis cernebatur. Idcircò clamat, clamanſque enuntiat: Nunc dimittis ſeruum tuum, E Domine, ſecundùm verbum tuum, in pace: quia viderunt oculi mei Salutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum; lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Iſraël. Exiſtens nouus è veteri (& Galilæa gentium illuſtratur, & nouus Iſraël demonſtratur) Chriſtum, lumen, aſpexit.

Occurrit Simeon,

Luc. 2. 29

Luc. 2. 26

Luc. 2. 30

ſenio Legem Moſaicam indicans:

Luc. 2. 31.

11 Quid autem vidit etiam oculis, niſi cognatum nobis corpus atque conſpicuum, conuincenſque inſcitiam Eutychetis è Manichaïcâ ſemente productam *c* Ex naturâ enim ſuâ fugit aſpectum Deitas, nec hominum oculis cerni poteſt. Excedant ergo hac noſtrâ celebritate ſimul Eutyches ac Neſtorius eiuſdem hoſtes & aduerſarij, illiuſque lætitiam violare certantes: hic quidem Chriſtum diuidens individuum, ille verò impiè ea, quæ confundi non poſſunt, confundens: nec enim vmquam à talibus noſtra ſe patitur adornari celebritas. Idcircò purgamini, idcircò niteſcite, idcircò Chriſti myſteria, velut Chriſto amici, colite: etenim aliter tibi abuſàm accurrentes neque admittit, neque oculis videre ſuſtinet: verùm ab celebritate ſuâ eos exules eſſe iubet, profanoſque conſtituit, & occurſus ad ſe exortes. Abeant vnà cum his *a* Eunomij & *b* Eudoxij & *c* Aſterij & cum ipſis Manichæi & *d* Apollinarij, *e* Seueri ac *f* Dioſcori, omniſque *g* Acephalorum miſera illa ac verè capite carens gangræna. Illi quidem quia ob carnem Chriſti conſpicuam, & inaſpectabilem perfectamque Deitatem imminuere & abrogare conati ſunt, eamque alterius efficere naturæ, ſubſtantiæque ab naturâ, quæ eſt in Patre, qui genuit, contendêre diuerſæ, in creatis eam rebus audacter numerantes, ac decernentes Chriſtum Deum creatum eſſe, &, ſecundùm vtramque naturam, Diuinam, inquam, & humanam adorandum eſſe. Hi verò ob illam Chriſti, quæ non videtur, Deitatem, etiam carnem eius eludere ementirique volunt: qui ea quæ vnius ſolùm naturæ propria ſunt, arripientes, conuunctarum confuſionem ſubſtantiarum imaginantur: & miſeras Apollinarij *h* Polemoniſque præſtigias libenti animo accipiunt. Quibuſcum Ebiones ac Samoſateni, Pauli & Bardeſanæ collocentur, noſtroque è feſto hoc exigantur. Hi quidem, quia Chriſtum ſolummodò nudum hominem ac nobis parem arbitrati ſunt, iiſque, quæ Deitatis ſunt propria, carentem, ac ne Deum quidem vllo modo nominauerunt. Illi verò, quod Chriſtum non æternum eſſe Deum Patrique æternitate parem, ſed ex Mariâ affirmabant, fõlùm ex ipsâ ineffabili Incarnatione Deum exſtitiſſe rati.

Ab hoc occurſu expellendi hæretici, Eutyches, Neſtorius,

Eunomius Eudoxius, Aſterius, alijs,

a b c d e f g

F

h

Samoſateni.

12 Et ſi quidem vniuerſi, quotquot vel impiè ſecundùm

A cundùm ipſos inſanierunt, vel ſecundùm eoſdem euaſerunt inſanè impij, ab Diuino Chriſti occurſu repellantur, vt nos, qui rectè ſentimus, cuncti hunc feſto colentes die, hæreſeos multifariæ nullâ labe ſuſceptâ Chriſto Deo eamus obuiàm, eumque cum ſene Simeone & cum anu ac vate Annâ excipiamus. Ambo enim antiquabantur, & lex videlicet, & ſecuti illam Prophetæ, dimiſſionem expectabant. Nam vſque ad repletam luminibus Chriſti oſtenſionem & obtinuit lex, & Prophetæ vaticinantes, à Deo erga Chriſtum ſapienter peracta myſteria, admirandaque de Chriſto oracula prædixerunt. Nos ab Ethnicorum multitudine in nouum tranſlati Iſraël, nouuſque Dei populus appellati, confiteamur viciſſim, ac Pſalmos accinentes, cantemus Domino canticum nouum. Nos pulchrè renouati Chriſtique præſentiâ in altum ſublati, abiecto ſplendore vetuſtateque Gentili ſimul ac legali vniuerſâ, omnique eâ, quæ carnem ſapiat, clariſſimâque hac Chriſti celebritate indignâ, cantemus Domino canticum nouum. Renouati etenim ſumus, nouique facti è veteribus, iuſſique canticum nouum canere Deo ac Patri, qui Chriſti nos præſentiâ & innouauit vniuerſos & populum illius nouum eſſe demonſtrauit. Cantemus Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit, atque per Chriſti quidem præſentiam
B mirabilius, per quam omnia innouantur, recuperantur perdita vetera, noua conſpiciuntur, atque in Deum ſublata in primam iuuentutem transferuntur.

Occurrãt orthodoxi Chriſtiani.

& Gentibus aſſumpti,

Pſalm. 97.1.

cantẽt Deo laudes:

Pſalm. 97.1

13 Qualia autem hæc ſint, euidenter tradit lyra Spiritus; Saluauit ipſum dextera eius, inquiens, & brachium ſanctum eius. Et quænam hæc, quæſo, dextera Dei ac genitoris, & brachium ſanctum extitit, niſi ſolus ille, per quem omnia fecit, filius? per quem, quæ antè non erant, condidit, & è non exiſtentibus ad exiſtendum perduxit: quæ poſteà ad interitum ac vetuſtatem repentia (veteraſcens enim res vnaquæque & conſeneſcens ex naturæ ſuæ habitu ſemper ad interitum vergit) omnipotente quoque dexterâ & excelſo omnimodeque ſancto brachio ſeruat. Confitentur enim ſplendore cognitionis Diuinæ locupletati, præclareque & corpore & animo, & intellectu illuſtrati ſolum Chriſtum eſſe cognoſcique, qui per carnis ſimilitudinem obrerum omnium conditarum recuperationem ad nos venit; per quem & manifeſtè ſeruamur, & antiquâ noſtrâ vetuſtate eximimur, redimimurque ac Deo efficimur noua conſperſio, apparentes non iam veteris acidique fermenti.

1. Cor. 5. 7.

& renouati brachio eius,

Pſalm. 97.3.

Luc. 2. 29

Luc. 2. 30.

14 Nos etenim verè ſumus dicimurque Dei dexterâ inexpectato modo conſeruatæ creaturæ, ac potenti
C eius brachio renouatæ: de quibus Dauid vaticinando modulans tenerè cantabat: Saluauit ipſum dextera eius & brachium ſanctum eius, ſalute ſcilicet indigebamus, ac receſſum redemptionemque ab exitiali vetuſtate petebamus: quibus Pſaltes ſecum aduentu Chriſti ad ſalutem indigentibus, addicit dexteræ ac brachij Patris corroborationem ad renouandum glorioſam, vt, in cantico hoc diuinitus inſpirato exponitur: Notum fecit Dominus ſalutare ſuum: in conſpectu Gentium reuelauit iuſtitiam ſuam: Quod & Simeon (id eſt, Lex) ſuſcipiens; clamitabat ad Deum, ſibi conceſſo ſalutari, id eſt, Chriſto gratificante: Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine, ſecundùm verbum tuum in pace. Pax enim cæleſtibus ac terreſtribus verè Chriſtus ſignificatur. Quia viderunt oculi mei Salutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël. Completum eſt vaticinium: perfecta promiſſio: illuſtratum eſt, quod erat abſcondum: affectum eſt gloriâ, quod erat inglorium: atque ego (& in me Lex) abij à vetuſtate, neque tantùm euaſi nouus, verùm etiam tuum, Domine, conſpicatus Salutare; oculiſque ſenilibus gloriam tuam intuitus, vigorem prorſus expertem tugæ iuuenilemque recepi. Etenim Chriſtus lumen Gen-

tibus factus eſt, & Iſraël nouum genitum vocatumque nouum, excellenti mirificâque affecit gloriâ, diſpertitus illi gloriam verè expertem ſenij, & luce numquàm conſeneſcente, neque ex lege agente rugas illuſtrans.

AVCTORE SOPHRONIO EX MS. GRÆCO.

D

a *S. Ephram Syrus ſuprà 1 Februarij in Teſtamento ſuo cap. 5 execratur hæreticos, atque inter alios num. 23* Eunomianos & Manichæos, *vbi nos ad litteram l. de* Eunomio *egimus.*

b Eudoxius *Arianus Conſtantinopolitana inuaſor Sedis baptizauit Valentem Imperatorem, cui ſe adiunxit* Aëtius *magiſter* Eunomij, *dein ab* Eudoxio *conſtituti Epiſcopi Cyziceni, quem expulſum apud ſe Conſtantinopoli detinuit. Ita Socrates lib. 4 cap. 1 & 7, & S. Epiphanius hæreſi 73 num. 38, qui hæreticis Anomæis annumerat, quorum princeps* Eunomius *habebatur.*

c Aſterius Sophiſta in perſecutione Maximiani Chriſtianam fidem eiurauit. *S. Epiphanius hæreſi 76 num. 3. Agunt de eo homine Cappadoce & Ariano, cuius libris Socrates lib. 1 cap. 24 Sozomenus lib. 2. cap. 31. S. Athanaſius de Synodo aliiq.*

d Apollinaris *Laodiceni hæreſes deſcribit Epiphanius hæreſi 77 num. 22. ſcilicet Chriſtum corpus è cælo detuliſſe, animam non aſſumpſiſſe, corpus diuinitati conſubſtantiale fuiſſe. Agit de eo Sozomenus lib. 6 cap. 25 & alij: eum S. Damaſus Papa Romæ in Synodo damnauit anno 373.*

e Seuerus *Sedem Antiochenam expulſo* S. Flauiano *per vim inuaſit anno 513, ex ſectâ Acephalorum, oppugnator Cõcilij Chalcedonenſis. Coluntur* SS. Flauianus, & Elias *tunc quoque per ipſum è Sede Hieroſolymitanâ pulſus, 4 Iulij.*

f Dioſcorus *Epiſcopus Alexandrinus patronus Eutychetis, cum eo in Concilio Chalcedonenſi damnatus. De eo agemus 18 Februarij ad Vitam* S. Flauiani *Epiſcopi Conſtantinopolitani ab eius factionis hominibus in exilium pulſi.* E

g *Cùm* Petrus Moggus *in ſedem Alexandrinam anno 482 receptus, Henotico Zenonis Imperatoris admiſſo, Catholicos ſimul & hæreticos offendiſſet, Eutychiani plures ab utriſque deficientes,* Acephali, *id eſt,* ſine capite, *ſunt appellati: in varias mox ſectas diuiſi.*

h Polemium *ex ſcriptis Apollinarij anſam nactum, dixiſſe in Chriſto ſubſtantiarum confuſionem factam, & commixtionem Diuinitatis & corporis tradit Theodoretus lib. 4 Hæret. fabul. cap. 9.*

i Ebion *princeps hæreſis, qua Chriſtum nudum hominem appellauit, contra quem &* Cerinthum *S. Ioannes ſuum Euangelium ſcripſit. Agunt de eo Theodoretus in compendio hæreticarum fabularum, earumq; lib. 2 cap. 1. S. Epiphanius hæreſi 51 aliiq.*

k *de* Paulo Samoſateno *agit S. Ephram Syrus in teſtamento 1 Febr. num. 23, à quo* Bardeſanem *ſtrenuè confutatum eſſe tradit Theodoretus lib. 1 Hær. fab. cap. 22: de hoc etiam agit S. Epiphanius hæreſi 22.*

CAPVT IV

Simeonis & Annæ prophetiæ explicatæ.

15 ET ille quidem grandæuus Simeon, viſo Dei ſalutari, gratis hæc cum ipſo verbis ſermocinabatur; illud Dei ac Patris Salutare vlnis gerens, quo is ſalutem tranſmiſit omnibus eximiamque dedit redemptionem. Conuerſus autem & ad Virginem, quæ Salutare Dei in carne genuit peperitque, & ad Ioſephum, qui putabatur pater huiuſce luminis, innotuit tamen à carnali partu lucis omnino alienus, Ecce, inquit, poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum in Iſraël: in ruinam ſeruorum litteræ; in reſurrectionem filiorum gratiæ; in ruinam, legalem adhuc colentium vetuſtatem, in reſurrectionem amantium Euangelicam nouitatem; in ruinam gloriantium paternitate carnali Abrahæ, in reſurrectionem factorum Abrahæ filiorum per fidem; in ruinam indutorum prudentiam Adæ veteris, in reſurrectionem ſapientium indumentum Adæ noui; in ruinam ſapientium pulueꝛea ac terrena, in reſurrectionem cupientium excelſa atque cæleſtia. Primus enim Adam è terrâ factus, pulueꝛeus, terrenum habuit affectum. Hic autem ſecundus Adam, qui & in carne meis portatur manibus, & ipſe me ferentem diuinè fert, peregrè venit ad nos è cælo, omnibuſque aduentum ſuum fideliter admittentibus, ac primi quidem Adæ veſtem reſpuentibus, noui verò natiuitatem deſiderantibus, cæleſtem largitur ſenſum. Quotquot enim eum cum fide receperint, iis

F

Luc. 2. 34. *Poſitus Chriſtus in ruinam legu & reſurrectionem Euãgelij, oppoſitus veteri Adamo,*

Ioan. 1. 12.

AVCTORE SOPHRONIO EX MS. GRAECO.

adoptionem immortalem filiorum apud Deum ac Patrem confert, qui neque ex voluntate carnis gignuntur, neque ex voluntate viri constituuntur, sed ex Deo secundùm gratiam nascuntur: nec enim è substantiâ eius naturâque proueniunt.

A 16 Solus enim hic, ô Virgo Mater inuiolata, ex Deo secundùm naturam genitus est ac Deo Patri consubstantialis; solus ex Deo natus genitore, filiusque eius vnicus agnoscitur, & certè ex te Virgine incarnatus, Luc.2.35. generationem humanam ex te suscepit. Ac tuam ipsius, quæ & magna Dei conspexisti mysteria, & thesaurum gratiæ nobis hunc peperisti, animam pertransibit anceps gladius, ac mentem stupore percussam ensis percurret, quando eum oculis conspexeris sponte clauis Cruci affixum atque inter latrones medium sublatum, interimere ipsam mortem, à quâ occidebamur; nobis verò, qui iustè moriebamur, donare vitam; ac ligatis legionibus dæmonum, soluere peccatorum vinculis hominem, antiquitus à dæmone alligatum. At non persistet, neque omnino in te permanebit gladius ille pertransiens: numquàm enim, ô Dei-Mater, in Diuini ex te conceptus, miræque ex te progenerationis obliuionem adducta fueris. Corripieris certè quoda n humano stupore ex iis, quæ infandæ

cuius in morte animã matris per transiuit gladius,

B Crucifixionis tempore euentura sunt; quomodò Deus qui per naturam neque mori, ac ne pati quidem potest, in crucem agi sustineat, quomodò, qui ab Angelis sempiternâ effertur gloriâ, idem latronum medius contumelus afficiatur, quomodò, qui escam præbet omnibus esurientibus quique potum dat omnibus sitientibus, fel bibat & acetum! quomodò vita illa, quæ dat vitam omnibus eâ carentibus, subeat necem! quomodò latus illi hastâ confodiatur, qui lanceâ sensum omnem oculorum fugiente mortem confoderit! quomodò, qui mortem corruptionemque sepelit, qui sepultos tumulis eximit, qui sortitis ex Adamo corpora eademque mortua ob cõtractam eiusdem Adami primi parentis labem circumferentibus, vitam reddit à morte excitatis, ferat tridui sepulturam! percellêris enim nonnihil, hæc videns omnia; at non diu parebis ambigens: animam quippe tuam ac mentem pertransibit perculsionum tantarum tamque terribilium gladius. At non persister: nec mansionis stationisue locum occupabit, ocyssimè quippe depulsus abs tuo illo seminis experte conceptu, atque abs tuo illo semper virgineo partu.

17 His omnino nihil est vel horribilius, vel, iis qui C non intelligunt, visu incredibilius. Idcircò reuelantur Luc. 2.35. ex multis cordibus cogitationes, quæ conspicere nequeunt Diuina tua ac mira mysteria, quæ nec cælorum virtutes quidem videre potuerunt. Idcircò cadit, qui non credit, præconio: resurgit autem atque ad vitam immortalitatemque illustratur, qui proli tuæ credit, ipsumque ore Deum prædicat, teque, quæ genneris, Luc.2.34. sentit esse Deiparam. Idcircò Christus ita ex te natus, ignaris mysteriorum eius verè ponetur in signum, cui contradicetur, patienturque illi lapsum, à quo erigi non poterunt, participes redditi infidelitatis; excitationemque à mortuis, vitamque, quæ in cælis est, propterea quòd vitæ æternæ non crediderint, numquàm contemplabuntur. Hæc locutus desistit, dominationemque legis, ipsum legislatorem iam aduenientem suæque ipsius legis consilio perfectè stantem conspicatus, simul sistit. Processit enim Christus, complementum Legis; Paulique sententiæ qui contradicat est nemo. Rom. 1. 16. Vnde in salutem quidem credenti est, at infidelem habenti animum in interitum ac ruinam.

& reuelãtur ex multis cordibus cogitationes:

positus signum cui contradicitur.

18 Adstat Anna etiam huic operi, anilibus incedens gressibus. Nam & illam aduocabat mysterium impleturam prophetiæ gratiam, dum prophetico spiritu testatur quòd notum fecit Dominus salutare suum, ac quòd in conspectu gentiũ reuelauit iustitiam suam: & quod non sit lex, quæ in vmbrâ figurâque præuaPsalm. 97.2.

Anna redemptionẽ Israëlpradicat:

luerit, hominibus imponens onera importabilia, reuelatâ iam cunctis gratiâ, suaue habente iugum & onus leue facileque portatu. Et quòd non sit lex vaticinantur de Christo Prophetæ, vbi, qui iisdem inspirauit vaticinia, vaticinatumque eos misit, ipse iam aduentârit. Quæ quidem Anna cùm prophetiæ clareret gratiâ, diceretque ad eos, qui expectabant redemptionem Israël, consolationem ingenerabat iis vndique diuinam, venisse omnium Redemptorem, apparuisse Saluatorem vniuersi, qui velit imaginem redimere suam, cupiatque homini à se creato salutem conferre. Nam ideò Christo est nomen IESVS: quippe & IESVS Saluator exponitur. D Matth. 23.4 Matth. 11.30. Luc.2.38.

19 Hæc autem omnia cùm & re ipsâ fierent, & propalarentur verbis, stupebat MARIA Dei-Mater, admirabatur vnà cũ ipsâ præsens Iosephus. Postquàm tamen, quæ ab lege iniuncta erant, consummassent; (omnia namque quæ legis erant, Christus venerât implere & legalibus finem præceptis imponere) reuertũtur in Nazareth, vbi ab Gabriele Archangelo fuerat salutata, quæ mundo genuit Saluatorem, & de seminis-experte conceptu grauida, & Virgo à partu manens, videntibusque declarans vniuersis, notum factum esse Salutare Dei, lumen Gentibus illuxisse, omnibus terrarum finibus iustitiam redemptionemque Dei apparuisse: ac diuinam gloriam claritatemque æternam omnis interitus, corruptionisque nesciam induisse eos, qui illum expectabant.

admirantur Deipara & S. Iosephus.

Luc.3.7. E

CAPVT V

Mysterium turturum & columbarum oblatarum. Epilogus.

20 QVid autem volunt & turtures, aut cur pulli columbarum accepti sunt, quæ Christus adiens Hierosolymam ad sistendum se Genitori Deo in sacrificium deferebat? aut quam ob rem par vnum ex alterutro genere obtulit, si, quæ hunc genuit, Virgo manserit? offerebat pro se Patri hæc animalia, quæ pura deprehenduntur, interque volucres eximia: ac, præterquàm quòd ambo munda sint nec profana, horum genus vtrumque simul, propriam quamdam virtutem continet: ostenduntque aues illæ, eximium esse aliquid atque selectum, præter cetera, innatum sibi, quod spiritaliter contemplantibus adferat vtilitatis haud parum. Præceptum namque seruandæ legis non intra solam consistit litteram: abditum etiam quiddam continet, & eminens magis eo, quod apparet, F atque incomparabili pretio excedens. Ideò Littera me occidit, solam sequentem litteram; Spiritus autem viuificat spiritu benè obtemperantem: & dum littera à velamine dehiscit quodammodò, spiritus subeuntem fundum, ac denudantem thesaurum illic abditum, atque ita opes illas infinitas adeptum perficit. Puræ erant aues turtures & columbæ sicuti dictum est, ac turtures quidem summâ temperantiâ, quam adeò amplectuntur, vt, si coniugi mors contigerit, nec superstes cum alio conuenire sustineat, vitam reliquam agat cælibem, viduitatemque colat potiùs, quàm vt connubialem cum alio mare contactum sufferat. Columbæ verò sunt puriſſimæ à malitiâ, omnisque noxiæ expertes, quas ideò ob simplicitatem suam vacuitatemque malitiæ Christus simplices vocat, quæque ad suos quoque persecutores, tãquàm mali nil passæ, mox redeant: quod summæ signum est innocentiæ, multæque vt sic dicam, simplicitatis indicium. Et quidem casti turtures, degunt priuati ac solitarij; at insontes columbæ non modò cicures, domorumque incolæ, sed etiam hominum peramantes. Id persuadeat illa peramabilis columba, ad Noë in arcam: rediens, oleæ ramum ore afferens, & misericordiam declarans Domini diluuiique

Turtures & pulli columbarũ

mysticè iudicans

2.Cor.3. 6.

continentiam,

puritatẽ, Matth. 10.10.

misericordiam Dei in Noeme.

A que finem; mysticè verò, vt Patri Spirituique videbatur, benignum Christi aduentum, quem extremis temporibus per amorem misericordiæ verè plenum, exhibuit. Erat quippe tunc quoque vespera, cùm ad Noë, secundum ab auctore generis Adamo vitæ genitorem, frondifera illa propheticè reuolauit; atque adfuturam nobis inclinante seculo Christi Dei misericordiam prænuntiauit.

& Christo datam:

21 Vult ergo Christus manifestissimè, ad se accedentes temperantiæ cumprimis habere puritatem, innocentiæque splendorem sapere, atque his magis illustrari; ipsumque Christum, qui eos condidit, & eâ quâ erga homines fuit misericordiâ, eosdem seruaturus descendit, exhilarare; vt is & videat & lætetur, lubensque illos simul occurrentes excipiat. Nec enim aliâ re vllâ sic Deus colitur, atque temperantiæ, & castimoniæ omnisque innocentiæ perfectione. Est autem honestum, suaue ac quietum, negotiorumque æstu liberum, & Deo, quoad fieri id quidem potest, adhærere, & nullâ ab re implicari studiosiùs, distractum scilicet atque occupationibus mundanis auulsum: quibus etiam illud canticum videtur dicere: Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, tamquàm in solitariâ sibi vitâ vacaturis semper amans commonstrare sanctimoniam suam illuminantem. Honestate effulgent etiam similiter tum mansuetudo, tum communio amorque mutuus, quo quis agere rectè poterit, tum quâ conuenienter erga proximum afficiatur misericordia, cum eâque naturaliter coniuncta humanitas, in quibus fit ipso cum Deo prægrandis assimilatio.

ha virtutes à Christianis exprimẽdæ:

Ps. 45. 11.

B

bina volucres duplicẽ in Christo naturã designant,

22 Cur autem volucres binas attulit? sic enim lex afferre imperabat: quia vnus idemque Christus naturis duplex cernitur, è duabus quidem naturis adunatus, atque in duabus sine diuisione confusioneque innotescens, tam diuinâ quàm humanâ, ex quibus etiam est compositus. Verùm nos ipsi etiam, constantes animo atque corpore, constituti sumus duplices, apparentesque & in animo & in corpore, vt ambobus etiam, quod honestum est, faciamus; neque alterâ quidem parte expleamus virtutem; claudicemus autem alterâ, virtutumque splendore careamus. Atque hoc ipse Dominus, qui virtutis vniuersæ bonus dator agnoscitur, cum doceret, aiebat: Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Imperfectum enim inexplerumque ie si quid est, Deo etiam non acceptum continuò esse indicatur.

AVCTORE SOPHRONIO EX MS. GRÆCO.

D

& virtutum omnium perfectionem.

Matth. 5. 48.

23 Hoc itaque scientes etiam nos, desideratissimi, Christo Deo ita simul eamus obuiàm: temperantiam adferentes, apportantes castimoniam, ferentes innocentiam, iniuriarum obliuionem ostendentes, separantes nos ipsi à curis secularibus, Deoque sistentes puros, conferentes morum lenitatem, beneuolentiam, amoremque habentes in omnes mutuum, addictesque ad hæc omnia miserentem omnium animum, prodeuntique ex animo commiserante misericordiâ abundantes, ita Christum accipiamus accedentem, ita spectemus Christum, ita Christum diuinâ quadam ratione stringamus vlnis, verbisque ie coràm confiteamur E propheticis, illius ad nos aduentum laudantes, eamque, quam erga nos exercuit, misericordiam ore magnisque vocibus prædicemus, vt & regnum cælorum adipiscamur, & æternis fruamur bonis in ipso Christo Redemptore ac Saluatore nostro Deo, cum quo optimo Deo Patri sanctissimoque Spiritu gloria, honor, & adoratio vndique sit & nunc & semper & in tecula seculorum. Amen.

Peroratio.

DE S. CORNELIO CENTVRIONE

EPISC. CÆSAREÆ, ET SCEPSI,

I. 3.

Commentarius præuius.

§ I. *S. Cornelij patria.*

1 SECVLO CHR. II FEBR.

C

Cæsarea *vrbs Palæstinæ, olim* Stratonis turris, *teste Plinio lib.* 5 *cap.* 13, *ab Herode* ad honorem Octauiani Principis exædificata, *vt habet Ammianus Marcellinus lib* 14, *vnde & appellationem sortita: pòst* Colonia i Flauia, à Vespasiano Imp. deducta, *aut Plinius. Retinuit tamen* Cæsareæ *ad posteros nomen: Ptolemæo tab.* 4 *Asiæ* Καισάρεια ϛεβαστὴ Cæsarea Stratonis *dicta. Est ea nobilitata plurimorum Martyrum tropæis, Antistitum eruditione, ac præsertim primùm isthic Gentilibus patefacto immediato in Ecclesiam ingressu* Cornelio Centurione *per Apostolorum Principem baptismate initiato.*

S. Cornelius conuersus Cæsareæ,

2 *Erat is, vt scribit S. Lucas Act.* 10. Centurio cohortis quæ dicitur Italica. *Quibus ex verbis colligit Baronius to.* 1 *Annal. an. Christi* 41 *nu.* 2. *eum genere Romanum fuisse, milites Italos; & quidem ex legione sextâ,* Ferreâ, *vel* Ferrata *dictâ: nam* ϛρατόπεδον τὸ Σιδηρᾶν legionem ferream *in Iudæâ collocatam inde à temporibus Augusti, scribit Dio Cassius lib.* 55. *Tacitus plura ab eâ gesta in Suriâ Armeniáque (sed post Cornelij conuersionem) narrat. Chronicum Hispanense, quod Flauio Dextro adscribunt auctores moderni, ad annum Christi* 40 *Cornelium* Italicensem *faci, Italicâ nempe oriundum. Baticæ vrbe, vnde & pòst Traianus atque Adrianus Imp. cuius vrbis ruinas ad Bætim flumen, leucâ vnâ ab Hispali, etiamnum spectari. ac* Hispalim antiquam *dici, scribit Ludouicus Nonius Hispaniæ cap.* 17. *Multis argumentis Cornelium Italicæ vendicare nititur Franciscus Biuarius in suis ad illud Chronicon Commentariis, ad an. Chr.* 34 *Comm.*

Centurio cohortis Italicæ, in legione sextâ, Ferratâ,

3. *Sextam enim legionem Iudææ impositam ad præsidium Italicam fuisse, Sextam appellatam. quòd apud Liuium vsquam, prouinciarum* Sexta *dicatur* Hispania vlterior, *vbi vrbs Italica: quasi verò legio* tertia Gallica, tertia Cyrenaica, quarta Scythica, quinta Macedonica, *nuncupatæ sint,* F *quia Gallia ac Cyrene tertia prouincia fuerint. Scythia quarta quinta Macedonia. Quàm deinde illud ridiculè ab eo scriptum!* Micuisse verò mirum in modum Italicam inter ceteras Romanas legiones multis testatur Dio lib. 5 hist. Roman. qui etiam auctor est, ab Augusto Cæsare eam in Iudæam deductam. *Voluit Dionis* 55 *librum citare, nam* 34 *priores libri eius non extant. At lib.* 55 *ista habet:* Sextæ Duæ (*legiones*) vna in inferiori Britanniâ, Victrix; altera in Iudæâ Ferreæ vocabulo insignis. *Et quibusdam interiectis:* Nero legionem primam, Italicam nuncupatam, instituit, in inferiore Mysiâ hyemantem . . . . . Traianus secundam Ægyptiam, trigesimam Germanicam; quibus à suo nomine nomen imposuit M. Antoninus: item secundam in Norico, tertiam in Rhætiâ, quæ etiam Italicæ vocantur. *An hîc* mirum in modum *legionem* Italicam inter ceteras micuisse *Dio testatur? An in Iudæam deductam ab Augusto, quæ instituta nondum erat? At si* Italica *erat, quæ Iudæam tutabatur legio quid necesse erat peculiarem vnam illius cohortem* Italicam *appellari? Verùm Biuarius* cohortem *ac* legionem *confundit; scribit enim:* In Iudæâ vna eademque erat cohors militum Romanorum . . . . . sola enim cohors sexta, quæ est Italica, & Ferrata, in Palæstinâ, Dione teste, degebat. *Dionis iam verba protulimus. An tam honorificum censet Biuarius, Christo truculentas manus intulisse, vt id quoque*

non Italicâ, quæ tunc nulla.

AVCTORE I.B.

decus ſuis gentilibus aſſertum velit? An quando Matth. 27 congregata eſt vniuerſa cohors, *etiam acciti ſunt Cæſareâ omnes Cornelij milites, ſi vnica erat in Iudaâ cohors? Non inficiamur tamen* lectam *aliquam legionem legi, verſatam in Hiſpaniâ, ſed ab hac Ferratâ diuerſam.*

A

3 *Validius eſt aliquantò, quod ex S. Hieronymo Binarius affert argumentum. Hic epiſt.* 28 *ad* Lucinium Bæticum, *inter alia ſic ſcribit:* Verè nunc in te ſermo Dominicus impletus eſt: Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent in ſinu Abrahæ. Cornelius, Centurio cohortis Italicæ, iam tunc Lucinij mei præfigurabat fidem. Apoſtolus Paulus ſcribens ad Romanos, Cùm, inquit, in Hiſpaniam proficiſci cœpero, ſpero quòd præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc. Tantis fluctibus approbauit, quid de illâ prouinciâ quæreret. *Cur enimuerò ſcribens ad hominem Hiſpanum Hieronymus, referenſq; Pauli Hiſpaniæ adeundæ deſiderium,* Cornelij *meminit? niſi quòd in eo Hiſpanicæ gentis veluti conſecratæ primitiæ ſunt? Quia tamen reſponderi poteſt, in Cornelio apertam Gentibus, etiam remotis, vt erant Hiſpani, fidei ianuam eſſe, eoq; illius ab Hieronymo ad Hiſpanum ſcribente relatam conuerſionem; nos (vt cum Ruderico Caro, in Notis ad locum tam citatum Dextri, loquamur)* veritati præiudicium afferre nolumus: *deq; S. Cornelij patriâ illud ſolùm pronuntiamus,* Non liquere. *Nam quæ Ioannes Tamaius de Salazar in Martyrol. Hiſpan. congeſſit argumenta, eadem ferè ſunt quæ Binarij. Si S. Lucas cohortem* Italicenſem *vocaret, nullus dubium hæreret quin ex* Italicâ *vrbe Hiſpaniæ eſſet: ſed* Italicam *vocat. Addit idem Tamaius eſſe in Hiſpaniâ nobilem domum* del Caſtillo, *quæ ab hoc ſancto Centurione ſeſe ortam glorietur.*

Matth. 8. 11

an Hiſpanus, incertum: Rom. 15. 24

B

§ II *S. Cornelij epiſcopatus.*

4 *Quacumque ergo ortus patriâ, certè cæli ciuis, atque ex ſeculi Centurione miles Chriſti, imò nouæ ſub eo legionis primipilus eſt factus. Nam Epiſcopum Cæſareæ ordinatum teſtantur Martyrologia. Ita Vſuardus hoc die:* Apud Cæſaream beatiſſimi Cornelij Centurionis, quem B. Petrus baptizauit. Hic apud præfatam vrbem Epiſcopali honore ſublimatus quieuit. *Eadem habet Beda vulgatus, Ado, MSS. pleraque, & recentiores verbis nonnihil mutatis, Martyrol. Romanum, ab ipſo S. Petro Epiſcopum conſecratum indicat. Notkerus prolixum eius elogium ita concludit:* Qui Cornelius, relictâ militiâ, apud præfatam vrbem Epiſcopi honore ſublimatus quieuit. *Petrus de Natalib. lib. 3 cap. 73 narratâ eius conuerſione, ſubdit:* Deinde Cornelius militiæ abrenuntians, diſcipulus Apoſtolorum efficitur, & ab eiſdem Epiſcopus Cæſareæ ordinatur. Qui apud eamdem vrbem officio prædicationis fideliter peracto, ſanctitate conſpicuus ad Chriſtum migrauit: ibiq; ſepultus quieuit IV Nonas Februarij.

Epiſcopus factus,

(relictâ militiâ,

C

5 *Ex hu refelli poteſt quod lib.* 10 *Recognitionum Clementis narratur, Simone Mago Antiochiæ S. Petrum abſentem criminante, atque Eccleſiam conturbante,* ſuperueniſſe Cornelium Centurionem, miſſum à Cæſare ad Præſidem Cæſareæ, publici negotij gratiâ; *& quæ agerentur edoctum, ſpargi rumorem curaſſe, quia* Cæſar in vrbe Româ, & per prouincias maleficos inquiri iuſſerit ac perimi, *ſe,* vt illum Magum caperet, veniſſe, & ob hoc miſſum à Cæſare. *Qui dolus feliciter euenerit, ac Simonem eâ famâ conteritum inde fugârit. An tamen continuò vt baptizatus eſt Cornelius, nuntium militiæ remiſerit; an idoneam eius rei opportunitatem expectârit, in obſcuro eſt. Eiuſdem Clementis Apoſtolicarum Conſtitut. lib. 7 cap. 47 habetur,* Zachæum, qui anteà fuerat publicanus, primum Epiſcopum Cæſareæ Palæſtinæ *fuiſſe:* huic ſucceſſiſſe Cornelium, & huic rurſus tertium Epiſcopum Theophilum. *Verùm, vt alibi diximus, quæ eo capite referuntur, haud ſatis veritate videntur nixa, vt à Clemente ſcripta credantur; niſi ab aliquo interpolata fateamur. Ac S. Theophilus quidem Cæſareenſis Epiſcopus ſub Seuero Principe floruit, vt* V *Martÿ dicemus ex libro S. Hieronymi de illuſt. Eccleſ. ſcript. Vt neque Cornelio ſucceſſiſſe, niſi longo ex interuallo, potuerit, neque ab S. Clemente, qui* III *Traiani anno mortuus eſt, eius fieri mẽtio.*

nec eâ pòſt vſus ad fugandum Simonem Magum)

D

6 *Acta S. Cornelij (quæ* ex veruſtioribus monumentis deſcripſiſſe *Simeonem Metaphraſten fatetur Baronius; nos ab Aloyſio Lipomano, dein à Surio, edita, cum MS. Græco bibliothecæ Chriſtianiſſimi Regù collata hìc damus) ea, inquam, Acta Epiſcopatus Cæſareenſis non meminerunt. Solùm Petro aliquamdiu adhæſiſſe comitem peregrinationis referunt; ab eoq; ad* Scepſæorum ciuitatem *miſſum, ac multa perpeſſum incommoda, multis clarum miraculis, Demetrio Principi ac populo ferè vniuerſo fidei ſuſcipiendæ auctorem extitiſſe. In eâ verò oratione, quâ S. Petri certamina, labores, peregrinationes complexus idem eſt Metaphraſtes, ſeu quis alius auctor apud Lipomanum & Surium* XXIX *Iunij, dicitur Petrus poſtquàm è carcere, in quem illum Herodes coniecerat, eductus ab Angelo eſt,* veniſſe Cæſaream Stratonis, *vbi anteà Cornelium baptizârat,* & ex iis, qui ipſum ſequebantur, Presbyteris Epiſcopum ibi conſtituiſſe: *poſt annos deinde aliquot, multis luſtratis vrbibus, veniſſe* Ilium, ciuitatem Helleſponti, *eoq; in loco* Cornelium Centurionem *Epiſcopum conſtituiſſe.*

Scepſi,

vel Ilij,

vel pòſt Cæſaream,

E

7 *Inde fortaſſis reuocatus eſt Cæſaream, Zachæo, ſeu quo alio eius vrbis Antiſtite, decedente. Scribit Baronius in Not. ad Martyrol.* Sedem Cæſarienſem, eâ occaſione, quòd ex conuerſione Cornelij (Deo monente) illic primùm apertum eſt oſtium fidei Gentibus, meruiſſe ſingulari prærogatiuâ exaltari, vt non Ieroſolymitana, ſed ipſa fieret Metropolis Palæſtinæ. *Fuit ſanè Cæſarea olim metropolis Palæſtinæ, eiq; ſubiecta Hieroſolyma, vt patet ex canone* 7 *Concilij Nicæni, qui ita habet:* Quia conſuetudo obtinuit, & antiqua traditio, vt Æliæ Epiſcopus honoretur, habeat honoris conſequentiam, ſaluâ Metropoli propriâ dignitate. *Theodorus Balſamon, in ſcholiis in hunc ac præcedentem canonem, rectè monet* Æliam *dictam vrbem Hieroſolymorum, quòd ab* Ælio Hadriano *inſtaurata eſſet. At fœdè hallucinatur, cùm ſcribit eo canone decerni* vt Metropoli *Cæſareæ* ſua iura ſeruentur, etiamſi ab eâ Ælia abſtracta ſit, & honoratus eius Patriarcha, propter ſalutiferam Chriſti Paſſionem. *Meliùs Canonem Nicænum intellexit propinquior illis temporibus Hieronymus. Is ep.* 61 *ad Pammachium aduersùs errores Ioannis Hieroſolymitani cap.* 15 *ita ſcribit:* Tu qui regulas quæris Eccleſiaſticas, & Nicæni concilij canonibus veteris, & alienos Clericos, & cum ſuis Epiſcopis commorantes, niteris vſurpare; reſponde mihi: Ad Alexandrinum Epiſcopum Palæſtina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, vt Palæſtinæ metropolis Cæſarea ſit. *Quin & S. Leo I Papa epiſt.* 62 *ad Maximum Antiochenum Epiſc. datâ* Opilione V. CL. Coſ. *an. Chr.* CDLIII, Iuuenalem *Epiſcopum Hieroſolymitanum reprehendit,* ad obtinendum Palæſtinæ principatum *aſpirantem,* & inſolentes auſus per commentitia ſcripta firmantem. *Poſteà tamen, annuente Romano Pontifice, Patriarchali titulo & auctoritate ornata eſt Sedes Hieroſolymitana. At non ob ſolam conuerſi iſthic Cornelij memoriam, anteà metropolis Palæſtinæ erat Cæſarea; ſed quia, ipſa* Iudææ maxima vrbs *erat, vti ſcribit Ioſephus de bello Iudaic. lib. 3 cap.* 14 *ſub finem, aſt in Baſileenſi Græcâ edit. an.* 1544 *initio capitis* 283: *licet Ammiani Marcellini æuo egregia quoque aliæ eſſent vrbes,* Eleutheropolis, Neapolis, Aſcalon, Gaza.

quæ Metropolis Palæſtinæ,

F

& quare?

8 *Græci* Cornelium *ſolenniter venerantur* XIII *Septembris, vt patet ex Menologio & Menæis, vbi tamen Cæſareenſis Cathedræ mentio nulla. Menæa poſtquàm retulêre, S. Petrum ei catecheſi imbuto baptiſma impertiſſe, ſubdunt:* τὴν πρωτοστασίαν τῆς Σκέπτσεως πόλεως ἐγχειρίζει. præfecturam Scepſeos vrbis illi committit. *quod cum Actis à Metaphraſte deſcriptis conſentit. Ruderus vertit:* illiq; (Cæſareæ) vrbis curam & præfecturam (in rebus fidei) commiſit: quam Cornelius cùm totam idolis addictam inueniſſet, per Chriſti gratiam conuerſam totam, adeoque ipſum vrbis Prætorem Demetrium cum totâ domo in Chriſtum credentem ſacro fonte luſtrauit. Cornelius demum vitâ Apoſtolico more peractâ ad Dominum

Scepſeos cum Prætore conuertit:

A minum emigrauit. *At Scepſin ei commiſſam aſſerunt Acta. Fuit ea vrbs Epiſcopalis in Helleſponto, vti Troas, & Ilium.*

§ III *S. Cornelij labores, miracula, Inuentio.*

9 *Eadem Menæa non Cæſareæ ſubſtitiſſe, ſed varia percurriſſe loca tradunt, & quidem cum S. Petro Apoſtolo*: Maximâ, *inquiunt*, dignatus celebritate nominis, Corneli, cum Apoſtolorum Principe ac pluribus aliis, diſcurriſti, vbique Diuinum peragens præconium, per quod & ad lumen perducti, ab ignorantiæ tenebris eruti ſumus. *In aliâ ode*: Acceptâ Spiritus gratiâ, veluti ſplendidus quidam Sol, terram illuſtraſti Corneli, depulsâ idolomaniæ caligine. *Aliâ*: Quaſi fluuius ingens egreſſus es, irrigans cæleſti doctrinâ vniuerſam terræ faciem, multiplicis deorum culturæ zizania ſuffocans, Corneli. *Aliâ*: Toti mundo mortuus, eius qui pro nobis mortuus eſt, reſurrectionem, omnibus, qui per animi paſſiones mortui erant, annuntiaſti, beatiſſime Corneli. *Aliâ*: Spiritu illuſtratus, ſtella effectus es luciflua, ſplendidiſſimo fulgore fines terræ colluſtrans, hieromyſta Corneli. *Alia plura id genus de eo prædicant*; Chriſti præconem *appellant*, & Sanctorum Diſcipulorum æqualem, qui ſanctum Spiritum vt illi acceperit. *Quin & alia celebrant, quæ ab eo Scepſi geſta eſſe in Actis dicuntur. Eiuſmodi hæc ſunt*: Totus Deo omnipotenti deditus, ſurdis ſimulachris cultum non exhibuiſti, compellentibus ſanguinariis hominibus. Altiſſimum inuiſibilem Deum, Corneli, feruenter inuocaſti, & abominandorum idolorum templum funditus euertiſti, vehementi hominum admiratione. Omnipotentis ſeruans mandata, & ipſe ſeruatus es: vincula ſuſtinuiſti, & inſipientes homines vinculis ſuperſtitionum ſoluiſti, ô Theoſophe.

per varia diſcurrit,

inſignis Euangelij præco,

miraculis clarus.

10 *Sepulchrum quoque illius celebrant, & patrata ad illud miracula. Domus eius extitit Cæſareæ, S. Hieronymi ætate, ſed in templum conuerſa: ſepulchri ac reliquiarum nulla apud eum memoria. Ita ſcribit epiſt. 27, ſiue in Vitâ S. Paulæ, quam* XXVI *Ianuarij dedimus, cap.* 2 *nu.* 8 *vbi loca maritima Paleſtinæ enumerat, quæ Paula Hieroſolymam tendens luſtrauit*: Et versâ vice *(mirata eſt)* Stratonis turrim, ab Herode Rege Iudææ in honorem Cæſaris Auguſti Cæſaream nuncupatam, in quâ Cornelij domum, Chriſti vidit eccleſiam. *Cur non & ſepulchrum? Atqui hoc, vt Menæa habent*, velut fons profundit largè curationes fidelibus, abigit nequam ſpiritus, illuminatque omnium oculos, qui in fide eum laudant. *Item*: Semper ſcaturis torrentibus curationum, humanas ægritudines detergens. *Dein*: Exaltatus virtutibus es, præcelſæ cedri in modum, & ſuaueolentes nobis fructus protuliſti, doctrinæ nimirùm largitionem, gratiam miraculorum, curationum efficaciam, beate hierarcha Corneli. *ac deinde*: Naturâ quidem mortuus, vſu verò beatum ſepulchrum inhabitans, illud multorum miraculorum fontem efficis, ô ſapiens Corneli, ægrotos ſanans, ſpiritus malignos abigens in Spiritu ſancto.

Eius domus Cæſareæ, in eccleſiam cõuerſa:

ſepulchrũ miraculis celebre,

à S. Siluano inuentum: duplex eius ſolennitas.

11 *Ignotum diu id ſepulchrum fuit, vt in Actis traditur; donec id* S. Siluanus, *Troadenſis Epiſcopus, inuenit, Theodoſij iunioris temporibus. Quòd Latini, vt diximus,* 11 *Februarij, Græci* XIII *Septembris eum venerantur; altera ſortaſſis celebritas eius glorioſi deceſſus eſt, altera Inuentionis ac Tranſlationis.*

Martyr appellatus.

12 *Nec illud omittendum*, Martyrem *eum in Menæis appellari, ſeu verè pro Chriſti fide interfectus eſt, ſeu ſolùm quæſtioni, quæ in Actis memoratur, adhibitus. Ita habent Menæa in titulo diei* XIII *Septemb.* Et Sancti Martyris Cornelij Centurionis. *Et in Cantico quodam*: Vnguento ſacerdotij perfuſus, diſcurriſti, præconium ſaluris faciens in Gentibus, erroris ſpinas extirpans, diuina ſapiens, & doctrinam nulli obnoxiam errori mentibus inſerens. Ideò benedicimus te, vt Pontificem Deo aſſla-

tum, & Martyrem inuictum, Corneli. *Huc facit quod in Miraculis S. Anaſtaſij Perſæ habetur* XXII *Ianuar. miraculo* 10 *Cæſareæ patrato*: Receptor quidam templi ſancti & glorioſi Martyris Cornelij, Ioannes nomine. *Quamquàm & in Actis cap.* 3 *nu.* 12 Martyr *appellatur.* Avcto-RE I. B. D

ACTA EX METAPHRASTE,

cum Græco MS. collata.

CAPVT I

S. Cornelij conuerſio, baptiſmus.

1 POſt ſalutarem Verbi in terram aduentum, Crucemque & mortem pro nobis ſua ſponte ab eo ſuſceptam, & in cælos aſcenſionem, vnde deſcenderat ad ædificandum Dauidis tabernaculum (vt cum Prophetis dicam) quod ceciderat; vnus erat ex cohorte Italicâ Centurio Cornelius, ex iis qui ipſum quærebant, & faciebant quæ illi placebant, & qui multa bona faciebat opera (etiamſi nondum diuinâ Chriſti gratiâ, neque vocatione ad ipſum eſſet dignatus hic vir pius) vt qui Deum timeret ipſe, & tota eius familia, & iis, quæ habebat, impertiret egentes: rurſuſque Deum precaretur aſſiduè. Ad eum agentem Cæſareæ (vt diuinus Lucas de ipſo refert apertiſſimè) venit Angelus circa nonam horam diei, & dixit ei: Corneli, orationes & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei: & nunc mitte viros *a* Ioppen, & accerſe Simonem, qui appellatur Petrus: is cùm venerit, loquetur tibi verba vitæ. Hæc cùm ille quidem mandaſſet, non ampliùs apparebat. Cornelius autem ſtatim duobus vocatis famulis, & pio quodam milite, *b* ex iis qui illi perpetuò aderant, illis aperit, quæ viderat, & eos mittit Ioppen. Illic enim verſari Petrum dixit Angelus, apud quemdam Simonem Coriarium. Petrus autem, qui omnem terram & mare obibat prædicando, & veritatem vbique annuntiabat (Erat enim reuerà poſitus in lucem gentium & ſalutem multorum) ingreſſus ad Sanctos, qui habitabant *c* Lyddam, cum quemdam Æneam, qui octo annis iacebat paralyticus, feciſſet ſurgere, Ioppen deinde veniſſet, & in *d* Tabithâ, quæ vocatur Dorcas, feciſſet magnum illud miraculum; hîc degebat apud Coriarium.

Amos 9. 11. *Cornelius vir prò-bus,* E Act. 10. *Angeli monitu,* *a* *b* *c* *S. Petrum Apoſt. Ioppe accerſit,* *d*

2 Sed nec eum quoque dimiſit Deus ignarum myſterij, quo erat initiandus Cornelius: aut potiùs Cornelij iuſtitiam & preces non deſpexit. Sed quoniam ij qui erant ex circumciſione, diſſidebant ab iis, qui habebant præputium; ne Petrus eos, qui miſſi erant à Cornelio, vt qui haberent præputium, incaſſum rurſus remitteret, propterea quòd nefas ſibi putaret congredi cum alienigenâ, aut ad eum accedere; cùm illi Cæſareâ profecti, non procul eſſent ab Ioppe, oſtendit ei Deus Cornelij virtutem & agnitionem. Cùm itaque aſcendiſſet *e* in ſuperiorem domus partem, vt quæ horâ ſextâ fiunt, preces redderet, ſe cibo reficere opus habuit, & eſuriit. Interim autem dum Perro parabatur cibus, videt cælum apertum, & vas quoddam, tamquàm magnum linteum, quatuor initiis in terram demitti, & ad ipſum venire. Vas autem continebat beſtias, tã omnes terræ quadrupedes, & reptiles, quàm volucres cæli. Voxque ex illo viſa eſt ad eum exiſtere, dicens: Surge Petre, macta & comede. Deinde cùm is dixiſſet, Nequaquàm Domine; & deinde etiam cauſſam adieciſſet, (Numquàm enim, inquit, comedi omne commune aut immundum) vox ei rurſus reſpondit: Quæ Deus mundauit, tu ne dixerit communia. Cumque hoc ter factum eſſet, vas rurſus aſſumptum eſt in cælum. Hoc autem ſignificabat conuerſionem

F *e* *antea myſticâ viſione edoctum, quid ſibi agendum:*

ex Metaphrasteet MS.Gr.

Cornelij, & eorum qui erant cum ipſo. Nam eſuries quidem, quâ laborabat Petrus, ſignificabat illius in pietatem propoſitum & ſtudium;& quòd is nihil adeò eſurſiebat & deſiderabat, atque infidelium agnitionem,& eis omnino dare verum Dei cultum & prædicationem Euangelij. Quadrupedes autem & ſerpentes ac volucres, erant ſignum multitudinis eorum qui erant conuertendi cum Cornelio. Vas autem è cælo ter demiſſum, ſignificabat ternam in Baptiſmo demerſionem. Mundatas autem eas eſſe à Deo, ſignificabat Cornelij inſtitiam & miſericordiam cum vniuersâ domo; & quòd ij quoque Deo accepti euaſerunt.

A

3 Cogitante autem Petro, & non valente viſionem coniicere, qui miſſi fuerant à Cornelio,iam ad fores venerant.Et protinus incidens Spiritus, & illorum aduentum ſignificat, & iubet Petrum eos conuenire minimè hæſitantem. Atque ei quidem, cùm ad eos deſcendiſſet, quæ vidiſſet Cornelius, & quæ ab Angelo audiuiſſet, omnia renuntiant. Itaque die ſequenti ſimul veniunt Cæſaream. Cùm eis autem obuiàm proceſſiſſet Cornelius, & procidiſſet ad eius pedes,erigit eum Petrus, dicens: Ego quoque ſum homo. Deinde cùm in eo ſeminaſſet verbum pietatis,& in animis eorum qui conuenerant,poſtquàm vidit Spiritus gratiam in eos illapſam, & baptiſmum præcipientem, eos ad veritatem deduxit, & baptiſmo initiat.

ab eo baptizatur cum ſuis.

B

a Ioppe, *vrbs Epiſcopalis Palæſtinæ* 1. fugientis portus Ionæ, *inquit S. Hieron. in Vitâ S. Paulæ cap. 2 nu. 8.* & (vt aliquid perſtringam de fabulis poëtarum) religatæ ad ſaxum Andromedes ſpectatrix. *Ita & Plinius lib.5 cap.13.* Ioppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, vt ferunt: inſidet collem, prætacente ſaxo, in quo vinculorum Andromedæ veſtigia oſtendunt. *At cap.* 14 Ioppicam *recenſet toparchiam, vnam è decem, in quas diuiſa Iudæa.*

Ioppe *vrbs.*

b *Græcè, τῶν προσκαθιζόντων αὐτῷ.*

c *Hæc quoque toparchia caput, Epiſcopali & ipſa throno ornata,* Dioſpolis *dicta.*

Lydda *vrbs.*

d *S. Hieronymum fefellit memoria, ſcribentem loco antè citato:* Et Lyddam verſam in Dioſpolim, Dorcadis atque Æneæ reſurrectione ac ſanitate inclytam. *Ex cap. 9 Act. v.16 patet in Ioppe ſuſcitatam eſſe* Tabitham, *ſiue Dorcadem. Colitur hæc à Græcis* XXV *Octobr. vt ex Menæis patet.*

e *Græcè ἐπὶ τὸ δωμάτιον. Notat Baronius ad an. 41 nu. 5.* antiquum planè Hebræorum morem fuiſſe, vt Deum precaturi, loca ſuperiora conſcenderent. *& confirmat exemplis. Lipomanus habebat,* in domunculam.

CAPVT II

S. Cornelij labores, præſertim Scepſi.

a

4 CVm diſperſis autem ab Hieroſolymis Apoſtolis, poſt vexationem quæ à *a* Stephani morte accidit, ſimul aderat etiam Cornelius, & venit vſque in Phœniciam, & Cyprum, & ipſam Antiochiam: & rurſus profectus eſt vnà cum Petro & *b* Timotheo: & nec Epheſi quidem ab eis abfuit. Cùm autem accepiſſent, *c* Scepſæorum ciuitatem eſſe ſubiectam cultui ſimulacrorum, conſultabant, quiſnam eò iret; & rem permiſerunt ſortibus. Cùm ſors autem veniſſet ad Cornelium, ille quidem rectà vadit ad ciuitatem. Eius autem Præfectus erat quidam Demetrius, qui erat Philoſophus, & *d* in Græcis diſciplinis eruditus, horrendùm ſpirans aduersùs piam fidem Chriſtianorum; & alios gentium colens deos, maximè autem Apollinem & Iouem. Is cùm accepiſſet de aduentu Cornelij, eum ſtatim accerſiit: & cur veniſſet, & vnde, & quodnam eſſet eius ſtudium, interrogauit. Ille autem, Sum, quidem, inquit,ſeruus Dei viui. Veni autem huc miſſus, vt te reuocem à profundiſſimis tenebris ignorantiæ, deducamque ad lucem veritatis, & purum radium agnitionis immittam in tuam animam. Horum ille ne pauca quidem intelligens, irâ illicò fuit repletus, ſæueque repentè loquitur & ferociter: Alia te rogaui, tu autem alia mihi reſpondes. Per deos omnes, ſi non ſingula dicis ad propoſitum, ſi non moderatè & diligenter reſpondes,non parcam tuæ ſenectuti,non ignoſcam tuæ ætati, non reuerebor canitiem. Sed dic, & cui milites, & quanam de cauſsâ acceſſeris.

b

S. Petrum comitatur:

c

ab eo,ſorte lectus, mittitur Scepſim:

d

ſiſtitur Præfecto:

D

5 Cornelius autem; Si velis, inquit, ſcire, quænam ſit mea militia, ſum quidem Centurio. Et rurſus apertiùs euoluit & explicauit ea,quæ priùs dicta ſunt.Nam cùm, inquit,accepiſſem,quòd ipſe & vxor tua,& quicquid eſt in tuâ ditione, in magnum errorem incideritis, venio vos liberaturus à deceptione, & vos deducturus ad viam veritatis, & ſoli viuenti Deo reconciliaturus, qui fecit cœlum & terram, & à quo producta ſunt, quæcumque ſunt in ipſis, & cuius nutu ducuntur. Ad hæc Demetrius; Video te, inquit, iam ſenio eſſe confectum,& me tui miſeret propter ætatem. Prolixas ergo nugas iubens valere, (paucis enim tecum agam) accede & diis ſacrifica. Cùm ille autem rogaſſet,quibuſnam diis:Quibuſnam aliis, inquit Præfectus, niſi Ioui & Apollini? Sin autem recuſaueris, ſcias fore, vt grauibus ſuppliciis & tormentis tradaris: neque vllus præter eos erit Deus adeò potens, qui te ſit à meis erepturus manibus. Ille autem, Poteſt, inquit, Deus meus me non ſolùm à malis conſeruare illæſum, & efficere vt ſim hominum iniuriis & inſultibus ſuperior, ſed eos etiã deſtruere, quos tu deos nominas, euertereque & confringere illorum ſimulacra, eaque in puluerem redigere & in cinerem, & te vanâ, quam de illis concepiſti,ſpe priuare,& per agnitionem ad ſe traducere.

Deos videt:

E

6 Hæc cùm reſpondiſſet Cornelius; Iam iuraui per omnes deos, inquit Demetrius, quòd niſi moderatè reſpondeas, & niſi diis obtuleris ſacrificium, te grauia ſupplicia accipient & cruciatus:& nondum mihi credis? Rurſus ergo dixit præclarè Cornelius: Me rectè dicentem audi, ô Iudex. Dæmonibus, & ſurdis ac inanimis ſimulacris ego numquàm ſacrificauerim. Scriptum eſt enim: Dij, qui cœlum & terram non fecerunt, pereant. Et rurſus: Adorabis Dominum Deum tuum & ei ſoli ſeruies. Ego igitur veni, vt det vobis quoque Deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis, & reſipiſcatis à diaboli laqueo ad illius voluntatem. Sin autem tibi videtur, eos, quos dicis deos, oſtende mihi. Hoc cùm ille audiiſſet, valdè lætatus eſt cum iis qui cum ipſo erant, & bonâ ſpe ſunt repleti, putantes ſtulti,ſe mox eſſe viſuros Cornelium ſacrificantem.Eis itaque mox fuit apertum templum Iouis, vt qui putarent Cornelium ſtatim eſſe deo ſacrificaturum. Cùm itaque veniſſet in templum Cornelius, omnes illuc celeriter confluxerunt, non ſolùm Demetrius, & ij, qui eum aſſectabantur, ſed eius etiam coniux Euanthia, & filius Demetrius: nam ipſe quoque ſic vocabatur. Cùm itaque ad Orientem genu flexiſſet, dixit ex animo Cornelius: Deus, qui conturbas terram, & montes transfers in cor maris;qui tempore Danielis famuli tui Belum euertiſti, & draconem ſuſtuliſti, & ora obſtruxiſti leonibus, vt tuum ſeruares famulum; tu quoque nunc euerte hæc ſimulacra, tam fuſilia, quàm ſculptilia: & agnitionem præbe tuo populo, & ſciant tnum eſſe brachium cum potentiâ. Tu es noſtræ poteſtatis gloriatio.

Deut. 10. 20.

ducitur ad templum Apollinis:

Dan. 4.

quo, poſt eius preces,

F

7 Cùm hæc eſſet precatus, egreditur è templo: ſimul autem cum eo egreditur etiam Demetrius, & quæcumque alia gentium conuenerat multitudo. Euanthia autem & filius Demetrius adhuc manebant intus. Repentè verò maximo quidem terræ motu Deus concutit ciuitatem: templum autem mox deturbatum, ſimulacra confringit, & in cinerem comminuit & in puluerem;Demetriumque filium & matrem Euanthiam intus intercipit. Cùm pater ergo Demetrius templi adſpexiſſet euerſionem, nondum autem accepiſſet vxorem & filium fuiſſe intus interceptos, ducitur quidem in iudicium diuinus Cornelius, cogendus vtique dicere cauſſam euerſionis. Ille autem

terræ motu euerſo.

lætus

A lætus ingreditur, Deum alloquens, qui ei dabat vires, & magis exultans propter hoc miraculum incredibile, quàm propter thronum Demetrius, & propter illud excelſum & ſublime tribunal. Præueniens autẽ interrogationẽ: Vbi nunc ſunt, inquit, ô Demetri, magni tui dij? Ille autem continuò, Quibuſnam, inquit, magicis artibus & præſtigiis templum euertiſti, & ſtatuas confregiſti? Sed te grauiſſimis (ſciant omnes dij) ſubiiciam ſuppliciis. Et ſtatim conſultabat, quidnam agens, eum acerbiſſimo afficeret ſupplicio. Cùm iam autem aduentaſſet veſpera, iubet Sanctum ligatis ſimul pedibus & manibus ſuſpendi in cuſtodiâ, & ita totam noctem manere ſuſpenſum. Hæc dixit, & ſtatim Sanctus fuit coniectus in carcerem.

coniicitur in carcerẽ:

a. *Imò, vt ex Actis patet, Stephani cades ante Cornelij conuerſionem contigit. Melius in orat. de S. Petri certaminibus ſupra citatâ nu. 6 tradit idem Metaphraſtes, Cornelium cum Petro peregrinatum, poſtquàm hic ex Hieroſolymitano carcere ereptus fuit.*

b *De* S. Timotheo *Ep. Epheſino egimus 24 Ianuar.*

Scepſis *vr. reg.*

c Scepſis regio *eſt apud Plin. lib. 5 cap. 30. Eius fortaſſis primaria vrbs* Scepſis, *quam* Σκῆψιν *vocat Ptolemæus tab. 1 Aſiæ, locatq́;* in Myſiâ minori, quæ eſt ad Helleſpontum.

d *Græcè,* Δεινὸς τὰ Ἐθνικά. *malim vertere:* Gentilium ſuperſtitionibus mirè deditus. *ſequitur enim,* Et alios Gentium colens Deos, *vbi in Gr. eſt* Ἐθνῶν.

B

CAPVT III

Scepſæorum conuerſio. S. Cornelij obitus.

8 PRotinus autem venit properè quidam ex domeſticis, nomine Telephon, dicens: Domine, domina mea & filius tuus vnigena perierunt, cùm terræmotu concuſſum fuit templum. Demetrius autem cùm primùm hoc audiuiſſet, ſcidit veſtem, & magno fuit luctu oppreſſus. Interim autem iuſſit ſuis puluerem quamprimùm exportare; Donec meæ bonæ, inquit, & fidelis coniugis, & ſuauiſſimi vnigenæ filij oſſa inuenta, in meas manus portaueritis. Hæc ſimul eis dicebat, & cum voce effluebant lacrymæ, & grauiſſimè ingemiſcebat & lugebat, & deos ſuos accuſabat, quòd viuus ad hoc vſque tempus eſſet conſeruatus, vt auditet tam acerbum nuntium. Cùm ei autem aſſediſſent primates ciuitatis, & partim quidem ſimul lamentarentur, partim autem etiam conſolarentur, & quoad eius fieri poſſet, dolorem ſtuderent extinguere, & iam de morte Cornelio inferendâ agerent; eſſetq́ue perfectum monimentum, in quo ſepelienda erat

Præfecti vxorẽ & filiũ ruinâ templi oppreſſos

C coniunx cum filio; Pontifex quidam deorum gentium, nomine Barbatus, cui commiſſa fuerat templi repurgatio, properè venit ad famulos Demetrij, (non enim permittebatur ad eum accedere propter luctum) renuntians, ex ruderum cumulo fuiſſe auditam vocem Euanthiæ & filij, vocem autẽ hæc ſignificare: Magnus Deus Chriſtianorum, qui nos eripuit ex hoc periculo per famulum ſuum Cornelium, & non nos dedit omnino exitio. Feſtina ergo tu quoque Demetri, & virum hunc ſanctum educ è cuſtodiâ, & adora eum cum omnibus, qui ſunt in domo noſtrâ, & iis, qui ſunt nobis propinqui: & roga ipſum, vt veniens in hoc habitaculum, nos ſeruet, & educat ex his ruinis, & è profundo, ne pereamus penitùs: magna enim Dei hîc videmus miracula, & videmur audire Angelos clamantes, Gloria in excelſis Deo, & in terrâ pax, in hominibus bona voluntas.

incolumes ſeruat,

cantu Angelorum recreatos:

9 Cùm hæc audiuiſſent miniſtri, currunt protinus cum Barbato Pontifice ad Demetrium, & ei ſingula diligenter renuntiant. Ille autem, cùm accepiſſet eſſe adhuc ſuperſtitem vxorem & filium, cor plenum habuit lætitiâ ſimul & perturbatione: & curſim veniens in cuſtodiam, offendit diuinum Cornelium ambulantem, & librum in manu tenentem, & ſic Deum laudantem: Angelus enim ad eum accedens, ipſum ſoluerat à vinculis: & cum multitudine, quæ ſimul concurrerat, cadens ad eius pedes, exclamauit: Magnus eſt Deus Cornelij, qui meam coniugem Euanthiam & filium Demetrium liberauit à templi euerſione: & ſimul Sanctum orauit, dicens: Serue Dei altiſſimi, credimus in Crucifixum, quem tu prædicas, & ipſe, & omnes qui ſunt mecum, ſi veneris, & vxorem viuam, & filium illinc eduxeris. Ille autem; Accipite, inquit, priùs Chriſti ſignaculum, & tunc veniam vobiſcum, & dabitur vobis cordis veſtri deſiderium. Protinus itaque Demetrius cum omnibus qui cum ipſo erant, cùm rurſus dixiſſent, Magnus eſt Deus Chriſtianorum, baptiſmum ſuſcipiunt.

ex Metaphraste et MS. Gr.

D

ab Angelo ſolutus vinculis,

Præfectum cum ſuis baptizat:

10 Deinde cùm eos aſſumpſiſſet Cornelius, ſtetit ſuper habitaculum, & ad Orientem oculos tollens in cælum, inquit: Domine Deus virtutum, qui reſpicis ſuper terram, & facis eam tremere; qui adipectu tuo montes liquefacis, & viſitatione tuâ exiccas abyſſos; ipſe es, Domine: ipſe exaudi gemitum vinctorum, & educ è terrâ Euanthiam, & ne auertas faciem tuam à filio eius: ſed attende animæ eorum, & libera eos propter nomen tuum. Hæc cùm precatus eſſet Cornelius, & qui circumſtabant, dixiſſent, Amen, continuò terra diuiſa, incolumem matrem emittit cum filio. Et E illicò clamarunt cum circumſtantibus: Magnus es Deus Chriſtianorum, qui nos à deceptione, & ab hac acerbâ morte liberaſti per tuum famulum Cornelium, & tuam potentiam & brachium nobis notum reddidiſti. Simulq́ue ducenti & ſeptem Chriſto acceſſerunt. Exhinc autem ad Cornelium ſedentem in quodam loco, qui vocatur Stadium, & docentem eos qui accedebant, Demetrius & Euanthia ventitabant cum filio. Sed & reliqui quoque Gentiles non iam ampliùs Gentiles, quippe ſpinis incredulitatis à corde ſuo expurgatis, vt terra bona, ſuſceperunt ſemen pietatis, & baptiſmo fuerunt obſignati.

oratione à ruinis eripit oppreſſos:

plurimos conuertit:

11 Atque ille quidem, poſtquàm Chriſto vniuerſam obtuliſſet ciuitatem, & errorem expuliſſet, & verbum pietatis in eâ ſeminaſſet, effectus plenus dierum, *a* feruentiùs vacabat orationi, & totus in eâ verſabatur, ad nihil ex iis, quibus in præſenti vitâ ſtudetur, ſuos attollens oculos. Deinceps autem ei quoque ſuus reuelatur exceſſus, ad quem toto animæ oculo ſpectabat, & erat paratus: & de ſuperis vocem audit dicentem: Corneli, veni ad me. Ecce enim eſt tibi parata corona iuſtitiæ. Quid deinde? Cùm omnes, quos obtulerat, Chriſtianos conuocaſſet, & eos perfectiùs pietatem docuiſſet, & firmiter doctrinæ adhærere præcepiſſet, & ſe poſtremò totum ad precandum collegiſſet, flectit genu, &, Domine Deus noſter, inquit, F qui me dignum feciſti, vt fidem conſeruarem, & vt certamen peragerem, & vincerem aduerſarium, ago tibi gratias: ſed ad tuos ſeruos è cælo adſpice, & eos ſuſcipe à ſanctâ tuâ altitudine, & eos tuâ confeſſione & nomine ſtabili & confirma, vt ſine intermiſſione ſanctiſſimum tuum nomen glorificent, nunc & in ſecula ſeculorum. Et cùm omnes, Amen, continuò acclamaſſent, ſpiritum lubens ei qui vocabat, tradidit.

a

Deo vocat: ab eo ad cælum euocatur:

piè moritur.

12 Atque Demetrius quidem & *b* Euanthia, cum filio & Chriſtianis omnibus congregatis, & Preſbytero Eunomio, cùm Magiſtri exceſſum, vt par erat, deploraſſent, & deinde cereos accendiſſent, & hymnos, qui dici ſolent in exceſſu, ceciniſſent, & quæcumque de more Chriſtiani faciunt, peregiſſent; apud ipſum euerſum Iouis templum eum in nouo loculo depoſuerunt, qui priùs à Demetrio fuerat conſtructus coniugi. Rubum autem maximum terra continuò edidit, & in orbem texit loculum, adeò vt nullus ſciret de cetero, quòd intus eſſet loculus, præter eos ſolos, qui cum Demetrio tunc inſeruierunt ad ſepulturam. Qui quidem ad rubum quotidie ventitantes, ſacra canebant cantica, ſuffitibuſq́ue & bono odore replebant, qui ſuper ipſum erat, aërem. Atque miracula quidem

b

Chriſtiano more ſepelitur:

ſepulchrũ rubo ſubitò tegitur, honoratur, etiam miraculis:

illinc frequenter ſcatebant, adeò vt multis videretur, qui neſciebant intus iacere Martyrem, nunc quoque diuinum aliquod rubus ſignificare, ſicut tempore Moſis priùs factum fuerat.

ex METAPHRASTE. ET MS. GR.

a *In Gr. additur,* τῶν τῆ πνεύματ☉, ſpiritualium.

b S. Euanthia *colitur à Græcis* 1 *Septembr. vt videre eſt in Menol. & Menæo. Hæc an alia ſit, non eſt vnde colligamus.*

CAPVT IV

S. Cornelij inuentio, Tranſlatio, imago.

Sanctus id in ſomnis indicat S. Siluano Ep.

13 NOn multò pòſt autem è vitâ etiam exceſſit Demetrius, & multi ex iis, qui à Cornelio fuerant diuino initiati baptiſmo, ipſi quoque partim è viuis deceſſerunt, partim autem profecti ſunt in alias regiones. Itaque cuidam *a* Siluano, viro pio, & qui virtutem amplectebatur, & erat Epiſcopus Troadis, cùm veniſſet aliquando in ciuitatem Scepſæorum, diuinus in ſomnis apparens Cornelius, Longo, dixit, tempore hîc habito, & nullus me viſitauit, præter eos ſolos, qui à me fuerunt baptizati. Cùm itaque interdiu hæc mente conſideraret Epiſcopus, & quid ſibi vellet ſomnium, non poſſet coniicere; nocte ſequenti ad eum rurſus veniens Sanctus, Ego ſum, inquit, Cornelius Centurio: eſt autem mihi domus prope templum Iouis in rubo. Sed tu ædifica alterum oratorium prope locum Demetrij *b* ſerui Dei. Vocatur autem locus *c* Pandochium: quo in loco ſita ſunt multa corpora ſanctorum fratrum iam conſummatorum.

a

B

b c

14 Mane ergo Epiſcopus quidem, propterea quòd in Pandochio eſſet omni ex parte infoſſa multa ſepulchra, in animo habuit templum alibi ædificare: ſed Sanctus non permiſit. Cùm ergo Clerum, qui ſub eo erat, congregaſſet; Filij, inquit, mihi magnus reuelatus eſt theſaurus: ſed adeſte, eum tollamus. Hoc cùm illi audiſſent, prompto & alacri animo omnes proceſſerunt, & Epiſcopum lubenter ſunt ſecuti. Cùm autem peruenirent ad rubum, ſtatim dixerunt Clerici Epiſcopo: Gratia quædam, huc aduolat diuina, ô Domine, & multos ſcimus huc confluxiſſe, & fuiſſe liberatos à morbis, & malis dæmonibus, & aſſcripſiſſe rubo ſanationem. Sed ſiue ſit in rubo, ſeu ſub rubo theſaurus, quis eum poterit excidere, & tollere, cùm fieri non poſſit, vt ſecetur propter magnitudinem, & alioqui nec ſit attrectatu facilis, vt qui ſit multis terribilis propter

qui rubo facilè excisâ,

C miraculorum operationem? Cùm autem precatus eſſet Epiſcopus, & Crucem fixiſſet in terram, & manum rubo inieciſſet, ipſas excidit radices. Animo itaque confirmati Clerici, opus continuò ſunt aggreſſi: & conuellebatur rubus, tamquàm herba quædam mollis, neque erat ampliùs rubus, ſed & capſa continuò apparebat, & adhuc valdè inſtabat Epiſcopus, vrgens foſſionem. Cùm autem iam aduentaſſet veſpera, precatus Epiſcopus rurſus iubet Clero nocturnam cantare Pſalmodiam, hymniſque, lampadibus, & ſuffitibus honorabant capſam.

id reperit & honorat:

15 Cùm verò ſumptuum quoque inopia ad ædificandum templum, ſollicitum & animo perplexum teneret Epiſcopum; eam quoque ſoluit Sanctus dubitationem: & cuidam ex diuitibus viro pio apparens, cui nomen erat Eugenius, mandat ei templi ædificationem, & deſcribit ei ædificij figuram & magnitudinem. Manè ergo Eugenius veniens ad Epiſcopum, ei renuntiat viſionem, & operi ſtatim præficit ædificatores, cùm eis priùs deſcripſiſſet & ſignificaſſet templi altitudinem & longitudinem, & aditum altaris eis iuſſiſſet latitudine fieri capſæ æqualem: ei enim viſum fuerat deponere capſam intra aram.

Cornelio monēte & dante ideam, tēplum ædificatur:

16 Poſtquàm autem templum fuit citò perfectum, hoc quoque Deo faciente miraculum, in locum, *d* qui dicitur Trigoni, venientes ædificatores, (Hîc enim Siluanus Epiſcopus peragebat feſtum B. Andreæ Apoſtoli) ei ſignificant perfectum eſſe ædificium: &, Iam tempus eſt, aiunt, tranferri capſam, priuſquàm ingreſſui imponatur ſuperliminare. Sic enim faciliùs introducetur. Continuò ergo Epiſcopus, cùm ſimul cum pio Eugenio ſacrum ſumpſiſſet Euangelium, fuſis priùs precibus, ſimul & *e* Triſagium cœpit canere, & cum eo omnes ſimul eumdem hymnum concinebant: & egreſſi ſunt ſupplicantes. Deinde etiam capſa (ô magna tua, Domine, miracula!) ſecuta eſt tamquàm animata, nemine omnino eam mouente, nec tangente. Et omnes quidem primò propter ſummam admirationem, nec miraculo quidem, quod cernebant, volebant credere: deinde quaſi eſſent adducti in ecſtaſim, exclamauerunt: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth, qui per famulum tuum Cornelium miracula tua & virtutes nobis aperuiſti. Hinc factum eſt, vt qui remanſerant ex gentibus, crederent.

D

e capſa ad id vltro Siluanum ſequitur,

17 Et rurſus in templum proceſſit ſupplicatio, & capſa ſequebatur. Poſtquàm autem venerunt in templum, illi quidem hinc & illinc conſtiterunt, videntes, quonam eſſet capſa proceſſura, & vbinam ſtatura. Illa autem per ipſos medios & lateralem portam veniens, quæ erat à dexterâ, ſtetit prope aram: cui omnibus adhibitis machinis, vt ea transferretur ad aram, illa manet immobilis vſque in hodiernum diem, miraculorum theſaurus non deficiens, ex quo percipitur magna ſpiritalis vtilitas & gratia.

& certo loco conſiſtit immobilis,

E

plurimis miraculis celebris:

18 Cùm autem Siluanus deceſſiſſet Epiſcopus, Troadenſium quidem Epiſcopatui *f* Athanaſius, Philoſtorgius autem Scepſæorum, præficiuntur. Poſtquàm verò priùs quoque ille Eugenius exceſſit è vitâ, quemdam pictorem hortatur Philoſtorgius, vt & totum templum depingat, & Cornelij effigiem in eo diligenter exprimat, & quàm fieri poſſet accuratiſſimè ornet; nempe vt is etiam ſenex pingeretur, & illi ipſi omnino ſimilis. Rogabat ergo Sanctum Encratius, (hoc enim erat nomen pictori) vt ei ſuam reuelet ſpeciem, quò eam aptè & accuratè depingeret: & ſimul ægrè ferebat mandatum Epiſcopi, & quaſdam non nimis honorificas voces emittebat in Sanctum, animo ex omni parte perplexus, & valdè triſtis, & propterea quòd neſciret illius ſpeciem, & quòd non poſſet conſequi characteres & figuras vultus. Cùm itaque aliquando cecidiſſet è ſcalis, quas aſcenderat, iacebat non ſpirans: & vermes alij quidem per os proreptabant, alij autem rurſus ingrediebantur. Viſa ſunt autem hæc eſſe fructus illorum verborum maledicorum, quæ dolore affectus pictor dixerat. Sed ipſe es omnino, ô Corneli, qui Demetrio grauiter in te priùs ſpiranti vxorem & filium donaſti: quapropter non ſuſtinuiſti, vt huic pictori ampliùs produceretur ſupplicium. Cùm enim die ſequenti ei apparuiſſet, & manum eius dexteram apprehendiſſet, eum ſurgere fecit, velut dormientem: & hæc duo fecit maxima; nam & intemperantem eius linguam caſtigauit, & curauit dolorem ac ægritudinem, quam acceperat, propterea quòd neſciret, quomodò pingeret; non in figurâ, imagine & ſimilitudine, ſed verè cum eo congreſſus, & formâ quali eſſet oſtendens. Quin etiam ipſe pictor viſus eſt rurſus ſanus & ſaluus, & omnino liberatus à vermibus, & rurſus artem ſuam aggreſſus. Hinc factum eſt, vt eum talem pingeret, qualem viderat, ipſam planè veritatem cum arte iniiciens in picturam, precibus ipſius Sancti, gratiâ autem & clementiâ Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo Patri ſimul cum ſancto Spiritu, gloria, potentia, honor & adoratio in ſecula ſeculorum, Amen.

F

grauiter punito,

apparet, & ſanitatem reddit:

ab eo ad viuum pingitur.

f

d

a S. Siluani *Ep. Philippopolis in Thraciâ, deinde Troadis, Vitam, ex hiſt. Eccl. Socratis lib. 7 cap. 36 dabimus* 1 *Decembris, ad quem diem Romano Martyrologio inſcriptus eſt. Cùm fuerit is nus Ep. ad Philippopolis cathedram à S. Attico euectus, & ab eodem ad Troadenſem tranſlatus, qui, vt* 8 *Ianuar. diximus, deceſſit* Theodoſio Iuniore XI & Valentiniano Coſſ. *id eſt anno Chriſti* 425. *hinc patet quando hæc* S. Cornelij *Inuentio & Tranſla-*

A *& Translatio contingere potuerit.*
b *Hinc videtur colligi posse, ipsum quoque* Demetrium *in Sanctis numeratum : ast in nullo adhuc Martyrologio eum reperimus.*
c Παυδοχεῖον dicitur *vulgò diuersorium, quod omnes capiat.*
d *Gr.* ἐν χωρίῳ πτωχῶν.
e *Lipom.* ter sanctum hymnum, *non rectè. est enim* τρισάγιον, *cùm ter* ἅγιος, Sanctus *canitur, sicq; Sanctissimæ Trinitatis confessio.*
f *Hic est fortassis qui sessioni 6 concilij Ephesini subscripsit* Athanasius Episcopus ciuitatis Scepsiorum, *indeq; Troadem* AVCTORE I. B. *translatus: ideoq; cum Philostorgio, suo in Sedem Scepsensem successore, hîc agit de S.* Cornelij *Scepsiorum Patroni pingendâ* D *imagine. At quisquis fuerit Troadensis hic* Athanasius, *obiit certè ante Concilium Chalcedonense, nam huic subscripsit* Pionius Episcopus ciuitatis Troadis.
g *Concilij Chalcedonensis Actioni 16* Diogenes Episcopus Cyzici Metropolis defuncti subscripsit, & pro absentibus... Philostorgio Scepsij.... *vti & Actioni 6. vbi* Eustorgius *appellatur.*

DE S. AGATHODORO MARTYRE
TYANÆ IN CAPPADOCIA. I.B.

II FEBRV. *SS. Agathodori tres :*

Dos nobis Agathodoros *sacra Martyrologij tabula exhibent; vnum Episcopum in Chersoneso coronatum martyrio cum* Basilio, Eugenio, Elpidio, *aliisq;, die* IV *Martij : alterum* XIII *Aprilis, Sardibus in Lydiâ cum* S. Carpo Thiatirenorum *Episcopo, &* Papylo *Diacono, quorum famulus erat, pro fidei defensione necatum. Ab his diuersum,* Tyanæ *in Cappadociâ* II *multò supplicijs gloriosè defunctum, celebrant Græci* II *Februarij : cuius Acta ita breuiter describuntur in Menæis.*

Hic admodùm adolescens ad Præfectum Tyanæorum pertractus, propter Christi confessionem vncinis carpitur, & candenti craticulæ imponitur : tum ferro illi lingua præciditur, forcipe euelluntur dentes, pellis faciei nouaculâ abraditur, crura ac tibiæ confringuntur, traiiciuntur conto latera, ignita veruecula per cerebri membranas immittuntur : sicque Deo reddidit E spiritum. *Tyanæi acta.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS
FORTVNATO, FELICIANO, FIRMO, CANDIDO, CASTVLA, SECVNDVLA, ROGATIANO, CAIO, GREGORIO, CAPPA, FELICITATE, PLACIDO, VICTORE, FELICE, MARTIALE, CORNELIANO, SALVSTIO, MAVRICIO, PAPYRIO, SECVNDIANO, INGENVO, MVSTVLA, VICTORIA, BONOSIA, aliâ VICTORIA, HILARO, ROGATO, SATVRNINO. I.B.

II FEBR. *Horum Martyrũ natalis;*

Horum Martyrum priores dumtaxat quatuor in plerisque Martyrologiis recensentur. Ita Vsuardus IV *Nonas Febr.* Item Romæ sanctorum Martyrum Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi. *Consentiunt Martyrol. Romanum, Bellinus de Padua, Florarium, & plurima MSS. At MS. S. Mariæ Vltraiecti :* Item Romæ S. Fortunati & aliorum XXXII. *Totidem ferè enumerat vetus Martyrol. Romanum, quod S. Hieronymi vocatur; vitiosè tamen, vt coniicere licet, descriptum. Ita enim habet:* Romæ Forosini Pruni Laurenti Ippolyti : Item Romæ Fortunati Feliciani Firmi Candidi Castolæ Secundolæ Rogatiani Cai Gregori Cappæ Felicitatis Placidi Victoris Felicis Marcialis Corniliani Salusti Maurici Vrici Papiris Secundiani Ingenui Mustulæ Victoriæ Bonosiæ Forosi Pruni Item Victoriæ Item Hilari Rogati Saturnini. *nomina ex veteri Martyrol.*

2 *Verùm, nisi nos coniectura fallit, menda hîc adspersa nonnulla, imperitiâ vel oscitantiâ librarij. Nam primùm* vrici, *videntur postremæ litteræ esse nominis præcedentis* Mauricii, *à scriptore, opus intermissum repetente aut distracto, negligenter iteratæ. Deinde quid sibi illa volunt,* Forosini Pruni, *dein* Forosi Pruni ? *an Sancti sunt* Forosinus, Prunus, *aut* Primus, Forosius, *&* alter Prunus ? *sicq; Romanis Martyribus iungendi* Laurentius *&* Hippolytus ? *Et quidem fatetur Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, vt mox dicemus, horum nomina & diem quâ memoria ipsorum anniuersaria recolitur, accepisse se ab Ecclesiâ Forosempronienſi :* an autem in eâ vrbe, vel alibi, & in quanam persecutione martyrium passi fuerint, incertum esse. *Tamen quia à pluribus Foro-Sempronij tribuuntur, sic viderentur restituenda veterij Martyrologij verba :* Romæ natalis Hilari, Rogati, Saturnini. Forosempronij, Laurentij, Hippolyti. Item Romæ, Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi, Castulæ *&c.* Victoriæ, Bonosiæ. Item Forosempronij, Victoriæ. *Sed quia non est nobis certa hæc coniectura,* Victoriam *hanc secundam Romanis iungimus. Alioquin infrà cùm de Forosempronienſibus agemus, ex aliis quoque Martyrologiis mendi vestigium aliud patescet, dum ea habent:* Romæ Forosempronij *&c. In Bedâ vulgato, & Martyrologiis Rabani ac Notkeri, omissis aliis, solùm* natalitas S. Fortunati *memoratur. In quodam breuiori Martyrol. monasterij S. Maximini, solùm* Feliciani : *in maiori Martyrol. eiusdem monasterij,* S. Saturnini. *correctæ;*

3 *Canisius in vtraque editione Martyrologij Germanici ita habet :* Item Romæ SS Fortunati, Felicis, Firmi & Candidi. *In alterâ editione, paucis interpositis, ista adiicit, ex Galesinio descripta :* Romæ præterea à sanctorum Martyrum Fortunati, *& aliorũ.*

cuius mẽda

AVCTO. REI. B. Fortunati, Firmi, Candidi & Aurelij. Eodem die, eâ ipsâ in vrbe ſanctorum triginta millium Martyrum, A qui in perſecutione Diocletianâ coronati ſunt. *At Galeſinius vnicum habet* Fortunatum, *vnicum* Firmum *ac* Candidum, *quos Canisius geminat. Conſtantius Felicius:* Fortunati, Feliciani, Firmi, Candidi, Aureliani & Furcoli Epiſcopi, Romæ martyrio coronatorum. *Deceptus cuiuſpiam codicis malâ interpunctione, in quo poſt quatuor Romanos Martyres additum ſeorſim erat:* Aurelianis S. Fuſcoli Epiſcopi. *Quamquàm idem ferè erratum eſt in Vſuardi editione Pariſienſi anni* 1536. Item Romæ SS. Fortunati, Felicis ini, Firmi, Candidi, Aureliani. & S. Fuſcoli Epiſcopi. *Ferrarius in gener. SS. Catal.* Aurelianum *quoque recenſet, Galeſinium ſecutus. qui* Laurelianum *vocat. Is eſt qui ſub Decio palmam adeptus martyrij, poſteà Ticinum eſt tranſlatus, coluturq;* XXII *Maij.*

S. Aurelianus aliò pertinet.

Neq; ſimul 0 :00 MM. caſi.

4 *Videtur codex quem ſecutus eſt Galeſinius, habuiſſe* XXXIII Martyres; *quomodò ferè MS. Vltraiectenſe ſuprà nu* 1. *ipſeq; legiſſe* XXXM *&* triginta millia *eſſe interpretatus. In Notis ait,* Anno Domini CCCV Diocletiano VII & Maximiano VII Coſſ. *interemptos; citatq; Eccleſiaſticos annales. Quos? aut à quibus ſcriptos? Certè iuxta Æram vulgarem Chriſti ante annum* CCCV *depoſuerat Imperium Diocletianus, illudq; tenebant Conſtantius Chlorus & Maximianus Galerius. Neque congruunt conſulatus Maximiani Herculei* VII *&* VII *Dioclettani. Hic enim anno Chriſti* CCXCIX *ſeptimum conſulatum geſſit, quo ſextum Maximianus. Voluit fortaſſis Galeſinius ſcribere,* an. CCCII. Dioclet. VIII & Maximiano VII Coſſ. *At nuſquam ad* XXX *millia cæſos legimus; niſi plurium ſimul menſium aut etiam annorum Martyres ille Auctor complectatur.*

B

5 *Conſtantinus Ghinius quatuor illos priores inter Sanctos Canonicos connumerat; Petrum de Natalibus fortaſſis ſecutus, ita ſcribentem lib.* II *cap.* 130 *nu.* 46. Fortunatus, Felicianus, Presbyteri; Firmus & Candidus Romæ paſſi IV Nonas Februarij. D

An horum quidam Presbyteri?

6 *Tres ex hac Martyrum turmâ, aut certè ſimilibus inſigniti nominibus, Româ aliò aſportati;* Fortunatus *Antuerpiam,* Candidus *Volaterras,* Felicianus *in Hiſpaniam. At de* Fortunato *&* Candido III *Februarij agemus, quoniam eo die coluntur.* S. Feliciani *Reliquias tradit* Ioannes Tamaius de Salazar *in Martyrol. Hiſpan. inq; commentario de S. Epitacio, Placentiam eſſe tranſlatas. Eſt Placentia in Caſtellæ regno, provincia, quæ* Extremadura *dicitur, olim Vettonibus habitata, vrbs, non admodùm quidem antiqua, quippe quæ* D *annos necdum fleterit, clara tamen ac nobilis, & amœniſſimo ſita loco, vnde & adepta nomen: & ſunt qui veteris oppidi, à Mauris exciſi, ruinis inædificatam velint. Hæc ergo tranſlatum Româ* S. Feliciani *Martyris corpus, vti ſcribit anteà citatus auctor commentarij de S. Epitacio cap.* 6. *Cùm autem, inquit, duo ſolùm reperiantur Romæ martyrium ſubiiſſe* Feliciani, *quorum alter* S. Primi *ſocius alibi aſſeruetur, conſequens eſt, vt ille ſit Placentiam allatus qui* II *Februarij in Romano Martyrologio memoratur. Quaſi verò omnium Martyrum, etiam Romanorum, ſint Martyrologij tabulis inſcripta nomina.*

SS. Fortunatus & Candidus aliò tranſlati:

item S. Felicianus *Placentiæ in Hiſpaniam.*

7 *Idem in Martyrol. Hiſpan. ſcribit an.* MDCXXIII *è vetuſto cœmiterio, impetrante Itelio Frederico Zollerano, S. R. E. Cardinale, Epiſcopo Oſnabrugenſi, extractum, donatum* Ferdinando de Montemayor Eccleſiæ Placentinæ Decano. *nunc in eiuſdem* Eccleſiæ ſacrario honorificè coli & aſſeruari. *Acta donationis ac tranſlationis in priori opere citat.* E

anno 1623.

DE SANCTIS MARTYRIBVS FOROSEMPRONIENSIBVS

LAVRENTIO ET HIPPOLYTO.

I. B.

II FEBR. *Foroſempronij coluntur 2 Febr.*

IN Orum Sempronij *vrbs eſt Vmbriæ ad Metauri fluminis lævam ſita, Straboni* Φόρον Σεμπρωνίου. Forum Sempronium *appellata, vulgò nunc* Foſſombrunum: *quamquàm veterem vrbem barbarorum incurſionibus exciſam, nouamq; hanc non iiſdem planè veſtigiis, ſed fermè* D *inde paſſibus reædificatam, tradunt Philippus Cluuerus, Leander Albertus, Ferdinandus Vghellus. Hic* IV *Non. Februarij coluntur ſancti Martyres* Laurentius & Hippolytus. *Vghellus tamen to.* 2 *Ital. ſacræ col.* 910 *cùm Sanctos Foroſempronienſes recenſet, eorum non meminit. Meminêre Martyrologia: ac Bedæ quidem vulgatum iſta habet:* In Foro Semptonij SS. Laurentij, Hippolyti. *Eadem Galeſinius, & Ferrarius in gener. Catal. At Rabanus, Notkerus, MS. S. Maximini:* Romæ, Foro Symphronij, viâ Flaminiâ, milliario ab Vrbe CLXXIV, Laurentij & Hippolyti. *Quibus in verbis mendum ineſſe perſpicuum eſt. Quid enim illud* Romæ *ſibi vult, ſi milliaribus* CLXXIV *ab vrbe Româ martyrium ſubierunt? Quamquàm Notkerus ſolùm* CLXIII *habet; & peritiores quidam non niſi* CXXV *agnoſcunt.*

SS. Laurentius & Hippolytus:

C

2 *In veteri Martyrol. Rom. ſiue S. Hieronymi, iſta habentur (quæ iam retulimus cùm de ſanctis Martyribus Romanis* Fortunato *& ſociis ageremus)* Romæ Foroſini Pruni Laurentij Hippolyti *&c.* Bonoſiæ Foroſi Pruni item Victoriæ: *vt dubium ſit, num* Foroſinus, Prunus, *vel fortè* Primus, Foroſius, Prunuſque *alter Martyres ſint; an potiùs legendum,* Romæ, Hilari, Rogati, Saturnini. Foroſempronij, Laurentij, Hippolyti. Romæ, Fortunati, Feliciani *&c.* Item Foroſempronij, Victoriæ; *vti ſuprà nu* 2 *indicauimus. Fatetur Ferrarius in Catal. SS. Italiæ, præter nomina, & diem quo coluntur, nihil Foroſempronij de iis conſtare. In citato Martyrol. S. Hieronymi iterum ſequenti die iſta habentur:* In Foroſimfroni, Laurenti, Hippolyti. *Neque longè diſcrepant MSS. Aquiſgranenſe & S. Cyriaci Romæ: quorum verba ad* III *Feb. dabimus, cùm de* Felice *&* Felicitate *agemus.* F

fors & S. Victoria: Acta ignota.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

VICTORE, MARINO, PERPETVA, IVLIA, & aliis LXXIV. itemque HONORATO, VRBANO, HILARO, PRIVATVLA & aliis XXXIV.

I. B.

II FEBRV. *Hi Martyres in 2 claſſes diſtributi:*

Lorioſos hos pugiles in duas claſſes diſtributos ita recenſet vetus Romanum MS. ſiue S. Hieronymi Martyrol. In Africâ Victoris, Marini, Perpetuæ, Iuliæ, & aliorum LXXIV. Et Hieroſolymis S. Simeonis, In Africâ Honorati, Orbani, Hilari, Priuatulæ & aliorum XXXIV. *Cùm eorum Actis deſtituamur, ea ſolùm proferemus, quæ in aliis extant Martyrologiis. MS. Martyrol. Eccleſiæ S. Mariæ Vltraiecti:* In Africâ Victoris, & aliorum LXXX. *Carthuſiani Colonien. in addit. ad Vſuardum, duas quoque*

A *quoque classes constituunt, sed aliter atque vetus illud Martyrol.* In Africâ sanctorum Martyrum Victoris & aliorum LXXX. Item SS. Marini, Perpetuæ, Iuliæ, Priuatulæ.

2 *Conflat in vnum cuneum, omninoq; permiscet Notkerus*: In Africâ, Victoris, Maurini, Honorati, Vrbani, Hilarij, Perpetui, Iuliani, Priuatulæ, & aliorum LXXIV. *ab aliis confusis:* *Et MS. Pragense, ne indicato quidem loco certaminis*: Maurini, Honorati, Vrbani, Perpetuæ, Iulianæ, Priuatulæ, & aliorum XXIII. *MS. S. Mariæ ad Gradus, Coloniæ*: In Africâ S. Honorati, Proniani, & aliorum XXIV. *Verùm* Pronianus, Apronianus *est, viâ Salariâ cæsus, de quo mox. MS. Martyrol. Ecclesiæ S. Mariæ Aquisgrani*: Natalis Victoris, Marini, Perpetuæ, Iuliæ. Et depositio S. Laurentij Ep. Primatulæ. *MS. Richenouiense*: Africâ, Marini, Perpetuæ, Priuatulæ, Honorati. AVCTORE I.B. D

3 *Nec plura de iis reperimus. Notanda verò etiam nominum varietas est. Nam qui ceteris* Martinus, *Martyrologio Pragen. & Notkero* Maurinus *est*: Perpetua, *eidem Notkero* Perpetuus: Iulia, *eidem* Iulianus, *MS. Prag.* Iuliana: Vrbanus, *MS. S. Hieron.* Orbanus: Hilarus, *Notkero* Hilarius, *nisi id ab Henr. Canisio sit, qui Notkerum edidit*: Priuatula *denique, in MS. Aquisgran.* Primatula *est. nomina variè expressa.*

DE S APRONIANO COMMENTARIENSI
MARTYRE ROMÆ VIA SALARIA. I. B.

SVB DIOCLET. II FEBR.

1 *QVo tempore Maximianus Herculeus, Quinquegentanis nationibus debellatis, pacatâque Africâ, Thermas Diocletianas Romæ fabricari curauit, atque ad earum opus milites Christianos seruilem in morem damnauit*; *Thrason, vir locuples & Christianus, victum iis per* Cyriacum *&* Sisinnium Diaconos, *ac* Smaragdum *&* Largum *cœpit submittere. Quo ab impiis animaduerso, capti* Sisinnius *&* Cyriacus, *coacti ipsi quoque arenam fodere, & humeris suis gestare: cumq; id hilariter exequerentur, ac* Saturninum *quoque senio fractum, laboris parte subleuarent; pertractus est ad Maximiani tribunal* Sisinnius, *spretisq; tyranni minis, Laodicio Præfecto traditus, & ab hoc in Mamertini retrusus custodiam. Quæ omnia fusiùs enarrantur in Actis S Marcelli Papæ, XVI Ianuarij. cap. 1.*

S. Sisinnio Diac. quòd damnatus ad opera seruiret.

coniecto in carcerem;

2 *Post dies decem & septem* iussit Laodicius Præfectus aspectibus suis Sisinnium præsentari. Qui cùm præsentatus fuisset ab Aproniano Commentariensi, subitò lux de cælo facta est, & vox de luce exiit, dicens: Venite ad me, benedicti Patris mei; percipite regnum, quod vobis paratum est à constitutione mundi. Tunc Apronianus tremefactus cecidit ad pedes Sisinnij Diaconi, dicens: Adiuro te per Christum, quem confiteris, ne tardes me baptizare, & facias me tecum pertingere ad coronam. Eadem horâ allata est aqua, & catechizauit eum, & benedixit fontem, & deposuit eum nudum in peluim, & dixit ei: Credis in Deum Patrem omnipotem, & in Filium eius vnicum Dominum nostrum Iesum Christum, & in Spiritum sanctum? Et ille respondit: Credo. Et Sisinnius Diaconus dixit ei: Illuminet te Christus. Et eleuauit eum de pelui, & duxit eum ad S. Marcellum Episcopum, quem chrismate confirmauit, & altare consecrauit: & sic participati sunt omnes corpus & sanguinem Domini

Apronianus Commentariensis cælesti luce & voce conuertitur,

& ab eo baptizatur:

C

nostri Iesu Christi.

3 Eodem die post meridiem iussit sibi Laodicius Præfectus præsentari Sisinnium Diaconum. Veniens autem cum Sisinnio Diacono Apronianus Commentariensis iam baptizatus, cœpit clamans dicere: Quid vos coarctat diabolus in Dei seruos tanta mala exercere? Tunc Præfectus dixit ad Apronianum Commentariensem: Quomodò te video, & tu Christianus es effectus. Respondit Apronianus: Væ mihi infelici, quia perdidi dies meos. Respondit Præfectus: Verè modò perdes dies tuos. & iussit eum capitalem subire sententiam dicens: Si hic extinctus non fuerit multi pereunt. Eodem tempore ductus in viâ Salariâ, miliario secundo, capite truncatus est sub die quarto Nonarum Februariarum. *vltro se iudici sistit:* E *plectitur capite:*

4 *Ita, vt in aliis S. Marcelli Actis scribit Vrsio Abbas cap. 2 nu. 10* Doctores suos ad coronam præcessit *S. Apronianus. Coluntur* SS Sisinnius *Diaconus &* Saturninus XXIX *Nouemb.* Cyriacus *Diaconus*; Largus, Smaragdus, VIII *Aug. At* S. Aproniani *natalis* II *Februarij in Martyrologiis, Romano, Vsuardi, Rabani, Bedæ, Adonis, Notkeri, Bellini, Maurolyci, Galesinij, Felicij, Canisij, & aliis consignatus est, cum insigni elogio ex iisdem S. Marcelli Actis hausto. De eodem agunt Petrus de Natalib. lib. 3 cap. 74. & Ferrarius in Catal. SS. Italiæ.* Pronianum *mendosè vocat Martyrol. S. Mariæ ad Gradus Coloniæ, vt suprà retulimus, cùm de Afris Martyribus ageremus, num. 2. Galesinius* XXIX *Ianuarij post recensitam SS. Papiæ & Mauri Militum eadem, subdit*: Eodem die, Romæ item, SS. Cyriaci, Aproniani, & sociorum Martyrum: qui illo (*Diocletiano*) Imperatore, ob fidem Christi datis ceruicibus, coronati sunt. *In Notis citat Vincentium lib. 12 cap. 99 qui tamen diserte scribit Apronianum* decollatum IV Nonas Februarij. *colitur 2 Febr.* *non 29 Ianuar.* F

DE S. RHODIPPO EPISCOPO
LEONTINIS IN SICILIA. I.B.

CIRCITER AN. CCCXIV. II FEBR.

1 LEontinorum *in Orientali Siciliæ orâ vrbs est, & ipsa* Leontini *appellata, paucis à mari millibus passuum sita, olim Episcopali Cathedrâ ornata, nunc Episcopo Syracusano subiecta. Primus (cuius quidem reperierim vs nomen) Episcopus Leontinorum fuit* S. Neophytus, *anteà* Alexander *dictus, qui* I *Sept. colitur. Eius mater* S. Neophyta, *& matertera* S. Isidora XVII *Aprilis martyrio coronatæ sunt, priusquàm ipse Christi fidem esset amplexus. Vxor verò eius* S. Epiphane *& ipsa Martyr* XII *Maij colitur. Aliquot ab huius cæde annis, coniux eius* Alexander, *ab* S. Agathone *Ep. Liparitano in baptismo* Neophytus *nuncupatus, patriæ suæ Episcopus ordinatus est, eo munere* XXXVII *annos gesto, circa annum Christi* CCXCVI, *vti censet Rocchus Pirrus in Notitiâ Ecclesiarum Siciliæ, vitâ excessit octogenario maior.*

S. Neophyti I Leontinor. Ep.

2 *Suffectus est* S. Rhodippus, *S. Epiphanes vxoris eius frater. De hoc ista habentur in Actis SS. Alphij, Philadelphi, Cyrini, quæ* X *Maij dabimus*: Post hæc assumpsit Neophytus aliquot pios viros, quos notat aptos ad sacerdotium, Rhodippum fratrem Epiphanes vxoris suæ, Crispum, Palumbum, Phileemonem, Isidorum quemdam ex vico cui Troila nomen, Aquilam præterea & Andronicum, & famulos suos ac Notarios: exieruntque simul è Leontinorum Mesopoli circa hordei messem, & transmiserunt in Liparim insulam; indeque Romam *successor S. Rhodippus,*

AVCTORE I. B.

Romam peruenerunt XVIII Iulij. *Et paullò pòst*: Ordinauit autem Papa & Palumbum Presbyterum, & Theodosium, Rhodippum, & Crispum Diaconos.

A

Roma Diaconus ordinatus: quando obierit?

3 *Demum commemoratâ S. Neophyti morte, ista subiiciuntur*: Ordinatus est post eum Episcopus Rhodippus, frater Epiphanes, & episcopatum piè gubernauit annis XVII. Post illum verò Crispus. *Inde consequens est, si immediatè Neophyto successit, circa annum Christi* CCCXIII *aut* CCCXIV *obiisse. Pirrus scribit*, 11 Februarij publicè coli. *Ad quem diem Octauius Caietanus noster in Ideâ operis de SS. Sicil. ista habet*: Leontinis S. Rhodippi Ep. & Confessoris, Impp. Diocletiano & Maximiano. *Ferrarius illum eodem die in generali Catal. SS. consignat; sed fallitur cùm in Notis scribit*, præfuisse Ecclesiæ Leontinorum, quo tempore passi sunt sancti Martyres Alphius, Philadelphus & Cyrinus. *Imò ex horum Actis liquet, Neophytum tũc adhuc Gentilem fuisse. Tertylli Præsidis Assessorem.*

D

colitur 2 Febr.

4 *Idem Ferrarius ad* VII *Nouemb. ista habet*: Leontinis in Siciliâ beatorum Episcoporum Rhodippi & Luciani. *De S. Luciano egimus* III *Ianuarij: quamquàm duo videntur fuisse illius nominis Leontinorum Antistites; sed vtrumque ad eumdem diem* III *Ianuarij refert Pirrus. An alterius eorum, simulq; S.* Rhodippi *ordinatio, vel Translatio aliqua*, VII *Nouembris contigerit, haud scimus.*

& fortè 7 Nouemb.

DE S. FLOSCVLO, VEL FVSCOLO,

EPISCOPO AVRELIANENSI IN GALLIA.

I. B.

CIRCITER AN. CHR. D. II FEBRV. *S. Flosculi Ep. Aurelian. Acta deperdita,*

1 AVrelianos *Galliæ vrbem (quam* Aurelianus *omni casu, medij æui Scriptores appellauêre, vt patet ex 2 Vitâ S. Genouefæ 3 Ianuarij cap. 8 nu 34 &* Aurelianis, *vt in Vitâ S. Mauri Ab. 15 Ianuar. cap. 6 nu. 33 & nu. 36.* Genabum *fuisse veteribus plerique eruditorum consentiunt) multi illustrauêre Sancti: bini hoc die* S. Floscu-

B

lus, *vel* Fuscolus, *Episcopus, &* S. Sicharia *Virgo. Vtriusque celebre in Martyrologiis nomen, Acta deperdita, aut etiamnum abdita. De S. Sichariâ mox seorsim agemus.*

natalis 2 Febr.

2 *De* S. Floscolo *ista habet vetus Romanum Martyrologium, S. Hieronymi nomine prætitulatum*: Aurelianis depositio B. Floscoli Ep. *Neque plura Vsuardus, Ado, ac MSS. quamplurimi. Addunt Bellinus, Florarium, Galesinius, aliiq;*: & Confessoris. *Nec ipse de eo aliud comperit Andreas Saussaius in Martyrol. Gallic. qui* III *Febru. istud de eo texit elogium, quod in omnem quadrare Episcopum Confessorem potest*: Aureliis, S. Floscoli Ep. & Conf. qui eximio sanctè viuendi exemplo, gregi commisso prælucens, felici exitu ad beatæ vitæ gaudia peruenit. *Constantinus Ghinius ista habet*: Aurelianis S. Floscoli Episc. qui S. Prospero succedens, tertiusdecimus fuit eiusdem Sedis Episcopus; & tamquàm verè flos dedit bonorum operum odorem suauitatis. Quieuit in Domino IV Nonas Februarij circa annum Domini CDL. *Ea mox discutiemus. Constantius Felicius Romæ cum* Fortunato, Feliciano, Aureliano *&c. martyrio coronatum scribit; vitioso codice vsus, in quo pro* Aurelianis *vrbe*, Aureliani *velut Martyris expressum nomen fuit.*

nomè variè expressum.

3 *Quem* Floscolum *Martyrol. Roman. vetus ac modernum, Ado, Notkerus, multaq; MSS. nuncupant*; Fuscolum vocat *Vsuardus MS. Centulense Bedæ adscriptum, MS. S. Laurentij Leodij, quod est Adonis, Martyrol. abbatiæ S. Laurentij Bituric. à Philippo Labbeo nostro vulgatum, ac MSS. plurima.* Floscolum *Canisius, & in primâ editione Vsuardi Molanus.* Fulcolum *Bellinus de Padua in edit. Venetâ. Maurolycus, Florarium, & MSS. alia*: Flostolum *Bellinus edit. Parisien. MS. S. Lamberti Leodij, Galesinius &c.* Efflosculum *MS. Martyrol. Pragense.* Frustolum *Richardus VVyttfordus. Felicius* Furcolum.

C

4 *Qui in Vitâ S. Aniani Ep.* XVII *Nouemb. memoratur infans*, S. Euurtij *Ep. iussu, altari applicitus, vt membranam, siue* breuem, *inde tolleret, vtq; manum iniecit altari ac* breuem tetigit, *exclamasse*; Anianus, Anianus, Anianus istius ciuitatis à Deo est Pontifex institutus, *neque deinceps quidquam protulisse vsque ad legitimum loquelæ per ætatem tempus; is (vt scribis Carolus Sausseius lib. 2 Annal. Aurelian.) dicitur* S. Floscolus *fuisse: quod* an verisimile sit, meritò posse dubitari *asserit*; cùm S. Anianus sederit circiter LXV annos, S. Prosper ad minùs decem, ac præterea inter ipsos sedisse oporteat quatuor Episcopos, Mignum. Febatum, Gratianum, & S. Monitorem. *De horum ætate & gestis alibi*; S. Prosperi XXIX *Iulij*, S. Euurtij VII *Septemb.* S. Monitoris X *Nouembr. Cùm autem obierit* S. Anianus, *vt in eius Vitâ dicitur, biennio postquàm Attilam acie vicerat Aëtius, quod Marciano & Adelphio Coss. Christi* CCCCLI *contigisse constat; & quinque post eum sederint ante* S. Floscolum *Episcopi, non rectè à Ghinio suprà citato dicitur obiisse circa an.* CCCCL. *Rectiùs circa dixisset; cùm eius successor* Eusebius *concilio Aurelianensi* I, *extremis Clodouei temporibus, interfuisse legatur.*

ætas. E

tempus obitus, D

5 *Scribit Carolus Sausseyus, propter solennitatem Purificationis, festum eius Aurelianis transferri in diem* III *Februarij.* Huius nomine ædificatam in *eadem* ciuitate basilicam, quæ aliàs S. Maria deaurata, aliàs S. Maria regularis, hodie Conceptionis vocatur; estque Prioratus Ordinis S. Augustini, & parœcialis ecclesia. *Eius corpus, vnà cum corporibus* SS. Aniani, Euspicij, Monitoris, Baudelij, Scubilij, Agiæ *matris S. Lupi, translatum est in ecclesiam S. Aniani à Roberto Rege ædificatam, an.* MXXIX. *vti ad Vitam S. Aniani ex Vitâ eiusdem Regis per Helgaldum Floriac. monachũ scriptâ, plenius narrabitur. Cõsignata est sacris Fastis eius Translationis anniuersaria memoria* XIV *Iunij, vt videre est apud Molanum & Saussaium, quos alibi referemus.*

festũ Aurelianis 3 Febr. ecclesiæ,

F

translatio.

DE S. SICHARIA VIRGINE

AVRELIANIS IN GALLIA.

I. B.

II FEBR.

1 *Eleberrimam fuisse* S. Sichariam *Virginem inde constat, quòd plerisque adscripta sit Martyrologiis; antiquis ac nouis, S. Hieronymi, seu potiùs veteri Romano, Rabani, Adonis, Bedæ, Notkeri, Bellini edit. Parisien. an.* 1521. *Galesinij, Canisij, Ferrarij, Saussaij, & aliorum. Videntur Acta intercidisse; latent certè etiamnum. Breuiter ita illius mentio agitur in veteri Romano, quod S. Hieronymi appellatur, hoc die*: Aurelian. depos. Floscoli Epi. & depos. Signariæ Virginis. *Notkerus ita habet*: Et Sichariæ Virg.

S. Sichariæ Acta ignota,

natalis,

Beda vulgatus, Ado, Molanus in addit. ad Vsuard, aliiq;: Aurelianis depositio Sichariæ Virginis Deo sacratæ. *Eadem ferè habet Rabanus, & quædam MSS. ac Bellinus. Ferrarius in Notis scribit, à Bedâ,* XVI *Februarij referri*: *nos in nullo edito codice aut sub Bedæ nomine exarato, id illo die legimus. Addit idem Ferrarius, quia Deo sacrata fuisse dicatur,* monialem *extitisse. Idcircò eam Martyrologio Benedictino VVion ac Menardus inscripserunt. Saussaius in Martyrol. Gallicano ista habet*: Eodem die Aurelijs S. Sichariæ Virginis Deo sacratæ, humilitate, innocentiâ & sanctitate conspicuæ.

vitæ genus,

2 *Vanè*

A 2 *Variè eius expreſſum à ſcriptoribus nomen: plures* Sichariam *appellant, codex S. Maximini & Rabani Martyrologium* Sicariam; *Beda vulgatus* Siccariam; *Caniſius* Sigariam; *MS. Florarium* Sygariam; *MS. Martyrol. S. Hieronymi* Signariam. *Dubitauimus aliquando an non fortaſsis* Siagria, *ſeu* Syagria *nuncupata primitus eſſet: cuius nóminis plures in Galliâ viri fœminæq; illuſtres; vt illa hoc ipſo tempore, à B. Ennodio in Vitâ S. Epiphanij Ep. Ticinenſis. 21 Ianuar. cap. 12 nu. 55* Thelaurus Eccleſiæ *appellata: eiuſq; propè æqualis* Siagrius *Romanorum in Galliâ Rex, Ægidij Romani Francorum Regis filius, apud Gregorium Turon. & alij, etiam ſanctitate conſpicui. Quamquàm &* Sicharij *fuêre, vt ille apud Turones* Ioannis-filius, *de quo idem Gregorius lib. 7 hiſt. Fran. & lib. 9. Et* Sicharius *Dagoberti Regis ad Samonem Sclauorum VVinidorum Regem Legatus, de quo Geſta Dagoberti cap. 27 & Fredegarij Chronicon cap. 68.* AVCTORE I. B. D

nomen variè ſcriptum.

3 *Ætatem* S Sichariæ, *cùm Acta lateant, certò definire non poſſumus. Quòd in Martyrologiis ferè* S Floſculo *ſubiungatur, coniici fortaſſe poteſt ei ſupparem fuiſſe; non multò certè iuniorem, cùm in vetuſtiſsimo Romano Martyrol. memoretur. Quare non videtur ad ea tempora peruenisse, quibus S. Benedicti inſtitutum in Galliis eſt propagatum, quod VVion ac Menardus ſenſerunt.* alias.

DE S. LAVRENTIO

ARCHIEPISCOPO CANTVARIENSI IN ANGLIA, G. H.

Commentarius hiſtoricus.

§ *I S. Laurentij cultus ſacer. Vita conſcripta.*

ANNO CHRISTI DCXIX. II FEBR. 1 CAntiorum, *celebris apud* Britannos *provinciæ, in heptarchiâ Anglo-Saxonicâ Regem ſanctiſsimum* Ethelbertum, *à* S. Auguſtino *eiuſq; ſocius ad fidem Chriſti conuerſum, celebramus* XXIV *Februarij, ibidemq; nonnulla de* Cantiorum *antiquitate, &* Saxonum *apud eos ſtabilito regno diſſerimus.* S. Auguſtini *ſocius præcipuus fuit* S. Laurentius, *eiuſq; in Archiepiſcopatu Durouernenſi ſucceſſor. Erat autem* Durouernum, *Ptolemæo* Doruernum, *Bedæ* Dorouernia, *aliis* Dorobernia, *regni Cantij caput & ſedes regia: dicta mox Saxonibus* Cant-wara-byrig, Cantiorum populi vrbs, *Anglis deinde* Canterburij, *Latinè* Cantuaria. *De Sede iſtic Archiepiſcopali conſtitutâ agemus* XXVI *Maij ad Vitam* S. Auguſtini *primi Archiepiſcopi, vbi multa referentur, cum* S. Laurentio *fidelißimo itinerum laborumq; eius ſocio communicanda.*

B *Cantiorū.*

vrbe Durouerno,

ſeu Cantuariâ,

2 *Natalem* S. Laurentij *celebrat* II *Februarij Martyrologium MS. baſilicæ S. Mariæ Aquiſgranenſis ſub nomine Bedæ:* Depoſitio S. Laurentij Epiſcopi. *Kalendarium MS. Benedictinum S. Saluatoris Antuerpiæ:* S. Laurentij Archiepiſcopi Cantuarienſis ſecundi, monachi S. Gregorij Romæ. *Galeſinius:* Cantuariæ in Britanniâ, S. Laurentij Archiepiſcopi, qui B. Auguſtino eiuſdem vrbis Præſuli ſucceſſit. *Similia referunt Carthuſiani Colonienſes & Molanus in Auctario Vſuardi & Caniſius in Martyrologio Germanico. In Romano, & Benedictino Menardi hæc traduntur:* Cantuariæ in Angliâ natalis S. Laurentij Epiſcopi, qui poſt S. Auguſtinum eam Eccleſiam gubernauit, & Regem ipſum ad fidem conuertit. *Dorganius in ſuo Calendario Benedictino:* S. Laurentij Epiſcopi, ſodalis S. Auguſtini ad prædicandum Chriſti Euangelium in Angliâ. *Pluribus VVion in Martyrologio monaſtico:* Cantuariæ, *inquit*, in Angliâ natalis S. Laurentij Epiſcopi, qui poſt S. Auguſtinum eam Eccleſiam gubernauit, quam Regis timore deſerens, à S. Petro correptus, ac redire compulſus, Regem ipſum ad fidem conuertit, reddităque pace Eccleſiæ, obdormiuit in Domino. *Eadem ferè refert Felicius. Hoc eum elogio exornat Trithemius lib. 3 de Viris illuſtribus ordinis S. Benedicti:* Laurentius monachus cœnobij S. Gregorij Romæ, miſſus ab eo in Angliam pro conuerſione illius gentis totis viribus laborauit: qui, defuncto B. Auguſtino, in eius locum Doruernenſis Archiepiſcopus fuit ordinatus, quem ipſe adhuc viuens ordinauerat, ne ſe defuncto ſtatus Eccleſiæ tam rudis vel ad horam Paſtore deſtitutus vacillare inciperet. Claruit anno Domini DCXX, cuius feſtum IV Nonas Februarij agitur. *Idem Trithemius lib. 4 cap. 49.* Laurentius, *inquit*, Archiepiſcopus Dorn-

editur S. Laurentius 2 Februarij,

cùm hoc apud Trithemium elogio.

uernenſis poſt Auguſtinum ex monacho B. Gregorij Papæ ordinatus, tum docendo tum exhortando, magnum fructum fidei in gente Anglorum conquiſiuit. Erat enim vir bonus & eruditus, ab infantiâ monaſticis diſciplinis nobiliter inſtructus. Vnde adhuc viuente Auguſtino in eius locum ab eodem Paſtor conſtituitur. Claruit anno Domini DCXX. *Hac Trithemius, ex quo* S. Laurentium claruiſſe anno DCXX *ſcribunt Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum, VVion ad Benedictinum. & Conſtantinus Ghinius, qui eum Canonicis adſcribit, longoq; exornat encomio Verùm ad illum annum infrà dicemus eum non peruenisse. Apud Molanum in Notis ad Vſuardum ſcribitur* claruiſſe anno MCX, *enormi mendo typographico, pro quo legendum arbitramur* DCX. *In Florario Sanctorum MS. pridie Idus Nouemb. refertur:* Apud Cantuariam in Angliâ S. Laurentij Epiſcopi & Confeſſoris anno ſalutis DCXIX. *Sequens Oratio cum Antiphonâ ex antiquo MS. Breuiario Sarisburienſi deſumpta eſt. Antiphona.* In tranſitu inclyti Patris Laurentij, cæli nobilitantur gaudiis, & nos proſequamur laudibus: Aue Dei amice, concilia nobis Regem noſtrum, qui te nobis prouidit Patrem pium. *Verſ.* Ecce Sacerdos magnus. *Oratio.* Deus qui B. Laurentium Pontificem populo tuo prædicatorem ſalutis æternæ miſiſti, tribue quæſumus, vt qui eius commemorationem colimus, ipſius meritis & precibus à peccatorum noſtrorum nexibus abſolui mereamur. Per Dominum noſtrum &c.

& 12 Nouemb.

Antiphona

& Oratio propria.

3 *Agunt præterea de S. Laurentio* S. Gregorius Papa *lib. 9 Regiſtri epiſtolâ* 52 55 *&* 56. Venerabilis Beda *lib.* 1 *&* 2 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum, quam anno Chriſti* DCCXXXI *abſoluit, ex quâ hic plura daturi ſumus. Claruit deinde ſeculo ſequente, tẽporibus Imperatorum Ludouici iunioris & Caroli Calui* Ioannes Diaconus, *qui lib. 2 Vitæ S. Gregorij Papæ pluribus de hac ad Anglos inſtitutâ miſsione agit, & nominatim S. Laurentij Romam remiſſi meminit.* Florentius Branonius Wigornienſis *monachus, chronicon deduxit vſque ad annum* MCXVIII, *anno ſequente vitâ functus. Hoc Chronicon in quo de S. Laurentio agitur vel ideò pluris æſtimandum, quòd ei inſerantur antiqui Angloſaxonum annales: qui extant Latinè & Saxonicè nuper cum Hiſtoriâ Bedæ editi ab Abrahamo VVheloco, conſcripti ſub S. Eduardo Rege anno* CMLXXVIII *occiſo, dein ad annũ Chriſti* MLXX *deducti: & Latinè ad annum* MXCIII *continuati; in quibus etiam S. Laurentij mentio eſt. Cùm dicto Florentio ſub initium ſeculi* XII *floruit* Goſcelinus, *ſeu* Gotzelinus, *ad D. Bertini apud Audomaropolim Arteſiæ vrbem monachus Benedictinus, quem, teſte Molano in Natalibus Sanctorum Belgij* VIII *Iulij in S. Grimoaldo, S. Anſelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis aliiq; multi in Angliam euocarunt: vbi primùm habitauit Rameſiæ, deinde Cantuariæ ad S. Auguſtinum: quibus in locis varias deſcripſit Sanctorum Vitas, interq; alias huius S. Laurentij quæ incipit:* Dominis cariſſimis & paternæ &c. *vti Molanus ad Vſuar-*

Vita ex variis, Bedâ potiſſimum;

alia à Goſcelino ſcripta,

AVCTORE G.H. *ad Vſuardum* 11 *Februarij & Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ obſeruant. Hic* Goſcelinus *VVilielmo Malmeſburienſi lib.* 4 *de Geſtis Regum Anglorum cap.*1 *ſub finem*, inſignis litterarum & cantuum peritiâ *habetur : qui* multo Epiſcopatus & Abbatias tempore perluſtrans, præclaræ ſcientiæ multis locis monumenta dedit, in laudibus Sanctorum Angliæ poſt Bedam ſecundus : *quique* innumeras Sanctorum recentium Vitas ſtylo extulit, veterum vel hoſtilitate amiſſas, vel informiter editas, comptiùs renouauit. *& lib.* 1. *de Geſtis Pontificum Anglorum ita de S. Laurentio & Goſcelino ſcribit* : Huic *S. Auguſtino* ſucceſſit Laurentius annis quinque, cuius virtutes & ceterorum, (de quibus Beda narrans breuiter perſtringit omnia, tædij ſcilicet offenſam veritus) Goſcelinus quidam, quantùm veterum relatione addiſcere potuit, ſcripſit, miras prorſus & prædicandas, adiiciens quas oculatâ fide perſpexerat nouas. *Hæc* Malmeſburienſis, *qui Goſcelino aliquantò iunior, ſuum de Regibus Chronicon, in quo iterum S. Laurentij meminit, ad annum* MCXLII *deduxit, quo & vixit cum* Henrico Huntindonienſi Archidiacono *qui libro* III *Hiſtoriarum nonnulla S. Laurentij acta interſerit. Vtinam cum horum hiſtoriis, aliquis opera Goſcelini etiam vtilitati publicæ edidiſſet, quæ num vſpiam à blattis defenſa reperiantur MSS. huc vſque nos latet.* Ioannes Capgrauius, *qui ad annum* MCCCCLXIV *ſuperuixit, in Legendâ Sanctorum Angliæ Vitam S. Laurentij adornauit partim ex Bedâ, partim aliunde, fortè vt ſolet ex Goſcelino, miras illius virtutes adiunxit, quæ eamdem cùm hiſtoriâ Bedæ non merentur fidem, vt lector facilè iudicabit. Integro ferè ſeculo Capgrauio antiquiores Matthæus VVeſtmonaſterienſis & Ranulphus Ceſtrenſis virtutes S. Laurentij commemorant, ille in Floribus hiſtoriarum, hic in Polychronico. Longum eſſet recentiores enumerare, inter quos eminent Polydorus Virgilius lib.*4 *hiſtoriæ Anglicæ, Nicolaus Harpſfeldius ſeculo* 7 *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Angliçanæ cap.* 7, *Baronius in Annalibus ad annum* 604, *&* 614. *Eduardus Maihevv in Tropæis Sanctorum Congregationis Anglicanæ ordinis S. Benedicti, Hieronymus Porterus in Floribus Sanctorum Angliæ, Franciſcus Haræus, Zacharias Lippelous, aliiq;* 11 *Februarij, quo apud Surium Vitâ eius ex Bedâ collecta etiam refertur.*

§ II *S. Laurentij vita priuata : diſceſſus in Britanniam.*

S. Laurentius Romanus, 4 LAurentius *patriâ* Romanus *VVeſtmonaſterienſi ad annum* 608; ab infantiâ *Tritthemio antè memorato*, monaſticis diſciplinis nobiliter inſtructus, *imò* & monachus cœnobij S. Gregorij Romæ : *de quâ reſilent antiquiores. S. Gregorius Papa lib.* 7 *Regiſtri Indict.* 1, *monachus,* *epiſtolâ* 30 *Eulogio Epiſcopo Alexandrino miſſâ* S. Auguſtinum monaſterij ſui monachum; *epiſtolâ verò* 114 *Indict.* 11 *ad Siagrium Epiſcopum Auguſtodunenſem eumdem* Auguſtinum *appellat* monaſterij ſui Præpoſitum : *quem in aliis epiſtolis ad Reges & Epiſcopos Francorum cognominat* ſeruum Dei, cuius zelus & ſtudium *ſibi* benè cognitum *erat : eius autem comites itineris vbique* alios ſeruos Dei *vocat; quos* monachos *fuiſſe ſcribit Beda mox proferendus. Quia tamen S. Gregorius lib.*5 *epiſtolâ* 59 *Brunechildæ Reginæ Francorum, & epiſtolâ* 58 *Theoderico & Theodeberto Regibus Francorum ſcriptâ, aſſerit hiſce* ſeruis Dei ſe iniunxiſſe, vt aliquos è vicino debeant Presbyteros ducere, cum quibus eorum *Anglorum* poſſint mentes agnoſcere, & voluntates admonitione ſuâ, quantum Deus donauerit, adiuuare. *fortè* Laurentius, *qui & S. Gregorio & Bedæ* Preſbyter *ſemper appellatur, è vicino Francorum regno* cenſeri poſſet aſſumptus. *Verùm dum Beda tradit hos* præcipiente beato Papâ Gregorio acceptos eſſe de gente Francorum interpretes, *ſatis innuit inter alios* ſocios S. Auguſtini, *quos* fermè viros quadraginta *fuiſſe ſcribit, numerandum eſſe* Laurentium. *Hunc Franciſcus Godvvinus in Archiepiſcopis Cantuariæ cenſet* Presbyterum Cardinalem *illum eſſe, qui apud Ciaconium de Vitis Pontificum inter Cardinales ſub S. Gregorio Magno anno* DC *viuentes primus nominatur*, Laurentius Presbyter Cardinalis in titulo S. Silueſtri in Exquiliis titulo S.R.E. Archipreſbyter. *Quod in ſilentio antiquorum, non continuò probamus. Certè quemadmodùm S. Gregorius hunc* Laurentium Preſbyterum, *cum* Mellito Abbate *aliiſq; Monachis poſteà in Angliam remiſſum ſæpiùs nominat, ita ab initio in primo itinere ſub* aliis ſeruis Dei *incognitum non permiſiſſet deliteſcere Cardinalem, niſi legatum anno* DC *ad eam dignitatem euexerit.* *an Cardinalis.*

5 *Diſceſſum omnium Româ ita deſcribit Beda lib.*1 *cap.*25. Gregorius, vir doctrinâ & actione præcipuus, Pontificatum Romanæ & Apoſtolicæ Sedis ſortitus, Diuino admonitus inſtinctu, anno XIV Mauritij Imperatoris, (*id eſt Chriſti* DXCVI) miſit ſeruum Dei Auguſtinum, & alios plures cum eo monachos, timentes Dominum, prædicare verbum Dei, genti Anglorum. Qui cum iuſſis Pontificalibus obtemperantes memoratum opus aggredi cœpiſſent; iamque aliquantum itineris confeciſſent, perculſi timore inerti redire domum, potiùs quàm barbaram, feram, incredulamque gentem, cuius nec linguam quidem noſſent, adire cogitabant; & hoc eſſe tutius communi conſilio decernebant. Nec mora. Auguſtinum domum remittunt, qui à B. Gregorio humili ſupplicatu obtineret, ne tam periculoſam, tam laborioſam, tam incertam peregrinationem adire deberent. Quibus ille exhortatorias mittens litteras, in opus eos verbi, Diuino confiſos auxilio, proficiſci iubet. *Hæc Gregorius qui plures ad varios Galliæ Epiſcopos miſit epiſtolas, quibus commendat illis* S. Auguſtinum *eiuſq; ſocios, quorum iter ex illis epiſtolis vtcumque inueſtigari poteſt. Horum primus eſt* Maſſilienſis S. Serenus, *cui* 11 *Auguſti ſacer eſt. Proximus* Archiepiſcopus Aquenſis Protâſius, *cuius &* bonitatem *&* manſuetudinem *quia* referente Auguſtino compererat S. Gregorius, *ideò eum hinc à ſociis Romam opinamur remiſſum. Vicinus huic fuit* Virgilius *creatus* Archiepiſcopus Arelatenſis anno Childeberti *Regis Auſtraſiorum* XIII, *Chriſti* DLXXXVIII: *vti de eo teſtatur Gregorius Turonenſis lib.*9. *hiſtor. Eccl. cap.*23. *Quartus in eiuſdem litteris eſt* S. Deſiderius Archiepiſcopus Viennenſis & Martyr, *de quo infrà agemus* XI *Februarij. Inde* Lugdunum *profecti fuerint ad* Etherium Archiepiſcopum; *qui* anno Gunthramni XXX *Chriſti* DXCI *cum* S. Siagrio *apud Turonenſem lib.* 10 *cap.* 28 *interfuit baptiſmo Chlotharij* II, *vt mirum ſit à Bedâ & Ioanne Diacono hunc* Etherium *aſſignari Sedi Arelatenſi, cui tum pridem præfuiſſe* Virgilium *oſtendimus, Lugdunum etiam* Arariam *ob Ararim iſtic Rhodano influentem dictum eſſet, monet ex Sauarone in Sidonium Claudius Robertus; vt vox Arariensis in Arelatenſem facilè potuerit deflecti. Scribit etiam S. Gregorius in epiſtolâ ad Eulogium Alexandrinum,* datâ à ſe licentiâ Auguſtinum à Germaniarum Epiſcopis Epiſcopum factum : *quod huic* Etherio *attribuit Beda. Ita* Lugdunenſem Germaniam *appellat Sidonius Apollinaris lib.*5 *epiſtolâ* 7, *quòd in eâ regione Burgundiones origine Germani dominarentur. Proximus inter Epiſcopos fuit* S. Syagrius Auguſtodunenſis, *cui Gregorius ob caritatem S. Auguſtino impenſam ſecundis litteris gratias egit. Colitur S. Syagrius* XXVII *Auguſti. Inde ſalutauerint* Reges Theodericum Burgundionum Aurelianis, & Metis Theodebertum Auſtraſiorum, *illo anno Childeberto parenti vitâ functo ſuffectos, quibus vti eorum auia* Brunichildæ *epiſtolas S. Gregorij pro ſe cõmendatitias porrexerint; ac* Preſbyteris *ſeu* interpretibus *acceptis iter cœptum proſecuti. Dubium verò eſt, an eadem epiſtola ideò pluribus inſcripta fuerit, vt ſi occaſio tale iter exigeret, tum vltro traderetur. Talis fortè fuit ad* Pelagium Archiepiſcopum Turonenſem *S. Gregorij ſcriptoris ſucceſſorem, &* S. Palladium *iam pridem ab anno Gunthramni* XXIV *Chriſti* DLXXXV Epiſcopum Santonenſem, *vt legitur apud Gregorium Turonenſem lib.*8 *cap.*1. *Continentur hæ epiſtolæ libro* 5 *Regiſtri num.* 50 *& ſequentibus. Vnam adſcribimus Palladio, Pelagio & Sereno apud Gregorium cap.*52 *&* Etherio *apud Bedam lib.* 1 *cap.*24 *miſſam.*

Diſcedunt Româ SS. Auguſtinus, Laurentius, aliiq;. anno 596:

inuiſunt Epiſcopos Galliæ,

& Reges Francorũ,

Licet,

cum litteris S. Gregorij commendatitijs.

A Licet, *inquit*, apud Sacerdotes habentes Deo placitam caritatem religioſi viri nullius commendationis indigeant; quia tamen aptum ſcribendi tempus ſe ingeſſit, fraternitati veſtræ noſtra mittere ſcripta curauimus, inſinuantes latorem præſentium Auguſtinum ſeruum Dei, de cuius certi ſumus ſtudio, cum aliis ſeruis Dei illuc nos pro vtilitate animarum auxiliante Domino direxiſſe. Quem neceſſe eſt, vt ſacerdotali ſtudio ſanctitas veſtra adiuuare, & ſua ei ſolatia præbere feſtinet. Cui etiam vt promptiores ad ſuffragandum poſſitis exiſtere, cauſſam vobis iniunximus ſubtiliter indicare, ſcientes quòd eâ cognitâ to:â vos propter Deum deuotione ad ſolatiandum, quia res exigit, commodetis *&c.*

6 *Hæc Gregorius ad illos Epiſcopos, quorum caritate ſuffulti è Galliâ nauigarunt in Britanniam, atque Bedâ teſte cap.* 25 ad Orientalem Cantij plagam in Taneto inſulâ ap-

Nauigant in Britãniam:

plicuerunt Auguſtinus ſeruus Domini & ſocij eius viri fermè quadraginta: iuſſiſque à Rege Ethelberto in eâ inſulâ neceſſariis ſubminiſtratis manere, dum poſt dies Rex ad inſulam venit, reſidenſque ſub diuo iuſſit Auguſtinum cum ſociis ad ſuum aduenire colloquium: qui diuinâ virtute prædíti veniebant, Cru-

Regem alloquũtur:

cem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem B Domini Saluatoris in tabula depictam; Letaniaſque canentes, pro ſuâ ſimul & eorum, propter quos venerant, ſalute æternâ, Domino ſupplicabant. Cumque ad iuſſionem Regis reſidentes, verbum ei vitæ cum omnibus, qui aderant, eius comitibus prædicaſſent, dedit eis Rex manſionem in ciuitate Dorouernenſi; eiſque cum adminiſtratione victus temporalis, licentiam quoque prædicandi *permiſit*. At vbi ſibi, (*pergit cap.*26) datam manſionem intrauerunt, cœperunt A-

ſanctè viuunt:

poſtolicam primitiuæ Eccleſiæ vitam imitari: orationibus videlicet aſſiduis, vigiliis, ac ieiuniis ſeruiendo, verbum vitæ prædicando, cuncta huius mundi velut aliena ſpernendo, tantùm victui neceſſaria accipiendo; ſecundùm eà quæ docebant, ipſi per omnia viuendo; & paratum ad patiendum aduerſa quæque, vel etiam ad moriendum pro eâ quam prædicabant veritate, animum habendo. In eccleſiâ ad honorem S. Martini antiquitus prope ciuitatem ad Orientem factâ, primò conuenire, pſallere, orare, Miſſas facere, prædicare & baptizare cœperunt. Crediderunt nonnulli

conuertit multos,

& baptizabantur mirantes ſimplicitatem innocentis vitæ, ac dulcedinem doctrinæ eorum cæleſtis. At vbi Rex etiam inter alios delectatus vitâ mundiſſimâ Sanctorum, & promiſſis eorum ſuauiſſimis, quæ vera miraculorum quoque multorum oſtẽſione firmauerunt, C credens baptizatus eſt, cœpêre plures quotidie ad audiendum verbum confluere, ac relicto gentilitatis ritu, vnitati ſe ſanctæ Chriſti Eccleſiæ credendo ſociare.

& Regem anno 597.

Tum maiorem prædicandi per omnia & eccleſias fabricandi vel reſtaurandi licentiam acceperunt. Nec diſtulit Rex, quin ipſis Doctoribus ſuis locum ſedis eorum gradui congruum in Dorouerniâ Metropoli ſuâ donaret, ſimul & neceſſarias in diuerſis ſpeciebus poſſeſſiones conferret. *Hæc verbis Bedæ; ſed ſubinde contracta. Regem* anno DXCVII *conuerſum ad fidem Chriſti fuiſſe, ad Vitam eius probabimus.*

§ III *Legatio S. Laurentij Romam. Reditus in Britannium. Ætas.*

Mittitur S. Laurẽtius Romã anno 598:

7 INterea, *vt pergit Beda cap.*26, *cùm* vir Domini Auguſtinus ab Etherio, *de quo antè egimus*, Archiepiſcopus genti Anglorum ordinatus, Britanniam reuerſus *eſſet*, miſit continuò Romam Laurentium Preſbyterum & Petrum monachum, qui beato Pontifici Gregorio gentem Anglorum fidem Chriſti accepiſſe ac ſe Epiſcopum factum eſſe referrent. Simul & de *variis* quæſtionibus eius conſulta flagitans. Nec mo-

ra; congrua quæſtionibus reſponſa recepit; *quæ pluribus Beda proponit. Ex* S. Laurentij *relatione* S. Gregorium Eulogio Alexandrino *ſcripſiſſe opinamur, quomodò* Auguſtinus Epiſcopus factus, vel hi qui cum eo tranſmiſſi ſunt, tantis miraculis in gente Anglorum coruſcant, vt Apoſtolorum virtutes in ſignis, quæ exhibent, imitari videantur. In ſolennitate *etiam* Dominicæ Natiuitatis, quæ primâ Indictione, *quâ ſcribit*, tranſacta eſt, pluſquàm decem millia Angli, ab eodem nuntiati ſunt fratre & Coëpiſcopo noſtro, baptizari; *Incidit autem ea Indictio* I *in annum Chriſti partim* DXCVII, *partim ſequentem* DXCVIII, *quo hæc epiſtola ſcripta, requirit anno priore, à S. Auguſtino iam Epiſcopo, in Natiuitate Chriſti tot millibus baptiſmum fuiſſe collatum.*

Præterea idem Papa Gregorius *apud Bedam cap.* 29, cum præfatis legatariis *Laurentio Presbytero & Petro monacho*, miſit Auguſtino Epiſcopo plures cooperatores, *accipit nouos operarios,* in quibus primi & præcipui erant Mellitus, Iuſtus, Paulinus, Rufinianus, & per eos generaliter vniuerſa, quæ ad cultum erant ac miniſterium Eccleſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra, & veſtimenta altarium, ornamenta quoque eccleſiarum, & ſacerdotalia, vel clericalia indumenta, ſanctorum quoque Apoſtolorum ac Martyrum reliquias: nec non & codices plurimos. Miſit etiam cùm pallio litteras, inſinuans, qualiter Epiſcopi in Britanniâ conſtitui debeant. *Hæc Beda. Ex hiſce ſociis duo S. Laurentio ſucceſſerunt in Archiepiſcopatu Cantuarenſi. prior* S. Mellitus, *deinde* S. Iuſtus: *coluntur ille* XXIV *Aprilis, hic* X *Nouemb.* S. Paulinus *primus Archiepiſcopus Eboracenſis* X *Octobris.*

dona,

E *pallium pro S Auguſtino.*

8 *Dimiſit eos variis inſtructos epiſtolis Româ S. Gregorius* Indictione IV anno Mauritij XIX *Chriſti* DCI, *vt ipſæ epiſtolæ tempus exhibent. Vna ad plures Galliæ Epiſcopos data ita refertur lib.*9. *epiſt.*52. Licet fraternitatem veſtram ſuſcepti officij cura commoueat, vt religioſis viris, & præcipuè in cauſâ animarum laborantibus, omni debeat adniſu concurrere, non tamen ab re eſt, ſi ſollicitudinem veſtram epiſtolarum noſtrarum ſermo pulſauerit: quia ſicut ignis aurâ flante fit grandior, ita bonæ mentis ſtudia commendatione proficiunt. Quia igitur Redemptoris noſtri gratiâ cooperante, tanta de Anglorum gente ad Chriſtianæ fidei gratiam multitudo conuertitur, vt reuerendiſſimus communis frater & Coëpiſcopus noſter Auguſtinus eos, qui ſecuti ſunt ad hoc opus exequendum, per diuerſa loca aſſerat non poſſe ſufficere; aliquantos ad eum monachos cum dilectiſſimis & communibus filiis Laurentio Presbytero & Mellito Abbate præuidimus tranſmittendos. Et ideò fraternitas veſtra eis caritatem, quam deceat, exhibeat; atque ita illis, vbicumque neceſſe fuerit auxi- F liari feſtinet: quatenùs dum vobis opitulantibus nullas illic remorandi cauſſas habuerint, & ipſi veſtrâ ſe releuatos conſolatione congaudeant, & vos ſolatiorum exhibitione, in cauſâ, quâ directi ſunt, poſſitis participes inueniri. *Hæc Gregorius Papa ad Epiſcopos Galliæ: quorum primus iter illis agentibus ſi ad omnes acceſſerint, occurrit inuiſendus* S. Serenus Maſſilienſis, *deinde fortè, ſed epiſt.*49 *ad eum datâ*, Virgilius Archiepiſcopus Arelatenſis; *poſteà* Mennas Archiepiſcopus Tholoſanus, *ac* S. Lupus Cabilonenſis *cuius Acta dedimus* XXVII *Ianuarij, tandem* Agilius, *alii* Aygulfus, *ſiue* Agiulfus Metenſis. *Oblatâ intereà occaſione* Brunechildæ Reginæ *alia porrecta eſt epiſtola quæ* 56 *eſt lib.* 9, *quâ ob beneficia* S. Auguſtino *eiuſq; ſocijs quondam præſtita gratias illi actas hæc addit*: Sed vt mercedis veſtræ magis magiſque ſit fructus vberior, petimus; vt monachis præſentium api- *Brunechildem Reginam,* cum portitoribus, quos cum dilectiſſimis filiis noſtris Laurentio Presbytero & Mellito Abbate ad prædictum reuerendiſſimum fratrem & Coëpiſcopum noſtrum, pro eo quòd illos, qui ſecum ſunt, ſufficere ſibi dicit non poſſe, tranſmittimus; patrocinij veſtri ſuffragia benigniùs miniſtretis: atque ita in omnibus adeſſe dignemini, quatenùs dum bonis excellentiæ veſtræ

Auctore G.H

A in tuis meliora succesſerint, & nullas illic moras vel diffi. ultates inuenerint, tantò erga vos ac dul. ſſimos nobis nepotes veſtros Dei noſtri miſericordiam prouocetis, quantò pro eius vos amore in huiuſmodi cauſſis miſericordi er exhibetis. *Hæc Gregorius, cuius alia ibidem* 55 *eiuſdem argumenti extat ad Chlotharium* II *tum Regem Francorum Neuſtraſiorum epiſtola: in quâ iterum eodem ordine nominat* dil. ctiſſimos filios Laurentium Presbyterum & Mellitum Abbatem. *In eius tum regno erant Epiſcopi Pariſius* Simplicius, *Rotomagi* Melantius, *& Andegaui* S. Licinius *(quem infrà* XIII *Februarij celebramus) omnes prioris epiſtolæ S. Gregorij inſcriptione noti.*

& Chlotharium II *Regem.*

9 *Regreſſus in Britanniam cum ſocijs* S. Laurentius, *ſummâ omnium gratulatione exceptus eſt ob legationem ad Summum Pontificem ex voto atque expectatione ſingulorum expeditam. Teſtabantur illud auxilium cooperatorum adductum, dona illuſtria allata, pallium S. Auguſtino totius Britanniæ Primati & Archiepiſcopo conſtituto miſſum, facultas varios Epiſcopatus erigendi conceſſa, denique S. Gregorij epiſtola ad Auguſtinum, Ethelbertum Regem, eiuſq; coniugem Reginam, in quâ vltimâ honorifica S. Laurentij mentio reperitur.* Remanentes igitur, *inquit S. Gregorius*, dilectiſſimus filius noſter Laurentius Presbyter & Petrus Monachus, qualis erga reuerendiſſimum fratrem & Coëpiſcopum

B noſtrum Auguſtinum gloria veſtra extiterit, quantaque illis ſolatia vel qualem caritatem impenderit, retulerunt. *De eâ Reginâ pluribus agemus* XXIV *Februar. De* S. Petro monacho, *dein* Abbate *primo monaſterij SS Petri & Pauli, egimus* VI *Ianuarij: cuius monaſterij tertius Abbas antè memoratus* Ruffinianus *fuit. Reſumpto mox priſtiſtino viuendi inſtituto, ſtrenuè laboratum eſt, non ſolùm vt Anglo-Saxones aut ab idolorum auito cultu abſtraherentur, veræq; Chriſti religioni iungerentur, aut baptizati ſacroſanctis legibus doctrinâque Catholicâ imbuerentur; ſed etiam vt*

Gratus eius in Britanniâ reditus.

Cum Britonibus & Scotis fruſtrà laboratum.

antiqui Britones Scotiq; fraternâ admonitione inducerentur, ad pacem Catholicam ſecum habendam, & communem euangelizandi Gentibus pro Domino laborem ſuſcipiendum: *quos* Auguſtinus *ad Synodum conuocatos inuenit ſuæ petitioni aduerſarios, vt pluribus proſequitur Beda lib.* 2 *cap.* 2.

10 *Quare in Anglis Saxonibuſq; excolendis duplicandum ſibi laborem rati* SS. Auguſtinus, Laurentius, *aliiq; ſocij, prouincias inter ſe diuiſerunt. Tum namq;, vt tradit Beda cap.* 3 anno Dominicæ Incarnationis DCIV Auguſtinus Archiepiſcopus ordinauit duos Epiſcopos, Mellitum videlicet & Iuſtum; Mellitum ad prædicandum prouinciæ Orientalium Saxonum. Vbi verò hæc prouincia verbum veritatis accepit, fecit Rex Ethelbertus in ci-

Epiſcopi ordinãtur an. 604 *Mellitus,*

C uitate Lundoniâ eccleſiam S. Pauli Apoſtoli, in quâ locum Sedis Epiſcopalis & ipſe & ſucceſſores eius haberent. Iuſtum verò in ipsâ Cantiâ ad Occidentem Epiſcopum ordinauit in ciuitate Rofeceſtre, in quâ Rex eccleſiam B. Andreæ Apoſtoli fecit. *Laurentium verò præ reliquis ſtrenuè ſaluti animarum vacantem S. Auguſtinus iudicauit virum idoneum, qui primam illius Eccleſiæ adoleſcentiam ad ſtatum virilem eſſet perducturus: quare teſte Beâ cap.* 4, ne, ſe defuncto ſtatus Eccleſiæ tam rudis vel ad horam Paſtore deſtitutus vacillare inciperet, *ipſe* adhuc viuens Laurentium Epiſcopum ordinauit *ſibi in Eccleſiâ Dorouernenſi ſucceſſurum.* Sedem *autem* Epiſcopalem, *vt lib.* 1 *cap.* 33. *legitur*, Auguſtinus fecerat in eccleſiâ Romanorum antiquorum opere factâ; *à ſe* in nomine ſancti Saluatoris Dei & Domini Ieſu Chriſti ſacratâ. Fecerat *etiam* monaſterium non longè à ciuitate ad Orientem, in quo eius hortatu Ethelbertus à fundamentis conſtruxit eccleſiam beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quam tamen non ipſe Auguſtinus, ſed ſucceſſor eius Laurentius conſecrauit; *ac* mox, *vt lib.* 2 *cap.* 3 *dicitur*, corpus S. Auguſtini, quod iuxta eccleſiam poſitum fuerat, intrò illatum in porticu illius aquilonari decenter ſepeliuit. Defunctus eſt *autem* S. Auguſtinus ſeptimo Kalendas Iunias, *atque*, *vt addit VVigornienſis*, feriâ tertiâ: *qui characteres conueniunt in annum biſſexti-*

Iuſtus,

Laurentius.

Conſecrat hic eccleſiam SS. Petri & Pauli:

ſuccedit S. Auguſtino 608:

tilem DCVIII *litterâ Dominicali* G F. *ad quem annum etiam* D *obitum eius annotarunt VVeſtmonaſterienſis & Sigebertus. Ab exceſſu ergo S. Auguſtini, Dorouernenſi Eccleſiæ præfuit S. Laurentius annos* X. *menſes* VIII, *dies* VII, *vitâ functus* II *Februarij anno Chriſti* DCXIX. *quem annum confirmat tempus* Melliti *ſucceſſoris, qui apud Bedam cap.* 7, poſtquàm annis quinque rexit Eccleſiam Dorouernenſem, migrauit ad cælos anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo vigeſimo quarto, die octauâ Kalendarum Maiarum. *Quæ autem* Archiepiſcopus Laurentius *illuſtriora peregit, ita cap.* 4, 5. *& 6 deſcribit Beda.* *obit* 619.

§ IV *Vita S. Laurentij in Epiſcopatu, verbis S. Bedæ relata.*

11 LAurentius Archiepiſcopatus gradu potitus, ſtrenuiſſimè fundamenta Eccleſiæ, quæ nobiliter ia- *ſubditos* cta vidit, augmentare, atque ad perfectum debiti cul- *ſuſtruit:* minis, & crebrâ voce ſanctæ exhortationis, & continuis piæ operationis exemplis prouehere curauit. Denique non ſolùm nouæ, quæ de Anglis erat collecta, Eccleſiæ curam gerebat, ſed & veterum Britanniæ incolarum, necnon & Scotorum, qui *a* Hyberniam inſulam Britanniæ proximam incolunt, populis paſtora- E lem impendere ſollicitudinem curabat. Siquidem vbi *Britannos* Scotorum in præfatâ ipſorum patriâ, quomodò & *& Hibernos* Britonum in ipsâ Britanniâ, vitam ac profeſſionem minus Eccleſiaſticam in multis eſſe cognouit, maximè quòd Paſchæ ſolemnitatem non ſuo tempore celebrarent, ſed, vt ſuprà docuimus, *b* à decimâ quartâ lunâ *ad Paſcha* vſque ad vigeſimam Dominicæ Reſurrectionis diem *ritè celebrandum* obſeruandum eſſe putarent; ſcripſit cum Coëpiſcopis *b* ſuis exhortatoriam ad eos epiſtolam, obſecrans eos & conteſtans vnitatem pacis, & Catholicæ obſeruationis cum eâ, quæ toto orbe diffusâ eſt, Chriſti Eccleſiâ tenere, cuius videlicet epiſtolæ principium hoc eſt: Dominis cariſſimis Fratribus, Epiſcopis vel Abbatibus, *miſſâ epiſtolâ* per vniuerſam Scociam, Laurentius, Mellitus & Iuſtus Epiſcopi, ſerui ſeruorum Dei. Dum nos Sedes Apoſtolica more ſuo, ſicut in vniuerſo orbe terrarum, in his occiduis partibus ad prædicandum gentibus paganis dirigeret, atque in hanc inſulam, quæ Britannia nuncupatur, contigit introiſſe, antequàm cognoſceremus, credentes quòd iuxta morem vniuerſalis Eccleſiæ ingrederentur, in magnâ reuerentiâ ſanctitatis tam Britones quàm Scotos venerati ſumus. Sed cognoſcentes Britones, Scotos meliores putauimus. Scotos verò per *c* Daganum Epiſcopum in hanc, quam ſuperiùs *c* memorauimus, inſulam, & *d* Columbanum Abbatem *d* in Gallis venientem, nihil diſcrepare à Britonibus in eorum conuerſatione didicimus. Nam Daganus Epiſcopus ad nos veniens, non ſolùm cibum nobiſcum, ſed nec in eodem hoſpitio, quo veſcebamur, ſumere voluit. Miſit idem Laurentius cum Coëpiſcopis ſuis etiam Britonum Sacerdotibus litteras ſuo gradui condignas, quibus eos in vnitate Catholicâ confirmare *conatus inducere:* ſategit. Sed quantùm hæc agendo profecerit, adhuc *e* præſentia tempora declarant. *e*

12 His temporibus venit Mellitus Lundoniæ Epiſcopus Romam, de neceſſariis Eccleſiæ Anglorum cauſſis cum Apoſtolico Papâ *f* Bonifacio tractaturus. *f* Et cùm idem Papa reuerendiſſimus cogeret ſynodum *profectio Romam S.* Epiſcoporum Italiæ, de vitâ monachorum & quiete *Mellito,* ordinaturus, & ipſe Mellitus inter eos aſſedit anno octauo Imperij *g* Focatis Principis, Indictione decimatertiâ, tertiâ die Calendarum Martiarum; vt quæ- *g* que erant regulariter decreta, ſuâ quoque auctoritate *anno* 610, ſubſcribens confirmaret, ac in Britanniam rediens, ſecum Anglorum Eccleſiæ *h* mandata atque obſeruanda deferret vnà cum epiſtolis, quas idem Pontifex Deo *accipit à Bonifacio Papâ litteras.* dilecto Archiepiſcopo Laurentio, & Clero vniuerſo, *h* ſimiliter & Edilbertho Regi, atque genti Anglorum direxit.

13 Anno

A 13 Anno ab Incarnatione Dominicâ ſexcenteſimo decimo ſexto (qui eſt annus vicesimus primus, ex quo Auguſtinus Epiſcopus cum ſociis ad prædicandum genti Anglorum miſſus eſt) Edelberthus Rex Cantuariorum poſt regnum temporale, quod quinquaginta & ſex annis gloriouſſimè tenuerat, æterna cœleſtis regni gaudia ſubiit. At verò poſt mortem Edelberthi, cum nimis eius Eadbaldus regni gubernacula ſuſcepiſſet, magno tenellis adhuc ibi Eccleſiæ crementis detrimento fuit. Siquidem non ſolùm Chriſti fidem recipere noluerat, ſed & fornicatione pollutus eſt tali, qualem nec inter gentes audiam Apoſtolus teſtatur, ita vt vxorem patris haberet. Quo vtroque ſcelere occaſionem dedit ad priorem vomitum reuertendi iis, qui ſub imperio ſui parentis, vel fauore vel timore regio, fidei & caſtimoniæ iura ſuſceperant. Nec ſupernæ flagella diſtrictionis perfido Regi caſtigando vel corrigendo defuêre. Nam crebrâ mentis velaniâ, & ſpiritus immundi inuaſione premebatur. Auxit autem procellam huiuſmodi perturbationis etiam mors *k* Seberthi Regis Orientalium Saxonum, qui vbi regna perennia petens *l* tres filios ſuos, qui pagani perdurauerant, regni temporalis hæredes reliquit; cœperunt illi mox idololatriæ, quam viuente eo aliquantulùm intermiſiſſe videbantur, palàm ſeruire, tubiectiſque populis idola colendi liberam dare licentiam. Cumque viderent Pontificem celebratis in eccleſiâ Miſſarum ſolemnis, Euchariſtiam populo dare, dicebant (vt vulgò fertur) ad eum, barbarâ inſiti ſtultitiâ: Quare non & nobis porrigis panem nitidum, quem & patri noſtro Saba (ſic namque eum appellare conſueuerant) dabas, & populo adhuc in eccleſiâ dare non deſiſtis. Quibus ille reſpondebat: Si vultis ablui fonte illo ſalutari, quo pater veſter ablutus eſt, poteſtis etiam panis ſancti, cui ille participabat, eſſe participes: ſin autem lauacrum vitæ contemnitis, nullatenùs valetis panem vitæ percipere. At illi, Nolumus, inquiunt, fontem illum intrare: quia nec illo opus nos habere nouimus, ſed tamen pane illo refici volumus. Cumque diligenter ac ſæpè ab illo eſſent admoniti, nequaquàm fieri poſſe, vt abſque purgatione ſacroſanctâ quis oblationi ſacroſanctæ communicet, ad vltimum furore commoti aiebant: Si non vis aſſentire nobis in tam facili cauſsâ, quam petimus, non poteris iam in noſtrâ prouinciâ demorari. Et expulerunt eum, ac de ſuo regno cum ſuis abire inſſerunt.

14 Qui expulſus inde venit Cantiam, tractaturus cum Laurentio & Iuſto Coëpiſcopis, quid in his eſſet agendum. Decretumque eſt communi conſilio, quia ſatiùs eſſet, vt omnes in patriam redeuntes, liberâ ibi mente Domino deſeruirent, quàm inter rebelles fidei Barbaros ſine fructu reſiderent. Diſceſsêre itaque primò Mellitus ac Iuſtus, atque ad partes Galliæ receſsêre, ibi rerum finem expectare diſponentes. Sed non multo tempore Reges, qui præconem à ſe veritatis expulerant, dæmoniis cultibus impunè ſeruiebant. Nam egreſſi contra gentem *m* Geuiſſorum in prælium, omnes pariter cum ſuâ militiâ corruerunt: nec ſic (licet auctoribus perditis) excitatum ad ſcelera vulgus potuit corrigi, atque ad ſimplicitatem fidei & caritatis, quæ eſt in Chriſto, reuocari.

15 Cùm verò Laurentius Mellitum Iuſtumque ſecuturus, ac Britanniam eſſet relicturus, inſſit ipsâ ſibi nocte in eccleſiâ beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, de quâ frequenter iam diximus, ſtratum parari: in quo cùm poſt multas preces ac lacrymas ad Deum pro ſtatu Eccleſiæ fuſas, ad quieſcendum membra poſuiſſet, atque obdormiſſet, apparuit ei beatiſſimus Apoſtolorum Princeps, & multo illum tempore ſecretæ noctis flagellis acrioribus afficiens, ſciſcitabatur Apoſtolicâ diſtrictione, quare gregem, quem ſibi ipſe crediderat, relinqueret, vel cui paſtorum oues Chriſti in medio luporum poſitas fugiens ipſe dimitteret? At mei, inquit, oblitus es exempli, qui pro paruulis Chriſti, quos mihi in indicium ſuæ dilectionis commendauerat, vincula, verbera, carceres, afflictiones, ipſam poſtremò mortem, mortem autem crucis, ab infidelibus & inimicis Chriſti, ipſe cum Chriſto coronandus pertuli? His B. Petri ſtigellis ſimul & exhortationibus animatus famulus Chriſti Laurentius, mox manè facto venit ad Regem, & retecto veſtimento, quantis eſſet verberibus laceratus, ei oſtendit: qui multùm miratus, & inquirens quis tanto viro tales auſus eſſet plagas inſligere? Vt audiuit, quia cauſsâ ſuæ ſalutis Epiſcopus ab Apoſtolo Chriſti tanta eſſet tormenta plagaſque perpeſſus, extimuit multùm: atque anathematizato omni idololatriæ cultu, abdicato connubio non legitimo, ſuſcepit fidem Chriſti, & baptizatus, Eccleſiæ rebus, quantùm valuit, in omnibus conſulere ac fauere curauit. Miſit etiam in Galliam, & reuocauit Mellitum & Iuſtum, eoſque ad ſuas Eccleſias liberè inſtituendas redire præcepit. Qui poſt annum ex quo abierant reuerſi ſunt, & Iuſtus quidem ad ciuitatem Rhofis cui præfuerat, rediit. Mellitum verò Londonienſes Epiſcopum recipere noluerunt, idololatris Pontificibus magis ſeruire gaudentes. Non enim tanta erat ei, quanta patri ipſius regni poteſtas, vt etiam nolentibus ac contradicentibus paganis Antiſtitem ſuæ poſſet Eccleſiæ reddere. Verumtamen ipſe cum E ſuâ gente, ex quo ad Dominum conuerſus eſt, Diuinis ſe ſtuduit mancipare præceptis. Denique & in monaſterio beatiſſimi Apoſtolorum Principis, eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis fecit, quam conſecrauit Archiepiſcopus Mellitus.

16 Hoc enim regnante Rege, beatus Archiepiſcopus Laurentius regnum cæleſte conſcendit; atque in eccleſiâ & monaſterio ſancti Apoſtoli Petri, iuxta prædeceſſorem ſuum Auguſtinum ſepultus eſt, die quarto Nonarum Februariarum. Poſt quem Mellitus, qui erat Londoniæ Epiſcopus, Sedem Doruernenſis Eccleſiæ tertius ab Auguſtino ſuſcepit.

i *Moritur Ethelbertus Rex anno 616:*

ſuccedunt in Cantio Eadbaldus Rex,

1 Cor. 5. 1

In Synodo Epiſcoporũ, diſceſſu ex Britanniâ concluſo,

C

m

S. Laurentius à S. Petro

verberibus exceptus,

k *apud Saxones Orientales filij Seberthi,*

l *idololatræ.*

B

Ex V. Beda, D

vibicibus oſtenſis conuertit Regem:

moritur.

a *Ionas in Vitâ S. Columbani.* Hiberniæ inſulam gens Scotorum incolit. *Ita etiam Iſidorus Hiſpalenſis lib. 14 Originum cap. 6, & alij paſſim.* *Scotia Hibernia.*

b *VVilfridus contra Scotos apud Bedam lib. 3 cap. 25 ita loquitur:* Petrus à quintâ decimâ Lunâ vſque ad vigeſimam primam diem Paſchæ Dominicũ celebrabat, quod vos non facitis, qui à decimâ quartâ vſque ad viceſimam Lunam diem Dominicum Paſchæ obſeruatis, ita vt tertiâ decimâ Lunâ ad veſperam ſæpius Paſcha incipiatis. *Ita hanc traditionem à S. Petro & Apoſtolis acceptam ſcribit ad Nectanium Regem Pictorum Ceolfridus apud Bedam lib. 5 cap. 22. At Galli ſecuti Victorij Canonem à Luna XVI ad XXII ſuas olim Dominicas Paſchales celebrauerant: quæ etiam ratio Paſchalis in cyclo Proſperiano annorum 84 traditur apud Bucherium. Britannos autem iuxta Sulpitij Seueri regulam 84 annorum cyclum in Paſchate deſignando obſeruaſſe tradit Aldhelmus epiſtolâ ad Geruntium inter Bonifacianas num. 44.* *Paſchale celebratum à 14 Lunâ,*

F

c *Daganum hunc inter Sanctos Hiberniæ celebrat Colganus 12 Martij.*

d *Colitur S. Columbanus 21 Nouemb. Degebat is tum in Luxouienſi cœnobio à ſe extructo ſub Sigeberto, auo Theoderici & Theodeberti ſub quibus hi per Galliam in Britanniam venerant.*

e *Circa annum 731, quo hiſtoriam abſoluit Beda: tum Britones in ſuo ritu Paſchali perſeuerabant, quos in Boreali Cambriâ ab Elbodio Epiſcopo Venedotiæ ad Romanam obſeruandam Paſchatis conſuetudinem addictos fuiſſe tradit Hunfredus Lhuyd in fragmento deſcriptionis Britanniæ folio 55. Hunc autem Elbodium anno 809 obiiſſe tradit ex Caradoci Lancaruanenſis Chronico Vſſerius in Britannicarum Eccleſiarum antiquitatibus cap. 6. At Scoti in Hiberniâ Auſtrali primò apud Bedam lib. 3 cap. 3. tum alij Scoti in Hiberniâ non ſubditi monaſterio Hyenſi lib. 5 cap. 16 d. in Picti in Septemtrionali Britanniæ eodem lib. 5 cap. 22, denique monachi Hyenſes cap. 23 ad Canonicum Paſchæ ritum perducti ſunt circa annum 716.* *perducti ad Paſcha legitimum Britones Scoti, Picti,*

f *Bonifacius IV ſedit ab anno 607 ad 614.*

g *Phocas regnauit à 23 Nouemb. an. 602 ad 610, quo eius octauo & vltimo hæc Synodus Roma habita.*

h *Alia MSS.* mandanda.

i *Ita Saxonicè, at in Latinis codicibus* annis XIII *loco* XVI *per errorem ſcriptus fuit.*

AVCTOR. G.H.

k *Aliàs*, Saberethi, & Seberti.

l *Vocantur hi* Sexredus, Sevvardus, & Sigebertus.

A m *Beda lib.3 cap.7* Occidentales Saxones antiquitus Geniſſe vocatos *tradit: eos ad fidem Chriſti conuertit S. Birinus Epiſcopus, quicolitur 3 Decemb.*

§ V *Miracula in vitâ & poſt mortem, ex Legendâ Joan. Capgrauij.*

a Ambulat ſuprà mare, nautâ ſubmerſo:

17 PErgens B. Laurentius in *a* Scotiam, venit in quamdam regionem, vbi tranſitum ſibi & ſociis ſuis maris brachium negabat. Cumque reſideret in proximo colle, nauem expectans, qui hodie Collis-Laurentij vocatur; viſum tandem nautam obſecrat, vt tranſmittatur. Sed homo à Diuinâ & humanâ pietate alienus, preces ſupplicis dum refutat; ſupernâ indignatione, non ſolùm hiatus maris, ſed cœleſtis flamma mox impium cum ſuâ naui deuorauit. Quod videns

b vir Dei, plenus fide & Spiritu ſancto, *b* mare tamquàm campum ingreditur, & vndoſos montes ac ſi ſolidos pedibus calcans, in aliud littus ſiccis pedibus tranſducitur.

B 18 In vico quodam Euangelium prædicans, cùm nullum qui eum reciperet inueniret; cum exprobratione expulſus, ſub quadam ſepe nocte illâ requieuit: & ſplendor ſolaris de cælis effuſus, teſtem Domini circumfulſit, & noctem illam ſibi in diem conuertit. Illum verò malignum plebis viçum, qui nuntium ſalutis exterminauit, iactum de ſuperis fulmen cum omnibus ſuis ſubitò conflagrauit, & in perpetuam ſolitudinem totum locum ipſum vt Sodomam peſſumdedit.

noctu lumine illuſtratur, vico combuſto

c ſuadet Ternano Paſchæ obſeruationem legitimam:

19 Prædicante viro Dei vbique in Scotiam verbum Dei, & famâ eius latè diffusâ, S. *c* Ternanus Hiberniæ Archiepiſcopus ad eum venit, vir tantæ ſanctitatis vt tres mortuos ſuſcitaſſe dicebatur. Qui audiens B. Laurentium de Paſchæ obſeruatione aliiſque Apoſtolicis inſtitutionibus diſputantem, dedit manus veritati, & ſuam gentem in poſterum corrigere ſatagebat.

mortuum reſuſcitat:

20 Regreſſus tandem Sanctus Dei, inuenit cuiuſdam hoſpitis ſui filium defunctum, patremque & matrem luctuoſos valdè, qui voce magnâ clamantes dixerunt: O Sancte Laurenti, reſuſcita filium noſtrum, vt fideliùs credamus in illum, quem prædicas Ieſum Chriſtum. Qui factâ oratione, Surge, puero dixit: ſtatimque ille ſurrexit: qui teſtabatur obnixè ſe à teterrimis ſpiritibus ad flammea tartara raptum; ſed orante S. Laurentio, à lucifluis Angelis Dei ad corpus reductum. Quo cum patre & matre & totâ domo & cognatione baptizato, vir ſanctus regionem penetrans, ſigna & documenta ſalutaria vbique oſtendit, & iuxta quamdam vrbem in locis arentibus fontem aquæ produxit, qui hactenùs indeficienti vbertate manare non deſinit.

C

fontem producit.

d Ad templũ S. Laurentij negatur acceſſus fœminæ.

21 In villâ quadam nomine *d* Fordunâ eccleſiam in honore ipſius poſt eius obitum incolæ condiderunt, quæ tanto ſanctimoniæ candet priuilegio, vt nulla vnquam fœminarum hanc intrare poſſit. Deo autem amabilis Regina Scotiæ S. *e* Margareta, piâ religione cum cereis aliiſque ſacris oblationibus cœpit hanc velle intrare. Cui ad portam atrij occurrentes Canonici

e

inſtanter orant, ne tranſgrediatur legem ſacroſancti inſtituti, & offenſam incurrat ibi præſidentis Patroni. At illa reſpondens ſe potiùs ſacrum locum honorare & exaltare velle, vrget propoſitum. Vix atrium attigerat, cùm ſubitò diris totius corporis ſtimulata cruciatibus, exclamare cœpit: Citò, inquit, me hinc auferte: ecce iam morior. Orantibus pro eâ Clericis, Regina ſalute receptâ eccleſiam cruce argenteâ & calice præcipuo aliiſque donis exornat, & S. Laurentium iugi veneratione inuocat, quem adire corpore nequibat. Anno autem Domini ſexcenteſimo decimo nono S. Laurentius *f* tertio Nonas Februarij relinquens hoc ſeculum iuxta S. Auguſtinum ſepultus eſt. *f*

D

22 Aduena Saxonicus, innatis tergo calcaneis, poſt innumera Sanctorum quæſita patrocinia, venit in Angliam, & apud Weſtmonaſterium Diuinum accepit oraculum, ſalutem ſibi quærendam apud S. Auguſtinum Anglorum Apoſtolum. Quo cùm poſt triduum orationibus inſtitiſſet; tres Angelicæ claritatis perſpexit viros, ſuperno ſplendore radiantes, quorum medius ſtaturâ procerus, cæſariem habebat cæleſti niue dealbatam; aſpectus eius dulcis & amabilis, vltra mortalem nitorem ſua lumina exhibebat. Crucis verò ſignum, quod in dextrâ ferebat, ineffabili ſplendore rutilabat. Qui à dextris eius erat, mediocrem ſtaturam præferebat: ſiniſter autem lateralis Zachæum præferebat ſtaturâ. Omnium verò indumenta ſuper humanum intellectum erant glorioſa. Appropinquantibus illis ægro, qui in medio eorum erat, dixit: Ite, & ſolutis natiuis neruorum nexibus eum in ſtatum ſuum erigite. Protinus dexter à capite, ſiniſter à pedibus inuoluta membra extricauit. Cùm autem æger exclamaret, ſanitate receptâ, ſingulos Sanctos tumulos ſuos intrare conſpicatur. Sanctus autem Auguſtinus erat in medio, à dextris S. Laurentius, & à ſiniſtris S. Mellitus Epiſcopus.

Innati tergo calcanei

E

tolluntur à SS. Auguſtino, Laurentio & Mellito apparentibus.

a *Acceſſum S. Laurentij ad Scotos tradunt ex Gul. Spinâ de Abbatibus, Harpsfeldius & Maihevvius.*

b *Has videri* miras S. Laurentij virtutes *à Goſcelino deſcriptas ſuprà diximus, nec eamdem cum Beda hiſtoriâ mereri fidem.*

c *Harpsfeldio*, Ternaus & Teruanus. *colitur* Teruanus, *ſeu* Ternanus *Epiſcopus Pictorum* 12 *Iunij. ſed hoc ſenior. Alius* Trenanus *monachus* 23 *Martij* & Trienanus *Abbas* 22 *Martij referuntur à Colgano.*

F

d Forddum *locus Scotiæ, in quo obiit* S. Palladius, *vt dicetur 6 Iulij.*

e S. Margareta, *vxor Malcolmi* III, *obiit anno* 1093, *apud Rogerium Houedenum, quo citato obitum refert Baronius ad annum* 1097. *de eâ agemus* x *Iunij.*

f *imò* quarto Nonas.

§ VI *Epitaphium ſepulcro adſcriptum, ex Harpsfeldio.*

HIC SACRA, LAVRENTI, SVNT SIGNA TVI MONVMENTI.

TV QVOQVE IOCVNDVS PATER, ANTISTESQVE SECVNDVS,

PRO POPVLO CHRISTI, SCAPVLAS DORSVMQVE DEDISTI:

ARTVBVS (HVI!) LACERIS MVLTA VIBICE MEDERIS.

DE S. ADALBALDO DVCE
MARITO S. RICTRVDIS,
IN BELGIO ET AQVITANIA.

Commentarius præuius. G. H.

§ *IS. Adalbaldi Vita ſcripta. Reliquiæ tranſlatæ. cultus ſacer.*

CIRCA AN. CHR. DCLII. II FEBR. *S. Adalbaldi vxor S. Rictrudis, 4 liberi ſancti,*

1 *ILluſtri nobilitate & virtute effulſit ſeculo Chriſti ſeptimo ſanctiſſimi* Adalbaldi *familia, cuius coniux ſancta atque ex eâ quatuor liberi ſancti, omnes Eccleſiaſtico cultu honorantur* : Rictrudis vxor XII *Maij*, Maurontus *filius* V *Maij: cuius patrocinio implorato vrbem Duacenſem ab hoſtibus liberatam fuiſſe retulimus* VI *Ianuarij. Præcipua filiarum* S. Euſebia *Abbatiſſa Hamaticenſis,* B *colitur* XVI *Martij : aliæ ſunt* Clotſendis *Abbatiſſa Marchianenſis, &* Adallendis *in iuuentute mortua : illi ſacer eſt* XXX *Iunij dies, huic* XXIV *Decembris. Accedit horum proauia, &* S. Adalbaldi *auia,* S. Gertrudis, *Hamatici ad Scarpum monaſterij fundatrix ac prima Abbatiſſa, cuius natalis incidit in* VI *Decembris. Ioannes Pieſpordius in Stemmate Principum Habſpurgo Auſtriacorum, alterum* SS. Adalbaldo *&* Rictrudi *adſcribit filium* S. Vrſinum, *qui* mundo & vxore valdè opulentâ relictis, in ſolitudine Deo ſoli ſeruiens, vitam tranſegerit : *de quo altiſſimum aliorum ſcriptorum ſilentium, vt infrà conſtabit.*

auia S. Gertrudis.

2 *Primus, quantum aſſequimur,* S. Adalbaldi *meminit* Hucbaldus monachus Elnonenſis in Actis S. Rictrudis *vxoris , quæ is, tum ex relatione ac traditione ſeniorum, tum ex monumentis nonnullis hiſtoricis, ab Nordmannicâ populatione ſeruatis , anno Chriſti* CMVII *ad* Stephanum Leodienſem Epiſcopum *conſcripſit. Altera eius mentio eſt in* Vitâ S. Euſebiæ *filiæ, ſiue auctor eius fuerit idem* Hucbaldus, *vti cenſebat Roſvveydus, ſiue alius potiùs, qui veſtigia Hucbaldi ſecutus, hanc ſuo ſtylo poliuit. In vtriſque his Actis cultus aliquis ad reliquias* S. Adalbaldi, *ſigni à Deo & miraculis excitatus, profertur : in ſecundis etiam* par Martyribus Adalbaldus *habetur. Vtriuſque epitomen quamuis non multùm diſcrepantem infrà damus, quò certior rerum* Adalbaldi *notitia hauriatur. Vtraque deinde Vita carmine heroico deſcripta fuit. Priorem, S. Rictrudis edidit* Ioannes monachus Elnonenſis *ad* Stephanum monachum Gandenſem, nobilem Doctorem, *vti appellat,* & perfectæ eruditionis doctrinâ adornatum, rogante imò præcipiente Epiſcopo Cameracenſis Eccleſiæ Erluino , *qui in eâ dignitate vixit ab anno* CMLXXXXVI, *ad annum* MXI *aut ſequentem. Hic Poëta* Adalbaldum *inuocat* Patronum, eoque interueniente, ſigna, virtutes *&* munera præſtari *depingit. Alter Poëta in* Vitâ S. Euſebiæ, Adalbaldum *primus* Martyrem *appellat, caputq; abſciſſum deſcribit in comitatu Angelorum ad locum ſepulturæ propriis manibus detuliſſe. Auctor à Molano in Additionibus Vſuardi ad* XVI *Martij habetur* quidam profundioris ſcientiæ, *qui eiuſdem* Euſebię actionum geſta & prosâ & carmine ediderit. *At Raphaël Beauſchampius tractatu de VVeſtergothis, ad hiſtoriam Franco-Merouingicam Andreæ Siluij adiuncto , ſub nomine* Ioannis monachi Benedictini *allegat. à quo prius poëma de* S. Rictrude *habemus elaboratum. Ex vtroque epitomen rerum ad* S. Adalbaldum *ſpectantium damus. Subdimus deinde paruum fragmentum ex lib.* I *Synopſeos Franco-Merouingicæ memorati* Andreæ Siluij , *qui* Archipriot monaſterij Marchianenſis *hanc ſuam hiſtoriam, ad annum* MCXCIV *deductam, inſcripſit* Petro Attrebatenſi Epiſcopo *conſecrato circa annum* MCLXXXIV , *vitâ functo anno* MCCIII. *Alia apud eoſdem Marchianenſes, & iiſdem ferè temporibus, edita* Vita S. Rictrudis, *plurimis miraculis illuſtrata quorum aliquod fuit anno* MCLXVIII *patratum: quin reliquiæ eiuſdem* Rictrudis *an.* MCLXIV, *ab* Archiepiſcopo Remenſi Henrico Magno, *Regis Ludouici* VI *ſeu Craſſi filio, &* Andreâ Epiſcopo Atrebatenſi, *referuntur tranſlatæ. Demum* Chronicon Eccleſiæ Marchianenſis *ſub* Simone Abbate *viceſimo, qui ſtatuitur anno régiminis* E III, *Chriſti* MCCII, *è viuis deceſſiſſe, à quopiam Marchianenſi conſcriptum eſt. Buzelinus lib.* I. *Gallo Flandriæ. cap* 41, *in Simone Abbate, auctorem huius Chronici cenſet eumdem* Andream Siluium , *cui nonnulli etiam adſcribunt* Vitam S. Rictrudis *antè indicatam. Singula inde encomia excerpimus, in quibus varij fratres* S. Adalbaldi *aſſignantur, dignitas Ducis extollitur , & plura poſſeſſionum loca indicantur, quæ §§ ſequentibus illuſtrabimus.*

VI

VII.

3 *Reliquias* S. Adalbaldi *ex agro Petragorico* Elnonem, *quod monaſterium S. Amandi dicitur, tranſlatas fuiſſe docemur in Chronico Marchianenſi : cui adſtipulatur Poëmatis fragmentum apud Beauſchampium,* à probo, *vt hic inquit,* iuxtà atque erudito Elnonenſi aſcetâ editum, *cuius verſus hos profert paginâ* 424.

Reliquiæ Elnonem delatæ.

Te tua Mirciadis priùs agnita, Ionathe, virtus
Traxit ad Elnonis fræna regenda domus:
Tempore, Waſconicis quo Dux Adabaldus in oris
Prædonum rigido cæſus ab enſe cadit.
Quem lacrymis ſuffuſa genas Elnone recondit
Rictrudis, tumulo claudit & oſſa breui.

Elnonenſe monaſterium, viuo adhuc S. Adalbaldo, Ionatho *huic à* S. Amando *circa annum* DCL *commiſſum fuiſſe dicemus ad huius Vitam* VI *Februarij. Potuit etiam* S. Amandus, (*nam aliquot pòſt annis in Aquitaniam profectus eſt*) *corpus* S. Adalbaldi *iam antè occiſi obtinuiſſe, illudq; Elnonem ad ſuum monaſterium retuliſſe, ibiq; in ſepulchro, aut olim à* S. Adalbaldo, *aut tunc à* S. Rictrude *erecto, condidiſſe. Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij* II *Februarij ſcribit in* Catalogo *quodam* Sanctorum Hannoniæ *le-* F *gi*, caput S. Adalbaldi apud Petragoricum haberi, licet corpus ad S. Amandum in terrâ ſit : feſtumque eius ſolenniter in Aquitaniâ fieri. Quod *cum Molano* inde certiùs cognoſci velimus.

4 *Caput* S. Adalbaldi *cum brachio Duacum tranſlatum fuiſſe legitur in codice MS. Eccleſiæ Duacenſis S. Amati, qui vulgò Liber argenteus inſcribitur , ex quo tradit hæc Beauſchampius, paginâ* 419. Anno gratiæ MCCXXXI, XVII Kalend. Maij, allatum eſt per Robertum Præpoſitum caput cum brachio B. Adalbaldi patris S. Mauronti, & brachium S. Gertrudis proauiæ S. Mauronti, à monaſterio S. Amandi ab Abbate & monachis eiuſdem loci ſuſcepta : & in eccleſiâ S. Amati Duaci ſunt repoſita honorificè. *Hæc ibi.* Robertum de Gondelcort *cognominari* Præpoſitum *interponit Beauſchampius. Arnoldus Raißius Duaci in Eccleſiâ S. Petri Canonicus, in ſuo Hierogazophylacio Belgico, vtriuſque ſolùm brachij meminit, non verò capitis :* S. Amati, *inquit,* inſignis collegiata Eccleſia Duaci, præter Sanctorum quatuor corpora, etiam debito honore in ſacrario aſſeruat , & in altari ſolennioribus anni feſtiuitatibus venerandas exponit ſubſequentium Sanctorum reliquias . . . Brachium S. Adalbaldi Ducis Duacenſis & Martyris, S. Mauronti patris . . . Brachium S. Gertrudis proauiæ S. Mauronti, fundatricis & primæ Abbatiſſæ Hamaticenſis cœnobij. Duo hæc brachia allata ſunt ad huius Eccleſiæ ſa-

brachium Duacū ad templum S. Amati.

AVCTORE G. H.

crarium per Robertum Præpoſitum huius collegiatæ eccleſiæ anno Domini MCCXXXI, XVII Kalendas Maias. Anno MDXLVIII nouis lipſanothecis condecorata ſunt. *Hæc Raißius, qui inter reliquias monaſterij Amandini nullas huius* Adalbaldi *recenſet, vt videatur non amplius iſtic corpus reliquum extare: monaſterium verò Marchianenſe ſcribit idem Raißius condecorari corporibus* S. Rictrudis *& trium filiarum, ac memoratæ antè* Gertrudis, *nullâ* S. Adalbaldi *factâ mentione, vt deinceps cultus eiuſdem potißimùm apud Duacenos videatur continuatus.*

A

5 *In collegiatâ igitur S. Amati Eccleſiâ Duacenſi amplum & peregregium ſacellum eſt, cum aræ S. Mauronto eiuſq; parentibus ſacrâ: in quâ ſublimes ab immemorabili tempore eorum ſtatuæ honori cultuiq; publico expoſitæ ſunt: vbi primus viſitur* S. Adalbaldus, *liliis inſpersâ veſte indutus, librum dexterâ, ſiniſtrâ gladium portans: tum* S. Maurontus *inter vtrumque parentem medius, habitu iliuſtris, dexterâ ſceptrum, læuâ ædem turritam geſtans: tertia demum* S. Rictrudis *habitu ſanctiore Benedictino venerabilis, æde ſacrâ Marchianenſi manu impoſitâ.*

Statua Duaci in altari:

6 *Præterea in interiore eiuſdem S. Amati eccleſiæ ſacrario, vbi ſacras reliquias reponi diximus, ſeruatur* Catalogus Sanctorum *peruetuſto charactere exaratus, in quo* S. Adalbaldo Duci *inter* Martyres Chriſti *locus & ordo congruus aßignatur. Imò in appenſâ ibidem parieti præcipuorum eius Eccleſiæ Patronorum tabellâ antiphonariâ MS. maioribus litteris hæc leguntur:* pro Commemoratione S. Adalbaldi patris S. Mauronti, Antiphona. Iſte eſt, qui propter ſuum martyrium factus eſt perfectus amicus Dei. *Ver.* Gloriâ & honore *&c.* Oratio. Adeſto, quæſumus, Domine, populo tuo, vt Martyris tui Adalbaldi merita præclara ſuſcipiens, ad impetrandam miſericordiam tuam ſemper eius patrociniis adiuuemur. Per Dominum noſtrum *&c. Quæ eadem retulit Beauſchampius pagiuâ 413 & ſequente. Porrò* Martyr *dicitur* Adalbaldus, *quòd vitæ innocentiâ ſpectabilis, nefariè ab improbis hominibus fuerit occiſus. Idem* VII *&* VIII *Ianuarij contigiſſe SS. Canuto Lavvardo & Balduino Archidiacono Laudunenſi diximus. Potuit etiam iuſtitiæ ac ſinceriorís fidei tuendæ ſtudio prouocaſſe in ſe odia ſceleratorum Vaſconum, qui à Baudemondo auctore coacto in Vitâ S. Amandi dicuntur* auguriis & omni errori dediti, idola etiam pro Deo colüiſſe.

B

nomen inter Martyres:

Antiphona,

& Oratio.

an Martyr.

7 *Diem eius natalem ad* IV *Nonas Februarij, ſeu tunc interfectus fuerit, ſiue in ſacris ſuis reliquiis Elnonem delatus, annotant paſſim recentiores; Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij, Ferrarius in noüo Catalogo Sanctorum, Martyrologia Gallico idiomate Leodij & Montibus Hannoniæ edita, Sanderus lib.* 2 *de Sanctis Flandriæ, Miræus in Indice ad Faſtos Belgicos, Sauſſaius in ſupplemento Martyrologij Gallicani, cuius vnius elogium apponimus:* In agro Petragorico, *inquit,* paſſio S. Adalbaldi Ducis Duacenſis, qui ſanctus maritus ſanctæ coniugis, & ſanctæ prolis quaternæ pater (fuit enim S. Rictrudis maritus, & ex eâ genitor S. Mauronti Abbatis & Leuitæ & Sanctarum Virginum Clotſendis, Euſebiæ & Adelſendis) nobilitate non ſolùm, at inſuper virtute & ſapientiâ clarus, pietateque maximè præcellens, cùm in Vaſconiam profectus eſſet, ſincerus iuſtitiæ cultor, ac eximius religionis vindex, à malignis hominibus iniquè interemptus eſt: ſed Deus iuſtum ſuum mirificauit, editis ad eius tumulum pleriſque prodigiis, quibus ipſum apud ſe beatum viuere voluit teſtificari.

Memoria in Martyrologiis.

C

§. II. *S. Adalbaldi nobilis proſapia.*

Mater Gerberta, auia S. Gertrudis:

8 ADalbaldum *natione* Francigenam, matre Gertrudâ, S. Gertrudis in Hamatico monaſterio quieſcentis *filiâ, natum tradunt Hucbaldus, & Ioannes vterque in Vitâ S. Rictrudis: confirmat auctor Vitæ S. Euſebiæ. Hæc certiora ſunt. Silent hi ceteris antiquiores, nomina fratrum, patris, & vtriuſq; aui S. Adalbaldi. Quatuor illi fratres adiungit Andreas Siluius,* Sigefridum, Erchenoaldum, Erlulfum & Landonem. *Ex his* Sigefridus Comes Pontiuenſis, *maritus* S. Berthæ, *dein* Abbatiſſæ Blangiacenſis: *cùi huius Acta* IV *Iulij* fratrem *fuiſſe tradunt* coniugem S. Rotrudis, *qua Rictrudis eſt. Chronicon Marchianenſe eum* Sigebertum Comitem *appellat, & cum* Erchenoaldo fratrem Adalbaldi *ſtatuit. Alter ergo* Erchenoaldus, *Siluio* Herchenaldus. Maior Domus & Patricius Chlodouæi II, *monacho Marchianenſi infrà Epitomè 6 ex Vitâ S. Rictrudis* Archenaldus ſecundus à Rege, trium conſtructor Eccleſiarum, frater Adalbaldi. *Palatio Chlodouei* II *eum præfectum fuiſſe anno regni* III, *Chriſti* DCXLVI, *docuimus ad Vitam S. Sigeberti Regis* 1 Februarij § 10, *vbi etiã de anno infelicis eius mortis actum. Tertius Adalbaldi frater* Ernulfus, *ſortè Fredegario cap.* 83, *&* *Aimoino lib.* 4 *cap.* 37, Ainulfus Comes, *ab Ermenfrido genero Ægani deceſſoris in præfecturâ palatij dicti Erchenoaldi, anno eodem* DCXLVI *interemptus. Quartus frater* Lando, Remenſis ſcilicet Archiepiſcopus, *vt Siluium explicant Beauſchampius & alij. Fuit autem* Lando *apud Flodoardum lib.* 2 *hiſtoriæ Eccl. Remenſis cap.* 6 vir illuſtriſſimus & multorum poſſeſſor prædiorum, tempore Sigeberti Regis.

fratres creãtur,

Ernulfus,

& Lando:

D

Sigefridus,

Erchenoaldus,

9 *Hæc de quatuor* Adalbaldo *à Siluio aßignatis fratribus, quibus ob eiuſdem Siluij verba infrà referenda alij tres à Beauſchampio adiunguntur:* Arnoldus, *ſiue* Arnoaldus, pater S. Arnulfi Epiſcopi Metenſis; S. Ferreolus Epiſcopus Vſeticenſis, & S. Modericus Epiſcopus Arelatenſis, *quos ille ineptè* Trajectenſem & Auſidienſem Epiſcopos *facit, quorum etiam* ſoror S. Tarſitia *indicatur, quam vult* in Britanniâ Armoricâ apud Rhedonenſes *& olim vixiſſe & etiamnum coli. Quæ de* Ruthenis Aquitaniæ I populo *intelligenda* XV *Ianuarij docuimus ad huius* Tarſitiæ *Vitam. Verba Siluij pro biſce fratribus ex lib.* 1 *Synopſeos Franco Merouingicæ cap.* 16 *hæc proferuntur:* S. Arnulphus, filius Arnoldi, primogeniti filij Ausberti Ducis & Senatoris ex Blithilde filiâ primi Lotharij Regis: ex quâ etiam magni Duces, Herchenoaldus, Adalbaldus & fratres eorum progeniti habentur. *Hinc Beauſchampius hanc Chlotharij filiam binominem facit, vt &* Blithildis *ſit &* Gerberga; *Martinus Lhermite noſter in Hiſtoriâ Sanctorum Gallo-Flandriæ huic binomini* Gerbergæ-Blithildi *maritum* è Regum filiis aut nepotibus *coniungit, ſiue is* Auſelbertus, *ſiue* Ausbertus, *aut alio etiam nomine appelletur. Verùm quo auctore hunc maritum ex Regum filiis aut nepotibus aliquem proferte? Si eius vxor* Blithildis Chlotharij I filia *credatur, is* Ansbertus vir præclarus atque nobilis ex genere Senatorum Dux *eſt, cuius genus & familiam nuper illuſtrarunt Bouchetus de Origine Regum Francorum ſecundæ ſtirpis, Chifletius tractatu ſingulari de nuptiis Ansberti & Blithildis, Dominicius de Ansberti familiâ rediuiuâ: à quibus antiqua monumenta vndique collecta congeruntur. nec vlli ab his prognati liberi reperiuntur, præterquàm* SS. Ferreolus, Modericus & Tarſitia (*quorum vita in cœlibatu ſanctè caſteq; peracta eſt*) & Arnoaldus, *ſiue* Arnoldus, pater S. Arnulfi.

non etiam Arnoldus, S. Ferreolus S. Modericus:

E

nec S. Tarſitia ſoror:

nec parentes Ansbertus, & Blithildis:

F

10 *Sed nec tempora patiuntur ab eiſdem* S. Adalbaldum *& quos eius fratres volunt, prognatos eſſe; à quibus* Sigefridus *ad regnum Theoderici filij Chlodouei poſt annum* DCLXXX *ſuperuixit, cuius & aliorum auus fingitur* Chlotharius I, *patri ſuo Chlodoueo* I *anno* DIX *vitâ functo cum fratribus ſuffectus. Hinc infrà epitome* 7 *auctor Chronici Marchianenſis, (ſiue is memoratus Siluius fuerit, ſiue alius monachus, qui ſimul in eodem monaſterio cum illo vixerit) hanc potiùs* Blithildem Chlotharij II *eiuſq; coniugis* Berétrudæ filiam, & Dagoberti Regis ſororem *facit* ſecundùm quoſdam Chronographos: *è quibus fuerunt Auctor miraculorum S. Genulphi Epiſcopi* XVII *Ianuarij cap.* 2, *& ſortè monachus Egoliſmenſis de Vitâ Caroli Magni, in quorum cœno volutatum fuiſſe hunc Marchianenſem cœnobitam ſcribit Chiffletius. Fundamentum erroris datum credimus, quòd* Erchenoaldus *dicatur apud Fredegarium cap.* 84 conſanguineus de genere Dagoberti, *ſiue, vt alij legunt cum Aimoino lib.* 4 *cap.* 8, de genitrice Dagoberti. *Fuit ea* Bertrudis, *prima* Chlothatij II *coniux, anno regni eius* XXXVI,

auus non Chlotharius I,

nec Chlotharius II:

Chriſti

A *Chriſti* DCXIX, *mortua, quam origine alij Saxonicam, alij Burgundicam, alij Gothicam ex ſtirpe Athanagildi Regis Visegothorum tradunt apud Sammarthanos tomo* I *hiſtoriæ Genealogicæ Regum Francorum lib.* 4 *in Chlothario* II; *qui obſeruant hanc* Bertrudem, *à Fortunato* Bilichildem *ductam, quam* Blithildem *alij, ac Bertrudis filiam fecerint. Iacobus Malebrancus noſter lib.* 2. *de Morinis cap.* 57 *hanc* Bertrudem Reginam, *quam mauult ex Belgicis ditionibus oriundam. &* S. Gertrudem auiam Adalbaldi *patrueles conſtituit, à duobus fratribus prognatas, illiq; patrem* Vigonem, *huic* Theobaldum *aſſignat: quæ optaremus antiquorum monumentis certiùs comprobari.*

an pronepos Theobaldus,

11 *Verùm eâ lite ſepoſitâ maneat* S. Adalbaldi *mater, ſuo à primis ſcriptoribus indito nomine*, Gerberta, *licet cui nuptui tradita fuerit, nequeamus proferre. Nicolaus Gillius in Annalibus Francorum in Chlodoueo* II, *& Theodoricus Pieſpordius in ſtemmate Habſpurgico-Auſtriaco, ſcribunt* Ægano Dagoberti Conſiliario, *&* Chlodouei II Maiori-Domus ſucceſſiſſe Erchenoaldum, *& quidem* patri filium: *quod antiquorum monumentis eſſet ſtabiliendum. Contrà Fredegarius, relatâ Aeganis morte cap* 83 *& ſequente, tacitè cauſſam tranſlatæ præfecturæ palatij ad aliam familiam daturus addit*: Ermenfridum Æganis generum, *ob* Comitem Ainulfum *à ſe* interfectum Remos *ad regnum S.*

non pater Æganus:

B *Sigeberti* fugiſſe, *&* Erchenoaldum Maiorem Domus *factum*, qui conſanguineus fuerat de genere, *ſeu* genitrice, Dagoberti. *Aequè latent cum patre auus vterque. Beauſchampius licet matrem ſtatuerit* Blithildem filiam Chlotharij I, *non tamen hunc auum, ſed ſibi contrarius* Rikomerem *quemdam* iuxta certiorem Chronologorum Marchianenſium fidem *credit: de quo ex illis*, titulo de

an Rikomeres auus, & maritus S. Gertrudis?

Eccleſiâ Hamaticenſi, *hæc deſcribit*: Anno DLXXXVII, temporibus Clotarri Regis Francorum, Kilderici Regis Francorum filij, Gertrudis filia Theodebaldi Ducis, mater Ausberti inclyti Ducis in Germaniâ, qui nupſit Blithildi ſorori Regis Dagoberti, coniux extitit Rikomeris generoſi Ducis, qui permultis locupletabatur poſſeſſionibus in pago Flandrenſi, Legienſi, Adartenſi, vbi erat illius nobile caſtrum nomine Baierium, vulgò Bayri, Atrebatenſi, Oſtrebatenſi, vulgò Oſtreuent, & Pabulenſi. *Hæc anonymus ille Auctor, cui non magnam ab antiquitate deberi auctoritatem loca memorata, de quibus infrà agemus, ſatis indicant. Si præterea* Gerberga, *ex Hucbaldi & aliorum antiquiorum ſententiâ, admittatur* filia S. Gertrudis, *alia ab eo conſtituenda* Blithildis, *quæ filio eiuſdem* Ausberto *nupſerit. Hinc igitur quàm fragili nitantur fulcimento Beauſchampius, Malebrancus, Ihermite, altiq; moderni, facilè apparet. De aliis conſanguineis ſchema genealogicum Sanctorum è Bononienſibus deſcendentium deduxit idem Malebrancus in ſcholiis ad librum* 3 *de Morinis in cap.* 6. *ad annum* 610.

C

§ III. *S. Adalbaldi dominia in Belgio. Ducis titulus.*

12 *Quæ antè memorauimus in fragmento Marchianenſi adſcribi* Rikomeri poſſeſſiones, *iiſdem ferè locupletatum dominiis* S. Adalbaldum in pago Flandrenſi, Legienſi, Adartenſi, Auſtrebatenſi & Pabulenſi *legimus epitome* 7 *ex Chronico Marchianenſi, quæ illi tum monaſterio ex donatione* S. Rictrudis *obtigerunt, duobus pòſt ſeculis confirmata à* Carolo Caluo *anno regni Francorũ* XXXVIII, *Imperij* II, *Chriſti* DCCCLXXVII, *diplomate apud Buzelinum lib.* 2. *Gallo-Flandriæ cap.* 20, *& Miræum in Notitiâ Eccleſiarum Belgij cap.* 41 *prolato, in quo referuntur dicto monaſterio conceſſa* in pago Cameracenſi villa de Lis: in pago Atrebatenſi villa Bariacum: in pago Oſtrebanno villa Gaugiacum, manſus vnus cùm molendino in Lambras, & anguillæ 400 de villâ Rullagio: in pago Pabulenſi villa Bebrogium: in pago Medinentenſi villa Runcinium, cum appendice villâ Templouio: in pago Letico villa Haignas, cum appendice villâ Nantgiaco; ſimiliter & in ipſo Comitatu Letico de villâ Rinengâ omnis decima. *Hactenùs diploma Caroli Calui.* AVCTORE G H

Dominia eius Marchianenſibus donata,

Qui hîc pagus Atrebatenſes, *ſuprà* Adartenſis *dictus*, D *vterque in priore fragmento vt diſtinctus pagus profertur: alibi* Adartiſus, *ſeu* Adarteſus, *hinc* Adartenſis, *& dein* Arteſius, *moderna prouincia appellatur. Ibi prope metropolim Atrebatum etiamnum viſitur* Bariacum villa, *alias* Baierium *&* Boierium, *vulgò* Boyri Saincte Rictrude, *vbi à nece S. Adalbaldi* in prædio ſuo S. Rictrudis opiparo & regiâ condigno magnificentiâ conuiuio excepit cum Optimatibus Regem, *ac* benedictum à S. Amando velum capiti ſuperpoſuit, *vitam monaſticam auſpicatura, vt in eius Vitâ refert Hucbaldus.*

in pago Adartenſi,

13 *Alter* pagus Oſtrebannus, Oſtrebantus, Auſterban, Auſterbantus, Auſtrebatenſis, *ſeu* Auſtrebantia *ditio fluuiis Senſeto, Scarpo, & Scaldi, quà illi in hunc ad Buchamum & Mortaignam deriuantur, incluſa, nomen videtur accepiſſe, quòd limes fuerit Auſtraſiæ, cuius regno Cameracenſium, Hannoum & Brachantum, tunc contiguæ prouinciæ ſubiiciebantur*: bant *enim Belgis limitem, confœderationem, vinculum ſonat. In hoc* Auſtrebanto *erant* villæ Gaugiacum, Rullagium, *&* Lambræ *prope Duacum in huius agro ſitæ. Quin &* Marchianenſe monaſterium, *quod, infrà in huius Chronico*, in allodio S. Adalbaldi *exſtructum dicitur, in allato diplomate* Auſtrebatenſi pago, E *ab aliis ſcriptoribus* Pabulenſi *attribuitur, vtriuſque ditionis limes. Inde autem à Scarpo fluuio* Pabulenſis pagus, *vulgò* Penele *per Caſtellaniam, vt vocant, vrbis Inſularum extenditur.* Caput huius regionis *teſte Buzelino lib.* 1 *Gallo-Flandriæ* ab octingentis annis fuit Orchiacum *oppidum Atrebatium, Ptolemæo* Origiacum, *poſterioribus* Orcia, Orceia *&* villa Orcienſis, *cuius amiſſionem quia deplorant monachi Marchianenſes in Chronico ſuo. & Vitâ S. Rictrudis (horum verba Beauſchampius paginâ* 452 *profert) vero nobis ſimile videtur aliquod* S. Adalbaldo *fuiſſe* Orchiaci *dominium, per* teſtamentum S. Rictrudis *cum reliquis eius bonis ad* Marchianenſes *tranſlatum.*

Auſterbanto,

Pabulẽſi,

14 *Quartus in memorato diplomate eſt* pagus Medenentenſis, *in diuiſione Ludouici Pij* Medenenti, *Audoëno in Vitâ S. Eligij* Medenatenſis; *nomen fortè ab oppido Menenâ ad Liſam ſortitus; inde per Ferrainam & Melanthoiſam Caſtellaniæ Inſulenſis ditiones porrectus. In Chronico Gandenſi S. Bauonis apud Sanderum lib.* 4 *rerum Gandauenſium cap.* 3 pagus Melanthelius, *&* Medelenſis, *ſub Comitibus Flandrorum appellatus: at ſuprà in fragmento & Chronico Marchianenſi* pagus Flandrenſis, *quòd temporibus Balduini Pij Comitis hæc Inſularum Caſtellania, vnde ipſe ſæ* F *piùs iſtic degens.* Inſulanus *cognominatus eſt*, Flandriæ *nomine comprehenderetur. Eſt iſtic* Roncinium *iuris etiamnum Marchianenſium. cultu, & reliquiis S Rictrudis celebre. Demum* pagus Leticus *continet in reliquâ Gallo-Flandriâ Veppeſium & Carembaltium, eiſq; vicinos ad* Lætiam, Legiam, *ſeu* Liſam *fluuium agros, vbi prope Baſſeam* Haina *vicus viſitur in diplomate recenſitus. Ad ſiniſtram verò Liſæ ripam* Broylum *eſt ob monaſterium iſtic olim à* S. Mauronto *extructum nunc* Mauronti-villa, *vulgò* Mereuille *appellatum. Inde latè per Flandriam Occidentalem modernam extenſus* Comitatus Leticus, *continet memoratam* villam Rinengam, *quà Ipris Furnas abitur. Ceterùm ea omnia loca anno illo* DCCCLXXVII *regno Caroli Calui adhuc ſubiiciebantur, non Balduino Ferreo Flandriæ Marchioni illius genero attributa. De* Flandriæ *tunc paruis limitibus & variis iſtic Comitibus agimus* III *Februarij ad Vitam S. Anſcharij* § 5.

Letĩcui.

15 *Hæc de poſſeſſionibus* S. Adalbaldi, *quantum certiore coniecturâ aſſequi potuimus: quibus an illuſtris aliquis Comitis aut Ducis titulus annexus fuerit, hîc paucis inquirendum. Primò hi Comites & Duces ſub Francis Merouingis, vtpote nudi & temporarij Officiales, debebant ad nutum Regum inſtitui, promoueri, mutari, deponi. Duces præerant vniuerſis prouinciis, Comites ſingulis ciuitatibus: vtrorumque erat iuri dicundo operam dare, vectigalium exactionem curare, munire & tueri vrbes, præeſſe rei militari; Ducum delectum imperare Comitibus,*

Duces & Comites olim temporarij:

AVCTORE G.H.

A *Comitibus, & milites per pagos diuiſos ad bellum producere: Comitum verò lectum conſcribere ac militibus ſub Ducibus præeſſe. Comitum denique votum erat Ducatus tamquàm dignitatum apex. Singula ex coæuis ſcriptoribus eruditè confirmat Antonius Dadinus lib. 1 de Ducibus & Comitibus prouincialibus Galliæ cap. 4 & 5. Secundò ſimiles Comites in prænominatis Belgicis regionibus fuiſſe perſuadet eadem iſtic conſueta tum regendi ratio, temporibus Caroli Calui adhuc continuata: in cuius diplomate relato leguntur* Comitatus Atrebatenſis *&* Lericus: *dein in Capitulis eiuſdem anno* DCCCLIII *ad Siluacum factu* Miſſi *ad varios* Comitatus *deſignantur. Ex his fuiſſe* Torholtanum, Ileretium, Leticum, Teruanenſem *&* Bononienſem, *ad quos tum* S. Folquinus Epiſcopus Teruanenſis, *in cuius diœceſi erant, mittebatur, oſtendimus* § 5 *ad Vitam S. Anſcharij* III *Februarij. Alij ſuberant Epiſcopi vicini; de quibus hæc iſtic leguntur:* Immo Epiſcopus *Tornacenſis*, Adalardus Abba, Waltcaudus, Odelricus Miſſi in Nouiomiſo, Vermendiſo, Adertiſo, Curticiſo, Flandrâ, Comitatibus Engilramni & in Comitatibus Waltcaudi: *qui fuerint in* Auſtrebanto, Medenato *&* pago Pabulenſi, *& apud* Gandenſes *ac* Tornacenſes; *vt alibi probabitur.* Dottonem *ſiue* Attonem Tornacenſium Comitem *ſub Dagoberto referunt Baudemondus in Vitâ S. Amandi & Audoënus in Vitâ S Eligij.* Auſtrobantiæ *verò* Comitem *fuiſſe* VIII *ſeculo Chriſti* B. Aldebertum, *maritum S. Reginæ, teſtantur* VIII *Octobris Acta S. Ragenfredis filiæ, primæ monaſterij Donontenſis ad Scarpum fluuium Abbatiſſæ. Huic* Auſtrobantiæ *diploma Caroli Calui, vt antè dictum eſt, ſubiicit* Lambras, *prope quas* Erchenoaldum *poſt mortem* Adalbaldi in huius poſſeſſione ædificaſſe caſtrum Duacum *auctor eſt Andreas Siluius infrà epitome* 5. *Sui deindè* Duacenſes S. Adalbaldum, *virum illuſtri genere natum, & fortè vnius aut plurium prouinciarum Ducem.*

Comites in diuerſis prouinciis præfuerunt.

poſtea à ſanctitate ditarij.

§ IV *Loca coniugij & necis in Aquitaniâ, ætaſque S. Adalbaldi.*

17 A *Ltera Galliæ regio, coniugio & nece* S. Adalbaldi *illuſtrata,* Aquitania *eſt: cuius ea pars, quæ Garumnâ fluuio, Pyreneis montibus & Oceano continetur, Iulio Cæſari ſola fuit* Aquitania, *quâ voce adiunctis ei ab Auguſto quatuordecim populis ad Ligerim ferè extensâ,* Aquitania III, *à diſtinctus in eâ populus* Nouempopulania: *denique ſub Francorum regimine à nouis habitatoribus maximâ ſui parte* Vaſconia *appellata eſt. in duas deinde diuiſa nationes,* Baſconiam *vulgò* Baſcos, *&* Gaſconiam *vulgò Gaſcoos. Quam diſtinctionem circa annum Ch.* MC *obſeruauit Guibertus Nouigentinus in Geſtis Dei per Francos in Oriente, vbi in editione Iacobi Bongarſij paginâ* 536 *de* Gaſtone viro illuſtri atque ditiſſimo *dubitat,* vtrum de Gaſconiâ an Baſconiâ foret. *Continet autem hæc* Baſconia, *aliquibus* Vaſcitania, Lapurdenſem agrum, Nauarram inferiorem, *ſeu* Gallicam, *&* Vicecomitatum Solenſem; *à reliquâ* Gaſconiâ, *alijs* Verâ Vaſconiâ, *incolarum moribus, linguâ & vitæ inſtituto plurimùm diuerſa. Quia autem* Aquitania *vniuerſa ſub imperio Viſegothorum olim fuerat, etiam* Vaſcones *hos cum* Gothis *confundunt Andreas Siluius cum ſuis Marchianenſibus, Beauſchampius, Lhermite aliiq; dum* Hernaldum Vaſconem, patrem S. Rictrudis *ex regiâ* S. Hermenigildi Martyris *aliorumq; Viſegothorum familiâ cenſent oriundum. quod vt fidem habeat, certiùs eſſet probandum. Alarico namq; Rege peremptò,* Nouempopulania, Chlodoueo I *cum reliquâ* Aquitaniâ; *anno* DVII *ceſſit, à poſteris continuâ poſſeſſione detenta: dum hi* Vaſcones, antiquus Hiſpaniæ populus, *atque à* Gothis *diuerſus. eam occupare cœperunt ſub annum Chriſti* DLXXXVIII, Regibus *tum* Auſtraſiorum Childeberto Burgundionum Gunthramno, *ac reliquorum* Francorum Chlothario II *adhuc puero; quorum tum factas* depopulationes *deſcribit Gregorius Turonenſis lib. 9 Hiſt. Francorum cap. 7; vtq; ſedibus ſuis prope Pyrenæos montes fixis pelli poſſint, optat in poëmate ad Galactorium Comitem Fortunatus lib. 10 carm. 22. Eos potentiâ quotannis maiore accreſcentes, à* Theodeberto & Theodorico, *filiis Childeberti,* anno regni VII *Chriſti* DCII, *deiectos, eorumq; regimini,* dato iis Duce Genialo, *ſubiectos eſſe tradit Fredegarius in Chronico cap. 21, additq; cap.* 54 Palladium eiuſque filium Senocum Epiſcopum, anno Chlotharij XXIII, *Chriſti* DCXXVI *exilio retruſos tamquàm* conſcios rebellionis Vaſconum *tunc motæ; ac tandem, vt dicitur cap.* 57, *à* Chariberto *eius filio,* anno regni III *Chriſti* DCXXX *repreſſæ, iis iterum ſub eius* ditionem redactis. *atque ab obitu eius ad regnum Dagoberti anno* DCXXXVII *tranſlatis; cuius anno* XIV *Chriſti* DCXLI *cùm rurſus hi* Vaſcones fortiter rebellaſſent, *teſte eodem Fredegario cap. 78, ab eius exercitu* oppreſſi *&* perdomiti *ſunt, immiſſu ſub* Præfecto Chadoindo Referendario decem Ducibus, *quibus ſingulis ſui ſuberant Comites.*

In Aquitaniâ III, ſeu Nouempopulaniâ,

Vaſcones, alij à Gothis,

rebelles Francis,

ſæpius domiti.

18 *Qui inter hos Duces appellatur* Ariardus, *ſeu* Chariaardus Dux ex genere Francorum, *fortè* S. Adalbaldus *videretur quamuis aliam ob cauſſam à* Dagoberto Rege *ipſe* inter Palatinos Proceres potentiſſimus. *& priore tempore quidem in* Vaſconiam *miſſus, cum* S. Rictrude *matrimonio coniunctus fuerit: cui illa in Belgicam adducta peperit* S. Maurontum, *per ſacrum baptiſma à* S. Richario *regeneratum, quod ſub* Dagoberto *factum fuiſſe Acta illius* XXVI *Aprilis requirunt. Aderat eâ tempeſtate* S. Amandus Elnone *in vicino monaſterio à ſe ab* anno regni Dagoberti XI, *Chriſti* DCXXXVIII *extrui cœpto, qui antè mandato Dagoberti exulare iuſſus, circa annum* DCXXXIV genuinam B. Rictrudis aggreſſus patriam Vaſconiam, hanc pulchram ſibi cœlitus infuſo irradiârat lumine ſtellam *vt Hucbaldus in huius Vita tradit. Idem* Amandus *dicitur*

S. Adalbaldus ducis vxorē S. Rictrudem,

gignit S. Maurontum,

S. Adalbaldius in aulâ Regis,

B *Duacenſium Comes.*

C *poſteris Dux appellatus,*

Imperabat tum Flandris Robertus Friſius, cui Duacum ceſſiſſe, eiuſq; filio Roberto Iuniori percuſſo Moguntiaci fœdere, ab Imperatore Henrico attributum ferunt.

16 *Hæ poſitis facilior ad exponendam* Adalbaldi *dignitatem via ſternitur. Eum namq; Hucbaldus deprædicat* in aula Regis carum valdè & honorabilem, *auctor Vitæ S. Euſebiæ,* inter Palatinos Proceres potentiſſimum, *vt non tam inter* ciuitatum Comites *quàm* prouinciarum Duces *videatur cenſendus. Quem* Ducis *titulum ei attribuit Baldricus lib.* 1 *Chronici Cameracenſis cap.* 22 *vbi* S. Mauruntum *dicit* filium Adalbaldi Ducis atque Rictrudis. *Quod deinde fecerunt Andreas Siluius, aliiq; Marchianenſes; quorum aliquis Poëta* Duacenſibus *hunc* Ducatum *affingit in quodam de S. Rictrude rhythmo apud Beauſchampium paginâ* 388, *cuius aliquot verſus hîc damus.*

Hac in die pangat piè
Noſter chorus concanorus
Rictrudis præconia.
De Vaſconum ſtirpe clarâ
Prodit iſta Deo cara
Factis, famâ, moribus.
Annos Virgo ſortita nubiles,
Apud viros fit nota nobiles,
Formâ, virâ, laudibus.
Nubit Duci Duwacorum
Viro ſancto, viro morum,
Viro ſummæ indolis *&c.*

Beauſchampius mox nullum ambigendi locum *vult* relictum, cùm in ore duorum vel trium teſtium ſtare dicatur verbum. *Sed hunc vel vnicum quærimus æuo* S. Adalbaldi *propinquum. Auctor huius non ante annum* MCC *vixit, quando alij Marchianenſes ſcripſerunt* caſtrum Duacenſe poſt mortem Adalbaldi extructum. *Colant ſanè*

A *dicitur Buzelino lib. 2 Annal. Gallo-Flandriæ, in Vasconiâ virumque matrimonio iunxisse: quasi ante annum* DCXLII *Episcopatum Traiectensem reliquisset, quem anno tantùm* DC-
Clotsendē, XLVI *finiente aut sequente suscepit, cùm antè & S. Clotsendem alteram eorum prolem de sacro fonte suscepisset, & fundum ad Marchianense monasterium exstruendum ab eiù dona-*
Eusebiam, *tum obtinuisset. Tertiam prolem* Eusebiam ex sancto lauacro suscepit Nanthildis Regina vxor Dagoberti: *seu, vt epitome 6 refert,* Rex Dagobertus & Nanthildis Regina. *Vitâ sancti sunt* Dagobertus *anno* DCXLIV, Nanthildis *verò anno* DCXLVII: *vt vel hinc de ætate parentum*
Adalsendem. *comiti queat. Gemta tandem vltima proles* S. Adalsendis: *quo tempore* Ionatus *Marchianense monasterium iam propè perfecerat, in eoq; sanctimoniales congregabat; absente tunc in suo Traiectensi Episcopatu* S. Amando, *qui monachos istic haberi voluit. Cùm autem hic* renuntiatâ curâ Episcopali limina Apostolorum pro tertiâ vice petere decreuisset, prædicto Ionato Marchianensi Elnonense cœnobium similiter duxit commendandum; *vt apud Buzelinum lib. 1 Gallo-Flandriæ cap. 41 traditur verbis Chronici Elnonensis.*

profectus in Aquitaniam, 19 *Sub huius Ionati apud Elnonenses præfecturâ,* S. Adalbaldum *& occisum à Vasconibus, & relatum Elnonem, sepultumq; suprà versibus Poëtæ Elnonensis retulimus: vt videantur circa annum* DCL *& Ionatus Elnonensibus præpositus, & SS. Amandus & Adalbaldus è Belgicâ profecti, ille Romam, hic in Aquitaniam; vbi insidiis circumuentus & occisus fuit. Necem sanctissimi mariti luxit cùm familiâ suâ* S. Rictrudis. *Quo tandem luctu sopito, sollicitata est ad secundas nuptias, instante blanditiis Rege, vrgente etiam minis, vt cuidam ex Optimatibus suis nuberet. Consilio interim vsa* S. Amandi, *qui Româ redierat, velum ab eo sacratum, coram* Rege *ad conuiuium* in villâ Broylo *inuitato, capiti imposuit: vitamq; monasticam apud Marchianenses mox auspicata, tres etiam filias suas in ætate adhuc tenerâ vni desponsit Christo: &* Eusebia *quidem apud* S. Gertrudem *proauiam in Hamatico monasterio educabatur, tantâ sapientiæ ceterarumq; virtutum expectatione cumulata, vt proauiæ mortuæ* in monasterij regimine successerit ætate duodennis. *Cùm autem ea viuo adhuc* Rege Dagoberto *videatur nata circa annum* DCXLIII; *in Abbatissam Hamaticensem electa esset circa annum* DCLV, *quo tempore tribus minimùm annis è viuis sublatus fuerat* S. Adalbaldus, *vt annus eius cædi videatur* DCLII *assignandus. Interemptus autem est inter* eundum, *seu* itinerandum, *cùm* in Vasconiam abiret, *vt in Vitâ S. Rictrudis & Eusebiæ legitur;* insidiis *verò* consanguineorum, cùm per Aquitaniam iter perageret & ad Petragoricum solum peruenisset; *vt traditur in Chronico Marchianensi. Sunt autem Petracorij populus Aquitaniæ* II, *vnde proximum iter conficitur in Aquitaniam* III, *seu Vasconiam. Rosweidus in Historiâ Ecclesiasticâ Belgicâ tradit* Ablatonis in agro Petrocorienſi martyrium subiisse. *Buzelinus* se comperisse *ait, eum* haud procul Ernoldi domo cæsum fuisse, *quod alibi non legimus,* Ablaton, *vulgò* Blaton *pagus est moderna Hannoniæ prope oppidum Condatum: vt aliqua possit confusio subesse.*

in agro Petracoriēsi.

occiditur,

VITA
Ex Variis antiquis Scriptoribus.
EPITOMEI
ex Actis MSS. S. Rictrudis,
auctore Hucbaldo monacho Elnonensi.

Illustri pregnatus genere,

EMporibus ergo præfatis, cùm crebrò Francis Wasconia fieret a permeabilis, Rictrudis puella bonæ indolis, iam facta nubilis, videtur, deligitur atque eligitur à quodam Francigenâ, Adalbado nomine, natalibus orto præclaris & iustis. Mater denique eius Gerberta fuerat, filia S. Gertrudis in monasterio nunc Hammatico dicto, à se ædificato, requiescentis. Ipse etiam à puero optimis institutus disciplinis, copiosis pollebat & fundis & diuitiis: atque in aulâ Regis carus valdè erat & honorabilis. Dignus planè vir, qui maritus existeret dignæ Rictrudis; à quo iuxta morem desponsatur, dotatur, atque in contubernium matronale, licet quibusdam nolentibus puellæ consanguineis, assumitur. Cassis verò vxoris ducendæ non fuit incontinentiæ, sed caræ sobolis habendæ. Sed & ea conueniunt in vtrisque, quæ spectari solent in eligendo marito vel vxore. In viro enim virtus, genus, pulchritudo, & sapientia, quæ ex his ad amoris affectum potior est, inerant: in vxore autem pulchritudo, genus, diuitiæ, & mores, qui magis quàm cetera quærenda sunt, habebantur. Et ne multis immoremur, secundùm Apostolum erat illis honorabile connubium & thorus immaculatus.... Igitur compage fidei & caritatis sic adhærentes sibi, vt essent duo in carne vnâ, & non iam duo, quia vna caro, vnanimes vno ore & concordi operatione honorificabant Deum & Patrem Domini nostri IESV Christi, omnibus diebus suis seruientes Domino in sanctitate & iustitiâ coram ipso, qui habitare facit vnanimes in domo. Nati quoque sunt eis filij secundùm benedictionem Domini, quam primo dedit homini, Crescite, inquiens, & multiplicamini, fuitque eis primogenitus nomine Maurontus, posteà Abbas & Leuita sanctus, & filiæ tres sacræ virgines; Clotsendis post obitum matris eius monasterij rectrix: Eusebia bona Dei cultrix secundùm interpretionem sui nominis: post has quoque Adalsendis. Quos, cùm essent parentes eorum iusti, & per seipsos, & per familiares sibi seruos Dei, educauerunt & erudierunt in timore Domini, auctos ab infantiâ benedictione cœlesti. Mauronto siquidem venerabilis Deoque dignus Sacerdos b Richarius Pater spiritualis extitit, eumque per sacrum baptisma Deo regenerauit. Clotsendem egregius Pontifex c Amandus, quia sacris dignisque manibus è fonte salutari excepit, in omnibus Deo dignam reddidit. Eusebiam verò ex sancto lauacro Nanthildis Regina vxor Dagoberti suscepit. O verè beata & Deo placita progenies! De hac denique dicitur certè: O quàm pulchra est casta generatio cum claritate.... Post hæc bonę & laudabilis memoriæ Adalbaldus, deuotæ Christi famulæ Rictrudis maritus, à pago Austrobantinse, vbi etiam pluribus locupletabatur possessionibus, eundi Wasconiam nimiùm triste suis iter arripit. Quem nobilis matrona Rictrudis aliquantulùm prosequitur; sed quàm citiùs domum, prout ei iussum fuerat, mœrens reuertitur. Mens enim futuri quodammodò præsaga doloris, iam portendebat quod adhuc ignorabat: & quod nondum patiebatur, iam veluti lamentabatur. Quid multa? Inter eundum insidiis malignorum, &, vt fertur, eorum quibus tam sanctum displicuerat matrimonium, vir iustus appetitur, vulneratur, perimitur, Honorifico deinde, vt decebat, tumulatus obsequio, defunctus seculo, viuit Deo: viuit, inquam, viuit eius felix anima illi cohærens, quæ vera est vita. Quod attestantur signa, quæ ob illius declaranda merita, ad eius mortua frequenter ostenduntur ossa. Neque multæ fiunt moræ in his nuntiandis Rictrudi, Dei famulæ: quæ tam tristi perculsa relatione, non modico afficitur animi mœrore: augescitque sensim dolor dolore dolentium soboium: crescit luctus luctu lugentium familiarum.

Ex VITA S. RICTRVDIS.

D *ducit vxorē S. Rictrudem:*

Hebr. 13. 4.

E *gignit S. Maurontium,* Gen. 1. 28. *& tres filias sanctas;*

b

c

F *redit in VVasconiam,*

occiditur,

claret miraculis.

a *Sub Dagoberto Rege post obitum Chariberti.*
b *S. Richarius colitur 26 Aprilis.*
c *Eius Vitam illustramus 6 Februarij.*

EPITOME II

Ex Vitâ MS. S. Euſebiæ Virginis eius filiæ,

auctore monacho Elnanenſi.

SVb eâ tempeſtate cùm euentuum variâ occaſione Waſconia & Francis & patrienſibus fieret ſub permeandi communitate, quidam Francigena Adalbaldus non ex mediocribus quilibet vnus, ſed inter palatinos Proceres potentiſſimus, locupletiſſimus in fundis & mancipiorum innumeris, viſâ ibi puellâ, nomine Rictrude, iam nubilibus contiguâ annis, quantum ad genuitatem nobiliſſimæ conditionis, animo in eam coll.pſus, nuptias petit à parentibus. Et quia erat, vt dictum eſt, opinatiſſimus diuitiis à proſapiâ (ſiquidem mater eius Gerberta S. Gertrudis nunc in Hammatico monaſterio à ſe conſtructo quieſcentis extitit filia) viſum eſt parentibus memoratæ virginis non contrariare petitionibus viri tam illuſtris. Fit ergo actutum, quod Dei præſcientia diſpoſuerat fore fiendum, licet abſque conſenſu quorundam virginis conſanguineorum. Et iuxta morem ſponſalibus datis, dotibus enumeratis, in exemplum Patriarcharum ſociantur, propagaturi ſemen, cui ab omnibus generationibus vſque in ſeculum benedicetur. Nec ſterilis puerpera in conceptione, peperit viro filium Mauronti nomine inſignitum in baptiſmate, qui poſtmodùm pro merito caſtigatæ vitæ, Diaconij etiam donatus eſt gradu & honore. Tres quoque filias ex eodem coniuge ſuſcepit; Clotſendem, quæ poſteà in monaſterio eius Marchenenſi præfuit: Euſebiam quoque & Adalſendem, quæ repudiatis carnalibus nuptiis pretioſiorem his amplectentes virginitatem, meruerunt in terris vitam exemplificare cœleſtem. Hos ergo parentes ad altiora contendere cupientes, & per ſe & per Dei ſeruos ſibi familiares ſtuduerunt in lege Domini efficere perfectos & probabiles. Mauronto denique ſanctus Sacerdos Richarius bonorum omnium præconio digniſſimus Pater ſpiritalis extitit. Clotſenſem Præſul Amandus famâ virtutum ſuarum quaquauersùm notificatus ex ſacro fonte ſuſcepit: Euſebiam Regina Nantildis coniunx Dagoberti Regis. In ſuſceptione autem ſpiritualium filiorum valuit oratio tantorum Patrum, quæ
C eos Deo reddidit commendabiles, & ſui pro poſſe imitatores. Quantus enim erga Dominum eorum fuerit affectus, indicium eſt miraculorum & virtutum per eos oſtenſarum effectus. Vir igitur illuſtris Adalbaldus feliciſſimæ virtutis maritus, cauſſis quibuſdam rei familiaris exigentibus, arripuit iter Waſconiam itinerandum: inſidiis appetitur eorum, quos ſuprà diximus non aſſenſiſſe in eius coniugium. Præualuit ergo iniquitas eorum aduersùs innocentem virum: ſublatumque ab hominum oculis ſiſtunt conſpectibus Diuinis, in conſummatione certaminis parem factum ſuo ſanguine decoratis. Affuit illicò conniuentia obſequij *a* famulorum Dei, à quibus ſibi debitum accepit honorificæ ſepulturæ locum, qui vſque hodie meretur experiri, cuius pignora retineat commendata ſibi. Nec potuit matri-familias eſſe celatum, quod ita futurum anteà erat præſcitum: quæ certiſſima facta, de viri conſummatione, licet triſtaretur pro ſuâ viduitate; tamen lætabatur in illius glorificatione: vtpote quem ſciebat ſtolâ immortalitatis candidatum, iam cum Chriſto regnare. Celebratis igitur pro eo exequialibus officiis, init conſilium cùm Philochriſtis, qui erant ei à ſecretis, de effectu ſuæ ſalutis, inter quos beatus Amandus conſilij perſpicaciâ & ſalubritate erat præcipuus. Cuius hortatu & admonitione aggreſſa, quod etiam adhuc viro viuente, ſi humanum aliquid contingeret, diſpoſuerat facere, decreuit ſe diuino famulatui mancipare ſub ſanctâ profeſſione. D

S. Rictrudem ducit vxorem.

par illi nobilitate:

B

occiditur, par Martyribus.

a *Hos infrà Poëta* Angelos *aſſerit.*

EPITOME III

Ex poëmate MS. de Vitâ S. Rictrudis,

auctore Ioanne monacho Elnonenſi.

ERgo ſuprà ſatis tandem cùm peruia Francis
Hæc eadem fieret Waſconia, quæ vocitata,
a Vacceia eſt alio cognomine, cumque frequenter
Iam penetraretur crebrò properantibus illuc
Militibus Regis, Rictrudis ſancta puella,
Flore iuuentæ perfectaque ætate potita,
Cernitur, eligitur, blanditur, diligiturque
Francigenâ à quodam prædulce viro atque venuſto,
Nobilibus ceu præclaris natalibus orto,
Nomine Adalbaldo, ex Gerbertâ matre creato,
Filia quæ fuerat Chriſti famulæ Geretrudis,
Quæ ſuffulta piis vitæ meritis requieſcit
Nunc tumulata monaſterio in Hamatico, ab ipſâ
Muneribus propriis & ſumptibus ædificato.
Hic etiam à puero iugiter monitis perfectæ
Doctrinæ inſtructus, fundis opibuſque vigebat
Largifluis, caruſque extabat Regis in aulâ,
Actibus inque ſuis laudabilis & pretioſus,
Diuinæ pariter pietati iure placebat:
Vir reuerendus & illuſtris, qui fœdere caſti
Coniugij dignus ſponſæ fieret venerandæ,
Matronæque piæ, Rictrudis ſcilicet almæ.
A quo etenim iuxta morem hæc ipſa decenter
Deſponſatur, ſuſcipitur, dotatur, & hæret
Sponſali pacto feliciter aſſociata,
Atque decore pudoris innecta thoro immaculato.
O ſociale decus, pietas, dilectio, virtus,
Sanctorum mentes quanto feruore fidei
Accenſas reddunt opera ad bona ſemper agenda.
Nam ſententia Apoſtolica hortatur famulantes
Atque placere Deo cupientes, lege iugali
In cunctis vt ſint connubia ſemper honeſta.
Quorum membra vigore pudicitiæ decorata,
Glorificando Deum & portando in corpore caſto,
Membra eius rectæ fidei merito efficiantur.
Præfatos igitur Sanctos dilectio vera
Conſociauit, Diuini feruoris amore
Flagrantes ſimul, & pietatis honore vigentes;
Vt fierent pariter duo in vnâ carne manentes:
Rurſus & eſſent non gemini, ſed ritè caro vna,
Qui iugiter virtutum culmine proficientes,
Vnanimes, vnâ & ſociali mente ſtudebant
Magnificas ſemper Domino perſoluere laudes,
Atque pij famulatus obſequio cupientes
Æterni arbitrio Inſpectoris iure placere,
Immaculata ſuæ ducebant tempora vitæ.
Nempe ſimul his connexis compage bonarum
Virtutum, Domino tribuente, exorta refulſit
Natorum proles veneranda & ſancta propago:
Scilicet egregius vir, pòſt qui claruit almus
Abbas & Leuita, aſſumptus ſorte benignâ,
Nomine Maurontus: germanæ eiuſque ſacratæ
Tres, quarum fuit vna monaſterij moderatrix
Poſt matris deceſſum, Clothſendis vocitata,
Vera Dei cultrix: huic Euſebia inclyta virgo
Ordine naſcendi ſucceſſit, quæ reuerenter
Actibus implenit, proprio quod nomine ſignat.
Tertia Adalſendis poſt has eſt denique dicta.
Quos etenim diuinâ imbutos lege parentes
Sanctis doctrinam monitis docuere ſalubrem,

In Vaſconiam profectus

S. Adalbaldus, nobilis,

E

diues,

& pius:

S. Rictrudem ducit vxorem:

ſanctè ambo viuunt: 1 Cor. 6. 20.

F

eorum liberi SS. Maurontus,

Clotsēdis, Euſebia,

Adalſendis

Hinc

A Hinc igitur meliora ſequens hoc ſtemma beatum,
Eximiæ exercebat opus pietatis ouanter,
miſeris ſuccurrit, Aſſiſtendo inopum ſimul & miſerando laborés,
Ieiunis tribuendo cibum, ſitientibus hauſtum,
Hoſpitibus tectum, nudis velamina dando,
Carcere conſtrictis iuge concedendo leuamen,
Infirmos nimio affectu mentis refouendo,
Funeris obſequio defunctis ſubueniendo.
Talibus inuigilans mandatis denique Chriſti,
Exemplum iuſtæ præbebat relligionis.
Sap. 4. 1 O quam pulchra manet ſemper miſeratio caſta!
Quæ fidei fulgore operumque decore refulget,
Præcinctos retinens lumbos, manibuſque lucernas
Ardentes geſtans, diuinâ luce coruſcas;
Pſalmicani pſallendo ſacri ſententia ſcribit,
omni virtute claruit. Hæc iugiter Dominum quærens generatio nempe eſt,
Corde, manu præſtans, inſons credendo, operando,
Dona piè: quæ percipiat promiſſa ſalutis
Greſſibus & fidei virtutum ſcandat ad arcem,
Vt ſibi proueniat tandem benedictio Chriſti.
S. Adalbaldus rediturus in Vaſconiã, Mitis Adalboldus poſt hæc Waſconiam adire,
Diſponens, à pago vbi ditabatur honeſtè,
Munificâ & gazarum fertilitate vigebat.
Triſte ſuis nimiùm ſuſcepit iter; properantem
B Hunc pia proſequitur coniunx, & ſponſa benigna
Inclyta Rictrudis, præſagâ mente dolorem
Portendens iam venturum, citiuſque regreſſa,
Quæ nondum patiebatur, nec experimento
Nouerat, hæc deflendo animi mœrore gerebat.
Cumque dehinc patriam ad præfatam verus abiret
Ille Dei cultor, hoſtiles fortè malorum
occiditur Perpetitur hominum inſidias, crudeliter atque
Cæditur, afficitur, mactatur, percutiturque,
Vulneribus diris laniatus, ſicque peremptus
Eximitur mundo, cæli ſed ſede locatur.
Nec mora, ſuſpectam perturbant nuntia mentem
Rictrudis Chriſti famulæ, famâ volitante,
Mœſtitia atque grauis poſtquàm manifeſta doloris
luctu ſuorum: Extitit, ingenti gemitu, lacrymante tumultu
Seruorum, luctus nimiùm augebatur amarus
Lugentum ſobolum, & deflentes prorſus alumni
Triſtabantur. at illa Dei virtute repleta
Cœleſti fidei ſolamine ceu bona mater
Hos refouebat, proponens non eſſe dolendum
Hæc ſuper: at potiùs maieſtati referendum
Diuinæ grates, quoniam hic bonitatis amator,
Vir quamuis fuerit humanis rebus ademptus,
Militiæ tamen angelicæ conſortia adeptus
C Promeruit niuea, in iuſtorum adſcribier albo.
Nam quantus qualiſue fuit, patrata frequenter
patrat miracula, Signa ſuum ad tumulum oſtendunt pietate benignâ.
Nec dubiè in cælo hic decoratur luce perenni,
Mirificis cuius virtutibus oſſa refulgent
In terris: vbi multa fideli digna petenti
Munera præſtantur hoc ſacro interueniente.
Intereà, memorande Pater, tua geſta decebat
Carmine dulciſono, & claris ornare Camœnis.
Sed quia nulla datur miſero mihi copia fandi,
Suppetit & tenuis tacitæ vix ſermo loquelæ;
inuocatur à Poëtâ. Pauca tamen refero; cùm ſint numeroſa tuarum
Virtutum magnalia. Nunc precor, alme Patrone,
Ipſe tuum vt mereat ſemper ſentire iuuamen,
Atque tuis precibus Diuino munere dignus,
Regna beata poli, & patriam penetrare ſupernam;
Quà Regem cernes feliciter omnipotentem,
Et rerum auctoris Domini ſpecie atque decore
Perpetuo intuitu ſatiaberis, atque frueris,
Præmia terdenæ ſumens condigna coronæ.
Ciuibus æthereis iunctus per ſecla. Valeto.

Vaccein pro Vaſconiã. a *Ita S. Audœno in Vitâ S. Eligij dicuntur* ferociſſimi Vaccei ditioni Dagoberti hoſtili gladio ſubacti. *Baudemondus in Vitâ S. Amandi:* Vaccei iam appellauit antiquitas, quæ nunc vulgò vocatur Waſconia, *vbi pluribus de hac re agetur.*

EPITOME IV

Ex poémate de Vitâ S. Euſebiæ.

VErùm regnorum permixtio facta duorum,
Waſconiam impunè Francis præſtabat adire
Inter diſcurſus, quos crebros fecerat auſus,
Mictæ virtutis quidam natalibus amplis *Matrimonio iunguntur SS. Adalboldus & Rictrudis,*
Francus (Adalboldum fert ætas priſca vocatum)
Illic conſpectâ generoſæ ſtirpis alumnâ
Nomine Rictrude, capitur pellectus amore.
Indole præclarâ comis hæc quippe puella
Simplicitate ſui ſe commendabat amanti.
Nec mora, conuictis ſpondetur lege propinquis:
Non enim viſus illis vir reiiciendus,
Quem complectendum faciebat gloria rerum,
Diuitiis multis & magnum nomen honoris.
Sponſatam dotat, quod ſcripto iure reſignat.
Sic duo felici felices ominè iuncti,
Plus propagandæ ſobolis, quam carnis amore.
Diſplicuit pactum tali ceſſiſſe procorum *huius amicis aegrè ferentibus:*
His conſanguineis, qui faſtu nobilitatis
Quoſlibet illuſtres ducebant inferiores.
Indignum facinus cognatam hoc coniuge rentur,
Vindictæque modo dignum contendere bello.

. . . . . .

Auſpiciis primis, ſi vulgò creditur, illis
Filius eſt natus, & ſacro fonte renatus, *gignunt SS. Maurontum,*
Nomine Maurontus, ab auito ſtemmate ductus;
Ipſe Diaconij donatus honore potiri,
Virtutum plenam pòſt duxit proſperè vitam.
Tres etiam natæ, quæ poſteà virginitate
Chriſto ſacratæ, virtutibus enituêre:
Glotſendis maior natu, vitæque probatu, *Clotſendis,*
Atque monaſterij ſuſcepit iura tueri.
Altera ſectatrix promptiſſima virginitatis, *Euſebiam*
Claruit Euſebia, per quæ narrabimus acta.
Tertia quæ fuerit tantummodò nomine pandit
Sermo vetuſtatis, nihil amplius inde reliquit: *& Adelſendem.*
Et cur neſcitur. Multorum pauca feruntur
In libris: quòd non adeò res proxima voto,
Scribere quæ meritò ſint conſeruanda ſigillo.
Aut ſi ſunt ſcripta, ſitus hæc abſumpſerit: aut quòd
Suſtulerit caſus. Nam fertur Gallica tellus *Acta eorũ qui perierunt.*
Northmanicâ cœde, populatu, perditione,
a Olim deleta, vici, caſtella ſubacta, a
Eccleſiæ ſacris incenſæ deſpoliatis: F
Harum theſaurus ſic deperiiſſe probatur,
Ornatus, Vitæ Sanctorum, plurima quæque,
Supra quæ præſens ætas dolet his caruiſſe.
A quibus excepti, quibus inſtructoribus alti,
Hos amplectentes, votis potiora, parentes,
Ingenuos natos commendant erudiendos
Diuinæ legis fautoribus atque magiſtris.
Sanctus Richarius meritis vitâque probatus *Liberi à quibus in baptiſmo ſuſcepti.*
Maurontum ſacri ſuſcepit fonte lauacri.
Præſul Amande tuis conceditur inclyta luctis,
Glothſendis caſtæ decus exemplatio vitæ.
Euſebiam nitidis compſit Regina Mathildis.

. . . . . .

Martyr Adalboldus cæleſtia regna meretur.
Præſcierat propriis conſortem vis Deitatis *S. Adalbaldus Martyr,*
Martyrem Adalboldum merito ſub honore vocandũ.
Id quî contigerit, dictâ ratione liquebit.
Teſtatu patris, matris datione, coëmptis
In fundo dominus erat, & hos auxerat eius *diues poſſeſſionibus,*
Donatæ larga poſſeſſio, prædia multa.
Sæpè virum latè parentis ad omnia tertæ
Falta fatigabat, priuatim, publicè, cura.
Impulit hæc etiam fatis erumpere cauſſam, *rediturus in Vaſconiam,*
Ob quam Waſconiæ fines tentabat adire.

Ex Vita S. Eusebiæ.

Captum consilio coniunx deturbat ab illo,
Venturi præsaga mali: nec profuit illi.
Vicit fortuna, parcæ subtemina laxant.
A Tunc iter accelerat, mora quamuis paruula vexat,
Spernit conductus, subiit discrimina solus.
Ad sunt insidiis protecti more latronis,
occiditur auulso capite, Cognatæ nuptus quibus apparebat ineptus;
Inuadunt, lacerant, gazas sibi spargere certant,
Detruncant demum caput à ceruice reuulsum.
Emicat ad superos exultans spiritus: illos
Angit formido: fugiunt; nec sistere tutum.
Res admiranda, mirâ nouitate secuta.
Nec puter idcircò creperum quis me: neque ficto
Vti pro facto, post famam plebis opinor.
id manibus defert, Nisibus erectum propriis stetit ecce cadauer
Martyris, ambabus manibus caput accipit, atque
Vlnis deuectat, non prædux vllus euntis.
Angelis comitantibus: sepelitur. Angelicus tantùm chorus hymnizans comitatur
Vsque locum tumuli. Mirantur numine facti,
Cernentes meritum Sancti, venerantur & illum:
B Condigno tumulant loculo cum supplice voto.

a *Hinc patet aliquot seculis post Normannicas irruptiones hæc scripta.*

EPITOME V

ex lib. 1 Synopseos Franco-Merouingicæ,

auctore Andrea Siluio.

S. Adalbaldi Ducis a fratres,

HÆc B. Rictrudis, in diebus adolescentiæ, nupsit Adalbaldo, magnifico Duci, de genere Regis Dagoberti, cuius fratres etiam fuerunt. Sigefridus, Comes Pontiuensis, maritus *a* S. Bertæ Blanziacensis, & Herchenaldus, Maior domus, & Patricius Clodonei, filij Dagoberti Regis Francorum; & Ernulfus, ac Lando Remensis. Hic Herchenaldus, post mortem Adalbaldi Ducis, fratris sui, in eius possessione peræ-dificauit Duacum castrum; & infrà construxit eccle-siam beatæ Dei genitricis Mariæ, quæ hodie dicitur *b* S. Amati. Beata igitur Rictrudis, post necem viri sui (fratres enim eius, & cognati eum interfecerant, eò quòd Adalbaldus de genere esset Francorum, nam C Gotthi Francos vilipendebant) accepto consilio à B. Amando, cùm eam ad secundas cogeret nuptias Rex, Marcianas venit, & tres filias suas. Closcendem, Eu-sebiam, & Adelscendem, Virgines inihi Deo obtulit.

b obitus.

a *Colitur S. Bertha vidua, fundatrix & prima Abbatissa monasterij Blanchiacensis 4 Iulij. De Sigefrido & aliis fratribus antè actum.*

b *Fuit S. Amatus Episcopus Senonensis, colitur 13 Sept.*

EPITOME VI

ex Vitâ & miraculis S. Rictrudis,

auctore monacho Marchianensi.

Vasconibus Dagoberto subditis.

CVm Dagobertus Rex Francorum pro fratre suo Haiberto, qui paullò antè defunctus Wasconiam rexerat, partes illas in potestatem redegisset; de ami-cis suis illic frequenter mittere consueuerat, prout ne-cessitas postulasset. *a* Erat tunc temporis Archenaldus quidam Francigena nepos Regis, & secundus à Rege in palatio eius, vir prudens & magnæ gratiæ apud Deum & homines. Qui ad ædificandas tres eccleſias de suo procurauit sumptus & expensas: quarum vna S. Petri *b* Latiniaci constructa est; alia S. Fursei apud

a frater Erchenoaldi Maioris Domus,

b

c Perronam; tertia Duaci in honorẽ sanctæ Virginis Mariæ, quæ nunc S. Amati nominatur: iuxta illam, turrem quoque munitissimam, & miræ altitudinis construxit, quæ in ius proprium B. Rictrudi, post mor-tem viri sui, hæreditariâ successione obuenit. Vnde quia Flandriarum Comites turrem illam possident, prout sibi inuicem succedunt, huius rei causâ Mar-chianensi Ecclesiæ conferre quinque solidos annuatim consueuerunt. Huius frater fuit Adalbaldus, qui pro quodam Regis negotio, in Wasconiam profectus est. Et hic reditibus affluens innumeris, potentiâ & genere, quia regiâ stirpe progenitus magnus erat, iuxta nomen Magnorum qui sunt in terrâ, optimis disciplinis à puero institutus, & in domo Regiâ admodùm omnibus per omnia gratiosus, visâ ibi puellâ nobili, de quâ intendimus, pro eâ sibi desponsandâ in vxo-rem, parentes inquirit, precatur, & obtinet. Et ecce viri potentes puellæ consanguinei, frustrà resistendo contradicunt, indignantes quòd tantæ prosapiæ puel-la cuilibet Francigenæ iungeretur. Contendunt, & omnia irrita facere moliuntur. Sed non datur vltrà: E dotatâ enim virgine, & nuptiis solenniter celebratis, vir cum vxore in Franciam feliciter reuertitur. Sed quod solâ successionis causâ matrimonium inierint, statim in suæ conuersationis initio cœpit apparere. Scientes enim membra sua esse templum Spiritus san-cti, satagebant vt sibi esset honorabile connubium, & thorus immaculatus. Debitum quoque sibi inuicem reddendum non ignorantes, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacarent orationi; nouerat vterque vas suum possidere in sanctificatione & honore non in passione desiderij. Denique vir non ad vxorem ama-tus, sicut se ipsam diligebat: & illa timorem viro de-ferens, subdita erat, sicut oportebat, in Domino. Erat ambobus veræ dilectionis indicium idem velle, & idem nolle; sed in ipso apice nobilitatis, multò nobi-liorem matri Ecclesiæ deuotionem quotidiè impen-debant. Intereà nati sunt eis filij, sacer scilicet Mau-rontus, posteà monachus & religiosus Abbas; filiæ tres, à primæuâ ætate in virginitatis proposito placentes vir-ginum sponso, quos per se, & per viros sibi familia-res & religiosos doctrinâ & exemplo, bonis moribus informare studuerunt. Vnde bonum quod ætas imma-tura non dederat, hoc in eis multiplici virtutum de-core, cooperante Dei gratiâ, breui enituit. In quibus-cumque etenim excessibus & leuissimis timentes of-fendere Diuinæ maiestatis aspectum, benè intra se F compositi, carnis gloriam, & eius voluptates pro ni-hilo habuerunt. Mauronto siquidem sacer Præsul Ri-charius, spiritalis doctor, & patrinus extitit, & eum per baptismasalutiare Deo regenerauit. *d* Clotsendem Pontifex Amandus, & eam vtpote filiam salubriter in-struxit. Eusebia verò *e* Dagoberti Regis, & Nanthil-dis Reginæ manibus, de sacro fonte susceptа est: qui possessiones dederunt, & *f* reditus multos in Fran-ciâ, quæ omnia erant Ecclesiæ Marchianensi oc-cultâ Dei dispositione profutura. Post hæc Adalbal-dus vir ab omnibus bonum habens testimonium, eun-di Wasconiam iter arripuit; suis tamen contradicen-tibus, cum ploratu & vlulatu multo: quem Rictrudis nobilissima matrona, quantùm licuit, prosecuta est, quæ statim domum mœrens iussa reuertitur, eum am-pliùs non visum. Gaudium planctus excludit, & iam mens quodammodò mali præsaga, dolorem, quem passura est in proximo, reueretur. Homines igitur ne-quam, quibus matrimonium displicuerat, cum pro-pinquis & amicis consilium inierant, quomodò virum illius sanctum dolo tenerent & occiderent. Et iam ad perficiendum scelus, quod conceperant, nacti tempus opportunum, inter eundum, præparatis insidiis, eum, qui nihil morte egerat dignum, occiderunt. Offertur pro eo sacrificium, & honorificè, vt decebat, sepelitur. Sanitatum verò gratiâ, quam vsque hodie ad sepul-

D

c

Adalbaldus

ducit vxorem S. Rictrudem:

in cõiugio sanctè vixit.

gignit S. Mauron-tũ & tres filias deinsanctas:

d

e

f

sub reditũ in Vasco-niam

occiditur, claret mi-raculis.

chrum

A chrum eius quærentes inueniunt, teſtis eſt, quòd in conſortio Angelorum receptus, cum eis pari gloriâ lætetur. Nec mora. Malum, quod acciderat, B. Rictrudi & amicis eius nuntiatum eſt, quæ tam graui relatione perculſa, imprimis quid ageret, quid loqueretur, ignorabat, ſed dum filiorum & totius familiæ dolor in voces erumperet lacrymoſas, mater turbata grauiùs affligebatur. Sciebat modicùm plorandum eſſe ſuper mortuum, cuius mors pretioſa eſt in conſpectu Domini, ſed carnalis affectus naturaliter ab eâ dolorem exigebat.

defletur.

a *Beauſchampius hæc ita refert paginâ* 377. Erant tunc temporis tres clariſsimi fratres, Erchenaldus ſcilicet Maior domus, atque Francorum Patricius, Adalbaldus Dux Duacenſis & Comes Sigefridus, conſanguinei ſupradicti Regis Dagoberti, viri prudentes & magnæ gratiæ apud Deum & homines.

b *Latiniacum ad Matronam fluuium monaſterium & oppidum vulgò* Lagny, *de quo egimus* 16 *Ianuar. ad Vitam S. Furſei lib.* 2 *cap.* 2.

c *De eo ibidem actum cap.* 3.

d *Beauſchampius hæc ita legit paginâ* 379. Clotſendem & Adalſcendem beatus Pontifex Amandus, & eas vtpote filiolas ſalubriter inſtruxit. *Sed de ſolâ* Clotſende *alij etiam agunt.*

B

e *Solius* Nanthildis *meminerunt alij.*

f *Creditur* Verniacum *villa prope Sueſſionum vrbem tum datum, vulgò* Vergny. *Ea ceſſit deinde Marchianenſi monaſterio, eiq; neceſſarium domeſticis vſibus vinum ſuppeditauit, vt tradit Buzelinus lib.* 2. *Annalium Gallo-Flandria. Eiuſdem Verniaci mentio ſit in diplomate Caroli Calui, de quo ſuprà actum.*

EPITOME VII

ex Chronico Marchianenſi.

Adalbaldus illuſtri ſtirpe a exortus,

HIc Lotharius duxit vxorem Beretrudam quamdam nobilem & elegantem puellam, ex quâ genuit Dagobertum Regem & Biithildem ſororem eius ſecundùm quoſdam chronographos. Alij dicunt hanc filiam fuiſſe primi Lotharij aui illius. Hæc nupſit Ansberto Duci nobili in *a* Germaniâ, vnde proceſſit Karolida progenies regia. Ex hac progenie nati ſunt tres clariſſimi Principes, Adalbaldus Dux, & fratres eius Herchenoldus Maior domus occidentalis Franciæ, & C Sigebertus Comes. Huic Adalbaldo nupſit glorioſa matrona Rictrudis, ſicut ſequens ſcriptura declarabit. Hic vir generoſus, multis locupletabatur poſſeſſionibus in pago. Flandrenſi, Legienſi, Adartenſi, Auſtrebatenſi, & Pabulenſi. In huius pagi limite ad Auſtralem plagam, ſitus eſt locus Marcianenſis ſuper fluuium Scarpi. *b* Anno regni Lotharij Regis vigeſimo quarto, porrò à natiuitate S. Amandi quadrageſimo, conſtruxit idem B. Amandus Eccleſiam S. Petri in Blandinio, & pòſt Marcianenſem in honore eiuſdem beati Apoſtoli in præfati Ducis Adalbaldi allodio.

diues poſſeſſionibus,

b

Lotharius Rex Beretrude Reginâ mortuâ, ſecundam duxit vxorem nomine Sichildam; de quâ genuit Haibertum. Haiberto igitur & filio eius defuncto, omnia quæ acquiſierat, ſub Dagoberti rediguntur imperio. Ex illo tempore vſque in præſens Waſconia & Francia, duo ſcilicet regna vnum ſunt facta. Dux igitur Adalbaldus in Waſconiâ profectus, B. Rictrudem puellam alto ſanguine ortam vidit, dilexit, legitimam vxorem duxit, & in his vltimis Galliæ finibus ſecum adduxit. Eo tempore Adalbaldus Dux & Herchenaldus frater eius Maior Domus reædificauerunt Duacum caſtrum, & infra caſtrum ædificauerunt eccleſiam beatæ Dei genitricis Mariæ, quæ nunc dicitur S. Amati. Beata igitur Rictrudis, vt dictum eſt, ex generosâ Waſconum proſapiâ (Regium ſtemma, ac Senatorum genus optimum) nobiliter orta, Adalbaldo Francorum Duci potentiſſimo, ſub Rege Dagoberto, Clodouei videlicet patre, fratriſque ipſius Sigeberti Auſtraſiorum Regis, qui ipſius erant conſanguinei, nobiliter nupta; genuit ex eâ filium nomine Maurontum, & tres filias virgines ſanctiſſimas, Cloſendem, Euſebiam, & Adalſendem. Maurontо S. Richarius Pontiuenſis, pater ſpiritualis extitit, Cloſendi S. Amandus Elnonenſis, Euſebiæ Regina Nanthildis vxor Dagoberti Regis. . . In regno Clodouei Princeps & Patricius fuit Erchenaldus frater Ducis Adalbaldi de genere Dagoberti, in regno Sigeberti *c* Pipinus Saxo pater S. Gertrudis virginis Niuialenſis cognatus præfati E Principis. . . . Dux igitur Adalbaldus, neceſſitate vrgente, à pago Auſtrebatenſi, quem vulgari nomine Oſtreuannum vocant, in Waſconiam proficiſcitur. Cumque per Aquitaniam iter perageret, & ad Petragoricum ſolum peruenisſet, inſidiis malignorum, & vxoris ſuæ conſanguineorum, vir iuſtus appetitur, vulneratur, perimitur. Indignè enim ferebant tam humili matrimonio vtpote Francigenæ, quam gentem *d* Gothæ vilipendebant, ſororem ſuam fuiſſe coniunctam. Cùm autem ab impiis capite mulctatus fuiſſet, vt quædam *e* ſcriptura refert, ambabus manibus caput ſuum aſſumens, ad eccleſiam, in quâ tumulandus erat, deuexit. Ad cuius ſepulchrum multa illo tempore miracula facta ſunt. Corpus eius poſteà inde ſublatum eſt, & ad eccleſiam S. Amandi *f* Helnone delatum: ſed quo tempore, & à quibus perſonis id factum ſit nobis eſt incognitum. Rex igitur, auditâ nece tanti viri, turbatus eſt, & omnis curia Francorum lugent patriam tanto Principe deſolatam. F

ex CHRONICO MARCHIANENSI.

in agro Petragoricо occiditur:

d

e

caput defert, transfertur Elnonem.

f

a *Hic* Romanus *ortu paſſim dicitur. In Genealogiâ S. Tarſitiæ* 15 *Ianuar.* ex genere Senatorum. *De hac re actum ſuprà §.* 2.

b *Hanc Chronologiam plenius corrigemus* 6 *Februar. ad Vitam S. Amandi, aliqua ſuprà attigimus §* 4.

c *Vitam S. Pipini damus* 21 *Febr. De hac cognatione nihil alibi legimus. Filia eius S. Begga nupta fuit Anſigiſo, cuius frater creditur VVulgiſus pater S. VVandregili, cui ex maternâ origine conſanguineus erat Erchenoaldus, qui illi ad condendum Fontanellenſe monaſterium fundum dedit. Erant ita nobiliſſima hæc & piiſſima familia mutuis coniugiis arctè coniuncta.*

d *S. Ardo Smaragdus in Vitâ S. Benedicti Abbatis Anianæ, quam damus* 12 *Febr. eum* ex Getarum genere, partibus Gothiæ oriundum *ſcribit, vbi oſtendemus* Getas *à pluribus confundi cum* Gothis, *quos hi pro vicinis Vaſconibus accipiunt.*

e *Fortè poëma ſuprà datum intelligitur.*

f *Beauſchampius pagina* 421 *ait* S. Adalbaldum *caput ſuum tuliſſe* ab agro Petracoriorum Elnonem ad Benedictinos aſcetas, *quod hinc refellitur.*

DE S. HADELOGA VIRGINE

KITZINGI IN FRANCONIA.

I. B.

§ I. *Kitzingenſis cœnobij ortus, interitus.*

SECVLO VIII. II FEBR.

Kitzingū oppidum.

1 KItzingum *oppidum eſt Franconiæ, ſub Marchionis Ansbacenſis ſiue Onolsbacenſis, è domo Brandeburgicâ ditione; vti Sebaſtianus Scroterus in Hiſtoricâ deſcript. orbis, Petrus Auitius in Generali deſcript. Europæ, aliiq; teſtantur. Nobile olim ſanctimonialium Virginum inſtituti Benedictini cœnobium fuit: cuius originem ac ſitum ita Gaſpar Bruſchius in Chronologiâ monaſteriorum Germaniæ exponit:* Kiczingenſe monialium, celebri loco, ex Comitibus videlicet, Baronibus, ac nobilibus parentibus, tantùm natarum, potentiſſimum olim cœnobium, Ordinis D. Benedicti, intra eiuſdem nominis præclaræ apud Oſtrofrancos vrbis mœnia, ad Mœnum amnem ſitum, fundatum eſt, non

olim nobilium Virginum cœnobium,

AVCTORES I.B.

A à S. Bonifacio, ſeu Vunefrido, primo Archiepiſcopo Moguntino, ſed ad eius inſtantiam & preces, anno Domini DCCXLV, à D. Adelheide, vel (vt Trithemius appellat) Adelogâ, Pipini Francorum Regis filiâ, eius videlicet, qui in ſpatio XXXII annorum ſaxeum pontem conſtruxit, per quem, hodie adhuc firmiſſimum, itur è Kiczingo ad Eppeshuſium, ſuburbium è regione vrbis in alterâ Mœni ripâ ſitum. Eſt cœnobium id Herbipolenſis diœceſeos, ſubditum Eberhardo eius loci Epiſcopo, ab Imperatore Henrico Claudo, anno Domini MVII. In eo diplomate regio dicitur cœnobium hoc, Abbatia Kiczingen dicta, in pago Gotsfeld ſita: quod argumento eſt, nullam etiam tunc temporis iſtic vrbem fuiſſe, ſed pagum tantùm & villam; quam à Kiczio, regio quodam paſtore, ita dictam eſſe, à ciuitatis incolis fide dignis accepimus: qui aſſerunt, Piſcatorum plateam initium fuiſſe ciuitatis vel villæ, ac monaſterio etiam ipſo vetuſtiorem: vnde omnes eius plateæ domunculæ monialibus loci vectigales & tributariæ ſemper fuerunt, & in hunc diem vſque ſunt.

Epiſcopo Herbipolenſi donatum:

vnde aptellatum?

2 *Hæc Bruſchius. Cui fidem, quam alioquin non maximam meretur, Catholicæ ipſe fidei deſertor, abrogare hîc tamen non poſſumus, cùm vetera nobis eius cœnobij monumenta non ſuppetant. Ante tamen annum* DCCXLV *Chriſti ædificatum illud eſſe fatendum, ſi verum eſt quod in ipſius S. Hadelogæ Vitâ traditur, ante Caroli Martelli, parentis eius, obitum, qui anno* DCCXLI *contigit, illud eſſe conſtructum, atque ab ipſo Carolo amplis poſſeſſionibus dotatum. Quamquàm potuit ſub Carolomanno Duce, aut Pipino Rege, Caroli filio, atque Hadelogæ fratribus, à S. Bonifacio egregiis aliquibus ſtatutis, ac conſtanti diſciplinâ ad ſanctitatem conformari, morum etiam fortaſſis magiſtrâ aliunde adſcitâ, vt mox dicemus. Quod Pipini ſiue Regis, cognomento Breuis, ſiue Herſtalli Maioris Domus, filiam facit Hadelogam Bruſchius, mox refelletur, cùm Carolo Martello natam oſtendemus. Neque tamen quî potuerit hic annos* XXXII *in pontis conſtructionem impendere ab anno* DCCXIV *ad* DCCXLI *ſupremâ Galliarum præfecturâ adminiſtratâ, annis omnino* XXVII, *ſatis perſpicimus. At nec pluribus annis rerum potitus eſt parens eius Pipinus. Niſi ſi quis docuerit, quod non eſt à veriſimilitudine alienum, illos in eo tractu ampla aliqua bona poſſediſſe, ideoq; alterutrum eorum priuatis ſuis, aut clientum ſuorum impenſis, antequàm Reip. gubernacula ſuſciperet, eam exorſum eſſe ſubſtructionem: aut quem ille faciendum pontem locaſſet, demum poſt duos ac triginta annos eſſe perfectum, ipſo iam vitâ functo, vt ſolent eiuſmodi publica opera, quorum abſolutionem dominorum præſentia non accelerat, in longum trahi. Non enim alioqui probabile videtur, tantum ſpatium ad eiuſmodi fabricam neceſſarium fuiſſe. Quod coniicit Bruſchius, Kiczingum S. Henrici Imp. ætate vrbem non fuiſſe, ita ſit ſanè; at non inde id ſequitur quòd in pago ſitum fuiſſe cœnobium dicitur: nam* pagus, *non ſemper vicum aliquem, vel rure ædificatas domos plures, nullo circùm communi aggere vallóq; ſeptas ſignificat; ſed latiùs fuſam hominum multitudinem, iiſdem moribus atque inſtitutis viuentem. Cui Antitiſti poſſeſſionem Kitzingi ab Imperatore datam ait Bruſchius, is non Eberardus, (ſi non mendoſus eſt, quem idem edidit, Epiſcoporum Herbipolenſium catalogus) ſed Henricus agnomine Hezelinus fuit; quem quo argumento S. Heriberti Colonienſis Epiſcopi fratrem affirmârit, alibi diſcutiemus. Minùs diſplicet quòd à Kiczio regio paſtore traditur factum loco nomen, etſi magis idoneum deſiderare quis poſſet auctorem, quàm imperitam plebem, rei præſertim tam vetuſtæ, vixq; alibi teſtatæ. Tale alioquin Freckenhorſti cœnobij nomen ad* XXX *Ianuarij retulimus in S. Thiathildis Virginis Vitâ à Friccone ſubulco deductum. Qui Bruſchio* Kiczius, *is ſcriptori Vitæ S. Hadelogæ* Kuccingus *eſt.*

quando ædificatũ?

B

3 *Floruit porrò honeſtatis ac ſanctitatis famâ Kiczingum: vt propterea illuſtres puellæ iſthuc, pietate boniſq; moribus erudiendæ, mitterentur. Ita de S. Hedvvige in eius Vitâ* XV *Octobris dicitur*: Nam in ætate puerili in clauſtro Luſingo ſacras litteras didicit; quarum ſtudio & tempus in iuuentute expendit vtiliter, ac in earum intellectum poſtmodùm conſolationis internæ & deuotionis hauſit gratiam excellenter. *Pro* Luſingo, *Surius* Lutzingenſi *ſcripſit. Verùm nos ante annos complures monuit litteris Niſſâ, vrbe Sileſiæ, datis Andreas Stredonius noſter,* Kitzingenſi, *vel* Kitzingo, *eſſe legendum, Germanicè* Kitzingen, *aut* Kutzingen. *Et MS. Carthuſiæ Liranæ habet* in clauſtro Kiczingo: *patetq;, ex iis quæ miox de eiuſdem S. Hedvvigis ſorore (Mechthilde, opinor) dicuntur:* Tertia verò fuit Abbatiſſa ſanctimonialium Ordinis S. Benedicti in Luzingo Franconiæ monaſterio ſupradicto. *Idem codex Liranus,* Kiczingo. *Clariùs ad Hieronymus Dungershemius Oxenfurtenſis* X *Februarij in S. Scholaſticæ Encomio expreſſit cap.* 5 *nu.* 28. In eodem etiam monaſterio Kitzingenſi pòſt lapſo tempore, litteras docta eſt B. Hedwigis; & S. Eliſabeth relicta B. Ludouici Comitis prouincialis Thuringorum, cum matertera ſuâ ibidem Abbatiſſâ ad tempus eſt conuerſata, prout in Sanctarum illarum hiſtoriis eſt expreſſum. *In Vitâ S. Eliſabethæ* XIX *Nouembris iſta ſcribit Theodoricus Thuringus lib.* 5 *cap.* 1 *in edit. Henr. Caniſij:* Poſt hæc nobilis & religioſa fœmina Abbatiſſa de Kitzingen, B. Eliſabeth ſecundùm carnem matertera, miſerata paupertatis eius defectum nimium, ipſam allatam honorificè ad Dominum Bambergenſem Epiſcopum euexit. Qui Dei famulæ auunculus, ipſam benignè & reuerenter ſuſceptam, cum omni honeſtate & caritatiuè pertractauit. *Quæ ita Cæſarius in eiuſdem Sanctæ Vitâ expreſſit:* Abbatiſſa de Kitzingen Herbipolenſis diœceſis, matertera B. Eliſabeth, miſeriis eius & inopiæ compatiens, duxit illam ad auunculum ipſius Epiſcopum Bauenbergenſem, qui ſatis honeſtè tenuit eam.

& egregiâ puellarum inſtitutione,

C

D *inter quas S. Hedvvigis,*

eiuſdẽ ſoror, dein Abbatiſſa:

E

4 *Olim hæc fuêre Kitzingi decora ſanctitatis & laudabiliſſimæ diſciplinæ. Sed pòſt Marchioni Ansbacenſi ab Herbipolenſi neſcio quo Antiſtite oppigneratum: neque recuperari vnquam potuit, etſi ſæpius repræſentata à ſequentibus Epiſcopis pecuniæ ſumma ſit, pro quâ pignori oppoſita cum cœnobio vrbs erat, vti Petrus Auitius teſtatur. Inde ruina ac labes antiquiſſimi monaſterij; quod* per Ansbacenſis Marchionis Lutheriſmum, alios in vſus vel abuſus nunc tranſlatum *ſcribit Nicol. Serarius noſter Notat.* 14 *in Vitam S. Bonifacij, rer. Moguntiac. lib.* 3. *Quando id contigerit indicat Bruſchius in Chronol. monaſterior. citatâ*; Vltima, *inquit,* huius cœnobij gubernatrix obiit anno MDXLIV. Poſtcà à Brandenburgenſibus Marchionibus occupatur totum monaſterium, curæque Præfectorum traditur.

Marchioni Ansbacenſi oppignerati,

diſſipati.

§ II *S. Hadeloga non eſt eadem quæ S. Thecla.*

5 NVnc quæ fuerit Hadeloga, prima Kitzingenſis cœnobij vel auctor vel habitatrix, quo patre nata, quarendum. Hadeloga paſſim à Trithemio & aliis appellatur, & teſte Serario in notatione iam citatâ Hadelonga (vti & in *Vitâ MS.*) ac Hadelloga; Bruſchio Adeloga, & Adelheidis; *Dungershemio in Encomio S. Scholaſticæ* Adaloia; *Lazio* Adalagia; *MS. Kalendario* Haldelogoda. Theclam *quoque dictam nonnulli exiſtimant. Ita Serarius ſuprà citatus, Trithemium ſecutus in Compendio Annalium ſic ſcribentem:* Conſtruxit etiam *S. Bonifacius* plura monialium cœnobia: inter quæ illud eminet monaſterium in oppido Kitzingen iuxta Mogonum, Wirciburgenſis diœceſis, cui præfecit ſanctam Virginem, nomine Hadelogam, quam Theclam nominauit, ex Angliâ oriundam. *Ita & Hermannus Greuen in Addit. ad Vſuard. hoc die:* Hadelogæ Virginis, cognatæ S. Bonifacij Epiſcopi.

Hadelogæ variè appellata.

S. Thecla Virgo,

6 *Verùm diuerſa ab Hadelogâ fuit Thecla. Huius meminit Othlonus cap.* 30 *Vitæ S. Bonifacij, his verbis*: Prædicans ergo & baptizans ſanctus Præſul Bonifacius in Thuringorum & Heſſorum regionibus, perſpexit meſſem quidem eſſe multam ibi, ſed operarios paucos ad copioſam multitudinem credentium inſtruendam. Vnde in prouinciam patriamque ſuam mittens, exinde

quæ ex Angliâ aduocata à S. Bonifacio

tam

A tam fœminas, quàm viros religioſos, ſcientiâque variâ imbutos, plures venire fecit, ſuiſque laboris onus inter eos diuiſit. Inter quos erant præcipui quidem viri, Burchardus & Lullus, Willibalt, & Wunnibald frater eius, Witta & Gregorius; fœminæ verò religioſæ, matertera ſcilicet S. Lulli, nomine Chunihilt, & filia eius Berathgit, Chunidrut & Thecla, Lioba & Walpurgis ſoror Willibaldi & Wunibaldi. Sed Chunihilt, & filia eius Berathgit, valdè eruditæ in liberali ſcientiâ, in Thuringorum regione conſtituebantur Magiſtræ. Chunitrud in Bagonariam deſtinata eſt, vt verbi Diuini femina ibidem ſpargeret. Teclam verò iuxta fluuiũ Moin, in locis Kihhingen & Ochſinofrutt nuncupatis, collocauit. Liobam quoque ad Biſcofeſcheim, vt illic multitudini Virginum præeſſet, conſtituit.

cum aliis religioſis fœminis:

7 *Si quemadmodùm extat VValburgis & Liobæ, ita reliquarum quoque Vita exſtaret, maiorem inde haurire lucem liceret. In Vitâ S. Liobæ, quam* XXVIII *Septembris dabimus, teſtatur Rudolfus Fuldenſis monachus, Rabani diſcipulus,* pauca quæ refert, à viris venerabilibus ad ſuam notitiam peruenìſſe, qui ea quatuor diſcipularum eius, Agathæ videlicet, & Teclæ, Nanæ & Eoliobæ fideli relatione comperta, ſinguli & pro captu ingenij ſui, ſicut ſibi B tradita ſunt, litteris mandare, & ad exemplum poſteris relinquere ſtuduerunt. *Verùm an non duæ fuerint Theclæ, vna ſenior quæ cum Liobâ euocata ex Angliâ memoratur, eiq; par, ſi non ſuperior, videtur fuiſſe, priùs enim quàm illa nominatur; altera iunior, S. Liobæ diſcipula; meritò dubitari poteſt. Certè Lioba cùm in Germaniam venit, virtute quàm ætate videtur prouectior fuiſſe. Nam VVinbrunnum cœnobium ab Ina ſanctiſſimo Rege, de quo* VI *Februarij agemus, in SS. Cutburgæ & Kineburgæ ſororum ſuarum gratiam, conditum eſt, vt quidam volunt, anno Chriſti* DCCXIII, *vt alij* DCCXX. *Demus etiam aliquantò priùs id factum, cùm regnum, quod vltro an.* DCCXXVI *depoſuit,* XXXVII *annis Ina tenuerit. At VVibrunno cœnobio* poſt nonnullas Abbatiſſas & ſpiritales Matres prælata eſt Virgo religioſa, nomine Tetta, *cui Trhutgebam cognomento Liobam,* adultam Virginem diuinis ſtudiis imbuendam tradidit *mater, vt in Liobæ Vitâ dicitur. At fuit fortaſsis illa S. Bonifacij adiutrix Thecla vna ex iis Virginibus quæ cum S. Cutburgâ, vt* XXXI *Auguſti ad eius Vitam dicemus, è Barkingenſi cœnobio VVinbrunnum migrarunt. Fuit enim S. Cutburga Berkingi (quod cœnobium infra Londinum ad Tameſim ſorori ſuæ S. Ethelburgæ S. Erkenvvaldus Londinenſis Epiſcopus ædificârat) ſub eiuſdem Ethelburgæ Magiſtrâ S. Hildelithâ, diſciplinis monaſticis informata: deinde cùm cœnobium illi Ina Rex in Dorceſtriâ ad Stourum amnem ædificaſſet, loco qui* C *olim* Vindogladia *dictus putatur, vulgò nunc* Winburri, *&* Winburnminſter; *eò cum aliis Virginibus commigrauit. Harum è numero Theclam extitiſſe coniiciat quiſpiam, quòd & Berkingi fuerit præcipui nominis ſanctimonialis Thecla, & paullò pòſt è VVinburnenſi cœnobio in Germaniam Thecla aliqua ſit miſſa, ſanctitate & religioſæ inſtitutionis ſcientiâ conſpicua. Theclam Berkingenſem recenſet cum aliis, quibus librum ſuum de laudibus virginitatis dedicauit, S. Aldelmus, qui ab anno* DCCIV *ad* DCCIX *Schireburnenſem Eccleſiam adminiſtrauit. ita ille ſcribit:* Reuerendiſſimis Chriſti Virginibus, omniq́ue deuotæ germanitatis affectu venerandis, & non ſolùm corporalis pudicitiæ præconio celebrandis, quod plurimorum eſt; verùm etiam ſpiritalis caſtimoniæ gratiâ glorificandis, quod paucorum eſt; Hyldilichæ regularis diſciplinæ & monaſticæ conuerſationis Magiſtræ; ſimulq́ue Iuſtinæ ac Cutburgæ, mihi contribulibus neceſſitudinum nexibus conglutinatæ Altgidæ, ac Scholaſticæ Hidburgæ, & Berngidæ, Eulaliæ ac Teclæ rumore ſanctitatis concorditer Eccleſiam ornantibus, Aldhelmus ſegnis Chriſticolæ Crucis & ſupplex Eccleſiæ vernaculus, optabilem perpetuæ proſperitatis ſalutem. *Has Berkingenſes fuiſſe patet ex VVillielmo Malmesburienſi lib. 1 de geſtis Reg. Anglor. cap. 2.* Acceſſit ſacri cælibatus ſtudio, & librorum Aldelmi de virginitate lectio, Berkingenſium quidem nomini dicata, ſed omnibus eamdem profeſſionem anhelantibus valitura. D

anteà VVinbrũnum trãſlata Berkingo,

eui & aliis Barkingẽſibus liber de virginitate dicatus à S. Aldhelmo;

Auctor. lib. I.

8 *Diuerſam porrò hanc ab Hadelogâ Theclam idem qui vnam eſſe anteà ſcripſerat, Trithemius agnouit lib. 3 de viris illuſtr. Ord. S. Benedicti cap. 172 de Theclâ ita ſcribens:* Thecla ſanctimonialis fœmina, natione Anglica, quam S. Bonifacius ob penuriam meſſorum ſpiritualis tritici, de Britanniâ euocatam in Alemaniam, Abbatiſſam conſtituit iuxta Moganum in loco qui dicitur Eizzingen, vt ibi quaſi lucerna in calig noſo loco luceret, alioſque ad monaſticæ imitationem vitæ ſuo exemplo prouocaret. Nam vſque ad hæc tempora monaſteria in Alemaniâ, maximè Virginum, pauca habebantur. Sancta autem fœmina multas in eodem loco animas Chriſto congregans, tandem in pace quieuit. Claruit anno Dominici DCCXXX. *De Hadelogâ autem cap.* 280 *eiuſdem libri iſta habet:* Hadeloga monialis & Abbatiſſa monaſterij Rinckingenſis, Virgo ſanctæ & innocentis vitæ, & virtute humilitatis ſingulariter inſignis, quãti ſit apud Deum meriti, crebris atque clariſſimis monumentis indicauit. Cuius feſtum agitur IV Nonas Februarias.

diuerſa à S. Hadelogâ:

9 *De Theclâ igitur agemus ad* XV *Octobris. Hìc ſolùm quari poteſt, quomodò ab Othlono veteri ſcriptore, & alijs, dicatur Kitzingenſi cœnobio præfuiſſe, cuius parens ac præſes prima fuit Hadeloga. Venit in eum locum vi poſitos ſibi conſugij caſſes deuitaret, Hadeloga: ibi proprio quodam impulſu pietatis, ac religioſi Presbyteri ductu, procul à turbis ac ſtrepitu hominum maximeq́; illecebris Aulæ, ſanctam agere vitam cœpit. Exemplum mox, vt ſemper lumine ſe ſuo virtus prodit, aliæ ſecutæ, ancillæ fortaſsis primò, dein aliæ ex eo tractu. Cùm iſthuc Bonifacius venit, eximius vitæ religioſæ magiſter, is omne illius familiæ inſtitutum ordinauit, atque ad S. Benedicti Regulam, quæ in Anglicanis ſanctimonialium cœnobiis vigebat, cuncta direxit. Quid ſi vel ideò Theclam illi cœnobio præfecit, vltro cedente Hadelogâ? Huic quidem, quæ iis orta natalibus erat, ſeq́; Chriſti humilitatem imitari velle profitebatur, multò erat honorificentiùs, alteri obtemperare, præſertim quæ religioſarum inſtitutionum erat peritior. Ita nimirùm quâ de paullò antè egimus, Ethelburga, quamuis ei à fratre Berkingenſe ædificatum cœnobium eſſet, magiſtram tamen vel fratris voluntate accepit, vel vltro adoptauit S. Hildelitam. Apud poſteros tamen, quia monaſterium illud ipſa inchoârat Hadeloga, ſuiſq́; ac patris facultatibus dotârat, prima Abbatiſſa, quia verè mater & auctor illius extiterat, habita. Et fortaſsis illud ipſa ad vitæ vſque exitum rexit, Theclâ, quæ Ochſenfurti haud procul Kitzingo degebat, illuc quandoque ventitante, vt eam piis ſermonibus informaret ac monaſterij ordinem & diſcipli* F *nam luſtraret, ipsâ id rogante Hadelogâ, Bonifacio probante. Aut tandem poſtquàm vitâ functa eſt Hadeloga, eius cœnobio præpoſita eſt Thecla, Ochſenfurti præfecturâ alteri datâ. Secunda Kitzingenſis Abbatiſſa apud Bruſchium* Heilga *appellatur. quæ ſi eadem Thecla fuit, binominem fuiſſe, vti & Liobam, oportuit, aut hoc illi à ſanctitate inditum nomen;* Heyligh *enim Teutonicè* Sanctum *ſignificat.*

quomodò vtraque Kitzingẽſis Abbatiſſa dicitur

§ III *S. Hadelogæ parentes, Vita, feſtum.*

10 *VNc patrem Hadelogæ quæramus. Bruſchius ita ſcribit:* D. Adeloga, vel Adelheidis, Pipini Francorum Regis filia, fundatrix & Abbatiſſa prima ſui cœnobij fuit, nata & educata in Cygnæo monte, præclarâ arce, Regis Pipini olim ſede ac domicilio, quæ abeſt à Kitzingo vnum tantùm miliare. *Montem hunc Cygnæum Bruſchius idem* Schwanberg *interpretatur. Pipinum arbitramur à Bruſchio non Caroli Magni patrem intelligi, qui verè Rex fuit, ſed Herſtallum, ſiue Craſſum, qui Maior-Domus cùm eſſet, regnum Francorum vniuerſum Regeſq́; ipſos regebat, ſæpè ideò in Sanctorum Vitis Rex appellatus, vti & ipſius filius Carolus Martellus.*

S. Hadelogæ non Pipini Herſtalli,

11 *Eum Pipino titulum Regis tribuit Scriptor Vitæ S. Hadelogæ, & huius indicat parentes:* Erat ſiquidem, *inquit,* fi-

AVCTORE B. li Karoli, filij Pipini Regis patris S Gertrudis Virginis; & mater eius Kunehildis vocabatur. *Cùm Gertrudim audis Pipini filiam, ne Niuellensem suspicare Pipino Landensi & Idubergâ siue Ittâ, natam. Alia fuit Gertrudis, Pipini Herstalli filia, quæ cum Adalongo Presbytero, ne inuita nuptui traderetur à patre, in Franconiam fugit, vbi illius adhuc cernuntur in colle iuxta Neostadium monasterium vestigia. Hanc Iosephus Geldolphus Ryckelius, & anonymus quidam non admodùm antiquus Niuellanæ Gertrudis Vitæ scriptor, eam ipsam fuisse Pipini Landensis filiam volunt: quod ad* XVII *Martij ostendemus dici nullo modo posse, cùm hæc non nisi quatuordecim fuerit annorum, cùm Pipinus obiit anno* DCXLVI. *qui ergo credibile videri potest, iam antè abiisse in tam longè dissitam regionem, horrentem adhuc idololatriâ, vti patet ex Vitâ S. Kiliani, qui* XL *post illius Pipini obitum annis martyrio coronatus est? Deinde Adalongo Presbytero reuelatæ eiusdem S. Kiliani & sociorum reliquiæ, tempore S. Bonifacij: quàm is esse grandæuus debuit, si venerat in Franconiam circiter annum Christi* DCXLIV, *iam Presbyter, nec omnino iuuenis, custos adolescentulæ filiæ à sapiente fœminâ datus? Et quî creditur Bonifacij tempore Kilianum ignorasse, quem vidisse poterat, atque adeò debebat, Euangelium prædicantem? Sed nimirùm verissimè eum ignorabat, quia pluribus post illius mortem annis in eas oras aduenerat. Ita de secundâ illâ Gertrude scribit auctor Vitæ S. Kiliani, quam* VIII *Iulij dabimus*: Venerabilis Virgo Gertrudis Pipini Regis Francorum filia, cùm virum accipere nollet, cui eam pater sociare volebat, auxilio matris, quàmdiu potuit, paternis in regnis latuit. Sed cùm diutius latere non posset, venit in partes supradictæ Orientalis Franciæ, in locum, qui nunc corruptè Carleburg vocitatur, ibique de facultatibus suis in honorem beatissimæ Virginis Mariæ monasterium construxit, quod vsque in præsentem diem permanet; vbi Atalongum Presbyterum & Bernardum Diaconum, quos secum adduxerat, ordinauit. Ipsa dehinc ad propriam terram rediit, quia procum sui coniugij obiisse cognouit, quæ vsque ad vitæ terminum in virginitate permanens, virginitatis simul & morum probitate Deo complacuit. Prædictus autem Atalongus ignorabat Kilianum, forsitan vt vix eius audiuerit famam, quæ paullatim ignorantiâ absoleuerat.

Aliqui & ipse quandoque Rex appellatus; cuius filia S. Gertrudis,

alia à Niuellanâ,

ne nubere cogeretur,

in Franconiam fugit)

12 *Meminit huius quoque Gertrudis Hieronymus Dungershemius Otkensurtensis in Encomio S Scholasticæ, quod* X *Februarij dabimus, diserteq; Pipini alterius filiam appellat, licet cum seniore Gertrude eam deinde confundat. Idem Adalogam quoque ita prædicat*: Huius sanctæ Virginis ex fratre germano neptis fuit beata Virgo Adaloia, Abbatissa prima monasterij Kitzingensis in Franciâ Orientali, similiter in diœcesi Herbipolensi cis Moganum siti; qui locus per eam in prædiis & personis breui adeò auctus est, vt inter prima Germaniæ monasteria haberetur. Erat autem, vt de eâ scriptum est, valdè speciosa & virtuosa nimis, Deo & hominibus multùm amabilis: at posthabitis Regibus ac Regum filiis, ex Britanniâ, Pannoniâ, Græciâque, pro eâ instantibus, Christo se totam deuouerat; patre ipsius Carolo Rege Francorum, quamuis primò plurimùm indignante, pòst tamen per visionem commonito, eidem satis cooperante: magnum nedum Virginum, vt tactum est, verùm & Clericorum Diuina ipsis facientium; multitudinem in monasterio præfato instituit. Fuit hæc in pauperes largissima, & multùm compassiua, tantâ per se eisdem ministrans pietate, vt Mater pauperum diceretur. Hæc etiam præter ceteras virtutum dotes miraculis clara, de grege, quem (vt ipsius asserit historia) religioni S. Scholasticæ dedicauerat, atque verbo doctrinæ & perfectæ virtutis exemplo pauerat, maximam in vitâ & morte habuit sollicitudinem; adeò vt & erranti ferè cuidã Sorori in somnis apparuerit, eamque in meliùs commonitione factâ reformauerit. Tandem post multos in viâ Dei sudores, sancto fine transitura, eiusmodi fidenter ad sponsum suum fecit orationem: Domine Iesu Christe, cuius amore terrenas nuptias contempsi, multosque labores & passiones sustinui, concede, vt cùm migrauero, in choro Virginum à te recipi merear. Quod & ita factum esse signa mox eâ decedente patrata certum reddiderunt. Dolnit autem pro tantâ Matre vehementer pauperum, quam pauerat, multitudo: totaque regio ea ad eam, vt Patronam, per orationes deuotas confugit.

sed Caroli Martelli filia,

nuptias deuitans,

Kitzingi cœnobium fundauit,

sanctè mortua.

13 *Hæc fusiùs recitare placuit, quòd ex Kintzingensibus monumentis, cùm adhuc isthic religio vigeret, in vicino oppido natus scriptor acceperit, quæ Vitam confirmant, quam damus ex vetustis codicibus monasterij Bodecensis Ord. Canonicorum regularium diœcesis Paderbornensis in VVestphaliâ. Mirabitur fortassè quispiam, cur neque Gertrudis huius, neque Hadeloga, in Pipini ac Martelli genealogiâ mentio fiat. At neque aliorum plurimorum Ducum aut Regum filiæ memorantur, præsertim quæ in remoto aliquo cœnobio vitam egerunt: & fortassis nonnullæ harum non erant legitimo thoro susceptæ. Quamquàm VVolfgangus Lazius (cuius tamen non semper summa auctoritas, quòd quæ profert non firmet certis veterum testimoniis) is tamen lib. 3 de Migrationibus gentium, Caroli Martelli recensitis liberis, addit*: Sunt qui illi & S. Adalagiam filiam tribuunt. *An Cunhildis S. Hadeloga mater, vxor fuerit Martelli, Pipini & Carolomanni genitrix, Suanichildis Odilonis Boij filia, an concubina, queri potest. Hieronymus Henninges, quæ Martelli coniux, Pipini & Carolomanni mater fuerit, non indicat; Griphonem aut Suinhilde, siue Schunda hilde, aut Nachilde Theodonis Boij filiâ, Martelli pellice, natum: sed probare ista veterum testimoniis debuisset. Sammarthani VV. CCL. Suanichildem Pipini, Carolomanni, Griffonis matrem, Odilonis Ducis Bauariæ filiam, legitimam Martelli coniugem fuisse affirmãt. Eam Lazius Schvvynhildem appellat.*

Eius Vita vnde hic edita?

Mater,

14 *Agitur porrò, vt suprà ex Trithemio retulimus, & Carthusianor. Addit. ad Vsuardum, festum S. Hadelogæ* IV *Non. Februarias. Quo die Benedictus Dorganius in Kalendario Benedictino*: S. Hadelogæ Abbatissæ, sanctitate claræ. *MS. Kalendarium SS. eiusdem ordinis*: Ipso die S. Haldelogodæ Virginis & Abbatissæ monasterij Rynkyngensis. *Hugo Menardus*: In Germaniâ S. Hadelogæ Abbatissæ, innocentiâ & sanctitate conspicuæ. *Eadem habet VVion, monetq; in Notis*, Rinckingensis cœnobij Abbatissam *fuisse. Philippus Ferrarius*: Kitzingi in Germaniâ S. Adelogæ Abbatissæ. *Sed quòd in Not. Canisium citat, haud scimus vnde acceperit, cùm in neutrâ editione Canisij quam habemus, annorum 1573 & 1599,* Hadelogæ *nomen extet. Memorat eam quoque Lahierius noster in magno Menologio Virginum.*

anniuers. sacra festinitas.

VITA AVCTORE ANONYMO è MSS. Canon. regular. Bodecen. *descripta à Ioan. Gamansio Soc.* IESV.

CAPVT I

S. Hadelogæ genus, virginitas, fuga.

Prologus.

1 LAudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui auctor & Rex est Virginum, Virginis filius, quem Agnum sine maculâ sequitur . . . rex stolâ circumamictus candidâ, . . . laudem huius Virginis Virgo mater Ecclesia deuotè suscipiat, & dignam eius memoriam faciat. Est enim dignum & beatæ memoriæ commendandum, vt quas Christus pro virginitate coronauit, & bonorum operum fructu ad summa prouexit, etiam nos cum magnâ veneratione concelebremus, & celebrando virtutes earũ imitemur, quatenùs ad summa cælorum fastigia eas sequi mereamur.

A 2 Beata igitur Virgo Hadelonga, ex alto Regum & Imperatorum ſanguine prognata, ſacris virtutum moribus nobilitatis ſuæ natalem condecorauit, & probis actibus inſigniuit. Erat ſiquidem filia *a* Karoli, filij Pippini Regis, patris S. Gertrudis Virginis; & mater eius Kunehildis vocabatur. Quæ cùm eſſet ſpecioſa valdè & virtuoſa nimis, & tam Deo quàm hominibus multùm amabilis, venerunt pro eâ expetendâ procorum non parua multitudo; Reges videlicet Regumque filij, de *b* Britanniâ, de Vngariâ, & de Græciâ ac de ceteris Regum prouinciis & gentibus. Duces etiam & Marchiones optabant eam in matrimonio ſibi copulari, propter elegantem formam pulchritudinis illius, & propter miram ſuauitatem virtutis & probitatis eius. At illa, quia Domino noſtro Ieſu Chriſto ſe totam deuouerat, ſpretis omnibus mundi potentatibus, ipſi ſoli Deo adhærebat, cui puro corde intra conſcientiam placere cupiebat, dixitque quotidie in orationibus ſuis: Fiat, Domine Ieſu Chriſte, cor meum immaculatum, vt non confundar. Et iterum orans dicebat: Domine Ieſu Chriſte, fili Regis ſummi, ſi tibi placet mei corporis impolluta virginitas, mitte Angelum tuum, qui cuſtodiat me, vt tibi poſſim conſeruare
B virginitatem corporis mei; & immuta patris mei cor, ne me tradat huic ſeculo nequam, & filiis tenebrarum polluendam: credo enim ſi copulata fuero concupiſcentiæ carnali propter amorem ſordium terrenæ pulchritudinis meæ, obliuiſcaris mei, & ſit tradar æternæ perditioni. Hæc dicens quotidie in orationibus ſuis Virgo beata flebat nimis, & B. Mariæ ſemper Virginis diligenter adhæſit veſtigiis; mittenſque vocabat amicam ſuam ſecretò, & præcidens vnum de capillis capitis ſui, totam ſe interiùs deuouit caſtitati, propter amorem cæleſtis regni, Dei Genitricem frequenter inuocans, & dicens: Sancta Maria, Dei genitrix, Virgo virginum, mater & Regina caſtarum mentium, cuſtodi me in meâ, quam tibi deuoui, virginitate; adiuua me ne tradar huic ſeculo, & ne ſeparer à tuis Virginibus, quæ te à mundi huius corruptione ſecutæ, æterni ſponſi Chriſti filij tui merentur amplexibus abſque omni contagione ſociari. His & his ſimilibus ſummæ deuotionis affectibus Chriſti deuota famula in ſecreto cordis ſui Spiritum ſanctum Aduocatum & Protectorem habere promeruit; qui corpus illius ab omni ſorde pollutionis emundans, templum ſibi præparauit.

3 Dedit ergo ei Deus hanc prærogatiuam ſuæ donationis gratiam, vt omnium oculis eſſet gratioſa: &
C licet pater ipſius aduersùs eam nimio furore iracundiæ repleretur, eò quòd virum nolebat accipere, tamen in Angelico illius aſpectu conterritus & conſternatus, reuerſus eſt eam aliquamdiu, nec in aliquo eam audebat contriſtare. Sed diabolus, qui omnium bonorum eſt inuidus, callidè ei ſuæ fraudis opponebat inſidias, volens eius extinguere caritatem, qui pudicitiam vincere non poterat; ita vt quam non poſſet vincere illecebris carnis, ſuperare tentaret in impatientiâ furoris. Econtrà Deus omnipotens, qui nihil reatus impunitum relinquit, voluit punire Regem propter
6 peccatum quondam in *c* ſorore patratum. Succēdit etenim uerò animum patris ad hoc diabolus, vt totus deſæuiat in filiam nubere nolentem.

4 Illa autem iram patris leniter ferens, impatientiæ iaculum, quod ei diabolus ſuggeſſit, cum animi ſui manſuetudine deuicit. Tantam illi ſiquidem Dominus gratiam contulit, vt propter inclementiam patris, quā modeſtè ſuſtinuit, omnes miniſtri curiæ, neſciente Rege, deuotiſſimè ſeruirent eidem caſtiſſimæ puellæ. Inter quos præcipuè Clericus quidam *d* Capellanus Regis, compatiens iniuriæ, quam filia ſuſtinebat à patre, miniſtrabat ei, tamquàm dominæ ſuæ, & Chriſti Dominiſui ſpōſæ. Quod vbi Rex quibuſdam inuidis prodentibus agnouit, tam filiam quàm Clericum in maximo odio habere cœpit, & dixit: Ecce filia mea, quæ noluit Regibus, Ducibus, & Principibus nubere, modò in contumeliam mei, quem ſibi voluit accepit in amicum, & in curiâ meâ publicè fornicatur cum eo. Vocanſque vnum de militibus, qui adſtabant ei, Vade, ait, & dic Clerico illi, vt vnà cum fornicariâ ſine dilatione recedat à curiâ meâ; alioquin craſtinâ die eiciam eos vtroſque cum contumeliâ ſuâ.

5 Audiens hæc Clericus ingemuit, & dixit: Deus cæli & terræ, ſcrutator cordium & omnium cogitationum, tu ſcis quàm innocens ſim huius rei; verumtamen licet dominus meus Rex inclementiam ſuam circa me exercere diſponat, non tamen deſeram dominam meam; ſed pro Chriſti amore libentiſſimè deſeruiam ei, donec videam quid Dominus de eâ facere dignetur. Erat enim idem Capellanus Clericus diues valdè in auro & argento, eò quòd Confeſſor eſſet totius exercitus Regis ac Principum, qui omnes multas oblationes contulerant ei. Omnes igitur facultates ſuas accipiens, diſceſſit à curiâ Regis vnà cùm dominâ ſuâ: & veniens ad quoddam nemus, extirpatâ ſiluâ ædificauit ibi monaſterium; coëmptiſque prædiis congregauit in eodem loco paucas ſanctimoniales, inter quas dominam ſuam ordinans Abbatiſſam, inſtituit vt regulam S. Benedicti & S. *e* Scholaſticæ ſeruarent, &
E caſtam vitam in Dei laude ducerent. Ipſe quoque cùm Clericis aliis, quibus ibidem præbendam conſtituit, Deo deuotiſſimè die noctuque miniſtrauit, & Virginibus Chriſti Miſſas quotidie celebrauit. Locus ille dum adhuc rudis & nouæ plantationis eſſet, nec adhuc nominis vocabulo vulgariter intitulatus fuiſſet; quidam paſtor, nomine Kuccingus, dum paſceret ibi pecora & armenta ruſticorum circumquaque habitantium, capellam vnam de grege ſuo ab ore lupi per inuocationem S. Mariæ, cuius ibidem patrocinium colebatur, eripuit, quam & ſtatim illuc ad altare S. Mariæ pro oſtenſione miraculi detulit: & ob hoc primum ibi factum miraculum, nomen loco illi Kuccingen inditum eſt.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

S Hadelogæ ortus nobiliſſima,

a

b nupsit ſpretis,

vouet caſtitatem, capillo vno præciſo:

D. Virginis opem inuocat:

multa ideò ſuſtinet à patre:

cum Capellano ab Aulâ expellitur:

d

Kitzingi ædificato cœnobio.

eo comitâte venit in Franconiam,

ibique fit Abbatiſſa.

e

F

a *De* S. Hadelogæ *parentibus, deq; ſecundâ* Gertrude *Pipini Herſtalli filiâ, actum* § 3

b *Facilè quæ de Hadeloga procis dicuntur, veriſimilia videbuntur ei qui meminerit inter Francos, Anglos, Longobardos, Baioarios connubia inita, & circa illa Martelli tempora, ac poſt illa, ac* 100, *adeoq; &* 150 *annis prius, vt videre eſt apud Sammarthanos & alios.*

c *Niſi ſoror proſiliâ, librarij vitio, poſita; coniicere liceat, Gertrudi quoque ſorori, ſeruare virginitatem cupienti, aduerſatum cum patre Martellum.*

d *De* capellâ *Regum Francorum, deq;* Capellanis, *&* Capellanis Clericis, *vt hic nominantur, agemus alibi.*

e *Ita ferè loquitur Hieron. Dungersheimius,* § 3 *citatus, in Encomio S. Scholaſticæ, quod integrum dabimus* 10 *Febr. Nulla quidem peculiaris S. Scholaſticæ Regula fuit: verùm ita Auctor Regulam S. Benedicti appellat, quatenùs à feminis ſanctimonialibus obſeruari poteſt, ac ſolet.*

CAPVT II

Monaſterium ditatum. miracula.

6 POſt aliquantum autem tempus audiens præfatus Rex, quòd in bonâ conuerſatione eſſet filia ſua, beata videlicet Virgo Chriſti Hadelonga, compunctus corde, eò quòd tantam maleuolentiam exhibuerat ei, ven t illuc, & multa donaria ac prædia contulit monaſterio, cui præfuit ipſa. In diebus illis venerabilis Clericus, quem prædiximus, Ieroſolymam iens in confeſſione Chriſti defunctus eſt. Cumque adhuc Rex eſſet in eodem loco, apparuit ei Clericus in viſione, dicens: Rex æternus, cuius imperium eſt ſine fine, miſit me, vt excuſationem innocentiæ meæ ſuſcipias, de infamiâ mihi impoſitâ à te: quod ſi non feceris, ſcias me ante tribunal Chriſti paratum eſſe iudicare de te. Crede ergo mihi in veritate, quæ Chriſtus eſt, quia ego & domina mea filia tua ſponſa Domini mei Ieſu Chriſti,

ei parens reconciliatur,

viſione Capellani mortui monitus,

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

Christi, immunes sumus ab omni tali peccato. Et hoc, erit tibi signum: In *a* anno hoc morieris tu, & filius tuus Pippinus regnabit pro te. Quòd si non pœnituisses malum, quod egisti contra nos, iam data esset sententia damnationis de te. Euigilans Rex vocauit ad se filiam suam, & dixit ei: Filia & domina mea carissima, ora pro me, vt non requirat Deus à me peccatum, quod feci contra te. Et iterum obtulit ei donaria plura prioribus, recessitque ab eâ. Illa autem sine cessatione orauit pro patre suo, vt saluaret eum Dominus.

a multa donat.

7 Diebus illis crescebat locus ille, & ditatus est nimis, ita vt multę Virgines Deo consecratę essent in eodem monasterio; sed & congregatio religiosorum *b* Clericorum non modica canonicè viuentium deseruiret ibi Deo, & S. Mariæ, sacrisque Virginibus cùm illo constitutis. Accidit autem per idem tempus, vt quidam Clericus iuuenis & delicatus volens peccare cum monachâ, illiceret eam, quatenùs nocte exiret ad ipsum. Quod cùm illa laudasset, & nocte consurgens per monasterium exire voluisset, adstitit in ostio ecclesiæ venerabilis Clericus ille, cuius Hierosolymis sepulchrum fuit in ipsis basilicæ foribus, dixitque ad eam: Quò vis ire Domina Soror? Ad cuius interrogationem cùm illa erubuisset, & præ pudore respondere non potuisset, subiunxit Clericus & ait: Redi, redi Soror ad ordinem tuum, nam fores istas commisit mihi Christus custodiendas. Verè dico tibi, quia citiùs morieris, nisi conuersa fueris. Ille verò quite illexit ad peccandum, iam verè mortuus est. Compuncta in huiusmodi verbis illa, rediit celeriùs, & incidens grauem infirmitatem per multos dies ægrotabat, eiusque exemplo ceteræ Sorores, quibus ipsa reatum suum singultuosè confitebatur, cœperunt in melius proficere, & multò ardentiùs in proposito castitatis permanere.

b Sanctimonialis peccati periculo erepta,

eodē Presbytero apparente:

8 Alio quoque tempore dum quædam Soror lubricæ intentionis viam arripuisset, & amore cuiusdam iuuenis illecta monasterium exire disposuisset, audiuit in somniis dominam suam Abbatissam Hadelongam dicentem sibi: Soror carissima, ecce venit Christus, præparate in occursum ipsius. Ecce sponsus venit: exeamus obuiàm ei. Euigilans itaque Soror illa toto corde compuncta est, & ex eo tempore nullam tentationem carnis, sicut ipsa testabatur, passa est.

alia ab Hadelogâ in somnis monita.

9 Fuit quidam ministerialis eiusdem Ecclesiæ satis diues & benè natus, qui cùm esset iuuenis, delectabatur canibus, & equis bonis, & interdum venationi libenter instabat. Habebat denique canes multos; inter quos vnum paruulum maximè diligebat, qui ita indiuiduus comes ei fuit vt neque dormiendo neque vigilando separari potuisset ab eo. Die verò quodam, cùm miles iste solus in equo per siluam iret, comitemque solum canem dilectum haberet, incidit in hostes, qui statim interfecerunt eum, tollentes prædam, equum videlicet ac vestimenta, & quicquid aliud auellere poterant; ipsumque corpus in densitate nemoris obruentes, abierunt. Canis autem per tres dies custodiebat corpus domini sui. Cumque iam fame deficeret, rediit, & venit ad Dominam suam Abbatissam, in cuius ministerium sæpè cum Domino suo antè venerat, quasi querimoniam facturus de crudeli nece Domini sui. Quem vt conspexit, mirabatur satis de viro, quidnam factum esset de illo; sciens quia non sine causâ solum canem & tristem cerneret. Vade, ait, in nomine Domini, & mortuus si est Dominus tuus, duc nuntios meos, vt quærant & inueniant corpus eius, vt sepeliatur. Quo statim præeunte inuentum est à famulis monasterij corpus præfati occisi Militis, & reportatum in ciuitatem, venerabiliter sepultum est circa monasterium; factusque est luctus & planctus magnus super eum.

Nobilis occisi in siluâ

C

cadauer absconditum,

ductu canis

inuentũ, sepelit Hadeloga:

19 Porrò Domina Abbatissa scire volens quis esset auctor huius sceleris, conuocauit omnes seruos suos, sed & vicinos homines pauperes & diuites, satis in hoc ostendens dolorem animi, quem habebat de amissione famuli sui. Cùm igitur astarent omnes ante ipsam, astiterunt inter alios & illi, qui huius sceleris auctores erant, securi quòd nemo sciret malum, quod ipsi perpetrarant. Tunc exponens omnibus Abbatissa dolorem cordis sui, cùm multis verbis hortaretur eos, vt siquis sibi conscius esset huius rei, pœniteret in hoc seculo, ne periret in futuro. Sed cùm nec aliquis se culpabilem profiteri vellet, in huiusmodi facto; conuersa postremò ad Dominum cum altis suspiriis dixit: Deus occultorum cognitor, qui omnia scis antequàm fiant, ostende per indicium aliquod potentiæ tuæ culpabiles illos, vt recognoscant semetipsos, vt si hoc est placitum ante te, iudicio tuo dispereant, vt ceteri, qui huiusmodi sunt, super hoc metum habeant. Dixitque ad canem, qui astabat: Vade in nomine Domini, & prode reos huius criminis, quia tu solus interfuisti eorum nefandissimis factis. Quo dicto, canis statim irruit in illos, & vnum quidem gutture permorso strangulauit, alium verò, qui prædam fecerat vestimentorum Domini sui, ita laniando discerpsit, vt neque vestimentorum vel carnium aliquid simul relinqueret in eo. Euidenti denique iudicio Dei factum est, vt omnes canes qui aderant, istum canem sequerentur, & quos iste inuasit, omnes pariter inuaserunt. Huius rei tam manifesta examinatio ita terruit omnes latrones, quorum maxima multitudo tunc temporis erat in nemore illo, vt per multa tempora non fuisset in partibus illis aliquod latrocinium perpetratum. Multum esset, si omnia gesta huius beatæ Virginis percurrere voluissem: vnde quia breuitate gaudet omnis lector, succintè de transitu eiusdem pauca dicamus.

D

homicidas incognitos & obstinatos,

facultate ab eâ factâ,

dilacerant canes.

E

a *Obiit Carolus Martellus* XI *Kal. Nouemb. an.* 741.

b *Tale ferè VVinbrunnense monasterium describit Rudolfus monachus in Vitâ S. Liobæ* 28 *Septembris*: In quo, *inquit, loco* duo monasteria antiquitus à Regibus gentis illius constructa sunt, muris altis & firmis circumdata, & omni sufficientiâ sumptuum rationabili dispositione procurata; vnum scilicet Clericorum & alterum fœminarum: quorum ab initio fundationis suæ vtrumque eâ lege disciplinæ ordinatum est, vt neutrum illorum dispar sexus ingrederetur. Numquàm enim virorum congregationem fœmina, aut Virginum contubernium virorum quisquam intrare permittebatur; exceptis solummodò Presbyteris, qui in ecclesias earum ad agenda Missarum officia tantùm ingredi solebant, & consummatâ solenniter oratione, statim ad sua redire. *Et post pauca, de S. Tetrâ Abbatissâ loquens,* quæ vtrumque monasterium, *inquit,* magnâ discretionis arte regebat. *Tale fuit Coludense S. Ebbæ monasterium, de quo Beda lib.* 4 *Eccl. histor. gent. Anglor. cap.* 15. *Tale Streneashalense, de quo* 8 *Febr. in Vitâ S. Elfledæ. Talia plura in eadem Angliâ, quæ non erant alicui subiecta Abbati, sed Abbatissam habebant præsidem, cui religiosi Presbyteri, qui sacra administrabant Virginibus obtemperabant.*

Abbatiæ fœminarũ

iuncta virorum sacra eius curentium,

eidem Abbatissæ subiectæ.

F

CAPVT III

S. Hadelogæ morbus, obitus, sepultura.

11 CVm beata Virgo Hadelonga corpus suum vigiliis, ieiunus & orationibus multis diebus afflixisset, & multo labore cordis ac corporis sacrificium Deo in Spiritu contribulato præparasset, sciens ex Diuinâ præmonitione diem sui transitus adèsse, orauit ad Dominum, & dixit: Domine Iesu Christe, pro cuius amore nuptias terrenas contempsi, & intolerabile odium patris mei incurri, multosque labores ac passiones sustinui, miserere mei, & concede, vt antè diem exitus mei, per veram confessionem, & puram compunctionem, merear purificari, vt cùm migrauero ex hac luce, in chorum Virginum tuarum recipi merear à te. Hæc & his similia quotidie cùm lacrymis exorabat, & licet infirmitate graui laboraret, non tamen ab eleemosynis consuetis & pauperum curis vllo modo cessauit, ita vt propriis manibus pauperibus

Hadelogæ diem obitus sui præscit.

A tribus miniſtraret cibum, potum, ac veſtimenta præberet, & infirmitatibus ſingulorum condoleret. Vt autem audiuerunt pauperes, qui in vicinò morabantur, ægrotationem eius, cum lacrymis aduenerunt, & flebili voce lamentabantur, quòd amiſſuri eſſent dominam & matrem ſuam. Quorum aliqui à diuerſis languoribus & debilitate membrorum, largiente Domino, ſanati ſunt per merita beatæ Virginis Hadelongæ.

ægrotat, cum magno pauperum ſenſu:

2 *Febru.* 12 Nocte igitur Dominicâ, cùm eſſet Purificatio S. Mariæ Matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, Reginæ Virginum, quam ipſa Matrem & Patronam ſibi elegerat, infirmari incipiens, Sorores ſic omnes allocuta eſt: En ego ad Chriſtum proficiſcor: cauete, cariſſimæ, ne diabolus ſurripiat aliquam de ouibus, quas cooperante Domino, meo ſudore in loco iſto congregaui. Eſtote quoque ſollicitæ, ne polluatur locus iſte à diaboli inſtigatione vel aliquâ carnali pollutione. Habete coram oculis, quomodò ego bonis vos exemplis præceſſi, vt ita ſubſequi, Chriſto iuuante, poſſitis. Et accipiens cum optimâ confeſſione corpus Dominicum, commendauit oues ſuas Chriſto bono Paſtori, dicens: Domine Ieſu Chriſte, Paſtorum omnium Paſtor optime, cuſtodi oues iſtas, quas pretioſo ſanguine tuo redimiſti, & non ſinas eas diabolicâ inuaſione lacerari. Sed & meam animam commendo in manus miſericordiſſimæ pietatis tuæ, qui tuam in cruce poſitus animam in manus Dei Patris omnipotentis commendaſti. Hæc dicens emiſit ſpiritum, cum Sanctis omnibus ſine fine manſurum.

ſumptâ Euchariſtiâ,

ſuis benè precata,

B

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D *moritur:*

13 Corpus autem ſacratiſſimæ Virginis ſtudioſiſſimè conditum aromatibus, cum deuotis atque condignis exequiis, ante altare S. Mariæ ſemper Virginis, in ſanctuario, diligenti curâ collocatum eſt. Non eſt opus dicere quantæ lacrymæ Fratrum, Sororum, laicorum, ſed & pauperum innumerabilium, quantus luctus & voces auditæ ſunt, non ſolùm in illo loco, ſed in totâ prouinciâ illâ, quorum omnium vna ſententia erat hac in prece: Oramus te, ô ſanctiſſima atque dulciſſima Mater, vt ſicut in hac vitâ bonis exemplis & virtutum operibus nos confouiſti, ita apud Deum in æternâ vitâ adiuuare digneris, & ſicut tuâ commemoratione in terris gratulamur, ſic etiam tuâ interceſſione muniri mereamur in cælis, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt omnium Sanctorum merces, gloria, gaudium, & corona, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

ſepelitur.

magno omnium luctu.

inuocatur.

E

DE SANCTIS MARTYRIBVS EBBECKESDORPIENSIBVS

THEODORICO EPISC. MINDENSI, MARQVARDO EP. HILDESHEIMENSI, BRVNONE DVCE SAXONIÆ; VVIGMANNO, BARDONE, altero BARDONE, tertio BARDONE, THIOTHERICO, GERRICO, LIVTOLFO, FOLCVVARTO, AVANO, THIOTRICO, LIVTARIO, Comitibus; ADERAMO, ALFVINO, ADDASTA, AIDA, altero AIDA, DVDONE, BODONE, VVALO, HALILFO, HVNILDIVNO, ADALVVINO, VVERINHARTO, THIOTRICHO, HILVVARTO, satellitibus regiis, aliiſque ſociis & famulis; itemque ERLVLFO EPISC. FERDENSI & GOSBERTO EPISC. OSNABRVGENSI,

Commentarius hiſtoricus. G. H.

Martyrũ Acta confuſa in MSS.

§ I *Horum Sanctorum publica veneratio. Martyrij genus, tempus, locus.*

ANNO DCCCLXXX. II FEBRV. 1 EBbekſtorpium, *ſiue* Ebbekeſtorpium, *aut* Ebſdorpium, *inſigne Virginum ordinis S. Benedicti cœnobium fuit, in eâ Saxoniæ inferioris parte, quam Luneburgici Duces poſſident, quaq, ab ipsâ regionis Metropoli Luneburgo, versùs meridiem & Brunſuicenſem tractum itur, haud procul* Vltzenâ *ad ipſum ferè regionis meditullium ſito oppido. In hoc cœnobio celeberrima fuit memoria multorum Martyrum, qui ſeculo Chriſti nono, ante conditum iſtic monaſterium, à* Danis, *ſeu* Normannis, *circumuenti ſunt, & fidei Chriſtianæ odio trucidati. Acta eorum ab anonymo Auctore, partim ex obſcurâ & confuſâ maiorum famâ partim ex ſchedis ipſarum fortaſſis ſanctimonialium nullo iudicio ſcriptis, ſeculo decimo tertio contemnata, extant in MSS.*

Ebbekeſtorpium cœnaſterium.

Nos è codice collegij Paderbornenſis Societatis Ieſu nacti ea ſumus hoc exordio: Alacriùs ſolitò magno Regi gentium Chriſto iubilando, concinat Sancta Mater Eccleſia de ſanctorum Martyrum victorioſo triumpho, in quibus inter ceteras humanæ felicitatis manſuetudines, tamquàm matutinum ſidus irradiauit integræ fidei ſinceritas. Quorum glorioſa merita, & exemplaris vitæ decor, in arcanis membranarum receptaculis, meritò memoriis æternalibus reſeruantur. *Infrà ſect.* 24 *oſtendit Auctor ſe anno* MCCXLIII *miracula ſpectaſſe. Acta illa Albertus Krantzius, vt anilium affinia fabularum explodit libro* 2 *Metropolis, à capite* 6 *ad* 18. *& quidem cap.* 16 *teſtatur ſe* rei geſtæ hiſtoriam digeſſiſſe ſacris Virginibus in Ebbeckſtorp degentibus, ad perpetuam rei memoriam, & ad prædictam fabulam eliminandam. *Hæc Krantzij lucubratio, poſt eamdem Metropolim excuſa, & ipſa nobis viſa eſt eiuſmodi, vt nemini probari erudito poſſit. Nos è vetuſtioribus & quibuſdam coætaneis Scriptoribus certiora proferemus:*

& apud Krantz. 2. 8.

AVCTORE G.H.

mus: è codice etiam Paderbornenſi, quæ Auctor patrari ſuo auo vidit miracula, eoq; fidem commerita: neque negligemus, ſi quid ſolidum Krantzius dabit.

A

2 *Auctor coæuus, qui Annales Francorum Fuldenſes ad mortem vſque Ludouici Iunioris Regis Germaniæ, annum videlicet Chriſti* DCCCLXXXII *produxit, horum pugilum eadem his verbis deſcribit*: Anno DCCCLXXX. Hyems aſpera & ſolitò prolixior. Nam Rhenus & Mœnus fluuij, glaciali rigore conſtricti, longo tempore ſe calcabiles præbuerunt. Rex Hludouicus Natale Domini celebrauit in Franconofurt: poſteà in Galliam profectus, filios Hludouici ad ſe venientes ſuſcepit, totumq́ue regnum Hlotharij ſuæ ditioni ſubiugauit. Inde ad expugnandos Nordmannos, qui in Scaltâ fluuio longo tempore reſederant, conuertit exercitum, initoq́ue certamine pluſquàm quinque millia ex eis proſtrauit: in quo prælio Hugo filius Regis occubuit. In Saxoniâ cum Nordmannis infeliciter dimicatum eſt. Nam Nordmanni ſuperiores exiſtentes, duos Epiſcopos, quorum iſta ſunt nomina, Thiotrih & Marcuuart, & duodecim Comites, his nominibus appellatos, Brun Ducem & fratrem Reginæ, Wigmannum, Bardonem, alterum Bardonem, & tertium Bardonem, Thiotherium, Gerricum, Liutolfum, Fuleuuartum, Auan, Thiotricum, Liutharium, cum omnibus qui eos ſequebantur, occiderunt. Prætereà XVIII ſatellites Regios, cum ſuis hominibus proſtrauerunt, quorum iſta ſunt nomina: Aderam, Alfuuini, Addaſta, Aida, Alcer, Aida, Dudo, Bodo, Wal, Adaluuini, Weirnhardt, Thiottich, Ailuuart: exceptis innumerabilibus, quos in captiuitatem duxerunt. Rex verò de Galliâ rediens in Franciam, Paſcha celebrauit in Franconofurt. Sclaui, qui vocantur Dalmatij, & Behemi, atque Sorabi, cæteriq́ue circumcircà vicini, audientes ſtragem Saxonum à Nordmannis factam, pariter conglobati Thuringos inuadere nituntur, & in Sclauis circa Salam fluuium, Thuringis fidelibus, prædas & incendia exercent. Quibus Poppo Comes occurrit, & Diuino auxilio fretus eos proſtrauit. Karlmannus frater Hludouici & Caroli, XI Kal. Aprilis obiit.

eorum cõtendiũ ex Annalibus Fuldenſibus.

B

3 *Huc vſque Annales Francorum Fuldenſes à Cheſnæo editi tomo* 2 *Scriptorum Hiſtoriæ Francorum. Conſentiunt editi à Marquardo Freherq tomo* 1 *Scriptorum rerum Germanicarum; & qui, inter alias Hiſtorias & Annales Francorum, primò vulgati ex bibliothecâ Petri Pithoei Pariſiis* 1588. *In hiſce Pithœanis deſunt nomina* Satellitum Regiorum; *proq́* Liutolfo & Liuthario, Luuttolfus & Luuttharius Comites *nominantur. Recenſentur apud Freherum* Satellites; *ſed qui ſuprà* Weirnhardt, *is* Werinhard *dicitur. In codice MS. cœnobij S. Trudonis*, Comites Theotherius & Gerricus, Thotericus & Gerrichus *appellatur. ac maiori etiam diuerſitate ita Satellites referuntur*: Aderam, Alfuuini, Addaſta, Aida, alter Aida, Dudo, Bodo, Wal, Halilf, Hunildium, Adaluuini, Werinhart, Thiottrich, Ailuuart. *vbi duobus appoſitis* Halilf & Hunildium, *omittitur* Alcer, *& legitur* alter Aida, *quod magis probatur: ſuntq́ vniuerſim expreſſi, non* XVIII, *ſed* XIV, *qui numerus fortè in aliis exemplaribus reſtituendus.* Auentinus *lib.* 4. *Annalium Boiorum*, Satellites *hoſce* Præfectos *appellat, & duodenigimti cenſet fuiſſe, ac pluribus eiuſdem nominis geminatis, eos omnes ita enumerat*: Aderami, Aſſouini, Addaſtæ, Ædones bini; Botho, Valo, Adeluini bini, Bernardi duo, Theodericus, Æluaritus, Ariouiſtus, Iſenothus. *Duo hi poſtremi ab Auentino additi, ignoti ceteris: omiſſi ab eo* Budo, Halilf, *&* Hunildiun: *duplicati* Aderami, Aſouini, Addaſtæ, Adeluini, Bernardi; *qui aliis cuiuſque nominis ſinguli*, Aderam, Alfuuini, Addaſta, Adaluuini, Weirnhardt. *In* Cyriaci Spangebergij *Chronico Manſfeldico cap.* 108. Satellites *hi* Præfecti militiæ *appellantur, ac recenſentur hoc ordine* XVIII, *Latinis Auentini ferè nominibus in Germanica verſis*: Botho, *VValo*, Dietherich, Heilward, Ernſt, Iſenot, duo Aſslein, duo Aderam, duo Adhaſten, duo Hetten, duo Adelwin, duo Bernarden. *Comites Auentino* Duces *ſunt, ita relati*: Bruno Regulus Saxoniæ, patruus Henrici primi Cæſaris Germaniæ, Bardo frater Luitgardæ Reginæ, Vichomanus, Bardones duo, Theoderici duo, Gericus, Luithulfus, Folmarus, Auanus, Lotharius. *Hæc ibi.* Brunonem Ducem, *non* Bardonem, fratrem Reginæ Lutgardis *fuiſſe infrà dicemus. Aliquis autem* Bardo, *cum* Brunone *occiſus, habetur* patruus S. Conrardi Epiſcopi Conſtantienſis, *& cum eo à* Comitibus Altdorfenſibus *prognatus. Colitur S. Conrardus* XXVI *Nouemb.* Liutharius *&* Leutulfus Comites *anno* DCCCLX, *vt referunt Capitula Caroli Calui, in baſilicâ S. Caſtoris apud Confluentes, paci inter Ludouicum & Carolum Caluum fratres, & eorum nepotem Lotharium ſtabilienda adfuerunt: quo etiam modo aliquis* Theodericus Comes *interfuit pactioni Aquiſgranenſi anno* DCCCLXX *inter Ludouicum ſeniorem Regem Germaniæ & Carolum Caluum fratres, in diuiſione regni Lotharij, tomo* 2 *Scriptorum hiſtoriæ Francorum. Sed num iidem deinà Normannis cum aliis Martyribus occiſi fuerint, in neutram partem argumenta ſuppetunt. De Epiſcopis* Theoderico *&* Marquardo, *aliiſq́ Præſulibus, qui paſſim tunc etiam occiſi creduntur, ſeorſim agemus: vti capite proximo de* Duce Brunone.

Varij diuerſo modo ſcripti.

C

D

4 *Annus in tribus antè citatis editionibus Annalium Fuldenſium præfigitur* DCCCLXXX. *à quo codex MS. S. Trudonis eorumdem Annalium diſcedit, & ab anno* DCCCLXX *ad finem hiſtoriæ, cuiuſque anni geſta ad præcedentem reducit, itaq́ hanc Saxonum cladem refert anno* LXXIX. *Verùm rectiùs ea omnia contineri in excuſis exemplaribus clarum atque euidens eſt multis ex locis. Hic vnus in morte* Ludouici Balbi Regis Francorum *ſat erit. Annales Bertiniani, qui ad annum vſque* DCCCLXXXII *ab Auctore coæuo deducuntur, tradunt hunc* Ludouicum, IV Idus Aprilis, die Paraſceues iam veſpere obiiſſe, & in craſtinâ, ſcilicet in vigiliâ ſancti Paſchæ, ſepultum anno DCCCLXXIX, *quo Paſcha incidit in* XII *Aprilis. Huic conſentiunt Annales excuſi Fuldenſes. neque poteſt eius obitus ad annum præcedentem referri, quo Paſcha fuit celebratum* XXIII *Martij. Iidem Annales Bertiniani eadem* Martyrum *innuunt contigiſſe anno* DCCCLXXX, *quo reſcrunt* Ludouicum in Saxoniâ magnum damnum de fidelibus ſuis per Nordmannos ſuſtinuiſſe. *De Nordmannorum horum ſede, Ducum familiâ, & variis incurſionibus, agemus* III *Februarij ad Vitã* S. Anſcharij.

E

In clade anno 880.

5 *Diem, menſem, & modum, quo* Nordmanni ſuperiores effecti, *hos* Epiſcopos, Duces, Comites, *ac* Satellites Regios *cum ſuis in odium fidei peremerunt, tradit Dietmarus, qui Merſburgenſis in Miſniâ Epiſcopus obiit anno* MXVIII. *Hic lib.* 2 *Chronici ait*, Ducem Brunonem, qui à Ludouico Rege in expeditionem ad Danos miſſus fuerat, cum Epiſcopis duobus Thiedrico & Marquardo, cæteriſq́ue militibus, IV Non. Februarij, fluminis inũdatione interiiſſe. *Clariùs VVitichindus monachus Corbeienſis, Dietmaro antiquior, in ſuis Annalibus ad Mathildam Reginam, hanc inundationem exponit*: Bruno, *inquit lib.* 1, cùm Ducatum adminiſtraret totius Saxoniæ, duxit exercitum contra Danos, & inundatione repentinâ circumfuſus, non habens locum pugnandi, periit cum omni exercitu; *coactus ſcilicet eum tradere voluntati Nordmannorum, à quibus* innumerabiles in captiuitatem abducti *dicuntur ſuprà in Annalibus Fuldenſibus*, occiſi Epiſcopi & Duces, proſtrati ſatellites Regij cum ſuis hominibus, & omnibus qui eos ſequebantur. *Aegidius Gelenius in ſacris Faſtis Agrippinenſibus, tradit* in glacie circumdatos à Nortmannis & Daris idololatris propter fidei Chriſtianæ propugnationem interfectos eſſe. *M. Adamus Bremenſis Canonicus, Dietmaro aliquantò iunior lib.* 1 *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 34 *Annalibus Fuldenſibus aſſentitur*: Tunc Saxonia, *inquit*, à Danis vaſtata eſt, vel Nordmannis; Brun Dux occiſus, cum aliis XII Comitibus; Tiadericus & Marquardus Epiſcopi obtruncati. *Quæ eadem verba ex Adamo deſcripſit Albertus Stadenſis in Chronico ad annum* DCCCLXVI. *Ericus Pomeranus Daniæ Rex in Hiſtoriâ gentis Danorum, ait*, Erik Barn Regem vaſtaſſe

circumuẽti à Nordmannis,

F

Saxoniam,

A Saxoniam, Brun Ducem & XII Comites occidiſſe, tum Epiſcopos cum grege truncatos eſſe, plures vrbes cum ciuibus, eccleſias cum fidelibus incenſas eſſe; Theodoricum & Narwardum Epiſcopos truncatos. *Sebaſtianus Munſterus, & eum ſecutus Franciſcus Belloforeſtus lib.3 Coſmographiæ vniuerſalis, in genealogiâ* S. Widekindi, *de quo egimus* VII *Ianuarij, aſſerunt* Brunonem, Epiſcopos, alioſque ex eius exercitu à Nordmannis religionis Chriſtianæ hoſtibus, pro fide & nomine Ieſu Chriſti fuiſſe occiſos. *Hos* Normannos *ſub propriis ſuis* Regibus *in Iutiâ reſediſſe docemus* III *Februarij.*

occiſi in odiũ fidei:

6 *Krantzius Acta eorum inſcribit*, Veram hiſtoriam, de ſanctis Martyribus in Ebbeckſtorp monaſterio, *& in Præfatione eorumdem Actorum ad* Deo dicatas & ſacratas Virgines *in eo monaſterio*, ſub regulâ S. Benedicti militantes, *ait ſe* dediſſe operam, vt explosâ vanitate, res geſtæ de Martyribus ibi tumulatis agnoſcerentur, & populo deinceps, vt actæ ſunt, enuntiarentur: *incitatq́*, vt agnitâ veritate fabulam proiiciant, & ſincerâ deuotione Martyres Chriſti apud ſe quieſcentes venerentur: *qui, vt in Actis addit*, circumfuli in coronâ hoſtium, innumerâ multitudine cæli ſunt, *quando* placuit Deo ex terrigenis augere ſanctorum agmina Cœlitum, & B de ſanguine domeſticorum Martyrum ditare inopiam Saxoniæ. *Et deinde*: Hæc eſt illa ſanctorum in Ebbeckſtorf Martyrum ſtrages. Inde ſunt Sanctorum, quæ coluntur, Reliquiæ, non aliunde aduectæ; ſed in loco cædis & peracti pro Chriſto martyrij tumulatæ. *Eadem habet lib.2. Saxoniæ cap.31 & lib.2. Metropolis cap.3 In Mindenſium Epiſcoporum Chronico incerti Auctoris, à Ioanne Piſtorio inter ſex veteres Scriptores Rerum Germanicarum edito, dicuntur* Theodericus Epiſcopus Mindenſis, *aliiq́*, Epiſcopi, Comites, & fideles, iuxta Ebckeſtorp in acie pro fidei & patriæ defenſione ſtantes impertertiti, Domino permittente, occubuiſſe, cæloſque petiiſſe ſanguine laureati, in die Purificationis Beatæ Mariæ Virginis. *quo etiam die eoſdem refert Gelenius in ſacris faſtis Agrippinenſibus, & ex Kalendario Germanico Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, & iterum, Krantzium ſecutus, Kalendis Auguſti, ac vtrobique* ſanctos Martyres *appellat. Primo etiam Auguſti referuntur in Actis MSS. quo fortaſſe die aliqua corporum eleuatio, aut tranſlatio contigit, vt is natalis ac Martyrij dies fuerit creditus.*

2 *Febru.*

& 1 Auguſti.

§ II. *S. Brunonis genus, res geſtæ.*

C 7 BRuno *Auctori Annalium Fuldenſium eius æquali,* Dux *dicitur &* frater Reginæ; *tunc videlicet, cùm ſcriberet, anno* DCCCLXXX, *in Germaniâ cum marito* Ludouico Iuniore *regnantis. Ea in Annalibus Metenſibus ad annum vſque* DCCCLXXXIII *ab auctore itidem coæuo producta*, Liutgardis *appellatur. In iis ita legitur ad annum* DCCCLXXXII. Habuit Ludouicus Rex Liutgardem Reginam in matrimonium copulatam, ex quâ filium vnicum ſuſcepit, quem nomine ſuo Ludouicum nominauit. Qui puerulus de feneſtrâ cecidit, & confractis ceruicibus ſtatim expirauit. *Duxerat eam anno* DCCCLXIX, *regni Ludouici parentis* XXIX. *Cùm enim* obtentâ contra Orientales Sclauos victoriâ, ad partes Saxoniæ reuerteretur Luithgardam filiam Luithdolpi Ducis Saxoniæ deſponſauit, & in Franciâ Orientali in caſtro Aſchaffenburg nuptias celebrauit; *vti his verbis teſtatur Gobelinus Perſonæ ætate 6 Coſmodromij cap.42, & Krantzius lib.2 Metropolis cap.13 qui addit*, inde apparere Duces Saxoniæ iam tum fuiſſe in eâ Regum æſtimatione, vt nuptiis dignarentur filias eorum & thoro coniugali. *Hinc refellendus VVitichindus, dum ſcribit* Liudgardam *hanc*, ſororem Brunonis, nuptam fuiſſe Ludouico filio Arnulphi Imperatoris. Witekindum *ſecuti ſunt Abbas Vrſpergenſis, Albertus Stadenſis, Ioannes Cuſpinianus, Auentinus, Peucerus, Reuſnerus, Albiſius, Sanmarthani aliiq́*, quibus *in Notis ſuis ad VVitichindum opponit Henricus Meibomius diploma* Ludouici *prioris datum anno* DCCCLXXVII, *quod ex Chronico MS. Gandersheimenſis cœnobij. auctore Henrico Bodone profert, in quo* Luitgardæ ac cariſſimæ prolis *meminit* Ludouicus.

Bruno Dux frater vxoris Ludouici II Regis Germaniæ,

non Ludouici III filij Arnulphi:

AVCTORE G. H.

8 *Eggehardus Vragienſis Abbas in Chronico Hildeneſheimenſium Epiſcoporum, edito à Chriſtophoro Brouvero noſtro poſt Vitam S. Godehardi, inter Sidera Sanctorum Germaniæ, ita de eius* Brunonis *ſororibus ſcribit*: Altfridus Epiſcopus anno Domini DCCCLII cum Ludolfo primo Duce Saxoniæ in Brunetheshuſen, & quarto poſt hæc anno in Gandersheim Virginum cœnobium inchoauit, qui eccleſiam ibidem ædificare cœpit, & Hathomudam, eiuſdem Ducis filiam Luidolphi, primam Abbatiſſam ordinauit: qui XVIII pòſt anno Hathomudâ defunctâ Gerbergam ſororem eius ſecundam Abbatiſſam conſecrauit. Et anno DCCCLXXXIII, ſuæ ordinationis anno IV, Wigebertus eccleſiam in Gandersheim ædificauit, & Gerbergâ Abbatiſſâ defunctâ ſororem eius Chriſtinam ibidem inſtituit Abbatiſſam. *Hæc Eggehardus. De Altfrido agemus* IV *Februarij ad Vitam B. Rabani Mauri. Harum* Brunonis *ſororum meminerunt etiam Georgius Fabricius lib.2 Saxoniæ illuſtratæ, & Gaſpar Bruſchius in Epiſcopis Hildesheimenſibus, & potiſſimùm Krantzius lib. 2 Saxoniæ cap.29. De patre earum iſta habet VVitichindus*: Horum pater erat Luidolfus, qui Romam profectus tũſ E tulit reliquias B. Innocentij Papæ: *quod factum anno* DCCCLIX *tradit Albericus monachus Trium-fontium in Chronico MS. apud* Chiffletium *in Vindiciis Hiſpanicis cap. 2. illiq́* Innocentius primus *eſt, qui colitur* XXVIII *Iulij.* Ludolfum *hunc* Brunonis *patrem ait Fabricius propter integritatem morumq́ grauitatem ſummâ fuiſſe auctoritate. vires* Danorum *ductu & virtute ſuâ ita obtriuiſſe, vt ipſo viuente nullam Germaniæ prouinciam ampliùs attigerint: eâque de cauſſâ è* Marchione Ducem Saxoniæ Magnum *creatum. Dein vitâ functo* Brunonem *itidem* Ducem *ſubrogatum, non ſuo minùs quàm parentis ſtudio Chriſtianæ religionis amplificandæ Nordmannis inuiſum, vt nihil magis exoptaſſe videantur, quàm vt hoc prælio ſuperiores facti, eum cum præcipuis* Comitibus & Epiſcopis *tollerent è viuis. Ferrarius 1 Auguſti ita eius conſignat memoriam*: Apud Hamburgum in Saxoniâ, ſanctorum Martyrum Brunonis Ducis & trium Epiſcoporum, cum aliis multis Nobilibus, à Nordmannis pro Chriſti fide occiſorum.

frater etiã

Abbatiſſarũ Hathomudæ, Gerbergæ, & Chriſtinæ:

filius Ludolphi I Ducis Saxoniæ,

Martyr colitur.

9 Bruno Ducatum reliquit fratri natu quidem minori, ſed omni virtute multò potiori, Ottoni magno Duci: *vt de eo ſcribit* Wittichindus. *Is ſub Arnulfo Imperatore, bello Italico ſummâ fide & fortitudine geſto inclaruit. Dein* Arnulfi filio Ludouico tutor *datus, pari fide officium executus, inter cetera Hungaros repreſſit atque ad poſtulandas inducias adegit. Poſt pupilli obitum ad Imperium vocatus, ſenium excuſauit, commendato Principibus* Conrado Francorum Orientalium Duce: *cui deinde ipſius Ottonis filius* Henricus Auceps *poſteriq́ longâ ſerie Imperatores ſucceſſêre. Huic* Henrico *patrui ſui* Brunonis *adeò cara fuit memoria, vt cùm parentis nomen in filio* Ottone I Imperatore *renouaſſet, alterum à ſuo nomine vocaſſet* Henricum, *tertium ab hoc patruo ſuo* Brunonem, *vt aduertit Dithmarus appellarit. Nec vanum id fuiſſe omen ſingulorum fortuna virtuſq́ oſtendêre. Vti enim à* Magno Duce Ottone Otto Magnus Imperator *nomen accepit, atque ab* Henrico *altero filio, quem* Bauariæ Ducem *conſtituit, nepos orbi datus eſt* S. Henricus Imperator; *ita & à ſancto patruo* Brunone *illic ſanctiſſimus fortiſſimuſq́* Colonienſis Archiepiſcopus Bruno *nomen ſortitus. Huius Vitam dabimus* XI *Octob. ex cuius initio de familiâ illâ illuſtri præcerpenda hæc verba*: Atauorum eius ataui vſque ad hominum memoriam omnes nobiliſſimi, nullus in eorum ſtirpe ignotus, nullus degener facilè reperitur. *An inter hos atauos, ſeu maiores cenſendus ſit* S. Widekindus, *qui tempore Caroli Magni Dux Saxoniæ fuit, in vtramque partem aliqua, ſed in neutram certa ſuppetunt argumenta. Auum* B. Brunonis Ducis *omnes* Brunonem *appellant, quem Krantzius* pronepotem, *Fabricius ſuprà ac Bertius lib. 2 rerum Germanicarum cap. 2, aliiq́* fratrem *faciunt* Widekindi: *contrà* Mathil-

In Ducatu ſuccedit ei frater Otto:

ex hoc nepos Henricus Auceps Rex,

pater Ottonis I Imp. & S. Brunonis Archiep.

dam

AVCTORE G.H

dam coniugem Henrici Aucupis *ſcribit VViteckindus Corbeienſis lib.* 1 ex ſtirpe magni Ducis Widechindi progenitam: *quod haud dubiè de ipſo* Aucupe, *ſi & inde prognatum credidiſſet, neutiquàm ſilentio præteriiſſet.*

A

10 *Reliquum eſt de* Tanguardo, *ſiue* Dangmaro, *fratre* Brunonis, *vt quæratur, num hiſce Martyribus annumerari debeat. Fabricius lib.* 2 *Saxoniæ illuſtratæ, ita ſcribit*: Dangmarus, vt & Bruno frater eius, vxorem non habuit, prælio Ebbecſdorfio vnà cum fratre & exercitu reliquo perit, vt ex Annalibus Mindenſium, Hildeshemiorum, Hamburgenſium Krantzius annotat. *Sed quo in libro Krantzij id legerit, non tradit. In Actis horum Martyrum ſuperfuiſſe* Tanquardum *ait Krantzius*: nec dubium, *inquit*, quin principes eius temporis Tanquardus, atque Otto, cæli Ducis Brunonis fratres germani, ſimilem in ſuum quoque germanum pietatem intentarint, cupientes extractum de congerie cæſorum, principali ritu tumulare: ſed non erat quo internoſceretur nobilis à plebeio, diſpenſante Deo; vt qui in vnâ Chriſti cauſsâ cecidere, vno in loco tumulati colerentur, expectantes nouiſſimam tubam. *Sed neque in Saxoniâ, neque in Metropoli* Tanquardum *occiſum, aut omnino prælio interfuiſſe tradit. Ab vtroque, & potiſsimùm à* Brunone, *extructum* Brunſuicum *idem ſcribit lib.* 2 *Saxoniæ cap.* 31. Bruno, Tanquardus, Otto, liberi fuêre Ludolpho: quorum Bruno inſigne nomen reliquit vico, quem ille primus inchoauerat, qui ex illo dictus eſt Brunonis vicus, iam diu Brunſwicum, inſigne oppidum in mediâ Saxoniâ, ad riuum Onacri, qui influit Viſurgum. Cuius oppidi parua primùm initia multas per tempora habuêre acceſſiones, vt per vices amplificatum, nunc in eas excreuerit vires atque opes vt facilè Principibus ſuis titulum indiderit, qui exinde vocantur Duces Brunſwicenſes. Sed hoc longè poſteà. Sinum excurrentis fluminis, ſtagni, aut maris, Saxones linguâ ſuâ wyck appellant. Inde Bruno excurſum fluminis alterum, alterum Tanquardus non longo interuallo ædificiis honeſtarunt. Inde Brunſwyck & Tanquardeſwyck diu variatâ appellatione ſecernebantur; obtinuit autem Bruno, vt ſolus oppido nomen relinqueret: frater autem arcem communiuit vicino loco, quæ de eius nomine Tanguerode diceretur: quo in loco eccleſia S. Blaſio conſecrata nomen retinuit, vt in vrbe diceretur, extantibus muris prioribus, qui iam mœntibus ciuitatis ambiuntur. *Hæc Krantzius, qui eadem in Metropoli & horum Martyrum Actis repetit. Eadem habent Fabricius, Munſterus, aliiq; paſſim recentiores, quod Georgius Braunius tomo primo ciuitatum orbis, ex Hermanno hiſtorico rerum Brunſvvicenſium, factum ſcribit anno* DCCCLXXI *à* Brunone *eiuſq; fratre, quem* Theodorum, *ſeu* Theomarum *malè appellat. Bertius lib.* 2. *cap.* 11 *à* Brunone *auo extructum ſcribit: at libro* 3 *huic* Brunoni *& Tanquardo illam laudem reddit.* C *Contrà* S. Swibertus Epiſcopus *ſub initium ſeculi* VIII cum ſuis Preſbyteris & Clericis migraſſe ad Saxoniam, peruenisſéque in grandem vicum, dictum Brunſwick, ibique diebus aliquot prædicaſſe Chriſtum, & conuertiſſe multos *traditur in* Vita *eius ſub nomine* Marcellini Preſbyteri *eiuſq; diſcipuli editâ ſed plurimùm à poſteris interpolatâ, vt dicetur Kalendis Martij.*

Alter frater Tanquardus, ſocius, non martyrij,

ſed extructi oppidi Brunſuici.

B

§ III *Epiſcoporum Theoderici & Marquardi Sedes, geſta.*

11 DVo Epiſcopi *in* Annalibus Fuldenſibus *ſuprà memorantur* occiſi, Theotrich *&* Marcwart, *qui Ditmaro ſunt* Thiedricus & Marquardus, *Adamo Bremenſi* Tiadericus *&* Marquardus, *Alberto Stadenſi* Tidricus *&* Marquardus. *neque vſquam hi aliorũ Epiſcoporum meminerunt.* Theodericus *in Chronico Mindenſi apud Piſtorium* nominis primus, tertius Epiſcopus Mindenſis, fundauit monaſterium in Wunſterpe, in honorem Coſmæ & Damiani Martyrum. *In Annalibus Epiſcoporum Mindenſium hoc eum elogio ornat Petrus Merſæus Cratepolius*: III S. Theodoricus inde vir ſincerus gubernacula ſuſcepit: hic bonus Antiſtes in illa turbulenta incidit tempora, quando Nordmanni per terras graſſabantur, & multa vbique damna dedêre. Occubuit igitur hic glorioſus Pontifex cum aliis quibuſdam viris, qui pro eccleſiâ Dei occiſi ſunt. Martyris autem, huius ſcilicet Antiſtitis, corpus ob vulnerum deformitatem non potuit agnoſci, locus autem interfectionis eſt in Ebbeckſtorp. *Eadem in libro de aſſertione Miſſæ repetit Cratepolius, & cum aliis* pro religione occubuiſſe *affirmat. Eadem ferè habet Krantzius lib.* 2 *Metropolis cap.* 16. *Quanto tempore ſederit nuſquam legimus. Ante annum* DCCCLXV *Epiſcopum creatum fuiſſe conſtat ex* Vitâ S. Remberti Archiepiſcopi Hamburgenſis, *quam damus* IV *Februarij. Cùm enim hic* ipſo die depoſitionis S. Anſcharij *fuiſſet à Clero populoq; in Archiepiſcopum electus*, eum ad Regem Ludouicum adduxerunt Thiadricus Mindenſis Eccleſiæ Epiſcopus & Adalgarius Abbas monaſterij nouæ Corbeiæ: cumque ille à Luitberto Moguntino Archiepiſcopo conſecraretur, in adiutorium conſecrationis *aſſiterunt* Lindwardus Baderburnenſis Epiſcopus & præfatus Thiadricus. *vt illic dicitur numero* 14. *Hinc corrigi Mindenſe apud Piſtorium Chronicon debet, quod ſub ſucceſſore eius exordium ſtatuit Comitatus Flandriæ, & quidem, (niſi mendum typographi incuriâ in numeros irrepſit) anno* DCCCXLVII. *In Chronico Hildensheimenſi tomo* 3 *ſcriptorum hiſtoriæ Francorum* anno DCCCLXXIV Indictione, in Calendis Nouembris dedicata eſt Eccleſia S. Mariæ in Hildenesheim, à venerabilibus Epiſcopis Alfrido eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, & Rimberto, atque Theodrico, ſed & Luithardo, cum interuentione religioſi Abbatis Adalgarij, monachorum & Canonicorum. *vti iterum explicamus ad* Vitam S. Remberti § 5.

Theoderici Epiſc. Mindenſis,

Martyr.

D

adſtitit conſecrationi S. Remberti an. 865.

12 *De* S. Marquardo *ita ſcribitur in eodem Chronico Hildenesheimenſi*, Anno DCCCLXXV Ludouicus Rex obiit anno Regni ſui XXXV. Alfridus Epiſcopus obiit. Poſt Alfridum Ludolfus monachus Chorepiſcopus eligitur, ſed ſubitaneâ morte aufertur. Poſt hunc Marquardus ſucceſſit, qui à Sclauis interfectus, quarto anno deceſſit. *Eggehardus in Chronico Hildensheimenſium ferè eadem habet*: Alfridus, *inquit*, in die Aſſumptionis obiit. & Aſnede in cœnobio, quod fundauerat, eſt ſepultus anno Domini DCCCLXXV. poſt Alfridum Ludolfus quidam monachus Corbeienſis poſtulatur, ſed morbo præuentus aufertur. V Marquardus. Hic Abbatias Saligenſtad & Aſnede negligenter amiſit: & quarto ordinationis ſuæ anno à Sclauis eſt occiſus. VI Wigbertus DCCCLXXX Domini anno in Epiſcopum eſt electus. *Hæc Eggehardus. Cùm autem* Ludouicus anno DCCCLXXVI, V Calend. Septemb. Francofurti diem vltimum clauſerit, *eodem dicendi obiiſſe anno* Alfridus *&* Ludolfus, *ac tamdem ſub finem eiuſdem aut initium ſequentis electus* Marquardus, qui quarto anno ordinationis, *Chriſti* DCCCLXXX, *à* Nordmannis, *non* Sclauis, *fuit interfectus hoc* II Februarij; *quo eodem anno* Wigbertus *eius ſucceſſor in Epiſcopum eſt electus. Krantzius plurimùm ſibi contradicit lib.* 2 *Metropolis, vbi cap.* 12 *ait* Alfridum obiiſſe anno DCCCLXXVII, quo tempore ſtrages illa fuit memorabilis ſub duce Brunone in loco Ebbeckſtorp: potuiſſe autem hunc Sanctum agmini intereſſe Sanctorum, ſed monachali profeſſione & ætate ſenili iam feſsâ, armis cum intereſſe carnalibus *impeditum fuiſſe. & cap.* 14 In Heldeſemenſi, *inquit*, Eccleſiâ poſt Alfridum præfuit Marquardus, vir Deo & cælo dignus, qui agmini Sanctorum interfuit ad annum Chriſti DCCCLXXVI in Ebbeckſtorp pro Chriſto cæſus. *Bruſchius in catalogo Epiſcoporum Hildesheimenſium, erroribus eius correctis, addit* Wigebertum ſucceſſorem electum eſſe poſt martyrio coronatum Marquardum anno DCCCLXXX. *Democharis lib.* 2 *de ſacrificio Miſſæ in Epiſcopis Hildesheimenſibus*, V, Marquardus, *inquit*, præ-

Marquardus Epiſc. Hildesheimenſis,

E

factus an. 876 *aut ſequente.*

ecclesiæ Hildesheimenſis an. 872.

F

fuit

A fuit annis tribus. Trucidatur Hamburgi à Sclauis & Danis infidelibus, ſepelitur in monaſterio Eppleſtorpenſi honorificè anno DCCCLXXX, *Sequitur Cratepolius de eiſdem Epiſcopis in aſſertione Miſſæ.*

Corpora eorum agnoſci nequiuerunt.

13 *De horum duorum Epiſcoporum ſacris pignoribus conquiſitis* Krantzius *in Actis producit* teſtes Annales plurium in circuitu Eccleſiarum. Nam, *inquit*, Mindenſes cùm ſe pro ſuo Pontifice Theoderico, viro ſanctitatis eximiæ, ad ſtragem cæſorum corporum, pro illo apud Eccleſiam ſuam honorificè tumulando, contuliſſent, iam erat indiſcreta corporum congeries, inflicta vulnera & ſecutus inde tumor mortuæ & iam putreſcentis carnis, diſcrimen non reliquerunt. Idem paſſi Hildeſemenſes pro ſuo Pontifice Marquardo, ordine quinto, diligentiam facientes. *Hæc de duobus dictis Epiſcopis vtcumque certa & expedita.*

§ IV *Epiſcoporum Erlulphi & Gosberti Sedes, obitus, cultus.*

Varij crediti Epiſcopi martyrio affecti:

14 *Difficultas eſt magna de aliis* Epiſcopis, *qui à pluribus ſocij Martyrum aſſeruntur. Acta MSS. Paderbornenſia, omiſſo* Marquardo, *alios enumerant* Epiſcopos ſeptem, Theodoricum, *ſeu* Thidericum Myndenſem, Dudonem Paderbornenſem, Drogonem Oſnabrugenſem, Dodonem Mimigardeuordenſem, Aufri-
B dum Traiectenſem, Reynbertum Hamburgenſem & Erlorfum Verdenſem. *Iidem prætermiſſo* Dodone Mimigardeuordenſi *referuntur in Chronico Mindenſi apud Piſtorium:* Theodoricus Mindenſis, Dudo Paderbornenſis, Drago Oſnaburgenſis, Anfredus Traiectenſis, Albertus Hanenbergenſis, Erlulfus Verdenſis. *Quos ex Calendario Germanico hoc* 11 Februarij *ita retulit in Catalogum generalem Sanctorum Ferrarius:* Ebekeſtorpij in Vandaliâ ſancti Martyres Theodoricus Epiſcopus Mindenſis, Albertus Ep. Hamburgenſis, Aufridus Ep. Traiectenſis, Drogo Ep. Oſnaburgenſis, Dodo Ep. Paderbornenſis, Erlulphus Ep. Werdenſis, cum tribus Ducibus, XV Comitibus & aliis multis. *Krantzius in horum hiſtoriâ Martyrum pro* Epiſcopo Hamburgenſi *ſubſtituit* Halberſtadienſem, *his verbis:* Aderant frequentes in circuitu armati quantis poterant viribus Epiſcopi: Halberſtadenſis, qui tum Sedem habebat in Salingſtadio, Hildeſemenſis, Verdenſis, Paderbutnenſis, Mindenſis, Monaſterienſis, qui tum Mimegardeuordenſis, & Oſnaburgenſis. *De ſingulis agit in Metropoli: pleroſque etiam enumerat Cyriacus Spangenber-*
C *gius in Chronico Manfeldico cap.* 108.

Erlulfus Ferdenſis,

15 *Idem Krantzius lib.* 2 *Saxoniæ cap.* 31 *eumq; ſecutus Vbbo Emmius lib.* 5 *rerum Friſicarum,* Epiſcopos tres cæſos *ſcribunt,* Mindenſem, Hildeshemium, *de quibus egimus, &* Verdenſem. *Hic* Erlulfus *eſt, quem Ferrarius & cum reliquis hoc die locat, & ſeorſim* XXII *Ianuarij:* Werdæ S. Erlulfi Epiſcopi: *iterumq; 1 Auguſti eum inter tres Epiſcopos ex Kranzio refert. Cenſetur ab eodem Krantzio lib.* 1 *Metropolis cap.* 31 *& à Democharе ac Bruſchio in Catalogis Epiſcoporum* decimus eius Sedis Antiſtes, ſucceſſor Heligandi, *qui anno* DCCCXXXI *cum aliis Epiſcopis adſtitit* Drogoni Metenſi, S. Anſcharium Archiepiſcopum Hamburgenſem *conſecranti, vt in eius Actis dicitur. cap.* 5. *Verùm ex eiſdem Actis cap.* 9 *conſtat, cùm circa annum* DCCCXLVII *Bremenſis Sedes cum Hamburgenſi vniretur, præfuiſſe Sedi* Ferdenſi Waldgarium, *qui eodem anno* DCCCXLVII *interfuit concilio Moguntino ſub Rabano, vt ad huius Vitam dicetur. Huic tum iterum ceſſerat pars antè Hamburgenſi Sedi in primâ eius inſtitutione attributa, quâ aliquot poſt annis iterum dicta Sedi Hamburgenſi ſubiectâ alia portio* Walgario *collata eſt. Statuendus igitur* Erlulphus *inter annos* XXXI *&* XLVII *eius ſeculi, quem tamen, quo neſcimus errore, Verdenſium Annales, teſte Krant-*

ſuceeſſor Heligādi:

zio, deputant collegio Sanctorum pro Chriſto ab Danis infidelibus cæſorum; *eumq; etiam* trucidatum Ebbeckſtorpij & martyrio coronatum *agnoſcit Bruſchius: & alii Epiſcopis coniungunt Spangenbergius, & Democharеs, cuius ſunt hæc verba:* S. Erlulfus Scotus, Martyr in loco Eppeckſtorp anno DCCCLXXVI. *Camerarius in Menologio Scotorum* X *Februarij eum ſic refert:* S. Erlulfus Martyr & Epiſcopus Verdenſis. *Natione hunc* Anglum aut Scotum, dignitate Abbatem fuiſſe, ex aliorum *opinione tradit Krantzius lib.* 2 *Metropolis cap.* 30. Verdenſis, *inquit,* Eccleſia poſt Erlulfum Martyrem in Ebbeckſtorp cum agmine Chriſtianorum pro Chriſto cæſum, habuit Walterum virum eo loco digniſſimum, primum, vt arbitrantur, ex huius nationis hominibus ortum. Nam prædeceſſores ferè omnes Scotici aut Anglicani generis fuêre, quod tituli teſtantur Abbatiarum, à quibus ſunt tranſlati. *Verùm hic* Walterus *in Actis S. Anſcharij eſt* Waldgarius, *ex Germanis oriundus: quem ſecutus eſt* Wigbertus, ex ſanguine S. Widekindi Ducis, *cui* Ludouicus II, *ſiue* iunior, Rex Germaniæ, *multa bona contuliſſe dicitur pro Eccleſiâ Ferdenſi, illuſtri ſtatuta noſtræ Chronologiæ confirmatione.* Thomas Dempſterus *lib.* 5 *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Scotorum cap.* 485, *ſtatuit* S. Erlulfum *in* inſulam Borealem Iſlandiam *abiiſſe, & barbaris iſtic fidem Chriſti annuntiaſſe. Mox occaſionem ſibi oblatam gloriæ Hibernis tribuendæ ratus Colganus, hoc* 2 *Februarij duos* Erlulfos *celebrat, ambos Hibernos: quorum alter in Iſlandiam abierit, alter* Martyr *fuerit* Epiſcopus Verdenſis, *antè* Abbas Amarbaricenſis, *ſiue* Armachanenſis, *in* Hibernia. *Sed tota fides ſit penes hos Auctores, donec antiqua proferant monumenta.*

habitus natione Anglus aut Scotus,

aut etiam Hibernus.

Oſnabrugenſis non Drogo,

16 *Alter horum* Epiſcoporum *eſt* Oſnabrugenſis, *quocumque is nomine appelletur. Hic ſuprà in Actis MSS. Chronico Mindenſi, & Catalogo Sanctor. Ferrarij, dicitur* Drogo, ſeu Drago, *quo etiam nomine eum inter Martyres cenſet Krantzius lib.* 2 *Metropolis cap.* 16, *qui mox cap. ſequenti ſui oblitus, tradit* Oſnaburgenſium Eccleſiæ E-
piſcopum Gosbertum *præfuiſſe,* interfuiſſeque agmini Epiſcoporum, qui vnâ cæde mactati à Danis infidelibus, in loco Ebbeckſtorp, pro Chriſto occúbuerunt. *Et cap.* 26 Egbertum *vocat ſucceſſorem* Gosberti, *qui* inſigni cæde factâ à Normannis inter alios fertur etiam occubuiſſe. *Et lib.* 3 *eiuſdem Metropolis cap.* 15 Octauus Eccleſiæ Oſnaburgenſis Pontifex dicitur Drogo, ſub Ottone I ordinatus, qui anno CMLXIX III Idus Aprilis diem clauſit extremum. *Conſentiunt Catalogi Epiſcoporum Oſnabrugenſium Krantzij ad calcem Metropolis, Democharis, Cratepolij, & qui præfixus eſt ſynodo maiori Oſnabrugenſi anno* MDCXXVIII *mandato* Franciſci Guilielmi *eiuſdem vrbis Epiſcopi excuſa. In hoc* Gosberti *ſanctitas prædicatur his verbis:* S. Gosbertus, gente Sueuo, ſiue Sueco, diſcipulus S. Anſcharij, præſtantiſſimi Apoſtoli Suediæ, ſedit octò annis, ab LXVI ad LXXIV ſupra DCCC. *Cratepolius plura addit:* S. Gosbertus, *inquit,* ex ſcholâ S. Anſcharij, præſtantiſſimi Apoſtoli Suediæ, huic Eccleſiæ datus eſt Antiſtes. Fuit quidem ſtrenuus verbi Dei concionator, verùm rebus in Eccleſiâ turbatis ad ſuum Magiſtrum Anſgarium, qui tum temporis erat Sedis Apoſtolicæ Legatus, ſeſe contulit; & cùm annis decem præfuiſſet, cum aliis piis viris in Daniâ Martyr occubuit. *Idem in Aſſertione Miſſæ eumdem & Sanctum appellat, & Martyrem ait* in Daniâ occubuiſſe.

ſed Gosbertus,

ſeu Gaudbertus,

17 *Mira rerum omnium confuſio. In Actis S. Anſcharij, aliiſq; coæuis ſcriptoribus; nulla huius* Gosberti *occurrit mentio, niſi (quod omnino ſuſpicamur)* Gaudbertus *ſit,* propinquus Ebbonis Archiepiſcopi Remenſis, *qui legationis S. Anſcharij adiutor in Epiſcopali ordinatione circa annum* DCCCXXXVII Simon, *ſeu* Simeon *nũcupatus eſt, primuſq;* Epiſcopus ad partes Sueonum miſſus, honorificè à Rege & populo ſuſceptus, cœpit cum beneuolentiâ & vnanimitate omnium Eccleſiam ibi fabricare, &

AVCTORE G.H.

A *antè in Sueciam missus.*

publicè Euangelium fidei prædicare, *vt in Actis S. Anscharij dicitur cap.6: cumq; Sueoniam iam aliquot annis cum copioso fructu excoluisset, diabolico instinctu ab infidelibus capitur, ligatur, contumeliâ & opprobriis afficitur, rebus omnibus spoliatur, atque regno eiicitur; non tamen, vt Ioannes Magnus in Metropoli Vpsalensi lib. I scribit,* martyrio vitam consummauit. *Neo potuit à S. Anscharo deinceps indici, vt regnum illud denuò tentaret, sed vt num. 43 fusiùs scribitur,* Erimbertum Sacerdotem, nepotem suum, *tradidit socium* S. Anscharo, *qui circa annum Christi* DCCCL *Sueoniam iterum ingressi, fidem Catholicam plurimùm promouerunt, facultate à Rege populoq; concessâ vt Ecclesiæ fabricarentur, & Sacerdotes in regno permanerent. Regresso S. Anscharo,* Gautberti Episcopi nepos Erimbertus *Diuina mysteria ibidem peregit; donec circa annum* DCCCLVI *aut pòst paullò, submisso* Presbytero Ansfrido Dano, *reuersus est. Hunc ergo* Gautbertum *eumdem esse suspicamur cum* Gosberto Episcopo Osnabrugensi, *qui, vt propinquus eius Ebbâ ex Archiepiscopo Remensi factus fuerat Episcopus* Hildesheimensis, *&* S. Anscharo *&* Ludouico Regi *admodùm carus ad Martium vsque anni* DCCCLIII *superuixit; ita & hic ex* Episcopo Sueoniæ *adeptus fuerit* Osnabrugensem Sedem, *apud eumdem* Regem Ludouicum *gratiosus, quem super prædictâ vltimâ Legatione cum S. Anscharo adierat, rogatusq; ab eo, num ipsi in hac voluntate*

B *concordes essent, respondit in hac verba:* In Dei seruitio nos semper concordes & fuimus & sumus; & istud vnanimo consensu ita fieri cupimus, *vt cap. 11 dicitur. Alius extitit hoc tempore* Gosbertus, *pro Adalgario Episcopo Augustodunensi gubernator castri* Sine-muro *dicti in Burgundiæ Ducatu, ope S. Ioannis Abbatis Reomensis sanatus, vt in tertiâ huius Diui Translatione dicitur num. 6* XXVIII *Ianuarij. Vnde liquet* Gautbertum *&* Gosbertum *vsurpata promiscuè Francis nomina fuisse, vti* Gauzelenus *eo tempore Episcopus Parisiensis,* Gosselenus *etiam dictus.*

18 *Hæc de* Gosberti *vitâ ac nomine putamus non improbabili nos coniecturâ assecutos, sed mortis genus magis dubium;*

Ambo diuersâ occasione martyrio affecti:

cùm suprà memorati Auctores Martyrem *prædicent, nec tamen eum, vt neque* Erlulfum Ferdensem, *audeamus cæsorum agmini apponere: singulos seorsim à Normannis captos, atque odio fidei Christianæ occisos potiùs opinamur. Potuit* Erlulphus Helingaudo *successisse post annum* DCCCXXXI *&* anno DCCCXLV, *(quo tempore Hamburgum deuastatum probamus ad Vitam S. Anscharij § 2) aut etiam citiùs gloriosam pro Christo mortem à Nordmannis inflictam oppetiisse, cui* Waltharius *successerit, &* diœcesim, *vt suprà dictum, cum* S. Anscharo *circa annum* DCCCXLVIII *ordinârit: quo modo Acta S. Anscharij, à S. Remberto successore conscripta, cum serie & ordine Episcoporum Ferdensium, absque*

C *vllo discrimine conciliantur. Potuit etiam* Gautbertus *seu* Gosbertus, *in* Daniam profectus, *cum aliis viris pijs* Martyr occubuisse, *vt ex Cratepolio diximus. Potuit & in suâ diœcesi, à Nordmannis sæpius vastatâ, odio religionis interfectus esse. Demochares à* Normannis anno LXXIV seculi IX interfectum *scribit. In Annalibus Fuldensibus dicitur* Rudolphus, *quem filium fuisse* Herioldi Regis Daniæ *ostendimus ad Acta S. Anscharij § IX, post regnum Caroli Calui incendiis prædisq; sæpè vastatum, anno* DCCCLXXIII *classem in regnum Ludouici induxisse, & conserto cum Frisionibus Orientalibus prælio, cum octingentis viris occubuisse. Aliæ plurimæ excursiones fuêre, quibus hic* Gosbertus, *quem omnes* Martyrem *prædicant, eam palmam consequi potuerit. Denique eumdem sub nomine etiam* Heriberti, *(quem primum in Sueciam missum volunt, & in tres quasi viros distinctum) refert Ioannes Vastouius in Vite Aquilonia de Sanctis Suecia, &* Gosbertum Martyrem *statuit. Cuius auctoritate nisus* Raderus *noster eumdem Catalogo Sanctorum alphabetico MS. qui penes nos est, inscripsit. Demum in libro, qui* Athenæum Christianum, *ob Academiam Carolinam Osnaburgi anno* MDCXXX *restitutam, appellatur, hypotyposi 3 schemate 3* S. Gosbertus IV Osnabrugensis Episcopus Martyr, nauiculam S. Petri, id est, Osnabrugensem Ecclesiam S. Petro dicatam, fluctibus agitatam, inducit fluctus aduersos ridentem. *Veneratur eumdem quidam ad diem* XXVII *Februarij.* D

19 *Hæc de* Gosberto *&* Erlulfo *occurrêre: amplectemur si quis certiora protulerit. Eorum fortè reliquiæ aliquæ Ebbecstorpium delatæ, occasionem posteris dederunt, eos reliquis Martyribus, quasi eadem cæde mactatos, annumerandi. Certè* Rembertus Archiepiscopus Hamburgensis, *qui iisdem accensetur, octo post eos annis superstes in pace quieuit, vt ex dicendis* IV *Februarij constat: qui tamen in actis MSS. Paderbornensibus* Reymbertus, *Auctori Chronici Mindensis, Ferrario, aliisq; dictus* Albertus Hamburgensis, aut Hanenbergensis, *videtur. Kranzius in Saxoniâ, Metropoli & historiâ horum Martyrum, sapiùs & operosè* abfuisse S. Rembertum *inculcat. Eius dein maxima emicuit caritas in captiuis hac clade in Daniam abductis, à miserâ seruitute liberandis, impensis bonis omnibus suis, ac sacratis etiam Ecclesiæ vasis, vt dicitur cap. 7 Vitæ. An eius aliquæ, vt ceterorum, Ebbeckstorpij reliquiæ fuerint custoditæ, haud comperimus.*

S. Rẽbertus hu Martyribus superuixit.

§ V *Aliorum Episcoporum, & Benedicti V Papæ obitus.*

20 *Quæ de ceteris narrantur Episcopis ibidem cæsis, veremur ne circa ea (vt* Henricus Meibomius *in annotationibus ad lib. I Vvittichindi etiam sensit) quispiam homo imperitus ostitanter hallucinatus sit, aut certè aliquorum militum istic tunc occisorum nomina Episcopis perperàm attribuerit. Nam qui suprà inter* Satellites regios *numerantur in Annalibus Fuldensibus* Dudo & Bodo, *procliui ob nominum similitudinem errore,* Episcopi *habiti,* Dudo Paderbornensis, *&* Dodo, *seu* Bodo, Mimigardeuordensis, *seu* Monasterienſis: *quia horum nominum* Episcopi *vtroque loco sederint, licet integro ferè pòst seculo. Nam* Dudo *administratâ annis* XXV *Paderbornensi Ecclesiâ, sub* Ottone Magno *anno* CMLV *decessit: cui* Dodo Monasterienſis, *etsi haud longo tempore sederit, creditur superuixisse. Vtriusque illius Ecclesiæ Episcopum, non expresso tamen nomine, recenset in Martyrum historiâ Krantzius: ast in Metropoli Monasterienſem Martyrem nullum memorat, vti nec Demochares aut Cratepolius. Paderbornensem* Lutharium *Krantzius lib. 2 Metropolis cap. 15 describit, assignatis Sedi eius annis* III *&* XX, *nullâ factâ cædis mentione. Bruschius* XXV *annos Episcopum vixisse ait, ordinatum anno* DCCCLII; *& cum Demochare & Spangebergio à* Nordmannis trucidatum *anno* LXXVII *eius seculi tradit. Hunc Krantzius cap. 16* Dudonem *censet* esse, vt fuerit binominis, aut Bisonem eius successorem. *Fortè quia Liutharius, seu* Liuttarius Gomes *inter Martyres legitur, in eum fuerunt errorem acti* Baduradus, *seu* Baturatus *decessor interfuit* Concilio Moguntino *anno* DCCCXLII *sub Archiepiscopo Rabano, vt ad huius Vitam dicitur* IV *Februarij. Ipse autem* Luitharius *adstitit* Luidberto Archiepiscopo Moguntino, *cùm ab eo anno* DCCCLXV *in* Hamburgensem Archiepiscopum *consecratus est* S. Rembertus, *vt* IV *Febr. in eius Vitâ legitur. De* Bisone *eius successore non videmus, quo potuerit argumento impelli Kranzius, vt pro* Dudone *eum inter Martyres censeret, cùm cap. 31 scribat eum peruenisse* ad tempora Arnulphi Imperatoris. *Bruschius ad annum* CMII *vitam eius extendit.* E

Nonnulli Martyres per errorẽ Episcopi creditii:

Paderbornensis, Monasterienſis,

F

21 *Quem idem in historiâ Martyrum memorat Kranzius anonymum* Episcopum Halberstadiensem, *videtur insinuasse* Hildegrinum. Per cuius tempora, *inquit in Metropoli lib. 2, cap. 13,* fuit illa Danorum in vicinas prouincias excursio frequens, & illa insignis strages in quâ Dux Saxoniæ Bruno cecidit in loco Ebbeckstorp. *Bruschius obitum eius refert ad annum* DCCCLXXXVII, & sepultum tradit in cœnobio Verdensi apud antecessores consanguineos suos. *Assentitur Demochares. Hunc,*

Halberstadiensis,

vti

A *vti* Monaſterienſem, *neutrius indicato nomine, inter Martyres refert* Spangebergius.

22 *Demum* Aufridus, *ſiue* Anfridus Vltraiectinus Epiſcopus, *quem Acta MSS. itemq; Chronicon Mindenſe, Ferrarius, Spangebergius, aliiq; hiſce Martyribus iungunt, integro ampliùs ſeculo poſt hæc tempora Balduino Epiſcopo ſucceſſit, ac poſt annum Chriſti milleſimum vitâ ſanctus: vt in hiſtoriâ Vltraiectinâ Ioannes de Beka, & Vvilhelmus Heda tradunt. Neque aliquis Epiſcoporum Albertus eſt, quem ab alio Sedi Hamburgenſi perperàm attributum, Krantzius Vltraiectinis poſſit vindicare. Alius iſtic antè ſederat* Albricus, *nonnullis* Alfricus, *qui* XIV *Nouemb. colitur: ſed neque hic potuit agmini cæſorum interfuiſſe, mortuus circa annum* DCCCXLV, *frater deceſſoris ſui* S. Frederici Martyris. *Alius eſt* Anfridus Danus Presbyter, *qui ex primis Suediæ Apoſtolis, poſt* Erimbertum, nepotem Gaudberti, *eam tribus annis excoluit, ſed reuerſus, aggraueſcente dolore defunctus dicitur in Actis S. Anſcharij cap* 14. *Vltraiectinus.*

23 *Vnum ſupereſt MSS. Actorum mendum notatum à Krantzio aliiſq;, quòd* Pontifex Romanus Benedictus *reliquis Martyribus ſummâ inſcitiâ coniungatur. Eſt ille* Benedictus V, *quem ab Ottone Magno Imperatore depoſitum, vt refert Adamus Bremenſis lib.* 2 *cap.* 6, Adalgagus Archiepiſcopus Hamburgenſis, reuerſus *Româ* in patriam, duxit in comitatu. & in cuſtodiâ, ſed magno cum honore, ad obitum vſque detinuit, *quòd* vir ſanctus litteratuſque eſſet, & dignus Apoſtolicâ Sede à populo Romano videretur; niſi quòd per tumultum electus eſſet, expulſo eo quem ordinari iuſſit Imperator. Igitur apud Adalgagum in ſanctâ conuerſatione *anno 965* viuens, alioſque ſanctè viuere docens, cùm iam Romanis poſcentibus à Cæſare reſtitui deberet, apud Hammaburg in pace quieuit IV Nonas Iulij *anno* CMLXV, *quem* Baronius *tomo* 10 *ad illum annum, num* 2, *explosâ hac fabulâ*, aliâ ratione dicendum cenſet Martyrem, nempe quòd à Leone Pſeudopontifice tam dira tamque contumelioſa ſit paſſus, & exul ipſe legitimus Romanæ Eccleſiæ Pontifex ſit defunctus; vt ſancti Martyres iidemque Pontifices Pontianus atque Martinus in exilio vitâ functi. Quòd autem vt Martyr coleretur Benedictus, ne ob id Ottonis nomini nota inureretur, fingendi aliam cauſſam martyrij occaſio data. *Reperitur* IV Iulij Martyrologio Ferrarij *inſcriptus. Quidni cùm ſacrum eius corpus Romam referretur, aliquæ reliquiæ remanſerint in Saxoniâ, quarum partem adeptæ ſanctimoniales Ebbeckſtorpinæ? Quod ſortè & aliquibus antè relatis Epiſcopis factum fuiſſe aliquis Saxonicarum antiquitatum curioſus indagator aliquando probabit.* *Nō adfuit Benedictus V Papa,* *Hamburgi in exilio mortuus.*

B

C

§ VI *Miracula ad reliquias horum Martyrum,*

ex MS. Paderbornenſi.

24 ANno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio manauit oleum ex oſſibus ſanctorum Martyrum, in die paſſionis eorum, quod ab ortu ſolis manare cœpit, & ad horam ferè quartam ſtetit. Aderamus & nos pſallentes in multâ gratiarum actione in lacrymis effuſâ, & ſtillicidio illo ſupercæleſti quo omnes ſpiritaliter perunCti. Abbas Villeſſenſis aderat cum ſuis, teſtis & ipſe fidelis, qui reportauit Eccleſiæ ſuæ memoriale ex oleo illo ſacro, quod miniſtrauit nobis Rex Regum, diues in omnes non mediocriter, ſed ex abundanti præſentibus & ſpiritalibus & laicis, qui conuenerant ad diem feſtum, vbi miſericordia Dei nullius fraudauit oculum in illius olei ſacri manantis apertâ viſione. Quidam tamen, vt moris eſt humanæ tarditatis, non credentes liquorem ſanctum diuinitus datum, affirmabant ro- *Oleum ex ſacru oſſibus fluit,*

rem magis eſſe tenendum: ſed Dominus bonitatis ſuæ donum non paſſus errore obſcurari, abraſit dubium, in die ſcilicet paſſionis eorum, die mediante in ipſo feruore ſolis oleum ex oſſibus ſanctis fecit exurgere, populo concurrente & inſpectante: eâ videlicet horâ, quâ rorem deſcendere non eſſet opinabile. AVCTORE GH D

25 Erat quodam tempore in die B. Petri pluuia vehemens: & Dominus more ſolito mirificauit Sanctos ſuos ſacro oleo manante ex oſſibus eorum, omnibus aſtantibus & hoc miraculum cernentibus. Affuit inter eos quidam ex Ordine Minorum Fratrum, nomine Echehardus, Deo valdè deuotus. Et dum omnes hæſitarent propter inundationem pluuiæ quæ deſcendebat, *lychnus, quod tenebat, intinxit in liquore, & tetractum impoſuit candelæ, & arſit donec totum abſumeretur quod fuerat intinctum. Præpoſitus Helricus eiuſdem miraculi minùs credulus, quodam tempore accepto turibulo infudit ſacrum oleum, & arſit quaſi liquor oliuæ. Et ſic fidelis Dominus circa opera ſua omne ſoluit ambiguum. Benedicta gloria Domini, qui mirificauit ſanctos Martyres, quorum gloriam non audiuimus, ſed vidimus, & manus noſtræ contrectauerunt gratiam quæ data eſt nobis. Lætemur & nos apud quos ſancti Martyres veneranda pignora ſua in gremio fouere clementer delegerunt. Quorum E conciues in præſenti feliciter effecti ſumus, in futuro gaudio cumulatiore conſortes feliciùs aſſumendi, ſicut ſperamus, ipſo donante, qui vocat ea quæ non ſunt tamquàm ea quæ ſunt. *iterum.* **forte lineum.*

26 Tempore Domini Manegoldi, qui erat Præpoſitus Canonicorum in Ebbeckeſtorp, Eccleſia Mindenſis eſt incenſa. Quæ reædificata, ſepties poſteà igne conſumpta eſt. Mindenſes igitur miſſis legatis alloquuntur capita Eccleſiæ noſtræ, petentes vt accepto magno præmio redderent ſibi corpus Pontificis eorum, Beati videlicet Theoderici, vt in tanto periculo eis ſit præſidio. Reclamant omnes nullatenùs annuentes. Quia inter tot millia vnus dignoſci non poterat: quin etiam ſi notus eſſet facie & nomine, nullo modo dimitterent theſaurum qui conſilio Diuino apud eos eſſet reconditus, & hoc eis ad lucrum maximum. Igitur qui miſſi fuerant, infecto negotio reuertentes, turbatione non modicâ populum conuenerunt. Ergo licet caſſaretur deſiderium eorum, patronum tamen ſuum quamuis abſentem honore magnifico ſublimare volentes, argenteum faciunt monaſterium, ad modum lacerti pulchro ſtemmate decoratum. Sacerdotem ante altare ponentes, ex latere turrim argenteam & ſacriſtam ſtantem & nolas quaſi compulſantem, F hoc munus ſibi fore munimen ſperantes, vt eius patrocinium hinc eis referret ſolatium & ſic per merita ſancti Martyris ceſſauit plaga incendij ab eis. *Mindenſes contra incendium petunt reliquias S. Theoderici,* *hunc ſtatuis argēteis honorant:*

27 Structura, quæ erat circa corpora Sanctorum, ex vetuſtate collapſa fuerat, quæ ex negligentiâ ciuium non reædificabatur. Tunc idem prædictus Pontifex apparuit cuidam moniali in caſulâ violacei coloris, infulatus ac mirificè decoratus, vultu ſereniſſimo, præcipiens, quatenùs pronuntiari faceret populo, iram Dei ſuper eos in breui futuram, pro eo quòd locus, in quo requieſcerent, valdè haberetur deſpectus, & porci terram euellerent nullo penitùs prohibente. Et ſubiunxit: Quibuſcumque hæc narraueris, dices in teſtimoniũ, quòd me corporalibus oculis videris, & quòd quotidie ſumus memores omnium noſtri memoriam agentium apud ſummum Deum. Quo dicto vir venerandus diſparuit. *hic ob neglectum cultum quæritur.*

28 Quondam tempore, dum quidam ruſticus illic gramen meteret pecoribus ſuis in pabulum, contigit vt ipſe & vxor ſua ſenſu priuarentur, equus eius & omnia pecora morerentur. Et in hoc apparuit, quòd Dominus ſublimauit Sanctos ſuos dignis in cælo præmiis & in mundo miraculis: cui eſt laus in ſeculorum ſecula. *Alius punitur,*

AVCTORE G.H. A

contracta sanantur.

29 Eodem tempore erat quædam puella toto corpore contracta, quæ vehiculo impoſita illuc à parentibus eſt adducta; & celebratis pro eâ Miſſarum ſolenniis, pedes rediit ad propria, ſtupentibus & lætantibus omnibus qui aderant. Hæc temporibus Geruaſij Præpoſiti acta ſunt, qui gauiſus in Domino ſermonem fecit ad populum, quia Deus hoc de virtutum eorum teſtimonio ſignum dedit.

puerpera liberatur:

30 Quædam bonæ nationis fæmina, dum laboraret in partu octo diebus, ad extrema deuenerat, ita vt de ſepulturâ eius ageretur: quæ inter doloris aculeos ſeparata, vidit ſe aſſidere foribus eccleſiæ, vbi ſunt ſancti Martyres tumulati. Vidit ergo ſibi aſſiſtere virum ætate ſenem in habitu venerando, qui dixit ei: Scio quòd graui corporis moleſtiâ es depreſſa: ſi feceris quod perſuaſero, ſanitatem recipies. Si ad quemlibet locum, vbi requieſcimus, voueris te oblaturam quatuor denarios, continuò ſalua eris. Arbitrio tuo relinquo, quid ad capellam offerre volueris. Euigilans autem ex viſione certa reddita, matrem & aſtantes rogabat, vt quæ ei demonſtrata fuerant, Domino deuouerent, & ſtatim peperit filium, & curata eſt ſicut præuiderat.

31 Plebanus quidam dum laboraret in quartanis, D voto ſe Sanctis obligauit, & quòd amicos Dei fide honoraſſet, ſanitate reddità oſtendit. *pelluntur febres.*

32 Quædam monialis, dum penitùs obſurduiſſet, gramen quod de tumulis Sanctorum carpſerat tulit, auribuſque impoſuit, & protinus audiuit. *ſurditas.*

33 Matrona quædam vehementi dolore oculorum grauabatur: oculos argenteos Sanctis tranſmiſit, & dolor continuò conquieuit. *dolor oculorum.*

34 Oppidanus quidam ſactâ vnctione perceptâ, dum peruenisſet ad extrema, vocat vxorem, rogans eam: vt ad memoriam Martyrum curreret, & pro eius ſanitate ſupplicaret. Horâ quâ mulier illuc aduenisſe videbatur, vir incolumis efficitur, qui die tertiâ ad agriculturam progreditur. *periculoſus morbus.*

35 In his & aliis multis magnificaſti Domine populum tuum, & pro oſtendendâ eorum verâ gloriâ tua non deſinunt miracula. Iſtos igitur Dei bellatores veneremur, qui tanta Dei dona miro teſtantur in actu, vt nos eorum glorioſis meritis & interceſſionibus participes fieri mereamur in perpepuæ claritatis regno. Amen. *Auctor Sanctos colit.*

III FEBRVA-

III FEBRVARII

SANCTI QVI III NON. FEBRVAR. COLVNTVR.

Anctus Azarias, Propheta, in Iudæâ.
S. Blaſius, Ep. Oretanus M. Centumfontibus in Hiſpaniâ.
S. Celerinus, Diaconus Confeſſor,
S. Celerina, eius auia,
S. Laurentinus, patruus,
S. Ignatius, auunculus,
} Martyres in Africâ.
S. Felix,
S. Felicitas,
& alij
} Martyres in Africâ.
S. Fortunatus M. Romanus, Antuerpiæ in Belgio.
S. Candidus, M. Romanus, Volaterris in Etruriâ.
S. Iulianus, M. Autiſiodori in Galliâ.
S. Blaſius Ep.
VII mulieres,
II pueri,
} Martyres, Sebaſtiæ in Cappadociâ.
S. Blaſius armentarius, M. Cæſâreæ in Cappadociâ.
S. Paulus,
S. Simon,
} Martyres.
S. Claudius Confeſſor.
S. Simplicius, Ep. Viennenſis in Galliâ.
S. Anatolius, Ep. Salinis in Burgundiâ.
S. Lupicinus, Ep. Lugdunenſis in Galliâ.
S. Tigrides,
S. Remedius,
} Epp. Vapinci in Galliâ.
S. Oliueria,
S. Liberata,
} Virgines, Caluomonte in Galliâ.
S. Laurentius Illuminator, Ep. Spoletinus in Vmbriâ.
S. Philippus, Ep. Viennenſis in Galliâ.
S. Euantius, ſiue Euentius, Ep. ibidem.
S. Hadelinus, Presbyter, Viſeti & Cellis in Belgio.
S. Berlendis,
S. Nona,
S. Celſa,
} VV. Merbecæ in Belgio.
S. Wereburga, Virgo in Angliâ.
S. Nithardus, Presbyter M. in Sueciâ.
S. Anſcharius, Ep. Hamburgenſis, Daniæ & Sueciæ Apoſtolus.
S. Liafdagus. Ep. M. Ripæ in Daniâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

C Anctus Saluator Ep. Belunenſis in Marchiâ Taruiſinâ, *refertur hoc die à Philip. Ferrario in Catal. SS Italiæ. Egimus de eo ſuprà, quo die recoli eius celebritatem idem Ferrarius teſtatur* III Ianuar.

S. Gaudentius Ep. Nouarien. *Maurol. Caniſius. VVitfordus, Herm. Greuen. De eo egimus* XXII Ianuar.

S. Ioannes Eleemon, Patriarcha Alexandrinus, *conſignatur hîc ab iiſdem Maurolyco, Caniſio, VVitfordo, Greuen. Vitam dedimus* XXIII Ianuar.

S. Radegundis Virgo *refertur hoc die ab Herm. Greuen in addit. ad Vſuardum Ea eſſe videtur, quæ à* S. Bathilde *Reginâ de ſacro fonte ſuſcepta, cum eâ obiit ſeptennis, vt ad eius Vitam diximus* § 6 XXVI Ianuar.

S. Symphronius,
S. Hippolytus,
} *martyrium in Africâ paſſi memorantur in Martyrologio Romano Baronij. Verùm, vt infrà dicemus, cùm de* SS. Felice *&* Felicitate *agemus, non alij eſſe videntur niſi* Hippolytus *&* Laurentius *Foroſempronienſes, de quibus actum* II Februar.

S. Floſculus, Ep. Aurelianen. *videtur in hunc diem alicubi transferri ab feſtum Purificationis: refertur certè hîc à Sauſſaio. Nos de eo egimus* II Februar.

Herbertus, & Gaudbertus, (Simon, *aut* Simeon *cognominatus*) primi regni Sueciæ Apoſtoli *cenſentur à Ioanne Vaſtonio in Vita Aquilonari, ſeu libro de Vitis SS. Februarij Tom. I Gothorum & Sueonum: qui* Herbertum *natione Belgam,* F *poſt iacta Epiſcopatus Lincopienſis in Sueciâ fundamenta, ſuſpicatur fuiſſe primum Mindenſem in Saxonia inferiore Epiſcopũ qui alias* Herimbertus *&* Erkambertus *dicitur, &* Sanctus *patratis palàm miraculis habetur: ferturq́ VII aut* IX Iunij *obiiſſe. Nos ab hoc Mindenſi Epiſcopo alium eſſe* Herbertum *putamus, eumdem nimirùm qui* Gaudbertus, *cognomento* Simon, *appellatur: de quo in Actis S. Anſcharij nu.* 21, *deq; vtroque confuſo in Prolegom.* § 2. *Eumdem nos, Vaſtonio diſſentiente,* Gosbertum *eſſe remur, tertium Oſnabrugenſem Epiſcopum, quem cum Martyribus Ebekeſtorpienſibus celebranimus* II Februar.

S. Felix, M. in Africâ, *celebratur infrà hoc die. Alter eiuſdem nominis in Martyrol. S. Hieronymi additur: fortè pro* Felicitate, *de quâ infrà quoque.*

S. Lucianus,
S. Euphraxius,
} Martyres in Africâ, *referuntur in quodam vetuſto Martyrol. vt infrà dicemus, cùm de* SS. Felice *&* Felicitate: *haud adhuc ſatis nobis explorati.*

S. Geminianus M. in Africâ, *memoratur in quodam MS. vt infrà dicemus, cùm de* SS. Felice *&* Felicitate. *Necdum nobis hic notus.*

S. Felix Ep Lugduni, *in Martyrol. Rom. Baronij refertur. Non alius nobis videtur à* Felice *Aſro Martyre, de quo hoc ipſo die.*

S. Celerinus M. *in multis Martyrologiis, malè interpunctis, videtur*

A *videtur diuersus à celebri illo Confessore statui, & tribui Lugduno. Vnus idemq; nobis videtur, licet incertâ quorundam bis relatus. Idem quoque* Celer, *qui in Martyrol. S. Hieronymi & S. Maximini minore MS. extat.*

Felix Ep. Belicensis *inter* Sanctos *annumeratur hoc die à Saussaio, tangiturq; S.* Lupicino *Lugdunensi; ex Theophili Raynaudi nostri in Indiculo SS. Lugdunensium coniecturâ, haud satis firmâ, nec asseueranter prolatâ, vt ostendemus cùm de* SS. Felice, Felicitate, Lupicino *infrà agemus.*

S. Hathelmus Cantuarien. Ep. an. DCCCXL in Angliâ, *hoc die decessisse scribitur in MS. Florario. At nullus eius nominis in Catal. Epp. Cantuarien. reperitur. Suspicamur* Nothelmum *esse, fortassis etiam* Nathelmum *dictum, qui Londonensis Ecclesiæ Presbyter plurima S. Bedæ monacho monumenta ad historiam conscribendam suppeditauit, vt hic memorat in Præf. ad Ceolulphum Regem. Is posteà Cantuariensi Episcopus factus est, ipso quo Beda obiit anno, vt scribit Malmesburiensis; tenuit eam Sedem* V *annis, mortuusq; est anno* DCCXLI XVII *Octobr. vt apud VVigornienſem habetur. Eius tamen nomen in nullo alio Martyrol. adhuc reperimus.*

Heridacus Presbyter *(qui Ecclesiam Hamburgensem, Carolo Magno admitente, primus rexit, eratq; si vita Imperatori diuturnior contigisset, isthic ordinandus Episcopus)*
B Sanctus *appellatur à Mermanno in Theatro conuersionis Gentium, &* primus Danorum Apostolus *statuitur. De eo agimus in Vitâ S. Anscharij hoc die, nu.* 18 *& in Proleg. nu.* 39. *in Diplomate Ludouici Pij, nu.* 57. *Alibi in sacris Fastis eius nomen non reperimus.*

Witmarus, Erimbertus, Hartgarius Eremita, Ansfridus, Reimbertus } Presbyteri ac vtri Apostolici, *in primâ Suecorum conuersione laborarunt.* Witmarus, *primus S. Anscharij an.* DCCCXXIX *socius, post eius obitum adhuc viuebat in Corbeiâ Gallicâ, vt infrà in eius Actis nu.*16 *dicitur: non tamen Episcopus fuit, quod in eius elogio scribit Ioannes Vastonius in Vita Aquilonâ. In quâ etiam Vita elogia habet* Hartgarij Eremitæ *&* Erimberti, *cognati Gaudberti Ep. qui comes fuit S. Anschario in secundâ ad Suecos profectione circa an.* DCCCLIII, *eoq; inde abeunte, Ecclesiam isthic fundatam rexit, vt dicitur in iisdem Actis nu.* 49. *Agitur ibidem nu.*55 *de* Ansfrido *&* Remberto *Danis, qui eamdem dein rexerunt Ecclesiam. Quorum omnium nulla in aliis Fastis mentio.*

Hartgarius, *Bircæ vrbis in Suecià Præfectus, à S. Anschario*
C *ad fidem Christi conuersus, miraculis posteà clarus extitit, quæ commemorantur in Actis S. Anscharij cap.* 7. *Inter Sanctos & illustres Suecos meritò refertur à Ioanne Vastonio.*

Theodoricus I Ecclesiæ Metensis XLVII Episcopus, *refertur hoc die, &* Sanctus *indigetatur à Constantino Ghinio in Natalib. SS. Canonicorum; à Saussaio* XVIII *Iulij. Vir fuit eximiæ pietatis & prudentiæ. Meurisius Ep. Madaurensis in hist. Epp. Metens. lib.*3 *pag.* 329 *tradit, quotannis* VII *Septemb. anniuersarium pro eo officium fieri, in monasterio S. Vincentij, quod condidit, & præclarè ornauit.*

S Fotadus Ep. Scotus *refertur hoc die à Dauide Camerario lib.* 3 *de Scotorum pietate: ac rursus* IV *Iunij, quo & Philippus Ferrarius eum exhibet. Is Grimum & Malcolmum* II *Scottæ Reges narratur conciliasse, appellaturq; ab Hectore Boëtio lib.* 11 maximus tunc Scotorum Episcopus, vir summâ præditus virtute & clementiâ. *à Georgio Buchanano lib.* 6 magnâ tum apud omnes ob sanctitatis opinionem auctoritate. *Lesleus quoque lib.*5 *in Grimo eius meminit. Horum nullus in Diuos relatum affirmat, nedum ad hunc diem coli. Thomas Dempsterus lib.* 6 *histor. Ecclesiast. Scotor. nu.*545 *fœdè sui oblitus est, dum* S. Fothadum *eum esse vult, qui concubinariorum Sacerdotum causſam egisse contra* S. Dunstanum *Ep. Cantuarien. in* Synodo Kalnensi *memoratur, ac Diuinâ vltione oppressus; quem ipse* fraude nefariâ extinctum D *ait: cùm Osbernus in Vitâ S. Dunstani* XIX *Maij,* iniquitatis defensorem Heornelmum *appellet,* hominem tam ingenio quàm loquacitate ferè insuperabilem; *Surius* Bernelmum. *Vincentius lib.* 24 *cap.* 80. *S. Antoninus par.* 2 *tit.* 16 *cap.*7 § 5 *Osberno consentiunt, falsò in contrariam partem citati à Dempstero. Nos* Beornelmo *hoc, siue* Heornelmo *abiecto,* S. Fotadum *tantisper tamen omittemus, donec certiora assequamur.*

Helmandus, Ord. Cistercienſis monachus, in diœcesi Bellouacensi, cœnobio Frigidi-montis, *hoc die refertur à Saussaio & Chrysostomo Henriquez: & ab hoc quidem* Beati *titulo decoratur, ab illo inter* Pios *solùm numeratur. Testatur Hugo Menardus, in Catal. SS. & BB. Ordinis Cister. qui in Missali an.* 1526 *Parisiis edito exstat, eius quoque legi nomen. Vir fuit eximiæ virtutis & scientiæ. Conuersionem suam à seculi vanitate ipse describit apud Vincentium Bellouac. lib.* 29 *cap.* 137. *Nondum satis nobis liquet, an palàm* Beatus *habeatur.*

Zacharias, S. Francisci socius, *ab eoq; in Lusitaniam missus, Alanquerij (quod oppidum est Vlyßiponensis diœcesis) magnâ opinione sanctitatis mortuus est: posteà è tumulo sublatus, conditusq; sub altari est, cum socio, cuius in Annalibus Ordinis mirificè commendatur castimonia.* Zachariæ *rursus in honorificentiorem locum, intra murum ma-* B *ioris sacelli, translata Reliquiæ, vti auctor est VVadingus. Eius natalem consignat Arturus* XX *Ianuarij, socij hoc die. Et huius quidem corpus testatur Gonzaga* 3 *par. de orig. Seraph. relig. in* 2 *conuent. prouinc. Lusitaniæ,* in maximâ esse apud omnes seculares veneratione. *Legitimè* Beatis *adscripti sint necne, nondum nobis liquet.*

Petrus Sys, Prior Dunensis monasterij Ord. Cisterc. in Flandriâ, *à Chrysostomo Henriquez in Menolog. refertur cum titulo* Beati; *& insigni elogio; in quo, ex Chronico loci, tradit eum mortis suæ horam diuinitus præscisse. Saussaius* Pius *eum accenset.*

B. Gundanus. *Reperimus inter schedas Heriberti Rosweydi hæc ex codice quodam non antiquo Carthusiæ Bruxellen. descripta:* Item B. Gundani, qui cupas ligauit in vitâ.

Neuhal Abbas *refertur hoc die à Ferrario in gener. Catal. SS. his verbis:* In Scotiâ S. Neuhalis Abbatis & Martyris. *citat in Notis VVionem. Hic in appendice ad Martyrol. monasticum, litterâ A sic scribit:* Sanctus Abbas quidam de Neuhal Scotus pro fide Christi ceruices dedit. *Citat Nicol. Sanderum, vti & Dempsterus hist. Eccles. gent. Scotor. lib.*13 *nu.*951 *vbi ista habet:* Sanctus Abbas quidam, vt puto, anonymus, de Neuhal monasterio, pro Christo ceruices dedit, ait Nicol. San- F derus lib.7 de visibili monarchiâ. Quo die Martyr hic colatur non inueni. Nam inter eos SS. quorum natales incerti, eum reponit Arnoldus Wion lib. 3 pag. 408. Scripta omnia interierunt. Quo tempore floruerit, non deprehendi, cùm illi taceant. *Qui* illi? *Hoc est temerè & ociosè citare auctores non visos. Certè Sanderus non tacet tempore Elisabethæ Reginæ floruisse: at non ait:* ceruices dedisse. *Sed lib.* 7 *pag.* 666. *recensens* religiosorum ordinum Archimandritas & Priores, tum Anglos tum Scotos, ob fidem suis sedibus pulsos; *testimonio* 1637 *sic habet:* Abbas etiam de Neuhall Scotus.

S. Tarahata Virgo *refertur hoc die in Catalogo præcipuorum SS. Hiberniæ edito ab Henrico Fitzimone nostro: ab aliis pluribus* IX Februarij.

S. Adrianus, } MM. Cæsareenses, *referuntur hoc die in*
S. Eubulus, } *Menæis Græcor. apud Galesinium item & Ferrarium. Martyrol. Roman. habet* Adrianũ V } Mar-
Eubulum VII } tij.

S. Waldetrudis viduæ Translatio *officio duplici celebratur ab Ecclesiâ Montensi in Hannoniâ hoc die, eiusq; plurima meminêre Martyrologia. Pleniùs de eâ agemus die ipsius natali* IX April.

S. Germani Patriarchæ Constantinopolitani *agi hoc die Bortij in Aquitaniâ solennem memoriam scribit Saussaius*

A *ſaius in Supplem. Martyrol. Gallicani. Vitam dabimus* XII Maij.

S. Deodatus Ep. *refertur hoc die in duobus perantiquis Vſuardi Martyrologijs monaſterij S. Germani Pariſijs, his verbis*: Latiniaco natalis S. Deodati Epiſcopi. *Eſt* Latiniacum *Galliæ oppidum, ac monaſterium olim celeberrimum, ad Matronam flumen, Meldas inter ac Lutetiam, vulgò* Lagny. *Huc tranſlata pignora* SS. Deodati Ep. Maidegrij, Fulberti, Amfilionis Lamberti, & vnius ex Innocentibus, *memorat Molanus in addit. ad Vſuard.* II *Innij. Quis ſit hic* Deodatus Ep. *nondum compertum; nam plures fuerunt eius nominis Antiſtites: nominatiſſimus, qui Niuernenſi epiſcopatu relicto, in Voſagi eremo habitauit, cuius Vitam dabimus* XIX Iunij.

S. Anna Prophetiſſa, filia Phanuelis, *colitur hoc die à Græcis, vt patet ex Menæis; à Latinis verò* I Septemb.

S. Remacli Ep. Traiectenſis ordinatio *conſignatur hîc à Sauſſaio, Gelenio, VVione: natalis agitur.* III Septemb.

S. Simeon ſenex. *Menæa. Scribit Ferrarius Iaderæ in Illyrico* D *coli hoc die: ritu ſcilicet Græcorum. Nos eum dabimus cum Eccl. Romanâ* VIII Octob.

S. Colmanus, *ſiue* Macduachus, primus Duacenſis in Hibernîâ Epiſcopus, *refertur hoc die à Colgano, ex Hibernicorum Martyrologiorum fide. Fatetur tamen in Duacenſi diœceſi vt Patronum coli (quò & nos eum ideò retulimus)* XXVII Octobr.

Commemorationem *aliquam* Animarum *faciunt Græci hoc die, vt ex Menæis patet. Latini ſolemnius* II Nouemb.

S. Tryphon, Nicænus Martyr, *refertur hoc die in Vſuardi MS. Pariſienſi, ab Hermanno Greuen. an.* 1521. *Caniſio, Martyrol. Colon. an.* 1490. *Ferrarius in gener. Catal. SS. teſtatur Aſcriuj, vulgò Cattharo, vrbe Venetæ ditionis in Dalmatiâ hodie* Tryphonem M. *coli publicâ celebritate, vt Patronum vrbis; corpuſq; iſthic religioſiſſimè aſſeruari. An alius hic ſit, haud ſcimus, ideoq; reiecimus ad* X Nouemb.

DE S. AZARIA PROPHETA

IN SYMBATHA, DISTRICTV IVDÆÆ. I. B.

SVB ASA R. IVDA. III FEBR.

1 GRæci III *Februarij* S. Azariam *Prophetam venerantur, vti ex Menæis patet, quæ ita habent*: Eodem die Propheta Azarias, filius Addo, in pace vitam finit.

Oracula reddente ante mortem Azaria,

S. Azariæ natalis, Silet per obliquas ambages vaticinans Pythia. Hic erat filius Addo, ex terrâ Symbathâ, qui reduxit ex Iſraël captiuos Iudæos; & mortuus in agro ſuo ſepultus eſt.

pater Addo 2 *Qui hic* Addo *dicitur, Azariæ pater, is in Chronico Alexandrino* Ἰωδήθ *eſt, in vulgatâ verſione* Obed, *apud* LXX ὠδήδ, Oded. *Verùm Hebraicè iiſdem litteris* עדד *ſcribitur* Oded *nomen 2 Paral. 15.1* עוֹדֵד *&* Addo *2 Paral. 29. & cap. 12.15. & cap. 13.22. punctis ſolùm mutatis,* עִדּוֹ. *Vt ſuſpicari liceat* Azariam *celebris illius* Addonis Videntis *filium fuiſſe, qui citatis locis memoratur Salomonis, Roboami, Abiæ res geſtas* diligentiſſimè *conſcripſiſſe. Non igitur Propheta is fuit qui 3 Reg. 13 ad Ieroboamum Regem, impuras ſuperſtitiones ſancientem, thuraq; vitulis adolentem, miſſus, luit deinde morte inobedientiam: nam qui geſta Abiæ Regis, anno Ieroboami XX mortui deſcripſit, non poteſt initio regni eiuſdem Ieroboami extinctus cogitari. Quin et potiùs, biennio poſt Abiam*

C *mortuo ſuperſtes videtur extitiſſe.*

Propheta & ſcriptor,

ſors & Aſæ Regis magiſter: 3 *Et hic fortaſſis Abiæ filium* Aſam, *ſiue* Aſanem, *optimis præceptis ad pietatem inſtituit. Certè quòd, vt 2 Paral. 29. dicitur,* Viſionem, *ſiue vaticinia, ediderat* contra Ieroboam filium Nabat, *deinde à Rege Abia memorabili prælio victum, in quo quingenta millia virorum fortium ex Iſraël, id eſt ex Ieroboami exercitu, ceciderant vulnerati; ad formandam Aſæ adoleſcentiam aſſumptus videtur. Sed cuiuſcumque magiſterio inſtitutus, Azariæ æqualis fuit Aſa, regnauitq;* in

qui idololatriâ ſublatâ, anno vigeſimo Ieroboam Regis Iſraël, & quadraginta & vno annis regnauit in Ieruſalem, *vt habetur 3 Reg. 15. Et, vt dicitur 2 Paralip. 14.2.* fecit quod bonum & placitum erat in conſpectu Dei ſui, & ſubuertit altaria peregrini cultus, & excelſa, & confregit ſtatuas, lucoſque ſuccidit: & præcepit Iudæ vt quæreret Dominum Deum Patrum ſuorum, & facerent legem & vniuerſa mandata: & abſtulit de cunctis vrbibus Iuda aras & fana, & regnauit in pace. Ædificauit quoque vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella ſurrexerant, pacem Domino largiente. *Bellum tamen erat, vt dicitur 3 Reg. 15* inter Aſa & Baaſa Regem Iſraël, cunctis diebus eorum: *& Aſa quidem vrbes nonnullas cepit montis Ephraim, vt nu. 8 dicemus. Sed nullum adhuc graue, aut ab externo hoſte bellum motum erat.*

feliciter regnat, 4 *Anno dein regni eius* XIV, *non (vt ſcribit Ioſephus Iudæus)* X, egreſſus eſt contra eum Zara Æthiops cum exercitu ſuo, decies centena millia, & curribus trecentis, & venit vſque Mareſa. *Quærit Iacobus Salianus noſter, quæ cauſſa Æthiopem mouerint ad bellum hoc tam longinquum, tanto apparatu, Aſæ inferendum: an copiarum magnitudo, an Regum Iſraëlitarum diſſidia, an ſpes prædæ, qualem ipſe fortaſſis Seſaci tunc miles, anno Rodoami V deportari in Ægyptum viderat; an ira Numinis, vlciſci ſuperbum Regem cupientis, & Iudæos eius ſpoliis ditare. Quaſi verò Turcas, Mauros, Tartaros alioſq; barbaros non ſæpè audierimus noſtrâ memoriâ ad inferendum Chriſtianis bellum, à Chriſtianis quoque ſollicitari. Fortaſſis, vt Achaz Rex Iuda multis pòſt annis Aſſyrium ad populandum Samariæ regnum inuitauit, ita nunc Baaſa, vt ſibi, quod Ieroboami excisâ domo occupârat, regnum firmaret, aduersùs Aſam opibus & populi multitudine inualeſcentem, iamq; vrbibus aliquot montis Ephraim captis, ſibi metuendum, ab vltimis Africæ finibus Æthiopes euocauit. Quid ſi Palæſtini ipſi hoc bellum ſuſcitarunt, perpetui Iudæorum hoſtes? Bello certè huic immiſtos fuiſſe ſacer ſcriptor oſtendit, de victoribus Iudæis 2 Paral. 14 ita loquens*: Tulerunt ergo ſpolia multa, & percuſſerunt ciuitates omnes per circuitum Geraræ. *Quamquàm & hæ potuerunt ad regnum Baaſa ac tribum Simeonis ſpectare.* F

ab amulis euocatum,

5 *Cùm ergo Mareſam, vrbem tribus Iudæ, peruenisſet Æthiopum exercitus, eamq; fortaſſis obſideret, iam olim à Roboamo munitam; adfuit Aſa, habens* in exercitu ſuo portantium ſcuta & haſtas de Iuda trecenta millia, de Beniamin verò ſcutatiorum & ſagittariorum ducenta octoginta millia .... & inſtruxit aciem ad bellum in valle Sephata, quæ eſt iuxta Mareſa. *Ioſephus lib. 8 cap. 6* Saphatam *ſcribit. Eadem eſt fortaſſis, quam Græci* Symbatham *vocant, Azariæ patriam. Inſtructâ acie paucis verbis ita Diuinum auxilium pius Rex implorauit*: Domine, non eſt apud te vlla diſtantia, vtrùm in paucis auxilieris, an in plurib⁹: adiuua nos, Domine Deus noſter. In te enim & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. Domine, Deus noſter tu es; non præualeat contra te homo. *Senſit illicò fiduciæ ſuæ, quam in Diuinâ ope locârat, & religioſæ precationis fructum.* Exterrui itaque Dominus, *ait Scriptura*, Æthiopes coram Aſa & Iuda: *(quo modo exterruerit, non additur)* fugeruntque Æthiopes. Et perſecutus eſt eos Aſa, & populus qui cum eo erat, vſque Gerara: & ruerunt Æthiopes vſque ad internecionem, quia Domino cæduntur contriti ſunt, & exercitu illius præliante. *Diſtat Gerara ab Hieroſolymis, vt patet ex Geneſ. 22.4. tridui itinere. Mareſa autem medio ferè interuallo inter vtramque ſita,*

ipſe ducens, 580000

Deum antè pr ſtis,

internecionem dedit.

AVCTORE I. B.

vt in tabulis Adrichomij videre eſt.

A 6 *Non Æthiopum dumtaxat, ſed & Palæſtinorum Geraritica regionis aut Simeonitarum, ſpoliis onuſtus redibat exercitus, cùm in occurſum venit* Azarias *Propheta. Quem ad locum? Cùm Hieroſolymis appropinquarent, inquit Ioſephus. Quid ſi ad* Sephatam *vallem, præſertim ſi ea Symbatha eſt, ipſius patria? Neque enim omnem exercitum Hieroſolymam vſque reducere neceſſe fuit: licet paullò pòſt ad ſacra eos rurſus, ſed non cum armis, euocárit, vt infrà dicitur. Azarias igitur,* facto in ſe Spiritu Dei, egreſſus eſt in occurſum Aſa, & dixit ei: Audite me Aſa & omnis Iuda & Beniamin: Dominus vobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eum, inuenietis: ſi autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Tranſibunt autem multi dies in Iſraël abſque Deo vero, & abſque Sacerdote doctore, & abſque Lege. Cumque reuerſi fuerint in angustiâ ſuâ ad Dominum Deum Iſraël & quæſierint eum, reperient eum. In tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti; ſed terrores vndique, in cunctis habitatoribus terrarum: pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustiâ. Vos ergo confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro.

2. Paral. 15 *Azarias victori gratulatur,*

hortatur ad conſtantiam pietatis,

B 7 *Quibus verbis duas illas tribus ad conſtantiam in Diuino cultu hortatus, prædixit quæ decem aliis tribubus (contra quas & parens eius Addo erat vaticinatus) propterea quòd idola colerent, obuentura eſſent mala. Sed ad ſenſum quoque myſticum delabitur, ea denuntians, quæ poſt illatam Meſſiæ ſuo, Ieſu Chriſto, mortem, gens infelix eſſet acerbiſſima perpeſſura, ad finem vſque mundi. Quæ & ipſe Ioſephus Iudæus agnouit: ait enim, Prophetam prædixiſſe,* ſecuturum tale te pus, in quo neque Propheta verax in populo reperiatur, neque Sacerdos iuſta decernens. Sed vrbes eorum ſubuertendas, & gentem per omnes terras diſpergendam, vbi erraticam ſemper ac ſontem vitam agat. ἔπηλυν βίον καὶ ἀλίτην βιωσόμενον. *Gelenius vertit:* erronum more vitam acturam nullis certis ſedibus. *Quas profectò calamitates, Ioſephi cœptas temporibus, hactenùs experiuntur infoelices Hebræi, & porrò experientur.*

prædicitq; mala Iſraëli obuentura, præſertim poſt Chriſti mortẽ.

8 *Obtemperauit Prophetæ monitis Rex. Ita* 2 *Paralip.* 15. 8. Quod cùm audiſſet Aſa, verba ſcilicet & prophetiam Azariæ filij Obed Prophetæ, confortatus eſt, & abſtulit idola de omni terrâ Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus, quas ceperat, montis Ephraim. Et dedicauit altare Domini, quod erat ante porticum Domini: congregauitque vniuerſum Iudam & Beniamin, & aduenas cum eis de Ephraim, & de Manaſſe & de Simeon: plures enim ad eum confugerant ex Iſraël, vi-

eius verbis animatus Rex, idololatriam ſtirpitus excidit,

C dentes quòd Dominus Deus illius eſſet cum eo. Cumque veniſſent in Ieruſalem menſe tertio, anno decimoquinto regni Aſa, immolauerunt Domino in die illâ, de manubiis & prædâ, quam adduxerant, boues ſeptingentos & arietes ſeptem millia. Et intrauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerent Dominum Deum Patrum ſuorum in toto corde, & in totâ animâ ſuâ. Si quis autem, inquit, non quæſierit Dominum Deum Iſraël, moriatur, à minimo vſque ad maximum, à viro vſque ad mulierem. Iurauerunt que Domino voce magnâ in iubilo, & in clangore tubæ, & in ſonitu buccinarum, omnes qui erant in Iuda, cum execratione: in omni enim corde ſuo iurauerunt, & in totâ voluntate quæſierunt eum & inuenerunt: præſtititque eis Dominus requiem per circuitum. Sed &

lege capitali propoſitâ, populis iureiurando adactis,

matre in ordinem redactâ,

Maachaim matrem Aſa Regis ex auguſto depoſuit império, eò quòd feciſſet in luco ſimulachrum Priapi: quod omne contriuit, & in fruſta comminuens combuſſit in torrente Cedron.

9 *At videntur hæc iam anteà ab Aſa Rege geſta eſſe, primis regni ſui annis. Ita* 3 *Reg.* 15 11. Et fecit Aſa rectum in nomine Domini, ſicut Dauid pater eius: & abſtulit effæminatos de terrâ, purgauitque vniuerſas ſordes idolorum, quæ fecerant patres eius. Inſuper & Maa-

cham matrem ſuam amouit, ne eſſet princeps in sa- D
ctis Priapi, & in luco eius, & confregit ſimulachrum turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron. *Verùm eius libri Scriptor, qui belli Æthiopici nuſquam meminit, quæ priùs quæq; poſteriùs geſta, ſimul retulit. Et ſuére enimuerò priùs idola confracta, effæminatorum ſpurcitiæ iublatæ, ſacra Priapi, quorum ſacerdos erat Regina, excisa. Poſteà tamen & victoriâ celeberrimâ & Prophetæ verbis animatus Rex, omnes idololatriæ reliquias, identidem pullulantes ſtirpitus excidit, propoſitâ pœnâ capitali, adactoq; ad iuſiurandum populo: matrem, quæ proteruiâ muliebri ſimulachrum Priapi fortaſſe reſtituerat, in ordinem redegit, omni regiæ dignitatis decore ſpoliatam. Quâ pœnâ eam priùs multaſſe non videtur, quòd marito connuente, ſors & ſocero Roboamo, peregrinum illum & infamem cultum ſuſcepiſſet: ſed cùm pergeret contra Regis edicta ſpurciſſimum idolum colere, & quod conſequens eſt, nobiles fœminas exemplo ſuo ad flagitium legumq; contemptum prouocare, atque earum operâ viros, omni priuata auctoritate, ab aula quoque relegata eſt.*

quòd ſacra Priapi, anteà prohibita,

iterum coluiſſet.

10 *Quid deinceps egerit Azarias, Scriptura non prodit. Græci, Pythiæ ſilentium aiunt impoſuiſſe. Id quomodò contigerit, non exponunt: an procuratis contra impias eiuſmodi vates, eoſq; qui illas conſulerent, ſeueris ab Rege edictis, iuxta ea quæ Leuitici* 20. 27 *& Deuteron.* 18. 11 *ſancita erant; an electo ab eiuſmodi aliquâ mulierculâ impuro ſpiritu, vti Paulus fecit Act.* 16. 16. *an ſilentio ſolùm ei impoſito, ſiue verbis & in perpetuum, ſiue præſentiâ ſuâ; an denique certa edendo reſponſa, deuotum legitimo ſacris populum, ab incertis illis dæmonum oraculis auerterit, fatidicaſq; illas anus ludibrio expoſitas ſponte ſuâ filere, nemine eas conſulente, compulerit.*

Azarias Pythonisſæ ſilentium imponit.

E

11 *Addunt iidem Græci, illum* ὑποστρέψαι ἐξ Ἰσραὴλ τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰούδα. *reduxiſſe ex Iſraël captiuitatem Iudæ, ſiue captiuos Iudæos. Anno enim eodem, Aſæ* XV *& ſequenti, bellum graue à Baaſa Rege Iſrael incubuit. Hic, vt* 3 *Reg* 15. 33 *dicitur, anno tertio Aſa Regis Iuda,* XXXIII *à rebellione decem tribuum,* regnauit ſuper omne n Iſraël in Therſa, XXIV annis. Anno *dein* XXVI Aſa Regis Iuda regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſraël in Therſa duobus annis. *Quod ergo dicitur* 2 *Paral.* 16. 1 anno XXXVI regni *Aſa* aſcendit Baaſa Rex Iſraël in Iudam; *accipi debet de anno* XXXVI *à diuiſione regni: neque enim qui anno Aſæ* XXVI *obiit Baaſa potuit decennio pòſt ei bellum inferre. Hæc de tempore belli, quod ſanè acre fuit. Nam Baaſa Ramam cepit; Ioſephus* Ῥαμαθῶναι *vocat, vrbem tribus Beniamin, in edito ſitam loco, vt nomen indicat, ad viam quæ ſola ferè à Septemtrione, è pleriſque prouinciis Iſraëlis Hieroſolymam ducebat. Captam vrbem communire cœpit Baaſa,* vt nullus tutè poſſet egredi & ingredi de regno Aſa: *ipſe interim Baaſa regnum idem vexare excurſionibus identidem poſſet, atque vrbes montis Ephraim, quas ſibi Aſa eripuerat, recuperare leuiori negotio. Parabantur noui Aſæ triumphi à propitio Numine (ſi vti eius fauore voluiſſet) non ſolùm de Iſraelitis, ſed & de ipſis quoque Syris, vt dicitur* 3 *Reg.* 16. 7.

Baaſa muniente Ramam,

opportunè ſitam.

F

12 *Non ignorabat Aſa quantum ſibi ſuiſq; periculum pararetur: nam* XL *ſolùm ſtadiis, vt ſcribit Ioſephus, diſtabat Hieroſolymis Rama, aut paullò amplius in ſexto lapide poſita, vt S. Hieronymus & Euſebius tradunt. Non tamen exercitum Domini veteranas ſcilicet ſuas legiones, quibus Libyes & Aethiopes anno præcedenti debellârat, exciuit: non priſtinos ſuos, pio Rege dignos, animos aduocauit; non addictam ab Azariâ Diuinam opem exorauit. Sed pſeudopoliticâ prudentiâ ſe inferiorem confeſſus, dum videtur ſecuriùs progredi velle, ingentem vim auri è ſuo ac templi ærario promptam, miſit ad Benadad Damaſci Regem vt Baaſa regnum inuaderet. Non diſtulit Syrus, quod rogabatur, auxilium: ſed mox circa ipſos fontes Iordanis Dan vrbem, quæ poſteà Cæſarea Philippi dicta, itemq; Ahion & Abelmaim aliaſq; vrbes tribus Nephthali cepit. Eo nuntio conterritus Baaſa, opus inchoatum deſeruit, vt regno conſuleret. Aſa verò congeſtam eò materiam ad alias ſibi opportuniores muniendas vrbes conuertit, Gabaam nimirùm Ramæ vicinam, olim Saulis habitatione celebrem, ac Maſpha, ſiue Maſphat, vbi iudicia exercuiſſe Samuel, habitaſſe deſtructis Hieroſolymis Godolias legitur. Puſillanimitatem eius, Di-*

propè Hieroſolymã;

Aſa Syros euocat;

ideò reprehenſus.

uino

A *uino monitu, grauiter increpuit Hanani Propheta. Neque tulit Rex, ipsâ suâ ignauiâ superbior effectus, monitorem; sed in carcerem compegit; Baasæ similis, qui eiusdem Hanani filium Iehu, ipsum impietatis arguentem, trucidauit. Non ita Asæ filius gloriosus & sanctus Rex Iosaphat: is multis pòst annis cùm paterno sese scelere obstrinxisset,* impio *Achabo* præbens auxilium, & his qui oderant Dominum amicitiâ iunctus, *ab eiusdem Hanani iuniore filio Iehu obiurgatus, benignè accepit. Sed de his alibi.*

13 *Hoc ipsum remur tempus esse, quo Azarias à Baasæ exercitu captos Iudæos reduxit, siue pretio redemptos, seu sanctitatis suæ opinione & sacrâ eloquentiâ, libertatem iis eblanditus à Rege aut Proceribus.* AVCTORE I. B. D *Azarias captiuos reducit.*

DE S. BLASIO

EPISCOPO ORETANO, MARTYRE,

CENTVMFONTIBVS IN HISPANIA. I. B.

SVB NERONE. III FEBR. *Oreti, veteri vrbe,*

1 ORetum, *Hispaniæ vrbs fuit, veteribus memorata, ornata dein episcopatu; sed à Mauris, ipsorum certè temporibus, excisa. Eius extare vestigia testatur Ambrosius Morales in Antiquitat. Hispan. descriptione, inter conuentum* Calatrauæ *& vicum* Granatulam, *dimidiâ ferè leucâ ab loco vtroque. isthic ædiculam etiamnum spectari ac pontem* Xualoni *fluuiolo impositum, Romani vtrumque operis, vti ex inscriptione probat quæ legebatur in marmore, quod suâ memoriâ ab eo ponte reuulsum, delatumq; Almagrum, duabus inde leucis distans oppidum. Illi porrò ædiculæ nomen nunc vetus manere* Nuestra Señora de Oreto; *atque etiam* Açuqueca, *nam hoc pro illo ab Arabibus impositum existimatur. Vtriusque nominis ita meminit Iulianus Archipresbyter à Ramirèzio editus, in Aduersariis nu.* 148. In diuisione Sedium, præcipuè Toletanæ diœcesis, prima Sedes illi subiecta est Oretum; non Calatraua, sed S. Maria de Oreto, vel Aegueca, trans flumen Sabalonem *&c. Nunc Prioratus isthic est Ordinis Calatrauæ. Actum de eodem loco* 1 *Februarij in gestis B. Raimundi cap.* 2.

(cuius vestigia extant)

B

2 *Plures, ante incursionem Maurorum, leguntur* Oretani Episcopi, *in Toletanis præsertim conciliis. Antiquissimus fuit (si vera scribit idem Iulianus in Chronico nu.* 434 *ad Æram* 886) S. Blasius, qui apud oppidum vocatum Centumfontes in Celtiberiâ, in Neronis persecutione, in Hispaniâ Martyr patitur. Oretanus Episcopus à S. Anastasio S. Iacobi Apostoli Zebedæi filij, dum in Hispaniâ prædicaret, discipulo, creatus, in pretio habetur, & Deo honestante sacrum eius corpus inuisitur. *Luitprandus quoque ad eamdem Æram ista habet:* S. Blasius, Episcopus & Martyr, qui in Hispaniâ apud Centumfontes, oppidum Celtiberiæ, passus est tempore persecutionis Neronianæ, anno LXVII; miraculis celebris micat.

Episcopus fuit S. Blasius, sub Nerone martyriũ passus

in oppido Cifuentes,

3 *Oppidum est,* Centumfontes, *vulgò* Cifuentes, *dictum, ad regni Toletani fines, in prouinciâ Alcarriâ, versùs* Taiunæ *amnis fontes, haud procul* Seguntiâ *vrbe, Comitatus titulo ornatum, ad illustrem* Silvarum *familiam pertinens. Illic sanctimonialium instituti Dominicani cœnobium extra oppidi muros visitur: in cuius ecclesiâ extat sepulchrum ex alabastrite affabrè elaboratum, quo conditum fertur* S. Blasij Ep. & Mart. *corpus. Hunc Centumfontani & alij accolæ Sebastenum esse aiunt, de quo infrà agemus. ostenduntq; nescio quorum ædificiorum rudera, ad Tagum flumen, vbi* Sebasten *vrbem stetisse volunt. Quin & prouinciam* Cappadociam *assignant, & specum Antistitis sancti latebris sacratam, aliaq; eò spectantia. Quæ tamen erudito nulli probant: cùm constet,* Agricolaum, *sub quo Sebastenus Blasius martyrium fecit, in Cappadociâ Asiaticâ ac minore Armeniâ, vti infrà ostendemus, præsidatum gessisse, atque isthic sub eo plures alios martyrium consummasse.*

C *vbi eius sepulchrũ:*

& creditur Sebastenus Episcopus fuisse.

E *tamen in eodem tractu;*

4 *Sed quia huius* Blasij *Hispani Acta ignorarentur, quæ de altero tradita erant, huic adscripta, prouincialium piâ simplicitate. Apud eos certè in maxima est veneratione: nullius vt Diui nomen frequentiùs liberis suis in eo tractu imponant. Multæ quoque passim dicatæ eius nomini ecclesiæ. Non est autem, cur quisquam potiùs quàm à Sebasteno diuersum hunc statuat, illius translatas in Hispaniam reliquias suspicetur: cùm tanta earum alibi copia sit, vt vnius hominis esse vix potuerint. Diuersum certè Hispani scriptores, etiam antequàm illa prodiissent Iuliani ac Luitprandi Chronica, censuerunt;* Thomas de Trugillo *Thesauri Concionator. to. 2 parte 2.* Alfonsus Villegas *in Flore SS.* Franciscus Padilla *centur. 4 cap. 30.* Ioannes Marietta *de SS. Hispan. lib. 2 cap. 37. & post eos* Martinus Carilius *lib. 2 Annal. ad an. Christi* 306. Ioannes Tamayus *de Salazar in historiâ S. Epitacij cap. 5 huius S. Blasij meminit: at plura de eo tradit in Martyrol Hispanico ad hunc diem, iis quæ diximus congruentia. Meminit & Sanctius* D'Auila *Ep. Giennensis lib. 3 de veneratione sanctarum Reliquiarum cap. 8 nu. 4. Et plenius* Franciscus de Ruspuerta *in historiâ Ecclesiasticâ Episcopatus Giennensis seculo 12 cap. 6 nu. 2.*

valdè ibi celebrus;

sed ab illo diuersus.

5 *Caput Sancti illius Blasij Lermam nuper translatum è Centumfontano parthenone, quando illuc Dominicanæ Virgines Centumfontibus, suadente Duce* Lermæo, *migrarunt.*

Caput eius Lerma.

6 *Hieronymus* Higuera *noster Notat.* 293 *ad Luitprandi Chronicon ita scribit:* S. Blasij Martyris Hispani, sub Decio passi, celebris memoria est apud Hispanos. Toleti seruatur eius sacrum cranium in cœnobio sanctæ Trinitatis. *Is sit alius necne ab Centumfontano illo, cuius & ipse ibidem cum Luitprando meminit, non exprimit. Nam si idem, cur ad Decij tempora reuocatur? Quomodò Lermæ caput est, cranium Toleti? Nisi forsan vtrobique solùm pars extet.*

an & Toleti?

F

DE SANCTIS MARTYRIBVS

CELERINA, IGNATIO, LAVRENTINO,

ET CELERINO DIACONO CONFESSORE, I. B.

§ I S. Celerini & sociorum natalis, patria, aureola.

SECVLO I. CH. III. III FEBR.

I *Rium horum Martyrum vti Acta latent, latèrent & nomina, nisi ea S. Cyprianus ep.* 34 *ad sancti ipsorum nepotis* Celerini *Confessoris laudem protulisset. Quamobrem meruit hic, etsi illi pridem antè martyrio coronati sint, eorum tamen veluti primipilus in omnibus Martyrologiis memorari. Ita vetus Romanum à Rosweydo editum:* B. Celerini Diaconi, & Celerinæ auiæ eius, & Laurentini & Ignatij. *MS. S. Richardi sub Beda nomine:* In Africâ B. Celerini Diaconi, & Celerinæ auiæ eius, & Laurentini & Ignatij Martyrum. *Vsuardus:* In Africâ natalis B. Celerini Diac. & Confess. & sanctorum Martyrum Lautentij,

Horum Martyrũ natalis,

AVCTORE I. B.

Laurentij, Ignatij & Celerinæ: de quorum omnium glorioſis laudibus extat B. Cypriani epiſtola. *Eadem habet paullò pluribus verbis Beda vulgatus, niſi quòd* Laurentinum *appellet, quem aliorum multa MSS.* Laurentium: *variant excuſa, ſed melioris notæ quæ ſunt,* Laurentinum. *VVandelbertus quoque:*

A

Hiſque cruore pio Celerinus cum Celerinâ
Emitet, Ignatius Laurentinuſque Beati.

Prolixiori elogio eum celebrat Ado, Martyrol. Roman. ac reliqui propè omnes.

2 *Viditur VVandelbertus eum, vt ſocios, Martyrem ſtatuere. Galeſinius exiſtimat his tormentis admotum. Romæ & in Africâ & hîc enectum.* In Africâ, *inquit*, ſanctorum Martyrum, Celerini Diaconi, Celerinæ eius auiæ, Laurentini patrui & Ignatij auunculi. Primò Celerinus Romæ poſt B. Fabiani Pontif. martyrium, in ſummo perſecutionis impetu, vnà cum Moyſe, Maximo, Nicoſtrato, Rufino, Vrbano & Sidonio, in cuſtodiam incluſus, præter ceteros omnia tormentorum genera conſtantiſſimè ſuperauit. Pòſt, remiſsâ paullulùm perſecutione, in Africam venit: vbi, Diuino admonitu, Lector, deinde Diaconus factus, excitatâ vehementiùs, Decianâ contra Eccleſiam oppugnatione, cum illius principe & auctore congreſſus, dum inexpugnabili firmitate certaminis ſui aduerſarium vincit, vincendi ceteris viam fecit; non breui compendio vulnerum victor, ſed adhærentibus diu & permanentibus pœnis, longæ colluctationis miraculo triumphator, â Domino accepit cæleſtis gloriæ coronam. Huic auia Celerina honore conſimili Diuinæ dignationis æquatur. Patruus prætereà eius & auunculus, Laurentinus & Ignatius, in caſtris ipſi quondam ſecularibus militantes, ſed veri ſpiritualeſque Dei milites, dum Sathanam Chriſti confeſſione proſternunt, palmas à Domino, illuſtri paſſione, meruerunt. *Verùm non ſunt omnia hæc veterum teſtimonio firmata.* Nam Diaconum *factum Martyrologia quidem aſſerunt; non meminit S. Cyprianus. Neque, ſi tormenta illi in Africam reuerſo inflicta, aut mors, id Decianâ factum perſecutione, cui ſuperſtes fuit Celerinus. S. Cyprianus ep. 34 vt infrà dicemus, quæ hîc Galeſinius de reſumpto in Africâ certamine refert, de Romæ ſuſcepto prædicat, nimirùm* inter perſecutionis initia feruentia, cum ipſo infeſtationis principe & auctore congreſſum *&c.*

Celerinus an Martyr?

an tormẽta in Africâ paſſus?

an Diaconus?

3 *Caniſius in 2 edit. Galeſinium de more ſecutus, ita ſcribit:* Item in Africâ ſanctorum Martyrum Celerini Diaconi, Celerinæ eius auiæ, Laurentini & Ignatij, quorum ille Celerini patruus erat, hic auunculus: *(vnica vox Germanica quâ vtitur, vtrumque ſignificat; vertimus ex alio explicatiùs.)* Hi omnes aduersùs mundum, carnem, dæmonem, eorumque adminiſtros ſtrenuè depugnarunt, atque horribili martyrio cum aliis multis in Decianâ perſecutione defuncti ſunt, fideique ſuæ conſtantiam teſtati. Horum eſt apud Cyprianum in quadam epiſtolâ honorifica mentio. *At non in Decianâ perſecutione occiſi* Celerina, Laurentinus *&* Ignatius, *vt ex S. Cypriano patet: nam cùm* inter perſecutionis initia feruentia *certaſſe Celerinum dicat, de aliis ita loquitur:* Auia eius Celerina iam pridem martyrio coronata eſt. item patruus eius & auunculus, Laurentinus & Ignatius ..... Sacrificia pro eis ſemper, vt meminiſtis, offerimus, quoties Martyrum paſſiones & dies anniuerſariâ commemoratione celebramus. *Scribebat iſta Cyprianus ex receſſu, in quem ſe abdiderat initio perſecutionis: ante ergo perſecutionem eorum memoriam publicè egerat, & id meminiſſe Clerum ſuum ait. Conſtantius Felicius ante Galeſinium ab aliquibus Martyrem dici Celerinum ſcripſit:* nempe *ab iis qui* Martyres *appellant eos qui tormenta paſſi, etſi iis immortui non ſint;* Confeſſores *verò qui Chriſtum coram Iudice confeſſi, nullis tamen tentati tormentis. Nunc autem* Martyres *minimè indigetamus niſi quibus illata mors eſt, aut ex toleratis anteà tormentis ſecuta. Alia peccat idem Felicius. ita ſcribens:* Celerinus Diaconus & Confeſſor: alij Martyrem dicunt. Erat Clericus S. Cypriani in Africâ, nepos S. Laurentij Mart. nepotis S. Ignatij fratris aui eius, & auiæ Celerinæ.

3 alij non ſub Decio occiſi.

B

C

D

4 *Dubitat Pamelius Annotat. 3 ad ep. 34 S. Cypriani, Romanuſne an Africanus fuerit Celerinus. Romæ certè eius ſoror habitabat, vt infrà ex eius epiſtolâ ad Lucianum patebit, erat quoque lautâ in re, quæ* LXV *extorribus miniſtraret, nec exiguo tempore. An ipſe iſthic quoque ante Decij tyrannidem habuerit domicilium, an ſolùm eò venerit, vel negotiorum cauſsâ, vel vt florentem ſub Philippis Auguſtis religionem ſpectaret, in ambiguo eſt. Carthaginenſem fuiſſe, (licet fortaſsis origine Romanum) inde liquet, quòd à Cypriano Clerius ordinatus eſt; quodque patruus eius & auunculus ac auia vel martyrium iſthic fecerant, vel ſi alibi, certè inde orti, vt propterea Cyprianus* pro eis ſacrificia offerret, *vt antè ſcriptum; ſiue, vt ep. 37* loquitur, commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebraret, *velut ſuæ Eccleſiæ Martyrum, aut ad eam ſpectantium. Erat & aliis locis per Africam horum celebris veneratio: nam S. Auguſtini ſermo* CCXXXVI *de tempore,* habitus *ſcribitur* in baſilicâ S. Celerinæ.

Celerinus Romanus an Carthaginenſis?

cuiates alij?

§ II. *Celerini confeſſio in tormentis: pro ſorore lapſâ ſollicitudo.*

5 *Romæ agentem* Celerinum *vt diximus Deciana perſecutionis turbo oppreſſit. Nam cæſis Philippo Chriſtianis Imperatoribus, vt* XX *Ianuarij ad S. Fabiani Vitam diximus, in reliquos Chriſtianos, Romæ præſertim, ſæuitum: ipſeque Fabianus Papa anno Chriſti* CCL, *Decio & Grato Coſſ. martyrio coronatus eſt.* Et poſt paſſionem eius, *vt habet liber de Romanis Pontificibus,* Moyſes & Maximus Preſbyteri, & Nicoſtratus Diaconus comprehenſi & in carcerem miſſi ſunt. *Fuit cùm his* Celerinus *quoque comprehenſus, & crudelibus tormentis examinatus, vt infrà ex S. Cornelij ac S. Cypriani epiſtolis oſtendemus. Dimiſſus (incertum quâ occaſione) è cuſtodiâ, in Africam profectus eſt, ſed ſub finem æſtatis. Teſtis S. Cyprianus ep. 16 ad Moyſen & Maximum Presbyteros & ceteros Confeſſores fratres Romam miſsâ:* Et cunctos vos pariter & ſingulos repræſentauit affectibus noſtris, fratres cariſſimi, Celerinus adueniens, fidei ac virtutis veſtræ comes, & glorioſis congreſſibus Dei miles. Vniuerſos vos in illo veniente conſpeximus; & cùm caritatem circa me veſtram dulciter ac ſæpè loqueretur, in eius ſermonibus vos audiebamus. Satis ac plurimùm gaudeo, quando à vobis per tales talia perferuntur. *Oſtendit deindè autumno ſcriptam epiſtolam, cùm annum ferè in carcere egiſſent Confeſſores, &* dignitas cæleſtis *in ipſis* honoris annui dignitate ſignata eſſet, & iam reuertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ diuturnitate transgreſſa.

Celerinus an. 250 Romæ captus ac tortus; liber in Africam redit, & S. Cypriano geſta narrat ſub autumnum,

E

F

6 *Probabile eſt, quod ad Martyrol. hoc die annot. b cenſet Baronius, Celerinum hunc pietate & confeſſione illuſtrem, functum apud Cyprianum munere tabellarij, vel potiùs legati. Neque enim ignoto cuiuis, nec ſatis probatæ fidei homini, credi conſueuiſſe litteras vel Epiſcoporum ad Epiſcopos, vel ad incluſos cuſtodiis Confeſſores. Quod ex S. Cypriani facto probat Baronius.*

eius & Clerus Romã internuntius.

7 *Dum Romæ ageret Celerinus verno tempore anni inſequentis, anni nimirùm* CCLI, *inſignem ad Lucianum Confeſſorem carcere detentum epiſtolam dedit, quæ apud Cyprianum in editione Pamelij eſt* XXI. *Quam hîc integram dare operæ ſtolaque pretium eſt: oſtendit enim egregiam eius demiſſionem animi, ſorore lapſâ, zelumque Diuini honoris: &, vt ep. 23 ipſe Cyprianus ſcribit,* Celerinus Confeſſor quàm eſſet moderatus & cautus, & humilitate ac timore ſe-

Eius epiſtola pro ſollicitudinem de ſorore lapſâ, zelumq; Diuini honoris: &, vt ipſâ,

cta noſtræ verecundus. *Ad quem locum pluribus citatis eiuſdem Cypriani & Tertulliani locis oſtendit Pamelius ſectæ nomen hîc in bonam partem accipiendum pro* confeſſione Chriſtianâ. *Eumdem autem eſſe* Celerinum, *qui Romæ cum Moyſe & aliis captus fuit, quique eam exarauit epiſtolam, cenſet in annot. ad Martyrol. Baronius. Diſſentit (at non rectè, noſtro quidem iudicio) qui Indicem in 2 tomum Annalium eius concinnauit. ſcribit enim:* Celerinus Confeſſor multa

paſſus

A passus ordinatur à Cypriano, *deinde* : Celerinus alius Confessor sollicitus pro sorore lapsâ.

8 *Romæ autem scriptam illam à Celerino epistolam probat Pamelius, ex Luciani Confessoris responso, qui inter alios salutari* Baſſianum *iubet* & vniuersum Clerum ; *cùm ex ep.3, quæ est Cleri Romani ad Clerum Carthaginensem de secessu Cypriani, dicatur* : Sciatis autem Baſſianum peruenisse * ad vos. *Certiùs id liquet ex aliis Cypriani epistolis, vbi Luciani vt sui subditi meminit. Deinde ipse Celerinus ait, vbi tunc erat, fœminas quasdam lapsas à Præpositis iuberi* tantisper sic esse donec Episcopus constituatur. *Atqui Carthago Episcopum habebat Cyprianum; Romana Cathedra, occiso Fabiano, nondum suffecto Cornelio, vacabat. Sed ipsam demus epistolam:*

9 CELERINVS LVCIANO SALVTEM. Hæc cùm tibi scriberem, Domino frater, gaudens & tristis eram: gaudens, eò quòd audierim te pro nomine Domini nostri Iesu Christi Saluatoris nostri tentum, & illius nomen penes magistratus huiusmodi confessum: tristis autem in eo quòd ab eo ex quo te deduxi, numquàm litteras tuas accipere potui. Et nunc modò duplex mihi tristitia incubuit, quòd cùm Montanum fratrem nostrum communem abs te de carcere ad me esse venturum sciebas; de salute tuâ, vel quid penes te agatur, mihi non significaueris. B Et hoc solet contingere seruis Dei, maximè eis qui in confessione Christi sunt constituti. Scio enim quoniam vnusquisque iam quæ sunt seculi non adtendit, quoniam coronam cæleſtem sperat. Ego enim dixi, fortasse oblitum te esse mihi scribere. Nam vt tibi quoque de infimo tuus vel frater dicar, si fuero dignus Celerinus audire; tamen cùm essem & ego in tam floridâ confessione, fratres meos, vetustissimos memorabam, & eos litteris meis memoraui, caritatem pristinam eorum penes me meosque nunc esse. Peto tamen, Carissime, à Domino, vt si non antè cruore illo sancto laueris pro nomine Domini nostri Iesu Christi, quàm litteræ meæ te in hoc mundo apprehendant; vel nunc si apprehenderint, mihi ad hæc reſcribas. Sic coronet te, cuius nomen confessus es. Credo enim, quoniam etsi in hoc mundo nos non viderimus, in futuro tamen nos coronati à Christo cõplectemur.* Pete vt simi dignus & ego coronari cum numero vestro.

10 In magnâ tribulatione constitutum scias, & adsis mecum præsens, sic caritatis pristinæ reminiscor die ac nocte : Deus solus scit. Et ideò peto vt annuas desiderio meo, & mecum doleas in morte sororis meæ, quæ cecidit in hac vastatione Christo, sacrificauit enim, & exacerbauit Dominum nostrum, quod nobis manifestum videtur. Pro cuius factis ego in lætitiâ Paschæ flens die ac nocte, in cilicio & cinere lacrymabundus dies exegi, & exigo vsque in hodiernum, donec auxilium Domini nostri Iesu Christi & pietas .... per te vel per eos Dominos meos, qui coronati fuerint, à quibus postulaturus es, vt veniam habeant nefanda naufragia : memor sum enim caritatis tuæ pristinæ, quòd cum omnibus doleas sorores nostras, quas & tu benè nosti, id est, Numeriam & Candidam; pro quarum peccatis, quæ nos fratres habent, debemus excubare. Credo enim Christum secundùm illarum pœnitentiam, & opera quæ penes cõllegas nostros fecerunt extorres, qui à vobis venerunt, à quibus ipsis de operibus earum audies iam, pro eis vobis Martyribus suis petentibus indultorum credo.

11 Audini enim te floridiorum ministerium cepisse. O te felicem! Suscipe vota tua, quæ semper desideraſti : vel in terrâ dormiens, optati pro nomine illius in carcere mitti ; quod nunc tibi contingit, sicut scriptum est: Det tibi Dominus secundùm cor tuum. Et nunc super ipsos factus Antistes Dei, recognouit idem minister. Rogo itaque, Domine, & peto per Dominum nostrum Iesum Christum, vt ceteris cõllegis tuis, fratribus tuis, meis Dominis, referas, & ab eis petas, vt quicumque prior vestrûm coronatus fuerit, illis sororibus nostris, Numeriæ & Candidæ, tale peccatum remittant. Nam ipsam Etecusam semper appellani (testis est nobis Deus) quia pro se dona numerauit, no sacrificaret: sed tantùm ascendisse videtur vsque ad Trianfacta, & inde descendisse. Hunc ergo non sacrificasse ego scio. Quarum iam eausâ auditâ, præceperunt eas Præpositi tantisper sic esse, donec Episcopus constituatur. D

12 Sed quatenùs per vestras sanctas orationes & petitiones, in quas nos fidimus, quoniam estis amici sed & testes Christi, quòd omnia indulgeatis. Peto ergo, Domine carissime Luciane, memor sis mei, & petitioni meæ annuas. Sic Christus coronam illam sanctam, quam tibi, non tantùm in confessione, sed in sanctimoniâ tradidit, in quâ semper cucurristi, exemplum Sanctorum semper & testis fuisti; vt omnibus Dominis meis, fratribus tuis Confessoribus referas de hoc facto, vt à vobis auxilium recipiant. Nam hoc, Domine frater, scire debes, me non solum hoc pro eis petere, sed Statim & Seuerianum & omnes Confessores, qui inde huc à vobis venerunt, ad quos ipsæ in portum descendetunt, & in Vrbem leuauerunt; quòd sexaginta quinque ministrauerint, & vsque in hodiernũ in omnibus fouerunt. Sunt enim penes illas omnes. E

13 Plus autem grauare cor illud sanctum tuum non debui : cùm sciam te pronâ voluntate operari. Salutant te Macarius cum sororibus suis Cornelià & Emeritâ, qui lætantur confessione tuâ floridâ; sed & omnes fratres : & Saturninus, qui & ipse luctatus est cum diabolo, qui & Christi nomen est fortiter confessus, qui & ibi in pœnâ virgularum fortiter est confessus, qui & hîc nimis rogat & petit. Salutant te fratres tui Calpurnius & Maria, & omnes sancti fratres. Nam hoc scire debes, me & dominis meis fratribus tuis scripsisse, quas peto illis eas legere digneris.

14 *Hactenùs Celerini epistola, edita à Pamelio Antuerpiæ an.* 1568 *non sine mendis, quæ corrigere omnia non potuimus, cùm in editione Operum S Cypriani Basileensi anni* 1540 *per Erasmum recognitâ, & Colonien si an.* 1544 *per Grauium, quas ambas habemus, ea non extet epistola; & Morelij nobis desit editio, è quâ eam Pamelius accepit*, minus accuratè castigatam, *vt ipse annot.*2 *fatetur : desunt enim quandoque voces aliquæ: neque ea in Rigaltij editione elegante alioqui, suppletæ : nam & ipse exemplaribus, vt in Obseruationibus fatetur, destitutus fuit. Quod dicitur Lucianus* floridiorum ministerium percepisse; *Pamelio magis placeret* floridorum, *& significari putat Martyres ipsos : vti & Rigaltius, qui Lucianum ait super eos* factum antistitem, *quia iis ministrabat, ipsorum desideria ad alios perscribens. Mihi anteà inciderat dubitare, an non fortasis familia aliqua Christiana Carthagine* Floridorum *fuisset, aut duo tresue, nomine aut cognomine* Flortdi, *qui solatium ac ministerium Luciano & aliis captiuis exhiberent; vti Cyprianus ep.*37 *hortatur Clerum*, vt Confessoribus in carcere constitutis omnis humanitas præbeatur. *Et verò aliquot retulimus in Ianuario* Floridas *Martyres Africanas. An fortasis tamen tormenti genus aliquod significatur?* Trianfacta *coniicit Pamelius locum fuisse in quo sacrificabatur: ambigit Rigaltius. Eum qui* Statis *appellatur lapsarum fœminarum hospes Confessor, mallet idem* Statium *aut* Stacteum *dicere.* F

15 *Lucianus responsum ita orditur, estq; epistola* 22 *apud S. Cyprianum in editione Pamelij, in Rigaltij* 21 : Lucianus Celerino Domino, si dignus fuero vocari collega in Christo, salutem. *eumq; ita laudat* : Tu Deo volente ipsum anguem maiorem, metatorem Antichristi, non tantùm confessus deterruisti vocibus illis & verbis deificis, quibus scio quasi amatores fidei zelotypi disciplinæ Christi, in quâ tenoris vivacitate versari te gaudeo, vicisti. *Rectè notat Pamelius, hîc quoque deesse aliquid vt sensus expleatur.*

16 *Plus deinde impertitur, quam petierat Celerinus*: Cùm benedictus Martyr Paulus, *inquit*, adhuc in corpore esset, vocauit me, & dixit mihi : Luciane, coràm Christo tibi

Româ missa Carthaginem,

* Rigalt. ad nos.

ad Lucianũ pro fide captum; eui gratulatur,

sed queritur sui oblitum,

(excusans eũ tamen)

contrà quàm ipse captus anteà fecerit:

petit vt sibi reſcribat,

& pro se oret : * Rigal. Peto sim.

de sorore lapsâ dolet,

& aliis

erga extorres valdè hospitalibus:

psal. 19 5 rogat in indulgentiam à Luciano & sociis,

Auctorem I. B.

vti & alij Confessores eũ hospites rogant:

varia SS. salutationes.

Mendosè edita epistola,

quædam continens obscura.

Lucianus, Celerino laudato,

Pauli Martyris & aliorũ nomine,

AVCTORE I. B.

sto tibi dico, vt si quis, post arcessitionem meam, abs te pacem petierit, des in nomine meo. Sed & omnes quos
A Dominus in tantâ tribulatione arcessire dignatus est, vniuersi litteras ex compacto vniuersis pacem dimisimus. *& post pauca*: Et ideò, frater, peto, vt sicut hîc, *pro quibus rogabatur, indulgentiâ donat,* cùm Dominus cœperit ipsi Ecclesiæ pacem dare, secundùm præceptum Pauli, & nostrum tractatum, expositâ causâ apud Episcopum, & factâ exomologesi, habeant pacem non tantùm hæ, sed & quas scis ad animum nostrum pertinere. *In eamdem sententiam scripta extat ab eodem Luciano ad Cyprianum epistola, quæ inter Cypriani epistolas* XVII. *& omnibus aliis.* Vniuersi Confessores Cypriano Papæ salutem. Scias nos vniuersis, de quibus apud te ratio constiterit, quid post commissum egerint, dedisse pacem. Et hanc formam per te & aliis Episcopis innotescere voluimus. Optamus te cum sanctis Martyribus pacem habere. Præsente de Clero & Exorcistâ & Lectore, Lucianus scripsit.

17 *Reprehendit hanc Luciani temerariam indulgentiam S. Cyprianus, pluribus locis, missitq; eius ad se ac Celerinum epistolas ad Clerum Romanum, vti ex ep.* 23 *patet, vbi S. Mapalici Martyris ac S. Celerini modestiam laudat; de Luciano verò ista habet*: Frater noster Lucianus & ipse vnus de
B Confessoribus, fide quidem calidus & virtute robustus, minùs Dominicâ lectione fundatus, quædam conatus est, imperiti iam pridem se vulgi auctorem constituens, vt manu eius scripti libelli gregatim multis nomine Pauli darentur. *Quod factum pluribus redarguit, ortasq; inde turbas narrat. Tum de Celerino rursus*: Exempla quoque epistolæ Celerini boni & robusti Confessoris, quam ad Lucianum eumdem Confessorem scripserit; item quid Lucianus ei rescripserit, misi vobis: vt scire-
laudat Celerini modestiã. tis & laborem circa omnia & diligentiam nostram, & veritatem ipsam disceretis; Celerinus Confessor quàm sit moderatus & cautus, & humilitate ac timore sectæ nostræ verecundus: Lucianus verò circa intelligentiam Dominicæ lectionis, vt dixi, minùs peritus, & circa inuidiam verecundiæ nostræ relinquendam facilitate suâ molestus. *Sed de his omnibus plenius agendum erit ad Vitam S. Cypriani* XIV *Septembris: extant de istâ indulgentiæ lapsis temerè impertitæ ratione plures apud eumdem Cyprianum epistolæ, pleræque datæ antequàm S. Cornelius Pontifex esset electus.*

§ III. *Celerinus Lector ordinatus.*

C 18 *INterea cùm adhuc in secessu versaretur Cyprianus*, Celerinum (*qui fortassis cum responso Cleri Romani in Africam redierat*) *in Ecclesiæ suæ Clerum adlegit, ac* Lectorem *ordinauit. Quod mox Clero suo ac plebi vniuersæ significauit ep.* 34. *quam hic, quia eximiam Celerini commendationem continet, dare visum est.*

Celerinus à Cypriano Lector ordinatus,

19 Agnoscenda & amplectenda sunt, fratres dilectissimi, beneficia Diuina, quibus Ecclesiam suam Dominus illustrare temporibus nostris & honestare dignatus est, commeatum dando bonis Confessoribus suis & Martyribus glotiosis, vt qui sublimiter Christum confessi essent, Clerum postmodùm Christi ministeriis Ecclesiasticis adornarent. Exultate itaque & gaudete nobiscum, lectis litteris nostris, quibus ego & collegæ mei, qui præsentes aderant, referimus ad vos, Celerinum, fratrem nostrum, virtutibus pariter & moribus glorioſum, Clero nostro, non humanâ suffragatione, sed Diuinâ dignatione coniunctum. Qui, cùm consentire dubitaret Ecclesiæ, ipsius admonitu & hortatu in visione per noctem compulsus est, ne negaret. Nobis suadentibus, cui plus licuit, & coëgit: quia nec fas fuerat, nec decebat, sine honore Ecclesiastico esse, quem sic Dominus honorauit cælestis gloriæ dignitate.

Clero honori futurus,

Diuinâ visione coactus acquiescere,

20 Hic ad temporis nostri prælium primus, hic inter Christi milites antesignanus, hic inter persecutionis initia feruentia cum ipso infestationis principe & auctore congressus; dum inexpugnabili firmitate certaminis sui aduersarium vincit, vincendi ceteris viam fecit; non breui compendio vulnerum victor, sed adhærentibus diu & permanentibus pœnis longæ colluctationis miraculo triumphator. Per decem & nouem dies, custodiâ carceris septus, in neruo ac ferro fuit. Sed posito in vinculis corpore, solutus ac liber spiritus mansit. Caro famis ac sitis diuturnitate contabuit: sed animam fide & virtute viuentem nutrimentis spiritalibus Deus pauit. Iacuit inter pœnas pœnis suis fortior, incluſus includentibus maior, iacens stantibus celsior, vincientibus firmior vinctus, sublimior iudicantibus iudicatus: & quamuis ligati neruo pedes essent, calcatus serpens & obtritus & victus est.

D *tormentis pro fide generosè toleratis,*

21 Lucent in corpore glorioso clara vulnerum signa, eminent & apparent in neruis hominis, membris longâ tabe consumptis, expressa vestigia. Sunt magna, sunt mira, quæ de virtutibus eius ac laudibus fraternitas audiat. Et si aliquis Thomæ similis extiterit, qui minùs auribus credat; nec oculorum fides deest; vt quis quod audit, & videat. In seruo Dei victoriam gloria vulnerum fecit, gloriam cicatricum memoria cu-
E stodit.

(quorum retinuit signa)

22 Nec rudis iste aut nouus est in Celerino carissimo nostrô titulus gloriarum: per vestigia cognationis suæ graditur, parentibus ac propinquis suis honore consimili Diuinæ dignationis æquatur. Auia eius Celerina iam pridem martyrio coronata est item patruus eius & auunculus, Laurentinus & Ignatius in castris &, ipsi quondam secularibus militantes, sed veri & spiritales Dei milites; dum diabolum Christi confessione prosternunt, palmas à Domino & coronas illustri passione meruerunt. Sacrificia pro eis semper, vt meministis, offerimus, quoties Martyrum passiones & dies anniuersariâ commemoratione celebramus. Nec degener ergo esse, nec minor poterat, quem sic domesticis exemplis virtutis ac fidei prouocabat familiæ dignitas, & generosa nobilitas. Quòd si in familiâ seculari prædicationis & laudis est, esse Patricium, quantò maioris laudis & honoris est, fieri in cælesti prædicatione generosum? Non inuenio, quem beatiorem magis dicam; vtrumúe illos de posteritate tam clarâ, an hunc de origine gloriosâ. Ita æqualiter apud eos recurrit & commeat Diuina dignatio, vt & illorum coronam dignitas sobolis illustret, & huius gloriam sublimitas generis illuminet.

imitator Celerinæ auiæ, Laurẽtini patrui, Ignatij auunculi Martyrum,

quia iam antè palã celebrati.

23 Hunc ad nos, fratres dilectissimi, cum tantâ Do-
F mini dignatione venientem, testimonio & miraculo eius ipsius qui se persecutus fuerat; illustrem, quid aliud quàm super pulpitum, id est, super tribunal Ecclesiæ; oportebat imponi, vt loci altioris celsitate subnixus, & plebi vniuersæ pro honoris sui claritate conspicuus, legat præcepta & Euangelium Domini, quæ fortitet ac fideliter sequitur? Vox Dominum confessa in his quotidie, quæ Dominus locutus est, audiatur. Viderit an sit vlterior gradus, ad quem profici in Ecclesiâ possit. Nihil est in quo magis Confessor fratribus prosit, quàm vt dum Euangelica lectio de ore eius auditur, Lectoris fidem, quisquis audierit, imitetur. Iungendus in lectione Aurelio fuerat, cum quo & diuini honoris societate coniunctus est, cum quo omnibus virtutis & laudis insignibus copulatus est. Pares ambo, & vterque consimiles: inquantùm gloriâ sublimes, intantùm verecundiâ humiles; quantùm Diuinâ dignatione promoti, tantùm suâ quiete & tranquillitate summissi; & virtutum pariter & morum singulis exempla præbentes, & congressioni & paci congruentes, illic robore, hîc pudore laudabiles. In talibus seruis lætatur Dominus: in eiusmodi Confessoribus gloriatur; quorum secta & conuersatio sic proficit ad præconium gloriæ, vt magisterium ceteris præbeat disciplinæ. Ad hoc eos Christus esse hîc in Ecclesiâ diu voluit, ad hoc de mediâ morte subtractos, quadam dixerim

merituis hunc honorem,

vti & Aurelius,

vterque Confessor, vterque sanctus,

& futurus aliis exemplo.

A dixerim reſurrectione circa eos factâ, incolumes reſeruauit, vt dum nihil in honore ſublimius, nihil in humilitate ſubmiſſius à fratribus cernitur, hos eoſdem fraternitas ſectata comitetur. Hos tamen Lectores interim conſtitutos ſciatis, quia oportebat lucernam ſuper candelabrum poni, vnde omnibus luceat; & glorioſos vultus in loco altiore conſtitui, vbi ab omni populo circumſtante conſpecti, incitamentum gloriæ videntibus præbeant. Ceterùm preſbyterij honorem deſignaſſe nos illis iam ſciatis, vt & ſportulis iſdem cum Preſbyteris honorentur, & diuiſiones menſurnas æquatis quantitatibus partiantur, feſſuri nobiſcum prouectis & corroboratis annis ſuis: quamuis in nullo minor poſſit videri ætatis indole, qui conſummauit ætatem gloriæ dignitate. Opto vos, fratres cariſſimi & deſideratiſſimi, ſemper benè valere.

habituri ambo Presbyterorũ ſtipendia:

24 *Cuius Aurelij hîc meminit Cyprianus, eumdem epiſtolâ præcedenti Lectorem à ſe ordinatum Clero ſignificárat, & ampliſſimis verbis laudárat*, illuſtrem adoleſcentem, ... in annis adhuc nouellum, ſed in virtutis ac fidei laude prouectum ... bis confeſſum, & bis confeſſionis ſuæ victoriâ glorioſum; & quando vicit in curſu, factum extorrem, & cùm denuò certamine fortiore pugnauit, triumphatorem & victorem in certamine

Aurelij licet adoleſcentis duplex certamen.

B paſſionis .... honore virtutis inſignem, pudoris admiratione laudabilem *&c. Diuerſus is eſt, vt rectè obſeruauit Pamelius, ab eo Aurelio, cuius meminit Cyprianus ep.* 23 *ita ſcribens*: Aurelij quoque adoleſcentis tormenta perpeſſi nomine libelli multi dati eiuſdem Luciani manu ſcripti, quòd litteras ille non noſſet. *qui enim Lector fieret, qui litteras non norat?*

§ IV *Celerinus & alij Confeſſores Nouatiani ſchiſmati adhærent.*

25 *Maius deinde oblatum Celerino noſtro certamen, in quo ille ſi non quidem omnino proſtratus eſt, prolabi certè cœpit: ſed mox, Dei gratiâ adiutus, ſtrenuè ſurrexit. In ſchiſma, quod primus Antipapa Nouatianus cum Nouato Afro conſciuit, pertractus erat cum aliis Confeſſoribus;*

Confeſſores pertracti in ſchiſma Nouatiani:

de quibus liber de Romanis Pontificib. in Fabiano: Eodem tempore *(poſt mortem ſcilicet Fabiani)* ſuperuenit Nouatus ex Africâ, & ſeparauit de Eccleſiâ Nouatianum, & quoſdam Confeſſores, poſtquàm Moyſes Presbyter in carcere defunctus eſt, qui fuit ibi menſes XI *, ſicut & multi fuerunt. *Spectat quidem hæc omnis controuerſia ad S. Cornelij Vitam, quam dabimus* XIV *Septembris;*

**f.* XXI

C *ſed quia ſæpè Nouatianorum mentio incidit, paucula hîc delibabimus, ex SS. Cornelij ac Cypriani epiſtolis.*

26 Nouatianus *(vt ex S. Cornelij ad Fabium Antiochenum epiſtolâ ſcribit Euſebius lib. 6 cap. 35 licet* Nouatum *eum vocet, vti & Graci alij, qui cum Nouato Afro furoris illius ſatellite, eum confundunt)* Nouatianus igitur, non à primo ætatis tempore in Eccleſiâ verſatus, non certaminibus vllis pro eius defenſione ſuſceptis clarus, non periculis pro pietate iactatus, ſed ex Satana (qui ingreſſus in illum, diu eſt in intimo eius pectore commoratus) primùm credendi occaſionem nactus eſt. Nam cùm per Exorciſtas ſpiritu illo malo eſſet liberatus, & pòſt in grauem morbum incidiſſet, planè vt moriturus crederetur, in ipſo in quo decumbebat lecto, aquâ perfuſus, baptiſmum percepit: ſi tamen homo eiuſmodi verè baptiſmum percepiſſe dicendus eſt. Neque enim poſtquàm conualuit, eorum quidquam accepit, quæ Eccleſiaſtico Canone præſcripta ſunt, ac ne Chriſmate quidem eſt ab Epiſcopo delibutus. Quî igitur huius expers, Spiritum ſanctum conſecutus eſt? Tamen preſbyterij poſteà munus adeptus eſt, priuatâ quadam gratiâ & beneuolentiâ Epiſcopi: qui, cum Clerus vniuerſus ac laici permulti obſiſterent, negarentque in lecto morbi cauſâ baptiſmo donatos, vti hic erat, in Clerum adſciſci fas eſſe, deprecatus eſt, vt hunc ſolum ordinari à ſe ſinerent.

qui nullâ commendatione pietatis, à dæmone liberatus,

ager in lecto baptizatus,

nec dein confirmatus, Sacerdos factus

contra Canones;

27 *Neque ita initiatus, quâ decebat conſtantiâ ſacerdotium geſſit.* Perſecutionis enim tempore, *vt ex eadem Cornelij epiſtolâ tradit Euſebius*, metu debilitatus, & nimiâ vitæ cupiditate adductus, ſe Preſbyterum eſſe negauit. Nam cùm à Diaconis aduocatus rogatuſque eſſet, vt domo, quâ incluſus delitescebat, egreſſus, Fratribus auxilium implorantibus ſuccurreret, tantum abfuit vt Diaconis orantibus aſſentiretur, vt ſtomachabundus abſcederet, dicens nolle ſe ampliùs Presbyterum eſſe, ſed aliud philoſophiæ genus capeſſiturum. *Quos Euſebius vocat ἀδελφὰς ἐπικαιρείας δεομένας*, Fratres auxilium implorantes, *Ruffinus catechumenos baptiſmum mortem imminente petentes fuiſſe oſtendit.* Scribit etiam de ipſo, *inquit*, quòd perſecutionis tempore, cùm in cellulâ quadam lateret, & à Diaconis (vt moris eſt) ſubuenire in exitu catechumenis rogaretur, timens procedere, denegabat ſe eſſe Presbyterum.

poſteà latens tẽpore perſecutionis,

ſe Sacerdotem negauit, rogatus vt catechumenos moribundos baptizaret:

28 *His ille moribus, hac fidei firmitate ac zelo præditus, auſus eſt ad ſummum ſacerdotium aſpirare: ſed, vt in citatâ epiſtolâ Cornelius ſcribit*; effrænem ſuam cupiditatem intra ſe occultans, ſimulatione, veluti inuolucro quodam, arrogantiam ſuam tegens. *Eoq; artificio Confeſſores quoſdam, vt mox dicemus, ſibi conciliauit. Sed eruditionis ac facundiæ opinionem aucupatum indicat S. Cyprianus ep.* 52 *ad Antonianum Ep.* lactet ſe licet, *ait*, & philoſophiam vel eloquentiam ſuam ſuperbis vocibus prædicet. *& in ep.* 57 *ad Cornelium*: In perniciem fratrum linguâ ſuâ perſtrepens, & facundiæ venenatæ iacula contorquens, magis durus ſecularis philoſophiæ prauitate, quàm philoſophiæ lenitate pacificus.

adſpirat ad pontificatum.

Id diſſimulans,

E *vanâ eloquentiâ tumidus.*

29 *Non ita tamen Eccleſiam ſuam Chriſtus neglexit, vt tam ignauum ac vanum hominem admoueri ad eius gubernacula, tam periculoſis temporibus pateretur. Electus eſt igitur Cornelius Decio* II *& Etruſco Coſſ. ſiue anno Chr.* CCLI, *circa* X *Iulij, de cuius electione ſcribit S. Cyprianus ep.* 52 Nam, quod Cornelium cariſſimum noſtrum, Deo & Chriſto & Eccleſiæ eius, item conſacerdotibus cunctis laudabili pietate commendat; non iſte ad Epiſcopatum ſubitò peruenit, ſed per omnia Eccleſiaſtica officia promotus, & in Diuinis adminiſtrationibus Dominum ſæpè promeritus, ad ſacerdotij ſublime faſtigium cunctis religionis gradibus aſcendit.

ſed Cornelius vir probatæ pietatis,

per omnes gradus Eccleſiaſticos promotus,

30 Tum deinde Epiſcoparum ipſum nec poſtulauit, nec voluit, nec, vt ceteri quos arrogantiæ tumor inflat, inuaſit: ſed quietus & modeſtus, & quales eſſe conſueuerunt qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, pro pudore virginalis conſcientiæ ſuæ, & pro humilitate ingenitæ ſibi & cuſtoditæ verecundiæ, non vt qui-

non ambiens,

F dam, vim fecit vt Epiſcopus fieret; ſed ipſe vim paſſus eſt, vt epiſcopatum coactus exciperet. Et factus eſt Epiſcopus à plurimis collegis noſtris, qui tunc in vrbe Româ aderant, qui ad nos litteras honorificas & laudabiles & teſtimonio ſuæ prædicationis illuſtres, de eius ordinatione miſerunt. Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus de Dei & Chriſti eius iudicio, de Clericorum penè omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc affuit, ſuffragio, & de Sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio; cùm nemo ante ſe factus eſſet, cùm Fabiani locus, id eſt, cùm locus Petri, & gradus Cathedræ ſacerdotalis vacaret.

ſed coactus,

omnium ferè ſuffragio Pontifex eligitur,

31 *Et poſt pauca*: Tum deinde poſt epiſcoparum non exambitum, non extortum, ſed de Dei, qui Sacerdotes facit, voluntate ſuſceptum; quanta in ipſo ſuſcepto epiſcopatu ſuo virtus! quantum robur animi! qualis firmitas fidei! Quod nos ſimplici corde & perſpicere penitùs & laudare debemus: ſediſſe intrepidum Romæ in ſacerdotali Cathedrâ, eo tempore, cùm tyrannus infeſtus Sacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur: cùm multò patientiùs & tolerabiliùs audiret leuari aduersùs ſe æmulum Principem, quàm conſtitui Romæ æmulum Sacerdotem. Nonne hic, frater cariſſime, ſummo virtutis & fidei teſtimonio prædi-

& Romæ manet intrepidus,

videns furentis Decij minas,

AVCTORE I.B. prædicandus eſt? Nonne inter glorioſos Confeſſores & Martyres deputandus, qui tantum temporis ſedit, A *paratus ad quamuis mortem.* expectans corporis ſui carnifices, & tyranni ferocientis vlrores, qui Cornelium aduersùs edicta feralia reſiſtentem, & minas & cruciatus & tormenta, fidei vigore calcantem, vel gladio inuaderent, vel crucifigerent, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere pœnarum viſcera eius & membra laniarent? Etiamſi maieſtas Domini protegentis & bonitas Sacerdotem, quem fieri voluit, factum quoque protexit; tamen Cornelius, quantum ad eius deuotionem pertinet & timorem, paſſus eſt quidquid pati potuit; & tyrannum, armis & bello poſtmodùm victum, prior ſacerdotio ſuo vicit.

32 *Euecto ad pontificatum Cornelio furere inuidiâ Nouatianus cœpit. Commodùm illi adfuit ex Africâ Nouatus*, rerum nouarum, *vt ſcribit S. Cyprianus ep. 49 ad Cornelium*, *Nouatus Afer, homo fallax* ſemper cupidus, auaritiæ inexplebili rapacitate furibundus, arrogantiâ & ſtupore ſuperbi tumoris inflatus, ſemper iſtic Epiſcopis malè cognitus, quaſi hæreticus ſemper & perfidus omnium Sacerdotum voce damnatus; curioſus ſemper vt prodat, ad hoc adulatur vt fallat, numquàm fidelis vt diligat, fax & ignis ad fidei facienda naufragia, hoſtis quietis, tranquillitatis B aduerſarius, pacis inimicus. *& poſt pauca*: Idem eſt Nouatus, qui apud nos primum diſcordiæ & ſchiſmatis *& multis ſceleribus infamis,* incendium ſeminauit.... Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoque Eccleſiæ denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in eius furore conſpicimus. Pater etiam eius in vico fame mortuus, & ab eo in morte poſtmodùm nec ſepultus. Vterus vxoris calce percuſſus, & abortione properante in patricidium partus expreſſus. Et damnate nunc audet ſacrificantium manus, cùm ſit ipſe nocentior pedibus, quibus filius, qui naſcebatur, occiſus eſt? *&c.*

33 *Hic igitur Nouatus, vt ſuprà ex libro de Romanis Pontif. relatum*, ſeparauit de Eccleſiâ Nouatianum & quoſ- *ab eo Confeſſores abſtrahit,* dam Confeſſores. *Imò Nouatiani obſecutus ambitioni, Confeſſores vt ei fauerent, fraudulenter induxit. Quod multis locis indicat S. Cyprianus. Et diſertè ep.* 49 Idem eſt Nouatus, qui apud nos primum diſcordiæ & ſchiſmatis incendium ſeminauit; qui quoſdam iſthic ex Fratribus ab Epiſcopo ſegregauit; qui in ipsâ perſecutione ad euertendas Fratrum mentes alia quædam perſecutio noſtris fuit. Ipſe eſt qui Feliciſſimum, ſatellitem ſuum, Diaconum, nec permittente me, nec ſciente, ſuâ factione & ambitione conſtituit: & cum ſuâ tempeſtate Romam quoque ad euertendam Eccleſiam nauigans, *& alios,* ſimilia illic & paria molitus eſt, à Clero portio- C nem plebis auellens, fraternitatis benè ſibi cohærentis & ſe inuicem diligentis concordiam ſcindens. *Neque Romanorum ſolùm, ſed & Romæ exiſtens Afrorum plurimorum, vt idem ep.* 42 *ſcribit*, criminoſis & calumnioſis *eum ſuis feda mendacia de Cornelio ſpargens,* commentis ſuis turbauit mentes & corda confudit, vnà cum complicibus. *& ep.* 52 *ad Antonianum*: Quamuis multa multorum vocibus ventilentur, & mendacia aduersùs Sacerdotes Dei, de diaboli ore prolata, ad rumpendam Catholicæ vnitatis concordiam vbique iactentur.

34 *Sed quanam illa tandem iactari tanta potuerunt aduersùs Cornelium, vt eum ipſi Confeſſores, virum probatæ virtutis, à* XVI *Epiſcopis, vt Cyprianus ait, electum auerſarentur? Indicat Euſebius, vel potiùs Hieronymus in Chronico ad annum* 1 *Galli & Voluſiani*: Nouatus Presbyter Cypria- *quòd apoſtatæ promiſcuè reciperet,* ni Romam veniens, Nouatianum & ceteros Confeſſores ſibi ſociat, eò quòd Cornelius pœnitentes apoſtatas recepiſſet. *Diſertiùs omnia explanat Cyprianus in citatâ ad Antonianum epiſtolâ*: Quòd autem quædam de illo (*Cornelio*) inhoneſta & maligna iactantur, nolo mireris: cùm ſcias hoc eſſe opus ſemper diaboli, vt ſeruos Dei mendacio laceret, & opinionibus falſis glorioſum nomen infamet, vt qui conſcientiæ ſuæ luce clareſcunt, alienis rumoribus ſordidentur. Explo-

raſſe autem collegas noſtros ſcias & veriſſimè compe- D *libellaticus eſſet,* riſſe, nullâ illum libelli, vt quidam iactant labe maculatum eſſe; ſed eos demum, quorum cauſſa audita & innocentia comprobata ſit, coniunxiſſe nobiſcum. *Trophimũ lapſum in gradum ſacerdotalem reſtituiſſet;* Nam & de Trophimo, de quo tibi ſcribi deſideraſti, non ita res eſt, vt ad te pertulit rumor & mendacium malignorum. Nam, ſicut anteceſſores noſtri ſæpè fecerunt, colligendis fratribus noſtris, cariſſimus frater noſter Cornelius neceſſitati ſuccubuit: & quoniam *quem tamen pœnitentem, & cũ magnâ populi parte redeuntem,* cum Trophimo pars maxima plebis abſceſſerat, redeunte nunc ad Eccleſiam Trophimo, & ſatisfaciente, & pœnitentiâ deprecationis errorem priſtinum confitente, & fraternitatem, quam nuper abſtraxerat, cum plenâ humilitate & ſatisfactione reuocante, audiræ ſunt eius preces, & in Eccleſiam Domini non tam Trophimus, quàm maximus fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admiſſus eſt: qui omnes regreſſuri ad Eccleſiam non eſſent, niſi cum Trophimo *communi conſilio,* comitante veniſſent. Tractatu ergo illic cum collegis plurimis habito, ſuſceptus eſt Trophimus; pro quo ſatisfaciebat Fratrum reditus, & reſtituta multorum ſa- *ſolùm ad laicam Communionem admiſerat.* lus: ſic tamen admiſſus eſt Trophimus, vt laicus communicet; non ſecundùm quod ad tè malignorum litteræ pertulerunt, quaſi locum Sacerdotis vſurpet. Sed E & quod paſſim communicare ſacrificatis Cornelius tibi nuntiatus eſt, hoc etiam de apoſtatarum fictis rumoribus naſcitur.

35 *Hactenùs Cyprianus, qui in eâdem epiſtolâ eſſe inter* libellaticos *& ſacrificatos diſcrimen magnum oſtendit, id eſt,* *Qui libellatici & ſacrificati.* *inter eos qui libellos obtulerant vt ſupplicia euaderent, & qui ſacrificia idolis obtulerant. Sed de totâ hac lapſorum recipiendorum ratione, deq; habito Romæ eâ cauſsâ concilio, agere ad S. Cornelij Vitam licebit.*

36 *Nuſquam tamen apud S. Cyprianum inter eos Confeſſores qui Nouatiano adhæſerunt memoratur* Celerini *nomen:* *Celerinus quoque in ſchiſma pertractus.* *verùm hic in epiſtolâ S. Cornelij apud Euſebium nominatur, vt infrà dicemus. Qui Indicem in* 2 *tomum Annal. Baronij confecit hunc quoque* Celerinum *credidit alium eſſe ab eo qui priùs cum Moyſe & aliis tormenta tolerauit. Quod alij quoque videntur exiſtimaſſe, qui duos hoc die* Celerinos *in Martyrologia retulerunt, vt infrà dicemus.*

§ V *Nouatianus creatur antipapa, Celerino & Confeſſoribus aliis aſſentiẽtibus.*

36 A *Dhuc detinebatur in carcere S. Moyſes Confeſſor, cùm conflatum eſt à Nouatiano ſchiſma. Ita S. Cornelius in ep. ad Fabium Antiochenum apud Euſeb.* Cuius (*Nouatiani*) amentem audaciam & inſolentiam etiam Moſes F *Nouatianus cũ ſuis à S. Moyſe Conf. excommunicatus;* beatus Martyr, qui nuper apud nos fuit eximio & admirabili martyrio decoratus, dum adhuc in vitâ manebat, perſpicuè animaduertens, eum & quinque Preſbyteros, qui vnà cum illo ſe ab Eccleſiâ ſegregarant, à communione ſubmouit. *Hoc tandem poſt biennij ferè captiuitatem extincto eò prorupit amentia Nouatianus, vt* Epiſcopum *ſe conſecrari curaret. Conatus erat S. Cyprianus* *fruſtrà cõcordiam ſuadentibus Epp. à Cypriano miſſis;* *miſſu Romam Caldonio & Fortunato Epiſcopis ad concordiam eum ac ſectatores eius reducere*: ſed, *vt ipſe ep.* 42 *ſcribit*, diuerſæ partis obſtinata & inflexibilis pertinacia, non tantùm radicis & matris ſinum atque complexum recuſauit, ſed etiam gliſcente & in peius reerudeſcente diſcordiâ Epiſcopum ſibi conſtituit: & contra ſacramentum ſemel traditum Diuinæ diſpoſitionis & Catholicæ vnitatis, adulterum & contrarium caput extra Eccleſiam fecit.

37 *Conſenſiſſe in noui creationem Epiſcopi Confeſſores Maximum, Nicoſtratum, & reliquos, patet ex Cypriani ad ipſos epiſtolâ* 44 Cùm vos illic comperiſſem contra Eccleſia- *ex conſenſu Confeſſorũ quorumdam,* ſticam diſpoſitionem, contra Euangelicam legem, contra inſtitutionis Catholicæ vnitatem, alium Epiſcopum fieri conſenſiſſe, id eſt, quod nec fas, nec licet fieri, Eccleſiam alteram inſtitui, Chriſti membra diſcerpi, De-

A pi, Dominici gregis animum & corpus vnum diſciſsâ æmulatione lacerari *&c. Et in ep. 46, quæ eſt Cornelij de ipſorum ad vnitatem reuerſione, faſti dicuntur*, circumductos cõmiſiſſe ſe ſchiſmatica, & hæreſis auctores fuiſſe, vt paterentur ei manus quaſi in Epiſcopum impoſi.

38 *Quomodò autem & à quibus Epiſcopus ſit ordinatus Nouatianus exponit in citata iam ſæpius ad Fabium epiſtolâ Cornelius apud Euſebium*: Vix credibile eſt, carilſime frater, quantam in moribus varietatem, quantam mutationem exiguo momento in illo factam conſpeximus. Nam ſplendidiſſimus iſte ſcilicet, qui inuſitato ac terribili iureiurando adiecto, fidem ſuis fecerat, ſe non aliquando epiſcopatum appetiuiſſe; tamquàm ex fallaci quadam præſtigiarum impoſturâ in medium proiectus, derepentè Epiſcopus apparuit.

qui iurârat ſe nolle fieri Epiſcopum,

39 Etenim iſte nouæ ſectæ inuentor, & doctrinæ Eccleſiaſticæ propugnator, quando Epiſcopatum, à Deo certè minimè ei donatum, ſibi vi arripere, & ex hominum manibus quodammodò extorquere nitebatur, duos è complicibus ſuis, de ſuâ ipſorum ſalute propè deſperatos, delegit, vt eos in remotum & exiguum quemdam Italiæ angulum mitteret; indeque Epiſcopos tres, agreſtes homines, rudeſque ac ſimplices, ſimulatione quadam veteratoriâ in fraudem inductos, abduceret, dicens & firmiter aſſeuerans, eos quàm celerrimè debere Romam venire, vt videlicet iis omnis ac controuerſia per ſententiam ipſorum aliorumque Epiſcoporum interpoſitam dirimeretur. Epiſcopi igitur, quoniam (vt diximus) ſimpliciores erant, quàm vt improborum fallacias doloſque diſcernerent, Romam aduolant. Hîc iſte eos, per quoſdam ſui ſimiles ad eam rem comparatos, in certum locum includi curat. Ac cùm circiter horam decimam ebrios ac crapulâ oppreſſos cerneret, vi coëgit, vt imaginariâ quadam & vanâ manuum impoſitione Epiſcopum ipſum ordinarent: quem ſcilicet honoris gradum, parum ſibi congruentem, hoc pacto per aſtutiam & fraudem inuaſit. Horum verò Epiſcoporum vnus non multò pòſt ad Eccleſiam reuerſus eſt, peccatum ſuum confitens ac flebiliter plangens. Quem populo vniuerſo pro eo deprecante, ad Communionem laicam recepimus: in reliquorum verò duorum Epiſcoporum locum alios miſimus.

aduocatis aliunde 3 Epp.

B

velut ad dirimendũ ſchiſma,

ab iis iam ebriis ordinari ſe Epiſcopum curat,

40 *Hæc Cornelius, qui aliud planè abſurdiſsimũ, poſt præclaram illam ordinationem Nouatiani facinus narrat.* Cùm, *inquit*, feciſſet oblationes, & ſingulis partem diſtribueret, iurare pro benedictione miſeros & infelices homines cogebat: atque ambabus manibus manus accipientium apprehendens, non priùs dimittebat, quàm iſta iuraſſent; vtar enim illius verbis: Iura mihi, inquiebat, per corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, te numquàm à me receſſurum & ad Cornelium rediturum. Atque miſer homo non antè deguſtare ſancta poterat, quàm ſe illi deuouiſſet. Et qui Sacramentum acceperat, pro Amen, quod dicere debuerat, dicebat: Numquàm ad Cornelium reuertar. *Hic ille erat nimiùm vindex Eccleſiaſticæ diſciplinæ.*

C

cogitq; cõmunicantes iurare ſe ad Cornelium nõ redituros:

41 *Iſta quidem ſufficiebant, vt Confeſſores & quoſuis homines cordatos, à Nouatiano poſſent auertere. adhæsêre tamen illi aliquanto tempore; quos, vt ſcribit Cornelius ep. 46 ad Cyprianum*, errantes & palabundos iam diu vidit & doluit *populus: videntur nunciatâ Decij morte è cuſtodiâ dimiſſi, in quâ eum S. Moyſe hactenùs fuerant detenti quidam eorum; Celerinus enim pridem, vt vidimus, liber erat.*

aliquamdiu ei adhærent Cõfeſſores:

§ VI *Celerinus, aliique Confeſſores ad Eccleſiam redeunt.*

42 *Nouatianus Epiſcopatum, vt credebat, adeptus, continuò in Africam miſit Maximum Presbyterum, Augendum Diaconum, & Machæum quemdam & Longinum, vt ſcribit ep.* 41 *Cyprianus. Verùm* cùm *hi* inde fuiſſent expulſi, *vt ſcribit Cornelius ep.* 48 *ad eumdem Cyprianum, aliòs eò legauit*, Nicoſtratum, *vnum (prò dolor!) è Confeſſoribus*, Nouatum, & Euaristum, & Primum, & Dionyſium. *Tum verò, vt ep.* 49 *ſcribit ad Cornelium Cyprianus*, Nouato illinc à vobis recedente, id eſt, procellâ & turbine recedente, ex parte illic quies facta eſt, & glorioſi ac boni Confeſſores, qui de Eccleſiâ illo inciante receſſerant, poſteaquàm ab Vrbe ille diſceſſit, ad Eccleſiam reuerterunt. *Conſentit liber de Romanis Pontificibus in Cornelio*: Sub cuius epiſcopatu, *inquit*, Nouatus Nouatianum extra Eccleſiam ordinauit, & in Africâ Nicoſtratum. Hoc facto Confeſſores, qui ſe ſeparauerunt à Cornelio cum Maximo Preſbytero, qui cum Moyſe fuit, ad Eccleſiam ſunt reuerſi, & facti ſunt Confeſſores fideles.

AVCTORE I.B. D *expulſis ex Africâ eius legatis, Nouatus illuc profectus,*

ad Eccleſiam redeunt,

43 *S. Cornelius in ep. ad Fabium Antiochenum apud Euſebium ſcribit, Nouatiani ſcelera deteſtatos ab eo defeciſſe*: Presbyter, *inquit*, nomine Maximus, è noſtris, & Vrbanus, qui bis ex conſtanti fidei confeſſione ſummam gloriam erant adepti; Sidonius item, & Celerinus, qui Dei clementiâ adiutus, omnia tormentorum genera maximâ conſtantiâ pertulerat, quique carnis imbecillitate per fidei robur confirmatâ, ſtrenuè victoriam de aduerſario reportârat. Viri igitur hi cùm Nouatianum attentiùs conſideraſſent, deprehendiſſentque callidam eius fraudem, verſutiam, periuria, mendacia, intractabilem vitæ rationem, veteratoriam lupi inſtar amicitiam; eo relicto ad ſanctam Eccleſiam reuerterunt: atque omnes eius fallacias & maleficia, quæ longo tempore tegere ac diſſimulare conatus eſſet, haud paucis præſentibus tum Epiſcopis tum Presbyteris, & laicis quamplurimis, expoſuerunt, agnoſcentes ac dolentes ſuam vicem, quòd ſubdolæ illius & efferatæ beſtiæ conſilio adducti, ab Eccleſiâ vel ad exiguum temporis ſpatium deſciuiſſent. *Ruffinus quoque lib. 6 cap.* 33 Celerinum *inter reſipiſcentes Confeſſores recenſet*: Sed & Sidonius, *inquit*, & Celerinus, qui valdè clariores in Confeſſoribus habebantur, eò quòd omnia tormentorum genera ſuperauerant.

animaduerſis Nouatiani ſceleribus,

E

44 *Quo autem modo, quoq; fidelium ſenſu redeuntes excepti ſint ſcribit ipſe Cornelius ep. 46 ad Cyprianum*: Quantam ſollicitudinem & anxietatem ſuſtinuimus de iis Confeſſoribus, qui dolo & malitiâ hominis callidi & veteratoris fuerant circumuenti & pænè decepti, & ab Eccleſiâ alienati; tantâ lætitiâ affecti ſumus, & Deo omnipotenti & Chriſto Domino noſtro gratias egimus; cùm ij cognito ſuo errore, & intellectâ hominis maligni, velut ſerpentis, aſturiâ venenatâ, ad Eccleſiam, vnde exierant, ſicut ipſi ex ſuo corde profitentur, ſimplici voluntate reuenerunt. Et primò quidem fratres noſtri probatæ fidei, amantes pacem, vnitatem optantes, tumorem illum horum mollitum iam adnuntiabant. Fides tamen non idonea; vt facilè nobis credere daretur, illos penitùs eſſe mutatos. Poſteà verò Vrbanus & Sidonius Confeſſores ad Presbyteros noſtros venerunt, affirmantes Maximum Confeſſorem & Presbyterum ſecum pariter cupere in Eccleſiam redire. Sed quoniam multa præceſſerant ab eis deſignata, quæ tu quoque à Coëpiſcopis noſtris & litteris meis cognouiſti; vt non temerè eis fides haberetur, ex ipſorum ore & confeſſione iſta, quæ per legationem mandauerant, placuit audire. Qui cùm veniſſent, & à Presbyteris quę geſſerant exigerentur; noniſſimè quòd per omnes Eccleſias litteræ calumniis & maledictis plenæ, eorum nomine frequentes miſſæ fuiſſent, & penè omnes Eccleſias perturbaſſent; circumuentos ſe eſſe affirmauerunt, nec quid in iſtis litteris ineſſet ſciſſe: tantummodò circumductos, commiſiſſe ſe quoque ſchiſmatica, & hæreſis auctores fuiſſe; vt paterentur ei manus quaſi in Epiſcopum imponi. Qui, cùm hæc & cetera fuiſſent exprobrata, vt aboleerentur & de memoriâ tollerentur, deprecati ſunt.

magno bonorum gaudio:

F

primò ſignificant ſe redire velle:

Presbyteris exprobrantibus iactatas in Corneliũ calũnias,

veniam petunt:

45 Omni igitur actu ad me perlato, placuit contrahi

AVCTORE I. B.

trahi presbyterium. Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie præsentes fuerunt, vt firmato consilio quid circa personam eorum obseruari deberet, consensu omnium statueretur . . . . . His ita gestis in presbyterium venerunt Maximus, Vrbanus, Sidonius & Macarius, & plerique fratres, qui se eis adiunxerant, summis precibus desiderantes, vt ea quæ antè fuerant gesta, in oblivionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur: proinde atque si nihil vel commissum vel dictum, inuicem omnibus remissis, cor mundum & purum iam Deo exhiberent, sequentes Euangelicam vocem dicentem beatos esse puros corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Cornelius, habitâ cõsultatione, eos audit,

Matt. 5 8

46 Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, vt & ipsos viderent in Ecclesiâ constitutos, quos errantes & palabundos iam diu viderant & dolebant. Quorum voluntate cognitâ, magnus fraternitatis concursus factus est. Vna vox erat omnium, gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrymis exprimentes, complectentes eos quasi hodie pœnâ carceris fuissent liberati. Et vt ipsorum propria verba designem; Nos, inquiunt, Cornelium Episcopum sanctissimæ Catholicæ Ecclesiæ, electum à Deo omnipotente & Christo Domino scimus. Nos errorem nostrum confitemur: nos impostura passi sumus, circumuenti sumus perfidiâ & loquacitate captiosâ. Nam etsi videbamur quasi quamdam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in Ecclesiâ fuit. Nec enim ignorabamus vnum Deum esse, vt vnum Christum esse Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, vnum Episcopum in Catholicâ Ecclesiâ esse debere. Istâ eorum professione non moueremur, vt quod apud potestatem seculi erant confessi, in Ecclesiâ constituti comprobarent? Quapropter Maximum Presbyterum locum suum agnoscere iussimus; ceteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem remisimus Deo omnipotenti, in cuius potestate sunt omnia reseruata. Hæc igitur, frater carissime, eadẽ horâ, eodem momento ad te scripta transmisimus.

& coram populo

eum Pontificẽ agnoscentes,

& suum errorẽ detestantes,

recipit;

47 *Significauêre & ipsi Confessores Cypriano (qui ad id illos erat ep. 44 hortatus) se cum Cornelio Episcopo suo & cum vniuerso Clero pacem fecisse. Cyprianus verò & ipsis ep. 51 de reditu ex schismate gratulatus est, & Cornelio ep. 47. Hæc fusiùs ad S. Celerini natalem deducta, quòd reliquorum Confessorum, qui gradu Ecclesiastico & auctoritate potiores fuisse videntur, nondum repererimus in Martyrologiis nomina: nam ad S. Moysen, qui XXV Nouemb. colitur, & schisma semper est auersatus, ista non pertinent.*

Gratulatur iis & Cornelio Cypriano.

48 Nouatianum *scribit Socrates lib. 4 hist. Eccl. cap. 23 (licet* Nouatum, *vt alij Græci, vocet) Valeriano Imp persecutionem aduersùs Christianos mouente, martyrium fecisse. Si id, vt plura ibidem, non mentitur Socrates; Nouatianum altero ferme pòst seculo sectator; tamen certa Cypriani in ep. 57 de eius secta consortibus sententia:* Quamquam etsi aliquis ex talibus, *inquit,* fuerit apprehensus, non est quòd sibi quasi in confessione nominis blandiatur, cùm constet si occisi eiusmodi extra Ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed pœnam potiùs esse perfidiæ. *Sectatores eius idem Cyprianus ep. 73 ad Iubaianum sub initium* Nouatianenses *appellat, alij passim velut à Nouato* Nouatianos, *ipsi se* Καθαρὸς, *superbo nomine, id est, puros dicebant. De eorum erroribus (neque enim in eo solùm hærebant, vt lapsos ad pœnitentiam & communionem non reciperent) agit S. Epiphanius hær. 59 & Prædestinatus Sirmondi hær. 38.*

Nouatianus si prò Christo occisus, non tamen Martyr,

Catharòrum hæresis parens.

49 *Deinceps non nisi semel mentio fit* S. Celerini. *Nam liber de Romanis Pontif. in Cornelio ista habet:* Post hæc Cornelius Ep. Centumcellis pulsus est, & ibi scriptam epistolam de suâ confirmatione, missam à Cypriano, quam Cyprianus in carcere scripsit, de Celerino Lectore accepit. *Quibus verbis significari existimamus, Celerinum epistolam tulisse, quâ Cyprianus Cornelium exulem confirmabat, & ad constantiam hortabatur, quod facit ep. 57 multis verbis laudatâ Cornelij confessione. An tunc in carcere fuerit Cyprianus, ad eius Vitam disquiremus. Ista quidem habet:* Prouidentiâ Domini monentis instruimur, & diuinæ misericordiæ consiliis salubribus admonemur, appropinquare iam certaminis & agonis nostri diem. *Sed cùm* Volusiano II & Maximo Coss. *martyrio defunctus sit Cornelius, anno Christi* CCLIII, *Cyprianus ad quinque annos ei superstes, demum* Fusco (*vel* Tusco) & Basso Coss. *an. Chr.* CCLVIII *coronatus est.*

Celerinus Cypriani litteras ad Cornelium affert:

50 *Ado in Martyrol. aliiq; ex eo, in aliam sententiam verba libelli de Rom. Pontificib. traxerunt. Ita enim ille:* Sub persecutione Decij cum Presbyteris & Diaconibus Centumcellis exilio deputatur. Ad quem confortandum multi Christianorum veniebant. Quo tempore B. Cyprianus scripsit ei de Celerino Lectore, quanta pro fide & confessione Christi sustinuerit. *Quæ extat Cypriani de* Celerino *epistola, ea non ad Cornelium, sed ad Carthaginensem Clerum scripta est anteà, vt suprà indicauimus, cùm adhuc in suo secessu moraretur Cyprianus. An plures epistolas ad Cornelium Centumcellis degentem scripserit Cyprianus, vt existimat Baronius ad an. Chr. 255 nu. 54. an vnicam illam 57 incertum est: vti &,* Celerinus *nouumne in Africâ certamen adierit, & quando quoúe lethi genere defunctus sit.*

quando & quomodò mortuus, incertum.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS
FELICE, FELICITATE, & aliis.

I. B.

III FEBR.

Felicis & Felicitatis natalis.

Frequens inter Afros Martyres Felicis *ac* Felicitatis *nomen, vt ex Indicibus Ianuarij mensis perspicere est. Ambos hosce iungunt hoc die Martyrologia Tornacense S. Martini, ac Lætiense, & Hermannus Greuen:* In Africa natalis Felicis & Felicitatis. *MSS. Pragense & Leodiense S. Lamberti, loco omisso:* Item SS. Felicis & Felicitatis. *In MS. Aquisgranensi fœda fit verborum transpositio:* In Africa Nat. S. Blasij, Celerinæ, & VII mulierum, cum duobus filiis vnius. Felicis, Felicitatis. Vappingo depositio Episcoporum Tygridi & Remedij. Lugduno depositio Lupicini Christi, Laurenti, Ypoliti. *Ita legendum videtur:* Natalis S. Blasij & VII mulierum, cum duóbus filiis vnius. In Africâ Celerinæ, Felicis, Felicitatis. Vapingo dep. Epp. Tigridi & Remedij. Lugduno depos. Lupicini Ep. *vel fortè,* Confess. Christi . . . Laurentij, Hippolyti. *Memorantur etiam* Felix *& Felicitas in MS. Romano S. Cyriaci, inferiùs citando.*

2 *At* Felix, *in pluribus Martyrologiis, indiligenter descriptis, Lugduno tribui videtur iungiq; S.* Lupicino Ep. *In quibusdam additur &* Celerinus. *Bellinus de Padua:* Lugduni, Lupicini, & Felicis itidem. *Congruit Canisius. At Florarium, Maurolycus, Galesinius, plurimaq; MSS. & excusa quædam Martyrologia, Vsuardi nomine pratitulata, Carth. Colon. Doctrinale Clericorum Lubecæ an.* 1490 *editum:* Lugduni SS. Lupicini Ep. Felicis & Celerini. *addunt Galesinius aliiq; complures:* Et Martyrum. *Fatetur Galesinius, se duos posteriores addidisse* ex Martyrol. MS. perantiquo. *Baronius solus* Felicem Episcopum *nuncupauit, itaq; Romano Martyrol. inscripsit:* Lugduni SS. Lupicini & Felicis itidem Episcoporum. *Adnotat à Beda solum* Lupicinum *referri;* Felicem *videri alterius vrbis Episcopum fuisse. Nemo certè* Felicem Episcopum *hoc die consignauit; sed vel* Felicem *solùm scribunt, vel* Martyrem *vocant. Et Martyrem quoque non omisit Baronius, sed duos* Felices *statuit; Martyrem in Africâ, Lugduni Episcopum. Dubitat Theophilus Raynaudus,*

An alius Felix Lugduni cum Celerino, & quidem Episcopus?

an Hispanus aliquis hic Felix & Hippolytus Epp.

A naudus. *an non hic Bellicensis Episcopus fuerit: Saussaius asserit fuisse. De hoc infrà, cùm de* Lupicino. *Chronicon Hispaniense, quod Fl. Dextro adscribunt recentiores, ad an.* Chr. 270 *ista habet:* Carthagine in Hispaniâ S. Hippolytus eiusdem vrbis Ep. quocum passi sunt alij quoque Martyres. *Fidenter asserit Binarius hunc esse quem Baronius ex MS. S. Cyriaci, cum* Felice & Symphronio *retulit in Martyrologium; Africanos perperàm existimatos, quòd Carthagine. sed Spartariâ, passi essent. Ast ad an.* 300 *comment.* 3 *nu.* 10 *idem Chronicon sic habet:* Carthagine Hispaniæ Felix Ep. M. & socij. *Hos esse censet Binarius de quibus* XXIII *Martij in Bedâ vulgato habetur:* In Africâ Felicis & aliorũ XX. *Mox tamen dubitat, an iidem sint qui* III *Febr. colantur* Felix, Symphronius, Hippolytus. *Ioannes Tamaius de Salazar in Martyrol. Hispan. hoc die refert* SS. Hippolytum *Episcopum* V *Carthaginis Spartariæ*, Felicem & Symphronium MM. *Omnis probatio ex Dextri pendet auctoritate.*

an Afri Felicis socij Symphronius & Hippolytus?

3 Felici *Afro plures socios iungit Baronius. ita enim habet in Rom. Martyrol.* Ibidem (*in Africâ*) sanctorum Martyrum Felicis, Symphronij, Hippolyti & sociorum. *Monet in Annot.* hos omnes ex vetustissimo codice MS. monasterij S. Cyriaci in Thermis esse restitutos. *Parùm feliciter. MS. S. Cyriaci ita habet:* In Africâ Felicis, Symphroni, Laurentij, Ypoliti, Felicis. & S. Blasij:

B

Rem magis illustrat MS. S. Hieronymi, in quo ista habentur: III Non. Nat. Felicis. In Forotimfrom, Laurenti, Hippolyti, Felicis. Celeris, Vappincode pas. Teridi, Remedi. Lugdun. depos. Beati Lupicini. *Quæ cùm expendantur, & cum Agrisgranen. & S. Cyriaci MSS. conferuntur, haud videtur dubium agi de Forojempronensibus* Laurentio & Hippolyto, *de quibus diximus* 11 *Februarij. Et verò ij in vtroque illo MS.* 11 *Febr. non referuntur; in MS. S. Hieronymi planè ambiguo modo, vt ibi indicauimus. Videtur* Celer *pro* Celerino, *prog.* Felicitate *alter* Felix *positus, nisi aliunde planum fiat &* Celerem *& alterum* Felicem *hic statuendos.* AVCTORE I. B. D

an alter Felix? Celer?

4 *Certè in succincto quodam Martyrologio, quod ex vetustissimo codice imperialis monasterij S. Maximini nobis Alexander Vvilthemius noster descripsit ista habentur:* III NON. FEB. In Africâ Felicis, Celeris, Luciani, Eufraxi. *Nondum nobis vllus occurrit* Euphraxius. Lucianus *memoratur. Martyr quidam Africanus* XIII *Iunij. Hicne idem sit, an ille à S. Cypriano culpatus laudatusq.* Lucianus *S. Celerini amicus, haud assequimur.*

Euphraxius & Lucianus?

5 *Denique in recenti MS. Carthusiæ Bruxellen. post* Felicitatis *nomen adiicitur, &* Geminiani. *Qui hic sit, haud possumus dicere.* F

Geminianus?

DE S. FORTVNATO MARTYRE ROMANO, ANTVERPIÆ.

I. B.

III FEBR. I

Iac. Tirinus è Soc. Iesu, scriptis clarus,

IAcobus Tirinus Antuerpiensis è Societate Iesu, mirificâ, dum viueret, morum suauitate, benignitate erga omnes, animiq; simul magnitudine insigni præditus Ecclesiam Dei præclaris in sacram Scripturam commentariis, patriam verò duobus alijs planè eximijs ornamentis decorauit. Nam templum, cuius ideam ex Vitruuij aliorumq; veterum architectonicis præceptionibus delineârat Franciscus Aguillonius collegij Societatis Iesu Antuerpiæ Rector, ac fundamenta iecerat; ipse, collegio in Domum professam, vt vocamus, conuerso, eidem præpositus Domui, marmore Ligustico exædificauit, opus & materiâ & arte spectabile. Dein anno Christi MDCXXII, altero post absolutum ac dedicatum templum, Romam prouinciæ Flandrobelgicæ Procurator missus, complures Sanctorum reliquias impetrauit, sacrum eidem templo splendorem, vrbi præsidium allaturas.

templum Antuerpiæ ædificat, ornatq; Reliquijs;

vt corpore S. Fortunati,

2 *Est in hu sancti Martyris* Fortunati *corpus, è cœmiterio S. Callisti viâ Appiâ resossum. Huius natalem agimus* III *Februarij. Nam qui in Martyrol. Romano* 11 *Febr. memoratur* Fortunatus, *eumdem esse fortassis existimauit, cuius adeptus erat corpus, & quia ille dies celebritate Purificationis impeditus est, postridie vt coleretur, Ioannis Malderi Antuerpiensis tunc Episcopi auctoritate, instituit. Acta porrò huius* Fortunati, *itidem vt alterius, de quo die* 11 *egimus, penitùs nobis incognita sunt. Adscribemus hic Romani tabellionis instrumentum, quo declarat vnde & quando essossa eius Reliquiæ, quando Tirino donatæ.*

C

an. 1606 è cœmiterio S. Callisti essosso per Marchionem Villenæ;

3 Die XXIV Nouemb. MDCXXII Romæ. Fidem facio ego Notarius publicus infrascriptus, qualiter de anno MDCVI, de mense Septembris, vigore quarumdam litterarum Apostolicarum, à Paulo Papa V felicis recordationis, Excellentissimo Domino Ioãni Fernandez Pacheco Marchioni Villenæ, tunc pro Regiâ Maiestate Catholicâ Oratori apud eumdem Pontificem, sub datum Romæ apud S. Petrum die V Septembris MDCVI concessarum; (quarum litterarum tenor fuit registratus in officio D. Fuluij Passarini tunc Notarij Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis Papæ Vicarij, sub die X Septembris eiusdem anni) fuerunt extracta ex pluribus Vrbis cœmeterijs, seu cryptis, nonnulla Sanctorum corpora, prout constat ex instrumentis rogatis per D. Hieronymum Marchettum Notarium publicum, & per me infrascriptum; qui dictæ extractioni personaliter interfuimus: & nonnulla dictorum corporum & Reliquiarum dictorum Sanctorum à dicto Excellentissimo Domino Marchione fuêre dono tradita variis personis piis & deuotis, iuxta facultatem à Pontifice prædicto in dictis litteris Apostolicis sibi concessam. Inter quæ corpora fuerunt etiam extracta infrascripta, me Notario præsente, videlicet corpus S. Fortunati, corpus S. Innocentij Subdiaconi, corpus S. Cyrini, & corpus S. Cerealis; qui pro fide Christi omnes martyrium sustulerunt. Quæ omnia suprà nominata corpora fuerunt extracta ex cœmiterio S. Callisti extra Vrbem: nunc autem dono data à D. Antonio Corbo, qui fuit vnus ex dictis extractoribus, peruenerunt ad manus R. P. Iacobi Tyrini Societatis Iesu. Et ideò requisitus ego Notarius infrascriptus præsentem fidem feci, me subscripsi, & meo solito signo signaui.

ipsi donato an. 1622.

E

attestante Notario publico.

Ita est. Ego Matthæus Sorcius publicus Notarius Capitolinus.

Almæ Vrbis Conseruatores. D. Matthæum Sorcium nostrum esse publicum fidelemque Notarium, suisque scripturis semper & vbique fidem adhiberi testamur: & ideò præsentes fieri iussimus, nostro sigillo vallatas. Datum die XXIV Nouemb. MDCXXII.

Fabritius Vallatus Secret.

4 *Hæc ibi. Colimus* S. Innocentium *festo duplici, die* IX *Augusti*; S. Cyrinum XII *Iunij*. S. Cerealem V *eiusdem. Omnium reliquiarum quæ in nostrâ hac æde asseruantur, dabimus alibi catalogum.*

DE S. CANDIDO
MARTYRE ROMANO
VOLATERRIS IN ETRVRIA.

I. B.

III FEBR. *Volaterrani inter Etruſcos olim potẽtes,*

1 VOlaterræ *antiquiſſima ac nobiliſſima ciuitas, inter* XII *principes Etruriæ olim habita; eâ dein fide & gratiâ populo Romano coniuncta, vt de eius incolis Cicero in orat. pro domo ſuâ iſta prædicet*: Hodieque, *inquit*, Volaterrani non modò ciues, ſed etiam optimi ciues, fruuntur nobiſcum ſimul hac ciuitate. *Sed maior ei vrbi ad omnem poſterorum memoriam gloria, quòd inter primas Italicarum ab ipſo Apoſtolo Petro, priuſquàm Romam pertingeret, Chriſtianæ religionis rudimenta quædam hauſiſſe dicitur, ac dein ſecundum orbi Pontificem, primum Latinæ originis,* Linum *dedit. Poſt tot ætatis, ac viciſſitudines rerum, etiamnum excellit non conſtantiâ ſolùm orthodoxæ fidei, ſed ſinceriſſimo cultu pietatis, tum ſacrorum procuratione myſteriorum, tum Cælitum cuſtodiendis ac propagandis honoribus.*

S. Lino *ciue gloriantes,*

2 *Multi (dicendum eſt enim & grato præconio iterum ac ſæpius declamandum) multi, inquam, viri eruditi, ex omni ordine omnibuſq; populis, multi Antiſtites ac Principes, poſtquàm didicêre quid de Sanctorum Actis moliremur, vltro vel MSS. codices, vel prælo etiam excuſos, ad nos tranſmiſêre, ne res geſtas ſui ordinis familiæue aut nationis ignoraremus: quibus niſi maximas debere nos gratias confiteamur, ne nos & ab Sanctorum, quos laudare conamur, humanitate longiſſimè recedemus, & indigni quoque fauore mortalium meritò iudicabimur. Nulla tamen, (quod fateri ſine inuidiâ licet) nulla, inquam, vrbs, vel congregatio, etiam ſacrorum hominum, adhuc Volaterranorum ſtudium vel ſuperauit vel æquauit.*

B *præ multis, qui opus noſtrum de SS. inuenerunt,*

3 *Poſtquàm enim conſilium noſtrum de Sanctorum rebus geſtis vndique conquirendis atque illuſtrandis apud eos percrebuit, confeſtim publico conſilio decreuêre, vt omnes memoriæ Sanctorum, ſeu ciuium, ſeu aduenarum, quorum iſthic eſſent reliquiæ, Illuſtriſſimo Antiſtite* Nicolao Sacchetto *aſſentiente, accuratiſſimè luſtrarentur. Lecti ad eam rem Primores Senatus & Capituli, quorum omnium alibi nomina exprimemus, perennibus profectò digna encomiis. Hi omnium, quæ in vrbe quæq; in ſuburbiis ſunt, Eccleſiarum ac cœnobiorum, magno labore & ſumptu, perluſtrantes ſacraria & archiua, quidquid reliquiarum ac ſacrorum monumentorum repererunt, publici tabellionis operâ exactè & eleganter deſcribi curarunt, & benè longum de iis commentarium ad eruditiſſimum* C *& religioſiſſimum Patrem* D. Cyrinum Sanctium, *Ordinis S. Benedicti, Sacræ Theologiæ in Piſanâ academiâ Profeſſorem, miſerunt, vt ad nos deſtinaret: quod per* R.P. Leonem Sanctium, *fratrem ſuum, Societatis noſtræ Sacerdotem, traditis in Romano collegio philoſophicis Theologiciſq; ſcientiis, ac libris editis celeberrimum, curatum: vt horum vtrique maximas etiam gratias debeamus.*

publicâ auctoritate omnibus reliquiis & ſacrariis perluſtratis,

insigne ſcriptũ de iis ad nos miſerunt,

4 *Eum nos commentarium ad* V *Iunij, quando* SS. Iuſti *Epiſcopi &* Clementis *Presbyteri, ciuitatis Protectorum, anniuerſaria celebritas peragitur, aut ſicubi opportunius videatur, integrum dabimus, ad illuſtriſſimæ religioſiſſimæq; vrbis ſempiternam laudem. Alibi ad aliorum natales Sanctorum, quæ ad ſingulos propriè pertinent, breuiter delibabimus.*

ſuo tẽpore edendum:

5 *Atque hoc quidem die* III *Non. Februarij* S. Candidum *Martyrem venerantur, cuius non ita pridem Româ reliquias acceperunt. Exiſtimant enim (vti de* S. Fortunato *ſtatuiſſe hîc Antuerpiæ Noſtros retulimus) illum* Candidum *eſſe, cuius, ac plurium aliorum, Romæ martyrio defunctorum, extat in plurimis Martyrologiis pridie conſignata memoria, quo tamen die ob ſolennitatem Purificationis, conſtitui illi publica veneratio. Officio Eccleſiaſtico ſacriſq; exequenda, non potuit. Non eſt cur idem necne ſit* Candidus, *pluribus diſputemus. Ita in citato commentario Volaterrani, de Eccleſia Cathedrali reliquiis agentes:*

colunt 3 Febr. S. Candidũ,

6 Oſtenditur nobis *(die* XII *Decembris* MDCXLVII) S. Candidi Martyris caput, cum collo, pectore & humeris: cuius Martyrologium Romanum IV Nonas Februarij meminit; ſed Eccleſia Vulterrana eius feſtum III Nonas dicti menſis recolit, ob Purificationis Mariæ Virginis concurrentiam: quo die etiam ſolenniter per ciuitatem caput eius defertur. Integrum eius caput in argenteâ imagine reclusâ inuentum eſt. Hanc Sancti effigiem, è piorum largitione, P. Marcus Caſarellus, probitate morum & animi deuotione inſignis, faciendam curauit. Illius caput è reliquo corpore ad eccleſiam Cathedralem delatum fuit à D. Auguſtini Eremitarum templo. Reliquum corpus in familię Feorum capellâ, in dictâ D. Auguſtini eccleſiâ, cuſtoditur.

cuius caput in argẽteâ thecâ in Cathedrali,

7 *Cetera eiuſdem ſancti Martyris reliquiæ, die* XVI *Decembris* MDCXLVII *viſitata ita memorantur in eodem commentario*: Statim præſentibus antedictis, præfatus Prior E (*Ioannes Venturius Piſanus*) & Domini Deputati S. Catharinæ capellam petierunt: in eadem per ferream craticulam cubito vno & dimidio altam, paullò plus vno altam ſub altare arcam ligneam inauratam poſitam eſſe viderunt; & à cornu epiſtolæ oſtiolum duabus occluſum ſeris. Clauis vna à D. Camillo Baua, vti D. Æmilij de Feis genero, ſeruatur: quam clauem eius nomine, quia aduersâ laborabat valetudine, D. Canonicus Alexander Baua detulit. Altera verò tradita eſt à P. Baccalaureo F. Mario Ioannellio Vulterrano, illi iam conceſſa, vti antiquiori è Fratribus illius conuentus filiis. Inde à P. Priore & Fratribus arca cum Feorum gentilitio ſtemmate inaurata; ex dictâ arâ ad altare maius deportata fuit: quæ binis, vt ſuprà de oſtiolo diximus, eſt reſerata clauibus. In ipsâ arculam plumbeam, ſtanno per iuncturas ſuperfuſo benè munitam reperimus, quam Magiſter Thomas Guerrerius ad id accitus aperuit. In eadem S. Candidi oſſa vidimus, excepto capite, quod (vt ſuprà notauimus) in Cathedrali ſeruatur eccleſiâ.

corpus apud PP. Auguſtinianos,

ab Vrbano VIII *donatũ Ducisſæ Bracciani,*

8 Huius Martyris corpus, vt aſſeritur, ſimul cum duobus aliis, ab Vrbano VIII Pontifice Maximo Excellentiſſimæ D. Iſabellæ de Mendoza, vxori in ſecundo loco Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi D. Pauli Ioardani Vrſini Ducis Bracciani, donatum olim fuerat. Illa verò F antiquæ ſeruitutis intuitu, quam Vrſinæ Domui prædictus D. Eques Æmilius, quondam Coſimi de Feis, Patricius Vulterranus, fidelem & dilutinam præſtitit, prænominatum S. Candidi corpus eidem Equiti liberaliſſimè conceſſit. Quod ille in ſuam capellam Vulterræ, in Diui Auguſtini templo, deferendum curauit: hac tamen conditione, vt S. Candidi caput poſſet inde ad Cathedralem deportare; ſicut poſtea anno MDCXXXIII tranſlatum fuit. Vt verò ſancti Martyris reliquias cognouimus, arca à prædicto artifice fuit plumbo ſuperfuſa liquenti: capſula & ara ipſa ambabus fuerunt occluſa clauibus, quæ deferentibus ſunt reſtitutæ.

ab eâ Æmilio Feo Patricio Volaterrano.

9 *Hæc ibi de* S. Candido: *neque de eo plura alibi reperimus; præterquàm quòd nomen in multis Martyrologiis celebretur, ſi verè vnus eſt ex illis* XXVIII, *qui* IV *Nonas Februarij Romæ martyrio perfuncti memorantur. De ceteris Sanctis nobiliſſimæ ciuitatis alibi: in quorum tabulas confidimus intereà fore vt referatur* Raphaël Maffæus Volaterranus, *nobilitate generis, ſcriptorum copiâ & elegantiâ, ſed continentiâ præſertim, modeſtiâ, vitæ auſteritate, pietate, longè clariſſimus, ac poſt mortem in magnâ apud multos habitus veneratione, corpore ad annos plures incorrupto.*

Celebris quoq; ſanctitatis opinione Raphaël Volaterranus *ſcriptor.*

D E

DE S. IVLIANO MARTYRE
AVTISIODORI IN GALLIA.

I.B.

SVB FINEM III SEC. III FEBR. *Natalis S. Iuliani M.*

AVtiſiodori in Galliâ coli III *Nonas Februar.* S. Iulianum Martyrem *tradunt Hermannus Greuen in Addit. ad Vſuard. MS. Florarium, Maurolycus, Felicius, Ferrarius. Dubium erat nobis, quia nihil aliud de eo prodebant, num Antinoitæ* Iuliani, *ſiue Antiocheni, cuius Acta dedimus* IX *Ianuarij. aut certè Briuatenſis de quo agemus* XXVIII *Auguſti, agetur eo die Autiſiodori celebritas, aliquaúe reliquiarum Tranſlatio. Certiora prompſit Sauſſaius, dum in ſupplemento Gallicani Martyrologij ad hunc diem ita ſcribit:* Autiſſiodori S. Iuliani Martyris, pro fide, quam acceperat à S. Peregrino illius vrbis Apoſtolo ac protomartyre, animosâ prædicatione trucidati. *Accepta hæc remur è Breuiario Autiſiodorenſi, aliúſue monumentis, quæ non vidimus. In Vitâ S. Peregrini, quam* XVI *Maij dabimus,* S. Iuliani *nulla mentio. Miſſus dicitur in Gallias S. Peregrinus ab Sixto* II *Papâ, Valeriani & Galliens temporibus.*

conuerſi à S. Peregrino Ep. M.

3 Chriſti ſeculo.

DE SANCTIS MARTYRIBVS SEBASTENIS
BLASIO EPISCOPO,
II PVERIS, VII MVLIERIBVS,

Commentarius præuius.

I. B.

§ I *S. Blaſij natalis.*

SVB LICINIO IMP. III FEBR. *Sebaſtiæ,*

1 SEbaſtia *vrbs* Cappadociæ *apud Ptolemæum lib.* 5 *cap.* 6 *ac Plinium lib.* 6 *cap.* 3, *inq; Actu Sanctorum & vetuſtis Martyrologijs celebrata*; Armeniæ minori *à pleriſque recentiorum tribuitur: quia fortè alij dein fuêre, quàm illorum Scriptorum æuo, conſtituti limites Cappadociæ, quæ, vt Plinius eodem lib. cap.* 8 *ait*, plurimis ſuperfuſa populis, longiſſimè introrſus recedebat: *in Notitiâ certè Eccleſiarum Græcâ & Latinâ ea Metropolis ſtatuitur Armeniæ* I. *Ipſi adeò concilio* I *Nicæno ſubſcripſiſſe dicitur* Eulogius Sebaſtenus, prouinciæ Armeniæ minoris. *Multi eam vrbem nobilitauêre Martyres, ſub Diocletiano præſertim, ac deinde Licinio. Ab illo miſſi ad exſcindendam penitùs in Armeniâ & Cappadociâ Chriſtianam religionem Lyſias & Agricolaus, ambo Græci genere, ambo ſuperſtitionibus idolorum mirè dediti, adhæc ingenio & eloquentiâ prompti, indole autem feroces; vti in SS. Euſtratij, Eugenij & ſociorum Actis memoratur* XIII *Decembr. & hîc infrà ex codice Baroniano. Et Lyſias quidem iuſſus πάντων τῶν λιμιτανέων ἐπιτροπεύειν*, omnia limitanea tutari; *alter verò τὴν τῆς ἐπαρχίας πᾶσης ἀρχὴν διέπειν*, totius præfecturæ imperium adminiſtrare; *vt ibidem dicitur.*

(*Cappadociæ vrbe, an Armeniæ?*)

ſub Agricolao Præſide

C 2 *Multos hi peremêre Chriſtianos, prorogato inde à Diocletiani temporibus ad Licinium vſque regimine. Et ſub Diocletiano quidem, Duce Lyſia,* Agricolao *Præſide, palmam martyrij tulêre, quos diximus,* Euſtratius, Eugenius, Auxentius, Oreſtes, Mardarius, *aliiq; : ſub Licinio verò, eodemq; Præſide Agricolao,* XL *Milites, de quibus* IX *Martij agemus*; Carterius, Styriacus, *& ſocij* II *Nouembris; & Miraculorum patrator* Blaſius *Epiſcopus, cuius memoriam Eccleſia Romana* III *Februarij celebrat, Græci* XI. *Et quidem* III *Februarij iſta habet MS. vetus Martyrol. Brugenſe, MSS. S. Lamberti & S. Laurentij Leodij, ac Lobienſe quod eſt Adonis*: S. Blaſij Martyris. *At MSS. S. Martini Treuiris, ac Tornaci, Latienſe, S. Mariæ Vltraiecti, Domus profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpiæ*: S. Blaſij Ep. & Martyris. *Rabanus, Notkerus, Beda vulgatus, ac MS. S. Maximini Treuiris*: In Sebaſtiâ ciuitate Cappadociæ, Paſſio ſancti Martyris Chriſti Blaſij Epiſc. qui ſub Agricolao Præſide capite truncatus, cum duobus puerulis, filiis vnius mulieris de illis ſeptem, quæ per prædicationem eius confortatæ, ſub eodem Præſide martyrizauerunt. *Vſuardi vetuſtiſſimum exemplar, quod olim fuit Auguſtini Hunnæi*: Apud Sebaſten Cappadociæ ciuitatem, paſſio S. Blaſij Ep. qui multorum patrator miraculorum, ſub Præſide Agricolao, poſt diutinam cæſionem atque ſuſpenſionem in ligno, vbi pectinibus ferreis carnes eius diſruptæ ſunt; poſt teterrimum carcerem, ac demerſionem laci, vnde ſaluus exiuit; iubente præfato Iudice, capite cum duobus pueris truncatur. Nouiſſimè verò ſeptem mulieres, quæ guttas ſanguinis eius defluentes colligebant, deprehenſæ quòd eſſent Chriſtianæ, poſt dira tormenta gladio percuſſæ ſunt. *Idem habet Doctrinale Clericorum & Martyrol. Colonienſe, ambo anno* 1490 *excuſa; & plurima MSS. Vſuardi nomine prætitulata, in quorum tamen nonnullis prouinciæ nomen omittitur. Agunt de eo quoque Caniſius, Maurolycus, Galeſinius, Felicius, Florarium. In Romano Martyrol. paſſus dicitur*, Sebaſtæ in Armeniâ: *& illud rectè emendatum, quòd ſeptem illæ mulieres non* nouiſſimè, *vt in Vſuardo habetur, ſed* ante eum *gladio percuſſæ dicãtur.*

in his S. Blaſius Ep.

qui colitur 3 *Febr.*

multi Martyres:

à Græcis II *Febr.*

3 *MS. Martyrol. monaſterij S. Richarij, Bedæ præferens nomen,* II *Februarij iſta habet*: In Sebaſte decollatio S. Blaſij Ep. & Mart. *Eiuſdem menſis die* XI *Menol. Græc.* Natalis ſancti Martyris Blaſij Epiſcopi Sebaſtæ, qui Maximiano Imp. paſſus eſt. *Pleniùs Menæa in Lectione & variis canticis. At Latina Martyrologia non pauca eum* XV *Februarij reponunt, & quadam* Blauium, *alia* Blaſium *appellant. Vſuardi vetus MS, quod in monaſterio S. Germani Lutetiæ aſſeruatur, eiuſdem Martyrologium excuſum Lubecæ an.* 1475 *MS. Domus profeſſæ Soc. Ieſu Antuerpiæ, MS. Eccleſiæ S. Mariæ Vltraiecti, Molanus in* I *edit. eodem elogio eum celebrant, quod nu.* 2 *ex Vſuardo Hunnæi retulimus. Prolixius aliquantò habent Ado & Notkerus, qui rectè illud annotant*, ipſo adhuc agonizante, ſeptem mulieres beatiſſimas... dato pretio ſanguinis, vitam meritas æternam. *MS. Florarium*: Apud Sebaſten S. Blaſij Ep. & M. *MS. S. Richarij*: Eodem die S. Blaſij M. cum VII mulieribus & II pueris. *Vetus Roman. à Roſvveydo editum*: Apud Sebaſten paſſio S. Blaſij Ep. *MS. S. Martini Treuiris*: Apud Sebaſten Blaſij Ep. qui ſub Præſide Agricolano in ligno ſuſpenſus, vbi pectinibus ferreis carnes eius diruptæ ſunt, tandem capite truncatur. *Refert eum quoque Caniſius illo die, & in ſpeluncâ delitescenti aues cibum attuliſſe ſcribit, quod ex Petro de Natal. accepiſſe videtur, aut veteribus Breuiariis, in quibus id quoq; memoratur, vti & Actis ex MS. Baronij infrà.*

alibi 15. F

§ II *S. Blaſij ætas. Acta quadruplicia.*

4 ACta S. Blaſij deſcripſerat Roſvveydus ex vetuſto MS. monaſterij Gladbacenſis; quæ nos cum MSS. S. Maximini

Acta eius antiquiſſima

AVCTORE I. B.

mum & S. Martini Treuiris, ac Marchianenſi & Bonini Mombritij editione, contulimus: eademq; extare in MS Eccleſia S. Swiberti in Cæſaris-inſulâ didicimus à Ioanne VVilmio, eiuſdem Eccleſiæ Decano, viro doctiſſimo atque humaniſſimo. Eadem habuit Metaphraſtes ac paullùm expoluit ſuo more; quæ Lipomanus to. 5 à Gentiano Herueto Latinè verſa vulgauit, atque ex eo Surius: quam nos editionem, & Græcum exemplar, ſubinde in Annotationibus citamus.

A

alia fuſiora:

5 *Alia Acta paullò prolixiora ſubiicimus è MS Eccleſiæ S Martini Vltraiecti. quæ & Coloniæ in MS. cuiuſdam Carthuſiæ Thuringicæ extare accepimus, & quondam ex alio veteri codice nobis obtulit vir nobilis Stephanus Sekendinzius, Canonicus Ojnabrugenſis prudentiâ & litteris eximius, magno bonorum omnium dolore ante annos aliquot vitâ functus. Ex iis Acta deſumpta ſunt quæ in Breuiario Mindenſi an.* 1515 *edito habentur Lectiones.*

item alia,

6 *Alia ex inſigni MS. Paſſionali monaſterij Bodecenſis Canonicorum regular. in diœceſi Paderbonenſi, nobis communicauit Ioannes Gamanſius noſter. Profitetur Auctor in Prologo.* B. Blaſij paſſionem, iam antè quidem ſtylo memoriæ traditam, ſed minùs idoneè, *ſe*, deuotum laudatorem, *ſibi* vindicaſſe explicandam: & non ex proteruiâ, ſed ex debito laudem hanc quantulamcumque

ab auctore per cum ſanato,

B

tali Patrono obtuliſſe, quippe qui de ipſis faucibus mortis erutus vitæ vigeret reſtitutus. *Hic porrò ſcriptor alia illa Acta quæ ſecundo loco damus, non vidit, vt perſpiciet qui caput tertium vtrorumque contulerit. Non temerè fortaſsis coniicet quiſpiam, hæc Acta eſſe, quæ conſcripſiſſe dicitur Reginoldus* XI *Aſſetenſis Epiſcopus.*

forte Regin. in Ep. Annott.

7 *Diuerſa ab his ſunt Acta quæ ita citat Baronius in Notis ad Martyrol Rom. hoc die:* Habemus eorumdem Latina exemplaria peruetuſta, quæ in quibuſdam Eccleſiis legi conſueuerunt. *Ea ad nos Româ allata. hîc quoque vulganda cenſuimus, non ſolâ phraſi à tribus prioribus diſcrepantia. Ex iis ſumptæ ſunt Lectiones, quas Michaël Monachus in Sanctuario Capuano pag* 458 *in Officio huius diei. quod ritu duplici Capuæ peragitur, recitari ſcribit, hoc exordio:* Beatiſſimus Blaſius Sebaſtes ciuitatis Cappadociæ Epiſcopus, pœnales expaueſcens inflictus. *Rectè verò animaduertit*, ſine dubio accepta hæc ex aliquo textu longiori antiquo. *Recitat quoque compendium Actorum S. Blaſij Vincētius Bellouacenſis in Speculo lib.* 12 *cap.* 45 *&* 46. *S Antoninus par.* 1. *tit.* 8 *cap* 1 § 10. *Petrus de Natal. lib* 3 *cap.* 75 *&* 76 *ac plerique recentiorum. Peculiarem de* S. Blaſio *libellum Italicè edidit an.* 1635 *Camillus Tutinus Neapolitanus. qui Acta Baroniana. & ſoriè Petrum Equilinum ſecutus. Citat is cap.* 12 *aliam Vitam quam non vidimus, ſcriptã ab Andrea Matthæo Monacho, Canonico Eccleſiæ Ebolitanæ.*

alia edita.

C

8 *In tempore martyrij S. Blaſij aſſignando non omnes conſentiunt. Conſtantius Felicius* ſub Diocletiano an. Chriſti CCLXXXVII *coronatum*, licet alij ad Iuliani Apoſtatæ tempora referant, *inquit. Eumdem annum* CCLXXXVII *ſtatuit Florarij auctor Caniſius, & Acta à Monacho citata,* CCLXXXVIII. *Galeſinius, & quæ è Baronij codice damus Acta*, ſub Diocletiano *occiſum videntur aſſirere. Menologium Græcorum* ſub Maximiano, *Galerio, opinor, is enim Orientem poſt Diocletianum obtinuit. At Menæa, Acta ſecunda ac tertia, Gobelinus in Coſmodr. at. 6 cap.* 15 *Baronius in Annal. to.* 3 *ad an.* 316 *nu.* 45 ſub Licinio.

Quo tempore martyrium ſubierit

9 *Rexit quidem Sebaſtenam Eccleſiam S Blaſius tempore Diocletiani. cùm S. Euſtratius martyrium fecit. In eius Actu* XIII *Decembr. ita habetur:* Epiſcopus autem ciuitatis Sebaſtenorum eo tempore latebat propter perſecutionem, qui noctu venit ad eum, & datis cuſtodibus pecuniis ingreſſus eſt ad S. Euſtratium: audiuerat enim de magnâ eius ſapientiâ, & quòd Præſidem cum diis ſuis pudore affecerat. Et cùm fuiſſet intra cuſtodiam, pronus cecidit in faciem, & Sanctum adorauit, dicens: Beatus es, fili Euſtrati, quòd Dominus Deus tantam tibi dederit virtutem; memento autem mei quoque, te rogo. Reſpondit verò S. Euſtratius: Ne ſic facias, Pater ſpiritualis: ſed ad eam, quæ eſt tibi data, dignitatem adſpiciens, expecta hoc à nobis implendum ti-

ſub Dioclet. delituit:

S. Euſtratium in carcere viſit,

bi debitum. Cùm ij ergo ſediſſent, dixit Euſtratius *&c.* D *commendat ei teſtamentum ſuum. Epiſcopus ſacrificium offert, præbetq; Martyri Euchariſtiam* Tota ergo illa nocte manſit Epiſcopus apud S. Euſtratium, eum audiens, & voluptatem capiens ex ſermone Martyris. Cùm manè autem factum eſſet, receſſit, iubens eum valere, & promittens ſe nihil præteriturum eorum quæ in ſuo teſtamento ſtatuerat.

eiq; Euchariſtiã præbet,

10 *Narratâ deinde Euſtratij morte, addit:* Sanctiſſimus verò Epiſcopus Blaſius, cùm Sancti accepiſſet reliquias, easque cum S. Oreſtis reliquiis compoſuiſſet, ea impleuit, quæ mandata fuerant in teſtamento S Euſtratij. *Non exprimitur* Blaſij *nomen in Græco exemplari, quod habemus, Actorum S. Euſtratij. habuit id Lipomani codex. & conſentiunt Menæa, quæ* XIII *Decemb. de S. Euſtratio iſta habent:* libellum ſui teſtamenti (τὸν λόμον τῆς διαπάξεως αὐτῦ) S. Blaſio Epiſcopo in carcere tradidit, à quo & immaculata myſteria percepit. *In elogio verò ipſius S. Blaſij* XI *Februarij.* Hic fuiſſe dicitur, qui teſtamentum magni Martyris Euſtratij, poſt mortem eius, procurauit: vt in perantiquâ telâ inuentus eſt depictus S. Blaſius, medius ſtans inter quinque Martyres, proximus S. Euſtratio, atque ex eius manu volumen teſtamenti (τὸν λόμον τῆς διαπάξεως) accipiens.

eius teſtamentum curat,

vt patet à veteri picturâ:

E

11 *Si eodem anno, quo S. Blaſius, certamen conſummarunt* XL *milites die* IX *Martij, vt vult Baronius, oportet ſtatim ab eius exceſſu electum eſſe ſucceſſorem. Nam cùm eorum reliquiæ eſſent in profluentem abiectæ, poſt dies aliquot ab ipſiſmet reuelatæ ſunt* Epiſcopo ciuitatis illius; *cuius tamen nomen non indicant Acta Latina, at Metaphraſtes diſertè*: ſed tertio pòſt die ciuitatis Epiſcopo Petro per viſum Martyres aperuerunt, quo in loco reliquiæ ſeruarentur. *Hic verò* Petrus *non diu eam Sedem tenuit, nam, vti ſuprà diximus*, Eulogius (*alias* Eulalius) Sebaſtenus Armeniæ minoris Epiſcopus *Concilio Nicæno* I *an.* CCCXXV *ſubſcripſit.*

eius ſucceſſor Petrus, XL *Martyres ſepelit.*

§ III *S. Blaſij celebritas. Templa.*

12 *Magnis populorum ſtudiis ſuſcepta erga S. Blaſium religio, ea potiſſimùm cauſsa quòd puerorum atque animalium morbis præſentaneum ſit ab eius patrocinio remedium: nam horum ſenſus plebis animos (& ſunt hi ferè ad pietatem promptiores) præcipuè afficit. Longum eſſet recenſere, quâ eum celebritate Eccleſia plurimæ venerentur. Raguſæ in Dalmatiâ. vt primarius eius Reip. Patronus, ſolenniter colitur. feſtiuitate ad quatriduum prorogatâ. eiuſq; effigies in omni illius Reip. monetâ exprimi dicitur. Beneuentani in Italiâ, vti Marius Vipera teſtatur. eum inter vrbis ſuæ Tutelares adſciuêre, feſtumq; eius ex* præcepto Eccleſiæ ſeruari *ſolet. Idem Mindæ ad Viſurgim factum olim, idem Lubecæ. patet ex earum Eccleſiarũ Breuiariis huius anno* 1513. *illius* 1515 *editis.*

S. Blaſij feſtiũ alibi ſolenne in populis

F

13 *Græci eum ampliſsimi officij cæremoniâ honorant: Romana Eccleſia officio* 3 *Lectionum. Sequuntur Latinæ omnes, niſi ſi quæ maius aliquid ſibi præſcripſêre; vt Capuana, quæ* duplex *Officium recitat. Monacho teſte & Spoletina: diœceſis Neapolitana, & Canonici regulares S. Saluatoris,* ſemiduplex. Semiduplici *quoque ritu celebratur in diœceſibus Salmanticenſi. Pampelonenſi. Conimbricenſi*; duplici *in Palentinâ, Segouienſi, Vallisoletanâ, Compoſtellanâ, Eborenſi*; *inq; Eccleſia Cathedrali Seguntinâ. ac ciuitate Aſturicenſi.* Semiduplex *illis officium ſiue* IX Lectionum, *decernunt Breuiaria Sagienſe. Ebroicenſe, Conſtantienſe in Normanniâ, Andegauenſe, Virdunenſe, Lemouicenſe, monaſterij S. Victoris Maſsiliæ*; duplex *Nouiomenſe, Regienſe, & modernum Pariſienſe. Neque Gallorum pietati Belgæ cedunt:* IX Lectionum *officium præſcribitur in Brugenſi Breuiario an.* 1520 *excuſo, Morinenſi an.* 1541. *proprio Atrebatenſi an.* 1632. Duplex *in Audomarenſi an.* 1518. *Antuerpienſi* 1496. *Vltraiectenſi* 1518. *Nunc Vltraiecti* 3 Lectionum *eſt, Antuerpia* ſemiduplex, duplex *Tornaci. Addamus & Germanica. Monaſterienſe an.* 1489 *ſtatuit vt* VI Lectiones *recitentur, vti & Conſtantienſe an.* 1561: *aſt an.* 1575 IX Lectiones, *vti & Raceburgenſe, VVormacienſe an.* 1576, *Hildeshemienſe an.* 1516. *Paſſauienſe*

alibi duplex aut ſemiduplex, in Italiâ, Hiſpaniâ,

Galliâ,

Belgio,

Germaniâ:

A *Passauiense antiquum ac nouum, Herbipolense item antiquum ac nouum, Viennense, Augustanum Olomucense. In Erfordiensi an.* 1518 *duplex erat. De Mindensi ac Lubecensi antè diximus. Non omnium Ecclesiarum suppetunt nobis Breuiaria; nec quæ habemus, percurrimus vniuersa, sed quæ ad manum erant. Satis idoneum id documentum est publicæ in Diuum hanc pietatis.*

templa ei dicata, Constantinopoli,

14 *Quid templa dicemus, eius nomini dicata? Vt omittamus quod in ipso martyrij loco Sebastem posuêre, quæq; alia pòst in Asiâ condita sunt; de templo eius Constantinopoli ædificato ita habent Menæa:* τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι πλησίον τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Φιλίππου ἐν τοῖς Μιλτιάδου. Celebratur eius festiuitas in sanctissimo eius templo, quod est iuxta templum sancti Apostoli Philippi in Miltiadis *vico, vel regione, aut fortè ædibus. In solâ vrbe Româ quinque consecratas illi ecclesias enumerat Octauius Panciolus. Duæ olim Beneuenti fuêre, Mario Viperâ teste; vna parochialis intra muros, sed vetustate consumpta, foris altera. Habet Capuæ sacellum sibi dedicatum, plures in diœcesi Ecclesias habuit, vti ex antiquis monumentis Monachus probat. Canonici regulares Congregationis S. Saluatoris Ord. S. Augustini, in Officiis propriis aiunt se Ecclesias parochiales et sacras habere. Plures extare in reliquo regno Neapolitano ait Camillus Tutinus: duas recensèt vnam Maratææ, Auersæ alteram; & hanc ait à Principibus Normannis sub ipsa vrbis incunabula fundatam, datamq; sanctimonialibus institutis Benedictinis, quæ eam etiamnum tenent.*

Roma,

Beneuẽti,

alibi in regno Neapolit.

B

15 *Neapoli duo ei dicata sacella fuisse scribunt Cæsar Engenius Caracciolus atque idem Tutinus, qui alterum ait vulgò S. Iasi, sive Iassi nuncupatum: sed quâ de re à centum propè annis agitata consilia erant. nuper (cùm pestilens angina quæ per vniuersum regnum grassata, magnam quoque in ipsa vrbe, tenerioris primùm ætatis, mox & adultorum, stragem ediderat, omnem superans medicorum industriam quos corripuisset secundo aut summùm tertio die enecans, conuersâ ad efflagitandam S. Blasij opem ciuitate, imminui primùm, mox & remedia admittere cœpisset, ac demum omnino resedisset) noui templi, sanè magnifici insigni liberalitate impensas præstante populo, iacta à Cardinale Boncompagno, Archiepiscopo Neapolitano, esse fundamenta: ac primo in ea misso lapidi hæc inscisa fuisse:*

Neapoli, ob depulsam anginæ epidemiã,

nouum inchoatũ,

anno 1632

IESVS CHRISTVS LAPIS ANGVLARIS.
DIVO BLASIO EPISCOPO ET MARTYRI,
VRBANO VIII PONTIFICE MAX.
PHILIPPO IV REGE,
C EMANVELE FONSECA PROREGE,
ANNO SALVTIS MDCXXXII
DIE XIX MENSIS APRILIS.

Iaciente primum lapidem Cardin. Boncompagno.

in altero eius latere:

FRANCISCVS CARDINALIS BONCOMPAGNVS
ARCHIEPISCOPVS NEAPOLITANVS
PRIMVM LAPIDEM IECIT.

In eo verò lapide capsellam plumbeam positam ait, in quâ tria condita erant numismata quorum facies vna S. Blasij effigie, altera Cardinalis gentilitiis tesseris erat insignita. Additum è plumbo volumen, intraq; illud hæc in papyro scripta:

D. O. M.

Diuo Blasio Episcopo & Martyri Templum dicatũ, Francisco Fontanâ, Ioanne Antonio Constantino I. V. D. Iacobo Antonio Sanio I. V. D. Francisco Nolâ Art. & Medic. Doctore, Oeconomis.

Recensèt deinde Tutinus, quæ fidelissimi populi publico nomine, quæ Principum quorumdam priuatâ liberalitate, collata sit ad opus inchoandum summa.

16 *Antiquissima Erfurti in Thuringiâ S. Blasij ecclesia fuit, vt ex Lamberti Schasnaburgensis Continuatore colligere est: is enim sub finem ita scribit:* Anno DCCVII Digobertus Rex Christianissimus construxit monasterium in Erffort in monte .... & destructo castro, monasterium S. Petri ædificauit, rogatu Adeodati, vel Trutmanni, inclusi, (qui quidem tempore eiusdem Regis iecus ecclesiam S. Blasij, quæ sita fuit iuxta prædictam vrbem, à Kygiberto Maguntino Episcopo fuit inclusus) & omnia quæ habuit in Thuringiâ à maternâ hæreditate, S. Petro Fratribusque ibidem Deo seruientibus tradidit. *Eadem habet ipse Schasnaburgensis ad an.* 706. *nisi quòd ecclesiæ S. Blasij non meminit, nec Episcopum, à quo inclusus fuit Trutmannus, nominat. Neque quidquam est quod non cenorunt. præter annum, nam Childebertus* Dagoberti II *parẽs tũc regnabat, qui anno* DCCXI *decessit. Eius vxor, Dagoberti mater quæ aut cuias fuerit ignorari fatentur Sammarthani: hinc habemus, eam possessiones in Thuringiâ habuisse & fortasis inde ortam.* Richbertus, *siue* Rigbertus, *aut* Sigebertus, *qui hîc* Kygibertus, *Moguntinam Cathedram circa ea tempora tenuit, vt ex Seratio nostro patet.*

antiquissimum Erfurti.

Avcros. RE I. B.

D

17 *Nobile extat etiamnum in Germaniâ, dicatum* S. Blasio *monasterium, cuius auspicia ab ipsâ propè Diui ætate ac ceperit Henricus Pantaleon Medicus Basileensis, qui 3 par Prosopographiæ illustrium virorum Germaniæ, vbi de Casparo Molitore agit huius cœnobij Abbate, ita scribit:* Situm est illud in Hercinià siluâ, milliare vnũ ab oppido Waldshut. In eo loco statim post Diocletiani tempora, anno circiter CCC, Christiani quidam fugâ elapsi conuenerunt, & anachoritarum vitam agentes, Deum laudibus celebrarunt. Hisce cùm S. Blasius Cappadociæ Præsul, & sub Licinio Cæsare anno CCCXII Martyr, apparuisse visus esset, atque admonuisset, vt constanter pergerent, & mundi minas contemnerent; eius monita admiserunt, & eum Patronum agnoscentes, suam habitationem ab eo denominarunt. Hoc modo plus minùs sexingentos per annos summâ humilitate & manuum labore vixerunt: ac Benedictinorum ordinem professi, Priorem elegerunt, cuius auspicijs religionem iis in locis longè lateque propagarunt. Cùm autem posteà, Ottone I Cæsare existente, anno Domini DCCCCXLV Reginbertus, Baro in Seldenburen iuxta Tigurinorum ditionem, Cæsari gratissimus & Consiliariorum primus, in prælio quodàm contra Vngaros circa Augustam Vindelicorum manum amisisset, atque ad huiusmodi conflictus posthac minùs vtilis esset, totum sese Deo & religioni tradere statuit. Itaque S. Blasij monasterium accessit, atque omnibus bonis cum fratre Conrado diuisis, suam partem, Cæsaris voluntate, Fratribus dono dedit, & eorum habitum suscepit, cum iis etiam per annos XIX magna sanctitatis opinione vixit. Sic factum vt multarum opum accessione ex Prioratu Abbatia facta, atque Betingus, vir pius & doctus, Reginberti voluntate, primus Abbas constitutus fuerit.

Monasterium S. Blasij in Germaniâ,

eo apparẽte cœptum;

dotatum & in abbatiam erectum:

F

18 *Hæc Pantaleon. Munsterus quoque lib.* 3 *Cosmogr. fundatum à Reginberto monasterium scribit, cùm priùs ibi hic Eremitæ habitassent. Verùm an inde à Diocletiani temporibus coluisse eum locum anachoritas verisimile sit, disquirant alij. Potuerunt seculo octauo aut nono pij homines; siue ex aliquo eius tractus monasterio profecti, siue immediatè vitam secularem solitariâ mutantes, S. Blasium, quem audissent simili ratione aliquando vixisse, sibi Patronum adoptare, eiusq; dein apparitione atque adhortatione ad constantiam animari. Suspicati sumus aliquando, quod in Vitâ S. Findani Rhinouiensis* XV *Nouembris dicitur (& infrà* § 5 *nu.* 40 *referemus) S. Blasij reliquias è Rhinouiensi cœnobio in vicinum saltum fuisse deportatas: Cellam S. Blasij indicari, quæ in celebre monasterium posteà euasit situm in diœcesi Constantiensi ad fluuium* Albim, *sive* Albam, *qui aliquot milliaribus supra Basileam miscetur Rheno ex Germanico sive dextro latere.*

vbi situm?

19 *Quis iam sacella altariaq; enumeret S. Blasio dicata, in variis Germaniæ ac Belgij vrbibus? Est hîc Antuerpiæ gerontocomium cum sacello S. Blasij, è regione cœnobij Beginarum, viâ Rubrâ, vt appellatur. Meminit illius Carolus Scribanus in Origin. Antuerp. cap.* 13 *vbi Hospitalia & pauperum receptacula enumerat. Stetit olim vico Claddorpio: huc translatum an.* MDXLV. *Aluntur isthic vetulæ* XV *cum ancillâ. Vidimus diploma. Romæ datum an.* MCCCCLXXV. *quo Cardinalis*, Philippus Portuen. Ep. Bartholomæus tit. S. Clementis, Oliuerius tt. S. Eusebij, Marcus tt. S. Marci, Baptista

Sacellum Antuerpiæ.

Auctore I. B. Baptiſta tt. S. Anaſtaſiæ, Auſias tt. S. Vitalis, Stephanus tt. S. Adriani, Antonius tt. S. Ioannis Baptiſtæ & S. A Balbinæ, Presbyteri, & Theodorus tt. S. Theodori Diaconus, *certis diebus indulgentias centum dierum conſerunt viſitantibus altare SS. Ægidij & Mariæ Magdalenæ*, in capella Infirmariæ op Clapdot. *Teſtatur Scribanius* Infirmariæ *nomen loco fuiſſe. Nunc* S. Blaſij *dicitur, ob Diui repoſitas iſthic reliquias, vt remur; de his infrà.*

§ IV *S. Blaſij reliquiæ.*

20 *Quod in Actis euenit ſæpenumerò Sanctorum eorum, qui eodem appellantur nomine, vt qui præcipuam habet ſanctimoniæ famam, eius res geſtæ ceteris adſcribantur ab imperitis; in Reliquiis contrarium plerumque contingit, vt quæ multorum ſunt, eæ primario eius nominis tribuantur: atque illorum etiam, quibus, (quòd ignorabantur nomina, & remiſſior cultus ignotorum eſt) clari alicuius Sancti appellationem impoſuêre Antiſtites, non fraudis conſciſcendæ ergò, ſed luculentioris prouocandæ venerationis: nam hæc ipſa pignora progreſſu temporis, omnia eius eſſe creduntur, cuius adoptatum nomen fuit. Ea cauſſa eſſe videtur, cur Sancti vnius tam multiplices dicantur variis locis reliquiæ reperiri, ac nominatim* B Blaſij. *Duo in Martyrologio Romano* Blaſij *referuntur, noſter hic Sebaſtiæ coronatus, alter Verulis in Latio* XXIX *Nouembris: tertium addunt Græci Cæſareenſem hoc ipſo die* III *Februarij: quartum Hiſpani, de quo ſuprà. Plures etiam fortaſsis fuêre. Sanè innumeræ propè Eccleſiæ per Europam Blaſianis exuuiis gloriantur. Quaſdam recenſebimus è pauculis auctoribus. Neque enim quas ſecernere non poſſumus, indagare ſollicitè omnes oportuit.*

Plurimæ S. Blaſij reliquiæ extant; nec vnius:

21 *Octauius Pancirolus in Theſauris abſconditis almæ vrbis Romæ, has iſthic aſſeruari ait:* Os gutturis *in Vaticanâ S. Petri æde;* dentem *in S. Praxedis, regione 2, ſiue Montium;* partem brachij *in S. Mariæ Lauretanæ, eadem Vrbis regione;* partem ſcapulæ *in ſanctorum Apoſtolorum, itemq; in ſanctæ Crucis in Ieruſalem dictâ;* partem tibiæ *in templo Ieſu, ſiue Domus profeſſæ Societatis. Michaël Monachus* pignus ſancti brachij *eius in Cathedrali Capuanâ extare teſtatur. In Brunduſinâ Metropolitanâ illius reliquiæ eiuſdem aliquæ ſunt, vt ex officiis Eccleſiæ an.* 1583 *Romæ excuſis patet. Camillus Tutinus* magnam partem corporis *cuſtodiri ait Maratææ oppido regni Neapolitani, indeq; liquorem manare, qui cratere argenteo exceptus piis hominibus impertitur, multarum inde agritudinum medela.*

Romæ, *Capuæ,* *Maratææ, vbi ſalutaris liquor emanat;*

22 *Idem ſcribit,* partem capitis *extare Neapoli in monaſterio S. Ligorij, ſiue S. Gregorij Armeni, ſtatuæ argenteæ incluſam; in ipſius quoque S. Blaſij eccleſiâ, è regione iam memorati monaſterij, alias eiuſdem* reliquias *intra brachium argenteum. In Catalogo Sanctorum, quorum anno* MDCXIX *Decius Cardinalis Caraſa, Archiepiſcopus Neapolitanus, per totam diœceſim celebrari officio Eccleſiaſtico memoriam iuſsit, dicitur,* die tertio Februarij ad ambas has eccleſias magnus fieri concurſus populorum, vt beatum Martyrem & ſacras eius reliquias venerentur. *Idem Camillus, Neapoli in eccleſiâ S. Martini Epiſcopi, quæ eſt Carthuſianorum, extare ait* magnam brachij partem *ab Ioannâ I Reginâ donatam:* os gutturis *&* dentem *in S. Eligij Ep. æde:* Baroli ſcapulam: *Barij, & (cuius eum antè ſcripſimus primarium Patronum haberi) Raguzæ,* reliquias *aliquas. Ebolum Principatus citerioris oppidum, eis Silarum amnem, in parochiali S. Euſtachij eccleſiâ, in vaſe cryſtallino* digitum *S. Blaſij ſeruat, eiuſdemq; in quadam ampullâ adipem: vtrumque perenni miraculo illuſtratum, quale de S. Ianuarij capite ac ſanguine narratur Nam ſi coram digito ampulla illa collocetur, adeps continuò liqueſcit, coagulatur ſimul atque ſeiuncta ſunt. Multis iiſq; recentibus & certis experimentis teſtatum prodigium.*

Neapoli, C *alibi in eo regno, Raguzæ,* *Eboli, vbi perpetuum miraculum;*

23 *Orbetellum Hiſpani Regis in Etruriâ oppidum eſt, nuperâ Gallorum obſidione nobilitatum ad poſteros: iſthic in eccleſiâ maiore* caput *S. Blaſij ſeruari, mento excepto, Tutinus tradit, magnâque coli pietate: repertum id fuiſſe in Anſedoniæ vrbis ruinis, quam veterum* Coſam *fuiſſe eruditi cenſent; non vno excidio deletam. Diſtat id oppidum Orbetello quinque millibus paſſuum, in excelſo colle ſitum, prope* Portum Herculis. *Iſthic S. Blaſio dedicata eccleſia eſt. Scribit Tutinus celebrari Orbetelli Inuentionis memoriam* XII *Maij, ac poſtridie oppidanos frequentes excurrere Anſedoniam, quam ipſe Lancedoniam vocat. Sacratum hoc pignus Franci quidam, vt idem auctor eſt, præpoſterâ religione ſublegêre, inq; nauim intulêre, aſportaturi in patriam. Explicauerant intempeſtâ noctè vela, cumq; longum tam iter confeciſſe ſibi viderentur, vbi illuxit, in ſinu Orbetellio, ad portum S. Stephani, hærere ſe animaduertunt: neque priùs ſoluere inde potuerunt, quàm reliquias reſtituiſſent Orbetellenſibus, tum demum iis ſecundo aſpirante vento felicem curſum tenuêre. Eaſdem reliquias poſteà ſubripuêre Senenſes. & in quadam vrbis ſuæ eccleſiâ ſolenni pompâ depoſuêre, additis cuſtodibus: at poſtridie reperta ſunt Orbetelli in ſacello maioris eccleſiæ, vnde fuerant ſublatæ, magnâ populi vtriuſque admiratione. Innumera iſthic, S. Blaſij patrocinio, fiunt miracula. Ideò ab vſque Româ, totâque ex Etruriâ, illuc plurimi confluunt. & menſe Maio ad Inuentionis celebritatem, & III Februarij ad diem eius natalem. Volaterris quoque in eadem Etruriâ (de cuius pietate & humanitate ciuitatis ſuprà hoc ipſo die, cùm de* S. Candido *ageremus, dictum) aſſeruat Eccleſia Cathedralis reliquiarum* S. Blaſij *particulam, in hierothecâ, cui figura Aſcenſionis inſculpta. Addendum & illud, priuſquàm ex Italiâ excedamus;* brachium *S. Blaſij Mediolani in monaſterio S. Mariæ de Pace, Ordinis Minorum aſſeruari, vti ſcribit Gonzaga 2 part. prouin. Mediol. Conu. 2.*

Orbetelli, inuenta Anſedoniæ, D *ſublata à Francis,* *deinde à Senenſibus,* E *Volaterris,* *Mediolani,*

24 *Neque expers cæleſtis huius theſauri Hiſpania eſt. Nam in Officiis propriis diœceſis Compoſtellanæ, an.* 1596 *editis, dicitur S. Blaſij feſtum* III *Febr. officio duplici peragi,* ex conſuetudine antiquâ Eccleſiæ Compoſtellanæ, quia habetur eius brachium in monaſterio S. Mariæ de Sar. *Placentiæ quoque vrbe Epiſcopali Extremaduræ prouinciæ, ſub Archiep. Compoſtellano, aliquæ ſunt S. Blaſij Ep. M. reliquiæ, vti ſcribit Ioannes Tamayus Salazar, qui & proprio officio coli tradit, cuius Orationem & Introitum recitat. Vlyſſippone etiam aliquæ ſunt eius reliquiæ, quas Domui profeſſæ Societatis Ieſu ad S. Rochum donauit Ioanes Borgia: quarum Tranſlationem, anno* MDLXXXVIII *factam, deſcripſiſſe Manuelem de Campos, retulimus* XXV *Ianuarij & alibi. In Siciliâ etiam ſunt aliquæ. Ita Octauius Caietanus noſter in Ideâ operis de SS. Siculis, ad* III *Febr.* Panhormi, in æde maximâ Tranſlatio Reliquiarum S. Blaſij Ep. & Mart.

Compoſtella, *Vlyſſippone,* *in Siciliâ;*

25 *Gallia quoque partem earum habet, præclaram & certam. Teſtatur Sauſſaius in ſupplemento Martyrol. Gallicani hoc die:* In Montepeſulano, *inquit,* Narbonenſis Galliæ Epiſcopali ciuitate, ſuſceptio venerandi capitis S. Blaſij Ep. & Mart. hac die Sebaſtæ in Armeniâ inclyto agone triumphantis: quod Vrbanus V Papa, eccleſiæ S. Benedicti ibidem fundator, in eâ honorificè ſeruandum hodie collocauit, ingenti cum pij in eumdem Chriſti Martyrem affectus ſignificatione. Cuius vt venerationem ampliaret, Mimatenſi Gabalorum Eccleſiæ, cuius alumnus erat, alias eiuſdem ſancti athletæ reliquias religioſo munere contulit. *Meloduni quoque aliquas cuſtodiri idem Sauſſaius ſcribit ad* III *Februarij:* Meloduni ad Sequanam, venerario reliquiarum S. Blaſij Ep. & Mart. qui hodie inclyto certamine Sebaſtæ in Armeniâ triumphauit: vnde à Francis Chriſti bellatoribus in Gallias aduecta aliquot eius pretioſa pignora, illic in cœnobio S. Petri, perpetuâ veneratione obſeruanda repoſita ſunt. *Idem Sauſſaius ad* XXII *Septembris ſcribit,* Dominicâ poſt feſtum S. Matthæi factam miraculoſam inuentionem reliquiarum *SS. Gregorij Papæ, Aſpaſij & Blaſij Epp. Mariæ Magdalenæ, Agnetis V. M quæ in S. Petri cœnobio repoſitæ fuerunt.*

Montepeſulano in Galliâ, F *Mimato,* *Meloduni;*

26 *Nunc in Belgium deſcendamus. Neque mirari quiſquam debet, tot pignora hîc eſſe Orientalium Sanctorum Nam quo tempore Paleſtinam Belgæ, Francíq; tenuêre, quidquid earum rerum, poſt vaſtatas à Saracenis toties tot iam annis prouincias illas, reliquum fuit, huc certatim deportatum eſt. Quæ verò ex toto Oriente Conſtantinopolim velut in aſylum deuecta*

in Belgio multa; *vnde allata*

A deuecta erant, vbi illud Imperium occupauêre Flandriæ Comites, & ipſi ad ſuæ ditionis ornandas vrbes, honorandos amicos, huc tranſmiſêre: nonnulla etiam fortaſſis Præſulibus data, ad auxilia pecuniaria in bellum impetranda: multa alij vel detulerunt reduces ipſi in patriam, vel ſuis inde miſerunt. Certè S. Blaſij, de quo agimus, plurimæ hîc ſunt, at ſatis pleraq; exiles, reliquiæ. Prima, prouinciarum Brabantiæ, hoc comprimis gaudet præſidio. Antuerpiæ in eo, quod § ſuperiore diximus, ſacello, viâ Rubrâ ſito. intra capſam argenteam pars eſt, vt videtur, tibiæ, digiti ferè longitudine, atq; fruſta minutiora: cuius dono, non liquet. Multi iſthic anathemata Diuo appendunt, ad depulſæ ægritudinis, alterialſue accepti beneficij teſtimonium. Inter reliquias Domus profeſſæ Societatis Ieſu dens eſt S. Blaſij, & aliæ partes in puluerem redactæ. Diligemij, Ord Præmonſtratenſis celebri cœnobio haud procul Bruxellâ, brachium eiuſdem, à Margaretâ, vxore Ioannis II Ducis Brabantiæ, Eduardi I Angliæ Regis filiâ, (cuius opus eſſe ferunt ampliſsimam aulam Furenſem) ante trecentos ferè & quinquaginta annos donatum, ſeruatur etiamnum, plurimis nobilitatum miraculis, vti præter alios teſtatur Auguſtinus VVichmannus Brabantiæ Mariana lib. 3 cap 38. Parci, eiuſdem Ordinis monaſterio iuxta Louanium, nonnullæ quoque extant eiuſdem Sancti reliquiæ. Os quoddam Mechliniæ in ſtrocinio Societatis Ieſu. in hierothecâ ad formam pyramidis efformatâ, & multis aliis reliquiis Sanctorum ornatâ. In eâdem vrbe parochialis & collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ ſecundarius Patronus eſt S. Blaſius, & ſolenni officio celebratur ad dies octo: quo tempore ingens vndique affluit hominum multitudo. Sancti reliquias veneratura, os videlicet brachij quod Angelus ſuſtinet ex argento fuſus. Eæ reliquiæ in veteri templo, priuſquàm ea ædificaretur quæ nunc viſitur illuſtris baſilica, aſſeruatæ fuerunt: vnde allatæ, non conſtat, monumentis deperditis. Addita eſt loco, vbi nunc cuſtodiuntur, inſcriptio: Reliquiæ religioſiſſimi Antiſtitis & inuictiſſimi Martyris Blaſij, huius loci Patroni, & ibidem frequentibus miraculis celeberrimi. Ea miracula præcipuè in ſanandis tumoribus, & gutturis doloribus cernuntur. In eam rem aqua benedicitur, intinctis Sancti Reliquiis. Eſt ibidem ad eiuſdem promouendam venerationem inſtitutum ſodalitium, Indulgentiis peccatorum à Pontifice Max. honoratum; cui facilè ter mille nomina dederunt. Hinc aliquæ tranſlatæ in Flandriam, vt infrà nu. 30 dicemus, Reliquiæ.

Antuerpiæ,

alibi in Brabantiâ;

Mechliniæ;

27 Luxemburgi in Munſterienſi Ordinis Benedictini cœnobio, quod olim extra vrbis muros erat, dens eſt vnus S. Blaſij. Religioſiſſimi aſcetæ Latienſes, inter plurimas Diuorum reliquias, quas elegantiſsimè ornatas cuſtodiunt, dentem quoque poſsident, ac coſtam, oſque aliud ſatis ſpectabile: partem oſſis Canonicæ Malbodienſes. Summa pars capitis, ferreis pectinibus lacerata oſtenditur in S. Dionyſij cœnobio Ord. B Benedictini iuxta Mõtes Hannoniæ: Dens in Criſpinienſi eiuſdem inſtituti cœnobio, duarum horarum itinere Valentinianis diſtante. Viconiæ, cœnobio elegantiſsimo Ordinis Præmonſtratenſis, reliquiæ aliquæ, capsâ argenteâ conditæ; itemq; annulus aureus: magniq; eo fiunt concurſus; ac patrari ibidem miracula dicuntur. Raulecuriæ pago eiuſdem tractus, vulgò Roucourt dicto, ſitoq; inter Athum, Tornacum ac Valentianas, reliquiæ S. Blaſij viſuntur intra argenteam lipſanothecam. Marchianis Ord. Benedictini cœnobio ad Scarpam flumen, aliquæ ſunt, à Priore Cantuarienſi an. MCCXXXIV cò miſſæ. Haud procul Marchianis Aquiſcinctum eſt, eiuſdem inſtituti monaſterium, vbi & huius Diui pignus aliquod. Maxillæ particula Camerati, in ſancti Sepulcri monaſterio: Blangiaci, Ord Benedictini cœnobio in Arteſiâ, os guttur. s: in antiquiſsimo cœnobio S. Bertini Audomaropoli, coſta vna, ac duo dentes.

Luxemburgi, Latiij, alibi in Hãnoniâ,

Arteſiâ,

28 Duaci Flandriæ vrbe, in inſigni collegiatâ eccleſiâ S. Amati aſſeruatur mandibula inferior S. Blaſij Ep. M. argenteo capiti inſuſa, cum inſulâ æreâ deauratâ, & aliæ eiuſdem reliquiæ. cum aliis plurimis in vno feretro reconditæ Kalendis April. an. MCCXXV. At S. Petri collegiata eccleſia in eadem vrbe, inter alias plurimas reliquias, habet coſtæ vnius S. Blaſij partem magnam. Tornaci in eccleſiâ Cathedrali eſt os notabile S. Blaſij. Ibidem in monaſterio S. Nicolai de Pratis Canonicorum Regularium, reliquiæ eiuſdem Diui aliquæ. Gerardimonte, Flandriæ oppido, in S. Adriani Benedictino cœnobio, mentum: Burburgi in nobilium Virginum Benedictini inſtituti eccleſiâ reliquiæ eiuſdem aliquæ: aliquæ Gandani apud Prædicatores: cochlear in parthenone Doriſſelenſi Ord. Ciſterc. in eadem vrbe: pars brachij Brugis in collegiatâ S. Mariæ Eccleſia: atque hanc Conſtantinopoli cum aliis reliquiis à VValtero Præpoſito an. MCCXXX miſſam fuiſſe, liquet ex ipſius VValteri diplomate.

Flandriâ;

Arthesij.

Brugis.

Constantinopoli.

29 Hæc ferè ex Arnoldi Raiſſij, Canonici Duacenſis, Hierogazophylacio Belgico accepimus, qui tamen neque omnia luſtrare loca, cùm Belgium bello arderet, neque à remotioribus accuratè deſcripta impetrare potuit. Vltrajecti certè, præter eas reliquias, quas ipſe ex VVilhelmi Hedæ hiſtoria refert à S. Bernulpho XX Ep in S. Ioannis eccleſiâ depoſitas, à Frederico Badenſi, LVI Epiſcopo, repertas; aliquas fuiſſe quoque in Cathedrali S. Martini nobis conſtat: at quid iis aliiſq; factum fuerit, poſtquàm auita inde proſcripta ſunt ſacra haud ſcimus.

olim Vltrajecti;

30 Cruydbeca pagus eſt VVaziæ duarum ab Antuerpiâ horarum ſpatio, ad lævam Scaldis ripam. Iſthic reliquiæ ſunt aliquæ S. Blaſij, ab eccleſiâ S. Mariæ Mechliniæ acceptæ. Agitur ſolenniter dies Tranſlationis Dominicâ 2 menſis Maij, magnamq; ab accolis habet venerationem. Obtenta in eum diem à Romano Pontif. Indulgentia plenaria. Sunt & Beuerę in eadem VVaziâ aliquæ, & hæ Mechliniâ quoque obtentæ. E

Cruydbeca: Beuera.

31 Sunt Coloniæ Agrippinæ & aliorum Sanctorum ferè innumerabiles reliquiæ, ac nominatim S. Blaſij iſtæ, vt Ægidius Gelenius in libris de magnitudine Coloniæ recenſet: Brachium in eccleſiâ parochiali S. Iacobi: os magnum ex brachio in Carthuſiâ: pars maxillæ in S. Martini parochiali, Minore dictâ: mandibula in collegiatâ S. Mariæ ad Gradus, hierothecâ XIV. Coſta in S. Antonij hoſpitali Canonicâ domo, capsâ IV. Digitus in monaſterio S. Clarę: Os in collegiatâ S. Mariæ in Capitolio: Oſſicula duo in Metropolitanâ, hierothecâ V. itemq; in monaſterio S. Boniſacij Virginum conuentualium Ord. S. Franciſci. Denique reliquiæ eius aliquæ ſeruantur in S. Gereonis collegiatâ eccleſiâ, hierothecâ V, XV, XXVI. in collegiatâ S. Seuerini hieroth. XIV. in monaſterio S. Pantaleonis hieroth. XVII. in eccleſiâ SS. Ioannis & Cordulæ: apud PP. Prædicatores: in Hollandico collegio. De allatis Româ Rhinouiam, infrà § 5 agemus.

Coloniæ.

Rhinouiæ.

§ V S. Blaſij in homines beneficia.

32 QVod præbiturus iam carnifici ceruices, Chriſtum orauit S. Blaſius, vt quicumque ipſius patrocinium imploraret, vel ob eius memoriam ad gloriam Diuini nominis faceret aliquid, præſertim ſi quod oſsiculum aut piſcis ſpina gutturi inhæreret, aliudúe afflugeret incommodum, aut neceſsitas premeret; is præſentem propitij Numinis opem experiretur; id & illi miſſa cælitus vox euenturum ſpopondit, & frequentia miracula confirmant. Neque nouitia iſthæc deuotio eſt, vt vani quidam homines garriunt. Aëtius Græcus medicus, qui à Iano Cornario Latinè verſus extat inter Medicæ artis principes Henrici Stephani typis anno 1567 editus, Tetrabibli ſecundæ ſermone 4 cap. 50 de deuoratis ac fixis in tonſillas ſpinis, atque iis quæ in aſperam arteriam delabuntur, poſt varia ex medicæ artis rationibus præſcripta remedia, ſubiicit: Aliud, ad eductionem eorum, quæ in tonſillas deuorata ſunt: Statim te ad ægrum deſidentem conuerte, ipſumq; tibi attendere iube, & dic: Egredere os, ſi tamen os, aut quidquid tandem exiſtis: quemadmodùm Ieſus Chriſtus exſepulchro Lazarum eduxit, & quemadmodùm Ionam ex cete. Atque apprehenſo ægri gutture, dic: Blaſius Martyr & ſeruus Chriſti dicit, Aut deſcende, aut aſcende. Quod hîc eſt apprehenſo ægri gutture, Camillus Tutinus habet, Crucis ſigno ſupra guttur expreſſo. Propagata ad extrema orbis terrarum illa adüersùs S. Blaſium in eiuſmodi neceſsitate pietas. In Arimenſi regno apud Iapones, anno MDLXXXIX, præſenti mulieri cuidam ità guttur tranſuerſa è piſce ſpina occupârat, vt neque cibum capere neque ferè ducere ſpiritum poſſet. Accerſitur è Societate Ieſu Sacerdos, qui confeſſam (non ſine magnâ difficultate)

S. Blaſij inuocatio F ſalutaris contrà dolores gutturis,

& ab Aëtio veteri medico præſcripta;

præſenti opę firmata in Iaponiâ:

AVCTORE I. B.

A *difficultate) peccata, implorare S. Blaſij opem iubet; miſſurum ſe illi eius reliquias: eas ipſa tertiò reuerenter oſculata, applicat gutturi: atque illicò & locuta liberè eſt, & cibo ſumpto obſtaculum reſpiratus dimouit.*

item cõtra dentium dolores. 33 *Solet verò non ad ea ſolùm mala propulſanda inuocari S. Blaſius, verùm & ad abolendas anginas ceteraq; incommoda gutturis diſcutienda, ſedandos etiam dentium dolores. Ad quæ remedia adhiberi variarum rerum, quibus vtimur, benedictiones fas eſt, panis, vini, fructuum, ſeminum. Harum benedictionum formulas ex vetuſtiſſimo Benedictionario in mẽbranâ exarato, in eccleſiâ S. Stephani Neapoli aſſeruato, recitat Camillus, noſq; ab eo hîc deſcribemus.*

Benedictio panis ſub eius inuocatione, 34 *Panis benedictio iſta eſt*: Sit nomen Domini benedictum. *Reſp.* Ex hoc nunc & vſque in ſeculum. Adiutorium noſtrum in nomine Domini. R. Qui fecit cælum & terram. Domine exaudi orationem meã. R. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum *&c.* Saluator mundi Deus, Domine Ieſu Chriſte, qui hodiernam diem beatiſſimi Blaſij martyrio conſecraſti, & diuerſas creaturas ad ſalutem hominum creaſti, qui ex quinque panibus & duobus piſcibus quinque millia hominum ſatiaſti, ac populum Iudaicum in deſerto miraculosè pauiſti; ineffabilem miſericordiam tuam ſuppliciter exoramus, & petimus, vt hos panes,
B quos plebs fidelis tibi deuotè hodie ad ſanctificandum attulit, tuâ pietate † benedicere, & † ſanctificare digneris: vt qui ex eis comederint vel guſtauerint, ab omni gutturis plagâ, & totius corporis infirmitate, meritis & interceſſione B. Blaſij Martyris tui, plenam recipiant ſanitatem, & nos ſeruos tuos ab omni corporis & animæ ægritudine ſanos cõſerues, Qui viuis *&c.*

vini, 35 *Vini benedictio*: Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui vinum, quod lætificat cor hominis, in ſacrificio offerri præcipis, & in Cana Galilææ ex aquâ vinum feciſti; tu qui es vitis vera, per interceſſionem B. Blaſij Martyris tui, multiplica ſuper nos, ſeruos tuos, pietatis tuæ miſericordiam, quemadmodùm feciſti cum Patribus noſtris, in tuâ ineffabili miſericordiâ ſperantibus, pietatem: bene-† dicere & ſancti-† ficare tuâ pietate digneris hanc creaturam Vini, quam ad ſeruorum tuorum ſubſidium tribuiſti: quatenùs vbicumque fuerit fuſum, vel à quibuſlibet potatum, Diuinæ benedictionis tuæ repleantur, & cum gratiarum actione in eorum viſceribus ſanctificetur; Per te, Saluator mundi, qui viuis & regnas *&c.*

fructuum, 36 *Fructuum benedictio*: Domine Ieſu Chriſte, qui famulum tuum Blaſium hodiernâ die martyrio conſecraſti, bene† dicere & ſancti† ficare digneris hos fru-
C ctus arborum, quos indigni detulimus, per inuocationem nominis tui, & interceſſionem gloriosæ Virginis Mariæ, & glorioſiſſimi Martyris tui atque Pontificis Blaſij, bene† dicere, & ad profectum præſentis familiæ, atque omnium fidelium abſentium, prouenire concede: vt in quemcumque locum deportati fuerint, ſalui efficiantur, & omnis iniquitas ſiue illuſio ab eorum habitaculis abſcedat; & quicumque ex eis tenuerint vel guſtauerint, tuâ gratiâ & benedictione repleantur; Qui viuis & regnas in ſecula ſeculorũ *&c.*

ſeminum, 37 *Seminum benedictio*: Creator omnium Deus, qui ſemina ſubtus terram poſita fructificare & multiplicari facis, & in vſus noſtros miſericorditer concedis; intercedente B. Blaſio Martyre tuo ſupplicationes noſtras placatus intende, vt hæc ſeminum genera bene† dicere & ſancti† ficare tuâ benignitate digneris: vt iumenta, quæ ex eis comederint vel guſtauerint, à quacumque ditineantur infirmitate, plenam recipiant curationem; Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

38 *Aquæ intinctâ S. Blaſij reliquiarum particulâ benedicendæ formulam recitat Auguſtinus VVichmannus Brabantiæ Marianæ lib. 3 cap.* 38 *Diligentiũ vſurpari ſolitam, hanc*: *V.* Adiutorium noſtrum in nomine Domini. R Qui fecit cælum & terram. *Oremus.* Da, quæſumus, Domine, per
a ltactum Reliquiarum ſancti ac glorioſi Martyris ac D Pontificis Blaſij, virtutem huic aquæ, vt quiſquis eâ dignè vritur, in memoriam & honorem ſancti ac glorioſi Martyris Blaſij, cuncta ſe impetraſſe lætetur. Per Chriſtum *&c.*

aquæ. 39 *Lubet & ſpiritualia beneficia à ſancto Martyre deriuata in mortales, cæleſtem, inquam, eorum infuſam animis conſolationẽ cum iucundâ honoris et deferendi prænotione celebrare In Vitâ S. Findani, incluſi Rhinouienſis, qui nono Chriſti ſeculo vixit, iſta habentur*: Item foris poſitus, priori anno quo *Reliquiarum eius tranſlatio S. Findano præoſi ſa formâ columbæ:* clauſtrum erat ingreſſurus, omnibus noctibus ſtans in eccleſiâ in oratione pernoctauit. Igitur priori nocte antequàm S. Blaſij reliquiæ illuc de Româ allatæ ſunt, more ſolito in baſilicâ orans, vidit ſubitò corporali bus oculis, columbam ſuper altare ſediſſe, ſenſimque inde in cryptam volantem diſparuiſſe. Craſtinâ ergo die ſuper ipſum altare eaſdem poſuêre reliquias, ſuper quod Dei famulo antè apparuit hæc auis adſtitiſſe.

eidem indicat, peccata ipſi eſſe remiſſa: 40 Foris poſitus præcedente quoque tempore, cùm ſimiliter nocte intra baſilicam ſolus exiſteret, & prædicti Martyris ſuffragia verbis imploraret, dicens: S. Blaſi, qui peregrinus in his locis, ſicut & ego, cognoſceris, pro meis ad Deum intercede peccatis. Cùm hæc ingeminans, lacrymas ſuo more fudiſſet, ſtans ante altare quo ſanctæ fuerant poſitæ reliquiæ, non inclinatus, ſed erectus, ſed tamen (vt referre ſolebat) obtutibus paullìſper obtenebratis, vocẽ audiuit huiuſcemodi: Sedes tua in cælo iam dimiſſis peccatis poſita eſt. E

iſſq; videtur ſibi eius reliquias geſtare; quod, licet incluſus, optârat. Pſ. 10. 17. 41 Iterum in arctiſſimo loco poſitus, (de quo, cùm opportunum fuerit, pleniter explanare conabimur) cùm manè diei futuri reliquiæ ſæpe-memorati Martyris ab eodem loco in vicinum ſaltum reportandæ fuiſſent; præfatus Dei famulus magno exarſit deſiderio, cupiebatque vt ipſius Martyris reliquias propriis efferre humeris mereretur; cùm iam dudum in eodem loco poſitus, voto ſe conſtrinxiſſet, inde numquàm ſe exiturum. Vt autem Dominus deſiderium pauperis, vt ait Propheta, exaudiens adimpleret, ac famuli deuotiſſimi vota rata eſſe concederet; eâdem nocte viſus eſt ſibi pontem Rheni fluminis, per quem de ipſo monaſterio exitur, cum copioſâ multitudine tranſiſſe; columbam quoque humeris ſuis inſediſſe, & eam ſe, vt cupiebat, humeris deportaſſe, & inde alios petere, iterumque ſibi volantem adeſſe. *Eamdem hiſtoriam in* Heluetiâ ſacrâ *habet Henricus Murerus. Eſt S. Blaſius vnus ex* XIV *Sanctis, quos* Adiutores *appellant.*

PRIMA ACTA

ex vetuſtiſſimis MSS. & Bon. Mombr.

CAPVT I

S. Blaſij comprehenſio. curationes hominum ac brutorum.

a b 1 IN Sebaſteâ ciuitate *b* Cappadociæ tradidit Deus ad correptionem eos, qui ſecundùm gratiam eius filij & hæredes exiſtebant: ex Sebaſteâ quidem Martyres ſibi elegit vſque ad ſanguinem, quæ in eo eſt, caritatem, fidem atque confeſſionem oſtenſuros. Et quod melius eſt, non ſolùm viros, *Perſecutione Sebaſtea ſauiente,* ſed & mulieres elegit oſtenſuras agonem certaminis, & vſque in finem in Chriſto, per Crucis exemplum, coronam adepturas.

Blaſius Ep. vir ſanctus, Iob 1. 2 Vnus horum extitit noſter coronatus & victor Blaſius. Iſte enim Sanctus per totum vitæ ſuæ tempus mitis degebat, ſicut & in Iob legimus, purus, innocens, Deum colens, verax, manſuetus, ab omni opere prauo ſe abſtinens. Videntes ergo irreprehenſibilem eius vitam hi qui in Sebaſteâ Cappadociæ ciuitate fideles

A deles exiſtebant, elegerunt ſibi eum in Epiſcopum. Ipſe verò *c* pergens in montem qui vocatur *d* Argei, habitauit ibi in quâdam ſpeluncâ: & concurrebant ad eum agreſtes feræ. Et ſi fortitan contigiſſet *e* quocumque dolore teneri qualemuis ex eis, tamquàm intellectuales concurrebant ad eumdem Sanctum in ſpeluncam, & vſque dum imponeret manus eis, benedicens eas, non recedebant ab eo.

d latet in monte:

e accedentes ad ſe feras ſanat:

3 In illis itaque diebus iuſſit Agricolaus Præſes congregari agreſtes feras *f*. Egredientes autem beſtiarum comprehenſores, venerunt in montem, in quo degebat S. Blaſius Epiſcopus. Et videntes ſpeluncam, & multitudinem beſtiarum adſtantium ante eum, conſternantes ſe ad inuicem, & admirati dixerunt: Quid hoc vult eſſe *g* appropiantes autem viri illi ad ſpeluncam, inuenerunt B. Blaſium *g* orationem ſuam facientem. Et reuerſi nuntiauerunt Præſidi ea quæ viderant. Audiens autem Præſes iuſſit plures milites cum illis pergere, vt quantos inuenirent illic eſſe abſconſos Chriſtianos ſibi præſentarent. Euntes autem illi in prædictum montem, qui vocatur Argei, & ingredientes ſpeluncam, inuenerunt S. Blaſium orantem; & dixerunt ei: Egredere; vocat te Præſes. Videns autem B eos Sanctus, gauiſus eſt, & dixit: Filioli mei, eamus ſimul. Memor enim mei eſt hodie Dominus. In hac enim nocte tertiò mihi apparuit dicens: Surge, offer mihi hoſtias, vt aſſoles. Et nunc, filioli mei, benè veniſtis. Dominus meus Ieſus Chriſtus nobiſcum eſt.

f ſic inuenit eus

g

ducitur ad Præſidem;

iam diuinitus præmonitus

4 Cùm ergo venirent, in itinere conuertebat paganorum *h* paruulos ad Deum per bonam ſuam admonitionem, & inceſſabili eius oratione mirabilia faciebat. Oblatos ſibi infirmos, imponens ſuper eos manus, ſanos eos abſoluebat; non tantùm homines, ſed etiam & diuerſa animalia, cùm ſe immitterent ad inuicem: aut ſicut ſæpius contingit os impingi in guttur hominis, aut etiam aliud aliquid tale ſubitò fieri; deducebant illi eos, & per dignas eius orationes ſaluos eos Deus reddebat. Accidit autem vt quiuſdam mulieris filius vnicus, dum piſcis portionem ederet, ſubitò os in guttur eius infigeretur, vt pænè mortuus maneret puer. Mater verò eius audiens mirabilia Beati illius, apportans puerum iactauit eum ante pedes eius ſemiuiuum cum lacrymis clamans, & dicens S. Blaſio: Miſerere filij mei, ſerue Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, eò quòd vnicus mihi eſt. Indicauit autē S. Blaſio, quod ſubitò contigerat filio ſuo. Sanctus verò Blaſius *k* manus imponens puero, & guttur eius ſignans, eleuanſque oculos ad cælum, orauit dicens: Qui inuocantibus te Domine Ieſu Chriſte velox exiſtis auditor & ſaluator, exaudi orationem ſerui tui, & infixam ſpinam puero iſti per tuam inenarrabilem abſtolle virtutem, ſaluans eum. Et amodò ſiue in hominibus, ſiue etiam in volatilibus contigerit aliquando infigi qualeuis os; & memor fuerit *l* nominis mei ſerui tui, dicens: Domine Ieſu Chriſte, verus Deus noſter, per orationem ſerui tui Blaſij, feſtina in adiutorium meū; mox fac in eum miſericordiam tuam, ad gloriam ſancti tui nominis: & oratione factâ mox ſanum reddidit puerum matri ſuæ. *m*

h in viâ multos ſanat manuū impoſitione;

i inhærentē pueri gutturi ſpinā piſcis

k C

precibus eximit,

l Patronus hu incommodis futurus:

m

a *In MS. Eccleſiæ Cæſaris-inſulæ ita efferuntur prima hæc*: In Sebaſte Cappadociæ ciuitate traditi ſunt ad correptionem hi qui ſecundùm gratiam Dei filij & hæredes exiſtimabantur. *Aſt MS. Gladbacenſe ita habet*: Cùm ſemper Dominus dilexiſſet eos, qui ſecundùm gratiam eius Filij hæredes exiſtebant, ex Sebaſteâ &c.

b *Ita omnes MSS. & Metaphraſtes.*

c *In MS. Græco exprimitur fuga cauſſa*: φοβηθεὶς τῶν τότε κρατούντων τὴν ἀσέβειαν καὶ παρανομίαν. veritus eorum, qui tunc rerum potiebantur, impietatem & iniquitatem. *Quæ abſunt ab editione Surij & Lipomani.*

d *Græcè eſt*: ἐν τῷ ὄρει τῷ λεγομένῳ Ἀργέῳ. in monte Dicto Argeſo. *Felicius* Argeuum *vocat*; *Ptolemæus* Ἀργαῖον.

e *Metaph.* vnam ex eis incidere in eius meditationem, tamquàm ratione præditæ expectabant &c.

f *Cauſſam addit Metaphraſt* εἰς θηριομαχίαν καὶ ἀνάλωσιν τῶν τότε μαρτυρούντων ἀγίων. vt ſpectacula decertantium ad beſtias ederentur, vtque Sancti, qui tunc martyrium ſubibant, ab iis conſumerentur. *Acta ſecunda habent*: ad ſpectacula vulgi.

AVCTORE ANONYMO. EX MSS.

g *Metaph.* ſedentem tamquàm in thalamo, & diuidentem vnicuique id quòd ei erat opus, per benedictionem atque curationes, & Deo fundentem preces. D

h *Græce* Ἑλλήνων παῖδας. Gentilium pueros. *Lipom.* Gentiles. *Momb.* plurimos.

i *Metaphr.* & mutus maneret.

k *Mombr.* manum. *Metaphr.* manu impoſitâ gutturi pueri, ſic orauit.

l *Additur in Gr.* ibi aliquis.

m *Addit Metaphr.* ore numquàm ſilente Deum laudantem atque glorificantem.

CAPVT II

Quæſtio I & II. Beneficentiæ remuneratio.

5 COgnitus autem erat Sanctus ille & in *a* Nicopoli: doctus enim erat & artis medicæ. Dum ergo per iter veniret ipſe S. Blaſius; mulier erat quædam paupercula, *b* vnum habens ſuem, & nihil aliud poſſidens niſi tantùm illum; & ſubitò lupus irruens E abſtulit eum. Illa verò deprecata eſt S. Blaſium contra eamdem feram. Sanctus autem ipſe hoc audiens, ſubridens dixit ei: Mulier noli triſtari, reddetur tibi porcus tuus, & veniebat per iter. Ipſe verò lupus *c* in itinere ſuo feſtinans, & illæſum conſeruans porcum, reddidit eum viduæ.

a

b

vidua ſuē à lupo reſtitui impetrat:

c

6 Ingreſſo autem in ciuitatem Metropolim Sebaſteæ B. Blaſio, iuſſit eum Agricolaus mitti in carcerem. Et alio die Præſes ſedens pro tribunali, iuſſit ſibi præſentari B. Blaſium. Quem videns impius ille, cœpit primitus blandis ei ſermonibus quaſi ſuadere, & ſalutis verbum in eum inchoare, dicens: Gaude Blaſi, amice deorum. Sanctus autem Blaſius reſpondens dixit: Gaude & tu, optime Præſes. Verùm non eos dicas deos, ſed dæmones, quia æterno igni traduntur, cum his qui eos honorant. Iratus autem Præſes, iuſſit eum fuſtibus cædi. Et dum *d* diu cæderetur, dicit Præſidi: Inſenſate perſuaſor animarum, alienare me ſperas per has pœnas ab amore Dei mei, & ſaluatoris Ieſu Chriſti: ſed nonpotes, quia habeo corroboratorem meum & ſaluatorem ipſum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei viui. Dum ego non valeret iniquus ille alienare eum à Chriſti fide, iuſſit iterum reduci eum in carcerē. Audiens verò fidelis illa vetula & vidua *e* ſuſtinentiam ſancti Martyris & athletæ Chriſti Blaſij, & perſeuerantiam fidei eius, iuſſit occidi porcum, quem F receperat à ferâ illâ per S. Blaſij iuſſionem: & coctum caput eius & pedes mittens in aliquod vaſculum, & ex fructibus terræ, lumine accenſo, obtulit ſancto Martyri Chriſti in carcere, & petiit eum ſumere. Gratias verò agens ille, guſtans benedixit eam, & dixit: Mulier hoc exemplo perfice memoriam meam, & non minuetur domus tua bonis, quæ Dei ſunt. Sed & ſi quis te imitans, hoc exemplo memoriam mei fecerit, inceſſanter habebit à Deo meo cæleſte donum, & benedictionem omnibus diebus. Et beata illa anus acceptans mandatum ſancti Martyris, perrexit gaudens in domum ſuam, glorificans & benedicens Deum. Et expletum eſt in hac fideli viduâ, quòd enarratur vbique & quod fecit hæc ad memoriam eius.

coniicitur in carcerē:

ridet Præſidis blanditias:

caditur fuſtibus:

d

reducitur in carcerem:

e

cibo recreatur à piâ viduâ:

iubet ſic agi ſui memoriam,

promiſsâ mercede:

8 Tyrannus autem ille *f* in ſecundo ſecretario iuſſit ſibi præſentari ſanctum Chriſti Martyrem Blaſium. Et deducto eo, dicit ei: Blaſi adoras Deos, aut vis perire? S. Blaſius reſpondit: Dij qui cælum & terram non fecerunt, pereant: illa verò quæ tu mihi quaſi terrens tormenta promittis, vitæ mihi æternæ fiunt prouiſores. Videns autem iniquus ille, immutabilem eius mentem, iuſſit eum in ligno ſuſpendi, & cum ferreis pectinibus carnes eius *g* frangi. Dum ergo carnes eius inciderentur, beatiſſimus Martyr Chriſti Blaſius dixit impio

f

ſuſpenſus, ferreis pectinibus raditur:

g

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

impio Iudici: O crudelissime, pœnis putas me terreri? sed habeo Dominum meum Iesum Christum, qui me confortat: & non dubitabo visurus has pœnas, expectans desiderabilia bona illa, quæ promissa sunt quærentibus eum. Itaque iussit impius Præses deponi eum de ligno, & mitti eum in carcerem.

A *reducitur in carcerē.*

g

a *Camillus Tutinus scribit cap.* 3 Nicopoli *trānsisse Blasium, quod haud satis probabile est, nisi fallunt tabulæ geographicæ.*
b *Addit Metaphr.* fidelem *fuisse, &* piam.
c *Mombr.* tetro. d *Metaphr.* multis horis.
e *MSS habent* sustentationem.
f *Mombr.* in secundo die, secretario iussit. *Græcè est,* ὁ δευτέρα προόδῳ in secundo processu.
g *Græcè* ξύσθαι ἐντόνως. acriter radi. *MSS. Marchian. & S. Maximini,* carminari.

CAPVT III

VII sanctarum mulierum martyrium.

9 DEportato autem eodem sancto Christi Martyre Blasio, septem beatissimæ mulieres timẽtes Deum, sequebantur eum, susc ipientes guttas sanguinis, quæ ab eo cadebant, & semetipsas vngentes. B Quas videntes iniqui illi, qui eum ducebant, tenentes eas deportauerũt Præsidi, dicentes, quòd & ipsæ Christianæ essent. Videns autem eas, dixit eis: Acquiescite, & sacrificate dijs sacrificium. Respondentes autem illæ, & dixerunt ei: Si velis vt credamus & sacrificemus dijs tuis, eamus nos iuxta lacum, & tu mitte deos tuos in sacco, *a* bullans eos plumbo, & nos lauantes facies nostras in lacu *b* procidentes sacrificabimus eis. Lætus autem effectus Præses, attulit illis deos suos. Ipsæ verò Christianæ mulieres accipientes eos iactauerunt in profundum lacus. Videns autem Præses quod factum est, alienatus facie, iratus est nimis, & percutiens manus suas, vt leo rugiens circa mulieres motus, dixit ministris: Quare non tenuistis deos nostros, vt non mitterentur in profundum lacus? Qui responderunt: In dolo tecum locutæ sunt mulieres istæ, & deos nostros profundauerunt. Mulieres autem respondentes dixerunt: Deus verus dolum non patitur aliquando; sed ligna vacua & lapides & aurum & argentum & omnes qui confidunt in eis.

eius sanguine colliuentes 7 mulieres capiũtur:

a
b
idola Præsidis in lacum proiiciunt:

10 Et iratus Præses iussit in caminum ignis mitti eas, & desuper plumbum fundi in eas, & pectines ferreos adduci, *c* & septem æreas tunicas exardere; expandere *d* autem tunicas candentes in alio loco, & dixit sanctis mulieribus: Eligite vobis vnum de duobus; C aut sacrificantes diis, eruite animas vestras, ambulantes super lineam; aut si nolueritis, iudicari habemini in eis, quæ parantur vobis, tormentis. Vna verò ex ipsis, duos filios habens, currens tulit lineam, & misit eam in caminum, & combusta est. *e* Pueruli verò dixerunt matri suæ: Nõ nos derelinquas in terrâ hac perire, sed sicut replesti nos dulci lacte tuo, ita reple nos & regni cælestis gaudijs.

c
d
contemnũt proposita tormenta,
e
pueruli sequi eas volẽtibus:

11 Mox autem iussit Præses suspendi eas, & carminari carnes earum cum pectinibus illis ferreis. Videbãt autem milites illi, quòd pro sanguine lac carnes earum *f* stillabant, & carnes earum sic erant tamquàm flamma ignis, & vt nix dealbabantur. Angeli autem Domini descendentes de cælo & *g* salutantes eas dicebant eis: Nolite dubitare; bonus enim operarius initium faciens in messem, & explens, benedictus est ab eo qui eum conducit, & accipiens mercedem suam lætus reuertitur in domum suam. Ita & vos elaborate, vt percipiatis à Christo Deo vitam æternam. Tunc Præses iussit deponi eas, & mitti in fornacem ignis, & missis eis mox ignis extinctus est. Et egressæ à fornace illæsæ beatissimæ mulieres, dixit ad eas Præses: Omittite vestras magicas ambitiones, & procidentes adorate deos nostros. Sanctæ verò septem mulieres tamquam ex vno ore dixerunt: Gloria tibi qui regnas Iesu Christe Deus noster, qui etiam & nos dignatus es vocare in viam tuæ pietatis. Et dixerunt impio: Festina explere, quod in nobis cœpisti, eò quòd & nos vocatæ sumus in regnum cæleste. D

f
laniatâ carne, lac pro sãguine fundũt:
g
animãtur ab Angelo:
mittuntur in fornacẽ, quæ extinguitur:

12 Tunc iratus ille dedit in eas sententiam. Et tollentes eas iniquitatis ministri duxerunt ad præfinitum locum. Sanctæ verò mulieres deprecabantur eos parcere eis *h* orare; & flectentes genua dixerũt: Quis Deus magnus sicut Deus noster, qui nos separauit à tenebris, & vocauit in hanc lucem dulcissimam? Et ideò petimus te, magne & terribilis Domine Deus noster, vt cõnumerare nos dignetis primæ Martyri tuæ *i* Theclæ; suscipiens preces beatissimi Patris nostri Blasij, qui nos edocuit in hoc glorioſum martyrium, & ad possessionem vitæ æternæ peruenire. Et hæc orantes, & surgentes à terrâ expandentes manus suas ad cœlos, & prospicientes oculis & mundo corde, vnanimes dixerunt: Gloria tibi Domine Deus noster, qui nos dignatus es in hoc tuo sacrificio sistere, sicut oues: suscipe ergo animas nostras coram sancto & cælesti tuo sacrificio. Infantes verò illi præcurrentes, ad eorum matrem dixerunt: Coronæ vestræ præparatæ sunt apud cælestem Dominum Deum nostrum. Commendate etiam nos sancto & fortissimo Christi Martyri Blasio Episcopo & Patri nostro. Iniquitatis autem ministri E truncabant capita sanctarum septem mulierum: & sic migrauerunt ad Dominum truncatis capitibus propter veram fidem Domini nostri Iesu Christi. *k*

morte damnantur:
h
orationẽ factã,
i
plaudentibus 2 pueris,
occidũtur.
k

a *Græcè,* σφάξωσιν αὐτὰς μολίβδῳ eos plumbo obsigna.
b *Mombr.* procedentes. *MS. Gladb.* præcedentes. *Camillus Tutinus scribit, Tyrannum vltro iussisse deduci eas in montem lacui vicinum, & nisi statuã Iouis, quam ferebant lictores, adorarent, saxu singularum collo alligatu, in lacum eas proiici. & cùm ipsa statuam contemplandam poposcissent & in lacum abiecissent; ipsas quoque in eum proturbatas, sed illæsas exiisse.*
c *Græcè,* καὶ ἐπὶ συμψίλια χαλκᾶ πυρωθῆναι *Lipom.* & septem æneas laminas candefieri. *Bellouac.* laminas *ac deinde* loricas *vocat.*
d *Metaph.* splendidum autem linteum expandi in alio loco. *Bellou.* & septem camiseas lineas in alio loco poni. *ac mox* vestes lineas *vocat.*
e *Camillus Tutinus scribit, postquàm pectinibus ferreis discerpta fuerant, indutas tunicis ferreis ignitis, collocatasq; in sedibus itidem è ferro & ignitis. Acta prima non explicant fueritne hoc illis admotum tormentum, an solùm eius intentatus terror. Tutino vtcumque consentiunt Acta ex MS. Baronij.*
f *MSS. Gladb. & S Max.* guttabant.
g *MSS Martini Treuiris,* saluantes. *MS. March.* liberauerunt eas de periculo. *Græcè* διεφύλαττον, curantes. *Tutinus scribit,* Angelum *cæleſti vnguento earum plagas subitò persanasse.*
h *MS. Marc.* vt orarent. i *De S.* Theclâ *agemus* 23 *Sept.*
k *In Græco est* , ἐτελειώθησαν ἐν κυρίῳ, finitæ sunt in Domino. *Heruetus vertit,* & occultè fuerunt consummatæ. *legit* ἐν κρυπτῷ. in occulto. *Addit Bellouac* Illarum autem septem mulierum quando decollatæ sunt, animæ de corporibus prodire tamquàm Virgines de thalamo visæ sunt; omnes autem monilibus refulgentes, & ad cælos quasi alarum remigio peruolantes. *Idem alijs verbis habet S. Antoninus. & Petrus Natal. Tutinus solùm habet,* visas egredi animas, immenso cinctas splendore.

CAPVT IV

S. Blasij & duorum puerorum cædes.

13 IN tertiâ verò processione sedens pro tribunali iniquitatis Dux, iussit sibi præsentari beatissimum Episcopum Blasium. Et adducto eo, dixit ei: Vel nunc adoras deos, an non? Respondens autem Martyr Christi, ait ei: Impie, cæcus es, & non vides lumen Dei verum. Nam quis hominum aliquando cognoscens Deum verum, idola adorat? Tu autem inique & ob- *S. Blasius, contemnẽs Præsidis minas,* scure, scito quòd Deum verum dereliquisti, & lapides adoras. Nam ego non *a* dubitabo minas tuas. Vt ergo vis, ità exerce in me. Carnem quidem meam tradam tibi; nam animæ meæ Deus habet potestatem. Respon- *a*

dens

AVCTORE ANONYMO Ex MSS. D

dens verò Præſes, dixit S. Blaſio: Si te iactauero in lacum, quid te poterit adiuuare, quem dicis Chriſtum, quem & adoras? Sanctus autem Chriſti Martyr ait illi: Ecce & execrabiles dæmones adoras, & ſperas ſaluari: & ego Deum viuum & verum adorans, in æternum credo ſaluus eſſe: & nunc edoceam te in hac aquâ Dei mei virtutem. Tunc iuſſit impius ille mitti eum in lacum. *b* Ipſe verò procedens ſignauit aquam, & mox ſtetit *c* ſicut arida. Et ſedens in medio lacus, dixit ad miniſtros iniquitatis: Si habetis deos, oſtendite virtutem eorum, & introite & vos huc. Et ingreſſi *d* ſexaginta quinque viri, mox dimerſi ſunt in profundo aquæ. Angelus autem Domini deſcendens ad B. Blaſium, dixit ei: Gloriosè egredere, & ſuſcipe præparatam tibi à Deo coronam. Tunc ſurgens B. Blaſius ab aquâ, & ambulans ſicut in aridâ egreſſus eſt: & apparuit lux magna ante faciem eius, vt etiam admirarentur omnes qui videbant eum.

proiicitur in lacum: *b* *c* *ſubmerſis militibus,* *d* *educitur ab Angelo,* *luce circumfuſus:*

14 Impius verò dixit Chriſti Martyri: Intantùm decreuiſti, vt non adores deos? S. Blaſius dixit: Cognoſce miſer, quòd Chriſti ſeruus ſum, & non adoro dæmones iniquos. Tunc iratus ſæuiſſimus ille dedit in eum ſententiam, dicens: Qui me contempſit, & *e* Imperio contradixit, deoſque inhonorauit, & ſexaginta quinque viros perdidit, capite truncetur, vnà cum duobus illis *f* puerulis. Sanctus autem Blaſius orauit dicens: Domine Deus meus, qui me liberaſti ab idolis, qui de tenebris lucem feciſti; Deus virtutum, qui ſedes ſuper Cherubim, & aperis cataractas cælorum, qui expandis arcum tuum in manu tuâ, qui diabolum percuſſiſti, & draconem interfeciſti; exaudi me ſeruum tuum: & ſi quis procidens adorauerit hoc ſacrificium, qualiſcumque ſpina, aut etiam os in guttur cuiuſcumque perſonæ impegerit; ſi etiam & in diuerſas infirmitates inciderit; ſiue in tribulationem aut periculum, aut ſi perſecutionem patitur; ſuſcipe, quæſo, petitionem fideliter petentium te, Domine. Hæc autem eo orante deſcendit nubes de cælo, & infulſit in eum, dixitque ei Dominus: Omnem petitionem tuam adimplebo, athleta dilectiſſime, non tantùm hæc, ſed & ſicut viduæ illi, ſicut oraſti, faciam & benedicam omnem domum perficientium memoriam tuam. Hortea verò eorum replebo omnibus bonis, propter tuam bonam confeſſionem, & fidem quam in me habuiſti.

addicitur morti: *f* *orat pro iis qui ſe inuocabunt:* *g* *Chriſtus in nube ſpondet facturum ſe quæ orârat:*

15 Et hæc loquente Domino Ieſu athletæ ſuo, mox *h* ſpiculator eiiciens beatiſſimum Martyrem Chriſti Blaſium, vnà cum duobus illis puerulis, à prætorio, amputauit capita eorum in Sebaſteâ ciuitate, *i* foris muros, ſuper quemdam lapidem, menſe Februario die tertiâ. Accipiens verò quædam mulier prudens & Deũ timens ſancta eorum corpora, nomine *k* Eliſſa, repoſuit in quo defuncti ſunt loco pariter. In quo loco mirabilia Domini noſtri Ieſu Chriſti exuberant vſque in hodiernum diem.

h *plectitur capite, cũ 2 pueris:* *i* *ſepelitur:* *k* *miraculis claret:*

16 *l* Audiens verò beata illa anus tranſitum ſancti Martyris Chriſti, expleuit memoriam eius iuxta intentionem, quam fecit in carcere: & non tantùm illa mulier ex fructibus terræ afferebat benedictionem in reliquum; ſed etiam omnes amici eius: qui iuxta eius traditionem facientes, benedictionis gratiam iterum in tempore eodem reduxerunt, non tantùm eidem fideli viduæ, ſed etiam & omnium eorum amicorum. Traditum enim eſt hoc vſque in hodiernum diem omnibus fidelibus, perficientibus memoriam beatiſſimi & glorioſi Chriſti Martyris Blaſij, cum lampadibus, & hymnis, & gloriâ indeſinẽter. Paſſus eſt enim beatiſſimus Chriſti Martyr Blaſius in Sebaſteâ ciuitate, imperãte Agricolao, regnante autem in nobis Domino noſtro Ieſu Chriſto, cuius eſt honor & gloria in ſempiterna ſecula ſeculorum, Amen.

l *peragitur anniuerſaria eius memoria.*

a *Græcè,* ἀ φοβηθήσομαι. non metuam.
b *Addit MS. Baronianum infrà,* marmoreo pondere ad collum ligato demerſum.

c *Idem* aquam *ait* glaciali ſoliditate concretam.
d *Metaph. Bellouac. Turin. 68. MS. Baron* quidam.
e *Metaph* Imperatorem contempſit.
f *Hos quoque ab Agricolao, priuſquàm ſententiam ferret, interrogatos, generosè illi reſpondiſſe, habent quarta Acta ex MS. Baronij. Bellouac. ait hos in carcere baptizatos à S. Blaſio.*
g *Metaph.* quicumque ad hanc aram ruam acceſſerit.
h Gr. ὁ σπεκουλάτωρ. i Gr. ἔσω τῆς πείχεως. intra mœnia.
k *Mombr.* Eliphea *MS. S. Max.* Heliſea. *Metaphr.* fideles & pij viri.
l *Deſunt cetera Mombritio.*

II ACTA

AVCTORE ANONYMO,

ex MS. Eccleſiæ S. Martini Vltraiecti.

CAPVT I

S. Blaſij virtutes, miracula in brutis ac hominibus curandis, comprehenſio.

1 EMpore Licinij Imperatoris, qui Conſtantini Auguſti ſororem habebat, & rerum ſummam in Oriente tenebat, dira in Chriſtianos perſecutio facta eſt. Nam, vt in Tripartitâ *a* hiſtoriâ refertur, Licinius bello à Conſtantino fugatus, cum priùs ſectator fuiſſet dogmatis Chriſtiani, mutatâ voluntate, plurimos Sacerdotum in ſuæ partis afflixit imperio: multos quidem & aliorum, præcipuè tamen de collegio militari. Erant autem & in Sebaſteâ plures, quos huius nominis titulus ligabat; & ideò perſecutionis tempeſtas eos inuoluebat. Inter quos, vt in Paſſione eorum legitur, præcipui erant quadraginta *b* Milites, qui ſub Agricolao Cappadociæ Præfecto & Duce Lyſia famoſiſſimum pro Chriſto martyrium compleuerunt. Horum exemplum plures alij ex vtroque ſexu ſecuti, non ſolùm viri, ſed, quod magis mirum eſt, mulieres quoque, in Dei amore, in fide Catholicâ, ac veritatis confeſſione vſque ad mortem & ſanguinis effuſionem perſtiterunt.

E *a* *Licinio Imp. Eccleſiã perſequente, præſertim Sebaſteã;* *b*

2 Verumtamen omnium, qui ibidem eo tempore paſſi ſunt, primus & dux quidam & ſignifer erat Blaſius Epiſcopus. Hic antequàm Epiſcopus factus eſſet, medicinæ artis peritiſſimus fuit. Sed Deus omnipotens, qui de piſcatoribus Apoſtolos, & de medico Euangeliſtam fecit; etiam hunc à corporum medicinâ ad animarum curam transferre dignatus eſt. Siquidem omnes qui in Sebaſteâ erant, tam Clerus quàm populus, vitæ eius ſanctitate, & morum modeſtiâ delectati; vnanimi conſenſu, & voto concordi, eum eiuſdem ciuitatis Epiſcopum elegerunt. Factus autem Epiſcopus, ſe ſummum ſacerdotium meruiſſe, & meritorum excellentiâ, & doctrinæ gratiâ, & miraculorum ſignis declarauit. Erat enim vir magnæ humilitatis, miræ patientiæ, ſummæ pietatis, mente ſanctus, corpore caſtus, actu innocens, eloquio purus, verbis verax, moribus modeſtus. Ita verus veri Dei cultor erat, vt de S. Iob legimus, vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & ab omni penitùs malo recedens.

Blaſius, ex medico Epiſcopus, F *vir ſanctiſſimus;* Iob 1.

3 Verùm quia grauis perſecutio imminebat, iuxta Dominicum vel exemplum vel præceptum, perſecutorum gladium declinans, in quemdam montem, qui Argei vocatur, ſeceſſit: vbi quamuis humanâ frequentiâ deſolatus eſſet. Diuinâ tamen conſolatione non eſt deſtitutus: Nam & crebris à Domino viſionibus fouebatur, & anachoretis, quibus ſolatium plerumque Dominus concedere dignatus eſt, nequaquàm inferior, ferarum tamen acceſſione ſuam ſolitudinem conſolabatur. Vndique enim per montis circuitum ad eius ſpeluncam, quaſi Domino obſecuturæ, confluebant:

latet in monte; *Diuinis viſionibus foueſur;* *accedentes beſtias ſanat, ac benedicit:*

Avctore anonymo, ex MSS

& ſi quidem aliquam ex illis contigiſſet moleſtiâ & dolore vexari, ab illo curam, tamquàm à vero medico, nutu quo poterant, poſtulabant: neque ab ipſo, priùs quàm manu impoſitâ & benedictione eius curâ perceptâ, diſcedebant. A

4 Eâ ib tempeſtate Agricolaus eiuſdem prouinciæ Præſes erat, immitis, ferox, crudelis, & ſecundùm *c* nomen ſuum agreſtis, atque Chriſtianis omninò infeſtus. Is munerum die, quo munera militibus dantur, & honores tribuuntur, agreſtes feras *d* ad ſpectaculum vulgi plurimas congregari iuſſit. Cumque venatores, quibus captio beſtiarum iniuncta fuerat, montem protinus, qui his maximè abundabat, conſcenderent; & nulquam vllam, vt non dicam capere, ſed nec vlu comprehendere quidem poſſent; montem circumquaque luſtrantes, ad vltimum venerunt ad locum vbi S. Blaſius in ſpeluncâ poſitus, ſedulum Chriſto quotidie officium exhibebat. Vbi cùm multitudinem ferarum oſtio quidem ſpeluncæ aſſiſtere, nec tamen eorum aduentu exterritas moueri de loco vidiſſent, conſternati & nimio pauore conterriti ad inuicem dixerũt: Quidnam hoc vult eſſe? Neque enim tanta beſtiarum multitudo ſine cauſsâ in vnum locum congregata, noſtro non terretur aduentu. Itaque propiùs accedentes & B diligentiùs rei veritatem perſcrutantes, inuenerunt S. Blaſium in ſpeluncâ orationi vacantem. Quem nec appellare quidem auſi, feſtini cum tremore & reuerentiâ diſceſſerunt. Itaque ad Præſidem infecto negotio reuerſi ea quæ viderant nuntiauerunt.

c à venatoribus inuentus

d

in ſpeluncâ orans,

5 Tunc Præſes iratus miſit & alios plures cum illis, vt diligentiùs inueſtigarent, ſicubi aliquos in monte Chriſtianos inuenire poſſent; & ſibi vnà cum S. Blaſio exhiberent. At illi iuxta imperium Præſidis montem hinc inde circueuntes, poſtremò ad locum vbi S. Blaſius degebat, venerunt: quem cùm more ſibi conſueto in oratione poſitum inueniſſent, dixerunt ei: Egredere Blaſi, Præſes vocat te. Ad hæc ille animo intrepido, & vultu ſatis hilari, Si Præſes, inquit, filioli, me vocat, eamus ſimul, & in nomine Domini properemus: Nunc quippe mei memor eſſe Dominus dignatus eſt. Nunc eſt tempus acceptabile, in quo à vinculis corporis huius abſolui & ad Chriſtum venire debeo. Tertiò mihi Dominus apparuit hac nocte, dicens: Surge Blaſi, & *e* mone tibi ſolitò hoſtias offerre memẽto. Et nunc, filioli, benè veniſtis, & gratum mihi admodùm nuntium pertuliſtis. Eamus ergo feſtini, & ſit ipſe nobiſcum, qui mei corporis hoſtiam deſiderat Dominus meus Ieſus Chriſtus. His dictis, nihil moratur, & in Domino de ſuâ vocatione gauiſus, ſimul perC rexit cùm eis

citatur ad Præſidem,

e triplici apparitione præmonitus:

6 Iamque fama aduentus eius contigua loca peragrauerat, & gregatim in eius occurſum paganos contraxerat. Adducebantur hinc inde paruuli, quos ab eo benedictionis gratiam conſequi exoptabant. Iacebant omnes plateæ, per quas iter habebat, languidis & debilibus plenæ, qui eius meritis ſaluari & confidenter credebant & ſupplices exorabant. At ille ſingulorum miſertus, ſingulis etiam manus imponens, & paruulos benedixit, & morbidos ſanauit. Igitur Pagani tot ac tanta miracula videntes, quæ per eius orationes Dominus faciebat, nonnulli conuerſi ſunt ad Dominum per ſua ſancta monita.

in itinere agros benedictione ſanat, præſertim paruulos;

quoſdam miraculis conuertit:

7 Neque hominibus tantùm S. Blaſius in variis languoribus & diuerſis curam impendebat, ſed & beſtiis & iumentis, & læſis ſuccurrebat, & noxiis imperabat. Siquidem ad vtrumque teſtimonium duo ſunt præclara ſatis miracula in præſenti itinere geſta. Erat in illis locis mulier quædam, quæ vnicum habebat filium. Hic dum piſcem manducaret, oſſiculum piſcis gutturi eius inhæſit, quod nequaquàm vllâ potuit inde ratione ſine eius periculo euelli. Cumque præ dolõre iam morti vicinus eſſe videretur, anxia mater huc illucque diſcurrere, & filij cruciatus ſuos putare cœpit. Quò ſe verteret, quid faceret, prorſus incerta manebat. Interea contigit B. Blaſium ibidem cùm militibus, qui eum ducebant, tranſitum habere. Itaque famâ virtutum eius auditâ, mulier filio vlnis impoſito, feſtina ad eum cucurrit, & fide plena puerulum ante pedes eius proiecit: ſimulque & ipſa pedibus eius prouoluta cum lacrymis & eiulabũda clamare, & ita orare cœpit: Miſerere mihi, Sancte Dei, miſerere Saluatoris Ieſu Chriſti ſerue, miſerere viſceribus meis, miſerere filio, miſero mortis genere periuro. Vnicus enim eſt, & ſi quid ei aduerſi acciderit, me magis cruciabit; me, inquam, miſeram matrem ampliùs torquebit; vt iam quoque me matrem eius non exiſtimem. Cumque ei indicaret, quomodò piſcis oſſiculum, dum comederet, gutturi eius inhæſiſſet; miſertus matris S. Blaſius, miſertus & pueri, manum ei impoſuit, & guttur Dominicâ Cruce ſignauit. Poſt hæc oculis ad cælum eleuatis, ita orauit, dicens: Domine Ieſu Chriſte, quem corde credo, ore confiteor, pro cuius nomine ducor ad mortem, Deus omnium exauditor & ſaluator; tu, qui omnium voluntatem timentium te facis, & deprecationem eorum exaudis, & ſaluos facis illos; exaudi me, quamuis indignum & peccatorem, ſeruum tamen tuum, pro huius mulieris orbitate, & iſtius pueri ſaluatione orantem. Exaudi me, & oſſiculum gutturi eius E infixum omnipotenti tuâ dexterâ, & tuâ inenarrabili virtute euelle: ita tamen, Domine, vt & aliis eius ſaluatio proſit. Nam quia tu Deus diues es in omnes qui inuocant nomen tuum, & das omnibus affluenter; petò vt ad tui nominis gloriam, & audientium ſalutem, & huius tuæ virtutis teſtimonium, inſuper venturis quoque ſeculis huius virtutis effectus perſeueret. Peto enim, Domine, vt ſi cui aliquando ſimilis paſſio contigerit, ſiue homini, ſiue volatili, ſiue iumento, ſi quis tui nominis memor, tuum nomen cum fide, ſub commemoratione & patrocinio nominis mei, inuocauerit; ne ſubtrahas opem tuam, ſed ad iuuandum feſtines. Hac oratione completâ, puerum priſtinæ ſanitati reſtitutum reddidit matri ſuæ.

D

à matre oblatum,

ſigno Crucis

& precibus ſanati

omnibuſque ſe in tali neceſſitate inuocaturis, opem à Deo precatur:

8 Ita cum itineris progreſſu, & opinio ſimul eius creſcebat. Iam namque & in Nicopoli, quæ non longè *f* à Sebaſteâ diſtabat, cognitus erat. Erat ibi mulier quædam vidua, ſenex & paupercula. Hæc magis in ſubſtantiolâ non habebat niſi vnum tantummodò porcum: ſed lupus de improuiſo ex ſiluâ adueniens eum abſtulit, & ſiluas denuò petiuit. Illa videns totum pene victum ſuum in porci damno ablatum ſibi fuiſſe, S. Blaſij, qui eo ibidem momento ſuperuenit, opem contra lupi rapinam poſtulauit. At ipſe, vt ſemF per omnibus in ſuis neceſſitatibus compatiebatur, & huius miſertus, dixit ei: Noli mulier contriſtari: porcus tibi tradetur. Ecce enim lupus per iter, quo venerat, recurrens tuum porcum tibi illæſum reducet. Nec mora: dicto citiùs ſermo illius adimplebitur. Necdum quippe verba finierat, & ecce lupus anhelans recurrit, & porcum ante pedes mulieris illæſum proiecit: & illicò cum feſtinatione diſceſſit.

f vidua Nicopolitana porcum à lupo reſtitui facit

puerũ oſſiculo piſcis gutturi inhærente, periclitantem.

a *Hæc in hiſtoriâ Tripartitâ lib. 1 cap. 8 referuntur. Agunt de Licinio Euſebius fusè in hiſtor. Eccleſ. & Vitâ Conſtantini; Socrates lib. 1 cap. 1 & 2 Sozomenus, & alij.*

b *Horum Acta dabimus 9 Martij.*

c Ἀγρι῾ος enim agreſtem, aſperum, truculentum *ſignificat.*

d *Vide poſt cap. 1 Act. 1 annot. f.*

e *Acta Baromana habent Miſſam celebraſſe priuſquàm milites venirent.*

f *Imò longè ſanè diſtabat, neque enim tantùm aberrare Peutingeriana tabula queunt, in quibus iter eſt* Senaſtiâ XXIII Comaſſa XV Doganis XXV Megalaſſo XXII, Meſorome XIX Nicopolin.

CAPVT

CAPVT II

Tormenta. beneficentiæ remuneratio.

datur in cuſtodiã:

9 POſt hæc B. Blaſius ingreſſus ſimul cum militibus Sebaſteam, quæ eſt Cappadociæ metropolis, illo quidem die Præſidi non eſt præſentatus: præcepit enim eum interim in carcerem mitti. Alterâ enim die ſedens pro tribunali iuſſit ſibi eum præſentari. Qui dum exhibitus ei fuiſſet, primò blandis eum ſermonibus appellare, & ſalutationis verbo lenire tentabat,

deos ridet:

dicens: Gaude Blaſi, amice deorum. S. Blaſius dixit: Gaude & tu, optime Præſes. Quod tamen gaudium tibi de cælo adminiſtrabit ita Deus, ſi illos, quos dicis deos, non deos ſed dæmones eſſe dicas: nam ſimulachra iſta aurea & argentea dij non ſunt, ſed dæmonum latibula: & ſicut vos ex metallo vt eos formare poſſitis, ea igne conflatis; ſic ipſi viciſſim æterno incendio pariter cùm ſuis cultoribus cremabuntur. Et ideò, Præſes, amicus eorum eſſe non poſſum, ne ſimul cum eis flammis gehennalibus tradar. Ad hæc S. Blaſij verba

caditur fuſtibus,

Præſes iratus iuſſit eum fuſtibus cædi. Cumque diutiſſimè cæſus, neque vocem emitteret, neque colorem

vultu non mutato:

B vultus mutaret, conuerſus ad Præſidem, dixit: Mirote, Præſes, exiſtimare iis me flagellis alienari poſſe ab amore Dei, & fide Saluatoris Ieſu Chriſti. Nam licet vt deceptor animarum ſimplicioribus quibuſque perſuadere, & infirmioribus pœnis fidem ſuam extorquere poſſis; mihi tamen non potes. Certus ſum enim, quia neque tormenta, neque ipſa mors poterit me ſeparare à caritate Dei. Habebo enim corroboratorem meum & ſaluatorem ipſum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei viuum. Iamque tortores cædendo defecerant, & Martyr patiendo non defecit. Sed cùm Præſes videret ſe nihil proficere, ſed ipſis quodammodò verberibus fortiorem eum fieri; dimitti eum & iterum in carcerem retrudi iuſſit.

deficientibus tortoribus, remittitur in carcerẽ:

10 Audiens autem paupercula illa, cuius porcum à lupo iuuaſum S. Blaſius ſibi reſtitui fecit, eius in pœnis patientiam, & in fide perſeuerantiam; eumdem porcum occidi fecit, & cocto capite eius & pedibus, & diligenter cùm terræ fructibus ſimul in vaſculo reponens, cum luminaribus ad eum properare cœpit: & dato munuſculo carcerario, in carcere ad eum intrauit, & iſta pro benedictione obtulit. Illè verò eius deuotione & tam piâ voluntate delectatus, in Domino gauiſus, de cunctis quæ attulerat cùm gratiarum actione guſtans, ita ei futura pandens, & ſui memoriam

cibo recreatur à viduâ:

C facere petens, allocutus eſt; Scito, inquiens, mulier, iam corporis mei diſſolutionem inſtare: & me quantocyùs bono certamine certato, curſu conſummato, fide ſeruatâ, ad Dominum per martyrium eſſe tranſiturum: & ideò mei agonis triumpho peracto, luminaria in huius facti exemplum in mei memoriam ſuccende: & ſi qua ad victum pertinent pro facultate tuâ pauperibus diſtribue & egenis. Deus autem meus, qui dixit, quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, qui ad preces ſerui ſui Eliæ fecit vt viduæ illi pauperi farina in hydriâ non deficeret, nec oleum in lecytho minueretur; ipſe domui quoque tuæ faciet numquàm neceſſaria deeſſe, ac te & in præſenti & in futuro bonis affatim omnibus abundare. Inſuper & ſi quis tuum exemplum imitatus, ſimilia in mei memoriam fecerit, ipſi Dominus bonorum omnium auctor & hîc temporaliter retribuere, & in futuro vitam æternam condonare dignetur. Cum his vel promiſſis vel mandatis mulier dimiſſa, ad domum ſuam cum gaudio reuerſa eſt, glorificans & benedicens Deum in omnibus mirabilibus & miſericordiis ſuis.

iubet eam ſui memoriam luminibus & eleemoſynis agere, Matth. 25.40 3.Reg.17. 16 *& mercedem, etiã temporalẽ, à Deo ſpõdet, ac omnibus eam imitaturis:*

11 Præſes verò iuſſit ſibi ſecundò in ſecretario tribunal præparari, & ibidem ſibi beatum Martyrem

videt deos,

Blaſium præſentari. Et adducto eo, dicit ei: Blaſi, vnum tibi elige è duobus, aut adora deos, & eris noſter amicus; aut certe, ſi hoc facere contempſeris, diuerſis & grauibus ſupplicijs ſubiacebis, & malâ morte damnaberis. S. Blaſius dixit: Iam tibi dixi, Præſes, deos non eſſe ſimulachra quæ colitis, ligna, lapides, æramenta, argentum & aurum, opera manuum hominum. Neque enim dij eſſe poſſunt, qui ab hominibus fiunt, & ipſi non fecerunt cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt: proinde & ipſi peribunt, & omnes qui confidunt in eis. Vnde neque ipſos adoro; neque tormenta, quibus me terrendum putas, expaueſco. Per illa quippe ad vitam æternam me peruenturum credo.

Avcto. re anonymo, ex MSS. D

& tormenta,

12 Tunc Præſes videns animum eius in Domino fixum, & mentem immutabilem eſſe, iuſſit eum in ligno ſuſpendi, & ferreos pectines, vnde lanæ carmentari ſolent, afferri; & inde dorſum eius & totum corpus diſcerpi ac dilacerari. Iam ſanguis decurrere, &

pectinibus ferreis diſcerpitur

carnes defluere cœperunt: iam & ipſi carnifices admiratione & lacrymis commouebantur: nec tamen in beato Martyre vllus doloris ſenſus poterat ſentiri. Denique conuerſus ad Præſidem, ecce hoc eſt, Præſes, ait,

exultans,

quod ex multo tempore deſiderabam, vt mente à terris ſuſpensâ, & corpus ſimul in altum ſuſtolleretur. Ecce iam caro ſpiritui conſentit, & ſpiritus aduersùs carnem non concupiſcit. Iam cælo vicinus terrena omnia & veſtra vobiſcum tormenta deſpicio. Idcircò verò

Deo confortante,

hæc tormenta formidare, vel quaſi grauia ſentire non poſſum, quia habeo, qui me confortat, Dominum meũ E Ieſum Chriſtum. Idcircò has pœnas viſibiles non pertimeſco: quia non æternæ ſed temporales exiſtunt. Nam æternorum intuitu, ſiue bonorum ſiue malorum, & bona veſtra & mala prorſus pro nihilò duco, ineffabile illud in cælis bonorum omnium expectans præmium, quòd nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparauerit Deus diligentibus ſe.

& æternorum cogitatione:

CAPVT III

Septem mulierum martyrium.

13 ITaque Præſes, cùm videret tam diris ſuppliciis eius in fide conſtantiam quaſi conualeſcere, & quodammodò augeri, deponi eum de ligno iuſſit, & iterum in carcerem tradi. Cumque lætabundus & Domino hymnum dicens, iret ad carcerem, ſeptem mulieres, quæ eius miraculis & doctrinâ atque conſtantiâ conuerſæ iam Chriſto credidêrant, ſequebantur eum. Nam neque tormenta Martyri inflicta, neque F Præſidem tam immitem, neque ipſos qui ducebant eum, reueritæ, guttas ſanguinis decurrentes, manibus & linteis ſuis excipiebant: & ſemetipſas inde aſpergentes, eius paſſionis & triumphi ſe participes fore exoptabant. Quod videntes qui B. Blaſium ad carcerem ducebant, comprehendentes eas, obtulerunt Præſidi, dicentes: Has, Præſes, Blaſium ad carcerem ſequentes, & ſe ſanguine eius aſpergentes, comprehendimus; & diligentiùs inquirentes cuius profeſſionis eſſent, Chriſtianas eſſe deprehendimus. Vnde eas tenentes veſtro conſpectui obtulimus, vt veſtro iudicio examinentur.

eius sãguine collecto ſe aſpergentes 7 mulieres,

comprehẽduntur:

14 Videns autem eas Præſes, interrogauit, ſi verè Chriſtianæ eſſent. Quod cùm ſe eſſe reſpondiſſent; Nolite, ait, vano hoc nomine & bona veſtræ perdere & vitam: quin potiùs acquieſcite mihi, & ſacrificate diis, quibus parentes veſtri & ſacrificauerant & ſacrificant. Reſpondentes dixerunt: Si vis Præſes, vt à Chriſti cultu à recedentes diis ſacrificemus, priùs purificari debemus. Euntes ergo ad proximum ſtagnum, ſecundùm morem facies noſtras & totum corpus lauabimus. Proinde iube dari nobis deos, quibus nos vis ſacrificare, vt poſtquàm purificatæ fuerimus, ibi ſtatim iuxta ipſum ſtagnum mundæ eis ſacrificare poſ-

rogata vt idolis ſacrificent,

poſtulant ſe cum iis ad ſtagnũ duci,

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

ſimus. Tunc Præſes lætitiâ repletus, & eas verè, vt dixerant, eis ſacrificare velle exiſtimans, plura deorum ſimulachra eis dari præcepit, miſitque milites ſimul A cum eis, qui eas & euntes & redeuntes obſeruarent, & quid de ſponſione facerent, prouiderent. At illæ acceptis deorum ſimulachris, miſerunt ea in ſaccos plumbo *a* repletos. Cumque ſimul cum militibus ad ſtagnum veniſſent, vbi maximam profunditatem eſſe ſciebant, ibi eos iactauerunt.

a in quod illa proiecsunt;

15 Verùm cùm Præſes hoc factum audiſſet, mente penè præ irâ alienatus eſt. Denique iratus mulieribus, iratus & militibus, dixit: In vanum vt video, vos ſimul cum eis miſi. Quare tantum ſcelus non prohibuiſtis? Quare Deos noſtros in profundum ſtagni iactari conſentiſtis? Reſponderunt milites & dixerunt: Hoc, Præſes, quod te deluſit, vt deos noſtros eis tradere iuberes, hoc nos decepit, ne eos mergi prohiberemus. Neque enim ſciebamus, quòd cum dolo tibi loquerentur mulieres. Siquidem putabamus, quòd verè eis, vt dixerant, ſacrificare voluiſſent. Mulieres dixerunt: Chriſtus noſter neque dolum facit, neque patitur: de eo quippe ſcriptum eſt: Qui peccatum non fecit; nec dolus inuentus eſt in ore eius. Cultores verò eius etſi B dolos plerumque patiuntur, non tamen faciunt: & ideò noli putare cum dolo nos tibi locutas fuiſſe, ſed cum deriſione. Neque enim putabamus te tam ſtultum fuiſſe, vt credere poſſes nos vnquam à Chriſti cultura cedere, & idolis ſacrificare poſſe. Idcircò quòd tu vel milites tui decepti eſtis, non noſtræ dololitati, ſed veſtræ ſtultitiæ imputare debetis: quin potiùs veſtri vobiſcum dij & dolos patiuntur & faciunt. Et de vobis quidem certum eſt, quòd dolos ſicut aliis facitis, ſic viciſſim ab aliis patimini: dij autem veſtri, ſi dolos non paterentur, præcauerent ne mergerentur. Si dolos non facerent, ligna vacua, lapides fragiles, æra, argentum & aurum, pro Deo vero colere non perſuaderent.

1. Pet. 2. 22

non dolo id factum,

ſed eius ſtultitiæ quam irriſerunt,

16 Tunc Præſes nimiâ irâ repletus, caminum in conſpectu earum ſuccendi, &, ad maiorem terrorem eis incutiendum, pectines ſimul ferreos, quibus corpora earum diſcerperentur, & tunicas æreas, quæ eis igne candentes induerentur, afferri præcepit. Ad vltimum lineam coram ſe extendi iubens, dixit mulieribus: Iam quia verbis vos perſuadere nequeo, tormentis exquiro, quod linguâ non valeo. Igitur ad rectitudinem prioris fidei veſtræ oſtendendam, *b* ſuper hanc lineam ambulate, neque ad dexteram neque ad ſiniſtram declinantes, aut ſi hoc facere nolueritis, vel non valueritis, iſta tormenta omnia in vos expendam. Vna autem C ex eis, quæ ſecum habebat filios duos itidem in martyrij agone poſitos, audacter currens eamdem lineam tulit, & in ignem incenſæ fornacis miſit: Sic, inquit, Deus ab hac vitâ auferet, & in ignem æternum mittet omnes qui aut Chriſtum colendum non exiſtimant, aut deos adorandos cenſent. Tunc paruuli intelligentes matrem hac occaſione ad palmam martyrij eſſe peruenturam, vno ambo ore dixerunt ad eam: Noli nos, mater ſancta, noli in hac terrâ derelinquere, ſed ſimul tecum ad cæleſtia regna rape: & ſicut nos adhuc infantulos terreno pane aluiſti, ſic iam fortiores pane reple cæleſti, quem nobis ſæpius, vtpote filiis alludens, promiſiſti.

proposita tormenta vident;

b

pueris duobus matrẽ ſequi ad mortem optãtibus:

17 Tunc Præſes præ nimio furore iam ſemetipſum non capiens; nec diutius ferre ſuſtinens, ſuſpendi eas, & pectinibus ferreis carnes earum exarari imperauit. Mira valdè res & auditu rara. Ex vulneribus inflictis, militibus ipſis videntibus, lac pro ſanguine decurrebat: ſed & ipſa corpora earum tamquàm flamma fulgida, & vt nix dealbata erant. Angelus autem Domini de cælo deſcendit: & vulnera earum ſanans dixit: Iam benè inchoaſtis; nunc ad finem tendite certaminis. Sicut namque mercenarius à meſſe ſui laboris initium ſumens, mercedem à ſuo conductore accipit, ſi ante meſſis finem à labore non receſſerit; ita & vos iam pro Chriſto dura tormenta perpeſſæ, martyrij coronam D accipietis, ſi in Chriſti confeſſione perſeueraueritis. Qui enim vſque in finem perſeueraverit, hic ſaluus erit.

ferreis pectinibus lacerãtur, lacte emanante pro ſanguine, ipſa fulgentes, ab Angelo animãtur:

18 His prodigiis territus Præſes, deponi quidem eas de eculeo iuſſit; neque tamen à crudelitatis ſuæ ſæuitiâ ceſſauit. Depoſitas namque mox mitti in fornacem ignis ardentis mandauit. Vbi dum ſecundùm mandatum Præſidis miſſæ, ſine læſione ſui, ſine aduſtione veſtimentorũ, hymnum Domino dicentes, huc illucque deambularent; mox ignis extinctus eſt. Ita de fornace egreſſæ, auro ter cocto puriores, & argento ſeptuplùm colato nitidiores, omnium in oculis ſplendentes & niue candidiores apparuerunt. Omnibus itaque admirantibus, Præſes verecundiam, quam mente patiebatur, vultu diſſimulans, ait ad eas: Hoc magicæ veſtræ, quas Chriſtus veſter vos docuit, fecerunt. Sed iam has vanitates deponite, & vel ſerò deos noſtros adorate: ne, quod vltimum eſt, capitali vos ſententiâ damnem. Reſpondentes dixerunt: Neque Chriſtus noſter magicam docuit, neque ſerui eius magicam ſciunt: ſed quia omnipotens Deus per cultores ſuos quod vult operatur. Tu enim quod minaris verbis, oſtende & operibus: & quod pridem cœpiſti, quandoque agonis noſtri finem adimple. Nobis quippe dilationes tuæ ingratæ, nobis morulæ omnes longæ videntur, quia iam ad cæleſte regnum vocatæ, & ad noſtri certaminis coronam inuitatæ ſumus.

proiiciũtur in fornacem: igne extincto

exeunt illæſa & ſplẽdentes:

Præſidem id magiæ tribuentiẽ refellunt:

19 Tunc Præſes Agricolaus vehementer erubeſcens, quòd eas exuperare non poſſet, datâ ſententiâ, capite eas truncari iuſſit. His ſanctæ mulieres auditis, gratias Domino agentes, dixerunt: Gloria tibi, Chriſte, qui nos ad tuam miſericordiam vocare dignatus es, & pro tuo nomine pati tribuiſti. Ecce iam lætæ ibimus, ecce mortem pro tui nominis confeſſione alacres ſuſcipiemus; vt ad te, qui es vera vita, venire valeamus. Cumque ad locum vbi decollandæ erant, gratulabundæ properarent, pueri, quorum ſuprà mentionem fecimus, eas ſequentes, ad matrem clamare cœperunt, & dicere: Iam, Mater ſancta, veſtræ vobis coronæ ſunt præparatæ: ſed quare nos deſeris, aut cui nos derelinquis? Itaque commenda nos ſancto Martyri & fortiſſimo athletæ Chriſti Patri noſtro Blaſio Epiſcopo; vt quia cum matre non licuit, ſaltem cum Patre ad Chriſtum, & ad regnum cælorum peruenia mus. His cùm pueri querulis vocibus vnà cum eis ad locum ſuo triumpho præfinitum peruenirent; beatæ mulieres copiam orandi à lictoribus petierunt. Quâ acceptâ flexis genibus, & manibus ſimul cum oculis ad cælum eleuatis, hanc ſupplices orationem ad Dominum F fuderunt: Domine Deus, qui nos de tenebris & vtero matrum in huius mundi lucem venire feciſti; tu qui nos per ſanctum ſeruum tuum Blaſium ad tuæ caritatis notitiam de perfidiæ errore perduxiſti; te laudamus, te benedicimus, te glorificamus: quia nos ad hanc noſtræ glorificationis horam perducere, & ſanctorum Martyrum tuorum numero connumerare dignatus es. Quis enim eſt ſicut Deus noſter? Quis ſimilis tui in fortibus Domine? Quis ſimilis tui? Magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia. Et nunc Domine Deus, quia inter cetera mirabilia tua, nos ancillas tuas ita glorificare dignatus es, & iam tempus eſt vt ad te veniamus, quem credimus corde, quem ore confeſſæ ſumus, quem toto ſemper corde, ex tui nominis cognitione, deſiderauimus; tu noſtri corporis ſacrificium acceptum habere dignare: ſuſcipe nos ſicut oues occiſionis, ac ſanctæ Martyri tuæ Theclæ, quamuis minimas & indignas, in cælis coniunge. Suſcipe ſpiritum & animas noſtras, quas in manus tuas, Domine, nunc per merita & orationem ſancti ſerui tui Blaſij commendamus; qui primus nos ad tuæ veritatis cognitionem, & tui nominis confeſſionem perduxit. Paruulos quoque hos, fac huius ſancti Martyris tui ſolatium habere & ſimul cum eo ad tuam

morti adiudicata

exultant;

pueris orãtibus ſe S. Blaſio ab iis coimmendari:

gratias Deo agũt,

& propueru illis orante

A tuam miſericordiam peruenire Chriſte Deus noſter, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis & regnas per omnia ſecula ſeculorum. Cumque pueri reſpondiſſent, Amen; mox à ſpiculatoribus ſunt decollatæ pro Chriſto, & proprio ſanguine coronatæ, ad Dominum; pro quo paſſæ ſunt, migrauerunt.

a *Melius Metaph.* obſignatos.

b *Non videtur Auctor aſſecutus primi ſcriptoris ſententiam. Græcè apud Metaphr. eſt,* περιπατοῦσαι ἐν τῇ ὁδῷ. ambulantes in lineâ veſte.

CAPVT IV

S. Blaſij & duorum puerorum martyriam.

20 POſt hæc beatus Martyr Blaſius iterum à carcere reuocatur, iterum ad audientiam exhibetur, iterum tormentis ſubiicitur. Nam tertiâ iam ſeſſione Præſes ſibi tribunal præparari præcepit: vbi cùm S. Blaſius adductus fuiſſet, Præſes ait: Ad hoc te, Blaſi, iſto tempore diſtuli, vt aliquid, quod ad tuam vtilitatem pertineat, hac dilatione deliberaſſes. Accede B vel ſerò, & ſacrifica diis. Quod ſi non feceris, iam te
S. Blaſius videt deos, diutius non feram. Sanctus Martyr dixit: Cæcitatis tuæ tenebras, Præſes, non ſatis admirari queo. Miror quippe te lumen, quod in aperto eſt & omnibus patet, non videre. Si enim verum lumen vidiſſes, nequaquàm idola adorares. Si verum lumen vidiſſes, nequaquàm ligno, lapidi, æramento, argento & auro diceres: Deus meus. Quiſnam neſciat opera manuum hominum deos non eſſe? Si hæc deos eſſe neſcis, mitte in ignem, & cùm ligna conflagrata, lapides diſrupti, æra, argentum & aurum conflata fuerint; tunc eſſe vera quæ dixi comprobabis. Sed iam ſcio, quæ mihi propter tationem veritatis præpares tormenta: vnde quæuis tormenta, quæuis exerceas in me ſupplicia; ego nihil
& Præſidis minas, horum, Chriſto me confortante, timebo. Siquidem corpus meum in poteſtate habes: animam autem non habes. Sic enim ipſe Chriſtus Dominus meus dixit:
Matth. 10.28 Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potiùs eum timete, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam. Poteſt enim ipſe, cui ſeruio, qui in cælis eſt Deus, etiam corporaliter me, ſi vult, liberare de manibus tuis.

21 Præſes dixit: Et quomodò te Chriſtus tuus, vt dicis, Deus eruere poteſt, ſi te in ſtagnum profundum
proiicitur in ſtagnũ; demergi præcipiam? B. Blaſius dixit: Stulte, & ecce tu idola, imò dæmones adoras, & tamen in tuis neceſſi- C tatibus inuocas, & auxilium ab eis ſperas: & ego Deum verum colens & adorans, vnquam debeo de eius potentiâ diffidere, vnquam de eius adiutorio deſperare? Etſi enim dij tui, vt dicis, ibidem demerſi, inde emergi non potuerint; Chriſtus tamen meus etiam in hoc elemento ſuam tibi virtutem oſtendere poteſt. Neque enim eſt in aquarum ſubſtantiâ virtus eius inſueta. Nam, vt omittam quòd aquis per Spiritum ſanctum noſtra peccata abluuntur, & ipſe in corpore poſitus ſuper vndas maris tamquàm ſuper terram ambulauit, & ſanctum itidem Apoſtolorum Principem Petrum pendulis ſuper aquas veſtigiis ad ſe venire præcepit. Vnde qui Apoſtolo conceſſit, & mihi ſeruorum ſuorum minimo cõcedere poteſt. His dictis, cum Præſide & innumerâ populi multitudine venit ad ſtagnũ.
quo Cruce ſignato, nõ mergitur, Cumque Dominicâ Cruce aquam ſignaſſet, mox ad ſuſtinenda eius veſtigia tamquàm arida effecta eſt: & velut in terrâ, ita ſuper ipſas aquas currens, venit in medium ſtagni. Ibi reſidens, inde Præſidem, & omnem ſimul adſtantem populum allocutus eſt: Si eſt in diis veſtris aliqua potentia, vel ſi vobis in eis eſt aliqua confidentia, & vos aquas introite, & in nomine eorum ſuper ipſas ambulate, vt ita demum virtutem eorum oſtendatis. Ad hæc ſancti Martyris verba octoginta viri auxilium deorum inuocantes, aquas audaAVCTO: RE ANONYMO, EX MSS.
cter ingreſſi, mox in profundum demerſi ſunt. Angelus autem Domini de cælo deſcendit, & lux ſimul ſuper eum inenarrabilis refulſit. Et omnis populus, qui adſtabat, lumen quidem videre poterat, ſed Angelum præ nimio fulgore non cernebat. Angelus verò ad beatum Martyrem dixit: Egredere iam gloriosè, ad coronam tibi à Deo præparatam feſtina. Tunc ſurgens, iterum ſuper ipſas aquas tamquàm ſuper terram ambulauit. Cumque de ſtagno egreſſus, eſſet, omnis populus qui aderat, in luce, quæ apparuit ſuper eum, & in ſplendore vultus eius admirabatur.
D *merſis militibus idẽ fauſtè euenit:* *educitur ab Angelo, cum ingẽti luce:*

22 Præſes tamen tot miraculis viſis, nec ad parcendum Martyri flecti, nec ad credendum potuit adduci. Denique conuocato eo, dixit: Iam video, Blaſi, quòd decreuiſti, vt in obſtinatione tuâ perdures, & deos non adores. Vnde & me ſcias decreuiſſe ne iam tibi parcam, ſed vltimam in te ſententiam feram. Tunc iratus
adiudicatur morti cum 2 pueris: dictauit ſententiam in hunc modum: Blaſius, qui me contempſit, & Imperiali præcepto contradixit, deoſque inhonorauit, & inſuper octoginta viros aquis demerſos interfecit, ſimul cum duobus pueris, quos magicis ſuis decepit, capite truncetur.

23 His ſanctus Martyr auditis, de ſui agonis iam fi- E ne ſecurus, & Domino gratias agens vnà cum ſpiculatore & pueris ad locum ſuæ decollationi præſtitutum properare cœpit. Vbi cùm peruenisſet & orandi facultatem à ſpiculatore nactus eſſet, flexis genibus, & corde ſimul ac manibus, oculiſque ad cælum ſubleuatis, in hunc modum orauit: Domine Deus meus, qui me de idolorum errore ad tuæ religionis cultum reuocaſti; Chriſte, qui lux vera es, & omnem hominem ve-
orat pro iis qui ſui memoriã colent, nientem in hunc mundum illuminans, meæ quoque ignorantiæ tenebras illuminaſti; Deus virtutum, qui ſedes ſuper Cherubim, & cataractas cœli aperiens, das pluuiam ſuper faciem terræ, & in ſignum fœderis tui arcum tuum ſuper eam extendis; tu qui humani generis hoſtem diabolum pro nobis crucifixus ſubiugaſti, & vectem tortuoſum draconẽ antiquum exuperaſti; adeſto nunc mihi ſeruo tuo: exaudi orationem, quam pro tuo nomine decollandus ad te vltimam fundo. Adeſto omnibus, & iuſta ſingulorum vota perfice, qui ob mei ſerui tui glorificationem nomen tuum glorificauerint vel ob mei memoriam ad gloriam tui nominis aliquid fecerint. Si cuius gutturi oſſiculum inhæ-
præſertim in dolore gutturis aut aliâ neceſſitate; ſerit, vel aliquid fortè in gutture incommodi paſſus fuerit, & tuam cum fide opem, cum patrocinij mei inuocatione, poſtulauerit, ad eius virtutis teſtimonium, quam olim per ſeruum tuum feciſti, tu ei ſuccurre; & eum ab imminenti diſcrimine ſubleua. Si quis infirmi- F tate aliquâ prægrauatus, ſi quis in quocumque periculo poſitus, mei nominis memor fuerit, & tuum auxilium cum meâ interceſſione ſupplex implorauerit; tu & illum ab infirmitate ſana, & iſtum à periculo libera, & omnibus prorſus in ſuis tribulationibus, te per nomen meum fideliter interpellantibus, adeſſe dignare.

24 Adhuc Martyr in oratione iacebat, & ecce nubes lucida infulſit ſuper eum, & vox ſimul de nube inſonuit, dicens: Ego ſum Deus, qui te, athleta dilectiſ-
quæ voce Diuinâ è nube miſſâ, præſtãda à Deo intelligit: ſime, & glorificabo & glorificaui: proinde omnia quæ petiſti, iuxta ſingulorum fidem & vtilitatem, ego adimplebo. Ego in infirmitate, ego in periculo, ego in qualibet tribulatione poſitos, ſi cum tuo me orauerint patrocinio, aut in præſenti liberabo, ſi eos liberari expedit; aut in futuro vitam eis æternam condonabo. Sed & pauperculæ illius, pro quâ me oraſti, & omnium perficientium memoriam tuam, domum benedicam, & tam in præſenti eos temporalibus bonis replebo, quàm in futuro æternâ eos mercede remunerabo. Et his dictis ſimul cum voce nubes diſceſſit.

25 Et ita demum Martyr, ſimul cum duobus pueris, foras muros Sebaſtæ ciuitatis, capite truncatus eſt.
plectitur capite: Collegit autem corpora Sanctorum quædam mulier, nomine

AVCTORE ANONYMO. EX MSS.

nomine Helyſea, prudens admodùm & timens Deum; & in eodem loco, quo decollati ſunt, dignè repoſita pariter ſepeliuit. In quo loco innumera vſque hodie miracula, in diuerſarum infirmitatum medelâ, ad gloriam nominis ſui, & glorificationem ſerui ſui, Dominus operatur. Ita Martyr carceris maceratione, verberum flagellis, eculei ſuſpenſione, pectinum dilaceratione, aquarum diſcrimine, & poſtremò gladij percuſſione approbatus, & pluribus & magnis miraculis glorioſus, è terris ad cælos, ex hominibus ad Angelos, de mundo ad Dominum migrauit.

A *ſepelitur: miraculis, à morte claret:*

26 Audiens verò paupercula illa, quæ in carcere ad eum venit, glorioſum tranſitũ eius; iuxta Martyris præceptum, luminaria in eius memoriam incendebat; & cuncta quæ vel de carne vel terræ fructibus habere poterat, pauperibus & egenis diſtribuebat. Cuius exemplum monitis ſuis plures alij, vel ex parentelâ eius, vel vicinis vel familiaribus ſecuti, multa ex eo tempore in eius nomine & memoriâ pauperibus erogare cœperunt: & huius facti memoria etiam vſque in hodiernum diem perſeuerat. Nam ſemper annuo feſtiuitatis eius recurſu, in loco martyrij eius eleemoſynæ, & pauperum receptiones fieri, & lampades ac luminaria incendi, & hymni in eius honorem & Dei gloriam celebrari ſolent. Paſſus eſt beatiſſimus Martyr Blaſius Epiſcopus in Sebaſte ciuitate, ſub die tertio Nonarum Februariarum, ſub Præſide Agricolao, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt cum Patre ſimul & Spiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

recolitur eius memoria, cereis & eleemoſynis.

B

decoriantur, quidam flagris, verberibus & plumbatis afficiuntur, alij lapidibus obruuntur, alij flammis exuruntur, quidam ad exemplum Dominicum cruci affiguntur, alij multipliciter excruciati poſtremò gladiis transfiguntur. Quibus enim Chriſtus viuere fuit, & mori lucrum, dum hunc ſolum mentis oculis intendunt, hunc eſuriunt, ſitiunt, deſiderant, omnes qui inferri poſſunt corporum cruciatus paruipendunt. Vnde & corporibus eorum in pace ſepultis, nomen & gloria manet in ſecula, laudemq́ue eorum omnis concelebrat Eccleſia. D

2 De quorum omnium numero vnius præcellentiſſimi & penè incomparabilis viri, B. Blaſij paſſionem, iam antè quidem ſtylo memoriæ traditam, ſed minùs idoneè, ego, licet indignus, deuotus tamen laudator, mihi vendico explicandam: non de meâ quidem præſumens ſcientiâ; ſed in illius confiſus miſericordiâ, qui ora mutorum aperit, & linguas infantium facit diſertas. Quod ſi mihi aliqui velint imputari, quòd me maiora modumq́ue meum excedentia præſumpſerim, dent, rogo, veniam audaciæ. Quòd ſi eorum auctoritas id agere dignata fuiſſet, mea inſcitia eorum peritiæ libentiſſimè ceſſiſſet. Simul & nouerint me non ex proteruiâ, ſed ex debito laudem hanc quantulumcumque tali Patrono obtuliſſe, quippe qui de ipſis faucibus mortis erutus vitæ vigeo reſtitutus. Ego prout poſſum balbutienti linguâ propoſitum exordiar.

Auctor Acta S. Blaſij ſcribit, ab eo mortis periculo liberatus. E

C A P V T I

S. Blaſij virtutes, miracula.

3 IGitur beatiſſimus Martyr & fortiſſimus athleta Chriſti Blaſius Sebaſteæ, metropolis Cappadociæ, extitit indigena, nobili exortus patẽtelâ: ſed hãc carnis nobilitatẽ, excellentior mentis generoſitas per morum decorauit probitatem, & honeſtæ vitæ conuerſationem. Erat enim prudens, mitis, aſpectu iocundus, affabilis, caſtiente præcipuus, pietate & patientiâ præpollens; quem neque proſpera extollerent, nec aduerſa deiicerent; caritate diffuſus, miſericordiâ omnibus amabilis, diſcretione ſolertiſſimus, omnigenarum virtutum floribus exornatus. Rara tunc temporis in eadem, quam prædiximus, vrbe Chriſtianorum conuenticula erant: quippe in montibus & ſpeluncis & in abditis terrarum, violentiâ perſecutionis cogente, latebram fouebant Chriſtiani. Nam Licinius, quem Chriſtianiſſimus & totius religionis Imperator Conſtantinus Imperij collegam aſciuerat, ſibiq́ue pro morum probitate & primæ fidei pietate, ſorore ſuâ ei in matrimonium datâ, arctiùs deuinxerat, ad ſacrilegia paganiſmi prolapſus, fidei oblitus, in inuidiam eiuſdem Principis ſtatum Eccleſiarum, quem priùs omni ſtudio inſtauraverat, nunc grauiter turbando conquaſſauerat: & qui antè in perſecutores Chriſtianorum duriſſimè vlciſcebatur, ipſe nunc versâ vice perſecutionis crudeliſſimæ auctor & machinator efficitur: Eccleſias, quas à Galerio Maximiano & Maximino deſtructas ipſe propriis impenſis reædificauerat, diruit: Dei populum, & maximè Sacerdotes & Clericos, nouarum inuentor pœnarum, exquiſitis & inauditis cruciatibus afficit, nullũq́ue tutum conſiſtendi locum relinquit. At hi qui in Sebaſtiâ pauci numero remanſerant, cùm & ipſi inquantùm poterant, occultarentur, B. Blaſij in carne præter carnem viuentis conuerſationem cernentes, vnanimi conſilio pari conſenſu & electione Præſulem eum ſibi ſtatuẽre.

S. Blaſij patria, genus, virtutes.

Epiſcopatus quali tempore ei impoſitus? F

4 Quibus cùm aliquamdiu non ſolùm verbo prædicationis, ſed & ſanctæ vitæ exemplis irreprehenſibiliter præfuiſſet, eremi ſecreta cœpit meditari, crebris ieiuniis, ac ſuſpiriis, cum Dauid proclamans: Quis dabit mihi pẽnas ſicut columbæ? & volabo & requieſcã. Elongauit fugiens & manſit in ſolitudine: vt qui cum

latebra in monte:

Matthâ

In perſecutione multis cadentibus,

multis gloriosè certant.

C

IIII ACTA

AVCTORE ANONYMO,

ex MS. monaſterij Bodecen. Can. regular.

deſcripta à Ioan. Gamanſio Soc. IESV.

PROLOGVS AVCTORIS.

Matth. 13.8

1 CVm ab Apoſtolis Apoſtolorumq́ue ſucceſſoribus fundata per vniuerſum mundum Eccleſia nobiliter floreret, & iuxta Euangelicam ſimilitudinem iacto verſi Dei ſemine bona terra in aliis triceſimum continentiæ, in quibuſdam ſexageſimum viduitatis, in aliquibus centeſimum ſanctæ virginitatis fructum vbertim proferret; ad comprobanda etiam illa quæ ſecus viam & quæ in petroſis vel in ſpinis ceciderant; ad ſegregandas quoque à tritico paleas, Diuinæ examinationis ventilabro purganda interdum etiam permundabatur. In ſingulis denique vrbibus, vicis & regionibus, ex vulgi ſeditionibus perſecutionis immaniſſimæ procellâ ſurgente, non ſolùm fortioris ætatis viris & mulieres, ſed & decrepiti ſenes, & impubes pueri & puellæ comprehenduntur, tribunalibus Regum & Præſidum ſiſtuntur, ac primò quidem blanditiis, præmiis & honoribus ad denegandam fidem illiciuntur; deinde cunctis tormentorum generibus ante oculos expoſitis coguntur. Horũ quidam, vt arundo ventis agitata, mox ipſo pœnarum aſpectu territi cedere: alij poſt primam & ſecundam vel tertiam quæſtionem, vtpote fundamento ſuper arenã locato, ventis & inundatione impingentibus, miſerabiliter cadere, captioq́ue venanti Babyloniæ facti, diuitem dentibus eius prædam exhibere. At hi qui domus ſuæ fundamentum ſuper petram poſuerant, quot pœnarum ſuſtinuerunt genera, quæ lingua enumerare ſufficiat? Alij carceralibus tenebris damnati, fame & ſiti enecantur, alij viui

In perſecutione multis cadentibus,

multis gloriosè certant.

A Martha hactenùs in practicâ vitâ desudasset, iam cum
Psal.54.7 Mariâ theoriæ dulcedinem prægustare valeret. Reperto denique specu in monte Argæo, (qui vt Solinus perhibet, niualibus iugis arduus, ne æstiuo quidem à sole torrente pruinis careret) ibidem se contulit, solusque cum solo mussitans Deo, quamquàm ab omni humanæ visitationis se submouisset solatio; agrestium tamen ferarum accessu frequentabatur creberrimo: quarum si quæ alicuius malæ valetudinis incommodo laborarent, tamquàm intellectuali spiritu instigante, ad eum ferebantur, eiusque pedibus acclines medelam sanitatis, voce quâ poterant, precabantur. Quam cùm benedictione se consecutas esse sensissent, hoc ei beneficij, & quasi pro gratiarum actione rependebant, vt nequaquàm ab eo recederent; sed veluti patrono famulorum more iugiter assisterent. O beatum virum, non inferiori gloriâ Heliæ & Danieli comparandum! quorum vnus & ipse in eremo degens ferarum cohabitator, rapacium coruorum *b* ministerio pascitur: alter verò in lacum leonum proiectus, traditoribus suis ab eis coram se deuoratis, ipse illæsus & securus in medio eorum requieuit. In hoc scimus eis etiam eum præferendum, quòd non solum inter bestias commorabatur, sed & in ægrotantes eas non parua sanitatũ insignia operabatur. Tua Christe hæc sunt opera: pietatis tuæ hæc sunt magnalia. Et ô miseranda & lugenda hominum stultitia! En irritionabilia animalia expectandæ à Dei seruo sanitatis sensum habent: eâ consecutâ, ne velut ingrata videantur, officium pro posse rependunt: homines verò rationabiles, ad imaginem & similitudinem Dei conditi, obcæcatis mentium oculis, & induratis cordibus, nec Deum, nec Sanctos eius agnoscendo reuerentur; sed ligna & lapides ad auxilium sui inuocant, his salutem suam & beneficia à Deo concessa deputantes.

ferarum consortiũ,

curatio,

b

gratitudo:

B

5 His temporibus in eisdem partibus Agricolaus præsidatum agebat, qui omni belluâ immanior, secundùm possidentis & exagitantis se Sathanę voluntatem, genus Christicolarum grauiter deuastabat. Quodam verò die congregatis satellitibus suis & venatũ missis, cùm in montem Argæum deuenissent, casu ad S. Blasij latebras deuoluuntur. Cernentes autem immensum gregem ferarum in vnum conglobatum, vi timoris penè exanimes concidunt. Deinde recreato paullulùm spiritu, quidnam hoc miraculi sit, inter se submurmurant: & mox rei veritatem certiùs exploraturi, vacillante licet gressu, illò pertendentes, spelæum reperiunt, & sicut humanæ curiositatis mos est, introspicientes, athletam Christi orationibus incumbentem deprehendunt. Quo viso summâ cum festinatione ad Præsidem redeunt, quæque viderant, narratione subtili referunt. At ille inhumanùm pendens; & veluti lupus ad deglutiendam captam ouem rabie adactus, addito prioribus militum numero, morarũ impatiens eos abire quantocyùs vrget, omnia loca diligenti inquisitione perscrutari; & quoscumque Christiani nominis reperiant, sibi præsentandos pertrahi iubet. Haud segniores illi insanis parent præceptis, abeunteque spectũ pernici cursu ingrediuntur, sanctum virum adhuc precibus insistentem sic alloquuntur: Surgens proficiscere; præsidalis iussio te suis iubet exhiberi conspectibus. Qui ab oratione consurgens, lætissimo vultu, hilari voce eos resalutat, dicens: Benè & opportunè venistis, dulcissimi filij, gratulor de aduentu vestro, quia tempus meum iam adesse recognosco. Dominum enim meum Iesum Christum, cui seruio, quem solum verum Deum corde credo & ore confiteor, hac nocte

ilicante specũ exulcerãtibus,

vrsi reperti,

C

citatur ad Præsidem,

diuinitus præmonitus:

termis mihi vicibus vidi apparentem, meque consuetudinaria sibi holocaustomata litare præcipientem. Vnde ipsius me gratiâ vocari credens, intrepido & constanti animo, quò vultis, carissimi, pergam. Ipse mihi adiutor est; non timebo quid faciat mihi homo.

6 Et surgens eâdem horâ lætus & hilaris iter arripit cum eis, te Christe semper in ore, te præ cordis oculis habens, te futuri agonis adiutorem sperans & remuneratorem. Sed nec in ipsâ profectionis illius angariâ ab opere prædicationis vacabat. Siquidem quoscumque Gentilium poterat, admonitionibus & exhortationibus ad Christum pertrahebat, fidem dictorum, potentiâ signorum confirmante. Infirmos ab eis oblatos solâ manuum impositione sanare; omnigenisque morborum doloribus potentis fidei virtute occurrens, solius orationis medicamen impendere. Nec in hominibus tantùm, sed & in diuerso animalium genere, si quâ fortassis læsione, ea laborare contigisset, hanc sanitatis gratiam operari. De quorum innumerâ multitudine, filius viduæ cuiusdam testis ponatur, vt in hoc vno comprobetur, quod vel quantum tunc temporis contulerit, aut nunc & vsque in consummationem seculi, rectâ fide expetentibus misericorditer conferat. Isdem ergo puer dum vice quadam pistis edulio se reficit, subitò spinæ in gutture eius intolerabili cruciatu cœpit affligi, & violentiâ doloris paullatim, in deterius crescente iam iamque egressum animæ præstolari. Cuius mater dum eum vnicum haberet, eique veluti iam exanimato supremas exequias luctuosa pararet, cognito beatum Antistitem Blasium ibidem transire, fide forti, spe de sanctitatis eius meritis præsumptâ, obuia currit, pedibus aduoluitur, filium iam extremum halitum trahentem offert; ipsius casum suamque calamitatem cum lacrymis exponit, vt super se viscera pietatis & misericordiæ effundat, illum vitæ ac sanitati pristinæ restituendo, per Christum coniurat. At ille vtpote totus caritatis visceribus plenus, fidem mulieris perpendens, eiusque miseriæ compatiens, genua flectit, nec solùm pro præsenti puero, sed pro futuri temporis ægrotantibus, hanc ex intimo corde orationem Domino fundit: Domine Deus meus, Iesu Christe, qui propè es omnibus inuocantibus te in veritate, qui voluntatem timentium te facis & deprecationem eorum exaudis: adesto & mei humillimi serui tui precibus, & hunc pueruluin, ablatâ de gutture eius quâ angitur spinâ, matri incolumem redde. Precor etiam, Domine, vt ex hac horâ cuicumque hominum hanc incidere passionem contigerit, si per commemorationem nominis mei, clementiam tuam in auxilium sui inuocauerit, dicens: Domine Iesu Christe, verus Deus noster, per orationem serui tui Blasij festina in adiutorium meum, secundùm multitudinem miserationum tuarum ei fideliter succurre, & ab omni infirmitatis, quâ laborauerit, genere potenter digneris eripere. Quod si & diuersa animalium & volatilium genera, quæ humanis deseruiunt vsibus, tale quid corripuerit, nomenque meum super eis inuocatum fuerit; propitiare, Domine, petentibus, sanans ea, quia Deus misericordiarum & clemens tu es. Hæc cùm peroraset surgit, signumque Crucis gutturi eius imprimens, manu datâ eum subleuat, & incolumem matri, Deum iugiter collaudanti, reddit.

D

Auctor de anonymo, ex MS. in vitâ prædicat:

agros sanans manuum impositione & oratione,

etiã bruta:

sic puerũ, spinâ pisticâ gutturi inhærente, penè suffocatum sanat:

E

F

7 Iam fama nominis eius, sanctissimæque vitæ munditia, etiam per totam Nicopolim increbuerat. Siquidem pro arte medicinæ, quâ secundùm secularem scientiam non minimùm pollebat, ita iam etiam antè plurimis notus & amabilis extiterat. In vlteriora ita que progresso occurrit anus quædam pannis & annis obsita, quæ ad subsidia totius vitæ, quam pauperrimam ducebat, nihil præter vnam possidebat suem, quã lupus inuadens, tapacissimã expleturus ingluuiem, exportauerat. Amplectens ergo Sancti vestigia, casum suum lacrymosis et questibus intimat, & vt sui miseretur, ablatum sibi porcum restituens, miserabiliter efflagitat. Ille verò ioculariter hæc suscipiens, piè tristem consolabatur, dicens: Noli, paupercula, noli animum tuum mœrori inrãtùm dedere, quia quod amissum defles, propediem tibi reddi gaudebis. Et ecce lupus, quasi per hæc verba interdictum degustandæ, quam

porcum à lupo ablatum restituit:

AVCTORE ANONYMO, Ex MS.

quam rapuerat prædæ, audiſſet, eâdē horâ peruio curſu repedat, & ſine vllâ læſione integram illibatamque ſuem, cunctis videntibus, viduæ repræſentat.

A

a *Abeſt ea vox à Solino Salmaſij cap. 55. vt æſtiuo ſubſtantiuè dictum ſit pro æſtate.*

b *De ipſo quoque Blaſio ſcribit Bellouac.* Corui quoque ei alimoniam aſſiduè deferebant. *Idem tradit S. Antonin. Acta Baroniana habent, feras ei cibum attuliſſe, vti olim corui Eliæ ferebant, niſi malè ſint diſpuncta.*

CAPVT II

Tormenta S. Blaſio inflicta.

8 SAnctus autem Blaſius martyrij deſiderio flagrans, & cum militibus cœptum iter accelerans, mox vt ingreſſus metropolim Sebaſteam, Præſidi nuntiatur adeſſe, clauſtris carceralibus iubetur includi, & poſterâ die maturiùs eo ſurgente tribunalibus ſiſti. Quo præſentato, Agricolaus iuxta interpretationem nominis ſui (quodam enim ſic interpretante, Agricolaus dicitur *a* agreſtis blāditor) primò eum blandè, ſed fictè ſalutat dicens: Saluēris, Blaſi, pro deorum amicitiâ, quâ præpolles, omnibus honorande. Quem S. Blaſius hilari vultu eodem modo reſalutans ait: Saluēris & tu, Præſes illuſtriſſime. Nolo te intantùm falſitati dedas. vt, abſtrulis contra intuendam veritatem mentis oculis, eos deos dicas, qui opera manuum hominum os habent, & non loquuntur, & oculos, & non vident, aures, & non audiunt, &c. Nam quod loqui videntur, ad decipienda miſera hominum corda dæmones per eorum ora loquuntur. Caue ergo prudenter, ne ea tu colens & honorans, ſimilis eis fias; quia perpetuo tradentur igni cum omnibus qui confidunt in eis. Hanc eius præclaram confeſſionem Præſes furore cæcus non ferens, cùm eum fuſtibus mactari iuſſiſſet, nec diutiſſimè cæſus cederet, quin potiùs à Chriſto magis magiſque confortari fateretur, confuſus eum in carcerem recipi iubet.

a Præſidi interpellatè reſpondens,

B

cæditur fuſtibus:

9 Quod cùm pro certo, famâ vulgante, ſciſſet anus illa paupercula, cui pridie per ipſius iuſſionem lupus ablatam retuleràt ſuem; memor Dominici illius dicti, quia quiſquis dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ in nomine diſcipuli, non perdet mercedem ſuam, piæque deuotionis incitata voluntate, quod habuit, fecit, & eadem porcâ ſuâ occisâ, caput & pedes coxit: noctuque veniens ad carcerem ſecum detulit, & remuneratis cuſtodibus, vt ad Chriſti athletam ingredi permitteretur obtinuit, accensâque lucernâ ingrediens ei obtulit, vt ex his aliquid guſtare dignaretur, obnixis depoſcens precibus. Qui ſuſpiciens ad cœlum, immenſaſque Deo grates referens, comedit, danſque illi benedictionem pleniſſimam, vt iugem ſui memoriam habeat, hortatur: domum eius, vel omnium qui hoc ſequentes exemplum, ſui ſæpius memorarentur, cæleſtis benedictionis vbertate fœcundandas pollicetur. Cuius illa mandatum ſummâ cum veneratione ſuſcipiens læta ſe domi recipit; Deum pro glorioſiſſimâ confeſſione & ſuſtinentiâ Martyris ſui collaudans & glorificans. O verè diuitem huius viduæ paupertatem, & opulentiæ Croeſi Regis præferendam! O laudandam vetulæ fatuitatem, quæ etſi iam decrepita ſenſu poterat delirare, Euangelicæ tamen ſapientiæ ſe haud expertem hoc monſtrauit, dum de craſtino non cogitauit! O viduam illi Sareptanæ non incongruè comparandam, quæ dum pugillum farinæ, quem ſolum habebat, & parum olei, vt Heliæ eſuriem ſatiaret, eſuriens expendere non pertimuit, & ipſa cum filio à præſenti famis periculo liberari meruit, & meriti ſui memoriam in ſecula dereliquit. Hæc nec inferior computanda videtur illi Euangelicæ viduæ, quæ dum duo minuta, id eſt, quadrantem, in dona Dei miſit, Dominicæ vocis teſtimonio comprobata, omnibus, qui in

Matth. 10. 42

C

cibo vel creatur à viduâ, mercedē, etiam tēporalem, promittēs:

gazophylacium æs iactauerant, diuitibus præferri meruit; quia cùm hi omnes ex abundanti ſibi miſiſſent, hæc ex penuriâ ſuâ, totum quod habuit, dedit. Sic & hæc fidelis vidua fecit; quæ nihil aliud omnino, vnde viueret, præter hunc vnum poſſidens porcellum, vt ſancto Martyri carceralibus clauſtris damnato ſubueniret, nec huic vnico, quin potiùs nec ſibi ipſi pepercit: vnde nec recedet memoria eius, & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

D

10 Aliâ igitur die illuceſcente, Agricolaus tribunali in ſecundo ſecretario ſibi præparato eductum de carcere B. Blaſium præſentari iubet: aſtantem, vt diis ſuis ſacrificaret, blanditiis exhortatur; ſi recuſet, diuerſis tormētorum generibus attrectandum minatur. Abnegat, interitum diis, qui cælum & terram non fecerint, imprecatur; ſe Chriſti cultorem eſſe ſemperque futurum profitetur. Cur in inferendo promiſſa ſupplicia moretur, coarguit: horum ſe apparatu, quantò multiplicior ſit, velut exquiſitarum epularum ferculis delectari; virtutem ſufferentiæ & fortitudinem ſibi de cælo à Chriſto ſubminiſtrari. At Præſes eum nec blanditiis inflecti, nec minis cernens terreri, ſuſpenſum in eculeo mandat excruciari, totumque corpus eius, nouo crudelitatis genere, ferreis pectinibus dilaniari. Fortiſſimus Dei agoniſta adhæc immobilis permanere, oculos cordis & corporis ad cælos erigere, te, Chriſte, iuſatigabili voce iugiter laudare & glorificare; nil ſe pœnarum ſentire, cui tu adiutor adſis, Tyranno improperare.

ferreis pectinibus dilaniatur,

E

immobilis velut non ſentiens.

a *Videtur ſcriptor hic ab ἀγελαῖος κόλαξ deflectere* Agricolai *nomen, vt ſit* agreſtis adulator. *At potiùs ab ἀγελαῖος λαὸς,* agreſtis populus, *vel ἄγελον λάϊον,* agriſtis lapis *deducendum.*

CAPVT III

Septem mulierum martyrium.

11 TVnc ille cruentas laniſtarum ſuorum manus perſentiſcens laſſeſcere, ipſum nullatenùs cedere, imò valentiorem tortoribus exiſtere, quoad vſque grauius aliquid, quo perimatur, excogitet, victus & confuſus eum in carcerem reduci iubet. Quò cùm à militibus deducitur, ecce mulieres quædam ſeptem numero, quibus ipſe Chriſti bonus odor factus fuerat odor vitæ in vitam, acceptâ in Deum fiduciâ ſequuntur, ſanguinem ex inciſionibus dilaniati corporis diſtillantem feruenti ſtudio colligunt, corporaque ſua optimi & pretioſiſſimi vnguenti vnguine liniunt. Hac de cauſâ à carnificibus requiſitæ, ne fortaſſe & ipſæ Chriſtianæ, conſtanter profitentur, tenentur, ad Præſidem ducuntur, Crucifixi legibus obedire accuſantur. Quas cùm ille blandis perſuaſionibus ad thuri-ficandum idolis exhortaretur, continuò pœnarum formidine ſe territas *a* fingentes, aſſenſum ſuum præbituras pollicentur, eâ conditione, vt ad lacum pariter progreſſæ manus & facies inde lauent, ſicque diis allatis & in ipſâ ripâ venerabiliter locatis, mundis manibus & toto corpore, grata eis libamina litent. Mox ſummo exhilaratus gaudio, cum omni celeritate militibus voluntati earum parere præcepit: ſimul & ipſe ſpectandi euentus gratiâ, moræ impatiens, cum eis pergit. Vt igitur ad lacum peruentum eſt, ſimulachris in ripâ locatis, ſummâque ambitione exornatis, ſanctæ mulieres ea in manibus velut oſculaturæ & oblaturæ ſuſcipientes, in voraginem laci proiecinnt.

F

7 mulieres, ſanguinem eius colligentes, capiuntur:

a

idola in lacum abiiciunt:

12 Tum verò Præſidem cerneres mente alienatum, facie immutatâ expalluiſſe, & inter iram metumque æſtuantem quid ageret, quoſue ſe verteret palpitare. Balbutiendo tamen vix exclamat, & milites circa eas ſtantes, cur diis ſuis non ſubuenirent, ne mergerentur, increpitat. Illis è contrà excuſantibus, doloſitate mulierū ſe circumuentos, numquàm eas tantum flagitij admiſſuras credidiſſe. Sanctæ mulieres dixerunt:

Diuinitas

A diuinitas iam humano non indiget auxilio, ſed humanitas diuino. Si dij fuiſſent, non vos eos, ſed ipſi vos iugi cuſtodiâ tueri debuiſſent. Quia verò ligna erant & lapides & æramenta, veſtrâ hactenùs defenſabantur cuſtodiâ. Ecce perierunt, ſimiliter & vos, niſi reſipiſcatis, peribitis, & omnes qui confidunt in eis.

deos vident:

13 Tunc alter Nabuchodonoſor cæcus furore, & tamquàm leo rugiens, fornacem Babylonicis fomentis & viribus mandat ſuccendi, plumbum reliquari, pectines ferreos afferri, ſeptem tunicas æreas ad menſuram corporis ſigillatim fieri. Contrà verò in alio loco pannum lineum candidiſſimum oppandi. Reſidens proinde pro tribunali, conuocatis eis, dat arbitrium eligendi, quod libuerit, aut diis ſacrificent, de præterito errore pœnitentiam agentes, & ſuper lineum pannum ambulent, cum iucunditate vitâ perfruentes, inſuper donis magnis honorentur; aut recuſantes, tormentis, quæ in præſenti cernant, aliiſque grauioribus, quæ excogitare poſſit, conſumentur. Quarum vna felix duorum pignorum mater, arreptum eumdem, ſuper quo incedere iubebatur, pannum proiecit in furnum candentem, qui mox flammis conſumptus eſt; paruulis ei iugiter adhærentibus, & quod de tali ætatulâ vix cuiquam credibile videatur, commori cum eâ

tormenta contemnunt:

B ſummo deſiderio præoptantibus.

14 Cumque nullo modo flecti quirent, in eculeis ſuſpenduntur, & ferreis pectinibus toto corpore dilaniantur. Sed eis ad Dominum proclamantibus. Ne tradas, Domine, beſtiis animas confitentium tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem; & rurſum: Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram; totius doloris expertes reddun-

pectinibus ferreis dilaniatur, lacte & vulneribus manante:

tur; ipſis carnificibus cernentibus, quòd riui lactei pro ſanguineis de inflictis vulneribus emanarent, & dilaceratæ carnes niueo albore candeſcerent. Angelorum enim viſitatione & affatu recreatæ, ab omni plagâ ſanabantur: quorum & exhortationibus corroboratæ ad perſeuerandum vſque in finem, pro percipiendâ æternæ palmæ coronâ commonebantur.

ſanantur & animantur ab Angelis.

15 Poſt hæc Præſidis iuſſu ex eculeo depoſitæ, liquenti plumbo perfunduntur, nec læduntur. Dein ſeptem tunicis æreis incluſæ, ſed nec ab his quicquam læſionis perpeſſæ, camino iam ardenti immittuntur. Nec ipſis in hoc camino defuit, qui in illo Babylonico tribus pueris quondam adfuit. Nam mox flammis extinctis, cæleſti gratiâ irrorante refrigerantur, & egredientes ſanis & integris corporibus, impio Iudici repræſentantur. Sed induratum cor Pharaonis, nec

liquente plumbo, & igne non læduntur:

C tanta miracula Diuinæ potentiæ, ſed magicis deputat artibus. Cui ſanctæ mulieres, Nos, inquiunt, gratias agimus Domino Deo noſtro, qui noſtri, licet peccatricum, miſertus, tanta erga nos dignatus eſt operari magnalia, à quo ecce ad ingrediendam perpetuæ vitæ viam vocamur. Tu verò, carnifex inique, cuius cor ſathanas obdurauit, & oculos, ne verum videre poſſint, excæcauit, à cœptis ne deſinas: ne, quæſumus, nobis moram facias, quia ecce patentem videmus, quam ingrediamur, regni cæleſtis portam.

16 Tunc per omnia victum ſe ſentiens, quod vnum reſtabat, confuſus, in omnes ſimul gladio animaduerti mandat. Cumque à carnificibus perductæ fuiſſent ad locum, vbi felicè expleturæ erant curſum, impetrauerunt ab eis quantulumcumque orandi ſpatium, & flexis genibus huiuſmodi orationem fuderunt, dicentes: Domine, Domine, cuius non eſt ſimilis in diis, & ſecundùm cuius opera non eſt, quia magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus ſolus, Deus noſter, qui vocas ea quæ non ſunt, tamquàm ea quæ ſunt; qui de tenebris lucem ſplendeſcere facis, qui nos de infidelitatis tenebris in hanc ſplendidiſſimam veritatis lucem vocare dignatus es, immenſam pietatis tuæ miſericordiam obſecramus, vt per interuentum beatiſſimi Martyris tui & Patris noſtri Blaſij, cuius verbis & exemplis fidei tuæ rudimenta percepimus, & ad hunc præclariſſimum martyrij agonem animatæ ſumus, nos licet ind gnas inter oues tuas connumerare, & in ea perpetuæ vitæ ſorte, in quâ ſanctum Martyrem tuam Theclam conſtituiſti, digneris deputare. His peroratis ſurgentes, manibus expanſis, & oculis ad cælum eleuatis, tamquàm ex vno ore dixerunt: Gloria tibi Chriſte Deus noſter, qui nos in hanc horam perducere dignatus es: & nunc, Domine, quia tibi ſacrificium eſt ſpiritus contribulatus, & cor contritum & humiliatum non ſpernis, in animâ contritâ & ſpiritu humilitatis noſmetipſas, quia aliud non habemus, holocauſtum tibi ſacrificamus. Suſcipe animas noſtras & perduc in regnum tuum.

AVCTO. REANONYMO. EX MS. D

Deo gratias agit:

17 At illi duo paruuli, de quibus ſuprà dictum eſt, cernentes matrem ſuam iamiamque finiri, nullam exinde, quemadmodùm humana fragilitas, & maximè illa aſſolet ætas, triſtitiam habuêre, ſed ſancti Spiritus gratiâ confortati precabantur eam, vt quandoquidem ipſa iam ad perpetuæ coronæ palmam appropinquaret, ſe beatiſſimo Patri & Doctori commendet. Nec mora; extractis lictores gladiis ſanctarum amputant capita mulierum; ſicque, luteâ mole corporis depoſitâ, terrea linquunt, cæleſtia ſecundo martyrij baptiſmo candidatæ, cum Chriſto iam in æternum regnaturæ, petunt. O beatam mulierum memoriam, in ſecula prædicandam, omnique laude celebrandam, quæ cum ſeculo ſexum vincentes, caput ſerpentis calcaneo ſuo inſidiantis contriuerunt! Ecce nunc ſingulis animarum immortalitate ſtolis acceptis tripudiant, pòſt in reſurrectione corporum, cùm occurrerint omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, binas recepturæ ſtolas.

pueris vòlantibus, vt ipſos S. Blaſio commendent

plectuntur capite.

E

a *Melius in ſecundis Actis poſtulaſſe id dicuntur, irridentes tyrannum, qui ſtolidâ credulitate captus eſt.*

CAPVT IV

S. Blaſij & duorum puerorum martyrium.

18 His igitur ad cæleſtia de præſenti ſeculo nequam tranſlatis, vas iræ & iniquitatis Agricolaus Iudex, tertiò iam pro tribunali reſidens, fortiſſimum Chriſti Martyrem Blaſium carceralibus clauſtris euocatum iſti iubet, quem & ita affatur: Vel nunc conſenti mihi, diis libamina offerendo: aut ſi vlteriùs diſtuleris, variis (per deos iuro) pœnis ſine procraſtinatione interibis. Cui ſanctus Epiſcopus reſpondit: Crudeliſſime carnifex, cuius cor ſecundùm Iſaiam excæcatum eſt, & aures aggrauatæ, & oculi clauſi, ne fortè oculis videas, & auribus audias, & corde intelligas, & conuertaris, & à Deo ſaneris; putaſne me aliquibus tormentorum generibus à veritatis ſemitâ deflecti, lignis & lapidibus inſenſibilibus inclinari? Nempe ſi credis hoc, falleris, quia idem ipſe qui ſemper fueram, & ſum & ſemper ero verus Chriſtianus. Soli meo corpori crudelitas tua dominari valet, anima autem ſolius Dei dominio ſubiacet. Quis ergo magis metuendus eſt, vtrumne tu qui occidis corpus, animam autem non poteris occidere; an Deus qui poſtquàm occiderit, habet poteſtatem corpus & animam perdere in gehennam? Nempe Deus eſt, cuius iræ vindictam vehementer pertimeſco, promiſſa deſideranter expeto: te verò cum minis tuis pro nihilo computo; imò vt quæ minaris, perficias, totis votis exopto.

F

Iſai. 6. 10

Tertiò Præſidi inſultat S. Blaſius:

19 Præſes dixit: Ecce te, ô inſane & miſerabilis, in laci vòraginem ſubmergi præcipio, & quid tibi conferre poterit auxilij, quem tanto ſtudio colis & prædicas, Chriſtus tuus? Aut qualiter te de manibus meis liberare quibit, qui nec ſemetipſum quidem de duriſſimâ, quam perpeſſus eſt, morte liberare quiuit? Obmutesce (exclamat ſanctus Martyr) infelix lingua, nec me audiente

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

audiente tantam Creatori irrogare audeas blaſphemiam: quin potiùs huc pariter properemus, ne feceris moram, vt & in hoc canina impudentia tua cognoſcat, quæ quantæ ſit virtus & potentia Dei & Regis mei, qui eſt Rex Regum & Dominus dominantũ. Quibus dictis, continuò omnibus anticipatis ad lacum ſe pernici greſſu proripit, inuocatoque Chriſti nomine. & ſigno Crucis contra aquam edito, mox eam ipſo ſupergradiente, velut in ſoli duritiem cerneres obduriſſe. ô factũ Dominico facto æquiparandum! ô virturem Domini per ſeruum in vno eodemque elemento renouatam! Dominus ſuper tumentes fluctus maris ſiccis tranſit veſtigiis: ecce ſeruus in ipſius nomine ſuper terribilem laci voraginem deambulans potenti fide, parique virtute, veluti ſuper ſolidam terræ planitiem haud ſubmergendus reſidet. Nec mirum; cùm hoc ipſe ſequentibus ſe in Euangelio promiſerit dicens: Qui in me credit, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet.

aquis Cruce ſignatis nõ mergitur:

A

Ioan. 14. 12

20 Igitur Præſidem, circumſtantiumque militũ vel populi multitudinem allocutus exhortatur, vt quandoquidem deos habere ſe iactitent, ſi qua ſit in eis virtus, demonſtrent. Proinde ingrediantur, & in nomine eorum eò loci, vbi ipſe ſedeat, ſecum reſideant, hoc experimento diuinitatem eorum ſe comprobaturum. De quorum frequentiâ mox ad hanc vocem ſexaginta quinque viri prorumpentes, quaſi plus ceteris de ſuorum deorum potentiâ præſumentes, lacum ſubintrant: ſed continuò flante ſpiritu Diuino ſubmerſi ſunt, abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Quis ſimilis tui in fortibus Domine &c. inter hæc ſanctus Martyr, concupiſcente iam animâ eius in atriâ Domini, corde & carne eius exultante in Deum viuum, Angelicâ viſitatione & alloquio refouetur, ac hortatu huiuſmodi & ſolamine animatur: Inuictiſſime militum Chriſti, bonum certamen certaſti, curſum conſummaſti, fidem ſeruaſti, iam egredere, ad ſtadium recurre: ecce enim ipſe Chriſtus, dux Martyrum, in dexterâ Dei Patris reſidens, finem certaminis tui expectat; coronam iuſtitiæ manibus præfert, quam tibi vincenti iuſtus Iudex propediem reddet. Iam tibi patet Paradiſus, roſarum & liliorum cunctique generis florum perpetuo viridantibus pratis amœnus, vbi te felix commilitonum tuorum iam victorum tripudians expectat cœtus, te ad ſui conſortium inuitat, cum quibus & ipſe iam iam perennem geſtans lauream ſine fine lætaberis.

ab Angelo animatur:

ſubmerſis & ſequi auſis,

B

ſententiâ à tabellâ recitatâ

dãnatur:

C

21 His hortamentis & ſponſionibus alacrior redditus, Angelicâ viſione ablatâ, morarum impatiens exilit, moxque egreſſus tam immenſo cæleſtis iubaris fulgore perfunditur, vt vibrantium radiorum vi cunctorum ſe intuentium hebeteſceret viſus. Quo miraculo cùm omnes attoniti terrerentur, ſolus diaboli ſatelles Agricolaus iam nullatenùs tantarum rerum magnitudine permouetur, ſed iam deſperans ſanctum Martyrem vllo modo aliquibus minarum vel blandimentorum generibus ad voluntati ſuæ parendum inflecti poſſe, metuens etiam, ſi diutiùs vitam eius prolonget, multos eorum à deorum ſuorum ſacris auerſurum, huiuſcemodi ſententiam ex tabellâ recitari iubet: Blaſium, Doctorem Chriſtianorum, contemptorem venerabilium deorum noſtrorum, qui perire quã præceptis noſtris ſaluberrimè impenſis obedire maluit inſuper tantam multitudinem ad deorum iniuriam magicis ſuis artibus in lacu demerſit, vnà cum duobus puerulis eius doctrinâ infeliciter deceptis, gladio animaduerti ad exemplum cæterorum iubemus.

22 Glorioſiſſimus verò Chriſti athleta, hoc audito, grates immenſas Deo referens, flexis genibus & extenſis ad cælum manibus, hanc profudit orationem, dicens: Domine Deus virtutum, Deus omnipotens, qui ſedes ſuper Cherubim, intuens profundum abyſſi; cui ſedes eſt cælum & terra ſcabellum pedum, qui omnia contines, omnia reples, tibi ago gratias, te laudo, te glorifico, quia me ab infidelitatis errore cuſtodiſti, & in tui nominis timore & amore confortaſti, & ab omnibus corporis mei cruciatibus, quos hic miniſter diaboli pro idolorum ſuorum defenſione mihi intulit, me eripuiſti. Et nunc, domine Deus, ineffabilem clementiam tuam deprecor, vt ab hac horâ, ſi quis fidelium tuorum, alicuius tribulationis vel periculi, ſiue etiam perſecutionis anguſtiis oppreſſus fuerit, aut diuerſis infirmitatum generibus laborauerit, vel ſi infixione ſpinæ vel oſſis in gutture ſuo quemquam angi contigerit; memorque mei te ad auxilium ſui in nomine meo per verba orationis meæ inuocauerit, Domine Deus meus, fideliter petenti adſis, & quæque poſtulatus fueris, clementer accommodare digneris.

egreditur è lacu ſplendens:

orat pro inuocatu- vis ſuum auxilium:

D

23 Hæc cùm peroraſſet, repentè lucidâ nube illuſtratur, & in hunc modum Diuinâ voce confirmatur: Blaſi, athleta mi dilectiſſime, precem tuam exauditam, petitaque tibi ſcias eſſe conceſſa: & non ſolùm hæc, quæ in præſentiarum petiſti, præſtabo, ſed & fidelem viduam illam, omneſque tui memoriant celebrantes, benedictionum mearum vbertate perfundam. Horrea eorum frumento, apothecas vino & oleo omnibuſque bonis replebo, & cuncta ad eos pertinentia propter te multiplicabo & conſecrabo. Tu ergo, glorioſiſſime agoniſta meus, Ieruſalem cæleſtis portas iam victor ingredere, vbi mecum ſedeas in throno meo, ſicut & ego vici mundum, & ſedeo cum Patre meo in throno eius. Quibus dictis, & ablatâ nube, ſtatim à lictore cum duobus puerulis prætorio eiectus, foras muros Sebaſte extrahitur; vbi Paſtor verè beatus cum geminis agniculis ſuis gladio victimatur. Sicque corruptibilis carnis exuuias deponentes, ſtolas ſuas in ſanguine Agni loras & dealbatas induunt. O omnibus crudelitatibus dereſtabiliorem perſecutoris crudelitatem, quæ nec infantili ætatulæ parcere nouit! O pretioſiſſimam Sanctorum mortem, non mortem ſed potiùs vitam, non occaſum, ſed ortum dicendam! quia dum in terris occidunt, in cæleſtibus veriùs oriuntur. Dum hîc carne emori videntur, ibi ſpiritu viuere incipiunt; & ecce Agnum ſequuntur quocumque ierit, veſtiti veſtimentis albis: & non delebitur nomen eorum de libro vitæ, ſine maculâ enim ſunt ante thronum Dei. Et ſicut ab ipſo iudicari & vindicari ſanguinem ſuum de manu perſecutoris expetunt, ita & veneratoribus ſuis peccatorum indulgentiam, & eiuſdem gaudij, quo ipſi feliciter perfruuntur, conſortia miſericorditer depoſcunt.

Diuinâ voce è nube intelligit ſe exauditam:

E

occiditur cũ duobus pueris:

F

24 Quorum ſacrata corpora à religioſâ quâdam fœminâ, nomine Heliſeâ, noctu furtim rapiuntur, & linteis aromatibuſque diligenter condita, in eodem loco decollationis condigno honore tumulantur: vbi expetente credentium populorũ fide, innumera miracula eorum beneficiis oſtenduntur. Venerabilis autem anus illa, cui ſanctus Martyr ſuem à lupo ablatam reſtituerat, vt certo reſciuit nuntio eum martyrio finitum corpore iam emigraſſe, quemadmodùm ipſe adhuc viuens ſibi commendauerat, conuocatis pauperibus pauper ipſa pro poſſe memoriam eius deuotiſſimè peregit. Deinde accitis omnibus cognatis & amicis ſuis, optima conſiliatrix, vt idẽ agerent exhortatur. Quibus ſano conſilio indubitanter conſentientibus, & id opere hilariter complentibus, non ſolùm illa, ſed & ipſi Diuinæ benedictionis largitatem in breui perſentiſcũt, cunctis ſuis ſubſtantiis incrementa de die in diem mirè capientibus. Sicque factum eſt, vt omnis cognatio illa memoriam eius de anno in annum celebrare diſceret, ſuæque poſteritati per generationem & generationem id agendum contraderent. Compleuit autem martyrium ſuum athleta Chriſti Blaſius tertio Nonas Februarij, in ciuitate Sebaſte, temporibus Licinij Regis, Agricolao præſidatum Cappadociæ agente, regnante in nobis Rege Regum, Chriſto Ieſu, Domino Deo

ſepelitur: miraculis clarer:

anniuerſariũ cultum ſibi impenſum munerat- tur.

A Deo noſtro, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

IV ACTA

AVCTORE ANONYMO,

ex MS. codice Card. Baronij.

CAPVT I

S. Blaſij epiſcopatus, latebræ, captiuitas.

a 1 *a* IGitur cùm Romani Imperij Diocletianus gubernaret habenas, tam immaniſſima contra Chriſtianos exorta eſt perſecutio, vt infra vnius menſis ſpatium decem & ſeptem Chriſtia-
B norum millia pro Chriſtianâ religione gladio necarentur. Hæc itaque perſecutio decima deſcribitur à Neronianâ, quâ primùm Principes Apoſtolorum, Petrus cruce, Paulus gladio, perempti ſunt. *b* Secundo autem huius decimæ perſecutionis anno, Diocletianus Nicomediæ, Maximianus autem Mediolani purpuram depoſuerunt. Hi itaque ob domandam Dominicæ fidei potentiam, Diocletianus in Oriente, Maximianus in Occidente, Chriſticolas variis & inauditis machinis vexare cœperunt. Qui miſſis exhortatoriis ad cunctam regni ſui ditionem apicibus, ac muneribus multis, quatenùs nefandorum idolorum culturam in augmentum magis magiſque applicare ſtudentes, quoſcumque Chriſtianorum inuenire potuiſſent, poſt variorum genera tormentorum eos morti tradentes, ſic inhumata eorum corpora beſtiis alitibuſque deiicerent, & ne vllus adeſſet, qui hac religione euidentiùs vteretur, qui non confeſtim funereâ tangeretur ſententiâ.

b Diocletiani acerbâ perſecutione,

2 His itaque taliter fientibus, cùm nec iſta rabidiſſimis ſufficerent canibus, direxêre duos Achiuorum prouinciis ortos, Lyſiam & Agricolaum, multâ pertiâ præditos, quatenùs tam Armeniæ quàm Cappadociæ præuidentes, clementiâ & lenitate gubernarent eos, qui imperialibus paruiſſent ſtatutis, omneque Chriſtianorum genus funditus interimerent. Lyſias
C igitur & Agricolaus, aſſumptis ex imperio muneribus, ſimul proficiſcentes, Armeniam adierunt: quorum vnus, videlicet Lyſias Nicopoli, Agricolaus verò Sebaſtiæ præſedit. Qui cùm profanandos idololatras cœpiſſent priſcis excolere conſuetudinibus, plurimi pro Domini noſtri Ieſu Chriſti religioſitate ſuum ſanguinem fundentes, cælorum regna mercari quantocitiùs ſtuduerunt.

ſæuitibus in Chriſtianos Lyſiâ & Agricolao

3 Ex quibus robuſtiſſimus athleta Chriſti B. Euſtratius, poſt varios tormentorum conatus à Duce Lyſiâ crudeliter illatos, ſiquè demum Agricolao Præſidi directus, à quo carcere trudi iuſſus eſt. Nam què eâ tempeſtate glorioſus Martyr & Pontifex beatiſſimus Blaſius erat latibulo delitescens Sebaſtiæ, ob validiſſimam, quæ contrà Chriſtianos exagitabatur, examinationem. Hic namque, vt fertur beatiſſimus Præſul ad prædictum glorioſum Martyrem Euſtratium, clanculò ſuis cum Clericis abiit, & eum quo detinebatur carcere in Chriſto corroborans, viſitauit: cui etiam aliâ die, pro Domino morituro Euchariſtiam contulit. Qui cùm ſacri Corporis participium percepiſſet, tomum ab eo poſtulauit: quo delato, ſubſtantiæ ſuæ delegationem fecit; in quâ verò delegatione, ſe S. Blaſius ſuis cum Clericis ſubnotauit. Qui per totam noctem ibidem pernoctantes, matutinâ luce vale facientes, & dantes ſibi pacis oſcula, ſecum delegatione adhibitâ, ad propria latibula remearunt. Porrò alterius diei hora tertiâ S. Euſtratius migrauit ad Dominum.

captum ab his S. Euſtratium viſit S. Blaſius,

communitus Euchariſtiâ,

teſtamenti eius curator deſignatus:

4 His igitur taliter decurſis, B. Blaſius pœnales expaueſcens inflictus, cõfidens Dominicæ ſententiæ, quâ dicitur, Si vos perſecuti fuerint in vnâ ciuitate, fugite in aliam; ad montem, qui Argæus vocitatur, aufugiens, in quodam ſe occulit antro; ibi diu demorans fidei ſuæ ſagaciſſimus hoſpes. Ad quod itaque ſpecus promiſcui ac diuerſi generis beſtiæ aduentantes, ferino quodammodò more benedictionem à Beatiſſimo Blaſio expetebant: quæ niſi collatâ benedictione, impudentes ibi perſeuerantes, nullatenùs abſcedebant. Alimoniam quippe illi Diuino nutu, ſicut olim Prophetæ Heliæ corui, deferebant aſſiduè. Erat enim vir iſte meritorum efficaciâ inſignis, formâ præſtantior, animo ſtabilis, prodigiorum virtute præclarus, diuinis meditationibus irretitus.

Auctore anonymo, ex MS. D Matth. 10. 23 latet in monte, ferit benedicit, & ab iis paſcitur

5 Qui cùm adhuc in puerili verſaretur ætate, archiatralem didicit artem, vt ætatem humana non impediret infirmitas. Porrò ſic in terreno militabat palatio, vt cæleſtem ſemper exquireret patriam. ſic maluit actiuam eligere vitam, vt theoricam nullatenùs deſereret. De eo quidem longè lateque tantus inoleuerat E rumor, vt non ſolùm Nicopoli, quæ haud procul aberat à Sebaſtiâ, ſed longè circumquaque politis vrbibus ac municipiis; per omnia Sanctus nuncuparetur eximius. Præterea nunc qualiter hic Sanctus pro Domino Ieſu Chriſto pugnauerit, qualiter dimicans diabolum eiuſque complices ſuperauerit, quo pacto ſuperans triumphauerit, & qualiter triumphans martyrij palmam robuſtiùs perceperit; & quomodò validè agonizans, plurimis inuitatis, cæleſtem lauream arripuerit, quantùm his auxiliator, cuius omnipotentiâ omnis creatura ſubſiſtit, . . . ſolerti ingenio enucleare curemus.

olim medicus, poſt celebris opinione virtutis:

6 Igitur cùm Præſes Agricolaus metropoli Sebaſtiæ præſideret, contrà Chriſtianos diabolico inſtigatus inſtinctu, ingenti in eos exardeſcens ſollicitudine, plurimos ſuperam tranſmiſit ad ædem. Quâdam itaque die accidit, vt ipſe Præſes Agricolaus quoſdam milites venatum dirigeret: quibus euntibus, quò tuta eſſet venatio, nullam ferarum capere viguerunt. Cumque per ſilueſtria ac difficilia loca, ſeu per vallium ac montium crepidines feſſi peragrarent, ſimili modo nil venationis attingere valuerunt. Venatione verò fruſtratâ his reuertentibus, ventum fuit vt antè antrum, quo S. Blaſius latitabat, inſcij pertranſirent. Denique multitudo aprorum ac ceruorum, caprearum videlicet & vrſorum, diuerſarumque aliarum beſtiarum concurſus ſubſiſtebant antè ipſius ſpeluncæ latibulum, ac ſi oues impellente paſtore proprio arcerentur ouili. Mox venatores circumſpicientes ſubſtiterunt, & quidnam hoc eſſet attoniti cogitabant. His autem huiuſcemodi pertractantibus, ex ipſo prodiens latibulo Sanctus ſciſcitatus eſt eos:

à venatoribus inuentus, F

Vnde venitis? ait. vel quò vos tenditis iter?

Qui reſpondentes dixerunt: Ecce, inquiunt, pro quibus euntes tot labores & pericula toleraumus, in medio circumpoſitus adſtas eorum. Quibus Sanctus: Domini ditione aliqua capitur creatura, eiuſque nutu liberatur: nam quæ Deus euadere iuſſit omnipotens, humana capere non viget potentia, vndè ſciatis, quia hac profectò vice immunes ietis.

prædam tunc non capturos. edicit:

7 Tunc illi Sancto valefacientes, cœpto itinere ad vrbem Sebaſtiam reuerſi ſunt, & omnia geſta vel acta Agricolao Præſidi annuntiare celeriùs ſtuduerunt; cui & dixerunt: Cùm venatum iſſemus, Chriſticolam in Argæi montis quodam hominem inuenimus antro, ad cuius latibulum multitudo noſtræ venationis ferarum confugiens, ipſius antri perluſtrans latibulum. Nobis verò propterea obnixè ammirantibus, foras quidam ex ipſo ſpecu prodiit Deicola, qui nos allo-

capi iubetur,

quens, vt reuerteremur indixit, ſcilicet incaſſum eſſe capturam. Mox Præſes, hoc audito, ingenti repletus

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

gaudio, illicò præcepit eis, vt celeri euntes curſu, ipſum è latibulo traherent, & ſic ad eum vinctum deferent. In ipſo itaque noctis tempore, videlicet antequàm miniſtri ad eumdem irent ducendum, appatuit ei per ſomnum ter Dominus dicens:

in viſione prænonitus, A

Surge beate Pater, Miſſarum perfice morem,
& Calicem guſtato meum Corpuſque fidele,
Ipſumque Calicem plenum bibe ſanguine claro.

ſacro peracto, Cumque Sanctus euigilaſſet, intellexit quòd eum Dominus ad calicem, hoc eſt, ad paſſionem martyriumque percipiendum vocaret; alacri effectus ſpiritu ſurrexit, & ſanctimonia ſolemni honore celebrauit. Quo facto, miniſtri Præſidis applicuerunt, qui ante ipſius ſpeluncæ aſtantes latibulum, dixerunt: Homo Dei, egredere; *citatur ad Præſidem:* Præſes Agricolaus nos tranſmiſit, vt te ad eum deferamus.

8 Currit intereà fama hæc paſſim per populos, quòd Præſes Agricolaus ad Sanctum deducendum tranſmitteret Blaſium; & cœperunt eos qui aliquâ languoris moleſtiâ detinebantur, obuios ipſo in itinere ponere. Tunc S. Blaſius ſimul cum miniſtris ambulans, in nomine Domini Ieſu Chriſti, à quacumque tenebantur infirmitate, curabat languentes. Ingrediente igitur Beatiſſimo Blaſio in metropolim Sebaſtiæ, *multos in viâ ſanat:* B multitudo Chriſticolarum, quæ clanculò in eâ degebat afflicta, palàm egredientes, Chriſtum Dei filium clarâ voce ſonabant. Itaque cùm ſanctus Præſul Agricolao præſentatus fuiſſet, non interrogatum iuſſit eum arctiſſimâ mancipari cuſtodiâ, dicens: Craſtinâ die congrua in eo ſciſcitatio erit. *detrudi-tur in carcerem.*

a *Hinc coniicias præfixum fuiſſe ab Auctore Prologum, qui hic deeſt.*

b *Iſta Euſebius in Chronico. Cœperat immanis illa perſecutio an. Dioclesiani 19.*

CAPVT II

S. Blaſij miracula, tormenta.

9 REcluſo itaque Beatiſſimo Blaſio in cuſtodiâ, plurimi ad eum venientes Chriſtianorum, benedictionem & robur fidei accipiebant. Intereà accidit fortuitu, vt quædam mulier vnicum haberet filium, qui cùm ad menſam cum propriis conſidens, appoſito piſce, ex eo comederet, contigit vt ei ſpina ſuo gutturi defigeretur. Cui cùm nullum quiſquam valuiſſet *pueri ſpina gutturi inhærente periclitantem,* præbere ſolamen, mox mater eius ad Beatiſſimum Blaſium ſeminecem deferens puerum, ante fores carceris cum luctuoſâ voce depoſcens, vt eius vnicum ſanare dignaretur. Confeſtim S. Blaſius compatiens do- C lori eius, hanc orationis precem pro ipſo puero fudit ad Dominum, dicens: Domine Ieſu Chriſte fili Dei æterni, qui pro ſalute humani generis, in hunc mundum per virginalem adueniens vterum, formam noſtræ mortalitatis aſſumpſiſti, vt nos à morte liberans, immortali indumento indutos in illam incorruptibilem patriam feliciter inferres; vnicumque viduæ ſobolem, qui ad ſepulcrum exanimis vehebatur, incolumem reddidiſti; ſupplex tuam gratiam depoſco, vt puer iſte ſaluus ſuæ genitrici reddatur, & agnoſcat quoniam tu es Deus ſolus in cælo & in terrâ faciens prodigia. Expletâ verò oratione viuificæ Crucis ſuper *& ſigno Crucis ſanat:* os fecit vexillum; ſtatimque ſpineum euomens obſtaculum, ſoſpes atque congaudens ad propria remeans, tam affinibus quàm longinquis, Regis æterni magnalia mirabili enucleauit affectu.

10 In craſtinum verò iudicij ſolium præparatum eſt, in quo Præſes conſidens Agricolaus, iuſſit beatum Præſulem ſuis aſſiſti conſpectibus: quem his ità aggreſſus eſt affatibus: Gaude dignus amice meus, & dignus amice Deorum. cui Sanctus:

Omnipotens Dominus, quo cõſtat machina mũdi,
Ipſe tibi æternæ concedat gaudia vitæ.

Cui Præſes: Quâ veteris religione, quâ vel patriâ ortus D diceris, hoſpes? & Sanctus, Religione, inquit, Chri- *Chriſtum in iudicio* ſticola ſum; patriâ verò hac quam poſſides vrbe, Se- *confitetur:* baſtianenſis videlicet ciuis. Contra quem Præſes: Si deorum noſterque velis mancipari amicus, Chriſtus iſte, quem aſſeris, nullo modo tuo ore ſonetur. Beatiſſimus autem Martyr reſpondens, Si meo, inquit, Chriſtus non veneratur ac perſonatur ore, quis ergo perſonari debeat innoteſce. At Præſes dixit: Ammiror obnixè tuam vecordiam, quòd non intelligas deum deorum eſſe Iouem omnipotentem, quem Domini noſtri Imperatores & vniuerſus incolit orbis. Sanctus verò Blaſius dixit: Dic, oro, Præſes, condecet fateri Deum qui creator eſt, an potiùs qui creatus? & Iudex: Ille vtique debet adorari Deus, qui cælum terramque creauit, & quo conſtant cuncta creata; hoc eſt, Iuppiter omnium Creator & dominator elementorum. Cui Sanctus: Erras, ô inuictiſſime Iudex. Nam quem tu *Deorũ vanitatem* deum aſſeris, non ſolùm ego ſed & litteræ veſtræ, dum *oſtendit:* in hoc ſeculo vt alius corruptibilis & mortalis homo ambularet, omne ſcelus eum peregiſſe, omnemque ſordem exercuiſſe, perſpicuè demonſtrant. Cùm autem prout omnibus conditio venit humana, ipſe vt nefarius homo nece corruptus humanâ, à teterrimis ſpiritibus ſtygialem eſt vectus ad ignem, vbi tetricis E flammis tartareiſque vermibus cruciatur in æuum. Hunc tu deum dicis? Porrò ſi iſte dicitur deus, ſimiles ei fiant, qui venerantur, & qui colunt eum. Mox Agricolaus his auditis, ſecum indignans, præcepit eum fuſtibus cædi, dicens: Iouem omnipotentem blaſphemare nolito. Qui cũ diu cęderetur, alacri vultu dicebat: *caditur fuſtibus:*

Gloria ſit tibi Chriſte Deus per ſecula ſemper,
Qui me conſeruans permittis vincere pugnam,
Antiqui hoſtis illatam fraude malignâ.
Te idcircò laudans benedico corpore, corde.

Quo dicto, cernens in eo Iudex tantam conſtantiam, *in carcerẽ retrudi-* iuſſit eum denuò carcere trudi. *tur:*

11 His igitur tali ordine perſecutis, contigit vt quædam mulier inops aruo ſuem aleret, & ex quo paſcere deberet, ageret.

Ecce rapax properans lynceus apprendit obeſum
Eiuſdem viduæ porcum, quem iuxtà ad edendum *ſuem pauperi à lupo* Ad ſaltum ſecurus abit, vt manderet illum. *raptum.*
At vbi fortunâ mulier mox comperit acta,
Crinibus euulſis proprios recîdit amictus:
Ad Chriſti hominem lacrymans, quo carcere truſus
Concita deuenit, lugubres defertque querelas.
Summe ſacer, miſerorum conſolatio magna,
Redde meum, te poſco, ſuem, Sanctiſſime Blaſi.
Reſpondit Sanctus, & talia famina reddit: F
Num quid ego arripui, quẽ quæris fæmina porcum?
Mox inquit mulier: Non tu, ſed beſtia ſæua;
Sed quoniam te credo Dei eſſe per omnia ſeruum,
Qui cælum, pontum, terramque creauit & aſtra,
Quæ vult, ipſe facit cælo, terrâque, marique;
Idcircò te valdè peto, vt mihi reddas amiſſum,
Beſtia quem captans ſecum portauit amara.
Quippe quia quodcumque petis, largitur ab ipſo.
Hæc vbi dicta Dei famulus hanc promere creuit,
Ammirans eius fidem ſimul & probitatem, *precibus reſtitui* Compatienſque dolori eius, orauit, & inquit: *impetrat,*
Omnipotens, æterne Deus, Rex magne polorum,
Qui cæli fabricator ades, qui conditor orbis,
Qui non è magnis ſolùm, ſed vilibus, inquam,
Diſponis rebus, circùm ſubſtantia cuncta:
Omnia tu quæcumque velis, facis ordine ſummo:
Cuique ſubeſt poſſe, fuerit cùm prona voluntas:
Aſt vbi deeſt velle, fugiet procul vtique poſſe;
Sic vbi adeſt velle, properat ibi denique poſſe:
Exaudi me, quæſo, Deus Saluator Ieſu,
Et huius viduæ, quem beſtia cepit iniqua,
Reſtituat ducatque ſuem, reddatque miſellæ;
Qui cum Patre Deus regnas per ſecula ſemper.

Quo

A Quo dicto agnouit diuino flamine pulſus
& diuinitus cognoſcit: Sanctus, adeſſe lupum, porcum quoque reddere ſaluum.
Tunc, Propriam, dixit, mulier reuertere ad ædem.
Confidentia conſolatam te facit ire.
Namque, Deo auxiliante, ſuem tibi beſtia reddet.
Quo audito reped iuit ouans mox fœmina pauper
In propriam ædem, ſuem ſaluumque per omnia nacta eſt,
Et grates Domino pro tali mumere reddit.

Poſt hoc igitur pauens mulier, ne iterum talis ei proueniret euentus, illicò ſuem illum interimi fecit, & Dei famulo, qui in cuſtodiâ tenebatur afflictus, meruit ex
cibum ab eâ accipit: eo quamdam particulam deferre, videlicet coctum ....panemque vinumque cum hortiferis ſumens oleribus, ac vno in calatho poſitis ſic ad eum reuerentiſſimo duxit affectu. Quam vir Domini non ſpernens, allata non repudiauit: nam ex eo ſumens edit, & ei gratias agens benedixit; & ſic inops mulier ad propria remeauit.

12 Poſt aliquot intereà dies Agricolaus Præſes, toto circumſtante conuentu, Chriſti Antiſtitem ſuo iuſſit præſentari obtutui; cui & dixit: Blaſi, relatum eſt
B ante noſtræ gloriæ conſiſtorium, te ſolum eſſe, qui
Præſidi ſiſtitur: Chriſtianâ neſcio quam fidem prædicans, plurimos ab intemeratâ noſtræ religionis cultura retornans, ad nefandiſſimi tramitis perduxiſti euidenter errorem. Vnde fas etiam fuerat, te nullo modo ſciſcitatum funereâ pertractari ſententiâ. Sed cùm noſtrâ clementiâ ſolito more humanæ paſſioni compatitur, & omnem hominem ad agnitionem vult veriſſimæ venire religionis, quemadmodùm iam pluribus ita & tibi parcere maluimus, ſi noſtris præceptis obtemperans, ſacratiſſimis diis noſtris debitam honorificentiam exhibere venerabiliter feſtines. Conſtantiſſimus enim & Martyr Chriſti hoc audiens, reſpondit: Tunc vtique nefandam fateor conſecutus ſum fidem, quando meam (heu!) per nefas ignarus nefandorum idolorum monſtris inclinaui ceruicem. Cùm verò, ipſo ſuffragante, Chriſtum Dei filium cognoui; non nefandam, vt miſer aſſeris, fidem, ſed benignam ſanctamque religionem, vitamque percepi æternam. Vnde procul dubio tuæ examinationi compertum ſit, quoniam quidem nullo pacto nullâque ratione diis veſtris ſacrificium exhibeo. Mox truculentiſſimus Præſes immaniſſimo inſtigatus furore, iuſſit eum eculeo ſuſpendi, dicens: Nunc
in eculeo ſuſpenſus, vngulis laceratur: comperiemus, ſi Deus tuus te ex hoc valet eruere. &
C allatis vnguibus corpus eius effodi iuſſit, vt vngues diſcerpentes ſanguinea vnda proſequeretur. Ille autem roboratus in Chriſto omnia tormenta pro nihilo ducebat eorum.

CAPVT III

Sanctarum VII mulierum martyrium.

13 CErnens autem in eo Iudex tantam conſtantiam, eum retrudi mandauit. Nam cùm duceretur ad retrudendum, quædam ſeptem mulieres benignæ ac timentes Dominum, poſt tergum eius lacrymabantur, ac ſequentes, ſanguinem, qui de eius corpore diffluebat, bibulis colligebant linteaminibus, & ex eo ſe
VII mulieres ſanguinẽ eius colligentes, capiuntur: propriis manibus perungebant. Quas miniſtri talia peragere cernentes, ad Agricolaum apprehenſas duxêre, dicentes: Ecce & iſtæ Chriſto fauent; nam cùm ſacrilegum illum ducerẽmus, vt arceretur cuſtodiâ, iſtæ de eius corpore labentem carpebant ſanguinem, & ſibi miſerrimæ liniebant. Confeſtim Agricolaus ingenti indignatione ſuccenſus, dixit ad eos: Tollite vobiſcum ſtatuam Dei noſtri, & deferte eas ad lacum latitudinis immenſæ: ſi voluerint adorare & ſacrificare, ſinite has abire. Alioquin ligato ad colla earum pondere vaſto, in profundum eas demergite laci. Tunc miniſtri talia iuſſa percipientes, ſumptâ ſtatuâ Dei ſui, cum illis prædictis ſeptem mulieribus lacum adierunt; & oſtenſo idolo dixerunt illis: Adorate deum hunc, & abite ſecuræ. ſi quò minùs, ad profunda demergemini laci. Mulieres autem dixerunt: Conferte nobis Deum iſtum, quem aſſeritis, vt certè diſcamus, ſi deus eſt: & apprehendentes ſtatuam, ſubitò demerſerunt eam in lacum, dicentes: Deus enim es, auxiliare tui. Mox ſtatua illa petiuit abyſſum.

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

D *idolum in ſtagnum proiiciunt:*

14 Quo viſo apparitores valdè turbati de Dei ſui incommodo, eas apprehendentes ad Præſidem duxerunt, & quidquid geſtum actumue fuerat, ſeriatim exponere curauerunt. Quo audito, Præſes ammiratione nimiâ percuſſus obſtupuit; & paullò pòſt in ſe reuerſus, præcepit eas illatis manibus in ligno à terrâ ſuſtolli, videlicet exutas amicto, & ſic eas vnguibus lacerari. Quo facto iterum iuſſit ſeptem afferri ſubſellia ænea, & ſic eas per ſingula ſuperſedere præcepit. Quæ verò ſubſellia adeò erant ignita, vt ſcintillæ ex eis, velut ex valdè ſuccenſâ fornace micarent. Sed Deus omnipotens, qui protector eſt omnium ſperantium in ſe, & qui eſt gloria & virtus omnibus Sanctis eius, miſit Angelum ſuum, qui ita eas ſalubri perunxit antidoto, vt nulla earum corporibus nanciſceretur obfuſcatio. E quibus omnino curatis, dixit: Bonum certamen, quod cœpiſtis, explete curate vſque in finem; quandoquidem iam à Domino Ieſu Chriſto perennis eſt vobis parata corona.

ſuſpenſæ, vngulis lacerãtur:

locantur in ignitis ſubſellis:

ab Angelo illæſæ ſeruantur.

Hæc vbi dicta dedit, teneras ſe miſit in auras.

15 Vna quidem earum duos filios habens, qui venientes ac talia peruidẽtes, dixerunt ei: Mater benigna, rogamus & obſecramus per illum, pro quo talia pateris, vt quemadmodùm nos de tuæ mamillæ aluiſti liquore, ita & nos Chriſtianam hanc, quam aſſeris, fidem perdiſcere ſatagas, vt non in hoc ſeculo orphanos dimittas, ſed ad illius Patris, ad quem ire feſtinas, gaudia æterna tecum ſimul perducas. Quos ita apprehendentes miniſtri, Præſidi attulerunt: à quo accepto mandato, ſimul cum B. Blaſio carceri manciparunt, qui & in ipſo carcere ab eodem baptiſma percipientes, ſanctæ religionis inſtitutione perdocti ſunt.

Pueritiæ ſequi cupiditi,

detrudunꝺtur in carcerem.

16 Poſterà igitur die Agricolaus ſedens pro tribunali, prædictas mulieres iuſſit ſuo examini adeſſe, quibus quaſſans caput dixit: Quouſque, inſaniſſimæ, ars in vobis principatur venefica? Fortaſſis ille ſeductor vos docuit, quem tenebroſâ mandaui obligari cuſtodiâ. Cui ſimul vnâ voce dixerunt: Ille vtique nos docuit idola contemnere, & Chriſtum verum Dei filium adorare. Tunc Præſes hoc audito caminum fortiter F ſuccendi, & eas intromitti præcepit: quæ dum in medio ignis conſtitutæ fuiſſent, cælitus igne ſummoto ac ſi ventorum violentiâ aliorſum inclinato, ſic ſeptem mulieres tali prece omnipotentem Dominum collaudabant, dicentes:

illæ in fornacem ardentem miſſæ.

Depromat cælum, tellus tibi, pontus & æther,
Omnigenûm genitor laudum præconia ſemper.
Arbiter immenſus, qui ſidera cuncta gubernas,
Sit tibi ſumma ſalus, & ſit tibi gloria perpes;
Qui nobis Flamen de cælis dirigis almum,
Qui hanc flãmam expellens à noſtro corpore ceſſas;
Tres quondam vt pueros ſaluaſti Flamine ſancto.
Propterea laudem ſoluat tibi terra poluſque.

Deum laudant,

17 Miniſtri verò, qui pro foribus aderant, audientes eas ingne Dominum collaudare, curſu rapidiſſimo Præſidi nuntiauẽre, dicentes: Obſecramus te, Domine Præſes, ne nobis tua iraſcatur indignatio, quia tam ſtupendum ac formidabilem viſum cernentes, coram tuâ venimus enarrare inſtantiâ. Ecce etenim ſeptem illæ præſtigioſæ in medio circumpoſiti ignis, vt in frigidiſſimo perſiſtentes loco, viuunt & ſpirant. Audiuimus enim eas Deo ſuo perſoluere laudes, ac eum magnificis collaudare præconiis. Cumque hoc Præſes audiſſet, ingenti ſtupeſcens miraculo, ad caminum quanto-

AVCTORE ANONYMO, Ex MS.

quantocyùs properanit, maximâ caterua ſtipatus ; & excuſſis eis de camino, ait: Eligite vobis vnum de duobus; aut adorate ſpecietenus deos, & abite ſecuræ, aut
A certè gladio feriemini. Tunc hæ ſeptem mulieres dixerunt, quaſi vno ſchemate profitentes : Quodcumque vis agere, ſtudeto perficere, quoniam nos nullo modo deos veſtros, aut ſpecialiter, aut quolibet modo adorare debemus : ſed firmum ſcias, quia religionem, quam percepimus, hoc eſt, Chriſtianam culturam, nullatenùs abnegamus. Tunc Præſes cernens tantam earum conſtantiam, tantamque in Domino Ieſu Chriſto fixam habentes fidem, vix tandem definiuit, dicens : Has ſeptem mulieres, quas poſt multorum genera tormentorum nequaquàm ad noſtram religionẽ cõuertere valuimus, mucrone iugulari præcipimus.

exeuntiũ illæſæ:

morti adiudicãtur:

18 Mox eas accipientes apparitores, extra vrbem duxêre Sebaſtiam. Quæ dum veniſſent ad locum deſtinatum, quo iugulandæ erant, orandi licentiam poſtulauêre militibus, & impetrauerunt; quæ ſtatim humo ſe proſternentes propriis precibus ſe Domino cõmendauerunt : & ſurgentes ab oratione, omnes ad inuicem oſculatæ ſunt, & curuatis humotenùs genibus, ſpiculatores, vt ſummo ictu ferirent, ammonue-
B runt. Miniſtri verò eas decollantes, prodientes animas è corporibus, tamquàm renitentes auratis monilibus Virgines de thalamo, proſpexerunt; & ad cæli beatitudinem remigio alarum laudibus aduectari magnificis; & valdè ammirantes ad propria reuerſi ſunt. Corpora verò earum Chriſtiani per noctem clanculò rapientes, eas ſepelire venerando ſtuduerunt affectu.

decollantur,

animabus clarè viſis euolare.

CAPVT IV

S. Blaſij & II puerorum martyrium.

19 HIs igitur tali ordine perſecutis, Agricolaus Præſes Beatiſſimum Blaſium ſuo examini fecit aſſiſti. quem tumenti pectore, facie permotâ, vibranti capite, ita eſt allocutus : Quouſque, imprudens & excors, tuæ ſententiæ peragis callem? vel quamdiu te noſtra tolerat clementia? Ecce enim hortor & admoneo te, ſacrificare diis, quos totus excolit orbis, & diuorum Imperatorum obedire præceptis. Alioquin deterior erit (teſtor deos deaſque) conſumptio corporis tui, quàm nefandarum illarum, quas tuis illexiſti præſtigiis, fæminarum. Sanctiſſimus autem & Martyr Chriſti Blaſius reſpondit : Vtinam talis ſit mei corpo-
C ris & animæ internecio, qualis illarum, quas tu miſer ore polluto memoras, fuit Sanctarum! Iam illæ, quem deſiderarunt, adeptæ ſunt. Iam illæ pro quo paſſæ ſunt, coronas immortalicias, auro & pretioſiſſimis margaritis accepêre nitentes, & quoniam illum dilexerunt, qui iuxta Prophetam Iſaiam ſeptiformi gratiâ plenus eſt, videlicet Spiritu ſapientiæ & intellectus, conſilij & fortitudinis, ſcientiæ & pietatis, ac timoris Domini; propterea illæ ſeptem, ſeptenario æternæ felicitatis præmio, hoc eſt, vniuerſali gaudio ſine fine perfruentur in æuum.

S. Blaſius videſ Præſidis minas,

Iſa. 11. 2

20 Tunc iniquitatis cenſor Agricolaus Præſes hoc audito, inenarrabili exardeſcens furiâ, ſuis præcepit complicibus, Deferte, inquiens, eum ad lacum; & ibi eum, marmoreo pondere ad collum eius ligato, demergite. Milites verò iuſſa iniquiſſimi Præſidis perficientes, detulerunt eum ad lacum, & ligato ad collum eius pondere vaſto, ita eum in lacum proiecerunt. Mox diuinitus ipſius laci lympha glaciali eſt ſoliditate concreta, ita vt vir Domini ſuper eam velut ſuper aridam ambularet. qui gaudio exultans maximo, hanc laudem Domino gratulabundus cecinit, dicens :

proiicitur in lacũ, lapidi alligatus:

nõ merſus. Deũ laudat ſtans ſuper aquam:

Omnipotens Dominus, quo conſtat machina mũdi,
Qui cælum terramque regis, qui fulmina mittis,
Quo ſine nulla vigent cæli terræque creata :
Te cælum, tellus laudet, te pontus in æuum.
Omnis te benedicat homo, veneretur, honoret. D
Namque tuis pedibus lapis eſt lacus ille probatus.
Atque Petrum tua dextra leuãs ſtatuit ſuper vndas.
Et Iſraelitæ quondam te duce ſuperno,
Veſtigio ſicco peragrarunt marmora rubra.
Sit enim Patre tibi ſimul & cum Flamine ſancto
Gloria, maieſtas, virtus per ſecula compar.

21 Quâ igitur laude finitâ, alloquens, ad laci ripam qui aſtabant, miniſtros, dixit : O infelices & acerrimi, quare mentis veſtræ oculos atrâ obcæcatos caligine non exeritis, & intelligitis quanta eſt Domini mei Ieſu Chriſti potentia, cuius imperio non ſolùm rationabilia animalia, verùm etiam cuncta obtemperant elementa? Ecce & vos ipſi cernitis, quoniam quidem huius lympha laci, velut duriſſimi ſcopuli, Chriſto operante, induratur. Quo dicto, mox quidam eorum diabolico inſtigati ſpiramine, vt ſanctum virum in profundum ſubmergerent laci, temerariè abire conati ſunt, qui ſtatim vt latices pedibus tetigerunt, ſubitò aquarum alluuione obtecti, nuſquam comparuerunt. At Domini Antiſtes vltro de lacu egrediens, à militibus detentus eſt, & Præſidi delatus. Miniſtri verò Agricolao dixerunt : Tolle veneficum, tolle præſtigioſum, accipe penes te ſacrilegum, & extingue protinus maledictum. Nam eius ingreſſu lacus ille velut duriſſima natus eſt gleba camporum; & multos noſtrorum, qui ad ſpectandum concurrerant miraculum, ſuis præſtigiis ipſo in lacu expetiuit in mortem. Nos verò vix euaſimus. Ipſum autem ex aquâ ſponte propriâ prodeuntem tuæ præſentiæ detulimus : iam quod tibi videtur exerce. Hoc autem firmum ſit veſtræ gloriæ, quoniam, ſi iſte citò non fuerit extinctus, eius phantaſmatibus ac ludificationibus nefandis, tota hæc patria, noſque ſimul cum eâ, ad internecionem vſque funditus deſolamur.

demerſit aliis qui lacum intrarant,

exit illeſus :

E

reducitur ad Præſidem:

22 His auditis, Agricolaus Præſes nimiis furiis ſtomachatus, ac ingenti contra eum exardeſcens animo, iuſſit duos pueros, qui arctiſſimâ erant mancipati cuſtodiâ, antè ſe offerri. Qui dum allati fuiſſent, ſtatuerunt eos vnà cum S. Blaſio ante Præſidem, quos toruo alloquens vultu dixit : Teſtor viuificam & intemeratam deorum noſtrorum culturam, quia ſi non illicò diis noſtris ſacrificatis, & ſancta, vt mos eſt, illis orgia libatis, confeſtim gladio feriemini. Et ſi prævalet veſter, vt aſſeritis, neſcio quis Chriſtus, eruat vos de manibus meis. Quòd ſi vſque nunc per artem magicam tormentorum conamina eluſiſti, iam hîc nulla prodeſt deluſio, nullaque laruaris præſtigij viget inſpiratio. F Cumque ad iſta S. Blaſius & duo pueri nullum dediſſent reſponſum; iterum dixit ad eos Agricolaus Præſes : Reſpondere ad interrogata, quæ dicta vobis ſunt, cum fiduciâ : quoniam, ſicut præfatus ſum, ſi deos non modò adoratis, procul dubio gladio feriemini. Tunc beatiſſimus Martyr & Pontifex Blaſius, ſimulque duo ſanctiſſimi pueri, dixerunt : Iam ſæpius tibi diximus, quia nullo pacto nullâque ratione deos veſtros, qui ſunt idola ſurda & mura, adorare debemus, & non alio niſi Domino Ieſu Chriſto ſacrificium piæ devotionis offerimus. Iam quodcumque vis agere, age; quia nullis videlicet minis terremur, nullis aduerſitatibus fatigamur, nullis perturbationibus emollimur, nullis machinationibus à rectâ, quam prædicamus, religione ſeducimur; ſed roborati & intrepidi Chriſtum Dei filium clarâ voce ſonamus, & omnes quos tu miſerrime dæmones colis, penitùs reſpuimus & abnegamus. Mox iniquiſſimus Præſes datâ ſententiâ vix tandem definiens, inquit : Blaſium ſacrilegum & conuicioſum, & dis noſtris vituperationem inferentem, & Diuorum Imperatorum præcepta ſpernentem, & quem nullatenùs ad noſtram culturam emollire valuimus, vnà cum duobus pueris ipſâ religione vtentibus, capite cædi iubemus.

coram quo cũ 2 pueris Chriſtum intrepidè confeſſus,

cũ iis mortis adiudicatur :

23 Confeſtim apparitores eos apprehendentes extra

A tra vrbem Sebastiam deduxerunt. & cùm ad locum, quò decollandi erant, aduenissent, prædicti sancti pueri multùm lacrymantes Beatissimo Blasio dixerunt: *pueros trepidantes animat:* Beate Pater, ora pro nobis, quia turbatur sensus noster, & animus noster vacillans diuiditur ad multa. Quibus dixit beatissimus Præsul: Nolite, ô filij carissimi, nolite diuini prælij certatores, nolite robustissimi milites, expauescere, nolite terreri; quia passio ista tantum habet timoris, tantumque terroris incutit metum. Nam pro quo hîc terrena respuitis, ab eo cælestia consequemini. State viriliter induti loricâ fidei, & galeâ perennis salutis, quia iam vos candidatus & splendidus præstolatur exercitus. Hæc vbi dicta dedit, tendens ad sidera palmas, Dominum Saluatorem deprecans, dixit: Domine Iesu Christe fili Dei viui, propitiare, quæso, nobis famulis tuis, vt non antiquus hostis aliquod obstaculum nostris anteferat oculis, & nec ipsum tetrum principem, neque tetertimos eius complices lumina nostra intueantur, sed lucidissimi ac sereniſsimi animas nostras Angeli tui suscipiant, quoniam tu es Deus benedictus in secula.

24 Cumque sanctissimi pueri respondissent, Amen; B dixit ad eos sanctus Præsul: Flectamus genua, Karissimi filij; flectamus; quia Pater noster, qui nos nasci & renasci fecit, præstò est. Positis itaque genibus, videlicet S. Blasius, & duo pueri, quorum nomina Deus scit, *cũ iis genuflexus plectitur capite:* dixit magnanimus Pontifex: Feriamur gladio, vt cedat brauium. & iterum intentis in cælum oculis, dixit: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, horumque duorum infantum. Cumque sancti pueri respondissent, Amen, iugulati sunt. Quorum veneranda passio, solemnisque dies natalis eorum celebratur tertio Nonas Februarias. AVCTORE ANONYMO, EX MS. D

25 Post hoc Christianissima Helisea nomine, noctu quò sanctorum Martyrum venerabilia corpora iacebant, occultè pergens, & facto ibi sepulchro, sepeliuit eos simul. In quo propè loco non longo pòst tempore *facit miracula in loco sepultura,* ad honorem eorum constructa est basilica, in quâ ipsis Sanctis opitulantibus, multis miraculorum prodigiis, Domino cooperante, eorum corpora perlucescunt, quod nullus hoc fieri ambigat vsque in hodiernum diem. Et non solùm in hac Sebastiâ Metropoli, verùm *& alibi.* etiam aliis procul positis ciuitatibus, scilicet ad quascumque nominis fama peruenit, multa mirabilia eorum intercessionibus sæpissimè operantur: ipso nimirùm hoc præstante, ob cuius amorem illi martyrium susceperunt, & ob cuius dilectionem nos illos deuotissimè veneramur; cui est cum Patre & Flamine sancto par gloria, eadem maiestas, vna deitas, vna potestas, E æqua virtus, vna omnipotentia, nunc & semper & per immortalia secula seculorum. Amen.

DE S. BLASIO ARMENTARIO MARTYRE CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA. I. B.

III FEBR. 1 *LVres* Blasios *extitisse suprà diximus. Celeberrimus est, cuius nunc Acta retulimus*, Episcopus *Sebastenus. Alterum ex eâdem Cappadociâ celebrant Græci hoc die. Qui Cappadocem dici audit. & armentarium, inq; saltu comprehensum; suspicetur fortassis eumdem illum Antistitem esse, in Argæo monte (ad cuius radices sita est Cæsarea) inter ferarum velut armenta comprehensum; nisi alius vtrique finis vitæ, alia inflicta essent tormenta. De hoc ergo isthæc habent Menæa:*

Diuersus hic à Sebasteno;

2 Habuêre quondam Blasium caulæ boum:
Ast aula cæli nunc habet.

Cæsareæ natus, Hic Cæsareâ Cappadociæ oriundus, parentes habuit admodùm locupletes; qui ex copiosis armentis auctas C opes benignè depromebant in pauperes. Ortâ dein *piis parentibus,* persecutione, Blasius vt Christianus quærebatur, nec inueniri poterat, quamuis saltus ipsos ac solitudines *vltro se offert persequentibus:* hostes percurrerent. Quod vbi generosius adolescens intellexit, veluti ad regias epulas vocatus, vltro se persequentibus obtulit, eosque vt benè de se meritos hospitaliter excepit.

3 Vbi verò ad tribunal Iudicis stetit, interrogatus, nomen, religionem, & omne vitæ institutum exposuit. Continuò igitur manibus pedibusque sublatus *suspensus neruis caditur:* tensusque crudis neruis diu cæsus est. Deus tamen & dolorem leniuit, & plagas sanauit. Quod præstigiis magicis tribuens Iudex, in maximum lebetem, plenum bullienti aquâ, eum immittit. Miraculum verò accidit, planeque stupore dignum spectaculum. Homo igne veluti vestimento circumdatus, ex illo etiam canebat. Quid deinde? Dies quinque in lebete detineri Sanctus iubetur. Verùm Angeli eum fidenti animo esse iusserunt, & ne quam ignis eius corpori noxam detrimentumue infetret, effecerunt. Quare iussi eum è lebete extrahere milites, cùm & viuere eum & laudes Deo cum Angelis concinere audirent, ipsi quoque se Christianos esse professi sunt. Quod vbi Præses cognouit, alios submisit milites: sed hi quoque cùm accessissent, Christianos se proclamarunt. Demum & ipse *conuersi lictores,* Præses accessit, & Sanctum in bullienti lebete conspicatus, & aquam ratus tetrixisse, oculos sibi eâ perfundi iussit: quo facto & oculos & animam amisit. *extincto Iudice,*

4 Sanctus verò Christi Martyr sumptâ ex eodem lebete aquâ credentes aspergens, in nomine sanctæ F Trinitatis baptizauit. Deinde propinquus pecorum *baptizat:* suorum stabulo factus, cùm matri & domesticis, quæ conueniebant, mandata dedisset, spiritum Deo reddidit. Qui autem eius morti adfuerunt, conspexerunt *moritur, animâ specie columbæ visâ egredi. pedũ eius frondescit.* velut candidam & lucentem columbam ex eius ore in cælum euolantem. Itaque sanctum eius corpus ipso loco sepultum est. Pedum verò eius iuxta altare germinans ac frondens altare inumbrauit.

5 *Hæc Menæa. quorum nihil est in Sebasteni Blasij Actis. Armentarium ipsum fuisse pedũ illud indicat, & Menæa disertè id habent:* μνήμη τῦ ἁγίυ μάρτυρος & βλασίυ τῦ βουκόλυ. Commemoratio S. Blasij bubulci, *siue* armentarij. *in aquâ feruenti 5 dies manet illæsus, seruantibus Angelis:* Armentarius *dictus.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS PAVLO ET SIMONE. I. B.

III FEBR. *PAulus in variis Martyrologiis* Pauli *ac* Simones *Martyres, nusquam simul iuncti. Neque de iis reperimus quidquam, nisi hæc in Menæis*: Eodem die Paulus & Simon gladio martyrium finiunt:

Hic scribere Paulum & Simonem oportet,
Ne fortè lateant capitibus amputatis

I. B.

DE S. CLAVDIO CONFESSORE.

III FEBR. SVnt & Claudij *Martyres. Hic* in pace vitam finiuit, vt habent *Menæa*; itaque exultauit termino vitæ conspecto, vt solet qui luculenta inuenit spolia. *Cetera nos latent.*

DE S. SIMPLICIO

I. B.

EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

INITIO SEC. V. III FEBR. ILius *hic est à* Simplide, *vel* Simplidio, *Viennensi quoque Episcopo, qui* XI *Februarij colitur: quamquàm à Ioanne Lieuræo cap.*16 *Antiquit. Viennen. hic* Simplides ac Simplicius, *appelletur. Sed fuit centum annis illo posterior,* XVI *ipsi Lieuræo aliisq; illius Ecclesiæ Episcopis, quibusdam* XV. *Habetur ipse quoque* Sanctus, *vti eum absolutè indigetat Lieuræus Viennensis Canonicus. Antiquitates Viennenses editæ à Ioanne Boscio ita habent:* Successit Nicetio in Viennensi Cathedrâ B. Simplicius. *& paullò inferiùs:* Post S. Simplicium ordinatus est S. Mamertus Viennensis Episcopus. *Quòd tamen neuter festum illius vt ceterorum, indicet, argumento est, ne ab Ecclesiâ quidem suâ colt. Neque in* B. *Adonis aut alio veteri Martyrologio illius reperimus nomen. Inscripsit illud Martyrologio Gallicano ad* III *Nonas Febr Andreas Saussæus, hoc addito elogio:* Viennæ S. Simplicij Episc. & Confess. qui, Zosimo Pontifice, mirâ sanctitate eam Ecclesiam rexit, nec minora Episcopalibus virtutibus ornamenta, quàm honorum decora, piis iurium sacrorum vindiciis, ipsemet cui præerat Sedi adiunxit.

Simplicij Ep. Vien. sanctitas,

B

natalis:

2 *In Taurinensi quidem Synodo de primatus honore cum Episcopo Arelatensi certauit, vt ex can* 2 *patet;* *illudq;* à Synodo definitum est, vt qui ex eis adprobasset suam ciuitatem esse Metropolim, is totius prouinciæ honorem primatus obtineret, & ipse iuxta Canonum præceptum ordinationum haberet potestatem. *Vulgò habita ea Synodus creditur anno Christi* CCCXCVII, *Cæsario & Attico Coss propterea quòd epistola Siricij Papæ & Ambrosij Ep. quarum Can.*6 *mentio fit ad dictam Synodum scripta existimentur: quo argumento, haud sanè videmus. Verba Synodi sunt:* Si qui ab eius *(Felicis Ep. Treuir.)* communione se voluerint sequestrare, in nostræ pacis consortium suscipiantur; iuxta litteras venerabilis memoriæ Ambrosij Episcopi, vel Romanæ Ecclesiæ Sacerdotis, dudum latas, quæ in Concilio, legatis *(Episcoporum Galliarum)* præsentibus, recitatæ sunt. *Verùm quomodò* dudum latæ *litteræ erant, si recens ad Synodum scriptæ?* Cur venerabilis memoriæ *dicitur Ambrosius, qui (vt alibi ostendemus) anno* CCCXCVIII *primùm mortuus? Addit Sirmondus post mortem S. Martini, qui tamen mense Septembri anni* CCCXCVII *adhuc viuebat, habitam esse; cùm Zosimus Papa ep.* 2 *dicat in eâ* grauissimorum Episcoporum sententiis pro calumniatore damnatum *Lazarum,* cùm Bricci innocentis Episcopi vitam falsis obiectionibus appetisset: *quod ille de* S. Briccio *Turonensi Ep. S. Martini successore accipiendum censet. Neque tamen seriùs multò statui potest, cùm idem Zosimus in eâ epistolâ an.* CDXVII *datâ dicat,* dudũ in Taurinensi concilio *ea esse gesta.*

ius Metropolitæ sibi vindicat, in Concil. Taurinẽs.

non an. 397 habito,

nec multò pòst.

C

3 *Videtur Simplicius, quod sibi arrogârat ius, diu impunè retinuisse; donec Patroclus, licet in Cathedram Arelatensem, dum adhuc Heros viueret legitimus Antistes, fuisset intrusus an.* CDXII, *tamen sopitis, quas inde natas* inter Episcopos regionis illius *testatur Prosper, discordiis, antiquum Ecclesiæ suæ ius à Proculo Massilienſi, ac Simplicio Viennensi, vsurpatum, vindicauit, Zosimi Romani Pontificis sententiâ; ideò Romam profectus, vt ex Zosimi ep.*5 *ad ipsum Patroclum liquet:* Quid de Proculi damnatione censuerim, *inquit,* tenet conscientia tua, cùm meo interesses examini, nec te gestorum nostrorum auctoritas latet. *Quòd ad Simplitij causam propriè pertinet, in ep.* 3 *ad Epp. prouinciæ Viennen. & Narbonen.* II *ita scribit:* Attamen illa præsumptio *Proculi* nos admodùm mouit, quòd in Synodo Taurinensi, cùm longè aliud ageretur, in Apostolicæ Sedis iniuriam subripiendum putauit, vt sibi Concilij illius emendicata præstaret obreptio ordinandorum Sacerdotum, veluti Metropolitano, in Narbonensi II prouinciâ potestatem. Et ne solus impudenter indebita postulando huic Sedi videretur intulisse conuicium, socium sibi Simplicium Viennensis ciuitatis adsciuit: qui non dissimili impudentiâ postularet, vt sibi quoque in Viennensium prouinciâ creandorum Sacerdotum permitteretur arbitrium. Indecens ausus, & in ipso vestibulo resecandus, hoc ab Episcopis ob certas causas Concilium agitantibus extorquere, quod contra statuta Patrum, & S. Trophimi reuerentiam, qui primus Metropolitanus Arelatensis ciuitatis ex hac Sede directus est, concedere vel mutare ne huius quidem Sedis possit auctoritas. Apud nos enim incõuulsis radicibus viuit antiquitas, cui decreta Patrum sanxêre reuerentiam. Et quia redire in ordinem suum intermissa præcipimus, Metropolitanus Arelatensis ciuitatis Episcopus, cum inde à Trophimo, ordinationis seriem temporibus roboratam inuiolabi in vtrâque Narbonensi & Viennensi auctoritate possideat. Data III Kal. Octob. Honorio Aug XI & Constantio II Coll. *id est, Christi anno* CDXVII. *Eadem de Arelatensis Cathedræ prærogatiuâ inculcat ep.*1 *datâ eodem anno* XI Kal. Aprilis. *eadem ep.* 2 datâ X Kal. Octob. *eodem anno, item* 4 *datâ* III Kal. Octob. *&* 5 *eodem die.* 6. *quoque,* datâ III Nonas Martias *anni sequentis.*

E

illud Sedi Arelatensi restituturi

ac confirmatur.

4 *Aliam Zosimi ad ipsum* Simplicium *Epistolam recitant Boscius ac Lieuræus, quæ ita habet:* Zosimus Episcopus Simplicio Viennensi Archiepiscopo salutem. Reuelatum nobis est, qualiter in Taurinensi Synodo causas tuæ diœcesis prosecutus fueris. Et licet Arelatensi Episcopo, antequàm legatus tuus veniisset, propter reuerentiam S. Trophimi, ius & pontificium super tres prouincias habere scripserimus; tamen si ita est, vt scripta tua nobis missa continent, interim vsque dum lucidiùs ventiletur, potestatem antiquam tibi manere permittimus: vt, sicut in Taurinensi grauissimorum Episcoporum Synodo, pacis consilio decretum est, viciniores tibi intra prouinciam ciuitates vendices, donec pleniùs rei ordinem Caritas Apostolica prosequatur. Lazarum indebitè Episcopum, criminatorem fratris, ordinatum, scias nostro iudicio esse damnatum. Data sub die Kalend. Octobris, Honorio XI & Constantio CC.

F

an id aliis Zosimi litteris diuisum?

5 *Hactenus epistola: quæ an genuina censeri debeat, aliorum esto iudicium. Nobis id haud facilè persuadebitur. Ne Patroclum quidem ipsum* Archiepiscopum *compellat Zosimus, aut alios Leo, Hilarus &c. Cur verò* reuelatum *sibi esse dicit, quod erat in Synodo multò antè gestum? an* relatum *scripsit? Nempe per Simplicij legatum, qui post litteras biduo antè datas aduenerat. Quàm illa abhorrent à moribus illius Curiæ? Non ignorabat Zosimus Acta Synodi Taurinensis, quæ in litteris antè iam datis citârat: neque aduersùs Simplicium sententiam tulerat, nisi diligenter expensis, quæ ille pro iure suo afferre voluit: cùm Proculi causam scribat ep.*3 *se* numerosâ

non videtur.

verùm agente apud Zosimum PP. Patroclo Ep.

A merosâ cognitione diſcuſſiſſe; licet ipſe diu expectatus, faſtidiosè ferens ſibi inducias attributas, connenire diſſimularet. *Si idem in ventilandâ Simplicij cauſsâ contigit, an conſequens eſt vt illicò, auditu obiter Legatis, quòd biduo antè decreuerat reſciderit ſapientiſſimus Pontifex?*

6 *Quod tamen ſuaſerat Synodus Taurinenſis; & in hâc epiſtolâ ſtatuiſſe Zoſimus dicitur, id poſteà à S. Leone ep. 5 ad Epp. Prouinciæ apud Sirmondum*, datâ III Nonas Maij, Valentiniano Aug. VII & Auieno V. C. Coſſ. *ſiue an. Chriſti* CDL, *decretum eſt, ac poſteà confirmatum. ita enim illam controuerſiam, de quâ in quorumdam vtriuſque Sedis Antiſtitum Vitu mentio erit facienda, terminauit*: Conſideratis allegationibus vtriuſque partis præſentium Clericorum, ita ſemper intra prouinciam veſtram, & Viennenſem & Arelatenſem ciuitates claras fuiſſe reperimus, vt quarumdam cauſarum alternâ ratione, nunc illa in Eccleſiaſticis priuilegiis, nunc iſta præcelleret; cùm tamen eiſdem commune ius quondam fuiſſe à gentibus proderetur. Vnde Viennenſem ciuitatem, quantum ad Eccleſiaſticam iuſtitiam pertinet, inhonoratam penitùs eſſe non patimur, præſertim cùm de receptione priuilegij, auctoritate iam noſtræ diſpoſitionis vtatur. Quam poteſtatem, Hilario Epiſcopo ablatam, Viennenſi Epiſcopo credidimus deputandam. Qui ne repentè ſemetipſo factus videatur inferior, vicinis ſibi quatuor oppidis præſidebit, id eſt, Valentiæ & Tarantaſiæ & Genauæ & Gratianopoli, vt cum his ipſa Vienna ſit quinta, ad cuius Epiſcopum omnium prædictarum Eccleſiarum ſollicitudo pertineat. Reliquæ verò ciuitates eiuſdem prouinciæ ſub Arelatenſis Antiſtitis auctoritate & ordinatione conſiſtant. *Ita S. Leo. Mutationes poſtmodùm aliæ euenêre, pluresq; Metropoles inſtitutæ.*

factum id à S. Leone I PP.

B

7 *An acquieuerit Zoſimi conſtitutioni Simplicius, an ius ſuum proſequi cupientem mors oppreſſerit, in obſcuro eſt. Non videtur certè multò ſeriùs deceſsiſſe, neque citiùs. Non enim Pontifex* impudentiæ *argueret pridem vitâ functum. Sanè Hilarium Arelatenſem multò acriùs increpuerat, grauiſq; multârat Leo I. qui ep. 2 ad Epp. Prouinciæ datâ an.* CDXLIX *iàm defunctum, ſanctæ* memoriæ *appellat. Neque vllam habere ſimilitudinem veri videtur, quod in Antiquitatib Viennen. apud Boſcium & Lieuræum aſſeritur*, S. Mamertum, *Simplicij ſucceſſorem*, Horuiſſe temporibus Arcadij & Honorij *qui ad annum* CDLXXVI *videtur ſuperſtes extitiſſe. Neque multùm vltra Zoſimi ætatem in vitis fuiſſe Simplicium ratiocinari poſſumus ex iis quæ apud Gregorium Turonenſem habentur lib. 2 Hiſt. Franc. c. 13.* Apud Aruernum, *inquit*, poſt tranſitum S. Artemij Venerandus è Senatoribus Epiſcopus ordinator. Qualis autem fuerit hic Pontifex, teſtatur Preſbyter Paullinus, dicens: Si enim hos videas dignos Domino Sacerdotes, vel Exuperium Tholoſæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Ecoliſmæ, vel Venerandum Aruernis, vel Alethium Cadurcis, vel nunc Pegaſium Petrocoriis, vtcumque ſe habent ſeculi mala, videbis profectò dignillimos totiùs fidei religioniſque cuſtodes. *Siue hic ille eſt Paulinus Presbyter, à quo Vita S. Ambroſij conſcripta eſt, vti* XVIII *Ianuarij ad S. Venerandi Vitam non improbabile nobis videri diximus, ſeu quis alius, eius certè æqualis. qui ſui ſeculi mala horum Antiſtitum virtutibus temperari prædicet, innuatq; ſe eos nouiſſe ac vidiſſe; indicat tamen omnes tunc vitâ functos fuiſſe cùm ſcriberet, præter Pegaſium. De S. Exuperio, SS. Innocentij I Papæ & Hieronymi ſcriptis claro, agemus* XXVIII *Septemb. de S. Amando Burdegalenſi* XVIII *Iunij. Hinc illud quoque habemus, fuiſſe inter celeberrimæ virtutis Antiſtites habitum* Simplicium.

Quando obierit S. Simplicius:

inter præcipuos ſui ſeculi Epp. habitus.

C D E F

DE S. ANATOLIO EPISCOPO, SALINIS IN BVRGVNDIA,

Commentarius præuius.

I. B.

§ I. *S. Anatolij Salinarum Patroni natalis, Vita, miracula.*

III FEBR. *Salinæ quæſtuoſæ in Burgundiâ.*

1 REgio Sequanorum, *quæ nunc* Comitatus Burgundiæ *appellatur, præſtantes habet pluribus locis ſalinas: quas Romanis olim penitùs ignoratas fuiſſe cenſet Ludouicus Gollutius lib. 2 de reb. Sequanicis cap. 24. neque enim aut neglecturos eos fuiſſe hanc immenſi quæſtus opportunitatem, qui omne vbique aurum argentumq; effoderant, aut ipſorum coſmographos ac hiſtoricos non vſpiam earum mentionem facturos fuiſſe, ſi tunc extitiſſent. Notæ tamen iam erant Regum Burgundionum temporibus ſeculo Chriſtiano quinto, vti patet ex Vitâ S. Eugendi I Ianuarij, qui SS. Romani & Lupicini in Iurâ monte diſcipulus fuit, vbi nunc* S. Claudij *oppidum. Eius ergo monachi vt cap. 10 Vitæ illius refertur*, dum diros metuunt ac vicinos Allemannorum incurſus, qui inopinatis viantibus, non congreſſione in cominùs, ſed ritu ſuperuentuque ſolerent irruere beſtiali . . . . è limite Tyrrheni maris potiùs, quàm de vicinis Herienſium locis coctile decernunt petere ſal. *Ac paullò pòſt*: aliis è vicino, quod timuerant, ſoſpitibus iam reuerſis *&c. Qui Herienſes illi, haud comperimus: ſed cùm vicini fuerint atque Allemannorum incurſibus patuerint, haud videtur ambigi poſſe, quin inter Sequanos fuerint.*

Vnde vrbs Salinæ,

2 *Celeberrima porrò maximeq; copioſæ ſalinæ ſunt in* Scodingâ, *quæ nunc* Salinenſis vallis *appellatur, pluribus diſtincta vicis, qui partim in herboſis ſitu montium tuguis, partim depreſſioribus iacent locis. Apud Fredegarium Scholaſticum cap.* 24 *eâ regio* pagus Scutingorum *appellatur, vel, vt teſte Cheſnæo alij codices habent*, Scotengorum *&* Scutengorum: Defuncto, *inquit*, Wandalmaro Duce, in pago Vltra-Iurano & Scutingorum, Protadius Patricius ordinatur. *Item in diuiſione regni inter Ludouicum Germaniæ Regem & Carolum Caluum, in portione Ludouici eſt* Scudingum, *quod Salinas interpretatur Miræus, citatâ S. Anatolij Vitâ, in Codice Donationum. Præcipuum enim vallis illi decus, inter duos montes longo ſpatio porrecta vrbs* Salinæ, *quæ, vt Gilbertus Cognatus Sequanus. Nozeretho vicino oppido natus, in Burgundiæ deſcriptione tradit*, ampliſſima ciuitas, toto orbe nominata ac celebris, à ſalſis & altis fontibus, ibi iuxta alios aquæ dulcis fontes ſcatentibus, denominata: vnde ſal igne denſatum in vſus quotidianos conficitur, candore præſtans, ac maximum Burgundiæ vectigal; quod inde in finitimas regiones immenſis curribus exportatur. *Laudat quoque Salinas ab ædium elegantiâ, ſalis copiâ, templis, mœnibus Franciſcus Ranchinus deſcript. Europæ to. 2. Præclarum conficiendi ſalis artificium, & admirabilem officinarum fabricam atque ordinem, fuſè exponit Gollutius libro citato: breuius Io. Iac. Chifflerius Veſontionis par. 1 cap. 5.*

3 *In hac vrbe* S. Anatolius *Epiſcopus maximam obtinet veneration em. De quo Auctor Vitæ S. Maimbodi* XXIII *Ianuar. nu 6. Burgundiam alloquens*: Poſt hos verò (*Columbanum, Deicolum, Columbinum*) celeberrimum Confeſſorem prædicamus Anatolium, ex Scottiâ itidem genitum, lumen tibi à Domino deſtinatum. *Eius honori vna è quatuor parochialibus vrbis eccleſijs, collegiumq; Canonicorum, dicata: Ita Cognatus*: Habet celeberrima Cano-

AVCTORE I.B.

nicorum collegia tria, in quibus principem tenet locum, quod eſt à D. Anatolio denominatum . . . . ſecundum eſt D. Mauricij, tertium Michaëlis . . . . ſunt & parochiæ quatuor, videlicet D. Anatolij, Mauricij, Ioannis Baptiſtæ & Virginis Mariæ. *Ad auſtrale vrbis latus, ſtat in ſummâ rupe caſtrum Belinum, infra hoc eremus* S. Anatolij, *infraq; caſtri eccleſia. De his quoque agit Gollutius lib. 2 cap. 22.*

vbi S. Anatolij eccleſia,

4 *Celebratur* S. Anatolij *natalis* III *Nonas Februarij, quo die in Martyrol. Eccleſ. Metropolitanæ Biſontinæ iſta leguntur, vti recitat Miræus in Faſtis Belgicis & Burgundicis ad* XVIII *Ianuarij* : III Non. Febr. in territorio Biſontinenſi, vico Salinis, S. Anatolij Confeſſoris, cuius ſepulchrum magnis illuſtratur miraculis. *Andreas Sauſſaius in Martyrol. Gallicano* : Ipſo die Veſontione, S. Anatolij Epiſcopi & Confeſſoris, qui natione Scotus, vt credita ſibi à Domino talenta multiplicaret, in Burgundiam tranſmeauit : fixâque Salinis eremiticâ ſtatione, quâ verbo, quâ ſanctè factorum gloriâ, incolas ad ſe confluentes, à rerum terrenarum cupiditate ad cæleſte deſiderium & ſtudium admodùm prouexit, claruſque miraculis & meritis plenus, æterna demum properauit ad gaudia. In cuius venerationem, eo loco quo tumulatus eſt, baſilica extructa fuit, Canonicorum collegio inſignis: in quâ perhonorificè conditus quieſcit, Patronique titulo colitur. *Eum quoque referunt Molanus in addit. ad Vſuard. & Ferrarius in generali Catalogo SS. ac Colganus in Vitis SS. Hiberniæ. At Claudius Robertus in Catal. Epp. Veſontionenſium nu. 63 de eo iſta habet*: Lingonis fit de eo officium duplex III Calend. Februarij. *Sauſſaius eo die* : Lingonis ſuſceptio reliquiarum S. Anatolij Epiſcopi Biſuntini Confeſſoris, cuius natalis fulget inſignis III Nonas Februarij. *Ferrarius verò rurſus eum* IV *Septemb. refert, veluti ſi eo die natalis illius agatur, his verbis*: Veſontione S. Anatolij Epiſcopi. *Dauid Camerarius lib. de Scotor. pietate ad* X *Decemb. S. Anatolium refert, ſed alium, vt infrà dicemus. perperàm Scotis adſcriptum, qui Laodicenus Epiſcopus fuit, &* III *Iulij colitur.*

cuius natalis 3 Feb.

Lingonis 30 Ian. ob reliquias,

5 *Seculo poſt Chriſtum vndecimo, corpus* S. Anatolij *è priore tumulo reſoſſum, ac honorificentiùs locatum in baſilicâ, quam Hugo Salinarius, S. Stephani Veſontione Canonicus, ac Rudolphi Regis Capellanus, poſteà Archiepiſcopus, reædificârat, ordine etiam Canonico in eâ inſtituto. Quâ de eccleſiâ Canonicisq;, Ioan. Iac. Chiffletius Veſontionis par. 2 in Hugone 1 agit. Ea verò* S. Anatolij *eleuatio facta eſt* XIII *Iunij, vt infrà ex Pet. Franciſco Chiffletio dicemus.*

eleuatio 13 Iun.

6 *Ducentis poſt annis à Nicolao Archiepiſcopo, qui ab an.* MCCXXIX *ad* MCCXXXV *Veſontinam Eccleſiam adminiſtrauit, in elegantiorem thecam repoſitum eſt* S. Anatolij *corpus. Quâ de re idem to. Iac. Chiffletius in Nicolao* : Inter alia quæ piè geſſiſſe legitur, illud non in poſtremis cenſendum, quòd S. Anatolij clariſſimi apud Salinas Confeſſoris, Epiſcopi natione Scoti, qui vitam eo loco vixit ſolitariam, ſacrum corpus honoratiore capsâ includendum releuauit : cuius rei monumentum extat in Martyrologio baſilicæ S. Anatolij Salinenſis his verbis : Kal. Septemb. Salinis Releuatio B. Anatolij Confeſſoris atque Pontificis, per manus D. Nicolai Archiepiſcopi Biſuntini. *Eadem habet Miræus in Faſtis Belgicis & Burgundicis ad* XVIII *Ianuarij ex Martyrol. Biſontino; planè vt corrigendum videatur, quòd ſcribit Cl. Robertus in Veſuntionenſib. de eodem agens Nicolaõ, ea in Salinenſi Martyrol. habeti Calendis Februarij.*

alia 1 Sept.

non 1 Feb.

7 *Vitam* S. Anatolij *ex MSS. codicibus Salinenſium tranſmiſit nobis Pet. Franc. Chiffletius noſter, docuitq; in pleriſque Burgundicarum Eccleſiarum Legendariis eamdem extare: ſcriptam verò videri à* D *aut* DC *annis. Aliam ipſe paullò breuiorem, quam & nos hîc dabimus, concinnauit. Priorem illam citat Gilbertus Cognatus ita ſcribens* : Vallis verò ipſa (*Salinenſis*) olim Scodinga dicta fuit, vt in D. Anatolij hiſtoriâ legimus. *Gollutius quoque ex eâ deſcriptionem vallis Salinenſis affert initio cap. 22 lib. 2.* Cùm in Scodingam, *inquit*, regionem Sequanorum Biſunt. Diœceſis, in quâ vallis eſt Romano itineri peruia, & hunc ſalinarum locus. * Supra vallem hanc mons eminet amœniſſimus, cui propter amœnitatem nomen impoſuerunt maiores noſtri, Aureus. Ex eo namque fons perennis manans, vallem irrigat murmure ſuaviſſimo. *Quæ eadem licet variante aliquantùm phraſi, habentur in Vitâ nu. 6.*

Vita duplex,

prior alibi citata.

** videtur aliquid deeſſe.*

8 *In MS. quodam Carthuſiæ Bruxellenſis, ſed planè recenti, iſta de* S. Anatolio *leguntur, quæ in Vitâ non extant* : III Febr. Anatolij Epiſcopi & Confeſſoris, in oppido Salinarum in Burgundiâ quieſcentis. Hic ſemel carbones, vbi fit ſal, in gremio illæſus portauit. *Gollutius lib. 11 cap. 21 ſeruatas* S. Anatolij *ope Salinas narrat. Nam cùm anno* MCCCCXCII *Galli Salinis electi, Braconiam arcem vicinam (in quâ natus S. Claudius Epiſcopus creditur) adhuc tenerent; Baudricourtius eorum Præfectus contractis celeriter Poligniacum copiis ſat numeroſis (decem millia fuiſſe quidam memorant) Salinas recipere cogitabat, priuſquàm nouis munitionibus firmarentur. Philippus Loettæus Areſchij Dominus, ac Fredericus Chapelarius, cum longè minori militum numero, vias anguſtas ac depreſſas dumetis ac ſentibus cinctas, per quas Gallis iter erat, circumſederunt, ac ſecuros ſub meridiem aggreſſi, prælio ad noctem protracto, plurimos peremerunt, ceteros in fugam verterunt, ac poſtridie victores in vrbem redierunt. Neque interim officio ſuo defuerunt ciues: nam omnis ordo, ætas, ſexus diem illum (S. Antonio Abbati ſacer is erat) ieiuniis, precationibus, ſacris procurandis, exegerunt; Senatus claues vrbis* S. Anatolij *feretro impoſuerat, eius præcipuè auxilio ſeruatum iri vrbem confiſus. Viget etiamnum ſolennis tantæ rei memoria. Nam quæ tunc communi religione nuncupata ad Diui tumulum vota, ea quotannis publicâ inſtitutâ ſupplicatione exoluuntur. Plura id genus beneficia, cælitus illius ope obtenta, breuiter perſtringit Pet. Franc. Chiffletius. Gollutius aſſiduè confluere populum ad venerandas eius reliquias ſcribit lib. 2 cap. 22 & plurima maximaq; fieri miracula, quibus bella aliæq; publicæ calamitates propulſentur, & priuatorum miſeriæ ſubleuentur.*

Prunæ ab eo geſtatæ innoxiè:

vrbs, eius ope ſeruata,

caſis hoſtibus;

hinc anniuerſaria ſupplicatio:

crebra miracula.

§ II S. *Anatolij epiſcopatus, patria.*

9 *Paſſim Epiſcopum fuiſſe S. Anatollum tradunt. Nobis, quod Molanus & Ferrarius ſcripsêre, Veſontionenſem fuiſſe, haud probatur. Ille quidem in addit. ad Vſuard. hoc die ita habet* : Ciuitate Biſontinâ S. Anatolij, eiuſdem metropolis ſanctiſſimi Epiſcopi & Confeſſoris. *Ferrarius*: Veſontione in Galliâ S. Anatolij Epiſcopi. *& addit in Notis* : Is natione Scotus fuit, & propter præclaras eius virtutes Epiſcopus Veſontinus factus, ei Eccleſiæ ſanctiſſimè præfuit. *At* IV *Septemb. itidem in Notis* : Quotus tamen eius vrbis Epiſcopus fuerit, noſcere haud potuimus. *Quî enim potuiſſet, cùm ne veſtigium quidem eius rei extet apud Chiffletium, qui in Veſontione ſuâ accuratum texuit eius vrbis Epiſcoporum catalogum, ac poſt eum Claudius Robertus? An verò quem alibi terrarum geſſerat epiſcopatum, vel ſubmiſſionis ſtudio, vel zelo ſalutis animarum aliis in oris curandæ, vltro reliquerit, Pontificis Romani auctoritate, aut extraordinario quopiam Diuini Spiritus inſtinctu; an Sede deiectus ab improbis hominibus; an, quod olim frequens, Scotis præſertim, ordinatus Epiſcopus fuerit, ad facilius procurandam Ethnicorum conuerſionem, vbi viſum eſſet, cùm nulli certæ Sedi affigeretur; an ne Epiſcopus quidem fuerit, ſed ita à poſteris ſit, maioris dignationis gratiâ, appellatus, vt alij nonnulli in Belgio noſtro & alibi, non diſputamus: neque in alterutram partem ſat valida ſuppetunt argumenta. Licet aſſerat Colganus indubitatum eſſe* quòd fuerit Epiſcopus & Confeſſor : *at ſolùm probat, Epiſcopum vocari, & vt Epiſcopum coli.*

S. Anatolius Epiſcopus,

non Veſontinus:

10 *Idem extra controuerſiam eſſe ait*, quòd genere & domo Scotus, ſiue Hibernus fuerit. *Non videtur id nobis tam certum, vt piaculum ſit vel leuiter dubitare. Atque infrà dabimus viri eruditi iudicium, qui Græcum aut Cilicem facit, cenſetq;* Scotum dici eo more, quo per Gallias priſcis illis ſeculis peregrini omnes SCOTI vulgò vocitabantur. *Ita ab hiſtoricis quibuſdam exteri milites omnes, quamuis*

an certò Scotus?

A *quamuis Gothi, Franci, Ademanni Saraceni, Hungari essent,* Wandali *leguntur appellati. Quid quòd in gymnasiis quibusdam Germaniæ externi & inopes studiosi Belgæ, Lotharingi, alijq;* Scotti *etiamnum vocentur? Cuius nomenclaturæ causſam quærentibus nobis ita Colonia reſcripſit ante annos aliquot Eximius eruditione & humanitate, Doctor Henricus Franciſcus Dierſtorfius, Theologicæ Facultatis ſenior*: Celebris hîc Coloniæ abbatia eſt, Ordinis S. Benedicti; nunc S. Martini Maioris, olim, à Rheno circumlabenti & Scotis incolentibus, Inſula Scotorum dicta. Hanc quia Scotigenæ aliquot ſeculis tenuerunt, plurima ex iiſdem finibus iuuentus, ſtudiorum cauſsâ, vt fieri aſſolet, ipſos ſubſequuta eſt. Viuebant ex hiſce non pauci, tenuioris fortunæ adoleſcentes, liberali Vbiorum munificentiâ; quam velut alteri Cleanthes, aquas hauriendo, oſtiatim pſallendo, aliſque ſeruitiis acuebant; vti & in præſentiarum aſſeclas eorumdem factitare cernimus. Hinc phraſi noſtrate, pauperes ſtudioſos, SCOTTEN appellamus. Credo Ratiſponæ & alibi, vbi ſimilia ſunt Scotorum collegia, idem obſeruari. Hæc Clariſſimum virum Iuris Ciuilis Doctorem Stephanum Broilmannum, Agrippinenſis Antiquitatis ſtudioſum inueſtigatorem, Gymnaſij noſtri olim Profeſſorem, inter menſalia colloquia dicere memini. *Hactenùs venerabilis ille ſenior. Nunc ad* S. Anatolium *reuertamur.*

an ſic dictus quia externus,

more alibi recepto

B 11 *Dauid Camerarius lib. 3 de Scotorum pietate,* Anatolium (*ſiue hunc ſiue aliuin quempiam*) *non ſolùm Scotum, ſed & Ionæ ſiue* Hu *inſulæ Abbatem facit. Neque tamen quo eum refelleremus, argumentum ſuppeteret, qui nuſquam catalogum Abbatum Huenſium, ſiue Ionæ, aut Cellæ S. Columbæ, viderimus; niſi dum Bedæ auctoritate ſuam fulcit ſententiam, hac ipſemet eam ſubuerteret. Ita ſcribit ad* X *Decembris, quo die nemo* Anatolium *vllum recenſet*: S. Anatolius Confeſſor & Abbas, vir planè Apoſtolicus. De illo multa apud Bedam habes libro 3 hiſtoriæ, & alios. Præfuit Anatolius Abbatis officio in Ionâ inſulâ. *At Bedam vel non legit, vel non intellexit, de alio planè* Anatolio *agentem, de quo S. Hieronymus lib. de illuſtr. Eccl. ſcriptoribus cap.* 73 *ita ſcribit*: Anatolius Alexandrinus, Laodiciæ Syriæ Epiſcopus, ſub Probo & Caro Imperatoribus floruit; miræ doctrinæ vir fuit in Arithmeticâ, Geometriâ, Aſtronomiâ, Grammaticâ, Rhetoricâ, Dialecticâ: cuius ingenij magnitudinem de volumine, quod ſuper Paſcha compoſuit, & decem libris de Arithmeticæ inſtitutionibus, intelligere poſſumus. *Nulli poteſt in mentem venire, vt putet hunc* Anatolium, *qui ſeculo Chriſtiano* III *in Syriâ floruit, Abbatem in Ionâ Pictorum inſulâ fuiſſe; vbi monaſterium primùm conditum eſt à S. Columba ſub finem* VI *ſeculi.* Siquidem, *vt Beda ſcribit lib.* 3 *hiſt. Eccl. gentis Anglorum cap.* 4. anno Incarnationis Dominicæ DLXV (quo

alius à Bedâ laudatus,

nõ Huenſis Abbas, ſiue Hyenſis,

C tempore gubernaculum Romani imperij poſt Iuſtinianum Iuſtinus minor accepit) venit de Hiberniâ Preſbyter & Abbas, habitu & vitâ monachi, inſignis nominis, nomine Columba, Britanniam; prædicaturus verbum Dei prouinciis Septemtrionalium Pictorum, hoc eſt, eis quæ arduis atque horrentibus montium iugis, ab auſtralibus eorum ſunt regionibus ſequeſtratæ.... Venit autem Britanniam Columba regnante Pictis Bridio, filio Meilochon, Rege potentiſſimo, nono anno regni eius, gentemque illam verbo & exemplo ad fidem Chriſti conuertit. Vnde & præfatam inſulam ab eis in poſſeſſionem monaſterij faciendi accepit.... quam ſucceſſores eius vſque hodie tenent. *Quod Hector Boëtius lib.* 7 *& Leſleus lib.* 4 *Ferguſium* II *Regem ſcribunt in Ionâ cœnobium Honorij Imp. temporibus condidiſſe, cui id ſine vetuſtioris ſcriptoris teſtimonio probabunt? Ipſa Iona nomen à S. Columba accepit, cùm anteà* Hy *vel* Hu *vocaretur, vt alibi dicemus: quò fortè S. Adamnanus præf.* 2 *in Vitam S. Columbæ reſpexit, vbi oſtendit quod* Iona *eſt Hebræis,* יונה *Græcis, Latinis eſſe* Columbam.

12 *Illius autem Laodiceni* Anatolij *meminit Beda lib.* 3 *cap.* 3 *de S. Aidano Lindisfarnenſi Epiſcopo ita ſcribens*: Namque diem Paſchæ Dominicum more ſuæ gentis,.... à quartadecimâ lunâ vſque ad viceſimam obſeruare ſolebat. Hoc etenim ordine Septentrionalis Scotorum prouincia, & omnis natio Pictorum illo adhuc tempore, Paſcha Dominicum celebrabat; æſtimans ſe in hac obſeruantiâ ſancti ac laude digni Patris Anatolij ſcripta ſecutum. *Quæ de Laodiceno accipienda eſſe, clariùs etiam liquet ex cap.* 25 *eiuſdem libri, vbi Colmanus Epiſcopus ità pro ritu Scotorum differit*: Numquid, *ait*, Anatolius vir ſanctus, & in præfatâ hiſtoriâ Eccleſiaſticâ multùm laudatus, Legi vel Euangelio contraria ſapuit, qui à quartadecimâ vſque ad viceſimam Paſcha celebrandum ſcripſit? Numquid reuerendiſſimum Patrem noſtrum Columbam & ſucceſſores eius, viros Deo dilectos, qui eodem modo Paſcha fecerunt, Diuinis paginis contraria ſapuiſſe vel egiſſe credendum eſt? *Cui mox reſpondens S. VVilfridus, tunc Presbyter*, Conſtat, *inquit*, Anatolium virum ſanctiſſimum, doctiſſimum, ac laude eſſe digniſſimum: ſed quid vobis cum illo, cùm nec eius decreta ſeruetis? *Ergo non fuerat illic laudatus* Anatolius; *vt vult Camerarius, Abbas in Ionâ; non enim diceret S. VVilfridus,* Quid vobis cum illo? *Neque illud,* cũ nec eius decreta ſeruetis. *Nam ſi Abbas, ergo ex S. Columbæ, anno* DLXXXXVII *mortui, ſucceſſoribus, quos iam Colmanus aſſeruerat eodem modo Paſcha, etiam* XIV *lunâ, feciſſe. Verùm ipſe Colmanus diſertè eum à Columbæ ſucceſſoribus ſeiungit,* E *& ante Columbam nominat. Imò* in præfatâ hiſtoriâ Eccleſiaſticâ laudatum *ait. Quæ illa? Quam enimuerò citârat VVilfridus? Non Huenſe aliquod Chronicon, ſed hiſtoriam Euſebij, in quâ lib.* 5 *cap.* 22 *& ſeqq. multa habet de die Paſchatis. at lib.* 7 *cap.* 26 Anatolium *laudat.*

AVCTORE I. B. D *ſed Ep. Laodicenui ſec.* 5

§ III *S. Anatolius an Patriarcha Conſtantinopolitanus? an Adanæ Epiſcopus?*

13 *Thomas Dempſterus hiſtoriæ Eccleſiaſt. gentis Scotorum lib.* 1 *nu.* 43 *Salinis coli exiſtimat* S. Anatolium *Patriarcham Conſtantipolitanum, qui anno* CDXLIX *S. Flauiano Martyri ſucceſſit, obitúq; an.* CDLVIII. *Hunc ait* fuiſſe ex eorum Scotorum numero, qui Innocentium I Pontificem ſecuti: Apocriſiarium fuiſſe Theodoſij Auguſti iunioris, & ex eâ aulicâ dignitate ad maiora vocatum, *ac S. Flauiano ſucceſſiſſe: dein reliquias eius in Burgundiam tranſlatas. Ipſum enim S. Innocentium Papam, quòd* Albanus *vocetur, concludit Scotum fuiſſe, quia Scoti ſe* Albanos *appellent. Id diſquiremus ad* XXVIII *Iulij. Non Theodoſij Apocriſarius fuit Anatolius Patriarcha, ſed Dioſcori & Eccleſiæ Alexandrinæ apud Theodoſium: neque ex aulicâ dignitate vocatus ad epiſcopatum, ſed ab Eccleſiaſtico munere: nam, vt Græci in Menæis referunt,* οὕτω πρεσβύτερον καὶ ἀποκρισάριον τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ὑπάρχοντα, ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως πεποιήκασι. *hic* cùm Preſbyter eſſet & Apocriſarius Eccleſiæ Alexandrinæ, Archiepiſcopus Cõſtãtinopolitanus ordinatur. *At Liberatus Diaconus in Breuiario de cauſsâ Neſtorianâ cap.* 12 *ita ſcribit*: Ordinatuſque eſt pro eo Anatolius Diaconus, qui fuit Conſtantinopoli Apocriſarius Dioſcori. *Is deinde* poſt illa ordinationis ſuæ non inculpata principia, *vt ad eum ſcribens ep.* 53 *loquitur S. Leo Papa,* Ordinatorum ſuorum errorem deferens, *vt idem habet ep.* 54 *ad Marcianum Auguſtum,* in aſſenſum Catholicæ fidei ſalubri correctione tranſiuit: *& licet non ſemel illius reprimi faſtus ab eodem S. Leone debuerit, & nimia indulgentia, quâ erga Eutychianos vti videbatur, caſtigari; vnde & Baronius eum ſæpè ſeuetiore notâ perſtringit; tamen & miracula patraſſe ſcribitur, & ab hæreticis occiſus veneno ſortebis, à Græcis, etiam Catholicis,* III *Iulij colitur: quo die & Laodicenus ille ſenior* Anatolius, *de quo ſuperiori §* 1 *egimus, Martyrologio Romano inſcriptus eſt.*

Anatolius Patriarcha Conſtantinopolitanus,

F

Catholicus fuit,

& ſanctus:

14 *Cur eumdem illum eſſe, qui Salinis colatur, cenſeat Dempſterus, duo profert argumenta: vnum, quòd Salinis ita habeatur,* S. Anatolius Scotus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus. *Vbi id habetur? in vetuſtis codicibus? officij*

Diuini

AVCTORE I. B.

Diuini Lectionibus? an tabulâ aliquâ? Non vidit, ſed à viro illuſtri Bruxellis commorante id didicit. Suſpicamur, ſi quid iſthic eiuſmodi extat, non Cõſtantinopolitanus, ſed Chryſopolitanus, id eſt, Veſontionenſis, haberi. Atque id ſuprà refutauimus. Alterum eſt teſtimonium Paradini, qui in Burgundicis Antiquit. ita dicitur ſcribere: Tempore Lotharij IV Regis per Legatos Conſtantinopolim ab eo miſſos, tranſlatum fuit pretioſum corpus S. Anatolij Patriarchæ, quem Scotum faciunt. Quas ille vocet Paradini Antiquitates Burgundicas, haud intelligimus. Vidimus illius ſcriptoris librum de antiquo ſtatu Burgundiæ editum Baſileæ, & Gallicè conſcriptos tribus libris Annales Burgundiæ, editos Lugduni an. 1586. In neutro opere id reperimus. Neque verò ſat eſſet eum id ſcribere niſi aliud rei tam antiquæ teſtimonium proferret. Tranſlationem illam contigiſſe ait Dempſterus, ſedente Leone VIII, regnante in Scotiâ Indulpho Subrogatus eſt Leo VIII Ioanni XII, anno CMLXIII per vim, nec à Baronio legitimus Pontifex agnoſcitur; obiit CMLXV. Regnabat tũc apud Scotos Indulphus, vt videre eſt apud Leſlæum; in Galliâ Lotharius Ludouici Tranſmarini filius; in Oriente imperabat Nicephorus Phocas.

dicuntur eius Reliquiæ Salinas tranſlatæ;

15 *Si porrò Gallia Rex corpus* S. Anatolij *Conſtantinopoli obtinuit, quomodò id ad Sequanos, qui non ei parebant, ſed Conrado Regi Burgundiæ deuenit? An id Mathildis Conradi vxor à Lotharto fratre obtinuit? Sed quo pacto videri veriſimile poteſt. Auctorem qui Vitam S. Anatolij compoſuit altero (vt ſummùm) ſeculo poſt Conradi Lotharijq; Regum tempora, ſcripturum fuiſſe, iſthic eremiticam vitam egiſſe, ſi aliunde iſthuc allatæ tunc reliquiæ erant? Eſto, nulla habuerit litterarum monumenta, quæ ſequeretur; quî potuit tantillo ſpatio tam aliena à vero opinio, inhærere hominum animis cùm eſſent fortaſſe ſuperſtites, qui ab oculatis teſtibus intellexiſſe tranſlationem illam poſſent ſi verè vnquam facta eſſet? An tamen* S. Anatolius *Conſtantinopolitanus, quod ante Dempſterũ in Kalendario Scotico ſcripſit Adamus Regius ad III Iulij, Scotus fuerit, licebit iſthic (ſi videbitur) diſquirere.*

haud ſatis probabiliter.

16 *Alium Pet. Franciſcus Chiffletius noſter infrà, ſatis probabili coniecturâ, ex Aſiâ* Anatolium *accerſit, Adanæ in Ciliciâ primâ Epiſcopum. Extat S. Chryſoſtomi ad hunc epiſtola* III, *Cucuſo data, quæ ita incipit*: Cùm ardentem tuum erga me amorem, idque de facie minimè notum, ex multorum ſermone accepiſſem *&c. Idem eſſe videtur* Anatolius, *cuius meminit Palladius in Dialogo de Vitâ S. Chryſoſtomi. vbi cùm quonam varij Antiſtites, qui illi adfuerant, relegati eſſent aut vltro ſeceſſiſſent, retuliſſet, de aliis, qui fortè non adfuerant illis quidem, cùm in exilium eiiceretur, ſed eius tamen partes tuebantur, inter quos erat ille Adanenſis, ita ſcribit*: Reliqui de communione Ioannis, partim quidem Attico communicarunt neceſſitate compulſi, & ad alias Eccleſias Thraciæ tranſlati, partim neſcimus vbiſint. Aiunt Anatolium in Gallias conceſſiſſe. Preſbyteri verò in Arabiam & Palæſtinam exularunt. Tigrius in Meſopotamiam relegatus eſt *&c. Neu quis Galatiam intelligi putet oportere, Georgius Alexandrinus in Vitâ Chryſoſtomi diſertè ſcribit*: Ἀνατόλιον δὲ ἔφασαν εἰς Γαλλὰς ἀπελθεῖν. Anatolium verò dicunt ad Gallos profectũ.

Anatolius Ep. Adanæ,

S. Chryſoſtomi fautor,

in Gallias venit

17 *Neque eſt quòd ex citatâ Chryſoſtomi epiſtolâ conficere quis velit, eum è Sede ſuâ eiectum non fuiſſe. Scribit ille quidem*: Verùm etiamſi corpore diſiuncti ſimus, arctiſſimis tamen animi vinculis vobiſcum adſtricti, tranquillam ac bellis vacuam regionem veſtram potiùs, quàm Cucuſum incolere nobis videmur. *Potuit enim fortaſſis aliquamdiu primam illam effugere tempeſtatem, vt qui in vrbe regiâ cum eo non fuiſſet: ſed poſteà Arſacij, eiuſq; ſucceſſoris Attici iram, ac Patriarchæ ſui Antiocheni Porphyrij deuitare furorem non potuit. Plures verò iſthic commemorat Palladius, qui eremiticam & agreſtem vitam egerint, qualem egiſſe in Galliâ Anatolius traditur. Nam* Antonius, *inquit*, intra Palæſtinæ ſpeluncas ſe incluſit.... Briſſo Palladij frater, Eccleſiâ ſuâ ſponte derelictâ, in agello ſuo degit, terram propriis manibus fodiens.... Ioannes Æthrius Cæſareæ conſtruxit monaſterium.... Elladius palatij Preſbyter Bithyniæ in agello proprio degit.... Siluanus autem ſanctus Epiſcopus Troade piſcatu ſibi victum quærit.

Sede ſuâ pulſus.

Alij tunc Epiſcopi eiecti ſolitariè vixêre.

18 *Quanta verò perpeſſi ſint omnes illi Antiſtites, dum in exilium pellerentur, præter cruciatus nonnullis illatos, ita vniuerſim ſcribit*: Retulit autem is, qui ab Epiſcopis redierat, Diaconus, eos à ductoribus ſuis, immiſſione quorumdam, intantùm vexatos, vt tæderet etiam viuere, mortemque ſibi precarentur omnes. Nam pecunias in ſumptus neceſſarias iis auferentes, inter ſe partiti ſunt; nudiſque imponentes inmentis, bidui iter vnâ conficiebant die, profundâ iam nocte diuertentes, & nocturnis item tenebris ad iter exurgentes, vt neque infelices eſcas continere ſtomachus poſſet. Turpibus præterea obſcœniſque ſermonibus impetere illos non deſiſtebant.

plurima paſſi, vti & ipſe fortaſſis.

Anis Salinenſis?

19 *An reuerà tamen Salinarum Patronus ſit Cilix ille, vel Syrus Anatolius, an potiùs (quod vetus habet traditio) Scotus aliquis Epiſcopus, haud certò ſtatuere poſſumus. Vtraque probabilis eſt opinio; ſed vetus illa deiici tot ſeculorum poſſeſſione haud temerè debet.*

VITA
AVCTORE ANONYMO,
ex MSS. eruta à Pet. Franc. Chiffletio S.I.

1 CHriſtianæ religionis imitatio maximè ſanctorum Patrum exemplis ad poſteros emanauit, quos non tantùm in fidei firmitate ſine dubitatione ſolidatos, poſterorum accepit credulitas, verùm etiam virtutis ipſius conturbernio fretos, ad cælum euectos ipſa non dubitat caritas. Ipſorum autem exempla ſequi ſummum eſt ſapientiæ, quorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ: & quoniam ipſorum prudentia ad vitæ ædificationem, ſuis tractatibus multa reliquit poſteris, quorum plura vel caſu deleta, vel vetuſtate abolita, vel igne cremata ſunt, non absre videtur, quædam quæ ſparſa ſunt memoriâ recolligere, & horum qui futuri ſunt populorum ad imitationem boni exempli notitiæ tradere.

Multa SS. Acta abolita:

2 Vitam igitur beatiſſimi & Confeſſoris Chriſti Anatolij in quantum bonorum virorum relatione didicimus, poſterorum memoriæ tradere curantes, ex ipſius geſtis pauca libabimus, quæ certa & cognita eſſe præſenti populo cognouimus: ante enim oculos Diuinæ maieſtatis nulli vnquam quod non ſit, fingere liceat, cuius bonitatis ſimplicitas omne figmentum euacuat. Nec enim eius eſſe ſapientiæ ipſam, quæ dicit, ignoramus ſententiam; Os quod mentitur, occidit animam.

hæc certa.

Sap. 1. 11.

3 Fuit igitur vir iſte Scotticæ regionis oriundus, Pontificali officio, vt fert priorum aſſertio, præditus, Dei intentus ſeruitio, & operibus contemplatiuæ vitæ deditus; cui merat manſuetudo cum patientiâ, cum moderatione abſtinentia, cum ſobrietate pudicitia: ſupereminentem donis omnibus caritatem amabat, quæ ſuæ religionis cuſtos fidiſſima erat. De eius genealogiâ inueſtigari non ſatis duximus eſſe idoneum, quia perſonarum acceptio non eſt apud Deum: hoc tantùm ſanè credimus, hoc credendo profectò amamus; quia dignè vertitur in memoriam hominum, qui ad gaudium tranſiit Angelorum.

S. Anatolij patria.

virtutes.

4 Secutus autem Dominum B. Anatolius non ambulauit in tenebris, quia inuenit lumen vitæ, & veritatis; qui cum pro Chriſto peregrinus efficitur, in conſpectu Regum magnificatur & ſtolâ gloriæ, & immortalitatis induitur. Quantæ autem ſanctitatis fuerit, ipſa quidem miracula indicant, quæ crebris exultationibus glorioſum eius ſepulchrum condecorant; ex quibus quædam tam viſa, quàm veridicorum relatu fidelium cognita, perſtringere volumus, ſi prius quidem quomodò

miracula.

quomodò ad nos ipſe peruenerit, expoſuerimus.

a 5 In Archiepiſcopatu Biſunticenſi, qui & a Chryſopolitanus appellatur, eſt quædam regio, nomine Scodinga, in quâ eſt vallis b Romano itineri peruia, quæ Salinis benè ſuo ſibi nomine dicitur, eò quòd ſal ibi ſufficienter conficiatur. Supra vallem quoque mons eminet amœniſſimus, à ſui ſitus pulchritudine nomen habens c Aureus; à cuius cliuo fons limpidiſſimus emanat, qui diuerſis ægrotantibus morbis, ſi eo lauti fuerint, ſanitatem accommodat. Vallis vndique circùm-clauſa montibus, pro muro ſe porrigit inhabitantibus. Medium huius interfluit, qui d Furioſus, ex re vocabulum collegit, vel quòd ingruenti pluuiâ ſubitò & ſine modo concreſcit; vel quòd populus alter in alterum vrgente irâ quaſi furibundus inſurgit. Sed quid de eâ amplius dicimus?

a *Scodinga regio:*

b *Aureus mons:*

c *fons medicus:*

d *Furioſus fl.*

Nobilis eſt famâ multas memorata per oras.

6 Hinc igitur Dei famulus Anatolius, Diuinâ id agente gratiâ, Româ regrediens ingreſſus, ad oratorium in eodem monte iuxta fontem irriguum, qui montis ſuperiora eluit, poſitum, in honore etiam beatiſſimi e Symphoriani, Æduenſis Martyris dedicatum, orationis gratiâ eò diuertens, à ſocijs quærit diludium. Videns itaque loci amœnitatem, modum & ſitum montis delectabilem, ſupernæ felicitatis toto mentis affectu contubernium iam ſitiens, viſus eſt oraſſe Dominum, vt eo in loco ſuæ ſibi remunerationis conferret præmium. Omnipotens autem Dominus, qui dixit diſcipulis ſuis, Quodcunque petieritis in nomine meo, dabitur vobis, fidelem orationem famuli ſui non aſpernatus, paucis diebus ibidem cõmorantis ſanctam ſuſcepit animam; tamquàm apertè diceret: Hæc requies tua in ſeculum ſeculi: hîc habitabis, quoniam elegiſti eam.

e *S. Anatolij obitus:*

B

Ioan. 16. 23.

7 Quoniam igitur viri beatiſſimi finem ſub breuitate tetigimus, nunc ſecundùm noſtri propoſiti ordinem quædam de ipſius miraculis enarremus: quorum idcircò parum dicimus, quia eorum multitudinem colligere compendiosè non poſſumus. Eſt quædam villa à valle ſuprà ſcriptâ octo milliarijs diſtans, appellata nomine f Crementis, in quâ ruſticus quidam morabatur, cui erat vocabulum Petrus, qui filium ex concubinâ genuerat, qui nomen Ornatus habebat. Hic verò cùm iam decennis eſſet, nullum vſum viuentis hominis in ſe monſtrabat, quia occulto Dei iudicio ita natura eum deſtituerat, quòd ei nullum ex ſenſibus corporis, præter guſtum exhibebat, non pedibus gradiens, non manu palpans, vix ore verbum intelligibile emittens, non ſonum auribus trahens; nam retorti ſub plantâ articuli nullo poterant veſtigio inniti, digiti autem volæ compliciti, palpandi vſu erant priuati; lingua palato parum adhæſerat, quæ vix verbum formare poterat; obſtruſæ diutinâ conglutinatione aures totius ſoni manebant expertes. Defertur ad egregij Confeſſoris ſepulchrum, ponitur pro foribus ante atrium, nullo cuſtode ſeruatur; à patre, cui iam diuturna infirmitas tædium fecerat, deſeritur. Sed Omnipotens, qui cuncta, cùm non eſſent, condidit, pius & clemens facturam ſuam non deſerit; per meritum namque ſanctiſſimi Confeſſoris imperfectum ſuppleuit, & ad perfectos artus in breui reduxit.

f

eius ope cõtractus, ſurdus, mutus ſanatur;

C

8 Erat quoque mulier paupertima in eiſdem finibus, cui ſimiliter deerat vſus corporis, quæ, ſuos non habens, ferebatur greſſibus alienis. Retro verſi calces dorſi poſteriora comprimebant, manus conflexæ mirabiliter brachijs adhærebant: hæc deportata ad ædem Confeſſoris ante aram locatur; deformis ſpecies, & horribilis, & animantibus abiectior cunctis, Sanctum Dei nominatim appellat, cunctis qui aderant audientibus inceſſanter inuocat: oratio eius multos ad fletum incitat. Res mira, & ad laudem Domini in ſanctâ Confeſſione fidelibus prædicanda, & omni deuotione & admiratione laudanda! debile corpus ſubitò, & ſpectante populo per artus ſingulos ad vigorem reducitur; ex terribili & horridâ ſpecie, pulcra forma ſancto ſpiritu artifice elicitur; ſine mora, nullo mortalium iuuante mulier eleuatur. Videres circumſtantium multitudinem præ nimio gaudio flere, brachijs pectora percutere, Dei laudibus exultare: glorioſus Dominus iure & admirabilis prædicatur in Sanctis, qui tam facilem aurem præbet clamori pauperis, & quod natura derogat, immenſa pietas exorata reformat.

item alia contracta.

AVERO-RE I.B.

D

9 Hæc denique & alia multa miracula dignatus eſt operari Dominus per dilecti ſui Anatolij meritum, cuius ſanctiſſimum corpus longo poſt tempore reuelatum, in eâdem eccleſiâ ſepultum eſt, ad plebis ſuffragium retento brachio, & ad benedictionem agendam in populo. Quodam verò tempore villa Salinis, agente id caſu, accenditur; materiale ſubiectum ad ſuccendendum facile habebatur, quia g abietibus pleræque domuum (quæ ſpecies arboris facillimè igni ſuccumbit) ibidem conficiuntur. Domus verò contiguo tectorio iungebantur, nullo interſtitio procurrente; nec erat, vnâ incensâ, aliqua ambiguitas, alias omnes futuras eſſe cremandas. Populus autem humano iam deſperato auxilio, ad beati Confeſſoris recurrit ſubſidium, ſanctum brachium adducitur in medium, opponitur contra ignis incendium. Mira res! vis totius Vulcani mox cecidit in momento, nullum incendium comparuit, vt comprobaret Dominus, à periculis incendij, meritis ſui Confeſſoris eos liberari, quem ipſorum deuotio cœperat pro eius amore venerari, cui laus, & imperium per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Reliquiæ eleuatæ,

g

per eas reſtinctum incendium.

E

a Veſontio *à variis ſcriptoribus* Chryſopolis, *id eſt, aurea ciuitas appellata: quâ cauſâ, diſces ex Io Iac. Chiffletio Veſont. par. 1 cap. 12.* Chrỹſopolis, *id eſt Veſontio.*

b *Gollutius quoque lib. 2 cap. 22 Romanorum opus eſſe cenſet hanc viam, ad tres leucas porrectam, ac ſtratam lapide, vbi rupes deſunt, qua iter prabeant. De eâdem agit cap. 10.*

c *Ita dictum conuicit Gollutius cap. 24 quòd aurum iſthic effoderetur, quâ occaſione falſi fontes reperti, qui vallem ipſam iam locupletem & auream reddunt.*

d *Gilberto Cognato* Forio *eſt, ſiue* Foriola, *ſic dictus*, quòd vrbem immunditijs purget.... Sunt qui Furioſam, *inquit*, magis verecundè vocant, quòd ſit rapidus & cum celeritate & furore labatur. Furioſus *fl.*

e *De S. Symphoriano Martyre Æduenſi, ſiue Auguſtodunenſi, agimus 22 Aug.*

f *Aliàs*, Cremenſis, *vt notauit Pet. Fran. Chiffletius.*

g *Cognatus*: Domus ſunt magnificæ & luculentæ, maioreque ex parte gypſeæ, parietibus tenuibus, in altum erectæ; interpoſitis crebris trabium craticulationibus. Vulgares etiam ex luto gypſato cruſtatæ ſunt.

ALIA VITA

Ex ſchedis Pet. Franc. Chiffletij Soc. IESV.

1 BEatum Anatolium, Salinenſium tutelarem inclytum, pænè tantùm ex miraculis nouimus. Diſertè ratiocinantur, qui eum fuiſſe putant Epiſcopum Adanæ; Ciliciæ ciuitatis, in patriarchatu Antiocheno: qui tamen æquitatis amore, à partibus ſteterit Ioannis Chryſoſtomi, Patriarchæ Conſtantinopolitani, aduersùs Theophilum Alexandrinum: eamque ob cauſſam extorris (vt in Vitâ Chryſoſtomi refert Palladius) in Gallias conceſſerit. Extant ad eum Chryſoſtomi in Cucuſo exulantis literæ, præcipuæ beneuolentiæ teſtes. Græcum autem fuiſſe, aut Cilicem, qui Græcâ linguâ vteretur, oſtendit & Sedis locus, & nominis etymon, quod Græci Orientalem ſonat. Scotus autem dici potuit, eo more, quo per Gallias priſcis illis ſeculis, peregrini omnes, Scoti vulgò vocitabantur.

S. Anatolij epiſcopatus,

exilium,

2 Cùm ad Sequanos veniſſet, in territorium Scodingorum, felici omine iuxta Salinas ſubſtitit, in cliuo prærupti montis, ædiculæ opportunitatem nactus,

mors,

Sympho-

AVCTORE I. B. Symphoriano Auguſtodunenſi Martyri ſacræ, quam dulcis aquæ fons alluebat, perennis & copioſus. Ex eo
A loco felix anima ad cælites emigrauit: ibidem conditum corpus ſex ferè ſeculis delituit; donec ineunte vndecimo poſt Chriſtum ſeculo exhumatum, tumuloque honoratiore compoſitum eſt Idibus Iunij, in baſilicâ, quam Hugo (poſteà Biſonticenſis Archiepiſcopus) Humberti Domini Salinenſis & a Hermenburgæ filius, opere magnifico exſtructam, in honorem SS. Symphoriani atque Anatolij, ſanctæque Virginis & Martyris Agathæ dedicari fecit; nobili ibi Canonicorum collegio conſtituto.

eleuatio, *a*

3 Tranſactis exinde annis ducentis, cùm Anatolij ſepulchrum plurimis, atque inſignibus illuſtraretur mi-
tion. alia; raculis, oſſa eius veneranda Nicolaus Biſonticenſis Archiepiſcopus, Calendis Septembris tumulo ſublata, in pretioſam tranſtulit hierothecam. Ceterùm quia conſtat, eius ope ac virtute, cæcos, claudos, mutos, ſurD dos, contractos, debiles, ægros cuiuſque generis percuratos; præcipuum, qui extinctus fuerat, ſalſuginis fontem, admoto eius ſacro capite repentè excitatum; *miracula plurima omnis generis.* compreſſa quoque oppidorum incendia, exturbatos è corporibus malos dæmones, vrbes obſidione liberatas, reportatas de hoſtibus victorias; imbres etiam pro re nunc laxatos, nunc inhibitos; periclitantes vbique ſeruatos; eum meritò in cælis illorum cœtui inſertum credimus, de quibus cecinit Propheta: Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt princi- Pſal. 138. 17
patus eorum.

a *Eam Io. Iac. Chiffletius Veſont. p. 2 cap. 48 ex veteri inſtrumento Henrici III Imp. tradit iuxta eamdem eccleſiam habitaſſe, inq; eam monachos Diuionenſes introduxiſſe; qui tamen iuſſu eiuſdem Henrici, & Leonis IX Papæ, excedere coacti ſunt, reſtitutiq; Canonici.*

DE S. LVPICINO

I. B. EPISCOPO LVGDVNENSI IN GALLIA.

CIRCITER AN. CHR. CDLXXXVI. III FEBR. *S. Lupicini natalis,*

B I*Lluſtri ſanctimoniæ laude floruiſſe* S. Lupicinum *oportet, cùm eius in omnibus Martyrologiis celebretur ad* III *Nonas Februarij nomen. Verba plurimorum ſuprà retulimus, cùm* de SS. Felice & Felicitate *eſſet ſermo, quia pleraque ei* Felicem *ſocium iungunt, quædam etiam* Celerinum; *quorum neutrum nobis probari indicauimus. At non pauca ſeorſim eum referunt. Beda vulgatas, Rabanus, MSS. S. Maximini & S. Lamberti Leodij:* Lugduni depoſitio B. Lupicini Ep. *addunt MSS. S. Mariæ Vltraiecti ac S. Martini Tornaci:* & Confeſſoris. *MS. Pragenſe:* Sanctorum Epp. Lupicidi, Teredi, Remedij. *VVandelbertus,* Ternis & Nonis Lupicini feſta ſacrantur.

Acta incognita, *Acta verò omnino ignota latent. Petrus de Natal. lib.* II *cap. vlt. nu.* 49 *Martyrem facit:* Lupicinus Epiſcopus, *inquit,* Felix & Celerinus eodem die Lugduni paſſi ſunt. *Quo auctore fidem aſtruit?*

2 *Rectè monet Ioannes Sauaro in Notis ad Sidonij Apollinaris ep.* 15 *lib.* 7. *vitiatas eſſe Epiſcoporum Lugdunenſium tabulas. Nam apud Democharem poſt* S. Eucherium, *qui* XX *ſtatuitur, hi locantur ſucceſſores:* Salonius, (Saloinus *perperàm ſcriptum*) Deſiderius, Veranus, Patiens, Africanus, *atus,* Ruſticus, Stephanus, Lupicinus, Viuentiolus, XXX Lupus. *In alio Catalogo apud eumdem, omiſſis* Deſiderio &
C Africano, *ceteri poſt* Eucherium *ſic enumerantur:* Salonius, Veranus, Petrus, XXIV Lupicinus, Ruſticus, Stephanus, Viuentiolus, Lupus. *In vtroque tamen pro* Viuentiolo Vincentium *habet. Iacobus Seuertius, Ioannes Chenu, Claudius Robertus hac ſerie eos ſtatuunt:* Eucherius, Veranus, Patiens, Africanus, Ruſticus, Stephanus, Lupicinus, Viuentiolus, Lupus. *Nos ita ordinamus, nullas tabulas ſecuti, ſed rationes eas quas ad ſingulorum natales promemus:* S. Eucherius, *qui* XVI *Nouemb. colitur.* S. Patiens XI *Septemb.* S. Africanus I *Maij: ſi tamen hunc inter Epiſcopos locandum, certò conſtiterit.* S. Lipicinus III *Febr.* S. Ruſticus, *vel* Ruſticius XXV *April.* S. Stephanus XIII *ſucceſſor S. Ruſticus,* *Febr.* S. Veranus XI *Nouemb.* S. Viuentiolus XII *Iulij. Meritò* SS. Veranum & Salonium, *S. Eucherij filios, quorum ille Vencienſis, hic Genuenſis Epiſcopus fuit, ab his diſparat Sauaro. Cùm tamen* S. Auitus *Viennenſis Ep. vt in eius Vitâ* V *Febr. dicitur,* venerabilem Abbatem monachorum Veranum Epiſcopum Lugdunenſibus dederit; & S. Viuentiolum de grege Presbyterorum Dei electum, eiſdem Epiſcopum deſignârit; *neceſſe eſt, alium* Veranum, *qui immediatè ante* S. Viuentiolum *ſederit admittere. Fatetur Seuertius, in Homiliario Eccleſiæ Lugdunen.* Ruſticio *præferri* Lupicinum.

3 *Cùm autem ſederit Lugduni* S. Ruſticus, *cùm ad Gundebadum Burgundionum Regem legationem, Theodorici Regis* *qui an. 494 ſedebat;* *iuſſu, ſuſcepit S. Epiphanius Ep. Ticinen. anno* XDIV, *vt* XXI *Ianuarij in huius Vitâ dicitur;* & S. Patiens *circa an.* CDLXXV *concilio Arelat. adfuiſſe, mox & Lugdunenſi dicatur; conſequens eſt,* S. Lupicinum *inter an.* CDLXXX & XD *videri ſediſſe. At quamdiu ſederit, quid egerit, paſſuſúe ſit ſub Ariano Burgundionum Rege, nuſquam legimus. Chenu & Seuertius ſcribunt, ſacrum eius corpus in S. Iuſti æde conditum.* F *Neque amplius quid de eo narrat Sauſſaius in Martyrologio:* *corpus vbi conditum.* Felicem Belicenſem Ep. *ei iungit, aitq; vtrumque doctrinâ clarum extitiſſe; nempe Ordini conſentaneâ. At nemo alius Belicenſem illum* Felicem *Sanctis accenſet; niſi quòd Rainaudus noſter addubitet, vt ſuprà indicatum.*

DE S. TIGRIDE ET REMEDIO

EPISCOPIS VAPINCI IN GALLIA.

I. B.

III FEBR. *Vapinci Epiſcoporum*

I VApincum, *ſiue* Vapingum, *Gallicè* Gap, *vrbs eſt antiqua prouinciæ Narbonenſis ſecundæ, in Delphinatu, ſub metropoli Aquenſi, quæ in variis Notitiis prouinciarum apud Cheſneum to.* I *ſcriptor. Franc. appellatur.* Ciuitas Vappincenſium, Vapenſium, Vappingenſium, Vapecenſium, Vappenſis: *eſtq; egregiè munita, arce ſupra collem adpoſitâ, vti Ranchinus, Cheſneus, Brietius deſcribunt.*

Tigridis & Remedij natalis *3 Febr.*

2 *Hîc* III *Februarij coluntur* SS. Tigrides & Remedius Epp. *quorum omnia ferè Martyrologia meminerunt hiſce Vſuardi verbis:* Apud Vapingum Tigridis & Remedij Epp. *addunt nonnulla,* & Confeſſorum. *Variant quædam in nominibus. Nam* Tigrides, *Maurolyco* Tigris, *MSS. quibuſdam* Tergides, Tingides, Tygrides, Teredus, *Rom. Martyrol.* Tigides. *pro* Remedio *habent quædam* Romedium. *Conſtantius Felicius:* Tigrus & Romedius iuxta caſtellum Tapingum.

3 *Sauſſaius, vbique iunctos, diſparat. Nam* I *Febr. ſcribit:* In territorio Vapincenſi S. Tygridis Ep. & Confeſſoris. Hic Dei caritate exardeſcens, ouium ſalutem ſummo ſtudio procurauit, Eccleſiâque ad Diuinæ legis *alibi ad diuerſos dies relatus.* præſcriptum diu gubernatâ, ad ſuperna regna euectus, perennis

A perennis à ſe emeritæ gloriæ reliquit in terris momentum. *Quæ quidem in omnem quadrant Sanctum Antiſtitem, præter id quod de diuturnâ gubernatione Eccleſiæ affirmat. Communia item ſunt, quæ* III *Febr. habet de S. Remedio:* Vapingi ſub Aquæ Sextiæ Metropoli in Phocenſi prouinciâ, S. Remedij Epiſcopi itidem & Conf. qui S. Tygridi ob præclaras virtutum dotes ſuffectus, iſdem veſtigiis inhærens, Eccleſiam creditam magnâ laude & copioſo fructu paſtoralis vigilantiæ direxit: datiſque diuinitus perfectæ ſanctitatis indiciis, eodem tramite quo deceſſor, aulam cæleſtem ingreſſus eſt.

quando ſederint?

4 *Quando eam Sedem rexerint, quidue rerum egerint, omnino in obſcuro eſt. Claudius Robertus eos poſt* Conſtantinum Ep. *locat qui Concilio Epaonenſi interfuit; nullo prolato argumento. Petrus de Natal. lib.* II *cap. vlt. nu.* 48 *ità ſcribit:* Tigris & Remedius Epp. apud oppidum Vapingum paſſi ſunt III Nonas Februarij. *Vetus Romanum S. Hieronymi præuit:* Vappinicode paſſio Teridi Remedi. *Pragenſe quoque MS.* Teredum *habet. Miſit ad nos ab annis aliquot vir eruditus MS. catalogum SS. Vmbriæ, in quo* SS. Tigridius & Remedius *martyrio affecti dicuntur, ſed diuerſis temporibus,* in Papigno caſtello *prope Interamnam. Sed quia Equilinum citat, diſertè Vapingo ea tribuentem, fidem non facit.* Avcto-RE I. B. D *an Martyres?*

5 *Sauſſaius in Supplem. Martyrol. ad* III *Februarij &* XII *Maij ſcribit, in parochiali eccleſiâ Borſij oppidi ad Lemouicum & Aruernorum fines, aſſeruari argenteâ cauſâ incluſa oſſa* SS. Remedij *Vapincen. Ep. &* Germani *Patriarchæ Conſtantinopolitani,* multâ cum incolarum deuotione. *De* S. Germano *agemus* XII *Maij.* *S. Remedij reliquiæ.*

DE SANCTIS SORORIBVS VIRGINIBVS OLIVERIA ET LIBERATA APVD CALVVM-MONTEM IN GALLIA. I. B.

B SECVLO VI. III FEBR. IN *vno oppido in Galliâ* Caluimontis *eſt nomen. Nam vt omittam* Caluimontenſem *in Lotharingiâ* Comitatum, *cuius fortaſſis vocabulum nunc exoleuit, extitit certè eo ferè tractu vbi* Murta *fluuius in Moſellam influit, & nomine* Calmontis *memorari videtur in diuiſione regni Lotharij addicturq; portioni Ludouici, & iungitur* Sarachowæ ſuperiori, *circa Saram, vel Sarauam flumen ſitæ. Verùm hoc omiſſo Caluomonte, caput Baſſmiacæ regionis in Campaniâ* Caluimontis municipium eſt, *haud longè à Matronâ amne,* altæ rupi ſuperpoſitum, *vt ſcribit Papirius Maſſonus. Aliud eſt in Vexino* Caluomontium, ſeu Caluimontium, vrbs perlepida, *vt ſcribit Philippus Briettius in Parallelis Geograph. 2 par. lib. 7 cap. 3 § 3. Cuius mentio eſt apud Iuonem Carnotenſem ep.* 28. *Alius denique, qui huc facit, Caluuſmons eſt tribus circiter leucis à* Caſtro-Porciani, *neque longiùs multò à* Regueſte *Reteliorum vrbe diſtans. In eo monte anachoreticam vitam, tempore S. Remigij Archiepiſcopi Remenſis, egit* S. Berthaldus *Scotus, cum B. Amando diſcipulo ſuo, itidem Scoto; de quibus agemus* XVI *Iunij. Poſteà Canonicorum regularium iſthic fundatum cœnobium fuit, ac deinde Præmonſtratenſibus datum. Eius & Pagius in Bibliothecâ Præmonſtratenſi, & Claudius Robertus in Galliâ Chriſtianâ meminêre.*

In Caluomontenſi, apud Retelios,

Ord. Præmonſtratenſis monaſterio,

C *coluntur SS. Oliueria & Liberata,*

2 *In huius cœnobij eccleſiâ præter S. Berthaldi, ſolent & ſanctarum Virginum* Oliueriæ & Liberatæ *aſſeruari magnâ cum veneratione reliquiæ. Sed parentum noſtrorum memoriâ arx eſt in eo monte conſtructa, monaſterium alibi in vicinia ædificatum, & ad hoc eadem ſacra pignora deportata. Earum ita meminit Molanus in addit. ad Vſuardum:* In Monte caluo ſanctarum ſororum Oliueriæ & Liberatæ Virginum. *Refert eas quoque Ferrarius & alij. Sauſſaius ad* V *Februarij ita ſcribit:* In Monte Caluo tranſitus S. Liberatæ. *In Supplemento autem ad* III *Februarij:* Apud Caluum montem S. Oliuariæ Virginis. E *3 Februarij.*

3 *Edidit I. Lietauius Prior Caluimontenſis, anno* MDCXXXIV, *S. Berthaldi Vitam, in quâ ſanctarum harum Virginum meminit, licet alteram* Oliuam *pro* Oliueriâ *vocet. Opinio populi eſt, vt ait, à maioribus accepta, à S. Berthaldo ad perfectionem inſtitutas: oriundas Alta villâ, pagò ab Caluomonte ſeſquileucam diſtante. Parentes earum alij Altæ villæ dominos volunt fuiſſe, alij ſaltem opibus & virtute claros. Sæpius clam parentibus ac notis ventitaſſe ad S. Berthaldum, ab eoq; cæleſtem doctrinam hauſiſſe, ac præſertim ad ſeruandum pudicitiæ florem illibatum, & cæleſtu Sponſi thalamos expetendos, prouocatas. Huic vt ſe Sponſo totas dicarent ſpretis parentum poſſeſſionibus, ac vitæ mortalis blanditiis, in ſaltu Caluomontenſi vitam duxiſſe.* *diſcipula S. Berthaldi, eo tractu nata,*

4 *In medio huiuſce ſaltus duo egregij fontes manant, earum inſigniti vocabulis, ſiblopi tactu diſiti inuicem. Multi febribus, aliiſue vexati morbis, ad* S. Oliueriæ, *ſiue* Oliuæ, *fontem confluunt, atque in vicinâ ædiculâ, quæ nuper Galmeti Abbatis ſtudio reſtaurata eſt, preces fundunt, ante antiquiſſimam eiuſdem Virginis etiam ædiculâ alias eiusdem reſeruatam, effigiem. Neque ferè dies, Dominicus aut feſtus labitur, quin aliqui iſthuc pietatis ergò conueniant. Hæc Lietauius.* *vbi fontes ijs ſacri,* F *& S. Oliueriæ ſacellum.*

DE S. LAVRENTIO ILLVMINATORE EPISCOPO SPOLETINO IN VMBRIA. I. B.

CIRCA AN. CHR. DLXXVI III FEBR. *Olim viri Apoſtolici è Syriâ in Italiam profecti,*

I VEniſſe in Italiam è Syriâ *Diocletiani ac Maximiani temporibus, viros Apoſtolicos* XII, *traditur in Actis SS. Carpophori & Abundij, quæ* X *Decembris dabimus, quæq; apud Mombritium extant plurimis reſperſa mendis. Quamquàm non deſunt qui cum S. Petro Antiochiâ Romam profectos velint, ac pleroſque ad Domitiani tempora peruenisſe. Ij fuêre,* Anaſtaſius, *eiuſq; duo filij* Briccius & Eutychius, *ac nouem nepotes* Carpophorus, Abundius, Laurentius, Ioannes, Teudila, Iſaac, Proculus, Herculanus, Baractalis, *cuius tamen apud Mombritium nomen non extat.*

2 Anaſtaſius *martyrio perfunctus dicitur ad* Aquas Saluias, *qui locus propè abeſt à portâ Capenâ, inſigni monaſterio ornatus, alteriuſq; S. Anaſtaſij Mart. Perſæ reliquiis, vti ad huius Vitam* XXII *Ianuarij* § 4 *nu.* 16 *diximus. Ludouicus Iacobillus to.* 1 *de SS. Vmbriæ ad* V *Ianuarij in* S. Ioannis I *Epiſc. Spoletini Vitâ tradit* V *Decembris occiſum quia eumdem eſſe exiſtimat, qui illo die memoratur in Martyrologio Romano. Nobis alius videtur, quippe à Baronio adſcriptus in Martyrologium è Græcorum Menologio, in quo traditur, vltro in* ſtadium cucurriſſe, & ſtans in medio conſeſſu liberè prædicaſſe, *atque eapropter flagris cæſus, obtruncatus, & in mare proiectus. Quod breuiùs perſtringens Baronius ait,* ardore martyrij ſponte ſe perſecutoribus obtuliſſe. *At S. Carpophori parens Anaſtaſius* ſummâ diligentiâ & ſollicitudine inquiſitus *à lictoribus adductuſq; ad tyrannum,* no- *ductore S. Anaſtaſio M.* *diuerſo ab eo qui 5 Decemb. in Martyrol. habetur:*

AVCTORE I.B.

doſis fuſtibus diutiſſimè cæſus, & demum teterrimo recluſus carcere, diuturnâ carceris maceratione *excruciatus, plexuſq; capite eſt ad Aquas Saluias. Quæ inuicem non congruunt.*

A

3 S. Briccius, *ſiue* Brictius *Ep. multa paſſus, tandem Martulæ in Vmbriâ in pace quieuit* IX *Iulij.* SS. Carpophorus *Presbyter &* Abundius *Diaconus Spoletij* X *Decembris martyrio coronati ſunt.* S. Proculus *dicitur fuiſſe Epiſcopus Carſulanus & Interamnenſis, colituſq;* (*teſte Iacobillo*) XIV *Aprilis: Ferrarius eo die* Proculum II *locat, ab Gothis interfectum, quem Vghellus* I *Iunij. Iacobillus* I *Decembris ſtatuit.* S. Herculanus I *Ep. Peruſinus martyrio defunctus* VII *Nouembris, quo tamen die Martyrologium Rom.* Herculanum II *refert, quem alij primo Martij ſtatuunt.* S. Baraclis *Spoletij pro Chriſto occiſus* IX *Octobris.* S. Ioannes I *Spoletinus Ep. dicitur apud Iacobillum* V *Ianuarij occubuiſſe.* SS. Theudilam, Iſaac, Laurentium *ſcribit Vghellus to.* I *parte* 2 *pag.*166, die XXII Iulij martyrio conſumptos: *quo die nomina eorum in nullis Martyrologiis inuenimus; neque vſpiam.* S. Eutychij *illius antiqui ſiue* Euticij *nomen.*

ceteri in Vmbriâ variis diebus coluntur:

Res obſcura.

4 *Multi iiſdem nominibus, Gothorum floruêre temporibus, ſeculo nimirùm Chriſti ſexto.* S. Eutychius *Abbas qui* XXIII *Maij colitur,* S. Iſaac XI *Aprilis,* S. Ioannes *Ep. Spoletinus Martyr* XIX *Septemb. & alius* S. Ioannes Penarienſis, *Abbas apud Spoletium,* XIX *Martij.* S. Proculus II *Ep. Interamnenſis Martyr,* I *Iunij vel Decembris, vt iam indicatum.* S. Herculanus II *Ep. Peruſinus M.* I *Martij.* S. Laurentius *Ep. Spoletinus* III *Februarij. Et quia horum quidam Syri fuêre, (id enim de S. Iſaac tradit S. Gregorius, de S.* Ioanne Penarienſi *eius vita; aliqui etiam ex iis, quos anteà ex Actis SS. Carpophori & Abundij retulimus, indidem profecti; hinc fortaſſis & Faſti quarumdam Eccleſiarum turbati, & turmæ illæ Sanctorum, adſcitis ab longè pòſt ſecutâ ætate, aut longè antecedente, auxiliis ſuppletæ, veluti ſi vtroque tempore ex Syriâ veniſſent quotquot numerantur: quod tamen de quibuſdam inficiantur viri eruditi. Ita videmus quotquot olim ex Hiberniâ in Belgium noſtrum venêre diuerſis temporibus viri Apoſtolici, ſubinde ab imperitis ſcriptoribus, qui diu poſt illorum ætatem vixêre, vnius alicuius primarij ſocios ſtatui omnes, quoſdam etiam, qui nati in Belgio Galliâue, iis iungi.*

alij ſeculo 6 itidem è Syriâ,

fortè quidam itidē.

B

5 *Vtut ſe res ſe illa habeat, magnas Vmbria circa veterum ſuorum Sanctorum res geſtas, ortum, ætatem, contraxit vmbras, ſi non tenebras. Erunt ex eâ gente, qui eas doctis lucubrationibus aliquando dimoueant: & cœpêre non infeliciter nonnulli; nemo tamen plenam adhuc lucem reduxit. Nobis tanto ſpatio remotis, neque omnium Eccleſiarum valentibus monumenta luſtrare (multa quippe bellis vrbiumq; excidiis abolita) ſatis erit, ſi facem præferentes, etiam famoſam ſubinde ac minùs claram, eminùs ſubſequamur.*

C

6 *Et* S. Laurentius *quidem, qui ſecundæ illi aduenarum è Syriâ turmæ adſcribitur, hoc die refertur à Ferrario in Catalogo SS. Italiæ, à Ludouico Iacobillo* IV *Februarij, quia eo die Spoletij colitur, die tertio anniuerſario S. Blaſij Ep. feriis occupato. Meminit illius quoque Ferdinandus Vghellus in Spoletinorum Antiſtitum Catalogo, atque è Syriâ veniſſe ad Vigilium Papam, & tertio Februarij, anno* DLXXVI *deceßiſſe ſcribit; vti & Ferrarius: Iacobillus aliquantò priùs veniſſe tradit. Conſentiunt omnes, ab antiquo* et Illuminatoris *cognomentum attributum. Citant Iacobillus ac Ferrarius vetuſtas Lectiones in eius feſto recitari ſolitas, aliaq; monumenta, quibus quia deſtituimur, Vitam ab Iacobillo Italicè editam, Latinè reddidimus.*

S. Laurētius Illuminator vnus è poſterioribus

obiit 5 *Feb.*576

7 *Meminit* S. Laurentij, *licet non nominet, B. Petrus Damianus ep.* 9 *ad Nicolaum* II *Papam, qui anno* MLVIII *electus, mortuus eſt* XXVII *Iulij* MLXI, *eſtq; ea epiſtola Opuſculum Damiani* XIX *de abdicatione Epiſcopatus, vbi cap.* I *iſta habet:* Epiſcopus etiam ille Sabinenſis, qui ſolium pontificale deſeruit, & Farfenſe monaſterium, contemptâ ſacerdotali dignitate, conſtruxit, quàm nobilis in Chriſto vir fuerit, teſtis eſt antiqua traditio, quæ ſanctitatis eius inſignia celebrat; teſtis moderna deuotio, quæ piam eius memoriam in benedictione frequentat. *Gregorius monachus Farfenſis, B. Petri Damiani coætaneus, inferiùs citatus à Iacobillo, Sabinenſem quoque Epiſcopum facit: Iacobillus contendit ſemper Spoletinum habitum à Spoletinis, qui eius & reliquias poſſident, & anniuerſariam memoriam celebrant: fatetur tamen, à Spoletinâ Cathedrâ ad Sabinenſem fortaſſis tranſlatum. Vghellus & inter Sabinenſes nonum numerat Laurentium, Farfenſis monaſterij conditorem; & vndecimum inter Spoletinos: quem dimiſſis inſulis eremum petiiſſe ſcribit, nullâ cœnobij Farfenſis factâ mentione; neque idem ſit an diuerſus quærit.*

*celebris memoriæ tempore B. Pet. Damiani, ſec.*II

D

Sabinenſis Ep. an Spoletinus?

8 *Eſt* Farfenſe, *ſiue* Farfarenſe *monaſterium, vulgò* di Farfa, *non procul à* Farfaro *ſiue* Fabari *amne, qui ſupra* Feroniæ fanum *in Tiberim influit. Id Blondus in Vmbriâ, ſiue quartâ regione Italiæ, ita deſcribit:* Longiſſimo tractu poſtquàm Farfarus montes reliquit, per plana labitur culta, opacis vndique rectus arboribus. Quâ quidem in amœniſſimâ planitie monaſterium ipſi fluuio dextrorſum imminet ampliſſimum, Farfenſe appellatum, caſtella ad decem poſſidens, quorum primum Fara dictum, colli impoſitum eſt, monaſterio imminenti. *Ipſum in colle ſitum monaſterium tradit Leander in deſcriptione Vmbriæ:* Dextrâ eius, *inquit, id eſt Farfari,* pulcro in colle cœnobium ſumptuosè quondam ædificatum Farfa. *Vterque ad dextram Farfari ſitum ſcribit, quia ab oſtio ad fontes tendentibus dextrum: nos ſiniſtrum diceremus, quia ipſi fluuio à fonte ceu capite prolabenti verè ad lævam iacet.*

Farfenſis monaſterij fundator.

vbi id ſitum?

E

VITA

Italicè ſcripta à Lud. Iacobillo.

CAPVT I

S. Laurentij in Italiam aduentus, ſacerdotium. Clerici regulares ab eo inſtituti.

1 QVo tempore Eccleſiam Romanam *a* S. Hormiſda regebat, Imperium *b* Anaſtaſius, *c* Theodoricus Oſtrogothorum Rex Italiam; *d* Seuerus Antiocheni Patriarchatus inuaſor, defenſorq́ue acerrimus Eutychianæ hæreſis, Imperatoris, eâdem contacti labe, potentiâ & auctoritate fultus, ſub annum Chriſti DXIV crudele Catholicis Syriam habitantibus intulit bellum. Nam & Sedibus ſuis orthodoxos Antiſtites exturbabat, *e* ſubrogabatq́ue hæreticos; aut ſi quos deiicere legitimo throno non poterat, intrudebat tamen æmulos ac veluti riuales, qui ſenſim peſtem in populos inferrent: aliaq́ue deſignabat flagitia, & quibuſcumque poterat malis Catholicos opprimebat. Ideò horum quamplurimi, ne cogerentur eam abominationem intueri, cui obſiſtere non poſſent, neque omnino fructum facere; è patriâ, Antiochiâ nimirùm *f* Hieroſolymis, Cæſareâ, Laodiceâ, aliiſq́ue Syriæ ac Palæſtinæ locis, in exteras prouincias, vbi tutò ſibi piis eſſe & Catholicis liceret, demigrarunt.

a
b
c
d
Seuerus Pſeudo-epiſc. Antiochenus an. 5, 4
Catholicos exagitat:
e
F
multi è Syriâ migrant;
f

2 Ex omni hac multitudine coiêre ad CCC, eo conſilio vt Italiam peterent, caputq́ue orbis Romam aditent, atque ibi Sanctorum corpora, ac dicata iis templa venerabundi circuirent: inde quibus locis modiſq́ue Pontifex Romanus cenſuiſſet, fidem Catholicam ſeminarent, vitamq́ue, ſi fors taliſſet, pro Chriſto profunderent, qui ſuam pro ipſorum ſalute prior poſuiſſet. Venerunt itaque in Italiam, in diuerſas partiti turmas, homines circiter trecenti, viri, fœminæ, monachi, Eccleſiaſtici, laici, ex omni ordine ac conditione; multi inuicem ſanguine coniuncti: vti memoratur in Actis S. *g* Carpophori Martyris; Sanctorumq́ue *h* Iſaac, *i* Eleutherij, *k* Ioannis, *l* Lazari, & aliorum, qui ex eo cœtu fuerunt; vti & S. Laurentius fuit, cuius hîc enarrare geſta aggredimur. Romæ vt ſimul omnes adfuerunt, crebrò ſecretis in locis conuentus agebant, conſalutato

300 *Romam:*

g
h i k l

ex his quidam à Papâ Sacerdotes facti, per Italiã prædicant.

A consalutatò primùm, summâ cum demissione ac reuerentiâ, Pontifice; à quo multi cooptati in Clerum, atque etiam sacerdotio initiati, & in varias partes Italiæ, bini ferè, ad prædicandum Euangelium dimissi, plurimos, & sermonibus & vitæ sanctimoniâ, ad veram fidem studiumque pietatis pertraxerunt.

3 Quoniam verò exundante hæresum colluuione, Arianæ præsertim, Nestorianæ, Eutychianæ, & Theopaschitarum, sensim in plura ac turpiora scelera prolabebantur Antiochen; Diuinâ vltione primùm interemptus fulmine est Anastatius Imperator anno DXVIII, dein Sede, per summam amentiam occupatâ, deiectus *m* Seuerus, demum Antiochia anno DXXV partim incendio deformata est, partim horribili *n* terræ motu concussa subuersaque, cum infinitâ mortalium strage: vt videretur vrbs ipsa aduersùs incolas suos insurgere, neque ferre posse tantam eorum aduersùs Deum ingratitudinem; vt vbi primùm, qui Christi religionem profitebantur, Christiani fuissent appellati, illic potissimùm Christo inimica grassaretur impietas.

Seuerus pulsus, m

n

Antiochia terramotu labefactata.

4 Vt Romam venit, cum sacro quem diximus comitatu, Laurentius, benignè est ab S. Hormisda acceptus: nam cùm cerneret sapientissimus Pontifex præditum optimâ indole, moribus candidissimis, insigni eruditione, & Diuinarum rerum scientiâ, eum annis aliquot apud se retinuit, & per omnes gradus Ecclesiasticorum officiorum ad sacerdotium prouexit. Dein benè illi precatus, ad quosdam veterum suorum sodalium in Vmbriam vt proficisceretur annuit: à quibus ille propter singularem suam doctrinam, prudentiam, suauitatem morum, Patris loco habitus honoratusque est. Cum his industriam omnem cœpit ad culturam animorum conferre, ac præsertim ad lolium Arianæ hæresis, latè sub Gothorum dominatu per Italiam succrescens, euellendum.

S. Laurentius aliquamdiu Romæ degit

B

Sacerdos factus

in Vmbriâ prædicat:

5 Quietæ dein vitæ studiosus, in ipso flore ætatis, ad locum *o* secedit octo millibus passuum Spoletio distantem, *p* Penolacum dictum, quod ad pedem Velini lacus iaceret. Hic viro locuplete, loci domino, assentiente, monasterium constituit, in eoque se includit vnà cum eodem illo viro, qui eius sese subdens disciplinæ, prædium ei quoddam suum monasterio vicinum donauit, eique egregio caritatis & modestiæ studio deinceps ministrauit, ac tandem sancto fine ibidem vitam clausit. Vulgatâ Laurentij sanctitatis famâ, multi ad illud monasterium confluxerunt è Cleto Ecclesiæ Spoletinæ, aliique è vicinis locis, ac se illi ad pietatem erudiendos tradiderunt. Hunc in modum sub annum DXXI illic Canonicorum regularium congregationem instituit, qualem ferè CXXX annis priùs Hippone in Africâ S. Augustinus: neque enim S. Benedicti promulgata adhuc Regula erat.

o

p

iuxta Velinum lacum condit monasterium.

C

in eoq; Clericos regulares instituit:

a *Creatus est Pontifex* S. Hormisda *an.* 514 *mense Iulio: obiit 6 Aug.* 524.

b *Imperauit* Anastasius *à medio Aprili* 491, *ad 9 Iulij* 518, *quo die fulmine ictus interiit.*

c Theodoricus *in Italiam venit an.* 489, *Odoacrem Regem an.* 493 *interfecit, ac tum initium habuit Gothorũ in Italiâ regnũ.*

d *Anno* 513 *Sedem Antiochenam per vim occupauit* Seuerus, *sectâ Acephalus, electo* S. Flauiano, *de quo agemus 4 Iulij.*

e *Anastasius Bibliothecarius in historiâ Eccles. scribit, tunc* nonnullos Episcopos ferreis vinculis compeditos vnà cum Presbyteris & Diaconibus relegatos.

f *Nam &* S. Elias *Episcopus* Hierosolymitanus, *vt idem habet Anastasius,* dum cogeretur ab Imperatore, aut Seuero communicare, aut ab Episcopatu repelli, monachis confortantibus illum, ab Episcopatu proiici magis elegit.

g *Hic diuersus statuitur ab eo* Carpophoro, *qui cum* S. Abundio *colitur* 10 *Decemb. vt anteà indicauimus. Hunc scribit Iacobillus vel sub annum* 516, *imperante Anastasio, vel sub Iustiniano, venisse cum* SS. Laurentio, Herculano 11 *& aliis Romam; ac tandem Perusij à Gothis odio Catholicæ religionis, quam prædicabat, interfectum* 6 *Ianuarij.*

h *Hunc certè quidem constat ex S. Gregorio lib.* 3 *Dial. cap.* 14 *Syrum fuisse, & in Vmbriâ Gothorum temporibus vixisse.*

i *De hoc agit S. Gregorius lib.* 3 *Dial. cap.* 21 *& 33. at nusquam ex Syriâ venisse docet, vt ad 6 Septemb dicemus.*

k *Hic esse videtur* S. Ioannes, *qui vulgò* Penarienſis *cognominatur & natione Syrus fuit, vt dicitur in eius Vitâ, quam* 19 *Martij dabimus.*

l *De hoc agemus, Iacobillum secuti,* 18 *Februarij.*

m *Anno* 1 *Iustini, Christi* 518, *agente Vitaliano militiæ Magistro, orthodoxæ fidei studiosissimo, iussus est* Seuerus *eici & interimi, sed fugâ elapsus est. Ita Anastasius in hist. Eccl.*

n *Euagrius hist. Eccl. lib.* 4 *cap.* 5 *scribit, post grauia crebraq; incendia,* anno 7 imperij Iustini, mense 10, Artemisio videlicet, id est Maio, 29 eius mensis, feriâ 6, in ipso meridie *horribilem illum terræ motum accidisse, atque aliud deinde incendium. Verùm ex diei notâ additâ, videlicet vigesimæ nonæ Maij incidentis in feriam* 6, *cùm littera Dominicalis esset D, patet annum fuisse Christi* 526, *Iustini* 8 *Anastasium damnum vrbis ita exaggerat:* Et pulcritudo ciuitatis exterminata est. Non enim facta est talis diuinitus vltio in aliâ ciuitate per omnes generationes.

Extat Italico Lvd. Iacobilli interpr. l. B.

D

Terræmotus Antiochiæ an. 526.

o *Ferrarius ait à Vigilio Pontif. in Clericorum numerum adscriptum, vti & Vghellus, qui & ab eodem Spoletinum Episcopum treatum tradit: neuter primi huius secessus & Clericorum cœnobij meminit, sed videtur cum secundo confundere.*

p Pedelucum *oppidum est (idemne quod hîc* Penolacum *scriptor appellat, haud scimus) iuxta* lacum Velinum *in Vmbriâ, quem ab eo* Lacum Pedeluci *modò Itali vocant,* lago di Pie di Luco, *testibus Leandro, Blondo, Cluuerio.*

CAPVT II

S. Laurentij Episcopatus. eius abdicatio. Farfense cœnobium fundatum.

E

6 Cum eâ ratione annos ferè XX exegisset Laurentius, nobili martyrio vitam finiuit *a* S. Ioannes Antistes Spoletinus. Clerus Laurentium, cuius celebris erat religionis fama, vno consensu ei subrogandum elegit: ratam habuit electionem Papa *b* Vigilius anno DXLI, & subdere oneri humeros, præ submissione id declinantem, coëgit. Spoletina plebs, è gente suâ assumi Episcopum, non peregrinum aliquem, conclamabat oportere; adeoque aduentanti portas occlusit. Laurentius vir bonus ac modestus, vt arceri se ingressu vrbis vidit, positis humi genibus, Deum precatus est, vt quoniam eius in terris Vicario obediendi, salutemque hominum curandi studio, onus hoc suscepisset, Diuinam suam super eo portando deponendoue voluntatem declararet. Vix ea elocutus erat verba, cùm portæ vltro patuerunt, eoque ostento attoniti Spoletini, magno cum honore & gaudio eum acceperunt.

a eligitur Ep. Spoletinus inuitus:

b excluſus à populo,

portas precibus aperit:

7 Laurentius nullam planè pontificalis officij partem prætermisit, assiduus in precatione, verbis cautus ac sincerus, largus in tribuendâ eleemosynâ, sollicitus in omni opere caritatis ac religionis exequendo, patiens in aduersis, in commisso sibi negotio fidelis, constans ac firmus in Diuinarum legum ac Constitutionum Apostolicarum obseruatione, promptus ad ferendum omnibus auxilium; adeò mitis & benignus, vt nemo ab eo non consolatione & alacritate perfusus abscederet, quantuis pressus molestiâ eum adîsset. Tantâ illius bonitate, prudentiâ, caritate permoti complures è populo, certatim ei possessiones, pecunias, supellectilem variam largiebantur, vt iis pro arbitrio vteretur. Is partè donatarum istiusmodi possessionum retentâ, vt earum prouentu ipse victitaret, quamuis perparcè, familiamque sustentaret, & successorum alimentis prouideret, cetera in sacratum ædium ornatum, cultusque Diuini procurationem, ac pauperum subleuandam inopiam, erogabat. Erat cælesti luce mirificè illustratus ac multis visum restituit, tum corporalem captis lumine, tum spiritualem vitiorum caligine occæcatis, ali quæ fecit Diuinâ virtute miracula: vt hinc existimetur ei datum *c* Illum natoris cognomen.

F

dignis Episcopo virtutibus floret:

sibi donata benè dispensat:

claresc it miraculis, inde Illuminator *dictus:*

c

8 Suum iam annos XI, menses IV, dies VIII, sanctè pauerat gregem; cùm tranquillæ ac quietæ vitæ cupidine illectus, non sine populi mœrore, impetrato Pontificis assensu, *d* Petro cuidam, viro sancto, Episcopatum tradit anno DLII, atque ad fundum Acutianum in Sabi-

Episcopatu se abdicat:

d

EX ITALICO LVD IACOBILLI, INTERPR. I.B.

in Sabinos ſe recipit. Hîſpiorum hominum donationibus adiutus, templum ac monaſterium conſtruit, Deiparæ Virgini dicatum: quod quia Farfaro flumini erat propinquum, Abbatia Farfarenſis, vulgò DI FARFA, eſt appellatum. In eo ipſe monachilem habitum A ſumpſit, cum non paucis ſecularibus, qui eius inſtitutione vitam ducere cupiebant: hi eum Abbatem elegêre, ac S. Benedicti Regulam, latè iam per Italiam & alias prouincias celebratam, ſibi cuſtodiendam ſumpsêre. Vulgatâ ſanctiſſimæ eius ac ſociorum conuerſationis famâ, opulenti quidam homines prædia, domos, poſſeſſioneſque alias monaſterio donarunt: atque ita frequentes eò ad vitæ monaſticæ exercitationes confluxêre, vt breui ampliſſima extiterit probatiſſimorum monachorum congregatio.

Farfenſe cœnobium condit,

auctum mox viris opibuſq;:

a *Interfectus à Totila militibus, colitur* 19 *Septemb.*

b *Is S. Siluerio an.* 538 *ejecto, per vim intruſus, ei mortuo legitimè ſubrogatus vitandi ſchiſmatis cauſsâ, deinceps optimus Pontifex fuit, ſeditq; ad annum* 555.

c *Vghellus quoque* Illuminatoris *ei cognomentum tribuit, cuius cauſſam non indicat, licet fateatur clarum miraculis extitiſſe.*

d *De* S. Petro *S. Laurentij ſucceſſore agunt Vghellus & Iacobillus, & nos ex illis* 21 *Iunij.*

B

CAPVT III

S. Laurentij obitus, celebris memoria. Farfenſis cœnobij ſtatus.

moritur 576, 3 *Feb.*

9 ÆTate tandem ac meritis grauis, è vitâ migrauit Laurentius in eodem Farfarenſi monaſterio, die III Februarij, anno DLXXVI. Corpus eius in eccleſiâ religioſè ſepultum à monachis, dein ſub aram maiorem tranſlatum. Anniuerſarium eius feſtum in vrbe ac diœceſi Spoletinâ die inſequenti peragitur, S. Blaſij ſolennitate tertium diem occupante.

colitur 4:

10 De hoc ſancto Epiſcopo & Abbate, III Februarij agit Ferrarius in Catalogo Sanctorum anno MDCXXV vulgato, his verbis: Spoleti S. Laurentij Ep. Meminit illius quoque S. Petrus Damianus in epiſtolâ ad Nicolaum II Papam. Ioannes *a* V cùm eccleſiam Farfarenſem anno DCCII dedicaſſet, peculiari diplomate cuncta illius monaſterij membra, bona, priuilegia, *b* S. Thomæ Maurianenſi, eiuſdem Abbati ac reſtauratori, confirmauit: quo in diplomate appellat S. Laurentium Epiſcopum fundatorem dicti monaſterij S. Mariæ Farfenſis in fundo Acutiano Gregorius monachus Farfarenſis, è nobili ortus familiâ toparcharum Catini in Sabinis, anno MXCVIII ſui monaſterij com-

laudatus à ſcriptoribus & Pontificibus:

a

b

C poſuit Chronicon. In eo tradit S. Laurentium primis Gothorum temporibus è Syriâ in Italiam veniſſe, cum *c* Suſannâ ſorore ſuâ, Iſaaco & Ioanne cognatis, qui iuxta Spoletium monachi fuêre; Epiſcopum Sabinenſem factum, eâ ſe dignitate abdicaſſe; monaſterium Farfarenſe, in territorio Sabino, fundo Acutiano condidiſſe, eiuſque primum Abbatem fuiſſe, atque ibi ſanctè mortuum: poſt eius obitum, à Longobardis *d* euerſum monaſterium, ac demum Ioanne V Pontifice, à prædicto Abbate Thoma, *e* Faroaldo Duce Spoletino impenſas præbente, reſtauratum.

ſororem habuit Suſannam.

c

Farfenſe monaſterium euerſum,

d

reparatũ.

e

11 Prima Gothorum tempora cenſentur ab anno Chriſti CCCCXCIII ad DXXVI, quo omni ſpatio, rerum in Italiâ potitus eſt Theodoricus. Quod ergo ſtatuimus, in Italiam veniſſe S. Laurentium anno DXVI, cum citati Chronici ſententiâ concordat, cumque S. Gregorio Papâ, qui lib. 3 Dial. cap. 14 de S. Iſaac, S. Laurentij ſocio, ſcribit, PRIORIBVS GOTHORVM TEMPORIBVS, DE SYRIÆ PARTIBVS AD SPOLETANAM VRBEM VENISSE, ET VSQVE AD EXTREMA PENE GOTHORVM TEMPORA PERVENISSE: idemque de ſanctis Abbatibus *f* Spe & *g* Eutychio tradit. Euerſum eſt regnum Gothorum anno *h* DLIV ab Narſete Eunucho, copiarum Iuſtiniani Imperatoris duce. Falluntur, qui prima Gothorum tempora reuocant ad annum CDXXX. Venit quidem Alaricus in Italiam cum potentiſſimo Gothorum exercitu, atque vrbem Romam expugnauit anno CDX. at poſt dies paucos abſceſſit, i Pannoniamque repetiit, vbi tunc Viſigothi regnabant, qui deinde Hiſpanias occuparunt. Italiam inuaſerunt Gothi, ſiue Oſtrogothi, anno CDXCIII, ductu & auſpiciis Theodorici Regis, qui anno DXXVI deceſſit. Non igitur prima Gothorum tempora ab anno CDX duci debent: à quo anno ad DLIV, quo Gothorum extinctus eſt dominatus, anni interceſsêre CXLIV, quot vixiſſe, conſuero naturæ curſu, ſanctos illos viros veriſimile non eſt. Planior eſt ac ſecurior via, vt ab anno DXVI ferè ad DLIV vixerint, quod eſt XXXVIII annorum interuallum. D

Gothorum in Italiâ regnum fundatum an. 493

f g

b

deletũ 554

12 Porrò Laurentius in anteſcripto Chronico *k* Sabinenſis Epiſcopus dicitur, cùm Spoletinus fuerit, vti vetera omnia monumenta confirmant: eumque vt ſuum Antiſtitem ſemper habuit ac venerata eſt diœceſis Spoletina: aſſeruatur corpus eius Spoletij in S. Petri eccleſiâ, aguntque ciues eius anniuerſariam ſolennitatem. Si quis ab Chronici fide recedendum non putârit, dicendum erit, priùs Spoletinum Epiſcopum fuiſſe, poſteà ad Sabinenſem Cathedram tranſlatum, ac demum hac etiam depoſitâ dignitate, in Acutianum ſuæ diœceſis fundum conceſſiſſe, fundaſſe cœnobium, in E eoque monachum factum. At ſi immediatè Spoletino dimiſſo ſolito cœnobium condidit, non id egit niſi facultate ab Sabinenſi Antiſtite factâ, quippe in loco iuriſdictioni illius ſubiecto.

k *S. Laurentius Spoletinus Ep.*

fortè poſteà Sabinenſis.

13 Cùm S. Laurentij diſcipuli, ipſeque poſteà S. Thomas & alij Abbates ac monachi magnâ vigerent vitæ ſanctitate, ex eo cœnobio plures ductæ coloniæ, multa, inquam, per Italiam ab iis fundata monaſteria, Farfarenſibus adſtricta ſtatutis. Multi quoque Spoletini Duces, Summi Pontifices, aliique potentes viri, multas ac magnas ei cœnobio donarunt poſſeſſiones. Extant vetera monumenta, quæ fidem faciant, poſſediſſe Farfarenſes in variis prouinciis eccleſias & cœnobia DCLXXXIII, vrbes duas, *l* Centumcellas cum ſuo portu & *m* Alatrium, caſtaldatus V, CXXXII caſtella, oppida XVI, VII portus, ſalinas VIII, XXXVIII fundos, XIV villas, molendina LXXXII, pagos CCCXV, complures lacus, paſcua, decimas, portoria, atque alia bona. Multa ei in Vmbriâ ſuberant monaſteria & eccleſiæ: in diœceſi Spoletinâ monaſteria duo, decem Eccleſiæ; in Aſſienſi monaſterium vnum, Eccleſiæ quatuor; duæ in Interamnenſi. Data deinde abbatia Farfarenſis anno MCCCLXXXVIII ſecularibus Clericis in Commendam, vt vocant; eoque introducti monachi Benedictini Germanicæ nationis. Verùm anno MDLXVII amotis Germanis, alios è Congregatione Caſinenſi illic conſtituit Pius V Pont. Max. quibus præeſt Abbas clauſtralis, huic alter Commendatarius, qui in octo caſtella ac plures pagos temporalem ac ſpiritualem iuriſdictionem obtinet: ampliſſimis aliis poſſeſſionibus Sedi Apoſtolicæ reſtitutis.

Farfenſes monachi multa alibi erigunt cœnobia:

l

m

eorum ingentes poſſeſſiones

F

nunc imminuta.

a *Imò* Ioannes VI *fuit, ſi anno* 702 *datum eſt diploma. Nam* Ioannes V 22 *Iulij* 685 *creatus, mortuus eſt* 2 *Aug. anni inſequentis. At* Ioannes VI 29 *Oct.* 701 *creatus, mortuus eſt* 10 *Ianuarij* 705.

b *Colitur* S. Thomas *Farfenſis Abbas, è Mauriana Sabaudicâ ditione oriundus,* 10 *Septemb. vt ſcribit Ferrarius in Catal. SS. Italiæ.*

c *Ferrarius ſcribit iuxta prædictum monaſterium Farfenſe eum fratre vixiſſe: an Sancta habeatur, nec ipſe nec Iacobillus tradit.*

d *Ferrarius ſcribit*, cùm diu vetuſtate collapſum iacuiſſet, à Thoma an. 680 à fundamentis refectum.

e *Hunc quoque* Faroaldum *eius nominis ſecundum Ducem Spoletinũ Sanctis accenſet Iacobillus, vti ad* 19 *Februarij dicemus.*

f *Agit de* S. Spe, *ſiue Speo, Abbate S. Gregorius lib.* 4 *Dial. cap.* 10, *ſed non ait è Syriâ veniſſe: de quo ipſemet dubitat Iacobillus ad* 28 *Martij, quo colitur.*

g *Colitur* S. Eutychius 23 *Maij. Agit de eo S. Gregorius lib.* 3 *Dial. cap.* 15, *nec tamen aſſerit Syrum fuiſſe, quod & ipſe Iacobillus*

A *billus in dubium reuocat.*
h *Imò* DLIII.
i *Rhegij obiit, dum Siciliam petit.*
k *Idem suprà titulus scribit S. Petrus Damianus.*
l Ciuitatem veterem *habet auctor, quæ iuxta Centumcellarum ruinas, portu etiamnum clara.* D
m Alatrium, *quæ &* Aletrium, *vrbs Hernicorum fuit; estq; etiamnum ciuitas Episcopalis,* Alatro *Italis dicta.*

DE S. PHILIPPO
EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

I.B.

CIRCITER AN. DLXXVIII. III FEBR.

1 PArimi *Viennensem Cathedram illustris sanctimoniæ suæ splendore ornarunt Antistites. Tres hoc ipso die Fastis adscripti*, S. Simplicius, *de quo iam diximus*, S. Philippus, *eiusq; successor* Euantius. *Memoratur* Philippus *apud Ioannem Chenu, Claudium Robertum, Ioannem Boscium, Ioan. Lieuræum,* XXV *Episcopus,* XXIV *apud Democharem.*

Philippus Vienn. Ep.

2 *Acta eius breuiter sic perstringit Ado in Chronico ad tempora Tiberij Constantini Imp.* Philippus Viennensis Episcopus clarus floruit. Cuius tempore monasterium S. Andreæ subteriotis Viennæ conditum à Remilâ Eugenâ, Ansemundi Ducis filiâ, atque sub testamento Matri Ecclesiæ traditum. Nam aliud monasterium superius S. Andreæ, in colle ciuitatis situm iam
B erat. Fundauerat enim ipsum beatissimus Leonianus temporibus S. Auiti eiusdem vrbis Episcopi: vbi eadem ipsa Remila sub regulari disciplinâ nutrita fuerat. *De S. Auito agemus* V *Febr. De* S. Leoniano XVI *Nouemb. cuius & mentio fit* I *Ianuar. in Vitâ S. Eugendi cap.* 2. *Sauffaius Remilam à Philippo deuotis suasionibus inductam scribit, vt monasterium illud conderet; eamq;* Remillam *vocat, alibi* Romeliam, *Boscius* Remiliam. *patrem verò eius,* Ansalmundum *vocant Sauffaius & Lieuræus.*

Remila Virg. suadet, vt monasterium ædificet:

3 *Anno regni Guntramni ac fratrum* VI. *Christi* DLXVI, *habitum est Concilium Lugdunense* II, *cui Philippus interfuit, & primo loco subscripsit. Baronius tom.* 7 *ad an.* 570 *num.* 23 primum *illud esse Concilium Lugdunense scribit; quia prius, tempore Sigismundi Regis habitum, non viderat, quod nimirùm primus; posteà edidit Sirmondus.* Philippi *concilijq; illius mentio fit c.* Prima adnotatio. *dist.* 16. *vbi præcipuæ Synodi recensentur; & de hac quidem ista habentur:* Vigesima tertia Lugdunensis, in quâ Patres XVIII statuerunt Canones, quorum auctor maximè Philippus Viennensis Episcopus extitit. *At non nisi sex illius Synodi canones exstant. Ea nempe omnia desiderantur quæ de Salonio ac Sagittario Episcopis statuta, quorum tamen causâ congregari præcipuè Synodum illam Guntbramnus iusserat, vti Gregorius Turon. lib.* 5 *cap.* 20 *testatur.*

interest Concilio Lugdun. 2

præcipuus eius Canonū auctor:

C

4 Cùm *deinde* contentio inter Guntramnum & Sigebertum Reges verteretur, *inquit Gregorius Turon. lib.* 4 *hist. Franc. cap.* 42. Guntramnus Rex apud Parisius omnes Episcopos regni sui congregat, vt inter vtrosque quid veritas haberet edicerent. *Hæc est Synodus Parisiens.* IV, *habita anno Chilperici & fratrum Regum* XII, *Christi nempe* DLXXII. *Quid pro Regum reconciliatione actum sit, non liquet. Fatentur Episcopi in constitutione ad Ægidium Ep. Remensem, cui primo loco idem Philippus Viennensis subscripsit, se* pro causis publicis, priuatorumque querelis Parisius euocatos. *Successum Synodi indicat Turon. cap. citato lib.* 4. Sed vt bellum ciuile in maiore pernicitate cresceret, eos audire peccatis facientibus distulerunt.

dein Parisiens. 4 pro pace inter Reges, conuocato,

frustrà:

5 *Dum Parisiis hærerent Episcopi, questus apud eos est Pappolus Carnotensis Episcopus, in Castro Duno, suæ diœcesis oppido, ab Ægidio Ep. Remensi ordinatum Episcopum Promotum quemdam, contra Canones. Missa est ab iis ad Ægidium Constitutio Synodalis, vt Promotum ad se euocaret, ac secum retineret, ne quam deinceps suo Antistiti aut Ecclesiæ iniuriam irrogaret. Dederunt & ad ipsum Sigebertum Austrasiæ Regem litteras, in quibus ista habent:* Nuper non absque conniuentiâ gloriæ vestræ, sicut credimus, euocati Parisius venientes, nouam inauditamque ordinationem in castro Dunensi, parochiâ denique Carnotinâ, factam fuisse cognouimus. Quam rem licet vix credere possumus cum consensu gloriæ vestræ fieri potuisse, ramen si cuiuscumque praui suggestione præuenti in hæc tam obscœna & Ecclesiæ vniuersæ contraria consensistis, ab huiusmodi scandali defensione sinceritatis vestræ conscientiam expietis *&c. Subscripsit Philippus, post Sapaudum Arelatensem, his verbis:* Humilis vester Philippus reuerenter audeo salutare. *Pertinebant tunc ad regnum Sigeberti* Dunenses & Turonici, *vt indicat Gregorius Turon. lib.* 4 *cap.* 45. *& verò iusserat idem Rex Promotum isthic ordinari. Ita Turonensis lib.* 7 *cap.* 17. Promotus, qui in Dunensi castro, ordinante Sigeberto Rege, Episcopus fuerat institutus, & post mortem Regis amotus fuerat, eò quòd castrum illud esset diœcesis Carnoteriæ; contra quem ita iudicium latum fuerat, vt presbyterij tantùm officio fungeretur, accessit ad Regem *(Guntbramnum)* deprecans, vt ordinationem episcopatus in antedicto castro reciperet. Sed obsistente Pappolo Carnotenæ vrbis Episcopo, ac dicente, Quia diœcesis meæ est, ostendente præsertim iudicio Episcoporum; nihil aliud potuit obtinere cum Rege, nisi ea quæ sub ipsius castri termino propria habebat, recipetet, in quo cum genitrice adhuc superstite moraretur.

Promotū intra alienam diœcesin ordinatum Ep. abdicat,

& Sigeberto R. scribit, ne eum defendat,

E

F

6 *Quando decesserit Philippus, nusquam legimus. Non potuit vltra annum Chilperici & Guntbramni* XXI, *Christi* D LXXXI *in viuis esse, cùm mense Nouembri eiusdem anni Concilio Matisconensi subscripserit eius successor Euantius, vt infrà dicemus. Diem verò obitus* Philippi *statuunt Boscius, Lieuræus, Claudius Robertus, Chenu,* III *Februarij quo die eum generali catalogo SS. inscripsit* Ferrarius, *Martyrol Gallicano Sauffaius: absolutè* Sanctum *pronuntiant Boscius, Lieuræus, Chenu.*

quo annō, & die obierit?

DE S. EVANTIO, SIVE EVENTIO,
EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

I.B.

AN. CH. DLXXXVI. III FEBR.

S. Euantius Ep. Viennens.

POst Philippum, *inquit Ado in Chronico,* Euantius, vir sanctus, Episcopus Viennæ leuatus est. Hic cum S. Prisco, & Artemio Senonico, & Remigio Bituricensi, & cum aliis sanctis Episcopis, XX capitula Ecclesiastica perfectè roborauit. Quibus consedit quoque Syagrius Eduennensis Episcopus, vir summæ sanctitatis.

interest Conc Matisconens. 1 an 581.

2 *Confundit hic Ado Concilia duo Matisconensia, quibus S. Euantius interfuit. Primum coactum est* tam pro causis publicis, quàm pronecessitatibus pauperum, *vt in præfatione dicitur,* ex euocatione glotiosissimi Domni Guntbramni Regis, *anno* XXI *regni eius, Christi nimirùm* DLXXXI. *Interfuêre Priscus Lugdun. Euantius Viennens. Artemius Senonens. Remedius Bituricens. Syagrius Æduorum, aliiq;* XVI. *Sanciti sunt Canones* XIX, *plerique ad honestatem*

Aventin. l. 8. A

rerum ac personarum sacrarum spectantes. Secundum habitum est anno Guntramni XXIV, Christi DLXXXIV, interfuerunt q3 omnes Episcopi, qui in regno glorioso Domini Guntramni Regis Episcopali honore fungebantur, vt dicitur in Præfatione. Ibi conditi XX illi præclari de rebus Ecclesiasticis canones, ab Adone laudati. Sed decesserat tunc Remedius. siue Remigius, Bituricensis Episcopus, subscripsitq; Concilio successor illius S. Sulpitius Seuerus.

item 2. an. 584

Lugdun. 3. an. 582

3 Inter duo illa concilia, celebratum est Lugdunense III, anno Gunthramni XXII, Christi DLXXXII, cui & Euantius subscripsit. Biennio pòst; iuxta imperium gloriosissimi Gunthcramni Regis, habita est Synodus in vrbe Valentinâ X Kalendas Iunij: è cuius Actis sola supereſt confirmatio eorum quæ tam ipse Rex, quàm bonæ memoriæ iugalis sua Austrechildis Regina, vel filiæ eorum, Deo sacratæ puellæ, id est, bonæ memoriæ Clodebergis, vel Clodehildis, locis sanctis contulissent. Ei quoque confirmationi cum aliis XVI Episcopis Euantius noster subscripsit.

Valentino a. 584.

4 Cetera illius res gestæ nos latent. Hunc esse opinatur Christophorus Brawerus noster Euentium, siue Euantium, aut Auentium, quem Venantius Fortunatus, lib. 3 ep. 2 ad Euphronium Ep. Turon. scribens, salutari his verbis iubet: Dominum meum per omnia dulcissimum, filium vestrum Euentium, pro me multipliciter supplico salutari. Non est cur viri eruditi coniecturam refellamus: sed nec quo firmemus. Minùs arridet, quod ambigens quærit Henricus Canisius, an Euantius noster sit Euantius Abbas, cuius epistolam recitat to. 5 Antiquæ lectionis, parte 2. contra eos qui sanguinem animalium immundum esse iudicabant, carnem mundam; quales repertos in quibusdam Cæsaraugustæ partibus scribit.

Forsan S. Euphronij Ep. Turon. discipulus: B

5 Obiit S. Euantius anno XI Childeberti Regis Austrasiæ, siue Christi DLXXXVI. Ita Gregorius Turonensis lib 8 cap. 39. Grauis tunc prouinciam ipsam lues depopulata est. Obiit & Euantius Viennensis Episcopus, in cuius Sedem Virus Presbyter de Senatoribus, Rege eligente, substituitur: multique eo anno Sacerdotum ex hoc mundo migrauerunt. Idibus Ianuarij obiisse tradunt Lieuræus Boscius, Ferrarius in gener. Catal. SS. & Chenu, qui perperàm ad id firmandum Adonem citat. Refert eum quoque ad illum diem Saussaius in Supplem. Martyrologij; sed addit: quem præcipuè ob sanctitatis memoriam colendum indicant sacræ veteres tabulæ die III Februarij. Ita ipse Ado Viennensis Ep. in Martyrol. Viennæ S. Euentij Ep. & Confess. Referunt eum eodem die Saussaius in Martyrol. Florariam; Galesinius & quædam MSS. At Beda vulgatus, Molanus & Hermannus Greuen in addit. ad Vsuardum, Martyrol. Colon. excusum anno 1490 MSS. S. Mariæ Vltraiecti & S. Gudilæ Bruxellis; hoc eum elogio celebrant: Viennæ S. Euentij Ep. & Confess. glorioso. E

obiit an. 586.

an 13 Ianuarij?

colitur 3 Febr.

D

DE S. HADELINO PRESBYTERO, VISETI ET CELLIS IN BELGIO.

I. B.

Commentarius præuius.

§ I Cellæ S. Hadelini situs.

CIRCITER AN. CHR. DCXC. III FEBR.

I DIonanto, ditionis Leodiensis ad Mosam amnem nobili ac vetusto emporio, sesquihoræ itinere Cellæ distant, pagus insignis in valle contiguâ saltui, vt infrà in Vitâ S. Hadelini dicitur, qui adiacet fluuio Lætia. Oritur Lætia (siue Letia, vt promiscuè Molanus & Miræus scribunt, Lessia Fiseno nostro dictus, aliis Lescia, vulgò Lesch aut Les) oritur, inquam, in Arduennâ, haud procul Bullonio, multisq; anfractibus deuolutus, tandem rupis hiatu absorbetur; tanto fragore, vt horrorem audientibus incutiat, ac speciem quamdam inferni obiiciat. Duarum inde leucarum spatio ad Hanum pagum denuò effluit eadem ex rupe; idemne tamen, an alius, explorari adhuc non potuit: palea enim conciæ vis ingens, & alia id genus, quæ ad plurima milliaria fluitare in aquis solent, sæpenumerò iniecta fuêre; nec quâ parte rursum emanat, vllum animaduerti vestigium potuit. Idem tamen & priusquàm se terris condit, & vbi emersit, nomen. Tandem Mosæ mediâ supra Dionantum leucâ miscetur, profundus vbique, & si accolæ vti velint, nauium capax.

Cellensis in Arduennâ pagus, haud longè à Lesciâ amne, C

2 Leucâ ferè à dextrâ Lesciæ ripâ distat pagus, quem Cellas appellari diximus, à S. Hadelini cellâ siue monasterio. Per pagum verò alius labitur riuus, qui infra Cellas in Lesciam influit. Locum illum omnem ita Hadelinus Bietlotius Presbyter Cellensis in metricâ S. Hadelini Vitâ delineat:

amœno situ,

Montibus est vallis quædam præcincta quaternis,
Arboribus multis consita, plena feris.

alio riuo irriguus,

Illius in medio nitidus prolabitur amnis,
Qui non multiplici commoditate caret.
Nec pecori tantùm, verùm & cultoribus ipsis,
Vsibus atque aliis vtilis esse potest.
Non procul inde fluit piscosum Lessia flumen,
Cuius multa bonis prata rigantur aquis.

Ac deinde pluribus interiectis, ita pagum, templumq; eius S. Hadelino sacrum describit:

Prima fuit forsan pagi Cellensis origo,
Hic siquidem, de quo dicere pauca iuuat.
Vallicula est igitur circumdata monte quaterno,
Nomine quam Cellas fama vetusta vocat.
Sit licet antiquum, tamen est venerabile templum,
Cui simul est turris iuncta vetusta nimis.
Gens animosa licet fuerit, bellique perita,
Attamen hæc multâ relligione viget.
Reddere nam quoties solennia vota Tonanti
Contigit, ad templum plebs numerosa ruit.

pios & Catholicos incolas habet.

Si quis eam numerare volet, fortassis eamdem
Vix sciet, & numero copia maior erit.
Indubitante animo fidei seruauit auitæ
Doctrinam, & veterum dogmata sancta Patrum.
Hæreseon technas est detestata nefandas, F
Cunctos errores estque perosa nouos.
Noxia spurcarum fugit irritamina rerum,
Moribus & cunctis est inimica malis.
Pagus in vmbrosâ quamuis sit valle locatus,
Non tamen omnigenâ commoditate caret.
Namque duo nitidi fontes de montibus altis
Effundunt gelidas per loca vallis aquas.

Horum vnus Riuus S. Hadelini dicitur, alter è vicino ad Septemtrionem monte defluens Limonius fons.

3 Haud longè à pago arx visitur perantiqua modico in colle illustris familiæ de Cellis, quæ Baronatus titulo ornata, ac pluribus Belgicorum Procerum domibus iuncta affinitate, cùm fortassis vel ab heroicis illis temporibus vicinas habuisset possessiones, vel pòst nacta esset, hinc sibi cognomen adoptauit. Est Theodorici de Cellis celebre nomen, qui religiosæ & solitariæ vitæ studio canonicatum Leodiensem, opimum in primis ac nobilem, dimisit, atque aliquot sibi iunctis sociis, Clarum locum, vbi S. Theobaldi sacellum erat, propter muros vrbis Huensis expetiit, ibiq; piè ac laudabiliter vixit, atque instituti regularis Crucigerorum, quod nunc in Belgio, præsertim ad tractum Mosæ, viget, fundamenta iecit; tandemq; circiter annum MCCXXXVI, XVIII Augusti decessit, & ibidem sepultus est. Ita ferè Crucigerorum Huensium Chronica memorant. Chapeauillus to. 2 de Epp. Leodiensib. Annot. ad cap. 131 Ægidij

Ibidem arx familia de Cellis,

è quâ Theodoricus Canonicus Leodien. vir pius.

A Ægidij Aureæ vallis, ſcribit, anno MCCXXXIV à Ioanne Epiſcopo fundatum monaſterium Cruciferorum in Hoyo, quod primum & initiale eſt totius Ordinis.

4 Ceterùm nomen ipſum Cellarum pago inditum vt ſuprà diximus, à cellâ ſiue humili tugurio, quod eo loci extruxit incoluitq; S. Hadelinus; qui poſteà iſthic monaſterium condidit, cui & Cellæ nomen, vt aliis alibi quantumuis amplis cœnobiis, adhæſit. Id deinde in collegium Canonicorum, (haud comperimus quo tempore) mutatum. Breuiarium Leodienſe nouum, ad III Feb. Lect. 3 videtur innuere, cùm ſepulchrum S. Hadelini miraculis illuſtraretur, tum demum ad illius honorem Canonicos illic collocatos. Ita enim habet: Cuius ibidem ſepulti meritis & miraculorum gratiâ, Cellenſe poſteà exurrexit Canonicorum collegium. Verùm, vt idem Chapeauillus ad Ioannis Hocſemij lib. 2 cap 24 annotauit ex Chronico Gemblacenſi, Eccleſia S. Hadelini Cellenſis erat vna ex abbatiis S. Lamberti Leodienſis: quod non facilè alibi de vllo Canonicorum ſecularium collegio dictum reperietur, niſi id anteà regularium fuerit. Idem ante Chapeauillum ſcripſit Molanus in Natalib. SS. Belgij, & poſt vtrumque Miræus. Et verò amplæ illæ poſſeſſiones Hadelino à Pipino Duce, Guizâ, Beone & aliis collatæ an ad ipſum ſolum, & non alios, iſthic Diuino mancipatos cultui, alendos pertinuerunt? Vt conuerſationis, inquit Vitæ Auctor, in eodem loco augmentaretur affectus. Niſi fortaſſis dubitare quis poteſt, cuiuſmodi ſibi collegas adſciuerit, Clericóſne ſeculares

B ſiue Canonicos, an monachos, ipſe à primâ ætate, vt eius magiſter Remaclus, monaſticis inſtitutionibus imbutus. Quid quòd Viſetenſes S. Hadelini Canonici, vti Molanus ſcribit, ex primâ fundatione veriſimiliùs putent ſeſe Benedictinos fuiſſe, cùm Cellæ reſiderent ad Lætiam; habeantque etiamnum ſeculatem Abbatem, Canonicũ Leodienſem?

5 Euerſum illud, aut vetuſtate collapſum eſt, quod ipſi tamen incoluiſſe Canonici videntur, Cellenſe monaſterium. Stat eccleſia, inq; eâ titulus Præpoſituræ. In acliuis collis latere, haud longè à primariâ eccleſiâ, alia eſt ædicula vbi cellam primùm extruxit, atque eremiticam vitam egit Hadelinus; in quâ in hunc vſque diem ſepultura eius cernitur; quam & nos venerati aliquando ſumus. Eam verò ædiculam, in memoriam eremiticæ eius vitæ, vt Molanus ſcribit, anachoreta inhabitat. Eam ſancti viri ſepulturam ita deſcribit Bietlotius:

Membra ſepulturæ traduntur frigida ſanctæ,
Ingenti populo concomitante pio.
Eſt locus vmbroſus curuæ teſtudinis inſtar,
Quem trito Cryptam nomine turba vocat.
Subiacet hæc rectè prædicto ſæpè ſacello,
Quæ mirâ populis religione placet.
Hoc exangue loco tumulatur corpus opaco,
Mœſta pij populo funera flente Patris.

C Illic non multos iacuerunt oſſa per annos,
Quæ tandem rigidâ cuncta leuantur humo.
Erigitur tumulus, ſublato pectore, magnus,
Quo tegitur ſanctus qui manet vſque locus.

6 Hactenùs de loco habitationis ac ſepulturæ S. Hadelini. Hinc multiplicem Philippi Ferrarij errorem in Annot. ad 3 Februarij in Catalogo generali SS. refutes. Hic ſub diſciplinâ, inquit, Remacli Epiſcopi vixit. Obiit Lætiis in Hannoniâ; quod oppidum alij Leſſen, alij Leuze nunc appellari dicunt. De eo Molanus in Nat. SS Belgij, & Tritliemius lib. 3 cap. 319. Corpus diu in Cellâ S. Giſleni, vbi in cœnobio præfuit; poſteà Viſetum tranſlatum, ibi colitur. Ita ille. Nec mirum eſt hominem Italum loca Belgij noſtri minùs exactè aſſequi potuiſſe. Quod Leſſen Flandris dicitur, Gallis Leſſines, Latinè Leſſinia, oppidum eſt ad Teneram amnem, inter Gerardimontem Flandriæ, & Athum Hannoniæ, oppida, ipſum verò vtrius ſit prouinciæ, iam à multis retro ſeculis controuerſum fuit, vti to. 2 Flandriæ illuſtratæ, ex Meiero & Oudegeſtio oſtendit V. CL. Antonius Sanderus. At quod Leuze, vel Leuſe Gallicè appellatur oppidum, Latinè Lutoſa, duobus milliaribus ſuprà Athum in Hannoniâ ſitum, mœnibus carens, per bella & conflagrationem ferè in pagum reductum, vti in Natal. SS. Belgij ad vitam S. Badilonis VIII Octobris ſcribit Molanus, qui & Baldrici Nouiomenſis Cameracenſe Chronicon citat lib. 2 cap. 43 vbi iſta habentur: Eſt monaſterium quoque Canonicorum, in honore Apoſtolorum Petri & Pauli, in vico qui dicitur Lutoſa, quod conſtruxit B. Amandus; & eſt diuersè abbatia: vbi vir Dei venerabilis Baidilo requieſcit. Titulus capitis eſt: De villâ Lutosâ. At Lætiæ, vulgò Lieſſies, pagus & religioſiſſimum monaſterium, ad Helpram flumen in aduersâ planè Hannoniæ parte, haud longè à Galliæ finibus: quo de monaſterio pluribus actum VII Ianuarij ad Venerabilis Patris Ludouici Bloſij, eiuſdem loci Abbatis, Vitam. Demum Cella S. Giſleni oppidum eſt & peranticum monaſterium ad Haynam flumen, inter Montes vrbem Hannoniæ primariam & Condatum oppidum, de quo IX Octobris ad S. Giſleni vitam & alibi dicemus. Sed neque in hoc monaſterio, quod vulgò exiſtimatur (haud tamen ſolido ſortaſſis argumento) primitus S. Baſilij aliiſue Gracanicis conſtitutionibus adminiſtratum, neque Lætiis, vbi primùm circa tempora Pipini Regis conditum cœnobium eſt, neque Lutoſæ habitaſſe S. Hadelinus legitur, ſed Cellis apud Leſciam flumen in Arduennâ; quibus ex nominibus iſti ſcriptori data errandi occaſio. Minùs excuſabile erratum monachi Aureæ vallis, ſiue Ægidij, ſiue alterius cuiuſpiam, qui ad cap. 54 Harigeri annotationem addidit, quæ extat in Chapeauillo, in quâ dicitur, De Aquitaniâ Giſlenus Cellenſis cœnobij fundator, in quo B. Hadelinus diſcipulus S. Remacli præfuit, & ibidem corpore quieſcit. Alia S. Giſleni, alia S. Hadelini Cella eſt. E

Aveto-Rè I. B.

Iſthic quondam Canonicorum collegium, anteà monaſterium

à S. Hadelino erectum.

euerſum hunc,

ſtante ædiculâ, & Eremita ſugurio

ſupra veterem Diui ſepulturam.

Multiplex Ph. Ferrarij error, confundentis S. Hadelini Cellam,

Leſſiniam opp.

Lutoſam pagam,

Latiæ monaſterium.

Cellam S. Giſleni opp.

§ II S. Hadelini Reliquiæ Viſeti: veneratio.

7 Cellis per ſexcentos & quadraginta circiter annos quieuit S. Hadelini corpus, quod deinde Viſetum an. MCCCXXXVIII tranſlatum. Eſt Viſetum Leodienſis ditionis oppidum ad dextram Moſæ fluuij ripam, Traiectum inter at Leodium; medio ferè ſitum interuallo, ab vtroque duabus leucis diſtans: quod indicari arbitratur Miræus in diuiſione inter Ludouicum Germaniæ Regem & Carolum Caluum; his verbis: Liugas, quod de iſtâ parte Moſæ eſt, & pertinet ad Veſatum. Sirmondus tamen & Cheſneus legunt pro Veſato, Velſatum. Fuit illud anno MCCCXXXIV, quo nimirùm Dominica Lætare incidit in III Id. Martij, vti Ioannes Hocſemius Canonicus Leodienſis qui annum tunc agebat LVI ætatis, ſcribit lib. 2 cap. 19 fuit, inquam, tunc Viſetum firmatum portis ligneis, aſſeribus, & foſſatis, ab Adolpho Marcano Epiſcopo Leodienſi. Huc quadriennio pòſt, anno nimirùm MCCCXXXVIII migrarunt Canonici Cellenſes, eoq; S. Hadelini corpus deportarunt. Rem geſtam ita narrat idem Hocſemius lib. 2 cap. 24. Vndecimâ die eiuſdem Octobris, in die Cordulæ Virginis, tranſlatum eſt corpus B. Hadelini Cellenſis, cum collegio XII Canonicorum, Viſeti, tum propter tyrannidem Aduocati loci, qui dicitur Dominus Cellenſis, tum propter fauorem Viſeti, de nouo muro lapideo cincti. Quâ die ad perpetuam rei memoriam hos versùs compoſui:

Anno mille, ter Domini, quater x, duo præter;
Canonici læti cum Patronoque Viſeti
Cellenſes eſtis tranſlati: Cordula teſtis.
Sis nouus hîc hoſpes Hadeline ſacer, miſero ſpes.

Viſetum recèns muris cinctum

tranſlata à Canonicis S. Hadelini reliquiæ;

8 Cauſſam modumq; huius Tranſlationis ita exponit Ioannes Chapeauillus Annot. 2 ad citatum Hocſemij caput, ex Chronico Gemblacenſi: Mota eſt diſcordia inter Canonicos S. Hadelini & Dominum Cellenſem. Nam dictus Dominus libertatem eorum Eccleſiæ defraudabat, & prædictos Canonicos vltra modùm opprimebat. Cùm verò Eccleſia S. Hadelini Cellenſis eſſet vna ex abbatiis S. Lamberti Leodienſis, Domini Canonici conſilio vſi, feretrum cum corpore S. Hadelini clàm ſuſcipientes, ipſum Leodium tranſtulerunt, in eccleſiâ S. Lamberti collocantes. Quare Adolphus noſter Epiſcopus & Capitulum Leodienſe inter ſe ſuper hoc conſilium habuerunt, quid agerent. Tandem ad inuicem concordati ſunt, quòd dictum feretrum S. Hadelini cum Canonicis prædictis transferrent apud Viſetum: quod & (Aduocato eos opprimente)

F

AVCTORE I.B. factum est, & tunc ibi facta est Ecclesia Canonicorum. Tunc temporis Visetum nouis muris & turribus super ripam Mosæ, ab Episcopo & Ecclesia Leodiensi, vallabatur. A

visitata Leodij, 9 *Cornelius Santfliet Leodij ad S. Iacobum monachus Benedictinus, à Chapeauillo citatus, scribit visitatum ab Episcopo & Canonicis Leodiensibus feretrum, in eoq; repertum fuisse corpus S. Hadelini:* Brachium solum, *inquit,* corpori defecit, quod in monasterio Strabulensi honorificè vsque in præsens conseruatur, ante multa annorum curricula illuc translatum. *Existimatur hic Scriptor, vti in Bibliothecâ Belgicâ testatur Valerius Andreas, circiter annum Christi* MCCCCLXI *obiisse. Os item brachij S. Hadelini asseruari dicitur Hublinij vltra Chineum oppidum. Cellu in maiori ecclesiâ est os tibiæ, alia eius reliquiæ in eremiticâ adi-*

anno 1338. non 1337. *culâ. Meminêre porrò Translationis corporis complures alij Scriptores; Chapeaullus in Annot. ad cap.* 51 *Harigeri, Franciscus Haræus in Compendio Vitarum SS. Constantinus Ghinius in Natalibus SS. Canonicorum, Molanus in Natalib. SS. Belgij, Miræus in Fastis Belgicis; qui tamen omnes falluntur, dum eam factam scribunt anno* MCCCXXXVII, *cùm disertè scribat Hocsemius contigisse quo anno dies* XII *Octob. in feriam secundam incidebat, ac scilicet littera Dominicalis erat D; quod in annum* MCCCXXXVIII *quadrat: quare Miræus in Chronico eo anno refert, & Molanus in Indiculo SS. Belgij. ac VVion in Annot. ad* III *Februarij.* B

10 *Consignata est huius Translationis memoria* XI *Octobris in MS Florario SS. his verbis:* Translatio S. Hadelini Confessoris Leodiensis MCCCXXXVIII. *Itemq; in Catalogo generali Ferrarij, at rursus non sine mendo:* Hoc die Translatio corporis S. Hadelini Confessoris ex Cellâ S. Gisleni in Hannoniâ, Visetum in Brabantiâ ad Mosam. *Neque enim in Brabantiâ prouinciâ situm est Visetum, neque è Cellâ S. Gisleni, Hannoniæ oppido, verùm è Cellâ S. Hadelini, pago ditionis Leodiensis in Arduennâ, translatæ sacræ reliquiæ sunt. nec denique (quod in Annot. addit.) an.* MCCCXXXIX *id contigit. Cellenses Translationem celebrant officio triplici, Dominicâ intra Octauam Natiuitatis Deiparæ Virginis.*

Anniuersaria rei memoria XI *Oct. & mense Septembri.*

11 *Cur verò Hocsemius, quod die S. Cordulæ contigit, id vndecimo Octobris factum scribat, haud satis assequimur. Colitur* S. Cordula XXII *Octobris; at neque in moderno Leodiensi Breuiario, neque in antiquo, quod an.* 1520 *editum, vlla S. Cordulæ vel* XI *vel* XXII *Octob. mentio fit. Bietlotius* XXIV *Octob. translationem illam vult contigisse, caussamq; migrationis lepidè exponit:*

an die S. Cordulæ facta?

Triginta octo annis lapsis post mille trecentos,
Octobrisque dies bis duodenus erat.
Visetum corpus Leodino Præsule Adolpho
Transfertur, veluti scripta vetusta docent. C
Cuncta simul veneranda migrat collectio Cleri
Cellensis. Caussas Lector amice rogas?
Mitia cur metuunt animalia cuncta leones?
Lanigera exosos cur timet agna lupos?
Cur fugit accipitrem volucrum genus omne rapacem?
Et pullus milui cur timet insidias?
Bellua cur pisces agitat balæna marinos?
Ranas cur fluidis ardea terret aquis?
Vna & sola datur cunctis responsio: Nil est
In viuis, quod non noxia quæque fugit.
Presbyteris orbata suis Ecclesia quondam
Cellæa; atque tribus vix superesse datum.

Præter Præpositum duo alij sunt in primariâ ecclesiâ, quorum vnus Plebanus, alter Sacellanus: quartus in ædiculâ minore Eremita, & ipse Sacerdos.

Natalis celebris in Martyrol. 3 Febr. 12 *Antiquissimam porrò S. Hadelini esse venerationem patet ex Adonis vetustissimo Martyrologio MS. in monasterio S. Laurentij Leodij, in quo ad* III *Februarij, vti & in Martyrol. Ecclesiæ S. Lamberti ibidem, ista habentur:* Et S. Hadelini Confessoris. *Eadem habet Benedictus Dorganius. Hermannus Greuen, & Martyrol. Coloniæ editum an.* 1490 *addunt:* De Aquitaniâ. *VVion:* Apud Visetum S. Hadelini Confess. *Ferrarius & Menardus:* Apud Visetum in Belgio, S. *&c. Molanus:* Apud Visetum oppidum, S. *&c. Canisius:* In ditione Leodiensi, oppido Viseto, S. Hadelini Confessoris. *MS. Kalendarium Ord. Benedictini:* Ipso die S. Hadelini monachi Stabulensis, discipuli S. Remacli Ep. *Andreas Boëius noster in Teutonico Martyrol.* Cellæ, S. Hadelinus Conf. discipulus S. Remacli. *Galesin.* Ad oppidum Visetum, S. Hadelini Conf. religiosæ vitæ & rerum diuinè admirabiliterque gestarum laude celebris. *MS. Florarium:* In oppido Viseti iuxta Leodium, depositio B. Hadelini Confess.; lectiones. Hic fuit discipulus S. Remacli, XVII Traiectensis Episcopi. Mulieri mutæ restituit loquelam, & plura mira fecit. *Balduinus VVillotius noster:* Cellis vico iuxta Dionantum, obiit S. Hadelinus Confessor, Aquitanus, Stabuleti discipulus S. Remacli. Corpus eius posteà an. MCCCXXXVII, *(imò sequenti, vt suprà ostendimus)* translatum est Visetum, dictionis Leodiensis oppidum, vbi quiescit. *Agit de eo quoque Saussaius, in quo corrigendum, quòd* Visetum *pro* Viseto *ponit vbique: agunt & alij infrà citandi. Qui Martyrologium Romanum Gallicè versum, & ampliatum, Leodij edidit an.* MDCXXIV, *hoc die Translationem S. Hadelini celebrari à Visetensibus scripsit; perperam: natalis hic est, Octobri facta Translatio, vt antè dictum.* D

§ III *Vita S. Hadelini, & aliorum, à Notgero Ep. scripta.* E

13 *Vitam S. Hadelini descripsit nobis è MS. codice, Patronorum Malmundariensium gesta continente, Ioannes Gamansius noster. Eadem extat in vetusto codice monasterij S. Laurentij Leodij, & Cellis in* IX *Lectiones distributa. Eadem iam antè ab Herib. Rosweydo ex alio descripta codice erat. Auctorem eius existimamus esse Notgerum Episcopum Leodiensem, qui ab anno* CMLXXI *ad* X *April.* MVII *illi Ecclesiæ præfuit. Alia quædam eius scripta extant; vt Vita S. Remacli Episcopi* III *Septembris. Vita & Translatio S. Landoaldi* XIX *Martij; & fortassis quæ ab Harigero Lobiensi Abbate edita, & expolita Gesta Episcoporum Leodiensium.* *Vita vnde edita?* *Eam scripsit Notgerus Ep. Leodiens.*

14 *Fuit sanè Notgerus egregiè doctus ac pius; de quo ista prædicat in Chronico Lobiensi Fulcuinus Abbas:* Cuius animi dotes & virtutum summam si pergam dicere, quoniam adhuc superest, adulari videbor. Vnum pro certo dicendum est; quòd sit, in quem Spiritus Dei donum singulare contulit veritatis & fidei. *Anselmus Canonicus cap.* 50 omni morum elegantiâ insignitum vocat. *Ægidius Aureæ-vallis ait,* nobilitatem generis scientiâ & moribus illustrasse, à litterali scientiâ morum quoque ornamenta accepisse, & in vtrâque disciplinâ laudabiliter promotum, de scholis ad palatium transferri meruisse *&c. Verùm quo animi ardore studia litterarum curârit, idem cap.* 55 *ita commemorat Anselmus:* Quanta fuerit illi in educandis pueris, scholaribusque disciplinis instruendis sollicitudo, hinc maximè probatur; quòd semper, dum in viâ pergeret, longè seu propè, scholares adolescentes secum ducebat, qui vni ex Capellanis suis ex arctissimâ scholarum parerent disciplinâ. Quibus etiam librorum copiam, cùm ceteris scholaribus vtensilibus, circumferri faciebat: sicque fiebat, vt quos rudes & illitteratos à claustro abduxisset, ipsos quos priùs magistros habuerant, in litterarum eruditione, redeuntes superarent. *Pergit deinde cap.* 56. Huius eruditionis occasione, plurimi eorum, etiam in religionis ac sanctitatis disciplinâ, circa eum intantùm profecerunt, vt idonei fierent rectores Ecclesiarum. *Recenset aliquot egregios Antistites sub eius formatos disciplinâ, Gontherum Salisburgensem. Rothardum & Erluinum Cameracenses. Haymonem Virdunensem. Hezelonem Tullensem, Adelbodum Vltraiectensem, Durandum Leodiensem &c.* *vir doctus ac probus,* *iuuentutis instituendæ studiosus,* *(vnde multi ex eius disciplinâ præclari Episcopi)* F

15 *Cùm tanto studio iuuentutis pietate & litteris imbuendæ flagraret* Notgerus, *quos eruditione præstantes audiebat,* *doctos amans,*

A *bat, eos singulari fauore prosequebatur, aut in familiam etiam suam adoptabat.* Floruerunt his temporibus apud nos, *inquit Fulcuinus in Chronico Lobiensi*, studia litterarum, quibus ediscendis operam dantes opinatissimi fuêre Scaminus, Theoduinus, & perspicacissimus horum Ratherius *&c. Quare cùm huius Ratherij tectonũ, turbatæ res Lobiensium essent, ipseq; Fulcuinus Abbas loco motus; Notgerus ipso statim sui episcopatus exordio*, euocatis Abbatibus, Werenfrido videlicet à Stabulaus, & Heriberto ab Andagino, cum aliquibus Fratribus, primùm conspirationis exordia quærit, inuenta trutinat & discutit, discussa demùm iudicio vtitur; vbi perspexit omnia esse friuola, Fratres Abbati reconciliat, ipsam restituit . . . . . pace nobis, per Dei gratiam, Nothgero agente, firmissimâ collatâ. Dominus Episcopus Leodium reuertitur. *Hæc Fulcuinus. Cuius Continuator aliud collatum Lobiensibus à Nothgero beneficium narrat*: Immunitatem Ecclesiæ nostræ, suggerente Domino Episcopo Nothgero ab Othone Imp. de nomine II innouari primùm, posteà eodem Episcopo agente, à Ioanne Papâ auctoritate Apostolicâ confirmari obtinuit Abbas Fulcuinus. Ex quo enim Franco de Abbate Lobiensi in Episcopum Tungrensem vel Leodiensem promotus, à Rege Arnulpho abbatiam episcopatui suo obtinuit,

B sub Episcopis vsque ad Euracrum succedentibus, res nostræ per Præpositos & Decanos, quoscumque Episcopi ordinassent, agebantur: per Nothgerum autem eiusdem Euracri successorem nobis concessum, & à præfato Ioanne Papâ confirmatum est, vt sicut ab initio vsque ad Franconem, ita deinceps Abbatem habere deberemus *&c.*

16 *Ex hoc sibi ita caro virtutum & doctrinæ Lyceo Harigerum, siue Herigerum monachum, studiorum vel suorum socium vel alienorum formatorem, adsciuit Notgerus. De quo idem Fulcuini Continuator*: Apud exteros etiam & vitâ & scientiâ clarus extitit. Intantùm enim prædicto venerabili Episcopo Nothgero carus & familiaris fuit, vt non solùm in domesticis vel Ecclesiasticis rebus, sed in palatinis quoque negotiis, quorum tunc temporis præcipuus erat executor, idem Episcopus inter primos eum habuerit. Nec in Lotharingiâ solùm, sed & in Italiâ, vbi Othoni II adhuc puero regnum præparabat, eius obsequiis & consiliis vsus fuerit. *Nihil igitur mirum, Notgeri opera aliqua Harigero adscribi, qui et velut à commentariis erat, & fortassis scripta eius expoliebat & emendabat, ac nonnulla, quæ suo nolebat Episcopus, ipse proprio nomine edidit. Fulcuino Abbati an.* CMXC *mortuo, idem suffectus est; obiit* XXXI *Oct.* MVII, *septimo post Notgerum*

C *mense, non sine famâ miraculorum. Sed de singulis Notgeri scriptis videamus.*

17 *Primùm scripsit Vitam S. Remacli, vt patet ex epistolâ ad VVerenfridum Abbatem Stabulensem, quæ ita incipit*: Notkerus, quem, ac si indignum S. Mariæ Sanctique Lamberti mancipium, prædicant tamen Episcopum, Werinfrido venerabili in Christo Patri ac Sacerdoti salutis æternæ subsidium. Omnis antiquitas, vt ait Oratorum maximus *&c. Huic Vitæ apud Surium subiicitur liber miraculorum S. Remacli, in quo Danorum in Galliam irruptiones memorantur, ac variæ calamitates, quarum se spectatorem fuisse Auctor ostendit. Quod Gerardum Ioannem Vossium, cetera accuratum, impulit, vt vixisse Notgerum hunc scriberet sub Carolo Crasso, qui an.* DCCCLXXX *coronatus*, DCCCLXXXVIII *obiit*; *ac proinde duos Notgeros Leodienses Episcopos statueret. Verùm tempore Caroli Crassi aut Arnulphi Impp. à monacho Stabulensi anonymo scripta est S. Remacli Vita, quæ incipit*: Oriundus fuit Aquitanæ partibus vir venerabilis Remaclus. *Tum libri duo miraculorum ab eodem scripti Auctore hoc exordio*: Post expletum namque gloriosissimi agonis omnibus seculis laudabilem triumphum, quo depositio carnis indumento, immarcescibilem gloriæ idem nactus est coronam. *Hæc est Vita, cuius in illâ ad VVerensridum epistolâ meminit Notgerus*: Obtulisti libellum de Vitâ tam nostri, quàm vestri specialis Patroni, Domini scilicet Remacli, conquestus propter incuriam tamen prædecessorum vestrorum breuiùs quàm vt res postularet pro magnitudine gestorum eius esse * eruditam: simulque vitus es, vt ne dicam precari, sed potiùs exhortari, vt eam non modò exemplari, verùm aliquantò lepidiùs mandarem poliri, tum quòd gestorum illius aliunde sumptorum suppetat copia, tum quòd temporum, quorum diuersitas nunc maximè scito opus est, ex chartulario vestro non desit notitia.

18 *Scripsit præterea Notgerus S. Landoaldi Vitam, ac Translationem ex villâ VVintershouio ad Gandaui castri cœnobium, siue S. Bauonis. Cuius commentarij hic titulus est in vetustissimo MS. codice S. Bauonis*: Annotatio Notkeri sanctæ Traiectensis vel Leodiensis Ecclesiæ Præsulis, super Translatione sancti Confessoris Landoaldi Archipresbyteri, sociorumque eius. *Epistola verò eius ad VVomarum Abbatem & monachos Gandenses data* XIII Kalend. Iulij, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXX. Ind. VIII. imperante Domno Ottone post mortem patris an. VIII, episcopatus *ipsius Notkeri* an. IX, *ita incipit*: Notkerus, quem, ac si indignum S. Mariæ Sanctique Lamberti mancipium, prædicant tamen Episcopum, VVomaro venerabili in Christo Patri & Fratribus Gandensibus, omnibusque quocumque locorum positis fidelibus, hæc non obliquo oculo lecturis, perpetuitatem vitæ cælestis. Postulare, imò exhortari facultatulam nostræ modicitatis, Patres reuerendissimi, non dubitastis, vt ex mirabilibus seculis omnibus & gentibus prædicandis, nostris diebus, etsi simus indigni, nobis quidem manifestatis, vobis insuper prærogatis, in Translatione Sancti scilicet Landoaldi Archipresbyteri & sociorum eius reuelatis; quia videlicet ex nostrâ elati diœcesi, vestro, præordinante Deo, cesserunt iuri; debeamus, quantum ad nos vsque famâ vulgante potuit perferri, omnium, imò vestræ satisfacere petitioni. *Et post plura, consimilia iis quæ in epistolâ ad VVerenfridum Stabulensem habentur, hæc subdit*: Iesum & sanctos Angelos eius, iudicium quæ futurum testamur, nos parum aliud hîc posuisse, quàm quæ aut à Presbytero Sarabeito, id sanctè iuranti, à vobisque (vt ipse retulit) fortiter per Deum & horum merita Sanctorum obtestato, audiuimus; aut in scripto vestro nobis delato fideliter mandata reperimus; exceptis dumtaxat iis, quæ ex Episcopali nostro decerpta, huic schedæ pro temporum ratione videbantur congruenter præponenda. *Quod* Episcopale *scriptum vocat, id esse videtur quod de gestu Episcoporum ab eo collectum mox dicemus.*

19 *In illâ tamen de S. Landoaldo lucubratione operam*

F *Antistiti suo locasse Harigerum, colligere est ex historiâ eiusdem Translationis, quam, qui interfuit, monachus Gandensis conscripsit; vbi illa habentur*: At verò Dominus Abbas, tantis beneficiis visis, gratias omnipotenti Deo rependit. Nec multò pòst, inspirante Domino, pro cautelâ futurorum, seu, quod verius est, pro maiori gloriâ Sanctorum, Priores nostros suprà designatos, ad venerabilem Episcopum Leodiensis Ecclesiæ mittere curauit, supplici precatu efflagitans, quatenùs de translatorum Sanctorum reliquiis quæque digna per Clericos suos inquireret, & illi veritatem de iis omnibus renuntiarent in scriptis: quod, Domino donante, extemplò completum est. Nam requisiti in Synodo plenâ Sacerdotes & Clerici vndique confluentes, quanta audierant & facta viderant de Sanctis nostris miracula, ore consono coram Episcopo suo proferebant. Iubente itaque eodem eximio Pontifice, ibidem miracula, quæ diuulgauerant, sunt collecta, & per Dominum Heyngerum Didascalum, ac musicæ artis peritum, breuiter quidem, sed satis diserte ac luculento sermone sunt descripta, nec non & ipsius Episcopi sunt auctoritate roborata; insuper sigilli sui impressione munita, atque Domino Abbati ac omnibus Fratribus Gandensibus fideliter missa. *Similia ferè profert Miræus in Notis*

in hic monachos Lobienses.

quibus Abbati Fulcuino reconciliatur

immunitatem & liberam electionem concedit:

Harigeri monachi operâ vtitur:

scribit Vitam S. Remacli Ep.

100 annis antè ab alio scriptã cum miraculis tum factis;

AVCTORE I. B.

* *Chapeauill.* editum.

Vitam & Translationem S. Landoaldi,

rogante VVomaro Ab. S. Bauonis,

hic quoque Harigeri operâ vsus;

AVCTORE I. B.

A *Notis ad Sigeberti Gemblac. cap. 137 de Scriptoribus. & Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ ad nomen Harigeri. Sed ſiue hiſtoriam illam ſcripſit Notgerus, limauit Harigerus; ſiue hic compoſuit, & ille recenſuit; nomine tamen Epiſcopi miſſa Gandenſibus vulgata q. eſt: neque enim de Epiſcopo tanto q. ſuo Patrono loquens Harigerus*, ac ſi indignum *appellaret.*

20 *Denique geſta Epiſcoporum Leodienſium ad ſuam vſque ætatem collegit Notgerus. Id quia à Sigeberto & Trithemio non eſt traditum, Miræo & Valerio Andreæ non probatur. Aſſerit ipſemet Notgerus in epiſtolâ ad VVerenfridum:* Non eius modò, cuius meminimus, *inquit*, Sancti videlicet Remacli, verùm ceterorum noſtræ Sedis Pontificum tempora & geſta, quæ vndecumque potuêre colligi; & cuius potiſſimùm anhelabas deſiderio, Vitam inde exceptam votis tuis porrexi. *Hæc ille, in quem (vt ſuprà ex Fulcuino retulimus)* Spiritus Dei donum ſingulare contulerat veritatis & fidei. *Verùm quia hæc ipſa epiſtola præfixa eſt Geſtis Epp. Leodienſ. Harigeri nomine editis, veriſimile nobis fit, non modò huius fortaſſis operâ vſum in Vitâ illâ conſcribendâ Notgerum, ſed quæ collegerat de omnibus ad ſuam vſque ætatem Epiſcopis, ei trâdidiſſe limanda, &, vt videretur, edenda. Et certè cùm omnium omnino geſta collegiſſe ſe Notgerus teſtetur, Harigerus non niſi* XXVII *commemorat; poſteriorum* XVIII, *qui inter S. Remaclum & Notgerum ſederunt, videtur perficere hiſtoriam non potuiſſe, aut edere noluiſſe. Ita de aliis Harigeri lucubrationibus Fulcuini Continuator, recenſitis nonnullis eius ſcriptis, ait:* Et alia quoque compoſuit, ſed non expoſuit.

Geſta Epp. Leodienſium,

quorum pars expoſita edita q. ab Harigero;

B

21 *Nunc cur Vitam S. Hadelini arbitremur ab eodem Notgero ſcriptam, exponendum. Auctor, Leodienſem ſe Epiſcopum fuiſſe, oſtendit cap. 2, nu.* 11. Delegauit illic quoque ex reditibus, vt rem Eccleſiæ noſtræ, villam quæ Mons Francheri vocatur. *Neque enim probari poteſt Menardi lectio*, vt Remenſis Eccleſiæ villam. *Accedit quòd eadem ferè præfatio eſt, quæ Vitæ S. Remacli. Atque id familiare Notgero eſt: ita caput* I *Vitæ S. Remacli, primum q. S. Landoaldi, eodem modo orditur:* Francorum regnum à ſui principio ſemper infatigabile *&c. multa q. in epiſtolâ ad VVomarum Abbatem Gandenſem, eadem ſunt, aut planè ſimilia iis quæ in epiſtolâ ad VVerenfridum Stabulenſem habentur. Tum illa Notgero familiaris formula teſtandæ modeſtiæ nu.* 1. nobis, ac ſi indignis B. Hadelinum deſtinauit. *Videtur autem ſcripſiſſe hanc Vitam Cellenſium monachorum rogatu.*

Vitam S. Hadelini.

22 *Extabat breuior alia S. Hadelini Vita in MS. S. Martini Vltraiectenſi, hoc exordio:* Hadelinus in Aquitaniâ nobili ex progenie ortus, cum S. Remaclo, poſtmodùm Tungrenſium Epiſcopo, in Franciam peregrinationis gratiâ venit. *Sed vel non admodùm antiqua eſt Vita illa, vel poſteà adiecta ſunt, quæ in eâ leguntur:* Huius Sancti corpus multo pòſt tempore tranſlatum eſt Vicetum, vnà cum collegio Canonicorum Eccleſiæ ſuæ, ab Adulpho de Marcha Leodienſi Epiſcopo, circa annum Domini MCCCXXXVIII, XI die menſis Octobris.

Huius alia breuior MS. Vita,

C

23 *Aliam elegiaco carmine compoſitam Vitam dedit Ioanni Gamanſio noſtro Eremita Sacerdos cellulæ ſupra tumulum S. Hadelini incolæ, quæ hunc titulum præfert:* S. Hadelini Eccleſiæ Cellenſis Patroni Vita, in verſus redacta per Hadelinum Bietlot Presbyterum Cellenſem, anno à Chriſto nato MDLXXXIX, ætatis verò ſuæ circiter XLII. *Eam frequenter inferiùs citamus; integram dare operæ pretium non fuit. Fuit is Vicepræpoſitus Cellenſis.*

alia ab Hadel. Bietlotio ſcripta carmine;

24 *Edidit quoque S. Hadelini Vitam Teutonico ſermone Heribertus Roſvveydus noſter. Agit de eo Molanus in Natalib. & Indiculo SS. Belgij & in Chron. cap.* 5. *Franciſcus Hareus in Compendio Vitarum SS. Hugo Menard. lib.* 1 *Obſeruat. ad Martyrol. Benedictinum. Conſtantin. Ghinius in Natal. SS. Canonicor. Andreas Sauſſayus in Martyrol. Gallic. Ægid. Gelenius lib.* 4 *de magnitud. Coloniæ. Trithemius de viris illuſt. ord. S. Bened. lib.* 3 *cap.* 319 *vbi* Adelmum *vocat. Bartholomæus Fiſen noſter in hiſtoriâ & in Floribus Eccleſiæ Leodienſis, Harigerus, de quo ſuprà, in Geſtis Epiſcopor. Leod. cap.* 51. *vbi iſta habet, quæ in Vitâ aliter narrantur:* Sic & beatus Confeſſor Hadelinus, qui & ipſe Aquitanicus, dum aliquando, vbi ſeceſſerat, grata Deo opera gereret, vidit in viſione Patrem eumdem *(Remaclum)* ſibi apparuiſſe, vultu venuſtum, crine reuerendum, ſtaturâ corporis præſtantiſſimum, qui locum illi futuræ conuerſationis & perpetuæ requietionis oſtendit, & fontem vlibus hominum habilem demonſtrauit. Quod ita eſſe probatur, dum & in ipſo loco corpore requieſcit, & ſpiritu præſens multa credentibus ibidem beneficia præſtare non deſtitit.

item ab aliis.

D

S. Hadelino apparet S. Remaclus.

§ IV S. Hadelini religioſæ vitæ tirocinium.

25 *Bartholomæus Fiſen noſter hiſtor. Leod. lib.* 3 *nu.* 42 *ad annum Chriſti* DCLIII, *quo tam abdicato epiſcopatu, in Stabulenſi cœnobio commoratum fuiſſe S. Remaclum arbitratur, de Hadelino ita ſcribit:* Mirâ in primis fecunditate plantarium Stabulenſe germinabat, Remaclo cultore feliciſſimum. Aſceticæ vitæ tirocinium iſthic ponebat Hadelinus, & eximiam iam tum futuræ ſanctitatis ſpem faciebat. *Idem lib.* 4 *nu.* 15 *de peregrinatione Romanâ Remacli agens, an.* DCLXIX *ſuſceptâ, ita ſcribit:* Viæ comitem habuit Hadelinum, gente Aquitanum, indolis præclaræ iuuenem; qui poſito in Stabulenſi palæſtrâ tirocinio, raræ cuiuſpiam virtutis expectatione vniuerſos ſuſpenderat. *Idem de tirocinio vitæ religioſæ Stabuleti poſito ſcribit in Floribus Eccl. Leodienſis. Andreas Sauſſaius ita habet:* Eâdem die apud Vrſetum (*voluit* Viſetum *ſcribere*) S. Hadelini Confeſſoris, ipſius S. Remacli diſcipuli: qui ortu quoque Aquitanus, relicto ſolo paterno & cognatione, Stabuletum ad ipſum Remaclum ſe contulit, cuius & magiſterio vſus, & ab eo Cellas, vt monaſterium ibi conſtrueret, miſſus *&c. Videntur eidem ſententiæ adſtipulari Molanus in Natal. & Indic. SS. Belgij. Haræus, Ghinius, Chapeauillus in Annot. ad cap.* 51 *Harigeri, dum aiunt, relictâ terrâ & cognatione ſuâ,* veniſſe Stabuletum, vbi magiſterio vſus eſt S. Remacli. *Miræus in Faſtis Belgicis ſolùm ait,* fuiſſe S. Remacli diſcipulum, in monaſterio Stabulenſi: *neque diſertè exprimit, iſthícne an alibi tirocinium vitæ monaſticæ poſuerit; veneritne in Belgicam cùm iam conſtructum eſſet Stabuletum, an priùs.*

S. Hadelinus S. Remacli diſcipulus; an ad eum ex Aquitaniâ venit Stabuletum?

E

26 *At Vitæ illius ſcriptor cap.* 1 *nu.* 3 *ait:* cum Beato iam dicto Remaclo viam hanc paucis imitabilem arripuit, actuumq. piorum & ærumnarum ipſius per omnia particeps, peregrinationis quoque multimodos perferens cum eo labores. *Et nu* 4. Cernens B. Hadelinus, quem nimio diligebat amore, à Deo & hominibus exaltatum, & pontificali Cathedrâ ſublimatum, non eſt noſtræ facultatis euoluere, quantâ cor eius & lingua repletum fuerit exultatione. *Atqui nondum tunc Stabuletum erat fundatum: ergo priùs Remaclo adhæſit, quàm hic eò ſe reciperet, quò demum relicto epiſcopatu,* B. Hadelino ſecum comitante, diu deſtinatum arripuit callem. *Eadem tradit Hugo Menard.* relictâ Chriſti amore patriâ, in Auſtraſiam veniſſe cum S. Remaclo, quem ſibi ad imitandum propoſuerat. *Ac deinde Remaclum ait,* comitante S. Adelino, ad eremum profectum eſſe. *An fuerit tamen Hadelinus iam tum monachus, neuter expreſſit.*

an potiùs cum eo?

F

27 *Bietlotius in metricâ Vitâ ſcribit (quod nobis non probatur) ad Remaclum iam Epiſcopum veniſſe:*

Protinus extremas Francorum venit ad oras,
Quas habitant Treuiri, gens animoſa, viri.
Impiger illorum ſequitur veſtigia Patrum
Hic Diuus; vitæ nulla pericla timet.
Tunc etiam morum nulli probitate ſecundus
Diuinâ Præſul ſorte Remaclus erat.
Ingreditur ſactam venerandi Antiſtitis aulam:
Comiter excipitur: pauper egenus erat.
Scilicet vt cælo prælucet ſtella ſereno,

an priùs Traiectiæ?

F

A Et velut in templo lumina clara micant;
Sic quoque multiplici clarus virtute refulget,
Virtutumque aliis nobile monstrat iter.
Gratus erat cunctis, pueris, famulisque virisque,
Mitis ceu agnus fraude doloque carens.
Hunc sibi pro nato socioque Remaclus adoptat,
Atque in eum veri fertur amore patris.

Videtur tamen innuere hic scriptor, iam anteà notum fuisse Hadelino Remaclum, quem huius dignitate gaudentem inducit:

Hìc Pater elatum sacratâ Sede Remaclum
Conspiciens, animo gestit ouatque suo.

Fauere huic sententiæ videtur Breuiarium Leodiense Lect. 2 vbi ait: ad B.Remaclum Tungrensem Ep.se contulit,& in Stabulai cœnobio primùm solitariæ vitæ, actumque piorum, & ærumnarum ipsius per omnia particeps *&c. Vetus Breuiar. habet:* Venit ad locum situm in littore, qui Dionant dicitur, ad Mosam.

28 *Probabilius est, quod de sacerdotio subdit Bietlotius:*

hic Sacerdos factus, Quippe Sacerdotis claro illustratur honore,
Quo minimè dubium munere dignus erat.

Hinc imbuendù Christianâ religione populis impendisse operam Hadelinum remur, sui Antistitis strenuum adiutorem. Et fuisse scribit Trithemius, tam scientiâ Scripturarum,
B quàm sanctitate morum multùm venerabilem. *Eò spectat, quam hoc die in solennibus sacris Ecclesiæ Leodiensis,*
populos docet; ideoq; Doctor appellatur *Cellensis, Visetensis recitant, Oratio:* Omnipotens sempiterne Deus,tuorum remunerator seruorum, qui nobis B. Hadelinum Doctorem salutis præstare voluisti; concede nobis famulis tuis,vt eius adiuuemur meritis, cuius lætamur virtutibus & exemplis. Per Dominum.
& pingitur. Cui etiam *(teste Molano)* imago respondet. Pingitur enim Viseti in veste doctorali longâ, coloris nigri,gestans in manu pedum, cui supereminet crux, eique cruci columba insidet. Ceterùm Cellenses.... pingunt eum vt eremitam, quia eremiticam vitam apud eos egit: *aliàs albâ & casulâ indutum, sinistrâ librum, dextrâ pedum,quale diximus,gestantem.*

29 *Vbi ergo habitum monachicum suscepit Hadelinus? Non proditur. Fas est coniicere, Solenniaci aut Casæcongiduni, sub Remaclo. Huic Solenniacensis cœnobij in ditione Lemouicensi curam commiserat S.Eligius, vti Notgerus,& Stabulensis monachus in Remacli Vitâ tradunt.* Post aliquantulum verò temporis, *inquit hic,* famâ vulgante,per totam Galliæ prouinciam auditum est de vitâ & actibus beati viri sæpè memorandi Remacli, & ad aures Procerum, qui tunc temporis palatio præerant, peruentum est..... ac denudatum in regalibus aulis, tam
C magnificum virum non debere abesse præsentiæ Regis, vt illius prudentiâ disponerentur regni negotia: vnde factum est, vt euocatus honorificè, vti decebat, ad limina perduceretur palatij,magnum omnibus futurus solamen.

30 *Ei deinde Casæcongiduni monasterij præfecturam Sigebertus Rex commisit,de quo Notgerus:* In loco, qui vocatur Casæcongedunus, super Sesmarum fluuium sito, cœnobium idem Rex, Optimatum suorum consilio,in honore Apostolorum Petri, Pauli & Ioannis ædificauerat, quia congrua seruorum Dei habitationi domicilia protendebat,munere largitatis suæ ditauerat,probatas Deo seruientium personas aggregauerat,quibus B.Remaclum prouisorem instituit, & vt inhabitantes iuxta traditionem Patrum viuere assuefaceret demandauit. Extat vsque in præsens locus orationis eius in rupe excisus, vnde infirmantibus vsque nunc proueniunt beneficia. *Eadem habet Harigerus cap. 54. quibus consonat ipsius S.Sigiberti Regis diploma,quod 1 Februarij in Analectis ad Vitam S. Sigeberti § 3 nu. 17 dedimus; in quo ista habentur:* Ideoque sub deuotione animæ nostræ ..... monasterium regulare,in honore Patroni nostri Petri,Pauli,Ioannis,vel ceterorum Martyrum, in terrâ nostrâ Arduennense, in loco qui dicitur Casegonguidinus, quem Sesomiris fluuius cingere videtur; & ex

deinCasæcongeduni;

nostræ largitatis munere iuxta Patrum traditionem cœnobium volumus construere; & ibidem Christo auspice Remaclum Abbatem constituimus: qualiter ibidem secundùm ordinem & monita antiquorum Patrum conuersari debeant. *Vestigium aliquod Casæcongiduni supereste videtur antiquus Prioratus in pago* Cougnon, *ad collegium Luxemburgense Societatis Iesu pertinens, ad amnem* Sesmarum, *vt Harigerus & Notgerus vocant, seu* Sesomirim, *vt S.Sigebertus,vulgò* Sesmoy *aut* Semoy, *inter Chinium & Bullonium oppida.* AVCTORE I.B. D

31 *Hic igitur Abbas fuit Remaclus, cùm Solemniaco euocatus esset in Austrasiam. Hadelinum autem, si laicum adhuc, sed perfectioris vitæ desiderio captum, secum deduxit hìc sacro habitu inter primos induit; si autem rudimentum vitæ religiosæ iam posuerat in Aquitaniâ, hic certè ad eius absolutionem nisus pertingere: quâ in re sancto Patri ita se probauit, vt eum secum Traiectum deduxerit, eius & domestico exemplo sese ad pietatem excitaturus, & doctrinâ alios ad Christiana virtutum officia hortaturus; quamobrem & sacerdotio eum initiauit. Vbi ponere episcopatum illi, Amandi decessoris exemplo, etsi non eadem ex causâ, licuit; Hadelinum secum Stabuletum, quod, vti & Malmundarium, præbente sumptus Sigeberto, episcopatus sui tempore ædificârat, perduxit: vnde eum postmodùm ad Cellense condendum asceteriuin dimisit.*

alterutro loco sub eo nouitius Hadelinus,

Traiectum ducitur,

d in Stabuletum;

posteà Cellas missus. E

§ V S. Hadelini ætas.

32 *Ætas eius ex S. Remacli ætate petenda:* ARnoldus VVion floruisse S.Hadelinum scribit an. DCLXX. Franciscus Haræus & Heribertus Rosweydus *obiisse circiter* DCLXXX. *Annus certus mortis colligi nullo certo charactere potest: reliqua decursus ætatis ex Vitâ S.Remacli potest vtcumque ordinari. Paucula igitur de Remaclo cursim perstringemus, plenius ad eius Vitam* III *Septemb. cuncta discussuri.*

33 *Temporibus Heraclij Imp. & Clotharij* II *Regis Francorum, (quorum hic anno Christi* DCXXVIII, *cùm regnasset annos* XLIV *ac menses aliquot; ille* DCXLI *obiit,cùm imperasset* XXXI) *S. Remaclus* Aquitaniam natiuitatis suæ illustrabat auspicijs, *cùm ciuitas metropolitana Biturigum haberet* Archiepiscopum S. Austrigisilum, Archidiaconum verò B.Sulpitium, in breui pòst honore pontificali donatum. *Ita Notgerus, & Harigerus cap.*48. Educatus est sublimiter bonæ indolis Remaclus, prout plurima facultatum suppetebat copia parentibus, sub Beato scilicet Sulpitio: in cuius veneratione constat ab eodem sancto viro plurimas in nostrâ diœcesi posteà dicatas ecclesias. Deinde eum adultum, & totius bonitatis, prout tali competebat ætati, iam fructum fe-
F rentem tradunt B.Eligio, viro omnibus eius temporis hominibus meritorum gratiâ præferendo, qui eum Solemniaco monasterio, quod ipse pio opere in suâ construebat hæreditate, locauit.... posteà curam gregis sibi commissi illi committere non abnuit, onus & vices repartiri non dubitauit, seque seruitio palatij, sicut compellebatur, reindulsit.

ii sub S. Austregisilo natus, sub S.Sulpitio educatus;

34 *De ætate S. Sulpitij Pij egimus ad eius Vitam* XVII *Ianuar.§ 3. Breuiter ita colligi potest: Anno Childeberti* XVI, *Gunthramni* XXX, *Christi* DXCI *obiit S.Sulpitius Seuerus, de quo egimus* XXIX *Ianuarij; successit S. Eustasius, siue Eustachius. Ita S.Gregor.Turon. lib.*10 *cap.*24 *&* 26. *sedit is annis* XII. *obiitq; pridie Kalendas Ianuar. Ita Chenu Biturix. Huic ergo initio anni* DCIII *successit S. Apollinaris sedit q; annu* IX, *obiit* III *Non.Octob. Inde S. Austregisilus sedit annis* XII, sicut ipse Angelo reuelante cognouerat, *vt in eius Vitâ* XX *Maij dicitur; obiit anno* DCXXIV; *eiq; S. Sulpitius Pius successit. Habemus ergo tempus adolescentiæ S. Remacli, & institutionis in monasterio Bituricensi, sub Sulpitio siue Archidiacono, siue iam Archiepiscopo.*

quorum ille an. 611 Ep. *factus, hic* 624.

35 *Fundatum est posteà à S.Eligio in agro Lemouicino cœnobium Solenniacense, perfectumq; anno* X *Dagoberti Regis, Christi* DCXXXVII. vbi S. Remaclus *(vt Sigebertus in Chron.ad eum annum scribit)* ab Aquitaniâ veniens, se in Christi tirocinio sub eo exercendum dedit. *Non recte*

Avctor. I. B. *rectè ait ab Aquitaniâ veniſſe Solenniacum, cùm ipſi quoque in Aquitaniâ eſſent Lemouices, verùm à Biturigibus eò venit.*

A *Remaclus Solemniacī monachus an. 637 mox Abbas: circiter 646 in Auſtraſiā venit:* *Imò, vt antè retulimus, toti illi centum & quinquaginta monachorum congregationi præfectus eſt: vnde coniici poteſt eum non ſolùm litteris eruditum apud Biturigas, verùm & monachum in Sulpitiano cœnobio fuiſſe. Quando in Auſtraſiam accerſitus ſit, non conſtat: veriſimile eſt circiter* DCXLVI *aut* DCXLVII *Chriſti annum contigiſſe. Hîc Caſægongiduneſi cœnobio vel ædificando, vel certè ordinando regendoq; præfectus eſt. Interea Traiectenſem epiſcopatum depoſuit S. Amandus an.* DCL, *non antè, cùm ad eum adhuc Epiſcopum data extet à S. Martino Papâ epiſtola poſt Concilium Romanum, habitum* imperij Domini Conſtantini (*potiùs Conſtantis* II) piiſſimi Auguſti anno nono, ſub die tertio Nonas Octobris, Indict. octauâ, *ſcilicet à Septembri inchoatâ, an. Chriſti* DCXLIX.

650 ſit Epiſc. 36 *Suffectus Amando eſt Remaclus, anno* DCL, *aut ſequenti: ſedit verò annis circiter decem, vt patet ex Chronico Trudonenſi lib.* I *cap.* 8. *Ab eo enim iam Epiſcopo miſſus eſt Metas S. Trudo ad S. Clodulphum litteris imbuendus, vti Notgerus in Remacli Vitâ, Harigerus, Chronic. Trudonenſe lib.* I *cap.* 5 *tradunt. Anno ſexto epiſcopatus Remacli peractis litterarum ſtudiis (& vix priùs potuit) ſacræ Scripturæ cœpit operam dare. Idem Chron. cap.* 6. *Tandem eum S. Clodulphus* ad ſacerdotij vſque culmen promotum ſancto Patri & Coëpiſcopo Remaclo remiſit, *vt in huius Vitâ dicitur, anno epiſcopatus ipſius Remacli* X, *vt habet idem Chron. cap.* 8. *Licet autem eiuſdem Chronici chronotaxis non ſatis aptè congruat cum annis Imperatorum; tamen manifeſtum eſt minori ſpatio perfici hæc à Trudone vix potuiſſe; qui cùm primùm ad Remaclum venit,* puerili adhuc ætate floridus, primos emittere iam cœperat Deo gratæ iuuentutis fructus ſuauiſſimos, *vt habet Harigerus. Donatus quidem in Vitâ S. Trudonis, quàm dabimus* XXIII *Nouembris, ſolùm ait petiiſſe eum* ſanctarum litterarum ſtudio eruditi; *poſteà tamen refert,* per Eccleſiaſticos gradus feliciter pergentem, vſque ad ſacerdotalem dignitatem vitæ ſuæ merita perduxiſſe. *Deinde* tranſactis plurimis annis, cùm iam vir Dei repletus eſſet diuinâ ſcientiâ, maturuſque tam ætate quàm moribus exiſteret, *remiſſum in Hasbaniam, honorificè à S. Remaclo Epiſcopo ſuſceptũ.*

Sedet annis 10

37 *Ipſo eodem anno* DCLX, *quo Metis rediit Trudo, abdicaſſe ſe epiſcopatu Remaclum patet ex eodem Chronico, dum tertio poſt Trudonis reditum anno, tertio videlicet epiſcopatus S. Theodardi, ab hoc dedicatum eſſe ait quod ille conſtruxerat cœnobium,* III Id. *Octobris. Anno porrò* VI *epiſcopatus Remacli ædificata eſſe monaſteria Stabulenſe & Malmundarienſe, idem Chronicon cap.* 7 *tradit: quæ à S. Remaclo, adhuc epiſcopatum gerente, conſecrata, Notgerus in eius Vitâ & Harigerus cap.* 56 *ſcribunt, annuente Colonienſi Antiſtite, in cuius diœceſi erat Malmundarium. Tandem ergo Stabuletum ſeceſſit Remaclus, Theodardo ad Traiectenſem Cathedram euecto. Nonnulla S. Sigeberti diplomata extant, quibus varia donat duobus illis monaſteriis,* vbi vir venerabilis Remaclus Epiſcopus Abba Chriſto auſpice præeſſe videtur, *de quibus* I *Feb. ad S. Sigeberti, &* III *Sept. ad S. Remacli Vitam. Diutiſſimè iſthic ſuperuixit Remaclus.*

Malmundarium & Stabuletũ dedicat;

C *huc ſecedit an.* 660.

Diu pòſt ſuperſtes.

Hinc coniectura de S. Hadelini ætate. 38 *His ita deductis, S. Hadelini ætas ſic videtur ordinari poſſe. Venit cum Remaclo in Auſtraſiam circa an.* DCXLVI *vita religioſa tiro, aut certè candidatus, annos fortaſſis natus* XX. *Partim Metis, partim Caſagongiduni, pietati & ſacris litteris vacat. Anno* DCL *Traiectum proficiſcitur cum eodem Remaclo. Poſt annos aliquot Sacerdos ab eo ordinatur. Anno* DCLX *Stabuletum cum eo ſecedit, & fortaſſis Romam eum comitatur. Tandem an.* DCLXIX, *vt cenſet Piſen, aut fortè priùs, ad Cellenſe cœnobium erigendum aut eremiticam vitam ducendam, ablegatur. Vbi ad* DCLXXX, *aut fortaſſis* DCLXXXX *Chriſti annum, aut etiam diutius, ſuperſtes fuit.*

39 *Neque his ea repugnant, quæ in Vitâ S. Hadelini habentur cap.* 2 *nu.* 8. *quibus conſimilia ſunt quæ Chapeauillus Annot.* 2 *ad cap.* 2 *Anſelmi ex marginali annotatione codicis Aureæ vallis refert:* Hi cum B. Remaclo cœnobium Stabulaus inhabitare cœperunt, S. Theodardus primus

Quomodò dicatur à

eiuſdem loci Abbas, antequàm fieret Epiſcopus, S. Hadelinus, S. Lambertus, S. Hubertus, Chriſtianus quoque ſanctiſſimus, Florebertus, Papolenus, Anglinus, & ceteri multi. *Fuerunt hi quidem omnes illius cœnobij aſceta, ſanctitate primi non omnes habitationis ordine: nec ſi primi tamen id incoluiſſent, ideò conſequens eſſet iſthic tirocinium poſuiſſe, cùm aliunde potuerint euocari, vel vltro etiam confluere. Nam neque Remaclus ipſe primùm iſthic monachicum habitum ſumpſit, neque Theodardus, vt ex eius Vitâ* X *Septemb. patet, vbi dicitur, Clothario* II *regnante,* ex deuotione parentum ſuorum mancipatus monaſteriali diſciplinæ voluntariè portaſſe leue iugum Chriſti; *deinde Sigeberti Regis ac Grimoaldi Maioris domus, Remacli quoque & Cuniberti Epp. conſilio, duobus illis monaſteriis præfectus. Lambertus an monachus fuerit, præterquàm exilij tempore, inquiremus* XVII *Septembris. Certè Theodardo iam Epiſcopo commendatus à patre eſt,* diuinis dogmatibus & monaſticis diſciplinis, in aulâ regiâ eruiendus. *S. Hubertus, de quo* III *Nouembris, fuit fortaſſis aliquo tempore Stabuleti inter monachos, priuſquàm in eremum, pœnitentiæ cauſſâ, ſecederet; ſed non ſub Theodardo Præſide inter primos loci illius religioſos, ſed ſub Lamberto demum Epiſcopo. Minùs etiam S. Florebertus, ſi monachus fuit, ad prima cœnobij exordia reuocari poteſt, quando ne natus quidem erat. De eo* XXV *April. De S. Papoleno, vel Baboleno,* XXVI *Ianij. Non igitur illâ vel* E *annotatione, vel tabulâ Stabulenſi compellimur aſſerere, Hadelinum iſthic habitum monachicum induiſſe. Anglinus, qui iſthic nominatur, Stabulenſis quoque Abbas dicitur fuiſſe, atque indubiè S. Remacli diſcipulus, ſi vera ſunt; quæ in libro Miraculorum S. Quirini ſcribit Malmundarienſis monachus anonymus de S. Agilulfo Ep. Colonienſ. de quo* IX *Iulij agemus.* Nobili ſtirpe editus, *inquit,* Anglino loci huius Abbati, à parentibus eſt traditus ſub inſtitutione monachi regulariter informandus. Qui Patris ſpiritualis mores & vitam ſpiritualiter imitatus, eiuſdem, ex voluntate Dei, ſucceſſor eſt factus: dein Sedi Colonienſium Antiſtes datus, Abbatis etiam non depoſuit onus *&c. Nam S. Agilulfum ſcribit Vita illius auctor eo tempore occiſum, quo Carolus Martellus bellum cum Ragenfrido gerebat. Chriſtianus verò, qui & Druthmarus, cognomento Grammaticus, qui infrà cap.* 2 *nu.* 8 ſapientiſſimus *appellatur, multò eſt ætate S. Remacli poſterior; nam Stabuleti ſub Sichardo Abbate traditur habitaſſe, is verò an. Chr.* DCCXCI, XVI *præfecturæ ſuæ, mortuus. Extat huius Chriſtiani Expoſitio in Matthæum Bibliothecæ PP. to.* 9 *parte* I, *monachis Stabulenſibus & Malmundarienſibus dedicata; in quâ dedicatione oſtendit ſe iis ſacras litteras expoſuiſſe, illaq; de ſanctâ cœnobiorum illorum diſciplinâ pronuntiat:* Qui namque inter vos conuerſantur, non multùm mirantur, ſi plurimi Sancti in his monaſteriis probabiles fuerunt. *Fuit is quoque Aquitanus, vt ſcribunt Sigebertus de Scriptor. Eccleſ. cap.* 71. *Trithemius, Geſnerus, Poſſeuinus, Sixtus Senenſis: licet ambigere quis poſſit, propterea quòd ita ſcribat:* Et vtus loquendi melius intelligitur de his, qui de eadem prouinciâ ſunt; *niſi id velit ſignificare, ſe de eodem quo ipſi, eſſe regno Galliarum.*

primis Stabulenſibus monachis, ſi alibi nouitius? D

F

VITA
AVCTORE NOTGERO EPISC.
ex veteribus MSS.

PRÆFATIO AVCTORIS.

1 *a*

OMnipotens Dominus, quī diues eſt in miſericordiâ, cuius natura bonitas, voluntas efficientia, opus miſericordia, hic in mundum ſaluandis omnibus venit, quia à reatu primæ prænaricationis liberum nullum inuenit, diuitias longanimitatis & bonitatis ſuæ omnibus prærogauit, voluntatis

A luntatis omnipotentiam in ingratis, & reſpectum gratiæ ſuæ in indignis efficaciſſi nè exercuit; quia opus miſericordiæ ſaluatricis vt eſſet recuperabile miſericorditer etiam prouidit. Namque, vt non eſt credendum aliquem ad ſalutem venire, niſi Deo inuitante; ſic nec meritum quidem ſalutem ſuam operari, niſi Deo auxiliante. Initium ergo ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus, qui non modò fautor & adiutor in incremento proficientium, verùm remediabiliter prouidet ruentium caſibus obuiandum; dum & Angelica nobis præſtat ſuffragia non deeſſe, & patrocinia confert Sanctorum, quos pro reatibus interceſſores non dubitemus efflagitare. Quos cùm paſſim & diuerſis donatos prouinciis in commune conueniat honorare, ſingulos tamen quibuſque locis miſericorditer prouiſos attribuit, quos ſpecialiter amplectendos & propenſiùs exorandos voluit. E quibus nobis, acti indignis, B. Hadelinum deſtinauit, cuius geſta occulere tantò culpabilius, quantò & impium neceſſaria creditis ſubtrahere auditoribus, & vobis id denegare inuidioſum video petentibus. Ingratitudinis namque ſe, aliquâ pollens ſcientiolâ, alligat vitio, qui & bona allerere, & praua refellere, & Dei magnalia pro modulo negligit prædicare. Monſtrat hoc euidens Euangelicus ſermo, repoſitum mina in ſudario, perditionis æternæ vindicans elogio. Quod euadere geſtiens, ſaltem in iſto non cunctabor proferre, ſi quæ de illo memoriæ occurrerint, quæ & noſtri temporis homuncionibus tantò iudico magis iure ſtupenda, quantò moribus eorum longiùs conſidero fore imparia. Adeſtote itaque exactores deuoti, & quæ extorquetis anxij, ſuſcipite intenti.

SS. dantur à Deo prouinciis Patroni.

Auctor hanc Vitam regatus ſcripſit. Luc. 19.

B

a *Eadem forè præfatio eſt Vitæ S. Remacli 3 Septemb. ſed prolixior aliquantò; quæ & Geſtis Epiſcopor. Leodienſ. per Harigerum præfixa. In altero exemplari Vitæ S. Hadelini erat ad finem Vitæ adiecta.*

CAPVT I

S. Hadelini in Belgium aduentus.

Hadelinus Aquitanus

1 IGitur, ſicut veridicorum retulit antiquitas, cetera vt iſtorum cohærcant ſtipulationi, fuit S. Hadelinus Aquitaniæ territorio cretus, nobili propagine ortus, in tenerâ ætate morum probitate grădæuus, puertiæ annos excedens, conſortio ſenum, Salomonis hortamine, ſemper intereſſe cupiens. Et dum ſe quotidie ad maiora niteretur extendere, etiam illius famoſi Patriarchæ exempla conatus pertentare, cui ait Dominus: Exi de terrâ tuâ & de cognatione tuâ, & veni in eam, quam tibi monſtrauero, terram. Quod etiam plures *a* audierat iam dudum actitare, & pro viribus ſuis illorum impar nolebat apparere. Sanctus ſcilicet *b* Agricius, *c* Maximinus, *d* Paulinus eiuſdem patriæ exules ad noſtram, id eſt, *e* Francorum deuenerant terram: qui etiam poſteà Treuericæ Sedis Archiepiſcopali infulâ ſublimati, ibique obeuntes mortem, cum Domino, miraculis atteſtantibus, ſe viuere manifeſtant. Sic quoque B. Remaclus *f* Tungrenſium Præſul almifluus, & Deo dignus Sacerdos *g* Goar Rhenum fluuium circa *h* monaſterium ſuum tranſeuntium conſolator, ceteriſque ex eadem regione felici curſu noſtros fines noſcuntur adiſſe perplures. Horum, vt diximus, cupiebat imitator hic fore Sanctus, & *i* cum Beato iam dicto Remaclo viam hanc paucis imitabilem arripuit, actuumque piorum & ærumnarum ipſius per omnia particeps, peregrinationis quoque multimodos perferens cum eo labores.

C Gen. 12. 1.

a

b

c d

e

exemplo aliorũ SS.

f

g

h

i patriam relinquit cum S. Remaclo,

2 *k* Sed vt pauca de B. Remaclo, quia operum comes extitit, & qualiter vterque ad ſua demigrauerit loca, loquamur; accidit eo tempore, vt plebs Tungrenſium eſſet viduata *l* Paſtore, & *m* Sigibertus Rex Auſtraſiæ præerat, qui, Mediomatricum vrbe ſedem habebat. *n* Cui plebs cum electione communi Sacerdotum, cum frequentiâ & audientiâ *o* Magiſtrorum, cum vociferatione etiam & acclamatione omnium ordinum, obtulit tale precum ſuarum votum, neminem ſibi debere niſi Beatum præeſſe Remaclum: hunc Deo & hominibus acceptum, & nulli etus ætatis ſecundum ſanctitate: hunc Angelicis ſpiritibus gratum, hunc terram colentibus reuerendum: eius ſe multimoda expertos commoda beneficiorum, interuentionis illius tam apud Regem quàm apud Proceres ſæpè ſenſiſſe ſuffragium, prudentiæ illius aduertiſſe ſolertiam, cùm regalibus crebrò conſiliis impenderet operam: non deeſſe ei ſcientiam Scripturarum, vnde proferat noua & vetera: ſubeſſe ei omnem catalogum, cum dotis ſummâ ab Apoſtolo in Epiſcopum defloratâ. Talibus votis Rex fauorabiliter aſſentiens, tantiſque ſtudiis officiosè concordans, licet eo renitente & totis viribus reluctante, Tungrenſi eum præfecit Eccleſiæ, vt verbi ſemina deinceps in plures diffunderet, quæ in ſe hactenùs diu latentia *p* occuluiſſet.

AVCTORE NOTGERO Ep.

D

n

o

qui populo potente,

1. Timoth. 3. 2. & Tit. 1. 7.

nutu S. Sigeberti Regis,

fit Ep. Traiectenſis,

p

4 Cernens B. Hadelinus, quem nimio diligebat amore, à Deo & hominibus exaltatum, & pontificali Cathedrâ ſublimatum, non eſt noſtræ facultatis euoluere, quantâ cor eius, & lingua, repletum fuerit exultatione. Porrò cuius meriti religioniſque, quàm integrè in eodem extiterit regimine, qualiterue Stabulaus & Malmundarium monaſteria conſtruxerit pio labore, in vitæ eius libro quiſquis velit, poterit repetire. At verò poſtquàm cultum ſeruorum Dei in eiſdem cœnobiis aggregauerat, habitacula quoque religionis vſui apta magnâ ex parte diſpoſuerat; quod ſemper habuit in voto, remotioris ſcilicet vitæ ſolitudinem, ſic Deo annuente nactus eſt occaſionem. Tandem, licet difficillimè, impetrauit tamen à Rege, vt alius ſibi ſuccederet, & ſibi diu deſideratam eremum adire liceret, vbi remotus à curis ſecularibus liberiùs inhiaret cæleſtibus. S. Theodardi vitam ſatis probabilem Regi & optimatibus oſtentauit, eumque vicem ſuam ſupplerè & poſt ſe Cathedræ ſuæ ſubrogandum ex nomine deſignauit. *q* Plebem itaque ſuam ſacris benedictionibus inſignitam, B. Hadelino ſecum comitante, diu deſtinatum arripuit callem. *r*

E

ſed Stabuleto & Malmundario conſtructis,

eò ſeceſſit,

S. Theodardo ſibi ſubſtituto:

q

r

5 Sed cùm Dominus ipſius benedicti Hadelini ſanctitatis iubar ſuper candelabrum ponere popularis diſponeret notionis, contigit dum iter agerent, *s* vt accumberent quietis gratiâ ambo; dormientique, de quo agitur, Sancto, alter vigilans, benignus ſcilicet Remaclus, ſolis radium, qui oberat vultui imminens ſoporantis, Angelico velari cerneret *t* vmbramine. Euigilans autem, ait ad eum beatus Pontifex: Frater dulciſſime, ſi quam nunc in ſomnis viſionem agnoſcis tibi oſtenſam fore, mihi indicare ne differas cariſſime. At ille vultu ſubmiſſo, primò renitens, ſed pòſt voci iubentis obtemperans, ait: Decreueram tibi, Pater beatiſſime, quæ videram, in præſenti occulere, verùm euolutis aliquot diebus pronus humili deuotione patefacere. Sed cùm tuæ iuſſioni quicquam negare fas non ſit, vidi, inquam, columbam, cùm blando ſopore quieſcerem, de cælo ſuper me indignum alis expanſis deſcendere, oculoſque meos aliquantulùm circumuolitare, ſicque caput meum ſuperſedere; meque hoc omen, quid boni portenderit, fateor ignorare. At beatus Pontifex Remaclus, hilari illum intuens vultu, Excellit, ait, ô Hadeline, dignitas tua modicitatem meam: indignum me tali fateor ſocio, quem famulatu vidi obumbrari Angelico. Te per diem ſol non vret, neque luna per noctem, præſcius ait Pſalmiſta, qui nec in Chriſtum, nec in illuſtratam per eum eius excedes Eccleſiam. Columba quippe Spiritum ſanctum, qui ſuper Dominum in Iordanis fluminis baptiſmate requieuit, & eum oleo exultationis præ participibus ſuis vnxit, oſtendit. Ipſe Spiritus gratiâ mitiſſimæ pietatis tuum cor illuſtrauit, teque in ſui

F

s

Hadelinus dormiens ab Angelis obumbratur,

t

& myſtico ſomnio recreatur.

Pſal. 120. 6.

AVCTORE NOTGERO EP. seruitio perenniter delegauit.

6 Hæc & his ſimilia ſacræ eruditionis verba Hadelinus à Deo electus lætâ cordis aure audiebat, & ad maiora ſe virtutum opera deinceps accingere cogitabat. Rurſum benignus Pontifex Remaclus futurorum præſcius ait ad eum: Accelera ergo, fili mi, aliò quantocyùs profectionem, conſectans Chriſtum præducem, vallem contiguam ſaltui, quæ adiacet fluuio Lætiæ, quem dicunt vicini, adiens, locum, qui Inter-quatuor-montes vocatur, inquire, *u* & illic Deo cohoſpite tibi habitaculum atque oratoriolum conſtrue, Angelis vbi præſulibus, Domino Chriſto dignè valeas militare. Ille hæc præſagia hilari mente ſuſcipiens, veſtigiis Pontificis prouoluere nitus eſt. At ille benigno hortatu illum eleuans, vt locum cum aliquantis comitibus *x* adiret, & procedente tempore, vt ad ſe ſæpè viſitationis gratiâ rediret, ſuadebat.

à S. Remaclo mittitur ad ſaltum Latiæ fl.

a *Vita altera addit*, ætatis ſuæ; *perperàm, vt ex allatis exemplis patet: neque enim* Agricius, Maximinus, Paulinus *eâ ætate vixerunt.*

S. Agricius Aquitanus,

b *Meritò igitur* 13 *Ianuar. ad* S. Agricij *Vitam, in Præf. nu.* 4 *dubitare nos ſcripſimus, an non potiùs Gallus fuiſſet, quàm Antiochenus, vt vulgò tradunt rerum Treuericar. Scriptores. Altera Vita* Algrinum *habet pro* Agricio: *verùm nullus inter Treuirenſes Epiſcopos* Algrinus. *Algrinum quoque vocat Roſweydus in Teutonicâ S. Hadelini Vitâ, vbi etiam hallucinatur, dum hos SS è patriâ in exilium relegatos in Franciam ſcribit, quò ſponte ſuâ venerant. Alius ab hoc, & poſterior eſt Anglinus Ab. Stabulen.*

vti & S. Maximinus, & S. Paulinus Ep. Treuir.

c *Fuit* S. Maximinus, *vt in eius Vitâ* 29 *Maij ſcribit Lupus,* vrbis Aquitanicæ Pictauorum indigena.

Francia *dicta quia eis Ligerim erat Gallia.*

d *Colitur* S. Paulinus *Ep. Treuir.* 31 *Aug. ipſe quoque* ex Aquitanicæ regionis partibus nobiliſſimâ proſapiâ procreatus, *vt in eius Vitâ dicitur.*

e *Ita paſſim reperias, propriè* Franciam *appellari partem eam Galliæ, quæ à Ligeri verſus Rhenum protenditur. Sic Ardo in Vitâ S. Benedicti Indenſis cap.* 7 *nu.* 28 Poſt obitum quoque Sereniſſimi Imperatoris Caroli, cùm filius eius Ludouicus Rex Aquitanorum, Imperij curam ſuſcepiſſet, Franciæ eum partibus ire iuſsit, eique in Alſat Maurum monaſterium deſignauit, vbi plures ſuæ vitæ ſequaces ex Aniauæ monaſterio collocauit.

f *Sedem Traiectum tranſtulerat S. Seruatius ſeculo Chriſtiano* 4. *vt alibi ſæpius diximus, dicemuſq; pleniùs ad eius Vitam* 13 *Maij, &* 6 *Februarij ad Vitam S. Amandi.*

g *In alterâ Vitâ nulla S. Goaris mentio. De eo VVandelbertus in eius Vitâ* 6 *Iulij*: Goar igitur Aquitaniæ prouinciæ, quæ eſt totius propemodùm Galliæ pars tertia, indigena fuit.

S. Goaris celebris olim cultus

h *Conſueuerunt qui* S. Goaris *cellam nauigio præteruehebantur, exſcendere, atque in eccleſiâ precari. Quod officium pietatis, magno emolumento à multis obitum, ab aliis non impunè neglectum narrat idem VVandelbertus. Data ea fuit à Pipino Rege Abbati Prumienſi Aſſuero: atque à Carolo Magno, cum repetente eam VVeomado Archiepiſcopo Treuir. iuris regij fuiſſe probatum eſſet, confirmata paterna donatio. Nunc oppidum eſt, ſub ditione Landgrauij Haſſiæ Ernesti, hoc ipſo anno Catholicam fidem cum vxore ac liberis, egregiâ ſimul pietatis teſtificatione, complexi. Situm illud eſt inter Boppardiam & VVeſaliam ſuperiorem, diœceſis Treuirenſis oppida, in lauâ Rheni ripâ, vulgò* S. Gvver *appellatur. Viguit etiam dominante annus ſuperioribus hæreſi, antiqui cultus vmbra quædam inter nauticum vulgus: nam qui primùm locum illum præteruehebantur, ij numella ferrea adoram fluminis inſerere collum cogebantur, & nummum aliquem pendere. Qui ritus etſi pro ridiculo tunc vſurparetur ab hæretico aquè ac Orthodoxis, à vetuſtâ fluxiſſe deuotione, cuius meminit VVandelbertus, videtur. Nam & alias in locis Chriſti Sanctorumue honori ſacratis, collari ferreo ſibi collum cingere, in Belgio noſtro pij homines, religioſa maiorum ſimplicitatu retinentes, conſueuerunt, quaſi eo ritu, Dei ſeſe aut Diuorum illorum ſeruituti deuoueant. Vt porrò religioſiùs S. Goarem venerarentur, faciebat propinquum periculum; nam, vt ſæpè citatus ſcribit VVandelbertus,* locus in flumine ab eccleſiâ B. Goaris paſsibus ferè centum, aut paullò longiùs abeſt, vbi ex latentium ſub aquâ ſaxorum voragine, & vndarum colliſione rapidiſsimâ, grauia ſæpe nauigantes diſcrimina patiuntur. *Et paullò pòſt:* Ventum erat ad fluminis illam, de quâ in ſuperioribus egimus, rapiditatem horribilem. *Meritò ergo* Rhenum circa monaſterium ſuum tranſeuntium conſolator *appellatus hîc S. Goar.*

ob pericula nauigationis.

i *Comeſne fuerit S. Remacli ex Aquitaniâ venientis, an ſolùm eius exemplum poſteà ſecutus, anteà quæſitum.*

k *Deſunt hæc vſque ad nu.* 5. *in alterâ Vitâ.*

l *Iſerat* S. Amandus, *vt ſuprà diximus, qui cur epiſcopatum dimiſerit, in eius Vitâ* 6 *Febr. dicemus.*

m *S. Sigeberti Regis Vitam dedimus* 1 *Febr. vbi & de Auſtraſiani regni ſedo, vrbe Mediomatricûm, egimus. In Vitâ S. Theodardi, quam dabimus* 10 *Sept. dicitur Remaclus è portu* ſolitariæ virę à Rege Dagoberto extractus, *quod à Sigeberto factũ.*

n *Hæc verbis ferè iiſdem refert Harigerus in Geſtis Epp. Leodien. cap.* 50 *&* Notgerus *Epiſc. in Vitâ S. Remacli.*

o *Harig. & Vit. Remac.* Magnatum.

p *MS. habebat,* incoluiſſet. *rectiùs Vita S. Remac.* occuluiſſet.

q *Hîc eſt accuſatiuus abſolutè poſitus, pro ablatiuo.*

r ad eremum, *inquit Menardus; nempe Stabulenſem, vt patet ex Remacli Vitâ, & diſertè in Vit. S. Theodardi:* potius cœnobij expetiit.

ſ *Quòd Menardus innuit id contigiſſe, dum Traiecto Stabuletum proficiſcerentur. Fiſen noſter Hiſtor. Leod. lib.* 4 *nu.* 15 *exiſtimat dum Româ reuerteretur Remaclus, euenisſe, an.* 669.

t *Fiſen ait,* dormientis caput fulgere magnâ luce conſpectum *à Remaclo; non rectè. Bietlotius album columbam eius caput alis texiſſe.*

v *Addit altera Vita*: vbi eſt fons vſui hominum aptus. *Hanc viſionem aliter narrat Harigerus cap.* 51, *vt ſuprà retulimus. Fiſen lib.* 4 *nu* 27 *& in Floribus Eccl. Leodien. ait geminũ fontem elicuiſſe ſuis precibus Hadelinum, in monte Francherio alterum, alterum eo loco quem per quietem Remaclus demonſtrârat. Eſt illius Francimontani, ſiue Francheriani fontis aqua etiamnum multis ſalutaris. Roſweydus hic vitioſè ſl.* Lecram *habet pro* Letia; *Molanus in Indiculo & Chron. SS. Belg.* Legiam, *qui riuus Leodium perlabitur: ſed alibi correxit.*

x *Ex ipſius videlicet Remacli comitatu, vt rectè Menardus.*

CAPVT II

Cellis cœnobium conſtructum, fundatum.

In Cellâ auſterè & ſanctè viuit:

7 EXoratâ itaque & impetratâ benedictione, progreſſus indagandi cupidine loci, viri cuiuſdam, qui vocabatur Beo, deuenit ad domum, *a* ægræque vxoris ſcilicet iuuamine, hoſpitio impetrato, interbverſandum inquirere Sanctus iam dictum cœpit locum; obtentoque ſubulci ducamine, locum inuenit, Deo gratias egit: Adiutorium noſtrum in nomine Domini, cecinit. Deinceps habitaculum conſtruit, oratoriolum, vt tunc temporis poſſe fuit, perficit, ſeſeque Chriſti famulitio, Angelorumque præſidio, totum illic deuotus contradit. In fame ergo & ſiti, in frigore & nuditate, in laboribus & diuerſis angoribus, ærumnis atque preſſuris, Dei athleta ſobriè & iuſtè & piè Domino, non ſeculo, viuens, expectabat beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, caſtigansque & ſeruituti animi ſubiiciens proprium quotidie corpus, *c* ipſum cæleſtibus deputabat indeſinenter excubiis; Regem in accubitu ſuo ſedentem, nardum mirifici odoris piorum actuum quotidie in arâ cordis ſacrificium delectabile mactando, munificans.

a
b
c

subinde viſit S. Remaclum:

8 Audiens autem famam ſanctitatis ſanctæque conuerſationis monitoris ſui, Beati ſcilicet Remacli in cœnobio iamdicto Stabulaus, *d* quia ſtudebant vndique ad eũ, velut apes ad aluearia, confluere nonnulli ſe Omnipotentis ſeruituti addere, & leui iugo Chriſti colla ſubmittere, alij verò liberos ſuos liberalibus, imò monaſticis inſtruendos diſciplinis, & illic perpetuò inſeruituros contradere; multi etiam de facultatibus & reditibus ſuis Sanctorum neceſſitatibus communicare; ſtudebat & ipſe ad eum viſitationis & nimio caritatis ardore ſæpè venire, & ſacrarum lectionum colloquia conferre, & de pomis paradiſi Dei, conuerſando illic, continuari, ſicuti in catalogo virorum illuſtrium, qui ibidem ſuper altare apparet aſſiduè, habetur inſertum: Hæc ſunt, inquit, nomina eorum, qui cum B. Remaclo monaſteriũ Stabulaus prius inhabitare cœperunt, S. Remaclus, S. Hadelinus, *e* S. Theodardus, *f* S. Lambertus eius ſpiritualis procul dubio in baptiſmate filius, *g* S. Hubertus, Chriſtianus quoque ſapientiſſimus, & cereri multi.

d
e
f
g

9 Sed vt ad ea, vnde paullo momento diuertimus, redeamus, cœpit beatus locum habitationis ſuæ Hadelinus

A delinus excolere, ſanctæ conuerſationis opere adornare, de die in diem Chriſti bonus odor Deo in omni loco eſſe. Sanè quia cæleſtis lucerna diu latere ſub modij nequiuerat vmbrâ, nec ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, peruenit fama ſanctitatis eius ad aures *b* Pipini glorioſiſſimi tunc temporis Regis, qui, vt Regina Saba ad veteris temporis Salomonem, ita ad iſtius pacifici ac ſapientiſſimi Dei miniſtri accurrit humilis mãſionem, conſiliiſque ſaluberrimis ab eo de ſubiiciendo ſeſe Regi Regum Chriſto, & gubernando ſecundùm eius imperium regno, ab ipſius mellifluo ſuſceptis eloquio, ſuffragioque quarundam, quæ adhuc à *i* prouiſoribus loci tenentur, villarum conceſſo, gaudens de beati viri colloquio ſeſe reddidit palatio. Et quia nihil deeſt timentibus Deum, multi de facultatibus & reditibus ſuis *k* eius voluntariam paupertatem ſuppeditare volebant, vt conuerſationis in eodem loco augmentaretur *l* affectus. Nam fuêre in eius viciniâ tres germani, Beo ſcilicet iam dictus, Triclinus alter, tertius Balduinus, quorum quiſque, quod illic poſſederat, conceſſit deuotus.

b *viſitur à Pipino Herſtallo,*

i *à quo, & alijs quibuſdam, varia poſſeſſiones ei donantur:*

k

l

10 Nomen itaque eius per vicina loca cunctis innotuit, factumque eſt, vt ex illo iam tempore à multis frequentari cœpiſſet. Ipſe enim *m* cælitem Deoque B dignam inibi vitam ducebat; omnes ſuperuenientes non modò dulcedine verborum *n* animæquiores reddebat, verùm & caritatis officia eis pro modulo ſuo libentiſſimè impendebat. Et quia eumdem locum ſuâ ſacrâ conſecrauerat conuerſatione, voluit pius Dominus verba quæ antè dixit. Qui me, inquit, honorificauerit, honorificabo eum, in hoc famulo ſuo oſtendere. Cumque locelli iam dilatari cœpiſſet anguſtia, duo equites *o* cum duobus aſſuetis venatibus Vmbris fortè fortunâ, ignari cuius dignitatis eſſet vallicula, venientes experti ſunt in ſemetipſis, quid aduenientibus agere competeret ceteris. Nam manè ſurgentes, exanimes, quibus aduecti fuerant, inuenerunt ſonipedes, ſuperque mortua cadauera canes. Hoc comperto, qui tunc temporibus *p* Præſul, cui nunc Deo annuente, nomine non (prô nefas) merito, famulamur, Sedis, auctoritate interminauit Epiſcopali, ne quis poſt hæc eques oratorij illius attingeret fines. Delegauit illic quoque ex reditibus, vt *q* rem Eccleſiæ noſtræ, villam, quæ *r* Mons Francheri vocatur; vbi miraculum, quod accidit & memoriæ dignum nunc interuenit, nefas ſilere putamus.

m

n *multi ad eum confluunt:* 1. Reg. 2. 30

o *vallis illa non impunè violata,*

p *nec adeũda equitti: alia ei donata.*

q

r

a *Legebam:* ægreque, vxoris ſcilicet iuuamine, hoſpitio impetrato; *quaſi difficulter, nec niſi vxoru patrocinio, à Beone hoſpitium impetrârit. Verùm altera Vita hanc lectionẽ perſuaſit; ita enim habet:* ægræque vxori reddidit ſanitatem, ſcilicet ſuo iuuamine hoſpitio impetrato. *Bietlotius quoque:*

C Infelix dicti tunc coniux ægra Beonis
Conualuit, ſubitò quæ moritura foret.

Fiſen lib. 4 nu. 37 Beonis vxorem admirabili prodigio ſanitati reſtituerat Hadelinus.

b *Alt. Vita,* inter veſcendum. c *Eadem Vit.* ipſam animam.

d *Eadem ferè in Vitâ S. Remacli dicuntur.*

e *Monaſtica vita tirocinium egit tempore Clotarij Regis: vbi, non proditur. SS. Remacli & Cuniberti conſilio, præfectus eſt monaſterio Stabulenſi recens fundato.*

f *Fuit hic S. Theodardo iam Epiſcopo traditus à patre,* diuinis dogmatibus & monaſticis diſciplinis, in aulâ regiâ erudiendus. *An quia pluribus annis ſedit Traiecti Theodardus, Lambertum eius ſucceſſorem à S. Remaclo ſuſceptum fuiſſe in baptiſmate, rectè coniicit Notkerus?*

g *Fiſen lib. 4. nu. 22 ſcribit Hubertum, coniuge mortuâ, ad S. Lambertum adiiſſe* ſanctioribus inſtitutionibus imbuendum: poſito apud ipſum feliciter tirocinio tranſiiſſe ad Stabulenſes *&c.* excultum feliciter S. Remacli legibus. *Conflat in Arduenna ſaltu pœnitentiam egiſſe. Non eſt improbabile, vt Hadelinum, prius in monaſterio de more exercitum probatum q.* *q. Sed de hoc 3 Nou. ad eius Vitam.*

h *Imò Ducu, ac Maioris Domus, Pipini nimirùm Herſtalli, qui alibi quoque Rex appellatur, quia Regibus imperaret; quod malle ſe, quàm Regem eſſe, aiebat filius eius Martellus. Menardus dubitat, Herſtalluſne fuerit, an auus eius Pipinus Landenſis: verùm hic ante epiſcopatum Remacli deceſſerat anno Chriſti 646. Roſuveydus Regem quidem, ſed Pipinum* 11 *vocat.*

Pipinus Herſtallus S. Hadelinum conſulit.

Addit Fiſen, Pipinum aliàs ſæpè, in arduis maximè animi ſui negotiis, Hadelinum conſulere ſolitum eſſe, & eius pro ſe preces efflagitare. *Bietlotius ait templum ædificaſſe, & collegium aut cœnobium Deo aſſiduè miniſtrantium inſtituiſſe; quia & quibus hi alerentur, & illud inſtitueretur, fundos cen ſuſq; attribuit. Iuuat ipſum audire:*

Fama refert etiam veterum notiſſima Patrum,
Imò & adhuc hodie mobile vulgus ait.
Ampliſicum gelido conſtructum marmore templum,
Sumptibus & curis, magne Pipine, tuis.
Nec ſatis id feciſſe fuit, maiora ſed addis,
Vt quanto monſtres intus amore flagres:
Sacrorum, Generoſe, creas ſociale virorum
Collegium, precibus nocte dieque vacans.

AVCTORE NOTGERO EP. D

eiuſq; monaſterium dotat,

& templũ conſtruit curat.

i *Altera Vita:* à Fratribus loci: *at Bietlotius,*

Vtibus hæc laici cognat ſeruire profanis,
Nunc & adhuc & per faſque nefaſque tenent.

Poſſident adhuc multa iſthic Canonici Vjetenſes.

k *Altera Vita:* eidem S. Hadelino erogantes, eius voluntariam paupertatem ſubire volebant.

l *Al. V.* effectus. m *al. V.* cælibem, n *al. V.* meliores.

o *Ita Malmun. & Menard. Al. Vit.* cum duobus aſſuetis venatoribus, fortè *&c. Roſuvey. ſimpliciter* cum duobus venatoribus, *ſuſpicor per* Vmbros, *canes venaticos intelligi.*

p *Videtur id poſt mortem S. Hadelini contigiſſe, alioquin liceret haud temerè coniicere, hunc Præſulem S. Lambertum, fuiſſe; aut S. Theodardum. Adhuc nefas eſt circùm ſacellum equo vehi, idq; nuper aiunt cuidam malè ceſſiſſe.*

q *Altera Vita:* vt remur, Eccleſiæ loci illius villam. *Menard.* vt Remenſis Eccleſiæ villam. E

r *Bietlotius* Fraugerium montem *vocat. Pagus eſt inter Carolomontium & Mariaburgum oppida; pertinetq; u etiamnum, vt nobis Cellenſes ſignificarunt, ad Canonicos S. Hadelini.*

CAPVT III

S. Hadelini miracula, obitus.

11 CVm caſu ſiti meſſores laborarent heriles, dirigunt Sancto conquerentes ex ſuis legatum humiliter exorantes remedium adhibere opportunũ. Ille verò miſiſſe illis iam retulit, verùm ſegnitiâ delatoris dilatum. Ne verò ſiti periclitarentur laborantes diutinâ meſſores, Sanctus ad locum aduenies, bacillum quo iuerat figit, & affectu intimo cordis orauit: Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, & Deus qui per B. Moyſen & Aaron filiis Iſraël in deſerto aquam de petrâ eduxiſti, tu nobis in hoc loco aperi fontem benignitatis tuæ, & memor eſto clementiſſimæ ſponſionis tuæ; Petite, inquit, & dabitur vobis. Cuius orationis verba cordis ſcrutator audiuit, & *a* fons largiſluè ſcaturiens continuò erumpit, ſitibundos exſatiat, meritum viri declarat. *b*

Fontẽ precibus elicit, baculo terræ infixo:

a

b

12 Emporium per idem tempus, quod dicitur Dionant, dum præteriret, ecce quædam mulier accurrens, F mugitum vocis emittens, veſtigia eius oſculabatur, ſed quæ anhelabat corde, voce implere nequibat. Subſtitit ergo & populum circà adſtantem, quænam eſſet, qualiterue id ei acciditſſet, interrogauit. At illi, quòd multum iam temporis fluxerat, quòd muta facta ſit, intimant, &, vt eius infortunij & infirmitatis miſereri dignetur, ſupplices offerunt preces. Et ille, Non hæc, ait, noſtra ſunt, ſed ſanctorum Patrum, quorum nos ſuppares eſſe meriti vtinam contigeret vel extremi. Populus autem magnis clamoribus ſuggerebat, vt quia pietatem & clementiam ſemper docuerat, ipſe quoque eam in miſeriâ illius mulierculæ dignaretur oſtendere. Qui ſtatim pietate motus, & de verbis Domini, quæ diſcipulis ſuis promiſerat, Omnia quæcumque orantes petitis, credentes accipietis, confiſus, ſe totum ad Deum contulit deuotus, proſtratuſque humi cum lacrymis orabat, Domine, inquiens, Ieſu Chriſte, qui cæci nati oculos aperuiſti, inſuper & rudenti aſellæ, cui natura negat, humana verba dediſti, & linguas infantium facis diſertas, exaudi me de tuâ pietate præſumentem ſeruum tuum, & propitius eſſe huic mulieri digneris: ſolue vinculum linguæ eius, & aperi os illius, qui aperuiſti os Zachariæ Prophetæ sui, vt non ſolùm

Matt. 11. 24

precibus & Crucis ſigno, mutæ vocem confert:

AVCTORE NOTGERO EP.

lùm illa,ſed & omnes audientes,te benedicant,te glorificent tibiq́ue fideliùs ſeruiant. Præſta hoc fili Dei omnipotentiſſime, qui regnas cum Patre & Spiritu ſancto ſine fine. Oratione expletâ,ſignum ſanctæ Crucis ori eius impreſſit.Mox illa Deo gratias cunctis audientibus egit, vocem laudationis attollit & poſt hæc Deo deuota permanſit.

13 Cuius rei admiratione permota quædam,vt fertur, potens matrona, nomine Aquila, cuius tunc erat *c* Anthegia villa notiſſima,dedit Deo ad Sancti ſuſtentaculum *d* Ruſtina quod dicitur manſum. Hoc exemplo & altera,quæ *e* Wiſa vocata *f* cùm tradere Deo per manum eiuſdem, Beatiſſimi videlicet Hadelini, prædium, quod Veltz dicebatur, vellet, cognomen à vocabulo deducens Sancti, Montem S. Hadelini in poſterum vocare diſpoſuit; didicerat namq́ue quia redemptio animæ viri diuitiæ eius. Quibus ita geſtis infirmitate vltimâ præuenta eſt. Cumq́ue lectulum eius plurimorum circunſtiparet fidelium turma, de abſentiâ viri ſancti flebili cum eis eſt voce conqueſta. Et cùm interrogaretur à neceſſariis, cui illud delegare vellet, iteratâ ſæpius voce reſpondit:Hadelino, Hadelino, inquam,Hadelino beato. Cumq́ue *g* Wantum in manu, vt moris eſt, legaliter tradendo teneret, & ſancti viri differretur aduentus,expirauit. Currens autem nuntius ad Beatum,qui tunc forte aberat,Hadelinum, indicauit ei, & dolorem morientis, & cauſſam ſibi tradendæ poſſeſſionis.Veniente itaque Sancto,& cordis eius pulſum manu timante, ſi iam extincta fundi-tus eſſet, rigentes occiduo caſu articulos (mirum dicta) acſi viuens aperuit , & cunctis videntibus qui aderant, locum prædictum cum Wanto, quem tenebat, beato viro contradidit. Huius rei tot & tanti exiſtunt teſtes, quot regionis illius conſtant inhabitatores. Patet etiam clariùs luce, dum incolæ eumdem locum videntur poſſidere , qui dictis fidem faciunt vſque hodie.

fundi ei donantur,

c

d

e f

g

B

etiam à mortuâ, per chirothecam:

14 Procedente rurſus tempore taurus caſu petulcus oſtium cuiuſdam effregerat.Cumq́ue eius inhabitatrix muliercula eiulatu flebillimo cuncta compleret, Heros benignus affuit, eamq́ue, quid ſibi acciderit, vt his tot homines clamoribus congregaret, inquæſiuit. Cognitâque rei notione , eam ſolatus eſt, dicens: Ne perturberis miſera in tugurioli tui ruinâ, ſed magis bonis operibus elabora, vt in illâ domo, in quâ manſiones multæ ſunt, mereatis fieri incola. Et hæc dicens *h* oſtium ſignauit, & integritati priſtinæ verbo reddidit, & admiratione cunctos adſtantes repleuit, ſeq́ue domi,iactantiam fugitans , concitus abdidit.

oſtium tugurij fractum,ſigno Crucis reſtaurat.

h

C 15 Igitur pauper ſpiritu,quia cenſu nequibat,affectu regnum cælorum emere contendebat, mitiſſimâque mente terram viuentium poſſidere ſedulus affectabat. Cumq́ue eſuriret & ſitiret iuſtitiam,ſaturari, cũ Chriſti manifeſtaretur gloria, ambiens, famam ſeculi pro nihilo ducebat; & vt Deum mente conſpiceret, limpidiſſimum cordis oculum à maliuolentiâ & ſecularium curarum puluere conſeruare ſtudebat. Et licet caro aduersùs ſpiritum , ſpiritus autem aduersùs carnem, dum terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem, ſemper concupiſcere ſtudeat, pacem iſte mirificam faciens, ſpiritum carni, Deum ſpiritui dominari vigore compellebat herili, vt Deum Deorum in Sion videre, eiuſq́ue excubiis mereretur indeficuè adhærere; & filius Dei,non quidem naturâ,verùm gratiâ,vocari & eſſe. Sanè internorum bonorum ſuorum formas & ſpecies ſicut nemo ad plenum potuit inſpicere, ita nemo ſufficit explicare.Quas ſicut ille ſtuduit excolere, ita & laborauit occulere. Et cùm hæc vellet augeri, nolebat agnoſci; neglector quietis, refuga voluptatis,appetitor laboris, patiens abiectionis, impatiens honoris, pauper in pecuniâ, diues in conſcientiâ, humilis ad merita , ſuperbus ad vitia : nulla illi propenſior ex omnibus cura , quàm vt de Deo in locutione atque ſermone, aut cum Deo in oratione loqueretur. D

Quietus ſemper & humilis,

16 Per plura ergo annorum curricula illic commorans, ſanctiſſimâ conuerſatione, poſt huius vitæ multimodos laborum excurſus, per plura beneficiorum & miraculorum commoda hominibus Deoq́ue carus oſtenſus, diem ſibi vocationis intelligens imminere, quo recompenſaret honor in cælis, quod triuerat labor in terris, morem gerere decreuit ſubiectis. Quos accerſitos, fideles quoque non parui numeri ante ſe poſitos, & de abſceſſu ſuo mœſtos, his vltimis ſolatus eſt verbis: Ecce cariſſimi Patres , atque amantiſſimi fratres, tempus reſolutionis meæ inſtat, quo hæc torpentia membra ſpiritus relinquat, iudicioq́ue ſuo præſentandus occurrat. Non me terret prouentus conditionis omni mortali cõmunis, cùm tota etiam ſapientium vita commentatio eſſe debeat mortis.Vobis magis timeo, quos ſaluandos omnimodis volo. En ego viam vniuerſæ carnis ſum ingreſſurus, & ad vos deinceps non reuerſurus; vos quoque morituros, cariſſimi, ſcitote , imò pœnitentiæ ideò tempus indultum non patiamini tranſire, quæſo, incaſſum. Quiſquis ergo veſtrũm cuiuſcumq́ue criminis ſe ſentit perpetratione maculatum, atque foueâ maioris peccati abſorptum, citò ſalubre ſuo ſupponat vulneri medicamentum, dum iudex porrigit pœnitenti miſericordiæ manum. En patet, dum aduiuitur , ianua miſericordiæ, quæ poſt mortem obſtruetur ; ſolâ patente, quæ contemptores præceptorum deſertoreſq́ue Dominicorum puniendos ſuſcipiat, portâ gehennæ. Obſecro itaque vos per Chriſtum, in quo vos noſtis hactenùs deuiaſſe à vero, reconciliari ſatagite Deo. Orate,vt vos admonet Euangelica lectio,ne fiat fuga veſtra hieme vel ſabbato. Quo loco noſtræ ſitæ ſint res in commune, videtis. Et quia hic mundus in maligno poſitus ſit, iuxtà mecum omnes attendite.

clarius miraculis,

morte imminente ſuos adhortatur.

E

Matth. 24. 20

17 Poſt has dulces paternæ pietatis admonitiones, & extrema caritatis verba , modicâ febre pulſatus, & ſacroſancti corporis & ſanguinis Domini viatico confirmatus, illis dolentibus & flentibus, ipſe autem gaudens & exultans peruenit ad eum, quem ſemper deſiderauerat Chriſtum. Corpus eius honorificè curatum, cum melodiâ pſalmorum & hymnorum, in loco, quo ipſe decreuerat, eſt ſepultum : vbi per eius merita Dominus vſque in præſens operatur miraculorum inſignia, ad laudem & gloriam nominis ſui, quod eſt benedictum in ſecula, Amen.

ſumptâ Euchariſtiâ, moritur 1

claret miraculis.

a *Traditur fons ille nunc quoque magnâ reuerentiâ frequentari, etiam ad remedia morborum. At Cellenſis fons, qui & S.* Hadelini *dicitur, licet non ab eo elicitus,iam ſine honore eſto copioſam tamen aquam fundens.*

b *Aliter hæc effert altera Vita:* Locum ſitum in littore per idem tempus, per vicum qui dicitur Dyonant , cùm præteriret Sanctus memoratus. *Ita Traiectum quoque* vicum *appellat Stephanus Ep. Leodien. qui an* 920 *viuere deſiit, cap.* 1 *Vitæ S. Lamberti*: inſigni ex proſapiâ , Traiectenſi vico, extitit oriundus. *& cap.* 2. in memorato ſuperiùs vico epiſcopalem adminiſtrabat dignitatem. *At Godeſchalcus Stephano multò antiquior in eiuſdem Sancti Vitâ cap.* 1. *ſcribit*: oppido Traiectenſi oriundus fuit. *Vt mirum non ſit Dionantum vicum appellari à nonnemine, qua S. Materni, tertij Treuirorum Antiſtitis, Tungrorum, Eburonum, Condruſiorumq́ Apoſtoli, ætate* vrbs iam tum erat, *vt lib* 1 *nu.* 42 *Fiſen ſcribit*, longo ſitu,in anguſtâ valle, Moſam inter & abruptas rupes; cui à Dianâ nomen fuiſſe commemorant; hodie certè antrum vrbe mediâ oſtentatur , quod Dianæ ſacrum fuiſſe quondam, vulgus affirmat, & redditis oraculis celebratum. Ipſe locus is eſt, qui famæ fidem faciat. *Plura de eo oppido ad Vitam S. Perpetui, 4 Nouemb.*

F

Vicus appellatum Traiectũ, & Dionãtum vetus oppidum: huius ſitus, ac nomen.

c *Menard.* Antexia. Anthee *vulgò nunc appellatur, eſtq́ in medio ferè itinere, quo Dionanto Florinas itur.*

d *Alt. Vita:* Cuſtina, *Menar.* Ruſtinæ, vt vocant, manſum. *Eſt* manſus, *ſiue* manſum, *villa, ſiue ager aliquis cum domo ad coloni habitationem. Vide Lindobrogij Gloſſarium Legum antiquar. & Voſſium de vitiis ſermonis. Paſſim ea vox occurrit in Vitis SS.*

Manſus.

e *Fiſen.* Wiſſa; *& in Florib. Eccl. Leod.* Wezza. *alt Vita,* Mynıza *&* Miniſa; *Menar.* Guiza; *Bietlotius* Guyzia.

f *MS. Malmund. habebat*: cùm traderet Deo per manum eiuſdem, Beatiſſimi videlicet Hadelini, cognomen à vocabulo deducens Sancti, quod Mons dicitur, prædium Veltz.

alterum

A *alterium MS.* Cùm tradere Deo per manus eiusdem, beatissimi videlicet Hadelini, prædium, quod Mons dicebatur, vellet, addito nomine Sancti, ob reuerentiam eius & honorem, Mons Hadelini in posterum vocari disposuit. *Refléne sententiam restituerimus; an etiam illud* Veltz, *quod rupem aut petram, atque etiam agrum fortassis, pro* Veld, *sonat linguâ Teutonicâ, expungi debeat, haud satis decernimus: neque id tanti est. De eo Bietlotius:*

Hunc (*agellum*) hodie Sancti pratum dixêre Hadelini
Incolæ: at immeritò gens laicalis habet

g Wantus, *siue* guantus, *chirothecam significat, & passim occurrit in Vitis SS ita in Vitâ S. Maimbodi 23 Ianuar. nu. 7* Tegumenta manuum, quæ Wantos appellant. *In Vitâ S. Philiberti 20 Aug.* Iatro Wantos illius illicitâ præsumptione furatus est. *& paullò post*: Wantos eius præsentauerunt obtutibus. *Alia eiusdem Sancti Vita sic habet:* Mittens in cor vni è ciuibus, vt manitia, quæ nos peregrinâ linguâ Wantos vocamus, beati viri furaretur *& deinde* ad monasterium detulerunt manitia. *Vide Glossarium legum antiquar. Lindobrogij, & Vossium de vitiis sermonis, vbi pulchrè obseruat* Wantos *chirothecas esse, quarum tam æstate quàm hieme vsus sit;* muffularum *verò hieme tantùm. ita enim Additione ad Capitula Caroli Magni & Ludouici Pij, cap. 22, vbi statuitur, vt Abbas* omnino prouideat... vt vnusquisque monachorum habeat... Wantos in æstate, muffulas in hieme vestimenta.

Wantus, *id est chirothecâ,*

quomodò à Muffulâ *differat?*

Auctore I. B.

D *in transferendâ possessione vsurpatus, vti & Waso. festuca, baculus &c.*

Pro Wanto *habet Bietlotius* Chirothecas, *Menardus* chirographum, *Fisen* cespitem; *videtur autem hic* Wasonem *legisse, pro* Wanto. *Vetus Gallicum vocabulum est* Wason, *vel* Wazon, *pro quo moderni* gazon *dicunt, significatq; cespitem, cui adhuc herba adhæret. Solebat lege Salicâ per* festucam, Wantum, Wasonem *possessio transferri, vt monet Antonius Dominicius Assertoris Gallici cap. 5. Plura symbola in tradendâ possessione olim vsurpata recenset Hieronymus Bignonius in Notis ad cap. 13 libri 1 Formularum Marculfi monachi; per festucam, siue iuncum, aut scirpum; per cespitem, siue glebam, aut terram & herbam; per virgam, seu baculum; per* VVantum, *seu chirothecam; per cultellum cum cespite & festucâ &c. Viget etiamnum in quibusdam Belgij nostri partibus consuetudo transferendi possessionem per festucam, alibi (sed ferè solum fundorum) per cespitem. De cespite, cum ramo & cultello, vide hoc ipso die Vitam S. Berlendis cap. 1 nu. 5.*

h *Aliter hoc miraculum narrat Bietlotius:*

Ostia taurus atrox effringere clausa volebat
Cuiusdam viduæ: tacta timore fugit,
Celsa domus tabulata suæ conscendit, & altâ
Voce sibi auxilium subsidiumque petit.
Vidit vt hoc Diuus motus pietate Hadelinus
Mox taurum signo depulit inde Crucis.

DE SANCTIS VIRGINIBVS BERLENDE, NONA, CELSA, MERBECÆ IN BRABANTIA.

I. B.

CIRCITER AN. DCC. III FEBR. *Merbeca, pago Brabantiæ,*

1 [I]St Merbeca, *vt scribit Miræus in Fastis Belgicis*, pagus Brabantiæ, in diœcesi Mechlinienſi, haud procul à Ninouâ Flandriæ oppido, vbi tres istæ Virgines, *Berlendis, Nona, Celsa*, quiescunt in parochiali ac collegiatâ septem Sacellanorum ecclesiâ penes tustâ. *Eadem habet Molanus in Indiculo & Natalibus SS. Belgij. Videtur locus olim celebris fuisse: nam in Diuisione regni Lotharij, inter loca Carolo Caluo attributa, sunt* Sunniacum, Antonium, Condatum, Merrebecchi, Siclinium (*ita legimus, quod vulgò* Tichuium *excusum*) Luitosa: *hæc enim loca, collegiis Canonicorum etiamnum ornata claraq; sunt*, Soignies, Antoigne, Condé, Seclyn, Leuze.

2 *Natalem* S. Berlendis *idem consignat Molanus in additis ad Vsuard. ex illius Ecclesiæ Martyrologio ad* III Non. Februarij *his verbis:* Apud Merbeccam, depositio S. Berlendis Virg. *Eadem ex Molano habent* VVion *& Menardus, atque alij verbis Ferrarius & Canisius. Galesinius alias duas addit:* In Belgis, *inquit*, sanctarum Virginum, Berlendis, Nonæ, & Celsæ. *Simul quoque memorantur in Fastis Mirai, Natalibus & Indiculo Molani, Martyrol. Saussaij, Menologio Virginum Lahierij. Ægidius Gelenius lib. 4 de Magnitudine Coloniæ Agrippinæ pro* Celsâ Letham *scribit.*

natalis S. Berlendis,

C *& SS. Nonæ & Celsæ.*

3 *Vitam S. Berlendis ex MSS. Lobiensi, Merbecensi, Rubeæ vallis, descripserat Rosweydus: nos cum exemplari cœnobij Corsendoncani Canonicorum regularium, cumq; alio (quod Domus sanctæ Crucis Hornæ fuit) à Theodorico Pol Venlonensi Crucigero an.* MCCCCLXXVII *exarato, & alio Vltraiectino, sed contractiore, contulimus. Auctor videtur post annum Christi millesimum vixisse: non fuit certè coætaneus sanctæ Virginis, cùm* Ducem Lotharingiorum *vocet* VVitgerum; *quod gentis nomen non nisi altero post Berlendem seculo natum; multò etiam seriùs* Duces Lotharingiorum, *siue* Lothariensium, *aut* Lotharingiæ *appellari cœpêre. Alia peccat hic scriptor, vt mox patebit.*

Vita S. Berlendis vnde hic edita?

quando scripta?

4 *Floruisse S. Berlindem scribit* VVion anno *Domini* DCXL. *Gelenius* temporibus Dagoberti Regis, *qui ineunte anno* DCXLIV *decessit. Seriùs aliquantò Berlendis obitum locat Florarij auctor*: Apud Merbecam, *inquit*, villam Brabantiæ, S. Berlendis sanctimonialis ac Virginis. Huius patet Odelardus Comes fuit inter Antwerpiam & Condacum: mater verò soror extitit S. Amandi Ep. Hæc audite meruit voces Angelorum animam patris sui in

an ipsa sub Dagoberto,

an anno 667 mortua?

5 *Pater quidem eius Odelardus* temporibus Dagoberti *militasse sub* VVitgero *Duce dicitur cap. 1 Vitæ nu. 3. At* VVitgerus *in Vitâ S. Gudilæ dicitur* extitisse temporibus Sigiberti Regis, qui fuit Dagoberti Regis filius. *Potest sub patre ac filio* VVitgerus *atque Odelardus militasse: at multò pòst eius filia decessit. Id quod ità colligitur ex ipsiusmet Vitâ: Odelardus bona sua ac filiæ, quam exhæredauit, obtulit S. Gertrudi iam mortuæ & miraculis claræscenti proq; Diuâ palàm habitæ. Obiit autem Gertrudis ánno* DCLXIV, *vt satis certò constat. Nam Pipinus parens, vti* XXI Febr. *diximus, anno* DCXLVI *decessit, cùm ipsa* XIV *esset annorum: S. Itta, siue Iduberga, mater* XII *annis post maritum: Gertrudis autem aliquot annis post matrem, annos* XXXIII *anno ætatis, die Dominico,* XVII *Martij, cum Littera Dominicalis esset, quod anno* DCLXIV *bissextili contigit. Odelardus autem post eam donationem factam* aliquanti temporis spatio *superuixit, Berlende Morsellæ agente. hæc dein Merbecæ* ter quinos annos cum duobus, post patris mortem expleuit, *vt nu. 12 dicitur: vt vel hinc videatur non ante annum* DCXC *defuncta.*

à patre exhæredata

F *post an. 664*

post à minimùm 18 aut 20 annis vixit:

6 *Ac fortassis seriùs multò. Nam priùs quàm Merbecam ad patrem sepeliendum reuerteretur, cœnobium Morsellense, vt nu. 9 dicitur,* ab Hunnis funditus erutum atque combustum fuerat, pauperiquè modo reædificatum. *Non quærimus hîc, fueritne, dum bellis ciuilibus inter Maiores Domus Ebroinum, Pipinum &c. Gallia turbaretur, Hunnorum aliquâ manus in Belgicam nostram, vti seculo x, euocata; an Frisonum hæc incursio fuerit, aliorumue à Scaldi piratarum; qui* Hunni *deinde sint à populoribus appellati, vti olim Barbari omnes* Hunni *aut* Wandali *dicebantur, postea* Normanni *ac* Saraceni. *Verùm ea strages à quibuscumque illata hostibus, non paucis annis post obitum S. Gertrudis contigit. Quod in hunc modum videtur confici posse.*

imò 17 post destructâ Morsellâ

ab Hunnis.

7 *S. Gudila, vti in Vitâ eius narratur, nata est eò tempore,* quo B. Gertrudis vixit celeberrima in Dei rebus, *ab eâque de sacro fonte leuata, circa annum fortassis* DCLV. *Deinde* intra monasterij claustra, *ab eadem* suâ sanctâ consanguineâ nec nô spirituali Matre *ad pietatem instituta. Post obitum verò Gertrudis ad parentum ædes rediit. Post aliquod tempus, cùm se parens vterque religioni mancipasset,*

à quibus non ante an. 680. (*vt ex Vitâ S Gudilæ colligitur*)

AVCTORE I. B.

A *mater S. Amalberga Malbodij, pater Lobiù, ipſa iam adulta & ſui iuris Lobias cum S. Reinilde ſorore profecta eſt, vt facultates omnes ſuas Deo ac S. Petro offerrent. Cùm ne in templum quidem admitterentur, receſſit Gudila; Reinildis Diuinâ virtute patefactis foribus ingreſſa, Sanctas pagum cum villis quinque ac poſſeßionibus aliis Deo obtulit. Inde Hieroſolymam aliáq; ſancta loca adiit cum ſeruo vnico & ancillâ: poſt ſeptennium Sanctas reuerſa Caliud tum loco nomen videtur fuiſſe)* humanum modum tranſcendens ſupra ſe vixit, & vſque ad Hunnorum tempora, quaſi in extaſi mentis iam poſita, terrenis cunctis calcatis, cæleſtibus inhians, contemplatiuæ vitæ ſtatum miraculis atque virtutibus refulgens obtinuit. *Ita in Vitâ S. Reinildis* XVI *Iulij narratur; vtáq; deinceps ab iiſdem Hunnis ſit interfecta. Quæ omnia qui ſeriò expenderit, fatebitur eius cadem ante annum* Chriſti DCLXXX *non videri contigiſſe. Viuebat autem tunc adhuc Odelardus, neque foriaſsis adhuc filiam à ſuo conuictu remouerat, fratre quoque eius Eligardo ſuperſtite, qui ab iiſdem Hunnis interfectus eſt.*

occiſa eſt S. Reinildis.

an. 728

B *Quibus omnibus expenſis, opinamur S. Berlendem circiter annum* DCC *obiiſſe. Vnde quod nu.* 15 *dicitur ab* Autberto Cameracenſi *&* Florberto Tornacenſi *Epp eius corpus tranſlatum, infame erratum eſt; quamquàm à Molano, Miræo, VVione, Sauſſaio, non animaduerſum. Obiit* S. Autbertus *an.* DCLXXV. *Vnde ſequeretur Berlendem defunctam an.* DCXLV, *oblata à patre S. Gertrudi bona* DCXXVIII, *triennio antequàm Gertrudis naſceretur. At neque* Florbertus *vllus Tornacenſis Epiſcopus fuit. Duplex hic occurrit coniectura; nimirùm ſcriptorem hunc vel in antiquis tabulis reperiſſe à Cameracenſi & Tornacenſi Epp. eleuatum ſanctæ Virginis corpus, & temerè nomina adſcripſiſſe; aut* Florberti *reperiſſe &* Adulphi *nomina, proq; hoc* Autbertum *reſtituiſſe; illum, qui Leodienſis, vel fortè Traiectenſis, aut Tungrenſis ſcriptus erat, Tornacenſem feciſſe. Fuêre certè coætanei S. Adulphus, ſiue Haduiphus, Cameracenſis & Atrebatenſis Ep. qui* XIX *Maij an.* DCCXXIX *dicitur obiiſſe, & S. Florebertus, qui S. Huberto parenti in Cathedram Leodienſem an.* DCCXXVII *fertur ſuffectus, & habebat hic Furæ ædes, vbi parens obierat; vt tam potuerit è propinquo aduocari ad eam eleuationem, quàm S. Lambertus, S. Huberti deceſſor, à S. Vindiciano itidem Cameracenſi Ep. ad conſecrationem eccleſiæ in Hunolcurt, vti Baldricus ſcribit in Chronico lib* I *cap.* 26. *Si cui hæc poſterior coniectura probabitur, is ſtatuet eam Eleuationem an.* DCCXXVIII. *Neque enim priùs Epiſcopus fuit Florebertus, & Adulphus anno ſequenti, menſe Maio obiit.*

Non eſt à S. Autberto eleuata Berlendis.

ſed fortè à SS. Adulpho & Floreberto

9 *Conſignata eſt Eccleſiaſticis Faſtis illius Eleuationis memoria* VI *Nonas Maij. quo die Florarium iſta habet:* Apud C Merebecam in Brabantiâ Tranſlatio S. Berlendis Virg. filiæ S. Odelardi Comitis, quæ & ipſa extitit de ſtirpe Karolidarum. *Quod Odelardum hic auctor* Sanctum *facit, id diſertiùs habet in Indice:* Odelardi patris S. Barlendis v. 3 die Febr. *MS. quoddam Carthuſiæ Bruxellenſis ad* II *Maij de Berlende ita habet:* In Meerbeke pago finali Brabantiæ S. Berlindæ Virginis, inde orta, ibidem quieſcit. *Molanus in addit. ad Vſuard.* Merbeccæ eleuatio S. Berlendis Virg. & Celſæ atque Nonæ Virginum. *Referunt earum quoque* Eleuationem *eo die VVion, Menardus, Dorganius, Ferrarius, Sauſſaius.*

2 Maij.

10 *Annis priùs* XXIII, *quàm ab Epiſcopis legitimè è tumulo leuaretur corpus S. Berlendis, ſeptennio ſcilicet poſt eius obitum, amici ac vicini ſarcophagum reſoderunt, vt, ſi poſſent, ligneum cùm eſſet, lapideum ſubſtituerent: ſed Diuinâ virtute lignum in lapidem mutatum repererunt. Eleuatum tunc fuiſſe corpus, Florarij auctor exiſtimauit, eiuſq; Eleuationis anniuerſariam memoriam recoli* IX *Septembris, vbi ita ſcribit:* Eodem die Eleuatio corporis S. Berlendis Virginis & ſanctimonialis, de ſtirpe Karolidarum. Quâ de re magnum & euidens miraculum omnium oculis apparuit. Nam cùm pridem propter inopiam petratum ſepulta fuiſſet in quercu cauatâ, ipſa reperta eſt mutata in petram. *Verùm non iſta Eleuatio eſt, quæ illo die celebratur, ſed poſterior alia Tranſlatio, ſiue reliquiarum in nouam capſam tranſpoſitio, ab Abbate S. Giſleni, Epiſcopi* D *agrotantis vices gerente, facta* V Idus Septembris, *vt in libello Miraculorum S. Berlendis nu.* 8 *memoratur. Hæc Tranſlatio inſcripta ad eum diem Martyrologiis. Molanus in addit. ad Vſuardum ita habet:* Merbeccæ, tranſlatio Berlendis, Celſæ, atque Nonæ, Virginum. *Referunt eam quoque Carthuſiani Colonien. in addit. ad Vſuard. VVion, Menardus, Canisius, Ferrarius, Sauſſaius, aliíq;.*

iterũ poſtea tranſlata 9. Sept.

11 *Porrò liber ille miraculorum, quem ex MS. Rubeæ vallis hîc edimus, ſcriptus eſt ab aliquo Merbecenſi, Paſtore ſortaſſis, aut Præpoſito. Perſpicuum id efficitur ex cap.* 3 *nu.* 12 *vbi ita loquitur:* Et erat noſtri quædam indigena loci. *&* nu. 16. Eſt parochia noſtræ contigua, nomine Wentica. *Teſtatur cap.* 1 *nu.* 3 *ſe quæ narrat,* multorum relatione fidelium didiciſſe, & conſpexiſſe. *At nullam appoſuit temporum notam, nec nomina edidit Epiſcoporum aut Abbatum.*

Miracula eius ſcripta à Merbecano aliquo.

12 *Reſtat vt de* SS. Nonâ & Celsâ, *quarum in Vitâ nulla mentio fit, quæramus. Ferrarius in Annotat. ad* III *Februarij,* S. Nonam *eſſe ait ipſammet Berlendis matrem, S. Amandi ſororem: ſed ſui immemor,* II *Maij &* IX *Septemb. agi ſcribit* Tranſlationem ſanctarum Virginum Berlendis, Celſæ & Nonæ. *Et rectè quidem, ita enim pleraque alia Martyrologia, & ipſa Merbecenſis Eccleſia. In libello Miraculorum nu.* 14 *dicitur:* ad earumdem confugit Dominatum ſuffragium; *trium ſcilicet harum Sanctarum. & nu.* 17 Matronæ ſacræ *appellantur. Sed nu.* 13 ſacræ Virgines. *Et nu.* 8. Inueniunt cum Virgine præfatâ *(Berlende)* adhuc duo reliquarum corpora Virginum, ſic in vnum corio inuoluta cernino, vt nihil præter caput vnius videretur deeſſe: quæ, vt aiunt, altera Celſa, altera Nona, vocitatæ ſunt. De quibus itidem conſtat, quòd maximè in Spiritu & veritate Deum coluiſſent: cetera, quia nos latent, Deo, cui omnia ſcire eſt, committamus. *In MS. ſuprà citato Carthuſiæ Bruxellenſis, non tamen antiquo, ad* IX *Septemb. iſta habentur:* Berlendis Virg. & ſociarum eius Celſæ & Nonæ. Fuerunt neptes eius: hæc fuit filia Odelardi, Domini ibidem, & Nonæ ſororis S. Amandi. *Videntur igitur fuiſſe filiæ Eligardi, & poſt patris eadem, ſanctæ amitæ ſuæ cohabitaſſe.*

SS Nona & Celſa

Virgines,

neptes S. Berlendæ.

VITA

AVCTORE ANONYMO,

è ſex codicibus MSS.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 VM vbique fideles Chriſticolæ nationum omnium, confiſi atque protecti patrociniis Sanctorum omnium, eos venerantes interceſſionibus eorum de cælo poſtulent auxilium, & eorum Sanctorum, quorum in ſuis locis pignora habentur, reuerentiam maioris dilectionis venerentur affectu; non incongruum arbitror, huius Virginis Berlendis, cuius patrociniis apud Deum poſſumus protegi, memoriam pro modulo ſtyli humilis, verbiſque licet impolitis retexere, & ad exemplar vitæ vtriuſque, animis audientium commendare.

S. Berlendis venerandæ,

2 *a* Hæc igitur Virgo, Berlendis nomine, licet ſecundùm ſeculi dignitatem non infimis, ſed ex totius regni nobilioribus orta parentibus, memoriâ digna extiterit; excellentiori tamen reuerentiâ à nobis colenda eſt; quæ apud Chriſtum veneranda refulget meritis, & gloriosâ caſtimoniâ ſanctitatis. Nam & cæleſti ſponſo iucundum in ſuâ virginitate ædificauit habitaculum, & domus æternæ ſibi, ſacris inſudans actibus, in cælo locauit fundamentum. Non enim immeritò hæc Virgo ab illis debet honorari, quibus & ipſa in hac vitâ conſanguinitate & familiaritate coniuncta fuit,

a

præcipuè à Merbecanis:

A fuit, vel qui ex eius parentelâ genealogiam ducunt, vel qui eius atque maiorum illius, famulatui obnoxij, obſequiis eorum deſeruierunt. Indigena namque Merbecenſis loci atque domina fuit, & ideò eius orationibus Diuini adiutorij rore irrigatus ſemper floruit & florebit.

a *Prior a deſunt in codice Merbecenſi. in Vltraiect. totus prologus.*

CAPVT I

S. Berlendis genus, parentes, exhæredatio.

3 TEmpore itaque Dagoberti Regis Francorum, pater eiuſdem Virginis, Odelardus nomine, militans ſub Wirgero a Duce Lotharingiorum (marito S. Amalbergæ, quæ Lobiis quieſcit, quorum filiæ fuerunt S. Reineldis, & S. Gudula) totius Ducatus exercitui præerat: atque præ ceteris ipſi Duci adhærens, familiaritque amicitiâ perfruens, cuncta prouido vtilique conſilio, quæ in domo & in exercitu illius gerenda erant, diſponebat. Fuit autem poſſeſſio eius b Humberch & c Aſcum caſtella duo: quorum alterum, ſcilicet Aſcum, ab Hunnis deſtructum, alterum verò na-
B turâ munitum, militumque copiâ defenſum inexpugnabile perſtitit. Quia igitur vir iſte tam generosâ propagine, quàm diuitiis atque d præſidiis, honorumque dignitate ampliatus pollebat; nam à portu Antuerpienſium vſque e Cõdatum Comitatum regebat; puellam nobiliſſimam ſororem beati Pontificis Amandi, nomine Nonam, in matrimonium ſumpſit. Erat enim Virgo ſpecie nimis decora, moribus honeſtis compoſita, caſtitate pudica, fide Catholica, omnique Euangelicæ doctrinæ ſcientiâ ad vnguem erudita. Ex hac igitur genuit filium, nomine Eligardum, qui in ſupradicti caſtri deſtructione ab Hunnis interfectus fuit. Genuit etiam ex eadem coniuge filiam, Virginem facie quidem formoſiſſimam, formâ conſpicuam perſonâque elegantem; ſed omni probitate & induſtriâ luculentiorem, nomine Berlendem.

4 Tribus denique annis quater reuolutis, poſt primæ noctis copulam, præfata Nona, vxor illius in Domino Ieſu Chriſto obiit. Quâ iuxta humanæ conſuetudinis debitum, primæ matris gremio ad reſeruandum beatæ reſurrectioni commendatâ, vir idem ſeculo vlteriùs implicari noluit, implere cupiens quod ait Apoſtolus Paulus: Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Sed cùm per prolixum tempus cum ſolâ filiâ prædictâ Virgine piis actibus inſtaret, eleemoſynis & operibus bonis erga omnes, ſed maximè erga
C domeſticos fidei, viſcera pietatis impenderet; remunerator omnium bonorum Deus, qui lucis filios, nondum rubigine peccatorum examinatos, flagellis ſanctæ caſtigationis flagellat & caſtigat, vt excuſsâ paleâ triticum purum in areâ mundâ recipiat; volens probare aurum f mundum in fornace purgatum, eumdem virum, ſicut filium, multiplici languoris paterno verbere corripuit. Nam & languor eum diutinus inuaſit; & in ipſo languore lepra eum grauiter percuſſit.

5 Cùm igitur multo langueret annorum curriculo, defluentibus famulis tædio affectis, contigit quadam die ſolum cum ſolâ filiâ in domo remanere. Qui cùm ab eâ potum peteret, continuò illa ſurrexit, ſcyphum eoncitè lauit, potum infudit, patri portauit: qui bibit, eique ſcyphum reddidit. Sed ſerpens antiquus humano generi ſemper inuidus, humilitatiſque neſcius, radicis omnium malorum ſuperbię fuco Virginem aliquantulùm infecit. Nam ſitiens, poſt patrem bibere dedignans, poculum effudit, ſcyphum iterum lauit, potum impoſuit, ac ſic bibit. Quod pater aſpiciens, nullum ei verbum fecit; ſed tacitus mirabili indignatione tulit, iraque vehementi turbatus, vocauit ſeruos, currum ſibi ſtatim parari iuſſit: ſuper quem aſcendens Niuellam petiit, ibique ſanctæ g Gertrudi quicquid habebat in prædiis, cum omni familiâ ſeruorum, ancillarumque, cum ceſpite, & ramo, cultelloque cum manubrio albo tradidit, ac filiam omni paternæ maternæque hæreditatis iure priuauit.

6 In eadem autem traditione res ſtupenda, & vltra humanum modum admiranda, ad laudem ipſius qui condidit omnia, contigit. Nam cùm idem vir ad feretrum accederet, omni obſtinatione affirmauit ſe numquàm ei prædium daturum, niſi ipſa beata Virgo propriâ manu reciperet. Qui cùm ret quaterque clamaret: Sancta Gertrudis, hoc munuſculum de manu meâ ſuſcipe, & noli me peccatorem ante te flentem & eiulantem ſpernere, niſi potiùs me aliàs daturum vis abire, confeſtim nutu ſummi Tonantis, ſcrinium, in quo beata Virgo iacebat, ſeſe aperuit, corpuſque exanime manum porrexit, cunctisque cernentibus populis qui aderant, ramum cum h ceſpite cultelloque de manu viri porrigentis intra ſcrinium recepit, & ſicut priùs fuerat clauſum ac ſigillatum permanſit. Tunc clamor ad cælum tollitur, Creatorque omnium, qui gemitui ſuorum aures ſuæ pietatis numquàm auertit, adoratur, eiuſque famula, cuius meritis tam inopinatum miraculum, tamque iucundum, peccatorum præſentiæ exhibere dignatus eſt, ſummâ deuotione veneratur. Sed
E cùm præmemoratus vir aliquanti temporis ſpatio, tribulationum igne ad exemplum Beati Iob purgaretur; placuit illi qui nihil irremuneratum dimittit, illius patientiam remunerare, atque eius animam, poſt laborum dolorumque deſudationem, in æternâ requie collocare.

a *In Vitâ S. Reinildis 16 Iulij, dicitur* pater illius Comes, VVigerus nomine, totius Lotharingiæ Ducatus officium geſſiſſe. *In Vitâ S. Gudilæ & Iam. cap. 1 nu. 3 dicitur* pater eius exſtitiſſe VVirgerus, quem in faſcibus Comitatus egiſſe accepimus. *In alterâ S. Gudilæ Vitâ, nu. 1.* extitit quidam Comes; VVirgerus nomine, in pago Brabantenſi. *De* B. VVirgero *& S.* Amalbergâ *agemus 10 Iulij.*

b *MS. Corſendoncan. quaſi gloſſema interlineare habebat* Grimbergh. *Extat in ditione Gerardimontenſi* Ombergh, *vel* Hombergh, *&* Humbroeck. *An horum alterum hoc ſit, diſquirere haud licuit.*

c *MS. Merbec.* Aſchiæ. *Celebre etiamnum locus, inter Bruxellam & Aloſtum.*

d *MS. Corſend.* prædiis.

e *MSS. Lobien. & Corſend.* Condacum. *S Reinildis* Condacenſi caſtro, quod ſuper Scelt fluuium ſitum eſt, ortunda *dicitur. Viri quidam eruditi* Contick *interpretantur, amplum pagum medio ferè ſpatio inter Antuerpiam & Mechliniam ſitum. Et pertinuit olim ad Lobienſes monachos, ex donatione S Reinildis, vt putant: retinent certè etiamnum ius aliquod. Alij* Condatum, *ſiue* Condæum *Hannoniæ oppidum volunt intelligi, vbi Hayna amnis Scaldi miſcetur. At longus ſanè inter eum locum & Antuerpiam tractus, neque in Condaum iuris quidquam eſt Lobienſibus. Verùm Brabantenſe noſtrũ* Contacum *aliquot millibus paſſuum abeſt à Scaldi. Fortaſſis olim arcem habuit aliquam Scaldi impoſitam, circa Rupelæ fluminis oſtium, nouem circiter millibus paſſuum ab Antuerpienſium portu diſtans: vt illa omnis ora vaſtiſſimi fluminis, Comitis Odelardi præſidio contra incurſus Barbarorum defenderetur.*

f *al* nondum. g *Vitam* S. Gertrudis *dabimus 17 Mart.*

h *De hoc ritu transferendæ poſſeſſionis per ceſpitem, ſiue VVazonem, & ramum, egimus hoc ipſo die ad Vitam S. Hadelini ad cap. 3 annot. 9.*

CAPVT II

S. Berlendis ſanctitas, miracula.

7 BEata igitur Virgo Berlendis, animaduertens ſe ſpoliatam bonis patriis ob reatum criminis, parui pendens honores huius ſeculi, timenſque iram ſuperni Iudicis, quia patri dedignari præſumpſit, (audierat enim ſæpè quod ſcriptum eſt: Qui patri vel matri iniuriam intulerit, mortis æternæ ſententiæ ſubiacebit) tantâ mentis mutatione omnia mundana poſtposuit, vt non ſolùm ciborum delicias veſtiumque copiam reſpueret, ſed etiam vilia, & contemptibilia ha-

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

g eâ exhæredatâ, omnia ſua donat S. Gertrudi,

manum è ſepulchro extenuêi;

h

aliquanto tempore poſt moritur.

Condaci pagus Brabantiæ.

F

cohabitat patri viduo;

1 Cor. 7. 27

quis ſanctis operibus vacans

Berlendi ſordes nimiũ horrenti offenſus,

Deuter. 27. 16

Berlendis eximia in patientiâ;

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

bere recuſaret. Mox ſubtus ad carnem cilicio induitur, inediâque, & algoris vredine, martyrium deſiderans, afficitur, corpuſque ieiuniis, & orationibus vigiliſque crebris perurgens, lacrymarumque imbres crebrò fundens, non ſolùm à peccatis purgari meruit, ſed etiam ſuperni ſponſi gratiam inuenit. Manus enim eius quicquid boni inuenire poterat, pauperibus erogabat: adeò vt vix aut nullatenùs ab eleemoſynâ vacua foret, & ſæpè, cùm pauper non inueniretur, in eiuſdem manu deſudaret.

auſteritati, pietati, miſericordiâ,

8 Contigit autem eamdē Virginem in loco qui dicitur, Morſella *a* in cœnobio beatæ Dei genitricis Mariæ, ſacri velaminis habitum ſuſcipere, & multorum annorum curriculo cælibem vitam ducere. Cùm ergo eſſet eadem Virgo in cœnobio, ſanctis operibus ſummo certamine inuigilans, cuiuſdam noctis medio, pulſante matutinali ſigno audiuit voces ſanctorum Angelorum in cælum animam patris ipſius cum *b* canoro iubilo deferentium. Miræ ergo ſanctitatis gratiæque ſuperna hæc Virgo plena extitit, quæ inſtar glorioſiſſimi *c* Seuerini Agrippinæ vrbis Archiepiſcopi, ſicut ille in obſequio animæ B. Martini Angelorum choros audire meruit. Quæ tantæ ſuauitatis dulcedine modulationiſque lenitate ſupra ſe velut in exceſſum mentis erecta, intentis in cælum auribus lætitiâ tam beatæ refectionis refecta, interrogabat aſſiſtentem ſibi famulam, ſi quæ audiebat audiret, & quæ intelligebat intelligeret. Quæ cùm illa minimè ſe audire vel intelligere reſponderet, intimauit ei beata Virgo animam patris ſui corporeis nexibus ſolutam pro tribulationum patientiâ coronari, & à pſallentibus Angelis in altum deferri. Acceptâ itaque cœnobita Domini licentiâ à Matre Monaſterij, ad ſepeliendum patrem ſuum Merbeccam adiit, & in eccleſiolâ, quam in honore B. Petrij ipſe ædificauerat, iuxta vxorem ſuam, matrem eiuſdem Virginis, iuxta morem nobilium, ſicut decebat, eum ſepeliuit.

a

fit Morſellæ ſanctimonialis

b

c

audit animā patris ab Angelis cantātibus in cælū ferri:

B

it Merbecam, eumq; ſepelit:

9 Poſt mortem verò patris ſui, quia cœnobium, in quo ordinata fuerat, quod priùs ab Hunnis funditus erutum atque combuſtum fuerat, pauperique modo reædificatum, carebat appendiciis ſubſtantiâque, quâ ibi famulæ Chriſti ſuſtentari poſſent, quia in pane & aquâ vix puellas ſex detinere poterat, cogentibus famulis atque neceſſitate domi remanſit: & in præfatâ eccleſiolâ die noctuque degens, ſe Domini ſeruitio mancipauit. Numquàm enim pes eius à viſitatione infirmorum quieſcebat: numquàm manus eius à procuratione pauperum ceſſabat. Semper laus Dei aſſidua in corde ipſius erat: pſalmorum hymnorumque cantus ex ore eius numquàm recedebat, pſallens ſibimet iuxta Apoſtolum in canticis & hymnis ſpiritualibus in Domino. Nihil vnquam neque hyemis, neque æſtatis tempore, præter cilicium, quo ſuper nudum corpus vtebatur, *d* mattulamque, atque lapidem capiti ſuppoſitum, ſibi ſubſterni patiebatur. Vigiliis & orationibus aſſiduis, ieiuniiſque continuis corpus macerabat. Bis tantùm in hebdomadâ, præter diem Dominicum Apoſtolicaſque ſolemnitates, reficiebat. Carnem à die conſecrationis ſuæ non comedebat, piſcem aut cibum alium præter panem & aquam, niſi in præclaris ſolemnitatibus, non attingebat.

ibi deinceps ſanctè & auſterè viuit:

C

Coloſſ. 3. 16

d

10 Tantam ei Dominus ob beatæ vitæ meritum gratiam conceſſerat, vt quibuſcumque infirmis, ſiue febricitantibus manus imponebat, ſaluti priſtinæ reſtituebat. Eâ igitur de die in diem proficiente & de virtute in virtutem aſcendente, tribus luſtris in aſperitate vitæ iam peractis, die Paſchalis ſolemnitatis contigit particulam piſcis illi ad menſam ſedenti apponi. Quæ (quod admirabile dictu eſt, & quaſi incredibile) inter manus ipſius in carnem conuerſa, valdè eam perterruit, & cum vehementi ſtupore, miniſtro indignans ait: Ignoſcat tibi Deus. Quare me ſic illudere voluiſti? ſciebas me carnem non comeſturam, & eam mihi apoſuiſti. Quo negante & obnixè iurante, intellexit hoc nutu Dei factum fuiſſe. Parumque guſtauit, & à ſe ſubmouit: protinuſque à mensâ ſurgens eccleſiæ & orationi ad laudem ſui Creatoris ſe reddidit.

agros ſanat manus impoſitione: piſcis illi die Paſchæ in carnem mutatur;

D

11 Hoc etiam ſilentio ſupprimi indignum arbitror, quòd ille, qui ſeruos ſuos glorificare & magnificare numquàm diſtulit, poculum aquæ quodam die ſolemni ſibi appoſitum, in vini ſaporem conuertit.

aliàs aqua in vinum:

a De Morſella *dicitur* 8 *Ian. ad Vitam S. Gudilæ cap.* 2 *num* 8. Erat autem in confinio villa, Morzella vocabulo, diſtans ab eorum manſione duorum milliarium interſtitio: in quâ ædificatum fuerat oratorium, in honore Sancti Saluatoris dedicatum. *& nu.* 26 *aiicitur ſolita* baſilicam Sancti Saluatoris in Morzele deuotiſsimis ſemper frequentare cuiſibus. *& nu.* 29 Tranſlatum eſt corpus beatiſsimæ Virginis in baſilicam Morzelenſem. *At nulla cœnobij mentio, niſi poſtquàm iſthuc tranſlato S. Gudilæ corpore, Carolus Magnus* aggregauit illic ſanctimonialium gregem, *vt nu.* 31 *& in* 2 *Vitæ nu.* 21 *dicitur. Sed fortaſsis, vti Berlendis, ita aliæ ſanctimoniales aliò receſſerant, aut obierant omnes, aut ab improbis hominibus exutæ bonis tunc erant, vti quæ donauerat Carolus Magnus, poſtea à VVenemarus eiuſq; filius Ermenfridus recuperarunt, vt ne ipſe quidem Dux Carolus ea potuerit recuperare, contentus S. Gudilæ corpore, quod Bruxellam tranſtulit.*

Morſellæ eccleſia,

monaſterium,

deſtructū.

b *MS. Corſend.* canore.

c *Ita narratur in* S. Seuerini *Vita* 23 *Octob.*

d Matta, *ſiue* mattula, *tegeteſt è iuncis. Vide Roſweydi Onomaſticon ad Vitas PP.*

E

Mattula.

CAPVT III

S. Berlendis mors, Tranſlatio, miracula.

12 TEr quinis igitur annis cum duobus poſt patris mortem expletis, cùm Diuinâ reuelatione extrema huius lucis tempora imminere ſibi ſentiret, conuocatis Sacerdotibus, oleum ſanctum petiit. Quo accepto, corpore & ſanguine ſui Redemptoris exitum ſuum conſecrauit, & ſic vltimum ſpiritum cælo reddidit.

de morte diuinitus admonita, Sacramēta ſuſcipit:

13 Congregari igitur cognati & amici eius, ſerui & ancillæ, & etiam maiores regionis huius, ad ſepeliendum eam conuenerunt: illamque modo congruo iuxta tumulum parentum recondiderunt. Sed cùm in quo eam reconderent, ſarcophagum non haberent lapideum, quorum in hac regione penuria eſt, quercum magnam iuxta templum ſtantem ſuccidерunt, illique ex eadem quercu vas in quo poſita eſt aptauerunt. Quantas autem virtutes per illam Dominus in eodem loco operari dignatus eſt, nec mens noſtra valet edere, nec lingua ſufficit explicare. Multi enim cæci, luminibus redditis, ſine duce domum redierunt; multi claudi ſolidatis *a* baſibus erecti ſunt, ſurdis auditus redditus, linguæ mutorū ſolutæ, dæmoneſque ad eius ſepulturā ex obſeſſis corporibus penitùs expulſi ſunt.

ſepelitur in tumulo ligneo,

qui poſt multa miracula ibi edita,

a

F

14 Cùm ergo tot & tantis miraculis eius ſanctitas pollens longè lateque clareſceret; placuit poſt ſeptennium amicis & vicinis eius ſarcophagum videre, & ſi poſſent in melius ad eius honorem mutare. In quo loco mira res, & inuſitatum miraculum humaniſque auribus inauditum euenit. Nam cùm eumdem ſarcophagum, in quo ſancta Virgo iacebat, de terrâ eiicerent, cùm priùs ligneus fuiſſet, lapideus inuentus eſt. Huius rei notitia cùm per hanc regionem diuulgaretur, omniumque audientium animos ad laudem Dei & S. Berlendis extolleret; quædam mulier ex viciniâ incredula permanens, atque hoc mendacium eſſe affirmans, ad videndum malè credula venit. Sed mox vt ſarcophagum vidit, à dæmone arrepta, ad terram cecidit. Quæ per triduum exanimis, non audiens, neque videns, ibi iacuit, donec Virgo ſacratiſſima, aſtantium precibus pulſata, priſtinæ ſaluti eam reſtituit.

lapideus factus reperitur;

incredulâ quadam punitâ:

15 Quibus miraculis tam iucundis tamque mirificis omnis regio permota, gaudens accurrit, & in honore beatæ Dei genitricis Mariæ ſanctæque Berlendis Virginis

A Virginis eccleſiam, in quâ nunc requieſcit, fabricauit. *ædificatur ei eccleſia:*

Triceſimo itaque depoſitionis ſuæ anno, omnis multitudo finitimarum regionum, Diuinâ inſpiratione afflata, conuenit cum duobus Epiſcopis, Cameracenſi videlicet, nomine *b* Auberto, & Tornacenſi nomine *c* Florberto; qui eam de ſepulchro leuauerunt, atque in ſcrinium, in quo nunc pauſat, locauerunt. *b transfertur corpus: c*

16 Cùm autem vellet Deus gloriam & honorem atque nomen ſuæ Virginis amplificare; contigit Tullis ciuitate monachum quemdam cœnobij beati protomartyris Stephani per viſum iuuenem pulcherrimum videre aſſiſtentem ſibi, atque dicentem: Surge & vade in prouinciam Brabantiæ, ad locum qui dicitur Merbecca, & de reliquiis ſanctæ Virginis, nomine Berlendis, tenta habere; vt in eius honore, in loco quem Deus tibi oſtenderit, eccleſiam poſſis ædificare. Qui ad præfatum locum veniens, cum magno honore ſuſcipitur, ibique diu manens in magnâ veneratione habetur, & ad vltimum templi cuſtos efficitur. Nocte igitur quadam, cunctis ſopore depreſſis, ſcrinium aperuit, & de Virgine quantum ſibi placuit abſtulit, ac tempore ſibi congruo receſſit. Veniens autem Dei ductu in ſolitudinem ad locum nomine *d* Timis ſibi cælitus oſtenſum, ibidem manſit, beatæque Virgini baſilicam ædificauit, in quâ ſignis & virtutibus atque miraculis coruſcans, vſque in hodiernum diem fulget admirabilis. Nam & congregatio monachorum religioſorũ ibidẽ conſtituta Domino famulatur, & ipſius Virginis patrociniis illa patria à Domino ſuſtentatur. *reliquiæ eius aliquæ à monacho Tullenſi auferũtur.* *d* *& miraculis illuſtrantur.*

17 Deum igitur, qui tam magna & pænè innumerabilia gloriosè & laudabiliter operatur miracula in Sanctis ſuis, condecet colentes eum, amantes eum, credentes in eum, ſeruientes ei, laudare, glorificare, & benedicere. Et vt ipſi mereamur ab eo conſeruari atque benedici, huius Virginis precibus, cuius Domino iuuãte Vitam verbis licet incompoſitis tranſcurrimus, totâ piæ intentionis deuotione poſcamus, vt peruenire mereamur ad patriam ſupernæ hæreditatis. Migrauit autem S. Berlendis Virgo ex hac luce & vitâ feliciter in Domino III Nonas Februarij, & exultat cum Sanctis perenniter, regnans cum Chriſto, cui eſt gloria, laus, & honor, cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti per infinita ſecula ſeculorum, Amen. *Epilogus.*

a *MS Corſend.* paſſibus.

b *MS. Merbec* Ausberto; *Corſend.* Ansberto. *ſuprà oſtendimus id videri accidiſſe pluſquàm* 50 *annis poſt* S. Autberti *mortem, quæ an.* 675 *contigit, vti ad eius Vitam* 13 *Decemb. oſtendemus.*

c *MS. Merbec.* Norberto. *Corſend.* Nortberto. *Neque* Florbertus *aliquis, neque* Norbertus *Tornaci Epiſcopus fuit. Suprà oſtendimus, probabile videri hunc S. Florebertum Epiſcopum Leodienſem fuiſſe.*

d *MSS. quadam habent,* Tumnis.

MIRACVLA S. BERLENDIS

auctore anonymo, ex MSS.

CAPVT I

Merbeca à Danis vaſtata. S. Berlendis ſepulchro & miraculis illuſtrata.

1 PRo meritis venerandæ Virginis Berlendis Diuino per Angelum Dei affatu propalatis, maximè beniuolentiâ eiuſdem compulſi, gratias referre Diuinâ fulciamur conſolatione; ſine quâ nobis huiuſmodi quidquam etiam conari & ad effectum fruſtrà eſt perducere. Nam mens noſtra carnis blandita voluptatibus, negotiis intricatur ruentibus, cum quibus quotidianis labimur (proh dolor) & nos deceptionibus: itaque vtiliſſima poſtponentes, innitimur viliſſimis. Sed reſipiſcamus neceſſe eſt, ad obfuſcatum ingenium noſtrum clarificandum; vt magè caritatis igne feruear quam furuâ erroris caligine incumbens torpeat. Videmus equidem duo inter ſe admodùm diſcreta; quodque eorum eſt elegantius, procul dubio calculemus. Quocircà quæ ſiniſtra ſunt, iure deſtituamus & dexteriora appetamus. Incipiamus, & Deus incrementum eſt daturus. Ipſe enim dicit: Incipe, & ego complebo. Et nos hîc exhilarati gratiâ, ad propoſitum torpentem vertamus linguam. *Cur Auctor hæc miracula ſcribat?* AVCTORE ANONYMO. Ex MSS. D

2 Poſtquàm omnipotentis Dei gratia paſſim diffuſa patuit, multoſque diuerſi generis vtriuſque ſexus illuſtrauit; beatæ quoque Virgini Berlendi haud defuit, quia ſecundùm prædeſtinationem regioni viuentium illam addicere voluit. Velle hoc ab eodem dico, ne quis deſpiciens imputet ſibi Dei donum, non Deo. Nam ille, Miſerebor, inquit, cui miſerebor, & miſericordiam præſtabo, cui miſerebor. Non igitur volentis eſt neque currentis, ſed Dei miſerentis. Vnde ergo liquet hac in corruptibili vitâ, quæ huius ſunt mundi, beatam Virginem parui pendere, & niſi toto ioſſis Dei indeſinenter adhærere, cum prudentibus collegis oleo indeficienti lampadibus refertis ad Sponſi reditum excubias obſeruare, ac iugis vitæ palatij cubiculum ſecum introire, inter æquales perpetuò gaudere, deuotè ſibi famulantium cunctorumque fidelium in conſpectu Domini preces offerre. *Dei gratiâ ſanctitatẽ adepta Berlendis.* Rom. 9. 15 & 16. E

3 Patet ſanam doctrinam habentibus, quoniam appretiatur mors eius in Domini obtutibus: & ne rudis quis titubet, eius meritorum indicia teſtantur. Nam etiam eius ſarcophagum, cùm maximi ſit ponderis, adeò vt tria ferè pergrauaret paria boum, ita manu Dei ſuſtentatur, vt vix omni parte ſolum attingere videatur. Et cùm ſæpè videmus etiam ſic calculos terræ ad molis eorum menſuram impreſſos, vt magnâ difficultate quandoque euellantur; quid aliud conſiderandum eſt in hac molis tantâ leuitate, niſi potentia eius, cui quæ nobis impoſſibilia ſunt, ſibi conſtant eſſe facilia? Sed cùm hæc ita ſint, reuertamur ad ea quæ multorum relatione fidelium didicimus, & nos ipſi conſpeximus. *eius ſepulchrũ grauiſſimum, vix terrã premit.* F

4 Erat quidam Fredericus, cuius ſub cenſurâ Nyuellenſis, exceptâ Abbatiſſâ, cœtus erat; nam ipſa omnibus imperabat. Hic cùm in Præpoſiturâ ſuâ, Merbeccenſi vico, Dominæ aſſenſu Abbatiſſæ præeſſet; eumdemque ab impiis deſtructum *a* Danis locum repararet; inter hæc maximi librum pretij, ad alterius Eccleſiæ ſuæ opus, Merbeccæ præparauit: ſed ad propoſitum ne perduceret, compoſuit ſibi Deus offendiculum. Nam volumen cùm miſſum eſſet quò diſpoſuit, veris ac patentibus conſcriptum ſignis, miris S. Berlendis meritis transfiguratum eſt in Græco. Quò comperto intellexit vir prudens, beatæ Virginis rei librum acceptabilem: & reatum confeſſus, referri fecit, ſanctoque loco relocauit; & aptitudine priori ſubitò claruit. *a Merbeca à Danis deſtructa reparatur: liber aliò miſſus in Græcum mutatur, reſtituitur.*

5 Eadem quippe ætate quidam, nomine Guyro, villanus, dum ſerendi cauſsâ hordeum in eccleſia illâ ſumeret, illius vt patriæ eſt mos, duo aſſiſtebant milites, quò paſcerent equos annonam ſibi dari eum rogantes: qui cùm renuiſſet, tulerunt vi, & paſcui fudere equis. Sed in primo morſu, ſpiritu beluæ nequam arreptæ, morte ſuffocatæ ſunt. Ergo fremebundi detectis accurrentes enſibus miſerum inuadunt ruſticum, & capite ipſum plectere cupiunt: verumtamen, cautione Diuinâ, ſacræ deuotionibus Berlendis, non potuerunt. Mira res: cùm aciem huiuſcemodi etiam nec ferrum præcidendo retundere quandoque valeat, caro, Dei prouidentiâ, retudit. Nam tametſi ter percuſſiſſent, ſignum dumtaxat ictus apparuit: ſed Dei gratiâ non vulnus, nec dolor fuit. Quo facto ambo remordentes reatus conſcientiam, humillimè ſe proſtrauerunt, *ſacrilegè rapto frumento ſuffocantur equi: cliens S. Berlendis, gladius lædi non poteſt:*

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

uerunt, & genibus cubitiſque repentes ad ſatisfactionem magno cum timore ſanctæ Virgini conceſſerunt
A arma. Sicque factum eſt, vt quod priùs erat ad mœroris cultum, poſteà in Deo tranſuerſum eſſet in gloriæ habitum. Sic virtus vitium, ſuperas ſic Chriſte reatũ.

arma Sãcta ſuſpenſa.

6 Igitur menſe Auguſto meſſibus colligendis iam maturis, auidus quidam labore totam ſollicitabat metere familiolam, quia neque dies ſolito nitebatur ſereno, & nonam timebat propinquare horam noctis præuenientis feſtiuum diem ad Vincula B. Petri Apoſtolorum Principis. Ecce iam vbique ſignis denuntiantibus terminum laboris, omnes ceſſabant: ſed ille ſolus operari non deſtitit. Alij conuiciis eum laceſſunt, alij correptionibus, alij minis: ſed nec ſic ſedari potuit. Denique Diuinâ perculſus vltione quieuit: manus enim, quâ manipulum collegit, neruis *b* contracta fuit: & facto interuallo in B. Laurentij vigiliâ ad ſuffragia beatæ Virginis quò duceretur poſtulauit. Quò vbi peruentum eſt, quod per illecebræ admiſit commiſſum, ſacratæ Virginis deleuit meritum. Membrum autem, quod criminis actu extitit percuſſum, pietatis gratiâ efficitur ſanatum.

feſtũ violans contractione manus punitur;

b per S. Berlendem ſanatur.

7 Et nec ſilendum eſt, quòd de ſarcophago eius euenit. Sed iam patet nobis cuncta naturaliter animantia bona appetere, mala deuitare, ad potum vt ſitim,
B ad operimentum vt frigus, ad vmbram vt æſtum, ad medicum vt morbum præcidamus, ſic ad cibum feſtinamus vt eſuriem pellamus. Illo quoque tempore multi febricitantes, gratiam quærentes, ad ſepulchrum Virginis confluentes, aut tactu ſalubri, vel temerario, eiuſdem ſepulchri ſanati ſunt. Erat autẽ quidam quotidianis multatus febribus, qui ſalutem expetẽs quamdam precatur monialem, Rapburgis nuncupatam, (erant enim eccleſiaſtica ſibi credita) quatenùs de ſepulchro B. Berlendis paxillum quid ſibi daret. Illa quippe nihil ſuſpicans offenſionis, temerè accurrit, ac raſuræ parum infrà raſit: quod cùm porrigere deberet ægrotanti, apertâ manu nil præter ſanguinis coagulum inuenit, nec tamen dedit: nam potenti Dei virtute, ad mira eius pandenda, lapis cruor effectus eſt. Sed cùm à muliere fluxum patiente ſanguinis Deus tangi voluit, quare hoc iudicabile de lapide fecit? Credo ſanare non recuſauit, ſed temeritatem compeſcuit: quia quamuis inanimata foret ſubſtantia, tamen hanc manus Beatæ meritis Berlendis conſecrauit Diuina.

tactu ſepulchri eius morbi ſanati,

puluis temerè abraſus, fit ſanguis:

a *De Danorum in hunc tractum irruptionibus fusè agitur in Vitâ S. Gudila, to. 2 Francicor. Scriptor. Cheſnei, & in eiuſdem Normannicu.*

C b *MS. Corſend.* confracta.

CAPVT II

SS. Berlendis, Celſæ, Nonæ tranſlatio, miracula.

8 NEc multum pòſt temporis effluxerat, cùm iam inſtante Diuinæ diſpoſitionis termino, pullulantem adhuc radicitus vellet Deus ſuum patefacere theſaurum, quorumdam incolarum corda fidelium, adeò vt quia corroſa & vetuſtate exeſa tam ſancti corporis theca viſa eſt, conſpirarent abiicere; nouamque ſolido pulchrè dolatam ligno, auro & argento decenter præparare. Sed quia abſque Antiſtitis conſilio minimè licuit, nuntios legant, & Epiſcopum conſulunt. Qui quàm religioſo miſſo S. Giſleni Abbate, cum quodam probo pagi illius Decano, nomine Bono, (erat enim ipſe morbo detentus) præcepit vt veterem thecæ compagem depangerent; teſtibuſque adhibitis fidelibus, aliam non ſegnè conſignarent. Cumque ad id peruentum eſt loci, & in die quinto Idus Septembris, loculum deſignarent, repentè miri fragrantia odoris nares aſtantium ſubintrauit, menteſque eorum refecit.

in nouam elegantem thecam transfertur eius corpus,

cum inſolitâ fragrantiâ,

Inuenitũr autem cùm Virgine præfatâ adhuc duo reliquarum corpora Virginum, ſic in vnum corio inuoluta ceruino, vt nihil præter caput vnius videretur deeſſe: quæ, vt aiunt, altera Celſa, altera Nona, vocitatæ ſunt. De quibus itidem conſtat, quòd maximè in ſpiritu & veritate Deum coluiſſent: cetera, quia nos latent, Deo, cui omnia ſcire eſt, committamus. Sed nunc ad digreſſionem redeamus. Item capſulam in quodam reperiunt angulo, quæ certa lactentis membra excepto continebat capitulo, ea verò Innocentis ferunt eſſe corpuſculum. Igitur Sanctarum corpora cum laudibus & hymnis ceteriſque Dominicis in id ipſum collata mumis, ſine dilatione veneranter reſignata claudũtur. At ſacrum Innocentis corpuſculum, quia glorioſâ paſſione coronatum eſt, ſingularem accepit pro modulo locellum.

D

ſimiliſ SS. Celſa & Nona VV.

in aliam corpus Innocẽtis M.

9 Cùm igitur thecam, vt diximus, optimates decorare metallo auerent pretioſiſſimo; & pecuniæ ob penuriam perficere nequirent; turſum Epiſcopi licentiâ diuerſa cum ſacris matronis ad ſupplementum augmentandum Sanctorum circuibant caſtra. Ecce autem in comitatu habentes viginti quatuor laicos & ſex Clericos, adeunt villam præcipuè egentem Cymberſaca dictam: & cùm in commeatu nihil præter quinque hordeaceos haberent panes, nec alios reperirent venales; neque darentur oblationes, (credo quia ſic indeficiens remunerator famulas ſuas præferre voluit) fame conſtricti eoſdem tandem exegerunt panes, & ſorte partiti ſunt ad cuiuſque perſonam. Mirabilis Dominus in virtute, beatarum Virginum meritis, vt ſolet, paupertatem mutauit inibi cæleſtem in opulentiam. Nam omnes qui aderant, nuſquam quibuſque ciborum induſtriis ſumptuoſiùs ſunt refecti, quàm illic pane illo, dono Dei condito altiſſimi: nec tantùm eis ſuffecit, ſed etiam ſuperfuit: adeò vt & pauperibus & eis abundaret ſeruientibus.

ad ornatum nouæ thecæ, cum veniâ Epiſcopi, circumfertur reliquia:

E

panes eat ferentibus multiplicantur, & ſapidiſſimi fiunt.

10 Sciendum quoque eſt, patenter Diuinam ſacræ ſuæ alumnæ Berlendi potentiam in magnis & in paruis pronam, parua ideò, quia & inuiſibiliter & viſibiliter poſſe humanum conſtat fore. Quæ cùm prælibatæ gratiæ opere apud beatiſſimam Dei famulam aliquamdiu præſtolaretur Gertrudem, tempore videlicet autumnali, quo Virgo clementiſſima à nonnullis præcipuè frequentatur; accidit magno cum axe, oppidoque conferto, ruſticos aduentaſſe, & iuxta beatam Virginem Berlendem debere meaſſe: cumque præteriret taxis, prægrauatus eſt adeò, vt boum tractu iugi ac temonis rumperetur copula. Ecce qui noſtri præcones aderant, inſtanter plauſtrum Deo dedicatis aluminis tradi ſuccłamabant. At illi minimè parentes, ſed quidam per temonem, alij rotas propellentes, axem ſic producere gliſcebant. In caſſum tamen laborabant: nam illis plurimùm inſtantibus, noſtriſque obnixè reclamantibus, à rotarum *a* modiolis decidebant humeruli, & curru obliſo quid eſſet agendum hæſitantes ſtabant ſtupefacti. Cumque diuulgarentur hæc in excomperto Prælatæ iuſſum eſt dimidium nobis dari, ſibi autem reſiduum reſeruari.

quadã S. Gertrudi efferenda,

F

prodigio ſoluti curruũ,

a Merbecanis cedũt.

11 Nec prætermittendum eſt, qualiter quædam in viſu ſpirituali præmonita, viſum Merbeccæ recepit. In tempeſtate cultus *b* Montis Gerardi, vbi ſupra *c* Tenerum caſtrum eſt locatum, erat quædam mulier diu cæcitate percuſſa. Iam tũc aut apud *d* Micenas, vel *e* Roſbeccam, & etiam B. Stephani curtem multi vſum curæ, plurimi verò orationis gratiam quærebant: horum trium anxia quem potiùs adiret ſollicitabatur. Nec mora: electione titubanti affuit beatus protomartyr Stephanus in viſione, cruentatis indutus veſtibus, qui eam talibus præmonuit conſulentem: Si verè recuperationis ſalutem expetis, Merbeccam adibis, & ibi ſanaberis. Vnde fiduciam habens nocte Pentecoſtes ad id commigrauit loci, ac promiſſum obſeruauit Chriſti teſtis beatiſſimi. In ſecundâ verò feriâ, tertiâ

b c

d e

cæca in ſomnis à S. Stephano monita it Merbecam,

A horâ diei, Offerendâ iam dictâ, & Secretâ initiari inceptâ, apertis oculis lumina incensa, populumque astantem cernit: ac Deo gratias voce magnâ proclamauit. Peractis rite Missarum solemniis fit lætitia ab omnibus Clericis hymnum concinentibus, signaque compulsantibus, laicis verò *f* Kyrieles celebrantibus.

ac visum recipit.

f

Modiolus.

a Modiolus *est medium rota, cui infigitur extrorsum radij, cuiusq; tubo axis inseritur.*

b *De huius oppidi origine, legibus, sacris ædibus, territorio, extant Ioannis VVasbergij libri tres.*

Temera fl.

c *Qui hîc* Tener, *sæpius* Tenera, *Vrientio apud Sanderum* Dendra, *quibusdam* Tenra *dicitur, Flandriæ imperialis fluuius, qui in Scaldim influit ad* Teneramundam *oppidum, ab eo ita appellatum, quasi* Teneræ os.

Messena monasterium.

d Messenas *fortassis indicatas vult, celebre nobilium Virginum cœnobium altero ab Ipris lapide, fundatum ab Athelâ siue Adelâ, Balduini Pij Comitis Flandriæ vxore, vt Meierus ad an. 1065 scribit, vbi* Mesinas *vocat, ad an. 1062* Mescinas.

Rosbeca pagus,

clade Flãdrorum celebris, & cultu D.V.

e *Est* Rosbeca *pagus ditionis Alostanæ, sub Scornacensi Baronatu, vti VVaibergius & Sanderus scribunt, & quidem (vt aliunde accepimus) cultu Deiparæ Virginis clarus. Est tamen & aliâ* Rosbeca, *qua tribus nostratibus leucis ab Iprensi vrbe distat, vbi Philippus Artevelda, cum suis Gandauensibus, memorabili prælio casus à Francis, quos ad auxilium suum Ludouicus Maleanus Flandriæ Comes euocârat: In hac quoque Rosbecâ viget eiusdem magnæ Matris veneratio, vt ad illius honorandam statuam plurimi ist huc confluere soleant. illudq; anno nostro memorabile ferunt accidisse, vt quâ circumferrẽ in ambaruali supplicatione ea statua solet, omni eo tempore quo hæresis dominata est, omnibus circùm locis fœdo situ siluescentibus, ea via, etsi benè longa, nullis sentibus vrticisue aut arbustis deturpata sit. De vtrâ Rosbecâ hic agatur haud diuinamus: nisi quòd Mesinis credi potest illa vlterior iungi.*

B

f *Id est, litanias, quæ sæpius iterato* Kyrie eleison *inchoantur.*

talis Domini octaua, quæ & eiusdem Circumcisio: & non parua plebis concio ad matutinales consuetudinario ritu inundauit hymnos. Et factum est verenter Clero pro modulo suæ pusillulæ congregationis concelebranti psalmodiam, cùm cantore consuetè in Euangelio antiphonam inchoante; à sacratum cubiculo Virginum dulcifluus odor exsurgit, & quosque in templo existentes perfundit. Nec itaquè distulerunt quidam quæque perscrutari occulta ecclesiæ: ne qua res suppolita virtuti similaretur Diuinæ. Deerat & ibi etiam tum incensum, sed vt ciuitas in vertice montis cacuminata vtrimque lucidè patet; sic admirabilis potentia Domini etiam volentibus non operta claret. Funditur interea magis magisque ampliando à Deo per omne capax templum & templi spatium: vt de patiete ad parietem, de aream ad tecti fastigia non esset angulus infectus: sicque per totum mane spatians, veniente primâ diei horâ euanuit. Sciendum est sanè Deum merita suorum cunctis reuelasse: quatenùs quantæ sunt gloriæ in cælis, nullam habeant diffidentiam in terris, & odoramenta eorum dulciflua pro credentibus fore orationes.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

Ecclesia, matutinarum tẽpore, dulci odore perfusa.

14 Præterea quidam supradicti vici accola puer, dum quodam in tempore lectulum fessus languore incideret, morbo grauatus, mansit inclinatus nec propriâ virtute potens incedere, duobus innixus incessit bacillis. Quod cùm diu toleraret, nec à quibusque recuperare mortalibus speraret; nouissime ad earumdem confugit Dominarum suffragium; sed non in oculis inibi habitantium. Factumque est dum ibidem coram Dominicâ Cruce orationi vacaret, continuò erexit se, & stans per se solus magnificauit præcipuè S. Berlendis merita: & exiliens baculos abiecit, & incolumis exiuit. Posterâ die recurrens, lumen sacro præuexit loco, fortè item à frequentiâ vacuato; & inde cunctis, quibus obuius fuerat, tam prosperum retulit casum.

E

Cõtractus Sanctarũ ope sanatus:

15 Cumque vulgò insignia sanctarum clarerent virtutum, erat quidam habitatione sepositus in vico, cui nomen est Vdenchem, septem à loco nostro distante milliariis, qui continuam ignis vstionem in ambobus patiebatur pedibus. Hic cùm salutarem audisset sanitatum opinionem, vt itidem illuc deportaretur postulauit. Allatus igitur, in læuam altaris venientibus collocatur: & benignâ Dei dispensatione precibus beatæ Virginis, quam speciali functus fiduciâ inuocauit, cùm pedibus fumigans ac putens venisset, extemplò cruentare incipiens extinctus, & à fœtore incendij destitutus, cum gaudio ad sua remeauit. Alius quoque sæpè prænominati rusticus loci, Alstenus vocabulo, cùm diu priuaretur auditu, sanatis aurium arteriis, ibidem pristino restitutus est vsui.

facer ignis curatus:

F

auditus recuperatus:

16 Est parochia nostræ contigua, nomine a Wentica, vnde quidam Erbenbertus, statura pusillus, multorum constipatione suorum tentus, (nam vesano inflatus spiritu & præcipuè se ipsum vexauit) illuc quoque adductus est: sed promptâ adeò renumeratione, & à sanctis Virginibus, cùm fremebundus & insaniens venerat, sanæ mentis dissolutus redierat.

a

energumẽnus liberatus:

17 Quid amplius? Longum est ac fastigio agitari matronarum sacrarum, quàm referre mira, quibus Deus mundo innotuit, cum ceteris cælestibus quantæ existunt sibi dignationis: quia etsi corpora earum adhuc terræ socientur, spiritus proculdubio collegium Sanctorum, vt liquet, sortiuntur, nobisque depromunt quantum in precationibus apud Censorem nostrum summum valeant. Et cùm Dominus suos hac roborasset soliditate, mirabiliora, &, si ita dicam, inauditiora miraculis suis per eos effici debuisse; nullos lateat velle earum sanctarum Virginum quoquo modo indifficulter, nutu Dei, explicari posse: quod vt in paruis ita & in magnis, in maioribus, & maximis præmonstratur. Nam sæpè pecora, quia sacra attigerunt loca, meritis Sanctarum visa sunt debilitata. Eisdem quo-

variafacta miracula:

pecora loco sacro non pascenda.

que

CAPVT III

Variæ ad S. Berlendis tumulum curationes.

12 Digressionem igitur facere beneficiis sacratissimę Dei famulæ, facti item à Deo miraculi, non est consilium, quia Scriptura dicit: Omnis laus in fine canitur. Et erat nostri quædam indigena loci, vtrisque adeò coartata manibus, vt constrictis digitis pollices infigerentur carni duris tenus ossibus. Ipsa item, quippe vsu manuum quæritare victum solita nendo atque texendo, ceteriscque fœmineis factis, deficientibus iam necessariis artubus, totâ ægrotabat qualitate corporis: quæque priùs se huius mundi professa est pauperem sine causâ gerere vitam, en seriò affirmabat se in salute diuitem, in debilitatione verò cum causâ debiliorem. Quid plura? Tandem satis lassata, & ad nihilum ferè redacta, Sanctam inuocat precibus Berlendem anxia, quatenùs manu careat læuâ; & ad consignandum se saltim vigeat dextera. Inuigilauit sanè Christi ancilla eius obnixis precibus, & nocte sequenti postulata solitis compleuit virtutibus: sed in ceteris membris conuincitur arctius hæc dilatio. Lacrymosis precibus postulat se vehi beatæ Virginis obtutibus. Quò delata, confestim ceteris dissoluitur membrorum connexibus, & erecta, humillimis collaudat Deum vocibus, adhuc infirma læuæ contractibus. Alterâ die decrescentibus crepusculis, conscendente sole gradum horæ primæ diei, confluxit tota plebs ad ministerium sacrum, erat enim Conuersionis festum Apostoli Pauli. Ecce enim adducitur & ipsa, suorum manibus innixa, & coram altari prosternitur: orationi vacans, & inter Missarum solemnia facta est velut mortua. Subitò accurrit ædituus, & inuenit iam sanguinis decurrentem riuulum, & in manu maximum vulnus. At ipse arripiens aquam respersit eam: & ecce vidit manum prius complicatam eneruiter patefactam. Sicque restituta incolumis & in Deo confortata rediit ad sua.

Psal. 75 tit.

C

contracta membra, Sanctâ inuocatâ, resoluuntur.

13 Dicere quoque est euentu mirabiliora, nonnullorum testimonio comprobata. Euenit igitur dies na-

A que febrium extinctiones, morborum diuersorum curationes; & quandoque, quod maximum est, dæmonum expulsiones, gratiarum actiones concessæ sunt, per Dominum nostrum Iesum Christum, Dei Patris filium, qui cum eo in Spiritu sancto viuit & imperat, æquale numen per omnia secula seculorum, Amen. D

a *Vulgò* VVindeke, *&* Dendervvindeke, *vt distinguatur ab alterâ* VVendicâ, *quæ quòd ad Scaldim iaceat* Sceldevviudeke *dicitur.*

DE S. WEREBVRGA VIRGINE

FILIA REGIS MERCIORVM IN ANGLIA,

G. H. Commentarius præuius.

§ I S. VVereburgæ progenies regia. Vita conscripta. Tempus præfecturæ monasticæ.

SECVLO CH. VIII. III FEBR. *S. VVereburgæ parentes VVulfherus Rex & S. Ermelinda;*

1 PRognata est S. Wereburga *patre VVulfhero, Merciorum, Mediterranteorum Anglorum, & regnorum Australium Rege Christianissimo, eiusq; piissimâ coniuge S. Ermenildâ Reginâ, cuius sacer est dies* XIII *Februarij, quo cum Actis eiusdem Ermenildæ contungemus res præclarè à VVulfhero marito gestas, vnaq; regni Merciorum in eius proauo Cridâ, seu Creaddâ fundati, aliarumq; annexarum* B *dein regionum situm conditionesq;, necnon varios ex eadem Cridæ & VVulfheri familiâ succedentes Reges: inquiremusq;, quomodò ab aliis* S. Wereburga *vnica S. Ermenildæ proles habeatur; & tamen à nonnullis Ceonredus, seu Coënredus Rex (quem inter & VVulfherum regnauit S. Ethelredus huius frater) dicti VVulfheri filius prodatur. Sed vel maximè ibidem expungemus fabulosum parricidium, quo à viris, etiam in antiquitate historicâ Anglo-Saxonum aliàs eruditis, creditur VVulfherus, aut acerrimus à regni exordio Christianorum hostis, aut fœdissimus à fide baptismoq; antè susceptо ad idololatriam relapsus, apostata, proprios filios in odium Christianæ religionis suâ ipse manu interemisse: docebimusq; SS. VVulfhadum & Ruffinum, qui ob fidem Christi occisi, Martyres coluntur, non fuisse fratres* S. Wereburgæ, *à dictis VVulfhero & S. Ermenildâ genitos. Reliquam* S. Wereburgæ *stirpem maternam è Regibus Cantiorum, eisq; coniunctam legitimis coniugiis familiam regiam & Anglorum Orientalium, & Francorum transmarinorum infrà ad Acta ipsa explicamus. In eisdem referuntur VVeduna, natale S. VVereburgæ solum, eiusq; miraculis illustre: Elienſe monasterium, vbi vitam monasticam primò amplexa est: Tristingham, vulgò Trentham, alterum monasterium eius morte clarum; ac tertium Hamburgense, vbi corpus eius conditum, ac longo tempore Diuinâ virtute mansit incorruptum.*

frater an Ceonredus Rex,

non SS. VVulfhadus & Ruffinus Martyres:

loca ab eâ inhabitata.

C 2 *Acta* S. Wereburgæ *damus ex antiquissimo codice MS. ex Angliâ à Guilielmo Cambdeno ad Rosvveydum missо. Nomen auctoris non apponitur: is est, nostro iudicio,* Gotcelinus *ille, aut* Gotzelinus *qui, teste Malmesburiensi lib. 4 de Gestis Regum Anglorum capit,* innumeras Sanctorum Vitas stylo extulit, vel informiter editas comptiùs emendauit, post Bedam secundus in laudibus Sanctorum Angliæ *enarrandis. Floruit is circa annum Christi* MC, *à S. Anselmo Archiepiscopo Cantuariensi aliisq; ob doctrinam ac pietatem singularem in Angliam euocatus è Belgio, vbi antè monachus S. Bertini apud Audomaropolim varias Sanctorum Vitas illustrârat, easq; inter etiam stylo cultiore emendârat Vitam S. Amelbergæ Virginis, quam penes nos MS. habemus, edituri ad* X *Iulij, diem eius natalem. Eam autem Vitam dum hîc cap. 6 suo stylo recusam agnoscit; & huius se auctorem esse prodit. Vtraque præterea Vita eadem ratione suis est capitibus propriisq; titulis distincta. Præterea quam ex Catalogo scriptorum Britanniæ Molanus ad Vsuardum* VIII *Iulij, & hunc secutus Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ obseruant à Goscelino scriptam esse* Vitam S. Witeburgæ Virginis, *eam potiùs suspicamur* S. Wereburgæ Virginis *esse, cuius illa magna matertera fuit, seu S. Sexburgæ auia huius soror: quæ, vt infrà dicemus, cum* S. Wereburgâ *ob nominis similitudinem confunditur: quamuis, vt plurimorum Sanctorum Vitam conscripsit Goscelinus, ità etiam vtriusque &* S. Witeburgæ *&* S. Wereburgæ *Acta exarasse potuerit, cum Ramesiæ degeret non procul à monasterio Elienſi, vbi &* S. Wereburga *habitârat, & tum requiescebat corpus* S. Witeburgæ, *Derbâ ex Comitatu Norfolciæ, vbi constructo cœnobio vitam monasticam sanctè egerat, istuc translatum; appositumq; reliquiis sacris duarum sororum* S. Etheldredæ *&* Sexburgæ, *hususq; filiæ* S. Ermenildæ. *Vt denique S. Anselmus Hugoni Comiti, de quo infrà, auctor fuit vt ecclesia monasteriumque Cestrense* S. Wereburgę *daretur monachis; ita Goscelinum, vt hanc* S. Wereburgæ Vitam E *conscriberet facilè potuit inducere. Compendium huius Vitæ habent Ioannes Capgrauius in Legendâ Sanctorum Angliæ & codex MS. cœnobij Rubeæ Vallis prope Bruxellas, ipsis verbis Goscelini retentis, vt vel hinc colligere liceat alia eiusdem Capgrauij compendia sæpè ex eodem Goscelino desumpta esse: quod obseruamus ad Vitam S. Ermenildæ matris, & S. Laurentij Archiepiscopi Dorouernensis* 11 *Februarij, vbi plura de Goscelino damus.*

Vitam scripsit Goscelinus

Eiusdem epitome.

3 *Partim ex eadem Vitâ, partim aliunde hæc leguntur in Elienſi historiâ MS.* Werburga filia S. Ermenildæ, post mortem patris sui, intrauit monasterium S. Etheldredæ apud Ely, sicut legitur in Vitâ suâ, priusquàm mater sua idem monasterium intrauit: cuius sanctitatem cùm Rex Ethelredus patruus suus comperisset, eam inde cepit, & principatum monasteriorum sanctimonialiumque in regno suo ei tradidit. Sponsa igitur Domini Werburga, cùm quibusdam Ecclesiis præesset, post dilectæ genitricis suæ obitum, iure prælationis etiam monasterium Elgæ suscepit. Cùm ergo omnium familiæ & monasteriis sibi creditis, præ nimiâ caritate ardens, optaret adesse, & econtrà nulli tolerabile videretur, suâ dulci præsentiâ carere, elegit cum Diuinâ præscientiâ Hehamburgæ monasterio corpore requiescere. Quamobrem præcepit Hehamburgensi familiæ, vt, vbicunque migraret ex hac luce, ipsi incunctanter venirent, corpusque eius ad monasterium suum portarent... Legitur in Anglico, quòd Sexburga in ecclesiâ de Scepeiâ, quam construxit, à Theodoro Archiepiscopo velamen sanctitatis accepit, atque ibidem filia sua Ermenilda sub eâ normam religionis, spreto regni culmine, posteà sumpsit: quæ dum iter adud Ely parauisset, filiam suam Werburgam pro se in monasterio Abbatissam, sicut diu optauerat, constituit. *Est autem* Shepeia *insula Caniij Orientalis, in quâ ob monasterium sanctimonialium tunc extructum, vicus etiamnum* Minster *appellatur.*

Elogium ex Elienſi historiâ MS.

an fuerit Elienſis Abbatissa

& Shepienſis,

4 *De tempore quo aut reliquis monasteriis præpositа fuerit, aut ex hac vitâ mortali ad præmium laborum suorum abierit, nihil vspiam traditum est. Monasterium* Elienſe *cœpit ædificare S. Etheldreda anno* DCLXXIII, *vitâ & regno functus est VVulfherus Rex anno* DCLXXV: *à cuius obitu sub S. Etheldredâ, anno* DCLXXIX *mortuâ, sacræ religionis habitum sumpsit apud Elienſes, quibus secunda Abbatissa tum data est S. Sexburga: quæ Malmesburienſi lib. 4 de Pontificibus Anglorum dicitur* sub religione & nomine Abbatissæ consenuisse. *Sed tum prorsus vetula, cuius ex filiâ neptis S.* Wereburga *iam pridem viuo patre VVulfhero nobilis sollicitantes ad*

facta sanctimonialis post annum 675.

fortè sub nomine S. VVitebur-gæ ab aliis cit atam.

A tes ad matrimonium procos repudiârat. Hinc Edouardus Maiheu in ſuo indice chronologico ad Trophæa Anglicana Ordinis Benedictini hæc habet anno DCLXXX: Eodem tempore claruit S. Sexburga Regina & Abbatiſſa. Item S. Ermenilda eius filia Regina, deinde Abbatiſſa: *quaſi non diu ſuperfuerit* S. Sexburga, *eiq; tertia apud Elienſes ſucceſſerit* S. Ermenilda: *quod nobis magis probatur, quàm quod legimus apud VVionem in Notationibus ad* XIII *Februarij*, S. Ermenildam factam Abbatiſſam anno Chriſti DCCIII, *quando eam, aut etiam citiùs, è viuis exceſſiſſe credimus.*

Abbatiſſa quando Shepeienſis: & aliorū monaſteriorum.

Quo autem tempore illa ad Elyenſes migrauit, S. Wereburgam *filiam præfeciſſe Shepeiano in Cantio monaſterio dicenda eſſet, ſi Anglicano monumento ab Elienſibus citato ſtandum eſt. Inde eſſet tum à patruo ſuo S. Ethelredo Rege euocata, & monaſterij ſanctimonialium regni ſui* inre Abbatiſſæ (*vt explicat VVigornienſis ad annum* DCLXXVI) *præfecta: & ſimul à morte S.* Ermenildæ *matris Elienſis quarta Abbatiſſa facta. Ab eadem S.* Wereburgâ *VVedunam, VVulfheri patris ſui regiam ſedem, in monaſterium conuerſam eſſe tradunt poſt Ranulphum Ceſtrenſem Cambdenus in Coritanis agens de Comitatu Northamptoniæ, Harſeldius ſeculo 7 cap. 23 & Edouardus Maiheu in ſuo de S. VVereburgæ Vitâ tractatu. S. Ethelredus relicto regno monachus factus eſt anno Chriſti* DCCIV, *quo tempore S.* Wereburga *adhuc ſupererat: ad quam verò ſenectutem peruenerit, quoue anno deceſſerit, nuſquam legimus. Aliqui* S. Ermenildam *matrem ſcribunt ad annum* DCCX *ſuperuixiſſe, quod nos de filiâ eius dicere malleмus: ſi tamen diutiùs non ſuperfuerit.*

& VVedunenſis à ſe extructa.

ſuperuixit poſt annū 704

quamdiu.

§ II *S. VVereburgæ reliquiæ Ceſtriam tranſlatæ, eius publica veneratio.*

5 *Vrbs-Legionum alia in Auſtrali Cambria,*

DVplex *apud Britannos* Vrbs-Legionum, *vulgò* Caerlegion, *ſeu* Caerlion, *dicta ab hibernis vel ſtatiuis legionum. Altera in Britanniâ* II *apud Silures*, Iſca *priſcis, tum* Legio II, *à Ranulpho Ceſtrenſi lib.* 1 *Polychronici cap.* 48 Demetiæ, *ſeu* Suthwalliæ *adſcripta; in eâque illius parte ad fluuium Oſcam ſita, quæ Comitatu Monemuthenſi circumſcribitur. Sedem olim Archiepiſcopalem ſub primis Britonibus Chriſtianis habuit, inde Landauam ac poſteà Meneuiam, quam* S. Dauidis vrbem *dicimus, tranſlatam. Huius Vrbis Legionum ciues fuiſſe SS. Aaronem & Iulium in Diocletiani perſecutione martyrij palmâ coronatos tradit libro de excidio Britanniæ Gildas Britannicorum ſcriptorum antiquiſſimus. Vtrique iſtic à Britonibus eccleſiam erectam eſſe docent Giraldus Cambrenſis lib.* 1 *Itinerarij Cambriæ cap.* 5, *& Galfridus Monemuthenſis lib.* 9 *hiſt. Britan. cap.* 12, *de quibus agemus ad Kalendas Iulias. Altera non minùs clara permanſit* Vrbs-Legionū, *Britannis* Caer-Legion, Caer-Leon-Vaur, *Saxonibus* Lege-ceſter, *vulgò Anglis* Cheſter, *& à ſitu* Weſtcheſter, *Latinè* Ceſtra *&* Ceſtria, *Comitatui adiuncto nomen dedit: Romanis creditur* Deua, Deunana, *vel* Diuana *dicta, à Cornauiis exculta, & prouinciæ Flauia Cæſarienſi adſcripta: Ranulpho, qui hîc ſuam hiſtoriam elaborauit,* tempore Britonum caput & metropolis Venedotiæ & Northwalliæ *habetur, poſteà* in confinio Anglorum ad conſpectum Cambriæ: inter duo marina brachia, *ſiue* duo flumina Dee & Moſee *ſita. Creditur ſub initium ſeculi ſeptimi adhuc à Britonibus detenta, eiuſq; Epiſcopus cum aliis Britonibus interfuiſſe colloquio cum S. Auguſtino Dorouernenſium Archiepiſcopo in finibus VVicciorum & Saxonum Occidentalium inſtituto, de quo agit Beda lib.* 2 *cap.* 2, *& de Epiſcopis Britonibus varia diſputat Vſſerius de Britannicarum Eccleſiarum primordiis cap.* 5. *Ranulphus Ceſtrenſis lib.* 5 *Polychronici cap.* 18 *tradit* S. Wereburgam Hamburgæ ſepultam vſque ad aduentum Dacorum iacuiſſe. *Tum* hiemantibus Danis apud Rypemdon, fugatoque Rege Merciorum Burdredo (*quod factū eſſe anno* DCCCLXXXIV *legimus in Chronologiâ Saxonicâ*) Hamburgēſes ciues ſibi timentes, cum feretro, corpus Virginis continente, tunc in puluerem reſolutæ, ad Legeceſtriam, quæ nunc Ceſtria dicitur, tamquàm ad locum tutiſſimum contra ſtragem barbaricam confugerunt.

C *alia nunc Ceſtria,*

olim à Britonibus detenta:

eò oſſa S. VVereburgæ dilata:

APCTORE G.H.

6 *Volunt interim Cambdenus & Spedus, vbi de Ceſtriâ agunt, hanc à Danis miſerè deformatam eſſe, ſed præclarè reſtauratam ab Ægelfledâ Merciorum Dominâ, ſorore Eduardi ſenioris Regis, qui Anglis imperauit ab anno* DCCCCI, *ad* DCCCCXXV, *ſub quo Ægelfleda cum Etheredo marito vſque ad annum* DCCCCXII, *& vidua ſeptem dein annis Mercios rexit. Succeſſit huic Eduardo* Æthelſtanus, *à cuius tempore* in vrbe Ceſtriâ, *ſecundùm Ranulphum*, vſque ad aduentum Normannorum Canonici ſeculares, collatis vicißim poſſeſſionibus, ad Virginis laudes militarunt; *at ſecundùm Malmesburienſem lib* 4 *de Pontificibus Anglorum*, ex antiquo ſanctimonialium monaſterium *fuit, inter quas* S. Werburgam cœlibatum profeſſam plurimo temporum curriculo bonis emicuiſſe virtutibus, *malè adiungit. Anno Chriſti* DCCCCLXXIII *Ceſtria Eadgarum Regem pompâ magnificâ triumphantem vidit; quando Regibus Kynatho Scotorum, Malcolmo Cumbrorum, & Macco plurimarum inſularum, & Subregulis VValliæ quinque ad remos locatis, ipſe, clauo gubernaculi arrepto, à palatio ad monaſterium S. Ioannis nauigauit; factâq; oratione ad palatium remeauit, vt pluribus narrant VVigornienſis aliiq;. Succeßit Eadgaro filius S. Eduardus, dein Martyr, & poſt alios alter S. Eduardus Confeſſor; de priore agemus* XVIII *Martij, poſteriorem celebrauimus* V *Ianuarij. vbi cap.* 7 *Vitæ eius*, Comes Leofricus vidit Chriſtum in arâ conſiſtentem, dexterâ ſuper Regem extentâ ſignum ſanctæ Crucis eum benedicendo depinxiſſe. *Hic* Comes Leofricus, & vxor nobilis Comitiſſa Godiua, Dei cultrix, & S. Mariæ ſemper Virginis amatrix deuota, monaſterium Conuentri à fundamentis conſtruxérunt: Leonenſe etiam & Winlaconenſe cœnobium, S. Ioannis Baptiſtæ ac S. Werburgæ Virginis monaſteria in Leogeceſtrâ ſita, & Eccleſiam S. Mariæ de Stowe pretioſis ditauerunt ornamentis. Wigornenſe quoque monaſterium terris, & Eoueshamnenſe ædificiis, ornamentis variis, tertiſque locupletauerunt. Deceſſit Leofricus in bonâ ſenectute II Kalend. Septemb. anno* MLVII, *vt ad eum annum referunt VVigornienſis, Houedenus, VVeſtmonaſterienſis, Ceſtrenſis, aliiq;. Cambdenus addit* à Leofrico Eccleſiam Ceſtriæ in honorem S. Werburgæ poſitam eſſe. *Sub Guilielmo Conquæſtore Petrus Epiſcopus Sedem ſuam Lichfeldiâ Ceſtriam, vt obſeruat Malmesburienſis, tranſtulit; dein, teſte VVigornienſi, anno* MCII *Couentriam relatam. Sunt autem Lichfeldia & Couentria vrbes Comitatus Staffordienſis: à quibus omnibus ſedibus ſæpè poſteriores Epiſcopi appellationem ſumunt. Hic Guilielmus* I *Rex* Hugonem Lupum *hæreditarium Palatinum, Ceſtriæ Comitem creauit, cui ex hæredibus ſex Comites ordine ſucceſſerunt. Hic ille eſt* Hugo, *per quem* loco ſanctimonialium monaſterium Ceſtrenſe S. Wereburgæ monachis repletum *fuiſſe tradit Malmesburienſis de Pontif. Angl. lib.* 4 *quos tamen* monachos regulares *mauult Ceſtrenſis ſucceßiſſe* Canonicis ſecularibus, *quos* pauculos eiectos fœdo & paupere victu vitam tranſigentes *ſcribit etiam Malmesburienſis lib.* 2 *de Geſtis Regum Angl. cap.* 13, *vt hi tum ſoli fuerint, aut ſanctimonialibus additi ad diuinum officium decentiùs celebrandum. Cambdenus addit* ab Hugone Comite eccleſiam S. Werburgæ reſtauratam eſſe, monachiſque auctore S. Anſelmo conceſſam. *quod factum eſſe anno* MXCII *ſub Rege Guilielmo Ruſo paßim omnes ſcribunt cum Annalibus Stoi & Martyrologio Anglicano primæ editionis. In cuius poſteriore editione tum primò ex Hamburgenſi eccleſiâ traduntur ſolenni pompâ tranſlata Ceſtriam oſſa S. VVerburgæ, extructaq; ab Hugone eccleſia illi dicata cum monaſterio, Sede nunc Cathedrali honorata: poſtquàm ſacræ reliquiæ apud Hamburgenſes trecentos circiter annos requieuiſſent, quos etiam Ceſtrenſis annotârat: quamuis* fugato Rege Merciorum Burdredo, *ergò anno* DCCCLXXXIV, *vt ſuprà demonſtrauimus, deſcribat corpus eius Ceſtriam tranſlatum, vt errore quodam a manuenſium* CCC *anni loco* CLXX *videantur intruſi; imò vti ſub Guilielmo* II *ea tranſlatio dicitur facta, ita octoginta circiter anni vltra aßignatos trecentos fuiſſent elapſi: & ſi ei-*

à Leofrico Comite ornamētis ditatum.

& fortè eccleſia addita:

inductis à Lupo Comite monachis:

AVCTORE G.H.

dem Martyrologio credamus, in quo ſub annum DCLXXVI *traditur obiiſſe, erunt anni ab eius obitu plures quadringentis.*

A *Cultus ex ſacris faſtis:*

7 *Sub finem hiſtoriæ MS. monaſterij Petroburgenſis obſeruatur,* S Werburgam in Leggeceſtre tequieſcere. *Referunt eamdem hoc* III *Februarij prater Martyrologium Anglicanum, Carthuſiani Colonienſes in Auctario Vſuardi his verbis:* Item Wereburgę Virginis. *Ferrarius in Catalogo Generali:* In Angliâ S. Wetereburgæ Virginis; *quam in Notis* VVereburgam *vocat. Menardus in Martyrologio Benedictino:* In cœnobio Ceſtrenſi, S. VVerburgæ Virginis & Abbatiſſæ, filiæ Vulferi Regis Merciorum. *Edovvardus Maiheu in Trophæis Benedictinorum Anglorum:* Trincinghamiæ, vulgò Trentham, in Comitatu Staffordiæ S. VVereburgæ Virginis & Abbatiſſæ, ſplendore generis & ſanctitate vitæ clariſſimæ. *eiuſq; geſta ex variis recenſet. Eiuſdem Vitæ compendium refert hoc die Hieronymus Porterus in Floribus Sanctorum Angliæ, in quibus etiam viuâ functâ dicitur* circa annum Domini DCLXXVI, *quo vitam monaſticam patre VVulfhero anno præcedente mortuo, ſortè auſpicata. Arnoldus VVion eamdem cum S. VViteburgâ, magnâ materterâ, confundit & celebrat* VIII *Iulij.* In Angliâ, *inquit,* S. VViteburgæ Virginis, VVulferi Regis Merciorum filiæ & ſanctimonialis Elyenſis, ſanctitate & miraculis claræ. *additq; in Notis aliàs dici* VVereburgam & Vereburgam, *atque* ab Ermenildâ matre Reginâ oblatam fuiſſe Deo in cœnobio Elyenſi circa annum Domini DCLXX. *Florarium MS.* XIX *Februarij hæc habet:* In Angliâ S. VVicburgæ Virginis: *vt dubitari poſſit, de* S. VVitburgâ *an verò* VVerburgâ *auctor agat. An non etiam S. VVereburga cum S. VValburgâ Virgine &*

S. VVereburga confuſa cum S. VViteburgâ.

& S. VVal-burgâ.

B *Abbatiſſâ ab aliquibus confuſa occaſionem dederit vt hæc filia Regis crederetur, & pater eius S. Richardus Angliæ Rex haberetur, inquiremus* VII *Februarij ad S. Richardi Vitam, &* XXV *Februarij die S. VValburgæ natali.*

8 *Agunt denique de S. VVereburgâ Florentius VVigornienſis ad annum* DCLXXV, *& VVeſtmonaſterienſis ad* DCLXXVI *quibus dicitur* magnarum Virgo virtutum, multa Deo cooperante miracula patrauiſſe, quibuſdam Virginum Deo deuotarum monaſteriis præfecta, cum iis regulariter viuens, illiſque in omnibus piè conſulens, ad vitæ finem vero Regi Chriſto militaſſe; ſicque è ſeculo migrans ad complexum & nuptias ſponſi cæleſtis intraſſe. *Apud Malmesburienſem lib. 2 de geſtis Regum Anglorum cap.* 13 S. Ermenildæ apud Hely, & præcipuè filiæ VVereburgæ apud Ciuitatem Legionem laudantur merita, extolluntur miracula, cumque omnibus petitionibus ſint incunctanter fauorabiles, maximè orationes fœminarum & puerorum vicino & contiguo auxilij pede attingunt. *Quæ ferè eadem leguntur apud Vincentium Bellouacenſem lib.* 25 *Speculi hiſtorialis cap.* 32 *& Petrum de Natalibus in Catalogo lib* II *cap.* 67. *Earum virtutum illuſtres præcones etiam ſunt Polydorus Virgilius lib.* 4. *hiſtoriæ Anglicanæ, Harpsfeldius ſeculo.* 7 *cap.* 23, *Andreas du Cheſne lib.* 6 *Hiſtoriæ Anglicanæ. & paſſim alij.*

elogia aliorum.

patrocinijs feminarũ & puerorum.

C 9 *Vita ſequens in codice MS. his capitibus diſtinguebatur, quæ hic præpoſuiſſe ſufficit, factâ more noſtro nouâ diuiſione.*

Vita in capita diuiſio in Codice MS.

Cap. I. Genealogia S. VVereburgæ.
II Conuerſatio in Elio monaſterio.
III Conuerſatio matris ſuæ in eodem monaſterio.
IV Præponitur monaſteriis ſanctimonialium VVerburga à patruo ſuo Rege Æthelredo. Idem Rex huius ſanctitatis exemplo fit perbeatiſſimus monachus.
V Werburga vt mater pia, ita fit omnium miniſtra pro magiſtrâ
VI Volatilium agmina præcepto captiuat & relaxat.
VII Humilitas eius. Carnificem retortâ in tergum integũ ceruice increpat, & ſupplicem reformat.
VIII Tranſitus ipſius III Nonas Februarij.
IX Corpus eius Triecengehamenſes cuſtodientes obdormiunt: & Himburgenſes diuinitus reſeratis foribus auferunt.
X Poſt nouem annos eleuata, inuenta eſt toto corpore & veſtibus vt viuens vernantiſſima. D

VITA

Auctore Goſcelino monacho

Ex MS. Guilielmi Cambdeni.

CAPVT I

Illuſtris ex quatuor Regiis familiis progenies S. VVereburgæ.

1
Ilia Regum, & ſponſa Chriſti decentiſſima, Virgo VVerburga in Ceſtriâ ciuitate requieſcit, meritorum ſignis glorioſa. Clara eſt in totâ Angliâ, & purâ ſanctitate, & regiâ dignitate, & virtutum atteſtatione, atque Anglicarum hiſtoriarum celebritate. Aprimis Anglorum Regibus ſublimiter ſplendeſcit; à Rege verò Doroberniæ, quod eſt Cantuariæ, potentiſſimo *a* Æthelbrichto, qui primus Anglorum Regum per Protodoctorem ſuum *b* Auguſtinum Chriſto ſacrari meruit, imò à quatuor regnis altum & ſanctum genus trahit: quod hic ſequenti ordine exponi dulce videtur: quò Dei gemma cariùs appretietur, & quaſi de præuiis ſideribus hæc matutina ſtella clariùs ſpectetur. Æthelbrichtus igitur ex *c* Bertâ Reginâ filiâ Regis Francorum, *d* Eadbaldum cum Æthelburgâ filiâ procreauit, quem ſuæ pietatis & regni optimum hæredem reliquit. *e* Æthelburga verò Regina poſt proprij Regis Nordanhumbrorum *f* Æduini interfectionem, reuerſa ad fratrem Æadbaldum in villâ *g* Limmingâ monaſterium ædificauit, in quo cum *h* S. Æadburgâ requieſcit. Eadbaldus quoque ex alterius *i* Regis Francorum filiâ Emmâ *k* Eormredum atque *l* Ergombertum Principes ſanctamque Virginem *m* Anſwyrham, quæ apud *n* Folcanſtam depoſita veneratur, propagauit. Eormredo autem ex inclytâ coniuge Oſlauâ nati ſunt *o* Æthelredus, atque Æthelbrichtus, quos innocenter iugulatos, ſplendida lucis *p* columna de cælo prodidit Chriſti Martyres; quatuor quoque ſibi filiæ ſanctæ *q* Domneua, Ærmenberga, Ærmenburga, & Ærmengida, velut paradiſiaci fontis quadrifida emicuêre flumina. Fratri verò eius Ærgomberto Regi *r* Annæ Regis filia *ſ* Sæxburga, ſoror perpetuæ Virginis *t* Æthelredrethæ, regaliter coniuncta peperit *u* Ægbrichtum ac *x* Lotarium Reges cæloque dignas *y* Eormhildam, atque *z* Eorkengodam Reginas. Eormhilda *aa* Wlfero Regi Marciorum, *bb* Pendæ Regis filio, tradita, ſplendidiſſimam Werburgam, cui hæc parentalis purpura infloratur, generauit.

S. VVereburga, nata regiâ quadruplici ſtirpe:

a
b
E *Cantiorũ S Ethelberto abauo,*
c
d
e
f
Eadbaldo proauo,
g
h
i k
l
m n
& Francorum ob vxores:
o
p
q r ſ t u
Ercomberto auo.
& S Sexburgâ filiæ regis Anglorum Orientaliũ:
F
x y z
aa bb
S. Ermenildâ matre & Vulfero Rege Merciorũ:
cc
alia conſanguinea Sanctæ.
dd
ee
ff
gg
patrui Reges:

2 Beatiſſima verò matertera eius Virgo Eorkengoda amore ſacræ religionis peregrinata trans mare requieſcit, vbi ſe à Domino ſuſceptam tamquam aduenam ſuam multis virtutibus oſtendit. Ar beata & regia *cc* Domneua regio Wlferi germano Merwale conjugata, ad ſummæ Trinitatis gratiam triplicem Virginitatis protulit lauream, ſanctiſſimas ſcilicet ſorores *dd* Mildburgam, Mildrydam, & Mildgydam, quæ diſtinctis monaſteriorum ſuorum lapidibus irradiant patriam. Natus eſt ei & Merewin filius, qui ad Sanctos innocentes à baptiſmate raptus eſt paruulus. Almiſſuæ quoque Werburgæ generoſitatem ac ſanctimoniam proximè exornant ſanctiſſimę amitæ ſuæ Pendę Regis filiæ, *ee* Kyneburga, & Kynewida, quæ cum propinquâ ſuâ beatiſſimâ Tibbâ *ff* Burgenſem ſuperni ianitoris Petri illuſtrant eccleſiam. Suus verò genitor prænominatus ac patrui Reges, id eſt, Peada *gg* Ædelredus, ac prædictus Merwala prædictarum ſororum fratres

A tres, Christianæ institutionis non solùm cultores, verùm etiam primi atque intensissimi fuêre propagatores: & sicut Æ lelbrictus Doroberniæ, ita VVlferus in Merciis Christianitatem primus dilatauit. Sic itaque, vt præmissimus, ex quatuor regnis, & antiquis Regibus rosa Christi VVerburga floreſcit. A principe susceptæ fidei Ædelbrichto Cantuariorum, à Bertâ vel Emmâ Francorum, ab Annâ Rege, & auiâ Sexburgâ Orientalium Anglorum, à patre verò luculentissima facta Merciorum. Hæc verò ad gloriam prædicandæ Virginis præmittulantur, vt de radice sanctâ ramum sanctum deceat sanctitudo; imò de contemptâ regni excellentiâ maior adscribatur claritudo. Restat nunc, vt explicemus sanctam ipsius conuersationem, & probabilem in Domino finem.

S. Ethelbertus.

a S. Ethelbertus *Rex Abanus vitâ functus anno 616 colitur 24 Februar. quo die de eius maioribus agemus.*

b S. Augustinus *colitur 26 Maij; eius socius & in Archiepiscopatu successor* S Laurentius 2 *Februar.*

Berta.

c Berta, *S. Gregorio* Adilberga, *filia* Chariberti *Regis Parisiorum, qui* S Wereburgæ *atauus obiit anno 570*, Chlotharius I *tritauus 562* Chlodoueus I *tritaui pater 509.*

Eadbaldus.

d Eadbaldus *proauus regnauit ab anno 616, ad 640, qui, teste Bedâ lib. 2. cap. 6*, anathematizato omni idololatriæ cultu, *in quem ab obitu patris relapsus fuerat*, & abdicato connubio non legitimo, *quod cum nouercâ contraxerat*, suscepit fidem
B Christi, & baptizatus, Ecclesiæ rebus, quantùm valuit, in omnibus consulere ac fauere curauit. *de obitu eius agit Beda lib 3, cap. 8.*

S. Ethelburga.

e *Colitur* S. Ethelburga 8 *Septemb. Beda lib. 2 cap. 9* Edelburga, alio nomine Tate; *suo matrimonio* occasio fuit fidei percipiendæ genti Northanhymbrorum. *Quam illi epistolam misit Bonifacius V Papa, refert Beda cap. 11.*

S. Eduinus.

f S. Eduinus, *primus Rex Christianus Northumbrorum, regnauit annis 17, occisus anno 633, 12 Octobris. de eo agit Beda à cap. 9, paucis interpositis ad cap. 20.*

Limming monasterium.

g Rex Eadbaldus sorori suæ Ethelburgæ dedit villam Limming, in quâ ipsa monasterium construxit, & à B. Honorio *Archiepisc. Cantuariensi* velamine consecrata, mater plurimarum Virginum & viduarum fuit. *Ita Capgrauius in Vitâ S. Honorij. Est autem* Lyming *Cambdeno in districtu, seu lathâ Shepuvayensi, prope oppidum Elham, non procul à mari, & portu Dubrensi.*

S. Edburga.

h Eadburga, *siue* Edburga, *Capgrauio in propriâ Vitâ dicitur* filia S. Ethelberti, *vt hic legendum sit* cum sorore Æadburgâ requieſcit. *quod huic auctori magis congruit. Sed ea* Edburga *Capgrauio cum alterâ iuniore confunditur, quæ in insulâ Taneto vixit Abbatissa monasterij S. Mildredæ, cuius corpus ea translulit in nouam ecclesiam, dedicatam à Cuthberto Archiepiscopo, quem* Nothelmo XVI Kalend. Nouemb. anno 741 defuncto *successisse scribit VVigornienſis post Chronologiam Saxonicam.*

C i *Quis fuerit hic Rex, nusquam legimus.* Emmâ *nubente regnabat monarcha Francorum* Chlocharius II, *cuius fuerit aut filia, aut soror: aut cognata à Regibus Austrasiorum aut Burgundionum orta.*

k *Alijs* Ercomredus & Ermenredus, *in Historiâ Petroburgensi MS.* Sanctus *dicitur.*

Ercombertus.

l Ercombertus, *auus* S. Werburgæ, *regnauit ab anno 640 ad 664. Hic, teste Bedâ lib. 3, cap. 8 idola destrui in toto regno præcepit, & ieiunium quadragesimale obseruari.*

m S. Eanswyda, *siue* Enswida *colitur 12 Septemb.*

Folkstonium monasterium.

n Folkstonium, *inquit Cambdenus in Cantio*, Anglo-Saxonibus religionis nomine celebre fuit, à monasterio, quod Eanswida Eadbaldi Regis Cantij filia Virginibus consecrauit; nunc viculus est, eiusque partem maximam abrasit Oceanus, *cui adiacet propè Dubrim versùs Occidentẽ.*

SS. Ethelredus & Ethelbrictus Mart.

o *Colluntur hi fratres* Ethelredus & Ethelbrictus 17 *Octobris quo die ad monasterium Ramseia translati sunt sub Rege Ethelredo.*

p Radius prolixæ immensæque lucis instar flagrantis facis per summum aulæ regiæ culmen, *vbi sepulti nocte ipsâ erant*, vsque ad cælum protendere Regi visus est. *Vita MS.*

q *In eadem Vitâ dicuntur* Dompnena, Ermenburga, Etheldritha, & Ermengitha. *ex his* Ermenburga *colitur 19 Nouembris.*

Anna Rex.

r Anna *alter proauus, Rex Anglorum Orientalium, occisus anno 654. Ex decessoribus Regibus fuit* S. Sigebertus *Martyr patruelis eius, cui sacer est 17 Septemb. Ipse* Anna *Bedæ lib. 4, cap. 29* vir benè religiosus, ac per omnia mente & opere egregius, *in Elyensi historiâ MS. etiam* Sanctus *appellatur.*

s S. Sexburga *auia materna colitur 6 Iulij: huius etiam sorores* S Withburga & Ethelburga, 8 & 7 *Iulij.*

t S. Ethildritha, Etheldreda, *siue* Etheldrudis, *primò Tondber-*

tb Principi, tum Egfrido Nordhumbrorum postea Regi annis 12 nupta, virginitatem seruauit: agit de eâ Bedâ lib. 4, cap. 19 & 20. colitur 23 Iunij. Incepit regnare Egfridus anno 670. Avetore Goscelino

v Egbertus *auunculus regnauit in Cantio ab anno 664 ad 673.* Ex MS.

x Lotharius, *alter auunculus, post fratrem regnauit ad annũ 685.* D

y S. Ermenilda *mater colitur 13 Februar.* *S. Ethelreda,*

z Earcongota, *siue* Erkengotha, *sub materterâ S. Ethelburgâ Abbatissâ vixit in monasterio S. Farę diœcesis Meldensis, non procul ab vrbe Parisiorum. coluntur amba 7 Iulij: agit de iis Beda lib 3 cap. 8.* *S. Erkengotha*

aa Wulferus *pater regnauit ab anno 657.*

bb *Regnauit* Penda *auus paternus ab anno 626 ad 655, cui tum* Peada *alter filius, huic* Wulferus *successit.*

cc *Conuenit Vita S. Milburgæ apud Capgrauium, & Vita MS. fratrum SS. Ethelredi & Ethelbrecti. Contrà*, S. Ermenburgam Mervvalæ, *seu* Merualdo, nuptam *scribunt Malmesbirienſis lib 1 de Reg. Angl. c. 4. VVigornienſis ad annum 675. VVestmonasterienſis ad annum 676.* *Merualdi vxor.*

dd *Coluntur* S. Milburga 23 *Februarij*, S. Mildreda, *seu* Milthrida 13 *Iulij: de* S. Milvvidâ *egimus 17 Ianuar. vbi multa de* Mereuino *puero dicta sunt, de regno Merualdi agemus 23 Februarij.* *filia sancta*

ee SS. Kineburga, & Kineſvvida, *aliis* Chineburga & Chineſvvida, *coluntur 6 Martij: in Vitâ* S. Tibba *coniungitur & 13 Decembris obiisse traditur.* *SS. Kineburga & Kineſvvida.*

ff *Corpora harum anno 1005 dicuntur translata* ad monaſterium de Burgo S. Petri, *vulgò* Perroburgum *extructum à VVulfero, & fratribus & hisce sororibus. De eo agimus ad Vitam S. Ermenildæ.*

gg S *Ethelredus colitur 4 Maij. In Appendice VVigornienſis alius frater adiungitur* Mercelinus, *vbi etiam* Mervvalda, *hic* Mervvala, Sanctus *habetur.* E

CAPVT II

Conuersatio S. VVereburgæ in Elienſi monasterio: præfectura variorũ monasteriorum.

3 A tenero ergo æui flore, cùm formæ pulchritudo insigniter responderet generositati suæ, cœpit speciosa facie cũ speciosissimâ mente ad illum, qui speciosus est formâ præ filiis hominum, *a* contendere: cuius vt inæstimabilem dulcedinem prægustare potuit, protinus in eius amorem anhelo pectore exarsit, &, vt ceruus ad fontes aquarum, virginalis anima eius in ipso sitiuit: adeò dulcis & suauis Spiritus Domini à Patre dilectionis procedens illam attraxit, cælestes concupiscentias in eius corde accendit, terrenas extinxit. Illa amore perpetuæ virginitatis ad sponsum æternæ integritatis conuolauit, procos & amatores regificos angelicâ pudicitiâ repulit, imò Christus electam sibi inhabitans omnibus appetitoribus eripuit. Sanctissima parens nõ cessabat assiduis monitis irrigare hortum Domini, & plantare in eâ immarcescibilia
F germina paradisi, & accendere lampadem eius oleo & flammâ caritatis inextinguibili. Ad illam enim vitam flagrantissimam prolem exercebat, quam ipsa adhuc sub iugo maritali gemitibus inenarrabilibus suspirabat. Verùm altissima Dei prouidentia benignè dispensans omnia, matrem eam in regno statuit omnium inopum, omnium necessitudinum refugium, simul etiam vt piis visceribus pignus Deo gigneret acceptissimum, & ampliorem coronam dilatorum tandem reciperet desideriorum. Viluerant diuitiæ tam matri quàm filiæ: palatium habebant pro monasterio: aurum, gemmæ, vestes auro textæ, & quidquid fert pompatica mundi iactantia, onerosa sibi magis erant, quàm glorioſa; &, si fortè his vti ad tempus regia compelleret dignitas, dolebant se potiùs vanitati subiectas tanquàm captiuas.

a amore Christi.

procos reiicit,

spernit splendorẽ aulæ regiæ:

4 At verò virginalis B. VVerburgæ libertas, mox vt valuit, hæc vincula exuit, & ad *b* Eligense monasterium cum officio sublimium parentum hostia Dei cõmigrauit: vbi primùm beata, & intemerata matertera sua *c* Ætheldreda, ac deinde soror eiusdem Virginis, sua, vt prædictum est, auia, principabatur Sexburga. Illicò abiicitur cultus terreni nitoris, induitur habitus sacræ religionis, vestis pulla pro ornamento gloriæ, ve-

b ingreditur monasterium Elienſe.

c

AVCTORE GOSCELINO EX MS.

lum capitis humile pro regni aſſumitur diademate. Ita præclara Virgo certabat faſtum mundi calcare; mente & conuerſatione, velut hîc peregrina, ad ſupernam patriam tendere; totâ animi ſummiſſione humillimam Chriſti exhibere ancillam, quam ipſe exaltare dignaretur in ſponſam. Omnes monaſterij famulatus anticipabat: omnibus ſe inferiorem exhibebat: erga omniũ neceſſitates vulneratę caritatis viſcera impendebat.

humilitati ſtudet:

Cap. 3.

5 Iam Deo amabilis pater eius Wlferus, multarum eccleſiarum ædificator, Chriſtianæ fidei ſummus amator ac dilatator, quippe qui etiam ſubiectos Reges, *d* datis prouinciis in mercedem, ad Chriſti cultum attraxit, ſeptimo decimo imperij ſui anno *e* de temporali regno ad perenne tranſiuit. Tunc beatiſſima Regina Eormenhilda poſt pios fletus triumphans ſe ſolutam à mundiali catenâ, diu deſideratam conuerſationem arripuit, & cum beatâ filiâ in Eligenſi monaſterio iugum Domini ſuaue ſubiit. Hîc deinceps tantâ virtutum flagrantiâ in omni ſanctitate & religione vixit infatigabilis, vt & Virginibus exemplum eſſet caſtitatis ac totius virtutis. Contendebant alterutrâ pietate mater & filia, quæ humilior, quæ poſſit eſſe ſubiectior: mater ſibi præferebat eius, quam genuerat, virginitatẽ; Virgo matris auctoritatem: vtrimque & vincere & vinci gaudebant. Nunc autem in eodem cœnobio ad ſalutiferam ipſius benigniſſimæ parentis tumbam conſpicuè eluceſcit, quibus clementię viſceribus ſe in cunctos diffuderit, dum corporaliter vixit; adeò vt experti ipſius benificia audeant fideliter aſſerere, quòd nullus credulus petitor fruſtretur eius ope.

d

e

mater Ermenilda vidua ingreditur idem monaſteriũ,

certat cũm filiâ in virtutum progreſſu,

claret miraculis.

Cap. 4.

6 Igitur patruus almæ Werburgæ Rex Æthelredus, qui fratri Wlfero ſucceſſerat, cum ſanctâ mente totius ſanctitatis eſſet benigniſſimus, videns in beatâ nepte diuinam prudentiam ac ſanctimoniam altiùs reſplendere, qui nimirùm virtutem poterat vltra germanitatem diligere, tradidit ei monaſteriorum Sanctimonialium, quæ in ſuo regno pollebant, principatum. Pulchrè ſanè ſupernâ id actum eſt prouidentiâ, vt ſacræ inſtitutionis, cuius perfecta erat diſcipula, in ſalutem multorum decentiſſima foret magiſtra.

S. VVereburga præficitur monaſteriis Merciorũ,

à S. Ethelredo Rege dein monacho.

7 Rex verò magis ac magis cœpit imperij tædere, dum ſe reputaret inter ſecularia negotia quaſi animal accline terræ, illam verò columbinis pennis meritorum ad cælum volitare, & quid plura? Non quieuit æſtus ſpiritus ſui, donec *f* vigeſimo nono regni ſui anno in *g* Bardeniẽſi cœnobio de Rege efficeretur monachus, qui idem iam fauore ſuperno probatur meritis venerandus.

f

g

Cap. 5.

8 Dilectiſſima autem Deo VVerburga, erga ſubiectos ita erat magiſtra, vt potiùs videretur miniſtra: æquabat, vel magis ſubiiciebat, ſe infimis; malens, ſi liceret, locum extremitatis quàm prælationis. Portabat omnes quaſi viſcera ſua, fouebat acſi vterina pignora, erudiebat exemplo attentiùs quàm imperio. Totam poſſederat dilectio, & benignitas, pax & hilaritas. Ad indigentes promptiſſima illi largitas: ad afflictos compatientiſſima erat pietas: aduerſa ridebat patientiâ, vincebat fiduciâ, calcabat cæleſti lætitiâ: ad vſum verò diuinæ ſapientiæ accipiebat proſpera, abſtinentiam pro deliciis, vigilias pro *h* ſomno, labores pro voluptate, lectiones & orationes ſacras pro epulis habebat: corpore in terris, animo conuerſabatur in cælis.

ſuauis erga ſubditas,

in omni virtute exercitata,

h

a *Capgrau. & MS. Rub. val.* conſcendere.

b Elige *Bedæ lib. 4 cap. 19: aliis* Elia *&* Eli, *olim monaſterium, nunc oppidum in inſulâ cognomini,* ab anguillis *iuxta Bedam appellatâ, ad fluu. Grantum in Comitatu Cantabrigiæ apud Orientales Anglos.*

Elia monaſteriũ.

c *Extruxit illud monaſterium an. 673, obiit an. 679.*

d *Hæc plenè illuſtramus 13 Febr.*

e *Anno 675.*

f *Anno 704: cœperat regnare à morte Vulferi an. 675.*

g Bardena, Beardena, Peartaneau, *vulgo* Bardney, *in Comitatu Lincolniæ, nec procul ab vrbe ad ſiniſtrã ripam VVithamæ.*

Bardena.

h *MS. Cambdeni* ſolenniis.

CAPVT III

Obedientia anſerum ſilueſtrium: inobedientia villici punita.

9 SEd iam forſitan lectorem laſſamus, dum miracula ſuſpendimus. Maiora miraculis ſunt merita, quibus ipſa fiunt miracula: quia poſſunt eſſe perfecta merita abſque ſignis, ſigna verò nihil ſunt abſque meritis. At verò multis mirabilibus effulſiſſe probatur digniſſima Virgo, & in Eligenſi cœnobio, & quocumque degebat loco. In *a* VVedunâ autem regio patrimonio ſuo, quod eſt in Hamtunâ prouinciâ, iocundum & celeberrimum à generatione in generationem hoc eius miraculum aſſeritur ab ipsâ plebe totâ.

Cap. 6.

Meritis & miraculis eminet.

a

10 Cùm in ipſius VVedunæ manſione moraretur regia Virgo, agros eius ſolitò infinita aucarum *b* indomitarum, quas gantas vocant, depopulabatur multitudo. Nuntiat domeſticus ruricola hoc damnum Dominæ ſuæ. Tunc illa magnanimi fide præcepit illi, vt omnes adduceret, & includeret, more ſcilicet animalium, qui depaſcunt alienas ſegetes. Vade, inquit, & omnes has volucres introduc huc. Itabat ille altiùs obſtupeſcens, an garriret, an deliraret hæc iuſſio. Quomodò enim ſuſpectus aduena tot volatilia ire greſſibus in vincula cogeret, quibus per cælum euadere liceret? Quomodò, inquit, ad primum acceſſum meum in æthera fugientes huc conuertam? Tunc Virgo propoſitum vrgens: Vade, ait, quantocyùs, & ex noſtro iuſſu omnes adduc in cuſtodiam noſtram. Ille timens vel ſuperuacuum dictum diuæ præceptricis negligere, poſt omnes vadit, dicenſque illis: Ite, ite ad Dominam noſtram; omnes ante ſe, acſi captiua pecora, agit. Nulla auis de tanto cœtu pennam leuauit ſed quaſi implumes pulli vel alis exciſæ pedetentim ſe permouebant, pedeſtri inceſſu ſummiſſis collis velut pro confuſione reatus ſui aduentabant: ſic intra curiam iudicis ſuæ trepidæ & ſuppreſſæ quaſi damnatæ ſe collegêre, ibique *c* retruduntur captiuę, vel magis ſeruãtur indulgẽtiæ.

b

Anſeres ſilueſtres eius voci obediens ruſticus,

in ſtabulũ adigit:

c

11 Noctem illam filia lucis, vti conſueuerat, in hymnis cæleſtibus ac precibus perpetuat. Manè omnes aduenæ elatis vocibus concrepant ad Dominam, quaſi veniam & emigrandi poſcentes licentiam. At illa, vt erat erga omnem Dei creaturam benigniſſima, abſolutas iubet dimitti, interminans, ne vltrà auderent in hũc locum regredi. Vnam autem ex eis quidam miniſtrorum exiens furto abſtulerat, & occuluerat: cumque omnes elatis pennis in aëra ſe ſuſtuliſſent, ſeſeque circumſpiciendo requiſiſſent, damnum contubernij ſui vnâ abſente *d* percenſent. Extẽplò vniuerſus exercitus ſupra domum Virginis *e* glomeratur, ingenti ſtrepitu iniuriam collegij ſui conqueritur: cælum vndique diffuſis copiis obtegitur, vt quaſi hac voce humanâ iudiciũ miſeratricis ſuæ implorare viderentur: Quare, Domina, cùm omnes nos relaxauerit tua clementia, vna ex nobis tenetur captiua? Et poteſt hæc iniquitas latere in domo ſanctâ tuâ, & fœda rapacitas valere ſub tuâ innocentiâ? Egreſſa ergo diuina Virgo ad murmur tantæ plebis, & querimoniam, intellexit cauſſam, acſi præfatis verbis auditam. Protinus perſcrutatum *f* furtum reus ipſe publicat, recepta mque volucrem ſuæ genti pia conciliatrix aſſociat, & abire ſimul prædictâ conditione mandat. Quibus nimirùm ſic geſtiebat, dicebat benigno animo: Benedicite volucres cæli Domino. Nec mora; omnis illa concio ita auolauit, vt nulla huius generis auicula in ipsâ terrâ almæ VVerburgæ, vt famosè memoratur, vltrà reperta ſit. Benè ergo illi pecualis creatura parebat, quæ omnium Creatori totâ deuotione iugiter obtemperabat. Tale prorſus miraculum in Vitâ beatiſſimæ Virginis *g* Amelbergæ, quam noſtro ſtylo recudimus, legitur, quatenùs

d

e

eas ipſa poſtridie dimittit,

F

vnicam furto ablatã redeuntibus reſtituit.

f

g

A tenùs in eodem opere eadem fides vtriuſque, licet diuerſo tempore & loco exſtiterint, comprobetur.

Cap 7. 12 Quantæ autem humilitatis fuerit, quantæ etiam apud Deum ſublimitatis, in eodem loco VVedunenſi aliis confirmatur indicijs. Erat illi armentarius, vir piæ conuerſationis, & quantùm licuit ſub humanâ ſeruitute ſanctæ vitæ, qui & ſuis locis famâ meritorum perpetuatur ac recolitur feſtiuè, *b* Alnotus nomine. Hunc villicus Dominæ cùm fortè laniaret cruentiſſimo verbere, & ille omnia in Dei nomine toleraret manſuetiſſimè, alma Virginis compaſſio non ferens dolorem, prorſit ad pedes indignos laniſtæ, clamans cum prece, & increpatione: Parce pro Dei amore, quare excarnificas hominem innocentem, apud altiſſimum Inſpectorem omnibus nobis (vt credo) acceptiorem. Cumque ille vel præ furore vel præ ſuperbiâ tardiùs flecteretur, continuò dura ceruix & torua facies ſupernâ indignatione *i* in terga illi reflectitur. Sic demum, quod magis debuerat, ipſe ad pedes Dominæ prouoluitur, & veniam, quam inſonti negauerat, ſuo reatu cum lacrymis deprecatur: ſtatimque interueniente Virginis clementiâ, in priſtinum ſtatum reparatur. Vir autem Domini memoratus iacet ad *k* Stowam vnâ legiâ à Buccabriue, quem in ſiluâ anachoreticam vitam ducentem latrunculi martyrizauerunt, & B diuina ſigna Deo acceptabilem, vti celebratur, *l* perdiderunt.

b *Villicum, verberato S. Alnoto, increpat,*

diuinitus punitum precibus ſanat.

i

k

l

a VVeduna, *in Itinerario Antonini, vt cenſet Cambdenus,* Banauenna, *vulgo* VVedon, *ad Auſonam fluu. qui inde Northamtoniâ defluit, caput prouinciæ quæ hic* Hamtuna *dicitur.*
b *Capgr. & MS. Rub. val.* ſilueſtrium aucarum, *id eſt, anſerum.*
c *Ibid.* recluduntur. d *Ibid.* perpendunt.
e *Ibid.* congregatur.
f *Malmesbur. de geſtis Pontificum lib. 4 adiungit nouum miraculum, quo vult* aucam *illam* à ruſtico comeſtam. Iubet *ergo* S. VVereburga oſſa recolligi: nec mora; ſigno virgineæ manus medicante, cutis & caro oſſibus ſuperducta, cutis cœpit plumeſcere, donec ales anima ta, ſaltu primò alacri, mox volatu ſe librauit in æthera. *Quæ minùs probantur: & Cambdenus in Northamptoniâ aſt* miracula eius in fugandis anſeribus credulos ſcriptores decantaſſe.
g *Colitur* 10 *Iulij: ineius Vitâ MS. idem miraculum narratur, aues* gantæ *etiam appellantur: vna à puero officiali ſubtracta & abſcondita traditur, & poſtridie quaſi ad aliarum preces recepta.*
h *In priore editione Martyrol. Anglic. refertur* 27 *Febr. at* 25 *Nouemb. in poſteriore.*
i *MS. Cambdeni,* integra: *vti ſuprà in titulo* integrum: *melius Capgr. & MS. Rub. val.*
k *Vulgo* Stovv & Stovve *inter* VVedunam & Buccabriue, *aliis* Bugbrok, Biabroock, *in MS.* Vccabrue.
C l *Potiùs* prodiderunt.

VVeduna.

an auca comeſta reuixerit?

S. Amalberga.

S. Alnotus.

CAPVT IV

S. VVereburgæ mors, ſepultura, tranſlatio.

Cap. 8. 13 PRætereà haud dubium eſt, amantiſſimam Deo VVerburgam quàm multis aliis ſignis emicuiſſe, & cæleſti beneficio diuerſos ægros ac debiles curaſſe. Potuit etiam diuinâ inſpiratione plura præſcire ac prædicere, diemque vltimum, quem ſemper præ oculis habebat, totâque vigilantiâ cum flammanti lampade eminus obſeruauerat, iam proximum ignorare nequibat. Cùm ergo omni familiæ, & monaſteriis ſibi creditis præ nimiâ caritate ingiter optaret adeſſe; & econtrà nulli tolerabile videretur ſuâ dulci præſentiâ carere; elegit tamen diuinâ præſcientiâ & voluntate *a* Heamburgæ monaſterio requieſcere corpore, quæ omnibus ſemper repræſentaretur mente. Quamobrem præcepit *b* Heamburgenſi familiæ, vt vbicumque migraret ex hac luce, ipſi *c* incunctanter venirent, corpuſque eius ad ſuum monaſterium tranſportarent.

a *aſſignat ſepulturam in monaſterio Hãburgenſi.*

b

c

14 Venit ergo cælicolæ Virgini diu deſideratus finis terrenorum laborũ, ac dolorũ, & ingreſſus cæleſtium æternorumque gaudiorum: nox immortalitatis proceſſit, & dies æternitatis illuxit: tenebræ tranſierunt, & lumen verum luxit, ac ſol lætitiæ perennis ortus eſt illi. Gaudebat beata anima quaſi ad epulas inuitata, videlicet de exilio ad patriam, de carcere ad regnum, de morte ad vitam, de captiuitate ad triumphum, de tyrannide ſeculi ad illum, quem deſiderabat, ſponſum ſempiternæ gloriæ, tranſitora. Depoſita itaque in cœnobio quod *d* Tricengeham appellatur, per languorem & mortem corporis ad immortalia ſolemnia ab angelicis choris aſſumitur, & in cæleſtem curiam ſupernis concentibus triumphatur, cuius depoſitio tertio Nonas Februarij celebratur. AVCTORE GOSCELINO EX MS.

D *moritur apud Tricham enſes:*

d

15 Corpus ſacrum in eccleſiam defertur, & in medio populi Tricengehamenſium obſeratis diligentiſſimè ianuis cuſtoditur, certantibus nequidquam omnibus, vt Heamburgenſes excluderentur, & per ſuum obſequium vel defenſionem præceptum vatidicæ Virginis vinceretur, ſacerque theſaurus in eodem loco perpetim retineretur. At non eſt ſapientia, non eſt conſilium contra Deum. Dum enim nocte ipsâ attentiùs vigilarent, ſubirò ſopor grauiſſimus omnes occupat. Superuenit illicò copioſa plebs Heamburgenſium cum Dei miniſtris, extemplò omnia oſtia monaſterij, cadentibus in terram ſeris & vectibus, reſeruntur illis. Irruunt ergo omni cuſtodum turbâ ſomno ſepultâ, rapiunt nullo ſe aduerſæ partis mouente *e* glebam Virginis, & auferunt, ſecumque cum ingenti lætitiâ & gratiarum actione laudiſonâ ad Heamburgenſe monaſterium confuſis rebellibus deducunt. Cap. 9.

Fruſtrà his cuſtodientibus,

corpus auferunt Hamburgenſes:

e

E

16 Quis itaque penſare ſufficiat, quantâ ſolennitate ipſius anima ſuſcepta ſit Deo, cuius corpus ad requiem præelectam transferri tanto dedit prodigio? In hoc ergo ſacro loco Dei margarita cum debitâ reuerentiâ & ſolenni iubilo tumulata, plurimis ſignorum indicijs ſe probat viuere in cæleſti regiâ: ſanitas ægrotis, lumen cæcis, auditus ſurdis, ſermo mutis reſtituitur: leproſi mundatione, & diuerſis languoribus oppreſſi vnâ ſalute perceptâ gratulantur. Tot itaque poſt mortem ſuam vitæ reformat quæ tam ſanctè viuebat.

claret miraculis

17 Poſt hæc etiam inenarrabilis Domini gratia in ipsâ carne virginali diutius incorruptâ euidenter oſtẽdere eſt dignata, qualiter ſibi placuerit intemerata ipſius pudicitia cum mente, quâ Deum videbat, mundiſſima. Poſt nouem ſiquidem annos eius ſepulturæ, ſuggerentibus Heamburgenſibus, placuit Regi *f* Ceoltredo, qui tunc regnabat Merciis, quatenùs ſacroſancta ipſius gleba de tumulo eleuaretur, clamantibus cunctis indignum eſſe, vt tanta lux multorum ſub modio terræ abſconderetur. Ablato ergo operculo ſpeluncæ, cùm putaretur ab omnibus more humanæ conditionis tota caro defluxiſſe & tantùm nuda oſſa ſupereſſe; inuenta eſt potiùs Virgo integerrima quaſi in dulci ſtratu obdormire, veſtes nitidiſſimæ & ſanæ, ſicut primitus induta erat, omninò apparuêre; facies candida, & genæ roſeæ, tamquàm in primæuo flore, amoto reuerenter velamine, ſunt viſæ. Attollitur clamor gratiarum in cælum, tantæque gratiæ admiratio in laudes Domini accendit frequentem populum. Aſſumitur ergo à Sacerdotibus ſolenniter adornatis, cum ſupplicibus votis & canoris chorizantis Eccleſiæ modulis. Explorantibus adhuc diligenti ſtudio, nulla penitùs in eâ læſio, nulla reperta eſt corruptio. Ita demum reconditur in thecâ ſibi competenter paratâ, vbi conſpicuè fideles populos illuſtrat præclarâ lãpade ſuâ. Cap. 10.

f

F

corpus cũ veſtibus incorruptum, eleuatur:

18 Duranit diutiùs ſub Angelicâ cuſtodiâ hic honor illæſi corporis, vſque ad tempora ſcilicet *g* Paganorum, & diem malorum; quando iuſtiſſimâ Dei diſpenſatione hæc patria Anglorum, tradita eſt gladiis Gentilium. Tunc demum vitalis gleba voluit cedere mortali legi, atque reſolui, ne impijs manibus eam contingerent hoſtes, miraculorum Dei increduli, & beneficiorum ingrati. *h* Potuit planè Dei omnipotentia & & in die malorum dilectã ſuam protegere, ſicut ſeruauit

g

conſumitur,

h

RVCTORE GOSCELINO EX MS.

ut pleroſque Sanctos huius patriæ ab iniquâ contagione, qui adhuc vſque iam poſt quadringentos ampliùs annos vernant integro & incorrupto corpore, & poterunt indub tanter vſque in finem pro Diuino arbitrio perdurare. Verumenimuerò mirabilis & glorioſus Deus in Sanctis ſuis, mirâ & inæſtimabili prouidentiâ alios in maiorem gloriam reſurrectionis ad tempus reſoluit, alios perpetuâ incorruptione in exemplum promiſſionis ſuæ cuſtodit. Tot nobiliſſimi Martyres & ſummi Sacerdotes Domini à beſtiis, vel Pſal. 78. 2 auibus, vel ignibus ſunt conſumpti. Poſuerunt, inquit Pſalmographus, mortalia ſeruorum tuorum, Domine, eſcas volatilibus cæli, carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ. Quò maior fuit ignominia, eò maior erit gloria. Sûmus Martyrum primicerius Stephanus, dum legitur multa ſigna in vitâ feciſſe, non ibi tamen legitur mortuos ſuſcitaſſe. Poſt mortis verò triumphum omniumque membrorum reſolutionem, pleroſque mortuos deſcribitur vitæ reddidiſſe, vt à mortis iniuriâ maior naſceretur vitæ potentia. Magnæ itaque gratiæ Dei reſpectus erat in B. VVerburgæ corpore ſolido, ſed maior ſpes æternæ renouationis reſtat in iam conſumpto.

19 Celebremus ergo promptiſſimâ deuotione ſacratiſſimam ipſius feſtiuitatem, quia omnis eius celebritas ad Chriſti Domini pertinet honorem, qui ita eam condignis meritis fecit celebrabilem: quam nimirùm nobis prouidit ante ſe Interuentricem, quatenùs per dilectæ ſuæ venerationem, ſuam mereamur propitiationem, qui non habemus meritorum execution. Tantò quippe benigniùs illam exaudiet orantem pro nobis, quantò accenſiores fuerimus in ipſius Deo offerendis præconiis. Annuat nobis ſemper memorandæ VVerburgæ Coronator, quatenùs per eius ſancta ſuffragia, & hîc profutura deſideria conſequamur, & in æternum beatæ viſionis ac reſurrectionis ſuæ conſortia mereamur. Annuat, inquam, ipſe Saluator, qui cum Patre & Spiritu ſancto in omnia ſecula regnat & dominatur. Amen.

Inuocanda S. VVerburga.

a *Vulgò* Handbury *in Staffordiâ auſtrali.*
b *Capg. & MS. Rub. vat.* ſuis omnibus.
c *Ibid.* apud Hamburgenſe monaſterium corpus ſuum tranſferrent, & inconcuſſum ſepelirent.
d Tricingham *alii, vulgò* Trent-ham *in Comitatu Staffordiæ, non procul à fonte Trenta, poſtquàm ei illapſus eſt amnis Lyma.* *Trent-hã.*
e *Alij* corpus.
f *Ceolredus S. Ethelredi filius, Conredo Romæ an. 709 in monachum attonſo, Rex factus, an. 716 è viuis exceſſit, Lichfeldiæ ſepultus.* *Ceolredus Rex.*
g *Alij* Danorum. *Cœperunt hi Angliam vaſtare ab an. 832. Beortulfum Regem Merciorum cum exercitu an. 851 in fugam dederunt. Mercij ſub Burrhedo Rege cum Danis exire negantibus fœdus annis 868 & 872 pepigerunt: & Rege Burrhedo anno 874 Romam profecto, Thanus quidam regnum adminiſtrauit, cuius pars an. 877 Regi Ceoluulfo conceſſa eſt: ſub quo regnum Merciorum omnino emarcuit. Anglorum d. in heptarchiâ in monarchiam coaleſcente, Eadvvardus Rex ſub initium ſeculi decimi Mercios liberauit, conſtituto Merciorum Comite Etheredo marito Ægelfledæ, ſub quâ Ceſtriam tradi reſtauratam ſuprà diximus. Demum anno 942 Eadmundus Rex Merciam inuaſit, vrbes Lindicolniam, Snotingahamam, Stanfordam, Deorbeiam, aliaſq; occupauit, totamq; Merciam in ſuam redegit poteſtatem, vt hu ferè verbu tradit Chronologus Anglo-Saxo, qui eo decimo ſeculo ſcripſit. Dani rediuerunt in Angliam anno 991, ac Mercia prouincias vaſtarunt, potiſsimùm ab anno 1010, ad 1016 quo Canutus Danorum Rex ſeptentrionalem partem Angliæ accepit, anno ſequenti totius Angliæ imperium adeptus.* *Mercia à Danu ſubiugata, & liberata.*
h *Capgr. cum MS. Rub. Val. ita hîc Vitam concludit:* Tranſlataque tunc ſunt oſſa illius apud Ceſtriam, vbi vſque in hodiernum diem requieſcunt, meritiſque eius crebra fiunt miracula.

DE S. NITHARDO PRESBYTERO MARTYRE IN SVECIA.

G. H.

CIRCA AN. CHR. DCCCXL III FEBR. *S. Nithardus ſocius Gaudberti Epiſcopi,*

in conuerſione Sueorum,

gladio perimitur,

in populari conſpiratione,

anno 840.

INter viros *Apoſtolicos qui primi Sueciam adiêre Euangelij prædicandi cauſsâ, memorantur* Gaudbertus Epiſcopus, Simon *cognominatus, adiutor Legationis* S. Anſcharij Archiepiſcopi Hamburgenſis, *eiuſq; comes itineris & nepos* S. Nithardus, *regni illius Protomartyr: quem, mox acturi de* S. Anſchario, *hoc die referimus, quòd eius natalis ignoretur. De* Gaudberto *egimus* 11 *Februarij inter* Martyres Ebbeckeſtorpienſes *cap.* 4. *iterum acturi infrà in* Actis S. Anſcharij *cap.* 6. *vbi narratur num.* 21 ad partes veniſſe Sueonum, honorificè à Rege & à populo ſuſceptum, publicè Euangelium fidei prædicaſſe, eccleſiamque cœpiſſe ibi ædificare: *ſed num.* 23 *dicitur* populus Sueonum diabolico inſtinctu, feruore zeli accensûs, præfatum Gaudbertum Epiſcopum inſidiosè perſequutus: *quo* factum eſt, vt ad domum, in quâ manebat, vnanimâ conuentione, pars quædam populi, cauſsâ diceptionis, irruerit, & neporem quidem ipſius, Nithardum nomine, gladio peremerit, & odio Chriſtiani nominis percuſſum, Dei Martyrem fecerit. Ipſum verò cum ceteris ſociis, qui ſimul aderant, ligauerunt, & diripientes omnia, quæ apud eos inuenire potuerunt, contumeliâ & opprobriis affectos, à finibus ſuis expulerunt. Quod tamen non Regio iuſſu factum, ſed populari tantùm conſpiratione eſt perpetratum. *Hæc in* Actis S. Anſcharij, *quæ etiam extant inde excerpta apud Cheſneum tomo* 3 *ſcriptorum hiſtoriæ Francorum; vbi tamen* Hithardus *ſcriptum.*

2 *Adamus Bremenſis lib.* 1 *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ hunc Gaudberti* Capellanum *vocat, & plures cum eo occiſos arbitratur.* Tunc quoque, *ait*, anno Luthewici ſenioris nouiſſimo, Gaudbertus Epiſcopus zelo Gentilium à Sueoniâ depulſus, & Nithardus Capellanus eius martyrio cum aliis coronatus eſt. *Quæ iiſdem verbis deſcripſerunt Albertus Stadenſis in Chronico ad an.* DCCCXL. *& Krantzius lib.* 1. *Metropolis cap.* 33 *vbi* Vitardus *vitio typographico dicitur. Ioannes Magnus in Metropoli Vpſalenſi lib.* 1. Gaudbertum *etiam martyrio tunc affectum, perperàm arbitratus eſt.* His & aliis, *inquit*, compluribus in Suetiâ virtutibus patratis, Anſgarius in Hamburgenſem Eccleſiam ſe contulit, relinquens in loco ſuo apud Bircham ſanctiſſimum virum Simonem Pontificem, & Nitardum venerabilem Preſbyterum, qui cùm Chriſtianam doctrinam, diligenti pietate & piâ diligentiâ, induratis & perfidis prædicarent, grauiſſimas perſecutiones ſuſtinuerunt, & tandem glorioſo martyrio vitam ſuam feliciter conſummarunt. *& infrà*: Occiſo ſanctiſſimo Epiſcopo Simone, & venerabili Preſbytero Nithardo, magna Gothiæ pars ad idololatriam eſt relapſa. *An Gaudbertus in ſenio à Nordmannis martyrio affectus fuerit, diſputatum* 11 *Februarij. Non fuerunt hi in comitatu S. Anſcharij, ſed ab eo in Sueciam miſſi. Poſt necem S. Nithardi & expulſionem Gaudberti*, Sueciam *ſeptem ferè annis abſque Sacerdote fuiſſe, traditur nu.* 25 *in* Actis S. Anſcharij, *à quo tum* Ardgarius anachoreta *miſſus eſt: eo reuerſo, ipſe* Anſcharius, *iam Bremenſi Sede Archiepiſcopatui Hamburgenſi vnitâ, cum* Erimberto, *altero nepote* Gaudberti, *eò profectus, publicâ Regis* Oleph *auctoritate, populiq; conſenſu eccleſiam erexit, eamq; Erimberto Presbytero commiſit. Ioannes Vaſtouius in Vite Aquilonia* Nithardum Martyrem *ſcribit, tempore* Olai *Regis, ſeuâ perſecutionis tempeſtate ab* Amundo *excitatâ, cum aliis nõnullis Chriſtianis glorioſo martyrio coronatum. Ioannes Magnus ſuprà arbitratur* Ingeuallum, *ſeu* Ingellum *tunc regnaſſe, à quo* Amundus, *ſiue* Amoundus

nõ Epiſcopus Gaudbertus:

ſub quo Rege?

A noundus, *videtur è regno expulsus : quo etiam in furore populi hanc tempestatem probabile est fuisse excitatam. De Regibus Suecia, Bircâ emporio, & viris Apostolicis in illud regnum missis agimus § 11 ante Acta S. Anscharij.* D

DE S. ANSCHARIO

ARCHIEPISCOPO HAMBVRGENSI,

DANORVM SVECORVMQVE APOSTOLO,

BREMÆ IN SAXONIA INFERIORE,

Commentarius præuius. G. H.

§ I *Hamburgi erectus à S. Anscharo Archiepiscopatus. Magnitudo prouinciæ.*

AN. CH. DCCC-LXV. B

Saxonum antiqua sedes Nordalbingia seu Holsatia:

Saxones, populus occupatis Germanorum citeriorum Britannorumq; regionibus notissimus nec minùs Augustorum Cæsarum administrato olim Imperio clarus, creduntur primam sedem habuisse trans Albim Germaniæ Borealis fluuium, in eâ peninsulæ parte, quæ S. Anscharij æuo Nordalbingia & Transalbiana Saxonum prouincia dicebatur; iam verò Holsatia appellatur ad Slesuicam oppidum porrecta : vbi Anglis quibusdam intermedius, continuabatur ditio Cimbrorum, nunc Iutia nominata; de cuius oppido Ripâ, vti Anglorum Slesuico infrà agemus. Porrò Saxones hi, Germaniam citeriorem ingressi, primò Albim inter & Rhenum

varia migratio.

in prouinciis Oceano vicinioribus consederunt & quâ excellebant nauticæ artis peritiâ, maritimas Frisiorum Belgarumq; oras sæpiùs infestatas tandem subiugarunt, Britanniamq; ipsam, iunctis sibi vicinorum Anglorum viribus, occuparunt. Nec terrâ minùs industrij, latiùs sibi subdiderunt Germaniam contiguam; in quâ eorum sæculo Christi octauo ditiones, & populos variè diuisos, atque à Carolo Magno subactos describimus VII *Ianuarij in Vitâ S. VVittekindi Ducis &* XXVIII *eiusdem in Caroli Magni Actu. Nonnulla etiam prioribus sæculis à Saxonibus gesta diximus Kalendis Februarij ante Acta S. Sigeberti Regis.*

Nordalbingia subacta à Carolo Magno,

2 *Ceterùm Saxones Transalbiani, Legatis Caroli Magni barbaro furore anno Christi* DCCXCVIII *occisis, diutiùs restiterunt, dum Carolus iam Imperator, plurimis eorum cum mulieribus & infantibus in Franciam translatis, agros sæpiùs vastatos donaret Abotritis, vicino Sclauici generis populo, vt ad*

C *annos* DCCCII *&* DCCCV *in Annalibus eiusdem Caroli refert Eginhardus. Accessit mox bellum cum Rege Daniæ Godefrido, seu Gotrico : quo anno* DCCCX *extincto, pace q; cum successore Hemmingo compositâ, Egidora fluuius vtrimque & Germanici imperij & regni Danici est terminus stabilitus. Loca tum istic notiora, leguntur Holdunsletin, siue Holdunslen (vnde Holsteiniæ, quam dicimus Holsatiam, fluxisse origo videtur) super Albim fluuium, vbi Imperator anno* DCCCIV *aliquamdiu moratus est: Esselfelt super ripam Sturiæ fluminis, eius iussu anno* DCCCIX *occupatum, cœptumq; munire : &*

loca tum in eâ præcipua,

Hochbuochi,

Hockboki, seu Hohbuocki aut Obuoki castellum, Albi flumini contiguum, in quo residebat Odo Legatus Imperatoris & Orientalium Saxonum erat præsidium. Illud anno DCCCX *à VVilsis captum dirutumq;, exercitus Francorum sequente anno restauravit; vt tradunt annis citatis, Annales Eginhardi, Bertiniani, Fuldenses, aliiq;. Illud autem castellum Hochbuochi inquiri à viris doctis posset num haberi queat Hamburgum, aut certè arx eiusdem, si ab aliquo, quod tum fuerit, oppido distinguatur. Præfectum sanè à Carolo istic constitutum Odonem siue Otonem, nonnullis Vtonem, & Vltonem dictum, passim omnes obseruant.*

an fortè Hamburgum:

3 *Huic Nordalbingiæ fide Christi imbuendæ Carolus Magnus Heridacum præposuit Presbyterum, curaturus, nisi mors intercessisset, vt Episcopus ibidem ordinaretur. Quas Deus primitias seruauit S. Anschario, sub eiusdem imperio Caroli circa annum* DCCCI *nato, & in Corbeiâ veteri, seu Gallicâ, monastico habitu sub annum ætatis circiter duodecimum donato. Is sub imperio Ludouici Pij adolescens scientiis humanis diuinisq; egregiè instructus, easdem publicè mox alios Doctor tradidit, primò in ipso suæ professionis loco, tum in Corbeiâ nouâ, seu Saxonicâ, prope Visurgim extrui cœptâ, illuc anno* DCCCXXIII *missus. Heriolto dein Regi è Dania expulso Mogontiæq; baptizato, datus à Ludouico Pio anno* DCCCXXVI *itineris comes, vltra biennium adfuit. Reuersus ad Corbeiam nouam ob morbum Autberti socij, in eâ anno* DCCCXXIX *sub Paschа defuncti; rursus ab Imperatore ad Sueones missus, per medium eos annum primus fide Christianæ rudimenta instruxit. Labores vtriusq; missionis fusiùs infrà deducuntur. His experimentis probatus, ab Imperatore designatur Archiepiscopus Hamburgensis, atque à Drogone Metensi, adstantibus Ebbone Remensi, Hetti Treuirensi, Otgario Mogontino Archiepiscopis, consecratur anno* DCCCXXXI, *cùm trigesimum ætatis annum expleret. Romam profectus pallium Archiepiscopale à Gregorio* IV *Papâ accepit. Legatus etiam Apostolicus, ad Danos, Sueones, Sclauos aliasq; Aquilonares gentes auctoritate Pontificiâ constitutus. Vtramque dignitatem, & Archiepiscopatus, & Legationis Apostolicæ, diplomate infrà proferendo, illi permisit Ludouicus Imperator Idibus Maij, Indictione* XII, *anno Imperij* XXI, *Christi* DCCCXXXIV.

vbi S. Anscharius, natus anno 801, E

post varia exercitia,

Archiepiscopus consecratus est anno 831,

4 *Hæc accuratè deducenda nobis fuerunt, quòd à doctis quibusdam viris alia temporis ratio ineatur, occasione Hetti Archiepiscopi Treuirensis, quem non potuisse consecrationi S. Anscharij tunc adesse credunt; quippe anno dicto* DCCCXXXI, *S. Amalario eius decessore adhuc superstite, nondum ad eam dignitatem promotum. Profertur testimonium Amalarij, qui libro de Ordine Antiphonarij cap.* 58 *scribit se* Romam venisse anno ab Incarnatione Domini DCCCXXXI, Indictione IX, sub Imperio Domini & piissimi Imperatoris Ludouici, & Apostolatu gloriosissimi Apostolici Gregorij. *Quibus verbis inductus Brouverus noster docet lib.* 8 *Annalium Treuirensium*, anno eum DCCCXXXII obiisse, IV Idus Iunij. *Verùm alius est Amalarius ille scriptor, & Episcopo Treuirensi ætate suppar, ex Clero Ecclesiæ Metensis, quam in Prologo dicti libri suam agnoscit: Hunc eumdem opus de Ecclesiasticis officiis. Ludouici Imperatoris iussu scripsisse, obseruauit Sirmondus noster in Notis ad Opusculum* IX *Ennodij de benedictionibus Cerei. Episcopum verò Amalarium vitâ functum esse anno* DCCCXXII *auctor est Cratepolius lib. de Episcopis Germaniæ. Iuxta Sirmondum etiam citiùs obiit,* 826. *dum interpretatur* conuentum generalem *medio mense Octobri anno* DCCCXXI *apud Theodonis villam celebratum (cuius meminit Eginhardus in Chronico) esse concilium aduersùs Clericorum persecutiones habitum, à Burchardo lib.* 6, *cap.* 5. *& Iuone par.* 10. *cap.* 134 *descriptum, insertumq; tomo* 2 *Conciliorum Galliæ, cui interfuerunt* XXXII *Episcopi, Aistolfus Mogontiensis, Hadabaldus Colonienſis, Hetto Treuirensis, Ebbo Remensis Archiepiscopi, cum suis Suffraganeis. Qui idem Archiepiscopi inter Missos Dominicos in Capitulari 2 Ludouici Imperatoris cap.* 25 *numerantur, relati à Baronio ad annum* DCCCXIX,

adstante Hetti Archiep. Treuirensi,

constituto non anno 832,

sed ante

AVCTORE G.H.

DCCCXIX, *ab eodem Sturmondo ad* DCCCXXIII, *quo certè aut etiam præcedente hi Missi, designati videntur, Ebbone suâ*
A *ad Danos Legatione plurimùm impediendo, substitutoq;, quando ei non licuerit, Rotuado. Verùm his etiam rationibus omissis, & dictum ad Theodonis villam concilium, & Legatio Missorum Dominicorum necessariò ante annum* DCCCXXVI *peracta est, quo Hatstulfi successor Otgarius Mogontinus Archiepiscopus Herioltum Regem baptizauit, quinquennio antè, quàm Hetti Treuirensis adesset S. Anscharij consecrationi suprà memorata. Nonnulla infrà in Epistola S. Anscharij lucem huic quæstioni conferent.*

Diœceſis termini, & in eâ templa:

5 *Propria Hamburgensis, S. Anscharío data diœcesis, erat sola Nordalbingia, à quâ in Decretis Gregorij* IV *&* Nicolai I Archiepiscopus Nordalbingorum *appellatur. Ea autem, vt in Actis num.*36 *dicitur,* admodum parua, solùm quatuor baptismales ecclesias habebat, *antè ab Imperatore Ludouico commendata Episcopis vicinis, VVillerico Bremensi & Heligando Ferdensi; quod Acta tradunt num.*19 *& Adamus Bremensis lib.* 1 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 12 *ex libro Donationum Ecclesiæ Bremensis. Idem Adamus lib* 2, *cap.*8 *tres assignat ex prædictis Ecclesijs.* Hammaburg metropolim apud Sturmarios, Sconenfelt apud Holzatos, *&* Mildintorp apud Thiatmarsgoos, *seu Ditmarsos. Fuerunt*
B *Holdunstetin præterea & Esseffelt loca antè indicata, tum VVelna, seu VVelanaus, Ebboni Archiepiscopo ab Imperatore donata, atque ab illo in Gaudbertum translata: denique Heligenstadium, depositis à S. Anscharío reliquijs S. Masermiani, posteris notum, quæ infrà deducentur. Terminos dictæ diœcesis Hamburgensis sequentibus seculis extensos describit Helmoldus lib.*1 *Chronici Sclauorum cap.* 6. Præter honorem, *inquit,* Metropolitanæ Sedis, quà omnes nationes, seu regna complectitur Aquilonis, habet vtique Hammenburgensis Ecclesia præscriptos terminos suæ parochiæ, vltimam scilicet partem Saxoniæ, quæ est trans Albiam & dicitur Nordalbingia, continens tres populos, Thetmarsos, Holsatos, Stormarios. Inde extenduntur termini ad Winithos, eos scilicet, qui dicuntur VVagiri, Obotriti, Kycini, Circipani, & vsque

Sclaui vicini posteà subiecti:

ad flumen Panim, & vrbem Dimin. Ibi est limes Hammenburgensis Ecclesiæ. *Hactenùs Helmoldus. Vrbs hæc Demminum etiamnum extat, Ducatus Pomeranici limes, quo cum vicinis lacubus, fluuioq; Peni dirimitur à Meklenburgicâ ditione, in cuius orientali plagâ erant Kycini & Circipani. in occidentali verò Obotriti, sub quibus etiam continebantur Polabingi, Lingones, VVarnabi ab Adamo lib.* 2 *cap.* 10 *coniuncti. VVagirorum regio hoc adhuc tempore VVagria dicitur, Holsatiæ annumerata.*

6 *Hæc VVinithorum, VVinulorum, aut VVandalorum,*
C *ac vicinorum Sclauorum ditio, sub Ottone* I *Imperatore, seculo decimo, fide Christianâ imbuta, proprium accepit Episcopum,*

Episcopi suffraganei constituti.

Edvvardum *Adamo lib.* 2 *cap.* 8, *aliis cum Krantzio lib.* 2 *VVandaliæ cap.* 30 *&* 31 *Marcum dictum, Sede eius Aldenburgi in VVagriâ assignatâ. Huic duo alij Episcopatus, seculo vndecimo, sub Henrico* III *Imperatore, Conradi Salici filio, adiuncti, Mecklinburgensis, & Raceburgensis. Quæ pluribus deducemus ad Vitam S. Godescalci Martyris, VVandalorum Principis,* VII *Iunij, &* X *Nouembris in Actis S. Ioannis Martyris primi Mecklenburgensis Episcopi. Verùm Mecklenburgo bellis VVandalicis seculo duodecimo delcto, & Aldenburgo plurimùm labefactato, Sedes hæ translatæ sunt, prior Suerinum, altera Lubecam: manseruntq; Episcopi harum trium diœceseon Archiepiscopis Hamburgensibus seu Bremensibus subiecti. Miratur idem Helmoldus lib.*1. *cap.* 6 *à SS. Anscharío & Remberto non maiori curâ adlaboratum fuisse in dictis VVandalis seu Sclauis ad fidem Christi conuertendis, quod ad-*

Conuersio Sclauorũ an ab Anscharío procurata:

scribit incredibili populi huius duritiæ, non autem prædicatorum illorum torpori, quibus animus circa vocationem Gentium adeò fuerit affectus, vt nec opibus, nec vitæ pepercerint. *Infrà in Actis nu.*21 *Anscharius pueros ex genere Sclauorum emptos, aut ex captiuitate liberatos, curauit in Christianâ religione educari, quorum auxilio in gente illâ conuertendâ posteà vteretur. De S. Remberto, eiusq; erga populi huius conuersionem zelo, agemus* IV *Februarij.*

D

§ II *Bremensis Episcopatus Hamburgensi vnitus. Stabilita Chronologia S. Anscharij.*

7 *Cvrsum felicem cœpti Archiepiscopatus stitit strages Hammaburgi, à piratis direpti exustiq;. Factum id vltimo Ludouici Pij anno, Christi* DCCCXL. *scribunt Adamus lib.*1 *cap.*21, *Albertus Stadensis in Chronico, Krantzius, aliiq;: adduntq; prædium* Ramsolam à quadam venerabili matronâ, Ikiâ nomine, in Episcopatu Ferdensi *illi fuisse oblatum,* tribus ab Hammaburgo rastris, *hoc est, Krantzio interprete,* passuum millibus *dissitum: vbi S. Anscharium volunt cœnobio constituto gregem dispersum collegisse: inde Hammaburgensem Ecclesiam sæpiùs visitasse, Nordalbingos in fide susceptâ confirmasse, aliaq; sanctæ exercitia* septennio *integro peregisse. Cur non ergo aliqua huius domicilij siue habitationis Ramsolanæ facta in Actis mentio, vbi omnia ordine tam exacta proferuntur, si potissimùm ab anno* DCCCXL *ad* DCCCXLVII *istic Archiepiscopus resedit? Contrà* nullam *dicitur num.*31, in hac prouinciâ cellam huic legationi commodam habuisse, *ideoq; vt ei* subsistendi solatium faceret Rex Ludouicus, dare ei Episcopatum Bremen- E
sem statuisse. *Deinde aliud tempus requirunt tria hæc in Actis ex diplomate Nicolai Papæ num.*40 *coniuncta:* Torholtana cella, *priùs* Reginario Comiti à Carolo Caluo Rege *donata: dein* metropolis Hammaburgensis *incensa diruta q;; tum* sedes Bremensis obitu Episcopi *viduata. Post bella ergo inter tres Reges fratres ob singulorum possessionem gesta, regnum Ludouici Pij parentis, anno* DCCCXLIII *mense Augusto apud Virdunum tres in partes dispertitum est: Carolo Caluo cessit Occidentalis Francia, in eâque Torholtana cella, quam anno sequenti Reginario Comiti concesserit, vt infrà* § 5 *pluribus dicitur. Annus dein sequitur* DCCCXLV, *quo hæc de direptione Hammaburgensi referuntur in Annalibus Fuldensibus:* Nordmanni in Frisiâ tribus prælijs confluxerunt, in primò quidem victi, in secundis verò superiores effecti, magnam hominum multitudinem prostrauerunt. Castellum etiam in Saxoniâ, quod vocatur Hammaburg, populati, nec inulti reuersi sunt. *Eadem in annalibus Metensibus leguntur. In Annalibus Bertinianis & Gestis Normannorum eodem anno dicuntur* Dani ad A bim à Saxonibus deuicti, *scilicet quando post Hamburgum direptum reuersi sunt non inulti. Sunt autem horum Annalium scriptores ducentis minimùm annis Adamo & Alberto antiquiores, atque euo S. Anscharij propiores.*

Hamburgum exustum non anno 840.

8 *Brema in maritimâ Saxoniæ inferioris parte ad dexte-* F
ram Visurgis fluuij ripam vrbs visitur, Episcopatu tempore Caroli Magni erecto insignis, quem primus administrauit S. VVillehadus, vt pluribus ad huius Vitam VIII *Nouembris dicetur. Illi substitutus est VVillericus, quem sub* Ludouico Pio Transalbianis populis prædicasse, *&* Ditmarsos, *eorumq;* ecclesiam Mildintorp frequenter visitasse *scribit Adamus lib.*1 *cap.*12. *Huic anno* DCCCXXXVII *vitâ functo successit Leudericus, ad quem S. Anscharium Hamburgo pulsum confugisse testis est idem Adamus cap.*23: Fertur, *inquit,* venisse Bremam, atque ab Episcopo ipsius loci, qui doctrinæ ac virtutibus eius inuidit, depulsum esse. Post-
hæc *addit* Leudericum Bremensem Episcopum decessisse IX Kalend. Septembris: *cuius* annos *fatetur ibidem* se pro certo scire non potuisse, *cùm eius Sedi antè cap.* 20 annos octo *attribuerit, ab anno* XXXVIII *ad* XLVI *istius seculi determinandos. Mox ab huius obitu de S. Anscharío, Sede Hamburgensi pulso cellâ antè Torholtanâ priuato, Episcopatui Bremensi præficiendo, agi cœptum apud Ludouicum Regem, qui, vtrùm Canonicâ id auctoritate liceret, discuti voluit in publico Episcoporum conuentu in Synodo fortasis Mogontiná anno* DCCCXLVII *sub B. Rabano habitâ. Certè in Epistolâ Episcoporum Synodali ad Ludouicum Regem legitur* Anscharius *interfuisse. nisi corruptâ lectione* Verendarius Episcopus Curiæ *sit substituendus; quod præsentes ibi* Coëpiscopi ad diœcesim, *seu prouinciam,* Archiepiscopatus Mogontini

Brema Episcopi I,

II

III,

IV *S. Anscharius,*

anno 847.

A Moguntini *pertinerent. De eâ Synodo agimus* I V *Februarij ad Vitam B. Rabani. In hoc ergo alione Epiſcoporum conuentu Sedes Bremenſis Archiepiſcopatui Hammaburgenſi vnita eſt, traditaq; S. Anſchario gubernanda, poſtquàm ſedecim annos fuerat ad dignitatem Epiſcopalem ordinatus, vt etiam obſeruarunt Adamus lib.* I *cap.* 21 *&* Krantzius *in Metropoli lib.* I *cap.* 42.

fruſtrà reclamante Archiep. Colonienſi,

9 *Obierat iam antè Hadabaldus Archiepiſcopus Colonienſis, cuius Sedes cùm diutiùs vacaret, S. Anſcharius plenam Bremenſis diœceſis poſſeſſionem ſuſcepit; ob quam à ſuâ prouinciâ auulſam Guntharius dein Archiepiſcopus Colonienſis conſtitutus, nouam S. Anſchario creauit difficultatem, poſteà VVormaciæ coram duobus Regibus Ludouico, eiuſq; nepote Lothario & multis vtriuſque regni Epiſcopis ſublatam. Anno id* DCCCLVII *factum fuiſſe ſuadent Annales Fuldenſes his verbis:* Rex Ludouicus menſe Februario colloquium habuit in Confluente caſtello cum Lothario nepote ſuo: tempore verò quadrageſimæ placitum habuit apud Vangionum ciuitatem, quæ eſt VVormatia. *& aliquot interpoſitis:* Habita eſt Synodus apud Mogontiacum circa Kalend. Octob. præſidente Carolo Archiepiſcopo, vbi inter alia, quę ventilata ſunt de iure Eccleſiaſtico, præſentata eſt epiſtola Gunthatij Colonienſis Epiſcopi ad Altfridum Epiſcopum directa, in quâ legebatur contigiſſe Coloniæ terribilem tempeſtatem *&c. En eo anno colloquium Ludouici & Lotharij Regum, conuentus VVormatiæ. & Archiepiſcopatus Guntharij, eiuſq; reconciliatione factâ familiaritas cùm Epiſcopis prouinciæ Mogontinæ. Requiſitam à Guntharo Apoſtolicam approbationem,*

approbatur à Nicolao Papâ

miſſi Romam Legati, impetrarunt à Nicolao I *ſub exordium pontificatus datam. Nam teſte Adamo cap.* 27 in Priuilegio Papæ notatur annus Domini DCCCLVIII, qui eſt ab

anno 858 : ordinatione Archiepiſcopi XXVIII. *Eo autem anno Benedicto* III XVI *Februarij defuncto ſubſtitutus Nicolaus præclarè hactenùs propoſitos annos confirmat. Superuixit* S. Anſcharius *ad hunc* III Februarij diem *anni* DCCCLXV, *quod etiam notatum ab Adamo cap.* 31, *Alberto Stadenſi in Chronico aliiſq;.* Menſibus ampliùs quatuor graui laborârat

moritur an. 865. dyſenteriâ, anno ætatis LXIV Epiſcopatus verò XXXIV *contractâ, vt Acta referunt num.* 68, *& annum à nobis propoſitum tum natiuitatis, tum Epiſcopatus initi indubitatum reddunt.*

Subiectio Archiepiſcopo Colonienſi adiudicata,

10 *Ipſe interim Anſcharius, eiuſq; ſucceſſor S. Rembertus, modum aliquem ſubiectionis Colonienſi Antiſtiti detulerunt, quem deinde Adalgarius Remberto ſubrogatus neglexit. Vnde, vrgente Hermanno Archiepiſcopo Colonienſi, maior recruduit difficultas, quam explicat exaggeratq; eâ de re miſſa ad Adalgarium epiſtola Formoſi Pontificis, infrà danda: quâ*

C *diſpenſatiuè cenſet Papa Bremenſem Eccleſiam ad ſubſidium Archiepiſcopi Hamburgenſis, cum aliquo tamen ſubiectionis reſpectu, permanere poſſe, dum fundatis nouis Epiſcopatibus Hamburgenſi Antiſtiti ſubiiciendis, Bremenſem Eccleſiam recipiat Sedes Colonienſis. Adamus lib.* I *cap.* 41, *& Albertus Stadenſis in Chronico ad annum* 896, *occupatis præiudicio animis queruntur,* Formoſum Papam & Arnulfum Regem conſenſiſſe iniquis decretis Epiſcoporum, *quos apud* Triburiam *volunt conueniſſe, ob Synodum iſtic anno* DCCCXCV *congregatam, in quâ conqueruntur* Adalgarium Archiepiſcopum in caudâ concilij poſitum fuiſſe. *Certè medius inter Epiſcopos ſubſcripſit hoc titulo:* Adalgarius Epiſcopus Bremenſis. *Verùm aliam antè Francofurti collectam fuiſſe Epiſcoporum Colonienſi Archiepiſcopo ſubiectorum Synodum, in quâ nec per ſe, nec per Vicarium comparuerit Adalgarius, requirit epiſtola Formoſi Papæ: quam non videntur legiſſe Adamus & Albertus, quos ſecuti Baronius anno* 895 *ſect.* 4 *& Binius in ſuis ad Triburienſem Synodum Notis, quaſi omnia eodem & loco & tempore geſta eſſent, coniunxerunt. Addunt Adamus & Albertus,* Bremam omni tempore ſub Adalgario & Hogero Coloniæ factam eſſe ſuffraganeam. *Imò in Concilio Engelenheimenſi, ſub Agapeto* II *Papâ anno* CMXLVIII *habito, inter Epiſcopos etiam medius ſubſcripſit* Adaldagus Epiſcopus Hammaburgenſis. *Obſeruat Krantzius lib.* 2 *Metropolis cap.* 21 Adalbertum, *ſiue* Albertum, Archiepiſcopum Hamburgenſem, *de quo infrà iterum & ad Vitam S. Remberti agemus, ſeculo Chriſti* XI *apud Summum Pontificem, & Imperatorem (nam intio ſui Præſulatus vtrique percarus fuit) effeciſſe, vt in ſuam dignitatem Hamburgenſis rediret Eccleſia, metropolitico iure aduersùs Colonienſes gauiſa. Quod autem Legationis iuriſdictio hiſce Archiepiſcopis, vt Hamburgenſibus, annecteretur dum nouæ in Aquilonaribus regionibus conſtituti ſunt Archiepiſcopi; prædicti leguntur* Hamburgenſes *appellati, non autem aut rarò admodùm* Bremenſes. *Ipſe Adamus Eccleſiæ Bremenſis Canonicus, quem prædictus ſtatutis valdè offenſum vidimus, ſuam* Hiſtoriam *inſcribit* Liemaro Archiepiſcopo Hamburgenſi, *dicti Adalberti ſucceſſori. Quartus à Liemaro ordinatus anno* MCXXIII *Archiepiſcopus Adalbero ab Innocentio* II *Papâ in pluribus Epiſtolis, à Philippo Cæſare, de quo mox agemus, editis,* Hammenburgenſis Archiepiſcopus *appellatur, illiq; Lundenſem aliaſq; Daniæ Epiſcopos reſtituit, quos poſteà Adrianus* IV *Papa prorſus exemit: à quo tempore, relicto Hamburgenſi nomine,* Archiepiſcopos Bremenſes *dictos fuiſſe Priuilegia varia illis collata, & ſimul cum Adamo à Lindebrogio edita confirmant. Hinc liquet SS. Anſcharium & Rembertum Archiepiſcopos Hamburgenſes potiùs dici debere, Bremenſes verò Epiſcopos. Ipſe Anſcharius in Præfatione ante miracula S. VVillehadi, ſe* Bremenſis Eccleſiæ Præſulem *ſcribit. Verba infrà referuntur.*

Archiepiſcopi Hamburgenſes,

Bremenſes à ſeculo XII *appellati.*

E

§ III Acta S. Anſcharij conſcripta. Elogia de eo variorum.

11 MOrtuo *Anſcharo ſucceſſit* S. Rembertus, ipſo *mox* depoſitionis die à Clero & populo electus: *qui primas inter curas aſſumpti muneris, deceſſoris Acta ſummatim colligens, aſſumpto ſocio,* edidit libellum geſtorum *ex certiſſimâ ſcientia*: quippe præ cunctis familiariùs illi in omnibus adeſſe ſolitus, indiuiſibilis Legationis comes, & omnium geſtorum conſcius. *Ne tamen* de ſe familiariorem gratiam iactanter videretur proferre, ſuppreſſo ſuo nomine, *meminit* frequenter cuiuſdam fidelisſimi diſcipuli, *qui ipſe eſt Rembertus. Hæc adductis hìc verbis* IV *Februarij in huius Vitâ referuntur nu.* 6, 11, *&* 14: *eiſq; conſentiunt Acta S. Anſcharij, in quibus dicitur num.* 59, 68 *&* 71, diſcipulus penè in omnibus conſcius, familiariſſimus, *laſſus* extremas *eo moriente* preces fundere. *Hic, vt omne aberrandi periculum euitaretur, nu.* 2, reuelationes interſerere elegit, quas ille *Anſcharius* indicauerat, qui ei familiariùs adhærebant *Iterum num* 5 *&* 6 Viſiones, ſicut ipſe dictauerat, verbis illius enarrat.

Vita S. Anſcharij à S. Remberto,

familiari diſcipulo,

12 *Adamus Bremenſis lib.* I *Hiſt. Eccl. cap.* 31 *exiſtimat* F Rembertum hunc librum ad Fratres cœnobij direxiſſe nouæ Corbeiæ: beatificans illos, quòd talem miſerint; & ſuis congratulans, quòd talem ſuſcipere meruerint Paſtorem. *Adamum Krantzius aliiq; recentiores ſequuntur. Verùm Corbeiam Gallicam intelligi debere ſeries cõtinuata Vitæ confirmat. Ita huius cœnobij monachos alloquitur num.* 1, 3 *&* 9, veſtro beneficio talem meruimus, *qui, necdum cœptâ extrui nouâ Corbeiâ,* apud vos tonſuratus, atque in monaſticis diſciplinis politus, apud vos Deo oblatus obedientiam promiſit, vnà cum aliis Fratribus veſtris directus ad has Saxoniæ partes, in quibus cœptum fieri monaſterium, nomenq;e mutuatum à loco habitationis veſtræ, vt noua Corbeia appellaretur. *Iterum, quæ in Corbeiâ Gallicâ facta ſunt, alloquens illos nu.* 9 *&* 57, *ait* Reuerentiæ veſtræ notiſſima, *&* qualis apud vos effulſerit, vobis optimè compertum. *Ita num.* 10, 12, 16 *&* 35, *dicuntur* VValo monaſterij veſtri Abbas, Audbertus monaſterij veſtri Frater, VVitmarus ſocius ex veſtrâ Fraternitate, *qui omnes ad Corbeiam Gallicam ſpectant: &* Reginarius Comes, *cui à Carolo Caluo cella Torholtana data fuerat,* vobis benè cognitus, *in eadẽ ſcilicet vetere Corbeiâ. Præterea Franciæ huic opponit ea, quæ in Saxoniâ contigerunt: ita num.* 15. Anſcharius regio iuſſu ab hinc (*ex Corbeiâ nouâ*) ad Palatium vocatur; *& num.*

Patribus Corbeiæ Gallicæ,

21, fuerunt

AVCTORE G.H.

21, fuerunt cum eo hîc *Hamburgi* ex ſocietate veſtrâ *Corbeiæ Gallicæ* ſancti Patres noſtri Magiſtri. *Rurſus certitudinem horum Actorum confirmans,* Quantâ, *inquit nu.* 9, inter vos, *in Franciâ,* ſanctitate fulſerit, veſtrorum teſtimonio comprobabitur. Nobis autem ea, quæ apud nos, *in Saxoniâ,* geſta ſunt narrare cupientibus indagandum primò *&c. Acta autem Bremæ Sede Epiſcopali, non autem in Corbeiâ nouâ conſcripta eſſe colligimus ex num.* 59. *vbi adducuntur* teſtes Fratres, apud nos (*id eſt Bremæ*) & in nouâ Corbeiâ degentes. *Denique Acta non diu poſt obitum S. Anſcharij conſcripta fuiſſe exigit citatus num.* 8, VVitmarus præſens eius rei teſtis, *qui cum eo circa annum Chriſti* DCCCXX in Corbeiâ vetere ſcholam puerorum rexerat, *poſteà eius primæ* ad Sueones Legationis ſocius, *ideoq; num.* 16 *plurima omittit, quæ* meliùs ipſe, qui interfuerat, intimare poſſet.

mox ab eius obitu:

13 *Acta hæc deperdita, vti credebat, deplorat* Baronius *in Annalibus Eccleſiaſticis ad annos* 826, *num.* 37, *&* 858. *num.* 15, *vbi aliquo ſpicilegio facto, quòd multa Adamus alitiq; rerum Septemtrionalium Scriptores ſuæ hiſtoriæ intexuerint, nonnulla etiam in Actis S. Remberti virtutum eius præconia repertantur, conatur magnam illam iacturam reſarcire. Baronij exemplo, Ioannes Vaſtouius in Vita Aquilioniâ ſeu de Sanctis, qui Scandinauiam magnam illuſtrarunt, Hareus, Lippelous alitiq; in ſuis de Vitâ Sanctorum tractatibus, aliquod virtutum rerumq; geſtarum S. Anſcharij compendium ediderunt.*

periiſſe creatur,

B

Primus eius Acta luce publicâ donauit Philippus Cæſar, Bremæ olim in æde S. Anſcharij *Canonicus & Paſtor ſed heterodoxus, inde abiuratâ hæreſi ſacræ Theologiæ Doctor orthodoxus, qui* ex perueteſto & authentico, *vt præfatur,* Hamburgenſis Eccleſiæ codice MS. *edidit typis Colonienſibus anno* MDCXLII Triapoſtolatum Septemtrionis, *ſeu* Vitas & geſta SS Willehadi, Anſcharij & Remberti, *inſcripſitq;* Franciſco Guilielmo Epiſcopo Oſnabrugenſi, *&* Arnoldo Corbeiæ nouæ Abbati; *in quâ Præfatione, quod antè refutauimus, iudicauit hanc* Vitam à S. Remberto dedicatam *fuiſſe* Abbati, Patribus & Fratribus *huius* nouæ Corbeiæ. *Eadem Acta ex alio codice MS. bibliothecæ monaſterij Bodecenſis in VVeſtphaliâ deſcripta nobis tranſmiſit Ioannes Gamanſius noſter. Verùm quiſquis hæc Acta à Philippo Cæſare edita, cum Vitâ infrà dandâ accuratiùs contulerit, continuò deprehendet illa pluribus in locis truncata fœdè, atque immutata eſſe; quod ſubinde à nobis obſeruatum obiter indicamus. Integra ergo atque intaminata damus ex codice MS. Pariſienſi bibliothecæ monaſterij S. Germani de Pratis Ordinis S. Benedicti, deſcripta à Reuerendo Domino ac Patre Anſelmo Michaële iſtic religioſo. Eadem exſtant in bibliothecâ Corbeiæ Gallicæ, cuius codice MS. vſi ſunt Franciſcus Cheſneus & Hugo Menardus: ille quàm plurima inde vulgauit verbis primigenijs tomo* 3 *Scriptorum Hiſtoriæ Francorum; hic ad calcem Martyrologij Benedicti in Appendice ad librum* 1 *Obſeruationum Vitam inde ſuo ſtylo formauit. Stephanus Ioannes Stephanius in Notis ad lib.* 9 *Saxonis Grammatici de Hiſtoriâ Danicâ indicat penes ſe quoque eſſe Vitam S. Anſcharij ex veteri Codice MS. deſumptam, quam potiùs ſuſpicamur eamdem cum MSS. Hamburgenſi & Budecenſi.*

truncata nuper edita,

integra hic datur:

C

14 *Hæc eadem Acta Heroico carmine depinxit* Gualdo Corbeiæ Francicæ Poëta, *inſcripſitq;* Alberto, *ſiue* Adalberto Archiepiſcopo Bremenſi, *qui poſt annos à conditâ vetere Corbeiâ quadringentos elapſos, à* MXLIII *ad* MLXXII *Prouinciæ illius Antiſtes, omnibus Septemtrionalibus regnis aduigilauit. Poëma illud ex MS. Codice antè memoratæ bibliothecæ S. Germani de Pratis, ab Eximio Domino ac Patre Lucâ Foreſtiers ex eodem monaſterio ſacræ Theologiæ Doctore Pariſienſi erutum, nobis Ambiano tranſmiſit Reuerendus Dominus Ioannnes Cauchie Ordinis Præmonſtratenſis ibidem Canonicus & ad S. Germanum Martyrem Paſtor. Antiquiora hiſce Actis omnibus præponimus diplomata, tum Pontificia Gregorij* IV *&* Nicolai I, *tum Cæſareum Ludouici Pij, collata pro S. Anſcharij ſeu Legatione ad infideles, ſeu confirmatione Archiepiſcopatus Hamburgenſis, ſiue denique eiuſdem Sedis cum Epiſcopatu Bremenſi coniunctione. Addimus Decretum Paſchalis* I *&* Epiſtolam Formoſi Papæ: *illo explicatur Legatio in Ebbone cœpta, hac iuriſdictio ab Archiepiſcopo Colonienſi in Epiſcopatum Bremenſem prætenſa. Hîc etiam priora quatuor capita Actorum S. Remberti, quibus eximia virtus S. Anſcharij admodùm illuſtratur, inſerenda forent, niſi mox* IV *Februarij Lectori illa Vita proponeretur.*

cum aliâ carmine tranſlatâ à Gualdone,

præpoſitis diplomatis Pontificũ & Imperatorũ.

D

15 *Celebrant prætereà honoriſicentiſſimam* S. Anſcharij *memoriam omnes fere Daniæ, Sueciæ, Friſiæ & Flandriæ Scriptores: Adamus Bremenſis, & in Obſeruationibus ad eum Andreas Velleus, Albertus Abbas Stadenſis in Chronico, Saxo Grammaticus in Hiſtoriâ Danicâ, & in Notis ad eum Stephanius, Albertus Krantzius in Metropoli Daniâ, Sueciâ, Saxoniâ; Ioannes Adolphus Cypræus in Annalibus Epiſcoporum Sleſuicenſium, Ioannes Iſacius Pontanus & Ioannes Meurſius in Danicarum rerum Hiſtoriâ:* Ioannes Magnus *in Hiſtoriâ Sueonum & Vitu Pontificum Vpſalenſium: Ioannes Letznerus in Chronico Corbeiæ Saxonicæ: Martinus Hamconius, Bernardus Fumerius. Pierius VVinſemius & Vbbo Emmius in rerum Friſicarum Hiſtoriâ, Suffridus Petrus de Scriptoribus Friſiæ, VVernherus Teſchenmaker in Annalibus Cluiæ-Iuliæ-Montiæ: Iacobus Meierus in Annalibus Flandriæ, Antonius Sanderus in Flandriâ illuſtratâ. Iacobus Malebrancus de Morinis & alij. Tribemius deniq; de viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti, alitiq; rerum monaſticarum Scriptores.*

Varij Scriptores eius geſta referunt,

16 *Omittimus hîc recenſere ſingulorum de S. Anſchario elogia: ſufficiant pauca ex confeſſione heterodoxorum prolata, vt hi dum veram S. Anſcharij religionem deprædicant, ſe propriâ ſciant ſententiâ condemnari. Ex his Ioannes Iſacius Pontanus lib.* 4 *hiſtoriæ Danicæ in Haraldo & Regnero Regibus ita ſcribit:* Anſgarius, vir virtute & doctrinâ conſpicuus, in Daniam ad prædicandum Chriſti Euangelium demiſſus, multos ibi ſudores, multaque pericula dum tolerat, magnam plebis multitudinem ad veri Dei cultum, veramque Dei religionem traducit. *Bernardus Fumerius lib.* 6 *Annalium Friſicorum, auctoritate & decreto Ordinum Friſiæ Francecaræ anno* MDCIX *editorum, hæc tradit:* S Anſcharius è vitâ migrat, vir litteris ſacris atque profanis æquè eruditus, qui tam in ſcholâ, quàm templo ſtrenuè ſemper docuit, pauperes aluit, captiuos redemit, afflictos conſolatus eſt, barbarique Euangelium annuntiauit, etiam cum vitæ & fortunarum periculo, foris Apoſtolus, intus monachus, numquàm otiari viſus. *Vbbo Emmius lib* 5 *rerum Friſicarum,* Anſcharius, *inquit,* mul æ doctrinæ & pietatis vir, Iutas, Danos, Suedos adiit, labores & pericula multa tolerauit, magnam plebis multitudinem Chriſtianâ religione imburam ſacro fonte ablui *&c. Ioannes Meurſius lib.* 3 *Hiſtoriæ Danicæ hæc de Rege Erico* I, *qui nobis Horicus appellatur, tradit:* Anſgarius Bremenſium Antiſtes, qui in Daniam pridem venerat, cùm Ericum anteà Mogontiæ cum fratre Haraldo ſacris item Chriſtianis imbuiſſet, reuocatâ eius temporis memoriâ, ſuadâ mox oratione & ſalutari animum ad pietatem, quam exuerat, poſt liminiò reducit, atque rurſum idolorum cultum abolet, & edicto promulgato, ſi quis fidem Chriſtianam amplecti vellet, id cuique liberum ſtatuit: quin Ericus promouendæ pietati ædem ſacram, quam Sleſuici Haraldus frater pridem ſtruxerat, & euerterat Regnerus, denuò condit, ac Doctori pietatis Chriſtianæ Anſgario dicat. Inter quæ religio Chriſtiana efflorescit, Eccleſia incrementa in dies maiora capit. Ericus animum ad pietatem ſine fuco applicat *&c. Hæc Meurſius, magnâ profectò & S Anſcharij laude & Catholicæ religionis commendatione; ſed non abſque pluribus mendis hiſtoricis. Nam primò Horicum* Regem filium Godefridi *&* Rorue fratrem Heriolti *confundit infrà* § IX *accuratè diſtinguendos. Secundò* Sleſuici *refert eccleſiam ab* Heriolto *conſtructam, à* Regnero *euerſam, ab* Horico *reædificatam, ſub quo eam primùm erigi permiſſum eſt. Tertiò* Horicus *Chriſtianam religionem, quamuis ei fauerit, numquàm tamen amplexus eſt; multò minùs* Mogontiæ *antè baptizatus, vbi Heriolto poſt ſuſceptum baptiſmum, redituro in Daniam, quæſitus comes S. Anſcharius. Qui aliiq; eius errores infrà clariùs commonſtrantur. In laudem S. Anſcharij effuſi prætereà ſunt Stephanius*

Elogia heterodoxorum, Pontani,

Fumerij,

Emmij,

Meurſij.

E

F

A *nius, Velleus aliiq3, quibus omnibus Acta S. Anſcharij veram antiquæ hiſtoriæ rerum Danicarum originem oſtendunt, & cùm eâ orthodoxam fidei Catholicæ religionem.*

§ IV *S. Anſcharij cultus. Templa eius nomini dicata.*

17 *Quàm eximiâ Anſcharius vixerit ſanctitate, ſuggerunt eius & S. Remberti Acta, confirmant Reges Danorum & Sueonum, eiuſdem induſtriâ amici nomini Chriſtiano conciliati. Ex his* Horicus Danus *ad* Oleph, *ſeu* Olauum Sueonum Regem *infrà nu.* 45, *mittit* S. Anchārium, quem *commendat vt* ſibi per omnia cognitum, *teſlaturq3* ſe in vitâ ſuâ numquàm tam bonum vidiſſe hominem, nec in quolibet mortalium aliquandò tantam fidem inueniſſe: ideoque cognitâ eius ſanctiſſimâ bonitate, omnia, quæ in regno ſuo cauſsâ Chriſtianæ religionis diſponere vellet, ſe ei conceſſiſſe, *&c. In Vitâ S. Remberti dicitur num.* 3 Anſcharius vir ſummæ ſanctitatis; *&* Rembertus eius ſanctitatis imitator: *cui nu.* 7, vt in futura vitâ præmiorum conſortium adipiſceretur *depoſcenti, poſt triduanas fuſas preces reſpondit*, ſe in futuro ſeculo æternæ beatitudinis participes ab inuicem non ſeparandos, *ſcilicet* ob vnius fidei deuotionem *num.* 12, & eiuſdem officij adminiſtrationem meritis æquales. *Hi à mutuo conſpectu, quamuis multis ante S. Rembertum annis è viuis exceſſiſſet Anſcharius, non potuerunt diuelli. Nam, vt legitur num.* 25, quæcumque agebat aut omittebat Rembertus, de omnibus futuris ſibi euentibus præſagium ſemper capiebat ex viſionibus S. Anſcharij: *qui* in qualitate vultus ſui apparens, ſolebat oſtendere, qualiter ſe immiſcere rebus agendis deberet.

Sanctus, dum viueret habitus,

vnox ab obitu honoratus,

à S. Gerardo laudatus.

Non minùs eius ſanctitatem in Corbeiâ Gallicâ innotuiſſe docet S. Gerardus ex monacho Corbeienſi Abbas Siluæ Maioris, in Prologo ad Vitam S. Adalardi à ſe conſcriptam, & 11 Ianuarij à nobis vulgatam. Ibi laudatur S. Anſcharius auditor & nutritius S. Adalardi, à Walone *huius* fratre electus, vt à Rege Ludouico cum Herioldo Rege Danorum mitteretur, quique poſteà pro fide Chriſti multis pœnis ab eiſdem affectus, tandem in Bremâ Archiepiſcopatu ſuo requieuit, multis meritis decoratus.

Nomen in Martyrologiis,

18 *Nomen ſacris Faſtis inſcriptum exhibent plura Martyrologia MSS. ſub Vſuardi nomine ad vſum Eccleſiarum Belgicarum aucta, his verbis:* Apud Bremam S. Anſcharij eiuſdem loci primi Epiſcopi: *additur,* & Confeſſoris *in antiquo Martyrologio Colonienſi. Huius loco in MS. Florario adnotatur,* annus ſalutis DCCCL *quo floruit, diu poſteà ſuperſtes Molanus in poſteriore editione Additionum ad Vſuardum, errore priore correcto,* primum Epiſcopum appellat C Bremæ & Hamburgi vnitorum. *At* primus Archiepiſcopus Bremenſis, *minus tamen propriè, in Martyrologio Caniſij Germanico anno* 1573 *excuſo legitur:* Item apud Bremam ſancti Confeſſoris Anſcharij, primi eius Archiepiſcopi, quem Ludouicus filius Caroli Magni vnà cum nouellâ in Chriſto plebe Saxonum dignum Paſtorem & Epiſcopum conſtituit. *In Martyrologio Romano ita legitur:* Eodem die S. Anſcharij Bremenſis Epiſcopi, qui Sueuos & Danos ad fidem Chriſti conuertit. *Eadem habet Menardus in Martyrologio Benedictino: qua aliquantò fuſiùs VVion deducit:* Apud Bremam, *inquit,* S. Anſcharij primi eiuſdem ciuitatis Archiepiſcopi, qui auctoritate ſibi a Gregorio IV conceſsâ, prædicans Gentibus, Sueuos & Danos ad fidem conuertit. *Vbi per* Sueuos *intelligi debere* Sueones, *ſeu* Suecos *infrà deducetur. Dorganius hos expreſsit in ſuo Calendario Benedictino:* S. Anſgarij, *inquit,* Archiepiſcopi qui multos populos ad fidem conuertit, & Sueonum, Gothorum, Danorum & Aquilonarium partium Apoſtolus magnus vocatur.

elogium Galeſinij

19 *Petrus Galeſinius maiore eum encomio celebrat his verbis:* Hamburgi S. Anſgarij Epiſcopi & Confeſſoris. Hic Hamburgenſis primus Archiepiſcopus ad populos omnes, qui ad Septemtrionem pertinent, ſanctæ Romanæ Sedis Legatus, procurandæ omnium ſalutis, propagandæque religioni totus deditus, Suetiæ & aliis prouinciis verbum Dei prædicauit, Epiſcopos ac Reges illius regionis & litteris & coràm officij ſui liberè monuit. Sic multis laboribus pro Eccleſiâ Dei perfunctus, ſanctiſſimè quieuit in Domino. *Hæc Galeſinius. De Regibus, Epiſcopis, & S. Anſcharij ad eos litteris infrà agemus. Andreas Sauſſaius in Martyrologio Gallicano eumdem Flandrorum prætereà & Friſonum Apoſtolum facit.* Eodem die, *& Sauſſaij.* *inquit,* glorioſus tranſitus S. Anſcharij, Septemtrionalium Gentium Apoſtoli, nec non Epiſcopi Bremenſis & Confeſſoris, qui ope fultus Diuinâ, & Ludouici Pij Francorum Regis ac Imperatoris munifica pietate, Friſios ac Flandros, adhuc à Chriſtianis ſacris abhorrentes, Chriſti ſuaui iugo penitùs ſubdidit, educatoque S. Remberto, quem Epiſcoparus ac Apoſtolatus ſui reliqui ſucceſſorem, in Thoroltano cœnobio, quod eidem laboranti inopiâ ad fouendam vitam & pios conatus prædictus Ludouicus Pius contulerat, Apoſtolico munere optimè perfunctus ſpiritum in cœlum emiſit. *Hæc Sauſſaius. De Apoſtolatu Anſcharij ad Flandros Friſioſq3 §§ ſequentibus agemus.*

AVCTORE G. H. D

20 *Dies* III *Februarij S. Anſchario ſacer, ſolenni cultu in diœceſi Bremenſi & Hamburgenſi ſolebat celebrari, deſumptis Officij Eccleſiaſtici Lectionibus, Antiphonis, & Reſponſoriis ex* E *eius Vitâ, hîc ne prolixiores ſimus omiſſis; curioſo Lectore ad antiquum Breuiarum Bremenſe, anno* 1486 *Coloniæ excuſum, remiſſo. Vnicam imploraturis eius auxilium damus inde deſcriptam Antiphonam, cum Oratione, ſeu Collectâ. Antiphona.*

Officium Eccleſiaſticum:

Antiphona,

Paſtor Apoſtolice, lux Danorum, Sueonumque
Sedis Romanæ Legatus in vltima terræ,
Anſchari, nobis pius in Chriſto Pater adſis.

V. Ora pro nobis ſancte Pater Anſchari *&c. Oratio.*

Orationes.

Deus, qui populo tuo æternæ ſalutis B. Anſcharium miniſtrum tribuiſti, præſta, quæſumus, vt, quem Doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem ſemper habere mereamur in cælis. Per Dominum noſtrum *&c. In Breuiario Sleſuicenſi anno* 1512 *excuſo hæc legitur Oratio:* Deus, qui B. Anſcharium Pontificem donaſti ſanctum Doctorem genti Danorum, ipſius interceſſione da nobis remiſſionem omnium peccatorum, & ſupernorum tripudia gaudiorum. Per Dominum *&c. In Breuiario Raceburgenſi & Miſſali Suecico, valdè antiquis ſequens* IV *Februarij cultui S. Anſcharij ſacer eſt, hoc die S Blaſio dicato.*

21 *Eccleſia S. Anſchario ſacra Hamburgi etiamnum extat; in quâ eum & doctrinam Chriſtianam populo tradidiſſe, & Diuina miniſteria peregiſſe, ſcribit* Ioannes Adolphus Cypræus *lib.* 3 *Hiſtoriæ Sleſuicenſis cap* 6: *additq3 ab Eſaiâ Cruſio, Bremenſi, Societatis Ieſu Sacerdote, edoctus, illam* ædem nullâ vnquam ætate potuiſſe profanari, atque ad alios vſus transferri: neque enim mercatoribus aliiſque rebus familiaribus ac domeſticis agendis tractandiſue profanari: ſed ipſos variis territos ſpectris coniecisse, vnde etiam pupillorum atque orphanorum ceſſerit ſuſtentationi. *Hæc Cypraus. At Brema ad S. Anſcharium, & Canonicum & Paſtorem fuiſſe Philippum Cæſarem antè memorauimus. Obſeruat hîc in ſuis Notis ad hanc Vitam num.* 71, templum *illud* ſplendidiſſimè ædificatum eſſe, turri præaltâ foris, & intus organo præclaro ornatum, & adhuc ad S. Anchārium dici; *in eoq3* collegium duodecim Canonicorum, *etiam poſt introductum Lutheraniſmū, perſeuerare: ab initio* à S. Anſchario fuiſſe conſtitutum Hoſpitale duodecim pauperum, qui reliquorum accedentium & recedentium gererent curam. *Idem Cæſar tradit num.* 2, *abſorptâ ex nomine S. Anſcharij primâ ſyllabâ, eius apud Bremenſes* templum, turrim, plateam, *vulgò dicti* Sent Scharieskirch, thor, ſtraſſ. *Quod nobis euidens contra ipſum Philippum argumentum eſt, nomen eius correctiùs* Anſcharius, *quàm* Anſgarius *ſcribi: quo modo tum Acta eius ſolutâ & ſtrictâ oratione è Franciâ nobis tranſmiſsâ, tum Breuiaria ſuprà citata, nomen Anſcharij exhibent.*

Templa S. Anſchario ſacra Hamburgi

& Bremæ

Nomē correctius ſcriptum.

§ V Tothol-

§ V Torholtana cella S. Anſchario conceſſa, dein ablata. An Flandri ab eo conuerſi. Eorum limites & varij Comitatus vicini.

22 AMpliſſimam prouinciam à pluribus retro ſeculis Comitatus titulo Flandria continet, *quo S. Anſcharij non admodùm celebris, parua adhuc limitibus incluſa. Nam,* quâ Zelandicis inſulis proxima, *mari Oceano oſtioq; Scaldis occidentali adiacet, eam ſolùm tum continebat ditionem, in* quâ hoc tempore viſuntur Brugæ celebre emporium, oppida Sluſa, Dammum, Ardenburgum, Middelburgum & Iſendicum. *Hunc populum ducentis ante S. Anſcharium annis fide* Chriſtianâ inſtruxit S. Eligius, *anno* Chriſti DCXLVI *ordinatus* Epiſcopus Nouiomenſis, vt in huius Vitâ, ad Kalendas Decembris dandâ tradit S. Audoënus *cum illo eodem die & loco in* Epiſcopum Rotomagenſem conſecratus: *ante quem qui* Flandriæ meminerit, *necdum Scriptorem vllum legimus. Flandros ab eo tempore* Chriſti ſuaui iugo ſubdi cœptos, *neutiquam quo* S. Anſcharij à Chriſtianis ſacris abhorruiſſe opinamur, *contrà* quàm relatus antè ſenſit Sauſſaius. *Huius Flandriæ contiguus* fuit pagus ſeu Comitatus Torholtanus, *cuius, quantùm aſſequimur, terminum Occidentalem ad Oceanum VVeſtendæ, Orientalem Oſtendæ, ſuâ nomenclaturâ ſignificant. In hoc Torholtano pago eſt Rokashemum, vulgò Rockem, ſeu Roxem vicus prope oppidum Aldenburgum, olim Prioratu monaſtico S. Michaëlis inſignis, qui Childerici III anno III, Chriſti* DCCXLIV *monachis Sithiuenſibus, ſeu Bertinianis vrbis Audomarenſis, à Felice Presbytero donatus* VII *Kalendas Auguſti: deinde anno regni Caroli Magni* II, Chriſti DCCLXIX *emptione luculentâ prædij cuiuſdam Sigeradi ab Hardrado Abbate auctus traditur ab Iperio in Chronico Bertiniano MS. capitulo 6 par. 1, & cap. 8 par. 2. quem ſequuntur Malebrancus noſter tomo 2 de Morinis lib. 5 cap. 61. & Sanderus Tomo 1 Flandriæ illuſtratæ in Franconatu.*

23 *Huic autem Comitatui nomen dedit Torholtum antiquum oppidum & celebre, à quo, licet procul diſſito, portæ vrbis Gandenſis & Iprenſis, quibus Torholtum abitur, iuncti olim Torholtanæ cognominatæ. In eo oppido monaſterium ſeculo* Chriſti VII *ſub Dagoberto I Francorum Rege creditur fundatum, ex quo* Domlinus Preſbyter, duce itineris Angelo, *circa annum* Chriſti DCLVII Gandauum *profectus, adſtitit* S. Bauoni moribundo, *vt Theodericus Abbas teſtatur in huius Vitâ ad Kalendas Octobris. Annum prædictum obitus* S. Bauonis *confirmamus* VI *Februarij ad Vitam S. Amandi, à quo ſi dicatur monaſterium Torholtanum extrui cœptum, non admodùm videtur, moribus inſtitutoq; eius viuendi conſiderato, improbari poſſe. Quod huc ſpectat, Ludouicus Pius Imperator ordinando in Epiſcopum Hamburgenſem S. Anſcharium, ad ſuam ſuorumq; ſuſtentationem donauit hunc locum; in Decretis Nicolai Papæ & Ludouici Pij. VII in Actis SS. Anſcharij & Remberti* cellam Torholt, *aut* monaſterium, *ſiue etiam* monaſteriolum *appellatum. Id olim* Imperatoribus militiam & dona, *collatum verò S. Anſcharium* tantùm dona *debuiſſe traditur infrà in Diplomate Ludouici Pij. Eius loco iam eſſe* Eccleſiam Collegiatam *ſub adminiſtratione* Præpoſiti, VII Canonicorum, *&* VIII Scellanorum *obſeruat Sanderus, exhibitâ etiam loci ideâ topographicâ paginâ* 322 *Flandriæ illuſtratæ. Ab obitu Ludouici Pij, hiſce ditionibus cum Franciâ occiduâ ad Carolum Caluum anno* DCCCXLIII *deuolutis, Comitatum hunc Torholtanum cum altero vicino obtinuit* Reginarius Comes, *quem,* excluſo S. Anſcharios, *referunt infrà Acta num. 35, ipſum* monaſterium Torholtanum, *more illius aui, poſſediſſe: quemadmodùm eodem prorſus tempore Adalardum Comitem, aſſumpto Abbatis titulo, præfuiſſe monaſterio SS. Quintini & Vedaſti obſeruamus ad huius Vitam* VI *Februarij.*

24 *Præerat adhuc* Reginarius Comes Torholtanis *anno* DCCCLIII, *quando Carolus Rex apud Siluacum, vt in eius Capitulis legitur, Miſſos per ſuum regnum ordinauit, qui populo ſubiecto conſtitutiones factas denuntiarent, vbi quarto loco leguntur* Folcoinus Epiſcopus, Agalgarius, Engilſcalcus, & Berengarius Miſſi in Comitatu Berengarij, Engilſcalci. Gerardi, & in Comitatibus Reginarij. *Alterum Reginarij Comitatum veroſimiliùs in territorio moderno Furnenſi locisq; vicinis ſitum fuiſſe arbitramur, atque ab amne iſtic Iſerá dicti pagum Iſeretium in antiquis monumentis Bertinianis apud Malebrancum in ſcholiis ad lib. 1 de Morinis cap 12 ſub finem. De aliis hæc probabiliori coniecturâ aſſequimur, vt Gerardus Comes,* VI *Nouembris in Actis S. VVinoci laudatus, reliquam ad Bononiam vſque obtinuerit maritimam prouinciam: Engilſcalcus præfuerit Comitatui Læticо, ſeu Liſenſi, qui Ipris Caſletum & Aëriam versùs ad vtrumq; Liſæ latus extendebatur, de quo Comitatu egimus* II *Februarij ad Vitam S. Adalbaldi Ducis. Demum Berengarius, qui circa annum* DCCCXXIII *à Ludouico Pio inter Miſſos Comites deputatur lib. 2. Capitulorum eius cap. 25, poſſederit circa Liſæ fontes Comitatum Teroanenſem. Primus Miſſorum S. Folcoinus, ſeu Folquinus, Epiſcopus Teroanenſis, biennio poſt hanc Miſſionem anno* DCCCLV *in Mempiſco in Hicclesbeke obiiſſe* XIV *Decemb. traditur in eius Vitâ auctore altero Folquino ſeculo ſequenti Abbate Laubacenſi. Eſt autem Mempiſcus, ſeu Menapiſcus, cui Hicclesbeka, etiamnum Baronatu illuſtris in agro Bergarum S. VVinoci, tum includebatur, antiquæ Menapiorum ſedes, Caſletum vſque in tabulis Roberti Friſij Comitis Flandriæ apud Meyerum ad annum* MLXXI *extenta: quibus meritò vindicandi dicti Reginarij & Engilſcalci Comitatus Iſeretius, Læticus, & Torholtanus, relicto Morinis Comitatu tum Teroanenſi, tum Bononienſi ſub regimine B. Rengarij & Gerardi. In diœceſi S. Folquini tunc Torholtanum fuiſſe pagum confirmant præterea quæ de Prioratu Bertinianorum Roxemiano ſuprà diximus. Ad Flandriam vicinam à Carolo Caluo tunc miſſus venit S. Emmo Epiſcopus Nouiomenſis, in cuius diœceſi ea, etiam ſub S. Eligio, continebatur. Demum prædictum* Reginarium Comitem *referunt infrà Acta num. 63* iram Regis Caroli incurriſſe, *ſuoſq;* Comitatus *cum* cellâ Torholtanâ *amiſiſſe, quos ſuſpicamur prædictæ Flandriæ poſteà adiunctos. Dubium eſt, num hic fuerit* Ragenarius Comes, *quem in conflictu* Caroli Calui *cum* Ludouico Iuniore Rege Germaniæ, *nepote eius,* anno DCCCLXXVI occiſum eſſe *tradunt Annales Bertiniani & Metenſes. Hæc pluribus dicenda nobis fuerunt, quòd Flandriam iam pridem ſub ſingulis Foreſtariis, aut etiam Comitibus ſeu Marchionibus, latiſſimè poſteriores paſſim Scriptores extendant. Denique in cellâ S. Anſcharii aſſignandâ corrigendi Pontanus & Cypræus, quorum ille lib. 4 Daniæ in Haraldo & Regnero Regibus intellexit* Tourhoutium Campiniæ Brabanticæ oppidum, *ſed extra Caroli Calui ditionem. Hic verò Cypræus in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Sleſuicenſi cap. 4 maiori errore ſcribit* monaſterium Galliæ Thuronenſe, *quod Maius-monaſterium vulgò Marmonſtier ſolet appellari.*

§ VI Patria S. Anſcharij. qui Friſij ab eo edocti. Oſtergaus & Dorſtadum loca illuſtrata.

25 MArtinus Hamconius *in ſuo de Friſiâ opuſculo S. Anſcharium origine Friſium, & gentis ſuæ Apoſtolum hoc carmine deprædicat:*

Anſcharius Lauicam Wardenæ natus ad amnem,
Hamburgo haud primus tantùm Archiepiſcopus vrbi,
Sed quoque pagano eſt ſacratus Apoſtolus omni
Trans Albim populo, Borealia regna colenti.
Dum verò ablueret (Friſiæ cum gente minoris
Mundato Erico Danorum Rege) Suëuos,
Trux ſubit Hamburgum miles Normannicus: vnde
Bremam abit, ac iſtic à ſummo Præſule, binis
Vnitis Cathedris, mitrâ decoratur vtraque:
Primitiis felix Hamburgum, funere Brema.

De Friſiæ minoris gente ab eo conuersâ mox agemus, vbi origines Friſicæ fuerit diſcuſſæ. Suffridus Petrus decade 6 Scriptorum

Termini antiquæ Flandriæ.

à S. Eligio fide Chriſti imbutæ,

200 ante S. Anſcharium annus:

Ei vicinus Comitatus Torholtanus,

vbi in oppido Torholto monaſterium

donatum S. Anſchario,

ereptum à Reginario Comite:

huius aliorumq; Comitum ſumſedes

apud Morinos & Menapios,

in diœceſi Teroanenſi.

Non videtur patriâ Friſius.

A *tum Frisiæ num. 7 natale eius solum & primâ in litteris addiscendis posita fundamenta ita describit* : S. Anscharius natus in ciuitate Vardenâ, quam progressu tẽporis inundatio maris oppressit & abstulit, Vltraiecti in scholâ S. Gregorij Episcopi, qui S. Bonifacij successor fuit, litteratum & pietatis fundamenta iecit: inde Corbeiam Saxoniæ petiit, religionis monasticæ ergô, vnde ob insignem eruditionem ac pietatem & zelum erga Diuini verbi propagationem, tandem primus Episcopus Bremensis est constitutus. *Hæc Suffridus, conglobatis quatuor mendis, quorum vltimum de S. Anscharo constituto primo Episcopo Bremensi, suprà correximus : tria alia paucis describit VVernherus Teschenmacher par. 1 Annalium Cliuiæ-Iuliæ-Montiæ lib. 3 ad annum 826, vbi* Anscharium *vocat* Frisium, Vltraiecti in scholâ Gregorij Episcopi institutum, indeque Corbeiam Saxoniæ delatum. *Eumdem* Frisium *volunt Bernardus Furmerius lib. 5 Annalium Frisicorum, & Pierius VVinsemius lib. 4 Chronici Frisiæ, qui nullâ antiquorum nixi auctoritate, & absq; vllâ veritatis indagatione, se mutuò describunt : aliquam illis aberrandi occasionem arreptam infrà indicabimus. De* scholâ Vltraiectinâ *& discipulis S. Gregorij agit S. Ludgerus ex eius discipulo Episcopus Monasterienſis, in eiusdem Vitâ, ex MS. codice Fuldensi à* Christophoro Brouvero *erutâ, à nobis ad* XXV *Augusti illustrandâ. Verùm ex hisce Gregorij discipulis quod tertium mendum est, nequit censeri Anscharius, quem illo circa annum* DCCLXXXIV *vitâ functo septemdecim pòst annis tantùm fuisse natum suprà commonstrauimus. Infrà in Actu num. 3 dicitur* Anscharius, Carolum Magnum in magnâ potentiâ gloriosum vidisse, *auditâq; tum monachus* tanti Imperatoris morte, territus atque horrore percussus. *Quæ innuunt Franco Belgam potiùs fuisse & fortè parente aulico genitum, eâ de causâ S. Adelardo commendatum, ab eoq; inter monachos Corbeiæ veteris admodùm adolescentem adoptatum : vnde antè diximus anno* DCCCXXIII, *missum ad Corbeiam nouam tum in Saxoniâ cœptam extrui : qui quartus error est fortè ex Trithemio hausitus: dum hic lib. 4 de Viris illustribus Benedictinis cap. 84 omissâ Corbeiâ Francicâ, tradit* ex monacho Corbeiensi in Saxoniâ primum Archiepiscopum Bremensem, virũ sanctum & Deo dilectum multis signis & virtutibus effulsisse.

neque Vltraiecti litteris instructus,

sed Franco-Belga, in Corbeiâ Gallicâ institutus,

B

26 *Hæc de patriâ & institutione S. Anscharij sufficiant. An ab eo Frisij ad religionem Christianam saltem adducti sint, alteram hic nobis proposuimus quæstionem. Asserunt passim rerum Frisicarum Scriptores, accedunt Miræus, & Sausaius hoc* III *Februarij* ; *ille* instructos *ab eo tradit* Frisios *in Fastis Belgicis; ab hoc antè monuimus in Martyrologio Gallicano scribi,* Frisios, *tunc* à Christianis sacris abhorrentes, *per eum* Christi suaui iugo penitùs subditos *esse. Verùm hîc* Frisios antiquos, *qui transrhenanas prouincias Belgicis hoc tempore annexas, Frisiam, inquam, & Groningam, partesq; Hollandiæ & Geldriæ cum agro Vltraiectino & Transisulano incoluerunt, à SS. VVillibrordo, Bonifacio, Gregorio Episcopis Vltraiectinis, aliisq; viris Apostolicis, centum & amplius annis excultos, immeritò dici* à sacris *tum* Christianis abhorruisse *censemus. Quod mox descripta Dorstadiensium ecclesiarum multitudo clariùs euincet; vt fileamus extra diœcesim Bremensem omnes illas prouincias fuisse sitas; in eisq; nusquàm legi Anscharium resedisse. Aliam* Frisiæ minoris gentem *ab* Anscharo mundatam *statuit Hamconius, fortè quam Saxo Grammaticus lib. 14 Historiæ Danicæ scribit* Danicarum partium prouinciam, diuitem agri, pecoribus opulentam; ceterùm humilem, Oceano confinem ita patere, vt eius interdum æstibus eluatur. Incolas à Frisonum gente conditos, naturâ feroces, corporibus agiles, mœnia propter Mildam fluuium, quibus Regem Canutum v susciperent, *seculo Christi duodecimo* condidisse. *Indicatur* Mildorpium, *seu* Meldorpa, *in modernâ Ditmarsiâ, olim Saxoniæ, cuo S. Anscharij Nordalbingiæ inclusâ, tunc necdum ab Frisiis inhabitatâ: in quâ, cùm Anscharius ordinaretur Hamburgensis Archiepiscopus, Ecclesiam baptismalem fuisse antè diximus.*

sed Ditmarsos tũ necdum Frisios:

27 *Theganus Chorepiscopus Treuirensis de Gestis Ludouici Pij (quæ VValefridus Strabo in capitula distinxit, ambo S.* Anscharij *æquales) refert* Dominum Imperatorem magnam partem Frisonum dedisse Eriolto baptizato. *Eam Eginhartus in Annalibus ad annum* DCCCXVI *vocat* Comitatum Frisiæ Rhiustri, vt in eum, necessitate exigente, se recipere posset, *situm, vt idem scribit ad annum* DCCXCIII, iuxta Wiseram, *id est, Visurgim,* fluuium. *Vbbo Emmius lib. 2 Rerum Frisicarum, descriptâ Frisiâ Orientali, vulgò Comitatu Embdano, antiquâ Cauchorum sede,* postremos in ortum *collocat* Rustros, *à* Wang. is *&* Oldingiis *pertingentes ad* Visurgim, *medio nunc Iadâ sinu, in partes scissos duas, è quibus, qui eis Iadam degunt, nomine antiquo detento,* Rustri *&* Rustringi *appellantur, qui vltra Iadam,* Buriadæ, *(id est,* Transiadani) Stadiandi, Stedingi, *& à S. Anscharo in Vitâ & miraculis S VVillehadi* Vprustri *&* Vt rustri *dicti, olim Frisij, nunc Comitatui Oldenburgico adscribuntur: vti ab aliquot iam retro seculis* Worstenses *&* Hadelerij, *populi in Vitâ S. VVillehadi, prouinciæ* Wigmodiæ, *à* Saxonibus *&* Frisonibus *inhabitatæ, Visurgim inter & Albim fluuios, nomine Frisico quod illis etiam attribuit Emmius extincto, Bremensium Archiepiscoporum dominio subiiciuntur. Quos omnes S. Anscharius, sede Bremensi obtentâ, Christianis mysteriis vel maximè eruditos, officij Episcopalis debitum munus expleturus.*

docuit Frisios in Comitatu Rhiustri

& Episcopatu Bremensi,

E

28 *Scholiastes quidam ad Adami Bremensis Historiam, à Furmerio lib. 6 Annal Frisicorum productus, Bremensi Episcopo subiectam Frisiam ita describit* : Regio, *inquit,* pagos habet septemdecim, quorum tertia pars Bremensem respicit Episcopum his distincta vocabulis, Oiterga, Rustringa, Wanga, Diesmeri, Herloga, Nordi atque Morseri: & hi septem pagi tenent ecclesias circiter quinquaginta. Hanc Frisiæ partem dirimit à Saxoniâ palus, quæ Walpinga dicitur, & Wirrahę fluuij ostia: à reliquâ Frisiâ pagus Emisgoa terminat & mare Oceanum *Hæc Scholiastes ille : cui consentit S. Anscharius & in* S. Willehadi diœceli *describit* Rustri, Aiterga, Nordendi ac Wanga, *planâ viâ ostensâ ad internoscendum* pagum Ostergaum in Frisiâ, *infrà in Actis num. 65, prædicatione S. Anscharij & vindictâ cælesti in diem festum opere seruili violantes memoratum. Nam* Oiterga, *siue* Asterga *illa includitur Comitatui Embdano, Ostringa vulgò appellata, & supra Rhiustros, seu Rustringos, in sinum Iadanum procurrit, in præfecturas Ieueranam & Friburgiam diuisa, Veldensiq; olim magnificè extructo cœnobio, & Repsoltano Canonicorum collegio illustris. Alia extra diœcesim Bremensem Ostergoa (in quam & VVestergoam & Siluestrem ditionem Frisia prouinciis Belgicis annumerata distinguitur) multò celebrior, in duodecim subditas præfecturas, continet Leouardiam huius Frisiæ Metropolim, oppida Doccumum & VVardenam ad Lauicam amnem; in Vitâ VVillehadi* Loucke, *olim inundatione maris oppressam : quam suprà diximus à Suffrido, Hamcono aliisq; patriam S. Anscharij statui, occasione ita opinandi fortassis arreptâ, ob dictum miraculum, ex vocabulorum Ostergæ, siue Ostergai, cũ Ostergoâ confusione, huic loco attributum.*

pago Ostergao.

F

29 *In Actis num. 12 (quod hîc commodiùs examinandum)* Dorstatum Herioldus Rex & S. Anscharius *nauibus* Coloniâ Agrippinâ *aductis*, per vicina Fresonum transeuntes, ad confinia peruenerunt Danorum. *At num.* 40 Dorstadi Slesuicenses *dicuntur* baptizati, *&* Sueones *num.* 48 Christianam religionem suscepisse. *Ad idem* Dorstadum, *vbi* ecclesiæ plurimæ & Sacerdotes & Clerici *erant, num.* 33 *eleëmosynæ ex* Sueonia *deferuntur. Nouimus Dorstenam ad Lippiam fluuium, vnde per diœceses Monasterienſem & Bremensem aliasq; regiones Francis subiectas, Frisiæq; Germanicæ vicinas, ad confinia Danorum peruenire potuissent. Nouimus & Stadam Adamo lib. 2. cap. 22.* Stadium, opportunum Albiæ portus præsidium, *Krantzio lib. 1 Saxoniæ cap. 4* Dorstadium vocatum oppidum priscum, vnde Stadio fuerit origo, *vbi Slesuicenses Sueoneſq;, sicut in vicino Hamburgo potuerint fide Christianâ imbui, suasq; Cathla eleemosynas distribuere. Verùm in alto apud Francicos illius aui Scriptores de Stadio Dorstenâque silentio, &* Dorstatum *&* Dorstadum *eumdem locum arbitramur*

Dorstatũ, seu Dorstadum,

non est Dorstena ad Lippiã,

neque Stada prope Albim,

AVCTORI G.H.

bitrament in Batauorum antiquorum ad Rhenum insulâ, Romanis Batauodurum, in Annalibus Fuldensibus, Bertinianis aliisq; Doreſtadum, Doreſtatum, Vicum-Doreſtadum, emporium Doreſtatis, appellatum : ſæpiùs à Nordmannis, potiſſimùm anno XXXV, XXXVII, XLVII, & LXIII ſupra DCCC vaſtatum, dirutum, incenſumq; : ab Heriolto Rege, eiuſq; fratre Roruc, ſub Ludouico Pio iure beneficij poſſeſſum : ab eodem Roruc ſub Lothario Imperatore occupatum, etq; conceſſum ad reſiſtendum piraticis Danorum incurſionibus : à Godefrido demum & Rodulpho filiis Heriolti Regis, aliisq; Nordmannis, in ſedem belli ad vicinas regiones miſerè deuaſtandas electum : quæ mox exactiùs deducentur.

Doreſtadium Batauorũ ad Rhenũ,

ſe les poſt-eà Danorum,

vrbs olim magna,

30 Ceterùm apud VVilhelmum Hedam in Rixfrido VII Vltraiectino Epiſcopo dicitur vrbs magna, huic Epiſcopo in poſſeſſionem à Carolo Magno tradita : additurq; priuilegium ab eodem Imperatore Abbati S. Germani Pariſienſis conceſſum, quo Doreſtadum cum Vitoduno, Aurelianis, Ambianis, Neomago, præcipuis regni emporiis, ab omni teloneo immune decernitur. Iam quod ad Acta S. Anſcharij ſpectat, commodiſſimam Coloniâ nauigandi Doreſtadum opportunitatem eſſe, neminem latet. Ad hoc etiam emporium Dani Sueoneſq; ſoliti nauigare, plurimas repererunt eccleſias, in eiſq; Sacerdotes Clericoſq; ſanctâ vitâ, piâque conuerſatione eminentes; à quibus & vanam deorum ſuperſtitionem, & ſalutarem Chriſti religionem edocti, ſacro potuerint baptiſmo expiari : in eoſq; viciſſim ſuas Cathla eleemoſynas partiri. Nam teſtes nobis ſunt S. Marcellinus Presbyter in Vitâ S. Suitberti Epiſcopi Ferdenſis ad Kalendas Martias illuſtrandâ, & Ioãnes de Beka in Hungero II Epiſcopo Vltraiectino, in maximo vico Duerſtat dedicatas fuiſſe LII (aut, vt alter, LV) eccleſias parochiales; quas ex hac Vitâ S. Anſcharij diſcimus non vni oppido neceſſariò includendas eſſe, quod Cathla eas viſitando videatur agrum vicinum circumiiſſe, coacta ob defatigationem vino empto vires reficere.

pluribus eccleſijs illuſtris.

§ VII Reges Daniæ ævo S. Anſcharij, confuſi apud Scriptores Danicos.

Francis Scriptoribus

31 DVplex Hiſtoricorum genus in antiquitate Danicâ obſeruamus : aliud coævorum Francorum, qui ſeculo Chriſti nono cum S. Anſchario viuentes, ob bella Francorum cum Danis tum geſta, plurimorum ſucceſſionem Regum accuratè indagarunt. Horum Hiſtoriæ domeſticas traditiones à nullâ tamen antiquitate commendatas (quod ſecundum genus dicimus) præferunt Scriptores Danici, variis pro ſe Regum productis catalogis ; quorum primus ſtatui poteſt Runicis litteris nuper ab Olao VVormio editus, in quo tres vltimi Reges referuntur, Chriſtophorus, Ericus filius, huiuſq; filius alter Ericus anno MCCCXIX vitâ functus, cùm iam vltra annos quadringentos & quinquaginta mortem obiiſſet Anſcharius. Alter ſuam à Regio Scriptore Erico Pomerano accipit dignitatem, vtinam ſinceram etiam antiquitatem. Superuixit ad annum MCDLIX Ericus Rex, tractatu Chronologico ad annum tantum MCCLXXXVIII deducto. Tertium edidit catalogum Erpoldus Lindebrogius ad Regem Chriſtiernum IV continuatum. Præ his omnibus eminuit circa annum MCC Saxo Grammaticus trecentis & quinquaginta annis S. Anſchario iunior : cuius Hiſtoriam ob non pauca immiſta fabuloſa poſt altos non immeritò perſtringit Ioannes Gerardus Voſſius lib. 2 de Hiſtoricis Latinis cap 55. Saxonem in ſuâ Daniâ ferè ſequuntur Krantzius & Meurſius, defendit in ſuis ad eum Notationibus Stephanius. Hic ad librum IX ſchema ſeu figuram genealogicam deducit : ex quâ Rex Gottricus ſeu, Godefridus anno DCCCX vitâ functus, pro certiore & ab omnibus admiſſo fundamento proponitur. Huius ergo Godefridi pater aſſignatur Gormo, ex fratre anonymo nepos Hemmingus, dein proprius Godefridi filius Olaus, nepos Ringo ſiue Anulo, ex eoq; tres pronepotes Haraldus Klag, Ericus, & Hemmingus, ac demum abnepos Guthorm filius Haraldi Klag. Iterum ex eiuſdem Godefridi filiâ nuptâ Siguardo Noruago aſſignatur nepos Siuardus, qui cum Ringone conflixerit, tum ex illo prognati pronepotes Regnerus Lodbrog & Reginfridus, dein huius Reginfridi filij nouem, Godefridi abnepotes, qui continua bella cum Haraldo Klag geſſerint. ſuntq; hi : I Iuarus, qui patri in Angliâ ſucceſſerit, aliis Inguar, II Ericus aliis Horich, III Regnoldus, aliis Roduifus, IV Siguardus, aliis Sigafridus, V Biorno, VI Agnerus, VII Vitſercus, VIII Vbbo, IX Fridleuus aliis Godefridus. Denique atnepos, à Siguardo progenitus Ericus puer.

Dani poſteriores,

confundũt genealogiam,

fabuloſa miſcent,

32 Hæc Stephanius, à quo in nonnullis diſſentit Meurſius. Primò Ringonem ſtatuit natum ex ſecundâ filiâ Regis Gotrici nuptâ cuidam Cimbro. Contrà Hemmingum ſeniorem filium Olai ſtatuit, Gotricumque auum eius non patruum. Secundò Haraldi iunioris & Erici fratris familiam præterit. Ex his Reges hoc proferuntur ordine : Haraldus, Gormo, Gotricus ſeu Godefridus, Olaus, Hemmingus, Siuardus cum Ringone, Regnerus, Iuarus, Siuardus illius frater, Ericus frater Haraldi, Ericus filius Siuardi. Ita Meurſius ſecutus Saxonem, apud quem tamen Iuarus potiùs in Angliâ quàm Daniâ regnauit : qui etiam Iuarus à Krantzio omittitur, & cum priore Erico fratre Haraldi abeſt à catalogo Olai VVormij. Apud Ericum Pomeranum Siuardo ſuccedunt Annulo & Sigefridus, ſuprà Siuardus : his Reinfridus & Haraldus, tum Ericus ſenior & Ericus puer cum ſtupendâ temporum confuſione, quam de Hemmingo Rege agens agnoſcit Meurſius, totiuſque addit in his talibus nihil certi admittere. Eò vſque tamen tempora ſuccedentium Regum ad certos calculos reuocanda ſunt, vt ea quæ ſcribuntur facta, fieri potuiſſe ſatis probetur. Agnoſcit Meurſius ſemel iterumq;, Gotricum Regem ſeu Godefridum, anno DCCCX mortem occubuiſſe, quem calculum infrà confirmabimus. Succeſſor intruditur filius Olaus, cuius regnum ſuo tempore non determinatur. Olao ſubſtitutus Hemmingus & Erico Pomerano & Meurſio dicitur XXVIII annos regnaſſe : vt quamuis Olaus aliquot tantùm menſes exegiſſet in regno, hic tamen neceſſariò attigerit annum DCCCXXXVIII, à quo Siuardus cum Ringone regnum adeptus, integro quinquennio ſtatuitur Sclauos oppugnaſſe, bellog; deinde ciuili cum Ringone ſuſcepto, ex inflicto vulnere obiiſſe, regni ſucceſſore Regnero relicto, anno, ex Meurſij calculo, minimùm XLIV ſupra DCCC. Regnerum ſcribunt & Meurſius & Saxo, rebus domi compoſitis, bellum in Noruagiâ contra Froum Regem confeciſſe, tum ex Lagethartâ vxore Fridleuum & duas filias procreaſſe : dein rebelles ſibi Cimbros, Scanos, Halandoſque domuiſſe, poſteà priore coniuge repudiatâ Thoram Suecam amauiſſe, ex eâque VII filios genuiſſe : & poſt ſubactas Saxoniam, Sueciam, Noruagiam, Angliam, Orcadas rediiſſe in Daniam, & ex Suanlogâ thori ſociâ aſſumptâ, tres filios ſuſtuliſſe : denique Gothiam, Ruſſiam, & remotum longè Helleſpontum ſubigaſſe, ac tamdiu ſuperuixiſſe, dum ſeptem filios ætate adultos variis regnis præfecerit. De annis regni huius Regneri tutius credidit Meurſius nihil dicere : ſed mox Iuaro ſucceſſori initium regni aſſignat anno DCCCXXXVI, aut ſui prorſus immemor, aut chronologiæ arithmeticaq; oblitus.

& ordine Regũ ſuccedentiũ,

Gotrici,

Olaꝰ, Hẽmingi,

Siuardi,

Regneri,

Iuari,

33 Monet interim Regis Erici Pomerani fidei non facilè detrahendum : cui Regnerus per decem annos vrbes Franciæ vaſtauit, Pariſiis in Eccleſiâ S. Germani, & Aquiſgrani in palatio Imperatoris ſtabulum equorum fecit, multaque mala Eccleſiæ intulit. Quæ Meurſius ægrè probabit ante annum XXXVI contigiſſe, differenda ſaltem ad annum XLV aut IXXXI ſupra DCCC, ſed poſt Regneri obitum. Iuaro poſt regnum annis quinque adminiſtratum extincto, ſubſtitutus dicitur frater Siuardus, cui, cum Siguardo Noruago confuſo, ſucceſſerunt apud Ericum Pomeranum, Annulo & Sigefridus, (aliis Ringo & Siuardus II) qui poſt decem regni annos in prælio ambo corruerunt. Pars autem Annulonis cruentâ victoriâ potita, Reinfridum & Haraldum in regnum poſuit, factâque inter eos pugnâ nouem annis Haraldus tandem Reinfridum de regno expulit & ſolus regnauit. Tunc filij Sigefridi Haraldum de regno expulerunt, qui ad Imperatorem Ludouicum confugit, & anno Domini DCCCXXVI apud Maguntiam baptizatus eſt.

Siuardi II,

Hæc

A *Hæc ille. Eumdem annum* baptiſmo Heriolti *ſuprà aſſignauimus; ſed quali reliquorum temporum confuſione relata apud Ericum Pomeranium,* cuius fidei nihil detractum *patitur*
Horici ſeniorii, *Meurſius?* In regnum, *pergit Ericus,* reſtitutus Haraldus Chriſtianitatem reliquit, quem anno DCCCXXVIII S. Anſcharius veniens ad Daniam reuocauit ad Chriſtianitatem, & eccleſiam in Heideby conſtruere fecit: poſt quem Ericus frater eius regnauit. Huius tempore Rollo Dux Danorum Franciam intrauit, & Carolum Regem compulit dare ſibi terram, quæ nunc Normannia dicitur. *Quod anno* CMXI *contigiſſe docet coæuus ſcriptor Dudo à S. Quintino lib. 2 de Moribus Normannorum. Quàm ea tempora procul ab anno* DCCCXXVIII *diſtant! Meurſius initium regni* Erici *attribuit anno aut* XLVII *aut* LVII *illius ſeculi: ita dum coniecturis nititur incertis, in ambiguo fluctuat. Tempus regni Erici, eiuſq; à ſe deſcriptæ cædis ſilet, quamuis ex Annalibus Fuldenſibus, Metenſibus, Bertinianis & Geſtis Normannorum manifeſtum ſit, anno eum* DCCC-
Horici iuniorii. LIV *interiiſſe, regno iuniori* Erico, *ſiue* Horico, *relicto.*

§ VIII *Emendata ſucceſſio Regum Daniæ.*

B 34 QVantùs inuoluantur erroribus *Scriptores Danici, oſtendi paucis debuit, ne Acta Sanctorum illis contraria, aduerſo mox ſtylo ſubducantur: nunc ad certiora temporum horum monumenta properamus, & ſingula paucis probamus. Primò in Annalibus Eginharti & Loiſelianis tomo 2 Scriptorum Hiſtoriæ Francorum anno* 812 *referuntur fratres* Anulo *& corruptè* Amilo Rex *tunc occiſus, eiuſq; ſucceſſores* Re-
Heriolti baptizati Moguntiæ 4 fratres, ginfridus *&* Herioltus, *ſimul* Reges, *& apud* Carolum Magnum *tum obſes* Hemmingus, *anno ſequente remiſſus. Alius* Heriolti frater Roruc *dicitur in Annalibus Fuldenſibus & Metenſibus anno* 850. *En quinque fratres, ex quibus* Hemmingus *in iiſdem Annalibus Fuldenſibus an.* 837 *dicitur* filius Halpdani, *tunc in* Walchrâ inſulâ *Selandiæ Belgicæ ab aliis Normannis occiſus: eam autem inſulam deinde*
pater Halpdanus, Heriolto fratri *tutandam fuiſſe traditam infrà oſtendemus.* Halpdanus *ergo, horum quinque fratrum parens, floruit circa annum* DCCLXXXII, *quo in eiſdem Annalibus Fuldenſibus legitur* Miſſus Sigefridi Regis ad Carolum Magnum, *ſenioris* Heriolti *filius, aut ductâ in uxorem filiâ gener. In Annalibus Eginharti & Loiſelianis anno* 812 *ius regni* Anuloni *datur, quòd* nepos *eſſet* Heriolti quondam
auus Herioltus Rex, patruus Gormon, patrueles Sigefridus Regis, *quem auum horum quinque fratrum ſtatuimus. In catalogo Regum Daniæ à Lindebrogio edito* filius ſucceſſorque Heriolti, *ſeu* Haraldi, *ſtatuitur* Gormon pater Sigefridi *&* Godefridi, *ſeu* Gotrici, *dein* Regum. *Ex his* Si-
C gefridus *anno* DCCLXXVII S. Wittekindum Saxonem, *necdum religionem Chriſtianam amplexum, ad ſe confugientem ſuſcepit:* Legatos ad Carolum Magnum *an.* DCC-
LXXXII *miſit; alios ab eo remiſſos anno dein nonageſimo octauo accepit, vt legitur in eiſdem Annalibus Eginharti, & Poëta Saxonici, à quo* Sifridus, *ſeu* Sigfridus, *appellatur. De*
& Godefridus Reges, ex huius fratre Hemingus Rex, Godefrido Rege Danorum, *eiuſq; cum* Carolo Imperatore *ſuſceptis bellis, agunt omnes Francorum antiquorum Annales, ab anno potiſſimùm* IV *vſque ad* X *ſupra* DCCC, *quo, illi* mortuo Hemmingus filius fratris eius in regnum ſucceſſiſſe *eiſdem verbis vbique traditur: eodem prorſus modo* Reginholdus filius fratris *eius dicitur anno* DCCCVIII interfectus, *frater huius* Hemmingi; *cuius alij duo fratres* Hancwin & Angandeo pace cum Legatis Caroli anno DCCCXI firmatâ *innotuerunt. Hos fratres referunt Annales Loiſeliani, Eginhardi, Bertiniani ac Vita Caroli Magni Auctore incerto. Priores etiam duos* Reginholdū *&* Hem-
mingum Regem *Annales Fuldenſes, & Metenſes ac monachus Egoliſmenſis in Vitâ eiuſdem Caroli. Ex his* Reginholdus, *aliquibus* Reginhaldus, Reginbaldus *&* Reynaldus *eſt. vti* Angandeo *etiam* Gandeo; *at quo* Godefridi *fratre procreati ſint non proditur. Suſpicamur ex eo ſilentio, & quietâ poſt obitum Godefridi in regnum ſucceßione, natos ex ſeniore aliquo eius fratre, qui antè vitâ functus fuerit, quàm*
tum Sigefridus iunior, *patri in regnum ſuccederet.* Hemmingo Rege *anno* DCCC-
XII *defuncto,* Sigefridus nepos Godefridi, *&* Anulo *ſuc-*

cеſſionem prælio dirempturi, ambe occiduntur. Sigefridus *Scriptoribus Danicis* Siguardus, *an ſeniore* Sigefrido *pro-* AVCTORE G.H.
gnatus prætenderit ius ſucceſſionis, filius Godefridi *vitro adhuc* D *quieſcentibus? De* Anulone, *qui Danis* Ringo *eſt (quod* annulus *Germanis Daniſq; tynck appelletur) eiuſq; fratribus* Reginfrido *&* Heriolto *tum* Regibus *conſtitutis antè actum eſt.*

35 *Contra hos* quinque filij Regis Godefridi, *hactenùs* v *filij Go-*
quieti, arma ſumpſerunt, anniſq; eos ſequentibus expulerunt: defridi, ſi-
interfectis in conflictu Reginfrido *&* ſeniore filio Gode- *mul Reges,*
fridi, *qui à Danis Scriptoribus videtur* Olaus *dici, ſed regno* *Olaus,*
perperàm ei Godefridum *inter ei* Hemmingum *aſſignato. Supererant* quatuor filij Godefridi *ſimul regnum gubernantes, quos vnus diu oppugnauit* Herioltus *copiis Saxonum & Obotritorum aduatus. Tandem diſcordiâ inter fratres exortâ, regnoq; duobus expulſis, duo alij anno* DCCCXIX Herioltо *in ſocietatem regni aſſumpto, quietè aliquamdiu rexerunt,* miſſis *etiam anno* XXII *eiuſdem ſeculi ad* Ludouicum Pium Legatis. *Verùm anno ſequente* Herioltus *ad* Imperatorem *venit, auxilium rogaturus contra* minas filiorum Godefridi. *Quo diſsidio creſcente, anno* DCCCXXVI *idem* Herioltus *cum vxore & magnâ Danorum multitudine Mogontiæ baptizatus eſt, multiſq; acceptis ab Imperatore muneribus cum* S. Anſchario *ad* confinia Danorum *reuerſus,* E
nullam regni partem recipere potuit. Hæc pluribus proſequitur Eginhardus, qui anno DCCCXXIX *ſuos Annales concludit. Eadem leguntur in Annalibus Bertinianis & Metenſibus & Vitâ Ludouici Pij. Annales etiam Fuldenſes ad annos* 821 *&* 825 *referunt* filios Godefridi *& ad an.* 826 Herioltum baptizatum. *Vnus* ex filiis Godefridi Rex Danorum *appel-* *Horicus*
latur Horicus *in Annalibus Eginhardi, Bertinianis & Me-* *dein mo-*
tenſibus ad annum 827, *quem tandem* ſolum monarchiam *narcha,*
regni Danorum tenuiſſe *referunt infrà Acta S. Anſcharij num.* 41. *Hic* Rex Danorum *ſuos ad* Imperatorem Legatos *miſit annis* VI, VIII *&* IX *ſupra* DCCCXXX, *vt pluribus exponitur in Annalibus Bertinianis. Ceterorum* fratrum *nomina in Geſtis Francorum non exprimuntur. Vt aliquod fabuloſis Danorum narrationibus fundamentum fuerit, arbitramur appellatos* Ragnerum, Inguarum, *ſeu* Iuarum, *&* *Ragnerus,*
Siuardum, *ab Danis inter* Reges *numeratos. In Fragmento* *Iuarus,*
Chronici Fontanellenſis ad annum 845 *dicitur* Ragnerus *Siuardus,*
Dux Normannorum cum claſſe ſuâ Pariſios veniſſe, *quem Aimoinus lib.* 1. *Miraculorum S. Germani Epiſcopi Pariſienſis appellat* Ragenarium Ducem Normannorum, auctoremque totius mali, *qui in Daniam redux totius expeditionis euentum cùm* Regi Horich *narraret, epileptico diuinitus morbo punitus, triduo pòſt miſerrimè diffuſis viſceribus vitam finierit. Hic illis Regnerus eſt, cui ex tribus* F
vxoribus plures filios volunt ſuſceptos, & in variis ab eo debel latis regionibus conſtitutos Reges: interq; eos Iuarum & Siuardum illi in regno Daniæ ſucceſsiſſe. Fortè illius Ragneri fi- *ex his prognati Gudurm,*
lius fuit Gudurm, fratre Horici Regis natus, *qui piratico more ad annum vſque* DCCCLIV *vixit, quo reuerſus in Daniam oppugnauit* Horicum *patruum tantâ* mutuæ cædis contentione triduo *continuatâ,* vt de ſtirpe regiâ *Godefridi* niſi vnus puer, nullus remaneret: *vti vnanimi conſenſu referunt Annales Fuldenſes, Metenſes, Bertiniani, Geſta Normannorum, & Acta S. Anſcharij infrà num.* 54 *vbi* puer *ille, qui ſucceſsit,* Horicus iunior *appellatur, quem Da-* *& Horicus iunior Rex.*
ni Scriptores volunt patre Siuardo *procreatum.*

§ IX *Acta poſtrema Heriolti; huius fratris Roruc, filiorum Godefridi & Rudolfi.*

36 DEfuncto *Imperatore Ludouico Pio, ſecutus* Herioltus, Rex *olim* Danorum, *partes Lotharij Imperatoris, ab eo obtinuit* Walchram *ſeu* Walacras *in Selandiâ* *Heriolti*
Belgicâ, aliaq; vicina loca, annò DCCCXLI in beneficium *poſtrema*
collata, *vt tradunt antiqui Annales MSS. Hoſpitalis S. Nico-* *Acta.*
lai prope Cuſam, qui vt plurimùm editis Bertinianis conſentiunt: ſubinde lacunas eorum ſupplent. Idem Herioltus *apud Nithardum nepotem Caroli Magni lib.* 3 *Hiſtoriæ conatus eſt*

AVCTORES G.H

cum Orgario Archiepiſcopo Mogontino, Hattone Comite *aliſq; anno* DCCCXLIII & Moſellam Lothario ſeruare, *& tranſitum* Ludouico & Carolo Caluo *fratribus prohibere, ſed irrito ſucceſſu. Mortuus ante annum* DCCCL

A *obitus, filij Rodulfus & Godefridus, frater Roruc*

Herioltus *reliquit ſuperſtites* filios Rodulphum & Godefridum, *quos memorant Annales Bertiniani ad annos* 852 *&* 864. *At* Roruc *vt teſtantur Annales Fuldenſes anno* 850, defuncto fratre Heriolto, apud Lotharium proditionis crimine, falsò, vt fama eſt, inſimulatus, tentus & in cuſtodiam miſſus: vnde fugâ lapſus, in fidem Ludouici *fratris*, Regis Germaniæ, *admiſſus*, cœpit piraticam exercere, loca regni Lotharij vaſtare, Doreſtadum occupare & poſſidere. *Hunc* Roruc *confundunt cum* filio Godefridi Horico *ſeu* Erico ſeniore Rege Danorum,

tum Horico Rege confuſus,

plerique Daniæ Scriptores, Saxo Grammaticus lib. 9, *& in Notis ad eum Stephanius, Krantzius lib.* 4, *cap.* 12, *Pontanus lib.* 4. *Meurſius lib.* 3 *aliiq;*.

37 *Verùm poſt* Horicum Regem Danorum *anno* DCCCLIV *occiſum*, *hic* Roruc *cum* Godefrido filio Heriolti, *qui anno* DCCCLII *à* Lothario Imperatore *defecerat*, ex Friſiâ Daniam patriam *repetiit* ſpe poteſtatis regiæ nanciſcendæ. *Dein* cum conſenſu Lotharij iunioris, *defuncto patre*, claſſem duxit *anno* DCCCLVII in fines Danorum, & conſentiente *iuniore* Horico Rege Danorum, partem regni inter mare & Egidoram, cum

imperant in Iutiâ

B ſociis ſuis obtinuit: *vt tradunt partim Annales Bertiniani annis* 852 *&* 855, *partim Fuldenſes anno* 857, *in quibus plura ſequentibus annis tradantur, & potiſſimùm relicto in* Daniæ parte Godefrido, *reditus* Roruci in Friſiam, *ad cuius* colloquium *defuncto Lothario* perrexiſſe Carolum Caluum apud Noviomagum caſtellũ *anno* DCCCLXX, *eumq;* Roricum *biennio pòſt* Traiecti ad Moſam benignè ſuſcepiſſe, *at ſocium* Rodulfum, *alterum Heriolti filium*,

& Friſiâ:

infidelia machinantem remiſiſſe, *docent iidem Annales Bertiniani. Addunt Fuldenſes ad annum* 873 Rodulfum *hunc claſſe in regnum Ludouici eductâ, conſertoq; prælio cum octingentis viris occubuiſſe*, *cùm antè* Roruc in palatio Aquenſi ſuſceptus *fuiſſet* in dominium Ludouici. *Nec videtur* Roruc *diu ſuperfuiſſe*, *cuius quaſi proximus heres ſibi* Friſiam *depopoſcit* Godefridus; *quo &* Sigefrido Ducibus *deuaſtata incenſaq; ſunt anno* DCCCLXXXI *& ſequente* Traiectum, Leodium, Tungri, pagus Haſbanicus, Ripuaria regio, & monaſteria Inda, Stabuletum, Malmundarium, Prumia, Aquenſe palatium, Bonna, Colonia Agrippina, Treuirorum vrbs, *aliaq; loca*. Quare Carolus Craſſus *tunc* Imperator *cum hoſte victore tranſigere coactus*, *datâ* Godefrido *in vxorem* Lotharij Regis filiâ Giſlâ, *petitam Friſiam alicſq; honores*, *quos* Roricus *patruus habuerat, vltro conceſsit. Verùm ille adornatâ cum Hugone vxoris fratre in Carolum Craſſum conſpiratione, antè*

obeunt Rodulfus. Roruc,

& ductâ Giſlâ filiâ Lotharij

Godefridus.

C *dolo circumuentus, anno* DCCCLXXXV *cum omnibus, qui ei aderant, Normannis trucidatus eſt, infelici filiorum Heriolti exitu: quæ pluribus deducunt Annales Metenſes.*

38 Sigefridus, *quem alterum* Ducem expeditionis Normannicæ *&* ſocium *huius* Godefridi *diximus, appellatur in Annalibus Fuldenſibus anno* 873 Rex Danorum, miſſis *etiam* pacis faciendæ gratiâ *ad* Ludouicum Regem Legatis, *vt ex eis ſociis, quibus Daniæ pars inter mare & Egidoram conceſſa fuit, videatur cenſendus, ex fratribus ſortè Heriolti oriundus, quod eius* frater Halbdenus, *nomine ab auo* Halpdano *ſumpto, appelletur*. Sigefrido *poſt Gal-*

Sigefridus III

& Rollo Dux, quâ origine nati.

lias ferro, rapinis incendiiſq; deuaſtatas anno DCCCLXXXVII *interempto*, *ſub auſpiciis* Rollonis Ducis *reliqua in* Galliâ *deinceps* bella Normannica *geſta ſunt*, *dum ipſe* Chriſtianam fidem amplexus, *ductâ in vxorem* Caroli Simplicis *filiâ* Giſlâ, *oram Galliæ maritimam in dotem accepit*, *ab eo tempore Normanniam appellatam. Hic autem* Rollo *eiuſq; poſteri* conſanguinei Regum Daniæ *habentur, ex aliquo prædictorum Principum & Heriolti familiâ forſan origine ductâ: quòd fratre Rurim occiſo, vrbe euersâ, à Rege Daniæ expulſus legatur apud Dudonem & Gemmeticenſem in Normannicis.*

§ X *Viri Apoſtolici in conuerſione Danorum. Templa prima erectâ.*

39 PRimus ad ferociſſimos Danorum populos iter euangelizandi conuertit *circa annum Chriſti* DCC S. Willebrordus, regnante *iſtic* Ougendo, *homine* idololatriæ dedito, moribuſque obdurato: *quare* acceptis XXX *inde* pueris ad populos Francorum Willebrordum reuerti feſtinauiſſe *tradit in eius Vitâ* VII *Nouemb. Alcuinus Caroli Magni Præceptor. Præterito S. VVillebrordo, à Mermanno in Theatro conuerſionis Gentium primus ſtatuitur* Heridagus, *cui à* Carolo Magno in vltimâ Saxoniæ regione trans Albim parochiam *fuiſſe commiſſam antè diximus, ex Actis & Diplomate Ludouici Pij infrà dandis. Verùm nuſquam aliquod veſtigium reperitur, quo vlterior eius in Daniam innui poſsit progreſſus. Illuſtrior conatu ſuo fuit* Ebbo *circa annum* DCCCXVI, Archiepiſcopus Remenſis *ordinatus; ſed ob conſpirationem cum Lothario contra Ludouicum Pium non parum obſcuratus: non tamen è Tabulâ virorum Apoſtolicorum, qui Danorum conuerſioni adlaborarunt, abradendus: quem defunctum S. Anſcharius virum* diuino Spiritu afflatũ *deprædicat in Epiſtolâ ad Epiſcopos Germaniæ infrà dandâ. Hic ergo* Ebbo *è Germaniâ oriundus, & collactaneus Ludouici Pij, miſſis ab hoc* E *ad* Reges Danorum, filios Godefridi, *Legatis*, conſilio Imperatoris & Romani Pontificis auctoritate, prædicandi cauſsâ ad terminos Danorum acceſſit, multoſque ex eis ad fidem venientes baptizauit, *vt referunt Annales Eginhardi, Bertiniani, & Metenſes ad annum* 823, *& ad præcedentem Fuldenſes. Decretum Paſchalis Papæ ſuper eius miſsione infrà damus: vti eiuſdem confirmationem in Decreto Gregorij* IV. *Idem* Ebbo *infrà in Actis num.* 20 *&* 21 propinquum ſuum Gautbertum Epiſcopum *vice ſuâ* Legatum ad Sueones *direxit*, cellâ Wenelao, *quam prope Albim conſtruxerat, ei collatâ, datoq; ſocio nepote ſuo* Nithardo, ob odium Chriſtiani nominis *poſteà interempto.* Hildesheimenſem Ebbo *in* Saxoniâ Sedem dono Lu-

Viri Apoſtolici ad Danos cõuertendos profecti, S. VVillebrordus,

Ebbo Archiep. Remenſis,

dein Epiſc. Hildesheimenſis:

douici Regis Germaniæ adeptus, Epiſcopali officio vſque in finem vitæ functus, diuerſas fecit Ordinationes, ab omnibus abſque vllâ vnquam reprehenſione admiſſas. *Quin* Hincmaro *tum* Epiſcopo Remenſi *vſus pallij auctoritate Apoſtolicâ ſub hac ſolùm cautione conceſſus eſt*; Saluâ tamen contentione, quæ inter Hincmarum & Ebbonem habetur: *quæ pluribus cum eius depoſitione deſcribunt Clerici Remenſes ab eo ordinati in peculiari Narratione Tomo* 2 *Scriptorum Franciæ. Interfuit* Ebbo *tum* Epiſcopus Hildesheimenſis Concilio Moguntino *ſub* Rabano Mauro *anno* DCCCXLVII *habito. Vitâ functus* XIII Kalend. April. *anno* DCCCLI, Indictione XIV, *teſte* F *Hincmaro epiſt.* 27 *ad Nicolaum Papam tomo* 2 *operum. vbi Tractatu* 50 *profert* apparitionem *eiuſdem* Ebbonis *à morte* Bernoldo Preſbytero *factam, quâ ſacrificiũ & precibus aliorum pœnis liber ſalutem fertur conſecutus.* Zelo *eius &* vltimo colloquio *excitatum in ſuis periculis* S. Anſcharium *tradunt Acta num.* 56; mutuamque *inter vtrumque* dilectionem vſque in finem vitę perduraſſe, *docet Adamus cap.* 22. Collega Legationis Ebbonis ad Danos *in Decreto Paſchalis Papæ vocatur* Halitgarius religioſus miniſter, *qui dein* Epiſcopus Cameracenſis à Ludouico Pio Conſtantinopolim ad Michaëlem Balbum Imperatorem *miſſus refertur in Annalibus Eginhardi, Bertinianis & Metenſibus ad annum* 828: *cuius liber de Sacramento Pœnitentiæ & de Virtutibus & vitiis, rogatu Ebbonis conſcriptus, extat in Bibliothecâ Patrum.*

Halitgarius Presbyter, dein Epiſc. Cameracẽſis:

40 *Horum exemplis propoſitis*, S. Anſcharius, *aſſumpto Autberto ſocio, anno* DCCCXXVI *cum* Herioldo Rege ad confinia *profectus* Danorum, *vt fidem iſtic Chriſtianam plantaret propagaretq;, adlaborauit: pueros quæſiuit*, *emit, & in Chriſtianâ religione cœpit educare. Dein* Archiepiſcopus Hamburgenſis *creatus, & Sedis Apoſtolicæ auctoritate* Legatus Danorum & Septemtrionalium regionum *conſtitutus,*

S. Anſcharius

A conſtitutus, interiora Daniæ, quod nullus hactenùs præſtiterat Sacerdos, penetrauit: conciliatiſq; ſibi Regibus, Horicò filio Godefridi, alteroq; eius ſucceſſore Horico iuniore, primas in Daniâ extruxit eccleſias, traditáq; Sacerdotibus, abſq; vllâ prohibitione ſacro miniſterio functuris. Primò hanc dignitatem obtinuit Sleſuicum oppidum, à Sliâ fluuio, ſeu maris ſinu, cui adiacet, nomen ſortitum, nunc Ducatus titulo, olim Anglorum ſede clarum. Nam teſte Ethelvverdo lib. 1 Chronici, Anglia vetus ſita eſt inter Saxones & Giotas, habens oppidum capitale ſermone Saxonico Sleſwick, ſecundùm Danos verò Haithaby, quod nomen in oppoſito vico ad alteram Sliæ ripam permanet. Angli hi Bedæ etiam lib. 1 Hiſtor. Angl. cap. 15 ſunt inter Iutas & Saxones, de eâ prouinciâ, quæ Angulus dicitur; nunc Anglen, regio inter Sleſuicum & Flensburgum mari Balthico vicina. De Anglorum ſede auo Taciti & eorum cum Thuringis, & Varnis ſocietate, alibi diximus. Apud Iutas, ſeu Giotas, altera ſub Horico iuniore prope Oceanum occidentalem, ſeu Britannicum, in oppido Ripâ ad Nibſam fluuium, eccleſia permiſſa eſt. Ioanni Iſacio Pontano in chorographicâ Daniæ deſcriptione Ripæ templum ſatis amplum ex ſaxo quadrato vnà cum turri miræ altitudinis in Lilio monte, primùm ab Erico, quem S. Anſcharius Chriſtianam pietatem B docuit, circa annum Chriſti DCCCXLVIII magnificè extructum dicitur; ſed non abſque mendo. Primò debitam chronologiâ pluribus annis præuenit, & neceſſariò ſeniori Horico adſcribit, quod à iuniore factum eſt. Secundò non exſtruxit iſtic Rex templum, ſed locum, vbi eccleſia fabricaretur, tantùm conceſſit. Tertiò magnificam aliquam ſtructuram nec intendiſſe S. Anſcharium, neque illi ad eam impenſas ſuppetiiiſſe arbitramur, maximè cùm anno DCCCLVII eam partem regni inter mare & Egidoram ab Rege donatam Horico eiuſq; ſociis, antè commonſtratum ſit. Hinc nulla huius Ripæ in Actis S. Remberti, ſed frequens Sleſuici mentio. innuit hunc locum deſeri poſteà debuiſſe. Verùm ſeculo ſequente, quando Haraldus Rex ab Ottone I Imperatore deuictus poſt Chriſtianam religionem ſuſceptam, regnum recepit, datos circa annum CMXLVIII Danis Epiſcopos, Haroldum Sleſuico, Liafdagum Ripæ, alioſq; reliquis prouinciis tradunt Adamus lib. 2, cap. 2, Albertus in Chronico & Helmoldus lib. 1, cap. 9: poſt quæ tempora templum à Pontano deſcriptum fuerit Ripæ extructum. De S. Liafdago infrà hoc die agimus.

templa extrigit Sleſuicis,

antiquâ Anglorũ ſede,

& Ripæ,

Epiſcopatibus dein illuſtrata.

§ XI *Sueones conuerſi. Horum, æuo S. Anſcharij, Reges: Birca emporium.*

C 41 DAnos Sueuoſque ad fidem Chriſti à S. Anſchario conuerſos *fuiſſe ſuprà ex variis Martyrologiis & carmine Hamconi retulimus, vbi* Sueui *ſunt iidem, qui Tacito de Moribus Germanorum cap.* 44 Suiones, *auo S. Anſcharij Sueones, nunc* Sueci *aut* Suedi *appellantur, populus Tacito antiquæ Sueuiæ, à Germanis mari Sueuico, nunc Balthico diremptus. Citra quod interior Germaniæ regio latiſſimè ad Danubium extenta à* Sueuis *inhabitabatur, ſed* propriis adhuc nationibus nominibuſque, *vt idem Tacitus loquitur cap.* 38, diſcreta: *quod nomen prope Danubij fontes ad confluentem vſque Lycum apud antiquos Vindelicos & Alemannos permanſit, reliquâ* Sueuiâ Germanicâ *deinde* Sclauorum *ferè nomine appellatâ. Hac vocis controuerſæ diſtinctione neglectâ, Mermannus in Theatrò conuerſionis Gentium credidit* fidem Chriſti in regno Sueciæ circa annum CCLXV tempore Imperatorum Valeriani & Gallieni; *fuiſſe annuntiatam; alioſq; ſequentibus ſeculis à Sede Romanâ ſubmiſſos viros Apoſtolicos: quod à Sueuiâ modernâ prope Danubium ad Sueones, ſeu Suecos, magnâ inſcitiâ tranſlatum. Ioannes Magnus lib.* 17 *Hiſtoriæ Gothorum & Sueonum cap.* 1. *ſcribit* Biornum Regem Legatis ad Carolum Magnum miſſis, poſtulaſſe eruditos & pios in Chriſtianâ fide Doctores ad ſe tranſmitti: complures & pietate & doctrinâ præſtantes confeſtim impetraſſe; quorum præcipuus fuerit Herbertus Eccleſiæ Lincopenſis in Oſtrogothiâ Pontifex, qui etiam eiuſdem eccleſiæ fundamenta primò fieri procurauit. *Quæ idem Ioannes Magnus lib.* 1 *de Vitis Epiſcoporum Vpſalenſium repetit. Ioannes Vaſtouius Vitem Aquiloniam, ſeu Vitas Sanctorum Scandinauiæ, exorditur ab eodem* Herberto, *quem addit* natione Belgam, anno DCCCXIII cum ſociis Oſtrogothiam penetraſſe, *ac* poſteà primum in Germaniâ Mindenſium *creatum* Epiſcopum. *Verùm ſub Carolo Magno* Herimbertum, *ſeu* Erkanbertum; *illi* Eccleſiæ *præfuiſſe meliùs docent Krantzius lib.* 1 *Metropolis cap.* 9 *Chronicon Mindenſe à Piſtorio editum, Cratepolius de Epiſcopis Germaniæ & tractatu de Aſſertione Miſſæ: apud quos ſanctè obiiſſe traditur, ſeu* VII *ſeu* IX *Iunij, quod iſtic examinandum. Cæterùm nullo Legatorum ex Sueciâ ad Carolum Magnum miſſorum veſtigio vſpiam apud antiquos reperto, arbitramur dictum Herbertum eumdem eſſe cum Gaudberto, quem mox referemus.*

ad fidem Chriſti conuerſi, non anno 265

neque 813;

à quodam Herberto;

Sueci populus olim Sueuia,

42 *Prima Sacerdotum ad eos Legatio, quoad comperiri adhuc potuit, ea fuit, quâ S. Anſcharius adſumpto* VVitmaro *ſocio, medio iſtic anno ſubſtitit, à Ludouico Imperatore miſſus, non anno* XVI *aut* XVII *ſeculi noni, poſt Concilium Aquiſgrani celebratum, vt volunt Ludolphus Rebenbergenſis & Ioannes Magnus loco antè citato, quo tempore adoleſcens Anſcharius inter monachos Corbeiæ veteris inſtituebatur; ſed anno* XXIX *illius ſeculi, eum ob morbum Autberti relicto Heriolto Rege, ad Corbeiam Saxonicam reuerſum, euocauit Imperator, vt Acta cap.* 4 *accuratè tradunt.* Anſchario *deinde* Archiepiſcopo Häburgenſi & Legato *ad* Danos Sueoneſque *conſtituto, ſubmiſſus in Sueciam* Gaudbertus, Simon *dictus, primus iſtic circa annum* DCCCXXXVI *& ſequentes degit Epiſcopus, quem Ioannes Magnus lib.* 1 *Metropolis Vpſalenſis exiſtimauit*, cum Nithardo Preſbytero, glorioſo apud Bircham martyrio vitam feliciter conſummaſſe. *Verùm ſolo Nithardo occiſo, expulſus Gaudbertus, dein Oſnabrugi in VVeſtphaliâ Epiſcopus ſanctè mortuus colitur* II *Februarij cum Martyribus Ebbeckſtorpienſibus, vbi reliqua eius Acta accuratè diſcuſſimus. De S. Nithardo iam antè egimus hoc die.* Ardgarius anachoreta, *poſtquàm à priore perſecutione ſeptem Suecia annis omni Sacerdote orbata fuerat, eò profectus adſtitit moribundis Herigario & Fretburgi; de quibus agitur cap.* 7 *&* 8. *Ipſe iterum* Anſcharius, *Sede Archiepiſcopali Bremæ conſtituâ, iter in Sueoniam reſumpſit, liberoq; religionis Chriſtianæ exercitio apud* Regem Olaum *impetrato, nouellam Eccleſiam* Erimberto Sacerdoti, *cognato Epiſcopi Gaudberti, circa annum* DCCCLIII *commendauit: cui dein ſucceſſerunt* Anfridus, Ragimbertus *vitâ in itinere functus, &* Rembertus Danus *ſuperſtes S. Anſchario, qui infrà in Epiſtolâ ſuâ meritò gloriatur* apud Danos & Sueos Chriſti fundatâ Eccleſiâ, Sacerdotes abſque prohibitione proprio fungi officio. *Demum Ioannes Magnus in ſuâ Metropoli, primum* Vpſalenſem Archiepiſcopum *ſtatuit* S. Anſcharium, *fortè in Patronum à poſteris aſſumptum, quamuis non videatur eam vrbem, ſi tum extiterit, vnquam acceſſiſſe. Eodem aut maiore iure* Gaudbertus, *alii* Herbertus, *cenſeri poteſt* Lincopenſis Protoepiſcopus, *Epiſcopali Sede poſt Bircam deſtructam, vbi is aliquamdiu Epiſcopus reſedit, Lincopiam tranſlatâ.*

ſed à S. Anſchario miſſo non anno 816

ſed 829

E

tum à Gaudberto, & Nithardo,

Ardgario;

iterũ à S. Anſchario, Erimberto, Anfrido,

Remberto Dano.

F

43 *Fuit autem* Birca *(quam Adamus cap.* 94 *Geographiæ ſcribit* in tantam ſolitudinem redactam, vt veſtigia *eius* vix apparerent) *vrbs olim regia, ſita inter Telgas & Sictonam ſeu Sigdunam, oppida etiamnum nota: quorum hoc apud eumdem Adamum ab* Vbſolâ (*ſiue* Vpſaliâ, *Sede Archiepiſcopali & Academiâ regni illuſtri*) itinere diei vnius *diſtat, inter* Vbſolam *&* Stockholmiam, *vrbem nunc regiam, ſitum. Telga verò in Sudermanniâ modernâ ad auſtralem lacus Meleri partem versùs mare Balthicum eſt, vbi inter plures inſulas etiamnum* Biorko *viſitur, antiquus* Oſtrogothiæ *terminus; in quâ, aut vicinâ versùs Sictoniam inſulâ, arbitramur Bircam fuiſſe celeberrimum olim emporium, ad quod, teſte Helmoldo lib.* 1 *Chronici Sclauorum cap* 8 omnes Danorum, Norueorum, Sclauorum, Sembrorum aliorumque Scythiæ populorum naues pro diuerſis commerciorum neceſſitatibus conuenire conſueuerunt. *Dicuntur ciuitates Suecia etiamnum regi legibus à veteriſſimæ huius*

Birca vrbs regia, emporiũ,

AVCTORE G.H.

huius vrbis Bircæ iure deriuatis.

A *Reges Sueciæ incerti:*

44 Reges Sueonum, *defectu antiquorum Scriptorum, nequeunt certo successionis ordine proferri: quamuis longo catalogo numerentur apud Ioannem Magnum in Historiâ Sueonum, Krantzium in Suecicâ, Hieronymum Henninges tomo 4 Theatri Genealogici par 3. Petrum Bertium lib. 2 Rerum Germanicarum cap. 16 aliosq;. Ex his, qui æuo S. Anscharij vixerunt, à Ioanne Magno lib. 7 hoc ordine censentur.* Biorno, *seu* Biornus filius Biornonis, nepos Alarici, Rex *centesimus, tempore Caroli Magni*, Bratemundus Fro CI, Siuardus Fro *eius frater* CII, Herotus CIII, Carolus *seu* Sorlus CIV, Biornus *iunior* CV, Ingeuallus, *seu* Ingellus, CVI, Olaus Tretelia *filius Ingualli* CVII Ingo *Olai filius* CVIII. *In Actis S. Anscharij tres Reges nominantur: primus* Bern. *Adamo Bremensi* Biorn, *excepit anno* DCCCXXIX S. Anscharium & Witmarum, *& anno* DCCCXXXV Gaudbertum *&* Nitardum. *Secundus est* Anaundus, *siue* Amundus, *in Daniâ exul, à regno expulsus. Tertium adierunt* S. Anscharius *&* Erimbertus *circa annum* DCCCL, Oleph, *siue* Olaum, *qui Ioanni Magno necessariò est* filius Ingeualli, Rex CVII. *Ab* Ingeuallo *pulsus fuerit* Anaundus, *cuius exilium iuniori* Biorni Regi CV *adscripsit Ioannes Magnus; ad quem potiùs pacificè regnantem venisse* S. Anscharium *&* Gaudbertum, *non ad priorem* Biornum, *vti mauult idem Ioannes, ratio temporis prorsus conuincit: nisi alia Regum successio certioribus argumentis probetur.*

æuo S. Anscharij censentur,

tres in Actis nominati.

B

§ XII *Legatio S. Anscharij ad Aquilonares populos.*

45 *Vfficerent nobis tum diplomata Pontificia, & Cæsarea, tum Acta SS. Anscharij & Remberti, ac demum, quæ de Sclauis, Danis, Sueciscq; hactenùs diximus, nisi ad vlteriores ac longè dissitas regiones Legationem S. Anscharij extenderent ipsa Acta, plurimùm hac in parte interpolata in codicibus Budecensi & Hamburgensi; in quibus* S. Anscharius *fertur à* Gregorio IV *statutis, & à* Nicolao I *confirmatis* Legatus in omnibus circumquaque Gentibus Sueonum, Danorum, Farriæ, Gronlandon, Islandon, Scrideuindon, Sclauorum, nec non omnium Septemtrionalium, atque Orientalium nationum, quocumque modo nominatarum. *Quæ eisdem verbis repetuntur in Actis S. Remberti: quorum nullum exemplar, nisi ex eisdem Germanicis codicibus MSS. hactenùs consequi potuimus. Ipsum Gregorij* IV *diploma eâdem verborum formulâ interpolatum exhibet Pontanus lib. 4 Rerum Danicarum; intrusâ mentione* Farriæ, Gronlandorum, Helsinglandorum, Islandorum, Scrichfindorum. *Quæ melius absunt à genuinis codicibus Francicis Parisiensi & Corbeiensi Actorum S. Anscharij, & diplomatibus Pontificiis è codice Hamburgensi à Philippo Cæsare editis, quorum alterũ Nicolai Papæ transcripsit Krantzius lib. 1 Metropolis, cap. 38 & 39 atque ex eo Baronius anno 858 sect. 14: vbi* Legatus *statuitur* S. Anscharius in omnibus circumquaque Gentibus Sueonum siue Danorum, nec non etiam Sclauorum, vel in ceteris vbicumque illis in partibus constitutis Diuina pietas ostium aperuerit. *Quod tandem, sicuti tribus post S. Anscharium elapsis seculis factum est, ad hæc tempora quadam anticipatione inde translatum ostendit Catalogus Episcoporum Actis SS. Anscharij & Remberti apud Philippum Cæsarem adiunctus; in quo hoc illi ordine referuntur* capite XXVII, *sub titulo* Subscriptionum Episcoporum. Slepn. Episcopus Scalternoldensis, Simon Episcopus Halsinodensis, Torolfus Episcopus Blasconensis, Eilbertus Episcopus Farriensis, Heribertus Episcopus Wibergensis, Ratolfus Episcopus Slesuicensis, Cristian Episcopus Arusensis, Otto Episcopus Ripensis, Magnus Episcopus Wendilensis, Willehelmus Episcopus Selandensis, Ezzo Episcopus Aldenburgensis, Ecilinus Episcopus Scarensis, Sywardus Episcopus Norwegensis, Egino Episcopus Dolboigensis, Adalbardus Episcopus Sictunensis, Ioannes Episcopus Bircacensis, Thiedolfus Episcopus Sictunensis.

C *Acta circa Legationũ loca interpolata:*

Episcoporũ seculo XI viuentium subscriptiones additæ.

D

46 *Hos describit Adamus lib. 4 cap. 44, ab Adalberto Archiepiscopo Hamburgensi intra* XXIX *annos, quibus à* MXLIII, *ad* MLXXII *sedit, consecratos. Verba Adami tum viuentis non paruam lucem collatura addimus:* Plures, *inquit*, sunt, quos Metropolitanus Adalbertus ad Gentes ordinauit Episcopos, quorum Sedes & nomina ipso narrante didicimus. In Daniâ itaque nouem constituit, Ratolfum ad Sleswig, Oddonem ad Ripam, Christianum ad Arhusin, Heribertum ad Wibergen, Magnum & Albricum in VVendilam, Eilbertum in Farriam & Finnem, V Villelmum in Seland, Elginonem in Sconiam prouinciam. *Hic eidem Adamo* Dolboigensis *seu* Dalboiensis Episcopus *dicitur, Sede initio Dalboiæ in Sconiâ constitutâ: quâ dein in monasticam Præposituram commutatâ, Lunda eiusdem Sconiæ vrbs Sede Archiepiscopali totius regni nobilitata. In peninsulâ Cimbricâ prioribus quinque Episcopis Sedes fuerunt: & de Slesuico quidem & Ripa iam antè satis actum est. Quâ inde Iutia versùs Septemtrionem extenditur, continet ad mare Balthicum Arhusiam, dein VVibergam ab vtroque mari æquè disitam: demum VVendilam, seu Vendelam, vulgò Vensussel, in extremo peninsulæ angulo, prouinciæ istic Vensiliæ caput; quam etiam Burglam alij dictam volunt, & populi olim Vandalici sedem: à quâ Episcopus Burglauiensis subinde, aut Vandalicus appellatur, posterioribus seculis etiam Alburgensis, Sede Alburgi ad Lymfordum sinum maris Balthici constitutâ. Alia tum Aldenburgi in VVagriâ, Sclauorum sedes, de quâ* § 1 *egimus*, Ezzonem *Episcopum habebat. Inter insulas eminet Selandia, tum Hafniâ vrbe regiâ, & academiâ, tum Episcopatu Roschildensi illustris, de quo agemus* VI *Aprilis ad Vitam* S. VVilhelmi *Episcopi, seculo istic* XII *vitâ functi. Inter Selandiam & Iutiam Fionia insula Othoniam habet dignitate Episcopali ornatam: cuius Episcopo tum subiiciebatur procul dissita Farria insula Oceani Germano-Britannici; quâ Albis in mare exoneratur: posteà ob cœnobium istic ab Eilberto Fioniæ & Farriæ Episcopo extructum, Heilichlandia appellata.*

Ex his apud Danos constituti

in Sconiâ,

Slosuicei in Iutiâ,

Fioniâ, & Farriâ:

Selandiâ,

47 *Hactenùs de Episcopis Danorum. Progreditur ad Sueos Adamus:* In Suediam verò, *inquit*, consecrauit Adalbertus sex, Adalwardum & Acilinum, (*suprà* Ecilinum) item Adalwardum & Tadicum, (*suprà* Adalbardum & Thiedolfum) nec non Simonem atque Ioannem monachum. *Priores duo Sedem habuerunt Scaræ, seu Scaranæ, VVestrogothiæ versùs lacum Venerum vrbe. Sequentes duo resederunt Sigdunæ, seu Sictonæ, suprà à nobis descriptæ, cuius Sedes Vpsaliam deinde translata est, & Archiepiscopalis totius regni facta. Ioannes sub initium sui Episcopatus Bircæ vixit, celeberrimo, vt diximus, regni emporio; quo destructo, Sedes Lincopiam in mediâ Ostrogotiâ sitam translata, deinceps permansit. Denique Simon suprà Stemphi dictus, Scritefinios primus docuit. Halsinodensis factus Episcopus; cuius prouinciam Helsingiam ad mare Botnicum, ab Vpsaliâ ditimit Gestricia interiecta. Hæc de Suecis.* In Nordwegiam, *addit idem Adamus*, duos tantùm Episcopos Adalbertus consecrauit, Tholf & Sewardum, *quorum illum in subscriptionibus ad Acta SS. Anscharij & Remberti omissum, Adamus in Descriptione Norvvegiæ docet* ordinatum in ciuitate Trondenni, *vulgò Trumheim & Truntem. Latinis Nidrosiâ, ad Nodericum fluuium, in Septemtrionali Norvvegiâ, posteà in Sedem Archiepiscopalem erectâ.* Sywardus, *seu* Seuardus, *certâ nondum assignatâ Sede, vt de pluribus ab aliis ordinatis Episcopis obseruat idem Adamus*, Norwegensis *dicitur, Australi eius regni ditioni præcipuæ, in plures posteà Episcopatus diuisæ, præpositus.*

apud Sueos,

in VVestrogothiâ.

Vpsaliæ,

E

in Ostrogothiâ.

Helsingiâ:

Norvegiâ Septemtrionali

& Australi:

48 *Vltra Norvvegiam* Orcades *insulæ sunt, viciniores regno Scotiæ, cui hoc tempore subiiciuntur; quarum* in ciuitate Blasconâ *ab* Adelberto ordinatus Episcopus Torolfus, *corruptè* Blasconensis *in subscriptionibus appellatus. Demum sub circulo Arctico* Islandi, *insq; magis polares, vt Geographi loquuntur,* Groonlandi (*quorum insulæ, si fides Angrimi Ionæ libro de Rebus Islandicis adhibendæ, necdum cùm viueret S. Anscharius cœptæ fuerunt inhabitari*) *ad fidem Christi tunc conuertebantur, missâ ad eos ab Adalberto Bremensi epistolâ*

in insulis Orcadum:

Islandiâ & Gronlandiâ.

A epiſtolâ per Iſtephum, ſeu Stephnum, ad eas inſulas Epiſcopum ordinatum Scalternordenſem, ſeu Scalholtanum. Earum omnium regionum Epiſcopatus ſubiectos Archiepiſcopo Hamburgenſi eſſe ſcribit Innocentius II Papâ ad Adaberonem anno 1133. quam Epiſtolam edidit cum aliis eiuſdem tribus de eadem materiâ Philippus Cæſar. Hæc de Legatione ad Septemtrionales regiones aliquantò diſtinctiùs expoſuimus, vt quàm abundanti fructu eadem Legatio (verba ſunt Adami ſub finem libri) primùm à S. Anſchario incepta, proſperis per annos CCXL aucta incrementis & regionibus illis fide Chriſti imbutis perfecta fuerit, euidenter conſtaret. Inſuper cùm antè memorati Epiſcopi Actis SS. Anſcharij & Remberti reperiantur ſubſcripti, arbitramur illos & eiſdem Actis plurimùm excitatos, & horum Sanctorum implorato patrocinio ſæpiùs adiutos; ideoq; Acta illa, vt præcipua in eos gloria redundaret, appoſitis omnium regionum nominibus interpolata.

Huius Legationis auctor,

& Patronus S. Anſcharius.

§ XIII *Reliquiæ Sanctorum à S. Anſchario in ſuam Diœceſim illatæ. Monaſteria extructa. Libri conſcripti.*

49 INter primos Eccleſiæ Remenſis Archiepiſcopos, plures eximiâ ſanctitate excelluerunt, Eccleſiaſticâ dein veneratione culti: quorum ſacræ reliquiæ ad varias Eccleſias delatæ ſunt. S. Donatiano ideò apud Brugenſes primarium templum, tam cathedrale, dedicatum fuiſſe dicemus XIV Octob. De aliorum quatuor reliquiis nobis hic ſermo eſt; videlicet SS. Sixti & Sinnicij primi & ſecundi iſtius Sedis Epiſcoporum, quorum natalis Kalendis Septemb. celebratur, tum Materniani VI & Remigij XV, quorum ille diem XXX Aprilis, hic Kalendas Octobris ſibi ſacras habet. Has reliquias Anſcharium dono Ebbonis Archiepiſcopi ſuſcepiſſe docet Adamus lib. I, cap. 19, ſilent ferè Adamo antiquiores Scriptores. Imò Flodoardus lib. I Hiſtoriæ Eccleſiæ Remenſis cap. 5 ſcribit reliquias S. Materniani & aliorum Sanctorum ab Hincmaro Archiepiſcopo Remenſi donatas Ludouico Regi Germaniæ, à quo tum fortè S. Anſcharius accepit, niſi aut alias earum partes etiam Regi donarit, aut eas antè ab Ebbone Remis ablatas donataſq; S. Anſchario, interceſsione Regis Ludouici, ſuo diplomate confirmârit Hincmarus. Certè ad honorem Dei & B. Sixti Confeſſoris cellam Torholtanam S. Anſchario à Ludouico Pio ante tempora Hincmari donatam fuiſſe, infrà huius diploma conuincit: vt tum videatur S. Sixti ſacras reliquias obtinuiſſe Anſcharius: quæ eius & S. Sinnicij pignora cum aliorum Martyrum patrocinijs in vrbe Hammaburg collocaſſe dicitur poſt Adamum ab Alberto Stadenſi in Chronico ad annum 833. Direpto incenſoq; Hamburgo, quod anno DCCCXLV contigiſſe antè probauimus, Anſcharium reliquias SS. Sixti & Sinnicij aliaque patrocinia apud Ramſolam locaſſe tradunt iidem Adamus cap. 22, Albertus anno 841 & Krantzius lib. I. Metropolis cap. 30. imò S. Anſcharium ſolitum fuiſſe caput S. Sixti ſecum conferre infrà referetur. Alij ſcribunt apud Remenſes præcipuas eius reliquias eſſe. Quod Kalendis Septemb. examinabitur. Corpus verò S. Materniani à S. Anſchario apud Heligenſtad depoſitum fuiſſe tradunt iidem Adamus & Albertus. Eſt is locus ad ſiniſtrum latus Sturij fluuij infra Itzehoam oppidum. Extruxiſſe ad Viſurgim S. Rembertum Præpoſituram Buccenſem, eiuſq; eccleſiam dedicaſſe ad honorem Dei & S. Materniani Confeſſoris, IV Februarij dicetur. Alias S. Materniani reliquias à Ludouico Rege depoſitas fuiſſe in eccleſiâ Egmondanâ tradunt Coluenerius in Catalogo Epiſcoporum Remenſium, & Miræus in Faſtis Belgicis XIV Octob. B. Remigij ſimilia Anſcharium cum ingenti honore ſeruauiſſe Bremæ docent iidem Adamus & Albertus, & quidem anno 833, ſed alia tempora eiuſdem apud Bremenſes reſidentiæ requiri ipſa verba indicant. Varias huius corporis tranſlationes, Remis cum plurimis miraculis factas, deſcribunt Flodoardus lib. I cap. 20, 21 & 22. & Hincmarus in Vitâ.

IV Epiſcoporum Remenſium B

reliquias accipit S. Anſcharius:

SS. Sixti

& Sinnicij

depoſuit Hamburgi, C

dein Ramſolæ;

S. Martiniani Heligenſtadij,

S. Remigij Bremæ.

50 *Reliquias* S. VVillehadi, *primi* Bremenſis Epiſcopi, *à ſe ſolenni pompâ tranſlatas deſcribit in eius Vitâ S. Anſcharius:* Corpus, *inquit*, ipſius nos cum maximâ fidelium turmâ, ac Cleri innumerabilis conuentu ſublatum, feretroque impoſitum, magnis populorum vocibus in laudem Dei ac beati viri concrepantibus, die depoſitionis eius, in nouâ, quam tunc dedicauimus, collocauimus baſilicâ, vbi honorificè compoſitum, magnificè poſtmodùm atque innumeris claruit virtutum indicijs, & de die in diem meritis beati viri multiplicia ibi creſcunt miraculorum ſigna, ab anno, addit Adamus lib. I, cap. 30, DCCCLXI, ab ordinatione Archiepiſcopi XXX. Eadem leguntur apud Albertum in Chronico, Krantzium lib. I Metropolis cap. 4, & Auctorem Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium poſt Adamum excuſæ.

AVCTORE G.H. D

Corpus S. VVillehadi tranſfert, eccleſiam dedicat,

anno 861.

51 Variarum Congregationum Anſcharium curam ſuſcepiſſe ſcribunt Adamus cap. 29 & Krantzius cap. 41. Earum primam ſtatuant Hamburgi, ſed barbaricâ incurſione depulſam, Ramſolamque tranſlatam. De hoc loco antè egimus. Secundam in Bremis collocant ſanctorum virorum, qui habitu vſi Canonico, regulâ viuebant monaſticâ. Tertiam ſacrarum Virginum congregationem in Briximon, ſeu Brixmon. fortè eamdem Hiſtoria Archiepiſcoporum Bremenſium conuentum vocat ſanctarum Virginum in Barſen, cuius ſæpiùs meminit Adamus: in alio vetere ſcripto Eccleſiæ Bremenſis, Berſen dicitur, Birſina verò & Birchiſinum, ſeu Birſne, & Buchoſinum in Priuilegiis Ottonis I & II & S. Henrici Imperatorum poſt Adamum editis, aut etiam à Meibomio ad Annales VVitichindi Corbeienſis illuſtratus. Inter Virgines in Brixmon, deuotam Chriſti matronam Ludgard totum matrimonium ſuum obtuliſſe cælesti ſponſo, magnumque chorum caſtitatis ſuo nutriuiſſe ducatu addunt Adamus & Krantzius. Ad curam autem pauperum & ſuſceptionem peregrinorum Anſcharium multis locis hoſpitalia præparaſſe. Vnum vel præcipuum habuiſſe Bremæ, quò veniens quotidie infirmis non erubuit miniſtrare, quorum plurimos verbo vel tactu ſanauit. In illo hoſpitali templum poſteà S. Anſchario dicatum fuiſſe, introducto duodecim Canonicorum Capitulo, antè diximus. Anonymus quidam Presbyter Bremenſis in MS. Hiſtoriâ Helmoldi continuatâ apud Adolphum Cypræum lib. I Hiſtoriæ Sleſuicenſis cap. 3 tradit S. Anſcharium prope Idzehoe Holſatiæ oppidum, in VVelnâ paruum oratorium in honorem S. Sixti, cuius caput ſemper ſecum deferebat, conſecrauiſſe: ibidemq; cum aliquibus monachis propter ſerenitatem loci ſolitum aliquando ad contemplandum reſidere: cumque communiter in pane & aquâ carnem ſubigeret, vnâ dierum aquam in vinum conuerſam fuiſſe, fonte etiam ſancto habito, vbi illa aqua fuerat extracta. De eius in pane & aquâ abſtinentiâ agitur in Actis cap. 15. Sed alia Legenda citatur, ex quâ illud miraculum Presbyter Bremenſis deſcripſit. An non potiùs Heligenſtadium prope Idzehoam intelligendum; cum VVelna videatur VVenalao, ſeu VVehl prope Hamburgum, vt ad cap. 5 dicetur?

extruxit monaſteria Hamburgi, Ramſolæ, Bremis,

Briximon,

Barſenæ,

E

Hoſpitalia plura,

& oratorium in VVelnâ:

F

an aquam in vinum verterit?

52 Vitæ actuumque S. VVillehadi inſignem librum fideli ſtylo exaraſſe S. Anſcharium, imò Vitam eius & miracula ſingulis libris comprehendiſſe docet Adamus cap. 11 & 30. Ipſe Anſcharius ante miracula hæc præfatur: Dono omnipotentis Dei, qui gratuitâ pietatis ſuæ præordinatione, quoſque in Eccleſiâ ſanctâ Paſtores conſtituit ac Doctores, Anſcharius Bremenſis Eccleſiæ Præſul, vniuerſæ per orbem concordi fraternitate degenti fidelium ſocietati pacem & beatitudinem in Chriſto orat ſempiternam. Quæ eadem ante primum prologum aut certè his ſimilia extiterunt. In eâ meminit Folcardi Presbyteri, Emmingi Comitis, Atrebani Clerici, Beniamini, Geruali ſociorumque, S. VVillehadi diſcipulorum, odio nominis Chriſtiani gladio peremptorum. Epiſcopos eodem teſte Adamo cap. 31, tam voce quàm litteris, vt vigilarent ſuper gregem Dominicum, commonuit Anſcharius, hos arguendo, illos obſecrando. At verò Romanorum Regibus pro ſuâ Legatione, Regibus Danorum pro Chriſtianâ fide crebrò

Scribit Vitam & miracula S. VVillehadi,

& martyrium eius diſcipulorum,

variaſ epiſtolas,

AVCTORE G.H.

crebrò mandauit. *Krantzius lib.1 Metropolis cap. 42 conqueritur*, Epiſtolas S. Anſcharij, *quas* plures *ſuo tempore extitiſſe teſtatur Adamus*, per incuriam periiſſe: teneri verò deuotionis eius breue, ſed clariſſimum monumentum, libellum Pſalmorum ſummam paucis includentem, qui, qualis in maioribus fuerit, atteſtetur. Anſcharium *eum* libellum *ſolitum* Pigmenta *appellare indicant Acta num 59, vbi & aliorum librorum aſceticorum ab eo conſcriptorum mentio fit; quos etiam iniuriâ temporum interiiſſe credimus. Vnam eius de Legatione Epiſtolam à Philippo Cæſare cum variis Pontificum & Ludouici Pij decretis editam ſubiungimus.*

A

alioſq; aſceticos tractatus.

§ XIV *Epiſtola S. Anſcharij.*

53 IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Anſcharius gratiâ Dei Archiepiſcopus, omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ Præſulibus in regno dumtaxat Ludouici Regis commanentibus. Noſſe vos cupio, quia in hoc libello continetur. qualiter Ebbo Remenſis Archiepiſcopus diuino afflatus Spiritu, temporibus Domini Ludouici Imperatoris, cum conſenſu ipſius ac penè totius regni eius *a* Synodi congregatæ, Romam adiit, ibique à Venerabili Papâ Paſchali publicam euangelizandi licentiam in partibus Aquilonis accepit. Et qualiter poſteà Ludouicus Imperator hoc opus ſublimauit; ſeque in omnibus largum præbuit & beneuolum, & cetera quæ huic Legationi contigerunt. Quapropter ſuppliciter deprecor, vt apud Deum intercedatis, quatenùs hæc Legatio creſcere & fructificare mereatur in Domino. Iam enim Chriſto propitio & apud Danos & apud Sueones Chriſti fundata eſt Eccleſia, & Sacerdotes abſque prohibitione proprio funguntur officio. Precor etiam, vt has literas in bibliothecâ veſtrâ ad perpetuam memoriam reponi faciatis, & prout locus dictauerit tam vos quàm ſucceſſores veſtri, vbi vtilitatem perſpexeritis, notum omnibus iſtud faciatis. Omnipotens Deus faciat vos omnes huius operis piâ beneuolentiâ participes, & in cæleſti gloriâ Chriſti cohæredes.

a *S. Anſcharius mittit Epiſcopis*

B

decretum Paſchalis Papæ.

a *Celebrata fuerit ea Synodus antequàm ederet Ludouicus Pius Capitulare* 11. *in quo inter* Miſſos *ab eo deſignatur* Ebbo Archiepiſcopus, quando potuerit, *ſubſtituto* quando ei non licuerit, Ratuado Epiſcopo: *ob hanc Legationem illâ ei præ reliquis Archiepiſcopis exceptione conceſſâ.*

§ XV *Decretum S. Paſchalis Papæ ſuper Miſſione Ebbonis.*

a

C

54 *a* PAſchalis Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei. Vniuerſis ſanctiſſimis Fratribus Coëpiſcopis, Presbyteris, ſeu ceteris Eccleſiaſticis Ordinibus, glorioſiſſimiſque Principibus, Ducibus, ſiue magnificis Comitibus, vel cunctis Chriſtianis Dei fidelibus.

Paſchalis Papa

Cùm religioſiſſimum conſtet, curam ac ſollicitudinem *b* erga Dominicum gregem, quem Diuinâ diſpenſatione ſuſcepimus gubernandum, atque cæleſtia pabula ſalubri communicatione ſubminiſtrandum, maximè his qui in compitis & pagis ſub principe tenebrarum callidâ perſuaſione perſiſtunt, & viam vitæ ignorantes, deuij non quæ ſurſum ſunt, ſed quæ deorſum, ſtultâ inſtigatione perquirunt. Sed quia in partibus Aquilonis quaſdam Gentes conſiſtere, quæ neccdũ agnitionem Dei habuêre, nec ſacrâ vndâ baptiſmatis ſunt renatĩ, ſub vmbrâ mortis exiſtere, & magis creaturæ quàm Creatori ignauâ mente ſeruire cognouimus, Idcircò præſentem Reuerendiſſimum Fratrem ac Coëpiſcopum noſtrum Ebbonem ſanctæ Remenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum neceſſarium cum conſenſu fidelium Dei duximus, illis in partibus pro illuminatione veritatis dirigendum. Quatenùs auctoritate beatorum Principum Apoſtolorum Petri ac Pauli, noſtrâ fraternâ vice informatus, ante corpus & confeſſionem ipſius Principis Apoſtolorum euangelizandi publicâ auctoritate liberam tradidimus in omnibus facultatem: vt verbum vitæ viamque ſalutis vbique prouideat, & fidei normam cæleſti educatione confirmet, atque Apoſtolicæ inſtitutionis doctrinam, omni diabolico errore depulſo, viuâ voce corroboret. Et ſi fortaſſe ad hoc diuinum pertinens officium, aliquid dubium emerſerit, ad ſanctam Dei Catholicam atque Apoſtolicam Romanam Eccleſiam recurrendo, ſemper ex eius hauriat puriſſimo fonte latices, vnde & à cordibus mortalium Diuinâ interueniente gratiâ noxios emundare poſſit errores. Collegam namque diuinæ huic adminiſtrationis Legationi prouidentes, *c* Halitgarium religioſum adiicientes miniſtrum conſtituimus; quatenùs ad Sedem Apoſtolicam opportuno valeat tempore de credito negotio faciliùs, præſtante Domino, intimare, & numquàm ſe in qualibet parte huic noſtræ auctoritatis miniſterio commiſſo negligere: cui coram diſtricto Iudice inde rationem reddere, & de ſtatuto miniſterio pœnas recipere ſempiternas non dubium eſſe præfigimus.

D

c *& Haliſgarius*

55 Pro quo omnes exhortantes vnanimiter commonemus per amorem omnipotentis Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, atque Apoſtolorum eius veneratione, vt in omnibus neceſſitatibus Legationis huius, totis viribus eis ſolatiari certetis, & in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſicut ſcriptum eſt, recipere debeatis: Qui vos, inquit, recipit, me recipit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et iterum: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Vnde magis magiſque commonemus, vt prouidâ deuotione, & largo caritatis affectu, purâque mente ac ſincerâ intentione, quæque itineri huic neceſſaria proſpiciatis, nec piâ benignitate pro viribus ſuccurrere renuatis: vt pro certo huius pietatis opere participes, apud Deum dignæ retributionis meritum percipiatis, ſeu cæleſti deſcriptione huiuſmodi pro compenſationis munere in conſortio Sanctorum connumerari valeatis. Si quis verò huic Dei officio ad illuminationem Gentium à ſanctâ Catholicâ Apoſtolicâ Eccleſiâ pro conſultu Eccleſiaſtico deſtinato aſſenſum vel auxilium præbuerit, per interuentionem beatorum Apoſtolorum, Martyrum quoque atque Sanctorum omnium, in cæleſtibus gaudiis talibus promeritis mereatur adſcribi. At verò, ſi quis, (quod non optamus) contrarius aduerſator huic diuino cultui inſtiterit, vel in quoquam præpedire conatus fuerit, & his vel cooperatoribus eorum ad hoc peragendum miniſterium temerator extiterit; ex Diuinâ iuſſione & Apoſtolicâ auctoritate anathematis vinculo puniatur, & perpetuâ condemnatione reus diabolicâ ſorte damnetur.

E

Matth. 10.40

Matth. 25.40

ad eu ſubueniendũ alios adhortatur.

F

a Sedit S. Paſchalis ab anno 817 ad 824, quo 14 Maij obiit & colitur.

b *Deeſt verbum: fortè* impendere.

c *De Halitgario & Ebbone actum* § 10.

§ XVI *Præceptum Ludouici Imperatoris, ſuper Miſſione S. Anſcharij.*

a

56 *a* IN nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ludouicus Diuinâ propitiante clementiâ Imperator Auguſtus. Si ſpecialibus cuiuſque fidelium noſtrorum neceſſitatibus perſpectis, ſubueniendum eſſe Imperialis auctoritas monſtrat; quantò magis ad debitam generalitatis prouidentiam æquum dignumque pertinet; vt & Eccleſiæ Catholicæ atque Apoſtolicæ, quam Chriſtus ſuo pretioſo ſanguine redemit, eamque nobis tuendam regendamque commiſit, piam ac ſollicitam in cunctis oporteat gerere curam: &, vt in eius prouectu vel exaltatione congruam adhibeamus diligentiam, nouis ad eius neceſſi-

Ludouicus Pius

tatem

AVCTORE G.H.

A tatem vel vtilitatem atque dignitatem pertinentibus rebus, noua imò neceſſaria & vtilia prouideamus conſtituta. Idcircò ſanctæ Dei Eccleſiæ filiis, præſentibus ſcilicet & futuris, certum eſſe volumus, qualiter Diuinâ ordinante gratiâ noſtris in diebus, Aquilonalibus in partibus, in gente videlicet Danorum ſiue Sueonum, magnum cæleſtis gratia prædicationis ſiue acquiſitionis patefecit oſtium: ita vt multitudo hinc inde ad fidem Chriſti conuerſa, myſteria cæleſtia Eccleſiaſticaque ſubſidia deſiderabiliter expereret. Vnde Domino Deo noſtro laudes immenſas perſoluentes extollimus, qui noſtris temporibus & ſtudiis ſanctam Eccleſiam, ſponſam videlicet ſuam, locis ignotis ſinit dilatari atque proficere. Quamobrem vnà cum Sacerdotibus, ceteriſque Imperij noſtri fidelibus, hanc Deo dignam cernentes cauſſam valdè neceſſariam atque futuræ Eccleſiæ dignitati proficuam, dignum duximus; vt locum aptum noſtris in finibus euidentiùs eligeremus, vbi Sedem Epiſcopalem per hoc noſtræ auctoritatis præceptum ſtatueremus: vnde omnes illæ barbaræ nationes æternæ vitæ pabulum faciliùs vberiuſque capere valerent, & ſitientes ſalutis gratiâ præ manibus vel oculis haberent inceſſanter; inſuper & magnorum progenitorum ſacra lucrandi ſtudia noſtris in diebus numquàm deficerent.

ab ſpem conuerſionis

Danorum & Sueconum

iudicat

Sedem Epiſcopalem ſtatuendã.

B

Karolus magnus Saxoniã ſubactã Chriſto,

57 Genitor etenim noſter glorioſæ memoriæ Karolus omnem Saxoniam Eccleſiaſticæ religioni ſubdidit, iugumque Chriſti aduſque ad terminos Danorum atque Slauorum, corda ferocia ferro perdomans, docuit. Vbi inter has vtraſque gentes, Danorum videlicet ſiue Wandalorum, vltimam Saxoniæ partem ſitam, & diuerſis periculis, temporalibus videlicet & ſpiritualibus, interiacentem proſpiciens, Pontificalem ibidem Sedem fieri decreuit trans Albiam. Vnde poſtquàm terram Nordalbingorum laxatâ captiuitate, quam ob multam perfidiam in ipſis Chriſtianitatis initiis patratam per ſeptennium paſſi ſunt, ne locus ille à barbaris inuaderetur, *b* Ecberto Comiti reſtituere præceperat, non iam vicinis Epiſcopis locum illum committere voluit. Sed ne quiſquam eorum hanc ſibi deinceps Parochiam vindicaret, ex remotis Galliæ partibus quemdam Epiſcopum, *c* Amalarium nomine, direxit, qui primitiuam Eccleſiam ibidem conſecraret. Sed & eidem Eccleſiæ ſacras reliquias ac plura Eccleſiaſtica munera, piâ largitate, ſpecialiter deſtinare curauit. Poſtmodùm verò captiuis optatam ad patriam vndique confluentibus, eamdem Parochiam cuidam Preſbytero, Heridac nomine, ſpecialiter commendauit; quem vniuerſæ Nordalbingorum Eccleſiæ, videlicet ne ad ritum relaberentur Gentium, vel quia locus ille lucrandis adhuc Gentibus videbatur aptiſſimus, diſpoſuerat conſecrari Epiſcopum, vt ipsâ occaſione vel auctoritate, ſummâ in ipſis terminis Gentium ſedulitate prædicandi ſancta multiplicaretur Eccleſia, dum vicinorum ipſius nouitatis Epiſcoporum multa latitudinis cura non ſufficiebat diſcurrere per omnia. Delegauit etiam eidem Preſbytero quamdam cellam, *d* Hrodnace vocatam, quatenùs eidem loco periculis vndique circumdato fieret ſupplementum. Sed quia conſecrationem iam dicti viri velox ex hac luce tranſitus pij genitoris noſtri in diebus eius fieri prohibuit; ego autem, quem Diuina clementia in ſedem regni eius aſciuerat, cùm in multis regni diſponendis negotiis inſiſterem, hoc quoque prædicti patris mei ſtudium regni in finibus peractum minùs cautè attenderem, ſuadentibus quibuſdam iam dictam cellam ad *e* Indam monaſterium contuli, vicinam verò Parochiam vicinis Epiſcopis interim commendaui.

trans Albim miſit b

c Amalarium Epiſcopum,

C

& Heridachum Presbyterum,

Rodnace cella aſſignatã, d

ad Indam monaſterii tranſlatã. e

58 Nunc autem tam propter ſuprаſcripta Eccleſiaſtica lucra in Gentibus demonſtrata, quàm & propter votum pij genitoris noſtri, ne quid eius ſtudij imperfectum remaneat, ſtatuimus vnà cum conſenſu Eccleſiaſtico, præfatâ vltimâ in regione Saxonicâ trans Albiam, *in loco nuncupato Hammaburg*, cum vniuerſâ Nordalbingorum prouinciâ Eccleſiæ proprij vigoris conſtituere Sedem. Cui & primum præeſſe atque ſolenniter conſecrari per manus *f* Drogonis Mettenſis & ſummæ Sanctæ Palatinæ dignitatis Præſulis, Anſchariũm fecimus Archiepiſcopum, aſtantibus Archiepiſcopis Ebbone Remenſi, Hetti Treuerenſi, & Otgario Mogontiacenſi, cum plurimis aliis generali in conuentu totius Imperij noſtri Præſulibus congregatis, aſſiſtentibus quoque ſpecialiter & conſentientibus atque conſecrantibus, Helingando, ſiue Willerico *g* Epiſcopis, à quibus iam dictæ Parochiæ partes à nobis ſibi olim commendatas recepimus. Cui videlicet Anſchario, quia præfatis in Gentibus hæc noſtris in diebus digniſſima in conuocatione Gentilium vel redemptione captiuorum monſtrata ſunt lucra, tam noſtrâ quàm ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Sedis auctoritate hanc Deo dignam in Gentibus commiſimus Legationem, ac proprij vigoris adſcribere decreuimus dignitatem.

D

f Hamburgenſem curat conſecrari Anſchariũm Archiepiſcopum.

g

59 Et vt hæc noua conſtructio periculoſis in locis cœpta ſubſiſtere valeret, nec præualente barbarorum ſæuitiâ deperiret, quamdam cellam Turholt nuncupatam tam huic nouæ conſtructioni perenniter ſeruituram, quàm ſuæ ſucceſſorumque ſuorum in Gentibus Legationi ad noſtram noſtræque ſobolis perpetuam mercedem Diuinæ obtulimus maieſtati. Homines quoque, qui eiuſdem cellæ beneficia habere videntur, ab omni expeditione, vel militiâ, ſiue qualibet occupatione abſoluimus, vt idem venerabilis Epiſcopus ad hanc Deo dignam peragendam in prouiſis temporibus Legationem, nullum in hoc patiatur impedimentum. Dona verò quæ ex eadem cellâ noſtris partibus dare ſolebant, & nobis quoque ſucceſſoribuſque noſtris ſimiliter dari volumus. His exceptis, maius minuſue in conuocatione Paganorum, vel redemptione captiuorum, ſiue eiuſdem Sedis ſupplemento multimodis periculis circumdato, vel ibidem Deo militantium ſolatio, ob amorem Dei ac *b* B. Sixti Confeſſoris eius perpetuò delegamus. Res quoque præfatæ Sedis & præſcripti monaſterij ſub pleniſſimâ defenſione & immunitatis tuitione volumus vt conſiſtant ac tueantur: ita vt nullus iudex publicus, aut alia quælibet poteſtate publicâ prædita perſona, de eorum rebus i freda, tributa, *k* manſionaticos, vel paratas, aut teloneum, vel fideiuſſores tollere, aut homines ipſorum tam *l* litos quàm & ingenuos, ſuper terram eorum manentes diſtringere; nec vllas publicas functiones, aut redibitiones, vel illicitas occaſiones requirere vel exigere præſumat. Sed liceat prædicto venerabili Epiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus, ac omni Clero ſub eorum regimine conſtituto, quietè in Dei ſeruitio degere, & pro nobis proleque noſtrâ, atque ſtatu totius Imperij noſtri, Diuinam miſericordiam exorare. Et vt hæc auctoritas ſui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, manu propriâ ſubter eam firmauimus, & annuli noſtri impreſſione ſignare iuſſimus. Data Idus Maij, *m* Anno Chriſto propitio, XXI Imperij Domini Ludouici piiſſimi Auguſti, Indictione XII. Actum Aquiſgrani, Palatio Regio, in Dei nomine feliciter, Amen.

Cellam Turholtã attribuit.

E

b

m

Ludouicus Pius

F

a *Multa ex hoc Decreto eiſdem ferè verbis in Actis referuntur.*

b *Egbertus Comes Eſſesfelt ad Sturiam fl. occupatum muniuit anno 809; paci inter Carolum Magnum & Hemmingum Regem Danorum ſancitæ anno 811 interfuit, vt tradunt Annales Loiſeliani, Eginhardi, aliique.* *Egbertus Comes*

c *Alius ab Amalario Treuirenſi anno 813 à Carolo Magno Conſtantinopolim miſſo. Certè hic non veniſſet Aquiſgranenſibus, quidam ex remotis, ſed notus ex vicinis* Galliæ partibus. *Amalarius Epiſc.*

d Rodnach cella in Galliâ, *Adamo lib. 1. cap. 11.* Rodenach cella à Karolo Magno donata, *in diplomate Frederici Imperatoris Hartvvico Archiepiſcopo Hamburgenſi anno 1158 dato. Eſt autem Rotnacum oppidum moderna Flandriæ in antiquo Brachanto, inter Tornacum & Aldenardam.* *Rotnacum*

e *Inda monaſterium prope Aquiſgranum fundatum à S. Benedicto Abbate Aniana, ad cuius Vitam 12 Februarij, plenius Indæ.* *Indã.*

AVCTORE G.H.

Indam, Rotnacum, & hanc Ludouici donationem exponimus.

A f *Drogo frater Ludouici Pij Præses concilij aũ Theodonis villam anno 835 depositioni Ebbonis subscripsit.*

Drogo Archiepisc.

g *Ferdensi & Bremensi.*

S. Sixtus Confessor.

h *Sixtus Archiepiscopus Remensis etiam in Actis antiquis* Confessor *dicitur, in Martyrologiis nonnullis ad Kalend. Septemb.* Martyr. *De eius reliquiis* S. Anschario *donatis egimus § 13. vti de Torholto § 5.*

i *Fredum Greg. Turonensi lib. 4 de Mirac. S. Martini cap. 27 est* compositio fisco debita, *ad pacem obtinendam.* Fride & vrede *Germanis & Belgis* pacem *significat.*

Fredum

manſionaticus, parata,

k *Hæ duæ voces* manſionaticus & parata *sæpè coniunguntur: illâ hospitium, seu tecti ad permanendum præstatio indicatur; hac alimenta hospitibus præparanda.*

liti.

l Liti, litones, lidi, liddi *homines peculiari nexu quasi membrum Principi aut reip. obstricti.* Lidt *Germanis & Belgis* membrum *est.*

m *In Priuilegiis Ecclesiæ Hammaburgensis additur* : Anno Dominicæ Iesu Christi 834. *& rectè : corrigendus verò apud Adamum cap.* 17 annus 833.

§ XVII *Decretum Gregorij* IV *Papæ, de eadem missione.*

a 60 *a* GRegorius Episcopus, Seruus Seruorum Dei.

B Omnium fidelium diuoscentiæ certum esse volumus, qualiter beatæ memoriæ præcellentissimus Rex Karolus, tempore prædecessorum nostrorum, diuino afflatus Spiritu, Gentem Saxonum sacro cultui subdidit, iugumque Christi, quod suaue ac leue est, adusque terminos Danorum siue Slauorum, corda ferocia ferro perdomans, docuit: vltimamque regni ipsius partem trans Albiam inter mortifera Paganorum pericula constitutam, videlicet ne ad ritum relaberetur Gentilium, vel etiam quia lucrandis adhuc Gentibus aptissima videbatur, proprio Episcopali vigore fundare decreuerat. Sed quia effectum mors prohibuerat, succedente eius præcellentissimo filio Ludouico, Imperatore Augusto, pium studium sacri genitoris sui efficaciter impleuit. Quæ ratio nobis per venerabiles *b* Ratoldum siue *c* Bernoldum Episcopos, nec non & *d* Geroldum Comitem vel Missum venerabilem relata est confirmanda. Nos igitur omnem ibi Deo dignam statutam prouidentiam cognoscentes; instructi etiam præsentiâ Fratris filiique nostri Anscharij, primi Nordalbingorum Episcopi, per manus Drogonis Mettensis Episcopi consecrati, sanctum studium magnorum Imperatorum tam præsenti auctoritate, quàm etiam Pallij datione more prædecessorum

Gregorius de se benè instructus,

b c d

C nostrorum robotare decreuimus: quatenùs tantâ auctoritate fundatus prædictus filius noster eiusque successores, lucrandis plebibus insistentes, aduersùs tentationes diaboli validiores existant: ipsumque filium nostrum, iam dictum Anscharium, Legatum in omnibus circumquaque Gentibus Sueonum siue Danorum, nec non etiam Slauorum, vel in ceteris vbicunque illis in partibus constitutis diuina pietas ostium aperuerit, vnà cum Ebbone Remensi Archiepiscopo, statuentes, ante corpus & confessionem S. Petri, publicam euangelizandi tribuimus auctoritatem: ipsamque Sedem Nordalbingorum, Hammaburg dictam, in honore Saluatoris sanctæque eius & intemeratæ genitricis semper Virginis Mariæ consecratam, Archiepiscopalem deinceps esse decernimus. *e* Consecrationem verò succedentium Sacerdotum, donec consecrantium numerus augeatur ex Gentibus, sacræ Palatinæ prouidentiæ interim committimus. Strenui verò prædicatoris personæ, tantoque officio aptæ, eligatur semper successio. *f* Omnia verò à venerabili Principe ad hoc Deo dignum officium deputata, patriâ etiam pia eius vota auctoritate firmamus: omnemque resistentem vel cõtradicentem anathematis mucrone percutimus, atque perpetuâ vltione reum diabolicâ sorte damnamus; vt culmen Apostolicum more prædecessorum nostrorum, caussamque Dei pio affectu zelantes ab aduersis

confirmat Archiepiscopatum Hamburgensem:

e

f

hinc inde partibus tutiùs muniamus. *g* D

61 Et quia te, carissime fili Anschari, Diuina clementia nouâ in Sede primum disposuit esse Archiepiscopum, nos quoque Pallium tibi ad Missarum solemnia celebranda tribuimus, quod tibi in diebus tuis, vti & Ecclesiæ tuæ perpetuo statu manentibus priuilegiis, vti largimur. Idcircò huius indumenti honor morum à te viuacitate seruandus est. Si ergo Pastores ouium sole geluque pro gregis sui custodiâ, ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis lanianda morsibus rapiatur, oculis semper vigilantibus circumspectant; quanto sudore quantâque curâ debeamus esse perugiles nos qui Pastores animarum dicimur, attendamus. Et ne susceptum officium in terrenis negociis aliquatenùs implicare debeas ammonemus. Vita itaque tua filiis tuis sit via: in ipsâ si qua fortitudo illis inest, dirigant, in eâ, quod imitentur, aspiciant, in ipsâ, se semper considerando, proficiant; vt tuum post Deum videatur esse bonum, quòd vixerint. Cor ergo tuum neque prospera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque aduersa deiiciant; districtum mali cognoscant; pium benenoli sentiant. Insontem apud te culpabilem malitia aliena non faciat; reum gratia non excusset: viduis ac pupillis iniustè oppressis defensio tua subueniat. E Ecce Frater carissime, inter multa alia ista sunt Sacerdotij, ista sunt Pallij; quæ si studiosè seruaueris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Sancta Trinitas Fraternitatem Vestram diu conseruare dignetur incolumem, atque post huius seculi amaritudinem ad perpetuam perducat beatitudinem. *h*

dat S. Anscario pallium,

& sacra monita.

g

h

a *Sedit Gregorius* IV *ab anno* 827 *ad* 843.

b *Ratoldus, seu Rotoldus, Episcopus Sueſſionensis, subscripsit depositioni Ebbonis anno 835. Fortè de eodem agunt Annales Bertiniani anno 834.*

Ratoldus Ep.

c *Bernoldus, seu Bernaltus, Episcopus Argentoratensis, ad quem extat inter Formulas antiquas Formatarum Episcopalium in Appendice ad tomum 2 Conciliorum Galliæ epistola VVolfeonis Episcopi Constantiensis data* Indictione X, *anno Christi* 832.

Bernoldus Ep.

d *Geroldus Comes missus ab eodem Ludouico anno 815 Romam Legatus legitur in Annalibus Eginhardi. An idem?*

e *Hæc hinc descripta proferuntur in Vitâ S. Remberti sect. 14. vti præcedentia reperiuntur infrà in Actis S. Anscharij sect. 20.*

Geroldus Comes

f *Hæc in Bulla Nicolai Papæ infrà in Actis sect. 40 ita proferuntur* : Itaque omnia à dilecto filio nostro Ludouico ad hoc Deo dignum officium deputata, nost. â etiam pia eius vota auctoritate firmamus. *Quæ istic coniunctioni sedium Hamburgensis & Bremensis optimè congruunt, & inde huc videntur translata atque intrusa.*

g *Eadem leguntur in Bullâ Nicolai Papæ.*

h *Apud Pontanum additur,* Amen Datum anno 834. F

§ XVIII *Decretum Nicolai Papæ.*

62 NIcolaus Episcopus, Seruus Seruorum Dei. Omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ præsentis temporis scilicet & futuris salutem & Apostolicam benedictionem. Quisquis Dominum & Redemptorem nostrum Iesum Christum de sinu Patris ad terram pro demonstrandâ cordibus hominum verâ & certâ fide descendisse non dubitat, profectò non ignorat, omnes qui eiusdem fidei per gratiam ipsius participes facti sunt, & principuè nos, qui per primum tantæ virtutis ministrum locum præcipuum tenemus, hominibus debere lucrandis insistere, & per vniuersas Gentes verbi semina serere, & solatia serentibus ministrare. Nunc autem quia Ludouicus sublimissimus Rex per Salomonem venerabilem Episcopum ciuitatis Constantiæ nostro studuit Apostolatui intimare, quòd piæ memoriæ Ludouicus Imperator genitor suus quemdam monachum, nomine Anscharium, de monasterio Corbeiâ tulisset, & collocasset eum iuxta Albiam fluuium in confinibus Danorum & Slauorum, Saxonumque in castello Hammaburg, inter duos Episcopatus, Bremen & Verde, de quibus tollens ecclesias & decimas ad sustentationem prouehendi caussâ

iam

A tam fati Episcopi Clericorumque eius, condonasset in prædicto loco, annuente ac solemnia Sedis Apostolicæ priuilegia præbente prædecessore nostro beatæ memoriæ Papâ Gregorio; cuius etiam auctoritate in supradicto Nordalbingorum populo Sedes constituta est Archiepiscopalis, in castello superiùs memorato Hammaburg; & in eadem quoque Sede Archiepiscopus, accepto à Sede Apostolicâ Pallio primus est ordinatus Anscharius, cui à præfato Pontifice delegata est cura
b feminandi verbum Dei & animas lucrandi Deo *b*....

a *Sedit Nicolaus ab anno 858 ad 867.*

b *Reliqua seruatis Pontificis verbis referuntur infrà in Actis nu. 39 & 40. Dein annectebatur adhortatio de pallio & bono Pastore iam cum Decreto Gregorij IV vulgata. Denique varia eaq; non satis inuicem congruentia adiungebantur, quæ etiam omittimus. Diploma hoc anno Pontificatus Nicolai primo Christi 858, Archiepiscopatus Anscharij 28 aatum esse suprà § 2 ex Adamo docuimus.*

§ XIX *Epistola Nicolai Papæ ad Horicum Regem Daniæ.*

a 64 NIcolaus Episcopus Seruus Seruorum Dei *a*, Horico Regi Danorum. Multas omnipotenB ti Deo gratias egimus in aduentu Fratris & Coëpiscopi nostri Salomonis, qui missus à Filio nostro glorioso Rege Ludouico & munera tua obtulit & de fide tuâ, quam etiam ante baptismi gratiam per præuenientem Dei misericordiam iam habere dinosceris, nos plurimùm exhilarauit. Et ideò leuantes oculos ad eum, qui solus est Verus & Vnicus atque Omnipotens, incessanter pro salute tuâ clementiam eius suppliciter exoramus; vt qui dixit de tenebris lucem splendescere, & sancti sui Spiritus illustratione caliginem ignorantię vel infidelitatis è cordibus illorum, qui credituri erant in nomine ipsius, suâ præueniente gratiâ dissipauit, iamque in te miserationis suæ opus ostendere solitâ pietate curauit; ipse quoque oculos tuos ad cognoscendam veritatem aperiat, è pectore tuo ignorantiæ tenebras abigat, duritiam & velamentum cordis tui remoueat, lumenque tibi veræ fidei ac religionis ostendat, atque te ad suam attrahat cognitionem, & ad salutarem fontem & ad perenne regnum & ad vitam perducat æternam; vbi est gaudium sine mœrore, satietas sine fastidio, salus continua, vita indeficiens, pax non habens finem, & summa manet securitas ac sempiterna gloria: vbi videbitur Deus sicuti est, & omnes iusti cum illo regnabunt, & regnum ipsorum nec terminis angustiatur, nec præliis agitatur, nec fine conC cluditur, nec consummatione finitur. Quod agnoscentes nos, qui fidem Christi tenemus, & Christiani vocamur, credimus in ipsum, qui talem nobis vitam & regnum promisit, ac multò ampliùs illi seruimus & colimus pro illâ vitâ, quàm pro istâ, quæ tota misera est, tota plena periculis, vbi est mœror continuus, satietas cum dolore, sanitas breuis, vita mortalis, inrgia, ac suspecta securitas, & citò deficiens gloria, vbi scriptum est: Militia est vita hominis super terram, &: Quasi dies mercenarij dies eius: vbi, inquam, regnum breue est, & iugibus bellis concutitur, & post paululum de manu possidentis adimitur, dum etsi non virtute hominis, tamen conditione mortis auferetur. Desine ergo idola colere, & dæmonibus iam seruire desiste. Omnes enim Dij Gentium, dicente Psalmistâ, dæmonia; Dominus autem cælos fecit. Itaque qui fecit & *b* qui factus est, Creator & non creatura colendus est. Ecce enim idola tua manu facta, surda, muta, & cæca sunt, & quam tibi salutem possunt conferre, ipse quæso perpende, cùm sibimet nullum auxilium, cùm sint sine sensu, valeant omnino præstare. Deum igitur cole, ipsum adora, ipsi soli singularem seruitutem impende, qui est omnipotens, omnitenens, inenarrabilis, immensus, infinitus, simplex, incommutabilis, incircumscriptus, immortalis, totus bonus, totus misericors, totus sanctus: qui tibi & in hoc seculo auxiliari potest, & in futuro beatificare; qui tibi post mortem vitam dabit quæ non finitur, & regnum tribuet, si eum perfectè coleueris, & amaueris, quod nesciat prorsus occasum, nec sentiat vllum sui status aliquando decrementum. Illuminator omnium Deus omnipotens illuminet cor tuum & ad agnitionem suam perducere dignetur.

Preces pro Rege fundit,

docet vitæ æternam.

miseriam huius vitæ,

Iob 7.1

vanã idolorum culturam,

b

verum Dei cultum:

AVCTORE G.H. D

a *Est hic Horicus iunior, qui puer regnum accepit anno 854, & vitrà annum 888, quo S. Remberto decessit, creditur regnasse. Hunc à S. Anscharo placatum, Christianitatem suscepisse, suisque omnibus, vt Christiani fierent per edictum mandasse, scribunt Adamus cap. 28 & Albertus ad annum 858. Imò* Regem Daciæ, *qui Danorum est, à S. Remberto baptizatum esse traditur in vetere scripto Ecclesiæ Bremensis, vnà cum Historiâ Archiepiscoporum Bremensium post Adamum edito. Quæ miramur nusquam in Vitâ SS. Anscharij aut Remberti proferri. Ex hac epistolâ eum Christianum fuisse constat, & ex Actis S. Anscharij permisisse subditis fidem Christi, si vellent, amplecti. De eius stirpe suprà egimus.*

Horicus iunior Rex,

b *Deest particula* non.

§ XX *Epistola Formosi Papæ ad Adalgarium Archiepiscopum Hammaburgensem.*

a 65 *a* FOrmosus Seruus Seruorum Dei, Reuerendissimo & sanctissimo *b* Adalgario Archiepiscopo Hammaburgensi. Arbitrabamur tuam sanctimoniam, prout iniunctum fuerat, ad Apostolicam Sedem festinare, quatenùs discceptatio, quæ inter te & *c* Hermannum Agrippinæ Coloniæ Reuerendissimum Archiepiscopum ventilatur, de Bremensi Ecclesiâ, finem perciperet. Sed ipso per suos vicarios insistente, & querimoniam multiplicante, cur tuam non exhibueris præsentiam, saltem per defensorem Vicarium, non modicùm miramur. In quo suspicare tribuitur summoperè, contentionem non odire, qui iudicij æquitatem conatur subterfugere: præsertim cùm & Magontiæ sanctissimus *d* Archiepiscopus, cui de hac re, vt veritatem inquireret per confratres & conlimitaneos Episcopos iniunctum fuerat, ad nos scribens significauerit; quatenùs venientibus Reuerendissimis Episcopis ad *e* Franckenford, de hac eadem re diligentissima facta fuerit inquisitio, omnesque Diœcesani eiusdem Colonienſis Episcopi, *f* Francho videlicet Tungrensis, *g* Vodelbaldus Traiectensis, *h* Wofelmus Mimigardeuordensis, *i* Druogo Mimidomensis, *k* Egilmarus Osnabrugensis, sub testificationis prætextu testificati sunt, vsque ad te nullum Bremensis Ecclesiæ Præsulem modum subiectionis Colonienſi Antistiti contempsisse, sed semper decessores suos, qui eidem Bremensi Ecclesiæ præfuerunt à temporibus suæ Christianitatis, Sedi Colonienſi fuisse subiectos. Verùm quia F tantorum virorum testimonium frustrari non expedit, & ad statutum veniendi tempus festinare vel delegare vicarium distulisti, tanti temporis querimoniam, ac Legatorum constantem instantiam nihili pendere inhumanum videbatur. Quapropter attati, hinc ne Colonienſis Ecclesia iustitiam perderet, inde ne Hammaburgensis Ecclesia, quæ ad Gentium vocationem instituta fuerat, subsidio destituta deficeret; dispensatiuè censuimus, quatenus quoadusque diuinâ suffragante gratiâ, prælibata Hammaburgensis Ecclesia intantùm dilatetur, vt Episcopiam instituere valeat, iam memoratam Bremensem Ecclesiam ad subsidium habeat: & quoties in magnis ac præneceſſariis Canonicis negotiis oportuerit, non subiectione aliquâ, sed affectu fraternæ caritatis Hammaburgensis Archiepiscopus, qui eiusdem Bremensis Ecclesiæ regimen obtinet, per se aut vicarium suam vicem gerentem, in adiutorium Colonienſis Archiepiscopi inuitatus accedat. Dilatatâ autem Hammaburgensi Ecclesiâ, largitore omnium bonorum amminiculante, & fundatis

Vrgente Hermãno Colonienſi Archiepiscopo,

d

e

f

g h

i k

subiectio Bremensis Ecclesiæ Colonienſi adiudicatur.

Averorum G.H. datis Epiſcopiis, ſæpè memorata Coloniæ Sedes Bremenſem recipiat Eccleſiam. Inhumanum quippe eſt
A inter ſeculares, aliena iura peruadere; quantò magis ſanctiſſimos Epiſcopos ſtatutos à Patribus tranſgredi terminos, & eos litigare, qui pacis debent ſubditis exempla præbere? Hæc autem ad hoc decreta eſt diſpenſatio, vt pax vigeat, ceſſet contentio, & iuſtitiæ vigorem miſericordiæ compaſſio temperet, ſcientes ſine pacis bono nullum Deo munus fore acceptabile.

a *Sedit Formoſus ab anno 891 ad 896. De hac controuerſiâ actum §2. num. 10.*

b *De Adalgario plura dicuntur in Vitâ S. Remberti, cui ab initio Archiepiſcopatus ſocius fuit, tum publicâ Regum & Synodi auctoritate Coadiutor, demum eidem ſucceſſit anno 888: vitâ functus anno 909.* *Adalgarius.*

c *Hermannus creditur electus Archiepiſcopus Colonienſis anno 890 & ſuperfuiſſe ad annum 925.* *Hermannus.*

d *Haddo Adamo & Alberto, ſeu Hatto 1, qui Mogontinis præfuit ab anno 891 ad 912.* *Haddo.*

e *Hinc corrigendi Adamus, Albertus, Baronius ad annum 895 num. 4 Binius aliiq;, quibus ea controuerſia peracta ſcribitur apud Triburiam, quæ in Annalibus Fuldenſibus ad annos 875 & 897 dicitur* villa *ſeu* curtis regia, *inter Mogontiam & Oppenheimium ad dexterum Rheni latus: vbi Synodus alia habita fuit anno 895.* *Triburia.*

B f *Franco Epiſcopus Leodienſis ab anno 856 ad 903, dicitur Tungrenſis, quia Leodium in Tungrorum agro ſitum.* *Franco.*

g *Vodelbaldus, alias Odelbaldus, & Odilbaldus, Vltraiectinus ad Rhenum ab anno 866 ad 900.* *Odelbaldus.*

h *VVofelmus Mimegardeuordenſis, poſteris Monaſterienſis, deeſt catalogo Krantzij & Cratepolij, videtur Luberto ſubſtituendus, & ſucceſſorem accepiſſe Bertholdum, cuius initium aſſignat Cratepolius ad annum 895. Niſi ordine immutato hic ſit VVilhelmus, qui Bertholdi ſucceſſor à dictis Krantzio & Cratepolio ſtatuitur. Hi tres* Franco, Odelbaldus & Wofelmus *non interfuerunt Synodo Triburienſi.* *VVofelmus.*

i *Druogo, aliis Drogo ſeu Drugo, Mindenſis, ſeu, vt in Synodo Triburienſi, Mimidenſis aut Mimidouenſis, ſub quo anno 896 fundatum eſſe monaſterium Melenbeka traditur à Krantzio lib. 3 cap. 8.* *Drogo.*

k *Egilmarus Oſnabrugenſis etiam interfuit Synodo Triburienſi.* *Egilmarus.*

l *33 annos Epiſcopum fuiſſe ſcribit Krantzius cap. 7.*

VITA

Auctore S. Remberto Archiepiſc.

Ex variis MSS.

PRÆFATIO AVCTORIS.

C 1 DOminus ſanctiſſimis, & in Chriſti amore præcipuâ veneratione recolendis ac diligendis Patribus & Fratribus, in ſacratiſſimo Corbeiæ monaſterio Deo militantibus, filij atque diſcipuli Reuerendiſſimi Patris Anſcharij perennem perpetuæ felicitatis orant in Domino dominantium pacem & ſalutem.

Diu per Domini gratiam Paſtoris boni munere delectati, prædicationibus & exemplis informati, meritis & interceſſionibus ſuffulti; nunc tandem eius præſentiâ deſolati, ſatis perpendimus, quid pro nobis gemendum, quidùe pro eo gratulandum ſit. Etenim verus Dei cultor abſtinens ſe ab omni opere malo, & in ſimplicitatis modeſtiâ permanens, certam de ſe præbuit fiduciam, quòd hinc ſublatus, ad Deum, quem ſemper totâ deuotione dilexit, cuiq́ue ſemper animo intendebat, ſine cunctatione peruenerit. Vnde pro retributionis eius præmio verè nobis gratulandum credimus; pro noſtrâ autem deſolatione neceſſariò ſupplicandum: vt, qui humanitus tanto deſtituti ſumus Paſtore, cælitus diuino muniri mereamur auxilio. Inter varias etenim preſſurarum anguſtias poſiti, veraciter iam ſentimus quid amiſerimus, & quid pro probis dolere debeamus ſatis intelligimus. Viuente enim ipſo, nihil nobis deeſſe credebamus: eius namq́ue ſanctitatem Reges honorificabant, Paſtores Eccleſiarum venerabantur, Clerus imitabatur, populus vniuerſus admirabatur, & dum illum cuncti ſanctum & iuſtum prædicarent, nos quoque, tamquàm corpus capitis pro eius bonitate venerandi ac laudabiles videbamur. At nunc tanto munere fruſtrati, de noſtris meritis non præſumimus; quin magis timido corde expaueſcimus, ne peccatis promerentibus, luporum patere incipiamus morſibus. Mundus namq́ue in maligno poſitus, magis ea quæ iuſta & ſancta ſunt euertere, quàm religioſa quærit erigere: & inimicus humani generis diabolus, quantò ſanctiorem ac religioſiorem quemq́ue conſpexerit ducere vitam, tantò maiori conamine aduerſa quæque obiicit vt ea quæ ſancta ſunt deſtruat, & ne ab aliis imitentur, callidâ ſuaſione ac prauis intentionibus auferat. Nos itaque inter formidoloſa pericula ſuſpirantes, licet multiplicia mala temporaliter timeamus, Diuinum tamen adiutorium nobis, licet indignis, non defuturum credimus: ideoq́ue veſtram deuotiſſimam ſanctitatem ſupplici corde rogamus, & petimus, vt memores noſtri intercedere pro nobis ad Dominum dignemini: quò nunc nos eius miſericordia non derelinquat; ſed adiutor noſter benigniſſimus noxia cuncta à nobis depellat: ſiq́ue nobis refugium in tribulatione, qui non deſerit ſperantes in ſe. De illius itaque præſentiâ præſumentes, ſpemq́ue noſtram in eius miſericordiâ collocantes, & quid nobis contingat, vel qualiter in futurum ſubſiſtere debeamus, illius iudicio derelinquentes, pietatis eius gratiam toto cordis ac mentis affectu collaudamus & gratificamur, qui nobis vel ad tempus tanto conceſſit vti Patrono. Veſtræ quoque ſanctiſſimæ Paternitati gratiarum actiones immenſas referimus, quia veſtro beneficio, ac licentiâ talem meruimus Patrem habere, cuius exempla ſi quis imitari voluerit, cæleſtem quodammodò in terris habebit conuerſationem: ſi quis doctrinæ eius recordatus fuerit, viam mandatorum Dei ſine errore incedere poterit: ſi quis monita adhortationis attenderit, laqueos inimici precauere ſtudebit. Huius itaque ſanctiſſimi Patris memoriam ſtylo exarare decreuimus; & qualiter apud nos vixerit, quidq́ue de eo nobis cognitum exiterit, veſtræ Reuerentiæ ſcriptis intimare, quo & Diuinam clementiam in beato viro veſtra quoque nobiſcum collaudet affectio, & imitari volentibus, exemplum ſalutis fiat eius ſanctiſſima deuotio.

D

Auctor implorat preces Corbeienſium:

E

à quibus formatus Anſcharius,

cuius Vitâ ſcribit.

CAPVT I

S. Anſcharij pueritia. Tirocinium monaſticum. Viſiones.

2 BEatiſſimi Patris Anſcharij religionis ſanctitas, Diuinâ largiente gratiâ, ab ineunte creſcere cœpit ætate, & per ſingula ætatum momenta virtutum multiplicauit augmenta. Namq́ue ab infantiâ ſpiritalibus reuelationibus cælitus inſpiratus, & per Domini gratiam ſupernâ viſitatione eſt ſæpiùs admonitus: quò mentem ſuam à terrenis diſiungens, toto corde cæleſtibus inhiaret. Quas quidem reuelationes ipſe quibuſdam noſtrûm, qui ei familiariùs adhærebant, innotuerat; eo tamen tenore, ne tempore vitæ ſuæ cuiquam manifeſtarent. Quas nos, ad laudem Domini, poſt obitum eius, huic operi interſerere elegimus, vt quique legentes agnoſcant, quantâ gratiâ Dominus ſeruum ſuum à primæuâ ætate corrigere, ac deinceps ſuccedentibus bonorum operum meritis clarificare dignatus fuerit. Referebat namq́ue, quòd in tempore pueritiæ ſuæ, cùm quinque ferè eſſet annorum, mater ſua in Dei timore admodùm religioſa defuncta fuerit, ac non multo pòſt tempore ipſum pater ſuus, cauſsâ diſcendi litteras, ad ſcholam miſerit. Vbi cùm eſſet

Puer diuinis reuelationibus inſtruitur.

quas quibuſdâ aperuit, ſed vetat vulgari:

quinquennis matre orbatus, applicatur ſcholæ:

S. Anſcharius ſuis auctoritatem conciliabat.

A eſſet poſitus, cœpit, vt ætati tali familiare eſt, cum coæuis ſuis pueriliter agere, & diſcurſibus inanibus atque iocis magis operam dare, quàm diſcendæ diſciplinæ inſtare. Cumque puerili ætati taliter deditus eſſet, viſum eſt ei quadam nocte, quòd eſſet in quodam loco, nimis lutoſo & lubrico, ita vt inde non niſi cum magnâ difficultate exire valeret: ſecus illum verò locum eſſe viam amœniſſimam, in quâ videbat procedentem quaſi quamdam Dominam omni ornatu & honeſtate præclaram: plures verò alias fœminas dealbatas, cum quibus erat & mater ſua. Cumque eam recognouiſſet, cœpit velle ad eam accurrere; ſed loco illo cœnoſo & nimis lubrico non facilè exire poterat. Chorus autem ille fœminarum, cùm ei appropiaſſet, viſum eſt illi, eam, quæ quaſi Domina aliarum videbatur, quam ille indubitanter S. Mariam eſſe credebat, ei dixiſſe: 4 Fili, vis ad matrem tuam venire? Cui cùm ille reſpondiſſet, inhianter ſe velle, rurſus illa intulit: Si noſtræ voluntatis particeps eſſe volueris, omnem debes vanitatem fugere, & locos pueriles dimittere, ac temetipſum in grauitate vitæ cuſtodire. Valdè enim nos deteſtamur omnia, quæ vana & otioſa ſunt; nec poteſt in noſtro conuentu eſſe, quicumque his fuerit delectatus. Poſt hanc itaque viſionem, ſtatim ſe cœpit B grauiùs agere, & puerilia conſortia vitare: lectione autem, meditatione, ceteriſque vtilitatibus arctiùs ſe occupare; ita vt ſocij eius valdè mirarentur, quòd tam ſubitò in aliam mutatus ſit conuerſationem.

...stre videt in cœtu Sanctorum.

à D. Virg. monitus, pueriles vsores exuit:

3 Cumque poſt hæc apud vos tonſuratus, atque in monaſticis diſciplinis poſitus adoleſcentior fuiſſet factus, humanâ ſubrepente fragilitate aliquantulùm cœpit à propoſiti prioris rigore frigeſcere. Interim verò contigit eum Domini Excellentiſſimi *b* Karoli Imperatoris obitum audiſſe, quem ipſe anteà in magnâ potentiâ glorioſum viderat; atque cum magnâ prudentiâ regni ſceptra laudabiliter gubernaſſe audierat. De tanti itaque Imperatoris exceſſu ipſe nimio terrore atque horrore perculſus, rurſus cœpit ad ſe redire, & admonitionis ſanctæ Dei genitricis ad memoriam verba reducere: ſicque omni poſtpoſitâ leuitate, compunctionis diuinæ cœpit amore langueſcere, totumque ſe in Dei ſeruitium conuertens, orationi & vigiliis, atque abſtinentiæ operam dabat.

factus monachus intepeſcit:

b

audità Caroli Magni morte, compungitur:

4 Cumque his virtutum exercitiis verus athleta Dei inſiſteret, atque in hac grauitate permanenti mundus illi mortuus fieret, & ipſe mundo, adueniente ſancto die Pentecoſtes, gratiâ Spiritus ſancti, quæ in eadem feſtiuitate ſuper Apoſtolos effuſa eſt, etiam mentem illius, vt credimus, illuſtrante atque exhilarante, C viſum eſt illi eadem nocte, quòd quaſi caſu ſubitaneo mori deberet, & in ipſo mortis articulo S. Petrum Apoſtolum, & B. Ioannem Baptiſtam in adiutorium ſibi inuocaſſet: cumque anima, vt ipſi videbatur, egrederetur à corpore, ac ſtatim in aliâ pulcherrimâ ſpecie corporis, omni mortalitate ac ſollicitudine carentis, appareret; ſub eodem momento mortis & admirationis apparuerunt præfati viri: quorum erat vnus ſenior, cano capite, capillo plano & ſpiſſo, facie rubenti, vultu ſubtriſti, veſte candidâ & coloratâ, ſtaturâ breui, quem ipſe S. Petrum eſſe, nemine narrante, ſtatim agnouit; alius verò iuuenis erat, ſtaturâ procerior, barbam emittens, capite ſubfuſco atque ſubcriſpo, facie macilentâ, vultu iocundo, in veſte ſericâ, quem ille S. Ioannem eſſe omnino credidit. Hi itaque eum hinc inde circumſteterunt. Porro animâ eius egreſsâ ſtatim in immensâ claritate, quâ totus mundus implebatur, ſibi videbatur eſſe: per quam claritatem illum, nullatenùs in aliquo laborantem, Sancti ſuprà dicti miro & ineffabili modo ducentes, cùm peruenissent ad locum quemdam, quem ipſe ignem purgatorium eſſe, nemine narrante, certiſſimè ſciebat, ibi eum dimiſerunt: vbi cum multa paſſus eſſet, præcipuè tamen tenebras denſiſſimas, preſſuraſque immaniſſimas, & ſuffocationes viſus eſt tolerasse; atque omni memoriâ ablatâ, hæc ſolùm vix cogitare ſufficiebat, quomodò tam immanis poſſet aliqua exiſtere pœna. Cumque per triduum, vt ipſe putabat, ibi cruciaretur, quod ſpatium illi mille annis longius propter immenſam pœnam viſum eſt; rurſum redeuntes iam dicti viri, iterumque illum hinc inde circumſtantes, & longè maiori quàm priùs alacritate lætantes, atque in omnibus multò ſuauiùs incedentes, per maiorem, ſi dici poſſit, claritatem, greſſu immobili ſine viâ corporeâ ambulantes, ducebant.

patitur pœnas purgatorij:

AVCTORES S. REMBERTO. EX MSS.

D

5 Et, vt verbis ipſius vtamur, Videbam; inquit, à longè diuerſos Sanctorum ordines, quoſdam vicinius, quoſdam verò longiùs, ab Oriente aſſiſtentes, ad O- *dein videt Sanctorũ ordines,* rientem tamen reſpicientes, ipſumque, qui in Oriente apparebat collaudantes, quidam ſubmiſſis capitibus, quidam ſupinis vultibus, panſiſque manibus adorabant. Cumque peruenissemus ad locum Orientis, ecce viginti quatuor Seniores, ſecundùm quod in Apocalypſi ſcriptum eſt, in ſedibus ſedentes, ſeruato introitu ampliſſimo apparuerunt: qui & ipſi reuerenter ad Orientem reſpectantes, ineffabiles Domini laudes promebant. Laudes verò in commune canentium ſuauiſſimam mihi refectionem ingerebant; ſed poſt reuerſionem ad corpus retinere nullo modo poteram. In ipſo verò Orientis loco, erat ſplendor mirabilis, lux E inacceſſibilis, nimiæ atque immenſæ claritatis, cui metat omnis color pretioſiſſimus, omniſque iocunditas: *& Deum in lumine,* omnes verò Sanctorum ordines, qui vndique lætantes circumſtabant, ab ipſo gaudium hauriebãt. Qui ſplendor tantæ magnitudinis erat, vt nec initium eius, nec finem contemplari valerem. Et cùm circumquaque longè vel propè reſpicere poſſem, in ipsâ immenſitate luminis, quid intus haberetur, contemplari non poteram, ſed tantùm ſuperficiem cernebam: ipſum tamen inibi eſſe credebam, de quo Petrus ait: In quem deſiderant Angeli proſpicere. Ab ipſo namque claritas immenſa procedebat, ex quâ omnis longitudo & latitudo Sanctorum illuſtrabatur. Ipſe quoque quodammodò erat in omnibus, & omnes in eo: ipſe omnes exteriùs circumdabat, ipſe omnes interiùs ſatiando regebat: ipſe ſuperiùs protegebat, ipſe inferiùs ſuſtinebat. Sol verò & luna nequaquàm lucebant ibi; nec cælum ac terra ibidem viſa ſunt. Sed neque ipſa claritas talis erat, quæ oculos contemplantium impediret, ſed quæ oculos gratiſſimè ſatiaret. Et cùm Seniores ſedentes dixerim, in ipſo quodammodò ſedebant: nam nil corporeum erat ibi, ſed erant cuncta incorporea, licet ſpeciem corporum habentia, & ideò ineffabilia. Circa ſedentes verò ſplendor ab ipſo procedens, ſimilis arcui nubium, tenebatur. F

1 Petri 2. 12

6 Cùm itaque à præfatis viris coram hac immenſitate luminis, vbi mihi maieſtas Dei omnipotentis, nemine monſtrante, eſſe videbatur, præſentatus fuiſſem, vox ſuauiſſima, omni ſonoritate clarior, quia mihi omne ſeculum viſa eſt compleuiſſe, ab eadem maieſtate procedens, ad me facta eſt, dicens: Vade, & martyrio coronatus ad me reuertêris. ad quam vocem om- *à quo intelligit ſe Martyrem futurum:* nis conuentus Sanctorum, Deum hinc inde laudantium, conticuit, atque ſubmiſſis vultibus adorauit. Denique ſpeciem, à quâ hæc vox formata eſſet, prorſus non vidi. Poſt quam vocem triſtis factus, quia ad ſeculum redire compellebar, ſed de reuertendi promiſ- *redit ad vitam:* ſione ſecurus, cum prædictis ductoribus exinde remeabam: qui mecum tam euntes, quàm redeuntes, nihil locuti ſunt, ſed tam pio affectu in me reſpiciebant, quemadmodùm mater vnicum filium contemplatur: ſicque ad corpus redij. In eundo verò ac redeundo, nec labor erat, nec mora, quia quò tendebamus ſtatim aderamus. Et licet aliqua viſus ſim de tantâ dulcedine dulcedinum enarraſſe, fateor tamen, quia nequaquàm ſtylus tanta exprimere potuit, quanta animus ſentit. Sed nec ipſe animus ſentit vt fuit, quia illud eſſe mihi videbatur, quod oculus non vidit, nec auris

AVCTORE S. REMBERTO, EX MSS.

audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Ex hac itaque viſione, quam, ſicut ipſe dictauerat, verbis illius enarrauimus, præfatus ſeruus Dei & perterritus & conſolatus, cœpit ſe ſollicitiùs in Diuino exercere timore, boniſque operibus de die in diem ardentiùs inhærere, ſpemque de Dei miſericordiâ præſumere, quòd quadam ipſe diſponeret occaſione, vt ad palmam martyrij poſſet pertingere. Quod tamen quia corporaliter gladio imminente non contigit, qualiter in mortificatione crucis, quam iugiter in ſuo corpore pro Chriſti nominis honore portauit, Deo miſerante completum ſit, cùm de obitu illius narrare cœperimus, latiùs explicabimus.

ſanctiſſimè vixit.

a *Hæc verba à matre ei dicta perperàm nonnulli aſſerunt.*
b *Dies Carolo ſupremus vitæ 28 Ianuarij anno 814.*

CAPVT II

Præfectura ſcholarum in vtraque Corbeiâ. Viſiones.

7 POſt hæc verò, cùm Magiſter fuiſſet Scholæ ad a S. Petrum, eundo vel redeundo ad clauſtrum, B conſuetudinem ſibi fecerat in oratorio B. Ioannis Baptiſtæ ſecretiùs inſiſtere. Itaque poſt duos annos ſuperioris viſionis, quadam nocte viſum eſt ei, quòd ad idem oratorium cauſsâ orandi diuertiſſet: cumque ab oratione ſurrexiſſet, ecce vir per oſtium veniebat, ſtaturâ procerus, Iudaico more veſtitus, vultu decorus; ex cuius oculis ſplendor Diuinitatis, velut flamma ignis, radiabat. Quem intuitus, omni cunctatione poſtpoſitâ Chriſtum Dominum eſſe credebat, atque procurrens ad pedes eius corruit. Cumque proſtratus in facie iaceret, ille vt ſurgeret imperauit. Cumque ſurgens coram illo reuerenter adſtaret, atque, præ nimio ſplendore ex oculis ipſius emicante, in faciem eius intendere non valeret, blandâ voce ipſum allocutus eſt dicens: Dic, ait, iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Cui ſeruus Dei reſpondit: Domine, quid neceſſe eſt tibi dicere? tu omnia noſti, & nihil te latet. Ille autem ſubſecutus, ait: Scio quidem omnia; ſed ideò volo vt confiteantur mihi homines peccata ſua, vt remiſſionem accipiant. Cui cùm omnia, quæ ab infantiâ geſſerat, indicaſſet, & illo poſthæc in orationem proſtrato ipſe erectus adſtaret, dixit: Noli timere, quia ego ſum, qui deleo iniquitates tuas. Poſt quam vocem ille qui apparuerat receſſit. & vir Dei excitatus ſomno, de fiduciâ remiſ-
C ſionis peccatorum ſuorum confortatus, immenſo tripudiabat gaudio.

docet pueros:

in ſomnis Chriſtum videt,

à quo, peccata totius vitæ confeſſus,

abſoluitur:

8 Quo etiam tempore contigit, quod veſtræ Reuerentiæ notiſſimum eſt, vt quidam puerulus in ſcholâ, Fulbertus nomine, à ſocio ſuo tabulâ percuſſus, ad mortem vſque perductus ſit. Pro quâ re prædictus ſeruus Dei nimiùm triſtis effectus eſt, quòd ſub curâ magiſterij ſui tanta negligentia inter ſubditos ſibi acciderit. Verùm appropinquante horâ exitus ipſius pueri, vir Domini fortè ſopori deditus lectulo incubabat: cùm ecce vidit in ſomnis ipſius animam à corpore ſublatam Angelico miniſterio ad cælum deferri: ſe quoque miro & ineffabili miniſterio, Deo diſponente, pariter comitari. Cumque cæli ſecreta penetraſſent, pueri præfati animam in quamdam purpuream manſionem conſpexit introduci, & inter agmina Martyrum collocari. Ibique ei datum eſt, agnouiſſe, quòd quia ipſe puer vulnus ſibi illatum ſatis patienter tulit, & animam fratris vſque ad mortem diligens, pro percuſſore ſuo nimiùm benignè interceſſit, patientiam & benignitatem eius Diuinâ remunerante pietate, inter Martyrum choros deputatus ſit. Hoc autem tam celeriùs in horâ mortis eius ei demonſtratum eſt, ita vt dum is adhuc moreretur, venerandus Pater Witmarus (qui cum eo tunc ſcholam puerorum regebat, &

videt puerum inter Martyres coronari,

propter patientiam, & occiſoris dilectionem:

huius rei teſtis præſens adeſt) cùm pro hoc ipſo illum D excitans, obitum diſcipuli nuntiaret, ille ſe hoc quoque antè ſcire reſponderit. Quod profectò Domini gratia, cauſsâ conſolationis, ei videre conceſſit, vt, quia pro hac re nimiùm triſtabatur, ex ſalute pueri mœſtitiam ſui releuaret animi.

aliis viſionibus illuſtratur;

9 His itaque & aliis quàm plurimis reuelationibus atque viſionibus vir Dei cælitus inſpiratus, quantâ inter vos poſtmodùm ſanctitatis gratiâ ac bonitatis excreuerit, veſtrorum, qui tunc affuêre, teſtimonio meliùs comprobabitur. Nobis autem ea, quæ apud nos geſta ſunt, narrare cupientibus, primò indagandum videtur, propter eos qui huius rei fortè minùs conſcij ſunt, quâ occaſione à loco ſtabilitatis ſuæ huc receſſerit; & cùm apud vos Deo oblatus ſit, ibique obedientiam promiſerit, quo inſtinctu ad has partes emigrauerit, atque ad epiſcopatus officium apud nos ſublimatus ſit. Hoc autem ideò ſcribere neceſſarium duximus, ne fortè aliquis leuitati aſſignet, quod vir Dei, diuinæ compunctionis inſtinctu, & peregrinationis amore, pro ſalute animarum ſuſcepit. *b* Cæptum eſt itaque olim in his partibus, videlicet Saxoniæ, monaſterium fieri, quod auctoritate & magiſterio ſanctitatis veſtræ, & primò fundatum, & ſuccedenti tempore, Deo donante, feliciter conſummatum eſt; nomenque E mutuatum à loco habitationis veſtræ accepit, vt vocaretur noua Corbeia. Ad hunc ergo locum Dei famulus, vnà cum aliis Fratribus veſtris, primò *c* directus eſt, vt ibi officio fungeretur docendi. in quâ re ipſe per omnia tam probabilis & acceptus inuentus eſt, vt omnium electione publicè quoque in eccleſiâ verbum Dei populis prædicaret. Sicque factum eſt, vt eiuſdem loci ipſe primus & magiſter ſcholæ & Doctor fieret populi.

ad Corbeiam Saxonicam mittitur, *b*

c

ibique primus docet, & concionatur.

a *In diplomate Clotharij III de Corbeia fundatione dicitur* monaſterium in honore SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, & S. Stephani Protomartyris ædificatum.
b *Anno 822, quo 6 Auguſti menſura templi & monaſterij delineata, & 25 eiuſdem Auguſti Cruce plantatâ locus ab Epiſcopo ſacratus eſt. vt in tractatu de Conſtructione huius Nouæ Corbeiæ tomo 2 Scriptorum Francorum legitur. De eiuſdem Corbeiæ nouæ initiis actum in Vitâ S. Adalardi fundatoris 2 Ianuarij.*

Corbeia noua extructa.

c *Anno 823, quo S. Adalardus* plures ex Fratribus antiquæ Corbeiæ *eò* conuocaſſe *dicitur in citato tractatu.*

CAPVT III

Apoſtolatus Daniæ.

10 POſt hęc verò contigit, vt Herioldus quidam Rex, F qui partem tenebat regni Danorum, ab aliis ipſius prouinciæ Regibus odio & inimicitiâ conuentus, regno ſuo expulſus ſit. Qui ſereniſſimum adiit Imperatorem Ludouicum, poſtulans vt eius auxilio vti mereretur, quò regnum ſuum denuò euindicare valeret. Qui eum ſecum detentum tam ipſe quàm per alios ad ſuſcipiendam Chriſtianitatem cohortatus, quò ſcilicet inter eos ita maior familiaritas eſſe poſſet, populuſque Chriſtianus ipſi ac ſuis promptiori voluntate in adiutorium ſic veniret, ſi vterque vnum coleret Deũ; tandem, gratiâ Diuinâ tribuente, ad fidem conuertit, & ſacro baptiſmate perfuſum ipſe de ſacro fonte ſuſcepit, ſibique in filium adoptauit. Quem cùm iterum ad ſua reducere vellet, & eius auxilio munitus regni ſui fines repeteret, cœpit diligentiùs quærere, ſi quem inueniret ſanctę deuotionis virum, qui cum eo ire poſſet, eique continuò adhæreret, fieretque illi & ſuis ad corroborandam ſuſcipiendamque fidem Domini Magiſter doctrinæ ſalutaris. De hoc itaque prædictus Auguſtus in publico conuentu Optimatum ſuorum, cum Sacerdotibus ceteriſque fidelibus ſuis tractare cœpit, &, vt ſibi aliquem ad tale opus & voluntarium & condignum inuenirent, ſollicitiùs omnes rogare.

a Heriolde Regi Danorum

baptizato,

reuerenti in Daniâ,

11 Quòd

A 11 Quòd cùm vniuerſi abnuerent, nullatenùs ſe quemquam ſcire tantæ deuotionis virum, qui peregrinationem tam periculoſam pro Chriſti nomine ſuſcipere vellet; extitit tunc temporis venerabilis Abbas monaſterij veſtri *b* Wala, qui memorato Imperatori dixit, vnum ſe ſcire monachum in monaſterio *c* ſuo, qui multo ardore circa Diuinam religionem ferueret, ac pro Dei nomine multa pati deſideraret: cuiuſque pariter inſtitutionem ac mores laudauit, & quòd ad hoc opus ſatis eſſet idoneus indicauit. Se tamen neſcire teſtatus eſt, vtrùm ad hanc peregrinationem tolerandam voluntarius eſſet. Quid plura? iubente Rege euocatus eſt ad Palatium Auſcharius. Cui Abbas cuncta quæ acta ſunt retulit, & ad quid vocaretur aperuit: qui ſe ad Dei ſeruitium in omnibus, quæ in cauſsâ obedientiæ iniungerentur, paratum eſſe reſpondit. Deductus itaque ad præſentiam Auguſti, cùm ab ipſo interrogaretur, vtrùm pro Dei nomine, cauſsâ in Gentibus Danorum Euangelium prædicandi, comes fieri vellet Herioldi; omnino ſe velle conſtanter reſpondit. Cui etiam cùm Abbas intuliſſet, nullatenùs ſe tantum onus iubendo illi imponere; ſi ipſe tantùm hoc ſuâ ſponte eligeret, ſibi gratum eſſe, & ſuæ auctoritatis ei licentiam dare. Quod ille nihilominùs ſe & eligere & modis omnibus perficere velle reſpondit. Denique cùm hæc publicè proteſtarentur, eſſetque cognitum omnibus qui in domo conuerſabantur Abbatis, cœperunt multi tantam eius admirari immutationem: quòd ſcilicet relictâ patriâ, & propinquis ſuis, fratrum quoque, cum quibus educatus fuerat, dulciſſimâ affectione, alienas expetere vellet nationes, & cum ignotis ac barbaris conuerſari. Multi quoque eum ſuper hoc deteſtari, & improperiis laceſſere; quidam à proposito reuocare conabantur. Sed vir Dei in cœptâ voluntate immobilis permanebat. Denique cùm Abbas per dies ſingulos ad palatium iret, ipſe domi reſidens conſortia omnium fugiebat, & in quadam vineâ iuxtà poſitâ ſolitarium ſibi locum eligens, orationi & lectioni vacabat.

aliis id detrectantibus,

b

c

comes datur,

ad prædicandum Euangelium:

Habilis in proposito:

12 Erat autem etiam tunc cum Domno Abbate quidam Frater monaſterij veſtri, nomine Autbertus, qui cùm eum ſollicitum nimis ac triſtem, & quotidie ſecretiùs ſibi conſiſtere, & nullius conſortio vel colloquio vti videret, cœpit ei compati. Et quadam die pergens ad locum, vbi in ſupradictâ vineâ ſolus ſedebat, cœpit ab eo inquirere, vtrùm veraciter peregrinationem illam vellet ſuſcipere? Qui ſperans eum hoc non ob compaſſionem, ſed propter aſtutiam magis inquirere, reſpondit: Quid vobis curæ eſt ſuper hoc? nolite mentem meam tali inquiſitione conturbare. Ille verò nihil omnino ſe deceptionis in hac re protendere teſtabatur; ſed magis veraciter ſcire velle, vtrùm ille in propoſitâ voluntate diſponeret perſeuerare. Tunc ipſe congratulans eius benevolentiæ, reſpondit: Ego interrogatus ſum; ſi pro Dei nomine vellem in Gentes peregrinas ire ad prædicandum Euangelium Chriſti? Cui propoſitioni ego nequaquàm renuti auſus ſum: imò totis viribus exopto, vt mihi ad hoc detur copia eundi: nulluſque ab hac intentione mentem meam immutare poterit. Tunc præfatus Frater ei reſpondit: Et ego te numquàm patiar ſolum ire; ſed pro Dei amore tecum proficiſci cupio, tantùm vt Domni Abbatis licentiam mihi impetres. Firmatâ itaque inter eos hac religioſâ contentione, redeunti Abbati ipſe obuius adſtitit, & quòd ſibi ſocium inuentum haberet, qui huius profectionis comes eſſe voluntarius vellet, indicauit. Cuius perſonam cùm Abbas requireret, & ille Fratrem Autbertum nominaret, multo miraculo obſtupuit, nequaquàm putans eum, qui & nobilis proſapiæ in ſeculo, & apud eum tunc familiaris, ac poſt eum domus eius Procurator habebatur, talia velle. Aduocatum tamen eum ſuper hoc interrogauit. Qui reſpondit, nequaquàm ſe pati poſſe, vt ille ſolus iret, ſed pro Chriſti nomine ſe velle ei ſolatio & adiutorio fieri, ſi ſuam & Fratrum haberet licentiam. Cui Domnus Abbas ſe daturum licentiam, ſi ille ſponteneè hanc profectionem eligeret, reſpondit. Nullum tamen eis ex familiâ ſuâ comitem deputaturum ad obſequium ſeruitij: niſi fortè ipſi aliquem ad hoc prouocare poſſent, vt ſuâ ſponte cum eis ire vellet. Hoc autem venerabilis Abbas non de inaffectione faciebat, ſed quia abominabile & iniuſtum videbatur, vt quis inuitus inter Paganos conuerſari cogeretur.

nobilis proſapiâ oriundus

socium sibi iungit Autbertum monachũ,

B

nobilis proſapiâ oriundus

C

AVCTORE S. REMBERTO, EX MSS.

D

id petentẽ,

13 Poſt hæc itaque ambo deducuntur ad Regem. Quorum voluntati & deſiderio condelectatus, ipſe dedit eis & Eccleſiaſtica miniſteria, & ſcrinia atque tentoria, ceteraque ſubſidia, quæ tanto itineri videbantur neceſſaria, & cum præfato Herioldo ire præcepit; denuntians, vt eius fidei maximam impenderent ſollicitudinem: eumque & ſuos, qui ſimul cum eo baptizati fuerant, piâ exhortatione, ne ad priſtinos reducerentur, diabolo inſtigante, errores, continuè *d* laborarent, ſimulque etiam alios ad ſuſcipiendam Chriſtianitatem verbo prædicationis ſtrenuè communerent. Dimiſſi itaque ab Imperatore nullum habuerunt ſocium, qui eis aliquid ſeruitij impenderet; quoniam nemo ex familiâ Abbatis cum eis ſuâ ſponte ire, nec ille quemquam ad hoc inuitum cogere volebat. Herioldus quoque, cui commiſſi fuerant, adhuc rudis & neophytus, ignorabat qualiter ſerui Dei tractari debuiſſent. Sui quoque tunc nuper conuerſi, & longè aliter educati, non multâ ſuper eos curâ intendebant. Cum graui itaque difficultate hanc ſuſcipientes peregrinationem, peruenerunt Coloniam. Vbi tunc temporis venerandus Antiſtes *e* Hadeboldus compatiens eorum neceſſitati, dedit eis nauem optimam, vbi ſua reponerent, in quâ erant duæ manſiunculæ ſatis optimè præparatæ. Hanc itaque prædictus Herioldus conſpiciens, elegit in eadem nau cum illis manere, vt ipſe vnâ, & illi potirentur alterâ manſiunculâ. Sicque inter eos familiaritas cœpit & benevolentia creſcere; ſui quoque exhinc ſeruitium eis diligentiùs impendebant. Inde ingreſſi per *f* Doſtratum, & vicina Friſonum tranſeuntes, ad confinia peruenerunt Danorum. Et quia interdùm pacificè in regno ſuo Herioldus Rex conſiſtere non poterat, dedit ei memoratus Auguſtus vltra Albiam beneficium, vt ſi quando ei neceſſarium eſſet, ibi ſubſiſtere poſſet.

Neceſſariis à Ludouico Pio inſtructis,

d

iter aggreſſi,

E

veniunt Coloniam:

e

inde, naui ſibi donatâ,

f

Doſtratum,

tum ad fines Danie;

14 Præfati itaque ſerui Dei cum eo poſiti aliquando inter Chriſtianos, aliquando inter Paganos conſtituti, cœperunt verbo Dei inſiſtere; & quoſlibet poterant ad viam veritatis monere. Multi enim exemplo & doctrinâ eorum ad fidem conuertebantur, & creſcebant quotidie qui ſalui fierent in Domino. Ipſi quoque Diuino inſpirati amore, ad promulgandam deuotionis ſuæ religionem, cœperunt curioſè pueros quærere, quos emerent & ad Dei ſeruitium educarent. Præfatus quoque Herioldus ex ſuis aliquos ſub eorum curâ erudiendos poſuit. Sicque factum eſt, vt ſcholam inibi paruo tempore ſtatuerint duodecim aut eo amplius puerorum. Alios quoque hinc inde ſibi adſciuerunt ſeruitores & adiutores, cœpitque eorum fama & religio in Dei nomine fructuoſiùs creſcere. Cùm itaque in hoc ſancto propoſito biennio, aut eo amplius, morarentur, contigit iam dictum Fratrem Autbertum infirmitatis grauari moleſtiâ. Quâ de cauſsâ inde ad nouam Corbeiam deductus, languore diutino ingraueſcente, felici, vt credimus, tranſitu, in tempore Paſchæ, ſicuti & ipſi anteà à Domino reuelatum fuerat, diem inibi clauſit extremum.

erudiunt Paganos:

F

pueros emunt,

iiſque & aliis ſcholã aperiunt:

ſocium reducit morte eius præſcitâ.

a Herioldus, Herioltus, Haroldus, & Haraldus, *cognomento* Klag *ſeu* Clagus, *de quo eiuſque maioribus, fratribus, filiis, aliiſque conſanguineis, eorumque ſucceſſione, ſuprà actum.* *Herioldus,*

b Wala, Walach, Walachus, Walo, Walon, Valo, *patre Bernardo, fratre Regis Pipini natus, à patruele Carolo Magno tum* Comes ſummi habitus loci, *paci cum Hemmingo Rege Danorum anno 811 compoſitæ præfuit, & Caroli teſtamento ſubſcripſit;* *VVala Comes dein Abbas Corbeienſis*

AVCTORES. REMBERTO, EX MSS.

subscripsit; vt tradit Eginhardus in huius Vitâ num. 44. & in Annalibus ad annos 811 & 814. Sub Ludouico Pio ex Comite monachus Corbeiensis, fratri suo S. Adalardo anno 823 defuncto successit, vt in huius Vitâ dictum eo istic Abbate scriptâ.

c *Professione eius monasterij censebatur.*

A d *MS. Hamburg* roborarent.

e Hadeboldus, Hadaboldus, Hadabaldus, *Archiepiscopus Colonienſis, de quo § 1 actum, subscripsit Synodo ad Theodonis villam, & inter Missos etiam à Ludouico electus: alius ab eo* Hildebaldus *Caroli Magni testamento subscripsit, eiusq; decessor statuitur.*

Hadeboldus Arch. Coloniēſis.

Dorſtatū.

f Dorſtatum *in MS. Corbeiensi. alius fere* Dorſtratum, *infrà* Dorſtadum, *oppidum Batauorum ad Rhenum, vt pluribus suprà demonstratum est.*

CAPVT IV

Apostolatus Sueciæ.

a

15 INterim verò *a* contigit Legatos Sueonum ad memoratum venisse Ludouicum, qui inter alia legationis suę mandata clementissimo Cęsari innotuerunt, esse multos in gente suâ, qui Christianæ religionis cultum susciperе desiderarent. Regis quoque sui animum ad hoc satis beneuolum, vt ibi Sacerdotes Dei esse

Petentibus in fide instrui Suecii,

B permitteret. Tantum eius munificentiâ mererentur, vt eis prædicatores destinaret idoneos. Quos religiosissimus audiens Imperator, plurimùm exhilaratus, denuò quærere cœpit, quos in illas partes dirigeret, qui probarent vtrùm populus ille ad credendum paratus esset: sicuti Missi illi intimauerant, & cultum Christianæ religionis illis tradere inciperent. Vnde factum est,

b vt iterum cũ memorato *b* Abbate vestro Serenissimus Imperator tractare cœperit, si quem fortè de suis monachis inuenire posset, qui pro Christi nomine in illas partes ire vellet. aut certè qui cum Herioldo moraretur, & is qui cum eo erat seruus Dei Anschārius illam susciperet legationem. Quâ de re contigit, vt regio iussu abhinc ad palatium vocaretur. Cuique denuntiatum est, ne se raderet antequàm ad præsentiam Imperatoris veniret. Vir autem Dei ad quod vocaretur omnino prænoscens, cœpit toto cordis feruore in amore Dei exardescere, & omne gaudium existimare, si lucrandis sibi animabus liceret insistere. Si quid quoque in huiusmodi profectione contrarietatis siue aduersitatis ei potuisset accidere, proposuit animo patienter pro Christo tolerare: nihilque dubietatis in corde pro tali gerebat opere: quoniam visionis Diuinæ, quam antè præuiderat, consolabatur munere. Siquidem su-

C pradicto tẽpore, cùm apud vos maneret, & iam duabus visionibus cælitus inspiratus haberetur, quadam nocte visum est ei, quòd venisset in quādam domum, vbi plures ex ordine prædicatorum, ad prædicandi officium præparati adstabant: coram quibus subitò in excessu mentis raptus, videbat immensi luminis claritatem super solis radium de cælo emissam se circumfulsisse: cumque miraretur, quid hoc esset; vox quoque penè similis illi, quam in primâ visione se audisse narrauerat, facta est ad eum, dicens: Dimissum est peccatum tuum. Cui ille diuino, vt credimus, afflatus Spiritu, respondit, dicens: Domine, quid vis vt faciam? & iterum vox sonuit dicens: Vade, & annuntia Gentibus verbum Dei. Hanc itaque visionem seruus Dei pertractans animo, lætus gaudebat in Domino, videns iam ex parte impletum, quod sibi imperatum fuerat, & ad maiorem laboris sui cumulum etiam Sueonibus verbum Dei nuntiare cupiens.

excitatur memoriâ habita antè reuelationis,

quā prædicare Gentibus iubebatur,

16 Cùm itaque ante præsentiam Cæsaris adductus, interrogatus ab eo fuisset, vtrùm legationem istam suscipere vellet, liberâ voce respondit, se paratum ad omnia, quæ illi pro Christi nomine suâ auctoritate decreuisset iniungere. Tunc Dei prouidentiâ socium illi ex vestrâ fraternitate venerabilis Abbas inuenit Nonnum Witmarum, tanto operi satis condignum & voluntarium. Porrò cum Herioldo esse disposuit Patrem

in Sueciā proficiscitur cum VVitmaro monacho:

revocatus ab Imperatore ad palatium,

deuotissimum Gislemarum, fide & operibus bonis D probatum, atque in zelo Dei feruentissimum. Suscepit itaque legationem sibi à Cæsare iniunctam, vt in partes iret Sueonum, & probaret vtrùm populus ille ad credendum paratus esset, sicuti Missi supradicti innotuerant. In quâ legatione, quanta quamque gratia perpessus sit mala, melius ipse, qui interfuit, prædictus Pater Witmarus intimare poterit. Nobis hoc tantùm narrasse sufficiat, quòd dum in medio ferè essent itinere, in piratas offenderunt. Et cùm negotiatores, qui *spoliatur à piratis:* cum eis ibant, se viriliter defenderint. & primò quidem victoriam ceperint, in secundo tamen ab illidem piratis deuicti ac superati sunt; ita vt naues & omnia quæ habebant eis tulerint, & ipsi vix pedibus ad terram fugientes euaserint. Ibi itaque & munera regia, quæ illuc deferre debuerant, & omnia quæ habuerant, perdiderunt: excepto parum quid, quod fortè prosilientes è naui secum auferre & asportare poterant. Inter quæ & penè quadraginta libros, quos ad seruitium Dei sibi aggregauerant, illis diripientibus, amiserunt. Hoc itaque facto cùm quidam reuerti, quidam in anteà ire disponerent, seruus Dei à cœpto itinere nullâ ratione flecti potuit: quin potiùs in Dei ponens arbi-

E trio quid illi contingeret, nequaquàm redire disposuit, antequàm nutu Dei dinosceret, vtrùm in illis partibus licentia prædicandi fieri posset.

17 Cum graui itaque difficultate pedibus post hoc per longissimam viam incedentes, &, vbi congruebat, interiacentia maria naulgio transeuntes, tandem ad portum regni ipsorum, qui Byrca dicitur, peruenerunt: vbi benignè à Rege eorum, qui Bern vocabatur, susceptі sunt, Missis eius referentibus, quâ de causâ aduenerint. Cognitâ itaque legatione eorum, & cum suis de huiusmodi negotio pertractans fidelibus, omnium pari voto atque consensu, dedit licentiam eis ibi manendi, & Euangelium Christi prædicandi, concessâ libertate, vt quicumque vellent eorum doctrinam experterent. Itaque alacri corde serui Dei, videntes prosperè ea quæ optauerunt successisse, populis ibi constitutis verbum salutis adnuntiare cœperunt. Plures quo- *in conuersionē gētis incūbunt.* que erant, qui eorum legationi fauebant. Multi etiam apud eos captiui habebantur Christiani, qui gaudebant iam tandem se mysteriis posse participari: probatumque est omnia ita veraciter constare, sicuti Missi ipsorum Serenissimo Cæsari innotuerunt, & baptismi gratiam nonnulli deuotè expetebant. Inter quos Præfectus vici ipsius & Consiliarius Regis, admodùm illi amabilis, Herigarius nomine, sacri baptismatis donum F suscepit, atque in fide Catholicâ firmissimus exstitit. Ipse namque in hæreditate suâ ecclesiam fabricauit, & in Dei seruitio semetipsum religiosissimè exercuit. Huius viri diuersa extant insignia, & eius inuictæ fidei multa probantur indicia, quæ in sequentibus euidentiùs exponemus.

benignè à Rege excepti,

a *Anno* 829. *De Legationibus ad Suecos, Birca emporio & Rege Bern, seu Biorno actum* § 11.

b *Erat VValo Abbas tum adhuc in Palatio Imperatori gratus, quem hic anno sequenti* 830 *ex Palatio iussit ad monasterium redire, vt legitur in Vitâ Ludouici.*

CAPVT V

Archiepiscopatus Hamburgensis.

18 PEracto itaque apud eos altero dimidio anno, præfati serui Dei cum certo suæ legationis experimento, & cum litteris regiâ manu more ipsorum deformatis, ad Serenissimum reuersi sunt Augustum. Qui honorificè & cum maximâ pietatis beneuolentiâ ab eo susceptі, narrauerunt quanta Dominus secum egerit, & quòd ostium fidei in illis partibus ad *Reuersus ad Imperatorem.* vocationem Gentium patefactum fuerit. Hoc itaque deuotissimus

A deuotiſſimus audiens Imperator, immenſo lætificabatur gaudio : pariterque recolens, quæ iam olim apud Danos circa Dei cultum concepta fuerant, & laudes & gratias omnipotenti Domino referens, ardore fidei ſuccenſus quærere cœpit, quomodò in partibus Aquilonis, in fine videlicet Imperij ſui, Sedem conſtituere poſſet Epiſcopalem : vnde congruum eſſet Epiſcopo ibi conſiſtenti, cauſsâ prædicationis, illas frequentiùs adire partes, & vnde etiam omnes illæ barbaræ nationes faciliùs vberiuſque capere valerent Diuini myſterij ſacramenta. Cùm itaque pro huiuſmodi ſollicitudine, curâ vigilanti inſtaret, quibuſdam fidelibus ſuis referentibus ei innotuit, quòd, cùm glorioſæ memoriæ Pater ſuus Carolus Auguſtus omnem Saxoniam ferro perdomitam, & iugo Chriſti ſubditam, per Epiſcopatus diuiſit, vltimam partem ipſius prouinciæ, quæ erat in Aquilone vltra Albiam, nemini Epiſcoporum tuendam commiſit, ſed ad hoc reſeruare decreuit, vt ibi Archiepiſcopalem conſtitueret Sedem : ex quâ, Domini gratiâ tribuente, etiam ſucceſſio fidei Chriſtianæ in exteras proficeret nationes. Quâ de re *a* primitus etiam ibi eccleſiam per quemdam Epiſcopum Galliæ, Amalharium nomine, conſecrari fecit.

(quod Carolus Magnus facere decreuerit)

a

B Poſteà etiam ipſam parochiam Preſbytero, Heridach nomine, ſpecialiter gubernandam commiſit : nec omnino voluit, vt vicini Epiſcopi aliquid poteſtatis ſuper eum locum haberent. Quem etiam Preſbyterum conſecrari diſpoſuerat Epiſcopum, ſed velocior eius de hac luce tranſitus hoc ne fieret impediuit.

19 Poſt obitum itaque tantæ memoriæ Auguſti, filio eius, ſupradicto videlicet Imperatore Ludouico, in ſede regni eius collocato, ſuggerentibus quibuſdam, partem illam prouinciæ, quæ vltra Albiam erat, in duo diuiſit, & *b* duobus vicinis Epiſcopis interim commendauit. Non enim ſatis attendit Patris ſui ſuper hoc conſtitutionem, aut certè omnimodis ignorauit. Illâ verò factâ occaſione, quâ iam fides Chriſti in partibus Danorum atque Sueonum per gratiam Dei fructificare cœperat, cognito patris ſui voto, ne quid eius ſtudij imperfectum remaneret, vnà cum conſenſu Epiſcoporum, ac plurimo Synodi Conuentu, in præfatâ vltimâ Saxoniæ regione trans Albiam, in ciuitate Hammaburg Sedem conſtituit Archiepiſcopalem, cui ſubiaceret vniuerſa Nordalbingorum Eccleſia ; & ad quam pertineret omnium regionum Aquilonalium poteſtas, ad conſtituendos Epiſcopos ſiue Preſbyteros in illas partes pro Chriſti nomine deſtinandos. Ad hanc ergo Sedem Domnum & Patrem noſtrum Anſcharium prædictus Imperator ſolemniter conſecrari C fecit Archiepiſcopum, per manus Drogonis Mettenſis Præſulis, & ſummæ ſanctęque Palatinæ dignitatis tunc Archicapellani ; adſtantibus Archiepiſcopis, Ebbone Remenſi, Hetti Treuirenſi, & Otgario Maguntiacenſi, vnà cum pluribus aliis, in conuentu Imperij. Præſulibus congregatis ; aſſiſtentibus quoque, & conſentientibus, ac pariter conſecrantibus, Helingaudo & Willerico Epiſcopis : à quibus iam dictas parochiæ illius partes commendatas ceperat. Et quia diœceſis illa in periculoſis fuerat locis conſtituta, ne propter barbarorum imminentem ſæuitiam aliquomodò deperiret, & quia omnimodis parua erat, quamdam cellam in Galliâ, Turholt vocatam, ad eamdem Sedem perpetuò ſeruituram eius legationi tradidit.

erecto Archiepiſcopatu Hãburgenſi,

conſecratur Archiepiſcopus:

accipit cellam Torholt,

20 Et vt hæc omnia perpetuum ſuæ ſtabilitatis retinerent vigorem, eum honorabiliter ad Sedem direxit Apoſtolicam, & per Miſſos ſuos venerabiles Bernoldum & Ratoldum Epiſcopos, ac Geroldum illuſtriſſimum Comitem, omnem hanc rationem ſanctiſſimo Papæ Gregorio intimari fecit confirmandam. Quod etiam ipſe, tam decreti ſui auctoritate, quàm etiam pallij datione, more prædeceſſorum ſuorum, roborauit, atque ipſum in præſentiâ conſtitutum Legatum in omnibus circumquaque gentibus Sueonum, ſiue Danorum, nec non etiam Sclauorum, aliarumque in Aquilonis partibus gentium conſtitutarum, vnà cum Ebbone Remenſi Archiepiſcopo, qui ipſam legationem antè ſuſceperat, delegauit, & antè corpus & confeſſionem S. Petri Apoſtoli publicam D euangelizandi tribuit auctoritatem : & ne horum quidquam in futurum irritum fieret, omnem reſiſtentem, & contradicentem, vel quolibet modo his ſanctis ſtudiis piiſſimi Imperatoris inſidiantem, anathematis mucrone percuſſit, atque perpetuâ vltione reum diabolicâ ſorte damnauit. Porrò, vt præmiſimus, eadem legatio auctoritate *d* Paſchalis Papæ Ebboni Remenſi Archiepiſcopo priùs commendata fuerat. Siquidem ipſe, vt credimus, Diuino afflatus ſpiritu, pro vocatione Gentium, & maximè Danorum, quos in palatio ſæpiùs viderat, & diabolico deceptos errore dolebat, feruentiſſimo ardebat deſiderio, & pro Chriſti nomine ſe ſuaque omnia ad ſalutem Gentium tradere cupiebat. Cui etiam Domnus Imperator locum vnum vltra Albiam, qui vocatur *e* Welanao, dederat, vt quoties illas in partes pergeret, locum ſubſiſtendi ibi haberet. Multotiens itaque ipſe ad eumdem venit locum, & pro lucrandis animabus multa in Aquilonis partibus diſpenſauit, ac plurimos Religioni Chriſtianorum adiunxit, atque in fide Catholicâ roborauit. E

Auctore S. Rembertо ex MSS.

Legatus Septentrionalium regionum ſtatuitur à

d

Vti antè fuerat Ebbo Epiſcopus Remenſis.

a *Philippus Cæſar ex MS. Hamburg.* primitiuam & ibi eccleſiam. *MS. Budecenſe*, primitiuam etiam eccleſiam ibi *&c. Sequentia ex Præcepto, ſeu diplomate, Ludouici ſuprà tradito deſumpta ſunt ; & iſtic illuſtrata, aut etiam* § 1 *&* 5.

b *Bremenſi & Verdenſi.*

c *In MSS. Budecenſi & Hamburgenſi addebatur* ſecundo, *pro quo Philippus Cæſar excudit* quarto.

d *Paſchalis diploma cum epiſtolâ S. Anſcharij dedimus, ex quibus ipſa hic verba deſcripta confirmant Acta ex codicibus Pariſienſi & Corbeienſi hîc data ; quæ in MSS. Hamburgenſi & Budecenſi admodùm obſcura erant, nullâ factâ mentione Ebbonis.*

e Welanao, Welna, *vulgò* Wehl, *ſeu* Wedel, *infrà Hamburgum, vbi ſtatua antiqua viſitur & creditur Rulandi conſanguinei Caroli Magni ab hoc ei erecta : vt obſeruat Philippus Cæſar in Notis ad hanc Vitam num. 66. De Rulando egimus ad Vitam Caroli cap. 3 litt. d.*

Welanao

CAPVT VI

Gautberti Epiſcopi in Sueciam aduentus, & exilium. Hamburgum combuſtum.

21 VErùm poſt ordinationem Domni & Patris noſtri Anſcharij ſuperiùs comprehenſam, viſum eſt illis, de eadem legatione inter ſe conferentibus, neceſſarium eſſe, vt aliquis illi ordinaretur adiutor, qui in partibus Sueonum miniſterij Epiſcopalis officio fungeretur : quoniam in regione tam longè poſitâ præſens adeſſe deberet Pontifex, & ipſe ſolus ad vtrumque locum minùs ſufficeret. Cum conſenſu itaque & voluntate prædicti Imperatoris, venerabilis *a* Ebbo quemdam propinquum ſuum, Gautbertum nomine, ad hoc opus electum, & pontificali inſignitum honore, ad partes direxit Sueonum : cuique miniſteria Eccleſiaſtica, & neceſſarios ſumptus tam ex ſuâ quàm ex datione regiâ abundè tribuit, eumque quaſi vice ſuâ, qui idem prædicandi officium priùs auctoritate Apoſtolicâ ſuſcepiſſet, Legatum in gentibus Sueonum eſſe conſtituit. Cui etiam poſteà clementiſſimus Auguſtus, ſuggerente eodem venerabili Præſule Ebbone, cellam, quam ipſe in loco memorato Welanao conſtruxerat, quaſi locum refrigerij tradidit, vt ſcilicet ad ipſius miniſterium officij perpetuâ ſtabilitate deſeruiret. Prædictus itaque Gautbertus, quem ipſi conſecrantes honore Apoſtolici nominis Simonem vocauerunt, ad partes veniens Sueonum, honorificè & à Rege & à populo ſuſceptus eſt, cœpitque cum beneuolentiâ & vnanimitate omnium eccleſiam inibi fa- F bricare,

Aſſignatur ei adiutor Gautbertus,

qui conſecratur Epiſcopus, & Simon vocatur :

in conuerſionẽ Sueorum incumbit ;

AVCTORE S. REMBERTO, EX MSS.

bricare, & publicè Euangelium fidei prædicare: fiebatque gaudium salutis Christianis ibi degentibus, & de die in diem numerus credentium augebatur. Interim quoque Dominus & Pastor noster in diœcesi sibi commissâ & in partibus Danorum strenuè suum implebat officium, & exemplo bonæ conuersationis multos ad fidei gratiam pronocabat. Cœpit quoque ex gente Danorum atque Sclauorum nonnullos emere pueros, aliquos etiam ex captiuitate redimere, quos ad seruitium Dei educaret. Quorum quosdam ad cellam prædictam Turholt nutriendos posuit: fueruntque cum eo hîc ex societate vestrâ sancti Patres nostri & Magistri, quorum doctrinâ & institutione feliciter nobiscum religionis Diuinæ creuit opinio.

vti in Danorum & Sclauorũ S. Anscharius.

22 Verùm cùm hæc in vtraque parte laudabiliter & Deo dignè agerentur, *b* contigit ex improuiso piratas aduenientes Hammaburgensem ciuitatem nauigio circumdedisse. Quod cùm inopinatè & subitaneè accidisset, spatium non fuit pagenses congregandi. Quippe cùm & Comes, qui eo tempore præfecturam loci illius tenebat, illustrissimus vir Bernarius tunc deesset; Domnus verò Episcopus ibi positus cum his qui aderant in vrbe ipsâ, vel in suburbio manentibus, primò quidem audito aduentu eorum, locum ipsum continere voluit, donec maius eis veniret auxilium. Sed impellentibus Paganis, & ciuitate iam obsessâ, cum eis resisti non posse conspicit, quomodò pignora sanctarum *c* Reliquiarum asportarentur præparauit. Sicque ipse Clericis huc & illuc fugâ dispersis, etiam sine cappâ suâ vix euasit. Populi quoque à loco ipso exeuntes, & hac illacque palantes, plurimis aufugientibus, quidam capti, plerique etiam perempti sunt. Denique hostes direptâ ciuitate, & omnibus, quæ in eâ vel in vico proximo erant, spoliatis; cùm vespertino tempore eò aduentassent, noctem ipsam cum sequenti die & nocte ibi consederunt: sicque succensis omnibus ac direptis, egressi sunt. Ibi ecclesia miro opere magisterio Domni Episcopi constructa, vnà cum claustris monasterij mirificè compositis, igni succensa est. Ibi bibliotheca, quam Serenissimus memoratus Imperator eidem Patri nostro contulerat, optimè conscripta, vnà cum pluribus aliis libris, igni disperiit. Sicque omnia, quæ inibi aut in Ecclesiasticis ministeriis, aut in aliis thesauris & facultatibus habuerat, aut prædatione aut igne, hostili impetu direpta sunt, vt quasi nudum eum dimiserint. Quippe cùm penè nihil exinde priùs elatum sit, nec tunc quidem aliquid subuentum, nisi quod quisque fugiens casu arreptum secum forsitan exportare potuit. Pro quibus omnibus Domnus & Pater sanctissimus nullatenùs vel animo molestabatur, vel labiis peccauit; sed cùm omnia ferè, quæ ab initio episcopatus aggregare vel in fabricam ædificiorum componere potuerat, vno velut momento perdidit, illud Beati Iob sæpiùs verbis replicabat: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum. Iob 1.21

b Hamburgo à piratis obsesso,

c fugâ euadit:

vrbe direptâ,

& incẽsâ,

omnia amittit,

nec dolet.

23 His itaque ita peractis, cùm Domnus Episcopus cum suis in multis esset pressuris & calamitatibus, & Fratres congregationis eius vnà cum sanctissimis pignoribus, varia loca circumeundo huc illucque vagarentur, & nusquam sederent quieti; prævalescente iniqui machinatione, contigit etiam diabolico instinctu, vt populus Sueonum, feruore zeli accensus, præfatum Gautbertum Episcopum insidiosè persequi cœperit. Factumque est, vt ad domum, in quâ manebat, vnanimâ conuentione pars quædam populi, caussâ direptionis, irruerit, & nepotem quidem ipsius, *d* Nithardum nomine, gladio peremerit, & odio Christiani nominis percussum Dei, vt credimus, Martyrem fecerit. Ipsum verò cum ceteris sociis, qui simul aderant, ligauerunt, & diripientes omnia, quæ apud eos inuenire potuerunt, contumeliâ & opprobriis affectos à finibus suis expulerunt. Quod tamen non Regio iussu factum, sed populari tantùm conspiratione est perpetratum. Diuinæ verò maiestatis clementia hoc nequaquàm inultum abire passa est: sed penè omnes qui affuêre, quamlibet diuerso modo, in paruo tempore puniti sunt: de quibus multa dici poterant, sed ne fastidium legentibus inferamus, vnius tantùm mentionem curauimus facere, vt quâ pœnâ ceteri euindicati fuerint, ex huius perditione pateſiat.

Populari Suecorum tumultu

S. Nithardus occiditur:

d

Gautbertus Ep. pellitur:

punitis celitus auctoribus.

24 Quidam namque in terrâ illâ potens extitit, cuius filius in eadem conspiratione cum aliis fuerat, & quæ sibi de spoliis inibi captis prouenerant, in domum patris sui contulit. Post quod factum cœpit substantia illius minui, & pecora ac familia deperire: ipse quoque filius, Diuinâ vltione percussus, interiit: sed & vxor eius, cùm filio ac filiâ non multo interiacente spatio, obiit. Cùm itaque se excepto filio vno paruulo, omnibus bonis suis defraudatum videret, cœpit misèr Deorum iras expauescere, & quòd hæc omnia alicuius Dei offensione pateretur, mente tractauit. Quâ de re, sicut ibi moris est, quemdam adiit diuinum rogans, vt cuius Dei offensam haberet, & qualiter eum placare deberet, ipsi indicaret. Agens itaque ille, quæ circa cultum huiusmodi obseruare solebat, omnes Deos illorum ipsi placatos esse respondit; Deum verò Christianorum illi omnimodis infensum: Christus, inquit, sic te habet perditum; & quia quodlibet eorum, quod illi consecratum fuerat, in domo tuâ manet conditum, ideò venerunt super te omnia mala hæc, quæ passus es, nec poteris ab his liberari, donec illud in domo tuâ manserit. Hoc ille audito, mente pertractans sollicitâ, quid illud esse posset, de filio suo recordatus est, quòd ex spoliis supradictis quemdam librum in domum suam aduexerit. Quâ de re horrore nimio percussus, & quia Sacerdotis tunc inibi deerat præsentia, quid de eodem libro faceret omnimodis nescius, secum illum longiùs retinere nullatenùs ausus est. Tandem vix reperto consilio, in conspectu eum populi, qui in eadem villâ manebat, attulit, & quæ passus sit retulit. Cumque se omnes ignaros consilij super hac re dicerent, & tale aliquid in domo suâ recipere vel habere pertimescerent, ipse eum diutiùs apud se retinere obstupescens, honestè compositum ad quamdam ligauit sepem, denuntians vt quicumque vellet, eum inde sumeret, & pro reatu commisso Domino Iesu Christo voluntariam satisfactionem voueit. Quem librum quidem Christianorum exinde sublatum in suâ aduexit domo, ex cuius ore etiam ista cognouimus: qui posteà magnæ fidei & deuotionis extitit, ita vt psalmos apud nos posteà memoriter sine litteris didicerit. Taliter ergo & ceteri siue morte, siue peste, & damno rerum suarum puniti sunt: & liquidò omnibus patuit, quia sanctum Dei Pontificem, & suos inhonestè tractare & spoliare præsumpserant, grauissimam Domini nostri Iesu Christi sensserint vltionem.

Furto sublatũ eius librum detinẽs, mulctatur morte suorum:

consulto diuinatore,

alligat librum sepi;

vnde eum Christiani sustulêre.

a *Adamus lib. 1. cap. 18 carpit* Ebbonem, *quasi* occupatione seculi delectatus *ipsemet in Sueciam non abierit. Sed melius de eo sensisse* Anscharium, *suprà ostendimus.*

b *Anno 845 vt § 2 probatum contra Adamum, Krantzium, alios q̃, qui annum ponunt 840.*

c *De hu reliquiis egimus § 13.*

d *Eius Natali incognito, ne pereat memoria, hoc eum die cum S. Anscharo celebramus.*

CAPVT VII

Ardgarij Presbyteri in Sueciam iter. Miracula & obitus Herigarij.

25 POst hæc itaque locus ille septem ferè annis sine sacerdotali fuit præsentiâ: pro quâ re Domnus & Pastor noster Anscharius nimio mœrore anxius, Christianæ religionis fidem ibi cœptam perire non sufferens, & maximè pro filio suo, quem suprà memorauimus,

Ardgarius à S. Anscharo in Sueciã mittitur.

A rauimus, Herigario condolens, quemdam Anachoretam, Ardgarium nomine, illas in partes direxit, & vt ſpecialius eidem adhæreret præcepit. Ipſe itaque eò adueniens, officiosè ſuſceptus eſt ab ipſo Herigario, & Chriſtianis, qui ibi aderant, magnum ſuæ præſentiæ exhibuit gaudium. Cœperunt́que, ſicuti primò fecerant, ea quæ Dei ſunt deuotè quærere, & ritum Chriſtianitatis lubenti animo cuſtodire. Nemo quoque incredulus eius prædicationi audebat reſiſtere, quia quâ pœnâ mulctati fuerunt, qui ſeruos Dei inde expulerant, mente pauidâ meminerant. Suggeſtione quoque præfati Herigarij, Regis, qui tunc erat, iuſſu & licentiâ, publicè cœpit Dei celebrare myſteria. Qui videlicet fideliſſimus vir Herigarius, tempore quo ſacerdotalis ibi deerat præſentia, multa ab infidelibus ſuſtinuit opprobria: ſed largiente Diuinâ gratiâ, ſignis cæleſtibus eius petitione veræ fidei declarata ſunt præconia. Ex quibus, vt promiſimus, aliqua hîc interſerere curauimus, quò eius fidei inuictus declaretur animus.

26 Quadam namque vice ipſe in quodam ſedebat Placito, ſcenâ in campo ad colloquium paratâ: ibi cùm inter alias locutiones illi deos ſuos laudaſſent, quorum fauore proſpera ſibi multa prouenirent, & illi quòd ſolus à conſortio omnium inani fide aberraret, improperarent; ipſe, vt erat ſpiritu feruens, reſpondiſſe dicitur: Si tanta eſt de Diuinâ maleſtate dubietas, quod tamen dubium eſſe nullo modo deberet, B probemus miraculis, quis ſit maioris potentiæ, veſtri multi, quos dicitis, dij, an meus ſolus omnipotens Dominus Ieſus Chriſtus. Ecce tempus adeſt pluuiæ, (ſiquidem pluuia tunc imminebat) Inuocate vos nomina deorum veſtrorum, ne pluuia ſuper vos deſcendat; & ego inuocabo Dominum meum Ieſum Chriſtum, ne aliqua ſtilla pluuiæ me contingat: & ſi quis in hac parte ſe inuocantes exaudierit, ipſe ſit Deus. Hac itaque factâ inter ſe conuentione, cum illi omnes in vnâ parte ſederent, ipſe verò cum vno puero in alterâ, cœpit vnuſquiſque eorum inuocare deum ſuum, ille quoque inuocabat Dominum Ieſum Chriſtum. Et deſcendens immenſa de cælo pluuia, ita omnes illos aquis infudit, vt quaſi in flumine cum veſtimentis iactati viderentur, etiam folia ramorum de vmbraculo ibi facto, ſuper ipſos decidentia, virtute Diuinâ illos oppreſſos oſtenderent: ſuper ipſum verò & puerum qui cum eo erat, nec vna deſcendit pluuiæ gutta. Quo facto confuſis illis & admirantibus, Ecce, inquit, videtis, quis ſit Deus: nolite me infelices ab eius culturâ reuocare, quin potiùs ab erroribus veſtris confundamini, & veritatis viam diſcite.

Herigarius contentione cum idololatris initâ,

his, dum deos inuocant, pluuiâ oppreſſis, manet intactus:

27 Alio quoque tempore contigit, vt dolorem in tibiâ ſuâ ſuſtineret nimium, ita vt non aliquo modo ſe C mouere à loco, in quo erat, poſſet, niſi portaretur. Cùm hanc ergo diutiùs ſuſtineret moleſtiam, cœperunt multi ad eum cauſsâ viſitandi venire; & quidam adhortationibus, quò pro ſalute ſuâ diis ſacrificaret, commonere: quidam improperiis, quòd ſine Deo eſſet, laceſſere, & idcircò eum ſalute carere. Cùm itaque hæc ſæpius agerentur, & ipſe conſtanter malis eorum ſuggeſtionibus reſiſteret, poſtremò non ferens eorum calumniam, reſpondit, Nequaquàm ſe à vanis ſimulacris auxilium petere velle, ſed à Domino ſuo Ieſu Chriſto, qui poſſet in momento, ſi vellet, eum ab infirmitate ſuâ ſanare. Et accitis illicò domeſticis ſuis, vt ad ſuam eum deferrent eccleſiam, præcepit. Vbi poſitus coram cunctis, qui aſtabant, ſupplices ad Dominum preces effudit, dicens: Domine mi Ieſu Chriſte, vt ſciant hi miſeri, quia tu es Deus ſolus, & non eſt alius præter te, da mihi ſeruo tuo in hac horâ priſtinam corporis mei ſanitatem: vt videntes inimici magnalia tua, de ſuis erroribus confundantur, & ad agnitionem tui nominis conuertantur. Fac, quæſo, quod peto propter nomen tuum ſanctum, quod eſt benedictum in ſecula: ne ſit confuſio confidentibus in te Do-

dolore tibiæ,

inuocato Chriſto,

mine. Poſt quam vocem, Diuinâ eum medicante gratiâ, confeſtim ſaniſſimus eſt redditus, & de eccleſiâ per ſemetipſum egreſſus, pro ſalute ſuâ Deo gratias agebat, & in Chriſti fide conualeſcens magis magiſque incredulos confundebat.

A Vctore S. Rembertо, ex MSS.

28 Per idem ferè temporis accidit, vt etiam quidam Rex Sueonum, nomine *a* Anaundus, electus regno ſuo, apud Danos exul fuerit: qui fines regni quondam ſui denuò repetere cupiens, cœpit ab ipſis auxilium quærere; ſpondens quòd, ſi ſe ſequerentur, multa eis donaria poſſent prouenire. Proponebat enim eis vicum nominatum Byrca, quòd ibi multi eſſent negotiatores diuites, & abundantia totius boni, atque pecunia theſaurorum multa. Ad illum itaque vicum ſe illos promittebat ducturum, vbi ſine exercitus ſui damno, multo ſuæ neceſſitatis fruerentur commodo. Illi ergo promiſſis muneribus delectati, & theſaurorum adquiſitione auidi, in auxilium eius expeditorum ad pugnam hominum viginti & vnam naues impleuerunt, & cum eo deſtinauerunt. Ipſe verò de ſuis naues habebat vndecim. Exeuntes ergo de Danis, ad vicum inſperatè venerunt memoratum, & fortè tunc Rex ipſorum longiùs inde aberat, & Principes ac populi multitudo congregari non poterant. Tantùm ſupradictus Herigarius Præfectus ipſius loci, cum eis qui ibi manebant negotiatoribus & populis, præſens aderat. In magnâ ergo anguſtiâ poſiti, ad ciuitatem, quæ iuxtà erat, confugerunt: cœperunt quoque diis ſuis, E imò dæmonibus, vota & ſacrificia promittere & offerre, quò eorum auxilio in tali ſeruarentur periculo. Sed, quia ciuitas ipſa non multùm firma erat, & ipſi ad reſiſtendum pauci, miſerunt ad eos legatos, dexteram & fœdus poſtulantes. Quibus Rex præfatus mandauit, vt pro redemptione ipſius vici centum libras argenti perſoluerent, ſicque pacem haberent. Quod illi, vt petebat, ſtatim miſerunt, & à Rege iam dicto ſuſceptum eſt.

ſubitò liberatur:

a ab Anaũdo Rege expulſo,

Birconſes pecuniâ direptionẽ redimunt:

29 Porrò Dani grauiter huiuſmodi conuentionem ferentes; quia non ſicuti diſpoſuerant actum fuiſſet, cœperunt velle ſuper eos ſubitò irruere, & locum ipſum funditus deprędari atque incendere, dicentes vnum quemlibet negotiatorem plus ibi habere, quàm ſibi oblatum fuiſſet: & nullo modo ſe tantam calumniam ſufferre poſſe. Cùm hæc ergo inter ſe agerent, & ad diripiendam vrbem, in quam confugerant, ſe præpararent, hoc quoque illis innotuit. Vnde rurſus pariter congregati, cùm nullo modo vires haberent reſiſtendi, nullaque eis ſpes eſſet refugij; ad vota & ſacrificia maiora diis ſuis offerenda ſe inuicem cohortabantur. Contra quos iratus fidelis Domini Herigarius, Maledicta ſint, inquit, à Deo noſtro vota & ſacrificia veſtra cum idolis veſtris. Quamdiu vultis dæmonibus ſeruire, & vos ipſos ad perniciem veſtri votis inanibus in paupertate redigere? Ecce multa obtuliſtis, & ampliora vouiſtis, inſuper & centum libras argenti dediſtis: quid profuit vobis? Ecce omnia, quæ habetis, veniunt diripere: vxores veſtras & filios veſtros ducent captiuos: ciuitatem & vicum igni ſuccendent: & vos gladio peribitis. Quid ergo vobis proſunt ſimulachra veſtra? Ad quam vocem illic omnes perterriti, & quid agerent neſcij, vnanimiter reſponderunt: Salus noſtra & conſilium ſit in tuâ deliberatione, & quidquid nobis ſuggeſſeris, ſine dubio faciemus. Quibus ille, Si, inquit, vota ſpondere vultis, vouete & reddite omnipotenti Deo, qui regnat in cælis, & cui ego in conſcientiâ purâ, & fide rectâ deſeruio. Ipſe omnium Dominus eſt; in voluntate eius omnia ſunt poſita; nec eſt qui eius ditioni poſſit reſiſtere. Si itaque eius auxilium toto corde petieritis, omnipotentiam ipſius vobis non defuturam ſentietis. Accepto igitur ab eo conſilio, tunc vnanimes & voluntarij exeuntes, ſicut ibi conſuetudinis erat, in campum, pro liberatione ſibi ieiuniũ & eleemoſynas Domino Chriſto deuouerunt.

ſit Danis direptionẽ minantibus,

ſuadente Herigario

F

Chriſtum inuocant:

AVCTORES. REMBERTO EX MSS.

30 Interim Rex præfatus cum Danis agere cœpit, vt forte perquirerent, vtrùm voluntate deorum locus ipſe ab eis deuaſtandus eſſet. Multi, inquit, dij ſunt ibi potentes, ibi etiam eccleſia olim conſtructa eſt. & cultura Chriſti à multis Chriſtianis ibi excolitur, qui fortiſſimus eſt Deorum, & potens ſperantibus in ſe quocumque modo vult auxiliari. Neceſſariò ergo quærendum eſt, vtrùm Diuinâ ad hoc voluntate incitemini. Quod illi, quia ſic apud eos moris erat, nequaquàm abnuere potuerunt. Quæſitum eſt igitur ſortibus, & inuentum, quòd cum ſuâ hoc proſperitate nequaquàm perficere poſſent, neque locum ipſum eorum depræ-
A dationi à Deo conceſſum. Iterum quæſitum eſt, in quam partem ituri eſſent, vbi ſibi pecuniam acquirerent, ne vanâ ſpe fruſtrati ad ſua vacui remearent. Ce-
& Danis in Sclauos conuerſis, cidit ſors, quòd ad vrbem quamdam longiùs inde poſitam in finibus Sclauorum ire deberẽt. Hoc ergo Dani diuinitus ſibi imperatum credentes, à loco memorato receſſerunt: ad vrbem ipſam directo itinere properarunt, irruentes ſuper quietos & ſecurè habitantes, improuisè illam vrbem armis ceperunt, & captis in eâ ſpoliis ac theſauris multis, ad ſua reuerſi ſunt. Rex verò ille, qui ad eos prædandos venerat, pace cum eis fœderatâ, argentum quod ab eis acceperat, reddidit, &
B apud eos aliquamdiu reſedit, volens genti ſuæ reconciliari. Sicque Domini gratia, propter fidem ſerui ſui
liberatur. Herigarij, populum illius loci ab hoſtium incurſu liberans bonis ſuis reſtituit.

31 Quo facto ipſe in conuentu publico eamdem rem propoſuit, & vt, quis Deus eſſet, intentiùs prouiderent, monuit, dicens: Heu miſeri, vel iam nunc in-
Herigarius inculcat fidem Chriſti, telligite, quòd vanum ſit à dæmonibus auxilium petere, qui non poſſunt in tribulationibus ſubuenire. Suſcipite fidem Domini mei Ieſu Chriſti, quem probaſtis verum Deum eſſe, qui vobis nullum habentibus refugium ſuæ miſerationis tribuit auxilium. Nolite vltrà cultoram ſuperſtitioſam quærere, & inani factitio idola vobis placare: verum Deum, qui omnium quæ in cælis & terris ſunt dominatur, colite; & ipſi vos ſubiicite: ipſius omnipotentiam adorate. Denique poſt hæc tantò alacrior, quantò frequentibus Domini beneficiis in fide robuſtior factus, publicè vbicumque aderat, partim exultando, virtutem Domini & fidei gratiam cunctis nuntiabat, ſicque bonum certamen
piè moritur. vſque ad finem ſuæ perduxit vitæ: conſummateque boni operis curſu, languore ingraueſcente, aſtante iam dicto Artgario Sacerdote, Diuinæ commendatus clementiæ, communione ſacrâ perceptâ, feliciter in Chri-
C ſto obiit: de cuius fidei conſtantiâ multa adhuc dici poterant; ſed quia breuitati ſtuduimus, hæc dicta ſufficiant.

a Anáundus, Anoundus & Amundus. *de eo noſtram coniecturam dedimus ſuprà § 11. vbi de Regibus Sueciæ egimus.*

CAPVT VIII

Fridburgis obitus. Reditus Ardgarij è Sueciâ.

32 ILlis quoque temporibus apud eos matrona quædam fuit valdè religioſa, quam nulla vnquam improborum peruerſitas à fidei ſuæ rectitudine pernertere potuit: cui frequenter in quacumque neceſſi-
Fridburgis matrona in fide conſtans, tate poſtæ, vt more eorum idolis ſacrificaret, ſuggeſtum eſt; ſed illa immobilis fidei ſuæ munia non reliquit, vanum eſſe dicens, à ſimulacris mutis & ſurdis auxilium quærere; & abominabile ſibi videri, vt his, quibus in baptiſmo renuntiauerat, denuò intenderet, & ſponſionem, quam Chriſto promiſerat, falleret. Si enim, inquit, malum eſt hominibus mentiri, quantò magis Deo: Et ſi bonum eſt inter homines fidem conſtare, quantò magis, qui fidem Domini accipit, nullatenùs debet ab eâ immutari? Dominus, inquit meus, D
Ieſus Chriſtus omnipotens eſt, ipſe mihi, ſi in eius fide perſeuerauero, & ſanitatem, & omnia quibus indiguero, præſtare poterit. Prædicta religioſa fœmina, Fridburg nomine, in bonitate vitæ & fidei conſtantiâ laudabilis, dies vitæ ſuæ vſque ad tempus produxit ſenectutis. Cùm iam appropinquaret dies mortis ſuæ, & poſt diſceſſum Domini Simonis nullus tunc ibi adeſſet Sacerdos, ipſa amore ſacrificij, quod audierat viaticum eſſe Chriſtianorum, de vino aliquantulum in *vinum benedictum pro viatico ſeruârat:*
quodam fecit reſeruari vaſculo, & filiæ ſuæ in fide commendans, vt ſi quandò ei vltimum tempus inſtaret, de ipſo vino, quia ſacrificium non habebat, ei in os diſtillaretur; vt vel ſic Domini gratiæ exitum ſuum commendaret. Illud itaque vinum tribus ferè annis *ab Ardgario Euchariſtiâ munita obit:*
apud eam conſeruatum eſt, ſicque contigit illuc prædictum aduentaſſe Sacerdotem Artgarium. Quo ibi poſito, ipſa quamdiu vires habuit, religionis ſuæ deuotionem exercuit, Miſſarum ſolemnia & ſalutaria monita ſedulò ab eo exquirens. Verùm inter hæc, languore ſe præoccupante, cœpit infirmari: ſollicita de obitu ſuo memoratum ad ſe accerſiri fecit Presbyterum, & accepto de eius manu viatico optato, feliciter migrauit ad Dominum.

33 Illa verò eleemoſynis intenta ſemper, quia in ſeculi rebus dines erat, filiæ ſuæ prædictæ Cathlæ iniunxerat, vt poſt ſuum ex hac luce diſceſſum, cuncta, quæ illius erant, in pauperes diſpenſaret. Et quia hîc pauperes minùs inueniuntur, poſt obitum, inquit, meum, cum tibi primùm opportunitas euenerit, venditis omnibus, quæ hîc diſpenſata non fuerint, ſume tecum ar-
E *cuius filia*
gentum, & vade *a* Dorſtadum: ibi ſunt eccleſiæ plurimæ & Sacerdotes ac Clerici, ibi indigentium multitudo. Illò adueniens, quære qui te doceant fideles, quomodò ea diſpenſes, & pro animæ meæ remedio omnia diſtribue. Poſt exceſſum itaque matris filia, quæ
a eius iuſſu Dorſtadũ profecta,
mater iuſſerat, ſtrenuè adimpleuit: arreptoque itinere perueniens ad Dorſtadum, religioſas exquiſiuit ibi fœminas, quæ cum eâ loca ſancta circuirent, & quid cuique diſpenſare deberet eam inſtruerent. Cùm quadam die diſpenſandi cauſsâ loca ſancta circuirent, & medietas iam diſtributa eſſet, dixit ſociis ſuis: Nunc laſſæ ſumus, melius eſt, vt aliquid de vino ematur, vt refocillemur, & ſic demum cœpta peragamus. Datis igitur ad hoc *b* quatuor denariis, & viribus reſumptis, *b*
pecuniam pauperibus diſtribuit:
quam reperit diuinitus in ſacco repoſitam.
quod cœpêre peregerunt: quibus completis, ipſa ad hoſpitium ſuum rediens, ſaccum, in quo argentum fuerat, in quodam loco vacuum poſuit; ſed largiente ſuperno munere denuò ipſum locum adiens, ſicut antè fuerat plenum inuenit: quæ tanto obſtupefacta miraculo, ad cuius ad ſe fœminis, quæ ſecum priùs ierant, quod ſibi contigerat oſtendit: coram, quibus, quid in-
F ibi eſſet computans, tantum inuenit quantum illò adduxit, exceptis quatuor denariis. Conſilio itaque ab eis accepto, iuit ad Sacerdotes qui ibi probabiliores videbantur, & ipſum miraculum eis innotuit, qui gratiam Dei pro tantâ eius bonitate laudantes, quòd eius labori ac bonæ intentioni Dominus ea retribuerit, intimabant: Quia cùm, inquiunt, matri tuæ obediens fuiſti, & fidem tuam circa eam illibatam ſeruaſti, & eleemoſynas illius ſtrenuè impleſti, Dominus omnium bonorum retributor pro neceſſitatis tuæ ſubſidio iſta tibi contulit: ipſe eſt omnibus ſufficiens, nullius indiget: ipſe omnia quæ pro eius diſtributa fuerint nomine, in cæleſti regno recompenſabit. Quod ita eſſe ne aliquo modò dubitares, & ne te cenſus dati diſtributio pœniteret, hoc te Deus miraculo certificare dignatus eſt. Hoc iam ſigno, quòd mater tua cum Domino ſalua ſit, firmiter crede: hoc miraculo admonita, tu quoque pro Chriſto tua dare ne timueris.

34 Igitur poſt exceſſum prædicti viri Herigarij, iam memoratus Sacerdos Dei Artgarius, amore ſoli- *Artgarius è Sueciâ diſcedit.*
tariæ, quam anteà duxerat, vitæ abilis partibus egreſſus

A ſus locum ſuum repetiit. Sicque denuò Chriſtiani ibi poſiti ſacerdotali ſunt præſentiâ deſtituti. Quare manifeſto patuit indicio, quòd ad corroborandum fidem præfati viri Herigarij, & ſupradictæ matronæ Frethuburgis, pariterque vt exitum eorum Diuinæ commendaret clementiæ, & quod fideliter deſiderauerant, myſterium videlicet ſacræ communionis, pro vltimo viatico perciperent, iam dictus Anachoreta Artchatius ad illas partes deſtinatus fuerit.

a *Locum hunc de Dorſtado illuſtramus ſupra § 6*
b *In MS. Budecenſi,* ſeptem denariis. *at Poëta infrà etiam* quatuor *ſcribit.*

CAPVT IX

Epiſcopatus Bremenſis Hamburgenſi vnitus.

a 35 VErùm inter hæc ſuperiùs comprehenſa, *a* contigit bonæ memoriæ Ludouicum ſereniſſimum Imperatorem, Diuino ordinante iudicio, virâ præſenti deceſſiſſe. Poſt cuius obitum cùm de regni
B diuiſione magna fieret perturbatio, Paſtoris quoque noſtri aliquando labefactari cœpit legatio. Nam cùm Cella ſupradicta Turholt in partem conceſſiſſet venerandi Regis Caroli, ipſe eam à ſeruitio, quod pater ſuus diſpoſuerat, amouit; & vobis benè cognito dedit Reginario. Pro quâ re cùm à Fratribus ſuis glorioſiſſimis Regibus, & à multis quoque aliis ſæpiùs fuiſſet admonitus, & ipſe eorum petitioni nullatenùs aſſentiret, iam dictus Pater noſter tunc cœpit alteri neceſſitatibus & indigentiis. Vnde contigit, vt & Fratres veſtri, qui tunc cum eo hîc aderant, ad veſtram ſocietatem redierint, & multi quoque alij cauſâ paupertatis eum dereliquerint. Ipſe tantùm cum paucis, qui cum eo ſubſtiterant, prout poterat ſe agebat, & licet in paupertate degens, iniunctum ſibi officium nequaquàm deſerere voluit.

Torholtano monaſterio ſibi ablato,

penuriâ premitur S. Anſcharius:

36 Dominus quoque humilitatem eius, & patientiæ fortitudinem conſpiciens, quia cor Regis in manu Domini eſt, Clementiſſimi Domini & *b* Seniotis noſtri Ludouici Regis, qui poſt patrem ſuum huius regni gubernacula ſuſcepit, ad hoc animum incitauit, vt quærere inciperet, vnde ei ſolatium ſubſiſtendi facere poſſet, quò legationis ſuæ mandatum perficere poſſet. Et quia in hac prouinciâ cellam nullam huic legationi
C habebat congruam, erat autem ibi iuxtà Epiſcopatus Bremenſis Eccleſiæ tunc deſolatus Paſtore, illum ei dare diſpoſuit. Vnde in *c* publico conuentu Epiſcoporum, ceterorumque fidelium ſuorum tractare cum eis cœpit, vtrùm hoc ei facere canonicâ auctoritate liceret. Dominus enim & Paſtor noſter hoc ſibi periculoſum eſſe aliquo modo formidans, & ne à quibuſlibet næuo cupiditatis reprehenderetur; cautè prouidens, non facilè huic diſpoſitioni aſſentiebat. Iubente itaque Rege hæc eadem res in Concilio Epiſcoporum ventilata eſt. Qui multis præcedentibus exemplis probauerunt, benè poſſe fieri, vt quia diœceſis illa, ad quam ipſe ordinatus fuerat, admodùm parua erat (nam non niſi quatuor baptiſmales habebat eccleſias) & hæc ipſa multotiens iam Barbarorum incurſibus deuaſtata, iſta ei cauſâ ſolatij adiungeretur.

b *à Ludouico Rege Germaniæ,*

accipit Epiſcopatũ Bremenſẽ, *c*

probante concilio Epiſcoporũ:

37 Verùm, ne in aliquo ſcrupulum Ferdenſis pateretur Epiſcopus, quòd etiam partem de ſuo epiſcopatu vltra Albiam ſumptam ipſe cum Bremenſi totâ ſimul parochiâ retineret, ſtatuerunt, vt, ſicut tempore Domni *d* Ludouici primò fuerant, Epiſcopatus ipſe & Bremenſis & Ferdenſis reſtituerentur, & ipſe teneret Bremenſem, ex quâ maior pars diœceſis ſuæ ſumpta erat, quæ etiam tunc erat præſentiâ Paſtoris deſolata. Quo decreto ita ab Epiſcopis conſtituto, ipſe iubente Rege Bremenſem ſuſcepit diœceſim gubernandam. Porrò partem parochiæ, quæ vltra Albiam ad ſe pertinere debebat, *e* Waldgarius recepit tunc Ferdenſis Epiſcopus. Quod cùm ita aliquamdiu eſſet, iterum diligentiùs ipſâ re in alio concilio Epiſcoporum ventilatâ, viſum eſt eis non bonum eſſe, vt Sedes, ad quam ille ordinatus fuerat, ab alio Epiſcopo teneretur: (nam Hammaburg tunc in partem ceſſerat Waldgarij) poteſtatem quidem Regis eſſe dicentes, vt diœceſim patuam & admodùm captiuatam augeret, locum tamen ad epiſcopalem dignitatem auctoritate Apoſtolicâ firmatum, nullatenùs immutandum. Vnanimo ergo conſenſu, cum voluntate Regis prædicti piiſſimi Ludouici, Epiſcopi ibi conſtituti cenſuerunt, vt Sedem, ad quam conſecratus fuerat, Pater noſter Anſcharius reciperet, & ſiquid vltra Albiam ex Ferdenſi ipſe retineret diœceſi, ex Bremenſis Eccleſiæ parochiâ illius Sedis reſtitueret Epiſcopo. Quod ita & regio iuſſu, & ſynodali Epiſcoporum decreto, ipſius quoque Waldgarij memorati Ferdenſis Epiſcopi voluntate & aſſenſu, perfectum eſt.

reddit partem diœceſis Hamburgenſis Epiſcopo Ferdenſi: *d*

e *poſteà ipſũ Hamburgum recipit,*

parte aliâ diœceſis Ferdenſi tradita.

AVCTORE S. REMBERTO, EX MSS.

a *Anno* 840. *de bello inter tres filios, pace q; anno* 843 *compoſitâ, Torholto & Reginario egimus* § 5.
b Seniorem *pro Principe, Domino & Hero accipi, ſæpiùs obſeruauimus: poteſt hic etiam Senior dici reſpectu Ludouici filij, qui cùm ſcriberetur Vita, adminiſtrauit Saxoniam, in eáque illi anno* 878 *defuncto ſucceſſit.*
c *Forſan anno* 848 *in Synodo Moguntinâ de hac coniunctione Sedium egimus* § 2.
d *Ludouici Pij Imperatoris.*
e *De* Waldgario *egimus* 2 *Februarij ad Acta S. Erlulfi deceſſoris, quem cum Martyribus Ebbekeſtorpenſibus retulimus.*

CAPVT X

Coniunctio Epiſcopatuum oppugnata: auctoritate Apoſtolicâ confirmata.

38 POrrò cùm hæc agerentur, Colonia ciuitas, ad quam Bremenſis parochia ſuffraganea erat, eo tempore abſque benedictione *a* epiſcopali degebat. Quòd quia diuturnum extitit, illud etiam ſine illius loci Pontificis præſentiâ neceſſariò decernendum fuit. Poſteà tamen conſecrato ad eum locum venerabili Præſule *b* Gunthario, hoc ipſum Domnus & Pater noſter ei ſuggerere ſtuduit, vt ſuâ quoque auctoritate firmaretur. Cui tamen rei ipſe admodùm contrarius exſtitit. Quâ de cauſâ poſtmodùm in Wormaciâ ciuitate poſitis *c* duobus Regibus, Ludouico ſcilicet &
F Lothario, coram multâ Epiſcoporum vtriuſque regni frequentiâ, præſente venerabili Patre noſtro, hæc eadem res expoſita eſt. Quod cùm ab omnibus benè ita ordinatum probaretur, vt prædictus quoque Pontifex Guntharius hoc ipſum ſuâ auctoritate firmaret cuncti rogauerunt. Qui primò quidem fortiter hisreniti cœpit, iuſtum non eſſe multipliciter oſtendens, vt Sedes ſuffraganea in Archiepiſcopalem Sedem verteretur; nec ſe debere honorem Sedis ſuæ in aliquo minuere: poſtremò tamen & ipſis Regibus, & cunctis ſimul Epiſcopis ibi aggregatis, pro hoc ipſo eum rogantibus, & omnino cauſâ neceſſitatis id licitum fore dicentibus, reſpondit, ſi Apoſtolicâ auctoritate firmaretur, ex ſe quoque ratum eſſe.

a *Gũtharius Archiep. Coloniẽſis initiò contrarius,*

b

c *à Regibus & Epiſcopis rogatus,*

Sedũ coniunctioni ſubſcribit, ſi Papa annuat:

39 Quo reſponſo accepto, cùm etiam omnes Suffraganei eius hæc eadem conſenſiſſent, piiſſimus Rex iam dictus Ludouicus cupiens & patris ſui eleemoſynam in omnibus augmentare, & quod ipſe diſpoſuerat per omnia ratum fieri, Reuerendiſſimum Salomonem Conſtantiæ ciuitatis Epiſcopum pro hoc ipſo ad Sedem direxit Apoſtolicam. Cum quo etiam Domnus & Pater noſter Anſcharius, quia ipſe per ſe non poterat, filium ſuum Fratrem noſtrum Nordfridum miſit Presbyterum, qui officioſiſſimè à ſancto ſuſcepti Papâ Nicolao, Legationis ſuæ mandatum ei planè & dilucidè retulerunt. Qui prudenter & ſollicitè ea, quæ ab ipſis

miſſis Romam Legatis,

Nicolaus Papa confirmat

AVCTORE S. REMBERTO. EX MSS.

ab ipſis dicebantur, mente pertractans; & Deo inſpirante pro lucrandis animabus Gentilium hanc conſtitutionem iuſtam eſſe decernens, voluntatem Regis noſtri ſuâ auctoritate firmauit. Denique vt ipſam rem diligentiùs ab eo elucubratam, manifeſtiùs aperire poſſimus, verba ipſius interponere decreuimus. Cùm enim cauſſam legationis eius, & cetera ſuperiùs comprehenſa, plenè & breuiter recapitulaſſet, denique ſubiunxit: Cuius delegationis & auctoritatis & pallij acceptionis pagina nobis eſt à Ludouico filio noſtro per Salomonem ſanctiſſimum Epiſcopum deſtinata, iuxta morem ſanctæ Eccleſiæ Romanæ bullata. Per cuius tenorem paginæ hæc ita fuiſſe comperimus, ſicut pietas nobis iam fati Regis per fidelem virum, Salomonem ſcilicet Epiſcopum, intimauit. Vnde nos veſtigia tanti Pontificis & prædeceſſoris noſtri ſequentes Gregorij, omnemq́ ie ibi Deo dignam ſtatutam prouidentiam agnoſcentes, magnorum Principum votum, Ludouici videlicet diuæ recordationis Auguſti, & æquiuoci eius filij excellentiſſimi Regis, tam huius Apoſtolicæ auctoritatis præcepto, quàm etiam pallij datione, more prædeceſſorum noſtrorum, roborare decreuimus; quatenùs tantâ fundatus auctoritate prænominatus Anſcharius, primus Nordalbingorum Archiepiſcopus, & per ipſum ſucceſſores eius, lucrandis plebibus inſiſtentes, aduersùs tentamenta diaboli validiores exiſtant. Ipſum quoque filium noſtrum iam dictum Anſcharium Legatum in omnibus circumquaque gentibus Sueonum, ſiue Danorum, nec non etiam Sclauorum, vel in ceteris, vbicumque illis in partibus conſtitutis Diuina pietas oſtium aperuerit, publicam euangelizandi tribuimus auctoritatem, ipſamque Sedem Nordalbingorum, Hammaburg dictam, in honore ſancti Saluatoris, ſanctæque eius intemeratæ genitricis Mariæ conſecratam, Archiepiſcopalem deinceps eſſe decernimus. Atque vt ſtrenui prædicatoris Epiſcopi poſt deceſſum crebrò dicti Anſcharij Archiepiſcopi, perſona tanto officio apta eligatur ſemper ſucceſſura, ſub Diuini iudicij obteſtatione ſtatuimus.

A hac bullâ,

legationẽ Septẽtrionalium regionũ S. Anſcharioconceſſam:

& Archiepiſcopatum Hamburgenſem:

40 Verùm quia Carolus Rex, frater ſæpè dicti Regis Ludouici, poſt deceſſum Imperatoris patris ſui piæ memoriæ Ludouici, abſtulit à prænominato loco, qui dicitur Hammaburg, monaſterium quod appellatur Turholt, vtpote quòd poſt partitionem inter fratres ſuos in regno ſuo coniacere videbatur, ſitum in occidentali Franciâ, quod ille genitor ſuus ad ſupplementum & victum Epiſcopo & Clericis eius dederat; cœpêre, ſicut fertur, omnes miniſtri altaris recedere: deficientibus quippe neceſſariis ſumptibus, ab ipſis receſſerunt Gentibus, & eadem ad Gentes Legatio per huiuſmodi factum defecit: ipſa quoque metropolis Hammaburg penè deſerta facta eſt. Igitur dum hæc agerentur, mortuus eſt diœceſeos Remenſis Epiſcopus, quæ huic contigua eſſe dicitur. Cumq́ue ſæpedictus Rex & hanc diœceſim vacantem, & illam nouellam inſtitutionem cerneret deficientem, inſuper & vtramque hanc Eccleſiam Dei permittente occulto iudicio, per barbarorum ſæuitiam admodùm attenuatam, quærere cœpit, qualiter prædicta Bremenſis Eccleſia prædictæ nouellæ Archiepiſcopali vniretur ac ſubderetur Sedi, noſtro hoc votum roborante decreto. Vnde per ſæpenominatum venerabilem Miſſum, Salomonem videlicet Conſtantię ciuitatis Epiſcopum, nobis hoc relatum eſt confirmandum, ac poſtulatum eſt noſtrâ auctoritate roborandum. Nos igitur id ſubtili perpendentes examine, animaduertimus propter inſtantem neceſſitatem, & animarum lucra in Gentibus demonſtrata, vtile fore. Omnia enim quæ profi cua Eccleſiæ probantur exiſtere, & Diuinis non reſultant præceptionibus, licita & facienda eſſe non dubitamus: maximè in tam nouellæ Chriſtianitatis plantatione, in quâ varij ſolent euentus contingere. Quamobrem auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & hoc noſtro decreto decernimus, ſecundùm reuerendiſſimi Regis Ludouici votum, ipſas prædictas diœceſes, Hammaburgenſem videlicet & Bremenſem, non deinceps duas, ſed vnam eſſe & vocari, ſubdiq́ue Sedi quæ prædeceſſoris noſtri decreto Archiepiſcopali eſt munere ſublimata; reſtitutâ dumtaxat de Bremenſis Eccleſiæ rebus epiſcopatui Ferdenſi parte inde ablatâ. Nullus verò Archiepiſcopus Colonienſis vllam ſibi *d* deinceps in eadem diœceſi vindicet poteſtatem. Quinimò & ipſi & omnibus omnino ſuademus veræ religionis cultoribus, vt ſacrâ hac legatione fungentibus adiutorio & ſolatio ſint, quatenùs gratiâ huius beneficij plenam mercedem recipere mereantur ab eo qui dixit: Ite, docete omnes gentes. &: Quicumque receperit vos, me recipit. Itaque omnia à dilecto filio noſtro Rege Ludouico ad hoc Deo dignum officium deputata, noſtrâ etiam pia eius vota auctoritate firmamus. Et quia caſus præteritorum nos cautos faciunt in futurum, omnem quoque aduerſantem, vel contradicentem, atque piis noſtris his ſtudiis quolibet modo inſidiantem, anathematis mucrone percutimus, atque perpetuæ vltionis reum diabolicâ ſorte damnamus: vt culmen Apoſtolicum, more prædeceſſorum noſtrorum, cauſſamq́ue Dei pro affectu zelantes, ab aduerſis hinc inde partibus tutiùs muniamur. His itaque decretis atque inſtitutionibus Papæ ſanctiſſimi Nicolai, Bremenſis Eccleſia adiuncta & vnita Sedi Hammaburgenſi, quæ priùs metropolis conſtituta fuerat, facta eſt Archiepiſcopalis.

d à iuriſdictione Archiep. Colonienſis eximit.

Matth. 28 19

Matth. 10.40

a *Gelenius lib.* 1 *Coloniæ Agrippinenſis ſyntagmate* 6, *cauſſam Sedis vacantis attribuit irruptioni Normannica, quòd* Godefridus & Siffridus flumine Rheno vecti anno 845 Coloniam occuparint, penituſque protrierint. *Verùm anno id* 881 *factum eſſe ex Annalibus Fuldenſibus aliiſq́; docuimus* § 9.

Sedes Coloniæ vacat.

b *Idem Gelenius* Guntharium *tradit Archiepiſcopum creatum anno* 851: *quod ſerius factum ſuſpicamur ob hanc controuerſiam potiſſimùm agitatam anno* 857, *vt* § 2 *deductum eſt.*

c *Sub Ludouico erat Brema, ſub LotharioColonia.*

d *Contra hanc exemptionem perpetuam reclamatum fuiſſe à Colonienſibus Archiepiſcopis, eamq́; ſolùm, dum neceſſitas vrgeret, indultam eſſe, conſtat ex diplomate Formoſi Papæ.*

Brema exempta.

CAPVT XI

Legatio in Daniam reſumpta: in Sueciam parata.

41 VErùm, quia de diœceſeos illius ratione ita firmatâ hæc præoccupando diximus (multum enim temporis fuit, ex quo Sedem illam gubernandam ſuſcepit, priuſquàm auctoritate Apoſtolicâ firmaretur) ad ea quæ priùs geſta ſunt redeamus. Namq́ue ſuſceptâ Bremenſi parochiâ, iterum ſpiritu cœpit feruere intimo, quia iam tunc quid daret habebat, ſi quid poſſet in partibus Danorum pro Chriſti elaborare nomine. Vnde frequentiùs *a* Horicum adire, qui tunc ſolus monarchiam regni tenebat Danorum, & muneribus eum, & quibuſcumque poterat obſequiis, conciliare ſtuduit; vt ſuâ licentiâ, prædicationis officio in regno eius frui valeret. Aliquoties namq́ue regiâ etiam legatione ad eum mittebatur, & quæ ad fœdera pacis & vtriuſque regni vtilitatem pertinebant, ſtrenuè & *b* fideliter peragebat. Quâ de re cognitâ fide & bonitate ſancti viri, prædictus Horicus Rex multo eum affectu cœpit venerari, & libenter eius conſilio vti, ac familiariſſimum in omnibus habere: ita vt & inter ſecreta ſua, dum de negotiis regni cum Conſiliariis tractaret, ipſi liceret intereſſe. Ea quoque quæ inter populum huius terræ, videlicet Saxonum, ac regnum ipſius, cauſſâ fœderis, debebant conſtitui, non aliter niſi de fide illius volebat firmari. Hoc ſibi dicens omnino

a S. Anſcharius familiaris Horico Regi Danorum,

b

A nino c fidiſſimum eſſe, quod ille ei & laudaſſet & ſpopondiſſet. Hac itaque familiaritate potitus, cœpit etiam illi perſuadere, vt fieret d Chriſtianus. Ille quoque omnia, quæ ei ex Diuinâ intimabat Scripturâ, benignè audiebat, & bona prorſus ac verè ſalutaria eſſe laudabat, ſeque his plurimùm delectari, ac libenter Chriſti velle gratiam promereri. Cui poſt talia vota Pater ſanctiſſimus patienter ſuggerere cœpit, vt Chriſto Domino concederet hanc benuolentiam, quòd ei gratiſſimum foret, vt in regno ſuo eccleſiam fieri permitteret, vbi Sacerdos omni tempore præſens adeſſet, & verbi Diuini ſemina, ac baptiſmi gratiam quibuſcumque ſuſcipere volentibus traderet. Quod ille benigniſſimo conceſſit affectu, & in portu regni ſui ad hoc aptiſſimo, & huic regioni proximo e Sleaſwic vocato, vbi ex omni parte conuentus fiebat negotiatorum, eccleſiam illi fabricare permiſit; tribuens locum, in quo Presbyter maneret: datâ pariter licentiâ, vt quicumque vellet in regno ſuo fieret Chriſtianus.

c
d
cum eius conſenſu.
eccleſiam Sleſwici extruit,
e

42 Hac ergo Domnus Epiſcopus noſter acceptâ licentiâ, ſtatim quod diu deſiderauerat perfecit: & conſtituto ibi Presbytero, gratia Dei in eodem loco fructuoſiùs creſcere cœpit. Multi namque ibi anteà erant Chriſtiani, qui vel in Dorſtado, vel in Hammaburg baptizati fuerant: quorum quidam primores ipſius vici habebantur, & gaudebant facultatem ſibi datam Chriſtianitatem ſuam obſeruandi. Quorum exemplo multi quoque alij & viri & fœminæ, relictâ ſuperſtitioſâ idolorum culturâ, ad fidem Domini conuerſi baptizabantur. Factumque eſt gaudium magnum in ipſo loco: ita vt etiam gentis huius homines abſque vllo pauore, & quod anteà non licebat, & negotiatores tam hinc, quàm ex Dorſtado vicum ipſum liberè expeterent, & hac occaſione facultas totius boni inibi exuberaret. Et cùm multi inibi baptizati ſuperuixerint, innumerabilis tamen f albatorum multitudo exindè ad regna conſcendit cælorum. Quia libenter quidem ſignaculum Crucis recipiebant, vt catechumeni fierent, quò eis eccleſiam ingredi, & ſacris officiis intereſſe liceret; baptiſmi tamen ſuſceptionem differebant, hoc ſibi bonum diiudicantes, vt in fine vitæ ſuæ baptizarentur; quatenùs purificati lauacro ſalutari puri & immaculati vitæ æternæ ianuas abſque aliquâ retardatione intrarent. Multi quoque apud eos infirmitatibus detenti, cùm ſe fruſtrà idolis pro ſalute ſuâ ſacrificaſſe viderent, & à propinquis ſuis deſperarentur, ad Domini miſericordiam confugientes Chriſtianos ſe fieri deuouebant: cumque accito Sacerdote baptiſmi gratiam percepiſſent, ſtatim incolumes Diuinâ largitate fiebant. Sicque creuit in eodem loco Dei miſeratio, & ad fidem Domini conuerſa eſt multitudo.

multos Chriſto lucratur,
f
ſanitate variis inter baptizandum collatâ.
B C

43 Inter hæc verò Domnus & Pater noſter Anſcharius etiam pro gente Sueonum, eò quòd Sacerdotis præſentiâ tunc deſolati eſſent, nimio condolens affectu, à præfato poſcere cœpit Rege Horico, ſibi in omnibus familiariſſimo, vti ſui auxilio fines illius regni petere poſſet. Qui cum maximâ beneuolentiâ hanc quoque petitionem eius ſuſcipiens, ita ſe per omnia facturum promiſit. g Quâ de cauſâ Domnus Epiſcopus noſter cum præfato cœpit Gautberto Pontifice de hoc ipſo tractare, neceſſarium eſſe dicens, vt iterum probaretur, ſi fortè gens illa diuinitus monita Sacerdotes ſecum manere pateretur; ne fides Chriſti illis in partibus cœpta, eorum negligentiâ aliquando deperiret. Prædictus verò Pontifex Gautbertus, qui & Simon, ſe inde expulſum, rurſum locum illum repetere non auſum reſpondit: nec id valdè proficuum fore poſſe, imò magis periculoſum, ſi denuò priorum reminiſcentes, aliquid perturbationis circa eum excitarent. Sibi magis congruum videri, vt ille iret, qui hanc legationem primò ſuſceperat, quique benigniſſimè ibi habitus fuerat. Ipſe verò cum eo nepotem ſuum mitteret, qui ibi ſi locus prædicandi inueniretur remaneret, & ſacerdotali apud eos officio fungeretur. Hoc itaque ratum inter ſe decernentes, coram præſentiâ clementiſſimi Regis venerunt Ludouici, cauſſamque huiuſcemodi ei retulerunt, atque vt eius licentiâ ita fieri permitteretur exorabant. Qui ſciſcitatus, vtrùm ipſi in hac voluntate concordes fuiſſent, reſponſum à venerabili Gautberto Pontifice tale accepit: In Dei, inquit, ſeruitio, nos ſemper concordes & fuimus & ſumus, & iſtud vnanimo conſenſu ita fieri cupimus. Itaque Sereniſſimus Rex in Dei cauſsâ ſemper voluntarius, ſecundùm quod inter eos conuenerat, legationem hanc pro Chriſti nomine Paſtori noſtro iniunxit religioſiſſimo, ſuæ quoque partis, ſicuti & Pater eius fecerat, ad Regem Sueonum mandata ei committens.

g
Gautberto reditum in Sueciâ recuſante,

Auctore S. Rembertо, ex MSS.

D

legationē illā à Ludouico Rege impoſitam admittit:

44 Igitur deuotiſſimus Pater noſter ad hoc iter præparare ſe cœpit, & vt quantocyùs hoc expleret feruentiori incitabatur ſpiritu. Siquidem & hoc cælitus ſibi iniunctum credebat, viſione quadam imbutus, quam anteà viderat. Viſum namque eſt ei, quòd pro ipſo itinere valdè eſſet ſollicitus, & quòd ad quendam deueniret locum, in quo erat ſtructura ædificiorum magna, & manſiones diuerſæ, vbi obuius ſibi quidam factus locutus eſt ei, dicens: De itinere quo ſollicitaris, & de his quæ ſunt in corde tuo, ne ſupra modum contriſteris, quia hic eſt quidam Propheta, qui te de his omnibus certum reddet; & ne aliqua menti tuæ ſuper hoc inſideat dubitatio, dicam tibi quis ſit ille Propheta: Abbas quidam clariſſimus Adalhardus ipſe nunc eſt Propheta à Domino ad te miſſus, qui tibi ea quæ prouentura ſunt annuntiabit. Quo ille audito exhilaratus animo, viſus eſt illi reſpondiſſe: Domine, vbi inueniam eum? Et ille, Tu, inquit, cum labore inuenies eum, nec eſt licitum tibi cuiquam inſinuare. Tunc viſum eſt ei, quòd iret per circuitum manſionis ipſum quærendo, & in mente ſuâ tractaret. Si, inquit, non interrogatus à me annuntiuerit mihi, quæ ſunt in animo meo, tunc verum illum Prophetam comprobabo. Ad quamdam ergo perueniens manſionem ſpecioſiſſimam, vidit eum ibi in ſolio ſuo ſedentem, & ſtatim recognouit. Ille confeſtim pronuntians intentus in eum dicere cœpit: Audite inſulæ, & attendite populi de longè, Dominus ab vtero vocauit te, de ventre matris tuæ recordatus eſt nominis tui, & poſuit os tuum quaſi gladium acutum: in vmbrâ manus ſuæ protexit te, & poſuit te quaſi ſagittam electam; in pharetrâ ſuâ abſcondit te, & dixit tibi: Seruus meus es tu, quia in te gloriabor. Quo dicto extento brachio manum dexteram ad eum cœpit erigere. Ille autem hoc viſo, ad genua eius acceſſit, ſperans eum ſe velle benedicere. At ille ſubiunxit: Dedit te in lucem gentium, vt ſis illis in ſalutem vſque ad extremum terræ. Reges videbunt, & conſurgent Principes, & adorabunt Deum tuum & ſanctum Iſraël, quia glorificabit te. Hanc ergo viſionem ſeruus Dei cùm ante profectionem illam longè vidiſſet, certum tenebat animo, Dei ſe imperio ad partes illas incitari; & maximè in verbo, quod dictum eſt illi: Audite inſulæ. Quia omnis ferè patria illa in inſulis eſt conſtituta. Et quod ſubiunctum eſt: Eris illis in ſalutem vſque ad extremum terræ: Quia finis mundi in Aquilonis partibus in Sueonum coniacet regionibus. Denique verbum, quod cum Prophetâ Ieremiâ in fine commutatum eſt, ſcilicet: Quia glorificabit te, ardorem deſiderij, illi maximum nutriebat, quia palmam martyrij olim ſibi promiſſam hoc ſignificare putabat.

animatur memoriâ factæ ſibi olim viſionis,
& verbo rum S. Adalardi.
E F

a Horicus, Horichus, Oricus, Horuc, Ericus. *Godefridi Regis anno* 810 *occiſi filius; initio cum quatuor fratribus, tum tribus, dein vno iam ſolus regnabat: confuſus à pleriſque cum* Horuc, *ſeu* Roricho *fratre Herioldi Regis. Quæ omnia ſuſè antè deduximus.* *Horicus Rex.*

b *MS. Hamburg* feliciter. c *Idem MS.* fideliſſimum.

d *Hinc liquet Mogontiæ non fuiſſe baptizatum.*

e Sleaſwic, Slieſwich, Sleſuicum: *de eo ſuprà egimus.*

f *Recens baptizatorum ob candidam, quâ induebantur, veſtem.*

g *Sequentia*

AVCTORES. REMBERTVS EX MSS.

g *Sequentia de Gautberto deerant in MSS. Hamburgenſi & Budecenſi, quæ tamen in ſuã Hiſtoriam tranſtulit Adamus cap. 26.*

CAPVT XII

Legatio Sueciæ. Eccleſia conſtructa.

45 PRofectionem itaque hanc ſuſcepturus, iam dicti Regis Horici Miſſum patriter & a ſignum ſecum habuit. Qui Regi Sueonum, nomine b Olef, partis ſuæ mandatum tale intimari iuſſit. Seruum Dei, qui ex parte Regis Ludouici miſſus, fines regni eius peteret, ſibi per omnia cognitum fore, ac ſe in vitâ ſuâ numquàm tam bonum vidiſſe hominem, nec in quolibet mortalium aliquando tantam fidem inueniſſe: ideoque cognitâ eius ſanctiſſimâ bonitate, omnia quæ illi in regno ſuo cauſsâ Chriſtianæ religionis diſponere vellet, ſe ei conceſſiſſe, ipſumque petere vt ſimiliter in regno ſuo ei permitteret culturam Chriſtianitatis, quã optabat, ſtatuere, quia ipſe nihil aliud quàm quod bonum & rectum foret, vellet perficere. Suſceptum itaque peragens iter, viginti ferme diebus nauigio tranſactis, peruenit ad Byrcam, vbi inuenit Regem & multitudinem populi nimio errore confuſam. Inſtigante enim diabolo, aduentum beati viri omnimodis præſciente, contigit eo ipſo tempore, vt quidam illò B aduenientes diceret, ſe in conuentu deorum, qui ipſam terram poſſidere credebantur, affuiſſe, & ab eis miſſum, vt hæc Regi & populis nuntiaret: Vos, inquiunt, nos vobis propitios diu habuiſtis, & terram incolatus veſtri cum multâ abundantiâ noſtro adiutorio in pace & proſperitate longo tempore tenuiſtis: vos quoque nobis ſacrificia & vota debita perſoluiſtis; grataque nobis veſtra fuerunt obſequia. At nunc & ſacrificia ſolita ſubtrahitis, & vota ſpontanea ſegniùs offertis, &, quod magis nobis diſplicet, alienum Deum ſuper vos introducitis. Si itaque nos vobis propitios habere vultis, ſacrificia omiſſa augete, & vota maiora perſoluite: alterius quoque Dei culturam, quæ contraria nobis docetur, ne apud vos recipiatis, & eius ſeruitio ne intendatis. Porrò ſi etiam plures deos habere deſideratis, & vobis nos non ſufficimus, c Ericum quondam Regem veſtrum nos vnanimes in collegium noſtrum aſciſcimus, vt ſit vnus de numero deorum. Hoc ergo diabolicum mandatum publicè denuntiatum, in aduentu Domni Epiſcopi mentes cunctorum perturbabat, & error nimius ac perturbatio corda eorum omnium confuderat. Nam & templum in honore ſupradicti Regis dudum defuncti ſtatuerunt, & ipſi tamquàm Deo vota & ſacrificia offerre cœperunt.

C 46 Aduenientes itaque illuc Domnus Epiſcopus, ab amicis ſuis, quondam ibi cognitis, quærere cœpit, quomodò Regem ſuper hac re interpellaret. Qui omnes toto annisu contradicentes, afferebant nihil omnino eâ vice legationem eius proficere poſſe: ſed, ſi quid haberet pretij, eâ ratione eum dare debere, vt viuus inde euaderet. Quibus ille, Non, inquit, pro vitæ meæ redemptione aliquid hîc daturus ſum: quia, ſi Dominus meus ita diſpoſuerit, pro eius nomine paratus ſum hîc & tormẽta ſubire & mortem pati. Cùm ergo pro hac re in maximâ eſſet poſitus anxietate, tandem accepto conſilio Regem ad ſuum inuitauit hoſpitium. Cui conuiuium exhibens, dona quæ potuit obtulit, & legationis ſuæ mandata retulit. Nam & anteà per Miſſum Horici, & per fideles Domni Epiſcopi, qui ibi manebant, cauſſa aduentus ipſius eidem Regi denuntiata fuerat. Delectatus itaque & caritatis ipſius benenolentiâ, & munerum datione, ſe quidem quæ ille ſuggeſſerat gratanter velle reſpondit. Anteà tamen hîc, inquit, fuerunt Clerici, qui populari ſeditione hinc, non regio iuſſu, electi ſunt. Quapropter & ego hanc legationem veſtram confirmare nec poſſum, nec audeo, priuſquàm ſortibus deos noſtros conſulam, & populi quoque ſuper hoc voluntatem interrogem. Sit Miſſus tuus in placito mecum proximo, & ego pro te loquar populo. Et ſi quidem diis fautoribus illi tuæ conſenſerint voluntati, quod quæſiſti proſperabitur: ſin autem, & hoc tibi notum faciam. Sic quippe apud eos moris eſt, vt quodcumque negotium publicum magis in populi vnanimâ voluntate, quàm in regiâ conſiſtat poteſtate. D

47 Hoc ergo Paſtor noſter deuotiſſimus reſponſo Regis accepto, totum ſe ad Domini conuertit refugium, ieiuniis & orationibus vacans, atque in contritione & afflictione cordis ſeipſum in conſpectu Dei humilians. Verùm ipſo inter has preſſurarum anguſtias poſito, cùm dies placiti appropinquaret, quadam die inter ſacra Miſſarum ſolemnia, dum Sacerdos altari adſtans myſteria ſacra benediceret, illi in terrâ proſtrato cæleſtis infuſa eſt inſpiratio. Siquidem Spiritus ſancti dono interiùs roboratus, & fiduciâ maximâ in animâ confortatus, cognouit ſibi omnia prouentura vti vellet; vnde eidem ſacerdoti ſibi in omnibus familiariſſimo poſt Miſſam denuntiauit, nihil trepidationis ſe habere debere, quia gratia Dei ſecum comitaretur. Cui interroganti, quomodò id ſciret, diuinitus ſibi inſpiratum reſpondit. Quam mentis eius illuſtrationem Frater ille ſatis recognouit, quia taliter eum conſolari diuinitus multis anteà probauit indiciis. Hanc ergo animi eius fiduciam ſtatim rei confirmauit euentus: E nam Rex congregatis primò Principibus ſuis, de hac Patris noſtri legatione cum eis tractare cœpit: qui ſortibus quærendum ſtatuerunt, quæ ſuper hoc deorum voluntas eſſet. Exeuntes igitur more ipſorum in campum, miſerunt ſortes, ceciditque ſors, quòd Dei voluntate religio Chriſtianorum ibi fundaretur: quod factum vnus ex primoribus, amicus Domini Epiſcopi, ſtatim ei innotuit, & vt conſolaretur animo admonuit, dicens: Confortare, viriliter age, quia Deus voluntati & legationi tuæ non abnuit. Sicque ipſe fiduciâ ſumptâ ſpiritu interiori lætificatus, exultabat in Domino.

48 Deinde cùm dies Placiti aduenisſet, quod in prædicto vico Byrca habitum eſt, ſicut ipſorum eſt conſuetudo, præconis voce Rex, quæ eſſet eorum legatio, intimari fecit populo. Quo illi audito, ſicut erant anteà errore confuſi, diuerſa ſentire & tumultuare cœperunt. Quibus ita perſtrepentibus, conſurgens vnus, qui erat ſenior natu, in medio plebis dixit: Audite me, Rex, & populi. De culturâ ipſius Dei pluribus noſtrûm benè eſt iam cognitum, quòd in ſe ſperantibus magnum poſſit facere ſubſidium. Nam multi iam noſtrûm ſæpiùs & in marinis periculis, & in variis neceſſitatibus hoc probauerunt. Quare ergo abiicimus, F quod neceſſarium nobis & vtile ſcimus? Aliquando tempore quidam ex nobis Dorſtadum adeuntes, huius religionis normam profuturam ſibi ſentientes, ſpontaneâ voluntate ſuſcipiebant. Nunc multæ interiacent inſidiæ, & piratarum infeſtatione periculoſum valdè nobis iter illud factum eſt. Quod ergo tam longè poſitum priùs quærebamus, hîc nobis modò oblatum, quare non ſuſcipimus? Et qui huius Dei gratiam nobis in multis vtilem probauimus, quare ſeruos eius nobiſcum manere non libenter aſſentiamus? Attendite populi conſilium noſtrum, & nolite abiicere vtilitatem veſtram. Nobis enim quando noſtros propitios non poſſumus habere Deos, bonum eſt huius Dei gratiam habere, qui ſemper in omnibus poteſt & vult ad ſe clamantibus auxiliari. Hoc ergo ita perorante, omnis multitudo populi vnanimis effecta, elegit, vt ſecum & Sacerdotes eſſent, & quæ competebant myſteriis Chriſti, ſine vllâ contradictione fierent. Rex itaque ſurgens à Placito, ſtatim cum Miſſo Domni Epiſcopi ſuum direxit nuntium, mandans populi vnanimitatem ad ſuam voluntatem conuerſam, ſibique per omnia placere: necdum tamen ſe plenam ei licentiam concedere

a
b *Cum Legato & litteris Regis Danorum,*

venit in Sueciam,

diabolico vaticinio turbatam:

c

Regem cõtinuio excipit,

proſpero ſucceſſu:

imploratã Dei auxilii adfore intelligit:

& tumultu populari

à ſeniore perorante

ſopito,

ſorte in fidei fauorẽ eductã:

A concedere posse, donec in alio placito, quod erat in
d alterâ parte regni sui futurum, idipsum populis ibi
positis nuntiaret. Tunc iterum bonæ memoriæ Pater
assentiente alibi concilio populi, noster consueta sua sibi requirens subsidia, Diuinam
clementiam intentiùs exorabat. Et ecce placiti tempus
aduenit, & Rex præconis voce legationem Domni
Episcopi, atque omnia pariter, quæ in priori placito
dicta & acta fuerant, intimari fecit. Diuinâ ergo pro-
uidentiâ largiente, omnium corda ita adunata sunt, vt
prioris placiti consensum cuncti laudatent, & se quo-
que his assentiri velle modis omnibus fatererentur.

49 Hoc itaque facto, conuocato ad se Rex Dom-
no Episcopo, quæ fuerant gesta retulit, sicque omnium
Ecclesia constructa facultatē accipit: vnanimâ voluntate & consensu decreuit, vt apud eos
& ecclesiæ fabricarentur, & Sacerdotes adessent; &
quicumque vellet de populo absque contradictione
fieret Christianus. Domnus autem & Pastor noster
prædictum nepotem venerabilis Gautberti Episcopi,
Erimbertum nomine, manibus Regis commendauit,
vt suo auxilio & defensione munitus, Diuina mysteria
ibidem ageret. Cui etiam Rex in præfato vico atrium
Erimbertum Presbyterum Regi commendat: vnum ad oratorium dedit fabricandum. Domnus
quoque Episcopus Presbytero ad habitandum alte-
rum cum domo emit, præbensque idem Rex beni-
B gnissimum circa Domnum Episcopum dilectionis suæ
redit ad suam sedem. fauorem, fidelissimum quoque in omni parte suis cir-
ca Christianæ religionis cultum se fore velle promisit.
Sicque per Domini gratiam ritè omnibus peractis,
Domnus Episcopus ad sua reuersus est.

a *Adamus* sigillum *interpretatur.*
b *Ioanni Magno vocatur,* Olaus Tretelia 107 *Rex, de eo aliisq; suprà actum.*
c *Plures anteà apud Sueones fuisse Reges* Erici *nomine appellatos testatur Ioannes Magnus, qui lib. 4 cap. 27* Ericum 1 *statuit tempore Abrahami Patriarchæ. sit fides penes auctorem. In MS. Corbeiensi* Hoticus *dicitur.*
Ericus Rex inter Deos.
d Sueciâ *scilicet, quòd Birca* Gothiæ *vrbs censeretur.*

CAPVT XIII

Incrementum Ecclesiæ in Sueciâ. Victoria bellica.

50 POrrò angustiam maximam mentis, quam in
ipso perpessus est itinere, dum illud iter para-
retur Domino reuelante, Pater noster sanctissimus an-
tè prescíuit. Visum namque est illi quadam nocte, quòd
C tempus esset passionis Domini, & quòd ille præsens
Passione Christi in raptu visâ, adesset, cùm Dominus Iesus Christus à Pilato duceretur
ad Herodem, & rursus ab Herode ad Pilatum; de-
nique cùm à Iudæis & militibus sputa & opprobria
patiens, per omnia membra verberibus, vt ipsi videba-
tur, afficeretur; ipse non sufferens sic illum puniri, ac-
currens, opposuit se post dorsum eius verberantibus,
omniaque verbera, quæ illi infligebantur, ipse in cor-
pore suo susciperet, excepto quòd staturâ procerior,
capite illo eminentior videbatur, & idcircò illud de-
fendere non poterat. Hanc itaque visionem miles in-
uictus Christi, quid significaret, priùs non cognouit,
quàm de hoc itinere reuersus mente tractauit, quanta
opprobria & irrisiones ibi sustinuerit, & in quantâ an-
gustiâ fuerit, quantasque blasphemias in Deum illatas
ibi sustulerit. Nam quantùm ad eius pertinuit ani-
mum, ibi ille sine dubio pro Christo passus est, & ibi
Christus in seruo suo priùs sibi illata denuò sustinuit
confirmatur in aduersis perferendis. improperia. Porrò quòd caput illius defendere non
poterat, hoc significare putabat, quia caput Christi
Deus, quòd passiones, quas Sancti in hoc mundo pro
Christo sustinent, partim etiam ad ipsam Dei pertí-
neant maiestatem, quas ipse in se quodammodò com-
patiendo suscipiens, ad tempus quidem tolerat, sed
quandoque districtè iudicat.

51 Nec prætereundum quoque videtur, qualiter
virtus Domini post hanc profectionē iam dictis Sueo-
nibus patefacta sit. Gens enim quædam longè ab eis
posita, vocata a Chori, Sueonum principatui olim sub-
iecta fuerat; sed iam tunc diu erat, quòd rebellando
eis subiici dedignabantur. Denique Dani scientes tem-
pore supradicto, quòd Domnus Episcopus iam in par-
tes Sueonum aduenerat, nauium congregatâ multitu-
dine ad eamdem perrexerunt patriam, volentes & bo-
na eorum diripere, & sibi eos subiugare. Regnum
verò ipsum quinque habebat ciuitates. Populi itaque
ibi manentes, cognito eorum aduentu, conglobati
in vnum cœpêre viriliter resistere, & sua defendere:
datâque sibi victoriâ, medietate populi Danorum cæ-
de prostratâ, media quoque nauium eorum diripue-
runt, auro & argento spoliisque multis ab eis acceptis.
Quod audiens prædictus Rex Olef, populusque Sueo-
num, volentes sibi nomen acquirere, quòd facere pos-
sent, quæ Dani non fecerant; & quia sibi etiam anteà
Sueci oppugnant: Seburgum incendūt: subiecti fuerant, innumerabili congregato exercitu
illas adierunt partes. Et primò quidem improuisè ad
quamdam vrbem regni ipsorum, vocatam b Seeburg,
in quâ erant septem millia pugnatorum, deuenientes,
penitus illam deuastando & spoliando succenderunt.
Exinde confortati animo, dimissis nauibus, iter quin-
que dierum arripientes, ad aliam vrbem ipsorum, quæ E
c Apulia dicebatur, effero corde properabant. Erant
c Apuliam obsident: autem in eâ vrbe quindecim millia bellatorum. Cùm
itaque illò aduenissent, conclusis ipsis in ciuitate, isti
asortis vrbem debellare, illi deintus cœpêre viriliter
repugnare: illi intrinsecus defendebant; isti exterius
impugnabant. Sicque transierunt dies octo, vt omni
die à manè vsque ad vesperam dimicantes, bello insta-
rent, & multi hinc & inde caderent: neutra tamen
pars victoriam obtineret.

32 Cùm ecce nono die populus Sueonum diutinâ
cæde fatigatus, cœpit angustiari, & timido corde ex-
pauescens, hoc solum cogitare, quomodò inde euade-
ret. Hîc, inquiunt, non proficimus, & naues nostræ
longè absunt. Nam quinque dierum, vt prædiximus, *auxilio à Dijs non impetrato,*
iter erat ad portum, in quo naues eorum stabant. Cùm
ergo quid sibi esset agendum, nimiùm turbati omni-
modis nescirent, quærendum sortibus statuerunt, vtrùm dij eorum vellent auxiliari, vt vel victoriam ca-
perent, vel viui inde euaderent. Missis itaque sortibus,
neminem deorum, qui eis subsidio esse vellet, reperi-
re potuerunt. Quod cùm denuntiaretur in populo, vlulatus & gemitus immensus excitatus est in castris,
omnisque virtus ab eis recessit. Quid, inquiunt, infe- F
lices acturi sumus? Dij recesserunt à nobis, & nullus
eorum adiutor est nostri. Quò fugiemus? Ecce naues
nostræ longiùs sunt positæ, fugientibusque nobis isti
insequentes vsque ad internecionem nos delebunt.
Quid ergo nobis erit? Cùm itaque in tantâ essent an-
gustiâ positi, quidam negotiatorum, memores doctri-
næ & institutionis Domni Episcopi, suggerere eis cœ-
perunt: Deus, inquiunt, Christianorum multotiens ad
se clamantibus auxiliatur, & potentissimus est in adiu-
uando. Quæramus, an ille nobiscum esse velit, & vota
illi placita libenti animo spondeamus. Omnium itaque *Christum inuocant:*
rogatu supplici missa sors, & inuentum quòd Chri-
stus eis vellet auxiliari. Quod cùm publicè denuntia-
tum cunctis innotuisset, omnium corda ita subitò ro-
borata sunt, vt confestim ad vrbem expugnandam in-
trepidi vellent accedere. Quid, inquiunt, nobis nunc
formidandum, quidue pauendum est? Christus est
nobiscum: pugnemus, & viriliter agamus, nihil nobis
obstare poterit: nec deerit nobis certa victoria, quia
potentissimum Deorum nostri adiutorem habemus.
Conglobati ergo omnes læto & forti animo ad debel-
landam profecti sunt vrbem.

53 Cumque in circuitu adstantes pugnam inire vel-
lent, ab his qui intrinsecus erant postulatum est, vt co-

Auctores S. Rembertō, ex MSS.

a Curlandos de Danis victores,

AVCTORES REMBERTO, EX MSS.

pia eis daretur loquendi. Quòd cùm Rex Sueonum annuiſſet, illi ſubſecuti ſunt: Nobis iam pax magis quàm pugna placet, & fœdus vobiſcum inire cupimus. Et primò quidem quidquid ex ſpoliis Danorum præterito anno in auro & armis acquiſiuimus, vobis pro munere fœderis damus. Deinde pro vnoquoque hominum in hac vrbe conſtitutorum dimidiam libram argenti offerimus, & inſuper cenſum, quem anteà ſolebamus vobis dare, perſoluimus: & datis obſidibus, abhinc ſubiecti & obedientes, ſicut anteà fuimus, veſtro imperio eſſe volumus. Cùm hęc itaque oblata fuerint, necdum tamen animi iuuenum ſedari poterant: verùm alacriores facti, & abſque metu inperterriti, pugnare tantùm deſiderantes, ſe armis vrbem & omnia quæ haberent vaſtaturos, ipſoſque captiuos abducturos dicebant. Rex verò & Principes ſaniori conſilio dextras ab eis accipientes, fœdus inierunt, & theſauris innumerabilibus, atque obſidibus triginta ſibi collatis, cum gaudio ad ſua reuerſi ſunt. Denique pace inter eos fœderatâ, ſtatim Sueones Chriſti Domini noſtri omnipotentiam collaudantes, eiuſque magnificentiam, quòd verè magnus eſſet ſuper omnes Deos, totis viribus prædicantes, quid ipſi, per quem tantam obtinuiſſent victoriam, vouere deberent, ſollicitè quærere cœperunt. Vnde à Chriſtianis edocti negotiatoribus, qui ſimul aderant, Chriſto Domino placitum deuouerunt ieiunium, ita vt ad ſua reuerſi, poſtquàm domi ſeptem dies eſſent, alios ſeptem à carne omnes pariter abſtinerent. Sed & poſt hoc quadraginta diebus euolutis, ipſi quoque vnanimâ conuentione quadraginta ſequentes ſimiliter à carne abſtinentiam agerent. Quod & factum eſt, omneſque qui ibi adfuerant hoc ſtatutum libenti perfecerunt animo: multi etiam poſthac reuerentiâ & amore Chriſti apud eos ieiuniis, quæ Chriſtiani obſeruabant, inſiſtere incipientes, & eleemoſynis, (namque hoc Chriſto gratum didicêre) quoſlibet pauperes adiuuare cœperunt. Sicque fauore omnium, prædictus Erimbertus Sacerdos liberè apud eos, quæ Dei ſunt agere, & cunctis Chriſti potentiam laudãtibus, religionis Diuinæ in illis partibus deuotio augmentum ſui ab illo tempore, ſine vllius contradictione, cœpit habere.

victoriam obtinent:

perſoluunt vota ieiunia;

& eleemoſynas.

a Chori, Chorilandia, Curlandia *Adamo in Chorographiâ, qui tradit* gentem *fuiſſe* crudeliſſimam, aurum *inibi* plurimum, equos optimos, domus auguribus & necromanticis plenas *Quòd tamen* inſulam *ſcripſerit, minùs ſibi cognitam oſtendit Cingitur mari Balthico & ſinu Liuonico, at terrâ contigua eſt Liuonia, Samogitia & Litvvania.*

Curlãdia.

b *Seburgum ſiue Selburgum etiamnum ad dexteram ripam Duinæ fluuij arx Ducis Curlandiæ viſitur in Semgallâ prouinciâ annexâ, dictâ quaſi terræ finis, vti nos docuit Theodorus Louenſteinius Societatis noſtræ Sacerdos ex hac Curlãdiâ oriũdus.*

Seburgũ.

c *Fortè Pila in confiniis Curlandiæ & Samogitiæ ad fluuium VVetam.*

CAPVT XIV

Incrementum Eccleſiæ in Daniâ inter perſecutiones. Viri Apoſtolici in Sueciam miſſi.

54 INter hæc verò *a* Diuino contigit iudicio, vt piratarum infeſtatione memoratus Horicus Rex, quibuſdam propinquis eius regnum ipſius inuadere conantibus, *b* bello interemptus ſit. Cum quo pariter omnes primores terræ illius, qui olim Domno Epiſcopo familiares & amici habebantur, gladio interierunt. Deinde poſt hæc conſtituto in regno ipſius Horico iuniore, quidam illorum, quos ille tunc habebat Principes, & minùs anteà Domno cogniti fuerant Epiſcopo, perſuadere ei cœperunt, vt eccleſia apud eos facta deſtrueretur, & religio Chriſtianitatis ibi cœpta annihilaretur, dicentes Deos ſuos ſibi iratos eſſe, & quòd ideò tanta eos mala inuenerint; quia alterius & incogniti Dei culturam apud ſe receperint. Quâ de re Comes præfati vici Scleauuicht videlicet, nomine Houi, qui huic religioni præcipuè reſiſtebat, ad deſtruendam Chriſtianitatis fidem Regem prouocant, Eccleſiam ibi factam iuſſit claudi, religionemque Chriſtianitatis ibidem prohibuit obſeruari: vnde & Preſbyter, qui ibi aderat, perſecutionis acerbitate compulſus, inde receſſit. Pro hac itaque re Domnus Epiſcopus nimiùm ſollicitus & triſtis effectus fuerat; quia nullum tunc cum Horico iuniore de amicis habebat, quos anteà largiſſimis donationibus ſibi familiares acquiſierat, per quos eum ad Domini voluntatem conciliare poſſet. Vnde quia humano deſtitutus fuerat, ad Diuinum ſolito more concurrit auxilium. Nec ſpes ſua eum fefellit. Conſolatus eſt quippe eum Dominus ſpiritali in animo conſolatione, & certus omnino factus eſt, quòd nullo modo, vt hoſtes Chriſti machinarentur, religio ibi cœpta deperiret. Quod ita, Domino annuente, non multò pòſt contigit. Nam cùm pro hac ſolâ eadem cauſâ ad prædictum Regem ire diſponeret, Domini præueniente gratiâ, idem Rex expulſo priùs de vico memorato iam dicto Comite, ita vt numquàm poſteà in eius gratiam redire potuerit, ad Domnum Epiſcopum ſuum gratis direxit legatum, mandans vt Sacerdotem ſuum ad propriam remitteret eccleſiam: non ſe minùs quàm ſeniorem Horicum Chriſti velle gratiam promereri aſſerens, Domnique Epiſcopi amicitiam obtinere. Quo facto, cùm ipſe quoque Reuerendiſſimus Pater noſter ad eiuſdem Regis præſentiam, cum adiutorio Burchardi illuſtriſſimi Comitis, veniſſet, qui etiam anteà apud Horicum ſeniorem adiutor illi in omnibus fuerat, & apud Regem vtrumque benè poterat, quia propinquus erat ipſorum, tantâ gratiâ à iuniore ſuſceptus eſt Horico, vt ſtatim ei omnia, quæ anteceſſor ſuus cauſâ Chriſtianitatis in regno ſuo fieri permiſerat, ipſe quoque concederet, Inſuper etiam, quod anteà nefandum paganis videbatur, vt *c* clocca haberetur in eccleſiâ conſenſit. In alio quoque vico regni ſui, *d* Ripâ vocato, ſimiliter locum, vbi eccleſia fabricaretur, tribuit: & vt ibi *e* Sacerdos præſens adeſſet, ſuæ poteſtatis licentiam dedit.

reſcindit.

alterã eccleſiam concedit Ripa.

Horico occiſo ſuccedit alter Horicus:

is perſecutionem Sleſvvici cœptam,

55 Denique dum hæc agerentur, prædictus venerabilis Gausbertus Epiſcopus ad gentẽ Sueonum quemdam miſit Presbyterum; nomine *f* Anfridum, qui ex gente Danorum oriundus erat, & à Domno Ebbone ad ſeruitium Domini educatus fuerat. Qui cùm illò adueniſſet, memoratus Erimbertus Sacerdos exinde reuerſus eſt, & ille ibi cum multâ omnium ambitione tribus demoratus eſt annis aut ampliùs. Poſt hoc verò audito Domni Gausberti obitu, ipſe quoque exinde reuerſus, & apud nos aliquamdiu conuerſatus, aggraueſcente dolore defunctus eſt. Quo facto Domnus Epiſcopus non ſufferens fidem Chriſtianitatis ibi cœptam perire, ſuum illuc miſit Presbyterum, nomine Raginbertum: qui cùm ſatis ad hoc idoneus, & tantæ profectionis valdè eſſet voluntarius, & ad portum memoratum Sleſuuic pergeret, diabolicâ machinatione, in viâ Danorum latrocinantium inſidiis circumactus, & his quæ habebat ſpoliatus, die Aſſumptionis S. Mariæ ipſe quoque in bonæ voluntatis curſu feliciter conſummatus eſt. Quòd cùm Domni Epiſcopi animum nimio affeciſſet mœrore, nequaquàm tamen à cœptâ retrahi potuit voluntate; verùm in hoc opus alium ordinauit Epiſcopus Presbyterum, ex gente Danorum progenitum, nomine Rimbertum, quem cùm ad illas partes pro Chriſti nomine deſtinaſſet, benignè ibi à Rege & populo ſuſceptus eſt; Diuina apud eos myſteria, largiente Domino, liberè *g* hactenùs celebrauit. Denique & ipſi, ſicut & ceteris, quos inter Paganos antè conſtituerat, denuntiauit Sacerdotibus, vt nullius aliquid concupiſceret, neque peteret: ſed vt magis, exemplo B. Pauli Apoſtoli, ipſi quoque manibus ſuis laborarent, & victu ac veſtimento contenti eſſent, piè eos

Ragimbertus,

Rimbertus Danus

g à S. Anſchario inſtructus.

f *In Sueciã miſſi Presbyteri Anfridus,*

A eos adhortatus eſt: quibus tamen ipſe & ſequacibus eorum, quidquid neceſſarium habebant, inſuper &, ſi quid pro amicis acquirendis dandum erat, de ſuo abundanter miniſtrabat.

56 Porrò inter has multiplices variaſque anguſtiarum preſſuras, quas vti commemorauimus de eadem legatione,... Diuinâ vt prædictum eſt, ſemper inſpiratione roboraretur, ne à cœpto deſiſteret opere: tamen *hic excitatur zelo Ebbonis,* Domini quoque Ebbonis memorati Remenſis Archiepiſcopi, qui hanc legationem primò ſuſceperat, non modicè eum in hac cauſsâ & deuotio mentis & feruor conſolabatur animi: ſiquidem ipſe intimo prò vocatione gentium flagrans ſpiritu, iugiter eum ad fidei gratiam in partes iſtas promulgandam incitabat, & vt cœpta non deſereret, ſtrenuè commonebat: cuius verbis exhortationis, & maximo ardore mentis, quo ad hoc feruebat, iſte beatus vir prouocatus, indubitanter officij ſibi commiſſi curam agebat: nec aliquâ vnquam incommoditatis aduerſitate à cœpto opere auerti poterat. Et licet innumera fuerint prædicti Pontificis ſuaſoria monita, quibus Pater noſter intimo conſolabatur gaudio; illius tamen ſemper recordabatur ſermonis, quem de huius legationis cauſsâ in vlti-

B mo collocutionis ſuæ habuêre tempore. Nam cùm *& vltimo colloquio:* Dominus Epiſcopus noſter, dinumeratis multis, quæ ſibi contigerant, anguſtiis, quid de eadem legatione ſibi videretur ipſum requireret, qualemque conſolationem ſibi ſuper hoc dicere vellet, ab eo ſollicitè expoſceret; ille quaſi prophetico afflatus ſpiritu, reſpondit: Certus ſum, inquit, quia, quòd nos pro Chriſti nomine elaborare cœpimus, fructificare habet in Domino. Nam ita eſt fides mea, & ſic firmiter credo, imò veraciter ſcio: quia, etſi aliquando propter peccata quodammodò impeditum fuerit, quod nos in illis cœpimus Gentibus; non tamen vnquam penitùs extenuetur; ſed fructificabit in Dei gratiâ, & proſperabitur, vſquequò perueniat nomen Domini ad fines orbis terræ. Hæc itaque fides fuit eorum, hac voluntate exteratum gentium fines petierunt, huius religionis amore pro Domino certauerunt, à quo & præmium laboris ſui ſine dubio percepturi ſunt. Huius deuotionis volũtas ab animo Domini & Patris noſtri numquàm receſſit, & pro ſalute Gentium numquàm orare ceſſauit: quin potiùs, cùm aſſiduâ ferè piratarum *orat pro Gentium conuerſione,* infeſtatione, quæ ex Gentibus iam dictis veniebat, paræcia illius in circuitu vaſtaretur, ac familia diriperetur, ille tamen pro aduerſantibus & inſidiantibus ſibi, iugiter exorabat, & pro conuerſione eorum, qui ſibi

C malefaciebant, apud Dei miſericordiam ſine ceſſatione rogabat; petens ne ſtatueretur illis in peccatum, quòd ignorantes Dei iuſtitiam, errore diabolico decepti, Chriſtianorum rebus eſſent infeſti. Cuius ſollicitudinis cauſsâ intantùm feruebat, vt etiam in infirmitate poſitus nouiſſimâ, iam dictæ ſuæ legationis cauſſam numquàm antea tractare & diſponere omiſerit, quouſque vltimum exhalauerit ſpiritum vitæ: in quo religionis ardore à ſeculo ſuſceptum credimus, quòd maximâ ſecum comitante fidelium multitudine, quos ex gente Danorum atque Sueonum Domino lucratus fuerat, initium boni certaminis illius; Diuinâ remunerante clemẽtiâ, in die reſurrectionis omnium, gloriosè & feliciter regna penetrauit cœlorum.

a *Callidè Rex hactenùs & ſimulatè in bonum temporale regni exercitium fidei Chriſtianæ Sleſuici permiſerat, nuſquam ipſe traditur baptizatus: quod recentiores paſsim volunt.*

b *Anno* 825 *vt ſuprà expoſuimus.*

c Clocca, cloccum, klocca, *Germanicâ linguâ campanam ſignificat. Legitur in Vitâ S. Liobæ* 28 *Septemb. in Conſtitutionibus Caroli Magni, & aliis eius æui ſcriptoribus.*

clocca. d *Ante annum* 857, *quo hanc partem Iutiæ Roricho, eiuſq; ſociis datam ſuprà diximus, vbi plura de Ripâ eiuſq; templo & Epiſcopatu traduntur.*

e *Adamo & Stadenſi* Rembertus *dicitur, Cypræo* S. Rembertus *quod ad eius Vitam reiecimus.*

f *Alias* Auffridum.

g *Dum S. Remberius Epiſcopus hanc Vitam ſcriberet.*

AVCTORE S. REMBERTO, ex MSS.

CAPVT XV

S. Anſcharij pœnitentiæ, preces, eleemoſynæ.

57 SAnè quia de legationis eius cauſsâ & curâ, quâ alios ſeruare cupiebat, multa iam diximus, qualis in ſemetipſo, & pro ſalute propriæ animæ extiterit, qualiterque corpus ſuum afflixerit, iam nunc tempus eſt enarrandi. Qualis namque apud vos in monaſterio, in omni deuotionis ſuæ ſtudio, effulſerit, vobis optimè eſt compertum: tamen, vt auditum habemus, *S Anſcharius & monachus & Epiſcopus.* ipſe adoleſcens & iuuenis ſenibus & grandæuis mirandus videbatur & imitandus. Iam verò ſumpto apud nos epiſcopatu, hoc omnino, quod in monaſterio inchoauerat, modis omnibus augmentare, & vitam omnium Sanctorum imitari ſtuduit, ſpecialiùs tamen B. Martini. Cilicio namque ad carnem non ſolùm in die, ſed etiam in nocte vſus eſt: & magnopere populis verbum Domini prædicando ſtudebat prodeſſe: inter- *cilicio induitur:* dum tamen, vt ſemetipſum in diuinâ exerceret philoſophiâ, in ſolitudine manebat: ad quod opus cellam E aptam ſibi conſtructam habebat, quam appellabat Quietum locum, & amicum mœrori. Vbi cum pau- *amat ſolitudinem:* cis demoratus, quotieſcumque à prædicatione & Eccleſiaſticis officiis, ab inquietudine Paganorum liber eſſe poterat, habitauit: ita tamen, vt numquàm proprium commodum & ſolitudinis amorem gregis ſibi commiſſi præponeret vtilitati.

58 Porrò quouſque iuuentutis aliquatenùs potitus eſt robore, perſæpe panem in pondere & aquam in menſurâ ſumebat; maximè quamdiu ſolitudine ei vti licitum erat: quo tempore, non modicè, vt ipſe affirmabat, à ſpiritu tentatus eſt cenodoxiæ. Studebat nam- *parcum in victu:* que inimicus humani generis, peſte iam dictâ animam illius inficere, & magnus ipſe oculis ſuis videbatur, quia taliter abſtineret. Quâ de re triſtis factus, & ad Domini pietatem in oratione converſus, poſtulabat, vt ſuâ eum gratiâ ab hac pernicioſiſſimâ impietate li- *cõtra vanam gloriam pugnat,* beraret: quod & factum eſt. Cumque pro hac re ſollicitiùs intentus eſſet precibus, quadam nocte ſopori dediti, vidit ſe quaſi vſque in cælum rapi, & totum F ſeculum ac ſi in tetertimam vallem collectum; ex quo tamen & Beatorum animæ, licèt rarò, Angelico miniſterio rapiebantur, & ducebantur in cælum: in quâ videlicet tenebroſâ valle, oſtenſum eſt ei etiam quaſi ſementinum quoddam, ex quo genus humanum ducit originem. Cumque hæc omnia admirans & horreſcens aſpiceret, iuſſus eſt vt attenderet, quo initio in hanc vitam veniret; ac dictum eſt: Vnde, inquit, homini vlla iactantia eſſe poterit, qui de tam vili origine *cæleſti oſtẽto animatus:* in conualle lacrymarum procreatus ſit, & quidquid boni habuerit, non à ſe, ſed ab eo, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum eſt, acceperit? Si igitur vlteriùs, inquit, ab vllâ tentatus fuerit cenodoxiæ peſte, iſtud in mentem memorare, vnde progenitus ſis, & cum Dei gratiâ liberaberis: quod ita & factum eſt. Iam verò poſtquàm ſenuit, non adeò potuit de cibo abſtinere: potus tamen ei ſemper aqua fuit; niſi quòd propter vanam gloriam vitandam magis, quàm aliquam ſuauitatem capiendam, aliquantulùm ipſi aquæ quam bibiturus erat, de potu admiſceret. Quia tamen in ſenectute ſuâ ſolitâ nequiuit vti parcimoniâ, ſtuduit hoc eleemoſynis & orationibus, multiſque aliis bonis compenſare. Huius rei gratiâ multos *captiuos* redemit captiuos, quibus libertatem dedit; nonnullos *redimit:* tamen eorum ad Dei ſeruitium educandos, litteris diuinis inſtruere iuſſit.

59 Porrò ad deuotionem ſibi in Dei amore acuendam quàm ſtudioſus fuerit, teſtantur codices magni apud nos, quos ipſe propriâ manu per notas confecipſit,

AVCTORE S. REMBERTO. EX MSS.

pſit, qui ſolummodò illa continere noſcuntur, quæ ad laudem omnipotentis Dei pertinent, & ad peccatorum redargutionem, ad laudem quoque beatæ & æternæ vitę, & terrorem gehennę, & quidquid ad compunctionem pertinet, & lamentum. Teſtes ſunt & Fratres, apud nos & in nouâ Corbeiâ degentes, quos pro hoc opere frequenter poſtulauit; quíque illi nonnulla huiuſcemodi conſcripta miſerunt. Sed nunquam illi ſat eſſe poterat, quin omnem vitam ſuam in luctu & lacrymis exigere vellet. Nam licet illi compunctio cordis frequenter lacrymas excitaret, non tamen ei vnquam ſufficientes videbantur, niſi quòd in vltimo ætatis ſuæ anno hanc gratiam diu quæſitam, Domino largiẽte, promeruit, vt quotieſcumque vellet ploraret. Denique ex ipſis compunctiuis rebus, ex ſacrâ Scripturâ ſumptis, per omnes pſalmos propriam aptauit oratiunculam; quod ipſe pigmenta vocitare ſolebat: vt ei pſalmi hac de cauſsâ dulceſcerent; in quibus videlicet pigmentis, non punctionem verborum curabat, ſed compunctionem cordis tantùm quærebat: in quibus pigmentis aliquando Dei laudat omnipotentiam, & iudicium; aliquando ſemetipſum vituperat; aliquando Sanctos, qui Deo obediunt, beatificat; aliquando miſeros & peccatores luget, quibus omnibus ſemetipſum ſemper deteriorem. dicebat: quæ tamen, aliis canentibus cum eo, finito pſalmo ipſe ſolus tacitus ruminare ſolebat. Nec vlli ea manifeſtare volebat: quidam tamen noſtrûm, qui ei familiariſſimus erat, magnâ vi precum vix obtinuit ab eo, vt ei ipſa pigmenta, ſicut ille cantare ſolitus erat, dictaret. Quæ tamen ipſe conſcripta viuente eo nemini innotuit, ſed poſt obitum eius quibuſque legere volentibus exhibuit.

libros aſceticos conſcribit:

ſtudet cõpunctioni:

precibus ſibi ad hoc concinnatis:

60 Inter pſalmos autem cantandum frequenter etiam manibus operari ſolebat; nam his temporibus rete operabatur. De ipſis verò pſalmis diſpoſitum habuit, quos in die, quos in nocte cantaret; quos dum ſe ad Miſſam præparabat cantaret; quos dum diſcalceatus ad lectum ire volebat. Manè autem ſemper quando ſe calceabat, & lauabat manus, Litanias cantabat, & ſic ad eccleſiam profectus, tres aut quatuor Miſſas celebrari faciebat, ipſe aſtans & officium agens: ſtatuto tamen legitimo tempore in die publicam Miſſam, niſi aliqua ei incommoditas accidiſſet, ipſe cantabat.

Pſalmos per tempora diſponit:

Miſſas audit, celebrat:

61 In eleemoſynis verò dandis, quàm ipſe liberaliſſimus fuerit, quis enarrare potuerit, cùm omnia quæ habebat in Domini voluntate neceſſitatem patientibus ſubminiſtrare cupiebat? Vbicumque enim aliquem in neceſſitate poſitum ſciebat, ex quanto poterat eum adiuuare ſatagebat. Et non ſolùm in propriâ parochiâ, ſed etiam in longinquis regionibus poſitis ſubſidium ſui adiutorij miniſtrabat: ſpecialiùs tamen a hoſpitale pauperum in Bremâ conſtitutum habebat, ad quod decimas de nonnullis villis diſpoſuit, vt ibi cum quotidianâ ſuſceptione pauperum ægroti recrearentur. Per omnem epiſcopatum ſuum decimas animalium & omnium reddituum, decimaſque decimarum, quæ ad eum pertinebant, in pauperum expenſionem diſtribuebat: & quidquid argenti vel cuiuſlibet cenſus illi proueniebat, in vſus indigentium decimabat. Inſuper in quinto anno omnium animalium, licet anteà decimata fuerint, ad eleemoſynarum dationem iterum ex integro decimationem faciebat. De argento etiam, quod ad Eccleſias in monaſteriis veniebat, quartam partem ad hoc ipſum deſtinabat. Curam ergo pupillorum & viduarum maximam ſemper habebat: & vbicumque anachoretas eſſe ſciebat, ſiue viros, ſiue fœminas, frequentibus viſitationibus & donis ipſos in Dei ſeruitio confortabat, & neceſſariis ſubſidiis adiuuare ſtudebat. Habebat quoque in zonâ propriâ ſemper ſacculum cum nummis, vt, ſi quando egens veniret, & diſpenſator eleemoſynæ ſuæ deeſſet, ipſe ſine morâ, quod daret, haberet. Studebat enim illud Beati Iob dictum per omnia implere, vt nec ſaltem oculos viduæ aliquando expectare faceret: Sicque & oculus cæco & pes claudo & pater pauperum omnino eſſe ſtudebat. In Quadrageſimæ verò tempore quatuor pauperes quotidie in Bremâ ad eſcam ſuſcipi iubebat, duos ſcilicet viros & duas fœminas, & viris quidem ipſe cum Fratribus pedes lauabat; fœminis autem in prædicto hoſpitali pauperum, vice illius, quædam Deo ſacrata, quam ipſe in Dei voluntate & religionis amore probatam habebat. Denique cùm parochias more epiſcopali circuiret, antequàm ipſe ad conuiuiũ accederet, pauperes præcipiebat introduci: quibus aquam etiam ad manus lauandas exhibebat, & eulogiis datis miſcebat, & mensâ ante ipſos poſitâ, ſic demum ad conuiuium ſuum cum hoſpitibus accedebat. Et vt miſericordiæ ac pietatis eius viſcera exemplis approbemus, vidimus quondam, cùm inter multos alios cuiuſdam viduæ filium in longinquâ regione captiuum abductum, in Sueonum videlicet, pretio redemptum, ipſe ſecùm ad propriam reduxiſſet; & cùm ipſum mater ſua gaudens videret reuerſum (ſicuti mos eſt fœminarum) præ gaudio in conſpectu eius aſtans lacrymata fuiſſet; ipſe quoque Epiſcopus compunctus non minùs flere cœperit, ſtatimque filium ipſum viduæ libertate donatum matri reddidit, domumque gaudentes ire permiſit.

eleemoſynis iuuat pauperes,

a

pupillos, viduas, anachoretas,

eorum pedes lauat:

captiuum redemptũ matri flẽti flẽs reddit.

Iob 31. 16

a *Ex eo hoſpitali Capitulum dein Canonicorum fuiſſe erectum templo S. Anſchario dicato, antè diximus.*

CAPVT XVI

Illuſtrationes diuinæ. Miracula.

62 ET quia conuerſatio eius, ſecundùm B. Paulum Apoſtolum, ſemper erat in cœlo, nonnumquàm ipſe cæleſtibus reuelationibus, ſicuti iam præfati ſumus, licet multa omiſerimus, illuſtrabatur in terrâ, ita vt ferè omnia, quæ ei prouentura erant, anteà ſemper, ſiue per ſomnium, ſiue per intimam reuelationem in mente, ſiue per exceſſum, ipſi cognita fierent. Nam quod diximus fieri in mente, huiuſmodi eſſe putamus, ſicut in Actibus Apoſtolorum legitur: Dixit, inquit, ſpiritus Philippo. Ad omnia enim, quæ fortè præcipua definire debebat, ſpatium cogitandi habere volebat, & nihil temerè diſponebat, antequàm gratiâ Dei illuſtratus, ipſe in mente ſuâ ſentiret quid melius eſſet: ſicque ſupernâ viſitatione certificatus in mente, ſine cunctatione quæ agenda erant diſponebat. Porrò ea quæ per ſomnium videbat, ſicuti iam ſuperiùs multa comprehenſa ſunt, tam vera erant, vt numquàm ea caſſata reminiſcamur. Nam, ad probationem huius rei omiſſa referamus, antequàm ad Bremenſem inuitaretur Eccleſiam, quadam nocte viſum eſt ei, quòd veniſſet in quamdam regionem amœniſſimam, in quâ inuenit B. Petrum Apoſtolum; cumque illum admiraretur, veniunt quidam homines petentes, vt ipſe, Beatus videlicet Petrus, eis Paſtorem & Doctorem deſtinare deberet: quibus cùm ille reſpondiſſet: Iſte eſt, quem debetis habere Paſtorem, Dominum Epiſcopum coram ſe ſtantem proponens; viſum eſt ipſi quòd terræ motus fieret magnus, & ipſe in terram ceciditſſet, & quòd veniſſet vox ſuper eum, & magna ſuauitas in mente, vnctio videlicet Spiritus ſancti, ita vt ſe quaſi innouatum ſentiret in gratiâ Chriſti. Vox verò quæ venit quaſi benedictionem ſuper eum fudit. Poſthæc iterum, ſicut ipſi videbatur, iam dicti viri admonuerunt Apoſtolum, quòd eis Doctorem quemlibet deſtinaret (contrarij enim eſſe videbantur iis, quæ ille eis antè propoſuerat) quibus ille quaſi indignando reſpondit: Nonne dixi vobis, quia hic eſſe deberet, qui in præſentiarum ſtat: quid dubitaſtis? nonne audiſtis vocem ſuper eum Spiritus ſancti ad hoc delapſam, vt eum vobis conſecraret Paſtorem? quo dicto, ſomno expergefactus,

Phil. 3. 20

Reuelatione diuinâ futura cognoſcit:

Act. 8. 29

in viſione agnoſcit à S. Petro ſe Paſtorem & Doctorem dari.

A gefactus. Quod triennio antè viderat, quàm ad Bremenſem regendam inuitaretur Eccleſiam, certus omnino factus eſt, quòd alicubi in nomine Domini iro deberet, ſed quò, neſciebat. Poſtquàm verò regio iuſſu ad Bremenſem Eccleſiam venit, & eam in honore S. Petri conſecratam didicit, & nonnullos quoque ibi inuenit, qui euin non hbenti reciperent animo, recordatus eſt viſionis ſuæ, hacque de cauſsâ conſenſit, vt illam regendam ſuſciperet diœceſim. Nam aliter numquàm ſe hoc facere voluiſſe, atteſtando dicebat.

Bremenſibus

63 Eo quoque tempore quando cellam prædictam Turholt habuerat, quoniam omnis ei cura de vocatione Gentium erat, vt eis in ſuâ legatione prodeſſe poſſet, nonnullos pueros, ex Northmannis vel Sclauis emptos, in eadem cella, cauſsâ diſcendi, ad ſacram militiam nutriendos *a* poſuerat. Quorum quoſdam prædictus Reginarius, quando illi cella ipſa *b* data eſt, inde abſtulit, & ad ſuum ſeruitium miſit. Quâ de cauſsâ cùm nimiùm eſſet Domnus Epiſcopus anxiatus, poſt paullulum viſum eſt illi, quòd veniſſet in quamdam domum, inueniſſetque ibi & venerandum Regem Carolum & ipſum Reginarium. Quos ipſe, vt ei videbatur, de iſdem pueris increpauit, aſſerens quòd

præuiderit ab Turholtam ablatam

a

b

B eos ad Dei omnipotentis ſeruitium nutrire diſpoſuerat, non vt Reginario ſeruirent. Quo dicto, viſum eſt ei, quòd idem Reginarius leuato pede ſuo ad eos calcitraret Domni Epiſcopi. Denique hoc facto, mox viſum eſt ei, quòd Ieſus Chriſtus prope eum adſtaret, dicereteque Regi præfato pariter & Reginario: Cuius, inquit, hîc hominem vos tam turpiter dehoneſtatis? Scitote, quia iſte Dominum habet, & vos de hac cauſsâ non eritis immulctati. Quo dicto ipſi exterriti facti conturbati ſunt: Domnus verò Epiſcopus euigilauit. Quod illi oſtenſum quàm verum fuerit, teſtatur vltio Diuina, quæ ſuper ipſum venit Reginarium. Nam non multò pòſt iram Regis meruit, & cellam ipſam vnà cum omnibus, quæ ex parte Regis habebat, perdidit. nec vlteriùs in gratiam priſtinam redire potuit.

Comitem Reginariũ puniendũ:

64 Verùm de paſtorali eius gratiâ, qualis quantuſque extiterit, præteriſſe ne videamur: in illo certè probauimus, quàm verum ſit, quòd B. Gregorius in figurâ paſtorum; qui in natiuitate Domini ſuper gregem ſuum vigilabant, de Paſtoribus Eccleſiæ dixit: Quid eſt, inquit, hoc, quòd vigilantibus paſtoribus Angelus apparuit, eoſque Dei claritas circumfulſit; niſi quòd illi præ ceteris videre ſublimia merentur, qui fidelibus gregibus præeſſe ſollicitè ſciunt? Dumque ipſi piè ſuper gregem vigilant, Diuina ſuper eos gratia largiùs coruſcat. In omni enim actione illius gratiam Dei

ob ſolicitudinem paſtoralẽ erga ſubditos

Homilia 8 in Euang.

gratiâ Dei excitatur,

C cum eo comitaſſe multis experimentis probauimus. Nam quòd ipſe ſuper gregis ſui cuſtodiâ ſollicitus, multa ſublimia videre promeruit, & in mente ſuperna frequentiùs viſitatione inſpiratus ſit, ſuperiùs iam in multis comprehenſum oſtendimus. Denique etiam exteriùs gratiâ Dei in eo largiùs coruſcante, ſermo quoque prædicationis illius multâ ſuauitate perfuſus, partim erat horribilis, vt certò probaretur indicio, infuſione ſpirituali verba eius moderari: in quo miſcens terroribus blandimenta, vim Diuini prætenderet iudicij, in quo veniens Dominus: terribilis peccatoribus, & blandus apparebit iuſtis. Hac quippe gratiâ in verbis & vultu admirandus erat: ita vt eum potentes & diuites, maximè tamen contumaces & proterui terribilem attenderent; mediocres verò quaſi fratrem complecterentur, pauperes autem quaſi patrem piiſſimo venerarentur affectu.

in verbis ſuauis, & grauis,

65 Porrò licet ſigna virtutum, velut inſtrumenta iactantiæ, cautè fugeret, tamen eo non quærente & hæc ipſa non deerant: quòd euidenti probatum eſt indicio, quia ſcilicet mandatum Domini ex ore illius in irritum prolatum non ceſſit. Nam cùm quodam tempore in Friſiâ, in pago *c* Oſtergao, in die Dominicâ prædicaret populo, & inter alia prohiberet, ne quis in die feſto opus ſeruile exerceret; quidam illorum, vt ſunt contumaces & ſtolidi, domum reuerſi, quia ſerenus erat aër, in pratum euntes, collecto fœno aceruos fecerunt. Quibus factis adueſperaſcente die omnes illi acerui, qui eadem die facti fuerant, diuinitus igni conſumpti ſunt, illæſis illis permanentibus qui in anterioribus diebus in medio præparati conſtabant. Quo facto populi in circuitu manentes, fumum à longè cernentes, hoſtes adeſſe putantes, timuerunt valdè: ſed diligentiùs rei veritatem perſcrutantes, contumaciam nonnullorum probauerunt eſſe mulctatam.

Ctra monitũ eius

c

Aveto-RE S. Rembertо, ex MSS.

D *fœnum die feſto collectum igne cæleſti ardet,*

66 Nec ſilendum arbitramur, quia, cum quodam tempore gens Nordalbingorum plurimùm deliquiſſet, quorum delictum huiuſmodi erat, videlicet cùm nonnulli miſeri captiui de Chriſtianis, qui apud barbaros affligebantur, inde effugerent, & ad Chriſtianos venirent ad prædictos Nordalbingos, qui proximi noſcuntur eſſe Paganis, ipſi eos capiebant, & in vinculis ponebant: quorum alios iterum Paganis vendebant, alios ſuo mancipabant ſeruitio, aut alios Chriſtianis venumdabant. Cùm igitur hoc Domno innotuiſſet Epiſcopo, & de hac re nimiùm anxius eſſet, quòd in ſuâ diœceſi tantum nefas contigiſſet, ſed qualiter id emendari potuiſſet, non ſatis ratione colligebat; quoniam in

Chriſtiani à Nordalbingis capti,

E hoc nefandiſſimo ſcelere erant plurimi irretiti, qui potentes apud eos & nobiles habebantur. Denique cùm de hac re nimiùm eſſet anxius, quadam nocte Diuina ei apparuit conſolatio: videbatur namque illi, quòd Dominus Ieſus eſſet in præſenti ſeculo, ſicut olim fuit, quando ſuæ præſentiæ doctrinam & exempla populis prædicabat: viſumque eſt ei, quòd eſſet cum multitudine fidelium, & quòd ipſe Dominus Epiſcopus cum eo in eodem eſſet itinere lætus & gaudens; &, vt ipſi videbatur, erat in omnibus contumacibus terror diuinitus illatus, & ereptio fiebat oppreſſorum, & quies magna in omnibus: ita vt nihil contrarietatis in ipſo videretur eſſe itinere. Poſt hanc itaque viſionem confirmatus, ad prædictum populum ſuum ipſe parauit profectionem, eâ videlicet volantate, vt & miſeros, qui irrationabiliter ſeruituti addicti fuerant & venditi, quoque pacto liberaret; &, ne in poſterum aliquis tantum malum committere auderet, cum Domini gratiâ prohiberet. In quâ profectione tantam illi Dominus gratiam conceſſit, tantumque auctoritatis eius contumacibus terrorem incuſſit, vt, licet eſſent nobiles & malè potentes, nullus tamen illorum, ſuo impe-

abſo, viſione cæleſti ſi recreato,

liberârat.

tio auderet contradicere: ſed quærebantur miſeri, vbicumque venditi fuerant, & donati liberrate, dimittebantur: vt irent quocumque vellent. Inſuper, ne vlla fraus in futurum pro eadem re obtenderetur, conuentionem talem fecerunt, vt non iuramento nec teſtibus ſe vllus eorum, qui in prædictâ rapacitate maculati fuerant, defenderet; ſed iudicio omnipotentis Dei ſe committeret aut ipſe, qui pro tali ſcelere impetebatur, aut certè captiuus, quem alius impetebat. Hoc ergo facto in ipſo itinere Dominus veraciter exhibuit, quod fidelibus pollicitus eſt, dicens: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Tantâ proſperitate & gaudio iter illud perfecit, vt quidam cum eo comitantes dicerent, numquàm ſe in vitâ ſuâ tam bonum & tam ſuaue iter egiſſe.

F

Matth. 28.20

67 Quanti verò orationc illius & vnctione olei ſanati ſunt, enumerare non poſſumus. Hoc enim multorum aſſertione comperto, certatim ad eum non ſolùm de ipſius diœceſi, ſed etiam de longinquo veniebant ægrotantes, medicinam ab eo ſalutis poſcentes. Ipſe tamen hæc omnia ſemper occultari maluit, quàm vulgari. Nempe cum de huiuſmodi virtutum ſignis aliquando coram eo fieret ſermo, ipſe cuidam ſuo dixit familiari: Si dignus eſſem apud Deũ meum, rogarem quatenùs vnum mihi concederet ſignum, videlicet vt de me ſuâ gratiâ faceret bonum hominem.

cluſ ſuos ſanitas re-ſtituta.

AVCTORE S. REMBERTO, EX MSS.

a *Anno 837 S. Anſcharium profectum fuiſſe Torholtum ſcribit Stadenſis in Chronico: meminit eiuſdem itineris Adamus.*
b *Circa annum 844. de Reginario ſuprà egimus.*
c Oſterga, Aſterga, Oſtringia, Oſtergaus pagus *in Comitatu Embdano, de quo ſuprà actum.*

CAPVT XVII

Morbus, obitus, ſepultura.

Martyr totâ vitâ,

68 PRætereà cùm talis ei eſſet vita, in infirmitate tamen corporis proprij penè aſſiduè laborabat, omnis quippe vita eius ferè martyrium fuit. Quippe in laboribus plurimis infra diœceſim propriam, propter incurſiones & deprædationes barbarorum, nec non & contradictiones malignantium, inſuper & cruciatione propriâ, quam ſibi ipſe in corpore ſuo pro amore Chriſti numquàm ceſſauit inducere. Sed quid facimus, qui poſt tot dulcia & ſalubria illud cogimur referre, quod ſine noſtro luctu non valemus explicare? Nam ætatis ſuæ anno ſexageſimo quarto, Epiſcopatus verò trigeſimo quarto, graui cœpit corporis morbo laborare, dyſenteriâ ſcilicet iugi, quâ cùm per multos dies, menſibus videlicet quatuor & ampliùs, acriter laboraret, & ſe ad mortem vrgeri ſentiret, ſemper Deo gratias agebat, minoremque ipſum laborem eſſe dicebat, quàm ſua mereretur iniquitas; illud Beati Iob ſæpiùs decantans: Si bona ſuſcepimus de manu Dei, quare mala non ſuſcipiamus? Tamen ſe propter ſupradictas viſiones martyrio potiùs quàm tali infirmitate credebat conſummari, triſtis admodum factus, ſibimet ipſi & peccatis ſuis cœpit reputare, quòd quaſi ſpe certiſſimâ, ſuâ eſſet culpâ defraudatus: illudque Pſalmi ſæpius decantans: Iuſtus es, Domine, & rectum iudicium tuum, quem videlicet mœrorem cum ſuo fideliſſimo *a* diſcipulo, qui ei conſcius, querendo reuelaret, & eum ipſe conſolari intentiùs ſtuduiſſet, dicens, quòd non ei promiſſum fuiſſet, vt gladio trucidaretur, aut igne cremaretur, aut in aquâ necaretur; ſed vt cum coronâ martyrij ad Dominum venire deberet; nullatenus tamen conſolationem recipere potuit. Denique cùm ſæpius de eadem re cum diſcipulo ſuo, qui ei conſcius penè in omnibus fuit, colloqueretur; & ſummopere ipſum conſolari voluiſſet, ad memoriam eius reuocare ſtudens, quantam in Dei ſeruitio ſuſtinuerit quantamque corporis ſui pertulerit moleſtiam, & quòd etiam ipſa infirmitas nouiſſima grauis nimiùm & diuturna, & ſatis ipſi pro martyrio reputari potuiſſet; ipſe tamen nullo modo conſolationem recipiens, ſed in ſupradicto manebat mærore.

ob vitam martyrio non conſummandã triſtitia, Pſal. 118. 137

a animatur à S. Remberto,

ager dyſenteriâ,

B

Iob 3. 10

C

69 Vnde factum eſt, vt Dominus ſeruum ſuum, non iam vt prius per ſomnium; ſed apertiùs conſolari dignatus ſit; quatenus tanto mœrori ſuæ gratiæ præſtaret remedium. Nam, cum quadam die ad Miſſam in oratorio conſiſtens, pro hoc ipſo nimiùm ſollicitus eſſet, ſubitò in exceſſum mentis raptus, audiuit vocem quaſi vigilans, quæ ipſum vehementer increpabat, quòd nullatenus de Dei promiſſione dubitare debuiſſet, quaſi aliqua iniquitas Dei potuiſſet pietatem vincere. Firmiſſimè crede, inquit, & nullatenus dubites, quia vtrumque tibi Deus ſuâ gratiâ faciet, id eſt, & peccata dimittet, pro quibus modò ſollicitus es, & omnia quæ promiſit implebit. Quâ conſolatione ſuſceptâ, ipſe quoque conſolabatur ſemetipſum: & exinde ſollicitiùs quæque in diœceſi ſuâ procurando cœpit diſponere. Inſuper priuilegia Apoſtolicæ Sedis, quæ erant de legatione eius facta, in multis libellis iuſſit deſcribere, & per omnes penè Domni Ludouici Regis Epiſcopos deſtinare. Ipſi quoque Regi Lothuuico, filioque eius æquiuoco, hoc ipſum dirigens, addens & ſui nominis litteras, quibus poſtulauit, vt hæc in memoriam haberent, ſimul etiam, prout dictaret res, adiutorio eſſent, quatenùs legatio ipſa, Dei auxiliante gratiâ, & ipſis adiuuantibus, fructificare & creſcere in Gentibus potuiſſet.

voce cælesti admonitus,

conuerſionem Gentium Epiſcopu & Regibus commendat.

D

70 Porrò cum iam per tres menſes continuos, prædictâ laboraret infirmitate, & Epiphania Domini tranſiſſet, optare cœpit, quatenùs eum in Purificatione ſanctæ Mariæ ad Domini gratiam tranſire liceret. Quâ ergo feſtiuitate appropinquâte, præcepit Clero & pauperibus conuiuium præparare, vt in ipſo ſanctiſſimo die epularentur. Iuſſit etiam, vt tres fierent cerei magni ex ſuâ ſpeciali cerâ. Quibus factis, in ipsâ vigiliâ prædictæ feſtiuitatis fecit eos ante ſe ferri, & vnum ante altare S. Mariæ accendere præcepit, alterum verò ante altare S. Petri, tertiam ante altare S. Ioannis Baptiſtæ, optans vt ipſi eum de corpore ſuſciperent egredientem, qui in ſupradictâ viſione olim eius fuerant ductores. Ceterùm prædictâ infirmitate ita erat fatigatus & attritus, vt penè iam in corpore eius nihil remaneret, exceptis oſſibus neruis ligatis & corio tectis. Attamen ipſe ſemper in Domini laude ſe exercebat. Illuceſcente verò iam dictæ feſtiuitatis die, pro eo Miſſas ſicut quotidie ſoliti fuerant, cuncti qui adfuêre Sacerdotes, celebrarunt. Ipſe verò ordinare cœpit, qualiter ad populum fieret ſermo, aſſerens ſe nihil eodem die guſtaturum, donec publica finiretur Miſſa. Quâ finitâ cùm parumper comediſſet & bibiſſet, per omnem diem ſtudioſiùs ſuos commonere, & ad Domini ſeruitium accendere ſtuduit; nunc communiter, nunc ſigillatim quemque, prout poterat, ad Diuinum animans ſeruitium: maximè tamen eius cura & ſollicitudo fuit de ſuâ legatione ad Gentes: noctem quoque ſequentem in talibus admonitionibus perduxit continuam.

in Purificatione B. Maria

tres cereos accendi curat,

E

vltimò ſuos monet.

71 Fratres verò, qui aderant, cùm litaniam facerent, & pſalmos ex more pro eius exitu decantarent, admonuit ipſe, vt etiam hymnum ad laudẽ Dei compoſitum, id eſt, Te Deum laudamus, pariter cantarent, fidẽ quoque Catholicam à B. Athanaſio compoſitam. Manè verò facto omnibus, qui aderant, Sacerdotibus ſacra ſolemnia Miſſarum pro eo celebrantibus, Dominici corporis & ſanguinis communione perceptâ, eleuatis manibus precabatur, vt, quicumque in eum quoquo modo peccaſſet, Diuina ei hoc pietas dimitteret. Deinde verſiculos iſtos cœpit frequentiùs repetere. Secundùm miſericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine. &, Deus propitius eſto mihi peccatori. &, In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum. Cùm hæc ipſe ſæpius repeteret, & frequenti anhelitu iam ea frequentare non valeret; cuidam Fratri præcepit, vt hæc eadem vice illius frequentando cantaret, ſicque oculis in cælum intentis, Domini gratiæ cõmendatum ſpiritũ exhalauit. *b*

moribũdus petit legi Te Deum laudamus, *ſymbolum S. Athanaſij: communicat:*

F

moritur.

b ſepelitur magno omnium luctu,

72 Cuius corpore ex more curato, feretroque impoſito, cùm ad eccleſiam deferretur, iterati viſus eſt luctus omnium, & vox vna plangentium, maximè tamen Clericorum, orphanorum, viduarum pupillorum & indigentium. Quamuis enim de illius ſalute non ſit dubitandum, quis Religioſorum aut fidelium ſe à fletu continere poterit, cùm ille nos deſolatos reliquerit, in quo ſolo penè omnium antiquorum vigebant exempla Sanctorum? Siquidem, vt ab ipſo electorum omnium capite incipiamus, Chriſtum inopem inops ipſe ſecutus eſt, cum Apoſtolis omnia dereliquit, & cum S. Ioanne Baptiſtâ primæuum tempus à turbarum frequentiâ remotum ducens, monaſterij ſolitudinem expetiit: videlicet cùm temporis proceſſu quotidiano profectu excreuiſſet, & de virtute in virtutẽ iuiſſet, vas electionis ad portandum Chriſti nomen coram gentibus, cum beato Apoſtolo Paulo, deputatus: paſcendarum Chriſti ouium poſtmodùm curam, cum Principe Apoſtolorum Petro, ſuſcepit: in quo regimine qualem ſe quantumque exhibuerit, hoc vel maximè probare videtur, quòd inter cælum & terram medius, inter Deum & proximum ſequeſter, nunc Diuinæ vi-

imitator fuit Chriſti, & Apoſtolorũ;

ſioni

A sioni & cælestibus reuelationibus intererat, nunc commissorum sibi actus & vitam disponebat, ad quas actiuè & contemplatiuè geminas alas ideò ipse sufficiebat, quia cùm mundicordes soli, iuxta Euangeliorum fidem, Dominum credantur visuri, ipse virgo ab eo electus, cum sancto Apostolo & Euangelistâ Ioanne, & mente & corpore virgo in æuum permansit. & tantâ insuper ad cunctos caritate tenebatur, vt cum beato Protomartyre Stephano etiam oraret pro suis persecutoribus. O verè beatum & omni laudis præconio dignissimum virum, quem talem ac tantum imitari, quem solum plurimorum, tot simul habere virtutes contigit! qui mente sanctus, & corpore castus, cum Virginibus, Agnum, quocumque ierit, sequetur: qui semper in confessione Christi perseuerans, gloriosum admodùm inter Confessores locum habebit: qui in sublimi illâ cum Apostolis Iudicum sede in regeneratione sessurus est, ac mundum, quem contempserat, iudicaturus, & cum Martyribus iustitiæ coronam & palmam martyrij adepturus.

Matth. 5.8

& reliquorum Sanctorũ:

73 Martyrij duo genera esse constat, vnum in pace Ecclesiæ occultum, alterum persecutionis articulo ingruente manifestum: vtrumque voluntate tenuit, ad
B alterum effectu peruenit. Quia enim quotidie semper lacrymas, vigilias, ieiunia, carnis macerationem, & desideriorum carnalium mortificationem in arâ cordis Deo mactabat, martyrium profectò, quod pacis tempore non potuit, voto consecutus est. Quia verò ad apertum corporis martyrium persecutoris sibi animus non defuit, quod opere minùs potuit, voluntate adeptus est. Quamuis hoc quoque martyrium opere eum habuisse omnino negare nequeamus, si tantos eius pro Domino labores, iuxta Apostolum, attendamus, in itineribus sæpè, periculis flaminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus: in labore & ærumnâ, in vigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate: præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia eius quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmabatur, & ipse non fuit infirmus? Quis scandalizabatur, & ipse non vrebatur? Qui ergo tot ac tantis est pro Domino & corporis aduersitatibus & animi æstibus excoctus, quomodò Martyr esse iure negabitur? Nam si sola vita per passionem terminata martyrio deputaretur, nequaquam sanctum Euangelistam Ioannem calicem suum Dominus bibiturum esse testaretur, quem minimè vitam martyrio finiuisse scimus. Proinde si illum iuxta Dominicam sententiam
C inter Martyrum numerum adscribendum esse non dubitamus, de eo quoque, quem præmisimus, sancto planè ac beato admodùm viro omnino ambigere non debemus. Martyr enim fuit, quia iuxta Apostolum & ipsi mundus & ille mundo crucifixus erat. Martyr fuit, quia inter diaboli tentamenta, inter carnis illecebras, inter persequentes Paganos, inter obsistentes Christianos semper imperterritus, & immobilis, & inuictus in Christi confessione vsque ad exitum vitæ permansit. Martyr fuit, quia dum Μάρτυς testis dicatur, ipse Diuini semper verbi & Christiferi nominis extitit testis. Quâ in re nemo miretur eum ad hoc, quod summo ipse desiderio optabat, &c sibi repromissum putabat martyrium non peruenisse; quia nec hoc sibi pollicitum iuxta huius nominis interpretationem probatur. Et certè poterat in accepto corporis martyrio aliqua fortè suæ menti elatio subrepere: quod vt caueretur hoc Diuina prudentia & spopondit & concessit; videlicet vt meritis suis nihil minueretur, & humilitati, quæ omnium est custos virtutum, prouideretur.

Martyr voto & voluntate,

quidni opere,

2 Corint. 11. 26 *&c.*

instar S. Ioannis Euangelistæ,

Galat. 6. 14

74 Quocircà, quia iam ex his, quæ superiùs commemorauimus, claret, quantæ vir iste sanctitatis, quanti apud Deum meriti fuerit; restat, vt, sicut ipse Christi imitator in omnibus fuit, sic nos quoque eius imitatores esse studeamus. Sic quippe fieri quibit, vt & ipso semper vsque ad consummationem seculi nobiscum viuere possit in terris, & nos post præsentis vitæ transcursum cum eo in cælis viuere mereamur. Viuet namque nobiscum in terris, si eum vitæ sanctitas & doctrinæ recordatio nobis repræsentati viuemus nos cum ipso in cælis, si eius exempla sequentes, ad eum semper toto desiderio, & totâ virtute tendamus, ad quem nos ille præcessit, Iesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

eius virtutis imitanda.

AVCTO-RE S. REMBERTO, EX MSS. D

a *Hunc fuisse S. Rembertum scriptorem huius Vitæ probauimus §. 3.*

b *Reliqua desunt in MS. Hamburgensi apud Philippum Cæsarem & in MS. Budecensi. Huius loco nonnulla Cranzio subiungebantur, quæ Chronologiam concernebant.*

ALIA VITA METRICA

Auctore Gualdone monacho Corbeiæ Veteris,

Ex MS. Parisiensi monasterij S. Germani de Pratis.

a PROLOGVS AVCTORIS.

RIncipium *b* libri lacrymas habet: Acta notandum
Dulce tuis Alberte, decus, iubar igne vaporum,
Ecclesiæ turris, regni diadema decorũ,
Gloria Pontificum, Regum venerabile numen.
Quod tibi mater init, Corbeïa, sume volumen.
Id tamen antè tui sibi direxêre priores,
Sed non illa suos acuit scriptura tenores.
Per planum discurrit iter sermone pedestri:
Non semper tumulos moderamine flectit equestri.
Scanditur hæc senis pedibus, modulante Thaliâ,
Quam petimus, ne vestra velit reprobare sophia.
Hæc pro pignoribus collatis dona rependit,
Cuius ab vberibus felix puer ille pependit,
Qui lac saluificum Scythico stillauit in orbe,
Primus & in vestrâ surrexit Episcopus vrbe.
Quàm speciosa fuit tua, mater sancta, iuuentus,
Cuius adhuc vernat iam canis sparsa senectus!
Qualis erat, cùm Regis opes Adalardus & aulas
Respuit, atque tuas albo cum vellere caulas
Ingrediens, primoque gradu surrexit ab vno!
Hic tibi *c* Radbertum genuit; sapientia cuius
Guttura ditauit, dociles ingressa recessus,
Contra Catholicos ne sibilet impius anguis:
Verus in altari Christi de corpore sanguis
Stillat, & occisi pro mundo carnibus Agni
Vescimur in terrâ per quod reuocamur ad astra:
Fitque per hoc epulũ Domini mens nostra sepulchrũ.
Hanc Scripturâ fidem tenuit, quam condidit idem
Matris Corbeiæ Rector Paschasius ipse,
Tertius à primo decimus, sed quartus ab ipso,
Qui dedit *d* Ausoniis leges & fœdus in armis,
Regni præsidium, lux mundi, gloria Regum,
Et Pater, & custos, Adalardus nobilis Heros.
Hic tuus, Anschari, bonitate Magister in omni
Exitit, hoc dulces hausisti fonte liquores,
Queis irrorasti Sclauos, Danosque rigasti:
His aquilone rigens, coriscque minalibus arens,
Fota madet guttis, fœcundaque fruge salutis,
Erroris lolium contriuit humus Suëonum:
Inuia terrarum riuis potantur aquarum.
Stagnat enim fluuiis eremus, prius vsta pruinis;

Iuuis Corbeia Francica,

F

SS. Radberti,

6

d Adalardi,

& Ansharij.

AVCTORE GVALONE EX MSS

illustri arborum & virgiltorũ paradigmate

Pet deſorta tubent incultis ſentibus vuæ,
Gum ingiter redolet hgnum fælicis oinæ:
Cedrus odora, comis abies, ſublimis & vlmus
Collibus meubuere: venuſtat humillima buxus.
A Quæ neſcit labi conualles fronde virenti,
Fontibus irrigus diuini gratia roris,
Exprimitur, per quam reparatur langnidus Adam,
Per torrentis aquas fidei doct ina redundans
Ritè figuratur, eremi ſitis vnde rigatur,
Spina manum lacerat; Doctoris lingua cruentas
Cor delinquentis verbi mucrone potentis:
Quas Deus infundit, quas meus liqueſacta refundit,
De lacrymis animæ, pendent in ſentibus vuæ,
Contuſi myrtus quæ corporis alligat actus,
Exprimit afflictis affectum compatientis.
Myrtus membra fouet; compaſſio triſtia mulcet,
Pectore propellit curas, animumque reducit:
Et quid elemoſynæ ſpeciem niſi fructus oliuæ
Innuit, hęc flammas aſſumit ab arbore lampas.
Et dum diffuſis opibus miſeretur egenis,
Fructus elemoſynæ, liquor vt redolentis oliuæ,
Emicat ante Dei faciem ſplendore perenni.
Quæ cariem neſcit, quæ nullâ labe putreſcit,
B Quos virtus celebrat ſua, cedrus odora figurat:
Horum tota Dei domus halat odore ſuaui.
Qui meritis operum per ſigna potentia rerum
Chriſti pace vigent, nullâque putredine lucent,
Hirta comis abies ſublimi vertice nubes
Excreſcendo petit, cælumque cacumine tangit:
Quis tenet hanc ſpeciem, niſi qui trans æthera mentẽ
Vibrat, & in terris poſitus caput inſerit aſtris?
Vlmus opacat humum per frondea brachia, fructum,
Non habet ipſa, tamen portat cum germine vitem:
Diuitiis mentes vt frondibus exuberantes
Et mundi culmo portendi rerum ab vlmo:
Sed quamuis terræ famulantes, germina ferre
Virtutum nequeunt, iuſtis vmbracula fiunt;
Quos dum ſuſtentant botrum cum palmite portant.
Buxus nec fructum præfert, neque creſcit in altum:
Eſt tamen hirtarum fœcunda virore comarum:
Imbecilla per hanc ſpeciem prorenditur ætas:
Quæ ſi cum fructu non tollit ad alta cacumen,
Sed tamen æternum fidei tenet ipſa virorem.
Quid virgulta per hæc diſcurrit ſermo poëtæ,
indicat Danorum conuerſionem Quidue per exceſſum perſtringit verba Prophetæ?
Rite ſub arboribus typicum paradigma ciemus.
Namque per Anſcharium Dominũ plantaſſe videmus
C In Danis hortum virtutis odore refertum.
Cum cedro ſpinam, cum mirto ſeuit oliuam:
e Hæc fragrat, hæc pungit; micat hæc, ea membra *e*....
Nam redolet virtus, ſit enim correctio clauus
Fit medicina dolens, miſerans iubar, & liquor vngens,
Alta petens abies, vlmus frondoſa, vireſcens
Buxus, vt accumulent horti, ſpecioſa cohærent:
Hæc Theoria videt, hæc vitis ab arbore pendet,
Hæc viret alma fides, quæ nec ſub ſidere cancri
Æſtuat, hiberno nec marcet frigore Tauri.
Ergo per Anſcharium glacialis & inuia tellus
Danorum, Domini frondeſcit vti Paradiſus:
Occidit vmbra nocens, feralis ſilua comantes
Ramos depoſuit, luci cecidere vacantes,
Vſibus errorum latebræ patuêre magorum,
Exceſſit cultura deũm polluta cruentis
Officiis: pecudum iam non furit augur in extis:
Omnis in Eccleſiæ populus Sacramenta cucurrit,
Reppulit omne nefas, Chriſto ſua colla ſubegit.
Imperat in terris Deus, exulat inuidus anguis.
At qui barbariem domuit, qui propulit hoſtem,
Signifer & Domini præcurſor in vrbe Bremenſi
laus Alberti Archiep. Hamburgenſi. Tranſque Albim regnat, ſed Gallica rura ſerenat,
Pignoribuſque ſuis ditat cunabula matris.
Vnde, Pater, dignè grates, Alberte, referre
Non tibi ſufficimus; meditari quippe nequimus
Quid de te primum ſit nobis commemorandum. D
Si genus occurrit, *f* Regum de ſanguine prodit *f*
Stirpis origo tuæ: ſed nobilitatis opimæ
Fultus apex titulis, tranſcenditur indole mentis:
Præminet imperio ditione Hierarchicus ordo:
Altior officij gradus eſt diademate regni.
Quamuis per Regem conſcendit honoris ad arcem,
Inſula Pontificis plus eſt, quàm purpura Regis.
Nil tibi detractum, nihil eſt, Alberte, negatum,
Gloria, nobilitas, ſpecies, decus, ampla facultas,
Progenies quæ prima putat mortalis, & ambit,
Omnia ſufficiunt tibi, nil fortuna reliquit,
Quo poſſit niti, quo poſſit opinio tendi.
Quæ partim conferre ſolet natura quibuſque,
Dona ſuæ cumulauit opis locupletnis in te.
Corporis eſt habitudo decens, iocunda ſenectus,
Cor prudens, mens ſancta, fluens dulcedine pectus,
Aſpectu frons læta ſuo, vox blanda loquentis,
Gratior in ſermone faui dulcore liquentis,
Affectu miſeris pietas effuſa benigno.
Larga manus, nulli vultu contracta retorto.
Ergo quid, alme Pater, reparati corporis Iſrael
Currus, & auriga, Chriſti libamen, & ara,
Tene leuem dicam nubem, reſidemúe columbam? E
Nil defraudabo tibi, nomen vtrumque vocabo.
Dum terris cedens, animo cæleſtibus hærens,
Abdita rimaris: hominum dum pectora guttis
Doctrinæ inroras, quaſi nubes æthera tranas.
Cùm verò refugis per turpia lucra rotari,
Nec coniues oculos per deuia quæque vagari:
Cùm mitis, placidus, non exardeſcis ira,
Ad propriam reſides ſine felle columba feneſtram.
Hæc ſuper vrbs Romana tibi ſacrauit honorem,
Legatum terram quem fecit in vlteriorem
Sedis Apoſtolicæ, primæque Vicarius vrbis:
Caſtra Dei metator habes in finibus orbis.
Sic tua maieſtas adeoque potentia creuit,
Vt rerum dominæ, quæ mundi regna ſubegit,
De ſolio Romæ confidat Epiſcopus in te;
Qui cælos reſerat, qui vincula cuncta reſoluit,
Auſpiciis, Patriarcha, tuis ad regmina ſurgit,
Ergo tuæ, perimus, memor eſto ſenilis alumnæ.
Ne tibuet, ſis turris ei roboreque columnæ, *illi Corbeiam commendas*
Quâ nihil in terris fuit excellentius vnquam.
Extulit hanc *g* Bathildis humo Regina puellam,
Fecit ei thalamum genitrix pulcherrima *b* Regum *g*
Pulchra ſubornauit gemmis; *i* Simonique dicauit *b*
Cum thalamo ſponſam; Petrus illi contulit aram, *i*
Libertatis opem, ſibi ne manus æmula dotem
Auferret per vim, vel eam ſubuerteret olim;
Nupta ſemel ſoli, poſt ſe non nuberet vlli;
Nec ſibi rivalis *k* Præſul foret Ambianenſis, *k*
Neue bonis ſponſæ præſumeret improbus eſſe.
Talibus auſpiciis centum quater hactenùs annis.
Altrix Anſcharij coniunx Corbeia Petri,
Quamuis pertulerit diſcrimen libera manſit. *l*
Verùm quæ quondam viguit quaſi libana cedrus,
Iam ſenio marcens dependet vt arida quercus.
Sed tamen hæret humo, nec turbine flectitur vllo.
Ergo manum prætende, libenter Epiſcopus vrbis
Romanæ decernet ei, quodcumque rogabis.
Talem ſe lætetur anus genuiſſe nepotem;
Quo tutante ſuam conſeruet libera dotem.
Maternis laribus ſacro de corpore pignus
Tranſmiſſum per te, fœdus renouauit vtrimque,
Quod Deus æternet nobis, omnique gubernet
Tempore, te mortis Pater, eripiendo periclis.
Contra naturam quem compulit eſſe Poëtam,
Gualdo tibi fidus, ſanctiſſime Præſul, amicos.
Tu, ne fortè ſcaber ſtylus, informisue character
Irruget nares doctas aut differat auras,
Corrige, tranſductis abolens errata licuris.

a *Prepo-*

A a *Præponebatur hic titulus poſteà potiùs adiunctus.* Vita S Anſcharij in Galliâ monachi, Bremenſis Archiepiſcopi, Sueuorum ceterorumque Septemtrioni ſubiectorum populorum Apoſtoli, in eaſque regiones à latere Legati, incipit ad Albertum itidem poſt eum in eaſdem plagas prædicationis cauſsâ horum populorum ſalutis deſiderio tranſportatum. *Hæc ibi. Porrò vſus Eccleſiæ Romanæ* Legatos à latere *nuncupat ſolos Cardinales extra Curiam miſſos: vt poſt Albanum, Azorium, alioſq; docet Barboſa, lib.* 1. *Iuris vniuerſi Eccleſiaſtici cap.* 4 *ſect.* 67. *aut certè ſi alius Papæ Officialis aut extraneus ſit, hoc exprimi debere in litteris Legationis docet Andreas Barbatius Tractatu de Cardinalibus Legatis in Præludio ſect.* 3. *De Adalberto ſeu Alberto Archiepiſcopo Hamburgenſi, Sueonibus ſeu Suecis, hîc Sueuis, & Archiepiſcopis, tum necdum Bremenſibus appellatis, antè egimus.*

Titulus præfixus.

Legatus à latere.

b *Vox* libri *decorat, ad titulum talem* c.tit. primi libri. *tranſlata, licet in libro opus non diuidatur.*

c *S. Paſchaſius Radbertus colitur* 26 *Aprilis. Liber eius de corpore & ſanguine Chriſti extat cum reliquis operibus à Sirmondo noſtro erutis. Illius meminit S. Gerardus in Vitâ S. Adelardi* 2. *Ianu. Eius corpus miraculis clarum eleuatum eſt à VVidone Epiſcopo Ambianenſi, tempore Gualdonis Poëtæ.*

S. Paſchaſij Radberti liber.

d Italiæ regnum, eiuſque Regem Pipinum iuniorem ad ſtatum Reip. & ad religionis cultum, vtiliter, iuſtè atque diſcretè informauit S. Adalardus... depoſitâque tyrannicâ poteſtate pacem Italis reddidit. *ita S. Radbertus in eius Vitâ cap.* 5. *Alludit Poëta ad libellum S. Adalardi de Ordine Palatij ab Hinc maro in Epiſtolâ de Regis inſtitutione explicatum.*

S. Adalardus Pipinum Regem informat.

e *Deeſt verbum* pertingit, *aut ſimile.*

B f *Adamo Bremenſi dicitur lib* 3. *cap.* 3 genere nobiliſſimus. *De eo ſuprà actum: & iterum* 19 *Februarij § 4 ad Vitam S. Remberti. Vir maior fuiſſet, ſi aulæ dignitates fugiſſet. Ei abblandiuntur Poëta, Adamus, Scriptores coæui.*

Adalbertus Arch. Hæburg.

g *De S. Bathilde fundatrice Corbeiæ egimus* 26 *Ianuarij.*

h *Chlotharij* III, *Childerici* II *& Theoderici: de quibus & S. Bathildis annus actum* 1 *Februar. ad Vitam S Sigeberti.*

i *S. Petro Apoſtolo, ad cuius honorem Corbeiam extructam diximus.*

k *Alludit ad priuilegium libertatis monaſterio Corbeienſi à Bertefrido Ambianenſi Epiſcopo, anno* VII *Chlotharij* III *conceſſum, tomo* 1 *Conciliorum Galliæ.*

l *Ergo ſcripta hac Vita anno circiter* 1065.

CAPVT I

S. Anſcharij pueritia, Tirocinium monaſticum, Viſiones.

Cap. 1. Præſulis Anſcharij tenet actus iſte libellus:
Qualiter altrici quondam tellure profectus,
Sidus vti rutilans, quod noctis nubila pellit,
Diſponente Deo, Danorum regna petiuit.
In tenebris mortis gens illa ſedebat & vmbrâ:
Mors erat errorum populis caligo profunda,
Propoſitio Poëtæ: Barbara ſacrilego cultu portenta colebant,
Horrendumque nefas ſub religionis habebant.
Nondum loſtitiæ ſol luxerat in regione:
Nullus adhuc liquidis baptiſmi merſus in vndis,
C Per Sacramenta piæ fidei deterſerat in ſe
Aut labem propriam, vel quam pater intulit Adam.
Ergo Dei penitus leges miſerabile vulgus
Ignorans, ſacris operam dabat impietatis.
Aſt opifex hominum, qui librat pondera rerum,
Te, Pater Anſchari, Deus illum miſit in orbem,
Inuocatio S. Anſchatij. Vt per te populi diſſolueret impietatem.
Ergo, beate Pater, ſtellanti ſede recepte,
In terrâ poſitis fer opem fidentibus in te.
Addere pauca tuis amor eſt epigrammata geſtis.
Vela damus pelago: votis, Pater alme, faueto.
Corbeiæ Patres in primis ritè ſalutant,
Diſcipuli Patris Anſcharij, gemitumque frequentant,
In partes animi fluctu pietatis aguntur,
Et nunc ad lacrymas, ad gaudia nunc rapiuntur:
Quòd Pater occubuit; quòd mortis debita ſoluit;
Plangunt & lugent; petiit quia ſidera, gaudent;
Vt ſit in exemplum lecturis vita per æuum,
Tradunt notitiæ bona quanta peregerit ipſe.

Arguit infantem leuitatis Virgo vacantem.

Cap. 2. Virtutum meritis primis excreuit ab annis.
Luſtrum fermè puer compleuerat, & ſua mater
Ceſſerat humanis, thalamis illata ſupernis.
Tradiderat natum pater artibus erudiendum.
Cum ſociis pueri pariter procliue vagantis
Arguit errantem per ſomnum viſio mentem:
Lubricus & limi locus humens labe tenaci
Infantem quadam ſopitum nocte tenebat:
Vt vix inde ſuum poſſet committere greſſum.
Sed via proptèr erat, mulier ſpecioſa per illam
Ibat, eam multas vultu formâque venuſtas
Vidit pone ſequi, matremque ſuam comitari.
Vt tenet agnus ouem, cupiebat adire parentem;
Sed palus obſtabat, greſſumque mouere nequibat.
Ac mulier, Sanctam quam credidit eſſe Mariam,
Dixit ei: fili, vis eſſe comes genitrici?
O ia mundanę leuitatis lubrica ſperne,
Sperne leuitatem, grauitatis habeto rigorem:
Nullus enim noſtri poterit collega videri,
Captus ludibrio, quod nos horremus. Ab illo
Tempore ſe totum puer immutauit in actum:
Vt vitæ ſpecies ſociis mirabilis eſſet.

Auctor RESGVALDONE, ex MSS.

D *Puer in viſione*

à Deipara auocatur à vanitate mundi:

Principis introitus monachi deterruit actum. Cap. 3.

Cæſariem tonſus poſt hæc, monachumque profeſſus,
Cœperat in ſtudiis ſancti torpere rigoris:
Cùm ſubitò Regem Carolum cognouit obiiſſe,
Et vitæ ſceptriſque modum ſimul impoſuiſſe.
Regis deceſſu grauis illum terruit horror,
Rurſus & in totis incanduit oſſibus ardor,
Rurſus amore Dei cœpit langueſcere iuſtus,
Prorſus cœpit ei florens areſcere mundus;
Venerat ergo dies omni pietate celebris,
In quo diſcipulos quondam ſacer imbuit ignis:
Nox erat, & ſomnus languentes ſoluerat artus,
Cùm ſubitò ſeſe moriturum cernit & ipſe,
Horreſcens mortem, Petrum vocat atque Ioannem.

E *monachus excitatur obitu Caroli Magni,*

Occurrunt hilares animæ Petrus atque Ioannes. Cap. 4.

Iamque per exceſſum de corpore raptus abibat,
Splendidioréque virum ſpecies & vultus obibat:
Ecce repentè viri formâ cultuque verendi
Apparent, vnus cano planoque capillo,
Iam ſenior, miti vultu, facieque rubenti;
Veſte coloratus, habitu breuis, & moderatus,
Indicio formæ Petrum cognouit adeſſe.
Alter erat longus, iuuenis, macer, ore ſerenus;
Fuſcâ cæſarie criſpus, barbatus, habenſque
Purpuream veſtem, quem credidit eſſe Ioannem.
Hi circumſtantes, animam per luminis auram
Ad quemdam duxêre locum, qui torridus igne
Flamminomo; verè ſibi purgatorius eſſe
Conſtiterat, nullo narrante quid eſſet. In illo
Demiſſus tot ſuſtinuit tormenta malorum,
Inter preſſuras denſoſque globos tenebrarum,
Immemor vt mundi vix ſufficeret meditari,
Quî tam difficilis potuiſſet pœna parari.

in extaſi ductus à SS. Petro,

& Ioanne,

F *patitur pœnas purgatorij,*

Offertur Domino, productus abigne vapore. Cap. 5.

At cùm per viſum triduo pateretur in vmbris,
Quod ſibi mille fuit ſpatium prolixius annis;
Ecce itetum rediêre viri, ſed ſplendidiores:
Qui circumſtantes immobiliterque meantes
Per calles incorporeos, in lumine puro
Ducebant animam, ſeu tetulit ipſe: Videbam,
Inquit, Sanctorum cœtus orientis in orbe,
Longè diuerſos, quoſdam viciniùs eſſe,
Hos procùl adſtantes; omnes tamen aſpicientes
Auroram, manibus tenſis orientis ad ortus:
Iſti ſummiſſis, reſupinis vultibus illi,
Numen adorabant, quod ſolis ab axe micabat.
Iam locus auroræ nos accipiebat, & eccè
Luminis ante fores ſecus introitum Seniores
Quatuor atque quater quini totidem reuerenter

ſuſcipiuntur cœleſti gloriâ,

Effulti

AVCTO. REGINALDONE EX MSS. Effulti ſolùs reſonabant cantica laudis,
Dulcis erat laus illa quidem, carmenque ſuaue:
Redditus at terris ea non potui retinere.

A Cap. 6. *In ſplendore Dei non eſt modus aſpicientis.*

Lucis inacceſſæ ſplendor mirabilis illic:
Sed vincebat idem iubar in ſpatijs horizontem,
Vt nec principium nec finem cernere poſſem.
Purpureí ſplendoris erat color atque ſerenus:
Inde pias animas ſatiabat grata voluptas.
Sed per circuitum quamuis acies oculorum
Iret, & in partes diuerſas volueret orbes;
& lumine immenſo, Quod tamen intus erat, viſu penetrare nequibam,
Exteriora videns, intrinſecus eſſe putabam
Luminis auctorem, lux vnde profunda ruebat,
Quâ per circuitum chorus ille ſacer radiabat.
In cunctis Deus vnus ibat, manus omnis in ipſo
b Sanctorum, ſupra quam b .. Deus intus & extra,
Omnia gyrabat Deus, idem cuncta regebat:
Non polus aut tellus nõ Cynthia, ſed neque Phœbus,
Hac in parte mihi penitus potuêre videri.
Nil ibi corporeum, nil materiale videntum,
Lux radijs aciem non impediebat ibidem.

Cap. 7. *Vox de martyrio ſonat, & non paret imago.*

B Quamuis ergo ſenes fulciri ſede putarem,
Attamen abſque throno chorus ille ſedebat in ipſo,
A quo lux rutilans quaſi fons manabat inundans:
Cuius erat ſpecies vt in arcu ſplendida nubes.
Cumque per immenſam Diuini luminis auram
Luminis ad fontem deductus fortè fuiſſem,
Omnipotentis vbi maieſtas eſſe videtur,
Martyr prædicitur futurus, Atque viri mecum ſummiſſis vultibus illud
Numen adoraſſent, tonuit fragor altus ibidem
Vocis clariſonæ, quæ verbum protulit ad me:
Huc cum martyrio victor rediturus, abito.
Hîc chorus obticuit, vox alta ſilentia fecit:
Nec vidi formam, quæ vocem protulit illam.

Cap. 8. *Digreſſu luget, reditus ſolamine gaudet.*

Hinc ergo digrediens, nimiùm triſtatus abibam
Sed de ſpe reditus, ſolamina concipiebam.
Porrò viri, placidè fixis obtutibus in me,
Me deducebant, & tam piè reſpiciebant,
Quò vultu tenero mater blanditur alumno,
Nil redeundo mihi, nil prorſus eundo locuti:
Corporis his ducibus ſic ſum per membra refuſus.
Hoc in progreſſu verumtamen atque regreſſu
Nec labor vllus erat, mora nec nos vlla tenebat:
C Quò tendebamus, quamquàm properanter, eramus.
Et licet ex tantâ videar dulcedine pauca,
Enarraſſe, tamen rerum depromere partem,
Quas animus ſentit, carnalis lingua nequiuit,
Nec mens ipſa capit, nec enim vis corporis haurit,
Auris, cor, oculus ſplendorem luminis huius.
Hæc iuſti mentem ſummæ virtutis ad arcem
Viſio promouit, cœpitque beatior eſſe.
Inque dies Domino ſe mortificando litare
ob ſui mortificationem. Martyr, vti roſeam poſſet contingere palmam,
Quam licet hoſtili non ille dicauerit enſe,
Per Crucis meritum Martyr fuit abſque cruore.

a *Hinc numeros incipimus, in quorum loca transferimus capita parua Auctoris: relictis eiſdem Capitibus, in quæ priorem Vitam diſtinximus.*

b *Deeſt verbum: forte* aderat. *In priore Vitâ*, quodammodò erat in omnibus.

CAPVT II

Præfectura ſcholarum in vtraque Corbeiâ. Viſiones.

Cap. 9. *Orat, Chriſtus adeſt: gemit, ille piacula delet.*

IN le magiſtratus regimen Præceptor adeptus,
Cùm Sanctum peteret Petrũ, clauſtrumue rediret,
Greſſum figebat, Sanctique Ioannis adibat
Priuatis aptum precibus lacrymiſque ſacellum:
Intus vt ſacram clàm ſe mactaret ad aram.
Ecce iam bis tropicum ſol voluerat aureus annum,
In ſomno à Chriſto apparente, Ex quo per viſum raptus fuit in Paradiſum:
Se procumbentem precibus cùm iuſſus eodem
Quadam nocte videt, ſed cùm diſcedere vellet,
Ecce per introitum veniebat vir venerandus
Schemate Iudaïco, procerus & ore coruſcus,
Cuius ab aſpectu ſplendor ſtillabat vt ignis,
Luminis indicio facies erat Omnipotentis:
Intuitus vultum, Chriſtum fore credidit ipſum,
Et nil cunctatus, pedibus prouoluitur eius:
Cumque iaceret humi, proſtratum ſurgere iuſſit.
Cùm ſtaret Domino coram reuerentiùs ergo,
Eius & ardentem conſpectum ferre nequiret,
E *peccata confeſſus,* Dixit ei blandè: Tua nunc delicta fatere:
Iuſtificeris vti: Non eſt opus, omnia noſti,
Ille refert, te nulla latent. Mihi cuncta pateſcunt,
Inquit, eoque mihi volo mortales profiteri,
Quatenùs abſolui valeant, veniamque mereri.
Ego repentè viro cum ſimplicitate profeſſus,
Omne quod à primis ſcelerum commiſerat annis,
Ne vereare, tuas, ego ſum, qui deleo culpas.
abſoluitur. Hæc vbi vox ſonuit, vir ſplendidus ille receſſit.
Ac Domini ſeruus ſomni torpore ſolutus,
Exultare ſibi veniâ peccata remiſſi.

Cap. 10. *Albo martyrij puerum videt attitulari.*

Contigit hæc inter, puerum quòd perculit alter
In caput è tabulâ mortis comitante ruinâ:
Qui perculſus erat, Fylbertus nomen habebat,
Hoc Pater Anſcharius ſomno mœrore ſolutus,
Illius Angelicis animam vectarier vlnis
Vidit ad æternam requiem, cæloque receptam,
videt puerũ Martyribus annumerati ob patientiam. Martyribus Chriſti fæliciter annumerari:
Et didicit, quoniam meruit patientia palmam.
Sic prælectus homo cæli ſecreta videndo,
Crebriùs in ſomnis proceſſit eò bonitatis,
Vt ſimul ignitum iubar & ſplendore coruſcum
F Abſcondi gremio modij non poſſet opaco.
Hoc ignorantes, cauſſam fortaſſe mouebit
Matrem Corbeiam quâ conditione reliquit,
Cum perſiſtendi Sacramentum fecerit illis.

Cap. 11. *Calica quo penetrat radio, terrena terebat.*

Sed ne præcipites euertat quæſtio mentes,
Haud leuitas hominem rapuit, nec religionis
Fregit propoſitum, patriis digreſſus ab oris.
In Corbeiâ Saxonicâ Cœnobium quoddam, nomen dixêre moderni
Corbeiam, dictam de nomine matris eorum,
Saxonum in terris, quas Viſera perluit amnis,
Regum progenies, & Regum nobilis hæres,
Exilio remeans Adalardus condidit Abbas,
Illuc Anſcharium direxit ad erudiendum,
Pignora prima ſuæ Corbeia matet alumnæ,
docet & concionatur. Quò turbis crebrò verbum Domini faciendo,
Vndique cùm ruerent, & templi ſepta replerent;
Ad Chriſti cultum formam dedit & documentum,
Nobilis ipſe Pater, populique locique Magiſter.

CAPVT

CAPVT III

Apoſtolatus Daniæ.

Cap. 12. *Regni primatus recipit Rex fonte renatus.*

REgibus interea Danis ineuntibus arma,
Priuatus ſceptris Herioldus fraude paternis,
Supplex Auguſtum Rex expetiit Ludouicum:
Herioldus Rex Danorum Eius vti per opem regni repararet honorem.
Regem magnificè derentum Cæſar apud ſe
Cœpit adhortari, ſuſcepto nomine Chriſti,
Fonte perennis aquæ lauacrum nouitatis adire:
Sic ope Francorum citiùs ſibi ſubueniendum,
Si foret in populis communio relligionis.
Tandem mollitus Diuino Numine Danus,
Baptizatur. Credidit, & liquidas fontis deſcendit in vndas,
Quem Cæſar niueis, vt mos eſt, induit albis,
Et Pater in lauacri natalibus extitit illi.

Cap. 13. *Mittere quis poſſit Cæſar cum Rege requirit.*

Auſpiciis opibuſque ſuis, altricibus oris,
Cæſar item profugum miſſurus ſceptra receptum.
B Vt direpta ſibi, ſolerter quærere cœpit,
cui redi-ſturo Sicubi fortè virum ſibi quis reperiret honeſtum
Ac pietate grauem, verbi virtute potentem,
Qui cum Rege libens prodiret, eique cohærens,
In ſermone Dei ſupereſſet iure Magiſtri,
Ingrueretque ſuis in dogmate relligionis.
Vnde Sacerdotem ſuper hac alioſque fideles
Comes quæritur Sacerdos. In cœtu Procerum re conueniendo ſuorum,
Cæſar huic operi ſibi quemlibet inſinuari
Orabat dignum, ſimul & procedere promptum,
Æternæ populis lumen proferre ſalutis.

Cap. 14. *Prodĕdo monachum VVala lætificat Ludouicum.*

Omnibus ergo virum ſe ſcire negantibus eſſe
Quemlibet, hoc pondus qui vellet ſponte ſubire,
Exul vt externis Regem ſequeretur in oris.
Abbas Corbeiæ veteris Wala proſilit antè,
Eſſe ſibi monachum faſſus, proferre paratum;
Vocatur S. Anſcharius: Si contingat ei, mortem pro nomine Chriſti;
Vitam, propoſitum, mores animi, quoque votum
Cùm laudauiſſet, docuit quòd idoneus eſſet
Clangere ſigna Dei, vexillum tollere Chriſti:
Se neſcire tamen num ſponte migraret in orbem.
Non tolerando moram, Cæſar præcepit ad aulam
C Acciri monachum, cui prouidus Abba quid actum,
Aut dictum foret, expoſuit: retulitque vocari
Cæſaris ad ſolium, quæ cauſſa coëgerit illum.
Anſcharius ſeſe facturum nauiter eſſe
Cuncta refert iniuncta ſibi pro nomine Chriſti.

Cap. 15. *Sanctus ineſſe ſibi votum profitetur eundi.*

Hinc vir ab Auguſto, coràm productus, abire
Vellet vtrùm cum Rege rogatus ad vltima terræ,
Iætus admittit, Per verbum Domini Danos euellere morti.
Hanc, ait, aggrediar conſtanti pectore pugnam.
Abbas inquit: Ego non hoc te faſce grauabo.
Quòd ſi ſponte ſubis, fas noſtri iuris habebis.
Arbitrium de te gratum mihi noueris eſſe.
Ille nihil Domini præponere ſe, inſit, amori:
Omnibus vltro modis ego me ſuppono labori.

Cap. 16. *Exilio monachi grauiter turbantur amici.*

Res vbi percrebuit, vulgique per ora cucurrit,
Iſque clientelæ diſcurrens rumor vbique
Claruit Abbatis, multis inopina ſtupori
Cauſſa fuit, propriis quòd cædere vellet ab oris,
Quòd ſibi poſthabitis conſanguinitate propinquis,
Dulcia fraternæ linquens conſortia turmæ,
Barbariem ſæuam peteret gentemque profanam.
Pluribus opprobriis quidam ſimul & maledictis
Deterrendo virum, tentabant frangere votum.
Ille nihil motus nec duris cedere pronus,
Fixior hærebat cœptis, annixa voluntas
Flecti non poterat, ſed cùm properaret ad aulam
Abbas, ipſe domi turbâ ſemotus ab omni,
Contiguum quoddam vinetum ſolus adibat:
Illic orabat latitando, libriſque vacabat.

Autbertus Fratrem dum tentat, adhæret eidem. Cap. 17.

His erat Autbertus Frater cum Patre diebus,
Qui cùm crebrò virum latebræ captare receſſum,
Et nimis attentum, curiſque ingentibus ægrum,
Cerneret auferri cœtu, cum nemine fari,
Rem miſerando die quadam deuenit, vbi ipſe
Ei in propoſito flebili ..... viti vacuâ ſecretus agebat in vmbrâ;
Præmiſſoque vale, viridi conſedit in herbâ:
Tum percunctari cœpit, quid mentis haberet:
Vtrùm pro Domino Danos peregrinus adiret.
Ille dolis falli metuens: Id quærere noli,
Neue meam ſuper his mentem turbaueris, inquit.
Non tibi decipulæ laqueus protenditur à me,
Ille refert, de te ſed certiùs omnia noſſe;
An tibi ſit cordi via Gentis, pande volenti.
E Tunc heros alacris pro ſedulitate rogantis
Intulit: An vellem Paganis ferre ſalutem,
Eſt mihi propoſitum: placet, idque refellere verbum
Horreo, quin ſanctæ rapiot pietatis amore,
Gentibus ire ſalus, errorum ſoluere nexus:
Nec valet inde meam mentem peruertere quiſquam.
Tunc Autbertus ei, Non, inquit, ſolus abibis; *fit comes Autberti:*
Hoc ego pro Domino tecum luctamen imbo,
A Paſtore mihi ſi copia fiat eundi.

Conformes Patri veniunt in fœdere Chriſti. Cap. 18.

Vinxit vt ergo fides amborum fœdere mentes,
Obuius Abbati fuit ipſe domum redeunti,
Inſinuatque viæ collegam ſe reperiſſe,
Fidum conciuem, ſubiturum ſponte laborem.
Nomen perſonæ cùm quæreret eius, & ipſe
Diceret Autbertum; ſibi mira relatio multum
Intulit horroris, ſtupuit ſtudium nouitatis,
Affectare virum, quem nobilitatis origo *nobilis.*
Proſapiæ veteris titulis & ſanguine longo,
Gratior in rebus ſibi qui popularibus eſſet: *prouiſor monaſterij.*
Prouiſorque domus poſt ſe loca prima teneret.
An tamen ire velit, rogat ille: faterur, amicum
Se non poſſe pati patriâ decedere ſolum.
Æterni ſeſe compelli Regis amore,
F Eſſe viri comitem, pro poſſe ferendo iuuamen,
Si comitetur eum ſua vel permiſſio Fratrum.
Abbas reſpondit: Si mauis ire, licebit,
Attamen ex famulis ego nullum deputo veſtris
Obſequiis quemquam: nec enim procedere cogam
Inuitum nobis, niſi quemlibet inueniatis,
Qui velit ire ſimul, fieri peregrinus & exul.
Quò foret auerſus, non ſic eſt inde locutus
Nobilis ille pater, ſed eò quia flagitioſum
Cogere nolentem tunc temporis eſſe colonum
Inter Paganos erat & nimis inuidioſum.

Quæ ſunt apta viæ Cæſar legatur vtrique. Cap. 19.

Cæſaris oblati poſt hæc obtutibus ambo
Athletæ Chriſti, coniurant fœdere ſacro
Contra fana Deûm ſeſe committere bellum;
Eminus emiſſis Reges vrgere ſagittis, *Imperator neceſſaria donat:*
Cominus enſe Dei prorumpere pectora vulgi.
Cæſar agens grates, Diuûm locupletiûs hoſtes
Ornat, & in tanto quæ credit idonea bello,
Armis Eccleſiæ munitos iuſſit abire
Poſt Regem, liquidis quem nuper merſerat vndis:
Eſſe ſui memores monet arcus inter & enſes,
Et triplicem fidei clypeum prætendere Regi,

Confirmare

Aveto-REGVAL-DONE, EX MSS.

Confirmare ſuos nouiter hæc caſtra ſecutos;
Ne minùs inſtructis hoc in cretamine Martis
Æmula vulnificam manus torquendo ſagittam,
A Falleret incautam funeſtis fraudibus alam.

Cap. 20. *Nullus amicorum voluit comes eſſe virorum.*

iter abſq; famulo ingreſſi,

Cæſare digreſſis igitur, Regemque ſecutis,
Nullus in obſequium comitum fuit, aut famulorum,
Nemo ſequi voluit, nullum Pater ire coëgit.
Rex erat ignarus, rudis vtpote pignoris huius,
Quem deferre Dei famulis deberet honorem.
Porrò ſuis, qui diſſimili ratione priorem
Duxiſſent vitam, protendere ſedulitatem
Aſſuetus: neque cura frequens erat, vnde profectus
Difficilis fuit, & nimij via plena laboris.

nauigant Coloniam.

Vt tutâ tandem ſtatione Colonia claſſem
Excepit; monachis compaſſus Epiſcopus vrbis
Hildeboldus opem tulit, attribuendo biremem,
In quâ vectari deberent, vaſa reponi,
Firmis extructam compagibus, & ſatis aptam
Duplicibus tectis: illius ſchemate nauis
Rex elegit eâ vehier, frueretur vt vnâ
Ipſe domo, monachis eſſet pars altera nauis.

Dorſtratum,

Inter eos ita creuit amor, reuerentia ſanctis,
Officium maius, famulantum cultior vſus.
Hinc per Dorſtratum, Freſonum prætereuntes
B Proxima, Danorum ſiſtunt in littore naues.

vltra Albim:

Ergo quòd interdum Regem conſiſtere tutum
In ſolio regni prohibebat motio belli,
Fixit ei certum trans Albim Cæſar aſylum.

Cap. 21. *Fructificante fide, moritur ſocius logothetæ.*

Hic aliquando viri loca per diuerſa ſecuti
Regem, Gentiles inter Chriſtumque colentes,

inſtruunt Paganos,

Vt diſcurſus erat ſibi, promulgando ſalutis
Dogmata, nonnullos rapiebant ore draconis,
Quorque diebus erat fidei quos rete trahebat.
Sic nouus in Domino fœcundæ matris ab aluo

baptizant,

Eccleſiæ fœtus fontis currebat ad ortus,
Ipſi antem ſacri ſpiraminis imbre refuſi,
Vberiùs ſacræ pro relligionis amore
Cœperunt vigili ſtudio curâque frequenti

pueris ſcholam aperiunt:

Quærere, quos emerent pueros, Chriſtoque dicarent,
Nec non ex propriis aliquos Rex tradidit ipſis,
Quos ad militiam nutrirent Omnipotentis.
Inde breui ſenos ſchola bis collegit ephebos,
Aſſcitis etiam ſociis hinc inde quibuſdam,
Cum fructu latè ſibi creuit opinio famæ.
Sol bis ſigniferi ſpatium luſtrauerat orbis,
Hoc in gymnaſio cùm deſudantibus ipſis,
Mors, quæ cuncta metit, fœdus ſociale diremit.
C Contigit Autberti valetudine membra grauari,
Pro quo Corbeiæ iuniori ductus, vt antè

moritur Autbertus.

Præſcierat, tortus multis languore diebus,
Ceſſit naturæ ſolenni tempore Paſchæ,
Exutus ictu fælici carnis amictu.

CAPVT IV

Apoſtolatus Sueciæ.

Cap. 22. *Miſſurus Eircam, monachus reuocatur ad aulam.*

GEntis barbaricæ Sueonum contigit inde
Legatos quoſdam veniſſe ad Cæſaris aulam:
Qui cum mandatis habitis de rebus agendis,
Induperatori dixerunt, fonte renaſci
Velle ſuæ gentis quoſdam, Dominoque dicari:

Sueciæ potentibus inſtruit,

Eſſe ſuum Regem promptum ſatis ad pietatem:
Præcones tantùm mereantur habere per ipſum.
Cæſar ad omne bonum promptiſſimus, experimentum
Ex re qui caperet, miſſum decernit vt idem,
Si foret in populo deuotio credulitatis,
Inciperent normam ſibi tradere relligionis. D
Corbeiæ pro quo Rector conſultus ab ipſo
Eſt iterum, ſi quem monachum ſibi prodere poſſet,
Aut qui regna libens Sueonum viſere vellet,
Vel potiùs cum Rege maneret, vt in regionem
Anſcharius rerum Domini legatus abiret.
Ergo Dei properè famulus reuocatur, & antè,
Quàm veniens oculis aſſiſteret Imperitantis,
Attondere comam prohibetur, radere barbam.

Principis ad nutum ſubit vltro negotia rerum. Cap. 23.

Militis inuicti mens præſcia ſe reuocari
Ad ſtudium pugnæ, Chriſti flagrabat amore,

S. Anſcharius excitatus memoriâ reuelationu,

Propoſuit patienter homo perferre periclum:
Hæc ſi fortè ſibi via quid peperiſſet acerbi.
Neúe per anfractus raperet dubitatio pectus;
Fundarat certam ſpem cordi viſio quædam.
Incoleret primæuus adhuc quo tempore cunas
Matris Corbeiæ, ſolitus ventura videre
Intuitu mentis per ſomnia plena figuris.
Lumine conſpicuam per ſomnum venit in aulam:
Interiùs verò Doctorum plurimus ordo
Stabat ad officium verbi prodire paratus,
In facie quorum ſubitâ vertigine raptus,
Se radiis Phœbi vallatum, fulgidiori
Æthere delapſo ſplendore videbat ab alto,
Deficiens oculis tanto vibramine lucis. E
Dum ſtupet, inſonuit vox fermè ſimillima voci,
Quam priùs audierat ſummi Patris ante tribunal
Dicere, Scito tuum me deleuiſſe reatum.
Quid vis, afflatus Diuini flaminis aulâ
Ille refert, vt agam? Vox, inquit, Gentibus inſta
In ſermone Dei. Quod oroma vir ille tenaci
Pertractans animo, Domino plaudebat; eò quòd,
Quæ prædicta forent, partim completa videret.
Et, quia virtutis meritum tritura laboris
Accumulat, populis Sueonum preco ſalutis

ſe paratũ Cæſari offert:

Ardebat fieri, ſua quærere lucra Tonanti.
Ergo vbi venit ad Auguſtum conſultus, ad idne,
Aggrederetur iter? facturum noueris eſſe
Quicquid pro Domino mandaueris, inquit, & vltro.

Protulit inſidias, rapuit pirata carinas. Cap. 24.

Dum nutu Domini Paſtor venerabilis illi

proficiſcitur cum VVitmaro,

Inuenit ſocium, Witmarum nomine, ſanctum
Inſignemque virum te, Giſlemare, probatum
Athletam Chriſti voluit cum Rege morari.
Cæſaris imperio Sueonum partibus ergo
Delegatus, vti miſſorum dicta probaret,
Illius terræ gens vtrùm credere vellet,
Quis autem latebras obiit, quantumúe pericli
Protulerit, vacat in lepido ſermone reuolui. F
Witmarus nouit mala, quæ pariter tolerauit.
Vt medium tenuêre rates iter æquoris alti,
Piratas hominum genus inſatiabile lucri
Incurrêre; fugæ ſpes non fuit: inſonuêre
A clamore poli, fremuit bellona, priori
Concurſu pugnæ, ſummo conamine nautæ
Se defenſantes, victos repulêre latrones.

ſpoliatur à piratis,

Congreſſu verò manus impacata ſecundo
Præualuit, prædæ patuerunt omnia, vixque
Diffugiendo viri pedibus per littora nudi
Euaſere; rapax tenuit pirata carinas:
Obtinuit gazam, libros & regia quædam
Munera, nil victis ex omni merce reliquit.
Id præter quod dum fugeret ſibi quiſque recondit.
Turbine deiecti, plures ſtatuêre reuerti,
Vlteriùs quidam procedere: non tamen vſquam
Militis electi potuit ſententia flecti.
Arbitrio potiùs committens Omnipotentis,

conſtans in aduerſis,

Quidquid in aduerſis poſſet contingere cauſſis.
Propoſuit retro non antè reflectere greſſum,
Vomere quàm verbi ſulcaſſet agros Suëonum.

Auget

A *Auget oues Domini libertas ſacra loquendi.*

Cap. 25. Præcepto pelagi præcurſu, calle pedeſtri
Explicuêre viam per dura, per aſpera longam:
Interfuſa locis naulo conducta biremis
benignè à Rege Æquora tranſmiſit; tandem ſe Byrca recepit.
Quo portu Regem Bern inuenêre morantem:
Cur veniant, qui ſint, Legatio pandit.
& proceribus excipitur: Rex per conſultum decernit, quid ſit agendum.
Vna fuit Procerum ſententia, par quoque votum,
Sanctis permitti ius inter eos habitandi,
Ius indicandi cælorum regna volenti:
Eſſe facultatem monitis vitalibus aurem
Inclinare ſuam, nouitatis diſcere formam.
Vt licuit tandem populis profeſſe ſalutem;
Inſpirante Deo, fidei noua creuit origo,
Et verbum Domini cùm multis eſſet amori
Indigenis terræ;tum, quos retinebat apud ſe
conuertit multos, Captio, Chriſticolis erat exultatio cordis:
Participando ſibi demum myſteria Chriſti,
Poſt longam eſuriem cæli contingere panem:
Indicijs rerum tenuit labor experimentum,
Quidquid ad Auguſtum tulerat legatio, verum
Conſtitit: & Chriſti plures in carne renati
B Fonte perennis aquæ, veteris contagia vitæ
& Herigarium Præfectū. Depoſuêre, nouam nacti pietatis abollam.
Credidit inter eos Herigarius inclytus heros
Præfectus vici, Regis Conſultor, & illi
Fidus, qui lauacri perfuſus rore perenni,
Erexit mentem ſummæ virtutis ad arcem,
Eſſet vt indicio fidei, quam rure paterno
Condidit eccleſiam: ſunt & miracula quædam,
Quæ Deus oſtendit per eum, quem glorificauit.

CAPVT V

Archiepiſcopatus Hamburgenſis.

Cap. 26. *Tripudiat reditu Legati Cæſar & actu.*

GEntibus ergo viri vitalis ſemina verbi
Per ſenos menſes Chriſto fulcante ferentes,
Vt mos eſt terræ, quas Rex inſcripſerat ipſe,
Cum chartis redeunt: & lumina fauſta reuiſunt,
Vt ſibi indicium facit experientia certum,
Cæſaris, officij totius honore recepti.
Redeuntē Imperator latus excipit, Quid feciſſet eis Dominus, quòd finibus illis
Sit patefacta fides, quòd verbi vomere Gentes
Exultæ, duplicem referant ex ſemine frugem,
Inſinuant. Animo Cæſar rumore ſecundo
C Exultans alacri, cùm grates Omnipotenti
Redderet, in Danis recolendo iubar Deitatis
Exortum quondam, noctem vacuaſſe profundam;
Curâ ſollerti quærebat, Pontificalis
Poſſet vt inſtitui Sedes Aquilonis in oris,
Finis vt Imperij præcluſus limite tali,
Epiſcopatum erigere ſtatuit, Principium fieret Regni quod fine careret,
Eius vt Eccleſiæ Rectorem crebriùs ire
In partes illas compelleret ipſa facultas,
Ex quo doctrinæ leuiori fracta ligone,
Effera barbaries fructus daret vberiores.

Cap. 27. *Quod Rex propoſuit, ſuſpenſum morte reliquit.*

Rex autem Carolus quando compeſcuit omnem
Saxoniam ferro, lauit baptiſmate Gentem,
quod Carolus Magnus facere decreuerat, Pontificeſque ſuos populis ſtatuendo quibuſque,
Qui ſunt trans Albim, ſub Præſule voluit eſſe:
Decernebat enim Princeps in finibus illis
Poni Pontificem, qui ſummi culmen honoris,
Scilicet Eccleſiam regeret metropolitanam,
Ex quâ, flante Deo, fidei ſtillaret origo
In reliquas Gentes, in terras vlteriores.
Eccleſiam, quæ prima locis adoleuit in illis,
Sanxit Amalharius Gallorum Præſul ab oris.

Pontificum verò nulli ſub iure redactam
Auguſtus Heridac commiſit paroëchiam:
Quem ſimul ad ſummi culmen promoſſet honoris;
Ni citiùs rueret præuentus tempore mortis. AVCTO: REGVALDONE, EX MSS.

D

Vrbs quo flat Boreas ſit mundi climate prima. Cap. 28.

Aſt vbi poſt mortem patris Ludouicus ad arcem
Regni ſurrexit, patriam quæ tranſiacet Albim
A quibſdam monitus, binos per pontificatus
Diſtribuit: quid enim pater eius ſenſerit olim,
Ponere Pontificem quòd voluit in regionem
Terrarum domitor, non comperit Induperator.
Hanc in Danorum regionibus & Suëonum
Sorte ſalutiferi cùm ſenſim gratia Chriſti
Vitam ſpirantem iam fructificaſſet odorem,
Vt concepta fide ſpes eſſet firmior ex re,
Ac patris affectus per ſe prodiret in actus,
Orbis Romani Rector, lux aurea mundi,
Victor magnificus, cultorque Dei Ludouicus,
Vt coram multis conſultiùs ageret inde, *metropolim ſtatuit Hamburgum:*
Hammaburgenſi Synodum collegit in vrbe,
Collegit proceres regni, venêre Priores,
Arbitrio quorum per Pontificum ſynodalem
Cenſuram, fluuium trans Albim in finibus vrbem
Saxoniæ poſitam matrem, caput, atque tribunal
Nordalbingorum fore cenſuit Eccleſiarum. E
Omnibus vt terris ſimul & populis Aquilonis
Et prælata foret.... & metropolis eſſet.
Presbyter & mittendus Epiſcopus omnis in illis
Finibus, egrederetur ab huius Præſule Sedis.

Ex quo pingueſcit caput, infula rore madeſcit. Cap. 29.

Hanc igitur totâ Synodi plaudente coronâ
Primus Pontificum, reuerenter Ebone Remenſi
Aſſiſtentibus, Otgarioque Maguntiacenſi,
Cùm medius tectis fulciret eos Treuerenſis,
Archimandritam ſacrari Cæſar ad aram *eius Archiepiſcopus ſit Anſcharius,*
Anſcharium fecit, quem circa iuſta peregit
Drogo Palatinæ tum fortè Hierarcha capellæ,
Drogo vir illuſtris Metenſis Epiſcopus vrbis.
Patribus, Imperij quos culmen in vrbe coëgit,
Inter Helingandus fuit & Coëpiſcopus eius
Vulgericus, eam qui pridem paroëchiam
Per diſpertitum tenuerunt pontificatum,
Rem confirmando, Patris caput illiniendo
Vnguentis Hermon, queis barba fragrauit Aaron.
Sed ne barbaricis incurſibus hæc dioceſis
Ad nihilum redigi poſſet, pro ſorte pericli *accipit cellam Torholt,*
Cæſar ad hæc cellam Turholt ſolatia partam
Ceſpite Gallorum, quò deuitando tumultum F
Præſul, vbi fremeret rabies, ſecedere poſſet,
Contulit Eccleſiæ ſeruitum tempus in omne.

Decreto Papæ Scythico legatur in orbe. Cap 30.

Hoc vt præceptum firmum foret omne per æuum,
Gregorio Papæ, multo comitatus honore,
Qui ſanciret idem Romam legatus in vrbem:
Perrexêre duo, pariter comitante Geroldo
Conſule, Radoldus ductores & Beruoldus *à Papâ pallio donatus,*
Chriſti cultorum Rectores Eccleſiarum,
Sedis Apoſtolicæ decretis hæc ſolidare.
Papa beatificus Regis mandata probauit,
Ac pallæ tribuendo decus munimine ſanxit
Iuris Apoſtolici, ſtatuens, vt Epiſcopus orbi,
Barbara Danorum quem gens colit & Suëonum, *Legatus ſtatuitur Gentium ſeptentrionalium.*
Quemque colunt gentes Boreæ glacialis ad arcem,
Cum Domno, terræ cui ſors obuenerat antè,
Eſſet Romanæ Sedis Legatus, Ebone;
Conceſsâque palàm ſibi libertate docendi
Ante locum, veneranda ſacrat quem gleba beati
Corporis, ante tuam, Paradiſi ianitor, arcam
Addidit ed ctum ſuper hoc anathema tremendum,
Quo ſe nectendum ſciret cum principe mortis,

AVCTOR GVALDONE. EX MSS.

Hoc quicumque bonum ſubuerteret ariete fraudis,
Cæſaris aut ſtudiis occurreret inuidus hoſtis.

Verba Dei Danis prior intulit Ebo Remenſis.

A
Cap. 31. Porrò quòd anteriùs calamus contexuit, huius
Officij ſortem tulerat gentiſque vocandæ,
Nomine Paſchalis Papæ, prius Ebo Remenſis.
Quippe vir Angelicus, mitis ſine felle columba,
Credere quod fas eſt interni flamine aurâ
Cùm foret afflatus, cupiens inferre ſalutem,
Cælitus æternum populis infundere lumen,
vti antè fuerat Epiſcopus Remenſis. Pro Danis, quos implicitos errore videbat
Cæſaris arma ſequi, lugubri corde dolebat:
At tamquàm lampas accenſo pectore flagrans,
Ardebat deſiderio ſuccurrere merſis
Gentibus horrendâ caligine perditionis,
Pro Chriſto penitùs ſeque & ſua tradere promptus.
Auguſtus Welam trans Albim cellerat illi
Fundum, cùm peteret patriam quò degere poſſet.
Ergo locum crebrò viſebat Epiſcopus Ebo,
Plurima diſpenſans, animarum lucra frequentans,
Confirmando fide lotos baptiſmatis imbre.

CAPVT VI

Gautberti Epiſcopi in Sueciam aduentus, exilium. Hamburgum combuſtum.

Cap. 13. *Iure miniſterij Simon eſt ſuffectus Eboni.*

AT Pater Anſcharius feliciter vrbe regreſſus,
His compellanti ſeſe de rebus Eboni
Gautbertus ſit adiutor, Pontificem terræ ſacrandum cenſuit eſſe,
Qui præſens populis foret in ſtudio Deitatis,
Iure miniſterij conceſſus Apoſtolus orbi.
Et legem Domini ſtatuendo vicarius ipſi:
Namque locis ſolus non poſſet adeſſe duobus.
Ergo fauente pio ſibi Cæſare, nobilis Ebo
conſecratur Epiſcopus, Lumbos Gautberti cuiuſdam Pontificali
Zonâ præcinxit, caput eius rore rigauit,
Qui ſuper arua Sion ſtillat de montibus Hermon.
Contulit ornatus, quibus eccleſiaſticus vſus
Indiget, atque viæ ſumptus expleuit abundè,
Vbertate ſuâ; dono ſimul imperiali:
Direxitque virum pro ſe populis Suëonum,
C Vt commiſſa ſibi legatio cederet illi,
Officiumque ſuæ vicis exerceret in orbe.

Cap. 33. *Dogmate Gautberti caligo fugatur Auerni.*

Poſt hæc Auguſti clementia contulit illi
Cellam Wellanni, primò quam ceſſit Eboni.
Id Pater ille ſuo tamen impetrauit alumno,
Quod ſibi perpetuum certæ ſtationis aſylum
Eſſet, & ipſius locus ille vacaret in vſus.
Simon diſcipulus, Rex autem Simonem (dedit hoc ſibi gratia nomen
Ordinis) & terræ populus ſuſcepit honeſtè.
Et quia corda regit hominum, qui tempora ponit
Rebus, & æterno circumdat ſecula vallo,
Auſpicibus terræ primis & Rege fauente,
Suecos cõuertit, Eccleſiam Domino fundamine cœpit ab ipſo
Ædificare, palàm credendi tradere formam.
Chriſticolas illic poſitos gaudere videres,
Gentiles haurire Dei de fonte lrquores,
Creſcere credentûm per quot momenta dierum
Agmen, & Ægypti currus in gurgite mergi,
Iſrael dulciſonis modulari carmina Pſalmis.

Cap. 34. *Multos erudiit pueros, quos ipſe redimit.*

vti S. Anſcharius Sclauos & Danos: Anſcharius verò ius Paſtoralis agendo
Nauiter officij Pater in propriâ dioceſi,
Inde per exemplum vitæ, tum per documentum,
Lucrari Domino plures pueros coëmendo,
Quoſdam Sclauorum, quoſdam de gente Danorum
Quoſdam captiuos ad opus Deitatis alendos; D
Nonnullos quorum retinens in dogmate ſecum,
Quoſdam prædictæ direxit ad vbera cellæ.
Sed comites habuit ſibi, quos Corbeia miſit,
Sanctorum genitrix, monachorum cella beatrix,
Hammaburgenſis ſchola queis edocta Magiſtris
Creuit, & ad florem perducta refudit odorem.

Effugit vrbe Patet: rapit illam barbarus ater. Cap. 35.

Ergo Deo dignè gereret cùm Præſul vterque
Hammaburgenſem piratas contigit vrbem
Ex improuiſo multo vallaſſe liburno, *Hamburgo obſeſſo*
Ad propugnandum cogi manus indigenarum
Plurima non potuit; ſpatium properantia rupit
Hoſtis, terrifico vallantis mœnia gyro.
Non erat obſeſſis arcere pericula mortis
Virtus, cùm Præſes Bernarius vrbis abeſſet.
Vrbe Patet poſitus, primi terrore tumultus
Tentauit retinere locum: ſed barbara murum *fugâ euadit:*
Vt vis irrupit; formido ſuprema coëgit
Cedere; vix tantùm rapiens ſacra pignora ſecum
Integer euaſit, cappam tamen hoſtis ademit:
Ceſſit vti laicus fugiendo per auia Clerus;
Et quidam capti, plerique fuere perempti. E
At fera barbaries totam diffuſa per vrbem, *eo direpto & incenſo,*
Poſtquàm congeſſit gazam biduumque peregit,
Ædibus incenſis diſceſſit onuſta rapinis.
Hoc domus Eccleſiæ clauſtrumque flagrauit ab igne,
Vt cultus alij, flammis arsêre libelli:
Non tamen idcircò Pater ingemuit, licet illo
Turbine perdiderit, quæcumque parauerat illic, *omnia amittit.*
In rerum damnis viguit patientia fortis.

Pellitur è terris Simon, æger morte nepotis. Cap. 36.

Preſſuris igitur cùm multis afficeretur,
Ac per circuitum manus errabunda ſuorum
Pignora deferret, nuſquam ſic quieſcere poſſet;
Contra Gautbertum fremuit rabies Suëonum,
Et face pars populi quædam ſuccenſa furoris, *A Suecis*
Præſulis hoſpitium circumuallando, Nithardum
Protulit inſontem mucronis morte nepotem
Eius martyrium pro Chriſti nomine nactum. *Nithardus occiditur,*
At verò comites alios ipſumque ligantes,
Eiecêre ſuis ſpoliatos turpiter oris. *alij pelluntur,*
Sed, qui cuncta videt momenta latentia rerum, F
Hoc tranſire nefas Deus eſt non paſſus inultum:
Impia namque manus paucis punita diebus,
Pertulit exitium diuerſâ ſorte malorum.
Vnius cladem pro cunctis ſcribimus autem.

Pœnituit ſceleris pœnæ terrore ſequentis. Cap. 37.

Vir fuit in terra quidam diuiſſimis illâ;
Huius in hac rabie conſenſit filius, atque *Furto ſublatum librum dẽtinens punitur,*
De ſpolus partem patris portauit ad ædem;
Morte repentinâ ſed mox defecit, & vnà
Interiit coniunx, ſimul alter filius eius.
Vt videt orbatum ſeſe miſer, eſſe Deorum
Credidit offenſam, quæſiuit ab augure cauſſam.
Augur agens ſortes, ſibi Diuos eſſe fauentes
Aſſerit, in Chriſtum factum docet eſſe reatum.
Sed neque placari Chriſtum, neque poſſe repelli
Vim morbi penitus, dum res poſſederit eius.
Ergo per augurium tremefactus barbarus ille,
Euertendo domum, librum res inter apud ſe
Repperit, hunc, plebem rem promulgando per omnẽ,
Cùm, qui ſuſciperet, nullum reperire valeret,
Nam miſeranda lues hominum formidine mentes
Terruerat, rurſum proprij ſub culmine tecti
Barbarus horreſcens ſanctum retinere libellum,
Ne prorſus clades deleret iniqua penates, *eum ſepi alligat.*
Vicinis coram ſepem ſuſpendit ad vnam,
Pòſt ex plebe ſibi nullo ſpirante reniti,
Iudicio cuius patuit vindicta reatus.
Quidam cultorum Chriſti tulit inde libellum.

CAPVT

A

CAPVT VII

Ardgarij in Sueciam iter. Miracula & obitus Herigarij.

Cap. 38. *Mittitur ad populos, queis deest, Eremita Sacerdos.*

Ardgarius in Sueciam mittitur;

TAliter afflictis ferali peste profanis,
Non fuit in septem pòst annis Rector ibidem.
Anscharius pro quo tactus mœrore profundo,
Ardgarium quemdam direxit eis eremitam.
Hunc Herigarius multo suscepit honore,
Filius Anscharij; nec plebs correpta timore
Obstitit, opprobriis hominem cùm crebrò paternis
Antè redargueret, quòd nullum numen haberet:
Sed sua iam miris radiarat optnio signis.

Cap. 39. *Turba madet pluuiis, æger viget, ingruit hostis.*

Quadam fortè die turbis coëuntibus, ipse,
Idola cùm vulgus Christo præferret, Agamus,
idololatris pluuiâ obrutis, Inquit, iudicium de religione Deorum.
Plurimus ecce super nos est in nubibus imber,
B Si quis in hac turbâ pluuiam non senserit, illum
Sit manifesta fides summæ Deitatis amicum,
manet intactus Herigarius: Fecerat arboribus cælis vmbracula vulgus;
Cum puero longè solus consederat ille.
Verùm cùm tantus stillaret ab æthere nimbus,
Vt penitus scenas torrens strauisset inundans,
Ac veluti medus populus maduisset in vndis;
Nec pluuiæ stillam sensit Herigarius vnam.
Hoc quoque prouenit, quòd crus aliquando doleret,
Viribus vt propriis sese remouere nequiret:
Verùm paganis suadentibus, idola votis
Vt placaret homo, diuis de more litando;
dolore tibiæ sanatur Spreuit & ecclesiæ ferri se fecit, ibique
Orans cum lacrymis, adstantibus vndique turbis,
Promeruit celerem Christo medicante salutem:
Inque domum sanus Domini cum laude reuersus,
Auxit popositum, vulgus reprimendo profanum.
Regno priuatus, Sueonum Rex Auoundus,
Collectis Danis, prædæque cupidine ductus,
Appulit ad Bircam, populo metuente rapinam,
Ludibrium, cædem, cùm nulla repellere Regem
Esset eis virtus, placuit deposcere fœdus.
Rex petit argenti sibi libras adnumerari
Centum pro viro, missò pro pace tributo.
direptio à Suecis remouetur Displicuit Danis vehementer pactio Regis,
Ire super plebem, subuertere funditus vrbem,
Compulerat vulgus quò transmigrare tumultus.
C Disponunt miseri, solâ formidine victi,
Quòd nequeunt armis, tutantur mœnia votis.
At Herigarius Christi munimine fisus,
Ciues corripuit. Sacris inanibus, inquit,
Pauperiem vobis & pernitiem cumulatis.
Idola quid prosunt? nulli succurrere possunt,
Est Deus in cælis, cuius si corde petatis
Christo inuocato. Auxilium, verè vos conseruabit ab hoste.
Consilium placuit, Christo plebs numera vouit.

Cap. 40. *Parcitur obsessis, vrbs prouenit altera Danis.*

At Rex per sortem quæsiuit, si locus idem
Pro voto Danis in prædam cederet ipsis.
Sors aliam Regem proficisci iussit ad vrbem;
Hoste alio profecto Quò properè Dani nullo prohibente potiti,
In sua cum multis alacres redière rapinis.
Argentum verò totum Rex reddidit vltro.
obit Herigarius. Tunc Herigarius, Christi quia maxima virtus
Esset, prodigiis populum docuit manifestis.
Post hæc decubuit, pacisque sopore quieuit.

CAPVT VIII

Fridburgis obitus. Reditus Hardgarij è Suecia.

AVCTORE GVALDONE, EX MSS.

Fortis amore Dei fit compos fœmina voti. Cap. 41.

HIs quoque temporibus quædam matrona fidelis,
Firmiter inter eos cultum tenuit pietatis:
Barbara tempestas quam nec mortalis egestas
Matrona in fide constans, Flectere prævaluit; Christo sed semper adhæsit,
Propositumque piæ fidei seruauit adusque
Extremum tempus: quia cùm ruinosa senectus
Vrgeret, vini modicum sibi vase recondi
Fecit, vt moriens Sacramenti non foret expers:
Quod cùm iam fermè tribus annis esset apud se,
Contigit Ardgarium Domini venisse ministrum,
Eucharistiâ munita obit, De cuius manibus percepto corpore Christi,
Ruta carne grauis, sedes petiit Paradisi.

In vacuis Virgo loculis stupet ære reperto. Cap. 42.

Hæc autem Cathlæ viuens præceperat antè,
Christi pauperibus proprios expendere census.
Filia præceptis cupiens parere parentis,
E Mater occubuit, Dorstadum prompta petiuit:
pecunia pauperibus distributa, Illic personis sociata fidelibus, ipsam,
Quam secum tulerat, loca per sacratissima gazam
Tradidit: ergo die quadam confecta labore,
Quatuor ad vinum nummos sibi misit emendum.
Viribus assumptis post hæc rebusque peractis,
reperitur in sacco. Venit ad hospitium, congesta pecunia, sacrum,
Quo fuerat, posuit procùl, explicitumque reliquit;
Argento plenum subitò sed repperit ipsum.
Fœmina prodigio stupuit perterrita tanto.
Et cùm Presbyteris caussam retulisset, ab ipsis
Hoc didicit verbum: Cælum penetrasse profundum
Quas dispersit opes, quos protulit ipsa labores
Matris ad imperium: quapropter fœmina Christum
Crederet exhaustam rursus cumulasse crumenam.

Terra caret sacris, Eremita recedit ab oris. Cap. 43.

Vt Herigarius mortales exuit artus,
Cessit & è terris Frideburg matrona fidelis,
redit è Suecia Ardgarius. Ardgarius cultor eremi, Christique Sacerdos,
Aduertit mentem, vitam reparare priorem:
Egressusque locum rediit quo venerat ipsum,
Sicque Sacerdotis benedictio partibus illis
Rursus defecit, sacer vt Eremita recessit.

F

CAPVT IX

Episcopatus Bremensis Hamburgensi vnitus.

Rex obit, ad damnum venit in diuortia regnum. Cap. 44.

INterea mundi sidus cecidit Ludouicus:
Regis post obitum secuit partitio regnum,
S. Anscharius, Quod Patris Anscharij rem maximè debilitauit.
In partes regni Carolus, cui Francia cessit,
Pontificis cellam Tutholt de iure remouit,
Totholâ sublatâ, Quam pater antè suus legarat ei Ludouicus:
Nec Fratrum monitis potuit sententia Regis
Flecti: cuique virum premeret penuria rerum,
Aduersis fracti se deseruêre ministri.
penuriâ premitur: Perstitit ipse tamen vice Christi Pastor ibidem.

Fit Rector Bremæ, propriumq; receptat ouile. Cap. 45.

Sed qui corda regit Regum Deus, instimulauit
Rectoris regni super hoc animum Ludouici,
Rebus vt afflictis succurreret: ergo Bremensis
Ecclesiæ Sedem Cæsar Rectore carentem,
Auxit Pontifici, sed iudicio synodali:

AVCTORE GVALDONE, ex MSS.

Ac ne iacturam Ferdenſis Epiſcopus vllam
Ferret in hoc, Synodus diſtingui Pontificatus,
Hoc eſt. Ferdenſem percenſuit atque Bremenſem,
Quâ ratione priùs diſcrerat eos Ludouicus.
A His ita diſpoſitis regimen tulit ipſe Bremenſis.
accipit vnà Epiſcopatum Bremenſem. Porrò Walgarius, Ferdenſis Epiſcopus, eius
Trans Albim politam ſuſcepit parroëchiam.
Rurſus Pontifices ſynodum de rebus agentes,
Decreuêre ſibi iuſtum non poſſe videri,
Quâ fuit ipſe Pater ſacratus Epiſcopus, alter
Vt teneat Sedem, cùm iam Romanus eumdem
Sanxerit eſſe locum Præſul Metropolitanum.
Ergo pari voto Rex & celeberrimus ordo
Pontificum Sedem Patri ſtatuere priorem:
Walgarius ceſſit, ſic res pacata quieuit.

CAPVT X

Coniunctio Epiſcopatuum Romæ approbatæ.

Præſul ei cedit, Romam legatio tendit.

Cap. 46.

VRbs autem Rectore Colonia fortè vacabat
B Hiſdem temporibus, quòd rē minùs impediebat,
Archiepiſcopus Colonienſis Namque Bremenſis ad hanc eſſet cùm ſubdita Sedem,
Præſulis illius poſcebat cauſſa fauorem.
Vrbis Guntharius tandem moderamen adeptus,
Hoc vt firmaret, cùm Domnus eum monuiſſet
Anſcharius, valdè contrarius extitit; vnde
extrarius, Warmatiâ gentilis pòſt Regibus vrbe coactis,
Hoc eſt, Lothario magnoque ſimul Ludouico;
Pontifices regni rem contigit ante referri.
Hoc actum iuſtè cunctis profitentibus, ipſe
Contrà multiplici cœpit ratione reniti
Guntharius, ſeſe commiſſæ Sedis honore
Priuari, dicendo bonum non eſſe nec æquum.
Pontificum monitis, poſtremò rogantibus ipſis
conſentit, Regibus, & totâ ſynodi ſuadente coronâ,
Annuit: & ſeſe promiſit legibus eſſe
Ceſſurum, canonem ſi Papa probaret eundem:
Rex augere ſuum cupiens opus atque paternum,
miſſis Romam legatis Romam Pontificem Salomonem miſit, eam rem
Auribus inferri Sancti Papæ Nicolai,
Anſcharius pro ſe Nordfridum iuſſit abire.

Cap. 47. ### *Verbum Papa probat, rem iunxit, & inde perorat.*

Quo cultu decuit, Legatos Papa recepit,
C Quorum mandatis vigilanti corde volutis,
Hoc fore Catholicum decernens & piè cautum,
Ferre manum populis errorum nocte ſepultis,
Papa confirmat Regis firmauit votum canonemque probauit;
Eſſe bonum cuius hic ponere verba putamus:
Vt lector paucis, aucto quocumque vitato,
Scire velit ſeriem inter hoc ignobile carmen.
Vt quantum libuit præmiſſa recenſitit, infit
Pagina Romanæ ſignata notamine bullæ.
Ad nos peruenit hoc omne quod inſinuauit,
Miſſus ab Auguſto Præſul Salomon Ludouico,
Nobis explanans, quòd ſit conceſſa poteſtas
Legationem eius, Anſchario, Scythicis vt ſit Legatus in oris
Sedis Romanæ, palij redimitus honore.
Et nos Gregorij ſequimur veſtigia noſtri
Prædeceſſoris, Regumque fauendo benignè
Votis magnorum, canonem firmamus, & ipſum
Anſcharium ſacræ legis decernimus eſſe
Latorem populis, qui ſunt in finibus illis:
Vt fidei lumen ſi perluſtrauerit orbem
Prædicet armatus gladio, cui Spiritus almus
& Archiepiſcopatum Hamburgenſem: Eſt acies, per quem ſquamioſum ſtrangulet anguem.
Eccleſiam verò, cui mundi præſidet ipſe
Saluator, quam Virgo ſuo ſacrauit honore,
Nordalbingorum Sedem decernimus eſſe,
Vt domus ipſa prothos, ſit pontificalis & archos
Et, cùm naturæ fœdus diſſoluerit iſte, D
Succeſſor dignus virgam ſibi vendicet eius.

In ius Eccleſiæ Rex vrbem ſimplat vtramque.

Cap. 48.

At quoniam frater Ludouici, filius alter
Auguſti Carolus Ludouici, quem pater eius
Præſulem & ad Clerum cultuque ciboque fouendum
Hammaburg tribuit Turholt, vehementer ademit;
Quod poſtquàm regnum ſecuit partitio fratrum,
Cellam continuit, quam Rex in parte recepit,
Francia deciduas mundi quà vergit ad oras. *eique vnitum Epiſcopatum Bremenſem.*
Altaris ſacri cuſtodes atque miniſtri
Demigrare loco victu cœpêre negato.
His igitur cauſſis ſiluit legatio Gentis:
Deſiit ipſa propè Sedes metropolis eſſe.
Intereà carnis Bremenſis Epiſcopus vrbis
Clauſit iter, cœci raptus de turbine mundi:
Hæc vrbs Eccleſiæ vicina Metropolitanæ
Cùm foret, orbatam Rex eſſe, perire nouellam,
Immò barbarie populari prorſus vtramque
Proſpiciens, ſedes vnius ſanxit & vrbes,
Hammaburgenſem ſupplens, ſubdendo Bremenſem.
Hoc per Pontificem patuit Salomonem:
Iuris Apoſtolici firmandum robore noſtri; E
Diſcuſſam iuſtè cauſſam perpendimus eſſe,
Proficuam populis erroribus eripiendis:
Cùm fieri liceat quod non in lege repugnat,
Ac magis Eccleſiam ſit fas augere nouellam,
Quæ ſolet ancipiti caſu plerumque moueri.

Roborat edictum ſubdens anathema tremendum.

Cap. 49.

Hinc auctore Deo, quod Rex petit, indice Petro,
Hammaburgenſem determinat atque Bremenſem
Non debere duas iam dici parroëchias.
Vt locus alteruter iam non erit vnus & alter,
Sed quaſi corpus idem, fiet thronus vnus & idem; *eximit à iuriſdictione Colonienſi.*
Archipræſul erit Sedem quicumque tenebit:
Vt iam Gregorius decreuit Papa beatus.
Quod tamen Eccleſiæ ſublatum creditur eſſe
Anteà Ferdenſi, referat de iure Bremenſi,
Vrbs vero quemcumque Colonia Pontificatu
Extulerit: nullo premat Eccleſiam dominatu:
Inſuper ipſe, ſimul Dominum quicumque verentur,
Subueniendo rogamus vt ipſis auxilientur,
Sorte miniſterij, Chriſto quibus auſpice, fungi
Contigerit, pro quo cumulatior in Paradiſo
Fiat ei merces, qui gentes euocat omnes;
Quem recipit, quisquis recipit, quos dirigit ipſe
Ad pietatis opus: quapropter Rex Ludouicus F
Quicquid denouit; Chriſto quæcumque dicauit,
Robore firmamus, quo Petri iura tenemus.
Et quia nos rerum diſcrimina præteritarum
Cogunt ſollicitè, quæ ſunt ventura cauere;
His oblatrantem ſtudiis anathematis omnem
Perſonam gladio iugulamus, & igne vaporo
Arſuram Sathanæ damnamus ſorte gehennæ.

CAPVT XI

Legatio in Daniam reſumpta: in Sueciam parata.

Eccleſiam Danis inſtaurat munere Regis.

Cap. 50.

ERgo modò tali ſuſceptâ Sede Bremenſi
Anſcharius Danis iterum mandata ſalutis
Tradere feruebat, Regemque frequenter adibat.
Hoc regnum ſolus tunc fortè tenebat Horicus, *S. Anſcharius familiaris Regis Danorum*
Et nunc obſequiis, nunc illum flectere donis,
Cœpit, vt in populum cæli fas pandere regnum
Eſſet, & inferri terræ myſteria Chriſti.
Crebriùs ergo virum regni pro fœdere miſſum
Rex inter primos venerari cœpit amicos,

Cuius

A Cuius tanta fides erat, vt decernere Reges
Si quid deberent, mediator Episcopus esset:
Sic in amicitiis admissus Præsul eumdem
Christicolam fieri suadebat sedulò Regem.
Ille fauebat ei, captus dulcedine verbi,
Christi præsidium fassus se velle mereri.
Tunc suggessit ei, Christo nil gratius esse,
In ditione sui quàm si permitteret ipse
ecclesiam Sleswici extruit, Regimine Ecclesiam fundari quolibet vnam.
Ille pio fauit nutu, portuque Scleaswich
Ecclesiam fieri permisit, & esse volenti
Conuerti, liquidam fas currere fontis ad vndam.

Cap. 51. *Flore nouo fidei seges exuberat paradisi.*

Hoc pietatis opus Pater ergo licenter adeptus,
multos cõuertit, Nec mora subrepsit, quod auebat, ritè peregit;
Christi Presbyterum, populis Sacramenta daturum,
Vt locus accepit, fidei noua gloria creuit.
Vici Primores baptismatis antè liquorem
Quidam contigerant, multi quoque percipiebant,
Sexus vterque sacris mergi properabat in vndis:
Iam turò portum nautis adeuntibus ipsum
Cunctarum superabat eis opulentia rerum.
B Sed cùm post vndam lauacri supèresse quibusdam
Contigerit, niueis pars multa migrauit in albis,
Percipiendo quidem Crucis admirabile signum,
Esse bonum differre sibi baptismatis vsum
Credebant, vitæ supremum tempus ad vsque.
sanitate varijs inter baptizandum collatâ. Vt mox in Domino vitali fonte renati,
Felices animas efflarent immaculati.
Multi languentes, ipsâ formidine mortis,
Sese perfundi faciebant rore perenni.
Mox Diuina salus ægros diffusa per artus
Incolumes morbis homines reddebat abactis.
Sic tua Christe loco soboles adoleuit in illo.

Cap. 52. *Quo Simon ire negat, Pastor Sueonibus instat.*

Pro populis etiam Sueonum Pastor habendo
Curam, quòd nullus foret in regione Sacerdos;
Regem præfatum deposcere cœpit Horicum,
Vt sibi ferret opem, quò posset visere Gentes.
Paruit oranti Rex auxiliumque spopondit.
Intulit ad Simonem Gautbertum Præsul eam rem
Gautberto reditum in Suecia recusante, Esse bonum populi mentes iteratò probari;
Ne per neglectum fidei plantatio pessum
Iret, quæ pridem stillauerat in regionem.
Propulsum sese Gautbertus Episcopus inde,
C Non audere locum regredi profitetur ad illum;
Plebs iterum recidiua sibi ne bella moueret.
Hoc ipsum potiùs luctamen inire deceret,
Qui priùs ad Gentes tulerat mandata salutis,
Et nihil aduersi fuerat perpessus ab ipsis;
Se non posse, suum tamen allegare nepotem,
Qui Sacramenta Dei populis aperiret eisdem,
Inter eos habitans, tenebris si fortè remotis
Lumen Euangelij radios infunderet orbi.
instructus Regũ litteris ipse eò abit, Hoc ita proposito rem Cæsaris auribus ambo
Insinuant. Rex in Domino laudabilis illud
Approbat, & Christi præconem dirigit illuc
Ad Regem terræ, genitor quod fecerat antè,
Dans priuatarum rerum mandata seorsim.

Cap. 53. *Spicula sollicitæ menti sunt dicta Prophetæ.*

Vt super Anscharium legatio tota pependit,
Ardor eum Diuinus ad hoc impellere cœpit.
Accelerare viam suadebat visio quædam:
Propter iter dubium curarum turbine pressum
Deuenisse locum se viderat, ordo domorum
animatur memoriâ facta sibi olim visionis, In quo multiformis erat, multique recessus.
Vir percurrit vbi quidam, sibi, Parce vereri,
Dicens, neue via te sollicitauerit ista:
Hic etenim quemdam tibi noueris esse Prophetam.
Menti ne qua tuæ dubitatio possit inesse,
Hoc animaduertas, quondam clarissimus Abbas
A Domino missus tibi vates est Adalardus.
Ille refert: vbi nam dic, quæso, videbo Prophetam?
Per te repperies, inquit, fas prodere non est.

AVCTORES GVALDONE. EX MSS.

D *Circuit & dubitat, coram venit ille Propheta.* Cap. 54.

Vestigando virum gyrabat in orbe domorum,
Hoc voluens animo, Vatem sic esse probabo,
Si secreta meæ mentis patefecerit ipse:
Cùm subitò quamdam iucundi luminis aulam
Ingrediendo, senem vidit sublimè sedentem,
& verbum S. Adalardi. Agnouitque virum, qui sic est orsus ad illum:
Insulæ & populi procul hoc attendite verbum:
Te Deus ab vterò matrisque vocauit ab aluo,
Os dedit vt frameam, manuum te fouit in vmbrâ,
Te velut electam pharetrâ condendo sagittam:
Seruus, ait, meus es, quia per te glorificabor.
Hoc dicendo manum protendit, & intulit: Et nunc
Gentibus in lucem Dominus Deus inque salutem
Te dedit, extremæ fines telluris adusque.
Spectabunt in te Reges coramque toparchæ
Surgent atque colent Dominum te glorificantem.
Hoc igitur verbum cùm viderit antè profectum,
Afflatum sese credebat cælitus esse, E
Iret vt ad populos Aquilonis in orbe remotos:
Palmâ martyrij sperans se posse beari.

CAPVT XII

Legatio Sueciæ. Ecclesia constructa.

Quanta virò virtus sit, Olef commendat Horicus Cap. 55.

ERgo viæ tamdem Pater aggrediendo laborem,
Secum prædicti legatum Regis Horici
inducitur à Legato Regis Danie, Deduxit pariter, qui Regi diceret Olef:
Rex seruum Domini Ludouicus dirigit ad te,
Quem per cuncta mihi spectatum noueris esse,
Moribus insignem, sanctumque, virumque fidelem.
Hunc ego (nam virtus homines supereminet eius,
Quos rego) Danorum populis inducere cultum
Catholicæ fidei permisi; quæso, quòd ipsum,
In ditione tui possit disponere regni.

Præueniendo septem Sathanas euerterat orbem. Cap. 56.

Exactus igitur bis denis fermè diebus
Appulit ad Byrcam: Regem populique cateruam
reperit Sueciam turbatã; Dæmonis impulsu nimio feruere tumultu
Repperit errorum; præuenerat ergo beatum
Fortè virum quidam, qui terræ numina quemdam F
Diceret inter se conuentum constituisse,
A Diuis ipsum populis notescere missum.
Hactenùs à nobis in pace plagam tenuistis,
Felices vobis fuimus, dum nos coluistis.
Sed cadit à vobis nunc tarior hostia nobis,
Idque quod est grauius nobis, inducitur vnus
Ecce Deus, factis nostris inimicus & artis.
Quòd si forte parum nobis impendere cultum
Est vobis, vestrum Regem cùm scimus Horicum,
In cœtu nostro Deus ille domesticus, ergo
Nosque simul votis placate; sed illud
Æternum numen vestrum non intret in orbem.

Vulgus eum terret, plaudit Rex, & benè spondet. Cap. 57.

Hic igitur populos adeò peruerterat error,
Vota quòd offerrent, quòd thurificando litarent
Defuncto Regi; posito fundamine templi:
At Pater antiquos super hoc conuenit amicos;
Qui dixêre, virum frustrà venisse, nec illum,
Ni redimat sese, viuum decedere posse.
Regem cõtinuio excipit, Se nihil ille refert mortis terrore daturum:
Pro Christo potiùs tormenta subire paratum.
His super afflictus diuerso turbine mentis,

AVCTO REGVALIONE EX MS S.

Cœpit conſilium, Regem ſibi nectere donis:
Conuocat hoſpitio, menſam proponit, & offert
Munera, tum demum quod vellet, apertiùs infert.
A Alloquio dulci Patris obſequioque frequenti
Illectus, planè ſibi Rex mandata placere
Aſſerit: antè tamen populi per ſeditionem,
Non iuſſu Regis, fore de regionibus illis
Propulſos quoſdam, nunc ſe decernere cauſſam
proſpero ſucceſſu. Solum non poſſe, niſi numina conſulat antè.
Sed tuus interſit præſenti nuntius, inquit,
Si vis, in placito mecum, populumque rogabo,
Sortibus arcanum ſcrutabor velle deorum.
Et tu quod quæris ſi diis fautoribus ipſis
Vulgus laudârit, tua res tranquilla manebit:
Verùm quicquid erit tibi nuntius inſinuabit.

Cap. 58. *Ceſſurum præſcit ſibi cælitus, omne quod ambit.*

Accepto Regis reſponſo præco ſalutis
Chriſti præſidium tutumque petiuit aſylum,
imploratiũ Dei auxilii a ſiore intelligit Eſurit, & vigilat, flet, humi ſua membra volutat.
Volueret ergo virum cùm tanta moleſtia rerum,
Iamque propinqua dies placiti foret, accidit inter
Cæleſtem menſam dum fortè litaret ad aram
B Preſbyter, infundi Sanctum ſpiramine Chriſti:
Concipiens equidem Diuinum pectore rorem,
Nouit vti vellet ſibi res ceſſura quòd eſſet.
Inde Sacerdotem monuit ne fortè timeret,
Cùm ſibi pro certo virtus diuina faueret,
Quòd Fratri patuit, quia multis antè probauit
Indiciis rerum ſolari cælitus illum.
Fit Patris ergo fides rata: Rex nam ſcilicet Oleſ
ſorte in ſi dei fauorẽ eductã. Primò Principibus mandata recenſuit eius:
Quærere per ſortem Diuûm ſtatuêre fauorem.
Protinùs in campum, veluti mos poſcit eorum,
Egreſſi miſſis viderunt ſortibus, illis
Velle Deum, quòd vera fides adoleret in oris.
Res ea Pontifici ſtatim differtur amici
Indicio, ſe confortet, ſoletur, agatque
Pectore conſtanti, quoniam Deus annuit illi.
Exilit Angelicus Pater hoc ſolamine fultus.

Cap. 59. *Turba fremit, ſenior verbum facit, & ſilet error.*

Lux vbi proceſſit placiti, Rex ipſe coëgit
In Byrcâ populum: tum morem præco ſecundùm,
tumultu populari Quid velit Antiſtes, cœtum promulgat ad omnem.
Exoritur mixtus clamor creberque tumultus:
Infidum vulgus querulum facit error iniquus.
Murmure confuſis fremituque ſtrepentibus illis,
C Surgens in medio quidam prouectior æuo,
Sic eſt ad Regem populumque locutus eumdem:
Huius iure Dei cultura probabilis, inquit,
Eſt, in ſe cùm præſidio ſperantibus adſit.
à ſeniore peroranto Quam rem ſupremis experti ſæpè periclis.
Ex noſtris quidam Dorſtadi ſpontè lituram
Chriſmatis, & ſacrum iam percepêre lauacrum.
Quærere quam libuit procul, ad nos gratia venit.
Et nunc in manibus ſpem libertatis habemus.
Vtile conſilium cur ergo repellimus? iſtum
Res probat eſſe Deum qui ſummouet omne periclum.
Hîc deſũt verſus aliquot, vt patet etiam in libro proſaico ita notatur) Inter nos ſeruos huius habitare ſinamus.
. . . . . .
Edici nequeunt, vel ſi ſuccurrere nolunt.
In quo certa ſalus, hunc nobis conciliemus.

Cœtus abit: cauſæ pars conſonat altera terræ.

Cap. 60. *ſopito:* Talibus oranti plauſit collectio vulgi,
Vt Chriſti domini cultores atque miniſtri
Inter eos habitent, & munia ſacra frequentent.
Conuentum ſoluit Rex, & noteſcere fecit
Anſchario verbum: ſe verò cedere nondum
Poſſe licenter ei, donec pars altera regni,
Ad quam deferret cauſſam, conſulta probaret.
Ergo die placiti, cùm rurſus in agmine vulgi
Rex per præconem rem declaraſſet eamdem, D
Totius turbæ ſonuerunt ora fauore.

Rex ſtat, & vnda fluit, ſtat Presbyter, ille recedit. Cap. 61.

At vbi, quæ voluit, populo plaudente, peregit,
Aduocat ad ſeſe Sanctum Rex, eccleſiaſque
eccleſiam exſtruit, Dat libertatem fabricandi per regionem:
Eſſe Sacerdotes ſecum decernit, & omnes
Qui vellent liquidis merſare licenter in vndis.
præficit Heribertum. Præſul Heribertum, quem diximus eſſe propinquum
Gautberti, manibus Regis commiſit, vt eius
Myſtica præſidio ſacra protegeretur agendo.
In vico fundum, quo conderet ille ſacellum,
Rex dedit, ære domum Pater ipſe coëmit & hortum.
redit. Inde Sacerdoti quoniam deferret honorem,
Rege ſibi ſpondente ſuam remeauit ad vrbem.

CAPVT XIII

Incrementum Eccleſiæ in Sueciâ. Victoria bellica.

Obiicit in ſomnis ſua Chriſti terga flagellis. Cap. 62.

HVnc Pater angorem mentiſque viæque laborem E
Præſciuit longè, nauim quàm ſolueret, antè.
Viderat in ſomnis vinctum cæſumque flagellis
Paſſione Chriſti in raptu viſã, Vt quondam, Chriſtum, tormenta Crucis ſubiturum.
. . . . . fortè Salem ſeſe præſente per vrbem
Hærodi duci, rurſum ſub Præſide ſiſti,
Paſſim militibus Domini laniantibus artus,
Cùm colaphis gemeret, ceruix faciesque maderet
Immaculata ſputis, ſeſe proruppit & ipſis
Flagris oppoſitis plagas ſuſcepit & ictus
Tergo, procumbens igitur laterique cohærens,
Cetera cùm prorſus tegeret loca corporis eius,
Nam ſibi præſtabat, caput obuelare nequibat.
Hæc Domini miles, quid viſio ſignificaret,
Non intellexit primò, ſed vbi inde rediuit,
Tractanti ſecum, per quot diſcrimina rerum
Tranſierit, quantùm fuerit deriſus, in illum
confirmatur in aduerſis perferendis. Euomuêre viri conuicia quanta profani,
Claruit hæc in ſe Chriſtum maledicta tuliſſe.
Sed Chriſti caput eſt Deus, eius membra fideles,
In quibus affectu patitur pietatis agones.

Diro bella Chori committunt omine Dani. Cap. 63.

Quanta ſalus Chriſtum ſic credere, barbara demum, F
Tum timuit, bellorum ſorte probauit.
natio Quædam, dicta Chori, Scythici gens incola mundi,
Cùm foret imperio Sueonum ſubdita, rupto
Fœdere diſſenſit, pactumque fidemque reuulſit.
Nec latuit Danos ea res ad bella proteruos.
Ergo manu validâ cum multâ claſſe coactâ,
Curlãdos de Danis victores, Fluctibus expenſis appulſi ad littora gentis,
Inſiſtunt bello, dominandi tanta libido,
Prædæ tanta fames. At regni quinque per vrbes
Diuiſus populus tanto terrore tumultus,
Vnà conuenit, totiſque reſiſtere cœpit
Viribus, & Danis ingenti cæde ſubactis,
Ad mediam partem pertritum perculit hoſtem:
Pars abit infauſtæ claſſis, patet altera prædæ.
Ac manus argentum victrix peruaſit & aurum,
Vaſa virûm, veſtes, clypeos, ſua tela, bipennes.

Occupat & delet Segeburg, exercitus Olef. Cap. 64.

Caſu Danorum comperto Rex Sueonum
Olef collegit naues totamque coëgit
Imperij gentem; cupiens acquirere nomen:
Sueciop pugnant: Si victor Danis animo præſtaret & armis,
Ac fieret terræ Rex & dominator, vt antè,
Æquore tranſuectis igitur portuque receptis

Nauibus

A Nauibus in tuto, glomerantur & impete facto,
Segeburgũ incẽdunt, Illius regni quamdam properanter adorſi
Munitam ſeptem pugnantum millibus vrbem,
Expugnauerunt Segeburch igniq́ue dederunt.

Cap. 65. *Imminet Appuliæ: Mars arma cruentat vtrimq;*

Inde viri primo ſucceſſu robore ſumpto,
Puppibus eductis pelago, portuq́ue relictis,
Per terram pedibus diſcurrunt quinque diebus:
Ter quinis celebrem bellantum millibus vrbem
Appuliam obſidant. Appuliam, ſpoliis, armis, opibuſq́ue potentem,
Aggere circumdant & muros ariete pulſant.
Turribus è ſummis ciues pugnando reſiſtunt,
Miſſilibus ſaxiſq́ue viros ſudibuſq́ue repellunt,
Atræ grandinis inſtar vtrimque volatile ferrum
Errat & incautis infert lacrymabile fatum.
Traxerat ambiguus bellum labor octo diebus:
Nulla quies intrà, creberrimus impetus extrà,
Et ſine ſpe palmæ fragor, hinc concurſus ab vrbe,
Plaga, dolor, gemitus, ſanguis, furor, ira, tumultus,
Par erat excluſis, par valli robore clauſis.

Cap. 66. *Miſſâ ſorte gemunt, quòd caſtris numina deſunt.*

Nona dies pugnæ Sueonum pectora fregit:
B Cæde manus tremuêre, ſimul vigor oſſa reliquit.
Decernunt quid agant, redeant, vrbemúe relinquant?
Auxilio à Diis non impetrato, Sed procul eſt claſſis, via longa, grauiſſimus hoſtis
Imminet à tergo, mors eſt ſibi ſæua cupido;
Ecce mori metuunt, & bello cedere nolunt.
An vrbem vincant armis, ſaniue recedant,
More ſuo miſſis inquirunt ſortibus: illis
Aſt quia præſidium dij nolunt ferre, repertum.
Diditur in caſtris, vbi diræ miſſio ſortis,
Inuaſit nimius horror miſerabile vulgus:
Fient, lugent, vlulant, gemitu planctuq́ue cruentant
Pectora, ſe mœſtis incuſat turba querelis.
O miſeranda manus, gens perdita, quò fugiemus?
idolent, Nulla fugæ, ſpes nulla viæ: nos deſeruêre
Numina, caſtra Dei nolunt infauſta tueri.
Sunt procul inde rates: cedendo ſequetur euntes
Hoſtis, & vt pecudes ferro ſternemur inertes.

Cap. 67. . . . . .

Iam ſine cæde viris ſolâ formidine fractis,
Dogmatis Anſcharij memores, errore pericli,
Quidam nautarum Chriſtum ſenſêre probandum
Sortibus, offerri ſibi munera, vota voueri,
C Vtrùm vellet eis iter hic aperire ſalutis;
Chriſtum inuocant, Qui Deus aduerſos retro committere caſus
Et valet, & miſeros ſolet exaudire rogatus.
Mittitur ergo diuûm monitu, populiq́ue precatu
Sors, & felici caſu canit auxiliari
Velle ſibi Chriſtum: quod vt eſt in caſtra relatum,
Clamor lætitiæ ſummo ferit aſtra fragore.
Robur & ingenitus iuuènum vigor induit artus.
Concurrunt alacres animis, virtute potentes,
Funditus euerſis vrbem reſcindere muris.
Quid formidandum iam nobis, quidúe timendum?
Exclamant; Deus omnipotens hæc caſtra tuetur:
In manibus noſtris victoria certa tenetur.

Cap. 68. *Ciuis fœdus init, pubes armata reſiſtit.*

Iam circum muros acies directa, ſub armis
Stabat, & eductis gladiis horrebat & haſtis.
Vrbis concluſæ cùm proclamatur ab arce,
Vt cum Rege ſibi ſit copia concionandi.
Cedit & aſſuetum cohibet Rex atque tumultum:
Ciues continuant & ſic de pace perorant:
Parcite iam nobis; potior concordia bellis
Eſt, & in hoc fœdus vobiſcum percutiemus.
Bello nauali Danis æſtate priori
victoriam obtinent: Quidquid in argento, tulimus quoque quidquid in
auro,
Arma, rates, vobis dabimus pro pignore pacis, AVCTO-
Pro maribus noſtris, quos continet ambitus vrbis, REGVAL-
Argenti mediam capitum per ſingula libram, DONE,
Vectigal tolitum ſuper hoc reddemus in annum. EX MSS.
Obſidibuſq́ue datis in fœdere conditionis D
Subiicimur veſtræ ditioni, ſicut & antè.
Hæc mollire tamen iuuenum promiſſa ferocum
Non poterant animos: irâ belloq́ue frementes
Conſpirant ferro flammiſq́ue regalibus vrbem
Perdere captiuam, terris abducere gentem.

Rex pacem ſtatuit, datur obſes, & vrbe recedit. Cap. 69.

At Rex & primi Procerum de pace locuti,
Congreſſu pugnæ pactum ſibi tutius eſſe,
Iram fregerunt iuuenum, dextraſq́ue dederunt, *acceptâ prædâ redeunt:*
Ter denos vades igitur pro pignore ciues
Tradunt: argenti numerari ſumma vel auri
Non potuit; numerum ſuperauit copia rerum.
Legibus impoſitis terræ de pace colonis,
Soluitur obſidio. Sueones Marte ſecundo
Gauili, repetunt naues, patriamq́ue reuiſunt.
Confeſſi Chriſtum, per quem meruêre ſalutem,
In virtute deos ſuper omnes eſſe potentem.
Inquirunt, quid agant, illi quæ vota rependant.
Auſpice quo tanti ſibi ſit data palma triumphi. E

Nauticus in votis fauor eſt in laude Tonantis. Cap. 70.

Quidam de nautis, qui Chriſti nomen haberent,
Edocuêre viros, ipſi quæ vota vouerent.
Scilicet appoſitis ratibus felicibus vndis
Ad patrium littus, cùm ſeptem luna diebus *perſoluunt vota ieiuniũ.*
Cederet auroræ lucis hebetata rubore,
Ieiunando dies ſeptem non tangere carnes,
Inde quater denis epulatos carne diebus,
Continuare quater decies ieiunia rurſus
Omni complacuit populo, totumque peregit:
Sobria Catholico ritu ieiunia multi
Inter eos duxêre dehinc in nomine Chriſti,
Et quia didicerant Chriſto nil gratius eſſe,
Mendicos fulcire bonis cœpêre benignè.
Heribertus eos inter ſic dogma Sacerdos
Catholicæ fidei pandebat plebe fauenti.

CAPVT XIV

Incrementum Eccleſiæ in Daniâ inter perſecutiones. Viri Apoſtolici in Sueciam miſſi.

Rex interficitur, gens ſæuit, terra mouetur. Cap. 71.

COntigit hæc inter piratas inſidiari
Regno Danorum, certamen & inde moueri:
Horrico ſeniori In quo confoſſus quoque Rex defecit Horicus,
Occubuêre Duces terræ ſimul atque Tribuni,
Rerum Pontificis fautores, eius amici.
ſuccedit alter Horricus. Regni primatum iunior ſuſcepit Horicus:
Alteritas Regum fuit immutatio rerum.
Conſilium regni Proceres verière moderni,
Cum quibus Anſcharius, ſeniordum vixit Horicus,
Fœdus amicitiæ nullum deuinxerat antè.
Vnde nouum Regem ſuaſêre, iuberet vt ædem
Funditus Eccleſiæ ſubuerti ſtantis apud ſe,
Et terrâ pelli penitùs myſteria Chriſti:
Se mala perpeſſos offenſaq́ue Numina dicunt, *Sacerdos Sleſvvico pellitur.*
Induci regno, quòd barbara ſacra tulerunt.
His permotus Horich Vicecomes ipſe Scleaſuuich
Sacrilegæ mentis vir, Chriſti legibus hoſtis,
Eccleſiam claudi iuſſit, cultumq́ue relinqui
Legis Diuinæ: compulſus Presbyter inde,
Diſceſſit profugus tanti terrore timultus.

AVCTORE GVALDONE, EX MSS.

Mens præſaga ſenis ſit certa vocamine Regis.

Fecerat Anſcharium cum ſollicitudine triſtem
Res ea, quòd veterum nullum cum Rege fidelem,
A Qui ſibi præſidium conferret, habebat amicum.
Cap. 72. Humanâ priuatus, opem ſibi more petiuit
Diuinam ſolito, nec eum ſpes illa fefellit.
Namque ſuperna viri mentem ſolatio certam
Reddidit, vt ſciret rabiem nil poſſe malignam:
Quòd fidei lumen tenebris operiret ibidem
Nubes erroris, pallens caligine mortis.
Exitus edocuit, quòd mens præſaga futurum
Viderat, ad Regem quoniam pro rebus iturum,
Mittitur. Nuntius ante diem Regis præuenit, eumdem
Tum mandantis ad eccleſiam debere remitti.
Velle patrocinium ſeſe committere Chriſti.
Nil in amicitiis à ſe minùs eſſe colendum,
Pontificem coluiſſe ſenem quàm ſciret Horicum.

Cap. 73. *Pontificem donat Rex, & ius omne reformat.*

Ergo Pater ſuper his cùm Regem ſanctus adiſſet,
Et coràm Burgardus eum Comes exhibuiſſet,
Nobilis & magnus Regi vir vtrique propinquus,
B Quo fautore ſenem ſibi conciliârat Horicum,
Senſerat & fidum per cuncta negotia rerum.
Rex gratanter eum ſummoque recepit honore,
altera eccleſia conceditur Ripa. Reſtituitque libens regali iura fauore,
Iam collata ſibi dono ſenioris Horici,
Eccleſiæque nolam trabibus permiſit ab altis
Appendi, quod grande nefas erat ante profanis:
Ceſſit & in portu regni, qui Rippa vocatur,
Vt domus eccleſiæ noua Chriſto conſtrueretur.

Cap. 74. *Is venit, hic intrat, redit hic, & febre laborat.*

Anfridum quemdam nutrirat Epiſcopus Ebo
In Sueciâ miſſi Ordine Presbyterum, ſed carnis origine Danum:
Qui per tempus idem Sueonum miſſus in orbem.
. . . apud populos, præfatus & inde Sacerdos
Venit Erimbertus. Cùm verò Presbyter idem
Anfridus, Gente fauente ſibi tribus annis eſſet ibidem,
Præſulis audito Gautberti fine receſſit,
Inde dies aliquot pòſt vitæ tempora clauſit
Vltima, correptus febre, carnis morte ſolutus.

Cap. 75. *Presbyterum ſpoliat latro, nudũ Chriſtus adoptat.*

Anſcharius, ne fortè fides ibi cœpta periret
Anxius, ad populum, cæli qui rore rigaret,
C Corda, Regimbertum ſatis hoc operamine dignum
Mittere diſpoſuit: ſed Presbyter ille Scleaſwich,
Ragembertus, Quo portu puppes ſtabant, & nautica pubes,
Cùm peteret, captum manus impacata latronum
Detinuit, res diripuit, nuduméque reliquit.
Hic ad nos rediens felici morte beatus,
Tranſiit ad Superos, terris pro parte retentus,
Quo mundi Regina die de carne migrauit
Et regni ſolium ſuper aſtra Maria locauit.

Cap. 76. *Tota Sacerdoti gens eſt cum Rege fauori.*

Impatiens animi Paſtor turbatus in hac re,
Impoſitis manibus alium ſacrauit, eumque
Miſit, vt in populis impleret opus Deitatis.
Illi Riberto nomen, natalis origo
Rimbertus, Et genus è Danis erat: hunc Rex totaque gentis
Excepit dignè facies, habuitque benignè.
Huic etenim Pater ille pius legârat, vt omnem
Turpis auaritiæ mallet contemnere labem,
Neue quid à populo peteret, manuumque labore
Tegminis & victus vſum ſibi quæreret ipſe.
Sic inter Gentes ſtatuit quos eſſe miniſtros
Omnes commonuit, quòd ſi quid propter amicos
Lucrandos dandum foret, à ſe ſanxit habendum.

In feruore ſenis cor Spiritus vrit Ebonis. D Cap. 77.

Quamuis ſemper eum per tot diſcrimina rerum
Vexerit interiùs Diuini gratia roris,
Ne torpore pij curam laxaret agonis;
Excitatur S. Anſcharius zelo Ebonis Hoc tamen in ſtudio vehementer Epiſcopus Ebo,
Cui fuit in primis legatio credita Gentis,
Illius mentem verbis animantibus ignem
Inflammârat, vt in populis mandata ſalutis
Promulgaret, & intrepidus luctaminis huius
Curreret in ſtadio: pro Gentibus ille vocandis
Cælitus æterni flammis flagrabat amoris,
Cuius adhortatu Pater hic pro nomine Chriſti
Bella gerens, nullo potuit terrore moueri.

Quòd labor in Domino fructũ ferat, aſſerit Ebo. Cap. 78.

Multis quippe virum monitis formauerat Ebo:
Sed tamen illius numquàm de pectore ſermo
Inter eos habitus ſupremo affamine, prorſus
Euelli potuit, nec Præſulis ore receſſit.
& vltimo colloquio: Nam quæ paſſus erat cum Domnus Epiſcopus illi
Ærumnas retuliſſet, eumque rogaret vt ipſi
Quid ſuper hoc eſſet ſibi viſum dicere vellet:
E Tunc velut afflatus diuini Numinis aurâ,
Reſponſum dedit: Eſt nil ſpe mihi certius iſtâ,
Fructificante Deo quàm quòd labor iſte maniplos
Colliget, & fructum dabit: at ſi quando procellam
Humani ſceleris tempeſtas mouerit vllam,
Non tamen arebit penitùs, ſed fructificabit
Fruge ſalutari, nomen laudabile Chriſti
Finibus externis dum dilatabitur orbis.

Fregit nulla virum vis, aut populatio rerum. Cap. 79.

Sic deſiderium ſuccenderat ardor eorum:
Tanta fides animi direxit ad extera mundi
Regna viros, ſacræ pro relligionis amore:
Aduersùs Zabulum Chriſti ſic arma tulerunt,
A quo non dubium palmam ſudoris habebunt.
Hæc pietas, hic verus amor, hæc gratia numquàm
Ceſſit ab Anſchario: genus implacabile quamquàm
Piratæ raperent famulos terraſque grauarent
Eccleſiæ crebris incurſibus; ille beatus,
orat pro Gentilium cõuerſione. Ille pius, mitis, patiens Pater, atque benignus
Orabat Dominum ſemper, ne verteret illis
Hoc in peccatum, quòd gens intenta rapinis,
Quam deluſiſſet Sathanas erroribus, eſſet
Ignorando Deum rebus damnoſa piorum.
F Hoc adeò viguit mentis feruore per omne
Tempus, quòd ſummo poſitus languoris agone,
Non tamen antè ſuæ diſponere ſortis omiſit
Munia, quàm moriens oris ſpiramina clauſit.
In quo propoſito præuentum credere fas eſt,
De tumulis hominum caro mortua quando reſurget,
Multis Danorum comitantibus & Suëonum,
Quos ſaluauit, eum conſcendere regna polorum:

CAPVT XV

S. Anſcharij pœnitentiæ, preces, eleemoſynæ.

Vt paruo victu, ſcabro ſe mulctat amictu. Cap. 80.

FErbuerit ſanè conſtat pro Gentibus ipſe
Quantùm ſaluandis: ſupereſt euoluere qualis
Extiterit, ſanctam quo duxerit ordine vitam.
Quantus Corbeiæ fuerit nouêre priores:
Sicut fama refert, mirandus apud ſeniores
Vixit adhuc iuuenis, nimij feruore rigoris:
Iam verò promotus ad arcem Pontificatus,
Augmentum capiendo pios excreuit in actus.
Cùm zelando Patres, vitam ſequeretur eorum,
Martinum ſanxit ſpecialiùs eſſe ſequendum.
Cilicio ſubtus nudos obuoluetat artus,
cilicio induitur,

Vſu

A Vſu nocturno, non tantùm dico diurno,
In verbo Domini populis prodeſſe ſtudebat.
Liber ab officiis aliquando remotus agebat:
amat ſolitudinem: Ad quod opus cellam ſibi vir fabricauerat aptam;
Nomen ei Placidus locus & mæroris amicus.
Otia duxit in hoc remoratus dogmate ſecum
Cum paucis, quotiens ſiluêre negotia rerum:
Eccleſiæque tamen ſibi prætulit vtilitatem,
Dum viguit corpus, dum rexit membra iuuentus.
parcus in victu, Dimenſos latices, appenſos pondere panes,
Degere cùm licuit, ſolùm ſæpiſſimè ſumpſit:
Gloria vana viri quo tempore cor terebrauit.

Cap. 81. *Quis foret agnouit, dum vanâ mente ſuperbit.*

Cœperat ergo ſibi vir maximus eſſe videri,
Qui ſic tabe famis tenuaſſet viſcera carnis.
Senſit vt interiùs peſtis crudeſcere virus,
vanam gloriam cuitat Sollicitus prorę, precibus ſibi conſulit ipſe.
Nocte ſoporiferâ torpebant languida membra,
Reppulerat carnis ſomnum vigilantia mentis:
Se ſuper aſtra rapi, fauceſque dehiſcere mundi
Vidit, vt horrendæ vallis baratrum; tamen inde
Felices animas conſurgere lucis ad auras
Angelico ductu: ſed in ipſo vallis hiatu
B Quædam ſementis ſpecies apparuit illi,
Vnde genus hominum carnis prorumpit in ortum.
Aſpiciendo ſtupor totum peruaſit & horror:
Horruit aſpectu ſuper hoc mirabile viſu:
Audit & vocem, ſe pertractare iubentem,
viſione Originis humanæ: Præſentis vitæ quo proceſſiſſet in eſſe
Principio, dictumque ſibi fuit: Ergo videto,
Vnde ſuperbit homo modò, quem ſic vilis origo
Et cum peccatis parit in conualle doloris,
Et ſi quid bonitatis habet, non accipit à ſe:
Luminis eſt à Patre bonum quo ducitur omne.
Ortus ergo tui primordia commemorabis,
Si cor vlteriùs turbauerit improba peſtis:
Et tibi ſubueniet Deus, & vis illa recedet.

Cap. 82. *Eſcas, non potus, auxit ruinoſa ſenectus.*

Aſt vbi conſenuit, non ſic ieiunia duxit,
ſenior minùs ieiunat, Sed tamen hauſit aquam ſemper, licet auxerit eſcam,
Ni quia vitando vanæ contagia laudis,
Quæ bibiturus erat, modicùm ſtillabat in vndis,
Depotu tenuem nihil indulcando ſaporem.
Indulgere cibis ſi compulit ægra ſenectus,
Sparſit opes, fuditque preces: operatio virtus,
C Virtutum radix, & earum ſedula nutrix.
captiuos redimit: Captiuos de ſeruitio pleroſque redemit
In libertatem, quorum ſub iure redegit
Chriſti nonnullos, Diuinis vſibus aptos.

Cap. 83. *Languet amore, ſitit lacrymas, & habendo profundit.*

Quàm feruens in amore Dei fuit & ſtudioſus,
Indicio libros, quos ipſe notauit, habemus,
libros pios conſcribit, In quibus Omnipotentis laus æterna reſultat;
Tum delinquentum correptio crimina multat.
Laus quoque perpetuæ lucis terrorque gehennæ:
Id quod lamentum producit, corda legentum
Emollit lacrymis, ſtimulis & purgit amoris.
Hoc deſiderium ſenis inſatiabile Fratrum
Multis Corbeiæ veteris, pleriſque nouellæ
Noruit, his libris aliquid conferre rogatis:
Sed lacrymas acuens, & luctu pectora ſcindens,
in lacrymas effuſus Pagina nulla ſibi poterat ſatis eſſe, volenti
Perpetuo mœrore ſuam producere vitam.
Nam licet aſſiduo lacrymarum rore maderet,
Cor tamen ardebat, cùm mens liquefacta ſitiret.
Tandem ſupremo Dominus ſibi præſtitit anno
Ætatis, vellet quotiens, vt flere valeret.

Conterit in Pſalmis pigmentum nectare mellis. AVETORE GVALDONE, ex MSS. D

Ex ſacris collecta libris oramina Pſalmis
Aptauit quædam cordis quoque alentia flammam,
Quod genus orandi placuit Pigmenta vocari:
Quod ſibi tota per hæc modulatio dulcior eſſet. Cap. 84. *preces ſibi è Pſalmis format,*
Quæ non verborum phaleris ſterilique lepore
Texuit, interno permiſcuit illa ſapore:
Et nunc iudicium collaudat Conctipotentis,
Glorificatque pios, modò fontes luget in illis.
Omnibus eſſe tamen ſe iudicat inferiorem,
Decantando quidem Pſalmos, in fine ſilebat;
Et tacitus pſaliente choro pigmenta tenebat.
Pandere nolenti quidam cùm poſſet apud ſe
Vix precibus multis extorſit, quæ tamen ipſe
Scripta ſibi, viuente viro, non prodidit vlli:
Expoſuit verò poſt mortem ſcire volenti.
Inter pſallendum contexere rete ſolebat;
Non linguam, non ipſe manus torpere ſinebat.

Nox, aurora, ſuos habet, ara, cubatio, Pſalmos. Cap. 85.

Diſpoſuit Psalmos, & quos in nocte citaret,
Quos redeunte die, quos dum libare pararet, *eos per tempora diſponit:*
Quos iam diſcinctus dum lecto poneret artus.
Aut cum manè ſibi velamina circumferret E
Muniretque pedes, oculoſque manuſque lauaret,
Os Letaniæ cantu reſonabat, & inde
Ibat ad Eccleſiam, tum tres aut quattuor adſtans
Miſſas ritè ſibi faciebat concelebrari. *Miſſas audit, celebrat.*
Tempore legitimo Miſſæ ſolennis agebat
Ipſe miniſterium, ſi non audire volebat.

In ſumptus inopum decimat pecus atque metallũ. Cap. 86.

Iam verò quàm pauperibus piè prodigus iſte
Vir fuerit, quantum dederit, comprehendere mente
Non opus eſt: in amore Dei diſcrimina paſſis
Subueniendo ferebat opem pro poſſe: nec illis,
Indigenas terræ tantùm quos nouerat eſſe, *Largus in eleemoſynæ dandis,*
Longinquâ poſitis ſumptus dabat in regione.
In Brema ſtabulum ſpeciale dicauit egenis:
Huc de contiguis decimas conducere villis
Conſtituit, quibus æger, inops, peregrinus, & hoſpes
Eſſet habendo cibos recreato corpore ſoſpes.
At pecudum decimas ex omni Pontificatu
Ad ſe ſpectantes, inopum dirimebat in vſu.
Nec minùs argenti cenſum decimabat in anno;
Rurſus ab integro decimans animalia quinto,
Omne capùt decimum manibus tradebat egentum. F
Porrò monaſteriis quòd cederet in ratione
Argenti quartam partem diſcreuit in hac re.

Aes tulit in zonis, ne pauper abiret inanis. Cap. 87.

Ergo ſuper viduas, pupillos, anachoretas,
Maxima cura ſibi, paſci, munuſcula mitti,
Corpora ſubſidiis recreari, pectora verbis:
In zonâ propriâ ſemper pendente crumenâ
Ibat cum nummis, pauper ſi quando veniret, *ſecum ferè nummos in vſum pauperum,*
Nec foret œconomus præſens, vt munus haberet: Iob 31. 16
Illud Iob ſtuduit de ſe complere, quod inquit,
Ne faceret viduæ cunctari lumina, ſicque
Orbis erat cœco, claudo pes, tutor egeno.

Corporis ima lauat, pauper ſedet, ille miniſtrat. Cap. 88.

Omni verò die ſacrati temporis, in ſe
Quod quater decies currit, faciebat egentes
Quatuor induci, ſexus vtriuſque Bremenſi
Hoſpitio, manibuſque pedes Pater ipſe lauabat: *eorum pedes lauat:*
Hoc quædam, Dominum metuens reuerenter, agebat
Pro ſe fæmineis incumbens fæmina plantis.
Si per Epiſcopij terras aliquando migraret,
Primùm pauperibus domus, ad quam cumque veniret,
Ponieret vt menſam, ſibi deſudabat in eſcam.
In quibus obſequiis adeò fore promptus, vt imbres

Funderet

AVCTORE GVALDONE, EX MSS.

Funderet in manibus, miſceret pocula panes
Inferret menſæ, ſic demum accumberet ipſe,
Hoſpitibus ſecum conſcitis ad comedendum.

A *Mœſta probauit anus, quantùm fuit ille benignus.*

Cap. 89.

Fur eſt exemplis, cuius fuerit pietatis,
Promere: nunc verſu, quòd claruit indice viſu,
Expediam. Viduæ cuiuſdam captus ab hoſte
Filius, in regnum ductus fuerat Suëonum.
captiuum matri reddit. Præſul eum iuuenem, deſcendens in regionem,
Exilio ſoluit pretio, ſecumque reduxit
In patriam, mater quem cùm gemebunda videret:
Immaduit lacrymis animo gaudente profulis.
Res inopina boni pectus muliebre reſoluit,
Nec minùs vndanti fletu Pater ora rigauit,
Et iuuenem viduæ comitem permiſit abire,
Liber abit ſeruus lacrymis auroque redemptus:
Accepit fletum pietas, quæ præbuit aurum,
Et tamen ingemuit, patere, cùm gaudia, fleuit.

CAPVT XVI

Illuſtrationes diuinæ. Miracula.

Cap. 90. *Omnia præſciuit, nec eum res vlla fefellit.*

B ERgo beatus homo, quia ciuis erat Paradiſi,
Crebriùs æternis ſplendoribus irradiari
In terris meruit: vel cùm ſopor oſſa rigaret,
Reuelatione diuinâ futura cognoſcit. In ſomnis arcana videns; aut cùm vigilaret,
Siue per exceſſum, vel mente per interiorem
Introitum, ferè rem venturam nouerat omnem.
Si foret interdum magnum quid fortè gerendum,
Nil inconſultè ſtatuens, optabat habere
Tempus tractandi ſecum, dum cælitus illi
Gratia ſuggereret Domini, quid rectius eſſet.
Sic animo certus cauſſam fidenter agebat:
Iamque Sion montem trepidatio nulla mouebat.
Sed quæcumque ſibi locupleriùs entiuerunt
In ſomnis, adeò myſteria certa fuerunt,
Vt nequeat falſi quid eum vidiſſe probarri.
Argumenta fidem faciunt in rebus opertis,
Viſus & auditus diiudicat in manifeſtis.

Cap. 91. *Per viſum terræ Paſtor decernitur eſſe.*

Ergo priùs Bremam quàm proceſſiſſet ad vrbem,
Præſul vt eſſet ibi, deuenerat in regionem
Quamdam per viſum, peragrans ea Tempe, beatum
Introitum vitæ qui pandit in æthere, Petrum
Repperit, & valdè mirari cœpit, & eccè
C Aduenêre viri quidam de Gente petentes,
In viſione agnoſcit ſe datum Paſtorem Vt Præceptorem legaret Apoſtolus illis.
Vobis Paſtor erit, coràm quem cernitis, inquit,
Hic vir vt Anſcharium promouit, tum ſibi viſum
Eſt magno terram motu tremuiſſe, ruinam
Perpeſſam, terræ vocem veniſſe ſuper ſe,
Quæ pluit in mentem tantæ dulcedinis imbrem,
Vt ſe perfundi flatus aſpergine ſacri
Sentiret, totum Chriſti nouitate refertum.
Vox delapſa fuit benedictio. Poſteà vidit
Prædictos iterare viros, vt quemlibet illis
Doctorem legaret Apoſtolus. Ille moleſtis
Reſpondit veluti dedignans: Nonne ego dixi
Quòd vobis iſte deberet Epiſcopus eſſe.
Idcircò ſuper hoc audiſtis ab æthere vocem
Adueniſſe ſacri ſpiraminis, oppilionem
Vt ſacraret eum vobis. Hic excita ſomnum,
Vt ſolet, excuſſit ſibi mens; & viſio ceſſit.
Poſt tamen annalem ſol ter circumtulit orbem,
Quàm Bremenſis ad Eccleſiæ conſurgeret arcem;
Quolibet ob Dominum cùm ſe præſciret iturum.

Quod ſopor inuoluit, plebis diſſenſio ſoluit. D

Cap. 92.

Imperio Regis tandem directus ad vrbem,
Ætheris Eccleſiam tibi, Clauger, eſſe dicatam *& Epiſcopum Bremenſibus:*
Repperit; ac quoſdam cùm diſſentire videret,
Ex re cognouit, quid viſio ſignificaſſet.
Sic vrbis dictæ conſenſit Epiſcopus eſſe,
Antè quòd omnino renuebat. Tempore verò
Quo Turholt tenuit, quoſdam de gente coëmit
Sclauorum pueros, quos legibus erudiendos
Catholicis, cellâ Pater educabat in illâ.
Horum nonnullos Rainarius expulit inde, *ob Torholtam ablatam*
Quando ſibi cellam Carolus conceſſit, eoſque
Rex tibi, Chriſte, tulit, homini ſeruire coëgit.

Dux furit, vltor adeſt, tremit ille, nec irrita vox eſt. Cap. 93.

Cùm ſuper hoc pateretur Epiſcopus anxietatem
Immodicam, veniſſe domum ſe vidit in vnam:
In quâ Rex Carolus ſimul & Rainarius ipſe *præuidet*
Inueniebatur, quos ille redarguit inde,
Quòd puerös, nutrire Deo quos diſpoſuiſſet.
Vtibus hoſce ſuis Rainarius applicuiſſet.
Concitus ille furore, pedem ſurrexit, vt eius E
Tunderet os: ſibi viſus adeſt aſſiſtere Chriſtus,
Et ſic ad Regem dixiſſe virumque rebellem:
Qui vos eſtis, ait, qui ſic innobilitatis
Alterius ſeruum, licet illum non timeatis?
Seruus habet Dominum, quòd non impunè feretis.
Hoc ſermone viri tremuerunt. Ille ſopori *Rainarius puniendus.*
Eripitur; nec ſe deluſit viſio: nempe
Pœna mali vindex, fuit huius oromatis index.
Pòſt paullò tantam ſiquidem Rainarius iram
Principis incurrit, quòd eum placare nequiuit,
Vltrà ſed cellam cum rebus perdidit ipſam.

Clemens, facundus, lenis fuit, & metuendus. Cap. 94.

Hanc etiam partem decurrat inepta poëſis,
In paſtorali fuerit moderamine qualis.
Ad quod dixiſti, ſanctiſſime Papa Gregori
In ſpecie vigilum, Chriſti quibus Angelus ortum
Tradidit, Eccleſiæ Pater, hunc vigilem meruiſſe
Vallari ſplendore Dei: videre cohortes
Angelicas ſuper excubias gregis oppiliones.
Hic vigilanter oues, Chriſtus quæ morte redemit,
Pauit, & ad vitæ fontes & paſcua duxit,
Promeruitque frui diuini luminis aurâ, *Gratiâ Dei excitatur.*
Mente videre Deum; myſteria noſſe ſuperna.
Agnouêre ſui, quoniam comes extitit illi
Et dux in rebus faciendis cælica virtus.
Gratia quippe Dei radiabat in ore venuſto: F
Dulcior inde faui redolentis nectare ſermo
Emanans, erat terribilis tamen & metuendus;
Blandimenta metûs conſperſerat vnde modeſtus, *in verbis blandus & ſeuerus.*
Terror blanditus influxerat vnde modeſtus:
Et fera terrebat Pater & pia corda fouebat,
In quo iudicij iam quædam forma futuri
Præcedebat, vbi Iudex erit ille ſeuerus
Et blandus iuſtis, & iniquis intolerandus.

Prata virûm Freſiæ flammeſcunt ætheris igne. Cap. 95.

Hæc erat in verbis igitur vultuque docentis
Gratia, terribilem quòd eum locupleſque potenſque
Aſpiceret, tremeretque procax, at pauper inopſque
Vt Patrem coleret, fratrem mediocris amaret.
Quærere nolenti virtutum ſigna, cauenti
Ne, quâ pruriret mens ex virture, periret.
Non tamen hæc aberant, quoniam prolata nequibant
Illius ore viri Domini mandata reſolui.
Hoc autem Freſiæ quod contigit in regione,
Cælum conſpexit, tellus exuſta probauit.
Fortè dies ſolennis erat lux prima dierum, *Fœnũ die Dominico collectum.*
Quæ nomen trahit à Domino, qui rapit auernum:

Præſul

A Præſul in Oſtargo verbum de more ſalutis
Fecerat ad populum, terræ prohibendo colonis,
Exerceret opus feſtis vt nemo diebus.
Ac quidam de plebe truces hominesque barburi,
Vt redîre donium, cæli cùm ſuda ſereni
Rideret facies, nec læderet æëra nubes,
Prata petunt, fœni cumulos faciunt: ſed aceruos,
Veſper vt aduenit, combuſſit cælicus ignis,
Stulta die cumularat eo quotquot manus; acti
igne cæleſti ardet. Anteriore tamen non ſunt incendia paſſi.
At per circuitum populi conſurgere fumum,
Et procùl igniuomas ferri per inane fauillas
Cernentes, valdè timuêre, putando ſuper ſe
Hoſtilem veniſſe manum: diſcuſſa ſuperbam
Res docuit mentem flammis cæleſtibus vltam.

Cap. 96. *Flagitio populi mæret mens, deficit illi.*

Nordalbingorum facinus reor eſſe notandum:
Quoúe modo Præſul crimen correxerit illud.
Captiui quidam de terris Chriſticolarum,
Cùm deueniſſent ad barbara regna, malorum
Ponderibus fracti, properabant inde reuerti.
Chriſtiani à Nordalbingis capti, Sed nihil horriſonas miſeris rupiſſe carenas
Proderat, aut oneri pede conſuluiſſe fugaci,
Nordalbingorum quoniam gens fortè locorum
Proxima Paganis, profugos conſtringere vinclis,
B Cùm colerent Chriſtum, Paganis vendere rurſum;
Vendere Chriſticolis emptoribus impietatis,
Proh dolor, audebat, vel eoſdem iure tenebat
Seruitij. Lugubre nefas, quod vt attigit aurem
Præſulis, indoluit rem commiſiſſe fideles
Illicitam populos, eſſet quibus ipſe Sacerdos.
Sed cùm participes ſceleris fore nobiliores
Audiſſet populi, vulnus reſerare volenti
Conſilium pro re non ſufficiebat apud ſe.

Cap. 97. *Proſequitur Dominum, cor tollit gloria rerum.*

Cùm ſuper hoc igitur fluctu quateretur & æſtu
Curatum, ſolitam meruit ſolaminis auram.
Alta quies noctis feſſis diffuſa medullis
Obruerat corpus; ſed cor erexerat intus:
Viſio proceſſit, quæ mentis nubila terſit.
ab eo Vidit, in hoc, fuit vt quondam, Deus orbe quòd eſſet,
Cùm populis documenta dedit; viditque quòd iſſet
Sanctorum multâ circumuallante cateruâ:
Quorum ſe comitem progreſſu ſenſit eodem.
viſione recreato, Exultare ſibi, quoniam nihil eſſe moleſti,
Tantus erat terror tumidis illatus & horror:
Cælitus ac fieri, nullo ſpirante reniti,
Libertas captis, optata redemptio vinctis.

Cap. 98. *Corrigitur facinus, rapitur de carcere vinctus.*

C Hæc Patris in Domino firmauit viſio mentem,
Iret vt ereptum miſeros, compeſcere ſontem
Flagitio populum, facinus damnare nefandum.
Mouit iter, petiitque viros: vbi gratia Chriſti
Sic præuenit eum, quòd nemo reſiſteret illi.
In primis opibus, tum nobilitate potentes
Pœnituit feciſſe malum, timuêre minores:
liberantur Compedibus vincti vulgò ſcrutantur, & antè
Producti, malunt vbicumque, ſinuntur abire.
Pactum conſtituunt, nullum, iurando, tueri
Oppoſitum crimen; ſed ius examine Chriſti
Tollat vterque ſuum pariter popularis & exul.
Hanc adeò Pater ergo viam feliciter egit,
Eſſet vt indicio Dominum feciſſe, quòd inquit:
Matth. 28.20 En ego vobiſcùm ſum temporis omne per æuum.
Porrò viæ comites, alacres ex proſperitate
In tam felici ſe numquàm calle fuiſſe
Aſſeruêre, palàm dicentes, ergo videmus
Quod Dominus verè noſtros direxerit actus.

Exul & affinis tulit æger dona ſalutis. AVCTORE GVALDONE, EX MSS.

Dicere nemo valet, quantos orando ſaluti
Reddidit, ægra fouere olei medicamine ſacri
Membra; quod experti paſſim vulgando celebrem
In virtute virum terram fecêre per omnem.
Non modò finitimos, longinquis ruinor ab oris
Suaſerat infirmos ad dona venire ſalutis.
Occultare tamen quàm, diuulgare volentem,
Gratia quanta foret in virtute medenti,
Hoc vni dixiſſe ferunt aliquando ſuorum,
Cùm fieret coram ſe mentio prodigiorum:
Quem Deus audiret, ſi ſcirem me fore dignum;
Iam peterem, mihi vellet vti concedere ſignum,
Vt faceret de me, quo poſſem vir bonus eſſe.

Cap. 99. *oleo ſacro morbos pellit.*

ita eſt alij deeſt forte api,

CAPVT XVII

Morbus, obitus, ſepultura.

At formido virum torſit, vis lingua malorum. Cap. 100.

SEd tamen illius morbi violentia corpus
Vrgebat; fortis cùm ſic in robore mentis
Eſſet, vita quidem ferè pertulit omnis agonem
Martyrij, flammis duri decocta laboris.
Plurima bella pati, quærendo negotia Chriſti,
Contigit exterius, metus & labor extitit intus,
Propter barbariem prædas violenter agentem:
Pondera tanta viri contra veniendo maligni
Auxerunt linguis ſpirantes virus, vt anguis.
Id, præter proprij cruciatus corporis, illi
Quid niſi martyrium fuit & cæleſte trophæum?
Dulcia quæ cecinit rerum monumenta priorum,
Cogitur ad lacrymas luctu confuſa voluptas.
Reſtat in occubitu lugubri plaudere verſum
Luctificum Muſæ; ſed nollens carmen inire:
Sed licet ora riget fletus, creberque fatiget
Guttura ſingultus, contundat pectora planctus;
Patris ad exequias tamen inuitabo Camænas.
Quatuor ad ſextum decies cumulauerat annum:
Tot rota totius vitæ fuit acta diebus.

E *Martyr totâ vitâ*

In languore gemit, quod Chriſti victima non ſit. Cap. 101.

At verò decimum ter Epiſcopus egerat annum
Quatuor adiectis, quo tempore lurida peſtis,
Quam dyſenteriam dicunt, in carne ruinam
Intulit exhauſit vires, viralia torſit.
Iugi digerie bis bino paſſio menſe;
Tabuerat corpus, labor attenuauerat artus:
Senſerat vrgeri ſeſe glaucomate lethi:
Inde Deo grates cùm redderet vberiores,
Dicebat ſcelerum meritò minùs eſſe flagellum.
Illud proclamans, illud Iob ſæpè frequentans:
Si Domini tulimus bona, quare non toleremus
Et mala? Mæror erat tamen inde grauiſſimus illi,
Quòd ſe martyrio, non hoc diſcrimine ſolui
Rebatur, veluti per ſomnum viderat olim.
Ergo ſenex animo ſibimet reputabat amaro
Ex torrem palmæ factum victricis honore,
Ipſum laurigerâ ſe defraudaſſe coronâ,
Per vitium culpæ ſpem ſanguinis euacuaſſe.
Cantans cum gemitu, quod ait Pſalmiſta: Deus tu
Iuſtus es, & rectè cauſſam decernis & æquè.

Iob 3.10

ob vitam martyrio non eonſummandâ triſtis.

Pſal. 118. 137

Carnis lingua ſilet, vox cæli pectora mulcet. Cap. 102.

Hanc animi tandem cùm panderet anxietatem,
Diſcipulo, qui fidus erat, qui cetera norat
Interiora, ſenis vitæ propè conſcius omnis;
Iſque laboriferum cordis lenire tumultum
Et conſolari cupiens, cùm diceret ipſi.
Non fore promiſſum, ſe vel fornace cremandum,
Aut obtruncandum gladio, fluctuúe necandum,

animatur à diſcipulo:

Sed

AVCTORE GVALDONE. Ex MS S.

Sed neque diſſectum ferris, aut rupibus actum,
Caſu fælici ſcanſorum culmina cæli
Sed cum martyrij palmâ debere reuerti:
A Se propter Chriſtum diuerſa pericula paſſum,
In ſtadio fidei palmam meruiſſe triumphi.
Si nihil aduerſi vitâ toleraſſet in omni,
Accumulare tamen iuguli fælicis honorem
Letalis morbi poterat labor vltimus illi.
Attamen attolli ſolamine dulcis amici
Non potuit ſenior: conceptus pectore mæror
Dulcorem mentis potarat felle doloris.
At Domini pietas, cui ſemper prona facultas.
Mœſtos ſolari, contritis corde mederi,
Mœroris nebulam terſit, pacando procellam,
Sollicitæ mentis ſuperi medicamine roris:
Corripuitque ſenem, ſtillans vigilantis in aurem
Vocem ſenſificam, non quam ſopor ingerit vmbram
In ſomnis, animæ, cùm torpent membra ſopore.

Cap. 103. *Spes redit, ancipitem ſolidat correctio mentem.*

Ergo die quadam, cùm myſtica fercula menſam
Voce cæleſti recreatur: Ornarent Domini, ſacri de carnibus Agni,
Æger & ante ſacram reſideret Epiſcopus aram;
Sollicituſque nimis, ſubito libramine mentis
B Raptus in exceſſu, carniſque reductus ab æſtu,
Ereptuſque ſibi, venientis ab æthere verbi
Voce redarguitur vehementer, quòd quateretur
Mentis arundineæ ventoſis motibus ipſe:
Qui de promiſſis dubitaſſet Cunctipotentis;
Seu vis vlla mali Dominum peruertere poſſit,
Aut aliquod facinus bonitatem ſubruat eius.
Indubitanter, ait, credas, quòd vtrumque ſalutis
Auctor perficiet: tibi nam peccata remittet.
Quæ modò te torquet, modò quæ te cura remordet:
Et tibi promiſſi cumulabit gaudia voti:
Fiet, & optatam pariet tibi viſio palmam.
Vox ſiluit, Pater intremuit, mentemque recepit,
Mentem compoſitam, mentem mœrore piatam,
Melliflui mentem ſolaminis imbre madentem.

Cap. 104. *Vnit Pontifices, monet eius epiſtola Reges.*

Inde Dei famulus vigilanter Pontificatus,
Quantum præualuit, librare negotia cœpit:
conuerſionem Gentium Epiſcopis & Regibus commendat: Regni Pontifices paſſim mittenda per omnes
Sedis Apoſtolicæ fecit decreta notare
Pluribus in foliis, Boreæ glacialis in oris
Quæ ſibi pro populis fuerant legata vocandis.
Hoc etiam terræ Dominis & Regibus æquè,
Vt genus alternum ſic nomen habentibus vnum,
C Cùm foret ille Pater, foret illi filius alter,
Commendans proprios apices direxit, & ambos
Commonuit curæ ius religionis habere:
Huius propoſiti pro Regis amore ſuperni
Vt memores eſſent, & vti pro tempore ferrent
Præſidium, ſeſe Domini comitante fauore:
Quatenus in Gentes legatio fructificaret.

Cap. 105. *Clerus, inops prandent, lychnis ſacraria lucent.*

Menſibus ergo tribus cùm iam violentia corpus
Peſtis tabificæ torſiſſet, eoque labore
Viribus exhauſtis raperet vicinia mortis
Ad ſuprema virum, celeberrimus ille dierum,
Sideris indicio qui duxit ab orbe remoto
Gentes ad Chriſti præſepe, refulſerat orbi
Egreſſus tropici de finibus aigocerotis,
Phœbus ad imbrifluam currum raptauerat vrnam,
Inſtabatque dies Hypapanti dictus Achiuis,
in Purificatione B. Mariæ Feſtus in Eccleſiâ pro partu virginitatis,
Quo coram Domino Verbum Patris innuba Virgo
Intulit in templum velamine carnis opertum,
Obſeruare legem; cùm nil deberet eidem;
Quæ non in partu muliebri tabuit actu,
Concipiendo quidem non perdidit integritatem.
Hoc in ſolenni cupiens homo corpore ſolui D
Sanctus, vt ad Dominum procederet in Paradiſum,
Lux vbi lætitiæ iam proxima cœpit adeſſe,
Pauperibus Chriſti pariter cleroque parari
Solennes epulas fecit, iuſſit quoque ternas
Candelas fieri ſibi de cerâ ſpeciali,
Accendi primam quarum præcepit ad aram *tres cereos accendi curat:*
Virginis, æternæ peperit quæ gaudia vitæ,
Quæ teſerando polum, mortis concluſit abyſſum.
Stella Maria maris, mater ius omne tenentis.
Qui cæli portam pandis, tibi, Petre, ſecundam
Obtulit: ac Domini Baptiſtæ tertia ceſſit.
Hoc erat in votis, vt eum vos ſuſciperetis
Eductum carni, clariſſima lumina mundi:
In viſu quondam quem Iudicis ante tribunal
Vt iam rettulimus, ſolis duxiſtis ad ortus.

Vrbe ſibi totâ litat: perguſtat & inde perorat. Cap. 106.

Et iam decoctis diro languore medullis,
Aruerat penitus, quaſi teſta, ſolubile corpus:
Lurida conſumptis extabant carnibus oſſa
Neruis iuncta ſuis, & amictu carnis operta.
Attamen in Domini mens integra laude vigebat,
Spiritui mox membra ſenex moritura dicabat.
Iamque die tenebris illuſceſcente remotis, E
Multa Sacerdotum manus aduentârat ad vrbem:
Proque ſalute viri Miſſas celebrando, per omnem
Eccleſiam, corpus Chriſti tum ſanguinis hauſtus
Obtulerant oculis ſolenniter Omnipotentis.
Ad populum verò, quò debitus ordine ſermo
Promulgaretur, digeſſit Epiſcopus illud:
Affirmando cibum penitus ſe tangere nullum
Omnibus officiis dum publica Miſſa peractis *vltimò ſuos adhortatur:*
Finem feciſſet, quæ poſtquàm dicta fuiſſet
Languentem pauit ſtomachum modicèque rigauit
Guttur, & inde diem vitæ præcepta per omnem
Inculcando ſuis verbi virtute potentis,
Ad Chriſti cultum mentes animauit eorum.

Clerus adeſt, Pſalmis vox tota reſultat & ignis. Cap. 107.

Sed tamen in primis commiſſa vocatio Gentis
Sollicitum tenuit: noctem quoque taliter egit; *moribundus petit legi*
Eius in egreſſum iam ſancta frequentia Fratrum,
Quæ circumſtabat, Pſalmos de more canebat;
Quos Pater Angelicum monuit modulatier hymnũ,
Quo Te laudamus, Deus, in quo te profitemur, Te Deũ laudamus.
Catholicamque fidem quam compoſuiſſe Beatus *Symbolum Athanaſij.*
Fertur Athanaſius, roſeâ iam lampade Phœbus
Tetras luſtrabat, tenebras aurora fugarat:

Libat, & obdormit, plebs glebam mæſta recumbit. Cap. 108.

Presbyteris pro ſe Miſſas celebrantibus, ipſe F
Corporis vt fragmen ſumpſit ſacrique liquorem *communicat,*
Sanguinis, erexit dextram, Dominumque rogauit,
Vt, quicumque modo læſiſſet quolibet illum,
Indulgeret ei, venià delendo reatum.
Crebrius hæc iterans, & ſuſpirando frequentans:
Iuxta quod ſoli tibi ius, Deus, eſt miſereri,
Gratuità parcendo mei bonitate memento:
Et peccatori mihi tu placabilis eſto:
Me manibus commendo tuis: à principe mortis
Eripe, Chriſte, Crucis pro quo tormenta ſubiſti.
Hinc in ſupremo ducens ſpiramine vitam,
Cùm iam vincire: vocis defectio linguam,
Hæc vice verba ſui de Fratribus innuit vni *moritur,*
Dicere, ſic altum vibranti lumine cælum
Aſpectuíre animam Paradiſi miſit ad aulam.
Corpus ad eccleſiam cùm deferretur humandum,
Ingens luctus erat; modus in lacrymis viduarum
Non fuit, orbatos, inopes, clerumque videres *ſepelitur magno lætu:*
Flere, genas alapis contundere, vellere crines.
Cuius enim gemitum poſſet compeſcere pectus,
Quo præſente gregis Paſtor foret ille ſepultus?

Quem

A Quem licet in Domino nullus dubitaret obiſſe,
Officium pietatis erat tamen ingemuiſſe:
Cultor enim Domini nulli virtute priorum
imitator Chriſti, Aut meritis diſpar, ſpeculum tulit omne piorum,
Chriſti pauperiem primis imitatus ab annis,
Vt vir apoſtolicus, quæ ſunt peritura, reliquit:
Seque monaſterij placidâ ſtatione retruſit,
Amotis turbis, ſtudium zelando Ioannis:
In quo gymnaſio laurum virtutis adeptus,
Alter vt in verbi ſudet certamine Paulus,
Apoſtolo- Gentibus æternæ Deitatis nuntius eſſe,
tum, Aſſertor Chriſti decernitur, inde regendi
Officio Simonis curam ſuſcepit ouilis.
Altior ille gradus fuit illi plurima virtus;
Quòd valet eſſe palàm, ſiquidem libramine quondam
Ætheris & terræ medio ſuſpenſus, vtrimque
Diſcurrens interque Deum populumque ſequeſter;
Nunc celeri pennâ mentis ſuper aſtra volabat:
Nunc commiſſorum ſibi cauſſas conciliabat.
Huius enim geminæ pennam virtutis vtramque
Induit ipſe, Deum ſi mundis corde videndum
Credimus, hic virgo primæui floris ab ipſo
Electus, fœdam labem non pertulit vnquam
Corporis aut animi, ſed compar virgo Ioanni
B Manſit in æternum. Iam verò tantus in illo
Feruor mentis erat, pietas in corde benigno
Tanta redundabat, veluti Protomartyr, vt iſte
Non minùs oraret, vario vallatus ab hoſte.
O ſanctum verè dignumque per omnia laude,
Quem multiformi virtutum dote beari
& reli- Contigit, & ſolum ſimul obtinuiſſe bonorum
quorum Quidquid in antiquis partim fuit! Ergo pudoris
Sanctorũ. Lilia contexens, ac virgo cohortibus hærens
Virgineis, Agnum ſequitur, quocumque per altum
Æthera tendit iter: gemmiſque micantibus inter
Fulcra Sacerdotum radiantem tulit amictum,
Iuris Apoſtolici ſortitus in ordine ſedem,
Iudicio dirimet, quem ſpreuit paruulus orbem,
Martyribus verò vitæ conſertus in albo,
Victricis palmæ potietur ouanter honore.
Martyr Martyrij ſiquidem duplex genus eſſe fatetur:
affectu, Hoc in pace latet; patet illud & enſe dicatur:
Hoc albet lacrymis; illic rubet vnda cruoris:
Hæc tenuit votum; ſpecies tulit altera fructum,
Fletibus, eſurie tabeſcens excubiiſque,
Dum carnis vitulam cordis mactauit ad aram,
Martyrij calicem, non effundendo cruorem,
Ebibit, affectu Martyr, non temporis vſu.
Quamuis ergo caput ſibi non auulſerit enſis,
voto: Obtulerat iugulum, ſed voto defuit hoſtis;
C Attendendo tamen, quanto ſua membra labori
Subdiderit, violam non inficiabimur illi.
Quid iuxta Paulum creberrimus ille viarum
2. Corin. Sudor, & vndarum fragor, incurſuſque latronum,
11. 26 &c. Quid genus & gentes, mare quid, eremuſque, quid vrbes,
Quid fratres falſi, quid mille pericula læti,
Algor, acerba fames, ſitis, excubiæque frequentes?
Tot ſimul ærumnæ pepererunt nonne coronas,
Victricem laurum, & rubicundi ſanguinis oſtrum?
Præter bella, virum quæ per momenta dierum
Vallauêre foris, timor anxius Eccleſiarum
Excoxit mentem quis enim fuit æger, & ille
Non ægrotauit? quis ſcandala pertulit, & ſe
Non conflagrauit violenti flamma doloris?
Ergo tot internis facibus torrente camino
Pectoris exuſtus, per tot diſcrimina ductus,
Palmâ martyrij fruſtrabitur? anne putandum
Eſt occiſorum tantum genus eſſe beandum?
Nonne ſacrum Domini calicem bibit ille Ioannes,
Verbera carnificum quem non rapuêre, nec enſes?
Quòd ſi Martyribus diſiungit nemo Ioannem,
Laurigeris ducibus hunc inſerat Oppilionem.
Martyr quippe fuit, quoniam ſibi mortuus iſte
Mundus erat, mundoque crucem conſcenderat ipſe.
Gloria martyrij meritò decernitur illi:
Namque dolis Sathanæ carnique vaporibus actus,
Inter Gentiles animos mundique tumultus,
Dum neque terreri, neque ſicut arundo moueri
Prævaluit, ſemper tot fluctus perſtitit inter
Inuictus, Chriſti vitâ Confeſſor in omni.
Dum Martyr Græcâ, quod teſtis voce Latinâ E
Innuit, & ſpeciem tranſlatio reddit eamdem;
Obtineat nomen, tenuit qui Martyris omen,
Teſtis, Chriſte, tuis, tua ſed puer arma ſecutus.
Ergo quod ardenti voto cupiebat, & ipſi
Promiſſum fuerat, diademate nemo refellat
Eſſe coronatum, palmamque cruoris adeptum;
Forſitan in ſtadio poterat prurire cruoris
Vrticâ, priuandus ob hoc mercede laboris,
Liber ab hoc, moderante Deo, diſcrimine tutus
De meritis nihil imminuit, nec humillima virtus,
Quæ dat cautelam reliquis, eſt paſſa ruinam.
Iam quoniam planè prædicta probaſſe videntur, *eius virtutes imitanda.*
Quâ viguit bonitate ſenex, quicumque mouemur
Ad laudes eius, ſupereſt imitemur vt actus.
Sic quoque nobiſcum verſabitur, ipſe per altum
Si virtutis iter nos viderit ire magiſter.
Nos quoque poſt mundi momenta merebimur illi
Conregnare polo, ſi pectore ſemper anhelo
Tendimus ad Dominum, per blandâ, per aſpera, Chriſtum,
Ex quo procedit, Patri quem Spiritus vnit.
Ecce procelloſis tibi Sancte cucurrimus vndis;
Sit rimoſa licet, iam tandem littora puppis
Attigit, & madidum collegit nauita velum:
Fluctibus in mediis te ſæpè vocauimus ambo,
Anſchari fer opem, ne nos Acheronte ſub imo
Sorbeat infernus, ſed poſſideat Paradiſus. F
Anſchari Præſul, nobis & ciuis & exul, *eius Poëta* *inuocat.*
Luminis ad fontem nos transfer ad Omnipotentis
Regna, quibus habitas in deliciis Orientis,
Floridior palmâ, ſpecioſus ſicut oliua
Ante thronum Domini, quo Rex cum Patre perenni
Iure triumphat Amen, hos Virginis & Deus idem.

AVCTORE REGVALDONE, EX MSS. D

DE S. LIAFDAGO EPISC. MART.

RIPÆ IN DANIA.

G. H.

CIRCA AN. CMLXXX. III FEBR.

Ripa fides Chriſti annuntiata,

IRipa Cimbrorum antiqua ſedes, moderna etiamnum Iutiæ, ſeu Iutlandiæ, oppidum, quà Nibſa fluuius in Oceanum occidentalem, ſeu Germano-Britannicum, influit. In hoc loco eccleſiam extruxit S. Anſcharius facultate conceſsa ab Horico iuniore Rege Daniæ, qui Horico ſeniori occiſo ſucceßit an. Ch. DCCCLIV: eamq; creditur commendaſſe Remberto cuidam Presbytero, vt ſcribit Adamus Bremenſis lib I. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 28. Verùm quia Rorvic, extirpatæ frater Herioldi Regis Moguntiæ an. Ch. DCCCXXVI baptizati, ab anno DCCCLVII partem hanc regni Daniæ poſſedit cum ſociis ſuis, Godefrido, Sigefrido, aliiſq;, qui Reges Duceſue Normannorum, reliquas Galliæ, Belgicæ, & Germaniæ partes, capitales ipſi fidei noſtræ hoſtes, vaſtarunt, vt ante Vitam S. Anſcharij pluribus deduximus, cœpta religionis Chriſtianæ fundamenta non potuerunt perfici. Quocirca VVitichindus Corbeienſis

AVCTORE G.H.

beiensis lib. 3 Annalium agnoscit Danos antiquitus, seu seculo nono, fuisse Christianos, sed nihilominùs idolis ritu Gentili seruientes. Et Krantzius lib. 3. Metropolis cap. 26 ait, malitiâ temporis subuersum, quod Anscharius & Rembertus plantauerant.

A

resuscitata.

2 Noua deinde fidei Christianæ plantandæ accessit occasio, quando seculo sequenti ab Ottone primo Imperatore Haroldus Rex Daniæ deuictus, fidem Christi admisit: quo tempore, inquit Adamus lib. 2 cap. 2, Dania Cismarina, quam Intlant incolæ appellant, in tres diuisa Episcopatus, Hammaburgensi Archiepiscopatui est subiecta: quandò beatissimus Archiepiscopus Adaldagus omnium primus ordinauit in Daniam Episcopos, Haroldum ad Sliaswich, Liafdagum ad Ripam, Reinbrandum ad Arhusam. Quibus etiam illas commendauit Ecclesias, quæ trans mare in Fione, Seland, ac Scone, ac in Sueoniâ. Hoc factum est anno Archiepiscopatus XII, Christi CMXLVIII. Nam Vnnoni Archiepiscopo anno CMXXXVI sub medium Septembris defuncto successit Adaldagus. Ad illum annum eadem ex Adamo describit in Chronico Albertus Stadensis. Meminit eorumdem Episcopatuum Helmoldus lib. 1. Chronici Slauorum cap. 9. Pergit Adamus: Et hæc quidem initia cælestis misericordiæ secutum est tale incrementum, Deo cooperante, vt ab illo tempore vsque in hodiernum diem Ecclesiæ Danorum, multiplici Borealium Gentium fructu, redundare videantur. Quæ omnia ex Adamo eisdem verbis describsit Albertus Krantzius lib. 3. Metropolis cap. 17.

Episcopus datus S. Liafdagus,

B

3 De zelo Liafdagi agit idem Adamus cap. 16. Episcopi qui in Daniâ ordinati sunt, Inhored, Liafdag, Reinbrand, & post eos Hatig, Stercolf, Folcbrecht, Meinha & alij: & infrà: Ceterorum verò Episcoporum vix aliquem sic clarum (atque Odinkarum seniorem) prodit antiquitas, præter Liafdagum Ripensem, qui & miraculis celebris fuerat, & transmarinis prædicauit, hoc est Sueonibus & Nordmannis. Eadem habent Krantzius lib. 3 Metropolis cap. 40 & Albert. Stadensis ad an. 984. quo eius mortem non refert, licet id asserat Ioannes Vasslouius in Vita Aquilonia, vbi eum Sanctus Suecia annumerat, hoc prolato elogio: Liafdagum, oriundum Frisiâ, inter alios Apostolicæ dignitatis viros Adaldagus in Præsulem ordinatum Sueonibus, Danis, Normannis præfecit, prædicandique illi commisit prouinciam. Et verò cum nullæ adhuc certæ Episcopis constitutæ essent Sedes ob persecutiones passim ingruentes, vel ad habitandum securæ, quisque plantandi studio Christianismi in vlteriora progressus, verbum Dei tam suis, quàm alienis prædicare certabat. Sic sanè vir sanctus zelo diuino feruens, prouincias sibi creditas solerter obiuit; verbumque salutiferum Dei in agro cordis humani serens, multos Christi Ecclesiæ aggregauit: dumque in dies populum cælestis doctrinæ adminiculo multiplicaret, & ipse vitæ sanctimoniâ iter cælestis regni commonstraret; spiritum tandem, profuso sanguine pro Christi religione, reddidit, ab infidelibus in ciuitate Ripensi trucidatus anno salutis humanæ nongentesimo quinquagesimo; multis post mortem claresceus miraculis. Per Normannos secutus Adamū intelligit Norvvegos, cùm Dani olim, præcipuè dicti Normanni sint. Vnde martyrium eiusq; annum habuerit Vasslouius, nobis incertùm. Eum secutus Raderus noster in Catalogo Sanctorum, qui apud nos necdum typis vulgatus est, Martyrem eumdem scribit. Diem vterque ignorat: quocirca eum hoc III Februarij subiungimus Actis S. Anscharij, in quibus num. 50 agitur de Ecclesiâ Ripæ conceptâ, de quâ & in Prolegomenis actum § 10. Annus martyrij potiùs idem esset, quo Haroldus Rex, qui inter Martyres censetur, occisus est, nouissimis temporibus Adaldagi Archiepiscopi, quando Christianitas in Daniâ turbata est, pulchrisque diuinæ religionis initiis inimicus inuidens homo superseminare zizania conatus est: quando subitò factâ conspiratione, Dani Christianitatem abdicantes, Suein Regem constituerunt, bellumque Haroldo indixerunt: vt tradit cap. 18 lib. 2 Adamus, & alij post eū: quæ accuratiùs excutienda erunt 1. Nouemb. quo obiit Haroldus Rex anno 980, vt indicant versus antiqui Epitaphij eius:

prædicat Danis, Suecis, Norvvegis,

martyrio coronatur,

circa annum 980.

Post Natale Dei dum scripsimus octuaginta
Nongentos, meruit scandere cæli.

D

E

clarus miraculis,



IV FEBRVA-

IV FEBRVARII

SANCTI QVI PRID. NON. FEBRVAR. COLVNTVR.

Sancta Veronica, matrona Hieroſolymitana, Romæ.
S. Eutychius, Martyr Romæ.

S. Aquilinus,
S. Geminus,
S. Gelaſius,
S. Magnus,
S. Donatus,
S. Gelaſius alter,
S. Geminus alter,
B S. Donata,
} Martyres, Foroſempronij.

S. Phileas, Ep. Thmuitanus,
S. Philoromus Tribunus Militum,
& alij plurimi,
} Martyres Alexandriæ in Ægypto.

S. Gelaſius, puer, Placentiæ.
S. Theoctiſtus, Martyr.
S. Ioannes Ep. Irenopoli in Ciliciâ.
S. Abrahamius, Ep. Arbelorum, Martyr.
S. Iſidorus Peluſiota, monachus & Presbyter in Ægypto.
S. Auentinus, Presbyter, Trecis in Galliâ.
S. Auentinus Ep. Caſtroduni in Galliâ.
S. Vincentius Ep. Trecis in Galliâ.
S. Theophilus Pœnitens, Vicedominus Adanæ in Ciliciâ.
S. Iaſimus Thaumaturgus.
S. Lietphardus Ep. M. Hunnonis-curiæ in Belgicâ II.
S. Modanus, Abbas in Scotiâ.
S. Vlgiſus, ſiue Wlgiſus, Ep. & Abbas Lobienſis in Belgio.
B. Rabanus Maurus, Archiep. Moguntinus.
S. Nicolaus Confeſſor, Archimandrita Studitarum.
S. Probatius Presbyter, Nouigenti in Galliâ.
S. Rembertus Archiep. Hamburgenſis, Bremæ in Saxoniâ inferiore.
S. Gemmulus M. Gannæ in ditione Mediolanenſi.
S. Gilbertus, Fundator Ord. Sempringhamenſis in Angliâ.
S. Obitius Confeſſor, Brixiæ in Italiâ.
B. Ioanna Valeſia, Regina Franciæ, Fundatrix Ord. Annuntiatarum.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

C Sanctus Euentius Ep. Viennenſis, *hoc die in perantiquo MS. Martyrol. S. Mariæ ad Gradus Colon. locatur. De eo egimus* III Februar.

S. Anſcharius Ep. *in quibuſdam vetuſtis Breuiariis colitur hoc die officio duplici, propter celebriorem fortaſſis* S. Blaſij *ſolennitatem, quocum incidit, in* III Febtuar.

Chriſti fuga in Ægyptum, *annotata hoc die ab Hermanno Greuen in addit. ad Vſuard. & ab Labierio noſtro in Menologio Virginum.*

Feſtum Virtutum decem Deiparæ Virginis *celebratur officio duplici in Ordine Annuntiatarum* B. Ioannæ, *vt tradunt idem Labierius & Coluenerius in Kalendario Mariano hoc die. Sunt autem hæ virtutes:* Puritas, Prudentia, Humilitas, Fides, Deuotio, Obedientia, Paupertas, Patientia, Miſericordia ſiue Caritas, Filij patientis commiſeratio: *de quibus infrà hoc ipſo die in Regulâ* B. Ioannæ.

S. Symphorianus M. *inſcriptus hîc Martyrologiis manu exaratis, Bruxellenſi & Leodienſi. Scriptorum errorem, & erroris cauſſam infrà indicamus, cùm de Martyribus Foroſempronienſibus agimus.*

8. Themoius, *vel* Themius, *legitur inſcriptus Martyrologiis, Aquiſgranenſi, Rabani, Bedæ, Hermanni Greuen. perperàm; vti infrà oſtendemus, cùm de Martyrib. Foroſempronienſibus erit ſermo.*

P

S. Victoria vidua, in perſecutione Wandalicâ vnà cum aliis necata, *refertur hîc à Galeſinio, ex MS. codice, nobis adhuc ignota.*

S. Andreas, Pater ſanctus, religioſus, ſapiens Doctor, *in Martyrol. Coptico collegij Maronitarum Romæ, requieuiſſe hoc die dicitur: is videtur* S. Iſidorus Peluſiota *eſſe, vt infrà ad huius Vitam dicemus.*

S. Cuannæ, *ſiue* Cuonæ, *aut* Cuannachæi, Abbatis *Vitam habemus, ſed mutilam, è MS. Seminarij Hibernorum Salmanticenſis: quam, à nobis olim Hugoni VVardæo Ord. Minorum communicatam, ex eius ſchedis vulgauit Ioannes Colganus to.* I de SS. maioris Scotiæ. *vbi ex Faſtis Hibernienſibus tradit,* IV *Februarij obiiſſe, regiâ Nelli Magni ſtirpe ortum, fratrem vterinum & diſcipulum* S. Carthagi, *ſiue* Mochudæ *fuiſſe, eiuſq; in epiſcopatu Liſmorenſi ſucceſſorem. Verùm, quia quæ ſcribit non ſatis inuicem congruunt, eam hîc Vitam omittimus. Natum enim ait* ſeculo ſexto ad finem declinante; *circa annum* DCXX *à* S. Carthago *è Ratenenſi Midiæ cœnobio miſſum in Momoniam; dein è Liſmorenſi monacho, vel Abbate, Kilchuanenſis in Conaciâ monaſterij Abbatem, ac demum*

A *post S. Carthagi mortem, (quam ait an* DCXXXVI *contigisse) Lismorensem Episcopum factum esse: priùs tamen, cùm adhuc Kilchuannæ esset, cum S. Fursæo, tunc Peronæ in Galliâ commorante, circa annum* DCL, *societatem iniisse. At* XV *Februarij in Vitâ* S. Farannani, *eumdem ait cum aliis quatuor viris sanctis, ex eadem Nelli familiâ prognatis, circiter annum* DLXXX *missum in Hy insulam, vt S. Columbam in Hiberniam ad synodum euocarent: & inter eos quidem legatos,* viros graues, generisque splendore & sanctitatis opinione conspicuos *primum numerat* Cuanum, *ante* S. Baithenum, *qui anno* DXCVIII *obiit secundus Abbas Hyensis. addit* Cuannam, *siue* Cuanum *à* S. Columbâ *præfectum loco qui deinde* Kilchuanna *dictus. Quid, quòd* S. Carthagus, *in Vitâ, quam* XIV *Maij dabimus, dicitur à* Bletmaco, Ædæ Slane *filio, Rege Hiberniæ, Rathemâ pulsus. Lismorense monasterium ædificasse; cùm tamen* Bletmacus *an.* DCLVIII *Rex sit factus? Sed ipsa quoque Carthagi Vita illic examinanda.*

B. Onastancius, Præsul Londriarum, *frater S. Lietphardi memoratur infrà in huius Vitâ nu.* 2, summâ veneratione dignatus ab Anglis. *Guilielmus Gazæus in hist. Ecclesiast. Belgij tradit* Sanctorum catalogo adscriptum. *Aliud de eo nil reperimus. Infrà autèm discutiemus, quomodò* B *seculo Christi* VII, *etsi cum Britannis in Cambriâ viueret,* Præsul Londriarum *sit appellatus.*

S. Eldadus *refertur hoc die in Martyrol. Sarisburiensi Richardi VVytfordi, traduturq; Gloceſtriæ vel vixisse vel coli. Adhuc nobis ignotus.*

S. Anciradus Eremita & Martyr, *ab Henrico Murerò in Heluetiâ sanctâ, inter Sanctos diœcesis Constantiensis recensetur, licet fateatur cædis ac sepulturæ locum ignotum esse. Annumeratur à Nicolao Crusenio de monachismo S. Augustini, parte* 2. *cap* 14, *Thomâ de Herrera in Alphabeto Augustiniano, Ioanne Marquezio in Originibus Eremitarum S. Augustini cap.* 17, *inter professores Eremiticæ S. Augustini Regulæ: etsi Herrera difficulter id persuaderi fateatur. Crusenius non id alio probat argumento, nisi quòd circa Scalabim Lusitaniæ vrbem, vbi habitasse traditur, monasteria aliqua olim extiterint, ad ius pertinentia Eremitarum Augustinianorum: quæ diligentissimè Marquezius excussit loco citato. Alioquin quidquid de* Ancirado *ab illis proditur, ex Luitprandi Chronico sumptum est, in quo ad annum Chr.* DCCCL *ista leguntur:* S. Anacirardus Eremita ex Germanîâ venit in Lusitaniam, & in ripâ fluminis Tagi, prope ciuitatem Scalabim, sanctè degit; & reuersus in Italiam, non procul à lacu Tigurino, vulneribus confectus, martyrizatur IV Februarij. *Eadem sed aliquantùm variantibus verbis refert Iulianus:* S Hancaratdus Eremita ex Germaniâ venit in Hispaniam Lusitanam, & in ripâ fluminis Tagi prope ciuitatem Scalabitanam, aliquot annos sanctè degit: reuersus autem ad Alpes, non procul à lacu Tigurino, vulneribus latronum confossus, martyrio coronatur. Agitur eius dies natalis IV Februarij. Manent aliqua vestigia aduentus huius sancti Abbatis in Lusitaniam, in oppidis eiusdem prouinciæ Atangiâ & Meinardo. *Censet Hieronymus de Higuerra noster,* S. Ancirardum *eumdem esse qui* Lietphardus *dicitur, cuius hoc die dabimus Vitam, haud sanè congruentem iis, quæ Luitprandus de* Ancirardo *siue* Ancirado *scribit. Ioannes Tamaius de Salazar in Martyrol. Hispan. ad* IV *Februarij multis contendit esse* S. Meinradum, *cuius Vitam dedimus* XXI *Ianuarij. Interfectus est hic quidem eadem ætate, apud eosdem Heluetios, à latronibus: sed nusquam in Actis mentio fit eius in Lusitaniam profectionis. Et verò cui credibile fiat, hominem Germanum feruente Maurorum acerbissimâ persecutione, non modò in vltimam Lusitaniam penetrasse, sed & plura isthic monasteria condidisse?*

S. Sanasolas Presbyter *refertur in antiquo MS. Martyrol. Ecclesiæ Aquisgranen. & in addit. ad Vsuard. Hermanni Greuen. Quis ille fuerit, adhuc inquirimus.*

Simon Abbas, *primùm* Alciacensis *deinde an.* MCXXXI D Sithiensis, *fine* Bertinianus *fuit: sed quòd lite, quam Bertiniani intentarant Cluniacenses, nondum decisâ, absq; horum assensu electus esset, Pontificis Maximi sententiâ abdicatus est: cui sententiæ* reuerenter obtemperans, *vti scribit Iperius in Chronico Bertiniano,* oneri cum dignitate cessit anno Domini MCXXXVI, & in Gandauum locum natiuum sibi secessit; vbi ferè XII annis religiosissimè vixit. *Tandem anno* MCXLVIII *migrauit è vitâ,* IV *Februarij, vti ex hoc eius epitaphio patet:*

Abbas sacratus, virtute vigens monachatus,
Cælo translatus Simon iacet hîc tumulatus.
Quarta dies Februi pace fauet requiei.

Appellatur ab Hugone Menardo in Martyrol. Benedictino Beatus, Sanctus *à Sausſato in Gallicano, quem titulum ei neque Iperius, neque alij Belgici Scriptores tribuunt.*

Hugo Presbyter *hic adscriptus Martyrologio Vsuardi ab Hermanno Greuen absque alio elogio. Plures alibi illius nominis Sancti: quis hic sit, non diuinamus.*

Christianus monachus Heisterbacensis, *siue* Vallis S. Petri *Ord. Cistert. in diœcesi Colonien.* in nocte S. Agathæ spiritum reddidit, *inquit, Cæsarius, eiusdem instituti & cœnobij alumnus, illustrium miraculorum lib.* 4 *cap.* 30. *Eam absolutè* S. Christianum *appellant hoc die* B *VVion, Menardus, Dorganius, Ferrarius. Ast Ægidius Gelenius, Canonicus Colonienſis & Archiepiscopalis historiographus, qui Ecclesiasticas antiquitates, istius præsertim diœcesis, & monumenta Sanctorum diligentissimè indagauit, nec parcè solet Sanctitatis aut Beatitatis titulos tribuere; quibus ij competunt, solùm* Venerabilem Christianum *vocat. Chrysostomus Henriquez Menologio suo inscripsit ad* VII *Septembris, ac* Beatum *indigetauit. In Kalendario Ord. Cisterc. Diuione an.* MDCXVII *edito, quod sequi se Chrysostomus profitetur, nullus ei titulus additus.*

Christianus *alter, eiusdem instituti* Sacerdos *è monasterio* Hemmenrode, *siue* Clausſtro, *diœcesis Treuirensis, ita refertur in citato Kalendario Ord. Cisterc. hoc die:* Christianus monachus in Hemmenrode. *Chrysostomus & Gaspar Ionghelinus* Beatum *vocant: Gelenius solùm* Venerabilem. *Quidam non satis eum à præcedenti secernunt. Præclara sunt quæ de eo scribit Cæsarius lib.* 5 *cap.* 6, *& lib.* 7 *cap.* 6.

Elisabetha, Tertiana *Ord. Minorum,* admirabilis puella, quæ XIII ætatis suæ anno obiit, non sine sanctitatis opinione, iacetque in conuentu *Panormitano in Siciliâ, vti tom.* 1 *Annal. ad an.* 1224 *nu.* 43 *scribit VVadingus: refertur hoc die &* Beatæ *titulo ornatur ab Octauo Caietano in Ideâ Operis de SS. Siciliæ, & ab Franc. Lahierio in Menol Virginum: ab Arturo verò in Martyrol.* F *Francisc.* XVI *Martij. An tamen illis decretus sit ab Ecclesiâ honos, ambigimus: licet Ferrarius videatur asserere, Officium de eâ pridem, recitari; sed dubitat num eadem sit quæ* Elisabetha Amerina: *at quæ de Amerinâ idem tradit, non satis constant. Testatur Caietanus, Panormi elogium ad sepulchrũ eius appensum in ecclesiâ S. Francisci.*

Elisabeth, Ameriæ in Vmbriâ monialem Ord. Minorum, *vocat* Beatam *Ferrarius in generali Catal. SS. & hoc die consignat; atque ex eo Arturus à Monasterio in addit. ad Martyrol. Francisc. Addit Ferrarius in Annotat.* ex libro, *vt ait,* Congreg. Rituum, Huius Officium cum propriis lectionibus ann. 1603 sub Clemente VIII concessum. *Verùm illustrissimus D. Augustinus Carlenus Canonicus Amerinus, omni adhibitâ diligentiâ, nihil de eâ reperire potuit, neque Ameriæ, ne ab ipsis quidem Religiosis Ord. S. Francisci, quorum aliqui etiam an.* MDCIII *Ameriæ viuebant, neque Romæ in libris Congregationis Rituum, quos consuli curauit. Vnde patet, Ferrarium vel malè Amerinis Beatam illam* Elisabeth *attribuisse, vel aliter memoriâ lapsum.*

Dominicus, Ord. Prædicatorum Religiosus, hydropisi sanctè mortuus *hoc die (cùm ei priùs apparuisset S. Agatha) memoratur à Ioanne Marietta lib.* 12 *histor. SS. Hispan. cap.* 61. *Sed non ait venerationem ei publicã haberi.*

Pasqualina

A Paſqualina B. Angelæ Fulginatis ſocia *fuit, omnium eius arcanorum conſcia, & ſanctitatis ſedula imitatrix, vti in huius Vitâ* IV *Ianuarij videre licet, nu.*33 *&* 87 *ac potiſſimùm* 57. *Eam quoque* Beatam *appellat Ludouicus Iacobillus to.*1 *de SS. Vmbriæ ad* IV *Februar. vti & Gonzaga in Catal. BB tertij Ordinis, & Arturus in Martyrol. ac Franciſcus Labierius in Menol. Virginum. Obiiſſe traditur hoc die, an.* MCCCXIII, *miraculiſq; poſt mortem diuinitus illuſtrata. An tamen ei publici honores Sedis Apoſtolicæ auctoritate habeantur, nobis haud conſtat.*

S. Vodalus Confeſſ. *refertur à Caniſio & Ferrario hoc die; ab aliis* V Februar.

S. Richardus Rex Angliæ *hoc die refertur, & quidem laureâ martyrij ornatus, ab Hermanno Greuen in addit. ad Vſuard. & Molano in* I *edit. ac Caniſio. Colitur* VII Februar.

S. Taraghta Virgo in Angliâ. *Ferrar. Labier. Ea videtur quæ* Attracta *alis dicitur, de quâ* IX Februar.

S. Caſtor Presbyter & Conf. *refertur hoc die in MS. SS. Florario. De eo agemus* XIII Februar.

S. Gilbertus Ep. & Confeſſ. *Bellin. Agimus hîc de* S. Gilberto Sempringhamenſi, *qui Epiſcopus non fuit. De Epiſcopo Meldenſi* Gilberto, *ſiue* Giſelberto, *aut* Gilleberto, XIII Februar.

B S. Walburgis Virgo *memoratur hoc die in Martyrol. Sarisbur. Richardi VVitfordi an.* MDXXVI *Londini excuſo. Vitam eius dabimus.* XXV Februar.

S. Papias, S. Diodorus, S. Claudianus, } Martyres, Attaliæ in Pamphyliâ *cæſi memorantur apud Galeſinium hoc die. De his mentio fit in Actis S. Neſtoris* XXVI Februar.

S. Hadrianus M. Cæſareæ Palæſtinæ *occiſus refertur hoc die in Menol. Græcorum edito ab Henr. Caniſio: in Menæis pridie: in Martyrol. Romano* V Martij.

S. Waldetrudis *memoratur hoc die in MSS. quibuſdam Kalendarijs, propterea fortaſſis quòd eius Tranſlatio (quam Montibus celebrari diximus* III *Februarij) feſto S. Blaſij impediatur. Vitam dabimus* IX Aprilis.

S. Abdalas monachus, *hoc die à Phil. Ferrario in gener. Catal. SS.* S. Abramio Ep. *iungitur; ex Menologio Græcorum, vt ait, quo, neſcimus. In eo quod typis vulgatum,* XVII *April. refertur* S. Abidellas, *ſiue* Abdellas Presbyter M. *de quo agemus* XXI *vel* XXII April.

S. Iacobus Apoſtolus, filius Alphæi, hodie patitur, *inquit Kalendarium Copticum die* X *menſis Amſchir, qui eſt* IV *Februarij. Latini eum colunt* I Maij.

Martyres XXXIX in Palæſtinâ ad metalla damnati, dein tructidati, *hoc die in Martyrol. Gallicè edito Leodij an.*1624, *referuntur: in Romano & aliis* IV Maij.

C S. Gilbertum, *qui hoc die colitur, exiſtimarunt Petrus de Natal. lib.*3 *cap.*83. *Galeſinius, Felicius, Baronius in Not. ad Martyrol. Rom. Aubertus Miræus in Notitiâ Eccleſiarum Belgij cap.*56. S. Guibertum *eſſe, ſiue* Wibertum, Fundatorem monaſterij Gemblacenſis, *ſiue* Gemmelacenſis, *in Brabantiâ. qui colitur* XXIII Maij. D

S. Gilbertum fundatorem & Abbatem monaſterij Nouemfontium, *Ord. Præmonſtrat. ſcribit Miræus in Chronico eiuſdem Ordinis hoc die obiiſſe; deceptus fortaſſis alterius* S. Gilberti *nomine. Colitur alioquin hic* VI Iunij.

S. Adami Ep. & Confeſſ. *in Exienſi ad Oldum flumen apud Agennenſes cœnobio, agi hoc die commemorationem, ſcribit in Martyrologij ſupplemento Sauſſaius. Is hactenùs noſtris Faſtis ignotus. Fatetur ipſe, eius glorioſum tranſitum colendum incidere in diem* XVI Auguſti.

S. Hippolytus, S. Boſtrenus, } *Foroſempronienſibus Martyribus iungun-tur à Galeſinio; cuius errorem infrà refellemus. Eſt* Boſtrenus *gentile nomen, non proprium viri. Colitur verò* S. Hippolytus Boſtrenus *Metropolita, ac deinde Portuenſis Ep. ac Martyr* XXII Auguſti.

S. Simeon ſenex, *qui Chriſtum in templo ſuſcepit. ad hunc diem inſcriptus eſt Martyrologiis Galeſinij, Caniſij. Ferrarij, VVitfordi, Felicij, ac Petri Equilini Catalogo lib.*3 *cap.* 80. *at Romano* VIII Octobr.

S. Valeria, S. Polena, } VV. *hîc cum* S. Lietfardo Ep. M. *referuntur à Sauſſaio: coluntur* VIII Octobr. E

S. Gilbertum Abbatem *memorat Sauſſaius hoc die, atq; Toloſæ in eccleſiâ S. Saturnini* corpore quieſcere. *At* XXVI *Martij ponit eius aliorumq; Sanctorum Eleuationem. Nil. aliud de eo comperimus. Si Gilbertus eſt* VIII *Abbas Ciſtercij, qui Toloſæ obiiſſe traditur, is (ſi quidem Beatis adſcriptus) referendus eſt ad* XVII Octobr.

S. Gelaſius Papa *refertur hoc die in MS. Florario. colitur* XXI Nouembr.

S. Adami, S. Euæ } protoplaſtorum è Paradiſo electionem *religioſo planctu proſequuntur Græci in Menæis hoc die. Atque hîc primus occurrit dies, quo (ſi nimirùm Paſcha in* XI *Kal. April. incidit) cum ſolenni aſperſione Cinerum Chriſtianis illud inculcatur,* Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reuerteris; *quam eamdem in* Adamum *proſcriptum Deus Geneſ* 3 19 *dictauit ſententiam. Dominicâ verò ante Chriſti Natiuitatem,* Adami *&* Euæ *atque aliorum Iuſtorum memoriam peragunt iidem Græci; vti dicemus ad* XIX Decem.

S. Gregorius Presbyter Spoletinus & Martyr *hoc die refertur in Sanctuario Cremonenſi Peregrini Merulæ, qui caput illius, partemq; corporis, Cremonæ aſſeruari ait, eò tranſlatam ſub annum* CMLXX. *cui & Ludouicus Cauitellius in Annalib. Cremonenſibus ſuffragatur. De eo agemus cum Martyrol. Rom.* XXIV Decemb. F

DE S. VERONICA

MATRONA HIEROSOLYMITANA,

Commentarius hiſtoricus. G. H.

§ I *Effigies Chriſti data S. Veronicæ*

SECVLO I IV FEBR. *Sudarium vultus Chriſti, (quod Romæ ſeruatur,*

SIxtus IV *Pontifex Romanus, in bullâ erectionis duorum beneficiatorum. datâ Kalendis Martiis anno* MCDLXXXII, *affirmat baſilicam S. Petri Romanam præ aliis Vrbis orbiſq; eccleſiis excellere, ob Saluatoris noſtri Sudarium, pluriſmaſq; Sanctorum reliquias, piè iſtic religioſeq; aſſeruatas. De quibus reliquiis agit* Nicolaus IV *Pontifex litteris apud S. Mariam Maiorem, Idibus Aprilis, anno* III *ſui Pontificatus, Chriſti* MCCXC *datis hoc exordio:* Ille qui ſolus Romanam fundauit Eccleſiam. *dein hæc ſubiunguntur:* In eâ namque baſilicâ, ſui prætioſiſſimi vultus Imaginem, quam VERONICAM fidelium vox communis appellat, in ſingularis amoris inſigne tribuit venerari, & in eâ glorioſiſſimum corpus ætherei lanitoris, ac innumerabilium Martyrum, aliorumque Sanctorum, venerandas reliquias collocauit. *Imò plurimos Pontifices. Clementem* VI, VII, VIII, *Gregorium* XIII *alioſq; ſacroſanctum Sudarium appellare* Veronicam *refert Iacobus Grimaldus baſilicæ Vaticanæ chartophylacij Propræfectus apud Bzouium in Annalibus ad annum* MCCXVI *num.* XVI, *vnde hæc teſtimonia excerpſimus. Fuit autem* S. Veronica, *alias* Veronice, Beronica *&* Berenice, *religioſa quædam Hieroſolymis femina, quæ, vt habet Chriſtiana traditio, Chriſti crucem geſtantis, atque ad montem Caluariæ properantis, faciem videns impij* Veronica *dictum)*

accepit à Chriſto crucem baiulante

AVCTORES H. A *S. Veronicæ.*

tractatam ac deformatam, propiùs accessit, capitisq; velum detractum ei porrexit, quo faciem sudore & cruore defluentem detergeret: cui mox benignissimus Saluator noster Imaginem vultus sui, perfectè huic velo impressam, in amoris sui pignus atque monumentum, reddidit. Hanc Effigiem vultus Dominici à sanctâ eâ matronâ, Veronicam *adhuc appellari, citati auctores volunt.*

2 *Bernardus Breydenbachius Decanus Moguntinus in suâ peregrinatione transmarinâ anno* MDII *excusâ, narrat se cùm Dynastâ Solmensi aliisq; sociis,* XIV Iulij anni MCDLXXXIII, processisse per viam illam longam, per quam Christus de domo Pilati vsque ad crucifixionis locum ductus est: *ac* deuenisse ad domum S. Veronicæ, quæ ad passus quingentos & quinquaginta distat à domo Pilati: vbi Christus eius peplo Imaginem faciei suæ impressit, quæ hodie Romæ visitur. *Adrichomius in descriptione Hierosolymitanâ num.* 118 *viam eam Crucis accuratè distinguit; & num.* 44 *ait* domum Veronicæ angularem fuisse: *quam Quaresmius lib.* 4 *Elucidationis terræ sanctæ, peregrinatione* 6, *cap.* 13, *refert* hoc tempore videri non in angulo viæ, sed in medio hinc inde continuas habentem alias domos, essèque in lævâ parte euntibus ad Caluarium, ac septimum locum viæ dolorosæ consideratione ac veneratione dignissimum. *Alphonsus Salmeron tomo* 10 B *Commentariorum in Historiam Euangelicam tractatu* 33 *censet.* Veronicam adfuisse inter mulieres, *ad quas* Iesus conuersus dixit: Filiæ Ierusalem, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete & super filios vestros *&c. Vbi Christus reprehendit opinionem illarum, existimantium eum, vt imbecillem, & qui se tueri non posset, coactum pati; neque intelligentium aut caussam mortis eius, aut peccatum illorum, qui eum occidebant: vti præclarè docet Franciscus Suares in* 3 *part. S. Thomæ, tomo* 2, *disput.* 36, *sect.* 2. *A quibus mulieribus remouendam putamus* S. Veronicam, *dilectam Christi discipulam: à cuius ædibus, ex quibus egressa venerandam Christi faciem sanguine fœdatam abstersit, separant locum mulierum plangentium, qui hodoeporicon Passionis Christi in lucem ediderunt.* Non procul inde *ab eius ædibus, vti traditur in Peregrinatione Ierosolymitanâ Principis Radziuilli,* est exiguus collis, in quo mulieres stabant flentes, quas alloquebatur Christus. *Breydenbachius interponit* domum diuitis epulonis in inferno sepulti. *At iuxta Adrichomium,* Christus à loco, vbi Veronica illi occurrit, per CCCXXXVI gressus & II pedes *venit* ad portam iudiciariam, vbi rursum cum Cruce lapsus est. Deinde arduâ, saxosâ atque paullatim ascendente viâ versùs Septemtrionem processit per CCCXLVIII gressus & II pedes ad biuium quoddã, vbi mulieres plorantes allocutus est.

offerens velum capitis ante ædes suas,

diuisa à mulieribus plorãtibus.

Luc. 23 27

C 3 *Quaresmius loco indicato opinatur, velum à S. Veronicâ Christo exhibitum, non lineum, sed bombycinum fuisse, quòd in regionibus Orientis magis in vsu sint telæ bombycinæ, ex eisq; ferè conficiantur vela capitum, vtpote ob subtilitatem leuitatemq; commodiora. Addit, Turcas ex bombyce factas tiaras quas vulgò* turbantos *vocant, gestare. Sed hæc controuersia dirimenda Romæ est, ab oculatis veli istic seruati iudicibus. Memorabile etiam est, quod de sacrosanctâ Christi effigie, quæ in eodem Sudario cernitur, tradunt ex Ioanne Lanspergio homiliâ* 19 *de Passione Domini, Daniel Mallonius in explicatione stigmatum Christi sacræ Sindoni impressorum cap.* 14, *Carolus Stengelius in historiâ Passionis Christi cap.* 67, *Quaresmius, aliiq;, Christi faciem in eo Sudario impressam retinere & adspicientibus monstrare vestigium alapæ armatâ manu inflictæ.*

Num illud bombycinum,

an alapam inflictam referat

4 *Et hæc de Sudario à Christo* S. Veronicæ *tradito apud Christianos orthodoxos indubitata sunt, & à Iacobo Gretsero nostro tractatu de Imaginibus non manufactis aliisq; contra rabiem hæreticorum huius temporis propugnata: at quo modo idem sudarium ab* S. Veronicâ *Romam fuerit delatum, minùs certum est. Quæ magis apud auctores probabilia reperiuntur, hîc seligemus: ac primò reiicimus tractatum quemdam MS. sub hoc titulo:* Incipit notificatio, qualiter Tiberius Cæsar pro ipso, *id est, Christo,* Hierosolymam direxerit. *Cuius hoc est exordium:* Factum est Tiberio & Vitellio Consulibus, cùm eodem tempore Tiberius Cæsar gubernaret Imperium, necesse fuit, vt in partibus Hierosolymorum virum prudentem dirigeret, vt Christum Iesum posset videre Tiberius *&c. Multa displicent in eo tractatu, fortassis ab aliquo ex relatione S. Methodij mox dandâ similiter historiâ deprauato, eiusdemq; generis cum tractatu præcedente eiusdem Codicis MS. cui illum Compilator vt appendicem in titulo coniunxit. Est autem tractatus qui præponitur de Passione Christi sub hoc titulo:* Incipiunt gesta Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, inuenta à Theodosio Imperatore in Hierusalem in prætorio Pontij Pilati in Codicibus publicis. *Hunc tractatum sub nomine Pontij Pilati ad Imperatorem editum esse indicant in fine hæc verba:* Ideò suggero Regi, ne quis aliter nuntiauerit, æstimans credendum mendaciis Iudæorum, & direxi potestati vestræ omnia, quæ gesta sunt de Iesu in prætorio meo. *Est fortè aut idem tractatus aut certè amplificatus, cuius meminit, ante tempora etiam Theodosij Iunioris, S. Epiphanius Hæresi* 50, *quæ est Quartadecimanorum: quorum aliqui* vnam eamdemque diem Paschalis semper obseruabant, accuratam se gloriantes huius instituti rationem didicisse ex Actis Pilati, in quibus scriptum est, VIII Kalendas Aprilis Christum esse passum: *quod in hoc tractatu sub initium legitur his verbis:* Factum est anno XIX Imperatoris Tiberij Cæsaris Romanorum, & Herodis, filij Herodis, Regis Galilææ, anno XIX principatus eius. VIII Kalendas Aprilis *&c. Sed his omissis ad S. Veronicam redimus.*

D

adiuncta Actis Pilati de Passione Christi.

E

§ II *Effigies Christi à S. Veronicâ Romam lata. An ea neptis Herodis Regis?*

5 *Cardinalis Baronius tomo* 1 *Annal. Eccles. anno* 34 *nu.* 138 *testatur,* Romæ in bibliothecâ Vaticanâ asseruari libellum MS. de translatione sacrosancti huius veli Romam factâ, *quam* historiam *ait Ioannes Molanus lib.* 4 *de sacris imaginibus cap.* 2, grauiter conscriptam, & antiquissimis characteribus, totam perlegisse Thomam Stapletonum, *virum libris editis orbi vniuerso notum. Vtinam commentarium istum obtinere licuisset, atque hoc loco in publicum proferre! cuius iacturam aliunde conamur sarcire. Ac primò* S. Veronicam *sacram hanc effigiem Romam tulisse omnium scriptorum consensus est. In chronico sub Flauij Lucij Dextri nomine edito, hæc leguntur ad annum Christi* XLVIII: Hierosolymitani Iudæi vehementer infensi B. Lazaro, Magdalenæ, Marthæ, Marcello, Maximino, Iosepho ab Arimathiâ nobili decurioni, & aliis plurimis; naui sine remigio veliſque ac sine gubernatore eos imponunt, & exulare mandant: qui per vastum mare diuinitus delati, ad Massilienſem portum incolumes appellunt. Verenice sancta mulier, *ex plurimis comitibus aliqua, tum* à Galliâ Romam venit, ibique Diuino relicto vultu, miraculis clara, migrat ad Dominum anno LXX.

Sudarium S. Veronica creditur tulisse Romam:

F

an in comitatu SS. Lazari, Martha, ac Magdalenæ?

6 *S. Methodius, Olympi & Pataræ maritimanum Lyciæ vrbium, ac postea Tyri Episcopus, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus* XVIII *Septembris, plurimos libros (à S. Hieronymo de scriptoribus Ecclesiasticis cap.* 83 *relatos)* confecit, & multa alia, *vti hic addit,* quæ vulgò lectitantur: *vt suprà diximus* 1 *Februarij ad festum Hypapantes Domini, siue Purificationis B. Mariæ Virginis* § 1. *Hic in aliquo opusculo historiam Imaginis Christi à S. Veronicâ velo exceptæ, ac Romam delatæ exposuit, à Mariano Scoto in Chronico ad annum Christi* XXXIX *descriptam his verbis:* Tiberius in Campaniâ moritur veneno anno XXIII Imperij sui, ætatis verò LXXVIII. Methodius sic: Interim Tiberius circitèr XXII annis sui principatus exactis, viuendi finem fecit: qui de Domino Iesu Christo hoc apud Senatum vsus est consultu: Si Deus est, inquit, poterit rebus nobis inutilibus prodesse; si homo est, Reipublicæ subuenire. Hic leprâ vexatus non modicâ, desiderabat, auditis Diuinis virtutibus, gratiam eius per nuntios comprobare;

iuxta S. Methodiũ

à Tiberio Cæsare euocata.

Eius historia aliqua MS. reiicitur,

A bare; ſed non potuit ad hoc pertingere : quia Chriſto iam poſt reſurrectionem cælo præſidente, famâ compererat, Pontio Pilato adiudicante Iudæis traditum, & à ſuis militibus crucifixum, ſepultumque tertiâ die reſurrexiſſe; ſed furatum à diſcipulis, cuſtodibus appretiatis diffamatum eſſe, à quadam matronâ, nomine Veronicâ, quæ ipſius Saluatoris noſtri aſpectum, ipſo exprimente atque contradente, ad euidentiam teſtificandæ veritatis, & obſeruandæ fidelitatis nicemate ſuo (*legendum arbitramur* in ſchemate, *vt infrà patebit*) reconſignatum habuit. Quæ dum nuntios conueniſſet, & ita eſſe atque ſe habere per omnia euidentiſſimè aſſeruit, Romam ab ipſis delata eſt, atque in præſentiam Principis adducta, ſpeciem Diuinæ teſtificationis oſtendit, & virtutem perfecti medicaminis gratiâ Chriſti mirabiliter effecit. Qui dum comperiſſet Pilatum Dominici cruoris reum extitiſſe, Senatu decernente, vtpote, qui ſine audientiâ Romam non conſultus talia præſumeret, iuſſus eſt exilij ſupremam damnationem ſubire: non multùm pòſt ipſe, vt dictum eſt, viuendi finem fecit. Hæc vſque Methodius, *& ex illo Marianus Scotus. Quam Methodij Epiſcopi hiſtoriam allegant Baronius citato anno* 34 *num.* 138, *Gretſerus de Imagi-*
B *nibus non manufactis, cap.* 16, *Cornelius à Lapide in cap.* 27 *Euangelij S. Matthæi. Simon Maiolus pro defenſione ſacrarum Imaginum centuriâ* 1 *cap.* 3, *& tomo* 1 *Dierum canicularium, colloquio* 20, *Quareſmius libro* 4 *cap.* 14 § 4 *aliique plures.*

7 *Iacobus Philippus Bergomas in Supplemento Chronicarum ad annum Chriſti* XLIV *hæc refert :* Veronica mulier Hieroſolymitana, Chriſti diſcipula, matrona ſiquidem ſanctitate ac pudicitiâ inſignita, his temporibus à Tiberio Cæſare per Voluſianum neceſſarium ſuum, virum ſtrenuum, è Hieroſolymâ cum Sudario Chriſti Romam accerſitur. Detinebatur quidem idem Cæſar magno infirmitatis morbo : qui cùm primùm mulierem ſanctam ſuſcepiſſet, & Chriſti Imaginem contigiſſet, ab omni infirmitate curatus eſt. Ob quod miraculum ipſa Veronica ab ipſo Cæſare magno in pretio deinceps habita eſt. Ibidem enim vſque ad mortem cum Petro & Paulo Apoſtolis, atque Clemente Pontifice Eccleſiam Dei conſtituens, perſeuerauit. Hæc ipſa eſt, quam Dominus à ſanguinis fluxu fatigatam (vt ſacra Euangelij habet hiſtoria) veſtimenti eius fimbriam tangendo ſanauerat: à quo etiam Paſſionis eius tempore eadem Imagine vultus ſui in ſignum amoris donata fuit. Ipſa autem Imago, panniculo ſic impreſſa, Clementi Pontifici & ſucceſſoribus eius ab eadem ex teſtamento declarata, nunc vſque ibidem in B. Petri templo à Chriſti fidelibus maximâ cum religione inuiſitur. Quam & multi per tempora exquiſitis celeC brauêre laudibus : inter quas illa ſingularis habetur, quæ incipit : Salue ſancta facies *&c. Hæc ibi. Hymnum illum infrà referemus.* Præfationes Ambroſianæ, quas in peragendis Miſſis dici conſueuiſſe *teſtatur memoratus Maiolus*, *referunt dictum* Voluſianum Cæſaris Tiberij neceſſarium, cùm ingenti gibbo in dorſo laboraret, tactu eius Sudarij, corporis rectitudinem recepiſſe. *Euſebius in Chronico ad annum Tiberij* XXIII *tradit.* Pilato de Chriſtianorum dogmate ad Tiberium referente, hunc retuliſſe ad Senatum, vt inter cetera ſacra reciperetur. Verùm cùm ex conſulto Patrum, Chriſtianos eliminari Vrbe placuiſſet, Tiberium per edictum accuſatoribus Chriſtianorum comminatum eſſe mortem; *illudque* ſcribere Tertullianum in Apologetico, *cuius verbis relatis eadem fuſiùs deducit Euſebius lib.* 2 *Hiſtor. Eccl. cap.* 2. *quem reliqui Scriptores ſequuntur.*

8 *In chronico ſub nomine Iuliani Petri Archipresbyteri S. Iuſtæ, ex bibliothecâ Oliuarenſi edito, ad annum* XC *hæc leguntur :* Per hoc tempus, ſicut Apoſtolicis diebus, Romæ in magno pretio erat Sudarium illud ſacratiſſimum, quod Clementi primo, Romano Pontifici, reliquit pientiſſima mulier Beronice, quam alij corruptè vocant Veronicam, quæ neptis ex ſorore Salome magni Herodis, nupſit viro nobili Amatori. Vixit aliquando in vrbe Cæſarea Palæſtinæ, aliquando verò Hieroſolymis. Fuit autem illa mulier, quam ex fluxu ſanguinis aliquando curauit Chriſtus. Depicta eſt imago Chriſti curantis mulierem in pariete, cuius lacinia, vbi tangit hederam, curat ex omni morborum genere. Quidam volunt paſſam martyrium Antiochiæ cum aliis quinquaginta, vt tradit Beda. *Hæc ibi. Ioſephus lib.* 1 *de bello Iudaico cap.* 6 *tradit* Antipatrum ex vxore Arabiſsâ, *nomine Cypride genuiſſe filios quatuor*, Phaſaëlum, & Regem Herodem & Ioſephum & Pheroram, & Salomen filiam; *de quâ idem Ioſephus agit in Antiquitatibus Iudaicis lib.* 15 *cap.* 4 *&* 11, *lib.* 16 *cap.* 6 *&* 11, *& lib.* 17 *cap.* 1. *Euſebius in Chronico ad annum Imperij Auguſti Cæſaris* 40, *& regni Herodis* 30: *tradit* Herodem virum ſororis ſuæ Salomæ interfeciſſe, & cùm eam alij tradidiſſet vxorem, etiam hunc necaſſe. *Fuit autem primò nupta* Caſtabaro Idumæo Gazæ Principi, *eiq; peperit* Berenicen, *ſuprà in Iuliani Chronico indicatam : verùm à* S. Veronicâ *prorſus aliam.* *Berenice*
Nam hæc Berenice nupta Ariſtobulo, Herodis Regis filio genuit, *teſte Ioſepho lib.* 1 *belli Iudaici cap.* 18, Herodem Agrippam, Ariſtobulum, Mariamnen, & Herodiadem, *matrem Salomes ſaltatricis, quæ caput S. Ioannis Baptiſtæ poſtulauit ſibi in diſco dari. En Berenice S Veronicâ* E *multò ſenior, quæ, priore marito Ariſtobulo ab Herode patre occiſo, nupta fuit cuidam Antipatro, vt fruſtrà fingatur vxor Amatoris, de cuius & S. Veronicæ coniugio infrà agemus : ac deinde num ea fluxu ſanguinis fuerit à Chriſto liberata inquiremus; vbi antè de cultu eius ſacro actum fuerit. Hic ſufficit oſtendiſſe quàm parùm Chronico Iuliani fidendum ſit, quod nimiùm aliqui extoliunt, atque inter eos, Franciſcus de Ruſpuerta ſeculo* 12 *Hiſtoriæ Gennenſis cap. vltimo* § 1, *& Ioannes Acuna Adarueus Prior Eccleſiæ parochialis Anduxarenſis libro de Imaginibus Chriſti non manufactis, ac potiſſimùm de ſacro velo S. Veronicæ vrbis Gennenſis, de quo infrà agemus, Hiſpanico idiomate edito anno* MDCXXXVII; *vbi tractatu* 33 § 1 *verba Iuliani refert, &* § 2 *hanc Herodis ex ſorore neptem mirè extollit, ac S. Veronicam, de quâ agimus, credit fuiſſe, è ſtirpe illâ regiâ prognatam.*

traditur magno eũ morbo liberaſſe,

In Chronico Iuliani fingitur S. Veronica ex genere Herodis Regis,

filia Salomes eius ſororis,

matres Herodiadis.

Avctore G.H.

D

§ III *Cultus ſacer S. Veronicæ.*

9 *Quæ ſuprà* Berenice *ex Iudeâ, ac fortè ante Chriſtum natum mortuâ fingebatur* S. Veronica *pia & Chriſtiana matrona; iam mutato ſexu in eodem Iuliani Chronico ex* S. Beronico *fingitur* S. Veronica Martyr. *Ille eſt qui* cum quinquaginta aliis Antiochiæ paſſus *colitur* XIX *Octobris, in omnibus ferè Martyrologiis, etiam Bedæ MSS. exemplaribus : in cuius exemplari excuſo confuſionem eſſe etiam aduertit ibidem in Annotationibus Baronius.* F

Confunditur eadem cum S Beronico Martyre Antiocheno:

10 S. Veronicam *Romæ è vitâ migraſſe ac terræ mandatam eſſe tradit Octauius Pancirolus in abſconditis theſauris Vrbis, regione* 7, *eccleſiâ* 17. *Natalem eius ita celebrat Petrus Galeſinius in ſuo Martyrologio Romano* IV *Februarij :* Romæ item S. Veronicæ, quæ ad eam vrbem Hieroſolymâ Sudarium Domini attulit. *In Notationibus addit,* Geruaſium Tilebenenſem, Blondum, alioſque de eâ ſcribere. *Galeſinium eiſdem verbis deſcribit Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum; aſt in Catalogo Sanctorum Italiæ hoc elogium concinnat :* Veronica religioſa femina, vt habet vetus traditio, quo tempore Chriſtus Saluator noſter ad patibulum ducebatur, lineum capitis ſui peplum ei ad faciem tergendam cruore, ex ſacro capite ſpinis coronato defluente, porrexit : cui Diuini vultus illius imago diuinitus impreſſa remanſit. Hoc ſancta fœmina Romam detuliſſe, eoque Tiberium Auguſtum difficili morbo laborantem ſanaſſe fertur. Porrò illud ad S. Clementis manus perueniſſe, & ſucceſſorum, à quibus in Vaticanâ eccleſiâ aſſeruatum ad hęc vſque tempora, non ſine maximâ populi Romani deuotione, quotannis exponi ſolet, Vultuſque ſanctus, ac Sudarium Veronicæ nominatur. Ipſa verò Veronica pridie Nonas Februarij obdormiiſſe fertur. *Eodem die* Nico-

colitur 4 Februarij.

AVCTORE G.H. A laus Reuſnerus in Diario hiſtorico refert, Veronicam Virginem Martyrem citato Martyrologio Romano, ita quodlibet Martyrologium Eccleſiaſticum appellans.

11 Alij referunt eam XXV Martij, rati eo die Chriſtum prælalutę hominum paſſum, ſuam tum S. Veronicæ effigiem dediſſe. Ita Florarium MS. Sanctorum: Item S. Veronicæ matronæ. Hæc Hieroſolymitana matrona ſanctâ, à Tiberio Cæſare, qui claruit anno ſalutis XLVIII, per Voluſianum Romam accerſitur. Tiberius autem magnâ infirmitate detentus, cùm ſuſcepiſſet S. Veronicam & imaginem contigiſſet, curatus eſt: Hæc eſt quam Dominus à profluuio ſanguinis, per tactum fimbriæ veſtimenti eius, ſanauerat, vt dicitur Matthæi IX & Lucæ VIII: à quo etiam Domino tempore Paſſionis Imagine in amoris ſignum donata fuit. Quæ quondam Imago panniculo impreſſa Clementi Pontifici & ſucceſſoribus ab eadem ex teſtamento relicta eſt: & nunc vſque in baſilicâ S. Petri oſtenditur. In cuius laudem dicitur hæc oratio: Salue ſancta facies noſtri Redemptoris &c. vt ſuprà ex Bergomenſi diximus, quem huic auctoti Florarij MS. lucem prætuliſſe, aut certè vtrumque ex eodem fonte ſua hauſiſſe indicat res eadem, eiſdemq; verbis prolata. Hermannus Greuen in auctario Vſuardi & Caniſius in Martyrologio Germanico: Veronicæ ſanctæ matronæ, cui Dominus Imaginē faciei ſuæ Sudario impreſſam reliquit:

12 Miſſale iuxta morem ſanctiſſimi Doctoris & Pontificis Ambroſij, impreſſum anno MDLX, habet Miſſam legendam in feſto S. Veronicæ Matronæ, cuius cantus & præfatio indicantur requirenda in communi vnius matronæ. Lectio recitatur ex Epiſtolâ B. Pauli ad Romanos capite VII, hoc exordio: Scientibus legem loquor &c. Euangelium verò ſumitur ex capite 5 Marci à verſu. 20. Cùm tranſiiſſet Dominus Ieſus in naui rurſus trans fretum &c. in quo agitur de muliere à profluuio ſanguinis, attactu veſtimenti eius, ſanatâ. Orationes propriæ ibidem hæ referuntur: prima ſuper populum: Præſta nobis, quæſumus, miſericors Deus, vt, qui B. Veronicæ feſtiuitatem deuotis obſequiis celebramus; eius interceſſionibus per tuam clementiam adiuuemur; & de præſentis ſeculi fluctibus liberemur; Per Dominum &c. Altera ſuper ſindonem Oratio: Da, quæſumus, ſancte Pater, vt B. Veronica, quæ in conſpectu Maieſtatis tuæ extitit gratioſa, ſuis orationibus nos per fidem integram & ſanctæ vitæ munditiam gratos tibi reddat pariter & deuotos; Per Dominum &c. Tertia Oratio ſuper oblata hæc eſt: Supplices te rogamus, omnipotens æterne Deus, vt deuotionis noſtræ munera tibi complaceant, quæ tuæ Maieſtati offerimus conſecranda ad B. Veronicæ reuerentiam & honorem, & animarum noſtrarum tutelam pariter & ſalutem; Per Dominum &c. Quarta demum Oratio poſt Communionem hæc recitatur: Sit nobis, Domine, mentis & corporis ſalutifera medicina ſacroſanctum corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod ad S. Veronicæ laudem percepimus & honorem. Per eumdem Dominum &c.

13 Alia extat Oratio excuſa anno MDLV in Miſſali Auguſtano, eamq; legentibus quadraginta dies indulgentiarum ab Innocentio Papâ IV conceſſos eſſe rubrica præfixa Miſſæ de S. Veronicâ, ſeu Vultu Domini, aut ſacra Effigie Chriſti, inſcriptæ, ſignificat. Eadem legitur in Miſſali Eccleſiæ Moguntinæ ex mandato Bertoldi Archiepiſcopi anno MCDXCIII excuſo. Præfuit autem Eccleſiæ Pontifex Innocentius IV ab anno MCCXLIII ad annum MCCLIV. Aſt Innocentius III ſedit ab anno MCXCVIII ad MCCXVI, ad quem obitus eius annum orationem ſimilem attribuit huic Innocentio III Matthæus VVeſtmonaſterienſis in Floribus Hiſtoriarum Anglicanarum his verbis. Eodem tempore dùm Papa Innocentius proceſſionem faceret ſolennem Romæ, & illa Effigies Dominici vultus, quæ VERONICA nuncupatur, populo aſpicienda veneranter deportaretur, ipſe Papa ipſam loco ſolito aptauit; ſed in craſtino inuenta eſt verſa ſtans modo indebito: ita ſcilicet, quòd frons deorſum, barba verſùs humum verteretur. Quo audito Dominus Papa timens valdè hoc apparuiſſe in triſte præſagium, compoſuit & conſtituit vnam Collectam in honorem Veronicæ dicendam, & dicentibus veniam decem dierum conceſſit. Eadem ferè refert Matthæus Pariſienſis in hiſtoriâ Anglorum initio geſtorum Henrici III Regis, aſſeritq; Orationi adiectum quemdam Pſalmum cum quibuſdam verſiculis, & eadem dicentibus conceſſam decem dierum indulgentiam: ita ſcilicet, vt quotieſcumque repetatur, toties dicenti tantumdem indulgentiæ concedatur. Hæc ibi. Odoricus Rainaldus in Hiſtor. Eccl. ad an. 1216 num. 7, immutatam illam imaginem ait nonnullos fabellam ſuſpicati. At ſupplicationem, aliaque pietatis opera in dubium reuocari non permittit. Indulgentias autem ad XL dies auxerit Innocentius IV iuxta rèlatum Miſſale Auguſtanum. Qui à Matthæo Pariſienſi Pſalmus appellatur, fortè hymnus antiquus eſt à Bergomienſi & auctore Florarij ſuprà indicatus. Eſt ea doxologia rhythmica in antiquis Miſſalibus Sequentia appellata, quam præter Miſſale Auguſtanum, ex monumentis Eccleſiæ Giennenſis tradit Acuna Adarueus tractatu XLII, & ob celebrem memoriam S. Veronicæ, vna cum verſiculis & Oratione hîc damus.

14 Salue ſancta facies — de eo Hymno:
Noſtri Redemptoris;
In quâ nitet ſpecies
Diuini ſplendoris,
Impreſſa panniculo
Niuei candoris,
Daraque Veronicæ
Ob ſignum amoris.
Salue decus ſeculi,
Speculum Sanctorum,
Quod videre cupiunt
Spiritus cælorum:
Nos ab omni maculâ
Purga vitiorum,
Atque nos conſortio
Iunge Beatorum.
Salue noſtra gloria
In hac vitâ durâ,
Labili & fragili
Citò tranſiturâ,
Nos perduc ad patriam,
O felix figura.
Ad videndum faciem,
Quæ eſt Chriſti pura.
Eſto nobis, quæſumus,
Tutum adiuuamen,
Dulce refrigerium
Atque conſolamen,
Vt nobis non noceat
Hoſtile grauamen;
Sed fruamur requie
Cum Beatis. Amen.

Verſ. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.
Reſp. Dediſti lætitiam in corde meo.
Oratio. Deus, qui nobis ſignatis lumine vultus tui, memoriale tuum, ad inſtantiam B. Veronicæ imaginem tuam Sudario impreſſam, relinquere voluiſti; præſta, quæſumus per ſanctam Crucem & glorioſam Paſſionem tuam; vt, qui eam hîc in ſpeculo & ænigmate veneramur in terris, deſiderabilem ac veram faciem læti ac ſecuri videre mereamur in cælis: Qui viuis ac regnas &c. — Oratio.

15 Extat illuſtre tertij Ordinis S. Franciſci monaſterium ſacrarum Virginum Murciæ apud Hiſpanos, vrbe olim regiâ, extructum ſub titulo S. Veronicæ, erga quam piè affecta erat monaſterij huius fundatrix Domina Iſabella Alarconia, eiq; præſcripſit pro inſignibus imaginem Chriſti faciem ſuam velo impreſſam S. Veronicæ porrigentis. Agunt de eo monaſterio Franciſcus Caſcales in Hiſtoriâ Murciæ tractatu 16 ſub finem, & Acuna Adarueus tractatu 33 § 1. Arturus à Monaſterio in Martyrologio Franciſcano XIX Maij. Violantam à Corduba, Beatam appellat & monaſterij S. Veronicæ de Murciâ — Monaſterium S. Veronicæ Murciæ.

De eâ extat Officiū Eccleſiaſticum in Miſſali Ambroſiano,

Indulgētiæ conceſſæ ad honorem ſacri Sudarij:

& 25 Martij.

aliiſq; 1.

A cià fundatricem, *quæ iſtic* tertij inſtituti alumna circà annum MDLXXVI, nonagenariâ *maior obierit: fortè prima monaſticam vitam iſtic amplexa. Ob ſingularem erga S. Veronicam affectum, pars aliqua è domo eius inter reliquias ſacras aſſeruatur in eccleſiâ monaſterij S. Stephani, vulgò Ieruſalem, in vrbe Bononienſi: vt teſtis eſt Donatus Pullienus Luparius in hiſtoricâ eiuſdem monaſterij relatione Bononiæ anno* MDC *editâ, tractatu* 8 § *de Reliquiis altaris ſãcta Crucis.*

Reliquiæ Bononiæ.

§ IV *Coniugium S. Amatoris & S. Veronicæ: aduentus vtriuſque in Gallias: ac ſacra ibidem veneratio.*

16 IN *Fragmentis, quæ Luitprando, ſiue Eutrando, vulgò attribuuntur, numero* CCIX *hæc leguntur*: S. Amator coniux Verenicæ, cui Dominus faciem ſuam expreſſam dedit, famulus ſanctæ Virginis Mariæ & Ioſeph, & Domini baiulus ac nutricius, poſt diſceſſionem eius ad cælos, eius hortatu S. Martialem in cum coniuge ſecutus eſt ad Gallias, vbi, ſicut viderat prope Nazareth eremitas montis Carmeli, eam vitam in edituſſimo monte ſecutus eſt. Vixit ibi multos annos, agens vitam magis cæleſtem quàm terrenam. Creditur diſceſſiſſe anno LXXV, celebratur 1 die Nouembris. *Hæc in illis Fragmentis, quæ primum locum mererentur, niſi cum memorato Chronico Iuliani, ſuppoſititia multis viderentur. Horum auctoritate nixi Alegraus & Lezana*, S. Amatorem *Carmelitis adſcribunt, ille in Paradiſo Carmelitici decoris ſtatu 2 ætate 2 cap. 18, hic tomo 2 Annalium Carmelitarum anno 75 num. 4. Reliqua ſuam fidem ex aliis auctoribus nanciſci debent.*

De SS. Amatore & Veronicâ relatio è fragmentis Luitprando attributis:

17 *Petrus Subertus, Decretorum Doctor, vtriſq; S. Pappuli, ſub Metropoli Toloſanâ, Epiſcopus, vitâ functus anno* MCDLIV, *in libro de Cultu vineæ Domini, ſeu Viſitatione Epiſcopali, à Ioanne Cappuiſio recognito, atque anno* MDIII *in lucem edito, tradit par. 7 cap. 3*, Veronicam *primò* valdè familiarem & præcordialem amicam fuiſſe beatæ Virginis Mariæ matris Dei: *ſecundò* vxorem fuiſſe viri Dei Amatoris: *tertiò hos* duos coniuges Amatorem & Veronicam in comitatu S. Martialis in Gallias veniſſe, ſecumque tuliſſe de lacte B. Mariæ, & de capillis eius, & duos eiuſdem B. Mariæ ſotulares. *horumq;* alterum S. Martialem poſuiſſe in Ruteno, alterum in rupe Anicij, quæ nunc Podium B. Mariæ dicitur: De capillis verò eiuſdem partem poſuiſſe in Mimate, (*potiùs* Mimate, *vulgò* Mende) partem aliam in ciuitate Aluernià, quæ nunc Clarus-mons dicitur. *Quartò* S. Amatorem in rupe, quæ nunc Amatoris dicitur, ſolitariam vitam elegiſſe, altari in honore B. Mariæ Virginis, vili tunc quidem loco & ſchemate, ſed nunc toto mundo honorabili, à B. Martiale inibi dedicato: viramque ibi S. Amatorem finiuiſſe præſentem, corpuſque eius incorruptum ſanctam expectare reſurrectionem. Vxorem *denique* eius Veronicam ſecutam vbique B. Martialem prædicantem, tandem in territorio Burdegalenſi ſupra mare ſenio confectam reſediſſe, capellulà ſibi ibidem à B. Martiale in honore B. Mariæ Virginis dedicatâ, quæ Solac dicitur, eò quòd ſolum lac beatæ Virginis ibi poſitum eſt: aliis, quas habebat B. Veronica, reliquiis Dominæ noſtræ per prædictas eccleſias diſtributis. *Hactenùs Epiſcopus Subertus in Cultu vineæ Domini ſimul excuſo cum Baculo Paſtorali Ioannis Franciſci Pauini, à Paulo* II *Iudicis ſacri palatij creati, quem librum de hac hiſtoriâ auctore Iacobo Cappuiſio citat Odo Giſſeius Societatis noſtræ, in Relatione hiſtoricâ Deiparæ Virginis* Roquemadurenſis, *ſiue à rupe S. Amatoris, cap.* 8.

Certior Suberti Epiſcopi S. Pappuli,

18 *Eodem cum Suberto tempore viuebat S. Antoninus Florentinus Epiſcopus, imò illi ſuperſtes ad annum* MCDLIX *vitam perduxit. Hic* 1 *parte Chroniti titul.* 6, *cap.* 25 § 2, *in epitome Vitæ S. Martialis hæc eadem contraxit*: Venit, *inquit de S. Martiale*, cum B. Petro Romam, & per eum miſſus fuit in Galliam; habens in comitatu ſuo Amatorem & coniugem eius Veronicam, quæ familiaris & præcordialis amica fuit Virginis Mariæ. Sanctus verò Amator in rupe, quæ modò Amatoris dicitur, ſolitariam vitam egit ibique obiit. Veronica autem S. Martialem prædicantem ſecuta eſt in territorio Burdegalenſi, ibique conſenuit *in antedicto* Solaco, *vico nobili, aliis* S. Mariæ de Solaco, *prope oſtium Garumnæ fluuij, circa quem locum à Ptolemæo conſtitui Nouiomagum vrbem Biturigum Vibiſcorum tradunt Elias Vinetus, Brietius, ac potiſſimùm Dadinus lib.* 1 *Rerum Aquitanicarum cap* 11. *Antoninum deſcribit Buchetus par.* 1 *Annalium Aquitaniæ cap.* 3. *Epiſcopis hiſce Suberto & S. Antonino, duobus ſeculis & ampliùs, ſenior Robertus Abbas de monte S. Michaëlis in Normanniâ, in ſupplemento Chronici Sigeberti ad annum* MCLXXI *eamdem hiſtoriam attigit.* Henricus, *inquit*, Rex Anglorum perrexit cauſsâ orationis ad Roccam Amatoris, qui locus in Cadurcenſi pago montaneis & horribili ſolitudine circumdatur. Dicunt quidam, quòd B. Amator famulus B. Mariæ, & aliquando baiulus & nutricius Domini fuit, & aſſumptâ puſillimâ matre Domini ad æthereas manſiones, ipſe Amator, præmonitus ab eâ, ad Gallias transfretauit, & in prædicto locò vitam eremiticam tranſegit.

Roberti Abbatis de monte,

19 *Colitur S. Amator* XX *Auguſti: cuius aliqua Acta MSS. habemus in nouem lectiones, ad Matutinum in Officio Eccleſiaſtico recitari ſolitas, diſtributa*: iuxta quæ Veronica moribus & fide Amatori non diſpar ſocia, vixit in iuſtificationibus Domini ſine querelâ; & prædicante Domino Ieſu Chriſto verbi diuini ſemen in corde pio ſuſcepit, vt terra bona, vetuſtate purgatâ, centuplum ſuis temporibus redditura; ac propter ſanitatem infirmitatis grauiſſimæ ad tactum fimbriæ Dominici veſtimenti clementer indultam, in feruore fidei & amoris diuini Ieſu Chriſti copioſiùs exarſit. Regenerata namque ſecundùm fidem in Chriſto, ſeculo renuntiauit; relictiſque omnibus ſategit iuſſa Chriſti perficere, & reliquias maximè de beatâ Virgine colligere, & cetera pietatis opera deuotè complere: vnde gloriolum lac mamillarum Virginis glorioſæ, cuius ſeruitio ſe totam conferre meruit, vt humilis pediſſequa & ancilla, humiliter & vtiliter recollectum, veſtes etiam eiuſdem Virginis & cetera multa talia, nec non Mamphoram cum impreſſione ſimilitudinis faciei Dominicæ, à nomine dictæ mulieris Veronicam nuncupatam, prout Romæ oſtenditur, fideliter collegit, & ſalubriter cuſtodiuit.... Perſequente Eccleſiam Chriſti Saulo, iuſſu cæleſtis nuntij nauem caſu inuentam cum S. Amatore aſcendit, ducenteque Domino ac miſericorditer protegente, in occiduas partes peruenit. Conſtructo ſiquidem vili ſchemate paruo tuguriolo, eremiticam vitam duxit, ac tamdiu ibidem orationi & ieiunio ſe dedit, donec B. Martialis à Lemouicinis illuc aduenit, qui eos ſpeciali dilectione, ſicut compatriotas & notos & fideles deuotiſſimos, diligebat. Relictâ itaque coniuge propriâ apud Solacum orationi & contemplationi, beatiſſimus Amator, de præcepto & conſilio beatiſſimi Martialis, Romam petiit, & beatiſſimum Petrum Apoſtolorum Principem viſitauit: manenſque in vrbe Romanâ ferè per biennium, vidit quomodò crucifixus eſt Petrus, & Paulus etiam decollatus: & defunctâ ſupradictâ Veronicâ Lemouicas reuerſus eremum petiit, habitaculumque præparauit in valle Cathurcinâ *&c.*

Anonymi in Vitâ MS. S. Amatoris.

20 *Hactenùs illa Acta, iuxtà quæ Veronica S. Amatoris coniux eadem eſt quæ imaginem Chriſti velo excepit. Cuius ſactum cultum refert Sauſſaius* XV *Februarij his verbis*: In Aquitaniâ commemoratio S. Veronæ, aliàs Veronicæ, matronæ, quæ Sudario faciem Domini crucem portantis extерſit, cuius admiranda effigies ipſimet linteo remanſit impreſſa, ſicut hodie cernitur Romæ, vbi magnâ religione ſeruatur. *Idem Sauſſaius* XX *Auguſti in Supplemento de S. Amatore hæc ſcribit*: In agro Caturcenſi S. Amatoris Confeſſoris: qui ex diſcipulo S. Martialis Doctor

Colitur S. Veronica 15 Februarij.

S. Amator 20 Auguſti.

S. Antonini Epiſc. Florẽtini,

AVERO- RE G.H.

Doctor Euangelicus factus, Caturcenſes in fide vberiùs edocuit, ſanctitateque clarus obdormiuit in Domino. *Hæc Sauſſatus, ratus S. Martialem, vt ſcribit* XXX *Iunij, fuiſſe diſcipulum S. Petri: & non veniſſe in Gallias anno Chriſti* CCL, *vti ex Actis paſſionis S. Saturnini Martyris retulit ſeculo Chriſti ſexto S. Gregorius Epiſcopus Turonenſis lib.* 1 *Hiſtoriæ Francorum cap.* 30. *De cuius aduentu extat docta diſſertatio Ioannis Cordeſij Canonici Lemouicenſis. Latinè edita à Franciſco Boſqueto parte* 2 *Hiſtoriarum Eccleſiæ Gallicanæ, in quarum priore parte Boſquetus lib.* 1 *cap.* 23 *Gregorij Turonenſis ſententiam amplectitur; reiectis Actis, quæ ſub nomine Aureliani eius in Sede Lemouicenſi ſucceſſoris, circumferuntur. Quæ pleniùs diſcutiemus* XXX *Iunij ad Vitam S. Martialis. Quod huc ſpectat, fatemur plurima in citatâ hactenùs relatione de S. Veronicâ, vxore S. Amatoris difficilia apparere: eamq;* Veronam. *ſeu* Veronicam, *aliam fortè eſſe ab illuſtri illâ matronâ Hieroſolymitanâ, cuius velo ſuam Chriſtus effigiem impreſſit: maximè ſi in Gallias ſeculo Chriſti tertio in S. Martialis comitatu profecta, ibidem ex hac vitâ ſanctè deceſſerit.*

§ V. *An S. Veronica ſanguinis profluuio à Chriſto liberata; ac ſub nomine Venicæ ſeu Veniſæ colatur.*

B 21 NIcodemus in Euangelio ſuo, *teſte Salmerone noſtro tomo* 10 *commentariorum in hiſtoriam Euangelicam tractatu* 33, tradit mulierem fluxu ſanguinis curatam, *cuius meminerunt Matthæus cap.* 9, *Marcus cap.* 5, *& Lucas cap.* 8, vocatam fuiſſe Veronicam. *Addit Salmeron,* ſibi hactenùs compertum non eſſe, an eadem hæc fuerit, quæ hoc officium *veli oblati* Chriſto præſtiterit. *In Dextri Chronico ad annum* XLVIII, *traditur* Verenice, Diuino relicto vultu, Romæ migraſſe ad Dominũ, quam dicunt ſanatam à Chriſto è ſanguinis fluxu. *Eadem etiam aſſeritur* Veronica *in Vitâ MS. S. Amatoris, in MS. Florario, & in chronicis Iuliani Petri & Iacobi Philippi Bergomenſis, quorum verba ſuprà attulimus. Ex eadem cauſsâ creditur eadem, quæ à mulieribus potiſſimùm inuocatur in propriis huic ſexui morbis, licet ſyncope vnius ſyllabæ factâ* S. Venica, *ſeu* Veniſa, *appelletur. Ita in Normanniâ Gallicâ, vno ab vrbe Rotomagenſi lapide, quà verſus Diepam aut Ambianum abitur, ad viam regiam ſacellum* S. Veniſæ *ſacrum viſitur iuxta vicum vulgò* le bois Guilliame, *quaſi* Siluam Guilielmi, *appellatum, cuius vici Parochus, dicti ſacelli collator, rogatus nuper reſpondit, hanc* Veniſam, *ſeu* Venicam, *haberi eamdem eſſe, quæ alibi* Veronica *colitur: idq; præterea probari hoc argumento, quòd à dextero latere altaris* S. Venicæ, *expoſita ſit vulgaris imago Chriſti patientis faciem è ſindone geſtans, à S. Veronicâ nomen ſortita: à ſiniſtro verò latere adiuncta eſt S. Fiacrij imago, qui alibi* S. Veniſæ *indiuiduus comes, colitur* XXX *Auguſti. Ceterùm inuocatur iſtic S. Veniſa pro omnis generis fluxu ſanguinis, eiuſq; feſtum magnâ populi frequentiâ pridie diei Cinerum in Bacchanalibus celebratur. Vidimus duplex Officium Deiparæ Virginis iuxta vſum Eccleſiæ Romanæ, ab aliquot annis Rotomagi excuſum, legimuſq; in Calendario præfixo nomen* S. Venicæ *ad diem* XXVI, *in altero* XXVII *Februarij.*

C

22 *Valentianæ, ſeu Valencenis, celebri Hannoniæ apud Belgas vrbe, colitur eadem etiam* S. Veniſa, *aliis* Veniſia, Veneſia, Venecia *dicta: cuius patrocinium mulieres ægræ pro ordinandis menſtruis implorantes, faſciolis, ſeu purpureis, ſeu candidis, iuxta proprias huius morbi ſpecies variis, per nouem dies continuos accinguntur: quas poſteà, optatam ſanitatem adeptæ, in gratiarum actionem prope ſtatuam* S. Veniſæ *appendunt: quarum cumulus, ob multitudinem incolarum peregrinorumq; iſtuc concurrentium, adeò accreſcit, vt frequenter debeant auferri. Non ſolent tamen ſcriptis conſignari procuratæ huius interceſsione ſanitates, tum quòd frequentes ſint ac ſatis circumquaque notæ, tum potiſsimùm propter morbi immunditiem honeſtioribuſq; matronis, quarum teſtimonia exigerentur, innatum pudorem. Alij, hîc, quærunt reperiuntq; ſo-*

lamen, dum doloribus capitis afflictantur. Eſt autem in vrbe mediâ Valencenenſi, non procul à magno foro, è regione celebris Abbatiæ S. Ioannis Canonicorum Regularium, quoddam ptochotrophium, cuius pars eſt antiquiſsimum templum S. Ægidio vrbis Patrono ſacrum, in cuius altari extra chorum S. Fiacrio dicato, præter ſtatuam huius ſupra tabulam altaris erectam, viſitur à dextris ſtatua lignea ſeſquipedalis S. Veniſæ, caput inclinatum manu dexterâ ſuſtinentis & librum ſiniſtrâ geſtantis. An aliquæ iſtic reliquiæ S. Veniſæ aliquando ſeruatæ fuerint, incertum. Magna plebis religio eſt erga antiquam lipſanothecam, in quâ variorum Sanctorum reliquiæ oſtenduntur. Hæc ferè communicarunt Reuerendus Dominus Antonius Dutremannus Prior relati monaſterij Canonicorum Regularium S. Ioannis, & prænobilis vir Dominus Franciſcus Dixmudanus, Toparcha de la Balgue, variis iſtic honoribus perfunctus, & præ ſuâ pietate dicti ptochotrophij Præfectus. Tranſmiſit idem antiquum MS. continens Miſſas recitari ſolitas de SS. Veniſâ & Fiacrio, adiunctis ternis Orationibus de S. Ægidio Patrono, ac totidem de S. Mariâ Deiparâ. De S. Veniſâ, hic titulus præfigitur: Miſſa S. Veniſæ Martyris, aut alterius Virginis & Martyris. *Introitus:* Me expectauerunt peccatores. *Pro Epiſtolâ recitatur Lectio libri Sapientiæ,* Confitebor tibi, Domine Rex. *Euangelium de* decem Virginibus. *Orationes communes, quarum prima* E *nomen non exprimit, quod recentiori manu adſcriptum eſt* B. Veneſiæ Virginis & Martyris. *Verùm in Oratione ſecretâ & poſt Communionem* Venecia Martyr *effertur. Ita ſuprà ex Reuſnero diximus nominari* Veronicam Virginem & Martyrem: *& Ferrarius in Notis ad Catalogum Sanctorum Italiæ refert,* Virginem *dici à Galeſinæ: quod fortè alibi lectum malè hanc attribuit, cùm nõ habeatur in memorato ſuprà Martyrologio, Venetiis anno* MDLXXVIII *excuſo. Demum quia in eadem Miſſâ MS. poſt Epiſtolam & Graduale legendum præſcribitur, aut Alleluia cum verſu, aut eius loco à Septuageſimâ dicendus Tractus.* Qui ſeminant in lacrymis, *neceſſariò ante* XXI *Februarij coli debuit: fortè hoc* IV *Februarij, natali S. Veronicæ, ſeu* XV *eiuſdem, cum* Veronicâ *coniuge S. Amatoris: à quibus diebus potuit cultus tranſlatus eſſe in feriam* III *poſt Dominicam Quinquageſimæ, quâ pridie Cinerum (quando ab opere ſeruili ferè animi recreandi conuiuiorumq; habendorum cauſsâ ceſſatur) antiquitus coli conſueuerat: inde fortè in diem* XXVII *Februarij apud aliquos veneratione tranſlatâ. De ptochotrophio & templo S. Ægidij agit Henricus Dutremannus parte* 3 *Hiſtoriæ Valentinianæ cap.* 14.

D *eius ſtatua.*

officium Eccleſiaſticum.

cultus variis diebus Februarij.

23 *Tornaci vrbe ad Scaldim celebri, traditur S. Veniſa à trecentis annis ſacro cultu honorata in templo parochiali S. Margaritæ, cui anno* MDCXXIV *altare erectum eſt, atque à Maximiliano Raſſeghemio, ex illuſtriſsimâ familiâ Villanorum à Gandauo, Epiſcopo Tornacenſi, conſecratum: viſituráq; eius antiqua imago vnâ manu caput ſuſtentans, alterâ ventri adpreſsâ. Inuocatur eius patrocinium in morbis fœminarum antè indicatis, & ob effectus ab eiuſmodi morbis prouenientes honeſtiore vocabulo dicitur coli ad pellendum pallidum colorem. Impetrato autem remedio, in gratiarum actionem ſolent etiam iſtic clàm offerri ſtrophiola, linteamina, candelæ, maximè in eius feſto, quod feriâ* III *poſt Dominicam Quinquageſimæ pridie Cineralium etiam ibidem celebratur. Iſta ad nos factâ inquiſitione tranſmiſit Toſſanus Bridoul Societatis noſtræ, editis libris clarus. Hæc de* S. Venisâ, *ſeu* Veniſiâ: *quam arbitantur nonnulli diuerſam à S. Veronicâ: contra quos in re dubiâ nihil ſtatuimus.*

antiquus cultus & altare Tornaci.

F

24 *Potuit certè S. Veronica à ſanguinis fluxu, ſimiliúe morbo, Diuinâ ope, ſanata fuiſſe. Vnde alijs eam cum Euangelicâ Hæmorrhoiſsâ, duodecim annos ſanguinis fluxum paſsâ, confundendi fuerit data occaſio. S. Ambroſius tomo* 2 *operum lib. de Salomone cap.* 5, *tradit* Chriſtum largum ſanguinis fluxum ſiccaſſe in Matthâ, dæmones pepulſſe ex Mariâ, corpus rediuiui ſpiritus calore conſtrinxiſſe in Lazaro. *Aſt alia à S. Marthâ fuit Euangelica Hæmorrhoiſſa, patriâ Syro-Phœniſſa, ex ciuitate Cæſareâ Philippi oriunda. Ibi* mulier *illa* nobiliſſima æquè ac ditiſſima, *vt verbis Baronij anno* 31, *num.* 74 *vtamur,* tanti non immemor beneficij, ne illud aliquando hominum memoriâ excideret,

Alia à S. Veronicâ Hæmorrhoiſſa Euangelica.

Syro-Phœniſſa.

Valencenis colitur S. Veniſa à mulieribus pro ordinandis menſtruis.

inuocatur ibidem pro quocũque fluxu ſanguinis.

& dolore capitis.

A deret, egregio monumento teſtatum poſteris omnibus cupiens, æneis ſimulacris tam Ieſu, quàm ſui effigiem referentibus, rei geſtæ memoriam futuris ſeculis in perpetuum commendandam voluit: Quimobrem cùm non liceret vllo pacto Iudæis ſimulacrum cuiuſuis, quauis occaſione, formare, dici non poteſt eàm fuiſſe Iudæam fœminam, Marthiam Mariæ & Lazari ſororem. *Addo neque S. Veronicam Hieroſolymitanam. Hiſtoriam ſtatuæ erectæ narrat Euſebius lib 7 hiſtoriæ Eccleſiaſtica cap. 14. his verbis*: Cæſareæ Philippi, quam Phœnices Paneada vocant... mulierem illam ſanguinis profluuio afflictatam, quam, ſanctorum Euangeliorum teſtimonio, a Saluatore noſtro morbi remedium inuenisse cognouimus, ex eâ ciuitate oriundam, illiuſque domum ibi oſtendi, & admirabilia quædam Saluatoris in eam beneficij monumenta, & quaſi tropæa ad hoc tempus durare memorant. Proforibus enim domus illius æneam mulieris effigiem genibus flexis, & manibus inſtar ſupplicantis in anteriorem partem extenſis, ſuper editum lapidem collocatam: huic è regione viri erectam imaginem ex eadem materiâ conflatam, veſtitu ad talos demiſſo decenter ornatam, & manum mulieri porrigentem: ad cuius pedes in ipsâ baſi peregrinam quãdam & inuſitatã herbæ ſpeciem enaſci: quã quidem vbi ad ænei veſtitus fimbriam excreuerit, morbi cuiuſque generis medicandi vim & facultatem habere. Hanc ſtatuam effigiem Ieſu exprimere dicunt: quam ad noſtram vſque ætatem manentem, ipſi ad eam ciuitatem profecti, oculis cernebamus. *Hæc Euſebius. At* Iulianus Imperator, *iuxta Sozomenum lib. 5 Hiſtoria Eccleſiaſtica cap.* 20, cùm certior factus eſſet, Cęſareæ Philippi pręclaram eſſe Chriſti ſtatuam, quam mulier, quæ ſanguinis profluuio laborabat, cùm eſſet morbo liberata, ibi collocauerat; eam deturbauit, ſuamque in eius loco poſuit. Quo facto ignis violentus de cælo delapſus, ſtatuam illam circiter pectus perſecuit, caputque vnà cùm collo in terram deiecit, atque in faciem humi eâ in parte defixit, quę fuerat à pectore diuulſa. Ex quo quidem ad hodiernum diem atra, tamquàm fulminis ictu ambuſta manet. Id temporis igitur Gentiles ſtatuam Chriſti tantâ cum violentiâ trahebant, vt eam confringerent. At Chriſtiani poſteà eius fragmenta cùm collegiſſent, in Eccleſiâ poſuerunt, vbi etiam adhuc cuſtoditur.

Cæſarea Philippi ſtatuam Chriſto erexit,

à Iuliano apoſtatâ euerſam.

§ VI *Pietas Catholicorum erga Effigiem Chriſti, à S. Veronicâ Romæ relictam.*

C 23 IOannes VII Põtifex Romanus *creatus anno* DCV, fecit, *referente Anaſtaſio bibliothecario in eius Vitâ*, Oratorium ſanctæ Dei genitricis intra eccleſiam B. Petri Apoſtoli, cuius parietes muſiuo depinxit: illicque auri & argenti quantitatem multam expendit; & venerabilium Patrum dextrâ lævâque vultus erexit. *Effigies illas, picturaſq; exhibet apud Bzouium ad annum* 1216 *num.* 16, *ſuprà memoratus Iacobus Grimaldus: additq; dictum* Oratorium ſitum fuiſſe in vltimâ laterali naui, ad dexteram ingredientibus baſilicam S. Petri, versùs Apoſtolicum palatium, *ibidemq; eumdem* Ioannem Pontificem ſtatuiſſe altare ſanctiſſimi Sudarij, eique ſupernè imminens ciborium marmorei vermiculatique operis, ſex columnis innixum; religioſiſſimè continens Velum pretioſiſſimum ſacratiſſimi vultus Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. *Memoria conſecrationis altarium huius oratorij ex antiquo Martyrologio, in quo ſunt nomina benefactorum baſilicæ Vaticanæ, ita refertur*: Conſecratio altaris ſacroſancti Sudarij; item altaris S. Mariæ ad præſepe poſt ipſum, IX Kalendas Decembris in feſto S. Clementis. *Ob vtrumque altare deputatos huic Oratorio miniſtros appellari* Clericos & manſionarios S. Mariæ in Beronicâ, *diploma anno* MXI *factum oſtendit. In portis aneis, dictum ciborium ſacroſancti Sudarij claudentibus, hæc verba inciſa fuerunt*: Cæleſtinus Papa III fecit fieri hoc opus pontificatus ſui anno VII, *Chriſti* MCXCVII.

Circa annum 705

Roma extructis altare ſancti Sudarij,

conſecratio 23 Nouẽb.

AVCTORE G.H.

D 26 *Variæ proceſſiones traduntur ob venerationem ſancti Sudarij inſtitutæ. Primò, iuxta antiquiſſimum Graduale bibliothecæ Vaticanæ,* in nocte Natiuitatis Domini proceſſionaliter itur ad Sudarium Chriſti, cantando Te Deũ laudamus, ibique celebratur Miſſa. *Secundò iuxta librum de Officio Eccleſiaſtico à Benedicto Canonico S. Petri ad Cæleſtinum* II *anno Chriſti* MCXLIII *ſcriptum, Pontifex Dominicâ* III *Aduentus, quam vocant* Gaudete, *Miſſarum ſolennia in baſilicâ S. Petri celebrat, ac* poſteà vadit ad Sudarium Chriſti, quod vocatur Veronica, & incenſat, & altare S. Mariæ ſimiliter. *At præcipuam proceſſionem ab Innocentio* III *Pontifice inſtitutam referunt eius Acta antiqua, à Franciſco Boſqueto, vnà cum Epiſtolis eiuſdem edita, & ab Odorico Raynaldo Hiſt. Eccl. ad an.* 1223 *num* 21 *inſerta: in quibus prope finem hæc traduntur*: Fecit & propriis ſumptibus ad opus infirmorum & pauperum hoſpitale ſancti Spiritus, apud S. Mariam in Saxiâ, in ſtratâ publicâ, iuxta Tiberim, ante baſilicam S. Petri... Inſtituit autem apud hoſpitale prædictum ſtationem ſolennem Dominicâ primâ poſt Octauam Epiphaniæ, in quâ populus illic confluit Chriſtianus ad videndum & venerandum Sudarium Saluatoris, quod cum hymnis & canticis, pſalmis & faculis, à baſilicâ S. Petri ad locum illum proceſſionaliter deportant; & ad audiendum & intelligendum ſermonem exhortatorium, quẽ ibi facere debet Romanus Pontifex de operibus pietatis, & ad promerendam & obtinendam indulgentiam peccatorum, quam exercentibus ſe ad opera miſericordiæ pollicetur: ad quæ vt alios non ſolum verbis prouocet, ſed exemplis, egenis omnibus ad ſpirituales illas nuptias concurrentibus, panes, carnes & denarios conſtituit elargiri: quorum omnium rationem idem prudentiſſimus Præſul expoſuit in Homiliâ, quam ſuper illius Euangelium exarauit. *Hæc ibi. In eâ Homiliâ ita ſcribit Innocentius Papa*: Inuitatur & filius eius Ieſus cum diſcipulis ſuis ad has nuptias ſalutares, quoniam Effigies Ieſu Chriſti à miniſtris Eccleſiæ ad hunc locum hodie venerabiliter deportatur: vt eius gloria fidelibus populis, qui conueniunt ad has nuptias pietatis & miſericordiæ celebrandas, deſiderabiliter demiraretur. Nec quis ergo famelicus ab his nuptiis reuertatur, vniuerſi qui hac in tentatione conueniunt, vt de cetero liberaliùs & hilariùs ſe exhibuerint ſalubriter celebrare, de iniunctis pœnitentiis vnus remittatur annus ad ampliorem obtinendam indulgentiam peccatorum, vt ſic aquam conuertat in vinum ſponſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorũ. Amen.

ad id proceſſiones, nocte Natiuitatis,

Dominicâ 3 Aduentus:

al. Sariâ

ſolennior Dominicâ 1 poſt Epiphaniam

E *ad Hoſpitale ſancti Spiritus,*

inſtituta ab Innocentio 3

F 27 *Hæc Innocentius* III, *vitâ functus anno* MCCXVI, XVII *Iulij: cùm antè ſuprà relatam Orationem de S. Veronicâ & hac Chriſti effigie compoſuiſſet. Innocentio ſubrogatus Honorius* III *eiuſdem Proceſſionis meminit in epiſtolâ ad Rectorem & Fratres dicti hoſpitalis, datâ* III *Nonas Iulij, anno pontificatus* VIII, *Chriſti* MCCXXIV, *hoc exordio*: Ad commemorandas nuptias ſalutares. *ac deinde inter alia hæc ſcribit*: Quia Ieſus cum diſcipulis ſuis ad has nuptias in Canâ Galilææ, vbi Mater eius erat, legitur inuitatus, idcircò rationabiliter inſtituimus, vt Effigies Ieſu Chriſti à B. Petri baſilicâ per eiuſdem Canonicos ad dictum hoſpitale, vbi memoria beatiſſimæ Matris eius recolitur, infra capſam ex auro & argento & lapidibus pretioſis ad hoc ſpecialiter fabrefactam, venerabiliter deportetur, fidelibus populis, qui ad has nuptias celebrandas deuotè conuenerint, deſiderabiliter oſtendenda. Vt autem nos, qui Domino reuelante venerandum aliis aperuimus Sacramentum, eo etiam inſpirante imitandum aliis præbeamus exemplum, concedimus, ſtatuimus & iubemus, vt pro mille pauperibus extrinſecus aduenientibus, & trecentis perſonis intus degentibus, decem ſeptem libræ vſualis monetæ, vt ſinguli accipiant tres denarios, vnum pro pane, alterum pro vino, aliumque pro carne, ab Eleemoſynario ſummi

confirmata ab Honorio 3

additis pluribus eleemoſynis,

AVCTORE G.H.

mi Pontificis annuatim vobis in perpetuum tribuantur: & Canonicis ſuprà dictis, qui præſcriptam effigiem Saluatoris proceſſionaliter deportabunt, ſingulis duodecim nummi & cereus vnius libræ, qui deferatur accenſus, de oblationibus Confeſſionis B. Petri præſtentur. Quia verò non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei, debet huic Stationi Romanus Pontifex cum ſuis Cardinalibus intereſſe, vt & Miſſarum ſolennia ibi celebret, & exhortatorium faciat de hac celebritate ſermonem. Neúe fidelis populus famelicus ab iis nuptiis reuertatur, præter doctrinam, ſpiritualem quoque ſibi cibum impendat, remiſſionem vnius anni de iniunctis ſibi pœnitentiis indulgende &c.

28 *Eadem priuilegia confirmarunt, qui ſeculo illo* XIII *vixerunt Pontifices,* Alexander IV, Clemens IV, Gregorius IX, Nicolaus III & Nicolaus IV. *Dein* Bonifacius VIII *anno Iubilæi* MCCC, *teſte Ioanne Villano lib.* 8 *cap.* 36, *iußit eamdem Chriſti effigiem ſingulis diebus Veneris & feſtis ſolennibus populo demonſtrari.* Vrbanus V *anno pontificatus ſui* VIII, *Chriſti* MCCCLXX, *dedit Iacobo Epiſcopo Aretino, ſuo in Vrbe Vicario, facultatem* oſtendendi populo *dictum* Sudarium Feriâ quartâ, Cænâ Domini, Paraſceue ac Sabbato ſancto maioris hebdomadæ, in feſto Aſcenſionis Dominicæ, & primâ Dominicâ poſt Octauam Epiphaniæ. Fredericus III *Imperator poſt ſuſceptam à* Nicolao V *coronam Imperialem, magno videndi contingendiq; Sudarij deſiderio accenſus, quod ſolis Canonicis conceſſum eſt, habitu ornamentoq; Canonicorum, quòd Canonicus baſilicæ S. Petri eſſet, aſcendit, vidit, tetigitq;. Omitto alios Pontifices, quorum iuſſu Sudarium ſolenniter fidelibus oſtenſum eſt, aut ipſi illud in ſolenni proceßione geſtarunt, vt* Paulus II, *referente* Ciacconio *fecit nudis pedibus anno* MCDLXX *ad victoriam aduersùs Turcas obtinendam. Demum* Pauli V *iuſſu anno* MDCVI *feriâ* III *maioris hebdomadæ, celeberrimâ ſupplicatione inſtitutâ, in nouam baſilicam S. Petri eadem Chriſti effigies tranſlata eſt, vt idem Grimaldus oculatus teſtis pluribus refert apud Bzouium, ex cuius collectione plura adducuntur inſtrumenta, diplomata, & codices manu ſcripti, ad ſacræ huius imaginis antiquam venerationem probandam.*

ſacrũ Sudariũ ſæpius oſtẽdi ſolitum.

velatum in nouam baſilicam Pauli V.

§ VII *Effigies ad archetypum efformatæ, & cultu celebres.*

29 *Imagines ad archetypum Romanum Sudarij S Veronicæ depictæ coluntur publicè multis in locis. Vna in diœceſi Laudunenſi, ad Belgij fines iuxta Capellam oppidum Tiraſciæ, magno peregrinantium concurſu oſtenditur, in cœnobio Virginum inſtituti Ciſtercienſis, quod* Monaſteriolum *vocant, vulgò* Monſtreüil les Dames. *Eam anno* MCCXLIX *Româ miſit Iacobus Pantaleo Tricaßinus, qui factus poſteà Vrbanus* IV *Papa, rogatus à ſorore ſuâ Monaſterioli ſanctimoniali. Epiſtolam ipſius è Gallico Latinè à Ioanne Iacobo Chiffletio editam lib. de linteis ſepulchralibus Chriſti cap.* 34 *hic ſubnectimus.* Venerabilibus & deuotis Sororibus dilectis in Domino, Abbatiſſæ & Religioſis conuentus Monaſterioli, Iacobus de Trecis, Archidiaconus Laudunenſis, ſancti Patris noſtri Papæ Capellanus, ſalutem ac poſtmodùm integram perfectamque fruitionem & claram viſionem boni diu expetiti. Per relationem cariſſimæ ſororis noſtræ intelleximus, quòd ex ardenti affectu deſideratis videre, & apud vos habere faciem & figuram noſtri Saluatoris, quam in noſtrâ habemus cuſtodiâ, cum quâ viſus eſt in terris, & verſatus cum hominibus ſpecioſus præ filiis hominum: quodque ex eius contemplatione deuoti affectus veſtri magis accenderentur, & intellectus veſtri puriores redderentur. Nos igitur, qui lubentiſſimè volumus procurare ea omnia, per quæ poſſitis acquirere gratiam Dei in hoc mundo, & æternam gloriam in futuro, cupientes, quantum in nobis erit, ſatisfacere ſanctis deſideriis ſupradictæ ſororis noſtræ dilectæ, mittimus vobis ſanctam Faciem ſuperiùs memoratam. Neque attendite, quòd inuenietis eam decolorem & flaccidam. Nam, vt ij qui ſemper reſident ſub aëre temperatè frigido, & quieſcunt continuò in locis amœnis, habent carnem albam & delicatam; & è contrà, qui verſantur perpetuò in agris, habent peruſtam, nigricantem & alteratam; ita fuit hæc beata Facies ſole & ardore tribulationum decolorata, vt habetur in Canticis, cùm Dominus noſter laboraret in agro huius mundi pro redemptione noſtrâ. Idcircò vos rogamus enixè, vt propter reuerentiam illius, quam repræſentat, recipiatis eam, vt S. Veronicam, ſeu veram ipſius imaginem & ſimilitudinem: tractetis eam piè, leniter & condecorè, vt ex eius contemplatione melius habeatis. Memores noſtri eſtote in veſtris ſanctis precibus & meditationibus; & certò credite, quòd cum maximo honore & veneratione hîc videtur; nobis ea quippe per ſanctos viros conceſſa. Actum anno gratiæ MCCXLIX,* III Iulij die Lunæ poſt feſtum SS. Petri & Pauli. *Hæc ex monumentis Monaſterioli Chiffletius, eum ſecutus Chryſoſtomus Henriquez in Vitis Patrum monaſterij Dunenſis in Flandriâ cap.* 21. *in Abbate Theoderico, qui Eccleſiæ ſuæ conſecrationem curaturus, ſacram illam Imaginem Monaſteriolo eò detulit, quò maiore ſolennitate noua eccleſia ab Epiſcopis Radulpho Morinenſi (in cuius diœceſi tum Dunenſe monaſterium erat) & Ioanne Tornacenſi dedicaretur. Et verè dum ſacra Effigies circiter tres menſes illic honoraretur, virtute Diuinâ multis infirmis ſanitas reſtituta eſt, cæcis viſus, ſurdis auditus, mutis loquela & claudis greſſus: at conantibus piam huius Effigiei venerationem impedire horrenda non defuit punitio, quâ alij territi ſincerè ad pietatem debitam conuerſi ſunt: vt pluribus proſequitur Henriquez cap.* 17. 18. 19 & 20 *dicti libri. Eamdem Effigiem Monaſteriolo Quintinopolim Veromanduorum anno* MCDXCV *delatam, laborantibus ex oculis maximè opitulatam eſſe, teſtis nobis eſt idem Chiffletius.*

Imago Veronicæ in agro Laudunenſi,

Româ miſſa ab Vrbano IV *necdum Papâ,*

anno 1249, **fortè* V Iulij

miraculis clara:

30 *Aliud eiuſdem inſtituti Ciſtercienſis antiquum monaſterium Caduinum apud Petrocorios in diœceſi Sarlatenſi, anno Chriſti* MCXIX, *vt auctor eſt Gaſpar Iongelinus in Notitiâ Abbatiarum Ordinis Ciſtercienſis, fundatum, inter alias reliquias religioſè ſeruat Sudarium Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, quod Abbas Bertrandus du Molin anno* MCCCXCII, *veritus ne Angli militis direptioni monaſterium exponeretur, Toloſam detulit. Hiſtoriam Tranſlationis ex annalibus publicis Toloſanæ vrbis refert Guilielmus Catellius lib.* 2 *hiſtoriæ Occitaniæ in deſcriptione vrbis Toloſanæ & templi de Tauro, & lib.* 5 *de Archiepiſcopis Toloſanis, è quibus Petrus à S. Martiali, memorato anno* MCCCXCII *acceptum ſacroſanctum Sudarium, aſſumptis nouem Præſulibus, populo vltra tria millia hominum accurrenti oſtendit videndum in eccleſiâ S. Rochi tum recèns conditâ, die* XXVIII *Octobris, Apoſtolis Simoni & Iudæ dicato, & per vrbem totam portatum depoſuit in eccleſiâ de Tauro in octauâ vrbis regione: in cuius vicinia empta à Syndico vrbis domus eſt, excipiendo Abbati eiuſq; monachis deſtinata. Anno* MCCCXCIX, *Regis Francorum Caroli* VI *mandato, ab Epiſcopo Santonenſi & Abbate Caduinenſi, adiunctis Toloſanæ vrbis Syndico, Aſſeſſore & nonnullis è Clero viris ſacrum hoc pignus Pariſios delatum eſt; ac poſt aliquam temporis moram Toloſam reportatum. Cùm deinde & Toloſani theſaurum illum ſibi detinere mallent, & contrà Abbas ſuo monaſterio debitum repeteret, cõtrouerſiâ tam Romæ quàm Pariſiis in curiâ Pontificiâ Regiâque agitatâ, Abbas Rege ita iubente ſacroſanctum Sudarium ciſtæ argenteæ incluſum, è collegio S. Bernardi, in quo tum cuſtodiebatur, per ſuos monachos Caduinum referri curauit. Hæc ex Catellio. Chiffletius loco ſuprà indicato duplici errore hanc Chriſti effigiem* Caduici in Vaſconiâ *tradit ſeruari: Vaſconibus in tertiâ Aquitaniâ, ſeu Nouempopuloniâ, habitantibus, at Cardurcis ad primam Aquitaniam ſpectantibus, quibus Petrocorij vicini ſunt in* II *Aquitania, ſub quibus monaſterium* Caduinum *in diœceſi Sarlatenſi ſitum diximus.*

alia ſeruata in diœceſi Sarlatẽſi,

ſeculo 14.

Toloſam delata,

reſtituta Caduinos cum Caduico ab aliis confuſo:

31 *Tertium vultus Chriſti velum cum magnâ religione aſſeruatur apud Hiſpanos in Cathedrali eccleſiâ vrbis Giennenſis in Bæticâ: & bis quotannis, feriâ* VI *in Paraſcuê Domini, &*

alia Giennæ vrbe Bæticæ.

A *ni, & feſto Aſſumptionis B. Mariæ Deiparæ, cui ea eccleſia dicata eſt magnâ enim reuerentiâ & ſancto quodam timore atque horrore ſpectantium, populorumq; celebritate atque concurſu, fidelibus ſpectandum proponitur. Hiſtoriam huius ſacræ Imaginis Giennenſis eduerunt memorati Ruſpuerta & Acuna Adarueus, eiuſdemq; paſſim alij hiſtoriarum Hiſpanicarum Scriptores meminerunt. Reiecimus ſuprà quæ in Chronico Iuliani Petri fabuloſa referuntur de S Veronicâ, quam dicimus iſtic confundi primò cum Berenice nepte Herodis Regis & matre Herodiadu, ſecundò cum S. Beronico viro ac Martyre Antiocheno, tertiò cum homonymâ Euangelicâ. Sub nomine eiuſdem Iuliani extant Aduerſaria, in quibus hæc traduntur num.* 336. A temporibus antiquiſſimis apud Gorefenos, *an ſub Gothis & Mauris?* id eſt, Ienenſes, id eſt, Gienenſes, adlata facies Chriſti vna de tribus ex vrbe Româ, maximâ cum veneratione colitur & oſtenditur peregrinis. *& num.* 337. Hæc à temporibus Gothicis remanſit in cuſtodiâ ſummoque pretio apud Chriſtianos Mazarabes inter Mauros. *Hæc ibi: quæ Ruſpuerta & Acuna Adarueus arripiunt, vt ſacroſancta, ac quæ coniciunt tamquàm ſibi contraria ab aliis obiicienda, conantur concihare. Et Ruſpuerta, allegatâ Sancij Dauilæ Epiſcopi Giennenſis coniecturâ opinatur* § 6, *ſacrum illud velum à S. Euphraſio, dum à ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo in Hiſpaniam mittebatur, vnà delatum eſſe: quod abſque*

B *antiquorum auctoritate nequimus approbare. Egimus de S. Euphraſio* 1 Februar. *ad Vitam S. Cæcilij Epiſcopi: pleniùs acturi* XV *Maij die eius natali.*

32 *At ſepoſitâ Iuliani Petri auctoritate, aliquot annis poſt hoſce tractatus ab Ruſpuertâ & Acuna Adarueo editos, vulgarunt Rodericus Mendez Silua Deſcriptionem vniuerſalem vrbium Hiſpanicarum & Ægidius Gonzales Auila Theatrum Eccleſiaſticum regni Caſtellæ, traduntq; ambo in ſuis libris anno* MDCXLV *excuſis, Nicolaum de Biedma, ex nobiliſſimâ in regno Galliciæ familiâ oriundum creatũ anno* MCCCLXVIII *Giennenſem Epiſcopum, poſtquàm auctoritate Gregorij* XI *plurimos Hiſpaniæ Luſitaniæq; Epiſcopatus, ac militarium Ordinum magiſteria ſiue præfecturas anno* MCCCLXXVI *viſitaſſet dono accepiſſe ſacroſanctum Sudarium vultus Chriſti, S. Veronicæ olim donatum, ac Româ Gienam deportatum in Eccleſiâ ſuâ Cathedrali depoſuiſſe: additq; Auila in ædibus Epiſcopalibus reperiri antiquam picturam referentem imaginem huius Epiſcopi Nicolai, venerantis ſacrum velum S. Veronicæ, illudq; ab eo Româ allatum fuiſſe elogio picturæ addito indicari.*

33 *Interim Auila poſita chronotaxis non ſatis memor, ad-* *non hanc veneratus ſanctus Rex Ferdinandus,* *dit* ſanctum Regem Ferdinandum cùm iſtac ad obſidionem vrbis Hiſpalenſis tranſiret, ſacram hanc effigiem Giennâ ſecam detuliſſe, vt tali præſidio tutus felicem expeditionem obtineret. Regem inde abiiſſe ad

C æternum ac ſecuriſſimum regnum, & ſanctam Veronicam Giẽnam eſſe relatam. *Eſt vrbs Hiſpalis Mauris erepta anno* MCCXLVII: *ergo antequàm ſacra hæc Effigies Giennam eſſet allata annu* CXXXVII. *Vitâ functus eſt Hiſpali Ferdinandus anno* MCCLII. III *Kalendas Iulij, quo die de eo agemus. De Regis pietate Lucius Marineus Siculus lib.* 5 *de Rebus Hiſpaniæ ita ſcribit*: Diuus Ferdinandus Hiſpaniæ Rex non immeritò inter Sanctos annumerandus eſt: ſummâ enim ſanctitate, miraculis innumeris, & moribus integerrimis admodùm claruit: quippe qui Dei effigiem, quam ſemper habebat apud ſe, deuotiſſimè ado- *ſed aliam Chriſti effigiem.* rabat, ſummâque veneratione celebrabat. Ab eâ itaque quidquid & neceſſariò & honeſtè petebat, facilè ſemper aſſequebatur. Hoc igitur Dei numine adiuuante, Hiſpali aliiſque pluribus oppidis, fugatis Mauris, potitus eſt. *Hæc ille de aliâ Chriſti effigie intelligit. qui deinde ſub finem eiuſdem libri* 5, *titulo* de ſacris in Hiſpaniâ ædibus, *ita ſcribit*: Mentela quoque, quam laënnam vocant, vna de primariis Bæticæ prouinciæ ciuitatibus, Chriſti Sudario, quam dicimus alio nomine Veronicam, non immeritò gloriatur. Hoc enim ſanctiſſimo munere donata ciuitas illa, eſt admodùm felix, eſt admodùm diues, & viſitatur à multis, & maximè colitur. Ceterùm hoc Sudarium qui diligenter intuen-

AVCTORE G. H. D

tur, cuius ſit coloris, diſcernere minimè poſſunt. Tanta inest ei diuinitas & colorum varietas. *Hæc Marinæus, cuius non ſatis æquus interpres Ruſpuerta* § 5. effigiem Dei, *Hiſpanice* la Veronica, *reddit.*

34 *Clemens Papa* VII. *in Bullâ indulgentiarum huic Eccleſiæ anno* MDXXIX *conceſſâ, hæc verba interſerit*: In quâ *Indulgentia illic conceſſa.* eccleſiâ, ſicut accepimus, vna deuota & venerabilis imago vultus ipſius Domini & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti Sudario impreſſa, & B. Veronicæ, vt piè creditur, tempore ſalutiferæ Paſſionis relicta, reconditur: & à tanto tempore citra quod hominum memoria non extat in contrarium, honorificè cuſtoditur, magnâque imbi cum deuotione, & in magno populi concurſu, certis diebus oſtenditur *&c. Quæ Clementis* VII *verba Iulius* III *repetit in alterâ Bullâ huic Eccleſiæ conceſſâ anno* MDLIII. *Vtramq; integram exhibet Acuna Adarueus tractatu* 29: *ac tandem in appendice adiungit Litanias ab Epiſcopo Sancio Dauilâ Hiſpanico idiomate de ſanctâ hac Chriſti Effigie compoſitas, quæ, dum ea populo oſtenditur, recitari ſolent. Agunt præterea de hoc Giennenſi velo S. Veronicæ, memoratus Sancius Dauila de Veneratione reliquiarum, Hippolytus Vergara de ſancto Rege Ferdinando, Gabriel Vaſquez lib.* 2 *diſput.* 2 *cap.* 1. *Carthagena lib.* 10 *homil.* 20, *Franciſcus Buarius comment. ad Dextri Chronicon ad annum* 48, *Martinus Roa de antiquitate & veneratione Imaginum cap.* 5, *Ambroſius Morales in antiquitat. Hiſpan. Pineda par.* 2 *Monarchiæ lib.* 10 *cap.* 23, *Franciſcus Garcias del Valle in Concionatore Euangelico inter elogia Eccleſiarum Hiſpanicarum, Petrus Mediña de Magnitudine Hiſpaniâ, Ioannes Marietta de Sanctis Hiſpaniæ, Ferdinandus Ojea Ordinis Prædicatorum regni Mexicani, lib.* 4 *Vitæ Chriſti cap.* 32. *ac plures alij à Rodericо Mendez Siluâ, Acuna Adarueo & Franciſco de Ruſpuertâ indicati.* *de eâ Litania:* *eius memoria apud Scriptores.*

E

35 *Inter inſulas Ionij maris Reipublicæ Venetorum ſubiectas viſitur Zacynthus, cum vrbe inſula cognomini, in quâ S. Veronicam aliquod Chriſti ſudarium incolis ad eiuſdem fidem conuerſis donaſſe, legimus in quodam Calendario Iconum MS. à moderno auctore inſtar aduerſariorum congeſto; nullo, quod dolemus, auctore citato.* *An aliqua imago Zacynthi?*

36 *Hæc de Imaginibus ſolennioribus S. Veronicæ, de quibus cum Gretſero pronuntiamus*: Huiuſmodi ſacra pignora & *Quomodò ea effigies inſtar prototypi colantur?* ipſa ex imitatione habita, & ex prototypo ſæpiùs expreſſa, occaſionem dediſſe poſteris, vt ſibi perſuaderent ſe verum exemplar poſſidere, cùm non niſi imaginem ex primo Sudario vel ſindone effigiatam haberent. Qui error omni culpâ caret, cùm & in primis illis, & in his, quæ ad imitationem illorum adumbrata ſunt, vnus Deus Redemptor noſter honoretur. *Opinantur aliqui cum Ruſpuertâ & Acunâ Adarueo, velo S. Veronicæ triplicato faciem Chriſti fuiſſe impreſſam, ſeruariq; vnum* F *Hieroſolymis, alterum Romæ, tertium Gienæ: forſan in eum ſenſum abrepti à Iuliano Petri ſuprà referente* ad Giennenſes adlatam faciem Chriſti vnam de tribus ex vrbe Româ: *fortè iſtic ſolenni applicatione ad archetypum ſacratis, quarum aliæ duæ ſint apud Francos in cœnobiis relatis Monaſteriolenſi & Caduinenſi, quæ gloriantur, has ſibi effigies multo antè tempore donatas. Non obſumus tamen credentibus triplicem imaginem velo triplicato impreſſam fuiſſe, quod Chriſtus eadem facilitate fecerit, quâ vni: ſi inueterata Eccleſiarum traditio id factum fuiſſe perſuadeat.* *an Veronicæ velũ triplicatũ?*

35 *Germanorum erga hanc effigiem non ſpernendam deuotionem indicat Gretſerus cap.* 17, *de Imaginibus non manufactis: vbi tradit in poſticâ parte altaris ſummi ſolere imaginem Veronicæ depingi, & homines altare circumeuntes (plerumque enim ita ædificari, vt ſit circumeundi locus) ſigno Crucis imagini impreſſo, mox eodem ſignaculo frontem ſuam notare: & hoc more tam vſitato, vt huiuſmodi imagines ex aſſiduo attactu intra paucos annos atterantur, debeantq; renouari. De Indorum Iaponumq; erga hanc Veronicæ effigiem ſingulari deuotione meminimus nos aliquando apud Maffeum alioſq; rerum Indicarum ſcriptores legiſſe.* *erga eam effigiem deuotio Germanorum.*

DE S. EVTYCHIO MARTYRE ROMANO.

I. B.

IV FEBR. I IN *Martyrologium Romanum* restitutus ex antiquis monumentis S. Eutychius, *teste Baronio in Annot. ad Martyrol. Additum elogium*: Romæ S. Eutychij Martyris, qui illustre martyrium consummauit, sepultusque est in cœmeterio Callisti: cuius sepulchrum S. Damasus Papa versibus exornauit. *Extant hi in ecclesiâ S. Sebastiani, ad cœmeterium Callisti, viâ Appiâ, tabulæ marmoreæ inciſi, quos ex Baronio hîc damus.*

S. Eutychij natalis,

sepulchrũ,

Eutychius Martyr crudelia iussa tyranni,
Carnificumque vias pariter tunc mille nocendi
Vincere quòd potuit, monstrantis gloria Christi.
Carceris inluuiem sequitur noua pœna per artus:
Testarum fragmenta parant, ne somnus adiret.
Bissenì transiere dies, alimenta negantur.
Mittitur in barathrum Sanctus: lauat omnia sanguis
Vulnera, quæ intulerat mortis metuenda potestas.
Nocte soporiferâ turbant insomnia mentem.
Ostendit latebra insontis quæ membra teneret.
Quæritur, inuentus colitur, fouet, omnia præstat.
Expressit Damasus: meritum venerare sepulchrum.

tormentâ,

Eadem soluto stylo Ferrarius expreßit in Catal. SS. Ital. vbi barathrum *interpretatur*, puteum Martyrum sanguine plenum.

B

Inuentio.

2 *Quia Acta eius interciderunt, dubitari fortaſſe potest, an non hic sit* S. Eutychius Presbyter, *cuius in Actis S. Secundi Martyris* 1 *Iunij mentio fit. Cùm enim quæstionarij, qui S. Secundum saxo alligatum Ameriæ in Tiberim iecerant, Spoletium reuertentes feroci vrso occurrissent, ab eo octo occisi fuêre; reliqui vix euaserunt, clamantes:* Verè homo iste est magni Dei cultor. Et hæc dicentes, venerunt ad B. Eutychium Presbyterum, vbi latebat absconditus; & *sacerdotiũ,* mittentes se ad pedes eius, cum lacrymis rogabant eum, vt baptizari ab eo mererentur. Quibus ille respondit: Vos tantùm credite Christo Domino nostro, & quidquid vnquam mali gessistis, per fidem baptismatis eius condonabitur vobis. Allatâ itaque aquâ, baptizati sunt per B. Eutychium Presbyterum eadem horâ promiscui sexus numero duodecim: qui abeuntes ad sua, gratias Deo referebant cum lætitiâ magnâ. *Hæc ibi. At nusquam in Martyrologiis illius* B. Eutychij *mentio. Fortaßis in tractum Spoletinum concesserat vt lateret; & hinc Romam vel raptus est ad tormenta, vel vltro reuersus, martyrij ansam inuenit, sub Maximano, sub quo &* S. Secundus *coronatus dicitur.* *ætas,* E

3 Corpus S. Eutychij, *inquit Baronius*, è dicto cœmeterio Callisti translatum est ad basilicam S. Laurentij, in Damaso dictam, ad Theatrum Pompeij. *Isthuc sub arâ maiore asseruari scribit Octauius Pancirolus in Thesauris absconditis almæ Vrbis, regione* 12 *ecclesiâ* 3. *In indice Reliquiarum testatur brachium eius vnum extare in eccles.* S. Luciæ in Silice, *siue* in Orpheâ. *translatio.*

DE SANCTIS MARTYRIB. FOROSEMPRONIENS.

AQVILINO, GEMINO, GELASIO, MAGNO, DONATO, alio GELASIO, alio GEMINO, DONATA.

I. B.

IV FEBR. I *VArio modo in Martyrologiis horum Sanctorum nomina exprimuntur, locusque certaminis. Quædam nulli certo loco eos assignant. Ita MS. cœnobij S. Cyriaci Romæ:* Natiuitas Gemini, Galasij, Manniæ, Donati, Aquilini. *Martyrol. MS. perbreue è monasterio S. Maximini Treuirũ:* Gemini, Zelasi, Donatæ, Aquilinæ. *MS. Latiense antiquum:* Natalis SS. Gemini, Gelasij & Magni. *VVandelbertus quoque, licet solum* Aquilinum *nominet:*

C

Sancti hi martyrio coronati

Tum pridie Nonas Aquilinus vindicat almus.

Foroſempronij:

Alia Martyrologia Foroſempronij coronatos tradunt. Ita vetus Romanum, quod S. Hieronymi inscribitur: In Forosymphroni Nat. Gemini, Gelasi, Mamnæ, Aquilini & Donatæ. item Gemini. item Donatæ. Thimoi Filiæ Episcopi cùm filiâ suâ. *Sed hæc postrema, quæ ad* S. Phileam Tmueos Episcopum *spectant, quibusdam errandi materiam præbuerunt; vt* Themoium *adderent Martyrum illorum numero. Ita Beda:* In foro Symfronij natale Gemini, (*MS.* Germini) Gelasij, Mamni (*MS. habet* Manni) Aquilini & Donati. item Themoij, Gelasij. *Rabanus:* In foro Simfronij, Natiuitas Gemini, Gelasij, Mali, Aquilini & Donati. item Donati, Themoij, Gelasij. *Notkerus:* In foro Symphronij natiuitas SS. Gemini, Gelasij, Mannij, Aquilini & Donati. *MS. Ecclesiæ Aquisgranensis:* In Forosymfroni, Gemini, Gelasi, Aquilini, Manni, Donati. item Donatæ, Themi, Gelasij. *MS. Diuitis Augiæ:* In foro Simfronij natale Gemini, Gelasij, Mannij, Aquilini & Donatæ.

2 *Alij denique Forumsempronij, quæ vrbs est Vmbriæ, forum aliquod Romanum rati, scripsêre passos* Romæ ad forum Sempronij. *Fora* XVIII *Romana recenset Alexander Donatus noster, plura alij, nullum Sempronij. Tamen Vsuardus, Bellinus, Maurolycus, & plurimi MSS. codices habent:* Romæ foro Sempronij sanctorum Martyrum Aquilini, Gemini, Gelasij, Magni & Donati. *Sequitur Galesinius:* Romæ in foro Sempronij sanctorum Martyrum Aquilini, Gemini, Gelasij, Magni, Donati, Hippolyti & Bostreni, qui Aureliano Imp. coronati sunt. *Hæc mox discutientur. Animaduertit fortaſſe Canisius, non fuisse Roma Sempronij forum, itaque in secundâ Germanici Martyrologij editione scripsit:* Romæ sanctorum Martyrum Aquilini, Gemini, Gelasij, Magni, & Donati, qui pro Christi confessione decollati sunt. *Ita MSS. quoque S. Mariæ Vltraiecti, S. Martini Treuirũ, S. Gudilæ Bruxellis, & Constantius Felicius:* Romæ sanctorum Martyrum Aquilini, Gemini, Gelasij, Magni, Donati. *Vetus quoque MS. monasterij S. Martini Tornaci, Eusebij, Bedæ, Hieronymi nominibus prætitulatum:* Romæ SS. Gemini, Gelasij & Magni. *At rectè veram lectionem restituit Baronius,* Forosempronij, *absque Romæ nomine.* F *quod quidam factũ scribunt Romæ ad forum sempronij, aut saltem Romæ, sed perperàm.*

3 *Magna in quorumdam nominibus, vt patet, varietas est.* Aquilinus, *in Violâ* SS. Aquilanus *est*; Aquilonus *in MS. Carmeli Colonienſis, in breuiore MS. S. Maximini,* Aquilina. Gelasius, *in MS. S. Cyriaci* Galasius; *in eodem S. Maximini* Zelasius; *apud Petrum de Natal.* Galesius; Gegelasius *in MS. Carmeli Colo.* Magnus *in MS. S. Hiero.* Manna; *S. Cyriaci,* Mannia; *Bedâ vulgato,* Mamnus; *MS. Aquisgran.* Mannus; *Notkero & MS. Diuitis Augiæ,* Mannius; *eorum nomina variè expressa.*

Rabane

A *Rabano* Malus. Donatus *in MSS. Hieron. & Max.* Donatus *in MS. Carmeli Colon.* Donatianus. Geminus *in MS. Bedæ*, Geminus. *Additi tres*, Gelasius *alter ex Bedâ, Notkero, MS. Aquisgranensi.* Donata *ex eodem MS. Aquisg. & Hier. atque Addition. Carth. Colon. ad Vsuard. qui Notkero est* Donatus. Geminus *denique ex MS. Hiero. pro quo* Themi *nomen fortassis est in Addit. Carthusian. Colon. & MS. Aquisgranensi: apud Bedam verò & Rabanum* Themonis; *nisi hoc, vt monuimus, ex* Thimò *S. Hieronymi corruptum, pro* Thmui *vrbe.*

malè iis additi Hippolytus & Bostrenus,

4 *Quos Galesinus addidit, ex Eusebij Chronico, vt ait,* Hippolytum & Bostrenum, *aliquam viri aliàs docti & gnaui oscitantiam produnt. Scribit Eusebius ad annum Alexandri Imp. sextum*: Geminus Presbyter Antiochenus, & Hippolytus, & Beryllus Episcopus Arabiæ Bostrenus, clari scriptores habentur. *At* Bostrenus *non viri nomen hîc est. sed* ἀπὸ τῶν Βόστρων πόλεως Ἀραβίας, ἐθνικὸν Βοστρηνὸς. καὶ Βοστρεῖος, *vt est apud Stephanum*; à Bostris vrbe Arabiæ gentile Bostrenus & Bostræus: *hoc tamen postremum* Bostrensis *malim Latinè efferre. De illo* Bostrorum, *siue* Bostreno *Episcopo* Beryllo *agit S. Hieronymus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 60. de* Gemino *Presbytero cap. 64. & 61 de S. Hippolyto, qui deinde Episcopus Portuensis fuit. & colitur* XXII *Augusti. At si rectè etiam Eusebium* B *intellexisset Galesinus, non debuisset tamen sub Aureliano coronatos asserere, post annum scilicet* CCLXX, *quos ille floruisse circa annum Alexandri* VI, *Christi* CCXXVII *scripserat. Additur* Symphorianus *à quibusdam, qui quod legerant fortassis* ROMÆ IN FORO SYMPHRONII, AQVILINI *&c vt suprà quidam codices habent, ita distinxere*: Romæ in foro, Symphoriani, Aquilini *&c. MS. S. Gudilæ Bruxellis*

ac Symphorianus.

irem Symphoriani Martyris. *MS S Lamberti Leodij*; Item S. Symphoriani & Aquilini. *Sunt quidem in sacris fastis aliquot* Symphoriani *Martyres, sed hæc non pertinent.* Auctore I. B. D

5 *De tempore quo martyrium fecerunt, licet fortassis coniicere, sæuiente adhuc Diocletiani & Maximiani persecutione contigisse; quando & S. Maurentius eiusdem vrbis Patronus non procùl inde cum sociis aliquot coronatus est, vt* XXXI *Augusti dicemus. Quo tamen modo finierint certamen, in obscuro est. Scribit Petrus de Natal. lib. 3 cap 82, hos* omnes pro confessione nominis Christi, *iussu* Vrbis Præfecti, capitali sententiâ vitam finisse. *Sed neque sic determinatum est genus mortis; nec in Adone, quem citat ea extant. Ferrarius in Catal. SS. Italiæ, & Canisius suprà*, capitis abscissione martyrium compleuisse *scribunt; etsi absque auctore. (nam quos Ferrarius producit, id tacent) probabili tamen coniecturâ, quia vsitatissimum illud erat supplicium.* *Eorũ status ac mortis genus:*

6 *Testatur Ferrarius eorum festiuitatem Forosempronij celebrari primùm cœptam anno* MDLXXXIV, *curante Octauio Accarumbono eius vrbis Episcopo, Romanâ Rituum congregatione priùs consultâ*: sacellum *ibi* in publicis ciuitatis ædibus exstructum: cereum *hoc die* ab ipsâ ciuitate in ecclesiâ Cathedrali quotannis in ipsorum memoriam offerri: *corpora eorum in eadem Cathedrali sepulta existimari. Quem* Ferrarius Accarumbonum *Antistitem Ferdinandus Vghellius to. 2 Italiæ sacræ* Accoramboni, *&* Accoramboni *vocat; vbi ab eo* palatium Episcopale ampliatum, sacram turrim erectam, publicas supplicationes precesque institutas *testatur*; *ipsumq;* Patrem pauperum appellatum, ac singularis caritatis titulo insignem *habitum.* *festiuitas Forosempronij instituta, sacellum, anniuersarium donarium.* E

DE S. PHILEA EPISC. THMVITARVM, ET S. PHILOROMO TRIBVNO MILITVM,

ALIISQVE PLVRIMIS MARTYRIBVS ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO, G. H.

Commentarius præuius.

§ I *Sedes Episcopalis S Phileæ, martyrij locus, tempus, Acta; opuscula ab eo scripta.*

C ANNO CCCIV. IV FEBR. *Thmueos vrbis Ægypti* THmuis *antiqua Ægypti inferioris vrbs, Ptolemæo lib. 4 Geographiæ cap. 5*, Metropolis præfecturæ seu nomi Mendesij, *cui vicinum Nili ostium* Mendesium, *aut nomen dedit, aut acceptum referre debet. Fuit ea vrbs subsecutis dein temporibus Augustamnicæ primæ annumerata sub metropoli Pelusio. de quo & horum locorum tractu infrà agimus ad Vitam S. Isidori Pelusiotæ. Cæterùm* perieritne Thmuis, *num id loci fuerit, vbi nunc* Migni *visitur, ignoratur. Thmuitarum Ecclesiam rexit Episcopus* Phileas *imperante Diocletiano, quem anno Æræ Christianæ* CCLXXXIV, *mense circiter Septembri, à quo Ægyptij epocham Martyrum ordiuntur, ad Imperium euectum esse sæpiùs diximus, ab eoq; ferale edictum aduersùs Christianos latum esse per eos dies quibus Passionis Dominicæ sacra memoria colebatur, anno Imperij eius* XVIII, *Christi* CCCII, *quem Eusebius lib. 8 Historiæ Ecclesiasticæ cap. 3, Imperij eius* XIX *fuisse scribit, solitus ipse annos singulos à Paschali mense numerare Grauissima mox per totum Imperium, & maximè in Ægypto exortâ persecutione, S. Phileas à suis Thmuitensibus abstractus est, carcerique, Alexandriæ, vt infrà dicetur, diutiùs inclusus. Moram aliquam captiuitatis exigunt & litteræ* S. Petri Alexandrini Episcopi, *tum exulis, infrà proferendæ. ad* SS. Phileam, Hesychium, Theodorum, *altosq; Confessores carcere detentos, & potissimùm epistola ipsius* Phileæ *ad suos Thmuitas de illustri plurimorum Martyrum peracto antè certamine, in Actis num. 3 contenta. Quare martyrium eius differimus in annum Diocletiani* XX, *Christi* CCCIV, *quo arbitramur passum fuisse Phileam mense Februario, cùm sequenti Aprili Diocletianus, rei Christianæ, cui supprimendæ par non erat, tædio affectus, Imperium deposuit, priuatam vitam ducturus.* *Episcopus S. Phileas,* *Alexandria* F *occisus anno 304.*

2 *De historiâ martyrij* S. Phileæ *ita scribit Ruffinus Presbyter Aquileiensis lib. 8 Hist. Eccl. cap. 10, iuxta editiones anno* MCDLXXIX *à Ioanne Scalla &* MDXXVI *à Goffredo Bauffardo adornatas* Huius Phileæ Martyris passionem apud Gregorium historiis egregiè conscriptam recognoui: atque mirabiliter eum apud impios de Diuinâ religione nimiùm disputasse, vt & necem Socratis Philosophi, quam apud Athenas pro veritate tulerit, in testimonium illis protulisset. *Ea Acta hactenùs inedita nacti sumus ex tribus Codicibus MSS. quorum vnus fuit Nicolai Belfortij, Canonici Regularis in cœnobio S. Ioannis Baptistæ de Vineâ apud Suessiones; alterum diu habuimus, concessum à religiosissimis viris antiqui monasterij S. Maximini prope Treuirum: ex tertio, qui extat apud Canonicos Regulares monasterij Budecensis in VVestphaliâ sub diœcesi Paderbornensi. descripsit nobis eadem Acta* Ioannes Gamansius Societatis nostræ. *In vltimis duobus Codicibus tantùm ea continentur, quæ capite secundo proferimus. Ex volumine Belfortiano, quæ primo capite damus, supplentur, & ferè omnia eisdemq; verbis in historiâ Ecclesiasticâ Ruffini leguntur, forsan vt plurimùm in eius recognitione adiecta. Confirmat eadem Acta S. Hieronymus* *Acta martyrij à Ruffino recognita.* *hactenùs inedita dantur ex 3 MSS.*

AVCTORE G. H.

de illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus cap. 78 *his verbis*: Phileas de vrbe Ægypti, quæ vocatur Thmuis, nobili genere & non paruis opibus, ſuſcepto Epiſcopatu elegantiſſimum librum de Martyrum laude compoſuit; & diſputatione Actorum habitâ aduersùs Iudicem, qui eum ſacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur. *Quæ omnia in hiſce Actis continentur: vnde eorumdem auctorem Gregorium ipſi Phileæ coæuum fuiſſe, & coràm diſputationem obseruaſſe colligimus ex prologo, vti hæc verba*, noſtris temporibus, *&* nobis præſentibus geſta, *innuunt.*

A *à S. Hieronymo citantur.*

ſcriptâ à Gregorio teſte oculato.

3 *Hic autem liber de Martyrum laude eſt epiſtola eius ad ſuos Thmuitas ſcripta, infrà num.* 3 *relata, quam etiam Euſebius & Nicephorus hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ inſeruerunt, ille lib.* 8, *cap.* 11, *hic lib.* 7, *cap.* 9. *Eiuſdem meminit Honorius de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 79 *ipſiſmet ferè S. Hieronymi verbis. De eodem hæc ſcribit Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis*: Phileas Epiſcopus Thebaidæ ciuitatis in Ægypto, vir nobilis atque doctiſſimus, non minùs moribus, quàm eruditione Scripturarum inſignis, poſt multos labores, & editos pro vtilitate fidelium varios tractatus, tandem ſub Maximiano Imperatore pro fidè Christi Martyr effectus, euolauit ad Superos. De cuius ſcriptis extat diſputatio habita contra Iudicem iniquum libro vno, & de Laude Martyrum libro vno.

Epiſtola S. Phileæ,

de Martyrũ laude,

aliaq; eius opuſcula.

B Alia quæ ſcripſit, nobis incognita ſunt, quamuis multa ferantur à Patribus. Claruit ſub Maximiano Principe, anno Domini CCXL. *Hæc Trithemius, in cuius numerum, litteris Arabicis conſcriptum, coniicimus errorem Typographicum irrepſiſſe; quo pro anno* 240 *legendus ſit annus* 304. *Diſputatio S. Phileæ contra Iudicem in Actis à Gregorio ſcriptis cum eiuſdem Epiſtolâ continetur. Quem autem profert Trithemius Imperatorem, eſt Maximianus Herculeus à Diocletiano in ſocium Imperij aſſumptus primũ anno* CCLXXXV *Cæſar, dein anno proximè ſequenti Auguſtus creatus, poſtremò auctoritate illius adductus, depoſitâ purpurâ, eiſdem Calendis Aprilis dicti anni* CCCIV *cum illo priuatus factus eſt.*

4 *Prætereà quod Trithemius Phileam ſcribat* Thebaidæ ciuitatis *Epiſcopum, videtur hauſiſſe ex aliquibus MSS. codicibus S. Hieronymi. Nam* Suffridus Petrus, *teſte Antonio Poſſeuino in Apparatu ſacro de S. Phileâ*, adnotauit in Martinienſi codice MS. pro THMVIS haberi THEBAIS, vt & Sigeberg. cod. MS. Quam cauſſam fuiſſe, *addit Poſſeuinus*, cur iſti, qui potiùs Farragines quàm Bibliothecas hæretici conſarcinarunt, duos facerent Phileas: alterum Thebaidos, alterum Thmuenſem, Epiſcopos, *quo loco Poſſeuinus Geſnerum & Simlerum tacitè carpit. Vt omittamus* Thebaida *non vrbem, ſed regionem eſſe, quam accuratè deſcripſimus* XVII *Ianuarij* § 1 *ad Vitam S. Antonij. Omnibus his forſan data errandi occaſio ob Euſebium &*

Non fuit ipſe aut alter Phileas Epiſcopus vrbis Thebaidæ.

C *Nicephorum minùs attentè perlectos. Cùm enim immediatè ille lib.* 8 *cap.* 9 *de Martyribus Thebaidos in dictâ Diocletiani perſecutione paſsũ egiſſet, nullâ locorum diſtinctione præpoſitâ, varia deſcribit certamina, à ſe tum in Ægypto exiſtente viſa, ipſumq; addit martyrium SS. Phileæ & Philoromi: de hoc agitur num.* 6 *infrà in Actis Lubet addere verba Euſebij ex dicto libro* 8, *Græcè eodem cap.* 9, *Latinè cap.* 10; *vbi hæc habet, quæ ab eo Nicephorus deſcripſit.*

5 Atque iſti Martyres admiratione digni quidem fuerunt: ſed illi præ ceteris videbantur egregiè admirabiles, qui quamuis diuitiis, nobilitate, gloriâ, eloquentiâ & philoſophiæ cognitione illuſtres eſſent, hæc omnia tamen pro verâ pietate & fide in Seruatorem & Dominum noſtrum Ieſum Christum pro nihilo ducerent. Talis erat Philoromus, vir magiſtratum non illum quidem vulgarem adeptus, ſed ad Imperatoris negotia Alexandriæ procuranda delectus: qui non ſine magnâ gloriâ & honore (vt Romanorum mos fert) à ſatellitibus ſtipatus, in dies ſingulos de controuerſiis ad ſe relatis iudiciũ tulit. Talis Phileas etiam Thmuitenſis Eccleſiæ Epiſcopus, vir planè cùm in ciuilibus patriæ inſtitutis, & Eccleſiæ miniſteriis valdè præſtabilis, tum Philoſophiæ diſciplinis eximius. Iſti duo cùm permulti & cognati & alij amici eos obſecraſſent; cùm prætereà viri primarij, qui cum imperio erant, oraſſent; cùm ipſe Iudex denique hortatus eſſet, vt ſui ipſorum caperent miſericordiam, liberorumque & vxorum curam gererent; nequaquàm eiuſmodi virorum precibus adduci poterant, vt vitæ cupiditate aliquâ ex parte delectarentur, & Diuinas leges de confeſſione & negatione Seruatoris noſtri penitus contemnerent: ſed virili animo & mente dignâ Philoſophis, imò verò piâ & dignâ Deo, contra omnes Iudicis minas, contra contumelias fortiter ſe opponentes, ambo capitibus abſciſſis abierunt è vitâ. *Hæc Euſebius. Quæ omnia infrà in Actis leguntur. ſoli ferè* Phileæ *attributa. Cùm autem* S. Philoromus *negotia Imperatoris procuraret Alexandriæ, hîc tum adiunctus eſt S. Phileæ, poſt protectionem eius apud Iudicem aſſumptam. Prætereà dum* Phileas martyria *iuxta Euſebiũ* Alexandriæ facta narret litteris ad ſuos Thmuitas perſcriptis, *clarè indicat, ſe Alexandriæ fuiſſe* in carceris cuſtodiâ, *vbi* ante extremam de ſe in iudicio latam ſententiam *hanc epiſtolam ſcripſit, quâ capite vndecimo recitatâ, pergit Euſebius cap.* 12 *&* 13 *narrare illuſtres aliquot Palæſtinæ Martyres, ac tandem ita concludit*: Per idem tempus, *(quo ad* IX Calend. Aprilis *aliquot* Martyres ſecuri perculſos *retulit)* duo ex Imperatoribus, quorum alter, *Diocletianus* primum & ſummum Imperij gradum, alter *Maximianus Herculeus* ſecundum poſt illum obtinebat, ad priuatam quamdam vitæ rationem ſe tranſtulerunt. *Quod Calendis Aprilis factum eſſe diximus.*

D

Alexandriæ paſſis;

necdũ depoſito Imperio à Diocletiano & Maximiano.

E

6 *Euſebius iterum meminit S. Phileæ eodem lib.* 8, *cap.* 25, *cui hic inſcribitur titulus*: De Eccleſiæ Præſidibus, qui ſuo ſanguine veram, quam profeſſi ſunt, pietatem oſtenderunt. *Et ſic exorditur*: His igitur temporibus illuſtres & eximij Martyres, per vniuerſum mundum magnâ gloriâ decorati, cùm ſuæ mentis magnitudinis & roboris ſpectatores vbique non ſine cauſsâ obſtupefecerunt; tum inſignia diuinæ reuerâ & inexplicabilis Seruatoris noſtri potentiæ indicia ſuis rectè factis ante omnium oculos ſtatuerunt. Verùm quemque nominatim hiſtoriâ proſequi, vt longum, ita vix poſſe fieri videtur. Attamen inter Eccleſiaſticos Præſides, qui in præclaris ciuitatibus martyrium paſſi ſunt, primò omnium, tamquàm in columellas ad piorum memoriam erectas, regni Christi teſtem Anthimum Epiſcopum vrbis Nicomedienſium, qui capitis pœnâ mulctatus, mortem obiit, inſcribamus. Ex Martyribus autem Antiochiæ Lucianum illius Eccleſiæ Presbyterum, piis vitæ inſtitutis facilè præſtantiſſimum, qui Nicomediæ etiam, Imperatore præſente, cæleſte Christi regnum, primùm ſermone per apologiam, deinde rebus geſtis palàm prædicauit.... Ex illis qui Alexandriæ, qui in reliquâ Ægypto & Thebaide egregiè & præclarè occubuerunt, Petrus ipſius Alexandriæ Epiſcopus diuinum quoddam decus eorum, qui veræ in Christo religionis Doctores & Magiſtri extiterunt, primus hoc loco citetur: & Presbyteri vnà cùm illo Fauſtus & Didius & Ammonius, perfecti Christi Martyres. Phileas item & Heſychius & Pachomius & Theodorus, Eccleſiarum, quæ ſunt in Ægypto, Epiſcopi, aliique præſtantes viri præter iſtos propè infiniti, qui in Eccleſiis regionis & loci cuiuſque, vbi habitabant, multorum ſermone celebrantur. *Hactenùs Euſebius: ad quem reſpiciens S. Hieronymus loco ſuprà de Eccleſiaſticis Scriptoribus memorato, aſſerit* Phileam pro Christo capite truncatum eodem in Ægypto perſecutionis auctore, quo Lucianus Nicomediæ: *quem capite præcedenti tradiderat* paſſum eſſe ſub perſecutione Maximini, *quæ Maximiani erat. De S. Luciano egimus* VII *Ianuarij, de S. Anthimo acturi* XXVII *Aprilis, quem idem Euſebius antè tradiderat cap.* 6, in *eadem* Diocletiani perſecutione, capite propter Christi teſtimonium cernicibus abſciſſo, mortuum eſſe: *ſententiâ necis latâ à Diocletiani ſocio Maximiano, cuius Acta meminerunt. Vnde clarum eſt dicto capite* XXV *Euſebium cum quadam recapitulatione inſigniores Eccleſiæ Antiſtites in eâ perſecutione, quam Diocletianus à ſe cœptam colle-*

Recapitulatio apud Euſebium præcipuorũ Martyrũ,

Anthimi;

Luciani,

Petri Alexandrini,

F

Phileæ, & aliorum

eâ perſecutione occiſorum.

gis, &

Euſebij teſtimonium

de S. Philoromo,

& S. Phileâ,

gũ, & ſucceſſoribus quaſi hereditariâ poſſeſſione cum Imperio obtinendam tradidit, Martyrium paſſos recenſere: &, cùm iuxta Baronium ad annum 310, num. 23, prærogatiuâ excellent a ceteris Ægypti Epiſcopis Petrum Alexandrinum cum eiuſdem Eccleſia Presbyteris antepoſuiſſet; ſubiungere alios, qui ante Petrum conſummarunt martyrium, Phileam, Heſychium, Theodorum atque Pachomium, de quorum die natali infrà agemus.

7 S. Petrus *iuxta Euſebium lib. 7 cap. vlt. ſub finem*, in Epiſcopatu Alexandrino duodecim annis continuis cum ſummâ dignitate floruit. Qui cùm triennium propè ante perſecutionis tempus in Eccleſiâ illâ gubernandâ contriuiſſet, de reliquo vitam duriore exercitatione & magis ſeuerâ traduxit, Eccleſiarumque vtilitati omni curâ ac ſtudio proſpexit, ac propterea nono perſecutionis anno, capite amputato, eſt à Deo inſigni martyrij coronâ donatus. *Referunt huius Acta apud Baronium anno 306, num. 52, ex illius alterog; Vaticano MSS. codicibus* S. Petrum Alexandriâ ſponte receſſiſſe, cùm quæreretur ad necem; ne eius cauſsâ ciuitas Alexandrina, aduerſantibus Chriſtianis, tumultu exagitaretur: quando tum in Palæſtinâ, tum etiam in adiacentibus inſulis diu latuit, litteris interea ſuos roborans; ac præſertim Phileam, Heſychium, & Theodorum, quos omnium Confeſſorum, qui renebantur in carcere vltrà ſexcentos ſexaginta numero, Signiferos vocat & Præceptores: eoſque cùm conſummatos martyrio audiſſet, ingenti ſe lætitiâ affectum eſſe teſtatur, pro quorum agone ſemper Deum precibus interpellauerat. *Hæc ex Actis MSS. hactenùs minùs completè editis.*

Petrus Alexandriâ exul,

conſolatur captiuos, Phileam alioſq;

& audito eorũ martyrio lætatur.

§ II SS. *Phileæ & Philoromi memoria in ſacris Faſtis, patria ſociorum Martyrum.*

8 Sicuti vrbs Thmuis *ignotum Europæis nomen eſt, atque à communi Latinarum ſyllabarum coniunctione recedens; ita procliuius fuit, vt mendis erroribuſq; amanuenſium, maximè in Martyrologiis aliiſq; libris MSS. ſubiiceretur. Hinc corruptè* Thimus, Thymus, Thynnis, Thynuis, Thynius, Thymnis, Thannis, Taphnis, Thmois, Thmois, Theonis, Chanai *&c. legitur. De voce* Thebaidos *antè diximus.* Fileas *etiam &* Filoromus *in multis codicibus ſcribitur. Ac primò in antiquiſsimo Martyrologio Romano, quod S. Hieronymi nomen præfert, ita legitur:* Thimoi Filiæ Epiſcopi cum Filiâ ſuâ. *MS. Richenouienſe:* Timuę Epiſcopi cum Filiâ ſuâ. *Ancipites hic hæremus quod in Actis* vxor liberique S. Phileæ *referantur, num aliqua filia ſimul martyrij coronam cum patre ſuo adepta ſit. Promùs tamen in ſilentio aliorum, tutiuſq; coniectamus mendum eſſe, legendumq;* Fileæ Epiſcopi cum Filoromo. *Aliud mendum eſt in antiquo MS. Treuirenſi S. Martini.* In Ægypto Phileæ Epiſcopi & Confeſſoris, *quem capite plexum certò conſtat. In alio etiam antiquo MS. Monaſterij S. Richarij, quod Bedæ adſcribitur:* In ciuitate Thymnis paſſio B. Philatæ eiuſdem vrbis Epiſcopi, & Philoromi Tribuni Romanorum militum.

Nomen Thmuis variè corruptum.

In aliquibus Martyrologiis expreſſi ſoli Phileas & Philoromus:

C

9 *Quæ eadem ferè, ſed correctius copioſiuſq; leguntur in antiquo Martyrologio Romano à Roſweydo edito:* In ciuitate Ægypti Thmuis, B. Phileæ eiuſdem vrbis Epiſcopi, & Philoromi Tribuni, & innumerabilium Martyrum. *Eadem leguntur in MS. Colonienſi ad Gradus S. Mariæ. At Pragenſe, Vltraiectinum S. Mariæ Leodienſe S. Lamberti, Antuerpienſe Domus profeſſæ Societatis Ieſu, aliaq; MSS. ferè conueniunt cum Bedâ excuſo his verbis:* In ciuitate Ægypti, quæ appellatur Thmuis, paſſio B. Phileæ eiuſdem vrbis Epiſcopi, & Philoromi Tribuni militum Romanorum, cum quibus etiam innumera multitudo fidelium ex eadem vrbe Paſtoris ſui veſtigia ſequens, in perſecutione Diocletiani martyrio coronata eſt. *Interponit Notkerus ex Actis hæc pauca de S. Philoromo:* Qui conſtantiam Epiſcopi admiratus, & eam laudibus proſecutus, pariter cum eo capite plexus eſt. *Quibus omiſsis hæc ſuperaddũt in fine Vſuardus, Bellinus, aliiq;:* Sicut octauus

alibi additi innumerabiles Martyres,

etiam ex eadẽ vrbe,

liber Eccleſiaſticæ hiſtoriæ loquitur. *In MS. Colonienſi Carmelitarum dicuntur* Philippeus Epiſcopus & Filomus Tribunus. *In alio antiquo MS. ex Italiâ, dein Lotharingiâ allato, ſolas memoratur* B. Florianus Martyr: *nomine ſortè ex vtroque corrupto. Additur* innumera fidelium multitudo *in vtroque Martyrologio. At quæ ſuprà dicitur* perſecutio Diocletiani, *à nonnullis omittitur, ab aliis nominatur* perſecutio Decians, *mendo magno, cùm perſecutio à Decio motâ quinquaginta annos hanc Diocletiani præceſſerit. Auctor Florarij MS & Ado* decimam perſecutionem *habent, vti eam appellant Auguſtinus lib. 18 de Ciuitate Dei cap. 52 Oroſius lib. 7, cap. 27 alíiq;. Verba Florarij hæc ſunt:* In ciuitate Ægypti quæ vocatur Thymnis, paſſio B. Phileæ Epiſcopi, & Philoromi Tribuni, tempore Diocletiani & Maximiani, Romanorum Imperatorum, anno ſalutis CCCV; ſub decimâ perſecutione, annó eiuſdem primo. Tunc etiam in præfatâ ciuitate, quemadmodum Paſtor eorum Phileas prædictus, vniuerſi Chriſtiani in contiguo mœnibus campo capite plexi ſunt.

AVCTORA G.H. D

in decimâ perſecutione paſſi.

10 *Adó de adiunctâ multitudine hæc ex Ruffino lib. 8 cap. 9 copioſiùs refert:* In ciuitate, *inquit*, Ægypti, quæ appellatur Thmuis, paſſio B. Phileæ eiuſdem vrbis Epiſcopi, & Philoromi Tribuni militum, cùm quibus etiam innumera fidelium multitudo ex eadem vrbe, Paſtoris ſui veſtigia ſequens, perſecutione Diocletiani martyrio coronata eſt. Sedente namque pro tribunalibus E ſæuiſſimo Præſide offeruntur innumeri fidelium populi. Quos ille ſingulos per ordinem confeſſos ſe Chriſtianos, capite plecti iubet: cumque certatim ſe & ſponte, confeſſione præmiſsâ, gladio ſubiicerent, ille inhumanus & crudus, nec multitudinis contemplatione, nec virtutis eorum magnanimitate permotus, duci nihilominùs omnes & cædi capite iubet. Verùm hi conſtanter & fortiter cum lætitiâ & exultatione, mortem præſentem velut æternæ vitæ principia rapiebant. Denique cum priores quique iugularentur, reliqui non deſidiæ aut torpori animos indulgebant; ſed pſallentes & hymnos Deo canentes, locum quiſque ſui martyrij expectabat, vt hæc agentes, etiam extremos ſpiritus in Dei laudibus exhalarent. O verè mirabilis & omni veneratione dignus grex ille beatorum, turma virorum fortium, corona ſplendoris gloriæ Chriſti! Hanc ſanè coronam pretioſior omnium lapis *S. Phileæ* & gemma nobilior adornabat, hanc turmam præibat *Paſtoris.* Ductor illuſtrior, hunc gregem Paſtor nobilior decorabat: Phileas huic nomen eſt, qui erat Epiſcopus vrbis ipſius. Hic nobilitatem primi generis ſecundùm animi virtutem de cæleſtibus trahebat: de terrenis verò, quantùm ad ſæculum pertinet, primus in republicâ Romanâ honoribus functus. Eruditione quoque liberalium litterarum, & omnibus, quæ ad animi virF tutem pertinent, exercitiis apprimè eruditus. Hic cùm plurimos propinquos & conſanguineos, nobiles viros, in eadem vrbe haberet, frequenter ad Præſidem ducebatur: eiuſque monitis acquieſcere, tot & tantis propinquis exorantibus, reſpectum habere vxoris, & contemplationem ſuadebatur ſuſcipere libertorum, neque in cœptâ præſumptione perſiſtere. Aſt ille, velut ſi ſaxum immobile vndâ allideretur, garrientium dicta reſpuere, animos ad cælum tendere, Deum in oculis habere; parentes & propinquos, ſanctos Martyres & Apoſtolos ducere. Aderat tunc quidam vir agens tur- *& S. Philoromi.* mam militum Romanorum, Philoromus nomine: qui cùm videret Phileam circumdatum lacrymis propinquorum, & Præſidis calliditate fatigari, nec tamen inflecti aut infringi vllatenùs poſſe, exclamat: Quid inaniter & ſuperflue conſtantiam viri tentatis? Quid cum, qui fidem Deo ſeruat, infidelem vultis efficere: Quid eum cogitis negare Deum, vt hominibus acquieſcat? Non videtis, quòd aures eius veſtra verba non audiant, quòd oculi eius veſtras lacrymas non vident? Quomodò poteſt terrenis lacrymis flecti, cuius oculi cæleſtem gloriam contuentur? Poſt hæc dicta, cun-

martyrũ,

Aveto-ri G.H.

ctorum irâ in Philoromum versâ, vnam eamdemque sententiam eum cum Phileâ subire poscunt. Quibus A libenter annuens Iudex, vtrumque plecti capite iubet. Passi sunt hi beati Martyres sub persecutione decimâ. *Hæc omnia Ado: priora ex Vsuardo, reliquâ ex Ruffino. In fine* decimam persecutionem *adscripsimus ex codicibus MSS. Lobiensi & Leodiensi S. Laurentij: cuius loco in Morinensi codice alioq; apud Rosvveydum legebatur* Deciana persecutio, *pro quâ vocem* Diocletiani *substituit Rosvveydus, minùs propriè tum secundò repetitam.*

11 *Quæ Ado sub initium ex Ruffino narrat, eadem dedimus* V *Ianuarij ad diem natalem Martyrum in Thebaide sub Diocletiano occisorum. Verùm ipse Ruffinus Eusebium secutus, cùm ante de Martyribus Thebaidos egisset, quasi ab illis hos distincturus, hæc verba interponit:* Verùm & nos ipsi per idem tempus, cùm in Ægypti partibus iter ageremus oculis nostris inspeximus, vt sedenti pro tribunalibus

Locus in Martyrologijs sæpè ponitur ab illius ab eo, in quo Sancti obierunt

sæuissimo Præsidi *&c. Vnde suum elogium Ado prosequitur, apud Thmuitas mortem obiisse Phileam & Philorömum ratus, ob vrbem Thmuim in Martyrologijs præpositam. Quæ sæpè non tam locum passionis indicant, quàm aut sacras Martyrum reliquias istic esse depositas, aut ecclesias eorum cultui peculiariùs dedicatas, aut denique Martyres illic in dignitate aliquâ Ecclesiasticâ ciuiliùe viguisse. Iterum Ado circa medium* B *post hæc verba de* Phileâ, qui erat Episcopus ipsius vrbis, *omisit hæc à Ruffino addita, & infrà in Actis repetita*: quæ appellatur Thmuis. *quibus hic indicat aliam, in quâ passus fuit, subintelligi vrbem, & clarè nominat Eusebius* Alexandriam *fuisse. Imò alium à Thmui locum tormentorum exigunt hæc Iudicis ad Phileam verba infrà num.* 5. Memento quòd te cruciauerim; in ciuitate enim tuâ te potuissem iniuriare. *quod actis gratiis admisit Phileas.*

12 *Socios, excepto Philoromo, non addunt antiquiora Martyrologia, S. Hieronymi, Treuirense & Centulense suprà memorata. At Romanum antiquum Rosvveydi & Colonense S. Mariæ ad Gradus, solùm referùt* innumerabiles Martyres, *forsan vt esset aliqua memoria eorum, quos* S. Phileas *in Epistola suâ ad Thmuitas Actis insertâ commemorat: & quorum* Signiferos & Præceptores *Phileam alioſq; carcere conclusos Episcopos vocat S. Petrus Alexandrinus antè memoratus, imò* Pastorem *Phileam Ruffinus, Ado aliiq;. Ita etiam Galesinius in Martyrologio;* Thamne, *inquit*, in Ægypto S. Philææ Episcopi & Philoromi Tribuni, Martyrum, quibuscum innumerabilis Christianorum multitudo, Maximiano Imperatore, constanter susceptо pro Christi laude certamine, variè contrucidata coronatur, *Constantinus Felicius hæc ita refert*: Philoromus Tribunus,

An horum socij Martyres cuiuscumq; generis?

vir eruditissimus, ab Imperatore Diocletiano, cui admodùm carus erat, in Magistratu Alexandrino apud Æ C gyptios constituitus, & Phileas Ægyptius, vir magnâ doctrinâ præditus, Episcopus Thmuitensis, cum multis aliis ob confessionem Christi capite plexi. *Hanc multitudinem cum Bedâ, Vsuardo, Adone aliisq;* Thmuitas *facit Martyrologium Romanum his verbis*: Thmuis in Ægypto passio B. Philææ eiusdem ciuitatis Episcopi & Philoromi Tribuni militum, qui in persecutione Diocletiani, cùm à cognatis & amicis suaderi non possent vt sibi parcerent; ambo datis ceruicibus palmas à Domino meruerunt: cum quibus innumera multitudo fidelium, ex eadem vrbe, Pastoris sui sequens exemplum, martyrio coronata est. *In Actis iuxta codicem Budicensem*, S. Phileas cum innumerâ multitudine suæ vrbis fidelium Culciano sistitur, quos ille singulos per ordinem confessos se Christianos capite plecti iubens, postremò his verbis Episcopum alloquitur: Phileas, sacrifica diis *&c. Quæ verba* de singulorum confessione *ab Adone suprà ex Ruffino desumpta, de variis Ægyptiis istic referuntur.*

num soli Thmuitanses?

13 *Officio Ecclesiastico celebrantur* SS. Phileas & Philoromus *in Breuiario Romano sub Paulo* III *à Francisco Quignonio tit. sanctæ Crucis Cardinale confecto, in eoq; recognito: in quibus Lectio tertia ad Matutinum propria, ferè ex Ruffino abbreuiata est: additurq;* Phileam propter multa documenta & ingentem sanctitatis eius opinionem, ma- D gno suorum ciuium consensu, Episcopum effectum esse, eoque munere per multos annos sanctissimè functum. *In Breuiario Vltraiectino Leidæ anno* MDXVIII *excuso coluntur SS. Phileas & socij officio communi de Martyribus.*

De iis officium Ecclesiastico.

14 *Celebris est memoria* S. Petri *Episcopi Alexandrini, quem suprà diximus ad Phileam alioſq; Episcopos carceri inclusos epistolam misisse. Græci de eo agunt* XXIV *Nouembris; Latini antiquiores omnes postridie, seu* XXV *Nouemb. adduntq;* cum eo simul & alios plures ex Ægypto Episcopos trucidatos, ferè cum Clericis & laicis sexcentos sexaginta. *Eodem autem die solennitate S. Catharinæ impedito, posteriores in* XXVI *Nouembris eius cultum transtulerunt; vt Bellinus, Maurolycus, Galesinius aliiq; & plenius Martyrologium Romanum, appositо etiam nomine* S. Phileæ *his verbis*: Alexandriæ natalis S. Petri eiusdem vrbis Episcopi, qui cùm esset omnibus virtutibus ornatus, Galerij Maximiani præcepto, capite obtruncatur. Passi sunt etiam Alexandriæ in eadem persecutione sancti Martyres, Faustus Presbyter, Didius, & Ammonius, itemque Phileas, Hesychius, Pachomius, & Theodorus, Episcopi Ægyptij, cum aliis sexcentis sexaginta, quos persecutionis gladius euexit ad cælos. *Hæc ibi. Adiungitur Phileas cum aliis Alexandriæ occisis, quos suprà allegatus Eusebij locus coniunxerat, etiam iuxta Baronium cum quadam* E *recapitulatione repetitus.*

nomẽ Philea etiam 26 Nouẽb.

ACTA

auctore Gregorio coæuo,

recognita à Ruffino Presbytero,

edita ex tribus MSS.

CAPVT I

Persecutio Diocletiani. S. Phileæ captiuitas, & epistola ad Thmuitenses.

1 GLoriosissimi Martyris Phileæ scripturi passionem, non incongruum duximus, eorum quæ *a* nostris diebus, & maximè quæ nobis præsentibus gesta sunt, quando & ipse Beatus passus est, memoriæ tradere vel pauca de pluribus: vt nouerit lector, quàm duris temporibus tam constantissimi viri martyrium reseruauerit Dominus. *b* Etenim ante nostri temporis persecutionem, quam mirabiliter quamque magnificè per vniuersum mundum sermo Christi & pietatis doctrina profecerit, & in quantam sublimitatem ascenderit, enarrare vires nostras superat. Nosci tamen & ex hoc possibile est, quòd aliquanti ex Principibus Romanis, & facultatem regendi prouincias iurisque dicendi nostris præbebant; & coniugibus ac ministris atque vniuersæ domui suæ, non solùm credere in Dominum Iesum Christum, verùm & cum omni fiduciâ ac libertate in fide agere sinebant: ita vt illos sibi familiares dicerent, de quibus certi erant, quòd pro fide Christi nihil perfidum saperent: sicut fuit opinatissimus ille *c* Dorotheus in cubiculo Regum, qui propter fidem Christi fidelissimus in omnibus habebatur. Vnde & cunctis preferri honore meruit & amore: cùm quo & Gorgonius, ceterique cum ipsis in Domino fideles, vel qui intra palatium in summis honoribus erant, vel qui ad prouincias gubernandas præferri ceteris fidei contemplatione merebantur. Iam verò multitudines coëuntium intra ecclesias populorum, & præcipuè in diebus festis innumerabiles cateruas, per loca singula confluentes, quis dignè poterit

a

b

In summo Ecclesiæ augmento

c

A Poterit explicare; cum ne ipſa quidem antiqua receptacula ſufficerent, ſed quotidie orationum domus dilatarentur, ita vt amplitudo earum concludere inſtar vrbium videretur?

d 2 d Hanc ſanè coronam pretioſior omnium lapis & gemma nobilior adornabat, hanc turmam præibat doctor illuſtrior, hunc gregem paſtor nobilior decorabat. Phileas huic nomen eſt, qui erat Epiſcopus vrbis ipſius quæ appellatur Thmuis. Hic nobilitatem primi generis, ſecundùm animi virtutem, de cæleſtibus trahebat: de terrenis verò, quantum ad ſeculum pertinet, primis in Romanâ republicâ honoribus functus. Eruditione quoque liberalium litterarum, & omnibus, quæ ad animi virtutem pertinent, exercitiis adprimè eruditus, nouiſſimam hanc, quæ prior eſt omnium, ſecundùm Deum philoſophiam ita ſuſcepit, vt omnes qui præceſſerant anteiret. Ad quod aſtruendum, licet digreſſionem facere videamur, non videtur abſurdum, ſi aliqua ex opuſculis eius, in quibus de Martyrum paſſionibus memorat, operi huic breuiter inſeramus. Scribens igitur ad Thmuitas, id eſt, ad populum ſibi commiſſum, ait inter cetera:

floret S. Phileas:

deſcribit certamina Martyrũ,

B 3 Horum nobis bonorum exempla præbuerunt beati Martyres: qui vnà nobiſcum in agonibus perdurantes, ſecundùm quod ex diuinis Scripturis fuerant inſtituti, oculum mentis ſuæ in Deo habentes defixum, mortem pro pietate abſque trepidatione cupiebant. Indeſinenter etenim conſiderabant, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, propter nos hominem factum, hoc nos docuiſſe, vt vſque ad mortem obluctemur aduersùs peccatum. Siquidem ipſe non rapinam arbitratus ſit, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, & habitu repertus vt homo: humiliauit ſeipſum vſque ad mortem, mortem autem crucis. Cuius exemplo beati Martyres, omnes cruciatus & pœnas ſuſceperunt, ne fidei ſuæ conſcientiam macularent: quoniam quidem perfecta in eis caritas foris eiiciebat timorem. Quorum ſi velim nunc tolerantiæ enumerate virtutes, & exponere robur conſtantiæ; nec mihi copia tanta ſermonis eſt, nec puto aliis, niſi his ſolis qui oculis ſuis intuebantur quæ geſta ſunt, videri credibilia. Erant enim expoſiti omnibus volentibus pro libidine inferre ſuplicia: & ſi quod aliquis per otium excogitans nouum genus ſupplicij detuliſſet, licebat inferre. Verberabantur ergo alij fuſtibus, alij virgis, flagris quoque alij, nonnulli loris diſtricti, vel funibus appenſi. Et erat ſtudium per ſingulos penè, nouum genus inuenire ſupplicij. Poſt tergum alij vinctis manibus appendebantur, & trochleis diſtenti membratim diuellebantur. Iam verò vngulis exarari, vetus & leue ducebatur. Quod etſi forte genus ſupplicij cuiquam fuiſſet adhibitum, non vt latronibus & homicidis ſolet, tantùm latera fodiebantur; ſed ad ventrem & femora ac tibias, & vſque ad vngues vngula perueniebat. Sed ne facies quidem ac vultus & frons, à tormentis remanebat immunis. Addebatur & hoc ſuper omnia, vt poſteaquàm fuiſſent humana corpora abſque omni humanitate laniata, expoſita in publico, & nudata non ſolùm veſte, ſed etiam cute, crudele cunctis prætereuntibus ſpectaculum fierent.

& tormẽta pro libidine carnificum variè excogitata,

C 4 e Quoſdam columnis diſtrictos, & poſt tergum diſtortis brachiis vinctos relinquebant. Iam verò hi qui ante Præſidem ſuſpendebantur, non id ſolùm temporis, quod ab eo vel diſcutiebantur vel cruciabantur; ſed totum penè diem, cùm alij actus agerentur, in equuleis exigebant, ſi fortè aliquis lugis pœnæ continuatione à propoſiti firmitate decideret. f Tanta verò in his crudelitas erat, & intantùm ab eis omnis penitùs humanitatis ſenſus aufugerat; vt poſteaquàm omne corpus vel tormentis vel verberibus fuiſſet abſumptum, trahi nudum pedibus rurſum iubebatur ad carcerem, atque neruo pedibus concluſis, recentibus adhuc vulneribus, reiicerentur in ſolum, teſtarum fragmentis ſubterſtratum. Interea quamplurimi vſque ad mortem conſtanter & fortiter perdurantes, inuentoribus ſcelerum inaniter intentatæ crudelitatis pudorem non minimum conferebant. Alij verò receptâ corporis ſanitate, ad reparandos denuò agones, diſpenſatores pœnarum ſponte prouocabant. Quos illi erubeſcentes rurſum ad tormenta reuocare, ipſâ eorum audaciâ perterriti, capite eos cædi iubebant.

vt & alij in carcere mortui ſint;

AVCTORE GREGORIO COÆVO, EX RVFINO.

D *alij ad noua ſupplicia confirmati.*

a *Ruffinus lib. 8, cap. 9, ſub perſonâ Euſebij ſic ſcribit:* Verùm & nos ipſi per idem tempus cùm in Ægypti partibus iter ageremus oculis noſtris inſpeximus, vt ſedenti pro tribunalibus ſæuiſſimo Præſidi offerebantur innumeri fidelium populi *&c. vt ſuprà ex Adone retulimus.*

b *Hæc referuntur cap. 1. eiuſdem libri 8.*

c *Coluntur* SS. Dorotheus *&* Gorgonius 9 *Septemb.*

d *Sequentia leguntur cap* 8.

e *Euſebius interprete Chriſtophorſono ita habet:* Alij pependerunt ad porticum (*Nicephorus lib. 7 cap. 9* ex fornice) vnâ manu affixi, & articulorum membrorumque diſtenſionem, quę omnem doloris ſuperabat acerbitatẽ pertulerunt. Alij vultu alterius in alterum obuerſo & columnis, pedibus nõ ad terram miſſis, appenſi (*Nicephorus* ad columnas vultu ad eas verſo) ſicuti, cùm funes acriùs retraherentur & contentiùs corporis grauitate ac põdere acerbiùs premerẽtur.

Varia tormenta.

E f *Additur apud Euſebium:* Præter alia tormentorum genera iſtud nouum præterea, quod ſequitur, aduerſarij noſtri inuenerunt. Nonnulli enim poſt verbera in compedibus ligneis poſiti erant, & pedes, alter ab altero, ad quartum foramen diſtenti diſtractique, adeò vt neceſſariò ſupini iacerent, nec poſſent propter plagarum vulnera recens toti corpori inflicta ſe vllo modo commouere.

g *Addit Euſebius:* vt eos hortaretur, vt pietati in Chriſto poſt mortem ſuam, quæ breui ipſum eſſet occupatura, mordicus adhæreſcerent.

CAPVT II

Illuſtris inter tormenta Chriſti confeſſio. Martyrium SS. Phileæ & Philoromi.

5 IStæ ſunt veri in Domino Philoſophi beati Martyris Phileæ voces, quas in vinculis poſitus, & in carcerem recluſus, commiſſæ ſibi Eccleſiæ ſcribebat: quibus vnà ſecum ſocios eorum Martyrum, & conſortes cæleſtium faceret coronarum. Sed iam tempus eſt, vt ad eius apertam cum Iudice congreſſionem veniamus. a Impoſito igitur Philea ſuper ambonem, Culcianus Præſes dixit illi: Potes iam ſobrius effici? Phileas reſpondit: Semper ego ſobrius ſum, & ſobriè dego. Culcianus dixit: Sacrifica diis. Phileas reſpondit: Non ſacrifico. Culcianus dixit. Quare? Phileas reſpondit: Quia ſacræ & diuinæ Scripturæ dicunt: Qui immolat diis, eradicabitur, niſi ſoli Domino. Culcianus dixit: Immola ergo Domino ſoli. Phileas reſpondit: Non immolo. Nõ enim talia ſacrificia deſiderat Deus. F Sacræ enim & diuinæ Scripturæ dicunt: Vt quid mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum? dicit Dominus. Plenus ſum: holocauſta arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem hircorum nolo: nec ſi ſimilam offeratis. Vnus autem ex Aduocatis dixit: De ſimilâ nunc indicas, aut pro animâ tuâ nunc agonizas? Culcianus Præſes dixit: Qualibus ergo ſacrificiis delectatur Deus tuus? Phileas reſpondit: Corde mundo, & ſenſibus ſinceris, & verborum verorum ſacrificiis delectatur Deus. Culcianus dixit: Immola iam. Phileas reſpondit: Non immolo: nec enim didici. Culcianus dixit: Paulus non immolauit? Phileas reſpondit: Non: abſit. Culcianus dixit: Moyſes non immolauit? Phileas reſpondit: Solis Iudæis præceptum fuerat ſacrificare in Ieroſolymâ Deo ſoli. nũc autem peccant Iudæi, in locis aliis ſolemnia ſua celebrantes. Culcianus dixit: Ceſſent inania verba iſta & vel adhuc ſacrifica. Phileas reſpondit: Non inquinabo animam meam. Præſes dixit: Animæ hîc curam facimus? Phileas reſpondit: Animæ & corporis. Culcianus dixit: At curam corporis cuius? Phileas reſpondit: Corporis huius.

Exod. 22. 20

S. Phileas renuit ſacrificare diis,

AVCTORE GREGORIO COÆVO, EX RVFINO.

ius. Culcianus dixit: Caro hæc reſurget? S. Phileas reſpondit: Vtique. Culcianus iterum dixit illi: Paulus non negauit Chriſtum? Phileas reſpondit: Non. Abſit: Culcianus dixit: *a* Hoc iura mihi. Phileas reſpõdit: Non eſt nobis præceptum iurare. Sacra enim Scriptura dicit: Sit veſter ſermo, Eſt eſt; Non, non.

A

6 & iurare: Matth. 5. 37

6 Culcianus dixit: Paulus non erat perſecutor? Phileas reſpondit: Non. Abſit. Culcianus dixit: Paulus non erat idiota? Nonne Sirus erat? nonne Syriacè diſputabat? Phileas reſpondit. Hebræus erat, & Græcè diſputabat, & ſummam præ omnibus ſapientiam habebat. Culcianus dixit: Fortaſſe dicturus es, quòd & Platonem præcellebat. Phileas reſpondit: Non ſolùm Platone, ſed etiã cunctis Philoſophis prudentior erat: etenim ſapientes docuit. Et, ſi vis, dicam tibi ſermones eius. Culcianus dixit: Iam ſacrifica. Phileas reſpondit: Non ſacrifico. *d* Culcianus dixit: Conſcientia eſt? Phileas reſpondit: Ita. Culcianus dixit: Quomodò ergo quæ ad filios tuos & coniugem conſcientia eſt non cuſtodis? Phileas reſpondit: Quoniam quæ ad Dominum eſt conſcientia eminentior eſt. Dicit enim ſacra & diuina Scriptura: Diliges Dominum Deum tuum qui te fecit. Culcianus dixit: Quem Deum? Phileas extendit manus ſuas ad cælum, & dixit: Deum qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt,

S. Paulum defendit:

d

Dei veri dilectionẽ docet: Deuter. 6. 5.

B Creatorem & *e* factorem omnium viſibilium & inuiſibilium & inenarrabilem, qui ſolus eſt & permanet in ſecula ſeculorum. Amen.

e

f 7 *f* Aduocati Phileam in plurimis loquentem Præſidi prohibebant, dicentes ei: Cur reſiſtis Præſidi? Phileas reſpondit. Ad quod interrogat me, reſpondeo ei. Culcianus dixit. Parce linguæ tuæ, & ſacrifica. Phileas reſpondit: Non ſacrifico. Animæ enim meæ parco. Quoniam autem non ſolùm Chriſtiani parcunt animæ ſuæ, verùm etiam Gentiles, accipe exemplum Socratis: cùm enim ad mortem duceretur, adſtante ei coniuge cum filiis ſuis, non eſt reuerſus: ſed promptiſſimè canus mortem ſuſcepit. Culcianus dixit: Deus erat Chriſtus? Phileas reſpondit: Ita. Culcianus dixit: Quomodò perſuaſus es de eo, quòd Deus eſſet. Phileas reſpondit. Cæcos videre fecit, ſurdos audire, leproſos mundauit, mortuos ſuſcitauit, mutos loqui donauit, & infirmitates multas ſanauit: fluxum ſanguinis habens mulier tetigit fimbriam veſtimenti eius, & ſanata eſt; mortuus reſurrexit, & alia multa ſigna & prodigia fecit. Culcianus dixit: Eſt Deus crucifixus? Phileas reſpondit: Propter noſtram ſalutem crucifixus eſt. Et quidem ſciebat, quia crucifigendus erat, & contumelias paſſurus, & dedit ſemetipſum omnia pati propter nos. Etenim ſacræ Scripturæ hæc de eo prædixerant,

f

Chriſtum confitetur Deum,

C quas Iudæi putant ſe tenere, ſed non tenent. Qui vult ergo, veniat & aſpiciat, ſi ita ſe non habet. Culcianus dixit: Memento quòd te honorauerim, in ciuitate enim tuâ te potuiſſem iniuriare; volens autem te honorare, non feci. Phileas reſpondit: Gratias tibi ago, & hanc mihi perfectam gratiam præſta. Culcianus dixit: Quid deſideras? Phileas reſpondit: Temeritate tuâ vtere: fac quod tibi iuſſum eſt. Culcianus dixit: Sic ſine cauſsâ vis mori? Phileas reſpondit: Non ſine cauſsâ, ſed pro Deo & veritate. Culcianus dixit: Paulus Deus erat? Phileas reſpondit: Non. Culcianus dixit: Quis ergo erat? Phileas reſpondit: Homo ſimilis nobis, ſed Spiritus diuinus erat in eo, & in Spiritu virtutes & ſigna & prodigia faciebat.

optatq; pro eo mori:

8 Culcianus dixit: Beneficium te dono fratri tuo. Phileas reſpondit: Et tu gratiam hanc perfectam mihi præſta: vtere temeritate tuâ, & quod tibi iuſſum eſt, facias. Culcianus dixit: Si ſcirem te indigere: & ſic in hanc amentiam veniſſe, non tibi parcerem. Sed quia ſubſtantiam multam habes, ita vt non ſolùm te, ſed propè cũctam prouinciam alere poſſis, ideo parco tibi, & ſuadeo te immolare. Phileas reſpondit: Non immolans, mihimet ipſi parco. Aduocati ad Præſidem dixerunt: Iam immolauit in *g* phronitſterio. Phileas dixit: Non immolaui certè: ſed verè ſacrificaſſe dicas: Culcianus dixit: Miſera vxor tua tibi intendit. Phileas reſpondit: Omnium ſpiritualium noſtrorum Saluator Dominus Ieſus Chriſtus, cui ego vinctus ſeruio, potens eſt ipſe, qui me vocauit in hæreditatem gloriæ ſuę, & hanc vocatè. Aduocati ad Præſidem dixerunt: Phileas dilationem petit. Culcianus dixit ad Phileam: Do tibi dilationem, vt cogites tecum. Phileas reſpondit: Sæpè cogitaui, & pro Chriſto pati elegi. Aduocati & officium vnà cum curatore, & cum omnibus propinquis eius (plurimos enim propinquos & cõſanguineos nobiles viros in eadem vrbe habebat) pedes eius complectebantur, rogantes, vt reſpectum haberet vxoris, & curam ſuſciperet liberorum. Ille, velut ſi ſaxo immobili vnda allideretur, garrientium dicta reſpuere, animo ad cœlum tendere, Deum habere in oculis, parentes & propinquos ſanctos Martyres & Apoſtolos ducere.

D

g *ſeponit amorem vxoris,*

& liberorum:

9 Aderat tunc *h* quidam vel agens turmam militum Romanorum, Philoromus nomine. Hic cùm vidiſſet Phileam circumdatum lacrymis propinquorum, & Præſidis calliditate fatigari, nec tamen flecti aut infringi vllatenùs poſſe, exclamauit dicens: Quid inaniter & ſuperfluè conſtantiam viri tentatis? Quid eum, qui Deo fidelis eſt, infidelem vultis efficere? quid eum cogitis negare Deum, vt hominibus acquieſcat? Non videtis, quòd oculi eius veſtras lacrymas non vident, quod aures eius verba veſtra non audiunt? terrenis lacrymis nõ flecti, cuius oculi cęleſtẽ gloriam contuentur? Poſt hæc dicta, cunctorum irâ in Philoromum versâ, vnam eandemque eum cum Phileâ ſententiam ſubire poſcunt. Quod libenter annuens Iudex, ambos ferri gladio iubet.

h

E

i *defenditur à S. Philoromo:*

eũ eo adiudicatur morti,

10 Cumque exiſſent, & irent ad locum cædis conſuetum, frater Philææ, qui erat vnus ex Aduocatis, exclamauit dicens: Phileas *k* abolitionem petit. Culcianus reuocans eum dixit: *l* Quid appellaſti? Phileas reſpondit: Non appellaui; abſit. Huic infeliciſſimo noli intendere. Ego autem magnas ago gratias Regibus & Præſidatui, quoniam cohæres factus ſum Ieſu Chriſti. Poſthęc exiit Phileas. Cumque peruenissent ad locum, vbi iugulandi erant, extendit manus ſuas Phileas ad Orientem, & exclamauit dicens: Filioli mei cariſſimi, quicumque Deum colitis, vigilate ad corda veſtra, quia aduerſarius noſter ſicut leo rugiens circuit quærens quem deuorer. Nondum paſſi ſumus cariſſimi: iam incipimus pati: nunc cœpimus eſſe diſcipuli Domini noſtri Ieſu Chriſti. Attendite præceptis Domini noſtri Ieſu Chriſti: inuocemus immaculatum, incomprehenſibilem, qui ſedet ſuper Cherubin, factorem omnium, qui eſt initium & finis, cui gloria in ſecula ſeculorum; Amen. Hæc cùm dixiſſet, carnifices iuſſa Iudicis exequentes, infatigabiles amborum ſpiritus, ferro cæſis ceruicibus, effugarunt. præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

k

l *in fraude fratris cõſtans,*

adhortatur Chriſtianos:

F

capite plectitur cum S. Philoromo.

a *Hinc incipiunt Acta in MS. Treuerenſi abſque vllo prologo, qui eiuſmodi præponitur in MS. Bodecenſi*: Eſt ciuitas in Ægypto. Thymius appellata, cui præſulatus officio præfuit quidam, Phileas nomine, vir animi virtute per omnia præditus, liberalium quoque ſcientiâ litterarum apprimè eruditus, ante Epiſcopatum primis in Romanâ republicâ honoribus functus. Hic tempore Diocletiani, cùm Chriſtianorum perſecutio ferueret; vel maximè tentus, cum innumerâ multitudine ſuæ vrbis fidelium Culciano ſiſtitur Præſidi, quos ille ſingulos per ordinem confeſſos ſe Chriſtianos, capite plecti iubens, poſtremò his verbis Epiſcopum alloquitur. Phileas, ſacrifica Diis *&c.*

Alius prologus.

b *MS. Buſdecenſe:* Diis immolare non didici, ſed ſoli Deo.

c *MS. Treuir. & Belfor.* Ego iuraui, iura & tu.

d *MS. Budecenſe hæc interponit:* Erant ibi quàm plurimi propinquorum Phileæ, vnà cum vxore ipſius & filiis, viri genere nobiles; ſed paganicis ritibus degeneres: quibus cum lacrymis virum Dei, quatenus Præſidi acquieſceret rogantibus, ille, velut ſi ſaxum immobile vndâ allideretur, ita garrientium

garrientium dicta, animo cælum intendens, respuebat. Quos intuens Præses, dixit Phileæ: Quomodò filiorum tuorum & coniugis lacrymis non flecteris, vt sacrifices? Phileas respondit: Quia Deum meum plus illis diligo. Præses dixit: Quem Deum &c. *Aliqua horum infrà leguntur: suprà etiam ab Adone è Ruffino relata.*

c *MS. Belsortij.* Dominum omnium inuisibilem siue seductione.

f *MS. Budecense:* Aduocantes ergo parentes B. Phileam in partem, dixerunt ei:

g *Φροντιστήριον, monasterium, ἀπὸ τῦ Φροντίζειν à meditando, contemplando seu studendo dictum.*

h *MS. Treuirense* Tribunus.

i *Hæc oratio suprà ab Adone ex Ruffino relata est.*

k *MS. Belsortij,* appellationem. *MS. Budecense,* dilationem.

l *MS. idem:* Dilationem petisti? *deinde,* Non petiui.

DE S. GELASIO PVERO,

PLACENTIÆ IN ITALIA.

I. B.

INITIO SEC. V IV FEBR. *S. Gelasius Placentiæ colitur 4 Febr.*

1 *Placentiæ in Galliâ Cisalpinâ colitur Officio Ecclesiastico semiduplici, vt vocant,* S. Gelasius *Confessor* IV *Februarij: ad quem diem Ferrarius in generali Catal. SS.* Placentiæ in Galliâ Togatâ S. Gelasij Confessoris. *plura habet in Catal. SS. Italiæ, vt mox dicemus. Quando vixerit* S. Gelasius *inde fit manifestum, quòd frater eius natu maior* Opilius, *qui* XII *Octobris colitur, adhuc Acolythus interfuisse memoretur Translationi S. Antonini Martyris per S. Sabinum Ep: factæ: fuit autem S. Sabinus, vt* XVII *Ianuarij diximus, æqualis S. Ambrosij, obitúq; sub exitum quarti à Christi ortu seculi; anno (vt quidam apud Ferrarium coniiciunt)* CCCXCV: *Ferdinandus Vghellus to. 2 Ital. Sacr. videtur ad an.* CCCCIX *obitum eius reiicere. Et successit S. Maurus, qui sedisse dicitur vsque ad annum* CCCCXLV, *aut iuxta Vghelli calculum ad* CCCCIL. *agitur eius celebritas* XIII *Septembris; Ab eo autem &* S. Gelasius *sepultus est; & SS. Dominus ac Victor Diaconi ordinati; qui dein vnà cum ipso Gelasio,* verbi prædicationi aliisque piis operibus, maximè verò circa cultum Diuinum, operam dedisse *narratur. At non aliter videtur* Gelasius *prædicationi operam dare potuisse, nisi prædicantibus aut sacra peragentibus ministrando, si (vt infrà ex Ruffino monacho dicetur) puer adhuc erat, cùm decessit.*

quando vixerit?

2 *Actorum eius epitomen continent Officia Ecclesiæ Placentinæ, à sacrâ Rituũ Congregatione Romæ approbata* XXIII *Martij* MDCII, *&* XV *Aprilis* MDCIII, *&* Claudij Rangoni *eiusdem Ecclesiæ Episcopi iussu excusa an.* MDCXXXV. *In iis Lectio* IV *diei quartæ Februarij, quæ* S. Gelasio *sacra est, ita habet:* Gelasius Placentiæ nobilibus & Christianis parentibus natus, ab ineunte ætate singulari Diuinæ gratiæ munere insignis, præclarum sibi parati regni cælestis habuit indicium. Nam adhuc puer cùm Opilium fratrem aliquando in cubiculo orantem inuenisset, dignus est habitus, qui Angelorum multitudinem cum illo colloquentem oculis cerneret, simulque vocem

Acta ex Offic. Placentino.

Videt Angelos:

C audiret: Sinite paruulos venire ad me; talium est enim regnum cælorum. Porrò autem cùm idem ætate simul ac vitæ sanctitate floreret, & tamquam oliua fructifera in domo Dei vberes bonorum operum fructus proferret, ad cælestem patriam emigrauit. Sacrum eius corpus primùm à S. Mauro Placentiæ Episcopo in æde B. Sauini extra vrbis mœnia conditum, & deinde in nouam ipsius S. Sauini basilicam, Euerardo Episcopo, allatum; Fabricius eiusdem ciuitatis Antistes anno salutis MCCCCLXXXI in honestiorem prædictæ Ecclesiæ locum solenni cærimoniâ transtulit, vnà cum corporibus SS. Peregrini, Victoris & Domnini, quæ in eadem ecclesiâ quiescebant.

audit vocem cælestem:

moritur:

sepelitur, & transfertur,

3 *Hæc in dicto Officio. Eadem ferè habet Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ. Coluntur verò Sancti, quorum à Fabricio Ep. translata corpora,* Peregrinus X *Februarij,* Victor *Diaconus* VI *Martij; nam alius fuit* S. Victor *primus Placentiæ Episcopus, S. Sauini decessor, de quo* VII *Decembris;* Domninus *Confess.* XV *Maij. De singulis agemus suis locis.*

cum aliis SS.

4 *Ferdinandus Vghellus to. 2 Italiæ sacræ in Catal. Placentinorum Epp. ex codice scripto an.* 1253 *à Ruffino cœnobij S. Sabini monacho, de loco sepulturæ* S. Gelasij *& aliorum ista tradit, ipsis Ruffini verbis:* Reperi in quodam vetustissimo Martyrologio, quòd duo viri sapientiâ & bonitate præclari, sanctitate & religione ornati, de ciuitate Romanâ (vnus vocabatur Constantinus & alter Opinianus) fundauerunt primo quamdam ecclesiam in campaneâ Placentinâ ad honorem Dei & XII Apostolorum. *Et paullò antè cùm de S. Mauro Ep. agit:* Istam verò Ecclesiam Moxiarum ædificarunt Constantinus & Opinianus, qui de Româ fuerunt, ad honorem XII Apostolorum, quam consecrauit beatissimus Antistes Sabinus; cuius corpus hic requiescit cum quinque corporibus Sanctorum. Ad suum latus requiescit S. Victoria Virgo soror sua, quæ fuit Abbatissa de monasterio S. Michaëlis Archangeli in ciuitate Placentiâ, quod fuit de omni genealogiâ suâ. Ad pedes B. Sabini est altare S. Martini Confessoris, & S. Eusebij monachi, cuius festiuitas est in conceptione S. Ioannis Baptistæ. In aliâ cubâ iuxta Orientem sepulchrum SS. Victoris, Domnini Diaconi, ac Gelasij infantis, qui fuit frater B. Opilij, cuius corpus requiescit in basilicâ S. Antonini Martyris. Ad latera eorum aliud sepulchrum Abbatis Victorini de istâ Ecclesiâ, & alij. Ego Maurus vltimus Episcopus ..... pridie Nonas Februarij S. Gelasium sepeliui, pridie Nonas Martij sepeliui corpus S. Victoris Diaconi, Idus Maij recondiui corpus S. Domnini. X Kalendas Ianuarij migrauit de hoc seculo beatissima Victoria. *Non sunt tamen hæc à S. Mauro scripta, vt suo loco ostendemus, sed (vt ibidem habetur) ab Effremi Abbate.*

ex ecclesiâ, olim à Romanis ædificatâ

E *(in quâ plures SS. sepulti)*

5 *Ab Hungaris deinde Longobardiam an.* IↃCCCCII, *vt Regino scribit aliíq;, populantibus, combustum est illud S. Sabini templum, cùm Placentinam Ecclesiam Euerardus administraret,* XXIX *Antistes, qui* Heurardus *alius, &* Enuardus *apellatur diuturq; anno* ↃCCCXCIII *electus,* CMIV *obiisse. De eo ità citatus Ruffinus monachus apud Vghellũ ita scribit:* Tẽpore quo currebant CMII, irruerunt Pagani & inimici Crucis Christi, & destruxerunt & combusserunt quidquid repererunt extra Placentinæ mœnia ciuitatis, tyrannicâ rabie hostili gladio humana corpora trucidantes: & tunc cremarunt & destruxerunt penitus ecclesiam S. Sauini, quæ in honorem XII Apostolorum fuerat primitus consecrata. Et prædicta narrata inueniuntur per Dominum Enuardum egregium Præsulem Placentinum: qui totis viribus studuit istud monasterium, in quo sumus, de nouo videlicet fabricare. Dum igitur sedulâ perscrutatione quærerem priuilegia, quæ fundationem huius monasterij continerent; reperi quoddam priuilegium D. Enuardi Ep. Placentini, confectum tempore Beringarij Regis CMIII; quo priuilegio continebatur, quòd prædictus D. Enuardus, congregato concilio Clericorum, disposuit ecclesiam B. Sauini denuò fabricare: sicque præuidit locum extra mœnia ciuitatis Placentinæ, in quodam sub prædio iustè & legaliter acquisito, in quo monasterium B. Sauini de nouo ædificauit, cum officinis ad cultum monasticum fabricatis. Et hac de causâ prope ciuitatem Placentiæ prædictus Episcopus dictam ecclesiam transmutauit, propter enormitatem Paganorum, ne eam denuò concremarent.

ab Hũgaris combustâ an. 902, F

alibi reædificatâ, addito monasterio.

6 *In hoc ergo nouum monasterium translata sunt ab Enuardo*

AVCTORE I. B

nardo Ep. SS. Gelasij, Victoris, Domnini, Peregrini corpora anno CMIII, *vt habet Vghellus; qui hanc appositam in nouâ illa S. Sabini ecclesiâ inscriptionem testatur:* CONRADVS EPISCOPVS IN HOC TVMVLO CORPORA SS. VICTORIS, DOMNINI, GELASII ET PEREGRINI RECONDIDIT, ANNO DOMINI DCCCCXXXXIII. *Monet ipse restituendum annum* DCCCCIII, *cùm anno* DCCCCIV *decesserit* Eugardus, *quem scribit, perperàm ab Huberto Locato* Conradum *vocari dicique ad annum* DCCCCXVII *peruenisse, & corpora Sanctorum an* CMXI *transtulisse. De S. Sabino, cui & prior illa ecclesia & monasterium hoc consecratum est, egimus (vt antè scriptum)* XVII *Ianuarij: sed nondum* D *hic Vghelli tomus prodierat, è quo plusculum lucis haurire potuissemus.*

in hanc translatio S. Gelasij cũ aliis SS.

7 *Posterior sacrorum corporum translatio, de quâ agit Ferrarius, Fabricij Machiani Mediolanensis, Episcopi Placentini* LXXVIII, *studio curata est. Is anno* MCCCCLXXVI *à Tortonensi Sede ad Placentinam transiit, Vghello teste, eamq; deinceps* XXXII *annos tenuit, & præclaris ædificiis, possessionibus auctis, pluribus habitis concilijs ornauit, & hac cum primis sacrorum pignorum Translatione aliorumq;, vt S. Opilij* X *Maij.*

iterum translatus an. 1481.

DE S. THEOCTISTO MARTYRE.

I. B.

IV FEBR.

Plures SS. Theoctisti:

PLures nomine Theoctistis *celebrantur Sancti. Nam vt omittamus sanctum illum Abbatem* Theoctistum, *qui* III *Septemb. colitur, de quo multa præclara memorantur in S. Euthymij Magni Vitâ* XX *Ianuarij; &* S. Theoctistum *Patricium & Eunuchum, de quo Græci agunt* XX *Nouembris; iam suprà* IV *Ianuarij retulimus* S. Theoctistum *Cucumi Abbatem: diximus quoque* VIII *eiusdem mensis, in Græcorum Menæis memorari* Theoctistum, *sed (vt nobis quidem videtur) monachum, vnà cum Agathone. In iisdem quoque Menæis tres celebrantur* Theoctisti *Martyres, vnus hoc die* IV *Februarij, alter* III *Octobris, tertius, officio nauicularius,* VI *Septembris; omnes capite plexi. Neque aliud hîc de nostro narrant, nisi* Diuinis sacræ religiõnis tectum armis nudatam obtulisse ferro ceruicem.

hic capite plexus.

B Θεοῖς σκεπασθεὶς πίστεως θείας ὅπλοις,
Γυμνῶι τραχήλου θεόκλις ☞ τῷ ξίφει. E

DE S. IOANNE EPISCOPO

IRENOPOLI IN CILICIA.

I. B.

POST AN. CCCXXV. IV FEBR.

IRenopolis *vrbs est Ciliciæ secundæ, Ptolemæo memorata lib. 5 cap.* 8. *Hic coli* IV *Februarij* S. Ioannem *solere tradant Menæa his verbis:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ιωάννου τοῦ ἐν εἰρηνοπόλει, ἑνὸς τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ. Eodem die memoria S. P. N. Ioannis Irenopoli quiescentis, qui vnus fuit è Sanctis Patribus concilij Nicæni. *In vulgatis ab Alphonso Pisano, Seuerino Binio, Democharе aliisq;, Nicænorum Patrum catalogis, numero trecentorum & octodecim desunt plures quàm nonaginta. Recensetur verò inter eos, quorum nomina extant, vnicus* Ioannes, *isq; prouinciæ* Persidis, *non Irenopolis, Episcopus.*

S Ioannes, vnus è PP. Nicænis, Irenopoli colitur,

2 *Hanc verò Sedem tunc* Narcissus *tenebat, quem inter Arij fautores Theodoretus hist Eccles. lib. 1 cap. 7 ita enumerat:* Καὶ ὁ νεροωνιάδου Νάρκισσος, Κιλικίας δὲ δευτέρας ἡ νεροωνιάς ἐστι πόλις, ἣν νῦν εἰρηνόπολιν ὀνομάζομεν. Et Narcissus Neroniadis Episcopus: est verò Neronias vrbs Ciliciæ secundæ, quã Irenopolim iam vocamus.

vbi tunc Episcopus Narcissus

C *Ex his corrigas licet, quod in Actis Concilij Nicæni lib 2 apud Pisanum inest mendum, dum veluti duo recensentur prouinciæ Ciliciæ Episcopi,* Narcissus Neronianus, *&* Narcissus Irenopolis. *Et anteà post Canonum secundam editionem,* Narcissus Neronianus, *&* Narcissus Hierapolis. *Vnus idemq; est Narcissus Neroniadis, siue Irenopolis Episcopus, qui anteà Ancyrano concilio cum aliis* XVII *Episcopis interfuit, & in Nicæno Arij damnationi cum ceteris subscripsit, ac postea turpiter præuaricatus, cum aliis hæreticis est à concilio Sardicensi anno Christi,* CCCXLVII *à communione Ecclesiæ seiunctus,* Narcissus à Neronopoli.

Arijs fautor

3 *Aliaúe eâ tempestate* Irenopolis *extiterit, cui* Ioannes *hic sanctus Antistes præfuerit, haud comperimus. Aliam quidem Georgius Cedrenus memorat ab Irene Augustâ instauratam, ideoq;* Irenopolim *appellatam, in Macedoniâ sitam, quæ priùs* Berrhoea *dicebatur. Sed nihil ea nomenclatura ad Nicæni concilij tempora, annis quadringentis, & quod excurrit, priora, pertinet. Fortassis Irenopoli Ciliciæ decessit, dum ad suam Sedem reuertitur* Ioannes, *siue ille sit prouinciæ Persidis Episcopus, seu cuius alterius Sedis: aut eò post mortem delatus; neque enim Irenopolitanus Episcopus dicitur fuisse. Quibus præconiis Patres Nicænos vniuersim extollit Gregorius Presbyter citatus à nobis* XIII *Ianuarij ad S. Leontij Ep. Cæsa-* F *rienſis Vitam, nu.* 10. *ea debent cum hoc quoque sancto Antistite, quatenùs fas est communicari; cùm propriis illius Actis destituamur.*

ipse vbi sederit

DE S. ABRAMIO SIVE ABRAHAMIO,

EPISC. ARBELORVM IN PERSIDE, MART.

I. B.

AN. CH. CCCXL-VIII. IV FEBR.

Sub Constantino multi in Persidе Christiani,

1 *COnstantini Magni temporibus latè Christi propagata religio est, non solùm per Romani imperij prouincias, sed ad exteras quoque nationes. De Persis testatur idem ipse Imperator in epistolâ ad Saporem Regem, quã Eusebius lib. 4 de Vitâ Constantini cap. 9 & seqq. ac Theodoretus lib. 1 histor. Eccles. cap. 25 recitant:* Τέλῳ τῷ καταλόγῳ τῶν ἀνθρώπων, λέγω δὴ τῶν χριστιανῶν, ὑπὲρ γὰρ τέλων ὁ πᾶς μοι λόγος, πῶς ὅτι με ἥδεσθαι ἀκούσαι, ὅτι καὶ ἐν τῇς Περσίδος τὰ κρείττω ἐπὶ πλεῖον, ὥσπερ ἐπὶ μοι βουλομένῳ, κοσμεῖται: Isto hominum genere (Christianos dico, de his enim omnis mihi sermo est instiab eo Saporis R. commendati.

tutus) cùm audiam præcipuas Persidis *vrbes ac prouincias* quàm maximè, quod mihi vnicè in votis erat, exornari, quantâ me perfundi censes voluptate? *ac deinde eos illi accuratè commendat.*

Magis & Iudæis instigãtibus,

2 Cùm autem progressu temporis, *vt Sozomenus lib. 2 cap. 8 scribit,* eorum numerus vehementer cresceret, vt & conuentus publicos in ecclesiis agerent, & Sacerdotes ac Diaconos haberent; ea res Magorum animos non mediocriter offendit: ij enim, velut tribus aliqua sacerdotalis, successione quadam inde ab initio religionem Persarum administrant. Iudæos quoque magnâ affecit molestiâ, qui præ inuidiâ, naturaliter

A ter quodammodò iis insitâ, religioni Christianæ semper infensi esse solent. *Vtrorumque igitur instigatu immanis mota à Sapore Rege, tunc bellum aduersùs Romanos gerente, persecutio est. Tributis primùm exhaustis Christiani promiscuè omnes, & Præfectorum feritate exagitati.* Posthæc, *inquit Sozomenus*, Sacerdotes & ministros Dei gladio trucidari, ecclesias dirui, earum thesauros & ornamenta in ærarium publicum redigi, Simeonem, *Seleuciæ & Ctesiphontis* Episcopum, vt regni Persarum & religionis proditorem, adduci iubet *impius Sapor. De hac persecutione scribit S. Hieronymus in Chronico ad annum* VII *Constantij, qui est annus* CCCXLIII *æræ vulgaris*: Sapor Rex Persarum Christianos persequitur. *Quibus verbis non disertè quidem asserit, tum primùm exarsisse persecutionem: quod est tamen verisimilius cùm primæ Magorum & Iudæorum aduersùs Simeonem criminationes fuerint, teste Sozomeno*, quòd Imperatori Romano amicus esset, quodque ei Persarum res proderet. *Ergo bellum iam anteà Persas inter & Romanos erat exortum, quod anno primo Constantij motum, ex S. Hieronymi Chronico intelligimus: scribit enim, eo anno* Saporem Regem Persarum, Mesopotamiâ vastatâ, duobus fermè mensibus Nisibin obsedisse. *Excitatam primùm anno Constantij & Constantis septimo illam à Sapore persecutionem, statuit quoque Baronius ad an.* 343 *nu.* 10.

mota ab hoc.

an. 343

iam bellũ eũ Romanis gerẽte,

B 3 *Quàm acerba illa fuerit persecutio, ex his Sozomeni verbis lib.* 2 *cap.* 13 *conijcere licet*: Vix, *inquit*, percensere quis possit vniuersa, quæ ab iis (*Martyribus*) gesta sunt, quinam fuerint, aut vnde, quâ ratione martyrium fecerint, aut qualia sustinuerint tormenta: varia enim sunt apud Persas, quadam crudelitatis ambitione excogitata. Verùm vt summatim dicam, ferunt, quorum colligi nomina potuerunt, viri ac mulieres, ad sedecim millia tunc martyrio perfunctis: præter hos adeò multi trucidati sunt, vt ne iniri quidem eorum numerus potuerit; nedum nomina percensèri, à Persis, Syris, & Edessæ incolis, qui magnâ ad eam rem diligentiâ incubuerunt.

dira persecutio,

quâ innumeri cæsi,

4 *Eorum celeberrimi sunt*, Simeon *iam memoratus*, Vsthazanes, Abedechalas, Ananias, Pusices, Azades, Tarbula *Virgo, & alij, de quibus* XXI *&* XXII *Aprilis agemus. Episcopos, præter Simeonem, hac persecutione coronatos martyrio, viginti duos recensèt Sozomenus lib.* 2 *cap.* 12. *inter hos* Abramium, *quem Menæa tradunt* ἐπίσκοπον ἄρβηλ τῆς περσιδος, Episcopum Arbel Persicæ vrbis *extitisse.*

inter eos S. Abramius, Ep. Arbelorũ,

vrbis in Persidę,

5 *In Actis SS. Acepsimæ & sociorum* XXII *April. mentio fit viri cuiusdam crudelis,* ὃς Ἀδεσχε μὲν ἐλέγετο, ἐκ πόλεως δὲ ὥρμητο ἀρβὴλ καλουμένης, qui Adesche quidem dicebatur, ortus verò erat ex ciuitate quæ Arbel vocabatur. C *Is iussus à Iudice est sanctos Martyres Ioseph & Aithalam ad suam ciuitatem ducere, Christianorum ministerio obruendos lapidibus, atque in eo solertiam scilicet suam probare. Hæc illa vrbs est, de quâ Q. Curtius lib.* 4. *de Dario loquens*, Iam peruenerat Arbela, *inquit*, vicum nobilem suâ clade facturus. *Non tamen ad* Arbela *commissam vltimam Darium inter & Alexandrum pugnam, idem posteà declarat, cùm Darium ait*, ingens spatium fugâ emensum, mediâ ferè nocte Arbela peruenisse. *Cur ad* Arbela *dimicatum Græci dixerint, exponit Strabo lib.* 16 *ita scribens*: In Aturiâ pagus est, nomine Gaugamela, apud quem Darius superatus amisit imperium: quare hic locus insignis est, vt & nomen; Cameli enim domum ea vox sonat..... Pagum Macedones hunc cùm tenuem esse viderent, Arbela verò habitationem memorabilem, ab Arbelâ, vt tradunt, Athmonei filio conditam; circa Arbela & prælium & victoriam fuisse, famam sparserunt, eamque scriptoribus tradiderunt. *Ita Strabo, qui*, Ἄρβηλα κλίσμα, ὥς φασιν, Ἀρβήλᾳ τῷ Ἀθμονέως *vocat. Xylander vertit*, Arbela ab Arbelo, vt aiunt, Athmonei filio condita. *Nobis ille conditor videtur potiùs* Ἀρβήλης Ἀθμονεὺς *dictus*, Arbelas Athmonita, *vel* Athmonides. *Est certè apud Stephanum* Ἄθμονον, *vnde* Ἀθμονεὺς *gentile, locus Cecropidis regionis in Thraciâ.*

ad quam victus dicitur Darius, quod potiùs ad vicum Gaugamela factum.

6 *Fuêre igitur* Arbela *Alexandri ætate* κατοικία ἀξιόλογον, memoratu dignum oppidum, *vt non mirum sit, cùm & ob situs opportunitatem, & celebritatem famæ, sub Macedonum imperio, dein & Parthorum contra Romanos & Syros bellis, essent fortassis amplificata, acceptâ dein Christi religione, throno Episcopali esse ornata. Tenuit eum aut primus, aut certè celeberrimus, S. Abramius: sub quo Arbelitæ multi Christiani erant, à quibus obruí lapidibus SS. Iosephum & Aithalam impij volebant, vt in ipsorum & S. Acepsimæ Actis narratur. Iidem Christiani Arbelitæ prohibiti fuêre, ne Sanctis aliquid solatij afferre, in tetrum carcerem detrusis, possent. Ex eadem ciuitate extitit tunc præclara illa* Iidandula, *quæ adacta vt lapidibus Sanctos peteret, aut obelisco arundini alligato pungeret, non modò renuit crudele factinus; sed ipsos Iudices lictoresq; liberrimâ oratione castigauit. Ex eadem ciuitate pia mulier aditum ad carcerem noctu mercata à custodibus, domum suam Sanctos deduxit, & quâ potuit cum famulis suis ratione eos recreare, doloresq; eorum lenire conata est.*

AVCTORE I.B. D *Multi Arbelis Christiani, & feruentes.*

7 *Sed ipse sanctus Antistes* Abramius, *cuius hæc fortassis monitu, institutione certè, agebantur, martyrij quoque coronam anno quinto persecutionis, Christi numerum* CCCXLVII, *vel* CCCXLVIII. *ineunte, consecutus est. Colitur à Græcis* IV *Februarij. Ita Menologion ab Henrico Canisio editum*: Item sancti Martyris Abrahamij Persæ. *Petrus Galesinius*: In Persida, S. Abramij Ep. & Martyris; qui Saporio Persarum Rege, dus immolare iussus, cùm hoc præcisè negasset, multis ac variis affectus supplicijs, E denique abscisso capite, coronatur. *Plenius de eo agunt Menæa. Ferrarius*: In Persida S. Abrahamij Ep. & M. sub Sapore Rege. Ibidem S. Abdalæ monachi. *Citat Menologium Græcorum: in eo quod Canisius edidit, non memoratur* Abdalas IV *Febr. sed* Abidellas *Presbyter* XVII *Aprilis, qui in Menæis* Abdellas *appellatur.*

sub S. Abramio Ep. qui 4 Febr. colitur.

8 *Cardinalis Baronius to.* 3 *ad an.* 309 *num.* 6. *quia tantâ crudelitate in Christianos debacchatus Sapores iunior est, in dubium reuocat S. Marcelli Papæ & Martyris Acta, quæ* XVI *Ianuarij dedimus: in iis enim cap.* 3 *dicitur* Saporis Regis Persarum *rogatu, missus in Persidem S. Cyriacus eius filiam Iobiam à dæmone liberasse, eamq; & patrẽ atque alios* CCCXX *baptizasse. Atqui non fuit ille Sapores Magnus, siue senior, dudum ab Odenato Palmyrenorum Rege victus, cùm qui sextus ab eo regnârat Narses siue Narsæus, iam ab ipso Diocletiano esset debellatus. Non etiam iunior Sapores fuit, Narsæi nepos, necdum Diocletiano imperante natus, nedum filiæ iam adultæ parens. Non tamen id tantum apud nos habet momentum, vt ideò antiqua illa Acta temerè respuamus. Potuit* Sapores *ille medius regij sanguinis Satrapa alicuius esse, aut vicinæ gentis vrbisue Regulus. Quid si* Misdates Narsetis *filius, Persarum Rex, vti eiusdem* Narsetis *decessor* Vraranes Seganesna, *binominis fuit? Quid si* Saporis *pater fuit ille Sapor à S. Cyriaco conuersus, gener Narsetis? Videtur id ex Agathia colligi: quo teste Sapor adhuc in vtero matris, regno inauguratus est, cùm priùs ex Magorum responsis didicissent Satrapæ, matrem futurum. Eum enim, inquit ille scriptor*, regij generis successio ad regnum vocabat, qui ex matre hac nascetur. *Non autem Misdatis posthumus filius fuit, cùm successorem habuerit Sapor Artaxercem* germanum fratrem, *vt idem ait; ergo natu iuniorem; alioquin præ illo, necdum nato, regno admouendum. Cùm ergo ex Eutropio lib.* 9 *constet Narseum auum fuisse Saporis, hic eius filiâ natus fuerit, patre fortassis Sapore Christiano: ideoq; & amicitia illi Constantini ambita, & Christiana res eius fauore, filio adhuc regni tractandis habenis inhabili per ætatem, amplificata.*

Quis Sapor Rex à S. Cyriaco conuersus?

F *an Narsæi gener, pater Saporis persecutoris?*

9 *Sed hallucinatur fœdum in modum Agathias, dum lib.* 4 *scribit, anno Saporis* XXIV *Nisibin vrbem sub Persarum venisse potestatem, prodente Iouiano, Iuliano repentè deperdito. Si periit Iulianus, & paciscì cum Persis coactus est Iouianus anno Saporis* XXIV, *ergo hic anno Christi* CCCXXXVIIII, *Constantij* III *natus est: quâ ergo ratione an.* CCCXXXVIII *idem Sapor Mesopotamiam vastauit, eamdemq; Nisibin obsedit; atque anteà ad Constantinum Magnum, an.* CCCXXXVI *mortuum, Legatos misit? an priusquàm nasceretur? Melius scripsisset Agathias,* XXIV *anno belli aduersùs Romanos suscepti id contigisse. Sed ista hactenùs.*

De hoc mendum Agathiæ.

AVCTORE I.B.

10 *Petrus Teicheira lib.1 de Regib. Perſar.cap.24 Saporem hunc* Xapur *vocat. ſed de eo nihil ſe relatu dignum comperiſſe ait, atque anno* LXXII *poſt Alexandri Macedonis mortem ad regnum ait euectum, omiſſis ſcilicet Græcis Regibus, Parthis quoque, & primis* VIII *è Perſarum genere. Et ſucceſſiſſe ſcribit* Ardxir Bada Khon, *qui Agathiæ* Artaxerces *eſt: huic* Xapur Zabel Ketaf, *ſiue* Saporem *Artaxercis filium; &* Baharon Kermonxa, *ſiue* Varanem Cermaſal; *illi filium* Yazd Gerd, *qui eſt* Iſdigerdes. *Sed quod ait hic Auctor Chriſtum* Ardxir Baba Khon *temporibus natum, plane abeſt à vero longiſſimè: ſed profitetur ſe quæ de Perſarum Regibus ſcripta apud eos compererit tradere, non ea firmare ac tueri velle. Verùm ad S. Abramium redeamus, cuius Vitam ita paucis referunt Græci in ſuis Menæis.*

& Teicheira.

D

VITA EX MENÆIS CRÆCOR.

ANno quinto motæ in Perſide aduersùs Chriſtianos iniquæ admodũ & impiæ perſecutionis cõprehẽſus eſt à principe Magorũ S. Abramius. Qui cùm ab eo vrgeretur vt Chriſtum negaret, ac Solem adoraret, Quomodò, inquit, infelix & miſer, non deſinis nos ad ea quæ non decent, agenda hortari? An æquum eſt, vt Creatorem relinquam, & creaturam & opus Dei mei adorem? Hæc verba non mediocriter tyrannum aduersùs Sanctum concitarunt. Iubet igitur Magorum princeps cõtinuò produci Sanctum, & lumi ſterni, ac ſilueſtribus virgis cædi. Quo facto, cùm cerneret Archimagus eum generosè omnia perferre, adeoque & pro tortoribus orare, ac dicere: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum, non enim ſciunt quid faciunt; iubet enſe caput illi recidi. Amputatâ igitur ceruice, martyrium finiuit S. Abramius in vico qui Telman dicitur.

S. Abramius reſpuens ſolẽ adorare,

virgis cæditur,

dein capite plectitur.

DE S. ISIDORO PELVSIOTA,

MONACHO ET PRESBYTERO

IN ÆGYPTO,

G. H. Commentarius hiſtoricus.

§ I *S. Iſidori cultus ſacer, locus natalis, exercitatio monaſtica, ſacerdotium.*

SECVLO CHR. V. IV FEBR. *Peluſij vrbe Ægypti,*

1 PEluſium, *à quo cognomen Peluſiotæ ſortitus* S. Iſidorus, *Ægypti propriè ſumptæ (quæ Ægyptus inferior, & ferè Delta indigetatur) vrbs inter primarias poſt Alexandriam habita, à temporibus Apoſtolorum creditur fide Chriſtianâ imbuta, ac throno Epiſcopali iam olim honorata. Inter Epiſcopos quippe prouinciæ Ægypti, qui Concilio primo Nicæno anno Chriſti* CCCXXV *interfuerunt, reperitur Dorotheus Peluſianus. Tempore autem ſuo, Ammonio ſucceſſiſſe Euſebium ſcribit S. Iſidorus lib. 2 epiſtolâ 127. Cùm prouincia Auguſtamnica ab hac Ægypto dirimeretur, cuius diuiſionis meminerunt in ſuo reſcripto Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius Auguſti lib. 4 Codicis de Vectigalibus & commiſſis, tum metropolis Auguſtamnicæ conſtituta eſt Peluſium: à quâ vrbe* Πηλουσιακὸν στόμα *appellatur. Nilus enim poſtquàm ceteram vnico alueo Ægyptum permeauit, vbi ad Delta venit, in duos velut fluuios ſcinditur, quibus ſuam originem reliqua oſtia debent. Vnus ad Orientem decurrens, à Bubaſto vrbe* Βουβαστικὸς ποταμὸς *dictus, non procul à Peluſio in mare deuoluitur. Hinc Stephanus de vrbibus:* Πηλούσιον πόλις Αἰγύπτου, εἰς ἣν τὸ πρῶτον στόμα. Peluſium vrbs Ægypti, ad quam effluit primum oſtium, *ſcilicet Nili verſus Orientem, ſeu Palæſtinam. In Synodo Epheſinâ Oecumenicâ, iuxta datam diuiſionem Epiſcoporum alij Auguſtamnicæ, alij Ægypto prouinciæ adſcribuntur. Et S. Iſidorus lib. 1, epiſtolâ 152* γείτονας Αἰγύπτου, vicinam Ægyptum *cognominat.*

prouincia Auguſtãnica,

C

ad primũ oſtiũ Nili,

2 *Græci in ſuis Menæis primario cultu* IV *Februarij venerantur S. Iſidorum, & in his verſibus ad nomenclaturam Peluſij alludunt:*

colitur S. Iſidorus, inſcriptus faſtis Græcorum,

Πηλουσιῶτα χαῖρε. χαῖρε παλαί μου,
Τὸν πηλὸν ἐκδὺς. καὶ χαρᾶς τυχὼν ξένης.
Εὑδ' Ἰσίδωρον ἔνδοθεν τετρυμμένῃ σήμαπι λυγρῷ.

Peluſiota gaude, gaude mihi plurimùm,
Luto exemptus, & gaudium nactus nouum.

Impoſuerunt Iſidorũ ſepulchro perhumido quartâ, *ſcilicet Februarij. quo die hoc elogio aliquod Vitæ compendium nobis tradunt:* Memoria ſancti Patris noſtri Iſidori Peluſiotæ. Hic Sanctus gente Ægyptius, claris & piis parentibus natus, & Theophili ac Cyrilli Alexandrinorum Pontificum cognatus agnoſcebatur. In omni diuinâ humanâque ſcientiâ ad ſummum eruditionis faſtigium prouectus, ingenij monumenta plurima laude memoriâque digna, ſtudioſis litterarum reliquit. Reiectis etiam ingentibus opibus, relictoque ſplendidiſſimo genere cum omni vitæ præſentis felicitate, ſeceſſit in Peluſianum montem: arreptâque monaſticâ vitâ, ſibi iſtic vacauit, & cum Deo familiaritatem ingreſſus, totum terrarum orbem docendo diuinis ſuis ſermonibus illuminauit: peccantes ad pœnitentiam adduxit, iuſtos confirmauit, contumaces gladio verbi Dei redarguit, & ad virtutem excitauit. Quin & Imperatoribus, quæ ad Imperij adminiſtrationem vſui erant, ſuggeſſit & perſuaſit. Denique omnibus ſe conſulentibus ex ſacræ Scripturæ fluentis ſapientiſſimè reſpondit. Dicuntur ab ipſo decies mille epiſtolæ conſcriptæ. Cùm ergo ita præclarè ex Dei lege vitam tranſegiſſet, in graui ſenectute è viuis exceſſit. *Hactenùs ex Menæis, quæ ferè eadem leguntur in nouo Græcorum Anthologio ſub Clemente* VIII *Romæ excuſo. Meminerunt eiuſdem hoc die reliqua Græcorum Menologia & Horologia.*

F

3 *Eumdem Latini ſacris tabulis adſcripſerunt. Martyrologium Romanum:* Peluſij in Ægypto S. Iſidori monachi, meritis & doctrinâ conſpicui. *Galeſinius maiore eum exornat elogio, ſed ferè è Menæis deſcripto:* Peluſij, *inquit*, S. Iſidori Confeſſoris. Hic piis parentibus natus, Cyrilli Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopi neceſſarius, domeſticis externiſque diſciplinis valdè eruditus, piæ religionis ſtudio, ſpretis contemptiſque humanis rebus, in montem ſe abdidit: vbi ſuſceptâ monachalis vitæ ratione, omne tempus modò in ſanctis precibus, modò in ſacris libris commentandis, modò in epiſtolis ſcribendis conſumpſit. Quo epiſtolarum genere, cùm eas penè infinitas exarârit, non priuatis ſolùm, ſed magiſtratibus, Præfectis, & Epiſcopis mirificè profuit. Sic vitâ ſanctiſſimè actâ & multis Dei ope mirabiliter geſtis, obdormiuit in Domino. *Molanus in Auctario Vſuardi breuiùs ſeruatis verbis Horologij Græcorum, quod citat:* Die quartâ

& Latinorum.

A quartà ſancti Patris Iſidori Peluſiotæ. *Quod Molani auctarium cum Vſuardo confuderunt Antonius Poſſevinus in Apparatu ſacro, Andreas Schottus ad Epiſtolas S. Iſidori à ſe editas, &, qui hos in errorem abduxit, Ioannes Chatardus in ſuo de S. Iſidori vitâ ſcriptiſq; iudicio præfixo eiuſdem epiſtolis à Billio Latinè redditis, quas ille ab huius morte Pariſiis excudi curauit.* Vſuardus, *inquit*, Martyrologus, quinque eiuſdem nominis (*Iſidori*, in albũ Sanctorum retulit, inter quos huius noſtri Peluſiotæ meminit, eiuſq; feſtum quartà die Februarij celebrari tradit. *Hi quinque in Indice coniunguntur, ex quibus ad quintam Februarij à Molano adſcriptus etiã eſt ex Metaphraſte* S. Iſidorus Martyr Alexandrinus: *cuius non meminerat Vſuardus. Plures Sanctos eiuſdem nominis hoc toto opere proferemus.*

4 *Marcus Antonius Alegræus in Paradiſo Carmelitici decoris ſtatu* 3, *cap.* 6, S. Iſidorum Peluſiotam monachum *Carmelitis adſcribit* extractum ex veteri Catalogo illuſtrium Carmelitarum, & manuſcripto fidiſſimo de viris illuſtribus Carmelitis ab Epiſcopo Alguerenſi elaborato: *& conqueritur* Baſilianos hunc, ſicut & alios ex Carmelitis, quaſi alienæ eſſent indigenæ gloriæ, ſibi nullo accommodare iure; *citato ad marginem* Apparatu ſacro Poſſevini, *qui de* S. Iſidoro *agit abſque vllâ mentione aut Carmelitarum aut monachorum S. Baſilij, quem idem* B *Alegræus ſtatu* 2, *cap.* 103, inter Carmelitas accenſet: Siquidem, *ait in Notâ adiunctâ*, Baſilius per annos XIV ſaltem inter veros Carmelitas, Carmeliticum inſtitutum profeſſus eſt. Etſi poſteà vocatis è Carmelo Fratribus in monte Didymi monaſterium conſtituerit, & duplici ſub formâ inſtitutum monaſticum componens, regulam per modum dialogi dederit iis, qui eum in Patronum eligentes de ordine S. Baſilij poſteà vocati ſunt, diuerſam ex tunc à Carmelitis religionem conſtituentes Baſilianam, à Carmelitis verè ortam *&c. Quibus ſimilia, de S. Baſilio ſcribit Lezana tomo* 2 *Annal. Carmelit. an.* 363 *Quæ ab antiquioribus Scriptoribus probari mallemus, & hîc ſeponimus. ad Vitam S. Baſilij* XIV *Ianij commodiùs excutienda. Verùm quidquid fuerit de vtroque ordine monaſtico & Carmelitarum apud Syros ac Palæſtinos, & S. Baſilij apud Cappadoces victnoſq; Aſiæ populos, alij fuerunt monachi magnâ varietate viuendi ab illis & inter ſe diſtincti, qui illis temporibus in Ægypto & Thebaide vixerunt, vt paſſim in variis Sanctorum Actis à nobis oſtenditur, & confirmant Vitæ Patrum à Roſvveydo libris* X *editæ, in quibus hiſtoria monaſtica Ægypti potiſſimùm continetur, abſque vllâ huius Carmeli mentione.*

5 *Græcum origine credidit eum fuiſſe idem Alegræus, dum aſſerit*, in Græciæ partibus, vbi fuerat ortus, inter Heliades ſuos ſepultum: *ſi tamen auctor hic Græciam Europæ* C *regionem diſtinguat ab Ægypto, in quâ conſtituit* Abbatem montis Peluſiaci. *Ægyptium genere ſtatuunt reliqui cum Menæa. Facundus Epiſcopus Hermianenſis lib.* 2 *defenſionis Trium Capitulorum*, virum *appellat* ſanctiſſimum & magnæ in Eccleſiâ Chriſti gloriæ, Preſbyterum Ægyptiũ, Peluſiotam. *Menæa inſuper cognatum faciunt Epiſcoporum Alexandrinorum Cyrilli & Theophili.* Cyrillum natione Græcum, patriâ Conſtantinopolitanum *arbitratur etiam Alegræus, quòd* XXVIII *Ianuarij ad Vitam eius* § 2 *reiecimus, maluimuſq; Alexandriæ apud patruum Theophilum genitum dici, vbi eius ſorores alioſq; conſanguineos habitaſſe, ex auctoribus coæuis oſtenſum eſt. Atque ita Ephræm, qui tempore Iuſtiniani Imperatoris Patriarcha Antiochenus fuit, apud Photium tmemate* 228 *teſtatur* Iſidorum monachum clarum domo Alexãdrinum *&* ſummis Sacerdotibus venerabilem *fuiſſe.*

6 *Nicephorus Calliſtus lib.* 14 *Hiſtoriæ Eccleſ. cap.* 30 Ioannis magni, *ſeu Chryſoſtomi*, diſcipulos *ſtatuit* Nilum aſceten venerandum, Iſidorum Peluſiotam, & plurium ſermone celebrem Marcum monachum. *Quæ idem pluribus proſequitur cap.* 53. Non virtute tantùm, *inquit*, egregij tum floruêre viri, ſed & doctrina factis ipſis conſona enituit. Vtraque enim philoſophia ſi concurrat, celeriùs mentem in ſublime tollit, & bono ei, quod deſiderio votoque omni expetimus, vnit atque coniungit. Nam veluti duabus alis, cui vtraque illa contigit, vtitur: atque in cælum euolans, quàm celerrimè D progreſſu pleno peruenit. Quales viros ea tempeſtas protulit, virtute & doctrinâ magnam gloriam conſequutos. Talis Iſidorus ille fuit, qui in Peluſio monte præfuit. Nilus & Marcus præclari aſcetæ, & ſapientiſſimus item Cyri Eccleſiæ Antiſtes Theodoretus; quorum magna gloria eſt, vt verbis Poëtæ vtar. Præceptore ij in vtraque philoſophiâ vſi ſunt magno Chryſoſtomo. *Hæc Nicephorus, qui capite ſequenti de hiſce tribus condiſcipulis, eorumq; libris elucubratis agit: ex hu Hiſtoriam cædis ſanctorum Patrum iuxta montem Sinam in Arabiâ à Saracenis occiſorum à S. Nilo conſcriptam dedimus* XIV *Ianuarij.*

7 *Loca prope Peluſium plurima à monachis iam olim exculta fuiſſe indicat S. Hieronymus in Vitâ S. Hilarionis Abbatis, in cuius itinere, poſt obitum S. Antonij anno* CCCLVI *vitâ ſancti, per Ægyptum facto, ita ſcribit*: Valedicens plurimis, cum infinito agmine proſequentium venit Betheliam, vbi perſuaſis turbis vt reuerterentur, elegit quadraginta monachos... Quinto igitur die venit Peluſium, viſitatiſque Fratribus, qui in vicinâ eremo erant, & in loco qui dicitur Lychnos morabantur, pertexit triduo ad caſtrum Thebarum *&c. Ipſe S. Iſidorus lib.* 1. *epiſtolâ* 318 *ἐσχατιὰν appellat, id eſt, extremum ſeceſſum. Vitam S. Iſidori monaſticam iſtic peractam ita paucis attingit Euagrius lib.* 1 *Hiſt. Eccleſ. cap.* 15. Eodem Imperatore *Theodoſio iuniore* regnante, magno in honore fuit Iſidorus (*quem in titulo* Peluſiotam *appellat*) cuius gloria ob illius tum facta tum dicta longè latéque peruagata eſt, omniumque ſermone celebrata. Ille carnem ſic macerauit laboribus, ſicque animum arcanis in diuinis doctrinis ſaginauit, vt vitam Angelicam in terris traduceret, & viuam expreſſamque effigiem vitæ monaſticæ & diuinæ contemplationis omnibus perpetuò intuendam proponeret. *Hæc Euagrius, quem ferè deſcripſit Nicephorus ſuprà citatus*: Diuinus Iſidorus, *inquit*, iam inde ab adoleſcentiâ ita in monaſticis laboribus deſudauit, & ita carnem macerauit, animamque arcanis ſublimioribuſque doctrinis fouit, vt Angelicam prorſus degeret vitam, & viua animataque monaſtici inſtituti diuineque contemplationis columna, & veluti primarium quoddam exemplum flagrantis æmulationis doctrinæque ſpiritualis eſſet. *Dignitate* Preſbyterum *vocant Facundus antè citatus, & Suidas.* Καθηγησάμενον τὸ Πηλουσίου ὄρους *ſcribit Nicephorus præfuiſſe, inſtituiſſe, aut præceptorem fuiſſe in Peluſiaco monte. Ita Strabo lib.* 14 *Geographiæ* καθηγήσασθαι Καίσαρος τὸν Ἀθηνόδωρον *dixit.* F Præceptorem Cæſaris fuiſſe Athenodorum. *Sixtus Senenſis lib.* 4 *Bibliothecæ ſanctæ, Poſſevinus, Alegræus, Ferrarius in Topographiâ aliiq; Abbatem appellant: quo nomine antiquiores non vtuntur.*

Avcto- re G.H.

an Carmelitis annumerandus?

Natus non in Graciâ,

ſed Ægypto,

apud Alexandrinos;

diſcipulus S. Chryſoſtomi,

exercitus inter monachos iã prædiſtinctè habitãtes.

exemplum perfectionis habitus.

Preſbyter;

an etiam Abbas?

§ II. *Defenſus à S. Iſidoro honos S. Chryſoſtomi. Monita data S. Cyrillo Alexandrino.*

8 *Photius tmemate* 232, *in excerptis è libro Stephani Gobari Tritheitæ*, Apponit adhæc, *inquit*, teſtimonia, & quomodò Theophilus & cùm eo tota Synodus, erga S. Ioannem Chryſoſtomum affecta fuerit. Qualem habuerit opinionem de S. Ioanne Cyrillus & Atticus. Quid ſenſerit S. Iſidorus Peluſiota de Theophilo & Cyrillo Alexandriæ Epiſcopis, & de S. Ioanne Chryſoſtomo; illos odij erga Chryſoſtomum accuſauit, hunc verò laudauit & coluit. Seuerus impulſus, vt S. Iſidorum reprehenderet, non inuentâ cauſsâ aliquâ, affingit illi, quòd cum Origene ſenſerit, etſi idem iterum per ſeſe, à veritate ſuperatus, id reuocet. *Hactenùs Stephanus apud Photium. Extat S. Iſidori ad Seuerum epiſtolâ* 368, *lib.* 1, *quâ arrogantiam reprimendam eſſe docet his verbis:*

Exinuidiâ Origenis annumeratus.

AVCTORE G.H.

Quemadmodùm hoc natura minimè conceſſit, vt ouis cùm leænâ pabuletur; ſic nullo omnino modo fieri poteſt, vt faſtus idem cum monaſticâ vitâ domicilium habeat. Nam ille belluinus eſt, frænique impatiens; hæc autem bona omnia obſequenti animo excipit, reſque moleſtas & acerbas toleranter admodùm ac fortiter admittit. Quamobrem ſi te ad huius ſtudium atque exercitationem accinxiſti, ab illo abſcede, ne te per eum malo aliquo is mulctet, qui aduersùm Dominum ceruicem erexit, atque id agit ac ſtudet, vt omnes ſuperbiæ ſuæ & ruinæ imitatores habeat. *Hæc S Iſidorus ad Seuerum, ſi tamen idem fuerit, cuius apud Photium mentio facta.*

defenſor S. Chryſoſtomi,

9 Quod *autem* apertè Chryſoſtomum defenderit, vehementer Arcadium, & Cyrillum, atque huius patruum Theophilum perſtrinxerit, eorumque ſiniſtras aduersùs virum eum ſuſceptas molitiones taxârit, *teſtis nobis eſt antè memoratus Cyrillus. Et ipſe Iſidorus doctrinam S. Chryſoſtomi plurimùm extollit: ita lib.4, epiſt.224 ſcribit* gloriam ſcriptorum, quæ ſapientiſſimus Ioannes poſt ſe reliquit, vbique terrarum diſperſorum vſque ad terminos terræ & maris extremos penetraſſe. Quis enim eſt, *addit*, qui illis non capiatur? quis eſt ex hominibus poſt ipſum natis, qui non gratiam habeat Diuinæ prouidentiæ, quòd poſt ipſum natus ſit? quodque non abierit expers & ignarus diuinæ illius lyræ, quæ fabulam muſicam præ eorum quæ de ipsâ celebrantur magnitudine, omni certè fide ſuperiorem ſibi arrogauit. Non enim feras beſtias diuinâ illâ ſuâ muſicâ capi fecit; ſed ferinis moribus præditos homines manſuetos reddidit, feritatem ipſorum mitem ac cicurem faciens, & ad mãſuetudinem ac concinnitatem quamdam tra-

laudat libros eius vtiliſſimos,

ducens *&c. Et lib.1 epiſt.156 librum eius de Sacerdotio cum encomio auctoris præclarè commendat*: Nullum, *inquit*, pectus huius lectio penetrauit, quod non diuino amore ſauciârit, vt qui auguſtam quidem ac venerandam rem acceſſuque difficilem Sacerdotium eſſe oſtendat; verùm ſine vllâ reprehenſionis labe conſectandam eſſe doceat. Siquidem ſapiens ille & eruditus arcanorum Dei interpres, Ioannes Byzantinæ Eccleſiæ, atque adeò Eccleſiarum omnium oculus, librum eum ita ſubtiliter & prudenter atque accuratè condidit, vt omnes tam qui, vt Deo gratum eſt, ſacerdotio funguntur, quàm qui negligenter & ignauè ſacerdotalem dignitatem adminiſtrant, hîc & virtutes ſuas & offenſiones repetiant. *Idem mirificam Chryſoſtomi dictionem laudibus extollit lib.2, epiſt.42 inſertis litteris Libanij Sophiſtæ ad illum etiamnum iuuenem, cùm orationem in Imperatorum laudem habuiſſet, ſcriptis, vt explicat Nicephorus, vtrâque epiſtolâ hiſtoriæ ſuæ inſertâ.*

& potiſſimùm de Sacerdotio.

10 *Idem Iſidorus lib.1 epiſt. 152, ad Symmachum*, Petis, *inquit*, à me, vt diuini viri Ioannis tragœdiam tibi exponam. At eam explicare nequeo. Mentem enim res iſta ſuperat. Verùm pauca quædam audi. Vicina Ægyptus hoc ſemper in more habuit, vt iniquè ac perditè ſe gereret, Moſem videlicet repudians, & Pharaonem adſciſcens; humiles ac demiſſos flagris lacerans, laborantes opprimens, vrbes extruere iubens, & mercedem negans, atque ad hoc vſque tempus in iiſdem ſtudiis hærens. Siquidem inſano lapillorum amore flagrantem, atque aurum pro numine habentem Theophilum, quatuor ſociis, imò coapoſtatis, ſeptum ac munitum, in medium proferens, pium virum ac diuinarum rerum doctrinâ præditum expugnauit, odium videlicet atque inimicitiam, quam aduersùs eum, qui eodem quo ego, nomine appellatur, oſtendit, velut improbitatis atque importunitatis propugnaculum nactus. At Dauidis tamen domus inualeſcit: domus autem Saulis, vt cernis, debilitatur: tametſi vir ille ſuperatâ vitæ tempeſtate ad cæleſtem tranquillitatem migrauerit. *Hæc ibi. Vitâ functus eſt S. Chryſoſtomus* XVIII *Calend. Decemb. anno* CCCCVII. *Theophilus autem ſuperuixit vſque ad annum* CCCCXII, *quo, Honorio Auguſto* IX *&*

exponit auerſum ab eo Theophili animum,

Theodoſio Auguſto V *Conſulibus,* XV *Octobris è vitâ exceſſit.* D *Alter autem à Theophilo exagitatus, eſt S. Iſidorus monachus & Presbyter Alexandrinus, S. Antonij magni diſcipulus, cuius natalem celebrauimus* XV *Ianuarij, vbi* § 3 *deduximus, quas à Theophilo paſſus eſt calumnias, oſtendimuſque à nonnullis eum perperàm cum S. Iſidoro Peluſiotâ confundi.*

11 *Theophilo apud Alexandrinos ſucceſſit S. Cyrillus, quo tempore Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ præerat S. Atticus; de hoc egimus* VIII *Ianuarij, de illo* XXVIII *eiuſdem menſis: vbi diximus à Romano Pontifice diu multumque Laboratum eſſe, vt ab iis S. Chryſoſtomi nomen ſacris tabulis inſcriberetur: quod monitu S. Iſidori & apparitione Deiparæ Virginis motum feciſſe Cyrillum docet Nicetas Philoſophus apud Nicephorum Calliſtum lib.14, cap. 28 his verbis*: Quoniam diſidium hoc quidem ex æmulatione, quamuis non ſecundùm ſcientiam, non autem ex inuidiâ, neque diabolicâ contentione manauit, non oportere virum & doctrinâ & virtute præſtantem hac vnâ in re claudicare, quò minùs ad ſummam perfectionem perueniret, Deo viſum eſt. Homines enim illi erant, & humanis affectionibus obnoxij. Quapropter aliquantò pòſt Cyrillus cum magno illo viro etiam poſt eius mortem in gratiam rediit, erroremque ſuum cùm multis aliis concitantibus, tum maximè Iſidoro Peluſiotâ nunc reprehenſione, nunc admonitione eum cohortante, diuinâ etiam & arcaniore quadam reuelatione accedente, correxit. Videre namque viſus eſt ſeipſum ſacris ædi- E bus expulſum eſſe à Ioanne, comitatu, & diuino quod circa eum erat ſatellitio, maximè freto, & Matrem Domini pro ipſo deprecantem Ioannem, atque cùm multa etiam alia, tum illud præcipuè, quòd pro ipſius gloriâ plurimùm ille decertârit referentem, vt in ſacra templa reciperetur, orare *&c. Hactenùs Nicetas, de quo plura dicemus* XXIII *Octob. ad Vitam S. Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani ab ipſo ſcriptam.*

nomen Chryſoſtomi vt dipſychis Eccleſiaſticis inſcriberetur.

perſuaſit S. Cyrillo,

12 *Facundus ſuprà memoratus ſcribit* S. Iſidorum pro vitæ ac ſapientiæ ſuæ meritis vt Patrem ab ipſo Cyrillo & honoratum eſſe & vocatum. *Quod idem confirmat Anaſtaſius Sinaita ἐν ὁδηγῷ cap.9 &* 10. *Ad hanc paternitatis nomenclaturam alludens S. Iſidorus præclarè monet Cyrillum lib.1 epiſt.* 370. Terrorem, *inquit*, mihi Scripturæ exempla inferunt, atque vt ea, quæ opus eſt, ſcribam, neceſſitate adducor. Nam ſine pater ſum, vt ipſe ais, condemnationem Heli pertimeſco, propterea quòd peccantes filios non caſtigauit, ſine, vt potiùs perſuaſum habeo, filius tuus ſum, quippe qui magni illius Marci ſpeciem atque habitum præferas, angorem mihi ac ſollicitudinem affert Ionathæ pœna: quia patrem Pythoniſſam quærentem minimè prohibuerat, ob idque ante eum, qui ſcelus admiſerat, is qui prohibere poterat, in bello interiit. Quamobrem ne & ego condemner, & tu Diuinum iudicium ſubeas, ſimultates ac diſſidia comprime. Ne priuatæ ac domeſticæ contumeliæ vltionem, quâ tamquàm ære quodam alieno à mortalibus obſtrictus es, in viuentem Eccleſiam deriua, atque æternam ipſi diſſenſionem pietatis ſpecie atque obtentu compara. *Acriori aliquantò ſtylo eum monet epiſtolâ* 310 *eiuſdem libri primi, quam cum præcedenti in ſuis operibus edidit etiam Facundus:* Præpoſterus fauor, *inquit*, haud acutè cernit, odium verò nihil cernit. Quapropter ſi ab vtrâque lippitudine purus atque immunis eſſe ſtudes, noli violentas ſententias ferre: verùm illata crimina iuſto & integro iudicio committe. Quandoquidem Deus etiam, qui omnia ſcit antequàm oriantur, pro ſuâ humanitate deſcendere, ac Sodomorum clamorem perſpicere voluit; hinc videlicet nos ad res accuratè perſcrutandas ac perpendendas erudiens. Multi enim ex iis, qui Epheſi coacti ſunt, te traducunt, *inimicitias non vlciſcatur,* vt tuas inimicitias perſequentem & vlciſcentem, ac non ea, quæ Ieſu Chriſti ſunt, orthodoxè quærentem. Theophili, inquiunt, ex ſorore nepos eſt, illiuſque mentem ac ſententiam imitatur; vt enim ille perſpicuum aduersùs diuinitus afflatum ac Deo carum virum Ioannem

eum (vt Pater ab ipſo habitus) monet,

1 Reg. 3 & 4.

1 Reg. 28 & 31

F

vt diſſidia tollat,

iuſtè iudicet,

A Ioannem furorem effudit, ſic etiam iſte gloriari ac ſe iactare expetit: etiamſi alioqui latum ſit inter eos, qui accuſantur, diſcrimen. *Hæc ibi. Aderat S. Cyrillus Epheſi in Synodo Oecumenicâ anno Chriſti* CCCCXXXI *congregatâ contra Neſtorium, qui Chriſtum aſſerebat duplici conſtare perſonâ, ac S. Mariam negabat Dei matrem appellari poſſe. Quod myſterium eidem S. Cyrillo præclarè exponit Iſidorus lib.* 1, *epiſt.* 323, *quam citat Anaſtaſius Sinaita locis antè memoratis. Omittimus alias ei miſſas epiſtolas. Vnicâ hæc ſententiâ complet epiſtolã* 306 *lib.* 3 *eidem Cyrillo ſcriptam*: Quemadmodùm Rex, qui legibus paret, viua lex eſt; eodem modo Sacerdos, qui ſanctionum Eccleſiaſticarum imperio ſubeſt, tacita norma & regula eſt.

ſit regula Sacerdotũ.

§ III *Epiſtolæ à S. Iſidoro ſcriptæ. Laus virginitatis. Monita ad virtutes.*

Epiſtolas ſcripſit 2000, *aliis* 3000.

13 *Doctrinam S. Iſidori magnis plurimi auctores laudibus efferunt.* Multa opera *eum* vtilitate omni plena ſcripſiſſe *refert Euagrius. Facundus* duo millia epiſtolarum ad ædificationem Eccleſiæ *ab eo ſcripta tradit. Numerum epiſtolarum auget Suidas.* Iſidorus, *inquit*, Preſbyter, Peluſiota, vir eloquentiſſimus, Philoſophus, B atque Rhetor, epiſtolas ter mille Diuinam Scripturam interpretantes ſcripſit, & alia quædam. *Nicephorus de eius ſcriptis hæc habet*: Multa ab eo ſcripta ſunt variæ vtilitatis plena: potiſſimùm autem epiſtolarum omnis generis diuinâ ſimul & humanâ gratiâ refertarũ prope millia decem, in quibus Scripturam omnem clariùs exponit, & omnes omnium hominum mores inſtituit: quippe qui dicendi genere ad docendum accommodato in eis vtatur. Satis quoque ille declarat, quo ardore erga honeſtatem, erga Eccleſiam, & eos qui temerè iniuriâ afficerentur, flagrauit. Multùm prætereà in lucubrationibus ſuis inuehitur in eos, qui non rectè epiſcopali ſacerdotalique munere fungerentur. *Idem epiſtolarum numerus in Menæis Græcorum & apud Sixtum Senenſem expreſſus eſt: ſed an is littera Græca in alterius locum irrepenti attribuendus: Certè ſinguli characteres, ι, γ & ϛ, inferne punctis ſubnotati, ſignificant millia duo, tria, aut decem. Imò ſimili errore tres tantùm illi epiſtolas à Suidâ attribui aliquis inferret, quod Græcè in editione eius Venetâ per Aldum, Baſileenſi tam Frobenij quàm Volfij, & Gebennenſi ab Æmilio Porto adornatâ, illud ipſum γ' cum ſuperno accentu, non ſubnotato puncto legatur. Extant modò typis Pariſinis excuſæ S. Iſidori epiſtolæ bis mille centum ac tredecim, libris quinque diſtinctæ; quorum tres priores ex interpretatione Iacobi Billij Prunæi, quartus à Conrado Rittershuſio, quintus ab Andreâ Schotto Societatis noſtræ Presbytero, eruti ac Latinitate donati, ſeorſim antè fuerant in lucem dati. Has autem* S. Iſidori epiſtolas vt impias hæreticos calumniari ſolere, *auctor eſt Ephræm Epiſcopus Antiochenus ſuprà memorato apud Photium loco.*

aliis 10000.

Exiis excuſa 2113. C

commẽdata ab editoribus, Billio

14 *Illuſtre illud eſt Billij de hiſce epiſtolis eiuſq; auctore elogium*: Sunt iſtæ Iſidori epiſtolæ perbreues ferè omnes, & perpetuo quodam Laconiſmo contextæ; ſed doctrinâ & vtilitate copioſæ. Eas enim Scripturæ teſtimoniis & exemplis vbique aſpergit & condit. Hæreſes aliquot ſtrictim ac velut per tranſennam quandoque confutat. Nam, vt verus D. Ioannis Chryſoſtomi diſcipulus & imitator, totus in moribus informandis occupatur, virtutis locuples laudator & præco, & vitiorum acerrimus inſectator. Vnde eam ob rem in multorum offenſionem & odium incurriſſe, ſibique multas ſtructas inſidias alicubi teſtatur. Si quis, inquit, fructus ex reprehendendi libertate oriretur, nemini ipſe hac in re ceſſiſſem, etiamſi ob eam cauſſam inſidiis perſæpè appetitus, verùm, cùm hoc tempus ſilentium poſtulet, iudicem expectemus. Ex Gentilium libris pauca hic interſerit, contentus Scripturis ſacris: vt quæ & vim maiorem habeant, & Chriſtiano Doctore & lectore digniores ſint. Solet etiam has ſuas epiſtolas præclarâ aliquâ ſententiâ vel elegante quadam cohortatiunculâ claudere, atque ita lectori aculeum quemdam infigere. *Hæc Billius ante epiſtolas à ſe editas præfatur: quibus ſimilia ſcribit Schottus in ſuâ ad epiſtolas à ſe erutas præfatione ad Eminentiſſimum Cardinalem Alphonſum à Cueua*: Agnoſces, *inquit*, mihi crede, legendis ſacris hiſce epiſtolis, quia moratæ ſunt, & ſacræ Scripturæ loca plurima explanant, odorem pietatis ſingularem: adhæc S. Ioannis Chryſoſtomi diſcipuli, eloquentiâ proximi, vocem cùm voluptate exaudies. Me certè, dicam ingenuè, ita ad hanc diem omnes eius epiſtolæ typis euulgatæ à Iac. Billio Prunæo Abbate, dum lego, lego autem frequenter, afficiunt, nihil vt in hoc genere cùm Magni Baſilij aſceticis ſcriptis legerim, audierim pium magis, ad animi domandas perturbationes, & à vitiis vi ſummâ deterrendum; nihil denique vt ad virtutem inſtillãdam illuſtrius exiſtat. Caſtigat enim per litteras, ſtylum adhortando ſtringens, ſeculi ſui vitia, præſertim Cleri; ſic Zoſimum bipedum nequiſſimum, & ſcelerum eius ξυγωελδας egregiè & crebrò increpat, Maronem, Martinianum, Euſtathium atque Euſebium terræ pondera; ſtimulos intereà dilectionis ad reſipiſcendum validos ſubdit; mores denique emendare ſatagit, & à recto aberrantes in viam redire ad frugemque reuerti cogit. *Hactenùs Schottus. Inter vitia autem Cleri acriter labem Simoniacam reprehendit.* Iam, *inquit Poſſeuinus*, cùm Epiſtolæ Iſidori Peluſiotæ ſententiis ac breuibus adhortationibus aculeum lectori perutilem infigant, ſuaſerim probis & eruditis Gymnaſiarchis, ne tantam ſinerent elabi occaſionem, quâ eas diſcipulis interdum prælegerent, ſicque eatum mores, dictionem ac pietatem iis inſtillarent.

AVCTORE G.H. D *Schotto,* E *& à Poſſeuino;*

15 *Magnam S. Iſidori apud Imperatorem Theodoſium, Magiſtratus & Epiſcopos auctoritatem, teſtantur epiſtolæ ad ipſos ſcriptæ. Ex his Epiſcopis plurimi interfuerunt Concilio Epheſino*, Theon Herculis Sethræti, Hermogenes Rhinocoruræ, Abrahamus Oſtracinæ, Lampetius Caſſij, Alipius Sellæ, Strategius Atribidos *ex prouinciâ omnes Auguſtamnicâ.* Macarius Metelitarum & Theopemptus Cabaſorum, *ex vicinâ Ægypto.* Heraclides Heracleenſium *Arcadiæ*, Euoptius Ptolemaidos *Pentapoleos &c. Ex epiſtolis eam lubet apponere, quam ad Theodoſium Imperatorem ſcripſit, cùm intellexiſſet quæ in eâ Synodo Epheſinâ minùs rectè ab eius Comitibus agerentur. Extat ea lib.* 1, *num.* 311 *cum hac inſcriptione*: Theodoſio Imperatori, de ſecuritate Synodo præſtandâ. Si tu tantum temporis tibi ſumis, vt iis, quæ Epheſi decernenda ſunt, interſis, non dubito, quin ea ita ſe habitura ſint, vt à nemine reprehendi queant. Sin autem turbulentis odiis calculos permiſeris, quiſnam à cauillis ac dicteriis F concilium vindicabit? Huic autem malo remedium attuleris, ſi miniſtros tuos à dogmatum præſcriptione remoueas (vt qui magno hiatu ab eo diſtincti ac direpti ſunt, vt ſimul & Imperatori & Deo inſeruire ſtudeant) ne alioqui Imperio quoque motum ac iactationem afferant, perfidiæ ſuæ machinas ad Eccleſiæ petram effringentes: nam ea firmo loco defixa eſt, eamque cauſſam habet, vt ne ipſi quidem inferi portæ dominentur; quemadmodùm is, qui eam conſtabiliuit, pollicitus eſt. *Hæc ad Theodoſium Imperatorem. Eſt lib.* 3 *epiſtola quinta ad Eutonium Diaconum*, in illud dictum Saluatoris de Eccleſiâ, quòd portæ inferi *&c. eam hîc addimus*: Non tamquàm nemo Eccleſiæ bellum indicturus, atque extinguere adnixurus eſſet; verùm quòd multi quidem aduersùs eam pugnaturi, ſed tamen vincendi ac profligandi eſſent, dictum eſt, Et portæ inferi non præualebunt aduersùs eam, ſubaudi Eccleſiam. Sic quippe contigit. Oppugnata enim eſt, ſed non oppreſſa: verùm iis ipſis, qui eam extinguere tentauerunt, ſplendidior emicuit. Quid igitur miraris, ſi ſancti etiam viri bello exagitentur? Ex bellis enim præclariora tropæa, atque ornatiora ſpolia eſſe videntur. *Hæc ibi.*

ſcripta ad Epiſcopos

& Theodoſii Imperatorẽ:

docet Eccleſiã eſſe ſtabilem,

& inexpugnabilem:

Matth. 16.18

AVCTORE G H.

16 *Certamen eiuſmodi cum præclaro perpetuæ virginitatis encomio profert lib.3, epiſtolâ* 351, *Antonio Scholaſtico inſcriptâ, cuius partem hîc damus, vt, quàm altas virtus ea in animo illius egerit radices, ipſemet nobis auctor ſit & teſtis. Ita ergo incipit:* Virginitatis certamen, magnum quidem & præclarum & diuinum eſt, (nam aduerſus inſitam corporis voluptatem ipſi bellum eſt) quod tamen in aliis certaminibus labores minuit. Facilè enim amorem pecuniarum vincet, cùm corporis ornatum, ac virum & liberos, ob quæ pecuniarum quæſitio hominibus philoſophiæ non addictis neceſſaria eſſe videtur, minimè curet. Mœrori etiam haudquaquàm obnoxia erit, non enim ramos protulit, cum quibus & curæ & mœrores efflorent. Viuentibus quippe filiis ſollicito animo eſſe coguntur; morte autem functis in luctu verſari. *Et multò de matrimonij moleſtiis intérjectìs addit:* Nec tamen hæc eò commemoro, quòd illos, qui honorabile connubium amplectuntur, abdicem ac proſcribam: (abſit) verùm vt eos, qui lubricâ & petulanti linguâ matrimonium virginitati anteferre audent, perſtringam. Quātò enim cælum terrâ & anima corpore, tantùm etiam virginitas coniugio antecellit. Illa enim primas partes in acie tenet, ac phalangis frontem exornat, illuſtriaque tropæa ſtâruit: hoc autem cùm mediocre ſit, atque imbecillioribus adminiculi loco conceſſum, poteſt quidem eos, qui ipſum illæſum cuſtodiunt, ſeruare; at non item ad virginitatis faſtigium ſubuehere..... Non ergo cum his, qui ſoluti ac liberi ſunt, certare ſe poſſe exiſtiment: nec qui augendis opibus, corporique adornando vniuerſam vitam ſuam addixerunt, eadem præmia ſe accepturos eſſe arbitrentur, quæ ij, qui Deo ſe totos conſecrarunt, ac quæ Domini ſunt, curant. Verùm in congruenti gradu ſeipſos tenentes aduersùs eos, qui ad cæleſte cacumen aſcenderunt, linguam ne acuant,..., neque eam aduersùs virginitatem inſtruant: verùm vt Reginam ipſam honore proſequantur, eique ſe ſubiiciant, vt eam & propugnatricem & interuentricem habeant. Soli enim eos, qui virginitatem amplexi ſunt, Lunæ autem eos, qui continentiam, ac denique ſtellis eos, qui honorabile connubium amplexi ſunt atque conſeruarunt, comparare licet: maximè cùm S. Paulus calculum ſuum addat, ac dicat aliam eſſe gloriam ſolis, aliam gloriam lunæ & aliam gloriam ſtellarum.

laudat virginitatem:

A

B

1 Cor. 15, 41.

17 *Hac de virginitate. Quibus ſimilia de ſingulis virtutibus lector eius epiſtolis inſerta reperiet, magnumq; agnoſcet eum virtutum æſtimatorem, in eiſq; plus ponderis conſtituiſſe, quàm in eminenti doctrinâ, aliâue egregiè ſcribendi loquendiq; ſcientiâ quod paucis docet Patrimum monachum lib.1, epiſt.* 14. Eâ quidem, vt audio, *inquit*, indole, naturaque bonitate præditus es, vt ſtudiosè diſcas, egregieque loquaris. At ſpiritalis vitæ iter per actionem potiùs, quàm per ſermonem feliciter cedit. Quare ſi immortalia præmia tibi curæ ſunt, præclarè loqui parui pendens, id ſtude vt benè agas *Eamdem methodum præſcribit Apollonio Epiſcopo lib. 3 ep.* 363. Quoniam eos, *inquit*, qui ita conditi ſunt, vt arbitrij libertatem habeant, inuitos & repugnantes ad pietatem trahere nec honeſtum eſt, nec videtur; idcircò da operam, vt ſuaſione, vbi occaſio ſe offert, adhibitâ, per tuam vitam ac mores, eos qui in tenebris degunt, illumines. *Quàm autem humiliter ac ſubmiſsè ſentire de ſe debeat homo acquirendæ virtutis ſtudioſus, præclarè docet epiſtolâ* 373 *libri* 3. Is quidem, *inquit*, qui virtutem colit, præclaram coronam habet: at qui virtutis officia præſtans, minimè tamen ſe præſtitiſſe exiſtimat, hoc etiam ipſo, quòd ita affectus ſit, ſplendidiorem coronam habiturus eſt. Non minoris enim, quàm virtutes ipſæ, laudis eſt, cùm ex virtute aliquid geras, minimè tamen te geſſiſſe arbitrari. Imò vt rectiùs loquar, hoc cùm adeſt, illa quoque magna eſſe indicat; cùm autem abeſt, maxima quæque imminuit. Quamobrem qui virtutes ſuas magnas reddere cupit, ne eas magnas eſſe exiſtimet, ac tum magnæ erunt.

doctrinæ anteponit vitam ſpiritualem,

ac bonos mores,

& ſui contemptum in viâ perfectionis.

C

§ IV *S. Iſidori zelus contra hæreticos, doctrina ſincera, fuga mulierum, libri ſcripti.*

D

18 EX *hiſce S. Iſidori epiſtolis crebrò Annalibus ſuis præclara inſeruit teſtimonia Baronius: ita anno Chriſti* 146, *num.*29, *maleuolas Gentilium obtrectationes, quas ob varias in Chriſtianâ religione exortas hæreſes conceperant, egregiè refutat allatâ epiſtolâ* 90 *lib.*2. *additq; S. Iſidorum huius quæſtionis ſcopum attigiſſe, cùm cur plures hæreſes ſint, & quid in ſingulis faciendum, Apollonium Epiſcopum inſtruat. Omiſſa huic epiſtolæ aliam ſubſtituimus, quæ eſt* 389 *libri primi, Therapio cuidam calumniatori inſcripta, teſtis eximij eius aduersùs Arianos zeli.* Lubens, *inquit*, ex te ſciſcitarer, qui cauillis nos petis, atque acerbum & infeſtum te nobis iudicem præbes, ſi te Imperator ad propugnaculum collocaſſet, turrique vrbis cuſtodem conſtituiſſet; ea autem ſuffoderetur, atque concuteretur, vt hoſtibus ad vrbem aditus pateret; an non inſtrumentis omnibus atque armis, quæ vel recondita haberes, vel comminiſci poſſes, vteretis, prohibens ac tela iaciens, conatumque huiuſmodi frangens, atque tum vrbem ac teipſum à periculo vindicans, tum Imperatori fidem ac beneuolentiam conſeruans? Nobis autem, quos Deus Eccleſiæ ſuæ magiſtros præfecit, eo nomine ſuccenſes, quòd Ario, qui non modò cum pio grege bellum gerit, ſed etiam permultos interemit, obſiſtimus? Ego verò eam ob cauſſam periculum omne contemno: ac quidlibet potiùs facere deſierim, quàm vt non illum, quàm maximè queam, feriam.

Contra hæreticos magno zelo inſurgit:

E

19 *Idem Baronius ad annum Chriſti* 404 *num.* 78 *citat epiſtolam S. Iſidori ad Caſſianum, cùm aggreſſus eſſet vitam monaſticam profiteri, quâ eum, in primis ſibi coërcendam eſſe linguam, admonuit. Extat ea epiſtola lib.*1, *num.*309 *Caſſiano monacho inſcripta, quem Collationum Patrum auctorem arbitratur Baronius, ac tum in Ægypto ſcribendi hauſiſſe argumentum. De eo agemus* XXVIII *Februarij, & plenius ad* XXIII *Iulij, quo Maſſiliæ in monaſterio S. Victoris colitur. Dein ad annum Chriſti* 415, *num.*27 *& ſequentibus, cùm ex S. Hieronymo Palladium Galatam Epiſcopum Helenopolis Baronius deſcripſiſſet, quòd, cùm ſoleret aſsiduè cum faminis religioſis verſari, magnâ tamen iactantiâ gloriaretur, omnis penitùs ſe concupiſcentiæ expertem eſſe; addit eo nomine etiam per epiſtolam ab Iſidoro Peluſiotâ redargutum eſſe. Extat ea lib.*2 *num.* 284. *ex quâ aliquot huc monita transferimus, vtpote, teſte Baronio, tanti viri profuturum omnibus monumentum:* Mulierum, *inquit*, congreſſus, vir optime, quantum fieri poteſt, fuge. Nam eos, qui Sacerdotum munere funguntur, ſanctiores ac puriores illis eſſe oportet, qui ad montes fugerunt. Siquidem illi & ſui & plebis, hi autem ſui dumtaxat curam gerunt.... Quòd ſi etiam, vt cum ipſis congrediaris, neceſſitas aliqua te obſtringat, oculos humi deiectos habe, atque ipſas quoque, quonam pacto ſpectandum ſit, doce. Cumque pauca, quæ ipſarum animos aſtringere atque illuſtrare queant, locutus fueris, ſtatim auola: ne fortè diuturna conſuetudo vires tuas emolliat, & infringat.... Quòd ſi à mulieribus honore affici cupis, maximè quidem hoc ſpiritualem virum haudquaquàm decet. Vt, vt autem ſe res habeat, nihil tibi cum fœminis commercij ſit, ac tum ab illis honorem conſequeris... Muliebris enim natura intolerandam ſe præbet, cùm quis ipſi blanditur: at contrà eos omnium maximè ſuſpicit & admiratur, qui maiore libertate præditi ſunt, amplioreque auctoritate apud eas vtuntur. Quòd ſi te frequenter cum ipſis verſari, nec vllo inde detrimento affici dixeris, id quidem fortaſſe mihi perſuaderi ſinam. At illud item velim ab omnibus fidem adhiberi, à quibus lapides extenuari, ac rupem aquæ guttis continenter cadentibus excauari dicuntur. Quorum verborum huiuſmodi ſenſus eſt: Quid rupe durius fingi poteſt? Quid item aquâ mollius, & quidem aquæ guttulâ? Et tamen aſſiduitas

monet, varè & cautè cũ mulieribus agendum:

F

A assiduitas naturam vincit. Quòd si natura, quæ ægrè dimoueri potest, dimouetur, idque quod minimè debebat, perperitur; quâ tamdem arte ac ratione voluntas, quæ facilè mouetur, à consuetudine non vincatur & euertatur?

20 *Aurea est hæc eius sententia in Concilio* II *Nicæno, Actione* I *prædicata, & ex S. Ioanne Damasceno lib.* 3 *de Imaginibus repetita, quâ traditur S. Isidorus Pelusiota dixisse:* Ναῦ λόγῳ δὲ εἰς οὐδὲν ἕτερον ἀγάλμα. Templi nulla ratio habenda, quod non ornatur imagine. *Adiungenda hîc pars epistolæ* 55, *libri primi, cuius hæc est inscriptio:* Hieraci clarissimo, De miraculis reliquiarum Martyrum. *Et sic incipit:* Si te istud offendit, quòd Martyrum corporum cinerem, propter eorum erga Deum caritatem atque constantiam, honore afficiamus; eos qui ab ipsis medicinam accipiunt, interroga: atque, quot morbis remedium afferant, intelliges. Sic fiet vt non modò id, quòd à nobis fit, non irrideas, cauillisque incessas, verùm etiam, quod rectè & cum laude fit, imiteris. *Aduertant ad hæc animum hæretici horum temporum, quibus vtinam S. Isidori epistolæ magis redderentur familiares. Facilius perspicerent, iniquissimum à se inferri bellum monachis & Sacerdotibus, templis & monasteriis, imaginibus & reliquiis Sanctorum, omni denique religioni fideiq; orthodoxæ, nec non omnium cælestium gratiarum datori Christo Domino in sacrificio M.sse oblato. De hoc mysterio lubet adiicere epistolam eius, Dorotheo Comiti inscriptam, quâ sindonem altaris, quæ quia sacra Eucharistia ei imponitur, Corporale dicitur, paucis exponit. Est ea* 123 *libri* 1. Pura illa Sindon, *inquit*, quæ sub Diuinorum donorum ministerio expansa est, Ioseph Arimathensis sacrum seruitium est. Vt enim ille Domini corpus sindone inuolutum sepulturæ mandauit, per quod vniuersum mortalium genus resurrectionem percepit; eodem modo nos Panem propositionis in sindone sanctificantes, Christi corpus sine dubitatione reperimus, illam nobis immortalitatis in modum fontis proferens, quam Saluator Iesus, à Ioseph o funere elatus, posteaquàm à morte ad vitam redit, largitus est. *Hæc ipse. Venerentur orthodoxi Catholici corpus Christi in sacratissimâ Eucharistiâ ἀδιακρίτως præsens, & contra impiorum hæreticorum rabiem iniuriamq; ex epistolâ* 100 *libri* 3 *Maroni Presbytero scriptâ hoc sibi solatium assumant:* Non iis, qui iniuriam accipiunt, sed iis, qui inferunt, periculum omne impendere, eosque trepidare atque contremiscere oportere. Quod si ita est, iniuriam perpeti malum non est, sed eam inferre, nec illatas iniurias perferre scire. *Hæc paucula ex præclaris eius epistolis sufficiat deprompsisse, futurum vnicuique incitamentum ad frequentem earumdem lectionem.*

docet imagines in templo exponendas;

reliquias Martyrũ honorandas;

B

Corpus Christi in Eucharistiâ adesse.

C 21 *Præter epistolas S. Isidorum alios etiam scripsisse libros ex ipsis epistolis colligimus. Horum vnus est ad Gentiles, cuius meminit lib.* 2 *epistolâ* 137 *Hermino Comiti scriptâ, in quâ eiusdem libri argumentum exponit.* Quòd improbus homo secunda omnia habeat, ac contrà vir probus, atque omnibus laudibus, quæ in hominem cadere possunt, cumulatus, in acerbissimis malis versetur, res profectò est coniectu atque comprehensu difficilis, atque humanæ naturæ modulum quàm longissimè excedens. Id enim Diuinis iudiciis permittere necesse est. Ac si rectè sentire velimus, soli summæ illi atque ab omni labe alienæ menti consilij huiusce cognitione appensâ relictâque, ad ea quæ in manibus nostris sunt (quæ etiam vix à nobis reperiri solent) nos conferemus. Quoniam autem rectæ doctrinæ, quantum per vires licet, opem ferre oportere censes, *in eo libro, quem ad Gentiles edidimus*, nos quoque pro virili nostrâ parte opem tulimus. Quem si legeris, quæstionis huiusce solutionem intelliges. *Quid præterea eodem libro pertractet scribit Arpocræ Scholastico epistolâ* 228 *eiusdem libri, hisce verbis:* Quòd diuinandi ars apud Gentiles nugarum plena erat, atque incassum omnium ore celebrabatur, in libro aduersùs Gentiles à me demonstratum est: *ibidemq; aliquot allatis exemplis stoliditatem Gentilium irridet. At lib.* 3 *epistolâ* 233 *scribit ad eumdem Herminum Comitem, de suo opusculo contra Fatum:* Quoniam scribis, *inquit*, me Orationem, vel, si verè loquendum est, Oratiunculam potiùs, de eo quòd Fatum non sit; elucubrasse, quæ à nonnullis quidem mirificis laudibus extollatur, à nonnullis autem aliis libris, qui de hoc argumento à quibusdam elaborati sunt, præstantior habita sit; atque vt eam ad te mittam, precibus à me contendis; idcircò eam mitto. Tu verò ne famæ iudicium in sententiâ ferendâ sequere: verùm eam accuratè perpende atque explora. Ac si ea commodè à me scripta sit, Deo gratiam habe: sin autem in eâ desiderari videatur, humanæ imbecillitati, quæ minimè, vt cupit, loqui potest, ignoscе.

Scripsit libros cõtra Gentiles,

& contra Fatum.

Avcto. RR G.H.

D

22 *Copti Ægyptij hoc die in suo Martyrologio colunt* S. Andream *Ægyptium, quem cum S. Isidoro Pelusiotâ sortè confundi ex encomio Coptico, quod hîc addimus, conijci posset. Est autem Coptis* x *dies mensis Mechir, qui nobis quartus Februarij.* Hoc die, *inquiunt*, requieuit Pater sanctus, Religiosus sapiens, Doctor Catholicus, Andreas. Fuit hic sanctus ex Graniâ Ægypti, fuitque cognatus sanctis Patriarchis Philippo & Cyrillo Præsulibus Alexandrinis. Non fuit huic puero par ingenio: & propterea erudierunt ipsum omni genere disciplinarum, tam spiritualium, quàm ciuilium, & erudierunt ipsum quoque in libris Ecclesiasticis. Deinde in omni disciplinâ Græcorum, in quibus omnes alios suos excellebat, & cum omnibus istis erat optimus Religiosus & cultui diuino maximè deditus. Quo quidem factum est, vt breui omnium in se oculos conuerteret: ita vt conarentur ipsum omnibus modis apprehendere, & præficere Patriarchatui, siue Sedi Alexandrinæ: sed hic mundo mortuus fugit noctu, & venit in montem Pharma, vbi monasticam vitam egit in monasterio illius loci. Deinde contulit se ex hoc in paruam quamdam speluncam, in quâ substitit solus spatio biennij: in quâ, & composuit libros numero & qualitate singulares, quos & Principibus & Regibus misit, vt ex ipsis ad meliorem vitam informarentur. Explanauit quoque plurimos alios libros, quàm plurimos Ecclesiasticos commentarios, videlicet in antiquam & nouam Legem: quæ in hunc vsque diem in Ecclesiâ Ægyptiâ leguntur. Misit quoque ad Patriarchas & Episcopos, & reliquos homines epistolas numero octodecim millia. Et cum hæc exercitia glorioſa summâ cum laude & fructu peregisset, se totum Deo consecrauit, intentus orationibus noctu diuque: quibus in exercitiis morbo præuentus oppressusque migrauit ad Dominum. Oratio & benedictio eius sint nobiscum. Amen.

E

An ã Coptis Andreas appelletur?

Qui hîc Philippus *dicitur, est* Theophilus *auunculus Cyrilli.* Mons Pharma *Palladio in Historiâ Lausiacâ cap.* 23 *est* Pherme mons in Ægypto, abducens in vastem Scetes solitudinem, *in quo tum* quingenti homines exercebantur.

F

DE S. AVENTINO PRESBYTERO
TRECIS IN GALLIA,
Commentarius præuius.

I. B.

§. I. S. Auentini res geſtæ, habitatio.

INITIO VI SEC.. IV FEBR. *Duo SS. Auentini, Trecenſis & Caſtroduneſis:*

1 DVos Galli eodem die Auentinos *venerantur, ſi quidem non fallunt monumenta, quæ cuius notæ ac modi ſint, pòſt dicemus. Horum alter Trecis quieſcit, domo Biturix; alter Caſtroduni, indidem ortus, illuſtri genere; ille mediocri loco, atque aduena monachus in Oeconomum Eccleſiæ Tricaſinæ lectus, mox eo abdicato munere monaſticæ vitæ redditus, dein ordinatus Sacerdos: alter pridem initiatus, & Archidiaconus Eccleſiæ Carnotenſis factus, ad eiuſdem infulas raptus fuit: vterque ſeceſſum, vt ſibi Deoq; liberiùs vacaret, expetiit. Primùm de Trecenſi agemus.*

illius Vita, rudis & impolita.

2 *Eius Vitam Nicolaus Camuzatus in Prompuario Antiquit. Tricaſinar.* in publicum protulit, rudem *illam &* politioris limæ indigentem, *atque* innumeris mendis scatentem, *licet* cum plurimis exemplaribus collatam: B *Ea, præter paucula miracula, hæc ſolùm memorat; à S. Cameliano Ep. Trecenſi Oeconomum illius Eccleſiæ conſtitutum; dein ſolitariæ vitæ ſtudio tugurium extra vrbem inhabitaſſe, mox longiùs abſceſſiſſe, vt ſe vulgi multitudini ac viſitationi ſubduceret: vitâ functo templum ab Vincentio Antiſtite poſitũ.*

is cũ aliis SS. diſcipulus fuit S. Lupi Ep. Trecenſis:

3 *Plura alij. Nam S. Gregorius Turonenſis S. Lupo Epiſcopo famulatum ſcribit. In Vitâ S. Lupi, quam* XXIX *Iulij dabimus, poſt recenſitos illuſtres eius diſcipulos,* S. Polychronium *Virdunenſem Ep. publico cultu celebrem* IV *Maij,* S. Seuerum *Treuirenſem* XV *Octob.* S. Alpinum *Catalaunenſem* VII *Septembris* S. Camelianum *Trecenſem* XXVIII *Iulij, additur:* Horum Pontificum contubernio interfuit clientiſſimus, nomine Auentinus, qui cuius fuerit virtutis, non tam exhibitio miraculorum, quàm ſcripta pandunt vitæ. *Profectus eſt S. Lupus cum S. Germano Autiſiodorenſi in Britanniam, ad conuincendam hæreſim Pelagianam, (an Florentio ac Dionyſio Coſſ. anno Chr.* CCCCXXIX, *an Aëtio* III *& Symmacho, anno Chriſti* CCCCXLVI *alibi diſquiremus; nam hoc Beda, Sigebertus & alij, illud Proſper aſſerit) ſui certè pontificatus anno ſecundo: hunc ergo iniit an.* CCCCXXVIII *vel* CCCCXLV, *tenuit autem annos* LII, *atque in ciuitatâ tam illius Vitâ obiiſſe dicitur.* Anaſtaſio tenente monarchiã regni, *Chriſti ſcilicet* CCCCXCVI *aut* CCCC- C XCVII *iuxta Bedæ ſententiam, vel* CDLXXX *Zenone imperante, iuxta Proſperum. Eius prædicatur in captiuis redimendis eximia caritas: cuius virtutis ab eo ſtudium diſcipulus hauſit Auentinus, eius fortaſſis anteà hac ipsâ in re adminiſter; diuinis certè portentis in propoſito confirmatus. Teſtis eſt S. Gregorius Turonenſis de glor. Confeſſ. cap.* 68 *ita ſcribens:*

captiuos redimit,

4 Huic Antiſtiti *Lupo* famulabatur Auentinus quidam religioſus, ad quem poſt huius obitum captiui fecêre confugium: quorum domino Auentinus pretium obtulit, ſed ille obligans ſe ſacramento, ait: Numquàm hæc niſi in pago meo ſum acceptarus, deditque dexteram ſuam, quòd ſi illuc pecuniam tranſmitteret, iſte confeſtim captiuos à vinculo ſeruitutis abſolueret. Tranſmiſſo itaque pretio, oblitus dominus fidei ſuæ, dum captiuos abſoluere diſſimulat, ipſe ligatur. Nam ſtatim ſummitas digiti de manu, quæ fidem fecerat, dolere grauiter cœpit. Deinde paullatim dolor accreſcens, per manum brachiumque totum extenditur. Quid plura? Truncatum ad ipſam iuncturam cubiti brachium cecidit, & hic ſpiritum exhalauit. Vxor verò eius poſt hæc voluit eos iterum ad ſeruitium reuocare: ſed capitis dolore percuſſa, virum ſecuta eſt. Et ſic hi in ingenuitate perpetuâ, abſque illius ſcripturæ munitione, manſerunt.

reſiſtentibus fidèq; frangentibus, diuinitus punitis:

fit Oeconomus Epiſcopi:

5 *S. Camelianus S. Lupi ſucceſſor,* videns eum de cæleſti munere habere gratiam, commendauit tradens ei promptuaria ſua. *Non tamen eum è Biturigum prouinciâ ideò accerſiuit Camelianus, vt videtur Camuzatus exiſtimaſſe; ſed dudum Trecis verſatum probatumq;, Oeconomum familiæ ſuæ & Eccleſiæ conſtituit, circiter quingenteſimum annum Chriſti, vt idem coniicit auctor.*

redit ad monaſterium:

6 *Non diu tamen id munus geſſit Auentinus, qui legitur paullò pòſt* Abbas cum Fratribus in congregatione ſanctâ Diuinis cultibus in monaſterio aſſiduè conſtitiſſe; *quo tempore Theodericus Clodouæi filius Aruernos ſubiugauit, poſt debellatos in Vocladenſi campo Gothos, cæſumq; eorum Regem Alaricum anno Chriſti* DVII. *aut certè, ſi quis id magis probet, viginti ferè pòſt annis, cùm Arcadij Senatoris Aruerni rebellione irritatus Theodericus, grauiter Aruernos afflixit. Sermo de Vitâ S. Fidoli, qui apud eumdem Camuzatum & in MSS. extat, iſta narrat:* Fuit enim ex Aruernis vrbis incola, nobiliſque genere; qui quondam à Theoderico E Rege ſceptra Francorum diſpenſante inuenis adhuc captiuus ductus fuit ad priuatam ſedem, alieno imperio ſeruire coactus. Tamen patriæ præelectus à Deo ad dominandum ſibi in Trecaſſinâ vrbe, prædeſtinatione Domini ad ipſum manifeſtum eſt peruenisse. Iamque in adoleſcentiâ conſtitutus, & clericatus officio ſuſceptus, lacrymabiliter coactus, parentes dereliquit inuitus. Ibi eum Diuina pietas præmiſsâ redemptione conſiſtere voluit, vbi ſe confitendo Domino, admirandis virtutibus publicaret. Eodem itaque tempore, me- *iamq; Abbas,* morabilis vir Auentinus Abbas eo in loco cum ſuis Fratribus in congregatione ſanctâ, Diuinis cultibus in monaſterio conſiſtebat. Denique ſpiritualis in viſu ei admonitio prænuntiabat, vt captiuulum Fidolum, à *Diuinâ reuelatione monitus,* regione exulem ad ſe venientem, redimendum exciperet, & in communi conſortio pari collegio retineret. Vir autem ille dum ſæpius de viſione pertractaret, cernit poſt paullulum, ante oſtium captiuulos præterire. Interrogat ſi haberent captiuum, qui vocaretur Fidolus. Illi aiunt: Domine Abba, non reuimus, ſi *S. Fidolum adoleſcentem captiuum redimit* 12 *aureis,* vis redimere ſortitum Eccleſiæ. Qui miſericordiâ motus, duodecim tribuens aureos, & cupiditati ſatisfecit F prædonum, & captiuulo ſuccurrit ſolatio. Quem in ſinu gratiæ vir egregius amantiſſimè connexum æternæ vinculo caritatis ſuſcipiens, ſpiritualem filium effecit de captiuulo, & non vt ſeruum, ſed iam veracitet diligebat vt Dominum.

7 *Altera S. Fidoli Vita quæ incipit,* Venerandi Patris *& c. hæc tradit contigiſſe ſub Theoderico & Theodeberto, Childeberti filiis, eorumq; auiâ Brunechilde, viuente tamen S. Cameliano S. Lupi ſucceſſore, qui* LXX *annis priùs deceſſit quàm illi regnum capeſſerent. Sed mendâ eâ correctâ, quid de S. Auentino tradat, operæ pretium eſt adſcribere:* Contigit venerabilem quoque Fidolum capi cum ceteris, atque in modum alterius Ioſeph duris irretitum ligaminibus, abſtractum patriâ duci à barbaris. Neceſſe verò erat eos, in quorum ſorte vir Domini præda factus deue- *raptoribus* nerat, per Trecorum confinia iter habere, vbi poſt B. *per territoriũ Trecẽſe tranſeuntibus.* Lupum vicem Apoſtolicam eo tempore adminiſtrabat Camelianus, omnimodâ bonorum actuum claritate conſpicuus, nonus ab Amatore, qui primus illius ordinatus eſt Pontifex ciuitatis. In huius autem vrbis territorio quidam Dei ſeruus, Auentinus nomine, ſuper ſubditum ſibi monachorum gregem pij Patris ſollicitudinem impendebat, multis miraculis amicus Dei olim declaratus, ſicut eſt in promptu cuique volenti cognoſcere,

AVCTORE I.B.

Agnoſcere, ſi quis eius geſta, quæ hactenùs habentur, attentiùs velit euoluere. Is verò reuelatione admonitus, iubetur redeuntibus barbaris ire obuiàm, ac pro redimendo viro Dei, quam poſcerent, dare pecuniam.

quibus vltro occurrens,

8 Famulus itaque Chriſti Auentinus viſionem ſecum retractans crebriùs, ac Diuinis iuſſis obſecundare ſatagens, ocyùs obuiàm proceſſit illis aduenientibus. Qui cùm longè adhuc poſiti eſſent, venerabilem Fidolum inter ceteros recognouit, tam ex Diuina reuelatione, quàm ex ſpeciali quadam gratiâ, quæ illius refulgebat in facie.

Fidolum agnoſcit,

Quos ſic intrepidus collaudat vir venerandus: Ad vos non vſibus hominum neceſſaria mercimonia quęſiturus aduenio, ſed vnius tantùm redemptione captiui vt deſiderio ſatisfiat cordis mei. Cumque eis, quis ille eſſet deſignaſſet, tantam gratiam ipſius ſermonibus conferri placuit Diuinæ pietati, vt abſque vlla refragatione quod petebatur deuotiſſimè annuerent: perceptiſque à viro Dei duodecim tantùm aureis, philochriſtum Fidolum nexibus abſoluerunt captiuitatis. Quem agnum Chriſti manſuetiſſimum vir eximiæ ſanctitatis Auentinus, de raptorum manibus exemptum, ſecum ducens, ſancto illi gregi, quem regebat, ſine morâ inſeruit. At non multo poſt hæc dierum labente curriculo, clericatus ei impoſito onere, Diuinis officiis arctiùs mancipare curauit.

ac monachũ facit; B

9. *Hæc ibi. At prior Vita antè Clero adſcriptum ait, quàm Aruernis abduceretur. Quid poſteà de Fidolo ſtatuerit Auentinus, ibidem commemoratur*: Cernens itaque vir venerabilis Auentinus egregium iuuenem in dies magis ac magis ad virtutum alta conſcendere, vnanimi Fratrum conſilio, præpoſituræ ei locum delegauit: vt tantò ſecuriùs orationi & Diuinæ contemplationi poſſet inſiſtere, quantò ſciret eum nihil extra communis regulæ ordinem agere vel iubere.

dein Præpoſitum,

10 Cùm verò ſuperna pietas & B. Auentinum propter innumeros agones, quos vt miles Domini inuictus fortiter ſuperauerat, de huius ſeculi peregrinatione vellet eruere, & fidelis ſui Fidoli vitam ad exemplum mortalibus monſtrare; quatenùs lucerna ſuper candelabrum poſita omnibus in domo Domini luminis ſui radios oſtenderet; ſupermemoratus ſeruus Dei, gratiâ inſpirante, anachoreticæ vitæ accenſus eſt deſiderio, vt curis omnibus abſolutus, liberiùs adhærere poſſet Deo. Vocatis ergo extemplò diſcipulis, cùm deſiderium, quo flagrabat, aperuiſſet, concordi omnium aſſenſu, S. Fidolum, licet multùm renuentem, licet admodùm reclamantem, ætatiſque ſuæ cauſſam humiliter prætendentem, pro ſe illis ordinauit Abbatem.

poſteà Abbatem:

C

Deinde ſecedens ad locum quemdam, iuxta vicum, cui antiquitas Inſulæ nomen dedit, ſuper ripam Sequanæ ſitum, ab vrbe Trecaſſinâ ſex ferè diſtantem paſſuum millibus, vſque ad vitæ ſuæ terminum in eodem manſit ſolitarius: qui quantis ibidem miraculis refulſerit, libellus geſtorum eius plenius indicat, ad quem lectorem mittimus.

ipſe ſolitariè vixit,

11 *Non ergo immediatè à pœnis Epiſcopalis præfecturâ in ſolitudinem abiit Auentinus, ſed ad cœnobium, è quo videtur anteà ad ædes pontificias, clauſtrumúe Canonicorum abſtractus Cameliani imperio fuiſſe. Et verò etiam in illo receſſu vltimo* habebat ſecum monachum, qui ei aliquid pro conſolatione miniſtrabat. *Quo in loco ſolitariam vitam egerit, non omnino liquet.* *Camuzatus* in pago ruſticano, duabus leucis ab vrbe Tricaſſinâ diſſito, eius nomine inſignito, *commoratum cenſet*: poſteà verò ſeſe in alium locum recepiſſe, in quo extructum ſacellum ſeu ædicula, quæ vulgari vocabulo Capella Ozæ appellatur, & ad iura cœnobij Moliſmenſis in diœceſi Lingonenſi ſiti pertinet, nec à prædictâ vrbe longiùs quàm ſeptẽ leucis remouetur. *Idem tamen in Notis ad Vitam S. Fidoli dubitat, an cœnobium, in cuius is* regimine *S. Auentino* ſuccreuit, duabus *an* ſeptem leucis remoto ab vrbe Tricaſſinâ loco conſtitutum *fuerit; an potiùs* in oppidulo, cui nomen Inſula, duabus leucis ab *eadem* vrbe diſparato, quod etiam Ozæ amne interluitur, vbi nunc ſitus eſt Prioratus, qui à cœnobio Moliſmenſi pendet. D *additq3*, nulla prorſus dicti cœnobij, ingenti poſteà ſecutâ vaſtitate funditus diruti, reliqua ſubeſſe veſtigia. *Nicolaus Deſ Guerrois exiſtimat* S. Auentinum *primùm ſeceſſiſſe paullùm extra ſuburbia, ad locum tunc ſatis à vulgi aditu ſemotum, vbi dein à S. Vincentio Ep. extructa eccleſia, nunc parochialis, S. Auentino ſacra, intraq2 vrbis poſteà dilatatæ muros incluſa: ſecundum verò eiuſdem Sancti tugurium fuiſſe, non ad* Capellam Ozæ, *ſeptem leucis ab vrbe Trecaſſinâ diſtantem; verùm vbi nunc* S. Auentinus prope Verrectas, *pagus ita dictus, diſtans Trecis ſeptem millibus, ſiue leucis duabus paullóq2 ampliùs: ibi enim riuum quemdam in Sequanam defluere: aut certè vt iam dictum ex Camuzato, vbi oppidulum* Inſula, *atque* Oza *riuus.*

12 *Temerarij fortaſſe videamur, ſi coniecturam promamus ab eorum ſententiâ diſſentientem, qui ipſa coràm contemplati ſunt loca, quod nobis non contigit. Suſpicamur alioquin, vbi nunc S. Auentini intra vrbem, ampliatis nimirum pomœriis, eccleſia viſitur, ſtetiſſe quod ipſe Sanctuſq2 Fidolus adminiſtrarunt cœnobium, aut propinquo loco: quod ἀναχωρήσει ſuæ primùm legit tugurium, id fortaſſis circa Verrerias, aut non procul; poſtremum in loco Inſulà dicto.*

Monaſterium videtur intra pomœria vrbis fuiſſe.

13 *Poſterioris huius loci meminit Papirius Maſſonus in lib.* E *de fluminibus Galliæ pag.* 158. In vitâ, *inquit*. S. Auentini reperio hæc verba: Exinde remouit ſe ſponte ſuâ, & petiit inſulam ſeptem millibus ferè ab vrbe Triçaſſium diſtantem, quam alueus Sequanæ vel Oſæ fluminis in modum coronæ circumdant; (ea Marchionatus titulo hodie exornatur) quem alij codices ſimpliciter Loſam appellant. Oritur verò apud Capellam Moliſmenſis cœnobio tributam ſex aut ſeptem milliaribus ab vrbe Tricaſſinorum diſtantem, apud Oſam, ac tandem prope Sanceium vicum, quartâ parte milliaris ab eadem diſparatum, ... in Sequanam funditur. *Iſta Maſſonus. Deſ. Guerrois ad annum* 545 *pag.* 108 *exiſtimat in eo loco.* Inſulá *dicto, monaſterium extitiſſe, in quo S. Fidolus & Auentinus vixerint. Quæ iam dicta non cogruunt.*

ſolitaria habitatio inter Sequanã & Oſam fl.

§ II *S. Auentini feſtum, Eccleſia, Reliquiæ.*

14 *Tandem S. Auentinus pridie Non. Februar. in pace quieuit, incertum quo anno. Inſcriptum Martyrologiis nomen, Vſuardi, multiſq3 MSS. quorum quædam Bedæ præferunt nomen, hiſce verbis*: Trecas S. Auentini Ep. & Confeſſoris. *Addunt nonnulla*: cuius geſta habentur. *Epiſcopus non fuit, in quo Vſuardum in ſecundâ editione correxit Molanus. præiuêre MSS. aliqua & Romanum Galeſinius ita eum celebrat*: Trecis S. Auentini Confeſſoris, miraculis & caritatis laude clari. *Pluribus de eo agit Sauſſaius. Eius feſtum, ante* XL *annos, cùm ſcriberet Camuzatus,* ſolenni more & ritu celebrabatur. *MS. Martyrologium quod in Italiâ manu veteri exaratum, huc è Lotharingiâ miſſum, penes nos eſt, ita habet*: Trecas S. Auentinionis Ep. & Conf.

Eius natalis; F

15 S. Vincentius Ep. *(qui S. Cameliano ſucceſſiſſe circa annum* DXXVI *putatur, deceſſitq3 ante annum* DXLVII, *quo ſynodo Aurelianenſi* V *ſubſcripſit* Ambroſius Ep. Eccleſiæ Tricaſſium) *hic, inquam, Vincentius,* in S. Auentini honore baſilicam ſubtus vrbem Tricaſſinam diligenter fundari præcepit, in quâ ſimul coniuncto latere requieſcit. *Eam opinamur ad monaſterium S. Auentini pertinuiſſe, quò corpus eius, forſan à S. Fidolo, relatum; niſi ſi ſub mortem filios ſuos reuiſens, apud eos migrauit.*

eccleſiæ ei dicata,

16 *Ea frequentata religionis ergò à ſanctis viris. De S. Frodoberto dicitur in eius Vitâ* 8 *Ianuarij, cap.* 4 *nu.* 17. Interea paucorum dierum interlabente curriculo, ad baſilicam B. Auentini Confeſſoris, eius gratiâ, EX MORE, Chriſti famulus accedebat: cumque iam fores eccleſiæ perintraret *&c. S. Prudentius Ep. Trecenſis, cuius feſtum agitur* VI *Aprilis, in* ſermone de vitâ & morte gloriоſæ Virginis Mauræ *apud Camuzatum, ita ſcribit*: Dictâ ſi-

frequentata à S. Frodoberto Ab.

S. Prudẽtio Ep. S. Maurâ V.

AVCTORE I.B.

quidem die (*Paraſceues*) inter Sextam & Nonam apud S. Auentini eccleſiam, in ſuburbio ciuitatis ipſius, ſanctæ prædicationis ſemina ego peccator miſerrimus, talis qualis Epiſcopus, pro officij mei debito, in cordibus audientium iaciebam, & pro modulo meo diuini ſermonis hamo piſcabar piſciculos, etſi paucos & paruos. Aderat & Maura attentè audiens & ſedens inter alios auditores, quæ nullâ vnquam occaſione ab huiuſmodi piâ occupatione potuit reuocari *&c. Agemus de S. Maurâ ad* XXI *Septembris Ea eccleſia, vt iam diximus, nunc intra mœnia vrbis eſt; tunc non longè diſita, vt ex eo ſermone liquet.*

Reliquiæ in baſilicâ S. Stephani, in capſâ inauratâ;

17 Reliquiæ *verò S. Auentini*, ligneâ capſulâ, auro exteriùs bracteatâ, in eccleſiâ *collegiatâ* S. Stephani, vnà cum multis aliis reuerentiſſimè cuſtodiuntur, *vt notat Camuzatus.* Quod & mnemoſynon quoddam, *inquit*, ex ipsâ capſulâ depromptum, partem eorum quæ in eam condita ſunt complectens, indicat hoc tenore: CORPVS S. AVENTINI CONFESS. MAGNAM PARTEM CORPORIS S. ALTINI M. DE DISCIPVLIS IESV CHRISTI. MAGNAM PARTEM CORPORIS S. VRSI EP. ET CONFESS. RELIQVIÆ S. GETVLII ALBANEN. EP. BRACHIVM S. IVSTINIANI M. RELIQVIÆ SS. MAVRORVM TRANSLATÆ DE ECCLESIA B. GEREONIS IN COLONIA. *De* S. Altino *agemus* XXXI *Decemb. de* S. Vr-
B so *Ep. Trecenſi Conf.* XXVI *Iulij. de* S. Getulio *M. at non Epiſcopo,* X *Iunij. De SS. Mauris MM.* XV *Octob.* S. Iuſtinianus M. *necdum nobis notus, niſi fortaſsis frater ſit S. Iuſti. ſiue Iuſtini pueri Martyris, de quo* XVIII *Octobr. Seruatur ea capſa Reliquiarum, teſte* Nicolao Deſ-Guerrois, *poſt ſummum altare, editiore loco & in abſidem arcuato, iuxtaq; feretrum, quo conditæ reliquiæ S. Hoyldis V. de quâ* XXX *Aprilis. Hanc alibi idem Auctor, anno* MCLIX *in baſilicam illam S. Stephani tranſlatam ſcribit.*

alia alibi.

18 *In Crenayo vico eſt eccleſia S. Auentino dicata, cuius coſtia vna illuc anno* MDCV *die* XVII *Nouembris tranſlata eſt. Sunt & Reliquiæ eius aliquæ in parochiali eccleſiâ S. Auentini, quam diximus olim foris ædificatam, nunc intra mœnia eſſe: in eâque magno hominum concurſu & pietate honoratur pridie Nonas Februarij.*

VITA

AVCTORE ANONYMO,

ex MSS. edita à Nic. Camuzato.

CAPVT I

Oeconomi munus à S. Auentino adminiſtratur, non ſine miraculis.

Præfatio Auctoris.

1 TEmpus & conuerſationem S. Auentini ſimplici ſermone breuiter ſtrictimque ediſſeram, ſi eius interceſſio & oratio apud Deum Patrem obtineat, quòd in pectus cordis noſtri veniat, vt exilis ingenij anguſta mediocritas ſaltē tenuis ad modum frugis pariat, quod ad copiam fœcundi ceſpitis culminibus ingraueſcat. Aggrediar tamen facultate quâ valeo.

S. Auentinus Trecas venit.

2 Fuit Aquitaniæ parte regionis, Bituricæ vrbis oppidi indigena, *a* parentibus mediocribus, Tricaſſinæ ciuitati proſelytus aduenies. *b* Audiuit autem vir Apoſtolicus *c* Camelianus Epiſcopus famam nominis eius in operibus bonis: erat enim in eo mens humilis, caſtitas plena, ſapientia multiplex, prudentia magna, caritas benigna. Derelictâ huius ſeculi fallaciâ & vanitatis inſaniâ, iactauit in Domino cogitatum ſuum, in Domino confidens: tranſmigranſque fuit in monte

a
b
c

Ob virtutes gratus S. Cameliano Ep.

anima ſua, ſicut paſſer, non timens mala; quoniam Dominus cum eo erat, quemadmodùm Spiritus ſanctus per Dauid Prophetam ait. Et, de ſtercore extollens pauperem, vt collocet eum cum Principibus populi ſui, & ſolium gloriæ teneat. Idem quoque in oratione, quotidie eccleſiæ limina frequentabat. D Pſal. 12. 4 & pſ 112. 7

eius oeconomus cõſtituitur.

3 Specialiter verò intelligens vir Apoſtolicus, & videns eum de cæleſti munere habere gratiam, commendauit tradens ei promptuaria ſua: ad quæ ille volens nolens addictus & valdè conſtrictus, quod ordinatum fuerat cum gratiarum actione accipere oblatum non renuit. Dum hæc ageret & eadem tenere videretur, inde pauperibus viduis ac pupillis dapes copioſas erogabat: quantum exinde egentibus diſpenſabat, tantum amplius diuino imperio amplificabat.

in pauperes liberalis,

vinum in lagenâ adcreſcere facit:

4 Cùm autem eſſet in promptuario lagena bacchi centenaria, de quâ quotidianis diebus in domo Eccleſiæ communi pariter hauriebant, idemque miniſtrabat, & nullo modo vnquam minuebatur, ſed potiùs accreſcebat; vt habet curioſitas hominum occulta Dei perſcrutari beneficia, prædictus vir Apoſtolicus volens cognoſcere quod ex Dei nutu fiebat, iuſſit mittere vitgam palmæ, vt ſcirent quantum exinde potatum fuerat, & quantum ſupereſſet. At vbi alterius perſonæ manus acceſſit miniſtrare, continuò ceſſauit fons ille, cuius erat miniſter, vt deinceps infra paucos dies exinanita E lagena atque euacuata eſſet. Dum id geſtum eſſet, quod ad ſtupefacienda corda hominum, vel ad magnitudinem gloriæ nominis eius adcreſcebat, dat ei S. Camelianus licentiam properandi in partem, quam ire vellet.

a *Deſ-Guerrois*, Francum *facit. haud facile probauerit.*
b *Idem ait, à parentibus, piis licet, vltro diſceſſiſſe, Dei amore. Camuzatus, à S. Cameliano accerſitum.*
c *Colitur* S. Camelianus 28 *Iulij. adfuit concilio* 1 *Aurelian. vbi* Camillianus *appellatur. Hunc Petrus Pithoeus vult S. Lupo ſuffectum an.* 479, *deceſſiſſe* 536. *Camuzatus & Deſ-Guerrois obitum eius ſtatuunt an.* 525.

CAPVT II

S. Auentini vita eremitica, Sacerdotium.

a anachoreticam vitam agit,

5 POſt hæc tugurium ſibi ad fontem *a* cuiuſdam Eccleſiæ collocauit, in quo non multum temporis commoratus, ſed paucis diebus ibidem habitauit: videns ſe crebriùs à vulgi multitudine ac viſitatione publicari, cogitans intra arcana cordis ſui, ne ad offenſionem Dei veniret, aut implere non poſſet quod voluntas animi ſponderat Deo, exinde remouit ſe ſpōte ſuâ, & petiit inſulam ſeptem millibus ferè ab vrbe F Tricaſſium diſtantem, quam alueus Sequanæ vel Oſæ fluuius in modum coronæ circumdant: & nihil aliud ſecum detulit, niſi panem, raſtrum, ſemen olerum, pauxillum ſalis, hordei granum, milium vel *b* panicium, vnde victum haberet; quærens locum, vbi cellulam ſibi exiguam manibus fecit, lento vimine textam, in quâ ſibi latebram collocauit.

eamq; auſtera.
b

conſecratur Sacerdos:

6 Cùm iam autem interuallo temporis ibidem degeret, ac ſolitam duceret vitam, ad Leuiticum onus conſecratur, donec ad Sacerdotale miniſterium aſcendit, pſalmorum ſcientiâ adprimè eruditus, quam Spiritus ſanctus in os eius infundebat, & ſermonibus declarabat. Dominus denique perfectum & conſummatum docet fieri, qui omnibus bonis ſuis venditis ac derelictis & in vſum pauperum diſtributis, theſaurum ſibi condit in cælum, eum dicit poſſe Dominum ſequi, & gloriam Dominicæ Paſſionis imitari, qui expeditus & ſuccinctus, nullis laqueis rei militaris ſeculariſque inuolutus, ſed ſolutus ac liber, vt poſſit cum Deo in cæleſti ſede habitare. Sed nos in hac admonitione ad propoſitum reuertamur.

7 Cùm iam temporis ſpatio in loco ſolitudinis, quem ſibi elegerat, habitaret, & cæleſtem in terrâ du-

cere

Iaiuniis & pœnitentiis se macerat.

A ceret vitam, cibus ei alter non erat, nisi panis hordeaceus permixtus oleribus ac radicibus herbarum, quem peractis triduanis diebus mediâ iam hebdomadâ cum aquâ in refectionem sumebat. Indesinenter ad orationem in cinere & sacco iacebat. Vestimentum autem eius ad membra corporis hirsutum cilicium, tunica squallida, cingulum pelliceum, *c* epideren habens laneam, cucullam venustam, calceamentum pedum eius cothurnum: lectulus verò, vbi parumper requiescebat, pelliculis cooperiebatur.

c

a *Exponit Def. Guerrois, iuxta fontem, manantem ad pedem cuiusdam edicula deserta, aut certè à vulgi frequentiâ remota.*

b Panicum *videtur legendum.*

c Ependyten *fortè* laneum *scribere voluit. Diximus 17 Ianuar. ad Vitam S. Antonij, § 15 nu. 68 inuolucrum esse exteriorem vestem, qua monachis Ægyptijs pellicea, seu melote; in Occidente pluribus lanea.*

CAPVT III

S. Auertini cum feris familiaritas.

B 8 INterea tempora fua edisserani vobis & historiæ eius primordia. Quodam intempestæ noctis silentio, venit ad speluncam sancti viri fera terribilis, vrsus de siluestri loco truculentus, ac veluti si raptis catulis in saltum abiret, speluncam, quam vir sanctus inhabitabat, irrumpere quærens, rugiens ac rabie furoris circumfremens: consternatus atque attonitus vir sanctus, iam sibi discrimen mortis imminere ante oculos viderat. Heu! heu exclamat ad Dominum vitæ conditorem cæli & terræ, intrepidus recurrens ad arma præsidij, & ad carmina Dauid, Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem: cumque iam in oratione perseueraret, & iam albescente polo aurora remoueret vmbram caliginis & tenebrarum, vir sanctus patefecit ostium cellulæ, & ingressa est iam dicta bestia, ceu fessa ac mitis caput & aures in terram declinans, ad pedes sancti viri accubans, eosque lambere cœpit, porrexit pedem priorem vulneribus læsum, vbi adhuc imminens ligni truncus, velut spina penetrauerat, atque ibidem hærebat. Perspicuè verò vidit, quòd sibi eam auferri quærebat: apprehendens itaque incunctanter vir beatus pedem saucium, eruit ab eo stipitem ligni, aquam cum summâ diligentiâ exquirens, cum quâ tepidâ emolliuit infirmitatem pedis, quæ intrinsecus indurauerat, feram benedixit, plagæ foramen liniens, & circundans ligamento pelliculam, vt ad sanitatem pristinam redire potuisset. At vbi vrsus percepit perfectam medicinam membrorum, continuò vastas repetens solitudines siluarum, posteà nusquam comparuit. Post hoc miraculum cerua feralis antrum beati viri ingressa est, ne ab hominibus caperetur.

Vrsũ pretibus recitatis in cellam admittit.

Psal. 15. 10

ei stipitem è pede extrahit:

C

ceruam excipit:

AVCTORE ANONYMO, EX CAMAZATO.

9 Denique cùm iter ageret, properans ad vrbem Tricassinam, vidit hominem super sonipedem sedentem, ac velociter currentem, & post tergum eius dæmonem residentem, tunc ait ad comites suos: Ecce hominem video, quem diabolus intendit præcipitare, quem sequitur tempestas valida fulgura & tonitrua, grandines vel pulueris fumus vsque ad æthera volans. Eodem iam perituro propè, precati sunt socij eius, qui cum ipso iter agebant, vt liberaret animam eius à laqueo mortis: vir sanctus prostrauit se in oratione, & illicò aduersarius ille dejectus est in terram, & postmodùm nusquam comparuit.

D *pellit præcibus dæmonem equiti laqueos parantem.*

10 Cetera itaque miracula non prætermittamus. Quotiescumque extenderet manum suam per ostium fenestræ videntibus cunctis cum fracto micarum pane, de quo solebat edere, veniebant volatilia cæli, & vescebantur in manibus illius vsque ad satietatem, & posteà reuertebantur. Prætereà de angue illo, vbi focus erat, qui in camino edidit fœtus: exinde eum illæsum atque intactum dimisit abire. Igitur interea beatus vir S. Auentinus, habebat secum monachum, qui ei aliquid pro consolatione ministrabat, atque solatium cum magno studio impendebat: hic sæpius ad fluuium cum vasculo progrediens ad capiendos pisciculos, illi viuos deferebat. Sanctus vir ille in fluuium eos reiciebat dicens: Redite ad officium libertatis; vt viuere possitis.

auibus cibũ familiariter præbet:

E

11 Quadam die dum per loca solitudinis deambularet, casu cum pede contriuit anguem, at ille caput eleuans, morsu venenifero pedem sancti viri voluit percutere, statimque ad respectum viri Dei, iam penè mortuus effectus est. Vir sanctus pietate ductus inclinauit se ad orationem, & iam dictum anguem viuum & incolumem abire permisit. Multæ insuper virtutes habentur de eo, quæ in hoc opusculo non sunt comprehensæ, maligni siquidem spiritus in obsessis corporibus proclamabant, eius meritis cruciari.

angue pede contritum precibus sanat:

12 Iam sermo huius orationis finem postulat, quia anteà dies quàm oratio cessabit, non vt virtutes deficiant, sed quia quæ incognita sunt, à nobis adnotari non possunt. In cuius honore vir Sanctus Vincentius Episcopus basilicam subtus vrbem Tricassinam dili genter fundari præcepit, in quâ simul coniuncto latere requieuit. Sic beatus vir obiit in pace, sub pridie Nonarum Februaryarum, adiuuante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

eius & S. Vincẽtij Trecensis sepultura.

F

DE S. AVENTINO EPISCOPO
CASTRODVNI IN GALLIA.
Commentarius præuius.

I. B.

SÆCVLO VI IV FEBR.

S. Auentinus Ep.

Castrodu ni colitur:

medetur doloribus capitis:

eius Vita unde?

ILter hic est Auentinus, *Dunensis Archidiaconatus, Episcopali potestate, administrator, cùm in Sedem Carnotensem ordinatus esset. Multi eum cum Trecensi Auentino, quòd in eumdem diem vtriusque incidant feria, confuderunt, illumq; Episcopum vocauere; quod huius erat decus. Asseruatur huius corpus in ecclesiâ S. Medardi in suburbio* Castroduni. *Est autem* Castrodunum, *siue* Dunum Castrum, *Carnotensis diœcesis in Galliâ oppidum, munitum & in edito situm loco, quod ipsum indicat nomen*; dunum *enim, vt alibi diximus, rupem aut collem sonat; nec additur vrbium nominibus, nisi quæ alto sunt situ. In eâ igitur, quam diximus, parochiali S. Medardi ecclesiâ sepulchrum visitur* S. Auentini *in ipso ecclesiæ muro, fornice tectum. Multi eò confluunt, magnâ pietate, capitis præcipuè doloribus remedium oraturi.*

2 *Ex eius Ecclesiæ MS. codice Vitam* S. Auentini *nacti sumus, rhythmo Gallico scriptam, rudi satis & impolitò quam ita vertimus, vt sententiam omnem redderemus, non quæ superfluè multa adiecta erant, neutiquam ad modernam Galliæ linguæ elegantiam exacta. Summa vitæ est, germano eius S. Solenni in Episcopum Carnotensem electo, sed quò id declinaret onus, fugâ elapso, ordinatum esse Auentinum: at reuerso paullò pòst Solenni, contendisse populum vt prior electio rata esset,*

AVCTOR. LIB. esset, itaq́, ab eo missum esse Auentinum, vt Dunensibus pro Episcopo præesset, nam verè erat Episcopus: quod ille munus præclarè gessit, multisq́ ornauit miraculis.

3 *Idem in S. Solennis Vitâ, quam* XXIV *Septembris dabimus, ita traditur*: Defuncto Carnotensium vrbis Episcopo, succendit Dei spiraculum scintillaúe cor Regis, vt non alius ibi nisi Solennis sacraretur Episcopus. Interrogauerat enim famam eius, & ipsa vulgata erat in vniuersâ vrbe. Audiens itaque venerabilis Solennis edictum Principis, cernensq́ue Pontifices, qui eum ad consecrandum venerant, fugit latenter, & triduo in speluncâ quadam latitauit. Quærebatur autem & non inueniebatur: ille latebat in antro, iste replebatur mœstitiâ: ille solennes fundebat preces ad Dominum, iste consolationem tristis quærebat. Abditè gerebantur iussa Principis, ne quis mortis puniretur sententiâ. Considerantes igitur oues, quas sancta Mater Ecclesia parturit, ne rapacis lupi faucibus rabido morsu laniarentur, Auentinum Archidiaconum laudibus dignis acclamantes, Pastorem simul & Sacerdotem instituerunt. Cùm episcopale igitur nactus fuisset cõsortium, dilectio Solennis separauit Sacerdotem à conuiuio.

4 Audiuit itaque B. Solennis in cauernâ, vbi latebat, quasi auram lenem in silentio noctis currentem, fremituq́ue vociferantem: Auentinus Episcopus holocaustum obtulit Deo. Et cùm hæc audisset, ita fudit ad Dominum preces: Domine da lucernam Verbi lucere pedibus meis ad semitam lucis; vt benedicat anima mea nomini sancto tuo. Egressusq́ue ibat occurrere Sacerdoti. Expectabatur autem desideratus, sicut arida sitiens pluuiæ guttas, & omnes rogantes erant Deum, hinc plebes sonant vocibus, & hinc rumor populi fremit in strepitu, deinde cuncti concrepant vocibus: Ecce Solennis dignus est, Episcopus ordinetur. Ad quorum laudes exierunt Episcopi, & summo repleti gaudio dixerunt: Dignus est, Episcopus consecretur. Nondum adhuc fuerant egressi de templo, & apprehensum duxerunt ad aras templi, & induerunt eum stolâ candidâ, & coronam pretiosam imposuerunt eiús capiti, tradentes ei baculum pastoralem, vt dispersas oues congregaret ad fidem sanctitatis. Dicit itaque S. Solennis: Quid ergo faciemus de Auentino Episcopo? Responderunt omnes: Si post tuum superstes fuerit obitum, dignitatis obtineat locum: sin autem, tuo sit obtemperans principatui. Vir autem Domini, pietatis visceribus commotus, ne sancta macularetur religio, & eius animus in aliquo obfuscaretur, dedit sub curâ illius regiminis oppidum cognominatum Dunum, vbi omnibus diebus vitæ suæ religionis cultum securus exerceret. Post ter denos verò dies Ludewicus Rex contra Gothorum aciem armatum ducebat exercitum *&c.*

5 *Vitam integram dabimus* XXIV *Septembris; cuicuimodi ea sit; nam, quod ceterorum scriptorum refellitur testimonio, Clodouæum ait, quando aduersùs Alaricum VVisigothorum Regem mouit, adhuc Gentilem fuisse, & partâ victoriâ cum multis suorum baptizatum à S. Solenni. Breuiarium Carnotense* Clodouæi Catechisten *vocat, eiusq́ baptismo Remis adfuisse tradit. Sebastianus Roullardus in Partheniâ, siue Ecclesiæ Carnotensis historiâ cap.*10 *fatetur victoriam de Gothis, cuius omen è Solennis Ecclesiastico cantu Regi oblatum fuit, contigisse post Clodouæi baptismum: in ordinandâ tamen Sedis eius chronologiâ cum MS. Vitâ non concordat. Hæc ita habet*: Sanctus verò Solennis cùm sex lustra & quatuor more astrorum vitæ volueret curricula, pontificalem promotus in honorem florebat in Ecclesiâ, clari luminis decoratus fulgore, per tres quoque Olympiadas gerens triumphum de hac luce migrauit ad Dominum. *Roullardus anno Christi* CDLXXXIV *Episcopum factum ait,* DXV *decessisse.*

6 *Saussaius in Martyrol. Gallican.* 24 *Septemb. de Auentino ita meminit*: Ne delatum honorem reciperet, tamdiu se abdidit *Solennis*, quousque Auentinum in sui retinentis vicem surrogatum audiuit. Tunc enim securè, vt putabat, de latebrâ egressus, in vrbem rediit, nouo Præsuli honoris primitias præsituras. At necdum Aduentinus ordinationis munus receperat. Moxque vt apparuit Solennis, facto ad eum ingenti populi concursu, ab his raptus, atque ad ecclesiam deductus, Aduentino lubenter digniori se honorem pontificalem cedente *&c. Receperat enimuerò ordinationis munus Auentinus, vt ex dictis patet ac mox dicendis.*

7 *Quando decesserit S. Auentinus, & an* S. Solenni, *vt conuenerat, suffectus sit, non constat.* Solennem *certum est, &, si ei successit, ipsum quoque Auentinum ante annum Christi* DXXXVI *aut etiam* DXXXV *obiisse nam anno Childeberti Regis* XXVI *aut* XXVII *habitum est cõcilium Aurelianense, cui subscripsit* Ætherius Ep. Ecclesiæ Carnotensis. *At si fortè (vt Paulino Antiocheno factum, qui S. Meletio cesserat, priùs mortuo subrogandus, cui tamen prælatus deinde Flauianus) nullâ pacti habitâ ratione, Solenni immediatè successit S. Ætherius, potuit diutius vitam produxisse Auentinus, adeoq́ ad annum* DXLIX. *Childeberti* XL *peruenisse, vt habet Vita.*

8 *Ceterùm pro Episcopo se habuisse, patet ex Concilio Aurelianensi primo, cui ipse postremo loco subscripsit* Auentinus Ep. Ecclesiæ Carnotenæ. *Adnotat Sirmondus, alios codices habere*: Auentinus Episcopus de Carnotas. *&*, Ex ciuitate Carnotas Auentinus Episcopus. *alios*, Episcopus Ecclesiæ Dunensis; *pro quo ab alio scriptum* Dionensis, Diuiensis, Diensis, Dignensis, *vt videre est apud Binium. Censet Sirmondus, quia Dunum castrum est diœcesis Carnotenæ, ab eo eius Sedis Episcopos Dunenses interdum esse appellatos. Nos S. Auentinum putamus Dunensem Episcopum appellari, quia Duni verè functus Episcopi munere sit, siue sit postea Carnotum translatus, seu priore solùm titulo contentus illhic manserit, vbi & obiisse Roullardus testatur.*

9 *Auentini porrò fortuna, Promoto paullò pòst ad occupandam Dunensis Episcopi dignitatem argumentum fuit, qui, vt videtur, ciuis erat eius loci. Is fauore Sigeberti Austrasiæ Regis, (cui Dunenses post Chariberti mortem parebant) ingratiis Pappoli Carnoteni Antistitis ab Ægidio Remensi Archiepiscopo, ad cuius prouinciam neque Carnutes, neque Dunum pertinebant. sed ad Constituti Senonensis*, contra Canonicam disciplinam Episcopus consecratus *fuerat, vt in Constitutione Synodi Parisiensis* IV, *anno Chilperici & fratrum Regum* XII, *Christi* DLXXII *aut sequenti habita, dicitur. Et rogarunt quidem illius synodi Patres Sigebertum, vt Promoti causſam non defenderet: at nihil impetrauêre. Quid deinceps consecutum sit, indicat S. Gregorius Turonensis lib. 7 hist. Franc. cap.*17 *ita scribens*: Promotus verò, qui in Dunensi castro, ordinante Sigeberto Rege, Episcopus fuerat institutus, & post mortem Regis amotus fuerat, eò quòd castrum illud esset diœcesis Carnotenæ, contra quem ita iudicium latum fuerat, vt Presbyterij tantùm officio fungeretur; accessit ad Regem (*Gunthramnum*) deprecans vt ordinationem Episcopatus in antedicto castro reciperet. Sed obsistente Pappolo Carnotenæ vrbis Episcopo, ac dicente, quia Diœcesis meæ est, ostendente præsertim iudicia Episcoporum; nihil aliud potuit obtinere cum Rege, nisi ea quæ sub ipsius castri termino propria habebat reciperet, in quâ cum genitrice adhuc superstite moraretur. *Auentinum quoque Archidiaconum solùm Dunensem fuisse existimat Roullardus sed citatâ subscriptione concilij Aurelian. refellitur.*

VITA

ex rhythmo Gallico succinctè concinnata.

IN Vo tempore Clodouæus (is qui postmodùm, S. Clothildis vxoris suæ hortatu ac precibus, Christi fidem Francorum Regum primus amplexus est) Galliam, multis afflictam cladibus, imperio

Auentinus ordinatur.

S. Solennis in Episcopum Carnotensem electo, sed fugâ elapso.

sed illo reuerso,

mittitur Castrodunum.

quando S. Solennis,

quando S. Auentinus?

verè Episcopus,

obierint, incertum.

interest S. Auentinus concilio Aurelian. circa an. 509.

Eius fortè exemplo,

sed contra Canones,

Promotus, Episcopus Dunensis factus,

deponitur.

A imperio regebat; *Castroduni* quæ tunc *vrbs Clara* dicebatur, Ioannes extitit Comes, vir pius iuxta ac prudens, & ciuibus suis longè dissimilis, quorum plerique tunc Gentilitiis superstitionibus obstricti tenebantur. Is cùm Blæsensis Comitis filiam Agnetem, pari pietatis ac sapientiæ laude conspicuam, duxisset; tres ex eâ filios, Solennem, Auentinum, Ioannem, ac filiam Agnetem suscepit. Verùm hæc vix egressa è cunis, baptismoque lustrata, decessit. Filij egregiè ad omnem morum honestatẽ ac vitæ sanctimoniam educati sunt.

S. Auentinus nobili genere ortus,

S. Solennis Ep frater,

2 Flauius Agnetis auunculus, Carnutum Episcopus, Solennem & Auentinum scientiis liberalibus imbuendos suscepit, Ioanne ad parentum solatium domi relicto. Cumque illorum præclaram indolem, ad omnium studia virtutum incitatam, probasset, in Clerum eos Ecclesiæ Carnotensis, licet admodùm adhuc adolescentes, sed longè præcellentes suis æqualibus, atque omnibus vnicè caros, cooptauit. Dein ætate scientiâque prouectos sacerdotio initiauit. Demum Archidiaconi munus, primorum Cleri consensu, Solenni obtulit: ast eo operosè deprecante, Auentino illud, inuito quoque diuque obluctato, imposuit. Magnam verò Auentinus in eâ sustinendâ personâ laudem virtutis atque eruditionis promeritus est, sibique omnium mirificum quemdam amorem conciliauit. Solennis in Canonicorum collegium, quamuis periculorum metu aliquantulùm obnitens, adlectus est.

cũ eo educatur,

fit Sacerdos,

dein Archidiaconus,

B

3 Defuncto dein Flauio Antistite, annuente Clodonæo Rege, Clerus ac populus subrogandum ei Solennem censuêre, doctrinâ, prudentiâ, innocentiâ vitæ, Diuinæ gloriæ zelo, commendatum. Id vbi agi sensit Solennis, fugam arripit, seque in specum quamdam abdit, ne tanto oneri subiicere humeros cogeretur. Eius cognitâ fugâ, turbata plebs vniuersa, ne diutius tamen Pastore careret, ineunda denuò suffragia conclamat. Creatus ergo est S. Auentinus, inuitus & ipse, sed consensu coactus, atque ab Episcopis, qui aduocati conuenerant, ordinatus.

postea, fratre electo fugiente, Episcopus,

4 Ingens erat omnium exultatio, vt viæ omnes atque agri festis vocibus Auentinum Antistitem celebrantium personarẽt. Eæ ipsæ voces ingeminatæ identidem à transeuntibus ante S. Solennis latebras, aures eius animumque aduerterunt. Ergo ratus se periculo defunctum, Deo gratias agit, prodituque, germano gratulaturus, quàm ipse effugisset, dignitatem. Sed contrà ac sperabat, res cessit. Vt enim in conspectum populi venit, vociferantur vniuersi, adesse Solennem, Episcopum consecrandum, qui prior sit electus. Quid multa? Rapiunt inuitum, ac nequidquam abnuentem,

sed eo reuerso

C & deprecantem ne fratri tanta iniuria fiat, ne Regula Ecclesiastica, quæ duos in vnâ Cathedrâ collocari Episcopos prohibet, violetur. Illi contrà: Gratus ades; Episcopum te Carnutes poposcerunt, Episcopum habebunt. Germano, vt tibi mentem atque consilium Deus dederit, tu prospicies. Ne obsiste votis tuorum. Attonitus tumultuantis populi fauore Solennis, cessit tandem, atque Auentinum ad Dunenses legauit, sacra curaturum vice suâ, sed Episcopali auctoritate.

& ordinatus,

mittitur Castrodunum:

5 Est is tractus in Belsiâ, opimus admodùm ac frumenti vinique ferax, incolarum quoque subtili & vrbanâ indole celebris. Eius tunc principes, vt antè scriptum, ipsius Auentini parentes erant, non opibus magis ac genere, quàm virtute & prudentiâ clari. Eos igitur vt reuisat, ac si quâ opus sit soletur, in viam se dat Auentinus. Vt conspecta illi eminus patria est, ad modicam quietem considit; ac mox somnus fatigato subrepsit. in eo verò Angelum visus est sibi videre & audire edicentem, parentem quidem vtrumque obiisse, sed pergeret ipse iuxta flumen, ad locum *Buxerias*, olim *Sub vrbe*, dictum. Eunti germanus eius Ioannes solitarius occurrit, qui leprâ fœdum in modum inquinatus, eoque ab vrbe ac ciuium congressu suâ sponte semotus, domicilium sibi isthic, & iuxtà ædiculam, in quâ Deo preces offerret, construxerat, dicaratque Deiparæ Virgini. Illacrymatur spectaculo Auentinus, & benignè fratrem salutat, ac detersо fletu, ei osculum præbet, tum benedicens lepram omnem momento pellit, sanumque eum ac vegetum reddit. Sed mox inde se proripit, ne tanti miraculi auctor agnosceretur ac honoraretur. Excepta est Duni subita illa Ioannis Comitis incolumitas magno populi Deum collaudantis gaudio, secutaque multorum ad Christum conuersio, etiam eorum qui longè aberant, famam tamen rei acceperant. Auentinus tugurium sibi struit in rupe, quam serpentium aliorumque venenatorum animalium copia fecerat inaccessam, nihil tamen illi incommodi afferebat, velut sanctitatem eius reuerita, & ad preces Deique laudes assiduè vacabat, quodammodò attenta, vt ne strepitum quidem sibilumue ederet.

Auctor. RBL. B.

Ioãni fratri occurrit,

eumq; à leprâ sanat:

in rupe habitat,

inter serpentes:

D

6 Multi eius casam adire certatim cupiebant mortales. Nec defuêre vaferrimi dæmonis insidiæ. Dum in illo secessu Deum inflammato studio precatur, vocem percipit plangentis ac lamentantis cuiuspiam. Commiseratione motus, & vocem secutus, mulierem reperit, quæ se opulentam & illustrem asserit, à prædonibus spoliatam, etiam vestimento, ac famulos ipsos duos, existimantes eam iam mortuam, prædonibus in eius diripiendâ re adiutores fuisse. Scitari Sanctus, ecquid à se solatij postulet. Illa verò, Fame, inquit, ac frigore enecor: sub tectum me, quæso, deductam cibo refice. Auentinus sagax artificiorum Sathanæ, Operire me, inquit, sub huius vmbrâ arboris, dum quæ flagitas procuro. Tum escas profert, quibus suâ in specu vesci ipse consueuerat; En, inquit, panis hordeacei, quo victito, frustum. Eo leuare famem potes. dein ad cumulum vel solatij eius vel suæ securitatis, Cruce eam signat. Non tulit isthæc arma diabolus, atque immani vociferatione se victum testatus in auras abiit. Prostratus in genua Auentinus, prolixè Deo gratias agit, qui se ab improbissimi hostis insidiis liberârit.

dæmonem mulieris specie sibi insidiantem,

E

cellæ aditu arcet,

& Crucis signo fugat:

7 Celebrior in dies existebat eius miraculorum fama. Felicem se ducebat, quisquis eius frui alloquio meruisset. Morbos enim aliaque mala, Diuinâ virtute depellebat. Rogatus ab accolis vt eorum domicilia viseret ac benediceret, benignè annuit: sed cùm longâ inediâ ac labore fessus, graui etiam siti cruciaretur, paullùm à viâ secedit, flexisque genibus Deum orat, vt sibi idoneo remedio subueniat. Adfuit illicò Numinis pietas. Cùm enim surrexisset Auentinus, ac subrecto in cælum animo, vultu in terram demisso, ter eam baculo pulsasset, effornato Crucis signo, fons limpidissimus exiliit. Perculsi miraculo quidam, cessêre, cui adhuc repugnarant, veritati: admodùm triginta ipsâ aquâ baptizati, quâ & Sanctus sitim demum corporalem restinxit.

fontem precibus & Cruce elicit:

F

8 Cũ *Vrbs clara*, quæ nunc *Dunum castrum*, appellatur, graui pestilentiâ laboraret, rogatus ab oppidanis, vt tanto malo remedium afferret, eò se contulit, duplicemque depulit luem, & auræ insalubris, quâ corpora enecabantur, &, quibus animi grauiùs tabescebant, errorum: neque quisquam omnium fuit, qui non Christi fidem susciperet, quam Auentini & miracula & sanctitas facilè persuadebant. Alium item locum, simili modo, vtraque contagione liberauit, internâ primùm, atque illicò, vt hęc abierat, externâ quoque. Plures famâ exciti eius miraculorum, exuêre pertinaciam, vltroque ad eum accessêre baptismo abluendi. Posito igitur Castroduni domicilio, sedulò ad sui gregis procurandam ac tuendam salutem incumbit Auentinus: obit ac lustrat districtum omnem sibi commissum, publicâ prædicatione priuatisque sermonibus omnes ad studium virtutis exhortans, adscitis aliis tanti muneris idoneis administris. Tria ipse in eâ vrbe templa suo ære fundauit, dicauitque vnum Christo Saluatori ac S. Ioanni Baptistæ; alterum S. Stephano Protomartyri, tertium Dei Genitrici Mariæ. Aduersùs omnes

Castroduni pestem sedat,

& alibi,

ac multos conuertit:

tria templa ædificat:

AVCTORES I. B.

omnes hostium gregi suo insidiantium assultus, sacrarum præcipuè scripturarum præsidio, Christíque Crucifixi effigie se suoſque muniebat: in egenos erat per quàm liberalis.

moritur, animâ instar colũbæ egredi visâ:

9 Tandem septuaginta quinque natus annos, febri exhaustus, animam Deo reddidit, IV Februarij, Childeberto regnante, anno Christi DXLIX. Vidêre qui adstabant candidam columbam ab eius ore sursum euolare. Sepultus est, vti mandârat, ipso quo decessit loco, extra vrbem, in oratorio quod sibi ædificârat, vbi nunc parochialis est ecclesia S. Medardi, peregrinorum ad opem S. Auentini implorãdam, votaque persoluenda, confluentium frequentiâ celebris.

sepelitur in suburbano oratorio:

10 Dum corpus eius sepulturæ traderetur, aduena quidam isthac iter habuit, haud mediocris (vt videbatur) fortunæ. Is conspectâ pompâ funeris, illudque curantium planctu, tanti viri iacturâ dolentium, petulanter irridere eos cœpit. Nec impunè: nam cùm propiùs cuncta curiosè speculaturus accessisset, illicò oculis, mox & reliquis sensibus captus, immobilis constitit. Verùm adstantibus sancti viri auxilium inuocantibus, redditus is sibi est, actisque Diuo gratiis, Christi

blasphemus isthic punitus,

Diui ope curatus.

B venerari, quæ adhuc repudiauerat, sacra seriò cœpit.

11 Visum est deinde ædiculam, in quâ conditus D erat, ampliare. Sed quia inchoandum opus erat ex eâ parte vbi sacrum corpus iacebat, transferri illud è rupe eâ in Chorum oportuit. Mirum dictu: iterum Diuinâ virtute in priorem locum reuolutum est, nemine adstantium capiente quo id modo ac ratione factum esset. Defixi miraculo qui aderant, Carnotum quosdam ad Episcopum allegint. Is continuò aduolat, & cognito quod euenerat, & quorsum ipse accersitus esset, hortatur vt sese omnes ad honorandum Deum in Sancto suo præparent. Curati ipso tempore lunatici aliquot. Episcopus triduanum ieiunium & preces indicit: dein Missam ipse peragit: ac demum ad collocandum in loco, in quo nunc est, sacrum corpus omnes accinguntur. Faber aderat quidam, qui vt rem propè perfectam vidit, superbè se operi ingerit, Frustrà estis, inquiens, nisi ego manum admouero; nisusque præcidere angulum, qui aptandus supererat, humi corruit, iacensque immotus vociferatur: Surge S. Auentine, quid me premis enecasque? Confitcor iustas me meæ arrogantiæ pœnas dare. Obsecro te, Sancte Dei, hoc me cruciatu exime. Non diu supplicem aspernatus Auentinus, incolumem reddidit. E

Corpus vltro motum loco:

ad id curati quidam.

arrogantia punita.

DE S. VINCENTIO

EPISCOPO TRICASSINO IN GALLIA.

I. B.

CIRCITER AN. DXLVI. IV FEBR. *S. Vincentius* 10 *Ep. Trecen.*

1 *Decimus Ecclesiæ Trecensis Antistes S.* Vincentius *fuit: absolutâ enim Sancti nomenclatura â eum honestant Antonius Demochares, de sacrificio Missæ cap.* 19. *Ioannes Chenu, Claudius Robertus, Nicolaus Camuzatus, Nicolaus Des-Guerrois, Petrus Pithoeus & Chenu anno Christi* IↃXXXVI *admotum insulis putant, obiisse* IↃXLVI. *Camuzatus, Des Guerrois, Robertus, probabilius existimant, anno* IↃXXV *aut* IↃXXVI *S. Cameliano successisse, sedisse vltra* XX *annos.*

quando vixerit:

2 *Quia non agitur illius in vrbe Trecensi natalis, aliaúe solennitas, hîc eum S. Auentino iungimus,* in cuius honore (*vt in huius Vitâ cap.* 3 *nu.* 12 *dicitur*) vir sanctus Vincentius Ep. basilicam subtus vrbem Tricassinam diligenter fundari præcepit: in quâ simul coniuncto latere requieuit. *Ea basilica nunc intra vrbem est, vt antè scriptum, mœnibus latiùs productis. Tradit Camuzatus, in eâ adhuc exstare* lapideum sepulchrum tres aut quatuor pedes à

ædificat ecclesiam S. Auentini; ipse in eâ sepultus:

C terrâ excitatum, in quod corpus *S. Vincentij* illatum fuit: quod nunc in principe fano Tricassino quidam

dicitur ad Cathedralem translatus;

dicunt asseruari: nullas tamen ferias, nullam eius memoriæ consecratam solennem & anniuersariam celebritatem agi, nec vllum eius gestorum & præclarè exactæ vitæ in priscis historiis reliquum esse vestigium. *Ita ille.*

3 *Refragatur Des-Guerrois, negatq; translatum inde videri S. Vincentij corpus, propterea quòd neque in Kalendariis vspiam inscriptum eius nomen legatur, neque in Legendariis Ecclesiæ Cathedralis, è quibus Dominicâ post festum Ascensionis, solenniati Reliquiarum sanctarum dicatâ, lectiones de iis ad Officium matutinum recitantur, vlla S. Vincentij mentio fiat. Censet igitur intra vetustum tumulum eius contineri corpus. Visitur is ante Chorum illius basilicæ ad dextram, medio pede ab solo extans, saxo tectus, cui quaternæ impositæ columellæ, bisq; aliud saxum incumbit, moles vniuersa ternos quaternosue pedes alta, quò sacro deposito reuerentia sit, neu calcari pedibus queat, quod caueri antiquâ religione consueuit. Deum precatur idem Scriptor, vt cuiusptam Præsulis ad eum reforendum & honorificè reponendum thesaurum, instigare animum dignetur.* F

non cõstat.

Eius sepulchrum.

DE S. THEOPHILO POENITENTE

VICEDOMINO SIVE OECONOMO ECCLESIÆ ADANÆ IN CILICIA,

G. H.

Commentarius præuius.

§ I *Locus & tempus gestæ huius historiæ. Dignitas Vicedomini, siue Oeconomi.*

CIRCA AN. CHR. DXXVIII. IV FEBR. *Cilicia duplicis*

1 Cilicia *Asiæ minoris regio, Syriæ vicina, & cum eâ iuxta Notitiam Imperij apud antiquos* Orienti *attributa: in duplicem distinguebatur prouinciam,* Campestrem, *qua* Cilicia *propriè est, &* prima Cilicia *dicebatur, à Proconsule olim Romano ferè administrata;* & Tracheam, *qua* secunda Cilicia *appellata, à Præside rege-*

Metropoles:

batur. Illius metropolis est Tarsus *S. Pauli Apostoli patria, huius* Anazarbus, *vrbs vtraque antiquissima, & Metropolitarum sedes sub Patriarchatu Antiocheno. Aderant in Chalcedonensi œcumenico Concilio* Theodorus Tarsensis ciuitatis metropolis Ciliciæ prouinciæ, & Cyrus Anazarbi ciuitatis metropolis Ciliciæ secundæ. *In huius Ciliciæ meditullio visitur apud Sarum fluuium vrbs* Adana, *in quâ historia hæc & conuersio* S. Theophili *peracta est, floretq; hoc etiam tempore.* Adena, *vel* Adna *vocata, Turcicorum Satraparum, & Patriarchæ Maronitarum sedes. Antiquos eius Episcopos produnt prima Concilia œcumenica,* Paulinum Adanorum

ibi Adana vrbs.

A danorum *Nicænum primum*, Cyriacum Adanenſem *Conſtantinopolitanum primum &* Philippum Adanæ ciuitatis *Chalcedonenſe. Ceterùm pro varietate temporum fuit* Adana, *modò Ciliciæ ſecundæ, modò primæ ſubiecta, vtrique finitima; aut etiam* αὐτοκέφαλος *facta. Eam certè vtraque Acta attribuunt Ciliciæ ſecundæ; fuiſſetq;* Theophilus, *dum petebatur* Adanenſis Epiſcopus, Anazarbum *abductus, vrbem magis propinquam, quàm erat altera metropolis Tarſus. Extat cum Georgio Codino Curopalatâ de Officiis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & cum Geographiâ ſacrâ Caroli à S. Paulo, excuſa Notitia Græcorum Epiſcopatuum, facta, vt ſub finem eius indicatur,* anno mundi VI MCCCXCI ſub imperio Leonis Sapientis & ſub Patriarchâ Photio. *Is eſt annus Æræ Chriſtianæ* DCCCLXXXIII *iuxta ea, quæ infrà hoc die traduntur ante Acta S. Nicolai Studitæ. In eâ Notitiâ* Adana Ciliciæ primæ *annumeratur, Tarſo metropoli ſubiecta. Autbertus Mireus lib.* 3 *Notitiæ Epiſcopatuum, cap.* 4 iuxta MS. codicem Cardinalis Sirleti, *inter* Metropoles autocephalas, ſeu per ſe ſubſiſtentes, *in Patriarchatu Antiocheno* VIII *loco ſtatuit* Adanam, *vulgò* Adna. *Quod etiam ſub finem librorum de Bello ſacro legitur apud Guilielmum Tyrium, qui lib.* 3, *cap.* 19 *& ſequentibus refert* Ciliciam *anno* MXCVII *à Tancredo Turcis ereptam, & ca.* 20 Adanam *à Guelfone Burgundione obtentam.*

primò Ciliciæ ſecundæ,

deìn Ciliciæ primæ,

poſt αὐτοκέφαλος:

2. *In hac ciuitate Adanâ fuit* Theophilus ſanctiſſimæ

B Dei Eccleſiæ οἰκονόμος, *quo verbo Græco retento* Oeconomus *dicitur à Gentiano Herueto: at Paulus Diaconus* Vicedominum *vertit. Ita directum ab Adriano Papâ ad Synodum* II *Nicenam, ſeu* VII *Oecumenicam, quemdam Petrum, vt loco eius præſideret, Theophanes* Οἰκονόμον *vocat, Anaſtaſius Bibliothecarius in ſuâ Hiſtoriâ ex Theophane translatâ* Eccleſiæ Romanæ Vicedominum. *Eamdem vtriuſque nominis dignitatem eſſe docemur in Decreto Gratiani diſt.* 90, *cap.* 3 *&* 4: *vbi præfixo hoc titulo,* Quod ſit officium Vicedomini, *allegantur verba S. Gregorij Papæ ex lib.* I *epiſt.* 11 *ad Clementinam Patriciam, vbi iſta habentur:* Anatolium conſtituimus Vicedominum, cuius arbitrio epiſcopium commiſimus diſponendum. *Dein cap.* 4 *titulo* de eodem, *ſcilicet* Vicedomino, *hæc traduntur ex Concilij Chalcedonenſis canone* 26, *actione* 15: Quia in quibuſdam Eccleſiis Epiſcopi ſine Oeconomo res Eccleſiaſticas tractant, placuit omnes Eccleſias habentes Epiſcopos, etiam Oeconomum habere de proprio Clero, qui gubernet Eccleſiæ res cum arbitrio ſui Epiſcopi *&c. Eadem conſtituuntur in Synodo Oecumenicâ ſeptimâ Nicææ habitâ, canone* 11. *En Vicedomini in Eccleſiâ Romanâ, & Oeconomi apud Orientales eadem dignitas, officiúmq; Eccleſiaſtici gradus.* Vigilius Papa *Conſtantinopolim ad Iuſtinianum Imperatorem à Siciliâ nauigaturus,* retranſmiſit Romam Ampliatum Presbyterum & Vicedominum ſuum ... ad cuſtodiendum Lateranas, & gubernandum Clerum, *vt legitur in libro de Vitis Romanorum Pontificum. Solebant autem primi è Clero, & fermè Presbyteri aſſumi. Ita antè citatus Petrus ad Synodum Nicænam miſſus, ſub initium ſingularum Actionum dicitur* ἐυλαβέστατος πρῶτος Πρεσβύτερος τῆς κατὰ Ῥώμην ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Πέτρου. *& Latinè vertitur ab Anaſtaſio Bibliothecario:* Petrus religioſiſſimus Archipresbyter, (*ſubinde* Protopresbyter, *aut* primus Presbyter) quæ Romæ eſt ſanctiſſimæ beati Apoſtoli Petri Eccleſiæ. *Imò* Archipresbyterum *olim habitum eſſe* Vicarium natum Epiſcopi, *poſt alios Iuris Canonici Doctores obſeruat Auguſtinus Barboſa lib.* I *Iuris Eccleſiaſtici vniuerſi cap* 25. *In Orientali etiam Imperio tempore Zenonis Ioannem Tabenneſiotam ex Presbytero & Oeconomo Patriarcham Alexandriæ factum, & ſub Heracleonâ ex eodem Officio Presbyterioq; dignitate Paulum pariter aſſumptum Patriarcham Conſtantinopolitanum, refert Theophanes apud Iacobum Goarem in Notis ad Caput* I *Codini Curopalatæ de Officiis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Poſteriores Græci Oeconomum tantùm Diaconum voluerunt. Ita ſuprà memoratus* Anatolius, *S. Gregorij Vicedominus,* Diaconus *fuit. De magno Oeconomo Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ poſteriorum temporum agitur pluribus in Euchologio Græcorum ab eodem Goare aliiſq; illuſtrato.*

in hac Theophilus erat Oeconomus, ſeu Vice-dominus,

magnæ in Eccleſiâ dignitatis:

aut Diaconus.

3. *Quando verò hæc S. Theophili conuerſio contigerit, à*

regnũ Perſici notitiâ pendet. Ac primùm à quo tempore Perſarum regnum, imperante apud Romanos Alexandro, ſub annum Chriſti CCXXVI *inſtauratum eſt, vſque ad eiuſdem regni occaſum,* Iſlegerde *vltimo Rege anno* DCXXXII *vitâ imperioq; priuato, plurima ſingulis ſeculis bella Romanos inter & Perſas geſta ſunt, adeoq; hæc verba Auctoris infrà num.* 1: Priuſquàm fieret incurſio Perſarum in rempublicam Romanorum, *non ſunt nudè intelligenda de primâ aliquâ irruptione, quâ, verbi gratiâ, ſub Sapore primo aut Antiochia direpta eſt, aut Valerianus Imperator captus, viliſq; inſtar mancipij habitus, cuius ceruicibus pedem imponeret Sapores, equum conſcenſurus. Sed Auctor exprimit aliquam Perſarum incurſionem, quæ poſt obitum Theophili contigerat, omnibus iſtic, quibus ſuam hiſtoriam ſcribebat, optimè notam; poſtquàm Eccleſiæ ſub Imperatoribus Chriſtianis conſtitutæ quietè per ſuos Epiſcopos & Metropolitas regebantur.* Albericus monachus Trium-fontium in Chronico MS. *ad annum* DXXXVIII *agit de* Theophilo pœnitente per B. Mariam reconciliato: *Sigebertus in Chronico ad annum præcedentem* DXXXVII, *vti etiam in Floribus hiſtoriarum Weſtmonaſterienſis, ſcilicet* cùm Iuſtinianus Cæſar rerum potiretur, *quo imperante tradunt hæc contigiſſe Caniſius & Bredenbachius infrà citandi. Et conſonat incurſio Perſarum deinde facta. Certè Vitiges Gothorum Rex anno belli Gothici deſinente quarto, qui conuenit in annum Chriſti* DXXXIX, *miſſis ad Choſroën ſeniorem*

C *Perſarum Regem legatis, eum concitauit ad pacem cum Romanis violandam, iam tum ſuapte ſponte ſatis concitatum, & Africanis atque Italicis Iuſtiniani ſucceſſibus inuidentem. Repetitum ergo bellum Perſicum eſt anno Iuſtiniani exeunte* XIII, *Chriſti* DXL, *quo nullis præſidiis firmato limite Romano, ſubitò Orientem inuaſit Choſroës, Syriam vaſtauit, Antiochiam cepit incenditq;, ac latè populationem circumtulit, quam Cilicia vicina ſatis eſt paſſa: dum inducię circiter annum Chriſti* DXLV *inſtaurarentur, anno deinde* DLI *prorogatæ maiore Romanorum ignominiâ, tributum Perſis pendere coactorum: ac tandem pax plenior inter eos in annos ſeptendecim ſancita eſt anno* DLXII. *Quæ omnia pleniùs leguntur apud Procopium de bello Perſico & Gothico, Agathiam, alioſq; iſtorum temporum ſcriptores. Martinus Polonus refert aliquantò ſerius hanc Theophili hiſtoriam ſub Iuſtino* II *Imperat. & Vigelio Papâ: quod minùs probamus.*

Inter varias Perſarum incurſiones,

ſub Iuſtiniano,

ſubſecutum bellũ Perſicum.

§ II *Acta varia pœnitentiæ S. Theophili eiuſdem memoria ſacra.*

4 ACta S. *Theophili, ac potiſſimùm eius lapſum & pœnitentiam per interceſſionem ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ factam, cum piiſſimo eius obitu, ſcripſit Eutychianus, eius indiuiduus famulus: vt ipſe poſt Acta ex Metaphraſte apud Lipomanum & Surium teſtatur, his verbis:* Ego autem Eutychianus humilis & peccator, qui fui natus in ædibus huius beatiſſimi Theophili, & deinde Clericus huius Catholicæ Eccleſiæ, cùm ſecutus meum Dominum, ei inſeruiſſem in afflictione, quæ vidi oculis meis & auribus audiui à beatâ eius linguâ, ſecurè & certò ſcripſi, quæ ei contigerant, & expoſui fidelibus amicis & piis viris, ad gloriam Dei omnipotentis & Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui glorificatur in Sanctis ſuis. *Hæc Auctor: quæ infrà omiſſa ſunt in Actis aliis Latinis, à Paulo Diacono tranſlatis; vbi Auctor tamen* Eutychianus *præfigitur: quem deinde in Patriarcham Conſtantinopolitanum aſſumptum tradunt nonnulli, quos ſecuti ſunt Petrus Caniſius tomo* 2 *de Verbi Dei corruptelis, lib.* 5. *cap.* 20, *Tilmannus Bredenbachius lib.* 2 *Collationum ſacrarum cap.* 3. *Verùm hi, vti veremur, confuderunt* Eutychianum *hunc cum* S. Eutychio, *qui è Phrygiâ oriundus, Amaſeæ vitam monaſticam duxit: atque inde ciem vices Metropolitani ſuppleturus Conſtantinopolim ad Concilium quintum Oecumenicum eſſet miſſus, ibidem in locum Mennæ Patriarchæ vitâ functi electus eſt anno* DLIII. *Ac rurſus, poſt Seleim illam duodecim ferè annis adminiſtratam, Amaſeam exul remiſſus eſt anno* DLXV, *quòd aſſentiri nollet Iuſtiniano, neganti Chriſti carnem etiam ante reſurrectionem pati aliquid aut corrumpi potuiſſe. Sed poſt annos iterum duodecim ab exilio Conſtantinopolim reuocatus, ibidem ſanctiſſimè ex hac vitâ migrauit anno* DLXXXII, *die* VI

Acta ſcripſit Græcè Eutychianus Theophili diſcipulus.

teſtiũ oculatus,

aliàs à S. Eutychio Ep. Conſtantinopolitano,

AVCTORE G. H.

Aprilis, quâ eius Acta plenius illustrabimus. In his de vastatione Persarum, sub Iustino iuniore circa annum DLXXII *factâ, hæc leguntur:* Impiorum Persarum in Rempublicam nostram impetum omnes scimus, cùm nouus Nabuchodonosor Chosroës Sebasten venit & Melitenen. Cùm igitur in magnas tunc angustias atque discrimen adductæ res essent; vicini omnes ferè tum Nicopoli, tum Cæsareâ, tum Comanis, tùm Zalâ, ex aliisque finitimis ciuitatibus Amaseam tamquàm in locum munitissimum se conferebant *&c. Quæ speciem quamdam prioris sub Iustiniano incursionis Persarum in Syriam & Ciliciam repræsentant. Fuit autem hæc S. Theophili historia medio inter vtramque irruptionem tempore conscripta ab* Eutychiano, *prorsus à* S. Eutychio *distincto, qui in Antiocheno Patriarchatu, eodem tamen tempore degebat.*

ante annum 572;

5 *Hanc S. Theophili historiam, olim Latinè translatam, sed hactenus ineditam, damus ex tribus antiquis codicibus MSS. monasteriorum Belgicorum, Aquicinctini, Latiensis & S. Gisleni.* Interpres Paulus Diaconus Neapoleos *in titulo indicatur: eius meminit Sigebertus cap.* 69, *de Scriptoribus Ecclesiasticis, his verbis:* Paulus Diaconus Neapolitanæ Ecclesiæ transtulit de Græco in Latinum Vitam S. Mariæ Ægyptiacæ: *in cuius Præfatione (quod mirum est non aduertisse Sigebertum) ita scribit:* Domino gloriosissimo ac præstantissimo Regi Carolo. Sciens gloriosissimam Maiestatem vestram tam Diuinis eloquiis, quam Sanctorum præcedentium exemplis valdè delectari, cùm iamdudum libellum conuersionis Mariæ Ægyptiacæ, cum tomulo de cuiusdam Vicedomini pœnitentiâ, Domino meo obtulerim; quia ille ipse casu quodam deperiit, nunc iterum iussui vestro in eodem restaurando deuotus fui. *Vossius lib.* 2, *de Historicis Latinis cap.* 31, *Regem, cui Paulus librum suum dicauit, esse non Carolum Caluum, sed Carolum Magnum, ideò sibi persuadet, quòd Sigebertus, dum Pauli meminit, eum Bedæ proximè subiungat, multisque præmittat, qui ante annum octingentesimum vixêre. Verum quantùm hæc Vossij ratio fallat, demonstrat Anianus ab eodem Sigeberto proximè huic Paulo Diacono subiunctus, qui Alarici Regis Gothorum Cancellarius, edidit Leges Theodosij Imperatoris Aduirris in Nouempopulaniâ, anno Christi* DVI, *tribus ferè seculis ante Imperium Caroli Magni. De Aniano agit Sigebertus cap.* 70, *& contrà cap.* 62 *egerat de S. Benedicto Abbate Anianæ & Indæ, qui iubente Ludouico Pio Imperatore scripsit anno* DCCCXVII *Concordiam Regularum Patrum, de quâ plura ad eius Vitam* XII *Februarij.*

Latinè vertit Paulus Diaconus Neapoleos,

dubium an sub Carolo Magno,

6 *Quis ergo Carolus fuerit, cui suum opusculum inscripsit Paulus Diaconus, ex methodo Sigeberti non liquet. Vterque, & Carolus Magnus & nepos eius Carolus Caluus magni optimorum studiorum, illustriumque Doctorum fautores fuerunt. Propendemus magis in tempora Caroli Calui, quem Hericus monachus S. Germani Autissiodorensis, in Vitâ huius, carmine à se editâ, sic alloquitur in Epistolâ illi inscriptâ:* Multa sunt vestræ monumenta clementiæ, multa symbola pietatis. Illud vel maximè vobis æternam parat memoriam, quòd famatissimi aui vestri Caroli studium erga immortales disciplinas, non modò ex æquo repræsentatis, verùm etiam incomparabili feruore transcenditis: dum quod ille sopitis eduxit cineribus, vos fomento multiplici tum beneficiorum, tum auctoritatis vsquequaque prouehitis, imò, vt sublimibus sublimia conferam, ad sidera perurgetis. Ita vestrâ tempestate, ingenia hominum duplici hituntur adminiculo, dum ad sapientiæ abdita persequenda omnes quidem exemplo allicitis, quosdam verò etiam præmiis inuitatis. *Quod autem ad peritos linguæ Græcæ, quibus Paulus annumerandus est, spectat, post pauca idem Hericus addit:* Luget Græcia, (quam sui quondam incolæ iamdudum aspernantur, vestrâ potius magnanimitate delectati, studiis allecti, liberalitate confisi) dolet, inquam, se olim singularitet mirabilem, ac mirabiliter singularem, à suis destitui. Dolet certè sua illa priuilegia, quod numquàm hactenùs verita est, ad climata nostra transferri. *Ac tandem concludit:* Quidquid igitur litteræ possunt, quidquid assequuntur ingenia, vobis debent. *Huic etiam Carolo Caluo direxit Hierarchiam Dionysij Areopagitæ à se de Græco in Latinum translatam Anastasius Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius, vti legitur in Vitâ Ioannis Papæ* VIII.

nil potius sub Carolo Caluo.

7 *Paulo Diacono aliquantò iunior fuit Simeon Metaphrastes, qui hanc S. Theophili pœnitentiam, ab Eutychiano scriptam, eiusdem à se aliorum Sanctorum Actis adiunxit, reuulitque* IV *Februarij, quâ Latinè redditam à Genuiano Heruetо edidit tomo* 5 *Vitarum sanctorum Patrum Aloysius Lipomanus, & ex eo Laurentius Surius eadem* IV *Februarij. Hos adeant quibus animus est, magnificentiam Dei erga Sanctissimam Virginem Matrem suam copiosius ostendere, pleniusque elogia ac titulos eiusdem Deiparæ ex vtraque Vitâ decerpere, & contra obtrectatores eius eluidare. Priorem hic sufficit Vitam, olim Latinè factam, primò in lucem dari.*

Acta à Metaphraste edita vertit Gëttanus, euulgarüt Lipomanus & Surius.

8 *Est nobis peruetustus Codex MS. in quo vario carmine Heroïco hæc continentur, & quidem hoc ordine:* Passio S. Laurentij. Vita S. Alexij. Pœnitentia Vicedomini per Genitricem Dei mirabiliter saluati. Passio SS. Thebæorum Martyrum. Poëma de Gemmis. Excerptum de scriptis Solini *&c. Nullus auctor apponitur, quem opinamur* Marbodum, *ex Archidiacono Andegauensi Episcopum Redonensem, anno* MXCVI *in Concilio Turonensi, tum mense Martio ad tertiam Quadragesimæ hebdomadam habito, ab Vrbano* II *Pont. Rom. creatum. Eum Sixtus Senensis lib.* 4 *bibliothecæ sanctæ appellat* Poëtam suorum temporum eximium & sacrorum eloquiorum professorem insignem: *à cuius illustri calamo plures Sanctorum Vitas daturi sumus, etiam solutâ oratione deductas. Inter Poëmata iam recitata,* passionis S. Laurentij *&* passionis Thebæorum *auctorem agnoscit hunc* Marbodum *Sigebertus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap.* 158, *eumque secuti Trithemius, Possevinus, Vossius, Pitseus & alij. Poëma* de Gemmis & lapidibus *auctore* Marbodæo, *seu* Merboldo (*ita nomen variè scribitur*) *sæpius excusum esse tradit in Bibliothecâ Gesnerus, citatique aliquando à Vincentio & Alberto, aliisque huiusmodi auctoribus* Liliarij *vel* Lapidarij, *interdum etiam* Euacuis *nomine: non quòd* Euanx *fuerit cognominatus, vt asserunt Balæus, Pitseus aliique, sed ob exordium huius Poëmatis, quod tale est:*

Eadè carmine olim scripta,

fers à Marbodo, dein Episcopo Redonensi,

Euax Rex Arabum legitur scripsisse Neroni.
Tum post versus viginti & octo sequitur ab illis citatum initium.
Annulus vt gemmam digitis aptandus haberet.

Eiusdem Marbodi *interposita poëmata de Vitâ* S. Alexij *&* pœnitentiâ S. Theophili *coniicimus esse; illud daturi* XVII *Iulij, hoc reliquis Actis S. Theophili addimus, ob sententiarum grauitatem & verborum pondera luce publicâ dignum. Plura de Marbodo dicentur* XIII *Februarij ad Vitam S. Licinij Episcopi Andegauensis, quam agnoscit se* Archidiaconum Ecclesiæ Andegauensis *scripsisse, quo etiam tempore, aut etiam prius, cùm iunior esset, hæc aliaque poëmata ab eo arbitramur elaborata:*

tum fortè Archidiacono Andegauensi:

9 *Marbodo senior est Roswitha sanctimonialis, quæ in monasterio Gandersheimensi apud Saxones seculo Christi decimo floruit: inter cuius opera, à Conrado Celte Protucio anno* MDI *typis euulgata, extat poëma de lapsu Theophili Vice-domini & eius pœnitentiâ, cuius exordium hic adscribimus.*

vti à Roswithâ sanctimoniali.

Postquàm lux fidei crescens per climata mundi
Siciliam tenebris errorum soluit ab atris;
Vir satis illustris nutritur partibus istis, **lege Ciliciam*
Nobilitate potens, meriti splendore refulgens.
Hicce Theophilus fuerat de nomine dictus,
Puri sacratâ tinctus baptismatis vndâ:
Quem deuota patrum Diuinis cura suorum
Obsequiis igitur primis signauit ab annis:
Atque sui dulcem piè sollicitando nepotem
Cuidam Pontifici credidit nimiùm sapienti:
Quò nutriret eum studio florente docendum,
Ipsius ingenium mentisque rigaret agellum
De sophiæ riuis septeno fonte manantis.

Omittimus reliqua, quæ apud eumdem Conradum legi possunt. Meminit Roswithæ, eiusque poëmatum Trithemius libro de viris illustribus Germaniæ, Possevinus, Vossius, ac plures alij. Epitome huius historiæ continetur in MS. Lectionario Ecclesiæ Audomarensis ex Lectionibus, quæ intra Octauam Natiuitatis Beatæ Virginis Mariæ ad Matutinum leguntur die septimâ: eam omittimus desumptam ex historiâ à Paulo Diacono transtulâ. Con-

Actorum alia compendia.

A *tâ. Concluſio assentitur huiuſmodi:* Talibus ergo factis approbatur, quia Mater Domini vbique imperioſa eſt, vbique magnificà: certè cui pronum eſt ſanctos Angelos in miniſterium mittere, & ad beneplacitum ſuum inferorum pacta caſſare... Veniant peccatores cum Theophilo tundentes rea pectora cum interno fletu; ipſi quoque, ſi verè pœniteant, deſideratam veniam adepturi. *Aliud compendium exhibet Zacharias Lippelous* IV *Februarij, ſed ex verſione Gentiani Herueti contractum. Eamdem hiſtoriam refert Bellouacenſis lib.* 21 *Speculi hiſtorialis cap.* 69 *&* 70: *quam etiam enarraturus Petrus Caniſius lib.* 5. *de Mariâ Deiparâ Virgine, cap.* 20, *ſic præfatur:* Quoniam de Mariæ miraculis tractare ſumus exorſi, age, plures minimeque ſuſpectas aut ambiguas niſtorias inducere pergamus, quibus non modò veterum in Deiparâ inuocandâ ſtudium & ardor comprobetur, ſed eiuſdem etiam inuocationis Diuinis miraculis obſignatæ certa & euidentia teſtimonia magis magiſque fulgeant. Cùm Cæſar Iuſtinianus rerum potiretur, Theophilus quidam in oppido Ciliciæ Adanâ *&c. Eamdem à Caniſio contractam hiſtoriam tradit Bredenbachius lib.* 2 *cap.* 3. *In Palatio Bruxellenſi inter Codices MSS. ab antiquis Ducibus Burgundiæ relictos, extat Gallico idiomate præclarum opus de variis miraculis per interceſſionem ſanctiſſimæ Deiparæ patratis, in quo primum eminet beneficium hùic Theophilo pœnitenti præſtitum, & hiſtoria latè refertur.*

B 10 *Meminerunt huius conuerſionis plurimi illuſtres Scriptores: atque inprimis S. Petrus Damianus, qui à ſexcentis ferè annis floruit, ſermone, de Natiuitate B. Mariæ ita ſcribit:* Quid tibi negabitur, Maria, cui negatum non eſt Theophilum de ipſis perditionis faucibus reuocare? Infelicem animulam, totum illud, quod in te factum eſt, proprio charactere denegantem, de luto fœcis & miſeriæ ſubleuaſti. Nil tibi impoſſibile, cui poſſibile eſt deſperatos in ſpem beatitudinis reuocare. *S. Bernardus in ſermone ſuper verbis Apocalypſeos,* Signum magnum, *de B. Mariâ, perorat ad eamdem his verbis:* Tu peccatorem quantumlibet fœtidum non horres, non deſpicis, ſi ad te ſuſpirauerit, tuumque interuentum pœnitenti corde flagitauerit. Tu illum à deſperationis barathro piâ manu retrahis, ſpei medicamen aſpiras: foues, non deſpicis, quouſque horrendo Iudici miſerum reconcilies. Famoſum huius tuæ benignitatis teſtimonium eſt per te Theophilus reſtauratus gratiæ. *Hæc S. Bernardus, quem ferè deſcribit S. Bonauentura in Speculo B. Mariæ Virg. lect.* 9. *Agit de eodem B. Albertus Magnus in Bibliis B. Mariæ cap.* 9 *Cantic. & ad illud Ieremiæ,* Deſcende in domum figuli, *vbi ait:* Domus figuli eſt Virgo Maria, *& infrà:* Hæc eſt domus, in quâ reformatus fuit miſer Theophilus, ſicut in laudibus eius canitur in proſâ: Theophilum reformans gratiæ. *Eſt autem, teſte Coluenerio in Calendario Mariano* 4 *Febru. § 3 num.* 3, *proſa diei Annuntiationis, quæ incipit:* Aue Maria, gratiâ plenâ, Dominus tecum, Virgo ſerena. *Extat, vt idem tradit, inter Hymnos & Proſas, quas Hermannus Torrentinus edidit, in fine illius operis, & in ſcholiis hiſtoriam explicat. Eadem proſa Hermanno Contracto attribuitur poſt Durantum ab Antonio Balinghemio noſtro in Parnaſſo Mariano par.* 2 *hymno* 39, *ex vndecim Miſſalibus edita, vti & alius hymnus num.* 43. *ex Miſſali Cluniacenſi, qui incipit:* Angelicæ nos reſpice, *in quo fit mentio eiuſdem Theophili & Mariæ Ægyptiacæ. Additur & tertius num.* 67 *ex Miſſali antiquo Romano: qui incipit:* Dulcis aue pœnitentis. *In eo dicitur:* Tu es reis aduocata, per te fuit reportata venia Theophilo. *Eamdem hiſtoriam agnoſcunt Fulbertus Carnotenſis ſerm.* 1 *de Natiuitate B. Mariæ, Honorius Auguſtodunenſis ſerm. de Aſſumptione eiuſdem, S. Antoninus in Summâ theologicâ par.* 4 *tit.* 15 *cap.* 45 § 6, *ac paſſim recentiores.* Attingunt quoque hanc hiſtoriam Centuriatores Magdeburgenſes, *inquit Caniſius,* ſed rem adeò frigidè narrant, nullum vt Mariæ honorem deferre dignentur, ſtudio videlicet veritatem ſupprimentes, quam tamen, niſi ſint prorſus impudentes, negare non poſſunt.

S. Bernardum,

S. Bonauenturam, B. Albertũ Magnum,

C *in hymnis Eccleſiaſticis.*

11 *Theophilum ſanctè ex hac vitâ ad Dominum migraſſe tradunt Acta eius ſingula: addunt Caniſius & Bredenbachius,* eò demùm peruenille, vt ob vitam ſanctè actam catalogo Sanctorum ſit adſcriptus, ac ſolennis eius memoria quarto Februarij quotannis in Eccleſiâ celebretur: *quo die hiſtoriam hanc à Metaphraſte, Lipomano, Surio, Lipeloo relatam eſſe diximus. Roſweydus noſter lib.* 1 *de Vitis Patrum in Notationibus ad Acta S. Mariæ Ægyptiacæ num.* 4 *ait,* Theophili feſtum occurrere die IV Februarij: *quo hæc Theophili reuocatio & pœnitentia recolitur etiam à Molano in Auctario Vſuardi. Longiore elogio eum celebrat Conſtantius Felicius in ſuo Martyrologio Italicè edito, ſed* Perſam *origine fuiſſe perperàm adiunxit. Ferrarius in notâ Topographicâ ad Martyrologium Romanum ſub titulo* Adana, *annotat* IV Februarij Theophilum Oeconomum. *In Martyrologio Germanico cum* XIII *Octobris actum eſſet de S. Theophilo Epiſcopo Antiocheno, addũtur:* Item in Ciliciâ alterius ſancti Confeſſoris Theophili, qui priùs poſt negatum Chriſtum eiuſque Genitricem, proprio ſuo chiragrapho ſeſe diabolo dicauit: poſteà pœnitentiâ peccatorum factâ, à ſanctiſſimâ Virgine Mariâ liberatus, chirographum ſuum recepit. Triduo dein elapſo migrauit ad Chriſtum: in cuius tranſitu Angelorum cantus auditus eſt, & Deus per eum multa mirabilia operatus. *In Auctario MS. Carthuſiæ Bruxellenſis ad Vſuardum,* XIV *Octobris hæc leguntur:* Item B. Theophili Confeſſoris in vnâ ciuitate Ciliciæ Vicedomini, mirè pœnitentis ob negationem, quam fecerat, Dei; ſed per beatam Virginem veniam impetrantis ac ſaluati; quia per ipſam chirographum, quo diabolo homagium fecerat, recepit, & in ſignum gratitudinis Sequentiam edidit: Aue Maria, gratiâ plena, Dominus tecum, Virgo ſerena &c. Et poſt triduum obdormiuit in Domino, exemplum pœnitentiæ cunctis, & fiduciæ in Chriſti matrem.

Auctore Reg. Hist. D & in faſtis ſacris 4 *Februarij,*

13 Octobris.

& 14 Octobris.

E

MIRACVLVM S. MARIÆ DE THEOPHILO POENITENTE, AVCTORE EVTYCHIANO, interprete Paulo Diacono Neapoleos.

Ex III Codicibus MSS.

CAPVT I

Theophili à vitâ piâ diſceſſus, Chriſtus & S. Maria abiurati.

1 FActum eſt, priuſquàm incurſio fieret in Romanam Rempublicam execrandæ Perſarum gentis, fuiſſe in vnâ ciuitate nomine *a* Adanâ, Ciliciorum ſecundâ regione, quendam Vicedominum ſanctæ Dei Eccleſiæ, nomine Theophilum, moribus & *b* conuerſationibus præcipuum, qui quietâ ac omnimodâ moderatione, pertinentes Eccleſiæ res & Chriſti rationabile ouile optimè regebat; ita vt Epiſcopus eius hilari ſobrietate repauſaret in eum, & *c* in omnem diſpoſitionem Eccleſiæ ſeu plebis vniuerſæ. Vnde à maiori vſque ad minorem omnes gratias illi agebant, & diligebant eum: nam orphanis, *d* nudis, & egenis prouidentiùs commoda miniſtrabat.

a

b *Theophilus fidelis adminiſtrator bonorum Eccleſiæ.*

c

d

2 Contigit itaque, vocante Deo, eiuſdem ciuitatis Epiſcopum vitam finire, ſtatimque Clerus omnis ac populus vniuerſus affectualiter diligentes eumdem Vicedominum, & induſtriam illius cognoſcentes, communi conſilio decreuerunt eum creari Epiſcopum. Et celebrato decreto, mox ad Metropolitanum *e* direxerunt Epiſcopum: quo ſuſcepto, virique comperto virtutibus, annuit petentibus effectum, & dirigens ad promouendum

e *Epiſcopatum obtinet.*

AVCTORE EVTYCHIANO, INTERPRETE PAVLO DIACONO, EX MSS.

mouendum Episcopum prænominatum, accersiri præcepit Vice-dominum. Et priùs quidem susceptis Metropolitani Episcopi litteris, ambulare distulit, rogans omnes, ne eum compellerent fieri Episcopum; sed sufficere sibi esse Vice-dominum, asserens & contestans indignum se esse tanti honoris officio; sed imminente populo, *f* brachio sublatus, ductus est ad Metropolitanum Episcopum, & susceptus cum gaudio. Sacratio imminebat: at ille prostratus pauimento, comprehensis pedibus Episcopi, precabatur, nihil in se tale exerceri, immeritum se omnino Episcopatus gradu proclamans, & sua benè nosse peccata. Cumque diu hæreret pauimento, & pedibus prouolueretur Episcopi, tractandi secum trium dierum accepit spatium. Post diem autem tertium vocatum eum ad se cœpit commonere Episcopus, & eius collaudare solertiam: at ille nihilominùs tantæ Sedis ascendere gradum se esse indignum clamabat. Videns itaque Episcopus tantam eius in obstinatione constantiam, & quòd omnino acquiescere nollet, dimisit eum, atque alterum promouit dignum ad eiusdem Ecclesiæ peragendum Episcopatus officiū:

f constanter recusat.

Vice-dominī officio priuatur:

3 Porrò ordinato Episcopo, cùm ad propriam remeassent ciuitatem, quidam de Clero instigauerunt, vt amoto illo, alium Ecclesiæ ordinaret Vice-dominum. Quo facto, suæ tantùm domûs is, qui à priori recesserat officio, agebat curam. Igitur callidus hostis & humanigeneris inuidus inimicus, eumdem virum modestè degere, & bonis conuersari *g* operibus conspiciens, prauis cogitationibus cor illius cœpit pulsare, immittens illi Vice-dominatus zelum & ambitionis æmulationem, conuertitque illum ad abominanda hæc & iniqua consilia, quibus non Diuinam sed humanam desideraret gloriam, & vanam ac transitoriam magis quàm cælestem appeteret dignitatem; intantùm, vt etiam maleficorum postularet auxilium.

g

opem Magi Hebræi implorat:

4 Erat denique in eadem ciuitate Hebræus quidam nefandissimus, & omnino diabolicæ artis operator, qui iam multos, infidelitatis argumentis, in foueæ perditionis immerserat barathrum. Quippe inani gloriâ succensus Vice-dominus incurrit miserrimus in ruminationem indigestæ cupiditatis huius seculi, & vrebatur ambitionis desiderio. Vnde festinus perrexit noctu ad præfatum Hebræum, pulsansque ianuam, aditum pandi precabatur. Videns igitur eum Deo odibilis ille Hebræus ita corde contritum, vocauit intra domum, & dixit ei: Cuius rei causâ ad me venisti? At ille corruens prouolutus pedibus eius, dicebat: Quæso te, adiua me, quoniam Episcopus meus opprobrium in me exercuit, & hoc operatus est in me. Respondit ei execrabilis ille Hebræus: Crastinâ nocte horâ istâ veni ad me, & ducam te ad patronum meum, & subueniet tibi, in quo volueris. Ille autem hæc audiens gratulatus fecit ita, medioque noctis venit ad eum. Nefandus verò Hebræus duxit illum *h* ad Circum ciuitatis, & dixit ei: Quodcumque videris, aut qualemcumque audieris sonum, ne terrearis, nec signum Crucis tibi facias. Illo autem spondente, subitò ostendit ei albos chlamydatos cum multitudine candelabrorum clamantes, & in medio Principem sedentem. Erat enim diabolus, & ministri eius. Tenens autem infelix ille Hebræus manum Vice-domini, duxit illum ad flagitiosum illud concilium; & ait ad eum diabolus: Quid nobis hunc hominem adduxisti? Respondit: Ab Episcopo suo præiudicatum, vestrumque adiutorium postulantem, Domine mi, perduxi eum. Dixit autem ille: Quale illi adiutorium dabo, homini seruienti Deo suo? Sed si meus famulus esse cupit, & inter nostros milites reputari, ego illi subuenio, ita vt plus quàm priùs facere possit, & imperare omnibus, etiam Episcopo. Conuersus Hebræus dicit illi misero Vice-domino: Audisti quid dixit tibi? Respondit: Audiui, & quæcumque dixerit mihi faciam: tantùm subueniat mihi. Et cœpit osculari pedes ipsius Principis & rogare eum. Dicit diabolus illi Hebræo: Abneget filium Mariæ, & *i* ipsa quæ odio sunt mihi, faciatque in scriptis, quia abnegat per omnia; & quæcumque voluerit impetrabit à me: tantùm abneget *k*. Tunc introiuit in Vice-dominum illum Satanas, & ait: Abnego Christum & eius Genitricem, fuciensque chirographum, impositâ cerâ signauit annulo proprio; & abscesserunt vtrique cum nimio perditionis suæ gaudio.

C

h.

deducitur ad consessum diabolicum:

D

i

k

negat Christum & Matrē eius:

5 In crastinum autem, Diuinâ, vt reor, prouidentiâ motus Episcopus, cum omni honore reuocato ex secessu Vice-domino, turpiter quem ipse promouerat ejecto, priorem constituit Vice-dominum; præbuitque ei coram omni Clero & populo auctoritatem dispensationis sanctæ Ecclesiæ atque possessionum ei pertinentium, cunctæque plebis, ac duplò tantùm quàm anteà fuerat præpositus, denuò est honore sublimatus, ita vt peccasse se clamaret Episcopus, quòd tam idoneam & perfectam personam aliorum regiminibus subiecisset, & illum inutilem & minùs idoneum promouisset. Et iam ordinatus cœpit disponere & eleuari super omnes idem Vice-dominus, omnibus cum metu & tremore obedientibus ei & ministrantibus per paruum tempus. Execrabilis verò ille Hebræus frequenter pergebat occultè ad Vice-dominum, & dicebat ei: Vidisti quemadmodùm beneficium & celer remedium ex me & patrono meo, in quibus deprecatus es, inuenisti? At ille, Confiteor, & omnino gratias ago concursioni tuæ.

restitutus pristinæ administrationi,

E

gratias agit mago.

a *Deerat vrbis nomen in MSS. suppletum ex Metaphraste.*
b *MS. Gislenianum*, vita. c *Idem MS.* ab omni dispensatione.
d *Gentianus*, viduis. e *MS. Aquicinct.* duxerunt.
f *MS. Gislen.* brachiis sublatis. g *MS. Aquicinct.* actibus.
h *Gentianus vertit*, hippodromum.
i *MS. Gislen.* eos qui odiosi. *Clariùs Gentianus*, illam ipsam: eos enim valdè abominor.
k *Additur apud Metaphrasten:* Theophilus autem cùm hæc audiuisset, dixit ei: Faciam omnia, quæ mihi iubes, dummodò consequar, quod desidero. Simul atque hoc audiuisset dolosus hostis humani generis diabolus, Theophili quondam Oeconomi barbam iucundè demulcet, & cœpit eum, os ori admouens, deosculari, & dicit ei: Salue de cetero germane mi amice & fidelissime.

CAPVT II

Theophili pœnitentia. Spes veniæ à Deiparâ Virgine impetrata.

6 ET cùm parum tempus in tali iactantiâ & abnegationis suæ foueâ commoraretur; Creator omnium ac Redemptor noster Deus, qui mortem non vult peccatorum, sed conuersionem *a* & vitam; recordatus priorem eius conuersationem, & in quibus sanctæ Dei ministrauerit Ecclesiæ, quòd viduis & orphanis & egenis optimè ministrauerat, non despexit creaturam suam, sed dedit ei conuersionem pœnitentiæ. Et in se reuersus de tantâ elatione atque abnegatione, sobrietate receptâ, cœpit humiliare proprios sensus, & affligi in his quæ gesserat, ieiuniis atque orationibus, & vigiliis vacans, multaque in mente conferens, & se fraudatum salute conspiciens, æterni incendij atque inextinguibilem flammam considerans, cruciatus, & animæ migrationem, stridorem dentium & vermem non morientem; hæc omnia proponens sibi, malo timore conterritus, cum gemitu & amaris lacrymis dicebat: O miserrimus ego, quid feci, & quid operatus sum! Quo iam pergam cumulatus luxuriis, vt saluam faciam animam meam? Vbi vadam infelix ego peccator, qui negaui Christum meum & sanctam eius Genitricem, & feci me seruum diaboli per nefandæ cautionis chirographum? Quis putas hominum poterit illam abstrahere de manu vastatoris diaboli & adiuuare me? Quæ mihi fuit necessitas cognoscendi nefandissimum & comburendum illum Hebræum? Erat enim antè paullulum Hebræus ille à lege & *b* iudice condemnatus.

a

Resipiscit:

casum suū deplorat:

b

Quid

A Quid enim ſic honorātur qui Deum & Dominum derelinquentes accurrunt diabolo? Quid enim mihi profuit temporale commodum,& ſupercilioſitas vana huius ſeculi? Væ mihi miſero peccatori & luxurioſo, quomodò ſupplantatus ſum? Væ mihi miſero peccatori, quomodò lucem perdidi, & iui in tenebras? Benè
c eram, quando *c* ad diſpenſationem propriam feceſſeram. Quid deſideraui, propter vanam gloriam & vacuam opinionem tradere miſeram animam meam in gehennam? Quale petam auxilium, qui auxilio fraudatus ſum à diabolo? Ego huius rei noxius: ego perditionis animæ meæ auctor ſum: ego proditor ſalutis meæ. Væ mihi, qualiter ſum raptus ignoro! Væ mihi quid faciam? Ad quem ibo? Quid reſpondeam in die
d iudicij, quando omnia nuda & *d* aperta erunt? quid dicam in illâ horâ quando iuſti coronabuntur, ego autem condemnabor? Aut quali fiduciâ adſtabo regali illi tribunali terribili? Quem poſtulem, quem rogem in illâ tribulatione? Aut quem deprecer in neceſſitate illâ, quando omnes ſua & non aliena tractabunt? Quis mei miſerebitur? Quis mihi ſubueniet? Quis me proteget? Quis patrocinabitur? Verè nullus ibi, nullus adiuuat; ſed omnes pro ſe reddunt rationem. Væ miſeræ animæ meæ, quomodò captiuata es? Quomodò
e demolita es? quomodò *e* alienata es & labefacta? Quan
B li corruiſti ruinâ? Quali demerſa naufragio? Quali cœno conuoluta es? Ad qualem confugies portum? Ad quale concurres remedium? Væ mihi miſero, qui ſupplantatus, & in barathro dimerſus, ſurgere nequeo!

7 Cùm hæc intra ſe concionaretur cum animâ ſuâ, & hæc ſemina ſalutis in eius corde conſidererentur; ſolus pius & miſericors Deus, qui propriam nō deſpicit creaturam, ſed ſuſcipit, tali eum ſenſu circumſedit. Tunc ait Vice-dominus: Licet ſciam, quia Dei filium natum de ſanctâ & immaculatâ ſemper Virgine genitrice Mariâ, Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum, & ipſam per illum, quem malè cognoui, Hebræum negauerim, tamen ibo ad eamdem matrem Domini ſanctam, glorioſam & lucidam, & ipſam ſolam interpellabo ex toto corde & animâ meâ, faciamque orationes & ieiunia in venerabili eius templo ſine ceſſatione, donec per eam inueniam in die iudicij miſericordiam. Et iterum aiebat: Sed qualibus labiis deprecari præſumam benignitatem eius, ignoro. Scio enim quia peſſimè tranſgreſſus ſum abnegando eam. Aut quale exordium confeſſionis meæ faciam? Quali corde qualiúe conſcientiâ confitens, impiam linguam & polluta labia mouere tentabo? Vel de quibus primùm peccatis pœnitentiam agam, vel remiſſionem expetam? Miſer ego, & ſi te
C merarius hoc agere præſumpſero, ignis de cælo deſcendens comburet me, quia iam non feret mundus mala, quæ ego feci miſerrimus. Væ miſera anima mea, ſurge de tenebris quæ te comprehenderunt; procidens interpella Genitricem Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia verè potens eſt huic reatui imponere ſanamenta.

proponit confugere ad Virginē Deiparam Mariam:

8 Et hæc ſecum cogitans, animatus fortiter, relictis laborioſis huius ſeculi offendiculis, cum omni ſtudio promptâque voluntate procedens coram ſancto & venerabili templo immaculatæ & glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, petitiones atque poſtulationes die noctuque inceſſabiliter offerens, ieiuniis & vigiliis præuacauit, vt à tali noxâ receptus redimeretur, & vt à pernicioſo ſupplantatore, & à maligno dracone, & ab illâ, quam geſſerat abnegatione eriperetur, faciens quadraginta diebus & noctibus ieiunia & orationes deprecando protectricem noſtram, Matrem Domini Saluatoris.

in templo eius 40 diebus orat & ieiunat:

9 Poſt expletionem verò dierum, medio noctis apparuit manifeſtè viuuer ſale auxilium, & parata protectio vigilantium ad eam Chriſtianorum, verum confugium ad ſe concurrentium, errantium via, & redemptio captiuorum, tenebroſorum lumen, veriſſimum afflictorum confugium & tribulantium conſolamen, Domina noſtra & verè Mater Chriſti, dicens ei: Quid ſicô homo permanes temerè faſtidioſe; poſtulans, vt te adiuuem hominem qui abnegaſti filium meum Saluatorem mundi & me? Aut quomodò poſſum poſtulare, eum remittere tibi mala, quæ geſſiſti? Quibus oculis aſpiciam in vultum illum miſericordiſſimum Filij mei, quem tu negaſti, & præſumam eum rogare pro te? Quali fiduciâ poſſim poſtulare eum, cùm tu apoſtataueris ab eo? Quoúe modo adſtabo tribunali illi terribili, & præſumam aperire os meum, & petere clementiſſimam illius bonitatem? Non enim patior videre filium meum derogari iniuriis. Eſto, ô homo, ea quæ *durè increpatur:* in me peregiſti peccata, poſſunt aliquid habere indultum, cò quòd ita piè diligam genus Chriſtianorum, & maximè eos qui rectâ fide & conſcientiâ purâ currunt ad templum meum, his modis omnibus annuo & ſuccurro, & vlnis meis foueo & viſceribus circumplector: filij autem mei *f* exacerbatores nec audire patior, nec videre; quia multo certamine & labore, cordiſque contritione egent, vt eius poſſint excipere benignitatem. Valdè enim miſericors & nimis iuſtus & pius exiſtit iudex.

f

10 Vir autem ille reſpondens dixit ei: Etiam, Domina mi, ſemper benedicta, etiam protectio generis humani, etiam Domina portus & ſuſceptio ad te confugientium; ſcio, Domina, ſcio quia valdè peccani in te & in eum qui ex te natus eſt, Dominum noſtrum, & E
non ſum dignus miſericordiam impetrare: ſed habens exemplum ab his, qui anteà peccauerunt in filium tuum Dominum noſtrum, & meruerunt per pœnitudinem indulgentiam peccatorum de quibus commiſerant, & ideò accedere præſumo. Niſi enim fuiſſet pœnitentia, quomodò Niniuitæ ſaluati fuiſſent? Niſi pœnitentia eſſet, Raab meretrix non ſaluaretur. Niſi eſſet pœnitentia, quomodò Dauid poſt prophetiæ donum, poſt regnum & Dominicum teſtimonium in barathrum fornicationis & homicidij cadens, pœnitentiam verbo oſtendens, non ſolùm indulgentiam tantorum meruit peccatorum, ſed etiam denuò prophetiæ donum accepit? Si non fuiſſet pœnitentia, quomodò B. Petrus Apoſtolorum princeps, primus diſcipulorum, columna Eccleſiæ, qui claues regni cælorum à Deo ſuſcepit, Chriſtum Dominum non ſemel aut bis ſed ter negans, poſteà duriter lugendo, & indulgentiam tanti delicti meruit & maiorem honorem adeptus paſtor conſtitutus eſt dominici rationalis ouilis? Si non eſſet pœnitentia, quomodò Zachæum, & ipſum principem publicanorum & calumniatorem, ſuſcepit? Si non eſſet pœnitentia, quomodò B. Paulus ex perſecutore vas electionis effectus eſt? Si non eſſet pœnitentia, quomodò illum, qui apud Corinthios fornicatus erat, ſuſcipi F
iuſſit Apoſtolus, dicens; Ne calumnietur à ſatana. Si non eſſet pœnitentia, quomodò ille Cyprianus, qui tanta perpetrauerat mala, qui etiam in vtero habentes incidebat & totus flagitiis inducbatur, vehementiùs confortatus eſt à S. Iuſtinâ, ad pœnitentiam conuolans, non ſolùm cantorum malorum remiſſionem accepit, ſed & martyrij coronam fortitus eſt? Vnde & ego miſer peccator tantorum confitens indicia pœnitentiæ, accedo poſtulans benignam miſericordiam tuam, vt dexteram mihi protectionis impendere & indulgentiam peccatorum largiri digneris, per filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, in quem ego miſer peccaui.

peccati remiſſionem magnâ cū fiduciâ expectat aliorum exemplo: Ionę 3. 10. Ioſue 6. 25. 2 Reg. 12. 13.

11 Hæc denique illo confitente ſancta & venerabilis Domina noſtra, Dei Genitrix, ſola caſta, ſola ſancta, & animâ & corpore benedicta, quæ ſola habet facundiam apud eum quem genuit Chriſtum, tribulantium conſolatio, afflictorum compaſſio, nudorum veſtimentum, ſenectutis baculus, concurrentium ad eam protectio valida, quæ ſanctis viſceribus cunctos circumfouet Chriſtianos, dicit ei: Confitere mihi, ô homo, quia quem ego peperi filium & tu abnegaſti, quia eſt Chriſtus filius Dei viui, qui venturus eſt iudicare viuos

Deiparâ Virgine exigente,

à Deiparâ Virgine

AVCTORE EVTYCHIANO, INTERPRETE PAVLO DIACONO, EX MSS.

AVCTORE EVTYCHIANO, INTERPRETE PAVLO DIACONO, EX MSS.

viuos & mortuos, & ego rogabo pro te, & ſuſcipiet te. Et reſpondit illi Vice-dominus: Et quomodò præſumam, Domina mi ſemper benedicta, ego infelix & indignus ſordidum & pollutum habens os, qui abnegaui filium tuum, & Dominum noſtrum, & ſupplantatus ſum vanis deſideriis huius ſeculi? Non ſolùm autem, ſed & hoc quod habebam ad remedium animæ meæ, venerandam dico crucem, & ſanctum baptiſmum quem accepi, pollui per inſcriptum amariſſimæ abnegationis chirographum. Dicit ei ſancta & immaculata Dei genitrix Virgo Maria: Intantùm accede & confitere illum: miſericors enim eſt & ſuſcipiet lacrymas pœnitentiæ tuæ, ſicut & eorum qui puriter & ſinceriter accedunt ad eum. Propterea enim Deus exiſtens, carnem in me accipere dignatus eſt, non *g* infirmatâ Deitatis eius ſubſtantiâ, vt ſaluum faceret genus humanum.

12 Tunc beatus ille vir cum reuerentiâ & competenti *h* oratione, ſubmiſſo vultu cum vlulatu confeſſus eſt, dicens: Credo, adoro, & glorifico *i* vnum de ſanctâ Trinitate Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei viui, ante ſecula à Patre ineffabiliter natum, nouiſſimis autem diebus deſcendentem de cælo & incarnatum Deum verum de Spiritu ſancto, & ex te ſanctâ & immaculatâ ſemper Virgine Mariâ, qui proceſſit ad ſalutem generis humani, ipſum confiteor eſſe perfectum Deum & perfectum hominem; qui propter nos homines peccatores pati dignatus eſt, & conſpui alapiſque cædi, & ſuper viuificabile lignum manus extendi, ſicut paſtor bonus ponens animam ſuam pro nobis peccatoribus, ſepultuſque eſt & reſurrexit & adſcendit in cælum cum carne, quam ex te caſtiſſimâ ac verâ matre ſuâ ſuſcepit; venturuſque eſt cum ſanctâ gloriâ ſuâ iudicare viuos & mortuos & reddere vnicuique ſecundùm opera ſua, non accuſatore egens, ſed ex ipſis correptis operibus conſcientiâ accuſante nos, aut excuſante, atque quale vniuſcuiuſque opus ſit, igne examinante. Hæc confiteor animâ, eorde, & corpore colo, adoro, & amplector: & cum hac meâ precatoriâ cautione toto mentis anniſu habitâ offer me, ſancta & immaculata Virgo Dei Genitrix, filio tuo Domino noſtro: & non abomineris neque deſpicias deprecationem peccatoris, qui raptus, ſupplantatus, & deceptus ſum, ſed libera me ab iniquitatibus, quæ me comprehenderunt & à procellâ turbinis, quæ me poſſidet, qui denudatus ſum à gratiâ ſancti Spiritus. Et cùm hæc dixiſſet, tamquàm aliquam ab eo ſatisfactionem ſuſcipiens ſancta Dei Genitrix, ſpes & ſuſtentaculum generis Chriſtianorum, redemptio errantium, & vera via confugientium ad eam, fons fluctuantium, quæ intercedit pro peccatoribus, refugium pauperum, conſolatio puſillanimorum, mediatrix Dei ad homines, dicit ei: Ecce ego, propter baptiſmum, quod accepiſti, per filium meum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, & propter nimiam compaſſionem, quam circa vos Chriſtianos habeo, credens tibi, accedo & rogo illum pro te, prouoluta pedibus eius, quatenùs te ſuſcipiat.

Deipara Virginis opem addita habet.

a *MS. Giſleni* vt viuant. b *Idem MS.* iudicio.
c *MSS. Aquicin. & Latienſe*, à diſpenſatione ſecretus ſum.
d *MS. Giſlen.* exceruicata patebunt.
e *Idem MS.* captiua facta.
f *MS. Giſlen.* exacerbationem. g *MS. Aquicin.* infamatâ.
h *Idem MS.* vtilitate. i *MS. Giſlen.* ſanctam Trinitatem.

CAPVT III

Peccata remiſſa. Chirographum redditum. Obitus Theophili.

13 ET cùm iſta viſio apparuiſſet, & dies factus eſſet, abſceſſit ab eo immaculata Dei genitrix Virgo. Et per triduum ampliùs Vice-dominus poſtulans & enixiùs in terram faciem percutiens, in eodem venerabili templo ſine cibo permanens, lacrymiſque lecum infundens, non recedebat, conſpiciens ad clarum lumen & ineffabilem vultum glorioſæ Dominæ noſtræ Dei genitricis Mariæ, ab eâ ſpem ſalutis ſuæ præſtolabatur. Vnde rurſum ſola protectio vera, ſola conſolatio ad ſe confugientium, ſola clarifera nebula, quæ nutrita eſt in ſancto ſanctorum, apparuit hilari vultu & lætis oculis & manſuetâ voce, dicens ei: Homo Dei, ſufficiens eſt pœnitentia tua, quam oſtendiſti ſaluatori omnium & creatori Deo. Suſcepit enim Dominus lacrymas tuas, & petitionibus tuis annuit propter me; ſi quidem & tu hæc obſeruaueris in corde tuo Chriſto filio Dei viui vſque ad diem obitus tui. At ille reſpondit: Etiam, Domina mea, obſeruabo vt non præteream ſermones tuos, quia te habeo poſt Deum protectionem & patrocinium; & in tuo adiutorio confidens non omittam, quę promiſi & confeſſus ſum. Scio enim, Domina, ſcio, quia alia protectio hominibus non eſt, niſi tu ſemper benedicta. Quis enim, Domina mea, immaculata Virgo, ſperauit in te & confuſus eſt? Aut quis hominum precatus eſt omnipotentiam adiutorij tui & derelictus eſt? Vnde & ego rogo peccator & luxurioſus perennem fontem benignitatis tuæ, viſcera miſericordiæ mihi impendere erroneo & decepto, qui in profundo cœni dimerſus ſum, & iube vt recipere poſſim execrabilem illam abnegationis chartulam atque nefandam cautionem *b* ſignatam, ab eo, qui decepit me, diabolo; quia hoc eſt quod omnino titillat miſerrimam animam meam.

b

14 Iterum ergo lugens valdè prædictus vir nimiumque deflens atque inſtanter poſtulans omnium vnicam ſpem, & ſalutem animarum noſtrarum, Sanctam & ſemper Virginem Mariam deprecabatur. Poſt tres verò alteros dies, tamquàm in viſione exhibuit ei S. Maria chartulam cautionis habentem ſigillum de cerâ, ſicut dederat illam apoſtaticam cautionem: & de ſomno ſurgens inuenit chartulam ſuper pectus ſuum prænominatus Vice-dominus, & lætus effectus contremuit, ita vt etiam omnium membrorum eius iuncturæ penè ſoluerentur.

abiuratio-nis chirographum recipit:

15 In craſtinum verò, cùm eſſet Dominicus dies, pergens in ſanctam Catholicam Eccleſiam, poſt lectionem ſancti Euangelij iactauit ſe ſubtus pedes ſanctiſſimi Epiſcopi, & ſubtiliter omnia enarrauit, quæ geſta fuerant per execrabilem & pernicioſum Hebræum ac maleficum, & ſuam elationem atque negationem & chirographi conſcriptionem, propter inanem gloriam ſeculi huius; deinde confeſſionem ſuam ad Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & pœnitentiam per miracula, tum & indeficientem fontem intemeratæ Dei Genitricis, per quam & chirographum peſſimæ abnegationis recepit. Et porrigens ſanctiſſimo Epiſcopo ſignatum tradidit in manus eius, omnibuſque admirantibus Clericis ſimul & laicis, mulieribus & infantibus, poſtulauit, vt in publico coram omnibus legeretur iniquiſſimum illud & horribile chirographum: cognouitque omnis populus quæ ei contigerant, & qualiter ei reddita fuerat chartula negationis.

Epiſcopo peccatum eiuſq; remiſſionem explicat:

petit omnia populo manifeſtari.

16 Vnde & clamabat Epiſcopus, ac dicebat: Venite omnes fideles, glorificemus verum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Venite omnes, videte ſtupenda miracula, venite omnes Chriſto dilecti & videte illum, qui non vult mortem peccatoris, ſed conuerſionem & vitam æternam. Venite, videte, Patres mei, efficaciam pœnitentiæ. Venite, videte lacrymas diluentes peccata, venite cariſſimi, videte lacrymas delentes vulnera iniquarum actionum, & candidiorem niue animam demonſtrantes. Venite, videte lacrymas conuolare, portantes animas ad Dominum. Venite, videte lacrymas remiſſionem peccatorum impetrantes. Venite Chriſtiani omnes, conſiderate lacrymas iram Dei remouentes. Venite, conſpicite quantùm valet gemitus animæ & cordis contritio. Quis non miretur, Fratres mei,

cum illuſtri theomio miſericordia Dei.

A mei ineffabilem patientiam Dei? Quis non ſtupeat inenarrabilem compaſſionem & caritatem Dei erga nos peccatores? Nam & quadraginta diebus legiſlator Moyſes ieiunans, à Deo conſcriptas tabulas ſuſcepit, & hic frater noſter quadraginta diebus permanens in venerabili templo immaculatæ & glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, priorem gratiam, quam negando perdiderat, ieiunando & orando à Deo recepit. Demus igitur & nos ſimul cum eo gloriam Deo noſtro, qui ſic miſericorditer exaudiuit pœnitentiam confugientis ad ſe, per interuentionem immaculatæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, quæ eſt inter Deum & homines potens veriſſimaque ſpes deſperantium, quæ eſt refugium afflictorum, quæ maledictionem humanæ naturæ compeſcuit, quæ eſt vera ianua vitæ æternæ, ad quam omnes peccatores pulſamus & aperitur nobis: & apud eum quem genuit Dominum noſtrum petitiones offert, & accipit peccatorum noſtrorum indulgentiam. Recordare ergo & noſtri, ſancta Dei genitrix, qui ad te vigilamus purâ fide & confugimus, & non derelinquas pauperrimum ouile, ſed deprecare pro eo apud miſericordem Dominum, & intercede, vt conſeruetur ab incommodis & ſine calumniâ. In te enim ſperamus omnes Chriſtiani, ad te confugimus, ad te oculos noſtros die noctuque expandimus. Te enim & eum, qui
B ex te natus eſt, & ex te carnem ſuſcepit, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſalutamus & glorificamus. Et quid iam loquar aut dicam, aut qualem laudem vel gloriam Domino Deo omnipotenti Ieſu Chriſto, qui ex te natus eſt, offeremus? Certè magnificata ſunt opera tua, Domine, & non ſufficit lingua ad gloriam mirabilium tuorum. Verè magnificata ſunt opera tua, Domine, certè congruum eſt huic Euangelij dictum: Afferte ſtolam primam, & induite illum & date annulum in manu eius & calceamenta in pedibus eius: & afferte vitulum ſaginatum & occidite; & edentes lætemur, quia frater noſter mortuus fuerat & reuixit, perierat, & inuentus eſt.

Exod. 24 18.

& Deipara Virginis:

17 At poſtquàm ſurrexit Vice-dominus, rogauit eum Epiſcopus, vt comburet illam nefandiſſimam chartulam. Quod & factum eſt, & videntes populi execrabile chirographum, & negatoriam cautionem combuſtam igni, cœperunt cum multitudine lacrymarum clamare: Kyrie eleyſon. & annuens manu Epiſcopus vt tacerent, ait, Pax vobis. Et cœpit ſolemnia Miſſarum celebrare, & poſt expletionem ſacrorum myſteriorum, perceptaque ſacra myſteria, ſtatim effulſit facies venerabilis Vice-domini ſicut ſol. Et videntes omnes ſubitaneam viri transfigurationem, ampliùs glorificabant Deum, qui facit mirabilia magna ſolus.

ſumptâ Euchariſtiâ facies eius reſplẽdet:

18 Et accedens ad venerabile templum Dei Genitricis, quæ eum liberauit ab execrabili illo errore, d modicum guſtans, diſſolutus corpore infirmatus eſt in eo
C loco, in quo & ſepultus eſt, vbi etiam & beatam illam viſionem vidit, declinans ſe tamquàm confixus in eo loco. Et poſt triduum oſculans fratres tradidit beatam animam in manu Filij Dei & immaculatæ ſemper Virginis Mariæ. Omnia ſua egenis diſtribuit, & optimè cuncta diſponens, talique confeſſione glorificans Deum, migrauit ad Dominum, cui eſt gloria nunc & ſemper per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

d

in templo D. Virginis obit & ſepelitur.

a *MS. Giſſen.* clarificare ſolita morientium nebulas.
b *Idem MS.* ſignationis.
c *MSS., Aquicin. & Lat.* fons veriſſimus, quæ eſt ſpes.
d *Gentianus* cùm parùm requieuiſſet. *fortè ex variâ lectione codicis MS. Graci.* χνόμεν & πνόμεν.

EADEM HISTORIA METRICA

auctore (vt creditur) Marbodo Epiſc. Redonenſi

Ex Codice MS.

CAPVT I

Theophili vita piè cœpta: lapſus in ſcelera Chriſto & S. Mariâ abiuratis.

QVidam magnorum Vice-dominus erat meritorum, Theophilus nomen: tenuit quoque nominis omen. *Theophilus Vice-dominus,*
Quippe malum cauit, cultum Deitatis amauit:
Totus in Eccleſiæ cauſſis, totus theoriæ, *vir præclarus,*
Totus in actiuis ſtudiis: quo pro patre quiuis
Pauper gaudebat, per eum nec egenus egebat:
Pontificem, clerum, plebes, hic publica rerum E
Spes ſuſtentabat: & ad omnia ſancta vacabat.
Mortuus hinc fletur Præſul, conuentus habetur
Pro ſucceſſore, ſit eo qui dignus honore.
Complacuit facer, vt meruit, vir ad hoc memoratus:
Hic vetuit, quod onus metuit graue Pontificatus.
Dum petitur, nec is obſequitur, communiter itur:
Eligitur, quia diligitur, meritus quia ſcitur.
Conſilium ſanum venit ad Metropolitanum; *oblatum Epiſcopatũ recuſat:*
Qui iubet, vt veniat, quò confirmatio fiat.
Cogitur, excuſat Vice-domnus, & ire recuſat:
Nec valuit; quia plebs voluit, quem ſuſtulit almum;
Vt decuit, fert: nec tacuit quoque dicere pſalmum.
Tunc à Pontifice ſummo rogitatur amicè,
Vt flectat mentem, laudet magis omnipotentem;
Conſilium mutet, nec pontificare refutet.
Clerus & acceſſit, eademque monendo laceſſit:
Plebs eadem dicit, nec eum ſententia vicit:
Ac importunus obnititur omnibus vnus;
Dicens, Non eſſe ſe plura ſubire neceſſe;
Sed ſibi ſufficere benè credita iura tenere:
Non attentandum, quo ſe metuat ſuperandum:
Ergo renitentem, nec Patrum iuſſa ſequentem
Hunc dimiſerunt; alium cui ſubſtituerunt,
Ordine qui functus, ritu quoque Præſulis vnctus.
2 Cùm diſpenſaret, res eccleſiæque notaret,
Inuidiæ faſtu, facientequæ dæmonis aſtu,
Præſul pulſatur, à multis cùm videatur, F
Parte quòd ex omni præſtaret honor Vice-domni:
Et nimis elatus eiuſdem ſit dominatus,
Quo niſi priuetur, citò quilibet experietur, *priuatur beneficio Vice domini:*
Culmen vt inde malè vileſcat Pontificale:
His Præſul fractus, Vice-domni diſcutit actus,
Quos quaſi deuouit, hunc officioque remouit:
Cui ſucceſſorem promouit deteriorem.
Theophili tunc res nihili factæ tenuantur:
Diſſimili vice, nec ſtabili, quia cuncta rotantur.
* Dum ſua copia, priſcaque gratia rarificantur: *al.* Nam
Sic opulentia ſicque potentia ſe comitantur,
Deficiunt vbi res, marceſcunt illicò vires,
Dat famulos fatum, ſequiturque fauor dominatum.
Iſtâ recordatus Vice-domnus præmemoratus,
Ingemuit miſer, & doluit ſe deſpoliatum;
Pœnituit modò poſtpoſuit quia Pontificatum.
Diſplicuit, priùs vt viguit per proſpera fultus;
Nunc eguit, populoque fuit probro quaſi ſtultus.
Sic ſtupuit, ſic deſipuit pro ſorte malorum;
Cui nocuit, cui ſurripuit fraus dæmoniorum.

AVCTORE FORTE MARBODO ex MS.

3 Nunc aliquis ſiquidem vir peſtifer & magus idem,
Hebræus gente, ſe dæmone plenus agente,
Vt videt afflictum, nec non quaſi mente relictum,
Mox adit, hortatur; dolor inſtans vt referatur,
A Forſan prodeſſe; nihil, etſi narret, obeſſe.
implorat opem magi Hebræi: Ille refert mœſtus cauſſas exordi ne queſtus,
Diuitiæ quantæ, ſeu quantus honor fuit antè,
Quo modò priuatus vileſceret adnihilatus:
Hunćque recepturum, ſeu matùrè perituru̇m.
Lætior is factus, eſt conſilium dare pactus,
Pactus & hoc iurat, quòd (ſi certum forè curat,
Iuret & ipſe fidem pacto, quod tradet, eidem)
Iura gradus priſci poterit quoque ſic adipiſci,
Vt Vice-domnatum ferat vltra Pontificatum,
Summus ſummorum, quantò magis inferiorum.
Ille fidem ſpondet, tantùm monet, irrita non det
Rerum promiſſa, nec nutet mente remiſſâ.
Nunc, ait, auſcultа, quæ mando fide tibi multâ.
Rex meus eſt ſatanas, res non ſolitus dare vanas;
Sed miſeris ſolitus ſuccurrere, dans quoque ritus
Quoſdam ſeruandos illis, quos ducit amandos:
His bona ſuppeditat, hos rebus honoreq́ue ditat.
prohibetur fig. ſi Crucis facere: Sub tenebris noctu, ſerua tempus memor hoc tu,
Illi te ſiſtam; ſed, ne trepidaueris iſtam
B Pompam, præmoneo, veniet ſplendente trophæo.
Stans tantùm cedas, tibi nec ſignum Crucis edas;
Per quod cum ſignum nequeas reperire benignum.
Experiere bonum tunc ad tua vota patronum.
Ergo miſer lætus, hoc conſolamine fretus,
Iuſſis parere, nec ſegniter illà tenere
Seſe promittit, quem ſic magus in ſua mittit.
4 Inde per horrorem noctis, dum cuncta ſoporem
In terris agerent, nec quauis luce niterent
ducitur ad conſeſſum damonii: Stellæ vel luna, dictus miſer & magus vnà
Vt conuenerunt, ad quæ loca conſtituerunt,
Vociferante mago, ſatanas Rex, mortis imago,
Illius ſigna, turbà comitante malignà,
Ipſe teter, fuſcus, barathri tàmen igne coruſcus,
Splendentique parum, decet vt Regem tenebrarum,
Aduehiens ſedit ſublimis: huic magus edit:
Ecce Pater, quali vel quàm curà ſpeciali,
Vt tua laus & honor creſcant, tua iuraq́ue, conor.
Eſt par ſeruire Dominis, iuſſis & obire.
Eſt benè ſeruire Dominis, aduerſa ferire.
Gloria maiorum plebs eſt numeroſa ſuorum.
Ergo tuam partem lucror per quamlibet artem,
Subducens Chriſto proprios; vt cernis in iſto.
Iſte poteſtate ſpoliatus, opem petit à te,
Cui nimiùm læſo ſolità faueas ope, quæſo;
Exemplo ductus quo proueniet tibi fructus,
C Qui ſic augetur, dum quis tua dona ſequetur.
Hæc modò prætende miſerendo, Pater reuerende,
Huius perpes eris dominator, ſi miſereris.
Fili, delinquit multùm, ſatanas ferus inquit,
Qui fauet indignis per debita dona benignis
Et nocet, vt noſti, ſibimet, qui conſulit hoſti:
Hoſtis & hic meus eſt, nec, dona ferat mea, ius eſt.
Non mihi fas ſiſti ſignatos ſtigmate Chriſti:
His dare nil poſſum, quia valdè peroſus eos ſum.
Aſt hic, præſtari ſi quid vult, ſeq́ue iuuari,
Chriſtum cum Chriſti baptiſmate, Matreq́ue Chriſti
Abneget, abſcedat & eis, mihi ſponteq́ue credat:
Vt tunc gratetur me Principe, quando fruetur
Sorte mei regni ſub Auerni ſede perenni:
Condelectatus mihi quando feret cruciatus,
Suſtineat lætus vermes, incendia, fletus.
Hoc mihi conciuis poterit pacto fore quiuis.
Tunc mea dona feret, ſi nobis fidus adhæret;
Sed mihi ſuſpecta nimis eſt hæc perfida ſecta,
Chriſti cultorum, quoniam mihi quilibet horum
Obſequitur, fractus aduerſis; votaq́ue nactus,
A me diſcedit, & Chriſto rurſus obedit,
Qui vehemens mea iura premens, fouet hunc reuocãdo;
Quem pia gratia cogit, vt omnia ſaluet amando.
Theophilus dixit: Illum, quem plebs crucifixit,
Chriſtum cum Chriſti baptiſmate Matreq́ue Chriſti
Abnego: credo tibi, ſatanas. Mox talia ſcribi
Fœdera præcepit, & eo ſignante recepit.
Hoc vbi perficitur, ambobus ouantibus itur.
Exerit ergo dolum dæmon, non priſtina ſolùm
Reddere, ſed plura ſuperaddere complacitura,
Vt Princeps mundi diſpenſans gaudia mundi.
5 Nec mora: compunctus Præſul, populus quoque cunctus,
Pro priùs abiecto, nec iure, nec ordine recto,
Se peccaſſe ſonat, Vice-domnatumq́ue redonat:
Qui mox elatus ſubito faſtu, dominatus
Ius exercebat, renouans vt quæq́ue volebat:
Ipſi parebant, ipſum cuncti metuebant.
Sæpiùs inuiſit magus hunc, cui fors ita riſit:
Vt congratetur, ſocius quia mortis habetur;
Vt moneat pacti ſatanâ cum Principe facti:
Neue ſui doni foret immemor atque patroni;
Immò pro dono paret per cuncta Patrono.
His miſer intendit monitis, grateſq́ue rependit:
Fœdus mandatum fore iurat & inuiolatum.

D
ſcripto negat Chriſtum & S. Mariam:

ſit iterum Vice dominus:

gratias agit Mago.

CAPVT II

Pœnitentia Theophili.

SIc irretitus, & rerum flore potitus,
Exultat ſtultus, iam Lazarus ille ſepultus,
Iam deſperatus; fœtenſq́ue iacet religatus.
Sed verus medicus, Dormit meus, inquit, amicus;
Excitet hunc mea vis, ô Chriſti gratia ſuauis!
Non peccatoris vult mortem; ſed melioris
Ad ſtudium vitæ conuerſum viuere ritè.
Huius præteritæ nec deſpexit bona vitæ,
Quàm ſtudiis viuis inopi ſuccurrere cuiuis,
Quàm, quæ debebat, benè diſpenſare ſolebat.
Vtilis ad quæq́ue ſibi prouidus Eccleſiæq́ue.
Hæc Deus attendit, qui centuplicata rependit,
Verè propitius, qui Petrum vidit, & huius
Cor vidit, tetigit, & in hoc ſua ſpicula figit.
Figit, quippe redit miſer ad cor, protinus edit
Cordis mœrorem, ſtupet, ingeminatq́ue dolorem.
Namq́ue ſtatûs priſci ſanè cepit reminiſci.
Penſat confuſus, à dæmonibus malè luſus:
Lapſus quomodò ſit de culmine, cùm neque proſit,
Quod beat incipere, ſed fine beante carere.
Eſtq́ue recordatus ſimul æterni cruciatus:
Ignis inextinctus barathro quia perſonat intus,
Et damnatorum ſtridor, planctuſq́ue reorum,
Fœtor & impurus, & vermis non moriturus.
Cogitat hæc animo, tunc mœrens cordis ab imo:
Inſomnis durat, non iam ſua gaudia curat.
Quo priùs immenſùm tumuit, formidine ſenſum
Deiicit afflictus, ceu vulnere qui ſtupet ictus:
Seq́ue periſſe putat. Tunc talia mente volutat:
7 Ecce per admiſſum ſcelus, heu miſer, heu mihi quis ſum!
Dum ſtarem tutus, quò ſum labendo volutus?
Quò pergam? quid agã? qui mortiferam gero plagam.
Non eſt Saluator, niſi tu Deus ipſe Creator;
Ergo Dei nato te cum Genitrice negato,
Quis me ſaluabit, fideique reconciliabit?
Quid proſunt fuſtis per iniquos dæmonis aſtus,
Sic conquiſiti, ſic Principe dæmone niti?
En ſeruus factus, en perpetuò fore pactus
Sum ciuem ſatanæ me propter nomen inane,
Et pactum ſcripſi, quod tradens obligor ipſi.
Ei mihi, quod ſcripſi, quis fortior abſtrahet ipſi?
O ſi neſciſſem, ſi numquàm conſuluiſſem
Hunc deteſtandum, barathroq́ue magum cruciandum,
Iudice damnatum longè priùs vt ſceleratum!

Gratiã Dei exclamat,

pœnitentiã ducitur ſua facti:

deplorat caſum ſuum:

Cur,

A Cur, qui te prodit, cùr quiſquis te Deus odit,
Sic exaltatur, & honoribus amplificatur?
Quid valuit, mihi quòd placuit, quod ab hoſte petiui?
Quippe fluit, quod manè cluit, quod manè cupiui:
Sola terit, nec culpa perit, niſi quæ venialis
Extiterit, ceu culpa ferit mea me ſpecialis.
Iudicium, non effugium, mihi denique reſtat.
Auxilium, vel conſilium, quia quis mihi præſtat,
Ante Deum mea cauſſa reum me quando vocabit?
Quodque meum ſcelus eſt, in eum ſpes nulla piabit:
Cumque ſciam quòd non veniam mea cauſſa meretur,
Quid faciam, cui nulla viam ſpes ferre videtur?
extimeſcit iudicium Dei, Quiſque ſibi meditatur ibi, ſe quomodò purget,
Vixque ſibi valet; omnis ibi iuſtos timor vrget.
Pro me non aliquis ſtabit, cùm iungar iniquis.
Væ mihi tunc miſero! tunc plangetur quia ſerò
Hîc dolor æternus, nec luctum finit Auernus:
Hîc facies ſæuæ, nihil auditur niſi væ, væ.
Qui cruciatur, ad hoc reparatur, vt hîc patiatur:
Dumque precatur, vt excipiatur, vt eripiatur,
Nemo iuuatur, nemo leuatur, pœna nouatur:
& pœnas inferorum: Mors dominatur, nec miſeratur, nec ſatiatur.
Heu defraudatus, ſum luce Dei ſpoliatus!
Obſitus illecebris, circumfuſuſque tenebris!
B Demens ergo mei ſum proditor atque fidei.
Perdit enim mentem, qui denegat Omnipotentem.
Heu quàm peccaui, qui memet mortificaui!
Apprimè vitiis animæ miſer implicui me,
Et minimè datur, vt lacrymæ veniant: at opimæ
Si venient, non ſufficient mala tanta lauare:
** al commemorasse.* Inficient magis, & facient mala * cor ſtimulare.
Sponte rui, nec pertimui, me ſubdere ſordi.
Deſipui miſer, vt ſapui mala dulcia cordi.
Eſſe meum datur eſſe reum, nocet heu, nocet eſſe!
Sic piceum, ſic tartareum, dum viuitur eſſe:
Eſſe perenne deinde paratur in igne gehennæ.
8 O mi! quid faciam? pars Chriſti quomodò fiam?
Vt iuſtis iungar, fidei meritiſque refungar?
Heu quò deueni, prolapſus in extima cœni!
Surgere non fas eſt, non ſurgere velle nefas eſt.
Hoc ſed conabor, ſed opem cuiuſque precabor.
Statuit implorare opē S. Mariæ: Quamuis peccârim, quamuis te, Chriſte, negâtim,
Et regnatricem per ſecla tuam Genitricem;
Ocyus ibo tamen, eius quærendo iuuamen,
Poſcens Reginæ cæleſtis opem ſine fine,
Nec capiens eſcam, nec potum, nec requieſcam:
Vnde cibor, fletus erit, & dolor inrequietus,
Mente Deo totâ fundendo gemens mea vota.
Hæc audere tamen, puto criminis eſt cumulamen,
C Dum peccatoris oratio ſordeat oris.
Plus irritatur infenſus, quando rogatur.
Et ſi præſumam, primordia qualia ſumam?
Rumpat vindicta ne cæleſtis mea dicta?
Vocibus indignis vltor ne concrepet ignis?
Vtraque pœna grauis orare tacereque prauis,
Diſſuadet terror, vult ſpes, gemituſque fit error.
Sed fas tranſibo, quamuis temerarius ibo:
Vt potero, faciam, pulſando, rogando Mariam.
in templo eius 40 dies ieiunus orat: Sic exhortatus Vice-domnus ſe memoratus,
Et confortatus abit, in templo quoque ſtratus
Conſolatricis mundi Domini Genitricis,
Ieiunans, plorans, pernox & perdius orans,
Atque quaterdenos peragendo dies ita plenos,
Perſtitit immotus, contrito pectore totus.

CAPVT III

Increpatio S. Mariæ apparentis, & ſpes veniæ impetrandæ data Theophilo.

9 ASTitit inde pia dicens huic Virgo Maria:
Cur ſic vexaris, homo, nec fletum moderaris,
Me vexans Nati Matrem per ſcripta negati?
Quæris & hoc per me, cùm prodideris pariter me?
Aut mos eſt hoſtem placari poſſe per hoſtem?
Offendet potiùs, & cauſſa grauabitur eius.
Cur igitur poſcis, quos ſic temeraſſe reneſcis?
Sed, dum clamatis ad me Matrem pietatis,
Non poterit fieri, quo poſſum non miſereri.
Nam non grata parùm gens eſt mihi Chriſticolarum,
Gratis præ reliquis recolit mea lumina ſiquis,
Nominis eſtque mei memor amplo corde fidei;
Hunc quouis pacto ſaluare benigna retracto,
Hunc extollendo, refouendo, monendo, regendo:
Aſt irritatum labor eſt accedere Natum,
Me pariter potiùs offenſio commouet eius.
Nunc tamen accedam, nec eum complexa recedam,
Dum fractum placem, dum miſſa feram tibi pacem:
Eſt iudex equidem pius, at iuſtiſſimus idem,
Dans quod debetur, illos premit, his miſeretur.
Percutit, ignoſcit, vt res & gratia poſcit.
Expedit hoc ergo, quò linquens crimina tergo,
Sollers quiſque vacet reus, illum quomodò placet:
Si tamen æquetur, plagæ benè cura medetur:
Lenior hos curat dolor, hos decet acrior vrat.
Nunc opus vnguentis, nunc fortibus experimentis:
Quos nequit vnctio, ſedat aduſtio ſæpè tumores, E
Sanat ſectio, non confectio ſæpè dolores:
Sic correptio, quos non ſuaſio, dat meliores:
Corrigit hos percuſſio, dirigit hos miſeratio.
10 Dixerat. Huic fatus vir reddidit hæc animatus:
Inclyta cælorum Regina, ſalus populorum, *peccati remiſſionem fidenter petit,*
Gloria Sanctorum, ſpeculumque decoris eorum,
Electiſſima, præcelſiſſima Mater honorum,
Virgo piiſſima, tu certiſſima ſpes miſerorum;
Tu ſtudij, tu conſilij latrix potioris,
Naufragij ſimul & varij tutela laboris.
Peccaui, Domina, nimis, & premit iſta ruina.
O quàm peccaui, qui te Dominumque negaui!
Confiteor, quia detineor culpis miſerandus:
Et vereor, quia, quod mereor, ferar ecce cremandus:
Quippe caret veniâ ſeclus hoc, mi ſancta Maria, *exemplo Niniuitarum,*
At ſunt multa ſatis exempla datæ pietatis
In delinquentes, miſerabiliterque ruentes:
Sic Niniuitæ protelant tempora vitæ.
Sicque ſaluatur Rahab, Iſraël ſociatur. *Rahab,*
Sicque manu fortis Dauid Rex crimine mortis
Seſe fœdauit, quod maiori duplicauit; *Dauidis,*
Sed quod peccauit, deflendo gradum reparauit:
Inde prophetiâ, clarus quoque pſalmigraphiâ.
Si liceat fari, mea culpa valet ſimilari *S. Petri,*
Petro conſtanti Dominum bis terue neganti:
Quem quia reſpexit Saluator, protinùs exit
Flendo ſatisfacere dignus, Dominumque videre,
Eccleſiæ Princeps, veniæ quoque forma deinceps.
Donatur veniâ quoque Magdalena Maria, *S. Magdalenæ,*
Quæ benè dum fleuit, ſcelerum maculas aboleuit,
Iam Domino grata, iam ſeclis concelebrata,
Sicque vocante reus Domino placet ille Zachæus:
Sic ſtatuit Paulum, quæ ſtrauit gratia Saulum. *S. Pauli,*
Qui grauiter cecidit, talem Corinthia vidit:
Hinc Paulus ſcribit: Quia talis carne peribit,
Vt viuat meliùs ſaluatus ſpiritus eius.
Talis & inſanus magus extiterat *a* Cyprianus: *a S. Cypriani:*
Quot ſordes illi, tot erant non fortè capilli.
Quippè malignatus & dæmonibus ſociatus,
Iuſta profanabat, paruos vteroque necabat.
Tandem compunctus redit, Eccleſiæ quoque iunctus
Eſt per Iuſtinam, mentem mutando ferinam.
Hinc Præſul factus, aliorum corrigit actus,
Martyrio dignus. Fecit Deus iſta benignus:
Vt vult, vt præſcit, qui nil, niſi neſcio, neſcit.
Me quoque tantorum releuant exempla virorum:
Ne malè deſperem, quia deſperans remanerem,
Namque mei miſeri potis eſt Dominus miſereri:

Auctore forte Marbodo, Ex MS.

D *à S. Mariâ apparente reprehenditur,*

Si tu

AVCTOR REFORTE MARBODO. EX MS.

Si tu Sancta roges, si Natum parcere coges.
Parcet enim pro te, quem parcere coge, rogo te.
Velle tuum faciet Natus, tu præcipe, fiet.
Nempe tui iuris est ferre manum ruituris:
A Cùm naturalis tibi sit pietas specialis,
Conditionalis & sit tibi gratia talis;
*al. Sorti propitieris. Humani generis vt * casibus auxilieris
Sicut tutatrix, vt mater, & vt mediatrix.
Ipse Deus certè sit nobis hîc homo per te.
Ergo Deo mediam præstans hominique Mariam
Te Pater ille dedit, cui mundus totus obedit.
Huic est affandi tibi fas, Natumque precandi:
Dumque loqui proli tibi sit facundia soli,
Tam prolis caræ tu viscera sancta precare.
11 Virgo sub hæc, Fili, dixit, iam more virili,
Ad bona prisca redi, credas quoque debita credi:
*à Deipara in spem veniæ erigitur. Voceque sinceræ fidei mentisque fatere,
Ex me quòd Natus, & per tua scripta negatus,
Semper viuentis Christus Patris Omnipotentis
Filius est verè, qui finem nescit habere:
Et qui venturus est, iudiciumque daturus
Secum victuris, nec non à se perituris.
Talibus attractus, respondit homo tremefactus:
Qualiter audendo, Dominumque Deumque fatendo,
Os quo tam dirè fœdatum nunc aperire;
B Quod malè fœdaui, cùm te, Præsancta, negaui,
Ac ex te Genitum, Sacramenti quoque ritum,
Gratia quo quemque saluat baptisma, Crucemque?
Tota salus hominis his rebus inest quia binis.
Abiurans spreui, sic ad mea damna recreui:
Fascibus elatus, sed crimine præcipitatus.
Absit mens dubia, respondit Sancta Maria,
Constans accede tantùm, credendaque crede:
Atque salutaris bona pristina confitearis.
Namque Deus vehemens pietate per omnia clemens,
Suscipiet flentem te sicque satisfacientem.
*coram eâ fidem suâ profitetur. 12 Respondit, Credo, totum tibi me quoque dedo:
Confiteorque Deum, baptisma, Crucisque trophæum:
Quòd Patris & Nati vel Flaminis est Deitati
Compar Maiestas, nec dispar & vna potestas:
Nescit & vtrumque qui finem principiumque,
Est tamen vtrumque qui finis principiumque;
Per quem subsistunt elementa, nec vlla resistunt.
Hinc Patris æterna proles de sede supernâ
In secli fine veniens, carnis genuinæ
Functus naturâ, prodit te Virgine purâ:
Te speciei, te regalis progenici,
Te meriti deici, suprà quàm copia dici.
Vtpote scrutantem renes & corda probantem
Quem peperisti, cui placuisti, fœmina Christi.
C Sic humanatus Deus, est homines miseratus
Præter peccata patiens mortalia fata.
Hinc moriens, mortis fractis apud infera portis,
Sanctis illuxit optabilis, vnde reduxit
Secum captiuum populum, se mox rediuiuum
Discipulis pandit: hinc victor sidera scandit,
Quà sedet à dextris consors Patris Omnipotentis,
Hinc & venturus est, iudiciumque daturus
Secum victuris, nec non à se perituris:
Non accusante quoquam vel iustificante,
Hîc certis signis erit omne probans opus ignis.
Nam sibi iustorum mens conscia, siue malorum
Hîc accusabit illos vel iustificabit,
Cuique suum donans, condemnans, siue coronans.
Hæc credens animo confessus, ob hoc tua primò
Inde patrocinia cunctorum quæro, Maria.
*opem implorat, Vt iuuer, vt releuer, vt in hoc examine seruer;
Tu pia me Nati suplex offer bonitati.
Nec tibi sit durum, quod flagitat os malè purum:
Purifica potiùs illud cum vocibus eius,
Maxima delicta ne præpediant mea dicta.
Tuque Dei Mater, satanas fac reddat vt ater,
Quod testamentum scripsi sceleris monimentum:
Cautio nam talis me terret vt exitialis. D
Hanc precor, vt nosti, tollas, quoniam potes hosti.
Nam tibi posse dedit, cui vis contraria cedit.
Exere posse tuum, mea spes, defensio, scutum,
Exere posse bonam te demonstrando patronam.
Perdar, saluabor, quisque tuus reputabor.
13 Tunc pia prænatis hominum Mater pietatis
Talia dicentem, miseransque satisfacientem,
Sicut, ait, dixi, vos cultores Crucifixi,
Vna fides, Chrisma, vel spirituale Charisma,
Quotquot ritè dicat, facer hos mihi cultus amicat:
Præcipuè tales, qui cultu sunt speciales. *addictam impetrat*
Ergo meum Iesum pro te, quamuis ita læsum,
Supplex affabor, pedibusque voluta precabor.
Vt restaureris gradu quo lapsus haberis.
Hæc vbi verba dedit, disparens illa recedit.

a *Colitur hic Cyprianus Martyr cùm S. Iustinâ Virg. 26 Septemb. vbi benè aduertit Baronius eum à pluribus confundi, vti & hic fit, cum S. Cypriano Episcopo Carthaginensi.*

CAPVT IV

Theophilo peccata remissa: chirographum restitutum: eius obitus.

14 TVnc homo cõmotus, tremit hoc affamine totus. E
Ac ibi perstabat triduo, precibusque vacabat,
Fletibus infundens faciem, loca sanctaque tundens:
Nec quam dilexit, oculos ab imagine flexit.
Astat rursus ei blandæ Virgo faciei,
Quem solans dicit, Tua iam constantia vicit,
Vt tibi Saluator parcat verè miserator, *intelligit peccata esse dimissa:*
Commissis veniam propter me dando Mariam.
Hanc igitur serues, mala nec rursus coacerues
Sit felix obitus pro fine boni tibi ritus:
Constat opus fine, quod quisque metet sine fine.
Ne cedas igitur, quia cedens quisque feritur
Turpiùs à tergo; pugnans ne cesseris ergo.
Ille refert: Vtique, mi Sancta, Deoque tibique
Me voueo totum, firmet tua gratia votum.
Te duce, te comite, regar vsque sub vltima vitæ. *gratias Deipara agit:*
Non est spes alia præter te, Sancta Maria,
Humani generis sortem tu prima tueris.
Nemo sperauit frustrà te nemo vocauit,
Saluas quærentes, exaudis quoque petentes.
Me credo soli tibi, tu me spernere noli.
Sitque mei cura tibi sectantis tua iura.
Et quod adhuc restat, quod adhuc me valdè molestat,
Membranam dico, data quæ priùs est inimico:
Quâ teneor strictus, quâ mente reuerberor ictus: F
Hæc fac reddatur, quia mens hinc excruciatur.
Sic iterans plorat, iterum se sternit, & orat,
Vt reddatur ei proscriptæ charta fidei.
15 Rursus postridie splendens persona Mariæ
Porrigit in somno testamentum Vice-domno, *chirographum recipit.*
Cerâ signante munitum, ceu fuit antè.
Experrectus at is tremit hoc signo nouitatis,
Ex nimiâ quem lætitiâ stupor, vt solet, angit:
Exiluit, tum quæ monuit spes carmina pangit.
Carmina talia, quæ magnalia testificantur:
O sapientia, quæ regit omnia, quæque creantur,
Magnificentia, summa potentia quam comitantur:
Indignos vocat, vnde duces locat Ecclesiarum,
Dans sua fœdera, dans quoque munera iustitiarum,
Sacro Numine præstruit ordine quos animarum;
Hæc veneretur, glorificetur, magnificetur.
Ergo die, quæ pro requie Domino feriatur,
Turba frequens, pia iura sequens, ad templa gregatur:
Officiorum cumque sacrorum laus celebratur,
Haud tulit ille moram, sed stratus Præsule coram, *prælectum populo in templo*
Omnia quæ gesta fuerant, fecit manifesta:
Artibus vt magicis, sese credens inimicis

Deceptus

A Deceptus fuerit, dum mundi gaudia quærit.
Quomodò iurârit hosti, Dominumque negârit:
Scripserit & pactum, signando per hoc scelus actum.
Et quia compunctus sit abhinc, fideique reiunctus
Per Matrem Christi, quæ chartam reddidit ipsi.
Chartaque monstratur, cunctis, petit, illa legatur.
Hæc legitur: lecta postquàm, sunt gesta retecta.
16 Illicò, quàm pangit populus, laus æthera tangit:
Episcopo laudante misericordiam Dei, Præsul & ipse pius præcentor carminis huius
Sic ait, Audite, cunctique videre venite,
Quæ Dominus fecit, fecit magnalia quæ scit;
Magna potens fecit, animam lassamque refecit:
Immò, quam strauit fera mors, hic viuificauit.
Hinc exultate, Dominoque Deo iubilate:
Quem peccatoris mortem sic nolle probate.
Nam reuocans mouet, & solitâ fouet hunc pietate;
Datque pium Sanctis socium vitæque beatæ.
Ista videntes, ista stupentes, glorificate:
Talia munera, tam pia viscera magnificate.
Qualis & enitet hic, qui pœnitet, ecce notate:
Fructiferarum vim lacrymarum considerate.
Nam lacrymis tumor ex animis plagæque medentur:
Harum flumine pectora crimine lota fouentur:
Hoc medicamine pro relevamine quæque fruentur:
B Morbida, sordida, turgida, lurida, sic abolentur:
Pœnaque vindicis, iraque iudicis effugientur.
Quas miseratio, siue remissio vera sequentur:
Fromeritus dolor, interitus, lacrymis remouentur:
Per gemitus, lacrymas, reditus super astra merentur.
Ergo mirari non sufficit, & venerari,
Non enarrari, non laudibus æquiparari,
Quæ sapientia, quæ patientia Cunctipotentis;
Quæ compassio, quæ dilectio sit miserentis
Circa peccantes, & criminibus famulantes.
Sed iam signorum vestigia cerno priorum.
Nam Moyses, lator legis sacer, & mediator,
Inter parentem populum, Dominumque iubentem,
Escis & rebus dum quadraginta diebus
Abstinet, atque vacat precibus, Dominum benè placat
Iratum populo; legem meruitque secundò:
Exemplo simili pius hic vir mente virili,
In templo Iesu Matris sine corporis esu
Expleuit numerum totidem lacrymando dierum:
Ipsum placatum dum redderet antè negatum,
Propitiante piâ nec non mediante Mariâ.
17 Talia præstantem, lapsos quoque sponte vocantem,
Summum laudemus, veneremur, glorificemus,
C Ipsius & Matrem, restaurauit quia fratrem:
& benignitatem S. Mariæ: Quæ lucis fons est, quæ lucis ad atria pons est:
Quæ fouet afflictos, peccati turbine victos:
Ipsa leuat fessos, vitiorum pondere pressos:
Hæc desperatis spes, præstat opem bonitatis:
Porta Dei, portis hæc est contraria mortis,
Mentis sinceræ precibus quæ sueta patere.
Per se tendentes, se supplicitérque petentes;
Cunctos admittit, Dominoque poloque remittit:
Ad quam pulsamus, oculos & corda leuamus:
Ad quam pulsamus humiles, aditumque rogamus:
Ad quam clamamus animis, precibus vigilamus:
Ad quam clamamus, exclusi ne maneamus.
Hæc nos confortet, vt vult, & sicut oportet:
Hæc nos tutetur, hæc & nostri memoretur:
Nosque sui memores det per placitos sibi mores,
Iugi conatu gaudere suo famulatu.
Quod det possimus, det quocùm posse velimus.
Nam cui seruimus, hâc si spernente perimus?
Hanc nos expetimus, cuius præconia scimus,
Ad quam confugimus, quò non fugisse nequimus.
Conspicimus siquidem, per eam quâ frater hic idem
Clade sit ereptus, meritum super hæc & adeptus.
Ex hoc gratatur Pater, & bonus ille profatur:
Iam ritu festo sint anulus & stola præstò:
Velenturque pedes: vituli pinguis quoque cædes
Nos conuiuari, gaudere det, ac epulari.
Namque tibi, Christe, peccans frater reus iste E
Viuere desiuit, sed iam post funera viuit.
Ac est inuentus, sub perditione retentus.
Hinc quid dicamus, his cùm non sufficiamus?
Sed formidamus vindictam si taceamus.
Ergo flectentes dulci pro carmine mentes,
Hoc suspiremus, quod non proferre valemus.
18 Hæc gaudens cecinit Præsul sacer, ac vbi finit,
Surgit humi stratus Vice-domnus, eumque precatus
Est, ne seruetur, sed charta nefanda cremetur.
Vtque cremabatur, laus à populis iteratur:
Eucharistiâ munitus, Et Kyrie eleison, est Missarum quoque canon
Ordine perfectus; Sacramentisque refectus
In virtute Dei Vice-domnus, per facici
Fulsit splendorem, nullo non sole minorem.
Cuncti mirantur hæc, & trepidi venerantur:
Plausibus hymnidicis sic ad templum Genitricis
Est Christi ductus, post præteritos vbi luctus
Corpore iam nutans ægro, tamen illa salutans
Iugi, deuotâ, prece, spe, loca, signaque nota;
Per triduum durat, nec iam mortalia curat.
piè moritur. Cumque salutasset fratres; & quod superasset
Ex rebus, seruis Christi, miserisque cateruis
Vt dispertiuit, sine fine beatus obiuit.
Quæque priùs stratus, fouet hæc loca nunc tumulatus. F
Quà collaudatur, quà virtutes operatur,
Præstans solamen iustis precibus Deus. Amen.

Aveto-re for-te Mar-bodo ex MS. D

DE S. IASIMO THAVMATVRGO. I. B.

IV Febr. EXtat *in Græcorum Menæis & Maximi Episcopi Cyther.* Βίῳ Ἁγίῳ S. Iasimi Thaumaturgi *nomen, Fastis Latinis ignotum. Vnum illud prædicat de eo Maximus:* Sanctus & Thaumaturgus, *id est, operator miraculorum,* Iasimus in pace vitam finit. *Addunt Menæa, eius solo ac muto cinere dispertiri infirmis* medicabilem gratiam, *ἀσίτῳ χάριν. Nihil aliud adhuc de eo nobis compertum.*

Miracula per reliquias.

DE

DE S. LIETPHARDO
EPISCOPO ET MARTYRE,
HVNNONIS-CVRIÆ IN BELGICA II,
Commentarius præuius.

G. H.

§. I. *Locus martyrij. Veneratio. Vita conſcripta.*

CIRCA ANNVM DCXL. IV FEBR. *S. Lietphardus in Aridâ-Gamantiâ occiſus,*

1 ARida-Gamantia ſilua, olim ſpelunca latronum, *deſcribitur in Vitâ B. Heldemari Eremitæ fundatoris Aroaſiæ* XIII *Ianuarij. Sita eſt hæc* Aroaſia *altero lapide à Bapalmâ oppido Arteſiæ, huic* Aridæ-Gamantiæ *incluſa, quæ hinc* ad fluuium Sabim, *vulgò* Sambre, continua protendebatur. *Huius ſiluæ aliqua adhuc pars extat in finibus Arteſiæ, quâ Cameracenſi agro & Picardiæ coniungitur, à vicinis pagis cognomina ſortita: cuius latus boreale* ſilua Haurincurtiana *occupat, cædi* S. Lietphardi *aſſignanda, à quâ verſus Scaldim abeuntibus proximus vicus occurrit* Treſcaltum, *vulgò* Trecau, *primâ S. Lietphardi ſepulturâ notus. Ad alteram Scaldis ripam, tranſlatis eò S. Lietphardi ſacris oſſibus, illuſtris facta eſt* Hunonis-curia, *ſiue* Hunulfi-curtis, *in diœceſi Cameracenſi, ſed Regis Francorum dominio ſubiecta, tertio circiter milliari Belgico à Cameraco ſita. Quo in loco, vt Baldericus lib.* I *Chronici Cameracenſis ca.* 26 *teſtatur,* Amalfridus vir illuſtris cum vxore ſuâ Childebertanâ monaſterium fundauit, quod S. Vindicianus Epiſcopus Cameracenſis vnà cum S. Lamberto Leodienſi Antiſtite in honorem S. Petri conſecrauit, ibique Clericos & ſanctimoniales conſtituit, *eiſq́, vt addit lib.* 2 *cap.* 10, filiam ſuam Aurianam præfecit: fuitque olim religione florens & opibus: tunc autem (*circa annum Chriſti* MLXX, *quo Chronicon ſuum ſcribebat Baldericus, necdum Epiſcopus Nouiomenſis*) poſtquàm viris militaribus beneficiatum eſt, ad paucos Canonicos deriuatum: *quibus amotis Benedictini ſucceſſerunt, à Bertinianis monachis introducti, eorumq́ Moderatoribus aliquandiu ſubiecti: dein proprios Abbates conſecuti. In hoc loco cum S. Lietphardo requieuerunt SS. Valeria & Pollena ſorores, quarum fratrem moderni ſcriptores S. Lietphardum ſtatuunt, abſque vllâ in antiquis monumentis mentione. Eæ ſimul* VIII *Octobris Eccleſiaſtico cultu honorantur. Horum trium Sanctorum oſſa, vt à bellorum incommodis ſecuriora eſſent, ex hoc Hunoniscurienſi monaſterio ad vrbem S. Quintini tranſlata, in eius expugnatione anno* MDLVII *perierunt vnà cum antiquis libris authenticiſq́ monumentis, vt nullum iſtic ſupereſſe antiquitatis veſtigium tradat Franciſcus le Bar in ſuis tractatibus Monaſticis necdum editis tomo 6 par.* 2.

Treſcalti ſepultus,

tranſlatus Hunonis curiam,

monaſterium ſanctimonialium & Clericorum,

2 *His non obſtantibus, monachos Hunoniſcurienſes quotidie in officio Eccleſiaſtico facere commemorationem S. Lietphardi & duarum Virginum, ex litteris Eleutherij Pontani, primi collegij Cameracenſis Societatis Ieſu Rectoris, ſcribit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij, & Miræus in Faſtis Belgicis* VIII *Octobris. Et hoc* IV *Februarij non tantùm ſollenni cultu coli S. Lietphardum in eccleſiâ Hunnoniſcurienſi, ſed etiam in vicino territorio Cameracenſi indicant lectiones ad Matutinum in officio Eccleſiaſtico recitari ſolitæ, infrà dandæ, atque à Molano in Natalibus Sanctorum Belgij hoc* IV *Februarij citatæ. Eumdem referunt varia Martyrologia MSS. ſub nomine Vſuardi ad vſum Eccleſiarum Belgicarum aucta, Albergenſe Canonicorum Regularium, Vltraiectinum Clericorum S. Hieronymi, Leidenſe Sororum domus S. Cæciliæ, Martyrologium Colonienſe anno* MCDXC *excuſum, & Hermannus Greuen in Auctario eiuſdem Vſuardi, his ferè vbique verbis:* Ipſo die S. Lietphardi Anglorum Epiſcopi & Martyris: *non-*

colitur officio Eccleſiaſtico,

referuntur in variis Martyrologiis:

nullis Archiepiſcopus *dicitur. Molanus in ſuo Auctario ad Vſuardum locum* Hunecourt *addit, Caniſius* Cameracenſem diœceſim. *At* Cantuariæ Archiepiſcopum *faciunt Ferrarius, & Menardus, qui Ordini S. Benedicti aſcribit. Sauſſayus in Martyrologio Gallico,* In ſuperiori Picardiâ, *inquit,* S. Liefardi Cantuarienſis Archiepiſcopi & Martyris, qui temporibus Leonis III Papæ, cùm Româ in patriam ſolutis votis rediret, ab impiis in nemore Trecaultio propè Atrebatum nefariè interemptus eſt. Huius ſacrum corpus ad Hunonis-curiam delatum, & in Benedictinorum aſceterio Cameracenſis diœceſis conditum, ibidem aliquamdiu iacuit, donec miraculorum gloriâ micans, Quintinopolim vnà cum pretioſis exuuiis SS. Valeriæ & Polenæ ſororum eius tranſlatum fuit. *Hæc Sauſſaius. Rexit Eccleſiam Leo III ab anno* DCCXCV *ad annum* DCCCXVI, *altero poſt eædem S. Lietphardi ſeculo, neque in eius locum ſubſtituendus eſt Leo II ſuprema Eccleſiæ dignitate functus anno* DCLXXXIII, *poſt S. Lietphardi Martyrium annis circiter quadraginta. Deinde cùm Hunoniſcuriam corpus S. Lietphardi deferretur, necdum Benedictini ibidem monachi degebant, ſed ſanctimoniales cum ſubordinatis ſibi Canonicis, vt poſt Molanum benè obſeruat Conſtantinus Ghinius, qui eum hoc die celebrat in Natalibus Sanctorum Canonicorum. Denique ſacrum corpus non ob gloriam miraculorum Quintinopolim tranſlatum eſt, ſed vt rabies furorq́ belli ſæuientis euitaretur, ibi dum pax ruri quietem redderet, depoſitum: quod etiam indicant Raiſsius in Hierogazophylacio Belgico, Miræus in Faſtis Belgicis & Balduinus Willot in appendice ad Martyrologium Romanum Gallicè tranſlatum: qui locum cædi aſſignat inter dictam Quintinopolim & Chaſteletum oppidum: quem melius Sauſſaius attribuit nemori Trecaultio, quod ſiluam Haurincurtianam dici ſuprà monuimus, ſed ab vrbe Atrebato aliquot leucis remotam. Celebratur eiuſdem memoria in Martyrologio Anglicano, in Catalogo Sanctorum diœceſis Cameracenſis apud Guilielmum Gazæum, & in Calendario Sanctorum Belgij cum piis Catholicorum gemitibus à Dauroutio editis, aliiſq́.*

Vita eius ſcripta

3 *Vitam S. Lietphardi damus ex codice MS. Nicolai Belfortij Canonici Regularis monaſterij S. Ioannis Baptiſtæ de Vineis prope Sueſſionem. Auctor vixit poſt introductos in monaſterium Hunonis-curiæ monachos Benedictinos, cuius mutationis meminit num.* 5. *Fortè etiam Auctor ex ipſis iſtic monachis Benedictinis fuit: ita in horum fauorem ſcribit* Canonicis voluntariè cedentibus ſub regulâ S. Benedicti deſeruire monachorum congregationem. *Et num.* 2 *ſe iſtic habitare inſinuat his verbis:* Nouiſſimorum eius apud nos geſta inſignia priſtinæ ſanctitatis argumento eſſe poſſunt. *Ea miracula altero libro, quem necdum potuimus aſſequi, comprehendit; cuius meminit ſub finem:* Tranſeundum eſt, *inquit,* nobis ad illa, quibus mirificauit Dominus hunc Sanctum ſuum intus & extrà, poſtquàm venerari cœpit locatum corporis ſui pretioſiſſimum margaritum in præfatâ S. Petri baſilicâ. *Hæc miracula in proœmio, ait, ſe habere ab iis, qui viderant, aut ab oculatis teſtibus acceperant. Quæ non cadunt in tempora martyrij, aut corporis tranſlati Hunonis-curiam ſub Fulberto Epiſcopo Cameracenſi, qui ſedit ab anno* CMXXXIV, *ad annum* CMLVI. *Non videtur, ceteroquin diligens, auctor ſatis aſſecutus, quas Dagobertus Rex controuerſias cum Regibus Britonum habuerit, ideò minùs benevolè hîc explicatas: quas conamur ex aliis ſcriptoribus exponere; ac deinde, quomodò*

an à Benedictino Hunonis-curienſi?

S. Liet-

A S. Lietphardus Episcopus Cantuariensis *appellètur, indicare.*

§ II *Regnum Cadruelis. Tempus martyrij S. Lietphardi.*

Cadruelis

4 MEnardus *lib.* 2 *Obseruationum ad Martyrologium Monasticum fatetur* obscurum esse, quis fuerit Carduelis Rex Angliæ, *coniicitq;* quemdam in illâ regione Regulum fuisse. *Verùm hic est Rex Britonum ob bella cum S. Edwino aliisq; Regibus Northanhymbrorum gesta notissimus, de quo cum Bedâ agunt Malmesburiensis, Cestrensis, Westmonasteriensis, Monumetensis, Catgrauius, Sigebertus, Harpsfeldius, Polydorus Vergilius, aliiq;; à quibus variè appellatur* Caedwalla, Cadwalla, Cedwalla, Ceduallа, Ceduala, Caduallo, Cadoallo, Cadoualla, Carduela. *Fuit autem iuxta Monumetensem lib.* 11 *historiæ Britonum* filius Caduani. *Hic ergo* Rex Britonum, *teste Bedâ lib.* 2 *hist. Eccl. gentis Anglorum cap.* 20, aduersùs Edwinum, cùm genti Anglorum simul & Britonum glorioſissimè præesset, rebellauit, auxilium præbente illi Pendâ Rege Merciorum. Et conserto graui prælio occisus est Edwinus anno DCXXXIII, eiusque totus vel interemptus vel dispersus est exercitus, in quo bello filius eius Osfrid iuuenis bellicosus etiam

variè appellatus,

Rex Britonum,

debellauit S. Edvvinum,

B cecidit. Quo tempore maxima facta est strages in Ecclesiâ vel gente Northan-hymbrorum, maximè quòd Penda esset Paganus. At Cadwalla verò quamuis nomen & professionem haberet Christiani, adeò tamen erat animo ac moribus barbarus, vt nec sexui quidem muliebri, nec innocuæ paruulorum parceret ætati: quin vniuersos atrocitate ferinâ morti per tormenta contraderet: multo tempore totas eorum prouincias debacchando peruagatus, ac totum genus Anglorum, Britanniæ finibus erasurum se esse deliberans. *Et lib.* 3, *cap.* 1: Interfecto Edwino, suscepit regnum Deirorum Osrichus, Berniciorum Eanfridus. Vterque Sacramenta regni cœlestis, quibus initiatus erat, anathematizando perdidit. Nec mora. Vtrumque Rex Britonum Ceadwalla impiâ manu, sed iustâ vltione, peremit. Qui superueniente Oswaldo Rege fratre Eanfridi cùm paruo exercitu, sed fide Christi munito, interemptus est cum immensis illis copiis, quibus nihil resistere posse iactabat. *Hæc ibi. Coluntur S. Edwinus* XII *Octobris & S. Oswaldus* V *Augusti. Bedam describunt citati suprà auctores.*

aliosq; Reges,

superatus à S. Oswvaldo:

5 *Quòd* S. Edwinus Britonum Rex *appelletur, ita explicat Galfridus Monumetensis:* Ortâ discordiâ inter Edwinum & Caduallonem, *hunc* facto congressu millia multa amisisse, *relictisq;* Britonum prouinciis exercitui Edwini, fugisse in Hiberniam: tandem cùm ferè

C in desperationem reuertendi incidisset, Salomonem Regem Armoricanorum Britannorum *consanguineum (eodem enim* atauo Malgone *prognatos ambos tradit)* adiisse, illumque auxilium & consilium, quomodò in regnum suum reuerteretur, rogasse: *ei* decem millia militum Regem Salomonem commisisse, consertoque prælio Pendam Regem Merciorum captum, datisque obsidibus se Caduallоni subdidisse, & contra Edwinum Regem auxilium præbuisse. *Hi* Britanni Armorici *(quos* post obitum Chlodouei I sub Francorum fuisse potestate, & Duces non Reges appellatos, *tradit Gregorius Turonensis lib.* 4 *Historiæ Francorum cap.* 4) *sæpissimè contra Francos hostiles irruptiones fecerunt, quarum aliquot enumerat idem Gregorius, vt contra Chilpericum Regem lib.* 5 *cap.* 27, 30, *&* 32, *contra Chlotarium* II *eius filium, & Gunthrammum lib.* 9 *cap.* 18 *&* 24, *& lib.* 10 *cap.* 9. *Quos* Britannos *Fortunatus lib.* 3 *Poëmatum carmine* 8 insidiatores *appellat.*

adiutus à Britannis Armoricis

inimicis Francorũ;

Armoricorum cũ Dagoberto Rege Frãcorum, bellum,

6 *Quod huc spectat, temporibus Dagoberti*, Regem Britannorum *fuisse* Iudicaelem *referunt Fredegarius in Chronico cap.* 78, *Monachus S. Dionysij in Gestis Dagoberti cap.* 38, *eosq; secuti Aimoinus lib.* 4 *historiæ Francorum cap.* 29, *Sigebertus ad annum* 648, *Anselmus Abbas in Vitâ S. Iu-*

doci fratris 13 *Decembris, qui* Rodichaëlum *vocat filium* Rethaëli Regis Britonum. *At Baudius hist. Britanniæ, & Argentræus in historiâ Britanniæ pluribus deducunt, bellum exortum inter Dagobertum Regem Francorum & Iudicaëlem Regem Britonum, firmatq; Argentræus lib.* 2 *cap.* 3 *ex Chronico MS. Maioris-monasterij, Baudius cap.* 12 *ex Chronico MS. Capituli Briocensis: in cuius fragmento sub finem operis adiuncto, dicitur in prælio sub his Regibus inito,* Guido Comes Carnotensis à Britonibus captus. *Certè* Dagobertus *apud Fredegarium* anno regni XIV, *Christi* DCXLII misit nuntios in Britanniam, vt, quæ Britones malè admisissent, velociter emendarent, & ditioni se subiicerent: alioquin exercitus in Britanniam debuisset irruere. Quod audiens Iudicaile Rex Britannorum, cum muneribus ad Dagobertum perrexit, ibique veniam petens, cuncta quæ sui regni Britanniæ pertinentes, leudibus Francorum illicitè perpetrauerant, emendandum spondidit, & semper se & regnum quod regebat Britanniæ, subiectum ditioni Dagoberti & Francorum Regibus esse promisit. *Quæ eadem apud alios leguntur. Ex hoc bello Regis Dagoberti iram, cuius meminit Vita infrà num.* 2, *aduersùs Regem* Cadruelem, *seu* Cadualonem *aut* Cadwallam *excitatam arbitramur, cùm hic Rex, quam antè expulsùs opem auxiliumq; à Britannis Armoricis acceperat, in suum restitutus regnum grato debitoq; animo referret: imo quemadmodùm apud Galfridum ipse iuuenis apud hos Armoricos educatus,* frequenter ante alios in prælijs congressum cum hostibus fecit virtutemque suam præclaris probitatibus famosè egit: *ita in dictis contra Dagobertum irruptionibus, aut filius eius, si fortè præfuerit, aut alij eius subditi aduersarios Duces, Tribunosue militum offenderint, qui diu se vindicandi occasionem quæsierint, oblatâque tandem hâc malè fuerint vsi.*

AVCTO: RE G.H. D

pax firmata:

pro Armoricis auxilia Britonum à Cadruele missa.

E

7 *Filius in Actis* eiusdem *cum patre* nominis Cadruelis *appellatur, à Galfrido* Cadualadrus, *natus sorore Pendæ Regis Merciorum: quem tamen, dum iter eius Romanum describit, cum S. Ceadwallâ Rege Saxonum Occidentalium confundit.* Cadualadrus, *inquit,* abiectis mundialibus propter Dominum regnumque perpetuum, venit Romam, & à Sergio Papâ confirmatus, inopino etiam languore correptus, duodecimâ autem die Kalendarum Maiarum ab anno Incarnationis Domini DCLXXXVIII à contagione carnis solutus, cælestis regni aulam ingressus est. *Apud Bedam verò lib.* 4, *cap.* 12 Ceadwalla Rex Occidentalium Saxonum imperium, superni regni amore compunctus, reliquit, ac Romam abiens ibi vitam finiuit. *Annus itineris assignatur* DCLXXXVIII *in epitome Bedæ & Chronico Wigornensis, in quo, anno sequente* XII Kalend. Maias *traditur* obiisse, baptizatus die sancto Sabbathi Paschalis, Pontificatum agente Sergio. *à quo iuxta Chronicon Saxonicum* baptizatus *est*, Petrus cognominatus, & circiter vnam septimanam posteà defunctus: filius Coenbirhti, nepos Cadæ. *Alter apud Galfridum* Calualadrus, est filius Caduallonis, nepos Caduani: *cui imperium assignatur vltra* XII *annos, acceptum à Caduallone parente, qui* senio & infirmitate grauatus XV Kalend. Decembris ab hoc seculo migrauit: *postquàm* Wulfherus, *eo donante*, regnum Merciorum accepisset. *Quæ non cohærent. Nam iuxta Bedam* in Regem leuatus est Wulfherus anno DCLVII, *&* Cadwalla Rex Britonum à S. Oswaldo interemptus anno DCXXXIII: *quod magis congruum Actis S. Lietphardi, & bellis Iudicaëlis cum Dagoberto gestis. Perrexisse ergo Cadruelem Romam, aliquot ab obitu patris annis, vero simile est, & S. Lietphardum in reditu antè occisum, quàm pax anno* DCXLII *inter Dagobertum & Iudicaëlem sancita fuit. Multos tum idololatras, qui S. Lietphardum Episcopum in odium Christi occiderint, vixisse in Belgio dicemus* VI *Februarij in Vitâ S. Amandi, & passim alibi. De Wulfhero Rege Merciorum agimus* XIII *Februarij ad Vitam S. Ermenildæ Reginæ eius coniugis. S. Ceadwalla Rex Occidentalium Saxonum colitur* XX *Aprilis. Eius* Epitaphium iubente Sergio Papâ Romæ positum *exhibet Wigornensis ad annum* 689, *quod dicto*

Cadruelis filius cum S. Ceadvvallâ Rege Saxonum Occident. confusus.

S. Lietphardi cædes sub Dagoberto.

Adualadro Regi Pictorum *applicat Argentræus lib.* I *cap.* 28. *Baudius etiam catalogo Sanctorum adscribit. Quæ plenius dicto* XX *Aprilis refutabuntur. Nonnulla attinguntur* VI *Februarij in Vitâ S. Inæ Regis, & huius S. Ceadwallæ apud Saxones Occidentales successoris.*

Avc. o. REG. H. A

§ III *Episcopatus S. Lietphardi.*

8 ACta *num.* 2. S. Lietphardum *tradunt fuisse* Cantorbiæ Pontificem, germanum B. Onastancij Londriarum Præsulis. *Quæ autem Francis* Cantorly *dicitur, est* Cantuaria, *olim* Dorouernum *seu* Dorouernia *metropolis regni Cantij, sub S. Ethelberto Rege (cuius Vitam damus* XXIV *Februarij) facta sedes Archiepiscopalis sub initium seculi Christi* VII. *Ante aduentum verò Anglo-Saxonum creduntur tres Archiepiscopatus apud Britannos fuisse* Londinensis, Eboracensis, & Car-legionensis; *de hoc vltimo egimus* III *Februarij ad Vitam S. Wereburgæ, acturi de Eboracensi & Londinensi* VII *Februarij, die Natali S. Anguli Episcopi & Martyris. Quomodò autem seculo Christi* VII *tempore Dagoberti Regis Francorum &* S. Lietphardus *fuerit* Episcopus Cantuariensis, & B. Onastancius Londinensis, *etiam teste Menardo suprà citato,* non caret difficultate. Nam S. Lietphardus, *ait,* non reperitur in Catalogo Archiepiscoporum Cantuariensium *(idem de* B *B. Onastancio dicendum)* apud Guillielmum Malmesburiensem & alios. Id causſæ esse potest, quòd dimisso Archiepiscopatu, Romam peregrinatus in alieno loco obierit. Quemadmodùm B. Gregorius Turonensis S. Arnulphum Martyrem inter Archiepiscopos Turonenses non recensuit, quòd abdicato munere spontè ob Christum peregrinus varia loca lustrauerit, & in alieno solo, nempe in saltu Parisiorum, trucidatus laurcam martyrij sit consecutus. Quî fit vt iure S. Lietphardum inter monachos Benedictinos hîc annumeremus, quòd illis temporibus nulli Archiepiscopi Cantuarienses nisi Benedictini ordinis crearentur. *Hæc Menardi de S. Lietphardi monachatu & Episcopatu coniectura, quæ vt leuioribus innixa est fundamentis, ita facilius euertitur. Ac primò Bedâ teste, hi primi à conuersione S. Ethelberti Regis numerantur Archiepiscopi Dorouernenses seu Cantuarienses:* S. Augustinus, *qui lib.* 2. *cap.* 4. ne Ecclesia vel ad horam Pastore destitueretur, adhuc viuens ordinauit successorem S. Laurentium, *de quo egimus* II *Februarij. Hic autem cap.* 7 postquàm S. Mellitus *antè* Londoniæ Episcopus, Sedem Dorouernensis Ecclesiæ susscepit, regnum cælestc conscendit, in Ecclesiâ S. Petri sepultus. Mellito *dein* anno DCXXIV migranti ad cælos, statim successit S. Iustus, Roffensis Ecclesiæ Episcopus, *vt dicitur cap.* 8. *Et cap.* 18, Hæc inter Iustus Archiepiscopus ad cælestia regna sublatus est IV Iduum C Nouembrium, & Honorius pro illo est in præsulatum electus; quintus ab Augustino Antistes. *Hic autem* Honorius, *vt dicitur lib.* 3, *cap.* 20 ex hac luce migrauit anno DCLIII, & cessante Episcopatu per annum & sex menses electus est Deusdedit: *cùm iampridem vitâ functo Rege Dagoberto, esset martyrio S. Lietphardus coronatus: vt illum hiatum non potuerit supplere. Potiùs ergo Benedictini monachi S. Lietphardum colant: quòd eius Reliquiæ in monasterio Benedictino tam diu requieuerint: vti à nobis de aliis Sanctis sæpiùs obseruatum est. Quid quòd inueteratæ Anglo-Saxones inter & Britones inimicitiæ non talem Cantuariæ Anglorum Episcopum permisissent Regi Britonum tanti itineris comitem? Denique nullus apud Londinenses, præter S. Mellitum inde pulsum, viuo S. Lietphardo, fuit istic Episcopus: vt aliâ nobis ratione hæc difficultas sit elucidanda.*

S. Lietphardus Episcopus Cantuariensis,

nis Anglo-Saxonum, in Cantio.

9 *Cùm Britanni Christiani sub Anglo-Saxonibus veræ religionis hostibus magis magisq; opprimerentur,* tunc anno Christi DLXXXVI, *iuxta Westmonasterienſem in Floribus Historiarum,* Archipræsules Theonus Londoniensis, & Thadiocus Eboracensis, cùm omnes ecclesias sibi subditas solo tenus destructas vidissent, cum pluribus ordinatis *(Episcopis potissimùm aliarum Ecclesiarum)* qui in tanto discrimine superfuerant, cum Reliquiis Sanctorum in Cambriam diffugerunt, timentes ne Barbarorum irruptione tot & tantorum, sacra ossa veterum à memoriis hominum delerentur, si ipsa imminenti periculo minimè subtraxissent. *Similia refert Galfridus lib.* 11, *sed absque temporum distinctione. Suam etiam Sedem cum Archiepiscopis Londinensi & Eboracensi aliisq; Episcopis, sub Anglo-Saxonibus, ad illud vsq; tempus detinuisse Episcopos Dorouernenses colligimus ex Godwino, in Commentario de Præsulibus Angliæ in* S. Oudoceo III Episcopo Landauensi, *quem tradit ab obitu* S. Teliai *auunculi & antecessoris sui, Principis, Procerum & vniuersi populi consensu electum, consecratum esse Doroberniæ, quæ nunc* Cantuaria, ab Archiepiscopo ibidem. Reuersum inde à Rege Mourico vnà cum Reginâ, Proceribus, Clero, & plebis numero ingenti exceptum, in occursum eius prodeuntibus & solenni processione in ecclesiam eum deducentibus. *Hæc Godwinus ex Codice Landauensi, vt arbitratur Spelmannus in Apparatu ad Concilia Britanniæ, vbi* S. Oudoceum *tradit* Episcopum fuisse circa annum DLX, *variaq; Concilia sub eo tum habita profert paginâ* 62 *&* 63. *Colitur S. Oudoceus* II *Iulij, decessit Teliaus* IX *Februarij, ad cuius Vitam dicemus illum consecratum in Cambriâ fuisse ab aliquo, qui se istic pro exulibus Dorouernensem Episcopum ferret.* D

etiam Dorouernēsis,

10 *Hi ergo Episcopi circa dictum annum* DLXXXVI *(ante quem regnum Merciorum inceptum Heptarchiam Anglo-Saxonum compleuerat) è suis Sedibus pulsi,* numquàm *cum Cambris, teste eodem Westmonasterienſi,* à fide Christi recesserunt: in hoc tantùm reprehensibiles, quòd semper gentem Anglorum quasi per eos propriis finibus proscripti, odio mortali perstringant, nec illis libentiùs quàm canibus communicare velint. *Ex hoc nationum odio, etiam post aduentum S. Augustini aliorumq; à S. Gregorio Papâ missorum ad Anglos & Saxones Apostolorum, suos sibi hi Britones eiecti detinuerunt Episcopos, qui subditis suarum prouinciarum secum exulibus præessent; quales fuisse credimus S. Lietphardum, eiusq; fratrem Onastancium, qui Britones Londinenses & Dorouernos seu Cantuarienses in Cambriâ exules eodem potissimùm rexerunt tempore, quo earumdem prouinciarum incolis Anglo-Saxonibus post S. Augustinum præerant SS. Laurentius, Mellitus, Iustus, Honorius omnes Archiepiscopi Dorouerni; vacante post S. Mellitum Sede Londinensi. Quòd autem S. Oudoceus suprà apud Godwinum & Spelmannum dicatur ab Archiepiscopo Cantuariæ ordinatus, & S. Lietphardus in variis Martyrologiis appelletur Archiepiscopus, vel è piâ olim Cambrorum æmulatione contigit, quâ, ne in titulis cederent Anglis, eos Archiepiscopos nuncuparint, vel certè scriptores, qui vtrumque è posterioribus Anglorum Episcopis iudicarint, errore abducti, Archiepiscopos vocarint. Hi autem Episcopi in Cambriâ* F *vixerunt, instar multorum eo seculo Episcoporum Apostolicorum, nulli Sedi affixi, suarum diœceseon exulibus sæpè plurimùm dispersis inuigilantes. Hæc nostra de Cadruelis regno & S. Lietphardi Episcopatu coniectura est; è crassâ veterrimæ Britonum Ecclesiæ caligine eruta; cuius penes doctiores iudicium relinquimus.* E

Christianorū Cantiorum in Cambriâ exulum:

quare Archiepiscopus dictus.

§ IV *Vitæ Epitome ex Natalibus Sanctorum Belgij Ioannis Molani.*

11 IN Hunonis-curiâ natalis S. Liephardi Anglorum Archiepiscopi & Martyris. Fuit hic Canturbiæ in Angliâ Episcopus, germanus B. Onastantij Londriarum Præsulis, qui tempore Dagoberti Regis, cum Carduele Rege ob S. Petri beneficia elegit Romam adire. Vnde exoluto peregrinationis suæ voto rediens, in Aridæ-Gamantiæ nemore est trucidatus, & à ruricolis Trescalti sepultus; sed accedentibus miraculis digniori loco collocatus. Cùm autem apud ruricolas memoria eius negligeretur, Fulbertus Episcopus Cameracensis sacra pignora ad suam ciuitatem transferre statuit;

S. Lietphardi corpus illustratur miraculis,

sed per hos pulsis Episcopis anno 586.

A ſtatuit; ſed non potuit. Diuina enim reuelatio habebat, eum transferendum eſſe ad eccleſiam B. Petri, quæ eſt in Honnecourt: vbi Deo ſeruiebant ſanctimoniales ad nuptias Agni vocatæ, & eis ſubordinati Canonici, qui exequebantur, quod fœmineo ſexui Eccleſiaſticus ordo non permittit. Poſtmodùm tamen illis ſponte cedentibus vſque in hodiernum diem eſt congregatio Benedictinorum: qui corpora S. Lietphardi & ſororum eius Valeriæ & Pollenæ ad vrbem S. Quintini tranſtulerunt, vt eſſent à bellorum incommodis ſecuriora, vbi tamen in expugnatione vrbis perierunt.

Diuinâ reuelatione transfertur,

perit Quintinopoli.

§ V. *Alia Vitæ Epitome è libro lectionum, quæ cantantur in officio Eccleſiæ Metropolitanæ Cameracenſis.*

12 TEmpore quo Dagobertus imperium Galliæ tenebat, Rex Cadruelis Anglicis gentibus iura dabat. Aduersùs quem inſanus Rex Galliæ tantâ irâ æſtuabat, vt, quam poſſet crudelitatem in eum exercere, non differret. Cadruelis ille filium genuit, ſui nominis hæredem, & Chriſtianam profitentem religionem. Is ſub Chriſti veneratione peregrinationem eligens, S. Petri Apoſtoli beneficia petiturus; Romam

Cadrueli proficiſcẽti

Romam,

B adire decreuit. Præmiſit igitur legatos Regi Franciæ, quem ſuæ necis cupidum ſciebat: vtpote per cuius regiones tranſitus erat futurus. Qui tamen etſi non modò petitam pacem non impetratam; ſed comminationes, quibus quaſi præmonitus cauere poſſet, retuliſſent; tamen timorem Domini hominum timori ſuperordinans, periculum mortis promiſſæ inire prælegit, potiùs quàm abſiſtere deſiderio decretæ peregrinationis. Huic ſocius religionis & periculi vir vitæ venerabilis Lietphardus aderat, ſ. Onaſtantij Londiarum Præſulis (quem ſummâ veneratione dignantur Angli) germanus: ipſe Cantorbiæ Pontifex in hoc itinere Regi diuini officij & ſanctæ exhortationis miniſter: vitæ cuius præteritæ ordinem ſui compatriotæ celebrant. Sed cur non nobis plenè cognitum, non plenè expoſiturus attingerem? Nouiſſimorum eius, apud nos geſta & cognita inſignia priſtinæ ſanctitatis argumento eſſe poſſunt. Hi autem cum immensâ fidelium multitudine in fines aduerſantis tyranni tranſuecti, priuſquàm fama rei impias aures tangeret, tranſierunt. Furor verò ad ruinam præceps, dilatione ingemit: &, Licet nos, inquit, abeuntes fefellerint, redeuntes nulla liberabit noſtrave ſegnities improuida, vel eorum vitabunda ſagacitas. Miſſis igitur circumquaque miniſtris iniquitatis, quacumque tranſituri eſſent, iubet obſeruari. Cùm verò expleto voto illi iam in patriam reuerterentur, vt ad nemora *a* arrogantiæ ventum eſt; ſatellites iniquitatis inſurgunt, trucidant vniuerſos: inter quos beatum Dei Lietphardum Præſulem, Deum in cuius confeſſione permanſerat inuocantem, martyrio conſummauerunt. Cuius corpus incolæ cuiuſdam ruris, quod Treſcaltum appellatur, in horto ſub quadam arbore ſepelierunt. Vbi poſteà dominum horti dignitatem ſancti corporis neſcientem, cum ſtabula purgaret, fimum comportare contigit. Vnde factum eſt, vt quod indignum beato corpori fuerat, quâ pœnâ decuit vindicaretur. Animalia enim illius, cùm nulla vicinis lues nec toti pago obeſſet, graui morbo conſumebantur: & qui inter ſuos non erat rerum poſſeſſione minimus, quique ſuos omnes iuſtitiâ & laudabili conuerſatione ſuperabat, pauperior quaſi Deo abominabilior effectus eſt. Mirantur vniuerſi & condolent: ipſe cum totâ domo aſſidua fundit lamenta, ſcrutatur conſcientiam, vtrùm culpam tantâ calamitate puniendam poſſet inuenire: & piis orationibus ac ſuſceptis ieiuniis diuinam animaduerſionem mitigare contendit. Ecce autem dum feſſus diurnis fatigationibus noctu membra ſopori dediſſet, diuinâ reuelatione cauſſam

a in reditu occiſus,

socius fit S. Lietphardus.

diuinâ reuelatione reperitur.

ſuæ afflictionis cognouit: moneturque ſanctum corpus ad eccleſiam in dexterâ parte altaris locandum transferre. Ille igitur vt primùm aurora mundum tenebris expediuerat, vicinos conuocat, refert quæ viderat, & ad transferendum virum, eorum auxilia implorat. Quod illicò exultans, multitudo compleuit. Ex quo vir qui per incognitam iniuriam omnem ſubſtantiam perdiderat, aſſidui luminis condignam venerationem exhibens, plura perditis recuperauit. AVCTORE G.H. D

a *Imò Arida Gamantia, vt in Vitâ. & ſupra dictum.*

VITA

Auctore monacho Benedictino,

Ex MS. Nicolai Belfortij.

1 RObabilem ſanctorum virorum militiam, peractæque militiæ glorioſum terminum Patribus noſtris ſtudium fuit mandare memoriæ: vt poſteri & Deum in fragili materiâ mirabiliter operantem laudare, & exemplum beatæ imitationis diſcant habere. Nos igitur licet ab eis vitâ & ſcientiâ E longè diſſimiles, obſequium negare non audemus, orantes interim & deprecantes, vt, qui vſum ſermonis inſenſibili donare poteſt lapidi, per eam, quam ſermonis dignitate perfecit, creaturam dignetur ſonare; &, qui polluti oris non admittit confeſſionem, noſtram miſericorditer diluat impietatem. Nemo autem ſuſpicetur, quod dubium ſit, nos quaſi certum velle auditoribus commendare. In nobis quippe omnis incredulitas conuincitur; qui impugnauimus referentes & quaſi fabulis imbutos deluſimus: donec illi tandem partim quæ viderunt aſſerentes, partim à non vanis parentibus viſa afferentes, partim quoque veterum, qui præſentes rem viderunt, atteſtationem litteris aliquatenùs traditam opponentes, noſtram incredulitatem confuderunt: vt potiùs libeat iam addiſcere quàm impugnare, & venerari quàm irridere. Hauriant igitur non incredulæ aures, pia acquieſcat affectio: glorificetur mirabilis Deus in opere, laudetur opus in Deo venerabile.

Sinceritas auctoris in hac Vitâ deſcribendâ:

2 Tempore igitur quo Dagobertus imperium Galliæ tenebat, Rex Cadruelis Anglicis gentibus iura dabat: aduersùs quem Rex Galliæ tantâ irâ æſtuabat, vt & quantam poſſet crudelitatem exerceret, & ad maiorem, ſi quando daretur occaſio, animum pararet. Ecce autem volenti animo optata adeſt facultas. Cadruelis enim ille filium eiuſdem nominis genuerat: qui diuitiis regni cor non apponens, ſed ſub Chriſti veneratione, peregrinationem eligens, S. Petri beneficia petiturus, Romam adire decreuit. Præmiſit autem Regi Galliæ (per cuius regiones erat tranſiturus) legatos: quibus non pacem ſed comminationes referentibus, tamen vir Deo deuotus, timorem Domini hominum timori anteponens, promiſſam mortem inire prælegit, quàm decretâ peregrinatione abſtinere. Huic ſocius aderat vir venerabilis vitæ Liphardus B. Onaſtancij Londriarum Præſulis (quem ſummâ veneratione dignantur Angli) germanus, ipſe Cantorbiæ Pontifex, in hoc Regis itinere diuini officij & ſanctæ exhortationis miniſter. Cuius vitæ præteritæ ordinem ſui compatriotæ celebrant: & nouiſſimorum eius apud nos geſta inſignia priſtinæ ſanctitatis argumenta eſſe poſſunt. Hi ergo cum immensâ fidelium multitudine in aduerſarij fines tranſuecti, priuſquàm rei fama impias aures tangeret, tranſierunt. Furor verò ad ruinam præceps, dilatione ingemit, dicens: Et licet nos abeuntes fefellerunt; redeuntes tamen non liberabit vlla noſtra-ue ſegnities vel eorum vitabunda ſagacitas.

Cadruelis filius Regis Britanniæ proficiſcitur Romam, F

comitatur S. Lietphardus:

AVCTORE MONACHO BENEDICTINO, Ex MS.

3 Missis igitur circumquaque ministris, qui illorum reditum obseruarent; cùm expleto voto illi iam in patriam reuerterentur, vt ad nemora Aridæ-Gamantiæ ventum est, satellites iniquitatis consurgunt, trucidant vniuersos: inter quos & B. Lifardum Præsulem, Deum (in cuius confessione permansérat) inuocantem, martyrio consummarunt. Cuius corpus ab incolis eiusdam ruris, quod Tresaltum appellatur, in horto sub quadam arbore sepultum est.

Hic in reditu occisus in finibus Artesiæ.

4 Horti istius dominum, dignitatem sancti Corporis nescientem, contigit posteà fimum illuc portare, vt stabula purgarentur. Vnde mox factum est, vt, quod indignum beato corpori erat, quâ pœnâ decuit, vindicaretur. Animalia quippe illius (cùm nulla vicinis lues nec toti pago obesset) morbo consumebantur: & qui inter suos non erat rerum possessione minimus, imò & laudabili conuersatione omnes superabat, pauperior quasi Deo abominabilis effectus est. Mirantur vicini & condolent: ipse cum totâ domo assidua fundit lamenta, scrutatur conscientiam, si culpam tantâ calamitate puniendam posset inuenire, & piis orationibus ac susceptis ieiuniis Diuinam animaduersionem mitigare contendit. Ecce autem, dum fessus diurnis fatigationibus noctu membra sopori dedisset, Diuinâ reuelatione causam suæ afflictionis cognouit, monetur-que sanctum corpus ad ecclesiam, in dextrâ parte altaris locandum, transferre. Vt primùm igitur aurora tenebris mundum expediuit, vicinos ille conuocat, refert quæ vidit, & ad transferendum beatum virum auxilia implorat: quod illicò exultans multitudo compleuit. Ex quo, vir ille, qui per incognitam iniuriam bona sua perdiderat, assidui luminis condignam venerationem exhibens, plura perditis recuperauit. Quæ protinus fama totam replens viciniam, adiacentes incolas illexit: qui ex veneratione prouentum prouenire multis experimentis probantes, magis magisque supplicationibus insudabant, & Sancti patrocinijs protectos se gratulabantur.

Corpus diuinâ reuelatione in aruum,

defertur in eadem Tresaltinam,

claret miraculis:

5 Postquàm verò multa dies iam fermè cognitionem primæ translationis obscurauerat, nec res inter rurigenas fidem, quam decuit, inueniret; Deo (quem nulla suorum tangit obliuio) placuit, non modò rurigenis & illiteratis, sed Principibus, & vniuerso Clero, ipsique Pontifici, cui nomen Fulbertus, merita sui militis aperire. In ecclesiâ namque Hunonis-curiæ (in quâ disponente Deo Canonicis, qui antè deseruiebant, voluntariè cedentibus, nunc sub regulâ S. Benedicti deseruit monachorum congregatio) multæ sanctimoniales à primâ institutione ordinatæ fuerunt: & quod diuini officij fœmineo generi non permittitur, his subordinati exequebantur Canonici.

vt Hunonis-curiâ transferatur,

6 Harum sanctimonialium vna lumine priuata, nomine Restituta, (cuius vitam adhuc celebrat fama, per generationes descendens) dum leui sopore quiesceret, visione manifestâ, quidquid de beati viri corpore actum fuerat, & quid porrò agendum esset, cognouit. Monebatur enim cum vniuersis Sororibus & Fratribus locum, quo beatum corpus requiescebat, visere, & ad suam Ecclesiam transferre. Post ieiunia itaque & deuotas orationes Episcopus consulitur, qui non multò post cum vniuersâ ciuitate accessit: omnes quoque vicinarum partium populi conuenerunt, & res nequaquàm aliter inuenta, sanctimoniali fidem indubitabilem acquisiuit. Ipsa quoque sanctimonialis, quem mente præsenserat, restituto lumine, Sanctum videre meruit.

reuelatur sanctimoniali cæca,

dein visû acepta:

7 Quo viso miraculo, Episcopus sibi ius esse in omnibus, quæ totâ contigissent parochiâ, affirmans, repertum corpus secum ducere disponebat. Sed voluntati Dei quis resistet? Quis ostensionem sanctimoniali factam euacuaret? Dum iubente Pontifice portitores ad vrbem iter conuerterent, protinus sol, qui modò exsiccabat, pluuiosâ densitate nubium celatus, quasi noctis tenebras induxit: cerei extinguuntur: ad vrbem iter intendens quisque fatigatus promouere non potest: ventus repentè coortus, grando quoque ac nix vento agitata, quantumuis fortes impedit ac detinet. Præterea qui leue pondus susceperant, intolerabiliter grauati, socios aduocant in auxilium: sed nolentem, quotquot accesserunt, mouere nequiuerunt: vt non pondere, sed Dei viderentur teneri voluntate. Mox Episcopus, non esse consilium contra Deum, ceu literis didicerat, experientiâ cognoscens, à suo sensu ad Dei nutum conuersus est, & iam non disponere, sed Dei dispositioni studuit obedire. Cuius coactâ permissione iter portitorum reflectitur: & statim cerei, qui hominum operâ datum ignem perdiderant, ex niuibus mirabilem iam accipiunt illuminationem. Nulla deprimit grauitas gerulos, nulla tempestas retardat comitantes populos: sed solstitialis efficitur calor, & nix quæ prioris itineris fuerat impedimentum, fit secundi auxilium, & sitis videlicet temperamentum.

Prou. 21. 30

Hunonis-curiam deserunt.

recipiunt visum duo cæci,

8 Iam dum tripudians conuentus, cum canticis Sanctum Dei prosequeretur, & cuiusque sexus & conditionis generatio laudes Deo decantaret; maiorem lætitiam, Diuina pietas exhibuit. Auditis enim circumquaque his miraculis, cæci duo aduenerunt, moxque iuxta feretrum assistentes, lumen oculorum totis animæ viribus deposcunt. Crescit in eis gemina exultatio: lætantur se perfectos homines, redditâ luce, & tanguntur mirabili Dei operatione, quæ quocumque audita loco, omni fideli causa esset lætitiæ. Ecce iterum nouæ laudis materia, ecce iterum prædicabilis Dei potentia. Cùm nondum voces laudantium quiescerent, quidam omni membrorum officio destitutus adfertur, Et tu, inquiens, qui hodie multa beneficia contulisti, noli mihi claudere aurem pietatis tuæ: sed qui meis exigentibus vinctus sum peccatis, tuis interuenientibus liberet meritis. Priusquàm ergo huiusmodi verba finiret, nouum vigorem membris irrepere persensit: & relicto portantium ministerio, desiliens ad feretrum accurrit: & qui portatus accesserat, sancto corpori portando succedebat. Qui igitur pro cæcorum illuminatione laudes nondum finierat populus, replicat: & in singulorum operum locis ligno Crucis erecto, memoriam facti vsque hodie manentem consecrat. Talibus itaque operibus insignis Liphardus ab exultanti multitudine perducitur, & in quadam B. Laurentij collocatur ecclesiâ: vbi geminatis patrociniis, multi infirmitatibus occupati receperunt sanitatem.

sanitatem vsu membrorum destitutus,

Crucis in beneficij memoriâ erectâ.

& multi ægri.

9 Iam fortassis mouere poterit aliquem, cur B. Liphardus, vir tantus ac talis, hunc Hunonis-curiæ locum nullius nominis, nullius dignitatis priuilegio eatenùs decoratum elegerit: sed si ea, quæ superius comprehensa sunt, cautiùs aduerterit, ab hoc animi motu citissimè conquiescet. Prædictum est enim illum ad corpus B. Petri vota sua delaturum cum Rege suo Romam petisse; & in redeundo, apud Tresaltum, non longè videlicet ab Hunonis-curiâ (in quâ & tunc fulgebat & adhuc fulget oratorium S. Petro assignatum) martyrio vitam præsentem finisse. Non igitur abhorret à fide Christianâ, si credamus Petrum mellitis huius viri votis dulcoratum, hunc (quia hæc contigit occasio) voluisse apud Hunonis-curiam sibi specialiter inhærere, in prædictâ sui nominis basilicâ. Quantum enim sit Petro familiaris & intimus grex Martyrum, testis est Roma, tot Christicolarum ipsius Petri vestigia sequentium sanguine purpurata. Sed iam satis sint ista. Transeundum est nobis ad illa, quibus mirificauit Dominus hunc Sanctum suum, intus & extrà, postquàm venerari cœpit locatum corporis sui pretiosissimum margaritum, in præfatâ S. Petri basilicâ. Ac ne ingrati videamur, pro iis quæ prætaxata sunt, gratiarum actiones Deo reddamus, vt & ad dicenda quæ sequuntur conualescamus. Sit igitur laus & iubilatio in omnes æternitates Patri ingenito: qui per suorum

cur S. Lietphardus Hunonis curiâ elegerit.

Camaracû transferri nequit,

gesta

A gesta seruorum, glorificari dignatur Filium suum vnigenitum: qui cum eo & Spiritu sancto Deus viuit & regnat trinus & vnus, per omnia secula seculorum. D Amen.

DE S. MODANO
ABBATE IN SCOTIA.

I. E.

IV FEBR. I *S. Modani Acta.*

DE S. Modani *die natali, ætate, gradu dignitatis, quæstio est; Actis vel deperditis, vel etiamnum absconsis. Ea strictim delibasse videtur, qui, sub annum* MDIX *Christi, Aberdonense Breuiarium concinnauit: nisi fortassis solam secutus est famam. Alia monumenta habuit Dauid Camerarius, è Sconensi ad Taum flumen cœnobio, vt quidem ea citat. Hector Boëtius solos nominum indices, aut titulos summaq́, capita narrationum, expressisse videtur. Lesleus, Conæus, aliiq́, ab Hectore descripserunt, omnes incuriosè. Hectoris verba sunt, ad calcem libri* 8. In *Congalli* locum Conranus frater germanus, ingenti omnium applausu, Rex est surrogatus, anno virginei partus quingentesimo primo, qui Ambrosio regni fuit quartus, & Anastasio Romanorum Principi duodecimus. Fuêre hac tempestate, vel certè haud multùm ab eâ diuersâ, viri *Dicitur vixisse circa an. 500.* B sanctitate & doctrinâ pollentes; Remigius Remorum Antistes..... Maxentius Abbas, Leodegarius, Arnulphus...., Inter nostrates Colmannus Priscus, Medanus, Modanus & Euchinus Episcopi, Christi dogmatis per Scotorum & Pictorum agros pij concionatores. *cum aliis SS.*

2 *Isthæc ita reddidit Lesleus lib.* 4 *de gestis Scotor. in Conrano R.* Hoc tempore præter SS. Colmanum, Priscum, Medanum, Modanum & Euchinum Episcopos & Confessores, Scotia egregium peperit alumnum, Winfredum à nonnullis dictum, qui eò maiori laude dignus fuerat, quòd Regis Scoti erat filius *&c. Aliquid præterea adiicit Georgius Conæus de statu religionis apud Scotos lib.* 1 *pag.* 30. Sanctos Colmanum, Priscum, Medanum, Modanum, claros verâ pietate & constanti Christi confessione Episcopos, commendat præter egregia merita, S. Winfredi, Regis filij, non vulgaris educatio: quem philosophiâ, cùm sacrâ tum profanâ, altè adeò imbuerunt; vt is relictâ Scotiâ, vbi regali stemmati maior honos habebatur, quàm animi ipsius patiebatur moderatio, peregrè ad Euangelium propagandum sit profectus. *(quorum gesta alibi hyperbolicè aucta,*

3 *Verùm illi indiligenter Hectoris verba expenderunt, qui* Colmanum, *quem principio sexti post Christi nativitatem seculi scribebat famâ virtutis floruisse,* Priscum, *seu* C *seniorem appellauit, respectu scilicet alterius* Colmani, *qui post S. Finnanum Lindisfarnensis Episcopus anno* DCLXI *creatus dicitur: ipsi verò duos fecêre* Colmanum *ac* Priscum Episcopos. *Idem* Modoco *ab iis factum. Scripserat Hector lib.* 6. Inter nostrates eadem ferè tempestate (*Constantij Chlori Cæsaris, & Crathlinthi Regis, circiter annum Christi* 300) fuêre, *inquit*, sacrâ doctrinâ pollentes Amphibalus Antistes, Modocus priscus, Calanus, Ferranus *&c.* Priscum *hunc vocat Modocum, si cum* Modoco, *seu* Medoco, *vel* Aidano *Fernensi Ep. de quo* XXXI *Ianuarij, conferatur. At Lesleus lib.* 3. Floruêre circa hæc tempora apud Scotos Amphibalus, Modocus, Priscus, Calanus, Ferranus. *Conæus ad tempora Constantij, Constantini Magni F. retulit:* Huic, *inquit*, *Crathlinto Regi*, apud nostrates æquales fuêre Modocus, Priscus, Calanus, Ferranus. *Nec dubitat Thomas Dempsterus duos* SS. Priscos, *lib.* 15 *histor. Eccles. gentis Scotor. citatis Hectore Leslæoq́, consecrare, & scriptis vtrumque celebrem asserere; hunc quidem libro* contra Ethnicorum superstitiones *edito; iuniorem illum libro* homiliarum de Sanctis. *nomina corrupta)*

4 *Non quærimus hic, extiterintq́, & quo ævo, quos, præter* Modanum *ac* Medanum, *vtroque loco Hector commemorat. Idem lib.* 10 *fol.* 191 *sub Achaio, Caroli Magni Imperatoris æquali & amico Rege Scotorum,* Modanum Me- *vel circa an. 800.*

danumque germanos, monasticæ vitæ addictos, imitandæ virtutis se ad posteros præbuisse exemplaria *scribit. Hectorem de more sequitur Lesleus lib.* 5 *pag.* 177. *Dempsterus (qui* Winfredum, *à Lesleo memoratum, vult* S. Fridolinum *esse, de quo* VI *Martij agemus) eosdem esse putat ab Hectore antèa ad Conrani tempora, mox ad Achaij relatos: censet ipse,* quo tempore vixerint in ambiguo esse. *Neutrum constat.*
Adami Regij Kalendarium Scoticum sub Conrano locat.

5 *Idem Kalendarium, vti & Aberdonense Breuiarium, natalem* S. Modani *pridie Nonas Februarij consignant;* Medanum, *siue* Middanum XIV *Nouembris, vti & Dauid Camerarius. Hermannus Greuen. in Addit. ad Vsuard. vtroque die* Modanum Abbatem *habet. Colganus* IV *Febr.* Modanum *Abbatem Hibernis accenset, licèt præter Leslæi, Boetij, Camerarij verba de eo nil proferat. Ioannes Wiremus in priori editione Martyrologij Anglicani* XXVI *Aprilis ambos refert, aitq́, celèbres in Scotiâ Hiberniâque fuisse, cùm isthic Catholica vigeret religio, ac multa iis dicata altaria: in posteriori editione, vtrumque* XIV *Maij habet. At Ferrarius generali Catal. SS. ad* XIV *Aprilis* Medanum; Modanum Midanumque *fratres ad* XXVI *inscripsit.* *Colitur 4 Febr.* *non 26 Apr.* *nec 14 Maij.*

6 *Habemus igitur* S. Modani *natalem. De ætate non liquet. Nam quod Camerarius scribit sub annum* DXXII *Driburgi, iuxta Twedam amnem, haud procul Melrosâ vetusto cœnobio, ad ipsos Angliæ fines) monachum esse factum, deinde Abbatem; veremur vt probare possit, isthic tunc monasterium fuisse; cùm ea loca, Anglis parerent, aut si Pictis, certè vtrique Gentiles adhuc essent. Longè verisimilius est, quod in citato Breuiario dicitur,* Scoticam gentem ad Occidentalem plagam fluminis de Forth, seu maris Scoticani incolentem, *sacrâ doctrinâ imbuisse: nam occiduum moderna Scotia tractum primò occupauêre Scoti, ac tunc tenebant. Egimus de Forthâ nobili æstuario, siue* mari Scotico, XIII *Ianuarij ad Vitam S. Kentigerni cap.* 4 *Not. f. vbi* flumen Fordense *appellatur. Consentit Camerarius, aitq́,* in Stirlingensi agro, *& in* Falkirk, *(qui locus non longè à Forthâ distat) celebrem etiamnum eius esse memoriam. Demum circa Dunbarton, senio ac laboribus fractus obiit. Diximus ad citatam S. Kentigerni Vitam cap.* 6. *Not. a* Dunbritton, *& per metathesim* Dunbarton *dictam esse arcem munitissimam, quæ olim* Arcluid *vocabatur, id est,* supra Cluidam *flumen, Bedæ & Adamnano in Vitâ S. Columbæ* Petra Cluidæ, *aut* Cloithæ *appellata, quia ad* Glottæ, *seu* Cludæ *ac Leuini amnium confluentes iacet. De* Arcluta *egimus quoque* XXIX *Ianuarij ad Vitam S. Gildæ, inde oriundi, § 3 nu.* 27. *Vltra Leuinum, variis cinctum æstuariis* Rosnethum *visitur, vbi S. Modani ædes ac reliquiæ olim fuêre. Dempsterus tradit Brechinæ, vrbe episcopali in Angusiâ prouincia, celebre eius fuisse nomen.* *predicauit in Sterliniâ, ad Occidentè Forthæ:* *mortuus iuxta Dũbarton arcem:* F *cultus: Rosnethi & Brechinæ:*

7 *Quem quidam Episcopum, alij monachum, nos Abbatem, ex veteris illius Breuiarij fide, nuncupamus: an Ordinis fuerit Benedictini, vt Wion ac Wilsonus volunt, haud nobis expeditum est pronuntiare. Si sexti seculi initio vixit, vt Hector, Lesleus, Dempsterus, licet sententiæ vtcunque dubij, & expressius Adamus Regius, scripsêre; ante institutum, aut certè extra Italiam propagatum S. Benedicti Ordinem; monachus fuit: eâ nimirùm eruditus disciplinâ, quâ plurimi illâ tempestate apud Scotos Britones, & præsertim Hibernos. At si sub annum* DCCC *floruit, cùm non Angli modò Scotiq́, sed & Picti Christum colebant, ac latè per Britannias propagata S. Benedicti religio erat, planè credibile est eum illi se mancipasse, seu Driburgi, vt vult Camerarius, si isthic cœnobium fuit, seu Melrosæ, siue alibi.* *Abbas esse dicitur fuisse an Ord. Benedictini?*

8 *Dempsterus scripsisse eum plurima tradit, è quibus an-*

AVCTORE I.B. A *an aliquid scripserit?*

te 150 annos superfuerint de Episcopi officio libri trei. Vbi illi, aut cui tum lecti? Nefas videtur existimare ille auctor, si quisquam veterum illorum Sanctorum non etiam doctrinæ, adeoq; editorum librorum, laude decoretur.

VITA

ex Breuiario Aberdonen.

S. Modanus à primâ ætate monachus.

1 SAnctus Modanus, Pater venerabilis, & plurimorum monachorum Pater metuendissimus, religiosissimusque. Hic ab infantiæ suæ primordiis sub regulâ & monachali habitu cunctis vitæ suæ diebus viuebat in paupertate, castitate & obedientiâ; sicuti miles Christi strenuus & bellicosus, aduersùs diabolum, carnem & mundum instabilem continuè militando, loricâ fidei, virtutis & iustitiæ & vitæ exemplo armatus, eisdem superando, omnia relinquens, Christum sequendo & Apostolos in prædicando, miraculorum ostensione; abiectis diuitiis, stemmate regio, & hæreditate terrenâ, cucullo humili se induit, vt Christo seipsum hæredem faceret.

B *in victu austerus,*

2 In ciborum frugalitate & parsimoniâ corpus vbique macerabat, pane & aquâ interdum contentus: neque vino vsus est, sicut nec carnis comestione. Nonnumquàm herbiculis & fontis latice subigere famem & sitim, satisfaciendo, carnis naturam coercebat, & macilentam reddidit, vt castigatione corporis vitia carnis, eam domando, superaret, vt inter cunctos suæ religionis speculum & forma diceretur in viâ veritatis, virtutis & vitæ sanctitatis.

multos cõuertit:

3 O quantis B. Modanus hic etiam à fidei luce errantibus amissum reddidit visum, & illum quo Christum reddidit, reparauit intuitum! Auribus surdis & infidelitatis obduratione damnatis ad percipiendam vocem cælestium mandatorum, pretiosum infudit verbo veritatis auditum, vt vocante Domino ad misericordiam respondérint per obedientiam. Vinctos verò perlongam incuriam labe peccati, castigationibus & exhortationibus expiando, Dei virtute in se operante, soluit & liberauit. D

4 Meritò igitur huic viro sancto & Deo caro Modano præcelsum & illud imponitur nomen, quasi Modos odiens vanos, seu Motus vacuos, vel Mores angelicos habens; cui nihil cælestis defuit gratiæ, pro voto petenti. Grauitas namque morum, & vitæ eius austeritas, ipsum virum sanctum, castum & pudicum cunctis palàm fecit. Aures, oculos aliosque sensus exteriores quinque, quos Mortis fenestras appellare solebat, ita domuit, vt illicita quæcumque seu peccati fomenta nullatenùs sentirent. Etenim fenestras illas quinque seris diuini timoris & amoris obstruxit. *proprios sensus refranat:*

5 De multorum cordibus filiorum iniquitatum, luxuriam castitate fugauit, iram patientiâ deiecit, inuidiam dilectione extinxit, superbiam humilitate prostrauit, acediam diligentiâ, vigiliis & orationibus superauit, atque singula alia vitia virtutibus his aduersis compescuit; intantùm vt vniuersa Scotica gens, quæ per Occidentalem plagam fluminis de Forth, seu maris Scoticani incolebat, & apud Falkirk, suâ doctrinâ imbuta existebat. *alios ad studiũ perfectionis adducit.*

6 Prædictâ verò Scotorum gente, meritis, miraculisque & prædicatione B. Modani & suorum discipulorum, qui eum comitabantur, ad inuiolatam Christi E fidem, vt suprà, conuersâ; B. Modanus nimiis laboribus, vigiliis & diuinorum studiorum occupationibus, pro dictâ gente & sui salute, annorum multitudine fatigatus, sicque deficiente virtute naturali, vix se pedum incessu mouere localiter poterat: animum tamen ad prædicandum promptum & expeditum semper habens, ad secretiora loca se transtulit, & ad Oceanum Scotiæ, non longè à Dunbarton & Lochgarloch, in loco omnium hominum sequestrato, per maria & montes excelsos circumdato, multis clarus miraculis obdormiuit in Domino. Quo in loco parochialis ecclesia de Rosneth eius honori dedicata extat: vbi sanctissimæ huius reliquiæ, in quâdam capellâ cœmeterij eiusdem ecclesiæ, maximâ in veneratione requiescunt & venerantur. *senex in locum secretum secedit:* *clarus miraculis moritur:* *eius Reliquiæ.*

DE S. VLGISO, SIVE WLGISO,

I.B. ## EPISC. ET ABBATE LOBIENSI IN BELGIO,

Commentarius historicus.

SECVLO VIII. IV FEBR.

1 *LOBienobium est Lobiense in Belgio, ad Sabim flumen, in ipsis prouinciæ Leodiensis Hannoniæq; confinibus, antiquum ac celebre. Cuius situm ac nominis etymon Fulcuinus, illius Abbas, qui anno* DCCCCXC *decessit, Chronici sui exordio ita explanat:* Est locus, *inquit*, vbi intra terminos pagi, quem veteres à loco vbi superstitiosa gentilitas fanum Marti sacrauerat, Fanum Martinse dixerunt; iuniores à nomine profluentis fluuij Haynau vocauerunt; & pago Sambrino Sambra fluens blandâ & amœnâ ripâ decurrit: quem, hinc inde prominentibus collibus, planities quædam, & nemorum opacitas & opportunitas loci gratissimum reddit. In quo loco riuulus delabitur in Sambram, quem Laubacum vocant; eumdemque putant nomen loco dedisse: licet sint aliqui, qui pro opportunitate capiendarum ferarum (vndique enim saltu cingitur, vicinaque erat Liptinas fisco tunc regio, & prisco nomine permanente Foresti adhuc dicitur) eò quòd Rex pergens venatum, ibi sibi fieri iusserit obumbraculum ad temperandum solis æstum, quod Lobiam vocant, inde putant locum dictum nomine permanente; riuulumque à loco, non locum à riuulo nomen traxisse: quod videtur magis verisimile esse. Teutones hoc astipulare videntur: nam locus ille eorum linguâ Lobach dicitur. Et LO quidem vocant obumbrationem, BACH autem riuum: quæ duo si componantur, faciunt Obumbraculi riuum. *Lobiensis monasterij situs,* *nomen,*

2 *Breuiùs B. Anso, octauus Lobiensis Abbas, in Vitâ S. Ermini Episc. & Abbatis, quam* XXV *Aprilis dabimus, de* monasterio, *inquit*, quod deriuatiuè ex nomine fluuioli decurrentis per monasterium in amnem qui propriè nuncupatur Sambra, vocatur Laubacus. *Aliis Laubacum est neutro genere. in Vitâ S. Vrsmari to. 1 Francic. Scriptor. Chesnei*, Laubias *indeclinabile.* Eam, *inquit*, quæ est in Laubias, Christi Ecclesiam. *At Fulcuinus in Chronico*, S. Landelinum *ait* Lobiis demigrasse *& paullò pòst*, cui Lobbias apostolatus locum delegauerat Dominus. *Eadem S. Vrsmari Vita:* Cùm Lobia non sit Sedes episcopalis. *Idem in historiâ Miraculorum, Mirac.* 23 Lobiæ Pontifex *appellatur. Harigerus in eiusdem Vitâ metricâ cœnobium* Laubiam, *&* Laubacum *vocat, riuum* Lobiam. *varièexpressum:*

3 *Hoc loco latrocinari solitus Landelinus, postquàm S. Autberti Cameracensis Episcopi, magistri olim sui,* diuturnâ lamentatione & iugi prece, *vt lib.* 2 *Chronici Camerac.*

A *rat. cap. 37 ſcribit Baldricus, à nefariâ vitâ conuerſus eſt, ad eumdem locum ſeceſſit, eumq́, vt habet Fulcuinus,* ſacris ſtudiis initiauit, vt quem commaculauerat vitiis, dedicaret virtutibus; vt vbi ſuperabundauerat peccatum, ſuperabundaret & gratia, ſicut ait Apoſtolus. In quo loco & eccleſiam ſibi pro tempore conſtituens, deflebat quibus anteà oblectabatur, manu & labore victum quærens, laſciuiamq́ue carnis ieiuniis & vigiliis domans, & exercebatur ſummo mentis conamine in his quæ ſunt Dei, vt omnes mirarentur, videntes commutationem dexteræ Excelſi. Talibus igitur exercitiis, pluribus ad id ſtudij confluentibus, ſpeculum factus eſt: ſicq́ue Lobbienſis cœnobij fundator extitit primus. *Hæc Fulcuinus. Inde Criſpinium migrauit Landelinus. Nam, vt ſcribit loco citato Baldricus,* vbi locus viri ſancti piâ conuerſatione florere cœpiſſet, & ex munificentiis Regum, ſiue potentum quorumlibet, quantò rebus exteriùs, tantò etiam numero monachorum interiùs abundaret; mox inde remotus, ſiquidem vt Deo ſtrictiùs manciparetur, ſecretiorem locum expetere æſtimauit. *Sed hæc plenius in S. Landelini Vitâ* XV *Iunij.*

fundatio à S. Landelino pœnitente,

locupletatio.

4 *Cauſſa illi Lobiis migrandi forſitan &* Liptinæ *fuêre, Pipini Maioris-Domus palatium, horæ interuallo inde diſtans, vulgò nunc* Leſtines: *qui locus ſub Pipini filio ac nepotibus adeò celebris extitit, vt ſynodus iſthic an.* DCCXLII B *habita ſit. Fugerit vir ſanctus vel diſtractionum occaſionem à frequentiâ Lobias concurrentium aulicorum, vel laudes, quibus eum fortaſis nonnulli onerabant. Quantùm verò* Liptinæ *iam ante quingentos annos à priſtino ſplendore deciderint, patet ex Miraculo* XIX *S. Vrſmari, vbi iſta habentur:* Liphtinas nomen eſt fundi in pago Hainoënſi, olim ſedes regia, cùm adhuc pax & iuſtitia ſibi obuiarent in terrâ; nunc in beneficium plurimis diſtributus, vix ſufficit annuis reditibus vnius.

ob Criſpinium migrante.

5 Seceſſurus autem *Lobiis Landelinus, vt ſcribit Baldricus,* eò loci præfecit beatum virum Dei Vrſmarum, piis moribus præditum in functoriâ tantùm prædicatione ſacratum Epiſcopum. *Pipini voluntate id factum dicitur in Vitâ S. Vrſmari to.* 1 *Script. Francic. Cheſnæi:* Poſt diſceſſum à Laubaco S. Landelini, quem recedere ab eo loco gratiâ illuminandi Criſpinium, vbi nunc requieſcit, ſuaſerat Spiritus Domini; B. Vrſmarus, (cui Laubias apoſtolatus & exercitij ſancti delegauerat Dominus) verbo prædicationis & virtutum meritis clarus, acceſſitus à Pipino ſeniore, ... idem monaſterium ſuſcepit regendum, per Hidulphi interuentum, qui erat vnus ex Principibus Regis maioribus. Vbi etiam paſtorali inthronizatus cathedrâ, tantâ *&c. Eadem ferè Fulcuinus, & breuiùs Sigebertus in Chronico.*

1 Abbas S. Vrſmarus,

6 *Fuerítne anteà Vrſmarus, vt quidam exiſtimarunt,* C *Sueſſionum Epiſcopus; an nulli certæ Sedi adſtrictus, ordinatus tamen quò maiori gratiâ & dignitate in conuerſionem gentium incumberet; an denique vt Aulæ Pipini, iam Regibus imperantis, Capellanus eſſet, ac maiori polleret auctoritate, (vti alibi Drogonem Ep. Metenſem, eâ cauſſâ titulo* Archiepiſcopi *ornatum à Pontifice adnotauimus) diſputandum erit ad eius Vitam* XVIII *Aprilis. Dubitat ipſe Fulcuinus, cuius verba, quia ad Vlgiſum quoque ſpectant, viſum hîc recitare.* Quare autem, *inquit,* eum Epiſcopum fuiſſe dicimus, ſæpè à nobis quæſitum eſt. Nam textus deſcriptus Vitæ ipſius Epiſcopum eum fuiſſe docet; locum autem vel tempus ordinationis ipſius, vel à quibus ordinatus ſit, omnino ſilet. Sed in chartis ſub eius tempore factis, ac perantiquis membranarum peciolis, quæ continentur in eccleſiâ noſtrâ, inſcriptum eum inuenimus ſub nomine Epiſcopi & Pontificis. Variâ eſt de hoc ſeniorum noſtrorum relatio; dicentibus quibuſdam, quòd prædicandi gratiâ, vt competebat tunc rudimentis nouellæ fidei, ad compeſcendos ſuperfluos ritus gentis barbaricæ, Epiſcopus fuerit ordinatus; quod factum quoque de S. Amando legimus: quibuſdam dignitatem hanc loco tribuentibus, opinionemq́ue ſuam ratione quadam tuentibus; quòd videlicet locus

ſimul Epiſcopus,

dubium an certa Sedi.

regius regiâ munificentiâ conſtructus, regio (vt dictum eſt) palatio contiguus, ſcilicet Liptinis, nulli committeretur, niſi priùs eſſet ordinatus Epiſcopus. Quam dignitatem & in pleriſque ſucceſſorum eius duraſſe, in ſubſequentibus dicemus. Quid horum verius ſit, lectorum arbitrio committimus: nec in vtramvis partem ſancto viro derogamus, dum, quidquid horum ſit, cum fuiſſe Epiſcopum non denegamus. AVCTORE I. B. D

7 *Hæc Fulcuinus, qui deinde de S. Ermino eius ſucceſſore ſcribit:* Antequàm decederet *Vrſmarus,* fractus longâ moleſtiâ, ſe viuo S. Erminum ſucceſſorem ſibi ſubſtituerat, in quem familiaritate quadam ſpeciali ſe totum transfuderat, vtpotè in dilectum hæredem & gratiſſimum ſucceſſorem. *Aliter paullò B. Anſo in S. Ermini Vitâ:* Seneſcente verò S. Vrſmaro grauiterq́ue infirmante, permiſerunt ſpirituales filij ſui ei licentiam deponendi ſe de culmine regiminis. Qui depoſitus cœpit ſuadere eis, vt hoc ipſum iugum ſancto imponerent Ermino Epiſcopo. Protinus vox omnium clericorum ac laicorum vna efficitur, ita vt nullus in his omnibus inueniretur, qui non eius electionem clamaret. *S. Vrſmarus poſteà* obiit, *vt habet Fulcuinus,* anno DCCXIII Dominicæ Incarnationis, nobis in perpetuum Domino Deo regnante, & Pipino agente in ſceptris; *Herſtallio nimirùm, ſiue Craſſo, de quo hactenùs, patre Caroli Martelli. S. Erminus verò, vt Anſo ſcribit,* prouectus ætate, & plenus dierum, in ſenectute bonâ anno ſeptingenteſimo & trigeſimo ſeptimo ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, VII Kalendas Maias perrexit ad Dominum. E

2 S. Erminus Ep.

mortuus an. 737

8 *De S. Ermini ſucceſſoribus, vt tandem ad S. Vlgiſum veniamus, ſcribit idem Fulcuinus:* Habuit etiam & cooperatores & coabbates, Sanctum vtique Abel, Scotum genere, & S. Wlgiſum Epiſcopum, & Dominum Amuluinum æquè Epiſcopum: qui vtrùm ſibi inuicem ſucceſſerint, an S. Ermino ſpiritualibus occupato rebus locum in commune tractauerint, nihil certi reliquit antiquitas. Non tacuit tamen locum Lobienſem eos & tenuiſſe & gubernaſſe, ſed & pro opportunitate temporum locum emelioraſſe. *Alioquin poſt S. Erminum, inquit idem ſcriptor,* extitit Theoduinus Abbas; ſub quo, Karlomanno Maiore-Domus concedente, villam Fontanas, quam Sambra alluit, Eccleſia noſtra habere meruit; in cuius conceſſionis chartâ ſic ſubſcriptum eſt: Actum Liptinas villâ publicâ, quo facit Februarius* dies ſex, anno ſecundo regnante Hilderico. Et in hac ſtipulatione, ſignum, inquit, Karlomanni Maioris-Domus, qui hanc donationem fecit firmauitq́ue. *Hanc donationem ita conſignat Bucherius noſter ad an.* DCCXLIII Theodeuinus Ab. Lobienſis villam Fontanas ad Sambram impetrat à Karlomanno Maiore-Domus, Liptinis VI Februarij, an. 11 regnante Hilderico. Fulcuinus. Concilium Liptinenſe, ſeu Liſtinenſe, in Hannoniâ, Cal. Martij. *At concilium Liptinenſe habitum eſt tempore interregni, anno* DCCXLII, *vti patet ex eius præfatione:* Ego Karlomannus Dux & Princeps Francorum, anno ab Incarnatione Domini DCCXLII, XI videlicet Kalendas Maij, cum conſilio ſeruorum Dei & Optimatum meorum, Epiſcopos qui in regno meo ſunt, cum Presbyteris ad conſilium & ſynodum pro timore Chriſti congregaui. *Annus verò ſecundus Hilderici fuit* DCCXLIV. *patet ex præfatione Concilij Sueſſionenſis:* In Dei nomine & Trinitatis. Anno DCCXLIV ab Incarnatione Chriſti, & Lunâ XIV, in anno ſecundo Childerici Regis Francorum, ego Pipinus Dux & Princeps Francorum. *Non ergo ſexto Februarij facta illa Fontanarum donatio eſt, ſed anno* quo facit Februarius bis ſex, *licet in MS. exemplari Fulcuini ſcriptum ſit* Dies ſex, *vt retulimus.* F

*Theoduinus erat an. 744 * lege, bis.*

anno 2 Childerici III.

8 *S. Ermino ſucceſſiſſe S. Theodulphum, huic S. Vlgiſum ſcribunt Ægidius Waldeus in hiſtoriâ Gallicâ Sanctorum Lobienſium, Miræus in Faſtis Belgicis aliiq́, paſſim, nullâ factâ Theoduini mentione; perperàm, vt ex dictis patet.* At Theoduino Abbati, *vt ſcribit Fulcuinus,* ſucceſſit S. Theodulphus

tus S. Vlgiſus Ep, & alij,

incertum an ſimul.

AVCTORE I. B.

dulphus Episcopus in prouisione prædicti loci, partim sub Pipino præfato Principe, pòst facto Rege; nouem verò annis sub Carolo Rege, pòst facto Imperatore ..... obiit autem an. DCCLXXVI Dominicæ Incarnationis, die verò festiuitatis S. Ioannis Baptistæ. Anso hunc sequitur in regimine. *Bartholomæus Fisenus noster. S. Ermino S. Vlg. sam immediatè an.* DCCXXXVII *succes. sisse scribit. Quod omnino videtur asserendum. si quidem ipse Amolwinus, Abel succes siuè loco præfuerunt, & non simul cum S. Ermino, vti hic anteà cum S. Vrsmaro. Et verò, nisi fortè aliò ad Christi colendam vineam translati, non dis eam dignitatem tenuerunt, càm anno, vt diximus,* DCCXLII *iam Abbas esset Theoduinus.*

tum S. Theodulphus:

10 *Fuit S. Vigisus, vt antè scriptum, simul Abbas & Episcopus. Hariolatur enim solito more Trithemius, dum lib. 3 de viris illustr. ord. S. Benedicti cap. 256 ita scribit:* Vulgisus ex Abbate Lobiensis cœnobij, Episcopus ibidem, vir sanctæ ac religiosissimæ conuersationis, cuius multa feruntur insignia facta, monachorum & rector & incitator egregius fuit. *Et lib. 4 cap.* 192. Willegisus monachus & Abbas Lobiensis cœnobij, & posteà eiusdem vrbis Episcopus, vir excellentis ingenij, & magnæ eruditionis, sanctitatis suæ plura monimenta reliquit, tam in cœnobio quàm in pontificatu. *Sed neque vrbs Lobia erat vel S. Vlgisi vel Trithemij æuo, aut nunc est:* Villa tamen, *siue oppidum, appellatur in diplomate Guilhelmi Comitis Hannoniæ, dato* XXIV *Aug. an.* MCCCCIX *apud Waldæum. Deinde S.* Wlgisus *simul & Abbas & Episcopus extitit. Quin multa sint ab eo præclarè facta, minimè ambigimus: verùm vbi eorum mentionem reperit Trithemius? vbi eius eruditionis? quæue sanctitatis eius legit monumenta? Fulcuinus certè quingentis annis, & quod excurrit, Trithemio senior, & eiusdem monasterij Abbas, ita scribit:* Sed & de S. Wlgiso Episcopo nihil ad nos præter parum perlatum est. *Molanus* Vitam per Nordmannos intercidisse *arbitratur, adstipulante Fisено. At Fulcuinus, Nortmannis Belgicam populantibus, corpora Sanctorum Lobiensium scribit Thudinium esse deportata, propinquum & inuinitissimum castrum. Quidni & scripta? Sed cur Vigisi & aliorum quorumdam gesta ignorentur, ea videtur esse caussa quam Fulcuinus indicat, de S. Vrsmari eleuatione anno* DCCCXXIII *factâ loquens:* Abhinc ergo cœpit, *inquit,* beati viri celebris fama crebrescere, & confluentibus languentium turmis ad diuersa sanitatum genera, miraculis coruscare. Quæ multâ prædecessorum nostrorum seu ignauiâ, seu imperitiâ ad tempus iacuerunt; & studia litterarum sunt prætermissa.

S. Vlgisi Acta, contrà quàm scribit Trithemius,

ignorata,

quæ caussa?

11 *Quando obierit S. Vlgisus, vt iam diximus, non constat. illud constat, sepultum esse, vti & S. Vrsmarum & alios* in ecclesiâ, quæ sita est in cacumine montis, *(vt scribit in S. Vrsmari Vitâ B. Anso)* ad cuius radices situm est monasterium. *Nam ipsius monasterij* ecclesiam, *vt habet Fulcuinus,* nequaquàm passus *S. Vrsmarus* pollui cadaueribus mortuorum, fecit aliam in honore S. Mariæ in montis vertice, cui subiacet prædictum monasterium, vbi cœmeterium constituit esse fidelium, & ad quam confluceret populus. Nam illicitus, vt nunc quoque, nisi certo tempore, apud aliam erat fœminarum accessus. *Testatur Miracus in Origin. cœnobiorum Benedictinorum in Belgio, ac Fisen noster, hactenùs neminem in Lobiensi monasterio sepultum fuisse.*

eius sepultura,

12 *De S. Wlgisi veneratione constat Fulcuini testimonio:* Inuenitur, *inquit,* in nostris perantiquis Martyrologiis dies natalis eius sic adnotatus: Pridie Nonas Februarij, in Laubaco monasterio depositio S. Wlgisi Episcopi. Sed & mausoleum eius, in quo conditus iacet, in promptu est cernere. *Celebratur natalis eius Binchij ac Lobiis, Molano teste, festo duplici maiore, vt vocant. Extat eius nomen non solùm Lobiensi Martyrologio, (quod est Adonis, sed subinde interpolatum) verbis iam ex Fulcuino recitatis inscriptum, sed & plerisque recentiorum, Molani, Canisij, Ghinij, Saussaij, Ferrarij, Boeij. Balduini Willotij, Wionis, Dorganij. In antiquis cœnobij Lobiensis monumentis comperisse se scribit Ægidius Waldæus, ante annum Christi* DCCCC *eleuatas fuisse SS. Vlgisi & Amolwini reliquias; & Vigisum quidem in magnâ tunc fuisse veneratione, multis ad eius concurrentibus tumulum, qui deinde veteri ecclesiæ ampliatâ obstructus sit.*

anniuersaria celebritas 4 Febr.

eleuatio ante eo. 900.

13 *Cùm deinde bello, quod anno* MCCCCVI *aduersùs Ioannem Bauarum Ep. Leodiensem à factiosis, qui* Heydrosij, *quasi Osores iuris, vocabantur, excitatum est, Lobiense oppidum euersum & flammis maximam partem absumptum esset; translatum est ad oppidum Binchiense, annuentibus Ioanne Episcopo, eiusq; fratre Wilhelmo Hannoniæ & Hollandiæ Comite, collegium Canonicorum; vnà cum Sanctorum reliquiis, anno* MCCCCIX XX *Iunij; recolituráq; ea Translatio anniuersariâ memoriâ Binchij Dominicâ secundâ post festum S. Ioannis. De quâ ad Vitam S. Vrsmari plenius agemus, deq; nouis argenteis feretris, quibus ex Reliquiæ includuntur. Visuntur autem Lobiis in superiore ecclesiâ vacui eorum tumuli, in cryptâ sub choro. Coluntur verò alij Sancti, quorum Binchij nunc sunt corpora, S. Vrsmarus Ep.* XIIX *April. S. Erminus Ep.* XXV *April. S. Amolwinus Ep.* VII *Febr. S. Abel Ep.* V *Aug. S. Theodulphus Ep.* XXIV *Iun. S. Hidulphus Dux* XXIII *Iunij, S. Amelberga mater S. Gudilæ* X *Iulij.*

Reliquiæ Binchium translatæ 1409

incluſa argenteo ſeretro:

14 *Molanus in primâ editione Addit. ad Vsuardum ad* IV *April. ista habet:* Eodem die Translatio sanctorum Confessorum Vlgisi, Amulguini, Theodulphi, Abel, atque Hildulphi. *Licet autem in alterâ editione hæc omiserit, consignant tamen eamdem Translationem Canisius, Wion, Menardus, Dorganius, Ferrarius. Quæ ea sit, nescimus: quamvis Wion eam quæ* XX *Iunij facta intellexisse videatur; scribit enim:* Binchij, ex monasterio Laubiensi, translatio VII Abbatum & Episcoporum Laubiensium. *Fortassis Binchium aduecta velut ad refugium eo die sacra corpora sunt, ac posteà solenniter translata.*

an secundo translata?

DE B. RABANO MAVRO

ARCHIEPISCOPO MOGVNTINO IN GERMANIA,

G. H. Commentarius prævius.

§ I *Vita B. Rabani scripta.*

ANNO DCCCLVI. IV FEBR. *De B. Rabano Mauro*

1 *Effulsit* B. Rabanus *splendidum Theologorum sui temporis sidus: cuius doctrinæ virtutisq; radiis illustrata Germania huc vsque gloriatur, se hunc præclarissimis Ecclesiæ luminibus haud imparem protulisse orbi Doctorem. Opera eius, quotquot reperiri potuerunt, collecta olim à Iacobo Pamelio sunt, ac deinde operâ studioq; Georgij Coluenerij in lucem typis Colonienſibus missa. Illis præponuntur, quæ illustres Scriptores de Rabano elogia & testimonia dederunt. Addi iis possunt Nicolaus Serarius, & Christophorus Browerus è Societate nostrâ: ille libro 4. Moguntiacarum rerum de Rabano distinctas quinque supra viginti resoluit quæstiones; iste in Antiquitatum Fuldensium libro 2 cap. 13, lib. 3 cap. 13 & 14 & lib. 4. in quinto Abbate Fuldensi varia de eodem proponit.*

edita testimonia

& quæstiones,

2 *Vitam* B. Rabani *tribus libris scripsit* Ioannes Trithemius, *antè Spanheimensis, tum Herbipolensis ad S. Iacobum Abbas; eamq; dicauit* Alberto Brandeburgensi, Archiepiscopo

Vita à Trithemio scripta.

A chiepiſcopo Moguntino & Magdeburgenſi, *cuius* imperio *præfatur ſe* primum auctorem, hoc opuſculum compoſuiſſe, atque ex diuerſis auctorum libris in vnum codicem laboriosè comportaſſe, *cùm iam tum* à tranſitu eius de hoc mundo computarentur anni quinquaginta nouem atque ſexcenti, anno *ſcilicet* milleſimo quingenteſimo quintodecimo. *Quare poſt tantum temporum interuallum non admodùm mirandum eſt, ſi ſubinde aliquâ correctione indigere oſtendatur. Teſtem lib. 1 num. 18, lib. 2 num. 14 & 16, & lib. 3 num. 13.* adducit Meginfridum in lib. 1 de temporibus gratiæ, *de quo ita iudicat in Chronico Hirſaugienſi ad annum Chriſti* MC. Claruit etiam his temporibus Meginfridus monachus Fuldenſis Chronographius, qui velut roſa inter ſpinas, ita ſtudioſus inter deſides, carnales, ignaroſque ſui monaſterij monachos, clarus emicuit. Is inter cetera ingenij ſui opuſcula, hiſtoriam ſui monaſterij ab origine diligenter complexus, Abbates ſingulos ſecundùm ordinem temporis ſibi inuicem ſuccedentes inſerult, & vniuſcuiuſque geſta breuiter annotauit: eorum quoque cœnobiorum, quibus vel monachos ex Fuldenſi miſſos nouit, vel Abbates, pari ratione meminit, quorum vel ſucceſſiones Abbatum, vel memorabilia facta interſerendo, compendiosè deſcripſit. Ex cuius viri laboribus multa me fateor in hoc opere noſtro, de Hirſaugienſi hiſtoriâ, neceſſaria commiſcuiſſe. *Hæc Trithemius de Meginfrido: cuius hiſtoriæ iacturam luget Browerus lib. 1 Antiq. Fuldenſ. cap. 14.*

ex Meginfrido.

B

3 *Meginfrido altero ferè ſeculo ſenior Rhegino Abbas Trumienſis, ſecundum Chronicorum librum de rebus præcipuè Francorum contextum, ad annum Chriſti* DCCCVIII *perduxit. Huius Rheginonis Chronicon allegat Trithemius lib. 3 Vitæ, num. 4: verùm quòd is Rabani in ſuâ hiſtoriâ non meminerit, eum arbitramur aut Annalium Fuldenſium auctorem à Trithemio creditum, aut certè hunc memoriâ lapſum. Extant hi Annales Fuldenſes ſæpius editi, à Petro Pithœo, Marquardo Frehero, & Andreâ Cheſneo, apud quem tomo 2 ſcriptorum hiſtoriæ Francorum præponitur hic titulus:* Annales Francorum Fuldenſes ab anno Incarnationis Domini DCCXIV ad annum CM in cœnobio Fuldenſi ſub ditione Ludouici fratris Caroli Calui Regis incepti, & vſque ad exceſſum Arnulphi Imperatoris continuati: ab incertis, ſed illius æui Auctoribus. *Browerus in ſuis Annotationibus ad carmina Rabani, horum Annalium auctorem iudicat* Walafridum Strabonem; *Rabani diſcipulum, quem aſſerit Trithemius in Chronico Hirſaugienſi ad annum* DCCCXLVII, Chronicâ monaſterij Fuldenſis inchoaſſe, quæ per alios ſuccedentes continuata, non parùm in editione *ſui* operis iuuamen præſtiterit. *Ex hoc Chronico deſcripſit Trithemius lib. 3 Vitæ pleraque à Rabano Archiepiſcopo geſta, quæ in Annotationibus obſeruamus. Vtinam etiam in prioribus libris eiuſdem Chronici veſtigiis inſtitiſſet! certiorem in annis computandis fuiſſet ducem ſecutus.*

& Annalibus Fratrum Fuldenſibus.

C

Acta eius necdum Archiepiſcopi ſcripſit Rudolfus

Presbyter,

4 *Antiquiſſimus rerum Rabani ſcriptor eſt* Ruodolfus, *ſeu* Hruadolfus *aut* Rudolphus, *cuius ſæpe mentionem fieri in Antiquitatibus Fuldenſibus à Piſtorio editis arbitramur, vbi chartas donationum ſub Ratgario Abbate anno regni Caroli Magni* XLV, *Chriſti* DCCCXII, *& Ludouici Imperatoris anno* I *&* II, *Chriſti* DCCCXIV, *& ſequenti ſcripſit Cancellarius, aut Scholaſticus, aut Clericus. Sub Egilè vero Abbate, eiuſq; ſucceſſore Rabano anno* VIII, IX, X, *&* XI *regni Ludouici, Chriſti* DCCCXXII, *& ſequentibus, eaſdem chartas donationum ſcripſit Subdiaconus: dein Presbyter* Vitam B. Rabani, *ſiue, vt ad illam obſeruat Browerus noſter,* non tam Vitæ Rabani Phœbus hic noſter veſtigia premit, quàm operum, quæ reliquiis transferendis & inſtruendis eccleſiis Rabanus ſuſcepit, exequitur ſeriem. *Extat ea edita ex codice MS. Eccleſiæ Fuldenſis apud Browerum lib. 3 Antiquitatum Fuldenſium cap. 14 ſub gemino hoc titulo:* Liber Rabani de reliquiis Sanctorum. Vita Rabani Abbatis edita à Rudolfo Presbytero. *Eadem Vita cum altera à Trithemio ſcripta extat ante opera Rabani cum hoc ſolùm titulo:* Vita Hrabani Abbatis edita à Rodolpho Presbytero & Magiſtro. *Incognita fuit Trithemio. Monachum fuiſſe Fuldenſem & diſcipulum B. Rabani teſtatur ipſe Rudolfus num. 5 Vitæ:* Huic itaque, *inquit,* monaſterio Fuldenſi quintus à B. Bonifacio præfuit in regimine Hrabanus Abbas & præceptor meus. *Scribit autem, quæ aut ipſe vidit, aut ab oculatis teſtibus accepit. Ita num. 19. aſſerit:* Hæc miracula, quæ modò retuli, ab eis, qui præſentes erant, & ea ſe vidiſſe teſtati ſunt, didici: cetera verò, quæ ſcripturus ſum, ipſe coràm poſitus vidi: quia ex eis, qui ad perferendos ſacros cineres miſſi fuerant, vnus eram. *Agit de corpore* S. Venantij *anno* DCCCXXXVI *Fuldam tranſlato. Et num.* 34: Abbas circa honorem Sanctorum magnam gerens curam, me & quoſdam Fratres obuiàm miſit. *Acta ea ſunt anno* DCCCXXXVIII. *Quæ* B. Rabanus Archiepiſcopus *fecit, non attingit; ſed poſt deſcriptam num. 49 eius à regimine abdicationem anno* DCCCXLII *factam, recenſitoſq; libros ab eo elucubratos, finit ſuam hiſtoriam; niſi reliqua deſiderentur.*

Auctor RR G. H. D

eius diſcipulus,

teſtis oculatus:

5 *Edidit idem* Vitam S. Liobæ Virginis & Abbatiſſæ, *ad diem* XXVIII *Septembris referendam,* imperio, *vt præfatur,* venerandi Patris ac præceptoris ſui Rabani Abbatis prouocatus. *Quidni ita eius iuſſu de Reliquiarum tranſlatione ad cultum Sanctorum promouendum hanc laborem impendit, eiq; catalogum librorum adiecit? Eum ſcholis Fuldenſibus præfuiſſe, & Ludouico Regi Germaniæ à concionibus & confeſſionibus extitiſſe, indicat charta donationis à Browero prolata, quâ Rex Scholaſticis Fuldenſibus fauturis,* Luitulfo, Chriſtano, & Heſſoni, Comitibus, ceteriſque fidelibus *edicit,* ſe cenſum & regios colonos & eorum omnium vtilitatem, pro æternæ mercedis augmento, concedere cuidam fideli Clerico, Oratori & Confeſſori ſuo, Rudulpho videlicet monacho, qui præeſt ſcholaribus in monaſterio S. Bonifacij Fuldæ; velleque fructum ad ceteros tranſire Scholaſticos. Datum Fuldæ monaſt. VI Kal. Febr. Indict. XII. *Supradicti* Comites Chriſtanus, Leutulfus, Heſſi *in Capitulis Caroli Calui leguntur in baſilicâ S. Caſtoris apud Confluentes anno* DCCCLX *interfuiſſe reconciliationi Lotharij iunioris cum patruis Ludouico Rege Germaniæ, & Carolo Caluo Rege occiduæ Franciæ. Obitus Rudolfi refertur in Annalibus Fuldenſibus ad annum Chriſti* DCCCLXV: Ruodolfus Fuldenſis cœnobij Presbyter & monachus, qui apud totius penè Germaniæ partes Doctor egregius & inſignis floruit hiſtoriographus & poëta, atque omnium artium nobiliſſimiſ auctor habebatur, VIII Idus Mart. diem vltimum feliciter clauſit. *In annum ſequentem hæc differt Petrus bibliothecarius in hiſtoriâ Francorum abbreuiatâ apud Cheſneum tomo 3. Scriptorum hiſtoriæ Francorum. Ab* Ermenoldo, *ſiue* Ermenrico, *in Vitâ S. Solæ Abbatis,* X *Decemb. ſalutatur in præfatione illi factâ,* Didaſcalus, & venerandus Magiſter, & in omni arte ex Rabani doctrinâ peritiſſimus, magni ac multiplicis ingenij vir.

Confeſſarius Ludouici Regis,

mortuus anno 865.

F

vir eruditiſſimus.

§ II *Patria & nomina B. Rabani.*

B. Rabanus patriâ non fuit Anglus.

6 *De natali B. Rabani ſolo, Britannos inter & Germanos quæſtio olim controuerſa, ob nonnullorum huius temporis ſcriptorum auiditatem, quâ ſuæ patriæ viros illuſtriores leuiſſimâ ratiunculæ cuiuſdam vmbrâ adſcribunt, paucis hic eſt reſoluenda. Raphaël Volaterranus libro 19. Anthropologiæ, in quâ componendâ anno* MDV *diſtinebatur, errorum ſuorum duces ita profert:* Rabanus, *inquit,* Anglicus monachus, ſummuſque Theologus, carmine proſâque diſertus, vt ſcribunt Ricobaldus Ferrarienſis, & Ptolemæus Lucenſis, fuit Præſul Meldenſis, Bedæ diſcipulus, tempore Ludouici Pij, & Gregorij V. Scripſit in librum Paralipomenon ſecundum, & Maccha-bæos: habuit etiam conciones ad populum: Scholam Pariſienſem tunc primò inchoatam, ſuâ doctrinâ celebriorem reddidit. *Vixerunt, eodem Volaterrano teſte*

AVCTORE G. H.

lib. 13 & 22. ab eo citati, Ptolemæus Lucenſis, Ordinis Prædicatorum, circa annum MCCLXX, *& Gerualſius Ricobaldus Ferrarienſis, Canonicus Rauennas, circa annum* MCCC, *cuius hiſtoriam necdum ſcimus in lucem prolatam. In verbis Volaterrani multa difficilia ſunt. Primò, ex affinitate nominum,* Meldenſis *vrbs Galliæ ad Matronam fluuium, cum Moguntinâ Germaniæ metropoli ad Rhenum confunditur: hæc quippe vulgò* Ments, Maintz, *&* Mayance; *illa* Meaux *&* Melds *appellatur. Secundò, nullum in Meldenſi cathedrâ vnquam ſediſſe Rabanum, ex catalogo Epiſcoporum Meldenſium apud Ioannem Chenu, & Claudium Robertum manifeſtum eſt. Quo tempore Moguntinis præerat Rabanus, apud Meldenſes Hubertus, ſiue Hucbertus erat Epiſcopus, qui interfuit Concilijs Meldenſi anno* DCCCXLV, *Turonenſi* DCCCXLIX, *Sueſſionenſi & Vermerienſi* DCCCLIII.

neq; Meldenſi Epiſcopus,

7 *Verùm non æquè conſtat, num hæc tempora aſſignentur apud Volaterranum: vbi* Bedæ diſcipulus, *&* Præſul *dicitur fuiſſe* tempore Ludouici Pij, & Gregorij V. *Pontificatum geſſit hic à* XII *Iunij anni* CMXCVI *ad* XVIII *Octobris anni* CMXCIX, *cùm annis* CLIX *Ludouicus Pius è viuis abiiſſet, quo imperante regimen Eccleſiæ aſſumpſit Gregorius IV,* XXIV *Septemb. anni* DCCCXXVII *: & ſuperuixit ad annum* DCCCXLIII, *cùm triennio antè obiiſſet Ludouicus Imperator. Vtrique ſuperſtes fuit Rabanus necdum ad Epiſcopalem dignitatem aſſumptus. Verùm ad ſcholam venerabilis Bedæ, vltra integrum tum ſeculum vitâ functi, fruſtrà diſcipulus Rabanus à pluribus relegatur. Inter hos præcipuus Vincentius Bellouacenſis lib. 23. Speculi hiſtorialis cap. 173 ex Chronicis ita ſcribit de Albino Flacco:* Scientiâ vitâque præclarus, ſapientiæ ſtudium de Româ Pariſios tranſtulit, quod illuc quondam è Græciâ tranſlatum fuerat à Romanis: fueruntq; ie Pariſiis Fundatores huius ſtudij quatuor monachi

neque S. Bedæ diſcipulus,

B

Bedę diſcipuli, Rabanus & Alcuinus, laudius & Ioannes Scotus. *Andreas Cheſnius in Præfatione ad opera Alcuini à ſe illuſtrata, vtrumque negat: eum ſcilicet & Bedæ diſcipulum fuiſſe, & Pariſiis vnquam docuiſſe. In Vitâ Alcuini auctore Anonymo, ſed coæuo, dicitur* beati gentis Anglorum Bedæ doctiſſimi diſcipulo Hechberto Præſuli, meritis Magiſtro ſimili, traditus. *& quidem fuit hic Hechbertus, ſiue Egbertus, Archiepiſcopus Eboracenſis ab anno Chriſti* DCCXXXI, *quo Beda mortuus eſt, ad annum* DCCLXVII *: quæ tempora Egberti attigit Alcuinus, in ſenectute. anno* DCCCIV *vitâ functus. Sed hæc plenius diſcutientur ad eius Vitam* XIX *Maij. Verùm eſto, fuerit Alcuinus Academiæ Pariſienſis fundator; tamen plurima obſunt, quæ vetant credere Rabanum fuiſſe aut potuiſſe exiſtere ei ſocium in Academiâ illâ inſtituendâ: qui adhuc adoleſcens eius ſub obitum diſcipulus fuit apud Turones.*

neque cum Alcuino Pariſienſis Academiæ Fundator.

8 *Alij Scotum dixerunt Rabanum, forſan mutatâ ſuperiorum verborum lectione decepti, quâ monachi illi quatuor*

C

Non etiam Scotus ortu eſt,

Rabanus & Alcuinus, Claudius & Ioannes Scoti, *non hic ſolùm* Scotus, *traduntur. Apud Robertum Gaguinum, qui anno* MD *floruit, hæc ita leguntur lib. 4. de rebus Francorum:* Delati naue ex Scotiâ Claudius & Ioannes, Rabanus quoque & Alcuinus ex Venerabilis Bedæ diſcipulis &c. *Sed in his inſolenter fortè & pingui ſtylo cæcutire voluit, vt eum ſolere in iis, quæ ad Italiam pertinent, arguit Iouius in elogiis, & in aliis conqueritur Iacobus Meierus lib. 17 Rerum Flandricarum. Gaguinum ſecuti in Hiſtoriis ſuis Scoti, Hector Boëthius lib. 10, Ioannes Leſlæus lib. 5 in Donaldo V, & Dauid Camerarius in Menologio Scotorum ad* IV *Ianuarij, vbi hæc habet:* S. Rabanus Magnentius Maurus, Academiæ Pariſienſis fundator, Abbas Fuldæ, Abbas *(lege* Archiepiſcopus) Moguntiæ. De eo agunt Wion in Adiunctis, Ioſias Simlerus, Geſnerus, Lilius Giraldus, Ferrarienſis, Balæus ipſe, iuratus pietatis & Scotiæ hoſtis, centuriâ 2 cap. 17, Zabarella Cardinalis apud Chaſſanæum, & alij, qui omnes fatentur eum eſſe natione Scotum: *quod facilius reuocaret, quàm probaret eos dixiſſe. Wion loco citato de ſolo natali ſilet; ſed probat ex Annalibus Fuldenſibus eum* IV Februarij, *non* Ianuarij *obiiſſe. Ob auctoritatem Ricobaldi Ferrarienſis à Volaterrano Anglicum monachum haberi ſuprà dictum eſt. Geſnerus relato Rabano Anglico ex Volaterrano, quaſi ab hoc diuerſo, addit:* Apparet omnino eumdem eſſe cum ſequente Rabano, quam- D quàm diuerſa quædam ceu de duobus Rabanis ſcribantur, cùm ille Anglicus, hic Teuthonicus dicatur. *Et mox* Rabanum Maurum *dicit in annotatione* Teuthonicum, ex ciuitate Fuldenſi in Buchoniâ. *Geſnerum deſcribit Simlerus in epitome, nec Scotiæ meminerunt. Balæus centuriâ & captiue prolatis de Alcuino agit, Angliumq; appellat, nullâ Rabani factâ mentione. An Giraldus & Zabarella eadem fide à Camerario adducantur, non luber diſquirere, locis, quibus de eo agant, non indicatis. Thomas Dempſterus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Scotorum, lib. 16. num. 1037 Rabanum quàm maximo conatu ſuæ nationi adſcribit, quaſi in Scotiâ natum, atque in Mailroſenſi monaſterio vitam religioſam ſub regulâ D. Benedicti amplexum, deinde poſt fundatam Pariſienſem Academiam, à Carolo Magno Meldenſi Epiſcopatu donatum; ſed maluiſſe inter monachos Fuldenſes adoptari, vbi ſub eodem Carolo ei cura monaſterij ſit commiſſa. Verùm poſt mortem Caroli Magni, anno Chriſti* DCCCXIV, *vitâ functi, elapſi octo anni ſunt, antequàm Rabanus, Abbas crearetur, quod anno* DCCCXXII *factum. Fabula de Meldenſi Epiſcopatu, & Pariſienſi fundatâ Academiâ iam ſatis reiecta. De Monaſterio Scotiæ Melroſenſi egimus* XXIII *Ianuarij ad Vitam S. Boiſili. Monachum ibidem egiſſe Rabanum* in gloriam gentis ſuæ *primus* finxit *Dempſterus, ſi ex lege talionis ita loqui liceat: quod probrum ipſe ibidem obiicit Trithemio* Germanum *aſſerenti* Rabanum. *Cértè auctores ipſe ſuos proferat, aut aliud in eum retorqueri poſſet conuicium, quo ea à* monachis Germanis *conficta ſcribit, quæ aliter nequit refutare. Sed ad certiora properemus.*

neque monachus Mailroſenſis.

E

9 Germanum, *ſeu* Francum Orientalem, *reliqui eum fecerunt: Philippus Bergomas in ſupplemento Chronicarum ad annum* 833, *Hartmannus Scedel in Chronico Chronicorum, Wion lib. 2 Ligni vitæ cap. 26, Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Et ferè ex Fuldâ oriundum volunt Trithemius in Vitâ lib. 1 nu. 5, de Viris illuſtribus Ord. S. Benedicti lib. 3 cap. 319, & lib. 4 cap. 81. lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & in Catalogo illuſtrium Germaniæ Scriptorum: Eiſengrenius in Catalogo teſtium veritatis, Sixtus Senenſis in Bibliothecâ ſanctâ lib. 4, Poſſeuinus in Apparatu ſacro tomo 2, Serarius lib. 4 Rerum Mogunt. in Rabano quæſt. 1, Browerus lib. 1 Antiq. Fuldenſ. cap. 2, & alij à quibus diſſentimus cum Coluenerio in Prolegomenis ad opera Rabani, neque abſque vrgenti ratione. E vitâ migrauit B. Rabanus in vico habitationis ſuæ, tribus à Moguntiâ milliaribus in deſcenſu Rheni ad dexteram ſito,* Vinicellâ, Wincellâ & Wunckel *appellato: ex quo vico corpus eius, ſicut viuus ordinârat, Moguntiam relatum eſt, & in eccleſiâ S. Albani ſepultum. Hîc ſepulturæ affixum epitaphium refertur infrà à Trithemio lib. 3 Vitæ num. 15, quod ipſe in memoriam eius ſcriptum tradit, ſed à quo ſilet. Rabanum, antequàm moreretur, illud compoſuiſſe, & ſibimet parentaſſe aſſerunt Wion & Browerus locis citatis: Serarius quæſt. 25 & vltimâ idem probat ex MS. Wimpfelingio, & à nemine addit hactenùs negatum: quod poſteà fecit Dempſterus loco antè citato* in gloriam gentis ſuæ. *Ex hoc epitaphio* Moguntinum Rabanum *arbitramur fuiſſe. In eo hi verſus ita diſtinguendi leguntur:*

Origine Germanus, natus non Fuldæ,

sed Moguntiæ,

F

Vrbe quidè hâc genitus ſum, ac ſacro fonte renatus:
In Fuldâ poſt hæc dogma ſacrum didici.

Ita interpungunt Coluenerius loco citato, Baronius tomo 10 Annal. Eccleſ. anno 856 num. 26, Browerus in libro quo Hrabani Poëmata ex antiquis MSS. recenſuit. Huic interpunctioni faueut, quæ in libro Rabani de Vniuerſo adſcripta ex MSS. profert Coluenerius his verbis: Rabanus Maurus, Moguntiæ natus & renatus, & à puero in Fuldâ monachus, deinde cellâ incluſus, tandem in Archiepiſcopum aſſumitur: cuius idonea ſunt opuſcula in vtriuſque Teſtamenti paginâ, & ante portam prædictæ ciuitatis meridianam apud S. Albanum ſepulchri eius oſtenditur memoria, in Sanctorum Archiepiſcoporum Martini & Bonifacij capellâ. *Sic ibi: quæ ex ipſo epitaphio deſumpta ſunt, alſque vllâ vtrobique Abbatialis dignitatis mentione.* Cellâ incluſus *dicitur ad huius verſus alluſionem:*

Cella tamen mihimet manſio grata fuit.

10 *Quid, quòd Fulda licet præclaris ædificiis & muris excelluerit, non vrbs tamen neque oppidum tempore B. Rabani*

cenſeri

A *illa tum necdũ vrbe exiſtẽte,* *cènſeri potuerit. Id plurima tum facta dictamata atque à Hiſtorio edita requirunt. Supplices apud Carolum Magnum, referente Browero lib. 1 cap. 6. ex antiqua monumentis, monachi Fuldenſes contra Ratharium Abbatem ſub quo ibidem vixit B. Rabanus, inſtabant, vt ædificia immenſa atque ſuperflua & cetera inutilia opera omitteret, quibus Fratres accideret vltra modum fatigari, & familias foris deperire. Et Ludouicus Pius ad Ægilem in depoſiti Ratharij locum electum Abbatem, in huius Vitâ iuſſit B. Rabani à Candido ſcriptâ, ita affatur:* Immenſa verò ædificia, Pater, & opera non neceſſaria, quibus familiæ foris & intus Fratrum congregatio fatigatur, exhinc penitùs ad menſuram dimitte. *Quæ ædificia in alterâ Ægilis Vitâ metricâ Candidus hyperbole poëticâ ingentia mœnia appellat:*

——Vndiſonis ſerpens vbi labitur amnis
Fulda, vnde iſte locus, vbi ingentia cernis
Mœnia, primâ olim nomen ab origine ſumpſit.

Hæc de ædificiis, quæ nuſquam legimus Fuldæ tum nomen aut vrbis aut oppidi peperiſſe. Moguntiâ ergo vrbe B. Rabanus *oriundus, natione fuit, vt tum loquebantur,* Francus. *Quo ipſe modo in verſiculis ſuis, quibus, aſſumptâ perſonâ Alcuini præceptoris ſui, Acroſticha ſua de Cruce commendat, ſe* Francum *appellat:*

hæc Francorum Orientaliũ metropolis.

Ipſe quidem Francus genere eſt, atque incola ſiluæ
Buchoniæ &c.

B *Ita* regnum Ludouici *in Annalibus Fuldenſibus ad annum* 852 *conſtat* ex Orientali Franciâ, Baioariâ, & Saxoniâ. *Horum* Francorum *in Ven. Bedæ epitome* S. Bonifacius *dicitur* Epiſcopus, *cuius Sedes erat Moguntia: quæ à Reginonis continuatore ad annum* 853, Metropolis Franciæ regiaque ciuitas, *& à Viterbienſi parte* 17. *ad annum* 710 inclyta Francorum ſedes *nominatur.*

11 *Hæc de patriâ. De eiuſdem nomine & agnominibus pauca hîc addenda. Trithemius infrà libro* 1 *Vitæ,* Rabanum cognomento Maurum, familiâ Magnentium *facit. Seratius quæſt.* 2 *ob ſuum erga Hebraicam linguam affectum, in Rabani nomine illuſtre omen agnoſcit, cùm Doctor Magiſterq; tantus fuerit. Hebræis enim à multiplici doctrinâ* Rab Doctorem *dici, vnde Rabbinis ſua dignitatis nomenclatura. In* *Nomen Rabani*

varièſcriptum, *ſcriptione eiuſdem nomulla diuerſitas, quòd* Rabanus, Rhabanus *&* Hrabanus *ſcribatur, eodem prorſus modo, quo* Ludouicus, Lotharius, *ſimiliaq; nomina etiam cum adſpiratione leguntur,* Lhudouicus, Lhotarius, *&* Hludouicus, Hlotharius. *Freculphus Epiſcopus Lexouienſis, de quo infrà plura, in ſuâ ad Rabanum epiſtolâ, Commentarius huius in Geneſim præfixâ, litteram prænominis primam ſeorſum annotari petit, vbi propria animi ſenſa exponeret. Cui Rabanus in ſuo reſponſo addicit* ſe, ſi quid Diuina gratia indigno ſibi elucidare dignata eſt, in locis neceſſariis cum notâ agnominis interpoſuiſſe: *vbi per prænomen* Rabanus *& per agnomen* Maurus *intelligi oportet, vt ipſe in Præfatione Commentariorum ſuorum in libros Regum ad Hilduinum Abbatem clarè explicat, cum occaſione huius agnominis.* Vbi ſenſum, *inquit,* meis verbis expreſſi, aut vbi iuxta ſenſus eorum (*Patrum antiquorum*) ſimilitudinem, prout Diuina gratia mihi concedere dignata eſt, de nouo dictaui; M litteram, Mauri nomen exprimentem, quod Magiſter meus, beatæ memoriæ Albinus mihi indidit, prænotare curaui. *Inditum id ſuſticamur ad honorem S. Mauri diſcipuli S. Benedicti, cuius Vitam dedimus* XV *Ianuarij. Non rectè ergo coniicit Dempſterus ab habitu corporis Maurum vocatum. Magnentij, aut Magnentianæ familiæ, quam profert Trithemius, nulli coæui, quos viderimus, meminerunt. Sigebertus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 90 *ſub diſtinctione ita cognominat:* Rabanus, *inquit,* qui & Maurus, ſeu Magnentius, ex Abbate Fuldenſi, Archiepiſcopus Moguntiæ. *At Serarius ait* videri ſubtimuiſſe, ne quia Rab Germanis coruus eſt, Rabanus putaretur coruinus, ideoque ſeſe ad Hebræam vocem, quæ multum, magnumque ſignificet, contuliſſe, Magnentiumque appellaſſe. *Quid Dempſterus velit, dum cognomento Gallico Magnentium vocarum ſcribit, non capimus.*

C *agnomen Mauri*

ob Alcuini inditũ.

Magnẽtij cognomen à poſteriotibus additum:

12 *Sophiſta etiam appellatur in Annalibus Fuldenſibus ad annum* 844, *à Sigeberto ad an.* 824, *Vincentio Bellouacenſi in Speculo hiſtoriali lib.* 24 *cap.* 28, *S. Antonino par.* 2. *tit.* 14 *cap.* 5. eiſdem vbique verbis: Rabanus Sophiſta, & ſui temporis Poëtarum nulli ſecundus: *à Trithemio lib.* 1 *Vitæ num.* 13, Sophiſtarum omnium nominatiſſimus *dicitur* habitus & fuiſſe. *Ob variam ſcilicet in omni genere ſcientiarum eruditionem nomen Sophiſticum tum magnam laudem conferebat.* AVCTORE G H. D *Sophiſta honoris cauſſâ appellatus.*

§ III Studiorum locus, tempus, ſocij B. Rabani.

13 *QVi B. Rabanum gente Anglum aut Scotum dixerunt, Bedæ diſcipulum fecêre, licet ſeculo ferè d'ſtarent. Quorum opinione reiectâ, verius dicunt alij, audiendo Alcuino Flacco operam eum nauaſſe, quod hîc diſcutiendum. Trithemius lib.* 2 *de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap.* 26, *ita de Alcuino ſcribit:* Hic fuit diſcipulus quondam Venerabilis Bedæ Presbyteri in Angliâ, poſt cuius deceſſum cum tribus ſociis monachis venit in Galliam, & aliquamdiu in monaſterio Fuldenſi moratus, plures ex monachis clariſſimos enutriuit diſcipulos: inter quos habuit præcipuos Haymonem, poſteà Epiſcopum, Iſuardum monachum, & Rabanum Maurum tunc puerum, qui in virum magnum poſteà excretuit. *De harum Alcuini ſchedarum apud Fuldenſes præfecturâ, nullum alibi eſt veſtigium: neque ipſe in hac ſuâ ſententiâ perſtitit Trithemius, qui infrà lib.* 1 *Vitæ cap.* 2 *vult* Alcuinum Romæ fuiſſe cuſtodem & miniſtrum eccleſiæ Lateranenſis, ac ſcholis monachorum publicis præſidentem. *atque ad eum* Romam à Ratgario Abbate *miſſum* B. Rabanum cum Haymone & Diedone, *quorum ille poſteà fuit* Epiſcopus in Halberſtat, *hic tertius à* Rabano Abbas Fuldenſis. *Tertiam denique regionem aſſignat idem Trithemius in Chronico Hirſaugienſi in Liutberto primo Abbate:* Præceptorem, *inquit,* habuerat Rabanus ex diſcipulis Bedæ Anglici monachi verendiſſimum virum Albinum monachum, & Abbatem monaſterij S. Martini Turonenſis, Magni Caroli Imperatoris quondam diſcalum, à quo ipſe hauſerat in Galliâ, quòd alios in Germaniâ poſtmodùm docebat. *Alcuinũ audiit Præceptorem, non Fuldæ, ſed in Galliâ, ſed in monaſterio Turonenſi S. Martini.*

14 *In Vitâ lib.* 1 *num.* 12 *ait* Pariſiis, *&* Sueſſione apud Gallos docuiſſe Albinum. *Ad Sueſſiones nuſquam legimus Rabanum miſſum, quem ſub Alcuino Pariſiis ſtuduiſſe tradit Serarius quæſt.* 10. Pariſiis, *inquit,* Albinum docendi munere perfunctum eſſe, illiuſque nobiliſſimi ſcientiarum emporij fundamenta cum doctiſſimis aliquot viris aliis iecciſſe, teſtes quotquot de Academiâ illâ ſcripſêre, ita vt hîc non dubitem, Rabanum eam, quâ poſt eminuit, variam ſanè ac multiplicem doctrinam ex vberrimo illo fonte hauſiſſe. *Sed hi teſtes vnà eum cum Albino Academiæ Pariſienſis fundatorem dixerunt. Wion lib.* 5 *Ligni vitæ cap.* 71 *aſſerit, eum* Lutetianam Academiam, ab Anglis & Scotis monachis antè inchoatam, ad perfectionem ac omnis intimæ eruditionis cumulum perduxiſſe. *Bruſchius in deſcriptione Fuldenſis monaſterij, & Eyſengrenius in catalogo teſtium veritatis* Gymnaſij Pariſienſis Profeſſorem *faciunt; eos, qui B. Rabanum natione Anglum aut Scotum, Bedæ diſcipulum, Alcuini ſocium docuerant, temerè ſequuti.* Pariſiis Rabanum vixiſſe, nedum Doctoris ibi, vel diſcipuli munere functum eſſe, veterum neminem prodidiſſe *ſcribit Browerus in ſcholiis ad Poëmat Rabani ſub initium, qui deinde ad Poëma* 13 *beneficio perantiqui MS. indicu Abbatum hæc refert:* Ratgarius in partibus Germaniæ parentibus nobilibus natus, ſuſceptus eſt à S. Sturmione in monaſterium Fuldenſe, & ſucceſſit Bauguiffo in regimine Abbatiæ anno Domini DCCCII, & depoſitus fuit anno Domini DCCCXVII. Hic nobiliter rexit monaſterium per XVI annos. Rabanum & Hartonem Thuronis direxit ad Albinum Magiſtrum, gratiâ liberales diſcendi artes; Brunonem ad Einardum variarum artium Doctorem peritiſſimum; Modeſtum & Candidum cum aliis ad Clementem Scotum Grammaticæ ſtudendi gratiâ. *Huic MS. monaſterij Fuldenſis adſtipulantur, quotquot de Alcuino ſcripſerunt. Auctor Vitæ coæuus:* Poſtquàm *non apud Sueſſionet, aut Pariſios; ſed in monaſterio Turonenſi S. Martini.*

AVCTORE G.H.

quàm Albinus, *inquit*, ad Karolum reuersus est; S. Martini apud Turones præficitur Pastor monasterij. *Chronicon Turonense.* Anno DCCXCVI Karolus Rex instituit Canonicos in ecclesiâ B. Martini Turonensis, auctoritate Adriani Papæ, eisque S. Alchoinum Magistrum suum Abbatem præfecit. *Cum onere docendi scribit Monachus Sangallensis lib. 1 Vitæ Caroli Magni:* Dedit Albino, *inquit*, Carolus Rex Abbatiam S. Martini iuxta Turonicam ciuitatem, vt quando ipse absens esset, illic requiescere, & ad se confluentes docere deberet. Cuius intantùm doctrina fructificauit, vt moderni Galli, siue Franci, antiquis Romanis vel Athenienſibus æquarentur. *Magnam etiam Alcuinum inter & monachos Fuldenses fuisse animorum coniunctionem indicat Auctor Vitæ:* Cùm, *inquit*, senectute vnaque infirmitate plus solito se sentiret affectum, diu vt secum tractauerat, velle se significauit Regi Karolo seculum relinquere, postulans licentiam apud S. Bonifacium monasticam vitam secundùm regulam S. Benedicti ducere, monasteriaque sibi commissa suos vt inter discipulos diuideret, si fieri posset. Sed Rex terribilis & pius vnum cum omni postulationis affectu denegauit: alterum libenter audiuit, flagitans, quietissimus Turonis æquè honorificentissimè vt resideret, sibique & omni sanctæ Ecclesiæ commissa non detrectaret. Onera verò seculi, quæ ipse habuerat, discipulis vt petierat, libentissimè dispertiit. Fecit ergo & ipse Albinus, vt Rex sapientissimus rogauerat, non quærens, quid sibi foret vtile, sed quod multis: ac Turonis diem nouissimum præstolatus fuit. Decessit *autem, vt idem scribit*, die Pentecostes XIV Kalend. Iunij anno DCCCIV.

sub initiũ seculi IX.

15 *Hinc B. Rabanus ab eo institutus, cùm* à Ratgario Abbate, qui in regimine successit anno DCCCII, Thuronis directus *legatur, vix alterum annum habuit, quin mors Alcuinum illi præceptorem eripuerit. Aliam procul à vero arripuit chronotaxim Trithemius in Vitâ lib. 1 cap. 2, quâ ab anno* DCCCVI, *sexennio integro vsque ad annum* DCCCXII, *statuit sub eo Rabanum exercitatum, eodem sortè nixus fundamento, quo* Romæ *tum* Alcuinum *dixit vixisse* Custodem & Ministrum ecclesiæ Lateranensis: *iis verbis desumptis, ex carmine quod libro de Cruce præponitur; quasi Alcuinus adhuc superstes fuisset sub pontificatu Gregorij IV anno* DCCCXXIII *electi, eiq; coram Romæ librum hunc obtuliſſet. Errorem latè peruagantem adduxit vulgata hæc inscriptio:* Intercessio Albini pro Mauro. *Verùm auctor carminis est ipse Maurus Rabanus, sed assumptâ personâ Albini: Patronus, quem inuocat, S. Martinus: ciuitas, ad quam libri exemplar dono transmittit, Turonum est, vbi Albinus Doctor & Rabanus discipulus vixerunt.*

Post Alcuini obitum,

C *Hoc probant versus ipsi, eorumq; genuinus titulus ex probato & peruetusto MS. ante Poëmata Rabani à Browero euulgata.*

ex eius personâ scripsit hoc carmen:

16 Versus Mauri ex personâ Albini Magistri sui de libro sanctæ Crucis ad S. Martinum directo, vbi Magister pro discipulo suo S. Martinum deprecatur.

Sancte Dei Præsul, meritis in secula viuens,
Caussam, quam ferimus, suscipe mente piâ.
Nempe ego cùm fueram custos, humilisque minister
Istius ecclesiæ, dogmata sacra legens,
Hunc puerum docui Diuini famine verbi
Ethicæ monitis, & Sophiæ studiis.
Ipse quidem Francus genere est, atque incola siluæ
Bochoniæ, huc missus discere verba Dei:
Abbas nempe suus, Fuldensis Rector ouilis,
Illum huc direxit ad tua tecta, Pater.
Quod mecum legeret metri scholasticus artem,
Scripturam & sacram ritè pararet ouans.
Ast vbi sex lustra impleuit, iam scribere tentans,
Ad Christi laudem hunc edidit arte librum:
Quo typicos numeros, tropicas & ritè figuras
Indidit, vt dona panderet alma Dei,
Passio quid Christi mundo conferret honoris,
Qualiter antiquum vinceret & chelydrum:
Quòd sic venturum sancti cecinêre Prophetæ,
Ac libri Legis gramnate ritè dabant. D
Et quia se meminit nutritum in dogmate claro
Istius ecce loci, hinc tibi dona feret.
Quæ licet indigna & vilia sint, tu tamen ipsa,
Patronus mitis, accipe, quæso, piè.
Altithrono & redde pignus, quod præstitit ipse,
Instanter poscens artifici veniam.
Qui quantùm potuit, non quantùm debitor ipse
Extitit, vt grates redderet ore Deo.
Crimine pro miseri largas tum funde petentis
Alme preces Domino: sicque iuuato tuum.
Qui multa infanda semet egisse fatetur,
Ætas lasciua quanta patrare solet.
Sed spes firma manet, bonitas & magna Tonantis,
Ipsum quòd saluet Omnipotens Medicus:
Sanguine qui proprio laxauit debita mundo,
Abluit & fonte crimina multa sacro.
Tantùm tu precibus ipsum meritisque sacratis
Commenda Christo, sicque beatus erit.
Præsentem vt vitam peragat, sospesque futuræ
Seruetur patriæ, protege, sancte, tuos.

Planissimus cuicumque horum verborum sensus est, si Præsul Dei sanctus & Pater *sit* S. Martinus, *cui Turones omnia debent, vbi* Abbas *seu* custos *&* ecclesiæ minister Alcuinus, *ad quem* Abbas Fuldensis Ratgarius B. Rabanum direxit. E

17 *De sociis studiorum cum B. Rabano Fuldâ missis, litem Trithemio mouet index MS. Abbatum Fuldensium citatus, in quo dicitur* Ratgarius Rabanum & Hattonem Thuronis direxisse ad Albinum magistrum. *Apud Trithemium verò in Vitâ;* Rathgarius misit Hrabanum cum aliis duobus monachis Haimone & Diedone, quorum prior postea fuit Episcopus in Halberstat; posterior verò Hattoni in Abbatiâ Fuldensi Fratrum electione successit *anno* DCCCLVI, *vt referunt Annales Fuldenses, ab obitu Alcuini* LII, *atque ita septuagenario maior in suâ electione fuisset. Potuit* Diedo, *qui aliis* Thiotto *dicitur, cum suo decessore* Hattone *confundi: imò & ipse* Haymo *seu* Hemmo *in huius locum irrepsisse apud Meginfridum alioſq; scriptores, quos sequutus est Trithemius loco citato, & de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti lib. 2 cap. 32 & 144: vbi addit se nihilominùs nosse tria monasteria, quæ eum velut suum defendant: eorum vnius partes suscipit lib. 4 cap.* 195. Haymo, *inquit*, monachus Hersfeldensis, & tertius Abbas ibidem, ac deinde in locum Tiagrini tertius Episcopus Halberstatensis consecratus, rexit eamdem Ecclesiam strenuè XIII annis, moritur anno Domini DCCCXXXIV, Indictione XII. *Ast* Abbatem *eum* Hersfeldiæ fuisse, nec Lambertus Schafnaburgensis hoc tempore recipit, nec probat Historia publica *apud Browerum lib. 1 Antiq. Fuld. cap. 13:* liquidem ab anno DCCCXXX, vsque ad annum DCCCXLVI, Brunonem sedisse testatur, quâ tamen annorum intercapedine Haymo factus est Episcopus. *Rectiùs igitur Chronicon MS. Saxo-Francicum loco dicto à Browero citatum:* Anno Domini DCCCXL, Heimo Hersfeldensis monachus, tertius Episcopus Halberstaden. à Ludwico filio Pij Ludwici mittitur, & anno XIII, suæ ordinationis VI Kal. Aprilis obiit, & Halberstad sepelitur, in cuius locum Hildigrin Episcopus est ordinatus. *Sic ibi.* V Kalen. Aprilis defunctum anno DCCCLIII, *referunt Annales Fuldenses. Hunc locum expressit Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad an.* 847. Claruit in Saxoniâ, *inquit*, Haymo ex monacho Hirsfeldensis cœnobij, tertius Episcopus Halbestatensis, qui anno Domini DCCCXL, Indictione III, in Episcopum ordinatus, præfuit annis XIII, in omni sanctitate & doctrinâ. *Potuit tamen Haimo aut ab Hirsfeldensi Abbate missus ad Alcuinum apud Turones cum B. Rabano adoleuisse, aut potiùs in monasterio Fuldensi sub disciplinâ B. Rabani studuisse. Ipse Rabanus in Præfatione libri de vniuerso, Hemmoni dedicari sic scribit:* Memor sum boni studij tui, sancte Pater, quod habuisti in puerili atque iuuenili ætate in litterarum exercitio, & sacrarum litterarum meditatione, quando mecum legebas

Socius B. Rabani Hatto Fuldâ missus,

nõ Diedo;

neque Haymo,

ex monacho Hersfeldensi.

F

Episcopus Halberstadensis.

fortè Rabani discipulus.

A gebas non ſolùm Diuinos libros, & ſanctorum Patrum ſuper eos expoſitiones, ſed etiam huius mundi ſapientiam, de rerum naturis ſolertes inquiſitiones, quas in liberalium artium deſcriptione, & ceterarum rerum inueſtigatione compoſuerunt. *Ob quæ verba inter diſcipulos Rabani cenſet etiam Serarius quæſt. 12: ſic enim in carmine citato dicitur etiam B. Rabanus cum præceptore ſuo Alcuino* legiſſe metri ſcholaſticus artem. *Qui anno Imperij Ludouici Pij II, III, IV, VII, X, & XX, in Antiquitatibus Fuldenſibus apud Piſtorium ſub Abbatibus Ratgario, Egile & Rabano varias donationum monaſterij Fuldenſis chartas ſcripſit Hemmo, eumdem fortè cum Epiſcopo Halberſtadienſi cenſendum eſſe, temporis doctrinæq; ratio oſtendit.*

§ IV *Diſcipuli B. Rabani ad Epiſcopalem dignitatem promoti.*

Ex diſcipulis Rabani

18 *Trithemius lib. 1 Vitæ num. 18 recenſet ex Megenfrido excellentiores & præcipuos B. Rabani diſcipulos: quorum alij variarum diœceſeon Antiſtites, alij diuerſorum cœnobiorum Abbates, alij ſcholis publicis præfecti, alij ſanctitate doctrinâue illuſtres, deinde floruerunt. Præ ceteris eminet* Carolus *Rabani in Archiepiſcopali dignitate Moguntiæ ſucceſſor, ſi tum monachus Fuldenſis, quod Trithemius aſſumit, probetur fuiſſe. De eo ita ſcribitur in Annalibus Francorum Fuldenſibus MSS. cœnobij S. Trudonis, ad an. 856:* Menſe Februario, IV die menſis, defunctus eſt Hrabanus Archiepiſcopus Moguntiacenſis Eccleſiæ: cui Karolus Pipini Regis filius, qui de cuſtodiâ Corbeienſis monaſterij lapſus ad Hludowicum Regem patruum ſuum defecerat, in Epiſcopatum ſucceſſit VIII Id. Martias, non ſolùm ex voluntate Regis, verùm etiam ex conſenſu & electione Cleri & populi. *Pipinus à Ludouico Pio patre conſtitutus Rex Aquitaniæ, regno dein priuatus è vitâ diſceſſit anno* DCCCXXXVIII. *Huius alter filius Pipinus iunior Aquitaniam inuaſit, cui cum ſtuderet Carolus frater, à Carolo Caluo patruo in monaſterium truſus eſt: quod ita in Chronico Fontanellenſi tomo 2. Scriptorum Franciæ refertur ad an. 849:* Iſto anno menſe Martio cepit Viuianus Comes Carolum fratrem Pipini, qui ad auxilium fratri ferendum Aquitaniam deſtinabat. *& paullò pòſt:* Placitum habuit Rex Carolus generale cum Francis in vrbe Carnotenſi: in quo loco Carolus prædicti Pipini frater tonſoratur, & in monaſterio Corbeiâ continuò dirigitur. *Eſt hæc Corbeia Franciæ, non Saxoniæ, cui eam perperàm adſcribit Ioannes Letznerus in Chronicis Corbeiæ Saxonicæ. Wion lib. 2 Ligni Vitæ in Archiepiſcopis Moguntinis, ait* Carolum ex Rege Aquitaniæ primùm S. Petri Corbeiæ Gallicæ, deinde cœnobij Fuldenſis monachum, poſtmodùm Archiepiſcopum Moguntinum. *ſed nec ſic B. Rabani tum Archiepiſcopi diſcipulus ſtatueretur, qui vix biennio ante huius obitum* anno DCCCLIV, iam Diaconus ordinatus à Corbeienſi monaſterio receſſiſſe *dicitur in Annalibus Francorum Bertinianis: in quibus, vti etiàm in Capitulis Caroli Calui, legitur huius inſſu* Pipinus *Caroli frater ſenior etiam* attonſus, & ad monaſterium S. Medardi cuſtodiendus habitu monachiço deductus, *auxilio duorum monachorum effugiſſe. Alius ergo ab Archiepiſcopo Moguntino* Carolus *fuit diſcipulus B. Rabani: ſed patriâ* Francus Orientalis, *qui à Trithemio cum hoc Carolo confuſus, & ad Archiepiſcopalem dignitatem promotus traditur.*

non fuit Carolus Archiepiſcopus Moguntinus

B *filius Pipini Regis Aquitaniæ,*

in Corbeiâ Franciæ attonſus,

C

eum altero Carolo confuſus:

19 *Alter à Trithemio diſcipulus Rabano datur* Freculphus, Epiſcopus Lexouienſis *in Normanniâ*, patriâ Saxo, & monachus Fuldenſis. *Trithemium plures ſequuti ſunt, nemo, quem legerimus, præiuit.* Albini diſcipulus *dicitur ab eodem Trithemio in Catalogo illuſtrium virorum. An apud illum in notitiam B. Rabani deuenit? Huius rogatu* ſcripſiſſe B. Rabanum in Pentateuchum *teſtatur infrà Rudolfus num. 50. Imò ante ſingulos Pentateuchi libros* Rabanus, *eo tempore* Abbas *non pridem conſtitutus, proprias præpoſuit ad* Freculphum *tum* Epiſcopum *præfationes, in quibus nuſquam inſinuatur, hunc ſub ipſius diſciplinâ adoleſciſſe, eo ætate*

neque Freculphus Epiſc. Lexouienſis.

procul dubio grandiorem. Freculphi *etiam* ad Rabanum epiſtola *extat ante Geneſim illi dicatam cum hac inſcriptione:* Freculphus Epiſcoporum infimus Venerabili Abbati Mauro & Conſacerdoti, in Chriſto Dei filio ſalutem: *abſque vllo in ipſâ etiam epiſtolâ veſtigio, quo eum ſuum magiſtrum agnoſcat: cum altero glorietur* amore inſatiabili ſophiæ venerandæ præceptore Eliſacharo, *cui priorem tomum Chronici ſui, eius* imperio, & obedientiæ, *vt loquitur,* gratiâ *confectum, inſcripſit. Fuit* Eliſacharus, *ſiue* Helizachar Presbyter Canonicus, Abbas *datus monaſterio Centulenſi S. Richarij in agro Pontiuo, & Gemmeticenſi in peninſulâ Sequanæ: de quo agemus* XII *Februarij ad Vitam S. Benedicti Abbatis Anianæ, cui an.* DCCCXXI *morienti aderat.*

AVCTORE G.H. D

diſcipulus Eliſacharij:

20 *Tertius ad Epiſcopalem dignitatem ex Rabani diſcipulis peruenîſſe dicitur* Altfridus, qui Fuldâ miſſus ad Corbeiam Saxonicam ſcholaſticus, poſteà quartus Hildelsheimenſis Eccleſiæ Pontifex ordinatus eſt. *Verùm ne cum* Otfrido monacho *eum Trithemius confuderit, plurimùm veremur. Scribunt de eo Trithemius de Viris illuſt. ord. S. Benedicti lib. 3 cap. 207, & lib. 4 cap. 196, & in Chronico Hirſaugienſi ad annum 847. Wion in Epiſcopis Hildeshemenſibus, Letznerus in Chronico Corbeienſi cap. 9: vbi anno* DCCCXXIX *ad monaſticam vitam admiſſus dicitur, à quibus aliiſq; ſcriptoribus nulla mentio fit aut monachatus Fuldenſis, aut diſciplinæ Rabani. Apud Eggehardum Vragienſem Abbatem in Chronicis à Browero poſt Vitam S. Godehardi Epiſcopi Hildeshemenſis inter Sidera illuſtrium & ſanctorum virorum Germaniæ editis, legitur* IV Epiſcopus Altfridus conſtitutus anno DCCCXLVII, ſedîſſe annis XXIX, In die Aſſumptionis obiiſſe anno DCCCLXXV, *quo die in nullo martyrologio nomen adſcriptum reperimus: licet* Sanctum *appellet Trithemius lib. 2. num. 15. & Wion loco citato. Ab hoc Altfrido alius eſt* Otfridus Presbyter & monachus Wiſſenburgenſis *apud Spiram Nemetum, aſtrorum ac diuinarum rerum peritiâ excellens, & Germanicæ orthographiæ præcipuus inuentor. Extat operâ Ioannis Cordeſij Canonici Lemouicenſis vnà cum opuſculis & epiſtolis Hincmari Archiepiſcopi Remenſis aliqua huius Otfridi de hâc ſuâ Orthographiâ Theotiſcâ, & Euangeliorum in eam tranſlatione epiſtola, inſcripta Luidberto ſeu Lindtberto Archiepiſcopo Moguntino, in quâ hæc de B. Rabano:* Hunc igitur librum, *inquit,* veſtræ ſagaci prudentiæ probandum curaui tranſmittere, & quia à Rabano venerandæ memoriæ, digno veſtræ Sedis quondam Præſule, educata mea paruitas eſt, præſulatûs veſtri dignitati, ſapientiæque commendare curaui. *Vixit hic Lindbertus in dignitate Epiſcopali ab anno* DCCCLXIII *ad annum* DCCCLXXXIX, *in cuius Actis de Otfrido ſcribit Serarius lib. 4 rerum Moguntiacarum, & antè lib. 1 cap. 11, cuius etiam doctrinam laudant Marcus Velſerus lib. 2 rerum Boicarum, Browerus lib. 1 Antiq. Fuld. cap. 14, & Trithemius in Chronico Hirſaugienſi ad annum 863, in Catalogo illuſtrium virorum Germaniæ, & de Scriptoribus Eccleſiaſticis, vbi* auditorem *eum &* diſcipulum *facit* Rabani Mauri Abbatis Fuldenſis.

à Rabano educatus

neque Altfridus Epiſcopus Hildesheimenſis.

F

21 *His annumerandus aut etiam præferendus Ruthardus, qui oblatum anno* DCCCLIII *à morte Haymonis epiſcopatum Halberſtadienſem recuſauit, & quietem vitæ monaſticæ, ſtudiumq; ſcripturarum honoribus opibuſq; duxit præferendum. Sanctis adſcriptus traditur in Martyrologiis monaſticis Wionis & Menardi, & Catalogo Generali Ferrarij* XXV *Octob. quo die plenum dierum & ſanctitate mortuum anno Domini* DCCCLXV, *ſcribit in Chronico Hirſaugienſi Trithemius ex Megenfrido, vbi* Ludouicus *appellatur* Imperator, *qui* Rex *tantùm* Germaniæ *fuit, Ludouici Pij Imperatoris filius. Ab eo S. Bonifacij Epiſcopi paſſionem Heroico carmine duobus libris pulcherrimè exaratam eſſe refert idem Trithemius.*

Eius diſcipulus Ruthardus Epiſcopatũ recuſat.

§ V *Ex diſcipulis B. Rabani varij Abbates.*

22 *Inter præclaros Abbates, qui Rabano gloriantur Magiſtro, eminet* Walafridus Strabo Abbas Augiæ diuitis,

Ex diſcipulis Rabani

AVCTORE G. H.

A *VValafridus Strabo, seu Strabus,*

uitis, vir doctus & sapiens, qui in litterarum scientiâ apud suos illustris ante alios habebatur, *vt de eo scriptor coæuus Iso monachus Sangallensis dixit lib. 2 de miraculis S. Othmari Abbatis, cuius Vitam priore libro, vti etiam S. Galli duobus libris contexuit hic VValafridus, vt plenius dicetur* XVI *Octob. & XVI Nouemb. ad illorum natalem. Trithemius agit de eo lib. 2 de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti cap.* 35, *& alium ab eo facit* Strabum monachum Fuldensem: *illum ad scholasticam Rabani disciplinam ruspam admittit; hunc infrà lib. 1 Vitæ, num.* 18, *præcipuum recenset discipulum, quem lib. 2 num.* 4, *à Rabano iam Abbate vult* monachorum scholæ præfectum: *& lib. 2 de viris illustribus ordinis S. Benedicti cap.* 41, *appellat eius* scribam, qui opuscula eius de schedis ad mundum scribebat. *Similia repetit lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, & in Chronico Hirsaugiensi ad annum* 847. *Trithemium sequuntur Bellarminus de scriptoribus Ecclesiasticis, Surius, Margarinus de la Bigne, aliíq; viri doctissimi. Verùm re totâ accuratiùs discussâ vnus idemq; est VValafridus Strabo, seu Strabus, Abbas Augiensis, atque alter Strabus Rabani discipulus, qui Glossam ordinariam in vniuersam Scripturam sacram ex veterum Patrum monumentis primus adornauit. Inter alias eius lucubrationes extant varia Poëmata ex Bibliothecâ S. Galli edita ab Henrico Canisio tomo* VI *antiquæ le-*

B *ctionis, & Bibliothecæ Patrum inserta. In his, in quodam ad Grimaldum carmine hunc de suo nomine lusum facit:*

Edidit hæc Strabus, paruissima portio Fratrum,
Augia quos vestris insula alit precibus.
Strabonem quamquàm dicendum regula clamet,
Strabum me ipse volo dicere, Strabus ero.

23 *Ad hoc Augiæ diuitis monasterium puer pænè, vt tempora illa ferebant, admissus, sub disciplinâ* præceptoris sui Tattonis *accreuit, atque in eius personâ annos quindecim natus, iam tum adolescens magnæ expectationis, versus scripsit, è quibus sunt aliqui ad* Hebonem, *siue* Ebbonem, Archiepiscopum Remensem, *&* Degam Chorepiscopum Treuirensem *missi. Iterum cùm* annum ætatis penè decimum octauum transegisset, *sub eodem* Tattone præceptore & Erlebaldo Abbate *visionem VVettini monachi, quam Haito seu Hetto, tum relicto Episcopatu Basileensi monachus Augiæ, soluto stylo conscripserat,* versibus Hexametris exemplauit, *vt præfatur ad Grimaldum. Facta hæc visio anno* XI *Ludouici Pij, Christi* DCCCXXIV, *mense Octobri, vt ipse testatur in Poëmate Strabus, eiq; consentiunt Hermannus Contractus, & auctor perantiquus Chronici breuis monasterij S. Galli tomo 3 Scriptorum historiæ Francorum: cuius etiam meminit Hincmarus tractatu* 50 *tomi 2 operum. Exorsus est hoc Poëma Strabus in Paschate, anno, vt coniicimus, proximè sequenti* DCCCXXV, *ideoq; circa annum Chri-*

C *sti* DCCCVII *natus, tum annum ætatis decimum octauum ferè explebat. Superuixit Tatto præceptor eius ad annum Christi* DCCCXLVII, *quando ob nominis celebritatem obitus eius refertur in antè dicto Chronico Sangallensi. Ab huius disciplinâ, & Augiæ monasterio ablegatus est Strabus; sed quando & quâ de causâ non constat. Anno* XVI *Ludouici Imperatoris, Christi* DCCCXXIX, *ætatis suæ circiter* XXII *vixit in Palatio Aquisgrani, & versus de Imagine Tetrici, interlocutoribus Scintillâ & Strabo, fecit, vsus istic familiaritate* Grimaldi Capellani, *quem ideò* suum *etiam* magistrum *appellat.*

in Augiâ monasterio

adolescens carmina edit,

degit in palatio Ludouici Pij:

24 *Adhæsit etiam B. Rabano; sed quo potissimùm tempore, incertùm. Inter huius opera extat tomo 6. Glossa Latino-barbarica cum hâc inscriptione:* Hrabani Mauri Abbatis Fuldensis Glossæ Latino-barbaricæ de partibus humani corporis. Walafridus Strabus Mauri discipulus:

Sic homo consistit, sic corporis illius artus
Expositos Mauro Strabus monstrante tenebo.

Fuldæ studet sub Rabano tũ Abbate;

Abbatem eum appellat in Præfatione ad Epitomen à se in Leuiticum ex maiori Rabani lucubratione concinnatam, vbi sic ait: Sequentis libri, id est, Leuitici, breuissimam annotationem ego Strabus tradente Domino Rabano Abbate, viro in multis scientiæ diuinæ eloquiis spectabiliter adornato, quantum tenuitas ingenioli mei permittebat, abbreuiare curaui. *Inter Poëmata eius tria reperiuntur ad Maurum Rabanum, Abbatem Fuldensem, magistrum suum, quæ inde excepta post Rabani Poëmata à se illustrata edidit Browerus. Epitaphium ipsi vitâ functo scripsit Rabanus tum Archiepiscopus, ad quod in scholiis obseruat idem Browerus eum* in S. Galli ac Fuldensi monasteriis educatum: *potiùs* adultum vixisse Fuldæ *ex dictis constat. Profectò, nisi multùm fallamur, in illustri Fuldensi Academiâ Theologicis historicisq; imbutus studiis, scripsit Annales Fuldenses, de quibus suprà actum, & collegit monumenta veterum Patrum, è quibus Glossam ordinariam confecit. Num etiam inter monachos S. Galli vixerit, atque ex eius cœnobij Decano creatus sit Abbas Augiensis, cùm apud antiquos non legerimus, neque hîc asserimus, neque sic opinantibus contrainus. Pluribus id exagitat Iodocus Metzlerus monachus S. Galli apud Canisium in Præfatione ad Poëmata Strabi. Abbas Augiensis creatus creditur anno Christi* DCCCXLII, *vitâ functus* DCCCXLIX, *quo anno ita Hepidannus in Chronico monasterij S. Galli tomo 3. Scriptorum Francie:* Walachfredus Abbas Augiensis obiit. Iste vir litteratus Vitas SS. Galli & Othmari ad petitionem Gozperti Abbatis compilauit eleganter. *Dies obitus in Ephmeridibus monasterij S. Galli tomo 1. Alamannicarum rerum assignatur* XV Kalend. Septemb. Walachfridus Abbas obiit, vir in diuinis & humanis litteris versatissimus. *Hæc modò de Walafrido Strabo sufficiant, à quo alium Strabum nec Fuldensem, nec Francum, neque Anglicum admittimus. De eo iterum ad Vitas SS. Galli & Othmari agemus.*

D

creatus Abbas Augiensis.

moritur anno 849.

E

25 *Strabo huic coniungimus eruditissimum virum Lupum Abbatem Ferrariæ, quod monasterium Galliæ est in diœcesi Senonum, & Bethleemiticum etiam appellatur. Nesciuit, quòd mirum est,* Trithemius, *eum Rabani discipulum fuisse. Nactus studiorum suorum fautorem S. Aldricum, ex Abbate Ferrariensi Archiepiscopum Senonensem, sub variis præceptoribus diuinis humanisq; scientiis præclarè institutus, ingenij sui non modicum monumentum reliquit Epistolas ad Lotharium Cæsarem, Carolum Galliæ, & Ediluphum Angliæ Reges, ad Episcopos alios q;, suæ ætatis doctos viros, quas ex MSS. codicibus in lucem protulerunt Papirius Massonus libello singulari, & Chesneus tomo 2, Scriptorum Francie. In epistolâ quæ Fuldâ est ad Einhardum missa, ita de suâ institutione scribit:* Mihi satis apparet propter scipsam appetenda Sapientia, cui indagandæ à sancto Metropolitano Episcopo Aldrico delegatus, doctorem Grammaticæ sortitus sum, præceptaq; ab eo artis accepi. *& infrà:* Ex Galliâ huc in Transrhenanam concedens regionem, vobis vicinior factus sum. Nam à præfato Episcopo ad venerabilem Rabanum directus sum, vti ab eo ingressum caperem diuinarum scripturarum. *Successit S. Aldricus Ieremiæ anno Christi* DCCCXXVIII, VII *Decemb. mortuo: nondum tamen consecratus, cùm in diplomate Ludouici & Lotharij, quo anno* DCCCXXIX *varia indicebantur Concilia, sanciretur, vt in Parisiorum vrbem conueniret futurus Antistites Senonicus, Sede scilicet adhuc vacante. Celebratum concilium Parisiense* VIII *Idus Iunias illius anni* DCCCXXIX. *Quoto Sedis suæ anno Lupum Fuldam dimiserit, non legimus. Non seinde recessisse nisi post obitum S. Aldrici scribit ipse Lupus epist. 41 ad Immonem Episcopum Nouiomensem:* Propitio, *inquit,* Domino Deo nostro sospes regressus sum, præterque Domini ac Nutritoris mei Aldrici, quantum ad me attinet, plenum infortunij obitum, & quorumdam aliorum amicorum, non est, quod mihi extrinsecus accidisse admodùm triste crediderim. Cur autem vobis significari petieritis, quos libros in Germaniâ vel scripserim, vel legerim, demiratus sum.

Lupus natione Gallus.

à S. Aldrico missus Fuldam.

Interpretẽ sacræ Scripturæ audit Rabanum,

F

post annum 819

26 *Nec diu posteà Abbas creatus est; quâ de re ad Rabanum ita scribit epist. 40:* Reuerendissimo Patri, eximioque Præceptori Rabano Lupus plurimam salutem. Non potui hactenùs gratias vobis agere, tamen, quantas affectu habuerim, occultorum Cognitor semper inspexit. Deinceps autem si idem Deus vitam vestram produxerit, optatamque pacem reformauerit, non erit impossibile quod animo geram factis ostendere. Nam-

que

A que conſenſu Fratrum noſtrorum x Kal. Decemb. cœnobium Ferrarienſe mihi commiſſum eſt, Dominuſque noſter Carolus mirâ me dignatione fouens, gratiâ ſuâ donauit. Veſtra igitur beneuolentia me, vnaque congregationem mihi creditam, ſacris orationibus, quæſo, commendare dignetur; vt, ſicut ſtudia mea plurimùm eruditione adiuuiſtis, ſic officij difficultatem aſſiduis precibus temperetis. Cetcrùm audiui ſarcinam adminiſtrationis veſtræ vos depoſuiſſe, & rebus diuinis ſolummodò nunc eſſe intentos: Hattoni verò noſtro curam ſudoris plenam reliquiſſe. *Annus tum labebatur* DCCCXLII: *cùm viginti Fuldenſibus præfuiſſet Rabanus, & vnà, vt hinc manifeſtum eſt, ſacras Scripturas prælegeret Abbas; qui eidem Lupo necdum Abbati, poſt eius abſeceſſum ità ſcribit:* Venerando Fratri & Commilitoni Lupo, Chriſti miniſtro, Rabanus ſeruus ſeruorum Dei in Domino ſalutem. Poſtquàm deſiderabili præſentiâ tuâ corporaliter carui, in animo, crede mihi, dilectione tuâ numquàm vacuus fui; ſed ſedulò reuoluens ſtudium, quod habebas in meditatione Diuinæ Legis, & modeſtiam morum, quibus inter nos conuerſaris, non parum multis amabilis eras, petitionis tuæ, nec non & ſponſionis meæ memor, Collectarium in Epiſtolas Pauli Apoſtoli, prout potui, confeci. *Extat ea epiſtola ante ipſum Collectarium tomo* 5 *operum. Meminit huius epiſtolæ Trithemius in Chronico Hirſaugienſi anno Chriſti* DCCCLI, *quo Lupum hunc Abbatem cum Lupo Seruato Presbytero Germano confundit. De hoc agemus ad Vitas SS. Maximini Epiſcopi Treuirenſis* XXIX *Maij, & Wigberti Abbatis Fritzlarienſis* XIII *Auguſti, ab ipſo conſcriptas.*

creatus Abbas Ferrarienſis.

circa annum 842.

B

confuſus cum Lupo Seruato Germano.

27 *Tertius inter Abbates, ſi Trithemio fidendum, cenſeri poteſt* Lintbertus, *ſeu* Luitbertus, *primus Hirſaugienſis monaſterij Antiſtes: de quo apud antiquos ſcriptores nihil leginus; ſed plurima, quæ videri poſſunt, refert Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, in quo annos natus octodecim dicitur monachus apud Fuldenſes factus anno Chriſti* DCCXCVI, *Rabani primùm condiſcipulus, deinde auditor: Abbas creatus anno* DCCCXXXVIII, *diem extremum clauſiſſe* III *Idus Iunij anno* DCCCXLIV.

Lintbertus Abbas Hirſaugienſis.

28 *Lintberti frater traditur* Buno Abbas Hirſfeldenſis, *& ſub Abbate Baugolfo Fuldæ vixiſſe. Ei inſcribit ſit Lupus Vitam S. Wigberti anno* DCCCXXXVII: *cuius eccleſiæ fundamenta ipſe* Buno *&* Rabanus Abbates anno DCCCXXXI *fodiſſe dicuntur apud Lambertum Schafnaburgenſem, qui* Brun *appellat, eiq; anno* DCCCXLVI *extincto, ſucceſſorem tribuit* Brunuart, *quem* Bernardum *vocat Trithemius infrà in Vitâ lib.* 1 *num.* 18, *ſtatuitque* Rabani diſcipulum, *&* ex monacho Fuldenſi creatum Abbatem. *ſub eo anno Chriſti* DCCCL *dedicatam eſſe eccleſiam S. Wigberthi* V *Kal. Nouemb. à Rabano Archiepiſcopo, ſcribit idem Schafnaburgenſis, obitumq; refert ad annum* DCCCLXXV.

Brunuart Abbas Hirſfeldenſis,

C

29 *Demum ex Rabani diſciplinâ, iuxta Trithemium in Catalogo illuſtrium virorum Germaniæ, floruerunt in monaſterio S. Galli* Hartmundus *&* Weremberthus, *quorum ille alias* Hardmudus, *ſiue* Harthmuetus *eſt, & poſt Grimaldum, cuius antè adminiſtrator fuerat, Abbas S. Galli creatus anno* DCCCLXXII: *quâ prælaturâ alteri anno* DCCCLXXXIV *commiſſi incluſus vitam ſolitariam egit: de quo legendi Hepidannus in Annalibus breuibus, Monachus Sangallenſis lib.* 2 *de rebus bellicis Caroli Magni cap.* 15, *Ratpertus de origine monaſterij S. Galli cap.* 8, 9, 10, *& Ekkehardus de caſibus eiuſdem monaſterij cap.* 1 *&* 2, *qui eum cognatum & notiſſimum Ruodolfo Burgundionum Regi ſcribit: nullus tamen Rabani diſcipulum facit. Iodocus Metzlerus apud Caniſium in Præfatione ad Poemata Walafridi Strabi, omiſſo Hartmundo, aſſerit* Helpericum *&* Weremberthum *fuiſſe eius diſcipulos: quibus Browerus lib.* 1 *Antiquitatum Fuldenſium adiungit* Hartmundum. *Sed de aliis omittimus exactius inquirere.* Rudolphum *vitæ eius ſcriptorem ſuprà num.* 4 *&* 5 *illuſtrauimus.*

varij alij:

§ VI Ætas & ſcripta Rabani necdum Abbatis.

AVCTORE G. H.

30 *PLano progreſſuri greſſu, aliquos Trithemij errores declinandos præmonemus. In duobus prioribus Vitæ libris annì natiuitatis Rabani diſcrepant ab annis Chriſti integro circiter triennio, quod præueniri neceſſe eſt. Hoc triennium ipſe Trithemius ſ ſtulit in fine libri ſecundi, quo biennium ſolùm ſtatuit inter depoſitionem Rabani ab Abbatiali officio, & promotionem ad Archiepiſcopatum Moguntinum, cùm quinque annos cum aliis auctoribus interpoſitos reſtituat in Chronico Hirſaugienſi in Lintberto primo huius monaſterij Abbate. Verba eius ſunt:* Dehinc anno DCCCXLII, qui Abbatis Lintberti quartus annus erat, de Fuldenſi monaſterio per fraudes quorumdam incitatus exiit, atque ad Ludouicum filium Ludouici ſenioris Imperatoris confugiens, vſque ad mortem Otgarij Archiepiſcopi Moguntinenſis, qui eum expulerat, propter quam neſcio cauſſam, quaſi exul remanſit. Sed poſt annos quinque, mortuo Otgario, Rabanus Archiepiſcopus in eius locum ſuffectus eſt anno Domini DCCCXLVII, Indictione x, omnium ſuffragio: ſedit annis nouem *&c. Hæc ibi Trithemius, quæ omnium Chronologorum calculo probari ſuis locis dicetur. Hiſce neceſſariò* E *connectenda, quæ de eius depoſitione ſcribit in Vitâ ſub finem libri ſecundi:* Anno igitur, *inquit*, natiuitatis eius quinquageſimo ſeptimo, vt Meginfridus Fuldæ poſtcà monachus eſt auctor, facta eſt inter eum & monachos eius, ſollicitante diabolo, grauis quædam & noxia diſſenſio.

Trithemij lapſus chronici

ex ipſius verbis emendati.

31 *Hiſce locis collatis, cùm Rabanus egerit anno Chriſti* DCCCXLII, *ætatis quinquageſimum ſeptimum, natus eſt non anno Chriſti* DCCLXXXVIII, *ſed triennio citiùs anno* DCCLXXXV: *&, ſi iuxta Trithemium nouennis Fuldenſe ad monaſterium ductus fuerit, annus tum fuit non* DCCXCVII, *ſed* DCCXCIV. *Quæ in ſequentibus magis ſtabilientur. Trithemius num.* 11 *libri* 1. *vult Rabanum à Ratgario Abbate miſſum ad præceptorem Albinum anno ætatis decimo octauo, quem malè aſſignat annum Chriſti* DCCCVI, *cùm certum ſit ex ſuprà dictis Alcuinum anno* DCCCIV, *è viuis exceſſiſſe. Deinde manifeſtum eſt Ratgarium, à quo omnium ſcriptorum conſenſu miſſus eſt ad Alcuinum Rabanus, Abbatem conſtitutum eſſe non anno* DCCCIV, *vti hîc tradit Trithemius, ſed anno* DCCCII, *quod ſuprà demonſtratum. Agebat tum Rabanus ex noſtro calculo annum decimum ſeptimum: quæ ætas neceſſariò concedenda eſt, vt vltimò ante obitum Albini biennio, & quidem non integro, potuerit Theologicis ab eo ſcientiis informari. An poſt obitum Albini* F *apud huius ſucceſſores ſtudia ſua continuarit, vt ita ſexennium, quod eum apud Albinum manſiſſe ſcribit Trithemius num.* 15, *cenſeatur expleuiſſe, nuſquam leginus.*

Naſcitur Rabanus anno 785.

miſſus ad Alcuinum anno 802.

32 *Anno ætatis ſuæ vigeſimo quarto (qui ex calculo poſito eſt decimus ſupra octingenteſimum, non decimus tertius) ſtatuitur à Trithemio num.* 17, *ſcholis Fuldenſibus præfectus: in quo munere ſcripſit de ſanctâ Cruce duos libros, alterum metricoſtylo, alterum ſolutâ oratione. De hoc opere Candidus, qui eo Abbate litterarum & ſcientiarum laude florebat ſcholis Fuldenſibus præfectus, in Præfatione ad Vitam Ægilis Abbatis ita introducit Rabanum ſecum loquentem:* Exerce, *inquit*, temetipſum legendo, & aliquid vtilitatis adde dictando. Nam dum ego ibidem, vbi nunc ipſe moraris, quondam commanerem, librum proſâ & verſibus in laudē ſanctæ Crucis Diuinâ gratiâ inſpirante incepi, atque fidelibus legendum ſtudioſo labore conſummaui. *Rudolfus infrà in Vitâ num.* 49, *ſcribit* Rabanum teſtatum eſſe, primum ſcripſiſſe anno ætatis ſuæ circiter trigeſimo in laudem ſanctæ Crucis duos libros *&c. Teſtimonium illud videtur petitum ex carmine ſuprà num.* 14 *allato, quod ex perſonâ Alcuini Præceptoris direxit ad S. Martinum, vbi ità canit:*

præficitur ſchola Fuldenſi anno 810.

ſcribit libros de Cruce.

Aſt vbi ſex luſtra impleuit, iam ſcribere tentans

AVCTORES G.H.

Ad Christi laudem hunc edidit arte librum.

A *Vbi cum Baronio apud Serarium lib. 4. Rer. Mogunt. in Rabano quæst. 10, per* sex lustra *potiùs triginta anni intelligendi, quàm viginti quatuor; licet annis tantùm quatuor lustrum includi, aliquorum sententia sit. Trithemius num. 29 libri 1 Vitæ, annum hunc ætatis trigesimum, quo & ipse hoc de sanctâ Cruce opus confectum tradit,* à Dominicâ natiuitate *statuit fuisse* octingentesimum decimum octauum.

anno 815, *Verùm, vt iam sæpiùs monuimus, triennio inde ablato, annis eius seculi decimus quintus cum trigesimo eius ætatis rectissimè congruit. Eodem prorsus errore Ratgario Abbati defuncto successisse Ægilem anno Christi octingentesimo vicesimo scribit Trithemius num. 30 eiusdem libri, corrigendus ab Annalibus Fuldensibus, hac temporis & successionis ratione assignatâ.* Anno DCCCXVII, Ratgarius Abbas Fuldensis cœnobij, accusatus à Fratribus, & conuictus, deponitur: *&* anno DCCCXVIII, Monasterio Fuldensi Eigil Abbas electus & ordinatus est.

33 *Annum Rabani ad Sacerdotalem ordinem promoti, in solo Trithemio reperimus ætatis tricesimum assignari num. 14. quem conuenire in annum Christi decimum quintum eiusdem seculi noni suprà probatum est. Hanc suam ordinationem grato animo recolit Rabanus in Præfatione ad tres libros de Institutione Clericali, quos Haistulpho Moguntino Archiepiscopo dicauit, inter alia eum sic alloquens:* Tuo magisterio me

Sacerdos scribit de Institutione clericali

B semper libens subdam, à quo recordor me accepisse dignitatem Ecclesiasticam. *Annus tum labebatur decimus nonus eiusdem seculi, vt in Epigrammate post finem horum librorum ad eumdem Haistulphum obseruat his versiculis:*

Nam quia tu templum dedicasti Martyris almi,
Per cuius donum hoc Martyr & ipse dedit.
anno 819, Nam est nonus decimus octingentesimus annus,
Ex quo Saluator venit in arua pius.

De hâc dedicatione Annales Fuldenses Rabano consentiunt. Hoc anno DCCCXIX, basilica S. Bonifacij Martyris in cœnobio Fuldensi ab Hestulfo Archiepiscopo dedicata est in honorem Domini Saluatoris, & omnium Sanctorum eius, translataque sunt ossa sancti Martyris Kal. Nouemb.

34 *Eidem Haistulpho inscripsit deinde Rabanus à se expositos* in Matthæum *libros octo, & diuersas eius hortatu factas* homilias. *In priore præfatione* se indignum Presbyterum *appellat: in posteriore* vilem seruitorem seruitorum Dei; *tum in Abbatem Fuldensem electus. De cuius anno eadem manet cum Trithemio controuersia, quòd lib. 2 Vitæ num. 2 velit, Ægile anno* DCCCXXV *è viuis sublato, successisse Rabanum anno ætatis suæ trigesimo septimo, quem & nos retinemus, sed triennio iterum dempto, anno Christi* DCCCXXII

in Matthæum, & Homilias creatus Abbas

anno 822, C *coniungendum, quo Annales Fuldenses hæc habent:* Eigil Abbas Fuldensis cœnobij defunctus, Hrabanum successorem accepit. *Consentiunt Hermannus Contractus in Chronico:* Anno DCCCXXII, Fuldis Eigil Abbas obiit: cui Rabanus, vir doctus, & diuinorum librorum tractator egregius, successit. *& Marianus Scotus monachus Fuldensis lib. 3 Chronic. ætate 6:* Anno DCCCXXII Eigil Fuldensis Abbas obiit, cui Rabanus successit. *In eâ dignitate, vt Rudolfus ait num. 5 Vitæ,* aut alios sacris litteris instruebat publicus ipse Professor, *vt ex dictis suprà confirmatur,* aut in legendo, aut dictando, diuinis Scripturis semetipsum pascebat: *vt prædarè in illas expositiones, de quibus iam agemus, fidem faciunt.*

§ VII *Scripta Rabani creati Abbatis.*

35 R *Abanum Fuldensis cœnobij creatum Abbatem primò Ereculphus Episcopus incitauit, vt suis obseruationibus Pentateuchum illustraret. Epistolæ missæ hæc inscriptio:* Ereculphus Episcoporum infimus Venerabili Abbati Mauro, & Consacerdoti in Christo Dei filio salutem. *Concluditur hac formulâ:* Mea paruitas vestræ iniungit fraternitati; qui fiduciam de tuâ dilectione simul & obedientiâ habeo, vt ocyùs tanti operis studium adhibeas, fiducialiter impero. Benè, Frater, valeas, nostri-

scribit in Pentateuchum ad Ereculphũ Epiſc.

que assiduè memor fias. *Moram gessit Ereulpho Rabanus* D *Abbas, licet multis officij sui difficultatibus intricatus. Ita testatur in Præfatione ante Genesim illi inscriptâ:* Cùm propter curam gregis Dominici, ne ei necessaria desint, tantùm occupatus sim, vt nec aliorum dicta perlegere, nec propria excogitare liceat. *Et in præfatione ante Leuiticum:* Cùm in desertis locis conuersans, maximâ occupatione detinear, quâ seruire ac necessaria prouidere famulis Christi, sub regulâ S. Benedicti degentibus, quotidie compellor.

36 *Absolutis in Pentateuchum commentationibus,* rogatu Episcopi Frederici *exposuit librum Iosue. Browerus in scholiis ad Poema Hrabani eidem* Frederico *inscriptum, fatetur cathedram, vbi sederit, se ignorare: quod mirum, Rabani operum tam strenuo indagatori contigisse; cùm in Præfatione ante Iudices & Ruth (verba infrà damus)* Traiectensis Ecclesiæ Episcopus *appelletur. Extat illa expositio MS. tribus libris distincta apud Petrum Franciscum Chiffletium nostrum, qui à nobis rogatus descriptum Prologum Diuione transmisit, ex quo paucula referimus:* Domino, *inquit,* beatissimo veræque caritatis officio plurimùm venerando Friduricho Episcopo Hrabanus vilissimus seruorum Dei famulus in Christo salutem. Studium tuum ac diligentiam in sacrarum Scripturarum meditatione, plures, qui sanctitatem tuam nouerunt, laudant: & meritò, quia assiduus es in lectione, & frequens in doctri- F nâ, prout ratio Ordinis tui postulat, quem lucem mundi cum Apostolis Saluator nũcupat.... Nec absur- Matth. dum est, quod facis, licet nos ad hoc officium impares 5.14 atque indigni sumus, cùm ibi quæris sacræ legis confirmationem, vnde accepisti Christianæ religionis exordium. Sanctissimus ergo Antistes & beatissimus Christi Martyr Bonifacius gentem Fresonum, cui tua dilectio præest, non solùm verbo, sed etiam sanguinis sui effusione ad fidem Christi conuertit. *Quæ de Sede Vltraiectinâ Frisonum olim Metropoli sunt intelligenda. Colitur S. Fredericus* XVIII *Iulij. Quo anno occisus fuerit, non satis constat apud auctores. Acta MSS. requirunt Ludouicum Pium Imperatorem in libertatem à suâ custodiâ, in quam à filiis datus erat, fuisse restitutum: quod factum est Kalendis Martiis anni* DCCCXXXIV. *Ad Imperatorem mox ex Italiâ re-* *occisum* *ducta est coniux Iuditha, cuius machinationi cædes S. Fre-* *anno 834* *derici imputatur. Dein eodem anno, quod moriens iuxta eadem Acta prædixerat futurum,* classis de Danis veniens in Frisiam, *(vt legitur in Annalibus Bertinianis)* aliquam partem ex illâ deuastauit, & inde per vetus Traiectum ad emporium, quod vocatur Dorestadus, venientes, omnia diripuerunt: homines autem quosdam occiderunt, quosdam captiuatos abduxerunt, partemque eius igni cremauerunt. *Hæc de anno cædis S. Frederici, cui non diu* E *antè, vt ex mox dicendis constabit, Iosue elucidatum miserat Rabanus: qui eosdem libros, sed aliquot post annos, obtulit Imperatori Lothario, vt hic grato animo in epistolâ ad Rabanum expositioni eius in Ezechielem Prophetam appositâ testatur.*

in Iosue ad S. Fredericũ Episc. Vltraiectinum.

37 *Humbertus Episcopus Herbipolensis in epistolâ ad Rabanum, expositioni in Iudices præpositâ hæc tradit:* Auditam habeo super Heptaticum vos fecisse sermonem, ac super Matthæi Euangelium, nec non & super Regum supernâ adiuuante gratiâ, pariterque veterum innitente auctoritate, multa vtiliter scribendo dictitasse: quapropter causâ familiaritatis vestram obsecro Fraternitatem, vt mihi scribere, mihique tua dirigere studeas opuscula. *Eos tum libros à Rabano expositos scire potuit vicinus Episcopus Humbertus, licet nondum omnes essent iuris publici facti.* Heptaticum *appellat libros bibliorum septem priores: Pentateuchum scilicet cum libris Iosue & Iudicum. vt clarè explicat Rabanus in suo ad Humbertum responso, quod est ipsa ad Iudices Præfatio:* Dignatus es, *inquit,* mihi scribere, quatenùs nostrum opusculum super Heptaticum tibi dirigerem, feci quantum potui, & nouissimam partem illius, hoc est, super Iudicum & Ruth, quam ad manus in præsenti habui, tuo nomini conse-

in Iudices & Ruth ad Humbertum Episc. Herbipolensem,

cratam

A cratam, modò direxi. Priorum verò librorum commentarios, hoc eſt, Pentateuchi Moyſi, quos, petente ſancto viro Freculfo, non ſine labore edidi, iam ſibi ad reſcribendum tranſmiſi: quos cùm recepero, exemplar eorum tibi ſcriptum deſtinabo. Ieſu Naue verò expoſitionem bonæ memoriæ Friduricho Traiectenſis Eccleſiæ Epiſcopo nuper tranſmiſi: hoc ſimiliter, vt mihi redditum fuerit, ſi Dei voluntas eſt, tibi committere curabo. *S. Fridericum anno* DCCCXXXIV *occiſum eſſe diximus; quo eodem aut certè ſequenti anno* DCCCXXXV *hæc ſcripta fuerunt.*

circa annum 835:

38 *Progreſſus Rabanus in ſuis commentationibus, Hilduino Abbati S. Dionyſij dicauit libros quatuor Regum, quem in Præfatione ita alloquitur:* Quia veſtra ſanctitas per quemdam Fratrem noſtrum, quem ad Palatium præterito anno direximus, noſtræ paruitati ſuggerere dignata eſt, quatenùs aliquod volumen vobis vtile mitteretur. *Et in Præfatione in libros Paralipomenon ad Ludouicum Regem:* Ante annos aliquot, *inquit*, rogatu Hildoini Abbatis in Regum libros ſecundùm ſenſum Catholicorum Patrum quatuor commentariorum libros edidi, quos & ſanctiſſimo genitori veſtro Ludouico Imperatori præſentialiter in noſtro monaſterio obtuli. *Hinc error patet, præfationem hanc non eſſe* ad Ludouicum Imperatorem, *vt in operibus extuſum legitur,* B *ſed ad eius filium* Ludouicum Regem Germaniæ. *Verùm* Ludouico Imperatore hortante, *vt ſcribit Rudolphus, hos potuit initiò edidiſſe cum propriâ ad eum, quæ perierit, præfatione.*

in libros Regum ad Hilduinũ Abb. S. Dionyſij,

in Paralipomenon

ad Ludouicum Imperat.

39 *Eodem ferè tempore* Auguſtæ Iudithæ *Ludouici Pij vxori obtulit ſuam expoſitionem in* Iuditham & Eſtherem, *in eâ, metrico ſtylo, in hac, ſolutâ oratione præfatur: ſed mirum eſt, vtrobique id in titulo omiſſum ab editoribus operum prænotari. Non diutino interpoſito tempore in* libros Machabæorum *explanationem* Geroldo Archidiacono *ſacri palatij Ludouici Imperatoris, & in* Sapientiam *atque* Eccleſiaſticum Otgario Archiepiſcopo Moguntino *inſcripſit. Horum omnium meminit in præfatione ante Hieremiam ad Lotharium Imperatorem, vbi ita ſcribit:* Poſt commentariolos, quos mea paruitas in Heptaticum, & in libros Regum atque in Paralipomenon edidit, poſt explanatiunculas Hiſtoriarum Eſter, Iudith, atque Machabæorum, nec non & voluminis Sapientiæ atque Eccleſiaſtici, aliorumque opuſculorum meorum labores, ad extremum in Hieremiam manum miſi. *De tempore hæc addit:* Opus expoſitionis Hieremiæ Prophetæ, quod bonæ memoriæ genitore veſtro Ludouico Auguſto adhuc viuente inchoaueram, & poſt obitum eius conſummaueram, veſtræ deuotioni ſimul & auctoritati committo. *Defunctus eſt Ludouicus Pius Imperator Kalendis Iulij anno* DCCCXL. *Hinc liquet de præcipuis operibus in illud vſque tempus à Rabano conſcriptis, & quo ſint ſingula ordine perfecta. Sigebertus non abſque mendo, ad annum Chriſti* DCCCXXVII *refert editos tractatus in libros Sapientiæ & Eccleſiaſtici ad Otgarium Epiſcopum, quos ſub finem imperij Ludouici Pij oportet editos fuiſſe.* C

in Iudith & Eſther ad Iuditham Imperatricẽ.

in Machabæos,

in Sapientiam & Eccleſiaſticum

in Hieremiam

ad Lotharium Imper.

40 Nec ſolis his lucubrationibus contentus *Rabanus, animum ab aliis negotiis auocauit. Anno* DCCCXXXI *feriâ ſecundâ* VI *Idus Iulij cum Bunone Abbate Hirſfeldenſi fundamentum iecit eccleſiæ S. Wigberti, cuius reliquiæ Friteſlariâ, approbante Carolo Magno, Hirſfeldiam fuerant tranſlatæ. Conſulendus Lambertus Schafnaburgenſis in Chronico. Reliquias etiam variorum Sanctorum ex Italiâ accepit Rabanus, & ad ſuum Fuldenſe monaſterium tranſferri ſolenni cultu procurauit annis Chriſti quinto, ſexto, & octauo ſupra octingenteſimum trigeſimum, vt pluribus infrà deſcribit Rudolphus teſtis oculatus, capite ſecundo, & ſex ſequentibus. Quantâ induſtriâ Abbas monaſterij ſui prouentus auxerit, docent nos chartæ donationum vltra centum & viginti tum factarum, in Antiquitatibus Fuldenſibus à Piſtorio vulgatæ.*

variis interim negotiis occupatus,

AVCTORE G.H.

§ VIII Scripta reliqua B. Rabani. relicta cura Abbatis.

41 A *Derant hiſce temporibus Rabano Walafridus Strabus, & Lupus Ferrarienſis, vt ſuprà dictum, quorum ille breuiſſimam annotationem Leuitici, tradente Domino Rabano Abbate, abbreuiare curauit, vt in Præfatione Lectorem monet: & Lupo adhuc Diacono regante, collectarium in Epiſtolas Pauli confecit, eiq; poſt reditum à Fuldenſi monaſterio in Gallias miſſo, vbi is* XXIII *Decemb. Abbas Ferrarienſis creatus eſt, cùm antè Rabanus Abbatiadem Fuldenſium curâm cum dignitate Hattoni reliquiſſet anno Chriſti octingenteſimo quadrageſimo ſecundo: cùm, inquit Rudolphus,* monaſterium ſibi commiſſum per annos viginti nobiliter rexiſſet, *& ſimul præclara hæc volumina ſcripſiſſet; Lambertus Schafnaburgenſis in Chronico, Anno* DCCCXLII Lui harius expulſus eſt à regno, & Raban Abbas de monaſterio. *De Trithemio ſuprà dictum.*

ſcribit in Paulum ad Lupum Ferrariẽſem, antè annũ 842.

42 *Eundem etiam reliquos libros tam noui quàm antiqui Teſtamenti ſuâ interpretatione illuſtraſſe aſſirmant Trithemius aliiq; recentiores, ſecuti Honorium Auguſtodunenſem, qui libro de illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus ait* Rabanum ſcripſiſſe mirabilem librum de myſterio ſanctæ Crucis, & totum vetus & nouum Teſtamentum expoſuiſſe. *Verùm hæc è Rudolfo deſcripta cenſeri poſſunt, dicente,* hortatu Fratrum atque amicorum adgreſſum eſſe ſcribere expoſitiones librorum diuinorum, tam veteris quàm noui Teſtamenti, *& poſteà ſolos illos, de quibus egimus, recenſet: reliquo ſilentio inſinuans Rabanum ante ſuam à regimine Abbatiali ſeu depoſitionem, ſeu vltroneam ceſſionem, alios Scripturæ ſacræ libros non expoſuiſſe.* B

in Ezechielem ad Lotharium Imper.

Quæ extant in Ezechielem Prophetam, aliquamdiu poſt Ieremiam euulgata, inſcripſit eidem Lothario Imperatori, corporis ſui allegans infirmitatem. Eorum non meminit Rudolfus, euidenti ſigno Rabanum poſt ſuam à curâ Abbatiali libertatem hæc ſcriptitaſſe.

43 *Recenſet Trithemius libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti, in Catalogo illuſtrium Germaniæ Scriptorum, & infrà lib. 3. Vitæ num.* 11 *eius expoſitionem in* Eſdram & Neemiam, Tobiam, Iobum, Pſalterium Dauidis, Prouerbia Salomonis, Eccleſiaſten & Cantica Canticorum, Iſaiam, Danielem, & duodecim *quos* minores Prophetas *appellamus. In* Euangelia SS. Marci, Lucæ & Ioannis, *in* Acta Apoſtolorum, Epiſtolas Canonicas, & Apocalypſin. *In enumerandis libris ſæpiùs vacillando, eos à ſe conſpectos non fuiſſe, innuit Trithemius: ita cùm alibi aſſignaſſet vnicum tomum, infrà in Vitâ plures attribuit expoſitioni* Iobi, Pſalterij, Prouerbiorum, Eccleſiaſtæ, Cantici Canticorum, Actuum Apoſtolorum, & Apocalypſeos. *In* Iſaiam *modò viginti, alibi tantùm octo libros aſſerit factos: cuius Prophetæ nec non & Euangelij S. Ioannis priora interpretationis verba citantur, quæ in aliis cum ipſis libris manent ignota. In* Danielem *ab eo ſcriptum fuiſſe conſtat ex præfatione in libros Machabæorum ad Regem Ludouicum, in quâ hæc habentur:* Præterito anno tranſmiſi tractatum in Danielem Prophetam, quem non ſolùm ex dictis maiorum, quin & ex noſtræ paruitatis feceram. Nunc verò quia tempus illud, quo Romana Eccleſia conſtituit libros Machabæorum legi in Eccleſiâ, eorumdem librorum expoſitionem, quam ante annos aliquot rogantibus amicis ſenſu hiſtorico ſimul & allegorico dictaueram, Excellentiæ veſtræ defero. *Eidem Regi Ludouico inſcripſit expoſitionem in varia Cantica:* Nuper, *inquit*, quando ad vos in cellulâ monaſterij noſtri, quæ vocatur Rateſtorph, vocatus veni, & ſermo fuit inter nos de Scripturis ſacris, perſuadere mihi dignati eſtis, vt Cantica, quæ in Matutinis laudibus ſancta canit Eccleſia, vobis allegorico ſenſu exponerem. *Trithemius aliiq; ſubſtituerunt in huius locum expoſitionem in Cantica Canticorum; & Sigebertus in Catalogo Script. Eccleſ. cap.* 90. F

in Danielem ad Ludouicũ Regem,

& Cantica varia,

AVCTORE G.H.

cap.90. simili errore citat ſuper Eſdram, ſuper Iudith *eius expoſitionem, quæ* ſuper Eſther & Iudith *facta eſt. Habuit hic paruam operum eius notitiam. Demum quòd Allegoriæ in vniuerſam ſacram Scripturam ab eo extent compoſitæ, facilè credi vulgò potuit expoſitos ab eo ſactos libros vtriuſque Teſtamenti.*

A *allegorias ſacræ ſcripturæ.*

44 *Omitto verſus Poëticos alioſq; minores tractatus variâ occaſione à Rabano vulgatos, quos Rudolfus num.* 11. *recenſet:* De Coëpiſcoporum ordinatione ad Drugonem Epiſcopum Metenſem, Epiſtolam *nuper à Sirmondo noſtro editam* de Prædeſtinatione, Gratiâ & libero arbitrio ad Notingum Epiſcopum Veronenſem, *in cuius Præfatione refert huius ad Imperatorem Ludouicum acceſſum:* de Oblatione ſecundùm Regulam S. Benedicti, de Honore & obſeruatione erga parentes, *nonnullaq; alia ad* Ludouicum Imperatorem, *quæ cum præcedentibus eo ſuperſtite ſcripta ſunt.* De Cognatione & magicorum præſtigiis ad Bonoſum Abbatem, *fortè ſucceſſorem ſuum Hattonem, qui Banoſus dictus fuit. Tum hæc cum ſequentibus tractatibus,* de pœnitentiâ & Canonibus ad Otgarium Archiepiſcopum, *&* de Computo *ſcripta fuiſſent ſub initium quinquennalis otij, poſt abdicatam dignitatem Abbatialem: quo tempore ſuum tractatum abſoluit Rudolfus.*

tractatus varios,

45. *Progreſſus in ſcriptione Rabani, & quas cenſuimus expoſitiones in Ezechielem, Danielem, Cantica varia, & ſi qui alij libri in ſacram Scripturam latent, abſoluit cum aliis variorum generum tractatibus; inter quos eminent Libri viginti duo,* de Vniuerſo, *ſeu* Naturâ rerum, *aut de* Proprietate verborum, *&* rerum myſticarum ſignificatione, *ad* Hemmonem Epiſcopum Halberſtadienſem, *quem in Præfatione ita alloquitur:* Poſtquàm me Diuina Prouidentia ab negotiorum exteriorum curâ abſoluit, teque in Paſtoralis curæ officium ſublimauit; cogitabam quid tuæ ſanctitati gratum & vtile in ſcribendo conficere poſſem. *Idem opus petenti Ludouico Regi poſtcà ſubmiſit, cum epiſtolâ etiamnum operi præfixâ. Huius quinquennalis otij anno tertio, Chriſti quadrageſimo quarto iſtius ſeculi,* librum, quem *olim* de laude Crucis compoſuerat, per Aſcrihum & Hruodbertum monachos monaſterij Fuldenſis Sergio Papæ, S. Petro offerendum, tranſmiſit: *vt iſto anno tradunt Annales Fuldenſes. Poſt reditum horum monachorum ſcripſit epiſtolam ad Heberardum Comitem contra Gotheſcalcum nuper à Sirmondo editam.*

B *de Vniuerſo ad Hemmonẽ Ep. Halberſtadienſem.*

46 *Commentarij in Regulam S. Benedicti, qui ſub nomine Rabani tomo* 6. *operum continentur, ab aliis adſcribuntur Smaragdo: ſiue is Abbas fuerit monaſterij S. Michaëlis in Lotharingiâ aut Saxoniâ; ſiue S. Ardo Smaragdus monachus monaſterij Anianæ in Septimaniâ, quem celebrabimus* VIII. *Martij, quo die ea exactiùs inquiremus. Smaragdo eos attribuit Aimoinus monachus Floriacenſis in ſermone de S. Benedicto his verbis:* Smaragdus quoque expoſitionem in ipſius regulam commentatus, hos præmiſit verſiculos:

Commentarij in regulam S. Benedicti non videtur eſſe Rabani.

C Quiſquis ad æternum mauult conſcendere regnum,
Debet ad aſtrigerum mente ſubire polum.

Eſt ea præfatio metrica commentariis hiſce etiam in editione Rabani adiuncta, quæ deſideratur in priore editione, quâ Smaragdus cum commentariis Ioannis de Turrecrematâ in eamdem S. Benedicti regulam editus Coloniæ anno MDXXXV *extat De Martyrologio Rabani eginus* § 8 *in Præfatione generali ante Ianuarium.*

§ IX *Archiepiſcopatus Moguntinus B. Rabani. Concilia ab eo habita.*

47 QVæ *in ratione temporum B. Rabani ſubducendâ difficultas fuit, ea ferè ſublata eſt. Vna de interpoſito otio, quod relictâ dignitate Abbatiali habuit vſque ad mortem Otgarij Archiepiſcopi Moguntini, breuiſſimè repetenda. Trithemius lib.* 2 *Vitæ num.* 16 *ſolùm biennium aſſignat: contrà in Chronico Hirſaugienſi quinque annos requirit, & verius. Rudolfus in Vitâ num.* 49, *ait, poſtquam* per XX annos monaſterium rexiſſet, depoſito curæ paſtoralis pondere ad eccleſiam S. Petri in monte ad orientem monaſterij conſtructam ſe contuliſſe. *Creatum eſſe Abbatem anno* DCCCXXII, *ſuprà probauimus: ſeceſſiſſe ergo relicto munere Abbatiali anno* DCCCXLII, *cum Schaſnaburgenſi in Chronico; & poſt quinquennium interpoſitum* anno DCCCXLVII, Otgarium Moguntiacenſem Epiſcopum XI Kal. Maij obiiſſe: in eiuſque locum Rabanum ordinatum eſſe V Kal. Iulij *dicendum eſt cum Annalibus Fuldenſibus editis à Pithœo, & Cheſneo: aut potiùs* VI Kal. Iulij; *vt in eiſdem Annalibus MSS. S. Trudonis & à Frehero editis legitur. Conſentiunt in anno Schaſnaburgenſis & Marianus Scotus aliiq;. Trithemius hîc lib.* 3 *Vitæ num.* 1 *ait,* VI Kal. Iulij, *ſeu* XXVI *Iunij,* in feſto SS. Ioannis & Pauli Martyrum *conſecratum Rabanum: in cuius ætate eiuſdem calculus corrigendus. Docuerat antè ex Meginfrido anno ætatis quinquageſimo ſeptimo à munere Abbatiali depoſitum ſeceſſiſſe: probauimuſq; non biennio tantùm, ſed quinquennio interiecto ordinatum Archiepiſcopum. Egiſſe igitur annum ætatis non quinquageſimum nonum, ſed ſexageſimum ſecundum ex dictis certum eſt.*

B. Rabanus fit Archiepiſcopus Mogũtinus anno 847.

ætatis 62.

48 *Concilia celebrauit tria. Primum iuſſu Regis Ludouici circa Kalendas Octobris anno Archiepiſcopatus primo, Chriſti* DCCCXLVII, *ob frequentes apud Regem depoſitas querelas, quòd bona Eccleſiarum, iura pariter & perſonæ aſſiduè à laicis inuaderentur: vti ad illum annum obſeruat Baronius num.* 25. *Ex epiſtolâ ſynodali cum ſubiectis capitulis ad Ludouicum Regem miſſâ, illud Prouinciale fuiſſe conſtat:* Digniſſimæ Reuerentiæ veſtræ, *inquiunt,* patefecimus nos humillimi famuli veſtri, Rabanus videlicet Moguntiacenſis Eccleſiæ indignus Archiepiſcopus cum Coëpiſcopis meis, qui ad prædictæ Eccleſiæ dioceſim pertinent; hoc eſt, Samuële, Egorbaldo, Baturato, Hebone, Gorbratho, Hemmone, Waltgario, Anſgario, Otgario, Lantone, Salomone, & Gebehardo cum reliquis collegis noſtris Chorepiſcopis, Abbatibus, monachis, Presbyteris, & ceteris Eccleſiaſticis Ordinibus.

1 Concilium celebrat anno 847

E

cum Epiſcopis Prouinciæ.

49 *Coëpiſcorum Sedes ſub Moguntino ſunt hæ duodecim:* Verda, Hildesheymium, Halberſtadium, Paderborna *in Saxoniâ inferiore & Weſtphaliâ,* Herbipolis *in Franconiâ,* Wormacia, Spira, Argentoratum *ad Rhenum,* Aiſtadium *ad Almonam non procul à Danubio,* Auguſta *ad Licum in Sueuiâ,* Conſtantia *ad lacum Acronium ſeu Bodanicum, &* Curia *apud Rhætos in Alpium iugis Germanicis. Quibus prædicti duodecim Epiſcopi hoc modo aſſignandi: Verdæ* Waltgarius, Ebbo, *hîc* Hebo, *Hildesheymio;* Hemmo *Halberſtadio;* Baduradus, *ſeu* Baturatus, *Paderbornæ;* Godebaldus, Gausbaldus, Gosbaldus *ſeu* Gotſwaldus, *hîc* Egorbaldus, *Herbipoli;* Samuël *Wormaciæ;* Gebehardus *Spiræ;* Otgerus, *hîc* Otgarius, *Aiſtadio;* Lanto *Auguſtæ;* Salomon *Conſtantiæ: in quibus ratio expedita eſt. Reſtant Argentoratum & Curia: illi* Bernaltus *putatur præfuiſſe, cui fortè tum mortuo ſucceſſerat* Gorbratus; *Curiæ verò* Vorendarius *ab aliis aſſignatur, qui hîc fortè* Anſcharius *appellatur: niſi adfuerit tum Hamburgo expulſus Archiepiſcopus S. Anſcharius, ſed is ſecundum à Rabano obtinuiſſet locum. In eius Vitâ* III *Februarij agitur num.* 37 *de Waltgario, num.* 39 *de Salomone, num.* 20 *de Bernalto ſeu Bernoldo Argentoratenſi; ſæpiùs de Ebbone, potiſſimùm num.* 20 *&* 56 *&* § 10 *&* 15 *in Prolegomenis de Otgario Aiſtadienſi ad Vitam S. Walburgis* XXIV. *Februarij. Interfuit hic expeditioni militari anno Chriſti* DCCCLVII, *iuxta Annales Fuldenſes: confœderationi verò ſeu pacificationi inter Carolum Caluum, Ludouicum & horum nepotem Lotharium, apud Confluentes initæ anno* DCCCLX, *adfuerunt Salomon & Gebehardus. Hic iterum iuxta Annales Bertinianos ad alterum pacis tractatum perficiendum ad Carolum Caluum miſſus eſt anno* DCCCLXIII. *Browerus in ſcholiis ad Poëmata Rabani num.* 4, *Ratiſponam tum Metropolitano Franciæ Orientalis ſubfuiſſe coniicit, ratus pro* Baturato *mendosè ſcripto, legendum hîc eſſe* Baturicum *Epiſcopum Ratiſponenſem. Quod ex iam dictis corruit.*

eorum Sedes.

F

& varia notitia:

50 *Alterum Concilium inſtituiſſe Rabanum anno ſequenti circa Kalendas Octobris legitur in eiſdem Annalibus Fuldenſibus. Hoc magis celebre paſſim æſtimatum ob Gotheſcalcum in eo hereſeos damnatum, Remoſq; ad proprium Archiepiſcopum Hincmarum*

11 Concilium habet anno 848.

A *Hincmarum remiſſum. Quos Rabanus ad hoc Concilium euocârit Epiſcopos, nuſquam apud antiquos legimus. Coniicimus illos eoſdem conuenisse Coepiſcopos, qui anno elapſo, tamquàm* ad Moguntinæ Eccleſiæ dioecesin *ſeu* prouinciam *pertinentes, fuerant congregati. Dubium an reliqui adiuncti, qui in regno Ludouici ſub alijs Archiepiſcopis degebant; vt in tertio Concilio mox referendo factum eſt. Hincmarus apud Flodoardum lib. 3 cap. 13 in epiſtolâ ad Nicolaum Papam, quæ tomo 2 operum* XVII *eſt, refert* Gotheſcalcum ab omnibus Epiſcopis Germaniæ damnatum, *cuius ſcilicet Germaniæ eo tempore & Baioariæ Ludouicus Rex dicebatur. In hac Germaniâ præter dictos antè Epiſcopos cenſebantur* Archiepiſcopus Hamburgenſis, *tum etiam* Bremenſis, *dein* Mindenſis, Oſnabrugenſis, Monaſterienſis, *qui ſuberant Archiepiſcopo Colonienſi Lothario Imperatori ſubiecto. An etiam Epiſcopi Baioariæ adfuerint, prorſus incertum.*

cum eiſdē forè Epiſcopis.

51 *Nullos ex regnis Lotharij, aut Caroli Calui euocatos fuiſſe magis nobis probatur ob Gotheſcalcum non antè in Franciam occiduam ad Hincmarum tranſmiſſum, quàm* iuramento confirmaſſet ſe in regnum Ludouici vltrà non rediturum, *vt teſtantur Annales Fuldenſes. Plurimùm miramur à Baronio ad hunc annum num. 4, aliiſq; viris magnis proferri catalogum Epiſcoporum & Abbatum à Trithemio Chronico Hirſaugienſi inſertum, & vnicum tantùm perſtringi errorem, quo dixit iuſſu Lotharij Imperatoris conuenisse Epiſcopos, cùm*

B *is in regno Germaniæ ad Ludouicum ſpectante, nullam rerum agendarum haberet facultatem. Inter Epiſcopos Germaniæ ſub Ludouici regno primus à Trithemio cenſetur* Altfridus Epiſcopus Hildesheimenſis: *verùm is tertio abhinc anno, ſcilicet* DCCCLI *Ebboni* XX *Martii mortuo tandem ſucceſſit, vt ſuprà & ad Vitam S. Anſcharij dictum eſt. Quem citat* Ludericum Bremenſem, *vno tum alteroúe anno vitâ functum fuiſſe diximus ante eamdem S. Anſcharij Vitam num. 6. Quem Lotharij regno euocatum addit* Hetti Archiepiſcopum Treuirorum, *anno* DCCCXLVII *è vitâ migraſſe tradunt Annales Metenſes à coæuo ſcripti. Præterea annumerat* Hildeboldum Archiepiſcopum Colonienſem, *quem etiam ante hunc annum è vitâ abiiſſe colligitur ex eâdem vitâ S. Anſcharij num.* 38. *Inter Abbates Germaniæ refertur* Einhardus Abbas Selgenſtetenſis, *quem potiùs anno* DCCCXLIII *mortuum eſſe monuimus* XXVIII *Ianuarij ante Vitam Caroli Magni num.* 9. *Verba ipſa Trithemij hac poſitâ correctione damus.* Fuerunt inter alios, *inquit*, ibi præſentes cum Rabano celeberrimi viri Epiſcopi, Hetti Archiepiſcopus Treuirenſis, Hildeboldus Archiepiſcopus Colonienſis, Altfridus Epiſcopus Hildesheimenſis, Haymo Epiſcopus Halberſtatenſis, Ludericus Epiſcopus Bremenſis: Lintbertus primus iſte Abbas S. Aurelij Hirſaugienſis, Waldo Abbas Fuldenſis, Einhardus Abbas Selgenſtetenſis, Brunwart Abbas Hirſfeldenſis, Bertolphus Abbas Mediolacenſis, Aduentitius Abbas Metenſis, poſteà ibidem Epiſcopus. Radulphus Abbas S. Medardi Sueſſionenſis, poſteà Bituricenſis Archiepiſcopus: & alij multi Epiſcopi, Abbates & monachi, inter quos complures erant vitâ & doctrinâ famoſiſſimi.

(*in quibus Trithemius emêdatus*)

C *Ex his* S. Radulphus *in Diuos relatus colitur* XXI *Iunij.* Aduentitium *etiam Sancti titulo ornat Claudius Robertus in Galliâ Chriſtianâ: eius cognatus* Bertolphus *ex Abbate Mediolacenſi factus eſt Archiepiſcopus Treuirenſis. Qui hîc* Waldo *dicitur Abbas Fuldenſis, aliis Hatto eſt, & Bonoſius cognominatur: de eo aliiſq; ſæpiùs ad hanc Rabani Vitam agimus. Idem Trithemius in citato Chronico Hirſaugienſi ad annum* DCCCLI, *ait* Lupum Seruatum *etiam hîc Synodo interfuiſſe. Ceterùm eùm antiquiorum Scriptorum deſint teſtimonia, & Hincmarus tantùm meminerit Epiſcoporum Germaniæ, tot Galliæ Abbates è regno Caroli Calui vocati, videntur potiùs expungendi.*

52 *Tertium deniq; & celeberrimum* Concilium ex præcepto Ludouici Regis Rabanum habuiſſe anno DCCCLII, cum omnibus Epiſcopis atque Abbatibus Orientalis Franciæ, Baioariæ & Saxoniæ, *tradunt Annales Fuldenſes. Sed vtinam Acta ſi alicubi in corroſis chartis delitescant, tandem extracta reuiuiſcant! Hæc de Concilio. Quæ potiſſimùm opera conſcripſerit in ſenio ſuo Archiepiſcopus, nuſquam apud antiquos legimus. Ex aliis præclarè geſtis recenſet Schafnaburgenſis* anno DCCCL, dedicatam eccleſiam S. Wigberti V Kalend. Nouemb. à Rabano Moguntiacenſi Archiepiſcopo.

111 Concilium habet anno 852.

AVCTORE G.H.

D

§ X *Obitus B. Rabani. Nomen in faſtis ſacris.*

53 L*Ambertus Schafnaburgenſis in Chronico,* Anno DCCCLVI, *inquit*, Rabanus Archiepiſcopus obiit; cui Carolus ſucceſſit. *Conſentiunt Marianus Scotus, Sigebertus, & paſſim cum Annalibus Fuldenſibus reliqui Chronographi. Trithemius aſſentitur infrà in Vitâ lib. 3. num. 14. in Vitæ Compendio, & in Chronico Hirſaugienſi. Aſt in Catalogo illuſtrium Scriptorum Germaniæ & de Viris illuſtribus Ord. S. Benedicti lib. 2. cap. 39 & lib. 4. cap. 81 ſcribit anno* DCCCLV *vitâ functum. Guilielmus Eiſengrenius in Catalogo teſtium veritatis mortuum aſſerit anno* DCCCLVII. *Verùm antiquioribus fides habenda. Idem Trithemius in Vitæ compendio, & Catalogo illuſt. Script. Germaniæ addit annum ætatis tum egiſſe* LXVIII. *Verùm iuxta Chronologiam antè ſtabilitam tribus annis adiectis dicendus, qui natus anno* DCCLXXXV *fuit, peruenisse ad annum ætatis* LXXI. *In menſe & die obitus ab aliis ſecedit ferè ſolus Trithemius, qui in Vitâ eiuſd. compendio aſſignat* VI *Kalendas Nouembris, Pontificatus anno nono, quem completum ait in Catalogo Scriptorum Germaniæ. In Vitæ compendio addit menſem quartum ſupra annum nonum, quem ſtatuerat ibidem, & in Actis, ordinatum* XXVI *Iunij anni* DCCCXLVII. *In Annalibus Fuldenſibus, à Cheſneo, Pithœo & Freherο editis, hæc ita referuntur:* Anno DCCCLVI, menſe Februario, IV die menſis defunctus eſt Hrabanus Archiepiſcopus Mogontiacenſis Eccleſiæ, habens in Epiſcopatu annos nouem, menſem vnum, dies quatuor: cui ſucceſſit Carolus *&c. Verùm cùm in eiſdem Annalibus dicatur* ordinatus Archiepiſcopus VI, *aut* V. Kal. Iulij; *neceſſariò, addito menſe vno, & quatuor diebus obiiſſet* XXXI *Iulij, aut* I. *Auguſti. MS. exemplar Annalium Fuldenſium monaſterij S. Trudonis in Belgio ea verba, de annis in Epiſcopatu nouem, menſe vno & quatuor diebus, non habet, ab alio poſteà ineptè intruſa. Sic igitur refert:* Anno DCCCLVI, menſe Februario, IV die menſis defunctus eſt Rhabanus Archiepiſcopus Mogontiacenſis Eccleſiæ; cui Karolus Pipini Regis filius, qui de cuſtodiâ Corbeicenſis monaſterij lapſus, ad Hludouicum Regem patruum ſuum defecerat, in Epiſcopatum ſucceſſit VIII Idus Martij. *Ex quibus certò deducitur obiiſſe anno Epiſcopatus nono nondum completo, deſideratis menſibus tribus, & diebus circiter viginti.*

Moritur anno 856.

ætatis 71.

4 Februarij.

anno Archiepiſcopatus 9.

54 *Hoc* IV *Februarij nomen Martyrologiis monaſticis eſt inſcriptum. Wion:* Mogontiæ S. Rabani Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Doctoris, qui poſt vitam in compoſitione librorum, & prædicationibus exactam, ſanctitate clarus migrauit ad Chriſtum. *Dorganius:* S. Rabani Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Doctoris. *Menardus:* Moguntiæ S. Rabani Epiſcopi doctrinâ eximij. *Sequitur Ferrarius in generali catalogo Sanctorum:* Hoc die Fuldæ S. Rabani Epiſcopi Moguntini. *& iterum ex Kalendario Germanico,* XXVI *Septembris, ſiue* VI *Kalend. Octob.* Fuldæ in Germaniâ S. Rabani Epiſcopi Moguntini. VI *Kalend. Nouemb. ſeu* XXVII, *Octob. obitum retulit Trithemius; ex quo menſe integro aberrârit aut Ferrarius, aut Kalendarij Germanici auctor. Eodem fortè modo Dauid Camerarius in Menologio Sanctorum Scotiæ maluit eumdem à quarto Februarij ad quartum Ianuarij transferre. Verba eius ſuprà examinauimus. Hos Martyrologos hac cenſurâ perſtringit Browerus in ſcholiis ad Epitaphia Rabani num. 6:* Sanctis, *ait*, annumerari Rabanum, etſi priuati quidam monent Scriptores; in publicum tamen vel hîc etiam Fuldæ neque probantur, neque audiuntur, *ſcilicet, vt officio Eccleſiaſtico colatur.*

E

F

Nomen in Martyrologiis 4 Febru. 26 Sept.

4 Ianuar.

55 *Trithemius lib. 3. de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap.* 199 *annumerat eum* Sanctis & Canonizatis, *de quibus præfatur ſe eo libro agere. Præterea lib. 3 Vitæ num.* 16 *ait,*

AVCTORE G. H.

ad *eius* tumulum magnum populi fuiſſe concurſum, & plura narrari facta miracula: *deinde* Sacellum eius manſiſſe ſine honore: *tandem* ſanctiſſimum corpus eius Mogontiâ in Saxoniam tranſlatum fuiſſe anno MDXV, *eamq; Tranſlationem ſe* deſcripſiſſe ſpeciali ſyntagmate, *quod huc vſque videre non licuit. Eius loco damus, quæ in Vitâ S. Maximi Archiepiſcopi Mogantini. (qui* XVIII *Nouemb. colitur) idem Trithemius de hac Tranſlatione ſcribit:* Cùm Albertus, *inquit*, anno Moguntini Archipontificatus ſui primo, Magdeburgenſis autem ſecundo, pro Dei amore, & reuerentiâ Sanctorum, apud Moguntiam circumeundo, ſacras more ſuo viſitaret eccleſias, baſilicam Martyris S. Albani deuotus intrauit, & videns præſcriptorum decem Pontificum ſancta corpora ſine honore neglecta, auctoritate non minùs Apoſtolicâ quàm ordinariâ vſus, corpus S. Hrabani quondam Archiepiſcopi totum, S. Maximi Epiſcopi medium, permiſſione Canonicorum inde abſtulit, & in Saxoniam transferens, apud Hallas oppidum in baſilicâ caſtri S. Mauritij, ſolemni proceſſionis officio collocauit anno Dominicæ natiuitatis milleſimo quingenteſimo quinto decimo, Indictione Romanorum tertiâ. *Quâ occaſione Trithemium eodem anno Vitam B. Rabani ſcripſiſſe ex ſuprà dictis conſtat. In quodam codice noſtro MS. referente Acta Patronorum Moguntinenſis ciuitatis, catalogus quidam legitur ſub hoc titulo:* Hæ ſunt reliquiæ Sanctorum, quorum corpora ſeu oſſa requieſcunt in Eccleſiâ S. Albani Martyris. *ac deinde relatis variis Sanctis additur:* Item requieſcit ibi Sanctus Rabanus, qui quondam fuit Abbas Fuldenſis, & poſteà factus ſeu electus Epiſcopus Moguntinenſis. *Nos interim ſolo Beati titulo honoramus.*

Reliquiæ in Saxoniâ tranſlatæ

anno 1515:

olim Sancti titulus tributus.

VITA

Auctore Rudolfo Presbytero,

monacho Fuldenſi, eius diſcipulo.

PRÆFATIO.

Sanctorũ acta conſcribi vtile poſteritati.

1 SCriptores rerum Eccleſiaſticarum cùm ſapienter tum etiam vtiliter inſtituerunt, Vitas & facta iuſtorum, & ſecundùm Diuina præcepta viuentium virorum, per litterarum reuelationes tradere poſteris; meritò à fidelibus magnis ideò laudibus extollendi, quòd non inuidioſè ſilentes ea præter-
C miſerunt; ſed caritate, quæ omnibus prodeſſe deſiderat, abundantes, ad exemplum rectè viuendi cunctis imitari volentibus, fidei veritate ſubnixi, protulerunt. Si enim non ita feciſſent, nequaquàm ſcire potuiſſemus, quid ſancti Patriarchæ, quid Prophetæ, quid Apoſtoli, quid etiam ceteri ſancti Martyres & Confeſſores Chriſti geſſerint, vel docuerint; quibuſque ſignis & virtutibus ante vel poſt mortem ſuam claruerint, niſi ex eorum ſcriptis credita & intellecta noſceremus, qui ea non captandæ propriæ laudis intentione protulerunt, ſed vt per ejuſmodi exempla, ad emendandos prauos mores humanæ præſumptionis, & ad conlaudandam Diuinæ maieſtatis potentiam, quorumcumque animos incitarent. Itaque eorum laudabile inſtitutum pro modulo meo ſequens, facultate quâ valeo, ſcribere nitor virtutes & miracula, quæ Deus per Sanctos ſuos *a* modernis temporibus facere dignatus eſt, quorum ſacri cineres regionem noſtram illati, quotidie fidelibus cauſſa ſalutis exiſtunt: credens, me non inaniter, imò vtiliter, & mihimetipſi & multis aliis laborare: mihi quidem, quia præmium laboris mei cum eis, quos ob laudem Dei in ſimili opere ſudantes imitatus ſum, me habiturum eſſe per Dei gratiam confidens; aliis verò, quia rebus cognitis veneranda Sanctorum ſolennia fideliùs amplectuntur, & maiore mentis de-
D uotione accenſi, in laudem Creatoris ſui lætiùs adſurgunt.

2 Temporibus igitur Ludouici Imperatoris, qui poſt genitorem ſuum, Carolum Magnum Imperatorem, per annos *b* ſeptem & viginti, Francorum tenuit imperium, multorum reliquiæ Sanctorum ab vrbe Româ in Franciam delatæ ſunt; quarum aliæ quidem ab eis adductæ ſunt, qui iuſſu Dominorum ſuorum, vt id efficerent, Romam profecti ſunt; aliæ verò per Clericos ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & ciues Romanæ vrbis allatæ, vel per viam, quâ ferebantur, vel in locis, quibus ſuſceptæ & conditæ ſunt, multis & magnis miraculorum ſignis, cuius eſſent apud Deum meriti, claruerunt. Conſtat namque reliquias S. Sebaſtiani Martyris ab vrbe Româ deuectas, & ab *c* Hilduino Abbate apud Auguſtam *d* Sueſſionum Galliæ ciuitatem, in Eccleſiâ *e* S. Medardi Confeſſoris venerabiliter conditas, tantis & inauditis omnibus retrò generationibus florere *f* miraculis; vt reuelatio eorum fidem excederet, niſi certum eſſet omnibus fideliter credentibus, quòd Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui glorioſus eſt in Sanctis ſuis, mirabilis in maieſtatibus, facienſque prodigia, omnia, quæcumque voluerit in cælo & in
E terrâ, ſine vllâ difficultate poteſt efficere. Oſſa quoque beatorum Martyrum *g* Marcellini & Petri, *h* Proti atque Hyacinthi, cum reliquiis S. Hermetis, non minore miraculorum gloriâ in diuerſis ſanitatibus infirmantium quotidie fulgent: quæ & ipſa à Româ tranſlata, & *i* Einhardo Abbati adducta iuxta Mœnum Germaniæ fluuium, in villâ, quæ prius Mullinheim, nunc autem *k* Saligunſtat dicitur, dignâ celebratione à fidelibus venerantur. De quorum tranſlatione ſimul & virtutibus, quas per eos Deus operatus eſt, quia diligenter memoriæ traditum eſt, hîc dicere omitto.

b Reliquiæ SS. Româ ad Francos delatæ,

c

d

e

f S. Sebaſtiani Auguſtam Sueſſionũ,

g h SS. Marcellini, Petri, Proti, Hyacinthi & Hermetis Saligenſtadii,

i

k

3 De oſſibus verò B. Alexandri Martyris, & aliorum Sanctorum, quorum nomina ſuis locis dicentur, ſcribendum eſſe cenſeo: qualiter, & à quibus, vel ad quæ loca tranſlata ſint, quibuſque ſignis & virtutibus, ſiue in itinere quo ferebantur, ſiue in locis, quibus conditâ ſunt, floruerint, memoriæ mandandum: vt cùm de tranſlatione, & miraculis eorum, ſecundùm veritatem geſtorum fuerit ſermo prolatus; quibus in locis à fidelibus veneranda debeant inueniri, per hæc ſcripta valeat agnoſci.

aliorum Fuldam.

a *Coluenerius in editione Colonienſi*, modernos temporibus noſtris.

b *Non completos, requiſitis octo fere menſibus. ſucceſſit patri vitâ functo an. Ch. 814 die 28 Ianuarij: viuere deſiit an. 840 die 21 Maij.*

F

c *De hoc Abbate pluribus agitur in citatâ Hiſtoriâ Tranſlationum: potiſſimùm cap. 1, & ante Vitam S. Sebaſtiani § 7.*

d *Coluenerius*, Sueſſorum, *alij* Sueſſionum.

e *Pompa hac tranſlationis ad cœnobium S. Medardi deſcribitur cap. 9. De S. Medardo agemus 8 Iunij.*

f *De iis agitur ibidem capp. 10, 11, 12, 17, & 18.*

g *Coluntur hi 2 Iunij, quo die dabimus ex MSS. codicibus Hiſtoriam Tranſlationis ab Eginharto deſcriptam. Extat de eadem Traſlatione carmen B. Rabani tomo 6 operum eius, eſtq; hymnus 24.*

h *De his agetur 11 Septemb. de S. Hermete 28 Auguſti. De horum reliquiis Romæ obtentu & ſibi miſſis agit Eginhartus lib. 4 citata hiſtoria reliquiarum SS. Petri & Marcellini.*

i *Brouuerus*, ab Einardo Abbate, *perperàm. Reliquiæ namq; SS. Marcellini & Petri ex Româ apportatæ ſunt à Ratleico notario ſuo; aliæ verò à quodam monacho ſuo alioq;, Sabbatino dicto, familiari Deuſdonæ Diaconi Romanæ Eccleſiæ, cuius induſtriâ fuerant impetratæ, vt pluribus dicetur 2 Iunij. De Einardo, ſiue Eginharto, actum eſt 28 Ianuarij ante Vitam S. Caroli Magni § 2.*

k *Id eſt*, Beata ciuitas. *Vnde Trithemius corrigendus, qui in compendio de Origine gentis Francorum, ex Hunibaldi fabuloſis libris, tradit in Clodio Crinito, vrbem hanc conditam à* Salagaſto ſapiente & philoſopho Francorum, *ac* legum Salicarum ſcriptore: *ſubiungitq; eum in hac à ſe nominatâ vrbe mortuum, combuſtum, vrnaq; impoſitum anno Clodij 16. Plura de Mullinheim & Saligenſtadio dicentur 2 Iunij.*

Saligenſtadt.

CAPVT

CAPVT I

Fuldæ à B. Rabano Abbate eccleſiæ erectæ.

4 IN eâ parte Germaniæ, quam Franci, qui dicuntur Orientales, inhabitant, locus eſt ex nomine vicini *a* fluminis, Fulda vocatus, ſitus in ſaltu magno, qui moderno tempore ab incolis illarum regionum *b* Bochonia appellatur: quem *c* S. Bonifacius Martyr, Legatus in Germaniam ab Apoſtolicâ Sede directus, & Epiſcopus Moguntiacenſis Eccleſiæ ordinatus; quia ſecretus erat, & à populari frequentiâ valdè remotus, impetrauit à *d* Karlmanno *e* Rege Francorum, & cum auctoritate *f* Zachariæ, ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſummi Pontificis, *g* monaſterium in eo conſtituit monachorum, anno ante paſſionem ſuam decimo, qui fuit ab Incarnatione Dominicâ quartus & quadrageſimus & ſeptingenteſimus annus.

a *b* *c* *Fulda monaſterij* *d e* *f* *g* *à S. Bonifacio conſtructi,*

5 Huic itaque monaſterio *h* quintus à B. Bonifacio præfuit in regimine Hrabanus Abbas & præceptor meus, vir valdè religioſus, & in Scripturis diuinis adprimè eruditus: cuius omne ſtudium fuit in meditatione legis Domini, & in doctrinâ veritatis, curaque maxima circa diſciplinam monaſticam, & profectum diſcipulorum. Mens eius ad ea diſponenda, quæ ad cultum Diuinum pertinent, ſemper erat intenta. Quotieſcumque à curis ſecularibus (quas, prout poſſibile erat, toto niſu declinabat) liber eſſe permittebatur, aut alios ſacris litteris inſtruebat; aut in legendo vel dictando, diuinis Scripturis ſemetipſum paſcebat. Inter hæc & alia, quibus in oratione, vigiliis & abſtinentiâ, ceteriſque virtutum titulis formam ſe ſibi ſubditis præbebat, monaſterium totum domibus apertis & habitaculis congruentibus extruxit: & eccleſiam ex diuerſo metallorum, pretioſarumque veſtium genere pulchrâ varietate decorauit. Per cellas quoque Fratrum ſibi commiſſorum, & per alia loca multa ad ſe pertinentia, in quibus priùs non erant, eccleſias cum permiſſione Epiſcopi ſui conſtruxit: quas collectis vndecumque Sanctorum reliquiis, eorum nomine & honore conſecrari fecit.

h *Abbas quintus B. Rabanus,* B *pietati & ſcientiæ addictus,* *templa extruit,*

6 Erant etiam per diuerſas prouincias prædia monaſterio ſubiacentia, partim ex donis Regum, partim ex liberalitate fidelium perſonarum, propter amorem Dei & venerationem ſancti Martyris Bonifacij illuc collata: quorum alia quidem per *i* villicos ordinauit; alia verò, & maximè illa, in quibus eccleſiæ fuerant, C Presbyteris procuranda atque diſponenda commiſit. E quibus, qui in Italiâ prædium procurabat, quod Adumar quondam Comes S. Bonifacio tradidit, nomine Addo, inde rediens, inter cetera retulit *k* Alabingum quemdam, potentem in Italiâ virum, mandaſſe Abbati, quòd cuiuſdam ſancti Martyris oſſa vellet ei tranſmittere, ſi congruus ab eo venerationi illius locus exhiberetur, partemque hereditatis ſuæ, quam in Franciâ, vnde oriundus fuit, habebat, ſolenni donatione loco illi conferre diſponeret, ad deſeruiendum vſibus eorum, qui ibi eſſent ſeruituri. Quibus ille auditis, quia multùm in Domino gauiſus, talium rerum deſiderio non parum mouebatur, abſolutiſque celeriter cauſſis, propter quas Presbyter venerat, remiſit eum in Italiam, mandans memorato viro Alabingo, in tranſlatione Reliquiarum ſancti illius Martyris non ſegniter agendum; quin potiùs propter varios euentus rerum omni velocitate, vt efficeretur, eſſe feſtinandum. Iam ſe diuinis officiis faciendis baſilicam congruentem habere conſtructam, & omnia parata, quæ ad ſuſceptionem & cultum huiuſmodi rerum vſus expoſcit: neque aliquid eſſe ex hac parte impedimenti, quin pollicitationem ſuam, ſi voluntas non defuerit, valeat implere.

i *k* *Reliquiis Sanctorum exorbat.*

a *Hic Buchoniam Haſſiamq; perlapſus, Viſurgi miſcetur.*
b *Aliis* Buchonia, *à fagis nomen ſortita, qua Teutonibus* Bucheu *dicuntur. Ita Candidus B. Rhabani diſcipulus in Vitâ Ægilis Abbatis:*

— Patriis euectus ab oris
Ducitur in ſiluam, Fagi de nomine dictam,
Buchoniam.

c *Hæc pluribus ad eius Vitam 5 Iulij.*
d *Huic an. Ch. 741 à morte patris Caroli Martelli ceſſit Francia Orientalis, cum Thuringiâ, Sueuiâ, ſiue Alamaniâ, relictu Pipino fratri Burgundiâ, Prouinciâ, Neuſtriâ. Anno 747 monaſticum inſtitutum amplexus, vitam ſanctè finiuit.*
e *Poteſtate, non titulo, Rex fuit: quem frater eius Pipinus, Childerico Merouingorum poſtremo in monaſterium detruſo, auctoritate S. Zachariæ Pontificis, obtinuit an. Ch 752.*
f *Præfuit Eccleſiæ à 6 Decemb. anni 741 ad 15 Martij anni 752, quo die colitur.*
g *Legendus Brouuerus de Fuld. Antiq. potiſſimùm cap. 3 & 4 libri 1. vbi primordia fundationis conditiq; monaſterij profert.*
h *Deceſſorum mentio fit in ſequenti Vitâ.*
i Laicos *nonnulli* adſcripſerunt *Coluenerius & Brouuerus.*
k *Alijs* Halabingum.

AVCTORE RVDOLPHO PRESBYTERO.

D *Buchonia vnde dicta.*

CAPVT II

Reliquiæ S. Alexandri miraculis claræ.

7 CVmque profectus eſſet Presbyter, vt in Italiam reuerteretur; contigit, vt quidam Diaconus Romanæ Eccleſiæ, nomine *a* Deuſdona, veniret in Franciam, ſpecie quidem, quaſi pro quibuſdam ſuis neceſſitatibus Regis opem imploraturus; re autem verâ Sanctorum, quas ſecum habebat, Reliquias alicui Religioſorum in Franciâ virorum daturus, cuius adiutorio poſſet inopiæ ſuæ aliquod capere ſupplémentum. Tranſcenſis igitur Alpium iugis, cùm ad plana & campeſtria deſcendiſſet, in finibus Alamannorum venit ad quamdam villam, quæ vocatur Kentibruto, in pago *b* Turihgaune, vbi Eccleſiam cum Reliquiis ingreſſus, cùm benignè à Presbytero ſuſceptus eſſet, dedit ei partem reliquiarum B. *c* Alexandri Martyris ſub altare Eccleſiæ conlocandam. Quo facto mox quanti meriti apud Deum eſſet, miraculis declarantibus cœpit oſtendi. Audientes enim populi Sanctorum allatas Reliquias eſſe, debiles & ægrotos & variis incommodis afflictos vndique cœperunt adducere, credentes, per orationes Sanctorum priſtinam recuperare ſanitatem. Inter quos fœmina quædam immundo ſpiritu poſſeſſa, baſilicam introiuit: cumque à Presbytero iuxta morem Eccleſiaſticum exorcizaretur, per os illius dæmō reſpondit: Si ab eâ fuiſſet iectus, ſtatim in aliud vas, quod ſibi in eadem regione conceſſum eſſet, ingredi deberet: Othmarum quemdam, quem intraturus eſſet, ex nomine deſignans. Ad quem Presbyter, quia non procùl habitabat, mox nuntium mittens, iuſſit, vt confeſſione factâ peccatorum pœnitentiam ageret, ne fortè facinorum ſuorum merito fieret *d* inimici. Qui præceptis obediens, ad pœnitentiam, quam diabolus ſemper auerſatur, totâ mente confugiens, inſidias euaſit inimici: dæmon verò per virtutem ſancti Martyris ipsâ die iectus, fœminam, quam tenebat, ſanæ mentis & incolumem reliquit.

E *a* *Kentibruti ad Reliquias S. Alexandri* *b* *c liberantur energumena,* F *& confeſſione peccatorū factâ, obſidendus à dæmone:* *d*

8 Item quædam fœmina, orationis cauſsâ veniens ad Reliquias Sancti, duas inaures pro munere obtulit ad altare: quas ancilla, quæ in eius obſequio erat, ſuper altare poſitas concupiſcens, cùm inter ceteras mulieres, quæ aduenerant, orationi incumberet, optauit in corde ſuo, vt eas cum iuſtitiâ redemptas habere potuiſſet. Cumque inter orandum id animo volutaret, mox mirum in modum, aliis ab oratione ſurgentibus, ipſa ſe erigere e nullatenùs potuit; ſed ita, vt ſuper genua ſua orationi incubuit, quodam rigore contracta permanſit. Interrogata autem à Presbytero cauſſam peccati, cuius merito tam ſubitam membrorum contractionem pertuliſſet, vel quid animo gereret, quando in oratione procubuit, reſpondit, nullam ſibi aliam læſionis

anathema oblatum cōcupiſcēs, membrorū rigore punitur, *e*

AVETORE RVDOLPHO PRESBYTERO.

læsionis suæ causſam videri, quàm inaurium illarum concupiſcentiam. Cui Presbyter: Si Sancti, inquit, Alexandri voluntas ſit, ſic eas, ſicut deſideraſti, poſſideas. Surge & tolle illas de altari. Ad cuius vocem, mox illa, ſanitate receptâ, ſurrexit, linteumque, quod circa caput ſuum habuit, ad altare volens offerre, nullo conamine de capite potuit abſtrahere. Quod cùm videret Presbyter, & ex recuperatione ſanitatis intelligeret, puellæ etiam inaures, quas deſiderauerat, diuinitus eſſe conceſſas, datis ei inauribus ait: Accipe munus, quod deſideraſti, atque tibi gratis à Sancto Dei non pro temporali pretio cognoſce eſſe donatum. Illa verò gratias agens Deo, & merita S. Alexandri glorificans, domum cum dominâ ſuâ gaudens reuerſa eſt.

A *ſanatur:*

9 Poſteà contigit, quaſdam pauperculas mulieres orandi gratiâ ad ſanctas illas Reliquias deuotâ mente properantes veniſſe ad fluuium *f* Thuriſeo; cumque non poſſent abſque naui gio tranſire, nec haberent quod pro naulo darent (non enim eis erant niſi quinque tantùm panes ad viaticum) nauta autem cùm vehementer inſtaret, naulum ab eis exigens; tandem obtulerunt ei quatuor panes, vno tantùm ſibi ob neceſſitatem victûs reſeruato: ſed cùm ille adhuc non adquieuiſſet, dederunt ei & quintum; magis eligentes ad tempus famem moribundi corporis perpeti, quàm victuram perpetuò animam ſanctæ orationis fructu priuare. Recepto autem quinto pane, in alteram amnis ripam fæminas miſer ille naui gio tranſpoſuit; aſſumptiſque panibus, ac ceteris, quas ſimili inhumanitate contraxerat, rebus, ad propria redire volens, ſubitâ neruorum duritiâ ita deriguit, vt de loco, in quo erat, vllo ſe conamine mouere non poſſet: ſtabatque ſtupefactus, ac pauore perculſus cogitare cœpit, vnde ei tanti mali contingeret caſus. Tandem, accuſante conſcientiâ, in ſe reuerſus, ſcelus, quod commiſerat, recognoſcit: commiſſiſque pœnitens, ad Sancti Reliquias, quæ iam tunc ab omnibus ferè regionis illius incolis religioſâ veneratione frequentabantur, pro abſolutione ſuâ ire deſiderat: ſtatimque Diuinâ miſeratione gradiendi facultatem recipiens, proficiſcitur, eccleſiam intrat, panes ante altare cum publicâ facinoris ſui confeſſione deponit. Quos vt mulieres receperunt, integram ſanitatem adeptus, domum ſuam cum gaudio repetiuit.

f

naulũ iniuſtum à peregrinãtibus ad Reliquias exigens

B *neruorum cõſtrictione obrigeſcit,*

voto facto ſanatur:

10 Item quidam de comitatu Geraldi Comitis, nomine Perathgarius, filius Theodaldi, iter agens, cùm veniſſet ſecus eccleſiam, in quâ ſancti Martyris poſitæ ſunt Reliquiæ, & vellet præterire; admonitus à puero, qui comitatus eſt eum, vt ad ſacras Reliquias cauſſâ orationis, paululùm declinaret, reſpondit, ſibi tunc quidem eſſe feſtinandum propter legationem Domini ſui peragendam: tempore verò opportuno ad orationem eſſe veniendum. Inter hæc verba ſubitò equus, cui ſedebat, inuiſibili potentiâ fixus ſtabat immobilis: &, licet nimiùm calcaribus fatigatus, nullo modo ad ambulandum poterat impelli. Vnde factum eſt, vt confuſus ac pauore perterritus, deſcenderet de equo: & quod priùs equitando facere contempſit, impleuit ambulando. Perrexit igitur ad eccleſiam, & coram Reliquiis ſancti Dei Martyris, expletâ ſuppliciter oratione agrum iuris ſui, qui poſſeſſioni Eccleſiæ illius contiguus erat, pro ſalute animæ ſuæ, ſolenni donatione ei contulit; ſicque itinere ſuo, quò miſſus fuerat, libero curſu perrexit.

equite ad Reliquias honorãdas non deflectente,

C *equus immobilis redditur:*

11 Alio quoque tempore contigit, vt vir quidam de orientalibus Alamanniæ partibus, cum ſociorum ſuorum comitatu non modico, cauſſâ orationis, ad prædictas Reliquias veniret, portans ſecum donaria ad ſacratium Domini offerenda. Quæ cùm poſuiſſet ſuper altare, protinus elapſa in terram ceciderunt: factumque eſt, vt tertiò ſuperpoſita, nihilominùs in terram corruerent. Vnde Presbyter intelligens, aliquid ineſſe latentis nequitiæ menti vel actibus offerentis, ait ei, vt ſua tolleret, & ad propria remearet: monuitque eum circa ſalutem animæ ſuæ eſſe ſollicitum, ac puræ confeſſione & dignis pœnitentiæ fructibus conſcientiam ſuam mundare, quò orationes eius & munera deinceps Deo potuiſſent eſſe placabilia.

donaria tertiò de altari deciduntur:

D

12 Erat vir quidam in eadem regione, Sygibaldus nomine, ex cuius ſeruis inter ceteras multitudines, quæ ad orandum confluebant, vnus ad eccleſiam venit, ſuſceptuſque à germano ſuo eiuſdem eccleſiæ ſeruo, apud eum diebus aliquot manſit. Cùm autem reuerteretur, ſubitò in itinere, quo gradiebatur, obmutuit. Qui verò cum eo erant, cognito quod acciderat, duxerunt illum ad dominum ſuum, eique geſtæ rei ordinem per omnia pandebant. Dominus verò ſerui ſtatim cum remiſit ad eccleſiam, & quia per merita ſancti Martyris Chriſti recuperatâ priſtinâ ſanitate curatus eſt, tradidit eum in loco Reliquiarum eius perpetuò ſeruiturum. Multa quidem & alia in eodem loco diuinitus fieri miracula, à commeantibus celebri ſermone nuntiantur, quæ huic operi, ne fortè prolixa narratio legentibus faſtidium generaret, inſerere nolui: hæc autem, quæ commemorauì, in quodam libello inde allato ſuſcepi, & eodem ordine, quo ſcripta erant, licet non eis verbis, quia certa eſſe videbantur, inſerui: vt ex his cetera, quæ vulgari ſermone referuntur, veraciùs credi, & certiùs valeant ſciri.

mutus loquelam recipit.

E

a *De Deuſdonâ, eiuſq; familiari Sabbatino, ita Brouuerus lib. 3 Fuld. Antiq. cap. 13*: Vtriuſque vt in Reliquiis tractandis, exportandiſque ſolertiam veteres approbent, læti fortè rerum ſucceſſu, eos tamen in re tam facili, neque optimâ fide, neque caſtè verſatos, qui Eginardum adierit, facilè quiuis intelliget. Sed iidem nihilominùs præclarè induſtrij homines operam itidem hîc Rabano impigrè nauarunt, quòd ex Rudolfi hiſtoriâ manifeſtum euadit; quam quiſquis cum Eginardi commentario conferre voluerit mutuâ operâ maiorem illicò vtrimque facem allucere ſibi ſentiet. *Deuſdona & Sabbatinus.*

b *Brouuerus*, Zurichgauv; *annotatq*: Thurihgaue, Turgauv vel Durgouv notus in Alemanniâ, & finibus Heluetiorum tractus, *inter Conſtantiam & Tigurum.*

c *Infrà num. 14* Papa *dicitur, vti etiam à Rabano poëmate 109 & 117. Colitur 3 Maij. Caput eius à Leone IV in Vrbem illatum ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius.* *S. Alexander Papa.*

d *Coluen.* inimico, *quaſi vox* obnoxius *deeſſet.*

e *Brouuerus*, vllâ arte non potuit.

f *Idem*, Thurihſeo; *vulgò* Thur: *à quo diſtrictus ille etiamnum* Turgouv *dicitur. Influit in Rhenum inter Schafhuſiam & Rhinfeldiã. Hinc ſitus* Keutibruti *antè memorati comitis poteſt.* *Thur fluu.*

CAPVT III

Prima Reliquiarum Fuldam tranſlatio ad B. Rabanum.

13 SVpradictus autem Diaconus, itinere, quo cœperat, in *a* Franciam venit, ac primùm ſe ad Einhardum contulit, cuius ſuprà mentionem feci, erat enim ei familiaris: deinde commendatis ſub ſignaculo Sanctorum Reliquiis, ibi in eccleſiâ beatorum Martyrum Marcellini & Petri conſeruandis, Moguntiam profectus eſt, vbi tunc erat quidam Presbyter ex monachis noſtris, nomine Theotmar, pro cauſſis quibuſdam ab Abbate ad *b* Otgarium Archiepiſcopum miſſus. Is cùm Diaconum vidiſſet, cognito quòd eſſet Romanus, percontatus eſt, ob quam cauſſam tam procul à patriâ peregrè eſſet profectus; auditiſque cauſſis itineris, hortari eum cœpit, vt partem Reliquiarum, quas ſe habere confeſſus eſt, ſuo donaret Abbati, ſciens ſe proculdubio ob id benè ab eo fore remunerandum. Placuit Diacono ſuadentis conſilium, factâque promiſſione dimiſit Presbyterum, die quâ tunc inter eos conuenerat, ad locum vbi Reliquias dimiſit, obuiàm ei reuerſurum; & ſi Abbati conuentio eorum placuiſſet, Reliquias ſuſcepturum. Ille autè cum feſtinatione monaſterium reuertens, primùm reſponſa Archiepiſcopi retulit Abbati: deinde quomodò cum Diacono de Reliquiis condictum habuerat, intimauit. Quibus ille auditis,

a

b

Cùm onere remunerationis Reliquiæ promittuntur B. Rabano:

A auditis, valdè gauiſus eſt, volenſque velociter experiri fidem ſponſionis, remiſit eum, & alterum cum eo Presbyterum ex Fratribus noſtris, nomine Artharium, cum munuſculis, ſicut promiſſum erat, Diacono perferendis. Ad cuius hoſpitium cùm veniſſent, allatis muneribus, Reliquias, quas promiſerat, repoſcebant. Tum ille; Deliberatum, inquit, habeo, vobiſcum pariter ad monaſterium proficiſci, & non ſolùm partem Reliquiarum, ſicut promiſi, ſed etiam totum, quod modò habeo ex omnibus, quas ad hanc terram attuli, veſtro Abbati offerre, eiuſque fidei me cum eis pariter committere. Erat autem eo tempore *c* feſtiuitas ſanctorum Martyrum Marcellini & Petri, ad quam quia magna multitudo populi confluxerat, & Diaconus quoſdam ex eis, apud quos hoſpitabatur, ſuſpectos habebat (veritus eſt enim, ne fortè eorum machinationibus, vel fraude, vel violentiâ Reliquias amitteret) viſum eſt eis, non priùs loco egredi, quàm tranſactâ feſtiuitate populus ad ſua remearet, miſeruntque ad Abbatem, Diaconi voluntatem nuntiantes: ipſi interea, quæ itineri ſuo, & ſubuectioni ſanctarum Reliquiarum neceſſaria videbantur, parare curabant. Erat etiam non procul ab eis Presbyter, vnus ex Fratribus noſtris, nomine Anthadus, Præpoſitus locorum in illis partibus monaſterio ſubiacentium, cui iniunctum erat, vt ſtatutis tem-
B poribus inde neceſſaria Fratribus amminiſtraret. Hunc ſtatuerunt accerſire, quò faciliùs id, quod inchoatum habebant, & efficere moliebantur, fraterno roborati conſilio, implere potuiſſent.

ſolenni pompâ tranſferuntur

14 Qui cùm veniſſet, & finitâ ſolennitate populus ex maximâ parte iam receſſiſſet, paratis omnibus, quæ itineris eorum vſus poſtulabat, loculum, quo ſanctæ Reliquiæ erant reconditæ, eleuantes, cum hymnis & laudibus ferre cœperunt, vndique per viam confluentibus populis, & elatâ in excelſum voce diuinas laudes cantantibus, ac ſic iter eorum Domino proſperante, cum turbâ non modicâ, quæ feretrum ſequebatur, die alterâ ad monaſterium venerunt. Fratres autem occurrerunt eis cum Crucibus ac cereis, aduentum eorum
d præſtolante Abbate in *d* eccleſiâ B. Iohannis Baptiſtæ, quæ erat in itinere eo, diſtans à monaſterio Africum
Fuldam in templum S. Bonifacij versùs quaſi ſtadiis nouem. In quam II Non. Iunij cum ſacris Reliquiis intrantes, populo qui eos de diuerſis veniens per ſaltum ſecutus eſt, & iam reuerti volebat, orandi ac vota ſoluendi ſpatium dabant. Quibus peractis leuantes loculum, ad monaſterium venerunt, ac baſilicam B. Bonifacij Martyris cum laude & lætitiâ ingreſſi, iuxta altare, in parte meridianâ, feretrum cum ſacris cineribus poſuerunt.

C *exhibetur indicatis ſingulorũ nominibus;*

15 Altera autem die Deuſdona Diaconus, & germanus frater illius, nomine Theodorus, laicus, primo mane cum Abbate ac duobus Presbyteris, quorum ego alter eram, ſeorſum Baſilicam ingreſſi, loculum aperuerunt, & ſingulorum oſſa Sanctorum, ſicut in puluinis ſemotim condita fuerant, proferentes, Abbati dederunt, coxam videlicet ac pedem S. Alexandri Papæ & Martyris: & brachium *e* Feliciſſimi Diaconi, caput S. *f* Concordiæ Martyris, ac partem de oſſibus ſanctorum Epiſcoporum, *g* Fabiani atque *h* Vrbani Martyrum Chriſti; pedem B. *i* Caſtuli: ac dentem S. *k* Sebaſtiani: De oſſibus SS. *l* Pamphili Presbyteri & Martyris, *m* Papiæ, Mauri atque *n* Victoris: ſanctæ quoque *o* Felicitatis matris ſeptem filiorum, & ſanctarum Virginum ac Martyrum, *p* Emmerentianæ atque *q* Baſillæ, partes non paruas, in ſingulis ſacculis ſeorſum conditas. Quas cùm ille venerabiliter ſuſcepiſſet, & cum honore ac reuerentiâ deoſculatas loculo reconderet, poſt paucos dies, remuneratum Diaconum ac fratrem eius remiſit in patriam, promittentes, ſe cum aliis Sanctorum Reliquiis (ſi eis vita comes ac Diuinus fauor adeſſet) iterum ad eum eſſe venturos.

e f. g h i k l m n o p q

16 Poſtquàm illi reuerſi ſunt, vt irent in patriam ſuã, euolutis diebus admodùm paucis, memoratus Abbas cum auctoritate Otgarij Archiepiſcopi Moguntiacenſis Eccleſiæ per *r* Reginbaldum *ſ* Corepiſcopum eius, oſſa ſanctorum Martyrum Alexandri & Fabiani cum magno honore intulit in eccleſiam beatæ Genitricis Mariæ, ad ſeptentrionalem plagam monaſterij ſitam, atque in arcâ ſaxeâ incluſis eorum plumbeis loculis ad orientem altaris collocauit IV Kal. Auguſti, erigens deſuper lignеum ædificium, mechanicâ arte fabricatum: quod argento & auro atque lapidibus pulcrâ varietate decorauit: addens etiam verſus, quibus, vnde, & quò, & ad *t* quem tranſlati ſunt, declaratur, metricâ lege compoſitos, & litteris aureis ſcriptos, hoc modo:

AVCTORE RVDOLPHO PRESBYTERO.

D *r ſ*

alia tranſferuntur ad eadem S. Mariã

t

Pontifices ſummi, Româ huc quos miſit habendos,
Rectores fuerunt Sedis Apoſtolicæ.
Hos ſeruos Chriſti Hraban ſuſcepit ouando,
Illorumque oſſa hoc condidit & loculo.
Leuitæ ergo duo prædictâ ex vrbe ſecuti,
Venerunt iſtuc digni & honore ſuo,
Quos idem famulus Domini mox obuius aſtans
Supplex accepit, hicque ſimul poſuit:
Martyr Alexander, Martyr Fabianus & ipſe,
Huc venêre ſimul, Doctor vterque pius.
Diſcipuli Syxti Papæ, dignique miniſtri,
Feliciſſimus hic *u* Agapituſque manent: *u*
Omnes hi pariter aulam hanc ſatis oſſibus ornant, E
Virgo Dei genitrix quam dicat & meritis.
Vos quoque, qui intraſtis templum, iſtos cum prece fusâ
Patronos vobis quærite in auxilium.

alia reponuntur in baſilicâ S. Bonifacij.

Reliquorum verò Sanctorum oſſa, qui ſuprà nominati ſunt, in arcâ, quam adinſtar arcæ fœderis Dei ex ligno fabricatam atque deauratam cum Cherubin ac vectibus ſuis in baſilicâ B. Bonifacij Martyris in abſidâ orientali poſuerat, condidit, donec venerationi eorum locum congruum pararet. Quod & poſteà cum Dei adiutorio, quàm celerrimè potuit, deuotus impleuit. Hæc autem geſta ſunt anno ab Incarnatione Domini DCCCXXXV, Indictione XIII, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

a *Brouverus arbitratur hunc eſſe ſecundum aduentum Deuſdonæ, cuius meminit Eginhardus in fine Hiſtoriæ Tranſlationis SS. Marcellini & Petri. Sed nec annus, nec menſis conueniunt. Tum dicitur adueniſſe* circa medium ferè menſem Auguſtum, & V Calendas Septemb. in Dominicam *incidiſſe, anno ſcilicet* 830 *Gregorij Papæ* III *anno 3: infrà* menſis Iunius & annus 835 *ſignantur.*

b *Deceſſor. Rabani u eſt, factus Archiepiſcopus circa finem anni* 826 *aut initium ſequentis, vt obſeruat Serarius lib.* 4 *rer. Mogunt. Illi Rabanus inſcripſit Commentarium in Sapientiam & Eccleſiaſticum, ac librum Pœnitentium. Laudes eius & epitaphium deſcripſit inter Poëmata.* F

c 2 *Iunij.* d *Iam dicit* Iohansberg *annotat Brouverus.*

e *Colitur* 6 *Auguſti. Meminit eius Rabanus poëmate* 69 & 120.

f 13 *Auguſti. Rabanus poëm.* 31.

g *De eo actum* 20 *Ianuarij. Rabanus poëm.* 34, 112, 119, 133, 139, 143 *&c.*

h 25 *Maij, Rabanus poëm* 109, 115, 129.

i 26 *Martij, Rabanus poëm.* 32.

k *Actum etiam* 20 *Ianuarij, Rabanus poëm.* 33, 115, 139, 143.

l 21 *Septemb.*

m *In vtriuſque natali* 29 *Ianuarij hunc locum expreſſimus nn.* 9.

n *Varij SS. Victores: in ſolo Ianuario duodecim celebrantur. fortè hic ſocius eſt S. Zenonis, de quo infrà num.* 24. *Vtriuſque natalis eſt* 20 *Aprilis. De eo Rabanus poëm.* 73, 122.

o 23 *Nouemb.*

p *Eam celebrauimus* 23 *Ianuarij.*

q 20 *Maij. Rabanus poëm.* 35, 64.

r *Hic videtur* Reginaldus *eſſe, cui dicauit Rabanus libros de* Eccleſiaſticâ diſciplinâ. *Eius epitaphium extat inter poëmata.*

ſ Corepiſcopus & Chorepiſcopus *vſu illius ætatis idem fuit, qui modò Epiſcopi in Pontificiâ functione Vicarius eſt, & vulgò* Suffraganeus *dicitur. Abbates eo tempore illud munus vt plurimùm obiiſſe docet Brouverus in ſcholiis ad* 12 *Poëmata Rabani, exemplo S. VVigberti & Albuini Friteſlarienſium, de quo ad illius Vitam* 13 *Auguſti. Alij ſunt ſuprà Coëpiſcopi, qui eidem Archiepiſcopo ſubſunt.* *Chorepiſcopus*

t *Brouverus,*

AVCTORE RVDOLPHO PRESBYTERO.

t *Brouverus*, ad quæ loca.

u *Hinc patet hos versus non nisi sequentibus annis factos, post acceptas S. Agapiti reliquias, de quibus infrà.*

CAPVT IV

Secunda Reliquiarum Fuldam translatio. Miracula per S. Venantium facta.

17 POsthæc autem anno sequente venit quidam laicus ab vrbe Româ, *a* Sabbatinus nomine, cum sociis suis in Franciam, ferens secum Reliquias: auditoque nomine suprà memorati Abbatis, cuius deuotionem in diuino seruitio, ac veneratione Sanctorum longè lateque fama diuulgabat, venit ad eum VIII Kal. Maij, deditque illi ossa S. *b* Quirini Martyris, qui fuit in *c* Siscià vrbe Pannoniæ quondam Episcopus, & ossa B. *d* Romani militis, qui à B. Laurentio baptizatus, statim capitali sententiâ consecutus est martyrium: de corpore S. *e* Cornelij Papæ ossa XIII, & de corpore S. *f* Calixti Papæ X, de corporibus verò SS. *g* Nerei & Achillei ossa XVI, Sancti autem *h* Turturini ossa & S. *i* Stactei de cineribus corporis maximam partem, & ossa X. Ille verò vniuersa hæc venerabiliter suscepta in B arcam, quam suprà sub duobus Cherubin positam diximus, supplici deuotione collocauit.

a *Alia reliquiæ Româ deferuntur,*

b *c* *d* *e* *f* *g* *h* *i*

18 Igitur dum hæc agerentur, Addo Presbyter Abbatis, quem suprà ad Alabingum quemdam pro susscipiendis alicuius Sancti ossibus Italiam missum fuisse retulimus, corpus B. *k* Venantij Martyris, in territorio Ariminensis vrbis inuentum, sustulit, & in Franciam redire festinauit. Ac primò quidem propter metum incolarum illud occultè ferebat: deinde verò postquàm Alpium iuga transiit, & in fines Baioariorum peruenit, iam securior effectus, feretro impositum, confluentibus vndique populorum turbis, & excelsâ Deum voce laudantibus, detulit in cellam, quæ vocatur *l* Suolenhus, sitam in regione *m* Sualauel Dominorum, & ad australem plagam altaris ecclesiæ in feretro, sicut allatum erat, honorificè posuit. Erat autem eo tempore Præpositus cellæ illius ex Fratribus nostris, nomine Santharatus: qui statim misso nuntio omnem rei gestæ ordinem mandauit Abbati, rogans sibi renuntiari, vtrùm sanctas illas Reliquias in eo loco, vbi tunc erant, permanere voluisset, an sibi ad monasterium transferri. Omnes enim populi regionis illius id petebant idque summis votis optabant, vt corpus sancti Martyris ibi habere mererentur, cuius opem in diuersis infirmitatum sanitatibus quotidie sentiebant. Abbas verò cùm audisset, mox de suis duos monachos Presbyteros misit ad prædictum Fratrem, præcipiens eis, quantâ potuissent celeritate, sanctas illas Reliquias sibi adferrent. Erat enim iam tunc per omnes penè regiones illas celebre nomen S. Venantij Martyris, propter virtutes & miracula, quæ Christus Dominus & Rex Martyrum, per eum facere dignatus est. De quibus, quæ facta sunt in eodem loco, priusquàm venirent, qui ab Abbate missi fuerant, paucis arbitror esse perstringenda.

k *Arimino corpus S. Venantij.*

l *m*

In itinere miraculis clarum:

C

19 Nam cùm adhuc feretrum cum sacris ossibus iuxta altare esset positum, quædam fœmina de ipso pago, quæ ante sex annos oculorum lumen amiserat, rogauit se illuc adduci, credens sibi per merita & orationes S. Venantij Dominum propitiari: cumque perducta esset, & ante feretrum prostrata suppliciter orasset, visum recepit. Post hæc altera mulier filium suum sexennem, ex vtero claudum, ante Reliquias sancti Martyris posuit, & expletâ laude vespertinâ, ceteris ad sua regressis, ipsa cum puero pernoctauit, manè autem facto, sublatum adhuc, sicut fuerat, debilem domum reportans, in lectulum posuit: cellariumque suum, vt puero panem daret, intrauit, à quo cùm fuisset egressa, filium suum, quem claudum in lecto reliquit, cum a-

Sananturcæca fœmina,

& claudus fuer;

liis eiusdem loci pueris in plateâ ludentem reperit, ita D sanum, vt nec signum aliquod in eo pristinæ debilitatis remaneret. In quo liquidò ostenditur, quòd suffragantibus meritis S. Venantij puer ille sanatus sit, per virtutem eius qui & filium Reguli, & puerum Centurionis verbo curauit, & in omni loco præsentiâ suæ maiestatis, quæcumque voluerit, facillimè potest efficere, Iesus Christus Saluator noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen. Hæc quidem duo miracula, quæ modò retuli, ab eis, qui præsentes erant, & ea se vidisse testati sunt, didici: cetera verò, quæ scripturus sum, ipse coràm positus vidi, quia ex eis, qui ad perferendos sacros cineres missi fuerant, vnus eram.

20 Igitur cùm venissemus ad locum, quem Suolenhus vocari suprà diximus, paratis celeriter omnibus, quæ ad deuectionem sanctarum Reliquiarum necessaria videbantur, primâ luce post completum matutinum officium, celebratis ex more Missarum solenniis, cum ingenti luctu ac mœrore eorum qui ibidem erant remansuri, sanctum illum thesaurum sustulimus, atque iter ingressi portare cœpimus. Erat enim cælum graue nubibus obscurissimis, & quæ citò in ingentem pluuiam resolui possent, nisi id virtus Diuina fieri prohiberet. Nam totâ nocte illâ, sine intermissione pluebat, ita vt nobis iter illud eâ die inchoari posse minimè E videretur: sed superna gratia per merita Sancti sui, id quod timebatur, longè aliter esse fecit. Nam vt pergere cœpimus, mox dissipatis nubibus, cœli serenitas venit, & per viam luti parum inuentum est. Riui quoque, qui in tam magnâ & iugi pluuiâ, vt eâ nocte erat, crescere solebant, penè nihil creuisse reperti sunt. Pergentes autem per singulas villas, obuiis populorum turbis excipiebamur, qui nos in dicendis laudibus diuinis, & in sacro onere ferendo, non segniter adiuuabant, donec veniremus in locum, qui vocatur *n* Holzkircha, *n* situm in Alamanniâ: vbi congregatâ maximâ multitudine promiscui sexus & ætatis cum ingenti lætitiâ susceptus sumus. Erat autem ibi oratorium non grande, quod intrare ac feretrum inferre volentes, præ multitudine turbarum, quæ præibant, & quæ sequebantur, minimè potuimus, ac per hoc sub dio, in loco editiore altari erecto, ac feretro iuxta illud posito, rursus Missarum solennia celebrauimus: vbi inter celebrandum duæ *energumenæ liberantur:* mulieres spiritibus immundis obsessæ vexari cœperunt, & mox per virtutem Christi, ac merita S. Venantij, fugatis dæmonibus, integerrimam mentis & corporis meruerunt recipere sanitatem.

tempestas aëris, & inundatio fluuij amouetur:

21 Expletâ autem Missarum celebratione, cùm populus ad sua reuertisset, oratorium, quod vicinum erat, sanctos cineres intulimus, ac feretrum pone altare posuimus; ordinatis qui ibi excubias ducerent, atque diuinis laudibus dicendis operam darent, ipsi nos in hospitium recepimus. In ipsâ autem nocte, cùm ad nocturnas vigilias diuinæ laudes dicerentur, quædam mulier muta, per merita sancti Martyris, soluto linguæ vinculo, loquelam recepit. Nec multò pòst altera mulier spiritu immundo possessa, & brachium habens aridum, per orationes sancti Martyris ejecto dæmonio ita perfectè corpore & mente sanata est, vt die crastinâ feretrum cum ceteris ipsa portaret. Manè autem facto cùm Missarum solennia agerentur, quædam mulier, quæ tribus semis annis cæca fuerat, visum recepit. Et altera, dextram manum habens debilem, per merita Sancti consecuta est integram sanitatem.

F *Sanantur muta,*

energumena arido brachio,

cæca,

dextrâ debilis:

22 Cùm autem inde promouere parassemus, & in ipso profectionis nostræ articulo solenniter à Sacerdote diceretur Oratio; vnus ex Clericis, qui nobiscum erant, nomine Otheri, cui susceipiendorum munerum, quæ à populo offerebantur, cura commissa fuerat, partem quamdam allatæ pecuniæ *o* furatus, subitò cecidit, & in conspectu totius multitudinis, quæ innumerabilis vndique confluxerat, spiritui traditus immundo, vexari cœpit, & eousque à dæmonio possessus est, donec

liberantur ob sublatã anathema à dæmone obsessus.

o

A nec à circumſtantibus allatâ pecuniâ, quam in zonâ abſconderat, per merita & orationes ſancti Dei Martyris tam perfectè curatus eſt, vt ab eodem loco incolumis cum laude Dei, ac publicâ ſceleris ſui confeſſione feretrum comitaretur, donec loco ſuo ſanctæ Reliquiæ conderentur. Neque enim priùs aliquid huiuſcemodi inſaniæ ab infantiâ, vſque ad tempus illud, in eo auditum aut viſum eſt, ſed nec poſtcà, quamdiu vixit, ꝓ 4 energumena: p poteſtas in eum data eſt inimico. Igitur inde profecti venimus in villam, quæ vocatur *p* Truhtiminniga: vbi iuxta ſacros cineres in eccleſiâ poſitos, quatuor mulieres in ipsâ nocte ab immundis ſpiritibus liberatæ ſunt.

a *Hic circa annum Chriſti* 829 *attulerat Eginhardo Saligenſtadium reliquias SS. Proti & Hyacinthi.*
b *De eius martyrio variisq; Reliquiarum tranſlationibus agemus* 6 *Iunij. Rabanus poëm.* 121, 127.
c *Alia* Syſcia, *ad Sanum fluuiũ. Eius paſſim antiqui meminerunt.*
d 9 *Auguſti.*
e 13 *Septemb. Rabanus poëm.* 34, 109, 121. 142.
f 14 *Octob. Rabanus poëm.* 112.
g 12 *Maij. Rabanus poëm.* 126.
h *Huius necdum in vllu faſtu natalem reperimus.*
i 28 *Septemb.*
k *Epiſcopus fuit hic S. Venantius Martyr. Diuerſus ab eo nec Epiſcopus, qui Camerini colitur* 18 *Maij, martyrio iſtic coronatus.*
S. Venantius Martyr.
l Soleuhoff *margini adſcriptum, &* Cella S. Solæ *vulgò dicitur. Situm id monaſterium in Eiſtatenſi diœceſi apud riuum Altmonam, à* S. Solâ, Solo, *ſiue* Sualone *fundatore, qui* 10 *Decemb. colitur, Fuldenſi monaſterio ſubiectum: cui poſtliminio, cùm exemptum eſſet, B. Rabanus impetrato Ludouici Pij diplomate, recuperauit. Vide Brouuerum li.* 2. *Antiq. Fuld. ca.* 13.
S. Sola.
B
m *Brouvero* Sualeueldoni. *In Vitâ S. Sola* pagus vel domus Sualua, *in diplomate Ludouici Pij* Sualefeldt pagus *iuxta fluuium Altmule, cui etiam adiacent Eyſtadium & Papenheimium, à quo non procul diſtat monaſterium Haidenheimenſe, in quo obiit S. VValburgis in pago etiam Sualefeldico, vt* 25 *Februarij dicetur.*
n *Monaſterium S. Xyſti inter Mœnum & Tuberam à Troando Principe extructum in pago VValtzaſe ſuper fluuium Abſtade in moderno Comitatu VVerthaimenſi, olim Horzkircha à Carolo Magno S. Bonifacio traditum. Variis verſibus illud illuſtrauit B. Rabanus, quorum nonnulli infrà proferuntur.*
o *Brouverus*, fraudaſſe *ſeu* fraudatus.
p *Idem*, Truthmuntiga & Truchtmund.

CAPVT V

Alia S. Venantij miracula. Reliquiæ à B. Rabano depoſitæ.

C 23 NEc prætereundum arbitror eſſe miraculum, quod meritò huic Sancto Dei adſcribitur. Antè enim, quàm ad prædictam villam ventum eſſet, quædam matrona nobilis, audito quòd per regionem illam Sancti Dei Reliquiæ veherentur (erat enim in viâ ad alium quemdam locum ire volens) relicto, quo tendebat itinere, obuiàm nobis properauit, fibulamque ſuam auream, quam linguâ Francorum Spangam vocant, in ipſo tranſitu perdidiſſet: quam cùm diu cum omni comitatu ſuo, qui erat non modicus, quæreret, & minimè reperiret, cœptum iter carpebat dicens: Si Domino noſtro Ieſu Chriſto placet, cuius ſancti famuli Reliquiis ſupplex occurro, fibula, quam perdidi, facile eſt vt à quolibet inuenta mihi reſtituatur. Venit ergo, & adoratis Reliquiis, oblatiſque muneribus cùm rediret, occurrit ei quidam homo ignotus, eamdem fibulam præ ſe ferens in manu: quam cùm illa ſuam fore dixiſſet, Recipe, inquit, quia per orationes Sancti, cuius Reliquias venerata es, reddita eſt tibi. Atque ita mulier accepto, quod ſuum erat, itinere ſuo pergebat, laudans & benedicens Deum. fibula aurea recuperatur:

24 Alterâ autem die, celebratis primo manè Miſſarum ſolenniis, cum ſanctis cineribus iter ingreſſi, venimus in locum, qui vocatur *a* Haſſarodt, in quo monaſterium eſt monachorum, qui egreſſi cum Crucibus & capſis Sanctorum Reliquias continentibus, diuinas laudes concinentes, ex illâ parte fluminis aduentum noſtrum expectabant. Nos verò cùm veniſſemus ad pontem fluminis, propter multitudinem, quæ ab Alamanniâ nobiſcum venerat, & iam redire volebat, vt orandi locum haberet, paruimper conſtitimus. In quo loco ex accolis regionis illius non minima pars populi è diuerſo nobis occurrit, inter quos fœmina quædam vellus lanæ ferens, cùm manum ad feretrum, munus oblatura, extenderet; lana, quam tenebat, velut fumus euanuit. Quod cùm vidiſſet illa, pauens ac tremens cœpit quærere Presbyterum, cui peccatorum ſuorum confeſſionem daret, conſiliumque ſuæ ſalutis acciperet. Interrogata autem, ſi lana, quæ de manibus eius euanuit, eſſet furtiua; confeſſa eſt, non à ſe furatam, ſed à quadam ſociâ ſuâ ſibi fuiſſe donatam: cumque res diligenti inquiſitione veſtigaretur, inuentum eſt, quòd ouis, à quâ vellus illud ſumptum eſt, proprio poſſeſſori erat fraude ſublata. Ibi quidem turba illa, quæ nos, vt diximus, ab Alamanniâ proſecuta eſt, adoratis atque oſculatis ſacris Reliquiis, domum reuerſa eſt. Monachi verò, qui nos in alterâ fluminis ripâ opperiebantur, & alia multitudo, quæ nobis ibi occurrit, comitati ſunt nos diuinis laudibus vſque ad eum locum, in quo ſimili modo ab aliis occurrentibus excipiebamur. Quæ cùm ſimiliter, vt prior, factâ oratione, ad ſua reuerſa eſt. Hoc modo per ſingulos dies à mane vſque ad veſperam comitantibus nos, & Kyrie eleiſon E cantantibus populorum turbis, cum ingenti gaudio gradiebamur. AVCTORES RVDOLPHO PRESBYTERO. D *lana ouis furtiua oblata euaneſcit:*

25 Cùm autem adpropinquaſſemus villæ, quæ vocatur *b* Hamalunburg, ſita ſuper fluuium nomine Sala; quæ fuit quondam fiſcus regius, donec ex largitate Pipini Regis Francorum, partibus S. Bonifacij Martyris, ſolenni donatione collata eſt; occurrerunt nobis cum cereis & Crucibus Fratres noſtri, qui habitabant in Cellâ, quæ ob hoc, quòd ab eo quondam eſt habitata, *c* Baugulfi vocatur, & cum eis ingens multitudo virorum ac mulierum ex diuerſis locis vndique confluentium. Inter quos erat claudus quidam, de ipsâ villâ, quam ſuprà nominaui, qui propter crurisac pedis vnius imbecillitatem duobus ſe baculis ad incedendum ſuſtentabat: is, vt nobis paululùm conſiſtentibus, populus, qui occurrit, ſacras Reliquias adoraret, in conſpectu multitudinis, per merita ſancti Martyris, tam perfectè curatus eſt, vt vltrà in ambulando baculorum amminiculo non egeret. b *claudus greſſum recipit:* c

26 Cùm autem pergentibus nobis, & ſacrum onus ferentibus, ventum eſſet ad fluuium, inuenimus Abbatem noſtrum cum Sacerdotibus, ac monachis, & F magnâ multitudine hominum, in alterâ ripâ fluminis aduentum noſtrum expectantem. Erat quidem ibi tranſitui noſtro nauis parata, ſed non in apto loco ad terram ſubducta: idcircò præceptum eſt nautis, vt eam nobis obuiàm ducerent: qui longè ſurſum ab eo loco ad littus venimus. Illis verò feſtinantibus, vt iuſſa explerent; cùm funem ſoluiſſent, & in nauem deſcendere paraſſent; ſubitò è manibus eorum lapſa in amnem, vi quadam inuiſibili contra impetum fluminis acta ferebatur, donec ad locum, quo ſacrum onus ſuſceptura erat, littori applicitâ peruenit. Tranſpoſitis autem Reliquiis, & in prato adiacente Miſſarum ſolenniis propter multitudinem ſub dio celebratis: cùm in oratorium, quod in villâ erat, feretrum cum ſacris cineribus poneremus, mulier quædam neruorum contractione ita curuata, vt penitùs ad videndum cœlum ſe erigere non poſſet, cunctis, qui aderant, videntibus, coram Sancti Dei Reliquiis ab incommodo, quo iam per multos annos laborabat, in momento temporis, virtute Diuinâ, liberata eſt. Poſterâ die inde profecti, venimus in locum, vocabulo *d* Lihtoluesbah, qui eſt in ſaltu Buconia, IV leucis diſtans à Vuldenſi cœnobio: vbi ſuſcepti ab accolis ſiluæ, quorum magna multitudo obuiàm venerat, cùm in oratorio feretrum poſuiſſemus; *nauis aduerſo flumine properat excepturæ Reliquias:* *contractione neruorum incurua erigitur:* d

AVCTORE RVDOLFHO PRESBYTERO.

mus; quædam mulier pauperculâ filium ſuum ſexennem, à natiuitate ſurdum, & mutum, in vlnis ferens, ante Sancti reliquias poſuit, ibiq́ue pernoctans, die craſtinâ, vt populi dicebant, audientem & loquentem reportauit.

A

ſurdus & mutus ſanatur.

27 Nos verò completis matutinorum laudibus, Miſſarumq́ue ſolenniis ritè peractis, cum populis diuinas laudes concinentibus iter ingreſſi, cùm veniſſemus ad conſpectum monaſterij, ecce Abbas noſter, qui nos pridie præceſſit, ad ordinandam ſuſceptionem ſanctarum Reliquiarum, obuiàm venit, & cum eo omnis multitudo Fratrum noſtrorum, exceptis, quos vel ætas, vel infirmitas exire prohibuit, cum Crucibus & cereis, portantes in loculis oſſa beatorum Martyrum Vrbani & Quirini, quæ de Româ nuper allata ſuprà memorauí. Erat etiam cum eis & Reginbaldus Corepiſcopus, & infinita hominum multitudo, qui propter Litanias maiores, quæ tunc *e* Idibus Maij menſis, de diuerſis locis ad monaſterium conuenerant: cumq́ue ſuppliciter adoraſſent cum ſummâ veneratione, ſuſceptum corpus B. Venantij Martyris, eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ, quæ diſtat, vt præfatus ſum, à monaſterio quaſi ſtadiis nouem, cum hymnis & laudibus intulerunt. Quod Reginbaldus Corepiſcopus, factâ oratione, in abſidâ eccleſiæ ad orientem altaris, in arcâ ſaxeâ recondidit, cinereſq́ue ſanctorum Martyrum Vrbani & Quirini, pariter depoſuit, ſingulos ſeorſum in ſingulis loculis incluſos: vbi, orationibus eorum fideliter Deum deprecantibus, *f* beneficia præſtantur vſque in præſentem diem, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum.

Reliquiæ ſolenni pompâ in ædē S. Ioan. Baptiſtæ deferūtur:

e

B

f

28 Abbas verò deſuper ligneum erexit ædificium, quod ex auro & argento decenter ornauit, ſcriptis in circuitu metricis verſibus, geſtæ rei cauſſam declarantibus, hoc modo:

à B. Rabano verſibus honorantur.

Præcurſor Domini, Chriſtum qui tinxerat vndis,
Hanc aulam inhabitat, ſanctificatq́ue domum.
Quatuor hancq́ue viri, Chriſti magnalia ſcriptis
Qui iam expreſſerunt, ecce colunt pariter.
Sed homines ſancti valdè, & ſacro ordine clari,
Non minùs exaltant nobilitantq́ue locum,
Quos huc diuerſis duxit ex partibus orbis,
Seruorum Domini ſtrenuus actus amor.
Vrbanum Roma, Quirinum Siſcia miſit,
Quos piè ſuſcipiens continet iſte locus.
Inſignis Præſul Sanctus Venantius, atque
De Arimino veniens hîc ſimul ipſe manet.
Hos quoque ſuſceptos Hrabanus ſorte locauit
Sacrofago hoc dignè, edidit & titulum,
Depoſcens omnes, templum qui greſſibus intrant,
Ipſum vt commendent ritè Deo precibus.

C

a *Coluenerius*, Haſſareodt, *monaſterium ad Mœnum fluuium.*
b *Alsu*, Hamelburg, *notum hoc ævo oppidum, cuius ciues anno Ch. 1540 à fide orthodoxâ defeciſſe obſeruat Brouverus in Chronologiâ Abbatum Fuldenſium.*
c *de* Baugulfo *Abbate pluribus agitur in ſequenti Vitâ cap. 1. De Cellarum origine & vſu diſputat Brouverus lib. 1. cap. 7. & de hac Baugolfi Cella lib. 4 in Chronologiâ.*
d Lichteſbach *margini & indici adſcripſit Brouverus.*
e *Adde* celebrabantur, *aut quid ſimile. Erat autem annus Chriſti 836, quo Paſcha erat 9 Aprilis, Aſcenſio Chriſti 18 Maij. & primus Rogationum dies Idibus Maij.*
f *S. Venantium hoc in loco miraculo mox claruiſſe teſtatur Ludouicus Pius Imp. in Præcepto traditionis prædij Vreſprungen B. Rabano donati, quod profert Brouverus lib. 3. Antiq. Fuld. cap. 13. In eo dicuntur* miracula facta longè lateq́ue celeberrima: infirmi ſanati, dæmoniaci liberati, paralytici curati, cæci illuminati, & ex omnimodâ infirmitate genus humanum ſaluatum.

miracula S. Venātij:

CAPVT VI

Tertia Reliquiarum ad B. Rabanum tranſlatio: varia miracula.

29 POſt hæc allatæ ſunt reliquiæ ſanctorum Epicoporum *a* Cornelij atque Calixti, & ſanctorum Martyrum, *b* Agapiti, *c* Georgij, Vincentij & *d* Maximi; ſanctarum quoque Virginum, *e* Cæciliæ & *f* Eugeniæ, *g* Dignæ & Emeritæ, atque *h* Columbanæ. Attulit autem eas quidam Clericus Italicus, nomine Felix, anno ab Incarnatione Domini DCCCXXXVII, die quinto menſis Aprilis.

a
b c d
e
f g h
Alia Reliquiæ adferuntur,

30 Poſt cuius reditum, non multis diebus interpoſitis, *i* Theodorus frater Deuſdonæ, cuius ſuprà mentio facta eſt, cum quodam ſocio ſuo Sabbatino, ab vrbe Româ profectus Alamanniam venit: &, ſicut dudum promiſerat Abbati, Sanctorum reliquias ſecum detulit, oſſa videlicet *k* B. Quirini, qui in Siſciâ, Pannoniarum oppido, quondam Epiſcopus erat, & temporibus Diocletiani Imperatoris ſub Amantio Præſide inter multas, quas pro Chriſti nomine pertulit, paſſiones, ligatâ ad collum molâ, in flumen præcipitatus eſt: cumq́ue diutiſſimè ſuper vndas nataret, cum ſpectantibus locutus eſt, ne ſuo terrerentur exemplo, & oratione à Domino, vt mergeretur, obtinuit. Cuius corpus inuentum, & à fidelibus honorificè ſepultum eſt 11 Non. Iunij. Incurſione autem barbarorum in partes factâ Pannoniæ, populus Chriſtianus, accepto corpore B. Quirini Martyris, Romam fugit, & ſacras Reliquias viâ Appiâ, tertio milliario ab Vrbe, in eccleſiâ Apoſtolorum Petri & Pauli, vbi aliquamdiu iacuerunt, ſepeliuit in loco qui dicitur Catacumbas.

i

etiam SS. Quirini,

E

31 Detulit etiam & Reliquias Vrbani Papæ & *l* Confeſſoris, cuius doctrinâ ſuo tempore multi coronati ſunt martyrio: oſſa quoque S. Cæciliæ Virginis, quæ ſponſum ſuum, fratremq́ue eius, Chriſto lucrata, Martyres fecit; & ipſa deinde martyrizata, ignem quidem ſuperans, ſed ferro occiſa, ſub Almachio Vrbis Præfecto: necnon & oſſa SS. *m* Tiburtij & Valeriani atque Maximi. Quorum primi quidem ſub prædicto Almachio Vrbis Præfecto, fuſtibus cæſi & gladio ſunt percuſſi: vltimus verò tamdiu plumbatis verberatus eſt, donec redderet ſpiritum. Attulit quoque oſſa SS. Agapiti, Ianuarij, & Magni, Diaconorum B. Sixti Papæ: qui vnà cum eo ſub *n* Decio decollati ſunt, ſicut in geſtis pontificalibus legitur. *o* Zenonis quoque Diaconi & *p* Hippolyti Martyris oſſa; qui tẽpore Decij Imperatoris ligatis pedes ad colla indomitorum equorum, & per cardetum tractus, emiſit ſpiritum. *q* Aquilæ etiam atque Priſcillæ, vti Actus Apoſtolorum teſtantur, quondam comitum Pauli, ſacroſanctas Reliquias detulit. De quibus per viam, quâ ferebantur, magnum atque inauditum contigit miraculum: vero etenim eruore viſæ ſunt maduiſſe: nam tantus humor ſanguinei coloris de loculo, in quo conditæ fuerant, diſtillauit, vt veſtes quoque portantium inficeret, mentesq́ue ſpectantium rei nouitate percelleret.

l

Vrbani, Cæciliæ, & aliorum.

m

n
o
p

F

q

Cruor ex oſſibus diſtillat:

32 Igitur cùm veniſſent, ſuſcepit eos Santhratus Frater noſter, quem cellulæ Suolonis præpoſitum fuiſſe ſuprà diximus: & aduentum quidem eorum cum celeritate nuntiare curauit Abbati; Reliquias verò in loco, qui vocatur Holtzkircha, honorificè collocauit, ſabbato ſancto Pentecoſtes *r* Kal. Iunij. Conuenit autem illuc multitudo magna virorum ac mulierum: inter quos adducta eſt puella quædam duodennis, à natiuitate cæca & brachiis cruribuſq́ue contracta: quæ per merita & orationes in ipſis vigiliis & ſanitatem membrorum & viſum recepit oculorum. Inde poſt dies VIII mulier quædam cæca viſum recepit: & hominis cuiuſdam, à natiuitate muti, ad loquendum lingua

ſanantur

q

tres cæci,

mutus

gua restituta est. Post hæc die tertiâ quædam mulier, quæ tribus continuis annis nihil ſ videns, per meritâ Sanctorum lumen recipere meruit. Et ſequenti die alterius mulieris manus contracta, priſtinæ reſtituta est ſanitati.

ſ manibus contracta,

33 Igitur dum talia apud Reliquias Sanctorum diuinitus agerentur; venerunt, qui ab Abbate miſſi fuerunt ex monachis noſtris Presbyteri tres; quorum vnus vocabatur Megingor, alter Oedoltus dicebatur, tertius autem Theothmarus erat, idem cuius feci mentionem in Translatione Reliquiarum beati Martyris Alexandri. Qui ſecundùm mandatum, quod habebant, acceptis Sanctorum oſſibus, quæ allata fuerant, cum honore & reuerentiâ ferre cœperunt. Comitata est autem eos multitudo magna virorum ac mulierum pſallentium, & diuinas laudes gratulabundâ voce canentium. De pagis quoque & de villis certatim populi confluxerunt, adducentes ſecum ſpiritibus immundis obſeſſos, & diuerſis infirmitatum generibus afflictos; credentes per merita & orationes Sanctorum, deſideratam recipere ſanitatem. Inter quos adducta est mulier dæmoniaca, nomine t Hruodmuui. Erat enim u de poteſtate S. Kyliani Martyris, habitans in villâ, quæ vocatur Aſebah. Mox igitur vt peruenit ad conſpectum loculi, quo Sanctorum Reliquiæ ferebantur, arrepta ab immundo ſpiritu diu multumque torquebatur; donec per Dei gratiam in conſpectu multitudinis tam perfectè curata est, vt deinceps incolumis, & ſanæ mentis, in Dei laudibus perſeueraret; quæ priùs frequenter huiuſmodi incommodo laborare ſolebat.

& in ſolenni tráſlatione

t

u

B energumena,

34 Hoc quidem geſtum est ſextâ feria XIIII Kalendarum Auguſtarum. Abbas verò circa honorem Sanctorum magnam gerens ſollicitudinem, me & quoſdam ex Fratribus obuiàm miſit, præcipiens vt oſſa ſanctorum Martyrum, Ianuarij & Magni, dimitterentur in monaſteriolo, quod vocatur Holzkiriha, ſitum in prouinciâ Vualdſazi: ceterorum verò Sanctorum Reliquiæ ad ſe ducerentur. Occurrimus autem eis in villâ, quæ dicitur Biſcofesheim: vbi in Dei laudibus pernoctantes, & excubias ducentes, alterâ die, quæ erat Dominica, ad Holzkiricham cum ſanctis Reliquiis peruenimus: poſitoque in eccleſiâ iuxta altare feretro, cùm ſacra Miſſarum ſolennia celebrarentur, mulier quædam à dæmonio curata est. Nam cùm miſerabiliter in conſpectu populi cruciaretur; muſca nigerrima, & niræ magnitudinis, ab ore eius viſa est auolare: poſt cuius egreſſum, receptâ mentis ſanitate curata est.

alia dæmone muſcæ formâ abacto,

35 Sequenti autem die, dimiſſis ibi, vt præceptum erat, oſſibus ſanctorum Martyrum Ianuarij & Magni, atque in loculo, ſicut allata fuerant, pone altare venerabiliter poſitis; cum ceteris Sanctorum Reliquiis profecti ſumus, proſequentibus nos Fratribus & magnâ multitudine hominum regionis illius. Vndique etiam ducebantur infirmi, & variis paſſionibus affecti: inter quos puella quædam, nomine Selina, in ipſo itinere, quo gradiebamur, arrepta à dæmonio cucurrit, & morſu feretrum apprehendens, mox ſanæ mentis effecta est; acceptoque ſanctæ Crucis vexillo, gaudens & laudans Deum, Sanctorum Reliquias præcedebat.

C alia feretro morſu apprehenſo,

36 Cumque veniſſemus ad Mœnum fluuium, ſanctimoniales de monaſterio, quod vocatur Zellinga, cum Crucibus & cereis egreſſæ, nos ſuſceperunt, ingreſſique cum ſacro onere eccleſiam, vt populus, qui nobiſcum venerat, & iam tunc reuerti volebat, locum haberet orandi, ac vota ſoluendi, ſextâ horâ dici ſolennia celebrauimus: quibus expletis cum omni illâ multitudine venimus ad nauem. Erat etiam ex aduerſo in alterâ ripâ fluminis turba non modica, aduentum noſtrum opperiens. Nobis autem cum ſacris oſſibus nauem aſcendentibus, ecce ancilla quædam Mahthildæ Abbatiſſæ monaſterij illius, nomine Liobſuind, morbo contracta vetuſto, & humo ita adeliuis, vt ad videndum cælum nequaquàm ſe erigere valere, venit reptans

in terram incurua-

pedibus, manibus x ſcabellis innixis: cumque nauem vellet aſcendere, nec poſſet; vnus ex noſtris Fratribus, Gozmundus nomine, elenatam poſuit in nauem: tranſpoſitis autem nobis & in littus alterum cum ſacris oſſibus egreſſis mox mirum in modum per virtutem Dei & merita Sanctorum, mulier ita curata est, vt ſine cuiuſpiam adiutorio ſe erigeret, ac ſcabellis, quibus eatenus innitebatur, ſummitatem feretri tangeret. Stabat etiam adhuc innumerabilis multitudo promiſcui ſexus & ætatis ex vtraque parte fluminis, inter quos erat Reginolfus quidam Presbyter Humberti Epiſcopi, qui adſcenſo editiore loco mulierem ſanam populis in diuinâ laude clamantibus oſtendit; vt geſto miraculo multi teſtes, multi etiam Dei fierent laudatores. Sed & domina illius atteſtata est, ex multis annis eo morbo contractam illam & inutilem effectam, vſque ad id temporis perſeueraſſe, quo per Dei gratiam & Sanctorum eius orationes ab eiuſmodi incommodo liberata est.

AVCTORE RVDOLPHO PRESBYTERO.

x

D

37 Inde profecti cum diuino adiutorio die tertiâ, hoc est, VIII Kalend. Auguſti, ad monaſterium peruenimus. Egreſſi autem Fratres cum Crucibus atque cereis, occurrerunt nobis in cliuo montis, qui vocatur Hurodleichesberg. Turba autem non modica ex accolis eremi, partim quidem nobiſcum, partim verò obuiàm veniens illuc confluxerat: ſubſtitimus paullulùm, vt conuenientibus ſpatium daretur orandi: & ecce, mulier quædam, quæ erat ab annis decem, & eo ampliùs, clinica, portabatur: cumque perlata à portantibus feretrum tetigiſſet, continuò receptâ omnium ſanitate membrorum, gaudens & laudans Deum, remeauit ad propria. Fratres verò ſuſceptas Sanctorum Reliquias, cum hymnis & laudibus in eccleſiam B. Bonifacij Martyris intulerunt, poſitaſque cum loculo, ſicut allatæ fuerant, iuxta altare beatorum Apoſtolorum, die noctuque congruâ veneratione frequentabantur.

E

clinica.

a *Alias horum Pontificum Reliquias biennio antè attulerat Sabbatinus, ſuprà num.* 17.

b Agapitus, Ianuarius & Magnus *inſrà dicuntur Diaconi S. Sixti Papæ, quibus* Vincentius *etiam ſocius fuit. Coluntur cum S. Sixto* 6 *Auguſti. Agit Rabanus de S. Vincentio poëm* 120.

c *Rabanus poëm.* 34. *videtur intelligi magnus* Georgius, *qui* 23 *Aprilis colitur.*

d *An ſocius SS. Tiburtij & Valeriani, quibus infrà iungitur*

e 22 *Nouemb. Rabanus poëm.* 122, 131, 135, 145.

f 25 *Decemb. Rabanus poëm.* 114, 122.

g *Coluntur hæ Virgines & Martyres* 22 *Septemb.*

h *Huius natalem necdum reperimus. An* S. Columbæ, *ſeu* Cordubenſis, *ſeu* Senonenſis, *quarum illa* 17 *Septemb. hæc* 31 *Decemb. colitur? an potiùs tertia alicuius, nos latet.*

S. Columbana.

i Luniſonem fratrem Deuſdonæ *ſæpè nominat Eginhartus in Hiſt. Tranſlationis Reliquiarum SS. Marcellini & Petri, eiuſque auaritiam culpat.*

k *Aliqua huius S. Quirini attulerat biennio antè idem Sabbatinus: reliqua cum Actis dandis* IV *Iunij conſentiunt.*

l *Imò Martyris, vt ſuprà num.* 15: *vbi Deuſdonæ aliquas huius Reliquias dedit.*

m *Coluntur* 14 *Aprilis. Rabanus poëm.* 32, 126, 131.

n *Sub Valeriano Imp. vt* 6 *Auguſti dicetur Rabanus poëm.* 127.

o *Varij Zenones coluntur. Huius Diaconi necdum natalem reperimus.*

p 17 *Auguſti paſſus ſub Valeriano, non Decio. Agit Rabanus poëm.* 40, 48, 121.

q 8 *Iulij. Rabanus poëm.* 126.

r *Brouwerius,* V Kalend. Iunij. *perperàm. Nam anno citato* 838 *feſtum Pentecoſtes incidit in* 2 *Iunij. Ipſis ergo Kalendis Iunij fuit Sabbathum Pentecoſtes.*

ſ *Fortè* viderat. t *Coluenerius,* Hruoduiunt.

u *Id eſt, vti exponit Brouwerus,* ex ditione Franconici ſoli. *Colitur* S. Kilianus *Epiſc. Herbipol.* 8 *Iulij.*

x *Brouwerus* ſcamnelis, *& mox* ſcammelis, *fortè* ſcamnulis.

AVCTORE RVDOLPHO PRESBYTERO.

CAPVT VII

Depositæ à B. Rabano Reliquiæ SS. Ianuarij & Magni: miracula facta.

38 HIs ita gestis, cum dies aliquanti transissent, vir venerabilis, Hrabanus Abbas, *a* Humbertum Wirziburgensis Ecclesiæ Episcopum inuitauit ad monasterium, quod Holzkiricha vocari iam suprà dictum est: & quia ad eius diœcesim locus pertinebat, cum illius auctoritate ossa sanctorum Martyrum, Ianuarij & Magni, venerabiliter ibi in arcâ saxeâ ad Orientem altaris collocauit, VIII. Kal. Nou. super quam ligneum erigens ædificium, auri argentique metallo pulchrâ varietate decorauit, scriptis in circuitu metricis versibus litteris deauratis, hoc modo:

Ecce viros istos, præclaros valdè Patronos,
Roma decus orbis miserat huc pariter:
Quos quoque Hrabanus humilis susceperat Abbas,
Præsule cum Humberto ritè locauit & hîc:
Hic Magnus pausat Martyr, Ianuarius atque,
Officio insignes, atque sacris meritis;
Qui cum Pontifice Christo mucrone perempti
Leuitæ, cælo reddiderant animas.

a *Ad Reliquias in Holzkirck depositas,*

39 Igitur ex eo tempore, quo eorum sacræ Reliquiæ ibi conditæ sunt, Diuina vsque hodie populis præbentur beneficia. Per orationes enim & merita eorum debiles & infirmi curantur, & ab obsessis corporibus dæmones effugantur, ac desiderata fideliter orantibus vota præstantur. Ex quibus pauca miracula, quæ ab his qui præsentes erant, & ea se vidisse testati sunt, ad meam notitiam litteris denotata, breuiter intimare curaui. Villa est ab eo monasterio passibus mille, stans ad meridiem, nomine Gundichenhus, ex quâ mulier quædam nomine Adalburg, cùm sedisset ad mensam vnà cum marito suo, vt cibum caperet, subitâ contractione neruorum ita deriguit, vt vnguibus in palmam defixis nequaquàm digitum à digito potuisset explicare. Quod cernens eius maritus, quantâ potuit celeritate, prædictam ad monasterium Presbyteris & Fratribus loci illius præsentauit, supplicans, vt pro sanitate illius Diuinam clementiam precarentur. Ducta est igitur ad memoriam Martyrum, Fratribusque vespertinum celebrantibus officium, & illâ coram altari prostratâ & orante, dextera ei manus restituta est: alterâ autem die, circa horam tertiam, receptâ etiam sinistræ C manus sanitate, cum gaudio remeauit ad propria.

curantur nerui contracti,

40 Altera quoque villa est etiam non longè à monasterio, nomine Hohhus, in quâ puella quædam, cùm staret ad textrinum opus, subitaneo impetu spiritus maligni arrepta, manibusque contractis inutilis effecta est: cumque per continuos tres dies ac tres noctes æstuans, & vociferans, multa ignota, quasi cognita, loqueretur; S. *b* Gerdrudam appellabat, aliorumque Sanctorum nomina proclamabat, inter cetera quoque adfirmabat, *c* Luciam de cælis descendentem se admonere, vt ad S. Ianuarium, Magnumque Martyres properaret, aiebatque se prædictos Sanctos videre, & vsque ad locum, vbi requiescunt, nominatim exprimens, ire desiderabat. Quò cùm fuisset à parentibus adducta, Presbyteris ac monachis loci illius eadem ex ordine replicauit. Pater autem puellæ tres denarios super contractam filiæ suæ manum positos, dexterâ suâ, manum illius ad altare cum munere porrexit: quod cùm factum fuisset, mox mirum in modum per orationes Sanctorum, in vno eodemque momento & denarij super altare ceciderunt, & puellæ integra mentis ac manus sanitas restituta est.

mentis & manus impos, *b* *c*

41 Erat etiam illis temporibus mulier quædam in villâ, quæ dicitur Erlabah, distans à monasterio leucis duodecim, quæ per decem annos continuâ immundi spiritus vexatione laborabat. Hanc parentes sui plenâ fide perduxerunt ad memoriam sanctorum Martyrum, stante Eburhardo Presbytero iuxta altare, ac Missas celebrante: cumque pro eâ fuisset oratum, subitò immundum nescio quid ac fœtidum euomuit, pariterque cum vomitu egresso dæmonio curata, & sanæ mentis effecta est, factâque peccatorum suorum confessione, gaudens & laudans Deum reuersa est ad domum suam. D

energumena.

42 Vir quidam erat in regione illa, *d* Freuuericus nomine, de villâ quæ vocatur Bettinga; cuius ancilla, vocabulo Gersuind, subitò obmutuit, ac per VII continuos dies muta permansit: octauo autem die ad memoriam Martyrum adducta, per merita eorum pristinæ restituta est sanitati. Nam cùm in ecclesiâ publicè Missarum agerentur solennia, & lectio legeretur Euangelij, stantibus omnibus iuxta morem cum silentio & reuerentiâ, illa repentè quasi vi quadam acta erupit in vocem, &, Kyrie eleison, coram omni populo exclamauit, ac sic per virtutem Dei & merita sanctorum Martyrum, receptâ locutione, domum reuersa est.

d

muta, Kyrie eleison: exclamat.

43 Dies erat natalitius sanctorum Martyrum Ianuarij & Magni: præceptum est omnibus, ad ius monasterij illius pertinentibus, viris ac mulieribus, vt eâ die à rurali ac seruili opere vacarent, diemque festum dicarent. Contigit in villâ quadam, quæ à *e* Schlauis Christianis habitabatur, vt vnus eorum, paruipendens honorem Sanctorum, cum suis exiret in agrum, metensque segetem, & messam congregaret in aceruos, ceteris solennes ferias celebrantibus. Interea igitur aër densissimus creuit in nubes, & tempestas sæua exorta est, fulgura ventique vehementer vndique ferebantur, coruscationes quoque valdè terribiles, & fulgura discurrentia horrorem nimium mortalibus ingerebant: factumque grande miraculum, Domino discernente inter venerantes, & festa Sanctorum eius contemnentes. Omnes enim acerui frugum, quos miser ille eâ die messos congesserat, cælesti igne consumpti sunt, ceteris, quos vel ipse, vel conciues eius pridie messuerant, illæsis permanentibus, tantusque timor ex hoc omnes perculit in circuitu, vt deinceps festa Sanctorum summâ colerent reuerentiâ. F

e

fruges in festo demessa, igne cælesti pereunt:

44 Contigit etiam in die solennitatis, vt puella quædam de villâ Munbrunnosi, nomine Solina, filia Bernalahi, de quotidianâ vexatione maligni spiritus tam perfectè sanaretur, vt ab eâ die nequam spiritus numquàm eam inuaderet. Talibus quidem miraculis, & aliis innumerabilibus, quæ, breuitati studentes, omittimus, Dominus noster Iesus Christus declarare dignatus est merita Sanctorum suorum, Ianuarij & Magni, quorum ossa ordine supradicto translata & condita esse constat. Cetera verò corpora Sanctorum, quæ vel eodem, quo isti, vel alio tempore adducta sunt, quò translata & condita sunt, iuxta fidem gestorum declarabo. E

liberatus dæmonica.

a *Huic inscripsit Rabanus Commentarium in libros Iudicum & Ruth, & Epistolam, in quâ disputat, quotâ generatione licitum sit connubium.*

b *Colitur* 17 *Martij.* c 13 *Decembris.*

d *Brouuerus*, Freuiuricus.

e *Coluenerius*, aschauis. *al.* à Schauis *De Sclauis Germaniæ populis sæpiùs agimus, & nominatim* V *Februarij ad Vitam S. Domitiani Ducis.*

CAPVT VIII

Templa & oratoria à B. Rabano constructa: Reliquiis ornata.

45 LOcus est à monasterio Fuldensi decem & *a* eo ampliùs leucis distans, ad Boream, nomine Rathesthorph, à monachis quidem habitatus, sed ad præfatum monasterium eo tempore ad Hrabanum Abbatem *a*

B. Rabanus Rabbeſtorphi, extruit eccleſiam, Reliquias ornat.

Abatem pertinentibus, in quo pulchram & diuinis officiis congruentem nouiter conſtruxit eccleſiam: quam picturis & diuerſorum varietate metallorum decenter ornauit, altaribus & Crucibus ex auro argentoque paratis, vaſiſque diuerſi generis, quæ diuinus cultus expoſcit, congruenter adhibitis. In quam cum auctoritate Humberti, qui Herlolfum Presbyterum illuc vice ſuâ miſerat, oſſa B. Cæciliæ Virginis, & ſanctorum Martyrum Tiburtij & Valeriani intulit: atque in ſarcophago ſaxeo poſt altare poſuit, ſingulorum oſſibus in loculis ſingulis ſeorſum conditis, erectamque deſuper, vt ei moris erat, ligneam tumbam auro parauit & argento. Titulum quoque rei geſtæ ſeriem declarantem, metrico carmine compoſitum, litteris deauratis in circuitu conſcripſit, in hunc modum:

Poſtquàm Rex Regum Chriſtus ſuper æthera celſa
Victor conſcendit, arbiter omnipotens;
Seruorum turbam hîc liquit, plebemque fidelem:
Qui verbo & factis plurima lucra darent.
Inter quos iſti, quorum hîc membra quieſcunt,
Virtutum titulis eximij fuerant.
Hi pompam mundi ſpernentes, ritè tenebant
Martyrij palmam, virgineumque decus.
Germani ecce duo hîc pauſant, quos Virgo beata
Lucrata eſt Chriſto dogmate Cæcilia.
B Valerianus adeſt vnus, Tiburtius alter,
Nomine præclarus, clarior & meritis:
Has tres perſonas, Romanâ ex arce meantes,
Suſcepit Hraban, Chriſte, tuus famulus,
Patronoſque ſibi exoptans fieri, arte magiſtrâ
Ornauit tumulum, condidit & titulum.

vti in Mõte S. Petri,

46 Ædificauit etiam eccleſiam valdè conſpicuam in monte excelſo, XII ferè ſtadiis ad orientem à ſuo monaſterio diſtantem: quam cùm ex præcepto Otgarij Archiepiſcopi per Reginbaldum Corepiſcopum eius in honorem beatorum Apoſtolorum, Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum, Confeſſorum atque Virginum, omniumque ſanctorum Spirituum cæleſtium feciſſet conſecrari, intulit in eam oſſa *b* S. Felicitatis, matris VII filiorum Martyrum, & S. Concordiæ: *c d* ſanctarum quoque Virginum Baſillæ, Eminerentianæ, *c* Candidæ & *d* Eutropiæ. Quibus addidit oſſa ac veſtimenta SS. Aquilæ & Priſcillæ, V Kalend. Octobr. erectamque deſuper, ſicut & in ceteris fecerat, ligneam fabricam, auro argentoque decorauit, ſcriptis ex vtraque parte verſibus, qui geſtæ rei ordinem declararent, hoc modo:

Hic locus ecce tenet Sanctorum condita ritè
Oſſa, ſimul memorans, & pia facta colit.
C Mater Felicitas, ſancta & Concordia, nutrix
Hippolyti: hîc pauſant Candida & Eutropia.
Pauli namque hoſpes Aquila hîc, & Priſca quieſcunt,
Eugenia hic Virgo atque Baſilla manent.
Virginis Agnetis hîc conlactanea ſiſtit,
Nempe Emerentiana Martyr & ipſa ſacra.

e Tranſtulit quoque eadem die oſſa B. *e* Leubæ Virginis, cuius Vitam atque geſta breui dudum libello comprehendi, & poſuit ea in cryptâ eiuſdem eccleſiæ poſt altare, in honorem ſanctæ Dei Genitricis, ſanctarumque Virginum Chriſti dedicatum, in arcâ ſaxeâ, quam etiam ligno circumdatam, auri argentique metallo decenter ornauit.

alias Reliquias reponit in æde S. Bonifacij,

47 Sequenti autem die per manum prædicti Corepiſcopi collocauit Reliquias ſanctorum Epiſcoporum, Cornelij, Calixti, *f* Sixti, Sinitij, Nicaſij & *g* Felicis. Stactei quoque & Pamphili Presbyterorum, & ſanctorum Martyrum *h* Criſpini & Criſpiniani, Nerei & Achillei, Sebaſtiani quoque, Caſtuli, & Romani, Papiæ & Mauri, atque Valeriani: Sanctarumque Virginum, Cæciliæ, Eugeniæ atque Anaſtaſiæ Martyrum Chriſti in eccleſiâ B. Bonifacij Martyris, in loco, quo priùs ſanctum corpus illius quieſcebat. Ædificauit enim ibi turrem lapideam poſt altare, in cuius turris ſummitate mediâ condidit prædictorum oſſa Sanctorum, arcæ ſaxeæ diligenter incluſa, ſuper quam culmen columnis quatuor ſuſtentatum erigens, auro ornauit & argento. Intra quod arcam oblongam quadrangulo ſchemate factam poſuit, quam etiam auro & argento atque lapidibus ornans, ſingulorum Sanctorum imaginibus decenter expreſſis decorauit, verſuſque quaſi ex perſonâ eiuſdem arcæ prolatos in circuitu conſcripſit, hoc modo:

f g h

in turri à ſe extructâ

Nomine quos noto locus hic & imagine ſignat,
Præclaros Chriſti ecce Dei famulos,
Qui corde inpauido rubuerunt ſanguine ſacro,
Pro Chriſto iam animas expoſuêre ſuas.

Sed & in turre ſubiectâ verſus conſcripſit; quatuor quidem in vno latere, & quatuor in altero, elegiaco carmine, hoc modo compoſitos:

Martyribus Chriſti, quorum hîc oſſa quieſcunt,
Hrabanus humilis condidit hunc titulum.
Horum tu, Lector, ſi noſcere nomina cures,
Arca ſuperpoſita pandit & ipſa tibi.
Roma decus mundi, laus rerum, ſumma poteſtas,
Hos iam Lectores Pontificeſque habuit:
Cum quibus hîc pauſant ſumpti de partibus orbis
Virtute clari, Chriſte, tui famuli.
In reliquis verò duobus lateribus, aſclepiadeo carmine hos verſus conſcripſit: E
Felices nimiùm atque beati,
Quos Rex Chriſtus ouans arce ſupernâ
Sanctis pro meritis collocat aſtris:
Vitam perpetuam reddit & illis,
Qui templum Domini greſſibus intrant,
Hos nunc ammoneo, corde benigno,
Chriſtum ſuppliciter vt prece poſcant:
Quòd cum Martyribus ſidera præſtet.

& in 30 à ſe conſtructo oratorio.

48 Aliorum autem Sanctorum reliquias de diuerſis partibus orbis plurimas congregauit, atque in oratoriis, quæ tempore ſui regiminis numero XXX conſtruxerat, & ab Epiſcopis, in quorum diœceſi fuerant, dedicari fecerat, honorificè collocauit. De quorum locis, & conſecrationum auctoribus, atque temporibus, Sanctorumque nominibus, quorum ſtolis illuſtrantur, ſi vita comes, & diuinus fauor affuerit, locis opportunis, ſcire volentibus, declarabo.

AVCTORE RVDOLPHO PRESBYTERO. D

a *Coluenerint, & octo ampliùs.*
b *De hac & tribus ſequentibus actum ſuprà num* 15.
c *Quæ hæc Candida incertum. Duas eius nominis dedimus* VII *Ianuarij. An ex iis, quæ Romæ paſſæ dicuntur in Martyrol. Romano 6 Iunij, 29 Auguſti, & 1 Decembris?* *S. Candida.*
d *An ſoror S. Nicaſij Epiſcopi Remenſis; cuius infrà ſit mentio?* D *Virique natalis* 14 *Decemb.*
e *Acta S. Leubæ, ſeu Lioba, Virginis & Abbatiſſæ iuſſu B. Rabani à Rudolfo ſcripta, dabimus* 28 *Septemb. Agit de eâ Rabanus poëm.* 110, 131, 135, 138.
f *Hi tres fuerunt Epiſcopi Remenſes, è quibus* Sixtus *&* Sinitius, *alius* Sinicius, *Brouvero* Siniſius, *coluntur* 1 *Septemb.*
g *Fortè Epiſcopi Remenſis, de quo* 21 *Februar. Rabanus poëm.* 32.
h 25 *Octob. Rabanus poëm.* 126. *De aliis antè actum num.* 15, 17, 29, 31.

CAPVT IX

Abbatiale munus depoſitum. Libri conſcripti.

a

49 CVm igitur vir ille venerabilis monaſterium ſibi commiſſum per annos *a* XX nobiliter rexiſſet; depoſito curæ paſtoralis pondere, ad eccleſiam, quam ad Orientem monaſterij S. Petri in monte conſtructam eſſe ſuprà dixi, ſe contulit: ibique manens, ac Deo ſeruiens, cæleſti philoſophiæ vacabat. Erat enim in Scripturis à pueritiâ valdè ſtudioſus, & ſecundùm donum ſibi cælitus datum, lectionem diuinorum librorum plurimùm adamauit, atque in his ſæpiùs meditatus eſt, vnde etiam hortatu Fratrum ſuorum atque amicorum, adgreſſus eſt *b* ſcribere expoſitiones libro-

Liber à regimine ſecedit; libros varios tota vitâ conſcripſit, b

AVCTORE RVDOLPHO PRESBYTERO.

rum diuinorum, tam veteris quàm noui Testamenti. Nam, vt ipse testatus est, primùm scripsit anno ætatis suæ circiter *c* trigesimo in laudem sanctæ Crucis duos libellos, hoc est, vnum metrico stylo, cùm figuris mysticis, quæ in diuinis libris longè antè prænotatæ sunt: vt in his manifestaretur Christi passio & redemptio nostra, in figurâ sanctæ Crucis esse prænuntiata. In quo etiam solutâ oratione subiecta est vniuscuiusque figuræ explanatio: & sic vigintiocto, exceptâ superliminari paginâ, videntur in eâ contineri figuræ, simul cum expositionibus suis. Sequentem autem libellum ideò conficiendum putauit, quem etiam in vigintiocto capitulis breuiauit, vt locutionem metri prioris libelli in eo lucidiorem faceret. Posthæc scripsit ad *d* Hertolfum Archiepiscopum de institutione Clericorum libros tres: in quibus de Ecclesiasticis ordinibus, & officiis diuersis, quæ in Ecclesiâ geruntur, ratio demonstratur, & ordo discendi ac modus docendi verbi Dei declaratur. Ad quem etiam scripsit tractatum super Euangelium Matthæi, consummans illum octo libris. Cuius & hortatu fecit Homilias diuersas per totum annum, ad diuersas festiuitates. Et de variis vitiis atque virtutibus subiunxit sermones, ad prædicandum populo Dei.

c de Cruce,

d de Institutione Clericorum,

in Matthæum, Homilias,

50 Posthæc rogatu Episcoporum, *e* Frecholfi videlicet, *f* Fridurichi & *g* Humberti, scripsit in Pentateuchum, commentariorum libros XXIX, hoc est: in Genesim libros IV, in Exodum libros IV, in Leuiticum libros VII, in Numerorum libros IV, similiter & in Deuteronomium libros IV, in Iesu Naue quoque libros IV, & in Iudicum libros duos, in Ruth quoque librum vnum. Fecit etiam, rogatu *h* Hiltuuini Abbatis, libros IV in expositione libri Samuelis & Regum. Similiter, *i* Ludouico Imperatore hortante, in Paralipomenon edidit libros IV. Scripsit præterea expositionem in historiam Iudith, librum vnum: & in historiam Hester similiter librum vnum; quos tradidit Iudith Augustæ. Librum quoque Machabæorum priorem, petente Geroldo *k* Archidiacono, libellis duobus explanauit, sequentem verò libello vno. Librum quoque, qui nuncupatur Sapientiæ, hortatu *l* Otgarij Archiepiscopi, in tribus libellis, prout potuit, enodauit. Et librum Iesu filij Syrach, qui appellatur Ecclesiasticus, decem libris similiter elucidauit. In *m* Hieremiam quoque prophetam XX libros expositionis, iuxta sensum maiorum, edidit. In Epistolas quoque Pauli, hortatu *n* Lupi Diaconi collectarium fecit, colligens de diuersis opusculis Sanctorum Patrum sententias eorum, & in ordinem disponens, in XXX libris illũ determinauit.

e f g in plures Scripturæ sacræ libros,

h

i

k

l

m

n

51 Sunt quoque alia opuscula eius, quæ ad interrogata diuersorum, ei respondere necessarium fuit: Quorum vnum est de *o* Coëpiscoporum ordinatione: super quo ad Drugonem *p* Archiepiscopum scripsit librum vnum. Ad Notingum quoque Episcopum Veronensem, de præscientiâ ac prædestinatione Dei, de gratiâ & libero arbitrio scripsit librum vnum: in quo, quid rectè sentiendum esset, ostendit. Nam ad Ludouicum Imperatorem, scripsit librum vnum contra eos, qui oblationem secundùm regulam S. Benedicti destruere volebant. Cui & misit epistolam consolatoriam post calamitatem, quæ ei accidit ex parte filiorum suorum & optimatum: in quâ ex Diuinis testimoniis ostendit, quod falsum iudicium non potest ritè condemnare innocentem: in quâ etiam nouissimè prouocat eum ad indulgentiam in se commissorum. Posteà hortatu eiusdem inprimis fecit Collectarium vnum de sententiis diuinorum librorum, in quo primùm testimoniis diuinis probauit, obseruandum esse nonorem parentum, & subiectionẽ potestati à Domino ordinatæ. Deinde de diuersis speciebus virtutum, & econtrario vitiorum, testimonia de auctoritate diuinâ in eodem opere subiunxit, demonstrans qualiter vnicuique ordini in Ecclesiâ Deo militandum sit: quod opus XL capitulis consummauit. Ad interrogata quidem Bonosi Abbatis respondendo, quomodò cognationis commixtio declinanda sit, & magica ars deuitanda, confecit librum vnum. Scripsit quoque libellum vnum ad Otgarium Archiepiscopum, in quo primùm de pœnitentiâ legitimâ, & spe indulgentiæ, deinde diuersa capitula de Canonibus diuersorum Conciliorum subiunxit, ad corrigendà hominum vitia & instituta religionis Christianæ roboranda. Præterea quoque, Macario monacho petente, de Computu confecit Dialogum vnum. *q*

o

p

& varia ad diuersos opuscula.

q

a *Anno 842. vt suprà dictum. Trithemius hinc emendandus tum in anno, tum potissimùm in fugâ ad Ludouicum Regem.*

b *De libris scriptis suprà actum.*

c *Anno Ch. 815.*

d *Alius,* Haistulphum, *Archiepiscopum Moguntinum, qui sedit ab anno Ch. 814 ad 826, & Sacerdotem ordinauit Rabanum: ei hos libros priores inscripsit an. Ch. 819.*

e *Episcopi Lexouiensis, cui dicauit Pentateuchum.*

f *Episcopi Vltraiectensis, cui inscripsit libros Iosuæ quos, solum tres numerat codex MS. Chiffletij.*

g *Huic Episcopo Herbipolensi obtulit suas in Iudices & Ruth lucubrationes.*

h *Abbatu S. Dionysij, & Archicapellani sacri palatij Ludouici Pij.*

i *At quo modò præponitur Præfatio, est ad Ludouicum Regem Germaniæ, alterius filium.*

k *Archidiacono sacri palatij, cuius familiari colloquio se frui tum in palatio Vangionum ciuitatis, id est, VVormatia, scribit in Præfatione Rabanus.*

l *Fuit hic decessor Rabani in Archiepiscopatu Moguntino, & sedit ab anno 826 ad 847. Ei etiam Ecclesiasticum inscripsit.*

m *Absoluit post obitum Ludouici Pij Imperatoris, qui incidit in Kalendas Iulij anni 840. Obtulit filio eius Lothario Imperatori.*

n *Lupus è discipulo Rabani Abbas Ferrariæ in Franciâ.*

o *Fortè* Chorepiscoporum, *anno: árat Coluenerius. Liber hic necdum typis vulgatus.*

p *Est hic* Drogo *filius S. Caroli Magni ex concubinâ Reginâ, in palatio Ludouici Pij enutritus, dein* Episcopus Metensis, *à Sergio II* Vicarius Sedis Apostolicæ in Galliâ & Germaniâ *designatus anno Ch. 844. In epistolâ Sergij ad Episcopos Transalpinos* Archiepiscopus Metensis *appellatur, quâ præeminentiâ diu antè subfratre suo Ludouico Pio vsus, præsedit in Concilio apud Theodonis villam anno 835, & Ebbonem Remorum Archiepiscopum gradu suo deiecit. Legendus Hincmarus in posteriori opere aduersùs Gothescalcum cap. 36: vbi leguntur subscripsisse* Drogo Archiepiscopus, Hetti Archiepiscopus, *&c. & concluditur his verbis:* Hæc scriptura data est à Drogone, qui Synodo præsidebat vnà cum Hetti Episcopo Treuirensi, Fulconi, qui successor in Sede Remensi Ebbonis designatus fuerat.

Drogo dictus Archiepisc. Metensis.

q *Annotat Brouuerus:* Desiderata nonnulla in MS. expleas velim qui potest.

ALIA VITA

Auctore Ioanne Trithemio Abbate.

PROLOGVS

REuerendissimo in Christo Patri, Illustrissimoque Principi & Domino, D. Alberto, sanctæ *a* Moguntinæ Sedis & Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopo, sacri Romani Imperij Principi Electori, per Germaniam Archicancellario atque Primati, Halberstatensis Ecclesiæ Administratori, *b* Brandeburgensium Marchioni, Stetinensium, Pomeranorum, Cassubiorum, & Sclauorum Duci, Nurenbergensium Burggrauio,

a

b

A grauio, ac Rugiorum Principi, Ioannes Trithemius, Abbas monaſterij S. Iacobi maioris Apoſtoli, in ſuburbanis Herbipolenſis ciuitatis, quõdam verò Spanheimenſis, ordinis S. Benedicti, quicquid ad Deũ oratio præualet peecatoris.

1 OBediui mandatis tuis, Reuerendiſſime Præſul, & Vitam beati prædeceſſoris tui Hrabani Mauri Magnentij, ſacræ quondam Moguntinæ Sedis tuæ Archipontificis, atque Doctoris celeberrimæ opinionis atque doctrinæ, ex diuerſis temporum ſcriptoribus veraci & ſuccinctâ narratione in vnum volumen comportaui. Nec mirum, ſi plura geſtorum eius ſilentio pertranſiui: quippe qui nullum ante me fixum, ſolidum & ſufficientem de hac ipsâ materiâ potui habere ſcriptorem; ſed primus auctor eſſe ſine præcedente compellor, & ex multis atque diuerſis agellis decidentes colligere ſpicas, Dominiciſque theſauris nouus meſſor manipulos inferre antiquos. Ab eius namque tranſitu de hoc mundo ad Dominum, vſque ad nos, anni computantur quinquaginta nouem atque ſexcenti; cuius longa intercapedo temporis multa per eum glorioſè facta perpetuam in obliuionem deduxit. Plures, fateor, hiſtoriarum ſcriptores varia laudum præconia de hoc beatiſſimo atque doctiſſimo viro in ſuis lucubrationibus paſſim hincinde ſcripſerunt, quorum tamen nullus Vitam eius continuatâ ſerie compoſuit. Quâ ex re labor mihi grauiſſimus occurrebat: quia, dum per diuerſos auctores, quid quiſque de Hrabano ſcripſerit, compulſus ſum quærere; ſingula, quæ reperi, minùs lepidè atque concinnè potui ordinare. Quis enim, noſtris maximè temporibus, ad hæc tanta reperiatur idoneus, vt ea faciat litterariâ perennitate reuiuiſcere, quæ per tot annos in obliuione mortalium conſtat permanſiſſe? Pudeat Germaniæ Pontifices innatæ, vt ita dixerim, ſocordiæ, qui vanitatibus dediti, & Dei honorem in Sanctis negligunt, & decorem patriæ turpi diſſimulatione contemnunt. Compatior infelicitati nationis meæ Germanicæ, cuius tanta eſt feritas animorum, vt neque ſuos rectè nouerit inſtituere natos, neque eos, qui ſeſe moribus & doctrinâ ceteris præſtantiores exhibere ſtuduerunt, condignis laudum & meritorum titulis conſueuerit honorare. Ab eo namque tempore, quo ſanctus Archipræſul Hrabanus migrauit ad Chriſtum, vſque ad ordinationem tui pontificatus, Reuerendiſſime Præ-
C ſul Alberte, Moguntiacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi
c extiterunt numero, ſi rectè memini, c quinquaginta, è quibus Hrabani, ſanctiſſimi viri, memoriam nullus reuocauit ad mentem, nomen eius poſteritati notum facere nullus eorum attentauit.

2 Tibi reſeruatum eſt hoc ſanctum opus, Chriſtianorum Chriſtianiſſime Præſul, & Eminentiſſime Princeps, tuo nomini debetur tanti gloria viri, qui veterum atque ſanctiſſimorum Pontificum imitatione, te in cunctis verum Chriſti ſtudes exhibere miniſtrum, & irreprehenſibilem Eccleſiæ tibi commiſſæ verbo & exemplo Pontificem. Felix proinde Moguntina, te moderante, ſanctâ Eccleſia, qui ſacra Sanctorum oſſa tumulis reuerenter eleuata, populis veneranda præſtas fidelibus: & quæ veterum incuriâ mox erant reſoluenda in cinerem, memoriæ perpetuæ firmiter commendaſti. Vnde Germani omnes iure te Lumen ſuum, & decus immenſum prædicant, qui Dei cultor es maximus, venerator Sanctorum eius integerrimus, religionis Catholicæ defenſor conſtantiſſimus, genere Princeps nobiliſſimus, vitâ & moribus omnium ſine controuerſiâ clariſſimus, & idcircò numquàm ſine honore nominandus. Hæc & his maiora Diuinæ miſera-

Auctoris ſtudium in vitâ B. Rabani deſcribẽdâ

excitatur, in tantâ Principũ Germaniæ ſocordiâ,

pietate erga Sanctos Alberti Electoris

tionis cumulatâ beneficia penſiculans Sedes Apoſtolica, quod nulli apud Germanos eatenus contigiſſe legitur, Principem ætate iuuenem, ſed moribus ſenem, cùm vix annum attigiſſes quintum atque vigeſimum, præmiſsâ electione Fratrum Canonicâ, te Moguntinæ Sedis & Magdenburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, atque Primatem Germanorum Pontificum omnium conſtituit, tibique munus conſecrationis placidâ benignitate cum palliorum decore vtriuſque Eccleſiæ conceſſit. Inſuper vt nomen ter Maximi ſiue Triarchi meritò videare conſecutus, Adminiſtratorem te inſignis Eccleſiæ Halberſtatenſis conſtituit, & gloriam Celſitudinis tuæ ſuper omnes Germaniæ Pontifices ſublimauit. Quod Diuinâ prædordinatione factum non ambigit, qui vitam & mores tuos ab incunte noſcens ætate, ſtudioſiùs penſiculauit. Nam teneris ab annis res diuina tibi ſemper in animo fuit, nihilque dulcius, quàm Clericorum choris intereſſe pſallentium, aras pulchro decore ornare, ſanctorum & beatiſſimorum Martyrum Chriſti ſimul & Confitentium oſſa vario & nitido ſplendore auri veſtire & argenti. Quod ego de tuâ religioſiſſimâ Celſitudine tantò veriùs confidentiuſque ſcribere potui: quantò diu iùs ante decennium conuerſatus in curiâ Sereniſſimi Principis Ioachimi, Brandenburgenſis Marchionis, Imperiique Principis Electoris, germani tui, apud *d* Viſulam Coloniæ ad Spreuum, Principem te, inuenemque ſingu- E
lari pietate in Deũ feruentem, & vidi plenius & audiui.

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

D *triplici dignitate Eccleſiaſticâ collãti,*

d

3 Cùm igitur Diuinâ miſeratione præuentus, adhuc puer adoleſcens, tantâ pietate, tantâ caritate ac deuotione ſanctiſſimis te Chriſti miniſteriis aptare geſtires, vt non modò ſenioribus ſtuporem, ſed etiam vniuerſis, qui te videre, audire, ſeu alloqui meruiſſent, grandem incuteres admirationem; quis negare poterit, niſi demens, te, antequàm naſcereris in mundum, Diuinâ prouidentiâ electum, & ſegregatum in hoc miniſterium trini Pontificatus: in quo non ſolùm tibi multimoda ſanctitatis merita potes acquirere, ſed commiſſos etiam tuæ fidei mortales vitâ, doctrinâ, & paſtorali auctoritate ad iuſtitiæ vias reuocare? His maximis à ſummâ Dei prouidentiâ honoribus ſuſceptis, optimè facis, operibus ipſis verum te Pontificem exhibendo: qui præter multorum conſuetudinem Præſulum, cæleſtibus terrena poſtponis, & præ ers æterna caducis. Vnde beatum te dicent Germaniæ populi omnes, ſi tamen (quod faxit Omnipotens) vſque ad finem perſeueraueris in cœpto propoſito ſanctitatis. Sunt æmuli, non dubites, quibus iuuenilis iſte feruor ſanctitatis tuæ habetur ſuſpectus, in quo ſi, miſerante Deo, permanſeris, auges bonis lætitiam, & miſanthropis haud paruam confuſionem. Ego autem ſciens de- F
uotionem tuam in Sanctos Dei, confido te in benè cœptis, eorum precibus & meritis permanſurum, & bonis quotidie ſtudiis additurum meliora: quouſque tandem illorum particeps effectus, ſine fine gaudeas in cælis, quorum nomen & memoriam, cum tanto mentis deſiderio & animi feruore, honoras nunc ſeduló Præſul viator in terris. Hrabanum apud Moguntiacos deſpectum, & penè ſempiternâ obliuione ſepultum, in nomine Iuſti ſummâ cum veneratione leuaſti de terrâ, propter quod & omnipotens Dominus animam tuam cum Sanctis ſuis exaltabit in patriâ.

& feruẽti à pueritiâ zelo:

quo Reliquias B. Rabani eleuauit,

4 Et ego nè defuerim tam ſancto miniſterio tuo, libens, quod mihi nuper impoſuiſti, onus ſuſcepi, Vitamque memorati Pontificis beatiſſimi, quâ potui diligentiâ, ex diuerſis auctorum libris in vnum codicem laboriosè comportaui, in quo ſi non ſatisfeci tuo deſiderio, ſit bona voluntas in pauperculo ſufficiens obedientiæ pro merito. Obediui iubenti, feci quantum potui, & totum, quod mihi de laudibus tanti Pontificis occurrebat, tuo nomini ſacratiſſimo dedicaui. Suſ-ipe nunc ergo manibus conſecratis, Reuerendiſſime Princeps, primitias frugum Trithemiani ſterilis agelli,

& hãc Vitam mandauit conſcribi.

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

A tuo Pontificatui ſummâ cum humilitate ferentis oblatas, & qui ſummus es Dei Sacerdos, paleas à granis dignanter ſecerne, vt ſterile paruitatis meæ opuſculum de vitâ S. Hrabani Præſulis tuo imperio compoſitum, tibique dicatum, eò ſecuriùs in lucem prodeat, quò ſub ferulâ Pontificalis Eminentiæ tuæ, diligentiùs enucleatiuſque fuerit emendatum. Adeſt enim Serenitati tuæ copioſa cum auctoritate ſcientia, vnde non ſolùm defendere hanc lucubrationem meam ab iniuriâ poteris detractorum, ſed etiam, cùm opus fuerit, ad amuſſim caſtigare. Vale Pontificum Princeps. Ex meo cœnobio, ſextâ die menſis Nouembris, anno Domini milleſimo quingenteſimo quintodecimo.

a *Electus 9 Martij anno 1514. antè Archiepiſcopus Magdeburgenſis & Adminiſtrator Halberſtadenſis, dein à Leone Papâ x an. 1518 inter Cardinales aſcitus: vitâ functus 24 Septemb. an 1545.*

b *Filius Ioannis Electoris Brandeburgenſis.*

c *Ita vt primus iſtorum quinquaginta ſit B. Rabanus, vltimus Albertus.*

d *Berlinum ſedes Electoris, conditum denominatumq; fertur ab Alberto Vrſo Principe Anhaldino circa annum Chriſti 1142, ſicut vicina huic oppida* Bernauia, Bernauicum, Bervvaldia. *Eſt autem* Vrſus *idiomate Teutonicè* Ber *Berlino adiacet Colonia oppidum, ab eo Spreuo fluuio ſeparatum.*

Berlinum, Colonia.

B

LIBER I

Vita priuata B. Rabani.

CAPVT I

Ortus, educatio, tirocinium vitæ monaſticæ.

a

HRabanus, cognomento *a* Maurus, familiâ Magnentius, natione Francus Orientalis, patriâ Buchonicus, in oppido Fuldenſi naſcitur, quarto Nonas Februarij, anno Dominicæ Natiuitatis ſeptingenteſimo octogeſimo octauo, Indictione Romanorum vndecimâ, qui fuit Caroli Regis Magni Francorum *b* viceſimus, & Romani Pontificis Adriani primi ſeptimuſdecimus annus. Cuius pater, nomine *c* Ruthardus, Magnentianâ familiâ ſatus, vir diues & potens, multo tempore ſub Francorum Principibus in Germaniâ ſtrenuè militat. Mater verò dicebatur Aldegundis, honeſtiſſimæ conuerſationis mulier, quæ ipſum filium ſuum ab infantiâ Deum timere docuit, litteris imbuit, & non minùs exemplo, quàm verbo docilem eius animum ad omne opus bonum diligentiſſimè erudiuit. Enimuerò pia mater, cùm adhuc mens

b Naſcitur B. Rabanus an. 788.

c piè educatur,

C nati eſſet puerili teneritudine flexibilis, mores eius ad Chriſti dogmatis integritatem laudabiliter inſtituit, laſciuos pueritiæ motus prudentiſſimâ ratione compeſcuit, eccleſiam viſitare, Dei ſermones audire, & Diuinis crebrò intereſſe myſteriis adhuc penè infantem continuatâ ſollicitudine mandauit. Erat autem Hrabanus puer, tam naturæ donis, quàm gratiæ muneribus à Domino multipliciter præuentus: quæ magna cum tempore ſumpſerunt incrementa vigoris, donec poſtremò virum ad ſummæ perfectionis apicem perduxerunt. Ingenio fuit docilis, memoriâ viuaciſſimus, mente ſimul & corpore ſub pulcherrimâ diſpoſitione pudicus atque caſtiſſimus: in cuius moribus relucebat integritas, & ſingularis in animo tranquillitas rutilabat. Omnia tamen iſta in eo dona tam gratiæ, quàm naturæ clariùs emicuerunt, cùm ad virilem perueniſſet ætatem, in quâ virtutum culmen omnium perfectus operator aſcendit. Quantùm verò ad viſibilis pertinebat hominis rationem, corpore ſatis admodùm fuit robuſtus, complexione mixto ſanguine phlegmaticus, plus corpore pinguis, quàm macilentus, capite fortis & magnus, omniumque membrorum proportione formâ decente diſpoſitus.

præclara animi & corporis dotibus præditus:

D

6 Vnde cùm bonæ puer indolis de die in diem ſemper ad meliora proficeret, & iam tunc quoddam in eo futuræ dignitatis & ſanctitatis præſagium reluceret; metuens pia mater, ne corruptibile corpus in medio prauæ nationis poſitum, qualibet occaſione deturparet animam, néue terrena inhabitatio ſenſum deprimeret multa cogitantem; tradere illum ad monaſterium deliberabat, in quo puriùs eum poſſe conuerſari minimè dubitabat. Sed hoc matris propoſitum à principio genitori non placuit, quod tamen poſteà, Diuino inſpiratus numine, approbauit. Humanum ſiquidem facilè mutatur conſilium, quoties Diuina poteſtas ſuum ab æterno prædeſtinatum operatur inſtinctum. Præfuit in diebus illis *d* nouello Fuldenſi monaſterio reuerendiſſimus Abbas, nomine *e* Baugolfus, vir magnæ religionis, & multarum in Chriſto virtutum: qui S. *f* Sturmo eius loci primo Abbati ſuccedens, annis præfuit *g* quinque & viginti, nomen ſanctitatis apud Germanos omnes conſecutus glorioſum. Huius Abbatis clariſſimi magiſterio Hrabanus puer, cùm eſſet annorum circiter nouem, à parentibus traditur: & iuxta normam ſancti Patris Benedicti, monachis inſti- E tuendus commendatur. Facta eſt hæc in monaſterium Hrabani ſolennis traditio viceſimâ primâ die menſis Martij: quæ fuit eiuſdem ſanctiſſimi Patris Benedicti feſtiuitate ſolennis, anno Dominicæ Natiuitatis ſeptingenteſimo nonageſimo ſeptimo, Indictione Romanorum quintâ.

nouennis in monaſterium ducitur,

Baugolfo tũ Abbate,

d

e

f

g

7 Claruit eo tempore in memorato monaſterio Fuldenſi ingens multitudo monachorum: qui arduam pro Dei amore vitam ducentes, à vino & carnibus omni tempore abſtinebant, & nec ius carnium præter infirmos, omninoque debiles, ſumebant in cibum, nec huius mundi voluptatibus vtebantur. Panis eorum cribrarius erat & ruſticus: fabæ, piſa, & olera cibus: aqua vel ceruiſia, potus. Viuebant de laboribus manuum ſuarum, ſicut veri Patris noſtri Benedicti ſequaces & monachi, cùm nullos eo tempore in monaſterio ſeruos permitterentur habere ſeculares. Nam quidquid operis neceſſarij faciendum in monaſterio clauſtralibus occurriſſet, non ſecularium, ſed manibus fiebat monachorum. Omnes tunc monachi ad monaſticæ regulæ puritatem viuere ſatagebant, in communi ſub vnius directione Paſtoris, in verâ paupertate ſine peculio, caſtitatem mentis & corporis inuiolabiliter conſeruantes, omnipotenti Deo in fraternæ caritatis vinculo ſeruiebant. O felix ætas, & tempora chariſmatibus ſancti Spiritus abundè fructuoſa, quando clauſtralis vitæ Profeſſores erant optimi, & omni decore virtutum mirificè ornati & præditi. His viris in monaſterio Fuldenſi vitâ & conuerſatione ſanctiſſimis, Hra- F banus puer Diuinâ ordinatione coniunctus, venerabili cuidam monacho ſeniori, Rathgario nomine, ſcientiâ litterarum, & ſanctis moribus imbuendus committitur, à quo diligentiſſimè ad optima quæque informatur. Bonæ quoque diſpoſitionis puer, bonum aſſecutus Doctorem, Diuinâ miſeratione adiuuante, mox ſanctæ conuerſationis primordia, quantùm ætas illa permiſit, benè inchoauit, in meliuſque ſucceſſiuè perduxit, & optimo tandem fine conſummauit.

ſub rigidâ regulæ Benedictinæ obſeruatione,

nactus præceptorem Rathgarium,

8 Poſteà verò quàm annum ſextum decimum compleuiſſet ætatis, anno videlicet Dominicæ natiuitatis in carne *h* octingenteſimo quarto, Indictione Romanorum duodecimâ, Baugolfus Abbas Fuldenſis migrauit ad Dominum, anno regiminis ſui viceſimo quinto. Quo non ſine opinione ſanctitatis magnæ ſepulto, prænominatus Hrabani Mauri præceptor Rathgarius electione Fratrum vnanimi tertius in Abbatiâ ſuccedens, præfuit annis *i* ſedecim, vir probatæ religionis, & magnæ ſanctitatis. Hic Hrabanum præ ceteris ſingulari diligebat affectu, propterea quòd eum nouerat plus omnibus ad obedientiam promptum, & in

h

dein Abbatem.

lectionibus

A lectionibus diuinarum Scripturarum indefessâ sollicitudine studiosum. Videbat illum ad ardua natum, & qui verbo & exemplo multis esset cum tempore profuturus in salutem. Nouerat etiam salutarem Pastoribus necessariam esse doctrinam, cùm bona hominis vita sine scientiâ spirituali diuinarum Scripturarum non sufficiat ad institutionem subditorum. Nam qui sibi soli est bonus, vtilis aliorum Rector esse non potest. Propterea Rathgarius docilem puerum nequaquàm statuit negligendum, quem illustratum Diuino spiritu multis non dubitabat fore præponendum. Nec suâ fuit confidentiâ frustratus, cum maior euaserit Hrabanus eruditione, dignitate, simul & merito sanctitatis, quàm suorum aliquis vel cogitare potuisset, vel mente concipere.

studiũ pietatis & scientiarũ coniungit,

9 Mox enim vt annos pueritiæ superauit, se totum diuinis mancipauit obsequiis, in ecclesiâ frequens, in choro psallentium assiduus, & sine vanitatis notâ in seruitio Domini singularis. Nullus monachorum inter cantandum & legendum illo fuit alacrior: nullus ad obedientiam seniorum inter omnes promptiorem se vnquam exhibuit. Deum purâ mentis eleuatione semper amauit super omnia, cuius ordinatissimæ voluntati quidquid acceptum nouerat, implere summo conatu satagebat. Ea verò, quæ Diuinæ voluntati didi-

addictus choro & orationi,

B cit esse contraria, numquàm in cordis ergasterium censuit admittenda. Mentis suæ oculum à pulueribus terrenæ cupiditatis purum custodiuit & mundum, atque in medio confratrum suorum omni tempore sine offensione viuebat. In oratione sanctâ penè fuit continuus, in lectione diuinarum Scripturarum sine intermissione laudabiliter occupatus.

10 Nemo illum vidit otiosùm, non fabulis, seu otiosis sermonibus illum quisquam audiuit intentum, neque more complurium per claustrum discursibus vanis quisquam reperit vagabundum. Deo semper mente deditus, aut lectioni Scripturarum incubuit, aut scripsit aliquid pro communi Fratrum vtilitate, vel certè secum in cellâ solitarius habitans erat. Nihil enim dulcius illi fuit, quàm continuum sanctarum studium Scripturarum, & ideò cellæ monasticæ secretum, multis importabile claustralibus, paradisi delicias reputauit. Quod enim piscibus riuus & aqua, hoc bonis & studiosis monachis rectissimè dicitur cella. Nam sicuti pisces diu viuere sine aquâ nequeunt; sic monachi crebriùs extra cellam discurrentes, in verâ mentis puritate non subsistunt. Cella enim monachis est officina virtutum, & mundus nimiùm frequentatus multorum causa vitiorum. Cella monachis est diuinæ schola

silentio & cella:

C scientiæ, extra quam cælestis non datur sapientiæ doctrina. Vnde monachus, qui secretum cellæ non diligit, ad veram scientiam Scripturarum Dei minimè pertingit. Quod beatissimus Pater hic noster, Sanctus probè considerans Hrabanus, cellam ab infantiâ suâ dilexit monasticam, in quâ conscientiam suam ab operibus mundi vanis custodiuit illæsam, & omnium scripturarum, tam humanarum, quàm diuinarum, plenam fuit assecutus scientiam. Cellæ namque secretum amœnitati comparatur paradisi, in quâ delectabiliter consistens, ac sibi per Diuini amoris continuum exercitium vnitus, mente simul & corpore habitauit, secum in domo Dei quietus, animo Creatori suo deuotus, nulli Fratrum molestus, nulli grauis, nulli onerosus, sed acceptus bonis omnibus, & in vinculo caritatis fraternę sincerè dilectus. In eo fuit completum, quod per Prophetam Ieremiam dudum legitur pronunciatum: Bonum est homini, cùm portauerit iugum Domini ab adolescentiâ suâ: quia sedebit solitarius & tacebit, quoniam leuabit se supra se. Hæc sunt purificatæ conuiuia mentis, quæ nemo intelligit, nisi qui accipit: nemo verò accipit, nisi qui se pro Dei amore ab omni carnis illecebrâ veraciter segregauit. Non enim consentiunt in vnum cohabitare vera gaudia mentis, & corruptibiles deliciæ ventris: quoniam duobus contrariis seruire dominis Saluator omnium dicit non esse possibile. Beatus igitur magnus iste seruus Christi Hrabanus, qui gratiâ Spiritus sancti præuentus, in consilio impiorum non abiit, & in viâ peccatorum non stetit, nec in cathedrâ derisorum consedit. Sed in lege Domini fuit voluntas eius confirmata & stabilis, & in iustificationibus eius meditatio illius die permansit ac nocte. Beatus, inquam, vir iste, & omni posteritati meritò venerandus, qui in hac mortalitate positus, semen bonum in benedictionibus Domini seminauit, de quo nunc fructum æternæ felicitatis manducat in cælis. Propter quod omni censetur honore dignus, ac sempiternâ memoriâ celebrandus: qui factus imitator discipulorum Domini, doctrinâ & moribus vniuersam illustrauit Ecclesiam, & varios hæreticorum errores disputando scribendoque confutauit, de quibus suo inferiùs loco pleniùs dicturi sumus.

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

D Matth. 6.24 Psal. 1.2.

E

a *De variâ eius nomenclaturâ, tempore & loco natali actum § 2 & 7.*

b *Imò annus erat regni Caroli 29 & Pontificatus Adriani 16, cùm hic Papa electus sit 9 Februar. 772, ille Pipino patri 24 Septembru anno 768 mortuo successerit.*

c *In Vitâ Stephani Papa III dicuntur ad hunc* à Pipino Rege directi Fulradus Abba & Rothardus Dux. *Sed quis hunc eumdem confirmabit cum hoc B. Rabani parente?*

d *Circa annum Ch. 744 cœpto.*

e *alii* Bangolfus, Baugulfus, *&* Baugolf.

f *De eo ita Annales Fuldenses anno 779* Sturmi Abbas Fuldensis cœnobij moritur, cui successit Baugolf eiusdem monasterij monachus. *obiit autem* S. Sturmus *seu* Sturmio 16 *Decemb. Colitur præcipuè 20 Aprilu.*

g *Imò* duobus *tantùm* & viginti. *In Annal. Fuld. an. 802 hæc referuntur*: Baugulfus Abbas Fuldensis cœnobij, relictâ quam habuit potestate, Ratgarium successorem habuit.

h *Anno 815 obiisse contendit Brouwerus lib. 4 Fuld. Antiq. cùm deposita præfectura, superfuisse annis tredecim.*

i *Imò 15 tantùm, ab anno 802 ad 817, quo* à Fratribus depositus *legitur in eisdem Annalibus.*

CAPVT II

Studia B. Rabani sub Doctore Alcuino.

11 *a* CVm ergo B. Magnentius octauumdecimum ætatis suæ annum attingeret, qui fuit Dominicæ natiuitatis *b* octingentesimus sextus, & incredibili diuinarum Scripturarum teneretur amore, iamque omnes deputatos sibi Doctores atque Magistros vel æquasset, vel etiam superasset eruditione & doctrinâ; nec tamen in his, ad quæ discendo peruenerat, posset esse contentus; sed pro magnitudine desiderij sui ad

a

b

F maiora sacri studij arcana festinaret; locum ad tempus mutare profectus causâ decreuit. Nam eo tempore studium litterarum generale, sicut posteà, necdum in Fuldensi monasterio vigebat. Monachi etenim humili Scripturarum intelligentiâ contenti, moribus graues, & subrusticanâ simplicitate imbuti, altiora scientiæ studia non curabant. Vnde beatissimus iuuenis cum pro ingenti Scripturarum desiderio, propter Magistrorum penuriam animum suum in proprio satiare monasterio non posset, sciretque Rathgarium se Pastorem habere fauorabilem, quadam die ad pedes eius prouoluitur, & quid haberet in animo summâ cum humilitate manifestum faciens, consensum sui senis deprecatur. Placuit petitio adolescentis Abbati: & consilio seniorum adhibito, facilem postulanti dedit consensum. Cernebat enim senior prouidus, vt paullò dictum est priùs, gratiam in eo relucere Diuinam, cuius illum operatione magnum non dubitabat esse futurum, vnde & libens petita concessit.

Studiorũ desiderio flagrat:

12 In diebus illis florebat in regno Francorum Albinus, qui & Alcuinus, natione Anglicus, professione *c* monachus, ordine Leuita, dignitate *d* Abbas monasterij sui Martini Turonensis, Caroli Regis Magni quondam

c

d

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

dam Præceptor, in omni varietate ſcripturarum doctiſſimus, qui primus apud Gallos & Italos, *e* Romæ, Pariſiis, & Sueſſionis, ſcholis monachorum publicis prælatus, multa ſcripſit ad vtilitatem communem, & plures in omni ſcientiâ auditores educauit doctiſſimos. Ad hunc venerabilem virum, eo tempore in *f* vrbe Româ cuſtodem & miniſtrum Eccleſiæ Lateranenſis, ac ſcholis monachorum publicis præſidentem, Rathgarius Abbas de Fuldâ miſit Hrabanum cum aliis *g* duobus monachis, Haimone & Diedone: quorum prior Epiſcopus poſteà fuit in Halberſtat, poſterior verò Hattoni in abbatiâ Fuldenſi Fratrum electione ſucceſſit. Albinus ergo miſſos ad ſe monachos de Fuldâ ſub magiſterij ſui ferulâ ſuſcipiens, omnem circa illos diligentiam adhibuit, & nullis pro ſalubri eorum inſtitutione laboribus pepercit. Hrabanum tamen, quem ceteris acutiorem ingenio videbat, propenſiore ſtudio proſequebatur docendi, & ſingulari curâ ſollicitudinis circa illum vigilabat.

e miſſus ad Alcuinū.

f

g

h 13 Annis *h* ſex continuis apud Albinum magiſtrum Hrabanus ſtudioſiſſimus auditor atque diſcipulus Romæ permanſit, & diſcendis Scripturis indefeſſum ſtudium ſedulus impendit. In his artibus ſeptem, quas profeſſores earumdem liberales vocant, euaſit doctiſſimus, & in omni ſcientiâ, tam diuinarum quàm humanarum traditionum, non erat illi ſecundus. Enimuerò quàm eruditus fuerit in grammaticis, in rhetoricis, in logicis, in arithmeticis, in geometricis, in poëticis & muſicis, in aſtronomicis & mathematicis, in phyſicis & metaphyſicis, in philoſophicis & theologicis, in humanis quoque & diuinis, quicumque plenius intelligere deſiderat, eius volumina, quæ & plura ſunt & elegantiſſima, diligentiùs reuoluat. In diſputando tanti fuit acuminis, vt omnium Sophiſtarum nominatiſſimus haberetur & eſſet. Vnde, veluti alter Auguſtinus hæreticorum terror & malleus erat, quos omnes facili congreſſione ſuperabat & vicit.

in omni genere ſcientiarū exercetur:

14 Et cùm tantam omnium ſcientiarum eſſet copiam adeptus, numquàm tamen in ſuperbiam fuit elatus, numquàm ſuo ſe iudicio inaniter ſuper alios extulit, numquàm ſimpliciores & minùs in Scripturis eruditos etiam leuiter contempſit. In verâ namque humilitate fundatus monaſticâ, paruulus in oculis ſuis apparebat, & quantò maior extitit, tantò ſe perampliùs humiliauit. Nouerat enim, monachi ſcientiam ſine verâ humilitate mentis, pernicioſam eſſe ſtultitiam, etiamſi apud homines doctiſſimus habeatur. Dicit enim Scriptura: Doctrina viri per patientiam dinoſcitur. Patiens autem veraciter nemo dici meretur, qui humilis non fuerit & omnipotentis nutui plenâ voluntate ſubiectus. Hrabanus autem noſter, verus Dei amator, qui & humilis & patiens veraciter extitit, quantò in bonis ſtudiis ampliùs profecerat, tantò magis animum ſuum coram Deo & hominibus humiliabat. Non illum vana terreni honoris ambitio traxit ad ſtudium, non paupertas vel inopia fecerat monachum in Scripturis eſſe ſtudioſum: ſed Dei amor, qui vincit omnia, mentem illius incenderat ad ſpiritualis ſcientiæ incrementa. Nihil eſt difficile bonæ voluntati, nihil formidabile Deum veraciter amanti. Vnde cùm ſe totum Diuino mancipaſſet obſequio, nihilque in hoc mundo quæreret, nihil cuperet vel optaret, niſi Deum ſolum & ſcientiam Scripturarum; dignum ſe Chriſto ſtuduit exhibere miniſtrum, à quo nouerat omne donum mortalibus prouenire perfectum. Semper aliquem diuinæ lectionis codicem verſabat in manibus, ſemper in ſemetipſo ſibi vnitus aliquid operabatur bonæ operationis. Et neque diebus neque noctibus ab inueſtigatione diuinarum ceſſabat Scripturarum. Nam præter illud tempus, quod vel ineuitabilis neceſſitas requirebat naturæ, vel diuini cultus ratio poſtulabat, quod reliquum erat, omne Scripturarum ſtudio impendebat: idque totum ſe arbitratus perdidiſſe, quod aliter quàm in Dei laudibus, aut ſacris fuiſſet lectionibus expenſum. Propterea quotiens ab actionibus poterat vacare publicis, ſuis vtiliter inſiſtebat priuatis, ſemperque oratione præmiſsâ ſpeciali deuotione mentis ad Deum, aut legit, aut ſcripſit, aut legentem in ſcholis Albinum audiuit Magiſtrum. His illum ſacris intentum ſtudiis, & ſine intermiſſione continuanter occupatum, magna Dei miſeratio cunctarum virtutum decorauit ornatu, contuliteque optanti ſenſum per omnia conſummatum intelligendi Scripturas, dediteque benè merito Sanctorum ſcientiam, & in cunctis operibus bonis conſummationem.

continuâ diligentiâ,

cū magnâ ſubmiſſione,

Prou. 19. 11. *modeſtiâ animi,*

perfectam doctrinam aſſequitur:

15 Annis tandem ſex Romæ apud Magiſtrum cum ingenti doctrinæ profectu expletis, beatus Dei famulus, vnà cum Haimone & Diedone, Paſtoris ſui edicto reuocatur ad Fuldenſe monaſterium: qui tametſi multò libentiùs ſub directione Præceptoris in annos plures cœptum continuaſſet ſtudium, ſuo tamen promptus obediuit Abbati, ſciens obedientiam cunctis monachorum præualere virtutibus, per quam ſolam iter pateſcit clauſtralibus ad patriam cœleſtem. Anno igitur Dominicæ natiuitatis octingenteſimo *i* duodecimo, Indictione Romanorum quintâ, B. Hrabanus annum agens ætatis quartum atque viceſimum, Abbatis ſui præcepto de Româ cum Haimone & Diedone ad monaſterium Fuldenſe reuertitur; anno videlicet Abbatiæ Rathgarij memorati octauo. Quem Fratres cum magnâ caritatis lætitiâ ſuſceperunt, dona multiplicia in eo Diuina honorantes: quippe qui nouerant illum non ſolùm propter ſcientiæ præeminentiam, magiſtrum eſſe venerabilem, ſed multò magis ob vitæ meritum, cunctis in Chriſto virtutibus locupletem. Enimuerò per illud ſexennium, quo Romæ ſub Abbatis magiſterio litteris operam dederat, in omni ſcientiâ, tam humanâ quam diuinâ, ſupra omnes coætaneos ſuos mirificè profecerat, euaſitque ſummus in omni ſcibili philoſophus, poëtaque diſertiſſimus, & Theologus cunctorum iudicio excellentiſſimus. Tantâ denique & Romæ & Fuldæ, cunctis vitæ ſuæ diebus, virtutum & meritorum ſanctimoniâ claruit, quòd eorum, qui cum eo habitabant, gratiâ illum Dei præuentum ſpeciali, nullus dubitauit. Vnde ſibi non ſolùm profuit, ſed multis verbo, ſcripto & exemplo ſalutis iter oſtendit.

i redit Fuldam.

a *Plurimos huius capitis nauos emendauimus § 3.*
b *Alcuinus an. 804 mortuus eſt: ad quem miſſus eſt Rabanus an. 802.*
c *In Chronico Turonenſi dicitur Canonicis præfuiſſe: de monachatu eius ſilent antiqui.*
d *In Concilio Romano an. 799 ſub Leone III habito, appellatur actione 2* Abbas monaſterij S. Martini.
e *Docuiſſe Alcuinum in Italiâ Romæ, aut etiam Pariſiis, aut Auguſtæ Sueſſionum, apud antiquos non legimus.*
f *Mendum illud correximus ſuprà oſtensâ occaſione erroris ex carmine operi de Cruce præfixo, non rectè intellecto.*
g *Imò cum vnico ſolùm ſocio Hattone miſſus eſt, non Romam, ſed ad monaſterium Turonenſe S. Martini.*
h *At ſecundo anno regiminis Ratgarij mortuus eſt Alcuinus.*
i *Et hæc annorum ratio ex dictis corruit.*

CAPVT III

B. Rabani ſacerdotium: præfectura ſcholæ Fuldenſis: diſcipuli.

16 RAthgarius quoque, venerabilis Abbas, qui, vt ſuprà diximus, illum præ ceteris arctiùs diligebat, eius profectui miro congratulabatur affectu, gauiſuſque talem ſe habere diſcipulum, qui iàm idoneus eſſet, quoſcumque & alios docere, magnificas omnipotenti Deo gratiarum retulit actiones. Verùm vt Eccleſiaſtici ordinis collatione maior eſſet Hrabano inter Fratres auctoritas, per ſingulos ſacri miniſterij gradus euectum, poſtremò Rector illum triceſimo ætatis anno ad ſacerdotalis officij dignitatem promouit. Qui

Presbyter

A Presbyter consecratus, nihil pristinæ humilitatis omisit, nihil monasticæ conuersationis & puritatis neglexit: sed maiori se humilitati subiiciens, totum ad regularis obseruantiam disciplinæ animum conuertit, cunctisque Fratribus suis se obsequentissimum exhibuit: & vel orationi, vel sacræ lectionis studio semper intentus fuit. Cella, sicut priùs est dictum, paradisus illi extitit, & chorum psallentium Fratrum, cælum reputauit. Et quia cunctis pro Christi nomine humiliter obsequi studuit, iure omnibus dilectus fuit. Amabant eum sancti seniores vt filium: venerabantur studiosi iuuenes, vt cælestis doctrinæ Magistrum. Omnes quoque in communi totius illum religionis monasticæ habebant exemplum, & summum eruditionis Christianæ documentum. Præcipuo tamen congratulationis officio Rathgarius Abbas reuerendissimus exultabat, quòd illum, quem singulari prosequebatur affectu amoris, tanta cerneret insignia possidere virtutum. Et verè dignus fuit amari ab omnibus, qui Conditorem omnium puro semper dilexit affectu. Completa fuit in illo placida illa æternæ sapientiæ pollicitatio dicentis: Prou. 8. 17 18 19 Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilauerint ad me, inuenient me. Mecum sunt, inquit, diuitiæ & gloria, opes supernæ & iustitia. Melior est fructus meus auro, & lapide pretioso; & genimina mea argento electo. B Dilexit Hrabanus etenim sapientiam Dei Patris, cuius notitia credentibus datur per fidem in Scripturis sanctis: quarum lectioni tantò crebriùs incubuit, quantò Deum sinceriùs amauit. Eius gutturi fructus sacræ lectionis semper dulcis extitit, quem in feruore sancti Spiritus gustauit. O quàm suauis est veraciter gustanti sapor diuini amoris, per quem huius mundi cuncta dulcescunt aduersa, & forti animo vilescunt omnia blandimenta! Nihil præter diuinum in affectum condis admittitur, vbi solus Creator super omnia amatur. Huius sacri ergasterij summus operator extitit Hrabanus iste, de quo loquimur, in quo spiritualis doctrinæ plenitudo exuberans, totam illustrauit Ecclesiam, & plures erudiuit ad iustitiam.

Sacerdotio initiatur,

omnibus carus:

17 Et ne ordine præpostero diutiùs euagemur, operæ pretium iudicauimus intermissa repetere, & quæ circa Hrabanum ab Vrbe reuersum, priusquàm Presbyter fuerit ordinatus, sint gesta, breuiter annotare. Rathgarius memorabilis Abbas vtilitati cupiens consulere plurimorum, de Fratrum suorum consilio, scholam in monasterio Fuldensi publicam instituit: cuius magisterium S. Hrabano, de Italiâ nuper reuerso, commendauit. Anno itaque Dominicæ natiuitatis octingentesimo tertiodecimo, indictione Romanorum sextâ, Hrabanus annorum viginti quinque monasterij monachorum scholæ præficitur: & cum docendi modum, quem ab Albino nunc didicerat, etiam tenere apud Fuldenses monachos inuiolabilem iubetur. Qui mox vt docendi subiuit officium, per omnia curauit Albinum sequi & imitari Magistrum, vt iuniores videlicet monachos primùm doceret in Grammaticis, & cùm apti viderentur ad maiora, grauioribus etiam formarentur institutis. Cumque huius nouæ institutionis apud Germanos fama transisset in publicum; plures cœnobiorum Prælati eam docendi formam laudantes, alij monachos suos ad Fuldam miserunt sub Hrabani ferulâ sacris imbuendos studiis; alij verò scholas erexerunt in monasteriis propriis, quibus præceptores de memorato cœnobio doctiores quosque præfecerunt. Sed in tempore breui valdè creuit numerus discipulorum Hrabani docentis, & per totam Germaniam & Galliam eruditionis & sanctitatis eius veneranda opinio se diffudit. Vnde factum est, quòd non solùm Abbates monachos, sed etiam nobiles terræ filios suos Hrabani docendos magisterio subdiderunt. Quos ille, vt erat mansuetissimus, omnes summâ cum diligentiâ informabat, prout vniuscuiusque vel ætas vel ingenium permittebat; alios in Grammaticis, alios verò in Rhetoricis, atque alios in altioribus diuinæ atque humanæ philosophiæ scripturis, sine inuidiâ communicans, quod singuli ab eo postulassent. Omnes verò, quos in auditorium suum docendos admisit, non solùm prosâ, sed etiâ carmine, quidquid occurrisset, scribere informauit.

dum antè scholis præfectus,

docuisset monachos,

& seculares:

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE. D

18 Multos insignes, doctos atque sanctissimos *a* auditores habuit, quorum excellentiores atque præcipuos Megenfridus, in libro de temporibus gratiæ quartodecimo, nominatim commemorat, & sunt isti. *b* Strabus, monachus Fuldensis, patriâ Francus orientalis, qui magistro in regimine scholarum Fuldæ successit, vir in omni plenitudine scripturarum doctissimus, metro exercitatus & prosâ, multa in vtroque genere conscripsit. *c* Freculfus, monachus Fuldensis, patriâ Saxo, posteà Episcopus Lexouiensis in Rotomagensi prouinciâ, Christianæ fidei prædicator egregius, qui & ipse plura opuscula conscripsit. *d* Lutbertus, monachus Fuldensis, & posteà primus Abbas in Hirsaugiâ, Spirensis diœcesis, patriâ Sueuus, Doctor in omni varietate scripturarum eminentissimus, nec minùs vitæ merito, quàm eruditione præclarus, qui nonnulla ingenij sui monumenta reliquit, & multa suis bona monachis impendit. *e* Hirdolfus monachus Fuldensis, patriâ Francus orientalis, & primus apud Sanctum Aurelium Hirsaugiæ scholarum magister, homo integerrimæ conuersationis & doctrinæ, qui & ipse multa vtilia conscripsit. *f* Ruthardus, monachus Fuldensis, & secundus apud Hirsaugiam scholasticus post mortem Hildolfi, qui cùm esset doctissimus, plura composuit. *g* Bernardus, monachus Fuldensis, & posteà Hirsfeldensis Abbas, patriâ Francus Orientalis, vir sapientiâ & moribus clarus, multa lucubrauit. Bertholfus, monachus Fuldensis, patriâ Doringus, vir tam in diuinis Scripturis, quàm in literis humanis longè doctissimus, qui & ipse nonnulla scripsit. Ioannes, monachus Fuldensis, patriâ Francus Orientalis, poëta & musicus insignis, qui & plura scripsit, & cantum Ecclesiasticum primus apud Germanos variâ modulatione composuit. Vingbertus, monachus Fuldensis, patriâ Saxonicus, vir miræ simplicitatis, & magnæ nihilominùs eruditionis, vitæ merito, & clarus virtutibus effulsit. *h* Egbertus, monachus Fuldensis, vir vitæ admirabilis, & multo tempore voluntariè pro Christo inclusus, miraculis coruscans; nonnulla composuit. Carolus, monachus Fuldensis, patriâ Francus Orientalis, magnæ sapientiæ & eruditionis homo, quem ferunt, mortuo præceptore *i* Moguntinum meruisse Archiepiscopatum, & nonnulla edidisse volumina. *k* Altfridus, monachus Fuldensis, patriâ Saxonicus, mirâ sanctitate & eruditione clarus, Deique verbi prædicator egregius, qui de Fuldâ missus ad nouam in Saxoniâ Corbeiam scholasticus, posteà quartus Hildelsheymensis Ecclesiæ Pontifex ordinatur. Omnes præscriptos Hrabani apud Fuldam insignes discipulos, Meginfridus historiarum scriptor commemorat, & varia dicitur scripsisse opuscula. Ex aliis quoque cœnobiis ad se missos insignes habuit auditores multos, doctrinâ & vitæ sanctimoniâ celeberrimos: quorum nomina per memoratum scriptorem expressa, nos isthic amore breuitatis obmisimus, ne tædium induceremus.

a ex iis Fuldæ illustriores fuerunt monachi,

b Strabus,

c Freculfus Ep. Lexouien.

d Lutbertus Ab. Hirsaugien.

e Hildolfus & Ruthardus scholæ Hirsaugiæ præfecti,

f

g Bernardus Ab. Hirsfeld.

Bertholfus & Ioannes scriptores,

Vingbertus pius,

h Egbertus incluſus,

Carolus Archiep. Moguntinus,

i

k Altfridus Ep. Hildesheym.

E

F

a *De discipulo præcipuo actum* § 4 & 5.

b *VValafridum Strabum Abbatem Augiæ hunc esse suprà ostendimus.*

c *Discipulum fuisse Elisachari diximus num.* 19.

d *Alius* Lutbertus, *de quo Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

e *Huius nusquam alibi meminit Trithemius, ne quidem in Chronico Hirsaugiensi. An* Rudolphus *intelligendus Vitæ prioris auctor?*

f *Inter Sanctos refertur à VVione, Menardo, Ferrario* XXV *octob.*

g Brunuart *aliis dicitur.*

h *Alius ab hoc fuit Egbertus duobus seculis iunior, creatus* 22 *Abbas Fuldensis anno Ch.* 1048. *vitâ functus* 17 *Nouemb. an* 1058. *VII ad hos annos scribunt Schafnaburgenſis & Marianus Scotus. De eo hæc tradit Lesleus lib.* 5 *de Rebus Scotorum in Mathabao* 85 *Rege*: Egebertus quoque Abbas Fuldensis, hoc tempore

Egbertus Abbas Fuldensis

AVCTORE PRITHEMIO ABBATE.

tempore viguit, cui ſuffectus Sigebertus Scotus, virtute & pietate eſt conſecutus, vt Moguntinus Archiepiſcopus omnium conſpiratione declaretur. *Verùm eius ſucceſſorẽ non* Sigebertum, *ſed* Sigefridum, *apud Germanos ex Eppeſteynia familia oriundum fuiſſe docent Brouwerus lib. 4 Antiq. Fuld. & Serarius lib. 1 rer. Mogunt. Ob verba Leſlei* Egebertum *Scotus adſcripſit VVion appendice ad Martyrologium monaſticum,* S. Egebertus, *inquit,* Scotus Abbas Fuldenſis, vir doctrinâ & ſanctitate conſpicuus. *Vtrumque citant, &* Egbertum *Sanctis annumerant auctor Martyrologij Anglicani, & Camerarius in Menologio Scotorum, hic* XIX *Nouemb. ille* XXVI *eiusdem Nouemb. Hunc ſequitur Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, & cum altero* Egberto *confundit, coniicitq; vixiſſe ad annum* 690. *An non maiori iure hic Rabani diſcipulus Sanctis adſcriberetur, qui* miraculis *dicitur* coruſcaſſe? *Verùm ſodilicia requirimus antiquorum teſtimonia.*

an dilatur.

i *Hæc ſuprà refutata ſunt.*

k *De eo egimus num.* 10.

CAPVT IV

Ratio docendi B. Rabani: ſcientia linguæ Græcæ.

19 CVrauit etiam hic beatiſſimus monachorum inſtitutor auditores ſuos erudire, non minùs ad timorem Dei & mandatorum obſeruantiam, quàm ad intelligentiam Scripturarum, ſciens in ſancto Prophetâ Daniel ſcriptum: Quoniam qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Parum eſt enim ad ſcientiam hominis clauſtralis intellectum erudire, niſi etiam ſtudeas pro viribus affectum ad Dei amorem accendere. In quo docendi genere beatus Doctor Hrabanus præ ceteris notabiliter emicuit: qui ſuos auditores inprimis ad iuſtitiam erudiuit, quibus inter legendum crebrò perſuadere conatus eſt, mores ſuos regularibus conformare ſanctionibus, euangelicisque ante omnia ſemper obedire inſtitutis. Docuit illos mundum, & omnes voluptates carnis pro Dei amore contemnere, vanitates tranſitorias & ſeculi pompas fugere, & omnem concupiſcentiam inordinatę voluntatis declinare. Deum purâ mente ſuper omnia diligendum monuit, & ſedulò, vt ſe reminiſcerentur morituros, diſcipulis Lector inculcauit.

B Daniel. 12.3

Diſcipulis bonos mores & vitam ſanctiorem inculcat:

20 Monaſticæ religionis tam ſincerus fuit amator, vt in auditorium ſuum neminem admitteret, niſi priùs mentem eius diligentiſſimè ſuper integritate obſeruantiæ regularis exploraſſet. Vnde ſi quos mente aut corpore vagos, & ad obſeruantiam monaſticæ diſciplinæ minùs reperiſſet idoneos, tamquàm animalia bruta & beſtias immundas, ab aceeſſu montis diuinarum Scripturarum arcebat, dicens: Scriptum eſt: Beſtia, quæ montem tetigerit, lapidibus obruatur. Propterea, Fratres, abite, & primùm diſcite vos mente componere, vt moribus emendatis digni ſitis cum Moſe, Dei ſermones in montis cacumine audire. Nemo enim Dei Scripturas diſcendo vtiliter percipit, cuius adhuc anima vitiorum puluere ſordeſcit. Et hæc forma docendi ſancto viro ſemper familiaris extitit, vt ſtudio literarum iuſtitiæ præponeret diſciplinam, & ſcientiæ Scripturarum anteferret pietatem. Qui tantò faciliùs iuſtitiam & virtutum obſeruantiam perſuadere potuit, quantò eas non modò verbis, ſed etiam operibus demonſtrauit. Singularem habebat docendi gratiam, & perſuadendi maximam facilitatem. Nam & ingenio fuit acutus, & facundiâ diſertus, voce quoque tubali ſonorus, & quadam grauitate venerandus. Vnde quoties ratio poſtulauit, ſolâ potuit voce terrere improbos, & non minùs humilitate mulcere proſtratos. Conueniens animæ donis corpus, Domino largiente, conſecutus: & magna fuit in eo dilectionis auctoritas, & non minor cum manſuetudine affabilitatis humanitas. Quâ moderatione ab adoleſcentiâ temperantiſſimè vſus, & ſibi tranquillus extitit, & diſcipulis Doctor vtilis fructuoſuſque, vt pro tempore merebantur, occurrit.

dyſcolos & immorigeros à ſuâ diſciplinâ arcet,

C Exod. 19. 12

moderatè ſeuerus.

D

21 Fuerunt eo tempore, Meginfrido teſtante, in cœnobio Fuldenſi monachi ſub regulâ S. Benedicti, omnipotenti Deo in ſummâ religione famulantes, numero centum quinquaginta, qui omnes, vt ſuprà dictum eſt, à vino & carnibus abſtinebant. Ex his duodecim ad minus, in omni ſcientiâ Scripturarum doctiſſimi, dicebantur Seniores: quorum conſilio Abbas in quotidianis neceſſitatibus vtebatur, vt opus non eſſet vniuerſam fatigare congregationem. Quotiens verò ex his duodecim quiſpiam, vel ad aliud cœnobium miſſus, vel morte fuiſſet ſublatus, ex doctioribus & ſanctioribus mox alius in eius locum Rectoris & Seniorum electione conſtituebatur. Et hæc laudabilis Seniorum conſtitutio multis annis duranit, quamdiu videlicet ſtudium Scripturarum in Fuldenſi monaſterio, quod S. Hrabanus mceperat, viguit. Iſta autem fuit lex duodecim Doctorum, vt ſingulis legerent ſinguli iuxta principalis ordinationem Magiſtri, qui ſemper tertius decimus erat, & propterea omnium deputator lectionum, cui & obedire ceteri poſt Abbatem omnes tenebantur.

Monachi tum Fuldæ 150

præerant 12 ſeniores & Magiſter poſt Abbatem:

22 Famâ ſanctitatis & eruditionis Fuldenſium monachorum, & Sancti præcipuè Hrabani, per totum ſe regnum Francorum longiùs diffundente, filios ſuos multi nobiles & ignobiles ad ſeruiendum Domino in eorum conſortium tradiderunt: è quibus poſteà plures in Germaniâ Eccleſiæ Pontifices habuerunt atque Paſtores. Regulari etenim obſeruantiâ durante, nullus à Dei ſeruitio repellebatur, ſiue nobilis eſſet, ſiue ignobilis: ſed iuxta præceptum Legiſlatoris Benedicti, cunctis aditus patuit purâ intentione conuerti volentibus. Quæ tamen conſuetudo cum ſucceſſu temporis, & in Fuldenſi monaſterio, & in pleriſque aliis contra intentionem regulæ cernitur immutata, poſteà videlicet quàm & diuitiæ religionem extinxerunt, & luxus cum ambitione peſſimâ ſtudium eliminauit Scripturarum. Feruor eo tempore incredibilis fuit monachorum, a ſanctarum ſtudium Scripturarum, qui per S. Hrabanum Fuldæ cœpit, vt ſuprà diximus, & breui per omnia penè cœnobia Germaniæ & Galliæ conualuit.

E *ſtudia illa è monaſteriis eliminarunt diuitiæ & luxus.*

a

23 Nec erant Latino patrioque ſermone contenti; ſed linguam diſcere Græcam atque docere, neceſſarium fore diſcipulis diuinæ ſpeculationis arbitrati, etiam Hebraicæ Chaldaicæque notitiam cum labore fuerunt aſſecuti. Sanctus namque Hrabanus, Albini Romæ auditor, b Theophilum quemdam Epheſium habuit præceptorem, à quo Pelaſgi ſermonis intelligentiam apprehendit ſufficientem, quam reuerſus in patriam, ſuis quoque diſcipulis abſque inuidiâ communicauit. Enimuerò, cùm eſſet vir omnium non ſolùm ſtudioſiſſimus, ſed etiam ſine contradictione cuiuſquam doctiſſimus, optimè intellexit, neminem apud Latinos veraciter eruditum, & in ſacris litteris conſummatum poſſe reperiri, qui notitiam Græcæ linguæ non fuerit aſſecutus. Quod eò confirmo fidentiùs, quò, arte impreſſoriâ multiplicatis hodie Græcis voluminibus, & ipſe ſub bonis præceptoribus quantulamcunque huiuſce ſermonis intelligentiam apprehendi. Nam ſicuti riuulus ex fonte, ita ex linguâ Græcâ, Latina deſcendit. Quiſquis ergo fontis notitiam deſpicit, vim & proprietatem riuuli, poculo cuius vtitur, minimè cognoſcit.

Rabanus Græcè doctus,

b

F

24 Iure igitur omnis Germania ſimul & Gallia tripartita hunc beatiſſimum Doctorem veneratur Hrabanum, vt vnicum totius eruditionis principem: à quo & Pontifices Romani ſuſceperunt Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & monachi Scripturarum ſalutarem clauem intelligentiæ. Meritò, inquam, Germanorum poſteritas omnis Hrabani laudes in perpetuum perſonabit, qui primus omnium veteri barbarie pulsâ, ſuam fecit nationem ſermone Latinam. Primus enim omnium ſub fide Chriſti Germanos & Græcam reſonare linguam docuit

ſuos ex indigenis primus docuit linguas Græcam & Latinam,

docuit & Latinam. Nullus ante illum, apud Germanos vel natus vel inſtitutus, Græci ſermonis notitiam habens, tot volumina tam eleganter, tam propriè, tamque concinnè atque Latinè vſpiam conſcripſit. Si qui verò apud Germanos in regno Francorum ante ipſum docti fuerunt, non indigenæ, ſed Græci, Romani, Galli, Scoti, Britanni, ſeu aduenæ aliunde venientes extiterunt. Beatiſſimus autem Chriſtianæ fidei Doctor inſignis Hrabanus, vnicus & primus Germanarum inſtitutionum Princeps, & Magiſter diſciplinæ, qui nullum ante ſe in ſuâ habuit natione præcedentem ſcientiæ conſummatæ Doctorem, Diuino (haud dubium) ſuccenſus inſtinctu, quod domi habere non potuit, Romæ laudabiliter quæſiuit, inuenit, didicit, & Germanis ſine inuidiâ reportauit, priſcamque de patriâ barbariem fugauit. Gentem ſuam gemino decorauit ornatu, quâ & moribus ad ſanctitatem politiorem reddidit, & infuſâ ſermonis Romani elegantiâ in omnem ſcientiæ plenitudinem introduxit. O Doctorem cunctis venerandum ſeculis! O litteratorum Principem, omnibus viris doctis perpetuâ celebrandum feſtiuitate, qui vitam in carne duxit ſanctiſſimam, & vniuerſis Eccleſiæ filiis doctrinam effudit ſalutarem! Iure, inquam, viuaci memoriâ commendandus eſt omnium,
B qui non ſolùm exemplo tunc præſentibus æternæ pabulum vitæ præbuit, ſed etiam poſteritati ſuis ſcriptis documenta ſalutaria reliquit. Verè dignus eſt, cuius in benedictionibus memoriam celebret omnis per Germaniam poſteritas, per quem nobis tanta mentis & corporis prouenit vtilitas.

a *Videtur* erga *deeſſe.*

b *Quod Browerus in notationibus ad Vitam S. Sturmionis de Trithemio veritus fuit, vt Lectori verba dederit, qua dari ſibi non poſtulet, etiam de eo hîc verere poſſemus. Sed vnde Trithemio incidit, ab hoc Theophilo Rabanum Græcas Romæ litteras edoctum? Fortè ex Alcuini ad hunc epiſtolâ ſeptuageſimâ ſecundâ inter huius opera.*

Theophilus Græcus.

CAPVT V

Celebritas ordinis S. Benedicti. Opus B. Rabani de Cruce.

25 FIdem Chriſti orthodoxâ ſummâ cum alacritate ſemper docuit: ſacram enodem Scripturam apud Germanos primus reddidit: vitam Apoſtolicam ducens, pernicioſos hæreticorum errores conſtantiſſimâ ratione confutauit. Denique, ſicut in ſuperioribus eſt dictum, primus omnium apud Germanos publicam monachorum ſcholam tenuit: in quâ non ſolùm clauſtrales, ſed plures etiam ſecularis vitæ homines habuit auditores. In miniſterium diuinarum Scripturarum ſcientias conuertit ſeculares: &, veluti Socrates alter, tractam è cœlo philoſophiam in ethicam tranſmutauit. Propterea, vt me dixiſſe memini, auditores ſuos in omni doctrinâ litteraturæ ſecularis ad plenum inſtituit: eoſque inprimis grammaticos, dialecticos, rhetores, arithmeticos, geometras, aſtronomos, muſicos, atque poëtas ſtatuit: & poſteà idoneos ad diuinarum Scripturarum ſcientiam introduxit. Hæc forma docendi per ipſum didaſcalis tradita, multis annis in Fuldenſi monaſterio perſeuerauit; & ſucceſſu temporis ad plura Germaniæ cœnobia non ſine maximâ vtilitate tranſlata fuit, ſicuti facilè per veterum ſcripta comprobatur. Eo tempore, præter ſolum Ordinem ſancti Patris Benedicti, nulla fuerunt clauſtralium per totam Germaniam cœnobia: cùm neque Ciſtercienſes adhuc eſſent inſtituti, neque Fratrum Conuentus Mendicantium, neque alterius cuiuſuis obſeruantiæ ſingularis, qui omnes longè poſteà ſuperuenerunt. Et ideò quotiens in hoc opere mentionem de monachis facimus, non alij quàm Benedictini ſunt intelligendi niſi nominatim alterius profeſſionis exprimatur ſpecialiter.

Exemplo Rabani & normâ eius docendi,

ſtudia in alia monaſteria ſparguntur.

26 Ad multos annos duranit in cœnobiis monachorum iſtud mirabile ſtudium Scripturarum, & viros ſanctitate non minùs, quàm doctrinâ ſacer Ordo Benedicti produxit innumerabiles. Legimus enim, ſicuti ex ſupputatione annalium noſtrorum conſtat manifeſtum, quòd ex monachis, Ordinem ſancti Patris Benedicti profeſſis, quatuor & viginti per ſucceſſum temporis ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ fuerunt Pontifices, Cardinales ducenti ſexaginta nouem, Archiepiſcopi per diuerſas mundi Eccleſias mille ſexcenti octoginta quatuor, Epiſcopi verò quatuor millia quingenti duodecim. Denique catalogo *a* Sanctorum ex eodem Ordine reperiuntur aſcripti quindecim millia ſexcenti, præter moniales & alios innumeros, quorum nomina ignoramus. Hi ſunt fructus monachorum ſtudij ſalutaris, in quo, plantante Hrabano, multa millia in omni doctrinâ & ſanctitate totam illuſtrarunt Eccleſiam. Sed non duranit in finem hæc ſancta conſuetudo monachorum, quoniam quod laudabiliter cœpit ex tempore, etiam cum tempore turpiter defecit. Nam circa Dominicæ natiuitatis annum milleſimum centeſimum, multiplicatis in Eccleſiâ Dei variis inſtitutis clauſtralium, ſtudium à monachis noſtris tepeſcere cœpit, ac penè defecit.

Auctor retrithemio Abbate.

D *numerus Prælatorũ Eccleſiæ & Sanctorũ ex Ordine S. Benedicti.*

a

27 Hrabanus autem Maurus, monachorum Scholaſticus inſignis, poſteaquàm ſcholis præfuerat annis quinque, manum appoſuit ad ſcribendum, ætatis ſuæ anno triceſimo: qui fuit Dominicæ natiuitatis octingenteſimus octauusdecimus, Indictione Romanorum vndecimâ. Et cumprimis quidem ſcripſit mirabile illud opus de laudibus ſanctæ Crucis, quod poſteà dicauit Gregorio ſummo Pontifici quartò. De quo in ſupplicatione pro Mauro ſic ait præceptor *b* Albinus:

Rabanus ſcribit opus de laudibus ſanctæ Crucis,

b

Hunc puerum docui diuini flumine verbi;
Ethicæ monithis & Sophiæ ſtudiis.
Ipſe quidem Francus genere eſt, atque incola ſyluæ
Buchoniæ, huc miſſus diſcere verba Dei.
Abba ſuus namque Fuldenſis rector ouilis,
Illum huc direxit, ad tua tecta, Pater.
Quo mecum legeret metri ſcholaſticus artem,
Scripturam & ſacram ritè pararet quans:
Aſt vbi ſex luſtra impleuit, iam ſcribere tentans,
Ad Chriſti laudem hunc edidit arte librum.

Quæ verò, quanta, & qualia deinceps ſcripſerit, tam in calce huius voluminis, quam in libro de Scriptoribus eccleſiaſticis lector ſtudioſus poterit inuenire. Nullus ante illum Germanus tot volumina compoſuit: tot vtiles Eccleſiæ tractatus tantâ vetuſtate elegantiaque Latini ſermonis rutilantes, in natione Theutonicâ prius nemo lucubrauit. Nam vetus & nouum ex integro Teſtamentum in voluminibus multis expoſuit, & commentariis pulcherrimis luculenter exornauit. Quod quidem ſcribendi ſtudium, ab eo tempore vſque ad mortem ſuam, per annos triginta nouem, ſine intermiſſione ſemper continuauit.

& plurimos libros.

F

28 Anno autem Domini noſtri Ieſu Chriſti octingenteſimo vigeſimo, Indictione Romanorum tertiâ decimâ, *c* Rathgarius Fuldæ Abbas tertius, cui Fratrum electione quartus in ordine Abbatum ſuccedens, Ægilo, vir ſenex & religioſus, præfuit annis quinque, ſub quo beatus Hrabanus cœptum ſtrenuè docendi continuauit officium, vitam in omni plenitudine virtutum agens religioſiſſimam, & ſactam indefinenter explanans Scripturam, ad gloriam Dei omnipotentis, Qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Rabgario Abbati ſuccedit Ægil.

a *Debita Baronius ad an. Ch. 494 num. 77*: Cùm innumerorum penè ſanctiſſimorum atque etiam doctiſſimorum Patrum Patriarcha Benedictus fuerit fœcundiſſimus propagator; perperàm meâ ſententiâ illi faciunt, qui ei, quos non genuit alienos partus ſupponunt, qui, inquam, nimio eius Ordinis, ſub quo profitentur amore, nonnullos famâ illuſtres viros, qui etiam ante S. Benedicti tempora floruerunt, eiuſdem fuiſſe regulæ profeſſores imprudenter & inconſultè nimis affirmant. Et enim non fœcundis, ſed ſteri-

Sancti Ord. S. Benedicti.

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

libus ſupponi altera ſoboles conſueuit. Præſtitit hoc inter alios Trithemius, auctorque ceteris poſterioribus fuit id ipſum faciendi. *Hæc Baronius. At plurimos, quorum nuſquam meminit Trithemius, huius Ordinis Sanctos proferimus.*

A. b *Imò ipſe Rabanus in perſonâ præceptoris Albini tum pridem defuncti: & Patronus, quem deprecatur, eſt S. Martinus, non Gregorius IV Papa, vti ſuprà oſtenſum.*

c *Deeſt hic verbum,* depoſitus eſt. *aut quid ſimile. Rationem temporis non conuenire dictum eſt num.* 32. *De ſchiſmate Fuldenſi ſub Ratgario Abbate extat Poëma Rabani num.* 30. *De depoſitione eius pluribus agit in Vitâ Ægilu ſucceſſoru Candidus tum monachus Fuldenſis.*

LIBER II

Vita B. Rabani Abbatis.

CAPVT I

Electio in Abbatem. Studia promota.

1 HActenùs, Reuerendiſſime Præſul, & Princeps Illuſtriſſime Alberte, primum de vitâ S. Hrabani prædeceſſoris tui librum, auxiliante Domino
B Deo, continuauimus, in quo conuerſionem eius ad inſtitutiones monaſticas, ſtudium quoque & eruditionem Scripturarum apertâ narratione
Prafatio huius libri. digeſſimus: vt, quo feruore Diuini amoris ſimul & fraternæ caritatis vir tantus conuerſationem ſuam inceperit, poſteritatis memoriæ perpetuò commendaremus. Nunc autem in ſequenti libro, quem ſecundum adiicimus, primò tempus, quo Fuldenſi monaſterio præfuit Abbas, quantùm ſe vires noſtræ tenues nimiùm extendunt, ſtylo commendare pergimus: vt hiſtoriam ordine debito non fraudemus. Verumtamen non pollicemur; nos omnia ſcripturos, quæ in abbatiâ geſſit; ſed ex multis conſignamus pauciſſima, vtpote, qui propter negligentiam ſcriptorum inuenire nequiuimus, quæ reſtabant potiora.

2 Anno igitur Dominicæ natiuitatis octingenteſimo *a* viceſimoquinto, Indictione Romanorum tertiâ, mortuus eſt Ægilo, Fuldenſis monaſterij Abbas quartus, anno regiminis ſui quinto, vir moribus & vitâ religioſus, & diuinarum Scripturarum amator præcipuus. Poſt cuius ſepulturam Hrabanus Maurus Magnentius, Doctor & Scholaſticus, monachorum celeberrimus, Fratrum electione communi Abbas in ordine quintus inſtituitur, anno ætatis ſuæ triceſimo ſeptimo, & præfuit annis duobus & viginti, Paſtorem ſe ouium Chriſti exhibens, in omni ſanctitate vitæ ſpectabilem, & in opere ſemper efficacem. Primus Fuldæ Abbas fuit à B. Bonifacio Archiepiſcopo inſtitutus *b* S. Sturmus, natione *c* Anglicus, anno Domini ſeptingenteſimo quadrageſimo tertio, Indictione Romanorum vndecimâ, præfuitque annis ſex & triginta. Poſt quem Baugolfus Abbas præfuit annis viginti quinque; cui ſucceſſit Rathgarius annis ſedecim: quo mortuo, Ægil Abbas præfuit annis quinque. Et illo vitâ defuncto S. Hrabanus, in ordine Fratrum quintus, vt diximus, fuerat ordinatus. A fundatione itaque monaſterij Fuldenſis vſque ad ipſum Hrabanum, per annos octoginta duos, Abbates per ordinem quatuor extiterunt.

a — *B. Rabanus eligitur Abbas Fuldenſis:* — *b c*

3 Hrabanus itaque memorati cœnobij quintus Abbas inſtitutus anno prænotato (qui fuit annus Ludouici Regis Francorum Pij *d* decimus, Eugenij Papæ ſecundi annus quoque ſecundus, & *e* Orhgarij Archiepiſcopi Moguntini primus) in humilitate priſtinâ perſeuerauit, & vitam, ſicuti conſueuerat, in omni puritate mentis & corporis corâ Deo indeſinenter continuauit. Deum mundâ conſcientiâ dilexit ſuper omnia, pro cuius amore contempſit vniuerſa. In toto corde ſuo mãdatorum eius ſemper memor extitit, & numquàm à bono ſtudio ceſſauit. In oratione tam deuotus & continuus extitit, vt nemo, conuerſationis eius ignarus, putaſſet illum lectioni Scripturarum vel *f* momentaneo potuiſſe intendere, vel nouæ compoſitionis quidquam lucubrare. Rurſus in legendis diuinis Scripturis, in lucubrandis quotidiè fermè nouis voluminibus, atque in docendis inſtituendiſque ad pietatem Diuini cultus, ad regularis diſciplinæ obſeruantiam, & morum integritatem monachis commiſſis, nec minùs in ordinandâ curâ domeſticâ, tam frequens fuit & ſe dulus, vt orandi nullum videretur habere momentum. Amor quippe Dei, quo totus ardebat incenſus, non permiſit eſſe otioſum, quoniam, ſicuti expertus veriſſimè Beatus teſtatur Gregorius, Amor Dei numquàm eſt otioſus. Operatur enim magna, ſi eſt, quòd ſi operari renuit, profectò verus Dei amor nunquàm fuit. *S. Greg. hom. 30 in Euãg.*

d *e*

accuratã ſui & ſubditorum curam geris:

f

4 Beatus itaque Abbas Hrabanus ouium Chriſti ſollicitus, parùm indulgens ſuæ infirmitati naturæ, omne tempus, quod occupationibus rei familiaris ſubripere potuit, orationi & ſtudio impendit. Monachum habuit nomine *g* Strabum, patriâ Francum, ex vrbe *h* Præapolitanâ oriundum, virum in omni ſcientiâ diuinarum humanarumque literarum doctiſſimum, carmine ac proſâ, longâ exercitatione peritum, nec minùs vitæ merito, quàm Scripturarum eruditione venerandum, quem poſt ſe monachorum *i* ſcholæ præfecit, & introductum docendi modum obſeruare & continuare mandauit. Qui Strabus & proſâ & carmine plura ſcripſit. Ipſe denique Hrabanus, vigilantiſſimus paſtor, munus docendi propter Abbatiam penitùs non deſeruit, nec à componendis voluminibus ceſſauit. Amator nempe Dei ſincerus, quotiens opportunè potuit, docendi officium, vt priùs, repetiuit. Vnde, quò liberiùs vacare poſſet interiùs, procuratores rerum temporalium ſufficientes conſtituit & idoneos, de quorum fidelitate non potuit dubitare. Regnum Dei ante omnia quærere ſtuduit, & de rebus tranſitoriis ſe nimis anxiè numquàm intromiſit. Et quia Deum in toto corde ſuo dilexit ſuper omnia, huius vitæ ab ipſo neceſſaria conſecutus eſt magnâ in abundantiâ. Circa regimen tamen animarum valdè ſollicitus extitit, & oues Chriſti ſibi commiſſas verbo ſalutis, exemplo ſanctitatis, & pabulo neceſſariæ ſuſtentationis ſtudioſiſſimè paſcere curauit.

g h *Strabum ſchola præficit,* *alios rebus temporalibus curãdis:*

5 Sub eius regimine monaſterium Fuldenſe rebus atque perſonis creuit quotidiè, & fama ſanctitatis monachorum eius per totum Francorum ſe regnum diffudit. Præcipuè tamen Abbatis Hrabani opinio doctrinæ & ſanctimoniæ in ore fuit omnium celebris & glorioſa, non ſolùm apud Germaniæ Francos, ſed apud Gallicanos quoque & Italos: cuius viri fama Reges & Principes, Epiſcopos & Doctores quoſlibet etiam longiùs diſtantes, in eius venerationem permouit. Omnes incomparabilem eius mirabantur doctrinam, & coniunctam eruditioni ſanctitatem laudibus continuis prædicabant vbique. Ex omni regno Francorum, quod tunc erat vnum, Germanis & Gallis, ad audiendum illum certatim confluebant viri multarum facultatum periti, & ſe fore beatos exiſtimabant, qui ad eius fuiſſent familiaritatem admiſſi. Multi quoque Principes, nobiles & ciues Hrabani magiſterio filios ſuos commiſerunt imbuendos, variis atque magnificis præceptorem donis & muneribus honorantes. Quos ille tantâ ſedulitate docuit, quâ maior excogitari vix potuiſſet. Fuit enim laborum patiens, & qui ſibi nihil oneroſum aut graue iudicabat, quod vel ad Dei honorem, vel ad proximi pertinebat vtilitatem, vnde ſibi ſoli natus videri non voluit, qui ſalutem aliorum ſemper, vt propriam quæſiuit.

D *bonâ per Europam monaſterij famâ diſperſâ,* *monachos* E *& diſcipulos multiplicat.*

a *Imò anno* 822 *ſuprà probatum eſt.*

b *Alias* Sturmius, Sturmio *&* Sturmis, *cuius Vitam ſcripſit eius diſcipulus Ægil Abbas* IV.

c *Ægil*

A c *Ægil in Vitâ.* Noricâ prouinciâ exortus, nobilibus & Chriſtianis parentibus generatus & nutritus fuit. *vbi Brouverus annotat Boios intelligi, quod Norici in Boiorum ditionem migrarint. De aliis Abbatibus ſatis actum.*

d *Potiùs* vndecimus *fuiſſet Trithemio, cùm 28 Ianuarij anni 814 S. Carolo Magno patri ſucceſſerit, aut certè* primus *tantùm Eugenij Papæ II, creati anno 814 die 19 Maij.*

e *Hoc toto anno 825 & ferè ſequenti 826 adhuc Haiſtulphum Otgarij deceſſorem vixiſſe ſcribit Serarius lib. 4 rer. Mogunt. aitq; 28 Decemb. in feſto Innocentium anni 826 obiiſſe, cui potiùs anno 827 ſucceſſor datus eſt Otgarius. Haiſtulphus Sanctis annumeratur in Actis MSS. Patronorum ciuitatis Moguntinæ.*

Haiſtulphus.

f *Fortè* momento.

g *Hunc eundem eſſe VValafridum Strabonem, dein Abbatem Augiæ diuitus ſuprà dictum § 5.*

h *An* Poapolitanâ *ſcribendum? nòn herba, vt vbi* Herbipolis *intelligatur. De loco eius natali alibi nihil legimus. Trithemius lib. 2 de Viris illuſtribus vbi Strabum à VValafrido alium ſtatuit, vtrumq; natione* Teutonicum *ſcribit cap. 35 & 41.*

i *De eo ſuprà egimus. Gerungum* 11 *Abbatem Hirſaugienſem, eius Fuldæ diſcipulum fuiſſe probat in Chronico Hirſaugienſi ad annum 854 Trithemius, aitq; ſe* reperiſſe Strabi libellum de Arithmeticis dimenſionibus, cui præponit epiſtolam ad hunc Gerungum ſic incipientem: Reuerendiſſimo merito Patri, ætate Filio, litterâ diſcipulo, gratiâ Magiſtro, Gerungo Abbati æternæ beatitudinis præmium

B poſſidere. *Hæc ibi quæ difficilia ſunt: nam VValafridus Strabus quinque antè annis obiit, quàm hic* Gerungus *creatus fuerit Abbas: quod à Brouvero non animaduerſum, qui eodem cap. 14 libri 1. Fuld. Antiq. & Strabum eſſe VValafridum, mortuumq; anno 849 tradit, & hinc probat Gerungum diſcipulum eius fuiſſe.*

CAPVT II

Dotes B. Rabani ad regendum. Virtutes.

Excellit gratiâ regendi,

6 AD regimen animarum, Deo prouidente, valdè fuit idoneus, vigilantiâ, pietate, diſcretione, prudentiâ, opere, & doctrinâ nulli ſecundus. Non erat penes illum acceptio perſonarum, ſed electio ſola meritorum: qui ſtatim, vt Abbas ordinatus fuerat, vt iuſtitiæ magiſtram, in omnibus Benedicti Patris ſequebatur regulam, à quâ in omni vitâ ſuâ numquàm temerè declinauit. In ipsâ namque regulâ ſic Abbas Benedictus mandat Abbati: Non præponatur ingenuus ex ſeruitio conuertenti: niſi alia cauſa rationabilis exiſtat. Enimuerò ſiue ſeruus, ſiue liber, omnes vnum in Chriſto ſumus, & ſub vno Domino æqualem ſeruitutis militiam baiulamus, quia non eſt apud Deum perſonarum acceptio. Solummodò in hac parte apud ipſum diſcernimur, ſi humiles & meliores ceteris in bonis & ſanctis operibus inueniamur. Hæc & alia monaſticæ perfectionis inſtituta ſanctus Abbas Hrabanus,

S. Benedictus regulâ 2.

C vnà cum euangelicis præceptis atque conſiliis, obſeruatione ſtuduit adimplere continuâ; & fidelem ſe Chriſti miniſtrum atque vicarium in monaſterio exhibuit. In doctrinâ ſuâ regulam cuſtodiuit Apoſtolicam, in quâ Paulus amator Chriſti præcepit, dicens ad diſcipulum: Argue, obſecra, increpa, id eſt, miſce diſcreto examine temporibus tempora, & terroribus blandimenta. Durum magiſtri, & pium patris affectum ſubiectis ſibi monachis exhibuit, quando indiſciplinatos & duros corde ſeuerius arguit, obedientes verò, manſuetos & humiles, vt in melius proficerent, paterno affectu beneuolus obſecrauit. Numquàm diſſimulauit peccata delinquentium, ſed mox vt oriri cœpiſſent vitia, radicitus amputauit. Honeſtiores enim & animis generoſiores, primâ vel ſecundâ admonitione blandus corripuit, & oratione manſuetiſſimâ confeſtim ad ſanitatem mentis reuocauit: improbos verò, ſi qui occurriſſent, duros corde, ſuperbos & inobedientes non verbis modò, ſed etiam verberibus & abſtinentiâ ſeuerius caſtigauit, ſciens ſcriptum: Quia ſtultus non corrigitur verbis. Et iterum: Percute filium tuum virgâ, & liberabis animam eius à morte.

2 Tim. 4. 2 ſeueritatè ſuauitate miſcet;

Prouerb. 18. 2 Prouerb. 23. 14

7 Meditationem Dominicæ paſſionis in corde ſuo ſingulari deuotione quotidiè ſolebat reuoluere, & pro morte Saluatoris innocentiſſimâ lacrymans & gemens gratias referre. Fertur enim ſanctam in conſuetudinem duxiſſe, vt numquàm cibum ſumeret, niſi priùs gratias agens, vitam, actus, & paſſionem Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ab Incarnatione incipiens ad aſcenſum eius in cælum, per ſingulos articulos meditando, gemendo & orando percurriſſet. In argumentum eſt veritatis opus illud de laudibus ſanctæ Crucis, in quo ſummâ diligentiâ & deuotione, myſteria Dominicæ paſſionis enodauit. Niſi enim patienti Chriſto magnoperè fuiſſet compaſſus, tanta laudum præconia nũquàm in eius paſſionis memoriam ſcribere potuiſſet. Verùm, quia mentem Chriſto compatientem habuit, vires, quas negauit infirmitas, pietas miniſtrauit. Omnium namque ſpiritualium exercitiorum Dominicæ paſſionis eſt maximum, in quo monachus, qui rectò & ſapidò modo fuerit aſſiduus, citò magnum inueniet conuerſationis internæ profectum. Monachum in hac ſanctâ meditatione homini mundano præpoſui, propterea quòd exutus negotiis ſecularibus, ad meditationem Dominicæ paſſionis, vitæ & mortis, aptior iure cenſetur.

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

D *additus meditationi de Chriſti paſſione:*

8 Hrabani autem conuerſatio multùm ſegregata E fuit à mundo, propterea factus eſt Deo proximus, & ſibi per binarium in ternario monaſticè vnitus. Huius ſanctiſſimæ conuerſationis ad monadem ternarij myſterium nemo vtiliter intelligit, qui adhuc vitiorum puluere ſordeſcit. Quiſquis enim purgatus à voluptatibus carnis, & ſegregatus à vanis mundi ſollicitudinibus, in domo Domini ſecum ſolus habitat; iam oculos mentis apertos habere laudabiliter incipit, & nihil præter Deum ſolum vel amat vel metuit: Quo ſanctiſſimo purgationis genere beatiſſimus Abbas Hrabanus mirificè illuſtratus, Deum ſuper omnia timuit: in cuius apparere conſpectu aut reus, aut à bono opere vacuus, horribile iudicauit. Quocirca futuræ ſibi mortis imaginatione crebrò perterritus, cui eſſet villicationis ſuæ rationem quandoque reddituru, ſedulò cogitabat, ſciens artem eſſe omnium artium regimen animarum. Continuam ergo futuræ rationis reddendæ memoriam reuoluebat in mente: ſciens nimirum culpæ paſtoris incumbere, quidquid in ouibus ſuis paterfamilias minùs vtilitatis potuerit inuenire. Propterea ſummo conatu ſic ſtatuit viuere, vt, quantum fragilitas permittit humana, ſecurior appareret coram Deo in reddendâ ratione. Vnde non minùs opere quàm ſermone, verum ſe omni tempore Paſtorem ouium Chriſti ſtuduit exhibere. Et ob id omnia, quæ diſcipulis docuit eſſe contraria, in ſuis factis oſtendit non agenda. Omnipotenti Deo ſe gratum in cunctis actionibus exhibere ſtuduit, quem puræ conſcientiâ, mundo corde, & feruentiſſimo caritatis deſiderio amauit. Ad ſeipſum rectâ conuerſatione ſemper ordinatus extitit, & à ſemitis iuſtitiæ minimè declinauit. Ad ſubditos quoque ſuos debitâ ſub vigilantiæ curâ ordinatum ſe præbuit, quorum vtilitatem & profectum in omnibus quæſiuit: In caritate proximi propter Deum ardens fuit & feruidus, nulli grauis vnquam, nulli iniurioſus, nulli moleſtus, ſed neminem lædens, benefecit vniuerſis. Euangelicis obedienter inhærens præceptis, bonum quod ſibi fieri, ſecundùm rectum rationis iudicium, voluit, prior ipſe aliis ſedulò impendit. Omnes in Chriſto ſincerè dilexit, omnes honore præuenit, & cunctis pro viribus benefacere curauit.

ſequens in conſciẽtiæ examinandæ:

feruens in caritate Dei & proximi:

9 Semetipſum ſibi pro Chriſti amore veraciter abnegans, euangelicis mandatis, ac monaſticis inſtitutionibus ſuam in cunctis voluntatem ſubiecit: mortificatiſque perniciosis deſideriis & voluptatibus carnis, Chriſtianæ arma patientiæ aſſumpſit, & ſub confeſſionis ordine martyrio non caruit: vtpote qui corpus ſuum ieiuniis, vigiliis, orationibus, diſciplinis, & aliis duris exercitationibus monaſticis, ſine intermiſſione

deditus abnegationi ſui & ieiuniis:

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

grauiter macerauit, carnibus, vino, & quibuſlibet eſculentis lautioribus ſemper abſtinuit: fabis, piſis, & oleribus naturæ indigentiam vtcunque ſuſtentauit. Quaſi Paradiſi delicias amauit ieiunium, & neceſſitatibus carnis ſemper præpoſuit animæ nutrimentum. Quidquid neceſſitatibus ſuis potuit ſubripere, in vſus mox pauperum cenſuit erogare. Nam pientiſſimus cùm eſſet in pauperes, & Abbas Fuldæ, & Archiepiſcopus Moguntiæ, tantâ eos commiſeratione proſecutus eſt, vt de craſtino nullam videretur habere prouidentiam. Vnde & à bonis viris, Deumque timentibus Pater nominabatur inopum, & hoſpes egenorum. Ab illis verò, quos auri cupido inſatiabilis auaritiæ flammis incenderat, non pius, non miſericors, non munificus, ſed prodigus, vanè glorioſus, & diſſipator ſubſtantiæ Chriſti, per iniuriam potiùs nuncupari conſueuit. Ita virtus ſemper habet oſores, qui Phariſæorum & ſcribarum exemplo, bonum, quod negare in proximo nequeunt, in partem malam atque ſiniſtram temerè peruertunt. His ſimilia Beatus Hrabanus ab improbis paſſus eſt multa, qui cùm pietatem eius in pauperes haud negare poſſent, vanitatis ſtudio aſcribere non timebant, aſſerentes illum vanæ laudis amore ductum, eleemoſynas facere potiùs, quàm pro honore Dei. Sed vir Domini militans ſub fide Chriſti, qui radio Diuini amoris ſtabili iam firmitate ardebat, nec vana blateronum curauit obloquia, nec à bono, quod inchoauerat, opere propterea ceſſauit: quamuis non modò detractionibus ſuorum, ſed etiam conuiciis vrgeretur. Nec tamen mirum, ſi in tantâ congregatione bonorum inueniebantur etiam nonnulli minus perfecti, aut mali, cùm inter duodecim Apoſtolos Chriſti, vnus fuerit inuentus traditor eſſe Magiſtri: & è ſeptem primis Eccleſiæ Diaconibus ſui extiterit nominis auctor erroris. Verumtamen non derelinquit Omnipotens famulum ſuum in tribulatione, quem in camino paupertatis multipliciter probatum inuenit eſſe fidelem, ac ſtabili firmitate voluntatis bonæ penè inuincibilem.

liberalis in pauperes

eum obloquio nonnullorum.

CAPVT III

Auaritia monachi variè punita. Mulieribus acceſſus ad monaſterium à B. Rabano prohibitus.

Adelhardus monachus

iuſſus pro refrigerio defunctorũ eleemoſynas dare,

10 NVllus eorum, quibus Dei amor cordi fuerat, & ſacrarum ſtudium Scripturarum, facientem eleemoſynas virum Dei moleſtabat in aliquo, ſed ex monachis illi, quos miniſtros & diſpenſatores rerum domeſticarum conſtituerat, facibus auaritiæ ſuccenſi, bonis obnitebantur ſtudiis ſui Paſtoris. E quibus vnus fuit, nomine Adelhardus, patriâ Francus, homo plus æquo in rebus mundi ſollicitus, quem Pater maiorem cellerarium domus conſtituerat, cuius hiſtoriam infelicitatis vt ſcribamus, ratio poſtulat æquitatis. Clementiſſimus inopum Pater publico mandauit edicto, vt quotiens ex Fratribus monaſterij aliquis morte commutaret hanc miſerabilem vitam, eius præbenda in cibo & potu integra, & ſine diminutione, per dies triginta continuos pro animæ defuncti ſalute pauperibus deberet erogari. Contigit autem anno Hrabani Abbatis duodecimo, qui fuit Dominicæ natiuitatis octingenteſimus triceſimus ſeptimus, Indictione Romanorum quintadecimâ, plures in Fuldenſi cœnobio monachos, vocante Domino, ab hac miſerâ futuram tranſmigrare ad vitam. Vnde vir ſanctus, & defunctis compatiens & pauperibus viuis, ipſe Adelhardo, diſpenſatori domus, ſerioſiùs mandauit, coram omnibus dicens ei: Cura, Frater, quàm diligentiſſimè, vt præbendas defunctorum Fratrum meorum plenas & integras, ſicuti pro eorum ſalute conſtitui, ſingulis fideliter pauperibus diſtribuas. Quod ſi neglexeris, animam tuam in diſtricto Dei iudicio ream fore noueris, & puniendam. Reſpondit Adelhardus, ſe Patris iuſſa libenter facturum. Sed ô virus mortiferum, quàm noxia eſt ſemper clauſtralibus auaritia, quos & propriæ ſalutis facit immemores, & contra puritatem monaſticam in ſuperbiâ pertinaces! Adelhardus piger ad obedientiam, tardus ad pietatem, & ardens totus ad auaritiam, pauperum inopiam neglexit, & nimiâ cupiditate ſeductus, ſuffragiâ mortuis debita fraudulenter ſubtraxit. Nam partim contemptu Abbatis, cuius obluctabatur pietati, partim auaritiâ, non minùs quàm tepiditate perniciosâ, datus in reprobum ſenſum, quieſcentium in Domino præbendas, aut in totum retinuit, aut infideliter pauperibus miniſtrauit.

eas præ auaritiâ detinet:

11 Sed non tulit æquitas Diuina tantam eius temeritatem ſine vindictâ. Quadam namque die, cùm externis rerum curis nimiùm occupatus, hora iam eſſet tardior, & dormientibus ceteris per locum capitularem ſolus tenderet in dormitorium, lucernulam, ex more in manibus geſtans, vidit illic per gyrum monachos conſedere plurimos, conſueto ſchemate nigro indutos: & nimio terrore correptus, quid ageret, neſciebat. Erat enim tardior hora noctis, quâ Contentum ſimul tunc adunatum ſuſpicari non potuit. Vnde cùm diligentiùs intueretur, ſingulas Fratrum nuper vitâ defunctorum vmbras eſſe cognouit, quibus ſtipendia ſubtraxerat ordinata, & vltra modum perturbatus animo, retrocedere tentabat. Sed nimiùs pauor, ſanguine concitato in aduerſum, & crura obrigeſcere fecit & pedes, vſque adeò, quòd ſe mouere de loco non potuit. Conſurgunt mox impetuosè ſpirituum defunctorum terribiles vmbræ, proſtratumque nimio pauore videntem, indumentis, virtute occultâ, ſpoliarunt, ac dorſo non ſolùm, vt nobis eſt conſuetudo caſtigandi, nudato, ſed inſuper corpore toto miſerum cædunt, ſenſibiliter virgis verberant, percutiunt, horribili vocis imagine conſonantes: Arripe infelix auaritiæ, quam meruiſti, vindictam, poſt triduum grauiora recepturus, poſteaquàm nobiſcum inter mortuos fueris computatus. Euaneſcentibus mox vmbris, remanſit Adelhardus iacens, vt mortuus, circa medium verò noctis, cùm Fratres conſurgerent ad laudes matutinas, flagellatum miſerum repererunt, in loco Capitulari iacentem, mortuo quàm viuo ſimiliorem. Qui deportatus ad infirmitorium, & ad ſe tandem Fratrum ope reuerſus, quid viderit, & quæ mala perpeſſus fuerit, audientibus reuelauit, & quòd die tertiâ moriturus, iuxta verbum apparentium ſibi ſpirituum prædixit. Et ne ſomnium exiſtimarent, aut ſolius paſſionem mentis, Cernite, inquit, plagas, & verberum conſiderate liuores, quia nemo ſic dormiens, abſque impreſſione aliquâ violentâ extrinſecus poterit ſignari. Intuebantur miſerabili ſeueritate percuſſum aſtantes, nec lacrymas poterant continere, inter quos ſanctus Paſtor Hrabanus, qui nimis periclitanti ampliori compatiebatur affectu caritatis, & piæ commiſerationis. Curauit ergo ſollicitus, quod officium requirebat Abbatis, iamque viribus deficientem, paterno monebat affectu de commiſſis pœnitentiam agere, & de miſericordiâ Dei nullatenus deſperare. Quem etiam, ſalubri admonitione contritum & pœnitentem, ſacramentis præmuniuit Dominicis, morientemque precibus Domino inſtantiùs commendauit. At ille ſub magno & aperto ſigno veræ contritionis die tertiâ migrauit è vitâ.

ab vmbris defunctorũ apparentibus

crudeliter caſtigatus,

tertio post die moritur:

12 Qui mortuo, beatiſſimus Abbas Hrabanus omnipotenti Deo ſacrificium hoſtiæ ſalutaris pro remedio animæ illius obtulit, ieiunia & orationes & ſibi & Fratribus indixit, eleemoſynas auxit, & in ſalutem eius, quidquid boni poterat, miſericorditer impendit. Cùm ecce defunctus, triceſimâ die poſt mortem ſuam, in cellâ oranti Hrabano poſt matutinas viſibilis & ſqualidus apparuit, & quid pateretur, etiam habitu & aſſumpto ſchemate quodammodò demonſtrauit. Ad quem

in purgatorio in pœnâ ſuæ auaritiæ, bonis viuentium operibus, aliis applicatis.

A quem nihil territus vir Domini ait: Quomodò est, Frater, & quid circa te nunc agitur, qui tam squalidus mihi appares? Dic mihi, per Dominum precor, quid tibi profuerunt orationes nostræ, castigationes & ieiunia? Cui respondit spiritus: Orationes vestræ omnipotenti Deo gratæ & acceptæ fuerunt, mihique non in parum refrigerium profuêre pœnarum: sed plenam obtinere veniam nequeo, donec Fratres nostri ascenderint in cælum purgati, quos ego in carne positus, meâ tenacitate ac negligentiâ in pœnis purgatoriis retardaui. Nam & præbenda mihi alioquin debita ipsis in subsidium prouenit, sicuti Diuina iustitia ordinauit. Sed oro te, Pater, duplicentur præbendæ pauperum, & confido, quòd Dei miseratione citiùs liberabor. Promisit vir sanctus, quod postulauit defunctus. Duplicauit egenis præbendas, & orationes continuauit. Vnde post alios triginta dies iterum claro schemate defunctus apparuit viuo Pastori, se iam tunc liberatum retulit, Domino Deo, & Hrabano gratias egit. Ex eo tempore Fuldenses monachi pauore tam miserabilis historiæ perculsi, & curam satisfaciendi pro mortuis Fratribus adhibuêre sollicitam, & Abbatis sui præcepta sine contradictione, ac si diuinitus emanassent, custodire satagebant. Nam, cùm huius facti apud eos memoria, qui tunc inter mortales viuebant, penitùs esset indelebilis, mentes omnium tanto perculserat metu pauoris; quòd non solùm debitas vitâ defunctis Fratribus præbendas distribuebant integras & plenas in vsus pauperum, sed vnus etiam quisque de suâ portione victus quotidie subtrahens aliquid sibi, libens in subsidium contulit egenorum.

diutius punitur.

B

13 Fecit & aliam valdè necessariam constitutionem beatus Abbas Hrabanus, quæ, vt fertur, vsque in præsentem diem in monasterio seruatur. Sciens enim quàm sit monachis frequens conspectus mulierum periculosus, illis maximè, qui iuniores ætate in timore Domini adhuc minùs exercitatos habent sensus, de consilio duodecim seniorum cunctis perpetuò mulieribus ad monasterium interdixit accessum. Quæ sancta constitutio vt robur obtineret perpetuum, transitum fœmineo sexui per aquilonarem vrbis portam, extra quam situm est monasterium, perpetuâ sanctione prohibuit & negauit. In huius primordio constitutionis matrona quædam nobilis, curiositate fœmineâ superata, sancti Abbatis inhibitionem contemnens, adiunctâque sibi familiarium turbâ, per vetitam vrbis portam exiuit, & ecclesiam monasterij præsumptuosâ temeritate intrauit. Quæ mox à dæmone arrepta, horribiles cœpit emittere voces, astantesque nimio pauore perterruit. Quam ligatis manibus sui reportarunt in oppidum, & salutem eius cum lacrymis, Hrabani & monachorum precibus commiserunt. Verùm, Domino permittente, tam crudeliter in eam sæuiebat dæmonium, quòd intra paucos dies mori fuit compulsa, dæmonio in eâ sine intermissione clamante: Pro me data est sententia Dei, quoniam nemo, solâ morte exceptâ, me ab hoc vasculo eiiciet. Similia nonnullis constat posteà contigisse mulieribus, quas sub simili præsumptione dæmonium inuasit. In festis tamen S. Bonifacij Martyris & Dedicationis hodie mulieribus ad ecclesiam monasterij tantùm accessus permittitur, quod B. Hrabani, & multis posteà temporibus penitùs negabatur.

Ingressum in monasterium interdictū

fœmina contēnens,

C

à dæmone ad mortē vsque obsidetur.

CAPVT IV

B. Rhabani miracula, noua monasteria erecta, abdicatio regiminis.

14 HIs & aliis multis per virum Dei laudabiliter constitutis, & mirabiliter patratis, nemo de eius sanctitate poterat dubitare, cuius nutui omnes tam promptam cernebant Diuinam adesse potentiam. Vnde nomen eius in toto regno Francorum factum est magnâ celebritate gloriosum: & multi de remotis terræ prouinciis eius famâ eruditionis & sanctitatis excitati, ad videndum illum & audiendum quotidiè confluebant, qui conuersatione ac moribus eius perspectis, ad meliora profecerunt. Multis in abbatiâ Fuldenti virtutibus coruscauit & signis, quorum à nobis memoriam nimia intercapedo temporis absondens, obliuione perpetuâ spoliauit. Ita mortalibus semper vilescunt præsentia, vt quantumlibet excellenter suis temporibus dicta seu facta insignium virorum, non solùm commendare litteris despiciant, sed etiam laudem adhibere meritis eorum dignam contemnant. Veterum magnificè gesta & legunt auidè, & laudibus celebrant, sed contemporaneos sibi viros, etiam si veteribus sint meliores, quasi notos, & ob id minoris pretij, spernendo meritis priuant. Tam est iniqua mortalium de rebus æstimatio semper, vt incognita miretur, & laudibus celebret: nota verò, & sibi præsentia tamquàm nihilum vilipendat, fidem maiorem incertis scriptis præstans alienis, quàm scientiam vel æstimationem oculis propriis. Hinc fit iniuria multis, qui magna fecerunt in hoc mundo temporibus suis, & scriptorum vel penuriâ, vel negligentiâ, nullam aut paruam apud posteritatem memoriam sunt consecuti. Sic Hrabanus sanctissimus Abbas magnas fecit in diebus suis virtutes, nec tamen condignam meritis à scriptoribus accepit memoriam. Refert enim supradictus auctor Meginfridus in volumine de temporibus gratiæ, Hrabanum hunc beatissimum Abbatem suis ad Deum orationibus cæcos illuminasse duos, claudos gressibus formasse quatuor, de humanis etiam corporibus plures eiecisse dæmones, & multis aliis claruisse miraculis. Sed quo hæc facta sint ordine, non satis luculenter expressit. Propterea tamen de sanctitate illius dubitandum non est, quòd Vitam eius non inuenimus ex ordine ab antiquis compositam: cùm similia multis Sanctorum acciderint. Verùm si quis de huius viri sanctimoniâ dubitat, libros, quos magno labore quondam edidit, attentiùs reuoluat. Optima scripsit, quoniam Diuino spiritu illustratus, purè, sanctè, & irreprehensibiliter in medio prauæ nationis vixit. Nec aliter viuere potuit, qui tam sancta docuit & scripsit. Nam cùm esset ardens in Diuino amore, nullum sine spirituali exercitio tempus præteriit, quippe qui se totum Dei seruitio mancipauit. Legit vtilia, scripsit sancta, docuit recta, operabatur cœlestia, & sine intermissione meditabatur diuina.

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

D

Sanctitate celebris B. Rabanus,

sanctos libros scribit:

15 Hæc illum sancta conuersatio, & nobis meritò venerabilem fecit in terris, & cum Sanctis Dei omnibus glorioſum reddidit in cælis. Deo iuuenis in monasterio cœpit viuere: ac benè cœpta fideliter vsque ad mortem continuauit. Monachus fuit innocens, Abbas in Deo semper proficiens, Archiepiscopus inter perfectos excellens: fraternæ caritatis amator & cultor feruentissimus extitit, & salutem omnium studiosissimè quæsiuit. Vnde zelo Diuini amoris accensus, multis cœnobiis, quæ tunc fundabantur de nouo, & monachos ex suis dedit rogatus, & doctrinâ præclaros Abbates. Infirmiores quosque, & minùs in obseruantiâ regulari zelosos atque perfectos, in monasterio secum detinuit: & sub virgâ disciplinæ ad meliora quotidiè compellere non cessauit. Ad monasteria verò nouiter fundata, non misit infirmos, sed fortes, non tepidos & carnales, sed moribus & eruditione consummatos atque perfectos. Anno regiminis sui abbatialis tertiodecimo, qui fuit Dominicæ natiuitatis octingentesimus tricesimus octauus, Indictione Romanorum primâ, cùm Erlafridus quidam Comes in Calba *a* monasterium in memoriam S. *b* Aurelij Pontificis apud Hirsaugiam, Spirensis diœcesis, nouum à fundamento construxisset, missâ legatione in Fuldam cum precibus Otgarij Archiepiscopi Moguntini *c* Hrabanum Abbatem,

E

miracula patrat;

ad alia monasteria excolenda ex subditis mittit,

F

a

b *Hirsaugiā*

Lutberti

Abbatem.

c

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

Abbatem, monachos ab eo petiit, & eius diſpoſitioni cœnobium, quod erexerat, commendauit. Qui pro Dei reuerentiâ precibus annuens ſupplicantis, Lutbertum Hirſaugiæ primum Abbatem conſtituit, cui de ſuis monachis in omni religione perfectos monaſticâ quindecim numero coniunxit. Ad monaſterium quoque *d* nouæ Corbeiæ, quod in Saxonicâ regione, quæ nunc *e* Weſtgallia nuncupatur, fundari cœpit anno Dominicæ natiuitatis *f* octingenteſimo viceſimoſecundo, indictione Romanorum quintadecimâ, monachos poſteà conſummatos deſtinauit, viros eruditos atque ſanctiſſimos, inter quos S. *g* Altfridus, poſteà quartus in Hildelsheim Pontifex, vnus extitit: per quem Deus multa ſigna & miracula fidelibus oſtendit. Ad alia quoque plura cœnobia, eo tempore nouiter conſtructa, beatus Pater Abbates miſit & monachos, quorum nomina breuitatis amore ſilentio pertranſiuimus: vtpote qui ad finem hiſtoriæ rationabiliter feſtinamus.

Corbeiam S. Aliſridum.

16 Cùm itaque reuerendiſſimus Abbas Hrabanus in lege monaſticâ irreprehenſibiliter viueret, & multos verbo & exemplo ad iuſtitiam erudiret; ſæuit in eum totius boni aduerſarius, & variis modis viri propoſitum eneruare, penitusque ſubuertere laborabat: & multis variiſque nocendi mediis virum ſanctum aggreſſus, cùm animi eius conſtantiam nequaquàm poſſet perfringere, ſubditorum eius mentes ad odium Paſtoris callidâ ſtuduit machinatione prouocare. Anno igitur natiuitatis eius *h* quinquageſimo ſeptimo, vt Meginfridus Fuldæ poſteà monachus eſt auctor, facta eſt inter eum & monachos eius, ſollicitante diabolo, grauis quædam & nociua diſſenſio, cuius tamen cauſſam non expreſſit. quam *i* Ludouicus Germanorum Rex, frater Lotharij Imperatoris ac Regis Italiæ. filius Ludouici primi, cùm audiuiſſet, miſſis ad Fuldam nunciis, Hrabanum ad ſe vocauit Abbatem, & monachorum temeritatem regali auctoritate compeſcuit, venientemque cum honore ſuſcepit, & biennio ferme ſecum in curiâ regali detinuit. Interea monachi Fuldenſes pœnitentiâ ducti, oratores miſerunt ad Regem, humili ſupplicatione rogantes, vt ablatum ſibi redonaret Abbatem. Quod tamen facere, propter cauſſam rationabilem, & Abbas ipſe renuit, & Rex admittere nullatenùs conſenſit. Manſit ergo in aulâ regiâ beatus Abbas Hrabanus *k* biennio, vſque ad mortem Otgarij Archiepiſcopi Moguntini, monachis interim lamentantibus.

Diſſenſio orta,

relicto monaſterio, degit apud Ludouicū Regē Germaniæ.

a *Hæc planiùs referuntur initio Chronici Hirſaugienſis, vbi* Comes in Calue *dicitur.*

b *Hic eſt Armenus Radicinorum Epiſcopus, S. Baſilij Magni ſynchronus & coætaneus, quem Galeſinius, Ferrarius aliiq; referunt coli 9 Nouemb. Trithemius 25 Maij.*

S. Aurelius.

c *Addenda præpoſitio* ad.

d *De nouâ hac Corbeiâ actum 11 Ianuarij in Vitâ S. Adelardi per Radbertum, cap. 16 & S. Gerardum Abbatem cap. 9 & 111 Februarij ad Vstam S. Anſcharij.*

e *Imò* Weſtphalia. *De origine huius vocabuli multa congerunt Geographi moderni, & VVernerus Rolevvinck libro de ſitu & moribus VVeſtphalorum cap. 2, quorum nullus à Gallis nomen illud concedit. De iis Poëta Saxonicus, qui Arnulphi Imperatoris æuo vixit, ad annum 772 hæc habet:*

VVeſtphalia vnde dicta.

Sed generalis habet populos diuiſio ternos,
Inſignita quibus Saxonia floruit olim:
Nomina nunc remanent, virtus antiqua receſſit.
Denique Weſtphalos vocitant in parte manentes
Occiduâ, quorum non longè terminus amne
A Rheno diſtat. Regionem ſolis ad ortum
Inhabitant Ooſterlingi, quos nomine quidam
Oſtphalos alio vocitant, confinia quorum
Infeſtant coniuncta ſuis gens perfida Sclaui.
Inter prædictos mediâ regione morantur
Angarij, populus Saxonum tertius,

Sunt ergo Weſtphali *dicti, quod* in occiduâ parte *ſeu limine aut limite Saxonum occidentali habitarent, Ooſtphali quod in Orientali. eſt* Weſt *occidens,* Ooſt *Orient.* palen, limites, fines, limina regionum *aut* Imperij.

f *Conſentimus in anno auctor antiquus de Conſtructione monaſterij nouæ Corbeiæ apud Meibomium tomo 1 Scriptorum Francic., Schafnaburgenſis in Chronico, Albertus Crantzius lib. 1 Metropolis cap. 19 aliiq;*

g *De Altfrido egimus num. 10 in Prolegomenis.*

h *Ex hoc loco § 7 oſtendimus in ætate Trithemium huc vſq; triennio aberrare.*

i *Imò Rabanum ad eccleſiam, S. Petri in monte ad orientem monaſterij ſeceſſiſſe, libroſq; cœptos abſoluiſſe, dictum in priore Vitâ num. 49.*

k *Quinquennio priuatim vixiſſe certum eſt ex ſuprà dictis.*

LIBER III

Vita B. Rabani Archiepiſcopi.

CAPVT I

Archiepiſcopatus Moguntinus. Concilia habita.

1 ITur poſt mortem memorati Archiepiſcopi Moguntini Otgarij (qui fuit in ordine Archipræſulum quintus, & obiit anno Dominicæ natiuitatis octingenteſimo quadrageſimoſeptimo, Indictione Romanorum decimâ, menſis Aprilis die viceſimâprimâ, in monaſterio S. Albani Martyris apud Moguntiam, in capellâ S. Bonifacij cum honore ſepultus, anno pontificatus ſui *a* viceſimoſecundo) B. Hrabanus Maurus Magnentius Abbas Fuldenſis, promotione Ludouici Regis in Archiepiſcopum Moguntinum electus, votis Procerum ſucceſſit, & præfuit *b* annis nouem, menſibus quatuor. Cui ſubſtitutus in abbatiâ Fuldenſi *c* Hatto præfuit annis ſeptem. Hrabanus itaque Abbas anno ætatis ſuæ quinquageſimo nono, qui fuit Lotharij Imperatoris ſeptimus, & quarti Leonis Papæ *d* ſecundus, Germanorumque Regis Ludouici æquè ſeptimus, & Dominicæ natiuitatis iam prænotatus, in Archiepiſcopum ordinatus, priſtinum vitæ rigorem non ſolùm in nullo minuit, ſed quaſi tunc primùm inciperet conuerti ad Deum, regularis obſeruantiæ diſciplinam in multis auctam, vſque ad mortem cuſtodiuit. A carnibus & vino inprimis abſtinuit, delicias non quæ ſiuit, nullas infirmæ carnis aut mundi voluptates ſiue illecebras vllatenùs admiſit: balnea, & omne quod corpus tenerum fouet, ſed mentem reſoluit, damnatione perpetuâ refutauit: gregem ſibi commiſſum, vt verus Pontifex, feruidusque Chriſti miniſter, ſummâ diligentiâ cuſtodiuit: quem verbo, exemplo, ſimul & huius vitæ pabulo, quâ potuit ſollicitudine, pauit & enutriuit. Ab eius memoriâ numquàm receſſit Apoſtolica ſententia Pauli, dicentis: Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, caſtum, virtutibus ornatum, prudentem, pudicum, hoſpitalem, atque ſalutaris ſcientiæ doctorem: non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum: non litigioſum, non cupidum, & qui teſtimonium habeat bonum ab his etiam, qui foris ſunt; vt non in improperium incidat, & in laqueum diaboli. Quæ omnia crebriùs in mente reuoluens, nihil eorum, quæ Pontificalis miniſterij officium requirere videbatur, omiſit: ſed irreprehenſibilem ſe cunctis in operibus bonis ſemper exhibuit. Ordinatus autem fuit in Archiepiſcopum, ſicut eſt dictum, *e* viceſimâ ſextâ die menſis Iunij, quæ fuit SS. Ioannis & Pauli Martyrum feſtiuitate ſolennis, apud Moguntiam in eccleſiâ cathedrali, Rege Ludouico, & multis aliis præſentibus.

a Otgario Archiepiſcopo Moguntino defuncto ſuccedit B. Rabanus,

b

c

d

ſanctâ vitâ ſubditis præit:

e

2 *f* Eodem anno, iubente Ludouico Rege, apud Moguntiam in monaſterio S. Albani Martyris, circa principium menſis Octobris Synodum habuit: ad quam non ſolùm de ſuâ prouinciâ, ſed etiam de aliis plures Epiſcopos & Abbates conuocauit; quorum conſilio, multa pro communi vtilitate rei eccleſiaſticæ prudenter

f

Synodum conuocat,

A prudenter ordinauit. *g* Per idem tempus mulier quædam, Thierda nomine, pſeudoprophetiſſa, de partibus alienis venit ad Moguntiam: quæ Salomonis Epiſcopi Conſtantienſis parochiam ſuis vaticiniis non modicè perturbauerat. Nam certam de proximo inſtantem conſummationis ſeculi diem, aliaque perplura, quæ ſoli Deo ſunt cognita, quaſi diuinitus ſibi reuelata, ſe ſcire, publicè prædicabat, dicens, eodem anno vltimum mundi diem imminere. Vnde multi ex populo vtriuſque ſexus timore perculſi, ad eam venerunt, oblatiſque muneribus, ſe illius orationibus, quaſi alicuius Sanctæ, commendabant. Et quod grauius eſt, ſacri etiam ordinis viri doctrinas Eccleſiaſticas poſtponentes, illam quaſi magiſtram cælitus deſtinatam ſequebantur. Hæc ad præſentiam S. Hrabani Archipræſulis, & aliorum Epiſcoporum apud S. Albanum deducta, & diligenter de ſuis aſſertionibus requiſita, Presbyterum quemdam ſibi ea ſuggeſſiſſe, & ſe talia quæſtus cauſsâ in populum ſeminaſſe, profeſſa eſt. Quapropter ſynodali iudicio publicè cæſa flagellis, miniſterium prædicationis, quod irrationabiliter vſurpauerat, & ſibi contra morem eccleſiaſticum vendicare præſumpſerat, cum dedecore maximo & manifeſtâ confuſione amiſit, ſuiſque vaticiniis tandem confuſa finem impoſuit.

g

pſeudoprophetiſſam multos decipientem punit.

h i k

3 *h* Goteſcalcus quoque *i* Presbyter quidam, natione Gallus, ex Remorum *k* diœceſi aduenies, de præ-

B deſtinatione Dei nouum & pernicioſum ſeminabat errorem. Dicebat enim, tam bonos ad vitam æternæ felicitatis, quàm malos ad mortem perpetuam ineuitabiliter à Deo prædeſtinatos eſſe: & nec illis nocere, ſi peccent, nec malis & præſcitis prodeſſe, ſi ad melioris vitæ propoſitum conuertantur, eò quòd prouidentia Dei omnino ſit infallibilis. Contra quem beatiſſimus Archipræſul Hrabanus campum diſputationis latum ingreſſus, tam Scripturarum auctoritate, quàm euidentiâ rationis eum coram omnibus, Deo auxiliante, ſuperauit, & vi argumentationis vſque adeò reddidit mutum, quòd nihil pro ſuâ opinione ampliùs potuit inferre. Benedictus per omnia Deus, qui pernicioſiſſimum dogma erroris per os famuli ſui Hrabani confutauit. Rationabiliter itaque à S. Hrabano conuictus, ſuperatus, & confuſus in conſpectu Epiſcoporum, Abbatum, & ceterorum omnium, qui fuêre præſentes,

Gotheſcalcum oppugnat.

l

correctionem aſſumpſit, erroremque ſuum *l* publicè

m

reuocauit. De ſententiâ verò Synodi ſanctæ ad *m* Epiſcopum proprium Hingmarum Remis tranſmiſſus eſt, dato priùs iuramento confirmationis, ne in regnum

n

Ludouici, hoc eſt, Germanicum ampliùs rediret. *n*

C Multa quoque in eadem ſynodo & alia fuerunt vtiliter decreta, quæ alibi habentur.

a *Aliù* vigeſimo primo, *quòd ordinatus putetur ſub initium anni* 827, *aut finem anni præcedentis.*

b *De iis ſuprà actum in Prologomenis num.* 53

c *Hattonem anno* 842 *ſecedenti in eccleſiam S. Petri Rabano ſucceſſiſſe certum eſt ex epiſtolâ* 40 *Lupi Abbatis Ferrarienſis ad Rabanum.* Audiui, *inquit*, ſarcinam adminiſtrationis veſtræ vos depoſuiſſe, & rebus diuinis ſolummodò nunc eſſe intentos: Hattoni verò noſtro curam ſudoris plenam reliquiſſe. *Obitum eius aſſignant Annales Fuldenſes ad annum* 856, *quo pridie Idus Aprilis ſcribitur deceſſiſſe. Præfuit ergo* annis *non* ſeptem, *ſed circiter* tredecim. *Reliqua ſuggeret Brouuerus in Fuldenſibus, cui his Annalibus certior lux effulget, quàm ex veterum Abbatum catalogo MS. relato in ſcholiis ad Poëmata Rabani num* 28, *vbi dicitur* per annos 22 rexiſſe ab anno 841 ad 862.

Hatto Abbas Fuldenſis.

d *Imò* primus. *Nam Sergio hoc anno* 847 *pridie Idus Aprilis defuncto, eodem die Leo ſucceſſit. Anaſtaſius Bibliothecarius, & ex eo Baronius num.* 7.

e *Sequentem diem ſeu* v *Kal. Iulij aſſignant aliqui.*

f *Annal. Fuldenſes*: In eodem anno, iubente Ludouico Rege, apud Mogontiacum Synodũ habuit circa Kal. Octob.

g *Hæc deſcripſit ex eiſdem Annal. vbi dicitur* veniſſe mulier ex Alemanniæ partibus, nomine Thiota. *Eamdem hiſtoriam refert Trithemius in Chronico Hirſaugienſi ad annum* 848.

h *Anno ſequenti in aliâ Synodo damnatus fuit, vt ſuprà dictum.*

i *Imò & monachus monaſterij Orbaci, fundati à S. Regulo Archiepiſcopo Remenſi in eo ſepulto, ſub finem ſeptimi ſeculi. de quo agemus* XXV *Nouemb.*

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

k *Potiùs* Prouinciæ Archiepiſcopalis *vt iam loquimur, quod Orbacum ſit diœceſis Sueſſionenſis. Sic* diœceſin *pro* prouinciâ *accipit Rabanus in epiſtolâ Synodali ad Ludouicum Regem ſuprà relatâ num.* 50 *in Prolegom.*

D Diœceſis *pro prouincia.*

l *In ſynodicâ epiſtolâ Rabani ad Hincmarum Archiepiſcopum Remenſem ſcribit* incorrigibilem eum repertum, & recludendum eſſe, nec ſinendum amplius errorem docere, & ſeducere populum Chriſtianum. *Et in vltimâ ad eumdem epiſtolâ ſcribit, eum* præſentem à ſuâ nequit à nullo non potuiſſe. *Sigebertus ad annum* 849 *ait* conuictum; ſed tamen in ſuo perſeueraſſe errore.

m Archiepiſcopum. *Nam proprius Epiſcopus erat Sueſſionenſis* Rothardus II *ſeu* Hrothadus, *qui etiam Cariſiaca Synodo interfuit, in quâ dicitur* honorem presbyteralem per Rigboldum Chorepiſcopum, cùm eſſet Sueſſonicæ parochiæ monachus, inſcio ciuitatis ſuæ Epiſcopo, vſurpaſſe.

n *Decreto ſynodi Cariſiacæ*, honore presbyterali deiectus *eſt, vt* improbus virgis cæſus, & ne aliis noceret, ergaſtulo tetruſus.

CAPVT II.

Perſecutiones. Eleemoſynæ. Zelus animarũ.

4 VErùm ſilentio prætereundum non eſt, quemadmodùm omnis boni hoſtis & inimicus diabolus B ſanctis Hrabani ſtudiis aduerſabatur in omnibus die ac nocte; quærens & obſeruans eius vitæ ſenitas, vt eum vel à ſanctitatis reuocaret propoſito, vel publicæ neci exponeret, aut confuſioni perſonali. Nec à malè cœptis quieuit, quouſque tandem in breui plurium animas ſubditorum ſubuertit. Nam cum vix *a* duos in pontificatu menſes impleſſet, ſuis penè omnibus, inſtigante ſpiritu maligno, cœpit nimiùm diſplicere: quorum tanta fuit ſubſecuta temeritas, vt occultum de morte illius tractarent conſilium. Conſpirantes enim aduerſùs eum ex Clericis Eccleſiæ Moguntinæ complures, quorum vitia & inordinatam conuerſationem vir ſanctus rationabiliter arguebat, de laicis etiam multos nobiles & ignobiles in ſuam peruerſam ſocietatem occultè traxerunt, & malum in proprium Pontificem conſilium adunarunt. Fuit autem Hrabanus Pontifex & in ſe rectus, integer, & iuſtus; ad ſubditos verò zeloſus, & paſtorali ſollicitudine vigilantiſſimus: qui cùm Eccleſiæ miniſtros ad Canonicas conſtitutiones iuxta officij rationem vellet reducere, prauorum contra ſe mentes grauiter irritauit. Et niſi prouidentia Diuina, quæ nunquàm in ſuâ diſpoſitione fallitur, aliter ordinaſſet, manus impiorum effugere minimè potuiſſet. Sed non eſt conſilium hominis contra Deum. Eo- F dem namque tempore, quo Hrabanus Archiepiſcopus Synodo præſidebat apud S. Albanum, Ludouicus Rex in ciuitate Moguntinâ Procerum regni celebrabat conuentum, qui homines S. Hrabani, vt *b* Regino teſtatur in Chronicis, conſpirantes aduerſùs Dominum ſuum, publicè conuictos, cum eo pacificauit, & vnicuique pro menſurâ delicti ſatisfactionẽ iniunxit.

a Inuidiâ maleuolorum cõſpirantium appetitus.

Prou. 21.

à Ludouico Rege defenditur.

b

5 Anno poſt hæc Dominicæ natiuitatis octingenteſimo quinquageſimoſecundo, Indictione Romanorum quintadecimâ, qui fuit pontificatus B. Hrabani quintus annus, iterum celebrata eſt Synodus Rege Ludouico iubente apud Moguntiam, in monaſterio S. Albani Martyris, ipſo Hrabano præſidente Archiepiſcopo, in quâ penè omnes Epiſcopi, & Abbates *c* Franciæ Orientalis, Bauariæ atque Saxoniæ, cum Rhenanis & Moſellanis comparuerunt propriis in perſonis. Multa in eâ Synodo ſtatuta ſunt, ad communem vtilitatem Eccleſiæ proque morum correctione Deo famulantium Clericorum; quę omnia Ludouicus ipſe regali auctoritate confirmauit. Et Epiſcopi quidem ſynodales quæſtiones in concilio determinabant; Rex autem cum Principibus in ciuitate ſedandis litibus inuigilabat.

in aliâ Synodo præclara ſancit.

c

6 Anno Dominicæ Natiuitatis octingenteſimo

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE.

quinquagesimo, Indictione Romanorum tertiâdecimâ, qui fuit S. Hrabani annus in Pontificatu tertius. Germaniæ populos grauissima fames oppressit, maximè circa Rhenum habitantes. Nam vnus modius de frumento Moguntiæ vendebatur pro decem *d* nummis argenti, quorum sex & viginti vnum hodie faciunt auri florenum. Ex quâ supputatione constat, vnum octale frumenti, quod Maldrum vocant, plus quàm tres soluisse florenos dictæ mensuræ Moguntinensis. Morabatur autem eo tempore B. Hrabanus Archiepiscopus in quadam villâ parochiæ suæ, cui vocabulum est Wincelta, quæ in descensu Rheni fluminis ad dextram fermè tribus à Moguntiâ distat miliaribus, & nunc ab incolis terræ Wunckel nincupatur. In eâ residens, pauperes de diuersis locis aduenientes quotidie plus quàm trecentos suscipiebat, & alimento sustentabat, exceptis his, qui in præsentiâ illius assiduè vescebantur. Venit autem inter alios, vnâ dierum & mulier quædam ex villâ Crucinaco (quæ nunc *e* oppidum est) oriunda, inediâ penè consumpta, cùm infante paruulo, cum aliis pauperibus refocillari desiderans. Quæ priusquàm limen portæ domus Episcopalis transcenderat, præ nimiâ imbecillitate corruens in terram, spiritum exhalauit. Puer verò mamillam matris defunctæ iacentis, quasi viuentis, de sinu protrahens, & sugere tentans, multos intuentes ad fletum coëgit. Quæ cùm beato Pontifici nuntiata fuissent, ingemuit, & præ nimio compassionis dolore lacrymas cohibere nõ potuit.

d *In fame publicâ 300 pauperes alit.*

e

alios ad eleemosynas incitat:

7 Ex illâ die per omnem regionem misericordiam prædicari fecit egenis, eleemosynas pro viribus auxit: pauperibus vndecumque venientibus necessarium præsentis vitæ pabulum abundantiùs ministrauit. Hanc eius munificentiam in pauperes omnipotens Deus gratam habens, duplici beneficio remunerasse legitur: dum ei copiosam huius vitæ prouisionem in præsenti retribuit, & animam illius tandem à corpore separatam, æternæ felicitatis in cælo deliciis perpetuò satiauit. Dispersit enim huius vitæ diuitias pro Christi amore, & dedit pauperibus, propter quod & Iustitia eius manet in seculum seculi, & * conuiuium eius cum Sanctis omnibus exaltatur in gloriâ. Christum Iesum vnigenitum Dei filium, cuius minister erat & Pontifex, amauit super omnia, pro cuius honore fidelem se ouium eius Pastorem exhibuit, inscios docuit, pauperes pauit, errantes & per deuia peccatorum præcipitatos ad viam iustitiæ paternâ solicitudine reduxit. Verè iustus & sanctus, qui post aurum non abiit, nec in thesauris pecuniæ sperauit. Omnis confidentia eius fuit in Domino, pro cuius amore cetera omnia despexit. Vnde rerum temporalium curam exemplo priscorum Pontificum viris commisit idoneis: quorum releuatus ministerio, spiritualibus intentiùs vacaret.

Psal. 111. 9

**al. cornu.*

Eccli. 31. 8

diœcesin obit absq; Vicario,

8 Ea verò, quæ pontificale requirebant officium, in totâ diœcesi per semetipsum administrabat, lectioni diuinarum Scripturarum, meditationi quoque, orationi & contemplationi, quotiens à pontificali poterat ministerio vacare, semper fuit intentus, & sanctitatis exercitium, quod monachus in cœnobio didicerat, etiam Archipræsul factus, sine intermissione continuans, numquàm intermisit. Verbum Dei prædicare sibi commisso populo non erubuit: quippe qui se Apostolorum consecutum esse ministerium recognouit. Enimuerò sicut non meretur dici Apostolus, qui vacans mundi negotiis vel otio, verbum Dei commissis sibi populis non prædicat; ita Episcopali honore penitùs est indignus, qui neglectis siue postpositis spiritualibus sola temporalia curat. Transiens ergo per vicos, perque castella & villas, Apostolorum more, Hrabanus cum Clericis nonnullis & monachis, quos ad hoc ministerium nouit idoneos, Euangelium Dei populo nuntiauit, delinquentes corripuit, pœnitentes Domino reconciliauit, mores Clericorum totis viribus ad Apostolicam institutionem reformare studuit: pro quorum

concionatur in vicis & pagis:

directione salubri, tres libros notabiles ad Haildolfum quartum Archiepiscopum Moguntinum, antecessorem suum *f* priùs lucubrauit. *f*

9 Quotiens verò ab actionibus Ecclesiæ publicis vacabat, mansionem residentiæ corporalis tenebat vel in memoratâ villâ circa Rhenum Wincellâ, vel in Moguntiâ, circa maiorem ecclesiam, in domo episcopali, aut certè in monte, haud procul à prænominato vico, qui de nomine illius dictus est Bisthofeberus, in quo nunc monasterium S. Ioannis Baptistæ cernitur esse constructum. Frequenter etiam manere consueuit in cœnobio sancti Martyris Albani (quod in monte prope Moguntiam *g* Richolfus tertius Archiepiscopus construxit anno Domini septingentesimo nonagesimo sexto, Indictione Romanorum quartâ) propter monachorum inibi Deo famulantium vitæ sanctitatem. In monasterio etiam Canonicorum *h* S. Victoris extra Moguntiam sæpiùs habitabat, cùm propter aëris temperiem, tum propter loci & situs amœnitatem. Ibi nonnulla pro fidelium ædificatione scribens composuit, vbi & S. Lullus quondam Archiepiscopus orationi meditationique insistere consueuit.

residet vagatur in locis & monasterijs.

g

h

a *Imò hac anno Archiepiscopatus 2. Christi 848 contigisse ex sequentibus certum.*

b *Non Rhegino, qui Rabani non meminit, vt §. monuimus, sed auctor Annalium Fuldensium, in quibus hæc leguntur ad annum 848.* Ludouicus Rex circa Kalend. Octob. generale Placitum habuit apud Moguntiacum, in quo Legatos fratrum suorum, & Nordmannorum, Sclauorumque suscepit, audiuit & absoluit. Homines etiam Hrabani Episcopi aduersùs Dominum suum conspirantes publicè conuictos cum eo pacificauit.

c *Annales Fuldenses ad hunc annum 851 sic referunt:* Habita est autem & Synodus ex voluntate atque præcepto eiusdem Serenissimi Principis (*Regis Ludouici*) in ciuitate Mogontiâ metropoli Germaniæ, præsidente Rabano Venerabili eiusdem vrbis Archiepiscopo, cum omnibus Episcopis atque Abbatibus Orientalis Franciæ, Baioariæ & Saxoniæ. Et illi quidem de absoluendis quæstionibus Ecclesiasticè tractatum habebant. Rex verò cum Principibus & Præfectis Prouinciarum publicis causis, litibusque componendis insistens, postquàm Synodalia eorum decreta suo iudicio comprobauit & Legationes Bulgarorum, Sclauorumque audiuit & absoluit, Baioariam reuersus est. *At Mosellanos fuisse extra regnum Ludouici certum est.*

d *Annales Fuldenses iterum describit, in quibus* decem siclis argenti *legitur: reliqua de Maldro Trithemij expositio est. Caritatem Rabani in hac fame laudat idem Trithemius in Chronico Hirsaugiensi ad an. 849 & 856.*

e *Palatinatus Inferioris. Deest nomen loci in Annalibus Fuldensibus.*

f *Anno Christi 819 necdum tum Abbas, vt suprà probatum.*

g *Sedit Richolfus ab anno 787 ad 814. Ecclesia S. Albani consecrata est an 805 Kal. Decemb. Cœnobium hoc monachorum concessu Martini Papæ anno 1419 in Canonicorum collegium commigrauit. Vide Serarium in Mogontiacu lib. 1. cap. 30. & 31. & lib. 4. in Archiepiscopo 3.*

h S. Willibaldum *profert VVicelius in Hagiologio* scripsisse vitam S. Bonifacij, & rescripsisse in loco, qui S. Victoris extra muros dicitur, vbi Lullus & Rabanus vacabant orationibus: *quæ à Vita amplificatore adiecta sunt, cum S. VVillibaldus antè obierit, quàm Rabanus nasceretur. de S. Lullo agemus* XVI *Octob. de S. VVillebaldo* VII *Iulij.*

CAPVT III

Libri à B. Rabano conscripti.

10 HIc iam reor opportunum, vt quàm plura, quamque vtilia scripserit volumina Hrabanus iste sanctissimus Pontifex, ab anno ætatis suæ tricesimo vsque ad finem vitæ, per annos fermè *a* octo & triginta, quibus numquàm à studio Scripturarum & editione librorum cessauit, posteritatis memoriæ commendem. Fuit enim, quemadmodùm in superioribus dictum est, per Germaniam omnium doctissimus, qui multitudine, vtilitate, facundiâ, & elegantiâ librorum à se editorum, nec præcedentem quemquam habuit similem,

a *Primus Germaniæ scriptor,*

Alem, nec poſt ſe reliquit æqualem. Quòd verum ex eo conſtabit facilius, ſi titulos librorum eius per ordinem exprimamus, non quo ſunt editi, ſed à nobis collocati.

b edidit cõmentarios in Scripturam,

11 Scripſit igitur ad Frecolfum Lexouienſem in Normanniâ Epiſcopum, quondam *b* diſcipulum ſuum, de quo ſuprà diximus, in Geneſim libros quatuor, in Exodum libros quatuor, in Numeros libros quatuor, in Leuiticum libros quatuor, in Deuteronomium libros quatuor, in hiſtoriam Ioſue libros duos, in hiſtoriam Iudicum libros duos, in hiſtoriam Ruth librum vnum. Ad Hildouoinum Abbatem S. Dionyſij ſuper hiſtoriam Regum libros plures, in Paralipomenon libros quatuor, in *c* Eſram & Neemiam libros tres, in hiſtoriam Tobiæ librum vnum, in hiſtoriam Iudith libros ſeptem, in hiſtoriam Heſter librum vnum, in hiſtoriam Iob libros plures, in totum Pſalterium libros plures, in Prouerbia Salomonis libros plures, in Eccleſiaſten libros plures, in Cantica Canticorum libros plures, in librum Sapientiæ libros tres, in Eccleſiaſticum libros decem, In Eſaiam Prophetam libros viginti, in Ezechielem libros viginti, in Danielem Prophetam libros tres, in duodecim Prophetas minores libros duodecim, in hiſtoriam Machabæorum libros tres, in Euangelium Matthæi libros octo, in Euangelium Lucæ libros tres, in Euangelium Marci libros quatuor, in Euangelium Ioannis libros plures, ad Lupum Seruatum Presbyterum in omnes Epiſtolas Pauli Apoſtoli libros tres & viginti, in Actus Apoſtolorum libros plures, in Epiſtolas Canonicas libros ſeptem, in Apocalypſin Ioannis libros plures, ad Gregorium Papam quartum de laudibus ſanctæ Crucis laborioſum & mirabile opus libros duos: ad Haimonem Epiſcopum Halberſtatenſem de Vniuerſo libros viginti duos, de Vniuerſali naturâ librum vnum: ad Hailolfum quartum Eccleſiæ Moguntinæ Archiepiſcopum de inſtitutione, vitâ & moribus Clericorum libros tres: ad Heribertum Epiſcopum de quæſtionibus Canonum librum vnum: ad Reginbaldum Epiſcopum de eâdem materiâ librum vnum, de benedictionibus Patriarcharum librum vnum, de diuinis officiis libros octo, de computo Eccleſiaſtico libros duos, præparamenta ſeptem artium liberalium, multa iuuenis volumina compoſuit, Epigrammaton libros quatuor, de metricâ compoſitione libros tres: ad Ludouicum Germaniæ Regem libros & epiſtolas edidit plurimas, de materiis diuerſis & variis ſibi ab eo propoſitis. Epiſtolas quoque, ſermones & homilias plures, & ſine certo numero ſcripſit, compoſuit, & dixit; quorum ſingulorum per ordinem facere mentionem nimis foret lectoribus tædioſum. Multa enim & alia ſcripſiſſe creditur, quæ in cognitionis noſtræ ergaſterium necdum peruenerunt.

c

& varios alios tractatus.

12 Hæc ſunt Hrabani doctiſſimi, atque ſanctiſſimi Archipræſulis opuſcula, quæ me legiſſe memini, quorum editioni per annos, ſicut diximus, octo & triginta, primùm Fuldæ monachus & Scholaſticus, deinde Abbas, & poſtremò Archiepiſcopus ſine intermiſſione pro Dei gloriâ & fidelium vtilitate maximâ inſudauit. Fuit enim vir ſuâ ætate Germanorum omnium ſtudioſiſſimus, & vniuerſalis facilè princeps doctrinæ, qui ſapientiâ & eruditione in ſuâ natione omnes ſuperauit, vicitque præcedentes, nec ſimilem poſt ſe habuit inter ſequaces. Ab eo namque tempore, quo ſcholaſticam apud Fuldam clauſtralibus palæſtram inſtituit, per annos fermè quadringentos multi in Ordine ſancti Patris Benedicti per totam Europam monachi doctiſſimi claruerunt, de quibus in primo libro Virorum illuſtrium Ordinis noſtri memorati complures nominatim recenſui: & etiam non paucos in volumine de Scriptoribus eccleſiaſticis, dudum collocaui. Eo tempore prouerbium illud verum extitit, quo dicebatur: Scientia Scripturarum in cucullis latitat monachorum. Monachi enim tunc fuerunt ſtudioſi atque doctiſſimi, qui non ſolùm Latinis ſed etiam Græcis litteris apud Germanos & Gallos ſtudium diligens impenderent. Noſtris verò monachis poſtremò voluptates carnis & otia lectioni Scripturarum præferentibus, Græcarum etiam litterarum ſcientia pariter apud Germanos & Gallos penitùs defecit. Superuenerunt noua Fratrum inſtituta Mendicantium, & nouos ſtudiorum modos cum familiari quodam atque campeſtri genere ſcribendi attulerunt.

Eius exẽplo Benedictini monachi 400 annis doctrinâ floruerũt.

AVCTORE TRITHEMIO ABBATE. D

a *Imò quadraginta vnum, vt ex noſtro calculo conſtat.*
b *Hoc in Prolegom. num 19 reiectum.*
c *Varios ex ſequentibus non videri conſcriptos ſuprà dictum.*

CAPVT IV

Diligentia. Patientia. Obitus. Sepultura.

13 HRabanus autem primus inter Germanos Doctor vniuerſaliter eruditus, ſcientiâ profundus, eloquio diſertus, & ſolidus vitâ emicuit & conuerſatione, doctiſſimus religioſus atque ſanctiſſimus: verè dignus, gratus, & acceptus Deo Pontifex ſemper exſtitit: in cuius miniſterio die & nocte tam ſollicitè vigilauit. Quidquid facere ad honorem Dei potuit, nullo vnquam tempore, nullâue occaſione prætermiſit. Plures per diœceſim Moguntinam eccleſias de nouo conſtituit, vetuſtas & ruinoſas etiam multas reparauit. Monaſterio Fuldenſi Abbas præſidens, monaſticas præpoſituras nonnullas condidit, & quædam cœnobia monialium ſui ordinis in finibus Buchonici nemoris fundauit. Sed & alia memoratu digna geſſiſſe multa legitur, miraculis quoque variis coruſcaſſe memoratur: de quibus cùm certum ac manifeſtum non conſtet nobis veritatis teſtimonium, ſatiùs duximus tacere penitùs, quàm incerta litteris commendare.

Monaſteria & tẽpla extruit aut reformat: E

14 Hoc verò, quod Meginfrido teſtante cognouimus, etiam ſtyli officio poſteritati commendare non dubitamus. Hrabanus etenim reuerendiſſimus Præſul, tam in abbatiâ Fuldenſi, quàm in pontificatu eccleſiæ Moguntinæ, multas ab æmulis iniurias, oblocutiones, detractiones, & contumelias, etiam à ſuis propriis, ſine demerito ſuſtinuit, & ſæpe vſque ad mortem periclitatus fuit. Quæ omnia pro Dei amore patientiſſimè ſuſtinuit, & quidquid aduerſi contra eum accidit, ſuis peccatis humiliter adſcripſit. Vnde non ſolùm ſe patientem in aduerſis ſemper exhibuit, ſed, quod maioris eſt meriti, cuncta ſibi contraria etiam voluntariè pro caritate Domini tolerauit. Enimuerò cùm eſſet omnium Pontificum ſuo tempore manſuetiſſimus, perſecutores & æmulos ſuos numquàm vocauit ad pœnam, nec verbo nec facto vllam de ipſis vnquam petiuit vindictam. Fundatus enim Diuinæ glutino caritatis ſupra firmam petram, nullâ tentatione potuit à Domino ſeparari: viam timoris & amoris Domini à teneris pueritiæ annis rectè viuendo ambulare didicit. Nemo illum vidit præter iuſtæ rationis modeſtiam irâ commotum, nemo reperit animo perturbatum: ſed bonæ conſcientiæ teſtimonio lætus, mente ſemper fuit pacificus, & ſibimetipſi cum Deo vnitus, omni tempore tranquillus. Permanſit conſtans in his exercitiis pietatis: & quantò ſe viciniorem morti ſenſit vel credidit, tantò mentem à caducis & vanis mundi ſtudiis ampliùs elongauit. Ieiuniis, vigiliis, orationibus, ſacris eleemoſynis, prædicationibus, & aliis bonis operibus, ſine intermiſſione fuit intentus, & omni tempore in officinâ Diuini amoris vtiliter occupatus.

in variis perſecutionibus patiẽs,

numquã contra rationẽ perturbatus: F

15 Cùm autem tempus ab æterno veniſſet præordinatum, quo miſericors & miſerator Dominus famulo ſuo pro meritis bonæ voluntatis mercedem dare præ-
deſtinauit felicitatis æternæ, correptus febre, lecto decubuit, & creſcente mõrbo, tandem ad extrema peruenit. Qui viſione præmonitus Angelicâ, vltimum ſibi huius vitę miſerabilis inſtare certamen, exitum ſuum lætus

ab Angelis præmonitus,

Avctore Trithemio Abbate.

lætus Dominicis Sacramentis muniuit, & libris ſuis partim ad Fuldam, partimque ad monaſterium S. Albani extra mœnia ciuitatis Moguntinæ, prouidè diſtributis, ad Dominum, quem toto corde ſemper amauerat, inter orationis verba feliciter emigrauit, *a* ſexto Calendarum Nouembrium, anno Dominicæ natiuitatis octingenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione Romanorum quartâ, pontificatus ſui anno nono. In cuius tranſitu voces canentium Angelorum auditæ ſunt, dicentium: Iſte Sanctus dignè in memoriam vertitur hominum, qui gaudio ducitur Angelorum: quia in hac peregrinatione, &c.

a *Imò hoc* IV *Februarij ſuprà probatum eſt.*

Ciſſi canentibus moritur.

16 Mortuus eſt autem beatiſſimus Archiepiſcopus Hrabanus apud Vinicellam, habitationis ſuæ vicum, ad littora Rheni. Cuius ſacrum corpus, ſicut viuus ordinauerat, Moguntiam relatum eſt, & in Eccleſiâ ſancti Martyris Albani cum honore ſepultum. De quo ſequens inuenitur epitaphium, in memoriam eius ſcriptũ:

Epitaphium.

Lector honeſte, meam ſi vis cognoſcere vitam,
Tempore mortali diſcere ſic poteris.
Vrbe quidẽ hac genitus ſum, & ſacro fonte renatus,
In Fuldâ poſt hæc dogma ſacrum didici.
Quo monachus factus ſeniorum iuſſa ſequebar,
Norma mihi vitæ regula ſancta fuit.
Sed licet incautè hanc, nec fixè ſemper haberem,
Cella tamen mihimet manſio grata fuit.
Aſt vbi iam plures tranſiſſent temporis anni,
Conuenêre viri vertere fata loci:
Me abſtraxêre domo inualidum, Regique tulere,
Poſcentes fungi Præſulis officio,
In quo nec meritum vitæ, nec dogma repertum eſt,
Nec Paſtoris opus iure beneplacitum.
Promptus erat animus, ſed tardans debile corpus,
Feci, quod poteram, quodque Deus dederat.
Nunc ego te ex tumulo, Frater dilecte, iuuando
Commendes Chriſto me vt precibus Domino:
Iudicis æterni me vt gratia ſaluet in æuum,
Non meritum aſpiciens, ſed pietatis opus.
Hraban nempe mihi nomen eſt, lectio dulcis
Diuinæ legis ſemper vbique fuit.
Cui Deus omnipotens tribuas cæleſtia regna,
Et veram requiem ſemper in arce poli.

17 Et iſte quidem beatiſſimi Pontificis Hrabani finis, in hoc mundo viuendi extitit. Cuius ſanctum corpus annis ſexcentis quinquaginta nouem in memorato cœnobio ſancti Martyris Albani ſepultum, in ſarcophago iuxta murum chori eleuato permanſit. Ad cuius quoque tumulum à principio magnus populi fuit concurſus, & plura narrantur facta miracula: qui tamen ſucceſſu temporis omnino defecit, & ſacellum eius diu ſine honore permanſit. Vnde prouidentia Dei cuncta gubernantis, ad nominis ſui gloriam, & famuli ſui perpetuum honorem, ſanctiſſimum corpus eius de Moguntiâ ordinauit, & voluit in Saxoniam transferri anno præſenti, quo hoc ſcripſimus, Dominicæ videlicet natiuitatis milleſimo quingenteſimo quintodecimo, Indictione Romanorum tertiâ. Quæ quidem tranſlatio per quem, qualiter, quando, & quorſum ſit facta, ſpeciali ſyntagmate deſcripſimus ad laudem, & gloriam Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: qui Deus eſt, viuit & regnat vnus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Reliquis in Saxoniam tranſlatis.

DE S. NICOLAO CONFESSORE
ARCHIMANDRITA STVDITARVM,
Ordinis Acœmetorum Conſtantinopoli,
Commentarius præuius.

G. H.

Anno DCCC-LXVIII. IV Febr.

Emonaſterio Acœmetorũ

ſumpti primi Studitæ:

eiuſdem,

reſtituti-ſq;

1 ORdinis Acœmetorum, *olim in Eccleſiâ Orientali celeberrimi*, Fundatorem *dedimus* XV *Ianuarij* S. Alexandrum: *qui cùm Conſtantinopoli iuxtà ædem S. Mennæ Martyris trecentis monachis præfuiſſet, inde fugatus, in venerando monaſterio à ſe ad oſtium Ponti conſtituto, circiter annum Chriſti* CDXXX *vitâ functus, reliquit ſucceſſorem* Ioannem. *Hic monaſterium in Bithyniam tranſtulit ad fauces Boſpori,* LX *ſtadiis Conſtantinopoli diſſitum, in locum* Γομῶνα *appellatum, quem* Εἰρηνᾶιον *dixerunt, quòd pacem quietemq; iſthic ſibi monachi nacti viderentur. Ioanne è viuis ſublato, monaſterium iſtic extruxit* S. Marcellus *eius ſucceſſor, cuius Vita danda eſt* XXIX *Decembris. Eius tempore* Studius quidam vir præclarus, *vt ait Nicephorus lib.* 15 *cap.* 23, Româ Conſtantinopolim venit, & Diuo Præcurſori templum erexit: in quod monachos ex monaſterio Acœmetorum induxit, quod diuiniſſimus Marcellus extruxerat: in quo perpetui hymni canerentur, ſodalitate monachorum in tres cœtus diuiſâ. *Michaël in Vitâ S. Theodori, (de vtroque infrà agemus) apud Baronium anno Ch.* 798 *num.* 2, *cùm de* Studio Fundatore *egiſſet, addit,* nullo vnquam tempore defuiſſe, qui communem in eo monaſterio vitam agentes, præclara virtutis ac religionis ſuæ argumenta darent; quoad Deo inuiſus Conſtantinus Copronymus, indicto monachis bello, cum ceteris omnibus hos pariter adiecit. Poſtquàm verò in priſtinum ſtatum res Eccleſiæ redierunt, ceſſauitque ſchiſmatis perſecutio; eumdem locum monachi iterum, ſed perpauci, nec plures, vt ferunt, numero quàm duodecim inhabitarunt. *Hæc Michaël. Inniuuntur tempora Conſtantini cum matre Irene imperantis, quando anno* DCCLXXXVII *in Concilio Nicæno* II, *hæreſi Iconoclaſtarum proſcriptâ, cultus ſacrarum imaginum eſt reſtitutus. Huius Concilij Actioni* IV *poſt Epiſcopos primus ſubſcripſit* Σάββας Ἀρχιμανδρίτης καὶ Ἡγούμενος μονῆς τῶν Στουδίων. Sabbas Archimandrita & Hegumenus, ſeu Præfectus, monaſterij Studitarum. *Poſt Sabbam ſubſcripſit* Πλάτων Ἡγούμενος καὶ Ἀρχιμανδρίτης Σακκουδεῶν. Plato Hegumenus & Archimandrita Saccudeonis. *Vtriuſque nomen eidem Concilio ſæpiùs ſubſcriptum legitur.*

S. Nicolaus monachus.

2 *Huius S. Platonis ex ſorore nepos* S. Theodorus, *ex eo Saccudeonis monaſterio aſſumptus, Studitarum regimen ſuſcepit, antequàm* S. Nicolaus *decennis, circa annum Chriſti* DCCCIII, *ex Cretâ Conſtantinopolim miſſus, ab eo litterarum ſtudiis fuit applicatus. Monachus dein factus Nicolaus, & Sacerdos conſecratus, indiuiduus eidem* Theodoro *permanſit ad obitum eius ſocius, in exiliis, carceribus, tormentis. Vitâ functus eſt* S. Theodorus XI Nouembris die Dominicâ, Indictione V, anno ab origine mundi VIMCCCXXXV *qui more Græcorũ cum ſuâ Indictione à Septembri inchoatus, incidit, in annum Chriſti* DCCCXXVI, *cyclo Solis* XXIII, *litterâ Dominicali G. Legendus Michaël eius diſcipulus apud Baronium dicto anno* 826, *num.* 47 & 48. *Additis dato numero annis* XLI, *accreſcit* annus mundi VI M CCCLXXVI *infrà num.* 53 *obſeruatus cum* Indictione I, *conuenitq; in annum Chriſti* DCCCLXVII *ac ſequentem, vt à Septembri computant Græci: atque ita è viuis exceſſit* S. Nicolaus IV *Februarij anno* DCCCLXVIII.

ſocius S. Theodori

mortui anno 826.

obiit anno 868.

3 *Græcam*

Huius Acta Græcè scripsit

A 3 *Græcam S. Nicolai Vitam ex codice MS. Medicæo Regis Francorum, ſed maiore parte mutilam, Latinè redditam prælo paraueramus; cùm eamdem integrè ex alio itidem Regio codice reperimus editam à Franciſco Combefiſio, tomo 2 Auctarij noui ad Bibliothecam Patrũ Græco-Latinam, quàm hic damus, ſeruatâ ferè eius Latinâ verſione. Eius hæc apud eum inſcriptio:* Βίος τῦ ὁσίυ πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητῦ Νικολάυ, Η᾽γυμένυ τῆς εὐαγεσάτης μονῆς τῦ Στυδίυ. Vita ſancti Patris noſtri ac Cõfeſſoris Nicolai, Præpoſiti ſanctiſſimi monaſterij Studij. *In noſtro exemplari aliquãtò aliter hæc habebantur:* Βίος καὶ πολιτία τῦ ὁσίυ, καὶ ἀοιδίμυ πατρὸς ἡμῶν Νικολάυ, *&c. Auctor huius Vitæ, teſte etiã Combefiſio, vir eruditus nec inelegans, Studita fuit: ita nu.* 27 indignũ ſe in monachum ab Anatolio Præpoſito *tradit* attonſum, *ab eoq; monaſterium illud multis fuiſſe annis gubernatum: cuius iuſſu illuſtre caſtitatis exemplum interſerit, quod ille à* Cypriano S. Nicolai diſcipulo *olim didicerat. Fortè tertius poſt obitum* S. Nicolai *creatus eſt* Anatolius Studitarum Hegumenus, *ſiue* Archimandrita. *Primus vir inclytus* Clemens *num.* 56, *&* 58 *diu ſatis monaſterij Præfectum egit, & ſucceſſorem habuit* Hilarionem, *ſub quo* Antonius monachus *&* S. Nicolai diſcipulus, *ab eo apparente fluxu ſanguinis liberatus, quadraginta dein elapſis annis adhuc ſupererat cùm auctor hanc Vitam ſcribebat,* S. Nicolao *ferè ſuppar, eiuſq; diſcipulis coæuus. Eamdem Scriptoris ætatem indicant reliqua, tum quæ num.* 3 *de Cretâ ſcribit necdum Saracenis ereptâ, imperioq; Romano reſtitutâ, quod anno* DCCCCLXI, *Indictione* IV, *à Nicephoro Phocâ factum eſt: tum quæ ſub finem perorat num.* 59 *triſtem id temporis Eccleſiæ Orientalis ſtatum perſtringens, quando à Bulgaris Saraceniſq; ædes ſacræ cremabãtur, & terra Chriſtianorum ſanguine madebat.*

monachus Studita.

coæuus diſcipulis S. Nicolai.

B

4 *Imitatus eſt* ſacros quoſdam, *vt vocat num.* 32; Eccleſiæ Doctores, qui res S. Theodori præclarè geſtas ad perpetuam memoriam, ceu donum quoddam, ad Chriſtianæ reipublicæ communem vtilitatem depinxerunt. *Hi ſunt eius diſcipuli* Naucratius *&* Michaël; *quorum ille illuſtris ob varios carceres cruciatuſq; toleratos Confeſſor, ſucceſſor S. Theodori & S. Nicolai deceſſor, Studitarum Hegumenus encyclicam epiſtolam de obitu S. Theodori dedit* ad Patres Fratreſque ſpirituales vbique diſperſos, & perſecutionem propter Dominum ſuſtinentes. *Eam epiſtolam Græco-Latinam edidit idem Franciſcus Combefiſius tomo* 11 *Auctarij ad Bibliothecam Patrum Græco-Latinam: Michaël verò integram S. Theodori Vitam accuratè ſcripſit, quam ex interpretatione Iacobi Sirmondi Societatis Ieſu viri doctiſſimi, Baronius in Annales Eccleſiaſticos retulit, cum quàm plurimis eiuſdem S. Theodori epiſtolis: ex quibus & hanc S. Nicolai Vitam infrà in Annotationibus illuſtramus.*

Eiuſdem meminerunt ſcriptores Vitæ S. Theodori,

& in Epiſtolis S. Theodoti,

C

5 *S. Nicolaus* I *Pontifex Romanus conſecrat memoriam huius S. Nicolai, dum petit ab Imperatore Michaële Theophili filio, cum præcipuis Archiepiſcopis & Hegumenis ipſum mitti Romam ex parte S. Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani contra Photium intruſorem, de quibus agitur infrà in Actis cap.* 8. *Eſt ea S. Nicolai Papæ epiſtola* VIII *in Conciliis Binij, in quâ hæc leguntur:* Porrò ſi venire illi, *Ignatius & Photius,* per ſe nequeunt, primò quidem ipſi, cuius rei cauſſâ venire non valent, nobis per ſatisfactorias litteras indicent; deinde ... mittantur de parte Ignatij Archiepiſcopi quidam, Antonius Cyzici, Baſilius Theſſalonicæ, Conſtantinus Lariſſæ, Theodorus Syracuſanorum, Metrophanes Smyrnæ, & Paulus Epiſcopus Ponti Heracleæ; Hegumeni autem Niceta Chryſopoleos, Nicolaus Studij, Doſitheus Oſij Dij, atque Lazarus Presbyter & monachus, qui dicitur Cazaris. Qui niſi fuerint miſſi, ſuſpectos vos reddetis, quia hos, in quibus certificari poſſimus, à noſtris obtutibus ſubtrahere ſtudioſè curatis. Et ideò neminem ceterarum partium admittemus, niſi fortè ex latere veſtro deſtinatos eſſe veraciter valeamus cognoſcere. *Hæc ibi, quæ à Baronio referuntur ad annum* 865. *num.* 93. *quo tempore S. Nicolaum carceri incluſum fuiſſe infrà ex Actis conſtat. Ex memoratis Archiepiſcopis ſolus Metrophanes Smyrnenſis interfuit Concilio Oecumenico* VIII *Conſtantinopoli anno* DCCCLXIX *pro S. Ignatio contra Photium habito. Aliorum tum ferè vitâ functorum ſucceſſores ſequuntur adfuiſſe,* Barnabas Cyzici, Theodorus Theſſalonicæ, & Euthymius Lariſſæ Metropolitani.

& S. Nicolaus Papa.

Auctores G. H.

D

6 *Græci in Menæis eius celebrem memoriam agunt* IV *Februarij, proferuntq; illuſtre ex Actis eiuſdem deſumptum elogium, quod hic damus, relatum etiam à Maximo Epiſcopo Cytheræo; eſtq; huiuſmodi.*

Nomen in Menæis Græcorũ,

Sanctus hic in inſulâ Cretâ natus, cùm Theophanem cognatum ſuum vellet videre, Conſtantinopolim aduenit, eumque inter Fratres Studij connumeratum reperiens, & ipſe monaſticam vitam amplectitur. Per omnem verò inſtitutionem progreſſus, accuratiſſimeque monaſticæ educationis normam edoctus, ſacerdotio initiatur. Ad ſummum enim virtutis gradum peruenerat. Quid verò deinde? Cum Theodoro monaſterij Præpoſito diuinus Nicolaus exilio multatur. Vnde reuocati, à Leone meritò ferinum nomen adepto, Chriſtique hoſte, quòd cultores ſacrarum imaginum eſſent, taureis cæduntur. Deinde carceri includuntur: rurſumque examinati flagellantur: ac vincti in carcerem retruduntur. Tribus verò annis in carcere illo detenti, & fame, & ſiti, & nuditate conflictati, Smyrnam ablegantur: ibique flagris cæſi, pedibus ligno inſertis in carcerem proiiciuntur. Viginti verò menſibus elapſis Leo defunctus eſt, atque ad alterius vitæ tribunalia miſſus. Tunc beati Chriſti Confeſſores dimiſſi, Chalcedonem contendunt: & ter beatum Nicephorum cùm ſalutaſſent, ambo iſtic degunt. Sed paullò pòſt imperante Michaële Cæſare in Praſen ablegantur, deinde Acritam, vbi multis certaminibus probatus Theodorus ad Dominum emigrauit. Sed Cæſare vitam relinquente, filioque eius Theophilo in imperium ſuccedente, in Sanctos bellum recruduit. Verùm ipſo etiam Theophilo è vitâ decedente, & Theodorâ religioſiſſimâ, eiuſque filio imperium ſuſcipientibus, pace que ſtabili facta, poſtquàm Baſilius Macedo imperium accepit, Sanctum hunc Nicolaum multorum certaminum victorem, multis obteſtationibus inductum, Studitarum Præpoſitum conſtituit. Cùm ergò talia ac tanta certamina ſanctiſſimus hic Nicolaus confeciſſet, multis attritus incommodis, anno vitæ quinto & ſeptuageſimo in pace requieuit.

& Vitæ epitome.

VITA

auctore monacho Studitâ,

interprete Franciſco Combefis

cum MS. Græco collata.

PROLOGVS

Hiſtoria non ſublimibus Oratorum verbis inuoluenda,

1 QVibus Olympiacâ certamina laudis thema propoſita ſunt, exque iis honores diuinis proximos clientibus addere cupiunt, verbis ex rhetoricâ arte compoſitis, laudationem efferentes, ſermonum efficacitati, ac ſuaui elocutioni rei ſummam concedunt: quò planè diſciplinæ potiùs, quàm vera rerum lex, accuratè laudentur. Ita enim naturâ comparatum eſt, vt quidquid deſiderio habetur, aliis ſuperiùs ferri ambiat. Qui autem ſummorum virorum res præclarè geſtas demirantes, eos ex illis exornare volunt, haud quaquàm rhetoricis ſuaſionibus, aut philoſophicis argutationibus, ſummam fortitudinis eorum victoriam comprobant: quin magis, ſolâ veritatis explicatione, eâque res geſtas defunctorie exhibentes, virtutem egregiè deſcribunt, palamque certaminum magnitudinem teſtatam faciunt.

ſed ſolâ veritate exornãdas

2 Age

AVCTORE MONACHO STVDITA, EX MSS. GRÆCIS.

2 Age igitur, nos quoque, ex quo inſtituta nobis oratio magnum illud pietatis lumen, ac communem Patrem noſtrum Nicolaum, vi ſermonis in medium producit, exigua quædam eius rerum, prout per facultatem licuerit, deſcribamus, memoriæ fomentum quoddam futura, quo Lectorum vtilitati conſultum ſit; iamque diuturno tempore ſilentio tecta, ac obliuionis profundo obſcura, pro debiti ratione extrahentes, quamquàm rudiùs, veritati tamen ſtudentes, poſteris declaremus. Nihil enim iuſto inde commodi accedet, quamquàm narratione præclarè compoſitâ laudatio eius apud plures reſonet: verùm populi lætitiam habebunt, ab aure ad animum deriuantes, quod vtile eſt. Memoriâ enim Iuſti lætabuntur populi multi: noſque in primis Chriſti populus, ſanctus grex: qui & Patris, Deique pariter amantes ſumus, quique quotidiè conuiuij huius dulcedinem percipimus, ad ſepulchra aſſidui, ſacrorumque ac ſpiritualium ſimulacrorum contrectatione, quibus vel id ſolùm ad virtutis imaginem, præ aliis, hiſce gloriari ſufficit. Verùm nobis auſpex ſit Chriſtus Deus, ac Patris Verbum, Deique ſapientia & virtus, affectæ mentis noſtræ pigritiam ac ſegnitiem corrigens, ſermonemque prætendat in oris apertione, ac manum mouens, ad geſtorum Patris ſcribendam narrationem, ſermonis vndequaque moderandi, tamquàm Sermo ipſe, curam ſuſcipiat.

hac de S. Nicolao ad virtutem incitat,

Chriſto auſpice cõpoſita.

A

B

CAPVT I

S. Nicolai patria, educatio, ſtudia.

3 VIr iſte (vt parùm quid moremur in patriâ quæ educauit) fuit quidem oriundus Cretâ clariſſimâ inſulâ, Chriſti tunc libertate fultâ, viribuſque deinceps ac ædificiorum magnitudine gloriante: quamquàm in eâ *a* nunc, execranda olim Agaris abortio, Iſmaëliſque ancillæ filij genus peſſimum, in Chriſti figuram ex Iſaac ortum nouæ electionis gregem, ſeruus, inquam, flagrionis proles, noſtrorum ſcelerum in nos armis vtens, in captiuitatem *b* redegit. Dei ſiquidem mandatorum violatione, cæleſte à nobis auxilium repellentes, voluptatumque mixtione, animi ingenuitatem immutantes, traditi ſumus, vt verbis Scripturæ vtar, in gentem inſipientem, mutuâ ſanguinum effuſione fracti ac ſubacti. Vt autem oratio ſerie quadam procedens commodum habeat, in medium producatur, qui primus eius inſulæ pietatis gubernacula ſuſcepit, magnus ſcilicet *c* Titus Apoſtolus, ac quid ad ipſum Vas electionis de eius incolis ediſſerat, deſignans ſermone Spiritus legem, oſtendat. Nam quia per intemperantiam in omni peruicaciter vitio inſanientes videbat, hoc ita ad eum ait: Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri: non eâ omnino, pium genus omne Cretenſium, dictionis vi innuens; quin è conuerſo eos, qui viuendi licentiâ, ac qualis ferè brutarum animantium habeat, animi puritatem contrariâ ventris turpitudine, affectionibus ad terrena depreſſis, dedecore afficerent, eiuſmodi ſermo ſubnotat. Quippe moris eſt Scripturæ, vt propter occultam ac inuiſibilem animi naturam, quandoque ventrem, quandoque vterum per figuram appellet, tamquàm qui ſermonis eſcas capere, ac rurſus digerere habeat: quamquàm aliter hîc, pigritiæ flaccitas aſſumitur. Verè etenim, talium animi ventres pigri, ac malæ beſtiæ ab Apoſtolo vocantur, qui magis in luxuriam erumpant, quàm Spiritus ſancti dona capiant. Minimè gentium ergo ex deſignatis extitit Magnus Nicolaus: quin longè ab eis moribus diſtans, patriæ magis gloriatio, honoris partes ſupra omnes obtinuit. Vt enim luci tenebræ, vitæque mors; ita & virtutes profanis animis aduerſæ ſunt, ac è conuerſo. Liquet autem prouerbium hoc, non Apoſtoli eſſe, ſed Epimenidis poëtæ Cretenſis. His porrò obiter tantùm enarratis, ad ipſum iam vertamus ſtylum, dante Deo ſermonem in apertione oris.

S. Nicolaus oriũdus ex Cretâ,

a {*à Saracenis pòſt ſubactâ,*

b

Deuter. 32.11 Rom.10. 19

per S. Titũ olim ad Chriſtum conuersâ}

c

Tit.1.12

à Cretenſiũ vitiis

extitit immunis:

C

D

4 Fuit itaque, vt iam diximus, viro patria Cretenſium ſolum, propria ciuitas nuncupata *d* Cydonia, cuius appellationis gloriæ, ſupereffluens quidam bonorum fons, comes eſt. Puris enim limpidiſque fluentis vndique irrigua, frumentum ac vinum alioſque fructus ceteris exuberantiùs profert. Quin & præclarâ gloriâ inclytus Martyr *e* Baſilides ex Martyrum illâ venerabili *f* decade Vrbe iſtâ oriundus erat: in quâ etiam athletæ noſtri parentes domicilium habentes, non ſolùm generis claritudine, ſed & pietatis cauſsâ, omnium ore magnificabantur. Quâ enim ratione ferrum magnetem trahit, ſic & laus vniuerſorum virtute præditos ſequi conſueuit. Suâ porrò in Deum pietate, fauſtæ prolis munus præclarè promeriti, Magnum hunc *g* genuerunt: ac tamquàm paruulum in Chriſto, vnà cum reliquis eius clariſſimis fratribus corporalem ætatem ad cultum in ſpiritu ſubuehentes, docebant. Pueri enim tenera ac facilis natura, haudquaquàm durior obnitatur, ad quodcumque ductori placuerit. Idcircò operæpretium multæ ſobrietatis, vt ad meliora; amplioris verò etiam diligentiæ ac ſollicitudinis, vt ne ſecus atque oportet diſcipulum prouehat ac inſtituat. Ceterùm illi ceu alumni Eccleſiæ, per eam quoque o ducandum curarunt, litteris inſtituentes ac præceptionibus pietatis. Sic ergo à principio optimâ ac puriſſimâ informatione à parentibus præclarè inſtituitur, quam benè admirabilis Dauid, matutinam, ac nocturnæ oppoſitam, dicit.

d notus Cydoniæ.

e

f

g

piè à parentibus educatur:

E

Pſal.138. 16

5 Vbi iam autem ætatis flos primam annorum decadem numeraſſet, perceptaque elementa, quoad ſatis erat, iuuenis animum ad capeſſendas diſciplinas formaſſent; cùm primum rurſus beatitudinum gradum, à Patre luminum de cælo vocatus, conſcendere deberet, ac pauper ſpiritu fieri, pariterque corpore humiliari, Byzantium vrbium omnium principem *h* ingreditur atque ad illuſtre ac clariſſimum virtutis gymnaſium, magnum, inquam, Studitarum cœnobium, ad patruum, nomine Theophanem, velut inuiſendi cauſsâ, à parentibus mittitur. Is enim illic aſceticæ palæſtræ exercitator agebat, cùm nuper lucidiſſimum luminare, ac magnus veritatis defenſor ac præco *i* Theodorus, ſpiritalem illam Fratrum nauim dirigendam ſuſcepiſſet, piorumque dogmatum ſplendore orbem totum illuſtraret.

decennis miſſus Cõſtantinopolim,

h

ad patruũ Theophanem Studitam,

i

6 A diuinâ ergo apparitione ſortitus nomen Theophanes, ſuſceptum amanter nepotem oſculatus eſt, puerumque Eccleſiæ dono illi pro nominis ratione, Theodoro ſcilicet, eius benedictione donandum, obtulit. Is autem, igneos pietatis fulgores emittens ſcintilla, vrbanos pueri mores, aptumque virtutis perceptioni animum prouido oculo conſpicatus, eum benedixit, iuſſitque quòd eſſet immaturiori ætate, vt in puerorum diuerſorio, haud longè à monaſterio, litteras edocendus, vnà cum pueris coætaneis hactenùs ageret. Agebant enim ſeorſim ſub magno illo, in domo quadam monaſterio vicinâ, iugi contubernio pueri, ita eo cauente, ceu animorum præclaro moderatore, vt ne qua inde monachis moleſtia fieret. Proficiebat ergo ſapientiâ, ætate, ac gratiâ, æqualium ludos omnino auerſans: quippe qui à puero admodùm ingenio dexter atque ſobrius eſſet. Superna namque prouidentia, cui mortales diuerſis donis coronari placuit, propriam cuique indolem cognatam ferè indidit, vt videntes poſſint diſcernere: ſiquidem, vt ait quidam Sapiens, Amictus, greſſuſque, ac riſus viri, de illo annuntiant. Quia verò pro ætatis ratione prouehens, ingenuè admodùm ac ſtudioſè diſciplinas præuias, & quibus ad maiora aditus præſtruatur, didicerat, iamque deinceps pingendi ſcientiam, quâ rectè ſcribatur, comparare oportebat; hanc nihilominùs abundè adiecit, vtiliſſimus effectus ſcriba, velox naturæ celeritate, quâ maximè plures comparatum habent, rem eiuſmodi cum laude præſtare.

à S. Theodoro Studitarum Præpoſito benedicitur,

F

applicatur ſtudiis:

Eccli 19 27

Quamobrem

cũ de ſtrinâ virtutẽ imbibit.

A Quamobrem ſuæ in Chriſto conuerſationis non paucis breui experimentum præbens, omnibus admirationi habebatur, communique Præpoſito animi ſulcum mandatorum aratro quotidiè ſcindente ac excolente, virtutis multiplicis fructus proferebat. Primus è cœtu omni æqualium diuinum Dei templum, in quo ſtationem habebant, ingrediebatur, omniumque nouiſſimus inde exibat: ac ſacris Patrum narrationibus attentè aurem inclinans, eorumque Vitas per dies ſingulos verſans, ad rerum meliorum ſcientiam prouchens, deinceps illuminabatur. Vti enim irrigatio arborem, abundansque materia ignem conſiſtere facit; ſic ſanè (quacumque tandem id ratione cueniat) gubernantium cura, ſequentium eſt auctrix.

a *Circa annum Chriſti 930 aut 940, cùm auctor ſcriberet.*
b *Sub Michaële Balbo Imperatore, de quo infrà, circa annum Ch. 818. Agunt de Cretâ interceptâ Ioannes Curopalates, Zonaras, Cedrenus, aliiq; in Michaële.*
c *De S. Tito & Cretenſium conuerſione egimus 4 Ianuar.*
d Cydonia, Cydon, & Cydonis *vrbs, &* Cydonia *prouincia.* Canea *iam dicitur iuxta Bellonium.* κῦδος *decus & gloriam ſignificat; ad quòd alludit auctor.*
e *S. Baſilidem & ſocios nouem ſub Decio in Cretâ capite plexos refert cum Græcis Martyrologium Rom. 23 Decemb.*
f *Andreas Cretenſis in encomio de S. Tito* inclytam decadem Martyrum *etiam appellat,* τὴν ἀοίδιμον τῶν Μαρτύρων δεκάδα.
g *Circa annum Ch. 793 imperante Conſtantino Leonis & Irenes filio.*
B h *Circa annum 803 Imperante Nicephoro.*
i *Precibus Irenes Augustæ iterum poſt filij necem imperantis & S. Taraſij Patriarchæ, adactus S. Theodorus, regimen Studitarum ſuſcepit: vt tradit Michaël in eius Vitâ apud Baronium anno 798 num. 1. Fortè ex priore ſuo monaſterio is epiſtolam ad Irenen ſcripſit poſt ciuilia tributa Byzantij, ab ea donata, ſecundùm Theophanem* menſe Martio, nonâ Indictione, *anno 801. ad quem annum Baronius à num. 22 eam epiſtolam refert. Imperauit dein Irene ad 31 Octob. anni ſequentis 802, quo tempore intermedio præfecturam eum Studitarum ſuſcepiſſe hæc Acta etiam innuunt.*

S. Theodorus ſit Abbas Studitarum.

CAPVT II

S. Nicolai vita monaſtica, ſacerdotium.

7 IAm autem ab imberbi in virum auctus, exque imperfectâ ætate perfectam aſſecutus, carnis ſenſum militantem aduersùs legem Spiritus feſtinans deſtruere, veſtimentum ſalutis illic *a* detonſus induit, ornante eum manibus ſuis ſancto Patre noſtro ac Confeſſore Theodoro Angelico monachorum habitu. Planè enim par erat, vt, cùm ambo multa eſſent acturi pro æmulâ viuâque intemerati Chriſti Dei noſtri ſimilitudine, velut alter quidam Timotheus Pauli operâ admirandus hic pugil regeneraretur: quò ſic per eos, vti per præfatos, curreret Euangelium noſtrum. Se enim totum Beatus hic eius tradens voluntati, velut homo erat, quantùm ad ipſum ſpectabat, voluntate carens, procul ac longiſſimè à propriâ factus voluntate. Nec verò ad eum tantùm, quin & ad alios deinceps paruos pariter ac magnos, eamdem obedientiam leni animo, ciuſque ſenſu contracto, præclarè oſtendebat, ceu quædam ad omnes inanimis ſtatua, diuiſto timore fixus, inerſque ad id omne, quod inſolentia ac zelus, furorque, ac ira & odium videatur: ita vt ſodales monachos ſtupore afficeret, qui ſuis ipſe palàm operibus, magnum eis occulti hominis ſpecimen exhibebat.

a Habitum monaſticũ à S. Theodoro ſuſcipit,

C

eximius in obedientiâ,

8 Pietatis ſiquidem amor nullam deſiderij ſatietatem, vt ne captus animus in eum feratur, permittit: quin ignem igni, deſideriumque adiungens deſiderio, amantem incendit, atque ad rem quamlibet inſuperabilem reddit. Quis enim præ illo virtutem amplexatus eſt, humilitatis diuitias in eminenti poſſidente ſenſu, ſenſumque abiectum in ſublimi humilitate? Quis ſic benè ſenſus inſtituit, ex ſenſilibus, ea quæ ſuperant ſenſum, faciens philoſophari? Quis prudentiam cum fortitudine, ceu amicas vires optimè adeò coniugans, Ly-

& ceteris virtutibus:

Simonidis Lyrici.

dio ſibi curru, vt verbis Poëtæ loquar, curſum fecit? Planè vti prudens diſpenſator, ſeu etiam fidelis ſeruus, quod vtrique conducibile erat, quà carni, quà ſpiritui, iuſtâ lance diuiſit. Continentiæ porrò qualitatem, vigiliarum ſedulitatem, altiſſimam precum rationem, lacrymarum illuminationem, quis vel vnam è multis, vti D vnus ipſe vniuerſas alternauit? Et continentiâ quidem, mentis ſobrietatem comparauit, vigiliis contemplationem, precibus compunctionem, lacrymis caſtitatis ſanctificationem. Quamobrem iuxta Salomonem, ri- Eccle. 2. 2 ſum reputauit errorem; reliquam verò corporis voluptatem, luctum nominauit, nullo eorum delectatus, quæ æuo hoc dulcia videantur. Ceu enim clauſtris, Dei metu, per paſſionum vacuitatem, triplicem probè animam cingens, non ſiuit, vt cupiditates perturbationi coniunctæ, diuitias ſpiritus, ſenſuum rapinâ prædarentur. Quamobrem impermotus extitit, à vero deinceps appetibili pendens. Atque, vt verbo dicam, nihil prorſus eſt vniuerſorum, vt quis ſapiens ait, in quo ille non omnes ſuperârit.

9 Quamobrem par erat, vt, qui talis eſſet, atque in naturâ, quæ ſupra naturâ erant, peregiſſet, quique æuo noſtro perfectus homo audiret, ad perfectiorem gradum proueheretur, laborumque præmium, magnum E illud virtutum faſtigium, *b* ſacerdotium recipiens, ſuper candelabrum poneretur. Sanè verò prouectus eſt pro meriti ratione, non, vt quidam, à ſe ipſe procurrens, aut mercatus munere; ſed Patris ſolâ iuſſione, ac Fratrum communis cœtus obſecratione. Quippe ſatis ei erat ad talem ſuaſionem curâ multorum, & vt viribus maiora adiret. Nec enim obedientiæ amans periculum ſubueretur vnquam, ſuo ipſe iudicio ad omnia Præſidenti deuotus. Quis verò explicare poſſit, quanta ab inito ſacerdotio certamina ſubierit? Magnus Pau- Hebr. 4. lus ea olim deſcripſit, dum Pontificem magnum, qui 14 cælos penetrauit, ſermone depinxit ac deſignauit; quem is vtique, quantum per humanam fragilitatem conceditur, imitatione expreſſit. Nec id mirum: ſiquidem factus erat deus adoptione, ac per gratiam Altiſſimi filius.

b ordinatur Sacerdos:

10 Moralis porrò conuerſationis, ac vitæ ſtudioſæ cumulo, nec operum illi communio cum Fratribus deerat: quin manibus laborabat, optimeque, vt quis alius, ductis litteris libros conſcribebat, nihilo minori, *libros ſcribit:* puto, præditus manuum celeritate, quàm Aſaël ille pedum erat. Cuius rei argumento ſunt, cùm libri exarati, 2 Reg. 2. tum eius reliqua opera. 18

11 Denique cùm ſic benè Spiritus gratiis diues ageret, venit ad eum Titus germanus eius ſecundum carnem, homo vagus, *c* captam patriam ac parentum in F eâ detentionem nuncians; plenaimque luctu, factæ *i* cædis ab agreſtibus porcis, impiis ſcilicet Iſmaëlitis, *fratrem captâ Cretâ exulem ſuſcipit.* hominum ad Dei imaginem conditorum, tragœdiam multis lacrymis narrans. Quapropter finem tunc deinceps accepit, quod diu antèà à Sophoniâ Propheta ſuper eam futuri præſciis oculis fuerat celebratum: Væ Soph. 2. 5 enim, inquit, qui habitatis funiculum maris, *d* aduenæ *d* Cretenſium. Verbum Domini ſuper vos, & perdam vos de habitatione. Et erit *e* Creta paſcua gregum, & *e* ouile pecudum. Sanè quidem vibratur gladius nimbis tentationum, multiſque modis arcus nobis correctionis tenditur, ac quibus conuerſio à peccato proponatur. Si autem nihilo inde meliores effecti, peiores euadimus, tum demum clementer miſſa, grauem nobis pro Pſal. 74. 9 beneficio mortem operantur: ſiquidem calix Domini, *ad monaſticam vitam perducit:* vini meri plenus eſt mixto. Ceterùm vir hic magnus fratrem recipiens, proboque conſilio in monachum detonderi ſuadens, eumdem ſecum curſum inire fecit, ac ipſis quoque moribus fratrem ſuum oſtendit.

12 Habebat ſanè communis Pater noſter ac Dei famulus Nicolaus, ipſam vitam ſuam, tacentem quamdam exhortationem: habebat & fratrem, ceu accuratam quamdam virtutum eius imaginem: quin omnes

AVCTORE MONACHO STVDITA, EX MSS. GRÆCIS.

AVCTORE MONACHO STVDITA, EX MSS. GRÆCIS.

tandem, ceu alium quempiam medium ſolem, virtutum radiis collucentem, à Deo datum illud munus, animis vtilem, ac præclarum conuiuam, Magnum Theodorum habebant: eratque reuerâ virtutis ſchola, nouus quidam paradiſus multiplici florum genere vernans.

illuſtres vitæ monaſticæ ſocij nactus.

A Etenim ad iſtos accedebant, *f* Ioſeph quoque ſapientiſſimi Patris noſtri frater, ac poſtmodùm celebris Theſſalonicenſium ciuitatis factus Archiepiſcopus: quin & *g* Timotheus, *h* Athanaſius quoque, & *i* Naucratius, ac alij plures, quos breuitatis cauſsâ omitto, in terreſtri illo cælo agebant. Quos enim mores coniungunt, locus quoque in vnum cogit: quos autem mores diuidunt, omnis quoque locus ſeparat. Locus enim in moribus laudatur, viciſſimque mores in loco amati laudem habent. Solet enim non rarò, cùm fruſtrari loco conſueto, tum ſeiungi à coalumnis, multam gerendâ virtute laxitatem præſtare.

f g h i

a *Antequàm in exilium S. Theodorus detruderetur, quod factum eſt poſt Pſeudoſynodum Conſtantinopoli menſe Ianuario, Indictione 2, anno 809 contra ipſum habitam, erat tum S. Nicolaus annos 16 natus.*

b *Sub imperio Michaëlis Curopalatæ, cognomine Rancabæ, qui imperauit à 5 Octobris anni 811, ad Iulium anni 813.*

c *Hic aliqua πρόληψις, ſi non σφάλμα, agnoſci debet. Intercepta Creta eſt ſub Michaële Balbo, non autem Michaële Curopalata, vt antè dictum.*

B d *Hæc ita ſecundùm 70 Interpretes leguntur. Editio vulgata:* Gens perditorum.

e *Editio vulgata:* Et erit funiculus maris, requies paſtorum.

S. Ioſephus Ep. Theſſalonic.

f *Colitur* S. Ioſephus 15 *Iulij. Variæ ad eum epiſtolæ S. Theodori extant apud Baronium; vt anno Ch.* 809. *num.* 47, *anno* 815, *num.* 11, *anno* 816, *num.* 43, *quarum vltimam ſic concludit:* Saluto eos, qui Reuerentiæ tuæ famulantur: qui mecum eſt, *Nicolaus ſcilicet*, vt famulus ſupplex veneratur.

Timotheus,

g *Aliquis* Timotheus *colitur* 1 *Febr.* qui in pace dormiuit, *ſed vtrùm hic fuerit, neſcimus.*

Athanaſius,

h *Ad hunc Athanaſium extat epiſtola S. Theodori apud Baronium anno Ch.* 809 *nu.* 30. *eiuſq; meminit in epiſtolâ ad Naucratium eodem anno* 809. *num.* 44. *&* ſacrum *appellat, qui, vti etiam obſeruat Baronius,* anteà viſus eſt lapſus pedibus.

Naucratius.

i *Ad* Naucratium *plurimas ſcripſit S. Theodorus epiſtolas, quarum aliquot profert Baronius ad annos Chriſti* 809, 814, 815, 816, 818, 819, *&* 820. *è quibus patet eum ſub Nicephoro & Leone Armeno varijs carceribus probatum, illuſtrem pro fide Chriſti extitiſſe Confeſſorem. Epiſtolam vltimam ſic concludit:* Te cum omnibus qui mecum eſt, *Nicolaus* ſalutat *De eo infrà iterum agitur.*

CAPVT III

Perſecutio ſub Leone Armeno Iconoclaſtâ. Exilium S. Nicolai.

13 ENimuerò cùm ſic pulchrè hîc vinea Domini Sabaoth palmitibus luxuriaret, ac fructu onuſta eſſet, monteſque mundanæ affectionis, mentis, inquam, motuum vitioſitatem, ac ſublimitatem, ſub vmbrâ ſuâ tegeret, ac velut quibuſdam ſtolonibus diuerſa ac varia virtutum ornamenta in mundi fines mitteret, iamque Chriſti Eccleſia, in omni decore, gradu, ordineque adaucta, ac fide in rectorum dogmatum ſereno tuta eſſet; repentè velut nubes quædam ab *a* Orientis partibus improuisè ac inexpectatò oborta, tetrâ noctè omnia repleuit: nimirùm Leo quidam Armeniorum oriundus ſtirpe, vir reuerâ nocens peſſimuſque, nomine ſolo, non re ipsâ, pietatis Sacramentum tenens: quem multi recens inſtructum Satanam perſpicuè noſſent, eſſetque, ac nominaretur, Michaële Imperij Romani ſceptra piè tum moderante, ac cùm iam *b* Huni ad *c* Liba regiones vaſtarent. Hunc ille miſerum, primum creat exercitûs Ducem, multiſque ſtipatum, aduersùs præfatam gentem ſuppetias Imperio mittit. Is porrò perinde ac nomen, ſic & voluntatem ferinam inferens, intuſque animo latens conſilium premens, ac patris *d* Conſtantini Copronymi, qui & ipſe *e* Leo fuit, eiuſque filij *f* Leunculi hæreſim tenens, miſer homo, aduersùs beneficum Deum vniuerſorum Regem, eiuſque regnum inſurgit. Sanè verò cùm merentes ſub ipſo turmas, *g* donorum multâ largitione, ſtultus homo, decepiſſet, veniens ad *h* partes Thraciæ extra vrbem, impiè ſceleſtus aduersùs pios Chriſtianos *i* Imperator renuntiatur; regiamque, iconoclaſta palàm audiens, ingreditur.

Leo Armenus homo peſſimus,

Dux exercitus,

a

b

c

d e

f

D *malis artibus*

g

h

i

occupat Imperiũ: Iconoclaſta,

14 Cùm autem *k* exiguo tempore ſiluiſſet, idque ſubdolè, quò tutò ſibi Imperium muniret, mox contra cælum aperuit os ſuum, blaſphemiam eructans aduersùs Chriſtum vniuerſorum Deum, negans ſacras imaginum figuras eſſe erigendas, vt quæ *l* idolorum ſimulachra eſſent. O amentiam! Non enim intellexit turpitudinis ſtatua, quorum exemplaria contrariam liquidò rationem habent, palàm quoque habere ab iis deductas ſimilitudines. Quæ enim inter ſe contrariè habent, omnino etiam contrariam mutuò inferunt communionem. Alterius enim ad alterum, idoli, inquam, ac imaginis contraria ratio, vti Chriſti & Belial, ex vtriſque liquet. Idolum enim tamquàm quod aliquid, ipſamque adeò mentiatur exemplaris ſimilitudinem; imago autem tamquàm ſimilis, ſic præ illo propriè nominatur. Verùm nihil eiuſmodi intelligere voluit miſer homo, atque à beſtiâ nomen habens: quinimò more Corybantum, vt ita dicam, inſaniens, atque E aduersùs Chriſtum, eiuſque intemeratiſſimam figuram furore bacchans, cùm viros quoſdam animo reipsâ corruptos, eiuſque per omnia prauis conſiliis adſtipulantes inueniſſet, fore putauit, vt per eos Chriſtianæ pietatis Sacramentum fabulam faceret. Haud tamen valuit præſtare, ac quamquàm inſtar ſagittæ validè admodùm percutiens, validiùs in Eccleſiæ pugiles impingens, retuſus eſt.

k

abrogat cultum ſacrarum imaginũ:

l

15 Cùm enim in ſacrâ quadam palatij æde, Sacerdotum ac Patrum noſtrorum, circumquaque ipſum ſtipante milite, turbam congregaſſet; medius ipſe præſidens, arroganti ac fremebundo ſenſu, aduersùs magnum *m* Pontificem ſocioſque, quòd per errorem in venerabilium imaginum reſtitutionem conſenſiſſent, velut pro concione orabat. Tumque deinde videns, vt ij, Spiritus gladio, nugarum eius garrulitatem variè mediam ſecarent (quamquàm nullius perinde atque Herois ac magni Patris noſtri Theodori audaciam ſtuperet) eâ re miſer in furorem actus, omnes ad vnum, multâ irâ exæſtuans, regiâ expellit, ac quamprimùm ſingulis locum exilij ſancit.

Sacerdotes ſibi cõtrarios in exilium pellit.

m

16 Quambrem deportatur *n* Pontifex, cui à victoriâ nomen: ſed & omnes relegantur, quotquot Chriſti imaginem quadam ad exemplar habitudine venerarentur. Ante omnes autem relegantur, vt pleraque omittam, commune illud lucentiſſimumque nomen, F Dei, inquam, munere datum oblectamentum, vnà cum diſcipulo ſtrenuoque fidei propugnatore ac Confeſſore Patre Nicolao. Vix enim ille, hîc illic errantem ſermonem ab imbecillitate, commiſeratione manum prætendens, ſibi adiunxit: quamquàm is, haud peculiare aliquod argumentum complectens, communes potiùs ambobus Magiſtris agones, huius hiſtoriâ texendâ exequitur. Ne quis verò eâ nos parte vituperet. Non enim ex arte compoſitis ſuaſionibus, quin potiùs veritate, eâque vnâ, eius res exornare prouidimus. Maius autem deinceps ex paterno ei accedet encomium, modò ne ſolùm defunctoria oratio, probatam operum laudem ex inſcitiâ deprimens, reprobam faciat. Præter enim exilij pœnam, quodque ab impiis implacabile bellum ſtrenuus pugil indidem pertulit, etiam Patri famulans continuè adhæſit, neceſſariorum corporis indigentiam, maximâ conſtantiâ ferens, ſeque ei per omnia bonum Conſiliarium, officioſumque paraſtatam ac adiutorem exhibens. Verùm celeberrimi Patris Theodori partium ſit iſta ediſſerere, qui ei fortitudinis coronam variè per *o* epiſtolas plexuerit. Nos autem interim proſequamur quæ ſunt noſtri propoſiti.

n

Relegãtur Nicephorus Patriarcha,

& cum S. Theodoro S. Nicolaus,

eius perpetuus in cõfeſſione & pœnis ſocius;

o

17 Quia

A 17 Quia igitur impotenti irâ, ac contra indemnatos beatosque viros, prædamnatus Imperator sententiam tulerat; extorresque in castro quodam *p* Apolloniadis lacui vicino, cognomento Meropa, annum integrum carcere detenti egerant; eorum vbique peruagante famâ, discipulisque, ac multis aliis clancului ad eos ingredientibus, cùm omnes ferè resumptis animis ad integrandum orthodoxum fidei certamen animarentur; re, nescio quâ ratione, compertâ, mittit statim nouus Amalecites indigmisque purpurâ Imperator, eosque ad castrum aliud in Orientali themate, nomine *q* Bonita, transfert, iubens vt ne quem omnino viderent, vllumue sermonem de fide miscerent.

In carcere alios ad fidei certamen animat.

P

q nè in separatum.

a Agarenis Orientem vastantibus, Orientalium Dux Leo Armenius commisso prælio ad duo millia cecidit, multis equis & spoliis potitus. *Ita Zonaras.*

b Hunni *siue* Auares, *ob bella cum Carolo Magno gesta noti, Pannoniam tunc incolebant, quam adeò desertam plurimus praliis factam tradit Eginardus in huius Vitâ 28 Ianuarij, cap. 4, vt ne vestigium humanæ habitationis circa regiam Cagani appareret. Quare plurimos Hunnorum in Bulgariam vicinam tum migrasse; & cum Bulgaris Thraciam deuastasse hinc colligimus. Bulgaros alij solùm memorant. Nicephorus in Breuiario historico Hunnorum ac Bulgarorum primordia se dicturum promittit, & dein de Hunnis silens, eosdem cum Bulgaris etiam censet.*

Hunni & Bulgari.

c *Seu suburbia & portas vrbis Constantinopolitanæ: nam partem Thraciæ obiectam* Liba *dici infrà cap. 9 probatur.*

Liba.

B d *Constantinus Copronymus Iconoclasta regnauit ab an. 741 vsque ad an. 775.*

e *Copronymus Leonis Isaurici, antesignani Iconoclastarum, filius fuit. inuasit Isauricus Imperium anno 717.*

f *Hic Leo post quinquennij imperium obiit anno 780. Huius vxor fuit Irene, quæ cum filio Constantino, deinde eo interempto, sola regnauit.*

g Leo militum Orientis Dux, Imperij cupiditate adductus, corruptis, quibus præerat, legionibus, & vnà cum ipsis relicto ordine absque vllâ causâ fugæ se commisit: quod reliquus exercitus, *sub Imperatore Michaële penè de Bulgaris victor*, conspicatus perculsus est, ita vt virtus eius elangueſceret, & Bulgari, qui iamiam terga versuri expectabantur, recepto animo, clamore, Romanos inuaderent, & ita victoriam, quam amiserant, recuperarent. *Ita Curopalates & Cedrenus.*

h *Ibidem constitutus*, vt Bulgarorum excursiones prohiberet, *teste Curopalate, apud quem alioqui reliqua his conformia leguntur.*

i v Idus Iulias, feriâ 11, Indictione VI, *apud Theophanem aut eius Continuatorem. Cadunt ea in annum 813 litterâ Dominicali B. Posterâ verò die à S. Nicephoro Patriarchâ coronatus est.*

k *Reliquis istius anni mensibus.*

l *Ita Pseudosynodus Constantinopolitana sub Constantino Copronymo (vt legitur in Vitâ S. Stephani Iuniorus cum operibus Damasceni editâ, & 28 Nouemb. illustrandâ)* sacras imagines vocauit idola. *quod crimen Leoni Armeno à S. Theodoro in congressu hic relato obiectum fuisse refert in huius Vitâ Michaël apud Baronium ad annum 814 num. 18: vbi clarius idoli & imaginis differentia adfertur*: Idolum, *inquit*, est, quod dæmonis, aut alterius cuiuspiam ex iis, quæ Gentiles turpiter pro Diis coluerunt, speciem repræsentat. Imago autem Sancti alicuius, aut Sanctorum Domini figuram depingit.

Idoli & imaginis differentia.

C

m *Est hic S. Nicephorus, cuius Acta dabimus 13 Martij. Frustrà priuatim tentârat antè Imperator eum ad suas hæreses attrahere*

S. Nicephorus Patriarcha CP.

n *Exul S. Nicephorus annos 14 vixit in monasterio S. Theodori Martyris à se constructo, vitâ functus anno 828.*

o *Ita Theodorus in epistolâ ad dispersas vbique fraternitates apud Baronium anno 820, num. 20 vocat* Nicolaum concapriuum suum, laboris socium, commilitonem suum, illorum autem Fratrem verisimum. *Similia in eius epistolis passim leguntur.*

p *Michaëlin Vitâ S. Theodori ad an. 814 num. 42.* Quem mox vicinus Apolloniæ locus in castro, quod è paludis regione Mesopa nuncupatur, custodiæ traditum excepit. *Est autem Ptolemæo lib. 5. Geographiæ* Apollonia ad Rhyndacum fluuium, *qui per Mysiam Asiæ regionem in Propontidem effluit. Strabo lib. 12.* Apollonitida paludem *&* Rhyndacum fluuium *etiam contingit. Suidas nomen huic lacui Attalum Regem Asiæ dedisse tradit à matre suâ Pergami in eâdem Mysiâ sepultâ. Ibi ergo* Mesopa, *seu potiùs* Metopa *castrum fuerit, ita dictum, quasi frons ad eam paludem fuerit. Ita* vicus Metropa *memoratur 20 Ianuarij in Vitâ S. Euthymij Abbatis num. 14, sed Hierosolymam inter & Iordanem situs.* Metopon

Lacus Apolloniadis.

Metropa castrum.

etiam promontorium exhibet Ortelius in Tabulis antiquæ Thraciæ, ad Bosporum Thracium & Pontum Euxinum.

q *Michaël ad an. 815 num 20 ait*, longiùs abductum ad Bonitam, ibique ita clausum, vt neminem videre, neminem alloqui posset, non paucis, non pluribus, nec quidquam aliud demum liberè agere. *S. Theodorus Smyrnâ scribens* Orientalem *hanc plagam appellat. Smyrnam verò* Thraceosem, *vt procul fuerint amandati: & longius inter vtrumque locum describit Michaël iter ad annum 819 num. 21, vbi num. 22 epistola ea Theodori refertur.*

AVCTORE MONACHO STVDITA, EX MSS. GRÆCIS.

D

Bonita castrum,

CAPVT IV

Cruciatus & verbera S. Nicolao inflicta.

18 VT ne autem extra propositum ferri videamur, plus iusto sermonem protrahentes, age, fluctus plurimos à puppi pulsantes, immanis procellæ violentiam edicamus. Cùm enim magnus Theodorus non modò vicinos, verùm etiam multo locorum interuallo dissitos, qui post impiam hæresim abduci consensissent, ad pietatis iter per Epistolas postliminio traheret; vnâ quâdam ex illis, incerto casu ac improuisè in feri ac leonino pectore hominis manus incidente, quam is, ad Christi Confessores, sanctarum imaginum adorationem à principio describens, cuiusque dogmatis plenam contentionis ac nouitatis insaniam traducens, scripsisset; furore accensus, ac pro nominis ratione, leonis instar scelestus rugiens, quàm celerrimè satellitem verbera illaturum mittit. Veniens ille fremens ac minabundus, Sanctos è custodiâ educit, ac iniquè, iniquo ac scelerato Imperatore iniquior, insano furore actus, *a* taureis centum in oculis Theodori magnum Nicolaum cædit. Illumque rursus totidem plagis verberat, tumque penè voce defectos pari certamine beatos viros, in custodiâ ponit, ac ostium obstruens, iubensque fame enecari, relinquit.

Ob epistolas missas

E

cæsi S. Theodoro diræ verberibus,

a

19 Quis verò tantos illos agones, illatam câ re Sanctis vim enarrans, satis assequi queat? Quis insidias, quas sunt passi à custodibus, feralemque furorem, ac penuriæ necessitatem delineauerit? Nec enim impiis hominibus veneranda erat ad miserationem senectus, vti neque iuuentutis sobrietas animi reputabatur: quin potiùs odio in eos diu noctuque instar canum miseri latrantes, necessariâ quoque escâ execrandi homines priuabant, alternis quaternisque diebus, quandoque per hebdomadam totam, vix modici panis *b* frustum aliquod proiicientes, quin & ipsam aquam scelesti homines eis denegabant. Ac sanè maior est, quàm vt sermone exprimi possit, immensa illa illata vis. Num ergo ob eam vexationem haud quidem pugnacem dogmatum constantiam amiserunt? Vimne sunt certaminibus impares, minuere aliquid dicendi libertatis? Haudquaquam. Vide enim ampliorem hinc fortitudinem, ac sonum prædicationis maiorem.

& fame cruciatur,

b

F

20 Cùm enim *c* necdum eorum corpora benè sanas à prioribus plagis cicatrices haberent, en tibi malus alius impij Imperatoris impius magis nuntius, cædes spirans, ac furoris œstro quodam agitatus aduenit, vnà secum librum inferens, apertoque carceris ostio diuinos viros incondito clamore inde educit, ac monstrans epistolam, quam manibus teneret, ab eis aduersùs Imperatorem scriptam, cogebat edicere quando, ac quomodò & ad quos mississent. Vide ergo fortium pugilum pugnam aliam ac certamen. Vt enim abs se compositam, missamque, ac cuius causâ factum sit confessi fuissent; in furorem conuersus execrandus homo, fortem illum Ecclesiæ adamantem, *d* magnum inprimis Nicolaum confestim nudari iubet. Viris autem sublimem ab vtraque manu tenentibus, alij diræ taureis cædebant. Porrò defluebat in terram sanguis Martyris: videnque sceleſtus ad longum satis tempus vapulantem sine voce, animo exasperatus miserabilis, iubet sic nudum, ac sanguine commaculatum, sub dio

c

d

taureis cæsus,

AVCTORE MONACHO STVDITA, EX MSS. GRÆCIS.

frigore necandum relinqui. Erat ſiquidem tunc hibernum tempus, tertia nimirùm præſentis Februarij menſis, cùm hoc accidit Sanctis. Mox verò irâ furens, Eccleſiæ columnam Theodorum adit, eumque rurſum multis verberibus cædens, redit viciſſim ad Magnum Nicolaum, multaque inſtar hyemalium nimborum ſermonum iaculis mittens carmina, conabatur abſtrahere à pietate in Patrem. Is autem cùm obſeruans foueníque, peſſimum hominem ab officio vetantem, in ſe prouocabat.

frigori exponitur: à S. Theodori amicitiâ auelli nequit: derè caſus, funiculo torquetur, e

21 Enimverò ille quidem inſtar aſpidis, iræ præſens venenum labiis repoſitum ferens, iubet eius cùm brachia tum vlnas iterum flagellis, quæ e rhecas dicunt, cædi; ſed & ab vtrâque manu carniuoris canis funes alligans, atque per horas plures tendens, virum ſanctum torquebat. Tum verò blanditiis quoque minas nequiſſimus temperans perſuadere nitebatur, vt & fidem negaret. Vt autem conatum omnem, velut ſi marini fluctus petræ allidantur, in ſpumam diſſolui vidit; omnino iam animum Tyrannus deſpondens, eum miſer vnà cum Patre intra carcerem claudens, ac oſtium obſtruens, tandem & ipſe confuſus abſceſſit.

22 Sanè vt ò videre erat ex verberum illâ carnificinâ, Martyris Nicolai brachia, nihil minùs torribus exporrecta. Verberum ſiquidem excoriatione, ac funium tenſione diſtentis neruis, viique tantâ à naturali interiùs motu prohibitis defectiſque, iacebat ceu graue aliquod onus portatu difficile, ſpectaculum miſerabile adſpectantibus, in crucis modum rigentibus lacertis, palam omnibus factus. Planè verò manſurus erat eâ corporis diſpoſitione, niſi tandem cuſtodes paullùm animi feritate mitigatâ, cùm naturæ vim ſuperantem violentiam perſpicerent, cum aquâ tepidâ adipem quoque petenti ſæpius Patri Theodoro ob inopiam præbuiſſent. Is, adiunctis precibus, ſpongiâ leniter demulcens, ac quotidiè plagas oblinens, paucis diebus inſanabilem illum manuum dolorem diſſoluit, ac perfectâ diſcipulum ſanitate donauit. Sed & ipſe nihilominùs Magnus Nicolaus, idipſum piæ curationis officium *f* Patri exhibebat, emortuas tormentorum vi carnes, ac inſtar mandilis pendentes à corpore, peritè abſcindens, ac omni parte Patris curam gerens. Quas verò ac quantas neceſſitates, toto illo triennij ſpatio pertulerint, anguſto illo ac tenebricoſo detenti carceris angulo, ne dici quidem facilè queat. Nam quis, rogo, etiam paullò pleniùs eam corporis inflationem deſcribat, quæ ex tormentis verè grauis illa ac propè immedicabilis Sanctis accidit? Non ſolùm enim contra ſolum iniquum Imperatorem, impioſque præfectos decertabant, verùm etiam ipſi quoque legi naturæ vim inferebant, depugnantes aduersùs famem & ſitim, friguſque ac nuditatem.

vſu membrorum deſtitutus

ſanatur fomentis à S. Theodoro adhibitis.

f

23 Ac ſanè cùm non *g* modicum effluxiſſet temporis ſpatium, iterum crudelis Imperator ab eo loco ad Smyrnæ metropolim traducit: quos exceperunt *h* cuſtodia atque *i* verbera, amboque vtriſque pedibus *k* ligno reuincti erant. Cùm autem *l* viginti denuò menſes in eo carcere morati eſſent, corporiſque affectionibus ſuperiores facti, virtutem, vti probante tormentorum igne inſuperabilem, ita & aduersùs mortem audere oſtendiſſent; ipſe qui iuſtè arcum iræ tendit, aduerſarioſque tollit, iuxta Prophetæ oraculum: Qui non reliquit virgam peccatorum illudere hæreditati iuſtorum, recordatus gemitus compeditorum, atque comedentem Iacob Leonis nomine beſtiam.

g Smyrnam traductus

h i k l menſes 20 detinetur.

Pſal. 7. 13. Eccli. 36. 9. Pſal. 124. 3. & 78. 11.

a *Michaël ad an.* 816 *num.* 7. Anaſtaſius ab Imperatore miſſus, ſanctum virum crudeliter flagellat, centum illi verberum ictus incutiens, ſemianimem humi iacentem deſtituens. Tum obſcuro tetroque carcere incluſit, vnaque eius diſcipulum Nicolaum, qui Magiſtro aſsiduus comes erat, & numquàm ab eius latere diſcedebat, cuſtodibus præcipiens, vt fame ambos aliiſque incommodis vexarent, vt, ſi quid vitæ illi adhuc ſupereſſet, hoc ipſum breui abſumeretur.

Nicolao inflicta verbera.

b *Hæc panis fruſta S. Nicolao ſoli relinquebat Theodorus, ſumens ſolum ſacram Euchariſtiam.* Habebat, *inquit Michaël num.* 12, ſecum partes aliquas viuifici corporis, peragebatque diuina myſteria, quandocumque celebrandi facultas erat, hunc ſolum cibum, nullum alium deguſtans *&c. Subinde ambo adiuti ſunt ab Eudoxone Virgine, cui poſteà hæc ſcripſit Theodorus apud Baronium ibidem num.* 16. In carcere detinebamur ego Fraterque Nicolaus, cùm ante cuſtodiæ foramen poſiti cuſtodes neminem, ex impiorum edicto, propiùs contingere ſinebant. Tum tu Dei fiduciâ fieta mittebas, quodammodò lactabas, alebas, potum dabas, conſolabaris, hortabaris, te ipſa in apertum mortis periculum coniiciens ... cuſtodes muneribus concilians .... Salutat te Frater Nicolaus, & ego Dominum ac conſobrinum tuum. D

cibus oblatus.

c *Michaël* triennium integrum *interponit, & Baronius ſequentia refert ad annum* 819. *num.* 13.

d *Michaël ibidem num.* 14. Nicolaum priùs eius diſcipulum, tamquàm epiſtolæ notarium, in oculis Magiſtri nudum extendi cædique iubet. Deindeque Sanctum illum exuens, centum illi verberum plagas imponit, omnia propemodùm membra diſſecans, oſſiumque ipſorum nexus & colligationes deſtruens, quæ ſolæ illi ſupererant. Tranſit inde rurſus ad Nicolaum, ratus illum propter verbera molliorem factum, verbiſque aſperrimis ad ſacrarum imaginum Magiſtriique eiurationem inſtigat. *Theodorus ad diſperſas fraternitates ſcribit num.* 18. Plagis affecti ambo fuimus pro nomine Domini. Etenim & Frater Nicolaus pulcherrimè & fideliſsimè decertauit. Vidimus ex carnibus noſtris fluentem in terram ſanguinem, conſpeximus vibices, ſanie *&c.* E

iterata verbera.

e *Idem Michaël*: Vt verò fortiorem illum, quàm anteà eſſet, ſenſit, cum loris intextis, viminibuſque recens excisis, manus ac pedes reliquumque corpus dilanians, iteratis plagis exulceraus, ſub dio ſic affectum reliquit, duplici tormento vexandum frigoris ac verberum doloris: tum enim Februarius menſis agebatur. *De Rhecu videri poteſt Combefiſius.*

f *Idem num* 15. Sui ipſius curam omittens *Nicolaus*, totus in illius *Theodori* curam conuertitur, ac priſanæ aliquantum depoſcens, rigare arentem Patris linguam cœpit, modicoque in os infuſo potu, nonnihil eum reſocillauit, ac veluti mortuum vitæ reſtituit. Vt verò vitalem ei vim rediiſſe ſenſit, ad marcida iam membra medicanda ſe conuertit: pleraque enim carne penitùs corruptâ & grauiolente tabo ac ſanie confecta putruerant: & cernere erat partes alias ab aliis pendentes omnes ad vſum iam factas inutiles: quam ob cauſſam cultello eas detruncat, & à ſanioribus auellit: ſi hoc fortè pacto reliqua cohærere poſsint cicatricemque obducere.

fomenta adhibita.

g *Idem num.* 16 *ſpatium* 90 dierum *interponit, qui à* 3 *Februarij ad* 4 *Maij elapſi ſint.*

h *Idem num.* 21 obſcurum ſub terrâ carcerem *appellat.*

i *Idem hæc ita refert*: Iterum Anaſtaſius irâ feruens, Martyriſque ſanguinis ſitibundus, verbera prioribus acriora Sancto inflixit, lætuſque rediit ad Imperatorem, cùm tertiò iam Theodorum ceciditſſet, ita vt centenos per vices ictus pertulerit, diſcipulo eius Nicolao pari pœnâ decertante. *Theodorus in epiſtolâ ad ſuos monachos Smyrnâ ſcriptâ num.* 24. De nobis, *inquit*, peccatoribus ne torqueamini, licet audieritis nos flagellis iterum cæſos eſſe. Tulimus precibus veſtris cum gratiarum actione hilariter, etſi ad modicum acrimoniâ ... Salutat vos plurimùm Nicolaus frater veſter. F

alia verbera.

k *Idem ait etiam in itinere* noctu cippo alligatos fuiſſe.

l *A* 4 *Maij anni* 819, *ad* 25 *Decemb. anni* 820, *vtroque menſe annumerato. Michaël ad an.* 820 *num.* 8, annum integrum ac dimidium *numerat neglecto vtroque menſe imperfecto.*

CAPVT V

Mors Leonis Imp. Perſecutio remiſſa.

24 QVamobrem placuit, vt quibus locis Diuinam is Emmanuelis irriſioni habuerat Incarnationem, in iiſdem *a* iugulatus ipſe, miſerabilem abrumperet animam, quâ minimè putabat ratione: habuitque perſpicuè finem Salomonis illud in eum oraculum. Ait enim: Stultus complexus eſt manus ſuas, & comedit carnes ſuas. Huic autem congruè ſacra quoque occinuit Eſaiæ tuba, cùm ait: *b* Quemadmodùm veſtimentum in ſanguine conſperſum, non erit mundum; ita neque tu eris mundus: quoniam terram meam perdidiſti, & populum meum interfeciſti. Cùm ſic ergo ſtupendâ illâ morte, in ſacro Dei templo Imperator miſerabiliter ceciditſſet, oritur eius loco, non ſol aliqui

a Occiſo Leone Armeno. Eccle. 4. 5

b Iſai. 14. 20

A aliquis ortu ſuo matutinum lumen ad diei illuſtrationem præſtare, ſed, velut quis dicat, ſtella matutina, ab illuni atrâque nocte, diem & non diem fidelibus miniſtrans. Quidam enim *c* excubitorum Michaël, arreptis Romani Imperij ſceptris, quamquàm maximè hæreticorum fermento ſaginatum liquebat, eam tamen immenſam cruciationem, quam deceſſor adhibuiſſet, Chriſti Confeſſoribus *d* remiſit, bonum ſe eis ac humanum per omnia præbens. Summaque, videre erat diuerſis cruciatibus exhauſtos ac longo carcere maceratos, velut ad ſe inuicem conſertâ ſpiritali choreâ, certaminibus gloriari, tamquàm ſi vitulos dicas à vinculis ſolutos.

c & remiſſâ ſub Michaële Balbo perſecutione,

d

e 25 *e* Tunc ſanè magnæ quoque illæ pietatis columnæ Theodorus ac Nicolaus Smyrnâ diſcedentes, ſolo vtique nixi baculo, locum ex loco pedibus iter carpendo mutantes, ad *f* Pruſæ partes deuenerunt: atque *g* hinc tandem petentes Chalcedonem, deincepſque à tropæo appellati Patriarchæ aſpectu recreati, iuſto ſatis tempore læti admodùm cum eo commorantur. Tunc videns communis ille Paſtor toto corpore eos ſtigmata Ieſu circumferentes, honore proſequebatur, habebatque veneration, ac in omnium conſpectu, cùm tempus tuliſſet, ſermonum conſertis ſymbolis exornabat. *h* Faceſſat mota aduersùs iſtos inuidia, manumque ori dementes imponant, qui ſuâ ipſi nequitiâ, Orbis illa luminaria inuicem aduerſa, eſtræni hactenùs ore calumniantur.

S. Nicolaus cum S. Theodoro

f g

ſummo honore à S. Nicephoro excipitur:

h

B 26 Ceterùm Pontifex hos benè conſulentes aſſumens, & vnà cum eo præcipui Metropolitæ operæpretium duxerunt, vt coràm Imperatorem adirent: ſperantes fore, vt ſubingreſſa in Eccleſiam ſcandala ac nequam hæreticos deiicerent. Ac verò virum quemdam in dignitate conſtitutum ſequeſtrum adhibentes, ingreſſi ſunt ad Imperatorem, eique pro omnibus, vt quiſque valebat, gratias egerunt. Cùm iam Theodorus ſermonem de Eccleſiæ ſanis dogmatis propoſuiſſet (iuſſerat enim à victoriâ appellatus Nicephorus Patriarcha, vt is fidem exponeret) perculſus Imperator eius verbis, nolenſque, vt rem dicam, dare ſolutionem Eccleſiæ; quippe qui velut Anteſignanus Iconomachorum, eiuſdem ac illi ſententiæ eſſet; Tu, inquit ad Diuinum Theodorum, in more poſitum habes, ſceptris reſiſtere: velut improperans plenam illam libertatis reprehenſionem, quam communis illa Eccleſiæ fax, ceu Phinees æmulator, ſub duobus Imperatoribus *i* Conſtantino ac *k* Nicephoro feciſſet. Sanè enim ob animi oculos verſantem habebat, quam is quoque miſerabilem *l* mortem Nicephoro Imperatori à Bulgaris inferendam, ob alienè à ratione contentioſiuſque defenſas adulterinas nuptias, ſpiritu Prophetico prædixiſſet: metuque percuſſus, Siquidem, inquit, etiam hoſtes viri virtutem reuerentur, hiſce eum verbis modeſtè repellebat. Denique vbi Imperator lubentiſſimè ſacrum Patrum ſenatum *m* ſecuritatis ſacramento firmaſſet; quod ſpectat ad recta dogmata, omni ſatisfactione vacuos è Palatio iuſſit abire.

monita fidei reſpuêtem:

i

k

l

C libertatem impetrat.

m

a *Occiſus eſt Leo anno 820 ipsâ Natalis Dominici nocte in templo,* dum intra adyta altaris ingreſſus, arreptâ thuribuli catenâ vel ſacrâ Cruce percutientium ictus exciperet, *vt tradunt Curopalates, Cedrenus aliiq.*

Leo occiſus.

b *Ita iuxta 70 Interpretes. Vulgata editio habet:* Non habebis conſortium, neque cum eis in ſepulturâ: tu enim terram tuam diſperdidiſti: tu populum tuum occidiſti.

c Michaël Amorij *in Phrygiâ maiore natus, à lingua vitio* Balbus *dictus, olim* Dux legionis Romanæ, ſtricto gladio Leonem à ſe interfectum intiminabatur, niſi libens acciperet Imperium: *à quo dein* Patricius *factus*, & ſcholæ excubitorum Comes. *Curopalates aliiq.*

Michaël Balbus Imp.

d Edicto reditum omnibus indulgente, *vt ait Michaël ad annum 821 num. 25. vbi illuſtris epiſtola S. Theodori ad Michaëlem Imperatorem eâ data.*

e Poſt ſeptimum exilij annum *ait Michaël num. 28, vbi exactè iter proſequitur.*

f Pruſa *Bithyniæ vrbs ad confinia Myſiæ: vbi* Olympi incolæ

Pruſa vrbi.

accurrerunt videndi illius cupidi & audiendi, *vt tradit Michaël num 32.*

AVCTORE MONACHO STVDITA, Ex MSS. GRÆCIS.

D g *Michaël,* Relicta Pruſâ Chalcedonenſem viam ingreſſus eſt *Theodorus cum S. Nicolao,* Theoctiſtum viſurus, ... pergit deinde ad Patriarcham Nicephorum certaminis ſocium & amicum in cœnobio ſuo ad fretum ſito commorantem. *Chalcedon vrbs Ponti ad Boſporum Thracium.*

h *Ob inceſtuoſas nuptias Conſtantini Imperatoris, filij Irenes, benedictas Iosephus Presbyter & Oeconomus olim à S. Tarasio reiectus, ſed dein à Nicephoro admiſſus: vnde huius etiam communionem declinauerat S. Theodorus cum ſuis monachis. Quibus difficultatibus ſub Michaële Curopalate ſublatis, S. Nicephoro communicarant S. Theodorus aliiq, illoq; cohortante Nicephorus ſub Leone Armeno.*

reconciliati S. Theodoro & S. Nicephoro.

i *Conſtantinus ſub tutelâ matris Irenes factus Imperator anno ætatis 10, Chriſti 780. Hic abdicatâ Mariâ legitimâ vxore, Theodoten cubicularium duxit, Auguſtamq; coronauit menſe Auguſto anni 795. Ideò S. Theodorus, licet ei Theodote eſſet ſanguine coniuncta, palàm pronuntiauit Imperatorem excommunicatum eſſe, vt tradit Michaël ad illum annum nu. 57 & 58.*

k Nicephorum *Imperatorem redarguit S. Theodorus, quòd Iosephum, qui inceſtuoſas nuptias Conſtantini benedixerat, & ſubintroductam faminam coronârat, in ſtatum priſtinum ſacerdotij reſtituiſſet. Videndus Baronius ad annum 806 nu. 7 & ſeq. & annum 809 num. 6, quo* menſe Ianuario, Indictione 2 *iuxta Theophanem,* Nicephorus Imperator Synodum aduersùs illos, *Theodorum & ſocios,* celebrari præcepit, per quam à monaſterio & vrbe deiecti, exilio ſunt deſtinati.

Conſtantini inceſtuoſa nuptia.

l *Curârat dicit Nicephoro*: Hæc tibi omnium vindex & ſpectator oculus meis verbis prænuntiat: Scito te, quam viam nunc ingrederis, ex eâ numquam reuerſurum. Itaque iuxta Iulli vaticinationem barbaricis manibus captus, non tolùm vitam turpiter amiſit, ſed caput ipſum amputatum Bulgarorum genti ad ludibrium reliquit. *Ita Michaël ad annum 811 num 5 & 6, Theophanes aliiq.*

E Mors Nicephori Imp.

m *Hæc ſecuritas infrà cap. 7 explicatur.*

CAPVT VI

Illuſtre exemplum caſtitatis.

27 COngruè autem, ex quo huc ſermone deuenimus, aliquid animorum ſaluti conducibile, præſenti operi adiiciendum putaui. Geſtum illud id temporis in Bulgariâ ſub Nicephoro Imperatore, vti iam in ſuperioribus dixi; quodque is modò iuſſit deſcribere, qui indignum me in monachum attondit, atque à multis annis monaſterium noſtrum, virtutis communis Doctor, gubernat ac regit; quique in monaſtiſtis facinoribus encomium nobis auctaurus venit. Scio noſſe vos omnes Paſtorem noſtrum *a* Anatolium. Is alendæ animæ menſam apponens, in hunc ferè modum ſpiritalis conuiuij lætitiam incepit. Quidam, inquit, Sancti huius Patris noſtri Nicolai diſcipulus, *b* Cyprianus nomine, in more poſitum habebat, vt quotannis *c* ſenem quemdam pro exilij ratione domicilium habentem, dignamque ſenectute vitam Angelicæ ſimilem præferentem, vti ſermo proceſſu commodè docturus eſt, adiret. Videns ille miranſque antiquam à puero Cypriani ad ipſum affectionem, ceu quamdam hereditario iure poſſeſſionem, hancce geſti ab eo certaminis narrationem adoleſcenti reliquit; vniuerſis per illum, quod illud vtile habet, communicans.

Inſerta hæc iuſſu Anatolij Præpoſiti,

a

b

F *c* narrauit S Nicolai diſcipulus.

28 Dicebat enim: Iuuenili adhuc ætate, *d* Scholariorum agmini adſcriptus eram. Cumque Nicephorus Imperator vniuerſo exercitu comitante aduersùs *e* Scythas mouiſſet, contigit, vt caſu quodam, quales humanis rebus ſolent accidere, ſolus omnino relinqueret, poſtque exercitum ſequens abirem. Quodam autem loco circa partes Thraciæ, cùm veſpera occupaſſet, pernoctare volens, ſuſceptus ſum apud fœminam valdè opulentam, atque, vt exiſtimo, cui moris eſſet, hoſpitio aduentes excipere. Illa, lautam menſam apponens, multâque animi iucunditate cœnam porrigens, inſatiabilem quamdam benignitatem in me exhibebat. Vnde etiam poſt cœnam ac epulas, ſublimi ſtraro dormire curans, multam mihi requiem, viæ omnem fatigationem diſſoluens, indulſit. Verùm, qui ſemper

d

e Iuuenis exercitum ſecutus,

in hoſpitio

AVETORI MONACHO STVDITA, EX MSS. GRÆCIS.

inuidet diabolus, nec in hoc bono ſine crimine procedere ſiuit: quin potiùs malam fœminæ voluptatem ſtultus ſubinſerens, vt mecum turpi conſuetudine miſceretur, vrgebat. Surgenſque lecto quo dormiebat, meum deinceps dormientis petit, verborumque turpitudine ad illicitum concubitum trahere ſatagit. Ego autem quantùm poteram à me repellens, Iure merito, aiebam, mulier, tametſi bellum haud quaquàm in barbarorum nouaculâ poſitum eſſet, caſtitatem Legibus Diuinis præceptam oportebat inuiolatam ſeruare. Sin autem belli armatura, iuſtitia eſt, ſi quidem ita voluptatis gladio ſaucius, meam ipſe miſer iugulauero animam, quî ad pugnam cum hoſte conſerendam proficiſci poſſim, qui iam ipſe ante prælium mortuus exiſtam? Illa porrò ſermones huiuſcemodi audiens, cùm paullulùm receſſiſſet, ad me rurſus venit, iiſdem verbis ad amorem pelliciens. Ipſe nihilominùs ſecundò quoque repulſam illam verbis ad caſtitatem prouocantibus irrigabam. Vt autem tertiò etiam inſtantem vidi, atque ad inferni profundum detrahere cupientem, tum vehementiùs infremens, ipſâque horâ meo ipſius gladio conſciſcendam illi comminatus mortem, inde exurgens, ac conſcendens equum, concito curſu propoſitum iter pergebam. Tum illa, fore ſuſpicans, vt fabula per me vulgaretur, ad necem quærens, poſt me ſeruos ſuos emiſit, iubens omnino occidi. Dei tamen immenſa clementia ab his illaturis necem, vti ab illâ mortale animæ vulnus inflicturâ, clientem liberauit: mirâque quadam ratione, rectà per aliam viam incedere fecit.

ad luxuriam ab hoſpitâ prouocatus eam ſæpiùs repellit,

illiꝰ mortem minatus fugit,

diuinitus morti eripitur.

29 Cùm autem haud ita pridem Bulgariæ fines attigiſſem, intraque eos, nullo alio itineris comite omnino ſolitarius iter haberem, atque ad montem quemdam, diſtento cogitationibus animo, propiùs acceſſiſſem (ita verò ſub ipſam hanc horam, eram reuerà Diuinam inſpectionem, atque eam, quæ mihi ſuperueniſſet, calamitatem, totus lacrymis perfuſus, mecum animo reputans) vocem quamdam, deſuper à montis cacumine me vocantem, audiui. Porrò metu perculſus, eò quòd planè ſolus eſſem, ægreque anhelitum ducens ac tremens, ad eum qui vocabat faciem conuerti: figenſque oculos, nouum ſupra naturam ſpectaculum perſpexi: nimirùm, giganteâ ſtaturâ albis indutum ſenem, cuius veſtimenta ſolis inſtar refulgerent. Is manum protendens, iubet citò ad eum aſcendam. At ego depulſo ſtatim timiditatis pondere, gaudioque commixtus, ad eum aſcendo, inuentumque ſedentem in terrâ, pronus adoraui. Tum ille gratioſè imprecatus, iuſſit vt ſurgens, rectus ab eius dextris ſtarem. Porrò habebat pedes ſic quodammodò in ſolo explicatos: manu autem campum monti ſubiectum plenum corporibus videndum oſtendit, ſtanteſque in eo exercituum turmas vnà cum Imperatore: ac num alienigenarum noſtraque caſtra ſeorſim cognoſcerem, percontabatur. Cùm autem hæc ego palàm confeſſus eſſem; Vide, inquit ad me, nihil metuens. Porrò autem dum illi, ad vindicandam quiſque ſuam aciem, arma vibrantes inſtruerentur, dextrum hic pedem eleuans ſiniſtro ſuperponit: tum video noſtram aciem multâ vi aduerſariorum aciem inuadentem, eamque totam perrumpentem. *f* Cumque Scythæ penitùs interirent, eſſentque necantibus verſuri terga; en rurſus ille pedem ſiniſtrum eleuans, ſupra dextrum deinceps ponit; tumque exurgentes barbari, miſerabiliter *g* noſtros interficiendo vrgebant. Ego autem nouo hoc ac mirabili ſpectaculo velut ſtupefactus ac attonitus, ſtabam adſpectans quæ gerebantur: nimirùm tum illam huius commutationem pedum, alternamque viciſſim inequitationem, tum acerbam ac amariſſimam illorum cædente gladio necem. Cumque ſic ad vſque ſolis occaſum huiuſmodi corporis habitu pedumque commutatione cuique parti victoriam ſanxiſſet, eoſque aptans, perinde atque reliquum corpus æquali ſitu compoſuiſſet; ij quoque pugnæ mutuæ finem imponentes, terribile illud bellum diſſoluerunt.

in viſione ſenem gigãtæ apparentem,

alternos pedum eius motus,

mutuas cædes vtriuſque exercitus intelligit,

f

g

D

30 Tunc ille ſurgens, ſtanſque rectus, ex me quærebat, num eorum qui cecidiſſent ſummam inire poſſem, ac num locus aliquis relictus eſſet vacuus, mortui corporis expers exiſtens? Me autem impotentiam prætendente, ac palàm confitente, nullum me eiuſmodi locum conſpicere; putare tamen ſoli quid exiguum extare, quantum ſtrato bouis corpori ſatis videatur, iugulatorum medium, intentoque in illud digito monſtrante, reſpondit ille: Vides ſpatium illud expers corporis mortui relictum? Tuum vtique, nulliuſque prætereà fuit. Quippe in illo moriturus, cùm aliis eras in eſcam tradendus cæli volucribus. Quia tamen tuum corpus ſeruaſti incorruptum, nec turpi paſſione animum polluiſti; idcircò te Deus à terribili horrendâque neceſſitate ac amarâ morte clementer liberauit. His verò dictis, ab oculis meis euanuit.

& ſe ob caſtitatẽ ſeruatam eadi ereptũ.

31 Tum ego, horrore multo ac ſtupore paullulùm inclinans caput, metu agitatus, adoranſque ſanctum ſolum, in quo pedes eius ſtetiſſent, deſcendens è monte, totamque noctem iter retro faciens, paucis huc diebus aduenì, animo conſtitutum habens, vt humilis ipſe, quamquàm indignus, Deo qui ſaluum effeciſſet, hocce habitu ſuſcepto, ſeruirem. Tu ergo quoque, fili Cypriane, cùm tibi tentationes ſuperuenerint, noli triſtari: quin potiùs viriliter ſuſtinens, ac caſtitatis bonum ſemper ambiens appetenſque, Deum adiutorem habiturus es, qui non deſpicit ſperantes in ipſum. Nos autem hîc deinceps narrationem eiuſmodi, etſi digreſſione fuſiorem, vtilem tamen finientes, calamum vertamus ad communium Patrum noſtrorum hiſtoriam.

ſit monachus:

E

ſuadet caſtitatem.

a *Circa annum Ch.* 930. *aut* 940. *quo Auctor hæc ſcripſit.*

b *Combeſis num.* 23 *ſuſpicatur hunc* Cyprianum è S. Nicolai diſcipulo *factum eſſe* locum S. Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani, cùm hic aufugit mutato habitu, cuſtodes latens. *Nicetas in huius Vitâ* 23 *Octob.* Cyprianum *eius* diſcipulum *vocat. Refert Baronius illam fugam ad annum Ch.* 861, *num.* 21.

Cyprianus diſcip. S. Nicolai.

c *Combeſis hunc* ſenem *cum* Cypriano *confundit, quem ait nu.* 23 tunc militem, poſteà verò monachum, cum ſe Dei clementiâ à miſerandâ illâ ſtrage ac cæde Romani exercitus à Bulgaris ob ſeruatam caſtitatem liberatum intellexiſſet.

d *Erant* Σχολάριοι *tamquàm cuſtodes Imperatoris continenter in aulâ verſantes, præmij loco è reliquis militibus ſelecti. De hu agemus* 7 *Febr. vbi de ſanctis* 14 *Protectoribus Imperatoris Nicomediæ paſſis.*

e *Ita etiam Michaël* Bulgaros *vocat* Scythas *ad an.* 811 *num.* 5.

f *Theophanes etiam Nicephori proſperum in Bulgariam ingreſſum refert, cui tum dixit Crumnus Rex Bulgarorum*: Ecce viciſti. Tolle ergo quidquid tibi placuerit, egredere in pace.

g *Illuſtriores viros cum Nicephoro interfectos narrat idem Theophanes.*

CAPVT VII

Receſſus & ſolitudo S. Nicolai ſub Michaële Balbo & Theophilo. S. Theodori Studitæ obitus.

32 CVm itaque Cæſar Michaël, vti iam ſuprà dictum eſt, quamquàm nonnihil à propoſito diuertimus, fidei robur in auxilium habere reſpuiſſet, ac propterea per ſummam agreſtis animi ſtoliditatem, quemque pro libito ſuo ſentire ſanxiſſet; omnino autem venerandarum imaginum cultores intra vrbem *a* ſedere vetuiſſet; ſancti Patres noſtri Theodorus ac Nicolaus valedicentes ſanctiſſimo Patriarchæ, ac cum illo exiſtentibus omnibus, ad ſuprà *b* deſignatum iunctum ſinui Pruſæ locum abeuntes, illic demorabantur. Enimuerò, cùm populi ſeductor *c* Thomas in Romanum orbem rabiem exerceret, iubente Imperatore, iterum vel inuiti in regiam vrbem reuertuntur. Poſtque breui inde abeuntes, vicinam *d* Acritæ promontorio peninſulam, magni Martyris *e* Tryphonis nomine

Ob perſecutionem diſcedit cũ S. Theodoro Nicolaus

a

b

c

d

e

A nomine appellatam, petierunt: vbi tandem multis certaminibus glorioſum Patrem ac beatiſſimum Theodorum communis vitæ finis excepit. Migrauit autem maximâ nominis celebritate, *f* die vndecimâ menſis Nouembris: eius verò beatum tabernaculum inde tranſlatum *g* ad vicinam inſulam, nomine Principem, glorioſæ ac ſanctæ ſepulturæ mandatur. Verùm de hoc ſcripſerunt ſacri quidam Eccleſiæ *h* Doctores, ceu domum quoddam ad Chriſtianæ Reip. communem vtilitatem; eius res præclarè geſtas depingentes ad perpetuam memoriam.

illich moranti adeſt.

f

g

& propè eius ſepulchrum

h

33 Lucens verò illa columna Eccleſiæ Nicolaus, Patre ſuo ſpirituali orbatus, aſſiduè ſepulchro hærebat, certaminibus adiungens certamina, ac ſudoribus monaſticæ exercitationis ſudores, Patriſque iacturam pro huius ſeculi vſu quotidiè lugens: eumque in locum multi Byzantinorum ac maximè ordinis ſenatorij, plures quoque ex vicinis regionibus, ad eum confluebant; quem miſerationis ſpeculum, vario virtutum ſplendore ornatum, ſcirent. Eos ille, quâ erat cordis rectitudine, ſuſcipiens, ac paternis viſceribus amplexans, cuique membro congruam medelam adhibebat, apud omnes, ceu verborum animi probus curator, admirationem habens, atque vt Chriſti Confeſſor, venerationem.

manet:

accedentes inſtruit.

B 34 Ceterùm è viuis ſublato Michaële, ac filio eius *i* Theophilo Imperij ſceptra adepto, bellum iterum aduersùs pios inſtauratur, diraque verbera in eos proferuntur. Quo etiam tempore duo illa lumina, è *k* Moabitide regione nobis exorta, Chriſtique Eccleſiam ſanæ doctrinæ fulgoribus illuſtrantia, quos noſtri à Deo aſſlatos ac diuinos Patres vocitant, Theodorum, inquam, ac Theophanem, naturâ fratres (ſiquidem etiam fide germani erant) ille Deum amare operibus negans, (quamquàm nudâ hinc denominatione Theophilus appellabatur) quod Chriſtum in imaginibus colerent, eumque venerarentur, tenens, poſt multa *l* tormenta, eorum impiè inſculpens faciem, notum inſolenſque commune hominibus ſpectaculum traduxit.

i Theophilus Imp.

k SS. Theodori & Theophanus facies verſibus inceſſis ſtrdat cruciatq.

l

35 Tunc quoque cùm pia quædam mulier Patrem noſtrum Nicolaum, propter obtinentem obſcuram prauæ hæreſis noctem, crebrâ locorum mutatione malè arteri videret, vellerque tamquàm alia Sunamitis in magni Eliſæi modum hoſpitio recipere; haud procul ab vrbe ad Thraciæ partes ſuburbium planè à turbis ſemotum habens, illud offert Chriſti famulo, rem ritè pro nominis ratione appellationi accommodans plenam miſericordiâ, minus quammagnum, pacem nimirùm, vti à pace Irene dicta, vnà cum poſſeſſione C præbens. Illic itaque demoratus eſt, hæreticorum inſidias timens. Poſtmodùm verò ſuo illud monaſterio firmatâ donatione adiecit, Phirmopolis appellationem habens.

S. Nicolaus in ſuburbio latet:

36 Vbi porrò Theophilus iam diem *m* obiiſſet, vnoque miſerè tumulo hæreſis pariter meritò, quod exiſtimo, circumſcripta eſſet, ac Chriſti amans vxor eius *n* Theodora cum filio Michaële admodùm iuuene Romani Imperij arcem ſuſcepiſſet, impiuſque *o* Iannes, ceu præludio quodam æternæ vltionis, hîc quoque abdicationem à diuinis ſortitus eſſet; magnuſque *p* Methodius Eccleſiæ gubernacula Pontifex obtineret, à Deo afflatis Patribus in vnum coëuntibus, initium habuit *q* Orthodoxiæ celebritas; cùm orbis iam fines ſerenitas haberet, Chriſtique Confeſſores velut ſtellæ quædam, vniuerſum Eccleſiæ firmamentum illuſtriùs ornarent. Tunc planè etiam communis Pater noſter ac Chriſti famulus *r* Naucratius ab exilio rediens, venit Byzantium, proque certaminum merito, multo cum honore ab Imperatrice ipſoque Patriarchâ ſuſceptus vir inclytus, eorum rogatu ſacræ Fratrum ſodalitatis in vnum tunc congregatæ in venerabiliſſimo Studij monaſterio præfecturam ſuſcepit: quam quidem magnus Theodorus multis nuper laboribus enutriens adaugenſque, ad millenarium ferè numerum prouexerat. Eratque rurſus nouo vigore vegetum Chriſti illud ouile, velut cuidam Paradiſo ſimile, multas virtutum roſas ac ſpiritus ſuaueolentiam adſpectare volentibus præſtans.

m ſub Michaële Imp. Catholico

n

o

p & S. Methodio Patriarchâ.

q

r Naucratius præficitur Studio:

37 At verò Nicolaus Pater, quam amicam haberet longam ex certaminibus in carcere quietem, vndequaque venans, eâque quotidie compunctus, quamquàm maximè pro amicitiæ iurè pariter cum Fratribus commorari volebat; haud tamen ſinebatur meliori ſtudio, amicâ ſolitudine iugiter laborare deſiderans. Quamobrem plurimum tempus in præfato diuerſorio agens, rariùs huc in Patrum ſe conſortium dabat. Per ſ id tempus illuſtris quoque ac lætitiæ plena Tranſlatio contigit Confeſſoris ac ſancti Patris noſtri Theodori ab inſulâ Principe ad noſtrum hoc monaſterium, prouidente piiſſimâ Auguſtâ, ac magno Pontifice, vniuerſoque Eccleſiæ cœtu concurrente: fuitque glorioſè depoſitus *t* viceſimo ſexto Ianuarij, iuxta inclytum ac afflatum à Deo eius *u* auunculum Platonem, vnà cum fratre ac Epiſcopo Ioſeph, à dextris ad Orientalem partem delubri *x* ſancti Præcurſoris: quo vtique loco, ſacræ etiam *y* victorioſorum Martyrum Reliquiæ conditæ ſunt. E

AVCTORE MONACHO STVDITA, EX MSS. GRÆCIS.

D

S. Nicolaus ſolitudinem amat:

ſ tranſferuntur reliquiæ S. Theodori Studitæ.

t

u

x

y

F

a *Michaël ad an.* 811 *num.* 19. *ait* Imperatorem doluiſſe imagines in vrbe regiâ erigi, ſed extra eam procul, & vbicumque voluerint.

b *Michaël tradit* ad Creſcentis loca rediuiſſe. *& antè num.* 32 *poſt primum ab exilio cum S. Nicephoro congreſſum, ait* Creſcentis loca petiiſſe. *quæ hîc ſuprà omiſſa deſiderantur.*

c *De Thomâ Tyranno agunt Curopalates, Cedrenus & alij; ipſe etiam Imperator Michaël in epiſtolâ ad Ludouicum Pium Imperatorem apud Baronium an.* 824 *num.* 22.

d *Acritas Ptolemæo promontorium Bithyniæ ad Propontidem, quâ Chalcedone versùs Auſtrum abitur.*

e *Colitur hîc celebris Tryphon* 10 *Nouemb. Niceæ in Bithyniâ ſub Decio occiſus.*

f Die Dominicâ, *vt ait Michaël ad annum* 826 *num* 47, Indictione 5, *vt eius teſtamento appoſito confirmatur, ibidem num.* 48. *Quæ in eum annum* 826 *conueniunt, litterâ Dominicali G. numeraturq; annus ab origine mundi* 6335, *in Septembri cœptus.*

g *Græcè πρὸς τῇ χαίτου νήσῳ Πρίγκιπι,* in vicinam inſulam Principem, *quam exhibet talem in tabulâ antiquæ Thraciæ Ortélius, obſeruatq; eamdem in Conſtitutionibus Emanuelis Comneni Imperatori referri.* Princeps inſula.

h *Hi ſunt lapſus citatus Michaël, & Naucratius in ſuâ Encyclicâ de obitu S. Theodori.*

i Menſe Octobri, Indictione 8, *vt ſcribunt Curopalates, Cedrenus, alijq;: ergo anno* 829.

k *Hos ex* Palæſtinâ & vrbe Hieroſolymâ *prognatos tradunt Acta propria* 27 *Decemb. Sunt autem hi alij à S. Theodoro Studitâ, & Theophane patruo Nicolai.*

l *Hæc S. Theodorus deſcribit miſſâ ad Ioannem Epiſcopum Cyzicenum epiſtolâ quæ Actis eorum inſerta. Inſculpſit fronti duodecim verſus refert Cedrenus, eiſq; ſcribebat S. Methodius ſepulchro incluſus ita alludit:*

Quorum libris inſcripta ſunt cæleſtibus
Nomina, piæque frontes compunctæ notis:
Hos qui ſepultus ante funus eſt ſuum
Vinctos ſalutat, & ipſe vinculis grauis.

S. Theophanes pace Eccleſiæ redditâ factus eſt Epiſcopus Nicænus.

m *Potitus imperio* annos 12, menſes 3 *iuxta Cedrenum & Zonaram. diem obitus Baronius aſſignat* tertium Kalend. Februarij, *ergo anni* 842, *vt iſtic num.* 4 *legitur.*

n *Theodora Auguſta & mater eius Theoctiſte ob cultum ſacrarum imaginum apud Theophilum Imperatorem delatæ, diſcrimen callidâ tergiuerſatione excuſſerant, vt apud Curopalatem legitur.*

o *Alius* Ioannes, *Iconoclaſta, Patriarcha Conſtantinopolitanus fuit ſex annos iuxta Zonaram, factus anno* 835, *Theophili Imperatoris ante pædagogus.*

p *Colitur S. Methodius* 14 *Iunij. De eo agemus* 5 *Febr. in Prolegomenis ad Acta S. Agathæ.*

q Orthodoxia *dicitur feſtus dies, quo ſacrarum imaginum reſtitutio quotannis celebratur Dominicâ* 1 *Quadrageſimæ.* Orthodoxia.

r *Huius* Naucratij *eſt fortè hymnus, qui ſub nomine Theodori Studitæ editus canitur in erectione ſacrarum imaginum, & Græco-Latinè refertur à Baronio ad annum* 842.

ſ *Michaël apud Baronium ad An.* 844 *num.* 26 poſt annos decem & octo *ab eius obitu.*

t *Ergo anno* 845, *ſi anni* 18 *completi fuerint.*

AVCTORE MONACHO STVDITA, EX MSS. GRÆCIS.

u *Michaël*, In quo & Magni Platonis, & beati quoque Iosephi dies aeta pariter asseruatur. *Fuisse autem S. Platonem S. Theodori auunculum testatur hic in Oratione funebri, vbi illi duas assignat sorores natu seniores, ex quarum alterâ ipse genitus fuit. Combesis* ex matre auum *verterat. Græcè* τῷ ἐκ μητρὸς ἀυτῦ θείῳ, *id est auunculo. Colunter Plato* IV *Aprilis, Iosephus* 14 *Iulij.*

A

Martyres καλλινικοι, *victoriosi.*

x *Studij monasterium ad honorem S. Ioannis Baptistæ constructum fuit.*

y *Græcè, τὰ τῶν καλλινίκων Μαρτύρων ἱερὰ λείψανα. Ioannes Zemisces Imperator in expeditionibus bellicis inuocare solebat sanctos Martyres victoriosos, quos Cedrenus vocat* τὺς καλλινίκους Μάρτυρας. Τούτοις δὲ πρεμάχοις ἀεὶ ἐχ πρεβόλοις χρῆτο τῶν πολεμίων ἐχρῆτο ὁ βασιλεύς. His auspicibus & antesignanis aduersùs hostes vti solebat: *additq; ex his* duos Theodoros *nomine fuisse: quorum alter Dux Heraclea in Ponto colitur* VII *Februarij vbi etiam de altero Theodoro Tirone, cui dies* IX *Nouembris sacer est, agimus: & § 4 huius Imperatoru erga eos pietatem describimus.*

CAPVT VIII

Præfectura Studitarum. Discessus ob Photium intrusum in Sedem S. Ignatij.

38 METhodio autem pietatis defensore ac præcone ad beatam illam sortem *a* commigrante, cùm *b* Ignatius Pontificalis apicis gubernacula suscepisset, admirabilis ille, multisque certaminum coronis reuerà inclytus Naucratius, decimâ octauâ Aprilis mensis, *c* in idipsum soporatus est, obdormiuitque, successorem suum relinquens, beatum Confessorem ac multa passum Patrem nostrum Nicolaum. Is verò animo reputans dignitatis magnitudinem ac eius onus, semperque secum, sibi contubernalem ac domesticam virtutum arcem, humilitatem ferens, eam rem lugens molestè habebat. Cedens nihilominùs multis Patrum obsecrationibus, eam admittit ordinationem: qui id propriè humilitatem sciret, vt ea quis potiora habeat, quæ multis videntur, quàm quæ propriâ ipse voluntate approbat.

a

b sub S. Ignatio Patriarchâ

c

B

fit S. Nicolaus Præpositus Studitarij:

39 Cùm autem triennij spatio nobilem illam Fratrum onerariam, ad virtutum lucra, diuini Spiritus aspirantibus auris, honestè admodùm direxisset; quòd planè, vti iam sermo liquidò ostendit, quietis amans, vt quis alius, esset, eoque desiderio vehementiùs incensus, haud vltrà quatientia cogitationum iacula ferre posset; vbi pauca quædam eâ de re Patribus coram habitâ oratione exposuisset; demùm proponit qui eius loco præfecturam gesturus esset, Sophronium quidem nomine, ac presbyterij dignitate præfulgentem virum, quique nihilominùs appellationis gratiam temperantiæ augmentis re ipsâ obsignaret. Quippe ferunt, vti non rarò loqui accidit, quadam simplicitate ac candore ipsum de seipso beatum virum ad auditorum vtilitatem quandoque dixisse; Numquàm se ab eo tempore, quo monachi habitum induisset, panis aut vini aut cuiusuis alterius cibi, qui impinguare possit, eam quantitatem sumpsisse, quæ ventri explendo esset.

quâ præfecturâ post triennium translatâ

in Sophronium,

C

virum sobrium.

40 Huic ergo in præsentiâ Pontificis relicto grege, *d* exiens vir sanctissimus, in præfato resedit Phirmopolis hospitio. Quippe loci cum delectatio tenebat, cùm ille mores potiùs, quorum causâ locus studio esset, adipisci contenderet. Ceterùm vbi inclytus Sophronius annis quatuor præclarè monasterium auxisset, ac solertiæ præmium, bonorum operum diuitias consecutus esset, dieque tertiâ mensis Nouembris *e* ad Dominum migrasset, Patris amantes monachi, cùm vltrà Sancti absentiam ferre non possent, proprium eius quietis hospitium petentes, eumque rursus tamquàm filiorum amantem ad suscipiendam præfecturam cogentes, ad monasterium duxerunt: isque interim paternâ pietate in filiis quotidie lætabatur.

d in solitudinem recedit: post annos 4

e resumit regimen.

41 Cùm itaque iuxta nominis rationem Christi munus illud Ecclesiæ concessum, Christi, inquam, amans ac religiosissima Imperatrix à Michaële filio, vbi iam ille infantiæ balbutiem abiecisset, ab aulâ *f* deiecta esset; cùm nimirùm nouus Imperator malum Consiliarium Bardam Theodoræ fratrem sibi adhibuisset, amboque ita Remp. inter se partiti essent, vt alter Imperium, alter Cæsaris sibi honorem vendicaret; non exiguam inde subiecto populo voluntatum in inuicem confusionem, quâ non putabant ratione, in se ipsi Diuinas leges violantes, fecerunt. Ille siquidem, supercilium tollit in matrem; hic præterea in ipsam quoque naturam peccauit, naturæ actionem temerè vsurpans contra naturam. Vide etiam quid gereretur. Nimirùm, miserabilis Cæsar Bardas, aduersùs filij thorum scelestè insaniens *g* externus coniux cum propriâ nuru, iugumque alterius similis ac filij perturbans, nosceba-

D

f Bardas ab Imperatore Cæsar creatus,

ob incesta scelera

g

tur. Dei ergo Pontifex, atque à Theophoro, Magno, inquam, *h* Ignatio nomen habens, id facinoris, quoad fieri posset, corrigere studens, constans ex Diuinæ legis præscripto, iugiter admonebat, obsecrabat, increpabat, sperans fore, vt eâ ratione scelus omnino exscinderetur. Haud enimuerò iniquæ copulæ amor quidquam miserum ad frugem meliorem redire sinebat. Ceterùm vbi sacer Pontifex hominem obstinatum vidisset, ac extremâ lineâ peccati seruum, arcet deinceps ab ecclesiæ sacris liminibus, hanc ei præstans emendationis materiam. At ille irâ pariter ac cupiditate alienè à ratione confixus, potentiam in tyrannidem arrogantiâ vertit: vniuersoque populo comitante, fremens, sensuque excelso *i* templum ingrediens, ac intra sacra adyta penetrans, horrendis mysteriis impertiri à Pontifice flagitabat.

h

2 Tim. 4. 2

excommunicatus,

E

i

42 At ille æmulator, sermonum *k* siromaste, sceleris illi reprehensionem publicè prætendens, mediis præcordiis grauiter confixit, vacuumque atque confusum ab ecclesiâ eiecit. Is verò furore totis præcordiis actus, tandem Imperatori persuadet, vt Magnum Ignatium à suâ deturbet Sede, quod etiam haud diu pòst accidit. Tum verò quid? Ignatio per tyrannidem *l* expulso, Photium quemdam nomine, tunc *m* primi secretarij munere fungentem, *n* multâ virum religionis ac scientiæ famâ, eligunt: quem statim detonderi iubentes, Pontificali dignitate sublimant. Quid autem zizania singula eâ occasione exorta dicere attinet, cùm illa vniuersi Ecclesiæ alumni perspicua habeant? Ceterùm aptandum argumentũ Pastori nostro Nicolao.

k

S. Ignatiũ Sede pellit,

l

m

n

Photium subrogat.

43 Hic itaque, qui se prorsus Christo ac Deo deuouisset, ac omni parte ad eius se mandatorum normam composuisset; qui flore primo iuuentutis patriâ relictâ peregrinus factus esset, quique more Apostolico Fratrum in infirmitatibus socius, vnà vridique affligi cuperet, vti accuratam imaginem ac similitudinem, ita & communionem inuiolatam seruans, ab iniquâ se incompositorum conscientiâ abrumpens, ac vnà cum fratre è Monasterio discedens, in eiusdem hospitio degebat, quod *o* Preneti situm est. Huius rei sparsa fama, cùm, percrebrescente toto populo rumore, fidem omnino haberet; sciens iam olim Cæsar sublimem viri virtutem, vtque is omnium ore decantaretur, stupensque, quàm eius dementiæ, viri sancti illa discessio, redargutionem auctura esset, imperij vires detegendo adhibuit. Vbi eius hospitij locum didicisset, statim morosus homo, persuasibilibus sermonum suorum verbis, in sententiam Patrem pellicere molitur: vnaque socium Michaëlem Imperatorem in *p* Pythiorum balneis assumens, citò conscensâ naue, virum sanctum *q* Prænesti inuenerunt, verbaque blanditiæ iaculorum instar prætendentes (quippe grauis erat eorum tyrannis, ac quæ facilè virili quoque virtute animos demutare posset) iis Sanctum à sententiâ reuocaturos putabant. Tunc verò communiori Magnus ille ad eos sermone: Par quidem erat, vt qui in Deum, eiusque Diuinas leges peccaueritis, eius apprehenderetis disciplinam, nec iram in furore in vos ipsi traheretis. Iudicium quippe durum fiet in iis qui præsunt. Quia verò pœnitentiæ

o

discedit:

Imperatorem & Bardam sibi abblãdientes

p

q

redarguit:

Sap. 6. 6

A tentiæ medicos putrescentia vlcera consolidare renuitis, hæc dicit Spiritus sanctus: In malum tandem vobis res cedet.

a *Anno Christi* 847, 14 *Iunij*.
b S. Ignatius *Michaëlis Curopalatæ Imp. filius. Colitur* 23 *Octobris*.
c *Anni* 848. d *Anno* 851.
e *Anno* 855.
f *Anno* 856, *cùm filius annos* 14, *iuxta Zonaram, cum tâ regnasset*.
g *Græcè* ξένῳ σύνευνος πρὸς τῇ ἰδίᾳ νύμφῃ, καὶ ἑτερόμοιον ζεῦγος ἐκβακχευθεὶς ἐγνωρίζετο. *vbi* ξένῳ *vertit Comboſis* nouus, *qui potiùs* peregrinus, barbarus, externus *eſt*. νύμφη *eidem eſt* ſponſa, *qua etiam iuxta interpretes Cedreni, Zonaræ & Niceta in Vitâ S. Ignatij* nurus *eſt, per* ἑτερόμοιον ζεῦγος *exprimitur coniugium filij, qui reſpectu matrimonij alius à patre, cui in reliquis ſimillimus & proximus eſt, proprium ius habet: quod inſano furore perturbauit Bardas*.
h *De* S. Ignatio *Epiſcopo Antiocheno*, Theophoro *dicto, egimus* 1 *Februar*.
i *Feſto Epiphaniæ, inquit Nicetas*.
k *Alludit ad diuinum zelum Phinees, qui Num.* 25 *v.* 7 *fornicantes Zambri Iſraëlitam, & Corbi mulierem Madianitidem occidit arrepto pugione. Græcè* λαβὼν σιρομάστην ἐν τῇ χειρί. *qua vox* 4 *Regum* 11 *v.* 10 *vertitur* hasta.
l *Anno* 858, *poſt annos* 11 *in Patriarchatu exactos*.
m *Græcè* πρωτοσυγκέλλην τότε ὑπάρχοντα, qui primus à secretis *erat. qua etiam apud Cedrenum & Curopalaten legunitur*.
n *Cedrenus* ἐπὶ σοφίᾳ γηράμων, virum, *inquit interpres Curopalatæ*, ob sapientiam clarum. *Zonaras* ἐν λόγοις ἀνομαστότατον, eruditionis nomine celebertimum.
o Πρόνητον *Socratis lib.* 6 *Hiſt. Eccl. cap.* 14 ἐμπόριον κατωτικὸν τῆς Νικομηδίας κείμενον. Prenetum emporium situm è regione Nicomediæ *in Bithyniâ*.
p *Nicetas Chroniates lib.* 3 *de rebus Alexij Angeli ait, hunc* ad Pythia castrametatum esse *vt calidis aquis innataret. Meminit eiusdem Procopius lib.* 5 *ædificiorum Iuſtiniani: eſt locus Bithyniæ*.
q *Imò* Preneti *(de quo iam egimus) legendum remur*.

Prene-ton.

Pythia.

CAPVT IX.

S. Nicolai exilium & carceres. Regimen monasterij resumptum.

44 HIs itaque illi sermonibus exasperati, inde vacui abscedunt, in commodum aliud tempus spes suas reseruantes. Quemdam siquidem pone se ad Sanctum destinantes, significant, non debere in vllo sui monasterij hospitiolo degere. Ac velut vlciscentes, statim eius loco, Achillam nomine, virum vtique probis vndique moribus, Præpositum ordinant. Ipsi autem, quod in prouerbio est, nullum non mouebant funem, quò Sanctum caperent. Dei autem famulus Nicolaus sic à propriis pulsus, atque iis propiùs accedere vetitus, locum ex loco, cùm egestate tum *a* senio confectus, mutabat. Tum vir quidam ita diuexari videns, cui idem atque Samuëli Prophetæ clarum obtigisset nomen, eius vti appellationis, ita & operum ac veritatis consortium ambiens, ac pretium redemptionis animæ, diuitias egenis largè impertiens, in *b* vrbe ad partes Liba semotum locum ac quieti aptum coëmens, proposito animi rectissimo, viro sancto offert, commodam eâ largitione amanti quietem præstans: quem is locum Dei gratiâ illustre tandem *c* monasterium, optimam in eo à principio basim figens, effecit. Postmodùm enim, cùm vnum quemdam è suis discipulis, Euarestum nomine, accersisset, non solus ille ascenticæ palæstræ certaminibus, Euarestum se, id est, placentem ac gratum ostendit; verùm etiam locum ipsum per eos, qui in eo placerent Deo ac religiosè merentur, beneplacitum fecit, qui eius hactenùs placitis intercessionibus præclarisque meritis egregiè abundet, totique ferè Orbi venerationi habeatur; cùm olim Cocorobij locus appellatus esset. Denique dum interim vir sanctus venerabili illo loco benè quietus ageret, eum Photius Pontifex cum Augustis, modis omnibus ad se tra-

Achillâ Studitæ præfecto, C

fugatur: a

b quietum locum obtinet: c

inde ob infidias Photij migrat.

here molliebatur, vtque ad eum accederet, inducere tentabat. Eius quippe supra omnes alios gloriam captabat. Id vbi vir admirabilis intellexit, eorum volens cauere insidias, fugâ se in *d* Pryconnesum protripit, indeque *e* Mitylenen abit: quo loco vbi diu satis demoratus esset, tandem in *f* Cherronesum vnà cum proprio fratre, apud Xamelium habitaturus, reductus est.

Aveto-tenus monachis Studita, ex MSS. Græcis. D

45 Porrò præfatus Achillas vbi annis quinque in Sancti monasterio gregem gubernasset, *g* Archiepiscopus Nacoliæ *h* in partibus Orientis creatus est: à quo præfecturam iniens Theodosius, cùm annum vnum & ipse præfuisset, viuis exemptus successorem Eugenium habet. Sed & ipse cùm menses quatuor præfecturam tenuisset, Theodotus *i* Santabaris oriundus, ac idcircò à nonnullis Santabarenus appellatus, successor suffectus est: cui demum, cùm annum vnum Præpositi personam gessisset, Sabas à *k* Callistrato, eius discipulus, qui tunc *l* Pontificem agebat, ordinatus succedit. Cùm autem magnus Pater Nicolaus *m* annos septem in præfato loco, cùm naturæ necessitatibus, tum ipsâ senectute attritus, egisset, inde vinctus ad suum ipsius reducitur monasterium, præfatoque Sabæ traditus, in carcere ad *n* biennium maximo corporis neglectu arctaque admodùm custodiâ tenetur.

d
e
f
g
h
post Theodosiũ, Eugenium, & Theodotũ,
i
k
l
m
sub Sabâ Studitarũ Præposito, in carcere macerat-ur.

46 Quia nihilominùs peccatorum vitæ tenebrosæ sunt, nec sciunt quomodò offendunt; quò finis à Sancto in duos Cæsares prænuntiatus tunc primùm occuparetur, iunctis copiis Imperator Michaël ac Cæsar, in *o* Cretam aduersùs Ismaëlem exercitum educunt. Tumque *p* in viâ mutuo in se furore concitatis, Cæsar insidiis appetitus, miserè gladio dissectus *q* iugulatur. Reuersus autem ille, *r* breui & ipse perinde caliculi iræ bibit, vnum eundemque, iuxta quod vir iustus prænuntiârat, inueniens finem. Mox verò Basilius Cæsar Romani *s* Imperij sceptra moderanda suscipit: iubensque sacram fieri Synodum, post redditam *t* Ignatio Pontificalem Sedem, quærens communem nostrum Patrem ac Ecclesiæ lumen Nicolaum, obsecrabat, vt & ipse monasterij sui curam reciperet, vnà secum obsecrationis intercessorem Episcopum adhibens. At ille commissum à se munus reiiciens, cùm affectæ senectutis impotentiam caussabatur, tum ab iis, qui illic præfecturam gessissent, exantlatos labores atque molestias: Habes, inquit, Imperator, ad omnia quæ iusseris, multâ alacritate tuæ deuotum voluntati: verùm à te vnum hoc rogo, vt ne libertatem ac dimissionem meam impedias: cui magni lucri compendio accedat, vt à tuâ sanctitate manifester ac protegar. Demum Imperator beneuolè virum beatum excipiens, ac persuadens pristinæ præfecturæ munus etiamnum obire, multâ animi voluptate ab aulâ remisit: quamquàm etiam ad se crebriùs accersebat, eius simplicitate vehementer delectatus.

o
Michaële ac Barda iugulatus.
p
q
r
s
t
sub Basilio Imperatore resumit regimen.

E Prou. 4. 19

F

a *Propè septuagenarium*.
b *Constantinopoli: cuius pars Thraciæ obiecta*, Liba *dicitur cum suo suburbio, quò vsque suprà Bulgari regionem vastarunt*. Liba.
c *Cantacuzenus lib.* 1 *cap* 40 *tradit corpus Irenes vxoris Andronici minoris* Byzantium deportatum, in Libis monasterio, ἐν τῇ τοῦ Λιβὸς μονῇ, magnificè ac regiâ pompâ funeratum esse. *an illud quod a S. Nicolao extructum?*
d *Græcè hic,* πρὸς τὴν Προκόννησον, *alibi* Proconnesus, *Ptolemæo* Præconnesus, *insula Propontidi prope Cyzicum*. Prycon-nesus.
e *Vrbem insulæ Lesbi, quæ* Metellino *iam dicitur*.
f *Peninsulam Thraciæ ad Hellespontum notissimam, Vt mirum sit Comboſis* putare ipsam *esse* vicinam Acra promontorio, in quâ Theodorus diem obiit.
g Nacolia *vrbs Phrygiæ salutaris, cuius Episcopus Nicetas subscripsit Concilio* VII *Oecumenico Nicæa anno* 787 *habito. In plerisque Notitiis Episcopatuum Orientis subiicitur tertius Metropolitæ Synnadensi: abest ab Ordine Præsidentia Metropolitanorum in Thronos quinquaginta distinctorum, vt fortè tum exemptus fuerit, atque ita hic* Archiepiscopus *dictus* Nacolia.
h *Græcè ἐν τοῖς τῆς Ἀνατολῆς μέρεσιν. Hinc ea regio Asiæ dein* Anatolia *& Natolia dicta est, quòd respectu Constantinopolis sit ad* Orientem. *Ita in Vitâ S. Lucæ Iunioris* 7 *Februarij, Achaia & Peloponnesus dicuntur τὰ ἑσπέρια μέρη Occidentales, respect-u* Natolia.

AVCTORE MONACHO STVDITA, EX MSS. GRÆCIS.

dis eiusdem Imperij Constantinopolitani.

i Zandapa *vrbs Mysiæ ab Auaribus anno 5 imperij Mauricij Imperatoris euersa iuxta Theophanem. An is aliusue locus indicetur dubium.*

k Callistratia *vrbs Galatiæ maritima ad Pontum Euxinum Ptolemæo. Græcè hic* ὁ Καλλιστράτη.

A l *Photium intelligit, cuius hic & forte precedentes erant fautores.*

m *Ab anno* 858, *ad* 865.

n *Vsque ad annum* 867.

o *Agunt de eâ expeditione Curopalates, Cedrenus, Zonaras alliq. & maximè Nicetas in Vitâ S. Ignatij.*

p *In Asiâ non procul Epheso*, vbi Mæander fluuius, *inquit Curopalates*, influit in mare, & Horti sunt locus maritimus.

q Prima tunc dies erat mensis Aprilis decimæquartæ Indictionis. Reuersus Michaël Imperator Byzantium, Basilium sibi filium adoptat, Imperij sacrâ vnctione decorandum curat die festo Pentecostes 26 Maij, Indictione 14. *ita Curopalates. quæ conueniunt in annum* 866, *litterâ Dominicali F. cyclo Solis* 7, *Lunæ* 12, *Paschate celebrato* 7 *Aprilis: vt mirum sit Baronium referre ad annum sequentem* 867.

Barda mors.

r *Anno sequenti* 867 initio Indictionis 1, XII Kalend. Octob. *vt tradit Nicetas.*

s Proclamatur Imperator regiâ occupatâ. *Nicetas.*

t Die Dominicâ 23 Nouemb. *iuxta Nicetam eodem anno* 867 *litterâ Dominicali E cyclo Solis* 8. *Synodus Oecumenica habita est anno* 869.

CAPVT X

Miracula S. Nicolai in vitâ. Collatio cum alij Sanctis.

47 HInc enimuerò operæpretium duxi, beati viri laboribus, etiam consequentes fructus breui narratione subnectere, ac pauca quædam eius miracula lectoribus insinuare, quò absoluta consistat narrationis vtilitas. Quamquàm enim signa infidelibus, iuxta quod Scriptura habet, Dominus tamen ad maiorem famulorum suorum gloriam, eorum dona, quibus natura beneficio afficitur, in fidelibus distribuit. Læti ergo diuina Spiritus miracula èdicamus.

Claret miraculus, 1 Corint. 14.22

48 Quippe *a* Eudocia Christi amantis Imperatoris vxor, per hos dies in morbum grauem incidit, iamque omni medicorum auxilio, morbo in mortem inclinante, destituta erat. Cùm autem Imperator eâ re mœstus, dirè quiritaretur, ac animo angustiaretur, incidens interim visio, læto animo effecit. Putabat enim illa, cùm modicum degustaret somnum, senem quemdam videre, monachum quidem habitu, quemque multa gloria honestaret, se in hæc verba affantem: Confide, inquit, fore, vt modò minimè moriaris: quin amodò, optatæ sanitatis commoda persensura es. Tum illa somno soluta rem statim cum viro communicans, Imperiali decreto, omnes in vrbe sanctimoniæ laude præcellentes viros, ceu inuisendi ergò ad se ascendere iubet. Quamobrem etiam Pater noster vnà cum Patrum choro in palatium veniens, vultu Moysis instar glorificato, liquidò is ipse Augustæ innotuit, qui in visione verba oppigneràsset. Magnâ itaque voce, in gratiarum actionem effusa, palàm traducens, gloriosa Dei in ipsam per eum magnalia prædicauit. Imperator autem, adstansque omnis caterua, virum admirantes, congruis honoribus prosecuti sunt. Symbolicè puto, Christi famulus illi simile miraculum portento quodam operatus est, quod nominis Patronus Nicolaus olim edidisset; cùm nimirùm *b* Imperatori in visu apparens, ab iniustâ nece *c* viros liberauit. Enimuerò, miraculo subnectentes miracula, Patris virtutē ediscamus.

a moribūdas sanat, Eudociam Augustā, in visione apparens,

similiū S. Nicolao Myrensi,

b

c

49 Helena quippe *d* Manuelis Patricij quondam vxor, cùm perinde atque Augusta, portis inferni vi morbi propior accessisset, iamque sui ad suprema pro morientium ratione officia parati essent; accedens Magnus ille, ac manu ægrotantis caput attingens, Crucisque signo desuper in aëre expresso, corpus consignans, mortis recessum vegetauit. Confestim enim sanitate receptâ, à diro dolore, quo tenebatur, liberata est.

d

& Helenā Patriciam signo Crucis:

50 Sed & hoc præfato eius viro memoratur accidisse. Nimirùm, cùm humi lecto iacens decumberet, iamque à medicis supremam mortis sententiam accepisset, rogabat adesse virum sanctum, clamore flagitans, vt se Angelico monachorum habitu perornaret. Ad quem Sanctus: Haudquaquàm. Nec enim, fili, conducibile foret, qui breui infirmitatis huius symbola relinquens, magistratuum præfecturas Dei munere administraturus sis. Vbi itaque hoc euenerit, te deinceps comâ depositâ ad beatam illam sortem bonis operibus refertum assumpturus sum. Porrò finem habuit prædictio, euentusque prophetiam secutus est. Etenim relictâ ille cum lecto ægritudine, diuersisque illis Magistratibus defunctus, cùm tandem modicùm ægrotasset, iuxta viri iusti sententiam, comam deponens, migrauit ad Dominum.

D *prædicit à medicis deposito varium magistratum, & genus mortis;*

51 Theophilus autem, qui perinde atque Meliseni, *e* Lydiates appellabatur: quippe vir eorum genere erat, impositamque illis à genere appellationem, ipse etiam meritò abusione ferebat. Nam & *f* Protospatharij dignitate ornatus erat. Nati porrò ex eo infantes, vitam statim cum morte commutabant, amboque parentes iucundissimo eorum gaudio ac vitâ carebant. Planè enim mulcent, quæ maximè infantes rudi linguâ balbutimenta pronuntiant. Bono itaque consilio, ambo coniuges magnum hoc lumen adeuntes, eius se obiiciunt pedibus, multisque lacrymis exponunt, quem ex orbitate prolis dolorem persentirent. Ac verò, ceu quodam clypeo, aduersùm improuisam illam mortis infantum violentiam sese munientes, hunc ipsum magnum virum, vt susceptoris à diuini baptismatis regeneratione munus obire dignaretur, obsecrant. Haud tamen ille postulatis annuit. Caput nihilominùs infantis superstitis manu sinistrâ tenens, dexteramque desuper cleuans, ac abundè precatus, Domum, inquit, abite. Hæc enim dicit Spiritus sanctus: Viuet puella (quippe fœmina erat) vestrisque ipsi oculis filios filiorum eius visuri estis, ficque vos etiam ab humanis cum lætitiâ migrabitis. Porrò hîc quoque rerum euentus Patris sermones consecutus est: *g* filiique orbitate multorum filiorum parentes extiterunt, qui filiis orbi erant.

e parentibus

f ob infantes morientes mœstus

E

lōgam vitam filiæ, & progeniem nepotum:

g

52 Quid verò singula prosequar? Sanè probatum fuit magnum hunc virum prophetico schemate & miraculorum dioptrâ omnino ornatum esse: quamquàm longo temporis lapsu pleraque illorum obliuionis profundum absorbuit. Quia enimuerò obscurè quodammodò præ suâ imbecillitate instituta oratio, eius res præclarè gestas designauit; age iam res eius antiquorum rebus gestis conferentes, hinc quoque declaremus viri præstantiam. Nec enim Spiritus dona particularia sunt, locisque ac personis addicta, tametsi eorum virtus est diuersa. Soli quippe nos, quæ indiuidua sunt, in parte particulatim in inuicem partimur ac diuidimus, quâ sumus in aliquos, affectionem prodentes. Sic autem consideremus. Miraris Abelis cor rectum, nouaque munerum primitiua, quando etiam à Deo laudem meruerunt: spem quoque Enos, ac Enochi translationem. Verùm huius quoque si lubet mirari ab infantiâ ipsâ nouam sensus animi in Deum demutationem, vniuersasque ætatum primitias, rationalis, inquam, hostiæ ex spiritu contrito pretiosiorem munerum oblationem, quæque inde spes, ac mentis quotidiana, ad ea, quæ sensum exuperant, translatio accedit; quantò illic ex circumstanti externâque substantiâ, huic autem, ex ipsismet propriis oblatio consummatur. Sin autem Protoplasti in manu Dei formationem, moramque in Paradiso, ac primò latam legem, Patri nostro ex aduerso produxeris; maius quàm minus encomium virtutis inueneris, integram inde mandati abrogationem assumens, *h* Paradisique vix non cum iustis accepturus voluptatem: siquidem iuxta magni Pauli sententiam, impossibile est quemquam consummari.

compara-tur cum viris illustribus

F

Abele, Enos, Enocho,

Adamo,

h

Hebr. 11. 40

53 Laudas

A 53 Laudas Noëmum, quod diluuij aquas in iuſtitiâ euaſerit, quodque bruta animantia arcæ ligneæ ambitu continuerit: Abrahæ item hoſpitalitatem, nouamque Deo offerentem vnigeniti hoſtiam, ſuſceptum, inquam, ex repromiſſione immolantem: ſed & huius lauda ex hæreticâ illuuione ad Deũ perfugium, quodque genera multa rationalium ſaluârit: animi item purgationem, quamque ſacerdotij iure Chriſto ipſi ac Deo hoſpitalem parauit menſam: quippe qui etiam totum ſe, menſam ſacram, ac ſpiritale holocauſtum effecerit. Planè mirabilis Iſaaci ante etiam natiuitatem promiſſio: hic enimuerò ipſe ſtatim *i* vltro promiſit, poſt etiam natiuitatem. Mira quoque eſt Iacobi ſcala, ceu noui cuiuſdam ac admirandi ſacramenti deſignatio, viri item circa pecudes ſolertia, nec non tanta illa duodenæ prolis ex lumbis eius propagatione felicitas. Sed & huius mirabilis virtutum morali conuerſatione erecta ſcala, nec non paſcendi ratione præditos peritia, ac demum copioſa ex lumbis ſpiritali partu filiorum editio.

Noëmo, Abrahamo,

i Iacobo,

54 Beatiſſimus Iob in ſtercore poſitus, tantaque illa in malis tolerantia, omnium ore celebratur. Hic autem fortitudinẽ illam ex deſudatis certaminibus vulnerumque cicatrices indutus, longamque aliis aliiſque locis carcerum coërcitionem ſtercoris inſtar inferens, nihil minùs illo tolerantiam coluit. Magnus Moyſes, tamquàm qui Deus Pharaonis, mirabiliſque populi ductor, ac mitis legiſlator, vt quis alius fuit. Sed & hic nihilominùs, perinde atque ille, Deus adoptione, ac legiſlator mitiſſimus, omnes admonens hortanſque abſtinere à malis actibus, virgâque depurgati animi ac vacui ab affectionibus, varia miracula patrans. Imitatus eſt Dauidis illud in bellis inexpugnabile robur, hæreticorum phalanges inuictâ fortitudine fugans. Mitto dicere zelum Phinees, ac Eliæ Carmelum, Eliſæique in melote duplici dono conceſſam ſpiritus vim: in quibus Magnus hic excellentiâ virtutis, quàm fieri poteſt, vtriſque eos partibus expreſſit.

Iobo,

B

Moyſe,

Dauide,

Phinee, Eliâ, Eliſæo.

a *Ex concubinâ Michaëlis Imp. facta vxor Baſilij.*
b *Conſtantino magno, vt ad illius vitam 6 Decemb. dicetur.*
c *Tres Duces exercitus.*
d *Manuel Patricius iuſſu Baſilij Imperatoris interfuit Concilio Oecumenico* VIII *Conſtantinopoli anno* 869 *habito, inter συναιρομένους τὰς πανυφήμους πατριάρχας, vt Acta Concilij Graca habent: referturq; ab Anaſtaſio huius Concilij interprete initio ſingularum Actionum*, magnificentiſſimus, *aut* laudabiliſſimus Patricius Manuel. *cui* Emmanuëli Patricio Tabellariorum Præfecto Metrophanes Metropolitanus Smyrnæ *res geſtas totius cauſſæ Photij epiſtolâ præclarâ ſcripſit, quæ dicta Synodo additur, iuncta epiſtola Hadriano Papa miſſa, & à Baronio Annalibus inſerta ad an.* 870. *num.* 45.
e *Lydia regio Aſiæ, cuius incolæ luxui addicti. Hinc* λυδιάζων *Suidæ; Lydorum more, id eſt, laſciuè viuens: quod nomen ad Meliſſenos tranſlatum hinc apparet.*
f *Protoſpatharius præerat reliquis ſpatharijs, id eſt, ſatellitibus.* Spatha *latior gladius. Interfuit eidem octauæ Synodo Oecumenicæ nomine Imperatoris* Theophilus laudabiliſſimus Proconſul & Patricius: *fortè etiam* Protoſpatharius. *ita apud Euſtrathium in Iure Græcorum* Πρωτοσπαθάριος καὶ Ἔπαρχος. *Apud Codinum Curopalatam cap.* 2. *de Officijs Conſtantinopolitanis inter Officiales Palatinos* XXIV *cẽſetur Protoſpatharius; ad quem locum legenda obſeruationes Iacobi Goarij.* Theophilus *etiam* Protoſpatharius *quidam legitur apud Nicetam, ſed qui ibidem dicitur* γελωτοποιὸς καὶ μίμος καὶ πάντοτε σκώπτης, ſcurra, mimus & omnium maximè profanus, *imò per deriſum à Michaële Imperatore Patriarcha conſtitutus: A quo aut hic alius, aut poſteà, cùm diu vixerit, in alium virum mutatus.*
g *Græcè* Καὶ πολύπαιδες, τῇ ἀπαινῶ τοῦ παιδὸς οἱ ἄπαιδες ἐχρημάτιζον. *Qua hunc potiùs ſenſum efficiunt*: Multamque prolem obtinuerunt, qui antè interitu liberorum abſque prole mœrebant.
h *Combeſis monet hæc cautè legenda ob inſinuatum errorem dilatæ in finem vſque mundi gloriæ paradiſi, in quo errore verſata fuit magna pars ſequioris Græciæ.*
i *Alludit ad prophetiam Theophilo factam.*

Manuel Patricius.

Theophilus protoſpatarius.

CAPVT XI

S. Nicolai mors, ſepultura, miracula.

AVCTORE MONACHO STVDITA, EX MSS. GRÆCIS.

55 QVod ſi etiam Ioſephi in Ægypto frumentationem quæris, procede modò, maiora præiis viſurus, quæ interrogaſti. Nam quia, iuxta quod ait magnus Apoſtolus, poſtquàm athleticæ palæſtræ benè certamen certaſſet, commune tandem naturæ debitum perſoluturus, morbo detentus, humili iacebat lecto, filiis iam circùm turmatim adſtantibus, mortiſque exodia triſti luctu plangentibus, quæſiiſſe ferunt virum beatum, num aliquo neceſſariorum carerent, mœſtam puto eâ ratione eorum oppignerans animam. Illi autem nouâ ac inſolitâ Patris percontatione turbati, eam, quæ nuper acciderat, expoſuerunt neceſſariæ annonæ penuriam. Tunc vir magnus altum pectore ſuſpirium ducens, ac velut afflatus Numine, Equidem, inquit, abeo, atque ad meos Patres commigro. Hoc enim in præſentiarum mihi repoſitum ſcio: vobis autem is, qui olim manna Iſraëli in deſerto, ac aquam de petrâ abundè ſuppeditauit, ipſe vobis triduò à meâ diſiunctione largum annonæ præbebit commeatum.

D

2 Tim. 4. 7. Æger

ſuos conſolatur:

vberẽ annonam prædicit:

E

56 Vbi autem dari ſignum Fratribus ligni pulſatione, humili vocis inſinuatione iuſſiſſet, ſacrum iam monachorum cœtum in vnum congregatum videns, communi eorum conſilio eum eligit, qui in monaſterij præfecturâ ſucceſſurus eſſet. Is porrò admirabilis ille Clemens fuit, vir planè pro nominis ratione inſtar fructiferi palmitis virentes ſemper virtutum botros ferens, ac tum Oeconomi officio defungens. Ille autem pluſculùm morbo attritus, totus ante eam migrationem mentis ab humanis tranſlatione excedens, ac extrà factus extendens pedes, atque in Crucis modum manus componens, multâ fiduciâ abducentibus ſanctis Angelis, depoſitus animam tradidit anno vitæ ipſius ſeptuageſimo quinto, à mũdi autem creatione ſexies milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſexto, die quarto menſis Imparis, 1 Indictione, qui eſt Februarius *a*.

Clemẽtem ſucceſſorẽ conſtituit:

ſanctè moritur:

a

57 Porrò eius multis compunctum, plurimâque certaminum gloriâ inclytum tabernaculum, vnà cum B. Naucratio depoſitum eſt, ad dextram partem, in glorioſiſſimo ac ſacro Martyrum ſacello, quod à dextris delubri Præcurſoris ſitum eſt: quo item loco, ſancti Patris noſtri Theodori præclariſſimus ac venerabiliſſimus honorabilis loculus conſtitutus eſt. Quid verò inde? Ergóne, vbi migraſſet, oblitus eſt, quæ prophetans prædixiſſet? aut ſecùs atque oportebat, aut termino dilatiori, quàm haberet promiſſio, curauit euenire? Haudquaquàm. Poſt triduum enim glorioſæ eius migrationis, nauim vnam, è maximis Chriſti amantis Baſilij Imperatoris, frumento plenam miſit, monaſteriique horrea impleuit: vt multo ſtupore perculſus B. Clemens hæc verba pronuntiauerit: Ecce, inquit, Patres, communis Pater noſter poſt triduum, iuxta quod promiſerat, ſuæ in nos affectionis debitum impleuit, nouum nobis ſuæ apud Deum fiduciæ argumentum præbens.

ſepelitur:

D

frumenti copiam ſubmittit:

58 Habes quæſiti ſolutionem, Ioſephi in Ægypto obſeruatam liquidò annonæ prouiſionem: quamquàm hîc miraculum longè miraculo præſtet. Ceterùm ad prodigium aliud orationem conuerto. Cùm enim vir inclytus Clemens diu ſatis monaſterij Præfectum egiſſet, atque ad Dominum quintadecimâ die menſis Iulij migraſſet, iamque Hilarion, congruè omnino nomini morum hilaritate habens, præfecturam gereret; ſancti Patris noſtri Nicolai diſcipulus Antonius nomine, à nonnullis ab accidente nigredine Maurus appellatus, à multis annis fluxus ſanguinis morbo exugebatur, vi tantâ ægritudinis, vt reſtituendæ ſanitatis medicos ſpes omnis defeciſſet. Huic tandem præfatus Pater Hilarion, vt in cellâ, in quâ olim Chriſti famulus Nicolaus

Hilarione præpoſito Studitarũ.

Antoniũ diſcipulum ſuum, in ſuo cubiculo decumbentẽ

AVCTORE MONACHO STVDITA. EX MSS. GRÆCIS.

Nicolaus incluſus fuiſſet, decumbens, corporis diſiunctionem ſuſtineret, permiſit. Dum ergo impenſiùs gaudens in eâ demoratur, apparens illi vir ſanctus in ſomnis, in hæc verba compellat: Humilis Antoni, quis te morbus moleſtè habet? Vt autem, inquit, morbum explicaui, eiuſque vim remediis maiorem detexi; Ne, inquit vir magnus, vltrà timueris: quippe amodò, nihil morbo hoc moleſtiæ creante, ſanus eris. Tumque ad me ipſe rediens, non iam in ſomnis, ſed ipſis coràm oculis eius è cellâ exeuntis poſteriora aſpexi. Quapropter ſanguinis quidem fluxio actutum compreſſa eſt, multaque odoris fragrantia circumquaque cellam peruagata, humile cor meum immenſo gaudio repleuit. Iam tum *b* anni quadraginta fluxerant, iſque nihil moleſtiæ ab eo patiens morbo, Dei gratiâ viuebat. Et hæc hactenùs dicta ſint. Plurima enim ſilentio omittenda ſunt, quò breuitatis regulam ſeruemus: cùm & alioquì oratio debilior ſit, quàm vt miraculorum vim valeat enarrare; hàc parte auris ad fidem durioris vtilitati proſpiciens.

fluxu ſanguinis ſanat.

59 Nos quidem, beate vir, ad ea, quæ longi temporis lapſu ſilentij profundo obruta remanſerant, pro eo deſiderio, quo humilis noſter animus in te habet, vitioſum atque contritum calamum extendentes, tamquàm ex rerum abs te præclarè geſtarum pelago, exiguum hoc memoriæ fomentum, ſeu etiam vitæ obſonium, ſermonem hunc inclytæ ac ſanctæ memoriæ tuæ offerentes, dedicauimus. Tu verò nos propitius è cælis intuere, quodque iugiter comes adeſt carnis bellum, quotidiè alleues, miſeræque vitæ noſtræ exiguitatem proſperè dirigas, quam nulli caſus inexpectatò excipiant: ac procul à ſæuâ perturbationum procellâ, animi nauim gubernes ac regas, pacemque Eccleſiæ cœtui à Deo obtineas. Vides enim quantam, quamque immobiliter diem obtegentem, iram exhibeat: deſtruaſque gentium indomitarum audacem impetum, ac animi inſolentis ſuperbiam. Vide enim, qualia nunc præſumantur: eccleſiæ incenduntur, ac terra Chriſtianorum madet ſanguine: ſuadeaſque tuis interceſſionibus, vt vel fide rectâ ad antiquam reuertantur gloriæ ingenuitatem, vel penitùs collidantur, tamquàm gentes quæ bella volunt. Ita quæſo, præſtes, vt bonâ in Deum ſpe moribus ritè compoſitis gloriemur, gloriam ſubmittentes Patri, Filio, ac Spiritui ſancto, individuæ vni ſubſtantiæ ac Deitati, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Auctor patrocinium eius implorat

pro ſe

& Eccleſiæ pace.

a *Anno 868 vt ſuprà dictum.*

b *Hinc Auctorem S. Nicolao ſupparem eſſe, eo aliquantò iuniorem ſuprà probauimus.*

DE S. PROBATIO PRESBYTERO, NOVIGENTI IN GALLIA.

I. B.

IV FEBR.

In pago S. Clodoaldi iuxta Pariſios

NOuigentum, *ſiue* Nouientum, villa *fuit* in pago Pariſiaco, *quàm (vt in Vitâ S. Remigij to. 2. Scriptorum Francicor, apud Cheſnæum dicitur)* cum omnibus ad ſe pertinentibus, Matri Eccleſiæ Pariſius ciuitatis, vbi Presbyter extitit ordinatus, donauit *S. Chlodoaldus, Chlodomiri Regis filius, Chlodouæi I nepos.* In quâ villâ plenus virtutibus migrans ad Dominum, in eccleſiâ, quam ipſe ædificauerat, corpore fuit in pace ſepultus. *Id nunc* S. Chlodoaldi fert nomen, *vulgò* S. Clou, *vt ſcribunt Papirius Maſſonus in Deſcript. Franciæ per flumina pag. 252. Iacobus Breullius in Antiquit. Pariſ. lib. 4. Andreas Cheſnæus in Antiquitat. Præfecturæ Pariſ. cap. 4. Colitur* S. Clodoaldus VII *Septembris.*

colitur S. Probatius Presbyter.

2 *In eadem S. Clodoaldi eccleſiâ memoria quoque extat* S. Probatij *Presbyteri, cuius natalis celebrari dicitur Kalendis Iunij, Inuentio Reliquiarum Pridie Non. Februarij; licet neutro die in vllo Martyrologio, quod quidem viderimus, eius extet nomen. Vitam, vel potiùs obſcuram, nec magni momenti, elogium, cum Inuentionis hiſtoriâ, è veteri codice eiuſdem (vt remur) loci deſcriptum, reperimus in ſchedis Roſweydi, ac hîc damus. Vixit ante obſeſſam à Normannis Lutetiam, quod anno* DCCCLXXXVI *contigit; at quanto antè tempore, an ipſius fortaſſe Clodoaldi æuo, non conſtat.*

VITA

AVCTORE ANONYMO,

ex veteri codice MS.

CAPVT I.

S. Probatij ordinatio, virtutes, mors.

BEatus Probatius, Confeſſor Domini egregius, omni veneratione digniſſimus, in ſacri fonte baptiſmatis, Diuino quodam præſagio tale vocabulum ſortitus, actus ſuos probatè examinans probus eſt in conſpectu Altiſſimi inuentus: qui deificâ præuentus gratiâ, ab ipſis cunabulis exordium ſanctitatis ingreſſus, lucubrationibus continuis promeruit, vt gradatim probis actibus inoffensè conſcenſis, gradatim etiam dignus inueniretur Eccleſiaſtico ordine. Et meritò: quippe, qui ſe totum in cunctis ſedem templumque conſecrauerit Dei: qui ea quæ ſunt huius mundi paucipendens, totum ſe cæleſti mancipauit meditationi. Tandem igitur miles Chriſti præcipuus, calcato mirabiliter omni mundano luxu, cuſtos ſacrorum vaſorum efficitur, & ſacerdotali podere trabeatus, tunicâ talari eſt myſticè infulatus, caſtis operibus vſque ad conſummationem deditus, virili palæſtrâ continuò agonizans, contra carnis oblectamenta omnia membra ſua typicè lineâ domauit coarctando interulâ.

S. Probatius, iuxta etymon ſui nominis, probata virtutis, gradatim ordines Eccleſiaſticos ſuſcipit: fit cuſtos ſacrorum vaſorum, dein Sacerdos;

2 Verùm religione perpetuâ cultui Diuino mancipatus, & decreta veteris Teſtamenti, quæ quidam iuxta literam perpendebant, vir Dei iuſtus & ſine querelâ, Diuinis radicatus edictis, ex quinque panibus hordeaceis Pentateuchi deifico nutu enucleatis, duobus prouidè piſcibus ſuperimpoſitis, myſtico ſenſu animaduertens, ſemetipſum cum plurimis, coram quibus laudabiliter vixit, horâ competenti ſacrificium immaculatum obtulit. Quæque nempe à quibuſlibet ex Scripturis ſunt litteratoriè proſecuta, ab eodem, amore Dei, dinoſcuntur medullitus inſecuta. Meditando quippe, quia littera occidit, Spiritus autem viuificat, omne quod in vtroque Scripturæ præcepto carnali aure ſiue oculo valuit haurire, allegoricè iuxta myſticum diſcutiens intellectum, voluit examinare. Sanguinem pro certo noluit comedere; quia quodcumque bonum potuit habere, non ex ſe, vt à ſe, ſed ex dono Dei profeſſus eſt accidiſſe. Neque etiam iumenta diuerſæ naturæ permiſit vnà commiſceri; quia dum vitali eſt ſpiritu vegetatus, noluit quemlibet fidelem infideliter ſociari cum pagano. Agrum non ſeuit ſemine diuerſo; quia inter Dei verba prauum noluit dogma inſerere in congregationis electorum agro. Indui inſuper refugit veſte ex duobus textâ; quia non fuit duplex in corde, vt foris appareret ſimplex, intus verò elatus & pernicioſus. Poma quin etiam quæ germinant, ſibi quoquo modo

F

deditus ſtudio Scripturarum;

2 Cor. 3. 6

veteris legis Sacerdotum actiones myſticè exprimens,

A do fuerunt indigna: per quod datur intelligi quòd opera nouitiorum, quamuis ſint bona; non ſunt in exemplum trahenda; ne ex hoc inflàti, antequàm ſint firmati, incidant in laqueum diaboli. Honorandus extitit in regulâ, id eſt, in iudicio ſanctarum Scripturarum, & in pondere æquo nouit aliorum peccata ponderare vt ſua. Non diſcooperuit caput ſuum; quia auxilium Dei, qui eſt vt omnium, nequaquàm à ſe euellit: Non ſcidit veſtimenta: non enim vagatus eſt per diuerſa vitia. Non egreſſus eſt de Sanctis; quia de bonis & ſanctis numquàm diſcedere ſtuduit. Virginem duxit vxorem, animam ſcilicet ſanctam & immaculatam. Non cæcus affuit, id eſt, indoctus: quia ſibi & ceteris iugiter lumen veritatis oſtendit. Non claudus; quia diligendo Deum, non odio habuit proximum, & recipiendo vetus Teſtamentum, etiam in ſe demonſtrauit nouum. Nec paruo naſo vel grandi; diſcretionem denique habuit interiorem, paruam atque magnam. Neque fracto pede; quia ſenſum in bonis operibus adeptus eſt integrum. Neque gibboſus; quia non ſic terrena dilexit, vt ſine cæleſti amore fuerit. Nec lippus; auaritiæ ſiquidem non ſtuduit. Neque albuginem paſſus eſt, cupiditatem videlicet; nec perpetuâ libidine victus,

B nec vitiis preſſus. Neque fuit tuſis teſticulis; quia alios genera-

Leuit. 22. 24 à puericiâ Deo deuotus, ſeruens, abſtemius, pius,

uit per prædicationem.

3 Ab ineunte ætatis flore Chriſto militans, rupit laqueos ſeculi, & intantùm exarſerat, vt ſi iiſdem temporibus non deeſſet perſecutionis occaſio, abſque morâ obuium ſe præparaſſet diſcrimini. Conſtrinxit membra ſua inæſtimabilis abſtinentiæ frænis, & orationibus aſſiduis, vigiliis quoque continuis, cauſsâ reprimendarum ſecularium cupiditatum, & profectuum bonorum adipiſcendorum. Et ita ab ipſis crepundiis, Eccleſiaſticis inſtitutionibus, exemplar ſe ceteris inſtituit, vt quàm plures ad ſe confluentes cateruas cauſsâ fidei ſacrâ religione & verbo ſalutari reficeret; exemplis quin etiam

multos conuertit:

euidentiſſimis informaret, tranquillus animo, ſerenus aſpectu: aderatque ſibi in omnibus Deitatis gratia quæ per innumerabiles illius temporis inſerebatur Diuinæ mancipationi. Profligabat cunctis ſermonem per exhortationem vitalis dogmatis, infudans plures ſecum de ſqualloribus mundialis ergaſtuli nauiter eruere.

4 Crebraque cùm fierent ab eo orationum lucra, ſactis lucubrationibus pernoctare ſatagebat, omni cuſtodiâ cor ſuum muniendo ſeruans, ne pateret communi locus inſidiatori, & habenti milleformes nocendi artes, totius probitatis æmulo, & veritatis inimico, conatus omnes aduersùs Dei milites verſanti, omnium mentes corrumpere meditanti: quò domicilium Domini improuisè perfumperet, perrumpendo corrumperet,

C corrumpendo laniaret, laniando ſubſterneret. Tantus in eo habebatur erga ſuum & omnium Conditorem affectus, vt pro poſſe nulli in Diuinâ agonizatione inueniretur ſecundus. Primò regnum Dei & iuſtitiam eius requirens, conſequenter reminiſcebatur, quia inquirentes dominum, non deficient omni bono. Spe ſuâ in Deo collocatâ, vultum fletibus irrigabat, ac frequentiùs pugnis tunſo pectore, multa & innumerabilia ſuſpiria ab intimo cordis protrahebat, vigilias ieiuniaque continua.

excellit oratione, cuſtodiâ ſenſuum, amore Dei,

Pſ. 33. 11 ſpe, compunctione, vigiliis, ieiuniis:

5 Cùm itaque tantæ ſanctitatis floribus decuſſatim decoratus, vir omnibus imitabilis vernando polleret, & velut quoddam ſolare iubar, ſuis contribulibus vndique fœtus effulſiſſet, atque ſuæ deſudationis flagrantiâ, & odore conuerſationis bonæ, & bonorum operum exuberantiâ, longè lateque omnia compleſſet contigua loca; bono certamine peracto, curſu conſummato, elapſus de præſentis ſeculi ærumnis, tranſitoriis penitùs caleatis, carnali mole depoſitâ, ſe poli compſit in aruis, cæleſtis curiæ phalangi vnitus in aſtris; de cetero æternaliter gauiſurus, cuius ſemper voluntati parcere efficaciter ſtuduit ſe committi. His ab ipſo inuitatur verbis: Euge ſerue bone & fidelis, ſupra

piè moriuntur:

Matth. 25. 21 & 23.

multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Cui ſi lex conditionis humanæ mortis debitum inflixit, fulgent attamen viuentia ſigna mauſolei. Quod facilè patebit, ſi Chriſticolæ cohorti electus & Domini ætherio detentus habitaculo, noſtro repræſentetur calamo. Quoniam dum Sanctorum replicantur geſta, fideles pullulant ſitecreſcendo, augmentum grex fidelis talibus accipit, ſuis niſibus, vt videor videre, tendit ad ſupera. Sed quia antiquiori tempeſtate ea quæ fuerunt frequentiùs ab eo mirabiliter actitata, ingruente paganorum perſecutione ſunt funditus obliuione peſſundata; quod hodie quia multorum approbatur teſtimoniis, ſubnectendo ſtylo mandare operæ pretium duximus: ne tantus athleta Domini fortiſſimus, in cuius manibus dum adniueret in aruis, lucernæ ardentes bonæ inſudationis, practicæ pariter & theoricæ vitæ luce, manifeſtiùs exemplar probæ actionis, ſuis ſucceſſoribus reliquerunt: ideoque eiuſdem actio boni operis, vt legitur, & contemplatio Diuinitatis, geminam vitæ requiem ſuſcipit. Difficile eſt enim, vt malo peragantur exitu, quæ ſunt bono inchoata principio, & diuturno elaborata ſacræ meditationis ſtudio. Iugi etenim cogitationis ratione verſabat in mente, quod recitamus olim quemdam ſapienter affirmaſſe; qui ſcilicet tempus benè viuendi expectat, ſimilis eſt ruſtico

E volenti flumen tranſire, & expectanti donec totum defluat.

Auctore ANONYMO, ex MSS.

D *illuſtratur miraculis,*

quorũ antiqua obliuione delet.

Horat. lib. 1 ep. 2. v. 42.

CAPVT II

Reliquiarum S. Probatij inuentio. Miracula.

6 VErùm ad propoſitum reflectentes calamum, qualiter emeritus Domini Probatius, quibus indiciis præſenti innotuerit ſeculo, exarare opportunum arbitrati ſumus: vt liquidò pateat, quanta ſit omnipotenti Deo de ſibi ancillantibus cura. *a* Imminentibus igitur Paganorum Septemtrionalium, à tranſmarinis partibus aduectantium, infeſtationibus, omnibus penè Occidentalibus Galliarum partibus; Confeſſor Chriſti Probatius & Sacerdos altiſſimus à ſui Prouiſore loci, defoſſâ humo cuiuſdam vineæ occultatur: ne ſancto canibus attributo, Francia tanto, quod abſit, priuaretur Patrono.

a Normanis Galliæ populatibus, Reliquiæ eius defoſſæ:

7 Quo in loco tamdiu Sanctus Dei latuit, quamdiu tandem viſa Dei pietas, Chriſtiani afflictione populi atque ſuſpiriis gemituum vix tolerabilium aure ſuæ clementiæ perceptis, finem tot tantiſque ferè inauditis calamitatibus impoſuerit. Quid plura? Tranquillitatis luce Galliarum climati orationibus Sanctorum reſtituta, ſoluit omnipotentis diſpenſatio celatum amplùs ſubdi humo, cuius ſpiritus ſubſtratis ſibi ſideribus, in cæleſti Sion regnat cum ipſo in æternum. A Deo itaque die ordinato, quo tantus theſaurus diu abſconditus, ſuperis negatus diutius, repararetur mundo; die quadam prætaxatæ œconomus vineæ, cùm eam iuxta morem diligenter excoleret, accedens ad locum vbi pretioſiſſimi Confeſſoris atque agoniſtæ diuini Probatij membra, metu Paganorum, quemadmodùm præliabamur, fuerant humata; ciuſtra rellure, quod tenebat, raſtro, protinus nutu Diuino os eius de priſtino quem natura dictauerat, remouetur loco: nec tamen ſermonis priuatur officio. Neque enim vltione huius facinoris tali diuinitus mulctatur ſigno, ſed vt cæleſtis gemma diadematis, diutius occultata ſub modio, nacta occaſione repræſentaretur lucernali radio. Fit ad Pontificem *b* Lutetiarum vrbis illius temporis talis relatio. Itur ad eumdem locum ſine dilatione à Clericis, & circùm contiguâ innumerabili vtriuſque ſexus multitudine: indictoque mox omnibus ſalutari ieiunio, quid ex hoc ſit agendum percuntatur, *c* adeò copioſo interceſſionis auxilio. Cum ſubitò præcitulatus cultor, plurimis ciulatibus ingemiſcens, interuentu memoran-

forsitàd inuenta:

os eius qui inuenerat, deterius,

b

c populo orãte & ieiunante

AVCTORE ANONYMO, ex MSS.

di Confeſſoris cæleſte ſibi ſenſit adeſſe remedium, optatoque recreatur leuamine: tollit voces ad æthera, cum magnâ alacritate totis conteſtans vocibus, illic quemlibet Sanctorum latere, de quo multa ineſſet cura maieſtati Diuinæ.

A

reſtituit:

ædificato ſacello,

8 Confeſtim itaque inſtat mapalium modicum ibidem ædificatur tugurium, vt ſucceſſorum traderetur memoriæ, illic ſancti viri corpus quieſcere. Ad quod celebratâ prioris facti opinione, multi confluentes ægroti, conſequuntur illicò ſalubrem animæ corporumque valetudinem. Cumque ex improuiſo fama laudabilis longè lateque propagata, circumquaque peragrando promulgari cœpiſſet; magis magiſque locus tumulationis illius, per Diuinam diſpenſationem, ſignorum gratiâ illuſtratur. Cœpit igitur Deus magnificari in Sancto ſuo, & magnæ virtutis opera magnificentioribus propagari ſucceſſibus. Confluebat ad eius *d* polyandrum diuerſus populi concurſus, meritis ſancti Confeſſoris, benedictionem ſalutarem ſuppliciter opperiens. Atque præter aliquam ætatis, ſexus, perſonarumque diſcretionem, cunctis beatum virum fideliter interpellantibus, lucra ſanitatum mercantur. Sicque medicina cæleſtis humanis infuſa membris, omni collatâ incolumitate ſoſpitatis, gaudentes ad propria remeare

multi ſanantur,

d

vndique iſthuc confluentes,

B permiſit. Taliter gratuita Omnipotentis largitas, gratiam, quam ſuo militi conceſſerat, vehementiùs magnificabat. Cuiuſcumque nempe membra ignis febrium miſerabiliter æſtu nimio conſumpſerat, abiecto calore nimio, lætabatur poſt paullulum vegetari medullas ſuas vigore ingenito. Quiſquis paralyſi diſſolutus, vix quolibet membrorum fungebatur officio, Sancti interuentu priſtinum ſentiebat ſuis artubus reſtitutum officium. Omnes igitur Sancti buſtum venerabiliter aggredi tentantes, vbertim ſuperinfuſo cæleſtis medicaminis rore, hilares Chriſti ſeruatoris opitulatione, adeptâ ſoſpitate repedabant ad ſua, cum ingenti ſtupore ſimul & exultatione.

fabricitantes,

paralytici &c.

9 Quadam die hinc illinc plebeiâ multitudine affluenter concurrente, nec ſibi inuicem ſuccurrente, dum aluei *e* præripia Sequanici innumerabilibus occuparentur aduentantium veſtigiis, fortuitò claſſis omnimodatim vlteriori crepidini, qualiter ab eis *f* flumen transfretaretur, nullatenùs affuit. It clamor cælo, vulgus miſerabile ſidera penetrat lamentabili eiulatione: luctus indicibiles, B. Probatij prouehentibus ſuppetiis, interſunt cæleſti miſerationi. Sicque Domino aurem tot tantiſque gemitibus inclinante, vt etiam ſui Confeſſoris interuentione ſuos quoque de multifidis languoribus erueret accelerante, nutu deifico edicente, hauis quædam, quæ in parte ripæ vlterioris penes Sancti buſtum *g* tonſillis fuerat applicita, abſque nauclero reſoluta, quodammodò Angelico ductu flumen illud tranſmeat; ac facto imperat, quod lingua proferre naturâ negante nequibat. Exanimes effecti omnes ſtupore concutiuntur intuicem, ac veluti rapti in extaſi, præ nimiâ admiratione digitos ſuperponunt ori. Tandem ſaniori vſi conſilio, nauem conſcendunt illicò; & protinus cæleſti remige ſolummodò velificante, phaſelus refertaipopulorum copiâ, ad vlteriorem ripam repedabat, vnde priùs fuerat abacta. Moxque omnibus qui ſe ſibi commiſerant euacuata, eatenùs idipſum frequentat, quatenùs vniuerſis, qui ſoſpitatis gratiâ confluxerant, tranſpoſitis, mirabilem Deum enuclearet in Sanctis ſuis talis tamque extollendi præconio facti. Aditur ab ipſis omnibus pretioſæ humationis locus: intolerabilis extollitur in ſublime ægrotantium gemitus: luctus in gaudium commutantur: Diuini perfuſione roris quibuſcumque cateruatim infunditur medicina cæleſtis; Sanctique membris ſub E tellure conſtitutis, multitudo ſanatur populi cõfluentis.

e

f

nauis vltro reſoluta aduenas vltra Sequanam vehit.

D

g

a *Integro ſeculo Gallias infeſtarunt Septemtrionales pirata, ſiue Normanni, ipſamq; Lutetiam Pariſiorum anno 886 obſederunt.*

b *Meritò ignauiam imperitiamue ſcriptoris liceat incuſare, qui hunc Pontificem non nominârit.*

c *An* à Deo?

d *Id eſt*, ſepulchrum. *Ita* 13 *Ianu. in Vitâ S. Vincentij cap.* 7 *nu.* 37. donec inueniatur Sancti polyandrum. *&* 15 *Ian. in hiſt. Tranſlationis S. Mauri cap.* 7 *nu.* 41. exornare non deſinit polyandra Sanctorum. *&* 25 *Ian. in Vitâ* 2 *S. Præiecti Ep. M. cap.* 3 *nu.* 23. ad polyandrum ſancti Pontificis exornandum. *à Græco πολυάνδριον, quod potiùs cœmeterium ſignificare videtur, vbi multi viri.* 17 *Ian. in prologo ad Vitam S. Sulpitij ſumi videtur pro quolibet monumento*; fulget tamen vtuentium miraculorum polyandro. Polyandrum.

e *Ita Odo Ab.* 15 *Ianu. in præf. Tranſlationis S. Mauri:* Abbas monaſterij, quod in præripio ripæ Ligeris fluminis ſitum, Glannafolium ex antiquo appellatur. Præripiũ.

f *Nunc iſthic* Sequana lapideum pontem habet, *teſte Maſſono de fluminib. Gall.*

g *MS. habebat* tonſilli. *Eſt* tonſilla *palus dolatus & præferratus, qui nauis religandæ cauſsâ in littore pangitur. At Papias ait, vncinum eſſe, ad quem in littore defixum funes nauium ligãtur.* Tonſilla.

DE S. REMBERTO
ARCHIEPISCOPO HAMBVRGENSI,
BREMÆ IN SAXONIA INFERIORE,
Commentarius præuius.

G. H.

§ 1 *Cultus ſacer S. Remberti.*

ANNO DCCC-LXXXVIII IV FEBR. *Repetenda hic ex Actis S. Anſcharij:*

1 *DS. Anſcharij Vitam, III Februarij, pluribus deduximus Saxonum antiquam ſedem Tranſalbianam, Hamburgenſem in eâ Archiepiſcopatum conſtitutum, eidem Bremenſem Epiſcopatum vnitum; populoſq; vtrique Sedi ſubiectos, Legationem inſuper auctoritate Pontificiâ ad Gentes Danorum, Suecorum Sclauorumq; conuertendas inſtitutam, viroſq; Apoſtolicos in eâ ſedulò gnauiterq; exercitatos, Reges eorum, potiſſimùm Danorum, legitimâ ſucceſſione probatos, Torholtum denique tunc cum monaſterio oppidum è ſuâ antiquitate innouatum: quæ omnia magnam huic commentationi lucem dabunt. Succeſſit S. Anſchario Magiſtro ſuo fidiſſimus diſcipulus* S. Rembertus, *in vtrâque & Legationis Apoſtolicæ & Archiepiſcopatus Hamburgenſis dignitate, ipſo, vt dicitur infrà in Actis num.* 14, mox depoſitionis *illius* die, concordi Cleri populique conſenſu electus. *Qui dies non abſque ſingulari myſterio, ſacro eius cultui dicatus eſt: ſcilicet vt is, qui in Actis num.* 3, 7 *&* 12 ſanctitatis Anſcharij *laudatur* imitator, *illiq;* ob vnius fidei deuotionem, eiuſdemque officij adminiſtrationem, meritis *habetur* æqualis, *eius denique oraculo, ſe* in futuro ſeculo æternæ beatitudinis participem ab eo nõ ſeparandum, *certior factus fuit, vt is, inquam, ab eodem in veneratione Eccleſiaſticâ non diſtaret.*

huic ſuccedit S. Rẽbertus,

meritis æqualis;

2 *Poſtridie ergo Natalis S. Anſcharij, ſeu* IV *Februarij, plurima eum referunt Martyrologia. Florarium MS:* Apud Bremam S. Remberti Epiſcopi & Confeſſoris. *Martyrologium Romanum:* Eodem die S. Remberti Epiſcopi Bremenſis. *Hermannus Greuen & Molanus in additionibus ad Vſuardum, & Caniſius in Martyrologio Germanico*

colitur 4 Februar. tũ electus Epiſcopus,

A to: S. Remberti Archiepiſcopi Bremenſis & Confeſſoris, qui à S. Anſchario eiuſdem vrbis Epiſcopo educatus, eidemque in regimine ſuccedens, non ſolùm ſuos laudabiliter rexit, verùm etiam infidelibus frequenter Chriſtum annuntiauit. *Imò* Archiepiſcopum Hamburgenſem, *cuius Sedi Epiſcopatus Bremenſis vnitus erat, appellatum fuiſſe ſuprà probatum eſt. Galeſinius hæc eodem die refert:* Bremæ S. Remberti Epiſcopi & Confeſſoris. Hic B. Anſcharij eiuſdem vrbis Epiſcopi diſcipulus, primò monachus, deinde Epiſcopus, piè in omni vitâ ita ſe geſſit, vt, admirandis in rebus perſpectâ eius ſanctimoniâ, adſcriptus ſit in numero Sanctorum. *Ante Epiſcopatum monaſticam vitam eum profeſſum docuit quoque Trithemius lib. 3 de Viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti cap. 210.* Rembertus, *inquit*, ex monacho Corbeienſis cœnobij Archiepiſcopus Bremenſis ſecundus, vir ſanctæ conuerſationis, fide, innocentiâ & pietate ſingularis, magnis enituit ſignis. Rexit Eccleſiam Bremenſem ſtrenuè nouem annis. Claruit anno Domini DCCCLXX. Eius feſtum agitur pridie Nonas Februarij. *Eadem ferè habet idem Trithemius lib. 4 cap. 89, vbi ait* claruiſſe anno Domini DCCCLXXXV. *Imò vtroque* claruit *tempore, quem infrà trademus* Archiepiſcopum Hamburgenſem *creatum anno* DCCCLXV, *non ſolum*

B nouem *ſed* viginti tribus annis *ſuperuixiſſe ad* LXXXVIII *iſtius ſeculi. Præterea* S. Rembertum, *ſuſceptâ Archiepiſcopali dignitate, veſtem monaſticam, ex voto olim à ſe facto, in* nouâ Corbeiâ *aſſumpſiſſe, & reliquam deinde vitam* iuxta regulam S. Benedicti *compoſuiſſe tradunt Acta num. 15.*

iuxta regulã S. Benedicti vixit.

Quo iure eum ſibi vindicant Benedictini. Kalendarium ordinis S. Benedicti MS. monaſterij Antuerpienſis S. Saluatoris: S. Rynberti Archiepiſcopi Bremenſis tertij, & primò monachi Corbeienſis. At ſecundum Archiepiſcopum Hamburgenſem *fuiſſe certò conſtat. Menardus in Martyrologio Benedictino:* Bremæ S. Remberti Epiſcopi, diſcipuli S. Anſcharij, qui à magiſtro plantatam in Daniâ fidem, pietate, doctrinâ & miraculis irrigauit. *Idem in Appendice ad lib. 1. Obſeruationum tradit* minùs rectè à nonnullis ſcriptum eſſe, eum monachum fuiſſe factum in cellâ Turholt: *quod fecerat Wion in Martyrologio monaſtico:* Bremæ, *inquit*, S. Remberti Epiſcopi & Confeſſoris, qui potens opere & ſermone, clarus miraculis, quicuit in pace; *qui dicitur in Annotationibus*, Turholti à primæuâ ætate vitam monaſticam duxiſſe irreprehenſibilem, ſed à S. Anſchario inde abductus, ac cœnobio Corbeienſi prælatus, eidem poſtmodùm in Archiepiſcopatu Bremenſi ſucceſſiſſe. *De hoc S. Remberti apud Turholtanos monachatu atque apud Corbeienſes præfecturâ, in Vitâ apud Surium aut Krantzium, quos Wion citat nulla fit*

C *mentio. Celebrant eumdem hoc die Dorganius in Calendario Benedictino, Miræus in Faſtis Belgicis, Sanderus in Hagiologio Flandriæ, aliiq; Vitæ eius Scriptores, infrà proferendi.*

mortuus an̄o 4 Febr.

3 *De die obitus altum eſt in Actis ſilentium. Wion in ſuis ad* XI *Iunij Annotationibus & Vaſtouius in Vite Aquilonià tradunt eum* ex hac luce pridie Nonas Februarias exceſſiſſe. *Verùm Adamus Canonicus Bremenſis, Albertus Abbas Stadenſis, Krantzius Theologiæ Hamburgi profeſſor eiuſq; collegij Decanus* depoſitionem S. Remberti *referunt* III Idus Iunij, *quo die* celebriorem *eius* feſtiuitatem agi *obſeruant Wion & Molanus in ſecundâ editione Vſuardi, qui* XI *Iunij ita ſcribit:* Bremæ S. Remberti Archiepiſcopi & Confeſſoris. *Idem Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij præclaram Vitæ epitomen ex Surio & Krantzio collegit, quam magis contraxit Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, quibus eum adſcribit. In Martyrologio Germanico anno 1599 edito hoc eo die elogium profertur:* Item Bremæ ſancti Archiepiſcopi & Confeſſoris Remberti, qui multa præclara ad Dei honorem in Eccleſiâ peregit. *Meminerunt eiuſdem illo* XI *Iunij Wion, Galeſinius, qui* Rombertum *vocat, Hermannus Greuen & auctor Florarij MS. à quibus* Rumbertus *appellatur. Eodem die in Breuiariis Bremenſi & Raceburgenſi, officio Eccleſiaſtico colitur, & quidem ab Hamburgenſibus cum octauâ, vti obſeruat Molanus in Natalibus*

ſed 11 Iunij, quo etiam colitur.

Sanctorum Belgij.

4 *Ferrarius* VIII *& X Iunij eum celebrat, priore die,* Bremæ, *inquit*, in Saxoniâ S. Remberti Epiſcopi Hamburgenſis: *poſteriore verò,* Bremæ S. Remberti Epiſcopi. *Illic allegat Tabulas Eccleſiæ Bremenſis, hic Albertum Krantzium lib. 2. Metropolis cap. 11: apud quem* III Idus Iunij *legi diximus, vt poſſit hinc conijci Ferrarium etiam altero loco aberrare. Idibus Iunij eumdem in Faſtis MSS. referunt Carthuſiani Bruxellenſes, quibus fauet Iacobus Meyerus lib. 2 Annalium Flandriæ ad annum 887, vbi tradit ſe* ei Idibus Iunij indictas inuenire ferias: *quo loco* III Idus *reponi debet. Ita in MS. Codice monaſterij Bodecenſis, de quo mox agemus, legitur* coli pridie Kalendas Februarij, *pro quibus* Nonas *ſubſtituere oportet. Peculiaris de eo in Raceburgenſi Breuiario, quam hìc apponimus, legitur. Oratio.*

Aveto. RE G.H. D

Per errorẽ dies 8, 10,

& 13 Iunij

& 31 Ian. indicatur.

Deus, qui B. Reymbertum Confeſſorem tuum atque Pontificem, Doctorem præcipuum Catholicæque fidei prædicatorem, eligere dignatus es; præſta, quæſumus, vt, ipſo pro nobis interueniente, peccatorum noſtrorum exui malis, & tibi, Domine, ſinceris mentibus deſeruire mereamur. Per Dominum noſtrum *&c.*

Oratio antiqua de eo.

§ II *Vita S. Remberti conſcripta.*

E VItam S. Remberti *mox ab obitu eius ſcriptam duo hactenùs typis vulgarunt, primò mutatâ phraſi Laurentius Surius ad hunc* IV *Februarij, nuper verò primogenio ſtylo Philippus Cæſar (ex Canonico & Paſtore Bremenſi ad S. Anſcharium acatholico, nunc orthodoxus ſacræ Theologiæ Doctor) in* Triapoſtolatu Septemtrionis, *quem de* Vitâ & Geſtis SS. Willehadi, Anſcharij & Remberti *typis Colonienſibus anno* XLII *huius ſeculi edidit, vſus codice MS. Eccleſiæ Hamburgenſis peruetuſto. Eamdem nos Vitam nacti ſumus operâ Ioannis Gamanſij noſtri ex tribus codicibus MSS. quorum duo exempla ſuppeditarunt Carthuſiani Colonienſes, tertium Canonici Regulares monaſterij Bodecenſis in Weſtphaliâ. In his tribus codicibus nulla erat capitum diſtinctio: eam ex codice Hamburgenſi proponit Philippus Cæſar, à Surianâ diuiſione longè aliam; vnâ ferè ſectione à capitulis apud Adamum Bremenſem citatis diuerſam. Namque Adamus excerpit ex capitulis* 16 *&* 18, *apud Philippum leguntur capitibus* 17 *&* 19: *quamuis non deſint Adamo errores typographici citato* capitulo XX, *quod illi neceſſariò fuit* XIIX. *Quare nos variis hiſce exemplaribus collatis damus Vitam nouis capitibus, more noſtro, diſtinctam, Notationibuſq; illuſtratam.*

hîc datur ex variis MSS.

6 *Scriptor huius Vitæ, ſi tamen vnicus, Surio etiam iudice, vir grauis fuit, &* S. Remberto coæuus, *vti etiam obſeruat Lambecius in originibus Hamburgenſibus. Certè num.* 15 *teſtatur* adhuc hodie, *cùm ſcriberet*, ſupereſſe cum multis aliis Adalgarium *eius poſteà in Archiepiſcopatu ſucceſſorem, anno Chriſti* CMIX *vitâ functum. Præterea Virginis Deo ſacratæ (cui* S. Rembertus *epiſtolam capiti* 6 *inſertam ſcripſit) nomen reticetur, quòd ea adhuc ſuperſtes* vitandæ iactantiæ cauſsâ *illud* noluerit palàm edici. *Vitam hanc ab* Adalgario *ſcriptam eſſe cenſet Notatione* 73 *Philippus Cæſar,* Vt, *inquit*, queniadmodùm S. Willehadi Vitam ſcripſit S. Anſcharius, & huius S. Rembertus, ſic S. Remberti Vita ſcripta ſit per Adalgarium, qui ei egregium teſtimonium obſeruatæ monaſticæ vitæ & regulæ perhibet. *Verùm obſtant nonnulla: primò laus* Adalgarij *num.* 15 *&* 27 *prolata, vbi dicitur* vir venerabilis, vir conuerſatione inſignis *&* conuerſationis S. Remberti imitator. *Secundò ſcriptorem moriente* S. Remberto *abfuiſſe indicatur num.* 28, *dum* tranſitus ad Dominum ſubiuncto ordine factus eſſe perhibetur: *cùm tamen num.* 27 *& auctoritate Regum, & Synodi approbatione* Adalgarius *illi datus* Coadiutor, *non fuiſſet permiſſus in obitu illius pridem præſcito abeſſe. Tertiò* atteſtans Adalgarius *profertur num.* 15, *certè ab ipſo ſcriptore alius. Verius cenſet Adamus Bremenſis cap.* 32 Vitam S. Remberti à Fratribus Corbeiæ nouæ datam, *quæ*, quis fuerit & qualiter vixe-

ſcripta ab auctoribus ſynchronis.

non Adalgario ſucceſſore,

ſed monachis Corbeiæ Saxonicæ,

Averorit. G.H.

rit, breuiter & dilucidè comprehendit. *In eâ certè Vitâ accuratè adferuntur, quæ hunc* Corbeiam *concernant: ita num.* 14 *in* Archiepiſcopum *electus* Rembertus *ab* Adalgario monaſterij nouæ Corbeiæ Abbate ad Ludouicum Regem Germaniæ *ducitur. & num.* 15 Archiepiſcopus *iam conſecratus* in monaſterio nouæ Corbeiæ veſtem monaſticam ſuſcipit, *ſociumq; ſibi ex monachis* alterum Adalgarium Diaconum fratrem Abbatis *adſciſcit*, monachum de monaſterio nouæ Corbeiæ *num.* 27 *appellatum*, *&* aſſentientibus Abbate & Fratribus monaſterij eius, *in* Coadiutorem *&* ſucceſſorem Archiepiſcopatus *aſſumptum.*

A

7 *A* pluribus *præterea* monachis, *vti ex Adamo monuimus, Acta hæc conſcripta fuiſſe confirmat Vitæ contextus; in quâ omnia ea, quæ ad Scriptorem pertinent, à nobis hîc in cumulum congeſta, continenter plurali numero proferuntur. Ita num.* 1 Scripturi, in quantum hæc comperimus, fideliter enarramus. *num.* 3 Nunc nos de eius (*S. Anſcharij*) ſanctitatis imitatore ſcripturi incipiemus. 4 Officium Epiſcopo iniunctum diximus. 6 De quo loquimur, & egreſſum de ſcholâ dicimus. 7 Mentem gratiâ Dei illuſtrari diximus, iuxta ſententiam quam protulimus. 8 Interpretationem reperimus. 9 De Scripturâ ſacrâ

pluribus collaboratibus,

B

propoſuimus *&* exponere iudicauimus. 12 De Apoſtolo propoſuimus. *&* noſtrum eſt æquales meritis credere. 16 Facta vix à nobis explicari poſſunt. 18 Vt nuſquam ſapientiùs factum ſciamus. 19 De quâ loquimur, hîc ponere decreuimus epiſtolam. 21 Epiſtolam hanc hîc poſuimus. 24 Vnum commemoramus. 26 Noſtris temporibus... ſufficiat nos comprobaſſe. 28 Modò protulimus. *&* eo loco enarrabimus. 31 Memoriâ retinemus. & paſſim alibi, Vt de quo diximus. *Demum quantum coniecturâ aſſequimur, Vitam hanc conſcriptam fuiſſe credimus ſub* Abbate nouæ Corbeiæ VI, Bauone, *ſeu* Bonone I, *viro* præclarè erudito, magnâque ſtudiorum diligentiâ, & variâ librorum lectione induſtrio, nec non ob ſingularem erga ſubditos ſuos affectum titulo Amatoris Fratrum *decorato: à cuius calamo* Acta ſui temporis *prodiiſſe commemorat Adamus cap.* 35. *ex quorum naufragio vnam hic nobis tabulam arripuit, illuſtri à* S. Remberto *patrato miraculo in ſuam hiſtoriam eius verbis tranſcripto. Illud infrà damus, ideò in Vitâ fortaſis à ſubditis omiſſum, quod in Hiſtoriâ ſui Antiſtitis iam eſſet euulgatum.* Bauonem *hunc, ſeu* Bononem, *Corbeiæ nouæ præfuiſſe ab anno* LXXXXIII *ad* LXXXXVIII *ſupra octingenteſimum traditur in Catalogo antiquo Abbatum eius monaſterij in Chronico Corbeienſi à Ioanne Letznero Germanicè vulgato.*

ad tempora Bauonis Abbatis?

C

8 *Demum Vitam, quam olim ſcriptam fuiſſe commemorauimus, eam eſſe, quæ hîc editur, probant nonnulla: primò* Decretum Gregorij IV *ſuper inſtitutione* Archiepiſcopatus Hamburgenſis III *Februarij excuſum, cuius verba hîc num.* 14 *allegantur. Deinde quæ infrà num.* 11 *ex* Vitâ S. Anſcharij *deſcripta proferuntur, eiſdem planè verbis ibidem num.* 68 *&* 71 *leguntur. Præterea conſentiunt & ſententiæ & verba, quæ ex hiſce Actis in ſuam Hiſtoriam tranſtulit Adamus Bremenſis à cap.* 32 *ad* 36. *vt meritò iudicârit Baronius anno* 888 *num.* 7 illius Adamum meminiſſe Vitæ, quæ à Surio ſine auctore edita reperitur: *ſed quæ iſtic ſtylo mutato, hîc primogenio datur. His non obſtantibus, aliquam dictis codicibus MSS. bibliothecarum Germanicarum deeſſe ſinceritatem obſeruauimus ad Acta S. Anſcharij* §. 3 *&* 12, *ex duplici MS. Francico, Pariſienſi & Corbeienſi integrè perfectéq; obtenta: & dum inde nequiuimus Acta S. Remberti nanciſci, duas iis adſperſas labes eluimus; quòd loca nonnulla Septemtrionalia, ad quæ Legatio Archiepiſcoporum Hamburgenſium vndecimo Chriſti ſeculo extenta fuit, intruderentur: & varij Epiſcopi tum ordinati, in codice Hamburgenſi tamquàm Vitæ huius approbatores legerentur ſubſcripſiſſe. De tertio mendo ob inueſtituram Epiſcoporum contra Eccleſiaſticam libertatem ab Henrico* III *Imperatore tum arreptam infrà agemus. Celebrant præterea S. Remberti memoriam plerique Daniæ, Sueciæ, Saxoniæ, Friſiæ & Flandriæ Scriptores, quorum catalogum deduximus* § 3 *ad Acta S. Anſcharij. Vitam eiuſdem* Remberti *in epitomen redactam ex Surio deſcripſerunt Latinè Franciſcus Haræus, Zacharias Lippelous, Gallicè Iacobus Doubletius, Germanicè Henricus Fabricius, Belgicè Henricus Adriani & Heribertus Roſweydus. Sed his antiquiora ſunt, quæ, tum in Hiſtoriâ Archiepiſcoporum Bremenſium à Carolo Magno ad Carolum* IV *Imperatorem deductâ, tum in Veteri ſcripto de Eccleſiâ Bremenſi referuntur vnà cum Adami Hiſtoriâ ſtadio Lindebrogij euulgata, quæ mox examinabimus. Meyerus præter Vitam S. Remberti à ſe editam, verſibus Lyricis eam etiam à ſe celebratum tradit in Annalibus Flandriæ ad annum* 887.

parùm interpolata.

D

à variis in epitomen contracta.

§ III *S. Remberti patria.*

9 *Acta S. Anſcharij quemdam proferunt num.* 55 Rembertum Presbyterum, in opus Euangelij ad Sueones miſſum, benignè à Rege populoque ſuſceptum, diuina liberè apud eos myſteria celebraſſe. *Hunc Philippus Cæſar annotatione* 63 *ſcribit* S. Rembertum *fuiſſe, ideoq;, vt in Actis eiſdem additur*, ex gente Danorum progenitum. *Verùm cùm ſuo vbique nomine ſuppreſſo, ſe ſub* fidiſſimi diſcipuli *titulo in Actis illis deſcripſerit Rembertus, hîc ad confuſionem euitandam alterum origine Danum eſſe adiunxit, &* hactenùs apud Sueones diuina myſteria celebrare, *dum ipſe S. Rembertus morienti Anſcharío adeſſet, eiuſq; iuſſu vltima precum verba prælegeret, ac deinde eius Vitam à ſe conſcriptam euulgaret. Ioannes Vaſtouius variorum narrationes conciliaturus tradit in Vite Aquiloniâ* S. Rembertum anno DCCCXLVIII in Sueciâ ab Anſchario relictum fuiſſe, *dum* templum Ripæ erectum in Iutiâ, illi commendaretur. *Scimus in Vetere ſcripto Eccleſiæ Bremenſis legi, ab eo* eccleſiam Ripenſem fundatam eſſe: *quod gloriæ decus cùm alij viderent* S. Anſcharío *deberi, ſaltem ab eo* eccleſiam Ripenſem S. Remberto commiſſam *fuiſſe præſumpſerunt; quem infrà Acta num.* 11 in omnibus S. Anſcharío familiariùs adeſſe ſolitum, Bremæ in hoc deuotionis loco *tradunt* cum Epiſcopo familiariter perſeueraſſe. *Præterea vtrique commorationi &* Sueciæ *&* Ripenſi *refragantur Adamus Bremenſis cap.* 31, *Albertus Stadenſis ad annum* 865, *Krantzius lib.* 2 *Metropolis cap.* 2, *Auctor Chronici antiqui cum Adamo editi, qui volunt* Rembertum, *dum ſucceſſor* S. Anſcharij *ab huius obitu eligeretur, eius ſolùm* Diaconum *fuiſſe, quaſi necdum ad presbyterij ordinem promotum.*

E

Non fuit ortu S. Rembertus Danus

neq; Ripæ ſcripti eccleſiæ præpoſitus.

à S. Anſcharío in Sueciam miſſus.

10 *Scriptores rerum Friſicarum varios produximus* § 6 *ad Vitam S. Anſcharij, qui hunc è* Friſiâ *ſuâ oriundum contendunt. Ex his Martinus Hamconius in Adelrico Adelen & de Apoſtolis Friſiæ,* S. Rembertum cognatum *ſcribit* S. Anſcharij, *quem* Wardenæ ad Lauicam amnem *mauult* natum, *licet* Francum *ab aliis cenſeri addat. Suffridus Petrus Decade* 7 *Scriptorum Friſiæ num.* 1 Rembertum *aſſerit* conterraneum & cognatum S. Anſcharij, *quem decade* 6 *num.* 7 *ſcripſerat* natum in ciuitate Friſiæ Vardenâ, poſteà inundatione aquarum oppreſsâ ablatâque. *Pierius Winſemius lib.* 4 *Chronici Friſiæ,* Anſcharium *ortu* Friſium *eſſe contendit: de* Remberto *verò quòd nec audeat* Flandris *eum eripere, & libenter ſuis* Friſiis *attribueret, quæſtionem indeciſam relinquit. Contrà Vbbo Emmius lib.* 5 *rerum Friſicarum* Anſcharium genere Francum, Rembertum *verò* fuiſſe Friſium perhiberi *docet. Bernardus Furmerius lib.* 5 *&* 6 *Annalium Friſicorum vtrumque &* Anſcharium *&* Rembertum Friſiis *adſcribit. Varia circa* S. Anſcharium *menda ab hiſce Scriptoribus prolata correximus dicto* § 6, *vbi eum origine* Francum *fuiſſe docemus: vt vel ideò, quòd eius* cognatum & conterraneum Rembertum (*ſed abſque vllo fundamento*) *dixerint, nequeat* Friſiis *amplius annumerari.*

Non fuit cognatus S. Anſcharij.

F

neque in Friſiâ natus:

11 *Ioannes Adolphus Cypræus lib.* 1 *Annalium Sleſuicenſium cap.* 4 *profert* S. Remberti *elogium, ſed variâ aſperſum labe. In eo namq; ſtatuit* Rembertum libellum de Vitâ S. Anſcharij à ſe conſcriptum dedicaſſe Fratribus Corbeiæ nouæ, *quod à pluribus aſſertum ad huius* Vitam § 3 *refutauimus*

A *futauimus. Afferit idem* Rembertum ſacris initiatum, Ripam in Iutiam ab Anſchario miſſum, atque ablegatum fuiſſe, vt ibi Eccleſiam regeret, verbum Dei doceret, ac ſacris Chriſtianorum rudium animos imbueret. *Quæ*

non ſtuduit aut docuit apud Turonenſes: *nobis minùs probari iam oſtendimus: alia infrà reiiciemus: quod huc facit,* educatum Rembertum *tradit* in monaſterio Galliæ Thuronenſi, *ibidemq;* Turonenſem ſcholam in erudiendâ iuuentute aliquot annos ſummâ laude, fructu & vtilitate gubernaſſe: *deinde* ſcholæ Corbeienſi præfuiſſe, de conſilio S. Anſcharij Rectorem conſtitutum. *De illuſtri illis temporibus ſcholâ Turonenſi* Maioris-monaſterij S. Martini, *quod vulgò* Marmouſtier *appellatur, egimus hoc die ad Vitam B. Rabani* § 3, *quod hic cum* monaſterio *ſeu* cellâ Torholtanâ *confundi à Cypræo certum eſt. Inde à diſciplinis ſcholaſticis, quibus inſtituebatur, ab* Anſchario *euocatus, infrà num.* 6 indiuiſibilis Legationis *eius* comes *refertur fuiſſe, vt reiici debeat eius ante Epiſcopatum monachatus, monachorumq; præfectura, nec non ſcholaſticarum exercitationum quocumque demum loco gubernatio ſuſcepta.* Turholti *verò num.* 4 Rembertus *in ſcholis* inter pueros *tum inſtituebatur, quando* S. Anſcharius *iſtic præſens* accitis ad ſe parentibus, *eum* tonſurâ habituque Eccleſiaſtico *in Clerum aſſumptum, ſibi*

ſed Turholti oppido,

B *adoptauit. Hinc eum* Brabantum *dixiſſet Iſaacus Pontanus lib.* 4 *Daniæ, vbi* Turnhoutum Brabanticę Campiniæ *oppidum hæc cellâ, ſeu monaſterio, inſtructum fuiſſe perperàm, vt alibi monuimus, arbitratus eſt. At quia* Turholtum (*quod tum extra* Flandriam, *paruis adhuc limitibus determinatam, in proprio Comitatu fuiſſe docuimus*) *ab eo ferè tempore in eadem* Flandriâ *continetur incluſum; melius* Flandrum *eum, aut* Torholti in Flandriâ natum *aſſerunt Meyerus ad annum* 887, *Molanus in Indiculo & Natalibus Sanctorum Belgij* XI Iunij, *Miræus in Chronico Belgico ad annum* 888, *& Faſtis Belgicis hoc* 4 *Februarij, Sanderus de Sanctis Flandriæ lib.* 3, *Roſweydus in Annalibus Belgij ad annum* 864, *& paſſim plerique Scriptores: vt mirum ſit eum à Sauſſayo in Martyrologio Gallicano non æquè, atque S. Anſcharium, inſertum fuiſſe.*

non Brabantia

ſed moderna Flandria.

§ IV *Inueſtitura Archiepiſcopalis æuo S. Remberti à poſteris afficta.*

12 IN *Veteri ſcripto de Eccleſiâ Bremenſi, ſimul cum Adami Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ edito, hoc de* S. Remberto *elogium profertur, ſed non abſque condignâ cenſurâ prætereundum.* Beato, *inquit auctor,* Anſgario immediatè ſucceſſit B. Reimbertus, ſecundus Archiepiſcopus dictæ Eccleſiæ, quem B. Anſgarius commendauit, ſic inquiens: Dignior eſt Reimbertus dignitate Archiepiſcopali, quàm ego Archidiaconatus officio: qui Regem Daciæ baptizauit, & Eccleſiam Ripenſem fundauit, & quia plures infirmos, quos ibidem ſacro baptiſmatis fonte purificauit, etiam ab omni corporis ægritudine ſanauit. Ipſe etiam Regem Suetiæ baptizauit, & totum eius regnum in fide Chriſti ſolidauit, & ipſe inter cetera ſanctitatis miracula legitur tempeſtatem maris ſedaſſe, & hominem à dæmonio liberaſſe, ſcilicet Karolum filium Ludewici Imperatoris, nec non cæcum illuminaſſe per ſignum Crucis, quod Epiſcopali more faciebat. Etiam anno Pontificatus Domini Reimberti duodecimo Ludewicus Pius Cæſar obiit. Poſt cuius mortem multiplicata ſunt mala ſuper terram, ita quòd à Danis & Normannis vrbes cum ciuibus, Epiſcopi cùm cleris interfecti ſunt, & Eccleſiæ cunctæ incendio perierunt, Saxonia, Colonia, Aquiſgrani ciuitates ab iiſdem deſtructæ ſunt: Palatium, quod Karolus Imperator in Aquiſgrani gloriosè conſtruxerat, ſtabulum equis ſuis fecerunt. *Hæc ille auctor anonymus; cuius vltima pars totidem verbis refertur in Hiſtoriâ Archiepiſcoporum Bremenſium*, *ſcilicet* anno Domini Reimberti XII Ludouicum Pium Cæſarem magnum obiiſſe, *ac dein* multiplicata eſſe mala *&c. Quis vel tenuiſſimâ hiſto-*

C *Elogium S. Remberti ex veteri ſcripto:*

in eo Ludouicus Pius, cum filio & nepote confuſus.

riarum ſcientiâ imbutus, non continùs aduertit hæc tempora ineptè perturbari? Ludouicum Pium Imperatorem, *ſeu* Cæſarem, *cùm* Torholti *in ſtudiis* Rembertus *adoleſcens excoleretur, mortem obiiſſe anno* DCCCXL, *at* Ludouicum *filium eius* Regem Germaniæ, *patrem* Caroli Craſſi *à dæmonio liberati, ſuperuixiſſe ad annum Archiepiſcopatus S. Remberti* XII, *vitâ functum* V *Kalend. Septemb. anni Chriſti* DCCCLXXVI, *ſed quis eum* Pium *cognominauit*, Cæſarem *aut* Imperatorem *appellauit? Alius tum* Ludouicus, *filius* Lotharij Imperatoris, *Italiam cum Imperatoris titulo obtinebat, ad annum Chriſti* DCCCLXXV, *Archiepiſcopatus Remberti vndecimum ſuperſtes.*

AVCTORE G.H. D

13 *Similibus chartis confuſis videtur vſus Adamus, ex quibus hæc ſcribit cap.* 32. Pallium Rembertus Pontificale ſuſcepit à Papâ Nicolao, ferulam paſtoralem à Cæſare Luthewico, ſicut in priuilegiis dignoſci poteſt. Quæ autem ſequuntur, ex Vitâ eius excerpta ſunt. *quaſi priora in Vitâ non legerentur, poſteà intruſa: vbi num.* 6 *traditur,* Rembertum à Ludouico Rege *honorificè ſuſceptum fuiſſe* cum Pontificalis baculi iuxta morem commendatione, *ſcilicet* iuxta morem *ab interpolatore deſideratum, vt gratum beneficium præſtaretur* Henrico III Imperatori, *ſeu* IV Regi Germaniæ, *qui ab anno* MLVI *ad* MCVIII *per duos & quinquaginta annos imperauit, ab* Romanis Pontificibus *plurimo tempore diuulſus fœdo diſſidio, quo* Epiſcopos *&* Abbates *priuatâ auctoritate, quam* inueſtituram *appellant, conſtituit. De hac* inueſtiturâ *poſt Baronium, Bellarminum, alioſq; accuratè diſſerit Gretſerus noſter in Apologiâ Baronianâ cap.* I *& in* Βασιλικῷ δώρῳ *cap.* 5. *Ceterùm priuilegia Eccleſiæ Hamburgenſis & Bremenſis accuratè eruta ſtudio operâque Erpoldi Lindebrogij, extant cum Adami Bremenſis hiſtoriâ excuſa. In iis nullum eiuſmodi, quale adſtruitur ab Adamo, priuilegium reperitur. Aſt octo leguntur dicti* Henrici Imperatoris, *quibus plura confert beneficia* Archiepiſcopis Hamburgenſibus, Adalberto, *eiuſq; ſucceſſori* Liemaro, *ſuis intimis amicis, vti ſidem facit priuilegium Romæ poſt expugnatam Vrbem anno* MLXXXIII *datum, in quo ita loquitur* Imperator *de* Liemaro: *bello* Saxonico duabus pugnis grauiſſimis maximo periculo nobis adfuit; ſed & apud Sedem Apoſtolicam contra Hiltebrandum perturbatorem orbis (*contumelia hæc eſt contra Gregorium* VII *Pontificem Romanum*) magnis difficultatibus & anxietatibus legatione noſtrâ functus eſt, tribus vicibus ad expugnandam vrbem Romam & capiendam nobiſcum venerat. Huic ob fidem in nos tantam & voluntatem quàm optimam, Abbatiam Altene perpetuo iure poſſidendam tradidimus. *Vbi addit, ſe etiam* Adalberto eiuſdem Sedis venerabili Archiepiſcopo, viro eruditiſſimo, atque egregiè fideli, curtem Lieſmundi, complura alia prædia, Comitatus & donaria multa atque ornamenta contuliſſe. *Effuſus eſt in laudem dicti* Adalberti *Adamus toto lib.* 4, *quem cap.* 46 *& vltimo tradit*, Maiorem domus in Palatio *dicti* Henrici conſtitutum, à fidelitate *eius* nec minis nec blandimentis Principum reſcindi potuiſſe. *Imò quòd* Imperator *tum adhuc iunior* omnia conſilio Adalberti ageret, non tam illum, quàm hunc Archiepiſcopum culpandum iudicari, *traditur in Hiſtoriâ Archiepiſcoporum Bremenſium.*

Inueſtitura Epiſcopalis per Imperatores excogitata antiquitas,

E

adhærētibus Henrico 3 Archiepiſcopis Hamburgenſibus Liemaro,

& Adalberto,

F

14 *Anno* MLXXII *Adalberto ſubſtitutus Liemarus ad annum* MCI *ſuperuixit, cui tum ſuam Hiſtoriam inſcripſit ſæpe memoratus Adamus. Atqui poſt huius mortem Bremenſes adhæſiſſe Henrico Imperatori in fœdo inueſtituræ abuſu docet Ebbo in Vitâ antiquâ S. Ottonis Epiſcopi Bambergenſis lib.* 1. *cap.* 6, Hoc ſiquidem tempore, *inquit*, Eccleſia liberam electionem non habebat, ſicut poſteà ſub Henrico V, mediante piæ memoriæ Calliſto Papâ, actum eſt: ſed cùm quilibet Antiſtes viam vniuerſæ carnis ingreſſus fuiſſet, mox Capitanei ciuitatis illius annulum & virgam paſtoralem ad Palatium tranſmittebant; ſicque regia auctoritas, communicato cum Aulicis conſilio, orbatæ plebi idoneum conſticuebat Præſulem. Itaque cùm, vt diximus, virga paſtoralis & annulus Epiſcopi

oblatis illi annul & virga paſtorali.

A Bremenſis Imperatori offerretur; mox ille, acceſſito
AVCTORE G.H. vnicè dilecto ſibi Ottone, munera hæc ei conſeruanda tradidit. Poſt paucos verò dies rurſum annulus & virga paſtoralis Ruperti Babebergenſis Epiſcopi Domino Imperatori tranſmiſſa eſt. *Factum id anno* MCII, *cùm præcedenti obiiſſet Liemarus. At S. Otto tum deſignatus Bambergenſis Epiſcopus, initio paſſus eſt Imperatoris manu ſe inueſtiri; ſed animaduertens id contra Canones factum eſſe, religione tactus, noluit conſecrationem accipere, niſi* de manu Pontificis Romani annulum & baculum *acciperet, vt ibidem legitur cap.* 10. *Hæc de* inueſtiturâ *illa à* Bremenſibus *tum vſurpari ſolitâ: & Actis S. Remberti intrius̃cum ſubſcriptionibus* XIX Epiſcoporum *à dicto* Adalberto *ordinatorum, &* Gronlandorum, Iſlandorum, Scricfindorum *aliorumq; populorum nominibus, diu poſt ejus* SS. Anſcharij *&* Remberti *repertorum. Adamum, hactenùs refutatum, vſitato ſibi more deſcripſit Albertus Stadenſis ad an.* 865 *totidem verbis*: Pallium Pontificale ſuſcepit à Papâ Nicolao, ferulam paſtoralem à Cæſare Ludouico. *Krantzius verò lib.* 2 *Metropolis cap.* 2 *nomine Cæſaris ſublato, alteram partem modeſtè emendatam, ſic explicat:* Ferulam, *inquit*, paſtoralem, hoc eſt, inueſtituram feudalem, à Ludouico Rege Germaniæ ſuſcepit. *Verùm vltra temporale dominium, intelligi Eccleſiaſticam aliquam iuriſdictionem ab Imperatoribus arrogatam ſibi vindicatamq; ex antè dictis manifeſtum eſt.*

nõ abſque iuriſdictione Eccleſiaſticâ.

B

§ V *Templa & cœnobia à S. Remberto erecta. Conuerſiones Gentium.*

15 *Inter alia act.* Eccleſiaſtica, *quibus interfuit* Rembertus, *cenſeri poteſt* dedicatio eccleſiæ S. Mariæ in Hildenesheim, *factæ* anno DCCCLXXII, Indictione V, à venerabilibus Epiſcopis Alfrido eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, & Rimberto, atque Theodrico, ſed & Luithardo, cum interuentione religioſi Abbatis Adalgarij, monachorumq́ue & Canonicorum, *vti referunt Annales Hildesheimenſes tomo* 3 *Scriptorum hiſtoriæ Francorum.* De Altfrido *egimus hoc die ad Vitam B. Rabani: Vitam* S. Theodorici Epiſcopi Mindenſis *dedimus* 11 *Februarij:* De Luithardo Epiſcopo Paderbornenſi & Adalgario *Abbate Corbeienſi infrà agimus cap.* 4 *& ſequentibus.*

S. Rẽbertus conjecrat cum aliis eccleſiam Hildesheimenſem:

16 Ceterùm, *teſte Adamo, cap.* 37, præcipuam Rembertus curam egit Hamburgenſis cathedræ, tam Fratribus quàm pauperibus opportuna miniſtrans ſolatia, omniſimq́ue diſtrictam ſollicitudinem habens, & quatuor à deceſſore Anſchario fundatis cœnobiis, quintum ipſe *addidit* in ſolitudine Bukkin, *aliis* Buckin, Bucken & Buckum *dictâ. Adamus deſcribitur ab Alberto ad an.* 882, *Krantzio cap.* 11 *libri* 2 *Metropolis, in Annalibus antiquis cum Adamo editis, & in Hiſtoriâ Archiepiſcoporum Bremenſium, in quâ* conuentualis eccleſia *vocatur* cum Præpoſiturâ & Canonicis ſecularibus, quos ibi regulariter viuere præcepit Rembertus, ad honorem Dei & S. Materniani Confeſſoris. *Fuit hic* Epiſcopus Remenſis, *cuius aliquas reliquias ab* Ebbone S. Anſchario, *aliquas etiam ab* Hincmaro Ludouico Regi Germaniæ *donatas fuiſſe, docuimus ad* Vitam S. Anſcharij § 13. *Ad hanc* Buccenſem Præpoſituram *Bremâ nauigio deuectum* Alebrandum Archiepiſcopum, *in eâque febri extinctum fuiſſe tradit Adamus lib.* 3 *cap.* 63. *Mentio eiuſdem monaſterij fit in Priuilegiis S. Henrici & Frederici Imperatorum datis anno* III, XIV, & CLVIII *ſupra milleſimum.*

extruit monaſterium Buccenſe:

C

17 *Helmoldus in Chronico Slauorum lib.* 1. *cap.* 6 *miratur* Sclauos *vicinos, ſeu* Wandalos, *aut* Winulos, *à* SS. Anſchario & Remberto *neglectos fuiſſe: quod* duritiæ illius populi *adſcribit;* non autem *horum* prædicatorum torpori, quibus animus circa vocationem Gentium adeò fuerit affectus, vt nec opibus, nec vitæ peperco-rint. *Quod autem* S. Rembertus *per ſe non potuit efficere, per ſuos cooperatores Corbeiæ nouæ monachos præſtitit.* Tradit enim, *apud eundem Helmoldum*, veterum antiqua relatio, temporibus Ludouici ſecundi (*qui ab anno* LXXVI *ad* LXXXII *iſtius ſeculi regnauit*) egreſſos fuiſſe de Coruciâ monachos ſanctitate inſignes, qui Sclauorum ſalutem ſitientes, impenderunt ſeipſos ad ſubeunda pericula & mortes pro Legatione verbi Dei. Peragratiſq́ue multis Sclauorum prouinciis, peruenerunt ad eos, qui Rani, ſeu Rugiani dicuntur, & in corde maris habitant. Prædicantes itaque verbum Dei cum omni fiduciâ, omnem illam inſulam lucrati ſunt, vbi etiam oratorium fundauerunt in honorem Domini ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & in commemorationem S. Viti, qui eſt Patronus Coruciæ. *Hactenùs Helmoldus. De* S. Vito *eiuſq; ad Corbeienſes tranſlatis reliquiis agemus* XV *Iunij. Dicta autem inſula maris Balthici notiſſima etiamnum,* Rugia *appellatur.*

collaborat in conuerſione Sclauorum

per monachos Corbeienſes.

D

18 *Exclamant Adamus cap.* 37 *& Albertus ad annum* 878, quia vaſtatio Normannorum vel Danorum exceſſit omnem crudelitatem, eò plus mirum videri, ſanctos Dei Confeſſores Anſgarium & Rembertum per tanta pericula maris & terræ illas gentes adiiſſe & prædicaſſe, ante quarum impetus nec armati Reges aut potentes Francorum populi ſubſiſtere potuerunt. *Ex elogio S. Remberti ex vetere ſcripto Eccleſiæ Bremenſis ſuprà dato,* Rembertus Regem Daciæ, *ſeu* Danorum, & Regem Suetiæ baptizaſſe *dicitur*, & totum *huius* regnum in fide Chriſti ſolidaſſe. *Epiſtolam* Nicolai Papæ *ad* Horicum Regem Danorum *dedimus* III *Februarij, ex quâ conſtat hunc Chriſtiano nomini fauiſſe, verùm fidem nondum ſuſcepiſſe; quod tamen adſtruunt Adamus cap.* 28 *& Albertus ad annum* 858, *docentes eum à* S. Anſchario ita placatum eſſe, vt Chriſtianitatem ipſe ſuſciperet. *Quod iſtic mirum videri diximus, nuſquàm in* Vitâ S. Anſcharij *aut* Remberti *legi.*

& Danorum:

an horum & Succorum Reges conuerterit

E

§ VI *Victoria precibus S. Remberti impetrata.*

19 BAuonem, *ſeu* Bononem, Corbeiæ Saxonicæ Abbatem *ſextum, qui octo poſt obitum* S. Remberti *annis viuere deſiit, diximus ſuprà Acta ſui temporis illuſtriora ſcripſiſſe: quæ fragmento aliquo prolato, Adamus lib.* 1, *cap.* 35 *commemorat:* Nec incongruum, *inquit*, videtur, quoniam de perſecutione diximus, quæ tunc latè efferbuit in Eccleſias, grande miraculum per merita S. Remberti Freſonibus oſtenſum tangere, quod Scriptor Geſtorum eius neſcio cur omiſerit. Sed Bono Corbeienſis Abbas de ſui temporis Actis ſcribens, non reticuit, dicens: Cùm modernis temporibus grauis barbarorum irruptio in omni penè Francorum regno immaniter debaccharetur, contigit etiam eos Diuino iudicio ad quemdam Friſiæ pagum deuolui, qui in remotis ac mari magno vicinis locis ſitus eſt, Norduide hunc appellant, quem ſubuertere aggreſſi ſunt. Erat enim illic eo tempore venerabilis Epiſcopus Rimbertus, cuius adhortationibus & doctrinis confortati & inſtructi Chriſtiani, cum hoſtibus ſint congreſſi, & proſtrauerunt ex eis decem millia trecentos ſeptuaginta ſeptem, pluribus inſuper, dum fugâ præſidium quærunt, in tranſitu fluuiorũ necatis. *Hæc ille. Addit Adamus:* Cuius rei miraculo vſque hodie (ducentis circiter pòſt annis) merita S. Remberti penes Friſones egregia, & nomen eius ſingulari quodam gentis colitur deſiderio; adeò vt collis, in quo Sanctus orauit, dum pugna fieret, perpetuâ ceſpitis viriditate notetur. (& lapis, *vt additur in Hiſtoriâ Archiepiſcoporum Bremenſium*, in quo genua flectens brachia poſuit, iuxta Oſlinge veſtigium oſtendat) Nordmanni plagam, quam in Freſiâ receperunt, in totum Imperium vlturi, cum Regibus Sigafrido & Gotafrido per Rhenum & Moſam & Scaldam fluuios Galliam inuadentes, Chriſtianos obtruncarunt, ipſumq́ue Regem Carolum bello petentes, ludibrio noſtros habuerunt. *Hæc Adamus. De* Godefrido *filio* Heriolti

Cæſi Normanni 1037.

F

orante S. Remberto,

celebri apud poſteros memoriâ:

Atiolti Regis, *cui* Carolus Craſſus *datâ in vxorem* Lotharij Regis *filiâ* Giſlâ, Friſiam *conceſſit, vti & de* Sigefrido *egimus* § 9 *ante* Acta S. Anſcharij.

20 *Eamdem ex Adamo deſcribunt precibus* S. Remberti *obtentam victoriam Albertus Stadenſis ad annum* 876, *Krantzius lib.* 2 *Metropolis cap.* 10 *& pluribus in Hiſtoriâ Martyrum Ebbeckſtorpienſium poſt Indicem huius Metropolis excusâ, Vbbo Emmius lib.* 5 *Hiſtoriæ rerum Friſicarum anno* 880, *Bernardus Furmerius lib.* 6 *Annalium Friſiorum, Martinus Hamconius de viris Friſiæ illuſtribus in S. Remberto: qui omnes, cum Auctore hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium, ſuprà memoratam* Nordwidam, *iam* Nordam *dici volunt, quam etiam* Norduicum: *appellatam Furmerius ſuprà & Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij ad* XI *Iunij obſeruant. Eſt autem* Norda *caput Norwidæ, ſeu Norderlandiæ regionis, ſedes Nordani populi, Embdæ ambitu par aut maior, pulchritudine, opibus, cultu haud dubiè proxima, quamquàm mœnium expers,* XII *paſſuum millibus rectà in Boream recedens, intimoq; in ſinu æſtuarij Oceani Germanici ſita t à quâ non procul viſitur vicus* Oſterloech, *fortaſſe* Oſſinge, *locus oratione* S. Remberti *illuſtris: ad cuius diœceſim tota ea regio pertinebat.*

an in ditione Nordanâ Friſia Orientalis.

21 *His non obſtantibus in aliam quamdam opinionem alliciunt Annales Fuldenſes ad annum Chriſti* 876; *in quibus ita*
B *legitur:* Friſiones, qui vocantur Occidentales, cum Normannis dimicantes, victores extiterunt; omneſque theſauros, quos Normanni plurima loca ſpoliando congregauerant, abſtulerunt atque inter ſe diuiſerunt. *Erat autem tum* Friſia Occidentalis, *quæ deinde ſeu à Danorum prouinciâ, ſeu aliâ de cauſſâ nomine accepto, Hollandiæ dicta, veteris* Friſiæ *partem includit tranſrhenanam, in quâ etiamnum* Weſtfriſiæ *nomen celebratur. Viſitur iſtic* Norduicum, *vltra antiquum Rheni alueum, Scriptori Saxonico* in remotis ac mari magno vicinis locis, *eâ de cauſſâ* Norduicum ſupra mare *cognominatum, circiter* V *millia paſſuum a Lugduno Batauorum diſſitum, & Normannorum irruptioni continenter expoſitum: vnde etiam plagam hic acceptam vlturi, per Rhenum, & vicina Moſæ Scaldiſq; oſtia Galliam ingreſſi, crudeliſſimè Chriſtianos obtruncarunt, potiſſimum anno* DCCCLXXXI *& ſequente, vt paſſim Francorum Scriptores coæui deſcribunt, & nos attigimus ad Vitam S. Anſcharij* § 9.

num verò Norduici in Friſiâ occidentali ſeu Hollandiæ?

§ VII Ætas, & annus obitus S. Remberti.

22 *NVlla in Actis mentio ſit annorum S. Remberti, vt mirum non ſit in variis à diuerſis abitum eſſe ſententias. Ex his ſuprà reiecimus Tritthemium, qui* nouem annos *eum* rexiſſe Eccleſiam Bremenſem *ſcripſit. Cypræus lib.* 1 *Annalium Eccleſiæ Sleſuicenſis cap.* 4 annos nouemdecim *eum*
C præfuiſſe *ſcribit; ſed malè habitâ annorum collectorum ratione. Nam ab anno illius ſeculi* LXV *ad annum* LXXXVIII, *(neceſſariò viginti tres intercurrunt)* Archiepiſcopum vixiſſe *affirmat, quos meliùs collegit Lambecius in Originibus Hamburgenſibus. Meyerus in Annalibus Flandriæ ad annum* 887 *eius obitum refert, calculo Gallorum à Paſchali feſto ſuos annos incipientium excuſandus, ſi menſe Februario & non Iunio mortem Rembertus obiiſſet. Accuratè ergo Adamus tradit ca.* 38 obiiſſe *eum* anno Domini DCCCLXXXVIII Indictione VI; depoſitionem *autem, vt ſuprà docuimus,* celebrari III Idus Iunij. ſediſſe, *vt cap.* 32 *idem affirmat,* annos XXIII; *vtpote electum* IV *Februarij anni* DCCCLXV. *Adamii ſequuntur Albertus, Krantzius & paſſim alij.*

vixit Archiepiſcopus, non 9 *aut* 19. *ſed* 23 *annos:*

defunctus non anno 887 *ſed* 888?

23 Senio grauari cœpit *infrà in actis nu.* 27, *cũ* apud Ludouicum ſeniorem (*anno* 876 *vitâ ſunctum*) obtineret Coadiutorem Adalgarium, *vt quinquagenario maiorem tum fuiſſe exiſtimemus. Fuerit in lucem editus anno eius ſeculi* XX *aut circiter; dein annos natus* XII, *inter ceteros ſcholares pueros* penè minimus *à S. Anſchario in Clerum, dato illi cum tonſurâ Eccleſiaſtico habitu, aſſumptus, cum is Archiepiſcopus Hamburgenſis conſecratus, Turholtum ſibi donatum primò luſtraret circa annum* DCCCXXXII. *Annos proinde* XLV *natus ad Archiepiſcopa-*

natus circa an. 820,

vixit circiter 68 *annos.*

lem dignitatem fuerit promotus & LXVIII anno ætatis D *meritis plenus, migrârit è vitâ.*

VITA

Auctoribus monachis Corbeienſibus,

Ex variis MSS.

CAPVT I

Archiepiſcopatus Hamburgenſis inſtitutus. S. Remberti in Clerum adoptatio.

1 SCripturi Vitam cum omni ſemper veneratione memorandi Remberti Pontificis, quæ officij eius primitus occaſio fuerit, aut quem ad hoc inſtitutorem vel conuerſationis Præfectum habuerit, ſeu qualiter ad hoc electus deinceps vixerit, inquantùm hæc comperimus, fideliter enarramus. *Prologus*

2 Cum Imperator *a* Ludouicus regni Francorum monarchiam teneret, auctori ſublimationis ſuæ Deo, E talem deuotè vicem reddere curauit, vt Eccleſiæ Dei, In regno eius conſtitutæ, decenti vigore *b* proficerent, ſeruorum quoque & ancillarum Dei ſtatus cum honoris incremento latiùs ex creſceret. His eius aſſiduis meditationibus ex Diuinâ inſpiratione ſubintrauit etiam memoria, qualiter ſereniſſimus pater ſuus Karolus, cognomento Magnus, gentem Saxonum eotenùs infidelem ad fidem Chriſti conuerterit, vſque adhuc, ordinatis per ipſam prouinciam ſufficienti numero Epiſcopis, & Sedibus eorum prouidè diſtributis, extremam ad plagam Aquilonarem eiuſdem prouinciæ partem ad hoc reſeruauerit, vt ibidem Archiepiſcopalis conſtitueretur Sedes: vnde prædicatio verbi Dei finitimis fieret populis *c* Sueonum, Danorum, Northwehorum, Farriæ, Gronlandan, Illandan, Scrideuindam, Sclauorum, nec non omnium Septemtrionalium & Orientium nationum, quocumque modo nominatarum, qui paganicis adhuc erroribus inuoluuntur. Sed ad hoc opus conſtructa eſt tantùm & dedicata Hammenburgenſis Eccleſia in confinio Danorum & Sclauorum, in extremis videlicet partibus Saxonum, inter eos qui dicuntur Nordalbingi, & vnà cum incolis locorum, eadem Eccleſia iuſſu eiuſdem glorioſi Imperatoris Karoli ad gubernandum eſt Presbyteris commiſſa: donec F opportuno tempore, deputatis priùs ad locum epiſcopalibus ſufficientius, Archiepiſcopum ibidem faceret conſecrari. *a* *b* *c* *Caroli Magni decreto.* *ecclaſia Hamburgi extructa*

3 Ipſo autem ante huius effectum voti ex hac vitâ ſublato, piiſſimus filius eius iam dictus Ludouicus cum fidelibus ſuis hanc eius intentionem retractans, Anſcharium ſummæ ſanctitatis virum, vt pater decreuerat, priuilegij Archiepiſcopalis & ordine & nomine ſublimari, & iam dictæ nouellæ Eccleſiæ rudibuſque adhuc in fide populis Rectorem, ac gentibus, vt dictum eſt, necdum fidelibus erogatorem verbi diuini fecerat ordinari. Cuius à pueritiâ in Dei timore conuerſationem, vel cum ætatis proceſſu virtutum incrementa, aut quantis indiciis præmonſtratum ſit pontificâtus & prædicationis eius officium, & quomodò per Sedis Apoſtolicæ priuilegia eius omnis ſit cauſſa munita, ſtudiumque eius & profectum in lucrandis Deo animabus, quas vel in fide roborare, vel de paganiſmo ad Chriſtianitatem ducere quotidiè ſatagebat, quiſquis ſcire cupit, legat libellum Vitæ eius, & quantæ ſanctitatis vir ipſe fuerit perpendet. Nos nunc de ſanctitatis eius imitatore ſimul & dignitatis ſucceſſore Remberto ſcripturi, qualiter primò ei cognitus ſit & conſequenter adſcitus, hinc iam loqui incipiemus. *Ludouicus Pius præfecit Archiepiſcopũ S. Anſcharium:*

AVCTORIBVS MONACHIS CORBEIENSIBVS EX MSS.

4 Cùm iam prædictæ nouiter inſtitutæ Hammenburgenſis Eccleſiæ termini eſſent anguſti, & ad tantum officium, quod Epiſcopo eius iniunctum diximus, ſumptus ex illius pertinentiis collecti non ſufficerent, ipſoſque, qui prouenire poſſent, reditus frequens hoſtilis irruptio diriperet; ne per hoc vir Dei impediretur à prædicationis officio, quod in Geſtis eius Legatio ad Gentes vocari ſolet; memoratus Imperator Ludouicus quamdam in Galliâ cellam, *d* Turholt vocatam, eidem Legationi tradidit perpetuò ſeruituram. Quodam autem tempore Dominus Epiſcopus ibidem degens, aſpexit quoſdam pueros ioco & inanibus curſibus ad *e* eccleſiam feſtinare: quorum quidam inter ceteros penè minimus grauiter incedens, & pueriles leuitates ſollicitè deuitans, orationem cum reuerentiâ & timore peregit, ſurgenſque ſigno Crucis frontem muniuit &, quaſi maturioris ætatis eſſet, ſuam per omnia continentiam exhibuit. Animaduertit ergo vir Dei ſacram religioſi pueri infantiam Diuinæ iam ſeruitutis amore flagraſſe, accitiſque ad ſe parentibus eius, nomen pueri, quod Rembertus vocaretur, edidicit: & conſenſu eorum accepto, tonſuram ei & eccleſiaſticum habitum impoſuit. Sicque eum ibidem paternâ ſollicitudine commendans, ſtudiosè erudire præcepit, pauciſque diebus tranſactis inde diſceſſit, & ſuſcepti paſtoralis officij ſuæque ad Gentes Legationis inſtanter operam egit.

A *à quo in monaſterio Torholtano*

d

e S. Rẽbertus, puer pius,

in Clerum adſciſcitur,

B

5 Poſthæc puer iam Deo dilectus, magis magiſque in grauitate proficiens, & diſcendis liberalibus diſciplinis ardenter inſtabat, & inter hæc orationibus, ceteriſque bonarum rerum occupationibus aſſuetus, in paucis annis omni maturitate & ſcientiâ virtutum perfectus emicuit: & iam tunc iuxta Pſalmiſtam concaluit cor eius intrà ipſum, & in meditatione eius exarſit ignis, inuenire cupientis, quid ei in hac vitâ conſiſtenti exequi maximè prodeſſet. Cui talia meditanti occurrit iuxta quemdam *f* ſapientem primam philoſophiæ definitionem meditationem eſſe mortis, idque toto pectore *g* exhauſit, vt omni vitæ ſuæ tempore, hanc ſummam ſapientiæ conſequi niteretur: quatenùs tempore mortis ſuæ de neglectu præmeditationis eius non contriſtari, ſed potiùs per obſeruationem Scripturæ admonentis & dicentis, In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis; quantùm humanæ conditioni poſſibile eſſet, de peccatorum vel cautelâ vel remiſſione ſecurus lætificari mereretur.

Pſal. 38. 4

inter ſtudia

f

g meditationi mortis deditus.

Eccli. 7. 40

a *Ab anno* 814 *ad* 840.

b *MS. Colonienſe*, perficerentur.

C c *De hac ad Aquilonares populos Legatione ante Acta S. Anſcharij* § 12 *egimus, oſtendimuſq; Acta & S. Anſcharij & S. Remberti in MSS. Germanicis interpolata eſſe: intruſis locis, ad quæ ea Legatio vndecimo ſeculo extenta fuit. Quare hunc locum ex Decretis Pontificijs Gregorij* IV *& Nicolai* I, *atque ex genuinis Actis S. Anſcharij codicum MSS. S. Germani de Pratis & Corbeia Francica, ita emendamus:* Prædicatio verbi Dei finitimis fieret populis Sueonum ſiue Danorum, nec non etiam Sclauorum, vel in ceteris, vbicumque illis in partibus conſtitutis *&c. Singula etiam infarta nationes dicto* § 12 *exponuntur.*

Locus de Legatione interpolatus

emẽdatur.

d *Torholtum in modernâ Flandriâ prope Brugas, de quo actum* § 5 *ante Acta S. Anſcharij.*

e *MS. Bodecenſe*, eccleſiaſticum habitum.

f *Plato in Phædone huic non abſimile apophthegma profert.* Οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι. Qui rectè philoſophantur, mortem meditentur.

g *Colon.* intraxit.

CAPVT II

Familiaritas. S. Rembertij cum S. Anſchario. Sanctitas oſtenſa.

6 VEnerandus igitur Præſul, qui eum Diuino mancipauit ſeruitio, ſicut in Geſtis vitæ eius legitur, quæ illi ventura, vel ab ipſo gerenda erant, penè omnia vel per *a* ſomnium vel per intimam reuelationem in mente prænoſcere & præordinare ſolebat. Quæ autem ipſa fuerit intima in mente reuelatio, ſcriptores Vitæ eius tale quid eſſe arbitrantur, quale in Actibus Apoſtolorum ſæpius replicatur: Dixit autem Spiritus illi, vel illi diſcipulo. Vnde non eſt diffidendum, quòd vir Dei non ex euentu, ſed Diuinæ admonitionis attactu, quem occultiori ſenſu, vtpote vir ſpiritualis, in animâ percipere ſolebat, hunc felicem, de quo loquimur, puerum cum tantæ paternitatis affectu Diuinis aſciuerit miniſterijs: quin potiùs in tenore conuerſationis & modo, quo ſemper deinceps apud illum tractatus & habitus eſt, veriſimile videtur, quòd euidenter à Deo ſit ei reuelatum, quia ſucceſſor illi in Epiſcopatu futurus fuiſſet. Nam cùm primò in diſcendis artibus & diſciplinis ſcholaribus diſtrictio Magiſtrorum ei remitteretur, quod vſitatâ locutione egreſſum de ſcholâ dicimus; mox eum Dominus Epiſcopus indiuiſibilem ſuæ legationis comitem eſſe conſtituit, venientemque de præfato, in quo eum nutriendum commendauit monaſteriolo, cum gaudio ſuſcepit, conſciumque ſuorum in omnibus permiſerat eſſe geſtorum; in quibus ipſe Deo cum omni pietate, ſiue occultè ſiuè manifeſtè famulabatur.

D

a Reuelatione S. Anſcharij factâ, Act 8. 10 & 11.

præſcitus in Epiſcopatu ſucceſſor,

comes Legationis aſſumitur;

7 Denique cùm quodam die iuxta morem ſimul aſſiſterent ad orationem, iamque ſupplicatione finitâ egredi de eccleſiâ pararent, quaſi ſecretioris gratiæ munus in diſcipulo Pontifex agnoſcens, eum his verbis alloquitur: Oportet te, inquit, fili Remberte, ſemper illi gratias agere, qui de turbidis ſeculi fluctibus ad portum quietis te vocauit: ad quem quia video indubitanter te animum applicare, fateor amoris tui me affectu flagrare, eamdemque dilectionem finetenùs ex meâ parte circa te durare non dubites. Cui ille reſpondens: Indignus ſum, inquit, Domine, tantâ gratiâ tuâ: quia tamen hanc in me oſtendis clementiam, meritis tuis apud Deum id obtineri depoſco, vt in futurâ vitâ præmiorum tuorum conſortium adipiſcar. Tunc ſanctus Epiſcopus (cuius mentem gratiâ Dei ſæpius illuſtrari diximus, ad prænoſcenda, quæ illi futura eſſent) his verbis digniſſimi Remberti nullum quidem ad præſens dedit reſponſum, tertiâ verò die tranſactâ, ipſo iam ſollicitudine fatigato cogitationum, quare ſcilicet ad hanc petitionem ſuam reticuerit Epiſcopus, talem ei reddidit conſolationem: Iam, inquit, obtinui à Domino, vt in futuro ſeculo, ſicut petiſti, ab inuicem non ſeparemur: vbi ita æternæ beatitudinis participes erimus, ſi noſtrâ nos virtute ad hanc pertingere poſſe non præſumamus, quod eſt reatus ſuperbiæ, per quam ceciderunt, qui operantur iniquitatem: nec rurſum deſidiâ torpentes obliuiſcamur, quod dicitur: In Deo faciemus virtutem. Sed quotidiè ſtudeamus, vt bonum opus, ſicut admonet B. Gregorius, habeatur nobis in voluntate: ac ſic conſequenter confidamus, quia iuxta eumdem Doctorem ex adiutorio Diuino erit in perfectione. Si autem quem mouet, hanc trium dierum dilationem ad hoc reſponſum feciſſe Epiſcopum, meminerit nos prædixiſſe mentem eius à gratiâ Dei ad prænoſcenda futura ſæpius illuminari: de quo tamen his ipſis, quæ ſubiecta ſunt, verbis in eius ita ſcriptum habetur Vitâ. Ad omnia ergo, quæ fortè præcipua definire debebat, ſpatium cogitandi habere volebat; nec quicquam temerè diſponebat, antequàm gratiâ Dei illuſtratus, in mente ſuâ ipſe ſentiret quid meliùs eſſet. Sicque ſupernâ viſitatione certificatus in mente ſine cunctatione, quæ agenda erant, diſponebat. Hæc de *b* Vitâ eius idoneè nos inſeruiſſe lector intelligat, vt ex hoc teſtimonio comprobaretur, nihil eum ad petitionem huius ſanctiſſimi diſcipuli ſui Remberti reſpondiſſe, niſi quod triduano ſpatio menti eius Spiritus ſanctus infudit, iuxta ſententiam, quam etiam ſuperiùs de Actibus

B

intimè amatus,

potens eius in cælo fruì conſortio.

certior fit,

F

Pſal. 59. 14

triduo precibus fuſis.

A bus Apoſtolorum protulimus.

8 Accedit etiam ad præſagium virtutum beati viri viſio quædam, de ipſo reuelata procuratori Antiſtitis primâ mox nocte aduentus eius Hammenburg, cùm ipſe adhuc in primâ ætate adoleſcentiæ fuiſſet. Videbatur enim eidem procuratori, conſpexiſſe ſe ipſum Rembertum ſedisſe in faſtigio oratorij, ſignumque Eccleſiæ vnum, quod nos *c* cloccam vocamus, in cælo apparuiſſe, à quo ligamen lineum, vt aſſolet, in modum funis demiſſum vſque ad ipſum dependeret Rembertum: per quod ipſe idem ſignum hilariter traxiſſe, & ſono eius dulciter delectatus eſſe videbatur. Cui ſomnio congruam ex diuinis Scripturis interpretationem reperimus. Præcipitur Moyſi à Domino, vt inter alia veſtis ſacerdotalis myſtica indumenta, hæc etiam fiant; Deorſum, inquit, ad pedem eiuſdem tunicæ per circuitum quaſi mala Punica facies ex hyacintho & purpurâ & coccobis tincto & byſſo retortâ, mixtis in medio tintinnabulis. Quare ergo hîc tintinnabula adiungi præcepta ſint, inferiùs oſtenditur. Vt audiatur, inquit, ſonitus, quando ingreditur Pontifex ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur. *d* Sacerdos ingrediens vel egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non audiatur, quia iram contra ſe occulti Iudicis exigit, ſi ſine prædicationis ſonitu incedit. Quia igitur futurum erat, vt ſummo Eccleſiæ gradu conſcenſo, vir Domini ornamentis ſpiritualibus eniteret; vt etiam prædicationis officium inſigniter egiſſe probaretur, rectè in faſtigio templi, quod ſignificat apicem Pontificalem, cum doctrinæ ſuauiſſimo & cælitus attracto ſonitu ad conuocandam ſeruitio diuino ſacram Chriſti plebem ſedisſe videbatur: hoc enim in huius oſtenſione viſionis perſonans, attractu eius ſignum cæleſte ſignificare poteſt, quod in veſte Pontificis tintinnabula monſtrare probantur.

ob viſionē de eo factā.

c

Exodi 28

explicātur in veſte Pontificis

d tintinnabula,

B

9 Qualiter etiam cetera, quæ de Scripturâ ſacrâ propoſuimus, ſacerdotalis habitus ornamenta ſpiritualiter in ſe ſemper exhibuerit, ad profectum ſimul & imitationem legentibus exponere iudicauimus. Malis itaque Punicis vtebatur, in quibus multa interiùs grana vno foris cortice teguntur: quia ipſe ſemper multifariam virtutum operationem vno caritatis munimine vndiqueuersùm tectam geſtabat. Hæc autem mala punica ex purpurâ & hyacintho & cocco bis tincto & byſſo retortâ erant: quæ cuncta illi aptiſſimè conueniunt. Omni enim deſiderio ſemper quærebat cæleſtia, quæ per hyacinthum ſignificantur: pro nomine Chriſti vſque ad martyrium paratus, quod intelligitur in purpurâ: amore Dei flagrans & proximi, quod per coccum bis tinctum exprimitur. Sicut byſſus de terrâ eruta longo exercitio ſiccandi, tundendi, purgandi, coquendi, & nendi graminem ſolet perdere & candidum in ſe recipere colorem; ita ipſe cum magno continentiæ labore quaſi natiuum exſudans humorem, ad decorem dignæ Deo puritatis, ſolerti ieiuniorum, & vigiliarum, & orationum, & lectionis, patientiæ & humilitatis inſtantiâ peruenit. Quibus omnibus tintinnabula habuit permixta: quia rarò aliud ab illo, quàm prædictarum virtutum ſuauiſſimus ſonitus audiebatur, qui rurſum operum eius ſublimitate audientium mentibus commendabatur: ſicut & ſequens de illo huius opuſculi textus manifeſtiùs oſtendet.

mala Punica,

hyacinthus, purpura,

C

coccus bis tinctus, byſſus.

a *Potiſſimùm capp.* 1, 2, 4, 12, *&* 16. *Certè num.* 69 *ita legitur:* Dominus ſeruum ſuum *Anſcharium*, non iam, vt prius per ſomnium, ſed apertius conſolari dignatus eſt.

b *Hæc in Actu S. Anſcharij omiſit Rembertus, quòd ad ſuam ſpectarent laudem.*

Clocca c Clocca, *pro Campanâ, etiam in Vitâ S. Anſcharij legitur nu.* 50, *vbi de eâ egimus.*

d *Ea deſcripta ſunt ex lib.* 2. *Curæ Paſtoralis S. Gregorij Magni cap.* 4.

CAPVT III

Anima, eius ieiunio, ex Purgatorio liberata. Obitus S. Anſcharij.

AVCTORIBVS MONACHIS CORBEIENSIBVS, EX MSS.

10 CVm adhuc eſſet in obſequio deceſſoris ſui Domini Anſcharij, apparuit ei Presbyter Arnulphus iam diu defunctus, & percunctanti de eius causâ in alterius ſeculi vitâ, dolenter reſpondit: Ego, inquiens, dum adhuc in carne eſſem, negligenter de animæ meæ agebam ſalute, grauitatem perſonæ meæ competentem non ſeruans, otio ſæpius vacans, & aliquando etiam in indicto ieiunio carnem manducans, aliaque ſimiliter interdicta in eſcâ & potu frequenter vſurpans, pro talibus commiſſis indignus fui hactenùs ad præſentiam Dei venire. Si tua, ait, fraternitas pane & ſale & aquâ contenta, à ceteris victualibus abſtinentiam quadraginta diebus pro me facere vellet, credo dein me per Dei miſericordiam ab huius repulſionis meæ ſententiâ ſiue pœnâ liberari. Cui cùm ipſe, vt ei videbatur, ita polliceretur ſe facturum eſſe, expergefactus de ſomno, mox vt Epiſcopum alloqui potuit, viſionem omnem ei expoſuit: acceptoque ab eo conſilio, toto ſpacio quadraginta dierum nullo cibo alio vel potu vſus eſt, niſi pane tantùm & aquâ. Eodem tempore tanto dolore dentium fatigabatur, vt ipſis ſibi panem ad reficiendum *a* commoli ſuſtinere non poſſet. Quamobrem ipſum panem comminutatim terendo, ſeu manibus confricando, in ipſam aquam commiſcebat, & ad leuamen dentium quodammodò inſtar pultis emolliebat: in quo etiam ad augmentum abſtinentiæ ea, quæ in ſimplici decoctione panis eſſe poſſent, plurimùm defecerunt, & vis ſcilicet alimenti & ſuauitas ac delectatio ſaporis. Expletis autem diebus iſtius abſtinentiæ, ipſe Presbyter, pro quo hæc agebantur, per viſum apparuit cuidam fœminæ, quæ multis diebus paralytica iacebat, nomine *b* Helahvvih: cui longa quidem infirmitas membra grauauit; ſed tamen, vt de *c* quodam B. Gregorius dicit, ipſa infirmitas eadem membra à bono opere non ligauit: quotidie enim ad Eccleſiam ſe deportari faciens, verbum vitæ ibidem delectabatur audire, hymniſque & laudibus, prout potuit, die noctuque vacare. Huic, vt dictum eſt, per viſum apparens Presbyter memoratus, famulo Dei Remberto gratias referri petiuit de parſimoniâ pro eius ſaluatione exactâ: & intantùm ſibi profeciſſe mandauit, vt abnegatum ſibi priùs ad F conſpectum Dei acceſſum, & aulæ cæleſtis introitum, per hanc condonatum conſtaret. Ipſe verò Rembertus inter eos, inquit, adſcribetur, de quibus dicitur: Fulgebunt iuſti, & tamquàm ſcintillæ in arundineto diſcurrent; & de quibus Pſalmiſta: Ibunt de virtute in virtutem. Iſtiuſmodi viſionibus vir Dei nil vnquam animo extolli ſolebat, ſed per humilitatis tutiſſimam ſemper viam incedens, ita quodammodò virtutum gradus quotidie aſcendit, vt ſæpè dictum ſemper attendere videretur B. Gregorium dicentem: Vnuſquiſque noſtrûm, fratres, magnus eſſe ſtudeat, ſed tamen magnum ſe quodammodò eſſe neſciat, ne, dum ſibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat *d*.

Vt ex purgatorio Presbyterū liberet,

40 diēs pane & aquâ victitat:

B

a dolore dentium vexatur:

b

c

viſionibus non offertur.

Sap. 3. 7

Pſal. 83. 8

Hom. 7 *in* Euang.

d

11 Quamdiu ergo fuit in corpore vir Domini Anſcharius, ſtte ſeruus Dei Rembertus præ cunctis familiariùs illi in omnibus adeſſe ſolebat, de quo aliquoties nobis in hoc opuſculo mentio incidit, vt libellus geſtorum præfati Pontificis, ab ipſo Remberto alioque condiſcipulo eius editus, teſtatur: in quo videlicet libro vbicumque commemoratio fit cuiuſdam *e* fidiſſimi diſcipuli eius, quod *f* frequenter lector ibi inueniet, ſciat ipſum Rembertum eſſe. Sed quia, vt diximus, cum alio quodam editor extitit geſtorum eorumdem, idcircò veritatem rei ſuppreſſo nomine

Fidiſſimus diſcipulus,

e

f

ſuo

AVCTORIBVS MONACHIS CORBEIENSIBVS, ex MSS.

suo exprimere voluit, ne de se familiariorē gratiam iactanter proferre videretur. Sic enim & beatus Euangelista Ioannes in Euangelio fecit, vbi suam semper personam maluit indicijs rerum accidentium, quàm proprio designare vocabulo. Quatenùs autē in hoc deuotionis loco cū Episcopo familiariter sanctus vir Rembertus perseuerauerit, ex verbis præfati libelli agnoscitur, quibus de transitu Domini Episcopi ita cōmemoratur. *g* Perceptâ, inquit, Dominici Corporis & Sanguinis communione, sanctus Pontifex Dominum deprecabatur, vt quicumque in eum quoquo modo peccasset, Diuina ei hoc pietas remitteret. Deinde versiculos istos cœpit frequentiùs repetere; Secundùm misericordiam tuam memento mei tu propter bonitatem tuam, Domine; &, Deus propitius esto mihi peccatori, &, In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Cumque hæc sæpius repeteret, & frequenti anhelitu iam ea frequentare non posset; cuidam Fratri præcepit, vt hæc vice illius frequentando caneret: sicque oculis in cælum intentis, Domini gratiæ commendatum spiritum exhalauit. Hic ergo, quem vice suâ verba orationis pro se frequentare præcepit, Rembertus fuit: cui in loquelæ suæ defectu, voti sui verba commendans Episcopus, per eum se compensare credidit, quidquid ipse minùs orationum iam moriens peragere posset: quoniam & propter vitæ eius meritum pro se illum exaudiri non dubitauit, & quod ille fecit, non discreuit ab eo quod à se ipso factum fuisset: quia cor vnum & anima vna, vnus spiritus & vna fides erat semper in eis.

A

g

Psal. 24.7

Lucæ 18. 13

Psal. 30.6

morienti vltimas preces impendit S. Anscharius:

B

12 Denique cùm in infirmitate ipsâ, quâ de hac vitâ migrauit, consilium quæreretur à Domino Anscharo de successore eius eligendo, & quidem etiam de Remberto, quid videretur inquirerent; respondisse fertur, quòd hoc sui non fuerit ministerij discernere: quia forsitan ipse in Episcopatu multorum animos haberet offensos, quod emendare magis debuisset; quoniam per hoc motum ipsum animorum augeret, quòd ipse talem ad successionem personam denominaret, quæ fortassis in commoditate suâ grauaret subiectos, & amaræ fierent propter hoc contra ipsum querimoniæ. De meritis tamen, inquit, Remberti sciatur, quia dignior est ipse Archiepiscopali, quàm ego subdiaconatus officio. Hæc de se magnæ humilitatis intentione sanctus prosecutus est Episcopus; tamquàm verus obseruator eius, quam & ipse olim habuit in perfectione monachorum regulæ B. Benedicti, dicentis: Septimus, inquit, humilitatis gradus est, si non solùm omnibus inferiorem suâ se linguâ pronuntiet monachus, verùm etiam intimo cordis credat affectu,

ab eo aptior ad Episcopatum declaratur,

cap. 7

C

Psal. 21.7

humilians se & dicens cum Prophetâ: Ego autem sum vermis, & non homo. Solent enim sancti viri, cùm fortia agunt, de semetipsis vilia sentire, iuxta quod de semetipso Dauid coram Arcâ Domini saltando, regni sui potentiam despiciens, dixit: Ludam & vilior fiam plus quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis. De quo & Apostolus admonet dicens: Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eamdem caritatem habentes, vnanimes idipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Quorum prius, hoc est, Prophetæ testimonium beatus vir Anscharius ita in se custodire solebat, vt de semetipso intus humilia sentiens, honorem exteriùs non requireret, quasi dicens: Ludam & vilior fiam. Nec rursum per hoc, quòd vilem se exteriùs præbuit, interiùs intumesceret, implendo potiùs quod sequitur: Et ero humilis in oculis meis; ideſt, qualem me exteriùs despiciens exhibeo, talem me interiùs attendo. Quâ despectus sui intentione impleuit etiam quod de Apostolo proposuimus, vt omni contentione & inani gloriâ carens, per humilitatem sibi alios superiores arbitraretur. Vnde & superiùs est scriptum, quòd potioris quàm ipse esset meriti, beato viro Remberto tantoperè dedit testimonium. sed quamquàm ipse humilitatis causâ de se talia dixerit, nostrum tamen non est quemlibet eorum alteri præponere; sed æquales fuisse meritis credere, quos & vnius fidei deuotio & eiusdem officij, licet diuersis temporibus, administratio commendet æqualiter.

2. Reg. 6. 22

Phil. 2. 2

magnâ eius humilitate.

D

a *MS. Buduense*, comedi.
b *MSS. Colonienſia* Helahvvich & Nelahvvich. *quod nomen à Surio omiſſum.*
c *Hic eſt S. Seruulus, quem celebrat S. Gregorius homiliâ 15 in Euangelia, & lib. 4 Dialogorum cap. 14. Colitur 23 Decemb.*
d *Addit Gregorius*, quod intus latet.
e *MS. Colonienſe*, fideliſſimi.
f *Potiſſimùm num. 2, 5, 6 & 69, vbi ei conſcius penè in omnibus fuiſſe dicitur. plura § 3 ante Acta S. Anſcharij referuntur.*
g *Hæc in eiſdem Actis leguntur num. 71.*

CAPVT IV

Archiepiscopatus Hamburgensis S. Remberti: Vita eius monastica, Eleemosynæ.

13 QVamquàm igitur, sicut nunc diximus, sanctus Pontifex non libenter alijs, pro offensâ eorum vitandâ, de successuro sibi aliquo referre voluisset, ne suum tamen penè in omnibus conscium hac gratiâ in fine defraudaret, triduo ante obitus sui diem aperuit secretum suum viro Dei Remberto, quòd post se deberet ad Pontificatus apicem promoueri. Tum ille reniti cœpit, ad tantum ministerium nec viribus nec meritis se idoneum esse proclamans. Cui sanctus Episcopus, Dei dispositionem esse commemorans, quod ipsi prædixit, competentes admonitiones adiunxit, quòd suam voluntatem ad Diuinæ dispositionis iudicium inflectere deberet, iuxta illud B. Thomæ Apostoli Domino dicentis: *a* Dominus meus es tu, & ego seruus tuus sum: fiat voluntas tua. Ad hæc glorioso Remberto reniti vel contraire defecit constantia, quando Episcopum diuinitus hæc accepisse sciebat.

E

Successor prædicitur:

a

14 Nec vlla ambiguitas fuit Clero vel populo inter plures de electione, sed ipso mox die *b* depositionis Domini Anscharij, Rembertum concorditer elegerunt. Cum cuius concordiæ pacto ad glorioſum tunc temporis Regem *c* Ludouicum adduxerunt eum viri venerabiles *d* Theiadricus Mindensis Ecclesiæ Episcopus, & *e* Adalgarius Abbas monasterij nouæ Corbeiæ. Susceptusque ab eo honorificè, *f* cum pontificalis baculi iuxta morem commendatione, episcopatus est sortitus dominium. In *g* chartis autem Apostolicorum Romanæ Sedis Pontificum, à quibus priuilegium Archiepiscopale *h* sancitur Sedi, quam tunc ipse suscepit, etiam hoc continetur; vt, quia propter nouellam eiusdem Sedis institutionem, & necdum conuersos ad fidem populos, suffraganei non habentur Episcopi, à quibus discedente vno alter Archiepiscopus consecretur, Palatinæ interim prouidentiæ succedentium per tempora Pontificum consecratio sit commissa, donec numerus suffraganeorum Episcoporum, canonicè eum consecrare debentium, ex Gentibus suppleatur. Cum huius ergo ad ordinandum eum tenoris insinuatione venerabilem Rembertum glorioſus Rex direxit ad *i* Luitbertum Archiepiscopum Moguntiensem, à quo iussu eius est consecratus: vt prouidè actum sit, quatenùs in adiutorium consecrationis non vnius metropolis, sed duarum conuenirent Suffraganei, *k* Lindwardus videlicet Paderburnensis Episcopus, pertinens ad Moguntiam, & præfatus Theadricus Suffraganeus Archiepiscopi Coloniensis: quos ita permixtim adesse idcircò complacuit, vt tam huius consecrationis actio, quàm etiam Domini Anscharij primitus ad Sedem ipsam simili modo facta ordinatio, signum esset futuris temporibus, quòd ad nullam nominatim con-

F

b

eligitur Archiepiscopus,

c
d
e
f
g
h

i

consecratur ab Archiep. Moguntino.

k

dicœcesi-

A diœceſitatem quorumcumque Epiſcoporum pertineat ad *l* hanc Sedem conſecrare Epiſcopum, ſed tantùm, vt diximus, Palatinæ hoc commiſſum ſit prouidentiæ, donec conſecrandi numerus ex Gentibus ſuppleatur.

15 Habuit hic ſanctiſſimus vir olim hoc votum de ſe factum, vt poſt diſceſſum Domini Anſcharij monachicum mox & propoſitum acciperet & habitum. Vnde cum conſilio conſecrantium ſe Pontificium, mox poſt ordinationem ad monaſterium nouæ Corbeiæ properans, veſtem quidem illius profeſſionis ex integro ſuſcepit; conuerſationis autem illius profeſſionem ita fecit, vt conuerſationem ſuam & ſtabilitatem morum ſuorum & obedientiam ſecundùm regulam S. Benedicti exhiberet, inquantùm labor & occupatio ſuſcepti Pontificatus permitterent: &, vt in huius promiſſionis effectu veracius aſſueſceret, aliquem de Fratribus eiuſdem monaſterij ſibi præſtari rogabat, cum quo, cùm ipſi in monaſterio eſſe non licuit, ſolatium haberet aſſiduę inde meditationis & vſum continendi ſe iuxta moderamen regulare, quod promiſit. Ad quod ei deputari placuit inſignem conuerſatione virum, gradu Diaconem, nomine Adalgarium, germanum videlicet & æquinoctum *m* Abbatis eiuſdem monaſterij, de

B quo ſuprà diximus. Hic vir venerabilis in conuerſationis eius imitatione ſimul & ſucceſſionis dignitate adhuc *n* hodie ſupereſt, cum multis aliis atteſtans, quia ſanctus Pontifex, cuius Vitam ſcribimus, nihil ex occaſione paſtoralis curæ de monachicâ perfectione perdiderit, adeò vt nullus etiam intra ipſa monaſteria viuentium inſtrumenta bonorum operum, quæ eorum regula commemorat, æquè, vt ipſe, ſeruauerit.

16 Cuius facta quidem vix à nobis explicari poſſunt, ſed quotidianam eius cum Deo conuerſationem; & animum cælo ſemper intentum, noſtræ tenuitas ſcientiæ nequaquàm edicere vel ſaltem perpendere valet. Graue ducebat vllum tempus vacuum abſque opere Dei tranſigere, ſed orationi lectio, lectioni apud illum ſemper ſucceſſit oratio, & ſi aliquid acceſſiſſet, quod eum ab oratione impedire videretur, ſemper tamen quæ iuſta ſunt agens, ſine intermiſſione ſentiendus eſt oraſſe, vt docet B. Auguſtinus: Illi, inquit, qui in Diuino verſatur officio, omnia geſta eius dictaque pro oratione reputantur.

17 Vigiliarum vſum moderanter agebat, abſtinentiæ modum ita exercuit, vt ſemper illi eſſent quotidiana ieiunia, & refectio ſaturitatem fugiens. In quo videlicet hoc attendebat, vt iuxta B. Hieronymum ita corporis frangeret appetitum, vt ad lectiones & pſalmodiam atque altaris ac Pontificatus ſui officium vires ei

C non deficerent. Nihil enim prodeſt, vt ait idem Hieronymus, biduo triduoque vacuum portare ventrem, ſi pariter obruatur, ſi compenſetur ſaturitate ieiuniium: illicò enim mens repleta torpeſcit, & irrigata humus ſpinas libidinum generat. Quod vir Dei, vt diximus, in ſe cauere volens, moderamen ieiunij ita cuſtodiuit, vt Dominus in Euangelio Indæos arguens, quòd nec Ioannem ieiunantem, nec ipſum manducantem & bibentem ſuſciperent, ſubiecit, dicens: Et iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis: *o* oſtendens per hoc, filios ſapientiæ intelligere, nec in abſtinendo nec in manducando eſſe iuſtitiam; ſed in æquanimitate tolerandi inopiam & temperantiam, per abundantiam non ſe corrumpendi, atque opportunè ſumendi, vel non ſumendi ea, quorũ non vſus, ſed concupiſcentia reprehendenda eſt.

18 Quidquid etiam ad vſus & ſuſtentationes pauperum beatæ memoriæ deceſſor ſuus inſtitutum habebat, in nullo hoc ipſe diſiecit: ſed omnem curam & diligentiam adhibebat, vt omnia ad id ſtatuta, nullum ſuis temporibus caperet detrimentum; ſed potiùs ſuo quotidiè ſtudio aliquid adderetur. Erat enim pro indigentium leuamine *p* hoſpitale conſtitutum in Epiſcopatu eius, ad quod tanta ſubſidiorum ſufficientia deputata eſt, vt nuſquam copioſiùs & ſapientiùs hoc ipſum procurãtum eſſe ſciamus. Sed etiam extra epiſcopatum vbicumque fuiſſet, ſemper conſtitutos habebat, qui pecuniam in ſaccellis ad dandum pauperibus geſtarent, ipſéque ad hoc ipſum in zonâ ſuâ marſupio cum nummis vtebatur ſemper: vt, ſi quando diſpenſator eleemoſynæ ſuæ in aduentu egentis deeſſet, ipſe ſine morâ haberet quod daret. Inerat enim ei ſollicitudo, ne quis talium à ſe ſine leuamine abſcederet, ſuiſque vt facerent ſimilia, iugiter adhortationes faciens, dicere ſolebat: Non tardandum eſt, vt cunctis pauperibus ſuccurramus, quia quis ſit Chriſtus vel quando ad nos veniat, ignoramus.

l — *Corbeia veſtem monaſticã accipit:*

aſcito ſocio Adalgario *m* — *n* — *regulam obſeruat:* — *ſemper legit aut orat,* — *ieiunat quotidiè,* Ep. 22 de Euſtochium — *ſed diſcretè:* — Matth. 11. 19 *o* — *hoſpitale promouet,* *p*

AVCTORIBVS MONACHIS CORBEIENSIBVS, EX MSS.

D *liberalis in pauperes.*

a *Ioan.* 20. 28 *dicit Thomas*: Dominus meus, & Deus meus. *Scriptor iis explicandis adiungit ſequentia.*
b 4 *Febr. poſtridie obitus illius anno* 865.
c *Is erat Ludouicus ſenior Rex Germaniæ, filius Ludouici Piſ.*
d S. Thiadricus, *alias* Theodericus, *Mindenſium Epiſcopus, anno* 880 *occiſus. de eo egimus* 2 *Februarij* § 4. — *S. Thiadricus*
e *Adalgarius* 3 *Corbeiæ nouæ Abbas, iuxta catalogum antiquum Abbatum Corbeienſium creatus anno* 856, & 864 *Reliquias S. Luttendis ad ſuum monaſterium tranſtulit. Videtur ea alias dicta* Lutrudis ſanctimonialis, *quæ in Martyrologo antiquo Colonienſi, Germanico aliiſq; refertur Corbeiæ colι* 22 *Septemb. De Corbeiâ nouâ actum eſt* 2 *Ianu. ad Vitam S. Adalardi Fundatoris, &* 3 *Febr. ad cap.* 1 *Vitæ S. Anſcharij.* — *Adalgarius Abb. S. Luttendis ſeu Luttradis.*
f *Verba hæc intrusa eſſe oſtendimus ſuprà* § 4.
g *Intelliguntur Decreta Gregorij* IV & *Nicolai* I, *data* 3 *Febr.* — E
h *MS. Budecenſe*, ſortitur.
i Luidbertus, *alias* Ludibertus, & Lindbertus, *ordinatus Archiepiſcopus Moguntinus an.* 863: *ad quem, Coloniâ ad Lotharium nepotem pertinente, miſſus eſt. Nam cis Rhenum* Moguntia *cum* Wormatiâ & Spirâ *in diuiſione obtigit Ludouico.* — *Luidbertus Arch. Mogunt.*
k Lindvvardus, *in MS. Hamburg. eſt* Luidhardus, *Surio* Linduardus, *Bruſchio* Luthatius & Luthardus, *Paderbornenſis Epiſcopus, de quo egimus* 2 *Febru. quòd ab aliquibus Martyribus Ebbekeſtorpenſibus annumeretur. Videndus* § 4 & 5. — *Lindvvardus Ep. Paderborn.*
l *Hæc exaggerantur, ob ius ab Archiepiſcopo Colonienſi apud Formoſum Papam poſtulatum in Epiſcopatum Bremenſem. Ipſas Formoſi litteras ad Adalgarium datas, recitauimus* 3 *Febr.* § 10.
m *Hinc corrigendus catalogus Abbatum Corbeienſium apud Letznerum, vbi ipſe Abbas dicitur in Archiepiſcopum aſſumptus.*
n *Mortuus deinde anno* 909.
o *Hæc ſunt verba S. Auguſtini lib.* 2 *quæſtionum Euangelicarum cap* 11.
p *Hoſpitale Bremenſe à S. Anſchario inſtitutum, à S. Remberto nobiliter auctum eſſe tradunt Adamus cap.* 38. & *Albertus ad an.* 882: *mutatum dein in Canonicorum collegium, dicatâ S. Anſchario eccleſiâ, diximus ante huius Vitam* § 13. — *Hoſpitale Bremæ*

CAPVT V

Caſtitas à S. Remberto ſanctimonialibus commendata. zelus animarum.

19 INtereà, iuxta admonitionem B. Gregorij, etiam eleemoſynam verbi inceſſanter agens, doctrinæ ſalutaris ſtudio iugiter inſtabat, recolens, quod idem ait Doctor, plus eſſe, vt verbi pabulo victura in perpetuo mens reficiatur, quàm venter morituræ carnis pane terreno ſatietur. Huius rei gratiâ Excerptum legentibus vtile de libris S. Gregorij fecit, & propriâ manu conſcripſit, Epiſtolaſque nonnullas ædificationis plenas ad diuerſos compoſuit, quarum vna eſt ad quamdam Dei ancillam in monaſterio quod dicitur *a* Hereſi conſtitutam, ceteraſque Sorores ibidem in Dei famulatu conſiſtentes. Hæc autem Dei famula, de quâ loquimur, *b* neptis erat venerabilis Epiſcopi Luithardi, cuius ſuprà mentionem fecimus, qui ſe ſancto viro cum omni deuotionis affectu deuinxit, vt non ſolùm ipſe ſanctitatis amator eius exiſtere, verùm etiam omnes ad ſe quoquo modo pertinentes illi commendare ſtuduerit, præcipuè iſtam, de quâ loquimur, ab infantiâ Deo oblatam, & in virginitate permanentem neptem ſuam: quæ & propriâ deuotione promeruit, vt vnicam dilectionis ſuæ filiam vir ſanctus eam nominare ſolitus ſit, quæ licet nomen ſuum vitandæ iactantiæ cauſsâ palàm nolit edici, ipſam tamen ad ædificationem ſacris Virginibus,

Homilia 6 in Euang. — *Aſſiduus in concionibus,* — *a* — *b* — *epiſtolâ ſcriptâ* — *ſanctimonialibus inculcat*

AVCTORIBVS MONACHIS CORBEIENSIBVS Ex MSS.

ginibus, quamuis tacito nomine eius, ad quam ſcripta eſt, ſpecialiter hic ponere decreuimus epiſtolam ita ſe habentem.

20 Cariſſimæ filiæ ceteriſque Virginibus & ſponſis Chriſti Rembertus, gregis Dei vilis ſeruulus in Domino ſalutem. Frater Adelgarius nuper à vobis rediens,
A dixit mihi, grauiter vos ferre, quòd paruitatis meæ litteras rarò ſuſcipiatis. Quod modò mihi emendare cupienti, quid ſcribere debeam, nihil conuenientius occurrit, quàm vt vos de veſtræ ſanctitatis commoneam
caſtitatem propoſito. Si igitur ad ſublimiſſimam gloriam peruenire vultis, omni virtute incorruptionem corporis ac ſpiritus excolere debetis: interiori enim fotu ac pabulo puritatis ſubminiſtrari neceſsè eſt etiam exterioris hominis caſtitatem, eamque iugiter ad perſeuerantiam perpetuæ incorruptionis animari. Ille namque ſunt veræ & incorruptæ Virgines, non quæ metuunt, ſed quibus non licet fornicari. Quod donum ſi per Dei gra-
in humilitate conſeruãdam. tiam adeptas vos ſenſeritis, quantò magnæ eſtis, vt ſacra monet Scriptura, humiliate vos in omnibus, & coram Deo inuenietis gratiam. Eâ enim viâ peruenire
Eccli. 3. 20 debetis ad Chriſtum Dominum & ſponſum veſtrum,
Matth. 11. 29 quia ipſe dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Curandum itaque eſt, vt omni cuſtodiâ mens ſeruetur à tumore ſuperbiæ: non enim ante oculos Dei
B vacuæ tranſuolant cogitationes noſtræ. Intus ergo videt Deus quod mentem eleuat, & idcicò foris permittit, inualeſcere, quod deponat. Dicit quippe per Oſeæ
Oſee 5. 4 contra Iſraëlitas Deus: Spiritus fornicationis in medio eorum, & non cognouerunt. Qui vt oſtenderet, ſicut
lib. 26 in Iob cap. 18 dicit B. Gregorius, quòd cauſſa libidinis ex culpâ prorumpat elationis, mox ſubdidit, dicens: Et reſpondebit arrogantia Iſraël in faciem eius. Ac ſi diceret: Culpa, quæ per elationem mentis in occulto latuit, per carnis luxuriam in aperto reſpondebit. Proinde per humilitatis cuſtodiam ſeruanda eſt munditia caſtitatis. Si enim ſpiritus ſub Deo premitur, caro illicitè ſuper ſpiritum non leuatur. Habet quippe ſpiritus commiſſum dominium carnis ſibi, ſi tamen ſub Deo recognoſcit iura legitimæ ſeruitutis. Nam ſi Auctorem ſuum ſuperbiendo contemnit, iure à ſubiectâ carne prælium ſuſcipit. Hinc eſt enim quòd longâ continentiâ repentè ſoluitur; hinc quod plerumque & vſque ad ſenium virginitas ſeruata vitiatur. Quia enim negligitur humilitas cordis, rectus Iudex deſpicit etiam integritatem corporis, & quandoque per apertum malum reprobos annuntiat, quos dudum reprobos in occulto tolerabat. Nam qui diu ſeruatum bonum ſubitò perdidit, apud ſemetipſum aliud malum intus tenuit, ex
C quo aliud ſubitò erupit: ac per hoc omnipotenti Deo etiam tunc alienus extitit, quando ſe ei per munditiam corporis inhærere monſtrauit.

21 Hæc ergo, filiæ, non ideò ſcribo, quòd in vobis quidquàm de qualitate ſuperbiæ vel vanæ gloriæ cognouerim: ſed quia vos opto in illarum conſortio
quâ digne, eſſe, de quibus legitur: Quoniam ſequuntur agnum
Apoc. 14. 4 quocumque ierit. Vbi multos cecidiſſe doleo, vos cautè ambulare deſidero, optoque vt dicat vobis Dominus & ſponſus veſter: Tota pulchra es amica mea, &
Cant. 4. 7 macula non eſt in te. Itaque ſequimini Agnum in præceptis ſuis, vt ipſo auxiliante illum ſequi valeatis in æternâ vitâ, cantando canticum quod nemo poteſt di-
de ſancta Virginitate cap. 27 cere niſi chorus virgineus. Hæc pulchrè B. Auguſtinus, Virgines admonendo, expoſuit: Pergite, inquit, ſancti Dei, pueri & puellæ, mares & fœminæ, cælibes & innuptæ, pergite perſeueranter in finem: laudate Dominum dulciùs quem cogitaſtis vberiùs: ſperate fœliciùs, cui ſeruitis inſtantiùs: amate ardentiùs, cui placetis attentiùs: lumbis accinctis & lucernis ardentibus ex-
agnum ſequantur. pectate Dominum, quando veniat à nuptiis. Vos aſſertis ad Agni nuptias canticum nouum, quod cantabitis in citharis veſtris; vtique tale, quale nemo poteſt dicere niſi vos. Sic enim vidit in Apocalypſi quidam præ ceteris dilectus Agno, qui diſcumbere ſuper pectus
D Domini ſolitus erat: ipſe vos vidit duodecies duodena
Apoc. 14. 2 millia Sanctorum citharædorum illibatæ virginitatis in corpore, inuiolatæ veritatis in corde. Sequimini Agnum, quia & Agni caro vtique virgo. Sequimini eum in virginitate cordis & carnis, quocumque ierit. Quid enim conſequi, niſi imitari? De quo B. Petrus, Chri-
1 Petri 2. 21 ſtus, inquit, pro nobis paſſus eſt, nobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius.

Hanc epiſtolam hîc ideò poſuimus, vt legentibus appareat, quantum, ſicut admonet Apoſtolus, ſtudium
1 Tim. 6. 5 habuerit eius, quæ ſecundùm pietatem eſt, doctrinæ, & quàm potens fuerit in ipsâ doctrinâ etiam alios exhortari.

22 Præterea legationis ſuæ officium, quod ad prædicandum *c* Gentibus verbum Dei primitus à deceſſore ſuo ſuſceptum eſt, & poſtmodùm ſibi ſucceſſionis iure quaſi hæreditarium prouenit, impigrè executus eſt; ipſe quidem per ſe, quoties aliæ occupationes ſinerent, eidem legationi inſiſtens, ſemper autem conſtitutos habens Presbyteros, per quos & verbum Dei Gentiles audirent, & ſolatium captiui Chriſtiani haberent, ad *d* eccleſias inter ipſos Paganos conſtitutas, longè ab eccleſiâ Sedis ſuæ, quodque grauiſſimum erat, *e* marinis diſcriminibus adeundas: quæ diſcrimina ipſe frequentiùs & abundantiùs ſuſtinens, ſæpe, tamquàm de ſe teſtatur Apoſtolus, naufragium pertulit, ſæpe in proximo erat, vt cum eodem dicere poſſet, nocte ac die in
2 Cor. 11. 25 profundo maris fui. Sed profectò aderat ei Spiritus ſanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renouaret de die in diem, & ſpe futuræ beatitudinis omnia præſentis vitæ aſpera deliniret, & grauia releuaret. Conſolabatur enim continuâ meditatione ſermonis Apoſtolici: Quia non ſunt condignæ paſſiones
Rom. 8. 18 huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ac ſic, quæcũque fuerunt dura laboranti, mitteſcere ſolebant eadem propter Chriſtum ſuſtinenti.

Gentiles conuertit d e

E *in maximis periculis.*

F

a *Nomen omittunt Surius, Adamus cap. 38, Krantzius lib. 2 Metropolis cap. 11. Eſt autem* Hereſi *alia* Noua-herſia *vulgò* Nienheerſe *Collegium Canonicarum ab vrbe Paderbornenſi itinere trium horarum diſſitum in montanis ſeu iugis, quibus diœceſis Paderbornenſis in Ciſſiluanam & Tranſſiluanam diſcernitur.* *Nienheerſe ſe monaſterium.*

b *Fortè ea eſt, quæ Bruſchio* ſoror *dicitur* Luitharij, *& huius cœnobij fundatrix* D. Walburgis perpetua virgo. *Eam* VVion *& Ferrarius Sanctam adſcribunt, referuntq; XXV Februarij, quæ S. VValburgis Angla Abbatiſſa Heidenheimenſis colitur: cum quâ ſuſpicamur ab illa confundi, vt iſtic diximus. Aſſ* Helintrudem *ſanctimonialem in eo monaſterio coli docet Matthæus Merianus in Topographiâ* VVeſtphaliæ *de vrbe Paderbornâ agens.* *VValburgis Nienheerſenſis.* *Helintrudis.*

c *Danis potiſſimùm, & Suconibus, ſeu Sueciæ, de quibus actum 3 Februarij.*

d *Sleſuici & Ripæ in Daniâ, & Birca in Sueciâ erexerat S. Anſcharius, quibus ipſe alias adiunxerit.*

e *Talis deſcribitur in Vitâ S. Anſcharij num. 16.*

CAPVT VI

Captiui à S. Remberto redempti. Eius manſuetudo & miracula.

23 AD redemptionem captiuorum penè cunctis quæ habebat expenſis, cùm multorum adhuc apud Paganos detentorum miſeriam cernere cogeretur, etiam altaris vaſa ad redemptionem eorum impendere non dubitauit. *a* In quo dum quibuſdam minùs ſublimiter intelligentibus non rectè videretur feciſſe, quaſi ad alios vſus redigeret, quæ ſacris erant deputata miniſteriis, & à quodam interrogatus fuiſſet, quare ita faceret; iuſtâ ratione ſuſcitanti ſatisfaciens, Non ignoro, inquit, res Eccleſiaſtici officij dignè tractandas, & ſub magnâ fore obligatione ad hoc opus depoſitas. Verùntamen plus eſt apud Deum per hæc ſubue-

Captiuos liberat a impenſis vaſis ſacris.

nire

A hire captiuis Christianis in angustiâ constitutis, quàm esse possit depositum ista custodiendi: & si necessitas incubuerit duorum bonorum vnum eligere & alio carere, oportet assumere quod est melius, & relinquere quod habetur inferius. Vnde & ego, ait, cùm nullum aliud habeo consilium, non impiè ago, si Christianum, qui filius Dei est, cum thesauris Ecclesiæ redimo: cùm & semper inuenire possimus, quod ad vsum sacri sufficiat ministerij; irrecuperabile autem sit si Christianus in captiuitatis afflictione deficiat.

24 Exempli autem causâ vnum de huiusce modi factis commemoremus, in quo non minùs in potentiâ miraculi, quàm in opere misericordia refulsit. Cùm veniſſet quadam vice ad partes Danorum, vbi Ecclesiam nouellæ Christianitati constructam habebat in loco qui dicitur *b* Scleswich, vidit multitudinem Christianorum catenatam captiuam: inter quas *c* vna sanctimonialis, vt eminus illum conspexit, cum genuflexione, & crebrâ capitis inclinatione tam illum venerari, quàm eius misericordiam pro suâ redemptione precari videbatur, & vt eâ intelligeret fuisse Christianam, elevatâ altiùs voce cœpit cantare Psalmos. Episcopus autem miseratione commotus, diuinitus eam adiuuari B cum lacrymis orabat: ad cuius preces mox disrupta est catena de collo eius quâ vincta tenebatur: ne tamen ipsa aufugeret, eam inter manus habentes Pagani facilè obtinebant. Tunc sanctus Episcopus anxio de illâ motus affectu, tenentibus eam Paganis plura diuersi generis pretia pro ipsâ cœpit offerre, sed illi nullam conditionem volebant, nisi suum daret equum, quo ad propriam cellam vti solebat. Quod ille non detrectans facere, repentè desiliuit de equo, & cum omni quam ipse ad eum habuit paraturâ, pro eadem dedit captiuâ, redemptamque libertati donauit, & quò vellet abire permisit; duplex, vt diximus, per hoc factum de se *d* memoriale laudis relinquens, quòd & virtute orationis suæ catenam fregerit, & simul hoc insigne opus misericordiæ demonstrauit.

b *c* *Sanctimonialem redimit,* *catenâ precibus fractâ,* *equo oblato.* *d*

25 Proinde iuxta præceptum Apostoli, quo seruum Domini iubet mansuetum esse ad omnes, ita vixit, vt suis temporibus nullus, sicut ipse, *e* Mosaycum illud assimilauerit, quòd vir mitissimus super omnes fuisse homines describitur. Aliquoties tamen sine vllo eiusdem mansuetudinis detrimento, ita inquirendis vel discutiendis caussis constans ac fixus in suâ sententiâ mansit, vt à nemine posset in aliud deflecti. Quod autem diximus absque mansuetudinis detrimento hoc C fieri, tam veraciter in illo adimpletum est: vt nil vnquam iracundiæ commotionisue contradicentibus ostenderit, nil verbis asperis contra eos egerit. Sed familiaribus colloquiis & delectabili continentiæ gestu cunctis amabiliter sit executus, quidquid intendebat. De eâ tamen, quæ illi inerat, inflexibilitate animi à quodam familiariùs interrogatus, quæ infrà habentur, exposuit: Quæcumque, inquit, agere debeo, seu omittere, vel de omnibus futuris mihi euentibus præsagium semper capio ex visionibus Domini & decessoris mei Anscharij. Solet enim mihi ipse apparens in qualitate vultus sui ostendere, qualiter me immiscere debeam rebus agendis: & quidquid de illo sentio, nullam ad hoc exequendum dissimulationem facere possum.

2 Tim. 2. 24 *e* Num. 12. 3 *mitis,* *affabilis,*

26 Fertur etiam, antiquorum more Sanctorum, quædam fecisse miracula frequenter, videlicet, dum iret ad *f* Suconiam, tempestatem maris orationibus suis sedasse, cæci cuiusdam oculos illuminasse per Confirmationem, quam Episcopali more cum chrismate sacro in eodem faciebat: sed & *g* filium quemdam Regis dicitur à dæmonio liberasse. Cui etiam affirmationi hoc astipulari videtur, quòd multis astantibus Episcopis clamor vexati ab ore sæpiùs sonabat, Rembertum solùm inter eos dignè commissum egisse officium, ipsumque sibi esse cruciatui, auctor vocis testabatur. Sed quia nostris temporibus, vt dicit Psalmista, defecit Sanctus, & diminutæ sunt veritates à filiis hominum, nec facilè accipitur, quemquam ex modernis viris talia fecisse; sufficiat nos hactenùs comprobasse, quod hic vir Domini sanctitatis apicem conscendit per eas virtutum species, quas in Euangelio Dominus ad beatitudinem promerendam proponit; Beati, inquiens, pauperes spiritu &c. de octonario virtutum catalogo, quo significatur per resurrectionis gratiam spei nostræ implenda perfectio. Nec miracula illi defuerunt spiritualia, quæ etiam nunc in Ecclesiâ à fidelibus fieri testatur B. Gregorius, exponens verba Domini dicentis: Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo Dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, &, si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, & benè habebunt. Sed de his singulis expositionem præfati Doctoris percurrere longum est, & non necessarium, cùm Homilia hæc continens in promptu habeatur, ad quam nos Lectorem mittentes, cæptum opus de Vitâ Domini Remberti consummare debemus.

f *cæcum illuminat Sacramẽto Confirmationis:* *g* *miracula patrat.* Psal. 11. 2

27 Cui cùm iam senio grauari cœpisset, etiam continuus dolor pedum ad molestiam ei accessit. Vnde E apud gloriosum primò Regem Ludouicum, quo commendante Episcopatum suscepit, & posteà apud filios eius *h* Ludouicum & Karolum hoc obtinuit, vt insignis vir Adelgarius, monachus videlicet nouæ Corbeiæ, vt suprà retulimus, illi præstitus, ita in adiutorium illi confirmaretur, quatenùs, dum sese quælibet infirmitas præpediret, in ipso haberet solatium circumeundi Episcopatum, placita audiendi, & quando exigeretur, in expeditionem vel ad palatium cum comitatu suo proficiscendi, nec multò pòst electionem succedendi sibi in ipso confirmari, & per manus acceptionem hominem illum Regis fieri, & inter Consiliarios eius collocari obtinuit; assentientibus Abbate & Fratribus monasterij eius, ac sanctâ synodo hæc omnia roborante.

impetrat Adalgarium Coadiutorem & successorem. *h* *i*

AVCTORIBVS MONACHIS S. RABERENSIBVS, EX MSS.

a *Adamus eisdem cap. 34 relatis, addit eum* dixisse cum B. Ambrosio: Melius est animas Domino, quàm aurum seruare. Pretiosa sunt ergo illa vasa, quæ animas de morte redimunt. *De Normannicis incursionibus actum suprà vii 2 & 3 Februar.*

b *MS. Budec.* Sclesvvich. *Colon.* Slesvvick. *Hamb.* Sliasvvich. *de eo egimus, Febr. § 10*

c *Cyprœus lib. 1 Histor. Slesuic cap. 4 sequentia tori multitudini captiuorum perperàm attribuit.*

d *MS. Colon* memorabile.

e *MS. Colon.* in Mosaicum. *aliud* ipse Moysi assimulatus fuerit qui vir *&c.* F

f *Eadem MSS. Colon.* Sueciam & Suetiam, *qua nomina eo ævo non reperiuntur vsitata.*

g *Hic creditur Carolus Crassus, dein Imperator, filius Ludouici tum Regis, quem in multa contra patrem conspirationibus je aduersa potestati traditum esse, fateri solitum referunt Annales Fuldenses & Bertiniani ad annum 873, Adamus cap. 37, Albertus Stadensis an. 876. Krantzius lib. 2 Metropolis cap. 10, & auctor Fastorum Marianorum hoc 4 Februarij in elogio S. Remberti. de eodem egimus suprà § 4.* *Carolus Crassus obsessus,*

h *Ludouico seniori anno 876 vitâ functo successit in Franconiâ & Saxoniâ Ludouicus filius, eiq; anno 881 extincto frater eius Carolus Crassus, antè Alemanniæ Rex, dein Imperator, & Rex Franciæ occidentalis, qui regno Germanico ad filium fratris Carlomanni Arnulfum anno 887 delato, defunctus est Idibus Ianuarij anni 888, vt exactè tradunt Annales Fuldenses.* *Regis Germaniæ.*

i *MS. Hamburg.* circandi.

CAPVT VII

Morbus. mors. sepultura.

28 POst hæc etiam, velut expeditior à negotiis secularibus, omni instantiâ quotidiè ampliare satagebat, quidquid boni priùs exercuit. Nec diu posteà in hac vitâ durauit, cuius transitus ad Dominum subiuncto ordine factus esse perhibetur. Anno penè integro ante obitus sui diem quibusdam fidelibus suis secretiùs

AVCTORIBVS MONACHIS CORBEIENSIBVS, EX MSS.

Prædicit mortem ſuam,

viſione præmonitus:

in morbo pius,

inungitur, quotidiè communicat:

moritur:

sepelitur extra templum.

Completur viſio.

Lampas lignea cõburitur, velo illæſo.

ercitiùs intimauit, multa ſibi oſtenſa fuiſſe ſigna, quibus præſciret ſe non diu in hac vitâ manſurum. Et quòd eos, quibus hæc loquebatur, in hac vitâ iam vltrà non eſſet viſurus: Quædam, inquit, huius rei præſagia mihi venerunt, quæ modò non licet aliis indicare; viſionem tamen hac nocte mihi oſtenſam nobis refero, quâ euidentiſſimè diſceſſum meum præfiguratum eſſe intelligo. Videbatur enim mihi, quòd in Eccleſiâ quadam muro firmiſſimo per medium interceptâ, ego ex vnâ parte muri fuiſſem, ex alterâ verò parte tenerentur Dominus & deceſſor meus Anſcharius: conſpexiq́ue innumerabilem multitudinem vtriuſque ſexus, more quærentium aliquid, hac illacq́ue conuerti: nec quidquam ex eo quod quærebant potuiſſe inueniri. Quibus Dominus Anſcharius, Quid, inquit, quæritis? At illi annulum meum ſe quæſiſſe reſpondentes, audierunt rurſum ab Epiſcopo, vt ceſſarent eum quærere, quoniam ipſe ſecum illum eſſet habiturus. Hæc dum quibuſdam, vt diximus, narraret Dominus Rembertus, ex hoc multiſq́ue aliis indiciis aſſeruit ſe eſſe certificatum, quòd eodem anno foret exiturus de hac vitâ. Et vt memoria eius audientium animis per verba, quæ recedens diceret, arctiùs imprimeretur, hoc quod etiam ab eis amari nouerat, admonitiones eis ſalutares fecit, non mediocriter verbis eius in gratiam ædificationis profluentibus. Poſthæc valedicens eis, diſceſſit ab eis, nec vlteriùs, vt ipſe prædixit, eum viderunt. Qualiter autem ſummum hoc, quod modò protulimus, euidenti effectu in obitu ac depoſitione eius, vt ipſe intellexerat, completum ſit; congruè eo loco enarrabimus, quo commemorandum erit, qualiter anima eius ad cælum ſubleuata ſit, & quomodò corpus eius ſepulturæ traditum habeatur.

a 29 *a* Duodecimo igitur die ante tranſitum ſuum perueniens ad Eccleſiam Bremenſem, ipſo mox die infirmitate correptus eſt: cumq́ue per horas omnes infirmitas grauiter creſceret, ipſe ſemper pſalmodiis & lectionibus ſacris intentus, ſeſe ad futurum de hac vitâ tranſitum ſollicitè præparabat, & quamquàm languoris immanitas corporeis viribus defectum ingereret, animo tamen ſemper inuictus, Apoſtolicam prætendebat fortitudinem, de quâ dicit: Quando ego infirmor, tunc fortior ſum & potens. Septimo ante obitum die myſterium ſacræ vnctionis cum oleo ſancto ei fieri præcepit, & vnà cum communione Corporis & Sanguinis Domini vſque in diem animæ exeuntis de corpore hoc ſalutare remedium omni die percepit. Et cùm migraturus eſſet de mundo, conuocatis Presbyteris & vniuerſis Fratribus, veniam petiuit de omnibus quæcumque fortaſſis in aliquem illorum peccaſſet. Et cùm ipſe viciſſim reconciliationem feciſſet omnibus Chriſtianis, à quocunque in eum aliquid commiſſum fuiſſet, veniamq́ue eis à Domino popoſciſſet, percepto Corpore & Sãguine Domini ſacram emiſit animam. Tunc verò incredibilis gemitus omnium ſubſecutus eſt, maximè pauperum, has inter fletus voces emittentium: Væ nobis, Pater ſancte, quomodò iam poſt te viuemus? Tuis eleemoſynis in victu & veſtitu hactenùs ſuſtentati, à quo deinceps hæc merebimur? Sed tibi, inquiunt, ſupplicamus, Chriſte, vt anima famuli tui ſentiat te nunc memorem dictorum tuorum, quibus promittere dignatus es, à te eſſe remunerandum, quicunque vni ex minimis tuis aliquid ſolatij in nomine tuo feciſſet. D Matth. 25.40

30 Ipſe, vir Dei, cùm adhuc viueret, humilitatis intuitu præcepit, ne in eccleſiâ ſepeliretur. Quod præceptum tranſgredi non audentes Fratres eccleſiæ illius, ſepelierunt eum foris baſilicam, prope tumbam *b* S. Willehadi extra murum eccleſiæ orientalem: ipſumque ſepulchrum poſteà, ſuperextructo & in honore S. Michaëlis ſanctorũq́; Martyrum Stephani atque *c* Viti dedicato oratoriolo, adornauit *d* Adelgarius, de quo ſuprà diximus, qui & ſancto viro ſucceſſit in epiſcopatu: ſicq́ue completa eſt viſio ſuprà memorata de ſuâ & Domini Anſcharij in vnâ eccleſiâ detentione; ſed muri medij interpoſitione ipſis ab inuicem ſeiunctis. Eſt enim præfatum oratoriolum contiguum præfatæ antiquæ eccleſiæ, muro tantùm eius orientali ex vno in aliud aditum intercludente, & in ipſo, vt diximus, nouo oratoriolo Dominus Rembertus ſepultus eſt; in antiquâ verò Eccleſiâ Dominus Anſcharius requieſcit. Et hoc eſt quod ipſe in viſione ipsâ dixiſſe videbatur, quòd annulum Domini Remberti ſecum habiturus eſſet, ipſo mox Domino Remberto per fidem & operationem bonam perfecto, non longè pòſt cum ipſo coniungi debente tam in vicinitate ſepulchri, quàm in beatæ requiei perceptione. Sicut olim, ipſi E Diuino ſpiritu reuelante, prædixit. Per annulum quippe fides ſignificatur, quâ nobis imago Dei imprimitur. Et quia ipſo manus ornari ſolent, quibus operatio deſignatur, rectè per hoc oſtenditur, ornamento fidei bonum opus ineſſe ſemper debere. Quod quia Dominus Rembertus in ſuâ conuerſatione commiſſis ſibi ſemper exhibuit, rectè in præſagio mortis eius multitudo plebis annulum eius quæſiſſe oſtenſa eſt: per quod ſignificatum eſt, tempore mortis eius, qui illi fuêre commiſſi, anxiè deſiderare, vt adhuc exemplis in illo perſpectis perfrui mererentur; ſed hoc iam fieri non poſſe tempus expetebat requiei eius, quàm Epiſcopus Anſcharius, plebem à quærendo annulo compeſcens, ſignificauit, dum eum eſſe diceret ſecum habendum.

31 Suſpenſa eſt etiam ſupra ſepulchrum eius lampas lignea, vt lumen continuum in eâ ibidem haberetur: ſubtus ipſam verò in ſuperficie ſepulchri velamen iacebat expanſum, in quo fertur præclarum contigiſſe miraculum, quod in quantum ex relatione narrantium, vel memoriâ vel intellectu retinemus, ita geſtum eſſe conſtat. Contigit quadam nocte conflagraſſe eamdem lampadem, ac primò crebros carbones decidiſſe ex illâ ſuper velum memoratum, atque illicò ſubſequi etiam caſum totius lampadis, ipſumq́ue ſupra idem velum totam comburi, abſque vllâ læſione ipſius veli. Quod F nulli dubium eſſe debet ad declaranda merita ſerui ſui Chriſtum feciſſe, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorũ, Amen. *e* *e*

a *MSS. Hamburg. & Colon.* Duodecim diebus.

b *De corpore* S. Willehadi *à S. Anſchario tranſlato egimus ante huius Vitam* § 13.

c S. Viti *cultus, ob reliquias Corbeiam tranſlatas, à monachis Corbeienſibus per Septemtrionem plurimùm promotus erat, vt* S. Vitus *dicetur* XV *Iunij.*

d *In MS. Budacenſi addebatur,* vir ſanctus.

e *Quæ apponebantur apud Philippum Cæſarem ſubſcriptiones Epiſcoporum, illuſtrauimus* § 11 *ante Vitam S. Anſcharij.*

DE S. GEMMVLO MARTYRE, GANNÆ IN DITIONE MEDIOLANENSI.

I. B.

IV FEBR. *S Gẽmulus colitur Ganna,*

VArciium *oppidum eſt ditionis Mediolanenſis, quod Leander Albertus* Varciacum, *ab aliis* Vicum Varronis, Varſiſium *à nonnullis*, Valleſium *quoque velut à ſitu vallium, &* Variſium *tradit appellari. Ei propinquus iacet pagus, Ganna dictus, S.* Gemmuli *Martyris cultu celebris. Huius natalem ita ad hunc diem conſignat Philippus Ferrarius in generali Catal. SS.* In territorio Mediolanenſi S. Gemmuli Martyris. *In Annotationibus teſta-* 4 Febr.

tur

invocatur propluuiâ.

A *tur* Hyemulum *quoque appellari. Is Catal. SS. Ital. scribit,* quoties pluuiæ inopiâ laborant incolæ, illam S. Gemmuli interceſſione impetrare ſolere: *quo tempore vixerit ignorari. Martyrium eius ex quodam Eccleſiæ Gannenſis MS. ita narrat.*

VITA EX FERRARIO.

occiſus à latronibus, quos monebat:

GEmmulus, natione Germanus, cum Epiſcopo, cuius nepos erat, ex Germaniâ Romam ad ſanctorum Apoſtolorum limina proficiſcens, apud Gannam (pagus eſt agri Mediolanenſis, Variſio oppido proximus) à latronibus, qui Epiſcopi equum rapuerant, quoſque ad reſtitutionem blandè hortabatur, impiè truncatus eſt; cùm ab eis interrogatus, an libenter martyrium pro Chriſto ſubiret, nihil ſibi antiquius accidere poſſe reſpondiſſet. Qui (mirandum!) caput ſuſtulit, eoque ceruici aptato ad Epiſcopum vſque peruenit, ab eoque ſepultus eſt. Illud etiam admiratione dignum, quòd lapides eius fontis, in quem ſanguis Martyris profluxit, ſiue nati, ſiue immiſſi, ad hæc vſque tempora rubeſcant, quaſi ſanguine tincti: ex quibus plures S. Carolum Borromæum, dum diœceſim viſitaret, abſtuliſſe deuotionis ergò, fama eſt. AVCTORES I. B. *auidus martyrij: caput tollit, & ceruici imponit.* *Lapides in fonte ab cruore rubent.*

DE S. GILBERTO

FVNDATORE ORD. SEMPRINGHAMENSIS

IN ANGLIA,

Commentarius præuius. G. H.

§ I *S. Gilberti nobilis progenies. Ordo Sempringhamenſis inſtitutus.*

ANNO MCLXXXIX. IV FEBR. *Apud Coritanos*

1 QVam Britanniæ maioris regionem Orientalem ſub Romanis Coritani incolebant, prouinciæ Flauiæ Cæſarienſi in gratiam Theodoſij Imperatoris deinde attributam; quamq; ſub primis Anglo-Saxonibus Middelengli, Merciorum poſteà regno adiuncti, poſſederunt; in eâ celebris Comitatus Lincolnia viſitur, ſubdiuiſus in Lindiſiam, Cheſteuenam, & Hollandiam: de Lindiſiâ, ſeu Lindisfarorum prouinciâ, Middelenglis, ac Merciis fuſiùs agemus XIII Februarij ad Vitam S. Ermenildæ Reginæ Merciorum. In Cheſteuenâ, quà Hollandiam attingit, Auelandia centuria eſt, ſiue, vt iſtic loquuntur, Wapentachia; quòd Præſides, vt in S. Eduardi Confeſſoris Legibus habetur, ſuas olim præfecturas armorum contactu auſpicarentur. Eminet ibi Folkingamium oppidum, antiquo dominio Baronum de Gandauo illuſtre: quorum primus Gilbertus de Gandauo, nepos Balduini Comitis Flandriæ, habetur apud Guilielmum Cambdenum in Coritanis, qui magnos illi reditus munificentiâ Guilielmi Conquæſtoris Regis Angliæ obtigiſſe docet ex antiquo MS. ſecundùm quod huius Gilberti filius Walterus genuit Gilbertum II & Robertum; à quo hæredes in tribus Gilbertis, filio, nepote ac pronepote continuantur: quorum aliquos etiam Lincolnienſes Comites fuiſſe obſeruat Andreas Cheſnæus in Genealogiâ Giſnenſi & Gandauenſi lib. 4 cap. 1 & 14. Primus omnium Gilbertus ibidem traditur filius Radulphi à Gandauo, Domini Aloſtani, & Giſlæ, quam opinatur Cheſnæus filiam Balduini Barbati, & ſororem Balduini Inſulani Comitum Flandriæ.

in Comitatu Lincolniâ, *& ditione Cheſteuenâ,* *varij Gilberti ex familiâ Flâdricâ de Gandauo,* C *Barones Folkingamij:*

2 Huius porrò Inſulani filia Mathildis, nupta Guilielmo Conquæſtori, genuit Guilielmum II, Ruſum dictum, & Henricum I Reges Angliæ: ex cuius filiâ Mathilde & Godefrido Comite Andegauenſi & Cenomanenſi natus eſt Henricus II Rex Angliæ. Sub his Regibus floruit S. Gilbertus, natus patre Iocelino, viro nobiliſſimo, genere Normanno: quales reliqui Barones Folkinghamij, Regum conſanguinei, habiti ſunt, quamuis ex Flandriâ oriundi. Eadem cum illis ſtirpe S. Gilbertum prognatum eſſe, licet certis non conſtet tabulis, innuunt idem Gilberti nomen, eadem ex tranſmarinis partibus nobiliſſima origo, idemq; vtriuſque quaſi domicilium. Vicinißimum enim Folkingamio, & fermè, vt cum antiquo MS. citato loquamur, manerio ſeu pertinentiis eius incluſum eſt Sempringhamum, dominium Iocelini & S. Gilberti. Ceterùm hæc curioſis rerum genealogicarum indagatoribus examinanda, ſufficit ad laudem S. Gilberti propoſuiſſe. Videri etiam poteſt Catalogus Nobilium, qui immediatè prædia à Rege Conquæſtore obtinuerunt, apud Cheſneum in Normannicis ſub finem libri: vbi Giſlebertus de Gandt legitur.

an etiam S. Gilbertus Dominus Sempringhamenſis?

3 Natus eſt S. Gilbertus circa annum Chriſti MLXXXIII, regnante adhuc Guilielmo Conquæſtore: adoleuit atque in virum præclarum accreuit ſub eius filiis Guilielmo Ruſo, & Henrico I, quorum ille in Regem conſecratus eſt anno MLXXXVII die Dominicâ, XXVI Septembris; inter venandum verò ſagittâ incautè percuſſus vitam finiit anno MC, die II Auguſti feriâ quintâ: cui ſuffectus frater Henricus ſuperuixit ad annum MCXXXV. Sub his claruit Robertus Bloet ex regii Cancellario Lincolnienſis Epiſcopus factus anno MXCIII, vitâ functus anno MCXXIII, in cuius familiâ aliquamdiu verſatum fuiſſe S. Gilbertum, tradit Harpsfeldius in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Anglicanâ ſeculo 12 cap. 37. A morte Roberti Epiſcopus Lincolnienſis conſecratus eſt die Dominicâ, XXII Iulij dicti anni MCXXIII, Alexander ortu Normannus, promotus à patruo ſuo Rogerio Epiſcopo Sarisburienſi, cui ſumma apud Henricum Regem rerum agendarum extitit auctoritas. De vtroque agunt Wigornienſis eiuſq; continuator, Malmesburienſis, Huntindonienſis, qui ſuam huic Alexandro inſcripſit hiſtoriam, Pariſienſis, Weſtmonaſterienſis, & Neubrigenſis lib. 1 rerum Anglicanarum cap. 6. *natus circa an.* 1083. *degit in familiâ Epp. Lincolnienſium:*

4 Ab hoc Alexandro S. Gilbertus ſacerdotio initiatus, eiuſq; Pœnitentiarius factus, Ordinem Sempringhamenſem inſtituit, cuius initium refert Angelus Manrique in Annalibus Ciſtercienſibus ad annum Chriſti MCXXXV, vt iſtic tradit cap. 8 num. 81. Sub huius anni finem Regi Henrico, die ſecundo Decemb. mortuo, ſucceſſit Stephanus, XXII eiuſdem menſis, die Dominicâ coronatus: ſub quo & Rogerij & Alexandri proſpera fortuna in miſerrimum ſtatum immutata eſt: ſed illo anno MCXXXIX ex mœrore extincto, ſuam proximis annis Alexander recepit dignitatem: Romamq; bis profectus, magnam iniit gratiam tam apud Regem, quàm Pontifices Lucium II & Eugenium III, ipſo. um Romæ præſente, XXV Februarij anni MCXLV creatum. Reuerſuſque in Angliam ecclesiam ſuam incendio fadatam innouauit, atque, vt refert Neubrigenſis, ad tollendam duorum *antè* extructorum caſtellorum inuidiam, & quaſi expiandam maculam, totidem monaſteria conſtruens, collegis religioſis impleuit. *Horum cœnobiorum alterum* Canonicis Regularibus ſimul & ſanctimonialibus apud Hauerholmam extructum *docet Godwinus de Epiſcopis Lincolnienſibus: & quidem* Gilbertinis ſub titulo S. Mariæ in Comitatu Lincolnienſi *datum, ad tempora Henrici* VIII *cum primo Sempringhamienſi monaſterio permanſiſſe tradit Ioannes Spedus in Catalogo eidem religioſarum ſub eo Rege ſubuerſarum.* *Ordinem Sempringhamenſem auſpicatur:* F *accipit monaſterium Hauerholmenſe.*

5 Ioannes Picardus in Notis ad Neubrigenſem proſert tabulas MSS. Epiſcoporum Lincolnienſium, in quibus dicitur ſub

Avcto. RA G.H.

Alexandro S. Gilbertus Fundator de Sempringham claruiſſe, & nouum Ordinem anno MCXLVI inſtituiſſe. *Quo anno*, menſe Auguſto, Altiſſiodorum, *vt ſcribit Huntindonienſis lib.* 8, Alexander ad Eugenium Papam, qui tunc ibi morabatur, profectus eſt: ſed ex intempeſtiuâ caloris nimietate ſeminarium languoris attulit in Angliam: vnde mox infirmitati, deinde languori, tandem morti ſuccubuit, ſepultus in capite ieiunij *anno* MCXLVII. *Erat ergo ante annum præcedentem Ordo Sempringhamenſis inſtitutus, tum ſortè auctoritate Eugenij Papæ confirmatus. Nam* normas viuendi religioſas ſuis *à Gilberto* præſcriptas, cum ipſo ordine & inſtituto, ab Eugenio III Papâ confirmatas, *ſcribit Pitſeus de illuſtribus Angliæ Scriptoribus ætate* 12, *num.* 258, *qui tamen corrigendus eſt, quòd Baleus temerè ſecutus (agit hic de S. Gilberto centuriâ* 3 *Scriptorum Britanniæ ſect.* 25) *velit Ordinem Sempringhamenſem incepiſſe anno* MCXLVIII, *cui tum Epiſcopus Alexander, anno præcedente extinctus, nullum potuiſſet ſubſidium conferre. Illo autem anno* MCXLVIII *in Capitulo generali* apud Ciſtercium, *vt tradit qui præſens aderat Gaufridus in Vitâ S. Bernardi lib.* 4, *cap.* 4, iuxta morem Abbatibus congregatis Eugenius Papa Venerabilis adfuit, non tam auctoritate Apoſtolicâ præſidens, quàm fraternâ caritate reſidens inter eos; quaſi vnus ex eis. *Hunc iſtic Pontificem adiuit Gilbertus, iuſſuſq; in curâ Ordinis ſui ſuſceptâ perſiſtere, poteſt cenſeri iteratam obtinuiſſe Religionis confirmationem. Familiarem tum inijt notitiam cum SS. Bernardo & Malachiâ eodem anno,* 11 *Nouemb. in monaſterio Clarauallè mortuo. Manrique antè citatus contendit, non hoc anno, ſed* MCXXXV conſultum adiuiſſe S. Bernardum, *quod Actis vtriſque, aliiſq; Scriptoribus contrarium vltiore non indiget refutatione. Statuta ex variis regulis monaſticis excerpta idem Eugenius Papa etiam approbauit, dein vitâ functus* VIII *Iulij anni* MCLIII.

Eugenius Papa Ordinem approbat vtrùm anno 1156?

A

§ II Ordini Sempringhamenſi inuſtæ calumniæ, & extinctæ. Varia monaſteria.

6 *NOn defuerunt obtrectatores, qui admirabilem huius inſtituti ſanctitatem, & ſingularem vtriuſq; ſexus caſtitatem, quam laudare eos atque amare decuiſſet, fœdis mendaciis contaminarent; adeò vt Alexander* III *Pontifex Romanus, qui vniuerſæ Eccleſiæ præfuit ab anno* MCLIX *ad* MCLXXXI, *demandârit rei cognitionem Epiſcopis Wintonienſi, Henrico Regis Stephani fratri, & Norwicenſi Guilielmo Torbo, origine Normanno, qui (impedito propter affectam valetudinem Wintonienſi) cauſſâ accuratè diſcuſſâ, innocentiam Gilberti ſcriptâ epiſtolâ Pontifici indicauit: eam Ioannes Picardus ex codice MS. in notis ad Neubrigenſem vulgauit, quam hîc damus.*

Ordinis huius innocentia defenditur,

C

7 Sanctiſſimo Patri, ſummo Pontifici Alexandro, ſuæ Sanctitatis ſeruus Willelmus Noruicenſis, ſalutem & cum ſummâ deuotione obedientiam. Statuta Paternitatis veſtræ ex pietatis & rationis fonte procedere nulli dubium eſt: & ea ſola ſpiritui noſtro complacent, quæ Spiritus ſanctus ſuggerit, & veritatis dulcedine condiuntur. Inde eſt, quòd veſtræ Maieſtati audeo ſcribere, cùm ſim puluis & cinis, & teſtimonium perhibere veritati, quam viſu & rerum argumentis expertus ſum. Gilbertus de Sempringham tum ex vicinitate, tum ex celebritate ſanctitatis, quâ præeminet, mihi incognitus eſſe non poteſt. Anima eius ſedes ſapientiæ eſt, & mens eius haurit de Spiritu ſancto, quæ aliorum auribus excellenter infundit. In lucrandis & conſeruandis Deo animabus tam ſtudioſus & efficax eſt, vt ex comparatione eius, tædeat me ignauiæ meæ: & mihi & conſimilibus meis Propheta improperet, dicens: Erubeſce Sidon, ait mare. In ſanctimonialibus, quarum multitudinem innumeram Deo acquiſiuit, feruet & religionis amor, & caſtitatis diligentiſſima cuſtodia, & ſe ab hominum viſu & colloquiis gloriantur eſſe exceptas, vt meritò eis conueniat quod ſcriptum eſt: Dilectus meus mihi & ego illi, qui paſcitur inter lilia. De

epiſtolâ ad Alexandrum III *miſſâ,*

indicatur ſanctitas Gilberti,

Iſai. 23. 4

ſanctimonialium,

Cant. 2. 16

Canonicis, quorum innocentiæ apud Clementiam veſtram audio eſſe derogatum, teſtor Deum & animam meam, quòd nec verbum infamiæ memini me audiſſe: cùm ex propinquitate loci, & frequentiâ venientium ad nos, ignorare non poſſem. Acceſſus ad ſanctimoniales hîc eis penitùs inhibitus eſt, vt nec Priori quidem eorum videndi vel loquendi cum aliquâ licentia pateat: & in perceptione Euchariſtiæ & dans & accipiens intùicem ignorantur. Habent ſiquidem domos ſuas, clauſtrum & oratorium, in quo dormiunt, meditantur & orant. A Conuerſis ſuis tantùm exigit, vt vitam, quam profeſſi ſunt, inuiolabiliter conſeruent: quod & ipſi me præſente, ſe deuotiſſimè facturos, promiſerunt. Quod illis prædeceſſorum noſtrorum & veſtrâ auctoritate firmatum eſt; & quod illi poſt longam experientiam profitentes deuouerunt; ipſe mutare non præſumit, ne leuitatis & præſumptionis arguatur.

D

Canonicorum.

Conuerſorum.

8 Lis tamen, quam aduerſus eum ſuſcitauerunt plùs tepidi quàm feruentes caritate, vtinam dirimeretur talium iudicio & teſtimonio, qui haberent zelum Dei ſecundùm ſcientiam; qui ex inſpectione Apoſtolicorum priuilegiorum, & rerum ipſarum euidenti cognitione, veritatem agnoſcerent, & regularis obſeruantiæ nec inexperti eſſent, nec ignari; & quos non tæderet ſuſceptæ religionis, & manu miſsâ ad aratrum, non reſpicerent retrò! Vir verò confectus ſenio, & virtutum plenior quàm dierum, non eſt deterrendus, ne à propoſito ad multorum ruinam deficiat: ſed hortandus & demulcendus, vt perſeueret ad conſeruandam ſalutem, quam Deus per eum operatus eſt in medio terræ noſtræ. Rareſcunt quotidiè grana in areâ Domini, ſed paleæ multiplicantur. Deus Sanctitatem veſtram Eccleſiæ ſuæ conſeruet incolumem. Vale.

Lis à tepidis mota prudenter dirimēda.

E

9 *Hactenùs epiſtola Guilielmi Epiſcopi Noruicenſis in Norfolciâ, vicinâ Cheſteuenæ prouinciâ, ad Alexandrum* III, *cui varij de eodem Gilberti inſtituto ſcripſerunt: atque inter alios, teſte Harpſeldio,* Prior Bridlingtonenſis & Wintonienſis, *tum* Archiepiſcopi Rogerius Eboracenſis & S. Thomas Cantuarienſis, *cuius illâ de re tradit epiſtolam extare inter eas, quæ adhuc non ſunt impreſſæ. Sed nullus ipſo* Rege Hentico II, *qui Stephano anno* MCLIV *vitâ functo ſucceſſerat, accuratiùs id præſtitit. Hic* grauiſſimè tulit laicos illos, qui (*ita verbis Regis narrat Harpfeldius*) ante profeſſionem ruſtici erant, & glebæ adſcriptitij, perfidè à diſciplinâ, quam ſcientes & prudentes religioſâ conteſtatione amplexi erant, ſceleratè deficere, & de eâ tamquàm iuſto ſeueriore conqueri, aliamque leuiorem & mitiorem poſtulare, & cùm non impetrarent, cælum terramque mouere auſos. Quam ſi eos Pontifex excutere pateretur, denuntiat futurum, vt ipſe & Proceres poſſeſſiones, quas illis attribuerant (id quod inuerſâ priore diſciplinâ ſe facere meritò poſſe exiſtimauit) penitùs auferrent. Hæc & alia Pontificem commouerunt, vt priuilegia ab Eugenio & Adriano data, diſciplinamque omnem à Gilberto ſuis præſcriptam, fixa & immota ad omnem memoriam manere decreuerit: & ſcriptis tam ad Regem, quàm Epiſcopos ipſumque Gilbertum litteris, voluntatem ſuam eâ de re, præfractoſque illos viros ad officium omnino cogendos, ſignificârit. *Ita Harpsfeldius. Vtinam ea epiſtola ad maiorem S. Gilberti Ordiniſq; Sempringhamenſis commendationem extarent! Illis abundè refutarentur obſcœnæ narrationes de Gilbertinis à nonnullis ſatyricis laſciuiſq; poëtis confictæ: quas geſtit Baleus referre, ratus fortè ſuam à monachatu apoſtaſiam ſimilibus figmentis decorandam. Ex dictis ſuprà Antiſtitibus vltimus eam dignitatem aſſecutus eſt S. Thomas anno* MCLXII, *è Cancellario in Archiepiſcopum Cantuarienſem electus; biennioq; poſt ob diſſidium cum Rege ex Angliâ diſceſſit: ante quod tempus hæc tota Gilbertinorum commotio prorſus ſedata fuit.*

Defenditur ab aliis Antiſtitibus, & Rege Henrico II,

ante annũ 1164.

10 *Florebat eo tempore Robertus de Querceto in Sede Lincolnienſi, Alexandro anno* MCXLVII *mortuo ſuffectus, vitâ functus anno* MCLXVII, *à quo cœnobium S. Catharinæ iuxta Lincolniam Gilbertinis extructum fuiſſe tradunt Ioannes Speed,*

Varia S. Gilbertini monaſteria.

A *dus; & Franciſcus Godwinus, apud quem, fortè errore typographico, Londinum loco Lincolniæ excuſum eſt. Extiterunt præter tria memorata monaſteria in eodem Comitatu Lincolnienſi Aluingamenſe, Catelegenſe, Nuncottonianum, Sixleenſe, ſub titulo S. Mariæ Neuſtadianum, Nun-ormesbienſe & Syxhillenſe: in Comitatu Norfolcienſi Mamoundanum, & Shuldehamienſe: in Cantabrigiâ Fordhumenſe: in Northamptoniâ Catesbyanum: in Eboracenſi diœceſi Wattonianum, quod regnante Stephano extructum inter prima numerandum. Omittimus plura recenſere. Horum annuos reditus computat Ioannes Spedus, quòd hæc monaſteria ſub Henrico* VIII *aut ſubuerſa ſint, aut in alios vſus tranſlata. Aliqua à morte S. Gilberti extructa diſcimus ex Aluingamenſi, quod Epiſcopum Dunelmenſem Antonium Beccum ſeu Beacum, qui centum annis poſt S. Gilbertum floruit, fundatorẽ agnoſcebat.*

Statuta, libri ſcripti.

11 Albos Canonicos Gilbertinos *vſitato Anglis nomine illos nuncupat Spedus, ab aliis Albis Canonicis Ordinis Præmonſtratenſium diſtinctos, illoſq; renouatæ diſciplinæ Canonicorum cultores tradit Pitſeus: quibus aſſumptâ quadam illius Ordinis reformatione Regulam ferè S. Auguſtini præſcripſit, vti S. Benedicti ſuis ſanctimonialibus. Vtraque autem Regula ex aliis monaſticis diſciplinis adaucta* Statuta Gilbertinorum *appellantur. Præter quæ traditur ſcripſiſſe* Exhortationum ad Fratres librum vnum, Epiſtolarum ad diuerſos librum vnum *& nonnulla alia, quibus, dum hactenus inedita latent, (ſi non etiam perierint) certum aliquod non licet iudicium formare. Interea Henrico* II *die* VI *Iulij anno* MCLXXXVIII *extincto, ſucceſſit filius eius Richardus* I, *à Guilielmo Conqueſtore* VI, *ſub quo S. Gilbertus anno ætatis* CVI *ad cælos abiit anno* MCLXXXIX, *vt Acta infrà docent: Harpſfeldius ſcribit* MCXC *obiiſſe; Wilſonus in Martyrologio Anglicano, non abſque mendo, notat* MCLX.

B

§ III *S. Gilberti Vita ſcripta: in Sanctos relatio.*

Sanctus in vitâ habetur:

12 *Gilbertum ſanctitate celebrem fuiſſe, dum viueret, epiſtola Guilielmi Epiſcopi ad Alexandrum Pontificem antè data ſignificat. Eiuſdem ſanctitatis præco illuſtris eſt Guilielmus Neubrigenſis, qui anno Chriſti* MCXXXV *natus res Anglicanas ſui temporis vſque ad annum* MCXCVII *perduxit. Huius de S. Gilberto paucis tum annis mortuo hoc extat elogium lib.* I *cap.* 16. Nec ſilentio, *inquit*, prætereundus eſt venerabilis Gillebertus, vir planè mirabilis, & in cuſtodiâ fœminarum ſingularis, à quo etiam Ordo Sempringhamenſis ſumpſit exordium, & cum celeri prouectu celerem ſtatum. Hic ab annis, vt dicitur, adoleſcentiæ propriâ nequaquàm ſalute contentus, ſed lucrandarum Chriſto animarum zelo ignitus, infirmiorem ſexum propenſiùs cœpit æmulari Dei æmulatione, pio auſu ſumpto ex propriæ caſtitatis conſcientiâ, & gratiæ ſupernæ fiduciâ. Cumque cœptis eius fauor videretur arridere Diuinus, veritus ne fortè in vacuum curreret aut cucurriſſet, ſi erumpentem zelum moderatrix ſcientia non conderet, præſertim minùs adhuc à maioribus inſtitutus, tam arduam ſollicitudinem arripuiſſet; virum ſapientiæ & ſanctitatis titulis clarum, venerabilem ſcilicet Abbatem Clareuallenſem S. Bernardum adeundum putauit: cuius venerandis conſiliis informatus, atque in ſuo propoſito roboratus, tantò feruentius, quantò confidentiùs, piis cœptis inſiſtere non ceſſauit: proſperatuſque eſt in his, quæ gerebat, &, ſicut de nobili Patriarchâ dicitur, Ibat proficiens atque ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt, tam in multitudine copioſâ ad omnipotentis Dei ſeruitium aggregatâ, quàm in adiectione rerum temporalium ad neceſſaria ſubſidia corporum, iuxta illud Dominicum: Quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam eius; & hæc omnia adiicientur vobis.

mox ab obitu à Neubrigẽſi laudatus,

C

Gen 26. 13

Matth. 6. 33

13 Denique ſeruorum Dei duo, & ancillarum Dei octo non ignobilia conſtruxit monaſteria: quæ & numeroſis repleuit collegiis, & iuxta datam ſibi ſapien-

tiam regularibus ornauit inſtitutis. Et quidem circa ſeruos Dei inſtituendos abundauit indulta ei diuinitus gratia, in ſollicitudine fœminarum. Quippe in hac parte meo iudicio palmã tenet inter omnes, quos inſtituendis regendiſque fœminis religioſam operam impendiſſe cognouimus: & quidem ante annos aliquot ſpiritualibus lucris onuſtus, iamque decrepitus cæleſtis ſponſi paranymphus migrauit ad Dominum. Porrò filiorum & filiarum eius numeroſitas permanet: potenſque eſt in terrâ ſemen eius, & generatio eius benedicetur in ſeculum.

A vero-re G.H. commendata monaſteria

D

14 *Hæc Neubrigenſis. Eodem cum Neubrigenſi tempore vixit Auctor Vitæ S. Gilberti, quã hic damus, antè euulgatam in Legendæ Sanctorum tomo* II *ſeu Hiſtoriâ Sanctorum nouâ Coloniæ* MCDLXXXIII *& Louanij biennio pòſt excusâ. Huius compendium ſeruatis ferè Auctoris verbis edidit Franciſcus Haræus inter Vitas Sanctorum ad* IV *Februarij, præfatus erui* ex Codice MS. per eius contemporaneum: *vti etiam poſt Haræum monet Ioannes Gerardus Voſſius lib.* 2. *de Hiſtoricis Latinis cap.* 54. *Eamdem Vitam, ſed plurimùm contractam, habet Ioannes Mauburnus de Bruxellis in Venatorio Sanctorum Ordinis Canonicorum Regularium cap.* 133 *iuxta noſtrum Codicem MS. aut lib.* 2, *cap.* 90 *iuxta exemplar à Picardo ad Neubrigenſem citatum. Nulla in hac Vitâ mentio eſt publicæ venerationis à Pontifice Romano conceſſæ, corporiſq; à terrâ eleuati. Referuntur ea in aliis Actis, quæ damus ex Codice MS. cœnobij Rubeæ-Vallis prope Bruxellas, antè à Ioanne Capgratio in Legendâ nouâ Sanctorum Angliæ Londini anno* MDXVI *excuſa.*

Vita conſcripta:

alia in cõpendium cõtracta:

E

15 *Sunt hæc in compendium redacta ex lorgiore Vitâ, in quâ de miraculis fuſè agi tradit Harpſfeldius*, potiſſimum ad ſepulchrum pij viri patratis. Accepta, *inquit*, ibidem beneficia cæcos, claudos, mutos, ſurdos, paralyticos, febricitantes, hydropicos, furioſos, dæmoniacos, alioſque variis ægritudinibus ad deplorationem omnium amicorum & medicorum oppreſſos, palàm ingentique gratulatione denuntiaſſe. Et, ne quid ficti aut ſimulati gereretur, omnia ad diligentiſſimam accuratiſſimamque diſquiſitionem & cognitionem non ſolùm ex ſanatorum, ſed ex teſtium integerrimorum teſtimonio fideque reuocata eſſe. Cui cognitioni non ſolùm alios multos doctrinâ, pietate, religione inſignes, ſed & Hubertum Cantuarienſem Epiſcopum interfuiſſe, aut potiùs præfuiſſe. Quæ cùm tam eſſent vbique manifeſta & illuſtria, ſignificata eſſe Romano Pontifici per Priores de Chickland & de Cateleya, per Priorem & conuentum de Tyma, Kyrkeham, Abbates de Barlingkerſted, & Renesby, Kirkeſtall, Diui Albani, Suineſheued, Brunnâ, Croxtonâ, per Gulielmum Comitem Eſtſexiæ, per Epiſcopos Bangorienſem, Roſſenſem, Elienſem, Noruicenſem, Couentrenſem, Londonienſem, & Hubertum Cantuarienſem: huic aliiſque quibuſdam Innocentij III rerum accuratè inueſtigandarum curam delegaſſe. Quem de rerum geſtarum per B. Gilbertum magnitudine & varietate affatim inſtructum, corpus eius in editioreni anguſtioremque locum, memoriamque eius, inter ceteros cæleſtes ciues in poſterum celebrandam curaſſe. Atque hæc in annum Domini MCCII & III Idus Octobris & Regis Ioannis, qui & ipſe his de rebus ad Pontificem ſcripſit, tempora incidiſſe. *Hæc aliaq;, apud Harpſfeldium, & fortè ex Actis ſuſè conſcriptis, quæ hactenus non potuimus nanciſci. Ioannes Rex Richardo* I *fratri ſuo, anno Chriſti* MCXCIX *è vulnere extincto, ſuffectus vixit ad annum* MCCXVI. *Innocentius* III *præfuit Eccleſiæ ab anno* MCXCVIII *ad eumdem annum* MCCXVI. *Hubertus denique ex Epiſcopo Sarisburienſi factus Archiepiſcopus Cantuarienſis anno* MCXCIV, *vitâ functus eſt anno* MCCV.

impetratâ canonizatio.

F

facta an. 1202.

§ IV *S. Gilberti celebris cultus.*

16 *Nomen S. Gilberti Martyrologiis variis ab eo tempore inſcriptum. Ita MSS. Leidenſe monaſterij S. Cæciliæ,*

AVCTORE G.H.

Nomen in sacris fastis:

confusum cũ S. Guiberto Gẽblacensi.

& Septinghamum perperàm Gallis adscriptum,

in Anglia situm:

veneratio apud Benedictinos,

Vtraiectinum Clericorum S. Hieronymi, Albergense Canonicorum Regularium, Brugense Guilielmitarum & quidem primo loco, Colonienſe anno 1490 *excusum:* Natale S. Gilberti Confessoris: qui (*vt addit Molanus ad Vsuardum*) Sempingamiæ quieſcit, in monasterio quod ipse condiderat. *Hermannus Greuen ad Vsuardum:* In Angliâ Gilberti Abbatis & Confessoris, qui multos regulariter viuer: docuit. *Florarium Sanctorum MS.* In Angliâ Gilberti Presbyteri & Confessoris, de Ordine Canonicorum Regularium, anno salutis MCLXXXIX. *Vbi melius* Presbyter, *quam ab aliis* Abbas *appellatur. Maiore mendo Bellinus:* Eodem die S. Gilberti Episcopi & Confessoris: *qui titulus* Episcopi *rectius abest à Martyrologio Romano: in cuius Notis Baronius eum cum* S. Guiberto Abbate Gemblacensi *in Brabantiâ confudit, dum scribit huius* nobilis monasterij fundatorem è vitâ migrasse anno Domini DCCCCLXII, *eius* natalem referri à Molano in Indiculo & in Natalibus Sanctorum Belgij, *eiusq;* Vitam à Sigeberto eiusdem cœnobij monacho scriptam *tradi* apud Surium XXIII Maij. *Ita etiam Maurolycus,* Eodem die, *inquit,* S. Gilberti Confessoris, qui Gemmalense cœnobium extruxit tempore Othonis I Imperatoris.

B *Hic adeptus Germaniæ regnum anno* DCCCCXXXVII, *Romamq; profectus dicto antè anno* DCCCCLXII *Imperator acclamatus, atque à Ioanne Papâ* XII *coronatus, superuixit ad annum illius seculi* LXXIII. *In eodem errore versantur Petrus de Natalibus in Catalogo lib.* 3, *cap.* 83, *Galesinius in Martyrologio Romano, Canisius in Germanico, Constantinus Felicius aliiq;; imò Abbatem illum Gemblacensem Ordinis Benedictini Canonicis adscribit Ghinius:* Natalis, *inquit,* S. Gilberti Confessoris, qui fuit Fundator nobilis monasterij Gemblacensis, in quo arctiùs religiosæ vitæ genus Christo Regi militans duxit: tandem mercedem recepturus, migrauit à seculo anno salutis DCCCCLXII.

17 *Eumdem S. Gilbertum, locorum factâ confusione, Galliæ adscribit Saussaius in Martyrologio Gallicano, his verbis:* Item eodem die S. Gilberti alterius Confessoris, qui magnam vitæ perfectionem assecutus, monasterium Sempigamiæ in Hunonis-Curiâ fundauit, eiusque loci factus Abbas, collectis à se alumnis religiosæ conuersationis traditis monitis & exemplis, cælestem migrauit ad patriam. *Est autem Hunonis-Curia vicus cum monasterio ordinis Benedictini in Galliâ Belgicâ ad Scaldim fluuium, inter huius fontem & vrbem Cameracum, procul à Sempringamo apud Anglos in Comitatu Lincolniâ sito. De Hunonis-Curiâ suprà egimus ad Vitam S. Lietphardi Episcopi, qui istic potissimùm colitur. Meliore elogio honoratur in Martyrologio Anglicano:* Sempringhami in Lincolniâ Comitatu, depositio S. Gilberti Confessoris; è nobili

C Normannorum sanguine oriundi, ac Fundatoris Religiosorum in Angliâ dictorum Gilbertinorum, vbi tredecim huius Ordinis extruxit monasteria, octo ad vsum fœminarum, & quatuor pro viris: ac post vitam piè sanctèque actam, plenus ac venerabilis senex annorum, decessit ad Dominum nostrum anno Christi MCL, ac Sempringhami sepultus: vbi magnâ cum veneratione sanctum eius corpus conseruatum fuit vsque ad tempora Henrici VIII. Propter multa miracula, quæ ibi facta sunt, Sanctorum albo inscriptus est à Papâ Innocentio III. *Hieronymus Porterus in Floribus Sanctorum Angliæ, eius Vitam ferè ex Nicolao Harpsfeldio describit. Agit de eodem Gabriel Pennottus in Historiâ Ordinis Clericorum Canonicorum lib.* 2, *cap.* 70, *num.* 2.

18 *Quod tamen sanctimonialibus ferè præscripserit Regulam S. Benedicti, in Martyrologijs etiam monasticis refertur. Wion:* Eodem die in Angliâ S. Gilberti Confessoris, qui Sempingamiæ quieſcit, in monasterio, quod condiderat. *deinde* Ordinem à S. Gilberto sub Regulâ S. Benedicti institutum *esse, confirmare conatur, quòd id legatur apud* Hieronymum Pauli Barcinonensem in Prouinciali Ecclesiarum impresso Romæ MXDIII. *Wionem à Picardo in Notis ad Neubrigensem oppugnatum defendit Menardus lib.* 1 *Obseruationum ad suum Martyrologium Benedictinum, cui* S. Gilbertum *inscripsit: contenditq;,* non esse expungendum ex albo Sanctorum Benedictinorum, qui & monachus fuerit, & vitam suam ad ritum monachorum Cistercienſium composuerit. *Hac de causâ Chrysostomus Henriquez cum ita celebrat in Menologio Cisterciensi:* In Angliâ S. Gilbertus, melliflui Bernardi discipulus, vir zeli Apostolici, seueriſſimæ ac rigidiſſimæ vitæ, puritatis eximiæ, prophetico dono illustris, & stupendorum miraculorum patrator mirificus. D *& Cistercienses.*

19 *Addit Henriquez in Notis ex Nicolao Brabone, auctore moderno,* S. Gilbertum in monasterio Clara-vallensi, antequàm ordinis sui iaceret fundamenta; sub S. Bernardi magisterio monasticæ vitæ didicisse rudimenta. *An horum Ordinis fuerit.* *Quæ mallemus antiquis monumentis stabiliri. Nam primò cùm S. Bernardus anno* MXCI *nasceretur, octo circiter annorum puer tum accrescebat Gilbertus. Secundò contraxit quidem hic, iuxta Acta,* notitiam familiaritatemq́ue *cum S. Bernardo, eiusq; est, teste Neubrigensi,* venerandis consiliis informatus, atque in suo proposito roboratus, *sed anno Christi* MCXLVIII, *cùm is sexagenario maior, iam pridem Ordinem instituisset, ab Alexandro Episcopo Lincolnienſi, tum vitâ functo, præcipuè adiutus. Tertiò Abbates Cistercienses cum Papâ Eugenio negarunt illi ex suo Ordine petitum auxilium, dicentes,* monachos suos aliorum religioni, & præ- E sertim Monialium, præesse non licere; *vt infrà dicitur in Actis: vt mirum sit Montalbum lib.* 2 *cap.* 23, *verba hæc, quæ ab Henriquez ad Menologium citantur, protulisse:* Gilbertini habitu & omnibus aliis rebus sunt Cistercienſes, Papa enim Eugenius III, vtpote Cistercienſis, quando eorum Ordinem approbauit, præcepit, vt Regulam S. Benedicti secundùm institutum Cistercienſium obseruarent: & sic eam seruant, & festum S. P. N. Bernardi post Gilbertum, & vtriusque Ordinis legislatorem S. Benedictum solenniter colunt. *Quæ singula certiùs probanda sunt. Hos secutus Carolus de Visch in Bibliothecâ Scriptorum Cisterciensium, suo Ordini etiam S. Gilbertum annumeraucrat: verùm ob nostras rationes sub calcem libri sententiam mutauit. Ioannes Bromtonus, qui apud Anglos floruit seculo Chr.* XIV *Abbas Iornalensis Ordinis Cisterciensis, ita de S. Gilberto scribit:* Hoc tempore scilicet anno Domini MCLXXXVIII obiit S. Gilbertus Fundator alborum monachorum Ordinis de Sempynpham: *nullâ factâ sui Ordinis mentione.*

20 *Officio Ecclesiastico coli olim solitum S. Gilbertum in Ecclesiâ Romanâ colligimus ex Kalendariis præfixis Breuiariis anno* MCDLXXIX *&* MXD *Venetiis excusis, & Missalibus Norimbergæ anno* MCDLXXXIV *& Venetiis* MDVIII *editis: in quibus* pridie Nonas Februarij S. Gilberti Confessoris *officium* præscribitur, *sed totum de Communi, vt vocant, re-* F *citandum. Bononiæ hoc die celebrari festum S. Gilberti in ædc S. Ioannis in monte, eiusq; aliquas reliquias adseruari in ecclesiâ S. Iacobi Maioris tradit Masinus in Bononiâ illustratâ ad* IV *Februarij, ac videtur de hoc Sancto intelligendus.* *officium Ecclesiasticum.*

VITA

auctore coæuo,

ex antiquâ Historiâ Sanctorum.

BEatus Gilbertus in Angliâ, *a* loco qui dicitur *a* Somplingeam, genitus, patrem habuit Militem, *b* Ioceſinum nomine, strenuum quidem viribus, opulentum facultatibus, & conspicuum moribus. Mater verò Gilberti, antequàm iste nasceretur, vidit in somnis, quòd quasi de supernis luna in suum descenderet sinum. Segniter priùs studens, præ verecundiâ seu timore propriam patriam reliquit, adiens partes Gallicanas; nomen Magistri acquirens & gradum. Ita castus semper vixit, vt nullus vnquam ipsum tetigisse mulierem audiuit. Rediens igitur ad par- *castus.*

a *b* *S. Gilbertus Anglus,* *studet in Galliâ,*

tes

A tes natales, pueros & puellas inſtruxit tam ſcientiâ, quàm moribus, & adhuc ſeculares coëgit viuere regulariter, & illi fuerunt ſui Ordinis planitæ primitiuæ.

docet puèros:

2 Poſteà pater ſuus, Patronus Eccleſiarum Somplimgeam & *c* Cirectonis tunc temporis vacantium, ipſum, vt ait, renitentem ad eaſdem præſentauit. Ipſe verò quidquid ex redditibus, vel alio modo habere potuit, præter ſola vitæ ſtipendia, in pauperum vſus reſeruauit. Interea Gilbertus inuitauit quemdam de Condecurionibus ſuis ad orationem, &, quoties inter pſallendum occurrebat nomen Dei vel Domini, vel aliquod ſimile, flectebat genua: vnde ita fatigatus eſt Clericus ille, vt iuraret ſe numquàm cum ipſo oraturum.

c Clericus addictus eleemoſynæ,

genuflexioni,

3 Poſteà Epiſcopo Lincolnienſi Alexandro adhæſit: cùm numquàm curæ paſtoralis officium prætermiſit. Ordinatus itaque ad omnes ſacros Ordines Gilbertus, ita ſanctè ſe habebat, quòd in viâ morum pontem fecit Pontifici, cuius venerat vitam imitari: & acceptis ab eodem clauibus ligandi atque ſoluendi, eius Pœnitentiarius, licet renitens, factus eſt. Cùm quidam Archidiaconatum ei offerret, renuit accipere, dicens, ſe noſſe aliam viam paratiorem ad interitum. Proponens Sanctus ſua pauperibus erogare, puellas quaſdam in

Sacerdos

Pœnitentiarius,

B Somplimgeam ab Epiſcopo antè imbutas, ſub pariete eccleſiæ S. Andreæ collocauit, eiſque neceſſaria miniſtrauit. Poſteà accepit laicos mares, quos exterioribus & grauioribus negotiis præfecit, & tam his, quàm illis habitum quemdam humilitatis ſignificatiuè tradidit. Poſt hæc multi potentes prædia & fundos eiſdem offerentes, per multas prouincias multa monaſteria ſub eius regimine ædificare cœperunt, inchoante Epiſcopo Lincolnienſi Alexandro, cum Rege Anglorum

monaſteria varia inſtituit:

d Henrico ſecundo.

d

4 Poſt hæc adiit *e* Capitulum Ciſtercienſe, vbi tunc fortè aderat Papa Eugenius, vt ſe curâ gregis ſui exueret, & ipſam monachis Ciſtercienſibus committeret. Sed Dominus Papa & Abbates aſſerentes hoc ei non licere; iuſſus eſt ab Apoſtolico perſiſtere in officio. Fertur quoque Papam voluiſſe ipſum *f* in Archiepiſcopum Eboraci ſublimaſſe; ſi fama meritorum, quæ tunc in ipſo comparuit, ſibi *g* priùs innotuiſſet.

e

adit Eugenium Papam,

f

g

5 Fratres verò laici, quos Gilbertus omnium domorum ſuarum curæ præfecerat, *h* contra ipſum egerunt, diffamantes & obiicientes ei, quòd eſſet ſacer ordinis, & Eccleſiarum inſtitutionum ſubuerſor. Horum enim inſolentiam cùm argueret, diabolicâ ſuggeſtione inſurrexerunt contra eum. Porrò Gilbertus aſ-

h

contra rebelles ſubditos

C ſeruit priùs guttur ſuum fore ſecandum, quàm primam eorum profeſſionem, & Ordinis inſtitutionem mutaret. Quidam autem eorum veniam poſtulantes, ad pacem & concordiam redierunt: ſed qui ſchiſmatis auctores principales extiterant, morte indecenti obierunt. Compertâ verò aduerſariorum malitiâ, ipſe Rex Henricus ſecundus, & ferè omnes Epiſcopi & Prælati denuntiauerunt veritatem rei ſummo Pontifici. Qui reſcribens, indulſit Magiſtro Gilberto, & ſucceſſoribus ſuis, ne quis ea, quæ ſuæ Religionis erant, ſine maioris & ſanioris partis conſenſu audeat mutare, vel illis ſuperadderet: concedens eis plenam auctoritatem corrigendi, quæcumque de cetero emerſerint in Ordine. Ob eccleſiarum ſuarum neceſſaria citra mare & vltra diſcurrens ad Regum & Pontificum palatia, aliquoties non modò verbis impetitur, ſed & verberibus.

Impetrat fauorem Regis, Epiſcoporũ & Pontificis:

6 Omnia monaſteria ſua æqualiter dilexit. Quamdam monialem igne libidinis æſtuantem aſperè arguendo ſanauit. Et quemdam Fratrem irâ agitatum vſque ad monaſterij deſertionem, leui ictu in maximam conuertit manſuetudinem. Quædam monialis Præpoſita ad extremum vitæ perducta contaluit, dum morbo inhiberet Gilbertus, per virtutem obedientiæ, ne accederet. Tempore quo Cruce ſignati ſunt omnes Nobiles Occidentalium regionum, audiens Pater Gilbertus Henricum Regem *i* Cruce ſignatum, gemens ait quaſi prægnoſticando: Placuit Deo finem ponere rebus. Quod dictum rei probauit euentus. Nam Rex Henricus *k* obiit, licet non in illo itinere. Imperator Fredericus obiit *l* versùs Ieruſalem: & innumeri alij potentes in illâ expeditione defuncti ſunt. Magnatum quoque precibus, & præmiis multimodis quandoque denegabat; ſimplici petitioni Fratrum, vel vnius alicuius iuſti, gratanter annuebat.

vitia emẽdat:

morbundã ſanat:

AVCTORES Coæuo.

D

i k l

prædicit euentum Crucesignatorum:

7 Conqueſtus eſt aliquando poſt refectionem, ſe deliquiſſe per crapulam; cùm mirarentur ſodales ſic vitam poſſe tranſigi humanam. Omni tempore à carnibus abſtinens, tempus Quadrageſimale, & Aduentus Domini ſine piſcibus duxit. Diſcum pauperum, quem diſcum Domini noſtri vocauit, menſæ ſuppoſitum ſemper primitiis & præcipuis ciborum partibus inpinguauit. Vaſis ligneis, & teſteis, & cochlearibus vtebatur corneis. Fleuit nonnumquàm inter epulas, quòd ſic oportuit quotidiè cadentem refocillare naturam. Indumenta habuit non plura, neque pauciora in hyeme, quàm in æſtate. Forma habitus eius erat tunica, & pallium in loco fibularum præconſutum, & inſeparabili capucio. Poſt completam ſeptimam horam ſuper lectum totâ nocte non iacuit: ſed ſedit non depoſitis diurnis veſtibus: & quia à tergo non erat, quòd occiput pendulum ſubleuaret, caput ante anteriora depreſſit, vt ſic ſomnum fugaret. Tantæ fuit compaſſionis, vt, cùm videret quemdam peccantem vſque ad deſperationem, & verè poſteà pœnitentem, lacrymatus eſt coram cunctis præ gaudio, & omnes congaudere monuit.

quo cibo vteretur,

quibus veſtibus,

E

& quo modo dormiendi:

8 Poſt hæc Rotgerum Somplimgeam ex diſcipulo ſibi Magiſtrum præfecit, & profeſſionem Ordini, & loco Somplimgeam ritè deuouit: & ſic habitum Canonicum apud *m* Bulingtonam ſuſcepit: profitebatur Rotgero iam Præpoſito S. Gilbertus per omnia ſicut Patri. Interea *n* dum glorioſum Martyrem Thomam Cantuarienſem Archipræſulem vſque ad proſcriptionem Rex Angliæ infeſtaret, accepit Gilbertus in *o* monaſteriis ſuis; inſuper dedit ei de Fratribus ſuis comites viæ ſuæ, qui eius itinera ſatis circumſpectè dirigerent. Cùm idem Sanctus lumine priuatus ex defectu naturæ, ſeu lacrymarum inundatione, verbum exhortationis in monialium Capitulo faceret; vidiſſe ſe teſtatus eſt lacrymas à maxillis monialis defluentes.

obiit Rotgero Præpoſito:

m

n

iuuat S. Thomam Cantuar.

o

eæcus videt lacrymas alterius:

9 Morbo proindè & ſenio compulſus migrare, mandauit Eccleſiis ſuam inhiminere diſſolutionem. Nocte igitur Natalis Domini noſtri, Corporis Dominici, & Extremæ vnctionis munitus eſt Sacramentis. In ſpatio ſibi à Deo indulto, acceſſerunt ad eum multi Prælati & alij, vt eius benedictione & eius allocutione conſolarentur. Obiit igitur ſanctus Pater Gilbertus, ſingultantibus omnibus, pridie Nonas Februarij, anno Domini mille ſimo centeſimo octuageſimo *p* nono: ſepultus autem eſt in monaſterio Somplimgeam, inter maiora altaria, vbi ex vtrâque parte parietis interclusus, hinc à viris, illinc à mulieribus poſſet adorari. Non multùm poſt obitum ſancti viri, quidam Canonicus illius Ordinis vidit in ſomniis Fratrem nuper antè defunctum, quem cùm inter cetera de Magiſtro Gilberto interrogaret, reſpondit: Non eſt, inquit, nobiſcum; altior tenet eum locus: ex quo enim migrauit, ad Virginum chorum tranſlatus eſt. Multa autem alia facta, & mirabilia per eum Dominus in vitâ, & poſt mortem ipſius operatus eſt; quæ hîc cauſsâ breuitatis non ſunt conſcripta.

extremis Sacramẽtis munitus,

F

obiit,

p

ſepelitur:

inter Virgines in cælo eleuatus creditur.

a Maubirnia, Sompligena. *alij* Sempingham, *&* Sempringham. *de ſitu antè actum.*

b Alias Iocelinum.

c Alias Tiringtonis. *ſeu* Tyringtonis. *Eſt autem* Turrington *vicus Lindiſſiæ, in centuriâ ſeu* Wapentachiâ *VVraggoë, propè fontem riuuli inde in VVithamam infra Lincolniam defluentis.*

d Ab obitu Alexandri Epiſcopi anno 1147, *ad regni Henrici* II

initium 1154, *intercurrunt anni* 7, *vt hîc indicetur opus ab Epiſcopo præclarè inchoatum, dein à Rege promotum eſſe.*

e *Anno* 1148.

f *Quando S. Guilielmo, ob falſas potiſſimùm criminationes, relicto, Henricus Murdacus ex Abbate Fontanenſi Ordinis Ciſtercienſis ab Eugenio Papâ creatus eſt anno* 1145, *vt tradunt Pariſienſis & VVeſtmonaſterienſis: non* 1142, *vt Godvvinum ſecutus ſcribit Gaſpar Iongelinus in Purpurâ S. Bernardi, de Archiepiſcopis ordinis Ciſtercienſis in Angliâ, cùm eo anno adhuc ſupereſſet Innocentius* II *Papa; inter quem & Eugenium fuerunt Cæleſtinus* II *& Lucius* II *Sed hæc accuratè diſcutienda ſunt* VIII *Iunij ad Vitam S. Guilielmi Archiepiſcopi Eboracenſis, poſt obitum Henrici iterum aſſumpti. De his Archiepiſcopis legendus Neubrigenſis lib.* I. *cap.* 17 *&* 26.

g *Mauburnus ait,* eum, ne Eboracenſis conſtitueretur, aufugiſſe: *quòd hinc refellitur.*

h *Mauburnus addit cauſſam, quòd* tam ſtrictè ſeruaret diſciplinam, vt nulli fas eſſet à Regulâ exorbitandi.

i Anno 1188 in Ianuario Regem Henricum Crucis ſignaculum ſuſcepiſſe de manibus Archiepiſcoporum Remenſis & Willielmi Tyrenſis, *ſcribunt Radulfus de Diceto, Gervaſius Dorobornenſis, Pariſienſis & VVeſtmonaſterienſis, & pluribus Neubrigenſis lib.* 3 *cap.* 23 *&* Rogerius de Houeden. Suſcepit *autem* cum ſuâ gente Cruces albas.

k *Anno* 1189, *feriâ quintâ,* 6 *Iulij, in caſtro Chinone Cenomanenſis agri in Galliâ, intricatus bello Gallico, & filiorum ad*
B *partes hoſtiles defectione: qua legenda apud Neubrigenſem lib.* 3 *cap.* 25, *& alios.*

l *Anno* 1190 *in flumine ſuffocatus circà partes Armeniæ minoris.*

m *Mauburnus,* Briglichtona. *Eſt autem* Bullingron *in ſuprà dictâ VVapentachiâ VVraggoâ, quà hæc minùs à Lincolniâ urbe diſtat.*

n *Anno* 1165.

o *Tum* S. Thomas mutato & habitu & nomine Lincolniam venit, *indeq;* à paucis cognitus per ignotas vias & ſemitas ad mare properauit, equitans in noctibus, & in diebus latens inter amicos & notos. *vt pluribus Rogerius ad eum annum, qui tamen* comites itineris *aſſignat* duos Fratres Ordinis Ciſtercienſis, & vnum ſolum ſeruientem: *vt hi Gilbertini directores itineris diurni aſſumpti fuerint, non continui ſocij permanſerint.*

p *Mauburnus* ſecundo; *quod ex tempore Henrici Regis Cruce ſignati optimè refellitur. Bromtonus* octauo, *ſed fortè calculo eorum abductus, qui annos à Paſchate inchoant.*

ALIA VITA

Ex MS. Rubeæ-Vallis & Capgrauio.

S. Gilbertus

1 SAnctus enim Gilbertus, in loco Sempingham ab incolis vocato, nobili proſapiâ ortus. Pater eius Ioccelinus, Miles ſtrenuus, genere Normannus, mater natione Anglica fuit. Cui, priuſquàm naſceretur, viſum eſt in ſomnis, quòd deſcendentem à ſupernis luminà ſuſcepiſſet in ſinum. Natus autem puer ſanctus, in domo patris ſui adeò abiectus manſit, quòd nec famuli domus cum eo cibum ſumere dignarentur: corporali enim ſchemate incompoſitus & incultus erat. Litteris tamen traditus, & parum proficiens, patriam deſeruit, & liberalibus in Galliâ ſtudiis deditus, magiſtri nomen & gradum habere meruit. In Angliam demum rediens, pueros & puellas inſtruxit: qui primi erant, in quibus ordo Sempinghamenſis initium ſumpſit, quos adhuc ſecularis & ipſe non ſolum ſcholaſticis rudimentis, ſed & moralibus, & monaſticis inſtituit diſciplinis. Silere in eccleſiâ, ſimul quaſi in dormitorio dormire, non niſi locis ſtatutis loqui & legere, eos informauit. Ab ineunte enim ætate animas Deo lucrifacere, & quibuſcumque poterat verbo & opere proficere & exemplo ſatagebat. Pretioſis & nitidis ſecundùm natalium dignitatem vtens indumentis, iuſtitiæ & veritatis erat amator: omnium ſibi fauorem & gratiam comparauit.

puer abiectus,

ſtudet in Gallijs

docet pueros cũ litteris virtutem

2 Eius denique conuerſatione laudabili delectatus pater, ad Eccleſias de Sempingham & Tiringtonem eum multùm renitentem præſentauit. Aſſumptus itaque ad regimen animarum, *a* vnà cum ſuo Capellano

Clericus a

in domo cuiuſdam parochiani ſui hoſpitatus; cùm formâ filiæ hoſpitis, quæ ei ſedulò miniſtrauit, occulta vtrique ſurreperet contagio; viſum eſt Gilberto in ſomnis, quòd manum ſuam in ſinum prædictæ puellæ iniecciſſet, nec inde eam extrahere poſſet. Vir igitur caſtiſſimus vehementer expaueſcens, à loco illo velociter ſe tranſtulit. Hæc enim virgo poſtmodùm de ſeptem primis erat, in quibus vir ſanctus Ordinem inchoauit. Quidam parochianus ſuus cùm de decimis frugum ſuarum fraudem feciſſet; compulit Gilbertus ruſticum illum ex *b* grangiâ *c* bladum eiicere & per ſingulas *d* gerbas coram ſe numerare: & deciman partem in aceruum congerens, in mediâ plateâ accenſo rogo in deteſtationẽ tanti criminis & terrorem aliorum conſumi fecit. Quidquid enim præter ſtipendia vitæ neceſſaria habuit, pauperibus & egenis erogare curauit. D

caſtus,

b c d

decimas furto ablatas accendit:

3 Gradum ſacerdotij tandem adeptus, eleemoſynæ largitioni indulgens, pauperes elegit, quorum paupertas timore Dei pariter & amore eſſet honeſta. Septem Virgines à ſtrepitu mundi & hominum aſpectu incluſit, præcepta vitæ dans eis & diſciplinæ, monaſterij neceſſaria ædificia conſtruxit; feneſtram vnam patentem per quam neceſſaria immitti poſſent ſtatuendo. Creſcente demum numero Fratrum & Sororum, Ciſtercium ad Papam Eugenium adiit: monachos Ordinis illius vtpote regulæ arctioris, ſuo operi incepto præficere decreuit. Dominus autem Papa & Ciſtercienſes Abbates Ordinis ſui monachos aliorum religioni, & præſertim monialium, præeſſe non licere dixerunt. Data eſt autem & iniuncta B. Gilberto à Papâ Eugenio cuſtodia gregis ſui: & B. Malachiæ Hibernenſi Archiepiſcopo & Bernardo Clareuallenſi Abbati in illo itinere adeò familiaris effectus eſt, vt ipſo ſolo præſente per orationem eorum cuidam ægroto fertur ſanitas collata. Inſignia etiam amoris, baculum ſcilicet tam Præſulis quàm Abbatis, in quibus virtutes ſanctæ ſunt, accepit & *e* orarium cum manipulo in monumentum ſui Abbas dedit ei. Regreſſus autem in Angliam, viros diſcretos qui tam viris quàm mulieribus viam ſalutis panderent, & paſtorale officium exhiberent, inſtituit. Habitacula Clericorum à domibus monialium procul ſtatuit, vt Canonici longiùs ab illis remoti, nullum ad eas haberent acceſſum, niſi pro adminiſtrando aliquo diuino Sacramento ſub multorum teſtimonio. Videri autem detectâ facie omnino moniales prohibuit. Quidquid autem intus ſiue extrà fieri ſiue ſignificari oportet, duo ſenes probati extrinſecus, & duæ Sorores maturæ interiùs deputantur, per quos tantùm audientes & mutuò non videntes, quidquid neceſſarium eſt, nuntiatur. Monialibus Regulam B. Benedicti, Clericis verò Regulam S. Auguſtini propoſuit: & ea quæ minùs in Regulis illis inuenit, à multis monaſteriis ſtatuta excerpſit, & collegit, Papæ Eugenio miſit & confirmata recepit. E F

Sacerdos Ordinem religioſorũ inſtituit:

e monaſteria in vſũ virorũ & mulierum ordinat:

Regulam præſcribit:

4 Præter pauperum, & infirmorum leproſorum, viduarum & orphanorum xenodochia, quæ conſtruxit, eccleſias conuentuales treſdecim magno labore & induſtriâ in vitâ ſuâ conſtituit: in quibus, duorum millium & ducentorum numerum in obitu ſuo reliquit. Omnium eccleſias æqualiter dilexit, & circa omnium negotia æquè ſollicitus fuit. Maiores culpas eius examini reſeruari ſtatuit, minora ceteris diſcutienda reliquit. Libros multos ſcripſit, verba eius nihil aliud, quàm ſapientiam & ſcientiam ſonuerunt: monialem igne libidinis ſuccenſam aſperâ caſtigatione ſanauit: & Fratrem iræ ſtimulis agitatum, leui baculi ſui ictu in maximam manſuetudinem conuertit. Equitatura eius ſimplex & comitatus honeſtus: aliis largus ſatis, ſibi parcus apparuit. A carnibus omni tempore, niſi in maximo langore, abſtinuit: ab eſu piſcium per Quadrageſimam & Aduentum ſe temperauit: olera & legumina & huiuſmodi vilia libentiùs ſumpſit. Primum piſcium partem Deo, reliquam ferè totam commenſalibus

in 13 monaſterijs

2200 regit:

agit cum Eugenio Papâ, SS. Malachiâ, & Bernardo:

vitia emẽdat,

parcus in cibo,

A bus communicauit. Erat enim vas positum in mensâ coram ipso, quod Discum Domini Iesu appellare consueuit; in quo non solùm ciborum reliquiæ, sed & partes præcipuæ ad opus pauperum repositæ erant. Sæpe ad mensam sedens, lacrymas fudit: vasis ligneis & testeis, & cochlearibus tamen corneis vtens, omnem mundi vanitatem exclusit, & metallorum superfluitatem. Post mensam lectioni, orationi sacræque meditationi indulsit, & toto anni circulo æqualibus vtens indumentis, nec plura in hyeme nec pauciora in æstate quæsiuit. Rogerum *f* quemdam ex filio Patrem & ex discipulo Magistrum sibi præfecit, & obedientiam illi faciens, habitum canonicum suscepit.

vestibus:

f

5 Cùm autem S. Thomas exul in Galliâ moraretur, à ministris regiis multam trans mare pecuniam contra præceptum Regis sancto Episcopo mississe notatur. Coactique sunt tam ipse quàm omnes cœnobiorum suorum Præpositi & procuratores coram Iudicibus Regis assistere: propterque eius sanctitatem oblatum est ei, vt præstito sacramento fidem faceret, falsum esse, quod suggestum erat. Ille verò, quia id in iniuriam Ecclesiæ redundaret, renuit; malens subire exilium, quàm tale præstare iuramentum. Suspensâ itaque diu sententiâ, cùm Iudices illum condemnare timerent, superuenientibus litteris Regis, cum suis ad
B monasterium suum redire permittitur. *g*

S. Thomæ Cantuariensi non mississe pecunias, etsi verè, iurare recusat:

g

6 Vexato aliquando sancto viro validâ febre, accessit quidam ad eum compatiens illi. Cui Sanctus, Nunquid, ait, sensisti, quanta est febrium anxietas? Et ille: Non. Cúmque quæsisset Sanctus, an febres illas vice suâ, vt ipse liberaretur, vellet suscipere, & ille annuisset; manè sequenti corripitur febre homo ille, Patre sancto omnino liberato. Quidam sancti Patris *h* pedules in pedibus gestans, à podagrâ, quâ detinebatur, omnino liberatur: & alter febricitans ex scypho Sancti potando curatur. Cùm autem flamma ignis inualescens, hospitio S. Gilberti appropinquaret, & ille residens in fenestrâ oraret, & psalleret; mox alteram partem domus flamma depascens, eius præsentiam quasi abhorrens, illam vbi resedit partem transuolauit: & viciniora loca circumquaque arripiens, alia hospitis ædificia intacta reliquit.

pellit febres,

h

podagram,

incendiit:

7 Anno autem Domini millesimo centesimo octuagesimo nono & vitæ suæ centesimo sexto, sanctus Dei seruus Gilbertus, operibus bonis & exemplis plenus, cælestia penetrans, pridie Nonas Februarij, in monasterio Sempinghamiæ ab eo fundato cum honore sepelitur. Canonizatus est autem & in Sanctorum catalogo ascriptus à Papâ Innocentio, anno Domini millesimo ducentesimo secundo: & eodem anno, tertio Idus Octobris corpus eius de terrâ translatum in scrinio honorificè reponitur. In nocte verò diem obitus sui præcedente, viderunt multi globum igneum immensum, & quasi candelas multas simùl accensas tertiò de cælo descendere, & rursum ascendere supra tectum basilicæ contra sepulchrum eius: & tertiò quasi culmen ecclesiæ penetrare & introcadere videbatur. Die verò quo seculum reliquit, circiter viros religiosos septingentos, & sorores religiosas mille quingentas Deo famulantes reliquit.

obiit:

Auctore REANONYMO *Ex MS.* ET CAPGR.

D *Alii adscribitur: transferunt.*

a *Addit Harpsfeldius*: Munus susceptum tantâ diligentiâ, curâ, sedulitateque administrauit, vt concionandi frequentiâ, claroque suo omnium virtutum exemplo parochianos valdè ad pietatis suæ imitationem inflammaret: ita vt non multùm à monachorum disciplinâ abesse viderentur: illustreque, quocumque pergerent, cuius Pastoris oues forent, pietate suâ documentum darent.

b Grangia *horreum, prædium & villa. Hinc Cæsarius lib. 5. cap. 17 aliisque* grangiarius *villicus, aut horrei præfectus. Grangia nomine vtitur auctor Vitæ B. Rogerij Abbatis Ellantij 4 Ianuar. cap. 5.* Grangia.

c Bladus, & bladum, *frumentum, semen, fructus, vox apud scriptores medij æui vsitata; vti* imbladare, imbladatio & imbladata: *seminare, frugum jactio, loca ita consita. Auctor Vitæ B. Rogerij dicto cap 5* tellus magis frumentum, quàm aliud bladum ferre potest. *B Odoricus 14 Ianuarij in suâ peregrinatione seu Vita:* terra blado abundans *&c.* E Bladum.

d Gerba *mergitem seu manipulum spicarum significat.* Gerba.

e Orarium, *pro rocquettâ, seu veste lineâ Episcopali sumi; subinde pro linteo ori admouendo diximus* x *Ianuarij ad Vitam S. Agathonis Papæ lit. Cc. In Concilio Toletano* IV *cap 25 Presbyteru & Diaconis etiam* orarium *datur; non autem subdiaconis: vt Stola esse videatur. Ita Petrus Blesensis sermone 41:* Orarium, quod & Stola dicitur: *qua hic cum manipulo fuerit donata.* Orarium.

f *Harpsfeldius* Ecclesiæ Maltonæ Canonicum *vocat.*

g *Idem addit*: Qui iam liber & abiturus, palàm apud Iudices contestatur, se obiecti criminis omnino immunem. Mirari valdè omnes, quod vltro iam fateretur, quòd in tanto prius periculo positus, cùm id pudore veritateque saluis potuisset, præstare tamen noluisset. Ceterùm ille altiore vsus consilio, neque ex dignitate suâ aut Ecclesiæ, neque sine malo exemplo futurum putauit, si suppetias, quas reuerà non tulit, tulisse tamen Antistiti suo debuisse existimauit, tam solenni apud tribunalia contestatione, se nullas tulisse professus fuisset.

h Pedules *pro laneis calceis videntur poni.* Pedules.

DE S. OBITIO CONFESSORE

BRIXIÆ IN ITALIA,

Commentarius historicus.

I. B.

CIRCITER AN. MCC. IV FEBR. *Longobardicarum vrbium olim bella, & horum causſa.*

1 *Frequentibus & cruentis bellis inuicem collisæ olim Galliæ Cisalpinæ vrbes, iis præsertim temporibus quibus Germani Imperatores impiis armis exscindere Pontificis Romani dominatum moliebantur. Et illæ quidem ita ducebantur in partes, vt magis tamen insita popularium animis odia exercerent. Nempe qui serendis inter mortales inimicitiis vacant dæmones, cùm vinculis sunt, quibus coërcebantur à Diuinâ Iustitiâ soluti, totas gentes, sæpè aliam communiter speciem prætendentes, alio interim fine motas, in perniciem impellunt. Solet tamen propitium Numen, etiam ex hisce malis, aliquid ad hominum salutem, suique nominis gloriam elicere. Id adeò cernere est in eo bello quod eo tractu exarsit sub annum* MCXCI; *quo anno Imperij coronam à Cœlestino* III *Henricus* VI, *Frederici Æniobardi* F. *cepit.*

2 *Id bellum, ac belli causſas, post alios ita breuiter Carolus Sigonius perstrinxit, hist. de regno Ital. lib.* 15. Eodem anno bellum alterum, *inquit*, inter Lombardos est ortum, principio à Brixianis & Bergomatibus, qui contentionem de finibus instauraurant, instituto. Brixianis Mediolanenses, Bergomatibus Cremonenses studebant. Ceterùm Cremonenses cùm pro Bergomatibus ad Ciuitatem, castrum Bergomatium, cum carrocio substitissent, magnum incommodum acceperunt. Nam cùm Idibus Iuliis traiecto amne Ollio agrum Brixianum populabundi iniissent, ab hostibus oppressi, prælio dimicare coacti sunt: hostium autem multitudine superante, in fugam compulsi, non solùm Carrocium amiserunt, sed etiam vnà cum Bergomatibus partim capti, partim flumine Ollio mersi, multi etiam ferro fœdè occisi sunt. Ea victoria ingentis speciem triumphi victricibus ciuitatibus præbuit. Carrocij corpus Mediolanum rei gestæ monumento translatum. Brixiani malum & molam Brixiam deportarunt, atque ad perennem

an. 1191 à Brixianis & Mediolanensibus

victi Cremonenses.

amisso Carrocio

AVCTORE I.B. ennem trophæi de vicinis hoſtibus parti memoriam, malum in templo maximo ſuſpenderant, nolam verò in turrim populi ſubduxerunt, atque vt in diebus Carniſprinij publicæ lætitiæ gratiâ pulſaretur, inſtituerunt.

3 *Eadem fatetur Lodouicus Cauitellius Cremonenſis, & quidem ſuorum ciuium deſiderata quinque millia, partim occiſos, partim aquis merſos, mille vulneratos, captos totidem. Congruit Elias Capreolus lib. 5 hiſt. Brixianæ, niſi quòd id geſtum velit, Nonis Iulij cùm feſtum celebraretur* S. Apollonij *Ep. Explicat lib. 7 Sigonius quid ſit* Carrotium: Vexillum *nempe*, quod in curru impoſitum, magnâ religione ad bella mittebant, magnâque curâ in prælio defendebant. *Et lib. 11 ſcribit*, carrocio exui, inſignis probri loco per ea tempora habitum. *Donatus Boſſius* Carrocerum *vocat & hanc victoriam multùm imminuit, ſed totam tribuit Mediolanenſibus, & ad annum* MCXC *refert.*

4 *Proſequitur Sigonius lib.* 15, *quæ deinceps factæ vaſtationes agrorum, prædiaq́, & vt Cremonenſes nouo carrotio ſpoliati ſint; vtq́, tandem auctore Truſardo, Legato Cæſaris, anno* MCXCIV *coaluerit pax: Capreolus poſt primam illam Cremonenſium cladem, iſta commemorat: Bergomates Brixianorum fines ſequenti hieme populatos, Callepium caſtellum nocturno aſſultu recuperaſſe, die* XXIX *Martij. Dein adiunctis Cremonenſium copiis Pontolium vſque, ſiue Ollij fluminis pontem, extremam Occaſum versùs Brixianorum munitionem,* VII *die Iulij veniſſe. His occurriſſe Brixianos* XII *millia, & manu conſertâ, Cremonenſium ac Bergomatium multos trucidatos, multos Ollio amne hauſtos, non paucos Brixiam captiuos abductos.*

5 *Huic prælio, atque, vt veroſimile eſt, etiam priori,* Obitius *Eques Brixianus, vir fortiſſimus, interfuit. Hunc memorant, dum hoſtibus animosè inſtat, inq́, Ollij ponte dimicat, eo ob nimium commiſtæ multitudinis pondus ſubitò collabente, ipſum quoque in amnem corruiſſe, & nocte totâ, peculiari Numinis beneficio, inter cæſorum merſorumq́, aceruos ſeruatum illæſum: tum à ciuibus ſuis extractum, in caſtellum quoddam, vt refocillaretur, deuectum: ibi cùm iaceret, ſopore correptum eſſe; & poſtquàm experrectus eſt, retuliſſe deportatum ſeſe fuiſſe ad inferorum loca, atque innumerabilem in ea vidiſſe animarum multitudinem deturbari, itaq́, denſam, vt decidere è cælo nix ſolet, ac variis plateq́, horrendis laniari cruciatibus. Poſitis igitur armis rediſſe Brixiam, ſecumq́, ſingulare illud Dei erga ſe beneficium reputantem, deinceps religioſiſſimam vitam egiſſe, eâque defunctum in S. Iuliæ tumulatum æde. Vbi fertur cùm à multis magnâ fiduciâ inuocaretur, haud pauca perpetraſſe miracula.*

6 *Hæc Capreolus. Eadem ferme Ferrarius, qui raptum tamen ad inferos ſcribit Obitium, dum inter hoſtium cadauera iaceret; additq́, miraculis & viuentem & mortuum claruiſſe, atque iſta enarrat ex antiquis monumentis, vt ait, cœnobij ſanctimonialium S. Iuliæ, quibus eum ait, quoad ſuperuixit, pœnitentiæ cauſſâ inſeruiſſe.*

7 Cùm pons, *inquit Ferrarius*, ſuper Ollio conſtrueretur, ac architecti manus ſub trabe preſſa contrita fuiſſet, illam Obitius inuolutam pallio, manibus ſuis fouens, mirabiliter ſanauit.

8 Cùm corpus ad ſepulturam efferretur, multique languentes aquâ, quâ illud lotum fuerat, aſperſi ſanarentur; ancilla quædam fiſtulis & plagis plena, cùm aquam minimè inuenire potuiſſet, terrâ eâ aquâ madefactâ plagas tetigit, continuoque ſanata eſt.

9 Mulier cæca ad S. Obitij tumulum à puellis delata, cùm illa vehementiùs oraret, viſum recepit; domumque, ductorem viæ non requirens, reuerſa eſt. Mulier quoque toto corpore contracta ad tumulum Obitij deducta, non ſine ingenti qui eam nouerant admiratione, curata fuit.

10 Vir etiam quidam ita manibus ac pedibus languens erat, vt vix fulcris nixus loco dimoueri poſſet: qui per annum in arcâ apud S. Obitij ſepulchrum moratus, cùm illud ex deuotione tetigiſſet, gradiendi recepit facultatem.

11 *Addit Ferrarius, etſi in Tabulis Eccleſiæ Brixienſis non ſit Obitij nomen annotatum;* eius tamen natalem in eccleſiâ S. Iuliæ V. & M. vbi corpus eius aſſeruatur, celebrari. *Eumdem ipſe catalogo generali SS. ita ad hunc diem inſcripſit*: Brixiæ in Italiâ Tranſpadanâ S. Obitij Confeſſoris. *Galeſinius quoque*: Brixiæ, S. Obitij Confeſſ. ad cuius ſepulchrum multa miracula Dei munere edita ſunt.

(quid id eſſet,

& quanti fieret)

an. 1192 iterum victi.

tunc Obitius Brixianus, fracto pōte inter mortuos ſeruatus, in raptu inferos vidit:

ſanctè exinde vixit.

ſanctimonialibus famulatur:

contritam manum ſanat.

aquâ, quâ mortuus lotus, morbi curati.

ad eius ſepulchrum cæca illuminata: curata cōtracta;

& laguens quidam.

Colitur 4 Febru.

DE B. IOANNA VALESIA

REGINA FRANCIÆ,

FVNDATRICE ORD. ANNVNTIATAR. B. MARIÆ,

G. H. Commentarius præuius.

§. I *B. Ioannæ ſtirps regia. matrimonium contractum & diremptum.*

AN. CH. MDV. IV FEBR. *Apud Bituricenſes*

1 AVaricum Biturigum, *quod* Bituricam *paſſim dicimus, illuſtris Aquitaniæ primæ metropolis, eſt ſedes plurimorum Ducum ex Regum Francorum ſtirpis Valeſiæ ſanguine prognatorum ab anno Chriſti* MCCCLX *facta. Eâ iſtic dignitate claruerunt Ioannes filius tertius Regis Ioannis, & frater Philippi Audacis Ducis Burgundiæ: alter Ioannes quartus filius Regis Caroli* VI, *vti etiam illius frater Carolus, dein Rex huius nominis* VII; *eiuſq́, poſteà filius quartus etiam Carolus dictus. Poſt quem eo Ducatu honoratus eſt Franciſcus filius tertius Ludouici* XI, *ac frater beatiſſimæ Reginæ Ioannæ, quæ poſt diuortium initi cum Ludouico* XII *matrimonij, factum anno* MXDVIII, *obtinuit etiam hunc Ducatum Bituricenſem, ac reliquam vitam in eâ vrbe ſanctè traductam finiuit* IV *Februarij anni Chriſti* MDV: *qui ſæpe tamen* MDIV *numeratur, quòd initium anni tunc à Paſchate ducerent Franci, vt ſæpius dictum eſt.*

obiit B. Ioanna anno 1505:

2 *Nobiliſſima hæc* Ioanna & Valeſia & Francica *cognominatur ob illuſtres ſuos maiores Reges Franciæ in ſtirpe Valeſiorum continuatos. Pater namq́, illi fuit Ludouicus* XI, *auus Carolus* VII, *proauus Carolus* VI, *abauus Carolus* V, *attauus Ioannes, tritauus Philippus Valeſius, filius Caroli Ducis Valeſij, cui originem debet ſtirps Regia Valeſiorum. Hic autem Dux Carolus filius fuit Philippi Audacis Regis Francorum, ac nepos S. Ludouici, ad quem ſufficit adduxiſſe progenitores B. Ioannæ. Quo autem interuallo generationum diſtant inter ſe huius Ioannæ pater Ludouicus* XI, *& S. Ludouicus eius nominis* IX; *eodem hic gradu abeſt ab Hugone Capeto primo illius familiæ Rege: in cuius poſteris per quintum filium S. Ludouici Robertum Regia Borbonia progenies iam Francicum regnum obtinet. Quo autem tempore ſinguli ferè ſeptem vltimis ſeculis regnarint, paſſim chronologi & hiſtorici rerum Francicarum docent, & nos ſæpe aliis occaſionibus referemus. Proclamatus Rex Hugo Capetus menſe Maio anno* CMLXXXVII. *S. Ludouicus cœpit regnare anno* MCCXXVI. *Philippus Valeſius Remis coronatus eſt* XXII *Auguſti anni* MCCCXXVIII.

oriunda ab Regibus Valeſiis.

aliiſq́, Francis:

3 *Pater B. Ioannæ Ludouicus Rex factus anno* MCDLXI, *cui anno* MCDLXXXIII *vitâ functo ſucceſſit filius Carolus frater*

A *frater B. Ioannæ : quo mortuo nullâque post se prole relictâ anno* MXDVIII *iure sanguinis regnum deuolutum fuit ad Ludouicum Ducem Aurelianensem, natum patre Carolo ibidem Duce, & auo altero Ludouico Duce etiam Aurelianensi, fratre Caroli* VI *Regis, quorum pater Carolus* V *Rex Sapiens appellatus, proauus fuit & Ludouici* XI *patris B. Ioannæ, & Ludouici* XII *eiusdem mariti. Huic patre adhuc viuo atque iubente nupta Ioanna, ei posteà mortis reo suis ipsa lacrymis vitam impetrauit. A morte enim patris Ludouici* XI, *cùm Carolus* VIII, *frater B. Ioannæ, annum agens* XIII, *sub Annæ senioris sororis, Petro Borbonio Belloiocensi nuptæ, tutelâ, regnum suscepisset, Dux Ludouicus B. Ioannæ maritus Petrum Borbonium & Annam sibi proximo heredi prælato ægrè ferens, regnum tumultu belloq; ciuili interturbauit : deinde cùm Franciscus Britanniæ Armoricæ Dux aliiq; Proceres in societatem eius venissent, commisso cum Regiis Ducibus prælio ad fanum S. Albini in Armoricis, victoriâ pariter ac libertate destitutus est anno* MCDLXXXVIII. *Captus mutato non semel custodiæ loco, diu apud Lusinianum in Pictonibus detentus, vltimò turri Bituricensi inclusus est, ibiq; fermè triennio detentus: donec crebris B. Ioannæ coniugis apud Carolum* VIII *fratrem precibus & lacrymis liberationem impetrauit, mox in amicitiam etiam Regis interiorem admissus. Agunt de hac rebellione Francici Historici in Carolo* VIII *& Ludouico* XII, *&*
B *nominatim Paulus Æmilius, Arnoldus Ferronus, Franciscus Belcarius lib.* 8. *Henricus Spondanus in Annalibus Ecclesiasticis aliiq;.*

nubit Ludouico, dein Regi XII:

eum Carolo VIII *rebellem,*

captumq;

liberat:

4 *Petro huic Borbonio tritauus fuit memoratus antè Robertus, filius S. Ludouici : desponsata illi fuerat Ludouici* XII *soror Maria : Verùm Ludouicus* XI *successui illius matrimonij intercessit, suamq; Petro filiam Annam tradidit* III *Nouemb. anno* MCDLXXIII, *quæ primo Borboniorum ramo extincto, marito filiisq; superuixit ad annum* MDXXII, *& moriens præter alia variis monasteriis donata, etiam conuentui Bituricensi Annuntiatarum, à sorore suâ B. Ioannâ fundato, benefecit. De quibus legendi Sanmarthani lib.* 23 *Historiæ Genealogicæ Francorum cap.* 11, *aliiq; ab iis citati.*

sororè habet Annâ benefactricem Annuntiatarum.

5 *At prædictus Franciscus Britanniæ Armoricæ Dux, Regi Carolo post cladem Ludouici reconciliatus, anno* MCDLXXXIX *è vitâ excessit : cuius origo per Duces plures Britanniæ & Comites Drocarum ad Regem Francorum Ludouicum* VI, *Crassum dictum, abauum S. Ludouici & abnepotem Hugonis Capeti deducitur apud Sanmarthanos lib.* 34 *&* 35 *& apud Andream Chesnæum tractatu de familiâ Drocensi. Huius Francisci vltimi Armoricorum Ducis heres relicta fuit Anna, quâ Maximiliano Romanorum Regi, dein Imperatori, tunc ob mortem Mariæ Burgundicæ viduo, desponsatam, Carolus* VIII *sibi vxorem accepit, repudiatâ Margaritâ Maximiliani filiâ, quam sibi Ludouico patre auctore desponsârat. Extincto dein primo ramo familiæ regiæ Valesiorum in Carolo* VIII, *regnum accepit*
C *Dux Aurelianensis, vt suprà dictum, Ludouicus* XII *maritus B. Ioannæ, quem hæc cura, inquit Ferronus lib.* 3, angebat, quòd Anna Carolo priùs nupta Britannorum principatum secum auferret. Visa res est grauissima, & quietem Gallicam conuulsura. Adhibito intimorum consilio, de repudiandâ Ioannâ Valesiâ vxore consilium iniit : huic vni vitam acceptam & captiuus & odio apud fratrem flagrans Ludouicus debebat. Repudiaretne Regis sororem, & eam sororem, cui tantùm deberet? Quid si Proceres Gallici grauiter id ferant? Hæc aliquantulùm agitata torserunt Regem. Denique populus vxorem, cui tot annis Rex assueuit, repudiari quo tandem pacto augurabitur? Vicit aliorum sententia, qui & metu cum Ioannâ contractum matrimonium, & contestationibus eo tempore adhibitis id constare, neque fœdere vllo naturali contractum aiebant, asserente id Ludouico. Maligni rerum æstimatores variè id eius factum incessebant. Quasi aiebant vero id esse simile potest, cùm Regi Carolo tres essent liberi, cùm mœrens vxor captiui vitam à fratre multis lacrymis impetrasset, metum, si quis initio adhibitus sit, numquàm purgatum? Nullum mariti officium in tam benè de se meritam vxorem ab eo collatum? non pel-

à Ludouico XII *ducatur,*

B. Ioanna repudiatur,

lectum animum, non mitigatum tot lacrymis, quas profuderant vxoris oculi pro marito liberando? AVCTORE G. H.

6 Ad Pontificem itum est Romanum. Is erat Alexander VI, Borgiæ filij extollendi auidissimus, omnesque etiam quærens occasiones ampliandi ei imperij. Ac ratus Ludouici amicitiam ad eam rem aptissimam, iudices ei dedit. Hi fuêre Philippus Luxemburgus Cardinalis, Ludouicus Albigiorum Pontifex, Ferrandus Septensis Episcopus. Hi tàmdem dissoluerunt latâ sententiâ matrimonium: eoque factum est, vt Rex Annam Caroli vxorem cum Britannorum principatu acciperet. *Hæc pluraq; alia æquo acerbiùs Ferronus. Quàm tamen Alexander Pontifex filij honoribus importunè velificari visus sit, describunt Guicciardinus lib.* 4 *rerum Italicarum, Spondanus ad annum* 1498 *num.* 4. *Frison in Galliâ Purpuratâ in Philippo Cardinale Luxemburgico, tunc Legato Pontificis à latere in Galliis, vbi & Ferrandus Nuntius Apostolicus erat. Horum & Ludouici de Amboisiâ sententia profertur ex Annalibus Nicolai Gillij in dictâ Galliâ Purpuratâ, & infrà in Processu Beatificationis cap.* 4 *num.* 46.

D *auctoritate Ecclesiasticâ matrimonio dirempto,*

7 *Verùm hæc admodùm populo displicuisse scribit ex antiquo MS. Episcopus Attichius in Vitâ B. Ioannæ cap.* 6, Iudicesque *ait, non absque calumniâ cognominatos* Caiphan, Annam, Herodem, & Pilatum, quòd iudicium tulissent contra sanctam Dominam, ne Franciæ Regina
E *in posterum foret. Imò factum Regis vehementer improbasse Doctores aliquos Parisienses tradit Christianus Massæus illius ætatis historicus in Chronico ad annum* 1498. Magister Ioannes Standonc, *inquit*, & doctrinâ & sanctitate præclarus, constanter arguebat Regem, qui irâ percitus toto regno interdixit. Exul Mechliniæ & Louanij scholam pauperum instituit. Habuerat discipulum Magistrum Thomam Warnet, qui audacter in delirantem Regem inuectus, fermè captus, fugâ lapsus euasit, & scholam Valencenis erexit. *Plura legi possunt apud Massæum, qui Standonco domi suæ ad mensam suscepto ministrauit. Hunc Dominum à Vilettâ, & Capettarum collegij Montis-acuti Parisiis reformatorem, & quasi secundum fundatorem tradunt antè citati Frison & Attichius, vti Hilarion à Costa in Vitâ B. Ioannæ. Inter Religiosos & Concionatores, qui huic se diuortio opposuerunt, eminuit celebris in aulâ Orator Oliuerius Maillardus Franciscanus, cuius pro veritate intrepidum animum deprædicat idem Attichius cap.* 6. *Demum hoc diuortium Deo non placuisse post aliquot alios scribit Attichius, eò quòd circa horam diei vndecimam, quâ sententia hæc debebat publicè enuntiari, magna cælitus crassaq; nubes supra vrbem delapsa, meridiem, ablato solis splendore, quasi in tristem commutârit noctem, vt debuerit facibus accensis prolata charta recitari. Superuixit in hoc cum Ludouico*
F *XII contracto matrimonio Anna Britannica ad annum Christi* MDXIII. *Eius Vitam descripsit à Costa in Historiâ suâ Catholicâ,*

& aliquibus Doctoribus Parisiensibus,

tempestate cælitus immissâ.

8 *Quatuor ab eis procreati sunt liberi, è quibus duo masculi ante eos mortui, alterum quoque ramum familiæ Valesiorum regiæ extinxerunt, coronâ translatâ ad collaterales consanguineos Comites Engolismenses, è quibus Franciscus* I *Rex Carolo patre, & Ioanne auo Engolismensibus, proauo Ludouico Aurelianensi Duce, filio Caroli* V *Regis Francorum prognatus, duxit vxorem Claudiam filiam Ludouici* XII *& Annæ Britannicæ, qui erant consanguinei parentibus patruelibus nati.*

Regnum ad Franciscum I *delatum.*

§ II *Ordo Annuntiatarum institutus. B. Ioannæ veneratio. Vita conscripta.*

9 *Duplex in Ecclesiâ sub nomine Annuntiatarum viget Ordo sanctimonialium, alter Genuæ institutus sub Clemente* VIII, *anno* MDC, *vt tradit Attichius, aut anno* MDCIV *secundùm Spondanum in Annalibus num.* 9. *Fundatrix fuit Matrona Genuensis Maria Victoria Fornera, quæ primò matrimonio iuncta, defuncto viro de manibus Archiepiscopi suscepit sanctæ conuersationis habitum; vestem scilicet albam & scapulare cum pallio ætherei coloris : vnde etiam Cælestinæ dicuntur;*

Ordo Annuntiatarum Genuensium.

AVCTORE G.H.

cuntur; at nomen Annuntiatarum illis datum, quòd præcipuâ deuotione ad mysterium Annuntiationis B. Mariæ afficiantur. Ab eo diuersus est Ordo Annuntiationis B. Mariæ Auarici Biturigum integro seculo citiùs à B. Ioannâ institutus. Vtuntur autem hæ sanctimoniales veste talari leucophæâ seu gryseâ, vt vulgus loquitur, in testimonium vitæ pœnitentis, quam profitentur: chlamydem verò prorsus candidam ex humeris in pedes desinentem gestant, in memoriam virgineæ puritatis Deiparæ, quam æmulantur. Ornantur insuper scapulari, vt vocant, rubro in formam crucis ante pectus aptato, memoriæ Passionis Dominicæ assiduè in mentem reuocandæ, vt post alios tradit Miræus libro de Ordine Annuntiatarum cap. 1, quæ & in ipsarum Regulâ paucis attinguntur. Cœnobia Ordinis huius enumerat Miræus tredecim ad annum vsque MDCVIII, quo eum tractatum edidit. Sed ex iis vndecimum apud Montem-Pessulanum in Galliâ extructum negat Atticlius post Vitam B. Ioannæ anno MDCXLIV editam, vbi catalogum exhibet trium & triginta monasteriorum, ex quibus quatuordecim in Belgio.

alius Bituricensiũ B. Ioannæ:

huius cœnobia 33.

10 In iis omnibus monasteriis IV Februarij die obitus eius hanc Antiphonam, quæ epitomen vitæ continet, decantari docet Attichius cap. 25 Vitæ: Obiit inclyta & meritis plena, Sancta Ioanna à Franciâ, illustrissima Ludouici XI quondam Regis filia, & soror alterius, videlicet Caroli VIII, quæ viro soluta, castè viuens, mundo orbata, & diuinis ac sacris addicta, huius sancti cœnobij, imò & totius Ordinis sacrorum beneplacitorum Euangelicorum fundatrix ac rectrix extitit pientissima, cuius sacrum pignus honorificè intus sepelitur, miraculis clarens. Porrò nunc Beata in cæli laureata, perpetuò cum Beatis Deo fruitur. Obiit die quarto Februarij, anno Domini millesimo quingentesimo quarto. Hæc ibi, quæ eodem modo leguntur apud Sanmarthanos lib. 18 cap. 5, vbi Vitam eius describunt. Idem Attichius in Præfatione Vitæ eius ad Lectorem, refert quotannis IV Februarij in ecclesiâ Annuntiatarum Bituricensium sub concionem sacram, quæ tum istic ad eius honorem habetur, cantari solitam Prosam eâ modulatione, quæ in Hymno de Confessoribus, cuius prima verba sunt, Iste Confessor, adhibetur: in eâq; Prosâ Ioannam sæpiùs Sanctam & Beatam nuncupari: eius opem auxiliumq; publicè inuocari, atque ab iis, qui ex oppidis pagisq; Bituricensibus, sacrâ ad ecclesiam Annuntiatarum processione institutâ, supplices eius intercessionem imploratum accedunt, nomen inter sanctas Virgines Ecclesiasticis Litaniis adiungi, nec ab vllo Archiepiscopo impediri in hoc suo cantu: Sancta Ioanna ora pro nobis; eiusq; demum imaginem semper publicè fuisse venditam, expositamq; in templis potissimùm sui Ordinis, videntibus & scientibus Ordinariis, idq; cum diademate radiisq; gloriæ, vt vocantur, cum nomine Beatæ subscripto. Talem ipse post Præfationem exhibet cum Virgine Deiparâ in nube apparente, subscriptisq; his verbis: B. Ioanna Valesia filia Ludouici XI, soror Caroli VIII, vxor Ludouici XII, Regum Franciæ, Fundatrix Ordinis Annuntiatarũ. In his omnibus censet Attichius non peccari in decretum Pontificium anno MDCXXV ab Vrbano VIII latum, quo, ne hi sanctitatis tituli signaúe externa absque Sedis Apostolicæ indulto vlli imposterum attribuantur, prorsus inhibetur; nisi à longo admodum tempore, permissione eiusdem Sedis Apostolicæ aut Ordinariorum, talis veneratio fuerit vsitata, quam ante huius Bullæ promulgationem centum propè annos huic augustissimæ Principi datam asserit, sperariq; Beatificationem testimonio consensuq; prouinciarum vniuersali ei hactenùs indultam, sancto Romani Pontificis oraculo certam breui irreuocabilemq; pronuntiandam. Cum Attichio Episcopo Reiensi etiam Henricus Spondanus Apamearum Episcopus in Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi 1604, num. 9, Beatam Ioannam appellat.

Veneratio B. Ioannæ:

nomen in Litaniis,

imago in templis,

memoria annua Martyrologiis inscripta,

11 Arturus Monsterius in Martyrologio Franciscano hoc eam encomio exornat: Pridie Nonas Februatij apud Biturigas Beatæ Ioannæ Franciæ Reginæ Virginis, Fundatricis Ordinis Monialium Annuntiationis sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, quæ summis virtutibus decorata, maximis etiam claret miraculis. Andreas Saussayus in Martyrologio Gallicano ita scribit IV Februarij: Bituricis obitus sanctæ memoriæ pientissimæ Principis Ioannæ Francicæ Valesiæ, Annuntiatarum Fundatricis, quæ rarâ mundi despicientiâ admirabilis sceptra fastidiens, Christi sanue iugum assumplit: liliaque spinis commutans, sancto collecto sodalitio, in asceterio, quod condidit, recluſa, eximios omnis virtutis flores, & suauissimos pietatis odores emisit, ac demum meritis plena, in omni sanctitate vitam finiuit, plurimisque in tumulis claruit signis adeptæ beatitudinis.

12 Ceterum pro solenni Beatificatione obtinendâ confecit Andreas Fremiotus Archiepiscopus Bituricensis anno Christi MDCXVII Processum de Vitâ & miraculis Ioannæ, ad Paulum V Pontificem deferendum, qui deinde Vrbano VIII ab Oratoribus Christianissimi Galliarum Regis Ludouici XIII & Serenissimæ Hispaniarum Infantis Isabellæ Claræ Eugeniæ Belgarum Principis (nam hæc patre Philippo II Rege Hispaniarum, matre Elisabethâ Francicâ filiâ Henrici II, nepte Francisci I Regum Francorum fuit oriunda) exhibitus est, præpositâ Vitæ epitome Vrbano Pontifici inscriptâ. Quos duos tractatus typis Plantinianis anno MDCXXIV excusos hîc damus more nostro in capita distinctos & nostris obseruationibus illustratos. Acta eiusdem B. Ioannæ inseruit Reſweidus noster Vitis Sanctorum Belgicè editis, & ferè ex Hispanico Ribadeneiræ translatis. Eadem Gallico sermone plures conscripserunt: ex quibus præcipui sunt Nicolaus Gazæus harum Annuntiatarum apud Bethunienses in Artesiâ Præfectus, Hilarion à Costa Ordinis Minimorum lib. 1 Historiæ Catholicæ de Vitis illustrium virorum & matronarum seculi XVI & XVII.

Processus Beatificationis formatus:

Vitæ epitome:

Acta Belgicè & Gallicè scripta.

13 Ludouicus Attichius ex eodem Minimorum Ordine factus Episcopus Reiensis, post varias priores editiones eamdem Vitam edidit anno MDCXLIV Reginæ Matri Regenti inscriptam; eamq; fusè deductam in XXV capita distinxit; adiunctâ sub finem epitome Vitæ P. Gabrielis Maria, Ordinis S. Francisci, qui B. Ioannæ Confessarius fuit, & secundus Annuntiatarum Institutor habetur: cuius industriâ conscripta est approbataq; à variis Pontificibus Regula Annuntiatarum, quam Gallicè subiungit idem Attichius, Latinè vulgauit Miræus. Est autem diploma Leonis Papæ X, cui Regula ea, decem virtutibus beatissimæ Virginis Deiparæ distincta, includitur: eaq;, vt adnotat Attichius in suâ ad eam Præfatione, potissimùm desumpta ex illustrationibus diuinitus B. Ioannæ communicatis, eiusdemq; affectum eximium in virtutibus Deiparæ Virginis imitandis ostendit. Auctores, qui B. Ioannæ meminerunt, longâ serie enumerat ad suum Martyrologium Arturus Monsterius, à quo ferè solum Christianum Massæum omissum opinatur Attichius in Præfatione suâ, qui capite XXIV tradit à P. Gregorio Mirault religioso Franciscano editum anno MDCXV catalogum centum triginta miraculorum; è quibus biennio post præcipua pro Processu Beatificationis selecta credimus. Pauca alia, quæ ab anno MDCXXXIII eius intercessione perpetrata sunt, refert idem Attichius cap. 25. Demum hæreticorum Caluinistarum rabies, dum ante annos centum & amplius, vt infrà dicitur, sceleſtas manus in sanctissimum eius corpus iniicit, abundè testatur, piam veneRegula Annũtiatarum diplomate Leonis X approbata.

varia miracula edita:

hæreticorũ rabies.

rationem, quam ipsi detestantur, solitam à Catholicis adhiberi.

VITA VRBANO PAPÆ VIII INSCRIPTA.

CAPVT I.

Epitome vitæ ante Ordinem institutum.

BEATISSIME PATER,

Ioanna Valesia (de cuius Vitâ & miraculis Processum, Archiepiscopi Bituricensis auctoritate institutum, cum debito Beatitudinis vestræ cultu exhibemus)

A exhibemus) filia fuit Ludouici XI, ſoror Caroli VIII, coniux Ludouici XII, Regum Galliæ. Nata eſt anno à Virginis partu *a* milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto, & ſtatim cum Electis (Deo ſic diſponente) à primâ ætate *b* affligi cœpit, atque adeò ad extremum vſque ſpiritum nulla lætitiæ vel ſolatij corporalis aura ei aſpirauit, licet gaudio ſuperabundaret in ſpiritualibus. Quintum iam agens annum, continuis ac feruentiſſimis Deiparam (quam ſingulari cultu & amore proſequebatur) precibus rogabat, vt quâ in re gratiſſimum ei præſtare poſſet obſequium, patefacere ſibi dignaretur: quæ mox *c* reſpondere ei videbatur, quòd Religionem honori ſuo conſecrandam aliquando eſſet fundatura. Poſtmodùm, *d* Diuino inſtinctu *e* quemdam ex Ordine Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ, qui ſibi à confeſſionibus eſſet, delegit.

Ioanna ex regiâ ſtirpe orta,

a

b

multis totâ vitâ aduerſis afflicta, à D. Virgine ordinem Religioſum à ſe fundandũ edocta.

c

d

e

2 Cùm verò Ludouico XII diu ante regnum nupſiſſet, Duci adhuc Aurelianenſi; is, Carolo abſque liberis *g* defuncto, in regno ſuffectus, ſuaſu aulicorum Procerum, ne Britanniæ Ducatus abalienaretur, Annam eius prouinciæ heredem & Caroli viduam duxit vxorem, Ioannâ dimiſsâ. Cauſſa diuortij metus prætexebatur, & quòd non ſponte eam duxiſſet, ſed compellente patre virginis Ludouico XI Rege *h*; ideoque numquàm illam attigiſſet. Neque Ioanna grauiter ſe oppoſuit, ſed libens ad alterius æternique Regis cultum ſe conuertit; & mente quidem lætâ ac tranquillâ, quòd Alexandrum VI Pont. indulſiſſe & *i* diſpenſaſſe intellexiſſet. Ducatum porrò Bituricenſem dono à Rege accipiebat *k*, cuius ſe fructibus Bituricenſi in vrbe agens, alebat, aliaque piis vſibus impendebat.

nubit Ludouico XII:

f

g

facto diuortio,

h

B

Bituricas diſcedit:

i

k

3 Ibidem totam ſe dabat pietati ac vitæ ſpirituali, quam ab ineunte ætate feliciter fuerat auſpicata: teneram carnem duro cilicio & ferreâ catenâ (vti etiam poſt mortem eius euidentiùs compertum eſt) affligebat: argenteorum *l* clauorum tenui aſſereculo ſeu tabellæ infixorum acumina nudo pectori admouebat: nocturno tempore corpus ſuum flagellis domabat: mirificè inſuper in cibo ac potu rigida & abſtemia, per totam quadrageſimam & Feriis *m* ſextis ac Sabbatis per annum ieiunabat; nec lacticiniis, niſi vrgente neceſſitate, vtebatur. Omnibus pauperibus, afflictis, & infirmis, opem non minùs ſpiritualem quàm corporalem adferebat.

aſſidua in exercitiis pietatis, pœnitẽtia, miſericordia.

l

m

n

a *San-Martani & Attichius poſt alios natã ſcribunt anno 1464.*

b *Iidem referunt eam minùs gratam fuiſſe Regi patri ſuo, tum quòd vultu & reliquo corpore deformior appareret, tum quòd magis pietati vitæq; monaſticæ, quàm modo viuendi aulicò addicta videretur. Addit Attichius tenuem illi cenſum annuum, quo regiam ſuam dignitatem ſuſtentaret, à patre aſſignatum, qui mille & ducentos florenos non excederet: veſtibus indui ſolitam admodùm modeſtis, neq; hi tritis alias ideò expetiſſe; tebus oblatu magnâ cum patientiâ & humilitate contentam.*

C

c *Verba à Deiparâ ei apparente hæc prolata ſcribunt Coſta & Attichius:* Dilecta mea filia Ioanna, priuſquàm ex hac vitâ diſcedes, ad meum honorem fundatura es religionem, quæ maximam, quæ fieri poteſt, lætitiam filio meo & mihi adferet: *additur tum ſex annos ætatis attigiſſe.*

d *Apud Attichium dicitur de eligendo Confeſſario ſollicita, hanc ſibi viſa ſub ſacrificium Miſſa audiuiſſe vocem:* Dilecta mea ſponſa, ſi vis à Matre amari, quære vulnera Filij. *& mox intellexit Directores ſua conſcientiæ aſſumendos Patres ex Ordine Seraphico S. Franciſci,*

e *Is fuit Ioannes de la Fontaine, tum Guardianus Conuentus Ambaſiæ in prouinciâ Turoniâ Pictauenſi, cui ſocius aderat Gilbertus Nicolai, dein Gabriel Maria nuncupatus; quem cum altero confundit Munſterius, & Guardianũ Ambaſiæ appellat.*

f *Annos natæ 16 iuxta Coſta & Attichium, ergo anno 1480 non 1476 vt, citato Tilleto, ſcribunt Sanmarthani, & tum annis circiter 18 nupta, antequàm regnare cœpit Ludouicus XII maritus.*

g *Anno 1498.*

h *Addit Spondanus hunc* Ludouicum XII à Ludouico XI patre Ioannæ de ſacro fonte ſuſceptum fuiſſe, nec veniam Pontificis ad hoc ſpiritualis cognationis impedimentum dirimendum interueniſſe.

i *Sententia recitatur, infrà in Proceſſu Beatificationis cap. 4.*

k *Addunt Sanmatthani accepiſſe etiam dominia Caſtellionis ad*

Ingeremfluuium in agr. Teronien., Caſtellinduind Ligerim, & Pontiſare. A quodam etiam auctore tradi cenſum pratereà annuum duodecim millium florenorum habuiſſe. EX PROCESSV EDITO.

l *Attichius cap. 9 docet clauos quinque fuiſſe, & aſſerculũ formam Crucis habuiſſe. Omnia autem hæc pœnitentiæ inſtrumenta adhuc in conuentu Bituricenſi ſeruari. Coſta addit clauos fuiſſe longos duobus digitis.* D

m *Attichius addit* Feriis quartas, *nec piſcibus eam in Quadrageſimâ, niſi vrgente neceſſitate vſam.*

n *Hæc infrà explicantur in Proceſſu Beatif. cap. 7.*

CAPVT II

Ordo Annuntiationis Virginis Mariæ à Ioannâ inſtitutus: à Pontificibus approbatus.

4 DVm hiſce piis operibus & officiis humilis ac deuota Princeps occupatur, detegit tandem cordis ſui ſecretum Confeſſario ſuo R. P. Gilberto Nicolai (qui poſteà à Leone X Pont. Max. *a* Gabriel Maria nuncupatus fuit) ſuumque ei indicat deſiderium & affectum fundandi Ordinem Annuntiationis gloriioſæ Virginis Mariæ. Is primò quidem contradixit: at deinde, cognitâ voluntate & reuelatione Diuinâ, pleniſſimè annuit, negotiumque quàm maximè promouit. Itaque huius conſilio *b* adductæ ſunt ex vrbe Turonenſi decem caſtiſſimæ virgines, libenti hilariique animo ſecularibus nuntium remittentes, vt nuberent æterno Sponſo. Cum his Ordinem ſuum auſpicata famula Chriſti, à Confeſſario ſuo obnixè petiit, vt illas ſpiritualiter religioſeque viuendi modum, & omnia ad monaſticam diſciplinam pertinentia, edoceret; quod & libenter præſtitit, duobus Fratribus in laboris huius ſocietatem aſſumptis. Pergebat interim ipſa in ſpiritualibus exercitiis, erga Paſſionem Dominicam inprimis deuota. Et quidem in horto ſuo ſacrum Dominì ſepulchrum conſtrui, eique Crucem apponi curauerat: vbi ſæpiſſimè gemitibus inenarrabilibus & lacrymis copioſis Patrem cæleſtem orans in abſcondito, nudum pectus lapide tundebat.

à Conſilium fundandi Ordinem Confeſſario indicat:

b

E

aſſumptis decem virginibus auſpicatur:

erga Crucem & ſepulcrum Chriſti piè affecta.

5 Anno à Chriſto nato milleſimo quingenteſimo primo, creſcente filiarum numero, creſcebat & eius deuotio; agebatque cum Confeſſario de Regulâ ad maiorem ſuæ Religionis & Ordinis promotionem componendâ, indicans ei reuelationem à puriſſimâ Virgine Mariâ ſibi hac de re factam, quæ illam ex ſacro Euangelio concinnari, & à Sede Apoſtolicâ approbari vellet iuxta ſuum Filiique ſui decretum. Quo cognito, reuerendus Pater gratias Deo egit, preces Ioannæ & filiarum eius poſtulauit, ac Regulam ex verbis Euangelicis, decem primarias ſanctiſſimæ Virginis Mariæ virtutes continentem, ſtudioſè conſcripſit: quam perfectam primùm Virgini Deiparæ deuotiſſimè obtulit, ac deinde pientiſſimæ Duciſſæ Ioannæ tradidit, quæ eam ſummopere probauit.

Regulam Ordini accipit ex virtutibus Virg. Deiparæ:

F

6 Quare piæ illius voluntati obſequens, pro Regulæ confirmatione Romam profectus eſt: ibique ſupplex Duciſſæ deſiderium Summo *c* Pontifici expoſuit. Sed contradictiones & repulſam à Cardinalium cœtu, Ordinis nouitatem improbantium, paſſus; poſt crebras ſollicitationes, Dei & Deiparæ ope inuocatâ, ac Miſſæ Sacrificio deuotè peracto, diſceſſum re infectâ iam meditabatur. Verùm cùm gradus Palatij deſcenderet, ecce ſubitò à Ioanne Baptiſtâ Ferrario, Epiſcopo & Cardinale Mutinenſi, Pontificis (vt vocant) Datario, accerſebatur: quo deinde fautore & procuratore, iuxta SS. Franciſci & Laurentij, qui ei de nocte apparuerant, admonitionem, Alexander VI Pont. Max. Regulam diplomate ſuo, omnium Cardinalium conſenſu, dicto anno *d* milleſimo quingenteſimo primo confirmauit. Poſt Alexandrum, Iulius II anno *e* milleſimo quingenteſimo ſexto, deinde Leo X anno

c

approbatam;

poſt SS. Franciſci & Laurentij patrocinium,

d

à variis Pontificibus:

e

BY PROCESSV EDITO.

anno milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo idem Inſtitutum approbarunt, & priuilegiis ſtabilierunt.

A Quorum exemplo poſtmodum Paulus V eiuſque ſucceſſor Gregorius XV eumdem Ordinem multis etiam gratiis & indultis honorarunt. Porrò cùm Ioanna monitu diuino voluiſſet ſiue iuſſiſſet, vt filiæ ſuæ regimini Fratrum Minorum Regularis Obſeruantiæ ſubeſſent, idipſum Pontifices Romani exinde ratum eſſe voluerunt.

7 Itaque præfatus Pater, Regulâ brachio ſuo alligatâ, itineri ſe accingit; in quo proinde à multis periculis, vti à latronibus & excelſi montis præcipitio, non ſine miraculo præſeruatur. Bituricum reuerſus, Regulam Ioannæ obtulit; quæ eam ſuper ægram virginem decumbentem poſuit, & ægra priſtinam illicò ſanitatem recepit. Tum demum Ioanna, à Confeſſario ſuo admonita, monaſterium virginibus ſuis ædificari iuſſit. in cuius ædificatione ipſi opifices à plurimis, grauiſſimis, & præſentiſſimis periculis (*f* Deo illos mirabiliter protegente) conſeruati fuêre. Sæpiſſime interim ſuas inuiſebat, & de ſpirituali earum progreſſu ſedulò inquirebat. Ægrotis, tamquàm ſibi ipſi, in omnibus inſeruiri curabat. Tanto denique amore erga eas afficiebatur, vt numquàm aliquò proficiſceretur, quin priùs illas accederet. Anno verò ab Incarnatione Domini milleſimo quingenteſimo ſecundo reuerendi Patris conſilio ſacræ virgines habitum Religionis ſuſcepére: quibus mox aliæ, honeſtiſſimæ & nobiliſſimæ, ſeſe adiunxere.

claram miraculis:

primùm monaſterium conſtruit.

f

B

a *Gabriel Maria dictus ob ſingularem Deiparæ Virginis atque Annuntiationis Angelicæ cultum, diplomate ſuper eâ re dato, cuius exemplar apud Virgines Annuntiatas dicitur extare. Eius memoriam quotannis hæ Virgines celebrant 27 Auguſti, quo die Arturus Monſterius in Martyrologio Franciſcanorum de eo agit: qui contendit eum olim* Nicolaum Gilberti *dictum, &* ab Alexandro VI Gabrielem ab Aue Maria appellatum. *Verùm huic Vitæ conformiùs ſcribit Attichius in Vitâ eius, vnà cum Vitâ B. Ioannæ editâ anno 1644. Vterque alios ſcriptores Actorum eiuſdem refert.*

b *Anno 1500 die 27 Maij: ex earum vna Andrea appellabatur, aliis ex vrbe Amboſianâ dici adductas tradit Attichius cap. 10.*

c *Antè P. Guilielmum Morin eam regulam Papæ fruſtrà præſentaſſe tradit Attichius cap. 13.*

d *14 Februarij.* e *25 Iulij cuius diploma infrà damus.*

f *Miracula in extructione cœnobij facta referuntur in Proceſſu Beatificationis cap. 7.*

CAPVT III

Ioannæ in Deum amor, & heroicarum virtutum exercitatio.

8 POrrò pientiſſima Princeps immenſas pro omnibus immortali Deo gratias agens, ſingulari cultu & deuotione erga auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ferebatur: tantâque cum pietate & lacrymarum copiâ, ſacrâ Synaxi ſe reficiebat, vt in aliis quoque deuotionem excitaret. Quodam verò tempore infirma putabatur: ſed intellexit reuerendus Pater Confeſſarius, infirmitatem ex deuotione naſci: vnde ab eo interrogata, dicere coacta fuit, ſe ad epulas quaſdam in proximum diem à Chriſto inuitatam. Poſtridie igitur ſub Miſſæ ſacrificio tota in lacrymas effuſa, & in ecſtaſim rapta, vidit Chriſtum eiuſque Matrem (prout poſteà Confeſſario ſuo valdè vrgenti fideliter retulit) prædictas epulas, duo ſcilicet corda in diſco, ſibi offerentes. Volens proinde & ipſa cor ſuum ſecundùm Chriſti petitionem apponere, manum in ſinum miſit; illudque non reperiens, plurimùm obſtupuit, dulciſſime Ieſu ſuauiter ei arridente. Sed nihil mirum, ſi non repererit, quod iam cordi Chriſti per amorem vnitum, in eo magis quàm proprio in corpore viuebat. Præcipuè enim ad exceſſam illam arcem confluebat, quâ nulla fortior, nulla munitior; hoc eſt, ad ſanctæ orationis præſidium: cuius alis in cælum frequenter ſublata, terrenorum oblita, ſuauiſſimo Dei colloquio fruebatur. Ille verò in humili ancillâ Dei orationis fructus erat vberrimus, quòd iam in benedictionibus dulcedinis præuenta, & calicem illum præclarum, qui cor inebriat, delibans, ardentis caritatis igne erga Deum & proximos toto pectore æſtuabat. Quare vetere quodam aulæ ſuæ adminiſtro Domino de Gaucour, grauiſſimè cum præſentiſſimo mortis periculo *a* febricitante, vt pro eo oraret requiſita, caritatis officio non defuit; adeoque ſine morâ ad Oratorium ſuum ſe conferens, bonorum omnium auctorem Deum non minùs feruenter quàm humiliter pro eius ſanitate precata eſt, & ecce, mox febris imminuta eſt, imò ex toto receſſit.

Deuota erga Euchariſtiã,

à Chriſto & B. Virg. Mariâ duplici corde obla-to,

ſuum non reperit:

addicta orationi,

eâ febrim pellit:

a

D

9 In feſto verò Pentecoſtes anni *b* milleſimo ſexcenteſimo quarto optima Duciſſa tria Ordinis vota in manibus Patris Gabrielis Mariæ emiſit, inſuper & clauſtrum vouens in hunc modum, vt abſque ipſius Confeſſarij conſenſu numquàm extra ciuitatem Bituricenſem vel ad aliquam ædium ſuarum egrederetur, ac deinceps ſub ſplendidâ veſte ſanctum Religionis Marianæ habitum deuotè geſtauit. Eius exemplo, ſacram profeſſionem aliæ quædam Virgines fecêre; quarum numerus, Deo eiuſque Matre tam mirabiliter quàm efficaciter cooperantibus, quotidie auctus eſt. Vbi verò vna & viginti virgines conueniſſent, nec vllis ſumptibus deuota Domina in monaſterio conſtruendo peperciſſet; in feſto Præſentationis beatæ Virginis Mariæ, corpus & animam, conuentum, omneſque filias ſuas, tam præſentes quàm futuras, ſanctiſſimæ Trinitati ac Deiparæ Virgini commendauit, & obtulit. Quo peracto, ex reuerendi Patris Confeſſarij ſui conſilio, illas iuxta Regulæ præſcriptum perpetuo *c* clauſtro exinde obſtrinxit: quod piiſſimæ filiæ ſummâ animi hilaritate (vtpote ad quod tantopere anhelarant) ſuſceperunt. Illas autem, vti ipſa perfectioni quàm maximè ſtudebat, ita perfectas eſſe ſummopere cupiebat; adeò vt minimos etiam defectus in iis corrigeret, ne in grauiores inciderent.

Vota Religionis emittit:

b

E

ſe, ſuaſque perpetuò clauſtro obſtringit.

c

a *De febri hac pulsâ agitur in Proceſſu Beatif.*

b *Imò iuxta Coſta, Attichium, Sanmarthanos & alios anno 1503.*

c *Sub peccato mortali, vt infrà in Regulâ dicitur.*

CAPVT IV

Ioannæ obitus. Miracula. Cadauer à Caluiniſtis combuſtum.

10 IN ſuauiſſimâ Epiphaniæ Domini ſolennitate, pia Chriſti famula filiabus ſuis poſtremam attulit oblationem, auri, thuris, & myrrhæ; myſticum horum & ſenſum & rem ipſam ingerere volens: earum deinde preces expoſtulans, corpore ægram ſe faſſa eſt. Aderat verò ancillæ ſuæ Ioannæ is, qui eam vnxerat, Spiritus Domini, & ipſe Dei virtus & ſapientia Chriſtus; cuius virtute & gratiâ fiebat, vt incerta & occulta, adeoque vitæ ſuæ exitum diu antè *a* cognoſceret. Hinc à filiabus ſuis diſcedens, cùm ad horti portam (quà pro libitu ſuo ingrediebatur & egrediebatur) peruenisſet, eam omnino obſtrui iuſſit, vtpote quâ non ampliùs vſura eſſet, quemadmodùm & rei probauit euentus: nam exinde ægra ſemper decubuit, ac tandem ſpiritum Deo reddidit.

Ægrota à Chriſto mortem inſtantem edocetur,

a

11 Horâ igitur exitus ſui imminente (quæ erat noctis decima) per cubiculariam ſiue pediſequam ſuam, Mariam Pot, in aliud ſe latus tranſponi, cortinas claudi, & candelæ lumen, tamquam ſibi nocens, auferri præcepit. At illa, his peractis, intra cortinas ſe recipiens, per horam ibidem manſit, vt maiorem ægrotantis Dominæ curam gereret. Tum verò ingens veluti tædæ ardentis *b* lumen lecticam circumcingere, corpori piæ Chriſti famulæ inſidere, deinde paulatim diminutum

lumine cæleſti moriẽs illuſtratur:

b

A minutum ſupra pectus & os eius requieſcere, ac tandem illo diſparente, fulgentem animam ex corporis ergaſtulo ad verum lumen, quod Chriſtus eſt, euolare, prædicta cubicularia ſedulò animaduertit. Mediâ item nocte, ſupra Monialium templum, omnes nubeculam quamdam conſpexerunt, non minùs candidam quàm præfulgidam; quæ diutiùs ibidem hærens, ac pòſt euaneſcens, animam illam ſanctiſſimam, conſcientiæ nitore candeſcentem, & meritorum copiâ refulgentem, ad cæleſtem æternæ claritatis patriam receſſiſſe, euidenter ſignificabat. Quinque iam vel ſex horis poſt obitum elapſis, facies eius vſque adeò formoſa & rubicunda apparuit, vt viua potiùs quã mortua videretur.

nubeculâ præfulgidâ à morte honoratur:

12 Intereà triſtes filiæ pientiſſimam Matrem multis lacrymis abſentem deplorant, quam in poſterum præſentem habere nequeunt. Accedit R. P. Gabriel Maria, & tam pro earum ſolatio, quàm pro piæ Chriſti famulæ commendatione, inter cetera, quæ hactenus retulimus, memorabilia, hæc firmiter aſſerit: nempe eam in contumeliis, vituperiis, aliiſque iniuriis plurimùm ſemper gauiſam fuiſſe & exultaſſe: eius corpuſculum Diuini amoris ardorem, quo flagrabat, ſuſtinere non potuiſſe: nullum ferè mortalium hîc in terris tot ſpiritualibus conſolationibus affluxiſſe: tantam verò in eâ fuiſſe animi demiſſionem, vt non niſi coacta, ipſiſque ſoli Confeſſario ſuo, quidquam de his aut de vitâ ſuâ aperiret: ita namque ſe geſſiſſe exteriùs, ac ſi nihil contigiſſet interiùs.

olim iniuriarũ patientiſſima, conſolatione diuinâ abundans:

13 Nec prætermittendũ eſt, quod ad eius gloriam Dominus ſuperaddidit. Nam dum ſacrum illud corpus honorificentiſſimè ad eccleſiam deferretur, id percipiens Presbyter *c* Maturinus, horti præfectus, qui tunc temporis articulari morbo omnibus afflictus membris decumbebat, ad cubiculi ſui feneſtram deferri ſe poſtulauit: tum verò, conſpecto funere, in genua procumbens, pientiſſimam Chriſti famulam orauit, vt ſi quid apud Deum valeret, ſibi opitulari dignaretur. Mirum dictu. vix preces finierat, & ſanitatem integram recepit.

c morbũ articularem pellit:

14 Toto ergo vitæ curſu ſanctiſſimè tranſacto, Ioanna ferè quadragenaria Biturici in Domino obdormiuit pridie Nonas Februarij, anno ſalutis (iuxta ſtylum Romanum) milleſimo quingenteſimo quinto. Ad huius verò piiſſimæ Heroinæ ſepulchrum, ipſam piè inuocantibus beneficia Dei, interceſſione & meritis eius, numquam defuêre; hodieque miracula non rarò patrantur ad eius tumulum, etſi ab impiis Caluiniani dogmatis ſectatoribus violatum. Anno enim milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo Caluiniſtis in buſta cineresque Sanctorum paſſim per Galliam ſæuientibus, & ciuitate Bituricenſi ab iiſdem interceptâ, tres milites inclytæ Ioannæ monumentum ingreſſi, vt arcam plumbeam, cui ſacrum illud pignus incluſum erat, tollerent: vbi ipſum *d* corpus attigerunt, ter ſuſpirantis gemitum ex eo emitti perceperunt: vnde præ nimio terrore ad fugam compulſi, aliis ſtupendùm hunc euentum narrarunt. His autem poſtmodùm maiori numero accurrentibus, vt corpus ad locum combuſtioni deſtinatum raperent, ſceleſtus quidam idipſum pugione transfixit: quod deinde non ſine maximo miraculo copioſiſſimum ſanguinem effudit, cùm tamen vltra quinquaginta octo annos ſepulturæ mandatum fuiſſet.

miraculis claret.

Caluiniſtæ cadauer eius contingentibus,

d ter illud ſuſpirat:

annos 78 mortua ſanguinem fundit:

15 Non immeritò itaque Virgines Annuntiatæ Bituricenſes, aliæque omnes Fundatricis ſuæ memoriam quotannis, ipſo obitus die, his verbis renouare conſueuerunt: Obiit inclyta & meritis plena, Ioanna de Franciâ, illuſtriſſima quondam Regis filia, & ſoror alterius, videlicet Caroli VIII: quæ viro ſoluta caſtè viuens, mundo orbata, & diuinis ac ſacris addicta, totius Ordinis ſacrorum Beneplacitorum Euangelicorum fundatrix & rectrix extitit pientiſſima. Cuius ſacrum pignus Biturigis honorificè ſepelitur, miraculis claret; pòrrò nunc in cælis laureata perpetuò cum Beatis Deo fruitur.

annuâ memoriâ honoratur.

VRBANO VIII INSCRIPTA.

16 Quare, Beatiſſime Pater, Chriſtianiſſimus Galliarum Rex Ludouicus XIII & Sereniſſima Hiſpaniarum Infans Iſabella Clara Eugenia, cum vniuerſo Virginum Annuntiatarum cœtu, ſupplices rogant; vt, quam hactenus priuata plurimorum ſuffragia Beatam dixêre, eam talem publica Beatitudinis veſtræ ſententia ad maiorem Dei Deiparæque gloriam renuntiare ne grauetur.

Beata priuato ſuffragio.

a *Mors eius Confeſſario reuelata fuiſſe dicitur in Proceſſu Beatif. num. 63, & Cometa mortis prænuntius viſus num. 64*
b *Eodem num. 64 de hoc lumine agitur.*
c *Confirmatur hoc miraculum ibidem num. 65.*
d *De cadauere cum veſtibus incorrupto reperto, ad attactum hæreticorum ingemiſcente, & ab iiſdem combuſto teſtes citantur in Proceſſu Beat. cap. 3 num. 17, & cap. 4 num. 27.*
e *Sanctam etiam Beatamq; appellari in eodem elogio ſuprà dicto.*

PROCESSVS

ad Beatificationem Ioannæ obtinendam,

Auctoritate Andreę Fremoti Archiepiſcopi Bituricenſis confectus.

CAPVT I

Libellus ſupplex Virginum Annuntiatarum Bituricenſium Archiepiſcopo Bituricenſi oblatus.

1 EXponunt, quàm poſſunt humillimè, Religioſæ Virgines, Mater Ancilla, & filiæ conuentus Annuntiationis B. Mariæ in hac vrbe Bituricenſi, quòd anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono Domina Ioanna filia Galliarum Regis Ludouici XI, ſoror Regis Caroli VIII, atque vxor Ludouici XII, nomine Duciſſæ Biturigum ſeſe transferens ad hanc vrbem, ibidem incitata zelo & deuotione erga ſanctiſſimam Dei Genitricem ſemperque Virginem Mariam, eccleſiam & conuentum in honorem eiuſdem ſanctiſſimæ Virginis Annuntiatæ ædificari curauit, fundauitque: & poſtquàm admodùm deuotè & ſanctè hâc in vrbe vitam egit, mortem obiit anno milleſimo quingenteſimo quarto, menſe Februario, ſepultaque eſt in eccleſiâ dicti conuentus Annuntiationis B. Mariæ, qui eiuſdem Ordinis eſt primus. A quo tempore vſque ad annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum ſecundum (quo ciuitas hæc Bituricenſis ab hæreticis direpta eſt) innumera patrata ſunt miracula, erga eos qui ſummâ cum deuotione ſepulchrum Duciſſæ defunctæ viſitarunt: & continuò deinde vſque in præſens (licet corpus ipſum à perduellibus hæreticis in cineres redactum ſit) plurimi à variis morbis liberati ſunt; atque indies, fuſis ad Deum in dictâ eccleſiâ precibus, liberantur. Et quidem iam à quadriennio aut circiter obſeruatum eſt, crebriora quotidie miracula & curationes fieri frequentiores.

Synopſis vitæ & mortis Ioannæ.

F

2 Quare Oratrices votis omnibus anhelantes ad Beatificationem prædictæ Dominæ, Illuſtriſſimam Dominationem veſtram quàm humillimè orant atque obteſtantur, vt inquiri iubeat tam in vitæ ſanctitatem præfatæ Dominæ, quàm in opera & miracula quæ facta ſunt, quotidieque fiunt in dictâ eccleſiâ, ergà eos qui

Virgines Annũtiatæ petunt proceſſum inſtitui ſuper miraculis eius.

Et Processv edito.

qui eiuſdem Dominæ præſidium implorant, ad obtinendam à Deo in variis corporis moleſtiis gratiam atque auxilium. Et in hunc finem impertiri litteras ſuas ne grauetur, quibus mandet coram ſe citari, quos Oratrices ad maiorem veritatis indagationem in præſentiarum citandos proponunt a .... Quod faciendo, bonum & iuſtum Deoque gratum Illuſtriſſimâ veſtra Dominatio præſtabit officium; eruntque Oratrices æternùm obligatæ ad Deum Opt. Max. pro Illuſtriſſ. veſtrâ Dominatione deprecandum.

Subſignauerat, Touchebeuf, Procurator Virginum Religioſarum, Matris Ancillæ, filiarumque Conuentus Annuntiationis B. Mariæ.

a *Omiſimus longum catalogum teſtium citandorum, quòd iidem deinde referantur.*

CAPVT II

Decretum Archiepiſcopi de inſtituendo Proceſſu ſuper Vitâ & miraculis Dominæ Ioannæ.

Quæſtio inſtituēda ſuper vitâ & miraculis eius decernitur anno 1617.

3 VIſo libello ſupplice, à Virginibus religioſis, Matre Ancillâ, & filiabus conuentus Annuntiationis B. Mariæ, in hac ciuitate Bituricenſi, nobis oblato; libentes eidem libello annuimus, decernimuſque quæſtionem de actis illo contentis coram nobis inſtitui, duobus teſtibus præſentibus. Graphiarium verò in hunc finem eligimus Magiſtrum Claudium Rebours, qui nobis iampridem à ſecretis; litteraſque noſtras impertimur, ad citandos teſtes neceſſarias, tam prænominatos, quàm pòſt nominandos, qui de actis in dicto libello contentis poterunt teſtari. Actum Biturici, in palatio noſtro Archiepiſcopali, die decimo tertio menſis Aprilis, anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo; coram teſtibus, venerabilibus Dominis, Iacobo Daubenton, Præpoſito & Canonico eccleſiæ Abbatialis S. Stephani Diuionenſis, & Petro Bariotte Canonico Bituricenſis eccleſiæ Collegiatæ D. Virginis de Montermoyen.

Ad citandos teſtes & exigendum iuramentum, Archiepiſcopi decretum 17 Aprilis.

4 Die decimâ ſeptimâ eiuſdem menſis & anni, horâ nonâ ante meridiem, comparuit coram nobis Archiepiſcopo, in noſtro palatio Archiepiſcopali, Magiſter Iacobus Touchebeuf, Procurator Virginum religioſarum, Matris Ancillæ, filiarumque conuentus Annuntiationis B. Mariæ; qui nobis retulit, ſe virtute noſtrarum litterarum per Ioannem Beauuois Notarium curaſſe his iiſdem horâ, loco, & die, coram nobis citari ad dicendum ex fide teſtimonium de actis dicto libello contentis, ſuper quibus per nos interrogabuntur & examinabuntur, Magiſtrum Petrum Roulin, & Ioannam Deſcroſſes eius vxorem, Petrum Lelaſche ſatellitem regium, Magiſtrum Ioannem Helyot cum vxore, Magiſtrum Ioannem d'Orleans Aduocatum Curiæ huius vrbis, & honeſtam matronam Genoueuam Ianpitre eius vxorem, Magiſtrum Danielem Bidard, Fatrem Ieremiam Belleteſte Religioſum, Petrum Muſnier ephippiorum mercatorem, Ioannem Babou, Gaſparem Bonzerat, Magiſttum Petrum Chardon Presbyterum, Seuerinum Chauueteau vinitorem, Stephanum Belloſte membranarum mercatorem, eiuſque filium Ioannem Belloſte, Ioannem le Clerc molitorem, Petrum Taupin, Antonium de la Ruë cum vxore, Gabrielam Manzay viduam Petri Mazay, honeſtam matronam Mariam Seuorat viduam Magiſtri Ioannis Nauldet, Mariam Duou, Guilielmam Paſſauant, Iacobam Turfin, Claudiam Bernard vxorem Andreæ Chertier, Stephanam Solendre, Ioannam Bernard viduam Ioannis Mery, Catharinam Huet vxorem Claudij Sagordet, Ioannam Bouchetel vxorem Petri Andouin, Carolam Pynet vxorem Ioannis Voulte ſatellitis Regij, & honeſtam virginem Ioannam Champauille, omnes Biturici commorantes. Poſtulauit deinde nouas à nobis litteras, ad denuò citandos qui non comparuerint; rogauitque vt iis, qui comparuerunt, præiremus verba iuramenti ſoliti, & in tali caſu requiſiti. Cùm itaque ſupradicti, Helyot & eius vxor, Bidard, Belleteſte, Babou, Bonzerat, Chauueteau, le Clerc, Taupin, de la Ruë, Duou, Paſſauant, Bernard, Solendre, Huet, & Champauille, non comparuerint, nouo eos decreto in ſequentem diem denuò citari iuſſimus, poſtquam dicti Beauuois teſtimonio nobis conſtitiſſet, legitimè eos fuiſſe citatos. Quod verò ad ſupradictos qui adfuere, Roulin cum vxore, Lelaſche, d'Orleans cum vxore, Muſnier, Chardon, Stephanum & Ioannem Belloſte, viduam Mazay, Seuorat, Turfin, Bernard, Bouchetel, & Pynet; recepimus ſolenne ab eis iuſiurandum, quo tactis ſacris Euangeliis promiſerunt & iurarunt, verum ſe teſtimonium dicturos, de quibus à nobis fuerint interrogati & examinati. Itaque audiendis & examinandis prædictis teſtibus aſſignauimus locum in ſacello d'Eſtampes, fundato in eccleſiâ noſtrâ Bituricenſi, hac ipsâ die & horâ, coram Magiſtris Iacobo Daubenton & Petro Bariotte teſtibus.

Decretū 21 Aprilis.

5 Die vigeſimâ primâ eiuſdem menſis Aprilis, eiuſdemque anni milleſimi ſexcenteſimi decimi ſeptimi, horâ nonâ ante meridiem in noſtro palatio Archiepiſcopali, coram nobis Archiepiſcopo, præſentibus prædictis teſtibus, iterùm comparuit Procurator religioſarum Virginum, Matris Ancillæ, filiarumque conuentus Annuntiationis B. Mariæ, qui nobis retulit, ſe virtute litterarum noſtrarum per præfatum Beauuois citaſſe iuridicè ad comparendum hodiernâ die, his loco & horâ, vt verum & probum teſtimonium dicant, de quibus fuerint interrogati & examinati, R. D. Patrem Claudium Guillain, Rectorem Collegij conuictorum Societatis Ieſu, Antoniam Macée, Ioannam Quenouille vxorem Iacobi Chebiton, Guilielmam Quenouille vxorem Nicolai Laureau, Magiſtrum Danielem Bidard, & Noteſſam Vignot vxorem Ioannis le Ieune: nouumque eos citandi decretum poſtulauit, qui modò haud comparuerint. Et quia dicti Bidard & Quenouille non comparuerunt, legitimè licet citati, ſicuti nobis per prædictum Beauuois ſatis compertum, alteras ad eos denuò citandos litteras conceſſimus. Quoad ſupradictos autem, Guillain, Macée, Quenouille, & Vignot, qui comparuerunt, ſolenne ab ipſis accepimus iuramentum, quo iurarunt nobis & promiſerunt, fideliter ſe reſponſuros, de quibus à nobis fuerint interrogati & examinati: & his atque aliis, qui ſimiliter iurarunt, eumdem in ſupradicto ſacello locum aſſignauimus, his die & horâ cum ſequentibus diebus.

Decretum 28 Aprilis.

6 Die vigeſimâ octauâ prædicti menſis & anni, horâ decimâ ante meridiem, in noſtro palatio Archiepiſcopali, coram nobis Archiepiſcopo, præſentibus ſuprà nominatis teſtibus, tertiò comparuit prędictus Procurator religioſarum Virginum, Matris Ancillæ filiarumque conuentus Annuntiationis B. Mariæ; & dixit, ſe mandato noſtrarum litterarum diei decimæ tertiæ huius menſis & anni, in hodiernum diem ad hunc locum & horam citari curaſſe, vt probum & fidum teſtimonium proferant, eorum de quibus per nos interrogabuntur & examinabuntur, honeſtam matronam Michaëlam Fauure, Dominam Mariam Deſanzay, Amatum Matrat, Magiſtrum Ioannem Aſſe, Dominam Mariam le Comte, Siluanum Coquillon, Gabrielam Bouard, Natalem Piandon, Petrum Chantereau, & Stephanum Vernier; & pro ſecundis vicibus, Ioannem Helyot cum vxore, & Guilielmam Paſſauant; ſicut teſtimonio præfati Beauuois ſatis nobis comprobauit, nouum contra prædictos teſtes decretum requirens, cum pœnæ irrogatione niſi comparuerint. At cùm poſteà prænotati teſtes comparuerint, ab ipſis quoque

recepimus

A recepimus iuramentum, quo nobis promiſerunt & iurarunt, ſe dicturos & reſponſuros veritatem de actis per prædictas Virgines Religioſas propoſitis, & quorum cauſsâ ſunt citati: iiſdemque hac die & horâ audiendis locum in dicto ſacello aſſignauimus.

CAPVT III

Teſtimonia à iuratis teſtibus prolata, ad decretum primum Archiepiſcopi.

7 DIe decimâ ſeptimâ menſis Aprilis ſupradicti anni, in præfato ſacello, nos Archiepiſcopus prædictus audiendis teſtibus vacare incepimus, præſentibus prædictis Dominis Daubenton & Bariotte, modo & ordine ſubſequenti.

Meritis Ioannæ depulſa vtriuſq; tibiæ inflatio & oculorũ dolor:

Venerabilis & prudens Dominus Petrus Chardon Sacerdos, Sacellanus in magno hoſpitali huius ciuitatis Bituricenſis, à viginti quatuor annis aut circiter ibidem commoratus, vnius & quinquaginta circiter annorum, interrogatus de iis, quæ religioſarum Virginum, Matris Ancillæ, ac filiarum conuentus Annuntiationis B. Mariæ, huius ciuitatis Bituricenſis, libello
B ſupplici continentur, cuius & lectio ei fuit exhibita; per ſacros Ordines à ſe ſuſceptos, & tactis manu ſacris Euangeliis, dicit & affirmat, ſe quidem prædictum Conuentum Annuntiationis B. Mariæ haud ignorare, mihimè tamen nouiſſe aliquam religioſarum Virginum, neque eis aut alicui earum affinitate vel ſanguine vel domeſticâ familiaritate iunctum; cognouiſſe autem quamdam matronam Michaëlem Siotelle, natam in parochiâ de Foucherolles, in diœceſi de Seuet, in Burgundiâ, ætatis (vti ipſa aſſerebat) circiter ſeptuaginta annorum, quæ in ſupradicto hoſpitali huius ciuitatis Bituricenſis graui vtriuſque tibiæ inflatione vexata fuit, tanteque inſuper oculorum dolore, vt videre difficulter admodum potuerit; atque hanc, poſtquàm nouem diebus continuis in ſupradictâ Virginum Annuntiatarum eccleſiâ Deum oraſſet, per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ Franciæ, recepiſſe plenam tam tibiarum quàm oculorum ſanitatem. Idque iam à biennio vel circiter contigiſſe teſtatus eſt, nec aliud ſe de prædictis Actis ſcire, & prælecto ei teſtimonio ſuo, in eodem perſtitit, ac perſiſtit, & in hæc verba ſubſcripſit: Ego infraſcriptus affirmo, ea quæ modò teſtatus ſum, eſſe veriſſima. P. Chardon.

8 Honeſta matrona Gabriela Manzay, vidua Petri Mazay, olim mercatoris Bituricenſis, habitans in pa-
C rochiâ S. Ambroſij, annos nata circiter ſeptuaginta quinque, teſtis producta ſuper Actis dicto Libello contentis, affirmat cum iuramento (quod tactis manu ſacris Euangeliis, libroque Miſſali, ab eâ ſuſcepimus) ſe eccleſiam & monaſterium Virginum Annuntiatarum huius ciuitatis Bituricenſis & aliquas ex iiſdem Virginibus nouiſſe, quibus tamen nullâ affinitate vel conſanguinitate iuncta ſit. Interrogata verò de Actis dicto ſupplici libello contentis, aſſerit, ſe ante decem vel vndecim annos graui brachij malo ita afflictam fuiſſe, vt eius vſu omnino priuaretur: votum nouemdiale proinde Dominæ Ioannæ Franciæ concepiſſe; quod cùm in dictâ Virginum Annuntiatarum eccleſiâ ſoluere cœpiſſet, integrè fuiſſe ſanatam. Affirmat inſuper, cùm perduelles hæretici hanc ciuitatem ingreſſi eſſent anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, vidiſſe ſe corpus prædictæ Dominæ Ioannæ è monumento ab iis ſublatum, & in areâ prædicti conuentus depoſitum, idque integrum & nullâ ex parte corruptum; ſpectante idipſum magnâ populi multitudine; atque audiuiſſe voces aperte dicentium, feminam quamdam la Fayette nominatam aciculâ pupugiſſe corpus prædictæ Dominæ in vnâ mamillarum, ex quâ ſanguis profluxerit. Atque hæc ſe ſcire de Actis dicto

vſu brachij graui malo afflicti reſtitutus:

corpus poſt annos 58 integrum,

ſanguinẽ fundit.

ſupplici libello contentis prædicta matrona aſſeruit: ſuoque ei teſtimonio prælecto, in eodem perſtitit; & quod vnicum nouit ſcribere, ſuum hîc nomen ſubſcripſit: Gabriela Manzay. EX PROCESSV EDITO. D

9 Honeſta matrona Maria Seuorat, vidua honorabilis viri Magiſtri Ioannis Nauldet, olim Aduocati Curiæ Bituricenſis, habitans in parochiâ S. Petri le Guillard, quinquaginta circiter annos nata, teſtis producta; a aſſerit ante viginti quinque circiter annos, filium ſuum primogenitum, Magiſtrum Ioannem Nauldet, graui & periculoſo morbo (quem medici ſtrumaticum dicebant) laboraſſe: ſe proinde, concepto voto, nouem diebus eccleſiam Virginum Annuntiatarum frequentaſſe, & Dei opem per merita & preces prædictæ Dominæ Ioannæ Franciæ imploraſſe, & nonâ nocte filium integræ reſtitutum fuiſſe ſanitati, nullo adhibito remedio humano. Atque hoc ſe ſcire &c.

a ſtruma ſubitò abacta:

10 Honeſta matrona Anna Bernard, vidua Ioannis Mery incola huius vrbis Bituricenſis in parochiâ S. Petri le Guillard, nata annos circiter ſexaginta quinque, teſtis producta, affirmat, anno nonageſimo nono ſupra milleſimum quingenteſimum, menſe Iulio, filium ſuum, ætatis anno circiter decimo tertio, ita graui-
E ter altero crure laboraſſe, vt non niſi duobus fulcris ſuſtentatus incederet; tantaque ſe dictum filium Dominæ Ioannæ Franciæ deuouiſſe, & nouemdiali voto in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum à ſe perſoluto, eumdem integræ reſtitutum fuiſſe ſanitati. Quod miraculum meritis & interceſſioni prædictæ Dominæ adſcribendum credit; additque, filium tam graui malo laboraſſe, vt, ante votum, crus ei medicorum iudicio abſcindendum fuiſſet. Dicit inſuper ſe audiuiſſe, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, cùm perduelles hæretici corpus præfatæ Dominæ Ioannæ è ſepulchro extraherent, ex eorum numero quempiam arrepto pugione inflixiſſe corpori vulnus, & continuò ſanguinem emanaſſe.

ſanatum crus abſcindendũ

11 Magiſter Marius Iulianus, ſtudioſus in Vniuerſitate Bituricenſi, habitans in parochiâ diuæ Virginis Mariæ du Fourchault, patriâ *b* Vaſtinenſis, annos natus circiter duos & viginti, alius teſtis productus affirmat, ſe, cùm grauiſſima per duos fere annos vexatus fuiſſet febri, quæ bis ſingulis menſibus acri cum tibiarum tumore affligeret, tandem menſe Auguſto proximè elapſo intelleXiſſe, crebra fieri indies miracula in eccleſia Virginum Annuntiatarum huius vrbis; per preces & vota quæ ibidem Dominæ Ioannæ Franciæ, dictæ eccleſiæ & conuentus Fundatrici, reddebantur: atque hinc occaſionem haud neglexiſſe ad eamdem Dominam confugiendi; & re ipſa vouiſſe, ſe ibidem F curaturum celebrari tres Miſſas: quibus mox celebratis, nullas ampliùs ſenſiſſe febres, firmâque deinceps ſemper vſum valetudine. Porrò matrem ſuam de hoc miraculo factam certiorem, cùm ipſa in grauem morbum incidiſſet, ſub finem ſuperioris menſis Martij, votum pariter eidem Dominæ Ioannæ muncupaſſe, & ſubitò priſtinæ reſtitutam ſanitati: eiuſque rei nuntium ſe à matre recepiſſe, cum mandato vt aliquot ibidem Miſſas celebrari curaret; quas ſe curaſſe teſtatur, & omne hoc beneficium meritis & interceſſioni prædictæ Dominæ Ioannæ adſcribere.

b

depulſa febru. & tibiarum tumor,

12 Religioſus Frater Ieremias Belleteſte, Ordinis Fratrum Minorum, in conuentu Virginum Annuntiatarum Bituricenſi degens, ætatis circiter ſexaginta annorum teſtis productus .... affirmat ſe, quia vnà cũ earundem Patribus Confeſſariis circiter annos ſeptemdecim habitauit; ſpectaſſe variorum hominum concurſum, vota pre. eſque in dicti conuentus eccleſiâ of-
ferentium: & quidem iam à triennio multò frequentiores concurriſſe, vt nouemdiale votum, quod pro ſuâ vel aliorum infirmorum ſalute ſuſceperant, Dominæ Ioannæ Franciæ dicti Conuentus Fundatrici ſoluerent: & nouemdialibus votis perſoluris cum Maſſe ſa-

oculorum dolor,

EX PROCESSV EDITO.

crificio, ægros conualuiſſe; allegans rationem ſcientiæ, quòd plures ipſe celebrauerit Miſſas ex eorum intentione, qui ſanitatem ibidem recuperarunt. Inſuper vidiſſe ſe aſſerit, ante vnum circiter menſem, puellum quemdam decennem, ex oppido Yſſouldun, graui affectum oculi dolore, & medicorum iudicio ſummopere de eo periclitantem; qui, cùm nouemdiale votum in præfatâ Eccleſiâ ſoluere cœpiſſet, ipſo die ſeptimo optimè conualuit.

A

13 Stephanus Belloſte, membranarum mercator, incola Bituricenſis in parochiâ *c* S. Boniti, ætatis circiter triginta octo annorum, productus teſtis .... aſſerit ſe per ſexennium graui renum, coxarum, & crurum dolore fuiſſe vexatum; ita vt nihil laborare, & vix incedere potuerit: atque ante duos circiter annos, precibus in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum fuſis, ac Dei ope imploratâ, per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ Franciæ, integræ reſtitutum ſanitati; adeò vt deinceps, atque etiam nunc liberè incedat & laboret. Affirmat inſuper, ſe filium ſuum Ioannem Belloſte, ætatis iam circiter tredecim annorum, difficili aliquando ſtrumarum morbo afflictum, commiſiſſe curæ atque induſtriæ chirurgi cuiuſdam, ex celeberrimis huius vrbis,

c

renũ, coxarum & crurum dolor,

ſtruma,

B cognomento Diuini: qui cùm apertè fateretur ſe in eo curando operam & oleum perdere, malo eò magis augeſcente, quò plura remedia adhiberet; adduxiſſe ad eccleſiam Virginum Annuntiatarum, & Diuinâ ope per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ inuocatâ, ſanitatem eum recepiſſe, in quâ etiam nunc perſeuerat.

14 Ioannes Belloſte, filius prædicti Stephani Belloſte ætatis circiter tredecim annorum, productus teſtis... aſſerit meminiſſe ſe ante tres circiter annos vlceribus in collo ac facie acerbiſſimè fuiſſe afflictum, & per quatuor menſes commiſſum induſtriæ expertiſſimi cuiuſdam chirurgi, cognomento Diuini; qui cùm fruſtrà artis ſuæ remedia adhibuiſſet, tandem à patre deductum ad eccleſiam Virginum Annuntiatarum huius ciuitatis, & poſt fuſas ibidem preces, ab vlceribus fuiſſe liberatum, quæ dictus chirurgus ſtrumas eſſe affirmauerat.

vlcera,

15 Prudens ac honeſtus vir Petrus Muſnier, ephippiorum mercator Bituricenſis, habitans in parochiâ *d* S. Vrſini, ætatis circiter quadraginta octo annorum, productus teſtis .... aſſerit ſe in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum circa feſtum S. Ioannis Baptiſtæ proximè elapſum, nouemdiale votum ſoluiſſe, & Diuinam opem per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ

d

podagra,

C Franciæ imploraſſe, vt à grauiſſimis podagræ doloribus, qui ipſum vltra menſem lecto affixerant, liberaretur; poſtquàm verò vltimo nouemdialis voti ſui die Miſſam celebrari curaſſet, ita ſe fuiſſe ſanatum, vt nullos exinde dolores ſenſerit.

16 Honeſta matrona Carola Pynet vxor prudentis viri Ioannis Voulte ſatellitis regij, habitans Bituricii in parochiâ S. Ioannis des Champs, ætatis circiter quinquaginta quatuor annorum, teſtis producta; .... affirmat vexatam ſe fuiſſe duplici quartanâ febri, & tanto vlcerum dolore in tibiis, vt ei greſſus penè fuerit ademptus; nouemdiali autem voto à ſe ſoluto in præfatâ Virginum Annuntiatarum eccleſiâ, & Miſſæ ſacrificio per Sacerdotem celebrato, oblato item cereo, Diuinâque ope per merita & interceſſionem præfatæ Dominæ Ioannæ Franciæ inuocatâ, integræ ſe reſtitutam fuiſſe ſanitati, neque vlceribus aut tibiarum dolore ampliùs cruciatam.

febris & vlcera.

17 Honeſta matrona Iacoba Turfin, vidua Martini Cottenoire, quondam in hac vrbe mercatoris coriarij, habitans in parochiâ S. Petri le Marché, ætatis ſexaginta quinque circiter annorum, teſtis producta .... affirmat anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, ingreſſis hanc vrbem Bituricenſem perduellibus hæreticis, ſe vidiſſe eos corpus Dominæ Ioannæ Franciæ tollentes è monumento fornicato (quod etiamnunc in præfatâ Virginum Annuntiatarum eccleſiâ viſitur) atque ipſum corpus tunc temporis adhuc integrum extitiſſe, manibus iunctis, veſtitum habitu Ordinis Virginum Annuntiatarum, cum puluinari ſub renibus; & ab hæreticis iſtis, ſe item ſpectante, fuiſſe concrematum, & in cineres redactum in dictæ eccleſiæ veſtibulo, adeò vt nulla prædicti corporis pars ſuperſit, omneſque arcas (quarum vna erat plumbea) ab iiſdem ablatas. Dicit inſuper, ſe nouemdiale votum non ſemel in præfatâ Virginum Annuntiatarum eccleſiâ ſoluiſſe ad matris ſuæ intentionem, quæ, dum viueret, podagrâ laborabat; & prædictæ Dominæ Ioannæ interceſſionis auxilio leuamentum ſibi præſtari ſentiebat. Addit inſuper, ſe ante annum nouemdiale pariter votum reddidiſſe, ob graues brachiorum & tibiarum quibus afflictabatur dolores, à quibus deinde liberata ſit, vt quàm optimè nunc valeat.

D

Ioanna cadauer cum veſtibus integrum repertum, ab hæreticis combuſtum.

Eius meritis, dolor podagræ minutus,

brachiorũ & tibiarũ ablatus,

18 Honeſta matrona Ioanna Bouchetel, vidua Petri Andouin, quondam pellionis in vrbe Bituricenſi, habitans in parochiâ S. Petri le Marché, ætatis circiter ſeptuaginta quinque annorum, teſtis producta affirmat anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo piſtorem quemdam ad Quatuor-columnas huius vrbis commorantem, graui tibiarum dolore cruciatum fuiſſe, ita vt duobus fulcimentis ſuſtentari debuerit; ſeque in præfatâ Virginum Annuntiatarum eccleſiâ nouemdiale votum pro eius ſalute perſoluiſſe, & ſtatim ita eum conualuiſſe, vt fulcimentis in poſterum haud egeret: quæ, hæc ipſa teſtis, ad prædictam eccleſiam detuliſſe ſe ait, ibidemque Miſſam in gratiarum actionem celebrari curauiſſe. Affirmat inſuper, ſe nouemdiale votum pro ſalute cuiuſdam Dominæ, nomine Greuequin, huius vrbis incolæ, pedibus omnino debilis, impleuiſſe: quæ mox ita firmata eſt, vt ſub finem nouemdialis voti ipſamet templum adierit, & Sacrum fieri curarit. Addit præterea, iam à quadraginta quinque annis maritum ſuum prædictum Andouin ex graui tibiarum dolore decubuiſſe, nulloque modo ambulare potuiſſe; ſe verò pro eo Deum rogaſſe in præfatâ Virginum Annuntiatarum eccleſiâ, eumque per merita & interceſſionem dictæ Dominæ Ioannæ Franciæ priſtinam ſanitatem recepiſſe, ac pòſt militiæ aduerſus perduelles hæreticos inſcriptum fuiſſe.

E

duorũ dolor tibiarũ & tertij pedum debilitas depulſa.

19 Die decimâ nonâ menſis Aprilis prædicti anni, in præfato ſacello, per nos Archiepiſcopum, & teſtes prænominatos, progreſſum fuit ad examen infraſcripti teſtis. Magiſter Petrus Roulin, Notarius regius, Biturici habitans in parochiâ diuæ Virginis du Fourchault, ætatis circiter vnius & quadraginta annorum, productus teſtis, ... affirmat, ſe Feriâ hebdomadæ ſecundâ, nona Maij ſuperioris anni milleſimi ſexcenteſimi decimi ſexti, graui pleuritide cum intenſis febribus tactum fuiſſe, ita vt vix reſpirare valuerit; tanto inſuper afflictum renum dolore, (qui ſeptem vel octo diebus antè inceperat) vt de vitâ periclitaretur. Itaque in difficili & continuo iſto languore, recordatum ſe miraculorum, quæ in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ Franciæ eiuſdem conuentus Fundatricis eueniſſent, eidem Dominæ ſe deuouiſſe, & dolorum leuamen ſtatim percepiſſe, & duos poſt dies ſemet eccleſiam adiiſſe, vt nouemdiale votum, ab vxore reddi inceptum, perſolueret: cumque quatuor tantùm vicibus templum frequentaſſet, ab omni dolore fuiſſe liberum, nullâ adhibitâ venæ inciſione, vel medicamento, pieque ſe credere, per merita & interceſſionem prædictæ Dominæ Ioannæ integram recuperaſſe ſanitatem.

F

pleuritis & dolor renum,

a *Formula iuramenti & ſubſcriptio eiſdem vbiq; verbis repetita ad nauſeam lectori euitandam omittuntur.*
b *Vulgò Gaſtinois ex Vaſtinio ad Icaunam fluuium.*
c *Vitam S. Boniti Epiſcopi Aruernorum dedimus 15. Ianuarij.*
d *S. Vrſinus 1 Bituricenſis Epiſcopus colitur 9 Nouemb.*

CAPVT

CAPVT IV

Teſtimonia à iuratis teſtibus prolata ad decretum ſecundum.

20 FEriâ ſextâ, vigeſimâ primâ mẽſis Aprilis prædicti anni, horâ ſecundâ poſt meridiem, in præfato ſacello progreſſum fuit ad examen infraſcriptorum teſtium. Reuerendus Pater Claudius Guillain, præfectus collegij conuictorum Societatis Ieſu in hac vrbe Bituricenſi, ætatis circiter quadraginta quatuor annorum, teſtis productus .... affirmat vndecim dicti collegij conuictoribus graui infirmitate correptis, quibuſdam febris tertianæ, aliis quartanæ hieme proximè elapsâ, nouemdiale votum ſe vouiſſe, in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum ad ſepulchrum Dominæ Ioannæ Franciæ ſoluendum; ſeque primo atque vltimo voti reddendi die Miſſæ ſacrificium oblaturum, vt Deus Optimus Maximus per merita & interceſſionem prænominatæ Dominæ dictos infirmos curare dignetur: & mox ſeptem ex iis ab omni febre fuiſſe liberatos, voto
B etiam nondum perſoluto: quod piè tribuit meritis & interceſſioni præfatæ Dominæ Ioannæ.

ſublata febris.

21 Noteſta Vignot, vxor Ioannis le Ieune vinitoris, commorans in parochiâ S. Viſini Bituricenſis, ætatis circiter triginta quinque annorum, teſtis producta .... teſtatur filio ſuo ante duos circiter annos graui herniæ malo laborante, nouemdiale ſe votum pro eius ſalute in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum reddidiſſe, Deumque rogaſſe vt per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ Franciæ ſanare eum dignaretur; voto autem perſoluto filium plenè conualuiſſe, nec deinceps vllam morbi moleſtiam ſenſiſſe: idque ſe meritis atque interceſſioni præfatæ Dominæ firmiter adſcribere.

hernia.

22 Ioannes le Clerc, molitor in molendinariâ molâ *a* S. Auſtregeſili, in parochiâ Caſtri Bituricenſis, ætatis circiter viginti ſeptem annorum, teſtis productus .... affirmat ſe ante duos circiter annos graui tibiarum dolore & vlceribus peſſimis afflictum, nouemdiale votum ſoluiſſe, & Miſſæ ſacrificium offerri curaſſe in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum; votoque perſoluto, ſtatim meliùs habuiſſe, vlceribus multùm coëuntibus, ita vt commodiùs incederet, atque etiamnunc incedat, quem duodecim annos dolor iſte tibiarum continuò afflixerat. & licet pleniſſimè non ſit ſanatus, multò tamen
C meliùs ſolito incedit: idque mentis & interceſſioni prædictæ Dominæ Ioannæ Franciæ adſcribit.

a

dolor tibiarum

23 Honeſta matrona Ioanna Deſcroſſes, vxor Magiſtri Petri Roulin Notarij regij, habitans Biturici in parochiâ diuæ Virginis du Fourchault, ætatis circiter viginti ſeptem annorum, teſtis producta .... affirmat, ſe Quadrageſimâ elapsâ anni milleſimi ſexcenteſimi decimi ſexti, tribus circiter ſeptimanis ante Paſcha, grauì & intolerabili dolore in ſiniſtrâ mamillâ fuiſſe vexatam, ita vt filiolam ſuam lactare nequiuerit; certiorem autem factam miraculorum, quæ quotidie in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum Bituricenſi per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ Franciæ, Fundatricis eiuſdem eccleſiæ & conuentus, patrantur, nouemdiale ſe votum vouiſſe, per ſe vel per aliam ibidem ſoluendum: quod cùm reddere ipſa cœpiſſet, tertio mox die ſe à graui malo liberatam; quod ſine vllâ humanâ ope, trifariàm vltrò eruperat, adeò vt ſtatim filiolam lactare potuerit, & deinceps ſemper lactarit: votoque nondum perſoluto, integræ reſtitutam fuiſſe ſanitati; firmiterque ſe ea Dominæ Ioannæ Franciæ meritis & interceſſioni attribuere.

& mamilla.

24 Antonia Macée, habitans in parochiâ S. Petri le Marché in hac vrbe Bituricenſi, ætatis circiter quinquaginta annorum, teſtis producta .... affirmat, ſuperiore Quadrageſimâ anni ſupra milleſimum ſexcenteſimi decimi ſexti, tam graui ſe afflictam fuiſſe brachij ſiniſtri dolore, vt omni eius vſu orbata, non niſi adhibito dexteræ manus auxilio mouere illud valuerit: at nouemdiali voto in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum perſoluto, integras recuperaſſe vires, prout etiamnunc ſana perſeuerat, & ſiniſtri non minùs quàm dextri brachij vſu gaudet: idque meritis & interceſſioni Dominæ Ioannæ Franciæ adſcribit.

Ex PROCESSV EDITO.

D *malũ brachij.*

25 Honeſta matrona Ioanna Quenouille, vxor Iacobi Chebiton, habitans Biturici in parochiâ S. Petri le Piellier, ætatis circiter quinquaginta ſex annorum, teſtis producta .... affirmat ante duos circiter annos ſe graui quodam oculi dextri tumore inſtar furunculi oppreſſam fuiſſe, ita vt præ dolore videre nil potuerit; at poſtquàm nouemdiale votum Dominæ Ioannæ Franciæ vouiſſet ac reddidiſſet, integræ reſtitutam ſanitati, per merita (vt piè credit) & interceſſionem præfatæ Dominæ.

oculi tumor.

26 Honeſta matrona Michaëla Fauure, vidua præclari viri Magiſtri Natalis Guyon, quondam Electi Bituricenſis, habitans Biturici in parochiâ S. Petri le Guillard, ætatis circiter ſeptuaginta duorum annorum, teſtis producta, ... affirmat ſæpiſſimè afflictam ſe fuiſſe capitis tibiarumque doloribus dum vterum geſtaret; at nouemdiali voto in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum Bituricenſi non ſemel perſoluto, & Diuinâ ope ad ſepulchrum Dominæ Ioannæ Franciæ inuocatâ, meritis eius & interceſſione fuiſſe liberatam. Dicit inſuper, ſe à ſocru audiuiſſe, præfatam Dominam, quam viuam probè ipſa cognouerat, non abſque eximiæ ſanctitatis opinione vitam peregiſſe, ac nudis pedibus ſupplicationes obire conſueuiſſe: Regem ipſum Ludouicum XII, qui eam repudiarat, cùm aliquando in ſacro huius vrbis Sacello poſt tapetem ſe abſcondens, tantopere pietati & deuotioni addictam obſeruaret, deſiderio eius motum ingemuiſſe: illam verò curaſſe ædificari domum, in quam ſe à mundi illecebris cum aliis piis virginibus ſubduxit, quas in omni ſanctimoniâ & morũ diſciplinâ pro viribus erudiebat: in quâ domo & curſum vitæ ipſa cõpleuit in omni ſeueritate, ac ſanctitate. Addit, vidiſſe ſe Religioſam Virginem in prædicto conuentu, nomine Margaretam Sagordet, toto quadriennio ægram, mutam, ac membris debilem: quæ cùm ſe Dominæ Ioannæ Franciæ ſincero animi affectu deuouiſſet, ſtatim ei oblata eſt (prout ipſa teſti huic retulit) pulcherrimæ cuiuſdam Dominæ facies, à quâ moneretur gratias Deo agere; & eo ipſo momento linguæ beneficio donata, quamdam ex Sororibus aduocauit: atque hæc attonita, aliis miraculum nuntiauit; quæ omnes pariter accurrentes, ſummâ cum voluptate loquentem audierunt, & in gratiarum actionem die ſubſequenti ſolennem indixerunt ſupplicationem; in quâ Soror ipſa Margareta Sagordet comparuit, & paullò pòſt integras totius corporis vires ac ſanitatem recepit. Atque hæc omnia meritis & interceſſioni præfatæ Dominæ Ioannæ dicta teſtis adſcribit; additque, ſe haud ſemel magnum hominum concurſum in prædictâ Virginum Annuntiatarum eccleſiâ ſpectaſſe, ſua nouem dierum vota reddentium, pro impetrandâ morborum medelâ.

E *dolor capitis & tibiarum.*

Ioanna ſanctitas:

ægra & muta loquela & vires collatæ.

27 Honorabilis vir Ioannes Helyot, Antigrapheus domus Illuſtriſſimi Principis Condæi, habitans Biturici in parochiâ diuæ Virginis du Fourchault, ætatis circiter ſexaginta quatuor annorum, teſtis productus, ... affirmat, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, quo ciuitas Bituricenſis à perduellibus hæreticis, Duce Domino de Montgommery, *b* intercepta fuit (etſi mox à Carolo Rege IX. recuperata) recordari ſeſe, ciuitate iam à militibus pariter & incolis direptâ, tres quatuorue milites, ex agmine ductoris *c* Mire, hæreticos Lutheranos, cuidam cui aderant Iacobo Troullet carminario, commoranti tum in parochiâ S. Medardi huius vrbis, ac penè quotidie in

b

c

Ex PROCESSV EDITO.

domo matris ipſius teſtis operanti, ipſo audiente retuliſſe, numquàm ſe fuiſſe tam attonitos, quàm in eccleſia Virginum Annuntiatarum Bituricenſi. Siquidem vniuerſo templo ſpoliato, reliquias quæſituri in monumentum, quo corpus Dominæ Ioannæ Franciæ conditum erat, deſcenderant, & arcam plumbeam reperierant; eâque aperrâ, corpus prædictæ Dominæ ità integrum & formoſum ſpectauerant, ac ſi recens terræ mandatum fuiſſet: volentesque inuertere ipſam arcam, vocem gemebundam ex ipſo corpore prodeuntem perceperant: eâque perterriti, arcam ipſam dimiſerant: cuius tamen ipſos poſteà pœnituerat: quia alij deinde milites aduenerant ex agmine ductoris Blanchet, qui nihil ſpoliorum in prædicto contentu & eccleſiâ inuenientes, præfatum corpus excuſſerant, arcamque vacuam abſtulerant. Paullò verò poſt vrbis recuperationem, dictus Troullet, à prænominato teſte rogatus, totam huius rei geſtæ ſeriem explicauit, adſtante teſtis matre, iam defunctâ; & falſus eſt, ſe etiam ipſum quamdam gementis vocem ter aut quater percepiſſe. Vnde attonita mater, etſi tum à verâ fide Catholicâ alienior, ipſum Troullet increpauit, peſſimè feciſſe arguens piæ Principis corpus exeutiendo: atque addens, ſe à matre ſuâ, quæ eam viuam olim nouerat, haud ſemel intelleXiſſe, Principem fuiſſe Deo admodùm deuotam, ac omni virtutum genere verè ornatam. Dictus item teſtis affirmat, ſe ex matre iam ad fidem Catholicam conuersà ſubinde audiuiſſe hanc vocem: Grauiter omnibus timendum, ſi de ſalute tam piæ Principis dubitandum. Addit inſuper, ſe in præfatâ Virginum Annuntiatarum eccleſiâ magnam vidiſſe populi frequentiam & deuotionem pro obtinendâ morborum medelâ: ſe quoque, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimo decimoquarto, graui tibiæ & genu afflictum dolore, nouemdiale votum Dominæ Ioannæ Franciæ vouiſſe, & vigeſimâ quintâ Auguſti dicti anni ſoluere cœpiſſe; quartâ verò aut quintâ pòſt die, ſibi de prædictâ Principe cogitanti, pulcherrimam quamdam Dominam, ac ſplendidiſſimè ornatam, in ſomnis apparuiſſe: ac mox experrectum, velo lecti remoto, magnum in cubiculo conſpexiſſe ſplendorem; quo ſtupefactum, Crucis ſigno ſe muniiſſe, lumenque diſparuiſſe: poſteà excitaſſe vxorem, eique omnia enarraſſe, ſeque integræ ſanitati fuiſſe reſtitutum.

A *Cadauer incorruptè repertum.*

ad atrocia hæreticorũ ingemiſcit:

mulier hæretica conuertitur:

B

28 Honeſta matrona Ioanna Guillot, vxor honorabilis viri Ioannis Helyot ætatis circiter quinquaginta nouem annorum, teſtis producta .... affirmat, conſpexiſſe ſe magnum populi concurſum in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum Bituricenſium, fundatâ per Dominam Ioannam Franciæ, crebraſque ad illam tamquàm Sanctam fieri orationes, ad repellendas varias corporis moleſtias & morbos, inflationes inprimis, & neruorum contractiones. Vidiſſe quoque Ioannam Durand filiolam Magiſtri Petri Durand, quondam Graphiarij Bituricenſis, ætatis circiter trium annorum, miro totius corporis ac præcipuè ventris vexatam tumore, ita vt crepare ferè videretur: voto autem Dominæ Ioannæ Franciæ pro eius ſanitate concepto, adductâque ad templum filiolâ, tumorem imminui cœpiſſe; & nouemdiali voto perſoluto, ſanatam mirabiliter fuiſſe, & exinde ſanam perſeueraſſe, per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ Franciæ, vt piè creditur. Teſtatur inſuper, ſe vidiſſe quamdam ex Virginibus Religioſis eiuſdem conuentus, nomine Margaretam Sagordet, quatuor annis infirmâ afflictam valetudine, omnique membrorum deſtitutam vſu, excepto manuum, quibus difficulter confeſſionem ſuam exarabat; quæ toto illo quadriennio muta, tandem corde, quod ore haud poterat, præfatæ Dominæ Ioannæ ſe deuouit: paulloque pòſt eximiam & pulchram Dominam de nocte conſpexit, ſibi dicentem: Surge filia, & Deo gratias age: ſtatimque aduocauit infirmis Sororibus dicti conuentus præfectam, quæ ſummâ cum admiratione ipſam audiuit loquentem, retulitque miraculum aliis eiuſdem conuentus Virginibus Religioſis: quæ ſine morâ, rei nouitate perculſæ, accurrerunt, & in gratiarum actionem ſolennem inſtituerunt ſupplicationem: quam ipſa, leuiter Sororis ducentis manu adiuta, obiuit, & Dominæ Ioannæ, vt conſtanter creditur, interceſſionis auxilio priſtinas omnium membrorum vires recepit.

laborans affectâ tibiâ & genu ſanatur,

depulſa crebra inflationes & contractiones neruorũ;

C

corporis & ventris tumor,

29 Domina Maria Deſanzay, vxor nobilis viri Magiſtri Iacobi Bigot, Conſiliarij & Procuratoris Regij in municipio & Curiâ Bituricenſi, habitans in parochiâ diuæ Virginis du Fourchault, ætatis circiter quinquaginta duorum annorum, teſtis producta .... aſſerit habuiſſe ſe filium nomine Iacobum Bigot, quondam Conſiliarium Regium, huiuſque vrbis Bituricenſis Electum, qui anno ætatis circiter tertio grani & periculoſâ gutturis infirmitate correptus, nullo chirurgorum aut medicorum remedio ſanari potuit; ideoque ſe ex piorum conſilio Dominæ Ioannæ Franciæ illum deuouiſſe; & nouemdiali deinde voto in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum Bituricenſi à ſe perſoluto, priſtinæ reſtitutum fuiſſe ſanitati, prædictæ Dominæ Ioannæ, vt piè credit, meritis & interceſſione.

periculoſus gutturis morbus,

30 Amatus Matrat negotiator cannabinus, commorans Biturici in parochiâ S. Boniti, ætatis circiter annorum quinquaginta, teſtis productus, ... aſſerit octodecim ſe menſes grauiſſimo tibiarum dolore atque inflatione vexatum fuiſſe; triplicique in iis vlcere erumpente, omnem ſe Medicorum opem aduocaſſe, ſed nullam medelam ſenſiſſe, imò contrà malum ipſum indies augeri, ita vt noctu diuque intolerabili & continuo cruciatu affligeretur. Admonitum verò de ſingulari plurimorum deuotione in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum Bituricenſi, qui à variis corporis moleſtiis & languoribus ibidem liberarentur, meritis & interceſſione Dominæ Ioannæ Franciæ inibi ſepultæ, votum eidem ſe vouiſſe, & per quindecim dies in dictâ eccleſiâ preces ſuas continuaſſe, & finiiſſe ipſo ſolenni feſto Pentecoſtes, anni milleſimi ſexcenteſimi decimi quinti; tertio verò poſt inceptas preces die leuamen ſenſiſſe, atque adeò integram corporis ſanitatem recuperaſſe, tantummodò vlcerum veſtigiis relictis: idque meritis & interceſſione eiuſdem Dominæ Ioannæ, vt firmiter credit.

inflatio & exulceratio tibiarum;

D E F

a *S. Auſtregiſilus colitur 20 Maij: de eo agimus 6 Februarij ad Vitam S. Amandi.*

b *Narrant hanc hæreticorum tum rebellionem, vrbiſque Bituricenſis interceptionem, & recuperationem omnes paſſim Hiſtorici Francici, qui illius temporis res geſtas ſcribunt, inter quos Belcarius lib. 9. num. 52 & 53. Spondanus in Annalibus Eccleſiaſticis ad illum annum 1562 num. 12. At Bituricis tum etiam combuſtum fuiſſe corpus S. Guilielmi Archiepiſcopi, cuius Vitam dedimus 10 Ianuarij, tradit Attichius cap. 24, additque in baſilicâ Cathedrali S. Stephani plurima huius hæreticorum furoris veſtigia videri poſſe.*

c *Eidem Attichio* Miregrand *dicitur.*

CAPVT V

Alia teſtimonia prolata.

31 GVilielma Paſſauant, vidua Claudij Ballot, commorans Biturici in parochiâ de Montermoyen, ætatis circiter quadraginta octo annorum, teſtis producta, affirmat ante quatuor circiter annos filiolam ſuam ſtrumis in gutture ſummopere afflictam fuiſſe: quas dum animaduertiſſet ipſius teſtantis mater, poſtmodùm defuncta, & miraculorum meminiſſet, quæ in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum, fuſis ad Deum & Dominam Ioannam Franciæ eiuſdem eccleſiæ & conuentus Fundatricem precibus, in dies contingerent; ſtrumoſam filiolam eidem Ioannæ, eiuſque interceſſioni deuouit: & pro ſalute illius, ſingulis Feriis ſecundis

ſtrumæ gutturis,

A ſecundis vnius anni, in dictâ eccleſiâ orauit, eamque ante anni finem impetrauit; vt etiamnunc ab omni ſtrumâ immunis viuat, nullâ adhibitâ humanâ ope. Itaque ſe meritis Dominæ Ioannæ beneficium hoc adſcribere profitetur; atque addit, ſe etiam in eâdem eccleſiâ nouemdiale votum ſæpiùs ſoluiſſe pro pluribus pueris ſtrumoſis & hernioſis; qui itidem omnes conualuerunt, & benè ſe habent, prout ab eorumdem parentibus accepit.

ſtruma & hernia varicum.

32 Præclarus vir Magiſter Ioannes Aſſe, Notarius & Procurator fori Eccleſiaſtici Bituricenſis, incola parochiæ S. Ioannis des Champs, ætatis circiter triginta annorum, teſtis productus, aſſerit ante duos circiter annos graui ſe nephritide laboraſſe per tres quatuorue menſes; quâ poſtmodùm ceſſante, tanto cruciatum fuiſſe tibiarum dolore, vt ægrè ſe mouere poſſet. Quare ſanitatis recipiendæ ergò vouiſſe ſe eccleſiam Virginum Annuntiatarum inuiſurum, per ſe vel per aliùm, ibidemque oraturum Deum pro ſalute obtinendâ per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ Franciæ, eiuſdem eccleſiæ & conuentus Fundatricis: cumque per dies nouem ibidem preces continuari, Miſſæque ſacrificium offerri curaſſet, meliùs ſe habuiſſe, atque

nephritis.

B adeò eidem Sacrificio interfuiſſe, ab omni corporis cruciatu deinceps immunem, firmiterque ſe ſanitatem hanc attribuere præfatæ Dominæ meritis & interceſſioni.

33 Domina Maria le Comte, vidua præclari ac prudentis viri Magiſtri Iacobi Nandion, quondam Aduocati Curiæ huius vrbis Bituricenſis, commorans in parochiâ S. Ioannis des Champs, ætatis circiter annorum quinquaginta quatuor, teſtis producta, affirmat quatuor annorum ſpatio grauiter ſe laboraſſe doloribus ſtomachi, ventris, ſcapularum, ſinus ac pectoris; ſæpiſſimeque ex nimiis cordis anguſtiis prouocatam fuiſſe ad vomitum, & quandoque ſanguinem vomuiſſe: omni verò humano remedio fruſtrà adhibito, confugiſſe tandem ſuperiori anno ad implorandam opem Dominæ Ioannæ Franciæ, Fundatricis conuentus Virginum Annuntiatarum; & nouemdiali voto tertiùm à ſe perſoluto, prædictos dolores paullatim mitigatos, prorſus tandem receſſiſſe: aitque ſe poſt ſingula nouem dierum vota vnam Miſſam curaſſe celebrari; & ſanitate recuperatâ, in gratiarum actionem denuò nouem dierum preces continuaſſe in dictâ eccleſiâ; piè credendo ſe ſanitatem à Deo obtinuiſſe meritis & interceſſione præfatæ Dominæ Ioannæ.

varij dolores pectoris, ventris &c. & ſanguinis euomitio.

C 34 Siluanus Coquillon, faber carrucarius, & incola Bituricenſis in parochiâ S. Boniti, ætatis circiter quadraginta annorum, teſtis productus .... aſſerit, feſtis Paſchalibus proximè elapſis vſque adeò ſe renum dolore afflictum fuiſſe, vt omni labore abſtinere, & aliquamdiu decumbere cogeretur: at cùm de miraculis inaudiiſſet, quæ quotidie in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum Bituricenſium per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ Franciæ, dictæ eccleſiæ & conuentus Fundatricis, euenirent; votum ſe nouemdiale Deo & eidem Dominæ vouiſſe, & per vxorem ſolui, cereumque offerri curaſſe, & deinde meliùs habuiſſe: poſt ſingulis diebus Dominicis ipſummet præfatam eccleſiam viſitaſſe, & mox integræ reſtitutum eſſe ſanitati, dictæ Dominæ (vt piè credit) meritis & interceſſione.

dolor renũ.

35 Honeſta virgo Gabriela Bouard, filia prudentis viri Ioannis Bouard, ſatellitis regij, commorans in parochiâ ſancti Petri le Guillard, ætatis circiter nouemdecim annorum, teſtis producta .... affirmat ante quindecim circiter menſes continuis nouem diebus Deum in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum rogaſſe, vt per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ Franciæ, Fundatricis eiuſdem eccleſiæ & conuentus, dignaretur ſanitatem tribuere Gabrielæ Degoy filiæ Guilielmi Degoy politoris Bituricenſis, (quam de ſacro Fonte ipſa ſuſceperat) membris omnibus vſque adeò captæ ac debili, vt ſubſiſtere haud poſſet: ante nouem verò dierum finem firmari eam cœpiſſe; ac poſtmodum, nullâ adhibitâ medicorum ope, optimè habuiſſe, Dominæ Ioannæ, vt conſtanter credit, meritis & interceſſione.

debilitas membrorum.

Ex processv edito. D

36 Natalis Piandon, præfectus pilæ palmariæ Biturici in parochiâ S. Vrſini, ætatis circiter annorum viginti, teſtis productus, ... aſſerit, abhinc duos circiter annos graui ſiniſtri femoris vexatum fuiſſe incommodo, ita vt ſe ſuſtinere nequiuerit, idque nullo apparente vel tumoris vel inflammationis ſigno: quare conſideratis miraculis, quæ quotidie in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum contingebant, votum nouemdiale vouiſſe Dominæ Ioannæ Franciæ Fundatrici eiuſdem eccleſiæ & conuentus, ibidemque reddidiſſe, & Sacrum fieri curaſſe; aitque ſe primo die tanto cruciatum fuiſſe dolore, vt tribus horis ad eccleſiam vix peruenerit, quamuis non procul ab eâ moraretur: quotidie deinde meliùs ſe habuiſſe, & voto perſoluto liberè & ſine vllâ moleſtiâ ambulaſſe, atque integram recuperaſſe ſanitatem, eamque credit per merita & interceſſionem præfatæ Dominæ ſibi eueniſſe.

malum femorum.

37 Prudens vir Petrus Chantereau, mercator telarum, & incola Bituricenſis in Parochiâ S. Petri le Guillard, ætatis viginti quinque circiter annnorum, teſtis productus .... aſſerit ante vnum circiter menſem filium ſuum nomine Simonem herniâ grauiter laboraſſe, ita vt ſæpiùs ad vomitum prouocaretur: ſe verò de miraculis, quæ quotidie in Virginum Annuntiatarum eccleſia fierent, admonitum, nouemdiale votum pro ſalute filij vouiſſe; eoque perſoluto, illum meliùs habuiſſe, & poſtmodùm omnino conualuiſſe, pieque ſe id tribuere meritis & interceſſioni Dominæ Ioannæ Franciæ, ad quam preces & vota ſua direxerat. Hoc ſibi ſatis perſpectum &c.

E *hernia.*

38 Reuerendus in Chriſto Pater ac Dominus Carolus de Boucherat, Abbas Pontiniacus Ordinis Ciſtercienſis, in diœceſi Autiſiodorenſi, commorans Biturici in parochiâ S. Auſtregiſili, ætatis circiter viginti annorum; affirmat ſe ante tres hebdomadas duplici aut triplici quartanæ febris acceſſu cruciatum, Dominæ Ioannæ Franciæ nouemdiale votum vouiſſe, atque illud in Bituricenſi Virginum Annunciatarum eccleſiâ reddidiſſe, Diuinamque opem imploraſſe ad monumentum in quo olim eiuſdem Dominæ Ioannæ corpus quieuit: voto autem nondum perſoluto, à quartanâ prorſus fuiſſe liberum, præter medicorum huius

febris.

F vrbis opinionem, quibus infirmitatem ſuam indicarat, & reſponderant diuturnam fore febrim, & quæ totam hiemem ipſum detineret: quare repentinam hanc ſanitatem precibus & meritis præfatæ Dominæ Ioannæ adſcribere ſe teſtatur.

39 Michaela Challotte, vxor Danielis Lonzay vinitoris, habitans Biturici in parochiâ S. Fulgentij, ætatis circiter quadraginta ſex annorum, teſtis producta, ... affirmat, ante annos pluſquàm tres difficili ſe herniâ laboraſſe; quę quidem per quinquennium ita miſeram afflixerat, vt vel minimo labore abſtinere cogeretur: ideoque ſe tandem votum Deo & Dominę Ioannę conuentus Virginum Annuntiatarum Fundatrici vouiſſe, & nouem dierum preces in eccleſia prędicti conuentus continuaſſe; primo verò die meliuſculè ſe habuiſſe, ac deinde plenius conualuiſſe; nec vllum ampliùs dolorem ſenſiſſe, aut etiamnunc ſentire. Aſſerit prętereà, ſuperioribus vindemiis admiſam ſe fuiſſe ſuſtentando currui vuis onuſto; & exinde graui femoris dolore vexatam, nouemdiale denuò votum in eadem eccleſiâ perſoluiſſe, & integrę reſtitutam fuiſſe ſanitati, prout & nunc ſana perſeuerat. Quę proinde meritis & interceſſioni ſupradictę Dominę piè attribuit.

hernia.

dolor femoris.

40 Prudens vir Stephanus Vernier, auletes, incola Bituricenſis in parochiâ S. Ioannis des Champs, ętatis circiter

Ex processv edito.

circiter annorum ſexaginta, teſtis productus .... aſſerit, ſe ante tres menſes vſque adeò ex podagrâ laborasse, vt neceſſe ſibi fuerit decumbere: nouemdiale autem votum Dominę Ioannę Francię, Fundatrici conuentus Virginum Annuntiatarum Bituricenſium, ſe vouiſſe, & per filiam reddi curaſſe: ſecundâ deinde meliuſculè, vltimâ verò voti ſoluti die plenè conualuiſſe, & poſtmodum prędictam eccleſiam ipſummet ſanum adiiſſe, ibidemque Rem diuinam fieri curaſſe. Hoc ſe ſcire &c.

A *podagra,*

41 Venerabilis ac prudens Dominus Stephanus du Pré, Sacerdos, habitans in parochiâ de Brexeuil, modò Biturici prędens, ętatis circiter viginti nouem annorum, teſtis productus .... affirmat ipſo die glorioſę Deiparę Virginis Aſſumptioni ſacro, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimo decimo ſexto, repentinâ paralyſi afflictum fuiſſe, in tantum vt omni femorum & tibiarum vſu priuaretur, & continuò in ſellâ geſtatoriâ detentus, nuſquam ambulare poſſet: fruſtrà verò adhibitis humanis remediis, admonitum ſe tandem fuiſſe, cùm decimâ octauâ Iunij proximè elapsâ ex balneis Bourbonianis per hanc ciuitatem reuerteretur, de miraculis quę in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum contingerent, ad vota preceſque in honorem Dominę

paralyſis,

B Ioannę Francię fuſis; atque hac occaſione votum eidem Dominę vouiſſe, & curaſſe ſe ad eamdem Eccleſiam per duos, quorum ope vtebatur, viros deferri: ibidemque precibus ſuis perſolutis, pecuniâque celebrando ad intentionem ſuam Miſſę ſacrificio depromptâ, domum reductum fuiſſe; ibique in ſede ſuâ collocatum, paullatim dolorum leuamen percepiſſe, & mox ſponte ſurrexiſſe, ac deinde virorum, quos aduocabat, adminiculo per cubiculum ambulaſſe, & in gratiarum actionem cum iiſdem erupiſſe, acclamantibus & applaudentibus miraculo, dictæ Dominæ Ioannæ meritis & interceſſione patrato: affirmatque, decem integris menſibus ſeſe mouere non potuiſſe; iam verò vno ſubalari fulcro atque vno ſcipione ſuſtentatum abſque vllo incedere dolore: hoc verò beneficium omnino ſe Dominæ Ioannæ meritis & interceſſioni adſcribere; de quo vt Deo prædictæque Dominæ gratias ageret, ſe in hanc vrbem denuò deductum, heſternâ die in dictâ Eccleſiâ Miſſæ ſacrificium celebrari curaſſe.

42 Prudens vir Ioannes Chamerlat, mercator Bituricenſis in parochiâ S. Vrſini, ætatis circiter triginta nouem annorum, teſtis productus .... affirmat menſe Auguſto anni milleſimi ſexcenteſimi duodecimi, ſolo

C comitatum famulo ac viro quodam Religioſo, in Burgundiam perrexiſſe, & prope oppidum Sancerre reperiſſe fontem, atque ex eo bibiſſe, ſtatimque euaſiſſe ſurdum auriculâ dextrâ; quo incommodo etſi attonitum, iter tamen haud interrupiſſe: in reditu verò ſenſiſſe ſub dictâ auriculâ quamdam puſtulam ad piſi vnius craſſitudinem; cumque mali ſpeciem neſciret, medicamentum ſuppuratorium adhibuiſſe per tres menſes, ſed fruſtrà: itaque aciculâ eamdem puſtulam tranſfixiſſe, vt puris materiam commoueret: at pluribus tum vlceribus faciem totam inficientibus, medicos & chirurgos conſuluiſſe; quorum aliis ſtrumam, aliis cancrum eſſe affirmantibus, ſe votum diuæ Virgini *a* Hilaratrici (vulgò de Lieſſe) & *b* S. Marculpho vouiſſe, & ter eò iuiſſe, imò & à Chriſtianiſſimo Rege tactum fuiſſe: ſecundo verò ac tertio ad loca ea itinere, paullò meliùs ſe habuiſſe, cùm tamen animaduerteret ſe haud plenè ſanari, vlceribus faciem aſſiduè infeſtantibus, & de miraculis edoctus eſſet, quæ Deus in eccleſiâ Virginum Annuntiatarum huius vrbis per merita Dominæ Ioannæ Franciæ operabatur, nouem dierum preces ſe vouiſſe, Deo in dictâ eccleſiâ perſoluendas, pro impetrandâ per eiuſdem Dominæ merita & interceſſionem ſanitate: & quia tunc temporis in pago & parochiâ de Sauigny, tribus ab hac vrbe milliaribus diſtanti, habitabat, nouem diebus continuis ieiunum ex eodem D pago ad dictam Virginum Annuntiatarum eccleſiam veniſſe: ac nono voti ſui die, cùm Miſſæ ſacrificium ibidem offerri curaſſet, & ſacrâ ſe Communione refeciſſet, integræ reſtitutum fuiſſe ſanitati; atque ab eo tempore, quod iam ſupra biennium eſt, ſanum perſeuerare; idque meritis (vt piè credit) atque interceſſione ciuſdem Dominæ Ioannæ.

varia faciei vlcera,

a
b

43 Nobilis Domina Maria de Marcuil, filia Domini Bonauenturæ de Marcuil, quondam Equitis duorum regiorum Ordinum, & regiæ quinquaginta cataphractorum equitum turmæ Ductoris, ac Dominæ Lucretiæ de Beaucaire; vidua Clarambaldi le Picard, Domini olim pagi parochialis, vulgò dicti Chaſteau des Chappelles, in territorio Brienſi, & Præfecti Stabulo Sereniſſimæ & potentiſſimæ Dominæ Ludouicæ Lotharingiæ, Reginæ & Donatariæ Franciæ, ſupremique Oeconomi Illuſtriſſimi generoſiſſimique Principis ac Ducis Vindocimenſis; ipſa modò in ciuitate hac Bituricenſi præſens, ætatis circiter quadraginta annorum, teſtis producta .... affirmat ſe, poſt grauiſſimum morbum, membris omnibus captam fuiſſe ac debilem, adeò vt nec pedibus inſiſtere, multò minùs incedere potuerit: ante menſem verò ad votum Dominæ Ioannæ Franciæ concipiendum diuinitus incitatam fuiſſe: & porrò de pientiſſimæ olim Principis vitæ ſanctitate edoctam, votum Deo & Dominæ Ioannæ vouiſſe; & quidem in hac vrbe Bituricenſi, & in Virginum Annuntiatarum eccleſiâ, ad monumentum in quo eiuſdem Dominæ corpus olim quieuit, perſoluendum: votoque mente ſolummodò, ſed pleniori cum affectu ſuſcepto, nouas ſubitò recepiſſe vires, adeò vt mox quartam milliaris partem pedibus citra difficultatem conficeret, nec in reditu fatigaretur: itaque hac occaſione ad prædictam Virginum Annuntiatarum eccleſiam veniſſe (quam ante hac numquàm adiiſſet, etſi ſæpiùs hanc vrbem) preceſque ibidem ac donaria ſua Deo ac Dominæ Ioannæ obtuliſſe, & gratias de obtentâ ſanitate egiſſe: quâ pleniſſimè iam fruitur; & ad dictum pagum Chaſteau des Chappelles redire modò deſiderat, qui ab hâc vrbe Bituricenſi ſexaginta circiter milliaribus, à Pariſienſi octo tantū diſtat.

E *debilitas membrorum.*

a *Aliis* Lætitiæ *in agro Laudunenſi in Picardiâ ſuperiore.*

b *Eſt Corbiniacum, vulgò Fanum S. Marculphi in eodem agro Laudunenſi, quo Reges Francorum pergere ſolent ſtatim atque inuncti ſunt. Colitur Kalendis Maij: & inuocatur l'atronus à laborantibus ſtrumâ.*

CAPVT VI

Decretum Archiepiſcopi de examinandis publicis tabulis & ſcripturis.

44 Die quartâ Auguſti, anni milleſimi ſexcenteſimi decimi ſeptimi, in noſtro palatio Archiepiſcopali coram nobis Archiepiſcopo ſupradicto, horâ decimâ ante meridiem comparuit Magiſter Iacobus Touchebeuf Procurator Religioſarum Virginum, Matris Ancillæ, & filiarum conuentus Annuntiationis B. Mariæ in hac vrbe Bituricenſi: qui nobis expoſuit, ſe antehac haud paucos curaſſe audiri & examinari teſtes, ad miraculorum quæ quotidie in eiuſdem conuentus eccleſiâ patrantur probationem; ſed noſtras inſuper requiri, quæ in ſingulis huius vrbis parochiis publicentur, litteras monitorias, ad omnes & ſingulos qui tabulas aliquas aut documenta penes ſe ſeruant, quæ ad probandum Dominæ Ioannæ vitæ ſanctitatem ſpectent, aut miracula tam in vitâ quàm poſt mortem eius patrata contineant. Quapropter dicto Procuratori nobis ſupplicanti, vt noſtras litteras monitorias impertiri dignaremur, & ſimul compulſorias, ad omnes & ſingulos qui eiuſmodi tabulas aut documenta

Littera monitoria publicata

A menta poſſident; libentes annuimus, litteraſque impertiti ſumus.

45 Poſt. decimâ tertiâ Septembris, anni milleſimi ſexcenteſimi decimi ſeptimi, in noſtro palatio Archiepiſcopali coram nobis Archiepiſcopo prædicto horâ primâ pomeridianâ comparuit dictus Procurator Virginum religioſarum, Matris Ancillæ, & filiarum conuentus Annuntiationis B. Mariæ, qui nobis indicauit ſe curaſſe vrbis dictis Dominicis, in parochialibus huius vrbis eccleſiis, dictas noſtras litteras monitorias publicari (prout nobis, tam litterarum earundem exemplis, quàm Parochorum teſtimoniis infra ſingula adſcriptis conſtat) pluresque ſe tabulas & documenta reperiſſe: quæ legitimè noſtrâ auctoritate excerpi, conferri, & verbali huic Proceſſui inſeri, rogauit; vt his etiam litterarum monumentis, actorum (quæ articulatim deſcripta nobis exhibuit) veritas conſtet. Quare iuſtam eius poſtulationem exaudientes, hoc ipſum iam nunc agi mandauimus; & quidem iuxta formulam nobis ab eodem exhibitam; quæ hîc ſubiungitur:

46 Primò, Dominæ Ioannæ Franciæ, Duciſſa Bituricenſis, vitam vixit ſanctiſſimam: vt quæ cilicium quotidie geſſit, hoſpitalia & carceres viſitauit, ibidemque ingentes eleemoſynas elargita eſt: & quoſcumque tandem pauperes morbis affligi vel vlceribus infeſtari intellexit, ſtatim viſitauit, curans iis ſe aſtante medicinam adhiberi, omniaque neceſſaria ſuppeditari.

de ſanctitate Ioannæ,

B

Deinde, cùm eadem Domina monaſterium Virginum Annuntiatarum ædificari curaret, plura operariis contigerunt miracula, tam iis qui muris extruendis quàm puteo eiuſdem cœnobij effodiendo operam nauarunt.

& miraculis

Denique, ſtatim ab eius obitu, imò antequam corpus terræ mandaretur, crebra patrata ſunt miracula, tam erga eos qui copus ad Virginum Annuntiatarum eccleſiam deferri aſpicerent, quàm qui locum ſepulturæ accederent. Et quidem ab obitus eius tempore vſque in præſens, mirabilia hæc beneficia haud defuerunt, vel etiamnunc deſunt, iis qui eamdem eccleſiam viſitantes, Diuinam opem per merita & interceſſionem eiuſdem Dominæ implorarunt, vel nunc implorant.

Itaque iuxta hanc formulam concinnata ſunt Excerpta, modo & ordine ſubſequenti.

47 In primis oblatus eſt nobis ab honorabili viro Magiſtro Ioanne Cornillat, ciue Bituricenſi, & nuper Graphiario Latrunculatorum Bituricenſium in hac ipsâ vrbe, liber quidam rubro corio vitulino coopertus; cui titulus, Annales Franciæ, à deſtructione Troiæ vſque ad regnum Caroli IX Galliarum Regis, auctore Nicolao Gilles, Regi à Secretis & Ærarij Regij Antigrapheo; impreſſus Pariſiis anno MCLXVI, & duobus diſtinctus tomis, quorum prior CXLII folia, poſterior CLXXIX continet; à folij verò CXXIX paginâ ſecundâ poſterioris tomi, vſque ad folij CXXX paginam primam, vbi de geſtis Ludouici XII agitur, excerpi iuſſimus quæ ſequuntur:

C

Excerptũ ex annalibus Nicolai Gilles,

In nomine Dei, ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Viſâ lite pendente coram nobis Philippo tituli SS. Petri & Marcellini Cardinale Lutzenburgenſi & Cenomanorum Epiſcopo, Ludouico Epiſcopo Arbigenſi, & Ferdinando Epiſcopo Septenſi, à Sanctiſſimo Patre ac Domino noſtro Papa ſelectis Iudicibus, controuerſiæ inter Ludouicum XII Chriſtianiſſimum Galliarum Regem, actorem ex vnâ, & Sereniſſimam Dominam Ioannam Franciæ, citatam ex alterâ partibus; viſo item Reſcripto Apoſtolico, petitione actoris & reſponſione citatæ, cum vlterioribus exceptionibus & replicationibus reſpectiuè, poſitionibus, deſuperque reſponſis ex vnâ alterâque partibus; teſtibus quoque productis ab actore, & aduerſùs eos exceptionibus, aliiſque documentis, & concluſionibus ſumptis in cauſsâ, & citatione ad audiendum ius dici; habito inſuper conſilio cum Cardinalibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis vtriuſque Iuris Doctoribus & Profeſſoribus quàm plurimis: dicimus & decernimus per ſententiam noſtram definitiuam, Deum præ oculis habentes, matrimonium inter dictas partes initum, eſſe & fuiſſe nullum; damuſque licentiam actori, in quantum opus, auctoritate Apoſtolicâ, aliam quamcumque vxorem ducendi, compenſatis expenſis. Cui ſententiæ cùm numquàm eſſet [a] reclamatum, vel ab eâ appellatum, Rex Ludouicus XII diſpenſatione Pontificiâ in matrimonium duxit Dominam Annam Duciſſam Britanniæ, viduam Caroli Regis Octaui; donauitque Dominæ Ioannæ Franciæ Ducatum Bituricenſem, cum honeſto comitatu, ſuis ſemper ſumptibus alendo. Ipſa verò exinde Biturici vixit, admodùm piè & ſanctè; adeò vt poſtmodùm defunctæ meritis & interceſſione, plurima ad eius ſepulchrum miracula diuinitus facta paſſim celebrentur.

de matrimonio Ludouici XII cum Ioannâ nullum declarato.

Ex PROCESSV EDITO.

D

a

48 Deinde à venerabili & prudenti viro Magiſtro Franciſco Ralement, Priore Eccleſiæ de Salles in hac vrbe, oblatus nobis eſt liber albo cooperculo tectus, & inſcriptus, Hiſtoria Bituricenſium, eorum originem, antiquitatem, geſta illuſtria, priuilegia, & immunitates, cum ſingulari eiuſdem Prouinciæ deſcriptione, complectens, ſcriptore Ioanne Chaumeau, Domino de Laſſay, Aduocato Municipij & Curiæ Bituricenſis, impreſſus Lugduni apud Antonium Guffais, anno MDLXVI, continens CLXXXIII folia. Vnde à folij LXXVII paginâ ſecundâ, vſque ad folij LXXVIII paginam primam, excerpta ſunt quæ ſequuntur:

Excerptũ ex hiſtoriâ Bituricenſiũ Ioannis Chaumeau,

E

Princeps Ioanna caſtam ſe in primis & continentem oſtendit; acquieſcendo ſententiæ, cuius virtute Ludouicus XII Annam Britanniæ vxorem duxit, donauitque Dominæ Ioannæ Franciæ Ducatum Bituricenſem, cum illuſtri comitatu, quem ſuis ipſe ſumptibus continuè aluit. Seceſſit deinde Regia hæc Princeps ad ciuitatem Bituricenſem, in quâ vitam ſanctam & omni laude dignissimam peregit. Conſtat ſiquidem vixiſſe admodùm continenter & ſeuerè, & ſocias ſibi adſciuiſſe ſacras Virgines, in omni ſe pietate exercentes: ieiuniis item ipſam vacaſſe, cilicio carnem domuiſſe, & ſæpiùs ſe afflixiſſe, ſemoto omni comitatu. Caritate verò plena, pauperibus honeſtis & verecundis libentiſſimè ſubuenit, iiſque aſſiduè curandis chirurgum mercede conduxit. Porrò in vrbe Bituricenſi Virginum religioſarum monaſterium ædificari iuſſit, quibus & ab Annuntiatione ſanctiſſimæ Virginis nomen impoſuit, & certam viuendi normam præſcripſit. Cuius monaſterij ædificandi curam eximio cuidam ciui Bituricenſi, Georgio, Domino de Maſnay, viro architecturæ peritiſſimo, cuius & in aliis negotiis operâ vtebatur, mandauit: & quidem cœnobium ita extructum eſt, vt meritò nihil in eo deſideretur: pro eius verò fundo Dominis Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ de Montermoyen octingentos aureos ſolatos perſoluit. Ex hac vitâ verò deceſſit anno milleſimo quingenteſimo quarto, menſe Februario, ſepultaque eſt in ſacro Virginum Annuntiatarum monaſterio, à ſe extructo; maximo ſui omnibus relicto deſiderio, ſed pauperibus in primis, ob inſignem erga eos liberalitatem, ſummamque in Regiâ illâ dignitate ſubmiſſionem. Fundamenta inſuper iecit noui cuiuſdam collegij, hodie S. Mariæ nomine appellati; ſed huic omnia neceſſaria prouidere cogitantem mors præuenit.

de vitâ eius ſanctiſſimè peractâ.

F

a *Cum ea ſententia Ioanna indicaretur, dicitur reſpondiſſe.* Magna fit mihi iniuſtitia, ſed Deus in omnibus laudetur, quem ſcio illam permittere, vt habeam occaſionem ei meliùs ſeruiendi, quàm hactenùs fecerim, & adimplendi primum meum deſiderium fundandi Ordinem ad honorem Virginis Mariæ. *Ita Attichius cap 6.*

CAPVT

CAPVT VII

Miracula in cœnobij extructione, & morte Ioannæ facta.

49 DEnique per Fratrem Ieremiam Belleteſte Ordinis S. Franciſci, in ipſo Virginum Annuntiatarum conuentu habitantem, oblatus eſt nobis liber manu Franciſcæ Guyard Virginis religioſæ eiuſdem conuentus anno MDLXI conſcriptus, cooperculo nigro tectus, dupliciq́ue æreo clauſtro munitus, folia ducenta nonaginta tria complectens: qui in primo ipſo folio inchoatur his verbis Latinis: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum: titulus triumphalis. In nomine Mariæ Virginis Genitricis Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Decem autem poſtremis vltimæ paginæ lineis in hunc modum finitur: Ego Soror Franciſca de Villelume, Diſcreta, teſtor vidiſſe me & audiuiſſe omnia quæ hoc volumine continentur, tam de vitæ ſanctitate Dominæ Ioannæ, quàm etiam defuncti Patris noſtri Gabrielis Mariæ, quem ipſa vidi & cognoui: vtq́ue
B in poſterùm maior his fides habeatur, præſentem librum manu propriâ ſubſignaui: Soror Franciſca de Villelume.

Excerptũ ex libro MS. Franciſcæ Guyard de Villelume.

Hunc librum prædictus Belleteſte ſanctè affirmauit ſibi traditum ab illuſtri & religioſâ Virgine Magdalenâ Chambellan, Vicariâ dicti conuentus, vt excerperentur, prout excerpi mandauimus, à folij ſexageſimi tertij paginâ ſecundâ, vſque ad ſexageſimi ſexti paginam primam, ea quæ ſequuntur:

In ſignum veritatis breuem hunc tractatum manu propriâ conſcripſi die quintâ menſis Aprilis anni MDVII ante feſtum Paſchatis, & ſignaui: Beneamatus Georgius.

50 In primis ego Beneamatus Georgius, annos circiter quadraginta nouem natus, fidem facio, Dominam Ioannam Franciæ Duciſſam Bituricenſem, mihi ſtabuli ſui Præfecto indigno monaſterij & eccleſiæ fabricam mandaſſe: cuius eccleſiæ fundamenta ad viginti octo pedum altitudinem fodi curaui, eò quòd iam olim terra ea commota eſſet: iiſq́ue ad viginti quinque circiter pedes effoſſis, deliberarunt foſſores, vtrùm ad prandium abirent, an contignationem ſuſtentandæ vtrimque terræ priùs pararent: atque inter deliberandum prægrandem ſcalam ſubitò aſcenderunt; cumq́ue
C ad ſummitatem eius nonnulli pertigiſſent, ingens terræ moles vtrimque coniuncta ſuper reliquos decidit; & quidem tanta, vt trecentæ carrucæ onerari eâ potuiſſent: nemo tamen, Deo mirabiliter eos protegente, læſus eſt. Stupendum certè miraculum, & quod credere vix quiſquam poſſet, niſi coràm, vti ego, aſpexiſſet.

Seruantur illæſi operarij magnâ terræ mole obruti,

51 Item, poſtquàm omnem illam terræ molem amoueri curaſſem, plures mox adhibui cæmentarios, qui quàm citiſſimè fundamentorum expeditent ſtructuram: & quò celeriùs eadem perficeretur, magnam vndequaque laterum copiam per plures aduehi carrucarios mandaui; quorum vnus præproperus cùm alios in lateribus exonerandis præuertere contenderet, carrumq́ue onuſtum circa ſemitam fundamentorum deflecteret, lapis quidam ſub rotâ terræ infixus vehiculum ſubuertit, omneſq́ue lateres in quatuordecim vel quindecim opifices, fundamentis iaciendis occupatos, deiecit: at verò clementiſſimus Deus ita omnes conſeruauit, vt nemo vel minimo incommodo ſit affectus, quamuis ad quindecim vel ſedecim pedum altitudinem lateres in eos deciderint: idq́ue magni proculdubiò miraculi loco habendum.

& opifices integro laterũ curru proſtrati,

52 Item, dum horti parietes, qui totum conuentum ambiunt, iam effoſſis fundamentis, ſtruerentur; operarius quidam cognomento le Regnard (qui cæmentariis in hac monaſterij ſubſtructione aſſiduus ſeruiebat, & propiùs habitabat) vt fortè alios matutinus
D præuenerat, ingentia quædam rudera in fundamenta proiicere incepit, mecum vnà ſpectante Dominæ noſtræ Antigrapheo, grandiuſq́ue ſaxum, cui vix erat attollendo, apprehendit; quod in humeros ſublatum, cùm in fundamenta abiicere tentaret, pedibus fortè aberrans, ſimul cum ſaxo ipſe capite pronus decidit, ita vt præſentes timeremus, ne ex caſu in mortem incidiſſet: ſed Deo eum protegente, nullâ ex parte læſus eſt, tantùm in fronte leuiter velut aciculâ inciſus. Quod pro inſigni ſanè miraculo haberi debet, attentâ eorumdem fundamentorum altitudine ad ſedecim vel octodecim pedes.

alius in foſſam delapſus,

53 Notandum item eſt ſequens miraculum, priſcis omnibus maius, quod in prædicti monaſterij puteo (vnam & viginti hexapodes alto) ſubſtruendo euenit. Nam cùm effoſſâ vſque ad aquam terrâ, cæmentarij in imo putei fundo operari inciperent, primiſq́ue lapidibus iactis, maiora ſaxa in ſemicirculi formam adaptata ſuperſtruere pararent; Iacobus quidam, cognomine Grandis, in ſummo putei eſt conſtitutus, tamquàm maximè robuſtus & idoneus ad ſaxa ex rechamo dimittenda, ne ab iis ſcilicet læderentur, qui in profundo erant cæmentarij tres cum totidem ſeruis. Con-
E tigit autem, me præſente, dictum Iacobum duo ſaxa corbi voluiſſe imponere ad demittendum, quæ aliquamdiu in tabulato iuxta ipſum poſita, à leui quadam pluuiâ madebant: vnde cùm alterum eorum ſportæ vellet imponere, manibus ipſius elabitur; & denuò iſtud arripere conatus, alterum, ſe inclinando, pede propellit: atque ita vtrumque ſimul ſaxum decidit, è ſummo cui Iacobus inſiſtebat tabulato, vſque ad putei fundum; & duplicem contignationem cadendo perfregit, ac pariter deiecit. Iam verò attende, tantam ſaxorum & lignorum molem in ſex opifices, in profundo putei vnum & viginti hexapodes alti conſtitutos, corruiſſe; eoſq́ue mirabili Dei prouidentiâ ita fuiſſe conſeruatos, vt nemo eorum vel minimùm ſit læſus. Ego autem caſum hunc propiùs ad puteum contemplatus, cæmentarios ſuis ſingulos nominibus appellaui, at nemine mihi reſpondente, inclamare incepi: Deus bone! infelices iſti homines extincti ſunt. Iacobus deinde aufugit; & denuò ego cæmentarios nominatim vocaui: Guilielme, inquam, Michaël mi amice, loquere mihi; atque hic in has aut ſimiles voces erupit: Ecquid malorum huc inieciſti? videris nos ſuffocare voluiſſe. Tum roganti mihi, Num quiſquam læſus? Minimè, reſpondit. Poſteà cùm omnes aſcendiſſent, ſaxa
F & ligna hinc inde iuxta duorum virorum latera, abſque alicuius incommodo, decidiſſe affirmarunt: quod profectò ſummopere eſt admirandum.

alij in puteo ex illapſu ſaxorũ & lignorũ illæſi.

Omnia autem hæc miracula vir optimus Beneamatus Georgius Dominæ ſuæ retulit, quæ Deo eiuſq́ue ſanctiſſimæ Matri gratias egit, rogauitq́ue, quotquot deinceps cœnobij ſui fabricâ occuparentur, vt omni eos diſcrimine pergerent conſeruare.

54 Folio centeſimo decimo quinto eiuſdem Libri excerpta ſunt quæ ſequuntur:

Poſtridie diei feſti S. Vincentij Domina noſtra grauiter infirma decumbebat: quod cùm filiæ eius intelleXiſſent, (quippe per Patrem ſuum Confeſſarium ipſas admoneri curauerat) omnes ſummo mœrore affectæ ſingulis horis ad Sanctorum ſuffragia inuocanda ſe conuerterunt, continuiſq́ue orationibus, ieiuniis, aliiſq́ue corporis caſtigationibus inſtiterunt, vt optimæ Dominæ ſuæ ac Matri ſanitatem à Deo impetrarent. Verùm Deus Optimus Maximus iam vitæ eius terminum decreuerat atque horam, ſanctis eius laboribus finem imponendi, piiſq́ue operibus, quæ per omnem vitam egerat, dignam mercedem tribuendi. Inſuper Reuerendo Patri eius Confeſſario Rem diuinam facienti, & ſtanti in cornu altaris, apparuerat defunctus Pater Ioannes de la Fontaine (quemadmodum in articulo

mors Ioannæ reuelatacum Cõfeſſario;

A ticulo mortis promiſerat, ſe illi, Deo permittente, apparitурum, poſt decem Miſſas, quas pro ipſius defuncti animâ addixerat, celebratas) & Dominam intra decem dies è vitâ deceſſuram prædixerat; aliaque nonnulla, quæ Reuerendus Pater nulli vnquam mortalium voluit patefacere.

55 A folij centeſimi decimi octaui paginâ ſecundâ, vſque ad primam centeſimi vigeſimi, deprompta ſunt hæc ſubſequentia:

Circa veſperam diei quartæ menſis Februarij, morbo ingraueſcente, omnino debilitata eſt: ſtatimque pulſata maior Eccleſiæ S. Stephani campana, quæ populum ad orandum pro eius ſanitate excitaret: ſed & *per cometam pranunciata:* Cometes quidam ſupra palatium eius apparens, vitæ ipſius finem inſtare portendebat, omnibus ad illius adſpectum ingemiſcentibus. Piiſſima verò Domina Patrem ſuum ſpiritualem, qui ei aderat, mœrore affectum ac pænè confectum conſiderans, iuſſit paululùm quieti ſe daret; mox ſe eum reuocaturam promittens, ſi peius ſe habere ſentiret. quod optimus Pater rogauit, vt faceret, & ſimul cum reliquis receſſit; paucis exceptis mulieribus ei familiariſſimis, quæ ægrotantis curam ſuſtinerent. At verò notandum hîc præclarum Domi-
B næ deſiderium, in ſummâ tranquillitate & quiete, abſque omni ſuorum ſtrepitu, diem ſuum obeundi. Siquidem Carolæ Reginæ matris ſuæ meminerat, tantam in extremâ mortis horâ à crebrâ aulicorum viſitatione moleſtiam paſſæ, vt cum Deo ſe colligere difficulter admodùm potuerit: & ne quid ſimile ſibi fortè contingeret, verebatur. Verùm benigniſſimus Deus, voto eius ſatisfaciens, eam cum optatâ mentis tranquillitate de vitâ decedere permiſit. Digreſſis itaque omnibus, præter paucas quas dixi mulieres, in alteram ſe lecti partem tranſponi, claudique cortinas poſtulauit; deinde & lumen, tamquàm oculis ſuis moleſtum, auferre Mariæ Pot cubiculariæ ſuæ mandauit: quæ illicò obſecuta, eo in loco illud ſepoſuit, vbi maximè in promptu, ſi opus, foret: ac deinde intra cortinas ſe recepit, quò commodiùs Dominæ ſuæ opitulari, & faciliùs vocantis vocem percipere poſſet. Poſt vnam verò circiter horam, clariſſimo lumine lecticam illuſtrari animaduertit; & de accensâ à quopiam face dubitans, ex-
lumine cæleſti illuſtrata. tra cortinas proſpexit: ſed nullum ibi lumen obſervans, denuò intra eas ſe recepit, & inſolitum ſplendorem iterum conſpexit; & primùm per totum Dominæ ſuæ corpus diffundi, deinde paulatim imminutum ſupra pectus & os eius reſidere, ac poſtremò euaneſce-
C re, obſeruauit. Piè profectò credendum, ſplendorem illum diuinitus fuiſſe immiſſum, ad vitæ ſanctitatem beatæ huius Dominæ probandam, atque vt conſtaret Dominum Ieſum Saluatorem feliciſſimam eius animam ad cæleſtem Matris ſuæ benedictæ ſocietatem euocaſſe; cuius ſcilicet honori nouum in Eccleſiâ militanti ſacrarum Virginum Ordinem fundauerat. Porrò Maria Pot ſubito tanti luminis receſſu attonita, caput ſuum propiùs Dominæ ſuæ admouit; ſed nullum pulſum aut ſpiritum ſentiens, arreptâ mox candelâ aſtantibus cum magno animi mœrore ait: Domina noſtra omni & pulſu & halitu caret, aſpicienda eſt. & in faciem curioſiùs ipſa intendens, exſpiraſſe eam deprehendit. vnde altiori voce inclamare cœpit; ſed fruſtrà, cùm anima iam ad cælum euolaſſet. Statim igitur Reuerendus Pater accerſitus eſt, cum omni virorum & fœminarum illuſtrium familiâ; tantuſque omnium luctus exortus eſt, vt nil niſi lamentationes & miſerabiles ploratus audirentur.

CAPVT VIII

Miracula varia.

56 A Folij centeſimi quinquageſimi ſexti paginâ ſecundâ, vſque ad folium centeſimum ſexageſimum tertium, excerpta ſunt quæ ſequuntur:

Ex proceſſu edito: Inprimis, Dominâ Ioannâ adhuc ſuperſtite, quidam vetus eius miniſter Dominus de Gancourt admodùm grauiter & periculosè ex vehementi & continuâ febri laborabat; quem multi Nobiles amicitiæ ergò inuiſentes, monuerunt, Eccleſiæ ſe Sacramentis muniret, vt boni piique Catholici mortem obiret. Vnus autem ſuggeſſit, optimæ Dominæ ſuæ Ioannæ Franciæ orationibus ſe commendaret; aſſerens eam tot virtutibus eſſe præditam, tantique apud Deum meriti, vt ſuis ei precibus ſanitatem obtinere poſſit. Cui ille fidem adhibens, Dominæ mox ſupplicauit, diuinam pro miniſtri ſui ſalute opem inuocare ne grauaretur. Cui ipſa benignè annuit; & ad Oratorium ſuum ſe recipiens, Deum pro eo orauit: & ſubitò febris eius imminuta eſt, & paullatim omnino deceſſit.

Ioãna adhuc viua precibus febru pellitur:

57 Aliud miraculũ, ſcriptum olim manu propriâ Beneamati Georgij, quod ſuis ipſemet oculis vidit, eſtque teſtis fide digniſſimus. Vidi, inquit, quod ſtatim ab obitu piiſſimæ Dominæ meæ, Presbytero Maturino, quondam horti eius præfecto, beneficium euenit, qui arthritide omnibus afflictus membris, continuò ex câ decumbebat, nec niſi alienâ adiutus manu vel minimùm ſe mouebat. habitabat autem in ædibus Domini E Nicolai Bany, in ſuperiori cubiculo quod reſpicit plateam, quâ ab eccleſiâ de Montefmoyen ad palatium itur. Itaque quo die, defunctæ Dominæ corpus è palatio ad Virginum Annuntiatarum eccleſiam, comitante vniuerſo ciuitatis Bituricenſis Clero, ſepeliendum efferebatur, Dominus Maturinus grauiſſimis doloribus lecto detentus, vbi Clerum cantantem audiuit, ſubitò exclamauit: O Domina, numquàm mihi deinceps videnda! vocauitque Capitaneum de Maubranches Ioannem de la Bergeune, feneſtræ in cubiculo ipſius Maturini innixum, pompamque funebrem auidè ſpectantem. Ah, inquit, amice mi, adiuua me, & deduc ad feneſtram, vt ſaltem chariſſimæ Dominæ meæ corpus ſemel adhuc aſpiciam. Ille libens iuuit, & ad feneſtram multo cum labore deduxit, ſolâ interulâ & togâ indutum. Qui cùm Dominæ ſuæ corpus intueretur, ipſam genibus flexis rogauit; ſiquid apud Dominum Deum poſſet, pro infelici famulo, iam Dominâ ſuâ orbato, & membris omnibus capto ac debili, deprecaretur. quâ fusâ prece, ſe à feneſtrâ haud dimouit, ſed reliquam funebrem pompam ſpectauit, eâque abſolutâ, Capitaneo ipſum ad lectum reducere cupienti; Mitte me, inquit, mi amice: diuino enim beneficio & chariſſimæ Dominæ meæ precibus me ſanatum ſen- F tio. & continuò exſiliens, femoralia & thoracem ipſe arripuit, & ſine vllius operâ non minùs commodè quàm antehac vnquam ſe veſtiuit. Capitaneus, nullâ interiectâ morâ, Domino Architriclino Maurion miraculum hoc nuntiauit: quicum ego ad Dominum Maturinum accurri; qui mirandæ huius rei ſeriem nobis enarrauit, & poſtridie in dictâ Virginum Annuntiatarum eccleſiâ ſolenne ipſe Sacrum pro animâ Dominæ ſuæ decantauit; & de eximio hoc miraculo ipſas Virgines Religioſas certiores fecit.

eius à morte inuocatione arthritis,

58 Aliud miraculum. Quidam ex molitoribus Domini de Baugy ita grauiter morbo articulari cruciaba- *iterum,* tur, vt animi impos videretur. Itaque ipſius frater cum monuit, dicens: Quæſo, mi frater, precibus Dominæ Ioannæ Franciæ te commenda, & benè valebis. Is verò fratris conſilium tamquàm deliramentum aſpernatus, poſtmodùm ipſe ter quaterque ſomniauit, quòd ſe prædictæ Dominæ commendaret, Deumque illa pro ipſius ſalute oraret. & primò quidem parui id fecit; at tandem frequentiori ſomnio admonitus, diuinum quemdam inſtinctum agnouit, & ſe ſeriò prædictæ Dominæ deuouit: ſeque lecto ſuo decumbentem, vehiculo ad Virginum Annuntiatarum eccleſiam tranſferri curauit: ibidemque ad ſacrum ipſum corpus delatus, maiori quàm antehac dolore afflictari ſe ſenſit; ſed

Ex Processv edito.

mox, fusis ad Deum & Dominam Ioannam precibus, conualuit; relictisque ibidem fulcris, sanus domum rediit. Deo prædictæque Dominæ gratia esto.

59 Sequuntur quæ Frater Ambrosius Basset, Ordinis S. P. N. Franciſci Religiosus, mihi retulit, & veriſſima affirmauit, tum miracula, tum alia acta memorabilia Dominæ Ioannæ Franciæ: quæ & ipsemet vidi & cognoui, ex quo in hoc Virginum Annuntiatarum Bituricensium conuentu Superiorum mandato vixi, videlicet à die XIV Nouembris anni MDVI. Verùm priusquàm progrediar, quædam memoratu digniſſima præmittam, quæ ab iis didici, quibus olim eiusdem Dominæ patebant arcana. Satisque constat, quòd Christo in ipsius membris omni studio seruierit, vnguentaque abundè fieri curauerit, passim pauperibus distribuenda. Selegerat autem probas aliquot personas, quæ vbique in egentium necessitates sedulò inquirerent; in primis piam quamdam Matronam nomine Belinam, iuxta ipsum palatium commorantem, quæ indies, quibus in locis maximè egeni laterent, pientissimæ Dominæ indicabat; recipiebatque ipsa pecunias, quas iisdem, vnà cum vnguentis, suo arbitrio impertiret. Audiui verò ab ipso, qui iubente Dominâ vnguenta præparabat, R. D. Stephano Mathé, palatij ipsius Dominæ cantore, & olim (priusquàm sacris initiaretur) Ludouici XI Dominæ parentis chirurgo, maluisse se, vt ipsa Domina propriis manibus vnguenta applicaret, à quibus maiorem iis ineſſe virtutem credebat. Quod certè præclarũ fuit eximiæ eius bonitatis & sanctitatis testimonium. At verò idē Dominus Stephanus Mathé hoc ipso anno MDXV viuit, atque etiamnunc de summâ eius erga pauperes olim misericordiâ testari potest: adeò vt propriis ipsa manibus vlceroſas pauperum feminarum tibias curauerit; & quidem flexis genibus, quò commodiùs vngere & obligare plagas posset: idque tam suauiter & benignè præstabat, vt singulare omnibus humilitatis, charitatis, & pietatis exemplum præberet. at verò afflictæ illæ feminæ, ab eius attactu, optatam sanitatem recipiebant.

Ioãnapauperum inopia liberaliſſimè succurrit,

vlceroſas tibias vngit & obligat.

60 Aliud miraculum. Die XXIII menſis Auguſti, anni MDVII Philippa Veſné vidua Vrſini Couſart, ex Parochiâ de la Celle de Brueres, huc aduenit, Deo Deiparæque & Dominæ noſtræ Ioannæ Franciæ gratias actura, & votiuum munus oblatura: ſanctèque nobis affirmauit, graui se fuiſſe afflictatam manuum dolore, & inprimis pollicis ſiniſtri, adeò vt nulla eius curandi ſpes eſſet, ſed mox amittendi metus: inſtinctu autem Antonij Moſtier, coloni Domini de Merlac, Deo Virginique Matri votum concepiſſe, nec non defunctæ haud ita pridem Duciſſæ Dominæ Ioannæ Franciæ, cuius ſanctitatis fama omnem ferè regionem iam impleuerat: & ſtatim à concepto voto, purulentam quamdam induratamque materiam è pollice erupiſſe, & paulò pòſt manus fuiſſe ſanatas.

Eius à morte inuocatione ſublatus dolor manuum,

61 Aliud miraculum. Die decimâ menſis Nouembris anni MDVII, Petra Beruace, vxor Ioannis l'Aiſné, lanionis, incola oppidi Boygenci ad Ligerim, mihi per fidem ſuam affirmauit, tanto se alterius brachij affectam fuiſſe dolore, vt eo omnino priuari metuerit: vbi verò ab aliis admonita Deo & Dominæ Ioannæ se deuouiſſet, quarto pòſt die magnum dolorum leuamen ſenſiſſe, & modò optimè se habere: atque huc veniſſe, vt pro admirandâ hac ſanatione Deo Deiparæque ac Dominæ Ioannæ Duciſſæ Bituricenſi gratias ageret immortales.

malum brachij,

62 Aliud miraculum. Anno *a* MDXVIII nobilis vir Petrus de Vaulx, incola Parochiæ S. Albini de Lunery, quæ quatuor milliarium interuallo à ciuitate Bituricenſi abeſt, ab nos venit, retulitque rem perpetuâ memoriâ dignam: nempe, filiam ſe habere, iam duodecim circiter annos natam; quæ ſæpe, & ſubitò, atque adeò quandoque decies in die cadere ſolebat, membris & ſenſibus capta, inſtar eorum qui morbo caduco laborant: quæ eam infirmitas quinque circiter annos afflixerat. Poſt varias autem peregrinationes, quas pro ſalute filiæ ſuſceperat, ipsâmet interdum adductâ; tandem se vnà cum vxore filiæ matre, Deo, & B. Virgini Mariæ, ac Dominæ Ioannæ votum nouemdiale concepiſſe, quod ipſa filia ad eiuſdem Dominæ ſepulchrum perſolueret: & ſtatim, concepto hoc voto, filiam integræ reſtitutam ſanitati, largiùs comediſſe, cùm anteà non niſi pauciſſimo cibo vteretur; neque ampliùs cecidiſſe, ab omni deinceps morbo immunem. Laus Deo, Virgini Matri, & ſanctæ Dominæ Ioannæ. Aderant prædicta omnia audientes, Frater Petrus Decloſe ex Ordine S. P. N. Franciſci, & Petrus Gilbert modò Sororum Auainenſium Miniſter. Paulò pòſt idem Nobilis filiam huc accerſiri curauit, vt nouemdiale votum ſolueret, quod ritè ipſa impleuit, peccatis ſupplici confeſſione expiatis, & ſacrâ ſumptâ Communione. Parens verò prægrandem cereum armis ſuis inſignitum obtulit, ingentis huius beneficij monumentum: atque inſuper eximium Ordinis S. Dominici Theologum huc aduocauit, qui palàm populo miraculum prædicaret, quod Deus Optimus Maximus per Dominæ Ioannæ merita & interceſſionem erga eius filiam operari dignatus eſt.

miraculo è concione publicato,

63 Aliud miraculum. Die IV Iulij, anni MDX, Iacobus Iolinet mercator, habitans in ciuitate Andegauenſi iuxta porticum S. Nicolai, nobis bonâ fide affirmauit; ſe poſt vota Deo Deiparęque, & Dominæ Ioannæ Franciæ Ordinis B. Virginis Mariæ Fundatrici, concepta & reddita, ab intolerabili podagræ malo fuiſſe liberatum; quæ ferè per triennium ita grauiter eum afflixerat, vt nec pedibus incedere nec equo vehi poſſet: at biduo poſt ſoluta vota, ita se fuiſſe curatum, vt liberè ambularet, nec alterius cuiuſquam ope indigeret: modò verò huc cum vxore aduenisse, vt laudibus Deum eiusque Matrem ſemper virginem, & Dominam Ioannam Franciæ veneraretur. Huius miraculi narrationi interfuêre, D. Michaël Guerin, Sacerdos & Paſtor parochiæ de Brion prope Chaſteauroux, D. Petrus Guerin, Sacerdos & Vicarius in Heriſſon, Magiſter Hugo Baudras Sacerdos, & Sororum huius Conuentus modò Receptor; Frater Guilielmus Peurgault, earumdem Sororum Pater Confeſſarius, Frater Petrus Fouiſſemenard; & ego Frater Antonius Baſſet, modò, atque ab ipſo fundati huius cœnobij initio, Superiorum iuſſu hîc degens: alij item plures, vtpote Ioãna Valette, Catharina Rogeré, & Catharina Boulée.

podagra,

64 Aliud miraculum. Die XXIII Iulij, anni MDX, Domina Catharina Anna de Clauieres, vxor Laurentij de Charualette, viri nobilis, Domini de Clauieres, & Capitanei de Monbriſon, nobis retulit, & ſanctè affirmauit, grauiter se vndecim circiter annos ex brachio dextro laboraſſe, adeò vt omni eius vſu deſtituta, aſſiduos inſuper ſuſtinuerit dolores: at poſtquàm se Deo, Virgini Matri Mariæ, & Dominæ Ioannæ huius cœnobij Fundatrici commendaſſet, illicò fuiſſe ſanatam, & huc modò cum marito aduenisse, vt Deo Deiparæque ac Dominæ Ioannæ gratias pro accepto beneficio redderet. Aderat hæc narranti ipſe maritus; itemque vir honeſtus Petrus Galeuard ex parochiâ de Farques prope Brueres ad Carim fluuium, eiusdem loci Graphiarius; Petrus Claueau, Dionyſius Gilbert huius Parochiæ de Montermoyen, aliique plures.

debilitas brachij,

65 Aliud miraculum. Die V Iunij, anni MDXI vir nobilis Iacobus de la Trimouille, Dominus de Lignac, modò habitans in Caſtellania Argantomagenſi prope pagum S. Gualteri, & in vxorem habens Dominam Franciſcam de Beaumont, nobis bonâ fide affirmauit, ſe in pluribus negotiis, quæ longum foret enarrare, Diuinam opem per merita & interceſſionem Dominæ Ioannæ Franciæ inuocaſſe, eaque ſemper feliciter ſibi ſucceſſiſſe. In primis nobis retulit, ſe aliquot ex vnâ atque alterâ coniugibus proles ſuſcepiſſe; at verò haud

epilepſia,

diu

A diu ſuperſtites, ynâ exceptâ filiolâ, ætatis modò viginti duorum menſium: quæ & ipſa in grauiſſimum incidit morbum, qui iam mortem ipſi afferre videbatur: itaque ſe ad diuinum auxilium & interceſſionem Dominicæ Ioannæ, concepto pro ſalute filiæ voto, confugiſſe, & illam continuò ſanitatem recepiſſe: at variè impeditum diſtuliſſe ſe aliquantiſper voti ſolutionem, atque intereà tanto omnium membrorum & præcipuè lateris dextri dolore correptum fuiſſe, vt mortem ſibi imminere crederet: quare in tam graui vitæ periculo, vt aliàs ſolet, Deo & Dominæ Ioannæ ſe commendaſſe; ſeriò promittendo, ad eius tumulum vota, quàm poſſet citiſſimè, ſoluturum. Et quidem die ſabbatino proximè elapſo; qui fuit menſis Maij vltimus, ſe grauiſſimos dolores ſenſiſſe; ſed mox imminutos, voto illo conſtanter à ſe ſuſcepto; quod hodie ad Dominæ Ioannæ ſepulchrum perſoluit, & Deo immenſas gratias cum gaudio egit. Idem Dominus de la Trimouille nobis inſuper teſtatus eſt, ſe aliquando pro amico magnam pecuniæ ſummam ſpopondiſſe: qui cùm officio deeſſet, ſolutionis damnatum, iterum de more ſuo Deo Dominæque Ioannæ ſupplicaſſe, & ab omni damno fuiſſe immunem, deinceps eius negotij mentione vltrò

morbus letalis.

dolor lateris & membrorum.

B oppreſsâ. Interfuit his audiendis Philippus de Beaumont, vir nobilis ac Dominus ipſius loci de Beaumont prope Chaſteauroux, cum Philippo Renault famulo prædicti Domini de la Trimouille, & Magiſtro Hugone Baudras Sacerdote & Receptore Sororum huius Conuentus. Omnia hæc miracula ſuprà ſcripta in ordinem redegit optimus Pater Frater Ambroſius Baſſet, qui ſanctam Dominam olim vidit & cognouit, & ab eius obitu in hoc Conuentu aſſiduè vixit; ſedulò eos obſeruans & audiens, qui meritis & interceſſione eiuſdem Dominæ ſanitatem aliaque beneficia à Deo impetrarunt: & proinde teſtis eſt omni fide digniſſimus.

66 Poſtquàm hæc legitimè excerpta eſſent, Procuratori Virginium religioſarum, Matris Ancillæ, & filiarum Conuentus Annuntiationis B. Mariæ iniunximus, vt ſua ſingulis volumina, prænominatis ſcilicet Cornillat, Ralement, & Belleteſte, reddantur; prout ſtatim ea reſtitui curauit. Deindè prædictus Touchebeuf, dictarum Virginum Religioſarum Procurator, auctoritatem publicam poſtulauit eorum omnium quæ hactenus acta eſſent: rogauitque mandare ne grauaremur, vt præſchs verbalis Proceſſus concludatur; idemque decreto & auctoritate noſtrâ Archiepiſcopali ſancitus, & à nobis noſtroque Secretario ſubſignatus, ac ſolenni noſtro ſigillo munitus, tabellario à nobis eligendo committatur, ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum Paulum V deferendus; vt de optatâ Dominæ Ioannæ Franciæ Beatificatione ex æquo & bono decernatur. Voluimus igitur & mandauimus, Proceſſui huic finem imponi; eumque decreto & auctoritate noſtrâ Archiepiſcopali comprobauimus, & comprobamus, ac manu propriâ ſubſignauimus; itemque à Secretario noſtro ſubſcribi; & maiori noſtro ſigillo muniri iuſſimus, tradique Stephano Rameau ciuitatis huius Bituricenſis nuntio, vt Lugdunum ad Dominum Cabot mercatorem deferat, qui Romam ad Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Dominum Archiepiſcopum Lugdunenſem, ibidem modò præſentem, tranſmittat; vt Sanctiſſimo Domino noſtro Pontifici Maximo offeratur; & de prædictæ Dominæ Ioannæ Beatificatione, quod ratio & æquitas poſtulant, ſtatuatur. Actum anno & die ſuprà dictis.

Ex proceſſv edito. D

Proceſſus ad Paulũ V deferendus, pro eius Beatificatione obtinendâ.

E

Subſignatum; P. Archiepiſc. Bituricenſis. & infrà, Rebours (Secretarius) & Touchebeuf Procurator.

a *Annus* 1618 *perperàm excuſus, ex Attichio correctus eſt; quem ordo annorum continuatus requirit eſſe* 1608.

V FEBRVARII.

SANCTI QVI NONIS FEBRV. COLVNTVR.

SAncta Agatha, Virgo Martyr, Catanæ in Siciliâ.

S. Theodula, } Martyres, Anazarbi in
S. Boëthus, } Ciliciâ.

S. Euagrius,
S. Macarius,
& alij

S. Reuocatus, }
S. Saturus, }
S. Felix, } Martyres in Africâ.
S. Saturninus, }
S. Gelasius, }

B S. Legontianes, } Martyres, Teate in
S. Domitianus, } Aprutio.

Sancti Martyres in Ponto.

S. Calamanda, Virg. Mart. in Catalaniâ.

S. Agricolaus, Episc. Traiectensis in Belgio.

S. Auitus, Episc. Viennensis in Galliâ

S. Ingenuinus, siue Genuinus, Ep. Sabionensis in Tiroli.

S. Bertulphus, Abbas, Rētice in Belgio

S. Indractus, } Martyres,
S. Dominica eius soror, } Glastoniæ
& socij IX } in Angliâ.

S. Vodalus, cognomento Benedictus, Suessione in Galliâ.

B. Domitianus, siue }
C Tuitianus, Dux, } Milstadij in
B. Maria eius vxor, } Carinthiâ.
puer anonymus }

S. Polyeuctus, Patriarcha Constantinopolitanus.

S. Albinus, siue Albuinus, Ep. Brixinen. in Tiroli.

S. Adelheidis, Virgo, Vilicæ in diœc. Colonien.

S. Agatha Hildegardis, Palatina Carinthiæ.

S. Petrus Baptista, }
S. Martinus de Aguirre, } Sacerdotes
S. Franciscus Blancus }
S. Philippus à Iesu, }
S. Gonsaluus Garcia, } laici.
S. Franciscus à S. Michaële }
} Ord. S. Francisci,

S. Paulus Michi, }
S. Ioānes Soan, aliàs Goto, } Societatis Iesu,
S. Iacobus, siue Didacus, Kisai }

S. Cosmus Tachegia, }
S. Michaël Cozachi, }
S. Paulus Ibarchi, }
S. Leo Catasumarus, }
S. Ludouicus, }
S. Antonius, }
S. Matthias, }
S. Bonauentura, }
S. Thomas Cozachi, }
S. Ioachimus Saccachibara, } Martyres, Nangasachi in Iaponiâ.
S. Franciscus, }
S. Thomas Danchi, }
S Ioannes Chimoia, }
S. Gabriel, }
S. Paulus Suzuchi, }
S. Caius Franciscus, }
S. Petrus Suchegirus, }

E

F

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAnctus Theodosius in Scopulo *siue ὁ ἐν σκοπέλῳ, in Menæis Græcorum refertur hoc die. Egimus de eo* XI *Ianuarij, eum iisdem Menæis, vt quidem remur. Nam quæ isthic de* Theodosio, *eadem hîc prædicantur; Antiochiæ nobili genere ortum, relictâ patriâ, in monte exiguam cellam incoluisse, indutum cilicio, catenis ceruicem, lumbos, manus ligatum; rediisse demum in patriam, metu hostium, qui isthic Agareni nominantur, hîc Isauri, consentaneè ad ea quæ & Theodoretus scribit. Sed idem ille qui hîc, cur duobus diebus locetur, haud coniicimus; si diuersus, quæ illic ex Theodoreti Philotheo & Moschi Prato spirituali relata sunt, ad hunc debent transferri, de hoc nimirùm ab iis scripta: at de illo aliud nihil occurret dicendum, quàm quæ eadem Menæa illo die* XI Ianuar.

S. Mauri Abbatis Translationem *aliquam refert hoc die Saussaius: quæ nobis haud nota, vt in præfatione ad historiam Translationis nu.* 3 *diximus* XV Ianuar.

S. Liberatæ Virginis in Monte Caluo transitus *hoc die consignatur à Saussaio in Martyrol. Gallic. De eâ &* S. Oliueriâ

A Oliuetiâ *sorore egimus* III Febru.

S. Fortunatus Martyr *in duabus Bedæ editionibus iungitur ſanctis Martyribus* Felici, Saturnino *&c. de quibus infrà: abeſt tamen à Bauaricis duobus Bedæ MSS. exemplaribus, ideoq́; hîc à nobis omiſſus.*

S. Felicia Virgo Caralitana & Martyr *refertur à Dionyſio Bonfant in Triumpho SS. Sardiniæ lib. 7 cap. 10. qui eius corpus an.* MDCXXVII, XIII *Martij inuentum teſtatur, conditum in lateritio tumulo, qui marmoreâ tabulâ opertus, hanc exhibebat ei inciſam epigraphen:* Hîc iacet B. M. Felicia; quæ bixit plus mn. annorum VIII: requiebit in pace Non. Februar. †. *At quia nondum comperimus, quæ de numeroſis illis Diuorum reliquiis noſtrâ ætate apud Sardos repertis, Apoſtolicæ Sedis ſententia ſit; hanc alioſq́; tantiſper omittimus.*

S. Pupaquius Caralitanus hoc die martyrio coronatus ſub Diocletiano *aſſeritur à Dionyſio Bonfant lib. 12 Triumphi SS. Sardiniæ cap. 18. corpuſq́; inuentum* VII *Octobris, an.* MDCXXI, *cum hac inſcriptione:* Hîc iacet B. M. Pupaquius: vixit annis plus XLI. requiebit in pace ſub D. NONS FEBRS. *Expectamus, vti iam diximus, de pleriſque illis reliquiis nuper in Sardiniâ repertis, iudicium Apoſtolicæ Sedis.*

B S. Adiutus Ep. Viennenſis *à Petro de Natalib. lib. 3 cap. 86 & Maurolyco memoratur.* Auitus *eſt, de quo fusè infrà agemus hoc ipſo die.*

Audentia mater S. Auiti, *ab mariti* S. Iſicij *thoro, mutuò conſenſu, ſeiuncta, continenter & ſanctè plures annos vixit: an, vt filius ac maritus, in Diuorum ſit tabulas relata, necdum comperimus.*

Fuſcina, ſoror S. Auiti Ep.
Fuſcina ſenior, } eiuſdem
Seueriana, } conſanguineæ, } *ſanctimoniales extitêre, virtute illuſtres, ab eoq́; prolixè commendatæ; an vſpiam publicâ veneratione cultæ, neſcimus. De iis infrà agemus ad eius Vitam* § 1.

S. Geminus Ep. Niſibenſis, *refertur à Conſtantino Ghinio in Natalib. SS. Canonicorum, ex Ioanne de Nigraualle Præmonſtratenſi. Nobis ignotus eſt; niſi ſit fortaſſis* S. Genuinus, *ſiue* Ingenuinus, Ep. Sabionenſis: *nam & is* Geminus *legitur appellatus à quibuſdam.*

Agnellus Tridentinus,
Fonteius Feltrienſis,
Iunior Veronenſis,
Laurentius Bellunenſis,
Maxentius Iulienſis,
Orontius Vicetinus,
C Agnellus Equilinus,
Hadrianus Polenſis,
Petrus Altinenſis,
Ruſticus Taruiſinus, } Epiſcopi, *à Petro de Natalib. lib. 3 cap. 85* Sancti *appellantur; ac deinde in Indice totius operis ſingillatim referuntur, non indicato tamen cuiuſquam eorum natali die. At priores ſex ſubſcripſiſſe leguntur epiſtolæ pſeudoſynodi in Mariano, & ſchiſmate à Romanâ Eccleſiâ ſeparati fuiſſe. Verùm Petrus ſynodum illam, Paulum Warnefridi Aquileienſem Diaconum ſecutus, legitimam credidit: additiq́; poſteriores quatuor, quorum duo ſunt ab ipſo Paulo nominati. Philippus Ferrarius in Catal. SS. Italiæ,* Agnellum Tridentinum *Nonis Februarij refert cum* S. Ingenuino; *cuius vt ſchiſmatis ſocius fuit, ſic fortaſſis & reſipiſcentiæ. Ianus Pyrrhus Pincius lib. 2 de Vitis Pontificum Tridentinorum, vbi eum* XXIV *recenſet, nihil de ſanctimoniâ eius publicitus teſtatâ memorat. Ipſe quoque Ferrarius in generali Catal. SS. vbi* Angelum *ſcribit, fatetur neque coli illum, neque in tabulis Eccleſiæ Tridentinæ deſcriptum legi. Extat luculentus catalogus Sanctorum Eccleſiæ Veronenſis ab Auguſtino Valerio Ep. Veronenſi contextus: nullus in eo* Iunior. *Nominatus eſt is quidem in Catalogo, quem Baptiſta confecit, Epiſcoporum Veronenſium, ſed abſque* Sancti *titulo; deceſſorq́; fuiſſe dicitur* S. Senatoris, *de quo egimus* VII *Ianuarij. De horum verò Epiſcoporum ſchiſmate plenè infrà agemus in Vitâ* S. Ingenuini *Ep. Sabionenſis.*

S. Conſtantius, *quibuſdam* Conſtantinus *dictus, Sabionenſis Epiſcopus, S. Ingenuini ſucceſſor hoc die anniuerſariâ memoriâ celebrari traditur à Ghinio in Natalib. SS. Can.*

D *nicorum. Negat Raderus, licet* Sanctus *vocitetur, ſacrùm Faſtis Eccleſiæ Brixinenſis inſcriptum, vt plenius infrà dicemus in Vitâ S. Ingenuini hoc die,* § 5 *nu.* 39 & 40.

Babylonius Diaconus & Confeſſor Pictauis, *extat inſcriptus Additionibus ad Vſuardum ab Hermanno Greuen Carthuſiano, & MS. Florario. Ignotus nobis, & ipſi Andreæ Sauſſaio, diligentiſſimo Gallicanorum Sanctorum collectori, atque Henrico Ludouico Caſimiro Ep. Pictauenſi in Lectionibus Pictonicis, & in eas Notationibus.*

S. Ioannes Iunior aſceta *refertur hoc die ab Octauio Caietano in Ideâ operis de SS. Siciliæ. Quia nuſquam adhuc de eo quid legimus, tantiſper, dum illa prodeant Caietani monumenta, eum hîc omittimus.*

Buo *memoratur quidam à Dempſtero lib. 2 hiſt. Eccl. gentis Scotor. in Iſlandiam, religionis Chriſtianæ iſthic diſſeminandæ gratiâ, cum* S. Erlulpho *profectus, ac* Sanctus *ab eo appellatur. Colganus recitatis Ionæ Arngrimi verbis, Hibernis eum aſſerit, ac* Beatum *vocat hoc die: quo & à Dauide Camerario Scoto refertur, ac* Sanctus *dicitur. Nil amplius nobis de* Buone, *quàm ſuprà de* Erlulpho *liquet: quamquàm eius in deſtruendis idolis ardor animi ab Arngrimo iam citato, Iſlandicorum ſcriptore, ſed heterodoxo, celebretur.*

Fingenius *quidam, apud Meuriſium in hiſtoriâ Epiſcopor.* E *Metenſium,* gente Hibernienſis, *præfectus eſt ab Adalberone II monaſterio S. Symphoriani, quod idem Antiſtes reædificârat. Colganus hunc* Beatum *indigetat, & refert hoc die,* Fingenumque *vocat, qui apud Meuriſium, & in diplomate Ottonis III quod recitat,* Fingenius *eſt. Nullo tamen argumento probat Colganus, inter Sanctos aut Beatos referendum, niſi quòd eius nominis quidam in MSS. Hibernicis hoc die memoretur, & virtuoſus appelletur. Ideoq́; meritò hunc omittimus.*

Bertrada Virgo,
Gerberta mater eius, } *prima ſoror, altera mater* S. Adelheidis, *vnà cum eâ Sanctis annumerantur ab Hermanno Greuen Carth. Colon. Et* Gerberga *quidem (ita enim vulgatius ſcribitur) etiam ab aliis* Beata *appellatur, vt infrà dicemus ad Vitam S. Adelheidis in præfat. nu.* 5. *De vtriuſque ſanctitate cap.* 1 *nu.* 3 *& cap.* 2 *nu.* 5. *Verùm neque an illis hic palàm honos habeatur, nec quo die, adhuc comperimus.*

Ingela Virgo, *memoratur ab Hermanno Greuen in Addit. ad Vſuardum, & MS. Florario. Nobis ignota.* Angelam *ſonat noſtrate Teutonicâ linguâ.*

Beneuenutus *Ord. S. Franciſci laicus,* Beatus *appellatur à Gonzagâ i parthiſtor. Seraphicæ in Beatis Ordinis, à Petro Rodulphio Toſſianenſi, & Arturo à Monaſterio in Martyrol. hoc die, dicituraq́; miraculis claruiſſe, quorum nonnulla Piſanus commemorat lib. 1 Conformitat. fructu* II, *parte* 2. *Quieſcit Recineti in Piceno. Haud ſcimus an Cœlitum ei honores, Sedis Apoſtolicæ iudicio, habeantur.* F

Chriſtophorus Papienſis, *Ordinis Minorum laicus,* paupertatis, humilitatis, patientiæ, laborum, atque continentiæ ſummus amator *fuit, vt tradit Franciſcus Gonzaga de origine Seraphicæ religionis par.* 2, *conuentu* 12 *prouinciæ S. Franciſci. Ludouicus Iacobillus to.* 1 *de SS. Vmbriæ refert illum hoc die, &* Beatum *appellat, ſecutus Arturum in Martyrol. Franciſcano, & Danielem Peruſinum in Catal. SS. & BB. Ord. Minorum, edito an.* MDCIX. *Hunc nos non vidimus: Arturus non ſatis probat,* Beatum *palàm haberi: neque hoc ſatis eſſet, abſque Sedis Apoſtolicæ indulto, cùm non niſi ſub annum* MDXL *obierit, in Burgo ſancti Sepulchri. Gonzaga certè non appellat* Beatum, *ſed* Fratrem *dumtaxat.*

S. Andreas Abbas Elnonenſis *memoratur hoc die ab Hugone Menardo in Martyrol. Benedictino, & ab Sauſſaio in Gallicano. De eo agemus* VI Februarij.

S. Drauſus Ep. Conf. *refertur hoc die in quodam manu recenti exarato codice.* Drauſius *eſt* Ep. Sueſſionenſis, *qui colitur* V Martij.

S. Martini Ep. Dumienſis inuentio *contigit an.* MDXCI, V *Februarij. De eo agemus ad* XX Martij.

A S. Quirini, } Martyrum tranſportatio *conſignata*
S. Pantaleonis } *eſt hoc die in MS. Martyrologio Eccleſiæ S. Mariæ ad Gradus Coloniæ: apud alios,* VI *Februarij. Corpus* S. Pantaleonis *attulit Coloniam Hadamarus Abbas Fuldenſis, cùm à S. Brunone Romam ad pallium obtinendum miſſus eſſet.* S. Quirini *reliquiæ aliquæ ibidem in Tuitienſi S. Pantaleonis cœnobio aſſeruantur, claræ miraculis. De* S. Quirino *agemus* XXX Aprilis.
De S. Pantaleone XXVII Iulij.

S. Iſidorus Alexandrinus Martyr, *à Cardinale Baronio ad hunc diem Martyrologio Romano inſcriptus eſt: cùm idem ſit, cuius nomen iam olim & in Romano & in omnibus aliis Martyrologiis legebatur Idibus Maij; in Græcorum Menæis pridie. Quare & nos eum reiicimus in* XV Maij.

S. Remaclus, monachus monaſterij S. Eligij, *refertur hoc die in quodam MS. Martyrologio monaſtico, non admodùm antiquo. Haud alius nobis notus* Remaclus, *quàm Traiectenſis Epiſcopus, S. Amandi ſucceſſor, anteà in Solenniaco S. Eligij cœnobio monachus, cuius Vitam dabimus* III Septemb.

Virginis vnius è S. Vrſulæ ſodalitio corpus *hoc die in* Marcolenſi *cœnobio ſuſceptum ſcribunt Gelenius &*
B *Sauſſaius: ſed perperàm hic* virginale aſceterion *id vocat. Si* Maricolenſe *intelligunt, non procul Landriciaco oppido, eſt id virorum Ordinis Benedictini: ſi* Marcolenſe *iuxta Atrebatum, eſt Canonicorum regularium. Atque huc tranſlatum illud corpus an.* MCCLXI, *Nonis Februarij, tradit Raiſſius in Hierogazophylacio Belgico, & Crombachius noſter hiſtoriæ Vrſulanæ lib.* 8 *cap.* 23, *qui tamen perperàm* Marcolenſe, *pro* Marcolenſi, *ſcribit. De his ſanctis Virginibus agemus* XXI Octobr.

S. Andreæ Apoſtoli epiſcopatus in Patris vrbe Achaiæ ordinatio *conſignatur hoc die in vetuſtis Martyrologiis, MS. S. Hieronymi, ſiue veteri Romano, MS. Treuirenſi, Bedæ vulgato, Rabani, Notkeri: eius & Sauſſaius meminit hoc die. Nos ad* XXX Nouemb.

F. Ioannes, *appellatus* Bonus Cocus monaſterij Viridis vallis in Soniâ ſiluâ, *hoc die adſcriptus eſt Martyrologio manu exarato, ſed non antiquâ. Hic eſt* Ioannes de Leewis, *quem huic quoque diei aſſignat Roſweydus in Faſtis SS. & Ferrarius in generali Catalogo. Obiit, vt Miræus & Molanus tradunt,* XXII *Ianuarij, quo die à Raiſſio refertur. Nos de eo agemus, cùm de* Ioanne Rusbrochio *eiuſdem cœnobij Priore,* II Decemb.
C

S. Ioannes Confeſſor Ord. Canonicorum regularium, *hoc die inſcriptus eſt Martyrologio Anglicano à Ioanne Wilſono, qui Faſtos Roſweydi noſtri citat. Sed* Ioannis, *quem diximus,* Boni Coci, *cognomentum* de Leewis *Wilſonum feſellit, vt* Lewes *Suſſexiæ oppido, aut certè* Lewenſi Rapo, *ſiue diſtrictu circumſito, oriundum illum crederet, aut ibi commoratum, ideoq; cognomen adeptum. Eum Ferrarius quoque vt diuerſum à noſtrate* Ioanne de Lewis *refert, his verbis:* In Angliâ S. Ioannis Confeſſ. *Citat Martyrol. Anglicanum, & (quod ridiculum eſt) Roſweydum in Catal. SS. Britanniæ, qualem Roſweydus nullum edidit.*

S. Platianus, *aut (vt legendum cenſet Athanaſius Kircherus noſter)* Felicianus, Papa Romanus ſub Claudio, *refertur in MS. Martyrol. Coptico collegij Maronitarum Romæ. Videtur* S. Eutychianus *eſſe, aut* S. Felix I. *Et hic quidem* Claudio II & Paterno Coſſ. *anno Æræ vulgaris* CCLXIX *pontificatum adeptus, ſed* Aureliano Imp. II & Capitolino Coſſ. *anno Chr.* CCLXXIV *martyrium fecit: eiq; ſucceſſit* S. Eutychianus, *qui colitur* VIII Decemb. D

S. Felix XXX Maij.

Memoria aliquorum Sanctorum antiqui Teſtamenti: *Ita è lib.* 3 *Catalogi Sanctorum Petri de Natalibus, Martyrologium Sarisburiēſe Richardi Witfordi hoc die. Agitur de iis ferè omnibus in Menæis Græcorum Dominicâ ante Natiuitatem Chriſti, & referuntur* XIX *Decembris. Seorſim mentio eſt de S. Abrahamo* IX *Octobris, vbi & poterit de S. Sarâ vxore agi. imò & de S. Melchiſedecho, niſi alius occurrat dies. S. Loth patruo adiungunt Græci in Menæis die* IX *Octobris. At quod magis miramur, reliqui ſeorſim non memorātur in Faſtis Græcorum, neque vſpiā in tabulis Eccleſiaſticis Latinorum, nū Iſaacus olim inſtar Chriſti obediens vſque ad mortem, non Iacobus à Deo Iſraël vocatus, quia contra Deum fortis; quorum vti & Abrahami iampridem mortuorum appellatione gloriatur Deus, dicens ſæpius:* Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. *& Chriſtus addit:* Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. *Et reliqui Patriarchæ ſunt Duces ſignatorum, quorum ſinguli* duodecim millia ſignati ex omni tribu filiorum Iſraël *in Apocalypſi referuntur. De quibus omnibus, niſi commodior interea occurrat dies, agendum erit cum Græcis* XIX Decembris. E

S. Ephraim, } filiorum S. Ioſephi.
S. Manaſſis }

S. Rubeni, } XII Patriarcharū illorum filiorū, è quibus prouenit XII tribus filiorum Iſraël. Præcipuè memoratur S. Ioſephus, qui præmiſſus in Ægyptū, præfuit domui Regis, ac familiæ omni in Ægyptū euocatæ præbuit ſalutem.
S. Simeonis,
S. Leui,
S. Iudæ,
S. Iſſachar,
S. Zabulonis,
S. Gadi,
S. Aſer,
S. Dan,
S. Nephthali,
S. Ioſephi,
S. Beniamin

S. Rebeccæ eius vxoris.
S. Iacobi eorum filij.
S. Rachelis, } huius vxorum.
S. Liæ }
S. Saræ eius vxoris.
S. Melchiſedechi Sacerdotis & Regis Hieroſolymorum, ſecundùm cuius ordinem, teſte Dauide, Chriſtus factus eſt Sacerdos in æternum. Pſal. 109. 4
S. Loth filij fratris S. Abrahami.
S. Iſaaci Patriarchæ, filij & hæredis S. Abrahami, qui natus eſt patre centum annorum, & matre Sarâ LXXX annorum.

S. Tropus Epiſc. Confeſſ. *in quodam MS. Martyrol. ponitur hoc die additis his verbis:* in ciuitate Arelatenſi. *vnde colligimus S. Trophimum eſſe, qui colitur* XXIX Decemb.

F

Gen. 32. 28

Exodi 3 &c.

Matt 22. 32

Apoc. 7

D E

DE S. AGATHA VIRG. MART.

CATANÆ IN SICILIA,

præuius ad Acta commentarius.

I.B.

§ I *S. Agathæ natalis, martyrij tempus.*

A. CHR. CCLI. V FEBR.

1 *Catana Siciliæ vrbs, ad Ionium ſita pelagus, Ætnæq́, horrifici montis radices, ab Græcis condita, iiſdemq́ diu habitata, dein & Campanis; ſed* colonià *demum ciuium Romanorum amplificata, vt Plinius teſtatur lib.* 3 *cap.* 8, *ipsâque* Meſſanâ, *Strabonis geographi ævo, Auguſti ſcilicet Tiberiiq́ temporibus*, frequentior; *etiamnum inter tres totius inſulæ celeberrimas Panormum Meſſanamq́ numeratur. Ac multa oſtentat illa quidem decora antiquitatis; nullum tamen præclarius* Agathâ *Virgine ac Martyre: quàm propterea Græcum Menologium ac Menæa meritò* Κατάνης τὸ καύχημα, Catanæ gloriationem *compellant; Rocchus Pirrus Siciliæ ſacræ to.* 2 *Notit.* 1 *Eccl. Catanen. nu.* 3, totius Siciliæ decus & ornamentum immortale: *eiuſq́* corpus ſanctiſſimum *Mauritius Ep. in hiſtoriâ Tranſlationis infrà num.* 1, totius Siciliæ pignus & amabile patrocinium.

Catana gloria S. Agatha.

B

2 *Eius* numen, *vt loquitur Thomas Fazellus de reb. Siculis decade* 1 *lib.* 3 *cap.* 1 tamquàm Catanæ vrbis tutelare, maximo totius Siciliæ virorum ac mulierum concurſu, Nonis Febr. quàm religioſiſſimè colitur. *Neque Catanæ ſolùm illius eo die celebratur natalis, ſed, vt ante* CCL *annos ſcripſit in Calendario Eccleſiaſtico generali Radulphus de Rivo Tungrenſis in Belgio Decanus,* vbique ex Siciliâ Agathæ V. & M. IX Lect. *Eſt antiquiſſimis Martyrologiis ad eum diem illius adſcriptum nomen. Ita vetuſtiſſimum Romanum, quod ſæpius ſub S. Hieronymi nomine citauimus:* In Siciliâ, ciuitate Catenas, nat. Agathæ Virg. *Conſonat aliud ab Heriberto Roſweydo noſtro editum:* S. Agathæ Virg. apud ciuitatem Catanenſium. *& Richenouienſe, ſiue Diuitis Augiæ:* Siciliâ, in Cathanâ ciuitate, paſſio S. Agathæ V.

colitur illic,

& vbiq́.

5 Febr.

3 *Fuſius Vſuardus:* Apud Siciliam, ciuitate Catanenſium, natalis S. Agathæ Virg. & Mart. quæ poſt alapas & carcerem, poſt equuleum & tortiones, poſt mamillarum abſciſſionem, poſt volutationem in teſtulis & carbonibus, tandem ſub Iudice Quintiano martyrio conſummata eſt. *Ado Ep. Viennenſis in* libello de feſtiuitatibus ſanctorum Apoſtolorum, & reliquorum qui diſcipuli aut vicini ſucceſſoreſque Apoſtolorum fuerunt, *S. Agathæ Acta, quæ infrà dabimus, paullùm contracta exhibet; in Martyrologio verò iſta habet, quæ & in MSS. variis, etiam Bedæ nomine prætitulatis, leguntur:* Apud Siciliam, ciuitate Catinenſium, paſſio S. Agathæ Virg. ſub Decio Imp. Proconſule Quintiano: quæ poſt alapas & carcerem, poſt eculeum & tortiones, poſt mamillarum abſciſſionem, ſed à Domino ſanationem, poſt volutationem in teſtulis & carbonibus, tandem in carcere conſummata eſt. *Quæ Ado & Vſuardus, eadem exprimunt pleraque alia, etiam recentiorum, Martyrologia; contractiùs quædam, alia diffuſiùs. Wandelbertus Prumienſis, qui ante* IↃCCC *annos vixit, hæc de eâ canit:*

vt ex Latinis Martyrologiis patet,

C

Sicaniæ populos Nonis ſibi ſubdit Agathes
Virginis eximio virtus celebrata decore.

& Græcis: *Eamdem referunt hoc die Græcorum Menæa, Menologium, Anthologium.*

4 *In vulgato Bedæ Martyrologio, itemq́ Rabani, & MSS. monaſteriorum Latienſis, S. Martini Tornaci, S. Cyriaci Romæ, atque Aquiſgranenſi, & aliis quibuſdam, libroq́ S. Aldelmi de laudibus virginitatis, non ſub Decio, ſed ſub Diocletiano adepta palmam dicitur. Id quod ita annotat refellitq́ peruetus MS. Martyrologium monaſterij S. Maximini, cetera cum Rabano vt plurimùm congruens:* Apud Siciliam, ciuitate Catinenſium, paſſio S. Agathæ Virg. ſub Decio Imperatore, Proconſule. Quintiano. (Alij habent ſub Diocletiano, ſed falſum eſſe ipſe paſſionis textus oſtendit:) quæ poſt alapas & carcerem *&c. Acta Latina, quæ infrà oſtendemus probatiſſima cenſeri, referunt* paſſam ſub Decio Imp. ipſo Decio ter Conſule. *Baronius in Notis ad Martyrol. ex iiſdem Actis, & in Annal. ex S. Pionij Actis, eumdem tertium Decij conſulatum admittit, licet in eo à nobis diſcrepet, quòd ad annum Chriſti* CCLIV *referat. Diſſentiunt magis etiam à nobis, & quandoque à ſe ipſis, qui nullos certos characteres ſecuti, nunc huic nunc illi anno Chriſti adſcribunt ſanctæ huius Virginis martyrium.*

non ſub Diocletiano paſſa,

ſed ſub Decio, tertium Conſule,

E

5 *Ita breuiter ordinandi conſulatus Decij. Inuaſit imperium* Æmiliano II & Aquilino *Coſſ. anno Æræ vulgaris* CCXLIX, *eodemq́ anno alterutri Conſulum ſuffectus eſt. Anno* CCL, Decio II & Grato Coſſ. *vti ex libro de Romanis Pontificibus ad* XX *Ianuarij diximus, occiſus eſt S. Fabianus Papa, ipſo initio perſecutionis. Tertius igitur conſulatus incidit in annum Chriſti* CCLI, *qui vulgò* Decio II & Etruſco Coſſ. *alibi* duobus Deciis Coſſ. *ſignatur. Eo anno,* Conſule tertiùm Decio Auguſto, *ſuprà* 1 *Februarij diximus S. Pionium martyrij lauream adeptum. Alibi quoque mentio ſit quarti conſulatus Decij parentis, ac ſecundi Decij Cæſaris, quem nimirùm inierunt* CCLII *Chriſti anno, quo ambo perierunt, cùm imperaſſet pater menſes* XXX, *vti Aurelius Victor ſcribit.*

ſiue anno Chr. 251.

6 *Hæc de S. Agathæ martyrij anno. de die conſentiunt omnes, Nonis Februarij contigiſſe. Tamen quod iam ſit citatum vetus Martyrologium Romanum, ſiue S. Hieronymi, iterum* XII *Iulij iſta habet:* Siciliâ ciuitate Cathenâ Agathæ. *An hæc alia fortaſſis iunior? an potiùs aliqua tunc contigit S. Agathæ reliquiarum olim tranſlatio, aliaúe celebritas? Poſterior tranſlatio, quæ anno* MCXXVI *facta,* XVII *Auguſti recolitur, vt infrà dicemus.*

refertur iterum 12 *Iulij.*

§ II *S. Agathæ celebritas ex ſcriptis SS. PP.*

F

Hymno honorata à S Damaſo;

Sanctus Damaſus, qui quarto Chriſti ſeculo, Valentiniano imperante, Romanam rexit Eccleſiam, hunc in S. Agatham hymnum cecinit, quo breuiter illius Acta complexus eſt.

Martyris ecce dies Agathæ
Virginis emicat eximiæ,
Chriſtus eam ſibi quâ ſociat,
Et diadema duplex decorat.
Stirpe decens, elegans ſpecie,
Sed magis actibus atque fide,
Terrea proſpera nil reputans,
Iuſſa Dei ſibi corde ligans,
Fortior hæc trucibuſque viris,
Expoſuit ſua membra flagris.
Pectore quàm fuerit valido
Torta mamilla docet patulo.
Deliciæ cui carcer erat,
Paſtor ouem Petrus haric recreat:
Lætior inde magiſque flagrans
Cuncta flagella cucurrit ouans.
Ethnica turba rogum fugiens,
Huius & ipſa meretur opem:
Quos fidei titulus decorat,
His Venerem magis ipſa premat.
Iam renitens quaſi ſponſa polo,

AVCTORE I. B.

Pro miſero rogita Damaſo:
Sic ſua feſta coli faciat,
A Sic celebrantibus vt faueat.

8 *S. Damaſo ſuppar fuit S. Ambroſius. Huius extat to.* 1 *Liturgicorum Latinorum, præter alia hæc Præfatio in nat. S. Agathæ:* Æquum & ſalutare. Nos te in hoc præcipuè die, dignâ laude præconij canere, in quo Agatha triumphans, hoſtia tuæ maieſtati oblata eſt. Cui tantam contuliſti victoriam, vt ipſa ſæua & aſpera victricem tremerent tormenta. Cuius lampas coruſcis emicat fulgoribus, vt reſeratas poli ingredi valeat ianuas. O felix & inclyta Virgo, quæ meruit Domini pro laude fidelis martyrium ſanguine clarificare ſuum! O illuſtris & glorioſa, gemino illuſtrata decore, quæ inter tormenta aſpera, cunctis præclara miraculis, & myſtico pollens ſuffragio, Apoſtoli tui meruit viſitatione curari! Hanc Chriſto nuptam ſuſceperunt Angelorum agmina, quæ mentis eius ſanctitatem indicarunt, & patriæ liberationem. Per eumdem Chriſtum. *Extat & alia S. Gelaſij Papæ præfatio in iiſdem Liturgicorum libris.*

Præfatione à S. Ambroſio

& S. Gelaſio,

9 *Ibidem* Lectionarius *eſt, S. Hieronymo adſcriptus, in quo iſta habentur:* Non. Febr. natal. S. Agathæ Virg. Lectio libri Sapientiæ: Confitebor tibi Domine Rex. Sequent. S. Euang. ſecundùm Matth. Simile eſt regnum cælorum

Officio à S. Hieronymo,

B x Virg. *Idem Euangelium aſſignat huic feſto Kalendarium Romanum nongentis annis antiquius, ex MS. codice monaſterij S. Genouefæ Pariſiis nuper editum ab Ioanne Frontone eiuſdem monaſterij Canonico regulari & in Academiâ Pariſienſi* Cancellario. *Mutauit homiliam Pius* V *Pont. Max. cum Euangelio, quod nunc legitur ex cap.* XIX *S. Matthæi:* Acceſſerunt ad Ieſum Phariſæi. Ob præclara *porrò Agathæ* merita, dicuntur Pſalmi in toto Officio de communi Sanctorum virorum: *quod Barth. Gauantus annotauit. Meminit quoque feſti S. Agathæ S. Gregorius in libro Sacramentorum, & in Antiphonario: idemq; Canoni Miſſæ nomen illius inſeruit.*

quod nunc mutatum;

Canoni inſerta à S. Gregorio,

10 *In libro Soliloquiorum animæ ad Deum, qui extat to.* 9 *Operum S. Auguſtini, eſtq; (iudice Bellarmino in lib. de ſcriptorib. Eccl.)* pius & doctus & Auguſtini ingenio non indignus, *licet neque à Poſidio numeretur inter eius ſcripta, neque à Bedâ citatus reperiatur; in eo igitur libro cap.* 12. *mentio fit* S. Agathæ, *etſi nomen eius non exprimitur:* Hanc tuam dulcedinem ineffabilem, *inquit,* & illa guſtauerat Virgo, de quâ legimus, quòd lætiſſima & glorianteribat ad carcerem, quaſi ad epulas inuitata. *Quæ eadem habentur in Actis Latinis Quæſt.* 1 *nu.* 6. *Eiuſdem ita meminit Venãtius Fortunatus lib.* 8 *car.* 4 *quod eſt de virginitate:*
Euphemia illic, pariter quoque plaudit Agathe,
Et Iuſtina, ſimul conſociante Theclâ.

laudata à S. Auguſtino,

S. Venantio Fortunato,

C 11 *S. Aldelmus, Schireburnenſis in Angliâ Epiſcopus, in libro quem carmine conſcripſit de laude Virginum, cap.* 32 *S. Agathæ certamen celebrat, & aliquantò elegantiùs in libro de laudibus virginitatis cap.* 22. *At* 23 *capite ita ſcribit:* Mihi quoque operæpretium videtur, vt S. Agathæ rumores, caſtiſſimæ Virginis Luciæ præconia ſubſequantur: quas Præceptor & pædagogus noſter Gregorius in Canone quotidiano, quando Miſſarum ſolennia celebrantur, pariter copulaſſe cognoſcitur, hoc modo in catalogo Martyrum ponens; FELICITATE, ANASTASIA, AGATHA, LVCIA: quatenùs nequaquàm litterarum ſerie ſequeſtrentur, quæ contribuli populo apud Siciliam genitæ, ſimul cæleſti gloriâ gratulantur. *Quorum verborum ſententiam non rectè aſſecutus Rocchus Pirrus in cit. Notit. Eccl. Catan. nu.* 4 *ita de Aldelmo ſcribit:* Qui à D. Gregorio (vt ipſe ait) fidei documenta edoctus eſt, & baptiſmi ſacramentum ſuſcepit. *Non id ſanè voluit S. Aldelmus, ſed, vt alij paſſim, S. Gregorium agnouit communem gentis Anglorum Magiſtrum, qui primus ad eam Euangelij prædicatores miſerit.*

S. Aldelmo;

quatenùs hic S. Gregorij diſcipulus?

12 *Ceterùm mortuus eſt S. Aldelmus anno* IↃCCIX, *cùm Eccleſiæ Schireburnenſi* annis quatuor ſtrenuiſſimè præfuiſſet, *vti auctor eſt Beda lib.* 5 *cap.* 19. *Abbas verò anno* IↃCLXXV *conſtitutus erat cœnobij, quod tunc Maildulfesburch dicebatur, poſteà Malmesbury:* in quo videlicet loco à primo æuo infantiæ, atque ab ipſo tirocinio rudimentorum liberalibus litterarum ſtudiis eruditus, & in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ nutritus vitam duxerat; *vti conſtat ex Leutherij Epiſcopi diplomate apud Willielmum Malmesburienſem lib.* 1 *de geſtis Regum Angl. cap.* 2. Et *verò ſi temporibus S. Gregorij, qui anno* IↃCIV *obiit, eâ ætate fuit Aldelmus, quæ fidei doctrinam capere poſſet, cur non priùs tantâ vir eruditione ac ſanctimoniâ, nec niſi annos natus minimùm* CX *ad inſulas eſt admotus, cùm eſſet tamen Præſulum idoneorum doctorumq; magna penuria? Sub S. Maildulpho,* à primo æuo infantiæ *inſtitutus eſt Aldelmus; non ante annum* IↃCXXXVI *Chriſti, vt ex citato Willielmo colligere eſt. Ait enim eo anno,* poſt aduentum B. Auguſtini Anglorum Apoſtoli XL, *primùm conuerſos eſſe* Cinegiſſum & Quicelmum *Occidentalium Saxonum Reges per* S. Birinum, *vt non videatur tantò antè in eorum, deceſſoriſue* Ceolſi *regno monaſterium ceu publicum ſacrarum litterarum gymnaſium extitiſſe.* De S. Aldelmo *agemus* XXV *Maij,* de S. Maildulpho XVIII *Aprilis,* III *Decembris* de S. Birino.

ab infantiâ eruditus in monaſterio S. Maildulphi.

non ante an. 636.

D

§ III *S. Iſidori Hiſpalenſis, vt creditur, Hymnus duplex in laudem S. Agathæ.*

13 TEſtatur Baronius *in Notis ad Martyrologium,* duos hymnos ſcriptos legi in Breuiario Toletano S. Iſidori, quibus canuntur *S. Agathæ* triumphi. *Obiit S. Iſidorus minimùm* LXX *ante S. Aldelmum annis, ſub extrema Heraclij Imp. tempora. Eius ſcripta à varijs recenſentur: edita quoque ſunt typis; & in his fortè aliena quædam illi adſcripta. In neutrâ claſſe eſt Toletanum illud Breuiarium, quod Muzarabum vocant, vel qui in eo recitari dicuntur hymni. Illud nos Breuiarium necdum vidimus. Hymnos de S. Agathâ, qui ei adſcribuntur, nacti alibunde ſumus, editos & manu exaratos: quos hîc damus, ſub eius nomine, vt accepimus; rudes illos quidem, ſed antiquâ ac ſanctâ ſimplicitate gratioſos.*

Hymni S. Iſidori de S. Agathâ;

qui non ſunt cum eius operibus editi.

HYMNVS I

14 A Deſto plebs fidiſſima:
Venuſtum feſtum gratiâ
Laudem deprome carmina,
Chriſtoque vota maxima.
Beata Virgo Agatha
Fide *& clara germine,
Mundi refellens noxia,
Adepta eſt cæleſtia.
Hæc gnauiter Chriſtum amans,
Ipſumque ſolum prædicans,
Extenta iuſſu Præſidis
Arctatur in imo carceris.
Sæui furore Iudicis
Chriſti puella teritur:
Sed Virgo ſancta impiis
Libare renuit aris.
Tunc demum Martyr acriùs
Afficitur verberibus:
Pectoris papilla tollitur,
Caſtumque corpus tunditur.
Reddit papillam integram,
Curatque omnia vulnera
Magnus ſed Chriſti Senior,
Diſrupit clauſtra carceris.
Sic ſic puella ſanctior
Tanto adepta præmio,
Genu orando flectitur,
Funditque cælo ſpiritum.
Mox namque clarus iuuenis
Tabellam ſcriptam deferens,
Mente ſanctâ pronuntians
Defenſionem Patriæ.
Nam montis Ætnæ incendium
Curſu dum rapidiſſimo
Ad Vrbem pronum flectitur,
Claret puellæ meritum.

al. præclara *S. Agathæ prædicans genus,*

F *conſtantiã in tormentis,*

obitum,

epitaphiũ,

miraculũ per velũ;

Tunc

A Tunc è ſepulchro Martyris
Plebs ſacrum velum deferens;
Cuius pia præſentia
Extinguit mox incendia.
Iam Virgo nunc ſanctiſſima
Plebi fideli proroga
Peccatorum indulgentiam,
Pacis reddendo commoda.
ſamſ in-uocans. Quæ olim conciues tuos
Magno ab igne eruis;
Tu redde nos iam liberos;
Iugo remoto peſſimo.
Sic cunctis ſit fidelibus
Locus quiete placidus,
Tutelam præſta orphanis,
Subſidiumque viduis.
Præſta Pater piiſſime,
Patrique compar vnice,
Cum Spiritu paraclito
Regnans per omne ſeculum, Amen.

HYMNVS II

15 FEſtum inſigne prodiit,
Chorus cum voces in aulâ reſonet;
Cunctorum Deo dicata plebs alterna
Tota pandite vota.

B Hæc Virgo ſacra, germineque clara
Seculi cuncta reſpuit caduca,
Chriſtum ſecuta, acriori pœnæ
Subdidit membra.
Iudex iniquus ipſe Quintianus
Virginem ſanctam Agatham cùm vidit;
Decem malignis fœminis obſcœnis
Tradi præcepit.
S. Agathæ vexatio in Iuna domo, Quam cùm vidiſſent, blandiuntur verbis:
Audi præceptum Iudicis monentis;
Adora Deos, & lucrare vitam,
Præmiaque multa.
Sed fide plenâ nobilis puella
Execrat cuncta vanitatum verba;
Spemque fixam retinet in Chriſto
Semper inuicta.
Quam Quintianus præſentari iubet;
Idola vana cogit adoranda.
Fortis puella Chriſtum eſt profeſſa
Fide perfectâ.
Iratus Iudex ſibilat crudelis;
Tortores ſuos excitat; in mamillis
cruciatus, C Torqueri iubet delicatum corpus
Puellæ ſacræ.
Pœnas illatas viriliter portat,
Corpus intactum Domino conſeruat;
Fide, quâ credit, omnia tormenta
Fortiter vincit.
Additur pœna crudelis & ſæua,
Virginis ſacræ torquetur mamilla:
Diuque torta abſcindi præcepit
Vbera ſacra.
mamilla abſciſſa, Tunc Virgo ſancta in carcere truſa,
Fortis in Chriſto facta eſt athleta,
per Angelos ſanatas Cuius è cælis Angelica cura
Sanat mamillam.
Splendor ſanctus tenebras illuſtrat,
Per totam noctem lux è cælis micat:
Pauore multo territi cuſtodes
Fugiunt omnes.
poſt noua tormenta Furore plenus vltroneus tortor
Teſtas acutas, ignitos carbones,
Corpus ſacratum volutari iubet
Latere nudo.
& terræmotum En terræmotus factus eſt immanis,
Mœrorque cunctos terruit tortores;
Vnum oppreſſit, nomine Siluanum,
Pars parietis.
Omnis conuentus ille ciuitatis,
Tremore viſo, ſic concurrunt omnes,
Iudicem ſæuum volentes occidi:
Fugit ipſe.
Pòſt Virgo læta ergaſtulis clauſa
Expandit manus, Dominum exorans,
Sacram efflauit animam in cælo
Togâ cum ſanctâ.
Angelus Dei deſcendit de cælo,
Corpuſque ſanctum tumulat honoris,
Tabulam ſignat aureis ſcriptam
Litteris ſacram.
Iudex iniquus numquàm erubeſcens,
Volens inquirit eius facultates.
Peſſimâ morte, morſibus equorum,
Nece vaſtatur.
Mirata ſatis prodierunt ſigna,
Anni vertentis facta comprobantia.
Ætnæus ipſe mons eructuauit
Ignem ardentem.
Videntes cuncti rogum venientem,
miraculũ per velum; Velum ſepulchri ſimul expandentes,
Ignis ſtetit honorificando
Corpus beatum.
Deus, qui tanta tribuiſti dona
Virgini tuæ, cæleſtia regna,
E Nobis indignis, ob honorem eius,
inuocatio. Dilue culpas.
Ob cuius laudem Clerus hic decantans,
Precibus eius tibi ſit acceptus,
Ratumque reddat plebis tuæ victum
Honore ſacrum.
Sacerdos vitâ habeatur clarus,
Moribus bonis tibi ſit ornatus.
Vt dignè poſſit tuum immolare
Corpus beatum.
Cuiuſque feſtum annuis recurſibus
Laudum honoris perſoluimus votum,
Eius obtentu lætemur cum Sanctis
Tuis in cælo.
Hæc in honorem carmina, quæ dixi,
Virginis ſacræ merita narrauit,
Tuo ex dono hæres ſit in cælo
Sanctorum choro.
Gloria tibi Patri glorioſo,
Et Ieſu Chriſto Redemptori noſtro;
Qui tecum regnat cum Spiritu ſancto
Iuge per æuum, Amen.

AVCTORES I. B. D *piâ morti,* F

16 *Citantur & S. Ioſephi Hymnographi in S. Agatham Hymni, aliaque encomia. Nobis haud conſtat, vtrius ſint Iophephi; an eius qui S. Theodori Studitæ frater fuit, celebraturque in Menæis* XV *Iulij, in Menologio Caniſij* XXIV *eiuſdem; an potiùs alterius, qui, iunior aliquantò, colitur* III *Aprilis. Confeſſor fuit vterque: ille quidem ob ſacrarum imaginum defenſionem; hic ab impio Photio relegatus: erat autem hic Siculus, parentibus Plotino & Agathâ genitus. Habemus quatuor alios Hymnos, ſed multò nitidiores, quos cecinit nuper Michaël Monachus, Decretorum Doctor, Canonicus Presbyter Capuanus, cuius extat inſigne ac pium opus, quod* Sanctuarium Capuanum *inſcripſit. Eos poſt Monachi auunculi ſui deceſſum, ad nos miſit doctiſſimus vnaque humaniſſimus Silueſter Aioſſa. Verùm integros hic dare opus non fuit. Omittimus quoque Hymnos ſex, quos, ſanè elegantes, concinendos ad Veſperas, Matutinum, Laudes diei natalis ac Tranſlationis, olim panxit, & Meſſanæ, Laurentij Vallæ operâ, edidit an.* CIↃIↃCV. *Bartholomæus Petraccius noſter, cuius quoque inferiùs aſſeretur auctoritas.*

Hymni S. Ioſephi Cõfeſſoris, *Michaëlis Monachi,* *Barthol. Petraccij.*

§ IV *S. Agathæ Latina Acta, longè præferenda iis quæ in Metaphraſte & Menæis extant. Vnde hîc edita?*

17 S. *Agathæ* præclara Acta, *inquit Baronius in Notat. ad Martyrol.* tam Latinis quàm Græcis fuêre notiſ-
S. Agathæ Acta Latina probatiſſima. ſima ... Ipſa autem Latina exemplaria reperiuntur in vetuſtis codicibus, qui vſui erant Eccleſiis, quos & Paſſionaria, ſeu Sanctoralia, vulgò appellabant. *De iis Actis Ioannes Heſſelius à Louanio, S. Theologiæ Doctor, frueri alioquin iudicij vir, in Cenſurâ de quibuſdam Sanctorum hiſtoriis, à Molano editâ, ita pronuntiat:* S. Agathæ Vita omnino placet. incipit: Quintianus Conſularis Siciliæ. *Ab ipſo quoque S. Auguſtino, aut certè antiquo & pio ſcriptore Soliloquiorum animæ ad Deum, eadem Latina Acta citantur, vt § 2 nu. 10 retulimus. Neque enim, quòd* ad carcerem lætiſſima & glorianter ierit, quaſi ad epulas inuitata, *in Græcis Actis, quæ in manibus ſunt, legitur: legitur autem in illis antiquioribus Latinis, atque ex iis apud S. Adonem Ep. Viennenſem in libro de feſtiuitatibus. Obiit autem Ado anno* B *1 0 CCC XCI, cùm iuuenis eſſet Simeon Metaphraſtes, qui, vt oſtendimus in Prælat. ad Acta SS. menſis Ianuarij, vix altero & viceſimo pòſt anno cœpit Sanctorum res geſtas colligere. Ab Heriberto Roſweydo, viro doctiſſimo, ad hæc ipſa S. Agathæ Acta illud vniuerſim in ſchedâ quadam annotatum reperi:* Ego in hiſtoriis Sanctorum ita ſtatuo, vbi Latina antiqua ſuppetunt exemplaria, iis ſtandum, relictis Græcis recentioribus.

18 *Ea autem Acta ab illis deſcripta videntur, qui tunc Catanæ ipſimet agonem Virginis ſpectarunt. Id colligere eſt ex quæſt. 3 nu. 13, vbi iſta habentur:* Vnde ſuſpicati ſumus, quòd Angelus eius fuerit. *Auguſtinus Inueges parte 2 Annal. Panormit. ad an. Chr. 234 nu. 23 contendit, quia Græca fuerit Sicilia, longè maiorem fidem Actorum Græcorum, (quæ nimirùm in Menæis & Metaphraſte extant) quàm Latinorum eſſe oportere; itaq; ſententiam ſuam confirmat, aut certè amplificat:* Cui, *ait*, potiùs credendum, Græco Menologio, Græco Martyrologio, Græco Breuiario, Græcæ hiſtoriæ? an *&c. Menologium extare quoddam in bibliothecâ Vaticanâ dicitur, Baſilij Macedonis Imp. iuſſu collectum. Id non vidimus. Quod Latinè verſim fertur à Cardinale Sirleto, editúmq; eſt ab Henrico Caniſio; & eſt Menæorum compendium, hoc non citat Inueges: quam enim rem nititur probare, eius ibi nulla mentio, vt infrà oſtendemus; neque in altero quod in Græco Horologio habetur, nedum in eius epitome per Chriſtophorum Patricium & Proconſulem Mitylenæum, aut in Maximi Cytherei minori Horologio. Martyrologium Græcum quodnam eſt, aliud à Menologio? Menæa ſortaſſis. Quod igitur Breuiarium? an nouum Anthologium, quod Antonius Arcudius Clementi VIII dicauit? Hiſtoria Græca, ab eo laudata eſt Metaphraſtæ narratio. Arcudius è Menæis ad verbum tranſcripſit S. Agathæ elogium: Menæorum collectores Metaphraſten ſequuntur in Sanctis celebrandis, quorum apud eum res geſtæ aliquantò fuſiùs enarrantur, atque ipſa eius quandoque retinent verba.*

19 *Quid nos ergo tandem mouet, vt Menæa & Metaphraſten Latinis Actis præferamus? Non antiquitas Metaphraſtæ, quæ circiter 1 0 CC annorum eſt. Nam quæ illius ab eruditione, integritate vitæ, copiâ quâ vſus eſt veterum codicum, ſit auctoritas, (claritas enim generis, ac magiſtratus quem gerebat amplitudo, haud magnum ad eam rem afferunt momentum) oſtendimus in Præfatione generali ad Acta SS. præfixâ Ianuario menſi cap. 1 § 3. vbi quæ in eum ſeueriùs à Cardinale Bellarmino pronuntiata, vtcumque diluimus; illud interim confeſſi, defuiſſe ei facultatem recognoſcendi quæ collegerat aut dictârat. Id quod Pſellus in eius laudatione fatetur, vt videre eſt apud Surium ad XXVII Nouembris: & venuſtè ex Pſello ita retulit Simon Wagnereckius noſter in Prolegomenis ad librum, quem* Pietatem Marianam Græcorum *inſcripſit, nu. 28.* Denique ſeriò putem, *inquit*, (quod nunc primùm occurrit, dum illas Metaphraſtæ laudes, à Pſello compoſitas, attentiùs lego) quædam, quæ minùs ſubſiſtant, Vitis Sanctorum inſperſa fuiſſe, per illam ingentem ſcribarum Simeonis multitudinem, vel voluntate vel caſu. Tradit enim Pſellus ternas Amanuenſium claſſes à Simeone adhibitas eſſe: & primum quidem orbem Scribarum (quem ait extitiſſe non paruum) litterarum notis excepiſſe dictata: Scribas verò ſecundos, ex annotatis primorum noua tranſcripſiſſe exemplaria: ac denique tertios ſcribas cenſorum induiſſe perſonas; atque omnia, quæ correctione digna viderentur, mutâſſe: ad hæc tantam harum Simeonis lucubrationum multitudinem extitiſſe, vt eas ipſe ſtudioſiùs paullò recolere non potuerit. Vnde iam nihil mirandum, quòd in Vitas à Metaphraſte conſcriptas, quædam minùs apta irrepſiſſe videantur: non enim omnia ſphalmata Auctor tam occupatus (vtpote Magnus Imperatoris Logotheta, ſiue Cancellarius) aduertere potuit, à librariorum vel ſuditate vel auſu profecta. *Hæc ille: quæ legenti, minùs illud mirum videbitur, quòd toties in ſuis annalibus Baronius* errare *ac* hallucinari *Metaphraſten ſcribat, dubitet alibi num* qua fides adhibenda ei ſit.

20 *Sed dandum hîc exemplar ſic interpolatorum, ſiue ab ipſo Metaphraſte, ſiue ab eius amanuenſibus, legitimorum Actorum, & quidem ex eadem Siciliâ, ipſique Catanâ vrbe. Illic anno Æræ vulgaris* CCCIII *pridie Idus Auguſti, martyrio coronatus eſt* S. Euplius, *ſiue* Euplus, *Diaconus, cuius certamen ex publicis præſidalibus Actis recitat Baronius to. 2 ad an. 303 nu. 146 & nos cum aliis MSS. collata; integra edemus* XII *Auguſti: Hîc viſum, partem delibare & conferre cum narratione Metaphraſtæ. Ità ergo habent:* Sub Diocletiano octies & Maximiano ſepties Coſſ. ſub die IV Id. Auguſtas, in Catenenſium ciuitate, cùm eſſet extra velum ſecretarij B. Euplus, præclamauit dicens: Chriſtianus ſum, & pro Chriſti nomine mori deſidero. Audiens Caluiſianus Conſularis dixit: Ingrediatur qui clamauit. Et cùm ingreſſus fuiſſet B. Euplus ſecretarium Iudicis, Euangelia portans, tunc vnus ex amicis Caluiſiani, nomine Maximianus, dixit: Non decet tales chartas cum tenere contra legem regalium præceptionum. Caluiſianus Conſularis dixit ad B. Euplum: Hæc vnde ſunt, & ſi de domo tuâ exierunt? B. Euplus reſpondit: Non habeo domum hîc; Dominus meus Ieſus Chriſtus nouit. Caluiſianus Conſularis dixit: Tu ea huc deportaſti? B. Euplus reſpondit: Per me ea huc deportaui, ſicut & ipſe vides. Caluiſianus Conſularis dixit: Ecce ſicuti nunc ea portaſti, me præſente in conſpectu meo lege; & die mihi, vt & ego ſciam. Et cùm aperuiſſet Euangelia B. Euplus, legit ſecundùm Matthæum, dicens: Dixit Dominus Ieſus, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quia ipſorum eſt regnum cælorum. Item aperuit ſecundùm Marcum, dicens: Omnibus qui credunt mihi, ipſis datum eſt cognoſcere regnum Dei. Item ſecundùm Lucam: Dixit Dominus Ieſus turbis: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me. Item ſecundùm Ioannem: Omnis qui venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet in æternum. Et cùm clauſiſſet Euangelia, Caluiſianus Conſularis dixit: Hoc quid vult eſſe? B. Euplus reſpondit: Lex Domini mei, quæ mihi tradita eſt. Caluiſianus Conſularis dixit: A quo? B. Euplus reſpondit: A Ieſu Chriſto, filio Dei viui. Caluiſianus Conſularis dixit: Quomodò innotuit eius confeſſio, publicè tradatur.

21 Diocletiano octies & Maximiano ſepties Conſulibus ſub die IV Idus Auguſtas, cùm in medio B. Euplus traditus fuiſſet, Caluiſianus Conſularis dixit ad B. Euplum: Quæ per tuam confeſſionem hodie dixiſti, quid dicis de his? Tunc B. Euplus ſignaculum Chriſti faciens in fronte ſuâ dixit: Quæ tunc dixi, & nunc ea confiteor. Caluiſianus Conſularis dixit: Habuiſti aliquando lectiones, quas vetuerunt piiſſimi Imperatores?

Scripta à ſpectatoribus.

longè præferenda Menæis & Metaphraſte;

cùm hîc nõ admodùm antiquus,

à PP. citata.

in quibus ideò nonnulla minùs accurata:

vt patet in Actis S. Euplij M.

** MSS. nouies*

qui vltrò ſe audientiæ Conſularis obtulit,

ſacra ſcripta deferens,

ac legens,

Matth. 5. 10

Marc. 4. 11

Luc. 9. 23

Ioan. 6. 35

de in publicè eadem, quæ in ſecretario confeſſus,

A res? B. Euplus reſpondit: Habui. Caluiſianus Conſularis dixit: Et vbi ſunt? Cui B. Euplus reſpondit: Apud me ſunt. Caluiſianus Conſularis dixit: Habes eas? B. Euplus reſpondit: Habeo. Caluiſianus Conſularis dixit: Torqueatur Euplus, quoad vſque confiteatur ſe deos veros omnipotentes adorare ..... Tunc Caluiſianus audiens hæc, irâ commotus, iuſſit eum ampliùs torqueri. Et dum diutiſſimè torqueretur, ſuſtinuit certamen orthodoxæ fidei. Tunc Caluiſianus impius Conſularis ſententiam dedit, dicens: .... Euplium, quia ſcripturæ impietatis ab eo oſtenſæ ſunt, iubeo iudicio noſtro gladio interfici. Tunc B. Euplus gratias egit Domino noſtro Ieſu Chriſto, quòd aduenisſet tempus coronam accipiendi. Eunte autem eo cum gaudio, omnis plebs veſtigia eius ſequebatur, admirantes fortitudinem animi eius. Ipſum autem refouente gratiâ Chriſti, vultu fulgebat, & lætus præſumpto animo ambulabat, quaſi pergens ad nuptias.

ſæpius torſus,

ad mortẽ, vt ad nuptias, lætus abiit:

22 *Conferat nunc, qui volet, eadem ex Metaphraſte edita à Lipomano & Surio Acta; & perſpiciet, quàm ea lacinioſa, imò ineptè coagmentata, additis non ſolùm tormentorum variis generibus, ſed & plurimis miraculis. Vel ipſa Euplij comprehenſio, ac prima quæſtio, quàm frigida! Commemorato* B Pentaguri *cuiuſdam in Siciliam vrbemq; Catanam aduentu cum nouis Imperatorum edictis, de Caluiſiano (quem cùm Acta Latina* Conſularem *appellent, ipſe ſolùm* in eâ vrbe Præſidem *fuiſſe ait, inq; eo præſidatu à Pentaguro confirmatum) iſta deinde ſubdit:* Intereà Caluiſianus à patre ſuo diabolo elatus, & impiis edictis Imperatorum confiſus, magnoperè intumeſcebat, ingentes ſpiritus & ſuperbiam præſeferens. Vocatis igitur miniſtris, Agite, inquit, vos, exite ad vrbis plateas & finitimas regiones, ac ſi quem inueneritis qui Chriſtum confiteatur, vinctum ad me ducite. Si enim hoc feceritis, vobis annona & victus publicè ſuppeditabitur: ad hæc honores multos à me percipietis.

quem ait Metaphraſtes apud Caluiſianum ſolius Catanæ Præſidem

23 Cùm hæc ille diceret, vnus ex eorum numero qui illi adſtabant, Eſt, inquit, in hac vrbe homo quidam, Euplius nomine, librum ſecum habens, quo populos & multitudinem ipſam circumuenit, affirmans magnum eſſe Deum Chriſtianorum. His auditis, valdè perturbatus eſt Caluiſianus, & ait: Adducite vinctum ad me hominem iſtum, adducite. Statim ſatellites per vrbis platea Euplium perquirentes, inuenerunt eum in cellulâ quadam morantem, & Dei Euangelium docentem. Quem ſubitò comprehenſum, manibus poſt terga colligatis, ad Caluiſiani Præſidis tribunal adduxerunt. Tunc impius & nefarius Caluiſianus, C cùm ambas eius manus & pedem alterum ad ipſius genu colligari feciſſet, Tune, inquit, es deorum noſtrorum deſertor, & Imperatorum contemptor, qui neque ipſorum edictis obtemperas, neque præpotentes deos adoras? *&c.*

accuſatũ.

eius iuſſu perquiſitum &c.

24 *Adeóne Græcorum admirator, & Metaphraſtæ amicus eſt quiſquam, qui hæc præ Latinis, quæ retulimus, vera & legitima eſſe Acta putet? An non idem in S. Agathæ geſtis ſuſpicari poſſumus factum ab eodem Metaphraſte eiuſue amanuenſibus? addita, inquam, eſſe ex ipſorum ingenio, quæ in Latinis non habentur? Quamquàm preſsiùs aliquantò Latinis inhæſêre hîc, quàm in Euplio, & quæ addita ſunt, ex parte ſumpſêre ex S. Methodij oratione, vt poſteà dicemus, & Methodio fortaſsis antiquioribus Græcis Actis, quæ dabimus.*

ſic fortè S. Agathæ Acta interpolata.

25 *Verùm quàm à Metaphraſte plenam omnino non habent Acta hæc auctoritatem, nanciſcantur oportet à Menologiis aut Menæis, ſeu ſacrarum precum libris, quibus in Diuinorum Officiorum celebratione Græcæ Eccleſiæ ab omni retro memoriâ vtuntur. Nam ab antiquiſſimis Patribus, Charitone, Euthymio, Theoctiſto, Sabba, aliiſq;, compoſita traditaq; eſſe quæ in iis concinuntur, ex iiſdem Wangneretkij Prolegomenis liquet. Multa ſanè ab illis vſurpata, ac fortè compoſita, Patribus, ſed & multa ab aliis haud æquè antiquis, quorum aliqui S. Methodio, quem diximus, coæui fuêre. At ſeries integra Menæorum nuper admodùm; non eorum eſt æuo digeſta. Quippe quæ etiam hymnos exhibeant à Philotheo compoſitos Conſtantinopolitano Patriarchâ ſchiſmatico, imò & hæretico, qui circa annum Chriſti* CIↃCCCLXII *eam tenuiſſe Sedem traditur, vt in iiſdem Prolegomenis nu.* 28 *annotatum. Nonne eximia eſt ab illâ antiquitate, ſcriptoriſq;, religione commendatio? Quia tamen iiſdem Menæis, etiam qui Romanæ Eccleſiæ reconciliati ſunt Græci vtuntur, & nouum Antologium Arcudij dicitur à Clemente* VIII *approbatum, quod eſt Menæorum veluti breuiarium quoddam; nos ea nullo modo reſpuimus. Sed quod inde ſumptum eſt, negamus antiquis Latinis Actis præferri oportere, imò vel comparari cum iis poſſe: præſertim cùm hæc in omnibus Latinis Eccleſiis ſoleant ab immemorabili æuo recitari: & quæ nunc quoque in Breuiario Romano leguntur feſto S. Agathæ propriæ antiphonæ, ex iiſdem ſint Latinis Actis concinnatæ, vti & Lectiones.*

Qua in Menæis habentur,

partim ab antiquis PP. accepta.

AVCTORE I. B.

D *partim à neotericis, etiã ſchiſmaticis, conſcripta:*

Acta Latina recitata in Latinâ Eccleſiâ,

26 *Nam quòd Siciliam, ipſamq; præſertim Catanam, Græcam fuiſſe aiunt, ideoq; Græca præ Latinis ſtatuenda, nihil ponderis habet. Primùm, id ſi ita eſt, proferant S. Agathæ Acta Græcè eo tempore ſcripta, vt nos Latina. Menæa ad Siciliæ antiquæ Eccleſias nil ſpectant, quæ ſemper Romanis vſæ ritibus, vtpote ab Romano pendentes Pontifice, vt ex S. Gregorio & aliis Patribus liquet. Eſto, græcizauerint fortaſsis aliquantùm, cùm, Occidentali extincto imperio, Græcis paruerunt Imperatoribus, aut cùm à Saracenis occupatâ inſulâ, ad* E *Græcos plurimi confugêre, atque ab iis diu auxilium fruſtrà expectauêre. At S. Agathæ tempore Græcè locutos promiſcuè Siculos omnes qui probant? An quia ab Græcis orti, & Græci appellati? Eâ ratione plures in Italiâ vrbes, quaſdam in Galliâ & Hiſpaniâ, ab Græcis conditas, Græcum ad ea tempora retinuiſſe ſermonem, eoq; nunc in Actis Sanctorum qui illic vixêre, inq; ceteris monumentis, vt legitima habeantur, recurrendum probauerint; haud ſanè aſſentientibus nobis. Nam cùm Romani Latinæ linguæ vſum in Africam ac Hiſpanias, vltimamq; Galliarum Belgicam noſtram, atque ipſam adeò Britanniam orbe toto ſubmotam, inuexerint; quid de Sicilia cenſendum, priùs multò connexâ fœderibus cum populo Romano, toties tot exercitibus tam diuturno tempore vel domitâ, vel defenſâ, ab tot Romanis Prætoribus* 10 *ferè per annos ante S. Agathæ ætatem adminiſtratâ? Quid, quòd vrbium quarumdam habitatores Campani? Coloniæ præterea multas in vrbes, ac nominatim Catanam ductæ, an illicò dominantis Vrbis ſermonem abdicarunt?*

nec promiſcuè Græcè locuta tempore S. Agathæ,

27 *Sed quid his opus argumentis, cùm S. Euplij, vti ex præſidialium notariorum publicis tabulis tranſſcripta ſunt, Acta* Latina *habeamus? Vnde conficitur, in iudiciis ſaltem Latinam linguam viguiſſe, atque apud honoratiores qui iudiciis aderant, etſi plebs, pauciq; alij priuatim primigenium idioma retentaſſent: vti videmus ab Hibernis, auerſantibus Anglorum & dominatum & linguam, factitari, & in Germaniæ magnæ atque Illyrici prouinciis quibuſdam, vbi Teutonicus ſermo* F *penitùs in vrbibus ac nobilium familiis inoleuit, agreſtibus adhuc Sclauicè loquentibus. Sed ne id quidem Catanæ habuit locum, ſi verum eſt, quod ad annum* 254, *nu.* 15 *idem ſcribit Inueges. Ait enim quæ in tabellâ, quam Angelus intra S. Agathæ ſarcophagum recondidit, inſcripta dicuntur, non niſi hoc litterarum compendio expreſſa fuiſſe: M. S. S. H. D. E. P. L. Atqui & ciues Catanenſes & accolæ pagani intellexerunt,* mentem ſanctam, ſpontaneum honorem Dei, & patriæ liberationem *ſignificari: Latinè igitur ſciebant: neque enim mentio fit interpretis, qui latentia myſteria explicârit. Sítne tamen iis litteris illa efformata epigraphe, haud poſſum aſſeuerare: vtor auctoris Græcæ linguæ vſum eo æuo Siciliæ vindicantis confeſsione.*

vt patet ex Actis S. Euplij,

& S. Agathæ epitaphio.

28 *Hæc porrò Latina Acta olim à Bonino Mombritio edita, cum* XVI *exemplaribus MSS. contulimus; videlicet, quod Ioannes Vlimerius ad S. Martinum Louanij Canonicus regularis olim ſuâ manu deſcripſerat, quod Capuâ miſit Silueſter Aioſſa, Monaſterio-Weſtphaliæ Stephanus Sekenckingius, Cæſaris-inſulâ Ioannes Wilmius ibidem Eccleſiæ S. Suiberti Decanus ex antiquiſſimo codice; itemq; è MSS. Eccleſiarum S. Audomari, S. Martini Vltraiecti, S. Mariæ-maioris Romæ, PP. Oratorij ibidem, quod à Card. Baronio citatum; monaſteriorum Rebdorfenſis in Germaniâ, S. Maximini Treuiris, S. Martini*

Vnde hîc edita Latina Acta?

AVCTORE I. B.

A *tini ibidem, S. Mariæ Boni-fontis in Gallicâ, Marchianenſis in Belgio, Hoſpitalis S. Nicolai inxta Cuſam, Domus profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpiæ. Plura erant in promptu apud amicos exemplaria, quæ adire minimè neceſſarium duximus, quandoquidem exordio ac fine cum pleriſque horum conuenirent.*

§ V *S. Agathæ Græca Acta, antiquiora Metaphraſte.*

triplicia Acta Græca:

29 VT *Græcis S. Agathæ Actis (quæ ſolùm antèa contendimus potiora Latinis multò antiquioribus haberi non oportere) ſuum etiam honorem reddamus, triplicem de eâ conſcriptum Græcè commentarium proferemus: primùm Græca Acta, Latinis aliquantò ſtrictiora, ab incerto auctore compoſita, depromptaq; è ciuitatis Meſſanenſis tabulario; dein quæ pridem in manibus ſunt, ſub nomine Metaphraſtæ; ac demum S. Methodij Patriarchæ Conſtantinopolitani in eam panegyricum ſermonem. Quæ quidem ſi ad ſcriptorum ætatem ordinandæ eſſent, Metaphraſtæ, vtpote Methodio iunioris, illius Orationi poſtponeremus incubrationem. Sed vt ipſa inter ſe Acta, cumq; Latinis comparari ab lectoribus queant, ea coniunximus: Methodij verò quia non ſimplex eſt narratio, ſed omnibus rhetorum pigmentis artificioſè exornata, eam in poſtremum locum coniecimus. Et de Methodio quidem ipſo agemus ſ ſeptimo, deq; hac eius oratione.*

B

priora ex MS. Meſſanenſi.

30 *Priora autem Acta Græca accepimus Catanâ, ex vetuſto codice Meſſanenſi fideliter deſcripta, vti ex Meſſanenſis & Catanenſis Senatus teſtimonio, quod ſubiiciam, conſtat. Et ſunt quidem illa nitidè ſatis exarata, non abſque tamen aliquibus contra orthographiam mendis; ſed quæ nihil ſenſum perturbent. Teſtimonium prius ita habet:* Senatus nobiliſſimæ vrbis Meſſanæ, ac almi ſtudij eiuſdem vrbis magnus Cancellarius, fidem facit ac teſtatur, in recondito ſuo theſauro (vbi aſſeruantur autographa Romanorum Conſulum, Imperatorum, ac Regum Siciliæ priſca priuilegia, atque etiam complura Græca Latinaque manuſcripta volumina tum ſacra tum profana) fuiſſe Inuentam Vitam Virginis Agathæ, eiuſque exemplar fuiſſe tranſmiſſum ad Illuſtriſſimum Clariſſimæ vrbis Catanæ Senatum, tamquàm pretioſiſſimum theſauri donarium, vt in Catanenſis curiæ ſenatoriæ archiuio pariter reconditum aſſeruetur: quippe in eâ Vitâ dilucidè exprimitur vera & genuina beatæ Virginis Agathæ patria. Huius igitur noſtri priſci autographi MS. epigraphe hæc eſt: Βί@ τῆς Ἁγάθης παρθένυ. Hiſtoria verò ſic ait: Βασιλεύοντ@ Δεκίυ Καίσαρ@, ἡγεμονεύοντός τε τῆς Σικελίας Κυντιανῦ, πρὸς τὸν καλούμενον χερσιανὸν πικρῷ θανάτῳ παραδίδοσθαι. τότε πίνην πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἀποθανεῖν γενέσθαι παρεσκεύησαν, καὶ ἡ μεγαλόφρων ἁγία Ἁγάθη, πατρίδ@ μὲν Κατάνης, γονέων ἐπισήμων καὶ λαμπρῶν ὑπάρχουσα. Ἀυτὴ πάντων καταφρονήσασα, εἰς τὸς ὑπὲρ χερσῦ ἀγῶνας ὡπλίζετο. Περὶ ἧς καὶ πρότερον ἔτυχεν ἀκούσας ὁ ἡγεμὼν Κυντιανὸς, ὡς καλὴ καὶ εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ τὰς ἄλλας πρόσθεν νενίκηκε, καὶ αἰτίαν ἐπιτίθη συλλαβῶν τὴν παρθένον, καὶ τὸ δοκῦν αὐτῆς ἐπιτελέσας. ἑυρων δὲ πρόφασιν τὸ ἀσεβὲν πρόσταγμα, ὡς χερσιανὴν αὐτὴν συλλαβεῖν προσέταξε τοῖς δημίοις, ἐξω Κατάνης ἐν πανόρμῳ διαλείβουσαν ποιουμένην. Quæ verba illicò tradita fuêre Admodùm Reuerendo Patri Hortenſio Scammacca Leontino Societatis Ieſu Sacerdoti, ſacræ Scripturæ profeſſori, omniſque eruditionis Græcæque linguæ in noſtro Meſſanenſis collegij gymnaſio, atque etiam Panormitano, peritiſſimo, qui illa ſic in Latinum expreſſit: Vita B. Agathæ Virginis. Imperante Decio Cæſare, Præſide autem Siciliæ Quintiano, exiit edictum, vt qui Chriſto nomen dediſſet, crudeli morti traderetur. Tunc autem ad pœnas multi quidem atque alij ad mortem obeundam ſe compararunt: magnanima etiam Virgo S. Agatha in patriâ quidem Catanâ nobilibus illuſtribuſque parentibus orta: hæc cùm omnia deſpexiſſet, ad certamina pro Chriſto ſubeunda armata fuit. De quâ cùm priùs forte audiiſſet Præſes Quintianus, quòd pulcritudine & nobilitate & diuitiis longè alias ſuperaret, & cauſſam componere ſtuduit, vt Virginem in manibus haberet, & ſuum de illâ decretum perficeret. Nactus autem prætextum, id eſt, impium Decij Imp. edictum, iuſſit ſatellites illam, quippe Chriſtianam, comprehendere, cùm extra Catanam Panormi ea moram faceret &c. Vnde prædictæ fideliſſimæ deſcriptioni eiuſdem priſcæ quidem (vt coniici poteſt ex vetuſtate characterum & fumoſarum attritarumque paginarum) hiſtoriæ, tamquàm autenticæ & fide dignæ indubia poteſt præſtari fides. In quarum rerum teſtimonium noſtro ſolito vrbis ſigillo has præſentes in pede munitas dedimus. Meſſanæ die XXIII Aprilis, XI Indict. CIↃ IↃCXIII.

C

eorum exordium,

Franciſcus Coſta pro ſecr.

D

Appoſitum erat ſigillum vrbis: in cuius circumflexu, ſeu περιφερείᾳ iſta habentur. ✠ S. P. Q. R. DECRETO MESSANA NOBILIS ET REGNI CAPVT.

31 *En alterum clariſſimæ vrbis Catanæ teſtimonium:* Senatus Clariſſimæ vrbis Catanæ fidem facimus ac teſtamur, ſupradictum exemplar Vitæ S. Agathæ Virginis & magnæ Chriſti Martyris, apud nos ortæ ex nobilibus illuſtribuſque parentibus, fuiſſe & eſſe fideliter exſcriptum ex autographo, olim reperto in theſauro & muſæo Nobiliſſimæ vrbis Meſſanæ, quod ab eius Illuſtriſſimo Senatu anno CIↃ IↃCXIII fuit cum literis fide publicâ ſubſcriptis ad nos tranſmiſſum, noſtroque iuſſu illud fuit inſertum magno codici, in quo ſunt deſcripta priſca Romanorum Pontificum diplomata ac Bullæ, regiaque omnia priuilegia, ac rerum noſtrarum memorabilium antiqua monumenta, quæ ſummâ cum diligentiâ in recondito archiuio aſſeruantur. Ideoque præſcripto exemplari tamquàm autentico omnimoda eſt adhibenda fides. Et in teſtimonium præmiſſorum has præſentes fieri fecimus ſub magno noſtri Senatus ſigillo, manuque noſtrâ ac magiſtri Notarij Principalis ſubſcriptas, Datas Catanæ die primo Maij, IV Indict. milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo primo.

eadē Catanâ huc miſſa, cum atteſtatione Senatus:

E

D. Alphonſus Paternò Iuratus.
D. Hyacinthus Tudiſcus Iuratus.
Don Ioſeph Maria à Valle Iuratus.
Don Franciſcus Ramondetta Iuratus.
Don Hyacinthus Paternò Iuratus, Eques ord. Alcantaræ.
Don Cæſar Anſalone
maior Mag. Notarius Principalis.

F

Appreſſum erat magnum vrbis ſigillum.

32 *Vel in paucis, quæ teſtimonio Meſſanenſium inſerta ſunt, Græcis verbis perſpicere eſt, quod antè diximus, mendosè quædam ſcripta, vt plerumque etiam vetuſtiſſima Latina exemplaria omnigenarum Vitarum. Nam, vt alia omittam,* ὡπλίζετο *pro* ὡπλίζετο, ἑυρων *pro* ἑυρών, ἀσεβὲν *pro* ἀσεβὲς, *poſita, & initio omiſſum* ἐξῆλθε πρόσταγμα *aut quid ſimile. Deindè* ποίνην, *quod pro* ποινήν, *aut* εἰς ποινὴν *ſumit ille interpres, nos pro* πίνυν *perperàm ſcriptum remur: itaq; accepit Conſtantinus Laſcaris:* Tunc autem, *inquit*; ad præſens multi quidem & alij ad mortem obeundam ſe compararunt, magnanima etiam Virgo *&c.*

mendæ in ijs contra orthographiam.

33 *Nam eam Vitam vir ille doctiſſimus Latinè integram vertit, ſeu Meſſanæ repertam, ſiue aliunde eò allatam:* morti *enim* proximus copioſam ſelectamque, quam ſibi magno ſtudio comparauerat ex Græciâ, bibliothecam publico Meſſanenſium vſui teſtamento legauit; *vti teſtatur Paulus Belli è Societate Ieſu doctus vir & grauis, ad calcem libri quem* Gloriam Meſſanenſium *inſcripſit, ſeu* Diſſertationem de Epiſtolâ B. Mariæ Virginis ad Meſſanenſes, *vbi ad retundendam cuiuſdam, quem Ariſtarchum appellat, iniquitatem & acrimoniam, ex profeſſo Elogium contexuit eiuſdem Laſcaris. In hoc eum ſcribit illuſtri ortum gene-*

Latinè redditum ab Hortenſio Scammaccâ:

vertit ea Conſtantinus Laſcaru,

re,

A re, occupatâ à Turcis Conſtantinopoli, in Italiam, vt plures alios, profugiſſe, vbi tum ne nullus illi fructus eximiæ ſuæ eruditionis conſtaret, tum vt haberet fortaſſis quo vitam in exilio ſuſtentaret, docere iuuentutem litteras, Græcas præſertim, inſtituit. Quo in munere Mediolani per annos aliquot honorificè verſatus, ac poſt Neapoli; demum Meſſanam circa annum CIↃ CCCCLXV *venit: vbi multos præſtantes habuit diſcipulos, inter eos Petrum Bembum, Patricium Venetum, qui poſteà S.R.E. Cardinalis fuit. Eius extat duplex de Magiſtro ſuo Laſcare encomium; prius Epiſtolarum familiarium lib.* I *ep.* 4 *vbi ad Bernardum Bembum patrem ita ſcribit* III *Kal. Iunias* MCCCCLXXXXII: Decimo die Siciliam tetigimus nauſeantes. Sed abſterſit nobis omnem moleſtiam Conſtantini Laſcaris humaniſſima congreſſio. Qui nos excepit libentiſſimè, & liberaliter eſe pollicitus: idque præſtat. Erudiuntur enim mirâ ipſius diligentiâ, tum amore propè paterno. Omnino nihil illo ſene humanius, nihil ſanctius. *Agebat tunc Bembus annum ætatis viceſimum ſecundum aut tertium. Qui deinde anno* CIↃ IↃ XXXVI, *triennio antè quàm à Paulo* III *in collegium Cardinalium cooptaretur, ad Franciſcum Maurolycum ſic ſcripſit lib.* 6. Nam & illius temporis, quo Meſſanæ Græcorum ediſcendis litteris fui, omnibus aliis, quæ deinceps vixi, temporibus non iucundioris modò, ſed certè etiam*

B *fructuoſioris; & Conſtantini Laſcaris, optimi ſanctiſſimique viri, qui me erudiit, memoriam ad meos ſenſus atque animum ſuauiſſimâ commemoratione reuocatam excitaſti.*

vir doctus & pius.

à Petro Bembo Card. diſcipulo ſuo laudatus;

34 *Ab laudatiſſimo diſcipulo hunc in modum laudatus Laſcaris, ſcripſit nonnulla, quæ recenſet Bellus, & vertit è Græco plura, interq; hæc S. Agathæ Vitam. Nec vnam eam fortaſſis, cuius iam initium recitauimus, ſed (ſi vera narrat Inueges) etiam aliam quæ Metaphraſtæ vulgò tribuitur. Exſtat ſanè quidem illius, quam Græcam nacti ſumus, à Laſcare adornata interpretatio Meſſanæ. Ait tamen Inueges ad annum Chriſti* 234 *nu.* 24, *pag.* 211, *illud ipſum Paſſionarium Græcum Meſſanenſe à Laſcare verſum, hodie aſſeruari in archiuo ſenatus Panormitani, in eoq; iſta legi:* B. Agatha in ciuitate Panormitanâ nata. *Vnde ſubolere ſibi fi audem minimè dubiam ait, ſed eam alibi quàm Panormi compoſitam. Nam in memoriali, quod Marianus Valguarnera Clementi* VIII *obtulit, iſta haberi:* Græcum codicem habemus Meſſanæ: vnde ad nos Vitâ deſcriptâ, & publico vrbis ſigillo obſignata miſſa eſt. *Verùm Bellus, (cui meritò plurimùm tribuimus, viro ſapientiſſimo, & ad neutrius partis defenſionem obſtricto) is ergo quod alij* Panormi natam *Agatham aiunt, idque ab Laſcare ſcriptum, falſiſſimum eſſe ait, ſed* oriundam Panormo, *ſcripſiſſe Laſcarem. Atqui illa in eâ Vitâ, de quâ hîc agimus, non extant, ſed in Metaphraſte. Neque ſanè nouum eſt duas vnius Sancti Vitas, ab diuerſis ſcriptas auctoribus, in luculentâ extare bibliothecâ, ac ſæpè in*

C *vno eodemq; codice. Exempla multa liceret huius rei proferre vel ex iis Vitis quas in Ianuario è Latinis Græciſq; MSS. edidimus, atque in Februario quoque. Suſpicari ergo liceat, illam à Metaphraſte ſcriptam Vitam, & fortaſſe ab Laſcare verſam, fuiſſe Valguarneræ ætate è Meſſanenſi codice aliquo deſcriptam, & ad illum miſſam. Alteram, quam antiquiorem Metaphraſte putamus, videntur Senatus Meſſanenſis litteræ tunc inuentam innuere, cùm eſt ad Catanenſes miſſa, ſub annum ſcilicet* CIↃ IↃ CXIII *Chriſti. Eam nobis coniecturam, de vtraque Vitâ eiuſdem nobiliſſimæ ciuitatis, ſed vario tempore perſcriptum, teſtimonium perſuadet. Priuatis litteris nos idem Bellus edocuit, Vitam illam in tabulario Meſſanenſi extare, ſed non vt ab Inuege citatur: Græcam verò Metaphraſtæ, in bibliothecâ monaſterij ſancti Saluatoris Baſilianorum Meſſanæ.*

qui fortaſſis & Metaphraſta Acta verſit;

ea certè citantur,

olim ex Meſſanēſi MS. deprompta:

iſta alia poſteriùs inuenta,

35 *Ea porrò Vita, quæ poſteriùs prolata, nobis dictè, perſpicuè, grauiter ſcripta videtur, certamq; præferre antiquitatem. Imò, niſi nos fallit coniectura, compoſitam arbitramur ante ipſius etiam S. Methodij ætatem, eo ſortè tempore, quo ſub Conſtantinopolitanis Imperatoribus Sicilia fuit: ſeriùs tamen quàm Latina Acta, quæ diximus haud diu poſt S. Agathæ martyrium ſcripta. Auctor Græcæ Vitæ videtur Siculus fuiſſe, aut apud Siculos habitaſſe, ſi non etiam Catanæ; cùm ſub finem iſta habeat: παυσάμενον δὲ (τὸ πῦρ) ἡμέρᾳ πέμπτῃ τῶ αὐτῶ μηνὸς, ἐν ᾗ πελῶμεν τὴν ἑαυτῆς παγεύφημον ἑορτήν.* repreſſus (*ignis*) quintâ eiuſdem menſis die, quâ celeberrimam eius ſolennitatem agimus. *Hanc Vitam, quia Laſcaris interpretationem integram non acceperamus, vertimus ipſi; ſed quàm fieri potuit proximè Græca exprimendo.*

agregiæ:

quando & vbi ſcripta?

Auctor. I.B. D

§ VI *S. Agathæ Acta per Simeonem Metaphraſten.*

36 *Circiter annum Chriſti* IↃCCCLXVII, *quo imperium Baſilius Macedo occupauit,* XX *autem poſt S. Methodij Patriarchæ deceſſum annis, natus eſt Conſtantinopoli Simeon Metaphraſtes, qui Conſtantino Porphyrogenito imperante præclarum opus de Sanctorum rebus geſtis, inter aulicas occupationes, aggreſſus eſt. Multa in eius laudem, operiſq; commendationem, retulimus in Præfatione generali ad Acta Sanctorum, menſi Ianuario præfixâ, cap.* I § 3. *Quibus addi illud poteſt, quod in Concilio Florentino ſeſſ.* 7 *de eo dixit Andreas Coloſſenſis, ſiue Rhodi, Archiepiſcopus, Græcos alloquens:* κἀκεῖνα ἀναγνωσθήτω ἐκεῖνα, ὃν ὑμεῖς ἑκάστοτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγινώσκετε, τὸν Συμεὼν λέγω τὸν Μεταφραστήν. Et primùm legatur ille, qui à vobis quotidie legitur in eccleſiis, Simeon, inquam, Metaphraſtes. *Quod multò honorificentiùs effertur in Latina editione Concilij, ipſiſmet (vt opinor) Andreæ Archiepiſcopi verbis, cùm iam relata, videantur fuiſſe Græci interpretis:* Inprimis igitur, *inquit,* Simeon Metaphraſtes, veſtris in Eccleſiis celeberrimus, accedat. *& poſt pauca:* Ex huius Sancti ſententiâ, præſtantiſſimi Patres, apparet, Spiritum ex Filioque procedere, quemadmodùm Romana Eccleſia profitetur verum eſſe.

Simeon Metaphraſtes.

E *vir celebris*

& ſanctus.

37 *Hic ergo Sanctæ quoque Agathæ Acta deſcripſit, eadem ferè quæ in Latinis continentur, verum ſuo more interpolata, quibuſdam fortaſſe ſumptis ex eâ Vitâ, quam diximus è Meſſanenſi codice deſcriptam. Quid ſi & S. Methodij orationem legit, & nonnulla inde quoque delibauit, vti S. Patapij ſcribit, geſta & miracula ex S. Andreæ Cretenſis priori in eum oratione expreſit? Cùm primùm Meſſanenſem illam Vitam aſſexi, iiſdem, quibus altera Metaphraſtæ, verbis ordientem, addubitaui, an non ipſamet eſſet Metaphraſtæ lucubratio, ſed aſſutis quibuſdam, vt fit ſubinde à tranſcribentibus, amplificata. At legendo deprehendi, ſuccinctiorem plerumque eſſe. Quid ſi ergo contracta è Metaphraſte? inquam. Id ne putarem, ſtylus fecit, planè diuerſus à Metaphraſtæ, licet verba ſubinde ſint eadem.*

S. Agathæ Acta deſcripſit,

38 *Re igitur totâ ſedulò mecum expenſâ, ita ſtatuo; eam*

F *quæ Metaphraſtæ nomine vulgata eſt, hinc potiùs expreſſam & ex Latinis Actis, ſiue ipſius ſtylo Metaphraſtæ, ſeu cuiuſpiam ſcribæ, ex eorum numero quos antèa ex Pſello ac Wanguereckio retulimus, partim excepiſſe quæ vel ille dictabat vel deſcribi è vetuſtis membranis iubebat, partim quæ deſcripta ab aliis erant, recognouiſſe, & ſicubi opus erat mutaſſe. Nam quatuor ferè commentariorum genera in iis voluminibus quæ Græcas Sanctorum Vitas continent, extare deprehendimus. Primum eſt eorum, quæ ſunt ex antiquioribus ſcriptoribus, ipſiſmet eorum verbis, accepta, adſcripto quandoque auctoris nomine, vel vſpiam in contextu orationis expreſſo, ſæpè etiam omiſſo. Et quas eiuſmodi reperimus Vitas, ita ferè citamus:* Auctore illo vel illo, vel auctore anonymo, apud Metaphraſten. *Hiſce tamen ipſis Vitis interſerit ipſe quandoque nunc Imperatorum nomina, nunc notam aliquam temporis; neque ſemper ſubinde rem tangit: aliàs veterum lucubrationibus ſubiicit ſuas, non par tamen pondus habentes. Cerni id poteſt in S. Simeonis Stylitæ Vitâ die* V *Ianuarij, cuius prior pars tota eſt Theodoreti, qui ante Sanctum ipſum mortuus, cetera à Metaphraſte adiecta.*

ex prioribus Actis:

ſcriptorum eius 4 genera;

1 certorum & probatorum auctorum,

paullùm interpolata;

39 *Alterum genus Vitarum eſt, quas ipſe totas vel ſcripſit vel dictauit: & ſunt ex ſplendidè, grauiter, ornatè compoſitæ, vt viri diſertiſſimi ſanctiſſimiq; fœtum agnoſcas. Atque ab hoc potiſſimùm opere* Μεταφράσεως, *id eſt* Interpres, *ſine* Tranſlator

2, quæ ab ea expolita.

Avctor. lib. B.

lator *dictus videtur; qui alioquin apud Græcos historicos vulgò* Logotheta *appellatur, ab eâ, quam in rep. gerebat, dignitate. Tertium genus eius scribæ elaborarunt, & ipsi quoque eleganti stylo præditi, probatiq; sapientissimo illi viro: non tamen eâ eruditione & notitiâ antiquitatis, vt non multa fuerit ipse emendaturus, si tantum ei superfuisset otij, vt recognoscere omnia posset. Quartum denique planè adiectitium est genus Vitarum, quas videlicet, alibi repertas, posteri ad volumina Metaphrastæ addiderunt, ipsi fortè nec visas, nec, si vidisset, probandas omnes. Hoc quàm latè pateat genus, quæue ad illud pertineant, non vsquequaque facile est definire: cùm multæ fuerint fortasis eius sumptu collectæ aut etiam descriptæ, vt postmodùm recenserentur suo suorumue studio, quod tamen fieri deinde non potuerit.*

3 quæ ab eius scribis, 4 planè aliunorũ:

40 *Nunc exigi illud à nobis video, vt quâ in classe hæc S. Agathæ Acta locanda sint pronuntiemus. In secundâ aut tertiâ. Sunt enim vel ipsius stylo Simeonis vel eius scribarum expolita. Stylus satis declarat, ex eâ deprompta esse officinâ: sed cur eius operâ potiùs, quàm, qui ei famulabantur, scribarum, elaborata affirmemus, nihil est.*

S. Agatha, 2 vel 3 generis:

41 *Hæc autem Acta Latinè olim vertit Gentianus Heruetus, edidit Aloysius Lipomanus, atque ex hoc Laurentius Surius. Aliud nos Græcum exemplar è bibliothecâ Christianissimi Regis nacti sumus, quod in Latinum ante biennium transtulit, nitidè iuxtà ac fideliter, Ioannes Dauid Henxtouius Antuerpiensis, Ioannis Fortunati Henxtouij medici clarissimi filius, XV tunc natus annos, sed poëticis rhetoricisq; studiis, ac Græcis litteris, supra ætatem insigniter imbutus. Nos versionem eius cum autographo accuratè contulimus, ne quis ansam cauillandi arripere posset, Notasque more nostro addidimus. Plura alibi, Romæ præsertim atque in Siciliâ, extare Græca exemplaria feruntur; sed, vt fidem faciunt quæ inde citantur, huic vt plurimùm congruentia.*

vnde hic edita:

B

translata à Ioanne Dauide Henxtonio:

42 *Nunc faciendum videtur, vt quoniam Metaphrasten censemus priora Græca Acta secutum, addidisse ad ea quædam, alia amplificasse aut mutasse, id vtrorumque Actorum conferendis locis aliquot comprobemus. Plenius sibi lector vtrorumque collatione satisfaciet, si quando Græca integra edamus in lucem. Quod igitur Messanensia Acta simpliciter dicunt,* Ἡγεμονεύοντός τε τῆς Σικελίας Κυντιανοῦ, Et Quintiano Siciliam regente; *id Metaphrastes eruditè amplificat:* Ἡγεμονεύοντος δὲ Κυνδιανοῦ τῆς Σικελῶν νήσου τῆς Ἰταλῶν ἐπαρχίας. Quintiano verò Siciliam insulam, ad præfecturam Italiæ pertinentem, administrante. *Fortasis paullùm ante Metaphrastæ ætatem, priusquàm insula amitteretur, qui eam gubernabat, obtemperabat ipse tamen ei qui reliquias Imperij in Italiâ tenebat. Sed verisimilius est, respexisse virum doctum ad veterem Notitiam Imperij, in quâ* Sub dispositione viri illustris Præfecti Prætorio Italiæ, diœceses *erant,* Italia, Illyricum, Africa. Prouinciæ Italiæ decem & septem: Venetiæ. Æmiliæ .... Campaniæ. Siciliæ. Apuliæ & Calabriæ. Lucaniæ & Brutiorum ... *Qui autem Siciliæ præerat,* Consularis *dicebatur, vnus è* XXII, *quos* in partibus Occidentis *eadem Notitia locat.*

collata cũ p. ioribus Actis Græcis;

C

alibi docte amplificata.

43 *Quod in Messanensi exemplari est,* πρὸς τὸν καλούμενον χειρωνὸν πικρῷ θανάτῳ παραδίδοσθαι. vt quicumque se Christianum diceret, acerbæ neci daretur; *amplificat alter, elegantiâ penè puerili:* ὥστε πάντα τὸν θρησκεύοντα τὴν εὐσεβῆ τοῦ θεοῦ θρησκείαν πικρῷ θανάτῳ παραδίδοσθαι. vt quicumque religiosum veri Dei cultum exerceret, acerbâ morte necaretur. *Omittit verò quod in altero habetur:* Tunc igitur & alij multi ad oppetendam mortem sese compararunt. *Tum illud,* Μεγαλόφρων ἁγία Ἀγάθη, πατρίδι μὲν Κατάνης, γονέων δὲ ἐπισήμων καὶ λαμπρῶν. Magnanima Virgo S. Agatha, cui patria quidem Catana, parentes verò clari & illustres; *ita partim corrigit, partim amplificat:* ἡ ὁσία καὶ μεγαλόφρων Ἀγάθη, ὁρμωμένη μὲν ἐκ τῆς Παυορμηλῶν πόλεως, ὄθνειμι δὲ καὶ λαμπρὸ γένους ὑπάρχουσα. Sancta & magnanima Agatha, ex Panormitanâ ciuitate oriunda, nobilissimis verò edita parentibus. *Quæ deinde sequuntur,* πάντων καταφρονήσασα, εἰς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνα ὡπλίζετο, res omnes aspernata, se ad certamina pro Christo armabat; *Metaphrastes priora amplificat, retinet vltima:* πατρίδος, γένους, δόξης, καὶ πάσης τῆς προσκαίρου ζωῆς καταφρονήσασα, εἰς τὸν περὶ Χριστοῦ ἀγῶνας ὡπλίζετο. patriam, genus, gloriam, & quidquid ad temporariam hanc vitam spectat, pro nihilo ducens, sese ad certamina pro Christo armabat.

D

nonnumquàm in speciem pugnãtia,

44 *Sequentia ita immutat, vt quæ in Messanensi codice indicatur caussa fugæ, eam vel reticeat vel obscuret. Messanensis codex ita habet:* περὶ ἧς καὶ πόλεμον ἔτυχεν ἀνελεῖσθαι ὁ ἡγεμὼν Κυνδιανὸς, ὡς καλεῖ, καὶ εὐγενείᾳ, καὶ πλούτῳ ταῖς ἄλλαις πρόσθεν νενίκηκε. De quâ cùm priùs inaudisset Quintianus Præses, longè eam pulchritudine, opibus, nobilitate ceteris præcellere *&c. At Metaphrastes:* Κυνδιανὸς δὲ ὁ ἡγεμὼν ἀκούσας περὶ τῆς ὁσίας καὶ ἀθλοφόρου Ἀγάθης, ὡς καλὴ καὶ εὐπρεπεστάτη τυγχάνουσα πάσας ὑπερβέβηκεν τὰς κατ' αὐτὴν *&c. Quæ ita ad verbum reddi possunt:* Quintianus verò Præses audiens de sanctâ & victoriosâ Agathâ, quòd pulchra & honestissima esset, & cunctas *&c.*

alibi mutata phrasis:

45 *Sed nihil attinet omnia prosequi. Solum id addam quod de Ætnæ profluuio sub finem memoratur; in Messanensi quidem MS. his verbis:* ἡ αἴτνη τὸ ὄρος πῦρ κατερεύσατο, καὶ καθάπερ ποταμὸς ἐρχόμενον πάντα καθέφλεγεν, καὶ κατελθὼν ἐμελλε πᾶσαν τὴν τῶν κατανεσίων πόλιν καταναίων πάλιν κατακαῦσαι. Ætna mons ignem eructauit; qui amnis instar effluens cũcta exurebat, & appropinquans, omnem Catanensium ciuitatem concrematurus videbatur. *Metaphrastes:* τὸ δὲ ὄρος ἡ αἴτνη πῦρ ἐξηρεύξατο, καὶ καθάπερ ποταμὸς μυκώμενον σφόδρα, ὅλως κατήρχετο διαλύων τοὺς λίθους ὥσπερ κηρὸν ἐκ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους, ὀφείλων φλέξαι καὶ ἀπολέσαι πᾶσαν τὴν τῶν κατανέων πόλιν. Ætna mons ignem euomuit, qui fluminis instar ingenti mugitu deuoluebatur, ab summo vertice lapides velut ceram dissoluës, ipsamque vrbem Catanensium correpturus ac penitùs consumpturus ignis videbatur.

E

quædam exaggerata.

Atque ex his satis perspicuum fit, Metaphrasten eiusue scribam aliquem solitâ suâ eloquentiâ, quæ pressius erant scripta, dilatasse, ac mutasse phrasim, verbis tamen quandoque iisdem retentis.

§ VII *S. Methodij Patriarchæ Constantinopolitani Oratio in S. Agatham.*

F

S. Methodius Patriarcha Constantinopolitanus,

46 TErnis hisce Actis orationem subiungemus S. Methodij: *non illius, quo de egimus* 11 *Februarij, in tractatu de Hypapante, Patarorum ac deinde Tyri Episcopi & Martyris, cuius complura extant opera; sed alterius, quingentis ferè & quinquaginta annis iunioris, aliquantò antiquioris Metaphraste, vti antea diximus. Fuit autem hic Methodius eruditione, pietate erga Deum, castimoniâ, zelo Catholicæ religionis, exilij aliarumq; ærumnarum perpessione, obitis legationibus, longè clarissimus: ac propterea, vt primùm è vitâ excessit Theophilus Imp. Reiq; publicæ, pro Michaële filio admodùm adolescente, gubernacula Theodorâ Augustâ suscepit; huius Procerumq; consilio, in patriarchalem thronum euectus est, Ianne deturbato, homine sacrilego, anno ineunte Æræ Christianæ* IↃCCCXLII. *Atque eius mox industriâ, quæ ante annos* CXX *à Leone Isaurico introducta Iconomachorum hæresis erat, ac non semel succisa, identidem pullulârat, radicitus euulsa est, vti plenius ad eiusdem Methodij Vitam* XIV *Iunij dicemus.*

multa scripsit,

47 *Scripta quoque illius prædicantur. Nam vt erat sanctissimis iuxtà ac sapientissimis viris Theodoro & Theophani arctâ amicitiâ coniunctus, ita & ingenij cultu par. Argumento sunt versus, quos per piscatorem ad eos remisit è sepulchro, cui cum duobus latronibus erat à Theophilo inclusus. Eos versus recitat Cedrenus. Menæa quoque* & doctis sermonibus & scriptis orationibus excisam ab eo Iconomachorum hæresim *tradunt. Extat apud Theodorum Balsamonem*

A *γ quorum quædam extant γ*

ſamonem einſdem Methodij ſanctiſſimi Patriarchæ conſtitutio *de recipiendis lapſis, ſiue* de iis qui abnegarunt per diuerſos modos & ætates. *Quæ conſtitutio, cum orationibus variis & ritibus aliis ad lapſorum receptionem pertinentibus, ab doctiſſimo Iacobo Goar in Euchologio Græcorum edita, notiſq; illuſtrata. Apud citatum Balſamonem aliud extat eiuſdem Methodij reſcriptum, aut canon* de ſegregationibus, *ſiue excommunicationibus, & quidem, vt ex titulo colligere eſt, monaſticis.*

48 *Edita ſunt à Iacobo Gretſero noſtro tomo 2 de Cruce, duarum orationum fragmenta, quarum vna eſt* aduersùs eos, qui dicunt, Quæ vtilitas Crucis? *altera* ad eos quos pudet Crucis Christi. *Præfert fragmentum vtrumque* Methodij Episcopi *nomen: quem hunc eumdem eſſe, non temerè fortaſsis liceat coniicere, vel ex his verbis:* Ἐντεῦθεν δὲ τῇδε βάσιλεῖς, πάσης πονηρᾶς ἐξεώς ὅπη σκεδασμῷ, τὸ σαυροειδὲς ὠνδελαμβάνεσθαι μηχάνημα, τὰ καλούμενα τῇ ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ βήξιλλα ἐμηχανήσαντο. *Quæ ita vertit Gretſerus:* Hinc Reges noſtri, ad diſſipandum omne malùm, figuram Crucis aſſumendam cenſuerunt, & vexilla, vt Latino ſermone appellantur, confecerunt. *Neque enim illa poſſunt exiſtimari ſcripta eſſe ab altero S. Methodio Tyri Epiſcopo, quandoquidem illius æuo Crucem adeò non efformabant in vexillis Imperatores, vt etiam omni contumeliâ ac probro perſequerentur. Et verò hic ſcriptor ſe in regiâ vrbe eam orationem habuiſſe ſcripſiſſeue oſtendit his verbis,* ὁι τῇδε βασιλεῖς ἐμηχανήσαντο, qui hîc regnauerunt Imperatores, confecerunt. *Fuit quidem & alius Patriarcha Methodius anno* MCCXLI, *ſed neque Conſtantinopoli, quam Latini tenebant, ſacris præſedit, neque eâ erat eruditione, vt hanc tam elegantem elucubrare panegyricam poſſet. Ita enim de eo ſcribit Georgius Acropolita cap. 42 Hiſtoriæ:* Ἐγένετο δὲ μεθ' αὐτὸν Μεθόδιός τις καλούμενος μοναχὸς, ἡγούμενος ὢν τῆς ἐν Νικαίᾳ Ταχύνθου μονῆς, ἀνὴρ αὐχμῶν μὲν εἰδέναι πολλὰ, ὀλίγων δὲ ἥδεις ὤν. ἀλλ' ὅτος τρεῖς καὶ μόνας μῆνας ἐποιμαίνας τὸ θρόνῳ τετελεύτηκεν. Poſt eum fuit monachus quidam, nomine Methodius, monaſterij Hyacinthi, quod Nicææ eſt, præſes, qui multarum quidem rerum ſcientiam præſeferens, reuerà tamen perpauca callebat. verùm is tres tantùm menſes throno potitus, obiit. *Sed ad Methodium Confeſſorem reuertamur.*

præcipuè pro cultu imaginum ſcripſit S. Methodius,

49 *Propterea quòd, vt noſtri temporis Iconoclaſtæ, ita & veteres illi ſic ſacras imagines impugnabant, vt longè crudelis aduersùs Sanctos ipſos Virginemq; Deiparam bellum ſuſcipèrent; qui imagines tuebantur viri ſancti, multò etiam ſtudioſiùs Diuorum ipſorum honorem ſermonibus ſcriptiſq; defendebant. Ita S. Theodorus Studita encomium S. Platonis*

C *& de Sanctis,*

& varios de Sanctis hymnos compoſuit. Methodius quoque & pro veneratione imaginum, vt relatum ex Menæis, & de Sanctorum rebus geſtis varias edidit lucubrationes. Harum duæ extant; nimirùm S. Dionyſij Areopagitæ Vita; quam Græcolatinè Balthaſar Corderius noſter edidit. De eâ Anaſtaſius Bibliothecarius in epiſtolâ ad Carolum Caluum: Huius autem Paſſionis textum B. Methodius, qui à Sede Apoſtolicâ Conſtantinopolim Presbyter miſſus, eiuſdem vrbis tenuit pontificium, & ex tunc inter Sanctos ab omnibus ob ſuæ confeſſionis & agonis certamen veraciter veneratur & colitur, edidit, pauca de multis præcedentibus ſcriptis excerpens. *Flodoardus lib. 3 hiſtor. Remen. cap. 18 recenſens Hincmari Ep. ſcripta,* Item de paſſione, *inquit,* S. Dionyſij à Methodio Conſtantinopolitano Græcè dictata, & ab Anaſtaſio Romanæ Sedis Bibliothecario Latinè conſcripta. *Plenius ad* IX *Octobris agemus de hac Dionyſij Vitâ, in quâ quidam arbitrantur Methodium,* pauca de multis præcedentibus ſcriptis excerpentem, *vt Anaſtaſius ait, multa de eorum qui tunc in Galliâ, & fortaſsis qui Romæ eruditionis laude florebant, ſenſu & iudicio permiſcuiſſe, dum quæ duorum ſunt vni attribuit Dionyſio. Sed de hoc alibi.*

vt Vitam S. Dionyſij,

certè non iunioris Methodij Patriarchæ CP.

& orationem in S. Agathâ:

50 *Scripſit idem orationem in laudem S. Agathæ, & in eâ tum Latina Acta complexus eſt, tum alia addidit partim ex Græcis Actis, quæ § V cenſuimus ante eius ætatem ſcripta, partim quæ in Siciliâ ipſe, ſiue ex veteri famâ, ſiue aliis ex monumentis, iam olim didicerat. Nam Siculum ipſum fuiſſe, Syracuſis natum, à Leone Allatio doctiſſimo iuxtà ac humaniſſimo viro accepimus. Certè iam citatus Anaſtaſius Bibliothecarius, qui eadem quâ ipſe Methodius vixit ætate,* à Sede Apoſtolicâ Conſtantinopolim Presbyterum miſſum *ſcribit, vt non in Thraciâ natum, aut vicinâ aliâ prouinciâ, innuere videatur.*

AVCTORE I. B.

D *& erat ipſe Siculus:*

vnde hîc ea editat

51 *Eam orationem idem nobis miſit Allatius, Latinè verſam à Leonardo Patè Meſſanenſi Profeſſore: priorem autem eius partem, vſque ad nu.* 10 *Græcè, ex antiquiſſimo codice in membranâ exarato, qui in Bibliothecâ Patrum Oratorij Romæ exſtat, deſcriptam: monuitq; reliquum à Siculis quibuſdam, eam Bibliothecam luſtrantibus, laceratum, quòd de Sanctæ natali loco ageret. Anteà tamen integram inde deſcriptam fuiſſe, & Meſſanæ apud eumdem Leonardum extare.*

ſed quædã ſolâ coniecturâ illi adſcripta;

52 *Acriter eam Orationem impugnat Auguſtinus Inueges: vt ſuppoſititiam, ideoq; non indicari vnde prodierit. Extare quidem Romæ in bibliothecâ PP. Oratorij, exordium eius vel fragmentum aliquod, præfixo Methodij nomine: ſed huic eſſe reliqua aſſuta;* magnâ varietate artis, ſtyli, phraſis, verborum, *vt appareat à moderno quopiam ſcriptore, & fortaſsis non vno, interpolatam: nec edici, vbi autographum extet, ſolum Româ miſſam ad Vincentium Raimundum è Societate Ieſu Presbyterum, ſed Catanenſem. Cur non ea prolata, cùm de S. Agathæ patriâ Romæ lis eſſet; niſi quia vel nihil aliatura præſidij credebatur, nondum additis quæ Catanenſium cauſſæ patrocinarentur; vel ſi iam erant attexta, authenticum exhiberi Iudicibus inſtrumentum non poterat, quo conſtaret è veteri aliquo codice deſcriptam?*

à quibuſdam reiecta vt ſuppoſititia;

E

53 *Mihi namquàm perſuadere potui, viros graues ac pios fraudem eiuſmodi molituros, vt dolo malo veterum ſcriptorum, Sanctorum præſertim, monumenta adulterarent. Eſt enim id non ſimplex mendacij crimen, ſed grauis impietas: cùm, pro quâ olim labores mortemq; ſuſtinuerunt, nunc in cælis contemplantes Creatoris rerumq; aliarum puriſſimam veritatem, vt eam impugnent euertantq;, veluti reuocentur in vitam. Sed peremptoriè accuſationem illam omnem elidit, quòd retulimus, grauiſſimi viri Leonis Allatij teſtimonium qui & addidit, nemini dubium eſſe poſſe, quin ea oratio ſit à S. Methodio ſcripta, propter ſtylum ac doctrinam, quæ hîc & in reliquis eius operibus omnino par elucet, cùm alioquin multorum eius æui ſcriptorum aſper ſit ſtylus, ac minimè huic ſimilis. Nobis quoque, ſimul ac eam legimus, docta & grauis ea oratio, planeq; eiuſmodi viſa, cuius neque S. Methodium, neque alium eius ætatis ac gradus ſcriptorem, pudere meritò debeat.*

(*quis credat!*)

genuina aſſerta à Leone Allatio,

& reuerâ egregia.

§ VIII Alia à poſterioribus ſcripta de S. Agathâ.

Scripſêre quoque de S. Agathâ Bellouacenſis,

54 S. *Methodio ac Metaphraſtæ coætaneus fuit* S. Ado *Viennenſis in Galliâ Archiepiſcopus, vti § 4 eſt indicatum, illo iunior aliquantò, hoc ſenior: is libro de feſtiuitatibus Acta Latina retulit phraſi ſeruatâ, ſed paullùm contracta. Annis* CCC *poſt Metaphraſten vixit in Galliâ Vincentius, ex ordine Prædicatorum, magni nominis ſcriptor, vulgò* Bellouacenſis *appellatus, ſiue fuerit apud Bellouacos natus vel inde ortus, aut diu ibidem commoratus, ſiue aliâ cauſâ id cognomentum adeptus, cùm plerique Burgundionem faciant: Epiſcopus certè Bellouacenſis (quod Poſſeuinus, Mireus, Voſſius atque alij tradiderunt) non fuit. Hic Speculi hiſtorialis lib. 11 cap. 42, 43, 44 eadem Acta exhibet, aliâ plerumque phraſi: nam quod in editione Duacenſi adſcriptum eſt,* Geſta hæc S. Agathæ conuenire cum iis, quæ à Surio adferuntur ex Metaphraſte, *ſolùm verum eſt, quatenùs cum Latinis Actis concordat in multis Metaphraſtes. Iacobus de Voragine ex eodem Prædicatorum Ordine, Epiſcopus Genuenſis circiter annum* MCCXCII *creatus, vir doctus & ſanctus, vti alibi oſtendimus, in Hiſtoriâ Lombardicâ, ſiue Legendâ Aureâ, eadem Latinæ S. Agathæ Acta exhibet, ferè integra. Eadem & Claudius*

Iac. de Voragine Ep. Genuen.

AVCTORE I.B.

dius Rota eiuſdem Ordinis Theologiæ Profeſſor ante annos CL recognouit. S. Antoninus eiuſdem inſtituti alumnus, dein Archiepiſcopus Florentinus, qui an. CIↃCCCCLIX deceſſit, 1 par. Chron. cap. 7 tit. 7 § 5 ea quoque Acta ex Bellouacenſi, vt cetera ferè, recenſet. Antonino centum ferè annis antiquior fuit (non ei ſuppar, vt aliàs putauimus) Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus, qui hæc quoque Acta narrat lib. 3 Catalogi SS. cap. 84.

A S. Antoninus Ep. Florent.

Petrus Ep. Equilinus,

55 Inter horum duorum ſcriptorum Petri & Antonini ætatem, collecta videntur (etſi id nobis nondum planè conſtet) magna Menæa Græcorum, de quibus egimus in citatâ noſtrâ ad Ianuarium præfatione. In iis compendium quoque extat Actorum quæ ſunt conſcripta à Metaphraſte; atque illud de S. Agathæ anniuerſariâ Conſtantinopoli celebritate additur: Τελεῖται ἡ ἀυτῆς σύναξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ ἀυτῆς, τῷ ὄντι ἐν τῷ τρικόγχῳ. Peragitur celebritas eius in ipſius templo, quod eſt in Triconcho, ſiue in loco vrbis Conſtantinopolitanæ Ad tres conchas dicto. Quæ in Menæis, eadem in Anthologio Arcudij, verbis totidem, extat Actorum epitome, eadem in Cytheræo.

Menæorũ collectores.

56 Citat Auguſtinus Inueges alia S. Agathæ Latina Acta è codice Senatus Panormitani. Quando ea ſcripta, à quo, quanti facienda, haud equidem facilè definiero, cùm paucula ſolùm inde delibet; quæ de illud eſt de ortu ſanctiſſimæ Virginis:

Acta alia ab anonymo ſcripta,

B Agatha filia fuit cuiuſdam Gentilis nobiliſſimi ex ordine militari, qui Agathonius nomine vocabatur, de domo & familiâ Altifloris. Nobilis Agathonius cùm diues eſſet & omnibus fortunæ bonis copioſiſſimus, animo tamen torquebatur, quòd hærede careret; quippe florenti ætate militiam ſecutus, procul à coniuge ac patriâ. Cùm autem domum rediiſſet, ſenio & laboribus fractus, hortatus eſt coniugem, vt ſecum Apollinem, cuius per omnem vitam fuerat cultui addictiſſimus, precibus ac votis obteſtaretur, ipſis vt hæredem, ſi qua adhuc ſuppeteret ratio, largiretur. Illa Iunoni potiùs, parturientium præſidi, offerenda vota contendebat. Demum conuenit, vt vir Apollinem, vxor Iunonem inuocaret, & ab vtro numine prolem impetraſſent, ei præcipuè honorem haberent. Orantibus ergo genuflexis, ſubitò totum eorum palatium contremuit, & vox hæc è penetralibus domus exaudita: Verus Deus, qui cælum ac terram, & quidquid in iis eſt, creauit, quem vos ignoratis, dabit vobis filiam, quæ per totam Siciliam templa Apollinis & Iunonis deuaſtabit. Cohorruêre primùm ad eam vocem, dein vt ſe collegêre, dubitabant tamen, magiſne lætari promiſſâ prole, an dolere denuntiatâ idolorum ruinâ deberent. Duobus pòſt menſibus cognouit mulier ſe concepiſſe, ac peperit quamdam filiam, cui Agatha nomen impoſitum eſt ex nomine patris ſui Agathonij. Deinde ortâ inter ciues Panormitanos ſeditione, Agathonius vehementer indignatus, cum omni familiâ ſuâ Panormo recedens, Catanam nobilem prouinciæ illius ciuitatem profectus eſt.

arcanâ voce promiſſam;

ipſos inde Catanam migraſſe;

C

37 Tum Virginis ad Chriſtum converſionem ita narrat, quiſquis ille eſt, Auctor: Peractis ergo à natiuitate puellæ decem annis, in quibus ſemper cum omni modeſtiâ & patientiâ parentibus obediuit &c. Erat autem ſemper otij impatiens, faciebatq; ſuis ipſa manibus domeſtica opera, à matre propterea ſæpè obiurgata: cui modeſta ac ſapiens Virgo reſpondebat, non expedire vt vita hæc otiosè conſumatur; agendum ſemper hominibus operis aliquid, ne cogitationes improbæ, quæ menti incidunt, labefactare eam poſſint. Hiſce argumentis aliiſq; id genus à matre impetrauit, vt vetulam quamdam in ædes acciperet, à quâ ipſa texendi artificium addiſceret. Erat hæc vetula Chriſtiana occulta: quæ propenſum in virtutem animum Virginis conſpicata, exponebat ei Chriſti vitam, paſſionem, miracula, gloriam; addens, eum ſi toto animo diligeret, adepturam non temporalia bona & caduca, ſed vitam æternam, diuitias immenſas, gloriam inexplicabilem. Quæ omnia audiens ſancta puella, cœpit idola deinceps ſpernere, ac parentum ſuperſtitioſas Gentilium cæremonias increpabat.

eam otij impatientem,

converſam cùm 10 eſſet annorum:

58 Reclamant his Actis quidam, aliudq; afferunt patris nomen, atque etiam matris, ex Catanenſium quorundam recentiorum ſcriptis, ad eam fortaſis famam, quæ illic viget, conformatis. Panormitana porrò Acta, cùm nullo veteri teſtimonio confirmentur, veriſimile eſt, poſtquàm Barbarorum ſeruitute liberata eſt Sicilia, ac fortaſsis perdiu pòſt, ex famâ populari compoſita eſſe. Ex ſimili narratione pia plebis ortum videtur, quod noſter Cornelius à Lapide ſcribit de S. Agathæ fugâ in Melitam inſulam, cauſsâ declinandi matrimonij, ad quod eam mater impellere nitebatur: vt bis Catanâ profugerit, primùm ne inuita cogeretur ad nuptias, dein vt Quintiani impuri hominis Catanam aduentantis effugeret laqueos. Primam fugam videri poteſt indicaſſe Metaphraſtes, cùm cap. 1 nu. 4 Virginem introducit referentem, primum ſibi pro continentiâ certamen fuiſſe, in quo diabolum ſemina voluptatum ingerentem vicerit, priùs etiam quàm Aphrodiſiæ traderetur. Quamquàm ea victoria intelligi poteſt de carne ac diabolo relata, cùm & illius titillationi reſtitit, & huius fraudulentas ſuggeſtiones eluſit. Verùm de fugâ illâ ab vrbe in quâ domicilium habebat, duplex fuerit, an vnica, aut etiam nulla, viderint alij. Acta Latina fugæ non meminerunt, ſolum id habent: B. Agatham à ſuis fecit apparitoribus coarctari. Quintianus nimirùm; quaſi Catanæ comprehenſa fuerit. Paulus Æmilius Sanctorius Catanæ ſe intra domeſticos parietes continuiſſe Agatham ſcribit, indeq; abſtractam, miſsis lictoribus.

quæ tradunt parẽtibus ſenibus & Gẽtilibus Panormi

converſam cùm 10 eſſet annorum:

quando ea Acta compoſita? alia itidẽ ex famâ,

D

tradunt eã in Melitâ fugiſſe, vt nuptias vitaret,

59 Cornelij verba ſunt hæc Commentar. in Acta Apoſtolorum cap. 28 v. 1, vbi inter beneficia ab Apoſtolo Paulo in Melitam ac Melitenſes profecta, quintum ſtatuit, quòd S. Paulus ſæpè Melitam ab incurſu hoſtium tutatus ſit. Vt alia taceam, inquit, ſub annum Domini CIↃCCCCLXX, cùm Mauri claſſe octodecim millium militum eam inuaderent, iamque tormenta diſponerent ad quatiendam vrbem veterem, tertio die apparuit S. Paulus veſte ſtellatâ, quali depictus viſitur in eccleſiâ Cathedrali, ac vibrans gladium, equo inſidens, ſtipatus innumerâ multitudine, viſus eſt inuadere Turcarum agmina: cumque in eum Turcæ multas coniicerent ſagittas, omnes in ipſoſmet retortæ & repercuſſæ reſiluerunt, eoſque vulnerarunt & perdiderunt. Viſi pariter fuêre duo alij inſulæ Tutelares, S. Georgius & S. Agatha: quam fama eſt ibidem perſecutionem Siculam fugientem latitaſſe; ac celebre illud velum Ætnæ inceridia compeſcens contexuiſſe; idque inſtar Penelopes eâ arte, vt quæ per diem texuerat, noctu retexeret; eò quòd matti vrgenti eam ad nuptias, eas detrectans, reſponderet, ſibi priùs velum hoc pertexendum eſſe. Quocirca S. Agathæ marmoream ſtatuam tunc in muro collocarunt, ſed facie à Turcis auersâ & ad vrbem conuersâ: verùm illa ſuapte vi faciem ad Turcas conuertit, tanto fragore, quantus eſt bombardarum maiorum; adeò vt eodem perculſi Turcæ ſoluerint obſidionem, ſeque in fugam dederint.

ibiq; velũ texuiſſe, vtq; tempus lucraretur:

vrbi ſeruatæ ſtatuã eius in mœnibus locatã

E

F

60 Hæc Cornelius, nullo citato auctore. Franciſcus Abela in Melitæ deſcriptione lib. 1, Notit. 4 eadem ex ipſo narrat, ſed CIↃ IↃLI ait contigiſſe: vti & I. Baudoinus, qui in hiſtor. Ord. S. Ioannis lib. 13 cap. 10 ſcribit piam quamdam ſanctimonialem ſignificaſſe antiquæ vrbis Melitenſis præfecto, diuinitus ſibi reuelatum, obſidendam quidem vrbem, ſed ſi ſtatua S. Agathæ in propugnaculo portæ vicino collocetur, vt videri ab hoſtibus poſsit, & ſacrum Miſſæ ibidem religioſè ſemel peragatur, periculum euaſuram. Quod inſigni pompâ curatum, vt populi pietati fieret ſatis, ac militibus animi adderentur. Animaduerſum deinde, Turcis aſsiduè in propugnaculum, vbi Diuæ effigies erat, iaculantibus, nunquàm eam tactam fuiſſe: nec aliud quidquam prodigij memorat. Teſtatur Abela loco citato, Petrum Carreram in ſuis rerum Catanenſium commentariis confutare Cornelij narrationem, & negare antiquam eſſe in Melitâ S. Agathæ veneratione: ſed hanc ipſe confirmat, ſiquidem & crypta illic viſatur & vaſtiſsimum ſubterraneum cœmeterium, S. Agathæ nomine, cum antiquis eius aliorumq; Sanctorum Græcanicâ arte pictis imaginibus; quò conuenire quotannis Diuæ feſto Canonici Eccleſiæ Cathedralis ſolebant, ſacraq; peragere, adſtantibus vrbanis magiſtratibus, & dotem elargiri pauperibus aliquot puellis nuptui elocandis: & populum vniuerſum illuc tunc confluere eiuſdem ſanctæ Virginis honorandæ gratiâ.

ex Diuinâ reuelatione:

antiquæ illic eius veneratio & ſolẽnia.

§ IX S. Agathæ

§ IX *S. Agatha Panormitana ſit an Catanenſis, ipſæ inter ſe vrbes diſceptant.*

61 *Sanctorum duplex patria eſt: vna quæ in vitam eos mortalem procreauit, ſi non tamen exilium dicenda potiùs eſt quàm patria, tot cumulata erumnis; beata altera, &, vt quiſque eorum ſapientiſſimus ac religioſiſſimus fuit, aſſiduis inflammatiſq; votis expetita,* in quâ *non nati quidem, ſed* ſcripti *etiam nos ſumus, vt Sanctus loquitur Beda,* & ciues decreti. *Atque ita paſſim Martyres legimus de patriâ interrogatos à tyrannis, reſpondiſſe ſe cæleſtis Ieruſalem eſſe ciues. Ita quoque in S. Athanaſij Ep. Methonenſis Vitâ 31 Ianuarij cap. 2 num. 3 loquitur Petrus Arginorum Epiſcopus:* Patria igitur huius, qui nunc mihi laudandus eſt, beati Patris Athanaſij, prima quidem ac vera, illa eſt cæleſtis, vbi vnà cum Sanctis ab æternitate fuerat adſcriptus, & à teneris vnguiculis ab electione non excidit: altera verò patria, tantùm à primâ diſtans, quantùm à veritatis luce caligo tenebrarum, vanaque ſimulachra rerum, Catana. *Imitatus videtur hic ſcriptor S. Andream Cretenſem, qui in Oratione in S. Patapium ita loquitur:* Viro autem iſti ſtrenuo nobiliq́ue, cuius patria, cæleſtis illa Ieruſalem, Petri & Pauli mater. *Et paucis interiectis:* Conabor enim, quanta fuerit facultas, ſeu ex aduerſo contendendo ac oppoſitâ comparatione, duplicem eius patriam ſtudioſis vobis oſtendere: alteram quidem, cuius ortus è terrâ ſit, diſſolutioque in terram; alteram autem è cælo, æternamque ac immortalem.

Sanctorũ patria alia cæleſtis, alia terreſtris:

62 *Et illam quidem terreſtrem obnoxiamq́; occaſui patriam, adeò ſuam Sancti non putauêre, vt & magnis animis contemnerent, & effugere totis viribus conarentur: nedum honorem ſibi ac decus aliquod ab eâ aſſignari vellent, aut ei ſe vllo modo obſtringi. Idq́; non illâ ſolùm ratione, quâ Socratem ſcribit Cicero Tuſcul. quæſt. lib. 5* cùm rogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret, *reſpondiſſe,* mundanum; totius enim mundi ſe incolam & ciuem; *aut quâ ibidem Teucer pronuntiaſſe quidam dicitur,* Patriam eſſe, vbicumque eſt benè; *verùm id ſpectabant in patriæ ſiue deſpectu quaſiq́; abdicatione, ſiue voluntariâ obliuione, ſancti homines, vt liberiùs ipſorum animus peregrinaretur, aſſurgeret certè cogitatione ac voluntate in cælum, quâ ſe donatos beatiſſimâ ciuitate meminiſſent: ibiq́; iam eorum eſſet cum puriſſimis illis mentibus conuerſatio.*

hanc fugiunt,

ad illam aſpirantes:

63 *Non ita tamen exiſtimandum eſt, exuiſſe eos patriæ caritatem, in cælumq́; tranſtuliſſe, vt non ciuibus ſuis bona optarent, vera præſertim & quorum ſit fructus ſempiternus. Nam qui & honeſto naturæ inſtinctu & grauiſſimo Dei præcepto illebebantur, vti & nos, parentibus amorem honoremq́; impendere; non etiam patriam poterant, quæ communis eſt parens, non diligere: quando & ſapientes præſcribunt, & dictat innata nobis ratio, maiorem ei quàm parentibus gratiam deberi. Et ineſt ille nunc quoque receptis in cælum Sanctis honeſtiſſimus ſenſus caritatis, vt iis benè velint qui ipſis ſanguine coniuncti ſunt; & patriæ, quæ eos tulit aluitq́;, optimè. Licet enim eos qui ipſorum vel honoremi amplificant, vel beneficia imitantur, quamuis nullâ ſibi vel ſoli natalis vel familiæ neceſſitudine deuinctos, magis ſuo fauore ac patrocinio protegant, quàm qui ſolâ patriæ communione aut etiam ſanguinis ipſos contingunt, neque vel decora eorum celebrant, vel ſectantur exempla; tamen vbi res vtraque ad demerendam eorum caritatem conſpirat, patria, inquam, genuſque, & imitatio cum religioſâ veneratione coniuncta; tum demum præcipuam quamdam beneuolentiam fauoremq́; oſtendunt. Et verò illud accidit viciſſim, vt in mortalium animis maior ingeneretur ardor colendi eos, quos vel eadem ortos ſtirpe, vel in iiſdem habitaſſe tectis, iiſdem in templis oraſſe, intra eadem mœnia verſatos meminerunt; maiorq́; fiducia impetrandi quæ eos ſupplicìter poſcerent.*

faciunt tamen iam ſuis ciuibus,

magiſq́; ipſos colũt ſui ciues.

64 *Glorlari itaque ciuitates illæ meritò poſſunt, quæ Sanctos in hanc vitam protulerunt, quaſiq́; in campum emiſerunt, in quo ſibi nobiliſſimam victoriam æternumq́; triumphum pepererunt. Rectè enim S. Methodius infrà cap. 5 nu. 28.* Martyres, *inquit,* dum tormenta & cruciatus pro Chriſto patiuntur, non ſolùm ſibi gloriæ coronam contexunt, Eccleſiæ laudem, Deoque honorem exhibent, ſed etiam, dum ad exemplum ſuarum virtutum imitandum ciues prouocant ſuos, eiſdem cæleſtes fauores, non auri argentiq́ue pretio, ſed profuſi ſanguinis theſauro promerentur. Neque verò ſanctarum Virginum pro Chriſto trucidata corpora, in vili marmore iacentia, minùs vtilia cognatis ciuibuſque patriæque ſunt, vbi in vitam mortalem edita fuerunt, quàm fortiſſimorum virorum exercitus pro patriâ pugnantium.

AVCTORES I. B.

D *ideò vrbes de eorum natalibus gloriãtur,*

65 *Quam ob cauſſam minimè vituperandum earum ciuitatum ſtudium videtur, quæ vt Sanctorum glorioſos natales ſibi vindicare poſſint contendunt: ſi quidem & ipſorum Sanctorum conantur gloriam ac venerationem propagare, & illiam in ſuis ciuibus morum diſciplinam retinent, ac præcipuè iuuentutis ad eas artes inſtituendæ rationem, quibus illi ad ſanctimoniæ abſolutionem peruenerunt. Ita de S. Vincentij Martyris cunabulis certare vrbes Hiſpaniæ aliquot reuulimus* XXII *Ianuarij. Aliæ de aliorum ortu Cælitum pugnant. Neſcio tamen an de vllius natali loco acriùs ac religioſiùs, quàm de S. Agathæ vnquam certatum ſit. Duæ enim Siciliæ vrbes, vetuſtate, opibus, religione celeberrimæ, Catana & Panormus, ciuem eſſe ſuam confirmant. Neque noua ea controuerſia eſt: nam Fazellus dec. 1 lib. 3 cap. 1 vbi de Catanâ agit ac S. Agathâ, fatetur* de *huius* patriâ contendere Panormitanos. *Præclarum id eſſe certamen (dummodò abſint quæ caritatem poſſunt ſcindere) pronuntiat in Ideâ operis de SS. Siciliæ Octauius Caietanus noſter pag. 60 his verbis:* Animum aduertiſti, vt reor, mi Lector, duabus à me vrbibus D. Agatham Indice Topico adſcriptam: de induſtriâ factum, quâ decorum ad certamen extimularentur. Et digna illa, pro quâ non duæ, non, vt pro nobiliſſimo Poëtâ, ſeptem Græciæ ciuitates, ſed omnes flagrantibus ſtudiis certent.

& pro iis contẽdunt:

E *acerrimè de S. Agatha Catana & Panormus,*

66 *Neque ſolùm ſcriptis libris ex vtrimque diſceptata controuerſia, ſed ad ipſius eſt Romani Pontificis iudicium pertracta, & coram ſanctiſſimo illo tribunali agitata. Prolixè ſeriem totam litis eius deducit Auguſtinus Inueges ex Mariani Valguarneræ aduerſariis. Nam cùm recognoſci precum publicarum, quæ recitari in Eccleſiâ Romanâ conſueuêre, Breuiarium mandaſſet Clemens* VIII *Pontifex Maximus, inſtitutâ ad eam rem peculiari Antiſtitum aliorumq́; eruditorum hominum congregatione, quæ* Congregatio Reformationis Breuiarij *dicebatur; ſuggeſtum fuit à Stephano Tuccio Societatis Ieſu Presbytero, doctrinarum Theologicarum & Eccleſiaſticæ antiquitatis ſcientiſſimo, pariterq́; ſanctiſſimo viro, corrigendum videri quod in Breuiario, Pij* V *auctoritate edito, ad Nonas Februarij habebatur,* Agatha Virgo Catanæ in Siciliâ nobilibus parentibus nata: *nam à Simeone Metaphraſte, veteri ſcriptore, traditum, Panormi eſſe ortam. Primùm ergo voces illæ,* Catanæ nata, *deleri iuſſæ; poſt hæ ſubſtitutæ,* Panormi orta.

lite etiam Romæ agitatâ

tempore reformationis Breuiarij ſub Clemente VIII.

F

67 *Cùm, mortuo pridem Tuccio, Bernardus Colnagus Catanenſis ex eadem Societate, & ipſe rarè cùm eruditionis, tum præſertim ſanctimoniæ opinione clarus, intellexiſſet breui publicatum iri nouum Breuiarium, in quo iſta de S. Agathæ patriâ ad eum modum eſſent mutata; omnem ſibi mouendum lapidem duxit, vt ei decreto intercederet, & patriæ ſuæ ortum Tutelaris Diuæ aſſereret. Erat tunc Romæ Marianus Valguarnera Eques Panormitanus, ſingulari præditus doctrinâ: is Colnago generosè repugnare. Lis ergo conteſtata. Actores primarij Colnagus, & Valguarnera: cum hoc ſtudia laboremq́; ſociârat Berlingerius Ventimiglia & ipſe Eques Panormitanus. Parti vtrique Proceres varij patrocinabantur; Panormitanos præcipuè Simonis Tallianæ Cardinalis de Terranouâ ſouebat auctoritas, quam ſibi plurimùm obſtare innuit in quadam epiſtolâ Colnagus, è quâ hoc fragmentum recitat* Inueges: Denique Illuſtriſſimus Cardinalis Terranouæ eſt Cardinalis, ego verò pauper Sacerdos. *Tenuit ea lis integrum trimeſtre. Excuſſi libri omnes veteres, aliaq́; monumenta. Iudices erant*

Actores præcipui, v. Colnagus & Valguarnera.

AVCTORES I.B.

A

cùm alij Præſules, tùm præcipuè Cardinales duo ſapientiâ & vitæ integritate clariſſimi, Robertus Bellarminus & Siluius Antonianus: videtur & Cæſar Baronius ad cauſſæ cognitionem adhibitus.

68 Tulit tandem Pontifex ex horum iudicio ſententiam, non quidem ſortaſſe partes præſtolabantur, ſed quæ eſſet dignitati Eccleſiæ Romanæ conſentaneа, vt ità in Breuiario reponeretur: Agatha Virgo in Siciliâ nobilibus parentibus nata, quam Panormitani & Catanenſes ciuem ſuam eſſe dicunt. *Illud quippe caueri vnicè à Pontificibus ſolet ac debet, ne quid non modò falſum, ſed ne controuerſum quidem in Diuini officij libros referatur, palamq; in publicis precibus recitetur. Ideò enim S. Gelaſius Papa multorum Actа Martyrum apocrypha eſſe ſanxit, nec omnino debere publicè in Eccleſiâ legi, quòd in iis ineſſent quædam non vſquequaque explorata veritatis. Quæ verò Sanctis ſingulis ſuerit patria haud perinde ſortaſſis ſuæ intereſſe cenſet Eccleſia aut quærere aut definire.*

ſententia Pontificis,

69 *Præclarum hoc ſapientiſſimi Pontificis iudicium meritò deprædicat Innoges. Vellem tamen, cum pronuntiatâ ab Salomone libro Regum 3, cap. 3 inter diſceptantes mulierculas ſententiâ non comparaſſet, quaſi natalium ſanctæ Martyris gloriam diuidi Pontifex, & neutri integram, ſed dimidiam*

B

vtrique dari, vt ille infanti, iuſſerit. Pronum enim eſt, vt, quod illic ſequitur, arripiatur ab aduerſarijs: Hæc mater, quæ Regis iudicio non acquieſcit, & ne diuidatur rogat. Fatetur enim ipſe, iam quinquaginta per annos, quot ab eo Pontificis iudicio fluxerunt, nullum genus ſcriptorum, ſeu quæ typis excuſa, ſeu quæ exarata manu ſunt, intactum relinquere Catanenſes, ſi quid alicunde erui poſſint, quo ſe in priſtinam poſſeſſionem reſtituant. At Rocchus Pirrus Cardinales iudices ita laudat: Quâ in re ſapientum virorum amo prudentiam, qui ita pro Panormitanâ vrbe tulêre ſuffragium, vt Catanam ſimul celeberrimam vrbem eo iure, quod ſibi illa vindicabat, atque ad ciuium pietatem, ac Virginis Agathæ venerationem faceret maximoperè, penitùs non ſpoliarint.

laudata,

ſed minùs accepta Catanenſibus.

70 *Monuerunt me ſuperioribus annis ex Italiâ amici, ne hos ignes vtcumque ſopitos ventilarem, neúe in illam dimicationem ingrederer, è quâ me ſine alterius offenſione ciuitatis expedire nullo modo poſſem. Enimuerò quæ eſſe offenſa in inueſtigatione veritatis poteſt? Nam ſi argumentum aliquod proferamus, quo veritas detegatur ac veniat in lucem, quis eſt, niſi ſi quem iniqua poſſeſſio delectat, qui non lubens quamprimùm veritati det manus? ſin erunt incerta quæ depromemus, nihil illa bonæ fidei poſſeſſorem lædent. Cui autem credibile videatur, nolle ciuitates illas nobiliſſimas, vt quæ in publico orbis*

C

terrarum iudicio acta, ac decreta ſunt, ea ne vſurpemus ſermonibus, ne litteris commendemus ad noſtram poſterorumq; memoriam? Cumq; Pontifex pronuntiârit, Panormitanos & Catanenſes eam ciuem ſuam eſſe dicere, an inhibere poſſunt, ne cùr vtrique id dicant, inquiramus? Imò quo iure id penitùs fieri à nobis volunt, hominibus exteris tantoq; remotis ſpatio terrarum ac marium, quod ciues ſuos ſinunt, atque adeò iubẽt, editis libris publicare, vt ſi fieri poſſit ad notitiam perueniat gentium omnium? Nam Petrum Carreram Catanenſem tradit Auguſtinus Innoges prolixo atque erudito opere comprehendiſſe, quas & in Colnagi noſtri aduerſarijs legerat, & ipſe excogitare potuit rationes, vt Catanenſem eam fuiſſe probaret.

Licere hic nobis quoque de eâ re ſcribere,

poſt alios, Rocchus Pirrus, *& fuſiſſimè ipſe Innoges, Thermitanus hic, ille Netinus, vterque Panormitanis addictus, quæ pro Panormitanorum iure facerent retulerunt, quæq; ab Catanenſibus obiicerentur, atque hæc etiam ſtudioſè diluerunt ac confutarunt.*

71 *Ab his duobus (nam Carreram non vidi) ſumam expendamq; argumenta vtrimque allata. Neque afferam omninò quidquam, vnde mihi ſiue Catanenſes ſiue Panormitani ſuccenſere meritò poſſint, niſi ſuos primùm ſcriptores voluerint damnare. Nam ſi quod teſtimonium ab illis auctoribus citatur, quod mihi non id conficere videatur, ad quod probandum ſit allatum, ius faſq; mihi vt ſit poſtulo, negandi vim iſtiuſmodi argumenti, ac multò magis ſi quid falſum ſit, inficiandi. Quis enim tam iniquam mihi ſcribi legem velit, vt ſi bractea orichalci pro laminâ aureâ obtrudatur, non mihi li-*

quorũ referemus argumenta,

& modeſtè expendemus.

ceat proclamare, orichalcum eſſe? Profiteor autem in totâ hac commentatione nihil à me dictum iri, quod non confidam tam & ſanctæ eorum Patronæ & ipſis acceptum fore, quàm & illam mihi propitiam, & ipſos amicos eſſe percupio. Imò, niſi iam in lucem exiſſent, quæ dixi, opera, auderem vtroſque orare, quod anno Chr. CIↃ IↃC XVII in Ideâ operis de SS. Sicilиæ, anteà citatâ, pag. 61 Octauius Caietanus noſter: Vt ambæ vrbes, *inquit,* pro ſuo in Diuam amore, ac potiùs pietate, ad nos ſcribant, quo ſubnixæ ius ſuum tueantur, copioſeque vt exponant, impensè oramus: rationibus dein perſpectis examinatiſque, iudicium noſtrum, omni procul partium ſtudio, proferemus. *Ita ille.*

D

§ X *Argumentum præcipuum Panormitanorum, ex Simeonis Metaphraſtæ auctoritate.*

72 PRimùm ſibi in hac diſputatione locum iure vindicat Panormus, felix & inclyta vrbs, nobilis & præclara, caput regni, exemplum fidei, patria Principum, ſedes Regum, *vt eam Catana ipſa in epiſtolâ quadam ante annos CCC, & quod excurrit, compellaſſe fertur. Et minori quidem illa teſtium ac ſuffragatorum inſtructa numero eſt, ſat gnara appendi ac librari teſtimonia debere non numerari; neque illud præcipuè conſiderandum, quot homines rem quampiam affirment, ſed quàm ſapientes ac graues: neque in incondità multitudine robur exercitus ſitum Omnia tamen, quæ afferuntur, fide optimâ recenſebo, nihilq; aut imminuam aut exaggerabo, iiſi quatenùs neceſſe erit rei ipſius explanatione id fieri.*

Pro Panormo ſacit

E

73 *Primum igitur, maximeq; validum argumentum, quo Panormo S. Agathæ natales vindicentur, eſt* SIMEONIS LOGOTHETÆ, *qui vulgò* METAPHRASTES *appellatur, auctoritas. Quam tanti faciunt qui pro Panormo ſcripſerunt, vt eâ ſolâ euerti omnes aduerſariorum rationes poſſe exiſtiment. At cùm eam nimiùm ſtabilire contendunt, proferunt quædam, viris doctis non facilè probanda. Quia enim, aiunt, Græcè olim locuti Catanenſes ac Siculi plerique, ideò Græca cæteris præualeant oportet, atque adeò, qui in Græcis princeps, Metaphraſtes. Atqui S. Agathæ tempore minimè locutos Græcè Siculos omnes, ſaltem in iudiciis, ex præſulalibus Actis S. Euplij ſuprà oſtendimus. Vt id tamen iis vltro concedamus, quomodò conficient, Græca, minimùm* IↃCLX *poſt S. Agathæ martyrium annis ſcripta, præferri debere Latinis, quæ ipſo tempore legitimis tabulis conſignata, ab iis qui quæ geſta erant vel ſpectauerunt ipſi; vel ab oculatis auritiſq; teſtibus acceperunt; quæq; citata ab antiquis Patribus, & inſerta Breuiario Romano? Quæro, an quia Latinè locuti ſunt Romani, pluris faciendа ſit hiſtoria quæpiam bellorum Punicorum poſt quingenteſimum Æræ Chriſtianæ annum Latinè ſcripta, quàm Polybij Græca, qui plurima quæ ſcripſit, vel geri viderat, vel ea gerentibus adfuerat opemq; & conſilium attulerat? Aut ſi quis bella Belgica noſtræ ætatis ſermone Teutonico poſt* IↃCLX *annos litteris tradet, eo ſolùm nomine Stradæ noſtro erit præferendus, quia iam ſit Belgarum proprius ille ſermo?*

1 auctoritas Metaphraſtæ,

magna,

non quia Græcus,

F

74 *Non id ſpectandum præcipuè, quâ linguâ ſcripta ſit hiſtoria quæpiam, verùm an ab iis qui viderunt, quiúe de aliis audierunt qui ipſi viderunt: aut ſi longum interceſſit inter rem geſtam eiuſq; deſcriptionem ſpatium temporis, an ſaltem qui eam litteris tradit vir ſit eruditus, probus, accuratus, qui omnia diſcutere ſuperioris ætatis monumenta poſſit ac ſoleat, vt meritò haberi ei fides debeat: quales Romanæ hiſtoriæ ſcriptores fuêre T. Liuius & Dionyſius Halicarnaſſeus. Non ergo quòd Græcus fuit Metaphraſtes, ideò ſolùm præferendus ceteris, qui de S. Agathâ ſcripſerunt; ſed quia & clarus generis nobilitate, & pollens opibus atque auctoritate, & ſingulari præditus pietate ac doctrinâ, poterat plurima veterum monumenta conſequi, cupiebatq; ea diligenter perſcrutari & exornare ſtylo. Talem enim virum fuiſſe Metaphraſten alibi oſtendimus; et ſi fateri oporteat, non ſemper eum, propter maximas occupationes, quod cupiebat, fuiſſe aſſecutum. Quod tamen eius tanti habitam auctoritatem vociferantur, vt ſtatim ob eam*

ſed quia doctus, diligens, & aliis præſidiis inſtructus:

Iudices

A *Iudices Panormitanis cauſſam adiudicarint, credat qui neſcit quid de eo Bellarminus & Baronius, qui inter Iudices erant, ſcriptum reliquerint. Nos non mitiùs ſolùm, ſed longè honorificentiùs de illo ſentimus.*

In ſcribit S. Agathæ Panormo oriundam,

75 *Iam videamus, de S. Agathæ patriâ quid ſcripſerit.* Ἦν δὲ ἡ ὁσία καὶ μεγαλόφρων Ἀγάθη ὁρμωμένη μὲν ἐκ τῆς πανορμιτῶν πόλεως, ἔδοξε δὲ καὶ λαμπρᾶ γένους ὑπάρχουσα. Erat igitur ſancta & magnanima Agatha, ex Panormitanâ ciuitate oriunda, claro autem & illuſtri genere. *Vertit Gentianus Heruetus:* Sancta ergo magnique & excelſi animi Agatha, quæ nata quidem erat ex ciuitate Panormitanâ, erat autem inſigni & claro genere orta. *Acriter hanc Gentiani interpretationem oppugnant Catanenſes, negantq́, vocem ὁρμώμενον, cùm multa ſignificet, pro* nato *vel* orto *vſurpari, ſed* oriundo. *Eſt quidem ea ordinaria magiſq́, genuina notio, vt idem ſit quod* oriundus *quaſiq́,* profectus *aliquo ex loco, vbi eius parentes maioreſue nati ſint, vti illi apud Liuium dec. 3 lib. 4* Hippocrates & Epicides nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſis, exule auo, Pœni ipſi materno genere; *fatendum eſt tamen, ſæpè ὁρμώμενον idem eſſe quod* natus. *Ita Menæa XXVI Octobris de S. Demetrio Martyre:* Οὗτος ἦν ὃν Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς τῶν βασιλέων, ἐκ τῆς Θεσσαλονικέων ὁρμώμενος πόλεως. Hic fuit ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, ex Theſſalonicenſium natus vrbe. *Patet id ex eius Vit. 1, vbi dicitur:* ὃν ἤνεγκε μὲν ἡ μεγάλη πόλις Θεσσαλονίκη. quem quidem tulit magna vrbs Theſſalonica. *De S. Iuſtinâ Virgine & Martyre ita loquuntur eadem Menæa* 11 *Octob.* ὁρμωμένης καὶ αὐτῆς ἐξ' Ἀντιοχείας. quæ & ipſa Antiochiæ nata erat. *Patet ex Græcâ Vitâ:* ταύτης πατρὶς μὲν, ἣν ἐδηλώσαμεν, Ἀντιόχεια. Ipſi patria erat, quam declarauimus, Antiochia. *Congruunt Latina eiuſdem Iuſtinæ & Cypriani Acta:* Addebatur autem Virgo Iuſtina, cuius pater erat, Edeſius nomine, in ciuitate Antiochiâ. *Plurima alia liceret ſic vſurpatæ vocis* ὁρμώμενον *exempla proferre.*

(vtrumq; enim vox Græca ὁρμωμένη ſignificat)

non Galermi vico iuxta Catanam,

76 *Aliud effugium quærunt Catanenſes: nempe* Panormum, *vnde oriunda, aut vbi nata, dicatur S. Agatha, non illam eſſe celeberrimam vrbem, ſed vicum Catanâ diſtantem tria circiter millia paſſuum, dictumq́, nunc* Galermum. *Confirmant auctoritate Theodontij cuiuſdam, mihi ignoti ſcriptoris, quem citat Ioannes Bocatius lib.* 11 *de genealogiâ Deorum cap.* 10. *vbi Thaliam narrat Iouis pellicem, cùm grauida tellure eſſet abſorpta, vt ipſa opitularat metu Iunonis, dein eâ maturo iam fœtu reclusâ, geminos peperiſſe,* Palicos *ab euentu dictos,* ἀπὸ τοῦ πάλιν ἰκέσθαι, *quaſi denuò reuerſos, quos pro diis Siculi coluêre: lacus quoque eſſe in immenſum profundos mirabili calidarum aquarum ſcaturigine perpetuò ebullientes, quos olim accolæ* Dellos *vocabant, & Palicorum fratres credebant, iuxta Menas vrbem, vbi & Palicæ vrbis veſtigia aiunt ſpectari: quibus de rebus plures agunt ſcriptores. Hæc vbi retulit Bocatius, iſta ſubdit:* Cur autem Iouis dicti ſint filij, & abſorpta mater ſit, reddit talem Theodontius rationem; dicit autem, haud longè à Panormo non ignobilem fuiſſe ſcrobem loco vbi dicebatur Thalia, in quam omnis aqua, quæ à plagâ illâ montis Ætnæ ob imbrem cadebat, mergebatur: & quidquid tunc fuiſſet in cauernam delectum, non multò pòſt in lacus ſeu fontes Palicorum ebullientes videbatur emergi. Per quod apparebat, imbrem, quam Iouis, id eſt, aëris, opere natam volunt, eo in loco ſub terras condi, & demum apud lacus Palicorum iterum naſci: & ſic ex Ioue nati Palici. *Hæc Theodontius apud Bocatium.*

(qui & Panormus dictus,

77 *Porrò cùm ciuitas Panormus longiſſimè ab Ætnâ diſtet, vt quæ ex hac delabitur aqua non poſſit in ſcrobem illi vicinam defluere;* Galermum *eſſe coniiciunt Catanenſes, qui vicus fortaſis olim* Γάνορμος *dictus, quaſi amœnus portus ſeu ſtatio nauium: quod nomen in* Galermum, *itidem vt in Palermium* Panormi, *longinqua ætate mutaſſe videri poteſt vetuſtas. Quid ſi* Γάνορμος *ſcriptum erat, & Metaphraſtes eiuſue amanuenſis* Πάνορμος *legit, duarum litterarum* Γ *& Π ſimilitudine deceptus? Explodit hanc coniecturam*

(forſè per errorem pro Ganormo)

Inuenes: fatetur tamen à Theodontio, forſan & Bocatio, videri ſcriptum Ganormus; *cur non itidem in codice, quo vſus Metaphraſtes, idem fuiſſe nomen potuerit, rationem nullam affert. Duplicem tamen, non Acta Metaphraſtæ ſolùm, ſed & pridra alia Græca ſuggerunt: innùunt enim vtraque, ſed hæc præſertim, Panormum ſeceſſiſſe prudentiſſimam Virginem, vt impuriſſimi Quintiani libidinem vitaret, Catanam tunc inſidentis, ad quam vrbem paruulam à parentibus delatam Agatham, ibiq́, adoleuiſſe fatentur Panormitani. At ſi ſolùm ad propinquum vicum abiiſſet Agatha, parùm ſanè tuta fuiſſet: neque diceret ipſa apud S. Methodium, ſe* longè *à patriâ ac paternâ domo quietè egiſſe. Panormum igitur ſe recepit, vnde minimùm oriunda erat, & habebat fortaſis conſanguineos potentes. Altera ratio eſt, quòd idem Quintianus poſt mortem Virginis, ad res eius diripiendas Panormum* versùs *profectus eſt, non Galermum, ſeu Ganormum: neque enim inter hunc vicum & Catanam Simæthus amnis labitur, ſed facilè* VIII M. P. *ab eâ vrbe, cùm Galermus non niſi tribus diſtet: in Simæthо tamen periiſſe, Latina etiam Acta referunt. Interceptum igitur hoc effugium eſt.*

nec in Simæthо perire Quintianum,

78 *Aliud arripiunt, hunc in modum:* Ex Metaphraſtæ *verbis certò non conſtat Panormi natam, ſed originem ſolùm inde duxiſſe, cùm* ὁρμωμένη *vox, quâ vtitur, minùs propriè illud quàm hoc ſignificet. Nam quòd Panormum versùs iiſſe ad bona eius occupanda Quintianum retulimus, id priora quoque Græca Acta tradunt, quæ tamen Catanæ ortam aſſerunt. Habuit illa forſan Panormi domum, vt ait Metaphraſtes, ſiue propriam ſeu pretio conductam: ibi tyrannus, cùm illa ſe ſpectabili ortam genere faſſa eſſet, multam reconditam veſtem, argentum, tabulas, ſigna, reſq́, alias magnificas credidit; ſiue ei ſua auaritia imponebat, ſeu verè Agatha quas ei res parentes ſui reliquerant, eas illic ſepoſitas habebat, quia vt omnia illicò effunderet in pauperes antea minimè opus fuerat, Eccleſiâ ſub Philippis Chriſtianis Imperatoribus placidam obtinente tranquillitatem. Quod autem Pirrus aliquot codices MSS. cùm Romæ hæc controuerſia agitaretur, allatos ſcribit;* quorum quilibet ante IↃC aut IↃCC etiam annos ſcriptus fuerat; *& in iis ſæpiſſimè Panormi natam prædicari Agatham; id Catanenſes verum eſſe negant: fuiſſe enim duntaxat plura exemplaria eiuſdem Vitæ per Metaphraſten (vt nos quidem aſſerimus, ipſi vix fatentur) ſcriptæ: in omnibus autem aliud nihil quàm quod relatum eſt de S. Agathæ patriâ haberi, idq́, ambiguæ interpretationis. Si qui autem tunc* IↃCC *erant annorum codices, eos multò antè quàm ad ſcribenda Sanctorum Acta animum adiecit Metaphraſtes, exaratos fuiſſe oporteret: quomodò ergo Metaphraſtæ? Itidem vt decrepiti homines ſolent ſeniores ſe quàm ſint dicere, ſeu ſallente memoriâ, ſeu quia id pulchrum videatur, longè communem ætatem tranſiliſſe; ita & libris putant ab exaggeratâ antiquitate conciliari auctoritatem.*

addiripiendas res Agathæ eò tendens.

Quã antiqua Metaphraſtæ exemplaria?

§ XI. *Alia Panormitanorum argumenta.*

79 II *Argumentum eſt ex Græcis Menæis, ſiue Diuinorum Officiorum per ſingulos menſes deſcriptionibus; vbi de S. Agathâ iſta leguntur:* Αὐτὴ ἦν ἐκ πόλεως Πανόρμου τῆς ἐν Σικελίαν. ipſa erat ex Panormo vrbe Siciliæ. *Vertit Matthæus Raderus noſter:* Panormitana hæc fuit in Sicilià nata. *Neque eſt quòd quiſquam hoc ex ſchiſmaticorum Græcorum penu promptum argumentum cauilletur, cùm Menæis hiſce, vt alibi docuimus, etiam Orthodoxi vtantur. Eſtq́, hoc mille teſtium inſtar, cùm milleni hæc palàm in Diuinis Officiis recitent ac probent.*

è pro Panormo facilè à Græcor. Menæa,

80 III *Ex Anthologio eorumdem Græcorum, quod excuſum eſt Romæ in ipſo Vaticano typographio anno* CIↃ IↃ LXXXXVIII, *ab Antonio Arcudio concinnatum, dedicatumq́, Clementi* VIII, *vbi vt plerùque Lectiones eædem ſunt quæ in maioribus Menæis, ita de S. Agathâ totidem planè verbis mentio fit.*

Anthologion Arcudij.

81 IV *Ex libro Maximi Epiſcopi Cytherai, qui inſcribitur:* Βίοι ἁγίων, Vitæ Sanctorum, *quas ex Menæis ad verbum ferè deſcripſit, & in vulgarem Græcorum linguam vertit, excudiq́, Venetiis curauit: vbi hæc habentur:* Αὐτὴ ἦν

Βίοι Ἁγίων Cytherai,

AVCTORI I. B.

ἦτον ἀπὸ τὴν χώραν τῆς Σικελίας καλουμένην Πάνορμον. Hæc erat ex loco Siciliæ, qui Panormus appellatur. A

Menologium Basilij Imp.

82 *V Ex Menologio Græco, quod Basilij Macedonis Imperatoris iussu conscriptum ferunt, ipsorumq; quorum elogia continet Diuoritm imaginibus ornatum, & in Vaticanâ asseruatur bibliothecâ. Hoc quia pro Panormitanis citatur Menologium, idem esse opinor è quo ista Pirrus profert:* Agatha Virgo & Martyr ex vrbe Panormo apud Siciliam. *Verùm de eo, quia non vidi, nihil possum pronuntiare, nisi laudari à Baronio, & diuersum esse ab eo, quod, ab Sirleto Cardinale versum, edidit Henricus Canisius: nam in hoc istis solùm verbis mentio fit S. Agathæ:* Et sanctæ Martyris Agathæ.

Catanensium epistola,

83 *VI Est ipsorum Catanensium testimonium in epistolâ, quam in MS. quodam Chronico Ecclesiæ Agrigentinæ extare tradit Pirrus, ex eoq; Inueges, datam anno* CIↃCCCXXV, *in quâ ita Panormum ciuitatem compellant:* Ne obliuiscaris inter omnes tuæ virtutis actus laudabiles, ad defensores insigni pro tutelâ tuorum, illius sacratæ Virginis Agathæ, quam in te ortam fama prædicat, & scriptura declarat, vexillum erigere, quæ in Christo Iesu martyrio coronata liberationem patriæ impetrauit. *Neque huius possum testimonij fidem firmare: Ea penes* B *Pirrum, illud citantem, esto.*

traditio testata,

84 *VII Ex Mariani Valguarneræ aduersariis, vbi oratoria isthæc prætermissio adhibita:* Missas facimus Traditiones omnes nostras, ne cui fortè leuiores videantur; quòd suam Panormitani ciuem D. Agatham asseuerant: Domum, in quâ illa orta est: Vineæ aream, vbi nunc ecclesia eius nomine est condita: Saxum, illius vestigia, cùm Panormo Catanam deferretur, diuinitus insculpta præseferens. *Quæ ne quis impugnet, ista ad probationem addit:* Quarum Traditionum ad maiorem auctoritatem (quia illas Panormi vigere negabant) LXX Seniorum vrbis fidem, cùm ciuium tum exterorum, quin etiam Catanensium, coram nostro Archiepiscopo iureiurando adactorum, Romam Panormitani descriptam miserunt. *Hæc Marianus; vim aliquantò maiorem habitura, si priorum seculorum famam, non vltimi solùm, probarent:*

vestigium saxo impressum,

85 *De eo Sanctæ vestigio (nam vnicum est, licet Marianus plurali numero vtatur) ita scribit Pirrus:* Testis est saxum illud, vnde equo insiliit discessura; in quo Panormitani etiamnum Virginis impressum vestigium colunt, in templo prope Australem vrbis portam, cui à D. Agathâ nomen est. Ex quo saxo, veteri æuo, die D. Agathæ sacro, liquorem morbis salutiferum emanasse in laudato MS. codice Vaticanæ bibliothecæ se vidisse ac legisse plurimis dixit Marianus Valguarnera. C *Vnde didicit Pirrus, Virginem hîc equo insiliisse, cùm Metaphrastes & priora Acta solùm tradant pedem saxo impositisse ad corrigiam adstringendam? Inueges ad annum Chr.* CCXXXIV, *nu.* 8, *ibidem conscendisse equum scribit; & ad annum* CCLIII *nu.* 16 *contendit eam reliquum illud iter pedibus neutiquam confecisse. Quod autem obiiciunt Catanenses, vestigium illud non esse iis simile quæ Catanæ impressa lapidi spectantur, imò ne hominis quidem videri, rotundâ fermè figurâ, egregiè refutat idem Inueges: esse enim pedis calceo puellari incincti vestigium, quantitate & formâ simillimum Catanensibus; quippe vt Petri Carreræ librum accepit, in quo illa expressa, sese illicò ad eam ædem abiisse, & ad hoc illorum excusam figuram applicuisse, atque omnino parem deprehendisse. Esse verò saxum, in quo id cernitur vestigium, rude & impolitum, longum tres palmos, duos latum. Verùm vt id demus, inquiunt Catanenses, cuius nulla apud Metaphrasten aliumue scriptorem qui ante annos* C *&* L *vixerit, mentio extat; quid id vt patria Panormus habeatur, facit? Mimus etiã quod sequitur.*

similitudo iis quæ Catanæ visuntur:

oleaster ad Sanctæ preces natus,

86 *VIII Oleaster ad S. Agathæ preces, iuxta eum locum vbi corrigiam alligârat, subitò enatus. Is etiamnum in horto ecclesiæ, in quâ saxum illud ab sanctâ Virgine pedis impressione signatum, asseruari diximus, ostenditur, crassus & procerus, sed in oliuam insitione mutatus. Patriam tamen quî designet non video. Metaphrastes* εο τὰς γνώμας τῶν Πανορμιτῶν συλλυπεῖσθαι *scribit;* notari mentes, *siue genium ac sensum,* Panormitanorum. *Melius alia Acta Græca, non ita vniuersim ad ciues omnes, sed ad eos solos, qui, Agatham eò vsque comitati, retro abierant, id referunt:* Παραχρῆμα ἀνῆλθεν ἐλαία ἄκαρπος ἐξελέγχουσα τὰς γνώμας τῶν ἀπίστων ἐκείνων ἀποδήμων. Illicò exortus est oleaster, redarguens incredulorum illorũ, qui abierant, mentes. D

87 *IX Argumentum ex Latinâ quadam S. Agathæ Vitâ petitur, de quâ agit Inueges ad annum Christi* CCXXXIV. *Nos suprà* § 8 *nu.* 58 *vidêri compositam diximus, postquàm Sicilia fuit ab Saracenorum tyrannide liberata, ex famâ potiùs, quàm certis vllis monumentis: eoq; minùs posse nos, quantùm ei niti debeamus, statuere, quòd non integram viderimus. Ex iis tamen quæ recitat Inueges, habemus Panormi genitam, admodùm adolescentem cum parentibus Catanam migrasse, ibi decennem adhuc Christo. Et hinc saltem antiquior, quàm quæ antèà probata est, traditio confirmatur.*

Vita Latina ineditа,

supplicationes anniuersariæ Panormi,

88 *X Mariam Valguarneræ erudita coniectura, tum ex alia ducta indiciis, tum præsertim, quòd inter primarias supplicationes,* (quas, *inquit,* non nisi Sanctis Tutelaribus, aut ciuibus maiores nostri decreuerunt) *sit ea, quæ die S. Agathæ ab immemorabili tempore solennissimè peragitur.*

ædes Sanctæ dicatæ,

89 *XI ab eodem Valguarnera allatum, quòd plurimæ iam olim S. Agathæ dedicatæ Panormi ecclesiæ sint: Nam quòd quidam suspicantur, non admodùm antiquas, sed quo fortassis tempore Ioannes Paternò Panormitanus Antistes fuit, ab anno* CIↃCCCCLXXXIX *ad* CIↃIↃXI, *ædificatas, & quidem à Catanensibus; vti ipse, itidem Catanensis, solenniter agi S. Agathæ festum lege sanxit; id refellit Inueges, S. Gregorij I Papæ & Thomæ Fazelli testimonio. Sed aliam videtur Fazelli editionem, quàm quæ penes nos est Wechelana anni* 1589, *habuisse. Quod enim in nostrâ, dec.* 1 *lib.* 8 *cap.* 1 *pag.* 169 *lin. vltimâ habetur:* Tertia porta à S. Agathâ, cuius ædicula ad passus circiter CC ab eâ diffidet, nomen suscepit; *idipse, pag.* 171 *ita referri scribit:* Quarta, in eodem vrbis aspectu (septentrionali) Rogerij & Guilielmorum Siciliæ Regum ætate, vt in eorum Priuilegiis legimus, S. Agathæ de Villâ, ab æde eiusdem propinquâ, nomen habet. *Nostro in libro neque illî paginâ quidquam simile est, & Quarta porta à* Mazarâ vrbe habere nomen *dicitur, sed paginâ* 170. *S. Gregorius in Registro lib.* 7 *Indict.* 2 *ep.* 27 *ista habet:* De possessionibus Fatani, Nasusiani & Labiniani, positis in prouinciâ Siciliâ, territorio Panormitano, de quibus inter Præpositos monasterij SS. Maximi & Agathæ, quod Lucusianum dicitur, & è diuerso administratores xenodochij in hac vrbe constituti, quod Valerij nuncupatur, longa se traxit contentio *&c. Lucusianum hoc SS. Maximi & Agathæ monasterium* VI *M. P. ab vrbe Panormitanâ remotum fuisse* F *scribit idem Inueges.*

porta ab eâ dicta,

monasterium antiquitus ei dicatum in territorio Panormitano,

palatium & alia possessiones,

90 *XII Eadem Panormitanorum traditio prædicat, habuisse Sanctam Panormi paternum* palatium, ac villam, *in suburbio fortassis, atque amplas possessiones, in eâ regione quæ* Zisa *dicitur. Similia quoque ostentant apud se Catanenses.*

amici eius extra Catanam:

91 *XIII Adonem citat Pirrus eiusdem causse patronum, qui in libello de festiuitatibus, cuius antèà meminimus* § 8 *nu.* 54, *nullam quidem facit Panormi mentionem, hæc tamen habet:* Quintianus post hæc iter arripuit vt facultates B. Agathæ inuestigâret, & vt teneret omnes de parentelâ eius. *Vnde sequitur, & hos & illas Catanæ non fuisse: cur enim non his priùs initieret manus, quàm longinqua sectaretur? At nihil penitùs bonorum eius Catanæ occupasse, nulli ex Sanctæ consanguineis facessiuisse negotium memoratur. An seditionem plebis veritus? Imò solùm vt hanc declinaret excessisse Catanâ volunt nonnulli, quod manifestè Acta refellunt. Estq; hoc non exigui ponderis argumentum.*

Breuiarius,

92 *XIV Breuiarium Romanum ante Pij* V *tempora numquàm eam Catanæ natam indicauit: at nec Panormi.* Habemus excusum Venetiis an. 1479, 1490, 1524, *atque Argentinæ* 1508. *in quibus hæc solùm habentur:* Natale S. Agathæ Virg. & Mart. in Sicilià ciuitate Catanensi, sub Quintiano Proconsule, Imperatore Decio. Qui consularis vir cupiens *&c. Quod deinde Cardinalis Quignonius*

A *nius concinnauit, (eſt penes nos quintuplex eius editio) ſic habet:* Decio Imperatore, Quintianus Siciliæ Præſes captus amore nobilis atque egregiâ formâ Virginis Agathæ in vrbe Catanâ *&c. Quæ externa Catanæ faueant, infrà videbimus. Breuiarium Spirenſe anni* CIↃ IↃ XC *ita habet:* Agatha Virgo Catanenſis, Panormi claris natalibus nata. *Idem habet Moguntinum anni* CIↃ IↃLXX, *niſi quod pro* nata, *in eo ſit* oriunda; *quam vocem Panormitani ſæpius in eodem Breuiario pro* natam *vel* ortam *vſurpari oſtendunt.*

Eluſa Catanenſium argumenta.

93 *XV Si qui ſcriptores* Catanenſem Agatham *ſcribunt, id propterea dici aiunt Panormitani, quia Catanæ eius aſſeruentur reliquiæ, ibiq; lauream adepta ſit martyrij. Si qui* Catanæ natam, *Catanamue eius* patriam *affirment; Nempe, inquiunt, quia cælo eam Catana reddidit, quaſiq; peperit,* patria *eius dicitur. Sed ſcitari Catanenſes poſſunt, quâ deinceps phraſi loqui homines debeant, cùm de cuiuſlibet patriâ quæſtio eſt? an neceſſaria ſemper circumlocutio ſit, vt dicatur in auras mortales alibi veniſſe, alibi in lucem immortalem euolaſſe; quandoquidem* naſcendi *vocem, &* patriæ, *nobis ſaltem Chriſtianis, velint ambiguæ eſſe ſignificationis?*

Teſtimonia virorum doctorum.

94 *XVI Teſtimonia virorum eruditorum, qualia multa congerunt Catanenſes, citanda hîc forent: ſed neque ea nobis occurrerunt, neque Panormitani, Metaphraſte vno potiſſimùm freti, de iis admodùm laborauêre: nec reticuêre tamen*

B Iulium Mazarinum, *è Societate Ieſu, & ipſum Panormi natum. Is concione* 45 *in* Miſerere *ita ſcribit:* Simile quid ſcriptum habetur ex Metaphraſte in Vitâ S. Agathæ, & Adone Epiſcopo. Euocata Palermo, natali ſuo ſolo, Catanam, religionis ergô. *Quæ deinde ſubiungit, habentur quidem apud Adonem, ſed pro patriâ gratis citantur. Idem Mazarinus concione* 106. Quintiano tyranno obiiciebat generoſa Martyr & Virgo Panormitana, dicens: Summa ingenuitas eſt, quâ ſeruitus Chriſti comprobatur. Petrus Ribadeneira *ex eadem Societate, in Vitis SS. ita ſcribit:* Nata erat in vrbe Panormo, vti aſſerit Metaphraſtes. Natam *quoque* Panormi *tradit* Siluanus Razzius *to.* 1 *de fœminis ſanctitate illuſtribus, vbi ſe Vitam S. Agathæ fatetur è Metaphraſte deſcribere; vti & in Vitis Gallicis Sanctorum* Renatus Benedictus.

§ XII *Catanenſium argumenta ex PP. & ſcriptoribus ante annum Chr.* CM.

Catanenſium multa argumenta:

95 *NVnc Catanenſium non tam teſtes audiendi, quàm integra ferè contemplanda acies, ac machinarum, quibus aduerſarios oppugnent, genius omne. Iſthæc nos percenſebimus, vti anteà Panormitanorum, fide optimâ, ſed quædam breuiùs paullò, ne præter numerum molè ipsâ obruamur.*

C 96 I *Argumentum ex antiquiſſimis & probatiſſimis Latinis Actis, quibus cætera tamen omnia in hoc congruunt. In iis igitur qu.* 3 *nu.* 13 *iſta leguntur:* Dum aromatibus condiretur corpus eius, & cum nimiâ diligentiâ collocarent illud; venit quidam iuuenis, ſericis veſtibus indutus, quem ſequebantur ampliùs quàm centum pueri, omnes ornati & pulchri.... Hic ergo veniens intrauit ad locum vbi condiebatur corpus eius, & poſuit ad caput eius tabulam breuem ex marmore, in quâ ſcriptum erat: Mentem ſanctam, ſpontaneum honorem Deo, & PATRIÆ LIBERATIONEM. *Quam verò qui hæc ſpectabant interpretati ſunt patriam? Perſpicuum id eſt ex ſequentibus nu.* 15 *verbis:* Vt autem euidenter ſcriptura illa, quam Angelus Domini poſuerat, firmaretur; poſt anni circulum, circa diem natalis eius, mons Ætna eructauit incendium.... Tunc paganorum multitudo fugiens de monte deſcendit, & venerunt ad ſepulchrum eius, & auferentes velum, vnde erat coopertum ſepulchrum eius, ſtatuerunt illud contra ignem venientem ad ſe, & ipsâ horâ ſtetit ignis diuiſus.... vt comprobaret Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quòd à periculo mortis & incendij eos S. Agathæ meritis & orationibus liberaſſet. *Si Panormus illi patria erat, & huius eo epitaphio promittebatur liberatio; cur igitur,* vt euidenter ſcriptura illa, quam Angelus Domini poſuerat, firmaretur, *Catanâ liberata eſt? An ſi Titio ſummus in vrbe ſuâ magiſtratus diuinitus ſit addictus, firmabitur vaticinium, ſi Caio is deferatur?*

1 ex Actis Latinis,

vbi in tabellâ Angelicâ promiſſio liberationis patriæ,

firmata in Catanæ liberatione.

97 *Non ignorant argumenti huius vim Panormitani, ſed variis ambagibus declinare eam nituntur. Nam primùm negant Angelum fuiſſe. Diſertè tamen vel hoc ipſo miraculo probatum id putat, quem ſibi vnicè patrocinari exiſtimant,* Metaphraſtes: Vt autem, *inquit,* certa & inconcuſſa redderetur, quæ iam increbuerat fama, Angelum fuiſſe qui tabulam in eius tumulo depoſuerat, anno vertente *&c.* Ἰνὰ ᾖ ἀπαρέγβατον ὁ λόγος εἰη, ὅτι Ἄγγελος ἦν ὁ τὴν πλάκα ἐποθέμενος ἐν τῇ λάρνακι τῆς μάρτυρος *&c. Alij Panormi liberationem, quæ verè patria Martyris eſſet, promiſſi aiunt: liberatam enimuerò à furore Quintiani, Agathæ meritis. Cur ergo anno demum vertente firmatam epitaphij ſententiam Acta tradunt, quando Ætnæ repreſſum profluuium? & non ipſo quo Virgo obierat die aut ſummum poſtero?* III Patriam explicamus, *aiunt apud Inuegem, vbi cælo nata eſt, quemadmodum* Natale *Eccleſia pro mortis die accipere ſolet. Numquàm ego Romam Petri Pauliq; patriam dici, Chriſti Hieroſolymam, Pariſios Dionyſij legi, etſi iis locis obierint mortem, & quædam gentes Romam* Petri vrbem *appellitent, vti & Sion ciuitas Dauid dicitur, quæ tamen patria eius non erat, id eſt, ſolum natale: id enim omnes patriæ nomine intelligunt. IV fatentur Catanam eius patriam dici, quòd iſthic diu domicilium habuerit: & eſt quidem iſtud aliquid; nam videtur, qui ciuitate donatur, natus alibi, patriam ſibi quaſique genitricem adſciſcere eam ciuitatem, cùm in ciuium numerum adoptatur, præſertim ſi illic educatus eſt, quod de Agathâ Panormitani fatentur. Ita* P. Iulius Cæſar Coturius, *dicere mihi olim ſolebat, Traiectum vrbem ſibi patriam eſſe non naturæ, ſed gratiæ; quia natus Bruxellis, Traiecti eſſet pietate & litteris imbutus, ibiq; ad Societatem Ieſu animum adieciſſet. V volunt Panormitani in hoc S. Agathæ epitaphio* patriæ *nomine omneni Siciliam intelligi. VI ea verbâ ſic explicant: Agatha, mentem ſanctam habuit, ſpontaneum honorem Deo dedit, vobis, ô Catanenſes, patriæ veſtræ liberationem impetrauit. vel VII, in hunc modum: Habetote, ô Catanenſes, mentem ſanctam, ſpontaneum Deo honorem reddite, & patriæ liberationem impetrabitis. Catanenſes contrà, ingenioſis iſtis interpretationibus nil opus eſſe, quando qui omnibus obuius eſt illorum ſenſus verborum maximè perſpicuus ſit & facilis, ac verus, totq; miraculis, non anno ſolùm proximo poſt martyrium, ſed omnibus deinceps ſecutis ætatibus, vti infrà narrabitur, confirmatus.*

Panormitanorum reſponſa, non ab Angelo delatam:

Panormã à Quintiano liberatam:

Catanam patriam fuiſſe martyrij,

domicilij

aliter verba explicanda:

68 II *Menæa, etſi in Lectione, quam plerumque ſumunt ex Metaphraſte, Panormi natam prædicent,* F *in adiunctis tamen odarijs, quæ ſunt pleraque è veterum Patrum ſcriptis ſumpta, Catanæ fauent. Orant enim Sanctam, vt* patriam *turbidis rebus, quemadmodùm olim exitio quod ignis minabatur, eripiat. Quam verò vrbem priùs eripuerat? Suas reliquias ſeruantem. An non igitur hæc patria? En ipſa Menæorum verba:* Ὀρμημὲ ἀκάθεκτον πυρὸς αἰτναίης (*perexcuſum* ἐυθαίης) ἀνέστειλας σαῖς ἐυχαῖς, ἀγαθώνυμε, καὶ πόλιν διέσωσας, τὸ σεπτόν σε, μάρτυς, λείψανον πιμῶσαν. Impetum effrænatum ignis Ætnæi repreſſiſti tuis precibus, ô bonio inſignita nomine, & vrbem ſeruaſti ſanctas tuas reliquias honorantem. *Poſteà verò in alio cantico:* Νικητικοῖς ὁ στεφάνοις κοσμηθεῖσα, θεόφρον Ἀγάθη, δεξιᾷ ζωαρχικῇ νῦν λυτρωθῆναι δυσώπησον τὴν πατρίδα σε ζάλης, ὡς πρὶν πυρὸς ἀνέστειλας ὁρμὴν ἵνα ὕμνοις σε πάντες ἀπαύστως μεγαλύνωμεν. Victricibus coronis ornata, diuina ſapiens Agatha, liberari vitæ moderatrice dexterâ nunc PATRIAM TVAM tempeſtatibus exora, vt priùs ignis impetum repreſſiſti; vt te omnes inceſſater hymnis magnificemus.

2 argumentum ex Menæis.

vrbs, vbi reliquiæ, liberatam,

eamq; patriam eſſe:

99 III *proferunt Catanenſes, quæ S. Luciæ in viſo S. Agatha dixit. Ea fuſiùs recitabuntur infrà in Sylloge miſcellaneorum miraculorum cap.* 1. *Quæ huc faciunt, ſunt iſta:* Sicut per me Catanenſium ciuitas ſublimatur à Chriſto, ita per te Syracuſana ciuitas decorabitur à Domino. *Hoc in eo*

3 Catana ab eâ illuſtrata Syracuſa à S. Lucia,

Arctò. rel. B. *in eo ſitum decus volunt Panormitani, quòd vtraque vrbis, in quâ defuncta martyrio erat, tutelam aſſumpſit, auxitq; miraculis dignitatem. Sigebertus Gemblacenſis, qui ante* IↃXL *annos ſcripſit, in eo parcs ipſas Virgines facit, quòd vtraque ſuam vrbem fidei ſplendore illuſtrarit, ac nunc in cœlis tueatur. Ita enim S. Agatham loquentem inducit.*

A Quæ morte noſtrâ terra nobitur,
Hanc deputatâ ſorte tuebimur:
Gaudent patronâ me Catenæ,
Sunto tuæ tibi Syracuſæ.
Per me Catenis vera patet fides:
Vt ſint Catenis ergo fide pares
Tu Syracuſas fac fideles:
Hoc ſub amore fient ſodales.

At Catanenſes non ſolùm fide promitti pares fore vrbes & ſuæ Patronæ tutelâ, ſed omnino eiuſdem decoris ſocias, quippe quod ergo etiam ortu: *Diuæ verbis neutiquam determinetur. Atqui Syracuſas conſtat ortu Luciæ, fidei & pietatis exemplis, aliiſq; beneficiis, ac demum martyrio, publicâ eius reliquiarum veneratione, miraculorum gloriâ, atque apud Deum patrocinio ſublimatas. Quæ niſi eadem Catana ab S. Agathâ percipiat, ne illa falsò, ſi non vanè, dixiſſe videbitur:* Sicut per me ... ita per te ... *Cùm dicere debuerit modeſtiſſima Virgo:* Quàm per me B *Catanenſium ciuitas ſublimatur à Chriſto,* magis per te *Syracuſana ciuitas decorabitur à Domino.*

100 *IV Actorum Græcorum, quæ antea nobis probari diximus vt antiqua, & grauiter ſcripta, manifeſta eſt ſententia:* 4 ex Actis Græcis: Maganima Virgo Agatha, cui patria quidem Catana, parentes verò clari & illuſtres. *Deinde aiunt,* extra Catanam Panormi commoratam: *& innuunt, Catanâ ipſam eò ſeceſſiſſe, vt Quintiani libidinem declinaret. Tandem & bona eam Panormi habuiſſe oſtendunt, cùm ad ea occupanda Panormum versùs profectus Quintianus ſit, inq; Simætho amne perierit.*

101 *V Hymni duo è Breuiario Muſarabum proferuntur, qui à S. Iſidoro Hiſpalenſi Epiſcopo ſcripti, vel recogniti exiſtimantur; quos & ſuprà dedimus. De patriâ Virginis iſthæc in priori hymno habentur:* 5 ex antiquis Hymnis in Breuiario Muzarabum:

Mox namque clarus iuuenis,
Tabellam ſcriptam deferens,
Mente ſanctâ pronuntians
Defenſionem patriæ:
Nam montis Ætnæ incendium
Curſu dum rapidiſſimo
Ad vrbem pronum flectitur,
Claret puellæ meritum.

Cur enim poſt defenſionem patriæ *prædictam, illud ſubdit,* Nam *? niſi vt promiſſa euentu ſecuto confirmet?*

C *Ac paullò poſt:*
Quæ olim conciues tuos
Magno ab igne eruis.

Scutum ſolitum opponunt aduerſarij; patriam *martyrij, &* conciues, *quorum in ciuitate vixit obiitq;, ſi non etiam eius iure donatâ.*

102 *VI S. Aldelmum Scirburnenſem in Angliâ Epiſcopum, qui* IↃCCIX *anno Chriſti deceſſit, cauſſæ ſuæ patrocinari arbitrantur Catanenſes: non ego. Nam elidit quam ex* 6 ex S. Aldelmo, *ipſorum ſententiâ iam retulimus, S. Agathæ verborum expoſitionem, quaſi ſolâ martyrij gloriâ, non etiam ortu ſuo, pares Syracuſas Catanamq; fore prædixerit. ita enim ſcribit:* Etenim ſicut Catanenſe municipium, præ ceteris Trinacriæ vrbibus, Agathæ martyrio feliciter coronatur; ita famoſiſſimæ Chriſti tirunculæ Luciæ prærogatiuâ Syracuſas oppidum Siciliæ proſperis ſucceſſibus ſublimatur. *Aſt, inquiunt, idem Sanctus affirmat, duas illas Virgines* contribuli populo apud Siciliam genitas: *ſiue autem quòd idem ſolucrent tributum,* contribules *populos dixit, ſiue quòd ex eadem oriundi natione eſſent; Panormum illa non* non ſatis ſolidum: *tangunt, quæ nec tributum ſoluebat, ſed decimas, nec eidem, cui Syracuſæ, Quæſtori: & Syracuſæ Catanaq; à Græcis conditæ, à Phœnicibus Panormus, neutri ideò illarum contribulis. Nimis hæc ſubtiliter excogitata, Familiaris S. Aldelmo eſt vox* contribulis, *quæ ei non ſolùm idem ſignificat quod Latina* tribulis, *id eſt, ex eadem tribu, ſed ex eodem populo ſeu natione.* D *Si quis tamen cum contendat verè ad origines earum vrbium reſpexiſſe, nolim acriùs repugnare. Nam & in titulo libri de laudibus virginitatis quaſidam Virgines ſibi* contribulibus neceſſitudinum nexibus conglutinatas *appellat, quòd ex eadem orta eſſent Weſtſaxonum gente; ac mox cap. 1 de ludis Olympicis agens, ita ſcribit:* Alius cum cateruâ contribulium phalerato vectus cornipede; *vbi volunt per* contribules *intelligi eiuſdem vrbis aut prouinciæ homines.*

103 *VII S. Methodij incontrouerſum pro Catanenſibus ſuffragium eſt, in Oratione de quâ egimus* § 7, *quamq; infrà dabimus. Agatha ipſa ita loquens introducitur cap. 2 num.* 10. 7 ex S. Methodio Patriarchâ CP. multipliciter: Dum hîc (*Panormi, vt alij exponunt, ipſe locum non nominat*) licuit quietè agere, meque continere longè à patriâ ac paternâ domo. *Et nu.* 11. Vbi verò Catanam appropinquabat, magnus ciuium ſuorum numerus illi obuiàm prodiit: & mulieres quidem .... inter ſe laudibus conſtantiam Virginis extollebant, quòd impias Proconſulis oblatas nuptias ne auditu quidem dignata eſſet, ideoque ſolum vertere ſapienter decreuiſſet. *nu.* 13 Bona demum patriæ ac ciuibus extitiſti, quippe quibus tuam in maximis ærumnis conſtantiam *&c. Et cap.* 4 *nu.* 20. Vix igitur Agatha ignes tetigerat, cùm ecce E patria tellus, filiæ ſuæ vicem miſerata, funditus contremuit, & quaſi materno ſenſu prædita eſſet *&c. & nu.* 27 Hodie igitur Chriſtiana Eccleſia ſeſe exornet .... patriæque Catanæ dignam gloriationem prædicet. *ac deinde:* Cùm nobiliſſimis orta eſſet natalibus in vrbe Catanenſium. *Demum cap.* 5 *nu.* 28. Tumultuati ſunt quidem ciues eius aduersùs Quintianum. *nu.* 31. In re adeò trepidâ, ſic volente Numine, in mentem illis venit Angelicum oraculum ad Agathæ caput depoſitum, de liberatione patriæ ſibi promiſsâ. *Pluraq; eo capite in eumdem ſenſum congeruntur:* Noſtram item ciuem Agatham. Patrium ſolum, vrbem, ciueſque, ſuæque natiuitatis palatium, ac ſacroſancta Martyris monumenta, audebunt hi profluentes ignes obruere? *Quid hiſce opponant Panormitani, ſuprà retulimus.*

§ XIII *Aliud Catanenſium argumentum, ex Oratione (vt videtur) S. Petri Thaumaturgi Epiſcopi Argiuorum.*

104 *OCtauum idq; ſanè validum argumentum ex S. Athanaſij Methonenſis Epiſcopi Vitâ, ſiue Petri Argiuorũ Epiſcopi funebri in eum laudatione, petitur. Eam ad* XXXI *Ianuarij edidimus ex MSS. codicibus Græcis magni monaſterij* F *S. Saluatoris Ordinis S. Baſilij Meſſanæ, Latinè redditam à Franciſco Blanditio noſtro. Poſtmodùm didicimus, eâ re offenſos fuiſſe Panormitanos quoſdam, quòdnon potiùs Octauium Caietanum noſtrum, ac Philippum Ferrarium, ſecuti, ad* XXIX *Iulij retuliſſemus. Nec diſſimularunt, ſe id hoc conſilio factum putare, vt eſſet præiudicatio quædam eius cauſſæ, quæ nunc tractatur. Verùm ſi tam illis, quàm eſt nobis, in eâ re ſimplex ac ſincera mens eſſet, abſtinerent, opinor, eâ reprehenſione. Quid enim? An cùm nobis vir religioſus & doctus ſignificaſſet, Catanæ in patriâ ſuâ memoriam agi eo die Sancti indidem orti, non ei potiùs fidem habere debuimus, quàm externo nullum citanti eius quod ſtatueret auctorem? Et ne quidem oſtendunt ipſi ad eum diem, quo poſui, non pertinere. Si tamen foret in die error aliquis, meus certè non eſt, nec mihi poſſunt meritò iraſci: Neque verò ideò pondus eſſet argumenti nullum: cùm parùm referat, ex vulgato iam libro ſumptum ſit, an ſolùm manu exarato, modò probatus ſit vterque. Fatentur autem eam orationem & doctam eſſe, & Meſſanæ exſtare: ſed quod ex eâ ſumitur argumentum, aiunt non eſſe eiuſmodi quin infirmari à ſe poſſit.* 8 ex Vitâ S. Athanaſij Ep. Methonenſis, 31 Ianuarij à nobis meritò relatâ;

105 *Tria hîc mihi exponenda: Quis ille fuerit Petrus Argiuorum Epiſcopus? Quid de S. Agathæ patriâ ſcripſerit? An eius rectè explanata ab interprete ſententia ſit? Retulimus in noſtrâ ad eam orationem præfatione, nos ab interprete admo-* ſcriptâ à Petro Ep. Argiuorũ; *nitos,*

A *nitos, auctorem* illum videri Petrum Siculum esse, qui anno II Basilij Macedonis, Christi IↃ CCCLXVIII Timbricam, Armeniæ ciuitatem pro captiuorum permutatione legatus, nouemque isthic menses moratus, scripsit de Manichæorum, quos isthic didicerat, erroribus librum, qui à Matthæo Radero nostro Latinè versus extat in libro IX Bibliothecæ veterum Patrum. *Hanc ibi coniecturam retulimus,* & Petrum Siculum *appellauimus, quod deinde vidimus ab interprete adiectum, cùm codex Græcus solùm hunc titulum præferat:* Πέτρου ἐλαχίστου ἐπισκόπου Ἀργίων ἀπαιτοῦντος εἰς τὸν μακάριον Ἀθανάσιον ἐπίσκοπον Μεθώνης. Petri humillimi Argiuorum Episcopi funebris oratio *(nam in Græco* λόγος *subintelligitur)* in B. Athanasium Episcopum Methones.

non Petro Siculo, Basilij Imp. Legato in Armeniam, vt quidã coniiciunt

106 *Cæterùm præter commune nomen, & ætatem, quâ ambo possint videri vixisse, nulla affertur, quamobrem vnus idemq; censeri debeat, ratio. Stylum aiunt viri docti in scriptis vtriusque disparem. Ego anteà conferre non potui: neque nunc opus est; quando alia se mihi longè verisimilior obtulit coniectura, vt mutare sententiam, aut potiùs (quia nihil ibi definieram) ab interpretis opinione recedere statuerim, etiam priùs quàm Inuegis viderem librum, tum alias ob caussas dissentientis à Blanditio, tum quia nullo & hic argumento, quod coniectat, probet. Fatetur tamen Inueges, esse Petri Argiuorum* B *Episcopi eam orationem, & Græcam, vbi diximus, extare.*

non satis solidè,

107 *Coniicio ego, compositam à* S. Petro Thaumaturgo, *siue Miraculorum patratore, Episcopo Argiuorum, qui die* III *Maij colitur, vixitq; eâ ætate, vt nosse S. Athanasium potuerit; quandoquidem frater eius Paulus, ipso id onus detrectante, Corinthiorum Episcopus à Nicolao Mystico Patriarchâ Constantinopolitano sit creatus. Successit autem in patriarchatum Nicolaus S. Antonio Caulea, de quo* XII *Februarij agemus, circa annum Christi* IↃCCCXCI, *obiitq;, vt testatur Cedrenus,* Ind. III *Christi anno* IↃCCCCXXX, die XV Maij. *Ab hoc potiùs Nicolao euectum esse ad Corinthiorum Cathedram Paulum Petri fratrem, quàm ab altero Nicolao Chrysobergio dicto, qui* LX *post annis vixit, censet eruditissimus P. Iacobus Goar Ordinis Prædicatorum, qui ex Gabrielis Naudæi, viri eruditissimi, MS. Synaxario breuem nobis huius S. Petri Vitam descripsit, quàm hic recitabimus, ac deinde Latinè reddemus.*

sed S. Petro Thaumaturgo,

qui circa annũ Chr. 900 vixit:

eius Græca Vita.

108 Τῇ γ' τοῦ Μαΐου, τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Πέτρου τοῦ Θαυματουργοῦ ἐπισκόπου Ἄργους.

Οὗτος τὴν πατρίδα μὲν ἔσχε τὴν Κωνσταντινούπολιν, γονέων ἦν ἐφύη εὐλαβῶν, μοναχῶν γεγονότων πανοικεσίᾳ. Κατὰ ζῆλον ἦν ἐκείνων γίνεται καὶ αὐτὸς μοναχὸς, ἀσκήσει τῇ ἀκριβείᾳ καὶ τῇ τῶν θείων μελέτῃ πάντας ὑπερβάλλων. ὅθεν ὑπὸ Νικολάου Πατριάρχου C Κπ καταναγκάζεται τῆς Κορίνθου γενέσθαι ἀρχιερεύς. Τοῦ ἦ μὴ πειθέντος, Παῦλον ἀντ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν χειροτονεῖ. καὶ συγκατῆλθε τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἐν Κορίνθῳ. βίᾳ ἦ τῶν Ἀργείων ἦ παρακλήσει τῶν Ναυπλίων χειροτονεῖται ἦ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Ἄργους ἐπίσκοπος. καὶ τοσοῦτον ἐσπευσεν εἰς εὐποιΐαν, ὡς μηδὲν καθ' ἑκάστην ἐν τῷ κελίῳ αὐτοῦ εὑρίσκεσθαι. ὅθεν καὶ ἐωλόπτησε ἦ τὴν τῶν θαυμάτων ἐνέργειαν. Λιμοῦ δέ ποτε γενομένης, ἦ πολλὰς τρέφοντος μυριάδας, ἐν ἑνὶ πίθῳ ἀλεύρου ὀλίγου ὑπολειφθέντος, δι' εὐχῆς τοῦτον πλήρη ἀπέδειξεν. αἰχμαλωτίδες ἦ, ἃς ἔστιν ὅσους εἰπεῖν, ἀνερρύσατο, ἦ κόρην δαιμονῶσαν παρευθὺ ἰάσατο. ἦ τὰ μέλλοντα προέλεγε, ἦ τὸ πέλος προέγνω τοῦ ἑαυτοῦ. ἑβδομήκοντα ἦ γεγονὼς ἐτῶν ἐν εἰρήνῃ πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε.

109 III Maij, S. P. N. Petri Thaumaturgi Episcopi Argiui.

Fuit Constantinopolitanus, monachus,

Hic patriam quidem habuit Constantinopolim, piis autem natus est parentibus, qui cum vniuersâ familiâ monachi facti sunt. Eorum exemplo & ipse Petrus factus monachus, exercitatione, vigiliâ, meditatione rerum Diuinarum omnes superabat. Quare eum Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus inducere cupiebat, vt summum Corinthi sacerdotium susciperet. Verùm cùm onus deprecaretur, pro eo Paulum ipsius fratrem initiauit. Venit tamen cum fratre Corinthum. Sed violentâ Argiuorum sollicitatione, simulque Naupliorum deprecatione, consecratus & ipse est à fratre Argiuus Episcopus. Atque intantùm beneficentiæ studuit, vt nihil illi quotidie in penu esset reliquum: vnde & virtute miraculorum ditatus est. Cùm aliquando fame inualescente, multa hominum millia aleret, atque in vase vnico modicum quid farinæ superfuisset, illud fusis ad Deum precibus ad summum impleri obtinuit. Captiuos haud facile est dicere quot liberârit. Puellam quoque à dæmone correptam subitò curauit. Prædixit futura, ac suum quoque obitum præsciuit. Septuaginta demum natus annos in pace ad Dominum migrauit.

Auctore I. B. D *frater Pauli Ep. Corinthij, ab eo ordinatus Argiu Episcopus, miraculis clarissimus,*

110 Nauplia (*cuius incolarum deprecatio cum Argiuorum sollicitatione coniuncta fuisse dicitur*) τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον, τὸ δ' ἔτυμον ἀπὸ τοῦ τοὺς ναυσὶ περοσπλεῖσθαι, *vt habet Strabo lib.* 8 *Geograph.* Argiuorum nauale, sic dictum quòd nauibus impleatur. *Stephanus autem:* Ναυπλία πόλις Ἄργους. Nauplia vrbis Argi, siue Argiuæ ditionis. *Neque enim ipsum mari Argos adiacet. Qui verò hîc* Ναύπλιοι *dicuntur, ij Stephano* Ναυπλιεῖς *sunt.*

à Nauplia incolu, vnà cum Argiuis, expetitus.

111 *Hunc ergo* Petrum *non modò vitæ sanctimonia, sed & doctrinâ conspicuum fuisse coniectamus; quippe in regiâ natum vrbe, vbi tunc Metaphrastes, aliiq;, è Studiano præsertim monasterio, eruditionis laude florebant, omnesq; ad studia liberalium artium ipse Imperator Leo suo exemplo prouocabat; qui Sapiens ac Philosophus appellatus. An alia tamen Petrus scripserit, haud scimus: & hanc nostram de eâ oratione coniecturam si quis certiori auctoritate eliserit, lubentes retractabimus, eiq; gratiam habebimus.* *doctus,* E

112 *Nunc quid de S. Agathæ patriâ Petrus scripserit audiamus. In eâ, quam diximus funebri S. Athanasij laudatione, ista habet:* Πατρὶς τοίνυν τῷ νῦν εὐφημουμένῳ πατρὶ πρώτη μὲν καὶ ἀληθὴς, ἡ ἐφάνιος, εἰς ἣν μετὰ τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων, ἐξ ἀπαλῶν τῶν ὀνύχων ἐπογραφόμενος, τῆς προθέσεως ἐδιήμαρτε. Δευτέρα ἦ, καὶ εἰνης ποσῶν ἐπιδέουσα, ὅσον ἀληθείας σκιὰ καὶ ἐνδάλματα, Κατάνη μὲν, προτεχὴς Σικελίας, πρώτα πεφίτευσε. ὧν εἰ βουληθείην νῦν ἐπαινεῖν τὰ ἐξαίρετα, ἔστιν καὶ κάλλος καὶ μέγεθος, ἀέρων εὐκρασίαν, καὶ ὑδάτων τὸ πολυμιγέστατον, δένδρων εὐκάρπων τε καὶ ἀκάρπων πλῆθος, ἀνδρῶν ἐπὶ σοφίᾳ τε καὶ ἀνδρείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ λαμπάντων πλῆθος, ὡς καὶ τὴν ἐξάκουστον Ἀγάθην τὴν μάρτυρα, ἐν ταύτῃ καὶ γεννηθεῖσαν καὶ τραφεῖσαν καὶ μαρτυρήσασαν διὰ Χριστὸν, καὶ τὸ ἅγιον αὐτῆς κατάκειται λείψανον εὐδοκήσασαν, ὃ καὶ ῥύακες πυρὸς τῆς ὑπερκειμένης αὐτῆς ἠδέσθησαν κατερχόμενοι, τὸ παραδοξότατον ἅπαν. *Quæ ita Franciscus Blanditius noster Latinè vertit, nosq; edidimus:* Patria igitur, qui nunc mihi laudandus est, beati Patris Athanasij, prima quidem ac vera, illa est cælestis, vbi vnà cum Sanctis ab æternitate fuerat adscriptus, & à teneris vnguiculis ab electione non excidit: altera verò patria tantùm à primâ distans, quantùm à veritatis luce caligo tenebrarum, vanaque simulachra rerum. Catana quidem vrbs præclara in Siciliâ, excellens inprimis. Igitur in præsenti si omnia eximia vellem recensere, situm, pulchritudinem, magnitudinem, aëris temperiem, saluberrimam aquarum naturam, ingentes feracium ac sterilium arborum siluas, frequentem virorum sapientiâ, prudentiâ, fortitudine, iustitiâque illustrium multitudinem, ab incepto intempestiuè digrederer: quemadmodùm longè celeberrimam Virginem Agatham Martyrem, quæ eâ in vrbe & nata & educata, & cruciatibus affecta est propter Christum, quæque vt sacrosanctæ sui corporis reliquiæ ibidem conquiescerent gratum acceptumque habuit: quas quidem ignei torrentes ex supereminente Ætnâ defluentes, præter omnium expectationem, venerabundi sunt reueriti.

de S. Agathæ patriâ quæ scribatur

Latinè reddita à Franc. Blanditio. F

113 *Hanc interpretationem multis impugnat Inueges; & alij ab eo citati. Singula, quæ is obiicit, expendemus. Primùm ea verba,*

AVCTORES I. B.

ea verba, Κατάνη μὲν πρόσεχὴς Σικελίᾳ πόρρω πελίτυος, ita interpungit & explanat: Κατάνη μὲν πρόσεχὴς, Σικελίᾳ πόρρω, πελίτυος. Catana quidem proxima, remota verò Sicilia, celeberrima. *Nam in autographo* Σικελίᾳ *esse in recto, non* Σικελίᾳ *in Dativo casu: neque ex interpani, vt significetur* in Sicilià. *Verùm* πρόσεχὴς Σικελίᾳ *interpres* in Siciliâ *vertit: rectè; quasi* Siciliæ adnatam, adhærentem, incumbentem *dicat, ac velut* ab Siciliâ apud se habitam. *Si* πόρρω *pro* remote *positum esset, deberet hæc minimùm esse constructio, vt intelligi posset, ἡ* πόρρω Σικελία, remota verò Sicilià. *At non nisi duplicem assignat patriam scriptor, cælestem & terrestrem; non iterum hanc declarat se in remotam & propinquam velle distribuere. Nec video (licet quosdam ita loqui meminerim) cur ei qui Catanæ sit natus, propior sit Catana quàm Sicilia. Si quis regionem aut provinciam velit asserre ad eius de quo agitur laudem, potest sanè ex oratorum, quæ etiam Inueges citat, præceptis, natum dicere in Siciliâ; & cùm ea recensuerit quæ generatim ad Siciliæ commendationem pertinent, tum addet, inter omnes Siciliæ vrbes Catanam aut Panormum peculiari hac laude excellere, & demum ortu quoque talis hominis gloriari. Verùm qui propior vna, altera remota dici debeat, non video. Est ipsa quidem regio prior antiquiorq;, quàm qui in eâ sunt populi, vici, vrbes; non remotior. Sic ergo Petri verba interpungi atque exponi debere videntur:* Κατάνη πρόσεχὴς Σικελίᾳ, πόρρω πελίτυος. Catana in Siciliâ existens, longè celeberrima. *Illud de nominatiuo ac Dativo ex eorum genere est, quæ plurima incuriosi amanuenses committunt; vt in nostro quoque Græco apographo videre est. Aliud tamen à Paulo Belli nostri Messanâ ex sancti Saluatoris Basilianorum monachorum bibliothecâ accepimus, in quo diserte* Σικελίᾳ *scriptum.*

A *cõtra eam versionem obiectiones grammaticales, soluta:*

B

114 *Arguit deinde Blanditium Inueges, quòd* ἓν *pro* ὧν *legerit, atque* Igitur *verterit. Propiùs nihil fuit, quàm vt suspicarer ego pro* ἕσα *positum, cùm scriptum esset* πελίτυος ὤν. ὧν *restitui, vt sit* quarum, Catanæ nimirùm Siciliæq;. *Patitur Inueges* ἧς *quoque, id est* cuius *scribi: sed manente* Σικελίᾳ *numquàm nisi ad Catanam referre poterit. Illud quoque perperàm exponi queritur,* Ἀέρων εὐκρασίαν, aëris temperiem: *vult* aërum *dici: per nos licet, sed necesse non est, cùm in plurali numero vix vsurpetur, & significatio eadem sit etiam in singulari. Æquè &* aëres *esse varios, variis tempestatibus in vrbe vnâ dicemus, &* aërem *totâ insulâ lenem ac placidum: ne quid in eâ voce esse præsidij putetur, ad persuadendum, quæ dicta sunt, de vniuersâ dici prouinciâ, non de vrbe vnâ.*

item alia:

C

115 *Præcipuè illud displicet, quòd* ἐν πάτῃ γεννηθεῖσαν, τεθραμμένην, μαρτυρήσασαν, *verterit, Blanditius:* in câ vrbe natam, educatam, martyrio defunctam, *siue, vt habet,* cruciatibus affectam. *Nam in Græco non haberi vocem illam* vrbe, *sed solùm* ἐν πάτῃ, in hac, *nempe Siciliâ. At retentâ, quam stabiliuimus lectione,* Κατάνη πρόσεχὴς Σικελίᾳ, *dici id non potest: & si de Catanâ est sermo, venustiùs repetitur* in hac vrbe. *De Catanâ autem nisi hæc intelligi auctor voluisset, quid necesse erat Agatham potiùs quàm Luciam, aut alium quemcunque Sanctum Siculum adferri? quid locum natiuitatis, educationis, martyrij coniungi? quid de reliquiis isthic depositis fieri mentionem? Imò non vnam Agatham recensere eiusq; reliquias debuisset; sed scribere, multos in eâ genitos alitosq; sanctos homines, eorumq; reliquiis varias vrbes ornari ac muniri. Voluit ergo Catanensi Athanasio Agatham addere ex eadem vrbe natam. Ita inferiùs cùm Athanasij parentes scribit Patras vrbem Peloponnesi migrasse, addit:* in quâ vrbe Andreas primus ad apostolatum vocatus, ... per crucem beatissimum finem consecutus est. εἰς πᾶς ἐν Πελοποννήσῳ παλαιὰς Πάτρας κατῆρεν, ἐν αἷς καὶ ὁ πρῶτος ἐν ἀποστόλοις κληθεὶς Ανδρέας .... τὸ διὰ σταυρᾶ μακαριώτατον τέλος ἐδέξατο. *Patet ex Græcis, in quâ* vrbe *addendum ad vitandam amphibologiam. Ergo vt hîc quasi ornatus gratiâ, cùm de Patris loquitur, addit S. Andream in vrbe illâ, non generatim in Peloponneso, actum in crucem; ita cùm de Catanâ loquens Athanasij patriâ, quæ alia addidit de S. Agathâ, videntur omnino ad Catanam propriè spectare.*

& præcipuè vbi in vrbe Catanâ *nata S. Agatha dicitur.*

§ XIV *Pro Catanensibus citati Pontifices, Reges, Episcopi, Sancti, scriptores varij, Breuiaria, traditiones &c.*

116 *Alia depromunt argumenta Catanenses, neque omnino nullius roboris.*

IX *est* Vrbani II *Pontificis Maximi auctoritas. Consecratus est Vrbanus,* IV *Id. Martij, die Dominico an.* CIↃ. LXXXVIII. *obiit* IV *Kal. Aug.* CIↃLXXXXIX. *Erat autem, vt scribit Platina,* doctrinâ & sanctitate vitæ quouis grandi magistratu dignus: ... sanctissimus Pontifex, & non opere solùm & exemplo, verùm etiam scriptis contra hæreticorum dogmata Ecclesiam Dei confirmauit. *Ac proinde non videtur, si qui illi ab epistolis erant, quidpiam iis inseruissent, etsi ornatus dumtaxat gratiâ, quod veritati aut receptæ eâ ætate opinioni non congrueret, toleraturus fuisse; quamuis id alioquin ad fidei doctrinam morumq; disciplinam non pertineret. Is igitur in diplomate, quo Episcopatum Catanensem, post pulsos Saracenos restitutum, (quod diploma integrum ex legitimo apographo descriptum, infrà dabimus) ita loquitur:* Constat Catanensem (vbi B. Agatha & orta & passa est) ciuitatem, dignitatis Episcopalis antiquitus gloriâ claruisse. *Respondent Panormitani,* E *diploma olere phrasim Siculam: videri quod in parentheſi est,* (vbi B. Agatha *&c.*) *à quopiam insertum, vel ita legendum:* vbi B. Agatha torta & passa est: *vel è supplice libello sumptum, vti & alia. Manifestum saltem videtur, eam tunc, id est, ante annos* IↃXL *receptam fuisse opinionem, quòd* Catanæ *orta S. Agatha esset.*

testimonium Vrbani II Papæ.

117 X *& XI ex gemino* Alexandri III *Papæ diplomate, cuius vtriusque authenticum penes nos exemplar est: datumq; alterum est, vt infrà dicemus, anno* CIↃCLXVIII, *alterum* CIↃCLXXI. *In vtroque eadem leguntur verba, ex Vrbani diplomate transscripta, quasiq; confirmantur.*

Alexandri III,

118 XII Gisleberto *Gallo, qui Constantinopoli* in aulâ Regis militari fungebatur officio .... *ipsa S. Agatha,* per nocturnam visionem, semel & iterum atque tertiò se repræsentans, præcepit, vt se ab ecclesiâ, in quâ iacebat, latenter ablatam, Cataniam, vbi pro Christo fuerat coronata martyrio, reportaret. *Verùm neque dixit se ibi natam, nec alioquin ex verbis id confici potest.*

119 XIII Mauritius *Episcopus, in præfatione historiæ Translationis, testatur,* corpus beatissimæ Virginis & Martyris Agathæ ad proprios deductum esse alumnos. *Vidi citatum hymnum ab eodem compositum Mauritio, in quo ista canit multò clariora:*

Mauritij Ep. Catanensis,

Defende tu Trinacriam
O Rosa venerabilis, F
Et præsertim tuam patriam
Cataniæ tam nobilis.

At Mauritij testimonio hoc minus tribuunt auctoritatis Panormitani, quòd, licet alibi natus, erat tamen Catanensis Episcopus, debebatq; Ecclesiæ suæ suffragari. Etiámne si falsum putasset, vir grauis ac religiosus? Eâ gratiâ fieri quemquam Episcopum velle, vt vel leuiter mentiri pro Ecclesiâ suâ cogatur?

120 XIV *Ergo saltem Archiepiscopus Panormitanus suis ciuibus suspectus esse non potest.* Est is Nicolaus Tudeſcus, *Iuris Canonici peritissimus, qui vulgò* Abbas Panormitanus *appellatur; ideo, opinor, quia cùm anteà scripta eius sub nomine* Abbatis *citarentur, quia Maniacensis cœnobij Abbas erat, vbi Archiepiscopus Panormitanus est factus, vtrumque coniunctum est nomen, vt* Abbas Panormitanus *citaretur: vel quia anteà* Abbas, *tunc* A. Panormitanus *subscribebat, putarunt lectores Abbatem Panormitanum dici, cùm* Archiepiscopus *esset legendum. Quamquàm Pirrus anteà* Abbatem Panormitanum *dictum contendit, & patriâ fuisse Panormitanum. Fazellus dec.* 1 *lib.* 3 *cap.* 1 *ita scribit:* Nicolaus cognomento Todiscus Catanensis fuit. *Idem asserit Bellarminus, Miræus, Ciacconius, Vghellus, atque alij qui de scriptoribus Ecclesiasticis & Cardinalibus scripserunt. Cl. Marius Aretius Patricius Syracusanus in Chorographia Siciliæ,*

Abbatis Archiepiscopi Panormitani,

A *Siciliæ, editâ an.* CIↃ IↃXLIV, *ista habet:* Nicolaus quoque Tudiſcus, cognomento Abbas, proximis antè annis iuris prudentiſſimus, qui multa ſcripſit, Catinæ claris ortus natalibus, Archiepiſcopus Panormitanus. *Atque ipſemet in* 1 *partem lib.* 2 *Decretal. in proœmio ita de ſe loquitur:* Ego Nicolaus de Tudeſco Catanienſis Siculus, ... confiſus de implorato auxilio, ad ipſius honorem cuius res agitur, ac de piiſſimæ ac deuotiſſimæ Virginis ipſius genitricis Mariæ glorioſiſſimæ, & Agathæ patronæ & compatriotæ meæ, & Luciæ præclariſſimæ Siculæ, cuius hodie perunigilium colimus, non minùs Benedicti, cuius à puerilià habitum gero, ad deſtinati operis perfectionem fidentiori & feliciori animo condeſcendo.

121 *XV Blandinus monachus, qui ante* 1Ↄ *annos vixit, in miraculis S. Agathæ cap.* 1 *nu.* 2 *ista habet:* Quòd verò ita Cataniam præteriêre *Hiſpani piratæ*, illius adſcribitur gloriæ, quæ propriæ eſt liberatio patriæ. *Blandini hiſtorici,*

122 *XVI Frederico* II *Imperatori, cùm cæsi Catanenſes omnes deſtinaſſet, vti infrà in Sylloge Miſcellaneorum miraculorum c.* 9 *fuſiùs narratur, diuinitus hæ minæ ingeſtæ:* Noli offendere patriam Agathæ, quia vltrix iniuriarū eſt: *Frederici* II *Imp.*

B 123 *XVII Vincentius Bellouacenſis, de quo antè diximus* § 8 *nu.* 54 *de S. Agathâ ſcribit lib.* 11 *Speculi hiſtorial. cap.* 52. Quæ in vrbe Catanenſium nobilis genere, mente & corpore pulcherrima, Deum ſemper in omni ſanctitate colebat. *Eadem habet Claudius Rota eiuſdem Ord. & quædam Breuiaria. At non hinc conficitur, ibi natam, ſed ſolùm habitaſſe, quod Panormitani non negant.* *Beluacenſis,*

124 *XVIII Ludouicus, Petri* II *filius, Rex Siciliæ, in priuilegio, quo Catanam, ſororem tertiam, vt ait,* datam Panormo ac Meſſanæ, *multiplici ornat immunitate, ita loquitur:* Diuinè, vt credimus, natalis noſtræ auctrix Agatha fuit beata Cataniæ, quia ſicut nos in ſuâ patriâ naſci voluit. *Ludouici Regis Sicil.*

125 *XIX S. Vincentius Ferrerius ex Ordine Prædicatorum vir apoſtolicus, qui anno* CIↃ CCCCXIX *deceſſiſſe traditur, hæc habet in ſermone de S. Agathâ:* Cùm eſſet nobilior genere, pulchrior corpore, & famoſior in bonitate, ciuitatis Catanenſis. *S. Vincentij,*

126 *XX* S. Antoninus, *ex eodem ordine Archiepiſcopus Florentinus, adducitur ad eaſdem firmandas partes: ſed minùs etiam faciet, quàm duo iam citati Vincentij. Scribit enim par.* 1 *Chron: cap.* 7 *titul.* 7 § 5. Paſſa eſt B. Agatha, Virgo nobilis genere, pulchra corpore, ſpecioſior fide, in Catanâ ciuitate Siciliæ. *Quis id negat?* *S. Antonini,*

C 127 *XXI S. Antonino annis* CLX *antiquior fuit* Iacobus de Voragine, *Epiſcopus Genuenſis, iiſdem S. Dominici inſtitutis formatus, auctor hiſtoriæ Lombardicæ, ſiue Legendæ Aureæ, quam in Præfatione Ianuario præfixâ cap.* 1 § 4 *contra Georgij Wicelij imperitam cenſuram ac Ludouici Viues dicteria defendimus. Is eadem ferè habet quæ Bellouacenſis:* Agatha Virgo ingenua mente, corpore pulcherrima, in vrbe Catanenſium Deum ſemper in omni ſanctitate colebat. *Ac poſteà Angelicam tabellam, in eius ſepulchro poſitam, ita exponit:* Mentem ſanctam habuit, ſpontaneam ſe obtulit, honorem Deo dedit, & patriæ liberationem fecit. *Iacobi de Voragine,*

128 *XXII* Paulus Regius, *Vici Æquenſis in regno Neapolitano Epiſcopus,* 1 *parte Operum ſpiritualium Clementi* VIII *dicatâ an.* CIↃ IↃLXXXXIII, *quâ multorum Sanctorum Vitas complexus eſt, pag.* 813 *ita de S. Agathâ ſcribit:* Nobiliſſimo genere nata Catanæ, formoſa animo & corpore, ſed Chriſtianæ fidei gloria multò formoſior. *Pauli Regij Ep. Vicen.*

129 *XXIII* Paulus Æmilius Sanctorius, hiſtoriarum ſcriptor præclarus, *vt in eius epitaphio apud Vghellum dicitur, qui multis in Curiâ Romanâ muneribus præclarè geſtis, Conſentinus dein Archiepiſcopus factus; ac poſtremò Vrbinas, vbi grandis natu deceſſit; in libro de* XII *Virginibus Martyribus, quem eidem Pontifici dicauit, S. Agathæ Vitam ita ordiritur:* Catana ad Ætnæ radices ſita montis eſt, Naxiorum olim colonia. . . . . Ex hoc oppido Agatha traxit ortum, nata Vlpio & Proculo Pontiano conſulibus, *Sanctorij Archiep. Vrbinatis.*

in patriâ mactata poſterioribus ſeculis ad famam ſempiternam & monumentum. AVCTORE I. B.

130 *XXIV Eccleſiæ illi in vrbe Catanenſi dicatæ, ſupplicationes anniuerſariæ, aliaq; proferuntur, vti & à Panormitanis ſuprà. Ea natale ſolum an probent, expendant alij.* D *Catana eiusque eccleſia dicata;*

131 *XXV Traditio eſſe dicitur Catanæ, palatium illic eius parentes habuiſſe: ipſam autem eo relicto habitaſſe in domo exiguâ, quam fama eſt extitiſſe viâ quæ* Iacob *dicitur, vbi nunc antiquiſſimum ſacellum* S. Mariæ à Gratiis, *de quo infrà in Sylloge miraculorum c.* 9 *nu.* 57. *Allegant denuò S. Vincentij Ferrerij teſtimonium, quod ita habet:* Mortuis parentibus, remanſit hæres illius magni palatij patris ſui: quæ exemplo Chriſti dimiſit palatium patris, & ornamenta, & vaſa aurea & argentea, & reſtrinxit ſe in quadam paruâ domo, vt ſimplex perſona. *eius ibi palatium, domus alia,*

132 *XXVI De eiuſdem iuxta Catanam fundis illud citant ex P. Colnagi MS. memoriali:* Nos non longè ab vrbe noſtrâ digito indicare poſſumus, quem fundum hodie vulgus Bonuicinum appellat, & B. Agathæ patrimonij partem, non obſcurâ populi voce traditam. *Addunt alij ab amne Simætho ad vrbem vſque Leontinorum protenſas illius fuiſſe poſſeſſiones: ipſumq; Simæthum inferiorem, vulgò* la Giarretta di Sotto, *nunc & à multis retro temporibus, appellari* la Giarretta di S. Agatha. *poſſeſſiones.* E

133 *XXVII Proferunt Catanenſes Breuiaria; ac præſertim Romanum Pij* V, *quo Eccleſia ab anno* CIↃ IↃLXVIII *ad* CIↃ IↃCII *vſa eſt. in eo iſta habentur:* Agatha Virgo Catanæ in Siciliâ nobilibus parentibus nata. *Non eſſe autem committendum, vt exprobrari ab hæreticis poſſit Eccleſiæ, eam aliquando falſa in publicis precibus, auctoritate Pontificis, recitaſſe. Nam licet in eâ Breuiarij recognitione, quam fieri Clemens* VIII *iuſſit, mutata ſint quædam; non tamen prioribus fides detracta, ſed indicata ſolùm nobiliſſimæ vrbis in oppoſitum conteſtatio. Ita illi, qui & alia antiquiora citant variarum Eccleſiarum propria Breuiaria: vt Ambianenſe anno* MDL *cuſum, quod ita habet:* In vrbe Catanenſium beata Virgo Agatha nobilibus orta erat parentibus. *Erfurtenſe an.* MDXVIII *editum:* Cùm B. Agathe in vrbe Catanenſium ab ineunte ætate pudicè viuens floreret. *Eadem habent Wormatienſe an.* MDLXXVI. *Spirenſe an.* MCCCCLXXVII *&* MDVII. *At Moguntinum an.* MCCCCXCV *&* MDVII, *ac Paſſauienſe* MDV, Agatha Virgo, mente ingenua, & corpore pulcherrima, in vrbe Catanenſium Dominum ſemper in omni ſanctitate colebat. *Breuiariâ Rom. Pij* V *& alia.*

Citant & alia, quæ non vidimus, neque hæc magnoperè Panormitanis adüerſantur; cùm fateantur hi, ab ineunte ætate Catanæ habitaſſe. F

134 *XXVIII Sunt reuelationes ſanctimonialium aliquot fœminarum,* Franciſcæ Contarellæ, Agathæ Bolanæ, Franciſcæ Colnagæ, *quibus vel per ipſam Sanctam, vel alio quopiam modo oſtenſum fertur diuinitus, vt ex Carrera ſcribit Inueges, Catanæ natam Agatham, & vbi parentum eius magnificæ ædes ſteterint. Exſibilant Panormitani illa* oracula mulierc ularum, *vt vocant. Momentum certè in iudicio habere nullum poſſunt: cùm, etſi verè reddita diuinitus forent, (qualia multa certum eſt ad piarum animarum ſolatium vel inſtitutionem iis aperiri) tamen quamdiu ab Eccleſiâ approbata non ſunt, nullam omnino obtineant auctoritatem, ac ne vulgari quidem in libris debeant, neque pro concione vt veræ reuelationes commemorari.* *Reuelationes, non probatæ.*

§ *XV Catanenſibus fauent recentiores multi ſcriptores.*

135 *QVæ iam recenſita eſt media acies, Pontifices Maximos, Reges, Epiſcopos, Sanctos, ſcriptores alios vetuſtate commendabiles exhibuit, machinaſq; Breuiariorū ac Reuelationum. In poſtremum agmen coniiciemus turmas aliquot recentiorum ſcriptorum, quibus tamen ſua eruditio haud mediocri conciliauit auctoritatem, quibuſdam etiam non obſcura vitæ ſanctitas. Sed ne viritim eos citemus, in quaſdam potiùs veluti turmas partitos, in ſubſidiis locabimus.* *alij multi ſcriptores:*

136 *XXIX Prima turma eſt ſcriptorum, quorum quæ ci-*

AVCTORES I. B.

tantur opera, ipſi non vidimus, ſed teſtimonia ex iis tranſlata. Franciſcus Maurolycus, *Abbas Meſſanenſis, cuius ſolùm habemus Martyrologium, in hiſtoriâ Siciliæ, eam appellat* Virginem Catanenſem. *Idem habet* Petrus Ricordatus *monachus Caſſinenſis in hiſtoriâ monaſticâ, vbi claros homines Cataniæ ortos recenſâ.* Angelus Sangrinus *Abbas Caſſinenſis in hymno quodam* Catanæam Virginem *vocat, item* Martyrem & Virginem Catanæam, & fœcundi Catanenſis agri germen odorum. *At* Laurentius Fulginas *Hymnorum lib. 3 hym. 19* Catanenſis vrbis ſtirpe ſublimem. Matthæus Siluagius *Catanenſis ex ordine Minorum ſtrictioris obſeruantiæ Theologus, hiſtoricus, & Mathematicus, qui circa annum* MCCCCXC *vixit, de Siciliâ agens ita loquitur:* Eſt ibi clariſſima Catanenſium ciuitas, Beatiſſimæ Virginis & Martyris Agathæ patria. Benedictus ab Vuâ *monachus Caſſinenſis in vernaculo pœmate de quinque prudentibus Virginibus, Agatham dicit* Catanæ natam; *quæ q; contrà afferuntur, fabulas eſſe.* Bartholomæus à Paternione, *ex eadem familiâ monachus, in Etruſco quodam pœmate de Agathâ loquens,* Nata eſt Catanæ, *inquit,* iſta Virguncula.

A *quidam nobis non lecti,*

137 *XXX Secunda turma, eorum qui* Catanenſem *ſolùm appellant, maxima eſt: panculos, quos legimus ipſi, nominabimus.* Cl. Marius Aretius *Syracuſanus in Chorographiâ Siciliæ:* Vbi nunc templum eſt Diuæ Agathæ Virginis Catinenſis. *ac deinde:* Arſit & altero poſt S. Agathæ Catinenſis martyrium anno. Andreas Eborenſis *in libro Exemplorum memorabilium tit. de caſtitate, vocat* Agatham Catanenſem Virginem, *pari planè modo quo* Luciam Syracuſanam Virginem. *Idem habet* M. Marulus *Spatalenſis lib. 4* de religiosè picque viuendi inſtitutione per exempla *cap. 8 de caſtitate ſeminarum.* M. Antonius Coccius Sabellicus *Exemplorum lib. 5 cap. 8* de patientiâ in dolore ferendo: Agatha Catinenſis Virgo. *Michaël Monachus vir doctiſſimus, auctor Sanctuarij Capuani ſæpius à nobis citati, in Hymnis MSS. quorum ſuprà meminimus § 3 nu. 16, ita habet:* Aue Virgo Catanenſis. *& in alio:* Catanenſis aue Roſa.

B *alij qui ſolùm* Catanenſem *vocant:*

138 *XXXI Tertia ſcriptorum Siculorum turma eſt, qui expreſſiùs de patriâ eius loquuntur.* Antonius Philotheus de Homodeis *in Ætnæ topographiâ ita ſcribit de proſtuuio ignis Catanam versùs decurrente:* Intercedente pro patriâ Virgine Agathâ, ea tota, ignis congeries.... conſtitit. *Et poſteà:* Catinenſes adhuc idolorum ſuperſtitione affecti, ob eorum ciuis martyrium Agathæ, in Chriſtum credentes, fideles effecti ſunt Chriſtiani. *Editi ſunt Meſſanæ an.* MDCV *ab Laurentio Valla Hymni & epigrammata* in D. Agatham Virg. & Mart. Catanenſem, *ſuppreſſo nomine auctoris, qui erat* Bartholomæus Petraccius *Manertinus, è Societate Ieſu. In primo epigrammate dicitur* orta vbi paſſa necem. *Hymno 2:*

qui diſertè ibi natam, Siculi,

C

Gratus at ciuis moribundam ab igne
Ocyùs vaſto rapiens. *Idem q; poſt repetit.*

& Hymno 6 Gementum
Ciuium caſus miſerata.

Denique, vt alia omittam, in hoc epigrammate ſenſum ſuum ſatis declarat, S. Agatham alloquens:

Si ſoror & coniux Chriſti es, cur diſſona longè
De te vota tuis vrbibus eſſe finis?
Non vrbs vna ſibi te ciuem vendicat; vrbes
Te Catana vt ciuem, teque Panormus amant;
Illa ait: Ætnæis nata eſt in finibus; iſta,
Naſcentem hanc noſter vidit Oretus, ait.
Chriſtinâ & Nymphâ cùm ſis antiquior, vnde eſt
Quòd poſtrema tibi ſacra Panormus agit?
Cur Catanæ è contrà primo dignaris honore,
Sola capis templum, ſolaque vota capis?
Nata es (vis dicam?) Catanæ, ſed adulta Panormi,
Et fis diſtinctis ſponſa ſororque locis.
Mox repetis Catanã, & tua quæ fers vbera linquis:
Sic ſoror hîc iterum fis, vbi nata ſoror.

Benedictus Saluagus *I.V.D. in Apologiâ pro* pietate Meſſanenſium § 7, *breuiter & eleganter quamplurima congerit argumenta: ſed tandem, cum alio quodam, quem defendit, viro docto,* ſatius ratus veritatem (*vt ait*) animo complecti quàm rixari, *fatetur* fieri potuiſſe vt Panormi ſit nata; *&,* omnibus municipibus duas eſſe patrias, alteram naturæ, ſeu loci, alteram ciuitatis, ſeu iuris. Paulus Belli, *è Societate Ieſu, eruditione, prudentiâ, pietate illuſtris, in citatâ ſuperiùs* Gloriâ Meſſanenſium, *de Conſtantino Laſcare loquens, haud obſcurè declarat ſe à Catanenſium partibus ſtare.* D

139 *XXXII Italorum turma quarta.* Iacobus Philippus Bergomenſis *ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, qui anno* MDXVIII *deceſſit, ætatis* LXXXV. *Is in Supplemento Chronicarum, ad an.* DCCXLI *ante Chriſti aduentum,* Catinam *vocat* Agathæ ſanctiſſimæ patriam atque ſepulchrum. *Et lib. de claris mulieribus cap. 85 ſic inter alia loquitur:* Erat adoleſcentula & genere inuisâque formoſitate ac celebri ingenio & doctrinâ, inter Catanienſes fœminas plurimùm inſignita *&c.* Leonardus de Vtino *S. Th. D. ex Ord. Prædic. in ſermonibus de SS. an.* MCCCCLXXVIII *denuò recuſis Nurenbergæ, de S. Agathâ ita loquitur:* Cùm enim eſſet nobiliſſimis orta natalibus in ciuitate Kataniâ, ſpretâ ſeculi vanitate, Chriſti ancilla effecta. Raphaël Maffæus Volaterranus (*quem ſuprà cùm de* S. Candido *Mart. ageremus* III *Febr. pag.* 330 *prædicauimus* nobilitate generis, ſcriptorum copiâ & elegantiâ, *ac* præſertim continentiâ, modeſtiâ, vitæ auſteritate, pietate, longè clariſſimum;) *Geograph. lib. 6 de Catanâ loquens,* Nunc multò celebrior, *inquit,* Agathæ Virg. natalibus. *Iuxta quæ intelligendum, quod lib. 1 Anthropologiæ, ſiue Commentarior. vrbanor. lib. 13 idem ſcribit:* Agatha Virgo Catanenſis & Martyr. Baptiſta Mantuanus *Ordinis Carmelitani Generalis, qui an.* MDXVI, *ætatis* LXXVIII *deceſſit, in ipſo quidem Virginis agone* Catanæam Agathen *vocat, ſed lib. 2 Faſtorum liquidiùs ſenſum ſuum exponit his verſibus:*

Diua vale, noſtrique memor dignare quotannis
Non Catanam ſolùm patriam, Siculoſque penates,
Sed noſtros etiam veniens inuiſere fines,
Et pacare animos hominum, qui ſæua per omnem
Italiam mittunt veſani incendia Martis.

E

Marcus Guazzus *in Chronicis an.* MDLIII *editis, ita ſcribit:* Nata eſt in ciuitate Cataniâ in inſulâ Siciliâ Agatha Martyr. Conſtantius Felicius *in Kalendario:* Agatha Virgo & M. colitur ab Eccleſiâ. hæc in vrbe Siciliæ Catanâ, vbi nata erat, multa tulit tormenta. *&c.*

Irali,

140 *XXXIII Poſtrema turma Belgarum eſt, è quibus duos ſolùm producam, præclaros ac mihi familiariter notos ſcriptores. Primus eſt* Franciſcus Haræus *Vltraiectinus, è quo admodùm ſene olim Louanij, cùm Theologiæ darem operam, multa didici, quippe qui omnem ferè Europam peragrârat, ipſamq; etiam Moſcouiam cum Poſſeuino noſtro adierat, cohabitauerat Romæ Cardinali Bellarmino, cum pleriſque ſuæ ætatis viris doctis egerat, legeratq; quam plurima: is ergo in Vitis SS. an.* 1605 *editis ita ſcribit:* Agatha Virgo Catanæ in Siciliâ nobiliſſimis parentibus nata. *Alter eſt* Autbertus Miræus *Bruxellenſis, Eccleſiæ Cathedralis Antuerpiæ Decanus atque Epiſcopi Vicarius generalis, verè πολυμαθὴς, ac præſertim antiquitatum ſacrarum ſcrutator indefeſſus. hic in Notitiâ Epiſcopatuum Orbis iſta habet:* Catana V. E. vetus in Siciliâ, ſub A. Montiſregalis, gloriatur ciue & Martyre S. Agathâ, cuius corpus ibidē in Cathedrali adſeruatur. F *Belga.*

§ XVI Noſtrum de totâ controuerſiâ iudicium.

141 *Plerique eorum ſcriptorum, quos Catanenſibus ſuffragantes iam produximus, cùm olim Romæ eſſent citati, reſpondiſſe Marianus Valguarnera fertur in hæc verba:* Quòd triobolares neſcio quos ſcriptores nobis opponunt, quis hæc audiens non ſtomachetur? quis æquo animo ferat? *Ita memorat Inueges Annalium Panormit. par. 2 pag. 191. Miror homini erudito, eruditorum hominum, ne addam ſanctiorꝭ*

Malè quidam iam citatos ſcriptores contemnit.

A *ſanctioris vitæ profeſſione clarorum, tam vilia ſuiſſe capita & ſcripta; ſingula vt ternis obolis æſtimaret. Maior eſt Auguſtini Innocentis comitas ac moderatio, qui etiam quos refutat, humaniter & honorificè appellat. Nos certè pluris, ac meritò quidem eos facimus, quorum in componendis libris, ad inflammandam pietatem, moreſque informandos accommodatis, deſudauit induſtria.*

Nos correctionem Breuiarij reuerемur:

142 *Sed quærere nonnullos iam arbitror, quid ipſi tandem de totâ hac controuerſiâ ſentiamus. Primùm veneramur, quod eſt à Pontifice Maximo decretum, vt in Breuiario ita reſcriberetur:* Quam Panormitani & Catanenſes ciuem ſuam eſſe dicunt. *Atque id ſentimus non modò veriſimè, ſed & ſapientiſſimè pronuntiatum. Cauendum enimuerò non modò ne falſum quid in publicas Eccleſiæ Lectiones preceſq; ingeratur, ſed nec eiuſmodi quod vllâ vnquam ratione argui falſitatis queat, aut in dubium certè reuocari.*

nec arrogamus nobis de re totâ iudicium,

Deinde ingenuè profitemur, non eſſe nos eâ vel ingenij perſpicaciâ vel copiâ doctrinæ præditos, vt de re tantis ſtudiis, tanto tempore agitatâ, ferre iudicium audeamus: aut ſi feramus, tantum adiicere pondus poſſe, vt in noſtram ſententiam diſſidentes inuicem partes inclinemus. Diligentiam certè quidem ſtudiumq; multorum menſium impendimus, vt quæ à variis tradita ſunt euolueremus ac fide ſummâ recenſerentur. Di-

B *ximus tamen, quam vim ſingula argumenta, aut præcipua quidem, habere nobis viderentur: quæ ipsâ in re liberam cuique ſecùs ſentiendi poteſtatem reliquimus: vti relictam nobis, ab iis qui priùs ſcripſerunt, ſentiebamus.*

aquè vtrique parti addicti:

143 *Teſtamur autem arcanorum arbitrum Numen, ipſamq; ſanctiſſimam Virginem Agatham; perinde eſſe nobis vtrius partis ſit ius potius, vtri, inquam, vrbi gloria natalium Virginis debeatur: neque enim verè vtrique, pari ſaltem modo, poteſt competere, cùm plus vno natalis cuiquam locus eſſe non poſſit. Eâ igitur fide ac ſinceritate hîc agimus, vt nè tenuiſſima adhæreſcere nomini noſtro gratia in alterutram partem ſuſpicio poſſit.*

Imò ſimiles controuerſias, alioquin vtiles,

144 *Licet autem ad honorem ſanctæ Virginis parum, aut nihil fortaſſe, referat, vtrâ in vrbe ſit nata; refert tamen, (vt nobis videtur) quamplurimùm, vt ipſæ inter ſe de eâ re vrbes contendant: modò citra odia, motuſq; animorum eos, qui Chriſtianè, quâ inuicem deuinctæ eſſe debent, communioni aduerſentur: verùm vt nitore ac magnificentiâ templorum, ſolenniq; ſacrorum apparatu, ac potiſſimùm Sanctæ ipſius conſtanti æmulatione, ſuperare inuicem adnitantur. Et vigebit certè quidem in iis vrbibus ſtudium exercitatioq; virtutis, dum ea manebit contentio. Nam ſi illa vilipendere cœperint, parum deinde laborabunt, vt ſuam fuiſſe illam demonſtrent, cuius omne ab virtute, quæ iam contemnatur, decus extiterit. Eatenùs autem ea fouenda contentio, donec clarè pateſcat veritas, cui*

C *nefas velle repugnare. Quæ porrò pietate, vitæ innocentiâ, eruditione clari homines ad eam rem excogitant, aut aliunde eruunt argumenta, eâ an ad veritatem patefaciant viam ita turè inquirendum, non ipſimet illicò oppugnandi aut publicâ opprimendi auctoritate. Et hæc eſt cauſſa, cur, quas vt fructuoſas probamus de Sanctorum natalibus, aut etiam reliquiis, contentiones, modeſtas tamen eas & amicabiles, nos tamen perinuiti ſtylo exequamur, cùm veritati numquàm & parti vtrique ſimul, ſæpè, illâ ſaltâ, harum neutri ſatisfieri poſſit.*

inuiti tractamus.

145 *Denum ambas haſce nobiliſſimas vrbes optamus pace, opibus, gloriâ, ſed potiſſimùm religione ſtudioq; virtutum omnium florere, patrocinio ſanctæ Martyris, cuius maximè ſatagunt, eâ etiam contentione, honorem amplificare. Nobis autem eiuſdem glorioſæ Virginis fauorem tutelamq; implora-*

mus.

ACTA S. AGATHÆ

ex Bonino Mombritio & XVI Latinis MSS.

QVÆSTIO I

S. Agatha variè tentata, alapis cæditur.

1 PAſſionis beatiſſimæ Virginis & Martyris *a* Agathæ, quæ paſſa eſt in prouinciâ Siciliæ, in vrbe *b* Catanenſium, ſub Decio Imperatore, ipſo Decio *c* ter Conſule, die Nonarum Februariarum, recitamus hiſtoriam.

a
b
c *S. Agatha paſſa Decio tertiũ Coſ.*

2 Quintianus, *d* Conſularis prouinciæ Siciliæ, audiens ſanctam opinionem Virginis Deo dicatæ Agathę; multifariâ intentione perquirebat, vt ad eam pertingeret. Per ſingula enim crimina mentis ſuę, ſingulorum in ſe vitiorum exagitabat affectus: vt pote pro gloriâ ſeculi concupiſcens ſuam opinionem extendere, nobiliſſimis ortam natalibus Dei famulam fecit arctari, vt qui erat *e* de genere ignobili natus, per hoc perſonaret ad aures vulgi, quòd tantus eſſet ac talis, qui poſſet etiam ſpectabilium ſibi ſubtitigare perſonas: vt libidinoſus autem, ad aſpectum Virginis pulcherrimę oculorum ſuorum concupiſcentiam commouebat: & vt auarus ad facultates eius cupiditatis ſuę frena laxabat: atque vt idololatra & dęmonum ſeruus, feruore impietatis ſuę inflammatus, Chriſti nomen audire non poterat.

d *capta à Quintiano Conſulari,*
E
e *ignobili,*
luxurioſo,
impio;

3 His & huiuſmodi, vt diximus, furiis comprehenſus, B. Agatham à ſuis fecit apparitoribus coarctari, & fecit eam cuidam matronę tradi, nomine Aphrodiſię, quę habebat *f* nouem filias turpiſſimas, ſicut fuerat & mater earum. Hoc autem fecit, vt per dies triginta quotidie blandirentur ei, & mutarent *g* animum eius; & modò promittendo lęta, modò *h* terrendo aſperis, ſperabant eius mentem ſanctam à bono proposito reuocare. Quibus S. Agatha dicebat: Mens mea ſolidata eſt, & in Chriſto fundata: verba veſtra venti ſunt, promiſſiones veſtrę pluuię ſunt, terrores veſtri flumina ſunt; quę quantumuis impingant in fundamenta domus meę, non poterit cadere; fundata enim eſt ſupra firmam petram. Hęc autem dicens *i* flebat quotidie, & orabat; & ſicut *k* ſitiens in ardore ſolis fluenta fontium concupiſcit; ita deſiderabat ad martyrij coronam attingere, & diuerſa pro Chriſti nomine ſupplicia ſuſtinere.

traditur Aphrodiſiæ peruertenda.
f
g
h
cui precibus & lacrymis reſiſtit,
i
k
F
cupidè martyrij:

4 Videns igitur Aphrodiſia mentem eius immobilem permanere, abiit ad Quintianum, & dixit ei: Faciliùs poſſunt ſaxa molliri, & ferrum in plumbi mollitiem conuerti, quàm ab intentione Chriſtianâ mens iſtius puellæ reuocari. Ego enim & filiæ meæ ſine ceſſatione vicibus nobis inuicem ſucceſſimus, & per diem & noctem nihil aliud geſſimus, niſi vt ageremus qualiter animum eius ad conſenſum boni conſilij inclinaremus. Ego etiam & gemmas & ornamenta inſignia, & veſtimenta auro texta obtuli: ego domos & prædia ſuburbana repromiſi: ego varium ornatum domus, ego familias diuerſi ſexus & ætatis exhibui: ſed iſta omnia quaſi terram, quam pedibus ſuis conculcat, ita pro nihilo computauit. Tunc iratus Quintianus iuſſit eam ad ſecretarium ſuum adduci, & ſedens pro tribunali, hoc initium ſermonis arripuit: Cuius conditionis es?

eâ blanditiis ac minis, cum filiabus, nil proficiente;
tribunali ſiſtitur:

B. Agatha reſpondit: Non ſolùm ingenua, ſed ex ſpectabili genere, vt omnis parentela mea teſtatur. Quintianus Conſularis dixit: Et ſi ingenua probaris & nobilis, cur moribus te ſeruilem perſonæ *l* oſtendis? S. Agatha dixit: Quia ancilla Chriſti ſum, ideò me ſeruilem oſtendo

fatetur ſe, licet nobilem, ancillã Chriſti;
l

ex MSS. LATINIS.

A oſtendo perſonam. Quintianus dixit: Certè ſi ingenua eras & nobilis, quomodò te ancillam eſſe commemoras? S. Agatha dixit: Summa ingenuitas iſta eſt, in quâ ſeruitus Chriſti comprobatur. Quintianus dixit: Quid ergo? Nos ingenuitatem non habemus, qui ſeruitium Chriſti contemnimus, & deorum culturam ſequimur? S. Agatha reſpondit: Ingenuitas veſtra ad tantam *m* captiuitatem deuenit, vt non ſolùm vos peccati faciat ſeruos, verùm etiã lignis & lapidibus faciat obnoxios.

qua vera ingenuitas:

m

5 Quintianus dixit: Quidquid furioſo ore blaſphemaueris, pœnæ poterunt vindicare. Die tamen antequàm ad tormenta venias, cur deorum ſancta contemnas? S. Agatha dixit: Noli dicere, deorum; ſed dic, dæmoniorum. Dæmonia enim ſunt iſti, quorum effigies in *n* æramenta conuertitis, quorum marmoreas & gypſeas facies inauratis. Quintianus dixit: Elige tibi vnum è duobus, quodcumque volueris, conſilium; aut diuerſas pœnas inter damnatitios quaſi ſtulta incurrere; aut quaſi ſapiens & nobilis, quod te natura dictauit, ſacrifica diis omnipotentibus, quos veros deos eſſe vera diuinitas demonſtrat. S. Agatha reſpondit: Sit talis vxor tua, qualis dea tua Venus fuit; & tu ſis talis, qualis *o* Iupiter deus tuus extitit. Quintianus hoc audiens iuſſit eam *p* alapis cædi. cui & dixit: In iniuriam *q* Iudicis noli temerario ore garrire. S. Agatha reſpondit: Dixiſti deos tuos eſſe, quos vera diuinitas demonſtrat: ſit ergo vxor tua talis vt Venus, & tu vt Iupiter, vt & vos poſſitis in deorum veſtrorum numero computari. Quintianus dixit: Apparet te hoc eligere, vt diuerſa tormenta ſuſtineas, quæ repetitis me iniuriis tuorum ſermonum exagitas. S. Agatha reſpondit: Miror te virum prudentem ad tantam ſtultitiam reuolutum, vt illos tuos dicas deos eſſe, quorum vitam non cupias tuam coniugem imitari; & dicas tibi iniuriam fieri, ſi eorum viuas exemplo. Si enim veri dij ſunt, bonum tibi optaui, vt talis vita tua ſit qualis eorum fuiſſe perhibetur. Si autem execraris eorum conſortium, mecum ſentis. Dic ergo eos tam peſſimos eſſe, tamque ſordidiſſimos, vt qui maledicere voluerit aliquem, talem illum optet eſſe, qualis fuit execrabilis vita eorum.

deos irridet:

n

o

p

q

caditur alapis:

B

iterũ deos videt, quibus nec ipſe Iudex ſe aut vxorẽ ſuam eſſe ſimiles velit:

6 Quintianus dixit: Quid mihi verborum ſuperfluus curſus? aut ſacrificia diis, aut variis ſuppliciis te faciam interire. S. Agatha reſpondit: Si feras mihi promittas, audito Chriſti nomine manſueſcent: ſi ignem adhibeas, de cælo mihi rorem ſaluificum Angeli miniſtrabunt, ſi plagas & verbera; habeo intra me Spiritum ſanctum, per quem vniuerſa tua tormenta deſpiciam. Tunc Quintianus agitans caput, iuſſit eam in carcerem tenebroſum recipi, dicens ei: Cogita tecum,

minas cõtemnit:

C & pœnitere, vt poſſis euadere tormenta horribilia, quæ te fortiter laniabunt. Agatha reſpondit: Tu miniſter Sathanæ, tu pœnitere, vt poſſis euadere *r* tormenta perpetua. Tunc Quintianus iuſſit eam celeriùs trahi ad carcerem: quia eum voce publicâ *ſ* confutabat. Sancta autem Agatha lætiſſimè & glorianter carcerem intrauit, & quaſi ad epulas inuitata, gaudens agonem ſuum Domino precibus commendabat.

r

detruditur in carcerẽ lata.

ſ

a *Quadam MSS. habent*, Agathes, *vti & in reliquo decurſu Actorum.*

b *In quibuſdam codicibus legitur*, Cathinenſium; *in aliis* Cathenenſium, & Cathanienſium.

c *Teſtatur Cuſpinianus, quod in vulgatis Faſtis habetur*, Decio & Grato Coſſ. *alibi exprimi* Decio II & Grato, *quaſi Decius anno quo Philippos interfecit, etiam Conſul ſuffectus fuerit: poſteà pro* Decio II & Ruſtico, *eſſe* Decio III & Decio Cæſare: *tum* Decio IIII & Decio II, *anno nimirùm quo ambo perierunt, Æra vulgaria* 252, *quo Coſſ. ſignati in Faſtis* Gallus & Volufianus. *Vide quæ ſuprà diximus* § 1 *nu.* 4 & 5.

d *Patet ex Notitiâ Imperij*, *vnum è* XXII Conſularibus *fuiſſe eum qui Siciliam regebat. ita* 13 *Aug. in Actis S. Euplij eſt* Caluiſianus Conſularis. *Quidam ſcriptores, dum S. Agathæ Acta narrant, pro* Conſulari *reponunt* Proconſulem, Prætorem, Præſidem.

e *Quadam MSS. habent*, degener & ignotus. *Quæ ergo fides Chronico quod Fl. Dextri nomine editum? Nam in eo ad annum Chriſti* 300, *Comment.* 2 *nu.* 13 *iſta leguntur*: Scorii in Cantabriâ S. Centolla ciuis Toletana, Conſulis L. Ragonis Quinctiani filia, (Catanæ paſſa ſub huius patre L. Quinctiano fortiſſima Virgo S. Agatha,) paſſa cum Heleuâ viduâ, in perſecutione Diocletiani. *Vbi hunc* Quintianum, *Siciliæ Conſularem, eum eſſe cenſet Binarius, qui an* 235 *cum* L. Catilio Seuero *Conſul fuerat; eumdemq; patrem aut auum fuiſſe S. Centollæ V. M. de quâ* 13 *Auguſti agemus. Non video cur eius ignobilitas hîc perſtringatur, ſi* 17 *aut* 18 *annis antè Romæ Conſul fuerat. Eumdem Binarius eſſe* Quintianum *putat, ſub quo Rauennæ S. Fuſca V. cum Maurâ nutrice martyrium fecit: quod ad* 13 *Februarij expendemus.*

f *Bellonac. lib.* II *cap.* 42 *Aphrodiſiam ait* meretricem *fuiſſe, & quinque ei filias tribuit*, eiuſdem, *vt ait*, officij. *MSS. Baronij & VVilmij, ac S. Antoninus*, ſeptem.

g *MS. VVilm.* amictum. *Anforte cenſuit ſcriptor, cùm habitu modeſto eſſet induta, vt quæ ſanctimoniæ ſtudent Virgines; eo illi detracto, mollem ac vanum iniectum?*

h *MS. Capuan.* minando aſpera. *Duo noſtra MSS.* modò terendo aſpera.

i *Vt intelligas pie lector, quantum hoc integerrimæ Virgini tormentum fuerit, inter aſſidua illa ac violenta lenocinia tanto tempore verſari, euolue quæ inferiùs in Sylloge Miraculorum cap.* 1 *nu.* 8 *à Michaële Monacho narrantur.*

k *Quadam MSS. adiiciunt*, ceruus.

l *Addunt MSS. quadam*, habere. m *MS. VVilm.* ſeruitutem.

n *Alia MSS.* æramento. *al.* æramentum. *MS. S Mariæ maioris*, in ære vertitis.

o *MSS. multa habent*, Iouis. p *MS. Schecking* lapidibus.

q *MS. Baronij*, Principis. *Rebdorf.* Ducis. *Quadam MSS.* Iuriam Iudicis, *abſque* iu.

r *MS. S. Mariæ maioris & quadam alia*: æternam damnationem.

ſ *Quadam MSS.* confundebat.

D *Quintianus an antè Romæ Conſul?*

E

QVÆSTIO II

S. Agathæ equuleo torta & mamillæ abſciſſione, diuinitus curatur.

7 SEquenti igitur die impiiſſimus Quintianus ſuis eam aſpectibus iuſſit aptari, cui & dixit: Quid tractaſti circa ſalutem tuam? Agatha reſpondit: Salus mea Chriſtus eſt. Quintianus dixit: Quouſque infelix protrahis intentionem vanam? Denega Chriſtum, & deos incipe colere, & conſule tuæ iuuentuti, ne acerbâ morte conſumaris. S. Agatha dixit: Tu nega deos tuos, qui ſunt lapides & ligna: & Creatorem tuum, qui te fecit, Deum verum adora; quem ſi contempſeris, acerrimis pœnis & perpetuis incendiis ſubiaceb is. Tunc iratus Quintianus iuſſit eam *a* equuleo ingenti ſuſpendi & *b* torqueri. Cumque torquerent eam, dixit ad eam Quintianus: Relinque intentionem animi tui, vt vitæ tuæ poſſit eſſe conſultum. S. Agatha reſpondit: Ego in his pœnis ita delector, ſicut qui bonum nuntium audit, aut ſicut qui videt quem diu deſiderauit, aut ſicut qui inuenit theſauros multos, ita & ego delector in his pœnis temporalibus poſita. *c* Non enim poteſt triticum in horreum poni, niſi theca eius fortiter fuerit conculcata & redacta in paleas: ita & anima mea non poteſt in paradiſum Domini cum palmâ intrare martyrij, niſi diligenter feceris corpus meum à carnificibus attrectari.

S. Agatha iterum Chriſtum confitetur:

equuleo torquetur,

a

b

F

& in tormentis exultat:

c

8 *d* Tunc iratus Quintianus iuſſit eam in mamillâ *e* iorqueri, & tortam diutius iuſſit *f* eam *g* abſcindi. B. Agatha dixit: Impie, crudelis, & dire tyranne, non es confuſus amputare in fœminâ, quod ipſe in matre ſuxiſti? Sed ego habeo mamillas integras intus in animâ meâ, *h* ex quibus nutrio omnes ſenſus meos, *i* quas ab infantiâ Chriſto Domino conſecraui. Tunc Quintianus iuſſit eam iterum in carcerem mitti, & iuſſit vt nulli liceret medicorum introire ad eam; & *k* neque panem neque aquam ei miniſtrari.

d

e f g

abſcinditur ei mamilla,

h i

ſicq; in carcerẽ retruditur, abſq; medicamine & cibo:

k

l

9 Cumque fuiſſet incluſa, ecce circa mediam noctem *l* venit quidam ſenex (quem antecedebat puer luminis portitor) ferens diuerſa medicamenta in manu ſuâ, qui ſe medicum eſſe commemorans, cœpit eam his

ab Apoſtolo ei apparente,

A his verbis alloqui: Licet te nimis corporalibus pœnis afflixerit Conſularis inſanus, ſed tu eum grauioribus ſuppliciis extorſiſti reſponſionibus tuis: & licet vbera tua torſerit & excidi fecerit; *m* ſed illius vbertas in fel conuertetur, & in amaritudine erit anima illius in æternum. Tamen quia ibi eram quâ horâ hæc patiebaris, conſideraui & vidi, quia poteſt curam ſalutis tua mamilla ſuſcipere. Tunc S. Agatha dixit ei: Medicinam carnalem meo corpori numquàm exhibui; & turpe eſt, vt quod tamdiu ab ineunte ætate meâ conſeruaui nunc perdam. Dicit ei ille ſenex: Et ego Chriſtianus ſum, & noui medicinam: nolo, me verearis. Dicit ei Agatha: Et quæ poteſt verecundia mea circa te eſſe, cùm tu ſis ſenior & maior natu? *n* Ego verò licet puella ſim, ita totum corpus meum laceratum eſt, vt vulnera ipſa non permittant aliquid ſtimulari in mente meâ, vnde poſſit verecundia excitari. Sed ago tibi gratias, Domine Pater, quia dignatus es mihi ſollicitudinem tuam impendere: hoc tamen ſcias, quia ad corpus meum medicamenta ab homine facta numquàm accedent. Dixit ad eam ille ſenior: Et quare non permittis vt curem te? Agatha reſpondit: Quia habeo ſaluatorem Dominum Ieſum Chriſtum, qui verbo curat omnia, & ſermo eius ſolus reſtaurat vniuerſa: hic, B ſi vult, poteſt me ſaluam facere. Tunc ſubridens ſenior dixit: Et me ipſe miſit ad te: nam & ego Apoſtolus eius ſum; & in nomine eius ſcias te eſſe ſaluandam. Et tùm hæc dixiſſet, ſubitò ab oculis eius ſublatus eſt.

m

recuſans ipſa corporalem medicinam,

n

verbo curatur.

10 Tunc proiiciens ſe in orationem S. Agatha dixit: Gratias tibi ago, Domine Ieſu Chriſte, quia memor es mei, & miſiſti ad me Apoſtolum tuum, qui me confortauit & recreauit viſcera mea. Et dum compleſſet orationem ſuam, reſpiciens ad omnes maculas corporis ſui, ſaluata eſſe omnia membra ſua cognouit: nam & reſtaurata erat mamilla eius. Ita autem per totam noctem lux refulſit in carcere, vt præ pauore cuſtodes carceris fugerent, & carcerem apertum derelinquerent. Tunc dicebant S. Agathæ perſonæ quæ ibi erant incluſæ, vt abiret. Illa autem dixit: Abſit à me, vt ego coronam meam perdam, & eos qui cuſtodes ſunt tribulationibus tradam. Ego enim adiuta à Domino meo Ieſu Chriſto, perſeuerabo in confeſſione eius, qui me ſaluam fecit *o* & conſulatus eſt me.

etiam mamillâ reſtitutâ, luce per totam noctem perdurâte: recuſat, carcere aperto, fugere:

o

a *De formâ equulei multis agit Inueges. Metaphraſtes ſolùm habet ſuſpenſam.*

C b *Genus tormenti ita indicat Breuiarium Rom.* Admotis candentibus laminis, in equuleo torquetur. *Metaphraſtes ait ſphathulis inciſam. Methodius infrà num.* 17. Expediuntur faſces, flagellis virginale corpus obtunditur, deinde ferreis vngulis fidiculiſque latera fulcantur. *Sanctorius quoque virgis caſam, & ardentibus laminis vſtulatam ſcribit.*

c *Bellonac.* Scio enim, quòd oportet flabellari triticum, antequam reponatur in horreum. *S. Antoninus,* flagellari.

d *Quidam tortam et ac praciſam mamillam volunt, dum adhuc equuleo eſſet diſtenta: alij depoſitam primùm ex equuleo, denuò veſtimentis nudatam, reuinctis poſt tergum manibus alligatam columnæ, bubulis neruis diuerberatam, inde mamillâ cruciatam tradunt. Citat Carrera antiquam imaginem, è Vaticanâ bibliothecâ acceptam, qua S. Agatham columnæ alligatam exhibet, duos vtrimque carnifices, quorum prior ardentem tedam plagæ admonet præciſæ iam ac humi iacentis mamillæ, alter ſecundam præcidit ferreo cultro, quali ferè ad ſecandum corium vtuntur ſutores. Alij tres adhibitos ad barbarum hoc miniſterium tortores coniiciunt ex hu hymni veteris, quem S. Iſidoro Hiſpalenſi tribuunt, verbis:*

quomodò ei abſciſſa mamilla?

Iratus Iudex iubilat crudelis,
Tres ſuos excitat, in mamillis
Torqueri iubet delicatum corpus
Puellæ ſacræ.

Aſt idem hymnus MS. ad nos miſſus, ſic duos priores verſus exhibet:

Iratus Iudex ſibilat crudelis,
Tortores ſuos excitat, in mamillis *&c.*

e *Forcipe apprehenſam, funeque crudeliter adſtrictam contortamque putat Inueges. Nec leue caſtæ Virgini tormentum fuit, impuris manibus contrectari dicata Chriſto vbera, neque vllius mortalis vel aſpectu ſolo hactenùs temerata: inciſa etiam forſan ſunt vngulis ſphathuliſtis. Sanctorius* intactas à verberum ictu in

quomodò antea tortæ

reliquâ membrorum lanfatione *mamillas manſiſſe ait.* ex MSS.

f *Vtraque abſciſſa creatur, vti iam ex antiquâ imagine indicatum. Et verò. vt inf-à dicetur, duæ diuerſis locis aſſeruantur.* LATINIS
MS. S. Mariæ matoris de eius curatione per S. Petrum agens habet: Nam & reſtauratæ erant mamillæ eius. D

g *Id peractum ſupplicium exiſtimatur, vbi nunc S. Beryllî edicula viſitur in atrio eccleſiæ S Agathæ veteris: marmor illis muro affixum, in quo iſthæc leguntur:* D. O. M. Hic Quintiana impietas, quod in matre clemèter ſuxit, in Agathâ crudeliter amputauit, an. Dom. CCLII. *vbi?*

h *S. Antoninus,* ſcilicet intellectum & voluntatem.

i *Alij* quos, *nempe* ſenſus. *Ex hoc loco concludunt quidam non anno 10 ætatis, vt habet MS. Canonic. ſed multò antè virginitatem Deo vouiſſe S. Agatham: & ſanè etiam in hiſce regionibus (quid ergo apud ingenioſiſſimos Siculos?) ita quandoque puerorum atque adoleſcentularum animos peruadit diuinus Spiritus, vt ſexto aut ſeptimo anno ætatis profiteantur ſe Deo ſeruire velle, nolle nubere &c. caſſ auerſentur quæ huic innocenti deuotioni ſunt contrariâ. Quàm multi Sancti ac Sancta eâ ætate religionem ingreſſi? Tamen* infantiæ *vox longiùs etiam patet. Nam S. Ambroſius, vti 21 Ian. retulimus, de S. Agnete tredecenni loquitur:* Infantia computabatur in annis, ſed erat ſenectus mentis immenſa. *quâ ætate vouerit caſtitatẽ?*

k *Malè ergo Sanctorius ait,* exiguum panem ad ſuſtentandum ſpiritum attributum.

l *Rocchus Pirrus in Notitiâ Eccleſiæ Catanenſis nu. 6 ſcribit* extare adhuc feneſtram, per quam ingreſſum eſſe Apoſtolum ad Agatham fama eſt. *Id ſi de oſtio intelligit, verum eſt, licet nunc obſtructum illud ſit; ſin de feneſtrâ aliâ, quæ lumen* B *aliunde admitteret, negat Carrera apud Inuegem, vllam vnquam fuiſſe, cùm planè ſubterraneus ſpecus ſit, ſed per gradus deſcendiſſe, perq; oſtium intraſſe Apoſtolum.*

m *MS. Vlimery & alia:* illius mammæ (*MS. Bonifontis & duo noſtra,* vbera) in felle & amaritudine conuertentur, & in nimio cruciatu erit anima illius in æternum.

n *Bellonac.* Ego verò licet puella ſim, ita turpiter lacerata ſum, quòd etiamſi Chriſtiana non eſſem, nemo poſſet de me capere voluptatem. *Quædam MSS.* vt vulnera ipſa non permittant te aliquid ſtimulare in mentem meam. *Alia MSS.* te aliquid ſtimulare in carne meâ.

o *Quidam cibos quoque ab Angelo allatos ſcribunt: putant alij Diuinâ virtute corroboratam, vt poſt tot tamq; atrocia tormenta ferre quatriduo inediam potuerit.*

QVÆSTIO III

S. Agatha iterum tortâ, expirat, ſepelitur, Catanam ſeruat.

11 FActum eſt autem, poſt *a* quatuor dies iuſſit eam iterum Quintianus ante ſuum tribunal adſtare, cui & dixit: Quouſque furiaris contra decreta Principum inuictiſſimorum? Immola diis: ſin autem, ſcias F te acrioribus tormentis aptandam. Agatha reſpondit: Omnia verba tua fatua & vana ſunt & iniqua, præcepta tua aërem ipſum maculant. Vnde miſer & ſine ſenſu & ſine intellectu es. Quis enim vult ad auxilium ſuum lapidem inuocare, & non Deum ſummum & verum, qui me dignatus ab omni plagâ, quam in me exercuiſti, ita curare, vt etiam mamillam meam integerrimam meo corpori reſtitueret? Dixit ei Quintianus: Et quis eſt qui te curauit? Agatha reſpondit: Chriſtus filius Dei. Quintianus dixit: Iterum Chriſtum habes nominare *b*? Agatha reſpondit: Ego Chriſtum confiteor labiis, & corde inuocare non ceſſo.

a

profano Iudici inſultat:

b

12 Quintianus dixit: Nunc videbo, ſi Chriſtus tuus *c* curabit te. Tunc iuſſit *d* teſtas acutas ſpargi, & ſub teſtas carbones viuos immitti, & in iiſdem nudo eam corpore volutari *e*. Cumque hoc fieret, ſubitò locus, in quo ſanctum corpus volutabatur, commotus eſt, & pars parietis cecidit, & oppreſſit conſiliarium Iudicis, nomine *f* Siluanum, & amicum eius, nomine *g* Falconium, quorum conſilio perpetrabat ſcelera. Sed & omnis ciuitas Catanenſium *h* à vi terræmotus exagitata eſt. Denique omnes cucurrerunt ad ſecretarium Iudicis, & cœperunt nimio tumultu agere, quòd ſanctam Dei famulam impiis cruciatibus fatigaret, & idcircò omnes periculum ſuſtinerent. Tunc Quintianus fugiens, ex vno latere terræmotum metuebat, ex alio

d c ſupra teſtas & carbones volutatur:

e

f terræmotu & ſeditione populi

g

h territo Iudice, reducitur in carcerem

ex MSS. Latinis.

alio autem latere ſeditionem populi formidabat. Itorum igitur *i* iuſſit eam in carcerem recipi: ipſe autem *k* ad poſterulam ſecretarij fugiens, in ianuis populum dereliquit. Sancta verò Agatha ingreſſa iterum in carcerem, expandit manus ſuas ad Deum, & dixit: Domine, qui me creaſti, & cuſtodiſti me ab infantiâ meâ, & feciſti me in iuuentute viriliter agere; qui tuliſti à me amorem ſeculi, qui corpus meum à pollutione ſeparaſti; qui feciſti me vincere tormenta carnificis, ferrum, ignem, & vincula; qui mihi inter *l* tormenta virtutem patientiæ contuliſti; te deprecor vt accipias ſpiritum meum modò: quia tempus eſt, vt me iubeas iſtud ſeculum derelinquere, & ad tuam miſericordiam peruenire. Hæc cùm dixiſſet coram multis cum ingenti voce, emiſit ſpiritum.

i *k* *ibiq; orans expirat:* *l*

13 Quod audientes pij populi cum nimiâ *m* celeritate venerunt, & auferentes corpus eius poſuerunt in ſarcophago nouo. Factum eſt autem dum aromatibus condiretur corpus eius, & cum nimiâ diligentiâ collocarent illud; venit *n* quidam iuuenis ſericis veſtibus indutus, quem ſequebantur ampliùs quàm centum *o* pueri, omnes *p* ornati & pulchri; quem nemo vnquam viderat anteà in ciuitate Catanenſium, nec poſteà cum aliquis vidit, nec inuentus eſt aliquis, qui diceret hunc ſe ſcire. Hic ergo veniens intrauit ad locum vbi *q* condiebatur corpus eius, & poſuit ad caput eius tabulam breuem ex marmore, in quâ ſcriptum eſt: MENTEM SANCTAM, *r* SPONTANEVM HONOREM DEO, ET PATRIÆ LIBERATIONEM. Poſuit ergo hanc ſcripturam, vt diximus, intra ſepulchrum eius ad caput, & tamdiu ibi ſtetit, quamdiu cum omni diligentiâ clauderetur. Clauſo igitur ſepulchro abſceſſit, &, vt diximus, non eſt vlteriùs viſus nec auditus in regione vel in totâ prouinciâ *ſ* Siciliorum. Vnde *t* ſuſpicati ſumus, quòd Angelus eius fuerit. Et hanc ſcripturam diuulgantes qui viderant, omnes Siculos ſollicitos reddiderunt: & tam Iudæi quàm etiam Gentiles vnanimes cum Chriſtianis communiter cœperunt venerari ſepulchrum eius.

m *aromatibus cõdita ſepelitur.* *n* *o p* *q* *appoſitâ per Angelos mirabili epigraphe:* *r* *ſ t* *inuocatur etiam ab Ethnicis & Iudæis.*

14 Tunc Quintianus arripuit iter cum Officio ſuo ad inueſtigandas facultates eius, & vt teneret omnes de parentelâ eius: qui iudicio Dei in medio flumine interiit. Denique dum tranſiret flumen per nauim, duo equi fremitum circa ſe dantes, calceſque iactantes, vnus eum morſu inuaſit, & alter calce percuſſum deiecit in flumen *u* Symæthum: & non eſt inuentum corpus eius vſque in præſentem diem. Vnde creuit timor & veneratio circa B. Agatham, & nullus vnquam moleſtus fuit eius generi.

Quintianus malè perit. *u*

15 Vt autem euidenter ſcriptura illa, quam Angelus Domini poſuerat, firmaretur; poſt anni circulum, circa diem natalis eius, mons Ætna eructauit incendium, & quaſi fluuius torrens ita ignis vehemens, & ſaxa & terram liquefaciens, veniebat ad Catanenſium ciuitatem. Tunc paganorum multitudo fugiens de monte deſcendit; & venerunt ad ſepulchrum eius, & auferentes *x* velum vnde erat coopertum ſepulchrum eius, ſtatuerunt illud contra ignem venientem ad ſe; & ipſâ horâ ſtetit ignis *y* diuiſus. Cœpit autem ignis die *z* Kalendarũ Februariarum, & ceſſauit die Nonarum earumdem, qui eſt dies ſepulturæ eius: vt comprobaret Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quòd à periculo mortis & incendij eos S. Agathæ meritis & orationibus liberaſſet: cui eſt honor & gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum, Amen.

Velo S. Agathæ repreſſum Ætnæ incendium. *x* *y* *z*

a *Sanctorius*: XIII die elapſo. *forsIIII ſcripſerat; ſed aberrauit librarius.*

b *Addunt MSS. Capuanum & Baronij*: quem ego nolo audire.

c *MS. Baronij*, curauerit. *al.* curat de te.

d *Carrera apud Inuegem, factum id tradit vbi nunc iuxta Septemtrionalem vrbis murum adicula eſt.* Calcara *dicta, quo verbo fornacem Siculi ſignificant. Medio illius adiculæ, in pede altaris aperturam idem eſſe ait, quâ terra diſcooperitur, quam inde ad morborum remedia, ac pietatis exercitium homines auferunt.*

Pulueris ad remedia morborũ.

e *Idem ſuauiſſimum rorem diuinitus miſſum ſcribit, quo factum, vt ardorem Agatha non ſentiret. Inueges ſopitum in eâ ſenſum, vt licet carbonibus adureretur ac torreretur, dolorem tamen nullum ſentiret. Acta Latina & Metaphraſtes nihil hic noui miraculi agnoſcunt: agnoſcit & fusè probat Methodius cap. 4 nu. 11. Menæa diſertè in quodam odario canunt, eam* mammillarum præciſionem, aduſtionem ignis, corporis diſceptionem pertuliſſe. *Sanctorius graphicè hoc vltimum tormentum, eiuſq; ſenſum, deſcribit. S. Aldelmus in libro de laude Virginum ita ſcribit:*

Sic quoque carnifices torrebant igne puellam,
Virgineos artus aſſantes torribus atris:
Sed dicto citiùs perdebat flamma vigorem;
Ignibus innocuis exurens membra pucllæ.

f *Mombr. & MSS. Baronij & Rebdorf.* Siluinum. *Vlimerij, Vltrai. & vnus noſter codex:* Saluinum.

g *MS. Vlim.* Falcanum. *Vltrai.* Falcanium. *Max. & March.* Folconium. *Viola S S.* Fulconum. *Vnus noſter codex:* Falconicum.

h *Alia MSS. habent,* ab hoc terræmotu. *alia* ab hinc, *al.* à nimio terræmotu.

i *Breuiarium Roman.* Agatham ſemimortuam clàm reduci imperat in carcerem.

k *MS. Scheckingij, & S. Mariæ maioris*: à poſterulâ. *Vlimer. Vltrai. & noſtrum*: poſt ſecretarium. *Rebdorf.* ad poſteriora ſecretarij. *Baron.* per poſterulam.

l *Al.* torquentes. m *MS. vnum habet,* celebritate.

n *S. Antonin.* Angelus in formâ iuuenis albis induti. *ſociorum non meminit.*

o *Mombr. & MS. S. Mariæ maioris,* viri,

p *Alij,* armati. *al.* albati.

q *Quadam MSS.* condebatur, *& fortè rectiùs: neque enim decebat vt iuuenis intraret, cùm condiretur, haud dubiè à ſolis matronis ac Virginibus.*

r *Ita Mombr. & varia MSS. at quadam habent*: Mentem ſanctam ſpontaneam, honorem Deo *&c. Inueges teſtatur hæc initialibus ſolùm litteris ſcripta: M. S. S. H. D. E. P. L. Cremonæ nunc aſſeruari dicitur illa tabella, vti infrà dicetur.*

ſ *Ita varia MSS. at S Mariæ maioris,* Siculorum. *quadam* Siciliæ.

t *Ita Mombr. & MSS. pleraque: vnde apparet, ab oculatis teſtibus deſcripta hæc Acta. Duo tamen MSS. habent,* ſuſpicatur à multis. *Rebdorf* fideliter crediderunt cuncti. *Capuan.* non dubium eſt. *Quia nempe ſub perſonâ ipſorum primorum ſcriptorum Acta ea non legebantur, quidam ea ſic correxerunt, aut potiùs vitiarunt.*

u *MS. Vlimerij,* Pſemithum. *Audom. Bonif. March. Vltraiect. duo noſtra,* in flumine Semetro. *Baron.* Simethum. *Capuan.* Symetheon. *Deeſt nomen fluuij in Mombr. & MSS. S. Max. & Scheckingij. Metaph.* Pſemythum. *apud Heruet.* Pſemithum. *Inueges* Simetum *vocat. De nomine orthographiâ diſſerit Cluuerius Siciliæ antiquæ lib. 1 cap. 10. Carrera tradit,* flumen magnum, flumen Catanenſe, & flumen Giarrettæ *appellari; quia ſcaphâ traiicitur, quæ Siculo* Giarretta *dicitur. Duplex eſt autem Symæthi (vt ait) traiectus, ſuperior, & inferior, qui propiùs à mari diſtat, &* S. Agathæ *dicitur, aut* Leontinenſis, *à via, quæ Catanâ illac ad Leontinos ducit.*

x *S. Antonin.* cortinam, quæ erat cooperta. *an nonpotiùs,* quâ? *Noſtrum MS.* velum eius ſtatuerunt *&c.*

y *Alia MSS.* diuinus. *quadam* diuinitus.

z *MSS. Baronij, Vlimerij, duo noſtra*: pridie Kalendas.

ALIA ACTA

auctore Græco anonymo,

ex MS. Senatus Meſſanenſis,

INTERPRETE I. B.

CAPVT I

S. Agathæ patria, comprehenſio, conſtantia blanditiis flagriſque tentata.

1 IMperante Decio Cæſare, & Quintiano Siciliam regente, latum edictum eſt, vt quicumque ſe Chriſtianum diceret, acerbæ neci dederetur. *a* Tunc igitur & alij multi ad oppetendam mortem 4

Decij persecutione, S. Agatha ad martyrium se parat.

A mortem sese comparauerunt, & cumprimis magnanima Virgo S. Agatha, cui patria quidem Catana, parentes verò clari & illustres. Ea ceteras res omnes aspernata, se ad certamina pro Christo armabat.

à Quintiano, iam antè in eâ intento, capi iubetur:

2 De quâ cùm priùs inaudisset Quintianus Præses, longè eam pulchritudine, opibus, nobilitate ceteris præcellere, occasioni omni imminebat, vt Virgini iniiceret manus, eiusque consensum assequeretur. Reperto igitur prætextu impij edicti, velut Christianam comprehendi eam ab lictoribus iussit, extra Catanam, Panormi commorantem. Cùm ij Athletam inuenissent, ita interrogant: Ecquid edictum Imperatoris nostri? Cur diis nostris non sacrificas? Si sacrificaueris, cum gloriâ & honore ad Præsidem te *b* reducemus? sin minùs, grauia quæque & acerba tibi infliget. At sancta Virgo, freta supernâ armaturâ, stabat Deum inuocans. Lictoribus autem præstolantibus, illa domum suam ingressa, & in cælum defigens oculos, Dominator Domine Iesu Christe, inquit, tu animum meum vides, tu nosti desiderium meum: tu in me dominare, aduersùs tyrannum custodi me. Quis tua sum: dignam me fac, quæ diabolum vincam.

b lictoribus vt eis pareat suadentibus,

Christum orat:

3 Finitâ oratione, egreditur firmissimi muri instar, B & cum lictoribus strenuè iter capessit: secumque intereà colloquens, dicebat: Primùm pro pudicitiâ decertaui, malique incentorem dæmonem, nefaria quæque generi hominum occultè inseminantem, superaui. Gratias tibi ago. Et nunc spectatorem habens immortalem Regem Dominum Iesum Christum, innumeris Angelis stipatum, aggrediar mortem. Hæc & his similia cum lacrymis dicens, iter faciebat. Atque inter eundum, pedem lapidi cuipiam impositum, corrigiam eius solutam alligatura: & retro aspiciens, neminem vidit sequentem ex ciuibus, qui eam deduxerant. Tum verò Sancta, magno affecta mœrore, orauit dicens: Domine omnipotens, propter eos qui diffisi sunt ancillæ tuæ pro tuo nomine susceptura certamen, ostende miraculum. atque illicò exortus est oleaster, redarguens incredulorum illorum, qui abierant, mentes.

in viâ cũ lacrymis meditatur:

miraculo arguitur diffidentiũ leuitatem obtinet:

c

ab Aphrodite & filiabus per dies 30 tentatur,

d

4 Cùm autem Catanam esset ingressa, iussit eam Præses cuidam matrifamilias, nomine *c* Aphroditæ, quæ nouem filias habebat, tradi ad dies triginta; vt malignis verbis & operibus eam circumuenientes, immutarent animum eius, & ad immolandum idolis pellicerent. Quæ sanctam Virginem nunc pollicitationibus, nunc blanditiis, aliàs minis aggressæ, adamante fortiorem inuenerunt, planeque inexpugnabilem. *d* Vna sum, inquiebat, seque ipsam vincebat, &, Mens mea, aiebat, fundata est super petram, qui Christus C est, ideoque firmissima & immobilis. Hæc videns Aphrodite, ad Quintianum abiit, & hæc retulit: Facilius est lapides mollire, & ferrum in plumbum transmutare, quàm huius animum Virginis à Christianismo abstrahere. Clarè deinde explicuit citra vllam dissimulationem, quæ ipsa, quæ filiæ dixerint ac tentarint, sed nihil omnino persuadere potuisse, ab omnibus quæ proponerentur abhorrenti.

frustrà:

e

coràm Præside fatetur se nobilem, sed ancillam Christi,

f

5 Quintianus autem pro tribunali sedens, *e* adduci eam in prætorium iubet, itaque alloquitur: Quo orta genere es? Sancta respondit: Non solùm ingenuis ac nobilibus, sed & locupletissimis nata parentibus sum. Quintianus dixit: Si ingenua & illustris es, cur seruilem personam præ te fers? *f* Humilians se Agatha ait: Ancilla certè quidem sum Christi, ideoque, vt rectè ais, seruæ instar me habeo. Quintianus dixit: Verè libera mihi esse videris: tu verò, quod non es, cur teipsam seruam facis? Et Agatha, Nostra, inquit, ingenuitas & gloria iis in rebus consistit, quibus Christi seruitus declaratur. Tum Quintianus: Quid nos? liberi non sumus, qui Christi seruitutem execramur? Agatha respondit: Vos ad talem deuenistis seruitutem & captiuitatem, vt non solùm serui improborum dæmonum ac peccati, sed & detestabilium sensusque carentium idolorum opifices sitis, honorem eum qui Deo conuenit, lapidibus & lignis deferentes.

idololatras seruos esse:

AVCTORE ANONYMO, Ex MS. GRÆCO, INTERPR. I. B.

6 Quintianus dixit: Si quid insanias ac blasphemes, acriter te puniemus. Sed priusquàm tormenta adhibeantur, dic mihi; Cur deorum venerationem execraris? Et Agatha: Ne deorum dicas, sed dæmonum. Dixit Quintianus: Elige tibi mentem bonam & rectam, D & sacrifica diis. sin minùs punieris, ac dira multa patieris, & ad extremum tandem sacrificabis. Agatha respondit: Sit vxor tua, sicut dea tua Venus, tuque vt Iuppiter deus tuus. Ego Christi mei fidem non erubescam. Quintianus ista audiens iussit eam virgis cædi, vt quæ Præsidem affecisset iniuriâ. Sancta dixit: Non vis in deorum, quos obtrudis, sortem ac numerum venire? Te miror, qui diis tuis similis esse nolis, eorumque siui vitâ. Id tibi vt eueniret optaui: & tu iratus, cædi me mandasti. Quintianus dixit: Quid multis opus est verbis? Aut sacrifica, aut diuersis supplicijs te excruciabo. Sancta respondit: Etsi in me feras immitas, audito nomine Dei mei mansuescent: si ignem adhibeas, Angeli Christi mei, rorem subministrabunt: si plagas & flagra infligas, Spiritus veritatis me è tuis manibus eripiet. Tunc Quintianus caput agitans, iussit eam in obscurum carcerem abduci, dicens: Cogita, Agatha, & pœnitentiâ flectere, ne dira flagra patiaris. Sancta dixit: Ipse tu pœnitentiam age, vt æterna supplicia tibi præparata effugias. Iratus Quintianus iussit eam abstrahi atque in carcerem coniici.

deos ridet,

iisdẽ similẽ optat Præsidem: flagellatur:

tormenta contẽnens,

E

coniicitur in carcerẽ:

a *Multa ex hic actis superiùs explicata, & cum Metaphrasta Actis comparata, suprà § 6.*

b *Græcè est:* ὡνάξομαί σε πρὸς τὸν ἥλιόν σε.

c *Ita Græcè,* Ἀφροδίτη, *eademque rursum infrà.*

d *Græcè est:* Μία ἴσχυσα, εἶπε, αὐτὴν ἐπικαμφῦναι. ἡ δὲ λίθος μὲν ἐπὶ πέτραν.

e Ἀχθῆναι εἰς τοῖς ἀρχείοις.

f *Debet satisfacis ad præcedentia referri:* δουλικὸν πρόσωπον ἐπιφαίνεις πεπεισμένη; ἡ Ἀγάθη &c. *seruilem personam præ te fers? abiecta? Ita interpunctum erat, vt vertimus.*

CAPVT II

S. Agathæ tormenta alia; mamilla abscissa, à S. Petro curata.

7 POstridie autem coram se adductæ ait: Cogitasti de salute tuâ? Illa respondit: Salus mea est Christus. At ille: Nega Christum, Agatha, & deos venerare, ne præmaturè ætatem abrumpas. Sancta autem: Tu deos tuos nega, qui lapides & ligna sunt, & accede ad Creatorem ac verum Deum. Iratus Quintianus iussit eam suspendi, & *a* spathulis laniari. Cumque ita torqueretur Sancta, dixit: Tormenta tua gaudium mihi afferunt & vitam: exulto dum hæc à te patior. Iratus Quintianus iubet mamillam eius torqueri, diuque tortam præcidi imperat. Tunc S. Agatha dixit: Impie & crudelis tyranne, non erubuisti talia in mamillam designare, quam ipse in matre tuâ suxisti? At licet exteriorem resecueris mamillam, interiorem aliam in animâ habeo, quam præcidere non poteris. Tunc iratus iussit eam denuò in carcerem retrudi, vetuitque ne medicus vllus ingredi ad eam fineretur, & ne panis ei vel aqua præberetur, aut alia vlla curatio ei adhiberetur,

iterum coram Præside deos ridet:

a in equuleo spathulis inciditur: mamilla ei torquetur & amputatur:

remittitur in carcerẽ, fame enecanda:

8 Cùm in carcere esset, circa mediam noctem apparuit ei senis specie Petrus Apostolus, (quem puer præcedebat lampadem præferens, ac plurima pharmaca) ipse se medicum profitens. Eam deinde compellans ait: Crudelibus in te flagris tyrannus desæuiit, sed fortiter perferendo illustriorem tuam indolem ei manifestasti; quare amputari mamillam tuam præcepit. Et ipsius quidem anima in dolore erit sempiterno, tu autem cum Sanctis choreas inibis. Verumtamen sine me mamillæ tuæ mederi. Sancta verò, Numquàm, inquit,

S Petro instar medici apparente,

& mamillam curare valenti,

AVCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO, INTERPR. I. B.

inquit, corpori meo adhibita est medicina, & nunc turpe esse duco, id corrumpi. Respondit ei senex: Et ego Christianus sum, & confidens fore vt te sanarem, huc veni: tu ne verecunderis. Illa verò respondit: Multas ob causas, rationi maximè consentaneas, haud patiar vt curationem corpori meo impendas. Cur enim, inquit senex, medicinam recusas? Et illa: Habeo Dominum Iesum Christum verbo instaurantem vniuersa. Tunc subridens senex ille, Ipse me, inquit, ad te misit, & ego illius sum Apostolus. Et ecce in eius nomine sana facta es. atque ea fatus, videri desiit.

A recusat, & verbo ab eo sanatur:

9 Tunc Sancta precari in hunc modum cœpit: Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, quia memor mei fuisti, & misisti ad me Apostolum tuum, qui renouauit membra mea. Et aspiciens seipsam, sanam inuenit, mammamque vt antè fuerat. Ac totâ reliquâ nocte lux carcerem circumfulsit, ita vt custodes fugerent, carcere aperto relicto. Videntes quod acciderat qui in carcere erant, ita S. Agatham alloquuntur: Ecce, fores apertæ sunt, & nemo adest custodum; egredere & fuge. Sancta respondit: Non mihi hoc accidat, vt certaminum meorum coronâ priuer, & carceris custodes in periculum coniciam: habeo enim adiutorem Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei viuentis.

luce cælesti perculsis custodibus, carcere aperto abire non vult:

B

a Σπαθήσας.

CAPVT III

S. Agathæ in carbonibus volutatæ mors, sepultura; Catana velo eius seruata.

10 POst quartum autem diem iussit eam Quintianus suo sisti tribunali, eamque intuitus, Quousque, ait, perstas in contemptu edicti inuictorum Imperatorum? Aut diis sacrifica, aut multa sustinebis supplicia. Sancta autem, Verba, inquit, tua vana sunt, & tuorum Imperatorum edicta iniqua, ipsum coinquinantia aërem. Stultus est qui lapides ac ligna colit. Vidisti tuo iussu amputatam mamillam, en aliæ pro eâ recreuerunt. Insaniens Quintianus, Quis te curauit? inquit. Respondit Agatha: Iesus Christus filius Dei viuentis. Quintianus dixit: Rursus Christum confiteris, quem horreo vel audire? Sancta ait: Non desinam corde & labiis eum glorificare.

Præsidis verba ridet,

sed à Christo sanatâ prædicat, mamillâ etiã restitutâ:

11 Tum Quintianus: Nunc sciam an Christus te sanabit. & confestim iussit acutas testas spargi, interque eas ignitos carbones proiici, atque in hisce Virginem nudo corpore volutari. Cumque ista tam crudelia illic fierent, locus subito terræmotu contremuit, parsque in pauimentum prolapsa, Siluanum Quintiani consiliarium oppressit, eiusque amicum Falconium, quorum consilio isthæc iniqua perpetrabat. Vniuersa quoque Catanensium ciuitas impetu terræmotus concussa est, adeò vt ciues omnes *a* in regiam conuenirent, & vehementer Præsidem turbarent. Tunc Quintianus seu terræmotus seu populi timore, remisit iterum Sanctam in carcerem. Ingressa in eum Sancta, sublatis in cælum manibus, ait: Gratias tibi ago, Domine, quòd gratiam mihi dederis, vt viriliter pro tuo nomine decertarem, auferens à me vitæ præsentis cupidinem, ac talem corpori meo virtutem tribueris. Exaudi me, Domine, & dignam fac ancillam tuam, vt vanum hunc mundum relinquens, copiosæ misericordiæ tuæ particeps fiam. Finitâ oratione, statim Domino spiritum reddidit.

super carbones & testas volutatur:

C

terræmotu & concursu populi

a perculso Præside, reducta in carcerem,

exanimo-ritur:

12 Audiens populus quod factum erat, conuenit magnâ diligentiâ & reliquias sanctæ Martyris Agathæ religiosè deposuit. Adolescens verò quidam, cum centum pueris, splendidè indutus, ignotus cunctis Catanensibus, veniens ad locum, vbi adhuc sacrum iacebat corpus, allatam marmoream tabellam in sepulchro posuit, in quâ *b* ita scripserat: Mens sancta spontanea, honor Dei, & patriæ liberatio. Cumque hoc scriptum intus ad caput Virginis posuisset, ac monumentum obsignasset, abscessit, nulli ampliùs in vrbe visus. Vnde quidam existimarunt eum verè Angelũ Virginis fuisse.

sepelitur,

apposito per Angelum epitaphio.

D

b

13 Audiens verò Quintianus mortuam esse sanctam Dei Martyrem, ad res eius occupandas abiit, (erat enim opulenta) & sumptâ totâ suâ cohorte Panormum versùs profectus est. Vixque iter erat ingressus, cùm eum Diuinum iudicium occupauit. Volens enim traiicere flumen quoddam, nomine Plimethum, ingressus scapham cum equis suis, submersus est. Nam duo impetu in eum facto, alter quidem ore eum suffocabat, alter calcibus cædens in flumen eum deiecit. Ac deinde diu quæsitum sceleratum eius corpus reperiri non potuit. Quæ cùm ita gesta essent, auctus est Sanctæ honor ac veneratio apud Christianos.

Præses ab equis in flumen delectus perit.

14 Post annum autem, ipso quo deposita erat die, Ætna mons ignem eructauit, qui amnis instar effluens cuncta exurebat, & appropinquans omnem Catanensium ciuitatem concrematurus videbatur. Accolæ autem & ciues ignem metuentes, ac fiduciam in Virgine locantes, confugerunt ad eius sepulchrum, & velum eidem sepulchro circumpositum auferentes, igni opposuerunt: & confestim, Dei prouidentiâ, precibus Virginis, constitit ignis, exortus quidem Kalendis Februarij, quinto autem eiusdem mensis die repressus: in quo die celeberrimam eius solennitatem agimus, collaudantes Dominum nostrum Iesum Christum tantas illi gratias largitum, quibus digni omnes efficiamur. Amen.

Ignis ex Ætnâ profluens,

E

eius Velo repressus.

a εἰς τὰ βασίλεια προσελθεῖν.
b *Ita expresse habent Græca:* ἐπιγράψας ὅτι τάδε.

ALIA ACTA

auctore Simeone Metaphraste,

ex Græco MS. Regis Galliæ,

interprete a IOANNE DAVIDE HENXTOVIO.

a

CAPVT I

S. Agathæ patria. iter Panormo Catanam.

IMperante Decio Cæsare, Quintiano verò Siciliam insulam, ad *b* præfecturam Italiæ pertinentem, administrante; promulgatum est edictum, vt quicumque religiosum veri Dei cultum exerceret, acerbâ morte necaretur. Sancta igitur & magnanima Agatha, *c* ex Panormitanâ ciuitate oriunda, nobilissimis verò edita natalibus, vt impium vulgari decretum intellexit, patriam, genus, gloriam, & quidquid ad temporariam hanc vitam spectat, pro nihilo ducens, sese ad suscipienda pro Christo certamina armauit.

F

b

Decij persecutione,

c

Agatha ad certamen separat:

2 Quintianus verò Præses cùm sanctam ac generosam Agatham formæ honestate & elegantiâ *d* puellis cunctis æqualibus suis longè antecellere inaudisset, modum excogitabat, quo Christi Virginem comprehenderet, inque suam sententiam pertraheret. Atque in hac nefariâ mentis agitatione quotidie moliri ac tentare omnia non cessabat, donec ei liceret libidinis suæ æstrum ad effectum deducere. Quocirca præclaram & illustri ortam genere ancillam Christi, eo prætextu quòd esset Christiana, comprehendi iubet & in conspectum suum adduci. Erat autem ipsa insigni mo-

à Quintiano Præside

d

impuro & auaro

num

A rum compositione, & gratiâ sermonis ornata, vt facilè eximiâ pulchritudinis specie intuentium posset sibi animos subiicere. Quintianus verò impurus ac peruersus cùm esset, *e* conspectâ Virginis specie, illicò captus amore est, simul & fortunis illius inhians, vultu ipso animi perturbationem prodidit.

e

capit iubetur:

3 His ergo modis, vti diximus, in furorem actus Quintianus, militibus vt S. Agatham comprehendant mandat. Hi Catanâ egressi, ita eam alloquuntur: Decretum aduersùs te promulgatum est à Cæsare ac Præside, quia neque diis sacrifices, quos Augustus colit, nec patrio ritu eos venereris. Sed vel nunc fac inducas in animum diis immolare, vt te cum omni honore & gloriâ *f* ad Consulem adducamus. S. Agatha accepto è superis clypeo, arma non mundana sed cælestia aduersùs tyrannum generosè expedit. Lictoribus verò eam vrgentibus, vt secum iter capesseret, tyranno sistenda, in *g* domum suam ingressa, sublatis in cælum oculis, dixit: *h* Domine Iesu Christe, tu nosti animum meum, tu affectum perspicis: ipse tu dux meus esto aduersùs tyrannum. Ecce enim iam prostratus est, iam à me conculcatus. Et nunc Domine propter magnum & supereminens nomen tuum, *i* in quo vitam puram castamque traduxi, obsecro, *k* accelera & vince diabolum, suscipiens lacrymas meas.

militibus suadentibus vt ei pareat,

f

g

h

Christum orat:

i

k

B

4 Hæc precata, Panormo discessit, firmi muri ac vallo vndique circumsepti similis; atque alacriter cum satellitibus gradiebatur, virtutis pulcritudinem mente pertractans, Primum, inquit, pro continentiâ certamen suscepi, omnisque improbitatis auctorem diabolum, identidem semina voluptatum generi hominum ingerentem, vici & calcaui, per gratiam Domini nostri Iesu Christi. Verùm, ô improbe & veritatis inimice, non vides stadium meum esse immortale, in quo exultant iusti pariter & Angeli, quodque ipse spectat immortalis Filius Dei Dominus Iesus Christus, millenis Angelorum legionibus cinctus? Et hæc secum ipsa loquens, lacrymas fundebat.

it generosè Catanam, meditans cum lacrymis:

5 Inter eundum autem calcei eius soluta corrigia est, *l* quam pede super lapidem posito adstrinxit. Ac post tergum respectans, neminem vidit sequentem ex omni ciuium numero, virorum ac mulierum, eam deducentium: omnes quippe eâ relictâ domum redierant. Illa magno affecta sensu doloris, ita Deum precata est: Domine omnipotens, propter eos qui ancillæ tuæ pro nomine tuo certaturæ difficiles sunt, magnum aliquod ostentum exhibe. Et subitò exortus est *m* oleaster, ingenium ac sensum notans Panormitanorum.

l

precedentibus Panormitanis,

eorum lenitatē diuinitus notari obtinet.

m

C

a *Dum iam Prologomena nostra ad S. Agatha Vitam sub prælo essent, & nominatim § 6 vbi de nobili hoc & erudito adolescente, egimus; ipse, cùm propè à metâ abesset philosophia, deq; vniuersis eius partibus Theses publicè propugnare pararet, Deipara Virgini dicatas, ad vitæ pertigit metam, IV Non Augusti, festo S. Mariæ de Portiunculâ, anno MDCLIII, febri extinctus, atque in S. Gertrudis Canonicorum Regularium basilicâ, honorificè sepultus*

Io. Bauldu Henxouij obitus.

b *Vertit Heruetus*: Quintiano autem Præside insulæ Siciliæ, Iralorum prouinciæ. *non rectè. Græca superiùs § 6 nu. 42 exposuimus.*

c *Satiùs id suprà explicatum.*

d *Græcum exemplar habet: ὡς καλὴ ἡ ἀναξιπτάτη τυγχάνουσα πάσας ὑπερβέβηκεν τὰς κατ' αὐτὴν σανίδας. Interpres pro σανίδας videtur πάνδας legisse Ita & Heruetus exposuit*: quòd formæ pulchritudine superaret omnes sui temporis adolescentulas. *Alioquin suspicari quis possit, Metaphrastem per σανίδας exprimere voluisse tabellas, quibus eius effingeretur forma, quasi dicat nullâ satis eius pulchritudinem adumbrari imagine potuisse.*

e *Græcè est, ἐρεθίσας τῇ ὄψει τῆς παρθένου, τὸν ὀφθαλμὸν αὐτῷ συνταράττων. Gentianus vertit*: captus amore Virginis, oculum suum perturbabat, *Verùm quid illud τῇ ὄψει. Quomodò ex aspectu Virginis in amorem erat raptus? An eam obiter viderat, priusquàm illa Catanâ profugeret? An solùm pulchritudinem eius didicerat aliorum narratione, & imagine, vel lineamentis & coloribus expressâ, vel descriptâ verbis? Eodem fortè spectant σανίδες, de quibus iam dictum.*

f *Ita Græcè: ἀναπαλαίσωμεν αὐτῷ ὑπὲρ τοῦ. Heruet.* ad Præsidem. *Priora Acta habent,* ἀναξιόμεν, reducemus.

g *Scribit Augustinus Inueges, duas esse Panormi ecclesias S. Agathæ honori dicatas, quas vulgi recepta existimatio tradit bina illius palatia fuisse, vnum tamen eo tempore in vrbe, inpomœrio alterum: nunc vtraque intra muros est.*

h *Græcè*: Δέσποτα κύριε. *ac mox iteram. Vti subinde Latinè ponitur*, Dominator Dominus.

i *Gr.* ἐν ᾧ ἔζησα σεμνὸν βίον *Heruet.* in quo vixi hucusque honestam & gloriosam vitam.

k *Idem Heruetus, fusiore fortassis vsus exemplari*: sed festina, & vince diabolum & eius ministrum Præsidem, ne dicat. Vbi est Deus eius? tamquàm sacrificium & oblationē meas accipiens lacrymas in odore suauitatis: quoniam tu es Deus solus, & te decet gloria in secula, Amen.

l *Inueges scribit præcessisse Agatham, quòd indecorum videretur, si pueila coram militibus corrigiam calcei adstringeret.*

m *Græc.* ἐλαία ἄκαρπος. olea infructuosa. *Ostenditur etiamnum in horto dicta ecclesiæ, vti antè ex Inuege retulimus.*

AVCTORE METAPHRASTE, INTERPR. I. D. HENXENIO. D

CAPVT II

S. Agathæ constantia, blanditiis tormentisque tentata.

5 Ingressam iam in vrbem Catariam iussit Præses matrifamilias cuidam tradi, nomine *a* Aphrodisiæ, quæ adolescentulas habebat *b* filias, vt verborum morumque lenociniis in transuersum eam impellerent, ac mentem eius immutarent, atque ad sacrificandum idolis inducerent. Et hæ quidem nunc magnos honores ei pollicentes, quandoque intentantes minas, sperabant sanctam Virginem suis illecebris ad idololatriam pertractum iri. *c* Cùm autem fallacibus hisce delinimentis rationem ei sensumque eripere niterentur, generosa Christi Martyr ita iis respondit: Mens mea supra petram fundata est, neque vnquam poterit à Christi caritate separari. Verba vestra ventis similia euanuêre: conuersatio vestra, pluuia est; minæ, fluuij. Allisi quidem hi sunt ad domum nostram, sed eam concutere nequaquàm potuerunt, fundatam quippe super petram, qui Christus est. Hæc cùm diceret, non cessabat ipsa sibi lacrymarum copiâ sinum inundare. Quemadmodùm enim ceruus anhelat ad fontes aquarum, ita desiderabat anima eius prodire in arenam, genus omne cruciatuum pro fide Christi, magnâ alacritate perferre festinans.

S. Agatha traditur mulieri cuidā peruertendæ: *b*

c

eius & filiarū illecebras ac minas fortiter contemnit;

6 Aphrodisia igitur cernens inconcussum & immobilem Agathæ animum, ad Quintianum accedens ait: Facilius est lapides mollire, vel ferrum in plumbum conuertere. *d* Nam & ego & filiæ meæ assiduè diu noctuque nihil aliud egimus, modò inculcantes promissa, modò minas intonantes. Ego margaritas, insignia ornamenta, pretiosas vestes, aurum, domos, prædia suburbana, mancipia, ei sub oculos posui: at cuncta hæc eo loco habet, quo terram, quam pedibus calcat, ac nihili prorsus æstimat. Tunc iratus Quintianus iussit *e* in secretarium duci, sedensque pro tribunali, ita eam compellat: Quo tu genere orta es? S. Agatha dixit: Non solùm ex ingenuo & illustri sum genere, sed & cognationem habeo amplis affluentem diuitiis. Quintianus dixit: Si ingenua es & illustris, cur moribus seruæ personam induisti? Agatha dixit: Rectè tu quidem; nam ancilla sum Christi, propterea quæque seruam me profiteor. Quintianus dixit: Si verè ingenua es, quomodò *f* seruam te esse confirmas? Agatha respondit: Ingenuitas nostra & gloria in eo sita est, vt Christi seruitus ostendatur. Quintianus dixit: Quid ergo? Nos libertate caremus, qui Christi seruitutem detestamur? Agatha dixit: Ad talem redacti estis seruitutem & captiuitatem, vt non solùm serui facti sitis peccati, verùm etiam cultores sensu carentium & execrabilium simulacrorum, qui Deo debetur, lapidibus & lignis honorem tribuentes.

d

F

e

sistitur Præsidi:

fatetur se, nobilē licet ancillam Christi, *f*

qua vera nobilitas:

7 Quintianus dixit: Si quid insanè blasphemaueris, sumi de te supplicium poterit. At priusquàm in inca

incidas.

AVCTORE METAPHRASTE INTERPR. D HENR. TOVIO.

incidas tormenta, edisſere quâ cauſsâ deorum religiones auerſeris. Agatha reſpondit: Noli deorum dicere, ſed dæmonum: quorum effigies in æramenta transmutatis; quorum è marmore & gypſo efformatos vultus inauratis. Quintianus dixit: Bonum adhibe tibi ipſi conſilium, & ſacrifica. Ni feceris, varios ſubibis cum
A deos videt, reorum turbâ cruciatus; cumque ampliſſimæ tuæ cognationi fœdam inuſſeris notam, demùm dolore coacta ſacrificabis omnipotentibus diis. Agatha dixit: Fiat *g* vxor tua vt Venus dea tua, tuque Iouis dei tui
g iiſq; ſimilè optat Præſidem cum ſuis; ſimilis euadas. Quæ cùm audiſſet Quintianus, *h* cædi eam virgis imperat dicens: Ne Præſidi contumeliam ore arroganti intuleris. Agatha dixit: Quos deos tuos eſſe dixiſti, eorum tu te in ſorte ac numero eſſe nolis? Quintianus dixit: Manifeſtum eſt, te plùra appetere
h ideò verberatur, ſed dicta defendit: tormenta, quæ me tot iniuriis vt ad ea procedam incites. Agatha dixit: Miror te, prudentem alioqui hominem, eò deueniſſe inſaniæ, vt nolis diis tuis ſimilis effici, eorumque vitæ conſortio frui. Nam ſi dij tui ſunt, eoſque veneraris, cùm precata ſim, vt qualis eorum eſt, & tua eſſet vita, quâ ratione interpretaris me tibi iniuriam irrogare voluiſſe? Sin eorum reſpuis conditionem, & tu mecum abominandos eos appellas.

B tormenta contĕnens, 8 Quintianus dixit: Quorſum inſolentes iactas voces? aut diis ſacrifica, aut diuerſis te ſuppliciis dedam. Agatha dixit: Si feras in me immiſeris, audito Chriſti nomine manſueſcent: ignem ſi admoueris, rorem mihi è cælis Angeli ſuppeditabunt: ſi flagra inflixeris ac plagas, habeo Spiritum veritatis, qui me è tuis manibus liberabit. Tunc caput quatiens Quintianus iuſſit eam
i in carcerē ducitur in *i* obſcurum carcerem abſtrahi, dicens: Conſidera etiam atque etiam apud te, Agatha, tuique te pœniteat, vt mea declinare tormenta valeas. Agatha dixit: Teipſum factorum tuorum pœniteat, vt æternos euadas cruciatus. Tunc inflammatus irâ Quintianus iuſſit eam trahi in cuſtodiam. At S. Agatha magno perfuſa
exultans: *k* ſenſu voluptatis, & veluti geſtiens præ lætitiâ, precibus certamen ſuum Domino commendabat. *k*

a *Quidam, vt Inueges ſcribit*, Venerem *vocani*; *& vilem ac plebeiam alij, alij nobilem faciunt; omnes vitâ turpiſſimam. Exiſtimantur eius palatij eſſe quæ Catana cernuntur ruinæ, publici ornamentarij muris coagmentata. Incerta coniectura.*

b Quinque *dicuntur fuiſſe in editione Lipomani. aberat numerus à Græco noſtro exemplari. Latina Acta, & Græca è codice Meſſanenſi*, nouem *habent.*

c *Refert ex Carrera Inueges, dicti incantationibus quoque ac diabolicis præſtigiis appetitam, quibus ſupertorem Spiritus ſancti numen præſtiterit: hinc contra fascinum ac veneficia inuocari, præſentiſſimo remedio, vt ſæpè clauos, glomus pilorum, aliaq; fœda euomant, illius ope, qui veneficorum cantionibus maliſq; artificijs in ægritudinem inciderunt.*
contra incantationes inuocatur.
C

d *Addit Heruet.* quàm mentem huius puellæ à Chriſti amore traducere. *aberant hæc à noſtro MS.*

e *In Vitâ Latinâ eſt; ad ſecretarium: Græcè, εἰς τὸ σηκρήτιον. Heruet.* in ſecretum. *Quid ſit ſecretarium, exponit Voſſius lib. 3 de vitijs ſermonis cap. 48, conclaue nimirùm in quo reorum cauſſæ expendebatur à Iudicibus; vt plurimùm velo ab atrio, ſiue publici iudicij loco ſeiunctum; quamquàm, vt hinc patet, erat in ipſo quoque ſecretario tribunal. De hoc eodem Catanenſi ſecretario agitur 12 Auguſti in Actu S. Eupli:* In Catanenſium ciuitate, cùm eſſet extra velum ſecretarij B. Euplus, præclamauit dicens: Chriſtianus ſum, & pro Chriſti nomine mori deſidero. Audiens Caluiſianus Conſularis dixit: Ingrediatur, qui clamauit. Et cùm ingreſſus fuiſſet B. Euplus ſecretarium Iudicis... *ac poſt multa*: Caluiſianus Conſularis dixit: Quomodò innotuit eius confeſſio, publicè tradatur.... Cùm in medio B. Euplus traditus fuiſſet, *&c. Quæ omnia longè aliter narrantur à Metaphraſte, vt ſuprà indicauimus.*
Secretarium.

f *Vult Inueges, aureis argenteiſq; vaſis vſam, & omni ornatu ac ſplendore, qui nobilitatem eius decebat. Quâ igitur ratione* ſeruæ perſonam induerat? *Aut quò ille ſpectaſſet ornatus ac luxus, cùm Chriſto virginitatem pridem conſecraſſet, tantoq; cuſtodiſſet ſtudio, vt ne medicinam quidem adhibere corpori vellet?*

g *Negant alij Quintianum vxorem habuiſſe: cur alioquin, aiunt, Agatham eſſet procatus, cùm polygamia Romanis non permitteretur? At non conſtat, voluiſſe ſibi Agatham legitimo connubio iungere: & erant Romanis vſitatæ repudia.*

h *Gr.* ἐκέλευσεν αὐτὴν ῥαβδίζεσθαι. *Heruetus*: iuſſit ei impingi colaphum *Ante etiam illud 2 Cor 11. 25* τρὶς ἐῤῥαβδίσθην, *vertet*, ter mihi colaphus impactus? *Latina tamen Vita habet*, iuſſit eam alapis cædi. D

i *Extat is etiamnum, vt ex Carrera ſcribit Inueges. ſed in ſacellum mutatus. ianua vetus, quæ occidentem ſpectabat, obſtructa; noua aperta ad meridiem, quâ in templum itur, cui iunctum ſacellum. In hoc quotidie Miſſa ſacrificium offertur: præcipuus eò concurſus piorum hominum feriâ 4, quæ eius honori peculiariter Catanæ dicata: quartâ feriâ cuiuſque menſis primâ exponitur ſolenniter ibidem venerabilis Euchariſtia.* Carcer S. Agathæ.

k *Protruſa à truculentis lictoribus Agatha, vt impetu in terram prolaberetur, in duos lapides impegit, qui inſtar ceræ impreſſos pedes admiſerunt, ac lapſum ſtiterunt; & cernuntur etiamnum in vtroque expreſſa veſtigia pedis calceati. Hi lapides ſemper in veneratione habiti, at quia ad veterem ianuam, quæ veſtigia in nunc obſtructa, loco obſcuro poſiti minùs aptè cerni poterant, anno 1640 ſunt ad latus nouæ collocati: ſunt autem ambo nigri tanæ. & duri. Ita Inueges ex Carrerâ & alio. Poſitum ad veterem ianuam fuit hoc diſtichon:* S. Agathæ ſaxo Cano

Hîc fixit ruitura pedes, impulſa furore
Carnificis rabido, carceris antra petens.

CAPVT III

S. Agathæ, poſt varios cruciatus, abſciſſa mamilla; à S. Petro perſanata.

9 SEquenti verò die impius Quintianus coram tribunali ſuo adſtare iuſſam ita alloquitur: De ſalute tuâ cogitaſti? S. Agatha reſpondit: Salus mea Chriſtus eſt. Quintianus dixit: Infelix, quem ad finem tua ſeſe infauſta diſtorquebit ratio? Chriſtum abiura, & colere deos incipe, atque vitæ ætatiq; tuæ conſule, ne intempeſtiuam oppetas mortem. Agatha dixit: Tu tuos deos abiura, qui ſunt lapides & ligna, & accede ad effectorem rerum omnium verum Deum, qui te creauit; ne in pœnas æternas deuoluaris, atque interminatos cruciatus. Accenſus furore Quintianus *a* iuſſit eam ſuſpendi, & ſpathulis incidi. Quod cùm fieret, dicebat ei Quintianus: Muta mentem Agatha, vt vitæ tuæ parcatur. Agatha dixit: Ingentem mihi tormenta tua *b* pariunt delectationem. Haud aliter lætitiâ exulto, quàm qui felicem nuntium accepit, quique quem deſiderabat cernit, aut theſaurum reperit. Ita temporariis hiſce tuis ſuppliciis delector, quæ te mihi incuſſurum & interminaris. Neque enim poteſt frumentum ſecurè in granario conſeruari, niſi priùs paleâ nudatum fuerit. Similiter nec anima mea poteſt in Paradiſum admitti, priuſquàm corpus meum omnimodis cruciatibus per tuos carnifices fuerit laniatum.

S. Agatha iterum ad tribunal tracta,

a ſuſpenditur ac ſpathulis inciditur,

b & in tormentis gaudet:

10 Excandeſcens Quintianus primùm mamillam eius torqueri, exin diu & immaniter tortam amputari iuſſit. Sancta verò Agatha dixit: Impie, crudelis, & ſacrilege tyranne, non erubuiſti iſta exercere in fœminam, & quam in matre ſuxiſti mamillam præcidere? Verumtamen licet exteriorem mihi mamillam reſecueris, aliam habeo in animâ meâ mamillam, quam exſcindere numquàm valebis: eſt enim Chriſto Deo meo ab infantiâ meâ conſecrata. Iratus Quintianus iuſſit eam in carcerem retrudi, vetuitque ne quis medicorum ad eam intromitteretur, neu panis aut aquâ illi præberetur.

in mamillā torquetur, eâque præciſâ

includitur carceri, fame & ſiti enecanda:

11 Cùm in carcere recluſa eſſet, ſub mediam noctem, ſenili formâ apparuit ei Apoſtolus Petrus, præcedente puero ac lampada geſtante, ipſe plurima habens in manu medicamenta, ſeque medicum eſſe dicens, hiſce eam compellat verbis: Multa quidem & atrocia tibi impius tyrannus tormenta admouit; aſt vſque adeò nihil profecit, vt potiùs tuæ conſtantiæ aſpectu contabuerit: propterea que mamillam tibi torqueri ac deinde præcidi mandauit. Ipſius verò anima æternùm in dolore cruciatuque permanſura eſt. Quoniam autem, cùm hæc patiebaris, adfui, animumque intendens perſpexi ſanari mamillam tuam poſſe, eâ cauſsâ huc veni. S. Agatha ei reſpondit: Numquàm

S. Petro inſtar medici cum Angelo intrante,

& curationis ſpem faciente,

omnino

A omnino corpori meo medicinam adhibui; & nunc turpe exiſtimarem, morem optimum, quem à primâ pueritiâ conſtanter retinui, infringere. Reſpondit ſenex: Et ego Chriſtianus ſum, ac confido fore, vt à me ſaneris, ideoque ad te veni. Tantùm ne te pudeat, neu me metuas. Reſpondens Sancta dixit: Quî verò fieri poteſt, vt cùm tu ſenio confectus ſis, ego iuuencula quidem, ſed corpore ſupplicijs conſumpto, ipſa vulnera animum ſtimulent? Magis tamen verecundari debeo, plagas ipſas indecorè nudare. Quare tibi gratias ago, venerande Pater, quòd dignatus ſis huc venire, vt curam medelamque corpori meo adhiberes. Illud tamen ſcias velim, nullâ vnquam ratione paſſuram me, vt corpori meo admoueantur hominum ſtudio parata medicamenta. Cur enim, ait ſenex, me tibi mederi non pateris? S. Agatha dixit: Habeo Dominum meum Ieſum Chriſtum, qui ſolo nutu omnia curat, & proſtratos verbo erigit. Ipſe, ſi velit, poterit me quoque indignam famulam ſuam ſanare. Subridens ſenior dixit: Et me ipſe miſit. Ego enim ſum eius Apoſtolus. Aſpice te, quemadmodùm perſanata ſis. Quibus dictis, è conſpectu eius repentè ſubductus eſt.

recuſat corporalem medicinã,

prudenti verecũdiâ,

ſed verbo curatur:

12 Tum verò proſtrata in preces Agatha, Gratias tibi ago, inquit, Domine Ieſu Chriſte, quòd mei fueris recordatus, miſeriſque Apoſtolum tuum, qui me confirmauit, & membra mea reparauit. Abſolutâ precatione, conuerſis ad corpus oculis, & vulnera ſanata, & reſtitutam mamillam deprehendit. Totâ verò nocte per carcerem lux reſplenduit, vt fulgore territi cuſtodes aufugerent, & carceris fores apertas relinquerent. Qui verò iſthic erant rei, cùm quod euenerat vidiſſent, dicunt S. Agathæ: En fores patent, neque eas quiſquam obſeruat; exi & fugam arripe. Abſit, inquit Agatha, vt coronâ priuer meorum certaminum, & carceris cuſtodes in periculum adducam. Adiutorem enim habens Dominum meum & Deum Ieſum Chriſtum filium Dei viui, vſque ad finem perſtabo in confeſſione eius, qui me ſanauit conſolatuſque eſt.

eo diſparẽte, Chriſto gratias agit:

carcere lucente & aperto fugere recuſat:

a *Græcè,* ἐκέλευσεν ἀυτὴν κρεμασθῆναι, καὶ σπαβίζεσθαι. *Heruetus vertit:* iuſſit eam ſuſpenſam verberari. *modum non exprimit, qui erat, vt caro eius ſpathulis, ſiue gladiolis ſecaretur.*

b *Gr.* θησαυρίζουσι. *Vertit Heruetus:* Tormenta tua gaudij theſaurum mihi recondunt.

CAPVT IV

Vltimum S. Agathæ certamen. mors eius, ac tyranni. Catana ſeruata illius ope.

poſt 4 dies tracta ad Præſidem,

C 13 POſt quartum verò diem ſiſti illam pro tribunali præcipit Quintianus, aitque illi: Quouſque tandem Imperatorum edictis aduerſaberis? Vel diis ſacrifica, vel te grauioribus tormentis excruciabo. Sancta reſpondit: Verba tua omnia vana ſunt; acta verò & tua & Imperatorum iniqua, quæ vel aërem ipſum inquinent. Quamobrem miſer & nullo ſenſu prædite, dic mihi, quis lapides & ligna, quibus nullus eſt ſenſus, opem roget? Viden' pro eâ, quam mihi præcidiſti, mamillâ, aliam ſuccreuiſſe, virtute Domini mei Ieſu Chriſti? Inſaniâ percitus Quintianus exclamat: Quis te curauit? Agatha reſpondit: Ieſus Chriſtus, filius Dei viui. Quintianus dixit: Iterúmne Chriſtum appellas, cuius ego ne audire quidem nomen volo? Agatha dixit: Non ceſſabo eum & appellare labiis & corde celebrare.

à Chriſto ſe ſanatũ, mamillâ etiam reſtitutâ, prædicat: ſuper ignitos carbones & teſtas voluitatur:

à terræmotu, & concurſu populi

14 Quintianus dixit: Nunc cognoſcam ego, an te liberet Chriſtus; acutaſque protinus teſtas humi ſterni iuſſit, & ignitos carbones interſpergi, inque hæc eam proiici. Quod dum fieret, repente locus ille terræmotu concuſſus eſt, parſque in ſolum prolapſa, adiutorem Præſidis, nomine a Siluanum oppreſſit, huiuſque amicum Falconium, quorum præcipuè inſtigatu ita dirè ſæuiebat. Neque hoc ſolùm: ſed vniuerſa penè Catanenſis ciuitas terræmotu vehementer agitata eſt, vt ciues paſſim ad prætorium concurrerent, valdeque Præſidem terrerent.

D

AVCTORE METAPHRASTE, INTERPR. D HENRYTOVIO.

15 Tunc Quintianus primùm quidem terræmotu perculſus, dein populi concurſu perturbatus, iuſſit S. Agatham reduci in cuſtodiam. In quam ingreſſa, ſublatis ad cælum manibus dixit: Gratias tibi ago Domine, qui me dignam habuiſti, quæ pro ſancto nomine tuo certarem, & ablato à me præſentis vitæ deſiderio, corpori quoque meo tolerantiam ſuffeciſti. Exaudi me Domine ancillam tuam, dignamque redde, quæ mundum hunc deſeram, copioſamque tuam aſſequar miſericordiam. Sic precata, protinùs ſpiritũ reddidit.

territo Præſide, reducitur in carcerẽ, ibiq; orans moritur:

16 Quod cùm audiſſet populus, ſummo ſtudio ad carcerem accurrit, & magnanimæ Martyris reliquias tuto in loco collocauit. Adoleſcens verò quidam, ſecum centum ducens pueros ſplendidiſſimè ornatos, vniuerſis ignotus Catanenſibus, veniens ad locum in quo ſanctæ erant poſitæ reliquiæ, tabulam marmoream, quam attulerat, appoſuit, iſta inſcribens: MENS SANCTA, SPONTANEVS HONOR DEI, ET PATRIÆ LIBERATIO. Hanc tabulam cùm intus ad Sanctæ caput depoſuiſſet, capſamque obſignaſſet, abſceſſit, neque vſpiam vlteriùs in ciuitate viſus eſt: vnde ſuſpicio fuit, Angelum eum Martyris fuiſſe.

ſepelitur

appoſitâ per Angelũ mirabili epigrapho.

17 Quintianus verò cùm vitâ exceſſiſſe Martyrem E accepiſſet, ad ipſius facultates occupandas ſe contulit: acceptâ igitur totâ ſuâ cohorte *b* Panormum properabat. At vix iter ingreſſus, iuſto Dei iudicio, in fluuio quodam, haud procul diſtante Catanâ, nomine Pſemitho, interiit. Nam cùm eum vellet traiicere, ac pontonem cum equis ſuis eſſet ingreſſus, duo ex iis ſæuire impetumque in eum facere cœperunt: & vnus quidem ore in illum inuectus eum ſuffocabat, alter incutere calces non ceſſabat, donec in Pſemithum amnem deturbaret. Corpus autem eius à multis perquiſitum, numquàm inueniri potuit.

b

præſes ab equis in flumẽ deiectus perit.

18 His ita geſtis, creuit honor ac veneratio ſanctæ Martyris, neque quiſquam vlli ex eius cognatione negotium faceſſere auſus eſt. *c* Vt autem certa & inconcuſſa redderetur, quæ iam increbuerat fama, Angelum fuiſſe qui tabulam in eius tumulo depoſuerat, anno vertente, circa martyrij eius diem, apparuit. Etenim Ætna mons ignem euomuit, qui fluminis inſtar ingenti mugitu deuoluebatur, ab ſummo vertice lapides velut ceram diſſoluens, ipſamque vrbem Catanenſium correpturus ac penitùs conſumpturus ignis videbatur: Qui igitur circa montem habitabant, etſi eſſent Gentiles, ad templum Martyris concurrunt, ſublatumque velum, quo circumcincta erat vrna; ex aduerſo ignis conſtituunt. Cùm ecce Diuinâ prouidentiâ, ſubitò repreſſus eſt ignis. Contigit verò illud miraculum quinto Februarij, quo ipſo die certamen finiuit Agatha, quo & nos feſtâ celebritate prædicamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt ipſius ſanctæ Martyris precibus veniam impetremus peccatorum, magnamque miſericordiam, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

c

Ignis ex Ætnâ defluens

velo S. Agathæ repreſſus F

ipſo eius anniuerſario die.

a *Ita MS.* Σιλβανὸν, φαλκόνιον. *Heruetus:* Vulteium & amicum eius, nomine Theophilum. *Sanctorius tres oppreſſos ſcribit,* Falconium, Siluinum & Vlteium.

b *Inuenes ſcribit, hoc ipſum trãdi à Bellouacenſi. Huius verba lib.* 11 *cap.* 44 *ſunt:* Quintianus autẽm pergens inueſtigare diuitias eius, cùm eſſet in naui, duobus equis calcitrantibus, in flumen proiectus eſt, & corpus eius nuſquam potuit inueniri. *Nulla mentio Panormi.*

c *Græcè:* ἵνα δὲ ἀπαραβάτου ὁ λόγος εἴη, οὗ Ἄγγελος ἦν, ὁ τὴν πλάκα ἀποθέμενος ἐν τῇ λάρνακι τῆς μάρτυρος, ὤφθη πλυνοβίντος τὸ εἰωθὸς. *Non rectè Heruetus; & alij eum ſecuti:* Quo autem in loco apparuit immutabilis ille Angelus, qui tabulam impoſuit in capſâ Martyris, impleto anno eius conſummationis mons Ætna ignem eructauit. *Sepulta fuit, vbi nunc eſt templum quod S. Agathæ veteris appellatur, vbi etiamnum eius ſepulchrum religiosè honoratur: ipſoque loco, aut iuxta*

A *iuxta eum apparuit Angelus. Neque concipi poteſt, quomodò iſthic flammas Ætna euomuerit, quæ fluminis inſtar deuoluta, ab ſummo vertice lapides reſoluerent,* veniretque versus ciuitatem Catanenſium; *ſi in ipsâ vrbe, ſitâ ad imas Ætnæ radices, hiatus patefactus ignes eructabat.*

S. METHODII ARCHIEP. CP.

ORATIO IN S. AGATHAM

Ex MS. PP. Oratorij Romæ

Latinè reddita à Leonardo Paté.

CAPVT I

S. Agathæ laus ab Diuinâ prædeſtinatione, vaticinio, ſexu, virginitate, nomine petita.

a EXORDIVM. B a 1 QVoniam ipſamet admiratio me ad dicendum excitauit, quoniam voluntas item ipſa ad deſiderandum me impellit; contrà verò ipſummet deſiderium mihi perſuadet, vt maximè velim vobis omnibus, (Patres Fratreſque quotquot ſimul hîc adeſtis, ac prope me adſtatis) vt ex meâ taciturnitate in verba prorumpam, admiratione permotus, & deſiderij ſilentiique mei vinculis ſolutionem inueniam, hac memorandâ die ſanctæ Martyris Agathæ cruciatibus conſecratâ; quodque vos attonitos reddit, ac proinde ſilentio deditos, hoc equidem ex meâ vel loquendi impotentiâ admirabundus eloquar. Sunt etenim, ſunt nonnullæ res omnino præter opinionem admirabiles, quæ ſicut aliquando ſilentium pariunt, ita etiam aliquando ſuggerunt facundiam: quod vtrumque parit magnitudo miraculi, atque ipſa planè argumenti amplitudo. Hoc autem publicum, atque inuſitatum ſpectaculum; cui vel ipſi oculi faciunt fidem, (quippe valdè præter opinionem iam pridem fuit) adductis in medium rationibus explicare contendam. Eſt enim, eſt, ſicut in compoſitis ſermonibus, ſemen fœcundæ ſapientiæ ipſa præceptorum obſeruatio, ita miraculorum exhibitio emanat ex martyrio propter Deum, atque ex virginitate & puritate mentis, quæ ſunt vera Diuinarum virtutum imitamenta. Quod igitur ad miraculorum effectionem ſpectat, ſub C finem vobis ediſſeram. Nunc verò, vt principium narrandi faciam, ipſam Martyrem commendabo, quæ quidem, vti dicebam, fons eſt atque origo miraculorum; & primùm equidem vbinam, & quam ob cauſſam conuenimus, planè ediſſeram.

Auctor admiratione miraculorum prouocatus ad dicendum,

2 Anniuerſaria ſanctæ Martyris commemoratio in vnum hunc locum nos omnes collegit, vt noſtis, ô mei doctores, antiquæ quidem Martyris, & primariæ propter inſigne certamen, ſed verò recentis, quæ quaſi nunc decertando vincat propter diuina miracula, quibus quotidiè coronatur, pulchréque decoratur. Martyris, quæ opportuno quidem tempore oſtendit amoris ardorem ſui erga Deum, continuis verò tempeſtatibus in manu habet miraculorum *b* poteſtatem & efficientiam pro iuſtâ retributione, quandoquidem & fortis animi promptitudo, quâ prædita erat, & corpore propter Chriſtum penitùs dilectum declaratur, vt quæcumque acciperet, retribueret. Dat quidem illa corpus, & firmum liberæ voluntatis propoſitum, atque hæc à Deo obfirmata iuxta Diuinam electionem, recipit autem nominis celebritatem, & regium diadema, illuſtrior effecta, quàm ſi filios aut filias procreaſſet, atque adeò omni prolis fœdâ voluptate deſpectâ ſublimior.

feſto S. Agatha.

b eã laudat, aſſiduè facientem miracula.

3 Et quoniam de iis, quæ ad liberos gignendos pertinent, memini, deque regio diademate mentionem feci, dicere iam incipiam. Mulier quidem eſt per ſolam naturam, non quidem per electionem, ſicut reliquium fœmineum genus, quarum, quaſi præſagientium futura; conſuetudo etiam in ludicris puellaribus operam nauat liberis educandis ac nutriendis; ſed Virgo, quæ ne lùdendo quidem puellares ineptias aliquando effingere viſa eſt. Mulier dixi, ſed addidi Virgo. Mulier quidem, propterea quòd à principio ab ſapiente Adamo (erat enim tunc verè ſapiens, quippe nondum in peccatum lapſus) impoſitum hoc nomen fuit, ſcribens enim Moyſes ingenuè etiam nominis interpretationem, quam Adamus addidit, indicauit, dicens, Hæc vocatur Virago, quoniam ex viro ſumpta eſt; Virgo autem, quòd ex immortalis Dei Verbo (quod etiam propter me in carne ſuâ mortem guſtauit) indiuiſaque Dei Filio nata eſt; vt loquitur Theologus Ioannes, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, iis, qui credunt in eum, qui non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Mulier igitur Virgo, quæ nos intiocauit ad noſtrum religioſum epulum, illa eſt mulier benè deſponſa vni viro Chriſto, vt verbis vtar E Apoſtoli Pauli de thalami coniunctione; Virgo, cui etiam ipſe coniugij auſpex non incuſſit timorem, vtrùm deciperetur, ſicut olim auiæ noſtræ Euæ Satanas per inſidioſum ſerpentem. Mulier, quæ ne notam quidem inflictæ ſibi à Decio refert lacerationis: Virgo, quæ vulneribus à Quintiano affectâ diſſimulat. Mulier, quæ tyrannicorum ponderi edictorum non ſe ſubmiſit: Virgo, quæ Principum œſtro percitorum rabido furori non ceſſit. Mulier, quæ in tempeſtate imperioſiorum fluctuum haudquaquàm naufragium fecit: Virgo, quæ in retia gerentium principatum non incidit. Mulier, quæ fert iuſtitiæ leges: Virgo; quæ propriâ ſcribere manu ſuum non veretur inſtitutum. Mulier, quæ tumidum ſuperbiæ faſtum ſublugauit: Virgo, quæ Martyris curſum ſtrenuè peregit. Mulier quæ non *c* purpurâ, fucatiſque vmbris, & velamentis vultus formam mentiri ſuam paſſa eſt, neque medicamentis, & ex viuo argento confectis veſtes, manuumque lineamenta inficere: ſed Virgo, quæ conſcientiæ à lumine, coloreque ſanguinis veri diuinique Agni & labia ſua & genas & linguam purpuriſſabat exornabatque: necnon etiam continuâ mentis cognitione necem ſui ſtudioſi Amatoris, quaſi nuper ſanguine madentis, reuoluebat, intuſque circumferebat; vt hæc ſtola eius confeſſionis non ſolùm indelebilem ferret Chriſti notam purpuræi F ſanguinis altè iam imbibiti, ſed etiam virginalis *d* eloquentiæ theſauros aduenientibus poſteris elegantes eiuſmodi colores vnà cum non deficiente verborum ſcaturigine impertiret.

D *Mulierē, ſed Virginem, (quod pulchrè antitheti illuſtrat) ab infatiã caſtitatis ſtudioſam.*

Gen. 1. 23

Ioan. 1. 12

inuictam in tormentis;

à luxu veſtium alienam,

c

Paſſioni Chriſti addictam,

d

4 Hæc itaque verè bona, quippe Dei parsexiſtens eidem Sponſo ſuo, & rurſus nobis boni communione, quâ *e* nominis ſui vim ſignificationemque refert, Agatha, ab ipſo bonitatis fonte Deo conceſſa, donoque data. Quid autem magis beneficum, quàm ſummum bonum? & quid magis celebrandum laudis præconiis quiſpiam inueniat, quàm Agatham? Agatha, cuius bonitas ad nomen, ad ipſamque rem quadrat. Agatha, quæ rebus præclarè geſtis bonum nomen præſefert, & in ipſo nomine præclarè abs ſe geſta demonſtrat. Agatha, quæ vel ſuo nomine allicit, vt ad ſeſe omnes maximoperè occurrant: quæ etiam ſuo exemplo docet, vt ad verum bonum, qui ſolus Deus eſt, omnes ſine morâ ſecum contendant. Agatha, quæ ſignum erexit, quid de ſe decretum fuerat, vt fieret, atque in lucem edita, quid per gratiam decretum erat, peregit. Agatha per *f* vaticinium parentibus diuinitus prænuntiata, atque à Deo ab æterno præcognita. Agatha, quæ etiam illos non fefellit, qui hoc ei nomen impoſuêre, & inuocantibus nomen hoc præſtò eſt, facileque reſpondet.

e meritò Agatham appellatã, id eſt, Bonam;

diuinitus prænuntiatam;

5 Atenim

A 5 Etenim Deo ſinguli manifeſti ſunt, vt loquitur,
Heb. 4.13 ſacra Scriptura, Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius, ad quem ſermo noſter collimat; verùm omnia prædefinita ſunt à cognoſcente: ipſa etenim præcognitio importat procreatoris Dei circa res ſingulas cognitionem, quæ quidem & rationem habet Diuini conſenſus & concurſus, & præterea modum liberæ voluntatis eorum, qui Diuino ſolùm beneplacito procreati liberè in opus prodeunt: prædeſtinatio verò extremum errorum lapſum non permittit, ſed confert ad eum, qui prædeſtinatur, bonam & propenſam voluntatem opificis Dei cum libero humano arbitrio, & vt prorſus ratione beatiſſima inter omnes, & ſanctiſſima domina noſtra Regina Virgo, Deique parens, à diuino Verbo, quod in eâ habitauit, eamque effinxit, ex omnibus gentibus delecta fuit; ita etiam hæc eiuſdem Deiparæ filia & ancilla (quæ nunc fauſtis acclamationibus decoratur à nobis, quæque noſtra præconia, noſtraſque gratiarum actiones Deo per Virginem Deiparam offert) prædeſtinata fuerat vt Martyr eſſet & electa; & per Diuinum liberum propoſitum præparata, quemadmodùm Virgo, noſtra Domina, habitaculum Dei effecta fuit. Ab hac enim ipsâ & vnicâ Dominâ, & Virginum matre Deiparâ, & matre Virgine hæc diſcipula & ancilla, & (vt ita dicam) Deiparæ filia Domino ſuo & Deo, & rerum omnium Opifici ſeſe ſponſam tradere didicit.

à Deo prædeſtinata

vt Martyr eſſet

& ſponſa Chriſti.

B

a *Sat multa de hac oratione, eiuſque auctore, dicta § 7.*

b *Hinc patet multa olim S. Agatha meritis accidiſſe miracula, cùm præter id quod in repreſſis Ætnæ ignibus eluxit, nullum modò extet ante relatas Conſtantinopoli reliquias factum.*

c *Coniicias hinc, atque ex Actu Latinis, vbi ei exprobrat tyrannus quòd ſeruilem perſonam induerit, eam, non quidem, vt quæ nunc ſanctimonialem vitam profitentur Virgines, vili induuntur habitu, qui tamen apud virtutis veros æſtimatores per honorificus eſt, ita tunc palàm rerum humanarum contemptum ipſis veſtimentis oſtentaſſe; luxum tamen mundumq; muliebrem auerſatam, ac modeſto vſam amictu. Concionatorie id exaggeraſſe videtur S. Vincentius Ferrerius in ſerm. de S. Agathâ:* Mortuis parentibus, *inquit*, remanſit hæres illius magni palatij patris ſui: quæ exemplo Chriſti dimiſit palatium patris & ornamenta & vaſa aurea & argentea, & reſtrinxit ſe in quadam paruâ domo, vt ſimplex perſona, *& paucis interiectis*: Voluit indui pauperrimè vt Beguina, & dabat patrimonium pauperibus amore Dei, & viuebat propriis manibus, filauit, ſuit, & texuit, quia nullus poteſt continuè orare. *Probabiliùs fortè Paulus Æmilius Sanctorius:* Non ſi nauſis vti veſtibus, non gemmâ capillum inſignire, aut vnguento linire, ſed ſerico ianthini velo coloris (quod adhuc aſpicimus Catanæ) obtegere. *vbi luxum remouet, moderatum nitorem admittit.*

S. Agatha an ſanctimonialis?

C d *De S. Agatha eloquentiâ illud extat in Menæi elogium:* Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, ô Martyr à bonitate nomen indepta. Diſertè enim confutaſti apertè impudentem, eloquio diuinitus tradito locupletata.

e Ἀγαθὸς *quippe* bonum *ſignificat*, ἀγαθὴ bonam.

f *Inueges negat hîc ſequi, parentes S. Agathæ fuiſſe Chriſtianos; præterquàm quòd identidem orationem hanc, principio excepto, proclamet Methodij non eſſe, ſed moderni euiuſpiam ſcriptoris, nec dignam fide. Præfert ipſe vaticinium, quod ſupra ex codice Panormitano relatum eſt § 8 nu. 56.*

CAPVT II

S. Agathæ properantis ad martyrium ardor, Diuinæ opis imploratione & miraculis roboratus. primum cũ turpi lenâ certamẽ.

6 AGatha igitur reuerà bona, & iure optimo Deo gratiſſima amica hæc pertulit quidem vt mulier eſſet, & ad liberorum procreationem inepta, verùm vt virginitatem ſuam cuſtodiret, & ſummis votis exoptauit, & omnino decreuit. Cùm igitur audiret ſcriptum quoddam decretum Decij Imperatoris per totam Romanam ditionem paſſim vulgari, illud Agatha doluit; eumque velut oſtium ventis perflantibus humani conſenſus obſeraſſet, ipſi naturæ poſtes oppoſuit, & interminatam propenſionem animæ, & corpus, velut in medio templi Hieroſolymitani velum cordatæ mentis interiecit, quod conſenſum arceret, ipsâque mentis contemplatione Seraphicis adiuncta ſpiritibus, ter ſanctum ſui numen ſolùm ad miſericordiam impetrandam ſupplicabat, huiuſcemodi vſurpans verba liberæ ingenuæque gratiarum actionis apud Deum: Tu quidem, ô Domine, iampridem hoſtem corporis mei cauſsâ bellum inferentem, & velut equum ipſa corporis membra adhibentem, atque vtentem ipsâ naturâ contra naturam, dignatus es me, vt ſubiugarim & conculcarim; tu item etiam nunc, ô amator hominum, qui indeficientem meum erga te amorem probè noſti, ſis mihi in hoc certamine opitulator, &, qui ex intimis erumpit præcordiis, fontem excipe lacrymarum, ac tribue de ipſo hoſte mihi glorioſam victoriam, ô animarum humanique generis amator, qui etiam, quòd propriâ manu victorioſum certamen cum noſtro eodem hoſte iniiſti, nobis adſcribere ac tribuere benigniſſimè non es dedignatus: quam etiam ob cauſſam, ô peccati expers Domine, de noſtrâ ſumptam pro nobis carnem induiſti.

& vt antèà voluptates corporis,

ſic tormenta vt vincat.

7 Illa verò hæc Chriſtum precabatur, non vt certamen euitaret, ſed vt vires ſibi ſuffiecerentur ad martyrium. Exaudierat enim Agatha mulierculam quamdam peſſimis artibus deditam cum Quintiano de ſe communicantem, & idcircò perquàm paratiſſima prono in terram procidit vultu, odioque contra perſecutorem, contraque ipſum peccatum, ardenti etiam amoris erga Deum excitata deſiderio, ad intactos Domini pedes aduoluitur, ſicut ad eius veſtis laciniam illa olim Hæmorrhoiſſa: & profluuium quidem non inhibuit, hoc enim non patiebatur; potiùs verò (ſicut Ioannes virgo fluentum Theologiæ ex accubitu ſuper Diuinum & immaculatum pectus) illa lacrymârum riuos, quò vberiùs dimanarent, accepit. Surgit igitur poſt precum ſatietatem, perinde ac ſi accepiſſet Diuini auxilij teſſeram, corde quidem, certâque ſpe ſibi victoriam per fidem pollicetur, ideoque ſic loquitur: Ecce iam Chriſti virtute hoſtilis potentia in fauillam redacta, conculcata, & extincta eſt à meâ pudicitiâ: quod reliquum eſt, confidens alacri animo ad ſtadium procurram.

cum lacrymis precatur:

ſpe plena.

8 Itaque ſummâ mentis conſtantiâ ad Tyrannum pergit inter lictores lætabunda, cùm de ſui generis nobilitate, magniſque & multis rerum fortunis nihil planè meminiſſet, ac ne verbo quidem, quòd ad res ſuas pertineret, prolato, ſed ſimplici expeditoque greſſu præcurrebat eos, qui eam ducebant: ita vt hos quidem trahi potiùs ab Agathâ, quàm Agatham ab ipſis trahi viderent ſpectatores, qui vel ipsâ oculorum acie illius celeritatem proſequi nequirent. Atque hi, qui virginalis animi promptitudine eruditi, & ad prudentem audaciam incitari debuiſſent ad mortem pro virtute oppetendam, tamen è contrario, per innatam inconſtantiam, ceruorum inſtar, cordis trepidationem penitùs impreſſam fouentes, veloci reuerſione beatam Virginem miſeri reliquerunt. At illa dum incederet, lacrymas vbertim profundens, ita ſecum ad preces conuerſa loquebatur, ſeſeque ad maiorem conſtantiam inflammabat. Primùm quidem pro virginali pudicitiâ propter Chriſtum ſponſum meum decertaui, delicias vt rem abominandam auerſata, vt ne de improuiſo per illecebras expugnarer. Ageſis etiam nunc adeſto alacritati animi mei, ô dulciſſime mi candidate, qui ſolus efficis & potes omnia: oſtende meam hanc humilem mentem cunctis rebus terribilibus ſublimiorem; ita vt etiam animo eas pro nihilo ducam, neque quicquam exiſtimem inſtar leuis cantilenæ aut ſtrepitus, etiam ſi decies mille ſint, qui necem mihi intentent.

à ſuis relicta,

Chriſto iterũ cum lacrymis ſe commẽdat.

9 Sub hæc quaſi verò oculis inſpiceret, mente enim certè intuebatur hoſtem ſuum, eidem tamquàm præſenti

ac diabolo inſultat:

Ea Decij edictum videt,

Ita Deciij edictum videt,

INTERPR. LEON. PATE.

senti exprobrauit, Non vides, inquiens, meum stadium, ô veritatis hostis, quique ab eâ alienus es, ad quod con-templandum vniuersa Angelorum ac iustorum ac-currit multitudo exultantium, &, vt decet, collætan-tium? Me autem ipsam interim non animaduertis, ô veterator, sub Amatoris mei vmbrà dormientem, & sub certaminis præmiorumque arbitro Christo viriliter decertantem, ideoque quæ Magister meus edocuit exercentem, & pro viribus expleturam re ipsâ sperantem? Prouidebam enim Dominum meum in conspectu meo semper, quoniam à dextris mihi est, ne commouear.

10 Talia dicentis contigit vt in ipsâ cursus celeritate calceamenti corrigia solueretur: sedulitatem autem, etiam cùm illam colligare vellet, maximè ostendit masculinam, & conuersa, & comitantium omnino neminem intuita, preces quidem fudit opitulanti Deo: *a* Domine omnipotens, qui non deseris te amantes, & in te suas spes collocantes, esto adiutor meus in altero certamine, quod mihi parari iam video, & ad quod accingor, gratiâ tuâ opitulante: hisce autem, qui me tantisper exceperunt, dum hîc licuit quietè agere, meque continere *b* longè à patriâ, ac paternâ domo, vt ne auribus quidem acciperem nuptialia Quintiani nuntia, condignam vicem reddas, & effice, vt sermones mei, quos priuatim habui de te vero Deo, deque vnigenito Filio tuo, & de castitate, & de iudicio, in eorum cordibus perseuerent. Sed quoniam vereor, ne eorum memoria diffluat, (ecce enim me occultè dereliquerunt omnes) ostende, quæso, his vrbis incolis magnum aliquod miraculum. Et cùm hæc Virgo fuisset precata, illicò sterilis olea exorta est, quæ publicâ notabat ignominiâ eos, qui per speciem honoris eam deduxerant, timideque aufugerant.

corrigiam solutam adstrinxit: a

orat pro suis hospitibus, b

& ad eos mouendos oleastrum subitò oriri impetrat:

11 Strenua autem Virgo ex eo miraculo magis animata (quippe iam senserat exauditis precibus Diuinum sibi adesse numen, eiusque Angelos, qui se tuerentur ab lictorum iniuriis) corde intrepido se in viam dedit. Vbi verò Catanam appropinquabat, magnus ciuium suorum numerus illi obuiàm prodiit, & mulieres quidem aliquot eius vicem dolebant, aliquot etiam, quibus Christianum pectus magis sapiebat, inter se tacitis laudibus constantiam Virginis extollebant, quòd *c* impias Proconsulis oblatas nuptias ne auditu quidem dignata esset, ideoque solum vertere sapienter decreuisset. Matronæ verò primariæ ciuitatis, quibus propter nobilitatis, opum, ac diuitiarum famam locus datus fuerat à satellitibus, ad Agatham salutandam accedentes, in osculo sancto eam susceperunt, deque reditu gratulatæ animum faciunt, vt stadium suum conficiat virtute dignum: & quæ tam constanter primo certamine seruandæ Christo sponso suo virginitatis solum migrando cucurrit, ac fugiendo peruicit hostem, nunc in altero agone pro Fidei professione vsque ad mortem fortiter dimicando, Quintianum debellet, ac moriendo gloriosè tandem triumphet. Illa verò, Meas, inquit, spes in Deo collocaui: eius mihi Filius vires sufficieti eius freta auxiliis, Tyranni minas, verbera, tormenta, cruciatus, mortem denique ipsam deuincendam spero atque opto.

à Catanẽsibus obuiã progressis

c laudatur

& animatur:

12 Præses verò, vbi accepit Agatham ad vrbem aduentare, vt aliquantisper turbatam ciuitatem, ac præsertim animos consanguineorum mulceret, in Aphrodisiæ nobilis fœminæ, sed famosæ, domum diuertere illam, atque honorificentissimè excipi iubet, cauens ne aliquem ex propinquis eius illuc introduci pateretur. Quæ tibi mens animi tunc inerat, Virgo integerrima, cùm te inclusam spectabas in illo Aphrodisiæ, nouemque muliercularum matri perquàm similium, prostibulo potiùs, quàm nobilium honestâ domo? Quidnam animo virginali meditabaris in sordido illo infamium Sirenum cœnoso lupanari veriùs quàm remoto dignoque Virginum gynæceo? Non equidem vereor, ne non tu honestas aures profanis illarum incantamentis obtuaueris, sed scire sanè gestio, si fas esset, in quasnam rerum Diuinarum meditationes, ipsos triginta dies noctesque, sanctissimam mentem tuam defixeris. Sed quoniam hæc, quibus nihil arcanius esse debet, nos mortales de te in cælo degente audire non licet, liceat mihi certè nunc sanctis viris, qui in huiuscemodi calamitates inciderunt, te comparare.

traditur Aphrodisia peruertenda;

13 Quid etenim te Virginem sanctissimam Dauidi quàm simillimam iudicem, qui Saulis Regis furorem declinans in ferarum speluncis latitabat quidem, sed ibidem cum Deo colloquens, sicut in augusto ac religioso templo ante Diuinam aram prostratus sibi esse videbatur, vbi preces, lacrymasque fundebat, vbi Diuinum implorabat auxilium, vbi se, ac vitam suam pro victimâ Deo offerebat. Tu verò in Aphrodisiæ ..... hæc aliaque multò maiori cum ardore Christo obtulisti, qui te à tuis desideriis non fraudauit. Quin etiam ibidem mancipata, virum illum desideriorum Danielem imitabaris, qui in fœtido leonum lacu odoriferum orationis thymiama summo Numini incendebat, meruitque tandem septimo die à ieiunis septem leonum faucibus incolumis euadere. Tu verò cùm ipsos triginta dies Virgo purissima aduersùs decem leænas in domestico lacu in seruandâ Deo virginitate decertasses, multò integrior euadere meruisti. Neque obliuiscebaris Ionæ, qui in abyssum deiectus, ipso piscis ventre tamquàm Hierosolymitano templo vsus, laudes Deo fundebat ac preces, quibus à Deo auditis ex ore piscis viuus eiectus in terram publicè concionabundus magnæ ciuitatis saluti consuluit. Tu verò Agatha, verè tibi Virgo bona, bona etiam Deo Martyr, bona demum patriæ, ac ciuibus extitisti: quippe quibus tuam in maximis ærumnis constantiam intuentibus, atque admirantibus specimen Christianarum virtutum dedisti, ita vt neque diuitiarum pollicitationibus, neque propositis deliciarum oblectamentis, neque adeò tormentorum minis ac periculis, neque verò Imperatoris Decij decreto de subeundis vltimis cruciatibus, dimoueri potueris à proposito seruandæ virginitatis, fideique Christianæ professione. Eras quippe quasi firmus in pelago scopulus, qui ventorum flatus, ingruentium pluuiarum lapsus, frementium vndarum impetus contemnit potiùs, quàm timet, diffringitque fortiùs, quàm illis cedit.

sed similis Dauidi,

Danieli,

Ionæ,

omnia eius promissa & minas contemnit:

a *Quæ hactenùs relata, in MS. Patrum Oratorij Græcè extant, & nos inde accepimus. Cetera inde ausulsa, vt antè diximus.*

b *Videntur Panormitani asserere, migrasse primùm Agatham, adhuc infantulam, cum parentibus Panormo Catanam, ibiq; adoleuisse: (vnde alioquin Catanensibus ita fuisset nota, vt apud Quintianum eius nobilitatem ac pulcritudinem deprædicarent?) ac deinde Panormum ad lares paternos reuersam.*

c *Nusquam in Actis Latinis, vt diximus, mentio expressa fit fugæ: neque ad nuptias expetita dicitur à Quintiano, qui vxorem habebat, sed potiùs ad stuprum,* vt qui erat de genere ignobili natus, per hoc personaret ad aures vulgi, quòd tantus esset ac talis, qui posset etiam spectabilium subiugare personas. *Exstant passim apud scriptores exempla importunissima libidinus Prætorum Romanorum in prouincialium filias ac coniuges. Lege, qui ea requiris, apud Ciceronem quæ C. Verres Prætor in eadem Sicilià gesserit, & act. 3 quæ anteà Lampsaci. Sanctorius existimat Quintianum sibi iungere matrimonio Agatham voluisse. Qui igitur potuit prudentissima Virgo qu. 1 nu. 5 optare, vt talis esset vxor Quintiani qualis dea sua Venus, si sciebat eum vxore carere, seq; ad legitimum coniugium expeti? Quod votum Virginis ita idem Sanctorius exponit:* Rogabo Iesum Christum Dominum meum, vt vxor tua (si thorofortasse es alligatus) talis moribus & gloriâ euadat qualis amorum Regina Venus.

an à Quintiano ad legitimum cõiugium expetita?

CAPVT

CAPVT III

S. Agathæ inflicta tormenta, grauia & multiplicia. Mamillæ ei à S. Petro reſtitutæ, vulnera ſanata.

14 QVas quidem Agathæ virtutes cùm eſſet admirata omnis illa muliercularum colluuies, ad Quintianum pergit Aphrodiſia, nuntiatque ſeſe ac filias operam perdidiſſe; faciliuſque Ætnæa ſaxa in ceram conuerti, quàm Agathæ cor in obſtinatione ſeruandæ Chriſto virginitatis obduratum emolliri aliquantulùm poſſe. Tum ille ad ſuum citari Virginem tribunal iubet, qui renaſcentes priſtinæ cupiditatis iræque flammas cùm diu per aſtum ſuppreſſiſſet, Ætnæ ſimilis, quem non ſemper ignem ab horrendis faucibus eiaculari fertur, ſed quibuſdam interiectis temporum interuallis ebullientes intus flammas vbi continuit, protinus maiores euomit ignitos fluuios; globoſque eiaculatur. Et, Scio equidem, inquit, te ex nobili opulentoque genere ortam eſſe; tuique ſanguinis ſplendorem cognati tui, quorum operâ in magnis imperij rebus non ſemel vſus ſum, teſtantur: quid igitur cauſſæ eſt, vt poſthabitis noſtris diis humilem Chriſtianorum vitam, ancillarum in morem, in obſcuro agas? Et illa: Rectè me ancillam attumas; ſum enim Chriſti Dei mei ancilla, cui omnes creatæ res, velint nolint, famulantur. Verùm hæc conditio non ingenitam familiæ meæ nobilitatem obſcurat, ſed illuſtrat magis: neque ego me nobilem atque ingenuam prædicarem, ſi non vnico vereque Deo, eiuſque vnigenito Filio, caſtè pieque ſeruirem, ſed vitiis ac voluptatibus vitæ, diiſque veſtris, non verè Diis, eſſem obnoxia.

Quintiano intrepidè reſpondet,

& Chriſti ſeruitute gloriatur,

15 Hæc ſatis intrepidè apud Præſidem Agathæ alloquenti, protinùs ſatelles manu ſacrilegâ in faciem colaphum impingit, vt Virgo Chriſti, verè bona diſcipula boni Magiſtri, ſimilibus initiis martyrium imitaretur, ſponſoque *a* ſuo ſponſa ſimilis appareret. O quàm bellè purpuriſſatas tunc dilecta Virgo genas dilecto ſuo oſtentabat! quàm piè virginali rubore, ac decoro liuore ornatum vultum in cælum extollebat, oculoſque lacrymis eruoreque reſperſos ad Chriſtum dirigebat, vt iiſdem ipſis propter eius amorem vulneratis Diuinum pectus vulneraret, ſponſique cor transfixum ad maiorem ſui amorem illiceret atque inflammaret!

ideoque alapâ percutitur:

a

C 16 Poſt igitur multiplices intentatas Agathæ minas, ad tenebricoſum detrudi carcerem eam iubet Quintianus. Pergebat verò illa magno animi gaudio, vultuſque lætitiâ, & quaſi ad nuptiale epulum inuitata, ad ergaſtulum humi depreſſum maturabat. Quò dum illam ſatellites magno impetu detrudere conabantur, diuinitus factum eſt, vt durus lapis Virginis pedibus quaſi venerabundus cederet, ac immobilem ſeruaret Agatham: cuius veſtigia ibidem impreſſa magnâ cum religionis obſeruantiâ omnes mortales venerantur; vt per hoc etiam miraculum Chriſtus ſibi *b* in cælum hilariter aſcendenti, ac de terris triumphanti, Agatham ſimilem declararet, etiamſi in carcerem illa deſcenderet, quippe quæ illuc gloriosè incedendo de Aphrodiſiâ deuictâ lætiſſimum triumphum Angelis & hominibus agere videbatur.

detruditur in carcerē, ſed ne cadat impedit lapis, pedibus ei inhærentibus,

b

ac veſtigia retinet:

17 Virgo igitur volens ac lubens in carcerem includitur: vbi noctem inſomnem agens, Diuinarum rerum contemplationi cum lacrymis operam nauat, vtque ſibi cæleſtes in agone cruciatuum vires Chriſtus ſufficiat, precatur. Vix illuxerat, cùm iterum ad tribunal Quintiani Virgo ſiſtitur: vbi cùm audacter pro Chriſti fide ac virginitate tuendâ ſe mori malle profeſſa eſſet, continuò manibus pedibuſque colligatis in præparato diſtenditur equuleo: expediuntur faſces, flagellis virginale corpus obtunditur; deinde ferreis vngulis ac fidiculis latera ſulcantur; tum candentibus adurūtur laminis; demum vix enatæ torquentur mamillæ, & crudeliter denticulatis forcipibus diſcerpuntur; in quo cruciatu magnanima Virgo inſolentem ſæuitiam exprobrat Quintiano; Enimuerò, inquiens, impius, & crudelis es, naturæ hoſtis humanæ; quippe non erubeſcis mamillas ſæuiter amputari in Virgine, quas infans blandè in matre ſuxiſti. Sed quamquàm haſce caducas præcidiſti, haud quaquàm alteras, quas reconditas in animâ, ab infantiâ Chriſto meo conſecratas ſeruo, poteris auellere.

fuſpenſa in equuleo, flagellatur: ferreis vngulis,

INTERPR. LEON. PATE.

D *fidiculis; ignitis laminis, mamillarū abſciſſione torquetur; quod tyranno exprobrat:*

18 Exanduit Quintianus, vbi non adhuc conſternatæ puellę intrepidas voces ex virili pectore prodeuntes accepit. Et ne ſe victum fateretur, Agatham in carcerem reduci iubet, cuſtodibuſque edicit, vt continenter vigilent, ne quis ex propinquis chirurgum ſubmittat, neu cibum potumue clanculùm audeat miniſtrare. Ibi Virgo incluſa, ſacris intenta precibus, huiuſcemodi verbis Chriſtum alloquebatur: O qui ſponſus ſanguinum iure nunc dici potes, gratias tibi ago immortales, quòd per potentiam tuam me ſuperiorem tormentis effeciſti: ſuſcipe, quæſo, hoſce pectoris cruciatus in laudem & honorem nominis tui, & in gloriam Eccleſiæ tuæ. Et ecce ſub mediæ noctis ſilentium, inter illas obſcuri carceris tenebras, venerandâ ſpecie quidam ſenex, (quem puer præibat, facemque præferebat) illeque ſe chirurgiam callere affirmabat, ac pollicebatur auulſas mamillas curari poſſe. Tum illa: Medicamenta equidem, venerande ſenex, corpori meo numquàm exhibui; ſed habeo Dominum meum Ieſum Chriſtum, qui vnico nutu, ſi voluerit, me curabit. Et ego, inquit ſenex, Apoſtolus eius ſum, & in nomine eius viden' vt curata ſis?

iuberur inediâ macerari;

E *à S. Petro apparente, medicinā recuſans,*

verbo ſanatur:

19 Sed quid ego in hoc ergaſtulo moram traho? iam diu illud Catanenſe theatrum ſuis elatis flammis me voſque omnes aduocat, animiſque præſentibus ſpectaculo ibidem exhibendo nos adſtare iubet, vbi ſuper flammantes carbones, ignitaque teſtarum fragmenta tenerrimum Virginis corpus collocatur. Atque nunc hæc lectuli ſpecies illa mihi videtur eſſe, quam Sponſa deſcribens à floribus commendauit, cui nec purpureæ roſæ deſunt candentis ignis, nec lilia corporis virginalis. Complectantur igitur ignes roſei, atque lambant potiùs, quàm adurant lilium virginale; complectantur, inquam, neque ſpinis ſuis dilacerent: ardeat, vt lubet, ignis in ſpinis, ſicut in rubo Moſaico, & ſi comburere amat, ſuas comburat ſpinas, ſed lilio parcat candidiſſimæ virginitatis. Iacet enim Agatha, ac vallatur flammis, ſicut ſpinis lilium. Meretur huius præmij prærogatiuam votum virginitatis, ab infantiâ Deo nuncupatum, & illibato candore ſeruatum.

in ignitis carbonibus & teſtarū fragmentis voluta-tur:

F

a *Cui nimirùm apud Annam Pontificem* vnus aſsiſtens miniſtrorum dedit alapam, *Ioan.* 18. 22.

b *Cuius quippe vltima veſtigia humo impreſſa in monte Oliueti hodieq; monſtrantur, vt pluribus Patrum ac Hiſtoricorum teſtimoniis confirmat Baronius to. 1 Annal. ad an. Chr.* 34. *num.* 232 *& ſeqq. & paſſim alij Scriptores.*

CAPVT IV

S. Agathæ mors, ſepultura, epitaphium ab Angelo appoſitum: huius pars prior explicata.

20 VIx igitur Agatha ignes tetigerat, cùm ecce patria tellus, filiæ ſuæ vicem miſerata, funditus contremuit, & quaſi materno ſenſu prædita eſſet, apertis non vno in loco faucibus, ore multiplici exclamabat, clareque teſtabatur, quàm vehementer doleret, quamque iuſtè indignum crudeleque illud ſpectaculum deteſtaretur, in eam planè rationem, quâ, rerum omnium conditore Deo in crucem acto, vniuerſum

ſubito terræmotu

INTERPR. LEONPATE.

contremuit terræ elementum, immane Iudæorum ſcelus, impiumque nefas ferre non valens. Liceret fortaſſe affirmare Catanenſem tellurem id temporis quaſi ludibundam exultaſſe, choreaſque duxiſſe, quòd in lectulo illo ignito, quaſi in geniali thalamo, filiam ſuam Agatham iam Chriſti ſponſam videret collocatam, ſperans de ſanguineo filiæ martyrio fortiter conſummato vberrimam nepotum ſegetem ad Euangelicam lucem naſcituram. Verè etenim ille inuitus fatebatur ſanguinem Martyrum eſſe ſemen Chriſtianorum. Sed multò certius equidem cenſeo, eamdem terræ concuſſionem non ab aëre in eius viſceribus violenter concluſo, neque aquis ab eiſdem præcordiis perrumpentibus fuiſſe factam, ſed verò ab Angelis de cælo deſcendentibus, quibus familiare eſt terram quatere, ſuoque aduentu impios à malis faciendis abſterrere, pias verò mentes in ſtudioſis actionibus confirmare. Id quod euenisſe legimus ad Chriſti ſepulchrum paullò poſtquàm ille rediuiuus ex inferis triumphauit: ad quod deſcendente Angelo magnus terræ factus eſt motus, qui vbi ſepulchrum reclusit, milites quidem illud cuſtodientes metu exanimatos in fugam conuertit, à piis verò mulieribus omnem timorem excuſſit.

ab Angelis excitato,

21 Opem igitur Agathæ in incendiis iacenti ecquis dubitet Angelos attuliſſe, roreq; cæleſti eos ignes, flammaſque aſperſiſſe? Nonne hæc noſtra Virgo, diuinitus illuſtrata, roris huius ſalutarem pluuiam ſibi ſpoponderat, cùm Quintianum alloquebatur, Si ignem, inquiens, corpori meo adhibeas, rorem mihi ſalutiferum de cælo Angeli miniſtrabunt. An verò Angeli, ipſeque Angelorum Rex Chriſtus fruſtrà haberet Agathæ ſpes in ſe collocatas, ita vt Virginis verba inania infirmaque cenſeret Quintianus? An huius Virginis animus, qui ſemper à lethalibus libidinis ignibus abhorruerat, eoſque omnino extinguendos curauerat, penituſque Deo fixus inhæſerat, nunc ſuum corporis organum, quod proſeruandæ virginitatis fide ſuper ignitos carbones, acutaſque teſtas flammantes iniici pertulerat, ab iiſdem vel mediocrem iniuriam præter conceptam ſpem perpeti ſpectaret? An etiam ille Filius hominis, cuius gloria eſt quaſi vnigeniti Dei, qui voluit quartus intereſſe cum tribus pueris in fornace Babylonicâ, adeò vt nihil eos ignis læſerit, ille in igneo lectulo propter ſe iacentem Agatham, ſibique deſponſam, quippe quæ ab infantiâ ſibi adhæſerat, eratque ſecum facta vnus ſpiritus, dimitteret amburendam? Adfuit, adfuit ſponſæ Agathæ ſponſus, qui per Angelos ſuos ſpiritus factos & terram fecit tremere, productis ventis de arcano ſuorum theſaurorum; fecitque incendium illud Agathæ ſubſtratum quaſi auram roris flantem, ita vt neque virginale corpuſculum tangere, neque eius animum contriſtare, neque moleſtiæ quicquam inferre auderet ignis. Adfuit, inquam, Chriſtus, ſecumque nobile Angelorum agmen, tam nobili ſpectaculo, dignoque quod cæleſtibus oculis cerneretur, adeò vt iure optimo Agatha clamare potuerit: Vidiſti, Domine, & ſpectaſti agonem meum, quomodò pugnaui in ſtadio, & quia volui fidem virginitatis cuſtodire, iuſſa ſum non ſolùm ſuſpendi in equuleo, & in mamillis totoque corpore excarnificari, ſed etiam in igne collocari: ſed tui Diuini amoris feruor mihi vires ſufficit, ô bone Sponſe, fulcitque hiſce flammis, velut roſarum floribus, ſtipatque odorifero carbonum quaſi pomorum & aromatum ſuffitu, ita vt carnificum tormenta hæc crudelia, & hoſce ignitos carbones, hilariter ſuſtineam, amanterque complectar, non tamquàm ignes cruciantes, ſed tamquàm vernos flores, & purpureas coronas mihi adblandientes, iiſdemque quaſi rubicundis pyropis concinnari patiar, & gaudeam, pretioſas torques ac monialia, omnem mundum nuptialem, ac veſtem martyrij, vt hiſce decorata ornamentis ad cæleſtes thalamos admittar.

ipſa rore caleſti,

per Angelos vel Chriſtum affuſo,

ſeruatur illæſa.

22 Inter hæc Quintianus terræmotu, duorumque nece amicorum, ante eius oculos oppreſſorum ruinis parietum, paucefactus, maximoque populi tumultu conturbatus, obortoque clamore Catanenſium, Virginem incolumem ſeruare volentium, exanimatus, illicò Agatham in carcerem reduci iubet: quæ ciuium cæleſtium exercitu, populique turmis ſtipata, de iam ſuperato Quintiano, ac tormentis omnibus triumphum agitans, in venerandum ingreditur carcerem: nec dicam, an regium palatium, an verò potiùs cæleſtis templi ſacroſanctum veſtibulum? vbi Virgo ſtans oculis in cælum ſublatis, paſſiſque in crucis ſpeciem brachiis virginalibus orans in hæc verba linguam ſoluit: Domine Ieſu Chriſte, magiſter bone, gratias tibi ago, qui me hoc honore dignatus es, vt decertarem pro nomine tuo; qui abſtuliſti à me mortalis vitæ amorem, mihique cæleſtes vires ſuffeciſti, vt tormenta perferrem; tu idem Domine Deus exaudi preces meas, & dignare ancillam tuam, vt hanc terram dimittat, vtque ornata purpureo triumphalis martyrij peplo, flammeoque virginali contecta, ad immarceſcibilem æternæ gloriæ coronam feliciter perueniat. Hiſce peractis precibus illicò immaculatum Deo tradidit ſpiritum.

D

ob tumultum populi remiſſa in carcerem.

Deum precata moritur:

23 Quod vbi populus carcerem circumſtans cognouit, magno cum pietatis ſtudio ac reuerentiâ, corpus generoſæ Martyris in monumento honorificè compoſuit. An verò ſponſus Agathæ Chriſtus, qui glorioſus eſt & mirabilis in ſanctis Martyribus ſuis, hanc amabilem eius Sponſam, & Martyrum Sicularum eximiam Reginam, quam etiam in terris viuentem miraculis cohoneſtauerat, mox in cælo ſecum triumphantem non redderet longè clariorem? Et cuius Virginis linguam teſtem ſuæ diuinitatis diſertam Chriſtus fecerat, ſecumque caſtum amorem, ac nuptialem fidem iuſſerat publicè profiteri, mox eidem corpus iis de cauſſis cruciatum quieſcere in obſcuro marmore pateretur inglorium? Fecit vtique, fecit digniſſimæ huius Sponſæ ſuæ Chriſtus ſepulchrum glorioſum, non per vnum aut duos Angelos cælitus miſſos, paucis mulieribus conſpicuos, ſicuti ſuam ſpeluncam, vbi extra Hieroſolymam ipſe Sponſus iacuerat, ſed per centum ſpiritus cæleſtes humanam decoræ iuuentutis formam indutos, qui dum virginale corpus à Chriſtianis ciuibus decorè collocatur, conſpicui omnibus, cæleſtem pſalmodiam decantarunt. Quidam verò inter eos longè pulcherrimus adoleſcens ad ſepulchrum nondum opertum acceſſit, cæloque delatam marmoream tabellam ad Virginis caput appoſuit, in quâ eius encomia erant breuiter exarata, MENS SANCTA SPONTANEA, HONOR DEO, ET PATRIÆ LIBERATIO.

E

ſepelitur honorificè,

apparentibus 100 *Angelis & cantãtibus*

vno epitaphium apponente,

24 Quid hoc vnum meum os, meaque mortalis lingua audet ampliùs laudes Agathæ celebrare, quas non centum Angelorum ora, non totidem cæleſtes linguæ verbis volantibus attingere valuerunt? Sed illas ipſas magno ſilentio cæleſtibus digitis ille ceteris maior Angelus, Virginis nuper cuſtos, dictante deſcripſit Deo, admiratuſque Agathæ angelicas ac propè diuinas virtutes, protinus inde diſceſſit. Certè vt ipſe quoque præſens eſſet, fieretque particeps in lætitiis cæleſtibus, quibus ciuitas omnis cæleſtis profundebatur ad triumphum Martyris omnium magnanimæ, ſuoque iure eſſet Paranymphus ad ingreſſum pulcherrimæ Chriſti Sponſæ in thalamum ſibi à Matre Virginum Virgine Deiparâ præparatum: necnon vt idem cuſtos Angelus, qui certaminibus diſputationum tormentorumque Agathæ ſemper interfuerat, eaque ſupra puellare ingenium ac vires, quaſi auritus oculatuſque teſtis, perceperat, ſingulaque admirabundus ſpectauerat, mox per totum cælum victimas caneret virginales, inuitaretque beatos cæleſtis militiæ exercitus ad Filium Dei ac Deiparæ Virginis collaudandum, quòd talem feciſſet in imbelli Virgine victoriam.

F

nempe eius cuſtodi.

mox & abſcedẽte vt anima paranymphus eſſet cælum ingredienti.

25 Sed fortaſſe veriùs inde Angelus diſceſſit, quia cùm virginalis mentis puriſſimam ſanctitatem, ardentiſſimum

A tissimum spontaneæ Martyris amorem ac desiderium; eximium in maximis tenelli corporis cruciatibus Christo sponsò exhibitum honorem ab Agathâ publicè testatus esset, erubuit prope tam nobile corpus consistere, eò quia longè clariora per illud facinora in terris edidisse Agathâ cognoscebat, quàm ipsemet purus putus spiritus in cælo contra draconem patrauerat; ideoque aëriâ humani corporis speciem exuere maturauit, nempe fassus se à mortali adolescentulâ longè superatum; & in auras euanuit ad eum planè modum, quo ab Iacob Patriarchâ, quocum similis Angelus luctabatur, nec illum superare poterat, dimissionem petiit Aurorâ ascendente. Et quia iam lætissimæ Agathæ anima quasi cælestis ac rosea Aurora ad cæleste fastigium, soliumque gloriæ sublimis ascendebat, exueratque iam mortale corpus, indecorum Angelo videbatur in terris moram facere, & mortalibus oculis adhuc sese conspicuum exhibere. Vel certè huic Angelo, eiusque centuriæ cælesti, illud vsu venit ad Agathæ sepulchrum, quod binis olim Seraphim, qui dum diuino Verbo mortalem carnem assumpturo Angelicum illud Trisagium concinerent, diuinamque sanctitatem ei optimè congruere conclamarent, sese totos alis velabant, sedentis maiestatem & gloriam contemplari nequeuntes. Huius enim Virginis nostræ Angelus, cùm propter integerrimam virginitatem Agathæ mentem sanctam declarasset, sanctam item eius voluntatem propter acerbissimos cruciatus hilariter perpessos, quibus mirificè Christus Deus toto cælo terrâque fiebat glorioſus, animaduertens nouum se Trisagium cecinisse, adeoque mirificis Agathæ sanctitatis splendoribus Angelicam obtundi mentem inuisibilibus alis sibi consulendum censuit, itaque sublimis euanuit.

vel quòd erubescevet, ab eâ in corpore spectus,

vt illo eũ Iacob luctans,

Esa. 6 & qui audiente Esaia trisagium cecinerant.

B

26 Sed quæso te, ô cælestis Angelorum centuria, vnam saltem mihi Angelicam linguam ac manum ad breue temporis spatium accommoda, vt cæleste Epithalamium, quod vos cum Agathæ corpusculo in obscuro sepulchralis marmoris condidistis, in lucem proferam, paucaque vestra (vt soletis) verba in eo descripta, ac reconditis mysteriis obuoluta, fas mihi sit edisserere. Et quidem vos iure optimo ab virginalis mentis sanctitate laudes Agathæ celebrare occepistis. Virgo etenim hæc cùm adhuc infans esset, nullo mortali magistro edocente, sed Spiritu sancto intrinsecus suadente, virginitatem Deo consecrauit; adeoque toto vitæ decursu excolere satagebat, vt nullis eam secularibus curis, aut nuptialibus colloquiis maculârit, quin imò rerum omnium creatarum mimmemor, Diuinæ vacans

S. Agatha ab infantiâ Deo vouet virginitatem, & studiosè custodit,

C contemplationi, eam reddiderit puriorem, ideoque ad eximium Diuini amoris excessum subuolârit, & pro Sponsi sui tuendâ fide ad cruciatuum agonem peruenire maximè exoptârit. Quas ob res factum est, vt eius ardentibus desiderijs ex purâ auidâque mente scintillantibus, obsecundârit Deus, sibique honor æternus, glorioſus, immortalis pullulârit; ipsâque Ecclesia & candida & rubicunda mortalibus ac cælestibus oculis cœperit apparere.

multas patitur;

27 Hodie igitur *a* Christiana Ecclesia sese exornet, cùm iam suam glorioſam intinxerit purpuram purissimis Martyris Agathæ cruoribus, atque adeò gaudeat & exultet, canatque eius victorias ac triumphos, patriæque Catanæ dignam gloriatione prædicet, orbemque terrarum impleat Agathæ Christique nominis celebritate. Enimuerò quænam creata rés magis admirabilem Dei potentiam, quid magis prædicabilem eius sapientiam, quid magis amabilem eius bonitatem ostendat, quàm in fragili fœminarum corpuſculo viriles animos, atque heroicas virtutes intueri? Inter fœminas autem quid illustrius inuenias, quàm tenellas Virgines Deo per votum integritatis consecratas? Inter Virgines verò post Deiparam Virginem quid delectabilius agit in stuporem, quidúe admirabilius Ecclesiam Christi delectat, quàm hæc Virgo singularis Agatha?

in vtroque Dei gloriã illustrans;

quæ quidem sapientis Regis consilio obsecuta, non solùm de primitiis corporis sui, sed etiam de totâ suâ substantiâ honorandum sibi decreuit Deum. Cùm enim nobilissimis orta esset natalibus in vrbe Catanensium, corpore pulcherrima, diuitiis opulenta, eloquentiâ sermonisque lepore admirabilis, virtute prudentiæ conspicua, animique fortitudine prædita singulari, hæc alia que corporis animique ornamenta singulâ Christo Deo, eiusque honori & gloriæ mancipauit; quin se quoque ipsam quasi nihilum despexit propter Christi dilectionem, continenterque Domino suo dignos honores ad vsque vitæ occasum exhibuit. Totum hoc ipsum testatur breue Epithalamium, atque Angelicum oraculum, quod non ad inutilem verborum ornatum, neque ad speciosa encomia, sed ad veras Agathæ virtutes æternis monumentis consignandas, diuinitus fuit descriptum.

D

INTERPR. LEONPATE.

nobili at diues & praclarii natura donis conspicua, hæc omnia Dei honori impendit:

E

a *Hinc sumptum, quod inter alia in Menæis extat odarion*: σολίζεσθω σήμερον ἡ ἐκκλησία, πορφυρίδα ἔνδοξον καταβαφεῖσαν ἐξ ἁγίων λύθρων Ἀγάθης τῆς μάρτυρος, χαῖρε, βοῶσα, Κατάνης τὸ καύχημα. Indicat hodie Ecclesia gloriosam purpuram, in Martyris Agathæ casto sanguine tinctam, Salue, proclamans, Catanæ gloriatio.

F

CAPVT V

Catana S. Agathæ meritis seruata, Ætnæ ignibus velo eius repressis. S. Lucia prædictum martyrium.

28 Sed non pigeat extremâ cælestis oraculi verba paullisper pensitare; sunt enim altera pars illius, quod sub initium proposui. Enimuerò Martyres, dum tormenta & cruciatus pro Christo patiuntur, non solùm sibi gloriæ coronam contexunt, Ecclesiæ laudem, Deoque honorem exhibent, sed etiam, dum ad exemplum suarum virtutum imitandum ciues prouocant suos, eisdem cælestes fauores, non auri argentique pretio, sed profusi sanguinis thesauro promerentur. Neque verò sanctarum Virginum pro Christo trucidata corpora, in vili marmore iacentia, minùs vtilia cognatis ciuibusque, patriæque sunt, vbi in vitam mortalem edita fuerunt, quàm fortissimorum virorum exercitus pro patriâ pugnantium. Quis enim de crudelissimo Quintiano, eiusque assecla, tam subitam facilemque victoriam consequi potuisset, præter Agathæ meritum apud Deum, illiusque potentiam aduersùs hostes? Tumultuati sunt quidem ciues eius aduersùs Quintianum, eumque in fugam verterunt, metuique perculsum ex vrbe expellere valuerunt; sed ille, quia incolumis ex eorum manibus euasit, ferocior est effectus, cogitabatque contra Agathæ cognatos, ab se extorres factos, quà nece, quà suppliciis rabidum animum exacturare, eorumque pingues rerum fortunas, vnà cum Agathæ patrimonio, Imperatoris ærario inferre. Hæc impius machinabatur, minimè verò pientissimæ Virginis vltionem vitauit. Quintianum enim scapha sedentem, dum Simethum fluuium Catanæ proximum traiiciebat, duo equi ferocientes quà morsibus in faciem iactis, quà calcibus in corpus illisis, in profluentem deturbant semimortuum: quem mox eius serui neque viuum, neque mortuum diu quæsitum inuenire potuerunt. Inuenit illicò cum malorum dæmonum exercitus, qui flagitiosam illam eius animam egredi reluctantem, ex voragine extractam, in proximas Ætnæ flammas perpetuò destinatam adduxit.

per Reip. quius suæ patriæ præsidio est:

ciues & cognatos à Quintiano liberat,

eo submerso,

29 Militat enimuerò pro Sanctis suis Deus, qui sicut Pharaonem, Israëliticas Tribus terrâ marique persequentem, tandem in mari Rubro cum curribus & equitibus suis inuolutum suffocauit; ita Quintianum neces ac rapinas anhelantem, per eiusdem equos fluuialibus mariniſque aquis abreptum demersit. O quàm

vt olim Pharaonem;

INTERP. R. LEONPATE.

bellè Catanenſium mulierum chorus Marianum canticum vſurpauit, dicens: Cantemus Agathæ, glorioſè enim magnificata eſt, per èquos equi aſcenſorem deiecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea Agatha, & facta eſt mihi in ſalutem. Ipſa eſt ſoror mea, glorificabo eam. Agatha gloria mea, & exaltabo eam. Dixit inimicus, Perſequar, & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea. Flauit furor equorum, & ille ſubmerſus eſt in aquis vehementibus. Quis ſimilis tui in fortibus, Agatha, magnifica in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia? Tu verè es Catanenſis ciuitatis gloria, tu honorificentia populi noſtri: &, quòd virginitatem amaueris, tradidit Dominus Quintianum in manu tuâ, eriſque benedicta in æternũ.

A *ideoq; Mariæ epinicion meretur.*

30 Agite nunc auditores, & ab aquis gradus fiat nobis miraculorum Agathæ ad Ætnæos ignes. Legiſtis plerique, credo, Ætnæ nomen in antiquis hiſtoriis noſtrorum ſcriptorum, quæ etiamnum apud nos habemus: vel certè eius montis famam toto orbe celeberrimam audiſtis: ſed fortaſſe hic nonnulli adſunt, quos Ætnæ nomen adhuc latet. Ætna igitur mons eſt excelſus quidem, nubibuſque longè ſuperatis Catanæ vrbi impendet. Illius dorſa perpetuis albicare niuibus teſtantur, qui de noſtratibus ad Catanenſem portum appulerunt, feruntque per decliuia frequentibus habitari pagis, villiſque. Teſtantur etiam Ætnæi verticis *a* crateres perpetuò fumigare, ac vapores igneos, cineſque ſulphureos eructando circumquaque diſpergere, magno cum agrorum, ſiluarum, ac pecudum detrimento. Contigit verò, Kalendis ipſis Februarij anni inſequentis B. Agathæ martyrium, vt diffractis Ætnæ lateribus, Tartareus ac fæculentus ignis, vehementiùs ſolito efferueſcens, eruperit, ac præcipitis ſpatioſiſque torrentis inſtar debacchando, obuia quæque deuaſtârit, curſuſque aduersùs Catanenſes pagos, vrbemque ipſam direxerit.

Ex Ætnâ erumpente igneo torrente,

B

a

omniaq; latè vaſtante,

31 Quid conſilij paganam gentem illam crebris terræ ſuccuſſionibus & bombis perterrefactam, incendiiſque profluentis horrore ſtupidam, ac penè exanimatam cepiſſe putatis? In re adeò trepidâ, ſic volente Numine, in mentem illis venit Angelicum oraculum ad Agathæ caput depoſitum, de liberatione patriæ ſibi promiſsâ. Animos igitur ſibi facientes, Feſtinemus, inquiunt, ad noſtræ Virginis ſepulchrum: cuius opem nunc primùm publicè imploramus. Certa enim eſt in cæleſti eius Epitaphio deſcripta promiſſio de patriæ liberatione, neque de tam magnæ Martyris efficaciâ meritorum apud Deum, neque de propensâ noſtræ Virginis in patriam voluntate, ambigendum. Quòd ſi olim duorum fratrum *b* ciuium noſtrorum naturalis pietas erga parentes valuit Ætnæa incendia remorari, ne ſe deuorarent, & quia piis humeris impoſitos illos auferrent, in cuius pij facinoris memoriam maiores noſtri illis *c* ſacros honores impenderunt; quid facere par eſt noſtram item ciuem Agatham, quæ ne Deum noſtrum, ac rerum omnium parentem deſereret, in viuos ignes teſtaſque candentes iniici paſſa eſt. Et quæ ne fidem caſtitatis Chriſto ſemel datam frangeret, mortalem vitam libenter voluit profundere? Quòd ſi Agatham adhuc mortalem, pro Chriſto comburi exoptantem, carnificum incendia attingere non audebant, numquid eiuſdem nolentis, quæ iam prope Chriſtum aſſiſtit immortalitate donata, patrium ſolum, vrbem, ciueſque, ſuæque natiuitatis palatium, ac ſacroſancta Martyris monumenta audebunt hi profluentes ignes obruere? Minimè enimuerò hic igneus torrens Catanenſem tellurem attinget, quæ Virginis recenti adhuc cruore reſperſa, validiùs apud Deum clamat, quàm Abelis ſanguis: ideoque nihil nobis deſperandum eſt, recentibus tam bonæ ciuis Agathæ meritis patrocinantibus.

pagani, memores S. Agathæ epitaphio promiſſam patriæ liberationẽ,

C

b

c

32 Hæc illi colloquentes ad ſanctæ Martyris ſepulchrum feſtinantes accurrunt, preces fundunt & lacrymas, velum, quod virginale corpus tegebat, extrahunt, bacillo in aërem extollunt: itaque armati fidenteſque graſſantibus incendiis obuiàm prodeunt. Mirum viſu: illicò præcipites illi torrentes ignei, quaſi præſentis Virginis potentiam, ac Martyris maieſtatem reueriti, curſum ſiſtunt, rabiem ponunt, calorem extinguunt. Quid hîc prædicem funiculum coccineum ex feneſtrâ Rahab appenſum, qui ad ſui conſpectum, propter vitam duobus tantùm Iſraëlitis ſeruatam meruit totam eius domum incolumem ſeruare? Turpe enim fuerit huius malæ olim mulierculæ vittam cum venerando virginalis capitis conferre velamine. Indecorum etiam fuerit ter optimam Agatham alienis ornamentis, & emendicatis fucis exornare, cùm ipſa ſatis ſaperque propriis laudibus meritiſque præcellat. Liceat tamen hoc Virginis velamen ſacro Pontificis Aaronis thuribulo comparare, quod cùm ille igne thureque repleſſet, contraque incendium obieciſſet, ſtetiſſetque inter mortuos ac viuentes, continuò ceſſauit plaga. Hoc enim velamen cùm ex Agathæ attactu ſacros quoſdam ſibi odores imbibiſſet, cumque ſe ac Dominam in ignibus iacentem ſeruaſſet incolumem ac illæſam, huiuſmodi promeruit aduersùs ignes potentiæ prærogatiuam, vt ad ſui intuitum odoremque incendia omnia contremiſcant, atque illicò ſopiantur, ſine vllius mortalis internecione.

D *ex ſepulchro velũ illius tollunt,*

ſanctius vitrâ Rahab Ierichontina,

ſimile potiùs thuribulo Aaronis

E

33 Liceat etiam hîc Moſaicam Arcam ante oculos veſtros proponere, quæ vbi Iordanis alueum Sacerdotum inuecta humeris intrauit, admirabundæ ſteterunt aquæ, & montis inſtar intumeſcebant, neque ad eam audebant accedere, nempe diuini Numinis præſentiam & maieſtatem, eo quo poterant modo, reuerite. Spectaſtis Arcam Iordanis aquas diuidentem, earumque curſus remorantem? Quæſo nunc mentis oculis perſpicite Ætnæa incendia, quaſi liquefacta metalla torrentis inſtar decurrentia, atque obuia quæque, etiam lapideos montes, velut ceram diſſoluentia: quorum ardores curſuſque, neque ingentes fontes, neque fluuij ex liquefactis niuibus occurrentes, extinguere, vel certè mitigare potuerunt. Sed quid fontes fluuiiſque valeant aduersùs tam magnum igneum profluuium, cùm illud ipſum Ionium mare ſuas comburi aquas olei inſtar pertulerit, ideoque intra humidos profundoſque ſinus ſuos locum illi concedat, ac fugiens antiqua littora mutare, longeque ſe contrahere oportuerit? Cùm igitur nihil alti duriſſimorum lapidum montes, rupeſque ingentes, nihil etiam inimicum maris elementum, contra ignes Ætnæos conari poſſent, eiuſque vires retundere; exiguum ſanè Virginis Agathæ velamen à ciuibus ſuis in ſublime elatum, ventiſque expoſitum, (mirum dictu) protinus & incendia exſtinxit, & rapidum curſum repreſſit. In cuius præclari facinoris monumentum, fæculenta illa incendia in arduos montes horrentium ſaxorum, exuſtarumque rupium conuerſa, pro æterno virginalis victoriæ trophæo erecta ſubſiſtunt, comprobantque oraculi veritatem de patriæ liberatione, de cælo per Angelos delati. Quàm etiam ob cauſſam velamen illud quaſi Agathæ vexillum de igne triumphantis læto populorum plauſu circumfuſum, in aream, in quâ Dux ipſa victoriæ quieſcebat, incluſum fuit, vt maiori cum veneratione ac pietate in aduerſis patriæ rebus ſeruaretur.

atque Arca Moyſis,

F

eoq; in altũ ſublato horribiles illos ignes repreſſit,

relicto monumento horrentiũ ſaxorum.

34 O centies, & millies verè bona Virgo, & Martyr! bona, inquam, tibi ac Sponſo tuo Chriſto; bona etiam patriæ, tuiſque ciuibus quos tam euidenti miraculo incolumes ſeruaſti! Verè non eſt alia ciuitas, quæ experta ſit ſanctos ciues ſuos ita ſibi propitios, ſicut Agatham regio Catanenſis. Neque verò tam bona Virgo erga ſuos tantùm propenſum habuit voluntatem, ſed in externos etiam ſua beneficia plenis manibus diffudit. Quorum famâ permota *d* Lucia Virgo inter Syracuſanas nobiliſſima, Eutychiæ parenti ſanguinis fluxione laboranti perſuaſit, vt Catanam ad ſanctæ Virginis

S. Lucia pro matre ad S. Agathæ ſepulchrũ orantis

d

A ginis Agathæ templum ſepulchrumque ſimul pergerent. Cumque iam illa incruentum ſacrificium pro matre ibidem offerendum curaſſet, ſuaſque preces cùm lacrymis miſcuiſſet, Agathæ ſepulchrum complectendo, pieque exoſculando, in leuem ſomnum incidit. Atque ſibi videre viſa eſt B. Agatham in cælo inter Angelorum ac Virginum choros clarè fulgentem, ſpecie ſuper omnes auguſtiore, verbaque hæc ſibi prementem audire: Lucia Virgo, cuius integritas me inuitat, vt te Sororem appellem, quid per me à Chriſto, vtriuſque noſtrûm ſponſo, valetudinem matri tuæ deprecaris? Tute ipſa propter virginitatis tuæ florem illibatum illam impetraſti, & ecce iam conualuit. Sed & quæ tibi ventura ſint, enuntio; nam poſt martyrij coronam, quam breui indues, Chriſti ſponſa mecum in cæleſtem thalamum ingredieris; & ſicut per me Catanenſium ciuitas illuſtratur à Chriſto, ita per te Syracuſana exornatur. Atque hæc loquuta ſublimis abiit, & Lucia expergefacta parentem ſanam reperit. e

apparet ipſa gloriosa,

matremq; fanatam edicit, & paratam ipſi martyrij coronã.

e

a In Ætnæ vertice hiatus duo ſunt, *inquit Solinus cap.* 11, crateres nominati. *Ita & Plinius lib.* 3 *cap.* 8. Crater eius patet ambitu ſtadiorum 20. *Strabo autem lib.* 6 *teſtatur,* λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τῦ ὄρους διὰ τὴν νόμην τῦ πυρὸς, τοτὲ μὲν εἰς ἓν κρατῆρα συμφερομένων, τοτὲ δὲ χιζομένων. Montis ſummitates variè mutari ob ignis graſſationem; qui aliàs in vnum colligitur craterem, aliàs in plures ſcinditur partes. *Teſtatur & Fazellus plures ſubinde aperiri hiatus; maioris crateris ambitum ad* 4 *millia paſſuum patere: alij ad* 24 *ſtadia. Et videtur non ſemper eadem eſſe amplitudo. Inferior crater in putei rotunditatem anguſtius eſſe traditur. Horrenda ſunt quæ de illis hiatibus idem narrat Fazellus teſtis oculatus, ac Philotheus de Homodeis, & alij apud Cluuerium Sicilia antiquæ lib.* 1 *cap.* 8.

Crateres Ætnæi.

B

b *Egimus de his fratribus* 31 *Ianuarij ad Vitam S. Athanaſij Methonenſis Epiſcopi cap.* 2 *nu.* 3 *vbi* Amphinomus & Anapias *appellantur, hic à Valerio Maximo Anapus, ab aliis* Anapius & Anapis *Syracuſani ciues ſuos fuiſſe aiunt,* Emantiam & Critonem *nominatos. Sed in Catanenſi diſtrictu geſta res eſt.*

c *Strabo lib.* 6. Horum memoriam ita poſteritas munerata eſt, vt ſepulchri locus nominaretur CAMPVS PIORVM.

d *De S. Luciâ, matriſq; eius curatione infrà agemus, & plenius ad* 13 *Decemb. quo colitur.*

e *Videntur adhuc aliqua deeſſe. Neque enim ita abruptè deſinere potuit tantus orator.*

DE RELIQVIIS ET ECCLESIIS S. AGATHÆ

I. B.

Commentarius hiſtoricus.

§ I *S. Agathæ eccleſia & reliquiæ Romæ in Suburrâ.*

1 *QVæ poſt* S. Agathæ *martyrium, ad illius gloriam, partim Dei beneficio, partim mortalium religione, Catanæ per multas ætates facta ſint, paucis perſtringit Paulus Æmilius Sanctorius ſub finem ſuæ de eâ narrationis, ac demum ita concludit:* Adde inter barbaricam feritatem, vim armorum, luem temporum, faces ferrumque, in excidio rerum, inter bellicoſiſſimos ferociſſimoſque Italiæ populos, extructas arces, erecta monumenta, dicata Agathæ mœnia & vrbes. *Quæ omnia perſequi non poſſumus: de reliquiis eius ac miraculis nonnulla, quæ occurrent, ac de templis apud primarias quaſlam vrbes illi dicatis, colligemus.*

Templa in honorem S. Agathæ erecta:

2 *Ac primùm, extat Romæ illius antiquiſſimum templum, in ſine collis Quirinalis versùs* Planam Suburram *ſitum. Tres quippe colles ad orientalem Vrbis partem viſuntur,* Exquilinus, Viminalis, Quirinalis, *qui cùm ad forum Romanum deſinant, vallem inter ſe relinquunt, quæ* Suburra *olim dicta, planaq; eſt primùm, dein accliuior, vt ex Marliano noſtroq; Donato liquet. Et ille quidem lib.* 5 *cap.* 18 *ſitum templi ſic commonſtrat:* Viminalis collis ab occaſu partem Quirinalis oppoſitam habet, & valli interiacenti Planæ Suburræ fuit nomen, vbi ad radices tamen Viminalis, ferme è regione S. Agathæ, Siluani templum *&c.*

vnum Romæ in colle Quirinali

AVERSA I. B.

D

iuxta Suburram,

3 *Ricimer Gothus, qui an. Ch.* CCCCLVII *ex Magiſtro militum Patricius factus, anno dein* CCCCLIX *Conſul fuit, deceſſitq; an.* CCCCLXXII Feſto & Marciano Coſſ. *cùm paullò antè perfidiâ barbaricâ Anthemium Imp. ſocerum ſuum occidiſſet; hic igitur Ricimer, ædem illam* S. Agathæ, *vt in Notis ad Martyrologium ſcribit Baronius,* marmorum cruſtis & nobilibus picturis muſiuo opere intextis, quibus ſacroſanctæ Saluatoris & XII Apoſtolorum imagines exprimuntur, magnificentiſſimè ornauit. Declarat id enim vetus inſcriptio, quæ ibidem in apſide his verbis legitur: FL. RICIMER V. I. MAGISTER VTRIVSQVE MILITIÆ, PATRICIVS ET EXCONS. ORD. PRO VOTO SVO ADORNAVIT. Poſt hæc autem cùm Reges Gothi, iidemque Ariani, Romæ regnarent, illorum ſacerdotes eamdem ſibi vt propriam, quaſi hæreditario iure, vendicarunt, tenueruntque donec Româ & Italiâ pulſi ſunt. *Hæc Baronius. De eâ S. Agathæ eccleſiâ ita ſcribit Anaſtaſius in S. Gregorij Vitâ:* Dedicauit eccleſiam Gothorum, quæ fuit in Suburrâ, in nomine B. Agathæ Martyris. *Platina in Gregorio, eam eccleſiam vocat* Fl. Ricimerij viri conſularis opus, vt litteræ muſiuæ indicant. *Imò litteræ muſiuæ, iam ex Baronio relatæ, eam ædem Ricimere antiquiorem indicant, ab eoq; ſolùm adornatam.*

à Ricimere adornatum,

à Gothis Arianis occupata,

E

4 *Quomodò ſit à S. Gregorio expurgata, commemorat ipſe lib.* 3 *Dial. cap.* 30 *ita ſcribens:* Sed neque hoc fileam, quod ad eiuſdem Arianæ hæreſeos damnationem in hac quoque vrbe ante biennium pietas ſuperna monſtrauit. Ex his quippe quæ narro aliud populus agnouit, aliud autem Sacerdos & cuſtodes eccleſiæ ſe audiſſe & vidiſſe teſtantur. Arianorum eccleſia in regione Vrbis huius, quæ Suburra dicitur, cùm clauſa vſque ante biennium remanſiſſet; placuit vt in fide Catholicâ, introductis illic B. Sebaſtiani & S. Agathæ Martyrum reliquiis, dedicari debuiſſet: quod & factum eſt. Nam cum magnâ populi multitudine venientes, atque omnipotenti Domino laudes canentes, eamdem eccleſiam ingreſſi ſumus. Cumque in eâ iam Miſſarum ſolennia celebrarentur, & præ ciuſdem loci anguſtiâ populi ſe turba comprimeret; quidam ex his qui extra ſacrarium ſtabant, porcum ſubitò intrà ſuos pedes huc illucque diſcurrere ſenſerunt. Quem dum vnuſquiſque ſentiret, & iuxta ſe ſtantibus indicaret, idem porcus eccleſiæ ianuas petiit, & omnes, per quos tranſiit, in admirationem commouit, ſed videri à nullo potuit, quamuis ſentiri potuiſſet. Quod idcircò Diuina pietas oſtendit, vt cunctis pateſceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret.

diu clauſum,

à S. Gregorio expiatum,

diabolo formâ porci egredi-te,

F

5 Peractâ igitur celebratione Miſſarum receſſimus: ſed adhuc nocte eadem magnus in eiuſdem eccleſiæ tectis ſtrepitus factus eſt, ac ſi in eis aliquis errando diſcurreret. Sequenti autem nocte grauior ſonitus exceruit, ac ſubitò tanto terrore inſonuit, acſi omnis illa eccleſia à fundamentis fuiſſet euerſa, & protinus receſſit, & nulla illic vlteriùs inquietudo antiqui hoſtis apparuit; ſed per terroris ſonitum, quem fecit, innotuit, quòd à loco, quem diu tenuerat, coactus exibat.

dein duabus noctibus ſtrepitum excitantes;

6 Poſt paucos verò dies, in magnâ ſerenitate aëris, ſuper altare eiuſdem eccleſiæ nubes cælitus deſcendit, ſuoque illud velamine operuit; omnemque eccleſiam tanto terrore ac ſuauitatis odore repleuit, vt patentibus ianuis nullus illic præſumeret intrare. Sacerdos quoque & cuſtodes, & hi qui ad celebranda Miſſarum ſolennia venerant, rem videbant, ingredi minimè poterant, & ſuauitatem mirifici odoris trahebant. Die verò alio cùm in eâ lampades ſine lumine dependerent, emiſſo diuinitus lumine ſunt accenſæ. Poſt paucos iterum dies, cùm expletis Miſſarum ſolenniis, exſtinctis lampadibus cuſtos ex eadem eccleſiâ egreſſus fuiſſet, poſt paullulum intrauit, & lampades, quas exſtinctas

nube altare obumbrante,

ac ſuauis odore diffuſo.

lampadibus diuinitus accenſis.

AVCTORE I. B.

A *secundò:* ſtinctas reliquerat, lucentes reperit: quas negligenter extinxiſſe ſe credens, eas iam ſollicitus extinxit & exiens eccleſiam clauſit. Sed poſt horarum trium ſpatium regreſſus, lucentes lampades, quas extinxerat, iterum accenſas inuenit: vt videlicet ex ipſo lumine apertè clareſceret, quia locus ille à tenebris ad lucem veniſſet.

7 *Quæ illatæ in eam eccleſiam ſanctorum Martyrum* Sebaſtiani *&* Agathæ *reliquiæ narrantur, eas pleræque S. Gregorij editiones* SS. Stephani *&* Marthæ *fuiſſe tradunt: ſed vt iam edidimus habet noſtrum MS. & Ioannes Gillotius, in aliis exemplaribus referri annotauit. Et S. Zacharias Papa in Græcâ Dialogorum interpretatione diſertè habet:* τῆ μακαρίᾳ Σεβαστιανῆ καὶ τῆς ἁγίας Μάρτυρος Ἀγάθης λείψανα. *vti* XIX *Ianuarij ad Acta SS. Marij & Marthæ* § 1 *nu.* 4 *&* XX *ad Acta S. Sebaſtiani* § 4 *nu.* 19 *monuimus. Atque ita legit Ioannes Diaconus, qui in Vitâ S. Gregorij lib.* 2 *cap.* 31 *ita ſcribit:* Præterea cùm Arianorum baſilica, in regione vrbis huius quæ Suburra dicitur, clauſa vſque ad Gregorij pontificatus tempora remanſiſſet, placuit ei, vt in fide Catholicâ, introductis illuc B. Sebaſtiani & S. Agathæ Martyrum reliquiis, dedicari debuiſſet: quod factum eſt. Nam cum magnâ populi multitudine Gregorius laudes canendo perueniens, baſilicam

ab illatæ SS. Sebaſtiani & Agathæ reliquiæ:

B præfatam ingreſſus eſt. *Ac cetera, quæ iam relata ſunt, ipſis ferè Gregorij verbis narrat. Gratianus quoque de conſecr. diſt.* 1 *cap.* 22 SS. Sebaſtiani *&* Agathæ *poſitas iſthic reliquias tradit, vti & S. Antoninus* 2 *part. tit.* 12 *cap.* 3 § 9.

8 *Neque ſolùm expiauit eam eccleſiam S. Gregorius, ſed vt quos olim habuerat prouentus, ad ſarta tecta ac ſacra quoque curanda ei, reſtituerentur effecit. Ita ipſe in Regiſt. lib.* 3 *ep.* 19, *quæ eſt ad Leonem Acolythum:* Quia ergo, *inquit*, eccleſia S. Agathæ ſita in Suburra, quæ ſpelunca fuit aliquando prauitatis hæreticæ, ad Catholicæ fidei culturam, Deo propitiante, reducta eſt; ideò huius auctoritatis tenore commonitus, penſiones omnium domorum in hac vrbe conſtitutarum, quas prædictam eccleſiam temporibus habuiſſe Gothorum conſtiterit, & annis ſingulis congregare non deſinas, & quantum in ſartis tectis, vel luminaribus, aliâque reparatione eiuſdem eccleſiæ neceſſarium fuerit, erogare modis omnibus ſtudebis. Quidquid verò exuberare potuerit, feliciter rationibus te Eccleſiaſticis inferre præcipimus.

ecclitus annuis reſtitutis.

9 *Hanc eamdem S. Agathæ ædem pictis imaginibus egregiè idem exornauit Gregorius. Teſtatur id Adrianus* I *Papa ſub finem prolixæ epiſtolæ ad Carolum Regem Francorum, quâ refelluntur obiectiones contra* VII *Synodum, ſimulq; confirmat quod de* S. Agathæ *reliquiis diximus, ita ſcribens:*

picturæ poſitæ:

C Sed & eccleſia Arianorum, cuius ipſe S. Gregorius in Dialogis ſuis meminit, placuit eidem S. Gregorio, vt in fide Catholicâ, introductis illic B. Sebaſtiani & S. Agathæ Martyrum reliquiis, dedicari debuiſſet, quod & factum eſt. Et poſt miraculum, quod in eadem eccleſiâ factum eſt, diuerſis hiſtoriis ipſe B. Gregorius pingi fecit eam, tam in muſiuo quàm in coloribus, & venerandas imagines ibidem erexit, & à tunc vſque hactenùs venerantur.

Indulgentia hoc die:

10 *Eam eccleſiam Nonis Februarij, ipſis nimirùm S. Agathæ feriis, viſentibus, ſacram Indulgentiam conceſſere Pontifices, vti Octauius Pancirolus in Indice feſtorum & Indulgentiarum perpetuarum, ad Theſauros abſconditos almæ Vrbis addito, teſtatur. Idem in regione ſecundâ Montium, eccl.* 49, *quæ eſt hæc ipſa Suburrana,* digitum *illic* S. Agathæ *aſſeruari auctor eſt. An is illic à S. Gregorio collocatus ſit, an aliæ reliquiæ vel in altari condit æ, vel alibi abditæ haud ſcimus.*

Digitus S. Agathæ.

§ II *Aliæ S. Agathæ eccleſiæ, cœmeterium, reliquiæ in Vrbe.*

11 EST *alia Romæ ædes* S. Agathæ *honori dicata, cum monaſterio, à S. Gregorio* II, *qui à* XXII *Maij anni* IↃCCXIV, *vſque ad* XI *Februarij* IↃCCXXXI *Eccleſiam gubernauit. Anaſtaſius in eius Vitâ:* Eo namque tempore, moribus certè Honeſta & nomine Pontificis mater ab hac vitâ ſubtracta eſt. Poſt cuius obitum Gregorius domum propriam in honorem ſanctæ Chriſti Martyris Agathæ, additis à fundamento cœnaculis, vel quæ monaſterij erant neceſſaria à nouo conſtruxit: prædia illic vrbana vel ruſtica pro monachorum obtulit neceſſitate. Fecit autem in eadem eccleſiâ B. Agathæ ciborium ex argento, quod penſat libras ſeptingentas & viginti; arcus argenteos ſex, penſantes ſingulos libras XV, caniſtra decem penſantia ſingula libras XII, & alia dona multa largitus eſt. *Accidiſſe Honeſtæ mortem anno* IↃCCXVII *oſtendit Baronius. Quamdiu eam eccleſiam poſſederint monachi, in obſcuro eſt. Data eſt à Clemente* VIII *Pontifice Congregationi quæ* Doctrinæ Chriſtianæ *dicitur. Sita eſt autem in regione* VIII *Tranſtiberinâ, vti Pancirolus ſcribit.*

D *Aliud illiùs erans Tiburtum*

à S. Gregorio II ædificatum & ornatum:

12 *Aliud olim extitit viâ Aureliâ S. Agathæ templum, cuius meminit Donatus lib.* 4 *de vrbe Româ cap.* 3. *Ædificauit illud S. Symmachus Papa, qui ſedit à* XXII *Nouembris* CCCCXCVIII *ad* XIX *Iulij* IↃXIV. *In eius Vitâ Anaſtaſius:* Hic fecit baſilicam ſanctæ Martyris Agathæ viâ Aureliâ in fundum Lardarium, & à fundamento cum fonte conſtruxit, vbi poſuit arcus argenteos duos. *De hoc fundo & eccleſiâ ex Bullâ quadam Leonis* IX, *datâ anno eius quinto, Indictione* VI, XII *Kalendas Aprilis, anno nimirùm Chriſti* CIↃLIII, *iſta referuntur lib.* 2 *Romæ Subterraneæ cap.* 12.

aliud viâ Aureliâ à S. Symmacho,

E Concedimus etiam fundum vnum in integro, quod vocatur Cleandris, cum eccleſiâ ſanctæ Martyris Agathæ poſitâ in colle Pino. Inſuper caſam Lardariam milliario ab Vrbe ſecundo, & fundum Adtalianum cum caſis, vineis, terris, ſicut deſignatum eſſe videtur, cum thermis, cryptis, monumentis, poſitum foris portam B. Petri Apoſtoli viâ Aureliâ. *Eademq; tranſcriptâ reſeruntur ex antiquiore bullâ Leonis* IV *Papæ, datâ anno* IↃCCCLIV, *Indict.* II. *Ea nunc euerſa eſt: viſuntur tamen parietina, & veterum picturarum indicia quædam, ad villam quæ* Caſale S. Agathæ *dicitur, aditurq; & à portâ S. Petri & Aureliâ, ſita vbi duæ illæ coëunt viæ.*

13 *Sub eâ eccleſiâ cœmeterium eſt, ſed nunc obſtructum, quod* S. Agathæ *dicitur, antè à fortaſſis* S. Lucinæ, *aut* SS. Proceſſi & Martiniani; *quia horum à S. Lucinâ iſthic tumulata corpora ſunt. Ita eorum Acta* II *Iulij:* Nero autem Imperator præcepit dicens: Non tardentur, ſed celeriùs extinguantur. Pompinius verò, filius Paulini Magiſtri Officij, cœpit fortiter vrgere Præfectum Vrbis Cæſarium. Tunc Præfectus datâ in eos ſententiâ, iuſſu eius eiiciuntur de cuſtodiâ, & ducti foras muros vrbis Romæ, in viâ quæ Aurelia nuncupatur, ibi gladio capite ſunt amputati. Beatiſſima autem Lucinâ cùm hoc

& Cœmiterium, vbi antea ſepulti SS. Proceſſus & Martinianus,

F videret, ſequebatur eos cum familiâ ſuâ, vſque dum peruenirent iuxta formam aquæductus; vbi etiam & decollati ſunt, & corpora eorum relicta ſunt truncata, à canibus deuoranda. Tunc ſanctiſſima fœmina Lucina collegit corpora eorum, & condiuit cum aromatibus pretioſis, & ſepeliuit in prædio ſuo in arenario, iuxta locum vbi decollati ſunt, ſub die VI Nonas Iulij, viâ Aureliâ. *Hîc illis erecta eccleſia eſt, clara miraculis, quæ eorum meritis faciebat Deus, vti teſtatur S. Gregorius hom.* 32, *quæ in eadem eccleſiâ habita eſt.*

14 S. Gregorius III *qui à* XVI *Februarij* IↃCCXXXI *ſedit vſque ad* XXIX *Nouemb.* IↃCCXLI, tectum baſilicæ SS. Proceſſi & Martiniani à nouo conſtruxit, ſubpoſitâ pilâ fabricis fortiſſimis poſt eorumdem Sanctorum veneranda corpora, ad firmamentum murorum baſilicæ ſanctæ. *Ita Anaſtaſius; qui & tradit à Paſchale* I *eadem ſacratiſſima corpora in Vrbem tranſlata, in oratorio intra eccleſiam S.* Petri honorificè recondita. *Petrus Mallius lib.* 2 *Romæ Subterraneæ cap.* 12 *tradit dicta corpora* de cœmeterio S. Agathæ in eccleſiam B. Petri delata. *Factum id cœmeterio nomen ab æde* S. Agathæ, *quæ SS. Proceſſi & Martiniani eccleſiæ proxima fuit, ſi non eadem. Appellatum autem eſt* Cœmeterium B. Agathæ ad Girolum; *ſiue ritus quiſpiam eâ voce, vel aquæductus ſignificetur, ſeu mola*

poſt in Vrbe translati.

A *molæ fortassis. Verùm illius cœmeterij, vti diximus, obstructus nunc aditus est.*

15 *Illud quoque ad S. Agathæ honorem pertinet, quòd quæ in eadem almâ Vrbe est Textorum congregatio, eam Patronam ac Tutelarem veneratur: licet quam tenent, & à fundamentis instaurarunt amplitudinemq; vetustam S. Marci ecclesiam, in secundâ regione Montium, viâ Alexandrinâ sitam, S. Mariæ de Angelis appellarint. Gestant illius sodalitatis Confratres candidam è telâ vestem: imâ; eâ Deiparæ Virginis Angelis circumlatæ imaginem. Ita Pancirolus eccl. 26 regionis 2. Vt autem S. Agatham sibi patronam adoptarent, inducti sunt fortassis populari illâ opinione, quæ eam asserit & texendi artem in puellari ætate didicisse, & velum sibi texendo ac retexendo, importunitatem matris ad nuptias eam cogentis eluisse.*

S. Agatha Roma Textorum patrona:

16 *De eo velo inferiùs agemus, cùm de repressis per illud Ætnæis ignibus erit sermo. Partem eius aliquam Romæ in æde S. Praxedis, partem in S. Dominici asseruari, vnáque & mamillæ eius particulam, scribit citatus Pancirolus: partem humeri in ecclesiâ S. Mariæ de Consolatione; vestimentorum eiusdem in S. Adriani æde.*

varia ecclesiæ eius reliquis ornata:

§ III *S. Agathæ reliquiæ alibi in Italiâ, Hispaniâ, Belgio, Germaniâ.*

B 17 *ALibi quoque in Italiâ reliquiæ S. Agathæ veneranter asseruantur. Nam Volaterris in Etruriâ, (de cuius vrbis constanti & magnificâ religione diximus ad III Februarij cùm de S. Candido Martyre ageremus) Volaterris, inquam, in Fratrum Minorum Conuentualium templo extat* pars cranij S. Agathæ Virg. & Mart. *cum pluribus aliis Sanctorum reliquiis: quas omnes traditur Alexander II Pontifex, Pisciensi Ecclesiæ donasse. Fuerat is, vt aiunt, primùm oppidi Pisciæ Plebanus, dein Episcopus Lucensis, tandemq; Pontifex Romanus creatus sub finem anni* CIↃLXI, *obiit* XXII *Aprilis,* CIↃLXXIII, *Ind.* XI. *Is ergo maiori eius oppidi ecclesiæ, à se consecratæ, variorum Sanctorum reliquias donauit: quarum posteà partem Iulianus Antonij, Pisciæ Plebanus, assentiente Lucensi Episcopo, Volaterranis Nobilibus cognomento de Guidis largitus est. Guidij an.* CIↃ IↃXIII *in æde S. Francisci, vbi magnificum sacellum & sarcophagum honorificum sibi erexerant, deposuerunt, inclusas arculæ inauratæ, duabus munitæ seris, quarum claues penes seniorem familiæ Guidiæ asseruantur.*

pars cranij eius Volaterris.

18 *Habuit olim & Sipontum Apuliæ vrbs aliquas S. Agathæ exuuias, vti* VII *Februarij in S. Laurentij Episcopi Sipontini Vitâ legere est. Nam priusquàm Constantinopoli ad eam regendam Ecclesiam solueret, obtinuisse à Zenone Imp. brachium S. Stephani, Sanctæq; Agathæ mamillam dicitur.*

Reliquiæ olim Siponti,

C *Sed cùm Sipontum appulsus, eas vellet honorificè ad Cathedralem Deiparæ Virginis ædem deportare, nullo conatu moueri inde potuerunt: donec ipso loco ædificaturum se ad eorumdem Diuorum honorem templum vouit. Tunc enimuerò solenni pompâ ad pontificiam basilicam eorum delatæ sunt Reliquiæ:* vbi virtutes earum exuberant vsque in præsentem diem, *vt in Vitâ primâ perantiquâ habetur cap. 2 nu. 7. Earumdem mentio fit cap. 1 nu. 6 alterius Vitæ, atque etiam in metricâ. Quod autem mamilla dicitur, aut mamillæ pars, sancto illi Antistiti data ab Imperatore ante annum* IↃ. *cogimur suspicari, duas eas mamillas, quæ à virgineo pectore præcisæ à tarnificibus fuerunt, Constantinopolim posteà esse deportatas, ad S. Pulcheriam fortassis, aliamue Augustam. Quæ verò Constantinopoli Tarentum indeq; Catanam anno* MCXXVI *allatæ cum reliquo corpore narrantur mammæ, ea fortassis sunt, quas illi Petrus Apostolus restituit, non quæ auulsæ erant, inuisibili Angelorum ministerio pectori eius applicando, sed nouas Diuinâ virtute procreando, quasiq; ex eius purissimo sanguine compingendo. Nam cùm vtroque modo facta ea curatio existimari queat, hic ad asserendam iis historiis fidem accommodatior videtur.*

eò à S. Laurentio Ep. allatæ

claræ miraculu.

Quomodò pluribus locu mamillæ, vel earum partes?

19 *Capuam sub annum* DXX *reliquiæ aliquæ S. Agathæ sunt Constantinopoli allatæ. Ita scriptor Salernitanus anonymus à Camillo Peregrino editus in Historiâ Principum Longobardorum, anteà sub Heremperti nomine ab Antonio Caracciolo vulgatus:* Ecclesia, *inquit,* beati Protomartyris Stephani, quæ sita est in veterrimâ vrbe Capuæ ab Imperatore Helenæ filio Constantino, eamque in honorem Apostolorum dedicari decreuit, licet posteà à Beatissimo Germano eiusdem Episcopo vrbis, ob collatas ab Imperatore reliquias beati Protomartyris Stephani, necnon & B. Agathæ Virginis, proinde eam in honorem Protomartyris Stephani vocari iussit. *Vitam S. Germani Ep. Capuani dabimus* XXX *Octobris, in quâ, vt ab S. Hormisdâ Papâ legatus ad Iustinum Imp. sit, quæsq; res Constantinopoli egerit referemus. Michaël Monachus in Sanctuario Capuano tradit, SS. Stephanum & Agatham ex eo tempore Tutelares habitos Cathedralis basilicæ; nomine Apostolorum, quibus dicata tempore Constantini fuerat,* apud populum abeunte in dissuetudinem: *esse enim reuerà Constantinianam basilicam, quæ nunc S. Stephani dicitur, estq;, & semper fuit, Cathedralis, non verò quæ* Diui Petri ad corpus *appellatur in ciuitatis meditullio sita.*

AVCTORE I.B.

D

reliquiæ Capuæ.

20 *Quas verò S. Agathæ reliquias accepisse à Iustino Imperatore S. Germanum scribit auctor citatus, papillam sanctæ illius Virginis esse, asserit idem Monachus; diuq; in campanili, recepto olim more, asseruatam, lapsuq; temporis excidisse eius memoriam; donec ictu fulminis decussus in terram est vertex campanilis, repertumq; ac recognitum est sacrum illud pignus, & in Thesauro Ecclesiæ reconditum. Ita* certâ traditione referri. *Scribit idem Monachus,* montem S. Nicolai, Capuæ proximum, antiquitus Montem S. Agathæ nuncupatum, *propterea quòd in eo dicata illi ecclesia; etsi à quo aut quando posita sit, non constet.* Conspicitur etiam hodie, *inquit,* ecclesia vetus prope ecclesiam S. Nicolai, & in illâ picturæ Virginis & Martyris, etsi propter antiquitatem vix earum vna vel altera dignosci potest: optimè dignoscitur illa, quæ Virginem pectore dorsoque nudam, taurinis loris flagellatam repræsentat. *Demum & alias recensetur in diœcesi Capuanâ S. Agathæ dedicatas ecclesias.*

iterum reperta;

E

ibidem mons ab eâ appellatus:

21 *Aliæ in easdem Campaniæ oras allatæ eodem seculo reliquiæ S. Agathæ. Patet ex S. Gregorij epistolâ 52 libri 1, quæ data est Indictione* IX, *anno eius ordinationis primo,* Christi DXCI, *vbi ista scribit Ioanni Episcopo Surrentino.* Quoniam Sauinus Abbas monasterij S. Stephani insulæ Capris suggessit nobis, se S. Agathæ Martyris reliquias iam olim apud se habere concessas, & in monasterio suo vult ipsa sanctuaria collocari; ideò ad prædictum monasterium te iubemus accedere, & si ibidem nullum corpus constat humatum, prædicta sanctuaria solenniter collocabis, vt deuotionis suæ potiatur effectu. *Ioannes Gillotius in editione operum S. Gregorij an.* CIↃ IↃ. LXXI *adornatâ habet* insulę Cabis *monasterio præfuisse Sauinum: aliæ editiones* Capris, *& rectiùs. Est enim insula,* Capreæ *dicta,* Capri *etiamnum Italis, tribus millibus à Mineruæ promontorio, octo à Surrento dissita, nobilitata Tiberij secessu.*

reliquiæ in Capreis insulâ,

F

22 *Bononiæ in Æmiliâ ecclesia est olim S. Agathæ, nunc S. Mariæ de Castilione dicta, ædificata, vt traditur à S. Petronio, restaurata, cùm ruinam minaretur, à Gerardo Ep. sub annum* CIↃ CXCVI. *Ita tradunt Celsus Faleonius, & Antonius di Paolo Masinus in Bononiâ perlustratâ, qui & scribit eius reliquias extare in ecclesiis S. Stephani, S. Petri, S. Iuliani. Præter eooppida arcesq; in eadem Italiâ, pagosq; & in Belgio nostro à S. Agathæ nomine sortitos nomina, quia appellationis mihi comperta occasio non est: vti & templa illi dicata, vt quod retulimus 7 Ianuarij ad Vitam S. Crispini 1 nu. 5 quodq; infrà memorabimus, ex Bernardo Sacco, Ticini ædificatum: quodq; 3 Februarij in Vitâ 2 S. Anatolij nu. 3 Salinis in Burgundiâ in honorem SS. Symphoriani, Anatolij, Agathæ dedicatum, collegioq; Canonicorum ornatum.*

Bononiæ,

23 *Aliquas extare Placentiæ in Hispaniâ S. Agathæ reliquias tradit Ioannes Tamaius Salazar in libro de S. Epitacio cap. 6. At cap. 5 hanc eius festo recitari in Diuino Officio orationem ait:* Da nobis, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, cum B. Agathâ mentem sanctam sortiri, & spon-

Placentiæ in Hispaniâ.

Avcto. Rel. B. & ſpontaneum tibi honorem tribuere; & vt eius precibus, quæ etiam patriæ liberationem obtinuit, æternę beatitudinis patriam liberi ingrediamur. per Dominum *&c.* Ægidius Gonzalez Dauila, *Regis Catholici Hiſtoriographus, in Theatro Eccleſiaſtico Eccleſiæ Ouetenſis narrat*, Ærâ MCI, *ſiue anno Chriſti* MLXIII, *conſecratum in monaſterio S. Vincentij in eadem vrbe altare* in honore S. Matinę, in quo reconditę ſunt reliquię S. Marię Magdalenę, S. Agathę, S. Agnetis, S. Eulalię *&c.*

Ouetij.

24 *Plura in Belgio noſtro loca reliquiis S. Agathæ gloriantur: cumprimis Aroaſia, vt* XIII *Ianuarij ad Vitam B. Heldemari cap.* 10 *retulimus. Duaci in collegiatâ S. Amati eccleſiâ teſtatur Arnoldus Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico*, partem brachij *eiuſdem Sanctæ aſſeruari: in monaſterio Bellipratiſanctimonialium Ciſtercienſium in eadem vrbe* os magnum *eiuſdem* ſanctæ Virginis & Martyris: de eius oſſibus *Cameraci in eccleſiâ S. Autberti:* caput *in Cambronenſi Ciſtercienſis inſtituti cœnobio apud Hannones:* partem coſtæ *in Foreſtenſi ordinis Benedictini parthenone iuxta Bruxellam. Demum inter Reliquias Domus profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpiæ* fruſtula *ſunt quædam* Reliquiarum S. Agathæ V. M. *ex vrbe Weſalienſi olim huc allata, cùm ea à Marchione Spinola eſſet occupata.*

Variis locis in Belgio.

Praga.

B 25 *Habuit & Praga Bohemiæ metropolis ſacri huius thoſauri partem aliquam: nam in Pragenſi MS. Martyrologio, poſt elogium ex Adone ſuprà relatum iſta adduntur:* De cuius reliquiis piiſſimus Princeps Karolus IV Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, in Eccleſiâ Piſanâ in Tuſciâ obtentas donauit Eccleſiæ Pragenti.

Colonia in multis eccleſiis, ſed quædâ fortè aliorſus Agathæ.

26 *Coloniæ Vbiorum in variis Eccleſiis oſtenduntur S. Agathæ reliquiæ, quædam huius noſtræ, plures fortaſſis aliquarum S. Vrſulæ ſodalium, nam aliquot ex iis* Agathæ *legantur appellatæ. Quod enim in illuſtri S. Gereonis eccleſiâ teſtatur Ægidius Gelenius ſeruari hermæ argenteæ & inauratæ incluſum S. Agathæ V. & M.* caput, *id ipſemet* vnius ex ſodalitio S. Vrſulæ credit *eſſe. meritò ſanè, cùm noſter Crombachius iunctum ei capiti* ſpiculum ferreum *narret, quod Gelenius, vel librarius,* titulum ferreum rubigine plurima exeſum *ſcripſit. In eadem eccleſiâ, hierothecâ* XV *&* XXIV *apud eumdem Gelenium aliæ particulæ reliquiarum S. Agathæ eſſe memorantur. In abbatiâ S. Pantaleonis extat, eodem teſte, hierothecâ* XX, Mandibula S. Agathæ cum dente, *&* XIX *hierothecâ eiuſdem* digitus: Os vnum *in eccleſiâ Canonicarum Capitolinarum:* duo oſſicula manus *in Carthuſiâ:* Cranium, *&* digitus ex manu, *intra hermam argenteam in cœnobio S. Agathæ Virginum Benedictinarum:* Reliquiæ

C *aliquæ in Metropolitanâ, inq; collegiatâ S. Cuniberti, in parochiali S. Pauli, apud PP. Auguſtinianos & Crucigeros, inq; eccleſiâ S. Maximini Virginum Regularium ſub Regulâ S. Auguſtini viuentium. Illud demum addit Gelenius,* dicatum eſſe honori eiuſdem Virginis montem S. Agathæ ſupra traiectum Viperæ fluuij in Ducatu Montium.

§ IV *Tabula ſepulchro S. Agathæ impoſita, Cremonam allata.*

S. Agathæ imago qui geſtetur in ſupplicationibus:

27 PRæter eas *S. Agathæ reliquias, quæ partes ſacroſanctæ eius corporis cenſentur, vti ſunt oſſium particulæ, aliorumq; fruſta membrorum, duo extant eius pignora, ac veluti ſingularis honorificentiæ monumenta, Velum, quod* Grympam *vocant, & Tabula marmorea, corpori intra tumulum ab Angelo adpoſita, de quâ hîc, de Velo infrà, agemus. De Tabulâ illud tradit vniuerſim Guilielmus Durandus, Mimatenſis ſiue Gabalitanus in Galliâ Epiſcopus, in Rationali Diuinorum officiorum lib. 7 cap. 6.* B. Agatha poſt multa tormenta in carcere mortua eſt: ad cuius caput in tumulo poſita eſt viſibiliter tabula per Angeli miniſterium, in quâ ſcriptum erat: Mentem ſanctam ſpontaneam, honorem Deo, & patriæ liberationem. Ideoque conſuetudo inoleuit, cum tabulâ eius imaginem continente fieri proceſſionem. *Ita ille, de eorum agens ritu locorum, quæ generatim S. Agatham colunt, etſi nullas eius exuuias* D *poſſideant.*

Tabula ſepulcro eius impoſita, cum veneratione ſeruatur Cremonæ.

28 *At Cremonæ apud Inſubres ipſa ea tabula, quotannis feſto S. Agathæ, ſolemni ſupplicatione, circùm vrbem defertur, numeroſa ciuium turbâ proſequente, præſertim ſeminarum, quarum eſt ſingularis erga ſanctum Martyrem religio. Per octo verò dies, qui eam celebritatem antecedunt, perq; totidem ſubſequentes, eadem tabula palàm ad venerationem exponitur, frequentibus accenſis ad eam luminibus.*

29 *Quo autem tempore ac modo tabula hæc, vti &* humerus *eiuſdem Diuæ ac* veli pars, *(nam hæc quoque illic aſſeruari auctor eſt in Sanctuario Cremonenſi Peregrinus Merula) quando, inquam, & à quo ſint Cremonam allata, haud ſatis conſtat. Quidam ea fere tempeſtate id putant contigiſſe, quâ & in Capreas reliquias aliquas deueniſſe diximus. Nam Ludouicus Cauitellius in Annalibus Cremonenſibus, commemoratâ Longobardorum in Italiam irruptione, quæ accidit anno* IↃLXVIII, *ſubdit:* Ex Catanâ vrbe Siciliæ per Presbyterum Cremonenſem tabula Diuæ Agathę, cum eius humero, fuit aſportata Cremonam, & repoſita in templo tunc erecto in eius honorem prope portam Pertuſij. *Id confirmat Merula, Sicardi Cremonenſis Epiſcopi, qui anno* CIↃCCXV *deceſſiſſe traditur, teſtimonio, ex alterius auctoris relatione: ab eâ verò ædiculâ, quæ illi dicata in ſuburbio extra portam Pertuſiam fuerat, poſteà in eam baſilicam, quâ modò aſſeruatur, tranſlatam, incertum quo tempore.* E

eò allata ſæculo 6

in ſuburbio extra depoſita.

30 *Hanc baſilicam ſcribit idem Merula ab religioſis viris ac mulieribus, qui eam ædificarant, Deo & S. Petro oblatam ſub annum* CIↃLXXVIII, *B. Gregorio* VII *Pontifice Romano acceptante donationem, idq; ex huius Breui Apoſtolico liquere: teſtari autem in Priuilegio quodam Henricum* IV *Imperatorem, ædificatam à Cremonenſibus in ſuorum expiationem delictorum, ac Principi Apoſtolorum oblatam, ad Dei honorem, pro Romani Imperij incolumitate, ac reuerentiâ Apoſtolicæ Sedis. Addit Merula, primùm à ſecularibus Clericis adminiſtratam, dein ab Vrbano* II *circa annum Chriſti* CIↃXC *Lateranenſibus Canonicis commiſſam, ac demum ſecularibus Præpoſitis: ſæpius interèa reſtauratam ornatamq;, & denùo à Cæſare Speciano Antiſtite conſecratam* III *Kal. Septembr. an.* CIↃ IↃCI. *Demum eam eſſe vnam è* VII *Eccleſiis, quas, vt in vrbe Româ, viſitari, cum ſpirituali quæſtu Indulgentiarum, ſupplicante Cardinale Camporio Cremonenſi Epiſcopo, ſanxit an.* CIↃ IↃCXXII *Gregorius* XV *Pontifex Maximus.*

dein in vrbem ad magnificentiorem eccleſiam illi dicatam deportata:

31 *Dominicus Bordigallus in MS. Chronico eodem referente Merulâ, teſtatur in hanc immediatè ædem allatam Catanâ ſacram hanc tabulam, neque tempore tamen, nec modo, quo id factum ſit, indicato. Verba Bordigalli ſunt:* In hoc templum D. Agathę, adeſt quoque tabula cum hiſtoriâ D. Agathę, quam aliàs Præpoſitus vnus dictę Eccleſię à Catanâ vrbe Siciliæ in hanc vrbem & templum tulit. Proprietatem, Deo permittente, & meritis D. Agathę, habet extinguendi ignem à domibus comburentibus, ſi contrà oppoſita fuerit. Teſtimonium de his perhibeo, experientiâ docente & viſu. F

incendia reſtinguit:

32 *P. Iulius Maz.rinus noſter concione* 45 *in Pſalmum* 50 *ſcribit, hanc* tabulam marmoris candidiſſimi *eſſe, in eâque* breui compendio egregias virtutes *S. Agathæ &* laudes exaratas fuiſſe. *Auguſtinus Inueges ad annum Chriſti* 254 *nu.* 15 *ait, has ei tabulæ inſcriptas litteras* M. S. S. H. D. E. P. L. *quæ Acta ſuperiùs relata aliiq; ſcriptores exponunt,* Mentem ſanctam, ſpontaneum honorem Deo, & patriæ liberationem.

quid in eâ ſcriptum?

33 *Refert deinde ex Petro Carrera, cùm S. Carolus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis Eccleſiam Cremonenſem (perperàm tamen* Veronam *ponit pro Cremonâ) viſitaſſet, omneſq; Sanctorum reliquias diſcoopertas inſpexiſſet, vt prolata Angelica hæc tabella fuit, noluiſſe eam diſcooperiri, ſed poſitis humi genibus religioſè cum veneratum fuiſſe. Eius exemplo idem egiſſe Nicolaum Sfondratum tunc Cremonenſem Epiſcopum, qui deinde Gregorius* XIV *Pontifex Maximus fuit. Facta illa Cremonenſis Eccleſiæ per S. Carolum viſitatio anno* CIↃ IↃLXXV, *vti Carolus Epiſcopus Nouarienſis, & Ioannes Petrus*

honorata à S. Carolo Borromæo & Nic. Sfondrato poſt Pontifice:

A *adhibetur contra fulmina.*

Petrus Iuſſanus lib. 3 Vitæ eius, ac Ioſephus Ripamontius hiſtoriar. Eccl. Mediol. parte 3 lib. 3 memorant. Addit Inueges ex auctore anonymo, ſi fulſerit aut tonuerit, proferri cæleſte illud marmor, eoq; fulgura fulminaq; diſſipari ac propulſari.

34 Refragatur iis quæ hoc § narrata ſunt Antonius Philotheus de tabulâ hac ita ſcribens in Ætnæ topographiâ: Qui lapis (vt fama per manus hominum ducta refert) religioſiſſimè Catinę cõſeruatur in prę ſentem vſque diem. *An Catanæ ſit?* Sed falli arbitror.

§ V *S. Agathæ reliquiæ Panormi & Catanæ, hinc auectæ Conſtantinopolim circa annum* CIↃXL *per Georgium Maniacē.*

35 IN Siciliam redeamus, quæ S. Agathæ eximiis virtutibus ornata, fortiſſimo martyrio nobilitata, maximis deinde miraculis illuſtrata. Ea enim & plurimas oſtentat illi dicatas paſſim eccleſias, & Reliquias inſignes integri quodammodò corporis. Non omnes percenſere eccleſias in animo eſt: præcipuæ ſunt in duabus iis vrbibus, quas ſibi natalium eius vindicare decus anteà retulimus, Panormum dico & Catanam. Et Panormi quidem binæ ſunt intra muros, ambæ, vt accepiſſe ſe à maioribus ciues aſſerunt, Inuege teſte, ſanctæ Virginis quondam palatia, ſiue ampla domicilia. Eſt & alia in pomœrio haud longè à portâ, eaq; ſaxum illud aſſeruat, cui Virgo corrigiam adſtrictura pedem impoſuit, perenneq; veſtigium altè impreſit. *S. Agathæ Panormi eccleſia.*

B

36 Eſt porrò Reliquiarum pars in baſilicâ cathedrali, pars in S. Petri palatinâ æde. De vtraque Inueges in Indice, de hac ita Rocchus Pirrus to. 2 Notit. 1. Eccl. Catanen. Cuius brachium ego in theſauro Reliquiarum Sanctorum apud regium templum S. Petri de Palatio Panormitano vidi, adoraui, & in thecis argenteis aſſeruatum, vti Theſaurarius, incluſi. *Reliquiæ;*

37 At Catana, vt in Notat. ad Martyrol. Nonis Februarij ſcribit Petrus Galeſinius, cùm aliarum rerum monumentis vrbs illuſtris eſt, tum longè clariſſima martyrio, ſepulchro, & templo religioſiſſimo, quod Vrbano II Pontifice Angerius Epiſcopus extruxit, Beatiſſimæ Agathæ Virginis. *Fuit Angerius, ſiue* Anſgerius, *poſt recuperatam de Saracenis Catanam, primus illius Antiſtes, circiter annum Chriſti* CIↃXCI *ab ipſo Vrbano conſecratus, vir pius. Huic Mauritius an.* CIↃCXXIV *ſucceſſit, cuius anno tertio relatum Conſtantinopoli Catanam eſt S. Agathæ corpus.* *templum Catanæ* *circa annũ 1100 cõditum:*

38 Id quo modo Conſtantinopolim anteà fuerit auectum, ipſe Mauritius infrà commemorat his verbis: Stragem fidelium *Siculorum* Conſtantinopolitanus audiens Imperator, Exarchum, quem in bellicis rebus habebat expertiſſimum, vocabulo Maniacum, cum armatâ manu in Siciliam deſtinauit; qui in breui totam peragrans inſulam, eam ferro incendioque perdomitam in ditionem accepit. Qui Maniacus corpus Deo dilectæ Virginis Agathæ, cum multis aliorum Sanctorum corporibus Conſtantinopolim, quæ priùs fuerat vocata Byzantium, delegauit; credens Orientis Imperium, iam iamque caſurum, per eorum preces & merita poſſe in robur priſtinum reuocari. Sic igitur tranſlatum eſt corpus beatiſſimæ Virginis & Martyris Agathæ de Catanienſi ciuitate Byzantium, ibique decenter à quibuſdam loci incolis eſt conditum, & deuotiſſimè veneratum. *Hæc ille. Sed tempus Tranſlationis inquirendum.* C *corpus inde aſportatũ anteà Conſtantinopolim per Georgium Maniacen,*

39 Georgius Maniaces protoſpatharius, Gudelij Maniacæ filius, *re aduersùs Arabes benè geſtâ, anno Chriſti* CIↃXXX, *Indict.* XIII, *à Romano Argyro Imp.* inferioris Mediæ Dux eſt creatus. *Idem Indict.* I, *an.* CIↃXXXIII, ſitis ad Euphratem vrbibus imperitans, ac Samoſatis, degens, *Edeſſam de Arabibus recepit, Salamane Turco prodente*, inuentamque epiſtolam Chriſti Domini manu ad Augarum ſcriptam Byzantium ad Imperatorem miſit. dein & libras quinquaginta ad eumdem miſit, annuum ab Edeſsâ tributum. *Anno ſequenti à Michaële Paphlagone Imp.* Aſpracaniæ, ſiue Mediæ ſuperiori præfectus. *Anno* CIↃXXXVII, *Indict.* VI, *iam Patricius, in Siciliam miſſus, ſacrarum Reliquiarum ſtudioſum, qui an. 1037 in Sicilia miſſus,* *Ducem ſtrenuum,*

ciliam cum exercitu miſſus eſt, vt Apolapharem Saracenorum in eâ inſulâ Ameram contra Apochapſum fratrem tueretur. At fratres hi pace factâ, eum inſulâ pellere conati ſunt, adſcitis ex Africâ auxiliaribus copiis: quarum tanta edita eſt à Maniace ſtrages, vt ſanguine profluens inundaret. Dein vrbes Siciliæ XIIII cepit, paullatimque procedens totam inſulam ſubegit. AVCTORES I. B. D *Saracenos expulit,*

40 *Anno* CIↃXL, *Indict.* VIII, *reuerſos cum maioribus copiis Carthaginienſes iterum memorabili prælio fudit. Sed cùm Stephanum Imperatoris ſororium, claſſis Præfectum, quòd Barbarorum Ducem permiſiſſet lembo elabi, cuſtodum negligentiâ, acriter verbis atque etiam verberibus excepiſſet;* ab hoc accuſatus eſt quòd res nouas aduersùs Imperatorem moliretur, & captiuus Conſtantinopolim abductus, inque carcerem detruſus. *Stephano inſulæ præfectura commiſſa, qui vniuerſam mox incuriâ ſuâ & ignauiâ perdidit, Meſſanâ exceptâ, quæ tantiſper Imperio ſeruata. Obiit deinde Imperator* X *Decembris, Indict.* X *anno Chriſti* CIↃXLI. *Suffectus Stephani iam memorati filius Michaël Calephatus: qui cùm imperaſſet menſes* IV, *dies* V, *Zoe Auguſta-due* XXI *Aprilis, Indict.* X, *an.* CIↃXLII *ei oculos erui iuſſit, inq; monaſterium retrudi. Eadem* Patricium Georgium Maniacen, quem iam antè Michaël è cuſtodiâ dimiſerat, Magiſtri honore ornauit, cumque ampliſſimâ poteſtate in Italiam miſit: *vbi ille, quamquàm non ſat iuſtis inſtructus copiis, artibus tamen imperatoriis, vtcumque reſtituit rem.* *ſæpius victos;* *perduellionũ accuſatus captuſq;* *amiſsâ per alios inſulâ,* *denuò in Italiã cum poteſtate mittitur;* E

41 *Sed cùm Romanus Sclerus, quocum veteres illi inimicitiæ erant, ad maximas dignitates à Conſtantino Monomacho Imp. euectus, Maniacæ & poſſeſſionibus in Oriente multa damna intuliſſet, & thalamum violaſſet, effeciſſetq; vt poteſtas ei abrogaretur; hic furore percitus, corruptis Italicis militibus, Pardum protoſpatharium, cui tradere prouinciam iubebatur, interfecit, ipſeq; ſumpto diademate ac ceteris Imperij inſignibus Imperator eſt ab exercitu ſalutatus: ſed vbi miſſas contra ſe ab Imperatore copias profligaſſet, inter feſtas omnium acclamationes, ſubitò ex equo delapſus expiraſſet, non extante vulneris auctore, quod in pectore lethale acceperat. Caput à ceruicibus reciſum Conſtantinopolim delatum, Indict.* XI, *ſub exitum anni* CIↃXLII *aut initium ſequentis.* *ſed per æmulos depoſitus, rebellat,* *& victor occumbit an. 1042.*

§ VI *De tempore auecti relatique S. Agathæ corporis, Siculorum quorumdam refutata narratio.*

42 HÆc pluribus ex Cedreno aliiſq; ſcriptoribus deducenda fuêre, vt quo tempore vixerit Maniaces ſanctæq; Virginis tranſtulerit corpus, conſtaret. Nam Siculi ad Michaëlis Balbi tempora referunt, qui Imperium XXV *Decembris anno* IↃCCCXX *inuaſit, tenuitq; annis* VIII, *menſibus* IX. *Ita de Maniace Rocchus Pirrus to.* 2 *Notit.* 1 *Eccl. Catanen.* Michaëlis Imperatoris vices, *inquit*, gerebat Georgius Maniaces: is verò ad Imperatoris gratiam promerendam, Catanâ, D. Agathæ & Syracuſis D. Luciæ VV. & MM. corpora Byzantium tranſtulit, donoque ea Imperatori eſt largitus anno Sal. IↃCCCXXII, iuxta pleroſque noſtrates. *Iucundum verò donum Imperatori Iconoclaſtæ & Hagiomacho attuliſſet Georgius, ſanctarum Virginum, quas abominabatur, exuuias.* F *non abſtulit S. Agathæ corpus an. 812,*

43 *Thomas Fazellus quæ præterea de Maniace planè aliena à verò narrent Siculi, ita deſcribit* 2 *dec. lib.* 6 *cap.* 1. Fabuloſa planè ac ridicula quædam opinio multis antè ſeculis continuata Siculos habuit; Georgium Maniacem Conſtantinopolitani Cæſaris in Siciliâ Præfectum, per proditionem à fide abductum, inſulam ſibi occupaſſe, & in eâ omnium primum Barones ac Comites creaſſe: cuius vt perfidiam Cæſar vlciſceretur, ſe mortuum mentitus, vxorem vt ad nouas nuptias Maniacem inuitaret, effinxerit. Vnde Maniaces, Imperij potiùs quàm vxoris cupidine allectus, Conſtantinopolim conceſſerit; filium interim in Siciliâ Præſidem hac inſtructum cautelâ relinquens, vt, ſi fraus ſubeſſet, Saracenis, qui ſunt in Africâ, inſulam ſtatim dederet. Atque *nec auctor fuit traditæ Saracenis Siciliæ.*

AVCTORES I. B.

que ita Maniacem apud Conſtantinopolim captum proditionis pœnas luiſſe: filium verò, vt imperatum ſibi fuerat, confeſtim aſcitis magno numero ex Africâ Sarracenis, Siciliæ imperium eis tradidiſſe. Hæc opinio adeò vulgata apud Siculos, in omnium animis ita altè radices egit, vt ſi quis eam conuellere conetur, Æthiopem priùs dealbaturus ſit, quàm eos à ſententiâ abducat: præſertim quòd eam antiquiſſimis annalium monumentis & Capitulorum Regni auctoritate confirmatam habeant. *Ita Fazellus, qui & plura affert ad eam confutandam fabulam.*

44 *Conſtat ſanè ex Cedreno aliiſq; ſcriptoribus,* Euphemium *quemdam, cùm Virginem à tenerâ ætate Deo dicatam, è monaſterio extraxiſſet, atque ad ſe inuitam traduxiſſet, vt decretum in ſe ab Imperatore Balbo ſupplicium auerteret, conſpiratione cùm aliis turmarum ductoribus factâ, Præfecto Siciliæ ad cauſſam cognoſcendam aduentanti armatâ vi reſtitiſſe: dein miſſis ad Ameram Africæ legatis, pollicitum, modò ab eo Imperator declararetur, omnem ſe ei Siciliam ſubiecturum. Veniſſe Ameram cum validis copiis, quibus inſtructum Euphemium Imperatoris Romani titulo inſigniuit, eiuſq; operâ Siciliam omnem inuaſit. Ac dedit quidem Euphemius breui ſuæ libidinis ac perduellionis pœnas; Sicilia verò in barbarorum ceſſit poteſtatem, anno Chriſti* IↃCCCXXVIII, *Balbi penultimo, in tertium vſque ſeculum.*

ſed Euphemius ſub Michaële Balbo

an. 828.

45 *Quam refutat Fazellus vulgi Sicilienſis fabulam, eâm quantum attinet ad Maniacæ rebellionem, ac ſacrarum Reliquiarum exportationem, nullâ quidem iectâ Sarracenorum mentione, ſed multis tamen exaggeratam ineptiis, recitat Petrus de Natalibus lib. 2 cap. 99. Quem quia multi temerè ſequuntur, operæ pretium eſt audire, ac breuiter refellere. Ita ergo habet:* Tranſlatio corporis S. Luciæ ad ciuitatem Venetiarum circa annum Domini CIↃXL facta eſt. Nam dum Rogerius Conſtantinopolitanus Imperator circa annum Domini CIↃX in Romaniâ & Siciliâ dominaretur, Maniacem, Principem ſibi dilectum & prudentem, Vicarium ad Siciliam miſit: qui ſagaciter Imperatori rebellans, Siciliam tyrannidè occupauit. Quod Imperator audiens doluit, & de conſilio Reginæ ſe ægrotantem & deinde mortuum ſimulauit: pauperem quoque defunctum capsâ incluſum ſui loco regaliter tumulari fecit: ipſe verò biennio latuit; ita quòd verè mortuus ab omnibus credebatur. Poſt duos annos Regina per ſolennes nuntios Maniacem de ſuo coniugio requiſiuit: qui aſſenſum præbens, ordinatis nuptiis, ſolenniter Conſtantinopolim cum muneribus aduenit, & corpora SS. Agathæ & Luciæ ſecum de Siciliâ aſportauit. Qui dum Conſtantinopolim veniſſet, ab Imperatore de latibulis prodeunte interficitur, & regnum Siciliæ recuperatur, & corpora Virginum Conſtantinopoli honorificè reconduntur. Poſt hæc anno Domini CIↃXL, dum Veneti cum Siculis Conſtantinopolim cepiſſent, corpora duarum Virginum auferentes, condixerunt ad inuicem, vt corpus S. Agathæ Siculi rehaberent, & corpus S. Luciæ Veneti ferrent ſecum; quod & factum eſt.

malè etiâ fingitur Maniacus an. 1010 miſſus in Siciliam,

& captâ à Latinis Conſtantinopoli receptum S. Agathæ corpus

anno 1040.

46 *Hæc Petrus. quem ita ſequitur Maurolycus in Martyrologio* XVIII *Ianuarij;* Item tralatio corporis B. Luciæ Virginis, ex Conſtantinopoli ad Venetam vrbem, anno ſalutis CIↃXL. Captâ enim Conſtantinopoli, ita Siculi cum Venetis conuenerant, vt ex duarum Virginum reliquiis, quas anteà Michaëlus Imperator interfecto Maniacho, ex Siciliâ Byzantium deuexerat, Agathæ corpus adepti, reliquum concederent. *Eodem anno* CIↃXL *tranſlatum eſſe Conſtantinopoli Venetias S. Luciæ corpus ſcribunt Galeſinius, Ferrarius, Caniſius, Felicius. At non niſi eo anno, aut certè præcedenti, aſportatum eſt Conſtantinopolim S. Agathæ corpus, & aliquæ fortaſſis S. Luciæ reliquiæ.*

47 *Sed Petri narrationem diſcutiamus. Primùm Imperator Rogerius nullus ſiue in Occidente ſiue Oriente extitit; niſi quòd Fredericus* II *à quibuſdam* Rogerius *appellatur: ſed is ducentis poſt annis vixit. Imperabat anno* CIↃX *Conſtantinopoli Baſilius Romani Iunioris F. Conſtantini Porphyrogeniti N. annum iam quintum & trigeſimum: qui anno deinde* CIↃXXV, *vt ſcribit Cedrenus,* in Siciliam molitus expeditionem, Oreſtem quemdam de fidiſſimis ſuis eunuchis præmittit cum magnis copiis: ipſe fato interceptus, ſubſequi non valuit. Nàm menſe Decembri, Indictione IX . . . ſubitò correptus morbo deceſſit. Aſt in Siciliâ Oreſtes protoſpatharius, *vt idem poſteà tradit Cedrenus,* rei bellicæ imperitus, cum negotium ineptè eſſet aggreſſus, Sarraceni capto tempore Romanos ſubitò adorti, qui plerique luxuriâ cœliacum morbum contraxerant, haud exiguâ eos clade affecerunt. Quam vt reſarciret Imperator, ex Græciâ & Macedoniâ collectum egregium exercitum in Italiam miſit: qui tamen ipſe quoque nihil potuit præclarum efficere, ob Ducis inſcitiam atque malitiam. *Miſſus deinde Maniaces vt antè diximus.*

eùm poſt Oreſtem an. 1025 miſſum

& aliùm Ducem,

victos ambos, ille eò venerit

48 *At ſi hic Græcâ fraude erat capiendus, quàm parùm politicum excogitatur conſilium, vt ſe palàm Imperator mortuum ſimulet, & quidem ad integrum biennium, ac ſcilicet per ceteras Imperij prouincias aliis Ducibus ad res nouandas quàm maximè procliuibus anſam præbeat inuadendi dominatus? Poſtremò occupatâ à Latinis Conſtantinopoli fingitur reuectum in patriam ſacrum pignus, idq; anno* CIↃXL. *cùm non niſi* CLXIV *poſt annis eâ vrbe potiti ſint Latini, Chriſti anno* CIↃCCIV. *At medio ferè interuallo, anno nimirùm* CIↃCXXVI, *cùm Græcorum imperium regeret Ioannes Comnenus, qui & Caloioannes, ſublatum clàm Conſtantinopoli S. Agathæ corpus, & Catanam reuectum.*

& capta ſit Cõſtantinopolis an. 1204. annis 78 priùs relata Reliquiæ.

49 *Hiſtoriam Tranſlationis & facta eo anno miracula ſcripſit Mauritius, cuius ſuprà meminimus, ſecundus Catanenſis poſt expulſos Sarracenos Epiſcopus. Eam à Petro Carrera editam è Siciliâ accepimus, cuius partem anteà Rocchus Pirrus to. 2 Notit. 1 Eccleſiæ Catanenſis vulgârat. Inſcripta eſt Martyrologiis Tranſlationis illius memoria ad diem* XVII *Auguſti à Franciſco Maurolyco, Octauio Gaietano, Ferrario. Quæ conſequentibus aliquot annis euenêre præterea miracula, à Blandino monacho, plerorumque oculato teſte, deſcripta, nuperq; edita, ſubiungemus.*

Relationis hiſtoria, anniuerſaria memoria.

Miracula poſteà facta.

50 *Multi deinceps ad venerandas S. Agathæ reliquias Catanam confluxêre mortales. inter alios S. Silueſter Trainenſis, cuius Vita 2 Ianuarij nu. 2 ita habet:* Peregrinandi cupidus, de Abbatis licentiâ, v Id. Februarij (*fortè* Nonis Februarij *legendum*) Catanam ad corpus B. Agathæ Virginis & Martyris venerandum venit. Quâ in re illud mirandum, quòd cùm Catana à Troynopoli XL millibus paſſuum abſit, quæ quis equo per diem æſtiuo tempore vix confecerit, Silueſter tamen pedeſter hiberno tempore Catanam profectus, ac precibus ad Virginis tumulum perſolutis, domum eadem die reuerſus eſt. *Haud multùm ſanè dubitamus, quin idem ille ſit, qui infrà in narratione Mauritij Ep. cap. 5 nu. 26* Abbas *appellatur: venit hic certè vt ille Trainâ, pariq; celeritate.*

Viſitata Reliquiæ à S. Silueſtro eremitâ:

51 Corpus *autem S. Agathæ, vti Sanctorius ſcribit grauis auctor,* argenteâ inluſum capſulâ, quotannis in magnâ feriarum celebritate, frequentiſſimoque piorum illuc decurrentium conuentu, oculis exponitur ad eliciundas lacrymas (. . . . .) & pietatem. Oſtentantur & manus, carne adhuc fulgidâ, oblongæ & pulchræ, non dedecentes reliquam corporis ſpeciem: ſimul & mammæ.

quemodò nunc recõditum caput? quales manus?

52 *Quæ corporis ſacri ſpecies ac capitis fuerit ante* CLI *annos, cùm id Iacobus Ramirez Ep. Catanenſis intuitus eſt, memorat apud Rochum Pirrum in Notit. Eccl. Catan. Ioannes de Falco Netinus Ordinis Prædicatorum, his verbis:* Die XVIII Aprilis, IV Indict. CIↃIↃI, die Lunæ, horâ ſecundâ noctis, Reuerendiſſimus Iacobus Raymeres de Goſman Catanenſis Epiſcopus, vnà cum Magnifico Aluaro de Paternione, tamquàm Patricio . . . . fuit in cuſtodiâ beatiſſimæ Virginis & Martyris Agathæ: dictuſque noſter Epiſcopus volens videre caput dictæ Virginis, fecit aperire quoddam catarractum in capite dictæ Virginis, & ſic extraxerunt caput ibi poſitum; & inuene-

quale an. 1501 caput, cùm id ab Ep. viſitatum.

A & inuenerunt caput purum & immaculatum. Capilli nonnulli ad colorem auellanæ, oculi eius erant clausi, aures deficcatæ, os eius parùm apertum, dentes albissimi, pellis faciei impastulata seu deficcata, nasus erat sanus & venustissimus: & coopertum erat caput quodam velo serico albissimo, sano & nouo. O mira res! quòd iam sunt plures anni, quòd non est memoria hominum, quòd tale caput apertum nunquàm fuit à tempore Reuerendiss. Ioannis Pixitelli Ep. Catanensis; quòd iam anni sunt adhuc LX vel circa. Et sic postcà viderunt intus corpus eius, & viscera atque interiora arida & quasi impastulata, odorantia omni mirabili odoramento, & refragrantia Diuino odore. Sic omnes ibi ibantes osculati sunt caput, & reposuerunt ad suum locum: & admirati omnes recesserunt deuotè, & plenis lacrymarum oculis *&c.* Ioannis Pixitelli *mentio infrà fiet, cùm de Ætnæis ignibus agetur. Characteres hìc expressi aptè inuicem congruunt: An.* CIↃ IↃ *litterâ Dominicali* C, *Indict.* IV, *Pascha* XI *Aprilis fuit: itaq; hæc Reliquiarum visitatio facta est postridie Dominicæ in Albis.*

& corpus reliquum.

53 *Inueges par.* 2 *pag.* 228 *scribit, manum S. Agathæ ac pedem discoopertum exponi populorum venerationi. Ideò fortassis in Bartholomæi Petraccij carminibus suprà citatis peculiare legitur* in Manum S. Agathæ *epigramma, aliudq;* in Pedem.

Manus & Pes seorsim spectãtur.

B

HISTORIA TRANSLATIONIS CORPORIS S. AGATHÆ V. M. Constantinopoli Catanam, *auctore Mauritio Ep. Catanen.*

Absolutio Domini Mauritij Catanensium Præsulis.

a MAuritius Diuinâ protegente gratiâ Catanensium Præsul cum omnibus *a* suis cœnobitis, omnibus Episcopis, Abbatibus, monachis, Clericis, militibus, viris ac mulieribus, in Christo piè viuentibus salutem.

Mauritius Ep. omnes inuitat ad visendum corpus S. Agathæ,

Gaudium, quod in præsenti nobis euenit tempore, vobis celare nolentes, his litteris patefacimus, quatenùs vnà nobiscum corda vestra lætentur. Igitur sciat Dilectio vestra, Fratres carissimi, corpus beatissimæ Virginis & Martyris Agathæ ad proprios deductum esse *b* alumnos, vnde ex parte omnipotentis Dei Patris & Filij & Spiritus sancti, vice B. Petri Apostoli, cui à Domino ligandi atque soluendi collata est potestas, de omnibus peccatis, quæ confessi fuerint, venientes ad suum sacratissimum corpus recto corde adorandum, tertiam partem dimittimus. Et si fortè incepto itinere quis morte præueniente obierit, & confessus peccata sua fuerit, omnia dimittimus ei, præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

b

C *concessis indulgentiis.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen.

a *Ita* Ansgerius, *Mauritij decessor,* in Abbatem & Episcopum *electus dicitur in Priuilegio quodam Rogerij Comitis apud Rocchum Pirrum*: Ab initio enim, *inquit idem Pirrus,* sub disciplinâ regulari Ordinis S. Benedicti constituta est Catanensis Ecclesia, in quâ ad nostra ferè tempora perdurauit.

b *Inde conficiunt Catanenses, S. Agatham apud se genitam alitamue.*

Incipit Epistola Mauritij Catanensis Episcopi de Translatione S. Agathæ Virginis.

MAuritius, nomine, non merito, Catanensis Episcopus, vniuersis eius prouisioni commissis filiis, & Fratribus omnibus intra Siciliam sub Christianæ legis professione salutem.

Diuinorum eloquiorum promulgatâ sanctione didicimus, quoniam sacramentum Regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare honorificum est. Et idcircò, Dilectissimi, pro humanæ mentis ignauiâ remanere nullatenùs debet occultum, quod gratuitâ pietate sui, prò omnium salute communi, vult Dominus omnipotens fieri manifestum. Ipse quippè in suâ naturâ immutabilis persistendo, mutabilitates humani generis, quod deceptione diabolicâ variis semper atque multimodis vitiorum iaculis vulneratur, sanare, & in bono solidare procurat. Et nunc sanctæ Scripturæ dulcibus eloquiis admonendo, nunc minarum suarum asperitatibus deterrendo, nunc Sanctorum suorum exemplis & miraculis demulcendo, & sic ad æternam vitam prædestinatos informans, de malis bonos efficit, & de collatis sibi beneficiis ad se laudandum & glorificandum promptiores reddit. Igitur & nos pro inæstimabili beneficio nuper nobis, non nostris meritis, sed suâ bonitate, collato, illi deuotas gratiarum rependimus actiones, & vt vos congaudendo nobiscum eadem faciatis, vestras præsentibus nostræ pusillitatis apicibus pulsamus aures. Reddidit enim nobis Agathæ beatissimæ Virginis & Martyris corpus sanctissimum, totius Siciliæ pignus & amabile patrocinium. Quo autem ordine, quibusue ministris actitatum, quantisque miraculorum indiciis declaratum, cunctis scire volentibus in huius scripti paginâ declaramus, breuitati studentes, & verborum ambages penitùs deuitantes. Quapropter studiosos quosque lectores, qui hunc qualemcumque dictatum legere dedignati non fuerint, dulciter admonemus, ne in nobis linguæ nitorem, vel verborum ornatus inquirant, sed simpliciter & veraciter edita simplici & veraci mente suscipiant, scientes procul dubio Deum non philosophicâ disertitudine, sed in simplicitate & veritate semper esse quærendum.

E

Tob. 12. 7

Gratias agendas esse pro recuperato S. Agathæ corpore.

Excusatio styli simplicis.

CAPVT I

S. Agathæ corpus Constantinopolim auectũ, inde in Italiam reuectũ nõ sine miraculis.

2 SIcut in antiquorum libris authenticis inuenitur, *a* Decio persecutionem Christicolis ingerente, beatissima Virgo & Martyr Agatha martyrio coronata est in prouinciâ Siciliæ, apud vrbem Catauiam, sub Quintiano Proconsule, ibique sepulta longo quieuit *b* tempore, Domino per eam miraculorum insignia faciente. Verùm post multa annorum curricula populus Christianus, suis peccatis promerentibus, iustitiâ Diuinâ castigante, in vindictam traditus est manibus Barbarorum. Qui diruentes ecclesias & ciuitates, totam circumquaque prouinciam suo dominio subdiderunt seruiliter. Quam stragem fidelium Constantinopolitanus audiens *c* Imperator, Exarchum, quem in bellicis rebus habebat expertissimum, vocabulo Maniacum, cum armatâ manu in Siciliam destinauit, qui in breui totam peragrans insulam, eam ferro incendioque perdomitam in ditionem accepit. Qui Maniacus corpus Deo dilectæ Virginis Agathæ cum multis aliorum Sanctorum corporibus Constantinopolim, quæ priùs fuerat vocata Byzantium, delegauit, credens Orientis Imperium, iam iamque casurum, per eorum preces

a

b

Siciliam à Saracenis occupatã,

c

recuperat Maniacus, & S. Agathæ reliquias trãsfert Constantinopolim.

AVCTORE MAVRITIO EP.

preces & merita posse in robur pristinum releuari. Sic igitur translatum est corpus beatissimæ Virginis & Martyris Agathæ de Catanensi ciuitate Byzantium, A ibique decenter à quibusdam loci incolis est conditum, & deuotissimè veneratum.

3 Volente autem Domino, cuius vniuersa regun-tur imperio, relatum est tali modo. Anno Incarnatio-nis eius millesimo centesimo vigesimo sexto, Indictio-ne quartâ, Apostolicæ Sedi præsidente post Calixtum *d* Honorio, duo quidam Latini apud vrbem Constan-tinopolim mansitabant, quorum vnus Gislebertus, al-ter verò *e* Goselinus vocabatur, prior quidem genere Gallus, sequens autem Calabricus. Cui videlicet Gis-leberto, qui in aulâ Regis militari fungebatur officio, sicut ipse præsentibus nobis asseruit, per nocturnam visionem se beatissima Virgo & Martyr Agatha semel & iterum atque tertiò repræsentans præcepit, vt se ab ecclesiâ, in quâ iacebat, latenter ablatam, Cataniam, vbi pro Christo fuerat coronata martyrio, reportaret. Quæ visio, quoniam nonnullis videtur incredibilis, à nobis non debuit humanæ rationis libramine discuti, sed Dei cuncta scientis iudicio reseruari. Hoc tamen veraciter affirmare possumus, quia nisi Deus voluisset, ad nos Virgo beatissima non rediisset. Ceterùm nos B legem sequentes historiæ, reliqua prosequamur ex ordine.

d ipsa an. 1126 Gis-liberto ap-parens,

e iubet se re-ferri Ca-tanam:

4 Gislebertus ergo, solus tam magnos ausus inchoa-re formidans, socium sibi fide constrictum Goselinum accersens, quieto tempore noctis vnà cum illo scalâ suppositâ, in quâ iacebat corpus Virginis, ecclesiam introiuit, illudque reperientes *f* furto laudabili rapue-runt, & in cophino rosis odoriferis hinc indeque refer-to venerabiliter collocarunt. Protinusque ad domum Goselini, cum thesauro sibi diuinitus attributo, gressu concito repedantes, caput Virginis venerandum in duabus scutellis, quantâ potuerunt honorificentiâ, condiderunt. Artus verò reliquos, ne quouis indicio possent detegi, in duabus pharetris, quas vulgò *g* Tur-casias nominant, attulerunt.

in cum Go-selino reli-quias tol-lit

f

& cautè obtegit,

g

5 Interea tantæ rei statim circumquaque fama dis-currens, populari motu ad aures vsque *h* Principis per-uolauit, dicens euenisse sibi & ipsius imperio triste præ-sagium, Agathæ scilicet corpus amissum. Nec moram patitur missis vbique cursoribus, per totam ciuitatem, perque vicini maris littora regia proponuntur edicta, ne quis ab Vrbe non interrogatus abscederet. Sed quid valet humana custodia contra Diuinæ dispositionis C industriam? Non est, ait sapientissimus Salomon, sa-pientia, non consilium contra Dominum. Nam præ-dicti viri nullo se molestante, vel istius facti ab eis sci-scitante negotium, ab vrbe regiâ, Domino protegente, progressi, portum maris adeunt, ibique consensâ na-ui, vento prosequente secundo, veloci *i* remigio Smyrnam vsque perueniunt.

h ac per cu-stodias Im-peratoris elapsus

Prou 21. 30

Smyrnam appellit: i

6 Quo in loco diebus quatuor commanentes, & Turcasias, vbi sanctas occultauerunt Reliquias, aptiùs componere disponentes, graui terræmotu sunt repen-tè perterriti, & repentino terrore turbati. Gislibertus autem, Goselino sapientior atque fidentior, socium suum, ne trepidaret, multiplici consolatione confor-tans, aiebat Diuinam illis adesse præsentiam, nulloque prorsus euentu se debere terreri, aut à cœpto desistere, quos talis tantique potentatus Domina sui comitatus præsidio roboraret. Extemplò *k* facta dictis æquantes, ratem inde Corinthum nauigare volentes factâ pactio-ne conscendunt, & maria pacata pro voto sulcantes, ad optatum prædictæ ciuitatis portum, Domino pro-sperante, perueniunt. Sic nil obfuit terreni Regis veti-tum, cui cælestis Imperatoris virtus obstat; nullum po-tens defuit auxilium.

ibi socium terræmotu turbatum animat,

k & Corin-thum na-uigat:

Quis tua, Christe Deus, referat magnalia dignè,
Immeritis famulis quæ grato numine confers?
Quæ tibi lingua, vel ingenium, quis denique sensus
Condignas poterit vel ad horam reddere grates? D
Lingua silet, pauet ingenium, sensus stupet omnis,
Dum tua mira loqui cupiunt, & dona fateri.

7 Igitur Corinthum peruenientes, vt diximus, ibi-dem plus necessitate, quàm voluntate quatriduo sub-stiterunt, optantes inuenire nauigium, quo vehente possent in Siciliam deuenire. Sed cùm desiderio deef-set effectus, post diurni temporis fatigationes noctur-no sopore depressis, vt postmodùm retulit, Gisliberto nominato superiùs imago beatissimæ Virginis admi-randæ venustatis, crinibus dissolutis, apparuit, & plu-rimùm de ipsius tarditate conquesta, vt cum socio se comitante nauigaret, admonuit: simulque per visum nauem ostendit, quæ iam anchoram leuans cursum di-rigere properabat. Qui statim euigilans, indeque no-ciuâ morositate contemptâ festinans, iuxta illud,

monitus à Sanctâ in somno,

Tolle moras, semper nocuit differre paratis;

noctu sol-uit

peruenit ad portum, vbi per omnia suæ voluntatis & diutinæ præoptationis compos effectus, naulicâ con-suetudine distributâ, nauem subiit, nulloque vel sibi vel nautis, interuentu Virginis, obstante periculo, vnà cum Goselino laboris & consilij socio, *l* Methonæ lit-tori applicuit.

venit ad Methonam l

8 Inde quibusdam negotiatoribus sociati, feliciter Adriaticum mare transmeantes, Altissimi volente con-silio, Tarentum salui perueniunt ad littus: in quo de-scendentes ciuitatem adeunt Tarentinam, ibique ce-lebratâ Missâ super Virginis glorioſæ Reliquias, ac sumpto cibo, pristinum redeunt ad littus, vbi clàm de-positis artubus à pharetris, causâ melioris repositionis, factum est Diuino miraculo, quòd reponentes glorio-sas Reliquias Virginis glorioſæ, glorioſam, credentes ipsam iam reposuisse, extrà dimiserunt mamillam, vbi fons quidam aderat. Ad quem fœmina quædam vi-dua, famâ laudabilis, morum honestate venusta, causâ abluendi pannos, cum quadam filiâ suâ paruulâ, quam adhuc lacte nutriebat, aduenit: quæ sotis pannis so-mno soporata fortiter obdormiuit. Puella autem, na-turali instinctu appetens refocillari, materna quærebat vbera, vt lac sugeret, vt consueuerat, eundoque mani-bus pedibusque hinc inde discurrens, ad glorioſam ma-millam miraculo Diuino peruenit, quam in ore po-nens illam sugere cœpit, à quâ lac miræ dulcedinis emanabat.

E

inde Tarentum;

vbi ma-millam Sanctæ ca-su relin-quunt:

ex eâ lac sugit in-fantula:

9 Igitur puellâ tam maximâ delectatione sugente, apparuit matri Virgo glorioſa, dicens: Surge, & va-de, quia filia tua meam tenet in ore mamillam. Quæ consurgens venit ad filiam, viditque illam mamillam, sicut in somnis viderat, in ore tenentem. Eâ ibi reli-ctâ, ad ciuitatis Episcopum festinanter cucurrit, & per ordinem omnia explicauit. Quo comperto ab eodem, conuocato vniuerso ciuitatis Clero, & populo in vnum coadunato, venerunt processionaliter ad locum, vbi jam puella relicta fuerat. Omnes insimul aduenerunt, mamillam volentes extorquere prędictam ab ore puel-læ, sed nec blanditiis, nec vi extorquere valuerunt. Tunc præcepit Episcopus, quòd omnes Sacerdotes confiterentur cum deuotione & reuerentiâ, & quili-bet per se deberet accedere ad puellam, fortè inter eos esset aliquis famâ & vitâ laudabilis, cui prædicta mamilla diuinitus condonetur. Quo etiam peracto, prædictam mamillam nec sic aliquo pacto habere po-tuerunt.

cuius ma-ter, à San-ctâ admo-nita, Epi-scopum aperit:

F

eripi sibi eam ma-millam nõ finit infa-tula,

10 Tunc Sacerdos quidam bonæ vitæ, morum-que honestate compositus, dicit Episcopo: Fiat pro-cessio in ecclesiam *m* S. Cataldi. Tunc præcipiente E-piscopo facta est dicta processio. Dum cantarent Le-tanias, & deuenirent ad beatam Virginem Agatham, cantantes, S. AGATHA ORA PRO NOBIS, puella, quam Sacerdos gestabat in vlnis, mamillam in ipsius Sa-cerdotis sinum ab ore proiecit, tenensque ipsam Sacer-dos, eam Episcopo reuerenter consignauit, & sic per-ceperunt illam fuisse mamillam glorioſæ Virginis Aga-thæ.

m

postea in processione Sacerdoti vltro tra-dit,

A thæ. Tunc Sacerdos ille, Episcopo concedente, de domo suâ ecclesiam in honorem Virginis Agathæ construi fecit, ibique seruiens sub habitu monachali sanctissimè suam vitam finiuit.

qui domũ suam Sanctæ conſecrat.

a *Diximus suprà in Latinis Actis qu.* 1 *Iun.* 1 *annos* c. Decio ter Consule *coronatam martyrio S. Agatham, anno Chr.* 251.

b *Anni fluxerunt à martyrio S. Agathæ ad irruptionem Saracenorum* 577, *id est, ab anno* 251 *ad* 828. *Sed non nisi* 212 *post annu translatum est Constantinopolim illius corpus: licet Reliquiæ eius aliquæ anteà essent & in Italiam translatæ. & Constantinopolim quoque, Vnde eas Capuam deportauit S. Germanus Ep. vt anteà dictum.*

c *Hic fuit* Michaël IV, *siue* Paphlago, *vt antè dictum, Zoës filiæ Constantini* VIII. *maritus, per quem eam adeptus Imperium. Anteà tamen, vt suprà ex Cedreno retulimus, Basilius Imp. eiusdem Zoës Augustæ patruus, bellum aduersus Saracenos Siculos parauerat, præmiseratq; Orestem protospatharium. Fors & alij eiusmodi expeditionem meditati; primus per Maniacem perfecit Michaël.*

d Calliſto 2 *successit* Honorus 2 *an.* 1124 28 *Decemb. mortuusq; est* 14 *Febr.* 1130.

e *Pirrus* Goselmum *vocat.* f *Idem*, facto.

g *Idem* Tharcassios, *& postea* Tarchasios.

h Caloioannis, *siue* Ioannis Comneni *Imp.*

i *Pirrus*, naui gio Arminiam vsque per.

B k *Pir.* factâ die, æquantes tatem, inde *&c.*

l Methone *vrbs Peloponnesi, de quâ* 31 *Ianu. ad Vitam S. Athanasij Ep. & alibi egimus.*

m S. Cataldus *Episcopus & Patronus Tarentinus colitur* 8 *Martij, teste Ferrario.*

CAPVT II

S. Agathæ corpus Catanam relatum. facta eo die miracula.

11 HÆc iamque narrauimus, vt immensa miracula, quibus summa Clementia suam Virginem honorauit, liquerent. Ad historiæ igitur seriem redeamus. Repositis itaque artubus in pharetris Virginis gloriosæ, ab inde dicti Gislibertus & Goscelinus naui gio recedentes, breui peruenerunt in Siciliam. *a* Sed priusquàm cetera prosequamur, de situ loci quædam maiorum relatione dicamus. Sicilia à Siculo Herculis filio nuncupata, vna prouinciarum Italiæ fore perscribitur, à quâ parui admodùm freti, sed periculoso seiuncta dissidio, tribus promontoriis dextrà læuaque protenditur, Peloro, Pachyno, atque Lilybæo. Fretum illud, quo ab Italiâ disseparatur, vt diximus, Charybdin & Scyllam habet, quæ fabulosè dicitur

a Gislibertus ceteras reliquias Messanam defert;

C succincta canibus, & nauigantium delatrare naufragia. Huic adiacet Messana, ciuitas insignis ædificio, rebus opulentissima, quæ locorum dignitate meritò totius prouinciæ caput extat. Ad hanc prædicti viri Reliquiarum beatissimæ Virginis Agathæ portitores naui gatione peractâ venerunt, & in eâ iam securi manentes pausauerunt per triduum.

12 Gislibertus autem, quod mente captabat, implere desiderans, salubri percepto consilio, Messanæ socium, nihil de eius legalitate diffidens, cum corpore Deo dicatæ Virginis in quadam domo reliquit, & ad Cataniam properè venicbat. Ego autem Mauritius, qui eiusdem vrbis pontificatu fungor immeritus, tunc temporis in quodam castro Ecclesiæ nostræ, quod *b* Iacium dicitur, commanebam; cùm idem vir illuc aduenies, ad me se velle secretum loqui professus est: præmissoque salutationis alloquio, remotis omnibus, solus cum solo locutus, postquàm perpendit me toto nisu, totoque mentis affectu, beatissimi corporis affectare Reliquias, & illius Euangelici negotiatoris exemplo, qui pretiosam margaritam inuenens, eam venditis omnibus comparauit; omnia mihi commissa pro loco & tempore pro tanto thesauro dare paratissimo *c* seriatim gesta detexit. Et, vt secum duos de Fratribus nostris, ad sanctarum Reliquiarum subuectionem, man-

eiusq; socio cõmendatis.

b ad Ep. Catanenſem excurrit:

Matth. 13. 46.

c

dare studerem, deuotus expetiit. D

13 Ratus igitur non incongruum fore, quod dixerat, duos monachos reuerentissimos Holdomanum & Lucam, quos tanti negotij fideliter exequendi censebam idoneos, cum eo Messanam destinaui quantocyus, vt tantum thesaurum, nobis Diuinâ largitate donatum, honore cum debito deportarent. Qui iussa non segniter adimplentes, sub omni celeritate corpus detulêre sanctissimum: quod ego lætabundus aspectu præ omnibus, qui mecum aderant, solotenùs aduolutus, Deum suppliciter adoraui. Deinde Reliquias de Turcasis reuerenter extraxi, & statim mira odoris suauitas emanauit, vt *d* iuxta illud Euangelicum, tota domus nectare gratissimo repleretur. Quibus in nouâ capsâ, tantæ rei condignâ, diligenti curâ in eodem castro repositis, lætus Cataniam properaui, & cunctis *e* Fratribus in vnum astitis, quod gestum fuerat, intimaui. Qui Deum totius bonitatis auctorem collaudantes, mecum communi decreuêre statuto, eidem Dominæ nostræ humiliter pariter & lætanter occurrere, & in vrbem, vbi palmam martyrij simul & virginitatis, hoste superato, promeruit, cum hymnis & laudibus illam reportare. E

qui per duos monachos Iacium allatas

venerãtur:

d

c

14 Die igitur constituto, videlicet decimosexto Kalendas Septembris, eam quidam Fratres nostri à castro, quod diximus, honorificè detulerunt. Nos verò illi occurrimus, humilitatis indicium solenni gaudio salubriter admiscentes, nudis pedibus, & in albis vestibus procedentes. Ad hoc verò insolitum & prorsus insigne spectaculum, magna sexus vtriusque, diuersæ conditionis & ætatis & fidei facta est concursio populorum, ita vt nos eundo & redeundo præpedirent, & se constipatione sui quàm plurimùm angustarent: vbi quædam res accidit omnino relatu dignissima, & ad laudem beatissimæ Virginis prædicanda. A prædicto castro vsque Cataniam triginta octo stadiorum saxosi itineris spatio, *f* duo pueruli cereos accensos ante sancti corporis portauêre Reliquias, qui neque ventorum flatu, neque *g* pueritis, vt assolet, insolentiâ leuitatis lumen amisêre, sed semper clarissimum seruauêre. Tali igitur dignitate, tantoque triumpho, ad suæ ciuitatis, quam sibi Deus omnipotens perpetuo priuilegij iure contulit, voluit remeare basilicam, vbi quo decuit loco posita, miraculis ingentibus, quàtæ sit apud Christum virtutis & gloriæ, circumquaque demonstrat.

deinCatanã translata 17 Aug.

f cereis, quos pueruli gestabant per 38 *stadia, non extinctis.*

g

15 *h* Eadem autem die iam ad vesperum inclinatâ, quædam iuuencula, vt ferebatur, à natiuitate cæca, manu simul & pede debilitata, ante sanctum corpus medelam quæsitura fideliter adorauit, quæ, nobis & multis aliis spectantibus, visum recepit, & vtriusque membri sospitatem, Virginis interuentu, promeruit. F

h ad sanctas reliquias sanata caca & debilis.

16 Alia quoque mulier, genere Consentina, à multo iam transacto tempore crudeli dæmonio vexabatur, quæ ante beatum corpus aduenies, quàm immani hospiti suum teneretur hospitium, sibilis & vlulatibus testabatur. Affuit & huic Virgo dilectissima, quæ & dæmonium effugauit, & illam pristinæ sanitati restituit: quam dum circumstantes sanam, sibique signum viuificæ Crucis memoriter imprimentem aduerterent, itemque Deo laudum modulamina resonarent, Fratres cubilibus quiescentes, vocum sonoritate protinus excitati surrexerunt, & populo sociati, TE DEVM LAVDAMVS, signis concrepantibus, cantare cœperunt.

energumẽna.

17 Adhuc autem istius miraculi per ora cantantium concrepante tripudio, quædam rebus pauperculæ, fide ditissima, suum filium à natiuitate mutum Agathæ Virgini beatissimæ fletibus præsentauit & precibus. Cui beata Virgo nouum loquendi officium hactenùs inusitatum contulit, & matrem de filij sanitate lætificans, à luctu diuturno sedauit. His visis magis ac magis clamor attollitur populorum, Deum laudantium, eiusque nomen benedicentium.

mutus,

18 Non tamen Virgo sacratissima à pietate cœptâ cessauit.

AVCTORE MAVRITIO EP.

ceſſauit: nam quædam puella lumine priuata quinquennio, clamare cœpit: Gratias ago Deo, quoniam luminibus orbata fùi, & modò clariſſimè video. Patrato igitur tot & talium miraculorum inſigni præconio, Fratres Matutinorum vigilias conſuetudinaliter celebrarunt, & ſic cum ingenti gaudio ad ſua ſtrata reuerſi ſunt.

A *cæca.*

a *Pirrus immediatè ſubdit, omiſsâ Sicilia deſcriptione:* & Meſſanam applicauerunt, ciuitatem inſignem ædificio.
b *Pir.* latium. c *Idem,* ſtatim feſta.
d *Idem tria hæc verba omittit. Videtur auctor alludere ad illud Ioan.* 12.3. Et domus impleta eſt ex odore vnguenti.
e *Pirrus:* filiabus in vnum aſciſis; *mendosè, vt patet ex ſequentibus, vbi dicuntur* Fratres noſtri, *Clerici ſcilicet vel monachi Catanenſes, corpus Sanctæ detuliſſe.*
f *Pir.* dum populi.
g *Malim,* puerilis. *Pirrus habet:* neque periculis (vt aſſolet) inſolentiæ leuitatis.
h *Sequentia apud Pirrum deſunt.*

CAPVT III

Concurſus ad S. Agathæ corpus. quidam in itinere defenſi, ſanati.

B 19 NObis autem alia, quæ per eam ſunt perpetrata, miracula ordinatim narrare volentibus, ne quis inde dubitet, Dominum veritatis amatorem, teſtem iudicemque proponimus, cuius proteſtatu credat nos nil à tramite veritatis extraneum more laudantium dicere, ſed ne prolixitas faſtidium generet, plurima præterire. Quid enim hoc facto videtur iniquius, quàm laudem illorum, qui veritati fide ſemper & operibus placuerunt, mendaciorum fucis quibuſlibet colorare? Illi enim, ſi mendaciis obtegi, dum viuerent, voluiſſent, ad veritatis conſortium poſt mortem nullatenùs peruenirent. Sed abſit hoc à fidelium mentibus, qui credunt ſe etiam de otioſis verbis rationem in die futuri examinis reddituros, aliquid ſtultâ temeritate confictum quaſi ad Sanctorum prædicare præconium. Hæc igitur neceſſariò prælibantes eumdem Dominum noſtræ intentionis adeſſe præuium inuocemus, & ſolâ futuræ remunerationis mercede contenti, floccipendentes verborum elegantiam, cetera quæ reſtant plebeio famine proferamus.

Auctor proteſtatur ſe ſideliter hæc referre.

20 Matrona quædam Syracuſani Præſulis Dapſferi copulata connubio, olim à dæmone vel ſæuo poſſeſſa, ad Amicam Dei venit, vt ab infeſtatione inimici eius, mereretur ipſius orationibus liberari: nec tamen eſt ſuâ petitione fruſtrata; nam & à dæmonis inuaſione liberata eſt; & Dominici corporis communione perceptâ, nobis, &, qui aderant, vniuerſis palàm ſigna ſuæ ſaluationis oſtendit. Vir autem ſuus ſaluti ipſius congratulans, ſibi per Virginem bonitatis conceſſæ non immemor, ad illam vnà cum coniuge gratias reddere venit, munus obtulit, & ad propria Deum benedicendo remeauit.

energumena liberata.

C

21 Huius fama bonitatis
Mox per vrbes euolans
Perſtrepenſque, tam longinquos
Quàm propinquos aduocat;
Monens omnes, ſe debere
Dei Sanctam viſere,
Et quod illis opus eſſet,
Ab eadem quærere:
Ægris planè perſuadens
Soſpitatem petere,
Sanis verò delictorum
Veniam depoſcere.

magnus fit ad ſacras reliquias concurſus:

Qui ſopitæ tarditatis
Hac in cauſsâ neſcij,
Et peccati ſeſe multùm
Prægrauantis conſcij,
Aulam ſanctæ pari voto
Frequentabant Virginis,
Et dimitti ſibi noxam
Flagitabant criminis.
Quibus aures inclinabat
Virgo ſacratiſſima,
Et iuuabat illos ope
Miſericordiſſimâ,
Hos ab omni corporali
Curans ægritudine,
Soluens illos à nodoſo
Sathanæ ligamine.

D

22 Nec multò pòſt eadem Virgo Domina noſtra, pro noſtrâ pace ſollicita, quemdam de illius terræ Magnatibus, diuitiis & ſummâ nobilitate conſpicuum, vocabulo Henricum, nocte per ſomnum viſitauit, dulci voce compellans, vt ad ſe viſitandam quàm citiùs pergeret. Qui protinùs excitatus, dum hæſitans reſidet in lectulo, nec coniugi ſciſcitanti, quid hoc eſſet, indicare voluit, ſed ſomni pondere prægrauatus rurſus quieti membra dedit. Cui ſancta Virgo hæc eadem perſuadens apparuit. Mox ille, vir ſagacis ingenij, Dei voluntatem intelligens, vxori quid vidiſſet aperuit, & ad eccleſiã Virginis venit. Qui votorum ſuorum debita ſoluens, Fratribus Catanienſibus, quos olim pro quibuſdam cauſſis habebat exoſos, amicus effectus eſt: & ſic cum magno quæſtu lucrorum ſpiritualium ad propriam remeauit domum. Vtinam domum illam infeſtantibus taliter euenirent, & fortaſſis euenient; nam iuxta illud Poëticum,

ẽò venit quidã bti à Sanctã monitus,

& reconciliatur Clero Catanenſi:

E

Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora.

23 Ad edomandam autem illorum vecordiam, qui contra Sanctos ora impudenter aperiunt, rememoratu digna recitare volumus, vt quicumque ea audierint, pertimeſcant, & Sanctis, quos omnipotens Deus honorat, condignum honorem exhibeant. Mulier quædam in ciuitate Meſſanenſium commanebat, in cuius domo beatiſſimæ Virginis Agathæ, quos ſuprà recoluimus, portitores, hoſpitium quoddam acceperant. Cui cùm vicini familiariter dicerent: Eia, ne pigriteris ad domum beatiſſimæ Virginis & Martyris Agathæ properare, vt ſicut ipſa tuam domum dignata eſt introire, ſic pro te dignetur Diuinam clementiam implorare; fœmina perflata ſuperbiã, non ſe, ait, abire. Sed vocem temerariam grauis eſt illicò ſubſecuta vindicta: iam auris ipſius, quæ ſaluberrimis monitis obſecundare deſpexerat, magno cruciata dolore, iuſtiſſimâ damnata eſt ſurditate. Et quia durum eſt contra ſtimulum calcitrare, venit neceſſitate cogente Cataniam, & coram Virgine piiſſimâ ſuam cum lacrymis cœpit profiteri culpam, cuius precibus Virgo clementiſſima annuit, & dolore ſanatæ priſtinum audiendi ſenſum reddidit.

blaſphemia fit ſurda,

F

Catanæ ſanatur:

Tunc clamans mulier, Grates tibi Virgo beata
Semper, ait, referam, quæ verbere cæſa ſalubri
Perſenſi celerem te compatiente medelam.
Mecum proclament omnes tua mira videntes:
In te laudetur Deus, in te glorificetur.

Poſteà ad domum ſuam ſic caſtigata ingreditur, Dei, qui percutit & medetur, cunctis referendo magnalia.

24 Sequenti autem tempore aliud per Virginem beatiſſimam factum eſt, Domino cooperante, miraculum. Quidam carpentarius, Michaël nomine, per biennium fuerat paralyſi diſſolutus, intantùm vt abſque alterius adiumento ſe ſubleuare non poſſet. Qui famam audiens miraculorum per ſanctæ Reliquias Virginis patratorum, aſello ſedens, quæſiturus opem, iam ſuprà nominatam veniebat ad vrbem. Appropians autem illi fluuio, qui duobus milliaribus diſtat ab vrbe, à commeantibus expetiuit, vt ſe ab illo, quo portabatur animali, deponerent. Quem dum depoſuiſſent, membrorum tumentium & diſſolutorum (mirabile dictu) ſolidatâ compage, nullo adminiculante, fluuium tranſmeauit,

paralyticus in ipſo itinere curatur:

A transmeauit, & propriis pedibus ambulando Cataniam vsque peruenit. Omnibusque, Deo & eius famulæ referendo gratias, se repræsentans, suæ curationis euentum fideliter continuauit, multisque contestantibus claruit, illum & tanto temporis spatio malâ valetudine laborasse, & sospitatem integerrimam per S. Agatham, modo quo dictum est, meruisse. Ob hoc iterū Cleri gaudimonio populique iubilantis, signa tinniunt.

Et cuncti Domino laudum modulamina soluunt,
Quamuis si centum linguæ essent, oraque centum,
Centum voxque sonos pariter dein redderet vna,
Eius signorum non posset dicere mira.

multiq; alij ægri: Quis enim enumeret multitudinem debilium diuersâ infirmitate laborantium, quorum plurimi Domino præstante sanantur; alij verò, ipsius occulto iudicio, semper tamen iusto, in suis languoribus dimittuntur? Non enim humanum est inquirere cur istis sanitas, & cur illis insanabilis detur infirmitas: beatus est autem, qui corripitur à Domino.

25 Duobus verò modis à sacrâ Scripturâ scimus praue agentes à Domino iustissimè flagellari, idest, vt aut ipsi cessent peccare pœnarum timore contriti, aut alij similia perpetrare formident, illorum exemplo
B commoniti. Cuius rei gratiâ, cuiusdam lenonis nequitiam, &, quâ multatus est, celerrimam vltionem præterire silentio non debemus, vt sui consimiles audiant, & eius timore imitatores fieri pertimescant: nam iuxta illud Salomonis, qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter; qui autem deprauat vias suas, manifestus errat. Inter innumerabilem hominum multitudinem, qui vndique ad corpus beatissimæ Virginis confluebant, accidit, vt quædam muliercula orationis causâ veniret, quæ dum paululùm ad requisita naturę de viâ secederet, & eius socij aliquantulùm præterirent, leno quidam aduenies, vt illi misceretur in crimine, libidinosis affatibus suadebat. Mulier autem trepidans, & tam nefarium opus pertinaciter nietuens, Absit, ait, frater, absit; non me tali facinore polluam; quoniam ad domum sanctæ Virginis Agathæ Dominæ nostræ properare volo, & idcircò illam tam nequiter offendere nequeo. Tu quoque talem pestem diabolicæ persuasionis à te abiice, ne Virginis sanctissimæ iram incurras, & protinus malâ morte depereas. Leno verò omnino surdus ad ista mulieri vim inferre tentabat: cui reluctanti & contradicenti pro viribus affuit illa, cuius tendebat ad aulam, quæ suam vernulam virtute
C mirificâ liberauit, & illum terribiliter coërcens officio loquendi priuauit. Quod ne alicui videatur incredulum, quamplures fidelissimi testes adsunt, qui hæc suis oculis se vidisse veraciter assęuerant. Nos autem ad coërcendos luxuriosos & lubricos hoc prodigium formidabile memorantes, ad ea, quæ dicere cœpimus, redeamus.

Prou. 10. 9 *eò tendebat mulieri vim inferens, vt mutus.*

CAPVT IV

Ægri & energumeni à S. Agathâ sanati.

26 NOnnumquàm omnipotens Deus, cuius iudicia abyssus multa, mirabili dispositione sui quosdam famulorum suorum infirmari permittit ad tempus, vt si quid in eis superfluum fuerit, doloris angustiâ resecetur, vt eò deuotiùs seruiant, quò illi paternis verberibus castigati mundiùs appropinquent. Sicut
Heb. 12. 6 enim vas electionis beatus inquit Apostolus, quem diligit Dominus, corrigit & castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit. Ideò iustus in pœnis gaudere debet, & impius in suis prosperitatibus formidare. In hac vitâ multotiens parcit Deus impiis, & non parcit electis. In futurâ autem vitâ perpetualiter parcit iustis, & numquàm parcet iniquis. Valdè itaque necessarium est, iustum in hoc mundo verberibus Domini castigari, ne de benefactis suis inaniter extollatur, & mercedis æternæ fructum amittat. Quod melius ostendemus, si cuiusdam Fratris repentinam pericissionem, & citissimam per gloriosam Virginem & Martyrem Agatham sanationem ad eius gloriam referamus. Quidam namque Græcus Abbas, vir valdè venerabilis, comperto beatissimæ Virginis reditu, auditis quoque mirabilibus, quæ per eam Dominus faciebat, de Traynâ ciuitate Siciliæ Cataniam cum septem monachis veniebat: quorum quidam equitabant, quidam propriis pedibus ambulabant. Inter quos quidam nouitius erat, vocabulo Abbas, qui velociter cursitando ad domum sanctæ Virginis festinabat, sed repentino tumore, & maximo dextri cruris dolore percussus, de loco se mouere non poterat. Quid ageret, & quò se verteret, ignorabat. Abbas autem Fratris dolori compatiens, ei præcepit, vt nisu, quo posset, ad cellulam, quæ non longè aberat, properaret, ibique eius præstolaretur aduentum, & reditum, vt ad suum habitaculum pariter remearent. Discedente verò Abbate cum monachis, æger ille monachus, solo decumbens, in medio obdormiuit itineris. Cui Virgo beatissima per visum apparens, Quid agis, inquit, Frater? Et ille: Volebam, Domina, ad beatissimæ Virginis Agathæ desideranter adire præsentiam, sed meis interceptus criminibus subitæ infirmitatis languore percussus sum; & idcircò hîc in viâ remansi omni solatio destitutus. Tunc illa, Surge, ait, Frater, & sequere me, quoniam ego sum Agatha, cuius desiderio fatigaris, vt ad eius corporis visionem peruenias. Excitatus tantâ ac tali monachus melliflua visione, se quidem sanum reperit, sed Virginem, cum quâ loquebatur, visibiliter videre non potuit. Cumque tendere se putaret ad cellulam, in quâ sibi mandatum fuerat residere, stupendo satis modo, & admiratione digno, Abbatem & monachos, *& socios* qui iam perrexerant, nesciens antecessit, & quasi to- *antecessit:* tum illud viæ spatium peruolaret, non longè se à supradictæ mœnibus ciuitatis inuenit. Cognoscens autem illum Abbas, & videns, quòd tantâ illos velocitate præcesserit, ignarus rei, quomodò, & vnde venerit, curiosiùs scisciatur. At ille nequaquàm suæ sanitati ingratus, cuncta, quæ sibi sancta Virgo fecerat & dixerat, enarrauit ex ordine. Tunc Abbas & monachi, voluntate gaudioque non dispari, magnis Deum collaudando vocibus, vrbem ingressi sunt, sucque laudationis libamine corpus sanctissimum venerantes, sicuti optauerant, suo desiderio potiti sunt. Quo peracto ad
F suum lætabundi redière cœnobium. Nimirum hoc est, quod superiùs diximus, vtilitatis causâ, vel suæ vel aliorum, qui Domino seruientes, præsentialiter flagellantur, illoque salubri flagello de bono in melius proueheruntur. Nemo cùm viderit energumenos immundis spiritibus fatigari, illos abhorreat quasi derelictos à Domino, sed humanæ debet miseriæ compati, quæ multotiens non sponte, sed coactè, Diuinis obsecundat imperiis, vt per hoc, secundùm illud Apostoli, nonnumquàm Sathanæ tradatur in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini. Ergo quotiens videri- 1 Cor. 5. 5
mus aliquos diabolo mancipatos in corpore, duabus ex caussis fieri hoc à Deo iudice iusto credamus, videlicet vel ad corporalem castigationem temporaliter, vel ad damnationem perpetualiter; sed cuicumque illud fuerit detrimentum, nobis sit ad timorem Domini documentum.

Auctore Mauritio Ep. D *monachus in itinere correptus morbo,* *à S. Agatha apparente sanatur,* E

27 Illis autem commonitionis causâ prænotatis, cuiusdam dæmoniaci curationem subsequenti stylo promamus. Quidam Græcâ natione progenitus, vocabulo Spichius, in castro quod Geracium dicitur, sub professione monasticâ in oratorio sancti Protomartyris Stephani commanebat. Qui iam per decem annorum curricula nequissimo dæmonio vexabatur, quem quando arripiebat, per septem horarum spatia detinebat; cuius mater, Anna nomine, comperiens rumoribus hinc indeque resonantibus, quòd Deus omnipo-

AVCTORE MAVRITIO EP.

tens multos malignorum ſpirituum infeſtationibus laborantes iam per meritum ſanctiſſimæ Virginis liberaſſet, ad domum eiuſdem ſacratiſſimæ Virginis filium
A comitata, vt illi ſanitatem propitia largiretur, illam gemitibus, lacrymis, & verbis orabat. Vouit etiam Domino, quòd ſi ſuum ſanaret filium, ſeculum relinqueret, & ſub cultu monaſtico ſibi perpetuò deſeruiret. Sancta autem Virgo miſeræ miſeriæ miſericorditer miſerta, fidem matris pro filio deprecantis amplectitur, & opem, quam fuerat poſtulata, largitur; nam cùm vterque membra labore diutino fatigata ſopori dediſſet, viſum eſt illi arreptitio ſtellam clariſſimam de ſcutellis, vbi ſanctum fuerat caput, exire, ſuoque capiti leniter aſſidere. Qui confeſtim exurgens horrendiſſimam vocem emiſit, ita vt cuncti qui aderant terrerentur. Subſequenter igitur eidem beatiſſima Virgo & Martyr apparuit, & vtrùm ſanari vellet, inquiſiuit. Cui cùm protinus reſponderet: Volo, Domina mea, & ideò cum deuotione ad te confugi; illa dæmoniacum feriens alapâ, dæmoni, vt egrederetur ab illo, potentiſſimè imperauit. Quam deferens omnino deinceps reliquit incolumem, ſurgenſque ſanus intimauit aſtantibus ſe quemdam vidiſſe miræ magnitudinis ſerpentem mortuum à ſuo proprio ore delapſum.
B Mater autem eius, quod vouerat, reddidit, triduoque finito vnà cum filio, gaudens & benedicens Altiſſimo, ad proprium eſt reuerſa domicilium.

multi energumeni liberantur:

quidâ adductus à matre vouente ſe monachâ fore ſi ſanaretur, poſt multas inſõnes viſiones,

alapamq; à Sanctâ acceptam liberatur:

CAPVT V

Alia S. Agathæ miracula. Hiſtoriæ Epilogus.

28 NEc ſolùm præſentibus Virgo celeberrima, verùm etiam multotiens profligatis aliquibus diuerſis anxietatibus multa beneficia conferebat abſentibus, vt oſtenderetur illud Epigramma Angelicum omnino eſſe veriſſimum, Mentem ſanctam ſpontaneam, honorem Deo, & Patriæ liberationem. Igitur tempore non multo poſt iſta exempla, quæ ſcripſimus, peracto, quædam fœmina Meſſanenſis Chriſtiana Deumque timens, ſe quibuſdam nautis orationis cauſsà Cataniam nauigantibus ſociauit. Quæ quamuis eſſet grauida, tamenque vnius oculi lumine, & vnius auris carebat auditu, vt per Deo dicatam Virginem, & Martyrem Agatham priſtinæ mereretur ſanitati reſtitui, hoc laborioſum iter arripuit. Verùm marinis fluctuationibus, & fœtore ſentinæ, vnde quamplures nauſeare ſolent, mulier debilis fatigata, ſingultu creberrimo diruptis penè viſceribus cruores cœpit euomere, & intantum eſt anguſtiata, vt putaretur à ſociis vitalem ſpiritum funditus exhalaſſe. Cumque ſæpius concitaretur ab illis, & plus indicia mortis, quàm vitæ videretur habere, decreuerunt ad littus diuertere, vt corpus mortuum, ſicut humanitas exigit, traderetur ſepulturæ. Sed non inuenientes habilem locum ad tale miniſterium aptiùs adimplendum, volebant in mare corpus eiicere. Hanc enim ſepulturam in tali quàm maximè mortis neceſſitas cogit inferre. Quidam verò miles lembo vehebatur eodem, qui hoc fieri rationabili ſatis & modeſto ſermone vetabat, dicens ſibi videri, illam, ſiue mortuam ſiue viuam ad illum locum, quò properare deuouerat, ab illis debere iuſtiſſimè deportari. Simulque illam operiens cum reliquis expectabat rei finem. Poſt horarum quatuor intercapedinem, mulier illa, quæ ſic iacebat exanimis, oſcitauit, oculos aperuit, cunctiſque mirantibus & lætantibus, ſe verè viuere demonſtrauit, nautaſque compellans ſollicitè percunctari cœpit, quis illam in illud nauigium poſuiſſet. Illis è contrà dicentibus: Tu ipſa, non aliorum, ſed tuis pedibus huc introiſti; mulier ad ſe reuerſa ſic ait: Ego pro certo noui me raptam fuiſſe de corpore, & extra mœnia ciuitatis cuiuſdam in quadam baſilicâ extitiſſe, vbi albatorum aderat multitudo, qui cuidam Virgini

etiâ abſentes curantur:

mulier luſca, aure vnâ ſurda, & grauida

C *nauigatione viſa exanimari,*

ſublapta,

venuſtatis eximiæ concinebant cantus ſuauiſſimi cantilenam, & eam proprio nomine S. Agatham nominabant; à quâ interrogata, quid quærerem, reſpondi, me ad ipſius veniſſe ſuffragium, vt ab ipsâ merer diu coptatam conſequi ſoſpitatem. At illa me dextrâ manu Crucis ſigno benedicens, Vade, ait, in pace, quoniam quod fideliter poſtulaueras, impetraſti; ad domum autem meam propera, nam ibi mea tibi promiſſa complebo. Nautæ verò his ſermonibus animati curſu rapidiſſimo cum muliere Cataniam peruenerunt: quæ dum coram Virgine clementiſſimâ ſoſpitata quieſceret, nocturnalis officij perſonante principio, lumen pariter, & auditum eius interuentu promeruit, cunctoſque, qui videbant iſta, promouit

Laudibus immenſis attollere facta Tonantis.

29 Eodem die, quo apud Cataniam hæc fuerant acta, quidam ſenex, Ioannes nomine, iam duobus annis cæcus exiſtens de Meſſanâ ſuperiùs ſæpiſſimè nominatam veniebat ad vrbem. Qui dum ad locum, qui Trium monaſteriorum vocabulo nuncupatur, vno ſe comitante caniculo perueniſſet, non caſu, ſed nutu Diuino, vt credimus, more inſolito canis ille fugiens ſenem dereliquit, ignarum viæ, omnique deſtitutum ſolamine. Senex autem lacrymis faciem vbertim humectans, à Deo poſtulabat auxilium. Cui per orationem S. Agathæ Virginis vnius oculi viſum reddidit, eumque ipſa de ſuperioribus voce delapſâ commonuit, vt ad eius Reliquias viſitandas cœptum iter carperet. Paruit, &, vt ad aſylum ſanctiſſimæ Virginis venit, orauit, atque quod ſibi cælitus fuerat repromiſſum, integerrimè vtriuſque luminis claritatem accepit. Deinde per nocturnam viſionem ab eadem admonitus, ſuæ ſanationis factus eſt prædicator, voce ſimul & ore pariter omnibus innoteſcens, per S. Agatham ſe fuiſſe diuinam miſericordiam aſſecutum.

D *videt S. Agatham & alios Cælites,*

Catana ſanatur:

cæcus in viâ vnius oculi viſũ recipit,

E

Catana alterius,

& Sanctã in ſomnis videt.

30 Hæc nos de miraculis ſanctiſſimæ Virginis Agathæ modò dixiſſe ſufficiat. Ceterùm legentes hortamur, vt ſi quid indecens atque ſuperfluum in hoc ſermone repererint, infirmitati noſtræ attribuant; ſi quid verò decens & vtilitati conueniens, Deo bonorum omnium largitori committant. His ergo miraculis euolutis finem teneamus, verſus recitemus & hos in laudem beatiſſimæ Virginis.

Epilogus.

Lætemur, Patres, & Chriſtum glorificemus,
Cuius tantarum de munere munus habemus.
Qui Sanctæ nobis Agathæ corpus venerandum
Reddidit, imò dedit, plus mundi rebus amandum.
Cui nil terrenum meritò valet æquiparari,
Quum Deus in cælo voluit ſine fine beari.
Quo reſidens ſolio Regi copulata polorum
Puiſat & orat eum, lapſus releuando ſuorum.
Olim nos linquens Orientis regna petiuit,
Sed miſerando ſuos nunc ad ſua tecta rediuit.
Non benè ſeruaſti theſaurum Græcia talem,
Qui viresque thronum cumulauerat imperialem.
Non fuit ille tui, ſed noſtri denique iuris,
Sublatus furto, furtum ſine crimine furis.
Quâ ſit apud Chriſtum ſublimi ſede locata,
Quandocumque potens celeberrima Virgo beata,
Quæ per eam fiunt oſtendunt vndique mira,
Per quæ quamplures Sathanæ ſaluantur ab irâ.
Orbatis viſum reddit, mutiſque loquelam
Præſtat, & ægrotis repetit quamcumque medelam.
Credere qui dubitas, ſi vis, ea ſigna videbis,
His etiam viſis nec tu reticere valebis.
Vrbs felix gaudens gaudeto Catanienſis,
Nec te dira fames, nec iam ferus obruet enſis.
Ordinis ipſe tui memor Ordo monaſtice gaude,
Triſtia depellens, de tantâ Virgine plaude.
Tuque Redemptori dic carmen Clerice lætum,
Sollicitans omnes ad diua negotia tecum.
Plebs etiam ſacro Baptiſini fonte renata,
Actus linque tuos veteres, & ſis renouata.

F

Rex

A Rex nouus ad Superos vehit hos qui ritè nouantur,
Trudit & Inferno qui ſordibus inueterantur.
Eius conuiuas acceptat candida veſtis,
Regis amicitias, fideique per omnia teſtis.
Quâ qui veſte caret, manibus pedibuſque ligatis
In tenebras miſſus pœnas luet improbitatis.
Laus ſit .... perpes per ſecula cuncta potenti,
Virgineis precibus tot dona ſecunda ferenti.
Cui pariter mentes, & corpora noſtra dicemus,
Cuius tàm carum de munere munus habemus.
Nos autem Virgo ſemper commendet eidem,
Qui non mutatur, ſed permanet vnus & idem.

S. AGATHÆ MIRACVLA

deſcripta à Blandino monacho.

CAPVT I

Catana ope S. Agathæ ſeruata. curati ægri, præſertim energumeni.

B 1 IGitur famâ excellentiſſimę Virginis & Martyris Agathæ plurima terrarũ ſpatia peragrante, loco in quò venerabilis theca ipſius tenetur, certatim vndique properãt certis ex cauſſis; alij enim medelam corporis, alij ſuam ſuorumque tuitionem, alij facinorum veniam flagitantes: ſed vltimi quamuis minimè exauditi videantur, non minùs tamen exauditos credimus, ſi fideliter poſtulant, imò magis, quia quantò digniùs poſcunt, tantò citiùs aſſequuntur. Illi namque ſanitatem iterum debilitaturam, iſti, quæ ſine carent, poſtulant. Plus eſt enim electorum vitæ de digno dignum precibus aptare, quàm præſenti vitæ morituram mortuum reuocare. Quod vtrumque Sanctam hanc Martyrem feciſſe non dubitamus.

Fiunt magni cõcurſus ad S. Agathæ corpus.

2 Reuoluto igitur anno, paucos ante dies ſuſceptionis glorioſæ Virginis, ſuperuenientes ab Hiſpaniis piratæ Siciliæ inſulam occupauerunt. Patratis verò quàm pluribus malis, Cataniam à Gentilibus fraude arripiendam hilariter adeunt: ſed fraus, Sanctiſſimæ meritis, Chriſticolis non incognita manſit. Et quamuis tantæ multitudini minimè poſſent reſiſtere, oſtendunt ſe tamen promptos & agiles ad pugnandum: quibus viſis,

Catana an. 1127 per eam ſeruata.

C gens Deo odibilis, timore Diuino perterriti, longiùs receſſêre. Eodem autem die cum Syracuſanis certamen ineunt, vrbem capiunt, alios trucidant, alios necant, & alios ſecum ducunt, nil præter mœnia, quæ ſecum ferre non poterant, relinquentes. Quòd verò ita Cataniam præterierê, illius adſcribitur gloriæ, quæ propriæ liberatio eſt patriæ.

direptis Syracuſis.

2 Cumque appropinquaſſet dies ſanctæ ſolennitatis, aduenit hinc inde populus innumerabilis: inter quos matrona quædam penè nobis omnibus, vt ita dicam, nota, quæ vtriuſque auris omnino officium amiſerat, affuit. Nocte itaque orationi vacans, paullulùm dormitare cœpit: affuit Interuentrix muliebri habitu admodùm ornata, conſtipata cateruis lucifluis, infelicibus auribus auriculares mittens, protinuſque diſparuit. Illa autem ſurgens mirabatur voces hominum. Poſtquàm verò ſe perfectè cognouit curatam, exclamauit, cunctoſque qui aderant, in omnipotentis Dei laudem commouit. Alia itaque priuata lumine, nocte eadem tenebris depulſis ex integro reſtituta eſt luci.

ſurda Catanæ ſanata:

alia cæca.

4 Quinto annorum vergente curriculo, ex quo ſacratiſſimæ Virginis & Martyris Agathæ corpus à Conſtantinopoli Cataniam relatum eſt, contigit quamdam mulierem Syracuſanam, nomine Bonamfiliam, à crudeli dæmone nouem annis poſſeſſam, Dei nutu hoc ordine liberari. Confluentibus quamplurimis

an. 1131 energumena Catanam adducta,

Chriſtianorum cateruis ad diem feſti Relationis ſacræ Virginis, præfata mulier mentis atque ſalutis inops, ducatu ſui mariti, nomine Petri, genere Piſana, inter ceteros deuenit. Quæ cùm ſacræ baſilicæ propinquaſſet, iniquus poſſeſſor eam cœpit ſolitò vehementiùs torquere, & pœnis atrocioribus vexare. Intrante verò illâ baſilicam, & ſacris Reliquiis propinquante, idem crudelis agitator, laxatis ſuæ malitiæ frænis, totis viribus in eam debacchari cœpit, & quaſi alieni iuris poſſeſſionem, quam ſibi iam tamquàm eripiendam ſentiebat, penè ſolutâ compage membrorum tòtam diſcerpere: quæ dum ſtridoribus dentium, & clamoribus altiſonis intonaret vſque adeò vt ſonos organorum, quæ tunc ſolennitatis gratiâ concrepabant, & voces in choro pſallentium, more tonitrui maximo præcedente coruſco ſuperaret, totam eccleſiam ita perturbabat, vt nulli quieſcere vel orare liceret, niſi quòd vehementiſſimus eius clamor cunctis Deo piè querentibus materiam parabat orandi. Quid plura? Totâ nocte illâ, & parte ſequentis diei non modicâ in tantis calamitatibus expensâ, ventum eſt ad horam, quâ ſacra Miſſarum ſolennia celebrari decebat. Ordinatâ igitur proceſſione, cùm Sacerdotes, qui ſacrum feretrum ſuis humeris portabant, ante dæmoniacam veniſſent, præ- E ſentiâ ſanctarum Reliquiarum ita perturbatus eſt dæmon immundus, vt videres ægram anguino more torqueri, & multò plus ſolito vexari, nec non miſerando geſtu membrorum veraciter confiteri, nullam eſſe ſocietatem Chriſti ad Belial, neque partem fidelis cum infideli. Cùm ſacrum Euangelium perlectum fuiſſet, exorcizationis ſermone ad populum habito, ſicut mos Eccleſiaſticus exigit, admoniti ſunt omnes orare Deum pro Chriſtianiſſimo Imperatore, pro Regibus, & pro his, qui in ſublimitate ſunt conſtituti, & maximè pro illâ miſerâ & miſerabili facturâ Dei, quæ in præſenti cauſsâ crudeliter vexabatur, vt Deus, qui omnia poteſt, precibus & meritis ſanctæ Virginis & Martyris Agathæ ſalutem circa illam operaretur. Tunc omnes, qui priùs in ſilentio conſtituti, fraternâ pietate commoti, è multis cordibus vnam faciunt rempublicam, & quaſi communicationem aduersùs immundum habitatorem, lacrymoſos ſingultus, & præcordiales preces ad thronum Iudicis dantes. Mox in commune oratur, precibus cælum pulſatur, nomen ſacræ Virginis Agathæ ab omnibus frequentatur. Quid multa?

AVCTORE BLANDINO MONACHO.

D

dirè torquetur à dæmone,

præſertim prope Sanctæ feretrum,

ſed omnibus pro eâ orantibus,

Dum ſic feruet flamma caritatis,
Pias preces formans vnitatis,
Aures pulſat .... Deitatis,
Mox reportans dona pietatis. F

Nam dum venerabilis Pontifex Mauritius, qui tunc epiſcopatum innocenti vitâ decorabat, Præfationem Miſſæ celebriter decantaret, repentino Dei nutu, fugato habitatore, & mundato Dei plaſmate, iacuit illa penè ex animis effecta, ita vt putares illum de Euangelio puerum, qui plus vexatus eſt exeunte dæmone, quàm cùm priùs ab eodem fuerat poſſeſſus. Quo viſo cœperunt quidam puſillanimes trepidare, &, licet in vanum, vehementer formidare, ne fortè cum immundo ſpiritu proprius exhalaret. At vbi reſumpto anhelitu ſuæ ſaluationis indicia demonſtrauit, Deo & ſanctæ Virgini gratias referendo, & ſuorum peccatorum confeſſionis exordium proſequendo, certi omnes, & de fraternâ ſalute congaudentes, lacrymas doloris in gaudium conuerterunt, & in laudes omnium bonorum largitoris proruperunt.

liberatur ſirè examinata.

Marc. 9

5 Sequenti nihilominùs anno, item eiuſdem Relationis ſexto, altera muliercula, vt fertur, à dæmonio eſt liberata. Cùm inter coruſcantium miraculorum ſacra præconia beatiſſimæ Virginis Agathæ fama celeberrimis extolleretur faſtigiis, & à Siculorum non ſolùm populis, verùm etiam ab extranearum accolis prouinciarum, in vrbe Catanenſium eccleſia, quæ ad honorem Dei eiuſdemque eſt fabricata Virginis, ſatis

alia energumena an. 1132 liberata,

AVCTORE BLANDINO MONACHO.

congruâ deuotione veneraretur, Diuinâ largitate & clementiâ multa poſcentibus præbebantur ibidem beneficia: nam claudicantibus greſſus, dæmoniacis, debilibuſque, ac variis ægrotationibus laborantibus ſanitas à Domino eius piis recompenſabatur precibus. Sed quoniam ſermonis prolixitas deformitatem, faſtidiumque generat audientibus, breuitati idcircò verborum, ſimplicitatique .... curauimus. Nec audita tantùm, vt quidam facere ſolent, ſed ea potiùs, quæ approbando vidimus, & viſa approbauimus, poſteris dilucidare prouidimus. Et ne per ſcripturarum campos ſermo noſter immorando proteletur diutius, & quaſi quoddam ſuper alio diſputationi magis, vt plerique in ſuis conſueuêre tractatibus, quàm rei actæ narrationi, omiſſo propoſito ſuppeditare videatur, Ieſu Chriſti Domini noſtri præeunte in omnibus gloriâ, quæ per eius famulam Agathen ipſo dante operantur miracula, eiuſdem largiente gratiâ, breui quidem, ſed veridico cupimus diſtinguere *a* .... glorioſa.

multa alia facta miracula. Auctor viſa narrat.

a *Aliquid videtur deeſſe.*

CAPVT II

Paralyticus à S. Agathâ curatus.

Famu tẽpore, diues quidã ad pauperiem, redactus,

6 CVm igitur Sicanorum terra peſtilenti famis oppreſſione, demeritis exigentibus, à Domino percuſſa vehementiſſimè laboraret, vir quidam in Meſſanenſium ciuitate, Ioannes nomine, inter ſuos anteà honoratus coætaneos, cœpit inopiâ & egeſtate tabeſcere. Cumque præter aſinos duos nil ſibi reſiduum, opumúe aliquid cerneret remanſiſſe, inſtigatus ab vxore, regionem vndique peragrabat pretio ipſos conducens aſinos, quò ſaltem inopem ſic poſſent defendere vitam. Talia etenim eo exercente quotidie, languore percuſſus valdè, vix reptans, valetudine omnium amiſsâ membrorum, ſolis poplitibus vehebatur & manibus. Repentino itaque obſtrictus flagello, vxoris æſtuante in eum irâ, duplici angebatur cruciatu, inſperatâ remuneratione à dilectâ ſibi coniuge reportatâ. Quid plura? quid faceret? quò ſe verteret? Ceſſantibus vndique auxiliis, & vndique inualeſcente infirmitate, non medicorum, vt humana conſueuit calamitas, vſus eſt ſuffragio, ſed totâ mente hærens cælo, omnipotentis Dei Sanctorumque aſſiduè procumbens liminibus, deprecabatur miſericordiam. Quod cùm per longum tempus feciſſet, nocte quadam cùm à B. Nicolai, vbi diu

& paralyſi oppreſſus,

Diuinam opem conſtanter implorat,

C iacuerat, eccleſiâ, quæ paruo interuallo, in inſulam, quæ vulgò Lingua dicitur, diſtat à ciuitate ſita, reportatus fuiſſet, talis ei in eccleſiâ beatæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ pernoctanti diuinitus oſtenſa eſt viſio. Nam circa mediæ noctis horam Virgo ei inenarrabili pulchritudine decorata, veſte circumdata aſtitit albâ, tangenſque latus eius, proprio vocauit cum ex nomine, dicens: Cur tanta, Ioannes, ineſt tibi ſegnities, vt ad meam domum ire minimè diſponas? Stupefactus itaque ad tantæ viſionis magnitudinem, in ipſo in quo erat ſomno, ab eâ inquirere cœpit ſollicitè, quæ, aut qualis, quæúe eius eſſet domus, quò vel ſic edoceretur, quid facere debuiſſet. Illa autem confeſtim ſe eſſe Agathen, quæ pro Chriſti nomine in vrbe Catanenſium martyrizata eſt; eiuſdemque ciuitatis eccleſiam ſuam eſſe domum, ei declarauit, ſubnectens, vt recepturus ſanitatem ad eamdem eccleſiam properaret. Lætus igitur effectus poſt modicum à ſomno euigilans, die luceſcente ad maris ſe continuò portum, de promiſſione ſanitatis acceptâ..... portare fecit, vt reperto nauigio Virginis viſionem adimpleret & factis. Die verò mediante, ſole iam laxis habenis currente, contigit, Diuinæ, vt mihi videtur,

in ſomnis monitus à S. Agathâ

Catanam nauigat,

voluntatis arbitrio, vt in Meſſanenſi portu vna ex Catanenſium ciuitate nauis attingeret: nautis etenim ad terram ex more progredientibus, videntes eum ad litD tus, vbi, vt prædictum eſt, ſe aſportatum tranſuexerat, iacentem; cauſſas ab eo ſollicitè inquirentes, expoſuit eis ſeriatim & Virginis viſionem & infirmitatis ſuæ incommodum & eiuſdem Virginis iuſſionem. Mox ita recitatis, confeſtim cum læti in ſuam nauim ſuſcipiunt, ac dantes carbaſa ventis, Cataniam poſt triduum proſperè deuenerunt. Interea poſtquàm Cataniam peruentum eſt, ad terram è naui ponitur, ac corporis inualidam glebam baculo, manibus, genibuſque ſuſtentans cuiuſdam ſui noti, quæ prope littus erat, vix attigit domum: quam cùm ingreſſus fuiſſet, ceram, quam ſecum à Meſſanâ detulerat, in candelas commutans, ac toto corpore reptans, patrato officio, omnibus eum conſpicientibus ſpectaculum præbens, ſanctæ & glorioſiſſimæ Dei Virginis & Martyris Agathæ poſcebat eccleſiam, cupiens verum cum precibus placare lumine lumen. Mira res: tanto namque ardore mentis, feruore repletus incedebat caritatis, vt contra humanum morem, quod pedum ſummiſſæ officio manus non præualebant, dentibus adimplere, ore geſtans candelas, non verecundaretur. Nobis equidem ex conſuetudine à Completoriis perſoluendis laudibus venientibus, ſubitò in eccleſiâ apparens velut horrendum cunctis ſe præbuit monſtrum, voceque emiſsâ, vt ei aperiretur, vehementiſſimè deprecabatur. Tunc vnus ex Fratribus, cui eccleſiæ cuſtodia commiſſa fuE erat, aperto oſtio ad eum exiens, imperauit ſilentium, expletoque officio, & Fratribus ad lectum euntibus ſe aperturum denuò ei promittens. Quod cùm ita geſtum fuiſſet, & orationem ſecundùm propriam voluntatem ad Dominum emiſiſſet, tenebrarum detentus caligine ante monaſterij valuas per totam noctem iacens, die adueniente neruorum valetudine recuperatâ, ac totius corporis ſanitate, eccleſiam ſoſpes ingreditur. Fratribus itaque eccleſiam pro conſuetudine introëuntibus, Deum magnificant hymnidicis vocibus, aliâque ex parte tintinnabulorum eximiis vocibus, vniuerſæ ciuitatis, vt ad eccleſiam properaret, concitatur populus. Facta eſt igitur ad eccleſiam populi Chriſtiani turba non modica, voce lacrymabili, ſed pietate plenâ Dominum benedicens, qui per interceſſionem glorioſiſſimæ Virginis & Martyris ſuæ Agathæ creaturis vt Creator dignatur deſcendere. Patratum eſt hoc miraculum anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo primo, Tranſlationis eiuſdem glorioſiſſimæ Virginis & Martyris Agathæ à Conſtantinopolitanâ vrbe in prouinciâ Siculorum in ciuitate Cataniæ anno decimoſexto, Indictione quartâ, quarto Nonas Iulij, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

& ad templũ Sanctæ mirabiliter adreptat,

Ibiq; ſanatur

4 Iulij 1141.

F

Fratrum cunctorum minimus, vel ſeruus eorum,
Blandinus ſcriptum dictando protulit iſtud,
Martyris eximiæ quò ſit titulus memorandus.

CAPVT III

Energumenæ ad corpus S. Agathæ mirabiliter curatæ.

7 TEmpore, quo *a* Yuenis electus monaſterio Catanienſi præerat, mulier quædam, nomine Bona, neſcimus quo iuſto omnipotentis Dei iudicio, diabolo ad vexandum tradita, apud caſtrum, quod Palatiolum dicitur, erat: quam eius conſanguinei nimio affectu diligebant, ac de eius ægritudine incredibiliter iugi mœrore afficiebantur. Qui à compluribus erebrò audientes miraculorum beneficia, quæ ſolitâ pietate omnipotens Deus, beatiſſimæ Virginis & Martyris Agathæ interceſſione, ad Reliquiarum eius loculum deuotiſſimè venientibus aſſiduè faciebat, manibus & pedibus

a

A dibus vinctis prænominatam dæmoniacam ad Deo dicatæ Martyris ecclesiam sub omni celeritate duxerunt. Contigit autem, vt prædictum Yuenum ante fores monasterij sedentem inuenirent, eumque multis precibus obnixè flagitarent; quatenùs miserrimam tam crudeliter vexatam omnipotentis Dei pietate ecclesiam ingredi, ac sub B. Agathæ capsâ pernoctare sineret. Quia verò nox instabat, & adhuc monasterij ornamenta propter Natiuitatis Domini solennitatem super altare erant, vix ab eo obtinere potuerunt, vt prædictam dæmoniacam ecclesiam ingredi pateretur. Tandem, vt suprà diximus, à sæpedicto Yueno vix impetratâ licentiâ, Dei & B. Agathæ oratorium pariter cum suis ingressa est. Illis verò ante BB. Petri & Pauli capellam stantibus & orantibus deuotissimè, ecce duo teterrimi & ingentes ad modum asini canes, ante illorum præsentiam subitò apparuêre: quibus de diabolicâ visione stupefactis ac tremefactis, vnusquisque in frontem vexillum sanctæ Crucis protinus sibi impressa sit, & extemplò tetri dæmones nusquam comparuêre. Tunc dæmoniacæ custodibus totam noctem pro tanto terrore insomnem ducentibus, manè facto, religiosus quidam monachus, tunc temporis sanctarum

B Reliquiarum reuerentissimus custos, more solito pietate ductus, nimiùm miserrimæ mulieri compassus est, atque eam, vt parentes postulauerant, sub beatissimæ Martyris capsam benignissimè admisit, glorioſissimum Virginis caput à loculo reuerenter extrahens, super sæpenominatam infirmam diutissimè tenuit, supplicitèr orans omnipotentem Deum, quatenùs meritis & precibus Martyris suæ eam à dæmonio solitâ pietate liberare dignaretur. Cumque prædictus vir venerandus orationi instantissimè instaret, refuga spiritus, qui omnipotentis Dei creaturam inuaserat, atque sæuissimè vexabat, confestim vlulans cum ingenti stridore exprimere ex liquido ausus est: Aufer, aufer Agathen canem; recolo enim, quòd ante sui corpusculi depositionem eam instantissimè tentauerim, ideoque à compluribus, quos suis peccatis exigentibus vexare permissum est, huc ad sua suffragia concurrentibus, me violenter expellere non desistit. Sed firmissimè scio, quòd ab hoc euasurus corpore precibus suis violentiùs expellar.

8 Hæc immundo spiritu clamante, contigit illum, qui hoc miraculum ad posteritatis memoriam conscribere satagit, orationis gratiâ oratorium B. Agathæ deuotissimè ingredi, atque vniuersa hæc sub testimonio Dei dixit, quia verum dixit, seriatim auribus

C propriis, apertissimeque audisse. Tunc ille nequaquàm mulieris, sed sæuissimi dæmonis fore balbutientia verba protinus intelligens, eum per Patrem & Filium & Spiritum sanctum fortiter exorcizauit, quatenùs nomen suum sub omni celeritate significaret. Tunc ipse audito tanto nomine, quia silere minimè audebat, Æthiopem se vocari planè respondit. Sed quia, vt prædiximus, à sæpenominatis custodibus audierat, quòd in præcedenti nocte duo teterrimi canes ante illorum præsentiam subitò apparuerant, attentiùs dæmonem consuluit, vt extemplò, licet mendax, & mendacij pater, tamen diceret vtrùm maligni spiritus serotini canes fuissent, qui apparuerant. Tunc ille versipellis sodales suos eos fore liquidò est confessus, subiunxitque, quòd vnus Sathan, alter illorum Persecutor nuncuparetur. Rursum illum studiosiùs inquirens, quam potestatem ipse, & collegæ sui haberent; illicò nullam aliam potestatem se habere respondit, nisi zizanias & discordias Fratribus interserere, Prædicti verò socij mei longè ferociores, potentioresque sunt; illi namque cuiusdam Palatioli Burgensis, qui Michaëtus cognominabatur, sæuissimâ nece animam extorsêre. Statimque dæmoniacæ sæpenominati custodes, quod à diabolo referebatur, recognoscentes penitùs certissimum esse professi sunt.

9 Tunc sæpedictus Yuenus vnà cum sanctis Fratribus, qui apud Cataniam degunt, inæstimabiliter admirans, sacratissimas Reliquias Apostolorum Principum Petri & Pauli, ac sacratissimi Siluestri, à quibusdam religiosis Fratribus super dæmoniacam cum ingenti reuerentiâ afferri iussit, cumque super eam delatæ forent, extemplò refuga spiritus, beatissimi Apostoli Petri omnino silentio habito, vociferari cœpit: Tolle, tolle procùl Paulum atque Siluestrum, nam me acerrimè incendunt. Statimque vniuersi Fratres ac Clerici & populus, qui circùm aderant, nimio terrore stupefacti de diaboli dictis, vltrà quàm dici potest admirati sunt. Illum verò instanter nobis lacessentibus, vt cuius Reliquiæ essent, exprimeretur, nullatenùs sit ausum de prædictis B. Petri Reliquiis vel modicè fari, liquidò respõdit; quòd si fortè præsumeret, eius princeps atrocissimè illum inde verberaret. Ideoque vniuersitatem vestram multis precibus flagito, vt me deinceps numquàm amplius super hoc conueniatis, potiùs autem hanc miseram crudelissimè vexare sinatis. Quidam autem de circumstantibus, maligni spiritus precibus non acquiescentes, imò magis ac magis eum instantiùs coniurantes, vt è vestigio promeret, quò possesso & defatigato vase expulsus iturus esset; ille clarâ E voce confestim respondit, quòd ad puellam quamdam, quæ Marocta nuncupabatur, apud memoratum Palatiolum commorantem, contiolaturus foret, eamque sub omni celeritate atrocissimè afficeret. Cumque instantiùs illum inquirerent, liquidò respondens ait: Sine vllo scrupulo huc ventura est, meritis & precibus huius Virginis continuò liberanda. Mira res, & inaudita: supradicta dæmoniaca omnipotentis Dei nutu, ac beatissimæ Virginis & Martyris adminiculo, cunctis qui aderant cernentibus, à dæmonio liberata est.

10 Post anni nimirùm circulum, quemadmodùm refuga spiritus prædixerat, sæpè puella prædicta, nomine Marocta, maligno spiritu plena, vnà cum parentibus suis ad B. Agathæ oratorium properauit, atque pro Dei misericordiâ, horâ quâ religiosissimi Fratres Missarum solennia suppliciter celebrant, è vestigio à dæmonio liberata est. Tunc piissimi Catanienses Fratres propter puellæ miseræ liberationem nimiùm exultantes, immensas grates omnipotenti Deo, à quo vniuersa bona procedunt, simulque B. Agathæ, deuotissimè reddidêre, ac signa cum ingenti iubilo concrepuêre, ad laudem & honorem Domini nostri Iesu Christi, cui sit decus & iubilatio, tripudium & exultatio, nunc & semper & per immortalia secula seculorum: Amen. F

energumena Catanam adducitur:

dæmones canis specie apparent, & Crucis signo fugantur:

à Blandino scriptore de quibusdã interrogatur:

dæmon in obsessâ Reliquias S. Agathæ admotis torquetur:

Auctor rebland. monachus.

S. Petrum nominare recusat:

ex obsessâ pellitur:

post annũ ex alia.

a *Hic esse videtur, cuius apud Pirrum per i solùm expressum est nomen; ipse ab aliquibus* Iulianum, *à pluribus* Ioannem *exhibet tradit: fuit autem Mauritij successor.*

SYLLOGE
MISCELLANEORVM MIRACVLORVM
S. AGATHÆ. I. B.
CAPVT I

Spiritualia S. Agathæ beneficia: martyrium prædictum, felix obitus &c.

PRæter illa quæ modò commemorata sunt, exstant alia plurima S. Agathæ, *tum in ciuitates populosq; vniuersos, tum in singulos mortales, beneficia. Delibare aliqua lubet: atque ea primùm, quæ ad animorum præcipuè spectant salutem, inculcatamq; vel diuinitus impetratam virtutis perseuerantiam. Aliquot hoc in genere exempla proferemus.*

Beneficia spiritualia S. Agathæ.

Avctores I. B.

feremus. Primum eſt S. Luciæ Virgini atque Eutychiæ matri eius exhibitum, quod ita in Actis illius narratur.

A 2 Cùm per vniuerſam Siciliæ prouinciam beatiſſimæ Agathæ fama crebreſceret, & Syracuſanus populus per millia quinquaginta ad vrbem Catanenſium

Apparet S. Lucia,

ſitienter pergeret, ad ſepulchrum S. Agathæ Virginis venerandum, contigit Luciam venerabilem Virginem, nobiliſſimam Syracuſanorum, ſimul pergere, feſtiuitatis gratiâ inuitante, cum matre Eutychiâ, quæ annis quatuor fluxum ſanguinis patiebatur, & nullo poterat medicorum remedio liberari. Igitur dum proceſſionis

Matth. 9

myſteria agerentur, hæc Euangelij lectio fuit recitata, quâ legitur tactu fimbriæ veſtimenti Chriſti mulier à ſanguinis fluxu ſanata. Et dum hæc lectio recitaretur, dixit S. Lucia matri ſuæ: Si credis, mater, his quæ leguntur, crede Agathen paſſam pro Chriſti nomine, hoc meruiſſe vt ſemper in præſenti habeat eum pro cuius nomine paſſa eſt. Contingе ergo ſepulchrum eius, & liberaberis.

poſt orationem ad eius ſepulchrũ dormienti,

3 Igitur cùm peractis omnibus populus abſceſſiſſet, proſtrauerunt ſe ante ſepulchrum eius mater & filia, & cœperunt lacrymis flagitare ſuffragium. Intereà dum orationis prolixitas tenditur, ſomnum Lucia Virgo arripuit, & vidit in ſomno B. Agathen in medio

B

Angelorum gemmis ornatam ſtantem, & dicentem: Soror mea Lucia, Virgo Deo deuota, quid à me petis, quod ipſa poteris præſtare continuò? Nam & matri tuæ fides tua ſubueniet, & ecce ſaluata eſt. Et ſicut per me Catanenſium ciuitas ſublimatur à Chriſto, ita per te Syracuſana ciuitas decoratur à Domino: quia iucundum Chriſto in tuâ virginitate habitaculum præparaſti. His auditis expergefacta ſurrexit tremens, & ait matri ſuæ: Mater mea, ecce ſalua facta es. Per ipſam te deprecor, quæ te ſaluauit ſuis orationibus, ne tu mihi aliquando ſponſum in terris nomines, nec velis de corporis mei poſteritate fructum mortalitatis inquirere; ſed omnia quæ mihi eunti ad corruptionis meæ auctorem, hominem morituum, eras datura, da mihi eunti ad integritatis meæ auctorem Dominum Ieſum Chriſtum.

denũtiatq; ſanitatem matri,

& ipſi ventura;

& accẽdit amore virginitatis

4 *Integra S. Luciæ Acta dabimus* XIII *Decembris, quæq; Alcaico metro, parùm licet polito, edidit Sigebertus Gemblacenſis, ſuperius citata. Narrat eamdem S. Agathæ apparitionem atque Eutychiæ curationem S. Althelmus in libro de laude Virginum cap.* 33. *deq; laudibus virginitatis cap.* 23. *Meminit & Maurolycus in Martyrologio his verbis:* Huius ſepulchrum magnâ Siculorum frequentiâ veneratur: ad quod veniens Lucia, Syracuſana Virgo, ſanitatem Eutychiæ matri precibus impetrauit. *Eadem habet Caniſius, aliiq;. Amplificat, more ſolito, rem geſtam Paulus Æmilius Sanctorius, iſtaq; addit inter cetera:* Luciam, Agathæ ædem

C

ingreſſam, recordatione fortitudinis rerumque geſtarum, ingens inuaſit ardor, cum martyrij cupidine: mox contemplata Virginis corpus, crudas mammas, effulgentemque manum, vberrimè fleuit.

& martyrij:

5 *Aliam ad lauream martyrij promerendam vel vocauit vel animauit S. Agatha,* Dignam *Cordubenſem Virginem anno Chr.* IↃCCCLIII. *Eius certamen ſcripſit S. Eulogius lib.* 3 *Memorialis Sanctorum cap.* 8. *Hìc delibanda quæ ad S. Agatham pertinent:* Cùm dies illa, *inquit*, maximum curſus ſui explens metabulum, iam penè in horam nonam diuergeret; Virgo quædam adoleſcentula, merito & nomine Digna, ex collegio venerabilis Eliſabeth, cuius rationem liber ſecundus ediſſerit, Deo reuelante & confortante ad palmam proceſſit. Paullò namque ante martyrium ſuum, aſſiſtere ſibi per ſomnium videt puellam habitu & ſpecie percomptam Angelicâ, roſas & lilia manu geſtantem. Quam cùm de nomine cauſâque ſui exploraret aduentus; Ego ſum, inquit, Agatha, olim propter Chriſtum diris attrita ſupplicijs; & nunc veni partem tibi purpurei muneris huius conferre. Accipe libens donarium, & viriliter age in Domino: nam & reliquias roſarum & liliorum, quas in

apparet S. Digna

& prædicit martyrium:

manibus ſeruo, poſt te ex hoc loco datura ſum migrãturis. Tali denique Virgo ſacratiſſima viſu ac munere illuſtrata, cùm è dexterâ colloquentis reſam ſuſciperet, auris admixta cœleſtibus ab oculis intuentis eleuabatur. *Cetera dabimus* XIV *Iunij, quo colitur* S. Digna. *Monacha ea fuit, vt hìc innuitur, in cœnobio quod Eliſabeth coniuxq; eius Ierendas fundarant; ac duplex quidem, alterum viris, fœminis alterum, vt idem ſcribit Eulogius, lib.* 2 *cap.* 2, *ad* Tabanos viculum, in partibus Aquilonis inter prærupta montium & condenſa ſiluarum, ſeptenis ab vrbe (*Cordubâ*) milliaribus diſtantem: *cuius iam nullum extare veſtigium teſtatur Ambroſius Morales.*

D

6 *Minus plerumque horroris, ſæpenumerò moleſtiæ plus, quàm martyrium habet diuturna ægritudo. Quæ hìc Digna ad martyrium generosè capeſſendum, eadem* Chriſtianum *monachum Heiſterbacenſem Ordinis Ciſtercienſis ad conſtanter perferendas morbi æruminas hortata eſt S. Agatha, diemq; obitus, licet obſcurè, prænuntiauit. Quod ita Cæſarius, & ipſe Heiſterbacenſis monachus, anno* CIↃCCXXII *ſcripſit lib.* 4 *cap.* 30. Nocte quadam, *inquit*, in ſomnis S. Agatha Martyr & Virgo apparens illi, dixit: Inter iſta conſolatoria, Chriſtiane, non ſit tibi oneroſa infirmitas hæc, quia iſti LX dies reputabuntur tibi pro LX annis. Expergiſcens, quia viſionem intelligere non potuit, quibuſdam eam reuelauit. Quam quidam ita interpretati ſunt, quòd tantùm eum purgaret à peccatis infirmitatis illius acredo, quantùm LX anni in Purgatorio. Aliis videbatur, quod verius fuit, quia infirmitas illorum LX dierum, propter patientiam, eſſet ei pro merito LX annorum: nam in nocte S. Agathæ ſpiritum reddidit, qui dies fuit ſexageſimus ab eâ nocte quâ hæc audiuit. Conſummatus in breui expleuit tempora multa. *Eum alij abſolutè* S. Chriſtianum *indigetant, alij* Beatum, *vti diximus* IV *Februarij in catalogo Prætermiſſorum.*

conſolatur Chriſtianum monachum,

E

& mortẽ prædicit

7 *Ioannes Marietta lib.* 12 *de SS. Hiſpaniæ cap.* 61 *aliud memorat, in conuenta Scalabitano, ſiue Santarenſi, Ordinis Prædicatorum, euenìſſe, vt Fratre quodam* Dominico, *viro religioſo, ex hydropiſi decumbente, fœmina in valetudinarium intrârit, inq; lecti eius ſpondâ reſederit, albis induta veſtibus, habitu ac ſpecie oris corporiſq; ſupra humanam, eumq; officicsè cõſolata, abſceſſerit. Quo ille viſo conturbatus, cùm neſciret mortalem non fuiſſe, queſtus dein eſt accedenti ad ſe vni è domeſticis, patuiſſe aditum fœminæ ad illa vſque ædium penetralia. Hic verò diligenter omnia perſcrutatus, neque viſum vlli quenquam externum, nedum fœminam, neque patuiſſe fores deprehendit. Die inſequenti, cùm peruigilium eſſet S. Agathæ, vociferari æger cœpit, velle ſe migrare è vitâ quamprimùm, eaq; dicens expirauit. Ex eo coniectauêre, qui in illo cœtu degebant viri pij & graues, S. Agatham fuiſſe, quæ anteà lecto ægrotantis aſſederat, actantum ſcilicet honorem illius impenderat virginitati, quâ illibatâ prædituin fuiſſe teſtatus eſt, qui hæc litteris tradidit, eiuſq; excipere confeſſiones ſolebat, Ægidius vir ſanctus. Geſta ea ſunt anno Chr.* CIↃCCLXXI. *Ita Marietta.* Dominici *huius meminit, ac* Beatum *appellat, Leander Albertus de viris illuſtr. Ord. Prædic. lib.* 6 *fol.* 261. *Eumdem refert in Hagiologio Luſitan. Georgius Cardoſus,* IV *Februarij, valdeq; B. Agathæ cultui addictum fuiſſe prædicat, verùm anno* CIↃCCLXII *obiiſſe.*

vti & Dominico Scalabitano,

vt piè creditum.

F

8 *Aliud lubet adiungere, quod non miraculi quidem aut reuelationis vim habet ac pondus, oſtendit tamen quàm de Sanctorum rebus geſtis benignè ſentire debeamus, & pietatem erga S. Agatham poteſt in legentium animis ſuſcitare. Suâ manu id Michaël Monachus deſcripſerat, addendum Sanctuario Capuano, ſi quando illud recuderetur: id porrò ad nos Capuâ miſit Silueſter Aioſſa, vir humanus iuxtà ac doctus, eiuſdem Monachi ſororis filius. Ita porrò ille ſcripſerat:* Colloquebantur die quadam ſanctimoniales monaſterij S. Ioannis Capuæ (*earum is conſcientiani regebat*) de geſtis ſanctarum Virginum, quarum ipſæ nominibus appellabantur. Cum earum vna, Victoria nomine, Agathæ Guaſtaferro, (quæ deinde Abbatiſſa fuit) minimè quidem procace animo, ſed inconſideratè tamen dixit: Nihil ſingulare admodùm in S. Agathæ geſtis legitur.

Eius Acta nõ magni æſtimans

Nam

A Nam quid? acerbos quidem perpessa est cruciatus & tyranno sapienter respondit. Sed ista pleræque aliæ Virgines ac Martyres fecerunt. Euenit inde non multò post, vt quo ferè tempore ad Matutinum campani æris pulsu dari signum solet, ipsa cùm adhuc in lectulo esset, neque planè vigil, nec penitùs somno pressa, visa sibi sit vocem cuiuspiam audire, ita se compellantis: Victoria, Victoria, dicis in agone meo nihil esse magnum ac singulare: an non meministi me xxx dies apud Aphrodisiam & filias eius esse detentam? Nec tibi id singulare videtur? His illa verbis planè experrecta surrexit, ac veniam petiit, mihique postea rem omnem exposuit. Siue autem ipsâ Sanctâ auctore ea vel missa vox est, vel ingestum somnium, siue ex piæ illius monachæ imaginatione ortum, valuit certè ad illius compungendum & tenerâ pietate emolliendum animum. Neque potest qui S. Agathæ inter illas lupas constantiam considerat, non admirans exclamare: Sicut lilium inter spinas, sic amica tua inter filias hominum, ô Sancte Iesu. *Hæc pius ille vir & eruditus.*

in somnis monetur.

CAPVT II

Ætnæi ignes an. Chr. CCLII *Velo S. Agathæ repressi. id quale?*

9 *Celeberrima omnium fuêre, quæ in refringendis propulsandisq; Ætnæ incendiis eluxêre S. Agathæ miracula: quippe cùm nõ vnus aliquis è populo, sed ciuitas vniuersa, multaq; circùm oppida seruata. Est Ætna Siciliæ mons, Catanæ imminens, magnitudine, atque ignibus præsertim, quibus assiduè flagrat, quibusq; interdum latiùs sparsis horribilem edit perniciem, clarior, quàm vt describi à nobis aut debeat hîc, aut non longè infra dignitatem possit; omnibus poëtis, oratoribus, philosophis, historicis omnium ætatum memoratus; fusissimè à Philippo Cluuerio Siciliæ antiquæ lib. 1 cap. 8. Thoma Fazello de reb. Siculis dec. 1 lib. 2 cap. 4 Cl. Mario Aretio in Chorographiâ Siciliæ, Antonio Philotheo de Homodeis.* Montem Gibellum *nunc, vulgò* Mongibello, *accolæ nuncupant.*

Ætnæi ignes sæpè eius ope repressi.

10 *Ex hoc igitur prorumpentes funestos ignes, patrocinio S. Agathæ sæpius depulêre Catanenses, illius potissimùm velo flammis torrentium modo ruentibus obiecto. Ita superiùs Acta Latina qu. 3 nu. 15.* Post anni circulum, circa diem natalis eius, mons Ætna eructauit incendium, & quasi fluuius torrens, ita ignis vehemens & saxa & terram liquefaciens, veniebat ad Catanensium ciuitatem. Tunc paganorum multitudo fugiens de monte descendit: & venerunt ad sepulchrum eius, & auferentes Velum, vnde erat coopertum sepulchrum eius, statuerunt illud contra ignem venientem ad se; & ipsâ horâ stetit

vt an. 252 Velo ius obiecta.

C ignis diuisus. *Fusiùs id Methodius describit cap. 5. & quidem Velum intra sepulchrum fuisse, texisseq; virgineum corpus indicat nu. 32.* Ad sanctæ Martyris sepulchrum festinantes accurrunt, preces fundunt & lacrymas: Velum, quod virginale corpus tegebat, extrahunt, bacillo in aërem extollunt: itaque armati fidenteque, grassantibus incendiis obuiam prodeunt. *Metaphrastes magis ad Latina Acta accedit: καὶ ἀφελόμενοι τὸ περικείμενον περιβόλαιον τῇ λάγναι, κατέχουσαν κατέναντι τοῦ πυρός. quod ad verbum sic reddi potest:* & auferentes circumpositum vrnæ operimentum, constituerunt ex aduerso ignis. *MS. Messanense pro λάγναι habet τάφῳ* sepulchro.

non toto corpore,

11 *Scribere dicitur quidam (nam eum ipsi non legimus) totum corpus Virginis oppositum ignibus fuisse, cùm Veli solius & Acta vetustissima & ceteri scriptores meminerint. Ambigua tamen S. Aldelmi lib. de laude Virginum cap. 32 sententia est, ita scribentis:*

aut tũbâ.

Tum Siculus cultor, flammarum fulmina cernens,
Ignibus opposuit sanctam cum corpore tumbam,
Et dicto cinùs sopiuit damna focorum.

Coniectabam legendum in primo versu, flammarum flumina, *in secundo fortasse,* de corpore grympam: *sed obstat & editum exemplar & quod penes nos est MS. vetustissimum. Alio verbo, sed sensu eodem, vtitur idem Aldelmus in libro de laudibus virginitatis, vbi de S. Agathâ isthæc habet:* Quin D potiùs vt adamantinus scopulus contra illata carnificum tormenta ferro fortior induruit. Cuius rei documenta, & non fictæ veritatis indicia, Siculus indigena & Catanensis oppidi municeps concorditer adstipulantur: qui, cùm Ætnæ montis incendia fluillis latè scintillantibus bullirent, sulfureisque flammarum globis feruida torrentûm flumina in præceps currentia crepitarent, sacram sarcophagi cymbam, quâ virginale corpusculum claudebatur, quasi turris obstaculum, & muri propugnaculum, ruituris ignium imbribus opposuerunt: & mox horrendos focorum ardores, obuia quæque crematuros, & liquefactas scopulorum congeries voraturos, dicto citiùs cum Virginis suffragio sopierunt.

AVCTOR RE I. B.

12 *Sed hîc quoque* grympam *scriptum fortassis ab Aldelmo; scribi certè oportuisse, quidam volunt.* Grympam *sanè quidem, vel* Grympiam, *appellant Catanenses, peregrino vocabulo, vt fatentur. Eruditi quidam ab Græco* γρυμπάνειν *ductum volunt, quòd Hesychius in Lexico interpretatur* γρυπᾶσθαι, συγκάμπτειν, curuare, conuoluere: *quia quadruplici plicaturâ inuolutum, hastæq; argenteæ appensum ostenditur ac circumfertur. Aiunt affinem Lusitanis vsurpari vocem* Grimpa, *quæ alam significat è leui ferro confectam, super summa tecta locatam, cuius motu ventorum differentiæ discernantur. Verùm neque ad sacrum Velum ea significatio facit, neque ratio est cur ab Lusitaniâ petiisse vocem eam Siculos arbitremur.*

Velum id Grympa *dictum, vndei*

13 *Est porrò Velum illud (vt in obseruationibus MSS. Michaëlis Monachi, quas ab Siluestro Aiossa accepimus, annotatum, & ab Augustino Inuege ex Petro Carrera traditum) est,* inquam, *Velum byssò textum, quod vtrinque aurei subsegminis limbis terminat ac decorat. Color eius subobscurè rubescens, qui ferme est rosæ siccæ: latitudo bipalmaris, longitudo palmorum ferè sedecim. Creditur S. Agatha eo ad capitis ornamentum vsa, collumq; Græcarum mulierum more circumtegendum. Id Catanæ semper asseruatum, principio quidem intra sepulchrum, dein crystallinæ phialæ inclusum, nunc, tenuiore serico panno tectum, inseruumq; sacculo telâ Damascenâ suffulto, intra capsulam argenteam conditum.*

quale quantumq; sit

qui seruetur?

14 *Cur ab hoc potiùs Velo sibi petendum aduersùs ignes præsidium duxerint Ætnæ montis accolæ, quàm ab marmoreâ tabellâ, quâ id promittebatur, alioue sanctæ Virginis cimelio, caussam fuisse prædicant Catanenses; itaq; traditum à maioribus; quia cùm in vitis carbonibus volutaretur Virgo, illæsum ab iis velum permansisse animaduerterant. At nescio an credibile sit, velo amictam, aut aliâ tectam veste, ab impurissimus carnificibus in hoc pertractam esse tormentum.*

cur id adhibitum?

15 *Narrant iidem Catanenses, Velum illud fuisse candidissimum, sed in quo diximus tormento ab igne ruborem illum subfuscum duxisse: nam picturas in veteri æde S. Agathæ spectari, quæ in carbonibus iacentem alboq; tectam velo exhibent: sed & alias in Cathedrali basilicâ, in quibus candidum etiam velum Ætnæis ignibus obiicitur. Non igitur colorem iam mutârat in carbonibus. Verùm neque antiquæ sunt hæ picturæ, & fuit earum auctoribus, quæ omnibus vulgò pictoribus est, audendi quidlibet potestas.*

F

an olim album fuerit.

CAPVT III

Ætnæi ignes per S. Agatham repressi, seculo XII XIV XV.

16 *Fuit omni deinceps ætate in hoc Velo reposita Catanensibus spes præsidij aduersùs funesta illa Ætnæ incendia. Quæ tamen sub Romanorum Græcorumq; imperio extiterint seu prodigia montis seu Diuæ miracula; quæ sub dominatu Saracenorum, ac deinceps, vel non sunt litterarum monumentis consignata, vel deinde interciderunt, ad nostram certè notitiam necdum peruenerunt. Prædicat tamen de eâ vniuersim*

S. Methodius

AVCTORES I. B.

S. Methodius cap. 1 *nu.* 2 continuis tempeſtatibus eam in manu habuiſſe miraculorum poteſtatem & efficentiam, *id eſt, ſex ferè poſt ſuum martyrium ſeculis, quando vixiſſe Methodium anteà diximus. Menæa quoque tum ignem Ætnæum propulſatum, tum curationes quamplurimas ab eius ſepulchro fluuij inſtar promanantes celebrant*, his verbis: Ὀρμημὰ ἀκαθέκτου πυρὸς ἐνθάδε (*malim legere* Αἰτναίου) ἀνέστειλας σῶις εὐχαῖς ἀγαθώτατε, τὴ πόλιν. δέδωσας τὸ σεπτόν σε, Μάρτυς, λείψανον ἱμῶσαν, ἐξ ἧ τρυγᾶ τὰς ποταμὰς τῶν ἰαμάτων ἐν θείῳ πνεύματι. ἐν ταύτῃ γὰρ ἀθλήσασα, τὸν δυσμενῆ ἐταπείνωσας, ἢ τῆς νίκης τὸν στέφανον ὁκομίσω, πάνευφημε. Impetum effrænatum ignis Ætnæi repreſſiſti tuis precibus, ô bono inſignita nomine, & vrbem ſeruaſti ſanctas tuas, ô Martyr, reliquias honorantem, è quibus illa fluuios colligit curationum in Diuino Spiritu: in eâ enim certamine ſuſcepto hoſtem proſtrauiſti, & victoriæ coronam recepiſti, ô vndique celebratiſſima!

A *Pluvimà per S. Agatham fiunt miracula,*

17 *Enumerant Fazellus, Philotheus, Pirrus, & in MSS. Obſeruationibus Monachus, aliquot Ætnæ incendia, Velo S. Agathæ, vel nè Catanenſi ciuitati nocerent depulſa, vel quæ improuisò illapſa erant, ne omnia abſumerent, coërcita. Nam etiam in horribili illâ ſtrage, quæ contigit anno* CIↃCLXIX, *(non* CIↃCLXXIX, *vt Philotheus ſcribit, aut vt alij* CIↃCLXXIII, *vtque Cl. Marius Aretius* CIↃCLXV) *quibuſdam Velum illud ſaluti fuit. Stragem ipſam ita breuiter narrat Fazellus:* Anno ſalutis CIↃCLXIX pridie Non. Februarij, regnante Guilelmo II, Ætna plus ſolito ſæuiit. Rupibus namque ingentibus agroque Catanenſi combuſtis, terræmotu ſuo Catanenſium fines atque adeò vrbem labefactauit, vt baſilica corruens Epiſcopum vnà cum Clero & populo oppreſſerit. *Erat tunc Catanæ Epiſcopus* Ioannes de Agello. *Hugo Falcandus, qui tunc in Sicilia viuebat, ſcribit viros ac mulieres ad* XV *millia oppreſſos. Antonius Philotheus addit:* Et niſi velo Virginis Agathæ, qui ſupererant, ſe tutati eſſent, actum eſſet de illis, furentibus & perſtrepentibus vndique flammis. *At Falcandus, & quod Pirrus recitat de eâ ſtrage vetuſtum carmen, Ætnæi ignis tunc Catanam perlati non meminerunt, ſed ſolius terræmotus, vti & Marius Aretius.*

quæ an. 1169 terræmotu euerſa,

B

multis per S. Agathã ſeruatis, incertum an etiam ab igne.

18 *Dein* anno ſalutis, *inquit idem Fazellus,* CIↃCCCXXIX IV Calend. Iulij, Frederico huius nominis ſecundo Siciliæ Rege rerum potiente, cùm per plures annos abſque igne & fumo fuiſſet, horâ diei XXIII repentè contremuit ac tonare cœpit. Mox è montis latere, quod Orientem reſpicit, in rupe, quæ Muſarra tunc dicebatur, niuibus eo tempore obſitâ, aperto notuo hiatu ignis erupit: quem accreſcente veſperâ, inſecuti candentes globi ac auulſa montis viſcera, liquefactique ſaxorum orbes, velut torrens, per decliuia & ſubiecta loca graſſantes, obuia quæque abſumebant ..... Eiuſdem Iulij Idibus circa ſolis occaſum, iuxta Muſarram rupem, ac templum Diui Ioannis Paparumetta cognominatum, ex inferiori montis parte ex inopinato hiatus alter, ac paullò pòſt in eodem agro duo alij ſunt aperti, eâ vi ac violentiâ, vt ex quatuor crateribus, paruo inter ſe interuallo diſſitis, ingentium lapidum congeries vnà egeſtæ profundas valles & nemorum ſaltus in montes arduos extulerint. Fluebat enim ex quadruplici illâ voragine riuus igneus inſtar metallorum ex fornace liquentium, occurrentem tellurem & ingentia ſaxa ac arbores quaſcumque non ſolùm comburens, ſed abſumens: terraque ipſa, quæ paullò antè calcabatur, incanduit, ac velut ſpumis aquarum ad ſcopulos è fluctibus eliſarum, latè inſtar excreſcentis fluminis profluuio igneo inundata ac diſperſa eſt. Poſtquàm verò igneus torrens diu multumque per plura montis ſpatia euagatus eſt, tribus tandem alueis ſeſe diuiſit: quorum duo Orientem versùs ad Acis vſque loca littori propinqua plures dies decurrerunt: tertius verò contra Catanenſium fines ſe direxit. Quem, priuſquàm fines ipſos inuaſiſſet, Velum Diuæ Agathæ à Sacerdotibus è mœnibus vrbis obiectum extinxit.

28 Iunij 1329 ingès Ætna incendiũ,

C

& horribilius aliud 15 Iulij,

Velo S. Agathæ à Catanâ auerſum.

& c. Eadem ex Fazello memorat Cluuerius, & breuius in Leonardi de Fliſco Epiſcopi geſtis Pirrus, ita concludens: Totaque penè Catana abſumpta flammis, vel motu concuſſa corruiſſet, niſi Diuæ Agathæ patrocinium adfuiſſet. *Auctor eſt Philotheus,* immenſâ tophorum & ſaxorum mole Catanæos ita campos deuaſtatos *tunc fuiſſe,* vt in præſentem vſque diem (*ſcripſit autem ante centũ ferè annos*) agri penè omnes glareâ, quâ indigenę Sciaram vulgò appellant, cõbuſtiſque lapidibus referti appareant.

D

19 *Aliud octuageſimo pòſt anno defeuiit ab Ætnâ incendium, ſed ipſum quoque S. Agathæ ope repreſſum. Quod ita memoratur to.* 3 *Hiſpaniæ illuſtratæ, in Indicibus rerum ab Aragoniæ Regibus geſtarum lib.* 3 *ad annũ Chriſti* CIↃCCCCVIII, *his verbis:* A. D. V. Id. Nouemb. ſecundâ noctis horâ Ætna maximis conquaſſatur terræmotibus; tantoque flagrat incendio, immenſos flammarum globos eructans, vt Catanæ dies illuxiſſe, nubeſque ac faces ardentes cælo volitare viderentur. 11 M. P. ſupra D. Nicolai templum, quod REGINÆ incolæ vocant, quinque ignei crateres XII dies continenti incendio conflagrauerunt, ſulphureas proiicientes flammas. Cinis egeſtus, pruinis immixtus pænè Meſſanam, aliquotque Brutiorum oppida obruerat: cùm Blanca Regina, præſtantiſſima fœmina, Catanâ non exceſſiſſet. Sed cùm D. Agathæ ſacro corpore mœnia perluſtrarentur, Diuinâ ope vrbs tantò incendio minimè conflagraſſe viſa eſt. *Hæc ibi. Erat* Blanca *Nauarræ Regis filia, ſecundâ vxor Martini Siciliæ Regis, cuius nomine, ac poſteà ſoceri Martini* II, *aliquandiu regnum adminiſtrauit.*

iterumq; an. 1408 9 *Nouẽb.*

E

corpore per mœnia geſtato.

20 *Hoc populſati reſtinctiq; ignis miraculum ita à Matthæo Siluagio conſignatum litteris accepimus; nam ipſos eius commentarios non vidimus:* Item reperitur, *inquit,* in Chronicis S. Mariæ de Licodia: *quod eſt Catanenſe monaſterium ad Ætnæ radices ſitum.* In nomine Domini & individuæ ſanctæ Trinitatis. Noueritis, quòd anno Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti CIↃCCCCVIII, regnante in Siciliâ Rege Martino & Blancâ, accidit quòd die Veneris, IX Nouembris.... & propter hoc incendium diu noctuque non ceſſabant facere proceſſiones cum Reliquiis S. Agathæ. Et tunc Epiſcopus Catanenſis, qui tunc præſens erat in ciuitate, cum maximâ multitudine populorum pedeſtrium & diſcalceatorum fundentium lacrymas, acceſſit, & aſportauit vſque ad locum ignis Velum & mamillam beatæ Virginis Agathæ; qui locus diſtabat à prædictâ ciuitate per ſpatium XII mill. Et ab illo die in anteà prædictus ignis non fuit auſus venire aduersùs ciuitatem.

velo & mamillâ extra vrbem.

21 Anno deinceps ſalutis CIↃCCCCXLIV, *inquit Fazellus,* iterum Ætna terribili ignium eiaculatione Catanam versùs cùm iter arripuiſſet, Petrus Hieremias Panormitanus Ordinis Prædicatorum, magnâ vir pietate, cum Cleri populique pompâ, Velum Diuæ Agathæ in occurſum contra incendia detulit: quæ, quaſi illud reuerita, aliò iter ſuum conuerterunt, ac vigeſimo pòſt die extincta ſunt. Eo tempore & mons ipſe contremuit, eoque motu è ſummo cacumine vaſtæ quædam rupes diſſolutæ collapſæque vaſtâ ruinâ in ipſam voraginem ciderunt. Vnde hiatus ille perpetuus multò amplior eſt factus. *Philotheus ita paucis rem perſtrinxit:* Quid de illo maximi profectò horroris & iacturę incendio, quod anno circiter CIↃCCCCXLIIII euenisſe in hiſtoriis diſcimus, quo ſummum Ætnæ apicem ſubſediſſe, ignibuſque Diuæ Agathæ velo obuiatum fuiſſe, maiorum monumentis apertiſſimè conſtat?

velo iterũ an. 1444

F

Eadem memorat Pirrus, atque hæc addit: Prorex F. Petro Hieremiæ perſcripſit, vt regiis ſumptibus Cathedrale templum, quod mox caſurum videbatur, repararet. *Eâ vel reparandi templi, vel auertendi incendij occaſione,* Ioannes Piſcis, *vel* Pixitellus, *ſiue* de Piſcibus, *Epiſcopus Catanenſis, ſacrum Diuæ caput inſpexit, vt ſuprà dictum ante hiſtoriam Tranſlationis § 6 nu.* 52

(tũmq; templum reſtauratũ. Reliquiæ viſitatæ)

22 *Anno* CIↃCCCCXLVII *die* XXI *Septemb. ignes Ætnæ eructauit, vt flammarum iam torrentes decurrerent: ſed ex rum*

atque an. 1447 21 *Septemb.*

A *rum S. Agatha curſum ſtitit. Saxa adusta remanſere, periculi beneficiiq́, monumentum. Ita Monachus & alij.*

CAPVT IV

Ætnæi ignes ſeculo XVI *ſæpius per S. Agatham coërciti.*

23 AD *ea nunc veniamus quæ ſuperiori noſtroq́, hoc ſeculo euenerunt. De illis ita ſcribit Fazellus:* Hactenùs itaque ab aliis accepta: iam iam quæ ipſi viſu ſumus aſſecuti, commemoremus. Ætna cùm deficiente iam materiâ ſulphureâ & bituminosâ, vel obſtructis meatibus, nec ignem nec fumum per plures annos emitteret, accolæ eius cacumen aſcendentes, illæſi craterem etiam ipſum penetrabant. Sed inconſtans hæc māſuetudo fuit: anno ſiquidem ſalutis CIↃ IↃXXXVI, IX Calend. Aprilis, flante Auſtro, & ſole ad occaſum vergente, nubes atra montis apicem operuit, & inter eam rubor emicuit. Tum repentè ex ipſo cratere ignei torrentis vaſta vis erupit; paullatimq́ue in modum fluminis, magno montis murmure ac terræmotu defluens Orientem versùs deſcendit, lacumq́ue (cuius ſuprà in B deſcriptione meminimus) illapſus, magnam ibi repertam lapidum congeriem liquefecit: quæ ſupra Randatium oppidum præcipiti ſed falcato volumine decurrens, ouium greges & animalia pleraque obuiantia ſtatim demerſit. Ex eodem quoque ſummo montis cratere mirum ac horrendum viſu profluuium igneum Occidentem versùs, ſupra Brontem & Adranum oppida, eodem tempore effluere cœpit. Liqueſcentes enim lapides ſulphurei ac bituminoſi, vi ventorum depulſi, lento fluxu & intermiſſo, velut ferrum candens, decurrebant: & qui primùm defluxerunt, ſenſim amiſſo calore, in priorem naturam ac materiam ſubnigram indureſcebant. Pòſt riuus alter igneus deſcendens, non ſupra priorem fluebat, ſed inter ipſius arenoſam cutem & priorem ignem iam extinctum imminſcens ſeſe, curſum medium ſibi ſuâ vi faciebat; ita vt & cutis ſuperior & ſuperficies prioris æquè eſſet dura. Qui verò ignis recens erat ſubterfluebat inſtar teſtudinis, quæ ſub teſtâ durâ viuens, lentè tamen graditur. Ita fluenta, quæ priùs induruerant, nouis cedebant; à quibus in partes diſiiciebantur. Nouiſſimis itaque ſemper vincentibus, multiplicabatur incendium ad latitudinem ſtadij vnius, profunditatemq́ue cubitorum circiter XII. Cumq́ue totum refixiſſet profluuium, lapidum molarium congeriem ab ore crateris ad terminum vſque fluxus ſubnigram recens eructatam perpetuò reliquit. C Ita lapides ipſi in eodem colore perſeuerant, quo defluxerant; ſed quò recentiores, eò nigriores & firmiores: proceſſu enim æui & palleſcunt & in arenas reſoluuntur. Erat autem profluuij materia ſulphurea & bitumine mixta. *Dein narrat, vt euerſum terræmotu ſit ignibuſq́, obrutum S. Leonis templum; hæcq́, addit:* Circa eadem quoque loca, ad montis latera, terrâ dehiſcente, plerique hiatus ſunt perrupti. Ex quibus & fluenta ignea, & innumeri igniti lapides veluti tormento excuſſi, præmiſſo priùs fremitu, in cælũ emittebantur. *&c.*

nouus Ætnæ profluuium 24 Martij 1536

idq́, multiplex,

& iiſdem locus repetitum,

quàm altum & latum?

à Catanâ depulſum ope S. Agathæ:

24 *Non meminit hîc quidem Fazellus præſidij ab S. Agathâ impenſi Catanenſibus ſuis; eo tamen præcipuè immunes fuiſſe oſtendit Pirrus, ita ſcribens:* Anno CIↃ IↃXXXVI quadrageſimali tempore F. Bernardinus Rheginus, cognomento Georgius, vnus è primis nouæ Capucinorum congregationi adiunctus, vir ſanctitate & animarum ſalutis zelo illuſtris, Catanæ ad populum verba faciens, alterius Ionæ inſtar, in illius ciuitatis vitia acerrimè inuectus eſt. Diuino mox Spiritu correptus, hæc protulit verba: Audi Catana, quæ tot tantiſque vitiis inuolueris, audi miſera & expergiſcere. Ecce veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius: irruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare: veniet ſuper te miſeria, quam neſcies. At quænam ea ſit ignoras? Ecce, inſperatò erumpent ab hoc monte (Ætnam extenſo digito indicabat, ad cuius radices vrbs ea ſita eſt) flammæ tuorum ſcelerum vltrices, quæ vſque ad portas venient, teque vſque ad fundamenta exurent, deuorabunt; ac ſupremam tibi vaſtitatem afferent; niſi pœnitentiæ lacrymis, ac imploratis B. Agathæ ſuffragiis, Diuini furoris flammas extinguas. *Hæc Pirrus ex Annalibus Capucinorum, quæ ipſe ad huius anni incendia refert; ad ſequentis annalium ſcriptor.*

prædictum à Bernardino Rheginо Capucino

Auctore I. B.

D *in vltionē ſcelerum immittendum:*

25 *Antonius Philotheus (quo, vt ipſemet ſcribit,* apud Catinam; clariſſimam Siciliæ ciuitatem, litterarum diſciplinis incumbente, *Ætnæum illud incendium contigit:) fatetur quidem an.* CIↃ IↃ XXXVI *cum horribili terræmotu hiatum montis, diu iam obſtructum, ſubitò patuiſſe; ſed pridie Cœnæ Domini ait contigiſſe, quæ nota temporis in eum annum non quadrat, eſt tamen eiuſmodi vt poſt annorum aliquot interuallum ſcribenti magis eius memoriæ inhærere quàm Æræ Chriſtianæ numerus potuerit, ac vulgò ſoleat: ſæpè enim meminimus, exempli gratiâ, tremuiſſe terram feriâ quartâ ſanctioris hebdomadæ, ventos imminenſam toto Belgio ſtragem edidiſſe feriâ ſecundâ Paſchæ, neque continuò ſuccurrit, vel hoc anno Chriſti* CIↃ IↃC VI *vel illud* CIↃ IↃCXL *accidiſſe, niſi aut calculos Paſchales conſulamus, aut alia temporum ſigna reuoluamus animo. Eſt tamen apud eum in diei deſignatione aut mendum aut confuſio: nam* ad Martij decimum Calendarum, faſtigium *Ætnæ* ad duo circiter millia paſſuum depreſſum corruiſſe *ſcribit; at paullò poſt ait,* diem illum octauum, ante lucem Cœnæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, Iouis ſcilicet ante Reſurrectionis ſacratiſſimum Paſchatis diem feſtum *fuiſſe. Anno certè* CIↃ IↃXXXVI *Paſcha fuit* XVI *Aprilis, anno* CIↃ IↃ-XXXVII, I *Aprilis, neutro igitur feria quarta præcedens potuit in* VIII *vel* X *Kalendas incidere. Suſpicor vtrobique* IX Kalendas *ſcripſiſſe, vti & habet Fazellus, in anno tamen diſcrepans. Porrò anno* CIↃ IↃXXXV *Paſcha incidit in* XXVIII *Martij, ſiue* V *Kalend. Aprilis, feria quarta præcedens in* IX *Kalendas April. ſiue* XXIV *Martij. Sed hæc de tempore.*

accidii ſæuiâ 4 ſextæ hebdomadæ;

E

an non ergo 1535?

26 *Patheticè incendium; & quæ illud dederit damna, deſcribit Philotheus, ſed conſentientia ferè iis quæ ſunt ex Fazello relata commemorat. De remedio ab S. Agathâ petito iſthæc habet:* Præſentibus itaque calamitatibus, (*nocte inter diem Martij* XXIV *&* XXV) nemo ex tantâ ciuitatis turbâ repertus eſt, mas ſiue fœmina, ſenex vel iuuenis ſiue adoleſcens, liber aut ſeruus, quin etiam pueri, ac moniales Deo velatæ, clauſtriſque obſeratæ, qui quæúe nocte illâ, ſub flammis penè, per ciuitatis compita procurrentes, in Diuæ Agathæ templum (hoc erat vrbis primarium) ad ſalutem indagandam, non ſe turmatim reciperent: indeque longo patrum ceterorumque ordine, corporibus etiam pubetenus, aut pedibus ſaltem, denudatis, (quorum vnus ipſe fui) ad miraculis clarum Deiparæ Virginis Mariæ Carmelitarum cœnobium, Annuntiatæ ſacrum, extra ciuitatis muros, poſt Steſichori portam, (Iacis hodie) fundatum, maximâ cum veneratione religioſeque non accederent, ſua, vt poterant, confitentes peccata, ac Deo Opt. Max. animas commendantes. Idque magis quòd eſſet dies ille octauus, ante lucem Cœnæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, Iouis ſcilicet ante Reſurrectionis ſacratiſſimum Paſchatis diem feſtum. Quo factum eſt, vt inimicorum inter ſe multitudo, priuatis exploſis odiis, vetuſtiſque inimicitiis poſthabitis, in veram vnanimemque concordiam & pacem rectam coiret: ſuadente præſertim Stephano Bolano, Prædicatorum Ordinis Dominicano, Theologo non vtique ſpernendo, ſummæ exemplo & verbo religionis viro; ac Nicolao Nicoſienſi Minorum Ordinis Franciſcano, cuius id tunc munus erat, verbum populo Catinenſi Euangelicum concionandi, cuius etiam perſuaſione, pia opera quamplurima, ad Chriſti gloriam, optimum ſunt ſortita effectum.

magna tũc Catanæ omnium conſternatio,

F

ardor pœnitentiæ,

diſſidentiũ reconciliatio,

ſuadentibus eam Concionatoribus:

AVCTORES I.B.

27 *Multis deinde interiectis, ſubdit idem ſcriptor*: Catinenſes ceteriq́ue Ætnæi turmatim coëuntes, nimio præ terrore, contra ignis profluuium iter deuotè faciunt; Canonicis (quorum vtpote Vexillarius Bartholomæus Monſonns, vir ſanè probatæ vitæ) Diuæ Agathæ Martyris deferentibus Velum, quod Grimpiam Diuæ Agathæ ipſi vocant; quippe quod in ſepulchro eiuſdem repertum eſt. Verumenimuerò, quo in loco ita religioſè peruentum eſt, (mirum quidem & ſoliùs Dei Opt. Max. voluntate, intercedente pro patriâ Virgine Agathâ) ea tota ignis congeries, cunctos campos vaſtatura, nec ciuitati intra muros parſura quidem, ni reſediſſet, ad ſanctiſſimæ Crucis ſignum, velo illo factum, conſtitit, adeoq́ue refrixit, vt pedibus etiam nudis (vt ipſi vidimus) deſuper illæſis deambularetur. Quiſnam mortalium voces ibi adſtantium? Quis præ lætitiâ lacrymas vlulatusue? Quis illorum, hoc viſo miraculo, clamores ad æthera ſublatos referre poſſet? Teſtor equidem, atteſtoq́ue Deum, ipſe ego oppreſſis tremore ſpiritibus deficiens corruebam in terram quaſi moriturus, niſi amicus quidam, Laurentius de Deo, Catinenſis, condiſcipulus meus, inter brachia me ſublatum ſubſtuliſſet, aquâque adſperſum frigidiſſimâ, me exhalare ſpiritumque vitalem haurire feciſſet, mirantibus aliis.

velo S. Agat ſubitò reſtinctum incendiũ.

28 *Ac poſt pauca*: Incendia hæc intermiſſis planè temporibus totum vſque in annum CIↃ IↃXXXVII; fumo, terræmotu & fragore perdurarunt. *Inde factum fortaſſis, vt ea, quæq́; in ipſis ſopiendis euenêre miracula, non omnes ad eumdem referant annum. De ſequenti anno ita ſcribit Fazellus*: Anno namq́ue ſalutis CIↃ IↃXXXVII, Calendis Maij, Sicilia tota diebus ferme XII tonare cœpit: crebriq́ue ſonitus ac ingentes, quales ex tormentorum bellicorum ictibus edi ſolent, & grauiores quoque, non ſolùm Catanæ & vicinis agris, ſed Panormi quoque .... & totâ propè inſulâ ſunt auditi. E quibus paruo terræmotu facto, domorum concuſſa tecta ſimul & parietes nutabant..... Hi igitur ſonitus mugituſq́ue cùm increbreſcerent, III Id. Maij in Ætnâ, ſub colle quem incolæ Sparuerium vocant, hiatus quidam inſoliti ſunt aperti: è quibus tanta eiuſdem materiæ igneæ moles eſt egeſta, vt quatriduo XV P.M. iter conficiens, obuia quæque ſternendo exuſſerit, ac ad cœnobium vſque D. Nicolai de Arenis defluxerit: vbi conglobatus, monaſterio intacto, Nicoloſum & Mompelerium pagos adortus, plures eorum domos exuſſit obruitq́ue. Terræmotu quoque frequenti Catana & vicinæ vrbes adeò ſunt conuulſæ, vt ciues relictis vrbibus ad campeſtria ſalutem ſibi quæſierint. At Clerus & populus Catanenſis cùm incendia P.M. ferè XII vicina, ac ocyùs ad ſeſe deferri proſpicerent, ad aras D. Agathæ profugientes, Velum protulerunt: quo eminus porrecto, ignis conſtitit, ac mox ſedatus eſt, & Ætna tonare deſiit.

vt 13 Maij. 1537

ſed eodem velo repreſſum.

29 *Amplificat hæc ſcriptor annalium Capucinorum in hunc modum*: Ignis domibus, agris, & quæcumque inter montem & ciuitatem interiacebant, incendio deuaſtatis, iam ad vrbis portam pertigerat: cùm oppoſito illi B. Agathæ velo, populoque vniuerſo ad pœnitentiam conuerſo, piiſq́ue clamoribus ad Deum ac B. Agatham perſonante, ſtetit, Deo imperante, incendium, neque vlteriùs proſiliens, ibi fluctus igneos confregit ac penitùs extinxit. *Fazelli, Philothei, Pirri, quippe Siculorum, potior fides: & viuebant tunc quidem priores duo. Pirrus iſta addit: Catanenſes cum D. Agathæ Velo*, quò maximè feruebat igneus fluuius, ire pergunt. Mirum dictu: vix in ignis conſpectum venerat, cùm ille derepentè ſiſtitur, quamuis altiùs excreſceret intumeſcens affluente igneâ materiâ: ſed mox tonare deſiit Ætna, ac flammas euomere: quæ verò egeſtæ fuerant, in ſilices ferrugineos obduruerunt.

mox vbi in conſpectũ venit:

30 *Eodem anno* CIↃ IↃXXXVII (*licet quidam ad præcedentem referant*) *Mompilerij ita repreſſum ſacri Veli obiectu incendium ex loci eiuſdem annalibus ad nos Catanâ perſcriptum eſt. Diſtat* Mompilerum, (*Philotheo teſte* peramcundus pagus, *quem alij* Montempilerium *vocant*) X M. P. *Catanâ, ſeruatq́; æternum Victricis Agathæ monumentum.* Eò iam Ætnæi ignis torrens acceſſerat, & verò domunculas aliquot combuſſerat, templeq́ue maximo, Virgini Annuntiatæ ſacro, appropinquârat, nec non parietem, cui altare adiunctum erat, liquefecerat, pergebatq́ue porrò, totam ædem abſumpturus. Ecce autem Diuæ Agathæ Velum ad Mompilerium magnâ cum celeritate & frequentiâ importatur: quod ſtatim atque ad ædis ianuam incendio aduerſam peruenit (mirum viſu) igneus torrens, Agathæ numen reueritus, illicò conſtitit, & in ſaxum induruit; quod deinde, ne altari impedimento eſſet, partim reſecandum fuit, vtq́ue incendia in ſeipſis, non aliâ materiâ, tantum miraculum inciſum poſteris in æternum reſeruarent.

vti & in templo Mompilerienſi

31 *Hæc inde, atque iſta de eodem miraculo ex Matthæo Siluagio, qui tunc Catanæ fuit, ſed eius ſcripta nondum vidimus.* Tunc ignis, *inquit*, ad eorum matrem eccleſiam deuenerat, & titulum ex ignis impetu iam corruerat. O ſtupendum cunctis gentibus miraculũ! Velo igitur in naui ipſius matricis Eccleſiæ ingreſſo, B. Agathæ meritis, globorum ignitorum ſaxorumq́ue moles ad nauim prædictæ eccleſiæ minimè pertranſiit; ſed tumor erigebatur lapidum, alibi diuertens curſum. Ecce verò renouatum in Arcâ Teſtamenti miraculum, cùm hoc tantùm diſcrimen interuenerit, quòd ibi aqua Iordanis perfluens, hîc Ætnæ ignis, ne templo quidem ſacro parcens, conſtiterit. *Ita ille.*

cæpto iam abſumi.

32 *Michaël Monachus in MSS. Obſeruationibus, ex Carrerâ fortaſſis, nonnulla ab his omiſſa narrat, in hunc modum: Annuente Epiſcopi Vicario, prolatum eſt, ſub horam precum matutinarum, ſanctum Velum, comitante Clero & cunctis Religioſorum congregationibus, innumerâ ciuium multitudine proſequente, quorum plurimi luminaria geſtabant, ſaccis amicti multi, nonnulli nudis pedibus incedebant. Ita ad Mompilerium eſt ventum, vbi comploratio ingens erat omnis generis hominum, querentium ſibi domos, vineas, poſſeſſiones ceteras incendio abſumptas; reliquum eſſe nihil, niſi quantum humeris aſportare quiſque potuerat: matres paruulos liberos complexæ vlnis, ne vbi deponerent quidem tantiſper, habebant, igne omnia peruadente, quippe qui & ad matricem eccleſiam iam peruenerat, partemq́; eius ſubruerat. Mirandum autem prodigium! Illato in eiuſdem eccleſiæ nauim Velo, nihil deinceps in eam nauim ignitorum globorum inuectum; ſed aggeri primùm in tumulos, mox aliò diuertere curſum, ac tenuiùs fluere, demum neque è nouis, quos diximus, Ætnæ crateribus, proiici, vt priùs globi igniti. Reuertit igitur Catanam populus, B. Agathæ liberatrici ſuæ concinens grates. Hæc anno* CIↃ IↃXXXVII *geſta.*

quò religioſè itum;

33 *Cl. Marius Aretius in Chorographiâ Siciliæ, ita hoc Ætnæ incendium atque illata Mompilerio damna perſtringit*: Ac denique priore anno, & hoc quoque, quo ipſe ſcribo, milleſimo quingenteſimo triceſimo ſeptimo, menſe Maio, incredibilis magnitudinis igneam maſſam de incenſo ſulphure factam, ex ipſius Ætnæ nouis factis crateribus prolapſam: quæ ab aëre aliquantulùm condenſatâ ſuperficie, non velociter quidem, ſed paſſim ruebat, colles, nemora, ſaxa ac rupes, pagos etiam duos (mons pagos multos continet) Monpiler vnum, quem vocant, alterum verò Licoloſim, combuſſiſſe vidimus *&c.*

tunc illata ab igne damna:

34 *Aliud Ætnæ incendium memorat Roccus Pirrus his verbis*: An. CIↃ IↃLXXVIII ex Ætnâ monte incendium eructauit, & paſſibus IↃ fluuius igneus egreſſus latè vaſtabat agros: ſed ſacro B. Agathæ velo coërcetur. *Natalis Comes hiſtor. lib.* 30 *ad ſequentem annum refert, multoq́; longiùs graſſatum*: Ætna, *inquit*, Siciliæ mons, maximis horrendiſq́ue ignibus exarſit, cum magnis fremitibus ac motibus terræ. Nam aperti ſunt quinque hiatus, vnde vis maxima flammarum erupit, quæ ad decem millia paſſuum ferè defluxerunt in morem fluminis, cum

iterum an. 1578 vel 1579 coërcitum ſacro velo ſimile incẽdium.

A cum maximâ arborum fructiferarum & cultorum locorum deuastatione. Ita verò altè eructabantur saxa ignita, vt quoduis acumen aspectus superarent, neque à prospectantibus vltrà quoddam spatium concerni possent: quæ mox cum maximo fragore & periculo finitimorum in terram recidebant. *Hæc Natalis, qui & lib. 17 aliud anno* CIↃ IↃLXVI *erupisse incendium scribit, atque agrum omnem oppidi Linguaglossæ eo obrutum ac pessumdatum, Triocle vineas concrematas, Catanam vsque defluxisse ignes, totâ denique insulâ trepidatum.*

CAPVT V

Ætnæi ignes an. CIↃ IↃCXXXV, *Velo S. Agathæ restincti.*

35 *NOstrâ quoque ætate, (quod enim genus calamitatis omnibus retro seculis extitit, quod nunc quoque non illatum diuinitus, in scelerum vltionem, miseris mortalibus sit?) anno igitur* CIↃ IↃCXXXV *nouus in Ætnâ patefactus hiatus, ignita immani mole saxa eiaculatus, simul torrentem flammeum effudit, qui in septem dein riuos partitus, ingentem latè stragem dedit. Nam medij duo planitiem, quæ Roselli dicitur, estq; omnium ferè quæ versùs Catanam ab Ætnâ vergunt fertilissima, depopulati: dexterior, sata, vineas, arbores depastus, Pedaræ & Trecastagnæ oppidis ruinam minabatur, cùm ab hac quinque, quatuor ab illâ passuum millibus abesset: trium qui sinistrâ fluebant, qui maximus ac longissimè progressus, Iacy oppidi territorium corripuit ac vastauit.*

Anno 1635 nouum ex Ætnâ profluuium

B *sepisidâ,*

36 *Catanenses quoque ingens tam propinqui periculi metus inuaserat. Hoc excitata in eorum animis pœnitentia criminum, tum aduersùs Tutelarem suam religio, & fiducia nanciscendi ab eâ præsidij. Neque fefellit euentus. Depulsa enim Diuæ Velo, vt sæpius antè, pernicies. Id quo pacto euenerit, huc mihi Syracusis Eucharius Sartorius noster* XXV *Ianuarij nuntianit, quod septimo antè die gestum erat, perscriptumq; eò Catanâ ex certis & authenticis Actis, in hanc ferè sententiam.*

Velo S. Agathæ 19 Ianu.

37 *Indictâ ad opponendum furentibus flammis sacrosanctum Velum supplicatione, processimus, nudis plerique pedibus, die* XIX *Ianuarij. Vt ad ignem ventum, oblatum Missæ sacrificium subitariâ in id aræ erectâ, locupletè tamen apparatu: dein adhibitæ benedictiones. Mirum quanto impetu, toto tempore Missæ, liquentis metalli, aut aquæ in morem resolutus ignis, præter solitum insremuerit, seseq; altare versùs incitârit. Verùm peractis benedictionibus, subitò, omnibus inspectantibus, refixit, indurùitq; in lapidem, & ne vel pedem quidem vlteriùs proserpsit. Hic autem erat ignis qui propiùs ad Pedaram ac Trecastagnam accesserat. Medio quoque, post conceptas solennibus verbis benedictiones, obiectum est Velum: sed & is, licet incredibili fremitu contra Velum voluetetur, ipso tamen quo illud conquieuerat loco, illicò induruit. Idem alibi euentus. Exin reducta Catanam supplicatio: actæ sequentibus diebus gratiæ, plurimis Deo oblatis sacrificiis Missæ: fiunt nunc sumptuosi apparatus ad celebrandam Nonis Februarij anniuersariam Diuæ solemnitatem. Hæc Catanâ. Addit Eucharius, qui Syracusis tanto ex interuallo cernebantur ignei torrentes, videri tunc desiisse, atque ordinariũ duntaxat Ætnæ craterem, è quo perpetuò ignis egeritur, conspici.*

dictâ in conspectu Missâ,

subitò restinctum.

C *pluribus locis:*

38 *Plenius aliquantò distinctiusq; Carrera lib. 3 cap. 4 vti ex eo Monachus Italicè descripsit:* Feriâ sextâ, *inquit,* die XIX Ianuarij, missi summo manè ab Senatu, qui eo loco, ad quem vt sanctum Velum deportaretur, decretum fuerat, altare ad Missam faciendam erigerent. Interea peracta in Cathedrali æde Diuina officia sunt, multaque oblata varias ad aras sacrificia Missæ. Et quia serena & tranquilla erat aura, perducta supplicatio est ad oram planitici, quæ Paraini dicitur, distatque Trecastagnâ passuum millibus sex: inde enim vnus è flammeis illis torrentibus proruebat, eidem pago ac Viæ grandi exitium allaturus. Huc vt peruenimus, aspeximus voracem fluuium, cuius furore absumptæ iam illic erant quercus aliquot. Vix XV ab eo passibus excitatum erat permagnificum altare, pretiosis pannis multoque argento ornatum. Locus ipse speciem præbebat ampli & elegantis theatri. Diceres artificiosè efformatum à naturâ, vt in eo præclarum & grande aliquod rei militaris spectaculum præberetur. Neque discrepabat, qui singulis inerat sensus, minimè dubiam expectantibus victoriam ab arcano & inaspectabili conflictu, qui inter inuictum Virginum Velum, rapidumque Ætnæ incendium conserendus erat.

peractis manè Diuinis officiis,

instituta supplicatio,

A VERO-RE I.B.

D *erecta prope ignem splendidâ ara,*

39 Arculâ, cui inclusum erat Velum, impositâ altari, cœptæ decantari Litaniæ Sanctorum. Vt ad magnæ Tutelaris nostræ Agathæ inuocationem est ventum, tum verò productum ex arculâ Velum est, hastæque appensum. Ingens orta vociferatio & fletus circumfusæ atque in preces postratæ multitudinis. Peractâ Litaniâ, celebrata Missa est, multisque impertita Eucharistia. Inde verba ad concionem illam frequentissimam fecit è Capucinorum Ordine Sacerdos, magnumque in omnium animis sensum pietatis accendit. Dum hæc, diuarum ferè horarum spatio, aguntur, flammeus canalis sensim omnibus aspectantibus contrahere cursum cœpit, ac retro reuolui: eoque res maiorem habuit admirationem, quòd in decliui, imò & præcipiti loco fiebat. Torrens ergo præ se in petras flammeos suos vortices transmutabat, ac ripam vtramque complens lapideâ materie quam eiectabat, murum quemdam visus est fabricari, quo se ab sacri Veli interciuderet aspectu, in exiguum tramitem coarctatus. Erant illic mortalium non minùs quinque millia.

rucitata Litaniæ,

dictum sacrum,

habita concio,

E *ignis retressus restinctusq;*

40 Impertita dein omnibus, sublato in altum Velo, benedictio est, illudque in arculam repositum: tum aduersùs alterum fluminis ignei caput, quod Pedarensium possessionibus imminebat, directa supplicatio. Dum è planitie Paraini descendimus, secundùm sopiti iam torrentis ripam, quercum aspicimus, cuius truncum, cùm primùm veniremus, eiusdem torrentis ignis corripuerat ac depascebatur, eo iam penitùs restincto, stare adhuc quidem, sed dimidiâ sui parte exustâ. Vix mille passibus inde progressi eramus, cùm nix in nos è cælo densa cecidit, haud diu tamen, nam & gradum accelerauimus. Cùm ergo in planitiem, cui ab Hederâ nomen, venissemus, productum denuò Velum, hastæque affixum est, in altumque sublatum. Sed quia rursus niuem aër fundebat, solùm antiphona, cuius initium est, PAGANORVM MVLTITVDO, cum versiculo & Oratione, recitata: eodem tamen successu; retro enim actus est fumidus vortex. Neque id tacebo, P. F. Stephanum de Salicibus, è Minorum Obseruantium cœtu, singulari morum integritate virum, hoc conspecto miraculo præ lætitiâ illacrymasse. Rubus ardebat quædam sub nostrum aduentum, quam mox vidimus semiustam, sed omni iam igne carentem.

arboribus quibusdã semiustus:

alibi idem factũ, post breuiorem preces.

F

CAPVT VI

Res variæ, Reliquiarum S. Agathæ attactu, publicè priuatimque salutiferæ.

41 *QVæ hactenus commemorata sunt feralium flammarum prodigia, pleraque sacri Veli, quod* Grympam *vocant, obiectu depulsa; quædam allata in subsidium mamillâ eiusdem magnæ Martyris, nonnulla ceteris eius circùm vrbem Catanam religiosè gestatis exuuiis; nam tabula ab Angelo in tumulum eius inposita, ac dein Cremonam delata, quàs ad res præsidio sit, antèà diximus, cùm de reliquiis ageremus. Sunt & aliæ nonnullæ res, quæ S. Agathæ reliquiarum attactu consecratæ, ad morbos sanandos ac publicas priuatasq; calamitates propulsandas, admirabilem vim habent; Gossypium, annuli, velâ bombycina, niasculæ è farinâ coctæ, earum ferè in morem, quas è terâ virgine conformatas ac solenni Pontificis Maximi comprecatione sacratas* Agnos Dei *vulgò appella-*

Res variæ attactu reliquiarum S. Agathæ salutares:

AVTORE .3.

nus, quòd Agni plerisque impressa effigies sit.

A Gossypiũ,

42 Vt gossypium quidem Sanctæ reliquiis, vt diximus, admotum, distribui in omnem populum consueuit, salubre aduersùs quæuis incommoda amuletum. Atque ipsas quoque Ætnæ flammas id reueritas memorant, etiam ante aliquot secula, extatq; miraculi perenne monumentum. Eruperant ignei è monte torrentes, iamq; ad Catanensis cuiusdam coloni fructuosam cumprimis vineam magno impetu ferebantur. Quid ageret, quidue sperare auxilij posset, non inueniebat. Fugeret? at villæ seruandæ cupido retinebat. Maneret? at præsens illi sibiq; imminere videbat exitium. Tandem hoc ei iniectum diuinitus consilium est. Habebat fortè sacrum eiusmodi gossypium. Priùs igitur quàm inde abscedat, vitaq; consulat, villam omnem circumcircà porrecto gossypio perlustrat, ex interuallo etiam illius particulam spinosis suspendit limitibus. Mirum visu! At quis vidit, cùm, dimissis iam antè familiâ omni, etiam vnum illum, qui tamdiu anxius substiterat, iamiamq; imminens incendium abegerit? Fidem sanè quidem faciunt certissima ignis vestigia. Hic enim vt ad villam accesit, sacrum illud amuletum reueritus, à præsenti gossypij munimento discriminatus est. Nec longè pòst, villâ circuitâ atque indemni relictâ, duo illa hinc & inde digressa igneorum amnium diuortia, pariter dentò in vnum alueum confluxêre. Vbi autem longè lateq; grassatum incendium, in saxa nigerrima, cautesq; continentes conglaciatum resedit; certatim confluxêre ad prodigium intuendum accolæ ac ciues, sanctæq; Martyris aduersùs tam æreos hosce ignes potentiam ad cælum extulêre. Neque temporis diuturnitate abolita rei tam stupendæ memoria: stant ipsa adhuc impendentes circùm eum fundum cautes, ad memoriam posterorum gloriamq; Martyris sempiternam. De hoc miraculo cecinit Petraccius anteà citatus:

Quàm sæpè cani munere gossypi,
Quo tacta castæ membra, micantia
Auro, puellæ, damna frementibus
Cauêre circùm vineæ ab ignibus!

quod villa sepibus appensum

43 Eiusdem generis est recentissimum beneficium, quod Brontis oppidi (ad montis Ætnæ radices siti, atque à Bronte Cyclope adepti nomen) incolis anno superiore CIↃ IↃCLI collatum est diuinitus. Eruperant funesti ignes haud inde procul. Ciues ad Antistitem Catanensem legarunt, qui pignus aliquod Expultricis malorum omnium Agathæ impertiri sibi aduersùs imminentem perniciem orarent. Misit is aliquantum sacri gossypij; nec vanâ fiduciâ: nam, (vt ipsemet iis retulit, qui hæc ad me perscripserunt) venêre postmodùm actum gratias, patrataq; eo gossypio miracula narrarunt. Medetur idem gossypium doloribus capitis, & quibuscumque aliis incommodis.

Brontem quoque oppidum an. 1651 tuetur,

& capitis dolores sanat:

44 Annuli quoque S. Agathæ manibus, pedibus, mammillis, aut prodigioso, quo de plura diximus, Velo appliciti, aut omnibus singuli, aut alicui horum, ad curandos capitis dolores, restinguenda, cùm humanæ vires id nequeunt, incendia, sanandas mammillarum ægritudines, vim habent arcanam. Sanè (quod est in annales huius Domus relatum) anno CIↃ IↃCXXXVIII, ad aliam quamdam Brabantiæ vrbem missus hinc eiusmodi annulus, quem Catanâ acceperamus, fœminæ, cui ferali cancro altera mamilla exedebatur, opportunum remedium attulit, malo sensim euanescente. Scripsit ante CC ferè annos Leonardus ab Vtino superiùs citatus, plurimis aduersùs eiusmodi incommoda remedium à S. Agathâ allatum. verba eius sunt: Ab inficiente infirmitate vberum innumerabiles mulieres curauit.

vti & annuli, qui & mala vberũ, & incendia sistunt:

C

45 Mittuntur & Vela quædam byssina, quæ virtutem ab sanctorum membrorum Grympæúe attactu hausêrunt, aut (cuiusmodi vnum hìc religiosè asseruamus) quibus inuoluta aliquando sacra lipsana fuêre. Exigui denique è polline panes, ad cuiusque ægritudinis remedia salutares, in remotas etiam oras mitti solent. Quin & puluerem è loco vbi in testis & carbonibus volutata est Sancta, tolli ad morborum remedia, suprà retulimus, Annot. d ad quæst. 3 in Latinis Actis.

vela quoque, & exigui panes,

ac puluis

CAPVT VII

Catana vrbs à peste ac fame per S. Agatham liberata.

46 AB sua autem vrbe, sibi, inquam, creditâ Catanâ, quod non genus calamitatis variis temporibus Agathâ propulsauit? Ex Henrico Spondano, Natale Comite, aliisq; scriptoribus compertum est, quàm dirum in modum per vniuersam Italiam annis CIↃ IↃLXXV ac duobus consequentibus grassata pestilentia sit, atque etiam Siciliam afflixerit. Nec ipsa immunis Catana fuit, donec ad Agathæ Auxiliatricis patrocinium confugit. Existimatum est à Thermis Selinuntiis, quæ nunc Sciacca, siue Sacca vrbs dicitur, ad Africum sita, originem mali extitisse. Nam eò appulsa nauis prædâ Mauricâ onusta, visa est pestem importasse: quæ cùm serpere cœpisset, ipsam quoque ita Catanam occupauit, vt totam in vastitatem abitura ciuitas videretur. Quid in præsenti incendio potius facerent ciues, quàm vt ad beneficiorum inexhaustum fontem recurrerent? Educitur sacratissimum Virginis corpus è sacello suo. Numquid illâ omnium ordinum frequentiâ comitante, quæ in aliis eiusmodi pompis adesse propè infinita consueuit? Minimè verò. Sed præ contagij metu, cùm religiosæ familiæ Clericorumq; ordo præiret, aderant magistratus atque alij quibus ad eiusmodi cæremoniam opus esset: reliqui ne adessent, publico edicto cautum erat. Sed quæ vox præconis ciuium pietatem inhibere potuisset, ne sanctissimæ suæ Patronæ pro patriâ supplicarent? Non aderant igitur illi quidem in solemni pompâ; sed priusquàm institueretur supplicatio, iam vel muros vrbis compleuerant, vel colles extra vrbem sitos occupârant.

Grassante Catanæ pestilentiâ,

prolatum S. Agathæ corpus,

E

populo vetito comitari,

è muris tamen & collibus spectante.

47 Vt primùm è portâ, quæ Acim ducit, quo Reliquiæ gestabantur, ferculum processit, quasiq; Agathæ ipsius vultus salutaris affulsit; omnes humi procidunt, & magno cum planctu, gemitu, lacrymis atque vlulatu Diuinam misericordiam implorant. Ducta pompa ad duo nosocomia, quorum alterum ad S. Antonij, alterum ad sancti Spiritus ædem, peste contactis refertum vtrumque. At (quis tantum sperare ausus esset?) omnis illa ibi depositorum ægrorum multitudo non sine miraculo conualuit, quasi luem sancta Martyr saluberrimâ aurâ adspiratâ dissipasset. Ista huc Catanâ scripsit Franciscus Blanditius noster, S. Agathæ promouendo honori vnicè deuotus, qui se ea partim in ab oculatis testibus audisse, partim in Bartholomæi à Paternione monachi Cassinensis, qui & ipse interfuerat, poëmate, ac publicis actis in archiuo senatus Catanensis asseruatis legisse testatur.

adita nosocomia,

ægri sanati,

48 Decretum est ab Episcopo, collegio Canonicorum & Senatu, vt quotannis publica supplicatio ad perennem gratiarum actionem habeatur. Ergo XVI Iunij sub primas tenebras in omnibus viis vrbis luculenti ignes struuntur, ad omnia verò priuatarum ædium limina faces accensæ collucent. Postridie maximâ religiosorum hominum ac populi frequentiâ, ad S. Agathæ carcerem instituitur supplicatio, atque insigni deinceps solennitate brachium eius aureæ thecæ inclusum per vrbem circumfertur. Consignauit anniuersariæ huius celebritatis memoriam Octauius Caietanus noster in Ideâ operis de Sanctis Siciliæ ad XVII Iunij his verbis: Catanæ supplicationes in memoriam liberatæ vrbis à peste, meritis S. Agathæ Virginis & Martyris.

decreti ignes anniuersarij 16 Iunij.

F

& postridie supplicatio:

49 Non minorem, etsi minùs formidabilem, stragem Catanæ edidit anno CIↃ IↃLXXXXI, aëris intemperies, indeq; & ex continenti trium ferè annorum penuriâ annonæ, vulgata morborum contagio. Idem afflictæ vrbi, quòd aduersùs pestem XV annis antè, remedium. Productum S. Agathæ corpus, ac simul maligni aëris intemperies euanuit. Huc pertinet, quod suprà retulimus Annot. c ad cap. 2 Actorum per Metaphrasten, fascinationes ac veneficia dissipari S. Agathæ patrocinio.

depulsa eodem modo morbi aëriſh intemperies an. 1591, veneficia dissipata.

50 Et quoniam de annonæ caritate sermo incidit, illud minimè reticendum, quantum Catanensibus in S. Agathæ patrocinio repositum præsidij sit, ad tempestiuos imbres, segetumq; vbertatem obtinendam. Campos habet Catana latissimos ac naturâ

sæpè imbres obtẽti.

A *ac naturâ feracissimos, at quia tellus ad multum spatium in profundum patet, haudquaquàm leui pluuiarum aspergine contenta est, sed plenam procellarum inundationem desiderat. Contingit tamen nonnumquàm, vt eiusmodi tempestatis aut largiores nimbi minimè progignantur, siue ob Ætnæ vapores, seu quia longè montium oppositus distant, quibus aiunt præcipuè nubes foueri. Certum tunc quoque ad S. Agatham ciuibus suis perfugium est. Crebrò enim animaduersum, vix extra ædem suam prolatas eius Reliquias, cùm sudum anteà cælum continuò compleri nubibus cœpit, imbremq; opportunum profundere, factumq; vt nec opinata annonæ vilitas ex summâ inopiâ consequeretur.*

CAPVT VIII

Catana per S. Agatham contra hostes defensa.

51 PEstilentiâ ac fame seuius & intolerabilius est bellum, quòd non solùm, vt hæc, fortunas hominum exhaurit, corpora enecat vt illa, sed genus omne crudelitatis ac libidinis pati insontes cogit, in captis præsertim vrbibus. Ab hoc

B *quoque flagello liberatam se S. Agathæ auxilio Catana gloriatur, seruatam, inquam, ne in manus veniret hostium, vel, cùm veniisset, opportunè ereptam, vel, ne extrema pateretur, defensam. Prima certè Sicularum vrbium iugo est Gothico liberata anno Christi* IↃXXXV. *Ita Procopius lib.* 1 *belli Gothici:* Βελισάριος δὲ ἀναπλεύσας εἰς Σικελίαν, Κατάνην ἑλαβεν. *Christophorus Persona vertit:* Belisarius verò in Siciliam nauigans, Cataniam capit. *Narrat exinde Procopius, vt non magno laborè totam insulam eiusdèm anni exitu recuperârit: quippe anno Iustiniani* IX, *qui à Kalendis Augusti erat inchoatus, ad eam missus expeditionem, die vltimo sui consulatus, quem eo anno gesserat, Syracusis triumphali Siculorum plausu exceptus est. Hanc porrò suæ vrbis ante reliquas liberationem meritis S. Agathæ Catanenses adscribunt.*

S. Agathæ opes.

Catanâ electi Gothi à Belisario,

52 *Anno* CIↃCXXVII *initio Augusti, siue, vt in S. Agathæ miraculis suprà Blandinus monachus cap.* 1 *nu.* 2 *scribit,* reuoluto anno paucos ante dies susceptionis gloriosæ Virginis, supernenientes ab Hispaniis piratæ.... Sanctissimæ meritis... timore Diuino perterriti longiùs recessêre *à Catanâ, cui imminebant.*

repulsi Saraceni Hispaniẽses;

53 *Illustriori miraculo, vt ipsi memorant, contra Sinanum Turcam defensi sunt diuinitus Catanenses. Eam Sinani expeditionem ita breuiter narrat Iacobus Augustus Thuanus historiar. lib.* 7. Sinan qui belli occasionem quæreret,

& Sinan Turca,

C ... protinus in Siciliam descendit, & cùm se Messanæ ostendisset, ad Catanam deflectit, quasi eam oppugnaturus, & mox Augustam petit, quod est oppidum in peninsulâ supra Syracusas positum, anno CIↃCCXXIX à Friderico II conditum, captâque priùs arce illud capit, diripit, incendit. id actum XVI Kal. Sextiles. *De Augustæ excidio scribit Fazellus dec.* 1 *lib.* 3 *cap.* 4. Ætate verò meâ, anno salutis CIↃ IↃLI XVI Calend. Augusti, à Syna Solymanni Turcarum Regis classis centum circiter triremium duce, captâ priùs arce, igne tota est absumpta.

54 *Catanenses ita narrant.* Siciliæ oram Sinan Bassa legebat, ampliùs C triremium classe, missus ab Solymanno vt terrorem incuteret Christianis, ne Aphrodisium vrbem, quam vulgò Africam vocant, recens Caroli V Cæsaris auspiciis à Vega Siciliæ Prorege captam, pertinaciter retinere vellent, neue præsidiis ac commeatibus munirent. Ducem igitur inceſſit cupido

eam diripere cogitans,

ac rabies Catanam aggrediendi. Et stetit quidem in vrbis conspectu, tranquillo mari, horas omnino decem, animos militum per præfectos exstimulans, vt in littus alacres exilirent, obuios quosque trucidarent, omniaque ferro ac flammâ miscerent. Verùm noua res Bassæ oculis militumque obiecta, eorum impetum retardauit. Totum quippè Catanense littus, arces mœniaque armato milite oppleta videbantur; siue impiorum hominum oculos inani specie ludificata est Diuina prouidentia, seu reuerà cælestis militia fuit, qualis olim Giezi conspecta, ad tuendum Elizæum missa. Fama etiam tenuit, visum ab Mauro Duce Virginem habitu formâque multò ampliorem augustioremque humanâ, armis spectabilem, phalerato equo insidentem, armatorum stationibus obequitantem: hisque territum spectris, (quod Turcæ in rebus dubiis solent) sortibus consuluisse, militémne exponeret, an in alias Christianorum oras verteret cursum rabiemque. Catanam sors præteriit. Excensione ergo abstinuit, cælesti terrore perculsus, abiitque Augustam, haud ita longè distantem Catanâ, eâque expugnatâ, sacra ac profana incendio absumpsit. *Ita ex eodem Bartholomæo monacho famâque publicâ, qui suprà, Blanditius.*

AVCTORES B. D *sed territus visâ armatorũ multitudine, ipsâque S. Agathâ, vt ferebatur;*

55 *Meritò igitur ista prædicat Paulus Æmilius Sanctorius:* Sæpè ciuitati salus Agathæ precibus meritisque impetrata: crebræ quoque victoriæ, non de hostibus modò Gothis, Vandalis, Mauris Sarracenisque, sed de ipso Ætnæo incendio. *Vandalos in Siciliam sæpius excurrisse, vrbesq; complures partim diripuisse, partim solo æquasse, auctor est Procopius lib.* 1 *de bello Vandilico. Quæ iis temporibus Catanæ fortuna fuerit, nondum legi.*

quomodò Vandali repulsi, incertum.

E

CAPVT IX

Catanenses per S. Agatham ab internecione erepti.

56 ALiud beneficium ab S. Agathâ impensum maioribus suis prædicant Catanenses: eos nempe contra Fredericum II Imperatorem Regemq; Siciliæ, cùm hic pari perfidiâ & impietate aduersùs Pontificem Maximum insurgeret, eiq; obtemperantes diris modis diuexaret, rerum nouarum quidpiam molitos; sed mox armis oppressos, atque atroci sententiâ multatos, vt vrbe funditus excisâ, omnes neci darentur. Cùm autem tam crudeli edicto nemo intercedere, aut nefariam eius rabiem mitigare verbis auderet; ecce tibi, dictâ internecionis die, dum ad preces horarias Deiparæ Virgini persoluendas libellum aperit, hæc verba aureis characteribus scripta occurrerunt: Noli offendere patriam Agathæ, quia vltrix iniuriarum est. *Attonitus eo viso, librum claudit, iterumq; alio loco aperit; iterumq; eadem obiecta illi scriptura est. Tertiò apertus aliòi liber eamdem rursus comminationem ingerit. Territus Imperator, deliberatâ internecione abstinuit, ac reædificari vrbem mandauit: Ne temerè autem mutasse decretum videretur, edixit, vti ciues per medium districtorum gladiorum, illæsi tamen, transirent.*

Fredericus II Imp. Catanẽsibus iratus omnes occidi iubet:

diuinitus territus;

F *sola transire mãdat per gladios, innoxiè; cuius rei visitur monumẽtum:*

57 *Ea viget Catanæ fama, atque eum locum, in quo nudati ad hunc ritum enses propenderunt, in ædiculam cessisse, cuius pauimentum per viam transmissum, portam effingebat, vnde vico propinquo deinceps* Media-porta *nomen fuit. Ædes ipsa Beatissimæ Virgini à Gratiis sacra, à cuius dextro latere S. Agathæ imago visebatur: monumentum videlicet gratiæ, quam à gratiarum parente, atque ab S. Agathâ ciues sui impetrassent.*

58 *Id circiter annum* CIↃCCXXXII *aut sequentem aiunt contigisse. Nam & eo tempore Centuripæ excisæ eiusdem furore Cæsaris, magna quondam vrbs ac celebris;* ex cuius inde reliquiis, *vt Fazellus dec.* 1 *lib.* 10 *cap.* 2 *scribit,* Augusta vrbs in fabricam surrexit, *aut certè iam anteà fundata, Centuripinis eò translatis populosior est facta. Iacent nunc Centuripæ, rariq; colonis habitantur, vt idem ait Fazellus: visuntur tamen ruinæ ingentes ædium, arcis, mœniumq;:* Centoruis *loco nomen, estq; in Catanensi diœcesi. De Catanâ Pirrus post Centuriparum excidium ita meminit:* Idem Rex Catanam, quòd ab eo defecisset, solo æquare statuerat, sed dum sacras preces è libello recitaret, ter narrant hæc verba tantùm in eo legere potuisse: Noli offendere patriam Agathæ, quoniam vltrix est iniuriarum: eamque ob caussam mutato consilio arcem tantùm in eâ vrbe posuisse ad rebelles coërcendos,

arcem illic ponit.

AVCTORE I.B. neque aliud molitum fuiſſe.

Id ab Henrico eius patre actũ quidam putant,

A 59 *Ambigunt quidam, an non hæc potiùs Catanæ illata ſit clades ab Henrico* VI *Cæſare, Frederici iam memorati patre. Ab eo certè* præſidiis & munitionibus ſpoliatos *Siculos*, boniſque priuatos, ac diuerſis cruciatibus exagitatos *ſcribit Baronius to.*12 *an.*1194. *atque ex Innocentij* III *epiſtolâ quadam Odoricus Raynaldus ad an.* 1198 *nu.* 64. *Panormi præcipuè in Tancredi ac Willelmi tertij fautores deſæuiit, quod in Aquicinctino auctario ad Chronicon Sigeberti an.*1194 *ita exaggeratur:* Ciuitatem Panormitanam, expulſis habitatoribus, pænè totam deſtruxit. *Aſt Hulderichus Mutius Chronic. German. lib.*19 *vi captam ab Henrico Catanam ſcribit*, & primo furore occiſos in vrbe omnes vtriuſque ſexus, nullâ etiam habitâ ætatis ratione. *Dein iſta addit:* Captis vrbis primatibus & Epiſcopo, qui multa perpetrârat contra Cæſarem, incendit vrbem, nec paſſus eſt extingui ignem, donec omnia exuſta in cinerem redacta ſunt. *Vnde hæc hauſerit Mutius, haud equidem ſcio, neque admodùm credibilia videntur. Nam ſcriptor Aquicinctinus, qui tunc viuebat, teſtatur* Henricum Apulienſes, Siculos & Calabros.... abſque ſanguinis effuſione ſibi victoriosè ſubiugaſſe; *cùm Mutius, antequàm caperetur Catana, commiſſa aliquot circa eam prælia tradat. Ipſe quoque Henricus in diplomate dato* XXIV *Aprilis an.*

non ſatis probabiliter:

B CIↃCLXXXXV, *quod apud Pirrum extat, ita loquitur:* Nos itaque pro reuerentiâ beatæ Virginis & Martyris Agathæ, cuius reliquiæ in Cathanienſi continentur Eccleſiâ, & ad honorem Domini ibidem requieſcunt, attendentes etiam fidelitatem & grata ſeruitia, quæ Rogerius ipſius Eccleſiæ Electus, fidelis noſter, deuotione ſeduld noſtræ Sereinitati ſtudet exhibere *&c.*

60 *De Frederico Henrici filio facilius tale quidpiam vt crederemus perſuaderet eius & indoles primùm in iuuentute conformata ad virtutem, vt eiuſmodi precationibus potuerit aſſueuiſſe, & præceps poſtmodùm effrenataq; ſeuitia. Multas certè quidem vrbes bello captas euertit funditus, vt videre eſt apud Raynaldum: ſed Sicilienſes præſertim Eccleſias dirâ tyrannide exagitauit; de quo Fazellus dec.*2 *lib.* 8. Demum Fridericus omnem iram, quâ Papam Gregorium IX proſequebatur, transfundit in Prælatos, quorum multos Archiepiſcopos Epiſcoposque partim occidit, plures carceri addixit, nonnullos exilio multauit, in quibus fuerunt Cephalædenſis Halduinus II, & Catanenſis, cuius fuerat alumnus. *Grauiora etiam apud Raynaldum varij Pontifices de eo queruntur, ac nominatim Innocentius* IV alterum Neronem *vocat, itaq; Siciliæ Antiſtites ac Nobilitatem alloquitur:* In omnem terram veſtræ ſonus tribulationis exiuit, & in fines orbis terræ compaſſione digniſſimi veſtri gemitus proceſſerunt.

at Fredericus crudelius fuit,

præſertim in Siculos.

C 61 *Eſſent igitur & nobiliſſimæ vrbis excidium, & populi vniuerſi imperata cædes, Frederici moribus conſentanea, ſi ſcripto aliquo eius ætatis probarentur. Conſtantiſſimam famam allegant Catanenſes, & inſcriptiones aliquot veteres. Nam in publico ſenatus Catanenſis prytaneo ea verba leguntur præ grandibus auratis characteribus exarata, vt aiunt, ab anno* CIↃCCC, *quo tempore erant in vitis forſan nonnulli, qui rem totam, ſi verè geſta eſt, ſpectarant, plures qui à parentibus acceperant. Viſuntur eadem verba ad ſummum lacunar ſcripta templi S. Agathæ ante multos annos ædificati. Eadem habet aureis inciſa laminis faſtigium prænobilis illius ſeculi, in quo aurea Diuæ ſtatua ac Reliquiæ pridie Nonas Februarias, ipſo nempe ſolennitatis eius peruigilio, circùm mœnia geſtantur ab frequenti populo, qui honorifico cumprimis cultu indutus, nudiſq; gradiens pedibus, ſancto oneri ſtatâ vice ſuccedit. Hæc publicâ auctoritate ſenatus & Epiſcopi tam conſpicuo loco poſita monumenta pluris fieri debere contendunt Catanenſes, quàm ſi priuati cuiuſpiam, ac fortaſsis in cellâ latitantis, & incertis ad ſe perlatis rumoribus temerè habentis fidem, teſtata eſſent ſcripturâ, quam Panormitani requirunt.*

rẽm geſtã probãt Catanenſes publicis monumẽtis,

illuſtre illic S. Agathæ feretrum.

CAPVT X

Proles maſcula obtenta, mortis periculum diſcuſſum, fugati diuinitus hoſtes, peruigilio S. Agathæ; eius patrocinio.

62 *QVæ commemorata hactenùs S. Agathæ beneficia ſunt, ea ferè Catanenſi populo collata pleraque, vel accolis ſunt. Quod ſequitur ad vniuerſam Siciliæ inſulam pertinebat, ſi eius diutiùrnior fructus fuiſſet. Quia enim S. Agathæ refecta vbera fuêre, non ſolùm morbis mamillarum vt medeatur, ſed vt lactantibus quoque adſit, adeoq; & parturientibus, inuocatur; imò vt prolem maſculam impetret. Profitetur Petrus* II *Siciliæ Rex, ſe filium, ea* intercedente, de manu Dei ſuſcepiſſe. *Ita enim loquitur in diplomate, quod ex Regiſtro Priuilegiorum Clariſſimæ vrbis Catanæ legitimè tranſſcriptum penes nos eſt, quodq; antèa erat ab Rocchо Pirro in Notitiâ Eccleſiæ Catanenſis vulgatum:* Petrus II Dei gratiâ Rex Siciliæ. Si Reges & Principes ſuorum natalitiâ celebrantes, vrbes & ciuitates ſui regiminis immunitatibus decorant, ſparguntque honores in populis qui merentur; Nos, qui Dei nutu in throno regio præſidemus, vbi deſideratam prolem nobis conceſſit Altiſſimus, honores impendere, amplas immunitates & gratias fundere ſine parcitate debemus. Præſentis igitur priuilegij ſerie notum fieri volumus vniuerſis tam præſentibus quàm futuris, quòd conſiderantes inſigne beneficium, quod pridie Nonas in ciuitate Catanæ (intercedente gloriosâ Virgine Agathâ, quæ Tutela regni noſtri eſt, cuius titulo eadem ciuitas inſignitur) de manu Dei noſtri ſuſcepimus; cùm illuſtris Regina Eliſabeth, conſors noſtra dilecta, filium nobis peperit, quem nos & fideles noſtri Siculi propter virilis prolis carentiam longo tempore optabamus: volentes etiam *&c.*

S. Agathæ patrona parturientium & lactantiũ,

Petro II Regi filiũ impetrat,

E

63 Datũ *eſt illud priuilegium* Catanæ, per venerabilem Damianum de Palicio de Meſſanâ, Iuris ciuilis Profeſſorem, regni Siciliæ Logothetam & Cancellarium, Capellæ *regiæ* Magiſtrum Capellanum, anno Domini CIↃCCCXXXVII, menſe Februario, XII ciuſdem, VI Indictione. *Quæ ex Indictione, inchoatâ Septembri menſe anni* CIↃCCCXXXVII, *vel iuxta vſum Eccleſiaſticum Kalend. Ianuarij* CIↃCCCXXXVIII, *patet computatos tunc fuiſſe annos more Gallico, ducto à Paſchate exordio.*

anno 1338

64 *Qui tunc Petro Regi poſt* VII *filias natus filius memoratur,* Ludouicus *fuit, qui anno* CIↃCCCLV, *ætatis ſuæ* XVII *deceſſit. Eius habemus diploma, Catanæ datum* XIV Martij, VII Indictione, anno CIↃCCCLIII, *aut potius* CIↃCCCLIV, *vt ex numero Indictionis patet. In eo ita loquitur:* Diuinè, vt credimus, natalis noſtri auctrix Agatha fuit Beata Catanæ, quia ſicut nos in ſuâ patriâ naſci voluit *&c. Natus erat, vt in patris priuilegio dicitur,* pridie Nonas Februarij; *quando ſub primam lucem B. Agathæ lipſana ex ſacratiſſimo adyto de more proferebantur, circùm pomarium religioſè geſtanda, vti fit etiamnum planè triumphali celebritate. At quo die Petri datum eſt diploma, pridie Id. Februarij, qui vltimus eſt Octauæ, eadem lipſana frequentiſſimo populo per totum diem adoranda promuntur.*

Ludouicũ, deinde Regem.

F

natum 4 Febr. cùm Reliquiæ eius proferuntur.

65 *Lubet exterum hîc quoque Regem memorare, qui quòd eodem S. Agathæ peruigilio certum mortis periculum feliciter euaſiſſet, religioſiore monumento gratitudinẽ teſtatus eſt.* Pertharitus *is fuit, ſiue* Bertharidus, *Rex Longobardorum*, vir pius, fide Catholicus, iuſtitiæ tenax, *vti prædicat Paulus Diaconus lib.*5 *cap.* 33. *De eo ita ſcribit Bernardus Saccus hiſtoriæ Ticinenſis lib.*9 *cap.* 16. Maiórne in iſto Rege virtus, an rerum euentus fuerit, dubitari poteſt. Procul enim ſemel & iterum à patriâ, primò Germaniam petiit: deinde in fidem à Grimoaldo receptus, cognitâ eius perfidiâ, ne deciperetur fugit in Galliam. Mox in Britanniam, ſiue Angliam, pergens, ignotâ voce ad patriam regnumque reuocatur. Quod regnum poſt Grimoaldi obitum, non armis, ſed populorum beneuolentiâ

Pertaritus Rex Longobardorũ

A tiâ conſenſuque recepit. Memorque periculi, quod euitauerat, cum Grimoaldi infeſtas manus eluſit, monaſterium D. Agathæ in ciuitatis eliuo, vbi Ticini mœnia antiquiſſima extant, ædificauit: quòd ſcilicet ab eo loco per fimem demiſſus, in die feſto illius beatæ Virginis, ſubeunte nocte diſcrimen euaſiſſet, vt in poſterum Deo æterno beneficij monumentum conſtitueret. *Euenêre hæc eo tempore quo apud Francos Dagoberti nepotes regnabant. Eadem prolixius commemorat Iacobus Gualla Sanctuarij Papiæ lib.* 5 *cap.* 19 *Antonius Maria Spelta, Stephanus Breuentanus lib.* 3 *cap.* 16. *atque duo hi poſtremi diſertè exprimunt, fugiſſe illum eâ nocte, quæ diem S. Agathæ præcedebat. Diem non indicat Paulus Diaconus, ſed fugam reditumq; memorat, illudq; addit:* In loco illo, qui à parte fluminis Ticini eſt, vnde ipſe olim fugerat, monaſterium quod Nouum appellatur, Domino & Liberatori ſuo, in honorem ſanctæ Virginis & Martyris Agathæ conſtruxit, in quod multas Virgines aggregauit, rebuſque & diuerſis pariter eũmdem locum ornamentis ditauit. *Huius eccleſiæ mentio fit* VII *Ianuarij in Vitâ S. Criſpini* I *Ticinenſis Epiſcopi nũ.* 6. *Tradit Stephanus Breuentanus in hiſtoriâ Ticinenſi lib.* 4 *cap.* 6, *aliquas olim in arce Ticinenſi aſſeruatas S. Agathæ reliquias, deinde ad Cathedralem tranſlatas. Eáſue Pertaritus è Siciliâ impetrârit, haudfacile dictu. Qui enim SS. Primi & Feliciani reliquiis ornaſſe S. Agathæ cœnobium à ſe conditum dicitur, cur non ipſiuſmet ſanctæ Virginis ibidem pignus locauit?*

in honorẽ S. Agathæ monaſteriũ ſtruit Ticini,

eius perui-gilio è certo mortu periculo ereptus;

B *idq; ornat reliquiis.*

66 *Cùm* Damiatam, *præpotentem Ægypti vrbem, (quam vetus* Peluſium *eſſe cenſent plerique eruditi) anno* CIↃ CC XVIII *menſe Maio obſidere Occidentales Chriſtianorum copiæ cœpiſſent, magniſq; afficerentur incommodis, tum à ciuibus, tum à Saladini exercitu qui ad vrbem fixerat caſtra; ac ſæpius Nili fluminis tranſitum friſtrà tentaſſent; tandem perui-gilio S. Agathæ, diuinitus ſibi miſſum ſubſidium ſenſerunt, ipſius ſanctæ Virginis (vt piè interpretari licet) patrocinio. Rem geſtam ita narrat Godefridus monachus Colonienſis, qui tum viuebat:* Sanè nocte S. Agathæ Virginis, Deus innouans virtutis ſuæ miracula, tantum pauorem Soldano Babylonis & Satrapis eius incuſſit, vt relictis caſtris, ignorantibus etiam Ægyptiis, quos ad reſiſtendum ordinauerant, in ſolâ fugâ ſpem ponerent..... Itaque fugientibus Ægyptiis, Chriſtiani certatim & alacriter abſque omni impedimento hoſtium, & ſanguinis impensâ tranſierunt: & ſic per gyrum ac firmiter obſeſſa eſt ciuitas. Direpta ſunt etiam fugientium tentoria & vniuerſæ naues cum plurimis ſpoliis.

Victoria ad Damiatam nocte S. Agathæ.

CAPVT XI

Epiſcopatus Catanæ reſtitutus, pulſis Saracenis: varie à Pontificibus ornatus.

67 *MVlta ſunt & præclara Catanæ vrbis ornamenta: quæ S. Agathæ meritis in eam profecta, pleraque iam collegimus. Adiicere hîc lubet Epiſcopalem dignitatem, non primùm quidem illius reſpectu fundatam, (Beryllum quippe memorant multò antè iſthic Epiſcopum fuiſſe, vt* XXI *Martij dicetur) ſed eius potiſſimùm & tutelâ conſeruatã, & patrocinio reſtitutam, ex voto, vt aiunt, quod Rogerius Comes nuncupârat, dicaturum ſe S. Agathæ quæ circùm Catanam eſſent poſſeſſiones, ſi Saracenos debellaſſet: cuius tamen voti ipſe in diplomate donationis non meminit. Porrò* Anſgerius, *monaſterij Benedictini in oppido S. Euphemiæ Prior, natione Britannus, eximiæ vir religionis, primus Catanæ Epiſcopus, eodem Rogerio Comite poſtulante, ab Vrbano* II *Pontifice eſt initiatus. Extant apud Pirrum Rogerij aliquot diplomata, quibus & Eccleſiæ Catanenſis fundatio confirmatur, & bona ei donata recenſentur.*

Epiſcopatus antiquus Catanæ, S. Agathæ natali vrbi, reſtitutus à Rogerio Comite, & Vrbano II *Papâ:*

68 *Operæ pretium hîc viſum* Vrbani II *Pont. Max. Bullam dare, cuius ſuperiùs facta mentio. Huius exemplum Catanâ nobis anno ſuperiore miſit Ioannes Baptiſta de Groſſis V. CL. ex autographo primùm anno* CIↃ IↃLXXX, *Ind.* VIII *die* XXIV *Martij, Gregorij* XIII *Pontificis Maximi anno* VIII,

huius Bullæ authẽticum exemplar.

ab Alexandro Cantono Magnæ Epiſcopalis Curiæ Catanenſis Magiſtro Notario, *deſcriptum, additis teſtium,* Magnificorum Dominorum, *nominibus: indeq; tranſſumptum manu propriâ Don Hieronymi Bolani Archiuarij archini Magnæ Epiſcopalis Curiæ vrbis Catanæ, atteſtante ipſo Senatu Catanenſi, ſigillo appoſito, & ſubſcribente Carolo Scotò Notario, die* IX *Aprilis, an.* CIↃ IↃCLI, *Indict.* IV. *quaniquàm eamdem bullam ediderit quoque Rocchus Pirrus Notit.* I *Eccl. Catan. lib.* 6. *Ea ergo ſic habet:* AVCTORE I. B. D

69 VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto Fratri Anſgerio Catanienſi Epiſcopo & Abbati, ciuſque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in perpetuum. Sicut beatiſſimi Patris & Doctoris elegantiſſimi Gregorij I ſcriptis veridicis edocemur, conſtat Catanienſem, vbi B. Agatha & orta & paſſa eſt, ciuitatem dignitatis Epiſcopalis antiquitus gloriâ clariſſe. Captâ autem à Saracenorum populis Siciliæ inſulâ, & illic, & per alias vniuerſæ prouinciæ ciuitates, & Epiſcopalis gloria periit & Chriſtianæ fidei dignitas interiit. Poſt annos verò ferè quadringentos, Diuinâ populum ſuum reſpiciente clementiâ, per ſtrenuiſſimum Comitem Rogerium Chriſtianorum iuri eadem eſt inſula reſtituta. Porrò idem egregius Comes, Romanæ Eccleſiæ deuotiſſimus filius, vbique vrbium antiquæ dignitatis anhelans pro tempore gloriam reformare, B. Agathæ matrem Eccleſiam Catanæ ſitam, monaſterium fore diſpoſuit: quatenùs illic Fratres Dei ſeruitiis inſiſtentes, pro ipſius ſalute, pro vxoris defunctæ, & militum animabus, qui eamdem terram Chriſtianorum ditioni ſuo ſanguine reparauerunt, omnipotentis Domini miſericordiam implorarent. E

Regiſt. l. 6 Ind 15 ep. 38

Saracenis Sicilia pulſis

in eccleſiâ S. Agathæ monaſteriũ ſtatuit Rogerius C.

70 Nos itaque tanti viri deuotionem, prout dignum eſt, approbantes, monaſterium quidem illic perpetuò permanere, præſentis paginæ auctoritate ſancimus. Sedenim quia, vt prædiximus, Epiſcopali quondam prærogatiuâ Catanienſium ciuitas illuſtris agnoſcitur, adiicimus, & præſenti decreto ſtatuimus, vt noſtro quoque tempore ad eamdem prærogatiuam redeat: & quicumque in prædictâ Eccleſiâ à monachis electus fuerit in Abbatem, idem populo quoque præeſſe debeat in Antiſtitem. Porrò & ciuitas vniuerſa & quæ circà vel ciuitates vel villæ vel oppida, quæ prædictus Comes eidem monaſterio & B. Petro Apoſtolorum Principi obtulit, vel oblaturus eſt, & quidquid ad Catanienſem Eccleſiam ex antiquo iure pertinuiſſe poterit comperiri, tam in diœceſi quàm in poſſeſſionibus, in Abbatis & Epiſcopi iuriſdictione ex integro ſemper exiſtant: idemque Abbas & Epiſcopus, & monaſterium regulariter, & Clerum & populum vniuerſum canonicè regere, Domino opitulante, procuret. F

cuius Abbatem Vrbanus II *ſimul Epiſcopum fore decernit,*

71 Te igitur primum poſt tanta tempora Catanienſis vrbis Antiſtitem noſtris, tamquàm B. Petri, manibus conſecratum, præſentis priuilegij auctoritate donantes; tuis quoque ſucceſſoribus decretum hoc ratum perpetuò permanere decernimus: vt ſemper à Romano Pontifice conſecrentur, ſemper & monachis in Abbatem & populo præſint in Antiſtitem. Denique vt hæc perpetuò firma, integra & illibata conſiſtant, cariſſimo filio noſtro Rogerio Comiti, Chriſtianæ fidei propugnatori, eiuſque vxori & filiis & militibus, pro quorum redemptione Catanienſem vrbem, cum totâ diœceſi ſuâ, B. Petro Apoſtolorum Principi, ſuo labore reſtituam, obtulit; Dei & Apoſtolorum eius gratiam & benedictionem & peccatorum abſolutionem, ex Apoſtolicæ auctoritatis, quamindignè gerimus, vice, beneuolentiamque donamus: quatenus & in præſenti eorum triumphi, eorumque acta magnifica, dona oblationeſque vigeant, & in futuro præmia æternæ beatitudinis inueniant.

ipſeq; primũ ordinat Anſgerium,

datq; benedictionẽ, & indulgentias Rogerio cum ſuis:

72 Si quis autem (quod abſit) his noſtris Apoſtolicis conſtitutionibus pertinaciter obuiàm ire tentauerit, ſecundò tertioue commonitus, ſi non ſatisfactione congruâ emendauerit, nouerit ſe omnipotentis Dei

AVCTOR. I. B.

in refrà Clarios pœnas ſtatuit.

& ſanctorum Apoſtolorum indignatione grauiter puniendum,& Sedis Apoſtolicæ,quam contempſit, anathemate confodiendum. Conſeruantibus autem hæc, pax à Deo & miſericordia præſentibus & futuris ſeculis conſeruetur. Amen, ameñ. Datum Anagniæ VII Id. Martij, Ind. XIV, per manus Ioannis S.R.E.Diaconi Cardinalis, anno Dominicæ Incarnationis CIↃ XCI pontificatus verò Domini Vrbani II PP. quarto.

Alexãder III Papa gemino diplomate

73 *Geminum præterea* Alexandri III *Papæ diploma indidem accepimus, eadem die* IX *Aprilis* CIↃ IↃCLI *ex archiuo Catanenſi depromptum, ac Hieronymi Bolani manu tranſſcriptum ex antiquiore exemplo, quod anno* CIↃIↃ-LXXX, *qui anteà memoratus, Alexander Cantorus Actorum magiſter, coram iiſdem teſtibus confecerat, ex alio, quod erat ex autographo tranſſumptum anno* CIↃ CCCXLIII, XXX *Auguſti, Ind.* XI, *Ludouici Siciliæ Regis anno* I, *ab Iuliano de Auguſtâ publico Notario, adſcriptis ſupra* L *teſtium nominibus; vt mittendis ad Pontificem Maximum Clementem* VI, *à Priore & Capitulo ſiue conuentu monachorum maioris Catanienſis Eccleſiæ, Procuratoribus, Syndicis, Actoribus, traderetur, ne quo itinerum diſcrimine autographum interiret.*

[cuius authenticum exemplum penes nos eſt]

74 *Erat primum diploma* datum Beneuenti per manus Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarij, VII Calend. Auguſti, Indict. I, Dominicæ Incarn. anno CIↃCLXVIII, pontificatus D.Alexandri Papæ III anno nono; *niſſumq;* Ioanni Catanienſis Eccleſiæ Epiſcopo & Abbati. *Alterum* Roberto Catanienſis Eccleſiæ Epiſcopo & Abbati, datum Tuſculani per manùm Gratiani S. R. E. Diaconi & Notarij, XIII Calendas Septembris, Indict. IV, Incarnationis Dominicæ anno CIↃCLXXI, pontificatus verò Domini Alexandri III anno XII. *Subſcripſerant priori diplomati præter Pontificem Cardinales* XIII, IX *poſteriori. In vtroque inſertus eſt paragraphus primus diplomatis Vrbano* II *ab illis verbis* Sicut beatiſſimi Patris *&c. vſque*, Miſericordiâ verò hæc imploraret. *Tum iſta habentur:* Quapropter piæ recordationis Vrbanus Papa, tanti viri deuotionem attendens, Electum, quem idem Comes ei tranſmiſerat, benedixit in Abbatem, & poſtmodùm conſecrauit in Epiſcopum: ſtatuitque vt Catanenſis ciuitas duplici prærogatiuâ floreret, vt quicumque ibidem à monachis electus fuerit in Abbatem, idem populo præeſſe debeat in Antiſtitem. *Dein additur in priori diplomate:* Nos igitur eiuſdem Anteceſſoris noſtri veſtigia ſubſecuti, te, Frater Epiſcope Ioannes, de noſtris licet indignis, tamquàm de B. Petri, manibus conſecratum, & eamdem Eccleſiam ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio munimus: ſtatuentes vt, quemadmodùm, ab eodem Anteceſſore noſtro conſtitutum eſt, ibidem vtraque dignitas, Abbatis videlicet & Epiſcopi, in vnâ & eadem perſonâ conſer- *eadem confirmat.*
uetur, & electi à monachis eiuſdem loci, à Romano Pontifice benedicantur & conſecrentur, & nulli niſi Romano Pontifici ſit Eccleſia ipſa ſubiecta. *Quæ breuius aliquantò efferuntur in poſteriore. In vtroque dein confirmantur & enumerantur Eccleſiæ Catanenſis poſſeſſiones:* Pallium *quoque Epiſcopo donatur, & quibus diebus eo vti debeat præſcribitur, ac nominatim vt in* feſtiuitate S.Agathæ: *monetur q; vt in eas virtutes incumbat, quas illa Pallij dignitas poſtulat. Sunt quidem poſteà Montiſregalis Archiepiſcopo Catanenſes Epiſcopi ab Lucio* III *Papâ an.* CIↃC-LXXXIV *ſubiecti, Palliiq; vſus ademptus ſucceſſoribus Roberti, cui id Alexander poſteriori diplomate conceſſerat; ſed non quidquid in eâ Eccleſiâ geſtum mutatumq; proſequi in animo eſt: ea hîc diplomata retulimus, quia & citatu anteà, & ad S. Agathæ honorem ſpectare videbantur.* *& Pallio donat.*

75 *Scribit Auguſtinus Inueges cùm de S. Agathæ patriâ Romæ controuerſia eſſet, nullam horum Apoſtolicorum Breuium habitam eſſe rationem, licet authenticum exemplar ex autographo deſcriptum exhiberetur; quia neque in archiuo Romano extarent, & phraſim Siculam olerent, dum* Matrem Eccleſiam *vocant, quam Romani* Matricem *ſolent appellare. Atqui & ſecundum Alexandri Breue* matricem *habet, & cur non æquè* Mater *ac* Matrix *Eccleſia dici poſſit, haud video, cùm non Siculi ſoli ſed aliæ quoque gentes id vſurpent, quarum ſtylum aut certè libelli ſupplicis Catanenſium verba ſecutus forſitan eſt qui Vrbano* II *erat à ſecretis. Nam omnia planè Breuia ac diplomata priuilegiaq;, Pontificum omnis ætatis in archiuo Romano an adhuc aſſeruentur, vt nullum planè vel deperditum, vel exeſum vetuſtate, vel non in illud relatum, haud equidem ſcio, licet id vnicè peruelim: at ſi extant, quantò piorum atque eruditorum hominum emolumento, veterum Pontificum Epiſtolæ ac decreta edi in lucem poſſent!* *Quidam hæc diplomata repudiant.*

76 *Quæ alia aduersùs eas Bullas præſcripſerunt Panormitani, ne ipſorum cauſſæ obeſſent, ſuprà in dicauimus. Sapienter profectò Pirrus,* Non ideò tamen, *inquit,* adulterinum totum eſſe diploma, (*Vrbani*) meo iudicio ſignificarunt. *Quod erit alioqui teſtimonium dignum fide, ſi publica Acta, ab iuratis tabellionibus conſcripta, ſubſcripta, ab honoratis viris, ac toto ſenatu, ſuſpecta habentur? Ego ſanè haberi minùs aſtutus malo, quàm de eiuſmodi ſcriptorum fide dubitare.* *alij admittunt. & meritò.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS
THEODVLA, BOETHO,
EVAGRIO, MACARIO, ET ALIIS,
ANAZARBI IN CILICIA.

I.B.

SVB DIOCLET. V FEBR.

I ANazarbus *Ciliciæ ſecundæ metropolis fuit; Ptolemæo lib.* 5 *Geograph. cap.* 8 Καισάρεια πρὸς Ἀναζάρβῳ, Cæſarea iuxta Anazarbum: *Plinio dicta videtur* Cæſarauguſta; *nam lib.* 5 *cap.* 27, Intus, *inquit,* dicendi Anazarbeni, qui nunc Cæſarauguſtani, *Ea vrbs, Eccleſiam perſequente Diocletiano, illuſtres Martyres tulit,* Theodulam, Helladium, Boëthum, Euagrium, Macarium, *& alios. Qui ignoti omnes Faſtis Latinis, in Menæis Græcorum memorantur* V *Februarij: niſi quòd* Helladius *ad* XXIV *Ianuarij pertineat, vbi de eo egimus.* Boëthus (*quod* auxiliatorem *ſonat*) *pridie quàm martyrium ſiniret Theodula, coronam adeptus eſt; ſed quia in nullo Martyrologio nomen eius reperimus, hîc eum Theodulæ à quâ fidem eſt edoctus, adiungere maluimus. Multi alibi Martyres* Euagrij & Macarij; *nulli ſimul; nulli Anazarbi.*

Anazarbeni Martyres Theodula, Boëthus, Euagrius, Macarius 5 *Feb. Helladius* 24 *Ianu.*

2 Theodulam *Menæa iterum* XVIII *Ianuarij hoc elogio celebrant:* *S. Theodulæ commemoratio* 18 *Ianu.*

Theodulam gladio interemptam
Deorum falſorum ſerui autumant.

Ea ex Anazarbenorum ciuitate orta fuit, Diocletiano imperante. Ob Chriſti confeſſionem perducta ad Pelagium Præſidem, ac validè cæſa, miranda deſignauit, & multos ad Chriſti fidem pertraxit: in quibus fuerunt Commentarienſis Helladius, & Boëthus; quibus præciſæ ceruices: Theodulæ verò ignitis ſubulis vbera perforata. Dein comis è cupreſſo ſuſpenſa eſt, pedeſque ei clauis ferreis confixi. Demum in ardentem fornacem cum aliis Sanctis proiecta, atque poſt longam precationem, tendens in cælum manus, & gratias agens, *eius tormenta.*

A agens, ſpiritum reddidit.

An Virgo furiit

Plenius totum eius certamen V *Februarij narrátur, vbi támen traiectorum per pedes clauorum mentio nulla. Quæ verò vrbs in Februario* Ἀζαρβου Azarbum, *hic* Ἀναζαρβέων πόλις, Anazarbenorum ciuitas *appellatur. Quam Franciſcus Lahierius noſter* Azarabum *vocat in magno Menologio Virginum; nam & hanc Virginem facit, vti & Matthæus Raderus noſter in Latinâ Menæorum interpretatione necdum excuſâ. Sed nullum in Menæis eſt verbum, vnde id concludatur.*

ACTA EX MENÆIS.

a

a COnſcium non timuit ignem Theodula,
Quæ ſuas in Deo ſpes famulanter locârat.

S. Theodula capillis ſuſpenſa,

1 Diocletiano & Maximiano imperantibus, Pelagius quidam ad vrbem Anazarbum eſt miſſus, vt in Chriſtianos inquireret. Mox comprehenſa S. Theodula, ad Pelagij tribunal ſiſtitur: vbi Chriſtum coram omnibus verum Deum confeſſa, capillis ad cupreſſum ſuſpenditur, & mamillæ ei ferreis ſubulis igne candentibus perforantur. Tum illa Præſidem compellans, Vbi ſunt, inquit, dij tui? Oſtende eos mihi, vt, quantùm conniti omni facultate potero, eos venerer. Illicò demiſſa, ad fanum *b* Adriani ablegatur, clarum cumprimis ac celebre. In id ingreſſa, fundit ad Deum preces; ſoloque afflatu, Adriani ſimulachrum humi ſternit, in tres partes diſruptum. Dein ad Præſidem egreſſa, Intra, inquit, & auxiliatricem porrige manum Adriano deo tuo, nam graui caſu contritus eſt. Ille feſtinus accurrit, cernenſque ſimulachrum in tres partes diffractum, in fremitum & eiulatum erupit.

ſubulis ignitis in mamillis torquetur:

b

idolum afflatu diſtrumpit,

B

2 Id poſtquàm Imperator intellexit, primarium aulicorum Anazarbum petere vrbem iubet, vt ſi verum eſſe, quod de idolo nuntiatum ſit, deprehendat, Præſidem ſeris obiiciat. Id vbi didicit Præſes, ad S. Theodulæ pedes accidit, multis cum lacrymis eam deprecans, Deum ſuum exoret, vt comminutam ſtatuam reſtauret, & in priſtinum locum reſtituat: id ſi fecerit, ſe Chriſtianum futurum. Deprecante igitur Deum Sanctâ, ſtatim Diuino nutu, quod confractum erat ſimulachrum, penitùs redintegratum loco ſuo repoſitum eſt.

mox, vt Præſidem periculo eximat, precibus reſtaurat:

3 Quod vt comperit Legatus, inde abſcedens Imperatori renuntiat. Imperator Præſidi per litteras mandat, vt Sanctam primùm variis acribuſque diſcruciatam ſuppliciis, acerbâ demum morte enecet. At Præſes iterum lacerari carnes eius ferreis ſubulis ignitis iubet. Quod cùm fieret, & nihil ſe tot tormentis proficere infelix ille & perditis ægrè ferret; tùm Commentarienſis, Da mihi, inquit, eam torquendi poteſtatem, & niſi perſuaſero vt Adriano ſacrificet, mihi ipſi præcide ceruices. Pelagio igitur ius illi in Sanctam tribuente,

iterum ſubulis torquetur,

C

dein clauis infixis:

iubet clauos quinque parari, ac duos quidem auribus, fronti tertium, reliquos mamillis Sanctæ infigit. Quibus altè adactis, illa mentis oculos in cælum attollens, Deum precata eſt, vt robur ſibi & conſtantiam ad intolerabile hoc ſupplicij genus ſuſtinendum largiretur. Neque diu fuit, cùm animaduertens Commentarienſis generoſam illius fortitudinem, quâ acerbiſſima tormenta pro nihilo duceret, gnarus quod capitis ſui diſcrimen niſi conſilium ſuccederet, eſſet ſtipulatus; eam domum ſuam adducit, ſuadetque vt ſecum idolis thus adoleat. Illa Deum pro ipſo deprecata, piis illum ſermonibus molliens, perſuadet tandem vt Chriſto det nomen. Poſtero manè ad Præſidis tribunal cum eâ accedit Commentarienſis, itaque illum affatur: Non valui veri profectò Dei famulam peruertere, atque à bonâ & rectâ viâ abducere. Illa me potiùs ex tenebris ignorantiæ extraxit, & intelligibiles cordis mei oculos illuminauit, meque ad Dominum meum Ieſum Chriſtum verum Deum adduxit. Præſes his auditis, vehementer animo excandeſcens, caput illi enſe amputari, atque in *c* mare proiici corpus imperat. Atque ita confeſſionem ſuam Commentarienſis Helladius (hoc enim illi nomen) XXIV die Ianuarij finiuit.

Helladius Commentarienſem conuertit;

ex Menæis Gr. Interpr. I. B.

D

ipſa martyrio coronatur 24 Ianuarij:

c

4 Theodulam verò iubet Præſes in medium ardentiſſimæ fornacis incendium iactari. Verùm illæſa in mediâ fornace conſtitit, Deum intereà exorans ac collaudans. Hic in deſperationem actus Præſes, exclamat: Neſcio quid hac *d* violentæ morti obnoxiâ facere debeam. Tum quidam è circumſtantibus, Boëthus nomine, Mihi, inquit, iſtam trade. Non ſum ita demens, vt quemadmodùm Commentarienſis, circumueniri me ab eâ, inque errorem abduci ſinam. Annuente illo, eam aſſumpſit, ac domum ſecum duxit. Qui & ipſe beatæ mulieris ſermones corde ſuſcipiens, vti anteà Commentarienſis, mente immutatus eſt: atque poſtridie cum Theodulâ Præſidem adiit. Et, quòd quidem ad nos pertinet, ô Dux, inquit, adſto & ego tibi, ipſe quoque confitens Chriſtum verum Deum eſſe, meque inanes tibi ſpes promiſſis meis feciſſe. Satius eſt enim, vt pollicitationem fruſtratis, cohæres Chriſti efficiar; quàm vt præſtans quæ dixeram ad gehennæ damner incendia. Tu verò, quem par erat vero Deo noſtro, qui te ex præſenti diſcrimine liberârat, gratias agere, &, vt pollicitus eras, ad eum accedere; non modò nihil eorum feciſti, ſed palàm etiam ingratus, hanc ita de te benè meritam intolerandis dediditi ſuppliciis. Hæc ille.

illa in fornace illæſa,

d

Boëthum conuertit;

E

qui Chriſtum confitens, & Præſidis ingratitudinem exprobrans,

martyrio vitâ finit:

5 At caput ei gladio amputari Præſes iuſſit: Sanctam verò in craticulâ penitùs igneſcente extenſam, pice, oleo, cerâ bulliente perfundi, vt ipſa etiam craticula magis accenderetur. Et Boëthus quidem enſe martyrium conſummans, ad Chriſtum migrauit. Beata verò Theodula Deum precata, craticulam aſcendit: quæ ſimul ac ſacrum corpus ſuſcepit, ſubitò confracta, ſcintillaſque frequentes in circumſtantes eiaculata, complures eorum aduſſit. Reiecta in cuſtodiam Sancta, die inſequenti cùm luculentus rurſum excitatus eſſet rogus, in eum præcipitata eſt, cum Euagrio & Macario & aliis non paucis, & beato fine potita eſt.

Theodula in ignitâ craticulâ illæſa,

incendio dein enecatur, cum SS. Euagrio, Macario & aliis.

F

a *Paronomaſia eſt in vocibus,* Θεοδούλη Dei famula: σὺν δούλῳ conſeruus. δουλικῶς famulantes.

b *Nempe, vt Spartianus ſcribit, Antoninus Adriano templum* pro ſepulchro apud Puteolos conſtituit, & quinquennale certamen, & flamines & ſodales, & multa alia quæ ad honorem quaſi numinis pertinerent. Quare ... multi putant ob hæc Antoninum Pium dictum. *Alibi quoque (vt hinc patet) templum ac ſtatua ei poſita.*

c *Flumen forte aſſis aut ſtagnum; neque enim ad mare ſita Anazarbus: aut certè vehi inde ad mare cadauer Martyris inſſit.*

d Βιοθανῆ appellat, *vt ſæpè alij Chriſtianos* Biothanatos, & Biæthanatos, *vti ex antiquis ſcriptoribus oſtendit Baronius to. 2 Annal. ad an. 138 nu. 5.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS REVOCATO, SATVRO, FELICE, SATVRNINO, GELASIO.

I.B.

V FEBR.

NVda nomina horum pugilum exhibent Martyrologia quædam vetera, certaminis tempore ac modo prætermissis. Ita Martyrologium vetus Romanum, quod S. Hieronymi vocamus: Reuocati, Saturi, Felicis, Saturnini, Gelasi. Tres habet Beda vulgatus: Et Sanctorum, inquit, Felicis, Fortunati, & Saturnini. at Fortunatum omisimus, quia aberat à duobus MSS. Bauaricis, expressius licet in editione Basilcensi an. 1563 & Antuerpiensi an. 1564. Hermannus Greuen Carthusianus Colonien. in Addit. ad Vsuardum: Eodem die Saturi, Auiti, Felicis. Omisimus Auitum, intrusum huc fortassis aliunde, ob cognominem Auitum Ep. Viennensem. Plures alibi passim, Felices, Reuocati, Saturnini &c. sed nusquam simul iunctos reperimus. MS. Richenouiense quâ in prouinciâ triumphum adepti sint innuit, dum de duobus disertè explanat: In Africâ Felicis & Saturnini.

Horũ SS. nomina in Martyrologiis.

DE SANCTIS MARTYRIBVS LEGONTIANE ET DOMITIANO TEATE IN APRVTIO.

B.

FEBR. 1

TEate vrbs est Marrucinorum in Aprutio, in edito sita colle, haud longè ab Aterno amne, qui nunc Piscaria dicitur, & mari Hadriatico septem inde millibus passuum miscetur. Nobilitauit eam vrbem S. Iustinus Episcopus, de quo XVIII Aprilis agemus, atque auorum nostrorum memoriâ Ioannes Petrus Carafa, qui deinde Paulus IV Pontifex Maximus fuit; vnde & Clericorum regularium ab eo instituta religio, Teatinorum est dicta.

Teate

2 In eâ vrbe SS. Legontianes & Domitianus Martyres hac die coluntur; vt scribit Philippus Ferrarius in Catalogo generali SS. qui tabulas citat illius Ecclesiæ; sed locum, tempus, modum martyrij eorum ait ignorari. Neque nos alibi de iis quidquam legimus.

coluntur hi SS. Acta ignota.

I. B. DE SANCTIS MARTYRIBVS PONTICIS.

INITIO IV SEC. V FEBR. *Martyrologio adscripti Martyres,*

1 HOs primus Fastis Romanis inscripsit Cardinalis Baronius, in nullis antè notos martyrologiis, istudq; addidit elogium: In Ponto commemoratio plurimorum sanctorum Martyrum, quorum alij in persecutione Maximiani plumbo liquenti perfusi, alij acutis arundinibus in vnguibus cruciati, ac multis horrendis tormentis vexati, iisdemque sæpius iteratis, palmas à Domino & coronas illustri passione meruerunt.

C

2 *Sumpta sunt hæc ex Eusebij hist. Eccles. lib. 8 cap. 24. vbi summatim commemorans, quæ in variis prouinciis perpessi sint supplicia sancti Martyres, Diocletiani & Maximiani persecutione, inter cetera ita scribit:* Auditu horrenda sunt, quæ in Ponto toleratum. Aliorum digitis ab extremis vnguibus acutæ arundines infixæ: aliis terga æris liquefacti bulliente & ignitâ materiâ perfusa, & quæ necessitati ferunt corporis partes adustæ. Alij iis quæ nominari fas non est, membris ac visceribus fœdos acerboscque, & quos exprimere reformidat oratio, sustinuêre cruciatus: quos generosi illi & æqui scilicet iudices, suam ostentaturi solertiam, velut eximium quoddam sapientiæ specimen, excogitabant; inque nouis inuentendis suppliciorum generibus, velut in certamine præmia reportaturi, superare inuicem nitebantur.

quæ passi,

3 *Ea aliter paulò vel interpretatur vel explicat Russinus lib. 8 cap. 13.* In regionibus verò Ponti, *ait,* erudeliora gerebantur. Arundines acutæ quibusdam sub vnguibus digitorum infigebantur. Aliis plumbum igni liquefactum & dorso defusum vsque ad loca pudenda, quibus naturalis egestio procurari solet, infundebatur. Fœminis quoque ærei candentes fustes, absque vllo humanitatis miserationisque respectu, ingerebantur per pudenda viscerum & naturalium secreta membrorum. Sed quid faciam, quòd appellationes ipsæ mihi in admissis facinoribus desunt, & gestorum scelerum nec vocabula, quibus enumerari queant, inueniri possunt? Sustinebant tamen omnia fortissimi & piissimi Martyres, cùm optimi & præclari Iudices in eo solo sapientiam suam omnibus futuram in admirationem censerent, si aliquod nouæ crudelitatis supplicium nouique generis inuenissent.

& in his fœmina.

F

4 *Latent nos fortissimorum pugilum nomina, quæ scripta sunt in libro vitæ. Baronius contigisse hæc certamina ait* anno nono persecutionis Diocletiani & Maximiani Impp. *quando? qui nempe Constantini quintus fuit,* Galerio Maximiano VIII & Licinio Aug. Coss. *Æræ vulgaris* CCCXI. *Sed quamuis nonnulla Sanctorum martyria, quæ eo libro commemorat, certis annis adscribat Eusebius; pleraque tamen ita percurrit, vt quæ à XIX Diocletiani, quem primum persecutionis statuit, in variis prouinciis gesta, summatim colligat.*

DE

DE S. CALAMANDA
VIRGINE MARTYRE IN CATALANIA
ex Hiſpanico Ant. Vincent. Domenecci.

I.B.

V FEBR.

1 CVias S. Calamanda fuerit, quo perfuncta genere martyrij, certò aſſequi minimè potui: quamobrem cogor, vt ſæpè in hac hiſtoriâ, iterum de maiorum negligentiâ conqueri. Conſtat tamen, Calaſſi, vbi eius aſſeruantur reliquiæ, magnam erga eam vigere pietatem, multaque Deum, eius patrocinio, largiri mortalibus beneficia. In parochiali illius oppidi ac collegiatâ *b* eccleſiâ, S. Iacobo dicatâ, peculiare S. Calamandæ dicatum eſt altare, poſitaque illius ſtatua, palmæ ramum manu prætendens. *c* Eſt & alia eius effigies, ſolum exhibens caput humerorum tenus, eleganter fabrefacta, tamque vetuſti operis, vt nemo ſit ithic qui ſe aliquando auditu didiciſſe affirmet, vnde, quóue modo eò illata ſit. Extat ea effigies B in ipſo altari, intra cellulam, ſacrarij inſtar conformatam: huius verò ſtatuæ cauum quod eſt, in eo ſanctæ Virginis reconditæ ſunt reliquiæ.

S. Calamanda cultus,

b altare,

c imago;

reliquiæ.

2 Cùm F. Benedictus de Toco, Vicenſis Epiſcopus, eccleſiam Calaſſenſem viſitaret, percunctatus eſt ex Ioanne Ferrando illius Eccleſiæ Canonico, vnde ipſis conſtaret eas eſſe S. Calamandæ reliquias. Reſpondit Ferrandus: Patres noſtri nuntiauerunt nobis. Probauit pius Antiſtes reſponſum, vtque inolitam aduersùs ſanctam Virginem religionem retinerent hortatus eſt.

maiorum traditione aſſerta;

3 Quæ lux ei dicata, Nonæ, inquam, Februarij, parem ac Dominica dies celebritatem habet eo in oppido ac vicinis locis. Peracto eius diei admodùm ſolenniter officio, inſtituitur publica ſupplicatio celebri apparatu ac pompâ, & Diuæ corpus feretro impoſitum circumgeſtant eximiâ cum pietate: aſſiſtunt Sacerdotes, ac Clerus reliquus, cappis (vt vocant) induti, ac ſceptra ferentes, perinde vt feſto Corporis Chriſti fieri ſolet. Comitantur Iurati, ſiue Magiſtratus, propriis inſignibus decori. Confluunt denique oppidani vniuerſi atque aliis ex locis ingens vis hominum.

feſti eius ſolennitas,

4 Si quâ extiterit tempeſtiuorum imbrium penuria, quæ ſterilitatem agris minitetur, conſuetis quibuſdam ad loca religioſa ſupplicationibus obitis, vltimum deſperatis propè rebus perfugium hoc eſt, vt S. Calamandæ reliquias *d* ad locum mediâ leucâ ab oppido diſtantem, qui Soler Liedus appellatur, deportent. Ibi Diuinis myſteriis magnâ ſolennitate peractis, habitâ etiam quandoque ad affluentem turbam concione, Diuæ effigies atque exuuiæ eo in loco aliquanto temporis ſpatio relinquuntur, concurrentibus vndique plurimis, partim ad venerationem, partim ad cuſtodiam diuini illius theſauri. Ea porrò eſt propitij Numinis erga populos illos benignitas, ſanctæ Virginis meritis precibuſque conciliata, vt negent vidiſſe ſe vnquam ſacra oſſa Calaſſum reuehi abſque effuſâ aquarũ copiâ.

pluuia eius ope petita diuinitus,

d

5 D. Sebaſtianus Grau, in Cathedrali Barcinonenſi Eccleſiâ Sacerdos, & Ioannes Sagarra, ambo ex oppido Calaſſo oriundi, aſſerunt ſe memoratis ad aquam eliciendam ſupplicationibus ſæpenumerò interfuiſſe, ac ſemper egregiè madefactos domum reuertiſſe. E

6 Eſt Calaſſi ſodalitium honori S. Calamandæ deuotum, cui quatuor ex eo oppido viciſque propinquis adoleſcentes moderantur. Celebratur feſtum eius V Februarij, peragiturque Officium duplex, ſecundùm ritum ac cæremonias Eccleſiæ Romanæ, nomenque eius exprimitur in Collectâ, quam vocant, tam in ſacro quàm Horis.

plerumque obtenta: Officium feſti.

a *Philippus quoque Ferrarius in generali Catalogo SS. eam refert, ſed* Calamandriam *vocat. Ioannes Tamayus de Salazar in Martyrol. Hiſpan.* S. Calamandæ *Acta dat ex Domenecco: & dubitat an non vna ſit ex ſodalibus S. Vrſulæ.*

b *Domenecchus in titulo huius hiſtoriæ tradit, olim monaſterium fuiſſe Canonicorum regularium.*

c *Tamayus ita vertit:* Hæc & altare inſunt in quodem capellæ ſacrario, in cuius parietis viſceribus ſacræ reconditæ ſunt beatæ Virginis & Martyris exuuiæ.

d *Idem Tamayus:* ad eccleſiam oppidi Solerenſis de Lledus confluunt.

DE S. AGRICOLAO
EPISCOPO TRAIECTENSI IN BELGIO.

I.B.

INITIO V SEC. V FEBR.

1 *Traiectum, Moſæ adſitam vrbem, demigraſſe Atuatucâ Tungrorum S. Seruatium, ibiq; domicilium & ſacerdotij ſedem fixiſſe, indicauimus ad* XIII *Ianuarij, cùm de* S. Deſignato, *cumq; de* S. Sulpitio *ad* XVIII *ageremus: quod pleniùs* VI *Februarij ad S. Amandi Vitam diſputabitur. Exiſtimatur porrò* S. Seruatius, *Theodoſio imperante, circiter annum* CCCLXXXIII *obiiſſe: quod* XIII *Maij ad eius Vitam diſquiretur. Poſt eius obitum, Epiſcopo caruiſſe vrbem vtramque ad annos minimùm* CXIV, *tradiderunt noſtrates quidam hiſtorici: nulla nobis apparet eiuſmodi interregni, præſertim tam diuturni, probabilis cauſſa. Quis enim credat, nouem aut decem Epiſcopos, quot à S. Seruatio ad S. Domitianum numerantur, vix* XXX *ſimul annos expleſſe?*

S. Agricolaus S. Seruatio ſuccedit, paullò poſt eius obitum:

2 *Subrogatus ergo S. Seruatio eſt* S. Agricolaus; *& quidem ante annum, vt coniicimus,* CCCC. *Contrarium cenſet Harigerus Abbas, qui ante annos* DCL *Pontificum Tungrenſium & Traiectenſium geſta litteris tradidit. Nam cap.* 30 *ita ſcribit:* Tandem B. Remigio, cælitus ad hoc prædeſtinato, & per repromiſſionem iam nato, vt eam gentem (*Francorum*) ad veri Dei cultum conuerteret, & Galliarum populus in vnitatem fidei Catholicæ conueniret; eo, inquam, tempore Agricolaus Eccleſiæ Leodienſi præſedit vndecimus. *Imò* S. Falconem, *ab* Agricolao *octauum, cùm, Francis ad Chriſti fidem conuerſis, Eccleſiæ paſſim reſtituerentur, Traiectenſem Epiſcopum fuiſſe, oſtendemus inferius* IX *Eebruarij ad* S. Victoris Moſomenſis *Vitam; &* XX *cùm de ipſo* S. Falcone *agemus.*

quidam volunt, tempore S. Remigij,

3 *Ægidius Aureæ vallis monachus, qui ante* CCCC *annos vixit, iſta ad citatum Harigeri caput addidit:* Eo, inquam, tempore, à prædicto Beato ſcilicet Remigio, & Rege Clodoueo, & ceteris Galliarum Epiſcopis & Magnatibus, celebrata eſt prima ſynodus Aurelianis, de reſtauratione regni & Eccleſiarum. Ibi omnis Clerus & religio monachorum dolebat de ſubuerſione Tungris vrbis, nec nomen epiſcopale ibi quiſquam ſubire præſumebat, ex quo Seruatius inde pulſus receſſerat. Conuenit ergo digniori Eccleſiarum gradui, & vir vitæ venerabilis Agricolaus, agrum Dominicum excolturus, eligitur, conſecratur Præſul, iuxta magnanimum Seruatium Sedem in Traiecto habere dirigitur: quoniam

ex decreto concilij Aurelianenſis id factum,

Avcto-re I. B.

niam quidem Tungris dignitate pontificali ſemetipſum indignam fecerat, ex quo demens illum abiecit,
A quem ſingulari quondam miraculo per Angelum viſibiliter accepit. Annuntiatum eſt verbum hoc Traiecto. Placuit plebi ſenatuique vniuerſo. Gaudenter electus Domini S. Agricolaus ſuſcipitur, & in baſilicâ S. Seruatij digno ſucceſſori digna Cathedra locatur. *Hæc Ægidius, eademq́, habentur in S. Seruatij Actis, ſed, vt ſuò loco dicemus, parùm ſolidis.*

non probant:

4 *Habita eſt ſynodus Aurelianenſis, vt alibi oſtendimus, anno* IↃVIII *vel* IↃIX. *At neque ei* S. Remigius *interfuit, neque in Canonibus, qui extant, mentio fit vlla rerum earum, quas Ægidius retulit. Hunc tamen ſecutus eſt Iacobus Meyerus, diligens alioquin Flandricorum Annalium ſcriptor, qui ad an.* IↃXII *iſta habet:* Coacta Aureliani ſynodus Sacerdotum, decretaque in Eccleſiâ permulta vtilia. Inter alia Agricolaus, filius Cuſtodis Flandriæ, de ſententiâ Diui Remigij, factus eſt Epiſcopus Tungrorum, qui vn-

alij fingũt eius proſapiam.

deuiginti per annos eam adminiſtrauit Eccleſiam. *Fatetur Meyerus, ſe hæc* ex catalogo Epiſcoporum Leodienſium *accepiſſe, Ioannis nimirùm Placentij, qui ſynodum illam habitam ait anno* CCCCXCVIII. *floruiſſe verò Agricolaum* ſub Apoſtolicis viris Gelaſio, Anaſtaſio II, & Symma-
B cho. *Obiit Gelaſius an.* CCCCXCVI. *Anaſtaſius* II *an.* CCCCXCVIII. *Symmachus an.* IↃXIV. *Fabulas venditat, vt ſoiet, Placentius, cùm Agricolaum* filium *fuiſſe hariolatur* Cuſtodis Flandriæ ex filiâ Regis Britanniæ.

Readificat oratorium S Seruatij

5 *Probabiliora ſunt quæ de S. Agricolai rebus geſtis ſcribit anteà citatus Ægidius ex S. Seruatij Vitâ:* Huic inter cetera virtutum inſignia, quæ per eum Dominus operari dignatus eſt, conceſſum eſt reſtaurare tectum ſepulchri B. Seruatij, ventorum violentiâ prideni deiectum, quod nemo ante eum poterat. Sicque poſt aliquantos annos Domino ſeruiens nocte & die, recepturus ab eo coronam gloriæ, quieuit in pace. Huius Agricolai diebus,

eiues Hoyenſes templum D. Virg.

eccleſia B. Mariæ Hoyenſis, quæ ab Hunnis cum toto oppido aliquantùm temporis anteà fuerat deſtructa, à ſuis ciuibus reædificatur, & in longum versùs Orientem extenditur vſque ad gradus Chori ſub Crucifixo; altari tamen antiquo ſemper remanente immobili, & D
ſemper exiſtente in eodem loco, vbi B. Maternus primitus inſtituerat & dedicauerat in honore B. Mariæ Virginis. *Laurentius Melartius lib.* 1 *Antiquit. Huyenſium ſcribit eccleſiam hanc à ciuibus reædificatam anno* IↃXII, tempore S. Agricolai; *ex eo nempe præiudicio, quòd ab Attilâ euerſum oppidum fuerit: quaſi non & anteà Hunni in Germaniam ſecundam irruperint, & Wandali atque alij barbari ſæpe non appellati* Hunni *reperiantur.*

non ipſe hoc ſolus.

6 *Si verè tempore Agricolai ea reſtaurata eſt ædes, haud dubium quin & ciues ipſe ad opus inſtigârit, & facultatibus iuuerit, atque eam deinde perfectam conſecrârit. Totum ſoli ei Placentius adſcribit:* Is, Hoij templum, *inquit,* ab Hunnis conflagratum refecit, & ſecundum eodem loco adiecit, quo Maternus priùs collocauerat. *De eadem æde agemus ad Vitam S. Materni* XIV *Septembris.*

ſepelitur Traiecti:

7 Sepultum *Agricolaum* Traiecti in æde Seruatianâ, *ſcribit idem Placentius. Eius, vnà & ceterorum Traiectenſium Antiſtitum, agitur ab Eccleſiâ Traiectenſi commemoratio* VI *Februarij. Peculiariter tamen ei in quibuſdam Martyrologiis quintus Februarij dies dicatus eſt. Eo die MS. Florarium SS. iſta habet:* Apud Traiectum ſuperius, de-

inſcribitur Martyrologijs 5 Febr.

poſitio S. Agricolai Tungrenſis Epiſcopi & Confeſſoris vndecimi, & primi Traiectenſis poſt B. Seruatium. Sepelitur anno ſui præſulatus quinto, in eccleſiâ SS. E
Petri & Pauli, quæ nunc S. Seruatij dicitur, iuxta S. Seruatium anno ſalutis IↃXVIII. *Eum quoque generali ſuo Sanctorum catalogo inſcripſit ad hunc diem Ferrarius. Eius etiam nomen exhibet Kalendarium Sanctorum prouinciæ Leodienſis. Siue cum Florario obiiſſe eum an.* IↃXVIII *diceremus, ſeu cum Meyero* IↃXXX, *ſiue cum Iocundo Presbytero ſcriptore Vitæ S. Seruatij, poſt ſynodum Aurelianenſem,* vixiſſe an-

circa an. 420 mortuus.

nos plurimos dignè regentem ſe & populum Dei, *vix vſque ad S. Domitianum, qui anno* IↃXXXV *concilio Aruernenſi interfuit, pauculi anni ſupereſſent, in tot ſucceſſores partiendi. Probabilius ergo eſt, quod ſuprà ſtatuimus ante annum* CCCC *Epiſcopum creatum videri, obiiſſe autem fortaſſis circiter* CCCCXX, *adoleſcentibus Francorum in Taxandriâ & Hasbaniâ viribus, ſub Rege Pharamundo.*

DE S. AVITO
EPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

G. H.

Commentarius prævius.

§ I S. Auiti familia nobilitate & ſanctitate illuſtris. Eius cultus ſacer. ſcripta ab aliis commendata.

CIRCA AN. DXIIV V FEBR.

1 IRia huic Sancto *ſunt nomina,* Alcimus, Ecdicius, Auitus. *Horum duo* Alcimus Auitus *ferè vſurpari ſolent: tertium* Ecdicius *legitur in titulo epiſtolæ, quam libris quinque Poëmatum præfixit ad S. Apollinarem fratrem, his verbis:* Domino ſancto in Chriſto, piiſſimo ac beatiſſimo Apollinari Epiſcopo Alcimus Ecdicius Auitus frater. *Verùm prioribus duobus omiſſis, vltimum, more illius ætatis à Romanis accepto, tanquàm proprium nomen, ſolùm inualuit. Ita S. Hieronymo & Ennodio, vt pluribus exemplis parcamus, è tribus nominibus vltimum adhæſit. Integra enim illis hæc nomenclatio erat:* Sophronius Euſebius Hieronymus, *&,* Magnus Felix Ennodius.

Triplex nomen S. Auiti.

2 *Floruit in Galliâ* Auitus *alius,* ex Senatore Aruerno *declaratus anno* CCCCLV Romanus Imperator; *quo auo tradunt aliqui* S. Auitum *Epiſcopum prognatum, atque ab illo cognominatum. Patrem S. Auiti* Iſichium virum Senatorium *appellat Ado in Chronico ætate 6; & ipſe* Senatorem Romanum *ſe nuncupat Auitus epiſt.* 31, *&* Sena-

an Auito Imperatore

torem Catholicum *epiſt.* 25. *Buchetus ſcriptor Gallicus parte* 1 *de verâ origine ſecundæ & tertiæ ſtirpis Regum Francorum cap.* 2, *filios Imperatoris Auiti aſſerit eſſe* Iſichium Senato- F
rem, *&* Ecdicium Comitem, *vt ab hoc patruo (ſi tamen à patre diſtinguatur) S. Auitus nomen Ecdicij videatur aſſecutus. Sirmondus & Sauaro in notationibus ad Sollium Apollinarem Sidonium lib.* 1 *epiſt.* 2 *&* lib. 2 *epiſt.* 12 *filios Auiti Imperatoris tradunt* Ecdicium & Agricolam: *huic Sidonius illas epiſtolas inſcripſit. Erat autem, teſte Gregorio Turonenſi lib.* 2 *Hiſtor. Franc. cap.* 21, Sidonio matrimonio ſociata Papianilla Auiti Imperatoris filia. *Hinc* Ecdicium *appellat* ſororium ſuum *carmine* 20 *illi inſcripto, & lib.* 5 *epiſt.* 16 fratrem vxoris *agnoſcit, eiq́, gratulatur* acceſſiſſe honorem patricium, *collatum* à Iulio Nepote Imperatore, *qui eam dignitatem ab anno* CCCCLXXV *non integro quinquennio geſſit. Meminit S. Auitus Sidonij in epiſt.* 38 *&* 45, *ſed antè vitâ functi, quàm ipſe ordinaretur Epiſcopus. Colitur S. Sidonius* X *Calend. Septemb. ex viro Senatorio Epiſcopus factus. An hunc ſuum* auunculum *appellat Auitus, quem cum* Iſichio patre *tradit* poſt faſces, *ſcilicet ſecularium dignitatum,* populorum *Eccleſiæ* faſcem, *ſiue inſulam Epiſcopalem* ſumpſiſſe? *Verba ex Poëmate Auiti decerpta mox integra damus. Aliæ Auiti Imperatoris filiæ à Bucheto proferuntur, quarum altera nupta dicitur Omnatio filio Ratricij Epiſcopi Le-*

natus pater eius Iſichius?

an S. Sidonius ob Papianillæ vxorem auunculus dicatur S. Auiti?

mouicenſis,

A *ſnolicenſis, altera Tonantio Ferreolo Præfecto Prætorio Galliarum, quem* affinem *agnoſcit Sidonius lib.7 epiſt.12. & S. Apollinaris frater Auiti, vt in eius Vitâ MS. apud Buchetum legitur, Narbonem profectus* apud Ferreolum & Parthenium ſues conſanguineos hoſpitatus *dicitur. Fuit autem Ferreolus auus Ansberti Senatoris, ex quo & Blitilde vxore, ſiliâ Chlotharij I Francorum Regis, progeniti ſunt maiores Regum Francorum ſecundæ ſtirpis à Carolo Magno cognominatæ. Chriſtophorus Browerus in Notis ad carmina Fortunati lib. 3 carmine 26 ſcribit* Alcimum Auitum Epiſcopum Viennenſium è clariſſimâ Aniciani ſanguinis familiâ *oriundum eſſe. Quod nos alibi non legimus.*

alij conſanguinei.

3 *Nomen matris cum illuſtri vtriuſque parentis commendatione exponit Auitus in ſuo Poëmate de laude Virginitatis ad Fuſcinam ſororem, Virginem Deo ſacratam, cuius hoc initium eſt:*

S. Auiti parentes S. Iſichius & Audentia.

Suſcipe complectens, Chriſto digniſſima Virgo,
Alcimus iſta tibi quæ mittit munera frater.

Deinde à verſu 18 hæc de ſuis parentibus canit;

Edidit vt quartam genitrix Audentia prolem,
Teque dedit generi partu fœcunda ſupremo;
Confeſtim parcam promittit ducere vitam.
Ac deinceps paribus caſtum ſeruare cubile
Conſtituit votis carorum cura parentum.
Et quia principium tam ſancti fœderis eſſes,
B Tu ſimul offerris Chriſto, qui protinus ipſis
Accipit in cunis lactentia membra dicatis.

post 4 proxim continentes.

De iiſdem parentibus aliiſq; conſanguineis ſub finem Poëmatis à verſu 648 hæc tradit, eamdem alloquens ſororem:

Te meruit primam cognatio tota patronam.
Iam te ſigniferam ſequimur, vexillaque Chriſti
Te portante libens ſectatur ſtemma parentum:
Quos licet antiquo mundus donaſſet honore,
Et titulis monſtret generoſo ſemper ab ortu;
Plus tamen ornauit Diuinum inſigne gerentes,
Ordine quòd proprio ſanctas meruêre Cathedras.
Non atauos iam nunc tibimet proauoſque retexam,
Vita Sacerdotes quos reddidit inclyta dignos;
Pontificem ſacris adſumptum reſpice patrem.
Cumque tibi genitor vel auunculus, vndique magni
Poſt faſces, placeant populorum ſumere faſcem;
Suſcipe quos humiles patrum ad conſortia fratres
Officio ſimiles nectens Eccleſia iunxit.

puter dein poſt alios maiores Epiſcopus factus.

4 *De ſorore* Fuſcinâ, *aliiſq; ex ſuâ familiâ Deo ſacratis Virginibus, canit Auitus in perſonâ matris illam alloquentis, à verſu 75:*

Eius ſoror aliaq; ex familiâ vitam monaſticam amplexa:

Ortu quarta quidem, ſacro ſed munere prima
Dulcis nata mihi, cælo quam carne fideque
Bis genui, Chriſtoque rudem de ventre dicaui.
C Hactenùs hoc noſtrum fuerat, ſed tempore ducto
Iam decet eſſe tuum: nam, quòd ſeruabere Virgo,
A me principium tibi peruenit. Omnia poſſe
Incipies, cùm velle ſubeſt: veſtigia ſeruent,
Per quæ ſectato conſcendas tramite cælum:
Nec deſunt exempla domi. Nam reſpice quantas
Virginibus florens iam noſtrum ſtemma coronas
Miſerit in cælum, ſanctas quas dogmate Mater
Seueriana leuans, & te coniungier optat.
Nec multò ſenior, nunc gaudens, Aſpida quondam
Sacratum velata caput, tua munia ſumpſit,
Biſſenos iungens ſanctis altaribus annos:
Quam licet hinc celeri tulerit ſors vltima letho,
Nil tamen eſt ſubitum ſemper migrare paratis.
Aſpice nunc columen, geminâ quod Virgine fulget,
Eximiumque decus, cuius tu iure propinqua
Fuſcinam Fuſcina refers: nec ſegnius illam,
*Euphroſyne. Quæ pietate potens, * Graiâ ſi voce ſonetur,
Significat propriam ſumpto de nomine mentem.
Queis licet emeritum cedant ſua ſecula culmen,
Vitaque ſublimi cunctis præpolleat arce;
Has generoſa tamen Matres ſi corde ſequaris,
Gaudebunt vinci, dum proficis: ac tibi ſummam
Sponte dabunt palmam ſuperanti vota Magiſtræ.

Hæc ibi. At præ reliquis eminet Auiti frater S. Apollinaris, Epiſcopus vrbis Valentinæ ad eumdem cum Viennâ ripam Rhodani versùs mare Mediterraneum: cuius eccleſia Cathedralis tum S. Stephano, poſteà hinc S. Apollinari dicata eſt. Colitur is V *Octobris.*

AVCTORE G H. D *frater S. Apollinaris Epiſc.*

5 *Hæc domeſtica virtutum exempla promouit S. Mamertus tum Viennenſium Epiſcopus, quem S. Auitus in Homiliâ de Rogationibus grato animo vocat* prædeceſſorem ſuum, & ſpiritalem ſibi à baptiſmo patrem, Mamertum Sacerdotem, cui ante non paucos annos pater carnis ſuæ, accepto, ſicut Deo viſum eſt, ſacerdotij tempore ſucceſſit. *Habuit Mamertus in Epiſcopatu deceſſorem Simplicium, quem Gregorius Turonenſis lib. 2 hiſt. Franc. cap. 13 & 14 coniungit cum Euſtochio Epiſcopo Turonenſi, cui anno* CCCCLI *ſucceſſit S. Perpetuus, & vixit Epiſcopus per annos triginta, quos ferè arbitramur SS. Mamerto & Iſichio, & eodem omnino tempore; poſſe aſſignari. Certè floruiſſe Mamertum anno* CCCCLXIII *& ſequenti indicant duæ epiſtolæ S. Hilari Papæ, Baſilio Conſule & poſt eius Conſulatum ſcriptæ in cauſſâ Mamerti, ob ordinatum Deenſibus extra ſuos fines Epiſcopum. Eidem Mamerto ſcripſit epiſtolam I libri 7 S. Sidonius tum Epiſcopus, ergo non ante annum* CCCCLXXII, *quo ille ordinatus eſt. Ad eumdem alioſq; Epiſcopos extat libellus Lucidi Presbyteri fidem ſuam profitentis iuxta ſtatuta Synodi Arelatenſis, quam Sirmondus habitam ſtatuit circa an.* CCCC- E LXXV. *Reliqua de S. Mamerto* XI *Maij ad eius Vitam examinabuntur. Ordinationi S. Iſichij ſucceſſoris ſacrum aſſerit Sauſſaius diem* XVI *Martij, natalem ſtatuit* XII *Nouembris, quo die alter etiam Iſichius colitur Epiſcopus Viennenſis, quem* hortatu S. Auiti Chriſto ſe dediſſe *refert Sauſſaius. Subſcripſit is Concilio Aurelianenſi* V, *anno Childeberti Regis* XXXVIII, *Chriſti* IↃXLVII. *Epitaphium huius tradit Ioannes à Boſco in Viennâ ſanctâ, à ſorore Marcellâ conditum, in quo dicitur iuxta* S. Auitum *ſepultus.*

in baptiſmo pater ſpiritualis S. Mamertus Epiſc. Viennen.

quo is tempore ſederit?

ei ſuccedit S. Iſichius parens.

6 *S. Iſichio parenti ſucceſſit filius S. Auitus, & quidem, vt eius Acta infrà habent, tempore Zenonis Imperatoris anno* CCCCXCI *vitâ functi. Præerant tum Burgundionibus Reges Gundobadus & Godegiſilus fratres, quibus & S. Sigismundo filio Gundobadi ſuperuixit S. Auitus, ſub Godemaro altero filio antè vitâ functus, quàm regnum illud in poteſtatem Francorum redigeretur. Mortuus autem eſt* S. Sigiſmundus, *iuxta Chronicon Marij,* Conſule Maximo, Indictione I, *ergo anno Ch.* IↃXXIII. *Nulle ad ſucceſſorem Regem Godemarum extant epiſtolæ S. Auiti, vt non videatur diu ſub eius regimine ſuperuixiſſe. Ob necem S. Sigiſmundi eum plurimùm doluiſſe auctor eſt Ado. Celebris eſt memoria eius Nonis Februarij in pleriſque Martyrologiis. MS. Romanum antiquum, quod S. Hieronymo attribuitur, poſt eius certè ætatem (vt vel ex hoc loco conſtat) auctum, MSS. Richenouienſe, Centulenſe & alia ita ferè habent:* Viennâ depoſitio Auiti Epiſcopi. *Vſuardus:* Viennæ B. Auiti Epiſcopi & Confeſſoris, cuius fide & doctrinâ ab infeſtatione hæreſeos Galliæ defenſæ ſunt. *Conueniunt ferè reliqua Martyrologia. Antiquiſſimum Lugdunenſe apud Ioannem à Boſco & Ioannem Lieuræum in Antiquitatibus Viennenſibus, vti & Romanum cùm nonnullis aliis* infeſtationem, *à quâ defendiſſe Gallias traditur,* hæreſis Arianæ *fuiſſe ediſſerunt. MSS. multa Vſuardi aucta, & antiquum Colonienſe* tempore Gundobadi Regis Gallias defenſas *addunt. Quæ omnia congeruit Beda excuſus & nonnulla MSS. In Florario Sanctorum hæc leguntur:* Viennæ B. Auiti Epiſcopi & Confeſſoris, qui obiit anno ſalutis IↃXX. *In Germanico additur,* corpus ibidem quieſcere, multis clarum miraculis. *Maurolycus & Felicius* Adiutum *vocant.*

huic S. Auitus filius circa an 490

moritur poſt annū 523.

5 Februarij celebratur eius natalis.

Colitur XVII *Iunij alius* Auitus Aurelianenſis Presbyter: *quo die ita de hoc Epiſcopo Galeſinius:* Viennæ in Galliâ S. Auiti Epiſcopi & Confeſſoris, rerum piè ac diuinitus geſtarum tum doctrinæ gloriâ nobilis. *Sauſſaius eodem die eius* ordinationem *celebrat,* cuius tranſitu, *inquit,* inſignis eſt dies VI Februarij; *imò* V *præcedens, quo magno eum exornauit elogio.*

ordinatio 17 Iunij

7 *Vitæ aliquod compendium ſubiicimus ex codice MS. Viennenſi à Petro Franciſco Chiffletio tranſmiſſum. Extat etiam in*

Vita ſcripta.

AVCTORE G. H.

MSS. codicibus Canonicorum Regularium Budecenſium in Weſtphaliâ. Auctor Adone iunior eſt, qui ex huius Chronico & Vitâ S. Apollinaris fratris plurima deſcripſit. Reliquæ virtutes in operibus eius eluceſcunt, quæ extant aut inſtaurata aut primùm edita curâ & ſtudio Iacobi Sirmondi: à quo illuſtriora antiquorum ſcriptorum teſtimonia congeruntur. Et quidem Iſidorus Hiſpalenſis de illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus cap. 23 hæc tradit: Auitus Epiſcopus ſcientiâ * ſecularium litterarum doctiſſimus, edidit quinque libellos heroïco metro compoſitos, quorum primus eſt de origine mundi, ſecundus de originali peccato, tertius de ſententiâ Dei, quartus de diluuio mundi, quintus de tranſitu maris rubri. Scripſit & ad Fuſcinam ſororem de laude virginitatis librum vnum, pulcherrimo compoſitum carmine, & eleganti epigrammate coaptatum: *Prioris libri meminit S. Fortunatus & ipſe Poëta lib. 1 de Vitâ S. Martini hoc verſu:*

Quod ſacrâ explicuit ſerie Genealogus olim,
Alcimus egregio digeſſit carmine Præſul.

Extant, *teſte Gregorio Turon. lib. 2 cap. 34*, epiſtolæ admirabiles, qui ſicut tunc hæreſim oppreſſerunt, ita nunc Eccleſiam Dei ædificant. Scripſit etiam Homiliarum librum vnum, de mundi principio, & de diuerſis aliis conditionibus, libros ſex verſu compaginatos, epiſtolarum libros nouem, inter quas ſupradictæ continentur epiſtolæ.

8 *Eumdem S. Auitum ob præclaros editos libros laudant reliqui illuſtratores bibliothecarum. Honorius Auguſtodunenſis cap. 27 appellat* Epiſcopum ſcientiâ ſanctarum litterarum doctum, *quo fortè modo Iſidorus ſuprà legendus, non* ſcientiâ ſecularium litterarum doctiſſimum: *cum S. Auitus nullâ vſpiam auctoritate profanorum auctorum vtatur, ne vel fabulâ quidem vllâ ſuis carminibus immiſtâ: illuſtris interim & Orator & Poëta, ob quam ſcientiam à Sixto Senenſi lib. 4 Bibliothecæ ſanctæ dicitur* & ſecularibus diſciplinis copioſiſſimè inſtructus, & vitæ ſanctimoniâ, & ſacrorum voluminum cognitione conſpicuus. *Bellarminus vocat* virum nobiliſſimum, ſanctiſſimum, & doctiſſimum: *eiuſq; libros ſex carminum antè memoratos, tradit eſſe* planè grauiſſimos & venuſtiſſimos, *quos ſolùm addit ſe legiſſe. Poſſeuinus in Apparatu ſacro* valuiſſe & ſcribendi & extemporaneâ dicendi declamandique facultate egregiè. Opera *eius plurima* ab Arianis aliiſque hæreticis, contra quos ſcripſerat, abſportata: *eorum ipſum* inſaniam & furorem ſæpè expertum, illorumque inſidiis ad mortem vſque & exilium fuiſſe appetitum. *Agunt de eiuſdem ſcriptis etiam Sigebertus de ſcriptoribus illuſtribus cap. 22, Bernardus Moltherus in præfatione ad carmina S. Auiti Commentariis illuſtrata: & qui eadem anno* CIↃ IↃVII *primus in lucem protraxit Ioannes Adelphus Mulingus.*

De libris ab eo editis teſtimonia, S. Iſidori Hiſpalenſis,

* *al* ſacratum

S Fortunati,

S. Gregorij Turon.

Honorij Auguſtodunenſis,

Sixti Senenſis,

Bellarmini,

Poſſeuini,

& aliorũ.

§ II *Captiui à S. Auito redempti. eius ad Chlodoueum Regem Francorum epiſtola.*

9 *QVâ Auitus ſollicitudine & dignitatem Epiſcopalem ſuſceperit, & muneri impoſito ſtuduerit ſatisfacere, colligimus ex piâ ſanctâque inſtitutione in epiſtolis, homiliis & poëmatis eiuſdem inſertâ. In hiſce enim modò ineuleat, qiâ curâ ſollicitudineq; inter pericula huius mundi ſit ambulandum, faciliſq; in peccata relapſus euitandus: aliàs incitat ſuos ad progreſſum in virtute, etiam præmio ſalutis æternæ propoſito: aliàs docet quantùm oporteat Chriſto in ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio confidere, alibi ad Angelorum tutelam ſubſidiumq; mittit. Præclara tanti viri doctrina eximiaq; ſanctitas non potuit diu occultari, quin mox eius fama per orbem Chriſtianum longè lateq; delata, in familiarem notitiam attraheret Summos Pontifices, Patriarchas Orientis, præcipuos Italiæ & Galliæ Epiſcopos, nec non Imperatores, Reges, alioſq; viros Conſulares, Patricios, Senatores.*

Virtutis & doctrinæ S. Auiti fama inclyta.

10 *Firmârat in Italiâ regnum Gothicum Theodericus, à Zenone Imperatore antè aduocatus: quo Rauennam, in quam poſt varios conflictus Odouacer confugerat, per triennium oppugnante, Burgundiones frequentibus incurſionibus Italiam vexarunt, Liguriamq; incolis in captiuitatem abductis, penè omnem vaſtarunt. Theodericus deinde victor, S. Epiphanium Epiſcopum Ticinenſem anno* CCCCXCIV *in Galliam miſit ad Burgundionum Reges Gundebadum & Godegiſilum, quorum ille Lugduni, hic Geneuæ reſidebat. Gratis à Gundobado donati S. Epiphanio captiui ad ſex millia; plurimi pecuniâ redempti. Aderat S. Epiphanio Ennodius, dein Epiſcopus Ticinenſis, Vitæ illius ſcriptor, ex quâ ſequentia huc transferimus: integram illuſtrauimus* XXI *Ianuarij:* Poſtquàm, *inquit*, pecuniarum ille *allatus* cumulus effuſus eſt, continò ad expenſas redemptionis ſuggeſſit neceſſaria illa, quæ ibi eſt theſaurus Eccleſiæ, Syagria.... Dedit etiam præſtantiſſimus inter Gallos Auitus Vienneníis Epiſcopus, in quo ſe peritia velut in diuerſorio lucidæ domus incluſit. Quid pluribus? auro illorum ex maximâ parte actum eſt, ne Gallis diutiùs ſeruitum pubes Ligurum duceretur.

D

in redimẽdis captiuis iuuat S. Epiphaniũ Ep. Ticinenſem:

11 *In hac recuperandâ captiuis libertate ignoſcit S. Auitus fidelem operam collatam ab S. Euſtorgio Epiſcopo Mediolanenſi, epiſtolâ* 8 *ipſi inſcriptâ. Cuius in Epiſcopatu ſucceſſori S. Magno alterius captiui commendat redemptionem epiſtolâ* 10 *illi miſſâ. Coluntur Euſtorgius illius nominis ſecundus* VI *Iunij & Magnus* V *Nouemb. Inter vtramque Epiſtolam interponitur nona ad S. Ceſarium Epiſcopum Arelatenſem, cui ſimile caritatis beneficium commendat, quo quemdam Antiſtitem, Maximianum nomine, imbecillitate corporeorum luminum laborantem, ſuſcipiat peregrinum. Eodem anno, quo diximus, collato à S. Auito auro, captiuos redemptos, Chlodoueus Rex Francorum adhuc Gentilis, inuocato Deo S. Chlotildis coniugis ſuæ, victoriam de Alamannis reportauit, ac fidem dein Chriſtianam amplectens, feſto Natiuitatis Chriſti eſt baptizatus. Hanc eo die ſolennitatem futuram, miſſo nuntio, Rex Chlodoueus indicârat S. Auito, qui tùm ſub alio Rege, & quidem Arianâ hæreſi infecto, degens, non poſſet coràm Regem Chlodoueum conuenire, miſit illi epiſtolam zelo diuino aliiſq; virtutibus refertam, maximeq; dignam, quæ hoc loco referatur. Extat num.* 41 *cum hac inſcriptione:*

aliũ Epiſcopũ commendat eã caritatem:

E

Regi Frãcorum Chlodoueo baptizato gratulatur

miſſâ epiſtolâ:

12 Auitus Viennenſis Epiſcopus Chlodoueo Regi.

Veſtræ ſubtilitatis acrimoniam quorumcumque ſchiſmatum ſectatores, ſententiis ſuis variis opinione, diuerſis multitudine, vacuis veritate, Chriſtiani nominis viſi ſunt obumbratione velare. At, dum ſtatus noſtros æternitati committimus, dum, quid recti vnuſquiſque ſentiat, futuro examini reſeruamus, etiam in præſentibus interlucentis radius veritatis emicuit. Inuenit quippe tempori noſtro arbitrum quemdam Diuina prouiſio: dum vobis eligitis, omnibus iudicatis, veſtra fides noſtra victoria eſt. Solent plerique in hac eadem cauſsâ, ſi pro expetendâ ſanitate credendi, aut Sacerdotum hortatu, aut quorumcumque ſodalium ſuggeſtione moneantur, conſuetudinem generis & ritum paternæ obſeruationis opponere. Ita ſaluti nocentem verecundiam præferentes, dum parentibus in incredulitatis cuſtodiâ inutilem reuerentiam ſeruant, confitentur ſe quodammodò neſcire quid eligant. Diſcedat igitur ab hac excuſatione, poſt talis facti miraculum, noxius pudor. De toto priſcæ originis ſtemmate, ſolâ nobilitate contenti, quidquid omnis poteſt faſtigium generoſitatis ornare, proſapiæ veſtræ à vobis voluiſtis exurgere. Habetis bonorum auctores, voluiſtis eſſe meliorum: reſpondetis proauis, quòd regnatis in ſeculo: inſtituitis poſteros, quòd regnatis in cælo.

quem frustrà obſtrepentibus hoſtibus Chriſti,

F

poſtpoſitis maioribus,

13 Gaudeat ergo quidem Græcia habere ſe Principem legis noſtræ; ſed non iam quæ tanti muneris dono ſola mereatur illuſtrari; quòd non deſit & reliquo orbi claritas ſua. Siquidem & occiduis partibus in Rege non nouo noui iubaris lumen effulgurat: cuius ſplendorem congruè Redemptoris noſtri natiuitas inchoauit; vt conſequentem eo die ad ſalutem regenerari ex vnâ vos pariat, quo natum redemptioni ſuæ cæli Dominum mundus accepit. Igitur qui celeber eſt natalis

fidẽ Chriſti amplexum.

cũ Chriſtiano Imperatoribus Orientis

confert à baptiſmo, feſto Natiuitatis ſuſcepto.

A natalis Domini, ſit & veſtri: quo vos ſcilicet Chriſto, quo Chriſtus ortus eſt mundo: in quo vos animam Deo, vitam præſentibus, famam poſteris conſeceraſtis. Quid iam de ipſâ glorioſiſſimâ regenerationis veſtræ ſolennitate dicatur? cuius miniſteriis etſi corporaliter non acceſſi, gaudiorum tamen communione non defui. Quandoquidem hoc quoque regionibus noſtris Diuina pietas gratulationis adiecerit, vt ante baptiſmum veſtrum ad nos ſublimiſſimæ humilitatis nuntius perueniret. Vnde nos poſt hanc expectationem iam ſecuros veſtrî fiera nox reperit. Conferebamus namque, nobiſcumque tractabamus, quale eſſet illud, cùm adunatorum numerus Pontificum manu, ſancti ambitione ſeruitij, membra regia vndis vitalibus confoueret: cùm ſe Dei ſeruis inflecteret timendum gentibus caput: cùm ſub caſſide crines nutritos ſalutari galeâ ſacræ vnctionis indueret, cùm intermiſſo tegmine loricarum immaculati artus ſimili candore fulgerent.

regiâ pompâ:

14 Faciet, ſi quid creditis, Regum florentiſſime, faciet, inquam, indumentorum iſta mollities, vt vobis deinceps plus valeat rigor armorum: & quidquid felicitas vſque huc præſtitit, addet hinc ſanctitas. Vellem verò præconiis veſtris quiddam exhortationis annectere, ſi aliquid vel ſcientiam veſtram vel obſeruantiam

addicit ei maiores victorias:

B præteriret: Numquid fidem perfectè prædicabimus, quam ante perfectionem ſine prædicatore vidiſtis? an fortè humilitatem; quam iam dudum nobis deuotione impenditis, qui nunc primùm profeſſione debetis? an miſericordiam, quam ſolutus à vobis adhuc nuper populus captiuus gaudiis mundo inſinuat, lacrymis Deo? Vnum ergo, quod vellemus augeri. Vt, quia Deus gentem veſtram per vos ex toto ſuam faciet, vlterioribus quoque gentibus, quas in naturali adhuc ignorantiâ conſtitutas nulla prauorum dogmatum germina corruperunt, de bono theſauro veſtri cordis fidei ſemina porrigatis: nec pudeat pigeatque, etiam directis in rem legationibus, adſtruere partes Dei, qui tantùm veſtras erexit: Quatenùs externi quoque populi paganorum, pro religionis vobis primitùs imperio ſeruituri, dum adhuc in alios videntur habere proprietatem, diſcernant potiùs gentem quàm Principem. Nulla igitur patria quaſi ſpeciali ſede ſibi vindicet, totis quos hominum gradibus attollitis. Conſtat vos eſſe, quo communis vno ſolis iubare omnia perfruuntur. Vicina quidem plus gaudent lumine, ſed non carent remotiora fulgore. Quapropter radiate perpetuùm præſentibus diademate, abſentibus maieſtate. Succeſſus felicium triumphorum, quos per vos regio illa gerit, cuncta concelebrant. Tangit etiam nos felicitas. Quotieſcumque illic pugnatis, vincimus.

vrgat vt fides apud Gentiles dilatetur:

C

15 Inter hæc tamen Catholicæ religionis affectum ſeruat in vobis cura miſerandi: & in apice rerum omnium gubernacula continente, non minùs eminet ſanctitas quàm poteſtas. Ex quâ vtique factum eſt, vt dirigi ad vos ſerui veſtri, viri illuſtris Laurentij filium principali oraculo iuberetis. Quod apud Domnum meum, ſuæ quidem gentis Regem, ſed militem veſtrum obtinuiſſe me ſuggero. Nihil quippe eſt, in quo ſeruire non poteſt. commendat directum. Congaudi miſſo, inuidi vos viſuro: cui minùs computandum eſt ad vtilitatem, parenti proprio reſtitui, quàm patri omnium præſentari. *Hactenùs S. Auitus ad Chlodoueum Regem. Qui hic vocatur Laurentij filius, apud Gundobadum Regem captiuus, illuſtres pro ſua liberatione nactus eſt interceſſores, Chlodoueum Regem, vt epiſtola recitata teſtatur, Vitalianum Senatorem, Aſparis nepotem, & Patricij filium, (quorum ope Leo, Imperio obtento, Marciano ſucceſſerat) propugnatorem fidei orthodoxæ & Synodi Chalcedonenſis, ideoq; poſteà in locum Anaſtaſij, contra Triſagium inſanientis, Imperatorem acclamatum: tum etiam Celerem Senatorem, Officiorum Magiſtrum, cuius virtute fractus Cabades Perſa, victoriâ antè inſolens, pacem cum Anaſtaſio pepigit, reſtituitq; accepto pretio vrbes antè ablatas. Extant ad hos duos de Laurentij filio epiſtolæ S. Auiti num. 42 & 43, nomine Sigiſmundi filij Gundobadi ſcriptæ: ad quas alludit Auitus epiſt. 44 Domno Sigiſmundo miſſâ, cui gratulatur Laurentij filium patri reditum.*

mittit illi captiuum deſideratũ,

à ſuo Rege impetratũ,

intercedẽtibus Vitaliano, Celere.

AVCTORE G. H. D

16 *Græciam gaudere ob Principes Chriſtianos prudenter ſcribit Auitus. In eâ namq; tot Imperatores fidem orthodoxam amplexi, continenter regnarant, Theodoſius magnus, Arcadius, Theodoſius iunior, Marcianus, Leo, Zeno, cuius tamen nomini, ob Henoticon inductum, fœdaq; dein labes inuſta, & tum magnâ gloriâ cœperat Anaſtaſius, profeſſionem fidei Chalcedonenſis chirographo ſuo teſtatus: quod Patriarcha Euphemius acceptum in Eccleſiæ archiuis repoſuerat. Contrà ne verbo quidem attingit Auitus Imperium Occidentis tum penitùs deletum; regnantibus in Italiâ Theoderico, in Galliâ Alarico & Gundobado Regibus Arianis, in Africâ Vandalis, in Germaniâ & Britanniâ prævalentibus Paganis, quos per Chlodoueum ſperat ad religionem Chriſtianam adducendos.*

& Sigiſmunde Regu filio. Qui tum Fidei ſtatus per Imperium Rom.

§ III *Familiaris Auiti cum Rege Gundobado congreſſus. Labores impenſi in eo ad fidem orthodoxam adducendo. Hæreſes oppugnatæ.*

E

17 *Cum apud Francos hanc religionis factam eſſe mutationem Auitus gauderet, ingemiſcebat populum ſibi ſubiectum aliumq; vicinum ſub Gundobado & Godegiſelo premi.* Erant *enim, teſte Gregorio Turon. lib. 2 cap. 32* tam illi quàm populi eorum Arianæ ſectæ ſubiecti. *Tum, vti legimus apud Agobardum Lugdunenſem Epiſcopum libro aduerſùs legem Gundobadi,* Auitus fide Catholicus, eloquentiâ facundiſſimus, ingenio acerrimus, ſacrarum litterarum expoſitor ſuauiſſimus, litterarum etiam ſecularium doctiſſimus, & in metris facillimus, cum eodem Gundobado frequenter de fide altercans, & dialogos in præſenti conficiens, & epiſtolis abſenti ſcribens, plura & clara ingenij ſui & virtutis opera reliquit. *Vnum ex illis dialogis, ſeu collocutionibus, proponit Auitus epiſt. 21 ad Gundobadi filium Sigiſmundum.*

Cum Rege Gundobãdo

dialogos de fide habitos, exponit Sigiſmundo filio:

18 Quòd me, *inquit*, de collocutione Regali ad notitiam veſtram non detuliſſe culpatis, occurſu meo, exactâ feſtiuitate, ſeruaueram: quia reuerà indicari vobis litterario famulatu cuncta per ordinem diſceptationis prolixitas perplexitaſque non patitur. Nam, quantum in animis Domini mei, patris veſtri, ſenſiſſe me puto, feruet in eius ſtudio conflictâ otij fronte certamen. Nam, quod credebamus, animoſitate depoſitâ, ſilentio temperante, ſubitam opportunitatem potiùs quàm quietem requirens, non ceſſauit præteritâ induciarum breuitate, ſed latuit adeò, vt nec ipſa contentionis arma, quæ quaſi in noſtrâ regione defecerant, poſcantur extrinſecùs, vel vſque ad reditum legatorum ſuorum ſeruior meditationis expectet. Redeunti igitur mihi de eo, quod noſtis, itinere, nec aliquid interim de huiuſmodi propoſitionibus opinanti; quidquid per implicatiſſimos quæſtionum mendacium nodos longo ſpatio ſagax induſtria potuit arare, commotum eſt. Feruet validus prolixâ diſputatione tractatus, placidus tamen, nec aliquid à ſupercilio dominandi turbulentæ commotionis interſerens; ſed cùrauit conſultè, neceſſitatis opportunitate prouiſâ & rei, vt, quicumque contentionis fuiſſet euentus, nec ſuperiorem tumere, nec ſuperatum pateretur erubeſcere. Quid multis? Sine iactantiâ vobis liberè dico; ad propoſita, quantũ mihi videtur, quod, ſi audiſſetis, potuit placere, ſuggeſtum eſt. Quod ſanè vereor, audientis plus iudicio ſatisfacere, quàm ſtudio placuiſſe. Sed, cùm præſentiam veſtram, Deo largiente, meruero, per me ſeriem totius altercationis exponam. Interim ſermonis curſum de fine colligite; & ex eo, quod diſcedenti mihi præcepit, vtrùm ad reſponſa motus fuerit, æſtimate. Iuſſit namque, vt, quodcumque de

notat illius conflictam frontem,

F

quæſtiones mendaces,

animum induratũ,

à conuiuio exigi vt reſponſa ſcribãtur,

AVCTORE G.H.

Scripturis noſtris teſtimonium ad interrogata protuleram, ſeu ſi fortè occurriſſet & aliud, ad ſingula, quæ tempore collocutionis aptaueram, ſubnotata ei ordinataque tranſmitterem. Quod cùm ſibi ex maximâ parte pronuntiaret incognitum, adiecit ſimpliciter, ſic ſcriptum miſiſſem Sacerdotibus: immò magis ſeductoribus, &, vt adhuc veriùs dicam, ſectatoribus ſuis. Vnde coniicere pietas veſtra poteſt, quamquàm intento contradictori, tamen arbitro ſapienti, non inualida vel abſque viribus viſa, quibus intentionem ſuorum, etſi non optat corrigi, deſiderat fatigari.

danda hæreticis Sacerdotibus,

19 Ego, autem, licet ſciens, quantùm poteſtatibus Diuino quoque iuſſu, frequenter & Regibus, pro veritate non ceditur, vtrùm parerem, diu dubius fluctuaui: ſciens certè, hominis animum timens, numquàm me per hæc ſatisfacturum: nec minùs ab eo cauendum, quàm ab hoſte; dum aduerſa acies odia priuata publicâ obſidione circumdat. At quo, Deo præſtante, polletis faſtigio culminis, ſtudio religionis, priuilegio auctoritatis, allatam muris diſcordiam pſopulſate, & furentia in caſtris, velut per campos Æmathiæ, pluſquàm ciuilia bella diſpergite. Quia, cùm iam dudum ſimus pondere duplicato & clamantium querimoniâ, & non audientium duritiâ fatigati, æquum eſt, ſi dignamini, veſtram quoque feucritatem, aut iſtic caſtigandis conſulere, aut hîc erubeſcentibus condolere.

ne auerſus Regu animus noceat,

petit patrocinium filij.

B

20 *Interim, vt docet Gregorius Turon. lib. 2 cap.* 34 B. Auitus Epiſcopus magnæ facundiæ, rogante Gundobado Rege, ſcripſit contra hæreſin, nihil Diuinitatis habuiſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Quæ ferè continentur in epiſtolâ* 28 *ad Gundobadum Regem, vbi eius quæſtioni reſpondens inter alia hæc habet:* Iubetis oſtendi vobis rationem vel potiùs auctoritatem, quâ pateat * Deum habuiſſe in Diuinitate ſubſtantiam, priuſquàm ſumeret de Incarnatione naturam, & per hoc pernicioſiſſima hæreſis illa vincatur, quæ Dominum noſtrum ex Mariâ cœpiſſe contendens, etiam Deum Patrem in Filij execratione blaſphemat *&c. Idem Auitus exigente Rege Gundobado epiſtolâ* 2 *&* 3 *refutat hæreſes Eutychianorum, Neſtorianorum, Photinianorum & Bonoſiacorum. Bonoſus Naiſſitanus in Daciâ Epiſcopus, Photiniani veneni ſectator, docuit Chriſtum tantùm adoptione eſſe filium Dei. Aliorum hæreſes notæ ſunt, & ſepiùs à nobis explicatæ. Sed vel maximo ſudore contra hæreſim Arianam decertauit ſcriptis integris libris, quorum aliqua fragmenta edidit Sirmondus, olim à Floro Eccleſiæ Lugdunenſis Diacono excerpta.*

Scribit Rege petente pro Diuinitate Chriſti,

**forte* Verbum

contra Arianos hæreticos,

C

21 *Quantùm verò hiſce diſputationibus apud Regem Gundobadum profecerit Auitus, ita refert Gregorius Turonenſis lib.* 2 *cap.* 34: Cùm cognouiſſet Gundobadus aſſertiones hæreticorum nihil eſſe à S. Auito Epiſcopo Viennenſi, Chriſtum filium Dei & Spiritum ſanctum æqualem Patri confeſſus, clàm vt chriſmaretur, expetiit. Cui ait Sacerdos: Si verè credis hoc, quod nos ipſe Dominus edocuit, exequere. Ait autem: Si quis me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui eſt in cælis. Sic & ipſos ſanctos ac dilectos ſuos beatos Apoſtolos cùm de futuræ perſecutionis tentationibus doceret, inſinuauit, dicens: Attendite vobis ab hominibus: Tradent enim vos in conciliis & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, & ante Reges & Præſides ſtabitis propter me in teſtimonium illis & Gentibus. Tu verò, cùm ſis Rex, & à nullo apprehendi formides, ſeditionem pauteſcis populi, ne Creatorem omnium in publico fatearis. Relinque hanc ſtultitiam, &, quod corde te dicis credere, ore profer in plebe. Sic enim & beatus Apoſtolus ait: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Sic & Propheta ait: Confitebor tibi, Domine, in Eccleſiâ magnâ, in populo graui laudabo te. Et iterum: Confitebor tibi in populis, Domine, pſalmum dicam nomini tuo inter gentes. Metuens autem populum, ô Rex, ignoras, quia ſatius eſt, vt populus ſequatur fidem tuam, quàm tu infirmitati D faueas populari. Tu enim es caput populi, non populus caput tuum. Si enim ad bellum proficiſcaris, tu præcedis cateruas hoſtium, & illi, quò abieris, ſubſequuntur. Vnde melius eſt, vt, te præcedente, agneſcant veritatem, quàm, te pereunte, permaneant in errore. Nam Deus non irridetur. Non enim diligit illum, qui propter terrenum regnum eum non confitetur in ſeculo. Iſtâ ille ratione confuſus, vſque ad exitum vitæ ſuæ in hac inſaniâ perdurauit, nec publicè æqualitatem Trinitatis voluit confiteri.

Regi conuerſo præcipit publicam fidei cõfeſſionẽ,

ſed nõ impetrat:

Matth. 10.32

& v.17

Rom. 10. 10

Pſal. 34. 18

38.10

22 *Eadem Auitus in ſuis deinde ad Regem Epiſtolis inculcauit, atque ita epiſtolam primam concludit:* Sed cùm incomparabiliter plura ſint, quæ ſub præſentiâ gloriæ veſtræ ſuggeri queant, illud in fine ſermonis, cui non ſolùm tribuitis, ſed iniungitis libertatem, Deum voſque, Diuinâ veſtrâque promiſſione fretus, obſecro, ne diutiùs Sacerdotes veſtri dicantur, qui ſancto Spiritui contradicunt: ne deinceps coram vobis permittantur docere, qui renuunt diſcere: ne ad perfectionem veſtram aliquantenùs differendam perſiſtant blaſphemare, quòd audiatis, qui nolunt ſentire, quod creditis: ne tolerando imperitorum verſutias & ineptias callidorum ſuſpendamini à profeſſione, cùm iamdudum in confeſſione teneamini. Vobis per epiſtolam ſuam ſanctus Apoſtolus Paulus inclamat: Quæ pax fideli cum infidelibus? quæ ſocietas luci cum tenebris? *&c. Regem interim conciliauit fidei Catholicæ fautorem, vti illi ſcribit epiſt.* 39. Quidquid, *inquit*, habet Eccleſiola mea, imò omnes Eccleſiæ noſtræ, veſtrum eſt, de ſubſtantiâ, quam vel ſeruaſtis hactenùs vel donaſtis.

diſſuadet conſortiũ Arianorũ Sacerdotũ,

profeſſionẽ fidei impedientium.

E

2. Cor. 6. 14

§ IV *Conuerſio S. Sigiſmundi Regis. Synodi habitæ. Epiſcopi inſtructi.*

23 AVitus Epiſcopus, *teſte Agobardo libro de Iudaicis ſuperſtitionibus*, quàm eximius Doctor, orthodoxus & facundus extiterit, penè tota nouit Eccleſia Chriſti. Qui, *vt idem lib. aduerſùs legem Gundobadi tradit;* ipſo Gundobado in ſuâ perfidiâ perdito, ſucceſſorem eius Sigiſmundum Regem ad fidem Catholicam conuertit: in cuius conuerſione recitauit Homiliam in populo, ſenſuum ſuauitate pleniſſimam, & verborum compoſitione dulciſſimam. *Sigiſmundum autem, patre Gundobado adhuc diu ſuperſtite, Catholicam fidem amplexum eſſe ex epiſtolâ* 21 *ſuprà relatâ colligimus: cui hîc addimus* 29 *quâ vna indicatur zelus vtriuſque in extirpandâ hæreſi, & ſubditis ad veram religionem adducendis. Ita ergo* Auitus Domno Sigiſmundo *ſcribit:* Omni quidem vitæ meæ tempore debitorem me aſſerendi famulatus agnoſco: ſed impenſiùs feſtiuitate præſenti, quæ ſollicitudinem veſtram non minùs explorandis hæreticorum conatibus, quàm noſtræ partis occupat cultibus celebrandis. Siquidem per annum quoddam contagium congregatis aduerſis attento vobis labore curandum eſt, ne alienæ calliditatis fraude pullulet, quod in Dei nomine iam veſtra victoria celebrabili virtute ſuccidit, quamlibet Chriſto propitio præſentibus vobis obſiſtat. Hinc illâ ſollicitudine preſſior conſtipatio Genauenſis, quæ in more originis primæ virilibus animis virus anguium ſibilo fæminei ſermonis inſonuit. Vnde illud, ſi mereor, quamprimùm ſcire deſidero, vtrùm, cùm Domno, clementiæ veſtræ patre, mentio illius ordinationis inciderit, quæ bonorum peſtem, ab infernalibus latebris excitatam, Catholicis Arianiſque certantibus intromiſit: vel ſi ſeruatur adhuc credulitatis, imò ſimulationis illius dolus, quem non impreſſum animis, ſed chartulis exaratum, paullatim in antiquâ ſui dogmatis credulitate reuocat litterata promiſſio. Quæ certè ſi adhuc, vt cœperat, ſocietati Arianæ communione immixta eſt, claret glorioſior ſub Principatu veſtro

Sigiſmundum Regẽ conuertit.

F

incitat ad promouendam religionem.

ob numerũ hæreticorũ minutum laudat.

Astro noſter triumphus, cùm, duabus hæreſibus in vnum redactis, tam acquirentibus quàm conuincentibus vobis, & ſchiſmaticorum numerus decreſcit & ſchiſma tum. Hinc ergo ſeruitium curioſitatis meæ dignanter aſpicite, & de peculiaris Patroni veſtri Apoſtoli feſtis expectationi noſtræ proſperitatis & compellationis veſtræ munera duplicate. *Hæc ibi. Genauenſes Eccleſiæ Patronus eſt S. Petrus, cuius feſti occaſione adiuntabant etiam promiſcuè hæretici Genauam, vbi, diuiſo cum patre regno, Sigiſmundus ſedem fixerat.*

Conuertit Sigiricum eius filium cũ sorore:

24 *Fuerunt Sigiſmundo, vt refert Gregorius Turon. lib. 3. cap. 5 ex priore coniuge filiâ Theoderici Regis Italiæ, filius nomine Sigiricus & filia Theoderico Regi Francorum nupta. De his agit titulus 8 inter Homilias Auiti perditas:* Homilia dicta in conuerſione Domni Segiſrici poſtridie quàm ſoror ipſius ex Arianâ hæreſi eſt recepta, *cum hoc initio:* Sæpenumerò Diuinitate, quòd dilecto ſuo, Principi noſtro *&c. Hic eſt ille* Sigiricus, *quem* nouercæ inſidiis *permotus* iuſſit Sigiſmundus interfici *anno Chriſti* ɔɔ XXII, Symmacho & Boëtio Conſulibus. *Extabat olim extructum Agaunenſe monaſterium, de quo agimus* XI *Februarij ad Vitam S. Seuerini Abbatis. Hoc, ſuadente S. Auito,*

B *ſuadet innouari monaſterium Agaunenſe:* *nouis ædificiis, adſcitiſq; præſtantibus monachis, à Sigiſmundo Rege tantoperè eſt illuſtratum, vt paſſim ſcriptores ab eo conditum referant. Inter Homiliarum Titulos extat ſeptima à S. Auito* dicta in baſilicâ ſanctorum Agaunenſium in innouatione monaſterij ipſius, vel paſſione Martyrum, *quorum dies natalis eſt* X XII *Septembris. Huc* Rex *facinoris patrati* pœnitens *iuxta Gregorium Turonenſem lib. 3 Hiſt. Franc. cap. 5* abiit & per multos dies in fletu & ieiunio durans, pſallentium ibi aſſiduum inſtituit, *in omnibus directionem S. Auiti ſecutus: qui ſub illius nomine plures epiſtolas ſcripſit, vnam ad Symmachum Papam, quâ eum vniuerſalis Eccleſiæ Præſidem agnoſcit, & ſacras petit ſibi reliquias donari: extat ea num. 27, Mortuus eſt Symmachus anno* ɔɔ XIV, Senatore Conſule: *quo tempore Regem Sigiſmundum Genuæ habitaſſe diximus. Tres alias ſub eius nomine ſcripſit ad Imperatorem Anaſtaſium epiſtolas, quæ extant num. 69,* 85 *&* 86. *Primâ gratias agit Sigiſmundus ob honoris titulos ſibi collatos: alterâ commendat Imperatori augmentum religionis orthodoxæ, tertiâ exponit obitum Gundebadi Regis, cui Anaſtaſius Imperator biennio ſuperuixit anno* ɔɔ XVIII *exſtinctus.*

Sub eius nomine ſcribit Pontifici Rom.

& Imperatori;

inſtruit Epiſcopos Galliæ.

25 *Qui tum degebant in regno Burgundionum Epiſcopi, conſulti S. Auiti de rebus Eccleſiaſticis expeteb.nt. Ità Victorio Epiſcopo Gratianopolitano ſe conſulenti, Num hæreticis templa ſint auferenda, reſpondit epiſt. 6, Hoc necdum expedire, ne hæretici mixti, & Reges iſtic futuri, & alibi regnantes offendantur. Conſtantium Epiſcopum, ſeu Vapincenſis is fuerit, ſiue Octodorenſis, epiſt. 61 monet, ne Clericum permittat*

C *ad ſeculares Iudices deduci, neue vlli ob leuem culpam deneget Communionem. Alium Epiſcopum, cuius nomini parcit, ob ſecreta hæreticis prodita reprehendit epiſt. 26, docetq; Epiſcopum ab hæreſi conuerſum poſſe ad ſacerdotium promoueri. S. Stephanum Epiſcopum Lugdunenſem epiſt. 24 monet, virus ſchiſmatis Donatiſtarum fortiter arcendum eſſe. Colitur is* XIII *Februarij. Succeſſorem eius dedit* Lugdunenſibus S. Auitus Veranum, *antè* venerabilem monachorum Abbatem, *vti acta infrà teſtantur. Adſcriptus is eſt Martyrologio Romano* XI *Nouembris, alius à S. Verano Epiſcopo Vencienſi, filio S. Eucherij Epiſcopi Lugdunenſis, ad* X *Septembris in Martyrologio Sanſſaij relato. Verano mortuo,* S. Viuentiolum, de grege Presbyterorum Dei electum, deſignauit Epiſcopum S. Auitus, *cui in eremo Iurenſi degenti,* pro tranſmiſsâ ſellâ imprecatur *epiſt.* 17 Cathedram *epiſcopalem. Illi dein Epiſcopo ſæpius ſcripſit, & ferè de mutuâ inuitatione ad feſta, altero præſente ſolennius peragenda.*

Lugdunẽſibus dat Epiſcopos SS. Veranũ & Viuentiolũ:

26 *Eminuit & S. Auiti diligentia in Synodis Epiſcoporum conuocandis. Vnius Lugduni habitæ meminit epiſt. 28 ad Gundobadum Regem: Rediens, inquit,* ab vrbe Lugdunenſi ſanctus Chartenius Epiſcopus, in quâ nobis de Concilio diſcedentibus, ad priuata quædam negotia peragenda reſederat. *Sirmondus in Notis obſeruat diuerſum eſſe*

interfit Synodo Lugdunẽſi ſub Gundobado:

hoc Concilium à primo Lugdunenſi inter Concilia Galliæ edito. Videtur eadem cauſſa in vtroque Concilio diſcuſſa, quòd canone 1 dicantur iteratò in vnum congregati, in cauſsâ Stephani incesti crimine polluti, *qui duas ſorores ſibi vxores duxerat: quæ Acta pluribus indicant. Nec adfuit Auitus ſecundo Concilio ſub Sigiſmundo habito, vti nec hic memoratus Chartenius, cuius Sedes epiſcopalis hactenùs ignoratur. In ſimili inceſtu præſcribit epiſt. 15 & 16 S. Auitus Victorio Epiſcopo Gratianopolitano, delinquentium excommunicationem, ſeparationem, pœnitentiam publicam, & dein gratiam reconciliationis.*

AVCTORE G.H. D

27 *Celebrius eſt concilium Epaonenſe, ad quod S. Auitus omnes regni Burgundionum Epiſcopos conuocauit, miſsâ epiſtolâ encyclicâ, quæ extat inter epiſtolas num. 70 & in Notis Sirmondi ad illud Concilium: in eâ menſis September aſsignatur huic Concilio celebrando anni* ɔɔ XVII Agapito V. C. Conſule, *vt mox patebit. De loco maior difficultas eſt. Miræus in Chronico Belgico & alibi, citato Bucherio, opinatur in monaſterio Agaunenſi celebratum. Verùm* parochiam Epaonenſem, *non monaſterium, præſcribit S. Auitus: deinde* locum omnium fatigatione *perpensâ huic conuentui opportunum: cùm tamen Agaunum vltra lacum Lemanum in angulo minùs commodo versùs Sedunos ſit ſitum. Sirmondus in Notis ad Auitum arbitratur,* qui S. Firmati ſepulchrum nactus fuerit, à Concilij fortaſſe loco non aberraturum. *Legi in Vitâ,* illum, Turonibus relictis peruenisse ad locum, cui nomen Eona ſuper Rhodanum, ibique conſedisse:

Epaonenſi

non Agauni,

E *ſed in loco ſuper Rhodanum, Iennâ nũc dicto,*

innuitq; Eonam ab Eponâ deflexiſſe. *Ioannes Columbi de Epiſcopis Valentinis & Deenſibus, eumq; ſecutus Philippus Labbeus tabellâ 4 Geographiæ regiæ, aſsignant Iennam, tenuem modo in Sabaudiâ ſuper Rhodanum vicum, vbi ingentes domorum ruinæ, quæ toto penè agro reperiuntur, oſtendunt ciuitatem iſtic olim non contemnendæ magnitudinis fuiſſe, & lapides* Deæ Eponæ *inſcripti effodiuntur, certo ſatis ſigno, eam aut loco vbi coleretur nomen dediſſe, aut ſuum à loco cognomen traxiſſe. Iam verò ab Eponâ ſiue Epaonâ ad Epienam facilis eſt deflexio, vnde poſteriores Ienam ſeu Iennam excerpſerint. Hic autem locus reſpectu omnium è toto regno conuenientium Epiſcoporum ſatis opportunus apparet in meditullio ſitus, imò & in limitibus prouinciarum Viennenſis & Lugdunenſis, quarum Metropolitæ SS. Auitus & Viuentiolus huic Synodo præfuerunt, iuxta has eorum ſubſcriptiones:* Auitus Epiſcopus conſtitutiones noſtras, id eſt, Sacerdotum Prouinciæ Viennenſis relegi & ſubſcripſi die XVII Kalend. menſis octaui Agapito V. C. Conſule Epaone. Viuentiolus Epiſcopus Eccleſiæ Lugdunenſis cum Prouincialibus meis conſtitutiones noſtras relegi & ſubſcripſi die & Conſule ſuprascripto.

præeſt cum S. Viuentiolo;

28 *Ex aliorum ſubſcriptionibus colligimus Epiſcopos Veſontionenſem, Ebredunenſem & Darantaſienſem, licet eorum vrbes iuxta Notitiam prouinciarum & ciuitatum Galliæ metropoles ſint, abſque vllâ in alios Epiſcopos præeminentiâ huic Synodo interfuiſſe. Et quidem Viuentiolus* ſuos Prouinciales *videtur dixiſſe Epiſcopos, qui ſecum erant ex Prouinciâ primâ Lugdunenſi, & ex Prouinciâ Maximâ Sequanorum: hinc ſcilicet Epiſcopos Veſontionenſem & Vindoniſſenſem inde Lingonenſem, Auguſtodunenſem, & Cabilonenſem: adde Niuernenſem, cuius Sedes prouinciæ Senonicæ poſtmodùm ſubiecta eſt. Reliquos S. Auitus* prouinciæ Viennenſis Sacerdotes *videtur appellaſſe, ſcilicet Epiſcopos Valentinum, Albenſem, Gratianopolitanum, & Genauenſem, ex primâ ſeu Conſulari Viennenſi; Deenſem, Tricaſtinum, Cabellicenſem, Vaſenſem, Carpentoratenſem, Auraſicanum & Auenticum ſaltem in Presbytero ſubmiſſo, & hos ex ſecundâ Viennenſi, Segeſtericenſem, Aptenſem & Vappincenſem ex Narbonenſi ſecunda; Darantaſienſem & Octodorenſem ex Prouinciâ Alpium Græiarum ſeu Penninarum, & Ebredunenſem ex Alpibus maritimis. Hinc magnitudo regni Burgundionum agnoſci poteſt, ad Vitam S. Sigiſmundi Regis latiùs explicanda: cingebant eos Franci, Viſegothi, Oſtrogothi, Alamanni. Quæ autem in dictâ Epaonenſi Synodo de morum diſciplinâ & Eccleſiaſticis regulis præclare à S. Auito aliiſq; Epiſcopis conſtituta ſunt, hic memores inſtituti noſtri non attingimus.*

adſunt Epiſcopi regni Burgundionũ partim huic,

partim S. Auito ſubiecti.

§. V. Sedis Apostolicæ defensio. Epistolæ ad Pontifices Romanos, & Patriarchas Constantinopolitanum & Hierosolymitanũ.

29 MOrtuo XVI Kalendas Decemb. anno CCCCXCVIII S. Anastasio Papâ, legitimis suffragiis electus est S. Symmachus, cui à quibusdam factiosis hominibus pecuniâ corruptis oppositus est Laurentius pseudo-papa; vnde cædes in Vrbe grassationesq; factæ: donec tandem in Synodo Romæ anno 501 habitâ, Theoderici etiam Regis interpositâ auctoritate, damnatus est Laurentius: & sequenti anno 502 in alterâ Synodo, Palmari dictâ, abrogatâ Odoacris sanctio est, quâ Romani Pontificis electionem sine consensu Regis ratam esse vetuerat. In eâ Symmachus Papa, impetitus aduersariorum calumniis, vltro, quasi iuri suo cedens, subiecit se Synodo iudicioq; Consacerdotum, vt integritas eius omnibus innotesceret. Perperàm id sibi sumpsisse iudicium Italiæ Episcopos censuerunt, qui per vniuersam Galliam sub variis Regibus degebant Antistites; aptissimumq; rati S. Auitum, eum elegerunt, qui communi ipsorum nomine Episcopos Italiæ, qui ad eam Synodum conuenerant, corriperet, quòd de Pontificis Romani causâ iudicare inferiores ausi essent. Auitus id præstitit epistolâ 31 inscriptâ Fausto & Symmacho Senatoribus Vrbis, quam hîc subiungimus, illustre summæ per Galliam Italiamq; auctoritatis S. Auiti testimonium. Ita ergo scribit:

S. Auitus in defensionem S. Symmachi Papæ,

B mittit Romam hanc epistolam

30 Primùm fuerat talis status rerum desiderandus, vt ipsi per nos Vrbem orbi venerabilem pro dependendis diuinis humanisque expeteremus officiis. Sed quia istud iam dudum per rationem temporum fieri posse cessauit, vellemus, quod fatendum est, vel eò securitatis accedere, vt, quæ in causâ communi supplicari oportet, amplitudo vestra congregatorum Galliæ Sacerdotum relatione cognosceret. Sed quoniam huius quoque nos voti non potes reddit prouincia præfixis regnorum determinata limitibus, quamprimùm supplici prece posco, ne celeberrimo ordini vestro pagina hæc aliquod moueat, quasi ab vno directa, fastidium. Quoniam à cunctis Gallicanis fratribus meis ad hoc ipsum non minùs per mandata, quàm per litteras oneratus, quæcumque à vobis omnes ambimus, vnus suggerenda suscepi. Dum de causâ Romanæ Ecclesiæ anxij nimis ac trepidi essemus, vtpote nutare statum nostrum in lacessito vertice sentientes, quos omnes vna criminatio vtique sine inuidiâ multitudinis percussisset, si statum Principis obruisset: perlata est sollicitudini nostræ ab Italiâ in exemplaribus sacerdotalis formula decreti, quam de Papâ Symmacho apud Vrbem collecti Italiæ Antistites ediderunt. Quam constitutionem licet obseruabilem numerosi reuerendique Concilij reddat assensus, intelligimus tamen Sanctum Symmachum Papam, si seculo primùm fuerat accusatus, Consacerdotum suorum solatium potiùs, quàm recipere debuisse iudicium: quia sicut subditos nos esse terrenis Potestatibus iubet Arbiter cæli, staturos nos ante Reges & Principes in quacumque accusatione prædicens; ita non facilè datur intelligi, quâ vel ratione vel lege ab inferioribus eminentior iudicetur. Nam cùm celebri præcepto Apostolus clamet, accusationem vel in Presbyterum recipi non debere, quid in Principatum generalis Ecclesiæ criminationibus licere censendum est? Quod Synodus ipsa venerabilis laudabili constitutione prospiciens, causam, quam, quòd saluâ eius reuerentiâ dictum sit, penè temerè susceperat inquirendam, Diuino potiùs seruauit examini: perstringens tamen, prout breuiter potuit, nihil vel sibi vel glorioſissimo viro Theuderico Regi, de his quæ Papæ dicebantur, obiecta patuisse.

nomine Episcoporum Galliæ,

monet non posse ab inferioribus iudicari Papam,

C

Matth. 10.17

1 Tim. 5. 19

iudicio Dei seruandum,

31 Quibus cognitis, quasi Senator ipse Romanus, quasi Christianus Episcopus obtestor, sic Diuinitatis, quam colitis, dono temporibus vestris prosperitas optata succedat, sic dignitas, quâ floretis, vniuerso or-

bi speciem Romani nominis, mundo labente, conti- D
neat; vt in conspectu vestro non sit Ecclesiæ minor, quàm Reipublicæ status: quodque vobis Deus præstitit, prosit & nobis! nec minùs diligatis in Ecclesiâ vestrâ Sedem Petri, quàm in ciuitate apicem mundi. Si profundo illo tractatus vestri consilio rem videtis, non ea tantummodò quæ Romæ geritur caussa cogitanda est. In Sacerdotibus ceteris potest, si quid fortè mutauerit, reformari: at si Papa Vrbis vocatur in dubium, Episcopatus iam videbitur, non Episcopus, vacillare. Nostis behè inter quas hæresum tempestates veluti ventis circumflantibus, fidei puppem ducamus. Si nobiscum huiusmodi pericula formidatis, expedit vt gubernatorem vestrum participato labore tueamini. Aliàs autem quæ ratio est, si nautis in magistrum furentibus non sine illorum periculo cedatur illo discrimine? Reddet rationem, qui ouili Dominico præest, quâ commissam sibi agnorum curam administratione dispensset. Ceterùm non est gregis pastorem proprium terrere, sed iudicis. Quapropter reddite nobis principalem, si tamen necdum est restituta, concordiam: quia clienti vestro, venerabili Symmacho Presbytero, idcircò laborem huius fatigationis iniunximus, vt nobis in vestrarum oraculo itterarum per redintegratæ pacis nuntium supplicationis nostræ referret effectum.

custodem fidei S. Petri.

Ecclesiæ nauclerus.

ouilis Dominici pastorem.

32 *Hactenùs S. Auitus nomine Episcoporum Galliæ pro S. Symmacho Papâ ad Faustum & Symmachum Senatores Vrbis. Anastasius Bibliothecarius de Vitis Pontificum tradit, tum* solum Faustum Exconsulem pro Ecclesiâ pugnasse. *Ennodius de Fausto sepissimè agit, cuius quæsturam, præfecturam, Patriciatum & Consulatum variis locis commemorat. Fuit autem* Faustus *consulatu absque collegâ functus anno* CCCCLXXXIII. *Iterum* Longinus & Faustus Consules *fuerunt anno* CCCCXC. *Qui anno* 501 Auienus *cum* Pompeio Consul *fuit, à Baronio num.* 1. cognomento Faustus, *idem censetur cum præcedente,* cuius filius, Auienus item dictus, anno sequenti Consulatum gessit. *Alter, cui S. Auitus suam epistolam misit, est Q. Aurelius Memmius Symmachus & ipse Patricius, qui sine collegâ Consul fuit anno* CCCCLXXXV. *Extant apud Cassiodorum plures Theoderici Regis ad hunc Symmachum epistolæ, à quo iuxta 22 libri 4, inter alios Iudex delectus est aduersùs magos. Huius filia Rusticiana nupta fuit summo istius seculi viro Boëtio, vt per eos duos heroës Auitus maximum S. Symmacho Papæ totiq; Ecclesiæ patrociniuni acquirere tutò potuerit. De Symmacho agendum potissimùm erit* V *Octobris ad Vitam S. Gallæ viduæ, eius filiæ.*

Litteræ missæ Exconsulibus, Fausto

& Symmacho.

33 *Magnam etiam Auito cum S. Hormisdâ Papâ; Symmachi successore, interceßisse familiaritatem ostendit rerum in Ecclesiâ gestarum mutua per epistolas communicatio. Scissa tum pridem erat ab Romanæ societate Sedis Ecclesia Constantinopolitana, quòd Acacij Episcopi, post sententiam excommunicationis à S. Felice Papâ* III *anno* CCCCLXXIV *latam, animo obstinato in hæresi ac schismate extincti, nomen è sacris tabulis eradere nollent Episcopi, frustrà sæpiùs à summis Pontificibus, Gelasio, Anastasio & Symmacho moniti. Huic subrogatus anno* DXIV *Hormisda, nullam omisit diligentiam occasionemúe ad communionem alliciendi Ecclesiam Constantinopolitanam, cuius aliquot prouinciæ, Dardania videlicet & Illyricum, tunc sese Hormisdæ Romano Pontifici subdiderunt: quod, dum Constantinopolim destinantur Legationes, prosato Pontifex erga S. Auitum affectu, missâ epistolâ indicauit. Tum Auitus epistolam* LXXXVII, *inscripsit* Domino sanctis- m
titis præcellentissimo, in Christo glorioſissimo, & Apostolicâ Sede digniſſimo Papæ Hormisdæ, *cuius est hoc exordium:* Dum religionis statui & plenis Catholicæ fidei regulis perspicitis conuenire, vt gregem, per totvobis vniuersalis Ecclesiæ membra commissum, peruigil cura vestræ adhortationis informet, Viennensem prouinciam superiore anno, si meminisse dignamini, datis ad humilitatem meam litteris visitastis; quæque ad me secundùm quod opportunitas oblata contulerat,

Cognito Ecclesiæ Constantinopolitanæ statu ex litteris Hormisdæ Papæ,

rescribit Auitus:

F

gaudet ob conuerſionem Dardaniæ, & Illyrici:

A rat, per Arelatenſis Eccleſiæ Clericos peruenerunt, & quidem pleniſſimæ ſollicitudine paſtorali. In quibus nos, ſicut per conuerſionem prouinciarum, ſi eſt, Dardaniæ, Illyrici, vel Scythiæ, ad communionem gaudiorum prouocatis, ſic admonitione cautiſſimâ, quid nos per ignorantiam præuenire poſſit, inſtruitis. *Et ſub finem hæc habet:* His adiicitur, quòd diuerſorum fidâ relatione comperimus de reconciliatione vel concordiâ Eccleſiæ Romanæ iactitare ſe Græciam, quod ſicut amplectendum, ſi veraciter dicitur, ita metuendum eſt, ne callidè ſimuletur. Quæſumus ergo ſeruitio meo cuncti, vt, quid filiis veſtris, fratribus meis, id eſt, Gallicanis, ſi conſulat, reſpondere debeam, inſtruatis; & quia ſecurus, non dicam de Viennenſi, ſed de totius Galliæ deuotione polliceor, omnes ſuper ſtatu fidei veſtram captare ſententiam; orate, vt ſic nos * perditorum profeſſio fucata non fallat, ſicut ab vnitate, quam regitis, veritas comperta non ſeparat. Accepta III Kalendas Februarij Agapito V. C. Conſule per Alexium Presbyterum, & Venantium Diaconum, *id eſt, anno* IↃXVII. *Hactenùs ad Hormiſdam Papam epiſtola S. Auiti, de quâ videtur agere ille in epiſtolâ* II, *ita Anaſtaſio Imperatori ſcribens:* Pendent anxia corda cunctorum: ab vltimis ad nos Galliis directa legatio, ſi quid de vnitate redintegrationis ſollicitudo noſtra promouiſſet, formâ ſecutâ conſuluit.

addicit Gallia Epiſcopos Papæ obedientes.

* *al.* prædictorum

B

34 *Interim quamprimùm* Hormiſda Auito Epiſcopo & Vniuerſis Epiſcopis Prouinciæ Viennenſis ſub *eius* diœceſi conſiſtentibus ita reſcripſit: Qui de his, quæ ad diſciplinam Catholicam pertinent, maximè ſciens inſtrui cupit, quid ſtudij circa mandata Diuina habeat, euidenter oſtendit. Non enim poteſt eſſe huiuſmodi cura, niſi vbi fides fuerit infucata. Atque ideò exultamus in Domino de ſinceritate propoſiti tui, dilectiſſime frater, dum te ſecundùm directas per Alexium Presbyterum atque Venantium Diaconum litteras intuemur, & de impiis tranſgreſſoribus Eutychete atque Neſtorio Sedis Apoſtolicæ conſtituta recolere, & ſi quid aduersùm eos admonitio noſtra promouerit, per quos Eccleſiæ Orientales confunduntur, inquirere. Digna planè ſollicitudo fidelibus, vt de miſerorum lapſibus ingemiſcant, & ipſi, ne alienâ polluantur contagione, prouideant. Sed ne nos quidem hoc ſuperſediſſe credatis; vt ad notitiam veſtram, ſi quid actum fuiſſet, competens perferret inſtructio. Verùm breuiter ſilentium noſtrum, quod dilectio mordet veſtra, purgamus. Nam quòd non ſæpiùs noſtra admonitio vos frequentet, de conſcientiæ veſtræ & fidei ſtabilitate confidimus. Sollicitudo impendenda fortaſſe ſit dubiis: ſatis eſt vitanda indicaſſe perfectis. *Dein poſt indicatam perfidiam Græcorum hæc ſubdit:* Et nos quidem noſtræ diſpenſationis memores, neceſſe eſt eos repetitæ legationis officio conuenire. Quò affectu ſaluationis ſuæ, ſi reſpectu Dei, ſi rationis intuitu non mouentur, ſaltem pulſantibus importunè & pertinaciter acquieſcant, & aut ad rectam viam declinatis erroribus reuertantur, aut propter impœnitens cor ab omnibus inexcuſabiles iudicentur, qui & moniti toties in perfidiæ obſtinatione perſiſtunt. Vos orate, & nobiſcum ad Deum preces & vota coniungite, vt per opem miſericordiæ eius noſtra actio laborans pro Catholicæ fidei ſtabilitate, promoueat immaculatos & integros ab omni tranſgreſſorum ſocietate .... Data XV Kalen. Mart. Agapito Conſule, *anno Chr.* DXVII.

S. Hormiſda laudat fidem ſinceram S. Auiti:

excuſat ſilentium ſuum:

C

præponit nouam legationem mittere Conſtantinopolim,

imploratis ideò precibus,

35 *Hæc ad S. Auitum Hormiſda Papa, qui nouam legationem ſuprà indicatam menſe Aprili Conſtantinopolim miſit; datis litteris cum profeſſione fidei Catholicæ, tam ad Anaſtaſium Imperatorem quàm ad Timotheum Conſtantinopolitanum Epiſcopum. Sed Anaſtaſius legatos fruſtrà muneribus tentatos (erant hi Ennodius Ticinenſis & Peregrinus Miſenas Epiſcopi) fragilem in nauem impoſuit, inhibito ad vllam ciuitatem acceſſu; vt ipſe in ſuis epiſtolis teſtatur Hormiſda. Anno ſequente* DXVIII *facies Eccleſiæ Orientalis cœpta immutari,*

ſed ab Imperatore reiectam:

extinctis Timotheo Epiſcopo Conſtantinopoleos, & Anaſtaſio Imperatore, huius loco purpurâ à Iuſtino aſſumptâ, illius Cathedra Ioanni Cappadoci Presbytero & Syncello tradita. Tum tertia legatione Conſtantinopolim miſſâ pax Eccleſiis plenè reſtituta eſt, Conſulibus Iuſtino Imperatore & Eutharico, anno Chriſti IↃXIX, *vt teſtatur Ioannes in ſuâ ad Hormiſdam epiſtolâ. Quam mox, nuntiatis hiſce rebus, conceperit lætitiam S. Auitus indicat miſſâ huic Epiſcopo Conſtantinopolitano epiſtolâ num. 7, quâ tantæ rei conuenientem ac neceſſariam conſtantiam eidem commendat.*

AVCTORE G. H.

D

Ioanni Epiſc. Conſtantinop.

cõmendat S. Auitus conſtantiam.

36 *Turbulentis iis temporibus præerat Eccleſiæ Hieroſolymitanæ S. Elias, qui neque impiæ Concilij Chalcedonenſis damnationi voluit aſſentiri, neque à ſanctâ cum Romanis Pontificibus communione potuit auelli; ideoque anno* DXII, *à Sede ſuâ expulſus, vitam in exilio finiuit. Plures S. Auitus ad illum ſcripſit epiſtolas. In eâ quæ extat num* 23 *poſt acceptam ſanctæ Crucis particulam miſſa, hæc pro gratiarum actione ſcribit:* Obligatus dignationi veſtræ debito largitatis, per ipſum dependo gratiarum vota, per quem ad me munera peruenerunt, non quantitatis pretiis, ſed ſalutis præmiis æſtimanda. Ditaſtis namque ſanctificationis opibus pauperiem orbis extremi, & obſcuritatem ſolis occidui, participato nobiſcum fulgidi ortus lumine contigiſtis. Terſit à prouinciis noſtris torpentis religionis ruginem claritas doni: quæ boni ſemper currentis irriguo fidem noſtram contemplatione munerata eſt, cùm patefactis à pietate veſtrâ penetralibus cæleſtium theſaurorum, quidquid Catholici credere iubemur, inſpeximus. Orate quod ſupereſt, vt dignis talia miſeritis: commendate nos myſteriis quæ nobis committere duxiſtis. Ædificetur his deuotio noſtra, regio defendatur: vt indulto nobis pignore ſalutari, quos terreſtris Hieroſolymæ non cenſuiſtis indignos, ſuperna ac cæleſti habitaculo reddatis idoneos.

E

templorũ augmentũ procurat.

37 *Demum S. Auiti animam indefatigabilem in cultu templorum promouendo indicat fragmentum* III *operum, vbi* generali exultatione gaudet cum ſceptris Catholicæ poteſtatis florere orationum loca, Martyrum templa, limina ſacra; ornari oppida non minùs Patronis quàm ædibus, imò potiùs illuſtratas patrociniis ex oppidis fieri vrbes.

VITA

Ex MSS. Vienn. & Budecenſi.

a

IN Tempore *a* Zenonis Imperatoris B. Auitus Epiſcopus, ſapientiâ & doctrinâ mirabilis, Deo mortalibus fauente, Viennenſem Eccleſiam poſt patrem *b* Iſicium æquè Epiſcopum *c* ſuſcepit regendam. Hic Iſicius, vir primùm fuit Senatoriæ dignitatis; cui fuerant duo filij, clariſſima lumina, infulâ ſacerdotali prædita, *d* Apollinaris Valentiæ Epiſcopus, miraculis inſignis, & Auitus, qui, ſicut iam dictum eſt, in Viennenſi Epiſcopatu patri ſucceſſor extitit. *e* Hic aduersùs hæreſim Arrianam, quæ tunc non ſolùm Africam, ſed & Galliam, Italiamque ex parte occupauerat, magno ſudore decertauit, quod clariſſima eius opera teſtantur: ſcribit enim dialogum hæreſim illam oppugnans, fideliſſimo & doctiſſimo, immortaliſque ingenio, ad *f* Gundebadum Burgundionum Regem, filium *g* Gundouci. Item alios libellos duos contra Neſtorium & Eutychem auctores erroris, ſuculentiſſimo, & caſtigato ſatis eloquio. Item de ſubitaneâ pœnitentiâ. Item conſolatoriam de tranſitu filiæ Gundebadi. Item epiſtolas, vbi ſoluit illud, quod Dominus in Euangelio dicit: Omnis qui reliquerit domum, aut fratrem, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, &c. Item epiſtolarum ad diuerſos, libros *h* tres. Item homilias de diuerſis tem-

b c

S. Iſicio patri ſuccedit Epiſcopus,

d

e

hæreſes oppugnat.

f

g

ſcripta libris claret,

h

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

A

poribus anni: & multa alia, tam proſaicè, quàm metricè ad eruditionem omnis Eccleſiæ Dei compoſuit, & multotiens pro eruditione eius ab hæreticis vſque ad exilium & mortem periclitatus eſt. Hic Venerabilem Abbatem monachorum *i* Verānum Epiſcopum Lugdunenſibus dedit. Hic etiam S. Viuentiolum de grege Presbyterorum Dei electum, eiſdem Epiſcopum deſignauit. Huius temporibus, grauiſſima perſecutio Wandalorum, ceterarumque gentium in Africâ excanduit, & *k* Symmachus Pontifex per Africam & Sardiniam Epiſcopis, qui in exilio erant, quingentis quinquaginta, pecunias & veſtes miniſtrauit.

SS. Verani & Viuentiolum Lugdunēſibus præfecit Epiſcopos,

i

k

2 Quanta autem ab hæreticis, & à Sanctæ Dei Eccleſiæ inimicis paſſus ſit, geſta fratris eius teſtantur, quæ ita ſe habent. Itaque accidit vt quidam ex officio Regis Sigiſmundi, nomine *l* Stephanus, qui ſuper omnem dominationem fiſci principatum gerebat, defunctâ eius coniuge, ſororem vxoris ſuæ ſibi illicitè coniugij conſortio copularet. Quâ de re Sancti ac Beatiſſimi apoſtolici viri, Auitus, & Apollinaris, qui ſecundùm carnem germani, in Chriſti verò opere famoſiſſimi fratres, omni ſemper in tempore, operibus mancipati diuinis, nobilitate eorum cognitâ, prudentiâ, doctrinis ſacris, ſpiritu feruente eruditi, Synodalem Inſtitutionem ſeruantes, cum reliquis Pontificibus ſimul in vnum congregati, ipſum Stephanum ſacrâ communione priuari ſanxerunt: vt calcatâ ſcilicet humanæ fragilitatis impudicitiâ, inceſtum, quod ſuperna iuſtitia damnauit, inhoneſta præſumptio non audeat vindicare. Tunc Rex diræ inſaniæ furore permotus, beatiſſimos Pontifices acerrimè inſidias prætendendo iniuriari non deſinebat. Sed apoſtolici atque venerabiles viri minas terreni Regis minimè formidantes, imperiis cæleſtibus armati, ita ſe Iuſtitiæ vinculo nexuerunt, vt quælibet ſupplicia eiſdem inferrentur, vt ſocij paſſionum, tormenta tolerarent. Viſum enim illis eſt, vt in oppido ciuitatis Lugdunenſium, quod nuncupatur Sardinia, pariter tamquàm exilio deputati, auxiliante Deo comitarentur. Videns verò Rex ille conſtantiam eorum incorruptibilem eſſe, ab irâ non deſinens, præcepit vt Pontifices, qui ibidem pariter reſidebant, ad propria reuerterentur, & ſigillatim per ſingulos menſes Regem opperiri deberent. Sed quia Beatiſſimus Apollinaris in condemnatione Stephani perſeuerans videbatur, ipſum primùm ſtuduit obſeruare.

ſub Rege Sigiſmundo.

l

ad impediendum inceſtum

B

Synodum cogit,

3 Tunc omnes lacrymis diuinam potentiam obſecrantes, ne ſe derelinqueret, valedicentes, celebratâ oratione profecti ſunt. In quo loco dum vir Dei morarum ſpatia, neceſſitatis causâ, ſuſtineret, ab ardenti æſtu fluenta Rhodani tepefacta ſunt, vt à ſitientibus ex eo aqua potari non poſſet. Et quia nullus puteus, neque fons, vnde aqua hauriri deberet, ibidem reperiebatur, beatiſſimus vir Dei, firmans ſe Spiritu ſancto, & virtutibus non ignotæ potentiæ ſecurus, confert ſe ad locum à Deo deſignatum, & ſecretiùs præcepit ſuis farculum exhiberi. Quo exhibito, oratione completâ, ait ad eos: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, hunc locum aperite. Hoc facto, mox annuente illo qui aquas feruere iubet in corde terræ, fons exortus eſt; & quamdiu beatiſſimus Pontifex ibidem moratus eſt, beneficio omnipotentis Dei aquam ſibi placitam ſemper habere promeruit. Poſt diſceſſum verò eius fons ſiccatus eſt, vt omnes agnoſcerent, meritis ſerui Dei fontem ipſum obſequium ſuum detuliſſe, & ad priſtinum curſum fuiſſe reuerſum. Cumque Rex ille virum illum apoſtolicum nec videre vellet, ſed magis inſidias prætendere ſtuderet, qui eſt meritorum rectiſſimorum Iudex, & immenſæ virtutis laudabilis, celerem vltionem demonſtrans, illicò contigit vt ipſe Rex ita vim febrium incurreret, vt potiùs funebris, quàm vitalis eſſe crederetur.

euius precibus fons acceptus,

C

4 Tunc Regina ipſius, fide accenſa, alacri feſtinatione peruenit ad locum vbi beatiſſimus Pontifex reſidebat, & auidâ deuotione petebat, vt interceſſione ipſius, Dominus ſuus incolumi ratis donum reciperet. Sed vir Dei abdicatâ mundanæ elationis efferentiâ, eundi famulatus omnimodis denegauit: magiſque Regina illa lacrymis pedes eius rigans peſcebat vel cucullam eius ſibi præſtari, quam ſuper Regem ſternere deberet. Victus fletibus ceſſit. Quæ cùm tribuente Deo ſuprà virum fiduciali conſtantiâ fuiſſet expanſa, ſtatim effugatâ infeſtatione febrium, vel ſi qua alia impugnatio videbatur, proſperitatis munus emeruit. His actis reminiſcens Rex ille facinus quod admiſerat, licet grandi confuſione repletus, tamen exultans, quòd ſuffragante Pontifice per veſtimenti eius tegmina, priſtinam meruiſſet conſequi ſoſpitatem; præcurrens primùm ſtuduit, vt tanti miraculi, tantæque virtutis largitate latices, quos Dominus ſeruo ſuo benignitatis munere tribuit, oculis viſibilibus cernere mereretur. Agnitâ virtutis gratiâ venit ad virum Dei, & amplectens pedes eius, compoſitus cum exultationis fletu, veniam poſtulabat, dicens: Peccaui, iniquè geſſi, dum iuſtis indignas ſæpe intulerim tribulationes; nam quæ expugnari neſcit Iuſtitia cæleſtis, hoc ipſo quo impugnatur, fortior eſt. O cæleſtis Regis indulgentia, qui peccantium animas non vult perire, ſed cu'pas! ô virtutum gloria, quæ per famulum ſuum Apollinarem, refutatis mundialibus curis, geminâ gratiâ claruêre virtutis! denique aſſiſtens pro Iuſtitiâ, inſaniam Regis, tumidamque eius ſuperbiam reprimit, & orationis effectu à languore mortali quo detinebatur abſoluit.

& cæcitá-tis febrū Regis ſublata.

D

E

diripatitur, cum S. Apollinare fratre,

5 *m* Hunc Sigiſmundum Regem Beatus Auitus poſt exilium in fide pietatis erudiuit, qui illo agente monaſterium ſanctorum Martyrum Agaunenſium, Mauricij, ſociorumque eius conſtruxit: quem poſtmodùm captum à Francis & occiſum vehementiſſimè doluit. Hic Imperatoribus & Regibus, etiam populo, per epiſtolas, per homelias, inſuper & viuâ voce declamando, quaſi tonitruum extitit. Huius labore & induſtriâ baptiſterij eccleſia muſiuo & marmore mirabiliter ornata, & pauimento venuſti operis conſtructa, ipſumque baptiſterium, cum aquæductu, & ornatu ſuo ad honorem Patriarcharum & Prophetarum, Sanctique Ioannis Baptiſtæ, quantâ celeritate à fundamentis reædificata ſit, in *n* homiliâ quam populo in dedicatione eius compoſuit, ita ſcribit: Anteà locus quàm annus expletus eſt. Quantus autem in Eccleſiâ, dum vixerit, fuerit, quiſquis ſcire ad plenum vult, poſt eius innumera in diuinis laboribus opera, *o* Epitaphium ipſius legat; & quantus fuerit videre poterit.

in eum conuertit S. Auitus.

n

o

F

6 Sepultus eſt autem in Eccleſiâ Apoſtolorū, ad ſiniſtram partem domus, in capite longioris macceriæ. Hic ad *p* Elpidium Lugdunenſem Diaconum, virum doctum & ſanctum, viram familiariſſimam, & fide ſapientiæ conditam ſcripſit *q* epiſtolam. Moritur *r* Anaſtaſio adhuc Principe.

p

q r

a *Imperauit* Zeno *ab anno* 474 *ad* 491.
b *Colitur* S. Iſichius 12 *Nouemb.* c *Circa annum* 490
d *Colitur* S. Apollinaris 5 *Octob.*
e *Verbis iiſdem narrat Ado in Chronico hac de hæreſibus oppugnatu.*
f *Sub Gundobado vixit Epiſcopus vſque ad annum* 516, *quo ille mortuus eſt.*
g *Alius* Gunderici, *de quo & fratre eius Chilperico agemus* 28 *Februarij ad Viram SS. Romani & Lupicini Abbatum.*
h *Gregorius Turon. lib.* 2 *Hiſt. Franc. cap.* 34 *numerat* epiſtolarum libros nouem.
i *de SS. Verano & Viuentiolo promotis actum* § 4 *num.* 25
k *Anaſtaſius de Vitis Pontificum, & ex eo Ado in Chronico, de S. Symmacho Papâ*: Hic omni anno per Africam vel Sardiniam Epiſcopis, qui in exilio erant retruſi, pecunias & veſtes miniſtrabat. *De exulibus Sardiniâ actum* 1 *Ianuarij in Vitâ S. Fulgentij Epiſcopi Ruſpenſis, & alibi de aliis ſæpè agetur.*
l *de Stephano hoc, & Synodo eius occaſione habitâ, egimus* § 4 *num.* 26 *Reliqua ad Vitam S. Apollinaris accuratiùs examinanda.*
m *Hinc iterum plurima ex Adone referuntur.*
n *Extat hic titulus tertius inter homilias quæ periērunt*: In reſtauratione

A ſt uratione baptiſterij in ciuitate ſuâ Viennâ.
o *In MS. Budecenſi inſcribebatur hic epitaphium, quod ſubiicimus.*
p *Fuit* Elpidius *hic Medicus Theoderici Regis Oſtrogothorum in Italiâ, cui eum earum fuiſſe docet Cyprianus in Vitâ S. Caſarij:* Elpidius, *inquit*, Diaconus & medicus, regiæ poteſtati ſedulis officiis cumprimis familiaris & intimus.
q *Eſt hæc 35. Extat ad eumdem epiſtola Caſſiodori lib. 4 Variarum, & plures Ennodij Ticinenſis.*
r *Imò ſub Iuſtino Imperatore, ſub quo etiam in puteum proiectus eſt S. Sigiſmundus, quem occiſum doluit iuxta hunc Auctorem.*

EPITAPHIVM S. AVITI

Ex MS. Budecenſi & Sirmondo.

QViſquis mœſtificum tumuli dum cernis honorem
Ceſpite concludi totum deflebis Auitum;
Exue ſollicitas triſti de pectore curas.
Nam, quem plena fides, celſæ quem gloria mentis,
Quem pietas, quem larga manus, quem fama perennat,
Nil ſocium cum morte tenet. Quin proſpice ſancti
Geſta viri: primùm florcſcens indole quantâ
Spreuerit antiquo demiſſos ſtemmate faſces,
Maturùm teneris animum dùm præſtat in annis,
Et licitum mundi, voti virtute relegat.
Nec mora, Pontificis ſic digna inſignia ſumit,
Augeat vt ſoliti felicia cœpta laboris.
Nec tamen ob ſummi culmen tumefactus honoris
Erigitur, ſeque ipſe aliis plus æſtimat, immò
Subiicitur magnus, ſeruat mediocria ſummus,
Diſtribuit parcus, paſcit iciunus, amando
Terret, & auſteris indulgentiſſima miſcet:
Cunctantes ſuaſu iuuit, ſolamine mœſtos,
Iurgia diſſoluit, certantes fœdere iunxit.
Diſſona veridicam inficiunt quæ dogmata legem;
Hortatu, ingenio, monitis, meritiſque ſubegit.
Vnus in arce fuit, cui quolibet ordine fandi
Orator nullus ſimilis, nulluſque Poëta:
Clamant quod ſparſi per crebra volumina libri.
Qui vixit, viuit, perque omnia ſecula viuet.

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS. D

DE S. INGENVINO, SIVE GENVINO,

EPISC. SABIONENSI, BRIXINÆ,

Commentarius hiſtoricus.

I. B.

§ I *S. Ingenuini epiſcopatus, publica veneratio, miſericordiæ opera.*

CIRCITER AN. DCXL. V FEBR. *Epiſcopi Sabione,*

1 SAbio, *ſiue* Sauio, *aut* Sabiona, *vrbs fuit* Rhætiæ ſecundæ, *Epiſcopatu ornata, qui* Brixiriam, *decem paſſuum millibus diſitam, poſteà tranſlatus. Oppidulum nunc eſt Sabio, veteri ferè vocabulo* Saben, *aut* Sceben, *vti ſcribit Philippus Cluuerius Ital. antiq. lib. 1 cap. 17 & Wiguleus Hundius Metrop. Salisb. to. 1. Sabionenſem Epiſcopum fuiſſe* S. Caſſianum, *qui* XIII *Auguſti colitur, atque inde electum, Imolæ ludum litterarium aperuiſſe, ac tandem puerorum graphiis enecari iuſſum, conſtans eſt Imolenſis & Brixinenſis Eccleſiarum traditio. Vnde conficitur, minimùm à Diocletiani temporibus prædicatam Sabione fidem, ſoliumq; epiſcopale erectum: neque enim, ille quod quidam volunt, Iuliani imperio, ſed multo anteà tempore martyrium fecit. Poſt eum ibidem Epiſcopus fuiſſe* S. Lucanus *videtur, quem Belluneníis Eccleſia* XX *Iulij veneratur, traditq;* Brixinenſem *Antiſtitem, Cæleſtini* I *Pontificis Maximi temporibus, circiter annum Chriſti* CCCCXXIV, *extitiſſe: quo in titulo metachroniſmum monet Raderus noſter to. 2 Bauariæ ſanctæ agnoſci oportere, cùm Brixinæ necdum eſſet Epiſcopatus, qui illuc eſt Sabione longè poſt tranſlatus.*

S. Caſſianus *ſub Diocl.*

S. Lucanus ſec. 5

C 2 *Altero ferè poſt S. Lucanum ſeculo Sabione adhuc ſedit* S. Ingenuinus, *ſiue* Genuinus, *aut (vt quidam ſcribunt)* Geminus. *Is Martyrologio quod* ſecundùm vſum Romanæ Curiæ *emendauit Bellinus de Padua editiq; Venetiis an.* CIↃCCCCXCVIII, *ita inſcriptus eſt Nonis Februarij:* In ciuitate Brixinâ ſanctorum Confeſſorum Gemini & Albini Epiſcoporum, quorum vita miraculis extat glorioſa. *Eadem habet Molanus in addit. ad Vſuard. & Caniſius in Martyrol. Germanico: eadem, ſed aliis verbis, Richardus Witfordus in Martyrologio Sariſburienſi, & Maurolycus, qui tamen perperàm eos Brixiæ tribuit, vti & Galeſinius ac Feicius; & hic* Germinianum, *qui* Genuinus *eſt, vocat. Modernum Roman. Martyrol.* Brixinone ſanctorum Epiſcoporum Genuini & Albini, quorum vita miraculis extitit glorioſa.

S. Ingenuinus circa an. 600.

inſcriptus Martyrologiis.

laudatus à ſcriptoribus.

3 Scripſit *S. Ingenuini* Vitam Bartholomæus Tridentinus, *inquit in Notat. ad Martyrol. Baronius. Recitat eam Vitam, at non omnino carentem mendis, Petrus de Natal. lib. 3 cap. 85 hancq; adiicit clauſulam:* Hæc Frater Bartholomæus. *Agit quoque de eo Raderus to. 3 Bauariæ ſanctæ; Hundius ac Chriſtophorus Gewoldus in citatâ Metrop. Ianus Pyrrhus Pincius de vitis Pontif. Trident. lib. 2, Auentinus Annal. Boior. lib. 3. Velſerus rer. Boic. lib. 3. atque alij.*

4 *Præter epiſtolam conciliabuli ſchiſmaticorum Epiſcoporum in Mariano habiti, cui* Ingenuinus *ſubſcripſit, nihil de eo ſcriptum reperimus ante ſeculũ Chriſtianæ epochæ octauum, quo Paulus Winfridus Warnefridi filius, Diaconus Aquileienſis vixit. Hic lib. 3 cap. 32 de geſtis Longobardorum, vbi tertiam Childeberti Francorũ in Auſtraſia Regis aduerſus Longobardos expeditionem, Mauritio Auguſto ſollicitante, anno Chriſti* IↃIC, *ipſius Childeberti* XV. *ſuſceptam commemorat, pium Ingenuini facinus narrat, de quo mox. Agit de eâ expeditione Gregorius Turonenſis hiſtor. Francor. lib.* 10, *vbi & cepiſſe Francos caſtella aliquot, & ab eis ſacramenta exegiſſe, refert, ac deindè, morbis & inediâ confectos, Italiâ exceſſiſſe. At Paulus, poſt alia:* Per Placentiam verò exercitus Francorum vſque Veronam venerunt, & depoſuerunt caſtra plurima per pacem poſt ſacramenta data, quæ ſe eis tradiderant, nullum ab eis dolum exiſtimantes. Nomina autem caſtrorum, quæ diruerunt in territorio Tridentino, iſta ſunt: Teſana, Maletum, Semiana, Appianum, Fagitana, Cimbra, Vitianum, Brentonicum, Volenes, Ennemaſe, & duo in Alſucâ, & vnum in Veronâ. Hæc omnia caſtra cùm diruta eſſent à Francis, ciues vniuerſi ab eis ducti ſunt captiui. *Pleraque hæc loca vbi ſita ſint; & quâ modò nominentur, exponit lib. 1 Italiæ antiquæ Cluuerius. Pergit Paulus:* Pro Ferruge verò caſtro, intercedentibus Epiſcopis, Ingenuino de Sauione, & Agnello Tridentino, data eſt redemptio, pro capite vniuſcuiuſque viri ſolidi ſexcenti. *Minus longè pretium captiuis conſtituit Aimoinus Floriacenſis, hiſt. Francor. lib. 3 cap. 83. his verbis:* Pro Ferruge verò caſtro, ... data eſt redemptio, per caput vniuſcuiuſque viri ſolidus vnus, vſque ad ſummam ſexcentorum ſolidorum. *Fallitur in eo quoque Aimoinus, quòd hanc expeditionem contigiſſe velit* anno ſecundo cùm regnum ſuſcepiſſet Burgundiæ Childebertus. *Hoc enim demum poſt mortem patrui ſui Guntrammi, anno* IↃXCIII *ſuſcepit. Verùm ex Gregorio Turonenſi, Paulo Diacono, ipſoq; Aimoino conſtat, Regem Longobardorum ſe tunc, latè graſſantibus Francis, intrà Ticinenſem vrbem continuiſſe: is autem erat Autharis, qui deinde miſſis ad Guntrammum legatis, pacem ſibi vt à Childeberto obtineret, rogauit.* Interim, *vt ait Paulus lib. 3 cap. 36*

hic Fructa multa caſtella in Italiâ vaſtantibus;

Ferruge ſernat,

incolis pretio redempto,

an. 590

dum

Avcto-re I. B.

dùm legati in Franciâ morarentur, Rex Authari apud Ticinum Nonas Septembris veneno, vt tradunt, accepto moritur. *Anno autem Christi* 1ↃXC *contigisse Autharis mortem, ex S. Gregorio manifestum est: nam lib.* 1 *epist.* 17 *datâ mense Nouembri, Indict.* 9. *primo ordinationis suæ anno, ita scribit:* Quoniam nefandissimus Autharith in hac, quæ nuper expleta est, paschali solennitate, Longobardorum filios, fide Catholicâ baptizari prohibuit; pro quâ culpâ eum Diuina maiestas extinxit, vt solennitatem paschalem vlteriùs non videret. *Idem ex Fredegario colligitur ita scribente ad annum Gunthramni* XXXI *qui est* 1ↃXCI *Christi:* Ipsoque anno Ago Dux in Italiâ super Langobardos in regno sublimatur. Suscepit *autem Ago, siue Agilulphus, vt Paulus Diac. lib.* 3 *cap.* 36 *scribit,* inchoante iam mense Nouembrio regiam dignitatem: sed tamen congregatis in vnum Langobardis, posteà mense Maio ab omnibus in regnum apud Mediolanum leuatus est; *anno nimirùm* 1ↃXCI.

A

quo Authari R. Lõgobard. obiit.

5 *Porrò* Ferruge *castrum*, Ingenuini *operâ seruatum, (quod ante nos Andreas Brunnerus noster, rerum Bouarum accuratissimus scriptor, lib.* 4 *& Cluuerius Italiæ antiquæ lib.* 1 *cap.* 16 *animaduerterunt)* Verruca *esse videtur, castellum à Theodorico Rege apud Cassiodorum lib.* 3 *Variar. ep.* 48 *laudatum:* Quod, *vt ait,* à positione sui congruum nomen accepit. Est enim in mediis campis tumulus saxeus in rotunditate consurgens . . . . . Hunc Athesis, inter fluuios honorus, amœni gurgitis puritate præterfluit, cauſſam præstans muniminis & decoris. Castrum penè in mundo singulare, tenens clauſtra prouinciæ: quòd ideò probatur magis esse præcipuum, quia feris gentibus constat obiectum. Hoc opinabile munimen, mirabilem securitatem, cui desiderium non sit habitare, quam vel externos delectat inuisere? *Cluuerius* Verrucam *ait ab aliis dici nunc* Clusam, *siue* la Chiusa, *castellum in Athesis ripâ situm, haud procul à Benaco lacu; ab aliis* Rouerêdo, *siue* Rouerê; *inter Clusam & Tridentum ad idem flumen: at neutrum* mediis in campis. *Censet ipse id esse, quod ab situ* Castello della Pietra, *siue, vt accolæ loquuntur,* Castel della Preda *appellatur, quod etiamnum Principium Austriacorum præsidio, vt in finibus ferè ditionis positum, anxiè custoditur.*

Ferruge situs, ac nomen.

B

§ II *S. Ingenuini schisma pro defensione* Trium capitulorum.

6 *Aliud Paulus Diaconus* Ingenuini *factum narrat, &, quod graui culpâ non caruit, laudi vertit, acerrimè* Tria capitula *defendisse. Horum causſa longis agitata dissidiis, altiùs est repetenda, sed breuiter; à Baronio in Annalibus aliisque prolixiùs pertractata.*

S. Ingenuinus defendit Tria capitula, non recte.

C

7 *Cùm damnatus in Concilio Ephesino esset Nestorius, &* imperiali lege prohibitum, *vt Liberatus Breuiarij cap.* 10 *scribit,* ne quis libros eius legere auderet aut defendere; *eius fautores, Theodori Mopsuestiæ in Ciliciâ secundâ Episcopi volumina, contra Eunomium & Apollinarem vnius naturæ assertores composita (quibus ipse ita duas in Christo naturas esse docebat, vt Nestoriano errori fauere videretur) circumferre cœperunt,* & simplicissimos quosque decipere cupientes, aiebant non sapuisse noua Nestorium, sed antiquorum Patrum profecutum fuisse doctrinam. *Imò ea volumina in Syrorum linguam, & Armeniorum ac Persarum malitiosè transtulerunt. De his altercati inter se sunt Catholici. Theodorum impugnabant nionachi Armeni, atque alij, sed præcipuè Rabulas, siue Rabbulus, Episcopus Edessenus, de cuius conuersione egimus ad* XV *Ianuarij in S. Alexandri Acœmeti Vitâ: defendebant Ioannes Antiochenus Patriarcha, aliique Rabula mortuo, Ibas eius successor epistolam scripsit ad Marim Persam, in quâ Theodorum Mopsuestenum magnoperè collaudans, Rabulam & S. Cyrillum perinde ac Nestorium redarguebat. In Concilio Chalcedonensi act.* 10 *habitâ* VI Kal. Nouemb. consulatu Marciani, *Christi an.* CCCCLI, *receptus est Ibas, postquàm Nestorio & Eutychi anathema dixisset. Theodoretus quoque Cyrensis Episcopus, qui* D *anteà contra S. Cyrilli duodecim anathematismos aculeatum commentarium ediderat, fueratque in Ephesino Latrocinantium conuentu, à Dioscoro S. Cyrilli successore, episcopatu motus, in synodum Chalcedonensem admissus est, cùm ei iam S. Leo Papa episcopatum restituisset, vti ex Actis synodi ostendit Facundus Hermianensis lib.* 5 *cap.* 3.

Qua illa fuerint?

8 *Centum ferè postquàm hæc gesta erant annis, monachis quibusdam Palæstinæ instantibus, probante Pelagio Apostolicæ Sedis Diacono ac Legato, damnatus est Origenes decreto Iustiniani Imp. cui decreto idem Pelagius & Mennas Patriarcha Constantinopolitanus subscripsêre. Tum verò Theodorus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, Imperatori, cui familiaris erat, persuasit, vt ad conciliandos cum Catholicis Acephalos, tria illa Concilij capitula, quibus probari Mopsuesteni doctrina, Ibæ epistola, Theodoreti commentarius videbantur, damnaret: ita enim futurum, vt* tamquàm retractata Synodus atque purgata, susciperetur ab eis per omnia & in omnibus. *Verùm non id spectabat homo vafer; sed vt semel labefactatâ synodi auctoritate, monophysitarum, siue Acephalorum, victrix impietas impunè triumpharet: nam erat ipse quoque Theodorus Cæsareensis & Origenis defensor & Acephalus, vti cap.* 24 *scribit Liberatus. Ideò autem qui vnicam in Christo naturam statuentes, synodum Chalcedonensem obstinatè impetebant* Acephali *appellati, quasi* sine capite, *quòd variis inter se erroribus diuisi, nullum certum ducem sequerentur: quos quidam præclarè δοκανέσχιον ὀρχήσεων vocat* decem cornuum orchestram, *ad decem eorum coryphæos alludens, quorum primi Eutyches & Dioscorus.*

seculo 6. insignibus Acephalis,

E

9 *Arripuit Iustinianus redintegrandæ (vt rebatur) concordiæ consilium, ac librum edidit, quo Tria illa capitula damnabantur, eique Mennã & alios Patriarchas subscribere coegit. Plures initiò interceſêre Catholici, ipseque cum primis Romanus Pontifex: qui tamen posteà & illi capitulorum damnationi assensus est,* saluâ synodi Chalcedonensis reuerentiâ, *& quintam generalem synodum, anno* 1ↃLIII *Constantinopoli ab Imperatore indictam ad eam finiendam controuersiam, inter œcumenicas recepit.*

damnata à Iustiniano Imp.

& quintâ synodo.

tandè etiã à Papâ.

10 *Multi Episcoporum pertinaciter in Trium capitulorum defensione hæserunt: quare ab eodem Imperatore variè vexati, vt apud eumdem Liberatum videre est. Quidam schismate ab Ecclesiâ Catholicâ longissimo temporis spatio separati mansêre, præsertim prouinciarum Istriæ & Venetiæ, siue Aquileiensis. Paulus Diaconus de Pelagio* II *loquens, S. Gregorij Magni decessore, qui ab* XI *Nouemb.* 1ↃLXXVII *ad* VIII *Februar.* 1ↃXC *sedit, ita scribit lib.* 3 *cap.* 20. Hic Pelagius Eliæ Aquileiensi Episcopo, nolenti Tria capitula Chalcedonensis synodi suscipere, epistolam satis vtilem misit, quam B. Gregorius, cùm esset adhuc Diaconus, conscripsit. *Fallitur Paulus, non enim nolebat Elias Tria capitula susciperc, sed reiicere ea nolebat; quod vt faceret hortabantur Pelagius & Gregorius.*

defensa ab aliis vsquè ad schisma.

vt ab Elia Aquileiẽsi,

frustrà admonito:

F

11 *Cùm mitiores conatus non succederent, acrioribus vti visum sapientissimo Pontifici. Smaragdum igitur Exarchum rogat, vt schismaticorum hominum contumaciam retundat, eorum saltem qui sub Rep. degerent, siue in Romani Imperatoris ditione. Commodùm decesserat Elias, & spes erat, successorem facilius vt rationi cederet induci posse. Rem gestam ita narrat Paulus cap.* 27 *lib.* 3. His diebus defuncto Eliâ Aquileiensi Patriarchâ; postquàm quindecim annis sacerdotium gesserat, Seuerus huic succedens regendam susciepit Ecclesiam. Quem Smaragdus Patricius veniens de Rauennâ in Grados, per semetipsum à basilicâ extrahens, Rauennam cum iniuriâ duxit, cum aliis tribus ex Histriâ Episcopis, id est, Ioanne Parentino, & Seuero atque Vindemio, nec non etiam Antonio iam sene Ecclesiæ Defensore. Quibus comminans exilia, atque violentiam inferens, communicare compulit Ioannii Rauennati Episcopo Trium capitulorum damnatori, qui tẽpore Papæ Vigilij vel Pelagij à Romanæ Ecclesiæ desciuerat societate. Exempto verò anno, à Rauennâ ad Grados reuersi sunt: quibus nec plebs communicare voluit, nec ceteri Episcopi eos receperunt.

cuius successor Seuerus Rauẽnæ ea damnat;

sed Grados reuersus, in schisma relabitur.

A runt. Smaragdus Patricius à dæmonio non iniustè correptus, successorem Romanum Patricium accipiens, Constantinopolim remeauit. Post hæc facta est synodus decem Episcoporum in Mariano, vbi receperunt Seuerum Patriarcham Aquileiensem, dantem libellum erroris sui, quia Trium capitulorum damnatoribus communicauerat Rauennæ. Nomina verò Episcoporum, qui se ab hoc schismate cohibuerunt, hæc sunt: Petrus de Altino clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus Tridentinus, Iunior Veronensis, Horuntinus Vincentinus, Rusticus de Taruisio, Fonteius Feltrinus, Agnellus de Acilio, Laurentius Bellunensis. *Cum Patriarchâ autem* communicauerunt isti Episcopi; Seuerus Parentinus, Ioannes Patricius, Vindemius & Ioannes. *Hæc Paulus; in cuius Leidensi & Hamburgensi editione Laurentius Episcopus* de Lunensis *perperàm appellatur, qui* Bellunensis *fuit, vt habet Bartholomæus apud Petrum de Natalib. qui &* Maxentium Iuliensem, *&* Hadrianum Polensem *addit.* Hosentium *verò appellat, qui hîc* Horuntinus *dicitur Vicentinus Episcopus.*

cogentè Ingenuino & alio Episcopo,

12 *Hîc Pauli animaduertendus error, qui & antè Eliam Aquileiensem vt Tria capitula susciperet monitum à Pelagio Papa scripsit, & hîc schismaticos facit qui ea damnabant; cùm contrà schismatici fuerint eo tempore hi omnes, non solùm Ioanni Rauennati communicare, sed & Romano Pontifici parere, & damnationem dictorum capitulorum admittere re-*
B *nuentes. Paulum secutus Bartholomæus apud Petrum de Natalib. scribit Seuerum compulsum* communicare Ioanni hæretico Archiepiscopo Rauennati, qui Romanam Ecclesiam contemnebat. *Eadem habet Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ. Alios deinceps scriptores idem tenuit error, vt* Catholicos *prædicarent qui Tria Capitula mordicus tuebantur; Ioannem Rauennatem hæreseos notâ, Smaragdum Exarchum impietatis aspergerent. Atque idem (quod mirum) Carolus Sigonius tradit lib. 1 de regno Italiæ, cetera accuratus scriptor; vt alios omittamus notæ minoris.*

qui perperàm in eo facto laudati à Paulo Diac.

& alii scriptoribus.

13 *Fatentur quidem nonnulli Ioannem & Smaragdum Catholicæ fidei zelo curasse, vt Seuerus Aquileiensis in gratiam cum Ecclesiâ Romanâ, damnatis tribus capitulis, rediret; sed cùm is reuersus ad suos in pristinum schisma esset prolapsus, ei* Ingenuinum *& collegas restitisse. Ita Brixinenses Ecclesiæ Officium Romæ approbatum, quod Gewoldus recitat:* Grassabatur autem adhuc, *inquit,* infelix illud contra quintam synodum Constantinopolitanam, Tria Iustiniani Imp. capitula damnantem, schisma. Quod cùm vniuersam propè Catholicam Ecclesiam pluribus annis miserè dilacerasset; ipsumque etiam Seuerum Heliæ Aquileiensis Patriarchæ successorem, ac plures Episcopos infecisset; Ingenuinus tamen vnà cum paucis quibusdam orthodoxis, non modò adduci non potuit vt
C consentiret, verùm etiam Marianam synodum præsentiâ & auctoritate suâ laudabiliter condecorauit: in quâ dictus Seuerus Patriarcha, reuocato errore, receptus fuit in gremium Catholicæ Ecclesiæ. *Sed hæc è pseudosynodi illius ad Mauritium Imp. epistolâ, de quâ § sequenti, clarè refelluntur. Præterquàm quòd non rectè Tria capitula* Iustiniani *damnata à quintâ œcumenicâ synodo dicuntur; sed Trium capitulorum per Iustinianum, nimium sibi iuris in res Ecclesiasticas arrogantem, anticipata damnatio, confirmata à synodo est.*

Facti Brixinenses correcti,

asserentes Ingenuinū & collegas schismati refragatos.

§ III *Pseudosynodus in Mariano pro defensione Trium capitulorum.*

14 *Postatim pontificatus sui exordio, vt ad communionem Ecclesiæ Episcopos Istriæ ac Venetiarum reuocaret; sedulò adnixus est S. Gregorius, ratus (vt posteà Constantio Ep. Mediolanensi scripsit lib. 3 ep. 2.)* iustum esse, vt Sedes Apostolica curam gereret, quatenùs vnitatem vniuersalis Ecclesiæ in Sacerdotum mentibus per omnia custodiret. *Seuerum ergo Aquileiensem Episcopum Romam ad synodum, mense Nouembri, Indict.* IX *anno Christi* IↃXC *euocauit, suis Mauricii, Imperatoris litteris. Ita enim habet lib. 1 ep. 16 ad ipsum Seuerum:* Et nos quidem quantùm incorporatum te iampridem fuisse in vnitatem Eccle-
D siæ gauisi fueramus, abundantiùs nunc dissociatum à Catholicâ societate confundimur. Pro quâ re imminente latore, iuxta Christianissimi & Serenissimi rerum Domini iussionem, ad B. Petri Apostoli limina, cùm tuis sequacibus venire te volumus, vt auctore Deo aggregatâ synodo, de eâ, quæ inter vos vertitur, dubietate, quod iustum fuerit iudicetur.

S. Gregorio Seuerũ Aquileiẽsem Archiep. Romam euocanti;

AVCTORE I. B.

15 *Non paruêre Pontificis mandato schismatici, sed noua ad id eludendum technas concinnârunt, pseudosynodo Marianum indictâ. Est* Marianum, *quod vulgò nunc Italis* Marano *dicitur, Venetiæ oppidum ad Gelinæ, siue Zelinæ, amnis sinistram ripam, in insulâ situm, vti Cluuerius lib. 1 Ital. antiq. cap. 20 auctor est; vbi & Zelinam tradit per stagna marina in ostium defluere Stellæ fluuiinis, olim Anâsi. Leander Albertus in descriptione Foroiulij ait,* Maranum munitissimum oppidum esse, frequentiâ colonorum, diuitiis ac nobilitate præcellens. *Sed vulgari tenetur errore, suprà à nobis refutato, dum scribit* sub Smaragdo Exarcho decem hîc Episcopos Romano Pontifici adhærentes synodum habuisse, qui post in Sedes suas restituti.

Ingenuinus & colleæ synodũ cogunt Marianã,

16 *Si vera narrat Paulus Diaconus loco citato, bis Marianum conuenisse Episcopos illos oportet, primùm cùm Rauennâ reuersus ad suos Seuerus, quæ isthic palàm fuerat professus, retractauit, estque in communionem pristini schismatis receptus. iterum postquàm Romam erat à S. Gregorio citatus. Tum enim ceterorum schismaticorum more, vt iudicium Ecclesiasticum subterfugerent, ad Imperatorem Mauritium prouocarunt; dato ad eum libello, quem Baronius recitat in appendice tomi 8 Annalium ad an. 590, quo è libello nonnulla visum hîc delibare.*

secundam in eâ caussa:

E

17 *Ita ordiuntur:* Suggerendum Domno nostro clementissimo ac piissimo, Domno Mauritio Tiberio humiles Venetiarum, vel secundæ Rhetiæ, Ingenuinus, Maxentius, Fonteius *&c. Deindè vt benignè audiantur obtestati, his verbis illius eblandiuntur beneuolentiam:* Nam etsi nos peccata nostra ad tempus grauissimo iugo summiserunt, auxiliante nobis Domino, nullo pondere pressurarum ab integritate Catholicæ fidei inuenimur vllo modo titubare. Deinde nec oblitî sumus sanctam Remp. vestram, sub quâ olim quieti viximus; & adiuuante Domino redire totis viribus festinamus.

scribuntq; ad Mauritiũ Imp.

18 *Tum narratâ controuersiæ illius de Tribus capitulis caussâ, ea se tueri profitentur, quæque ideò perpessi sint, atque etiamnum vel patiantur vel timeant, exponunt:* Et licet posteà Imperiali pondere ad consensum damnationis Capitulorum ipsorum paullatim singuli tunc fuerint coarctati; nostrarum tamen prouinciarum venerandi decessores, quibus indigni successimus, prædicti quon-
F dam Vigilij instructionibus informati, ad hoc inclinare nullo modo potuerunt. Quorum nos exempla, Deo propitiante, seruantes, cùm vniuersò populo nobis credito; sequentes etiam in omnibus definitionem sancti Chalcedonensis concilij, defensioni Capitulorum ipsorum & reuerentiam exhibemus, & à communione damnantium cùm Diuinâ gratiâ abstinere dinoscimur. Et dum Smaragdus Chartularius Patrem nostrum sanctæ memoriæ Heliam Archiepiscopum Aquileiensis Ecclesiæ pro caussâ ipsâ pluribus vicibus contristaret; cum nostro omnium consilio atque consensu direxit ad pia vestigia Principatus vestri preces, supplicans, vt expectatâ Dei misericordiâ, reuocatis omnibus consacerdotibus synodi nostræ in potestatem sanctæ Reip. ad vestræ Clementiæ præsentiam veniretur, & vestrum in caussâ ipsâ expectaretur iudicium. Quod pietas vestræ mansuetudinis, ad mercedem & laudem imperij sui, clementi dignatione suscipiens, iussionem suam dedit ad prædictum gloriosum Smaragdum, vt nullatenùs quemquam Sacerdotum pro caussâ communionis inquietare præsumeret; sed Dei misericordiâ operante sustineretur, quousque compressis gentibus,

se damnationem Trium capitulorum semper auersatos,

ideòq; Eliæ Archiep. multa passi sunt.

donec ipse Imperator intercessit;

Avcto-
res l.B.

tibus, ad libertatem omnes Sacerdotes Concilij ſub ſanctâ Rep. peruenirent. Deinde defunctus eſt memoratus Archiepiſcopus noſter Helias.

19 *Paucis interiectis, proſequuntur quæ ad Seuerum ſpectant:* Poſt hoc ordinato in ſanctâ Aquileienſi Eccleſiâ beatiſſimo Archiepiſcopo noſtro Seuero, quæ contumeliæ illatæ ſint, & quibus iniuriis ac cæde corporali fuſtium, & quâ violentiâ ad Rauennatem ciuitatem fuerit perductus, atque redactus in cuſtodiam, quibuſque neceſſitatibus oppreſſus atque contritus fuerit, potuit ad Domini noſtri pias aures ſine dubio peruenire. Nos autem tam inauditis calamitatibus Patrem & Archiepiſcopum noſtrum, quod numquàm ſub Chriſtiano Principe factum dinoſcitur, cognoſcentes afflictum, inſanabilium dolorum ſumus ſtimulis vulnerati. Nam in hoc tempore iterum cognouimus, Reuerendum Papam Gregorium ad eiuſdem Patris noſtri exhibitionem miſiſſe, cum ſacratiſſimâ veſtræ pietatis iuſſione, vt pro cauſsâ ipsâ communionis ad Romanam deberet ciuitatem deduci. Quod audientes, quamuis certi eſſemus talem iuſſionem Domini noſtri, ſpecialiter aduerſariorum improbâ importunitate ſubreptam, contabuimus; & contriti atque luctu grauiſſimo ſauciati ad vltimam deſperationem peruenimus, vt ad illius iudicium Metropolita noſter cogeretur occurrere, cum quo cauſſa ipſa eſſe dinoſcitur, & cuius communionem ab initio motionis cauſſæ huius vſque nunc deceſſores noſtri & nos cum omni populo euitamus.

deín eius ſucceſſoré Seuerum ideò ſemel captum,

nunc Romam euocari:

20 *Dein Eccleſiaſticâ auctoritate proditâ; poſtulant vt cùm deuictis gentibus pacata fuerit Italia, ipſi Imperatori poſſint ſuæ* fidei atque communionis plenam reddere rationem. Nam cum quo, *inquiunt*, ipſa cauſſa eſt, & quem in communione vitamus, iudicem experiri non poſſumus; *Romanum videlicet Pontificem Gregorium. Nonum deinde telum adhibet iniqua calliditas, haud ſcio an non validiſſimum ad profanorum Principum animos permouendos; periculum videlicet, ne Archiepiſcopi Galliarum ſenſim in Eccleſias Imperio ſubiectas ius ſibi vſurpent, dum ad eos relicto Aquileienſi Metropolitâ, pro ſuorum ordinatione Epiſcoporum recurrent variæ Eccleſiæ, aſpernatæ illius communionem, quem cum Romano Pontifice viderint paria ſentire de Trium damnatione capitulorum. Sed ipſorum præſtat peßimis dolis conſutam orationem audire.*

vogãt differri, donec pacatâ Italiâ ipſi Imperatori fidei ſuæ rationem reddant:

21 Suggerimus etenim, *aiunt*, pię Dominator, quia tempore ordinationis noſtræ, vnuſquiſque Sacerdos in ſanctâ Sede Aquileienſi cautionem ſcriptis emiſimus ſtudioſè de fide ordinatoris noſtri; nos fidem integram ſanctæ Reip. ſeruaturos: quod ipſe nouit Dominus nos fideliter toto corde & ſeruaſſe & hucuſque iugiter conſeruare. Si conturbatio illa & compulſio piis iuſſionibus veſtris remota non fuerit, ſi quem de nobis, qui nunc eſſe videmur, defungi contingeret; nullus plebium noſtrarum ad ordinationem Aquileienſis Eccleſiæ poſt hoc pateretur accedere: ſed quia Galliarum Archiepiſcopi vicini ſunt, ad ipſorum ſine dubio ordinationem accurrent: & diſſoluetur Metropolitana Aquileienſis Eccleſia, ſub veſtro Imperio conſtituta, per quam, Deo propitio, Eccleſias in gentibus poſſidet; vt quod ante annos iam fieri cœperat, & in tribus Eccleſiis noſtri Concilij, id eſt, Bremenſi, Tiburnienſi, & Auguſtanâ Galliarum Epiſcopi conſtituerant Sacerdotes: & niſi eiuſdem tunc diuæ memoriæ Iuſtiniani Principis iuſſione commotio partium noſtrarum remota fuiſſet, pro noſtris iniquitatibus penè omnes Eccleſias ad Aquileienſem ſynodum pertinentes Galliarum Sacerdotes peruaſerant. *Et poſt pauca:* Nam qui aliter pio Domino noſtro ſubrepere cupiunt, nec Dei iudicium habent præ oculis, nec vtilitatem ſanctæ Reip. veſtræ, ſeu opinionem pij Imperij, quam lacerari non metuunt de murmuratione totius populi partium iſtarum, qui perſecutionem euidenter Chriſtianis fieri ſuſpicantur.

vtrendum aliogui, ne Galliæ Archiepiſcopi ſe in prouinciam illam immittant,

vt antè factum:

22 *Subſcriptiones ita habent:* Ingẽuinus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ ſecundæ Retiæ hanc relationem à nobis factam ſubſcripſi. Maxentius Ep. ſanctæ Eccleſiæ Iulienſis, vt ſuprà. Laurentius Ep. ſanctæ Eccleſiæ Eclunatæ, vt ſuprà. Auguſtus Ep. ſanctæ Catholicæ Concordienſis Eccl. vt ſ. Agnellus Ep. ſanctæ Traientinæ Eccleſiæ vt ſ. Iunior Ep. ſanctæ Catholicæ Eccl. Veron. vt ſ. Fonteius Ep. S. Felinnæ Eccl. vt ſ. Felix Ep. ſanctæ Teruiſianæ Eccl. vt ſuprà. Horontius Ep. ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ Venetinæ vt ſuprà.

D

ſubſcribit primoloco Ingenuinus.

23 *Ex litteris Mauritij ad S. Gregorium Papam, quas ibidem recitat Baronius, conſtat triplicem omnino* ſuggeſtionem *ab Epiſcopis* Iſtrienſium prouinciarum per Clericos aliquos *ad Imperatorem* directos *fuiſſe tranſmiſſam*; vnam Epiſcoporum & ciuitatum, quas Longobardi *tenebant*, aliam Seueri Aquileienſis Epiſcopi aliorumque Epiſcoporum, qui cum illo *erant*, & tertiam ſolius eiuſdem Seueri. *Porrò Mauritius nullo de veritate atque æquitate habito diligentiori examine, inter alia ſanctiſſimo Pontifici Gregorio iſta ſcripſit:* Quia igitur & tua Sanctitas cognoſcit præſentem rerum Italicarum confuſionem, & quòd oportet temporibus competenter verſari; iubemus tuam Sanctitatem nullatenus moleſtiam eiſdem Epiſcopis inferre, ſed concedere eos otioſos eſſe, quouſque per prouidentiam Dei, & partes Italiæ pace aliter conſtituantur, & ceteri Epiſcopi Iſtriæ ſeu Venetiarum iterum ad priſtinum ordinem redigantur. *Lubet ſapientiſſimi Cardinalis Baronij grauiſſimum veriſſimumq; epiphonema ſubnectere:* More ſuo Imperator, præter conſuetudinem piorum Auguſtorum, arroganti faſtu non rogat, ſed præcipit, quod obtinere nititur à Pontifice: id quidem minimè iure Imperatorio ſed tyrannico facere conſueuiſſe, quæ ſuo loco dicentur inferiùs, declarabunt. *Ita Baronius.*

Mauritius iubet S. Gregorium deſiſtere:

E

quod iniuſtum mãdatum

24 *Meminit huius Imperatoriæ iuſſionis Gregorius lib. 2 ep. 32 menſe Iulio, Indict. X, anno videlicet* 1 3 X C I I *datâ ad Ioannem Rauennatem, ita ſcribens:* De cauſsâ verò Epiſcoporum Iſtriæ omnia, quæ mihi veſtra fraternitas ſcripſit, ita eſſe iam antè deprehendi in his iuſſionibus, quæ ad me à piiſſimis Principibus venerunt; quatenùs me interim ab eorum compulſione ſuſpenderem. Ego quidem pro his quæ ſcripſiſtis, zelo atque ardori veſtro valdè congaudeo, debitoremque me vobis multipliciter factum profiteor. Scitote tamen, quia de eadem re ſereniſſimis Dominis cum ſummo zelo Dei & libertate reſcribere non ceſſabo.

ſenſit S. Gregorius:

§ IV *Quædam dicta ſynodi in Mariano explicata.*

25 *Quibus porrò in Eccleſiis conſtituros à Galliarum Archiepiſcopis Sacerdotes queruntur Ingenuinus ac ſocij, ea apud Baronium ſunt* Bremenſis, Tiburnienſis, Auguſtana. *Longè ab Aquileienſi prouinciâ* Brema *diſtat ad Viſurgim ſita, vrbs clara veteris Saxoniæ; quæ regio necdum Chriſti fidem eo tempore receperat. Vix nobis dubium eſt, quin* Breonenſis, *aut* Breunenſis, *ſiue* Brennenſis, *hîc legendum ſit. Ducit eò nos Fortunatus, qui in epiſtolâ ad Gregorium Turonenſem, præfixâ libro primo carminum, ita ſuum in Galliam iter deſcribit:* De Rauennâ progrediens, Padum, Atheſim, Brintam, Plauem, Liquentiam, Tiliamentumque tranans, per Alpem Iuliam pendulus, montanis anfractibus, Drauum Norico; Oenum Breonio, Liccam Baioariâ, Danubium Alamanniâ, Rhenum Germaniâ tranſiens *&c. Idem* Breonum loca *memorat ſub finem libri 4 de Vitâ S. Martini:*

Breonenſis Eccleſia Sacerdotibus à Galliarũ Epp. inſtructa;

(ſunt autẽ Breones Oeni accolæ.

Pergis ad Auguſtam, quam Vindo Lycuſque fluentant;
Illic oſſa ſacræ venerabere Martyris Afræ.
Si vacat ire viam, neque te Baiocarius obſtat,
Quà vicina ſedent Breonum loca, perge per Alpem,
Ingrediens rapido quà gurgite voluitur Oenus.

Atque

A *Atque hi ſunt* Breones, *quos deſcribit Theodoricus Rex Gothorum apud Caſſiodorum lib.* 1 *Variarum epiſt.* 11 *ad* Seruatum Ducem Rætiarum, *vbi ita loquitur:* Quapropter Maniarij ſupplicatione commoti, præſentibus te affamur oraculis; vt ſi reuerà mancipia eius Breones irrationabiliter cognoueris abſtuliſſe, qui militaribus officiis aſſueti, ciuilitatem premere dicuntur armati, & ob hoc iuſtitiæ parere deſpiciunt, quoniam ad bella Martia ſemper intendunt, dum neſcio quo pacto aſſiduè dimicantibus difficile eſt morum cuſtodire menſuram, *&c. Paulus Diaconus lib.* 4 *cap.* 4 Briones *vocat:* In regione quoque Brionum, *inquit*, ſanguis de nubibus fluxit; & interim fluuij quaſi riuuli cruoris emanauerũt.

bellicoſi,

26 *Idem porrò videntur eſſe, quos Horatius lib.* 4 *Carm. ode* 14 Brennos, *aut* Breunos *appellat:*

Druſus, *ait*, Genaunos, implacidum genus,
Brennoſque veloces, & arces
Alpibus impoſitas tremendis
Deiecit acer.

qui & Branni,

Multi Breunos *vocant, aiuntq́, ita haberè multos MSS. codices. Lambinus etiam* Breucos *haberi in nonnullis exemplaribus teſtatur, dubitatq́,* Brencos, Brennos, *an* Breunos *legendum ſit. Et Ptolemæus quidem tab.* 5 *Europæ cap.* 13 Breu-

ſiue Breuni;

B nos *inter Vindelicos locat. Strabo quoque lib.* 4. Vindelici, *inquit*, & Norici montana exteriora tenent magnâ ex parte, cum Breunis & Genaunis, qui iam ad Illyrios

nũ Breuci Pannonij.

pertinent. *At lib.* 7. Gentes Pannonum, *inquit*, ſunt Breuci *&c. Hos quoque in Pannoniâ inferiore ponit Ptolemæus tab.* 5 *cap.* 16. *Suetonius in Tiberio cap.* 9 *ſcribit bello* Rhætico atque Vindelico gentes Alpinas, Pannonico Breucos & Dalmatas *ſubactos. Quem ad locum Læuinus Torrentius cenſet apud Horatium* Breunos *legendum, vti & apud Plinium lib.* 3 *cap.* 20. Brennos *habent plures editiones Horatij; Florus item lib.* 4 *cap.* 12.

27 *Mirum ab Acrone Brennos hoſce* gentes Galliàrum *dici;* Ciſalpinas *à Porphyrione. Plinius inter* gentes Alpinas *recenſet. Et manifeſtè Florus:* Noricis animos dabant Alpes atque niues, quò bellum non poſſet aſcendere: ſed omnes illius cardinis populos, Brennos, Senones, atque Vindelicos, per priuignum ſuum Claudium Druſum perpacauit. *Veſtigium nominis* Brennorum *agnoſcere licet in monte qui* Brenner *vulgò appellatur, in Tiroli Oenum inter & Atheſim. Beatus Rhenanus lib.* 3 *rer. Germanic.* Prennerum *vocari ait, & ab antiquis (quorum teſtimonia profert)* Pyrenæum. *Didici autem ab fido homine, qui loca illa obiuerat, multa in variis montis illius & aliorum iugis, inter Brixinam & Oenipontem, cerni rudera vetuſtarum arcium; earum fortaſſis quas Horatius* Alpibus impoſitas tremendis *prædicat.*

ipſi Alpini,

Brenneri montis incola,

C

28 *Ex quibus omnibus patet, ad vtrumque Oeni latus coluiſſe* Brennos, *ſiue* Breones; *non ſolùm inter Lycum & Oenum, vti ſcripſit Velſerus lib.* 8 *rer. Vindelic. Imò ad Atheſim fortaſſis, & vltra, eorum pertẽgire ſedes. Certè in Vitâ S. Corbiniani* VIII *Septemb. dicitur Grimoaldus Boiorum Princeps per ſuos mandaſſe* habitatoribus Alpium, *vt ſi quando iſthac vir ſanctus reuerteretur, eum à finibus Boiorum abire non paterentur, ac deinde ſubiungitur:* In ipſo autem itinere Romam pergendo, cùm Breones peruenirent *&c. ac paullò poſt:* Cùm autem ad Tridentinum caſtrum vir Dei peruenit *&c. Vbi verò de eius reditu agitur, poſt Tridentum pertranſitum, ſubditur:* Cùm autem Magienſe caſtrum intraſſet, à cuſtodibus captus eſt, ſicut longè ſuperiùs diximus à Grimoaldo Duce præceptum eſſe: nec vlteriùs eum abire ſinebant, niſi ad eorum Principem ſe iturum promitteret. *His ergo Alpium habitatoribus à Grimoaldo id erat imperatum. Atqui, vt mox additur, ſitum in eodem caſtro erat S. Valentini Epiſc. ſepulchrum, de quo egimus* VII *Ianuarij, retulimuſq́, ex Boicis Brunneri noſtri annalibus non procul Meraniâ Tiroleos illud fuiſſe caſtrum. Neque igitur procul inde* Breones, *aut ipſum fortaſſis etiam in Breonibus. Hactenùs de* Breonenſi, *ſiue* Brennenſi, *aut, vt perperàm ſcriptum apud Baronium,* Bremenſi *Eccleſiâ.*

etiã Tridentum versùs porrecti)

29 *Altera erat* Tiburnienſis, *de quâ* VIII *Ianuarij ad*

S. Seuerini Noricorum Apoſtoli Vitam egimus. Refert in eâ Vitâ Eugippius cap. 6 *nu.* 25 ciues Tiburniæ, vario cum obſiAVCTORE I. B.

D dentibus Gothis certamine dimicantes, vix initâ fœderis pactione, inter cetera largitionem iam in vnum collatam, quam mittere famulo Dei *Seuerino* diſtulerant; hoſtibus *afferre debuiſſe. Et cap. ſequenti nu.* 29 Tiburniam *ait* Norici metropolim *fuiſſe, ibiq́,* Paulinum Presbyterum, *à S. Seuerino reuertentem*, coactum ſummi ſacerdotij ſuſcipere principatum. Teurnia *eſt Plinio lib.* 3 *cap.* 24. *Ptolemæo* Τεθρνία. *Quam quidam* S. Viti *oppidum Carinthiâ, Cluuerius* Villach *ad Draum amnem, alij aliud interpretantur, vti ad cap.* 6 *Vitæ S. Seuerini litt. c annotauimus.*

& Tiburniẽſis, Noricis metropolis;

30 *De Auguſtâ, vbi quoque Sacerdotes à Galliarum Epiſcopis conſtituti dicantur, dubium non eſt, quin ea Vindelicorum metropolis ſit: nam Auguſta Prætoria Mediolanenſi Eccleſiæ ſemper fuit contributa, vti animaduertit qui Epiſcoporum Auguſtanorum Vindelicorum catalogum edidit: qui & illud rectè monet, id tunc videri euenìſſe, cùm* Auguſta, victis Gothis in Francorum poteſtatem recidit. *Id quando aut quomodò contigerit, Agathias narrat lib.* 1 *belli Goth. vbi cùm retuliſſet Alemannos à Theodorico Gothorum Regè ſubactos ac tributarios factos; eo mortuo, vbi bellum Gothis à Iuſtiniano illatum eſt, illos ait copias omnes vndique contraxiſſe ad tutandam Italiam, ceteris neglectis, & ſubdit:* Sic ita-

atque Auguſtana Vindelicorum;

E que Alemannorum gentem per Gothos dimiſſam, Theodibertus in ditionem accepit: quo mortuo ad Theodobaldum filium cum ceteris & hi ſimul in poteſtatem ceſſêre. *Succeſſit Theodebertus, de quo hîc agimus, Theoderico patri, Clodouei primi filio, anno Chriſti* IↃXXXIII, *obiit ipſe anno* IↃCXLVIII; *eius filius Theodebaldus* IↃLV, *vt alibi dictum. Quod queruntur ſchiſmatici illi cum Ingenuino Epiſcopi, ordinatos à Gallis in Auguſtanâ Eccleſiâ Sacerdotes, innuunt circa illud tempus contigiſſe, Iuſtiniano Auguſto ſuperſtite, qui demum an.* IↃLXV XIV *Nouemb. deceſſit, cùm imperaſſet annos* XXXVIII, *menſes* VIII. *Etſi tamen Francorum imperio tunc Alemanni & Vindelici ſubiecti minimè fuiſſent, potuiſſent tamen, vt ad alias gentes, Romani Pontificis auctoritate, è Galliâ ad Alemannos proficiſci zelo Apoſtolico Antiſtites, vt eos à gentilitiis ſuperſtitionibus, quas ibidem refert Agathias, ad Chriſtum auocarent; eâque occaſione Auguſtæ Sacerdotes conſecrare, cùm nullus ſortè ei Sedi tunc Epiſcopus præeſſet; aut alibi conſecratos in varias illius diœceſeos locis collocare.*

tempore Theodeberti I & Theodobaldi Regis Auſtraſiæ;

ac Iuſtiniani Imp.

§ V. S. Ingenuini conuerſio, exilium, mors, tranſlatio.

31 HIs explicatis, *ad* Ingenuinum *reuertamur, de quo quæri ita poteſt: Si tam pertinaciter cum collegis mãdato Sedis Apoſtolicæ repugnauit, quomodò Sanctus? Neque enim illa afferri excuſatio poteſt, quæ alibi locum habet, neſciſſe quod Pontificis Romani eſſet iudicium, atque ita merâ ignorantiâ erraſſe. Sciebat ille contrarium ſanxiſſe omnes à Vigilio ad S. Gregorium Pontifices: ideoq́, illorum & ipſe & collegæ, eorumq́, deceſſores abſtinuerant communione. Fatendum igitur erraſſe eum quidem, fidem tamen orthodoxam ſemper retinuiſſe, & poſteà, malis fortaſſis, quæ perpetiebatur, eruditum, fuiſſe Eccleſiæ Catholicæ eiuſq́, vniuerſali Paſtori reconciliatum. In officiis Brixinenſibus de eo iſta narrantur:* Sub Authario Flauio Longobardorum Rege Italiam deuaſtante in exilium pulſus eſt: vbi ærumnis confectus, miraculis glorioſus migrauit in cælum Nonis Februarij. *Quæ eadem narrat Raderus to.* 3 *Bauariæ ſanctæ: ſed refelluntur ex citatâ pſeudoſynodo in Mariano ſecundâ, habitâ poſt mortem Authariti, cui Ingenuinus interfuit; & epiſtolæ ad Mauritium Imp. primo loco ſubſcripſit. Baronius ad annum* IↃCXXXVIII *eius exilium refert, ab Rothari Longobardorum Rege irrogatum.*

S. Ingenuinus primùm ſchiſmaticus:

32 *Eadem Brixinenſis Eccleſiæ officia tradunt*, vrbem & eccleſiam Sabionenſem, Theodonis III Bauariæ Ducis beneficentiâ, reſtauratam *ab Ingenuino. Negant alij Sabionam, poſtquàm ab Hunnis & Attilâ euerſa eſt, vn-*

an Sabionem reædificârit,

AVCTORE I.B.

quam inſtauratam; aſt ei Cluſium oppidum ad pedem montis Sabonæ affixum ſucceſſiſſe. *Si tamen Theodo* III *ſumptum ad illius eccleſiæ reſtaurationem contulit, Ingenuinum oportet iam antè ab ſchiſmate reſiliiſſe. Neque enim Eccleſiæ hoſtem Theodo, qui recens Chriſto adiunctus ab S. Ruperti conſiliis totus pendebat, eo eſſet fauore ac munificentiâ dignatus: ſed illud huic ſuccurriſſet, quòd ad Ioannem Rauennatem ſcripſit S. Gregorius lib.2 ep.* 32. De hoc quod dicitis incenſæ ciuitati Seueri ſchiſmatici eleemoſynam eſſe mittendam, idcircò veſtra fraternitas ſentit, quia quæ contra vos præmia in palatium mittat, ignorat. Quæ etſi non tranſmitteret, nobis conſiderandum fuit, quia miſericordia priùs fidelibus, ac poſteà Eccleſiæ hoſtibus eſt facienda.

A *& quàdo?*

33 *Veriſimile ergo eſt* Ingenuinum, *maximè poſtquàm Theodolinda Regina, primùm in partes deſertorum Trium capitulorum perducta, deinde ſtudio S. Gregorij (vt ex huius ad eam & alios epiſtolis patet) ad Catholicorum communionem erat reuocata, & ipſum quoque dediſſe veritati manus, cùm eſſet ceteroquin vir bonus & miſericordiæ operibus deditus, vt ex antedictis patet. Expugnauit eum fortaſis S. Gregorij caritas, quâ & errantes ad ſe reuocabat, & reuertentes complectebatur. vt ex epiſtolis eius, præſertim lib.4 ep.* 93 *& lib.5 ep.*147 *perſpicere eſt. Illâ Petrum & Prudentium Epiſcopos Iſtriæ Romanum imitat, illudq; extremâ paginâ ſtipulatur:* Sed ſeu ad conſentiendum mihi cor veſtrum miſericordia Diuina compunxerit, ſiue, quod abſit, in eâ vos durare diſſenſione contigerit, ad propria vos remeare quando volueritis, iuxta promiſſionem meam ſine læſione vel moleſtiâ relaxare curabimus. *In alterâ epiſtolâ ad Leonem Ep. Fanenſem ita ſcribit:* Sicut in ſchiſmatis (*ita legendum videtur. Editio vna habet*, ſchiſmatici, *alia* in ſchiſmaticis) prauo ſtudio perdurantes, obiurgandi deteſtandique ſunt; ſic ad ſinum Matris Eccleſiæ redeuntes, conſolandi ac nihilominùs refouendi. *ac deinde Ioannem quemdam* receptâ ratione ad vnitatem ſanctæ Eccleſiæ ab errore Hiſtricorum, Deo miſerante, conuerſum, *operosè commendat.*

vt multi alij operâ S. Gregorij.

B

34 *Eamdem ſiue S. Gregorij ſiue ſucceſſorum caritatem expertus fuerit Ingenuinus, ac S. Ruperti & Theodonis Ducis, ſi ad hunc pro eccleſiæ Sabionenſis reædificatione confugit. Corrigendum tamen quod Hundius ſcribit*, reſtauratâ & vrbe & eccleſiâ, aſſenſu ac ope Theodonis III Ducis Boiorum primi ad fidem Chriſti per S. Rupertum conuerſi, factum eſſe Epiſcopum ac Paſtorem huius Eccleſiæ ſecundum, ab Heliâ Patriarchâ Aquilegienſi conſecratum. *Pridem deceſſerat Elias cùm Theodo* III *conuerſus eſt: ſi rectè Velſerus, Brunnerus, aliiq; viri doctiſſimi chronologiam rerum Boicarum ordinarunt, de quâ nos Ad* XXVII *Martij in Vitâ S. Ruperti. Neque poſſumus Auentino aſſentiri, qui S. Ingenuinum fuiſſe Epiſcopum ſcribit, quo tempore Amalouinda (vt ſcribit, quæ vulgò Amalaſuntha) mortuo patre Theodorico, anno Chriſti* IↃXXVI, *Gothorum in Italiâ regnum pro Athalarico filio moderabatur.*

ita & ipſe tandem conuerſus,

C

35 *Baronius, vt anteà indicauimus, ad annum vſque* IↃCXXXVIII *& vltrà, ſuperſtitem fuiſſe ſignificat, atque à Rothari Longobardorum Rege Ariano (qui eo anno Arioualdo ſubrogatus eſt)* in exilium pulſum apud Brixinonem in Germaniam, ibidem diem obiiſſe. *At Raderus to.2 Bauariæ ſanctæ in S. Lucani Vitâ, eumq; ſecutus Gewoldus, negant eâ tempeſtate Brixinam oppidum fuiſſe, aut eius extitiſſe nomen, ſed ſub Ottone* III *demùm mœnibus cinctum, & oppidi nomen indeptum. Verùm id haud ſatis facile creditu, cùm eruditi plerique* Brixentes, *quos Plinius lib.3 cap.20 inter Alpinos populos retenſet, eo tractu vbi nunc* Brixino, *apud Aiſacum amnem coluiſſe cenſeant; eoſdemq; eſſe quos Ptolemæus tab.5 Europæ cap.12* Brixantas *vocat, licet eos magis Septemtrionalia Rhætiæ habitaſſe ſcribat.*

deín pulſus in exilium,

non Brixinæ mortuus,

36 *Sed quidquid de Brixinone, ſiue Brixente fuerit; Hundius* S. Ingenuinum *obiiſſe Sabionæ, atque in eccleſiâ à S. Caſſiano olim conſtructâ ſepultum ſcribit.* Tranſlato autem poſteà epiſcopatu Brixinam, vnà & oſſa Diui Ingenuini Ep. & Confeſſoris illuc tranſlata: vbi in hodiernum diem miraculis clarus quieſcit, in numerum Sanctorum relatus, cuius memoria eodem die obitus ſui in Eccleſiâ celebratur, vnà cum ſuo poſt multa ſecula ſucceſſore Diuo Albuino Epiſcopo. *De Albuino infrà agemus.*

ſed Sabionæ

D *tranſlatus deinde Brixinæ,*

37 *Recitat Gewoldus diploma Conradi* II *Imp. datum* VII *Id. Iunij anno Incarnationis Dominicæ* MXXVII *Indict.* IX, *regni eius anno tertio, imperij primo, quo* in proprium tradidiſſe *ſe teſtatur* ſanctæ Brixinenſi Eccleſiæ, in honore Sanctorum Caſſiani Martyris, nec non & Ingenuini Confeſſoris, conſtructæ, Comitatum quondam Welfoni commiſſum, ab eo ſcilicet termino, qui Tridentinum à Brixinenſi diuidit epiſcopatum, quouſque longiſſimè porrigitur in valle Enianâ cum Clauſâ ſub Sabione ſitâ *&c. Corrigendus eſt numerus Indictionis, erat enim eo anno decima. Porrò ex eo diplomate firmatur Cluuerij coniectura, locum* Sublauione *dictum in Antonini Itinerario,* Sublabione *in Tabulâ Peutingeri, rectiùs* ſub Sabione, *vel* ſub Sauione, *fuiſſe circa Brixinonem, à quâ vrbe non longè* Clauſa *diſtat.*

vbi eccleſia ei dicata.

38 *A quo verò Brixinonem ſint tranſlatæ* S. Ingenuini *reliquiæ, non facilè ſtatuas ex Hundij catalogo, qui S. Albuinum* Sedem Epiſcopalem à Sabionâ Brixinam tranſtuliſſe *ſcribit, dein Hartwico Epiſcopo id tribuit; quem tamen perperàm anno* CIↃXXXVIII *Epiſcopum factum ait, ſi legitimum eſt Conradi Salici Imp. diploma, quo ſe quæ diximus Eccleſiæ Brixinenſi tradere ſcribit* Hardwici Brixinenſis Epiſcopi petitione pulſatum. *Tranſlationis meminit in Martyrologio Galeſinius his verbis:* Brixiæ ſanctorum Confeſſorum Ingenuini & Albini: hic Brixienſis, ille Sabionenſis ſecundus Epiſcopus fuit; cuius corpus multis pòſt annis à Conſtantino eius ſucceſſore ad eam vrbem tranſlatum eſt. Vtriuſque vita illuſtris eſt, multis rebus diuinè mirabiliterque geſtis. *Tria hîc corrigenda; neque enim* Brixiam, *quæ Italiæ vrbs eſt, ſed Brixinam, ſiue Brixinonem, tranſlatum eſt eius corpus: neque ſecundus Epiſcopus Sabionenſis fuit, ſi vera ſunt quæ initiò retulimus de SS. Caſſiano & Lucano; quæq; ipſe Ingenuinus & collegæ in epiſtolâ ad Mauritium Imp. haud ſanè ſapienter, gloriantur, deceſſores ſuos numquàm induci potuiſſe vt Trium capitulorum damnationi ſubſcriberent: habuerunt igitur, qui eo anno vixerint, deceſſores. Et verò quis credat, ſi ducentis trecentiſue annis vacaſſet Sedes Sabionenſis, tunc potiſſimùm cùm & euerſa ciuitas eſſet, vt volunt, & latè barbari in iis regionibus dominarentur, tanto demum ex interuallo creatum illic Epiſcopum?* Brixiæ *quoque* Ingenuinum *tribuit Conſtantius Felicius, & Maurolycus; ſed hic* Geminum *vocat, ille* Gemlnianum.

à quo & quando ea facta tranſlatio?

E

39 *Tranſlatum quoque à* Conſtantino, *ſiue* Conſtantio, *negant Brixinenſes, ſed aliquot pòſt ſeculis. Eſt quidem in Sabionenſium Antiſtitum indiculo poſt S. Ingenuinum* S. Conſtantius, *imò & alter* S. Conſtantius, *vt ſcribit Hundius. Vnicum agnoſcit Velſerus rer. Boicar. lib.* 5. Habuit illa, *inquit,* (*Sabiona nimirùm*) à Caſſiano, quem puerorum ſtylis confoſſum narrauimus, complures Epiſcopos, inter quos Ingenuinus & Conſtantius ſanctitatis famâ claruêre: reliquorum nuda tantùm nomina, atque ea ſæpè incerta, ſuperſunt. *Petrus de Natal: loco citato,* Cui *inquit; Ingenuino* S. Conſtantinus ſucceſſit. Sanctum *quoque appellat Raderus noſter to.2 Bauariæ ſanctæ, &,* Cur illum, *inquit,* faſti ſacri Brixentum præterierint, nec vllâ in publicis ſacris memoriâ dignentur, non aſſequor, cùm in ſyllabo Epiſcoporum Brixinenſium Sanctus vocetur. *Ferrarius quoque in Catal. SS. Italiæ* Sanctum Conſtantinum, ſiue Conſtantium *vocat.*

F *eius ſucceſſor Conſtantius*

Sanctus habetur,

non tamen colitur,

40 *Quia ergo nulla* Conſtantij *in Brixinenſibus faſtis memoria ſit, eum hoc die in faſtos noſtros non retulimus. licet Conſtantinus Ghinius in Natalib. Sanctorum Canonic. ita ſcribat:* Cui *Ingenuino* ſucceſſit S. Conſtantinus, de quo etiam hac die memoria agitur: quorum corpora primò Brixinonem tranſlata; poſteà verò S. Genuini corpus Brixiam deportatum, vnà cum corpore S. Albini Brixienſis pariter Epiſcopi tumulatum fuit. *Poſtrema hæc iam*

nedum hac die.

Aiusgesta, A *iam refutata. Memoria verò* S. Constantij *non aliter agitur hoc die, nisi quòd eius in* S. Ingenuini *Actis mentio fiat. Hunnius vnum illud de S. Constantij gestis tradit,* Sabionensi populo verbum Dei prædicasse, eo tempore quo Diuus Haymeranus Ratisbonensibus. *Hunc Brunnerus circa annum Christi* IↃCXLIX *in Boicam veniſſe ſcribit. Agemus de* S. Haymerano, *ſiue* Emmerammo, *ad* XXII *Septembris. Corpus S. Constantij Brixinam translatum, præterquàm apud Ghinium, nusquam leginus.* AVCTORE I. B. D *& translatio.*

DE S. BERTVLPHO

RENTICÆ ET GANDAVI IN BELGIO,

præuius Commentarius.

I. B.

§ I *S. Bertulphi ætas, festum, effigies.*

INITIO VIII SECVLI V FEBR.

Rentica in Artesiâ

REntica, *siue* Rentiacum, *aut, vt modernus quidam vocat,* Renteium, *oppidum olim in Morinis fuit,* (villam appellat, *phrasi illius ætatis, qui ante annos* IↃC *vixit scriptor*) *medio ferè interuallo inter claras quondam vrbes vix nominibus nunc satis notas, Teroanam & Quentauicum; ab illâ propiùs distans; monasterio tribusq; aliis ecclesiis ornatum: nunc Artesiæ castrum est, pago sat amplo adiunctum, firmum nuper ac validum, sed his annis captum à Gallis, ac munimentis nudatum. Eius dominium, cum titulo Marchionatus, ad familiam Croiam spectat: fluuiolo alluitur, qui propinquo in vico Rumelio ortus, alia celebria famâ loca, Falcobergam, Arcas, S. Audomari vrbem, adit.* Ennenonem, Eunenoncmúe *infrà nuncupat vetus scriptor, alij* Agnionem, *&* Ennonam.

B

2 *Eum locum seculo Christianæ Æræ septimo, ad vsque fortasis octaui initium, virtutum splendore & beneficiis illustrauit S. Bertulphus, gente Alemannus, sed propitio numine in eas oras perductus. Sub Sigeberto natus dicitur, Austrasiæ sancto Rege, cuius Vitam dedimus* 1 *Februarij. Nec erit, opinor, qui Sigebertum sustipicetur Clotarij* 1 *filium, qui ab anno Christi* IↃLXII *ad finem ferè* IↃLXXV, *idem Austrasiæ regnum administrauit. Non enim sub hoc, sed sub iuniore illo Sigeberto, quod cap.* 1 *nu.* 2 *Scriptor asserit,* Ecclesia Christi pacem simul & gloriam meruit *in Gallis. Regnauit porrò S. Sigebertus ab anno Christi* IↃCXXXVIII *ad* IↃCLXIII. *vt, licet sub ipsa regni eius exordia natus fuisset Bertulphus, potuerit tamen ad annum* IↃCC. *& vltrà pertingere. Atque ex his Wionem ac Ferrarium refellas, scribentes circa annum* IↃC *floruisse. Circa annum* IↃCLXXX *obiisse coniectat Miræus. Malbrancus an.* IↃCLXVIII *venisse Renticam è patriâ,* XL

C *annos illic exegisse videri scribit, tantum enim spatium longo famulatui, ac cœnobij institutioni & præfecturæ deberi.*

Vixit S. Bertulphus

Seculo 7.

3 *Illud enimuerò in dubitationem adducit Molanus, Præses nécne monasterij fuerit. Ita enim scribit,* admonitione, *edoctus, vt in orâ adnotat,* Petri Simonis, Archipresbyteri Gandensis, *dein* Iprensis Episcopi: Nusquam Abbas dicitur, nec talis depingitur; sed in habitu simplicis monachi, dextrâ manu innitens baculo itinerario, quia de terrâ & cognatione suâ infideli, tamquàm nouus Abraham, in terram non suam propter Christum exiuerit. *Contraria vt sentiamus persuadet Vitæ scriptor cap.* 4 *nu.* 19. Vnde, *inquit,* vt sapiens architectus fundamentum in cordibus discipulorum posuit; quibus sic pastorali magisterio præfuit, vt in docendo magister, in ministrando esset minister, promptus & facilis in vtroque, quia nouerat Prælatis congruere vtrumque.... Sic ergo subditos quosque docebat, vt in corde esset humilitas: sic eisdem subditis seruiebat, vt in coërcendo pia esset seueritas. *Nisi quæstionem mouere velimus de nomine, quid est hoc aliud quàm Abbatem esse, aut, vt disertè ait,* Prælatum, *seu quocumque nomine moderatorem ac præsidem religiosæ congregationis? Neque Surius, & qui tertiam eius operum editionem curarunt, dubitarunt titulum S. Bertulphi historiæ hunc superscribere:* De S. Bertulpho Abbate.

Abbas fuisse dicitur.

4 *Et verò Ferreolus Locrius in Chronico Belgico ac Malbrancus noster scholiis in cap.* 39 *libri* 4 *de Morinis, ab Renticensibus ac vicinis, præsertim Frugensibus, quorum illi dedicata est ecclesia, Abbatem appellari, itaq; à maioribus traditum, asseuerant. Recitant in eam rem versus è MS. Renticensis Ecclesiæ antiphonario, quos, nondum introducto in Morinensem diœcesin Romano Officio, decantare S. Bertulphi festo die solebant: eosdem Rosweydus à Frugensi Pastore, ac plures alios acceperat. Qui huc faciunt, sunt isti:*

Vti Renticenses & accolæ tradunt:

Omni Bertulphus virtutum laude probatus,
Suscipit Ecclesias, prece Wamberti, moderandas, E
Firmo iure quidem sibi Dux quas contulit idem.
Prælatus verò tanto reuerenter ab hero,
Non formidari, sed plus quæsiuit amari,
Et curâ vigili Deico præsedit ouili.

Neque Abbatem solùm, sed & Presbyterum facit Malbrancus. De quo nobis non liquet. Pingi eum idem ait habitu seruili, grandi marsupio accinctum. *Lovrius ait in S. Vedasti Renticensi ecclesiâ (quæ sola è tribus illis veteribus supereſt, sed lignea; S. Dionysij monasterio planè olim diruto, deinè materiâ quoque restituto, sed in exilem Prioratum) pingi S. Bertulphum,* stantem sublimi in pegmate, manu sinistrâ librum gestante, dexterâ ad crumenam zonæ appensam admotâ, largasque eleemosynas egenis distribuente: aquilâ caput expansis alis tegente.

quomodò pingatur?

5 *In eâ, quam diximus, S. Vedasti Renticensi Ecclesiâ erogari quotannis mille panes solent S. Bertulphi die, Nonis videlicet Februarij. Eius ad eum diem in scriptum Martyrologiis nomen, non modò recentioribus Boeij, Willotij, Ferrarij, Menardi, Dorganij, Saussaij, Galesinij, Canisij, Felicij, Wionis, Ghinij; sed antiquioribus, S. Richarij, & S. Laurentij Leodij, quorum illud Bedæ præfert nomen, hoc Vsuardi, licet, vt alibi monuimus, sit Adonis; sed vtrumque interpolatum, quod hinc patet. Ita enim habet Leodiense:* Gandaui S. Bertulphi Confess. *At Centulense:* In territorio Morinorum transitus F S. Bertulphi Conf. & Monachi, cuius ossa Gandæ requiescunt. *MS. Martyrol. Ecclesiæ S. Gudilæ Bruxellis, quod Molanus in addit. ad Vsuardum & alij sequuntur:* In Blandinio S. Bertulphi Confessoris. *Quidam ex iam citatis auctoribus eum Renticæ tribuunt, alij Blandinio, respectu nimirùm vel habitationis, vel reliquiarum: quidam eleganti ornant elogio, non pauci* Abbatem *appellant, interq; hos Saussaius. Hermannus Greuen, seu memoriâ seu calamo exerrante, ita scripsit:* Lauduno, Bertulphi Conf.

anniuersaria eleemosyna eius festo, 5 Febru.

§ II *S. Bertulphi variæ Translationes, prodigiosus pulsus, Vita.*

6 *Ducentos per annos Renticæ asseruatum S. Bertulphi est corpus: dein ab Erkengario, Bononiensium Comite ac Renticæ domino, Bononiam translatum est, ne Normannorum, omnia latè populantium, furori pateret; vtq;* ampliori, *inquit Scriptor,* in artubus suis honore afficeretur. *Factum id Carolo Simplice Galliæ Rege* adhuc imperium obtinente: *post* IↃCCCXCVIII *Christi annum, quo regimini admotus Carolus; ante* CMXXIII, *quo eum* Heribertus Comes Veromanduorum, dolo captum, Peronæ posuit in custodiâ.

Corpus Bononiam translatū post an. 898.

7 *Sublatum furtim Bononiâ S. Bertulphi corpus, Electus*

AVCTORE I. B. *quidam* Britanniâ oriundus, (*Armoricâ, opinor, quæ ſola ferè Britanniæ nomen eâ ætate ac deinceps retinuit*) in Odi-
A tighem, *nunc* Audinghem, villâ *pagi Geſſoriaci iuxta Itium Promontorium, recondidit*; Adelſtano Regi Anglorum
inde furtim ſublatum, mox repertum, poſt an. 935. venditurus. *Verùm Arnulphi Magni Marchionis Flandriæ ſagacitate & deprehenſus crimenq́, confeſſus ſacrilegus, & recuperatum cæleſte illud eſt pignus, quodq́ illi coniunctum erat, ab eodem Britone Monaſteriolo ſublatum*, S. Gudwali Ep. *corpus. Quoniam verò* Adelſtanum, *ſive Æthelſtanum, ad quem eum theſaurum deportare ſacrilegus ille cogitabat, conſtat ab anno* CMXXIV *ad* CMXL *regnaſſe*; Arnulphum *verò non niſi* CMXXXIII *Chriſti anno*, Adalolpho, *fratre, ſive* Adulpho, *vel* Adolpho, *ſine liberis defuncto, Bononiæ poſſeſſionem adiiſſe; conſequens eſt vt ante annum* CMXL, *poſt* CMXXXIII *& ablatæ & repertæ eæ reliquiæ ſint: præſertim cùm ad eas reportandas miſſus ſit Wicfredus Teruanenſis Epiſcopus, qui primùm an.* CMXXXV *ab Arthaldo Remenſi ordinatus eſt.*

8 *Relatum tunc Bononiam ſacrum id pignus: ſed poſt annos aliquot Harlebecam aduectum, vnâ circiter leucâ Cortracò diſitum eiuſdem Arnulphi prædium ad Liſam, ſive Legiam, flumen. Demum Gandauum, ad Blandinium cœnobium, quod* *Harlebecam,* *inde Gandauum allatum* *nunc S. Petri appellatur, olim SS. Petri & Pauli, vtrumque tranſlatum eſt corpus.* Scriptus eſt de eorum aduentu libellus, *inquit monachus Blandinienſis infrà nu.* 30. *Nos eum*
B *necdum vidimus. Id* actum conſtat, *vt habet Vita S. Gudwali lib.* 3 *cap.* 6. III Nonas Decembris, Lothario quidem Rege in ſceptris Francorum ius regium agente: *Regnum capeſſiuit* Lotharius, *Ludouici Tranſmarini filius,* *anno 955 3 Dec.* *Caroli Simplicis nepos, prid. Id. Nouemb. an.* CMLIV; *deceſſit an.* CMLXXXVI. *Si, vt eiuſmodi fieri Tranſlationes ſolent, die Dominicâ ad celebriorem exciendum populorum concurſum peracta eſt, oportet an.* CMLV *contigiſſe, quo dies* III *Decembris in Dominicam incidit, Lotharij Regis anno* II. *Meierus ad annum* CMLIX *refert; ſed cùm fateatur eo anno* S. Gerardum *Abbatem* tertio die Octobris diem clauſiſſe (*quod alij ad præcedentem annum referunt*) *quî potuit* III *Nonas Decembres Tranſlationi intereſſe atque adeò præeſſe? Hoc verò & monachus Blandinienſis infrà cap.* 7 *nu.* 33 *teſtatur, & ſcriptor Vitæ S. Gudwali his verbis:* Venerabilis verò
Suſceptum à S. Gerardo Ab. Abba (*Gerardus*) vota gratiarum Deo perſoluens, fidele negotium fideliter ſuſcepit, fideliùs peregit: & ſuſcepto, cum fide & tremore magno, pretioſi corporis theſauro, cum gazis membrorum nulli pretio conferendis egregij Confeſſoris Domini Bertulphi, magnâ Clericorum & monachorum comitante cohorte, in monaſterium detulit BB. Petri & Pauli Apoſtolorum, quod ſitum eſt in monte Claro, Blandinium nomine nuncupato. Conuenit autem populus vtriuſque ſexus innu-
C merabilis, manibus applaudens & in voce exultationis Deum benedicens, qui geminas has duarum gemmarum margaritas de inæſtimabili pietatis ſuæ theſauro deſtinauit, & in ornamentum Eccleſiæ ſuæ cum tanto decore collocauit.

9 *Conſignata eſt in Martyrologiis Tranſlationis huius memoria. Ita MS. Eccleſiæ S. Gudilæ Bruxellis:* In Blandinio, *Tranſlationis anniuerſaria memoria.* aduentus corporum SS. Bertulphi & Guduali. Cuius S. Guduali ſerinium cùm in Gandauo poſt proceſſionem referretur, imago Crucis inclinato vultu eum venerata immobilis manſit, neque ſe reflexit. *Breuiùs Molanus in addit. ad Vſuardum, ex proprio, vt annotat, Martyrologio; Blandinienſi, vt opinor:* In monaſterio Blandinienſi Gandaui caſtri, aduentus corporum SS. Guduali & Bertulphi. *Eadem referunt Caniſius, Wion, Dorganius, Menardus, Sauſſaius. Solius Gudwali ita meminit eo die MS. Florarium:* Item Tranſlatio S. Gudwali Ep. & Conf. anno ſalutis MC. *Verùm aut hallucinatus eſt auctor in notâ temporis, aut de tertiâ eiuſdem Sancti agit Tranſlatione nobis ignotâ.*

10 *Tertia S. Bertulphi facta Tranſlatio eſt (vt omittam particulas reliquiarum eiuſdem Harlebecenſi Eccleſiæ donatas, poſteà Angelico miniſterio è flammis ereptas, & Gandauum allatas paullò ante annum* CIↃ, *abſque tamen magnâ celebri-*
tate) ſed ſolennis Tranſlatio anno CIↃLXXIII, XIX *&* XX D *Maij facta; cùm ex Orientali abſide, ſiue odeo Blandinienſis baſilicæ, ad nouum altare in medio eccleſiæ erectum, dicatur: & q́ honori Incarnationis, Natiuitatis, Paſſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis Chriſti, quod* Memoria fidelium defunctorum *nuncupatum, deportatæ ſunt: vti fuſiùs narratur infrà cap.* 8, 9, 10. *Sed nulla hîc S. Gudwali mentio fit, at S. Amalbertæ Virg. Atque in MS. Martyrologio S. Richarij, ad* XIV *Kal. Iunij, ſiue* XIX *Maij, quo die facta Tranſlatio eſt, ipſa ſolennitate Pentecoſtes, iſta habentur:* Cœnobio Blandinio feſtiuitas S. Bertulphi Confeſſoris & monachi. *Poſtridie tamen in Kalendario Blandinienſi SS. Gudwali & Bertulphi Tranſlatio adſcripta eſt, ritu duplici minore, vt vocant, celebranda; neque mentio fit S. Amalbergæ. Molanus in addit. ad Vſuard.* XX *Maij (nam pridie ad quod diximus altare allatum S. Bertulphi corpus, populo oſtenſum eo die inq́ nouam thecam impoſitum cum S. Amalbergæ & quorumdam aliorum Sanctorum reliquiis, vti ſcribit qui aderat monachus Blandinienſis) ad eum ergo diem Molanus:* In Blandinio Tranſlatio corporum SS. Gudwali, Bertulphi, cum reliquiis ſanctæ Virginis Amelbergæ. *Eadem habent Caniſius, Wion, Dorganius, Menardus.* *an. 1073 19 Maij ad aliud altare ſolenniter tranſlati,* *20 Maij in nouam thecam impoſitum.*

11 *Videntur ab hoc altari denùò in chorum tranſlatæ S. Bertulphi & aliorum Sanctorum reliquiæ. Nam Marcus Wardewicius Belgicar. antiquitat. lib.* 4 *cap.* 48 *ita ſcribit:* In E choro eccleſiæ S. Petri ferreum tabulatum viſitur poſt ſummum altare, tam affabrè efformatum, vt quaſi creſcere è pauimento videatur: ita ad omnem modernorum ſymmetriam proportionemq́ue flexum, curuatum, implexumq́ue, vt ferrum ceræ inſtar ductile fuiſſe videri poſſit. In hoc pretioſæ illæ capſæ aſſeruantur, quibus Diuorum condita corpora ſunt; videlicet S. Bertulphi, qui, vt traditur, ſtrepitum edere, bello aliâue imminente calamitate, conſueuit; S. Godewali, S. Ausberti, S. Wandregiſili, S. Wulframi, S. Amelbergæ, & aliorum quatuor. Hoc tabulatum à Petro Pauli Gandauenſi fabrefactum eſt, Ioanne Cauwerburgio monaſterij Blandinienſis Abbate. *poſteà in tabulatâ ferreum delatum.*

12 *De ſtrepitu illo è feretro S. Bertulphi cieri ſolito ità ſcribit Molanus:* Solet verò, vt conſtanti famâ Gandaui traditur, pulſum velut manibus edere circa feretrum *pulſu prænuntiat ſuturæ publicæ calamitatis.* ſuum, graui aliquâ imminente Diuinâ vltione; & ſic tamquàm admonere fideles, vt precibus & fructibus pœnitentiæ iram Dei accenſam placarent. *Hæc ille. Diuinat Malbrancus lib.* 6 *de Morinis cap.* 38 Caſtellum *Renticenſe, quod* ad tempus poterat hoſtium etiam validiſſimorum impetus ſuſtinere, *ceſſiſſe Normannis eam prouinciam populantibus, quia* diffugerant præſidiarij, Bertulphi tumulo præſagiente commoniti. Siquidem cùm aliqua grauior impenderet calamitas, non alio opus F erat præſagio ac monitore: ad tumulum exaudiebatur manuum quaſi plaudentium ſonitus, & talis vt quiſque conſultò ſibi poſſet proſpicere. Fuerit verò ante Danorum aduentum, reor, inſolitus. *Nihil de hoc habeo pronuntiare, niſi plauſum illum manuum non probari: videor enim olim intellexiſſe, ſtrepitum illum fuiſſe veluti manu intrinſecus feretrum pulſantis. De eo publicæ calamitatis prognoſtico meminit quoque Antonius Sanderus in Hagiologio Flandriæ, & Guilielmus Gazæus in Eccleſiaſticâ Belgij hiſtoriâ. Conſimili pulſu ab aliis quibuſdam Sanctis prænuntiari ſolita domeſticorum funera accepimus. Vbique decantatum illud, è magni illius Cid Ruiz tumulo auditum fragorem armorum, & Villelæ campanam abſque cuiuſquam impulſu ſonantem, Hiſpaniæ & Eccleſiæ calamitatem protendere. Quod noſtrâ memoriâ ſanè quàm luculentis damnis probatum.*

13 *Antonius Sanderus rer. Gandauenſium lib.* 4 *cap.* 2 *poſtquàm SS. Gudwali, Bertulfi, Amelbergæ, Ansberti, Florberti, Wulfranni, Wandregiſili, Winwaloei, duarumq́ è ſodalitio S. Vrſulæ Virginum corpora, ac plurium aliorum Diuorum reliquias in Blandinienſi cœnobio aſſeruatas enumerauit; iſta ſubdit:* Has autem & alias inſuper reliquias, cum integris octo Sanctorum corporibus, auro, gemmis, argento tectis, cum vaſis quoque ſacris, ac aliâ ſupellectile multâ ac *corpus ſacrum cum aliis SS. reliquiis*

A tâ ac ſumptuosâ, impietas Caluiniſtarum pretio inhiantium nuper ad annum MDLXXVIII diſſipauit. *Eadem tranſcripſit in tomum primum Flandriæ illuſtratæ, niſi quòd pro* impietate Caluiniſtarum, ſeditioſos *ea diſſipaſſe ſcribat: at ſeditioſi illi, Caluiniſtæ fuerunt, ſine Geuſij.*

an. 1578 ab hæreticis diſſipatum.

14 *Vita S. Bertulphi* veteri olim ſtylo deſcripta fuit. *Quam, Folcardi Abbatis ſui iuſſu, elegantiùs perpoliuit, additis Tranſlationibus, anonymus monachus cœnobij Blandinienſis, vti ipſe in Prologo teſtatur, & cap. 5 nu. 21.* Qui nobis in terrâ in artibus, licet vitâ functis, adhuc viuit, quos ſignorum glorificatione venerabiles hominibus Deus facit. Eum verò, quem in mundo membris habemus præſentem *&c. Spectauit autem ſcriptor ipſe nonnulla eorum quæ commemorat. Ita cap. 8 nu. 34* Vnde ſicut ea, quæ à maioribus de ſanctiſſimo Patre noſtro Bertulpho didicimus, ſic & illa quæ oculis ipſi vidimus, ſtylo tradere conamur. *Fatetur tamen in Prologo*, ex multis pauca ſancti viri geſta ſe eſſe ſcripturum: quia temporum vetuſtas plura obliuioni, pauca memoriæ dedit.

Vita circa an. 1073 ſcripta.

15 *Fallitur Arnoldus Wion, dum ſcribit, hanc* Vitam veteri ſtylo, Folcardi Abbatis Gandenſis iuſſu, exaratam, elegantiùs redditam Surium retuliſſe in volumen primum de Sanctis. *Nuſquam id Surius, quod in aliis liberè profitetur, hîc à ſe factum innuit. Reperi inter Roſweydi ſchedas;*

ſicut edita à Surio;

B *partem Vitæ ex veteri codice Eccleſiæ Frigenſis in diœceſi Bononienſi deſcriptam, cùm quâ Surianam contuli, deprehendíq; paullùm ſubinde diſcrepare, vti ferè ſolent manu exarata exemplaria aliquantulùm differre. Deerat in eo exemplari Prologus, & miracula poſt mortem, ac Tranſlationes. Extabat in MS. codice Eccleſiæ S. Martini Vltraiecti breuior S. Bertulphi Vita. Nos Surianam Vitam in paullo longiora capita partiti ſumus, quàm fortaſſis ab auctore, certè quidem in Surio, erat diſtincta. Nam aliquam ab auctore factam partitionem ipſe teſtatur cap. 7 nu. 30.*

à nobis recenſita.

VITA EX SVRIO ET MSS.

Blandinienſi Monacho auctore.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 QVoniam quidem omnis, qui membra cuiuſcumque honorat, totum hoc, cuius membra ſunt, honorat; membra verò Chriſti omnes ſunt Sancti; ergo & qui Sanctos honorant, Chriſtum laudare & honorare probantur. Non tamen Chriſtus in Sanctis ſuis, neque Sancti in Chriſto laudari egent: ſed qui eos hîc laudant, egent vtique vt laudent. Ecce inter reliqua membra Chriſti B. Bertulphum, egregium corporis Chriſti membrum, in medium aſſumo: quem tantò minùs laudare ſufficio, quantò ampliùs & ingenio & vitâ ſordeſco. Sed quod minùs ſufficio, Sancti huius ſupplebit interceſſio: & qui dedit velle, dabit (credo) & poſſe. Cuius Vitam, veteri olim ſtylo deſcriptam, vt nouo ſcribendi percurrerem ſtudio, Domini Abbatis noſtri *a* Folcardi obtinuit iuſſio: cui petenti fas non erat quidquam negare, quia ſpeciali Sanctum hunc adeò deuotione amplectitur, vt cum omnibus Sanctis ſpecialem hunc pro omnibus fidelibus defunctis habeat interceſſorem, quem ad eorumdem fidelium defunctorum *b* memoriam, & corpore & interceſſione fecit eſſe præſentem. Sed hoc ſolum miror, quòd humiliter à me ignauo exigere voluit, quod ipſe ſancto viro efficaciter exhibere valuit: præſertim cum ſim incircumciſus corde & labiis, ille autem diſciplinis non mediocriter inſtructus Eccleſiaſticis. Cuius præclara ad Sanctum deuotio, quia humilitate ornabatur, quod deuotè humilis ſancto viro exhibere valuit, humiliter deuotus ab alio, licet *c* ſciolo, petere non horruit. Quid ergo? Iubenti auctoritate, & petenti humilitate, non quantum debeo, ſed quantum habeo Patri præſto, ſaluâ virorum illuſtrium maieſtate, qui ad hoc opus ingenio & doctrinâ longè me præcellunt. Sed ſi quid mens noſtra dictando, vel manus ſcribendo errauerint, eius erit & apud ſanctiſſimum Bertulphum excuſare, qui me non timuit ad hoc ſcribendi ſtudium applicare. Et notandum, ex multis pauca ſancti viri geſta me eſſe ſcripturum: quia temporum vetuſtas plura obliuioni, pauca memoriæ dedit. Sed fideli pauca multùm ſufficiunt: infideli autem nec multa parùm ſatisfaciunt. Prudens igitur lector materiem magis penſet, quàm ſtylum; rationem magis, quàm ſcriptorem: quia vinum plumbi fiſtulâ hauſtum, ſæpè placet: bonique nuntij baiulus non quis, ſed quid afferat, inquiritur.

AVCTORE MONACHO BLANDINIENSI.

D *hanc Vitæ ſcribit, impetiam excuſans.*

Auctor monachus Blandinienſis,

C

iuſſu Folcardi Abbatis ſui,

a

b

c viri docti.

a *Hunc Sanderus Gandauenſium rer. lib. 4 cap. 2 ait* XIX *Abbatem Blandinienſem fuiſſe, ab an.* 1070 *ad* 1088.

b *De hoc altari infrà pleniùs agit Auctor cap. 8 nu. 34.*

c Sciolus *vulgò dicitur, qui ſcientiam, quâ vix leuiter tinctus eſt, oſtentat. Hîc poſuit Auctor, pro non ſatis perito; quòd cùm ipſemet fateatur,* sciolum *ſe dicere non debuit.*

CAPVT I

S. Bertulphi ortus, aduentus in Belgium, conuerſio.

2 CVm ſub glorioſo Rege *a* Sigeberto Eccleſia Chriſti pacem ſimul & gloriam meruit, beatiſſimus Confeſſor Bertulphus ortum natiuitatis patriâ *b* Alemanniâ habuit; parentibus quidem *c* honeſtè mediocribus, ſed gentilibus. Neque enim adhuc Alemanniam *d* fides Chriſti reſpexerat, quantiquàm in eâ hic futurus Eccleſiæ filius carnis tunc progenitores habuerit.

a S. Bertulphus, gente Alemannus,

b c d

Cuiius vterque parens, paganis ritibus horrens,
Sicut ſpina roſam, Sanctum ſic edidit iſtum.

parentes gentiles e

Neque parum gloriæ huic ſancto viro fore dixerim, quòd ſimilem cum ſanctiſſimo illo *e* Martino ortum ſortitus fuerit. Sicut enim ille, ſic iſte, gentilibus parentibus proceſſit; ille quidem Pannoniæ, hic finibus Alemanniæ.

3 Cumque adoleſcentiæ ingreſſus iter, primæuæ ætatis excederet annos, naturali tantùm lege doctus, in viâ mandatorum Domini cœpit ire & inter eos, qui non norunt niſi barbarum frendere, dextrum iuſtitiæ iter conatus eſt arripere. Sed quia non facile habuit, quod conatus eſt, (inter iniquos enim arduum, imò difficile fuit æquitatis iura tenere, præſertim cùm ad fidem Chriſti indigenas illos nec ratio, nec perſuaſio poſſet allicere) maluit patriâ parentibuſque deſtitui, quàm conſortio prauorum ſordibuſque gentilium pollui. Exiuit ergo hic nouus Abraham de terrâ & cognatione ſuâ, & venit in terram & cognationem non ſuam. Nam arrepto itinere verſus Occidentem, tandem in partes Galliarum deuenit, eoque vbi *f* Taruanenſium fines Oceanus terminat, mantionem accepit.

F *& patriâ diſcedens,*

f venit in Belgium, vbi VVãbertus Comes, cum vxore, piè viuebat,

4 Erat tunc temporis in præfatâ regione quidam Wambertus non infimus Comitum, cui cum diuitiis par erat meritum. Huic paris conditionis coniux adhæſit, cuius ingenuitatem religio ſancta & immaculata adornauit, nomine *g* Homburga. Vtriſque ergo illorum cum ingenuitate ſancta religio, & cum religione irreprehenſibilis erat operum exhibitio. Nec defuêre in argumentum religionis eorum plura virtutum opera, inter quæ illud præclarè emicuit, multarum per eos conſtructio eccleſiarum. Nam ex facultatibus propriis in proprij iuris prædio conſtruxêre cœnobium, operoſâ manu elaboratum, non minùs à magnis cœnobiis pollens, quod honori & nomini Dionyſij Martyris titulari fecerunt. Adiecerunt etiam tres adhuc eccleſias fundare, eaſque non paruâ deuotione Sanctis *h* titulare, vnam principi Apoſtolorum, aliam beatiſſimo Martino,

G

varia ædificatio eccleſiarum. h

A VETORE MONACHO BLANDINIENSI.

Martino, tertiam S. *i* Vedasto. Quas, vt dictum est, tam ex sumptibus propriis, quàm in proprij iuris prædio, nuncupato Rentica, constructas venerantur omnes & colunt, præcipuè qui *k* Ennenonem fluuium bibunt, cuius ripæ prædicta possessio contigua adiacet.

i

k hic baptizatur:

5 In hac namque, quam præfatus sum, regione adeò fides Christi concordabat cum religione, vt facile esset eis qui quærunt Christum, illic eum inuenire. Quo cùm B. Bertulphus peruenisset, eumdem peregrinationis suæ locum *l* patriam credidit: quia ibi fidem Christi, quâ nihil vnquam iucundius habuit, inuenit, & secundùm illud Psalmistæ, cantabiles illi erant iustificationes Domini in loco peregrinationis suæ: & vt choris fidelium posset adiungi, humiliter se petiit sacramento baptismatis insigniri. Consecutusque baptismatis sacramentum, Spiritus sancti factus est templum, & inter illius patriæ indigenas cœpit esse non iam hospes & aduena, sed ciuis Sanctorum & domesticus Dei. Nec satis fuit iam *m* iurato in Christi sacramenta tironi, baptismatis gratiam suscepisse, sed vt clericatus signaculo arctiùs iungeretur Ecclesiæ, & votis optauit, & precibus exorauit: quodque deuotè expetiit, efficaciter impetrauit. Sicque fidelium choris adiunctus, ibat de virtute in virtutem, visurus Deum deorum in Sion.

l dein fit Clericus:

Psal. 118. 54.

m

B

6 Cumque fama viri clarissimi Wamberti coniugisque eius percrebuisset, &, vt facile viris clarissimis est, suarum odore virtutum complures attraxisset, cor huius famuli Dei Spiritus sanctus præueniens tetigit, & in amorem tanti viri coniugisque eius penetrabiliter accendit. *n* Nec desiderio se passus est fraudari suo, donec se eorum præsentiæ obtulit, non modico exultans tripudio, quòd tandem post longum peregrinationis suæ sudorem, vnius veri Dei cultores reperisset, quos reperisse, tam carum quàm rarum habebat. Vnde etiam ab eis sicut sine detrimento sui separari non posse putabat, ita ipsis inseparabiliter adhærere sui lucrum sciebat: lucrum dico sui, quod ex spiritalibus magis, quàm ex temporalibus diuitiis conflare voluit. Horum itaque non erubuit se subdere dominio, quos Christi cernebat inhærere seruitio, eratque subditus illis, seruiens, vt antiquus ille Ioseph, absque omni dolo.

VVãberti se famulatui addicit:

n

a S. Sigebertus *ab an. 638 ad 663 Austrasios rexit, vti 1 Feb. ad eius Vitam diximus.*

b *Ea ad regnum Austrasiæ pertinebat, vt ibidem § 4 nu. 13 ostendimus.*

C c *MS. Frugense*: honestis.

d *Non erat vniuersa quidem S. Sigeberti æuo conuersa Alemannia: aliqui tamen fidem susceperant, vt alibi patet.*

e *De* S. Martino *agemus* XI *Nouemb.*

f Taruana, *siue* Teruana, *Morinorum vrbs in Belgicâ secundâ perantiqua, excisa à Carolo* V *Imp. an. 1553.*

g *Miraus.* Hombusa. *Ghinius & MS. Vltraiect.* Hamburga. *Meier.* Vmburga. *MS. Frugen.* Hemburgis.

h *Surius*, dedicarunt.

i S. Vedasti *circa id tempus translata erant reliquiæ, eâque in Translatione S. Audomarus visum receperat, vti* VI *Februarij ad illius Vitam, ad huius* IX *Septembris dicetur.*

k *Ita appellat Malbrancus noster lib. 4 de Morinis cap. 7. atque ex Bertinicis codicibus* Agnionem. *Surius*, Eunenonem. *MS. Frugense, & Meierus*, Ennonam.

l *MS. Frugen.* palàm. m *MS.* coniurato.

n *MS.* Nec desiderij sui faciem distulit.

CAPVT II

VVamberti Comitis familia à S. Bertulpho administrata. Inuidia repressa.

ab eo præficitur administrationi domus & bonorum.

7 NEc latuit illustrissimum patremfamilias Wambertum coniugemque eius tanti viri probitas, & assidua circa rem suam familiarem sagacitas. Vnde vt intus foris que domus eorum tota custodiæ illius cederet, consulto vtriusque conuenit. Securus enim erat vterque rerum suarum sub custodiâ tam fidelis œconomi. Ideoque commissis ei omnibus, quæ sui iuris erant, secundo ipsum à se gradu in omni domo suâ præficiebant. Adeptâ denique fidelis dispensator & prudens totius rei familiaris custodiâ, ne credita sibi Domini sui minueretur, sed incrementis in dies augeretur substantia, sagaci elaborabat industriâ. Cuius labori & voluntati pietas Diuina cooperabatur; quia ad nutum fidelis œconomi res familiaris hinc inde augebatur. Vnde factum est, vt Dominicis se dignum efficeret promissis, quibus remuneranda est serui *a* sagacitas fidelis: Euge, inquit, serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Quæ promissio dum viro Dei tam moraliter quàm spiritaliter congrueret, & hîc temporaliter, & in futurum remunerari meruit spiritualiter.

D

Matth. 25. 21

quæ suâ industriâ a

8 Nam vt temporali domino suo cum terrenis etiam commodis prouideret cælestia, pietatis in pauperes Christi effecit instantia. Insistebat enim clàm eleemosynis clandestinis, Deum votis & precibus interpellans assiduis, vt hac liberalissimâ in domesticos fidei compassione, rem domino suo duplicaret & gratiam. Quod & factum est.

& eleemosynæ

Gnauiter ille dabat; sed res data perpetuabat.

Opes dum erogantur, augmentantur: tantoque amplius incrementum sumpsêre, quantò eas manus tribuentis in pauperes benigniùs dispersêre. Quo in facto non solùm sibi, sed & temporali domino suo hic famulus fidelis consuluit: vt videlicet his perituris permansuras in secula diuitias compensaret, easque largè erogando largiùs augmentaret. Proinde non ad oculum seruiens, ad nutum dominis suis omni subiectione pendebat, quibus subiici egregium atque insigne habebat: dilectioni eorum timorem, timori dilectionem coniungens; idque secundùm primi Pastoris sententiam, dicentis: Serui, subditi estote in omni timore dominis. Sicque res eò processit, vt fidelis famuli obsequium fideli æquè domino magnum prærogaret beneficium, opibus non solùm domi foriscque multiplicatis, sed & in cælo, vbi fures non effodiunt, neque tinea demolitur, thesaurizatis.

E

augeti:

1 Pet. 2. 18

9 Pro his namque iustitiæ operibus aduersùs militem Christi bella non defuêre. Nam hostis humani generis, per quosdam satellites nequitiæ suæ, euomuit in Sanctum Dei virus inuidiæ suæ, vt fortè per hęc vasa suæ iniquitatis compesceret famulum Dei à solito opere probitatis. Et inuidiæ stimulis quosdam inuidorum adeò accendit, vt illustrem virum Wambertum adirent, famulumque Dei fidelissimum Bertulphum fraudis & criminis hisce verbis notarent: Considera, inquiunt, prudentissime virorum, quæ tui iuris sunt: considera, quàm prodigè per aduenam illum depereant: animaduerte etiam, quid cui commiseris, quanta habueris, quanta amiseris. His derogantium verbis venerabilis vir Wambertus aures tantùm, non fidem, accommodabat: fidelem enim dominum super fideli famulo quidquam prauum suspicari non decebat: præsertim cùm multis experimentis didicerit, quàm fidelissimus idem ipse, qui accusabatur, fuerit.

à æmulis accusatur prodigalitatis apud herum:

F

miraculo defenditur.

10 Sed cùm sæpius præscripto Principi detractionis verba replicarentur, ad hoc res processit, vt loquentibus pro seruo Christi miraculis, omnis iniquitas accusantium oppilaret os suum. Quod qualiter acciderit, ad describendum stylum vertere non pigebit. Nam quadam die cùm sol flammiuomus Ponti remearet ad vmbras; contigit famulum Dei Bertulphum præ foribus temporalis domini sui viam captasse, ac in veste, quâ circumamiciebatur, panem cum caseo, & in vase, figuli opere compositio, vinum gestasse, vt clàm eleemosynis clãdestinis pauperum prospiceret refrigeriis. Quo viso, inuidi quasi opportunam accusationis occasionem nacti, virum illustrem Wambertum, qui tum fortè præ foribus stabat, adeunt, & accusationis in virum Dei quasi quædam argumenta hisce verbis prætendunt

caseo & pane in assulas.

A prætendunt: Saltem nunc, Illuſtriſſime virorum, oculatâ fide experiri licet, quòd plus veri minuſque falſi noſter ſermo ſuper hoc aduenâ habet, cuius diſpenſatio prodiga eſt, non larga, & in detrimento rei familiaris minùs ſollicita. Ecce enim in argumentum verbi, quod tibi diximus, ipſum nunc res tuas non ſine fraude geſtantem oſtendimus. At ille ſicut ſimplices facilè ſuaderi ſolent, benigno, vt erat, animo, accito ad ſe fideli ſimpliciq́ue Bertulpho, Quid, inquit, tuo geſtas in gremio? At ille ne de benefactis velut fraudum notaretur, In vaſe, inquit, hoc fictili aquam habeo, quam aſſulis veſte hac adſtrictis calefacere pergo. Cui ſuus ſic reſponſum reddidit heros: Verbis quidem tuis fidem accommodo; ſed quia te in domo meâ inter primos primum viliſſimas geſtare res admiror, id ipſum, quod verbis aſſeris, oculis experiri volo. Quare quæ clàm geſſit, palàm videntibus expoſuit, & ſecundùm viri Dei ſententiam, oculis videntium res apparuit. Sicq́ue natura rerum mirabiliter mutata, & virum Dei oſtendit verum dixiſſe, & de eodem æmulos ipſius falſa aſſeruiſſe. Vnde vir illuſtriſſimus Wambertus eum in omni domo ſuâ fideliſſimum, illos verò mendaces eſſe, certioribus iam didicit argumentis.

vino in aquam diuinitus verſo:

a *Sur.* diligentia & probitas.

CAPVT III

Virtus S. Bertulphi miraculis declarata, honorata ab VVamberto Comite.

Romam cũ VVamberto & eius coniuge peregrinatur:

11 SÆpe memoratus deinde paterfamilias, coniunxq́ue eius venerabilis, dum de virtute in virtutem proficerent, exemploq́ue fidelis famuli in dies crescerent, ſubeundæ etiam prolixæ peregrinationis deſiderio accenduntur. Et primùm vrbem maximam, Apoſtolicis nobilem pignoribus, Romam viſere animo concupiunt, operęque efficaciter perficiunt. Qui ſuper fideli famulo Bertulpho vſque adeò præſumunt, vt nihil intus foriſq́ue ſuarum rerum relinquerent, quod non illius fidei atque prudentiæ crederent. Nec facile dictu eſt, quàm fideliter, quamq́ue prudenter rebus domi foriſq́ue ſibi concreditis præcauerit. Sicq́ue iter, quod Romam tendit, arripiunt, demumq́ue ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli perueniunt. Vbi corpus humi, mentem cælo dedere, inter lacrymas ac oſcula, anhela trahunt ſuſpiria: & apertis theſauris ſuis, C ſacroſancta loca non modicis honorant obſequiis, & ditant donariis. Qui Apoſtolicâ benedictione inſigniti, expletiſq́ue pro quibus aduenerant, ad propria iam læti reditum maturant.

b quoi noctu ſub dio cuſtodit,

12 Cumq́ue diuæ memoriæ Wambertum, comiteſq́ue ſuos labor itineris iam confecti fatigaſſet, nec quiſquam inter eos ſub intempeſtâ nocte cuſtos equis poſſet ſufficere, ac ſuper hoc cõmilitones ſingulos ſollicitudo non modica tenuiſſet; ſuo ſuggeſsêre domino, vt ſe adeò fatigatos, ab excubiis nocturnis relaxaret, equiſq́ue vigiles minùs laſſos accommodaret. Quorum ſollicitudini Bertulphus, ſanctiſſimæ caritatis filius, mox condeſcendit, eiſq́ue in aures illuſtriſſimi viri hæc verba reſpondit: Ad domini mei imperium vigil ſub hac nocte præbebo obſequium, equoſq́ue integro numero vſque ad lucem in paſcua minabo; integro æquè numero manè eos reconſignabo. Quid multa? Promiſſis effectum dedit, animalia ad paſcuâ eiecit, totamq́ue ſub dio noctem peruigil tranſegit. Et ecce ex improuiſo apertis cataractis ſuis cælum pluuias dederat, quas terra bibere non ſuffecerat.

Prorſus cornipedes, pluuiis hinc inde madentes,
Accipiunt triſtem membris torpentibus imbrem.
Diriguêre metu, gelidus pauor occupat artus:

Sed miles Chriſti ſpe & fide animatus, nec loco quidem ſe patitur moueri: quia de ſupernis ſperabat vmbraculum in ſecuritatem & abſconſionem à turbine & à pluuiâ. Nec ſpes fefellit Sanctum: quia non ſine miraculorum gloriâ, diuinâ eſt gratiâ protectus. AVCTORE MONACHO BLANDINIENSI.

13 Nam, vt diximus, ſanctus vir nec loco paſſus eſt D cedere, cùm commilitones eius, qui ſimul tunc in paſcuis erant, non ſolùm loco ceſsêre, ſed domum quantocyùs, tempeſtate repulſi, remeauêre. Sed vti illuſtris Wambertus, ſuper fideli famulo ſollicitus, dum ſodales eius à paſcuis remeaſſe, ipſum verò deeſſe conſpiceret; vnum ex officio ad eumdem ſub dio adhuc manentem deſtinauit, & vt domum rediret, iterum iterumq́ue monens imperauit. Cucurrit puer ad imperium domini ſui, peruenitq́ue in præſentiam commilitonis ſui. Vbi erat cernere in glorificatione Sancti, gloriam Dei, & inauditum ſeculis prodigium miraculi. Nam ignea fax, coram ipſo à ſummo cæli ad terras vſque pertingens fulſit, tenebraſq́ue hinc inde fugauit, viroq́ue Dei ſedenti, atque in quodam libro ad legendum intento, lumen non modicum miniſtrauit. Miræ etiam magnitudinis aquila caput ipſius *a* obumbrando circumuolitabat, pluuiæq́ue incommodum alis expanſis ab eo fugabat. Sicq́ue duplici miraculo duplex à Sancto Dei incommodum, tenebrarum ſcilicet ac pluuiarum repellebatur, dum hinc lumine facis ardentis tenebræ, hinc aquilâ circumuolitante imbrium ab eo tempeſtas arcebatur. Nec immeritò. Quia enim eum duplex armauerat virtus, caritatis ſcilicet & obedientiæ; caritatis quidem, quâ commilitones intimè fatigatos, à labore laxabat labore ſuo; obedientiæ, quâ & in aduerſis domini ſui paruit imperio; ideò & duplici miraculorum gloriâ, diuina ipſum glorificauit gratia. Neque dubium eſt, in illâ luminis aquilæq́ue oſtenſione angelicam adfuiſſe præſentiam, quorum miniſterio tempeſtatis moleſtiam declinauit.

pectante miraculũ VVamberto,

14 Prædictus igitur puer familiaris, viſo in Dei famulo luminis ac aquilæ miniſterio, maturato reditu, domino, quod viderat, retulit ſuo. Quibus auditis, nec morâ nec requie retrahitur, donec ad locum vſque, vbi famulus Dei manebat, peruehitur; non ſolùm nouitate miraculi, quod à puero ſuo audierat, ſed etiam commiſeratione in dilectum ſibi Bertulphum illectus. Vbi autem miraculum, quod priùs auribus acceperat, oculis etiam contemplatus eſt, tantò ampliùs ſtupet, quantò manifeſtiùs coràm ipſe intuitus eſt: moxq́ue remotâ poteſtate *b* dominij ſui, proſternitur pedibus famuli ſui, ſeſe reum ſuper nocturnâ ipſius afflictione, humili verborum & gemituum fatetur atteſtatione. Inde preces replicat, veniam orat veluti reus: qui ſi eum ad excubias animalium ſub noctem non dimiſiſſet, nequaquàm ſub dio imbrium fuiſſet inundatione vexatus. Num ſatis hîc, quicumque hæc legerit, admirabitur, humilem dominum ab humili æquè famulo paulò minùs minoratum, dum ſe dominus famulo proſternit, quem ſanctitate ſe maiorem nouerat? An verò vel iſtius ſanctitatem, vel illius dilectionem, aut prorſus vtrorumque humilitatem, pro dignitate quiſquam prædicauerit? Tanta namq́ue in vtriſque enituit humilitas, vt dominus famulo, quod domini, famulus verò domino, quod domini erat, impenderet. Hic tamen, quia famulus domino ſuo, quod domini erat, debuit, illi in aduerſis etiam obſequendo; ille autem, licet dominus, famulo ſuo, eò quòd ſe ſanctior erat, id quod domini fuerat exhibuit, ſeſe illi humiliter proſternendo.

b

F

ſeq; ad eius pedes abiicienti:

15 Cernens igitur Wambertus in Sancto cum virtutum gratiâ etiam ſignorum effulſiſſe gloriam, quantò ampliùs in eo, quod poſſet mirari, inuenit, tantò eum etiam ampliùs diligere cœpit. Cumq́ue ipſum & admirando diligeret, ac diligendo admiraretur; cur patriam parenteſq́ue reliquerit, blandè ſciſcitatus eſt. Proinde adiecit inueſtigare, cur ipſius ſeſe dominio ſubdiderit, cùm potiùs miniſtrari quàm miniſtrare debuerit; aſſerens ſe potiùs, quàm illum, oportere miniſtrare,

cui quærẽti fatetur, deſeruiſſe ſe patriam odio idolatriæ:

AVCTORE MONACHO BLANDINIENSI.

ſtrare, quem ſanctitate & iuſtitiâ ſe cerneret anteire. Hæc & his ſimilia ſciſcitanti patrifamilias B. Bertulphus reſpondit: Cauſſam meæ peregrinationis effecit ratio iuſtæ occaſionis. Nam patria, quâ oriundus ſum, A quia idolorum culturâ ſorduit, eam mens mea adeò habuit horrori, vt patriâ cum parentibus ſpretâ, aliam alio ſub ſole iacentem adire non timerem. Finitoque peregrinationis meæ labore, optatâ tandem apud vos gauiſus requie, & votorum meorum potitus ſum ſatietate, votorum meorum, inquam, quibus diu multumque veri Dei cultores cernere concupiui. Quos hac in patriâ, & inter eos te Deo apprimè deuotum & hominibus benignum tam reperiens quàm experiens, votis me adſtrinxi, me de reliquo penes te manere & ad imperium tui benè optando, benè famulando pendere. Quibus auditis Wambertus vir venerabilis, tam Deo quàm hominibus amabilis, gaudio non modico exultauit, & cum magis magisque honorando amauit, & amando honorauit. Cumque pleniſſimè didiciſſet, cum Deo totis animæ medullis famulari velle, cœpit & ipſe, Spiritu ſancto velle, vt hunc deinceps non quaſi dominus famulum, ſed vt cariſſimum amplecteretur B filium. Nec ſolùm ille, ſed etiam venerabilis eius, quam antè diximus, coniunx, non minori cum excoluit amore & honore.

ab eo habetur inſtar filij:

16 Cumque conſpiceret vir clariſſimus Wambertus in ſeruo Dei, & quod admiraretur, & quod diligeret, cœpit eum & admirando diligere, & diligendo venerari; adeò vt quem priùs his quæ domi, deinceps etiam his quæ foris habebat, præficeret. Nec ſolùm rebus ſuis intus foriſque eum præfecit, ſed quarumdam ſuarum rerum temporalium temporaliter heredem fecit. Nam prædium ſui iuris, vulgò Reutica dictum, vnà cum eccleſiis in illo conſtructis cum appendiciis ipſius, illi contradidit, & donatione ſolenniter factâ, heredem ſubſtituit. Quam donationem & illuſtrium virorum teſtimonio, & priuilegiis roborauit, atque ex ſuo iure in ius viri Dei de reliquo poſſidendum delegauit. Suſcepit ergo vir Dei prædium, non ſibi, ſed Deo Deique pauperibus: ſuſcepit, inquam, non cupiditate captus, ſed caritate in Deum & proximum ductus. Nec cauſſetur quiſquam, virum Dei in ſuâ patriâ res proprias reliquiſſe, & in patriâ non ſuâ poſſeſſiones ſuſcepiſſe, cùm in dandis accipiendiſque muneribus non quid, ſed quo fructu & detur & accipiatur, perpendi debeat. In hoc ergo verè Iſraëlita, in quo dolus non erat, non quid, ſed quo *c* ſcopo receperit, perpendi debet: quia, vt poſteà indiciis euidentibus claruit, eo nimirùm fine quod datum eſt, accepit, C vt Dei gloriam & proximi vtilitatem exinde compenſaret.

Renticâ eum 4 eccl. ſiis illi legitimè donatâ.

a *MS.* vmbraculo. b *Idem MS.* prioratus. c *MS.* fructu.

CAPVT IV

VVamberti & coniugis obitus. monaſterium Renticæ erectum à S. Bertulpho.

17 INtereà vir illuſtris Wambertus, vnà cum coniuge ſuâ æquè illuſtri, peregrè profectus, iter, quod Romam reſpicit, denuò eſt aggreſſus, & poſt longa terrarum emenſa ſpatia, Apoſtolica tandem ad patrocinia peruenit. Vbi tam ipſe quàm venerabilis coniux eius magnâ animi & corporis deuotione corpus humo, cælo animum, dedêre, & precibus, ſuſpiriis, lacrymis, Sanctorum ſe commendant ſuffragiis. Nec illud ſilendum, quod antequàm viam ingrederentur peregrinationis, fideliſſimo ſuggeſsêre Bertulpho, vt vbicumque eos diem vltimum claudere perciperet, illuc ad deportanda eorum corpora accurreret: hoc votis omnibus ſitientes, vt nec etiam poſt mortem tam fidelis famuli obſequio priuarentur, nec adiutorio fraudarentur. Contigit itaque eos, adoratis in Vrbe maximâ D Sanctorum pignoribus, domũ repedaſſe & inter eundum morbo febrium laboraſſe. Qui tandem in villâ iuris ſui *a* Falcombergâ manſionem accepêre, atque *a* per dies languore ingraueſcente, *b* humanis rebus exempti ſunt. *b*

VVambertum & cõiugem iterum Romã profectos, in reditu mortuos,

18 Quorum obitum B. Bertulphus vt famâ vulgante comperit, tantos ac tales ſe amiſiſſe magno cum fletu ingemuit; ex quorum vitâ etiam ſua pendebat, & quibus in hâc vitâ nihil pretioſius aut cariùs habebat. Nec facilè in famulo Dei dolor de illorum amiſſione conquieuit, quamquàm eos de morte ad vitam tranſitum feciſſe crederet. Sed dum hinc quidem de eorum amiſſione gemeret, hinc verò, de felici eorum requie gauderet; ex eo quòd ſalubriter gaudebat, temperandum credidit hoc, quod ægrè dolebat. Moxque *reuehit* fidelium turmis vnà cum Eccleſiæ miniſtris ſibi iun- *honorificè* ctis, ad deportanda eorum corpora, ſicut in mandatis *Renticam,* acceperat, iter arripuit. Quæ cùm ſubſequentibus & *& ſepelit:* præcedentibus vtriuſque ſexûs turmis fideliter tranſtuliſſet, & ad prædium ſui iuris Renticam peruenisſet, in oratorio, olim ab eis conſtructo, corpora tumulis, ani- E mas commendauit cælis.

19 His ita ſe habentibus, quæ virtutum ſumma in viro Dei fuit, hinc lector palàm habebit. Sanctus igitur Domini Confeſſor Bertulphus, ſuſceptâ à venerabili Wamberto, quam antè diximus, poſſeſſione, hoc omni elaborabat ſtudio, vt gloriæ Dei proximorumque vtilitati adſcriberet, quidquid ſibi in temporalibus *vitam religioſam amplectitur,* ſuppeteret. Satagebat quippe ſic habita poſſidere, quaſi non poſſideret; ſic non habita contemnere, quaſi omnia poſſideret, vt illis annumerari poſſet, de quibus dicitur: Nihil habentes, & omnia poſſidentes. Vnde 2 Cor. 6. vt exutus ſeculo, ſecretiùs Deo vacaret, eò ſtatuit ſece- 10 dere, vbi contemplationis viam poſſet arripere. Erant namque in præfato prædio eccleſiæ numero quatuor, ab illuſtriſſimo viro Wamberto, vt dictum eſt, conſtructæ: quarum vna reliquis quantitate maior, & opulentiâ erat præſtantior. In quâ vir Dei, collectis ſecum *c* vndecim viris religioſis, ſeceſſerat, arctioriſque *c* vitæ tramitem arripuerat. Et dignum quidem, ſed dif- *adiunctis* ficile relatu eſt, quàm piè ibidem adhuc in terrâ poſi- *ſibi ſociis* tus, cum Angelis Dei coram Deo ſit conuerſatus, benè orando, benè ieiunando, benè vigilando, & caritate ad Deum & proximum optimè ſeſe diffundendo. Cuius exemplo, quamplures in ſimile ſanctitatis opus ſunt excitati, & cum ipſo in eodem loco viam ingredientes iuſtitiæ, profecêre in altum gradibus piæ con- F uerſationis. Sicque factum eſt, vt vir Dei per bona temporalia lucraretur ſpiritalia; per tranſitoria compenſaret in æternum manſura. Credidit quippe, ſe ſibi ad currendam viam mandatorum Domini non poſſe ſufficere, niſi etiam ſecum & alios in bonis operibus ſatageret adiungere, illud & verbis & exemplis implens, quod ſcriptum eſt: Qui audit, dicat: Veni. Vnde vt Apoc. 22. ſapiens architectus fundamentum in cordibus diſci- 17 pulorum poſuit, quibus ſic paſtorali magiſterio præ- *quos prudenter & humiliter regit.* fuit, vt in docendo magiſter, in miniſtrando eſſet miniſter, promptus & facilis in vtroque, quia nouerat Prælatis congruere vtrumque, præcipuè cùm Dominus dominorum non venerit miniſtrari, ſed miniſtrare. Sic ergo ſubditos quoſque docebat, vt in corde eſſet humilitas: ſic eiſdem ſubditis ſeruiebat, vt in Matth. coërcendo pia eſſet ſeueritas. 20

a *Aliàs* Falcoberga, *olim* Falkenberg *teſte Malbranco; pagus eſt non procul Renticâ, ad eumdem fluuiolum, Comitatus titulo inſignis.*

b *MS. Frugenſe*: inanibus rebus vale vltimum fecête.

c *Ita MS. Frugenſe. Surius habet*, vndecumque.

CAPVT

CAPVT V

S. Bertulphi obitus. ad ſepulchrum miracula.

a 20 *a* NEc ab re Deo & hominibus Sanctus iſte erat amabilis, quia vitâ & moribus probabiles homines in omni virtute viſus eſt exceſſiſſe, & nihil minus ab apoſtolicis viris in omni ſanctitate habuiſſe. Nam & exceptâ miraculorum eius gloriâ, ex quibus multa de multis ſcriptorum perierunt negligentiâ, pauca de multis relinquens, illa ſanè de eo benefacta non ſunt prætereunda, quæ in electis ſanctitatem non ſolùm oſtendunt, ſed etiam faciunt. In ſingulis quippe virtutibus ſic perfectionem eſt aſſecutus, vt in nullâ earum vlli electorum ſecundus videri queat. Et vt virum in omni virtute conſummatum ſtrictim depingamus, hæc lector paucis accipiat. Pauperum refrigeriis hilariter proſpiciebat, nudos veſte tegebat, vagis & peregrinis hoſpitium, egenis quibuſcumque præbebat ſubſidium. In iudicio oppreſſis tum conſulendo ſubueniebat: afflictis compaſſionem, infirmis viſitationem, mortuis ſepulturam exhibebat. B Caritate quoque erga Deum & proximum diffuſus, Deum ex toto corde, & proximum ſicut ſemetipſum dilexit: reddens quæ ſunt proximi, proximo; & quæ ſunt Dei, Deo. Erat planè ſicut niente, ita & corpore pulcher, vultu decorus, mente deuotus, corpore caſtus, animo ſobrius, ſermone blandus, humilitate venerandus, fide firmus, ſpe longanimis, caritate hilaris. In temporalibus parcus ſibi, largus egenis: in ſpiritalibus verò & ſibi proſpiciens & egenis. Orationi intentus, in vigiliis ſacris aſſiduus, coronam pro his à Domino expectabat, quam ſibi vigilantibus & orantibus promiſit. Non aliter coram Deo & hominibus viuebat, quàm homines propter Deum docebat. Iuſta quidem & pia docebat; nam iuſtè & piè viuebat. In ſynaxi fratrum, ſe primum in laudum diuinarum inchoatione, nouiſſimum exhibebat in completione. O virum in omni virtute probabilem, etiam perfectiſſimis viris imitabilem! Vtinam noſtri temporis ſummi in Eccleſiâ Sacerdotes hunc inferiorem gradu, ſed ſuperiorem ſanctitate virum imitarentur: qui in eo quidem gradu, quo in Eccleſiâ Sacerdotibus minor apparuit, nihil minus ab ipſis in omni virtute habuit. Sed hæc abeant in ſua, & ſuccedant, quæ de viro Dei dicenda ſuperſunt.

Virtutibus floret,

21 Conſummatus igitur venerabilis Pater in omni C virtute, cùm bonum iam certamen certaſſet, curſum conſummaſſet, fidem ſeruaſſet, de reliquo repoſitam ſibi coronam iuſtitiæ optando ſperabat. Cuius votis ſupernus arbiter ſatisfacere volens, poſt emeritam ipſius in hac vitâ militiam, ad cæleſtem eum euocare diſponit gloriam. Conuocatâ ergo diſcipulorum cateruâ, clareſcentibus febrium indiciis, indicat ſe iam reſolui, & iam futurâ depoſitione corporis ſui, feſtinare vt introëat in gaudium Domini ſui. Et percepto ſacroſancto Dominici corporis & ſanguinis viatico, adſtantibus non ſine mœrore diſcipulis, vale vltimum fecit, ac ipſos ſeſeque Domino commendans, ſpiritum in manus Angelorum efflauit. Quem meritis maturum & annis Chriſtus ad cæleſtia euocans, eius ſpiritum ſpiritibus angelicis aggregauit. Nam ſacro eius corpori tefra, ſpiritui cælum aperitur, & cui mors diem vltimum in terris clauſit, vitæ æterna diem æternum in cælis aperuit. Obiit ſanè Nonis Februarij: cuius obitum, natalem magis quàm mortem dignum eſt appellari: quia hic moriens, cælis eſt natus, & inter intelligibilia tranſlatus: vbi non per ſpeculum & in ænigmate, ſed facie ad faciem Deum cernit: tantoque promptiùs pro venetatoribus interuenit, quantò viciniùs Diuinæ maieſtati aſſiſtit: tantò hîc erga homines clementior, quantò illic coram Deo præſentior. Sed non parùm

& operibus miſericordiæ:

febri laborat:

Euchariſtiâ ſumptâ,

ſanctè moritur 5. Febr.

negligentiæ arguemur, ſi non vel votis ei iungamur in cælis, qui nobis in terrâ in *b* artubus, licet vitâ functis, adhuc viuit, quos ſignorum glorificatione venerabiles hominibus Deus facit. Eum verò, quem in mundo membris habemus præſentem, in cælo, niſi multùm noſmet abiecerimus, ſpiritu & interceſſione ſentiemus clementem.

Aveto-re Monacho Blandi-nienſi.

D *b*

22 Diſcipuli proinde beati viri exequiis ipſius intererant, quem ſyncerâ ſemper caritate dilexerant, quibus dolor quidem de amiſſione confuſionem, ſed fides de remuneratione eius generauit exultationem. Cuius corpus ad locum vſque ſepulchri hymnis proſequuntur, funeriſque ſacroſancto triſtes, ſed deuoti, obſequuntur. Sicque ab eis in prædio ſui olim iuris Renticâ in oratorio B. Dionyſij tumulum accepit: defunctuſque eo in loco voluit quieſcere, vbi humanis pridem rebus functus, ſuis paſtorali curâ alumnis præſedit. Cuius corpus licet tumulus clauſerit, virtutes non clauſit: quia loquentibus ad ſepulchrum eius miraculis, magnum in ſeruo Chriſti ſpectaculum populis eius virtutes exhibent.

Rentica ſepelitur:

23 Sanctus Domini Bertulphus, poſt multiplices huius ſeculi labores, quibus coram Deo & hominibus optimè eſt conuerſatus, de præſenti vitâ ad æternam E gloriam tranſlatus, & ante Deum ab Angelis eſt coronatus. Cùm ergo, vt prædictum eſt, in proprij iuris prædio Rentica ſepulcrum accepiſſet, quòd eum locum, humanis olim rebus functus, elegiſſet, ad tumuli eius miracula non defuêre, quæ ſanctitati illius præclara perhibuêre teſtimonia. Nam cæcis viſus, ſurdis auditus, mutis linguæ officium reparatur, & ſingulis morbis tanti medici efficacia præſtò eſt: licetque cernere in gloriâ Sancti gloriam Dei, & in miraculis viſibilibus admirari Deum inuiſibilem. Porrò creſcentibus miraculis, ſpectaculum creuit populis, ſignorumque frequentia frequentiam etiam inuitauit populorum. Nam non ſolùm rei nouitate, ſed etiam ſpe recuperandæ ſanitatis vndecumque accurritur: nec ſpe ſuâ deuotus quiſque atque fidelis fallitur, dum & infirmi lætantur morbi ſe euaſiſſe inclementiam, & ſani nihilo minùs gaudent tantam ſe in infirmis vidiſſe ſalutem. Sicque ſepulcrum Sancti in breui adeò factum eſt glorioſum & celebre, vt non minùs diuitibus quàm pauperibus pretioſum fuerit, & ſicut miraculorum gloriâ, ſic rerum creuerit opulentiâ.

ad eius ſepulchrum multa fiũt miracula.

a *Hic deſinebat MS. Frugenſe.*
b *Iám quippe Gandauum ad Blandinienſe cœnobium tranſlatus.*

CAPVT VI

Corpus S. Bertulphi Bononiam deuectum. inde ſacrilegè ſublatum, induſtriâ Arnulphi Magni Marchionis Flandriæ inuentũ.

24 ACcidit intereà triſte malum in terris, quod ſine horrore dici vix queat. Inuaſêre enim Galliæ loca maritima ſæuiſſimi *a* piratæ, homines rapaciſſimi, eaque in vaſtas vſquequaque redegêre ſolitudines, igni, rapinis & gladio omnia vaſtantes. Quæ peſtis dum interdum circumquaque deſæuiret, interdum quieſceret; hi, qui in locis poſt tanta mala reſiduis erant, ſuſpicione hoſtilis irruptionis ducti, ſinguli de ſingulis locis vnà cum Sanctorum pignoribus migrabant, alioque ad tutiora loca declinabant. Erat quippe videre miſeriam. Nam cùm ſæpiùs, quos diximus, piratæ tum terras vaſtarent, tùm in mari latitarent, iterumque ad vaſtationem terrarum oblatâ opportunitate ſeſe inferrent, intantùm furor eorum proceſſit, vt nec ab Eccleſiarum Dei excidiis abſtinerent. Quas igni cremantes, nil in eis reliquum fecêre, quod non igni, gladio, rapinâ abſumerent: ita vt ſecundùm illud Prophetæ, diſperſi

a Inſtantibus Galliæ Normannis,

& in ſacra ſauientibus,

AVCTORE MONACHO BLANDINIENSI.

A Thren. 4. *corpora SS. alibi aucuntur:*

b

c

B *S. Bertulphi Bononiam*

d

e

f munitam tunc vrbē:

quod Arnulphus, Comes tertius Flandria,

g

h

C *genere nobiliſſimus,*

Magnus *dictus.*

ſperſi cernerentur lapides ſanctuarij in capite omnium platearum. Vnde factum eſt, vt tam monaſticus quàm canonicus ordo, relictis, in quibus habitabant, ſedibus, fugæ operam darent, aliaſque ad ſedes, effoſſis abſportatiſque, vt dictum eſt, ſecum Sanctorum corporibus, migrarent, nullis aut raris citra mare relictis cœnobiis, quæ non tam ſuo honore, quàm ſuorum Sanctorum priuarentur patrociniis.

25 *b* Carolus Rex regno Francorum Occidentalium leges dictauit, quem poſteà Heribertus Comes Viromanduorum, dolo captum, Peronæ poſuit in cuſtodiâ. Quo adhuc imperium obtinente, Bononienſium Comes fuit *c* Erkengarius, genere & potentiâ non parùm egregius. In cuius etiam ditione Rentica fuit, prædium in quo B. Bertulphi corpus tumulatum erat. Qui conſpectis ad ſepulchrum Sancti virtutibus, eum quantò ob miracula admirabatur magis, tantò cariùs amplectebatur. Sed quia omnem circà regionem irruptioni eorum, quos diximus, piratarum expoſitam videbat, de amiſſione tanti Patroni ſui ſuiſque pertimuit. Vnde conſilio accepto, illò eum tranſtulit, vbi & ipſe tantarum reliquiarum ſecurus eſſet, & Sanctus ampliori in artubus ſuis honore afficeretur. Conuocato denique Eccleſiaſtici ordinis conuentu, animi ſui votum religioſorum roborauit conſiliis, efficacibuſque perfecit auxiliis. Et admiſſis ad ſacroſanctum tumulum Sacerdotibus, vnà cum Eccleſiæ miniſtris, in ſanctiſſimorum artuum attrectatione, cùm magnâ animi deuotione aſſiſtebat. Sicque membra Sancti loculo diligenter repoſita, de Rentica Bononiam transferri præcepit, vbi ea tutiùs atque deuotiùs ſeruanda non ignorauit. Erat quippe Bononia ſui iuris, *d* munita tunc temporis ciuitas, mari Morinorum propinqua, mercibuſque marinis præcipua, Sede inſuper *e* Epiſcopali & benedictione conſecrata. In quo loco vſque ad tempora *f* Magni Arnulphi ea pignora ſeruabantur: imò, vt veriùs dicam, magis ſeruabant potiùs, quàm ſeruabantur. Seruabant, inquam, quia Sancti ipſius, cuius membra erant, interceſſione, locum eumdem ab omni infeſtatione liberum reddiderunt.

26 Quia occaſio ſe obtulit, vt de temporibus Magni Arnulphi mentionem faceremus, nō abs re eſt, pauca etiam de illo conſcribere, quæ & tanto viro laudem non modicam, aliiſque eum imitari volentibus exemplum viuendi adferant: præſertim cùm exceptis reliquis virtutibus eius, ex hoc vel maximè glorioſus euaſerit, quòd Sanctum hunc, multaque Sanctorum pignora *g* Blandinium transferre dignus inuentus eſt. Proceſſit itaque hic à ſanguine magnorum Regum, quem Balduino Caluo peperit *h* Elſtrudis, filia Edgheri Regis Anglorum; non minùs ingenui ſanguinis à patre, quàm à matre; quia à patre Regem Francorum Carolum Caluum proauum, à matre, vt dictum eſt, Edgerum Regem Anglorum traxit auum. Qui, quod in viris clariſſimis clariſſimum eſt, hanc tantam generis nobilitatem, probitatis induſtriâ decorauit. Succeſſione proinde hæreditariâ monarchiam ſortitus eſt Flandrorum, quam adeò amplâ dicendi & agendi facultate gubernabat, vt pro magnâ animi corporiſque virtute, Magni nomen obtinuerit. Hic Blandinium, à Beato olim Amando in caſtro Gandauo conſtructum, intimo præ ceteris regni ſui cœnobiis affectu complexus, ſtudio quanto maximo potuit prouexit intantùm, vt tam ſuis quàm Apoſtolicis regalibuſque priuilegiis roborârit, multiſque inſuper Sanctorum pignoribus vndecunque collectis ditârit. Vt verò etiam maiori elegantiâ illud inſtaurârit, in archiuis eiuſdem monaſterij lector luce clariùs noſſe poterit: hoc tantùm hîc ſtrictim inſeruiſſe ſufficiat, quod lectori de tranſlatione Sancti huius, de quo ſermo eſt, faciat ſatis. Quæ quidem tranſlatio, huius Marchionis ſtudio potenti accurata, induſtriâque prudenti eſt conſummata.

27 Succeſſu intereà temporum, ditioni eiuſdem Marchionis Bononia ceſſit, quam non minùs honeſtè, quàm ceteras vrbes maritimas ſuſcepit gubernandam. Quo tempore in eadem vrbe accidit amiſſione corporis B. Bertulphi damnum, ſed idem mox cum lucro ſarcitum eſt. Nam quidam *i* Britanniâ oriundus, nomine Electus, officio ſacrilegus, ad ſubripiendos ſanctiſſimi Bertulphi artus locum obſeruabat & tempus. Qui tandem improbi voti compos effectus, illos quadam calliditate adeptus eſt. Nam tempus ſacrilegio, quod mente iam conceperat, opportunum nactus, ad locum, in quo ſancti Confeſſoris membra repoſita erant, temerè accedit, ruptoque ſigillo, ac aperto locello, corpus ſanctiſſimum, omni theſauro pretioſius, furtim abripiens, clàm diſcedit. Nec ſolùm B. Bertulphi membra abſtuliſſe ſat habuit, ſed etiam multorum Sanctorum pignoribus pariter ſublatis, ad id vſque veſaniæ proceſſit, vt quas furto ſubripuerat reliquas, locello reponeret, ac in villâ *k* Otidigem reconderet, pretio eas, vt putabat & volebat, *l* Adelſtano Regi Anglorum venditurus. Detrimento quippe illorum, qui eas amiſerant, lucrum ſuum decreuerat facere: ſed diſpoſitione Dei intentio ſacrilegi nullos habuit effectus. Eluſit enim eum per Sanctum hunc virtus Dei, ac iam ſæpè memorati induſtria Marchionis, qui tempore ſacrilegij Bononiam veniens, de republicâ ſolennem cum ſuis conuentum habuit.

28 Cùm ergo, vt dictum eſt, reipublicæ prædictus Marchio conſuleret, hoc maximè curabat, vt etiam rebus Eccleſiaſticis ante omnia præcaueret. Erat enim ſicut reipublicæ prudens orator, ita & Eccleſiæ Dei fortiſſimus propugnator. Vnde accito memoratæ ciuitatis Epiſcopo, nomine *m* Wigfredo, veſpertinâ iam ſynaxi dimiſſâ, inter cetera quæ ſuper Eccleſiaſticis rebus plurimùm curabat, hæc Pontifici dixit: Satis, Domine mi, de ſacroſanctis Sanctorum pignoribus timeo, & vtrùm ſuis in locis ſalua ſint, non parùm ſollicitudinis habeo. De quibus quoniam & me certiorem & vos volo eſſe ſollicitiorem, conuenit vt cum timore & fide ad Sancta Sanctorum accedatis, & in ſingulis vtrùm ſalua ſint ſignacula, perquiratis. Periculoſa enim ſunt tempora, & quia ſunt homines ſeipſos amantes, à manu latronum vix quicquam eſt tutum. Cui Epiſcopus: Non, inquit, horæ inſtantis eſt negotium, hoc nunc veſtrum exequi imperium. Diem enim cernitis in veſperum declinare: nec fas eſt hac horâ Sancta Sanctorum attrectare: matutinum nos potiùs tempus ad ea admittet: in craſtinum id, quod iubetis, differre nil prohibet. Contrà verò Marchio à Spiritu ſancto permotus; Non eſt, inquit, vtile differre, quod deuotione magis quàm temeritate fieri affectamus: præſertim cùm noſmetipſos, ſi differatur, periclitari timeamus. Cumque Antiſtes excuſando, Marchio niteretur inſtando, inclytus Marchio affectus ſui effectum obtinuit, quem, vt poſt patuit, Spiritu ſancto inſpirante, adeò vrgere perrexerat. Quid plura? Ad Sancta Sanctorum Antiſtes acceſſit, loculumque quo B. Bertulphi artus contineri ſperabat, detexit: & ecce ob pretioſiſſimi corporis amiſſionem, magnâ animum confuſione induit. Expauit cor videntis, irrigantur ora lamentis: & pretioſi theſauri deſtitutione, Marchio quoque & alij adſtantes ſimili afficiuntur lamentatione, quæ maiori non multò poſt conſolatione ſedata eſt.

29 Sicut erat in glorioſo Marchione mens præſaga ſacrilegij, ſic Spiritu ſancto docente non ignara ſacrilegi. Vnde damno ſacratiſſimi corporis valdè ægrè cognito, *n* Noueritis, inquit, deteſtandum hunc Britonem damnum hoc dediſſe, corpuſque Sancti furtim ſubripuiſſe. Quo audito, religioſi quique circumſtantes Britonem correptum, ſuper damno, quod acciderat, conuenêre. Illi ſacrilegium ſacrilego intendebant: is è diuerſo, quod intendebatur, repellebat. Cumque nec ſuaſionibus nec terroribus ad confeſſionem furti inclinaretur, præſentiæ Marchionis offertur examinandus.

D

i ab Electo Britone ſublatum

k

l

& cū aliis abditum,

E *deportandum in Angliam;*

m importunè cupiens videre Bononienſes reliquias,

F *ablatum intelligēs,*

n

A nandus. Quem blandâ, imò callidâ Comes circumuentione conuentum, his allocutus est verbis: Benè, inquit, fecisti, quòd Sancti corpus ablatum eò transtuleris, vbi decentiùs excoleretur. Hac callidâ Marchionis oratione magnus sacrilego pudor iniectus est, moxque Comitis prosternitur pedibus, se corpus Sancti professus abstulisse, sed eâ mente, quam Comes dixerat, nempe vt illò transferretur, vbi maiori reuerentiâ à fidelibus affici posset. Cui Comes subridens, Deo, inquit, gratias referimus, quia compertum habemus, quod quæsiuimus. Sed vbi quod abripueras reposueris, pande. Licet enim sacrilegium colore virtutis fucaueris, non tamen virtutis est sacrilegium fecisse; nec satis credibile, ob reuerentiam te Sancti alibi eum reposuisse. At ille rubore suffusus, & timore deiectus, villam Oditigem mari penè contiguam indicauit: ad quam, vt antè diximus, membra Sancti deportauerat, eâ videlicet delusus spe, quâ sibi mare se transfretaturum, Regique, vt dictum est, Britanniæ ea pretio distracturum persuaserat.

sacrilegij auctorem callidè inducit vt fateatur,

& vbi repositum sit, indicet:

a *Hi fuêre Normanni, qui seculo 9 & principio 10 totam Galliam crudelissimè infestarunt.*

b Carolus *cognomento* Simplex, *an.* 898 *Franciæ regnum capessiuit, 911 etiam Lotharienſe, pacemq; cum Normannu sanxit, quibus & sedes in Gallia dedit: anno 922 Principum factione regno exuitur; quod armis repetere ausus, dein fraude Heriberti Veromanduorum Comitis capitur, tandemq; in custodiâ Perone an. 929 mortuus est.*

B

c *Iacobus Malbrancus lib. 6 de Morinis cap. 37 & 38* Henneki-num *hunc vocat, fratremq; Balduini Ferrei facit; & Bononiensi Comitatu potitum ait per coniugem Bertham, Helgoti Comitis Bononiensis filiam, dein anno 881 à Normannis prælio victum, ex acceptis vulneribus, coniugemq; vnà ex dolore obiisse: Bononiam verò iam antè expugnatam, vastatamq;; sed S. Bertulphi abditas seruatasq; reliquias. Quibus id auctoribus probet, non est otium expendere: at nec consilium, Blandinienſs scriptori, ad Caroli Simplicis tempora eam Translationem referenti, & seruatam deinceps Sancti tutelâ Bononiam asserenti, accurato in cæteris, fidem derogare.*

d *Si, vt scribit Meierus, anno 880 euersa est à Normannis Bononia, oportet deinde redificatam fuisse, & validiùs communitâ.*

e *Non satis solidè ex hoc loco probat Molanus in præfat. ad Natales SS. Belgij*, Bononiam antiquitus proprium habuisse Episcopum: *nam cùm hæc gesta sunt, & cùm auctor hic Blandinienſis S. Bertulphi Vitam scripsit, erat Bononia sub Episcopo Morinensi, siue Teruanensi. Constat tamen ex veteri Notitiâ Ecclesiarum, vtramque eam vrbem olim solio episcopali decoratam. Testatur de Bononiâ Hincmarus Remensis, qui an. 885 obiit, in Opusculo LV capitulorum, sub finem capituli primi ita scribens*: Nam Atrebatis, Virdmandis, & Bononia, ex cuius territorio es natiuus, antiquiores Sedes cum Episcopis propriis in Remorum prouinciâ extiterunt, quàm castrum Montis Laudunj inter Sedes computaretur, in quo es ordinatus Episcopus: sed quoniam à longo tempore, certis cuentuum & necessitatum caussis accidentibus, sicut & de pluribus ciuitatibus in quibusdam prouinciis legimus, illæ aliis subiectæ ciuitatibus suum priuilegium perdiderunt. *Recuperauit proprium Episcopum Bononia, Teruanâ autè centum annos excisâ.*

Bononia vrbs Belgicæ olim Episcopalis,

C

vti & nile.

f Arnulphus Magnus, Balduini Calui *filius*, Balduini Ferrei, *ex* Indithâ Caroli Calui *Imp. filiâ nepos, anno 918 Flandriæ administrationem, patre* IV *Id. Septembris mortuo, suscepit: an 933, fratre* Adalolpho *sine liberis defuncto, Bononiâ Teruanâque potitus est.*

g *De nobilissimo hoc monasterio agetur itetum* VI *Februarij in Vitâ S. Amandi, qui id fundauit.*

h Elstrudis, *Anglis* Aolstryth, Ælfthrythe, *& Elitrita dicta apud Guillel. Malmesburienſem* Ethelfv vida, *filia fuit non* Edgeti, *vti hîc vitio fortè librarij scriptum, sed* Elfredi, *siue* Alfredi, *qui an. 872* Æthelredo *fratri* IX *Kal. Maij defuncto, in regnum Occidentalium Saxonum successit, posteà monarchiam totius Angliæ adeptus, decessit an. 901,* V Kal. Nouembr. feriâ 4, Indict. 4, *vti ex Houedeno, Malmesburienſi, VVestmonasteriensi & alijs patet.* Edgarus *verò, siue, vt hic scribitur,* Edgerus, *pronepos fuit* Alfredi, *filius* Eadmundi, *nepos* Edvvardi, *qui filius erat* Alfredi, Elstrudis *frater.*

i *Malbrancus ait ex* Athelstani Regis aulâ *fuisse. Quo auctore?*

k *Molanus;* Otideghem. *Meierus* Odingahem. *Malbrancus;* Otidinghem, *additq; nunc* Audioghem *dici; sitam Ambletacum inter & VVitsantum.*

l *Consobrinus erat* Arnulphi *Comitis* Æthelstanus, *filius Edvvardi, fratris Elstrudis: qui ab anno 924 ad 940 regnauit.*

m *Hunc tamtum an. 900 sedisse scribit Meierus, an. 959 obiisse.*

Non animaduertit concilio apud Trosleium in pago Suessonico, an. 909 subscripsisse Stephanum Morinorum Ep. *Malbrancus l. 7 cap. 31 ostendit an. 915 X Kal. Iulij. Bononiæ in Cathedrali D. Virginis basilicâ, vbi Stephanus hactenus sedem fixerat, ab Arthaldo Remensi Archiepiscopo ordinatum esse Vicfridum, qui apud Flodoardum lib. 4 cap. 36 in editione Sirmondi* Witredus *appellatur, in editione Coluenerij* Winefiedus *& Wicfredus; apud Claudium Robertum* Vmfridus, Vifridus, Vinfridus. *Fuerat anteà Bertiniani monasterij Præpositus. obiit 19 Aug. 919.*

AVCTORE MONACHO BLANDINIENSI.

n *Non rectè interpretatur Molanus:* in villâ Otideghem, mari contiguâ, ipsum (*Electum Britonem*) intercepit Arnulphus Magnus..... & geminatâ lætitiâ inuenit apud eumdem corpus S. Guduuali.

CAPVT VII

Corpus S. Bertulphi Harlebecam, inde Gandauum translatum.

30 CVm prolixior ad scribendum historia suppetit, capitulis eas distinguere par est, vt scriptori leuamen in scribendo, & lectori respiratio sit in legendo: præsertim cùm prolixa materies sæpè fastidium, succincta verò nonnumquàm tum scribendi tùm legendi generet desiderium. His interim præmissis, reliquum historiæ prosequamur. Sacrilegio igitur callidâ, vt dictum est, industriâ Marchionis detecto, loco etiam, quo corpus Sancti clanculò repositum erat, comperto; in animum idem Comes induxit, illuc Religiosos quosdam ac fideles mittere, sanctumque corpus eò, vnde ablatum fuerat, reuocare. Et licet hoc animi sui consilium meliori postmodùm ipse consilio mutauerit, nec Bononiam sanctas reliquias reduxerit, sicut in sequentibus liquidò patebit; accito tamen vnà cum religiosis quibusque memoratæ vrbis Episcopo Wigfredo, ad villam, vbi sacrilegus ille sancta se reposuisse membra confessus est, eum mittit, mandans vt ea Bononiam reducerent. Et quoniam tunuit tanto thesauro aliquâ occasione priuari, negotium, quod iniunxit, maturè exequi eos iussit. Illi mandata iubentis exequuntur, & ad villam Otidigem properè aduecti, locum sacri corporis conscium adeunt, maioremque, quàm optauêre, reparandi damni materiam inueniunt. Nam cum corpore B. Bertulphi corpus etiam S. Guduuali reperiunt, & in vnius inquisitione, geminorum exultant inuentione. Erat quippe B. Guduualus Confessor pariter & Pontifex, altâ Britonum prosapiâ ortus, generis quidem titulo nobilis, sed vitâ & moribus multò nobilior. Qui vt spretâ parentum celsitudine & hæreditarij iuris amplitudine, vel in monasterio, vel in Episcopatu Deo seruiuerit, & post plurima ac inaudita seculis miracula ex hoc mundo ad Deum transierit, liber, qui de vitâ & virtutibus eius plenissimè conscriptus est, liquidò pandit. Corpus verò illius quâ de causâ *b* Monasterioli castro deportatum, vel vti furtim inde sublatum per antedictum Britonem, corpori S. Bertulphi coniunctum, atque cum illo Blandinium translatum sit, ex libello, *c* qui de eorum aduentu scriptus est, lector cognoscere poterit: Nunc verò ea tantùm, quæ specialiùs B. Bertulphi priuilegium indicare videntur, prosequente stylo commemoremus.

repertum in Otidigè,

á cum corpore S Guduuali;

b

c

31 Glorioſus igitur Marchio, licet, vt suprà scriptum est, corpus B. Bertulphi Bononiam referri iusserit, hanc tamen animi sui sententiam meliori mutauit, alioque illud censuit transferendum. Et conuocatis SS. Audomari ac Bertini *d* Præpositis, illustribus etiam personis consilio adhibitis, vt ad Harlebecensem illud transferrent Ecclesiam, imperauit. Erat autem *e* Harlebeca vnum ex multis sui iuris prædium, flumini Legiæ adiacens: ad quod S. Bertulphum transferri iussit, translaturus illum mox Blandinium, quod speciale amoris ipsius meruit priuilegium, quodque in castro

deponi vtrumque Harlebecæ erat,

d

e

Gandauo

AVCTORE MONACHO BLANDINIENSI.

Gandauo à Beato olim Amando, vt antè diximus, fundatum, Apoſtoliciſque Petri & Pauli titulis dedicatum fuit. Cuius fundationem loci qui noſſe velit, in vetuſtiſſimis eiuſdem monaſterij archiuis poterit cognoſcere. Sancti ergo corpore ad Harlebecenſem Eccleſiam tranſlato, & à venerabili *f* Theodrado, eiuſdem Eccleſiæ Sacerdote, honorificè ſuſcepto; non multò pòſt Magnus Arnulphus cum magno ſe comitatu obuium pridie Calend. Decembris exhibuit, completurus tunc voti effectum ſuũ.

Gandauũ poſteà tranſferendum:

f

parte reliquiarum S. Bertulphi Harlebeca relictâ,

32 Memoratæ Eccleſiæ Theodradus, quem iam dixi, tunc præfuit, cui erat non modica apud Marchionem fiducia impetrandi, quæ voluit. Qui cùm intellexiſſet Marchionis hanc eſſe voluntatem, vt Sancti reliquiæ inde transferrentur, ad impetrandum quaſdam ex iis, preces obtulit, & quod fideliter poſtulauit, efficaciter impetrauit. Nam aſſenſum petenti Comes accommodauit, reliquiaſque de corpore Sancti deuotâ tollens præſumptione, illi donauit; hoc iterum iterumque mouens, vt eum Sancto honorem exhiberet, quaſi in reliquiis eius illum verè crederet præſentem. Quod ille non ſegniter executus, in eadem, quâ Deo miniſter, ſubditis erat magiſter, Eccleſiâ, ſanctiſſima membra ſummâ excoluit reuerentiâ. Quæ ibidem
B longo tempore honorificè ſeruabantur, donec eâ eccleſiâ igni crematâ, de incendio diuinitus ſunt extracta, & reliquis ipſius membris in Blandinio reſtituta: Quod qualiter acciderit, ſicut fidelium relatu didicimus, dicendum eſt in ſequentibus. Nunc interim hoc aggredimur dicere, quemadmodùm idem ſanctus Domini Confeſſor Blandinium ſacroſanctis artubus ſuis dignatus ſit inuiſere.

g

33 Eâ tempeſtate in monaſterio Blandinio *g* Gerardus merito & officio Abbas degebat, cuius conſiliis glorioſus Marchio libenter vtebatur. Qui cùm titulos nobilitatis nobiliùs etiam ornaret moribus probitatis, cunctis penè Galliæ cœnobiis & præeſſe & prodeſſe dignus inuentus eſt. Quo accito, prædictus Marchio de transferendis Sancti reliquiis, communicatis

vtrumque corpus trãsfertur Gandauũ,

cum eo conſiliis pertractat. Tum vtrique ita viſum eſt, vt memorati Sancti pignora Blandinium transferrentur. Placuit etiam ea optimatibus ſententia, vt tanti Confeſſoris pignoribus Blandinienſis Eccleſia ditaretur. Cumque tam Eccleſiaſticis quàm politicis ordinibus ita eſſet deliberatum, ſanctiſſimi Confeſſoris Bertulphi membra leuantur, transferenda eò quò iam diximus, non ſine magnâ tum præcedentium, tum ſubſequentium gratulatione. Nec ſolus hic Sanctus tunc transferri voluit, ſed in conſortium Tranſlationis eius
C oſſa B. Gudowali adiuncta ſunt; atque etiam membrum vnum *h* B. Audomari cum dente ipſius, reliquiæ quoque ſanctiſſimi *i* Bertini in augmentum gloriæ eius. O quàm lætum populis, vndecumque concurrentibus, in illâ die ſpectaculum fuit, cùm ante ſanctiſſimas reliquias hinc Eccleſiaſtica pompa cum crucibus & lampadibus, inde aulicus Marchionis procederet ſenatus cum faſcibus. Et licet ex vtraque parte impenſus honor minor eſſet, quàm pro Sancti meritis, omnem tamen gloriam Principum æquauit. Facta eſt autem Tranſlatio hæc tertio Nonas Decembris, cùm Aduentum Domini Eccleſia pro more celebrat, cùm etiam in aduentu Sancti Chriſtum ſibi adueniſſe exultauit, præſertim cùm in Sanctis & Electis Chriſtum habitare nemo ambigat. Erat præcipuè idoneus huius Tranſlationis miniſter vnà cum religioſo grege monachorum Abbas, quem diximus, Gerardus, cuius prudenti diſpoſitioni glorioſus Marchio credidit, quid-

h i eũ aliquibus reliquiis SS. Audomari & Bertini, ſolenni pompâ,

omnia ordinante S. Gerardo Abbate.

quid quid in Tranſlatione illâ agendum videretur. Qui in monaſterium Blandinienſe, cui ipſe tunc præfuit, ſacroſanctos artus tranſtulit, ac in Orientali abſide cum magnâ pſallentium melodiâ repoſuit. Vbi ad tempora vſque noſtra manſit corpus ſanctiſſimum, donec in medio eiuſdem eccleſiæ Memoria fidelium defunctorum à fidelibus ædificata, & in honorem incarnationis, natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis ac aſcenſionis Ieſu Chriſti eſt titulata. Ad quam dignam memoriâ memoriam, qualiter hic ſanctiſſimus Confeſſor Bertulphus ſit tranſlatus, ſuo mox loco dicendũ differimus. D

a *Vitam eius dabimus 6 Iunij, ſcriptam, vt hinc patet, anteann. 1073 ſed tamen poſt tranſlatas Gandauum eius reliquias, cùm iſtius Tranſlationis meminerit.*

b Monaſteriolum, *vulgò* Monſtreuil, *oppidum eſt Gallicæ ditionis ad Quantiam flumen, à monaſterio, quod iſthic S. Saluius Ep. Ambianenſis conſtruxit, vt in eius Vitâ cap. 1 nu. 2 dicitur: aſſeruantur iſthic eius reliquiæ, appellatur & iam cœnobium illud* S. Saluij de Monaſteriolo, *& cap.* Ad hæc donationes 15 de decimis. S. Saluij de Monſtriali. *Caſtrum illud Herluino Comiti eripuit Arnulphus Magnus Flandriæ Comes, vti narrat VVillelmus Gemmeticenſis hiſtor. Norman. lib. 3 cap. 10 & alij. Auctor Vitæ S. Gudvvali lib. 3 cap. 6 nullâ factâ ſacrilegi huius Britonis mentione, de reliquiis Monaſteriolum allatis, atque inde ab Arnulpho aſportatis ita ſcribit*: Tandem Monaſteriale venêre in caſtrum, aliquanto tempore tanti Patroni præſentiâ & gratiâ cælo adæquatum: vbi quia condignâ ſibi non colebatur reuerentiâ, cor Magni & inclyti Marchiſi Arnulfi, ad multorum ſalutem deſtinati, gratia tetigit Spiritus ſancti, quâ intellexit in Dei ſapientiâ ab æterno diſpoſitum, illo humana Sancti ſui non diutius debere reſeruari. Monaſteriolum, ſiue Monſtreuil.

c *Eum libellum nondum vidimus.*

d *Hunc S. Bertini Præpoſitum Malbrãnc* Regenoldum *appellat.*

e *De* Harlebecâ *agit fuſè & eleganter Antonius Sanderus to. 2 Flandriã illuſtrata pag. 418. vbi docet in antiquis ſcriptis* Hallebecam *dici, à riuo qui ex* Halle *pago profluens, iſthic Legiã, ſiue Liſa miſcetur.* E Harlebeca.

f Theodardum *vocant Meierus ad an. 959. & Malbrancus. Nondum erant Harlebecæ Canonici, quos iſthic poſteà conſtituit Balduinus Pius, ſiue Inſulanus, ſeptimus Flandriæ Comes.*

g *Vitam* S. Gerardi *dabimus 3 Octob. vbi & de reſtauratu ab eo plurimus per Belgium monaſteriis agemus.*

h *Colitur* S. Audomarus *Ep. 9 Septemb.*

i S. Bertini *Ab. Vitam dabimus 5 Septemb.*

CAPVT VIII

Reliquiæ S. Bertulphi ad nouam aram tranſferendæ, priùs viſitatæ.

34 TAmetſi ea, quæ fidelium hominum ſermone referuntur, haud difficilè ab auditoribus æquè fidelibus creditur; multò tamen certiori fide ea ſciuntur, quæcumque oculis licet intueri. Vnde ſicut ea, quæ à maioribus de ſanctiſſimo Patre noſtro Bertulpho didicimus, ſic & illa, quæ oculis ipſi vidimus, ſtylo tradere conamur. Nouit caritas veſtra, dignam memoriâ fidelium defunctorum in Eccleſiâ hodieque florere memoriam, quæ, *a* ſicut in geſtis B. Odilonis legimus, ex diuinâ reuelatione in Eccleſiâ primùm inoleuit, & non multò pòſt auctoritate venerandi Papæ *b* Leonis per omnes benè iam Chriſti Eccleſia propagata eſt. Cumque hoc in pleriſque locis deuotiùs ageretur, paullatimque huius rei religio magis magiſque augeretur; adeò res proceſſit, vt in Eccleſiis ob memoriam fidelium defunctorum, honoremque Domini, altaria erigerentur, exequiæ generaliter ac ſolenniter celebrarentur, eo vel maximè die, qui omnium Sanctorum ſolennitatem à capite Calendarum Nouembrium ſequitur: non incongruâ videlicet ratione, vt omnium Sanctorum, quorum feſtum pridie præceſſit, interceſſio, clementiſſima omnium fidelium defunctorum fieret relaxatio. Sed hæc ſuo in loco: hoc tantùm dicere nunc aggredimur, vt ipſum diem corporis B. Bertulphi, reliquiarumque ſanctæ Virginis Chriſti *c* Amelbergæ Tranſlatio ſolennem effecerit. In Blandinienſi namque Eccleſiâ memoriam fidelium defunctorum conſtruxit fidelium viuorum induſtria, quam honorificè in ipſo depoſitionis ſanctiſſimi Bertulphi die abſoluit, atque in honorem Incarnationis, natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis atque aſcenſionis Ieſu Chriſti, *d* à Radbodo Nouiomenſi Epiſcopo conſecrari fecit

F *Cõmemoratione fidelium defunctorum in Eccleſiâ inſtitutâ,*

a

b

c altare in medio tẽpli Blandinienſis erectum, dictumq;

d

A ti fecit anno Verbi incarnati milleſimo ſeptuageſimo
Memoria fidelium defunctorum; e secundo, ſecundà hebdomadæ paſchalis feriâ, præſente glorioſo Flandrorum Marchione e Roberto, cum multâ optimatum & promiſcui ſexus frequentiâ.

35 Nec multò pòſt Blandinienſis cœnobij Fratribus placuit, ad eamdem memoriam B. Bertulphi corpus, ſanctiſſimæque Virginis Chriſti Amalbergæ reliquias transferre, vt maior inde confluentibus cò plebibus deuotio, fidelibuſque defunctis tantis interceſſoribus fieret conſolatio. Cumque Fratribus, vt dictum eſt, ſanctæ Blandinienſis Eccleſiæ corpus S. Bertulphi transferre placuiſſet, hocque non temerè fieri iudicaſſent, conſultò quidem ab eis, qui ſanioris conſilij tunc videbantur, definitum eſt, vt admiſſis clàm nonnullis ad loculum ſacri corporis Sacerdotibus, omnem reconditi ſacroſancti theſauri veritatem oculis explorarent, vt teſtibus his reliqui Fratres ad agendum id, quod ſtatuerant, certiores redderentur. Neque enim de ſacroſanctis artubus parum dubij erat. Quippe opinio vulgi habebat, magnam de ſacro corpore partem ab Harlebecenſibus haberi; adeò vt Eccleſia eorum ad S. Bertulphum vulgò diceretur. Sed nec Fratres Gandenſes; vel hanc appellationem, vel reliquias ſanctæ
B Eccleſiæ Harlebecenſi inuidebant: cùm in veteribus de Sancto conſcriptis exemplaribus magnum Arnulphum eas Theodrado Presbytero dediſſe legerent: quod etiam nos in hoc nouo opuſculo pleniùs deſcripſimus. Sed, ſicut iam diximus, & adhuc expreſſiùs dicemus, eædem, quæ Harlebecenſibus reliquiæ fuêre, in Blandinio quieſcenti corpori poſt aliquòd tempus rurſus adiunctæ ſunt. Quod vt indiciis ſit euidentibus compertum, prudens lector animaduertat. Paullò ante Tranſlationem ſanctiſſimi Bertulphi, Sacerdotes, vt dictum eſt, albis induti, pedibus nudi, deuotè potiùs quàm temerè ad ſancti corporis locellum admiſſi, confeſſione primùm viciſſim factâ, cum fide & tremore accedunt, ipſumque licet difficulter aperiunt. Tum ſacroſanctum corpus pallio inuolutum, ſignaculo reperiunt ſignatum, & partem quidem artuum adeſſe maximam, ſed partem quoque non modicam deeſſe. Vbi etiam titulum huiuſmodi inſcriptum, corporique ſancto impoſitum inuenerunt: Hîc requieſcunt membra ſanctiſſimi corporis Bertulphi Confeſſoris, cuius tranſitus celebratur Nonis Februarij, quæ Arnulphus Magnus Blandinium tranſtulit tertio Nonas Decembris.

ad id trãſlata S. Bertulphi reliquiæ,

priùs apertò loculo religiosè viſitata:

36 Oculos hinc in partem loculi deflectunt, loculum alterum incluſum, ſigilloque ſigillatum cernunt.
C Gaudio itaque affecti reſpirant, quippe qui ſe haud vulgares ibi reliquias inuenturos ſperarent. Cautiùs intendunt, titulumque huiuſmodi infrà poſitum inſpiciunt: Hic locellus continet, quod reſiduum fuit igni de corpore ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Bertulphi. Quod legentes, ſatis nec intelligere nec admirari poterant. Aperto tamen locello, erat cernere quiddam diuini horroris: imò verò non tam horroris, quàm honoris. Paſſim quippe penè ambuſta oſſa iacebant. Quæ eùm diligentiùs hinc inde inſpicerent, titulum quemdam complicatum & inuolutum reperiunt & aperiunt, barbaris quidem literis inſcriptum, adeò vt facilem legentibus de reconditis illic S. Bertulphi membris fidem faceret. Erat autem huiuſmodi: Hic repoſita ſunt oſſa illa egregij Confeſſoris Chriſti Bertulphi, quæ Angelus Domini de medio ignis extulit, quando Harlebeca cremata eſt, quæ Domina Rozala Blandinium tranſtulit cum Balduino filio paruulo, & appoſuit reliquæ parti corporis ipſius Sancti. Has ergo ſancti Patris reliquias, quas apud nos in hoc vſque tempus haberi ignorauimus, quando vel qualiter Deus per Angelum ſuum de medio ignis eripuerit, ſicut fidelium relatu fideliùs inueſtigare potuimus, hîc inſerere curauimus.

ſimulque reperta quæ donata antè Harlebecenſibus:

a *De hac ſe egimus* 1 *Ianuarij in Vitâ S. Odilonis per B. Petrum Damianum cap.* 10 *nu.* 12

b *Hic eſt* S. Leo IX, *qui à* 12 *Februarij an.* 1049 *ad* 19 *April.* 1054 *Eccleſiam gubernauit, viuente hoc anſtore.*

c *Tres ſunt* SS. Amelbergæ *in Belgio noſtro celebres: prima, mater SS. Gudilæ & Reineldis colitur* 10 *Iulij. ſecunda, Virgo, de quâ hîc agitur, colitur eodem die. tertia, itidem Virgo, alia* Amalberta, *Magiſtra SS. Benedictæ & Cæciliæ VV. Sufferenſium Abbatiſſarum, filiarum Zuentebaldi Regis, colitur* 21 *Nouembris.*

d *Hic eſt* Ratbodus 11 *Nouiomenſis & Tornacenſis Epiſcopus, quem an.* 1068 *ordinatum ſcribit Ioannes Cognatus lib.* 3 *hiſtoriæ Epiſcoporum Tornacenſium cap.* 24 *& cap.* 33 *an.* 1098 *apoplexiâ extinctum.*

e Balduinus VI *Flandriæ Comes, ex* Richilde *Ragineri* IV *Hannoniæ Comitis filiâ hæres,* Arnulphum *& Balduinum ſuſcepit: huic an.* 1070 *moriens Hannoniam reliquit,* Arnulpho *ſeniori Flandriam*: Balduini *tutelam Richildi*, Arnulphi, Roberto *fratri ſuo commiſit,* Friſio *dicto, quòd ductâ* Gertrude, *Florentij Hollandiæ Comitis viduâ, Friſios bello vicerat. Obſtitit* Richildis, *ne Robertus tutor eſſet: hac iniuriâ, ac bonorum ſuorum, vt aiunt, damno irritatus, ſimul inſitâ ambitione, Flandriam occupat, fratrem cum filiis exturbat, Regem Franciæ Philippum eos ingentibus copiis reducentem an.* 1071 *vincit memorabili prælio, in quo & Arnulphus cecidit: dein an.* 1072 *Balduinum, eumq; aſſerere nitentes Principes, vt is deinceps intra Hannoniam ſeſe continere coactus ſit; Roberti ſtirpe Flandris imperitante.*

AVCTORE MONACHO BLANDINIENSI.

CAPVT IX

Reliquiæ S. Bertulphi, Harlebecæ flammis ereptæ, Gandauum quoque tranſlatæ.

37 POſt immaturam *a* Arnulphi Iunioris Marchionis mortem, cuius auus Magnus extitit Arnulphus, Balduinus filius eius cum matre *b* Rozalâ derelictus eſt paruulus. Hic enim eſt, qui poſteà Prolixæ barbæ dictus eſt Balduinus, cuius mater Rozala, filia fuit Berengarij Regis Italiæ, quæ poſt mortem Arnulphi Principis, *c* Roberto Regi Francorum nupſit, & Suſanna dicta, mutato nomine, Regina regnauit. Quæ cùm adhuc vidua, & filius eius *d* Balduinus eſſet infantulus, tanta in regione noſtrâ commanentium facta eſt peturbatio, vt non tam ad hoſtile quàm inteſtinum, bellum pertraheretur ipſa diſſenſio. Multi enim ea, quæ à patre pueri huius in beneficium poſſidebant, in hâc perturbatione, ac ſi propria eſſent, vſurpabant. Quo tempore quidam nobilis proſapiæ Eilbodo Curtraci territorio præſidebat, cuius vxor *e* Immacin, nobilis æquè proſapiæ, dicta fuit. Ipſo autem Eilbodone defuncto, Balduinus iuuenculus, qui ex ſucceſſione hæreditariâ in principatu monarchiæ Flandrenſis, gratiâ Dei, iam conualuerat, Comitatum Curtracenſem ditioni ſuæ, vt etiam poſteà fecit, ſubdere cogitabat. Sed Curtracenſes cùm aliquanto tempore rebellaſſent, Harlebecenſes in proximo ſibi commanentes, qui dominio Balduini Marchionis ſubiacenbant, ſeditionibus & inimicitiis frequenter impetebant. Illis verò fortiter repugnantibus, Curtracenſes quindecim ſuæ partis homines, in hoc ipſos coniuratum, noctu miſerunt, & vt villam Harlebecenſem igni ſuccenderent, factis ſacramentis iniunxerunt. Qui primâ vigiliâ noctis aduenientes, villam, vt coniurauerant, omni ex parte igni ſuccenderunt. Flammæ autem, vi ventorum impellente, domos domibus cohærentes conſumebant, Eccleſiamque S. Bertulphi ita repentè inuadebant, vt nihil aut vix aliquid ſuppellectilis Eccleſiaſticæ exinde poſſet auferri. Erat autem in eadem eccleſiâ pars non minima oſſium eiuſdem ſancti Confeſſoris, quam dudum venerabilis ipſius Eccleſiæ Sacerdos Theodradus à Magno, vt præſcriptum eſt, impetrauit Arnulpho, eo videlicet tempore, cùm ab eodem glorioſo Marchione ſanctiſſimum Sancti corpus Blandinium transferebatur. Quæ quidem ſacræ reliquiæ cùm multis diebus magnâ ab incolis loci illius venerarentur diligentiâ, tunc igni videbantur abſumendæ, non ſine maxi nâ

a

b

c

nam tempore belli ciuilis.

d

e

Harlebecâ à Curtracenſibus incendiâ, temploq; combuſtos

F

AVCTORE MONACHO BLANDINIENSI.

omnium mœſtitiâ. Adſtabat tunc ipſius Eccleſiæ Sacerdos, Bugecinus nomine, ſummâ animi deiectus mœſtitudine. Decidente autem pro immenſitate ignium omni eccleſiæ tecto, loculoque, in quo Sancti continebantur pignora, flammis conſumpto, cùm iam miſerabilis de ereptione ſanctarum reliquiarum omnes inuaderet deſperatio, ideoque lacrymabilis ad Deum Sanctumque Bertulphum omnium fieret inuocatio; ecce inter ipſas flammas cœpit crepitus quidam fragorque immenſus audiri, videbaturque quaſi congeſtus in vnum formicarum acervus ſenſim efferri, qui leniter ex ipſis flammis emergens, repentè ſurſum eſt elatus, ſtatimque ſuper expãſum Sacerdotis, quo circumamiciebatur, veſtimentum, cunctis mirantibus eſt depoſitus. Qui diligenter intuens, quidnam eſſet, oſſa vidit humana, in ſuperficie quidem tactu ignis denigrata, & non, vt efferebantur, in vnum cohærentia, ſed, vt leuiùs agnoſci poſſent, alterum ab altero diſiuncta. Tunc incunctanter adſtantes, hæc S. Bertulphi intelligentes fuiſſe pignora, virtute diuinâ & ſubuectione angelicâ ex ipſis ignium flammis elata, ad comparationem tanti theſauri, detrimenta rerum ſuarum, ignibus abſumptarum, quaſi nihili pendebant, Deoque,
B tam gloriosè Sanctum ſuum glorificanti, laudes & gratias toto corde referebant.

è flammis miraculosè extracta,

38 Igitur Harlebecenſis Eccleſiæ ciues, eas ipſas S. Bertulphi reliquias naui impoſitas, quoniam & eccleſia propria cremata fuit, & hoſtilis incurſionis metus imminebat, per Legiam fluuium ad *f* Viuium caſtellum, tunc temporis munitiſſimum, deportarunt. Poſt aliquantum verò temporis placuit ipſis referre reliquias, iterumque naui impoſitas ad propriam parochiam reportare inſtituebant. Sed inter eundum quibuſdam incidit dubitatio, vtrùm verè, quæ ab eis deportabantur, S. Bertulphi eſſent reliquiæ. Quod memoratus illorum Sacerdos Bugecinus, qui interfuit, intelligens, omni cordis intentione Deum orauit, vt pro miſericordiâ ſuâ euidens huius rei ſignum oſtendere dignaretur. Tum ecce grex auium deſuper volitans apparuit, in cuius extremo agmine ales quædam candidi coloris, quæ ceteris præſtantior eſſe videbatur, apparuit. Quam diligentiùs Sacerdos intuens, In nomine, inquit, Dei tibi præcipio, vt ſi verè hæ Sancti ſunt reliquiæ Bertulphi, tu ſuper ipſas ſine morâ deſcendas. Quo dicto, auis illa, relicto præcuntium agmine, deſcendit, & in gremio Sacerdotis, reliquias ſanctas tenentis, reſedit. Quam ille blandâ manu, quamdiu placuit, cunctis admirantibus, contrectauit; itaque
C abſterſo à cordibus illorum omni dubitationis ſcrupulo, liberè abire permiſit.

f Viuium delata.

noua & mirabili miraculo vera approbata,

39 His agnitis, Rozala, quæ & Suſanna, diuæ memoriæ Domina, cum Balduino filio adoleſcentulo Marchione aduenit, conſilioque cum ſuis habito, reliquias ſanctas inde abſportauit, & in Blandinienſi Eccleſiâ reliquæ parti corporis ipſius Sancti appoſuit, parte quadam ex eis Eccleſiæ nuper crematæ reddità. Hæc ita eſſe cùm multi ex ore progenitorum ſuorum loquantur, quædam tamen fidelis mulier etiamnum ſupereſt, quæ cum iureiurando ſe præſentem his interfuiſſe memorat, & quæ iam diximus, vera eſſe, viuâ voce teſtatur. Et hoc ſatis tam auditu quàm viſu, quiſquis eadem Sancti membra inſpexit, comperire potuit, non niſi virtute Dei ex ipſis ignium flammis ſacras reliquias ereptas eſſe, quia vt in ipſis apparet, omni eccleſiâ & loculo, in quo continebantur, exuſtis, ita ſunt ab igni comprehenſæ, vt nullâ humani ingenij induſtriâ extrahi potuerint, & niſi angelicâ virtute abducerentur, in fauillas vel cineres vſque redigi oporteret. Sed iam ad perſcribendum ſanctæ Tranſlationis ordinem redeamus.

Gandauũ ad Blandinienſe cœnobium deportata erant.

a Arnulphus II, *ſiue* Iunior, *patre* Balduino III *an.* 961 *mortuo, ſub Arnulphi Magni, auiſui tutelâ triennio fuit; nam is anno demum* 964 *deceſſit: Iunior verò an.* 989. 30 *Martij, vel* D *vt vult Malbrancus* 10 *Martij* 988

b *Alii* Roſula, *Meiero* Roſala, *Miraeo* Roſella *dicitur, filia Berengarij* II, *quian.* 950 *Italiæ Regis titulum aſſumpſit, tenuitq; annis* 12, *eo ab Ottone* I *Imp. exutus, abductuſq; in Germaniam, Bamberga obiit an.* 966.

c *Hic* Hugonis Capeti *filius, cum patre ab an.* 988 *vſque ad* 997 *regnauit, deinceps ſolus vſque ad* XIII *Kal. Aug* 1033. *Huic ſi* Roſala *nupſit, repudiatam dein fuiſſe cenſent Sammarthani. Eam an.* 1003 VII *Kal. Febr. Compendij obiiſſe ſcribit Meierus, Gandaui ſepultam.*

d Balduinus Barbatus, *ſiue* prolixæ, (*vt hic dicitur*) *aut* pulchræ barbæ, *obiit an.* 1036 30 *Maij, cùm imperaſſet* 37 *annos, menſes* 2.

e *MS. Harlebecenſe, quocum hoc caput collatum eſt,* Imma.

f *Meierus,* Viuum. *Geminus eſt ad vtramque Legiæ ripam pagus inter Harlebecam & Deinſam; qui ad dextram* S. Eligij Viuium *dicitur, S.* Bauonis Viuium, *qui ad ſiniſtram.*

CAPVT X

Reliquiæ S. Bertulphi, & aliæ, in nouam thecam, nouamque aram impoſitæ.

40 IN transferendis S. Bertulphi reliquiis, gloriæ eius gloriam hanc Chriſtus adiunxit, vt ſicut gaudij E Sanctorum conſors eſt in cælis, ita etiam reliquiarum eorumdem ſecum transferendarum conſors fieret in terris. Cui hoc ſpeciale mox transferendo decus fuit, quòd ſacratiſſimam Chriſti Virginem Amalbergam hac ſui Tranſlatione ſociam habere meruit. Quod vt factum ſit, lectori paucis indicare non pigebit. Erat in Orientali ſanctæ Blandinienſis Eccleſiæ apſide ſcrinium immensâ ætate in abdito repoſitum, quod à quibuſdam Fratribus deuotè eò admiſſis eſt apertum, & in eo quiddam diuini horroris repertum. Nam erat in eo cernere omnem penè virginei corporis Virginis Chriſti Amalbergæ puluerem, & plures caſtiſſimorum oſſium ipſius particulas vnà cum veſtimentis eius & peplo, perâ quoque & baculo, cilicio etiam, & ſacrato pretioſi operis coloriſque velo: velo, inquam, quo diuinitus per *a* B. Willibrordum Sanctamque Gertrudem legitur velata, Deoque conſecrata. Fratres ad tam ſanctum ſpectaculum ſecretiùs admiſſi, reperto tam pretioſo theſauro, non parùm gaudebant, eumque cum corpore S. Bertulphi collocare dignum ducebant. Quod & factum eſt.

Reliquiæ S. Amelbergæ Virg. ſimul ad Memoriã fidelium defunctorũ tranſlatæ.

a Ipſa viſitata.

41 Ea ſiquidem tempeſtate, quæ ſacram S. Bertulphi reliquiarumque Virginis Chriſti Amalbergæ Tranſlationem præceſſerat, inundationis incommodis vniuerſa regio laborabat, adeò vt à ſidere Arietis F vſque ad Geminos, nec pluuiales cælo nubes, nec terræ deeſſent imbres. Sol Aquarium exibat, prope ſidus Cancri reſpiciebat, & tamen Aquarius plus ſolito imbres non ceſſabat effundere. Cerneres inundationem circumquaque graſſari inexhauſtam, & laborantibus agricolis omnem futuram meſſis ſpem adimi. Et ecce ante Tranſlationis diem, cùm ſe ad perſcrutandum ſancti Confeſſoris loculum Fratres, quos diximus, contuliſſent, eamque cum fide & tremore aperuiſſent, imbre ſuſpenſo ſerenitas mox redit, ita vt vnum idemque eſſet, Fratres loculum aperuiſſe, cataractaſque cæli pluuias retraxiſſe. In apertione quippe loculi Sancti ſui, miſertus eſt Dominus populi ſui, finum illi miſericordiæ ſuæ aperiens, tempeſtatemque iubens faceſſere. Renouantur hîc in Sancto Dei antiqua miracula, quæ non minùs defuncto, quàm olim viuenti familiaria fuêre. Qui enim iampridem ſub dio poſitus, pluuiæ incommoda non ſenſit; hic etiam ad artuum ſuorum attrectationem, imbrium ſuſpendit inundationem; tantò nunc miraculis & virtutibus excellentior, quantò Diuino conſpectui præſentior. Nec alienum à fide eſt, Deum Sancti huius Tranſlationem mox futuram ſic diſpoſuiſſe, quem pro eâ diſponendâ tempeſtatis inſolentiam compeſcuiſſe credimus. Gra-

eâ Tranſlatione diuturna & noxia pluuia repreſſa.

dere

A dere nunc, bone Ieſu, nobiſcum, & ad peragendam ſanctarum reliquiarum Confeſſoris & Virginis tuæ Tranſlationem, puram nobis tribue deuotionem.

42 Sacratiſſima dies Pentecoſtes XIV Calend. Iunij lucescebat, cùm aduentum ſancti Spiritus Eccleſia generaliter celebrem habuit. Quâ die placuit Fratribus ſacroſanctum corpus B. Bertulphi cum S. Amalbergæ reliquiis ad memoriam, quàm antè memorauimus, fidelium defunctorum deportare, & die craſtino de locello vetuſto in nouum transferre. Quod conſultò quidem ab eis definitum eſt, videlicet vt animæ fidelium defunctorum in aduentu Spiritus ſancti, lætificarentur etiam aduentu corporis ſancti. Nam & hac celebri die plus ſolito confluentem plebem recepit Eccleſia, ſacra ibi Miſſarum ſolennia celebraturam. Innotuit etiam res populis quæ agebatur de deportatione ſanctiſſimi corporis. Vnde complures tam huius rei pia nouitas, quàm ſacra Paracleti ſolennitas inuitabat, tantò liberiùs confluentes, quantò diu optatâ tandemque huius meritis conceſsâ ſerenitate impenſiùs lætabantur. Et tertiâ quidem diei horâ, quâ ſe Spiritus ſanctus diſcipulorum olim cordibus infudit, ante Miſſarum ſolennia Fratres ad Sancta Sanctorum cum thymiamateriis & hymnis accedunt, loculum, quo ſacratiſſimum B corpus continebatur, deponunt, ac proſequente pſallentium choro, memoriam, quam diximus, fidelium defunctorum adeunt, nouoque altari eum imponunt, nocturnas illic in honorem Dei Sanctique huius acturi vigilias, craſtinumque expectaturi diem ad transferendas illius ſanctæque Virginis, quæ ſimul aduectæ ſunt, de thecâ in thecam reliquias.

19 Maij, die Pentecoſtes,

magno cũ cursu populi,

altari impoſita reliquiæ.

43 Craſtina porrò dies populis optatiſſima illuxit, quæ ad diuinum illud ſpectaculum illos vndecumque inuitârat. Magnam & præclaram hac die iucunditatem, magnam æquè Sancto ſuo Omnipotens prærogauit ſolennitatem. Clerus omnis de adiacentibus Eccleſiis, monachorum chorus de cœnobiis, tam plebs vrbana de vrbibus; quàm vulgus promiſcuum accurrit de rure, vt in futurâ ſanctiſſimi corporis Tranſlatione, optatâ viſione fruantur. Nec piguit ob ſanctiſſimi huius corporis reliquiarumque Virginis Amelbergæ reuerentiam, circumiacentium Sanctorum corpora ſuam præſentiam exhibere. Nam S. *b* Liuinum Martyrem, & B. *c* Pharaildem Chriſti Virginem, Sanctum quoque *d* Gerulphum æquè Martyrem, ſinguli de ſuis locis obuios exhibuêre, in magnâque populi proſequentis frequentiâ gaudij noſtri participes eſſe voluerunt. Præterea aliæ complures reliquiæ longo illo Tranſlationis ſanctiſſimi Patris noſtri Bertulphi, ſanctæque Virginis Amelbergæ itinere proceſsêre obuiàm. Nouum quippe glorioſumque genus ſpectaculi hunc inuitauit populi conuentum: qui ſanè tam frequens accurrit, vt nec ambitus, nec atrium eccleſiæ eum capere ſufficeret.

20 Maij allatio ad ſolennitatẽ aliorũ SS. reliquiæ,
b
c
d

C

44 Expectantibus interea in eccleſiâ populis, Sacerdotes ad memoriam fidelium defunctorum procedunt cum infulis, minoreſque Eccleſiæ gradus cum crucibus & thymiamateriis. Populus quoque, qui tam multus conuenerat, niſu quo potuit, ſe ad ſpectandum ingeſſit, vel religione, vel rei nouitate, aut etiam ſpe impetrandi aliquid pro benedictione de Sancti corpore incitatus. Et præmiſsâ Litaniâ, adiunctis etiam laudibus tam diuino operi congruentibus, ac Sacerdotibus, qui huic ſanctiſſimo negotio aderant, ad altare accedentibus, pretioſiſſimi theſauri loculus aperitur. Corpus ſanctiſſimum ſindone inuolutum altari imponitur; ſigillo rupto, titulus pretioſæ glebæ teſtis legitur, cunctiſque quibus accedendi vel videndi libe-

præmiſsâ Litaniâ,

propõnitur ſpectandũ S. Bertulphi corpus:

rior facultas erat, palàm exponitur. Oculis hæc cernentibus lacrymas pias pia æquè lætitia exprimit, atque hæc cernentes ſpe cernendi etiam maiora afficit. Locellus deinde minor coràm expónitur; ſigilli item titulus, quem prædiximus, audientibus cunctis legitur.

Cumque hinc corpus ſanctiſſimum, inde quod corpori deerat, modicè igne tactum conſpiceretur, teſtibus titulis vnà cum ſigillis, veteri manu deſcriptis, facilè id, quod viſum eſt, populo fidem fecit, membra ſanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Bertulphi integro ferè D numero illic repoſita aſſeruari.

A VETORE MONACHO BLANDINIENSI.

45 Ex conſequentibus hiinc cauſſis conſtat, ſanctiſſimi Patris hanc Tranſlationem maioris illi per Chriſtum honoris fuiſſe occaſionem. Cuius pignora quia aliquantò negligentiùs vſque ad id temporis habita fuêre, maiorem ſolito deinceps habuêre reuerentiam. Neque enim decuit hanc Chriſti lucernam ſub modio, ſed ſuper candelabrum poni, vt ingredientibus in Eccleſiam Dei, in edito cariſſimam prætenderet præſentiàm. Et vt latiùs ſanctitatis ſuæ diffunderet odorem, aliquantam pignorum ſuorum per Eccleſias Dei paſſus eſt diſtributionem fieri. Quod vt fieret, deuotio, non temeritas; non ſuperbia, ſed humilitas promeruit. Nam inſpirante Spiritu ſancto animis fidelium, ad Tranſlationem eius deuotè confluentium, perſuaſum eſt pro benedictione aliquid de pignoribus illius expetere, vt vel in modicâ reliquiarum eius portiunculâ ſinguli Sanctum quaſi totum præſentem colerent, cuius ope & interceſſione nihilominùs ſe iuuari confiderent. Nec fefellit poſcentes Fratrum benigna B caritas, nec eluſa eſt piè poſcentium deuota humilitas: dum & illi, quod poſcebatur, ſine damno de pignoribus Sancti concedebant, & iſti pro magno ſuo lucro vel parùm aliquid de reliquiis eiuſdem Patris accipiebant. Vnde & apud ſingulos tanti hodieque habitus eſt, quaſi apud ſingulos totus eſſet corporali præſentiâ, qui ſingulis vtique totus, fideli præſens eſt benenolentiâ & amore.

(cuius particulæ quibuſdã donatæ.)

46 Acceſſit quoque gloriæ eius ingens aliorum Sanctorum gloria, quam in terris per homines Deus, Dei ſapientiâ, procurauit. Nam ad Sancti ſui glorificationem multorum cum eo pignorum fieri voluit Tranſlationem, licet minùs idoneè per nos humiles adminiſtratam; affectu tamen, quo potuimus, coronatam. Enimuerò cùm beatiſſimi Patris noſtri Bertulphi corpus linteaminibus mundis inuolutum, diligenter obſignatum, & de thecâ in thecam eſſet tranſlatum, acceduut Fratres tam ſtudioſè quàm religioſè ad tranſponenda in eamdem, in quâ Sanctus hic repoſitus erat, thecam, aliorum Sanctorum reliquias, eaque atteſtantibus illarum titulis, his qui affuerant, coràm exponuntur, affixiſque ſigillis, diligenter cum corpore Sancti reconduntur. Acta eſt hæc tranſlatio anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptuageſimotertio, Indictione vndecimâ, *e* Alexandro Papa Apoſtolicæ Sedi, & Eccleſiæ Nouiomenſi Pontifice Radbodo præſidente, regnante Francorum Rege Philippo, & Roberto Flandriæ monarchiam tenente. Tranſlatus eſt autem hic ſanctus Pater & pretioſus Chriſti Confeſſor Bertulphus cum ſupradictis admirandæ Virginis Amalbergæ multorumque Sanctorum pignoribus de Orientali ſanctæ Blandinienſis Eccleſiæ parte ad altare, quod in medio ipſius baſilicæ ædificatum & conſecratum eſt in memoriam ſanctæ Incarnationis, natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis & adſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in commemorationem omnium fidelium defunctorum, atque à Domino Abbate Folcardo cum iiſdem S. Amelbergæ, aliorumque Sanctorum reliquiis, in locello nouo collocatus, ipſo cum Fratribus ſibi creditæ congregationis hanc eamdem Tranſlationem adminiſtrante, anno regiminis ſui tertio, XIII Calend. Iunij, coram multitudine copioſâ monachorum, Clericorum ac vtriuſque ſexus hominum. Ceterùm quia huius diœceſeos Antiſtes huic ſanctæ Tranſlationi, diu licet exſpectatus, aliaſque occupatus, intereſſe non potuit, proximo ſuo ad nos aduentu tam præſentibus per ſe, quàm abſentibus per litteras, diem hunc feſtiuè celebrem

obſignatiũ, noua thecæ imponitur,

F

e

tum aliis SS. reliquiis.

A constituit, ad laudem Christi, Sanctorumque suorum, in quibus cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

a *Hoc velum* SS. Willebrordus & Gertrudis *ei apparentes, intra tres triennium morituram denuntiantes, imposuerunt, vt in eius Vitâ* 10 *Iulij dicitur; ideoque hîc additur*, diuinitus *per eos* legi velatam. *Quod si expendisset Fisen noster in Floribus Ecclesiæ Leodien. non reprehendisset hunc auctorem, ita scribens:* Virginitatis velum hîc (*Belisiæ*) susceptum Amalberga manu Willebrordi & Gertrudis; vt quidem placet scriptori Vitæ S. Bertulphi. Sed cùm ante annos ferme triginta diem obierit Gertrudis, atque adeò Willebrordum videre numquàm potuerit; hoc equidem Landiadæ tribuere mallem. *Non* D
ppus hoc certè quidem. Non vidit Gertrudem viuentem vi-
uens Amalberga, sed in somno, velumque visa est videre ab eâ de
capite suo sumi, à S. Willebrordo benedici, ac denuò capiti suo
imponi. Porrò S. Gertrudis Vitam dabimus 17 *Martij, S. Wil-*
lebrordi 7 *Nouemb.*

b *Colitur* S. Liuinus *Ep. M.* 12 *Nouemb.*

c S. Pharaildis 4 *Ianuarij.* d S. Getulphus 21 *Septemb.*

e *Iam mortuus erat* Alexander II *Papa eo ipso anno* X *Kalend. Maias; sed fortassis id adhuc Gandaui* XIII *Kalend. Iunij intellectum non erat.*

f Philippus I *Gallia Rex coronatus est* 23 *Maij* 1059, *patre* Henrico *superstite & annuente, qui anno sequenti,* 4 *Augusti decessit: Philippus verò* 29 *Iulij an.* 1108.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
INDRACTO, DOMINICA ET IX SOCIIS,
GLASTONIÆ IN ANGLIA,

G. H. Commentarus præuius.

§ 1 *Horum Sanctorum patria: loca peregrinatione illustrata. Ætas SS. Indracti, Guthlaci & Inæ Regis.*

INITIO SECVLI VIII. V FEBR. *Varij apud Hibernos* Indracti *appellati.*

1 VM S. Indracto, *vel* Indrecto *ac deinde, in eadem Hiberniâ, plures eiusdem nominis vixerunt.* Indrectus *Dunchadi filius Connaciæ Rex anno* IↃCCV *vitâ functus,* Indrectus *alter Connaciæ Rex Mureday filius anno* IↃCCXCI *extinctus,* Indrectus *Episcopus de Kill-mic-duach mortuus anno* IↃCCCXIV; Indractus *Finactani nepos, S. Columbæ Kille Comorbanus, anno* IↃCCCLII, XII *Martij ab Anglo-Saxonibus interfectus,* Indrectus *Abbas Benchorensis anno* IↃCCCCI *defunctus;* Indrectus *Abbas Treodensis anno* IↃCCCCXVII *in suo monasterio interemptus. Hos refert Ioannes Colganus ad* V *Februarij, num.* 3 *ad huius Indracti Vitam.*

Loca in Britanniâ SS. Indracti & sociorum aditu & nece illustrata.

2 *Peregrinatione SS. Indracti & sociorum, aliquot Britanniæ, seu modernæ Angliæ, loca celebriora reddita. Primus extructo oratorio locus est in Damnoniis, ad fluuium Tamaram, qui regiones Cornwalliam & Deuoniam disterminat, vbi ortus* Tamerunta, *Cambdeno* Tamerworth, *fortè & iam castrum* Tremanton *caput illustris Baroniæ, ad oram Australem non procul ab oppido & portu Plimmuto. Alia apud Belgas vicinos sunt in Comitatu Somersetano: ibi* Scapwic-
C kia *cæde & martyrio Indracti sociorumque nobilitata, in districtu, vulgò Hundredâ, Withligensi. Ibidem* Pedret *sedes S. Inæ Occiduorum Saxonum Regis, qui inde locum vbi sancta corpora in foueâ abscondita iacebant, Diuinâ didicit reuelatione. Est autem* Pedret, *alias* Pedridan, *Inæ regia, nunc* Pederton, *foro & nundinis adhuc celebre, in Australi prouinciæ parte ad fluuium Pedredum, qui illi nomen fecit, aut ab eo accepit. Denique Glastonia, seu Glastonia, celeberrimum antiquissimumque monasterium à S. Inâ Rege innouatum, vt pluribus deducimus ad huius natalem* VI *Februarij: ad cuius monasterij templum sacra hæc pignora honorificè delata sunt. In eiusdem monasterij MS. codice, sub titulo,* De Sanctis ibidem requiescentibus, *hæc legimus:* Illic requiescit S. Indractus Martyr cum septem sociis suis. Hi verò ex regali Hibernienſium prosapiâ fuerunt: qui qualiter martyrizati fuerunt, in eorum gestis manifestè scriptum est. *Dein sub hoc titulo,* Nomina Sanctorum in Ecclesiâ Glastonienſi requiescentium sub breuitate collecta, *ita scribitur:* S. Indractus cum sociis suis.

Tempore regni S. Inæ occisi sunt.

3 *Tempus martyrij vtcumque colligimus ex Vitâ S. Inæ Regis, quem ab anno* DCLXXXIX *ad annum* DCCXXVIII *imperasse Occidentalibus Saxonibus ad eius Vitam ostendimus. Hic in Actis* Rex *dicitur, & curasse vt sacra pignora* Glastoniæ *sepelirentur, quem locum variis priuilegiis exornauit, datis anno* DCXCIII DCCIV DCCXXI & DCCXXV. *Colganus miraculum pueri Guthlaci ad sepulchrum S. Indracti subitò legendi scientiâ imbuti, de S. Guthlaco dein Eremitâ accipit, cuius Vitam auctore Felice coæuo dabimus* XI *Aprilis, in quâ accuratissimè referuntur varia prodigia ac miracula, quæ huic contigerunt adhuc vtero materno incluso, in ipsâ deinde natiuitate ac reliquâ pueritiâ, absque vllâ huius infusæ scientiæ mentione. Vnicum Colgani argumentum est,* non esse verisimile, tam ingens miraculum; & aliàs non tam necessarium, factum esse circa Infantem aliquem, nisi intuitu futuræ sanctitatis eius. *Verùm, nisi sufficiat gloriam Dei in seruo suo S. Indracto manifestari, certè quàm plurima miracula ingentia & aliàs non tam necessaria, ex Actis Sanctorum Hiberniæ essent expungenda. Secundò cùm ex quatuor locis suprà à nobis relatis solam Glastoniâ in Notis indicârit Colganus, innuit se in Anglicanis historiis non tam accuratè inquisiuisse de variis Gutlacis, quàm suprà eum laudauimus fecisse in Hibernis Indractis. Sed nec illud necesse est, vt hîc demonstretur, in quem virum postea hic puer euaserit. Sufficit ostendi non fuisse celebrem illum S. Guthlacum, primò ob silentium omnium auctorum, etiam Malmesburiensis tam in hac S. Indracti Vitâ, quàm in Gestis Pontificum Anglorum, vbi de vtroque agit, lib.* 2 *de S. Indracto & lib.* 4 *de S. Gutlaco. Secundò, Parentes S. Guthlaci procul inde habitabant inter Mediterraneos Anglos, è regiâ stirpe prognati, vt non videantur tam remotam in alienum regnum cum filiolo teneræ adhuc ætatis peregrinationem suscepisse; quam etiam non omisissent indicare auctores, si tanto Diuina benignitas eam fauore fuisset dignata. Postremò ipsa S. Guthlaci ætas cum annis vitæ S. Inæ Regis collata clarè conuincit in hisce Actis eius non indicari pueritiam. Migrauit è vitâ Gutlacus anno* DCC-
XIV *feriâ quartâ Paschatis* XI *Aprilis, cyclo Solis* XXV, *litterâ Dominicali* G, *& cyclo Lunæ* XII, *die Paschatis conuenientè in* VIII *Aprilis. Vixerat autem ad annum vsque* XXV *ætatis, quando habitum Ecclesiasticum assumpsit, Clero annumeratus; biennio inde absoluto, eremum ingressus, solitariam vitam per* XV *annos egit, vitâ functus anno ætatis* XLII, *natus circa annum* DCLXXIII. *Quo tempore Regem Inam constat nullo modo ætatem adultam attigisse; qui scilicet sedecim inde elapsis annis Rex creatus, suasu & instituto, siue; vt alij tradunt,* exhortatione & doctrinâ patris sui Kenredi, *regnum administrauit, vt ipse de se Ina scribit in proœmio Legum suarum, quas refert Spelmannus inter Concilia Britannica ad annum* DCXCII, *regni eius* IV. *Prætereà accuratè inspectâ vltimâ eius ad limina Apostolorum peregrinatione, in quâ, vt tradit Malmesburiensis lib.* 1 *de gestis Regum Anglorum cap.* 2, Romæ amictu plebeio tectus clàm conse-
nuit, *non facilè iudicabitur sexagenario maior regnum reliquisse*

S. Guthlacus Eremita,

non accepit puer ad eorum sepulchrũ scientiam infusam,

apud mediterraneos Anglos natus,

F

circa annum 673,

tum S. Inâ Rege

A quisse anno Christi DCCXXVIII: vt natus videatur circa annum DCLXVIII, quinquennio tantùm S. Guthlaco senior: ac proinde vt decennis circiter fuisset tempore cædis S. Indracti, cùm ea scientia puerulo Guthlaco infunderetur: si tamen id miraculum probetur; mox à translatis Reliquiis, & non post plurima etiam annorum curricula contigisse.

puero adhuc exisienti.

§ II *Acta S. Indracti conscripta. Cultus sacer. Numerus sociorum.*

Vitam horum Sanctorũ scripsit Malmesburiẽsis,

4 IDem Malmesburiensis, cognomento Somersetensis, inter alia opera sua historica, scripsit librum de Antiquitatibus monasterij Glastonien sis, & Vitas aliquorum Sanctorum, quorum in illius monasterij ecclesiâ sacra pignora quiescunt: videlicet SS. Dunstani, Patricij, Benigni & Indracti, vti tradunt de scriptoribus Britanniæ Ioannes Balæus centuriâ 2, num. 73 & Ioannes Pitseus num. 201, & libro 2 de Historicis Latinis Gerardus Ioannes Vossius cap. 51. Hanc autem, quam ex Legendâ Capgratij de Sanctis Angliæ damus Vitam S. Indracti, verisimile est, iudice etiam Colgano, à Malmesburiensi scriptam esse, quòd Magnum Patricium Hibernorum Apostolum in eâ tradat apud Glastonienses vitam in senectute bonâ consummasse: vti etiam refert lib. 2 de gestis Pontificum Anglorum, titulo de Episcopis Wellensibus, sub quibus Glastonia fuit; quam illic describens, ista addit: Iacet ibi Patricius, si credere dignum, natione Britto, B. Germani Autissiodorensis discipulus, quem à Papâ Cælestino ordinatum Episcopum Hibernien sibus misit Apostolum. Qui cùm multis annis in conuersione illius gentis, suo agente labore, Dei gratiâ cooperante, non nihil promouisset, tandem annosæ peregrinationis tædio simul & vicino senio admonitus, patriam redeundum ratus, ibi diem clausit. Subsecuti sunt magistrum * Hindrachus Hibernien sis Regis filius (cuius indole nihil dulcius, nihil sanctius) & VII Comites illius terræ spectabiles. Quos ibidem irruentibus latrunculis cæsos, in Martyres credula consecrauit antiquitas. *Quod scilicet* propriè *Martyres non essent, in odium fidei Christi interempti: quod tamen traditur infrà in Martyrologio Sarisburiensi. Solent tamen simili occasione trucidati, dum postea miraculis clari, Sanctorum catalogo adscribuntur, Martyribus adiungi, quòd plerumque odio sanctioris vitæ, aut vestis monasticæ ad cædem latrones instigentur.* Sedit S. Cælestinus Papa ab anno CDXXIII ad annum CDXXXII, quo VI Aprilis decessit: cùm antè S. Patricium Episcopum consecrasset, missum à S. Germano Antissiodorensi, cuius Vitam dabimus XXXI Iulij. Superuixit S. Patricius ad annum Christi CDXCIII, quo, XVII die Martij, feriâ quartâ, vitâ functus est: vt eum S. Indractus non aliter Magistrum habuerit, quàm communem antiquorum Hibernien sium Doctorem & Apostolum in insulâ eâ ad fidem Christi adducendâ. Inter discipulos à S. Patricio instructos censetur apud Iocelinum in huius Vitâ num. 186 alter S. Patricius filiolus eius, qui post decessum Patris sui Britanniam remeans, in fata decessit, in Glascon ensi ecclesiâ honorificè sepultus. *Hunc videntur Glastonienses cùm priore confudisse: dies ei natalis assignatur* XXIV *Augusti. Sed de variis Patriciis suo loco agemus.*

B *& alibi de eisdẽ agit,*

* *al.* Intrahtus.

Idem cum iuniore Patricio confusus.

5 *De S. Indracto eiusq; sociis hæc traduntur in Martyrologio Anglicano* V *Februarij:* Eodem die Glastoniæ in Somersetiâ solennitas S. Indracti Martyris, qui ex regio Hibernorum sanguine oriundus, peregrinationis caussâ Glastoniam veniens, Romam proficisci cogitans ad corpora Apostolorum inuisenda, cum nouem aliis sociis, & Drusâ sorore suâ, Schapwickiæ in eâdem prouinciâ à nefariis quibusdam Saxonibus Occidentalibus anno Christi DCCVIII trucidatus est. Horum corpora postea cum magnâ solennitate ad Abbatiam Glastonien sem translata sunt, ibidemque honorificè terræ mandata. Ad quorum innocentiam indicandam dignatus est Deus multa miracula patrare. *Ferrarius in generali Sanctorum catalogo,* In Angliâ, *inquit,* S. Indracti Martyris. *absque vllâ sociorum mentione. Citat dictum*

Coluntur S. Indractus & socij 5 Februarij.

Februarij Tom. I.

C *quomodò Indracti Magister censendus S. Patricius?*

Martyrologium Anglicanum, & Catalogum Sanctorum Britanniæ: forsan Hiberniæ intelligit, editum ab Henrico Fitz-Simone nostro, à quo tamen refertur Indractus Martyr cum nouem sociis. AVCTORE G. H. D

6 VIII *Maij refert eosdem Richardus Whitfordus in Martyrologio Sarisburiensi Londini ante annos* CXL *excuso his verbis:* Item festum S. Indracti Regis Hiberniæ, qui abdicato regno Romam profectus est cum S. Dominicâ suâ sorore, & variis aliis, qui omnes priuatam duxerunt vitam sanctitate & miraculis plenam, & tandem pro fide Christi martyrio coronati sunt. *Plures cultui eorum addictos dies facile est vt suspicemur, ob eorum cædem, tum corporum absconditorum cælestem reuelationem, inuentionem, solennem translationem, seu primam sepulturam apud Glastonienses: quorum vetustâ ecclesiâ anno* MCLXXXIV *combustâ,* effossa sunt corpora Sanctorum Patricij à dextris altaris, Indracti sociorumque eius à sinistris & S. Gildæ de pauimento ante altare, & in scrinijs collocata: *vt ex anonymo Glastonien si Chronographo tradidit Vsserius in Primordijs Britannicarum Ecclesiarum cap.* 14.

& 8 Maij:

eorũ corpora trãslata.

7 *Agit de eisdem Hannerus in Annalibus Hiberniæ apud Colganum in Notis ad hanc Vitam, & sororem S. Indracti cum auctore Vitæ & Whitfordo* Dominicam *nominat, quæ Martyrologo Anglicano* Drusa *est. Malmesburien sis & Capgratius in Vitâ cum Whitfordo Romanam peregrinationem obitam scribunt; at solùm cœptam vult Wilsonus in Martyrologio. Whitfordus etiam sociam huius itineris Romani facit sororem Dominicam, quam in oratorio Tamerintano in Cornubiâ ab iis extructo tum relictam Acta ostendunt. Sororem à reditu sibi adiunxisse S. Indractus videtur sociam peregrinationis ad sacra pignora Glastonien sia veneranda: hinc redeuntem, simul cum aliis trucidatam tradunt Martyrologia Sarisburiense & Anglicanum.*

E *S. Dominica soror S. Indracti,*

traditur simul occisa,

8 Socij *in Actis, & Martyrologio Anglicanè* nouem *numerantur, vti etiam apud Fitz-Simonem & Hannerum, quos solùm* septem *scribunt Malmesburien sis & auctor Glastonien sis suprà relati: sed eos ille* Comites terræ Hibernorum spectabiles, *iste* ex regali Hibernien sium prosapiâ *prognatos tradit; vt duo alij censendi sint adistorum seruitium assumpti.*

& socij nouem.

VITA

auctore Guilielmo Malmesbur.

ex Legendâ Io. Capgrauij.

1 POstquàm verò B. Patricius populum Hibernien sem ad fidem Christi in signis & prodigiis conuertisset, Britanniam mari transito aduenien s apud Glastoniam in senectute bonâ vitam feliciter consummauit. Hibernien ses enim, quia de Româ S. Patricius missus eis fuerat Apostolus, vrbem Glastoniam, orationis ac deuotionis gratiâ peregrini crebrò visitare solebant. Erat enim in Hibernâ Regis cuiusdam filius, nomine Indractus, litterarum studiis imbutus, virtutibus insignitus, & omnium morum honestate coram Deo & hominibus conspicuus: & vt gaudia possidere mereretur cælestia, regales delicias, & mundi blandimenta cum suis concupiscentiis penitùs calcare, & omni affectu fugere deliberauit. Assumptis ergo secum nouem consortibus cum sorore suâ, nomine Dominicâ, peregrinationis gratiâ versùs Romam iter arripuit. Cumque prospero nauigio in Britanniam ad portum nomine Tamerunta appulsi fuissent, per longum ibi tempus in Dei seruitio vitam arctissimam ducentes, oratorium, in quo orationibus iugiter vacarent, construxerunt.

S. Indractus filius Regis Hiberniæ,

cum sociis peregrinatione

in Britanniâ oratorium extruit:

2 Indractus verò baculum peregrinationis suæ ibidem in terram fixit, & sine morâ radices, frondes & folia

claret miraculo:

AVCTORE MALMESBVRIENSI.

folia in conſpectu omnium perduxit, & in maximam quercum & vmbroſum proceſſu temporis excreuit. Fecit quoque ſtagnum quoddam paruulum, de quo
A piſces iuxta numerum certum quotidie ſumpſit; & nec plures nec pauciores, ſed abſque numeri diminutione piſces in ſtagno ſemper inuenit. Accidit enim, vt vnus ſociorum ſuorum tentationi diabolicæ acquieſcens, piſcem vnum quadam die furari præſumeret, & offenſo Domino, quouſque piſces omnes defeciſſent, vnus quotidie de numero diminutus eſt. Quo viſo vir Dei Indractus obſtupuit, & moram ſuam in loco illo Deo vlteriùs non placere timens, vnanimi Fratrum conſenſu ſorori ſuæ valefecit, & Romam cum ſociis celeriter properauit.

ſorore iſtic relictâ, Romam adit:

3 Rediens autem in Britanniam, versùs Glaſtoniam ad S. Patricium ire, & preces Deo fundere diſpoſuit. Illis enim diebus Yne Rex Weſtſaxonum in villâ nomine Pedret curiam ſuam tenuit, cuius miniſtri in vil-
à reditu, tempore Ine Regis occiduorũ Saxonũ, lulis per circuitum diſperſi erant: inter quos erat quidam iniquitatis filius, nomine Hona, Indractum virum Dei & ſocios à Glaſtoniâ diſcedentes explorans, peras eorum pecuniâ repletas crudelis lictor exiſtimabat. Cumque non procul à Glaſtoniâ ſerui Dei recedentes,
B in lectis apud Shapwike quieſcerent; miniſter ſathanæ
occiditur cum ſociis. præfatus cum ſuis complicibus domum, in quâ innocentes dormiebant, violenter ingreſſus, extractis gladiis illos iugulare non timebant: & aſſumptis corporibus ſanctis in profundâ quadam foueâ, ne reperiri poſſent, illa abſconderunt.

4 Rex autem Yne nocte quadam nimio ventris dolore vexatus (vt noxias deleret, ac fortè mitigaret anguſtias) camerâ exiuit: & reſpiciens in cælũ, vidit co-
Corpora cæleſti reuelatione inuenta, lumnam quaſi ignis perſpicuam à loco, in quo Corpora ſancta abſcondita erant, in cælum tendentem: cuius ſplendor ſuos oculos, quocumque eos verteret, ſequebatur. Cumque per tres noctes eamdem viſio-
D nem perſpexiſſet, quibuſdam ſecum aſſumptis, venit ad locum, & inuentis Martyrum corporibus, cùm magno honore apud Glaſtoniam ea ſepeliri fecit. In-
Glaſtoniã deferũtur. dractum verò ad ſiniſtrum cornu altaris ex oppoſito feretri B. Patricij, & ſocios ſuos per pauimenti circuitum ponunt. Interfectores autem innocentium cum ceteris ibidem aſtantes, à dæmonibus arrepti, tam
latronibus diuinitus punitis. immaniter ſunt cruciati, qui carnes proprias adhuc vi-ui lacerabant, cum magnis clamoribus poſt modicum miſerabiliter vitam finientes.

5 Mulier quædam idolis ab infantiâ ſeruiens, nullis prædicationibus ad viam vitæ conuerti valens, cùm columnam à Rege viſam ſuper Sanctorum corpora vidiſſet, ad corpora Sanctorum appropinquare non
multi ad fidem conuertuntur: audens, cùm confeſſis Sacerdoti peccatis ſuis baptiſmi gratiam conſecuta fuiſſet, ad locum Sanctorum cum magnâ deuotione properabat: & vbi, quod viderat, palam cunctis enarrans, octoginta vtriuſque ſexus fidem Chriſti ſuſcipere fecit. Rex enim Weſtſaxonum filium habens incurabili morbo percuſſum, quem cùm ad Sanctorum ſepulcra adduci præcepiſſet, priſtinæ
ægri ſanantur: E mox ſanitati reſtituitur. Dies quidam Sanctorum ſepulchra viſitare aſſuetus, vice quadam vxor cum paruulo filio vix loqui valente, nomine Guthlaco, ad tumbam S. Indracti venit; & cùm vigiliis feſſi dormire cœpiſſent, apparuit infantulo vir exurgens à læuâ parte altaris pulcher & decorus, Clericali tonſurâ deco-
puerulus ſubitò perfectè legit. ratus, & porrigens librum infantulo, ait: Vis, inquit, in hoc legere, fili mi? Illo verò ſe velle concedente, confeſtim eum docuit. Puer autem expergefactus à ſomno, rem matri, vt viderat, referebat; cumque Clerici puero codicem porrigerent, ipſe ſtatim legebat, & ſine linguæ titubatione, quæ legerat, exponebat.

DE S. VODALO, SIVE VODOALO

COGNOMENTO BENEDICTO,

SVESSIONE IN GALLIA.

I. B.

INITIO VIII SEC. V FEBR.

C *S. Vodalus Sueſſione ſepultus;*

MOnaſterium eſt Sueſſione ſanctimonialium Virginum Benedictini inſtituti, quod ſeculo VII à Chriſti ortu, Ebroinus Maior-domus Theododerici Regis, vt in Vitâ S. Drauſij Ep. Sueſſionenſis, v Martij dicetur, precibus ſuaſionibuſque coniugis ſuæ Lentrudis deuictus, infra muros ciuitatis conſtrui præcepit, dicandum nomini ſanctæ & intemeratæ Mariæ matris Domini. *Iuxta illud cœnobium vixit* S. Vodalus, *ſiue* Vodoälus, *cognomento* Benedictus, *intraq; illud, vitâ functus, in æde ſanctæ Crucis dicatâ, honorificè tumulatus.*

2 *Fuit is natione Pictus, ſiue ex Boreali Britanniæ plagâ, quæ nunc Scotia dicitur. At quo tempore vixerit, certò definiri nequit: fieri coniectura poteſt ex ætate* Adalgardis, *quæ ea videtur eſſe, quam Melchior Regnaultius in compendio hiſtoriæ Sueſſionicæ* Hildegardem *appellat, ſtatuitq; ſecundam illius cœnobij Abbatiſſam. Prima fuit* Etheria, *vt in citatâ S. Drauſij Vitâ dicitur,* ducens vitam moribus ætheriam, *ex Iotrenſi cœnobio euocata. Quamdiu ipſa ac deinde* Adalgardis *locum gubernarint, nos latet. Putamus S. Vodalum initio* VIII *ſeculi deceſſiſſe.*

incertum quando vixerit.

3 *Eius* hiſtoriolę tomus, vt fertur, In Lugduno Clauato inter ceteras ſchedulas negligẽtiâ periit; *inquit poſterior eius Vitæ, quã damus, ſcriptor. Fuit hic è Sueſſionum vrbe, aut ſaltem prouinciâ, vti nu. 5 indicat:* Donec, *inquit,* tot virtutum pennis ſuffultum à noſtris finibus expelleret. *Imò in ipſo monaſterio, aut iuxta illud habitaſſe, ſacris fortaſſe peragendis, aut confeſſionibus excipiendis monachorum addictus videtur. Ita in Prologo,* beatiſſimum Patronum noſtrum *vocat. Et nu. 7.* Id nos quotidie ad eius tumbam fieri videmus, cuius puluerem, cooperante ſupernâ diſpenſatione, miraculis coruſcare perſpicimus. *Et num. 15* Cicendelum ipſum ſponte ſuâ, hoc eſt, ſine ope humanâ reaccenſum frequenter vidimus, & cæcorum oculos oleo iſto perunctos, depulſis tenebris illuminatos perſpeximus. *Quæ autem ſcribat, ea num. 2 affirmat ſe* relatu fidelium antiquorum didiciſſe, & magna ex parte oculis *ſuis* conſpexiſſe.

Adalgardis deperdita:

denuò ab Sueſſionẽſi quoniam deſcripta, F

ex maiorũ relatione,

4 *Hanc Vitam Nicolaus Belfortius Canonicus regularis in monaſterio Vinearum iuxta Sueſſiones, è veteri codice (Sueſſionenſi, vt remur) deſcripſerat; contuleratq; cum alio exemplari monaſterij Longi-pontis. Nos ab eo tranſcripſimus.*

vnde hîc editæ

5 *Sanctorum Faſtis adſcriptum* Vodalum *exhibet Molanus Nonis Februarij, his verbis:* Sueſſionis S. Vodali Confeſſoris. *Arnoldus Wion eodem die Benedictinum facit; cuius tamen monaſterij alumnus fuerit, ignorare ſe confitetur. Molanus, quem is ſolum citat, haud tradit monachum fuiſſe, nedum Benedictinum. Monachum tamen fuiſſe, inde coniecerit quiſpiam, quòd* cappâ *vſus pro pallio dicitur. Refert eum quoque in Kalendario Benedictino Benedictus Dorganius; in Martyrologio Gallicano Sauſſaius cum inſigni elogio è Vitâ, quam damus, concinnato: in quo tamen impropriè* natione Scytham *ait fuiſſe, &* in Gallias religionis amore profectum. *Vitæ ſcriptor eum è gente Pictorum ortum ſcribit, ſed Pictos ipſos, quos &* Gelonos *ideò appellat,* de Scythiæ populis originem ducere: *quod & Beda lib. I*

colitur 5 Febru.

an monachus incertum:

gente Pictus.

A *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorum ſcripſit, verùm famâ ſolùm acceptum,* vt perhibent, *inquit. Sed viris eruditis hoc tempore magis probatur, verè Britannos fuiſſe, atque idem nomen vtrumque ſignificare, gentile alterum, alterum Romanum. Neque religionis diſcendæ, colendæue, ſed potiùs diſſeminandæ amore veniſſe ſcriptor oſtendit.*

6 *Pridie Nonas cum retulerat in priori editione auctarij ad Vſuardum Molanus, & poſt eum Caniſius, atque vtrumque ſecutus Ferrarius:*

colitur & 4 Febr.

VITA

auctore Sueſſionenſi anonymo,

ex MS. Nic. Belfortij Can. Reg.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 PRincipio florentis Eccleſiæ Apoſtolicos viros legimus tam tenaciter Deo ſolitos adhærere, vt eius maieſtatem & excellentiam aut profiterentur iugiter aut meditarentur. Et quidem patet omnibus, eâ conditione & lege hominem eſſe creatum, vt meritò debeat omnium temporum otia cæleſtibus mancipare obſequiis. Leuemus itaque cor noſtrum cum manibus ad ipſum, & cum omni conamine imploremus, vt ſi ad eius diuinitatem cæci ſumus, ſaltem os noſtrum ad laudem Sanctorum ſuorum aperire dignetur, qui per arioli brutum ſubiugale humana fecit verba proferri: & vt iiſdem Sanctis, quos dignè prædicare nequimus, pro merito exiguæ huius laudis ac venerationis, & interuentione ipſorum, aſſimilari, & tandem vtcumque participare, valeamus.

Dei vel Sanctorum laudibus vacandū.

Num. 22.

2 Quia igitur de ſancto ac beatiſſimo patrono noſtro Vodoalo audiuimus, &, qualiter Diuinis ſanctionibus intendens, ad noſtros fines peregrinus & exul deuenerit, quamque ſtrenuè arduum vitæ ſuæ curſum peregerit, relatu fidelium antiquorum didicimus; oportet vt pauca de pluribus, quæ illorum relatione accepimus, & magnâ ex parte oculis noſtris conſpeximus, ad Dei laudem ſtudeamus attollere. De cuius quidem geſtis plura admiratione digna proferri poſſent, ſi libellus de catalogo virtutum eius haberetur: verùm hiſtoriolæ eius tomus, vt fertur, in *a* Lugduno Clauato inter ceteras ſchedulas negligentiâ periit. Nos tamen virtutes eius, prout poſſumus, ſuccinctè expediamus, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in laude eius laudare non ambigentes, iuxta Pſalmiſtam dicentem:

Vnde hac auctor hauſerit, antiquus Actus dū perdiuit á

Pſ. 150. 1

Laudate Dominum in Sanctis eius. Laudemus igitur virum glorioſum, hominem magnâ virtute & prudentiâ prædituin, cuius nomen viuit in generationes generationum: huius ſapientiam populis narremus, & laudem eius Eccleſiis nuntiemus.

Laudunū *vrbs.*

a Id eſt, Lauduno, *quomodò habet codex Long ponticus. Vrbs ex eſt Epiſcopalis, in prouinciâ Remenſi, in monte ſita, vt nomen indicat; Gallicè* Laon *dicta.*

CAPVT I.

S. Vodali ortus, prædicatio apud Sueſſiones, fuga, reditus.

S. Vodoalus, natione Pictus; a Virg. 2. Georg. 115

3 FVit namque beatiſſimus iſte Vodoalus, vt ferunt, ex ſagittiferâ *a* Gelonū ortus natione, qui de Scythiæ populis originem ducere perhibentur, & de quibus Poëta ait:

Pictoſque Gelonos.

Vnde & nunc vſque Picti vulgò vocantur. Inde, inquam, pro Chriſti nomine, claſſe vectus per æquora, & multas peragrans regiones, in Galliarum partes deuenit, vno tantùm comite commeante, nomine Magneberto. Vbi velut prudens agricola Euangelicæ agriculturæ inſudans, vbicumque diuertebat, dumeta horrentia prauitatis ſulcabat, & fidei ſemina rudibus mentibus commendabat, cæleſtis Magiſtri ſpecimen ſectatus, qui dixerat: Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Sic igitur de diuerſis Galliæ vrbibus & prouinciis, vnum ouile vero paſtori fideliſſimus Sacerdos exhibebat: cùm ciuitatem Sueſſionenſium deuotus acceſſit, & ad monaſterium puellarum inclytâ famâ notiſſimum, ibi ad honorem almæ Genitricis Dei Virginis Mariæ ſitum, Domino ducente peruenit: in quo vſque hodie de diuerſis vndique nationibus magna ſanctimonialium congregata exiſtit caterua. Cumque illuc peruenisſet, à venerabili Adalgarde Abbatiſſâ cum omni alacritate ſuſceptus, ad plagam orientalem iuxta murum ipſius ciuitatis ante portum monaſterij heſpitiolum accepit, quod nunc vſque Turris S. Benedicti vocatur.

AVCTORE ANONYMO SVESS.

D *Chriſtum in Galliâ prædicat:* Ioan. 20. 21

Sueſſiona commorātur

iuxta abbatiam S. Mariæ:

4 Sed priuſquàm ad ſpeciales eius virtutes veniamus, generaliter quodammodò vita ipſius nobis inquirenda eſt. Tantam ſiquidem vir ille Dei, vultu ſerenitatem & ſermone lenitatem prætendebat, vt viſu & auditu iuſtitiam cunctis intimaret, atque huiuſmodi dulcedine, ad ſui familiaritatem quantocyùs incitaret. Sanctis verò operum exercitiis ita in ſeipſo efflоruit, vt ab omni carnis inquinamento eſſet alienus. Faſtum timoris, iracundiæ næuum, inuidiæ peſtem, & ventris ingluuiem prorſus exhorruit. Iactantiæ expers, gaudia labentis pompæ ruderibus æquiparabat. Triſtitiam huius ſeculi, ceu monſtrum, à ſecreto cordis.... vt qui nec aduerſis inflecti, nec felicibus poſſet efferri. Oris etiam & auris ſepta ab otioſis & vanis compeſcuit. Greſſus eius in vacuum non cucurrerunt, nec in caſſum proceſſerunt plantæ eius. Ieiunio duplici reliquorum chariſmatum diadema coronauit; dum ab actu & cogitatu nefario cohibuit mentem, & ab alimentorum appetitu cohibuit carnem. De inſtantiâ autem orationis quid dicemus, cui quotidie ita incubuit, vt in eius ore Chriſti laus & confeſſio, ac pro minuendis ſuis populique piaculis iugis ſupplicatio ſemper eſſet? Pauperum amator & pædagogus erat, ipſe pauper: impletumque eſt in eo & ſupradictâ Adalgarde illud vaticinium: Diues & pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſque operator eſt Dominus. Quia reuerà dum pauper ſpiritu Vodoalus, & locuples Adalgardis, ſibimet obuiantes concordarent, vtrique cooperatus eſt Dominus; illi aſtruendæ fidei & veritatis conſtantiam, huic credendi & obſequendi conferens efficaciam.

omni virtute ſplēdens,

Prou. 22. 2

gratus Adalgardi Abbatiſſæ:

E

5 Cùm talis tantuſque eſſet vir ille Domini, non ceſſauit inuiſibilis anguis quieti eius inuidere, donec per artis ſuæ dolos, tot virtutum pennis ſuffultum à noſtris finibus expelleret. Quadam namque die, cùm ſupradicta Abbatiſſa, vt ſolebat, de cibis ſuis ad eum in argenteo vaſe tranſmiſiſſet, ipſeque per pediſſequum ſuum Magnebertum ſtatim pauperi agapen ad oſtium petenti dediſſet; pauper dapibus refectus, vas ſecum portans abſceſſit. Poſtridie miniſtri vas requirentes, vt didicerunt quod factum fuerat, reuerſi nuntiauerunt Dominæ ſuæ. Quæ conuocatum ad ſe illum increpans, Si, inquit, dapes tibi ad prandium tranſmiſi, non iuſſi quòd argenteum vas diriperes, mihique meum auferres. Ille grauiter hoc ferens, proſtratus ſolo, veniam pro exceſſibus poſtulat: & recedens inde, ignotas iterum adit vias, peregreque profectus, multas per nouem annos peragrat regiones.

acceptos ab eâ cibos dat pauperi;

quo lancē argenteam furato,

ipſo ſuſpectus abijt:

6 Factum eſt autem, vt medio itinere confecto, inuaderet eum febris, quæ tertiana vel quartana vulgò dicitur: & valdè afflictus, veniens ad oram maris, vt naueni cuiuſdam diuitis conſcenderet, ad patriam cupiens remeare. Cumque ibi febre ac fame confectus

quartanâ laborans,

AVCTORE ANONYMO SVESS.

per octo dies manſiſſet; ſubitò tempeſtate exortâ, ſtridens Aquilo fluctus ad ſidera tollit & velum in aduerſa fert illiditque nauem. Recordatus autem Vodoali nauarchus, dixit ad ſuos: Ite, & peregrinum illum, qui huc nobiſcum intrauit reficite. Mihi enim videtur iuſtus vir: & propter negligentiam noſtram in illum, hoc, vt arbitror, patimur naufragium. Qui abeuntes inuenerunt eum vix vltimo ſpiritu palpitantem: ſtatimque vt illum refecerunt, tumida quieuerunt æquora, ſoloque deducto, mare à ſuo ſtetit feruore.

A *ortam tempeſtatem, cibo à nauta refectus, ſedat:*

7 Eadem verò nocte, apparuit ei Angelus Domini dicens: Vodoale, ſiue Benedicte, quid hîc agis? quòue pergere vis? Dominus enim me miſit ad te, vt ab hac horâ ſanus effectus, omni febre careas. Inſuper & tantam tibi conferre dignatus eſt gratiam, vt quicumque hoc fuerint vexati incommodo, nomenque tuum in ſuis memorauerint orationibus, ſtatim voti compotes fiant. Id nos quotidie ad eius tumbam fieri videmus, cuius puluerem, cooperante ſupernâ diſpenſatione, miraculis coruſcare perſpicimus, dum quicumque ex illo, cum plenâ fide, in potu ſumpſerunt, ſtatim percipiunt ſanitatem. Nec ſolùm apud nos; ſed etiam in Italiâ & Aquitaniâ, multiſque aliis prouinciis, per hunc puluerem multi ſanitatem receperunt. Porrò dedit illi baculum memoratus Angelus dicens: Surge, ne ſtes: ſed ſummâ cum feſtinatione Sueſſionem repedare ſtude: atque ad monaſterium puellarum in cellam, vnde digreſſus es, reuertere: quia ibi te oportet ærumnoſæ præſentis vitæ curſum conſumare. Sed & hoc tibi à Domino conceſſum eſt, vt in loco reliquiarum tuarum ignis nullatenùs præualeat. Statimque vt Angelus diſceſſit ab eo, feſtinanter viam arripiens, poſt nouem annorum curricula ad ciuitatem Sueſſionenſium eſt reuerſus.

ab Angelo ſanatur,

promiſſo addito, de curandis eius patrocinio quartanis;

B *iubeturq; Sueſſionem redire:*

8 Ante verò quàm portam appropinquaret ciuitatis, & de aduentu eius quiſquam ibi adhuc ſciret; ecce vnus ex famulis, qui ibi ſanctimonialibus deſeruiebant, occultum omnibus in ſe habens dæmonem, cœpit currere & clamans dicere: Surgite, quia benedictus Vodoalus iam venit, vt me hinc eiiciat: ite ergo illi obuiàm. Quamobrem aliquantæ ex ſororibus vſque ad portam monaſterij eum ſecutæ ſunt, quæ aperto oſtio virum Dei ſtantem reperiunt. Qui protinus eumdem famulum intuens, & latentem in eo dæmonem intelligens, alapâ faciem eius percuſſit, & immundum ſpiritum eiecit. Cumque hoc diuulgatum fuiſſet, Abbatiſſa cum omni congregatione obuiàm procedens, cum magno eum recepit honore. Itaque vir ille ſanctus ex eorum numero eſſe videbatur, quorum ſpecies ab Ezechiele depingitur, dicente: Aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium, & velut aſpectus lampadarum: dum ipſe ardens velut lampas ignis atque flammarum, alios etiam docendo & operando abundanti lumine reſpergeret venâ vitæ oris eius, & ad ſui imitationem tepidorum corda accenderet.

energumenum, qui eius reditũ prædixerat,

alapâ liberat:

benignè excipitur à religioſis:

C Ezech. 1. 13

a *Cenſentur quidem* Geloni *ab aliis Scythis, ab aliis Sarmatis populis; ſed num ab his oriundi Picti, ambiguum eſt.*

CAPVT II

S. Vodali miracula, obitus.

ab Angelo è flammis educitur, iis reſtinctis.

a

9 ITem poſt longum tempus reuerſionis eius contigit vt cella, in quâ manebat, ſubito igne cremari crederetur, ſed eum ſtatim Angelus Domini in cincinno verticis apprehendit, & tranſportauit in inſulam a Axonæ fluminis, incendiumque reſtinxit.

quartanâ & dolorem dentium curat:

10 Quadam etiam die, cùm monaſterij muro adhærens coquina valido igne arderet, & Sorores valdè perterritæ quò ſe verterent ignorarent; vna ex illis, quæ familiariùs ſancto viro adhærebat, quamque ipſe anteà à quartanâ febre, & dentium dolore curauerat, veniens dixit illi: Benedicte Vodoale, veni noſq; de præſenti incendio tuâ cripe piiſſimâ prece. Ille tollens pallium ſuum, quod vulgò *b* Cappa vocatur, & ſuper eam proiiciens, iuſſit vt illam contra ignẽ ponerent: ſtatimque vt contra ignem poſita eſt, flammarum globi in ſemet reflexi ſunt, incendiumque protinus eſt extinctum. Quod etiam vſque hodie per baculum eius (qui apud nos habetur) frequenter effici conſpicimus: dum in iſtâ ciuitate ſicubi fortè incendium contigerit, illeque baculus contrâ allatus fuerit, continuò ignis ſuâ virtute amiſsâ extinguatur.

D *b incendium cappâ reſtinguit; quæ virtus poſteà in eius baculo fuit:*

11 Cùm aliquando idem venerabilis Sacerdos Miſſarum ſolennia celebrare volens, per clauſtra monaſterij tranſiret; vidit duas Sorores valdè mœſtas & anxias ſedere. Interroganti verò eas, quonam tanto afflicerentur mœrore, vna reſpondens dixit: Quidam ex Proceribus palatij, Adalgardi Abbatiſſæ hanc, quam vides, veſtem conſuendam tranſmiſit: ipſa autem nobis dedit vt eam conſueremus: ſed ego arrepto forfice nodum fili abſcindere volens, particulam veſtis imprudenter abſcidi: ideò, Pater, anguſtiamur. Ille igitur prælatâ caritatis virtute, clypeo fidei munitus, ſignum Crucis ſuper veſtem exprimit: ſtatimque integram, vt antè fuerat, reſtituit.

veſtẽ ſciſſam, ſigno Crucis reintegrat:

12 Denique Angelos in cælo canentes ei frequenter conceſſum eſt audire. Verùm quia pondus virtutum eius per ſingulas operum ſpecies declarare prolixum eſſet; eius religionis ac munditiæ ſummam breui epilogo collegiſſe ſufficiat. Porrò teſtem Deum adhibemus nihil à nobis panegyricæ adulationis inſertum eſſe, ne fortè in aliquam mendacij notam incideremus, maximè quia (vt ſuprà meminimus) iſtorum apud nos geſtorum ſeries minimè in ſchedis continetur, ſed ea quæ in aliorum Patrum geſtis (de quorum collegio vir iſte ſanctiſſimus fuit) didicimus, vel quæ relatu fidelium agnouimus, hîc quamuis ſermone impolito inſerere ſtuduimus.

audit canentes Angelos:

E

13 Sed cur diutiùs moras innectimus, &, quaſi poſſit eius obitus differri, ſtylum vertere ad illum formidamus? Menſe Ianuario, cùm terra nimio ſqualeret frigore, in validiſſimam ægritudinem incidens, inuenit quod optabat, vt mundum deſereret, ac Domino penitùs iungeretur. Sentiens autem vir prudentiſſimus, ſibi temporalem inſtare mortem, clauſis oculis, quaſi iam humana deſpiceret, digitum ad os tenens, Crucis ſignum pingebat in labiis. Defecerat ſpiritus & anhelabat in mortem: animamque erumpere geſtiens, ipſum ſtridorem, quo mortalium finitur vita, in Dei laudem conuertebat. Solo animi tepore in pectore ſacro palpitante, nihilominùs quaſi ad ſuos pergeret, alioſque deſereret, hunc de Pſalmo verſiculum ſuſurrabat: Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ. Et: Credo videre bona Domini in terrâ viuentium. Atque ita rebus exemptus humanis, primo ſurgente Eoo, humentem cùm iam aurora polo dimouerat vmbram, croceum linquens cubile Phebæâ luſtrans lampade terras, die Nonarum Februariarum, Angelicis ſociatus choris ad æthera migrauit. Corpus autem eius ad monaſterium puellarum deportatum eſt, ibique in baſilica almæ Cruci dicatâ, ad ſiniſtram partem, à religioſis pollinctoribus in mauſoleo poſitum & honorificè humatum.

agrotat:

moribundus Crucis oſſignat:

F *pſalmos recitans,* Pſ 25. 8 & 26. 13

moritur,

ſepelitur:

14 Poſt eius obitum factum eſt, vt pediſſequus eius Magnebertus cum aliis ſeruis ad ligna de ſaltu præcidenda ire iuberetur. Qui flens ideò & eiulans, ante ſepulchrum beati viri ſe proiiciens, ait: Domine Vodoale, vt quid me ſuperſtitem reliquiſti, qui ſine te viuere non poſſum? Cui me dimiſiſti, aut quis mei miſerebitur graui iugo ſeruitutis oppreſſi, quod omnino ferre non valeo? Ipsâ verò nocte vir Dei in viſione ei apparuit, dicens: Noli timere, quia vlteriùs nemo te vllo grauabit ſeruitio. Tum poſteà apprehenſâ manu eius ait: Veni mecum. Poſtera die correptus febre Magnebertus emiſit ſpiritum, & ante ſepulchrum Domini

Magnebertoſocio ſuo mœrenti

apparet, & mortem prædicit.

Vodoali

A Vodoali à fidelibus ac religiosis viris est sepultus.

15 Huius autem cineres & ossa, cùm per multa annorum spatia in eodem loco quieuissent; non qualis decebat à nobis exhibebatur ei honor: vnde vt diligentior illi cultus & reuerentia impenderetur, iterum se virtutibus ostendere cœpit. Nostris quippe nuper temporibus, quadam nocte matutinis hymnis expletis, Sorores, quibus hoc oratorium in custodiam fuerat traditum, secundùm consuetudinem venientes vt luminaria emundarent, totum pauimentum madens oleo, quod ex *c* cicendelo ante sepulchrum eius pendente fundebatur, repererunt. Sed & cicendelum ipsum sponte suâ, hoc est, sine ope humanâ, reaccensum frequenter vidimus, & cæcorum oculos oleo isto perunctos, depulsis tenebris illuminatos perspeximus. Postremò à diuersis morbis, maximeque à frigoribus (ad quod illi dum adhuc in corpore esset specialis virtus à Domino concessa est, vt suprà retulimus) quotidie recreantur. Vnde popularis turba non solùm ex Suessionensium ciuitate, sed etiam ex villis & vicis qui in circuitu eius sunt, reddendi voti gratiâ ad eius tumbam confluunt.

miracula claret,

c lampade vltro accensâ, cæcis eius oleo illuminatis,

febribus curatis.

16 Virtus hæc tua est, Christe, qui cuncta, quæ athletæ tui stupenda patrare videntur, operaris. Imploramus igitur clementiam tuam, bone Redemptor, vt qui Benedictum Vodoalum, pro vitæ suæ merito, signorum nitore decorasti & Angelorum consortiis sociasti, eius interuenientibus meritis, nobis in te confidentibus, præceptis eius obsequendi præbeas efficaciam: quatenùs salutaria eius exempla prosequentes, summæ perfectionis tuæ consortia adipisci mereamur; Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuis & regnas per infinita secula seculorum, Amen.

AVCTORE ANONYMO SVESS. D

Eius meritis se iuuari orat scriptor.

a Axona, *vulgò* Aine, *Campaniæ Remensis fluuius, oppidum Sancta Menehildis, Attiniacum, Regitestæ, Castrum-Porcianum, Suessionem alluit, & ad Compendium Æsiæ miscetur.* Axona *fl.*

b *Vide Gerardum Ioannem Vossium lib. 3 de vitiis sermonis &c. cap. 3. pag. 371 vbi plures citat auctores hac voce vtentes.*

c Cicendele *alibi, id est, vitrea lampas. In Vitâ breuiore S. Sulpitij Pij, XVII Ianuarij, nu. 12* Cicindilum *dicitur;* Cincentillus *in Vitâ S. Tillonis, VII Ianuarij, cap. 3 nu. 32.* Cicendelum.

DE BB. DOMITIANO, SIVE TVITIANO,
DVCE CARINTHIÆ,
MARIA EIVS CONIVGE,
ET PVERO ANONYMO.

Commentarius præuius.

I. B.

§ I. *Milstadium oppidum. B. Domitiani ecclesia, & mõnasterium.*

INITIO IX SECVLI VFEBR.

Milstadii Carinthiæ oppidum,

I Milstadium oppidum est superioris, siue Occidentalis Carinthiæ, inter Drauum Lyseramq; amnes situm, ad ingentem lacum, quem Rosbacus fluuius efficit. Ipsi oppido, quod Germani Milstat, Mylstat, Millestat, Mulstat *vocant, à mille statuis factum esse nomen putatur; vti Hieronymus Megiserus in Annalibus Carinthiæ, Matthæus Merianus in eiusdem prouinciæ descriptione, Wolfgangus Lazius commentarior. Reip. Romanæ lib. 12 sectione 6 cap. 3 & lib. 6 de gentium migrationibus pag. 161. scripsêre. Ita & manachus Milstatensis infrà in B. Domitiani Vitâ nu. 2.* Milstat, *inquit,* à mille statuis nomen accepit, quas ibidem populus, errore deluſus antiquo, coluit. *Diploma quoque indulgentiarum Iacobi & Alani Cardinalium, quod § 3 nu. 15 dabimus, ita habet:* Capella S. Vdalrici in Planz, infra limites parochialis Ecclesiæ B. Domitiani in Millestatuis. *Quæ si probatur etymologia, rectius* Milstatũ, *aut (vt hîc)* Millestatuæ *dicetur, quàm (vt vulgò apud Lazium & alios)* Milstadium, *quod Germanicè sonat* vrbem ad milliare, *siue milliari distantem; à Drauo fortassis fluuio, aut Lyseræ in eum sese deuoluentis ostio. Est certè quidem in Antonini Itinerario locus* Ad statuas, *inter Brigantium, siue Bregitionem, & Arrabonam, siue Arrabonem,* in medio, *vt expresse additur: quæ loca Cluuerius interpretatur, Ad statuas,* Dotis, *inter Bregetionem, id est,* Strigonium, *& Rabe; licet Lazius differtiat. Potuit esse & alius in Norico Mediterraneo locus,* Ad mille statuas. *An non idem ille sit, qui in Vitâ S. Virgilij perperàm fortassis* Adundrinas, *pro* Ad andrinas, *siue πρὸς ἀνδ ϵἰκόνας,* Ad statuas? *Certè non inde procul is fuit.* Qui venientes Karantanis, *inquit scriptor,* dedicauerunt ibi ecclesiam S. Mariæ Virginis gloriosæ, & aliam in Liburniâ ciuitate suâ Adundrinas ciuitate, & in aliis quamplurimis locis. *Rectiùs leges:* & aliam in Tiburniâ ciuitate & suâ Ad andrinas ciuitate. *Diximus suprà cùm de S. Ingenuino ageremus,* Tiburniam *existimari Villacum esse, ad Drauum fluuium sitam vrbem, non procul Milstadio, quod hic* sua, *id est, Chetimari Ducis,* ciuitas *appellari videtur. Alij arbitrãtur oppidum* Adundrinum, *siue* Adundrinas, *quasi* ad vndas, *esse* Clagenfurtum, *quod à* Glano *fluuiuine* Glanfurt *olim dicebatur. Idem* Hydrundinum *aiunt appellatum, siue ab* ὕδωρ, *quod aquam significat, siue ab* hydrâ, *serpente aut dracone aquatico, quem ea vrbs pro insignibus gerit. Fuit sanè mediæ ætatis scriptoribus familiare, vrbibus nomina fingere semigræca, quadam affectatione doctrinæ, vt* Herbipolis, Latospolis, *pro Witzburg & Regensburg. Sed ad mille statuas redeamus.*

Milstadium Carinthiæ oppidum.

sic dictum à mille statuis:

2 *Eas statuas, siue quia populo occasionem præberent impietatis, seu quia vetera essent dæmonum tropæa; euertisse Domitianum Ducem & in proximo lacu submersisse tradit Lazius. Certè quidem* istum populum ad Christianitatem ab infidelitate conuertisse *dicitur in epitaphio eius tumbæ inscripto, primusq; extitisse* fundator *illius* ecclesiæ. *Subscribit ita Lazius:* In matrimonio fertur habuisse Mariam Meraniæ Ducis filiam; cum quâ ecclesiam in Millestadio posuit. *Megiserus quoque lib. 1 cap. 5 Meraniæ Ducis filiam ei coniugem tribuit; haud satis memor eius quod cap. 2 scripserat, primum Meraniæ Ducem Gotfridum fuisse circiter annum* CMLVII, *ortum è stirpe Verlini; qui Caroli Magni Cancellarius dicatur fuisse, cùm eius in Annalibus Francorum nusquam mentio extet. Quem ille* Gotfridum *vocat; is* B. Rasso *esse videtur, Boiis* Grafrath, *de quo ad* XIX *Iunij agemus; nam ab hoc tum alios Proceres, tum Meranienses Duces genus traxisse asserit Lazius lib. 7. Sed posterior hic siue* Rasso, *siue* Gotfridus, B. *Domitiani ætate fuit; vti posteà patebit. Est porrò* Merania, *quibusdam* Maranum *dicta, oppidum Comitatus Tirolensis, iuxtaq; arcem Teriolos, vnde prouinciæ nomen, sita; quæ & ipsa olim primaria illius inalpini tractus ciuitas fuisse creditur, cuius Dynastæ* Duces Meraniæ *appellati, aliisq; ornati principatuum titulis; qui pridem interciderè, possessionibus in varias Principum, præsertim Austriacorum, familias delapsis.*

quas B. Domitianus euertit.

F *populo cõuerso, & ecclesiâ ibi fundatâ, cum Mariâ vxore;*

an Meraniæ Ducis filiâ?

3 *Ex huius Mariæ coniugis suæ dotalibus bonis monasterium Millestadij condidisse Domitianum vult. Megiserus lib. 1 cap. 5. Lazius lib. 6.* Erbonem, *ait,* Hardpici Palatini Comitis

an etiam monasterium:

AVCTOR. I.B. Comitis Ratiſponenſium filium, à Cæſare Lothario (*ſecundo eius nominis, qui an.* CIↃCXXV *creatus, obiit* CIↃCXXXVII) Carinthiæ Ducem creatum, ... in eccleſiâ S. Domitiani apud Milleſtadium monachos primum inſtituiſſe: quibus Abbatem poſteà conceſſerit Albertus Tridentinus Epiſcopus, ex familiâ Artenburgenſium oriundus. *Sed quî à Lothario Cæſare Carinthiæ Dux creari Erbo potuit, qui anno Chriſti* CIↃCII *obierat? Ità Abbas Viſpergenſis ad eum annum, non ad* CIↃCXL *vt Lazius putauit:* Erbo iam grandæuus, nobilis de Carinthiâ Princeps, & quondam Palatinus in Baioariâ Comes, migrauit in Domino. *Idem ad annum* CIↃCIV *Botonis Comitis morte narratâ,* Hi duo fratres, *inquit,* Erbo ſcilicet & Boto, paterno de ſanguine, Noricæ gentis antiquiſſimam nobilitatem trahebant, illius nimirùm famoſi Erbonis poſteri, quem in venatu à biſonte beſtiâ confoſſum vulgares adhuc cantilenæ reſonant, Hartwigi Palatini Comitis filij .... Maternum verò illis erat ſtemma, de Saxoniâ Immidingorum tribus egregia, quæ & Ottonum inclytæ ſtirpi traditur vicina. *Quæ totidem verbis ad eumdem annum deſcribit Stadenſis. Hos Brunnerus noſter lib.* II *Annal. Boic. nu.* 9. *ſequitur.*

ab Erbo Princeps,

ante annũ 1101.

vir nobiliſſimus,

A

4 *Megiſerus Lazij Chronologiam ſecutus in Erbonis ſtatuendâ ætate, de Milſtadio ſubdit:* Hic Erbo in monaſterio Mulſtadienſi, in Carinthiâ, à S. Domitiano Carantanorum Principe olim condito, monachos conſtituit: quibus poſteà Albertus Tridentinus Epiſcopus, ex Ortenburgicis Comitibus natus, Abbatem dedit. *Aſt in Vitâ B. Domitiani, Benedictini Milſtadium inducti ab Erbone narrantur: neque monachi alij anteà fuerint, an Canonici regulares, an ſeculares Presbyteri, exprimitur. Ita enim habet nu.* 3. Tranſacto autem multo tempore, quidam Palatinus de Bauariâ, Arbo nomine, ad quem pertinebat omne penè prædium, quod circa Milſtad ſitum, qui & fundator monachorum Ordinis S. Benedicti primus illic eſſe cœpit. *Erbonis quoque filium* Popionem *ſcribit Lazius,* quædam in Milleſtadienſi cœnodio fundaſſe, & eius ibi nomen adſcriptum legi.

B

Benedictinos induxit.

5 *Quod Abbatem Milſtadienſibus datum Lazius ſcribit ab Alberto Epiſcopo Tridentino, id veriſimile eſt contigiſſe cùm is prius illud cœnobium vel reſtauraſſet, vel ampliaſſet: itaq; accipiendum quod idem ſcribit cùm de* Carnorum Principibus ex gente Francorum *loquitur, ne ea refellat quæ ipſemet de Erbone ſcripſit, & iam retulimus; ac plures Abbates ante Alberti illius ætatem infrà nominantur. Ita autem habet Lazius paginâ* 161. Huic primæ eccleſiæ Milleſtadienſi, *à B. Domitiano poſitæ,* Abbatiam primus adiecit Albertus Artenburgij Comes, & Tridentinus Præſul, circa annum Domini CIↃCCXL. *Et cùm de Artenburgiis Comitibus agit eodem libro;* Albertus ſecundus, *inquit,* electus in Epiſcopum Tridentinum, ex parochiâ & primâ fundatione factâ à S. Domitiano Duce, Milleſtadienſem abbatiam exorſus eſt ac locupletauit. *Atque in eiuſdem paragraphi titulo, vniuerſim de Ortenburgiis ait:* Horum Comitum opera ſunt, Milleſtadienſis quondam abbatia *&c. Megiſerus quoque lib.* 7. *cap.* 43. Ædificauerunt, *inquit,* à fundamentis abbatiam Milleſtadienſem Comites Ortenburgij. *& lib.* 8 *cap.* 56 *ſcribit antequàm ab Alberto Ep. Tridentino fundaretur monaſterium, fuiſſe ibi hic ſolùm parochialem eccleſiam.*

C

nouũ monaſterium eðſtruxiſſe dicitur Albertus Ep. Tridẽtinus, & locupletaſſe;

6 *Refutat iſta quod in Vitâ B. Domitiani monachus Milſtatenſis ſcribit:* Abbas quidam, *ait,* nomine Otto, vir ſtrenuus & religioſus, habens in congregatione ſuâ centum & quinquaginta homines ſpirituales. Huius diebus dum fundamenta monaſterij maioris iacerent, poſt combuſtionem prioris *&c. Lazius* CCC *ante ætatem ſuam annis, ſiue circa annum* CIↃCCXL (*quando & vixiſſe Albertum* II *Ep. Tridentinum iam antè retulit*) *præfuiſſe monaſterio Ottonem Abbatem & B. Domitiani reliquias inueniſſe exiſtimat. Ianus Pyrrhus Pincius lib.* 2 *de Vitis Pontificum Tridentinorum, totis* CXX *annis iuniorem, quàm Lazius, Albertum facit. Et Otto Abbas multò quàm idem ſtatuat, ſenior fuit.* Albertus ſecundus, *inquit Pincius,* Ortenburgenſis ex Carinthiâ, in pontificatum adſcitus, ſceptrum capit, & mitrâ inſignis Eccleſiam ſapientiſſimè gubernat CIↃCCLXIII. Scribunt qui eius Vitam in publica acta retulerunt, cum fuiſſe vnum ex Comitibus Oclegiæ & Ortenburgi, qui non ſunt minùs rerum geſtarum gloriâ ſplendidi, quàm generis vetuſtate. *Enumerat Lazius quæ Ortenburgij vel poſſederint ipſi, vel alijs clientelari iure poſidenda concedere ſoliti ſint, quorum pleraque ad Auſtriacos peruenêre, familiâ extinctâ. Ea è Spanheimienſi ad Rheni tractum orta fertur perq; Comitem Fredericum, S. Hartuici Salisburgenſis Epiſcopi (de quo* VIII *Nouembris agemus) fratrem, propagata in Carinthiâ, nomen mutuata ab Ortenburgo arce, quam in ſuperiore Carinthiâ ad dextram Draui oram, in colle ædificarunt;* haud procul ab oppidulo ipſorum Spitall, *inquit Lazius, licet ambigat an non aliunde repetenda nomenclatio ſit. ei Megiſerus lib.* 7 *cap.* 2 *ſubſcribit. Verùm (vt iam inſinuatum) monaſterium, quod Erbo Comes Benedictinis ante annum* CIↃC *vel ædificârat, vel ab aliis anteà poſſeſſum donârat, ducentis propè annis priùs quàm Albertus* II *Epiſcopus Tridentinus eligeretur, combuſtum fuiſſe, atque ab Ottone Abbate reædificatum, facilè coniiciet, qui quæ infrà à monacho Milſtadienſi ſcripta referuntur, attentè legerit. Forſan illud denuò ab Alberto ſeculo* XIV *reſtauratum ampliatumúe eſt: ſi quidem vera narrant Lazius ac Megiſerus.*

reædificauit Otto Abbas.

quod multò ante, veteri cõbuſto,

7 *Præter, quod diximus, monachorum cœnobium, aliud ſanctimonialium ſeminarum Milſtadij fuit, eiuſdem inſtituti Benedictini. Ita monachus Milſtadienſis in Vitâ S. Domitiani nu.* 8. Nam & moniales ipſius loci multùm credulæ *&c. Et in Miraculis nu.* 17. Modernis verò temporibus, monialis quædam hîc de clauſtro, nomine Kunegundis, filia Domini Dietmari Militis de Gurck, cognomento Biel *&c. Et mox:* Item monialis de clauſtro, nomine Bigel, *& nu.* 22. Dum eum viderent piæ moniales miſerabiliter laborantem. *Extat illud etiamnum cœnobium, aut fortaſis ſolùm pars eius aliqua, nimirùm exilia aliquot domicilia cum duobus hortulis, & ſacello S. Andreæ. Monachæ tamen, priùs etiam quàm monachi, illic extinctæ. Habitatio earum Parocho ſeruit, ſacellum Congregationi ciuium ſub titulo Aſſumptionis Deiparæ Virginis ante ſeptennium erectæ.*

ſanctimonialium ſeminarum cœnobium.

D

E

§ II *Milſtadium Ordini S. Georgij, dein Societati* IESV *datum.*

8 *Quod iam deſcripſimus Milſtadienſe monachorum cœnobium, id deinde* Fridericus III Imp. in regiam Generalis Magiſtri D. Georgij Ordinis, aſſenſu habito Summi Pontificis, commutauit, *vti Lazius lib.* 6 *de migrat. gentium ſcribit. Eum Ordinem* Fridericus III *inſtituit ad exaltationem fidei, & præſidium contra Turcas: confirmauit Paulus* II *Pontifex, monachis alìo migrantibus, aſſignatâ ad vitam ſuſtentatione.* Maximilianus I *addidit confraternitatem liberam & ſecularem S. Georgij, confirmatam ab* Alexandro VI, Iulio II, Leone X. *Quæ confuſè à quibuſdam auctoribus tradita, diſtinctè elucidabimus ex ipſorum mmet Pontificum atque Imperatorum diplomatis, ad Vitam S. Georgij* XXIII *Aprilis.*

Milſtadiũ Magiſtro Ordinis S. Georgij datum:

F

9 *Eo Ordine vel per ſeſe dilapſo, vel (vt innuit Fauinus) bellis ciuilibus, præcipuè ob religionem motis, penitùs ſuffocato & extincto; Milſtadium ad ſeſe, ceterorumq; bonorum adminiſtrationem, Auſtriaci Proceres retraxerunt. Tandem Milſtadium,* Ferdinandi *Archiducis, qui dein Imperator eo nomine ſecundus fuit, munificentiâ, altero poſtquam Styriæ Carinthiæq; regimen ſuſceperat anno, Chriſti* CIↃDXCVIII, *Pontificis Maximi auctoritate, Societati Ieſu collatum, in fundationem collegij & academiæ Græcenſis in Styriâ. Quod ita geſtum memorant Annuæ litteræ prouinciæ Auſtriæ Societatis Ieſu anni* CIↃDXCVIII, *cum* B. Domitiani *egregio encomio.*

dein Societati Ieſu.

10 Annuus cenſus collegij Græcenſis auctus eſt additione oppidi. Id oppidum eſt in ſuperiore Carinthiâ ſitum, lato admodùm agro, & culturâ fertili, & eſt ipſum loco ſalubri, vtpote puro & iucundè amœno; nec ita nouum, quod circiter annum Chriſti 15CC-

A LXXIIII à Diuo Domitiano, Duce Carinthiæ & Noricorum, mille idolûm ſtatuis (vnde loco nomen Milleſtadium litteris mutatis) gentilitiâ ſuperſtitione celebratum. Sed bono euentu, vertit Dux tabernam idololatriæ in domicilium Chriſti. Hoc ita factum. Per id tempus acceperat ex rumore Dux, Diuum florere Virgilium Antiſtitem vrbis Saliſpurgenſis, ſanctimoniâ iuxtà & famâ miraculorum celebrem. Hunc Deo auctore per oratores accerſit, à quo fidem pro perfidiâ, Chriſtum pro idolo edoctus, euersâ impietate voluit piiſſimus Princeps, velut teſtem in Deum pietatis ſedem eo loci fundare Religioſis S. Benedicti: & poſtcà fuit Magiſtri Ordinis S. Georgij. Hinc collegio pendebatur annuum vectigal. Sed cùm deſiderarentur ad ampliorem noſtri Seminarij & Vniuerſitatis ſtatum paullò ampliores reditus; & conſueti ægriùs inde ſemper obtinerentur; hoc oppidum cum ſuis terris, iuncto prouentu, liberali beneficentiâ munifici Ferdinandi Archiducis, collegio eſt attributum. *Hæc ibi. Quòd ſcriptor cenſet S. Domitianum aliquando idololatram fuiſſe, idem poſteà confirmabitur: nam Benedictinos non ab eo, ſed ab Erbone, ſiue Arbone, primùm ſeculo* XII *Miſtadium introductos antè narratum eſt.*

ad fundationē collegij & academiæ Gracenſis:

B 11 *Commorantur nunc iſthic de Societate nonnulli, qui oppidanos, ac vicinos, fidei doctrinâ & pietate inſtituant. Quæ res, vt ex ſequentium annorum litteris conſtat, feliciter inde ab initio prouenit. Et proximo quidem anno* CIↃDIC *iſta referunt eadem Annæ litteræ:* Huius loci incolas noſtris ſubditos, licet vehementer à nobis, neſcio quo errore, alienos & auerſos initio habuerimus, ſic tamen ratione ac humanitate nobis deuinximus, vt veniam deprecati, ſtudioſiſſimè nos ament ac venerentur. Ab hæreſi ad fidem orthodoxam redière XL. Vſum calicis, à quo ſex tantùm vel ſeptem abſtinuerant, omnino ſuſtulimus: & hoc anno CLXXX ſub alterâ ſolùm ſpecie communicantes habuimus. Ceſſauit etiam noſtrorum induſtriâ in aliis parœciis ad ægros deferendi calicis conſuetudo: ceſſauit baptiſmi Sacramenti adminiſtratio hyemis tempore in triclinio: fœminis aditus ad loca clauſtri, etiam publica, intercluſus: ſubditi à concionibus hæreticis, quæ vicinis in locis habebantur, reuocati. *Anno* CIↃ IↃC *& Milſtadienſes oppidani & vicini ſubditi ferè ad vnum ad fidem Catholicam rediiſſe ſcribuntur: vt ſequenti Paſchate an.* CIↃ IↃCI *octingenti viginti octo ad ſacram ſynaxin confeſſione expiati acceſſerint.*

reuocati ab hæreſi, & inſtituti ad pietatem oppidani.

C

§ III. *BB. Domitiani, Mariæ, pueri anonymi publica veneratio.*

12 *Magna ſuperioribus ſeculis erga B. Domitianum fuit populorum religio, vt ab extremis etiam Iſtriæ finibus Pannoniâque, non ſolùm è Carinthiâ, Carniolâ, Styriâ, ad eius viſendum ſepulchrum confluerent. Neque nunc infrequens aut exigua pietas. Ingens ſanè Nonis Februarij, ad eum venerandum concurrit accolarum multitudo: quibus etiamnum neque propitium numen, neque Sancti ipſius patrocinium deeſt. Nam, vt quondam plurima eius ope facta miracula ſunt, quæ infrà dabimus, ita & nunc fieri non pauca dicuntur: nulla tamen (quod quidem aſſecuti ſimus) legitimâ auctoritate probata; imò nec niſi perpauca ſcriptis tradita: qui enim eius opem experti ſunt, haud id cogitant vt memoriæ poſterorum tradatur, ſufficere rati ſi inter ſuos prædicent beneficium. Panes rotundi ex ſecali, priùs ſtatâ precatione, inuocato quoque S. Domitiani patrocinio, benedicti, die quinto Februarij, ſacris peractis, diſtribuuntur in præſentes ſinguli; ſubinde ad tria millia. Adhibentur ij ad variarum ægritudinum remedia: nam febres quartanas iis pulſas, parturientes adiutas, & puncturas lacertum ſæpenumerò curatas memorant.*

B. Domitianus cultu publico & miraculis celebru olim,

ac nunc quoque

per panes benedictos

curatis febribus, plauritide &c.

13 *Quando autem B. Domitiano Cælitum honores, Apoſtolicæ Sedis auctoritate, haberi primùm cœpti, non ſatis conſtat. Pronuntiat Otto Abbas Miſtadienſis, qui à* 10 *propè annis vixit, vt nu.* 6 *diximus:* Nouimus B. Domitianum, & luce clariùs conſtat, licet à maioribus noſtris non canonizatum, tamen multis ſæpè ſignis à Domino illuſtratum. *Illius tamen reliquiis ab eodem Abbate inuentis ſic perſcripta ab antiquo hæc erant:* B. Domitianus Dux, fundator huius eccleſiæ. *Et Wolfgangus Lazius loco anteà citato ſcribit,* vel ob vitæ continentiam, vel propter miracula, in Diuorum numerum relatum. *Meginſerus quoque non ſolùm cap.* 31 *lib.* 6 *tradit ab Hiſtoricis* Sanctum *appellari, ſed cap.* 2 *lib.* 1 *affirmat* ab Romano Pontifice, propter miracula, quæ ad eius ſepulchrum patrata eſſent, in Sanctorum numerum relatum. *Vdalricus, poſtremus Celeiæ Comes, is quem ab Ioannis Hunniadæ filiis per inſidias necatum Lazius ſcribit, in publicis litteris cùmſpiam donationis anno* CIↃCCCCXLIII *factæ, eum vocat* S. Domitianum, monaſterij principalem Dominum; *vti nobis vir eruditus ſignificauit.*

certè Beatus *&* Sanctus *publicè appellatus:*

14 *Præceſſere iam olim veluti publicæ apotheoſeos præludia, reliquiarum eius elcuationes aliquot; prima per Martinum Dautum Abbatem, circiter annum* CIↃC, *vt ex Erbonis Palatini ſuperiùs aſſertâ ætate coniicere licet. Is* reliquias B. Domitiani, *vt infrà in huius Vitâ nu.* 4 *dicitur,* in locum honeſtiorem, meritis illius condignum, videlicet iuxta principale altare collocare putauit: & veneratione appropians condignâ, tumulum multo opere conſtructum, magno labore aperuit. *Ex deinde reliquiæ Ottonis Abbatis tempore inuentæ,* in ſacrario in honeſtum locum poſitæ ſunt, *vt (quemadmodum idem Abbas loquitur)* condigno ab omnibus priuato honore venerarentur. *Ita enim, vt ibidem dicitur,* occultabantur. *Denium ab Ioanne Gurcenſi in Carinthiâ Epiſcopo, Archiepiſcopi Salisburgenſis in ſpiritualibus Vicario generali, anno* CIↃCCCCXLI, *eadem reliquiæ,* bono odore refertæ, *ex arcâ, in quâ* non modicâ diligentiâ ac ſtudio reconditæ *fuerant, exemptæ,* ad ſacrarium ipſius eccleſiæ cum reuerentiâ delatæ, in loco tutiori reconditæ ſunt, inibi ſeruandæ pro venerabiliori iterum ac decentiori reconditione earumdem. *Ipſum Epiſcopi diploma infrà dabimus, in quo* B. Domitianum *diſertè appellat.*

reliquiæ ſeculo 11. *honorificè tranſlatæ,*

& 12. aut 13.

15 *Veriſimile eſt, exinde rem ad Pontificem Maximum relatam, ab eoque, vel decretos ei vel certè permiſſos ampliores honores. Ipſi enim Eccleſiæ Romanæ Cardinales, Alanus Cœtiuus Archiepiſcopus Auenionenſis, & Iacobus Amanatus Epiſcopus Papienſis, Beatum appellant,* & parochialis Eccleſiæ B. Domitiani in Milleſtatuis *meminerunt in diplomate an.* CIↃCCCCLXIII *dato, quod vel ideò hîc integrum recenſere operæ pretium duximus. Ita ergo habet:* Iacobus miſeratione Diuinâ tit. S. Chryſogoni, Alanus tit. S. Praxedis, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinales, vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis, viſuris pariter & audituris, ſalutem in Domino ſempiternam. Splendor paternæ gloriæ, qui ſuâ mundum ineffabili illuminat caritate, pia vota fidelium, de ipſius clementiſſimâ maieſtate ſperantium, tunc præcipuè benigno fauore proſequitur, cùm deuota ipſorum humilitas, Sanctorum precibus & meritis adiuuatur. Cupientes igitur vt capella S. Vdalrici in Planz infra limites parochialis Eccleſiæ B. Domitian; in Milleſtatuis, Salisburgenſis diœceſis, congruis frequentetur honoribus, Fideleſque Chriſti eò libentiùs deuotionis cauſâ confluant ad eamdem, quò ibidem dono cæleſtis gratiæ vberiùs ſe nouerint fore refectos, & à Chriſti fidelibus veneretur; de omnipotentis Dei miſericordiâ, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus & ſingulis verè pœnitentibus & confeſſis, qui dictam capellam in S. Vdalrici & ipſius eccleſiæ dedicationis, feriâ ſextâ quatuor Temporum ante Natiuitatis Domini, feriâ ſextâ quatuor Temporum in Quadrageſimâ, feriâ ſextâ quatuor Temporum poſt Pentecoſtes, feſtiuitatibus & celebritate huiuſmodi deuotè viſitauerint annuatim, & ad reparationem & conſeruationem ædificij, calicum, librorum, aliorumque ornamentorum pro Diuino cultu inibi neceſſariorum manus; quotieſcumque porrexe-

Beatus à Cardinalibus appellatus,

in publico inſtrumento:

rint

Auctores I.B.

rint adiutrices; Nos Cardinales præfati pro qualibet die ipſarum feſtiuitatum & celebritatum huiuſmodi, A centum dies Indulgentiarum de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus verò perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium fidem & teſtimonium præmiſſorum, præſentes noſtras litteras exinde fieri, noſtrorumque cardinalatus ſigillorum iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum Romæ ſub anno à Natiuitate Domini noſtri milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio, die verò octauo menſis Aprilis; pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Pij, Diuinâ prouidentiâ Papæ ſecundi, anno quinto.

vtiã Tutianus dicitur.

16 *Similia omnino extant ſingulorum horum Cardinalium diplomata, eodem anno & die data, tantumq; ab eo quod iam retulimus diſcrepantia, quòd illa,* Cupientes igitur vt capella S. Vdalrici in Planz *&c. ita efferuntur:* Cupientes igitur vt capella S. Vdalrici, infra limites parochialis Eccleſiæ S. Tuitiani, Saltzburgenſis diœceſis, congruis frequentetur honoribus *&c. Appellatur enim S. Domitianus, etiam* Tultianus.

Eius alia tranſlatio, altare, imago,

17 *Eædem deinde S. Domitiani & ſociorum reliquiæ anno* CIↃCCCCXCII, *vti accepimus, ex ſacrario in templum relatæ ſunt, atque in ſepulchrum ante altare, repoſitæ. Eodem anno altare erectum, in quo eius viſitur radiis coronata effi-*
B *gies, vt Sanctorum ſolent. Extat quoque Milſtadij vetus monachorum, qui illic habitarunt, Breuiarium, in quo ad quin-*

feſtum;

tum diem Februarij, B. Domitiani *priore loco ante S. Agathæ conſignatum eſt nomen: idemq; in antiquo eiuſdem loci Miſſali, in excellentiæ cuiuſdam indicium, minio exaratum.*

de vo Miſſa olim,

Conſtat etiam illud, tres ſolere iſthic eo die celebrari à diuerſis Sacerdotibus Miſſas, & vnam quidem de communi Confeſſorum. Antiquata tamen ea poſtmodùm religio eſt, vt non niſi duo fierent, vnum de S. Agathâ Virg. & Martyre, alterum horâ VII pro defunctis fundatoribus & benefactoribus, ritu funebri. Id quoque à XXX *circiter annis mutatum. Cœperat rurſus ante annos aliquot in arâ proximâ ſepulturæ B. Domitiani, ſacrum vnum de SS. Trinitate fieri, aut Beatâ Virgine: ſummum verò de tribus Martyribus Laponiis. Hoc ſolum nunc ſeruatur, illo abrogato: ita tamen vt illud ipſum ſacrum pro fundatoribus ac benefactoribus, viuis ac defunctis, Deo offeratur. Seculares tamen Sacerdotes de S. Agathâ & ſacrum & Officium legunt: quod quidem neceſſe non eſt, cùm, vt infrà dicemus, liceat quibuſuis aliis Sacerdotibus ad Societatis eccleſias confluentibus eo die Miſſam & Officium de tribus illis Martyribus legere; Officio S. Agathæ in alium diem tranſlato. Concio tamen, poſt ſacrum de Martyribus celebratum, inſtituitur*

nunc concio, poſt eam panũ diſtributio.

de B. Domitiano: ac diuinis eo die finitis, diſtribuuntur panes benedicti, de quibus nu. 12 diximus. Quod & feriâ V in Cœnâ Domini fit, ſed exiguo tunc concurſu. Diebus autem Natiuitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ certa cereuiſiæ menſura gratis in ſingulos ſubditos erogatur.
C

Maria eius uxor Beata:

18 *Maria B. Domitiani coniux inter Sanctos etiam in eâ eccleſiâ cenſetur, deq; illâ & marito iſthæc in citato Breuiario extat oratio:* Deus, qui famulos tuos Domitianum & Mariam ſanctificaſti vocatione miſericordi, & aſſumpſiſti conſummatione felici; ſuſcipe propitius preces noſtras, & præſta, vt ſicut illi tecum ſunt ſuis meritis, ita à nobis non recedant ſuffragiis & exemplis. Per Dominum noſtrum.

& puer anonymus.

19 *Idem quoque ſtatuendum de puero illo anonymo, veneratione publicâ pridem dignatum videri, ſiue eorum filius is fuerit, ſiue aliunde eius illuc allatæ exuuiæ ſint, cùm eſſet fortaſſis in odium fidei interfectus. Omnium enim ſimul inuentæ reliquiæ memorantur ac tranſlatæ, pari videlicet cultu honorandæ. Ita in Vitâ nu. 7.* Tunc ex improuiſo reliquiæ B. Domitiani & Mariæ vxoris eius, & oſſa cuiuſdam infantuli ſimul inuenta ſunt à prædicto Abbate & aliis

Simul eorũ tranſlatæ reliquiæ,

Fratribus. Ad hæc ſuperſcriptio: B. DOMITIANVS DVX, FVNDATOR HVIVS ECCLESIÆ. ex alterâ autem parte: HÆ SVNT RELIQVIÆ MARIÆ VXORIS EIVS. Quis verò puer fuerit, vſque huc ignoratum eſt. Sed hoc probatur, quia tantâ pollent ſanctitate reliquiæ illæ, quòd nuper quædam infantula cæca, habens albuginem in oculo .... delituta oſſe, ſtatim clarè videre cœpit ....: *Ac deinde ſimul tranſlatæ narrantur omnium reliquiæ, & per eas facta miracula, abſque differentiâ vllâ, omnibus accepta feruntur. Iiſq; adeò B. Domitianus monacho apparens, ita loquitur:* Care Frater, non adhortaris iſtam congregationem, vt circa noſtras reliquias ſe diligentiùs & deuotiùs exhibeant? *Ac deinde:* dum vota ſua eiſdem Sanctis perſoluerent. *In Miraculis nu. 28.* Omnia penè miracula, quæ Chriſtus temporaliter hominibus in ægrotis corporibus dignatus eſt oſtendere, per reliquias S. Domitiani, ſociorumque eius, in Milſtad contigerunt. D

iuſſaq; honorari;

ſimul omnibus attributa miracula:

20 *Ioannes verò Gurcenſis Epiſcopus in diplomate ſuo, quo eorum tranſlationem enarrat, ita ſcribit:* Quòd reliquiæ huiuſmodi tam ipſius Domitiani, quàm Mariæ vxoris eiuſdem ac cuiuſdam pueri, multis retro actis temporibus in ipſâ eccleſiâ inuentæ, ac deinde ſucceſſu temporum plures hinc inde ad loca diuerſa ipſius eccleſiæ forent tranſlatæ. *Deinde recenſet quæ ſingulorum membra aut fragmenta eorum repererit, & addit:* Quibus reliquiis ſic, vt præmittitur, compertis, & per nos receptis, nos illas vnà cum conuentu prælibato, ad ſacrarium ipſius eccleſiæ cum reuerentiâ deferentes, in loco tutiori recondidimus, inibi reſeruandas pro venerabiliori iterum ac decentiori reconditione earumdem. *Hæc ille, nulla conſtituto vel loci, vel ſitus honorificentioris, vel impendendæ venerationis diſcrimine.*

pari reuerentiâ ab Epiſcopo omnes reconditæ.
E

§ IV *Inquiſitum in B. Domitiani ætatem. Occupata à Slauis Carinthia. Eorum Rex Samo.*

21 *Difficilior de* B. Domitiani *ætate quæſtio. Character vnicus proditur, quòd gentem eam* conuerterit ad Chriſtianitatem. *At neque hic ſatis liquidus aut certus. Nam Noricum omne pridem ſub Romanis Chriſti fidem ſuſceperat, retinebatq; quinto etiam ſeculo poſt Chriſti ortum, vti ex S. Seuerini Vitâ* VIII *Ianuarij patet: licet plurimis barbarorum incurſionibus & vaſtatæ prouinciæ illæ omnes, & afflicta ſæpius labefactataq; religio fuerit. Namq; anteà S. Hieronymi ætate, imperantibus Honorio & Arcadio, quàm fœda iſthic rerum omnium facies fuerit, ex ipſius Hieronymi epiſtolâ 3 ad Heliodorum cap. 9 licet cognoſcere:* Horret animus, *inquit,* temporum noſtrorum minas perſequi. Viginti & eò ampliùs anni ſunt, quòd inter Conſtantinopolim & Alpes Iulias quotidie Romanus ſanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſalonicam, Achàiam, Epiros, Dalmatiam, cunctaſque Pannonias, Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Wandali, Marcomanni vaſtant, trahunt, rapiunt. Quot matronæ, quot Virgines Dei, & ingenua nobiliaque corpora his belluis fuêre ludibrio! Capti Epiſcopi, interfecti Presbyteri, & diuerſorum officia Clericorum: ſubuerſæ eccleſiæ, ad altaria Chriſti ſtabulati equi, Martyrum effoſſæ reliquiæ *&c.*

Carinthia olim Chriſtiana,

cum finitimo prouinciis vaſtata tempore S. Hieronymi,
F

22 *Quàm tetra deinde ſub Attilâ Hunnorum Rege, (nam lubet plurima velut ſaltu tranſmittere) quàm immanis tempeſtas; quæ totam ferè Europam populata, viciniorem tamen Pannoniis tractum eundo ac redeundo ſæpius euaſtauit! Poſt eius mortem quid in* vtraque Pannoniâ, ceteriſque confiniis Danubij *ab eius filiis turbatum ſit; quoties ab Herulis, Rugis, Alemannis vexatæ ac direptæ Norici prouinciæ, idem exequitur S. Seuerini Vitæ ſcriptor Eugippius: vtq;* Tiburnia *(quæ nunc Carinthiæ vrbs eſt* Villacum, *vt alibi diximus arbitrari viros eruditos) à Gothis obſeſſa, poſt varia certamina, redimere direptionem coacta ſit. Stetit tamen vtcumque etiam inter illos turbines religio: grauiùs concuſſa, ac ſenſim emoriens, poſtquàm Rex Herulorum Odoacer, quotquot erant Romani nominis, migrare in Italiam compulit, anno Chriſti* CCCCLXXXVII, *Boëtio Conſule. Gothis dein videtur Carinthia paruiſſe.*

dein ab Attilâ,

& Gothis.

23 Tandem

A 23 *Tandem Slaui eam prouinciam vicinaſq; inſedêre, primùm ad belli auxilia exciti non magno numero, dein prædis frequentibus animati, fiduciam retinendi quæ toties peruagati erant loca, concepêre. Validam eorum incurſionem, neſcio an primam, anno* XIII *belli Gothici, Chriſti* IↃXLVII *factam refert lib.*3 *Procopius his verbis*: Per id tempus Sclauinorum exercitus, flumine Hiſtro traiecto, Illyrios omnes, ad vſque Epidamnum, malis ingentibus affecêre, partimque hos trucidando, partimque ſine vllo ætatis diſcrimine in ſeruitutem, quos licuit, abigendo, & eorum bonis direptis, deſæuiebant. Ad hæc & præſidia illis in locis non pauca, & quidem prævalida occuparunt; circumuagatique omnia pro arbitrio ad rapinam quæque ſcrutantur. *Rurſuſq; anno belli Gothici* XVII, Sclauini ingenti multitudine Illyrios inuadentes, malis inexplicabilibus affecêre. *Eâ fortaſis cauſâ euenit, vt Galliarum Epiſcopi in Tiburnienſi Eccleſiâ Sacerdotes conſtituerent, adempta Aquileienſi Epiſcopo illuc commeandi facultate. Id certè in pſeudoſynodo Marani an.* IↃXC *habitâ, ſuprà in* S. Ingenuini *Vitâ hoc ipſo die, Venetiarum & Rhætiæ ſecundæ Epiſcopi,* ante annos hieri cœptum *queruntur. Credibile eſt ſub crudeliſſimo barbarorum dominatu extirpatam religionem eſſe, aut ſortaſis etiam veterem omnem populum internecioni datum.*

Sclaui, poſt diram populationẽ,

eam inhabitant:

B 24 *Slaui ergo tenuêre deinceps hæc loca, atque aſſidua ferè cum vicinis, hinc Boiis, inde Hunnis, bella geſſêre, vario euentu. Et quidem* Taſſilo, *vt ſcribit Paulus Diaconus lib.*4 *de geſtis Langobardor. cap.*7 à Childeberto Rege Francorum apud Baioariam Rex ordinatus . . . mox cum exercitu in Sclauorum prouinciam introiens, patratâ victoriâ ad ſolum proprium cum maximâ prædâ remeauit. *Quod ita Velſerus rer. Boicar. lib.*3 *explanat*: Anno quingenteſimo nonageſimo quinto, Thaſſilo Slauos, graues perpetuò & infeſtos vicinos, bello aggreditur: quorum, præter Zechorum nationem, quæ Sarmatiâ effuſa, Boiohemum tenuit, Quarantanorum, aut Carantanorum, alia, Dalmaticis oris progreſſa, Norici partem ad Hadriaticum ſinum vergentem inſidens, Boicam premebat. Partâ victoriâ, maximam omnis generis prædam domum retulit. *Eadem narrat Brunnerus noſter Annal. Boic. lib.*4 *num.* 10 *& breuiùs Sigebertus Gemblacenſis ad eumdem annum. Verùm quo auctore didicit Velſerus, populos illos* Slauos Carantanos *dictos fuiſſe, quos paſſim omnes* Slauos, *vel* Sclauos Winidos *vocant?* Carantani *deinde, quia Carnorum terram, aut confinia occupaſſent, appellati videntur. Niſi cui placeat*, Carnantas, *quaſi* Carnicos Antas *nuncupari. Sunt enim apud Procopium lib.*3 *de bello Gothico* Antarum *Sclauinorumq; gentes & vicinæ & inſtitutis quàm ſimillimæ. Sed ſubtiliùs id fortaſſe excogitatum.*

victi à Boiis:

cur Carantani *appellati?*

C 25 *Cladem paullò poſt recepêre Boij, anno* (*vt Velſerus Brunneruſq; volunt*) 10C. *Ita Paulus Diaconus lib.*4 *cap.* 11. Hiſdem ipſis diebus Baioarij vſque ad duo millia virorum ſuper Sclauos irruunt: ſuperueniente Cacano omnes interficiuntur. *Erat Cacanus Hunnorum Rex. Mutuam aliam gentis vtriuſque cladem idem memorat auctor lib.*4 *cap.*41. Mortuo Taſſilone, *inquit*, Duce Baioariorum, filius eius Garibaldus, in Agunto à Sclauis deuictus eſt, & Baioariorum termini deprædantur. Reſumptis tamen Baioarij viribus, & prædas ab hoſtibus excutiunt, & hoſtes de ſuis finibus pepulerunt. *Fuiſſe volunt* Aguntum, *memoratum Antonino & aliis veteribus locum, vbi nunc* Doblacum *aut* Innichium, *Tirolis Comitatus oppida viſuntur, non longè à Draui fontibus. Infeliciter coniectat Lazius, cladem hanc ad Aguntum Taſſiloni illatam à Samone* Carantanæ Principe, *qui illi* Samois. *At neque hic gubernaculis adhuc admotus tunc erat à Slauis, & mortuus erat Taſſilo.*

Boioi vincunt:

denuò vincunt, & vincũtur:

26 *Exin ab Hunnis Auaribus turpiſſimâ oppreſſi ſeruitute ſunt Slaui, quâ eos Samonis, hominis Franci, induſtria, anno Chriſti* IↃCXXIV *liberauit, quem ideò Regem ſibi trearunt; cùm anteà, vti Procopius lib.*3 *belli Goth. ſcribit*, Antarum Sclauinorumque nationes, non ab homine aliquo vno regerentur, ſed ab antiquo plebeiâ communique li-

ſoliti ſine Rege viuere;

bertate viuerent, & id circò res omnes, quæ vtiles eſſent vel fortè difficiles, in commune concilium deducerent. *Seruitutis modum, ac Regis legendi occaſionem ita exponit Fredegarius Scholaſticus in Chronico.*

AVCTORE I. B. D

27 Anno XL regni Chlotharij (*qui an.* IↃLXXXIV *patri Chilperico ſucceſſit, quatuor menſes natus*) homo nomine Samo, natione Francus, de pago Senonago, plures ſecum negotiantes adſciuit, & ad exercendum negotium in Sclauos cognomento Winidos perrexit. Sclaui iam contra Auares cognomento Chunos, & Regem eorum Gaganum, cœperant rebellare. Winidi, Befulci Chunis fuerant iam ab antiquitus, vt cùm Chuni in exercitu contra gentem quamlibet adgrediebant, Chuni, pro caſtris adunato illorum ſtabant exercitu; Winidi verò pugnabant. Si ad vincendum prævalebant, tunc Chuni prædas capiendum adgrediebant. Sin autem Winidi ſuperabantur, Chunorum auxilio fulti vires reſumebant. Ideò Befulci vocabantur à Chunis, eò quòd duplici in congreſſione certaminis veſtitu prælia facientes ante Chunos præcederent. Chuni ad hiemandum annis ſingulis in Sclauos veniebant: vxores Sclauorum & filias eorum ſtratu ſumebant: tributa ſuper alias obpreſſiones Sclauis Chunis ſoluebant. Filij Chunorum, quos in vxoribus Winidorum & filiabus generauerant, tandem non ſuffe- E rentes malitiam ferre & obpreſſionem, Chunorum dominationem negantes, (vt ſuprà memini) cœperant rebellare. Cùm in exercitu Winidi contra Chunos fuiſſent adgreſſi, Samo negotians (quomodò memoraui ſuperiùs) cum ipſis in exercitu perrexit; ibique tanta eius fuit vtilitas, vt de Chunis nimia multitudo gladio Winidorum trucidaretur. Winidi cernentes vtilitatem Samonis, eum ſuper ſe eligunt Regem, vbi XXXV annos regnauit feliciter. Plurima prælia contra Chunos in ſuo regimine Winidi inierunt: ſuo conſilio & vtilitate Winidi ſemper ſuperarunt. *Hactenùs Fredegarius: in cuius editione per Bochellum adornatâ*, Samo *ortus dicitur* de pago Sennonagago, *qui fortè tractus* Sennâ *amne irriguus in Belgio Sonegias inter & Bruxellam, quaſi* Senne-gaw *dicas. Ita alibi* Liſtergagium, *pro Lætico pago*, Liſter-gaw, *ad Latiani, ſiue Liſam flumen, in Flandriâ. Porrò ex Fredegarij narratione patet, ſatis diuturnam ab fœdiſſimâ gente ſeruitutem perpeſſos eſſe Sclauos, quam tandem anno Chriſti* IↃCXXIV, *Clotarij Regis Francorum* XL, *excuſſerint.*

grauiſeruitutis oppreſſi ab Hunnis,

& indignè paſſi,

rebellant, & vincũt,

induſtriâ Samonis;

quem Regẽ creant,

Francum genere, fortè è Belgio:

28 *Ita inuicem tunc colliſæ duæ illæ nationes, vt tamen vicinis moleſtæ eſſent, cogerentq; ad auxilia Francorum reſpectare. Nam ſcribit Fredegarius ad annum Dagoberti ſeptimum, Chriſti* IↃCXXXIV. Tantâ proſperitate regale te- F gimen . . . regebat *Dagobertus*, vt à cunctis gentibus immenſo ordine laudem haberet. Timorem verò ſic fortem ſua concuſſerat vtilitas, vt iam deuotione arriperent ſuæ ſe tradere ditioni: vt etiam gentes, quæ circa limitem Auarorum & Sclauorum conſiſtebant, eum promptè expeterent, vt ille poſt tergum eorum iret feliciter, & Auaros & Sclauos ceteraſque gentium nationes, vſque manu publicâ ſuæ ditioni ſubiiciendum fiducialiter ſpondebant. *Poſtrema hæc aliter efferuntur in Geſtis Dagoberti*: intantùm vt Auari & Sclaui, ceterarumque gentium nationes manu publicâ ipſius ditioni ſe ſubiiciendas fiducialiter ſponderent. *Quæ haud probabile eſt à Sclauis, ſaltem publico conſilio, fuiſſe promiſſa; cùm feliciter iis Samo imperaret, qui etiam Francos ipſos vltro irritare auſus, variis deinde cladibus affecit; vel ideò fortaſis, quòd hæc agitata à ſuis, vel ſubditis vel vicinis, conſilia intellexiſſet.*

quibuſdã contra eũ ſollicitãtibus Dagobertum R.

29 *Narrat id Fredegarius his verbis*: Eo anno Sclaui, cognomento Winidi, in regno Samonis, negotiantes Francorum cùm plurimâ multitudine interfeciſſent; & rebus expoliaſſent; hoc fuit initium ſcandali inter Dagobertum & Samonem Regem Sclauorum. Dirigens quemdam Dagobertus Sicharium Legatarium ad Samonem, petens vt negotiantes, quos ſui interfe-

Francos mercatores ſpoliatos occidit:

AVCTORE I. B.

cerant, aut res inlicitè vſurpauerant, cum iuſtitiâ faceret emendare. Samon nolens Sicharium videre, nec ad ſe cum venire permitteret; Sicharius veſtem indutus ad inſtar Sclauorum, cum ſuis ad conſpectum peruenit Samonis: vniuerſa, quæ iniuncta habuerat, eidem nuntiauit. Sed, vt habet gentilitas & ſuperbia prauorum, nihil à Samone, quæ ſui admiſerant, eſt emendatum, niſi tantùm placita vellens inſtruere, vt de his & aliis intentionibus, quæ inter partes ortæ fuerant, iuſtitia redderetur in inuicem. Sicharius, ſicut ſtultus Legatus, verba improperij, quæ iniuncta non habuerat, & minas aduersùs Samonem loquitur, eò quòd Samo & populi regni ſui Dagoberto deberent ſeruire. Samo reſpondens iam ſaucius dixit: Et terram quam habemus, Dagoberti eſt, & nos ſui ſumus, ſi tamen nobiſcum diſpoſuerit amicitias conſeruare. Sicharius dixit: Non eſt poſſibile, vt Chriſtiani & Dei ſerui cum canibus amicitias conlocare poſſent. Samo è contrario dixit: Si vos eſtis Dei ſerui, & nos ſumus Dei canes; dum vos aſſiduè contra ipſum agitis, nos permiſſum accepimus, vos morſibus lacerare. Eiectus eſt Sicharius de conſpectu Samonis.

A repetundarum agentem Legatum,

ſed ſuperbius,

feſtiuè refellit:

30 *Dagobertus mox triplicem aduersùs Sclauos concitauit exercitum, Longobardorum, Alamannorum, Auſtraſiorum: Auſtraſij re parùm proſperè geſtâ, turpiter diffugerunt. At* plurimum numerum captiuorum de Sclauis Alamanni & Longobardi ſecum duxerunt. *Geſta hæc ſunt anno* IX *Dagoberti, Chriſti* IↃCXXXVI. Multis poſt hæc vicibus, *inquit idem Fredegarius*, Winidi in Thoringiam & reliquos vaſtando pagos in Francorum regnum irruunt. Etiam & Deruianus Dux gentis Vrbiorum, quæ ex genere Sclauorum erant, & ad regnum Francorum iam olim aſpexerant, ſe ad regnum Samoni cum ſuis tradidit. Iſtamque victoriam, quam Winidi contra Francos meruerunt, non tantùm Sclauinorum fortitudo obtinuit, quantùm dementatio Auſtraſiorum, dum ſe cernebant cum Dagoberto odium incurriſſe & aſſiduè expoliarentur.

bello appetitur:

B

alios à Francis abſtrahit,

31 *Anno ſequenti, Chriſti* IↃCXXXVII, *Dagoberti* X, exercitum Winidorum Thoringiam fuiſſe ingreſſum *tradit idem auctor*. Anno XI regni Dagoberti, *Chriſti* IↃCXXXVIII, cùm Winidi iuſſu Samonis fortiter ſæuirent, & ſæpè tranſcenſo eorum limite, regnum Francorum vaſtando, Thoringiam & reliquos pagos ingrederentur; Dagobertus..... Sigibertum filium ſuum in Auſter regnum ſublimauit..... Deinceps Auſtraſij eorum ſtudio limitem & regnum Francorum contra Winidos vtiliter defenſare noſcuntur. *Hæc Fredegarius è quibus refutes auctorem Vitæ S. Virgilij Epiſc. Salisburgenſis, ſcribentem Quarantanos, cum Samone Rege, denum Dagoberti* ſeruitio ſubactos eſſe. *Quod ab eo Auentinus, Lazius, Megiſerus hauſêre.*

incurſat & (apius vorũ prouincias:

reprimitur auſpiciis S. Sigeberti R.

C

§ V Duces Carinthiæ ante & poſt B. Domitianum.

32 *MOrtuo circiter annum Chriſti* IↃCLX *Samone, admotus necne ad regni gubernacula filiorum aliquis ſit,* (*nam* XXII *habebat, filias* XV) *an regia poteſtas abrogata, & in plures Duces partita, incertum eſt. Etenim fuêre, etiam viuo Samone, certorum diſtrictuum ad Sclauicam gentem pertinentium Duces: vt ille, de quo* § *ſuperiore,* Deruianus Dux gentis Vrbiorum: *& cùm anno Chriſti* IↃCXXXVI *victi ab Chunis Bulgari ad Dagobertum confugiſſent,* IX *millia virorum, cum vxoribus & liberis, & ab eo iuſſi eſſent in Baioariâ hiemare, ac poſt vnâ nocte interfici à Baioariis vniuerſi; elapſum ex eâ cæde cum* IↃCC *viris Altiaum* in marcâ Winidorum *ſeruauit* Wallacus Dux Winidorum, *& plurimis ſecum annis retinuit.*

Duces Sclauorum, etiam viuo Samone.

33 *Qui S. Virgilij Epiſcopi Salisburgenſis Vitam ſeculo* XII *ſcripſit, B. Eberardi Archiepiſcopi diſcipulus, de Carinthiæ poſt Samonem ſtatu & Ducibus iſta ſcribit:* Non multo pòſt tempore cœperunt Huni eoſdem Quarantanos hoſtili ſeditione grauiter affligere, fuitque Dux tunc eorum Boruth nomine, qui Humorum exercitum contra eos videns, interim Bauaris nuntiare fecit, rogans eos ſibi in auxilium venire. At illi cùm magnâ feſtinatione venientes expugnauerunt Hunnos, & obſirmauerunt Quarantanos, ſeruitutique eos Regum ſubiecerunt, ſimul & confines eorum: duxeruntque inde obſides ſecum in Bauariam, inter quos erat filius Boruth, nomine Karaſtus, quem pater eius more Chriſtiano nutriri & baptizari poſtulauit: quod ita factum eſt. Similiter de Chetimaro filio fratris ſui fieri rogauit. Mortuo autem Boruth, iuſſu Francorum, Bauari Karaſtum, Chriſtianum factum, petentibus eiſdem Sclauis remiſerunt, & illi eum Ducem fecerunt: ſed poſteà ille tertio anno defunctus eſt. Iterum autem, permiſſione Pipini Regis, populis idem petentibus, Chetimarus Chriſtianus ducatum ſuſcepit..... Mortuo autem Chetimaro, & ortâ tertiâ ſeditione, aliquot annis nullus Presbyter ibi erat, vſque dum Waltunc Dux eorum miſit iterum ad Virgilium Ep.

D

Boruth Dux Carantanorum, Hunnos vincit. Bauarorum ope:

ei Karaſtus F. ſuccedit Chriſtianus, huic Chetimarus patruelis,

34 *Ex his conficitur,* Boruthum *Ducem vſque ad Pipinum Regem vixiſſe: quo annuente Chetimarus triennio poſt Boruthi mortem Dux Caranthanorum eſt creatus, qui ſecum Maiorannm, à S. Virgilio ſacerdotio initiatum,* propter doctrinam Chriſtianæ religionis detinuit: *nanque ipſe Virgilius primùm anno* IↃCCLXVII *Pipini penultimo, Epiſcopus erat ordinatus.* Walcuno *verò Dux, iterum Presbyteros ad ſe mitti ab eodem S. Virgilio poſtulauit. Obiit hic anno* IↃCCLXXXIV: *quando Walcuno, non ſatis conſtat. Qui deinde ei prouinciæ præfecti fuerint, mox dicemus.*

tempore Pipini R. Francorũ

E

dein VValcuno.

35 *Wolfgangus Lazius* ex gentilitiis Annalibus, *vt frequens eos citat, quædam, haud ſatis conſentientia cum iis quæ narrata ſunt, refert, vt* Baruch, cum fratre Cotio, ab Auaribus Carantano regno exutũ, à Francorum denuò Regibus in dignitatem reſtitutum: Caraſtum ſacris vndis perlutum à B. Doningo, D. Ruperti Iuuauienſis Epiſcopi (CXXX *annis ante Caraſti principatum mortui*) diſcipulo: Cetemarum, Carnis Principem ex gente Francorum datum. *Hieronymus Megiſerus Samonem obiiſſe ſcribit anno Chriſti* IↃCXXXVIII, *Baruchum inde annis* XLII *imperitaſſe, Caraſtum* XIX, LVII *Chitomarum, Pipini auctoritate anno* IↃCC *Caranthanis Ducem datum: huic Valdungum filium ſucceſſiſſe, vltimum Slauici generis. Verùm hæc omnis chronologia ex antè allatis ſubruitur.*

Horũ Ducum Chronologia à Lazio & Megiſero perturbata:

36 *Valtunco, ſiue Waltcuneni, ſine liberis defuncto iidem Lazius & Megiſerus,* Theodonĕ Taſſilonis Bauariæ Regis filiũ *Carantanis à patre anno* IↃCCLXXII *præfectum ſcribunt, quem eo primùm anno natum Velſerus tradit; qui & dè Carantanis ad eum annũ iſtâ habet:* Domeſtici annales, Carantanos eodẽ anno à Thaſſilone victos atque ſubactos memorant: rem tantam, (nam ea ingens fuit Boicæ potentiæ acceſſio) verbo ſtrictim ſignificaſſe ſatis habentes. Valtuncum, quem Boiis volentibus regnaſſe, Virgilij amicitia oſtendit, priùs obiiſſe, in dubium, apud me quidem, non venit. *Eadem memorat Bruinerus, & belli cauſſam ita exponit:* Violata fœdera, deſcitumque à fide, quæque alia ferro vindicantur, bello ahſam dediſſe, etiam tacentibus litteris, intelligitur. *Nobis & dubia hæc Taſſilonis expeditio, & longiùs prorogata Waltcunoni vita videtur. Quis enim triennio Chetimari Waltcunoniſq; imperium, totq; motus & ſopitas ſeditiones circumſcribat?*

F

victi à Bauaris Caranianis

37 *Ingonem dein Ducem Carantanis datum volunt. Auentinus Baldungo, ſiue Waltcunoni, ait ſucceſſiſſe; Lazius & Megiſerus Theodoni Thaſſilonis filio: Brunnerus eũm locat anno* IↃCCXCI, *quo Carolus Magnus bellum in Pannoniâ aduersùs Hunnos geſſit; cùm triennio antè Thaſſilo Theodoq; attonſi in monachos eſſent. Mirum ſi Francus hic fuit, vti Megiſerus & Lazius aſſtruunt, nullam eius in Francicis annalibus fieri mentionem.*

horũ Dux Ingon.

38 *Alij Duces, citatis ſcriptoribus ignoti, memorantur in* hiſtoriâ de conuerſione Boiorum & Carentanorum ad fidem Chriſtianam, *quæ circa annum* IↃCCCLVIII

ſcripta

Pulsi à Francis Hunnis

A *scripta est; cuiusq; fragmentum recitat Chesnæus to.2 Rerum Francicar. vbi anno* IↃCCXCVI Ericus *Comes aduersùs Hunnos cum ingenti exercitu à Carolo Magno missus dicitur: deinde Pipinus eiusdem Caroli filius, qui victoriâ potitus,* partem Pannoniæ circa lacum Peleſſæ inferioris, vltra fluuium qui dicitur Rapa, & ſic vſque ad Drauum fluuium, & eò vſque vbi Drauus fluit in Danubium, prout poteſtatem habuit, prænominauit eum doctrinâ & Eccleſiaſtico officio procurare populum, qui remanſit de Hunnis & Slauis in illis partibus, Arnoni Iuuauenſium Epiſcopo. *Quod Carolus parens ratum habuit.*

Iuſtrata ab Arnone Ep. Salisburgenſi prouincia:

39 *Anno* IↃCCXCVIII Imperator præcepit Arnoni Archiepiſcopo pergere in partes Slauorum, & præuidere omnem illam regionem, Eccleſiaſticum officium more epiſcopali colere, populoſque in fide & Chriſtianitate prædicando confortare. Sicut ille præcepit, fecit: illuc veniendo conſecrauit eccleſias, ordinauit Presbyteros, populumque prædicando docuit. Et inde redi ens nuntiauit Imperatori, quòd magna vtilitas ibi potuiſſet effici, ſi quis inde habuiſſet certamen. Tunc iuſſu Imperatoris ordinatus eſt Theodoricus Epiſcopus ab Arnone Epiſcopo Iuuauenſium. Quem ipſe Arnon & Geroldus Comes, perducentes in Slauoniam, dederunt in manus Principum; commendantes illi Epiſcopo regionem Carentanorum, & confines eorum occidentali parte Draui fluminis, vſque dum Drauus fluit in amnem Danubij, vt poteſtatiuè populum regeret ſuâ prædicatione, & Euangelicâ doctrinâ doceret ſeruire Deo.

datus Theodoricus Ep.

B

40 Poſtquàm ergo Carolus Imp. Hunnis eiectis, epiſcopatus dignitatem Iuuauenſis Eccleſiæ Rectori commendauit, Arnoni videlicet Archiepiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus, tenendi perpetualiter atque regendi perdonauit; cœperunt populi, ſiue Slaui ſeu Baioarij, inhabitare terram, vnde illi expulſi ſunt Hunni, & multiplicari. Tunc primus ab Imperatore conſtitutus eſt confinij Comes Gonterannus, II Werenharius, III Albricus, IV Gotefridus, V Geroldus. Interim verò dum prædicti Comites Orientalem procurabant plagam, aliqui Duces habitauêre in illis partibus ad illam Sedem pertinentibus; qui Comitibus præfatis ſubditi fuêre ad ſeruitium Imperatoris: quorum nomina ſunt, Prinnihlauuga, Ceincias, Hroymar, Etgar. Poſt illos verò Duces, Baioarij cœperant prædictam terram dato Regum habere in Comitatum, Hebriwinus, Albgarius, & Palco. His ita peractis, Ratbodus ſuſcepit defenſionem termini: in cuius ſpatio temporis quidam Prinnina exulatus à Moymaro Duce Morauorum ſupra Danubium venit ad Ratbodum. Qui ſtatim præſentauit illum Domino Regi noſtro Ludouico ..... Illoque tempore Ludouicus Rex Boiariorum miſit Ratbodum cum exercitu multo ad exterminandum Ratimarum Ducem.

Comites Auarici limitis à Carolo Magno cõſtituti, ſub iis indigena Duces,

& Baioarij:

C

41 *Ducum horum Comitumq; non reperio apud Megiſerum mentionem: recenſet eos Lazius, ſed non quo debuit ordine. Vterque Inguoni (anno* IↃCCXCII *mortuo, vt vult Megiſerus) ſubſtituit Codolaum, huic Baldricum, ei Domitianum. Fuit quidem, vt ex Francicis annalibus patet, Cadolach, ſiue Cadolaus Comes, Dux Foroiulienſis, Dalmatiæ finium Cuſtos; cui an.* IↃCCCXIX *defuncto ſubrogatus Baldricus: atque huic anno ſequenti* pars Carantanorum, quæ ad Liudewiti *Ducis Pannoniæ inferioris* partes *à Ludouico Pio Imp.* defecerat, *ſeſe dedidit, vti Eginhardus teſtatur, qui eum ac Geroltum Comitem* Auarici limitis Cuſtodes *appellat, &* in Carantanorum prouincià *anno* IↃCCCXXVI *verſatos refert: ac tandem anno* IↃCCCXXVIII *Baldricum ait in ordinem redactum,* cùm propter eius ignauiam Bulgari fines Pannoniæ ſuperioris impunè vaſtaſſent. Geroltus verò, *ſiue* Geroldus, *ac* Geraldus *dictus, ille eſt, qui nu.*40. *quintus confinij Hunnici Slauicique Comes recenſetur, diuerſus ab* Geroldo *Bauariæ Præfecto, qui nu.*39 *cum Arnone Theodoricum Ep. adduxiſſe ad Slauos memoratur, cæſuſq; ab Hunnis cum Erico Foroiulienſi Duce an.* IↃCCC.

dein alij Cuſtodes limitis & Carantanorũ Præſides, Frãci.

42 *Lazius poſtquàm de* S. Domitiano *egit iſta ſcribit:* Gerholdus in Annalibus gentilitiis, vnà cum filiis Goteramo & Wernherigone, legitur poſt S. Domitianum Carnis præfuiſſe: quemadmodùm & qui ſequitur, Albricus, de quo præterea in Annalibus reperi nihil: quemadmodùm nec de ſequentibus, Gotofredo, Geroldo, Helimbino, Albarico, Padone. *Atqui hi ſunt, quos iam retulimus,* Geroldus Bauariæ Præfectus, Gonterannus, Werenharius, Albricus, Gotifredus, Geroldus, Hebriwinus, Albgarius, Palo. *Poſt hos Caroloman-num Ludouici II Germanici filium Carentanorum Ducem ſtatuit, cui* ex nobili fœminâ Carentanâ, ſed thoro illegitimo, natus *Arnulphus, & ipſe Dux Carinthiæ, dein Imperator factus.*

AVCTOR. LIB. I.

D

Ducum illorum Comitumq; interuerſa ſeries ac tempora apud Lazium.

§ VI *B. Domitiani ætas determinata, ſeculi octaui fine, ac noni principio.*

43 *QVorſum hæc de aduentu, Rege, Ducibus Slauorum Carantanorum, tam altè repetita narratio? Nimirùm vt S. Domitiani ætatem reperiamus, qui* populum iſtum conuertiſſe ad Chriſtianitatem *dicitur. Non id arbitror eo tempore contigiſſe, quo Romani Noricum tenebant; quamuis &* Domitiani *nomen Romanum, & fuit prouincia Chriſtiana. Neque enim, quod aſſeritur, vel conſtructa ab eo eccleſia, barbarorum tot ſeculis euitaſſet manus, vel eius, vt aliorum plurimorum Sanctorum, non abolita memoria eſſet:*

Carinthiã à S. Domitiano conuerſa; ahtea Chriſtiana:

E

44 *Deinceps, etiam poſtquàm Romani inde emigrarant, effulsère identidem ſcintillæ aliquæ velut è cineribus fatiſcentis religionis. Vnde & (quod antè diximus) pſeudoſynodus in Marano habita queritur,* Tiburniæ *Sacerdotes à Galliarum Epiſcopis conſtitutos, aitq; anteà conſueuiſſe per Metropolitam Aquileienſem eas* Eccleſias in gentibus poſſideri. *Sed Slauorum immanitate cultus veri Numinis abolitus. Quo tempore è Burgundiâ à Theodorico Rege ac Brunechilde auiâ, eiectus eſt S. Columbanus, ſub annum Chriſti* IↃCX, *ei* cogitatio in mentem ruit, vt Veneticorum, qui & Sclaui dicuntur, terminos adiret, cæcaſque mentes Euangelicâ luce illuſtraret, ac ab origine per deuia oberrantibus veritatis viam panderet: *vti in vitâ eius,* XXI *Nouembris, Ionas ſcribit. Verùm ex Angelo intellexit, non eſſe gentis illius in promptu fidei profectus.*

ſed defloruerat ſenſim religio;

ac poſt plane excisa à Slauis: quos adire diuinitus vetatus S. Columbanus;

45 *S. Columbani diſcipulus Euſtaſius, qui* XXIX *Martij colitur,* ad Boias, qui nunc Bicarij (*fortè* Baioarij) vocantur, tetendit, coſque multo labore imbutos, fideique lineamento correctos, plurimos eorum ad fidem conuertit. *Plenius fidem per Bauariam diſſeminauit S. Rupertus, Wormatienſis primùm, deinde Iuuauienſis, ſiue Salisburgenſis Epiſcopus, cuius Vitam dabimus* XXVII *Martij. De neutro, an Carantanos fines ingreſſus ſit, conſtat: nedum ab hoc* B. Domitianum *baptiſmo ablutum, quod aliqui diuinant. Diu enim poſt S. Ruperti mortem, quam ad annum* IↃCXXVIII *Velſerus Brunneruſq; conſignant, Gentiles fuêre Slaui, ipſeq; cumprimis eorum Rex Samo, vt ſuperiùs è Fredegario memoratum.*

an SS. Euſtaſius & Rupertus adierint, incertum:

F

46 *Haud multò pòſt, S. Amandus ad Sclauos penetrauit. Nam, vt ſcribit Baudemundus* VI *Februarij in eius Vitâ,* audiuit, quòd Sclaui nimio errore decepti, à diabolicaqueis tenerentur oppreſſi. Illicque martyrij palmam ſe aſſequi poſſe confidens, transfretato Danubio, eadem circumiens loca, liberâ voce Euangelium Chriſti gentibus prædicabat. Paucis verò ex eis in Chriſto regeneratis, videns etiam ſibi non ſatis accreſcere fructum, & martyrium, quod ſemper quærebat, non ſe adepturum, ad proprias iterum reuerſus eſt oues. *Pauci illi ex iis fuêre fortaſſis, qui ſuprà* § 4 *nu.* 28 *dicuntur Dagoberti Regis* ditioni, *ſub annum Chriſti* IↃCXXXIV, ſe ſubiiciendos fiducialiter ſpopondiſſe. *At non fuit inter eos Domitianus; quippe qui gentem vniuerſam Chriſto adiunxiſſe dicatur, quod tunc minimè euenit. Hallucinatur enim, vt ſæpè, Auentinus dum lib.*3 *Annal. Boior. ſcribit ab exercitibus Dagoberti,* Venedorum regionem in obſequium & ditionem

S. Amandus adiit, ſed paucos conuertit:

Auctores I.B.

tionem redactam; Venedos quóque ſub iugum religionis Chriſtianæ miſſos. *Suprà § 4 demonſtratum eſt, præter captiuos plurimos vitæ vnicâ abductos, omnem tunc Francorum de Slauis triumphum fuiſſe, eorum poſt annos aliquot, repreſſiſſe incurſiones, datò Auſtraſiis Rege S. Sigeberto.*

47 *Longo poſt hæc interuallo temporis adhuc Gentiles fuêre Slaui. Nam ab iis per Boicam latrocinia magis quàm bella facientibus, anno* DCXCVII, *interfectum eſſe* S. Marinum Ep. *(qui* XV *Nouembris cum S. Auiano Archidiacono colitur) tradunt ex Actis monaſterij Rotenſis Velſeruslib.4 Brunnerus lib. 5 nu.8; Raderus to.1 Bauariæ ſanct.c. Barbaros illos, vt ſcribit Velſerus,* Vandalos fuiſſe memorant, qui Slaui, id eſt, Venedi de proximo fuerint oportet; nam eoſdem Vandalos appellare, vetus & vulgatus error.

adhuc an. 697 erant Gentiles.

48 *Tandem Chetimarus Dux Karantanorum Chriſtianus, extremis Pipini Regis temporibus, Maioranum Presbyterum, à S. Virgilio Salisburgi ordinatum, ſecum in prouinciam duxit, ac deinde Modeſtum Epiſcopum ac Presbyteros aliquot ab eodem Virgilio Salisburgenſi Ep. obtinuit, ipſamq; Virgilium in ſuam prouinciam inuitauit, & antea; & præſertim Modeſto iam defuncto: ſed cùm variæ ortæ eſſent apud Carantanos, fortaſsis religionis obtentu, ſeditiones, neque proficiſci eò Virgilius potuit, & Latinus Presbyter inde abſcedere coactus eſt.* Mortuo autem Ketmaro, *inquit ſcriptor Vitæ S. Virgilij;* & ortâ tertiâ ſeditione, aliquot annis nullus Presbyter ibi erat, vſque dum Waltunc Dux eorum miſit iterum ad Virgilium Ep. & intentè poſtulauit, vt ad confortandam in fide prædictam terram aliquos deſtinaret Presbyteros. *Quod & factum eſt, ipſeq; deinde Virgilius* per Karinthiam ſenſim tranſeundo ad fines Hunnorum, vbi Trabus influit Danubium ... pertranſiit.

Primus Chetimarus Dux Euangelij præcones publicè induxit:

deinde Waltcuno.

49 *Inguonem dein, ſcribit poſt Auentinum Lazius, ſubſcribente Brunnero, Carantanis præfectum. De quo iſta narrat apud eumdem Lazium & Megiſerum Æneas Siluius Picolomineus:* Fama eſt, anno DCCXC poſt Chriſti Saltiatoris ortum, imperante Carolo Magno, Ducem gentis, Inguonem nomine, ingens conuiuium prouincialibus præparaſſe: & agreſtibus quidem ad conſpectum ſuum intromiſſis, in vaſis aureis atque argenteis; Nobilibus verò & magnatibus, procul ab oculis collocatis, fictilibus miniſtrari iuſſiſſe: interrogatum, cur ita faceret, reſpondiſſe, non tam mundos qui vrbes & alta palatia, quàm qui agros & humiles caſas colerent. Ruſticis, qui Chriſti Euangelium accepiſſent, baptiſmatis vndâ purificatis, candidas & nitidas eſſe animas; nobilibus ac potentibus, qui ſpurcitias idolorum ſequerentur, ſordidas ac nigerrimas: ſe verò pro animarum qualitatibus inſtruxiſſe conuiuium. Caſtigatos câ re nobiles cateruatim ſacri Baptiſmatis vndam quærentes, breui tempore, ſub Virgilio & Arnone Iuuauienſibus Epiſcopis, vniuerſos Chriſti fidem accepiſſe. *Ita ille; ex eo alij complures. Hunc ego* Ingonem, *ſiue, vt ſcribit Lazius,* Inguonem, *eſſe* Prinnihlaungam *Ducem ſuſpicor, ſuprà nu. 40 memoratum: ſolent enim barbara illa nomina variè à ſcriptoribus, diuerſe præſertim nationis, exarari, ac ſæpè dimidiari. Et dictus eſt fortaſsis* Inguon & Bruningwon: *vnde* Prinnihlawga *detortum. ita qui in hiſtoriâ de conuerſione Boiorum & Carentanorum* Prinnina à Moymaro Duce Morauorum exulatus; *is apud Megiſerum & alios* Bryno *appellatur, atque ab eo* Bryna, *ſiue* Bruna, *vrbs Morauiæ dicta creditur.*

Inguŏ plebem Chriſtianam populo honorat;

notatio Proceribus;

idē Prinnihlaūga, *ſiue* Bruningwon.

50 *Ea ſi probetur coniectura, augurari & illud licebit, qui ei videtur ſucceſsiſſe,* Ceinciam *eſſe* Domitianum *noſtrum, qui &* Tuitianus *dicitur, & fortaſsis duriore aliquo vocabulo à gentilibus ſuis nuncupatus fuit, quod deinde propinquior ille ſcriptor* Ceincias *dixerit, poſteri* Tuitianus, *ac dein* Domitianus. *Quid ſi non* Ceincias, *ſed* Tuicias *ſcriptum, vnde* Tuicianus *vel* Tuitianus? *Facilis ea litterarum mutatio, vt* T *in* C *tranſeat,* ui *in* in. *Omnino certè ad hoc tempus referendus videtur Diuus hic noſter, non, vt Lazius lib.6 de migrationibus gentium, & Megiſerus voluêre, poſt Baldricum, circiter annum* IↃCCCXXVIII, *tempore Ludouici Pij. Et veriſimile eſt à* S. Modeſto *Epiſcopo baptiſma ſuſcepiſſe, inter-*

poſt eum B. Domitianus;

dij illos fuiſſe Principes de quibus in Vitâ S. Virgilij. O quanta Principum, cuiuſcumque religionis, obuiam illi cum pompâ procedentium exultatio! *atque inter eos, in quorum manus Arno & Geroldus, ſuprà nu. 39 dediſſe* Theodoricum *Epiſcopum narrantur.* D

51 *Diuerſa ab iis quæ citato de migrationibus libro, ſcribit Lazius lib.12 Commentarior. reip. Romanæ, ſect.6 cap.5. & ſententiæ noſtræ propiora, haud tamen ſatis probata, videlicet,* Waldcundnem Ducem, in Chriſtianiſmo Domitianum nominatum eſſe, & non ſolùm ad fidem doctrinamque ſalubrem ſuſcipiendam inductum eſſe *à Modeſto Epiſcopo*, verùm etiam vt duo maxima in Carnorum agro templa poneret, in ruinis municipiorum quondam Romanorum, Soluenſi videlicet Coloniâ, & Milleſtatuis. *Ac deinde repetit,* Domitianum Ducem B. Modeſti Apoſtoli ductu & templum poſuiſſe & Epiſcopij Sedem. *Verùm iam antè ex Vitâ S. Virgilij retulimus, imperante etiamtum Carantanis Chetimaro obiiſſe Modeſtum Ep. Neque, antequàm Arno prouinciam luſtraret, gentem vniuerſam eſſe conuerſam, quod tamen per B. Domitianum factum traditur. At cùm Lazius vtroque loco Inguonis hiſtoriam ex Æenea Siluio referat ac probet, ſi Domitianus Waltcuno fuit, certè hic non niſi ruſticanam plebem conuertiſſe dicendus erit, nobilitate adhuc errores gentilitios retinente actuente. Rexit igitur Carinthiam Domitianus Caroli Magni Imperatoris temporibus, paullò ante annum* IↃCCC *& aliquo deinceps ſpatio. Ita non ex vano licet, omnibus perpenſis, pronuntiare.* E

non idem qui VValtcuno;

nec S. Modeſto Ep. Sedem idtum Dux poſuit.

§ VII *B. Domitiani inauguratio. Geſta alia, & miracula, à quo deſcripta?*

52 *Ad noſtram firmandam de B. Domitiani ætate opinionem, Lazij labefactandam, facit plurimùm ipſiuſmet Lazij alia coniectura, Megiſero quoque probata: primum illum fortaſsis eâ ſolennitate, quam citatus antè Siluius Picolomineus refert, inauguratum fuiſſe in Ducem Carnorum. Ita ille lib.6 de migrat. gent. pag. 161. Nos quia illud Picolominei opus non vidimus, ritum illum, ad B. Domitiani geſta ſpectantem, ex ipſo Lazio, ſed illius verbis cùm referente, deſcribemus. Ita ergo habet & citato Commentar. Reip. Rom. lib.12 & 6 de migrationibus gentium:*

Inauguratus B. Domitianus, ritu à poſteris retento:

53 Imperium Carinthiæ Auſtrales obtinent, & Archiducem appellant cui ea regio paret. Quoties nouus Princeps Reip. gubernationem init, ſolennitatem nuſquàm alibi auditam obſeruant. Non longè ab oppido S. Viti, in valle ſpatiosâ, vetuſtæ ciuitatis reliquiæ viſuntur, cuius nomen temporis aboleuit antiquitas. Iuxtà in pratis latè patentibus marmoreus lapis erectus eſt. Hunc ruſticus aſcendit, cui per ſucceſſionem ſtirpis id officium hæreditario iure debetur: à dextrâ bos macer nigri coloris adſtat, ad ſiniſtram pari macie deformis equa: frequens circa eum populus & omnis ruſtica turma. Tum Princeps ex aduersâ pratorum parte procedit: purpurati eius Proceres ambiunt. Vexillum ante ipſum & inſignia principatus, Comes Goritiæ, qui Palatij curam gerit, inter duodecim minora vexilla præcurrit: reliqui magiſtratus ſequuntur. Nemo in eo comitatu non dignus honore videtur, niſi Princeps, præ ſe ipſe ruſtici ſpeciem ferens: agreſtis ei veſtis, agreſtis pileus, calceuſque, & baculus in manu geſtatus paſtorem oſtendit. Quem poſtquàm ruſticus ex lapide venientem conſpicatus eſt, ſermone Sclauico (ſunt enim ipſi Carinthiani Sclaui) Quis hic eſt, inclamat, cuius tam ſuperbum inceſſum video? Reſpondent circumſtantes, Principem terræ aduenire. Tum ille: Iuſtúſne Iudex eſt, ſalutem patriæ quærens? liberæ conditionis, dignus honore? eſtne Chriſtianę cultor fidei & defenſor? Reſpondent omnes: Eſt, & erit. Rurſus ille: Quo me iure ab hac ſede dimouebit? At Goritiæ Comes, LX denariis abs te, inquit, locus emitur. Iumenta hæc tua erunt; bouem atque equam oſtendens. Veſtimenta F

quo fazeiū in prato tribunal,

à ruſtico inſeſſum,

nouus Princeps, ruſticano habitu indutus,

emit;

A *mouitusque vt iuſtitiæ & fidem ſeruet,*

Veſtimenta quoque Principis, quæ paullò antè exuit, accipies. Eritque domus tua libera & abſque tributo. Quibus dictis, ruſticus leui alapâ Principi datâ, bonum Iudicem eſſe iubet: & ſurgens, iumentaque ſecum abducens, loco cedit.

id cõſcendit;

54 Princeps verò conſcenſo lapide, nudum gladium manu vibrans, ad omnem ſe partem conuertit, æquum iudicium populo promittens. Ferunt & æquam frigidam, ruſtico allatam pileo, bibere, tamquàm vini vſum damnet. Deinde ad eccleſiam Solienſem pergit, quæ in propinquo tumulo ſita eſt, S. Petri vocabulum habens, & olim pontificalis fuiſſe dicitur: vbi peractis ſacrificiis Princeps ruſtica indumenta deponit, paludamentumque induit: conuiuatuſque ſplendidè cum Proceribus, in prata reuertitur: ibique pro tribunali ſedens, ius petentibus dicit, & feuda confert. *Deinſubiunctâ, quam priùs retulimus, Inguonis hiſtoriâ, hoc epiphonemate concludit Picolominieus:* Hinc honos inueſtiendi Principis ruſticitati datus. *Etiam poſtremi Duces Carinthiæ,* Carolus & Ferdinandus II *ad ſaxeum illud tribunal (non marmoreum, vti apud Lazium & Megiſerum Picolomineus ſcribit) inaugurati ſunt: omiſſis tamen cæremoniis*

ac poſt ſacra & epulas,

ius dicit.

B *ruſtici cultus ac alapæ; quia fortaſſis tantam popularitatem tempora non patiebantur, multorum auerſis à Deo & Principe per hæreſin animis: ſed dederunt, Proceribus litteras, quas* Reuerſales *vocant, & declararunt nihil ſe de eorum priuilegiis derogatum velle.* Ferdinandus III *poſſeſſionem capeſſiuit per Principem Eggenbergium Ioannem Vdalricum.*

55 *Adfuerit ei contiuio, quod Ingtion inſtruxerat, Domitianus, eius ſiue filius ſiue agnatus, ſed, quia Chriſtianus, inter ruſticos: quod nè probro eſſet, ſanxerit vel Inguon vel ipſemet ſuſcepturus adminiſtrationem, vt ritus ille ſolennis eſſet ad*

inſcriptum olim tribunali nomen Domitiani.

poſteros. Superſunt adhuc in campo, *inquit Lazius Commentariorum reip. Rom. libro citato, pag.* 1037, tribunalis lapidei fragmenta, vbi inaugurari Dux, & dicere populis iura ſolebat. *additq; ſe cuncta diligentiùs perſcrutantem,* poſtremo in ſaxo, à tribunali illo vetuſtate deciſo, Domitiani ipſius Principis Chriſtiani Carnorum inſcriptionem reperiſſe; *at litteris antiquiſſimis, vt lib. 6 de migrat. gent. monet.*

56 *Quod Epiſcopij Sedem poſuiſſe* B. *Domitianum tradunt, haud equidem abnuerim: at non ea Modeſto Epiſcopo, ſed*

Theodorico Ep. Sedem fundat

Theodorico *potiùs videtur poſita; eo tamen fortaſſis loco, vbi anteà Modeſtus domiciliuin habuerat, at nunc præpoſiturâ* D. Virginis in Solio *eſt, vulgò* Saal. *Quod* Soluenſe *eſſe, memoratum Plinio lib. 3 cap. 24 oppidum Noricorum, in Notitiâ Imperij ſub Duce prouinciæ Valeriæ,* Solua *appellatum, videtur Lazio. Nam* quas hodie ruinas ampliſſimas, *inquit*

C *lib. 12 citato,* Diuæ Virginis præpoſituræ in Solio iunctas, vulgò Liburniam vocant, ego Soluenſis illius Romanæ coloniæ veſtigia eſſe adſero. Nam & ager proximus Soluenſis, adhuc vulgò IN SOLFELDT, & .... templum in colle editiore ruderum antiquorum poſitum, Diuæ Virginis in Solio nominatur: *Atque hoc eſſe templum, in quo ſacris aſſiſtere Ducem die inaugurationis oportet, ait Megiſerus, quod Æneas Siluius ſuprà* S. Petri *vocabat. Porrò* regiam iſthic & religionis & Principis exinde loco ſemper & in multa ſecula manſiſſe *ſcribit Lazius: ſed fatetur ſe huius Sedis Antiſtites, qui poſt ea tempora ſederint, inuenire non potuiſſe: epiſcopatum deinde Gurkium tranſlatum.* Inſtituit *certè quidem S. Gebehardus Salisburgenſis Archiepiſcopus, vt in eius Vitâ,* XVI *Idnij, dicetur,* Sedem Epiſcopalem intra Carinthiam, in loco Gurca dicto, vbi priùs fuerat cœnobium ſanctimonialium, cui præfecit & conſecrauit Epiſcopum Guntherum II Nonas Martij, anno Incarnationis Domini CIↃLXXII. *Sita eſt Gurca, ſiue Gureum, aut Gurkium, ad cognominem fluuium, qui & Strasburgum alluit, exiguum oppidum ad pedem iacens editi montis, cuius in vertice arx eſt, Gurcenſis Epiſcopi domicilium; Præpoſito Gurci commorante: vt videre eſt apud Matthæum Meriannm.*

quæ Gurcum poſteà tranſlata.

57 *Quas verò ſtatuas mille, à S. Domitiano dirutas tradunt, à colonis anteà in fano gentili adoratas, quæ Milleſtadio*

oppido nomen fecerint; eas oportet vel à Romanis illic poſitas, vel potiùs ab Illyriis loci habitatoribus, priuſquàm ea loca Romani ſubiugarent. Latinum enim nomen eſt, & à Romanis, non Sclauis factum. Porrò ſi deorum erant ſtatuæ, ſiue mille, ſeu ſaltem multæ, miretur quiſpiam, vſque ad tempora Caroli Magni ſtetiſſe, neque dum Chriſtiana quinto ſeculo efloreſceret religio, deiectas eſſe. Quaſi non eiuſmodi impietatis monumenta ſemper reperiant vel artis admiratores vel vetuſtatis. Si Romæ ſtetit Pantheon vltra S. Gregorij tempora, clauſum quidem fortaſſis, at non expiatum tamen ac verò ſacratam numini; an mirum illuderit in longinquâ prouincia, ſ. inper ferè Gentilium incurſionibus expoſitâ? Si in mediâ Italiâ, in cacumine Caſſini montis, S. Benedicti ætate, vetuſtiſſimum fanum fuit, in quo ex antiquorum more Gentilium, à ſtulto ruſticorum populo Apollo colebatur; circumquaque etiam in cultu dæmonum luci ſuccreuerant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium inſana multitudo ſacrificiis ſacrilegis inſudabat, *vti S. Gregorius in eius Vitâ* XXI *Martij teſtatur; cur non in Norico potuerunt ſimilia & fana & ſimulacra & ſacrificia non omnino fuiſſe exterminata? In hac ipsâ vrbe religioſiſſimâ, in quâ ſcribimus, euulsâ ſtirpitus iam à mille annis idololatriâ, nonne ſupra portam burgi veteris iuxta publicum carcerem,* Priapi E *viſitur ſaxea effigies, truncata quidem illa & deturpata, ne turpior integra eſſet? Nonne pari neglectu Chriſtianorum, permanere illæ ſtatuæ potuêre atque à Sclauis poſteà coli? Non aſſeueramus tamen, licet à mille ſtatuis factum loco nomen eſſe conſtaret, omnes aut aliquas ad B. Domitiani ætatem ſteteſſe; ſed fieri potuiſſe, quod omnes factum tradunt.*

Antuerpiæ Priapus.

58 *Multa quidem B. Domitianum aduersùs Hunnos, perpetuos Sclauorum hoſtes, bella commiſiſſe, certum eſt: multos domi, ad excidendas ſuperſtitiones, morum immanitatem ſuæ gentis edomandam, Chriſti plantandam fidem, ſuſtinuiſſe labores: at nihil horum mandatum litteris accepimus. Nam quod Megiſerus, aduersùs Ratiſbonam, Brynonem, ac Hezelonem, Moranorum Duces, vnà cum Ratbodo, expeditionem ſuſcepiſſe Domitianum ſcribit, haud ſatis perſuadet: cùm & Domitiano poſterior ætate Ratbodus fuerit, neque Domitiani meminerit, quem citat, Aventinus; qui tamen* Priuninæ *à Moymaro Duce Moranorum proſcripti hiſtoriam ſuo more peruertit, cùm puriùs narrata extet in hiſtoriâ de conuerſione Boiorum & Carentanorum, tomo primo ſcriptorum Francicorum Cheſnæi.*

B. Domitiani bella.

59 *Quæ certa extant de conuerſo per B. Domitianum populo, conſtructâque eccleſiâ; reliquiis eius inuentis ac tranſlatis, & plurimis ad eas patratis miraculis, ea ab monacho Milſtatenſi in commentarios ſuccinctè relata, ſed fideliter. Ipſe ſe in cœnobio Milſtatenſi vixiſſe teſtatur, cùm nu. 9 ſcribit:* Erat F etiam vnus de Fratribus in clauſtro noſtræ congregationis. *Et in Miraculis:* Quidam ſcholaris Eccleſiæ noſtræ. *Quamquàm quæri poſſet, vnúſne & idem Miracula & Vitam ſcripſerit. Nam qui Miracula, is non ſolùm nu. 20 quædam memorat anno Chriſti* CIↃCCLXXIII, *ſed & nu. 22 ann.* CIↃCCXCVIII *geſta, vt poſt annum* CIↃCCC *ſcripſiſſe neceſſe ſit. Prior verò de Ottone Abbate loquens,* (*quem ei cœnobio præfuiſſe tradit* poſt non multum temporis, *quàm in vacuo B. Domitiani tumulo ſepultus erat Hardwicus Comes, Arbonis Palatini, anno* CIↃCII *mortui, nepos, ſiue, vt ex Lazio ſuprà relatum eſt, circiter annum* CIↃCCXL *ait inuentas eſſe B. Domitiani reliquias* à prædicto Abbate & aliis Fratribus, quorum maior pars adhuc manet. *Niſi quis velit ab eodem tranſlationem illam ac priora miracula fortaſſis circa annum Chriſti* CIↃCCLXX *aut* CIↃCCLXXX *exarata fuiſſe; poſteriora miracula annis* XX *aut* XXX *poſt prius editum ſcriptum.*

gesta pauca ac miracula deſcripta à monacho Milſtatenſi; aut forte duobus;

60 *Cæterùm qua fide ea narret, & vnde acceperit, indicat ipſe nu.* 1. Mediante veritate, quæ Chriſtus eſt, *inquit,* diſſerere volumus partim ea quæ ſcriptis, tum etiam quæ à prædeceſſoribus & maioribus noſtris accepimus. *Et nu.* 5. Hæc itaque fama celebris vſque ad nos perlata eſt ab hominibus, qui hæc viderunt & interfuerunt. *Miracula verò pleraque ita narrat, quaſi ſ. præſente geſta, aut ab oculatis teſtibus ſibi narrata.*

ſed fide optimâ.

AVCTORE MONACHO MILSTATENSI.

61 *Hæc verò nos ab annis compluribus Græcio accepimus à Philippo Alegambe noſtro, quæ deſcripta aiebat è tabellis in Milſtadienſi templo appenſis; alia verò ſibi ab iis qui Milſtadij habitarant, communicata.*

A

VITA TRANSLATIO I ET II,

auctore Milſtatenſi monacho.

VNiuerſis in Chriſto fideliter credentibus, & merita B. Domitiani quàm præclara ſcire volentibus, inquantùm valemus, mediante veritate, quæ Chriſtus eſt, diſſerere volumus, partim ea quæ ſcriptis tùm etiam quæ à prædeceſſoribus & maioribus noſtris accepimus. Conſtat itaque B. Domitianum Ducem quondam Quarantanæ terræ extitiſſe, vt in epitaphio tumbæ illius in lapide ita exaratum inuenimus. *a* IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITVS SANCTI. HIC REQVIESCIT B. DOMITIANVS DVX, PRIMVS FVNDATOR HVIVS ECCLESIÆ, QVI CONVERTIT ISTVM POPVLVM AD CHRI-
B STIANITATEM AB INFIDELITATE. Ad hæc ſub quo tempore conuerſatus fuit, ibidem continebatur; ſed negligentiâ & vitio antiquorum abolita ſunt.

a S. Domitiani epitaphium.

2 Hic cùm baptizatus à ſancto Epiſcopo Rùperto fuiſſet, vt quidam aſſerunt, ſiue ab aliquo ſucceſſorum ſuorum, quibus magis *b* fauemus; locum adiit Milſtatenſem, & culturam illic dæmonum non modicam inuenit, quemadmodùm etymologia nominis loci illius liquidò oſtendit; Milſtat enim à Mille ſtatuis nomen accepit, quas ibidem populus errore deluſus antiquo coluit: quas ille felix exemplo *c* Bonifacij Papæ, deſtruxit; & eliminatâ omni ſpurcitiâ dæmonum, eccleſiam, quæ primitus mille dæmonibus fuit addicta, in honorem omnium Sanctorum poſtmodùm conſecrari fecit. Qui cum bonâ conuerſatione & felici conſummatione curſum vitæ ſuæ, prout merita ipſius declarant, ſine querelâ coram Deo & hominibus explens, iuxta maiorem eccleſiam eſt reconditus. Cuius ſacrum corpus non multò pòſt ſancta poſteritas, ex more recepto ſingulis ſabbatis cum cereis & oblationibus ad veſperum excubias ad ipſius ſepulchrum celebrante, & complures diuerſas corporum ſanitates ibidem conſequentes eſt venerata.

b Is Milſtati idolis euerſis,

c templum Sanctis dicat;

ibiq; ſepultus, cereis & donariis honoratur,

à Deo miraculis:

C 3 Tranſacto autem multo tempore quidam Palatinus de Baiuariâ, *d* Arbo nomine, ad quem pertinebat omne pènè prædium quod circa Milſtad ſitum eſt, qui & fundator monachorum ordinis S. Benedicti primus illic eſſe cœpit, hic quoſdam de parentelâ ſuâ iam defunctos, auſu temerario in prædictam ædem tumulare præſumpſit; & per hoc omnem gratiam miraculorum ademit.

qua, ſeculari in eccleſiâ ſepulto, ceſſant.

d

4 Vnde quidam Abbas, nomine Martinus Dautus; propterea non modicè commotus, reliquias B. Domitiani ab illo loco in alium honeſtiorem, meritis illius condignum, videlicet iuxta principale altare, collocare putauit: & veneratione appropians condignâ, tumulum multo opere conſtructum, magno labore aperuit. Nam mirum in modum, dum oſſa illa ſancta leuarentur, & *e* vrceo nouo imponerentur, columba cælitus deſcendens viſa eſt in ſummitate vrcei illius conſidere; quouſque terræ altiùs infoſſa, in murum ſacrarij reconderentur.

Reliquiæ eleuantur,

columbâ theca inſidente.

e

5 His tranſactis nec aliquas virtutes curationum operatus eſt. Euoluto autem aliquo tempore, quidam Comes, nomine Herdwicus, præfati nepos Arbonis, interficitur, & in tumulum B. Domitiani, quod iam vacuum erat, corpus eius ponitur: quod nocte proximâ eiicitur, & longè extra tumulum reperitur, & meritò: quæ enim participatio luci ad tenebras? aut quæ pars fideli cum infideli? Hæc itaque fama celebris vſque ad nos perlata eſt ad hominibus qui hæc viderunt D & interfuerunt.

profanum cadauer è veteri eius tumulo reiectum.

6 Poſt non multùm temporis Abbas quidam, nomine Otto, vir ſtrenuus & religioſus, habens in congregatione ſuâ centum & quinquaginta homines ſpirituales. Huius diebus dum fundamenta monaſterij maioris iacerent, poſt combuſtionem prioris, tunc ex improuiſo reliquiæ B. Domitiani & Mariæ vxoris eius, & oſſa cuiuſdam infantuli ſimul inuenta ſunt à prædicto Abbate & aliis Fratribus, quorum maior pars adhuc manet, & *f* ſigillum iuxtà habes imaginem Ducis in throno ſedentis, gladium in manu tenentis. ad hæc ſuperſcriptio: BEATVS DOMITIANVS DVX FVNDATOR HVIVS ECCLESIÆ. ex alterâ autem parte: HÆ SVNT RELIQVIÆ MARIÆ VXORIS EIVS. Quis verò puer fuerit vſque huc ignoratum eſt. Sed hoc probatur, quia tantâ pollent ſanctitate reliquiæ illæ, quòd nùper quædam infantula cæca, habens albuginem in oculo, ... delibuta eſſe, ſtatim clarè videre cœpit. Prædictus Abbas dum præſens inuentioni reliquiarum harum fuiſſet, fertur quaſi ſpiritu prophetiæ ita prædixiſſe: Nouimus B. Domitianum, & luce clariùs conſtat, licet à maioribus noſtris non canonizatum, tamen multis ſæpe ſignis à Domino illuſtratum: idcircò mihi ſanum videtur conſilium, ex quo, nutu Dei, oſſa iſta ſancta de locis ſuis mota ſint, ne iterum terræ recondantur, ſed in ſacrario in honeſtum locum ponantur, & condigno ab omnibus priuato honore venerentur. Quis ſcit ſi tempore ſibi congruente opera Dei manifeſtentur in illis?

Monaſterium comburitur: conſtruitur nouum.

f

BB. Domitiani, Maria vxoris, & infantis reliquiæ inuentæ, oculi albuginem ſanant.

E

transferuntur in ſacrarium;

7 Quo facto multis annis vſque ad nos ibidem permanſerunt; donec omnibus in neglectum venirent, & pro nihilo æſtimarentur. Accidit autem poſteà, quòd grando percutiens omnem circa Milſtad regionem ita vaſtaret, quòd ad vltimam penè miſeriam monachos redigeret. Quod illos ita cautos & prouidos reddiderat, vt imminente poſteà periculo grandinis, eiſdem exportatis reliquiis, omnis illa aëris indignatio ita ſedata eſt, quòd nullum alicuius veſtigium tempeſtatis conſiderari poſſit.

arcent grandinem

tempeſtates ſedant:

8 Cùm quadam die quidam monachus infirmitatem habens rerum per tres menſes, cùm accederet, & præfatas reliquias in humeros ſuos leuaret, ſtatim ſine morâ ab infirmitate conualuit.

ægrum ſanant:

9 Erat etiam vnus de Fratribus in clauſtro *g* noſtræ congregationis, qui rarò aut numquàm de eccleſiâ orando aut geniculando egrediebatur: cumque quadam nocte remanens in eccleſiâ, ac ſummo labore fatigatus more ſuo, iamque ſæpè ad dictas reliquias prouolutus iaceret, vidit ſubitò totam eccleſiam immenſo lumine fulgere, & virum magnæ claritatis ad caput ipſius ſtare, & illi dicere: Care Frater, non adhortaris iſtam congregationem, vt circa noſtras reliquias ſe diligentiùs & deuotiùs exhibeant, vnde cumulum non exigui commodi poſſint habere? Nimirùm ſi ſolito neglexerint, omnem in temporalibus defectum ſuſtinebunt. Manè autem facto, conuentui viſionem hanc & Fratribus retulit: quam quidam fideliter credentes, gratias Deo egêre; alij illum vtpote delirum & incompotem, non ſe viſionem ſed potiùs illuſionem vidiſſe. Nam & moniales ipſius loci multùm credulæ, quarum quædam in infirmitate, etiam in articulo mortis conſtitutæ, dum vota ſua eiſdem Sanctis perſoluerent, continuò meliùs habere cœperunt. Et ita multis modis merita & beneficia reliquiarum illarum declarabantur: ſed ne aliquibus iſta probro vel deriſui fierent, vſque modò occultabantur. Hæc hactenùs: nunc verò tam manifeſta & tam crebra iam contigerunt; vt etiam hominibus tacentibus, ipſa miracula quod verum eſt clament.

g

F

monitu S. Domitiani, monacho adeas oranti apparentis

magis honorantur:

ægros ſanant.

a *VVolfgangus Lazius lib. 6 de migrat. gentium pag. 161 Sarcophagum* B. Domitiani *repertum ait ab Ottone Abbate, cum talis inſcriptione:* Domitianus Dux Noricorum & Carentanorum

A norum cum vxore Mariâ Meranienſi primus fundator huius eccleſiæ, qui conuertit iſtum populum ad Chriſtianitatem ab infidelitate. *At videtur ea inſcriptio interpolata; quæ in MS. eſt, ſincerior.*

b *Offendimus enim ſuprà, facile 140 annis poſt S. Ruperti mortem videri baptizatum eſſe B. Domitianum.*

c Bonifacius IV *Papa ſedit à* 18 *Sept.* 607 *vſque ad* 25 (*vel, vt alij,* 8) *Maij* 614. *Hic, vt habetur in libro de Romanis Pontificibus,* petiit à Phocate Principe templum, quod appellatur Pantheon: in quo fecit eccleſiam S. Mariæ ſemper Virginis, & omnium Martyrum.

d *De* Arbonis *huius, ſiue* Erbonis, *vt alij appellant, ætate & nobilitate egimus* § 1 *nu.* 3.

e Vrceus *hic pro ſepulchro, aut thecâ poſitum.*

f *Lazius, nullâ factâ ſigilli mentione, ſcribit*, ibi & imaginem eius repertam eſſe; Ducis videlicet in throno ſedentis, & gladium manu tenentis: hæc in ædiculâ iuxta maiorem eccleſiam extare. *Duæ ſunt in cœmiterio, ad Chori latus, ædiculæ, ſeu ſacella: vnum Corporis Chriſti; & in illud patet è templo ingreſſus: alterum ſacellum erat D. Virginu; nunc ſacrarium eſt templi maioris. Exiſtimatur in eo tumulatus fuiſſe* B. Domitianus, *in maius templum poſteà tranſlatus à Benedictinis. In eodem ſacello Georgiani Equites profeſſionem emittebant, nouos Milites inueſtiebant aliaſq; munia obibant. Ipſum verò maius templum dedicatum fuit Saluatori, cuius ſtatua in ſummo altari ſtetit, nunc, eo diruto applicata ad murum è regione Cathedræ. Erat & ſupra portam mediam templi, in lapide inciſa Saluatoris effigies, ac Conradi Abbatis, habitu Benedictino inſignis, humili geſtu eccleſiam itidem ſculptam ei præſentantis. Supra portam quoque cœmiterij picta eſt Saluatoris imago, media inter S. Georgium ac B. Domitianum. At monaſterium ipſum fertur dicatum fuiſſe omnibus Sanctis: vnde ex Præpoſiti quiuſdam prouincialis præſcripto, Kalendis Nouembris, vt de Patronis peragitur Officium. Dedicatio verò templi* XVIII *Octobris recolitur.*

g *Hinc patet, ſcriptorem hunc monachum Milſtatenſem fuiſſe.*

B. Domitiani imago.

duplex Milſtadij ædicula,

iuxta templũ Saluatori dicatũ

B *& omnibus Sanctis.*

MIRACVLA B. DOMITIANI.

9 ANno milleſimo centeſimo octuageſimo primo, quo Deus omnipotens gratiam pietatis ſuæ dignatus eſt manifeſtare in reliquiis *a* S. Virgilij & ſociorum eius in Salceburgâ; præſidente Domino Papâ Alexandro III, regnante Friderico I Imperatore, & Domino *b* Conrado Archiepiſcopo & Domino Vdalrico Abbate in Milſtad; quædam mulier paralytica annis tribus, venit, per viſum admonita, ad tumbam B. Domitiani per manus amicorum delata & ſuperpoſita, quæ continuò ſanitatem eſt conſecuta.

a Ad reliquias B. Domitiani curati anno 1181

b paralytica,

10 Secundò puella etiam de Rottenſtain arida, cæca, ſurda, ibidem ſanitatem recepit. Tres claudi, vnus de Kirchaim, alter de Griffen, tertius de Circaniz, officio pedum ſuorum ſunt reſtituti. De clauſtro quidam Frater, ſicut multis innotuit, fractis & effuſis iam inteſtinis, ſubitò mirè reintegratus eſt.

cæca & ſurda, 3 claudi,

C *hernioſus,*

11 Textor quidam dicens monachos hæc omnia facere ad deceptionem, qui ſtatim aliena loqui cœpit & inſanire, ad tumbam S. Domitiani ductus, orationibus ſanatus eſt. Mulier de Falcanſtain, octo annis muta, loqui incepit. Quidam Sinneck nihil audiens, auditum recepit. Quidam claudus de Malten, rectè ambulare meruit. Duo viri de Hungariâ, vnus mutus, alter nihil audiens, ſanati. Mulier de Raſsâ, ob infirmitatem nihil valens loqui iam per ſex annos, loqui cœpit.

inſanus, ob blaſphemiam punitus, 2 muti, claudus, ſurdus,

12 Ruſticus de Friebergo fluuiũ exundantẽ tranſire dũ vellet, procellâ impellitur & ad ima ſuffocatur: qui dum nomen S. Domitiani inuocat, de profundo eripitur, etiam in aridam deponitur. Duæ mulieres de Deloch, vna contractâ manu ſanatur, altera cæca illuminatur. Mulier de Cillâ cæca & nihil audiens; ex vtraque infirmitate ſanatur. Mulier de Karſt, in plauſtro aducta & contracta, pedibus propriis in ſua remeat. De Gurniz mulier cæca illuminata eſt. Infantula de S. Georgio in Carniolià contractis cruribus, erigitur. Puella de Loffe, manus habens elephantioſas,

naufragus liberatus,

3 cõtracti, 3 cæci, 2 ſurdi,

elephantiaca,

ſanata eſt. Vxor Domini de Fribergo, quæ diu ſurda erat, audire meruit.

AVCTORE MONACHO MILSTATENSI.

13 Ruſticus de *c* Ciuitate quæ eſt in Foro Iulio cæcus, viſum recepit. Puer de Mildorff ſeptem annorum nullum pedum officium habens, ire cœpit. De Triens alius auditui ſuo redditur. Puella de Celchak cæca illuminatur. Pueri duo, vnus de Grazlau, alter de Celſach, ex toto claudi, ſanati ſunt. Puella de Cillâ ex toto clauda ſanata eſt. De Pinzrau mulier ex multo tempore cæca, lumen recepit. Tres paralytici, dum ſe venire ad tumbam B. Domitiani deuouent, confeſtim ſanitatem conſecuti ſunt. Ruſticus vnus de Tigrich, de cæcitate & ſurditate liberatur. Mulier de Ratentein non ſolùm monocula, ſed etiam media pars corporis eius paralyſi deſtructa, de vtroque conualuit. Quidam de Vilaco, ſeptem annis nihil videns, nube oculorum depulsâ clarè videre meruit. Quædam mulier de Felden contractis manibus, erigitur.

D *c 5 cæci 2 ſurdi, debilis, 3 claudi, 4 paralytici,*

contracta,

14 Poſteà in feſto S. Michaëlis quatuordecim ſigna contigerunt, adſtantibus vſque trecentis hominibus, in quinque cæcis, quatuor ſurdis, tribus monoculis, & duobus mutis. Deinde die natalis Domini ſepulchrum S. Domitiani cæleſti lumine ita reſplenduit, vt multi ſtupefacti illud ſuccenſum crederent. In Pentecoſtes verò, columba cælitus deſcendens tumbam illius multis cernentibus viſa eſt intraſſe. Fur dum peregrinis S. Domitiani ſaccum in eccleſiâ cum pane & aliis neceſſariis diripuit, dum ianuam monaſterij exire nititur, ab omnibus immobilis & fixus ſtare cernitur. Mulier obolum de Frieſach ad ſepulchrum allatum dum deſuper pyxidi immittit, cælitus repulſus reſiliit. Caſeus etiam à quodam oblatus dum ab vno furatur, domum ſuam non intrare permittitur, donec illum reportare cogatur.

5 cæci, 4 ſurdi, 3 monoculi, 2 muti.

E *Sepulchrũ colluſtratum; dein columbâ intrante.*

ſacrilegi puniti.

15 Tres contracti, ſolis manibus & genibus reptantes, vnus de Falkenſtein, alter de Solio, alius de *d* Tergeſtinâ ciuitate, gratiâ Dei & S. Domitiani eriguntur. De Freiberg cæca meruit videre. De Viltring mulier manu contractâ ſanatur. De Frieſach mulier illuminatur. De Leibach vir, qui vermibus plenus ſcatebat, & paralyſi contractus, diuinitus ſanatur. Item iuuenis de Leibach manum habens contractam, redintegratur. Et mulier de eodem territorio cæca, videns reſtituitur.

d curati 5 contracti, 3 cæci, paralyticus,

16 De Ponte S. Stephani vir mutus duodecim annis, per gratiam Dei & S. Domitiani linguâ reſolutâ loqui cœpit. Item mulier de Trieſach muta, eamdem gratiam conſecuta eſt per miſericordiam Dei & S. Domitiani: de S. Ægidio apud Gurus puella iam lepræ addicta, ita vt ab hominibus ſeparari deberet; quæ cùm ad tumbam B. Domitiani veniret, in reditu ita liberata eſt, vt ei omnes communicarent. Poſteà ſcholaris vnus de Charintiâ, iam leprâ perfuſus, & abominabatur ab omnibus, per gratiam Dei omnipotentis & S. Domitiani perfectè mundatus eſt.

2 muti,

F *2 leproſi,*

17 Modernis verò temporibus monialis quædam hîc de clauſtro, nomine Kunegundis, filia Domini Dietmari Militis de Gurk, cognomento Biel, ita à dæmonibus durè vexabatur, quòd etiam inter ceteras vexationes & inſanias, quæ præ multitudine & diuturnitate enumerari non poſſunt, currere viſa eſt veloci curſu tamquàm catus in ſummitate tectorum monialium eiuſdem clauſtri; per gratiam Dei & ſuffragio præſcriptarum reliquiarum, planè & perfectè ſanata. Item monialis de clauſtro, nomine Bigel, & multo tempore à dæmone vexata, per gratiam B. Domitiani ſanata eſt.

dũa ineruminans.

18 Quid plura? Omnia penè miracula, quæ Chriſtus temporaliter hominibus in ægrotis corporibus dignatus eſt oſtendere, per reliquias S. Domitiani ſociorumque eius in Milſtad contigerunt, excepto quòd corpora mortuorum non ſint excitata. Poſſumus etiam fateri ſub teſtimonio veritatis, quòd plus quàm du-

AVCTORE MONACHO MILSTATENSI.

centa viginti miracula ad tumbam S. Domitiani patrata sunt. Nam in occulto signa perpauca fecit, sed omnia mixtè in manifesto. Verumtamen & quantò maior populariũ conuentio, tantò vberior facta est virtutum operatio. Quidam etiam de Croatiâ contractus & nullum officium pedum habens, cùm ex industriâ & fide amicorum suorum ad tumbam B. Domitiani fuisset delatus, & ibidem vota sua protrahendo de die vsque ad noctem persoluens, intra matutinas adeò clamabat & vociferabatur ex erectione cõpagum atque neruorum suorum, quod Fratres ipsius monasterij certatim currendo & considerando, quisnam esset ita insolitus & ingens clamor, vt relinquerent illâ horâ prædictas matutinas imperfectas: visis verò signis & virtutibus, quæ per merita prædictarum reliquiarum factæ fuerant, ipsi Fratres cum compulsatione omnium signorum, decantauerunt cum deuotione non modicâ, Te Deum laudamus, & alios cantus conuenientes his euentibus. Manè autem facto, & celebratis Missarum solennibus, facta est specialis processio, quam idem qui sanatus fuerat præcedendo comitabatur laudans & glorificans Deum & B. Domitianum.

A *plusquàm 220 miracula facta. Croata cõtractus sanatus:*

19 Sacerdos quidam, nomine Henricus, cognomento Falsich, ex familiâ Ecclesiæ Milstadiensis, ita obsurduerat, quòd non solùm confabulationes hominum, verùm etiam signorum sonum minimè audiret: cùm vota sua cum suspiriis circa reliquias B. Domitiani persolueret, & inde recederet eodem itinere; cùm ferè ad mediam peruenisset curiam, non solùm sonum campanarum, sed etiam confabulationes perfectè audire meruit.

B *surdus:*

20 Scholaris quidam, nomine Rudolphus Wetz, filius Conradi eiusdem cognomenti; à festo S. Georgij laborans in infirmitate graui, vsque ad festum S. Iacobi *e* quod est in messe, intantùm quòd etiam ex grauissimâ debilitate, incessu pedum omnino careret, à patre suo Conrado in vlnis fideliter ad monumentum B. Domitiani est delatus: & cùm vota sua cum singultu & gemitu persoluisset, & Missam, quam comparauerant, pater & filius deuotè audierunt, confestim meliùs habere cœpit: & cum patre propriis pedibus, verumtamen modicùm adiutus, ad domum parentum suorum remeabat: qui postmodùm factus est monachus eiusdem loci, & militando ibidem Deo benè ad annos 30, factus est Abbas anno millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, præsidente Domino Papâ, qui celebrauit concilium *f* Lugdunense, & instituit dari decimam in subsidium terræ sanctæ, regnante *g* Domino Friderico Archiepiscopo, in die S. Bartholomæi; & sedit in Abbatiâ annis sex, excepto mense vno. Cùm autem resignasset Abbatiam, circa triennium iterum patiebatur dolorem inexistimabilem, habens apostema in collo; & per hoc sibi inflationes nimiæ accreuerant, intantùm quòd iam ferè desperatum fuisset à pluribus de curatione suâ; cùm idem Dominus Rudolphus, quondam Abbas, cum sincero cordis affectu, iteratò vota sua ad tumbam B. Domitiani deuotè persolueret, & Missas votiuas ibidem celebrari procuraret; eodem die de infirmitate præscriptâ per gratiam Dei & B. Domitiani conualuit.

e infirmus,

qui dein Abbas an. 1273,

f

g

C *post alio dolore liberatus;*

21 Subdiaconus etiam de Claustro, nomine Herdwicus, re & cognomento surdus, multo tempore patiebatur morbum caducum, & exinde conuentus ipsius loci non modicam sustinuit inquietudinem, quia causâ caritatis tolerauerant eum commorari secum in dormitorio: tandem dierum cùm nimios vlulatus & rugitus tamquàm brutum animal ederet, vnà cum grabato ab ipsis Fratribus, in quo iam amens iacebat, idem Herdwicus ad tumbam S. Domitiani est perlatus, & ibidem per immensam clementiam Dei & merita B. Domitiani, mediantibus deuotis Fratrum orationibus, plenè & perfectè est sanatus, & multos quos postmodùm superuixit annos, numquàm prædictum morbum sensit.

allus epilepsiâ:

22 Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, sub regimine Domini Conradi, olim Abbatis Rosacensis, quidam scholaris Ecclesiæ nostræ, Haincelõ nomine, in quo intantùm phthisica passio inualuit, quòd ab omnibus in choro vel refectorio secum manentibus audiri poterat, dum anhelitum resumebat: idem etiam incidit in acutam febrim, in quâ dum cùm viderent piæ moniales miserabiliter laborantem, võto pro eo facto ac deuotè reddito, ac inter celebrationem Missæ candelà ad sepulchrum B. Domitiani crematâ, statim non solùm à febri, sed etiam à primæuâ ægritudine phthisicæ passionis, in integrum liberatus. Quædam etiam nobilis matrona de Liceldorff apud Felsberg, à maligno vexata spiritu, ad tumbam B. Domitiani adducta, fuit similiter liberata.

D *aliùs phthisi & febri:*

item integrumè.

23 Temporibus piæ recordationis Domini Vdalrici dicti Zand, contigit quemdam scholarem, Rinchetum nomine, monasticæ vitæ deputatum, compedem obseruantiæ regularis latenter excutere, & loca voluptatum amica noctis silentio liberiori animo quærita-re. Cui malignus spiritus, qui huiusmodi vani propositi auctor extiterat, tantas phantasticas illusiones in eodem itinere ante oculos suos figurabat, vt præ nimio horrore visorum phantasmatum illius corpus maximâ ægritudine raperetur, cuius animam per illiciti propositi suggestionem idem satanas infecerat: qui dum diutissimè in eiusdem ægritudinis lectulõ teneretur, ita vt ab omnibus amicis suis de conualescentiâ suâ penè fieret desperatio, visum fuit infirmanti iuueni, vt si ad sepulchrum B. Domitiani referretur, procul dubio postridie sanitatis posset consequi beneficium. Amici ergo eiusdem laborantis protinus ipsum cùm eorum oblatione solenni & intentâ supplicatione ad B. Domitiani sarcophagum detulerunt; qui in eodem momento ab omni inualetudinis vinculo est creptus.

Quidã fugitiuus spectris terretur,

E *ægrotat,*

ope S. Domitiani sanatur:

24 Cùm igitur non solùm de hoc miraculo, sed etiam de aliis infinitis virtutibus fama B. Domitiani longè lateque succresceret, quidam sartor de *h* Hospitali, habens filium tam immensis doloribus detentum, vt nec de loco, in quo iacebat, moueri posset vel leuari: sed cùm prædictus puer præ nimiâ imbecillitate saluâ vitâ nequaquàm duci posset, pater suus incepit implorare B. Domitianum pro pueri salute obtinendâ, ad sanctum sepulchrum B. Domitani sacrificium oblaturum spopondit: qui dum votum persoluisset, priusquàm ad filium remearet, quem reliquerat exanimem, reperit incolumem.

h

item alius ager:

25 Anno primo regiminis Venerabilis Domini Vdalrici quondam Abbatis, venit quædam mulier Kedsch, cui diuina vltio vnam manum arefecerat, oculumque excæcauerat, & totius auditus beneficium surripuit: quæ dum deuotissimè prostrata iuxta B. Domitiani sepulchrum, virtutem sibi fieri exoraret; illicò omnium membrorum suorum valorem & totius corporis sanitatem consecuta est. Eiusdem anni curriculo nondum expleto, pridie Nonas Octobris venit quidam vir de Gmind, cui paralysis ab vtraque lateris parte deorsum vsque ad crura totam vim extinxerat intantùm, vt nequaquàm absque baculorum sustentaculo, nec multùm nec modicùm, posset ambulare: qui dum iuxta tumbam B. Domitiani cereos vssisset, & voto persoluto, talem sui corporis recepit valorem, vt relictis ibidem baculis & Deum & B. Domitianum glorificans sanus ad propria remearet.

F *paralytica, monocula, surda:*

pardlytica:

a *VVigileus Hundius in Metropoli to. 1 pag. 11 (ex Chronico Salisburgensi, vti pag. 302 scribit)* Anno, *inquit*, CIↃCLXXI. Vitalis, Virgilius, Hartvvicus, Pontifices Iuuauienses, & Pilegrinus Patauiensis, multis miraculis claruit. *Melius scriptor Vitæ & Miraculorum S. Virgilij, qui tunc viuebat: Inuentio* Anno Dominicæ Incarnationis CIↃCLXXXI. XIV Indictione, XIV Kal. Martij, sub Alexandro Papâ III. Apostolatus ipsius XXI & vltimo; regnante Serenissimo Principe Friderico Romanorum Imperatore Augusto, anno regni eius XXVIII,

S. Virgilij Ep. an. 1181.

A rxviii, & conregnante ſibi filio eius, Heinrico Romanorum Rege glorioſiſſimo, Ottone de Witelinſpach inclyto Duce Bauariæ ducatum tenente : ſupramemorati fabricæ monaſterij, quæ ſchiſmatis perſecutione conflagrante, ante aliquot annos diruta & diruenda deperierat, ſumptibus & iuſſu præclariſſimi Paſtoris Chunradi Salzburgenſis tunc Archiepiſcopi, Apoſtolicæ Sedis tunc in Alemanniâ Legati Cardinalis Presbyteri S. Marcelli, Sabinenſis Epiſcopi, modò autem Moguntinenſis Archipræſulis, dum à fundamentis cœpit ædificari, ſancti Spiritus cooperante gratiâ, & Diuinæ maieſtatis ſuffragante clementiâ, corpus B. Virgilij, quod ob immenſi temporis antiquitatem ab omnibus ignorabatur, contigit reuelari. *Brunnerus noſter hanc inuentionem ſcribit contigiſſe anno* 1182. *ſed refellitur ex Indictione* 14, *& Alexandri* III *Sedis tempore; nam hic* 1181, *menſe Septembri deceſſit: erat tamen illius tunc annus* 22, *vt qui an.* 1159 *in locum Adriani* IV *ſuffectus fuerat. Annos item Friderici quomodo ſupputet ſcriptor, non video: nam anno* 1152 *electus, anno* 1155 *Romæ coronatus fuit. ed de his ad Vitam S. Virgilij* 27 *Nouembris. De S. Hartvvico agemus* 8 *Nouembris. S. Vitalis colitur* 20 *Octobris feſto duplici.*

b Conradus *Comes de VVittelsbach, Archiepiſcopus Moguntinus fuit; ſed cathedrâ deturbatus à Frederico* I *Imp. propterea quòd Alexandro* III *Papa adhæreret, Octauiano (quem Imperator intruſerat) repudiato. Pari vſaniâ, alio obtentu, Adelbertum Salisburgenſi ſolio deiecit Fridericus, Heinrico quodam intruſo. Cùm autem anno* 1174 *pax Pontificem inter & Imperatorem coaluit, vt* Chriſtianus *Sedem Moguntinam retineret, quam intereà fauore Friderici occupârat, cautum hic voluit. At cùm pro iure ſuo conſtanter niteretur Conradus, Pontifex Adelberto perſuaſit, vt concordiæ cauſsâ, epiſcopatu Salisburgenſi vltrò cederet, quem pacificè retinere irato Cæſare non poſſet. Annuit Adelbertus: moxq; à Pontifice datus Conrado epiſcopatûs; ſed mortuo deinde Chriſtiano, maluit Moguntiam redire, vbi plures annos vixit; Adelberto Salisburgenſem mitram reſtituente. Pluribus iſthæc narrant Brunnerus to.* 3 *rer. Boicar. & Serarius in Moguntiacis; quæ negligenter attigit VVigulius,* Conradum *in Cathedram Salisburgenſem* intruſum *ſcribens.*

Conradus à VVittelſbach Ep. Moguntinus, & Salisburgen.

c Forum-Iulium, *vel* Forum-Iulij, *colonia Romana in Carnorum agro fuit, ſed à Barbaris non ſemel euerſa: poſteà tamen reſtaurata* Ciuitas Auſtriæ, *vulgò nunc* Ciuidâd di Friuli, *vel* Ciuidâl di Friuli *dicta.*

d Tergeſte, *vrbs Iſtriâ maritima, iuxta Auſtriaci, vulgò* Trieſte.

e *Is eſt S. Iacobus Maior, qui* XXV *Iulij colitur.*

f *Gregorius* X, *concilium Lugdunenſe celebrauit an.* 1274

g *Hic anno* 1270 *electus, obiit* 9 *Maij* 1284, *vti VViguleus ſcribit.*

h Hoſpitale, *vulgò* Spital, *oppidum eſt non procul Milſtadio, ad Liſeræ in Drauum influentis oſtium, è regione Ortenburgi.*

TRANSLATIO III B. DOMITIANI.

a

C *Ioannes Ep. Gurcenſis*

1a IOannes Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Gurcenſis, Sanctæ Salisburg. Eccleſiæ in ſpiritualibus Vicarius Generalis; Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes peruenerint, ſalutem in Chriſto Saluatore. Superni altitudo inter multiuaria ſuæ bonitatis dona, quibus nos ad ſuæ beatitudinis gratiam peruenire vult, ſanctas ſuorum reliquias etiam materialiter apud nos alto depoſito eſſe voluit: quatenùs eorum conſideratâ præſentiâ, in venerationem eorum ampliùs attendamus, dignâque veneratione huiuſmodi, Dominus nobis ſuo tempore ianuam miſericordiæ ſuæ per illos aperiat. Proinde credimus euenisſe hoc quod Vniuerſitati noſtræ præſentibus cupimus fore notum.

Venit Milſtatum.

2 Pridem namque cùm ad petitionem Venerabilis in Chriſto Fratris noſtri chariſſimi Chriſtophori Abbatis Monaſterij Milſtatenſis, Ordinis S. Benedicti, Salisburgenſis Diœceſis, pro conſecratione altarium quorumdam ipſius eccleſiæ acceſſiſſemus eamdem, peruenit ad nos, famâ deferente, de reliquiis B. Domitiani Fundatoris ipſius Eccleſiæ, qualiter à populo in multâ ibidem veneratione haberentur, quodque eædem quondam plurima miraculorum genera coruſcaſſent. Et cùm ſuper eo, de loco reliquiarum inquiſitionem feciſſemus ipſarum diligentem, nihil certi à quoquam de hoc nobis innotuit, niſi quòd reliquiæ huiuſmodi, tam ipſius Domitiani, quàm Mariæ vxoris eiuſdem, ac cuiuſdam pueri, multis retro actis temporibus in ipsâ eccleſiâ inuentæ, ac deinde ſucceſſu temporum pluries hinc inde ad loca diuerſa ipſius eccleſiæ forent tranſlatæ: prout hoc idem tam fama populi, quàm ſcripturarum monimenta quædam latiùs teſtabantur: quodque in ipsâ eccleſiâ ante altare S. Ioannis Euangeliſtæ quædam eſſet arca ipſis reliquiis attitulata, quæ & à populo in venerationem eiuſdem Domitiani multâ frequentaretur deuotione.

AVCTORIO. EPISC. GVRC. D *audit de reliquiis BB. Domitiani, Mariæ vxoris, & pueri: eas quærit,*

3 Nos itaque intellectis præmiſſis, fuimus ſuper inquiſitionem reliquiarum huiuſmodi ampliori deſiderio excitati: dieque datâ, aſſumptis nobis cum ipſo Abbate, Fratribuſque dicti monaſterij, nec non Capellanis noſtris infraſcriptis, ipſam eccleſiam, arcamque acceſſimus, præmiſſiſque orationibus pſalmorumque frequentiis ac cæremoniis condignis, communi deliberatione ad hoc laborauimus, conati ſumus arcam huiuſmodi pro inquiſitione reliquiarum ipſarum aperire. Quâ & multo labore apertâ, inuenimus, concedente Domino, in medio ipſius arcæ reliquias ſubnotatas, non modicâ diligentiâ ac ſtudio inibi recondi-tas, bonoque odore refertas. Fuerunt autem reliquiæ; primò teſta capitis cum coſtis, tibiis, ac aliis oſſibus notabilioribus, vt apparuit corporis cuiuſdam viri. Item teſta capitis cum coſtis ac tibiis, aliiſque oſſibus corporis, vt apparuit, mulieris. Item alia teſta fracta capitis, cum quibuſdam coſtis ac tibiis corporis, vt apparuit, cuiuſdam pueri, vnà cum ſpinis dorſorum, aliiſque particulis & minutis fragmentis corporum præſcriptorum. Quibus reliquiis ſic, vt præmittitur, compertis, & per nos receptis, nos illas vnà cum Conuentu prælibato ad ſacrarium ipſius eccleſiæ cum reuerentiâ deferentes, in loco tutiori recondidimus, inibi reſeruandas pro venerabiliori iterum ac decentiori reconditione earumdem.

E *inuenit*

tranſferè in ſacrarium.

4 In quorum teſtimonium præſentes iuſſimus fieri literas, noſtri appenſione ſigilli roboratas. Data & acta ſunt hæc in ipsâ eccleſiâ monaſterij Milſtatenſis, præſentibus ibidem dicto venerabili Abbate Chriſtophoro, nec nō religioſis & honorabilibus in Chriſto dilectis Nicolao Priore, Friderico, Wolffgango, Simone & Martino Presbyteris, Conrado & Mauro Diaconis, Benedicto Subdiacono, Georgio Acolythio, Fratre Andrea & Fabiano Conuerſo, Fratribus Profeſſis ipſius monaſterij Milſtat. Item Vrbano de Salzburga, S. Petri ibidem, Leonardo in Peroren, ac Georgio *b* S. Pauli Vallis Lauant, monaſteriorum eiuſdem Ordinis Fratribus Profeſſis ac Presbyteris, nec non Gotfrido Spicken Præpoſito, Ioanne Krelober & Nicolao Erlacher Canonicis Eccleſiæ collegiatæ S. Nicolai in Strasburg noſtræ Diœceſis; Presbyteris & Capellanis noſtris, teſtibus circa præmiſſa. Die XXVII Iunij, Anno Natiuitatis Domini MCCCCXLI.

Acta ind conſecta.

F

b

a *Meminit huius* Ioannis *Lazius Commentarior. reip. Roman. lib.* 12. *ſect.* 6 *cap.* 5. *in catalogo Epp. Gurcenſium.*

b *Scribit Lazius Commentarior. reip. Rom. lib.* 12 *ſect.* 6 *cap.* 3 *opulentiſſimum totius Carinthiæ cœnobium eſſe* S. Pauli; *in valle Lauantinâ, proximum S. Andreæ ciuitati; quam* Flauium *Plinij eſſe contendit.*

VITA

VITA S. POLYEVCTI
PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI,
EX GRÆCIS HISTORICIS COLLECTA.

I. B.

CAPVT I

S. Polyeucti publica veneratio. inauguratio contra Canones.

AN. CHR. CMLXX. V FEBR. *S. Polyeuctus Patriarcha Constantinop.*

1 *Retulêre Græci in album Sanctorum, ac publicè venerantur,* Polyeuctum *Patriarcham, qui imperantibus Constantino Porphyrogenito, Romano eius filio, Nicephoro Phoca, ac Ioanne Zemisce, Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, ab anno Æræ vulgaris* IↃCCCCLVI *ad* IↃCCCCLXX, *fide orthodoxâ, pietate in Deum, iustitiæ zelo, studioq; tuendæ Ecclesiasticæ libertatis, clarus: etsi naeuis fortasse quibusdam non caruit, si historicorum iudicio pensare acta eius velimus. De eo isthæc leguntur in Menæis ad* V *diem Februarij:* Eodem die commemoratio Sancti Patris nostri Polyeucti Patriarchæ Constantinopolitani. *Eadem habet Maximus Episcopus Cytheræus in libro qui* Βίος Ἁγίων *inscribitur.*

B

colitur 5. Februarij,

2 *Illustriora eius initia reddita sunt ob decessoris Theophylacti perditissimos mores: cuius pater Romanus Lacapenus, Constantini Porphyrogeniti socer, & ipse dein Augustus appellatus, filios tres, Christophorum, Stephanum, Constantinum ad idem fastigium euexerat, vt simul eodem tempore quinque essent Imperatores, & is quidem auctoritate infimus, qui solus legitimus Constantinus, quem diximus, Leonis Sapientis filius, Basilij Macedonis nepos. Idem porrò Lacapenus Theophylactum filium, annos natum dumtaxat* XVI, *& quidem spadonem, in solium patriarchale intrusit.*

successor Theophylacti

3 *Turpissimam Theophylacti vitam, & vitæ consentaneam mortem ita describit Georgius Cedrenus:* Annum imperante Constantino duodecimum, (*post submotum videlicet tribus cum filiis Lacaponum, quod* IↃCCCCXLIV *Christi anno contigit*) die Februarij XXVII, Indictione XIV, Theophylactus Patriarcha diem suum obiit, cùm ei pontificatui præfuisset annos XXIII, dies XXV. Cùm eum iniret, id quod contra leges Ecclesiasticas fiebat, annos erat natus XVI, & Patriarcha sub pædagogis (prô indignam rem!) aliquamdiu egit. Quamquàm

infamissimi hominis,

C vtinam id perpetuum fuisset! Nam eatenùs visus est modestè & cum grauitate aliquâ vitam agere. Adultior cùm iam suo arbitrio viuere permitteretur, nihil eorum quæ turpissima & omnino legibus prohibita sunt, facere omisit: gradus Ecclesiasticos & Episcoporum electiones venumdans, aliaque agens aliena veri Patriarchæ officio, insano equorum studio & venationum perditus, multaq; alia indecenter committens; quæ singulatim enarrare & inconueniens & nefas est. ..... Hac vitæ vsus ratione interiit, ex ineptâ equitatione ad murum quemdam maritimum afflictus. Ex quo casu cùm sanguinem vomuisset ac biennium morbo conflictatus esset, aquâ intercute extinctus est. *Eadem narrant Curopalates, Ioannes Zonaras, Michaël Glycas, ac tandem Cardinalis Baronius to.* 10 *ad an.* 956, § 2 & 3 *ex Curopalate.*

antea monachus, sed spado,

4 *Sed ad* Polyeuctum *veniamus, de quo ita Cedrenus:* Eadem Indictione, tertiâ Aprilis die, in *Theophylacti* locum sufficitur Polyeuctus monachus, Constantinopoli natus & educatus, castratus à parentibus, longoque tempore monasticâ vitâ cum laude functus: Imperatore eum ob grauitatem morum, & insignem sapientiam, atque paupertatis studium, eò prouehente. Huic non Heracleæ, vt mos ferebat, sed Cæsareæ Epi-

virtute clarus,

scopus Basilius manus imposuit: quòd Nicephorus (hoc enim nomen Heracleæ Præsuli erat) quia in quadam re animum Imperatoris offendisset, non finebatur manus imponere. Quæ res vituperationem haud vulgarem creauit, non Imperatori modò & Basilio, sed & ipsi Polyeucto, quòd contra sacros Canones se ordinari passus esset. *Eadem referunt citati auctores. Sed quis Curopalatæ interpretem Gabium intelligat, scribentem, Polyeuctum* Constantini alumnum atque discipulum *fuisse; nisi in Cedreno ea sic efferrentur* τῆς Κωνσταντινουπόλεως τὸ θρέμμα τυγχάνων ἢ παίδευμα? *Quàm verò fraudulenta Hieronymi Wolfij interpretatio, qui quod Zonaras scribit,* ὃς παρὰ τῆ Καισαρείας χειροτονηθέντος, *vertit,* à Cæsarienſi Episcopo electus: *ne scilicet cogatur consecrationem Episcopalē & χειροθεσίαν homo hæreticus admittere?*

consecratus à Cæsariensi Ep.

E

5 *Cur porrò ab Heracleæ Metropolitâ consecrari Patriarcha Constantinopolitanus deberet, causam ita tradit Georgius Codinus de offic. Constantinop. cap.* 20. Ordinatur verò Patriarcha ab Episcopo Heracleæ; quia Byzantium olim ad episcopatum Heracleæ spectabat. *Et plenius Theodorus Balsamon scholiis in* 2 *Canonem Concilij* II *Niceni:* Ipsa quidem vrbs Byzantina, *inquit*, Archiepiscopi honorem non habebat: sed ab Heracleæ Metropolitano Episcopus aliquando in ipsâ ordinabatur. Scribitur enim, quòd etiamsi esset Byzantium ciuitas quæ per se regeretur, sed à Seuero tamen Romanorum Imperatore obsessa est, & Perinthiis subiecta: est autem Perinthus Heraclea. *& post pauca:* Quòd autem hodie ordinetur sanctissimus Patriarcha Constantinopolitanus, ab eo qui est illo tempore Heracleæ Metropolitanus, non est aliunde quàm ex eo quòd subiecta fuerit, vt superiùs dictum est, Perinthiis, siue Heracleanis, Byzantina ciuitas. Inuenitur autem in Chronico Scilitzæ, quòd ordinatus est Patriarcha Stephanus Syncellus, frater Imperatoris Domini Leonis Sapientis, à Cæsareæ Archiepiscopo, quòd esset præmortuus Heracleæ Archiepiscopus.

cùm deberet ab Heracleensi,

nisi quòd hic mortuus erat.

6 *Qui hîc citatur à Balsamone locus è Chronico Scilitzæ, extat apud Cedrenum, nam hunc auctorem ad verbum describere Ioannes Scilitzes Curopalates dicitur, neque hunc habemus nisi Latinè à Ioanne Baptistâ Gabio versum. De Leone igitur Sapiente loquens Cedrenus, postquàm retulit Photium Pseudopatriarcham ab eo in Harmonianorum monasterium retrusum, ista subdit:* Κατὰ πόδας δὲ Στέφανον σύγκελλον, τὸν ἑαυτῦ ἀδελφὸν, ὁ βασιλεὺς πατριάρχην ἀναβάλλεται, ὅτι μὴ τοῖς ζῶσιν ἐνηριθμεῖτο ὁ Ἡρακλείας; ὑπὸ Θεοφάνους χειροτονηθέντος τῦ πρωτοθρόνου. *Quod satis ridiculè Gabius interpretatus:* è vestigioque Stephanum Syncellum, fratrem suum, Imperator deligit Patriarcham, quòd non viueret Heraclæas à Theophano primæ Sedis delectum. *Neque multò melius Xylander:* Euestigiò in eius locum Leo fratrem suum Stephanum Syncellum ingerit: quem, quia tum Episcopus Heracleæ in viuis non erat, Theophanes Præsse designauit. *Ita accipe hunc locum, vti & Balsamon intellexit:* Euestigiò autem Stephanum Syncellum, fratrem suum, Imperator Patriarcham designat, à primæ Sedis Metropolitâ Theophane, quia in viuis Heracleæ Archiepiscopus non erat, consecratum. *Nam, vt videre est in Notitiâ Ecclesiarum apud Carolum à S. Paulo*, ordo Sedium Metropolitanorum & Antocephalorum & Episcoporum sub Apostolico throno vrbis regiæ & à Deo custoditæ *Constantinopoleos, hic est, vt primus sedeat* Metropolita Cæsareæ, prouinciæ Cappadociæ, *qui*

F

Curopalatæ & Cedreni interpretes correcti.

ideò

A *ideò hîc πρωτόθρονον, id eſt*, primi throni *appellatur; ſecundus* Metropolita Epheſi, prouinciæ Aſiæ; *tertius* Metropolita Heracleæ Thraciæ, prouinciæ Europæ, *quartus* Metropolita Ancyræ, prouinciæ Galatiæ; *quintus* Metropolita Cyzici, prouinciæ Helleſponti.

CAPVT II

S. Polyeucti ſtudium iuſtitiæ. Nomen Euthymij Patriarchæ in diptycha relatum.

Polyeuctus ad puniẽdam quorumdam nobilium auaritiam hortatus Imperatorem.

7 *Mox vt inauguratus eſt Polyeuctus, illicò animum adiecit ad cõprimenda quæ in vrbe regia graſſabantur flagitia, auxilio (vt rebatur) Imperatoris vſurus: in quo eum ſuaſpes magnoperè fefellit. Rem geſtam ita narrat Cedrenus:* Hic tamen ita conſecratus, veritatem liberè profeſſus eſt, multiſque inuectus eſt in auaritiam cognatorum Romani ſenis; *Lacapeni nimirùm*; *qui anno* ıↃ CCCCXLIV, *Decembri menſe, è ſolio deiectus, inq; monachum attonſus, anno* ıↃ CCCCXLVIII *mortuus eſt. Sed pergit Cedrenus:* Et in magno Sabbato, *biduo poſtquàm erat ipſe inauguratus*, Imperatorem in magnum templum venientem, ad iudicium eorum quæ fuerant acta exercendum hortatus eſt. Non gratum hoc Imperatori fuit. Sed & Baſilius, qui deinde intimus Cubicularius factus eſt, ſenis Romani ex ſeruâ filius, per ſororem ſuam Helenam Auguſtam ita Conſtantini animum affecit, vt non modò eum ad patriarchatum Polyeuctum promouiſſe pœniteret, ſed & de eo per occaſionem deiiciendo cogitaret. Et ad eam rem ſuffundebat (quod aiunt) frigidam Theodorus Cyzici Epiſcopus. *Narrat eadem Curopalates, ex eoq; Baronius, & Zonaras, qui ipſam Helenam ait, Baſilio ſpadone inſtigante, occaſionem quæritaſſe quâ patriarchatum Polyeucto eriperet.*

B

eum grauiter offendit.

Euthymij Patriarchæ cõtrouerſia:

8 *Idem* Polyeuctus, *vt ſcribit Cedrenus*, primo ſui patriarchatus anno, Euthymij Patriarchæ nomen in ſacras tabulas retulit, eius qui Imperatorem Leonem ad ſacrorum communicationem admiſerat, cùm is quartam vxorem duxiſſet. *Quæ res vt intelligatur, altiùs aliquantò repetenda eſt.* Leo Sapiens *Imp. mortuâ primâ coniuge* S. Theophanone, *cuius Vitam dabimus* XVI *Decembris, Zoën Styliani Zautzæ filiam, quacum anteà, viuente legitimâ coniuge, conſuetudinem habebat, vxorem duxit, iis benedicente Clerico quodam Palatino, qui mox gradu deiectus eſt, à S. Antonio Caulea, de quo* XII *Februarij agẽmus aut ſucceſſore eius Nicolao. Eâ quoque breui ſpatio temporis extinctâ, Eudociam ex Opſicianâ prouinciâ oriundam, formâ ſingulari præditam, ſibi iunxit: & hæc in partu vnà cum fœtu periit. Quæ dein conſecuta ſint, exponit præfatio ad Nouellam Conſtantini Porphyrogeniti, quæ*

C

Leo Sapiẽs Imp. quartâ vxore ductâ,

τόμος τῆς ἑνώσεως, *vulgò* tomus vnionis *appellatur, in Iure Græco-Romano*: Imperator autem ineffabili dolore correptus, quòd nullos ſuſtuliſſet liberos, eorum gignendorum deſiderio quartam quoque ducit vxorem, Zoam Carbonopſinæ filiam, (τὴν τῆς Καρβωνοψίνης Σωὴν *at Cedrenus*, Σωὴν τὴν Καρβωνοψίναν) quæ Conſtantinum ei parit. Verùm Patriarcha Nicolaus & Metropolitani ab eccleſiâ Imperatorem ſegregant: eamque ſegregationem nonnulli Pontificum breui ſpatio definiendam, non in longum tempus extendendam aiebant; aliis in hoc non aſſentientibus. Itaque diſſidia inter eos erant, magnaque ſeditio: atque Imperatorem magnoperè deprecantem & orantem, alij recipiebant, alij contumaciter reiiciebant.

excommunicatur à Nicolao Patriarchâ,

9 Cùm autem Princeps ipſe prudens eſſet, atque vnde diſcordia Pontificum nata eſſet, haud ignoraret; loco Patriarcham Nicolaum mouet, Eccleſiâque expellit, vt mendacem, & qui multoties quidem iureiurando confirmaſſet ac promiſiſſet, ſe Imperatori gratiam pœnæ facturum; at totidem vicibus animum mutaſſet, remque datâ operâ extraheret. Eius loco Patriarcham conſtituit Patrem ſuum ſpiritualem Euthymium, virum multis annis exercitatione monaſticâ excultum, & prophetici ſpiritus participem. Is Imperatorem à pœnâ liberum declarat, atque à vinculo diuturno abſoluit, & ad communionem admittit. Sed erant adhuc multi Pontifices, qui diſpenſationi Patriarchæ non aſſentiebantur; præſertim ij qui à Nicolai expulſi partibus ſtabant.

quem expellit,

Avcto- rel. B.

D

ſubrogato Euthymio:

10 Poſtquàm autem Leo Imperator ad Dominum migraſſet, frater eius Alexander imperio potitus, Euthymium Patriarcham ab eccleſiâ cum contumeliis expellit, inque locum eius Nicolaum electum reducit. Itaque magis etiam res Eccleſiæ turbulentæ erant, Metropolitanis inter ſe diuiſis, ac partim electo Patriarchæ, partim reſtituto adhærentibus. Neque multum temporis intercedit; & Alexander moritur: ſitque Conſtantinus imperij hæres: qui Nicolao Patriarchâ & vniuerſis Pontificibus conuocatis (nam Euthymius iam ad Dominum migrârat) auctor iis fuit, vt in vnam ſententiam mutuamque concordiam redirent, patriqueſuo, etiam poſt mortem, communi decreto, delicti remiſſionem concederent; edicto canonico promulgato, quo veteretur, ne quis in poſterum eiuſmodi delictum auderet admittere. *Hæc ibi: quorum Baronius partem retulit ad annum* 901 §. 5 *& 6. ac deinde ad annum* 921

ſed hunc Alexandeꝛ Imp. pellit;

vnde ſchiſma, ab vtriuſque fautoribus

dein ſopitum.

E

ipſum Vnionis edictum recitat; vbi de his rebus diuerſam ab antiquo tempore ſeruatam eſſe in Eccleſiâ Occidentali conſuetudinem oſtendit, nullo poſito termino ducendi vxorem.

Non inuaſerat alienum thronũ Euthymius, vir ſanctus;

11 *Totius huius controuerſiæ hiſtoriam fuſiùs in ſuis annalibus recenſent Græci ſcriptores: è quibus illud colligi videtur, alieni throni inuaſorem non fuiſſe Euthymium, ſed vt vacuum & ab Nicolao relictum admitteret, Diuino monitu compulſum. Aretas Cæſarienſis in oratione quam de eius laudibus ac tranſlatione habuit, poſt commemoratam eius in Olympo monte cœnobiticam exercitationem, ſtudium paupertatis, vigilias, iſta addit:* Hinc in Regis notitiam peruenit: miratur virtutis eius egregiam indolem; amicum ſibi illum adiungit, ac Patriarchæ, qui erat eo tempore, contubernalem facit. Haud ita multò pòſt vehemens Eccleſiam tempeſtas inuaſit, quam eius in cuius tum manu gubernacula erant, temeraria arrogantia excitârat: in quo quidem tumultu cùm auctor eius ille qui fuerat, animum deſpondiſſet, eoque ſacri ſui honoris repudij libellum Eccleſiæ dediſſet, malus malè abiit. Aderat vnus is tum idoneus, qui deſertum id ab eo munus ſuſciperet. Quis enim eo qui apud omnes erat in gratiâ, magis qui ei muneri præficeretur aptus, magiſque dignus poterat iudicari? Ex quo ſanè factum eſt, vt quod aliis multis vſu rion venit, ſuffragio vniuerſæ, quæ ſub cælo eſt, Eccleſiæ delectus ſit, qui Conſtantinopolitanam hanc regendam ſuſciperet. *Hæc ſi ita ſe habent, cur minùs licuit Euthymio Sedem admittere, cùm eam Nicolaus Myſticus reliquiſſet; quàm olim Nectario, cùm Gregorius Theologus? Quid, quòd Cedrenus ſcribit, & Scilitzes,* dici *Euthymium*, cùm patriarchatum detrectaret, Diuinâ reuelatione ad eum ſuſcipiendum fuiſſe inductum? *Omittimus hîc vltionem diuinitus ſumptam de Clerico qui barbam ei euellerat, & ſplendidiſſimum apparatum, quo demortui corpus in vrbem relatum eſt.*

ſed à Nicolao relictã,

omnium ſuffragiis electus,

F

& diuinâ reuelatione inductus, admiſerat.

12 *Cùm igitur omnis illa contentio dudum eſſet per* edictum vnionis, *quod diximus, ſopita; non erat tamen* Euthymij *nomen in ſacra diptycha relatum, neque à Nicolao eius æmulo, neque ab illius ſucceſſore Stephano, neque à Theophylacto, qui equorum maiorem quàm Eccleſiæ curam gerebat, neque poſtremò ab eius vicario Tryphone monacho. Peregit hoc demum Polyeuctus, ſiue quòd æquum eſſet ſuæq; Eccleſiæ honorificum, notæ ſanctitatis virum inter illius Antiſtites numerari, ſiue vt animum ſibi Conſtantini Imp. reconciliaret, qui ab eodem erat Euthymio olim coronatus. Verùm* eam ob rem, *vt habet Cedrenus*, quidam ſummorum Pontificum aliquamdiu noluerunt res ſacras cum Polyeucto communes habere: ſed paullò pòſt Imperatoris voluntati obſequentes, ridendos ſe diſceptantibus controuerſiam exhibuerunt.

Polyeuctus eius nomen refert in ſacra diptycha.

CAPVT

AVCTORE I. B.

CAPVT III

S. Ioannis Baptistæ manus à S. Polyeucto Constantinopolim allata. Constantini Porphyrogeniti mors. cum Romano Iuniore gesta.

13 SVb idem tempus, *inquit prædictus Auctor*, venerandæ Præcursoris manus Antiochiâ Constantinopolim allata est, surrepta ab Iobo quodam Diacono. Ea cùm appulisset Chalcedonem, Imperator suam emisit triremem: & illustriores Senatores procedentes obuiàm cum Patriarchâ & vniuerso Clero, cum cereis, facibus, & suffitibus eam in palatium deduxerunt. *Rei gestæ historiam descripsit qui spectârat Simeon Metaphrastes, vti videre est apud Surium* XXIX *Augusti. Quæ ad* Polyeuctum *pertinent, hîc inseremus.* Cùm ergo appropinquaret Chalcedonem, *inquit*, nauis quidem emissa est Imperatoria, & Pontifex cum Sacerdotibus, & quicumque ex senatu erant clari & illustres simul, vt sacrum illum thesaurum inferrent in regiam: cum quibus fidelium quoque multitudo vrbe egressa, mari ei nauigarunt obuiàm, vt eum deducerent. Postquàm autem fuit susceptus in manus Pontificis, & eius ferebatur vlnis, & in mare ascendit, licebat videre ipsam quoque aquæ naturam placidam & tranquillam, mollibus fluctibus ante nauem exilientem, & ad Imperatores vsque cursum dirigentem. *Quod ait* Imperatores, *ipsum intelligit Constantinum, eius filium Romanum. Deinde subdit, repositum esse sacrum pignus* in medio templorum regalium. *Die* VII *Ianuarij (vti ad illum diem monuimus)* synaxis celebratur sancti Prophetæ Præcursoris & Baptistæ Ioannis, simulque commemoratio venerabilis & sanctæ eius manus in regiam vrbem translatæ. *Eo die referunt Græcorum Menæa sacram manum primùm in regiâ depositam ab Imperatore, anniuersariam tamen celebritatem in Phoratij æde haberi, quò fuit fortassis deinde deportata. Sèd de his agemus plenius ad* XXIX *Augusti.*

S. Ioannis Baptistæ manum, Antiochiâ allatam,

Chalcedone Cōstantinopolim deportat Polyeuctus, magnâ solennitate.

B

14 *Non potuit suo hoc seu pietatis propagandæ, seu stabiliendæ concordiæ studio, Imperatorem sibi infensum placare Polyeuctus, cùm & Helena Augusta, & huius frater Basilius Cubicularius, & æmuli Episcopi identidem subderent faces.* Anno *ergo, vt scribit Cedrenus*, imperij Constantini (*post summotum videlicet Romanum socerum*) decimoquinto, mense Septembri, Indictione III, anno mundi sexies millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo, profectus est Imperator ad Olympum montem, in speciem, vt Patrum, qui ibi viuebant, comprecationibus armatus in Syriam contra Saracenos proficisceretur; re autem ipsâ vt cum Theodoro Cyzici Episcopo, qui tum ibi degebat, de Polyeucto deiiciendo consilia iniret. *Verùm ipsummet è solio & vitâ expulit innocentis Patriarchæ vindex Deus. Nam* inde siue corporis vitio, siue rursus à filio petitus veneno, doloribus correptus discessit, & sub finem Octobris in lecticâ Constantinopolim reportatus est, ac consiliis suis exitum nullum consecutis mortuus nonâ die Nouembris; *anno scilicet* DCCCCLIX, *Indict.* III. Ad extremum vsque spiritum succensuit Polyeucto, & eius depositionem animo agitauit.

Constantinus Imp. S. Polyeucto insēsus

C

moritur,

15 *Diuinitus tamen vt ad mortem se pararet monitus est, ni læua mens obstitisset. Etenim, vt idem Cedrenus scribit*, aliquot antequàm moreretur diebus, post vesperam lapides de sublimi confertim in ipsius domum vehementi cum impetu coniecti, ingentem ediderunt fragorem. Quos Constantinus putans à cœnaculis Magnauræ deferri, per aliquot noctes custodes collocauit, si quem eorum operâ deprehendere posset ista ausum. Sed ignorabat, frustrà se laborare: cùm id non ab hominibus, sed sublimiore aliquâ profectum fuerit potestate. *Explicatius Glycas*: Nimirùm hæc ab itâ Diuinâ profecta fuisse consentaneum est. *Zonaras ait* lapides illos contra Imperatorium thalamum delatos. Magnaura, *quam memorat Cedrenus, quid fuerit exponit Luitprandus lib. 6 historiæ cap. 2. vbi ad eundem Constantinum susceptam à se legationem describit*: Est, *inquit*, Constantinopoli domus palatio contigua, miræ magnitudinis ac pulcritudinis, quæ à Græcis, ϱ pro λ posità, Megaura, quasi Magna aura pro aulâ, dicitur.

nocturnis portentis admonitus vt resipisceret.

D

16 Constantino ad hunc modum defuncto, *inquit Zonaras*, Romanus filius eius imperium capessit, qui Puer dicebatur; non quòd puerili ætate regno potitus esset, (iam enim vir erat) sed ad discrimen Romani aui materni, senis prouectæ ætatis. Si quis autem cum Παιδίον, *id est*, Puerum dictum putet, ob vitam pueriliter actam, id quoque moribus eius est conuenientissimum. Sceptrum recèns adeptus, filium suum Basilium diademate & Imperatorio nomine ornat.

Romani Iunioris, (qui Puer appellatur)

17 *Sed de Romano Cedrenum audiamus, ita scribentem:* Is magistratibus sibi beneuolis atque acceptis constitutis, confirmato, vt res ferebat, imperio, eadem tertiâ Indictione, festo Paschatis die, filio suo coronam Imperatoriam operâ Polyeucti Patriarchæ imponit in magno templo. Insequenti anno rursum ei filius in Fontano palatio nascitur, quem à patre Constantinum nominauit. Ceterùm Imperator iuuenis voluptatibus deditus, curam Reip. Iosepho primario suo Cubiculario, cognomento Bringæ, commisit: ipse in aliam nullam rem incubuit, quàm vt cum exoletis & impuris homuncionibus, scortis, mimis atque scurris vitam transigeret. Eapropter Ioannem quemdam Clericum spadonem, qui ob turpia quædam facinora sub Constantino Imperatore exturbatus erat, & monachus factus, ad eius vsque mortem abditus latuerat, Imperio potitus, monachi habitu exuit, Clericique reddito amictu inter suos recepit Consiliarios. At Polyeuctus iustâ indignatione concitus, vehementer Imperatorem vrgebat, vt è suâ familiâ eiicerat hominem, qui votum monasticum eiurasset. Tamen Imperatore exculante, quòd negaret eum reuerà monachi conditiones amplexum, aut illi generi vitæ ab vllo Sacerdote votis consecratum fuisse, sed tantùm ista metu Imperatoris simulasse; deceptus Polyeuctus, eum missum fecit, Iosepho etiamdiligentem in hac re nauante operam. Ita Ioannes ille vsque ad mortem Romani, profanam nouo instituto vitam exegit: mortuo eo, rursus monastico velatus habitu, animum tamen non mutauit.

filium Basilium coronat Polyeuctus:

E

Romanum hortatur, vt monastice professionis desertorem dimittat.

18 *Idem infrà*: Anno mundi VI CIↃ CCCCLXXI mortuus est Romanus Imperator, XV die Martij mensis, Indict. VI, (*anno scilicet Æræ nostræ* IↃCCCCLXIII) annos natus XXIV. . . . . Imperium eius morte ad Basilium & Constantinum ipsius filios & eorum matrem Theophanonem rediit; quæ, biduo ante mortem mariti, filiam quoque peperit, cui Annæ nomen fecerunt. *Hæc illa est* Anna *B. Wlodomiri Russorum Ducis coniux, quæ caussa illi exitit Christi religionem suscipiendi. De eâ Cedrenus, de Basilio Porphyrogenito Imp. loquens, Romani Iunioris, vt diximus, filio;* Noctu, *inquit*, nauibus adornatis Rossos imponit (nam ab iis suppetias impetrauerat) quòd sororem suam Annam Bladimero eorum Principi matrimonio coniunxisset. *Idem scribit Zonaras. At Scilitzes ait præfectum classi à Basilio ipsummet Bladimerum; haud admodùm, vt reniti, probabiliter. Idem posteà Cedrenus priusquàm Basilij obitum referat*, Mortuâ, *inquit*, Annâ Imperatoris sorore in Rossiâ, defuncto iam antè Bladimero marito *&c.*

F

Anna Romani filia, postea B. Vlodomiro nupta.

CAPVT

CAPVT IV

Nicephori Phocæ imperium. coniugium cum commatre.

Nicephorus Phocas

19 QVo Romanus Iunior decesserat anno ıɔcccclxiii, secundâ die Iulij, eadem Indictione sextâ, ab Orientalibus exercitibus, omnibus à Ioanne Tzimisce concitatis, Imperator Romanorum salutatur Nicephorus Phocas. *Ita Cedrenus, qui & addit:* Fertur & alius hac de re, isque probabilior, sermo: iam pridem cum cupiditate Imperij, neque tam huius quàm Theophanûs Augustæ amore flagrasse; cum quâ & collocutus fuerit cùm in vrbe ageret, & sæpè ad eam Michaëlem suorum famulorum fidissimum miserit. *Consentiunt Curopalates & Zonaras; sed quod Xylander* τυγχάνῃ *αὐλῇ* cum eâ collocutum *vertit, Ioannes Baptista Gabius reddit*, cum eâ rem habuisse, *Wolfius* cum eâ consuevisse. *Verùm quis credat magis eum mulierculæ amore, quàm Imperij cupiditate flagrasse? Credibilius est quod Glycas scribit*: Per Orientis exercitus Phocas Imperator renuntiatur, iam pridem amore tam Imperij quàm Theophanonis Imperatricis potiundæ flagrans. *Huius tamen ipsum deinde perfidia & immoderata libido perdidit.*

Theophanonis Augustæ amore captus.

ab exercitu Imperator acclamatur,

B

vir bellicosus:

20 *Erat Phocas, vt scribit Constantinus Manasses*, artis bellicæ peritissimus, audax, robustus, ærumnis haudquaquàm cedens, incudis in morem labores constanter perferens: *non dissimulat tamen sordidam eius auaritiam. Res bello præclarè ab eo gestas Cedrenus, Curopalates, Zonaras, Glycas ac ceteri omnes deprædicant. Formam habitumq; eius describit Luitprandus in suæ ad eum legationis historiâ, sed exaggeratè & satyricè:* Ante Nicephorum sum deductus, *inquit*, hominem satis monstruosum, pygmæum, capite pinguem, atque oculorum patuitate talpinum, barbâ curtâ, latâ, spissâ & semicanâ fœdatum, cervice digitali turpatum, prolixitate & densitate satis Iopam, colore Æthiopem, cui per mediam nolis occurrere noctem; ventre extensum, natibus siccum, coxis ad mensuram ipsam breuem longissimum, cruribus paruum, calcaneis pedibusque æqualem, villino, sed niuis veternoso, vel diuturnitate ipsâ fœtido & pallido ornamento indutum, Sicyoniis calceamentis calceatum, linguâ procacem, ingenio vulpem, periurio seu mendacio Vlyssem. *ac deinde* anum incessu *vocat*, Siluanum vultu, rusticum, lustriuagum, capripedem, cornutum, bimembrem, setigerum, indocilem, agrestem, barbarum, durum, villosum, rebellem, Cappadocem. *ac post multa:* Græcorum Rex, *inquit*, crinitus, C tunicatus, manicatus, teristratus, mendax, dolosus, immisericors, vulpinus, superbus, falsò humilis, parcus, cupidus, allio, cæpe, & porris vescens.

eius ridicula forma satyricè descripta à Luitprando Ep.

21 *Talis cùm esset Nicephorus, amorem tamen erga se Theophanonis concitauit. Venienti ergo Constantinopolim*, obuiàm ei se fert, *vt scribit Constantinus Manasses*, vrbana multitudo, Patriciorum ordo, prætextati, ex officinis operarij. Ante omnes alios Imperatrix cum Sacerdotibus hominem supinis manibus excipit, iamque decreto omnium ordinum Nicephorus Imperator creatur. *Primùm ad Hebdomum deductus est, inde per Aueam portam in vrbem regiam, cum faustis acclamationibus, plausibus, tubis, cymbalis.* Cumque ad magnum templum peruenissent, *inquit Curopalates*, Polyeuctum Patriarcham paratum curatunt, vt ei regium diadema imponeret. Hunc igitur coronat Polyeuctus in magni templi edito loco, die Dominicâ, xvi Augusti, Indictione vi.

venit Constantinopolim:

coronatur à S. Polyeucto:

22 Post hæc Nicephorus, *ait Cedrenus*, Antonium Studitam monachum ac Syncellum mittit; qui aulâ Theophanonem educat, & in palatium Petrij includat..... Vigesimâ Septembris die, laruâ depositâ, vxorem duxit Theophanonem.... Peractis nuptiis in nouo ad palatium templo, cùm in sanctuarium esset intrandum, manu cum tenens Polyeuctus, vt ad sacros concellos ventum est, ipse in adytum introit, & Imperatorem repellit, aitque, Non intromissum iri, priusquàm pœnas pro secundis nuptiis luisset. Molestum id fuit Nicephoro, & ad finem vsque vitæ Polyeucto succensuit. *Scribit Zonaras, ipsum Patriarcham in nouâ iuxta regiam ecclesiâ nuptialia sacra peregisse. Mirum igitur est non antè ab eo monitum, si quid in secundis nuptiis inesse delicti rebatur.*

Theophanonem duxit vxorē;

Aveto. Rs l. B.

D

ideoq; à sacrario eā excludit S. Polyeuctus;

23 *Pergit Cedrenus:* Spargebatur etiam passim rumor, qui non exiguas in Ecclesiâ turbas dedit; vnum liberorum Theophanonis fuisse à Nicephoro è sacro baptismo susceptum. Eum rumorem, vt probabilem caussam arripiens Polyeuctus, Imperatorem aut repudiare vxorem iuxta sacræ constitutionis præscriptum debere contendebat, aut ecclesiâ abstinere. Atque hoc posterius fecit Nicephorus, vxori deditus. Et conuocatis, qui in vrbe tunc erant, externis Episcopis ac delectis Senatoribus, rem iis deliberandam proposuit. Ij omnes constitutionem eam Copronymi esse, eâque Imperatorem non teneri pronuntiauerunt: libellumque absolutionis subscriptum à se ipsi dederunt. Nihilominùs tamen tergiuersante Patriarchâ, & res sacras cum Imperatore communes habere recusante, Cæsar fidem fecit, Nicephorum non fuisse susceptorem. Sed & Stylianus Protopapa magni palatij, à quo E emanasse iste rumor ferebatur, coram Concilio & senatu iurauit, se neque vidisse neque cuiquam dixisse, quòd vel Bardas vel Nicephorus factus fuisset susceptor. Polyeuctus ergo, tametsi peierare Stylianum certò sciebat, crimen compaternitatis omisit: & qui antè vrgebat, vt ob secundas nuptias pœna infligeretur, illi quoque magno delicto ignouit. *Eadem habent Curopalates, Glycas, Zonaras. Qui hic* Cæsar *nominatur, Bardas fuit, Nicephori pater, & ab eo Cæsar creatus. Protopapa, siue, vt in Græco est,* πρωτοπαπᾶς *est & in Ecclesiæ & in palatij Clero. De eius officio consule Georgium Codinum. Id Zonaras circumlocutione explicat to. 3 in Basilio Porphyrogenito:* ἀρχιερεὺς Εὐσταθίου, ὃς τῶν ἐν παλατίῳ ναῶν ἱερέων ἐπῆν. Consecratus est Ecclesiæ Constantinopolitanæ Patriarcha Eustathius, Sacerdotum ædis Palatinæ princeps.

quod tunc satis probatum nobis est.

24 *Quod Græci scriptores in ambiguo relinquunt, &* Polyeuctus, *cùm probari non posset, dissimulauit, Luitprandus vt certum statuit*, Nicephorum periurio atque adulterio regni apicem esse adeptum. *Ipsumq; propterea Nicephorum appellat* onagrum, id est, siluestrem asinum..... ob vanam & inanem gloriam, incestumque dominæ & commatris suæ coniugium. *Constantinus Manasses*, Vt F priscí, *inquit*, rerum gestarum scriptores tradunt, quamuis Imperatrici spirituali cognatione iunctus esset, nihilo tamen minùs eam matrimonio quoque carnali ausus est sibi copulare. *Quod verò ait Cedrenus, certò scitum se Polyeuctum, peierare Stylianum, id de eo forsan præcipuè accipiendum, quod Stylianus iureiurando affirmârat*, nihil à se dictum fuisse *de prole Theophanonis à Nicephoro susceptâ.*

ab anilibus quæ tamen scripsere.

CAPVT V

Nicephori Phocæ auaritia. tyrannicæ leges de Episcoporum electione, & occisis in bello.

25 INcurrit deinde Nicephorus populi vniuersi ingens odium, *cùm & grauia imponeret tributa, & immensam quamdam militibus licentiam permitteret: adeò vt* (*quod Zonaras scribit*) delectari videretur iniuriis, quibus ciues onerabantur, quamuis eorum ope ad Imperium peruenisset. Præterea continentium bellorum prætextu, nouis tributis instituendis, & veteribus augendis, omnisque generis exactionibus subditos premebat; quos mi-

Nicephorus Imp. ob tributa & auaritiam populo inuisus;

Auctor. Ad l. B.

lites quocumque venerant, nihilo clementiùs tractabant quàm hostes. Adhæc ob frequentes expeditiones, pecuniæ inopiam causſando, Imperatorias largitiones ſenatui dari ſolitas, ex parte imminuebat.

donata olim Eccleſiæ auferr,

vetatq; ne immobilia acquirant:

26 *Quin & ſacris quoque impias manus iniecit, ſibiq; in Eccleſiaſticas dignitates poteſtatem arrogauit. Pergit idem Zonaras:* Annua dona ab antiquis temporibus templis & aliis piis domibus attributa penitùs ſuſtulit. Decreto quoque ſanxit, ne fundi Eccleſiarum augerentur, quòd (vt ipſe aſſerebat) ab Epiſcopis, non in Eccleſiarum vtilitatem, opes illæ prodigerentur. *Imò ab ipſis etiam piis Imperatoribus legatas monaſteriis ac templis donationes, quas moueri nefas erat, aboleuit, vti ſcribunt Curopalates ac Cedrenus.*

27 Id verò omnium grauiſſimum, *inquit hic*, quòd legem tulit, cui & Epiſcopi quidam leues atque adulatores ſubſcripſerunt, Ne Imperatoris iniuſſu vllus crearetur Epiſcopus. Mortuo autem quopiam Epiſcopo, aliquem ſuorum mittebat qui præfinitos faceret ſumptus: ipſe quod de reditibus ſupererat, ſibi rapiebat. *Quâ autem ratione vim hanc iniquæ poteſtatis cœperit vſurpare, narrat Zonaras:* Orta inter Epiſcopos & Patriarcham Polyeuctum de ſuffragiis contentione, cùm illi ſibi quos vellent, eligendi ius eſſe dicerent; hic ſuffragia reprehenderet, vt quæ nec ſine affectibus, nec recto iudicio ferrentur, operamque daret, vt ab iis iudicium facturis, & ipſe in conſilium adhiberetur; Imperator ex hoc ſumptâ occaſione, omnem auctoritatem deſignandi Epiſcopos ſibi ſumpſit, lato edicto, ne quiſquam iniuſſu ſuo in vllam Eccleſiam mitteretur. Mortuo igitur Epiſcopo, ex miniſtris ſuis in Eccleſiam vacantem mittebat aliquem, quo ſumptus neceſſarios parcè faciente, ipſe ſibi reliqua vendicabat.

S. Polyeucto volente electiones Epiſcoporũ ſincerè fieri,

eas ad ſe trahit, & reditũ partem:

28 *Parcos illos ſumptus ſordidumq; victum Epiſcoporum falsè deſcribit rideq; in ſuâ legatione Luitprandus:* octauo Idus Decembris, *inquit*, Leucaten venimus; vbi ab Epiſcopo loci illius, Eunucho, ſicut & vbique ab aliis, inhumaniſſimè ſuſcepti & tractati ſumus. In omni Græciâ, (veritatem dico, non mentior) non reperi hoſpitales Epiſcopos. Diuites ſunt, pauperes ſunt: diuites aureis, quibus plena luditur arca; pauperes miniſtris ſeu vtenſilibus. Soli menſulæ aſſident nudæ, paximatium ſibi apponentes, balneaque tunc vitro permodico non bibentes, ſed ſorbillantes. Ipſi vendunt, ipſi emunt; oſtia ipſi claudunt, ipſi aperiunt; ipſi dapiferi, ipſi agaſones, ipſi capones. Sed, ha! caupones volui ſcribere; verùm res ipſa, quæ vera eſt, veritatem etiam nolentem compulit ſcribere. Dicimus enim, quia capones ſunt, id eſt, eunuchi, quod canonicum non eſt: ſunt & caupones, id eſt, tabernarij, quod contra Canones eſt: quorum

hinc inhoſpitales Græci Epiſcopi,

parcè & ſordidè viuunt,

Incipit & claudit cœnam lactuca tenacem,
Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum.

Felices eos, ſi paupertatem Chriſti hæc imitaretur pauperies iudicarem. Facit hoc aſper nummus & auri ſacra fames. Verùm parcat illis Deus. Hoc cò illos puto facere, quoniam eorum Eccleſiæ ſunt tributariæ. Leucatenſis mihi iurauit Epiſcopus, quotannis Eccleſiam ſuam debere Nicephoro aureos centum perſoluere; ſimiliter & cæteras plus minuſue, ſecundùm vires ſuas. Quod quàm iniquum ſit, ſanctiſſimi Patris noſtri Ioſeph acta demonſtrant; quia cùm Ægyptum totam famis tempore tributariam Pharaonis faceret, ſacerdotum terram à tributo liberam eſſe permiſit. *Hactenùs Luitprandus.*

quia tributarij.

29 *Facilè hinc perſpicere eſt, quantum laborum & moleſtiarum ſuſtinere Polyeuctus debuerit. Sed maior deinde illi cum eodem profano Imperatore dimicatio fuit, quam referunt Glycas, Cedrenus, Curopalates, ac Zonaras. Et hic quidem, Nicephorus, inquit*, quod in ſe fuit, decreto ſanxit, vt milites in bello interfecti, pari cum Martyribus honore colerentur, & ſimilibus hymnis ac veneratione celebrarentur. Et forſitan egregium illud decretum ratũ fuiſſet, niſi Patriarcha & quidam Epiſcopi, ac delecti è ſenatu, ſtrenuè reſtitiſſent, quærentes quo pacto iij qui in bellis cæderent & cæderentur, Martyres iudicari poſſent aut Martyribus pares, quos ſacrorum Canonum cenſura notaret, triennium à tremendâ illâ & ſanctâ communione arcens?

Idem Nicephorus vult occiſos in bello, Martyres haberi:

impedit Polyeuctus & alij,

30 *Qui hîc præcipuè citatur Canon, eſt* XIII *ex epiſtolâ S. Baſilij Magni ad Amphilochium Ep. qui ita habet:* Cædes in bellis factas Patres pro cædibus non reputauêre, vt mihi videtur, ignoſcentes iis qui pro pudicitiâ & pietate decertant. Rectè autem forte habet, conſulere vt qui ſunt manibus non puris, ſolâ trium annorum communione abſtineant. *Verùm hic Canon, vt annotat Theodorus Balſamon*, non eſt in vſu, eò quòd ex eo eueniret, ſi admitteretur, vt milites Sacramentorum numquàm eſſent participes, cùm in bellis alij aduersùs alios perpetuò verſentur, vt hoſtes interficiant. *Subiicit deinde hanc ipſam ſub Nicephoro habitam diſceptationem.* Scriptum eſt enim, *inquit*, quòd cùm Imperator ille Phocas vellet eos Martyribus annumerari qui in bellis occidũntur, qui tunc erant Epiſcopi hoc vſi Canone, Imperatoris conatum repreſſerunt, dicentes: Quomodò eos qui in bellis ceciderunt inter Martyres annumerabimus, quos Magnus Baſilius, vt qui non eſſent puris manibus, triennio à Sacramentis prohibuit? *Oſtendit tamen non deſuiſſe in eo concilio leues quoſdam homines, qui ſe ad Imperatoris voluntatem accommodarent.* Cùm autem multi Sacerdotes, *inquit*, & vnus quidem ex iis Epiſcopus, ſe manus cum hoſtibus conſeruiſſe faſſi eſſent, diuina & ſancta ſynodus, conſentaneè huic Canoni, & XLV eiuſdem Sancti, & aliis diuinis conſtitutionibus, volebant ipſos non ampliùs ſacra celebrare. Complures autem & qui erant paullò magis militares, eos etiam præmiis dignos eſſe contendebant. *Perſuaſit tamen Polyeuctus cum alios, ne decretum illud impium ferretur.*

allegato S. Baſilij ſeuero Cánone,

eſſi leues quidã Imperatoris ſubſcriberent.

CAPVT VI

Pallij Ius, & in Epiſcopos quoſdam Italos poteſtas, à Polyeucto vſurpata.

31 *Sequuntur alia Polyeucti acta, quæ quatenùs probari aut excuſari debeant aut poſſint, iudicent alij. Refert ea Luitprandus in ſecundâ ſuâ legatione, ſed infenſo in Græcos omnes animo, quem paſſim prodit. Ita ergo inter alia ſcribit, ad Ottonem* I *&* II *Imperatores:* Nicephorus cùm omnibus Eccleſiis homo ſit impius, liuore quo in vos abundat, Conſtantinopolitano Patriarchæ præcepit, vt Hydruntinam Eccleſiam in archiepiſcopatus honorem dilatet; nec permittat in omni Apuliâ ſeu Calabriâ Latinè ampliùs, ſed Græcè Diuina myſteria celebrari..... Scripſit itaque Polyeuctus Conſtantinopolitanus Patriarcha priuilegium Hydruntino Epiſcopo, quatenùs ſuâ auctoritate habeat licentiam Epiſcopos conſecrandi in Acirentila, Turcico, Grauina, Maceria, Tricario, qui ad conſecrationem Domini Apoſtolici pertinere videntur. *Sunt nunc ex hiſce ciuitatibus* Hydruntum *&* Acheruntium *Archiepiſcopales; & huic quidem vnita* Matera; *ſubiectæ* Grauina, Tricaricum, Turcium, *vbi* Anglonenſis *commorari Epiſcopus dicitur.*

Iubente Nicephoro,

Hydrunti Archiepiſcopum cõſtituit Polyeuctus:

32 *Aliam Luitprandus aduersùs Polyeuctum accuſationem depromit, iuſtam illam quidem fortaſſe, ſed quæ non in eum propriè cadat:* Sed quid hoc memorem, *ait*, cùm ipſa Conſtantinopolitana Eccleſia noſtræ ſanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ meritò ſit ſubiecta? Scimus, imò videmus, Conſtantinopolitanum Epiſcopum pallio non vti, niſi ſancti Patris noſtri permiſſu. Verùm cùm impiiſſimus Albericus, quem non ſtillatim cupiditas, ſed velut torrens impleuerat, Romanam ciuitatem ſibi vſurparet, Dominumque Apoſtolicum, quaſi ſeruum proprium in conclaui teneret; Romanus Imperator filium ſuum Theophylactum

pallio vtitur,

iure olim per Romanum Imp. simoniacè impetrato:

A ctum eunuchum Patriarcham constituit: cumque eum Alberici cupiditas non lateret, missis ei muneribus satis magnis effecit, vt ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur; quâ auctoritate cùm ipse, tum successores eius absque Paparum permissu palliis vterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inoleuit, vt non solùm Patriarchæ, sed etiam Episcopi totius Græciæ palliis vtantur. *Ita quem accusat, ei argumentum, quo se vtcumque defendere possit, subministrat Luitprandus. Quid enim? an non potuit arbitrari Polyeuctus, legitimè eum honorem à Summo Pontifice esse concessum? Instat idem Luitprandus:* Est ergo meum consilium, sanctam fieri synodum; *Imperatoriâ nimirùm auctoritate, vti illa in quâ Ioannes* XII *è solio Apostolico ab Ottone deturbatus est, ipso inter ceteros suffragante Luitprando. Sed ipsius reliquum consilium audiamus:* & ad eamdem, *inquit, synodum* vocari Polyeuctum. Quòd si venire, & σφάλματα sua, id est, vitia superiùs scripta, canonicè emendare noluerit; quod sanctissimi Canones decreuerint, fiat.

Luitprandum Ep. de Scripturis & synodis interrogat,

33 *Sed quæ Luitprando irarum in Polyeuctum causse? Conuiualis iocus in eum à Polyeucto coniectus, sed ab ipso satis neruosè & glorianter refutatus.* Putans, *inquit, Nicephorus* me mensam magni facere suam, in eodem loco me satis ægrotum secum conuiuare coëgit. Affuit cum pluribus Episcopis & Patriarcha: quibus præsentibus, plures mihi quæstiones de Scripturis sacris proposuit, quas cum Spiritu sancto afflante eleganter exposui. Nouissimè autem, vt de vobis lùdum haberet, quas synodos haberemus, rogauit. Cui cùm Nicænam, Chalcedonensem, Ephesinam, Antiochenam, Carthaginensem, Ancyranam, Constantinopolitanam edicerem; Ha ha he, ait, Saxonicam dicere es oblitus: quam si rogas cur nostri codices non habent, rudem esse, & ad nos necdum venire posse respondeo.

cur nulla Saxonica?

respondet ille, in Græcia habitas mulcas, vbi natæ hæreses, sed per Latinos excisæ

34 Cui inquam: In quo membrò regnat infirmitas, illud est cauterio inurendum. Hæreses omnes à vobis emanarunt, penes vos viguerunt: à nobis, id est, Occidentalibus hîc sunt iugulatæ, hîc sunt occisæ. Romanam siue Papiensem synodum, quamquàm essent sæpè, his non connumeramus. Romanus enim Clericus postmodùm vniuersalis Papa, Gregorius, qui à vobis appellatus est Dialogus, Eutychium Constantinopolitanum Patriarcham hæreticum ab eiusmodi hæresi liberauit..... sic Euodius Papiensis Episcopus, propter aliam quamdam hæresim huc, id est, Constantinopolim, à Romano est Patriarchâ directus; quam compressam, in Catholicam atque orthodoxam reformauit.

C

in Saxoniâ puram fidem esse,

35 Saxonum genus, ex quo sanctum lauacrum & Dei accepit notitiam, nullâ est hæresi maculatum, vt ibi synodus fieret, quâ errorem, cùm nullus esset, corrigeret. Rudem quia dicis Saxonibus esse fidem, idipsum & ego affirmo: semper enim apud eos Christi fides rudis est & non vetus, vbi fidem opera sequuntur. Hîc fides non rudis, sed vetus est, vbi fidem opera non comitantur, sed quasi præ vetustate, vt vestis contempta, contemnitur. Sed hanc Synodum factam esse in Saxoniâ certò scio, in quâ tractatum est ac firmatum, decentiùs ensibus pugnare quàm calamis; & priùs mortem obire, quàm hostibus terga dare. *Hactenùs Luitprandus, quem Constantinopolim missum scribit* Ennodium *Papiensem Episcopum, is est* S. Ennodius. *Ep. quibus ad Anastasium Imp. hæreticum missus ab Hormisdâ Papâ, vt* XVII *Iulij ad eius Vitam dicemus.*

ideò synodū nullam,

nisi de armis scitè tractandis.

CAPVT VII

Nicephori Phocæ cædes. Ioannis Zimiscæ imperium. S. Polyeucti obitus.

36 C*um ita Ecclesiæ & possessiones & auctoritatem pessumdaret Phocas, breui in eum cælestis vindicta in-*

cubuit, & Theophanonis Augustæ machinatione, per quam ad Imperium emerserat, exitio dedit. Tragœdiam omnem exponunt Cedrenus, Glycas, Scilitzes, & breuiter Constantinus Manasses. Eam è Zonara accipe: Quamuis Theophanonem Phocas priùs vehementer deperisset, postea tamen eius congressu abstinuit, siue satietate quadam, siue continentiæ studio; namque etiam adolescentem ferunt numquàm ad eas voluptates fuisse procliuem. Illa verò vel ob eam alienationem maritum exosa, vel de filiis sollicita, (quidam enim susurrabant, velle Nicephorum regiis pueris castratis, Imperium in fratrem suum Leonem transferre) clàm cum Ioanne Zimisce colloquitur, siue amore eius capta (nam formæ elegantiâ & venustate excellebat) siue eum parem Nicephoro aduersarium rata.... Succensebat alioquin iam anteà Imperatori Ioannes, quòd ob Leonis fratris inuidiam & calumnias ab eo esset militari dignitate priuatus.....

AVCTORE I.B.

D

Nicephorus, vltione Diuinâ, imperio & vitâ spoliatur, à Theophanone Augustâ

sollicitato Ioanne Zimisce,

37 Cùm ergo à meretrice illâ magis irritaretur, adspirare ad Imperium eadem adiutrice constituit: eodemque tempore suis necessariis arcanum aperuit, & cum iis facinus aggressus est, atque intempestâ nocte lembo cùm iis conscenso ad regiam peruenit, quâ mari ab austro alluitur. Bucoleon is locus dicitur..... Quò cùm ventum esset, sportam demissam videt, in eâque cum suis à Theophanonis ancillis attrahitur. Socij erant Michaël Burtzes, & ipse Imperatori ob inconsideratam eius iram offensus, Leo Abalantes, Theodorus Niger qui ob atrum colorem Atzypotheodorus dicebatur, atque alij duo. Igitur cubiculum Imperatoris sine strepitu ingressi (nam id quoque Theophano prouiderat) Nicephorum humi dormientem quidam calcibus per contumeliam somno excutit, exerrectum seque attollentem lethaliter in capite vulnerat: quo ictu & corpus eius & animus grauiter est concussus. Ad Zimiscem, qui in regio lecto consederat, adductus, iam collabens & vtrinque suffultus, cùm rogaretur, quibus de caussis ab eo vexatus esset, nihil respondit, illud solùm inclamans, Adiuua Domine.... Quidam in tergum eius hastam ita intorquet, vt per pectus elaberetur. Tumultu ab excubitoribus excitato (iam enim insidias senserant) caput iam defuncti amputatum, per fenestram ostendunt, itaque illorum impetum comprimunt. *Hæc Zonaras. Gesta hæc sunt* XI *Decembris, Indictione* XIII, *vt scribit Cedrenus, anno mundi* ϛϡϡϡϡϡϡϡϡϡCCCCLXIX. *Addit idem Auctor, Glycasque & Curopalates, hæc eum ingeminasse:* Κύριε ἐλέησον, θεοτόκε βοήθει. Domine miserere, opitulare Deipara.

E

& in sportâ attracto noctu in regiam eũ sociis,

F

38 *Imperium igitur iniit Ioannes Tzimisces, adhibitis collegis Basilio & Constantino, Romani Iunioris filiis admodùm adolescentibus.* Statim verò, eâ ipsâ nocte, *vt narrat Cedrenus*, Basilium intimum Cubicularium, (quem Nicephorus non leuiter ab eo in occupando Imperio adiutus, nouo dignitatis titulo ornârat, Πρόεδρον siue Præsidem appellans) ad se accersit Tzimisces, ac rerum gerendarum socium adsciscit, (*quasi ad imperij consortem legit,* κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς προσελάβετο) quippe qui & longo tempore, in Rep. versatus erat sub patre Romano seniore, & Constantino Porphyrogenito fororis suæ marito, & sæpissimè contra Agarenos rem feliciter gesserat, & rebus arduis scitè se norat accommodare. *Hîc vt rebus agendis adhibitus est à Zimisce, illicò omnes Nicephoro studentes è palatio submouet, fratrem eius Leonem cum filiis in exilium mittit,* aliis ciuiles ac bellicos magistratus abrogans, suos substituit familiares, quos nouo Imperatori fidos nosset. Reuocati quoque quos Nicephorus relegârat, Episcopi præsertim, qui quia decreto eius, quod ad vexandas ac spoliandas Ecclesias tulerat, subscribere noluissent, erant ab eo proscripti. *Illud autem decretum fuisse ait Zonaras, quo vetuerat ne quis suo iniusse Pontifex ordinaretur.*

Zimisces Basilii & Constantini collegas adsciscit, Basilium Cubiculariũ adiutorem;

Zimisces Basilii & Constantini collegas adsciscit, Basilium Cubiculariũ adiutorem;

à quorundam in odium amici Nicephori, & ab eo proscripti Episcopi, reuocati.

39 Rebus hoc modò constitutis, *subdit Cedrenus*, eâ ipsâ nocte omni suspicione liberatus Imperator, abit

AVCTORE I.B.

cum paucis ad magnam eccleſiam, vt Patriarchæ manu accipiat diadema. Verùm ingredi eum paſſus non A eſt Polyeuctus, nefas eſſe dicens in Diuinum templum introire eum, cui manus recenti adhuc & fumanti cognati ſanguine ſtillarent: operam daret, vti pœnitentiæ opera præſtaret; ita demum permiſſum iri vt ſolum domus Dei calcet. Eam obiurgationem placidè accepit Ioannes, promittens ſe obedienter omnia facturum: addidit illud quoque, ſe manus Nicephoro non intuliſſe, ſed ab Abalantio & Atzypotheodoro, Auguſtæ iuſſu, trucidatum. Eam igitur Patriarcha eiici è palatio imperat, & in aliquam inſulam deportari: relegari etiam Nicephori percuſſores, & conſcindi libellum edicti, quod ad confundendas res Eccleſiaſticas Nicephorus ediderat. Statim igitur Tzimiſces percuſſores iſtos iubet ab vrbe diſcedere, & Theophanonem in Procconeſum relegat. Vnde poſtea occultè cùm profugiſſet ad magnum templum, eo exturbata à Baſilio Cubiculario, in Armenorum prouinciam eſt deportata, in Damidis monaſterium, recens ab Imperatore conditum. . . . . Mater quoque Theophanonis in Mantineum exilij cauſsâ miſſa. Edicti etiam libellus prolatus & diſcerptus eſt, priſtinaque Eccleſiæ libertas reddita.

Zimiſces templo excluditur à S. Polyeucto, donec pœnitentiam agat, quam ſpõdet;

eoq; iubente, relegat Auguſtam & percuſſores Nicephoris

B 40 His actis, Polyeuctus, peccati expiandi gratiâ pollicitum ſe quidquid priuatus poſſederat, in pauperes elargiturum, Imperatorem in templum admittit, ingreſſumque feriis Chriſti natalitiis diademate ornat. *Hæc Cedrenus. Magnâ deinde laude Imperium ſex annos & totidem menſes adminiſtrauit Zimiſces. Cuius quæ fuerit forma, operæ pretium eſt ex Conſtantino Manaſſe audire:* Erat,

priuatas opes ſuas dat pauperibus: coronatur:

inquit, hic Zimiſces formoſus facie, colore, capillis venuſtis; tolerans, miſericors, fortis & virilis animi, pugnator inexpugnabilis, copiâ celeritateque conſilij pollens, liberalis, caſtus, mitis, haſtarum vibrandarum & arcuum tendendorum peritus, ingenuus, alienus ab ira diuturnâ: vt paucis denique multa & prolixa complectamur, viuus quidam paradiſus gratiarum erat, ipſis Dei manibus conſitus, & aureis ſancti Spiritus riuis irriguus, in quo virtutum cœtus vniuerſus choreas velut agitabat, Gratiis ex aduerſo illis cantando quaſi reſponſantibus. *Hæc ille, non ſine poëticâ hyperbole.* D

eius forma, ac dotes naturæ,

41 *Pietatis eius argumenta duo referuntur à pleriſque hiſtoricis, quòd victis Bulgaris, Conſtantinopolim triumphantis more ingreſſurus, B. Mariæ Virginis imaginem quadrigis, magnificè adornatis, impoſitam, ſolenni pompâ per vrbem deuexit, ei victoriæ adeptæ decus adſcribens. Alterum, quòd aureis nummis primus Saluatoris impreſſit effigiem, cum hac inſcriptione:* Ieſus Chriſtus Rex Regum.

pietas in D. Virginem,

& Chriſtum.

42 *Poſt dies verò quinque & triginta ab illius inauguratione, deceſſit è vitâ Polyeuctus; vt ait Cedrenus. Curopalates triginta ſolùm dies habet, Zonaras diſertè* πεντήκοντα καὶ πέντε. *Vnde ſequitur circiter* XXIX *Ianuarij obiiſſe. Ad hunc tamen diem quintum Februarij, adſcriptus eſt Menæis, ſiue libris precum Eccleſiaſticarum, quas etiam Catholicæ Eccleſiæ reconciliati Græci recitant, vt alibi diximus; eodemq; die refertur à Maximo Ep. Cyzicæno. Fortaſsis quia eo die, octauo ab obitus, funus elatum, aut ſolennes celebratæ exequiæ, quod & in S. Taraſio eiuſdem Sedis Conſtantinopolitanæ Patriarchâ, centum ſexaginta quatuor ante Polyeuctum annis, contigiſſe, infrà ad* XXV *diem Februarij oſtendemus.*

Mors S. Polyeucti,

ac veneratio. E

DE S. ALBINO, ſiue ALBVINO,

EPISCOPO BRIXINENSI IN TIROLI.

I. B.

CIRCITER AN. MXV. V FEBR.

1 BRixina, *ſiue* Brixino, *vrbs eſt in Tiroli, ſedes (vt coniicere licet) veterum* Brixentum, *quos inter* Alpinas gentes *Plinius lib. 3 cap. 20 recenſet. Hîc* S. Albinus, *ſiue* Albuinus, *colitur, Sabionenſis primùm, dein Brixinenſis primus Epiſcopus; ac Romano aliiſq; Martyrologiis eius inſcriptum eſt nomen, vnà cum S. Ingenuini; vt in huius Vitâ ſuprà hoc ipſo die, § 1 nu. 2 retulimus.*

Brixinënſis Ep. S. Albuinus, Martyrologiis inſcriptus.

2 De hoc ſancto viro, *inquit Hundius in Metropoli, vbi de Epiſcopis Brixinenſibus agit*, dicuntur pleraque extare, C verùm mutila, & in nullum ordinem redacta. Miraculis clarus obiit Nonis Februarij. *Mirum eſt Acta illa S. Albuini, qualiacumque ea ſint, Matthæi Raderi noſtri diligentiam effugiſſe, ſi verè extant: nec enim* niſi pauca ab rerum ſacrarum ſcriptoribus ad manus *ſuas* peruenisse *teſtatur; eaq; ex Faſtis Brixinenſibus depromit hiſce verbis.*

clarus miraculis,

3 Quadringentis poſt Ingenuinum & ampliùs annis, Ottone III & Henrico Sancto ſucceſſiuè imperantibus, Albuinus Eccleſiæ Sabionenſis vigeſimus octauus Epiſcopus extitit. Hic nobili genere natus, propter admirabilem vitæ integritatem à præfato ſancto Imperatore & magni habitus & præclaris beneficiis eſt affectus. Porrò cum Sedem epiſcopalem à Sabionâ Brixinam tranſtuliſſet, omneſque optimi Paſtoris partes expleuiſſet, demum ſanctitate ac virtutum ſignis coruſcans tranſiuit ad Dominum. Corpus eius

nobilis, gratioſus Imperatoribus,

corpori S. Ingenuini, multos poſt annos Brixinam tranſportato, hac ipsâ obitus ſui die celebriter appoſitum eſt. Amborum reliquiæ in ſummo altari eccleſiæ Cathedralis religioſè aſſeruantur.

cum S. Ingenuino ſepultus:

4 *Quod de Sede Brixinam Sabione tranſlatâ dicitur, id Miræus quoque in Notitiâ Epiſcopatuum, verbo* Brixina, *tradit* per S. Albuinum *eſſe factum: ſed perperàm addit circa annum* CIↃXXXIV *contigiſſe, cùm, vt in Vitâ S. Ingenuini § 5 nu. 37 diximus, iam anno* CIↃXXVII *Hartwicus Epiſcopus Brixinenſis fuerit, poſt S. Albuinum fortaſſe quartus. Hundius de S. Albuino ſcribit:* Hic primus Sedem epiſcopalem à Sabionâ Brixinam tranſtulit. *De Hartwico Ep.* Hic, relictâ Sabionâ, Brixinam migrauit, quam totam, vt nunc cernitur, mœnibus cinxit. *Aſt in Herbardo, quem immediatè ante Hartwicum locat, poſt Adalberonem S. Albuini ſucceſſorem:* Ciuitatem Brixinam primò muris parum muniuit.

an Sedem Sabione tranſtulerit? F

5 *Veriſimile eſt ab eodem ſancto Antiſtite Albuino corpus S. Ingenuini eſſe Brixinam tranſlatum. At non eſt poſteà, vt ſcribit Ghinius, Brixinone Brixiam deportatum: neque, vt idem Ghinius & Galeſinius tradunt, Brixienſis Epiſcopus fuit Albinus: ac ne quidem (quod Conſtantius Felicius) peculiarem habent Brixiæ venerationem hi duo Sancti; quod & Maurolycus innuit his verbis:* Brixiæ SS. Gemini & Albini Epiſcoporum, miraculorum gloriâ illuſtrium.

an S. Ingenuini corpus? non eſt ipſâ Brixiam tranſlatus.

DE

DE S. ADELHEIDE
VIRGINE ABBATISSA VILICENSI,
IN GERMANIA INFERIORE,

I.E.

Commentarius præuius.

§ I *Vilicense cœnobium. S. Adelheydis solennitas.*

CIRCITER AN. MXV. V FEBR. *S. Adelheidus floruit circiter an.* 1015 *mortua Coloniæ,*

1 *Splendore natalium ac virtutis longè clarissima* Adelheidis *Virgo, Coloniæ diem obiit Nonis Februarij, anno Christi (vt quidam coniectant)* CIↃXV, *non multò certè quidem seriùs, citiusue; cùm funus eius curasse, vtq; Vilicam reuehi corpus fas esset decreuisse legatur* S. Heribertus *Colonien sis Archiepiscopus, qui anno* CIↃXXI, *die* XVI *Martij decessit, quiq; anteà ipsam ad Capitolini partheno nis præfecturam, sorore, quæ id munus gesserat, mortuâ, Vilicâ Coloniam accersiuerat, seq; ad illius intimam familiaritatem, eximiæ pietatis illius & prudentiæ opinione motus, applicârat. Miretur tamen fortasse quispiam, non extare eius in Colonien si Breuiario nomen. Ea quippe Sanctorum magnificentissimæ vrbi copia est, vt si singulis propriam instituere celebritatem velit, quot anno toto occurrant dies, iis haud æquatura multitudinem festorum sit.*

B

vbi non colitur,

sed Vilica trans Rhenum:

2 *Vilicæ tamen (qui locus, vulgò* Villich, *inter confluentes Rheni & Sigæ, in diœcesi Colonien si è regione situs Bonnæ vrbis) magnam obtinet venerationem.* Sunt *isthic* duo hodie collegia, vnum Canonicorum, alterum verò nobilium Virginum Canonicarum, à S. Megengoso eiusque vxore, *Adelheidis parentibus,* ampliter dotata; *vt in Fastis Belgicis & in Chronico scribit Autbertus Miræus. Fefellit tabula quæpiam chorographica Philippum Ferrarium, qui in Annot. ad suum Catal. SS. scribit:* Vileca, vulgò etiam Wileck, pagus est cum cœnobio, territorij Colonien sis, inter Iuliacum & Duisburgum, ad III M. Belg. Nouesio proximus. *Est sanè* Wilich *pagus cis Rhenum infra Nouesium, Gladbaco propior; sed diuersus longè à* Vilicâ *S. Adelheidis. Ferrarium secutus est Simon Martinus ex ordine Minimorum in Floribus sanctæ solitudinis lib.* 4.

C

non fuit Abbatissa Rindorpij.

3 *In MS. Chronico Comitum ac Ducum Gelriæ, dicitur Adelheidis* Abbatissa præfuisse in monasterio Virginum in Rindorp prope Bonnam, quod Mengosius genitor paucos ante annos instituerat: in quo & ipse defunctus iuxta coniugem sepelitur anno Domini CIↃVIII. *At neque sepultus Rindorpij est Mengosius, neque illic eius tempore cœnobium erat, nedum ab eo institutum.* Est Rindorpium, *siue* Rheindorfium, *vulgò* Swartzen-Rheindorf, *id est,* niger Rheni-pagus, *collegium nobilium Canonicarum, quibus sacra peragunt Sacerdotes aliquot, siue Canonici, vti & Vilicæ fit. Ceteroquin alij subditi Abbatissæ Rindorfensis, quod ad curam animarum attinet, Vilicæ subsunt: vti nos vir eruditissimus Ægidius Gelenius docuit. Conditum id monasterium ab Arnoldo* II *Colonien si Antistite, qui & illic in S. Clementis æde sepultus, tempore Frederici* I *Ænobarbi, vti habent Chronica Colonien sia. Videtur porrò* nigrum *Rindorfium ab vulgo appellatum, vt ab altero Rindorfio, itidem nobilium Virginum cœnobio, discernatur: est hoc cis Rhenum, in ipsis ferè Romanorum apud Bonnam castris, dictum vulgò* Graen-Rheindorf, *pro* Gracw-Rheindorf, *quòd Virgines illæ instituti Cistercien sis, vti & reliquus ordo, leucophæis, siue cinerei coloris vestibus vterentur, minùs certè quàm nunc albicantibus. Est & aliud trans Rhenum* Rheindorfium, *leucâ vnâ infra Mulhemium, vbi* Vipera *amnis se, ac* Dunam *ex monte Tauno natum, Rheno infundit. Nigri autem Rheindorfij Canonicæ, iisdem ferè viuunt institutis, quibus Coloniæ Virgines Capitolinæ & Vrsulanæ, atque olim Cluniacen sium leges amplexæ existimantur: vti idem Gelenius retulit.*

(quod propè Vilicâ,

pòst ædificatum,

diuersum à Cisrhenano)

4 *Porrò Wernherus Teschenmakerus in Annalibus Cliniæ & Iuliæ fatetur, S. Adelheydis parentes templum Vilicense* ad Sigam flumen *ædificasse: vult tamen eorum filias,* alteram ad S. Vrsulam Coloniæ, alteram in Rindorp moniales fuisse. *Vna eademq; fuit Adelheydis & Coloniæ primùm ad S. Vrsulam sanctimonialis, & Vilicæ deinde Abbatissa: altera Coloniæ* in monasterio sanctæ Dei Genitricis Mariæ, *quod Capitolium fuisse aiunt,* Domina & Mater, *vt in scoris Vitâ dicitur: neutra Rindorpij, vbi nondum sanctimoniales erant.*

neque illa monialis

5 *In eâ igitur, quam diximus ad Sigam amnem, Vilicâ, eximiâ religione colitur* Adelheidis. Primarium eius festum, *Ioannis Molani ætate, vt patet ex eius Natalib. SS. Belgij,* erat in die S. Agathæ, quod tamen annuè, ad placitum Canonissarum & Canonicorum, ter aut quater repetebatur: in primario etiam festo ex Virginis fundatione distribuebatur SPINDA, vt loquuntur, duodecim maldrariorum tritici & duo vasa halecum. *Est* spinda, *siue* spenda, *à Latino* dispendere, *vel* expendere, *formata vox. Num autem etiamnum vigeat illa Officij aut festi per annum repetitio, quam scribit Molanus, haud satis comperimus: arbitramur potiùs aut Translationis alicuius commemorationem agi, aut votiuum sacrum atque Officium in gratiarum actionem, aut aliam quampiam ob causam quandoque fortasis suscipi. Officium nunc* IX *Lectionum celebratur, quarum quæ secundi nocturni dicuntur, ex Vitâ Sanctæ non ita pridem concinnatæ; reliquæ de communi Virginum: additur Octauarum celebritas. Ipso die benedicitur ingens panum copia, qui post Diuinum Officium ab Antistitâ erogantur, non pauperibus solùm, sed omnibus promiscuè confluentibus. Eadem panum, ex* XII *secalis modiis, siue mialdrariis (vt loquitur Molanus) pistorum, distributio fit sacræ Pentecostes feriis, dicunturq;* Panes S. Adelheydis, *vulgò* S. Alen brodt. *Adhibentur pellendis pecorum morbis; & longissimum sustinent tempus, mucoris & corruptionis immunes, adeò vt post sexennium quandoque formam saporemq; panis retineant.*

eiusq; officium.

panumq; distributio.

salutaris contra morbos.

F

6 *Inscriptum* S. Adelheidis *nomen Martyrologiis. Idem enim Molanus in addit. ad Vsuard. Nonis Februarij, ita habet:* In Vilikâ, depositio Alheidis Virginis & Abbatissæ, miræ sanctitatis. *Eadem habent Arnoldus Wion, Benedictus Dorganius, Hugo Menardus in monasticis suis Martyrologiis. Eadem ferè Canisius, Balduinus Willotius, Andreas Boeius, Ferrarius, MS. Florarium. Meminit illius quoque Constantinus Ghinius in Natalib. SS. Canonicorum. Appellatur verò Diua ipsa* Adelheidis, *siue* Adelheydis, *quod εὐχέρειαν, siue* Nobilitatem *significat, & contractè* Aleidis.

Nomen eius in Martyrologiis,

variè expressum.

7 *Hermannus Greuen Carthusianus Colonien sis in addit. ad Vsuard. matrem sororemq; illi coniungit:* Alheidis, *inquit,* & Bertradæ Virginum, & Gerbertæ matris earum. *Autbertus Miræus in Fastis Belgicis in S. Adelheidis Vitâ, eius matrem* B. Girbergam *appellat. & ad* XIX *Decembris, vbi de S. Megengoso agit, iterum* B. Gerbirgam *nuncupat. Nondum comperimus, neque Vilicen sibus constat, aut matri aut sorori sacros eos honores vnquam habitos, etsi sit ambarum satis superq; testata pietas. Chronicon Colonien se* Mengosum, *Gelriæ Comitem, tradit cum vxore & duabus filiabus in Vilicen se Benedictini instituti cœnobium à se fundatum, esse ingressum: quod ex filiæ Vitâ refellitur. Sanctam parens vterque, sed in seculo, vitam egit, vnus in pristinâ præfecturâ, altera Vilicæ quidem, sed absque sanctimoniæ proprio habitu aut professione.*

Bertradæ sororis & Gerbergæ matris an Sanctæ

AVCTORE I. B.

§ II *S. Adelheydis Vita, tranſlatio, templum, fons.*

S. Adelheidis Tranſlatio.

8 *REperimus in quodam libello recenti manu exarato conſignari ad* XXII *Nouembris* Tranſlationem Adelheydis Virginis. *Quod equidem de hac accipiendum Gelrenſi Adelheide, an potiùs Scarenbecanâ, quæ in Camerenſi iuxta Bruxellam cœnobio inſtituti Ciſtercienſis vixit, ducentis quinquaginta pòſt annis, haud promptum eſt nobis pronuntiare. Poſterioris illius Vitam dabimus* XI *Iunij. At ſenioris duplex memoratur tranſlatio; prior, cùm corpus eſt Coloniâ Vilicam reuectum, poſt obitum haud longo ſpatio; altera, vt cap.* 7 *Vitæ nu.* 25 *dicitur, cùm è claustro monaſterij in interiorem ædem corpus eſt, iam miraculis coruſcans, tranſportatum.*

Vita ſcripta à coætaneâ,

9 *Conradus Bruwillerenſis monachus in Vitâ S. Wolphelmi, ſui quondam Abbatis, anno Chriſti* CIↃXCI *defuncti; quæ apud Surium extat* XXII *Aprilis, à quo Vita ſit S. Adelheidis mandata litteris, ita meminerat cap.* 20. Extiterat huic beatiſſimo viro frater germanus, Frumoldus nomine; ſorores ſanctimoniales duæ, quarum vna Oſwenda nomine, miræ ſimplicitatis & innocentiæ fuit fœmina; altera verò, Berta nuncupata, litterarum plurimùm B emicuit ſcientiâ. Hæc Vitam B. Adelheidis, primæ Vilecenſis Abbatiſſæ, eleganti ſatis admodùm ſtylo conſcripſit, & plurimum religionis vel ſcientiæ ſuæ fructum in eodem loco dereliquit. *Molanus & alij* Bertam *eam vocant.*

Vnde hæc edita?

10 *Surius hanc Vitam edidit, ſed ſtylo paſſim mutato. Nos primigeniâ phraſi eam damus è MS. codice monaſterij Corſendoncani Canonicorum regularium iuxta Turnhoutum in Brabantiâ: verùm in eo geminus prologus deerat; qui Vitæ alibi præfixus. Priorem, quo Archiepiſcopo Colonienſi lucubrationem ſuam Auctor dicat, dabimus è Surio. Secundum ad Deo ſacratas Virgines, nanciſci non potuimus: teſtatur Surius, eum ſe vitandæ prolixitatis cauſſâ omiſiſſe; ceterùm profiteri in eo Auctorem,* ſe ea quæ ſcribit habere ex earum relatione, quæ S. Adelheidis adhuc viuentis doctrinâ & exemplis inſtitutæ fuêre, tum etiam ſe libellum examinandum obtuliſſe viris doctis, & ab iis approbatum eſſe.

mutilatæ à Surio,

11 *Multa hîc de Gelriæ Ducatus origine, primis Præfectis,* Megingoſi *Comitis genere &* Gerbergæ, *eorumq; pronepotibus, qui in Vitâ nominantur, diſputari poſſent; ſi Sanctis exiſtimaremus non magis placere, vt omiſſis genealogiis, fortè interminatis, ipſorum potiùs Acta illuſtremus. Citat ſæpius hanc Vitam Andreas Cheſnæus, præſertim in genealogiâ Domus Luxemburgicæ.*

citata ab aliis.

C

Collegium Vilicenſe:

12 *Sunt Vilicenſes Canonicæ plerunique* XII, *præter Abbatiſſam, omnes genere illuſtres: Canonici morum honeſtate atque eruditione, at non neceſſariò titulis nobilitatis, conſpicui, quinque; quorum vnus gerit Parochi munus: præter hos Vicarij* VII. *Atque ab his accuratè peragitur in dies Eccleſiaſticum officium.*

eius templum crematũ bello Truceſſiano.

13 *Geminum Vilicæ templum, parochiale vnum, alterum collegiatum. Hoc olim* Monaſterium aureum *dictum accepimus. Bis noſtrâ ac parentum memoriâ deflagrauit: primùm eo bello quod ante* LXX *annos Gebhardus Truceſſius aduersùs Erneſtum Bauarum geſſit Eccleſiamq; Colonienſem, cuius Epiſcopus anteà cùm eſſet, ſibi tamen coniugem feralibus tedis copulârat ſanctimonialem quamdam Virginem, illuſtri Mansfeldiorum ſanguine prognatam, Scotti cuiuſdam magicis præſtigiis dementatus. Hoc ergo bello templum cœnobiumq; Vilicenſe concrematum: ac nuper iterum bello Suecico in cineres redactum eſt, quod reſtauratum erat templum, domuſq; abbatialis. Alterum verò templum, collegio licet Canonicarum propinquum, ac domus Parochi vtráſque vitauit flammas.*

& Suecico

pars repa-rata,

14 *Pars nunc eſt templi illius collegiati reſtaurata ſtudio ac ſumptu* Amœnæ Margaritæ de Burſcheidt *Abbatiſſæ, vt illic quotidie ſacra duo celebrentur, primum à Vicario, ſummũ ab Hebdomadario Canonico. Primariò tamen eadem illuſtris Antiſtita, pro ſuâ in* S. Adelheidem *pietate, illius ſacellum reparauit, quod vulgò* Chorus, *aut* Capella, S. Adelheidis *vocatur.*

& ſacellũ S Adelheidis:

15 *Viſitur Diuæ eiuſdem ſepulchrum, ante aram nuper illi poſitam, in quâ habitu ſanctimoniali depicta, veloq; amicta. Apertum id ante annos aliquot ſepulchrum, ſed inane repertum. Exiſtimatur ſanctæ Virginis corpus in Galliam aſportatum, ante aliquot ſecula. Sed cùm inaudiſſet eadem* Amœna Margarita, *ab regularibus Canonicis Budingenſibus aſſeruari partem aliquam Reliquiarum Patronæ ſuæ* S. Adelheidis; *allegauit ad eos Canonicum, qui deprecaretur, vt Vilicenſi familiæ, omnibus Fundatricis ſuæ exuuiis orbatæ, particulam earum aliquam redhiberent. Peruicit & ſanctæ Virginis honos, qui ſic amplificatum iri videbatur, & eius, quæ petebat, reuerentia, vt nefas duxerint non communicari cæleſtem theſaurum. Partem igitur brachij donauêre: quam ſummâ religione ſuſceptam, hermæ inauratæ & affabrè factæ, includ-ſit, loculamento in eam rem ſub pectore efformato: ac magnus nunc ei honos habetur. Eſt autem* Rudingen, *ſiue* Bodingen, *Canonicorum regularium, vt iam diximus, cœnobium, tribus circiter horis ſupra Siburgum.*

D

huius ſepulchrum vacuum,

reliquiæ aliunde acceptæ,

nitidè ornatæ

16 *Fons eſt leucâ dimidiâ à Vilicenſi collegio diſtans, Orientem versùs, ad ſiluæ initium; qui à* S. Adelheide *olim elicitus fertur, ei certè ſacer eſt, vulgoq;* S. Adelheydts putz, *&* S. Alen brun, *dicitur, id eſt,* S. Adelheidis puteus, *ſeu fons. Narrant eam, cùm circa illum locum deambulans, agreſtes conquerentes audiſſet, magnâ moleſtiâ, ſiccâ præſertim tempeſtate, procul ducenda ſibi iumenta & pecora aquationis* F *cauſſâ eſſe, commiſeratione motam, Diuinâ ope imploratâ, ſcipione terram percuſſiſſe, vnde ſubitò luculentus ac limpidus fons erupit, qui etiamnum fluit, dicunturq; eius potione febres ſæpenumerò, Diuæ meritis, curari.*

Fons S. Adelheydis

ſalutaris contra febres.

VITA

auctore Bertâ ſanctimoniali.

PROLOGVS I

ex Surio, ſtylo mutato.

DOmino N. Archipræſuli venerando, cunctis Chriſti cultoribus pro merito bonitatis amando, pauper, vilis & peccatrix illa indigna vocari ſuî ancilla, præſentis vitæ poſt tædia, æternæ beatitudinis præmia. Confortata exemplo Abrahæ Patriarchæ, Deum familiari allocutione ſæpiùs conuenire audentis, adiiciam adhuc loqui ad te Dominum meum, fidum imitatorem ipſius Dei omnipotentis, humillimè clementiam tuam implorans, vt pro eius nomine, qui innumeris diuitum donariis prætulit duo ærea minuta viduæ, æneum hoc opuſculum gratum tuæ dominationi ſit munuſculum: hoc-que admonearis, vt meî pauperculæ orata implere nõ obliuiſcaris: quatenùs pro te intercedente ſanctâ Virgine, cuius merita hîc habentur deſcripta, omnia tuæ humanæ fragilitatis deleãtur delicta. Nos quidem te, Præſulum digniſſime, Patrem & Dominum appellantes, & loco Chriſti pro noſtrarum virium modulo venerantes; ſicut illi dicimus, cuius erga nos vices geris, Non nobis Domine; non nobis, ſed nomini tuo da gloriam; ita poſt illum ad tuum honorem referimus, quicquid geſſerimus laude dignum. Cùm enim tum ob noſtra, tum aliorum ſubditorum, vel corrigenda vel etiam propulſanda mala, labores ſuſcipias, iure quoque ex iis, quæ Deo adiuuante rectè gerimus, honor ad te redit. Sic pius ille Magiſter, cuius es vicarius, ſeorſim quidem diſcipulos ſuos ſtultos & tardos corde ad credendum, vel aliis id genus modis appellabat; at coram reprehenſoribus, qui eos ſpicas vellentes, vel alia ſimilia facientes, carpebant, inuictâ ratione tuendos ſuſcipiebat. Itaque hinc ego animata, exiguum hoc tuæ Dominationi offero munuſculum, vt ſi qua in eo corrigenda ſint, ea piorum virorum operâ emendes. Si quis verò inuidentiâ ſtimulante illud calumniari

Archiepiſcopo Colonienſi hanc Vitam humiliter dedicat auctor,

E

Pſal. 113. 8

Luc. 24. 25

Matth. 12. 2

emendandam,

A calumniari velit, inſtar eius, quem iam diximus, Magiſtri, defendere ne dubites: vt cuius geris vicem, in eius quoque veſtigiis gnauiter inſiſtas. Porrò ſi quis opus emendatione indigens putet eſſe indignum, quod tantæ dignitatis viro munus offeratur, nouerit is, tametſi calami magna eſt ruſticitas, non paruam tamen in ipsâ materiâ vtilitatem ineſſe: atque ita quod ſtylus impolitus videtur efficere contemptibile, id inſigni pretio materiæ munus effici gratiſſimum. Ieiuno quidem ſermone multa præclarè geſta proſequimur, puta beatæ Matris Adelheidis Vitam: quam cùm Dominus admiſerit in Beatorum conſortium, qui numquàm non pro populo Dominum deprecantur, idque ſignis euidentiſſimis declarârit; quibus meritis ad hoc honoris culmen euecta ſit, tibi inprimis, deinde etiam Chriſtianis omnibus nôſſe profuerit. Vnde etiam curandum eſt prudentiæ tuæ, vt ſiue hoc noſtro, ſiue quouis alio ſtylo, iſthæc ad omnium notitiam perferantur; vt ſciant omnes, abſque meritis noſtris, Dei benignitate factum eſſe, ne hæc in obliuionem venirent. Pro quâ re tu quoque gratias agere debebis Domino Saluatori, qui cùm eſſet Deus, homo fieri dignatus eſt, viuens & regnans cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti B per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

& defendam,

vtilem certe.

PROLOGVS II

ad Deo ſacratas Virgines,

à Surio omiſſus, nec alibi repertus.

VITA

ex MS. Corſendoncano Canon. Regular.

CAPVT I

S. Adelheydis illuſtris proſapia, ſanctæ adoleſcentia.

C 1 INchoati operis Spiritus ſancti gratia aſſit exordio, qui operatus eſt, quidquid boni à quoquam cœptum vel perfectum eſt à mundi exordio: vt hoc etiam opus perficiatur adminiſtratione ſuorum donorum, in quibus conſiſtit initium & finis omnium bonorum. Conſideratâ autem noſtræ paruitatis imperitiâ, trepidamus tanti operis tentare initia: perſpectâ verò diuini muneris largitate, mens noſtra non formidat; quia, teſtante Euangelio, Spiritus vbi vult ſpirat: quem vt huic calamo aſpirare ſperemus, in ſanctæ Matris noſtræ Adelheydis meritis fiduciam habemus: cuius laudabilis vitæ ſeriem litteris commendare conamur, nos humiles eius ancillæ, orantes vt fomite ſancti Spiritus flammeſcant in nobis naturalis ingenij ſcintillæ.

Ioan. 3.8

Auctor Vitæ huius, ſanctimoniatis.

2 Cùm inprimis competens videtur, vt eius ſummæ nobilitatis tangatur genealogia; quàm ipſius nominis prodit etymologia: deinde præſentibus & futuris, ad ædificationem, eius ſanctæ conuerſationis ſcriptis innouemus memoriam; Deique in eâ mirantes virtutem ipſi referamus gloriam, qui, vt Apoſtolus teſtatur, omnia in omnibus operatur. Pater eius Comes illuſtris, *a* Megengor cognominatus, ſapientiâ, nobilitate, diuitiis; exceptoque regimine & prænomine regni, vt Rex ſuo tempore magnus inter Principes habebatur & nominatus. Mater verò *b* Gerbirg nuncupata, æquè illi nobiliſſimo germine propagata, filia exſtitit Ducis cuiuſdam, nomine *c* Godefridi, tunc temporis magni & incomparabilis viri. Huic enim nobili matronæ fuerunt quatuor fratres, præſtantiſſimi inter vniuerſos illius temporis primates: quorum vnus paterno nomine & honore ſublimatus obiit, heu! legitimæ vxoris & liberorum iucunditate numquàm lætatus. Alter verò donatus poſteritate nobiliſſimæ prolis, atauus fuit Henrici *d* nuper defuncti Imperatoris. Et vniuerſos perſpicuos Primates, quibus adhuc *e* Teutonica Francia nobilitatur, à duobus reliquis fratribus lineam nobilitatis traxiſſe, vero teſtimonio comprobatur.

S. Adelheydis genus illuſtre,

1 Cor. 12. 6

a pater,

b mater,

c auus,

auunculi,

Auctores de ſanctimoniali.

Ex MSS.

D

d

e

3 Præfati igitur coniuges Megengor & Gerbirg, quatuor filias genuerunt; quarum binas ſpe poſteritatis nuptui tradiderunt: quæ ambæ & maritali potentiâ, & omnium bonorum & diuitiarum illuſtres extiterunt affluentiâ. Ex quibus vna, nomine *f* Remyntrudis, auia erat *g* Henrici magnifici Ducis, & *h* Atelueronis Metenſis Epiſcopi, & *i* Frederici Ducis, *k* fratrumque ſuorum, magnorum ſcilicet huius temporis virorum. Altera verò, *l* Aluerat nominata, ſcilicet ſuæ poſteritatis præclaris incrementis erat donata. Reliquæ verò binæ Coloniæ nuncupatæ ſunt ſeruituti & legi diuinæ, vna in *m* monaſterio ſanctæ Dei Genitricis Mariæ; quæ tantâ promouebatur induſtriâ morum, obſeruantiâ regularis imperij, vt dignè conſtitueretur Domina & Mater illius monaſterij.

sorores,

f

g h

i k

harũ duæ nuptæ,

l

m

aliàs Abbatiſſa:

E

4 Hæc verò, de quâ nobis eſt ſermo, in monaſterio ſanctarum Virginum ſubiit ſuaue iugum Domini, ſecundùm regularem inſtitutionem S. Hieronymi. In quâ dulcis præſignabat infantia, quantæ probitatis futura ætas exornanda eſſet præſtantiâ. Nondum enim tranſcenſis annis puellaribus, cœpit deuotè verſari in prophetiæ latibus: cuius inſtitutione poſtquam ſe cognouit animal rationale, peruigili ſtudio laborabat reſici ſapientiæ ſale, quod Dominus, qui non improperando dat omnibus affluenter, fieri permiſit, quia in poſterum hoc multis profuturum præuidit. Tali namque nutrita alimento, tantæ probitatis & virtutis cœpit creſcere incremento, vt annos adoleſcentiæ morum grauitate tranſcenderet, illamque ſenectutem actu & habitu in ſe præcederet, quæ, vt habetur in ſcriptis, talibus Prophetæ commendatur dictis: Senectus venerabilis, nec diuturna, neque numero annorum computata. Sap. 4. 8.

ipſa ſanctimonialis,

à puritiâ pia,

ſtudioſa

grauis,

a *MS. Vltraiectenſe*, Mengengoz & Mengengos *vocat*, Mengoſum *Henricus Aquilius in Chronico Gelriæ*; *Irenicus Germaniæ exegeſeos lib. 3 cap. 80* Mendoſum, *ſed mendosè, vt multa. Petrus Scriuerius in Notis ad Aquilium*, Megengoſum *hic in vitâ S. Adelheydis appellari ſcribit, licet Surio* Megengor *ſit, Haræo* Mengegor; *Miræo* Mengo & Megengorus; *Gelenio de Colonia magnitudine lib. 1 ſyntagm. 7 pag. 94 ex diplomatis Villicenſibus* Megingoz; & *ex quadam inſcriptione* Manguos. *Poſt mortem* Megengaudus, *vel (vt Surius habet)* Megengaudius *dictus. Colitur 19 Decembris. Eadem ætate floruit* Megingaudus *Epiſcopus Treuirenſis, quem Lambertus Schafnaburgenſis ad an.* 1017 Megingoz *vocat*; *Claudius Robertus in Gallia Chriſtianâ*, Minguardum, Megingaudum, Megingorum, Megingandum.

S. Megengaudi Gelriæ Comitis nomen:

F

b *Infrà nu. 8* Gerburg *in MS. Vltraiect.* Gerburch. *Aquilio eſt* Geborga, *Scriuerio* Geberga, *Hermanno Greuèn* Geberta; *MS. Chronico Comitum Gelriæ &c.* Gerbergis. *VVernero Teſchemakero* Gerberga.

eius vxor,

c *Nonerat hic, vt idem Teſchenmaker & auctor MS. Chronici exiſtimarunt*, Dux Brabantiæ, *in quâ tres, ſed longè pòſt, imperitarunt* Godefridi. *Malè etiam Simon Martinus in Floribus ſanctæ ſollitudinis*, Godefridi Bullonij *filiam fuiſſe Gerbergam ſcribit, quæ eum totus centum annis præceſſit. An autem auus S. Adelheydis* Godefridus *Ardennenſis fuerit, alij diſquirant. Eius certè filius Godefridus iunior, Dux Lotharingiæ inferioris, ſine liberis deceſſit, datuſq; illius ducatus Gothilonè Magno fratri, anteà Marchioni Antuerpienſi. Conſule Miræi Chronicon Belgicum, & VVaſſeburgium. Godefrido illo ſeniore Ardennenſi, ſiue Virdunenſi*, dignitate morum alter illuſtrior, alter non erat conſilio præſtantior; *vt ſcribit Baldricus Ep. lib. 1 Chronici Camerac. cap.* 100. *Eadem ferè Berta prædicat de patre Gerbergæ Godefrido*, magnum & incomparabilem virum *fuiſſe.*

ſocer.

d *Hic fuit* Henricus III, *Conradi Salici Imp. filius, qui an.* 1056, 5 *Oct. obiit.*

e *Surius:* primariæ nobilitatis viri Franciæ Orientalis, quam Franconiam vocant. *Latiùs patere videtur quod Berta ſcribit, vt intelligantur prouinciæ omnes quæ olim Francorum fuê-*

AVCTORE BERTA SANCTIMONIALI, EX MSS.

rant, tunc erat Germanorum, & plerasque Teutonica linguâ vtebantur. Reliquas Francorum prouincias Continuator Reginonis ad an. 939 Galliam Romanam *vocat:* Ludouicus, *inquit,* Rex Galliæ Romanæ, filius Caroli. *Erat is Ludouicus Transmarinus, Caroli Simplicij filius.*

f *Surio est* Irmentrudis. *MS. Vltraiect.* Yrmintrudis. *Andreas Chesnaus cap.* 2 *historiæ domus Luxemburgensis,* Ermentrudem *vocat, eiusq; filiam (cuius nomen non extat) nuptam ait* Frederico *Comiti Luxemburgensi, fratri* S. Cunegundis *Augustæ.*

g *Hunc ex variis monumentis ostendit Chesnaus in Luxemburgico, Bauariæ Ducem fuisse post patruum suum Henricum, cognomento Hezelonem S. Cunegundis fratrem. Ambiguè scribit Brunnerus lib* 9, *pag.* 805 *tom.* 2.

h *MS. Vltraiect.* Athelberonis *Fuit hic* Adelbero *tertius, Metensis Episcopus factus an* 1047 *vt habent Hermannus Contractus, & Sigebertus, & hic quidem vocat* virum magnæ prudentiæ & sanctitatis. *Anno* 1072 *obiisse tradit Schafnaburgenses.*

i *Hic factus est Dux inferioris Lotharingiæ an.* 1046 *vt tradit Hermannus Contractus, pro* Gozilone Ignauo, Gothilonis Magni *filio,* Godefridi Ardennensis *nepote.*

k *Duos nominat Chesnaus,* Gislebertum *&* Theodoricum; *& illum quidem ait post fratrem* Friedericum II, *fuisse Comitem Luxemburgensem, patrem* Hermanni *Comitis Salmensis, in Regem Germaniæ electi. Quinque illis Proceribus sorores tres addit Chesnaus,* Oginam, *siue* Cunegundem, *nuptam Balduino Barbato Comiti Flandriæ;* Iutham *Guelphi Comitis vxorem, &* Gislam *Gandaui in monasterio Blandinien si cum Oginâ sorore sepultam*

l *Sur.* Aluerada. *MS. Vltraiect.* Alueraet. *Teschenmakerus ex Mengoso* duabus secularibus gnatis alteram Ioanni Iuliæ Comiti nupsisse *scribit: at neque ipse neque MS. Chronicum* Ioannem *vllum iis temporibus Iulia Comitem produnt.*

m *Est id monasterium, vt Gelenius in suâ Coloniâ Agrippinâ testatur, quod* Beatæ Mariæ Virginis in Capitolio *appellatur. Erhardus VVinsheimius in Sacrario Agrippinæ scribit à Plectrude Pipini Herstalli coniuge* collegium *ibi hic* nobilium Canonissarum in honorem B. Mariæ fundatum: *esse nunc in eâ ecclesiâ præter Canonissas, in* altero choro Canonicos. *At S. Adelheidis ætate monachæ fuerunt, inductæ fortassis in locum Canonissarum, ac deinde pristino instituto restitutæ; quod & Vilicæ factum, ex hac Vitâ patet.*

n *Gelenius scribit* vitam Canonicam professam in collegio S. Vrsulæ. *Sunt etiamnum, vt VVinsheimius auctor est, in collegiatâ S. Vrsulæ Ecclesiâ Canonissæ, illustres omnes familiæ.*

CAPVT II

Vilicensis cœnobij, à parentibus conditi, præfectura.

a fratre in militiâ occiso.

b

5 INterim cùm *a* Godefridus frater eius processisset in robur virile, esset*q*ue elegantiæ ac strenuitatis miræ, Imperatorem *b* Bohemos cum exercitu adeuntem est comitatus honorificâ suorum militiâ, omni*q*ue bellico apparatu heriliter stipatus: vbi factus belligerator insignis & fortis, meruit accipere victoriam glorioſæ mortis: cuius cadauer à suis, licet multo laboris sudore, tamen ad patriam (Deo gratias) reductum est cum honore. Hac nam*q*ue aduersâ præfati coniuges tacti fortunâ, recordati sunt, quòd, teste Apostolo, præterit huius mundi figura: cœperunt*q*ue vti mundo tamquàm non vtentes, toto desiderio ad cælestem patriam tendentes, quam carentem fine scierunt numquàm posse interire. Omnium igitur rerum, quæ huic filio defuncto rectæ distributionis sorte ceciderunt, Deum fecerunt hæredem; vt meliori compensatione hæreditatem meruisset in paradiso deliciarum, id est, parte quâ maturâ morte præuentus caruit in hac valle lacrymarum. Tunc in loco qui Vilika dicitur, templum honorabile Domino erexit à fundamentis, illud decenter prædiorum vel mancipiorum cumulans supplementis. Amboq*ue* incolumes & sani decreuerunt, propter Christum diuiungi à lege coniugali: quibus tam meliori spiritus coniunctioni, & æquali cœpti operis colligatis curâ, erat cor vnum & anima vna. Ille etiam propter frequentiam suorum & exterorum, qui illi vt Regi semper ingruebant, quasi specie tenus mundo inseruiebat; prædia sua lustrando & præsidendo,

compunctis parentes 1 Cor. 7. 3.

bona eius Deo consecrant,

ac Vilicense cœnobium ædificant:

deinceps continenter viuunt;

Christi*q*ue gratiâ mediante omnia prudenter & iustè disponendo. Si quando verò populo paullulùm remoto, aliqua quietis inuenit otia, hæc vertere studuit in honesta negotia, allocutione vsus Capellanorum; vt per eos *c* Teutonicè exponerentur lectiones voluminum Diuinorum: quas ideò tam ardenter audire expetiuit, quia præceptum Iacobi Apostoli factis implere concupiuit: Estote factores verbi, & non auditores tantùm. Illa verò illustris matrona, prorsus à multitudine populi semota, stabilis mansit in loco ædificandi monasterij, accelerans opus structuræ instantiâ prudentis magisterij, semper*q*ue intenta seruituti diuinæ, iciuniis & orationibus inuigilabat nocte ac die. Hæc enim faciendo non est dubium quin præcelleret viduas illas, quas merito continentiæ Apostolus appellat *d* veras, quæ post mariti mortem faciunt ex necessitate virtutem: quam & hæc fecit non defuncti mariti necessitate coacta, sed diuini amoris igne intrinsecus tacta.

D

pater studiosus sacrarum Scripturarum.

c Iac. 1 22

mater iciuniis & orationibus dedita.

d 1 Timoth. 5. 3

6 Tunc in prædicto loco adunatâ Virginum sedulitate, à quibus diuina excolerentur seruitia; filiam à monasterio sanctarum Virginum *e* redimentes prædiis, tradiderunt illi curam reginiinis. Tunc nam*q*ue prudens dispensatrix constituta in magni patrisfamilias domo, cœpit augeri omni studio, & opere bono; maternam*q*ue subditis adhibens curam, fideliter in tempore suo erogauit tritici mensuram. Tunc exultabant in Domino pij parentes, tantum suæ prolis sibi*q*ue subditarum Virginum profectum videntes: cupientes*q*ue eas adhuc excellentiorem arripere viam, rogabant vt mutato habitu, monachicæ conuersationis subirent vitam. Hæc, quia adhuc iuuenis cultum vestium suæ religioni congruentium, vt ipsa asseruit, multùm concupiuit, humili responsione illorum petitioni contraiuit, affirmans Deum non quærere coacta seruitia, sed quod voluntarij cordis simplex affert munditia. Cuius humile responsum attendentes, saluâ pietate, animum reuocabant ab inceptâ voluntate.

e S. Adelheydis cœnobio præficitur.

E

retentâ priori professione & habitu.

7 Tunc rebus satis decenter ornatis illum locum tradiderunt, manu Imperatoris, tertij scilicet Ottonis, ad perpetuam tutelam regiæ defensionis. Qui gratiâ earum dilectionis, illum locum absoluit ab omni iugo secularis districtionis, donans libertati, secundùm legem & constitutionem monasteriorum *f* Gandersheim, *g* Quedelenburg, *h* Asithæ; ita scilicet, vt nullus Iudex vel Aduocatus inde vnquam exigeret seruitium, aut in eiusdem loci confiniis ageret placitum, nisi quantùm placuisset Abbatissæ vel congregationi sibi commissæ: & vt in perpetuum liberâ frueretur potestate, Abbatissam sibi eligere in ipsâ Sororum sanctâ sodalitate. Cuius libertatis donatio vt in perpetuum rata foret & firma, dabantur testamenta Domini Apostolici, & duorum Imperatorum, scilicet Ottonis & Henrici, manuscriptione ac sigilli impressione confirmata: quæ adhuc apud nos retinentur custodiâ fideli, ne posteros lateat veritas huius rei.

Curata cœnobio immunitas,

f
g b

F

& electionis libertas.

a *MS. Vltraiect.* Godfridus. *Molanus vnicum hunc* Megengori *Comiti filium fuisse censet: cui facilè subscribet qui hanc Vitam accuratè legerit. Neque Aquilius aut Scriverius successorem* Wikingum, *aut* Wibingum, *filium eius aiunt fuisse; quod in MS. Chronico dicitur, & placet Teschenmakero.*

b *Plures suscepta eo anno aduersùs Bohemos expeditiones. Suspicamur* Godefridum *occubuisse anno* 986, *aut* 987. *priori enim anno, vt scribit Schafnaburgensis, Otto* III Bohemiam vastauit; *sequenti* iterum Bohemiam intrauit, & eam ad deditionem coëgit.

c *Surius,* Germanicè. *Non placet ea interpretatio: nostrate enim* Teutonicâ *dialecto, quæ Germanicâ lenior, affinis Saxonicæ, & Gelri, vt modò, tunc vsi, & alij etiam supra Coloniam vltra Rhenum populi; quod ex veteribus scriptis probant viri eruditi.*

d *Vulgata editio* verè viduas *habet, vti & Græca* ὄντως χήρας.

e *Explanat Surius:* Adelheidem è sanctarum Virginum monasterio, cui prædia contulerunt, accitam præesse voluerunt.

f Gandersheimium *oppidum est in ditione Brunsvvicensi, non procul Gostariâ, à* Gandâ *fluuio nominatum, vti Fabricius*

tradit

A *Gandersheimium monaſterium VV. illuſtre, vti & Quedelenburgum.*

tradit Origin. Saxonicar. lib 2. in quo amplum & magnificum Virginum cœnobium Ludolphus *Dux, Henrici Aucupis Imp. auus ædificauit;* Otto *eius filius rebus multis auxit & ornauit. Ilsthic Roſuitha celebris poëtria religioſam vitam egit.*

g *Ædificauit hoc cœnobium* Henricus Auceps *Imp. vti pleniùs 14 Martij ad Vitam* S. Mathildis, *eius coniugis, dicemus. Ipſius Henrici mitâ functi* corpus, *vti Luithprandus ſcribit hiſtor. lib 4 cap. 7* in Saxoniam deportatum, in nobiliſſimarum ac religioſiſſimarum monaſterio puellarum, quod in ipſius Regis prædio, vocabulo Quintelingaburch ſitum liquet, intra eccleſiam cum immenſâ eſt veneratione repoſitum. Querilnburg *vocat auctor hiſtoriæ de Landgrauiis Thuringiæ cap 9. Krantzius Saxoniæ lib 3 cap. 12 de Henrico loquens,* Quedelinburg autem vrbem, *inquit,* ſingulari curâ reſpexit, monaſterium ibi erigens Dominarum, in quo primam fecit Abbatiſſam filiam ſuam Mathildim; eccleſiam autem in honorem S. Seruatij iuſſit conſecrari. Henrico autem moriente, quod deerat & vrbi & monaſterio, impleuit relicta eius; *Sancta ſcilicet Mathildis. Nauum poſteà templum ædificatum, cuius dedicationi an. 1021 adfuiſſe S. Henricum Imp. cum Cunegunde vxore, tradit ex veteri Chronico Quedelnburgio Georgius Fabricius lib. 1 Annal. vrbis Miſnæ. Porrò* auguſtiſſimum *illud fuiſſe templum,* (ſed (incertum Diuinâ vltione, an fortuitâ calamitate) *an.* 1070 incenſum atque in cineres redactum *ſcribit Schafnaburgenſis. Situm eſt* Quedelnburgum *in Saxoniâ ad Budam amnem, qui deinde in Salam influit.*

B h *Surius* Aſuithenſe monaſterium *vocat. Quæ nunc* Eſſendia, *vulgò* Eſſen, *in antiquis diplomatis* Aſnidia *dicitur, vrbs VVeſtphaliæ intra Ducatum Montenſem, cum illuſtrium Canonicarum collegio, quarum Abbatiſſæ vrbis ipſa & territorium parat.* *& Eſſendia.*

i *Imperauit* Otto III *ab an.* 984. *obiit* 1002. *ſucceſſit* S. Henricus, *qui* 1024 *obiit.*

CAPVT III

Aſſumpta S. Benedicti Regulâ. Parentum obitus.

matre mortuâ.

8 ET non multò pòſt Domina Gerburg, perſeuerantiâ Catholicæ fidei omniumque bonorum operum, Domino venientè vigilans inuenta, ipſo vocante eſt rebus humanis exempta; nimirùm donanda illius beatitudinis præmio, quod vigilanti ſeruo Dominus promittit in Euangelio. Tunc Matre orbata beatiſſima proles, ad Deum, quem à primæuâ ætate dilexit, ardentiùs ſuos conuertit mores: & quod vtroque parenti de mutando habitu priùs contradixit, tunc ſtatuens ante oculos mentis, ſalubri compunctione tacta eſt, gratiâ Dei omnipotentis, & qualiter ad monaſticam religionem peruenire poſſet ſecum reputabat omnibus momentis. Sapientia verò, quæ in mente ſuâ habitationem fixit, ne hoc tam ſubitò inchoaret interdixit; monens vt neceſſarios virium ſumptus computaret in ſecretò mentis, ſi fortè ſufficere poſſet ad ſubeundam regulam B. Benedicti, ne iis deficientibus caderet in opprobrium Euangelici dicti: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Nam quotidianæ refectionis horâ, ſpretis carnibus ceteriſque variis & exquiſitis alimentis, monachilis edulij tantùm contenta eſt alimentis; inſciis tamen cunctis circumſedentibus, exceptâ vnâ Sororum, quam bonæ conuerſationis merito probatam, conſciam habuit ſecretorum. Lineis etiam indumentis foris nitebat ad oculos hominum, ſubtus autem lanceæ veſtis aſperitate ſe afflixit propter Deum, edomans corpus nobilis & mollis naturæ ad ſufferendam inſtitutionem legis duræ:

ſtatuit aſſumere regulam S. Benedicti,

C

ſed prudenter. Luc. 14. 30

explorans vires ſuas in victu

& veſtitu,

9 Cùm enim neceſſarios virium ſumptus per vnum annum ita laborans computaret, coſque ad peragendum laborem inchoati operis ſufficere ſperaret, tamen non ſuis confiſa meritis, ſed gratiâ Dei, diu deliberatum animi votum confirmauit effectibus rei. Tunc vocatâ venerabili Abbatiſſâ, & prioribus de ſancto Dei Genitricis monaſterio, humili deuotione illarum ſeſe ſubdidit magiſterio, vt per illarum doctrinam monachicæ conuerſationis inueniret viam; ſuadens ſubiectis maternâ pietate, vt hanc eamdem non dubitarent

per annũ:

tum magiſtras accerſit e ſororis cœnobio:

ſecum intrare. Hoc quibuſdam illarum nolentibus, ſed retro poſt ſeculum abeuntibus, illa vehementer condoluit, quia more Apoſtoli omnes ſicut ſeipſam eſſe voluit. AVCTORE BERTA SANCTIMONIALI. EX MSS.

10 Has autem, quas Dei ſuiſque caritas ne abirent irretiuit, tam mirando ſalutis exemplo præiuit, vt quamuis ceteris præeſſet nomine & dignitate magiſterij, ſemetipſam tamen omnibus ſtrinxiſſet omni difficultate regularis imperij: & alias, ne fortè corruiſſent ieiunando & orando, ſuſtentare curauit, ne creſcentis ſanctæ religionis ſuffocarent initia. Nam & maternam ſeruans in corde caritatem, & foras exercens iudicij ſeueritatem, materno affectu flagella exteriori exhibuit homini, vt ſpiritus ſaluus fieret in die Domini; zelum autem rectitudinis ſemper temperare curauit ſpiritu manſuetudinis; quia illud ſua recoluit paternitas, quòd iuſtitia, ſi modum excedit, ſit ſeueritas. Sæpè enim correctione peractâ, vt mater clementiſſima, compaſſione piâ in animo tacta, ſic allocuta eſt prouectæ ætatis Sorores, quas ſui alloquio dignas ſancta religio & compoſiti effecerant mores: O quantâ miſeratione moueor ſupra filias meas, quia graui flagello afflixi eas! Ob quod rogo & admoneo, vt veſtrarum piæ admonitiones vel conſolationes illis exhibeantur, ne fortè abundantiori triſtitiâ abſorbeantur; quin potiùs à prauitate correctæ, Dei meæque filiæ efficiantur electæ. O quàm ſuauia verba & benigna, æternâ memoriâ non immeritò digna! ſic ſic miſcens temporibus tempora, terroribus blandimenta, duris & obſtinatis ſecundùm Apoſtoli præceptum, increpando, obſecrando, arguendo, tamdiu inſtabat, quouſque animas illarum à peſte vitiorum ſanabat. D *ſuas ad idẽ propoſitum inducit;* Act. 26. 29 *quibus prait exemplo, lenis in corrigẽdo,* *& correctas conſolans per alias.* E 2 Tim. 4. 2

11 Dominus itaque Megengor poſt obitum coniugis ſuperuixit trium annorum ſpatia, ad cæleſtia tendens, ſapientiâ & iuſtitiâ duce, Domino vocante, in loco qui *a* Gelrie dicitur, migrauit ad Dominum ex hac luce, ab eo coronandus proculdubio. Eadem verò nocte ſui obitus beatæ filiæ ſuæ in ſtratu quieſcenti, vt ipſa aſſeruit, nec apertè vigilanti nec integrè dormienti, viſus eſt quidam aſtitiſſe, ciuſque auribus dulciter cantando hæc verba prophetica fudiſſe: Ecce quomodò moritur iuſtus, & nemo percipit corde. Viri iuſti tolluntur &c. Cumque facto manè hanc viſionem Sororibus veniſſet nuntiare, nondum completo ſermone, nuntius ſuperueniens, eum ex hoc ſeculo migraſſe nuntiauit. Cuius exequiis à filiâ peractis, ſtudio religioſi apparatus, in proprio monaſterio vnà cum coniuge eſt honorificæ ſepulturæ mandatus: qui poſtmodùm in ſomnis apparuit cuidam Sororum illius monaſterij, quaſi glorificatus potentiâ & decore regalis imperij. Quem cùm diutius intuita miraretur, & an ipſe eſſet Dominus Megengor percunctaretur; ille reſponſione tali hilariter cœpit illam affari: Hoc nomen mihi erat adhuc corporali mole grauato, nunc verò *b* Megengaudus vocor vocabulo in melius mutato, quia abſolutus vinculis peccatorum gaudio perenni fruor in conſortio Patriarcharum & omnium Beatorum. *Pater piè moritur:* *a* *(obitu filiæ in ſomnis indicato)* Eſa. 57. 1 *ſepelitur Vilicæ:* F *apparet cuidam glorioſus,* *b* *Megẽgaudus deinde dictus.*

a *Reſtius MS. Vltr.* Gelre. *Suriius* Gellere. *Oppidum eſt nunc munitum ad Neriam amnem, quod ampliſſimæ prouinciæ nomen dedit. Originem nominis Henricus Aquilius deducit ab immani monſtro, quod ſub eſculo deliteſcens, ingentem pecorum hominumq; ſtragem edebat, ſæpius horrendo mugitu* Gelre, Gelre *inclamans: eo enim à VVichardo & Lupoldo magnanimis iuuenibus interfecto, arcem ab iiſdem conditam eo loco,* Gelre *ideò dictam. Alii eruditi fabulam indicant. MS. Chronicon à* Gugetnis *deriuat nomen, quos populos conſtat ita fere locu habitaſſe, inter Rhenum ac Moſam, quorum caput* Goch *oppidum fuiſſe eruditi quidam coniectant. Conſule Cluuerium Germaniæ antiquæ lib. 2 cap 18.* *Gelriæ oppidi, & prouinciæ, nomen vnde?*

b *Sur.* Megengaudius. *Obiiſſe Aquilius ſcribit an.* 1001. *alij* 1011, *teſte Scriuerio. Toſchenmakerus* 1004 *MS. Chron.* 1008.

CAPVT

AVCTORE BERTA SANCTIMONIALI, ex MSS.

CAPVT IV

Liberalitas, præsertim in pauperes.

12 TVnc nobilissima Virgo, defuncto patre, liberâ rerum suarum potita facultate, summo nisu cauebat, ne aliquâ occasione necessitudinis obstaculum fieret iis incedentibus semitas rectitudinis, memorque præceptorum S. Benedicti pij Patris, factis implebat nomen vel officium Matris, quæque necessaria victus & vestitus voluntariè præbens iis, ne fortè in aliquo paterentur detrimenta greges. Hyemis tempore, matutinorum officio completo, dormitorium repetens cum ordine Sororum, lectulos puellarum visu diligenter lustrauit, pedes singularum donec calori redderentur piis ipsa manibus fricauit. Nam & infirmas Sorores secundùm præcepta Regulæ non solùm prudentibus & sollicitis Sororibus commisit; sed & ipsa nullâ causâ intercipiente quotidie reuisit, & ante lectulos humiliter genua flectens, manibus capita clementer erexit, ciboque ac potus dulciter ad os porrexit: & tam largiter fletibus nobiles perfudit maxillas, ac si ex proprio vtero genuisset illas. Huiusmodi vigilantiâ
B pastoris à secularibus curis oues expeditæ, tantis excreuerunt profectibus regularis vitæ, vt iis fierent virtutis exemplum, quæ priùs in eis huius religionis posuerunt fundamentum.

S. Adelheydis sollicitè prospicit suis:

in frigore iis subuenit:

egras quotidie visit, iisq; seruit:

13 Cùm igitur adiuuante Domino tam decenter ordinasset interiora, necessarioque mentem extendisset ad exteriora, memor Dominicæ exhortationis, scilicet, Quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis; regnum Dei quæsiuit cum ipsis exterioribus, fidem spemque habens de recipiendis maioribus. Nam ex possessionibus monasterij curtem vnam Domino singulariter delegauit, ex cuius annuis fructibus vel redditibus quindecim pauperes vestiri & cibari perpetuis temporibus mandauit: quibus & annuatim, instante Dominico Natali, quindecim solidos statuerat dari. Alios etiam quindecim pascendos instituit ex interioribus sumptibus monasterij, quibus annuo tempore quadragesimali *a* præscriptam pretij commutationem dari, & per annum in festiuitatibus Apostolorum duodecim solidos, & in singulis diebus ieiunij quatuor temporum tres tantùm nummos cum plenâ ceterarum rerum erogatione. De hac constitutione conuenit sæpè vnanimitatem Sororum, ne vnquam soluti paterentur temporibus sui successarum; veraciter illis prædicens, si quando huiusmodi constitutionis fieret infirmatio, vt vsque felicitatis proculdubio illis afforet imminutio. Quod nunc ideò litteris commendatur, ne vnquam per ævum oblitioni tradatur.

Matt. 6. 33

statuit vt perpetuò magnus numerus pauperum alatur;

a

neque id vnquam immutetur.

C

b

14 Quodam igitur tempore, *b* cùm penè omnis mundus affligeretur inopiâ acerbæ famis, compertâ tantâ largitate famelici vndique ad ipsam confluxerant, quasi ad sinum matris, & per plateas & exitus viarum multi semiuiui iacentes expectabant solitam dispensationem sui eleemosynarum. Super quorum necessitatibus misericordiâ mota, singulis consulere curauit deuota: quia sanis & valentibus solidum cibum, id est, panem & lardum erogauit; minùs verò valentibus ministrauit olera aut legumina carne curiosè decocta: tumidos autem & penè desperatos vitâ, recreauit forbellis mixtis aquâ, modicâ etiam farinulâ, & saginâ, hoc summâ procurans diligentiâ, ne cibis nimiâ auiditate sumptis periclitarentur corpora alimentis diu carentia. Hanc namque lampadem pietatis coram hominibus fecit lucere ad gloriam cælestis Patris. Sed in absconso, nesciente sinistrâ, tantùm ad largitatem eleemosynarum porrecta erat dextra: vt sæpè dum ad clamorem pauperum nummos ad manum non habuisset, clàm extrahens caligas in sinum pauperis misisset.

famis tempore pauperibus largè & prouidè subuenit,

etiam proprias vestes iis largiēs:

15 Hæc & alia quæ in absconso, Patre suo cælesti D
vidente, faciebat, summo nisu ab omnibus videri cauebat: quæ per singula si tangere nostra tentaret narratio, nimirum in infinitum procederet ratio. Quapropter Dominus in eâ verè sententiam confirmauit, scilicet, Omni habenti dabitur, & abundabit. Habens enim Dei & proximi caritatem, tantam vtriusque hominis meruit felicitatem, vt exteriùs terrenarum diuitiarum bonis, interiùs spiritualium virtutum polleret donis: quæ instituit, auxit, & firmauit sanctam religionem, & scholam diuini seruitij, quæ semper fuerunt summa cura sui officij. Has cùm frequenter ingressa, moueret de arte grammaticâ quæstiunculas, si qua fortè suæ quæstioni congruenti responsione obuiauit, mox illam maternè osculando aliquâ mercede donauit, & spe sui profectus, perfusa est spirituali lætitiâ. O Caritas magna, cunctisque aure percipientibus miranda, quæ numquàm refrigerata, bono zelo semper æstuauit; quia in eo (Deo gratias) iniquitas non abundauit.

Matth. 25. 29 *inde magis abundat:*

scholas visit, & proficientes animat.

a *Exponit Surius* totidem dari solidos; *id est, quindecim, vt antè.*

b *Herm. Contractus an.* 1005. Fames magna facta est, *Schafnab. an.* 1006. Fames valida. *Describitur ea in Vitâ S. Heriberti 16 Martij.* E

CAPVT V

Capitolini cœnobij præfectura. Miracula.

16 INterim prædictâ sorore eius *a* Berthradâ in Chri- *a*
sto feliciter obeunte, Archipræsul sanctus *b* Heribertus, sciens hanc nostram Matrem septam omnium virtutum munimine, voluit vt defunctæ sorori succederet in regimine. Sed illa totis viribus renitebatur, seque tanti honoris indignam fatebatur. Cùm ergo Imperatori Aquisgrani tunc commoranti nuntiatum fuisset, quòd neque iubenti, neque petenti Episcopo consensisset; eam imperiali potentiâ vocabat, defunctæque sororis honore sublimabat. Mox annuente Domino declaratum est in Metropoli ciuitate Colonien-
sium, quid priùs operaretur in obscuro *c* Vilikensium tugurio: & indicio eiusdem Archipræsulis, sapientiâ, religione, omnique sanctitate cunctis sui Ordinis decernebatur incomparabilis. Quapropter venerandus Antistes tanto amore est illi colligatus, vt eius consiliis pareret in quacumque diuinarum rerum ordinatione, eamque summâ excoleret veneratione. Erat enim inter eos tam mira caritas, Deoque grata familiaritas, vt in omnibus operibus bonis vnius viderentur esse moris: & iam non potest dubitare omnis homo, quin & F
nunc habitent in vnâ eâdemque æternitatis domo. O felix in illis diebus Colonia Agrippina, in cunctis rebus benè ordinata lege Diuinâ, dum iste studiosissimus imitator Petri, Doctor ac Rector extitit populi & Cleri, & hæc talis ac tanta Virginum Choris præfuit religione sanctâ!

sorore mortuâ,

b

inuita fit Abbatissa in Capitolio Coloniæ,

familiaris S. Heriberto Ep.

17 Hæc igitur venerabilis Virginum Domina & Mater, quam in pauca fidelem, supra multa constituit cælestis Pater, exemplo veri pastoris geminato ouili intentè inuigilabat, omnibus momentis illud Euangelistæ sæpè iterans in secreto mentis: Cui multum donatum est, multum quæretur ab eo. Verumtamen quas in Vilika Domino parturiens lacte salutaris doctrinæ nutriuit, singularitatem quamdam interni affectus impartiuit. Quod nulli mirum videtur, quia quod cariùs acquiritur, cariùs & possidetur. Nam omnis nitor Colonien-sis gloriæ has numquàm potuit eius auferre memoriæ, quin semper doleret corporis præsentiâ eis aliquamdiu abesse, quæ tamen spiritu omni horâ consueuit adesse. Si quando verò filiæ Matris reditum meruerunt, ac si ipsum Deum præsentem vidissent, exultauerunt. Quia vt pullos sub alas congregat gallina,

Luc. 12. 48

Vilicensis curam retinet,

easq; remisit,

A gallina, ſic omnes ad ſe traxit caritate ac benignitate mirâ. Vultum, habitum, omnemque ſingularum qualitatem diligenter præuidit: & ſi quæ neceſſariarum rerum defectum eâ abſente paterentur, diligenter perquiſiuit. Verè enim paſtrix, & non mercenaria, quia numquàm patiebatur gregi deeſſe vitæ vtriuſque neceſſaria. Plerumque enim clàm cellaria ceterarumque Sororum promptuaria ingreſſa, vinum, carnes, piſces aliaque multa ſibimet ipſi furabatur, quæ diſtribuit puellis minoris ætatis & Sororibus imbecillitate grauatis: vt ſi quid in conſtitutâ annonâ defuiſſet, hoc ſuo memorabili furto ſuppleri potuiſſet. Quod ideò furtim fieri decreuit, quia Patris ſui in abſconſo videntis retributionem elegit. Et quia de prodigâ diſpenſatione rerum à ſuis frequenter arguebatur, tale furtum fecit. O furtum non immeritò laudandum præſentibus, & poſteris iure perpetuo commemorandum; quod cùm humano iudicio maximum decernatur vitium, admiranda virtus facta eſt per maternæ caritatis officium! Per quod multi vadunt ad tormenta, per hoc illa virtutum & meritorum meruit incrementa.

omnibus gratiſſima,

& ſeduló iis proſpicions,

ſuffurans de communi, vt magis egentes iuuet.

18 O gemma Virginum pretioſa, quæ animi virtutum ſplendore, tam magna extitit & glorioſa, vt adhuc conuerſatam in huius mortalitatis peregrinatione Dominus clarificaret virtutum operatione! Si qua enim Sororum (quia, vt ſcriptum eſt, Non omnes poſſumus omnia) cantanti choro ſonoræ vocis non congruebat harmoniâ; correpta, vel alapis percuſſa à piâ Matre, per omne tempus ſequentis vitæ, delectabili vocis donata eſt claritate. Eodem modo & ſæpè increpabat longâ ægritudine aliquas laborantes, quia inutiliter tempus vitæ expendiſſent manibus non operantes: quæ mox poſt verba increpationis à Domino meruerunt gratiam ſaluationis.

B *claret miraculis; claritatem vocis alapâ inflictâ confert,*

increpatione ſanitatem,

19 Cellerariam enim aliquando, vinum de *d* cupâ producentem, feſtinanter per nuntium accerſiuit: quæ in obedientiâ neſciens moram, eius præſentiam velociter adiuit, ore cupæ non obfirmato, ſed *e* ducibulo ſecum in manibus aſportato. Quod cùm in ſemetipſam reuerſa attenderet, & de effuſione vini vltrà quàm credi poſſet timuiſſet, procuratrix ſancta illam confortans pietate maternâ, clementer prorupit in huiuſmodi verba: Nolo, Soror, vt contriſteris ob euentum huius rei, quia hoc damnum recuperabile erit per virtutem & gratiam Dei: verumtamen quid actum ſit videndum eamus, & ſiue proſpera ſiue aduerſa occurrerint, Domino gratias agamus. Quæ cùm pari ſollicitudine veniſſent, & nec vnâ ſaltem guttâ damnum vel diminutionem inueniſſent; celleraria humiliter prouoluta pedibus Matris hoc memoriabile factum imputabat merito ſuæ ſanctitatis. Sed illa è contrario hoc diuinæ potentiæ ſuæque potiùs aſcribendum iudicans obedientiæ, interdixit, ne hoc diuulgaret, quamdiu præſens vita eius corporis artus vegetaret. Illa verò nefas eſſe iudicans hoc Diuinæ virtutis indicium ſilentio tegi, quibuſdam Sororibus ſecretiùs indicauit pro laude Dei. In iis enim, & in omnibus quæ fecit per illam Dominus, ſemper refugit mundi extolli fauoribus; mente reuoluens nimis eſſe periculoſum laudare felicitatem nauigantis per hoc mare magnum & ſpatioſum, cùm animus in dubio ſemper hæſiſſet, ſi forte ad optati portus ſtationem peruentura fuiſſet. Sed Pater noſter cæleſtis, qui cuiuſque operis in abſconſo perpetrati conſcius probatur & teſtis, hanc lucernam ſub modio latere noluit, ſed ſuper candelabrum poſitam, ſplendore bonitatis multis lucere voluit. Quæ tum clariùs mundo illuxit, poſtquàm eam Dominus à dubio huius nauigij ad certitudinem portus perduxit.

d

e vinum è vaſe aperto ne effluat impetrat,

C *id Cellaria obedientiæ adſcribit, & propalari vetat.*

a *Ea ab Hermanno Greuen in addit. ad Vſuardum, Alheidi iungitur vt* Sancta *hoc die.*

b *Rexit S. Heribertus Colonienſem Eccleſiam ab an. 999 ad 1021. Eius Vitam dabimus 16 Martij.*

c *Ita etiam MS. Vltrai. At Surius atque exeo Molanus,* Iuliacenſium. *Citat Gelenius, loco antè citato Ottonis II diploma, quo teſtatur,* Nobilem *virum, nomine Megingoz, cum religioſâ coniuge ſuâ* Gerbirgâ, *Siga fluuij diſtrictum territorio Colonienſi, & conſtruendo monaſterio Vilike contuliſſe.*

d *Surius,* è dolio. *prius æquè Latinum & proprium.*

e *Idem Sur.* epiſtomij vertibulum. *ſiue verè vertibulum ſit, ſeù potiùs ori epiſtomij inſertus paxillus, eodem recidit. Idem fortè* duciculus *eſt in Vitâ Vrbani Ep. Lingonen. 23 Ianu. cap. 1 nu. 4.* illicò boues diſiunxerunt, ligamina vaſorum gladiis præſciderunt, duciculoſque abſtraxerunt. *Quem locum citans Gerardus Ioannes Voſſius lib. 3 de vitiis ſermonis &c. cap. 10 interpretatur* orbem ſiue circulum ligneum, qui circumducitur dolio. *Propter hoc miraculum pingi S. Adelheidem cum vaſculo vini ſcribit Molanus.*

D

ducibulum.

Imago S. Adelheidis.

CAPVT VI

S. Adelheydis obitus, Tranſlatio.

20 SEd cùm Dominus, qui teſte Scripturâ reddit vnicuique iuxta opera ſua, ipſam pro meritis vellet remunerare; cœpit paullatim viribus corporis deficere, ſed ſolitis virtutum ſtudiis proficere: quia voce Domini ad Apoſtolum dicitur, Nam virtus in infirmitate perficitur. Appropinquante igitur obitus ſui die, curâ debitæ prouiſionis reuiſit monaſterium ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, & in feſtiuitate a S. Blaſij Martyris poſt veſpertinalem cœnam correpta eſt periculoſo dolore gutturis: quæ poſt Completorium lectulo reclinata, ſignis innotuit cuidam Sorori, Yda nomine, quam in monaſterio proprio regulariter educatam ſecum ſemper ſolebat habere: quæ ſperans nihil eſſe periculi, ſecura reuiſit fomenta lectuli. Ipſa verò ſciens ſe hoc reſolui dolore, peruigilem duxit noctem, timore mortis, quæ iuſto æquè & impio timenda conſtat, quia eſt amara & fortis. Quod nulli mirum videatur, quia ipſe Dominus appropinquante morte triſtabatur. Quapropter in ſtratu ſuſtinere non valens noctis moras, petensque monaſterium, orando præuenire volens matutinales horas, ſicque virtute quâ potuit inſiſtendo ſeruitio Dei, Miſſam ſibi celebrari fecerat in ipſo crepuſculo ſurgentis diei: in quâ ſe Dominici corporis & ſanguinis Sacramento muniuit: Sanctumque Herebertum de ſe ſuiſque conueniendum adiuit: qui ipſâ narrante de morte eius certificatus, vltrà quàm credi poſſit, eſt mente conſternatus, dolens ſe in morte eius ab eâ ſeparari, cui in vitâ indiſſolubili caritate conſueuerat alligari.

Rom. 2. 6

viribus deficit:

2 Cor. 12. 9

E *a anginâ laborat.*

Euchariſtiam ſumit: S. Heribertum ſe ſuaſque commendat:

21 Adhuc tamen firmiter retinens materiæ intentionis fidem, ſuas quæ erant in Vilikâ dilexit vſque in finem; quibus per nuntium innotuit, ſe modicùm tantùm infirmari, ne illas immoderato mœrore contriſtaret turbari; rogans vt quantocyùs eam venirent viſendum. Quod (heu!) neſciæ imminentis miſeriæ, in craſtinum decreuerunt differendum. Quo dilationis interſtitio ſancta illa anima carnis ergaſtulo reſoluta, gaudia paradiſi, ad quæ viuens infatigabiliter ſuſpirauit, perenniter cum Chriſto victura, gaudens intrauit. Quod dum in Vilikâ ſuis nuntiandum ſuperueniſſet Legatus, quanti tunc gemitus, quantuſque interiùs & exteriùs omnium eſſet luctus, piget reminiſci de hac materiâ: quia magis flere libet, quàm aliquid plus dicere de tantâ calamitatis miſeriâ.

Vilicenſes viluerunt.

F *piè inuitantur.*

22 Sed maximum huius diſſolutionis fore credebant remedium, ſi ſaltem eam defunctam in hæreditarium dignæ fuiſſent ſuſcipere monaſterium: & ideò Epiſcopalem adeuntes præſentiam, ſæpiuſnumerò pedibus prouolutæ ipſius lacrymabiliter inquirebant clementiam, vt concederet corpus apud illas humari, à quibus ſemper optabat ſe numquàm ſeparari. Qui præuidens in Spiritu ſancto, quid Dominus in proximo per illam eſſet operaturus, contra hæc ad tempus inexorabilis manſit, & durus: & poſteà earum fletibas victus, moriente Domino, miſericordiâ motus mouebatur ſuper afflictas, & tandem reddens corpus multis lacrymis

Vilicenſes corpus eius petunt à S. Heriberto è

negat id primùm;

dein annuit.

AVCTORE BERTA SANCTIMONIALI. EX MSS.

lacrymis exoratum, ſic eas allocutus eſt, fundens largiter ploratum: Si corpus S. Agathæ Virginis, cuius hodie feſtiuitas colitur, habere meruiſſem, in præſentiâ, teſte Deo, nulla mihi inter hoc & iſtud eſſet differentia; quia non eſt dubium quin anima eius pretioſa ſit apud Deum. Tunc concelsâ Vilikenſibus aſportandi ſecum corporis licentiâ, ipſe Deo dignus Pontifex cum vtriuſque ſexus ordinibus, & totius vrbani populi ſubſecutus eſt frequentiâ. Et ſancto corpore naui locato cùm religioſi apparatus honore, nondum appoſitis remis, ſurſùm contra impetum aquæ velociter aſcendit abſque remigij labore: quâ mirâ diuinæ oſtenſionis virtute Dominus Colonienſes intelligere voluit, quòd ſuas in Vilika eius ſancto corpore orbari noluit. Tunc exequiis ritè celebratis, & animâ, non eſt dubium, exultante in Paradiſi pratis; ab ipsâ educata filia ſuæ ſororis, Deo volente, ſucceſſit in locum honoris: quæ omni probitate omnique elegantiâ vultus & ſtaturæ in ſe prætendebat claritatem nobilis naturæ.

Id naui honorificè imponitur,

quæ vltro aſcendit aduerſo flumine.

Colitur S. Blaſius 3 Feb vbi Acta dedimus.

CAPVT VII

Miracula ad S. Adelheydis ſepulchrum.

23 HIs itaque digeſtis aggrediamur inſignia miraculorum, per quæ illam Dominus mundo innotuit virtutibus manifeſtis, laudum officia perſoluentes illi, cuius munere promeruit quidquid ſibi operata eſt dignè. Ante triceſimum ſui obitus diem pauperibus infra clauſtra monaſterij confluentibus ad elecmoſynam, quidam cæcus cum ipſis illò venerat, ad manifeſtandam diuinæ virtutis gloriam: qui negligentiâ ſui ductoris incautè offendens in lapidem, quo tumulus claudebatur, corruit toto corpore proſtratus, ſed mox eius meritis ſurrexit viſui donatus. Quo facto ſopitâ modernæ deſolationis triſtitiâ, in omnibus tabernaculis noſtris ſonuit lætitia.

Ad eius ſepulchrũ cæcus viſum recipit.

24 Huic enim gaudio mox maius gaudium ſucceſſit, quod omne funditus abſcidit dubium, quod in priori ſigno corda aliquorum oppreſſit. Mulier quædam, *a* edentis vermis vlcere in cruribus grauiter vexata, ambulare nequiuit, niſi vix baculo ſuſtentata. Quæ in viſu admonita, ad ſepulchrum diſpoſuit venire; vbi eius interuentu gaudia ſanitatis meruit inuenire. Cuius euentum rei cùm hæc eadem propalaſſet in laudem Dei, altera quædam derogauit illi, quaſi mentienti; quæ non multò pòſt correpta eſt à diabolo: qui multis diuinorum verborum exorciſmis exire conſtrictus, virtutes Chriſti, quas per Virginem ſuam Dominus operatus, vel operaturus erat, tandem confeſſus eſt victus; & cùm mulier traheretur ad ſepulchri locum, cum nimio vomitu exiens, poſſeſſam reliquerat domum.

a 2x vlcere claudasanatur:

huic miraculo detrahens alia, corripitur à damone, ad Sancta ſepulchrũ liberatur.

25 Diuulgatis itaque iis aliiſque pluribus ſignis & virtutibus diuinis, tantus concurſus populi factus eſt ex longinquis mundi partibus, quantus ex vicinis: quibus penè claustra monaſterij tam parua fuerant facta, vt multùm diſturbari videretur quies Sororum, ſanctæ religioni decenter apta. Eadem enim Abbatiſſa adhuc viuens in corpore, memor præcepti Domini, quo in nouiſſimo loco recumbere iuſſit ad nuptias inuitato homini, rogauit vt ſi quando à mundo tranſiret Domino vocante, non in ſacris locis, ſed infra clauſtra monaſterij tumularetur. Sed Dominus reſpiciens humilitatem ancillæ ſuæ, quia potens eſt in damnatione omnis creaturæ, quaſi dixiſſet, Amica aſcende ſuperiùs, & erit tibi gloria; hanc honorificè infra muros monaſterij receptam, cùm ceteris Sanctis ſuis æternâ fecerat celebrari memoriâ.

Maximus eò concurſus,

ſepeliri in clauſtro voluit: deinde tranſlata.

26 Dehinc magis ac magis vbique crebreſcente ſignorum famâ, illò tendens omnis qui vel alicuius moleſtiæ laborabat plagâ, quaſi certiſſimum ſuæ libera-

tionis confugium eius frequentare non ceſſauerant tumulum. Inter quos venerat quidam Nobilis, pro pœnitentiâ cuiuſdam capitalis criminis ferreis nexibus Apoſtolicâ auctoritate ligatus: à quibus poſt multa Sanctorum perluſtrata limina, inibi tandem meritis illius tam euidenter eſt relaxatus, vt diſſolutorum, proculque diſſilientium vinculorum tinnitus, omnium tunc in monaſterio conſiſtentium percuſſit auditus. Veneranda igitur Abbatiſſa materteræ ſuæ auditâ pietate, hunc abſolutum per aliquantum temporis magnæ humanitatis tractabat officio, vnà cum germano fratre, qui proximum tamquàm ſeipſum diligens, caritate non fictâ, licet innocens, exceptis vinculis per omnia communicato labore fratris emendauit delicta. Cumque adhibito ſibi tantæ pietatis fomento, emortuæ manus, vel brachia, priſtini vigoris reuiuiſcerent incremento, adiutis caballis vel veſtimentis repatriare permiſit magnâ hilaritate mentis.

Vinculo pœnitentiæ ibi miraculosè ſoluta.

S Adelheydis ſororis filia, Vilica Abbatiſſa.

27 Ad vincula eius, S. Petri ſcilicet ſpecialis patroni, cuius hoc cœnobium dedicatum eſt honori, quidam paralyticus, aurium atque oculorum officio priuatus, ad Sacræ tumbam ſanitati eſt donatus. Si quis pauperum aliquam illi oblationem non ex abundantiâ fecit facultatis, ſed ex intentione promptæ voluntatis; per eius fideliſſimum interuentum deinceps totius neceſſariæ rei meruit augmentum. De quo ne dubius maneat quiſquam fidelis, illi proponimus profectum pauperculæ mulieris, cui hæc fideliſſima remuneratrix apparuit nocturnâ viſione: vt ſibi ex proprio labore albam afferret potenti admonuit iuſſione. Quod cùm ſe illa implere non poſſe reſpondiſſet propter nimiæ paupertatis impedimentum, fortiter coëgit, vt ſurgens diluculò à vicinis in nomine ſuo peteret ſupplementum. Quæ cùm nil morata, ſed facto manè ciues ſuos rogando, ſacræ Virginis curaſſet implere mandatum; tanti illi data eſt copia lini, vt non ſolùm albam, ſed etiam neceſſarium indumentum operaretur ſibi. Quam poſtquàm ad ſepulchrum detuliſſet, tanta totius neceſſariæ rei augmenta promeruit, vt per omne tempus vitæ ſuæ, reuolutione temporum anniuerſariâ, bouem, aut porcum, vel alia quælibet illo detuliſſet donaria.

Paralyticus ſanatus.

Paupercula in ſomnis monetur.

albam ei offert.

eius meritis locupletatur.

28 Hæc enim aliáque innumera miracula, quibus eam tunc temporis Dominus fecerat coruſcare, noſtræ tantillitatis ſtylus nequit ſingillatim exarare: de quibus quædam tantùm quæ noſtris temporibus facta & audita probauimus, non reticere conamur, ne culpæ ſilentij ſubiacere cenſeamur. Vnicus cuiuſdam mulieris filius octo annos ætatis totidemque gerens infirmitatis, excepto linguâ & viſu, omnium membrorum deſtitutus erat vſu. Cui ſanctiſſima Virgo in ſomnis quadam nocte viſa eſt aſtitiſſe, omneſque neruorum retractus *b* reſoluiſſe. Cumque ex hac membrorum ſolutione magnâ vociferari cœpiſſet exclamatione, omnes in domo quieſcentes nimio ſtupore perculſi, lectulo eius aduenerunt, omnibuſque naturaliter compoſitis membris & erectis, eum velut exanimem inuenerunt. Hic enim poſt vnius horæ ſpatium in ſemet reuerſus, quid ſibi viſum eſſet circumſtantibus innotuit; ſeque quantocyùs cum oblatione ad tumulum ſacræ Virginis deferri, patrem matremque inſtanter admonuit. Qui de ſanitate filij gaudentes, in parando oblationem moram neſcierunt: ſed puero animali impoſito, ipſi feſtinanter ambulando iter carpſerunt. Tunc Deus, qui eſt in Sanctis ſuis verè mirabilis, ipſis iter agentibus occurrere permiſit infortunium mali lacrymabilis: vt dum ex hoc ſubleuarentur, mira opera eius eò plus manifeſtarentur. Cuiuſdam enim fluminis pontem tranſeuntibus iumentum geſtans puerum de ponte proſiliit: & vnà cum puero aquis immerſum per vnam ferè horam nuſquam comparuit. Cumque irremediabiliter de filij perditione eiulatum emitterent ex animâ cordiſque contritione, Sanctamque Adelheydem clamarent impiam & crudelem, nulliuſque meriti apud Deum-

infirmus & contractus à Sancta in ſomnis ſanatur;

b

dein fluminis haurit;

A *post horam emergit incolumis.*

Deum; ſubitò viderunt iumentum vnà cum ſeſſore ſuo ad littus peruenisſe illæſum. Tunc eiulatu flentium mox verſò in hilarem vocem gaudentium, cœptum petagentes iter, in feſtiuitate *c* S. Gereonis, dum ſonaretur primùm matutinalis officij, Vilikam venerunt: qui mox in ipſo introitu mirabilia Dei propalauerunt. Quæ cùm publicè prædicarentur, ipſo die ſanctæ ſodalitatis caterua gloriam Deo canebat hymnum ſpiritualis melodiæ.

Energumenus liberatus, anniuerſarium munus affert.

29 Quidam à diabolo captiuus, ad eius tumulum eſt liberatus: qui quotquot annos ſuperuixerat pro indicio ſuæ ſanitatis cenſum illò detulerat. Quid plura? Omnibus ſignis, & virtutibus, quibus, exceptâ reſuſcitatione mortuorum, vllum ſibi electum Dominus mirificabit, etiam hanc mundo manifeſtauit. Ipſi laus, & gloria per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

AVCTORE BERTA SANCTIMONIALI, EX MSS.

a *MS. Vltr.* Edetis nomine, vermis *&c. Suriùs ſolùm:* Mulier quædam, vlcere in cruribus dirè vexata.
b *Ita MS. Vltr. at Gorſendoncanum* reliquiſſe.
c *Colitur* S. Gereon, *Martyr* 10 *Octob.*

DE S. AGATHA HILDEGARDE
PALATINA CARINTHIÆ.

I. P.

Commentarius hiſtoricus.

§. I. *S. Hildegardis à marito præcipitata è rupe, innoxiè.*

B AN. CHR. MXXIV. V FEBR.

S. Agatha Hildegardis,

1 *Retulimus paullò antè* Domitianum *&* Mariam, *Duces Carinthiæ, ſtabilitæ inter Slauos Chriſtianæ religionis primarios auctores, eamq; ob rem, atque alia beneſacta, tabulis Cælitum adſcriptos. Alia nunc occurrit ex eadem natione, eodemq; die, & ipſa illuſtris genere, ac propter vitæ ſanctimoniam publicâ veneratione dignata fœmina,* Agatha Hildegardis: *vtrumque enim nomen iungimus, vt plerique; cùm quidam* Agatham, Hildegardem *ſolùm alij appellent. Magis etiam quàm in S. Domitiani geſtis, publicæ hîc nos monumenta deſtituunt. Quæ à viris grauibus accepimus è Styriâ Carinthiâque, fideliter promemus.*

2 *Principio ſatis conſtat, iniuſtè apud virum accuſatam adulterij, indictâ cauſâ, inſontem, cum ancillâ deiectam è turri ac rupe, Diuinâ virtute ſeruatam.* Steina *caſtellum eſt ad* Draui *fluminis traiectum, vbi Diuæ olim domicilium, nunc tumulus eſt. Hîc decem ipſos annos Curionem egerat Thomas Drabas, cùm quæ hîc ſubnectemus, narrauit Patribus Societatis* IESV, *rogatu noſtro inquirentibus; ſed ſolâ populariũ relatione cognita, quia ſcripta olim cum templo flammis abolita.*

(vt retulit Paſtor Steynenſis in Carinthiâ) Palatina Carinthiæ,

3 Paulus Comes Palatinus Carinthiæ, proſapiâ belliſque artibus clarus, Hildegardem ſibi matrimonio iunxerat, pari nobilitate fœminam, ſed eximiâ prorſus

C pietate: huic tutelam familiæ, dum bello ipſe diſtinetur, commiſit. Remanſerat vnà domi germanus Comitis, incertũ quo vacationis obtentu. Is deſidiâ in libidinem ſolutus, fratriam de inceſtu appellat. Sancta mulier flagitium auerſata, impenſiùs pietati ſe dedit, præſidio vt ſibi, caſtarum mentium inhabitator, Dei Spiritus eſſet. Ille, & repulſæ dolore & ſupplicij metu, maius etiam ſcelus deſignat, atque innocentis accuſationem occupat. Scripſerat Comes, ſe bello confecto, reuerti ad ſuos. Occurrit germanus, & gratulatus optatum reditum ad infauſtam domum, quam Hildegardis coniugis eo abſente adulteria contaminaſſent, demum & ſe ait ab eâ ſollicitatum ad crimen eſſe, vixque euadere illecebras ac vim potuiſſe, ſæpius & Dei iuſtitiam, & honorem familiæ conteſtatum. Quibus temerè creditis, Comes iracundiâ furens, domum euolat, familiam interrogat vbi hera ſit. In ſuperiore conclaui aiunt, vbi vt plurimùm, cum Dorotheâ ancillâ: illic ambæ concipiebant preces. Aucta ſuſpicio, iraque. Effractis foribus irruit, ambaſque precationi intentas, è feneſtrâ proturbat in certam perniciem: erat quippe arx in præcipiti rupe ſita, ad Drauum amnem, haud longè ab eo loco, vbi nunc eſt S. Pauli ædes in Mochlingâ vico.

inceſtum abominata,

de ea tamen accuſata,

à viro è turri deiicitur,

4 Vt dein comperit, nihil incommodi perpeſſas,

illuſa:

ipſe excaecatus templum conſtruit, E *& ſeptennio peregrinatus moritur.*

5 *Hæc ferè vulgi narratio. Alia veriſimilior, aliquâ ſaltem parte, Rechbergenſis eodem in tractu Commendatoris, hæc eſt.* Agatha Palatina, Paulo Hildegardo Comiti Palatino Carinthiæ nupta fuit, à quo & ipſa Hildegardæ, ſiue Hildegardis indepta cognomentum. Huic ſedes in Proſnizâ arce, aſperis ac præruptis in ſaxis fundatâ, ſupra Drauum flumen: circùm ſaltus, ad ferarum venationem, cuius Comes perſtudioſus erat, apti. Nocte quadam in iis tranſactâ, dum ſub ortum ſolis, villam curſim pertranſit, ancillam conſpicatus, Lupam nomine, vaccas mulgentem, ex eâ quærit, quî Domina habeat? iámne ſtrato ſurrexerit? Reſpondet improba, id agere Dominam quod impudicæ ac libidinoſæ F ſolent, viro abſente noctes totas adulteris obſequi: atque audacter fidei adſtruendæ oculos oppignerat; his certè ſpectaſſe flagitium: niſi fortaſſis beſtiam ſe fuiſſe aut ſtatuam credat, cùm iſta vidit. Irâ percitus Comes, in arcem aſcendit, accedit ad cubiculi fores, eas pulſat, &, quia non illicò recludebantur, (ſeu necdum thalamo ſurrexerat Hildegardis, ſeu certè pietati vacabat) perfringit; ac coniugem crinibus correptam, conculcat, atque demum de feneſtrâ in abruptiſſimum præcipitium iactat; nequid quam cum lacrymis deprecante Dorotheâ ancillâ, (nam aderat in conclaui) & heræ innocentiam atteſtante. Quin ipſam quoque, vt libidinum vxoris adminiſtram, de turri exturbat, Sequere, inquiens, adulteram lena. Iuêre ambæ præcipites, ſed innocuæ, Angelorum miniſterio inter præruptæ petrarum locatæ, & ſuauiſſimo concentu recreatæ.

adulterij accuſata

à periurâ ancillâ,

è turri proiicitur, vnaq; Dorothea ancilla, innocua, Angelorũ ope, & cantu recreata;

6 Id vbi è feneſtrâ Comes conſpexit, primùm ludi ſibi inani ſpecie oculos ratus, dein vt verè incolumes eſſe cognouit, ad ſumendam de periurâ accuſatrice vindictam proſilit. Verùm iam illa graues (heu) Deo ſoluerat pœnas: nam non ipſa ſolùm, ſed & vacca, mulctrum, ſedile, lac quoque, eodem omnia quo priùs ſitu, figurâ, colore, in ſaxa penitùs obduruerant. Aiunt ita etiamnum perſtare: ſed nemo eſt qui ſe vidiſſe affirmet,

& accuſatrix in ſaxum mutata,

Vel (vt alia narratio habet)

AVCTORE I. B.

firmet, aut poſcentibus queat oſtendere. Perculſus Comes ſupplicij nouitate, dum inſontes ex inacceſſis rupibus, vbi conſidebant, quo pacto eripiat circumſpicit, ſubitò ferri eas firmo veſtigio vltra Drauum animaduertit, ingenti ſplendore coruſcantes. Ipſe quoque, in pœnam ſceleris ſui, viſu orbatus eſt: quem poſteà, conſtructo Mochlingæ in S. Pauli honorem templo, Miſſâque in eo auditâ eiuſdem Apoſtoli Conuerſioni ſacrâ luce, recepit: ac dein, ad quod ſe voto concepto obſtrinxerat, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſepulchra, aliaque almæ Vrbis, ac Palæſtinæ loca religioſè inuiſit; domumque reuerſus, primo ipſo die, ad meridianum Mochlingenſis companæ pulſum, priùs ſacrâ ſumptâ ſynaxi, exceſſit è vitâ.

A *flumen ſicco pede tranſeunt, ſplendentes: meritus viſum, id eò amiſſum, recipit, peregrinatur.*

§ II *S. Hildegardis mors, templum, anniuerſariæ eleemoſynæ, reliquiæ.*

Hildegardis templa fundat, & perpetuas eleemoſynas i. moritur, cantantibus Angelis, miracula clara, & vaticiniis.

7 AGatha, *cum Dorotheâ ancillâ, in alteram ſuam arcem Steinam, vti diximus, diuinitus tranſuecta, iſthic peremnes eleemoſynas fundauit, ac S. Laurentio templum poſuit, infrà verò S. Margaritæ Virgini ac Martyri: ibiq; annorum aliquot curriculo religioſè exacto, ipſo S. Agathæ Virginis ac Martyris die, anno Chriſti* CIↃXXIV *deceſſit. Auditæ in eius obitu pſallentium Angelorum voces: aliis in vitâ ac poſt mortem illuſtrata miraculis: fertur quoque vaticinata, fore vt aliquando eæ gentes ab intemerato Catholicæ religionis cultu deſciſcerent, ſed poſt aliquot annorum ſpatium ad eam, virorum Apoſtolicorum ſtudio, reducerentur. In quem deiecta fuit locum, ornant æſtate roſæ ac lilia, ſponte ſuâ enata è rupibus, veluti humano cultu plantata.*

B *Lilia & roſa in loco lapſus.*

8 *Eleemoſynæ, quas cenſû perenni conſtituto fundauit, præcipuè pane, vino, larido conſtant. Ea feſto* S. Hildegardis, *ſolemni ritu benedicuntur, diſtribuunturq; in egenos aut ceteroquin poſcentes. Panem eum ferunt in plures annos incorruptum manere: obſeruatumq;, numquàm panis tunc diſtribuendi penuriam extitiſſe: ſi Sacerdotibus, atque aliis honoratis hominibus candidior quàm vulgo pauperum pinſitur, in furno aduri. Illud ſatis conſtat, quæ diximus, panem cumprimis, ac laridum, in particulas ſectum, multis præſens remedium eſſe ad morbos curandos, præſertim phreneſim, epilepſiam, dolores viſcerum, phantaſmata, ſagarumq; præſtigias. Eas porrò eleemoſynas, Conradus Salicus Imp (qui, quo S. Hildegardis traditur deceſſiſſe anno, Chriſti nimirùm* CIↃXXIV, *S. Henrico ſubrogatus, an.* CIↃXXVII *à Pontifice coronatus,* CIↃXXXIX, V *Iunij deceſſit) ſuo diplomate confirmauit, additis priuilegiis: vti & Benedictus Papa* (IX, *opinor, electus ſub exitum anni* CIↃXXXIII) *qui & centum dierum Indulgentiam eò peregrinantibus conceſſit. Aliæ poſteà datæ, Euchariſtiam ibidem eo die ſumentibus.*

Eleemoſyna panu, vini, laridi, non abſque miraculis.

ſalutares contra morbos,

confirmate,

additis Indulgentiis:

C

9 *In eadem S. Laurentij Steinenſi eccleſiâ, dum feſto* S. Hildegardis, *anno* CIↃCCXXXVIII, *ad aram Deiparæ Virgini dicatam, Miſſæ ſacrificium offerret Paſtor S. Cantiani, corpus & ſanguis Chriſti in eius manibus, non ſub ſpecie panis ac vini, ſed propriâ formâ apparuêre; ſiue ipſe de tranſubſtantiatione tunc dubitauit, ſiue eam veritatem altiùs imprimere populorum eorum animis Numen voluit. De eo miraculo rudes iſti ac inconditi leguntur verſus in antiquo rituali libro eius Eccleſiæ, in membranâ exarato:*

in eâ eccleſiâ Corpus & ſanguis Chriſti in ſacro apparent an. 1238.

M duo C, tribus X, ſed & annis addictis VIII,
Qui manet eſt & idem, natus de Virgine pridem,
Dat noua carne . . . . . ſupernè ſancta cruore,
Cælica lumine, mentis acumine, vnda colore.
Ad LAPIDEM gentes Agathæ feſto venientes,
Omnes præſentes, ibi talia ſigna videntes.
Presbytero ſtante, Miſſamque Deo celebrante,
Ipſo præſtante, fit quod rarò fuit antè.
Panis mutatur, caro tota cruenta notatur:
Vinum ſaeratur ita ſanguis vt efficiatur.
Cunctis noſſe datur: Deus id quod vult, operatur.
Presbyter orat, gratia rorat ſancta cruore:
Mira latens, res ſancta patens eſt, teſte fideli,
Omnibus iſthic. Laus, honor ſit, dic, Cunctipotenti;
Abſtulit hic dubitatum ſic fatuæ quia genti.

D

Hactenùs illi verſus, non numero poëtico, quàm ſenſu & ſyntaxi vitioſiores. Quod ad Lapidem, *verſu quinto, venire gentes dicuntur, locus ipſe* Stein *indicatur; nam ea vox Teutonico ſermone* lapidem *ſonat: licet autem (vt alibi diximus) plebs agreſtis in Carinthia, præſertim inferiore, Slauicè vt plurimùm loquatur; pleraque tamen locorum nomina, vt ex Chorographia patet, Teutonica ſunt, quomodò & ciues ac nobiles loquuntur.*

10 Bertholdus, *qui tunc Patriarcha Aquileienſis erat, eccleſiam illam S. Laurentij in Stein, vbi corpus* S. Hildegardis *quieſcit*, propter miraculorum inſignia, quibus eadem eccleſia, noſtris (*vt in diplomate ait*) mirabiliter refulſit temporibus; *à iuriſdictione & poteſtate conceſſâ antè à Patriarchali Eccleſiâ monaſterio Eberndorfenſi, cum conſenſu Franconis Præpoſiti & monachorum, exemit: vtq;, in poſterum à ſolo Patriarchâ in omnibus dependeat, etiam quod ad ſecularem poteſtatem attinet, ſanxit. Deinde conceſſit Plebano Steinenſi abſolutam poteſtatem*, præſentandi & confirmandi duos Præbendarios, quos Dominus Albertus Comes de Tyrolis fundauit & ordinauit: *vtq;* ſingulos colonos huius prædictæ Eccleſiæ deſtituere & inſtituere valeat, ad honorem Dei, S. Laurentij & S. Hildegardis. *Acta hæc ſunt Velaci, præſente* Meinhardo Comite Goritiæ, *& aliis viris Eccleſiaſticis ac Nobilibus,* III Aprilis, CIↃCCXXXVIII, Indict. XI. *ipſeq; Comes Albertus præſens ea ſuo ſigillo muniuit. Idem Albertus, (qui in ſuo diplomate ſe* Palatinum Carinthiæ, Comitem de Goritiâ & Tyrolis *nominat, &* Aduocatum Aquileienſis Eccleſiæ & Brixinenſis) *ob eamdem cauſſam, miraculum nempe ſacroſanctæ Euchariſtiæ*, quando, *vt ait*, Corpus & Sanguis Chriſti, non ſub ſpeciebus, ſed viſibiliter in manibus Sacerdotis apparuit; *proprio ſuo decreto exemit dictam S. Laurentij Eccleſiam ab omni iuriſdictione Eberndorfenſium, aut potiùs horum ius commutauit bonis aliis ad S. Danielem: ita vt Steinenſis Eccleſia deinceps ad ſolos ſucceſſores ſuos, Comites ſcilicet Tyrolis, & Patriarcham Aquileienſem (qui tunc erat, vt dictum eſt, Bertholdus, eiuſdem Comitis frater) immediatè ſpectatura eſſet; ſoluſq; Plebanus in ipſius Eccleſiæ ſubditos poteſtatem, anteà indicatam, habiturus. Muniuit hoc diploma Albertus proprio &* Comitis Hermanni *ſigillo, præſente* Comite Meinardo de Goritiâ, *anno & die antè dictis.*

Eccleſia illa ob miracula, à Patriarchâ Aquileiêſi libera conſtituta,

E *& à Palatino Carinthiæ.*

11 *Citatus codex ritualis Steinenſis de huius diei Officio iſta habebat:* Eodem die tranſſubſtantiabatur corpus & ſanguis Domini, ſub anno MCCXXXVIII, in arâ Beatæ Virginis Mariæ in Stain ibidem. Item de nocte Vigilias peragentes poſt Veſperas. De manè prima Miſſa cantatur pro defunctis. Ipſemet Plebanus in Cryptâ. Secundam verò Miſſam cantat ſenior Præbendarius de Venerab. Sacramento in arâ Beatæ Virginis. *Tertia Miſſa, & ſolennis, cantatur de* S. Hildegarde, *ex Communi de Viduâ, vti ab oculato & aurito teſte accepimus:*

F *Miſſa hoc die de S. Hildegarde:*

12 *Idem hîc vidiſſe ſe aiebat inter ſanctæ illius matronæ reliquias ampullam vitream, in quâ ſanguis ille miraculoſus diu aſſeruatus dicebatur: Chirothecam item Sanctæ ipſius, quam cùm ex arce proturbata eſt, dicitur perdidiſſe.*

eius reliquiæ quas

13 *De ceteris* S. Hildegardis *reliquiis; qui primam de eius vitâ narrationem, idem & hanc tradidit, ab ore vulgi acceptam: refoſſus collectaſq; in ciſtulam à* P. Luca Vintano *Collegij Societatis* IESV *Clagenfurti Rectore, Gregorio Picklero Steinenſi Paſtore, & quodam* D. Caſalio *Græcenſi: & huic poſcenti, annuente Paſtore, particulam earum datam: verùm omnes intra annum obiiſſe, & Paſtorem quidem tantâ vel intemperie cerebri, vel vi doloris exagitatum, vt infantis inſtar cunis grandibus impoſitus, aſſiduè moueri deberet. Hæc vulgus: quàm certa, nec ſi quæramus, facile erit aſſequi. Sæpius enim hæc (concinnata à nobis ex ſcriptis variis; quæ Græcio huc à Philippo Alegambe noſtro ante plurimos annos miſſa erant) remiſimus in Carinthiam peritorum iudicio diſcutienda; nec vllum elicere reſponſum potuimus.*

refoſſa, parte dampta, non impunè, vt aiunt:

14 *Illud*

A *pars Graecium translata.*

14 *Illud exploratum, ſtudio & impenſis* Ferdinandi *Archiducis (qui deinde Imperator huius nominis ſecundus fuit) atque eius religioſiſſimæ parentis, ſublatis ferreis cancellis eccleſiæ Steinenſis, effoſſas eſſe & in vnum collectas Diuæ reliquias à P. Nicolao Coronio collegij Societatis Rectore: earumq; partem, per D. Vrſinum de Bertis Tergeſtinum Epiſcopum, & D. Griming Suffraganeum Gurcenſem, Græcium in Styriam honorificè aſportatam, & in monaſterio nouo, ſacratarum Deo Virginum Archiducalium, iuxta Muram amnem, depoſitum anno* CIↃIↃCV *ſub initium Quadrageſimæ.* AVCTOR I. B.

DE SANCTIS MARTYRIBVS XXVI

PETRO BAPTISTA, MARTINO DE ASCENSIONE, ſiue DE AGVIRRE, FRANCISCO BLANCO, Sacerdotibus; PHILIPPO A IESV, aut DE LAS CASAS, Acolytho, GONSALVO GARSIA, FRANCISCO A S. MICHAELE laicis;

ORDINIS S. FRANCISCI:

PAVLO MIKI, IOANNE GOTO, IACOBO, ſiue DIDACO KISAI,

SOCIETATIS IESV:

COSMO TACHEGIA, MICHAELE COZACHI, PAVLO IBARCHI, LEONE CATASVMARO, LVDOVICO, ANTONIO, MATTHIA, BONAVENTVRA, THOMA COZACHI, IOACHIMO SACCACHIBARA, FRANCISCO, THOMA DANCHI, IOANNE CHIMOIA, GABRIELE, PAVLO SVZVCHI, CAIO FRANCISCO, PETRO SVCHEGIRO:

NANGASAKI IN IAPONIA,

Commentarius prævius. 1. P.

§ I Iaponia patefacta Euangelio. Eius imperium per tyrannidem occupat Faxiba, pòſt Taicoſama dictus; ab vili ortu eniſſus ad ſumma.

Iaponiæ ſitus,

I IAponia regio eſt *Aſiæ magnæ, in extremo Orientè, plures complexa inſulas,* ab trigeſimo fermè ad trigeſimum octauum gradum porrectas, modicis inter ſe fretis eutipiſque diſcretas: *vt poſt Horatium Turſellinum, ac Ioannem Petrum Maffeium, ſcribit, huius illiuſue ſubinde retentâ phraſi, Nicolaus Orlandinus hiſtoriæ Societatis Ieſu lib. 9 num. 179.* Tres magnitudine præcipuæ inſulæ ſunt, Niphon, Ximus, & Xicocus. Niphon tribus & quinquaginta regnis conſtat, non admodùm magnis: ceterùm compluribus opulentis, quorum caput vrbs Meacum, vnde quidam reliquæ regioni dant nomen. Ab Niphone vocabulo, quod Sinæ paullulùm immutarunt, Iaponis apud nos & Iaponiæ nomen increbuit. Eius longitudo millia paſſuum DCC; latitudo varia traditur: vbi maxima, centum circiter & octoginta. Ximus regnis diſtinguitur omnino nouem .... eius longitudo centum & quinquaginta, latitudo ſeptuaginta paſſuum millia ferè colligit. Xicocus regna continet non plus quatuor, dimidio fermè Ximo minor. Ita Iaponiæ regna vniuerſa, ſeu potiùs præfecturæ, (nec enim omnia ſunt eiuſmodi, vt in ea regni vocabulum aptè quadret) ſex & ſexaginta cenſentur. Terra verò vniuerſa Italiæ magnitudine propè par. à Septemtrione Tartaros, ab Occidente Sinas ſpectat, ab Oriente Nouam vergit ad Hiſpaniam, ab Meridie vaſto mari interfuſo, nondum exploratum eſt quibus terris obiaceat. *Paria ferè quos citauì auctores, aliquâ in longitudinis diſtantiæq; modò differentiâ. Quòd negat* Regni *vocabulum in multâ Iaponicorum aptè quadrare, haud ſatis memorem reor, quot olim in Italiâ, antequàm Romanorum imperium, quot in Chananitide Reges fuerint. Erant ſanè ante Taicoſamam veri Reges, abſolutâ ac liberâ dominantes poteſtate. Nunc Præfecti ſunt, Regum nomine: multis ne nomen quidem manſit. Turſellinus Xicocum* Xicum *quoque ait appellari. Franciſcus Solerius hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Iaponiæ lib. 1 cap. 1* Ximum ſignificârì

F *primaria tres inſulæ*

nomen.

Avctôre I. B.

gnificare ait regionem inferiorem; *siue* partes depressas; *appellari verò etiam* Saycocum, *quod* nouem regna *sonat*; *vti* Xicocus, quatuor regna.

A

2 *De gubernatione formâque totius imperij tradit Maffeius hiſtor. Indic. lib.* 12 *ob Reguni ac Dynaſtarum faſtum, nullam populi aduersùs eos esse caritatem, sed perpetuum cum metu odium:* inde crebras & occultas conspirationes ac seditiones erumpere; excussoque rectore, sceptrum ad alios alioſque, in summâ rerum omnium perturbatione, transferri. Vetusta imperia, *inquit*, & Principum longâ serie deductas imagines, oppidò pauca reperias.

Vni olim subiecta;

Sanè Iaponium omne nomen vni quondam parebat Imperatori, cui titulus Vo, seu Dairi: quoad is diuturnâ pace in delicias atque socordiam resolutus; Præfectis & Satrapis, ac præcipuè Cubis (sic enim duo primarij vocabantur, quorum alter deinde extinxit alterum) contemptui cœpit esse. Viri ergo militares, talem aliquamdiu perpessi, mox indignati dominum; tandem abrupêre frænos, & suam inuasêre quisque prouinciam. Ita momento vnitas illa, & maximi contextus imperij, multas in partes ac veluti fragmenta dissiliit. Ius tantùm Dairi mansit in hunc vsque diem, honorum vocabula Proceribus diuidendi; quæ pro graduum varietate mutantur identidem, certisque characteribus designantur. Inde haud spernendas cogit pecunias: alioqui penè precariam obtinet dignitatem.

In plures dein Reges partita;

B

quorum primarius Cubus, Tenſa dominus;

Summus verò & potentissimus Iaponiorum omnium habetur ille, quisquis Meacum & Meaco finitima nobilissima regna (quem tractum communi nomine Tensam appellant) armis atque arcibus occupârit. *Orlandinus libro citato nu.* 186 *de Dayri scribit:* Porrò Dayris id hodieque iuris obtinet, vt quidam quasi Præfectus honoris sit. Eius vnius in Iaponiâ totâ iudicium est, quibus quisque titulis honestandus decorandusque sit. Ergo apud hunc regni Proceres, singulique Dynastæ suos quisque procuratores habent, & pretiosis inter se muneribus certant, vt eius gratiam ineant. *Eadem ferè scribit Ludouicus Guzman, & Tensam; quæ &* Guoquinayum *dicitur, quinque complecti regna ait, quorum primarium est Xamaxirum, huius Meacum metropolis. Plura citati auctores, Maffeius præsertim, Solerius, Guzman, de terræ ipsius ac hominum naturâ ac indole. Sed quæ de regimine ab illis tradita, ea nunc mutata omnia, extinctaque Dairi auctoritas ac nomen ipsum. Ceteri Reges, solùm ferè præfecti sunt, quos statuit, mutat, inq; ordinem redigit, vt libitum, Imperator; qui modò est Toxogusama, Xogusamæ F. Daifusamæ N. Is regiam Iendi habet. Nos in hoc toto commentario loquemur, vti ante Daifusamam, iam* LX *ab hinc annis, res fuêre.*

C

3 *Regio ea omnis, quam* Iaponiam *appellamus, antiquitati penitùs ignota creditur fuisse, vt Turſellinus Vitæ S. Francisci Xauerij lib.* 4 *cap.* 1. *& plerique censent: licet quidam* Zipangri *insulam esse existiment, Marco Paulo Veneto lib.* 3 *de Orientalibus regionibus cap.* 2 *& sequentibus memoratam.*

Inuenta à Lusitanis an. 1542

Tradit Turſellinus, casu à Lusitanis eò tempestate abreptis, decennio antequàm eò veniret Xauerius, inuentam, conciliari mercibus cœpisse. *At Maffeius historiar. Indicarum lib.* 12 *ex Antonio Galuano refert, institores Lusitanos tres, quorum & nomina percenset,* cùm ex vrbe Sionis Dodra peterent Sinas, pertinaci vento ad insulas Iaponiorum abreptos anno seculi *superioris* quadragesimo secundo. *Quo ipso anno S. Xauerius sexto die Maij Goam appulit, cùm anno præcedenti, octauo Aprilis, è Lusitaniâ soluisset: Iaponiam verò tenuit* XV *Augusti, anni* CIↃIↃXLIX, *ac fidei mysteriis illustrauit.*

Adita à S. Xauerio an. 1549

4 *Quam verò ille plantârat vineam, ea ab ſolis Societatis Iesu hominibus exculta, feliciter adoleuit, plurimis principibus viris ac fœminis, Regibus etiam & Reginis aliquot, nobilitatis infinito propè numero, in Christi Ecclesiam cooptatis. Neque turbo vllus persecutionis per* XL *circiter annos vniuersam concussit: quamquàm variis in prouinciis modò idolorum sacerdotes Bonzij, modò Reges ac Dynastæ quidam, Christianos exagitarint. Primus totâ Iapone id nomen exterminare aggressus* Taicosama *Imperator, sub quo martyrij palmam adepti,*

Exculta à PP. Societatis IESV *pacificè per annos ferè* 40,

de quibus hic sermo est, XXVI *Christi athletæ. Verùm vt sequentem narrationem faciliùs clariusq; percipere lector possit, genus ingeniumq; hominis, & quibus gradibus ad summum imperium euaserit, breuiter exponendum videtur.* D

5 *Quo tempore in Iaponiam venit S. Xauerius, Cubus erat (vt iam appellari diximus Tensæ Dominum, summæ rei præfectum)* Quonque nindonus; vir (*quemadmodum Franciscus Sacchinus historiæ Societatis Iesu tom.* 3 *lib.* 1 *nu.* 148 *scribit*) vt inter Ethnicos, neutiquam malus. Qui *postquàm* viginti annos imperium moderatè bonisque artibus rexerat, & Patribus nostris habitandi ius Meaci concesserat, & Euangelij impunè promulgandi fecerat potestatem; *à* Mioxindono, *quem rei bellicæ præfecerat, aliisq; auxerat honoribus, interfectus est, cum fratre* Quincacusi *ac compluribus aulicis, anno Æræ Christianæ* CIↃIↃLXV. *At fratrem eius iuniorem* Cauadonum, *è perduellium manibus elapsum,* Vatandonus *excepit,* in regno Vomi nobilium *morum magniq; animi Dynasta, idemq; Christiano nomini amicissimus. Ei deinde, Vatandoni rogatu,* Rex Oaris Canzusandonus, *qui &* Nobunanga *nominatus, aduersariorum fractis opibus, fraternum imperium restituit, aut verius titulum, potestate sibi retentâ, præfectoq; vrbi Meacensi Vatandono. Sed cùm posteà in prælio ab Iquennæ, siue Iquendæ Principe interemptus esset Vatandonus, excutere iugum illud Nobunangæ aggressus Cauadonus, cum Mixindono ac Daciandono, qui fratrem eius trucidarant, sociat fœdus. Nobunanga cum quinquaginta millibus armatorum Meacum aduolat: cui se, æquis conditionibus, quas offerebat, primùm spretis, tandem, vrbe expugnatâ, Cubus dedidit: ab eoq; regnorum iure spoliatus, & ab omni reip. gubernatione, ac muneruni conferendorum curâ subniotus, vti pridem Dairis summi monarchæ, ita hic* Cubi *nudum deinceps nomen retinuit.*

fauente Cubo Quonqüsnindono,

quo occiſo an. 1565

subrogatur Cauadonus à Nobunangâ,

E

dein rebellans vincitur:

6 *Nobunanga, qui & virtute bellicâ & consilij sagacitate præstabat, breui triginta in insulâ Niphone regna suæ ditioni subiecit, eratq; omnibus terrori simul & veneration.* *Sed dum* Faxibâ *Duce aduersùs* Moridonum *Amangutij Regem nouemq; aliorum regnorum dominum, bellum gerit, ipse Meaci ab* Aquechio, *quem anteà & possessionibus ditârat, & ornârat honoribus, ac iam supplemento multorum millium ad Faxibam mittendo præfecerat, trucidatus est cum filio Ionoschedono, aut Iono Suquendono, Rege Voaris & Mino. Mox ad tanti sceleris vltionẽ multorum conuersa sunt arma, præsertim Faxibæ, Iusti Vcondoni, & Sanxi Chindonis tertij Nobunãgæ filij; nam senior occubuerat, alter* Oquaxen Fungedonus, *Farimæ Rex designatus, auditâ patris ac germani nece, de statu mentis, præ horrore sceleris, exciderat. Primus Vcondonus tyrannum, tendentem Anzuquiamum Meacum, trahentemq; militum millia octo, cùm ipse non nisi mille secum haberet, monitis Faxibâ & Nobunangæ filio, qui tribus leucis aberant, vt agmen quisque suum acceleraret, fretus & causse æquitate & Crucis viuificæ virtute, magno animo aggreditur, primamq; aciem fundit, vnicò è suis desiderato. Aquechiani eâ strage perculsi, atque eminùs conspicati accurrentes turmas aliquot, quas Vcondonus consultò subsequi iusserat, ratiq; Faxibæ, aut Nobunangæ filij, copias esse, fugam nullo ordine arripiunt. Aquechius cùm acceptis vulneribus aliquot primùm sese in arcem propinquam recepisset, locoq; diffidens inde prorupisset, ac solus in incertum vagaretur, agnitus ab rusticis, trucidatusq; est, duodecimo post quam paricidium perpetrârat die, Kalendis Iulij an.* CIↃIↃLXXXII. *Corpus patibulo affixum. Direpta complicum bona.*

Nobunangæ an. 1582 *occiſi*

mortem vindicat Iustus Vcondonus Christianus:

F

7 *Carus erat militi, ac præsertim Ducibus,* Faxiba, *& bellicæ virtutis merito, & prudentiæ singularis opinione. Facilè ergo omnium pellexit animos, vt parituros se ei, veluti viuente Nobunangâ fecerant, iurarent. Ille ad occupandum Iaponiæ imperium curas intendere: tantisper tamen ambitionem dissimulandam ratus, tutorem se futurum filio Ionsquedoni filij primogeniti Nobunangæ* Sabucondono, *aut* Saburodono, (*variant enim scriptores*) *qui trimulus tunc erat, donec is adolesceret, profitetur, pueriq; patruum Regem Auanum, & quos sibi ille iunxerat, ne Nobunangæ ditiones omnes in famuli manus deuenirent, impedire molientes, compressit. Hanc omnem tragœdiam ita paucis complexus est Maffeius lib.* 12. Ea

Faxiba, qui pòst Taicosama, *velut nepotis Nobunangæ tutor,*

loca

imperium occupat:

A loca (*Tenſe regna*) nuper obtinebat Nubunanga, quem dixi tyrannus. Huius in ſolium, à coniuratis ante hoc biennium interempti, liberis eiuſdem aut pulſis aut occiſis, per factionem ac vim præcipuus è Ducum numero Faxiba ſucceſſit.

8 *Atque hic ille eſt Faxiba, qui* Taicoſama *dein nuncupatus, latiùs multò quàm Nobunanga imperauit, ac demùm Chriſtianæ religioni per vniuerſam Iaponem crudele bellum indixit. Is in regno Oaris natus, adeò humili loco, vt à parentibus coloni cuiuſpiam famulatui addictus ſit.* Toquixiro *tunc illi fuit nomen. Iuſſus ab hero erat, quotidie faſces aliquot lignorum è vicino monte domum humeris deportare. Sedulitas eius hoc in officio, atque aſſiduitas ſpectantibus admirationi erat. Circumſidebat quadam veſperà focum familia herilis, ac largiùs ligna ſuper eo reponebat, quàm Toquixirus vellet, cui tanto impendio laboris ſtarent. amicè igitur monet, ligna ne prodigant. Riſu excepêre monitum. Ipſe propiùs ad caminum accedit, itaq; titiones ordinat, vt longè paucioribus luculentum ignem ſtrueret, coactis qui ſe calefaciebant, longiùs, ne vererentur, abſiſtere.*

Toquixirus anteà dictus, ruſtico famulatus,

induſtriâque probatâ,

9 *Herus, homo vt inter agreſtes ſenſatus, eius hac aliſq; in rebus perfectâ ſagacitate, honeſtioribus eum miniſteriis adhibet: quæ ſtrenuè ac dexterè exequentem, denis millibus æris donat, hortaturq; vt arma potiùs tractare condiſcat; augurari enim ſe, ſecundiſſimâ eum fortunâ vſurum. Conſilium pro oraculo accepit: ac Meacum profectus, opulento primùm negotiatori operam locauit; dein viro nobili, qui Nobunangæ Imperatori erat perfamiliaris. Ab hoc iuſſus ſatagere, vt quæ ante ædes erat platea, munda identidem eſſet, ita ſedulò id accurauit, vt ab ipſo etiam Nobunangâ, iſthac tranſeunte, laudaretur.*

dein Nobili in vrbe regiâ:

B

innotuit Nobunangæ:

10 *Ita dein fors tulit, vt cùm venatu idem rediret Imperator, falco ab geſtantis manu famuli elapſus in altiſſimam arborem euolaret: cumq; magiſtri voce nil moueretur, intricatus vinculis ſuis ad ramos arboris creditus eſt. Toquixirum iubet herus arborem conſcendere, auemq; expedire. Paret hic eâ velocitate, vt ſimius videretur: ſumptoq; ab hoc facto, & quia phyſiognomia nequaquàm abludebat, agnomine,* Car *eum, quod cercopithecum ſignificat, deinceps appellarunt. Interea auis, motu adrepentis territa, in aliam auolat arborem. Torquixiro acclamat herus, eo ſpectaculo Nobunangam oblectaturus, vt ex arbore in ſubiectum lacum deſiliat, alteramq; conſcendat, ac volucrem apprehendat. Is ocyſſimè, ac volanti ſimilis deſilit, atque alteram conſcendit arborem, ita quoque celeriter, vt priùs eum in ſummum arboris euaſiſſe Nobunanga cerneret, quàm ex aquâ emerſum exiſtimaret. Prehenſam auem affert Imperatori: qui benignè hominem intuitus, cùm ex Oari, quod ipſius primum fuerat regnum, ortum didiciſſet, vltro eum in ſuum famulitium adſciſcit.*

ab eximiam celeritatem

ab eo in regiam vocatus,

C

11 *Non illicò, vt erat madidis veſtibus, in aulam immigrauit* Toquixirus, *ſed vno alteroue poſt die, redeunti itidem ab venatione in publicâ viâ occurrit, honeſtiore cultu, duobus accinctus gladiis, ab zonâ (Iaponum more) dependentibus. Recreatus hoc aſpectu Imperator,* Quinoxitam, *quod ſub arbore ſignificat, in primæ notitiæ memoriam, appellauit. Secutus in regiam* Quinoxita, *ita omnibus in rebus ſe geſſit, vt magnam breui apud Imperatorem ſibi gratiam conciliaret. Aſt hæc illi aulicorum (vt fit) inuidiam & odium peperit. Omnia circumſpiciunt, ſi quâ perdere hominem, aut notare infamiâ poſſint. Neque tandem deſuit obtrectationis materia. Sublatum querebatur veſtiarij regij Præfectus acinaceni magni pretij, vaginâ aureis lamellis affabrè ornatâ. Hic Quinoxitam æmuli criminantur, eâ cauſâ dies aliquot à regiâ abſuiſſe. Nobunanga, qui eum apprimè audacem cognorat, viſus eſt criminationi non omnino fidem detraxiſſe.*

& Quinoxita appellatus:

furti accuſatus ab æmulis,

12 Quinoxitam *clanculum admonet amicus, ni priùs in regiam veniat, quàm refutârit accuſationem; aditurum alioquin vitæ diſcrimen. Perculſus primùm eo nuntio eſt: dein ſollicitè diſquirere cœpit, quâ ratione inſontem ſe, vt erat, probaret. Cogitanti in mentem venit, peculatorem illum auro magis atque ornamentis vaginæ, vt iis diffractis ac venditis nummos ſibi pararet, quàm chalibeæ ſicæ inhiaſſe. Adit ergo primarij aurifabri officinam, quæritq; ex eo num aurum ha-*

adfurem deprehendit,

beat, quo egregium exornare acinacem poſſit. Promit faber, eius, quam diximus, vaginæ fragmentum. Quod illicò agnouit. AVCTORE I B.

D

Quinoxita, &, Vnde illud inquit, es nactus? Emi ait ab Regis domeſtico; & eum nominat. Caue, ait, ne id alienes: nam furto ſublectum eſt è veſtiario regio; ac fortaſſis à te repetetur.

13 *Rectà inde in regiam tendit, proditq; in Regis conſpectum: à quo interrogatus cur tres quatuorue dies abfuiſſet, intrepidè reſpondit: Quia enim ſuboluerat mihi, quid de me mei ſodales retuliſſent, in quo culpâ vacabam; quamq; non omnino fidem iis Veſtra Maieſtas non haluiſſet, quod meritò dolebam; venire in eius præſentiam auſus non ſum, donec furem deprehendiſſem. Nunc eo comperto, adſum vt rem omnem ediſſeram. Exin ſigillatim quid egerit, quid inuenerit, narrat. Mox iubetur ire & furi caput amputare. It, & caput præciſum manu vnâ, alterâ vaginæ regiæ penes eum repertum fragmentum, defert. Nobunanga indole ac ſolertiâ delectatus, nobilem ei præfecturam defert locorum quorumdam, vnde amplos perciperet prouentus: quibus auctus, ſtipatores, equos, famulos alere, armaq; & inſignia nobilitatis parare auſus; proximo, quod geſtum eſt, bello ita fortiter ac ſolerter ſe geſſit, ac ſi ætatem omnem militiæ exegiſſet. Dignitate noua atque opibus auctus, miſſus cum copiis eſt, vt Nangafamam, egregiè munitam arcem, oppugnaret, quam paucis diebus cepit, nuſquam non ipſe in omni congreſſu ac diſcrimine primus.*

ad Regem defertur.

& hoc iubente occidit:

præfecturâ quadam apte geſtâ,

in bello ſtrenuus, Nangafamam expugnat:

14 *Tandem aduersùs Moridonum Amanguci potentiſſimum Regem cum numeroſo exercitu miſſus, Nobunangam rogauit, vt nouo ſe nomine honeſtaret, quod terrorem incuteret hoſti poſſet: Lubens annuit Nobunanga, &* Faxibam Kicugen *appellauit, quod Iaponico ſermone* Alas ſupra ſiluam *ſignificat:* Mori *autem, quod Amanguciano nomen erat, ſiluam ſaltumue. Occiſo autem, vt retulimus, Nobunangâ, inducias cum hoc Moridono fecit* Faxiba, *Meacum exercitum duxit, imperium inuaſit,* Cambacundoni *ſibi nomen, ſiue* Quabacundoni, *dein* Taicoſamæ, *ſed aliquot poſt annis, ſumpſit.*

E

toti exercitui præficitur, Faxiba *appellatus:*

15 *Hæc ferè de Taicoſamæ ortu & ad ſummam dignitatem progreſſu, Solerius noſter hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Iaponiæ lib. 12 cap. 8. Quibus conſentanea ſunt quæ Ludouicus Froes Nangaſaco in Europam ſcripſit Kalendis Octobris an.* CIↃ ƆXCII. Neque enim ei (*Quabacondono, ſiue Taicoſamæ*) ſatis eſt, *inquit,* ad faſtigium omnis dignitatis conſcendiſſe, ex abiectiſſimo vitæ ſtatu, qui erat ſecare ligna, humeriſque ea in forum deferre, venumque exponere, vt haberet panem quotidianum, (quemadmodùm ipſe ſuo ore non ſemel confeſſus eſt) verùm etiam amplificatione regni, grauiſſimiſque bellis, conatur æternam relinquere apud omnes memoriam: *Ac poſt multa, denùd incidat,* ex infimo vitæ ſtatu ad ſummum dignitatis conſcendiſſe faſtigium.

ſolitus olim ligna venalia in vrbem portare.

F

§ II *Taicoſamæ regendi artes; tyrannicæ pleræque.*

16 *NVnc occupatam tyrannidem quibus artibus Faxiba ſtabilierit, in tantâ præſertim nobiliſſimorum fortiſſimorumq; Regum ac Principum multitudine, breuiter indicandum.* In vniuerſum, *vti libro antè à citato tradit Maffeius, Iaponum* acuta, ſagax, ac benè à naturâ informata gens eſt: iudicio, docilitate, memoriâ, non Eoismodò, ſed etiam Heſperiis nationibus antecellit: quæ res in ruſticis ac pueris liquidò cernitur. Illi vrbanos penè motes, vegetum ingenium, ac minimè agreſtem indolem præſeferunt. hi celeriùs multò quàm Europæi noſtri, Latinas & litteras & artes arripiunt. *Quid de eo igitur cenſeas, qui ingenitam ſagacitatem aulicâ tot annorum conuerſatione auerat, fortitudinem tot non prælijs ſolùm ſed victoriis corroborârat? Non planè fabo, licet immodicè, in litteris ad Luſitanum Indiæ Prætorem gloriatur, ſeſe ad regnum pacificandum,* fundamenti loco tres poſuiſſe virtutes, nempe comitatem affabilitatemque ſermonis in conſuetudine hominum, prudentiam conſideratam in rebus iudicandis, & egregiam animi fortitudinem &

Sagax (vt vulgò Laponij)

fortis.

AVCTORE I.B.

præstantiam. *Fuit sanè Imperator magnanimus ac felix: at prudentia in astutiam, calliditatem, perfidiam, & quæ alia tyrannorum vitia sunt, degenerauit.*

vastat.

17 *Cùm Tensæ regna, & quæ Nobunangæ fuerant, occupasset, retento apud se huius nepote puero, ne quis eius personâ ac nomine abuti ad res nouandas posset; Proceres omnes Meacum euocat, velut defuncto Principi magnificè parentaturus. Adfuêre pleriquè, nihil sinistri metuentes. vbi eos ita habuit in*

regna pleraque commutat,

potestate, regna singulorum ac prouincias sic commutat, vt qui Septemtrionales plagas tenuerant, ad Austrum transferret, ad Orientem qui occiduas, non facilè ignotorum populorum aut nouorum vicinorum viribus fisuros, ad vllam ineundam coniurationem. Hoc facto id assecutus est Faxiba, vt (*quod quarto eius imperij anno, Christi* CIↃIↃLXXXVI, *in Indiam ad Alexandrum Valignanum scribebat Ludouicus Froes*) pari facilitate, quâ quilibet paterfamilias in domesticos suos vtitur, hic potentissimis Iaponis Regibus imperitaret,

nihil insolescant Principes, cauet:

quos pro arbitratu suo nunc regno priuabat, nunc aliò habitatum mittebat, nunc in eorum dominatu omnia pro libito commutabat, maioris incrementi potentiæque ansam præcidens. *Et quidem, vt litteris anno sequenti in Europam Goâ datis testatur ipse Valignanus*, propter Principum mutationem, quæ Quabacundoni (*eum tunc sibi titulum sumpserat*) mandato in viginti prouinciis facta fuerat, turbæ aliquæ exortæ: *& paullo ante*, frequen-

B tes bellorum motus *ait extitisse*, quibus Nobunangâ è viuis sublato omnes ferè prouinciæ concussæ. *Sed hos ille motus celerrimè composuit. Neque deinde circùm Meacum,*

ideò exortos motus, sedat:

ad quinque dierum spatium, Ducem vllum aut Præfectum potentiâ vel industriâ clarum *reliquit, vti an.* CIↃIↃXCIV *scripsit P. Organtinus Soldus: sed* vicinorum regnorum

longiùs submouet claros Duces:

Dominos, transtulit in partes remotiores Iaponiæ. *Antiquissimam* Cubosamæ, *seu* Cubi, *dignitatem penitùs sustulit: quam posteà Daifusama, imperio in Xogun, siue Xogusamam filium translato, sibi denuò sumpsit.*

18 *Ne quos porrò illa auitarum prouinciarum commutatio, & ad ignotos populos regendos relegatio, irritaret; idem Faxibæ, iam* Quabacondonus *dictus, nouo sumptu, splendido in speciem, sed neque necessario, & graui admodùm, Prin-*

Principes adigit ad sumptus immodicos in ædificia, Osacæ,

cipum exhausit facultates. Coëgit enim omnes ipsi magnificum & ingens Osacæ palatium extruere, ac sibi singulos; prolatis quà Sacaium vrbs spectat ad quatuor millia passuum pomœriis, totidem quà Meacum. Ad multos menses sexaginta hominum millia in effodiendis nouæ arcis fossis, nullâ interpositâ morâ laborasse *scribuntur; cùm Magnates ipsi, vt ceteros continerent, operi præessent. Quia verò saxorum illic inopia est, imperatum Proceribus, ea vt etiam è remotis locis turarent: vnicæ vrbis Sacaij incolæ ducentas naues in singulos dies pendere cogebantur. Neu quid deesset tyrannicæ seueritatis,*

C si præfectorum architectorumque aliquis vel in minimo deliquisset, aut expectatam in promouendo opere industriam non adhibuisset, dignitate opibusque ereptis, exilio è vestigio plectebatur.

19 *Plura de his, qui cuncta coràm spectabat, Ludouicus Froës; qui & alibi* tria stupendæ prorsus magnitudinis

Meaci.

monumenta *eodem tempore molitum scribit:* primum, propugnaculum erat *in vrbe Meacensi*, non procul à Dairi palatio, Osacanæ machinæ structurâ & magnitudine non absimile, in quo, eodem tempore quo ad Osacanam molem tanta hominum multitudo occuparetur, sexaginta quoque hominum millia diurno nocturnoque opere exercebantur.... Alterum monumentum, palatium erat superbum ac magnificum. Regi Iaponis positum; quod antiquorum Iaponis Regum palatiis nec magnificentiâ cedebat, nec mole. Tertium erat ingens ac opulentum tem-

Fuximi:

plum in vrbe Nara. *Fuximi deinde, duabus ab Meaco leucis, & sibi magnificam condi arcem curauit, & Dynastas coëgit, vt circùm eam sibi ipsis splendidas ædes extruerent: breuiq; spatio temporis effecit, vt ea totius Iaponiæ maxima, elegantissima, locupletissima, munitissima vrbs esset.*

20 *At cùm bellum Sinense pararet* (*quod dubium est an illo regno potiundi spe, an Ximi insulæ populos ac Reges, quorum ad illud gerendum operâ præcipuè vtebatur, atterendi*

D *ab iisdem arces sibi extrui curat,*

conficiendiq; cupiditate, susceperit) *sed cùm illud pararet, non modò Nangoiæ, arcem sibi, lauti instar oppidi, ædificari instruiq;, & binas in Suscimâ Fukinoskimâque, Nangoiam inter ac Coraium sitis insulis, iussit, Præfectorum, qui administraturi bellum erant, studio, Ximanorum Regum sumptu; verùm (quod propè incredibile) quantum Meaco Nangoiam est iter, viginti videlicet dierum, noua totidem erigi sibi egregia palatia, in quibus quotidie pernoctaret, mandauit. Quæ omnia celerrimè peracta sunt, & eo quidem tempore quo bellum acerrimè parabatur. Eaq; oppressio Principibus populisq; planè intolerabilis fuit, cùm ipse de suo nihil impenderet.*

& zopalatia pro solo itineris.

21 *Aliæ præterea illi rationes fuêre, Proceribus funditus exhaustis, securitati consulendi suæ. Quia enim consuetudo est in Iaponiâ, vt clientes ac subditi dominis patroniisq;, anno in-*

firmos ab iisdem extorquet,

eunte, honorem ac reuerentiam tribuant; eam ipse aduersùm se obseruari consuetudinem mandauit; vt Principes omnes ac Reges, etiam è remotissimis prouinciis, ventitare ad Aulam, ac strenam deferre oporteret; extraq; ordinem, vt cuiq; latus, aut etiam aduersus, rerum suarum cursus erat, semper munere ei aliquo volendus. Quabacondonus, quo vel inuidia leniretur in prosperis, vel conciliaretur in aduersis fauor.

aliaq; dona:

22 *Cùm ita ceteros cogeret sua profundere, immensos ipse thesauros congerebat, partim alienis (vt dictum) largitionibus, partim solerti prouentuum administratione. Vasta ac ualida ædificârat in suis prouinciis horrea, in quæ fruges conderet*

thesauros congerit,

E *è propriis fundis collectas, idoneâ tempestate venum vel proponendas illic, vel aliò exportandas. Retulit aliquando nostris* Aydonus Simon, *qui ei erat à secretis, exsolâ oriz â, quam è fundis suis diuendi curaret, eum annuè nongenta millia Gochorum, siue decies centena millia aureorum nostratium conficere. Quid de ceteris reditibus sentiemus? quid de portoriis publicisq; vectigalibus?*

frugi æconomus,

23 *Neque aut ab auaritiæ notâ aberat, aut non se quandoque ad sordes plebeij quæstus abiiciebat. Circa Meacum quidem agros omnes ac prædia, è quorum prouentibus multa collegia Bonziorum, aliæq; quamplurimæ familiæ alebantur,* certâ mensurâ, *inquit Froes*, ac limitibus distingui separariq́ue iussit, ac in suum posteà vsum conuertit. *Idem alibi scribit, agricolas sub eo* in statu miserabili fuisse, *ceterosq; omnes, summæ ac infimæ conditionis, durissimo seruitutis iugo oppressos.* Boioni, *seu* Voioni, *vasa sunt quædam fictilia, in Philippinis insulis, vbi fiunt, exigui pretij; sed quod ad liquorem; qui* Cia *dicitur, &, è quâ is conficitur, herbam conseruandam percommoda sint, maximi apud Iaponios æstimantur, proq; lapidibus pretiosis habentur. Ratus ergo Taicosamâ ingens se lucrum esse facturum, duos in Philippinas ablegat, qui* Boionos *quotquot haberi possent, coëmerent: commercium minimè regium. Certior ab illis factus, negotiatores quosdam Iaponios, Christianos pleroſque, Manilâ Philippinarum primariâ vrbe, plurima in Iaponem vasa eiusmodi asportasse;*

sed auaritiâ infamis,

& tubpi monopolio:

F *in id operam intendit, vt ea omnia corraderet: eosq; qui illa comparârant, seuerissimè multauit, ac vel inde benè magnum thesaurum constauit: nam viros etiam primarios propterea Nangasaco Meacum vinctos adduci curauit.*

24 *Quid de illius ambitione, quid de cupiditate gloriæ dicam? Huc ille omnia referebat. Hæc eum præcipuè lues posteà impulit, vt eradicatam Christianam religionem vellet, vti infrà dicemus. Et fassus est ipsemet Societatis Iesu Patribus an.* CIↃIↃLXXXVI, *sese* solius nominis famæque immortalitate, quam rebus egregiè gestis parauerat, contentum, *deinceps belli impetum omnem in Coraium ac Sinas, à quibus tamen nullâ irritatus iniuriâ erat, conuertere vellet. Neque (quod mirum est) etsi omnibus displicebat ea expeditio, quisquam tamen fuit ex tanto Regum ac Principum numero, qui repugnare aut contradicere ausus sit. Neque verò ipse aut contradicentem vnquam ferebat, aut rationibus aurem accommodabat: sed, vt Iustus Vcondonus dicere de eo solebat,* volebat omnes suo modo & agere & loqui. *Quid, quòd Reges ac Principes, qui officij caussâ ad eum adibant, perinde ac priuatos aspernabatur? Quod eò durius illis erat, quia quo ortus loco esset non ignorabant:*

superbissimus.

neminem contradicentem patitur:

25 *Inter hæc vitia, non deerant quæ meritò laudare in eo posses.*

A *posses. Nam illud animaduersum est, post datam publicam fidem, neminem ex hostibus ab eo esse interfectum. Nobunangæ filium, eiusq; auunculum Nicabæ Regem, bello victos, coactosq; ad arcis, in quam se receperant, deditionem, regnis quidem,*
victis parcit: *quæ tenuerant, exuit, prouentibus tamen vnde se sustentarent, donauit, prohibitos tantùm regiam frequentare.*

26 *Verùm plerisque eius benefactis maiora ferè admista flagitia erant. Seditiones, iurgia, pugnas edictis repressérat: sed*
pugnas prohibet, *hæc ipsa crudeliter exequebatur, cùm non modò reos plecteret, sed, si fugâ lapsi essent, eorum cognatos; si nulli erant, seruos;*
sed innoxios plectit: *si neque hi, vicinos, magno subinde numero, si multi effugerant: atque ita innoxij plurimi agebantur in crucem, aliâve ratione trucidabantur. Rusticis (eamdem fortassis ob caussam) arma ademerat: sed eos ipsos, quorum operâ & opibus ferè sustentantur regna, ad summam inopiam redegerat, vt vix necessaria iis suppeterent ad tolerandam vitam.*
rusticos opprimit:

27 *Pellices nemini permittebat: eâque causâ & nobilissimum Bonzium proscripserat, & in ceteros se morte animaduersurum minatus erat, ni deinceps honestam ducerent vi-*
concubinas vetat, *tam: ipse autem in omnem effusus erat libidinem, atque incredibilem concubinarum numerum alebat. Milites Procereſq;*
ipse plurimas alit: *ipsos degere in otio non sinebat; ne fortassis inertiâ diffluerent:*
otiari milites non sinit, *at si vacatio à bellis erat, eos magnificis excitandis ædificiis, pro-*
sed operibus cõficit. *pugnaculis erigendis, veteribusue renouandis ac muniendis occupabat; ac propè seruilem in modum. Alia eius mista inui-*
B *cem decora ac probra enarrant, quæ ab anno* CIↃIↃLXXXII, *quo imperium inuasit, ad* CIↃIↃXCVIII, *quo decessit, missæ è Iapone litteræ, ac typis postea mandatæ fuerunt.*

§ III *Fauet rei Christianæ ad quinquennium Taicosama.*

28 *Christianos honorat:* HAc præditus indole Faxiba, *vbi imperium capessiuit, quòd Christianos, ac præsertim Societatis* IESV *homines, fideles erga Nobunangam extitisse nosset, honorificè habuit, vsuſq; libenter eorum operâ est; quoties adillum adibant nostri, benignè admissos, familiariter alloqui solitus, vti feciſſe Nobunangam meminerat. Quas vxor eius,* Quitano Mandocoro, *dein* Mandocorosama *appellata, in gynæceo suo habebat Christianas matronas, aduersùs illas tantam*
pias matronas reuerebatur: *ipse reuerentiam adhibuit, vt ne verbo quidem vllo leuiori pudorem earum vexaret, qui tamen cum mulieribus puellisq; Ethnicis, earum sodalibus, lasciuè admodùm conuersabatur: illas autem ad sacrificium Missæ intuendum itare, & cetera*
alios Christianos amat; *obire nostræ religionis munia patiebatur. Quin & famulos ac clientes suos gaudebat Christianis sacris initiari.*

29 *Iustum Vcondonum, cuius virtute patefactam sibi ad imperium viam, Aquechiò paricidâ feliciter oppresso, fatebatur, præ ceteris Proceribus vnicè diligebat, & frequenti sermo-*
præcipuè Iustum Vcondonũ, *ne eius prudentiam ac fortitudinem collaudabat, ac mirari se præcipuè in eo continentiam vitæq; puritatem aiebat. Hæc de*
C *eo differenti Princeps quidam, Vcondoni inimicus, interpellat,*
quæ contra obtrectatores defendit, *& vereri sese ait; ne fallatur Imperator, quando Vcondonum constaret, aliud moribus simulare, aliud animo reconditum gerere. At ille, Mentiris, inquit, scio Iustum non aliter sentire quàm viuat. At tu caue, ne de illo deinceps sic loquare. Quo tempore regna plurima, vti diximus; permutauit, & arces quæ circa Meacum atque Ozacam erant, in suam ditionem redegit; Iustum rogauit vt Tacaxukium castellum munitissimum, quod tenebat, sibi traderet, pollicitus se Christianis, qui illic &*
& cum eo ditionem cõmutat: *in subiecto districtu degebant, nihil inferri molestiæ passurum: ipsi verò Iusto alias tribuit terras, multò ampliores ac fertiliores, cum prouinciæ Acaxi gubernatione. Simoni quoque Tangandono, à quo itidem castellum sibi dari poposcerat, alia largitus in regno Minoënsi bona, magno Christianorum, qui in illis prouinciis degebant, solatio.*

30 *Equitatui præerat Condera Cambixoius Simon, rei maritimæ Augustinus Ecunocamindonus, Christianæ rei columina*
præcipua officia Christianu communit: *ambo, ambo ita Faxibæ cari, vt Augustinum ferè filij loco haberet: cuius parentem Ioachimum Ruizam (eum enim Augustini, antea ferociore præditi indole, subita post conuersionem modestia morumq; facilitas, Christo, vti & matrem Magdalenam, adiunxerat) portui Murensi atque Iniumoximæ in-*

sulæ, dein Sacaio præfecit: cui postea Benedictum filium subro- AVCTORE I.B.
gauit, patre supremo Ærarij Curatore constituto. D

31 *Ita Christianos ille ex virtute æstimabat, iisq; summa totius imperij officia committebat. Idola verò, vt res inanes ac vanas, despiciebat. Certè cùm Acaxi administratio Iusto Vcondono obtigisset, veriti deorum sacrificuli, ne vt in Tacaxukiensi districtu nobiles omnes ad Christi sacra attraxerat, idem & illic moliretur, præsenti ipsorum damno, deorum exitio; inito consilio, horum simulachra omnia Ozacam vehunt, ad Im-* *Bonzios de deorũ cultu sollicitos*
peratoris matrem ac coniugem, deorum cultui mirum quantùm addictas, porrectoq; supplice libello, obtestantur, vt exules deos gratiâ suâ apud Quabacondonum, ipsumúe Vcondonum, tueantur. Illæ spem eos bonam concipere, ac tantisper Imperatoris, expeditione tunc quapiam distenti, reditum præstolari iubent. Ozacam reuerso, causſam ipsæ diligenter exponunt, vtq; diis patrocinetur rogant. Ille vultu subirato, ita respondit:
repellit, *Equidem Acaxensis prouinciæ administrationem Iusto Vcondono commisi: ad cuius functionem pertinet, hac de re pro arbitratu suo statuere, nullo mihi in eius ditionem iure reseruato. Bonzij autem, qui huc vanissimos deos aduexêre, eosdem, si vi-*
& deos rideat: *debitur, vel humeris suis oneri subiectis asportent, aut in mare proiiciant, ipsi se à nostrâ præsentiâ quamprimùm subducant.*

32 *At Societatis Iesu Religiosos & videbat libenter, & familiari sermone excipiebat: neque fortassis abhorruisset à fide*
E *nostris familiaris,* *suscipiendâ, si tam facile duxisset, eius leges obseruare, quam assentiri mysterijs. Laurentius erat quidam è nostris Iaponius, humili loco natus, experſq; nostrarium litterarum, sed pius & in inculcandâ diuinâ fide industrius, vt eius potissimùm operâ vsus sit Deus ad Iusti Vcondoni eiusq; parentis Darij, Augustini quoque, & Ioachimi, aliorumq; illustrium virorum conuersionem. Huic aliquando Faxiba, cui viuente etiam Nobunangâ notus fuerat, Fierem, inquit, Christianus, si mihi rei vnius veniam dares. Capis quid velim; de mulieribus. Lau-* *faetetur se Christianum fore, si castè viuere posset:*
rentius, ioco intellecto, subridens ait: Dò verò libenter veniam. Esto Christianus. Nam si te mulieres secum ad inferos traxerint, at multis tamen causſa fueris, vt benè Christianam vitam viuant. Publicè item coràm Proceribus professus est, se religionem Christianam omnibus Iaponiorum sectis centuplò meliorem iudicare.

33 *Aliàs improuisus domum nostram Ozacæ visit; in quâ eum quanto potuit honore P. Gregorius Cespedius excepit, ac* *domum nostram visit:*
multa quærenti de Saluatoris nostri imagine, quam in templo viderat, idoneis responſis satisfecit. Priusquàm inde discederet, Scio, inquit, viros optimos vos esse, longeq; puriorem vitam agere quàm Bonzios. Quidquid religio vestra tradit, apprimè mihi probatur, præter caput vnicum de non ducendis pluribus simul vxoribus. Absque hoc esſet, Christianam & ego fidem complecterer.

34 *Habuerat Societas* IESV *Anzuquiamæ sub Nobunangâ domum, templum, seminarium. Eo interfecto, priusquàm* *Anzuquiamâ euersâ,*
F *in Aquechij manus vrbs veniret, celeriter & iuuentus omnis, quæ in seminario instituebatur, & templi domusq; supellex in insulam leucis aliquot inde distantem traducta. At postquàm direptis Nobunangæ thesauris, Meacum versùs reuertit tyrannus; secundus Nobunangæ filius, quem patris fratriſq; senioris calamitas de statu mentis deiecisse credebatur, palatio arciq; & vrbi splendidissimæ, quam pater tanto sumptu tot annis ædificârat ornarátq;, flammas subiecit. Seminarium inde Taca-* *dat nostris Ozacæ locum, etiam pro seminario:*
xukium translatum, Dario Vcondoni patre eius curam suſcipiente. Faxiba, vt Ozacæ, suâ in vrbe, domum, templum, seminarium ædificaremus, hortatus est, ac locum vltro donauit.

35 *Quantâ verò humanitate & significatione beneuolentiæ P. Gaſparem Coëllium, Societati nostræ in Iaponiâ Præpoſi-* *Prouincialem Societatis humaniſſimè excipit.*
tum, exceperit, paucis explicari non potest. Prolixè rem omnem executus est Ludouicus Froës, qui vnà aderat, atque ex eo ipſo. Asserebant aulici Christiani, quos ſolos adesse cum Iusto Vcondono iusserat, cæteris à se dimiſſis, nulli vnquam Regi tertiam honoris, quo nostros dignabatur, partem exhibuisse. Celebrem illum potum, qui Cia *dicitur, cùm propinari iuſſiſſet, regij generis matronis, ſed Christianis, ſcyphos tenentibus, hos ab iis acceptos ſuâ manu primùm P. Coëllio, dein ceteris ordine porrexit: deduxit eos ipſe per vniuerſum palatium; collaudans ſæpius pium eorum zelum, quo ſtimulante in Iaponiam venirent;*

AVCTORE I.B.

veniſſent, nihil aliud animo verſantes, quàm vt Dei immortalis honorem diuinæq; legis cultum propagando augerent.

A *& multa ſpondet pro bono religionis:*

Addebat, ſe quamprimùm mediam Iaponicæ ditionis partem ad Chriſti religionem ſuſcipiendam impulſurum: at regno Sinarum occupato (id enim tunc meditabatur) templa ad Dei cultum promouendum vbique erigenda curaturum, & incolas ad Chriſtianam fidem amplectendam coacturum.

dat ei ampliſſimum priuilegiũ.

36 *Dein ampliſſimum priuilegium dedit, quo cauebatur, primùm nobis vt liceret per omnem Iaponiam, nemine obſiſtente, Chriſti legem prædicare: tum templa noſtra ac collegia libera vt eſſent ab onere recipiendorum militum, quo Bonziorum domicilia cumprimis grauantur: poſtremò, vt, cùm Iaponij Dynaſtæ à ſubditis varia exigere munera, ſanè grauia, ſoleant, nos ab iis regiâ auctoritate immunes redderemur. Huius autem priuilegij duplex confecit exemplum, ſuâque manu ſignauit, vt vno in Iaponiâ vteremur, alterum in Europam mitteremus, quò Chriſtiani imperij Principibus innoteſceret, quàm cuperet ipſe veræ pietatis incrementum promouere.*

Magnum inde fidei incrementum.

37 *Ea Principis humanitas, vt ferè incredibilis viſa omnibus qui eum norant, ita ad fidei propagationem immenſum quoddam momentum attulit. Paſſim cœperunt homines & templa noſtra crebriùs frequentare, & concionibus intereſſe, tantâ auiditate, vt quater ſubinde dicere de rebus diuinis, frequentiſſimo confluente populo, die vno oporteret. Certè cùm anno* CIↃIↃLXXXI, *viuente Nobunangâ, circiter centum*

B *& quinquaginta millia Chriſtianorum in vniuerſâ Iapone cenſerentur, ſcripſit in Europam Goâ Alexander Valignanus anno Chriſti* CIↃIↃLXXXVII, *Faxibæ Quabacundoni quinto, fuiſſe tunc de noſtris in Iapone* CXXXV, *in* XXII *domicilia diſtributos, quibus ducentarum ferè eccleſiarum onus incumberet, cum curâ ducentorum circiter millium Chriſtianorum.*

§ IV *Mota ab Taicoſamâ an.* CIↃ IↃ LXXXVII *aduersùs Christianos perſecutio. Eius cauſſæ.*

38 HOc *fuit primum* Faxibæ *quinquennium, & ipſi fortunatum, & ſerendo regni cæleſtis Euangelio percommodum; quaſiq; ver quoddam Eccleſiæ Iaponicæ, cuius amœnitas fertilitaſq; ex æquo certauêre. Anno imperij ſui tertio,* Quabacundoni *ſibi, aut* Cambacundoni *nomen ſumpſit: id ſeptimo poſt anno in ſororis filium tranſtulit, cum onere regendi, dum ipſe bello Coraiano diſtineretur, Imperij; ac ſe tum* Taicoſamam *appellari iuſſit. Quo deinceps nomine vtemur, ne amphiboliam gignat nominum multiplicitas. Æſtas quædam ſecuta, quæ decem conſequentes annos tenuit, nunc æſtu torrida, nunc horrida tempeſtatibus, benignâ ſubinde ſerenitate. Mortuo Taicoſamâ, autumnum dicêres fructibus vberem, nec tamen pruinâ atque imbribus carentem. Bruma ſucceſſit poſtremis Daiſuſamæ annis, ſub filio ac nepote propè intolerabilis. Exorandus mitiorem auram Deus, ne penitùs conglacient animi, inidonei deinceps accipiendo ſemini fouendoq;.*

C *At ſi non fallit allatus in Europam ex Indiâ rumor, Toxoguſamæ nuper mortuo qui ſucceſſit filius, ſpem aliquam mitiorũ reginiinis oſtendit. Ad Taicoſamam reuertamur.*

anno 1587 perſecutionem mouet;

39 *Non defuêre præſagia imminentis perſecutionis, ſiue eâ diuinitus edita, ne incauti opprimerentur, ſiue laxatas ſibi ad noxam ianuas Inferi lætantes oſtentauêre. Anno certè* CIↃ-IↃLXXXVI, *terræ motus, qualis numquàm ab omni retro memoriâ, extitit. Sacaij ædes* LX *collapſæ: Meaci non paucæ, cum ingenti deorum delubro. Quidquid inter eas vrbes ſpatij eſt aſſiduo* XL *dierum tremore agitatum. Nagaſama oppidum erat mille circiter familiarum, in regno Vomi: medium dehiſcens terra abſorbuit, reliquum incendio hauſtum. Alia erat Nagaſama in Vocatâ prouinciâ, locus negotiatorum frequentiâ celebris: poſt dierum aliquot ſuccuſſionem, maris inſolito æſtu fluctibuſq; immodicis proſtratæ ædes, ac deinde omnia vnà cum habitatoribus in profundum rapta: ſola deiectæ arcis area reliqua fuit, maris ſpumâ adoperta. Arx alia regni Vomi munitiſſima, in cacumine montis ſita; dies aliquot contremuit, deinde vniuerſa intra terræ viſcera ſubſedit, ac palus quo ſteterat loco enata. Idem factum arce aliâ prouinciæ Ixeiæ. Horrendi*

cuius an. 1586 prognoſtica, terræ motus

& alia portenta.

locis multis patuêre hiatus, tam vaſti, vt ſchlopo excuſſa ferrea

D *pila ab orâ voraginis in aduerſam non pertingeret: tantus verò fœtor inde exhalabatur, vt procul viatores arceret. Concuſſum quoque Taicoſamæ palatium, haud tamen labefactatum eſt.*

40 *Anno inſequenti, Chriſti* CIↃIↃLXXXVII, *ſubitò commota perſecutio, nemine è noſtris quidquam tale metuente, etiam pridie eius diei quo ferali edicto proſcripti ſumus. Appulerat Firandum nauis Luſitana inuſitatæ magnitudinis. Actenſus ſpectandi ſtudio Taicoſama, poſtulat vt adduci Facatam noſtri procurent. Prouincialis Præpoſitus, qui Facatæ erat, Dominico Montero nauis gubernatori ſcribit, intereſſe plurimùm rei communis, vt Imperatoris voluntati faciat ſatis. Aduolat ille lembo Facatam: nihil æquè cupere ſeſe atque iuſſis Principis mandato parere, ait; verùm conduci illuc adeò vaſtam nauim, inter tot inſulas, breuibus ac vadoſis fretis ſparſas, non poſſe, abſque certo & nauis ipſius & mercium omnium diſcrimine. Acquieuit Imperator, & humaniter cum gubernatore noſtriſq, qui aderant, variis de rebus collocutus, à ſe ſub noctem dimiſit.*

24 Iulij 1587 cum Noſtris & Luſitanis familiariter locutus;

41 *Sumptâ cœnâ, cœpit de noſtris, vti ſolebat, honorificè ad ſuos loqui. Hic* Iacuinus *medicus, quem alij* Tucunum, *ac* Tocunum *vocant, homo vafer ac peruerſus, è ſectâ quæ inter Bonzios omnium flagitioſiſſima, Chriſtianam religionem ſibi ait videri, exiſtimationi & tranquillitati Imperij Iaponici noxiam, quæ ſacra euertat Camorum ac Fotocorum, quos deos*

E *poſtea inſtigante Iacuino impio medico,*

ſit omnis antiquitas venerata: Vcondonum id comiti maximè, vt ſubditos omnes ad eam complectendam aut vi cogat, aut illecebris pelliciat: ſenſim Regum, Principum, Nobilitatis, populiq, vniuerſi animos Patribus arctè deuinctum iri; flectendos ab iis in quam lubuerit partem. Iacuino hunc in modum orſo, non defuêre alij noſtræ religionis obtrectatores, vt ipſe tandem quoque Taicoſama aliquid ſibi contra eam elabi paſſus ſit. Malè alij templis deorum, alij Bonziorum familiis ominari. Iacuinus, ſimiles Vcondono eſſe Arimæ atque Omuræ Icatas; ita Reges vocant. Neminem in eorum ditionibus niſi per Deum Chriſtianorum iurare: nimium auctoritatis potentiæq; accreſcere hiſce nouorum ſacrorum buccinatoribus.

& alios.

42 *Quid multa? Subito furore inflammatus Imperator, denuntiari confeſtim Vcondono iubet, vel Chriſtum, (cuius ſub ſigna ac poteſtatem ſubiungere omnes hactenùs contenderit) ei è veſtigio abiurandum, vel deponendas quas gerat dignitates in regiâ ac prouinciis. Vcondonus, etſi non ignarus in quas ærumnas ſuos omnes ſecum inuoluêret, intrepidè tamen reſpondit, Chriſtianum eſſe ſe, ſemperq; id habuiſſe in votis, vt quæ ſibi Diuino munere affulſiſſet Euangelicæ legis notitia, eam cum clientibus communicaret. Si eum Imperator hac cauſſâ exuere honoribus ac bonis velit, libenter eam ſententiam ſubire.*

Iuſtum Vcondonum bonis exutum relegat:

43 *Alium ad Prouincialem Societatis ablegat Taicoſama, qui ſciſcitetur, cur Patres tanto ſtudio Iaponios ad noſtras leges amplectendas, vi etiam admotâ, compellant? Cur demoliantur Camorum ac Fotocorum delubra? cur Bonzios perpetuò inſectentur? cur equorum boumq; carnem edant, tam vtilium publico animalium? cur Luſitani Iaponica mancipia emant, & in exteras regiones deportent? Attonitus repentinâ*

F *de friuolis rebus expoſtulat cum P. Prouinciali,*

Imperatoris alienatione Prouincialis, reſpondet, Religioſos Societatis ex Europâ tantis impenſis, laboribus, periculis in Iaponiam venire, ad indigenarum curandam æternam ſalutem, cuius ſpes abſque Chriſti lege ſit nulla. Eadem lege prohiberi, ne vi quiſquam ad eam ſuſcipiendam cogatur: neque apparere quæ vis fieri Iaponiis, in patriâ, tantâ vtentibus libertate, eoq; acumine ingenij præditis, poſſit. Sed vim eſſe tamen magnam veritatis, quæ vbi intellectum contigerit, facilè voluntatem permoueat ad ea quæ recta ac ſancta traduntur, arripienda. Porrò cùm ab Camis ac Fotokis nihil offerri præſidij ad ſalutem videant Iaponij, multos templa eorum vel demoliri, vel æterni Dei cultui dedicare. Equinâ nec noſtros, nec Luſitanos; bubulâ hos, ac noſtros in eorum conuictu, veſci; paratos ab eâ quoque ſe abſtinere, ſi iuſſerit Imperator. Emere Luſitanos ab Iaponiis mancipia: idque noſtros vendentibus iuxtà atque ementibus diſſuadere fruſtrà conatos. Facilè id commercij genus edicto in maritimis vrbibus propoſito, coërceri per Præfectos regios poſſe.

qui appoſitè reſpondet:

44 *Nondum*

A 44 *Nondum hoc perlato ad Taicoſamam reſponſo, adeſt alius ab eo ſatelles, qui Patribus, Numini deprecando intentis, ſententiam aduersùs Vcondonum latam exhibeat. Geminauit hic nuntius ſollicitudinem eorum mœroremq;. Postero die, qui* *postridie in religionem Christianam inuectus,* *S. Iacobo Apoſtolo ſacer erat, inulta in Chriſti religionem inuectauit Taicoſama: eius præcones ſpecie æternæ poſt hanc vitam ſalutis prædicandæ, multitudinis ſibi animos conciliare, quos ad rebellandum aduersùs Tenſæ Dominum, cùm lubuerit, impellant: opprimendum ſe fuiſſe, ni prouidiſſet. Geſtire lætitiâ Ethnici quidam, applaudere eius fortunæ, extollere ſagacitatem. Ipſe, quia cauſſæ irarum, quàs per internuntium Prouinciali renuntiârat, friuolæ erant, publico decreto edicit, propterea quòd Iaponia regnum ſit Cami, fas non eſſe vt Chriſti* *ob ineptos prætextus,* *ibi religio toleretur; quando eius prædicatores, vbi eâ Iaponios imbuerint, templa Camorum Fotocorumq; euertant, ac leges Iaponicas peſſumdent: mandare ergo ſe, vt intra dies XX omnes Iaponiâ excedant; ne quis tamen interea dicto eos aut facto violet. Negauit Prouincialis, fieri poſſe, vt intra tantillum* *nostros proscribit,* *ſpatium edicto parerent; quandoquidem quæ Firandum appulerat nauis, non niſi intra ſemeſtre eſſet ſolutura, neque alia in ceteris portubus eſſet, quâ Indiam repeterent. Annuit Taicoſama, vt ſex menſes adhuc morarentur in Iapone, ſed Firandum omnes ſe conferrent, ibiq; nauigandi opportunitatem opperirentur.*

45 *Interea ſpatium datum eſt, & deliberandi quatenùs oporteret edicto obtemperare, & circumſpiciendi idonea ſul-*
B *ciendæ Chriſtianæ rei præſidia, ac latebras quoque, ſicubi iis vſus foret. Scripſit Prouincialis ad Proceres omnes, Ethnicos iuxta ac Chriſtianos, quoſcumque fauere rebus noſtris ſciebat:* *nemine auſo intercedere:* *nemo omnium fuit, qui patrocinium noſtri ſuſcipere apud Taicoſamam auderet; etſi ipſi Gentiles indignum, crudele, tyrannicum edictum dicerent. Gubernator Meacenſis, ac Taicoſamæ frater fauorem; quibus in rebus poſſent, addixêre. Pollicita eſt Mandocoroſama Auguſta, ſe maritum, vbi Ozacam rediſſet, vt edictum reſcindat deprecaturam. Alij opportunis conſiliis iuuêre. Interea ædes noſtras Meaci, Ozacæ, Sataij ſatellitibus ſuis tradidit Taicoſama, iurauitq; non quieturum ſe, donec Chriſtianos omnes vel ad gentilitia ſacra reuocaſſet, vel expuliſſet è vitâ.*

46 *Quam in edicto ſuo attulerat proſcriptionis cauſſam, quòd Iaponia regnum eſſet Chami, eam ſæpè locis variis ac temporibus repetiit. Alias palàm pronuntiauit,* Patres eſſe extra culpam, exilio cauſſam dediſſe quoſdam ab iis inſtitutos Chriſtianos, qui exiguâ prudentiâ & nimio feruore contenderent, omnes ſuos ſubditos adigere ad ſuſcipiendam Chriſtianam religionem .... quique multis perſuaſerant; non ſolùm vt ſacris noſtris initiarentur, verùm etiam vt idola Chamis & Fotoquis euerterent. Aliàs quoque (*inquit Froes in litteris ad Claudium Aquauiuam Societatis Ieſu Præpoſitum Generalem* XX *Octobr.* CIↃIↃXCV *datis*) cùm ageret prolixè cum ſuis familiaribus Ethnicis, & quibuſdam illorum opportunum videretur tempus, eum arctiori amoris vinculo ſibi deuinciendi, cœpêre eum per adulationem collaudare, quòd homines Societatis è Iaponiâ exturbaſſet; eſſe enim homines improbos, & impiam profiteri legem. Tum Taicoſama: Non fuit illa cauſſa, quam allegatis. Mihi enim nùmquàm aut Patres illi improbi viſi ſunt, aut lex eorum impia: imò ego affirmo, homines eſſe probos, & legem eorum bonam: ſed feci quòd eſſent exteri & peregrini, & lex illorum contraria eſſet Cami & Fotoki, quâ ſectas noſtras omneſque priſcas imperij noſtri cæremonias funditus euertebant, cum ludibrio & ignominiâ noſtrorum Chami. *Hæc ille.*

47 *Sed genuinæ proſcriptionis cauſſæ fuerunt, eius effrænata ac præceps ambitio, inſatiabilis libido, &, qui ſemper tyrannis adhæret, meliorum metus, interiùs aſſiduè animum illius ſtimulante, qui penitùs eum poſſederat, dæmone, exteriùs identidem inſtigante Iacuino, fœdiſſimarum eius cupiditatum adminiſtro. Cùm ergo, Nobunangæ exemplo, cogitaret ſtatuam ſuam inter Camorum (qui Heroes fuerant, inq; deos relati) ſimulacra collocare, ſacraq; ei conſtituere, & ad ea obeunda* *ſed cogitans ſtatuam ſuã adorandam proponere,* *populum compellere, (quod & teſtamento vt fieret mandauit) ſentiebat eam ſuperſtitionem annentiamq; exploſuros Chriſtianos. Ab iiſdem vituperari iam libidines ſuas norat. Nam* Avere RE I. B.
D *licet Ozacæ trecentas haberet concubinas, alibi etiam multas; curabat tamen per vniuerſam Iaponem, velut venatione quadam, puellas formâ præſtantes conquiri, & ad ſe, cuiuſcumque eſſent conditionis, adduci. Præcipuus eius hoc in genere aditor Iacuinus erat, quem diximus. Hic cùm Arimæ atque Omuræ & aliis Ximi locis Virgines Chriſtianas ſpecie commendabiles ſollicitaret, vt Imperatoris ſeſe voluntati accommodarent,* *& timens videri à Christianis,* *quorum filia nolebant eius libidini seruire.* *generosè ab iis repulſus eſt. Ea res ita illi vehementer ſtomachum mouit, vt has palàm minas iactârit: Quando ad eum morem Chriſtianæ puellæ inſtituuntur, vt doceantur etiam Tenſæ Domino morem non gerere, efficiam vt nullus in totâ Iapone reliquus Chriſtianus ſit, quiq; talem doctrinam adoleſcentiæ inſtillet.*

48 *Ad ipſum ergo reuerſus Taicoſamam, queritur ita illius proculcari à Chriſtianis auctoritatem, vt ne puellæ quidem, quæ ſemel Patrum doctrinam hauſerint, ad eius ſeruitium induci ſe patiantur. Quid ſi Vcondonus aliunde adconcitandam ſeditionem extulerit ſignum? Animaduerterat dudum Taicoſama, Chriſtianos, etſi moderatos præ ceteris, Regumq; ſuorum obſeruantes, inter ſeſe tamen caritate, ex ſuæ præſcripto religionis, maximè eſſe coniunctos. Vereri ergo cœpit ne non* *id exaggerante Iacuino,* *modò ſuæ laſciuiæ repugnarent, atque impotentem ſuperbiam auerſarentur, ſed tandem coniunctis inuicem viribus & hæc eius flagitia, & præſertim violentiam, innocentiumq; oppreſſionem, vlciſcerentur. Hæ illi & redigendi in ordinem, quem metuebat, Vcondonum, & proſcribendi Patres, & ceteros Principes Chriſtianos in Coraiani, ſi exequi deſtinata potuiſſet; transferendi, cauſſæ.* *eos veritus ſuæ tyrannidis vltores.*
E *prior opprimere ſtatuit.*

§ V *Patres Societatis contra Taicoſamæ edictum in Iapone manent. Mitigatur varias ob cauſſas perſecutio.*

49 C *Oëllius, Societatis Præpoſitus, ſuos omnes, latè per Iaponem ſparſos confeſtim Firandum euocat, niſi ſi quis, rebus maturè expenſis, deliteſcere ſecurè inter Chriſtianos ſe poſſe arbitraretur, præſertim in tractu Meacenſi, ac Bungi regno; domos verò ac templa (exportatâ priùs omni ſacrâ ſupellectile, & Chriſtianis commendatâ) inuadentibus Taicoſamæ miniſtris tradi vltro iubebat. Conuentus indicendi cauſſa erat, vt ſic obtemperâre edicto, iniquo licet, viderentur, itáque Taicoſamam placarent; ac collatis ſententiis quid in hac tantâ re, vnde Iaponis vniuerſæ ſalus pendebat, agendum eſſet, ſtatuerent.* *Patres Firandum conueniunt;*

50 *Plerique, quàm primùm licuit, adſuêre. Organtinius cum ſocio Ozacæ, alius in regno Bungenſi, ſubſtitit. Secuti abeuntes Meaco, qui in ſeminario erudiebantur adoleſcentes: nam hos cùm noſtri remittere ad parentes vellent, permouere non potuerunt, quin ad ominem fortunam adhærere, obfirmarent animos; præter duos fortaſſis treſue tenellos adhuc ætate. In conuentu porrò hæc decreta: Quando nemo Procerum interpellare tyrannum auderet, propitiandum ſedulò precibus, ſacrificiis, voluntariis afflictationibus Deum, vt illius animum emolliat: at mortem adeundam potiùs, quàm vt relinquatur, tanto petita ſtudio, tanto adita labore Iaponia; ne tot millia iam Chriſto adiuncta, vbi noſtros metu mortis cedentes viderint, leui momento à fide deſciſcant: animandos potiùs conſtantiæ exemplo; ſed operâ ita cautè adiuuandos, ne irritari Imperator poſſit, donec prodire in apertum certamen neceſſitas cogat. Ergo exhortationes haberi, catecheſin tradi; adminiſtrari ſacramenta in certis priuatorium ædibus, ſecretiſq; oratoriis, oportere, Eccleſiæ primitiuæ more. Deïn iuſſi omnes precationibus aliarumq; exercitiis virtutum comparare ad omnem euentum animos. Minimè enim dubium videri, quin vbi ſoluiſſe nauim, ac noſtros in Iapone manſiſſe Taicoſama inaudierit, in omnes ſit ſententiam mortis laturus.* *comitantibus aliquot seminariis,* F *statuunt non diſcedere è Iaponiâ,* *ſed occultæ functiones ſuas obire,* *& ſe ad mortem parare.*

51 *Is priuſquàm Facatâ diſcederet, primarias regnorum Arimæ & Omuræ arces euerti iuſſit, ne Chriſtiani, quorum ingentem eſſe in iis regnis numerum norat, iis occupatis ſe-*

tiarent

AVCTORE I.P.

tuerentur; tum & cruces deiici & templa subruti mandauit; vrbemq; Nangasacum suo præsidio teneri: quam deinde cùm negotiatorum frequentiâ locupletari, ac numero domorum mirum in modum ampliari cerneret, ratus luculentos inde prouentus percipi posse, Omurano Regi ereptam, sub suum redegit dominatum. Facatam obiêre Reges, Arimanus Protasius ac Sanctius Omuranus, deprecatum, ne vt cum rebellibus secum ageretur, qui primi Taicosamæ se imperio subiecissent. At nihil euicerunt: nedum caussam nostram, quod statuerant, agi tum vtiliter posse censuerunt. Sed celeriter reuersi domum, tyranni ministros, qui iam validissimum regni Omurani castellum euerterant, ac templa sex, cruceséq; aliquot, pecuniâ deliniuêre, ne vlteriùs ad dira mandata exequenda grassarentur.

extidium arcium suarum & templorũ

donis impediunt Reges Christiani,

52 Initio anni insequentis CIↃIↃLXXXVIII, cùm solutura è Iapone nauis esset, atque inducis à Taicosamâ datæ exirent; nostri, qui statuissent inde pedem non efferre, nauarcho suadent, ei vt renuntiet, cùm assatim & mercibus & turbâ nauticâ, sed omnino necessariâ, onusta sit nauis, non posse in eam tantum Religiosorum numerum recipi: aliquot se in præsenti euecturum, reliquos anno proximo. Et verò ne coargui mendacij posset, paucos, qui Macaum initiandi sacris ordinibus mittebantur, assumpsit. Vehementer Regibus ac Principibus Ximanis, Arimæ, Omuræ, Amacusæ aliisq; nostrorum probatum consilium est: eosq; in vrbes & castella sui iuris distributos, ipsi alendos accepêre. Emicuit præ ceteris Protasij animus, qui & LXX nostros & alumnos seminarij Meacensis XXV, sustentandos sibi sumpsit, & ditionum, quas de Saxumano recuperârat, incolas inbui fide Christianâ iussit, vt eo ipso anno ad bis mille in illis baptismo expiati sint. Dein Isafaio sororis filio ditionem, inter Arimæ & Omuræ regna sitam, quam Taicosama Riozogo cuidam attribuerat, recuperat, audaci incepto: verùm Ecunocamindoni Augustini, qui & mari Iaponico, & summæ rei in Ximo præfectus à Taicosamâ erat, vtrumque protexit auctoritas, culpâ in Riozogum reiectâ: cui tamen deinde restitui prouincia debuit cum quadam ipsius Arimani arce.

& nostros in suu terris aluit.

53 Erant Augustinus ac Simon Condeni, anteà Magister equitum, sed in bello Ximano exercitui haud modico præfectus, parati & ipsi bona vitamq; pro Christo exponere, si apertè impeterentur. Taicosama, qui primo cum Vcondono conflictu præter fortissimi prudentissimiq; Ducis iacturam, dedecus se haud exiguum retulisse sentiebat, aggredi eos ausus non est. Distinebat tamen publicis rebus, &, quoad poterat, procul ab regiâ, occupatos: at ne verbum quidem cum iis de fide vnquam commutauit. Neutri tamen, quanta merebantur, ipseq; vltro ob res in Ximo præclarè gestas promiserat, præmia largitus est: at Condenæ certè duo regna pollicitus, Buygense haud totum dedit, sed cum Regiâ tamen dignitate. Dissimulare ipsi iniuriam maluerunt, quàm vt penitùs semper à regiâ abesse cogerentur: cupiebant enim ita & rei Christianæ consulere, & præsertim, quid agendum esset, opportunè Prouincialem admonere. Augustinus autem in Iunodogimâ, suæ ditionis insulâ, Iusto Vcondono, & Dario eius parenti, atque vtriusque familiæ, commodas, at deuias, ædes, quasq; ad victum necessaria, assignauit, vti & P. Organtino, vt in agrum Meacensem commodè excurrere ac subuenire Christianis hic posset: insulæ Christianum Equitem Georgium præfecit, insitaq; circa portum commorari, & prohibere aditu extraneos, præsertim Gentiles.

Ducesi Christianos reuerebatur Taicosama, parum iis aquus:

54 Qui ad Taicosamam à Dominico Montero missus cum litteris erat Emmanuel Lupius Lusitanus, vt Facatam venit, ac discessisse eum inde comperit, sequi Ozacam instituit: vbi ei post aliquot demum menses reddidit Monteri litteras. His ille lectis, incredibili iracundiâ exarsit, & cunctos qui in Iaponiâ essent de Societate trucidaturum se comminatus, templa, quæ Meaci, Ozacæ, Sacaij habuerant, totius Iaponis elegantissima pulcherrimaq;, funditus excidi præcepit, ac sacella duo & viginti Meacum inter & Sacaium, quo tractu, longo XVIII leucas, vltra XXXV millia Christianorum degebant. Iunodogimam quoque insulam, gnarus isthic secessum Vcondono Patriq; Organtino esse, (quid enim non odorantur ac perueſtigant aulici illi canes, tyrannorum venatici assecłæ?) Augustino abstulit: ne tamen eum iniuriâ lacesseret, alias illi possessiones, multò ampliores, in Fingensi regno dedit.

multa templa euertit.

55 Cùm hæc Arimam perlata sunt, Cœllius Prouincialis vniuersam existimans peti Christianitatem, Patres qui in propinquo erant, ad se accitos consuluit, quid è re Diuini obsequij fore eo tempore videretur. Prouidendum cumprimis, ne Protasio Regi aliisq; Christianis Principibus, qui nostros in suis ditionibus retinuerant, periculum crearetur. Ego verò, inquit Protasius, felicem me puto, qui tot in meo regno Sacerdotes habeam. Id si Taicosamæ displicuerit, rationibus illi satisfaciam: si bellum mouerit, & ego ad arma decurram: nec dubito quin auxilium, vt aliàs, tam æquâ in caussâ mihi laturus sit Deus. Sin ei aliter visum erit, bona tamen ac vitam libens pro eius gloriâ profundam. Imò, quia seriùs ocyùs intelliget, me sedem vobis in meo regno, spernentem eius edicta, assignasse; si assentimini, vltro illi bellum denuntiabo. Abhorruêre ab hoc consilio nostri, ne non se solùm ac suos, sed omnes omnino Reges ac Principes Christianos in extremum periculum adduceret.

Regi Arimæ, ne bellum illi indicat, dissuadent nostri.

56 Censuit igitur Prouincialis, cedendum tantisper tempori, mutatoq; habitu, & habitatione, clausis ædibus nostris ac templis, in occulto Christianis ac Gentilibus impendendam operam: vt quærenti Taicosamæ respondere Principes possint, occlusa esse templa, conciones nullas haberi; si qui reliqui sint in Iaponiâ Sacerdotes, eos in priuatis domibus agere, neque diu loco vno morari, ac sæpius vestimentorum formam commutare, vt non facilè intercipi possint: ita amolituros Principes à se culpam. Sapienter ista suaderi cuncti censuerunt. Viginti qui adhuc scientius studebant, cum tribus Sacerdotibus, ad arcem Quiquiuam missi: Fuquiraum alumni LXXIII, cum Sacerdote vno ac tribus Magistris: Tirones decem, ac tres Sacerdotes ad arcem Asiam. Ceteri in varias oras dimissi.

& ne periculum illi & alius creent, cauent latendo.

57 XVII die Augusti appulêre naui Chinensi in Iaponem duo è Nostris, qui & nuntiarunt antequàm Macao soluerent, allatum nuntium, triduo pòst isthic adfuturos quatuor Legatos, qui Romano Pontifici consanguineorum Regum nomine obedientiam detulerant, vnaq; cum illis P. Alexandrum Valignanum. Missus Macaum est P. Melchior Mora, vt Valignanum ac Legatos edoceret, qui nunc Iaponiæ status esset; quò consultiùs statuere possent, maturandumne sibi iter in Iaponiam esset, an differendum, & quâ ratione adornandum.

Redeunt ex Europâ Legati.

58 Minimè constitutum est mihi omnia persequi momenta, quibus persecutio nunc intendi, mox remollescere identidem visa. Nam vt coorta post vehementem solis ardorem tempestas ita subinde parte vnâ cæli detonat, vt sint aliæ immunes, ac mox in eas incumbit, priore serenatâ; nunc cùm dissipata videtur, grauior exurgit; ita toto hoc decennio, quo Ecclesiam exagitauit Taicosama, nunc spes affulgebat breui placatum eum iri, nunc metus grauior ingruebat; vrbes quoque ac prouinciæ, nunc hæ, nunc illæ, vel tranquillitate fruebantur, vel nouis motibus percellebantur. Sed hæc ij perscribent qui vniuersam illius Ecclesiæ, nostræque Societatis historiam tractabunt. Nos ea solùm hîc exequi par est, quæ ad XXVI Crucifixos Martyres spectant. Illud tamen operæ pretium visum fuit explicare, (& hactenùs factum est) quis ille fuerit, qui mortem iis conciuit, quibus natalibus ac moribus, quâ caussâ modoq; mouerit persecutionem, cuius penultimo anno ipsi palmam retulêre. Sed hæc fortasis etiam prolixiùs dicta, quàm quidam lectores probabunt. Nam si plura quis volet, adeat quæ Hispanicè ab Ludouico Guzmanno, à Francisco Solerio Gallicè, Latinè ab Ioanne Hayo editæ sunt rerum Iaponicarum narrationes.

Varius tenor decennalis persecutionis.

59 Redeuntes in Iaponiam, quos diximus, Legatos comitabatur, aut potiùs reducebat Alexander Valignanus. Hunc Eduardus Menesius Indiæ Prorex Legatum suum dixit, deditq; ad Taicosamam litteras ac dona, cui & Religiosos Societatis commendauit. Legatus petito priùs commeatu, Nangasacum appulit die XXI Iulij an. CIↃIↃXC. Multa aduersùs eam legationem Imperatori, naturâ suspicioso, suggesta ab inimicis nostræ religionis, Iacuino præsertim, de quo anteà egimus. Admissa tamen est anno sequenti, suitq; omnium, quas Iaponij ad eum diem viderant, splendidissima; ac multum contulit ad mitigandam, si non penitùs discutiendam, persecutionem. Illud quoque hosti infernali, omnes admouenti contra eam machinas, euenit, quod dici solet, vt quos aliis tetenderat laqueos, iis ipse implicaretur. Dum enim apud Taicosamam in suspicionem adducitur Legatus, quia è Societate, totaq; legatio vt fictitia; suasum

ea paullùm mitigata legatione, P. Valignano ab India Prætore impositâ, splendidissimâ, sed suspectâ,

ideóq; retentis obſidibus explorată,

A *ſuaſum illi eſt, vt denos vicenoſue è Societate obſides tamdiu retineret, dum explorâſſet num quid lateret fraudis. Atque ita factum, quod noſtri præcipuè optabant, & magno mercari voluiſſent Chriſtiani, vt palàm in conſueto habitu deni retinerentur, ſacra facerent, ac verba de Diuinis rebus haberent, ſaltem ad Luſitanos liberrimè.*

diuinitus etiam punitis Europæis, qui eam ſuſpectarant:

60 *Neque Iapones ipſos latuit, pœnas repetiiſſe Deum ab Europæis quibuſdam, qui calumniæ de vanâ legatione, vel auctores vel comprobatores extiterant. Duo primùm negotiatores (alter Manilâ, è Peruuio alter Nangaſacum aduenerat, vterque non leuibus beneficiis obſtrictus Societati) dum non impetrant vt noſtrorum interuentu, quas Luſitanis iſthic pecunias debebant, eæ ne repeterentur, apud regios præfectos aſſerùere, (alter etiam apud ipſum Taicoſamam) totam eam à noſtris excogitatam legationem. Sed non multò pòſt vni maledicæ linguæ, vſus ſpecie quadam paralyſis ademptus eſt, morte poſt quatuor mentes inſecutâ, ad quam tamen piè obeundam adiutus à noſtris. Alter in cuiuſdam freti traiectu naui euerſâ interiit. Eadem vindicta Lupum de Liano, Legatum Proregis Philippinarum, oppreſſit. Is Peruuianum illum, (ſiue fidem habebat eius de nobis mendacijs, ſiue hac ratione gratiam inire ab aulicis volebat) Nangoiam deduxerat ad Taicoſamam: quem ille ſuis criminationibus vehementer in Luſitanos, ac noſtros præſertim, exacerbârat; magnâ Chriſtianorum Iaponum offenſione; è quibus* Findanocamindonus *Ixeiæ Rex, Nobunangæ gener, ſtupore perculſum ſe fuiſſe aiebat, cùm Chriſtianos à Chriſtianis accuſari audiret; & apud Gentiles. Verùm*

B *& mercator, & qui ei fauebat Lupus Legatus, ille quo diximus modo, hic dum repetit Philippinas, naufragio facto, in inſulâ quadam, perierunt.*

& Auguſtini in Coraiâ victoris.

61 *Iam & frequentibus colloquijs cum P. Ioanne Rodericio Legati interprete, affabilior in dies humaniorá; fiebat Taicoſama, & Iuſtum Vcondonium receperat in gratiam: ſed præcipuè Auguſtini rebus geſtis moueri videbatur, vt æquior Chriſtianis eſſet. Copijs aduerſùs Sinas ducendis quatuor Duces præfecerat, ſuo cuique aſſignato exercitu. Duo Chriſtiani erant, Auguſtinus & Damianus Caynocamus, Simonis Conderæ filiùs: habebat Auguſtinus ſecum Reges Arimæ, Omuræ, Ceuximæ, & Principem item Amacuræ, omnes Chriſtianos, ac militum viginti millia. Cumá; ab Taicoſamâ iuſſus eſſet primum in hoſtes impetum facere, ceteri in Ceuximâ inſulâ ſucceſſum præſtolari, neque niſi ad Auguſtini nutum progredi; ipſe vrbibus captis, fuſis exercitibus, Rege fugato, Coraiam omnem redegerat in poteſtatem. Dubium tamen fuit, magis exultaret victoriâ Taicoſama, an virtutem Auguſtini reformidaret. Interea Chriſtianos fructus aliquis publicæ tranquillitatis retreabat, ſed & multos metus angebat, ne Taicoſama, quod facturum iactârat, optimos ipſorum Reges regnare deinceps in Coraiâ cogeret, auitis ſpoliatos bonis. At perquàm malignè exercitibus annonam ſuppeditabat, abductis etiam, ne prouidere ſibi poſſent, nauibus: quaſi confici iſthic ærumnis ac laboribus peroptaret. Et verò perierunt ſupra L millia hominum, quingentæ naues.*

C

§ VI *B. Petri Baptiſtæ, aliorumque PP. Minorum in Iaponiam aduentus, in eâ commoratio, publica prædicatio.*

Patres Societatis tempore perſecutionis multos conuertunt,

62 *Propiùs ad Martyres accedimus. Priuſquàm, eo modo, quem iam dicemus, exaſperaretur perſecutio, hoc ſtatu Chriſtiana res erat, vt ſi paullò placabilior Taicoſama fieret, ſpes foret gentem vniuerſam ad noſtra ſacra tranſituram. Ab Octobri certè anni* CIↃIↃLXXXIX *ad Octobrem anni inſequentis,* XX *millia quingenti ſeptuaginta Chriſto nomina dederunt, maturæ omnes ætatis, (non annumeratis infantibus) inq; iis Dynaſtæ ac præcipui quique: vti Petrus Martinius, qui deinde Iaponiæ Epiſcopus fuit, Goâ in Europam ſcripſit. Annis* CIↃIↃXCI *&* CIↃIↃXCII *ſupra* XII *millia ſacris æquis luſtrati. Iam ſub Chriſti ſignis præter Auguſtinum, Iuſtum Vcondonium, Simonem Conderam, merebant Reges, Arimæ, Omuræ, Iugæ, Zeuximæ Damianus idemq; Auguſtini gener, Ludouicus* II *Goti, Damianus Caynocami Bugenſis, Findano-*

camindonus Nobunangæ gener Ixeiæ, Paulus Tozzæ, Araquius Bomi, Conſtantinus Bungi, haud tamen par conſtantiâ Franciſco parenti, aliiq; ac liberi Principes plurimi. Eò enim noſtri a principio operam contulerunt, vt Nobilitatem primùm lucrarentur Chriſto, plebe haud difficulter ſecuturâ, vti euenit.

AVCTORE I.B.

D *præcipuè Nobiles:*

63 *Iam & Societatis nomen, quò nondum adieramus, percrebreſcebat, in vltimis Iaponiæ oris, ipſius etiâ beneficio perſecutionis, dum noſtram notant ac demirantur conſtantiam, in tot ærumnis animarum cauſâ hilariter perferendis: vltroq; expetebamur. Denique, vt in quadam epiſtolâ ſcribit Froës,* Deo propitio vbique in omnibus Iaponiæ partibus, etiam apud ipſos Ethnicos, in tanto pretio & exiſtimatione erat Lex noſtra ſanctiſſima, vt vix eſſent qui de eâ perperàm, vt olim, loquerentur; ſed (quod meritò magni fiebat) omnes lætarentur, ſe nunc libentiſſimè audire, quæ antè deteſtabantur. Et cùm omnes Chriſtiani eſſent ferè viri principes, nomen Chriſtianorum non modò ſalutiferum, ſed etiam honorificum eſſe cœperat. *Ita tunc ille. Ipſi vrbium Præſides, atque Aulæ quoque Præfecti, & alij magiſtratus Gentiles, mirificè fauebant. Reginæ aliæq; illuſtres fœminæ permultæ ſuſceperant baptiſmum, plures in eum propendebant.*

expetuntur variis ex locis,

& libenter audiuntur:

ſibi fauentes habent Magnates Ethnicos:

64 *Cauebant tamen ſollicitè noſtri, vt abſque ſtrepitu, quod dicitur, Chriſti negotium agerent, qui noſſent quàm eſſet ferocia Taicoſamæ Iaponiis formidabilis. Id vnum Auguſtinus identidem ſuadebat, & coràm, cùm noſtros alloquebatur, & litteris è Coraiâ miſſis, vt moderaremur zelo noſtro; ſecuriùs in tempeſtate nauigari contractis paullùm velis. Idem inculcabat Genifoin Meacenſis Prorex Aulæq; Taicoſamæ Præfectus, cuius ſæpius infrà mentio fiet. Gibonoſcius quoque vrbis Meacenſis Gubernator, & ipſe intimus Taicoſamæ, crebrò per litteras aut internuntios ſauorem ſuum addicebat, modò ne quid publicè turbaremus.*

cauent nè nimio feruore offendant,

E *conſilio Procerum Chriſtianorum, & Ethnicorum:*

remittente paullùm perſecutione,

65 *Hinc illud euenit, quod anno* CIↃIↃXCVI *Froës ſcribit:* Quamuis perſecutio noſtrorum, *inquit*, totos hos decem annos ſuum curſum tenuerit, tamen à tribus quatuorúe annis, quibus langueſcere cœpit, res Chriſtiana, Diuinâ opulante gratiâ, ſemper vberiorem habuit progreſſum, Taicique & aliorum aduerſariorum animus in Societatis homines æquior extitit. Ac ſuperiore quidem anno, ſupra omnem ſpem humanam, huc vſque tantus fuit nobilium illuſtriumque hominum, cùm Meaci tum Ozacæ, (quæ vrbes ſunt totius Iaponiæ facilè principes, omniſque nobilitatis domicilia) ad audiendam legem noſtram concurſus, vt omnes, quotquot viderunt audieruntúe, obſtupeſcerent. Nobiles enim hi Domini, ſimul atque ſacro lauacro capita ſubieciſſent, omnibus ſuis amicis & notis auctores fuêre, vt ſimiliter facerent: vnde tanta hominum turba ad nos confluxit, vt Fratres noſtri, cùm diurnis ſermonibus nocturnos addere coguntur, viribus deficiantur. *Hinc paſſim reſtituebantur quæ deiectæ fuerant eccleſiæ, & nouæ edificabantur.*

plurimos conuertunt:

F

66 *Hîc res interuenit, quæ, ſi tempora alia extitiſſent, mirificè amplificare Eccleſiam Iaponicam potuiſſet; at nunc in maximum eam adduxit diſcrimen. Erant noſtri circiter* CXXXIV, *Sacerdotes* XLVI, *nondum ſacerdotio initiati tum Iaponij tum Europæi* LXXXVIII. *Præter hos, facilè ſexcenti ſub noſtrorum diſciplina degebant, quorum alij inſtruendis rudibus vtilem conferebant operam, alij litterarum ſtudiis informabantur, breui & ipſi auxilium laturi ad conuerſionem animarum, eò opportunius, quò linguâ vernaculâ, moribuſq; & formâ corporis, facilius ſibi gentiles ſuos erant conciliaturi. Aduenêre ipſo tempore auxiliares manipuli, egregij illi quidem ſi ſanctimoniam vitæ ſpectes, ac doctrinam, minùs tamen tam perplexis Iaponiæ rebus, aut neceſſarij, aut vtiles, religioſiſſimi aliquot ordinis S. Franciſci Patres, è Philippinis inſulis, quæ Hiſpanorum ditioni parent, profecti.*

quot tum fuerint

quot adiutores è

PP. Franciſcani ex Philippinis aduenium,

67 *Quæ eos cauſſa excierit, quærere conſultò hîc nolo. Præcipuè ipſorum zelus fuit; quo inflammati à Prorege Gumeſindo Petreio, militiæ S. Iacobi Equite, impoſitam ſuſcepêre, ſi non vltrò captauêre, legationem, haud omnino fortè neceſſariam. Occaſio præbita ab Farandâ Queymone & Faxegaua, homi-*

legationis prætextu,

AVCTORE I. B

hominibus Iaponiis, callidis veteratoribus, qui vltro Taicosamæ fidem fecerant fore, vt leui negotio Luzoniam (ita præcipuam insularum Philippinarum, in quâ Manila vrbs, appellant) aut subiiceret sibi, aut certè faceret vectigalem: eumq;, & Hispanum earum insularum Prætorem, mandatis ac responsis vltro citroq; perferendis, ac fallaciter interpretandis, circumuenerunt; capite luituri supplicium, si Tyranno vel leuiter fraus innotuisset. Sincerior Hispanus ac generosior, quàm necesse esset, aut rei Christianæ in Iaponiâ vtile. Non erant Faranda & Faxegana, idonei ad tantam rem Legati, vt eludi dissimulatione aliquâ facilè posset. Hocq; vt fieret, ne quid damni religioni conficeretur, obtestabatur Manilani collegij Societatis Rector, à Macaënsibus admonitus. Maluit Prætor legationem mittere, primùm eam, in quâ, vt diximus, Lupus de Liano *cum* Ioanne Cobo *Sacerdote, adornatæ contra nostros calumniæ patrocinatus: dein aliam, quâ, præter Petrum quemdam Gonsaluium, functus è S. Francisci ordine,* Petrus Baptista: *à quo comites adsciti* Bartholomæus Rudericius, Franciscus de S. Michaële, Gonsaluus Garcia: *nam sibi patefactum iri hoc pacto in Iaponiam aditum, ad amplissimam animarum messem, sperabat.*

inuitatis à Iaponiis fraudulentis:

Patribus Societatis dissuadentibus,

68 *Obnuntiarunt palàm nostri qui Manilæ erant, quippe Gregorij* XIII *grauissimâ constitutione sancitum, ne quis præter Societatem* IESV *in Iaponiam Euangelij prædicandi causâ proficisceretur. Quamquàm nostros magis præsens periculum mouebat: quod fortassis etiam præsagierat sanctissimus Pontifex; cuius Breue,* XXVIII *Ianuarij, anno Christi* CIↃIↃLXXXV, *pontificatus sui* XIII *datum, recitat Ludouicus Guzmanus, sed Hispanicè versum, cap.* 1 *Tractatus ad historiam Iaponicam adiecti. Meminit eiusdem Constitutionis Henricus Spondanus Apamiarum Episcopus to.* 3 *Continuationis Annalium Ecclesiast. ad an.* CIↃIↃC, *nu.* XXV *his verbis:* Postquàm fides Christi annuntiari Iaponibus cœpisset, Gregorius XIII considerans id ministerio & operâ Religiosorum Societatis IESV factum fuisse, hac aliisque caussis motus, sub grauibus pœnis prohibuit, ne qui cuiuscumque gradus, conditionis, ordinis, tam seculares quàm regulares, ad prouincias Iaponicas Euangelij prædicandi, vel doctrinam Christianam docendi, aut Sacramenta ministrandi, aliaúe munia Ecclesiastica obeundi caussâ, sine suâ & Sedis Apostolicæ expressâ licentiâ proficisci auderent. *Confirmauit hanc Gregorij Constitutionem, Breui suo insertam, Clemens* VIII, *die* XIV *Martij, an.* CIↃIↃXCVII, *pontificatus sui* VI. *Philippus* II *Rex Catholicus iam antè Prætori Indico mandârat, vt eamdem Gregorij constitutionem obseruari curaret. Tradit tamen Spondanus, eumdem Clementem* VIII, *aliis quoque Religiosis eò proficiscendi, ad fidem Christi propagandam, potestatem fecisse; sed anno primùm* CIↃIↃC, *& cum absolutâ prohibitione, ne qui ex insulis Philippinis, siue qualibet aliâ Indiarum Occidentalium parte, ad prædictas Orientales, ad ea præstanda, transire auderent.*

& diploma Pontificiũ apponentibus,

B

C

quod pòst reuocatum,

69 *Fruſtrà fuêre, quæ ad interturbandam eam PP. Franciscanorum expeditionem Manilæ prolata tunc sunt à Nostris. Vicit omnia zelus ipsorum, Prætorisq; auctoritas: satis tum excusari cetera obtentu legationis visa. Barezzus scriptor quartæ partis Chronicorum ordinis Minorum lib.*10 *cap.*59 *tergiuersatum aliquamdiu ait B. Petrum Baptistam in admittendâ legatione, ne contra sanctionem pontificiam faceret: verùm consultos viros eruditos ex aliis ordinibus, ac seculares, censuisse, non videri eâ sanctione vetitam eiusmodi legationem, quæ ad publicum insularum Philippinarum bonum pertineret; cumq; Sixtus* V *Breui Apostolico potestatem Minoribus fecisset in omnibus Occidentalium Indiarum prouinciis Euangelium prædicandi, haud obscurè decessoris sui legi derogasse, quando in confesso esset Iaponem ad occiduas Indias spectare. Quid cùm (quod asseuerabat Faranda) maximoperè cuperet Taicosama eos videre, quorum iam inaudisset sanctitatem vitæ, ac præsertim voluntariam paupertatem contemptumq; rerum terrenarum; an ea negligenda occasio, illum Christianis magis conciliandi?*

tunc æquitatis titulo explicatum & dissuasum,

cum spe conciliandi Taicosamæ:

70 *Amplificat ista Ioannes Blancones, qui Barezzi Chronica Gallicè, haud optimâ fide, interpretatus est: nam & Patres Minores ait* (quòd nec bona nec reditus admittant, victu solo & amictu contenti, vt homines verè Apostolici) præ Iesuitis in Iaponiâ receptum iri, *dixisse Farandam. Quæ omnia absunt à Barezzi Italicâ editione: vti & quod ait Blancones, indultum Breue illud Iesuitis à Gregorio* XIII, quòd in mundanis sapientes magis quàm ceteri essent. *Deinde quod ait auctor* F. Petrum maluisse legatum esse Christi in conuersione animarum, quàm vrbis Manilæ in conseruatione corporum; *id ipse reddit,* maluisse, esse Christi legatum in conuersione animarum, quàm vrbis Manilæ in conuersione corporum, vti esse volunt dicti Patres: *Societatis nimirùm. Quorsum illa adiecta inuidiosa comparatio? aut quæ* conuersio corporum, *quàm spectare nostros ait? Arbitror cupiditate accelerandi operis, non satis expendisse quid scriberet, vti cùm ex facultate à Sixto* V *factâ Minoribus, in Indiis occiduis prædicandi, cùm ad eas spectent* Philippinæ, *ait argumentatos Manilanos, ius quoque indultum Iaponiam adeundi. Quæ illa consequentia est? Quantò liquidiùs Barezzus?*

D

quæ à quodam negligenti Scriptore in inuidiam Societatis falsò exaggerata.

71 *Porrò doctorum virorum, quæ retulimus, responsis confirmati sancti illi Patres, omnis legationis capessiêre. Illud certè quidem, de Iaponiâ ad Occiduas-Indias referendâ, vtcumque fluolum erat. Sola legatio, publici boni caussâ suscepta, potuit fortassè censeri neutiquam voluntati Pontificis repugnare. Soluerunt ergo Manilâ sub exitum Maij, anni* CIↃIↃXCIII, *cum Petro Gonsaluio,* F. Petrus Baptista, *insigni vir doctrinâ, sanctimoniâ vitæ, ac prudentiâ,* F. Bartholomæus Rodericius, F. Franciscus de S. Michaële, *siue de Parilla,* F. Gonsaluus Garsia. *Cùm Firandum appulissent, misit P. Petrus Gomius nostrorum in Iapone Præpositus, qui eos salutaret, eduliisq; recrearet, & omne caritatis officium deferret: à ceteris iussit, si ad eos diuertissent, omni obseruantiâ atque humanitate religiosâ coli. Benignè excepti Nangoiæ à Taicosamâ, cui & dona à Prætore missa obtulêre. Eo deinde annuente, vt Meacum & Ozacam viserent, libros à P. Gomio petiêre, quorum præsidio linguam addiscerent, quam solus Garsia callebat. Gomius iis Nangazaco Grammaticam ac Dictionarium misit, tum faciles quosdam Dialogos, Modum confitendi, & alios quosdam libros, tum Iaponicos tum Lusitanicos.*

discedunt Manilâ PP. Franciscani an. 1593.

E

appellunt Firandum: salutantur à PP. Societatis: ituri Meacum, petunt ab iis libros:

72 *Reuerso Fuximum Taicosamâ, obtinuêre Meaci ædificandi domicilij locum, edicente tamen etiam atque etiam Gubernatore, abstinerent ab habendis concionibus, aut cogendis conuenticulis. Hìc illi domum atque ecclesiam construxerunt, titulo* S. Mariæ de Portiunculâ; *in quâ primùm sacra celebrauêre festo S. Francisci* CIↃIↃXCIV, *ibiq; conciones Dominicis ac festis diebus habere instituerunt. Monuerunt eos amici quidam, etiam Gentiles, rem periculi plenam videri, cùm tam propè abesset Taicosama. Ipse eorum hospes Faxegana, & qui in Iaponem eos deduxerat Faranda Queymon, veriti ne fortunis ac capitibus suis periculum, vbi id Imperator resciisset, crearetur, vltro rem ad Gibonoscium Gubernatorem detulêre. Questus hic est, eos consilio suo non paruisse, quod sanè, inquit, imperium interpretari debuissent: iteruma; edixit, templum clauderent, operirent altare, conuentum populi ne haberent. Erat is Ethnicus quidem, sed erga Christianos humanus. Exploraturus deinde Imperatoris animum, Vereor, ait, ne Excalceati illi Religiosi, qui se Legatos ferunt Gubernatoris Luzoniæ, Christianam legem prædicent, tinganta; homines baptismo, vt alij prius. Cauerint, si sapiunt, ait iracundâ voce Taicosama: alioquin de iis supplicium sumam, ad omnem memoriam terribile.*

constituunt Meaci ecclesiam:

in eâ prædicant,

F

malè iis metuente Gubernatore,

extrema minante Taicosamâ.

73 *Impunè ædificatâ Meaci æde, alij aduenêre Manilâ eiusdem instituti Religiosi,* F. Augustinus Rodericius, F. Marcellus Ribadeneira, F. Hieronymus de Iesu. *Quo accepto supplemento, Petrus Baptista secundum cœnobium ædificat Ozacæ, quod* Bethlehem *appellauit. Dein Nangazacum cum* F. *Hieronymo proficiscitur: vbi* XX *dies nostrorum vsi hospitio, ad ædiculam postèa S. Lazari, extra vrbem sitam, secedunt, ibiq; sacra palàm faciunt, & conciones habent. Terazaua Præfectus, qui Nangoiæ tunc erat, vbi id ex Vicarij sui litteris didicit, Christianorum omnium, qui ad ea sacra & conciones accederent, describi nomina imperauit, minatus se omnibus mortem allaturum. Edicit illicò per præconem Vicarius, ne quis istuc ob ea ventitet. Meacum profectus Terazaua, req; cum Gueniſoin*

adueniunt alij:

ædificant Ozacæ: Nangazaki prædicant,

sed, turbato conatu, redeunt Meacum:

A *Guenifoin Aulæ Præfecto collatâ, Vicario reſcripſit, vt dictos religioſos ex omnibus iuriſdictionis ſuæ locis expelleret. Obtulit ius domum noſtram P. Gomius Viceprouincialis: illi Meacum reuerti malucrunt. Aduenêre dein Manilâ* F. Franciſcus Blancus, *&* F. Martinus de Aſcenſione, *aliàs* de Aguirre *dictus: demum* F. Philippus de Ieſu, *qui &* de las Caſas, *&* F. Ioannes, Pauper *dictus, ſiue* Zamorenſis.

iterum veniunt alij.

74 *Veniam oro ſanctos Martyres, quòd non operoſiùs ſingula eorum acta perſequor. Neque ea fortaſſis, quæ obiter ſcripſi, quorumdam vitabunt reprehenſionem: ſatis eſt ſi ipſi probent. Ad martyrium propero, cuius quia lauream adipiſci, non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei, ideò non ſunt ſemper omnia quæ præceſſerunt, aut ad illud viam ſtrauerunt, ad humanæ prudentiæ libellam exigenda: quandoquidem vel illud maximè cum eâ pugnare primâ fronte videri poſſit, quod primum Chriſtus inculcat, vt qui ad Regum Præſidumq; tribunalia, propter ipſius nomen, pertrahentur, ne præmeditentur quidem, quid reſponſuri ſint. Fatetur certè inferiùs in hiſtoriâ martyrij, cap. 4 ſcriptor grauiſſimus, iactum fuiſſe, eorum vel aduentu, vel commoratione, vel nimium celebri prædicatione,* modicum diſcordiæ ſemen, quod poterat magnum adferre Eccleſiæ *illi* detrimentum. *Hinc illa glorioſi Martyris* F. Petri Baptiſtæ *ad Ioannem Rodericium Noſtrum, pridie martyrij, plena ſanctiſſimæ ſubmiſſionis oratio:* Itaque meorum ſociorum nomine, vti eorum Superior, ab hac horâ rogo P. Viceprouincialem, & reliquos de Societate, ex toto corde, vt nobis condonent moleſtias, quibus eos affecimus. *Rodericius verò, vt idem ſubiicit hiſtoricus,* excuſans piam eorum mentem & ſcopum, ſimiliter ex parte Societatis veniam petiit à F. Petro, ſi fortè aliquâ in re ab eâ offenſus fuiſſet. *Planè vt mihi videantur, quæ S. Auguſtinus ep. 48 ad Vincentium Cartennenſem Rogatianæ factionis Epiſcopum ſcribit, vtcumque ad hoc propoſitum poſſe accommodari:* Cyprianus, aut non ſenſit omnino quod eum ſenſiſſe recitatis; aut hoc poſteà correxit in regulâ caritatis; aut hunc quaſi næuum ſui candidiſſimi pectoris cooperuit vbere caritatis, dum vnitatem Eccleſiæ toto orbe creſcentis & copioſiſſimè defendit, & perſeuerantiſſimè tenuit vinculum pacis. Scriptum eſt enim: Caritas cooperit multitudinem peccatorum. Accęſſit huc etiam, quòd tamquàm ſarmentum fructuoſiſſimum, ſi quid in eo fuerat emendandum, purgauit Pater falce paſſionis. Sarmentum autem, ait Dominus, quod in me facit fructum, purgat illud Pater meus, vt maiorem fructum afferat. Vnde? niſi quia hærens in diffuſione vitis, radicem non deſeruit vnitatis?

Cur non ſigillatim hic omnia narrentur?

1 Petr. 4. 8

Ioan. 15. 2

Aliquid offenſionis fuit,

ſed abſterſum mutuâ ſubmiſſione,

B

§ VII. Hiſtoria martyrij XXVI *Crucifixorum ſummâ fide conſcripta.*

C 75 *SEquitur martyrium illuſtre ac ſplendidum, in quo ſola dignitas ac decus Deique gloria, elucet; nihil inſinceræ intentionis, nihil dubij reſpectus immiſtum. Id litteris tradidit, qui extremum certaminis, ipſum nempe Crucis triumphum ſpectare potuit Ludouicus Froës: quem Georgius Cardoſus in Notis ad Martyrologium Luſitan.* teſtem oculatum *appellat. Fuit certè menſe vno antè Nangaſaki, inde enim* XXVIII *Decemb. an.* CIↃIↃXCVII *hiſtoriam Sinicæ legationis in Europam miſit: quinto verò poſt Martyrium agonem menſe ibidem obiit, diuturno morbo exhauſtus. Is rerum Iaponicarum longè ſcientiſſimus erat, per annos continuos* XXXIV *iſthic verſatus, ac ferè in regnis Tenzæ, ipsâque Meacenſi regiâ, familiariter Nobunangæ ac Taicoſamæ notus. Quantam verò hæc martyrij hiſtoria fidem mereatur, ex dedicatoriâ ad Claudium Aquauiuam epiſtolâ licet ſtatuere. Ita enim in eâ profitetur:* Non aliud commemorabo, quàm quod ab hominibus fide dignis, partim è Societate noſtrâ, partim ſecularibus, qui Meaci, vbi primùm orta eſt perſecutio, & Nangaſaki, vbi ſupplicium peractum eſt, præſentes fuêre, & per litteras vel coràm diſertè patefecerunt, accepi. *Inter hos fuiſſe P. Rodericium ambigi non poteſt, cui B. Petrus Baptiſta pridie mortis* ſummatim totius itineris acta *retulerat.*

quod deſcriptum à P. Ludouico Froës,

tum præſente,

perito rerum Iaponicarum,

& certis vſo teſtibus,

Avetori l. B.

D

76 *Porrò de* Ludouici Froes *integritate, ſapientiâ, laboribus, qui plura ſcire deſiderat, adeat Franciſci Sachini hiſtoriam Societatis, & Philippi Alegambæ Bibliothecam. Ex hac paucula ſtrictim delibo. Fuit igitur* Ludouicus Froës natione Luſitanus, patriâ Begienſis in diœceſi Eborenſi. Anno CIↃIↃXLVIII, nondum Sacerdos, vnà cum Gaſpare Barzæo, & aliis de Societate viris inclytis ſoluit in Indiam. In naui multam caritati ſuæ materiam nactus, ſtrenuè cum ſociis eam exercuit, omnibus pro ſuâ cuique neceſſitate ſuccurrens, tum ſpiritualibus auxiliis, tum corporalibus, decerpens etiam de ſuo viatico, quod egenis daret. Goæ proſecutus ſtudia aliquamdiu, à Melchiore Nunnio Prouinciali anno CIↃIↃLIV abductus, & ad ſalutem hominum procurandam Malacæ conſtitutus, annùm ibi perutiliter poſuit: quo euoluto Goam ad ſua pertexenda ſtudia poſtliminiò rediit. Iis abſolutis, repetitâ nauigatione, vnà cum Ioanne Baptiſtâ Montio, poſt multam iactationem, & crebra pericula demum Iaponiam tenuit. In Omuranâ ditione facta exſcenſio. Ibi primis diebus, quando linguæ imperitiâ non poterat aliud, Baptiſmi conferendi curam ſuſcepit, & breui ſupra LX tinxit, nobiles omnes vel Bonzios. In Firandi poſtmodùm vicina profectus, Taguſcimæ febri ardentiſſimâ æſtuauit.

miſſo in Indias an. 1548 cum P. Gaſparo Barzæo,

poſt ſtudia abſoluta in Iaponiam an. 1563

Omuræ primùm & Taguſcimæ verſato,

E

77 *Multis ibi caritatis & patientiæ editis argumentis, Meacum* fine anni CIↃIↃLXIV cum Ludouico Almeidâ profectus, ex maris, frigorum, valetudinis nondum benè firmatæ incommoda ſubiit, quæ longo illo in itinere, iniquâ tempeſtate, ſolennia ſunt. Almeidâ Sacaij ad Chriſtianorum relicto ſolatium, ſolus ipſe perrexit: & Ozacæ, quà tranſeundum fuit, præſentiſſimum adiit vitæ diſcrimen, Bonzio Chriſtiani nominis hoſte auctore, qui deſignatum ad cædem ſedulò veſtigabat. Domicilium illi tertiò mutandum fuit; nocte ac die cæcâ in latebrâ deliteſcendum; occultâ demum ſemitâ clàm abſcedendum. Sic Meacum ſubiit exeunte Ianuario anni CIↃIↃLXV. *Inde paullò poſt pulſus, Sacaij quadriennio commoratus eſt: vbi multos nobiles, multoſq; Bonzios conuertit. Meacum rediit Martio anni* CIↃIↃLXIX. *Sed mox recrudeſcente impiorum furore latitandum ei tantiſper fuit. Expreßit tandem à Nobunangâ* amplum diploma, quo ſedes ipſi ſtabilis in eâ vrbe permittebatur, immunitas à vectigalibus, poteſtas quoquò libuiſſet excurrendi, pœnis propoſitis, ſi quis obſtitiſſet.

præſecto dein Meacum magnis incommodis

& periculis;

inde recto, & Sacaij 4 annis commoratus,

Meacum reuerſo an. 1569

& ſedem ac priuilegia adepto,

78 *Aliud ei dein periculum ab importuniſſimo quodam Bonzio.* Seruatus ab hoc etiam diſcrimine eſt, ad plures labores, quos Apoſtolico ſpiritu in difficillimâ illâ prouinciâ continuauit; donatus à Deo eximiâ linguæ Iaponicæ cognitione .... tamque expeditâ curationum gratiâ, vt multos, quorum erat deplorata ſalus, virtute potiùs Diuinâ, vti credebatur, quàm arte medicâ, aut potionum efficaciâ, reſtitueret ſanitati. Vixit in Iaponiâ difficillimis temporibus ad annum vſque CIↃIↃXCVII, quo piè Nangaſaki, poſt diuturni morbi patientiam, Sacramentis munitus, in Domino, menſe Iulio, conquieuit, expletis in Societate L annis, atque ex iis in Oriente XLIX, in Iaponiâ totis XXXIV. *Hæc Alegambe, qui & Frois varios de rebus Iaponicis commentarios recenſet.*

F

linguæ cognitione, & gratiâ curationum claro.

poſtea Nangaſachi mortuo an. 1597.

79 *Poſt eum Ludouicus Guzman duos tomos Hiſpanicè ſcripſit de rebus à Societate in Indiâ, Chinâ, ac Iaponiâ præſertim geſtis, editos Compluti an.* CIↃIↃCI. *& ipſe quoque virtute ac prudentiâ clarus, in Societatem anno* CIↃIↃLXIII *admiſſus, vitâ functus an.* CIↃIↃCV. *de quo Nuntius quidam Apoſtolicus, cùm de crimine illi malitioſè impoſito, citatis non minùs* XL *teſtibus, actionem inſtituiſſet, dicere deinde ſolebat,* nihil ſe minus ſanctitatis & præclarorum in eo decorum inueniſſe, quàm feciſſet in iis, pro quibus in Sanctorum Canonem referendis, ex Pontificis olim iuſſu inquiſiuiſſet. *Ita idem Alegambe, qui multa de eius ſanctitate*

item à P. Ludouico Guzman, viro prudente

& ſancto.

AVCTO. Rel. B.

tate morum narrat. Ipſe autem Guzman poſt glorioſam beatorum Martyrum relatam eâdem, ac paullo poſt ſecutum Tyranni interitum, alium tractatum attexuit, in XV capita diſtributum, in quo maleuolorum in Societatem calumnias, præſertim propter Breue Apoſtolicum, quod à Gregorio XIII Pont. Max. latum retulimus, atque à Clemente VIII confirmatum, ſolidè refellit.

A

cum refutatione calumniarum:

86 Ex his duobus præcipuè hauſit Franciſcus Solerius, quæ de Iaponiâ Gallicè vulgauit tomis duobus; ſed poſteriora ad annum vſque CIↃIↃCXXIV ex Trigantio & poſt editis relationibus, mutuatus.

tandem à P. Franciſco Solier.

§ VIII *B. Petri Baptiſtæ, & quinque ſociorum ſeorſim geſta.*

81 NEque quàm citati ſcriptores, plura multò de ſingulis Martyribus alij tradidêre, ne Annales quidem Barezzi de ſex illis anteſignanis triumphalis huius turmæ, Sacerdotibus tribus tribuſq; aliis ex PP. Minorum Ordine. Nam qui accuratiſſimè fertur de iis ſcripſiſſe Marcellus de Rbadeneira in hiſtoriâ Archipelagi, teſtis oculatus, nobis necdum viſus. Ex aliis paucula, Froio intacta, aut aliter memorata, colligemus.

Di PP. Minoribus ſeorſim ſcripta.

82 Petrus Baptiſta, *ex S. Stephani caſtello in diœceſi Abulenſi oriundus, Commiſſarij munus poſſuerat, & vt tantillum quietis caperet, atque orationi rerumq; Diuinarum contemplationi maiore ſtudio vacaret, in ſolitarium quemdam conuentum ſeceſſerat, cùm à Guineſindo Petreio Marinæo Philippinarum Prætore, ac ciuibus Manilanis, vt legationem Iaponicam obiret, rogatus eſt. Ita Barezzus lib.10 cap. 59. At cap.68, iſta addit:* Dicitur F. Petrus die ſolenni Penteceſtes puellam leproſam, Coſmi Gioiæ Iaponij Chriſtiani filiam, ſanaſſe; quando & rubeæ linguæ ac velut igneæ ſupra omnium, qui aderant, capita viſæ; quorum nonnulli deinde bonis exuti, & martyrio cum ipſo B. Petro coronati ſunt. *De miraculis poſt mortem factis infrà agetur. Cardoſus in Notis ad Martyrologium Luſitanicum ait, cùm Guardianus Emeritæ eſſet, miſſum ad Philippinas: exinde Manilæ fuiſſe Cuſtodem, vt ipſi vocant; tum Commiſſarium iiſſe in Iaponiam.*

B

B. Petri Baptiſtæ patria, pietas, miracula.

83 Martinus de Aguirre, *ſiue* de Aſcenſione, Vergaræ in Guipuſcoâ natus *dicitur apud Barezzum, & Prædicator fuiſſe, ſacræq; Theologiæ Lector. Froes triginta ait fuiſſe annorum,* ex Varanguelâ Cantabriæ. Franciſcus Blancus, *circiter* XXX *annorum,* ex Monteregio, *ſiue* Monte-rey *diœceſis Orenſis in Galleciâ.*

B. Martini de Aguirre patria, officium.

B. Franciſci Blanei patria, ætas.

84 Philippus de las Caſas, *ſiue* à IESV, *Mexici Hiſpanis parentibus natus, eâ adoleſcens viuebat libertate ac licentiâ, vt ipſiſmet parentibus ideò propè eſſet exoſus. Quod ita illius pupugit animum, Diuinâ ſimul gratiâ illuſtratum, vt Franciſcanum inſtitutum arripere ſtatuerit. Sumpto tamen habitu, nec ſatis gnarus quàm cum callido hoſte iniiſſet certamen, ceſſit illius illecebris, abiitq; è religione. Ea inconſtantia tantum dolorem parentibus attulit, vt, ne ipſorum perpetuò vulneraret obtutum, in Chinam eum negotiationis ergò ablegarint. Aliquanto poſt tempore, cogitantem quàm periculoſâ in libertate, patriâ procul, vitam ageret, quæq; in religione (Deo ad ea quoque ruminanda impellente) vidiſſet ac reliquiſſet bona, noſtros ardor accendit, & hæc poſtliminiò repetendi, & toto animo diuini Spiritus inſtinctibus obſequendi. Manilam ergo, neſcio cuius negotij cauſsâ, profectus, eo abſoluto, ambit denuò religioſum habitum, & impetrat in cœnobio S. Mariæ de Angelis PP. Minorum Excalceatorum: vbi egregiâ approbatione peracto tirocinio, ſolennia demum vota profeſſus eſt.*

C

B. Philippus de las Caſas, iuuenis diſſolutè viuit: fit Franciſcanus: redit ad ſeculum: negotiatur in Chinâ: fit denuò religioſus.

85 *Huius mutationis perlato Mexicum nuntio vehementer exhilarati parentes, ſupremum Ordinis in Indiâ Præſidem, quem Commiſſarium Generalem appellant, (is tunc Mexici erat) obſecrant, filium ſibi in Seraphico illo habitu videre vt per eum liceat. Lubens piis parentibus eâ in re gratificatus Commiſſarius, ſcripſit in Philippinas, vt confeſtim Mexicum F. Philippus mitteretur. Eâ cauſsâ nactem, S. Philippi tutelæ creditam atque inſignitam nomine, conſcendit: quâ vi tempeſtatis conuulsâ & in Vrandum Tozzani regni portum, vti Froes iuſtà memorat, iectâ, ipſe breui portum æternæ beatitudinis, laureâ martyrij redimitus, tenuit. Idem Froes ait, vt ſacris ordinibus initiaretur miſſum fuiſſe in Nouam Hiſpaniam: at cùm in Iaponiam delatus ita eſſet, Meacum abiiſſe, vt eos à Petro Martinio Iaponiæ ac Chinæ Epiſcopo ſuſcipieret, Manilam rediturus. Veriſimile eſt illud de viſendis parentibus ignoraſſe Froium.*

Mexicum miſſus,

vt parentes viſat,

tempeſtate defertur in Iapoviam,

D

cãdidatus ſacerdotij:

86 *Perductus poſteà cum ceteris in triumphalem tampum, paratam ſibi crucem poſitis humi genibus amplexatus, in hæc prorupit verba: O fortunatam nauem! ô felicem S. Philippi galeonem! O iacturam mihi minimè damnoſam ſed omni lucro quæſtuoſiorem! Ei crucis dum tranſuerſarium lignum inſeritur, cui qui pendet vtcumque inſideat, fallente menſurâ, quam ſolâ fortaſſe intuitu faber collegerat, demiſſius aliquantò poſitum eſt, quàm vt inniti beatus Martyr poſſet. Quamobrem erectâ iam cruce, cui ſancti viri alligata ferreis vinculis brachia, collum ac tibiæ erant, ita ſubſedit pondere ſuo corpus, vt eâ numellâ, quæ guttur ſtringebat, pene ſuffocaretur: magno igitur feruore animi, Ieſu, Ieſu, inclamat. Quo animaduerſo Iudex, priuſquàm ſtrangularetur, configi lanceis iubet. Atque ita primus omnium, triplici lanceæ ictu, palmam martyrij obtinuit, qui poſtremus in Iaponiam venerat. Ita Barezzus: qui & cap.68 narrat dum procellis iactaretur, in quâ is erat, S. Philippi nauis, eâ parte cæli quæ Iaponem reſpiciebat, Crucem candidam, figurâ expreſſam ſimili earum in quas dein ſublati Martyres fuêre, viſam vectoribus ad quartam horæ partem: poſt in ſanguineum colorem mutaſſe, itidem ad horæ quadrantem: demum nigrâ obuolutam nube. Omen Philippo martyrij fuit.*

gaudet oblato martyrio:

primus occiditur, alioquin ſuffocãdus:

E

datum ei anteà omẽ martyrij.

87 Gonſaluus Garcia, *Bazaini in Indiâ Luſitanis parentibus natus, & ipſe multis annis negotiatus in Iapone, neſcio cuius mercimonij gratiâ Philippinas inſulas petiit. Hîc dum frequens adit ad PP. Minores Excalceatos, quibus erat addictus, Diuinæ gratiæ inſtinctu illorum capeſſit inſtitutum, eo feruore, vt deinde alteram à Deo impetrârit gratiam, nimirùm martyrij, planè inæſtimabili quæſtu, & in eâ ipsâ prouinciâ, vbi plures annos in congerendis terrenis opibus anteà collocârat. Is Petri Baptiſtæ indiuiduus comes & interpres fuit, gradu quidem in Ordine ſuo laicus, ſed ſancto zelo æſtuans; Taicoſamæ quoque ipſi gratioſus, propterea quòd amplas fortunas voluntariâ inopiâ mutaſſe illum, ſpe vitæ æternæ, audiſſet. Sublatus in crucem, Iaponios magno ſpiritu ad veritatis agnitionem prouocabat. Geminâ lanceâ ictus, in illis pij latronis verbis expirauit:* Domine memento mei. *Barezzus, & breuiùs Solerius.*

B. Gonſaluus Garzia anteà in Iapone negotiatus, interpres B. Petri Baptiſtæ.

88 F. Franciſcus à S. Michaële, *& ipſe laicus, quibuſdam* Ioannes *dictus, Pariliæ natus, in Palentinâ diœceſi, haud procul Valliſoleto, in prouinciâ quam Conceptionis PP. Minores appellant, ſacro eſt amictu donatus: inde maioris perfectionis ſtudio ad S. Ioſephi Excalceatorum prouinciam, eiuſdem Franciſcani inſtituti, tranſiit. In quâ cùm aliquamdiu laudabiliter vixiſſet, cum aliquot eiuſdem prouinciæ viris religioſis in Philippinas profectus eſt. Adeò verò illic ſanctam vitam duxit, vt multa Deus per eum feciſſe miracula dicatur. Duo commemorat Barezzus lib. citato, cap. 74. Viſit aliquando Indam mulierem, morti proximam, iamq; facultate loquendi deſtitutam: ac ſimul illius ori ſignum Crucis impreſſit, ea loquelam recepit, baptiſmumq; poſtulauit, & obtinuit. Indi alterius tibiam momorderat ſerpens, vt multi illic ſunt, & immedicabile diffundentes venenum. Tibiam iam tumidam Cruce ſignat Franciſcus, ac momento ſanat. Erat in Diuino obſequio feruens, in oratione aſſiduus, ſupra modum inflammatus deſiderio ſalutis animarum, ad quarum conuerſionem cum maiore quàm ceteri fructu incubuit. Inerat ei inſuſa diuinitus reminiſcendi vis tanta, vt & linguam Iaponicam exiguo temporis ſpatio didicerit, & ferè quidquid audiret, id memoriæ firmiter infixum retineret. Propterea cupido ei Iaponis adeundæ inceſſit, quòd immensâ quadam flagraret Diuini honoris amplificandi, & procurandæ animarum ſalutis cupiditate: quam explere vt poſſet, inſpirauit Deus beato Patri Commiſſario, vt eum ſibi comitem adſciſceret.*

B. Franciſcus à S. Michaële Caſtellanus,

F

miraculis clarus,

zeloſus,

magnâ memoriâ præditus:

89 *Gentilium porrò conuerſionem ita ſtudioſè accurabat, vt ſi quid minùs iis perſuadere verbis poſſet, id opere ipſo inculcaret.*

A *ut myſterium Paſſionis veneretur & explicet.*

culcaret. Cùm Meaci ſacratiore hebdomadâ monumentum venerabili Sacramento ab Cœnâ Domini in Paraſceuen aſſeruando, iuxta Eccleſiæ morem, concinnaret, & ſpectantes Iaponij non ſatis caperent quorſum ille omnis ſpectaret apparatus; cùm iam feriâ quintâ Cœnæ Domini, poſitæ lampades ac cerei eſſent, & omnis illa ſcena adornata; neque myſterium aſſequi Iaponij viderentur; ipſe ſe veſtibus lumborum tenùs nudat, rogatq́, adſtantem vnum è Iaponiis, qui deinde illi martyrij ſocius fuit, vt ipſi relige: manus, ac ſune altero publicè ipſum diuerberet. Præſtitit hoc alter ita ſtrenuè, vt humeros illi vibicibus ac plagis exararet. Interea manibus ſtringens Crucifixum, precabatur, vt Iaponiis, qui aderant, aperiret mentis oculos, quò comprehendere myſteria noſtræ religionis, illique repræſentatione expreſſam Chriſti Paßionem, poſſent. Ita ille illuſtrium exercitatione virtutum præludebat martyrio; quod diu expetitum, incredibili ſubiit animi alacritate. Hæc ferè de eo Barezzus.

palàm ſe flagellari curat die Cœnæ Domini.

§ IX *Vita B. Pauli Miki Religioſi Societatis* IESV.

B *Peculiariter ſcripta de tribus MM. Societatis.*

90 *POſtquàm in tabulas beatorum Martyrum ab Vrbano* VIII *Pont. Max. relati ſunt* XXVI *Crucifixi Iaponij; editus eſt Romæ libellus Italicus, trium de Societate* IESV, Pauli, Ioannis, Iacobi, *ſiue Didaci, peculiariter Acta complectens, excerpta ex P. Petri Gomij prouinciæ Iaponiæ Vice-Præpoſiti epiſtolâ, Nangaſaco, ipſo martyrij anno, miſſâ. Alius item Madriti cuſus commentariolus de eorum geſtis ac nece, curante P. Antonio Colaſſo, prouinciarum Luſitaniæ & Indiarum in Aulâ Catholici Regis Procuratore. Sumpta hæc è tomo* I *de viris illuſtribus Societatis* IESV, *quem iam tunc fortaßis affectum, aut ſaltem delineatum, anno demum* CIↃIↃCXLIII *vulgauit Ioannes Euſebius Nierembergius: niſi quis hunc deſcripſiſſe ab altero velit. Ita eadem non res ſolùm, ſed & verba omnia vtrobique. Plura tamen facta narrat Euſebius, tum noſtrorum tum* PP. *Minorum ac Iaponiorum; æquabili omnia ſtylo. Hinc quædam, à Froio prætermiſſa, de ſingulis delibabimus.*

91 *Natus eſt* Paulus Miki (*ita efferri Iaponiis reor, quod Itali* Michi, *Hiſpani* Miqui *ſcribunt, quibus vtriſque* K *litteræ in vſu non eſt*) *natus, inquam, eſt, in regno* Aua, *quod maximè Orientale eſt è quatuor inſulæ Xicoci, in loco cui* Teunocuni *nomen. Romana Relatio oriundum ait ex regno* Eua: *idem hoc quod* Aua, *& quibuſdam* Aba *dicitur. Quamquàm &* Deua *regnum eſt in Niphone, vbi Orientalior eius plaga in Septemtrionem porrigitur; amplecturq́,* Deua *oram Iaponij maris quod Tartaros versùs tenditur: atque in hoc regnũ*

C *poſteà relegatum fuiſſe à Daifaſama Conſtantinum Bungi Regem, & alios Chriſtianos memorat Solerius. Alia eſt* Aua, *ſeu regnum, ſeu præfectura, ad Orientem ſpatioſi ſinus, vbi* Yendo, *quæ nunc Imperatoris eſt ſedes, prætenti.*

Pauli Miki patria,

92 *Patrem habuit Paulus* Fandaidonum Miki, *præ nobili ortum genere, Nobunangæ gratioſum in paucis, tam virtute bellicâ clarum, quàm religione Chriſtianâ. Initiatus hac videtur ſub annum* CIↃIↃLXVIII, *quando Paulus quoque, tum quinquennis, baptiſmo tinctus eſt; atque in eo hauſtam gratiam in ipsâ adoleſcentiâ moribus oſtendit, alienus ab omni leuitate, modeſtus, mitis, humilis, cunctiſq́, amabilis.*

genus nobile, baptiſmus, placidi mores.

93 *Cùm vndecim eſſet annorum, à parente traditus eſt* P. *Organtino, vt ſub diſciplinâ Societatis ſcientiâ ac virtute eruditetur. Per id ferè tempus* Anzuquiamæ, *vrbe primariâ Minoenſis regni, quam Iaponij* Paradiſum Nobunangæ *appellabant, ſeminarium erectum eſt, ipſo Imperatore & locum maximè idoneum, & ſumptum aliquem ad inchoandum ædificium, tribuente, ſupplentibus reliquum præcipuis aliquot Proceribus. In hoc adſcripti primùm* XXV *eximiæ nobilitatis adoleſcentes, inter quos erat Paulus noſter, & Hieronymus Fiungæ Regis filius, Regis Bungenſis ſorore natus, qui dein militiam ſecutus, ad mortem vſque Chriſtianam pietatem conſtanter coluit. Viſebat interdum ipſe Nobunanga ſeminarium, audiebatq́, libenter canentes muſicis inſtrumentis alumnos, & magnum ſeſe fructum ab eâ inſtitutione iuuentutis ſperare profitebatur. Docebantur autem, vt lib.* 6 *cap.* 29 *notat Solerius,*

inſtituitur in ſeminario Anzuquiamenſi.

cum aliis illuſtribus adoleſcentibus,

Latinis litteris

non ſolùm Iaponicas ſed & Latinas litteras, ac præſertim catechiſmum & probos mores. At non diu ſpem illam fouere nobis licuit, Nobunangâ præpropere interempto, vti antè ſcriptum, totâque incendio abſumptâ cum nobiliſſimâ arce Anzuquianâ. Tranſlati primùm ad Tacaxuki arcem, quæ Iuſti Vcondoni erat, adoleſcentes, poſteà Ozacam, Taicoſamæ voluntate. Aliud erat Arimæ antiquius ſeminarium. Quò immediatè migrârit Paulus, haud exprimitur. Conſtat ex Romanâ relatione, ſtudia abſoluiſſe in collegio quod Amacuzæ poſteà peramplum habuit Societas, haud procul Arimâ in Ximo, ſub Ioanne Amacuzadono Chriſtiano Principe. Sed cùm hoc collegium anno primùm CIↃIↃXCI *extructum ſit, veriſimile eſt Paulum ſtudij Theologici hîc metam aſſecutum, cùm in Societate aliquot iam annos vixiſſet.*

AVCTORA I. B. D

à Deo translatus:

94 *Occubuerat anno* CIↃIↃLXXXVI *Fandaidonus Pauli parens, in eo bello quod aduersùs Saxumantium Regem, Bungenſes prouincias inuadentem, geſtum; ſiue Sanoqui Regem ſecutus, cui confinis Auæ prouincia erat, aut ſortaßis aliquâ parte ſubiecta, ſiue Conderam Simonem: omnes certè quidem, vt ſcribitur, ſtrenui Ducis partes executus. Alia mox ſigna, Ducem alium ſibi Paulus delegit,* IESV *Societatem ingreſſus, annos iam natus duos & viginti. Peracto tirocinio, ſpatium aliquod temporis ſtudiis Theologiæ repetendis, perſcrutandiſq́, Iaponiorum ſectis dedit. vti Euſebius narrat, & vniuerſim in quadam epiſtolâ Froës de Amacuzano collegio loquens;* In collegio, *inquit,* ſeruatur ordo in Societate conſuetus. Fratribus Iaponiis poſt humanitatis prælectiones, & epitomen rerum ad fidem Chriſtianam pertinentium auditam, proponitur liber de ſectis & erroribus Iaponum, qui dicitur BVPPO: vt in diſputationibus, quas in dies cum Bonziis aliiſque Ethnicis inſtituunt, eos refellere poſſint.

patre mortuo

fit Societatis:

E *ſtudia abſoluit.*

95 *Adhibitus dein ad publicas conciones, ita eminuit, vt inter optimos Diuini verbi præcones, quos Societas in Iaponiâ habuit, fuerit numeratus. Conſluebat ad eum audiendum numeroſa hominum multitudo, ac præſertim genere & dignitate illuſtres viri. Dicebat autem eo ardore animi, vt plurimos ad Chriſtianam religionem complectendam permoueret. Annis aliquot in Arimenſi & Omurano aliiſq́, Ximi regnis, magnâ Arimandoni ac Omurandoni approbatione, ingẽti ſemper cõcurſu hominũ & fructu cõcionatur, rogante Organtino, qui rei Chriſtianæ in Meacenſi tractu præerat, illuc miſſus eſt, eoq́, ſpiritu in regiâ illâ vrbe, atque Ozacæ & finitimis locis dixit, vt multos è nobilitate, è plebe multos adiunxerit Chriſto. Acriter Bonziorum errores ac fraudes redarguebat, non ſolùm viuâ voce, ſed & libris magnâ eruditione compoſitis, quibus & confirmaret Chriſtianos, & contra vanißimam ſuperſtitionem armaret.*

concionatur, magno fructu, in Ximo

& Tenzâ: libros compoſuit

F

96 *Poſt euerſam, vt ſupra diximus,* Taicoſamæ *iuſſu, Ozacenſem noſtram ædem, anno* CIↃIↃXCVI *noua conſtituta eſt* Ozacæ Reſidentia, *ſiue paucorum hominum collegium.* Et licet, *inquit Froes in litteris ſub exitum eius anni datis,* domus nondum ſit abſoluta, tamen durante perfectione, ob concurſum multorum nobilium ad audiendos noſtros ſermones, ſecùs facere non potuimus. Aula ſiquidem Taici nunc pendet à Fuximo & Ozacâ. *Hoc tempore notitiam cum Paulo contraxit F. Marcellus de Ribadeneira ex Ordine S. Franciſci vir apoſtolicus, qui in hiſtoriâ Archipelagi, necdum nobis visâ, iſta de Paulo Miki ſcribit, ab Euſebio Niremberg io relata:* Bis terúe ad conuentum noſtrum venit, (*Meaci an Ozacæ, ex Euſebio non liquet*) ac tum perſpexi, virum eſſe ſilentij & modeſtiæ obſeruantem, ac reipsâ oſtendere, quantum vndecim, quot in Societate vixit, annis, addidiciſſet boni. Inter omnes Fratres, qui, quando in Iaponiâ fui, concionabantur, hic ſanctus Martyr apud Chriſtianos maximè ſpiritualis Concionator audiebat, ac luculentum præ ceteris fructum facere dicebatur, flagrantemque zelum declarare, non verbis magis quàm affectu ipſo. Quam etiam ob cauſſam ab ipſis Patribus Societatis laudabatur, vt bonus ac humilis Concionator, quique ſeriò profectum animarum quæreret, ac proprium in virtutibus progreſſum. *Hæc ille. ac rurſum alibi:* Etſi meritò poteſt ſancta religio Societatis IESV gloriari, mul-

à Fr. Mar. cello Ribadeneirâ ord. Minor. laudatus. vt modeſtus Religioſus.

ſpiritualis Concionator. & affectuoſus ac humilis.

AVCTORE I.B.

tos ſe præclaros Martyres habuiſſe; ab hæreticis & Gentilibus occiſos; inter præcipuos tamen maximeque celebres numerari poteſt ſanctus Frater Paulus Miqui, quòd martyrio & Religionem ſuam & nationem illuſtrârit.

Miqui illuſtris Martyr.

67 *Omitto hîc quæ de Paulo infrà memorat Froes, centeſſum ab eo hominem, qui ad ſupplicium ducebatur, in ipsâ ſtipantium lictorum turbâ: ſex item alios, quo tempore ſub cuſtodiâ ipſe attinebatur: expoſtulaſſe cum amicis ipſum liberare cupientibus: gratias egiſſe* PP. *Minoribus,* quòd ſub eorum vmbrâ tantum beneficium à Diuinâ miſericordiâ conſecutus eſſet: *petiiſſe vt ſibi ac ceteris martyrij ſociis facultas obtineretur confitendi ac communicandi: exhortationes ad eoſdem ſuos ſocios, conciones Facatæ & alibi toto itinere habitas: monita Fazamburo data: poſtremam denique è cruce concionem. Hæc, inquam, omnia omitto, ab alio memorata. Paucula aliunde addo.*

præclarè eius factæ, infrà narranda.

98 *Kalendis Ianuarij anni* CIↃIↃXCVII, *cùm Ozacâ Meacum duceretur, mirificâ quadam geſtiens animi voluptate, adſtantibus ait: Triginta & tres vixi annos; quâ ipsâ ætate pro nobis mortuus eſt Chriſtus. Hodiernus dies ſanctiſſimo nomini* IESV *ſacer, cuius ego Societati, indignus licet, adſcriptus ſum. Quarta feria eſt, quâ Iudæis venditus eſt idem Dominus* IESVS. *Dicunt nos feriâ ſextâ, cùm eo quoque, morituros. Exulto vehementer, quòd vel tantillâ in re Dominum meum, tanta meâ cauſſâ perpeſſum, imitari mihi, quamquàm immereuti, liceat. Multa in carcere ad lictores, & eos qui ob crimina captiui detinebantur, de diuinis rebus verba fecit: & polliciti ſunt quidam ſe, cùm primùm facultas daretur, Chriſtianos futuros. Cùm de Chriſti Paſſione diceret, magno id affectu & eloquentiâ executus eſt: ac mox extulit dignitatem martyrij, iis congratulando quos Deus tantâ gloriâ dignaretur. Audiebat hæc diſſerentem nobilis, armorum vſu clarus, quem cum alijs quinque viris illuſtribus, Ozacæ hoc ipſo tempore perſecutionis conuerterat ac baptizârat. Dicentis oratione motus, palàm profitetur ſe Chriſtianum eſſe, nullo mortis metu deterritus.*

gaudet ſe ætate & rebus aliis Chriſto ſimilem:

conciona-tur in carcere,

magno quorumdã motu:

99 *Primâ nocte quam in carcere Meacenſi exegit Paulus, auditus eſt hæc ſecum verba loqui: Quàm lætor, quòd* XXXIII *natus annos, quâ ætate Dei Filius remedium noſtræ ſalutis eſt operatus, illi me immolo! quòd Ozacâ diſceſſi die Circumciſionis, quo idem Dominus noſter cœpit ſanguinem ſuum nobis redimendis profundere! victus hodie ſum, feriâ nimirùm quintâ, quâ & Chriſtus: craſtinâ die, ſextâ feriâ, circumuehar per compita vrbis Meacenſis. Fuſiſq; præ gaudio lacrymis, Deo gratias prolixè agebat, qui ſibi hanc impertitus eſſet felicitatem, vt ipſum modo aliquo imitaretur.*

noctè gratias agit Deo, quòd in quibuſdam Chriſto ſit ſimilis:

C 100 *Cùm in conſpectum venit Crucis ſibi paratæ, Chriſtianis adſtantibus dixit, ſe comprehenſum eſſe, quòd Dei Legem prædicaſſet; exhortans vt eam ipſi firmiter retinerent, neque res ad ſalutem pertinentes negligerent. Hodie, inquit, mihi Paſcha eſt. O quantâ me gratiâ dignatus eſt Deus! Atque eadem ſæpius ingeminabat. Iaponios volentes ſibi veſtimenta deoſculari reprehendit, neque omnino id paſſus eſt: ab Luſitanis quoque, idem parantibus, ſe retraxit, oſtendens id ſibi plurimùm diſplicere. Omnes idoneis monitis & conſiliis inſtruebat; multaq; plena ædificationis locutus, ab illis læto & alacri vultu ſeſe auellens, ad crucem magno fortiq; animo accoſſit.*

exultat viſâ Crucc:

honorem ſibi exhibitum auerſatur:

101 *Sublatus in crucem, eam habuit quam breuiter Froes refert, ad ſpectatores orationem: dein animo præſenti & erecto, quoſdam ex adſtantibus Chriſtianis allocutus eſt, iuſſitq; ſalutem eos ſuo nomine nonnullis abſentibus dicere; ac priuſquàm lanceis transfigeretur, ait:* In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum. Subuenite Sancti Dei, *& alia id genus: tandemq; Creatori ſpiritum reddidit.*

piè moritur.

§ X *Quem in Societate gradum B. Paulus Miki habuerit?*

102 *Quærimus hîc, non an ſacerdotio initiatus fuerit Paulus, nedum an* Profeſſus *aut* Coadiutor formatus (*vti eos appellamus, qui diu multumq; probatâ virtute atque eruditione ſuâ, ſolennia nuncupauêre vota, aut ſaltem publica*) *verùm an ita admiſſus fuerit in Societatem, vt in numero* Coadiutorum temporalium, *quos Ordines alij* Laicos *vocant, cenſeretur. Motam arbitror eam controuerſiam, quòd ab Hiſpanis ac Luſitanis perpetuò* Frater Paulus *dicatur. Nam quos vt verè fratres habemus, arctiori Spiritus quàm carnis cognatione coniunctos, eoq; vocabulo amoris, ſiue in litteris, ſiue in colloquio familiari appellamus; eorum Hiſpani ac Luſitani vix meminêre, quin illud* Fratris *nomen præfigant: more alijs quidem nonnullis Religioſis vſitato, non item, ſaltem vniuerſim, Societati. Neque enim cùm Præpoſitus Generalis preces indicit pro noſtris non Sacerdotibus, continuò* F. Caium, F. Titium *ſcribit; ſed* Titium, *aut* Caium: *niſi fortè, ſi ambigi poteſt, ſit is de Societate necne qui commendatur; tum enim addit, vt ſacra aut preces fiant* pro Fratre noſtro N.

D

Coadiutor temporalis creditus à quibuſdã, quia Frater Paulus *dictus.*

103 *Ceterùm ea de Paulo quæſtio iam antè, Mutij Vitelleſci Societatis noſtræ Præpoſiti Generalis auctoritate, deciſa videri poteſt. Nam cùm Romæ, (vt ex his accepi qui adfuerant) anno* CIↃIↃCXXVII, *Sacerdos è noſtris grauis ac religioſus, milhiq; amicus, in quadam ad domeſticos exhortatione, dixiſſet, tres illos beatos Martyres Coadiutores fuiſſe; octiduo poſt eadem horâ ac loco exhortationem habuit* P. *Aſſiſtens Italiæ, vetuitq; R. P. Præpoſiti Generalis nomine; ne quis Coadiutores diceret, ſcriberetue.*

id affirmãti vetat P. Generalis,

E

104 *Haud multò poſt, eorum martyrium Antuerpiæ ab Æſchillo, ſiue Scelte, Bolſwertio, inſigni artifice, in æs inciſum eſt, cum hac inſcriptione:* Primitiæ Martyrum Societatis IESV *in Eccleſiâ Iaponicâ. B. Iacobus Ghiſai* LXIV *annorũ, meditationi Paſſionis & Crucis D. N.* IESV *Chriſti ſingulariter addictus, B. Paulus Michi* XXXIII *annorum, ardens zelo animarum Iaponiæ ad fidem Crucis Chriſti conſtẽdarum, B. Ioannes Gotho* XIX *annorum, ab vtero Chriſtianus, in flore innocentiæ & adoleſcentiæ religioſam Chriſti crucem portans. Trigemini Iapones, anno ſalutis* MDXCVII, *regnãte & mandante Taicoſamâ, prope Nangaſacum, pro nomine Domini* IESV, *in Crucem acti, lanceis per latera transuerberati, glorioſè, profuſo ſanguine, occubuerunt: nunc miraculis clari, Pontifice Opt. Max. Vrbano* VIII *iubente ac volente, ſacris honoribus donati, anno* MDCXXVIII, *natali die* V *Februarij, toto orbe celebrantur. Religioſis Societatis* IESV *Coadiutoribus S. à Bolſwert Sculptor D. D. C. Q. Idem Præpoſitus Generalis vbi eiuſmodi inſcriptionem & imaginem vidit, redimi per noſtros laminam atque aboleri mandauit.*

& imaginem ſculptam, cum elogio, in quo id innuebatur,

cenſringi iubet.

105 *Quibus rationibus moti quidam Coadiutoribus Paulum accenſuerint, has ferè eſſe comperi: Cur non alioquin, inquiebant, initiabatur ſacerdotio, ita natu prouectus? Nempe neophytus, vndecim annis in Societate exactis. Atqui hîc nonnullos videmus, Chriſtianis ab omni retro memoriâ maioribus, non niſi* XIII *aut* XIV *anno initæ religionis Sacerdotes ordinari. Neque ſcio an adhuc in Iaponiâ quiſquam ad eam ſacerdotij dignitatem tunc fuerit promotus.* P. Sebaſtianus Quimura, *Pauli ferè æqualis, primus eſt conſecratus, ſed Macai, & quadriennio priùs illo Societatem ingreſſus.*

F

Refellũtur argumenta id aſſerentium.

106 *Aiebant præterea, quòd Prædicator vocetur, inde conſequens non eſſe, vt Coadiutor non fuerit, cùm vſu iſthic receptum ſit, vt concionentur etiam Coadiutores. Vt daremus hoc illis, non tamen efficerent, Coadiutorem fuiſſe. At ne illud quidem neceſſe eſt vt fateamur, quemquam è noſtris Religioſis, qui in iis regionibus ad publicas conciones admoti leguntur, Coadiutores fuiſſe, id eſt, ex eorum genere, qui ad temporalia curanda, ſubleuandoſq; corporali ſeruitio Sacerdotes in Societatem cooptantur. Neque enim illos arbitror ignorare, in quartâ claſſe eorum qui ſe noſtro inſtituto dedunt, reponi ab* S. P. N. Ignatio *cap.* 1 *Examinis* § 12, qui indeterminatè ad id admittuntur, ad quod idonei eſſe, temporis ſucceſſu, inuenientur; nondum ſtatuente Societate, ad quem ex dictis gradibus eorum talentum magis ſit accommodatum. *Vidimus aliquando nonnullos in nonum annum ita Indifferentes permanere: cur non in Iaponiâ etiam diutius permaneant, ſi ita præſidibus ad maiorem Dei gloriam videatur? Si in*

Qui dicãtur in Iaponiâ concionari Coadiutores Societatis,

videntur Indifferentes fuiſſe.

A *Si in Europâ quidam inſtas ob cauſſas hærent in vltimam ætatem in gradu Scholaſticorum approbatorum, cur non in vltimis iſtis oris tetrarum poſſint in Indifferentium claſſe perdurare? Sed vt illis hoc demus, verè Coadiutoribus quibuſdam, peritis quidem rerum ſacrarum, etſi linguæ Latinæ rudibus, permiſſum aliquando fuiſſe vt conciones ad populum haberent; non ideò concludetur Paulum deſtinatum ſacris ordinibus non fuiſſe: neque enim hoc eo argumento, vt ipſi exiſtimant, probamus.*

At Paulus Scholaſticus fuit,

107 *Verùm cùm à primâ adoleſcentiâ ſub noſtrorum diſciplinâ inſtitutus ſit in ſeminario, ad annum vſque* XXII *ætatis, (vti ex litteris P. Petri Gomij, qui tum Societati vniuerſæ in Iaponiâ præerat, anteà relatum eſt) quid tandem omni illo tempore didicit nobilis adoleſcens? an tractandorum armorum ſcientiam? quaſi ea à nobis peti debeat. An fors artem coquendi cibum aut cereuiſiam? an ſuendi ſarciendiq; veſtes aut calceos? Nam in iis exerceri ſerè Coadiutores noſtri ſolent. At non miniſtraſſe alumnis, ſed cum iis ſtuduiſſe dicitur; quod verbum, opinor, ſi nihil aliud additur, liberalibus imbui diſciplinis ſignificat. In has ſi tot annis incubuit Paulus, cùm acri ingenio ſint Iapones, & Latinarum litterarum artium q; capaci, eam profectò eruditionem hauſit, quæ neceſſaria candidatis, ad ſacerdotium dein præparandis.*

in ſeminario ad annum 22 alitus;

vbi Latina littera diſcebantur.

B 108 *Atqui & in Anzuquiamenſi ſeminario traditas Latinas litteras, ipſi ſociiſq;, ſuprà diximus, & de Arimenſi ſeminario in litteris annorum* CIↃIↃXCI *&* CIↃIↃXCII *diſertè aſſerit Froes, fuiſſe alumnos* Latinæ linguæ ſtudioſos in noſtris ſcholis. *Idem poſteà:* Veniam ad ſeminarium, vt V. P. intelligat, quid ex inſtitutione alumnorum ſit expectandum. Certè magnam omnes de ſe futuræ frugis ſpem promittunt. Nam (vt taceam ea quæ aliàs de iis conſcripta ſunt) hoc biennio, qui litteris operam dant, magnos progreſſus habuêre in perdiſcendâ linguâ Latinâ. . . . Feriis natalitiis, cùm Rector ſeminarij pro conſolatione alumnorum, & Latinæ linguæ exercendæ cauſſâ, ordinaſſet vt actione aliquâ Natalitia Chriſti, mixtis Iaponico idiomate intermediis, præſentarent, id tantâ dexteritate & grauitate perfecerunt, vt multis excuſſerint lacrymas. Et qui in Europâ iſtiuſmodi viderant, confeſſi ſunt, hos ituenes Europæis minimè fuiſſe in agendo inferiores. Iaponiis res ita placuit vt viderentur ſibi eſſe in alterâ vitâ. *In aliis litteris ſcribit idem Froes:* Hoc anno éditus eſt Catechiſmus Concilij Tridentini Latinè, qui prælegitur in ſeminario. *Ergo Latinè intelligebant alumni.*

magno progreſſu:

componebantur & exhibebãtur Latinæ actiones:

prælegebatur Latinus catechiſmus:

C 109 *Et cùm de ſeminario Arienſi agit, (eſt autem* Arie *vrbs regni Arimenſis, ipsâ Arimâ maior)* Seminarium, *inquit*, in quatuor claſſes diſtributum eſt, & ſcholam quâ ars ſcribendi traditur. In vnâ earum traduntur antiquitates Iaponicæ, iis qui curſum Latinæ linguæ abſoluerint: quod admodùm vtile eſt, non tantùm ad habendas conciones, ſed etiam ad agendum cum Iaponiis antiquitatum Iaponicarum gnaris. Tres reliquæ claſſes ſunt Latinæ linguæ. *Ac poſt pauca:* P. Vice-Prouincialis hoc anno CIↃIↃXCV ad ſeminarium deditâ operâ profectus eſt, vt XV eius loci alumnos in Societatem reciperet, Luſitanos quinque, & Iaponios decem. Seminarij diſcipuli in aduentu eius multa affixêre ænigmata, verſus & orationes Latinas: quæ res omnibus ſummam attulit voluptatem. . . . . Multi ſic litteris addicti ſunt, vt deprehenſi ſint in mediam noctem chartis inuigilaſſe. Ad fouendum autem hunc ardorem, per annum multæ orationes Latinæ habentur, lectiones & compoſitiones inſtituuntur, & præmia in eos, qui ceteris antecellunt, diſtribuuntur. à Seminarij auditoribus hoc anno duo dramata Latinè data ſunt. . . . . Quamobrem magna nobis ſuppetit gratias Deo agendi materia, quòd in has partes, tam ab orbe Europæo remotas, inductas videamus iſtas Societatis noſtræ exercitationes. Ac ſanè ita iam in perorando quidam ſunt exercitati, vt dum locus idoneus occurrit, non ſe modò ipſos, ſed auditores quoque ad vberrimas lacrymas vi dicendi permoueant. Quotquot autem liberos habent in Seminario; nullum finem faciunt gratias agendi Deo, quòd tantum, tum in Dei rerumq; Diuinarum, tum in litterarum quoque cognitione, progreſſum fecerint.

3 Scholæ erant Latina linguæ; vna antiquitatum Iaponicarum:

affigebãtur verſus, ænigmata, orationes Latinæ:

orationes habebãtur & drama ta Latinè.

Aventin. lib. 1.

D 110 Hoc anno, *ait idem paullò inferiùs*, primæ claſſis auditores abſoluêre linguæ Latinæ lectiones, cum tanto fructu, vt non ſolùm officio Magiſtrorum fungi, ſed etiam rem Chriſtianam iuuare & ſuſtentare poſſint. *Hoc alterum eſt, in quo exercitatum fuiſſe Paulum exiſtimo, non ſolùm in litteris Latinis perdiſcendis, dum inter alumnos ſuit; ſed & tradendis, cùm in Societate iam eſſet, perinde atque in Europâ fieri ſolet. Huius rei coniecturam ſumo ex litteris iam citatis anni* CIↃIↃXCI *&* CIↃIↃXCII *vbi iſta habentur:* Inter motus verò & viciſſitudines huius biennij, adiuuante Diuinâ gratiâ, ſuus quoque noſtris conſtitit fructus domi, tam in virtutis religioſæ quàm litterariæ exercitationis curſu: ſic enim res omnes conſtitutæ fuerunt, vt ſcholaſtici noſtri & alumni ſeminarij, ne vnâ quidem prælectione alioúe exercitio litterario deſtituti fuerint; multique idonei effecti ſint ad capeſſenda altiora ſtudia. Sed neque Magiſtrorum penuriâ laboramus: nam præter multos Iaponenſes Fratres noſtros ad docendum idoneos, plurimi quoque præſtò ſunt Europæi. *Audis Fratres noſtros Iaponenſes ad docendum idoneos? Et Paulum, qui vnus deinde fuit è præcipuis Concionatoribus, exiſtimas non eodem probatum experimento? Et ſi tùm multi erant idonei ad capeſſenda altiora* E *ſtudia, etiam ex alumnis, cur non ipſe iiſdem tunc excultus fuiſſe credatur? Imò fortaſſis & tertiam probationem ſubiiſſe? In Amacuzano certè collegio, an.* CIↃIↃXCVI *erant* Fratres veterani deni, qui confecto ſtudiorum curſu, ex vſu Societatis, tertium probationis annum decurrebant. *Num in his tamen fuerit Paulus, non eſt vnde certò liceat ſtatuere.*

vti & alij Iaponæ:

Videtur etiã Latinas litteras docuiſſe Paulus,

fortè & tertiã probationem obiiſſe.

111 *Satis alioquin liquet eum in ſeminario, ac poſtquàm in Societatem adlectus eſt, in Amacuzano collegio, iis ſtudiis vacaſſe, quibus ad ſacerdotium via ſternitur. In Litteris certè anni* CIↃIↃXCV *ita ſcribitur:* Id tantùm nunc adiungam, humani generis hoſtem, dum videt in ſe parari arma per iſtos ſeminarij alumnos, multoſque in dies ſtrenuos operarios in ſuam perniciem in campum emitti *&c. Clariùs in Litteris anni* CIↃIↃXCII, *quid iuuentute illâ in ſeminariis inſtituendâ noſtri ſpectarent, exprimitur hiſce verbis:* Vnde apparet, quanta ſit expectatio de iis qui aluntur in ſeminariis: quorum numerus cùm potuerit augeri, vti iam ordinatum eſt, ſuppeditabit copia operariorum, Parochorum, & Sacerdotum pro Iaponicis Eccleſiis. F

Alij etiam alumni formabantur vt fierent operarij,

Sacerdotes. Parochi.

§ XI *De B. Ioanne Soan, ſiue Goto, & B. Iacobo, ſiue Didaco, Kiſai, Societatis* IESV *Nouitiis.*

112 *Prima ex Indiâ in Iaponiam nauigantibus* Gotus *inſulâ occurrit, ab Macao, occiduo Sinarum emporio, quod Luſitani præcipuè colunt ac nuper mœnibus firmarunt,* CCXCVII *diſtans leucis,* ab vrbe Liampo, qui Sinarum regnis in ortum eſt limes, *vti Maffeius lib.* 12 *ſcribit, leucis* LX, *decem amplius ab ipsâ Iapone; pars olim regni Figenſis, timâ Indein proprium nat.a Regem.* Gens, *vt Froës teſtatur,* naturâ eſt humana & facilis. *Noſtri an.* CIↃIↃLXVI Oquicoæ, *quæ vrbs regia, dein* Ocuræ *ſeſquileucam diſtante pago, fidem Chriſti prædicarunt, felici prouentu; nam tum quidem varij eam amplexi, biennio poſt Regis filius,* Ludouicus *in baptiſmo dictus, multa propterea à patre, Bonziorum inſtigatu, perpeſſus: ſenſim tamen & domeſticos & ſubditorum multos eodem ge, inflexit, & quam interea duxerat vxorem, anno* CIↃIↃLXX *baptiſmo tinctam,* Mariæ *impoſito nomine. Regno tandem poſt patris obitum, ſed tres ſolùm annos, potitus, magno bonorum luctu, fato ceſſit an.* CIↃIↃLXXIX. *Filius ei erat,* Ludouicus *& ipſe appellatus: hic regno à patruo tutelam obtendente priuatus, illo demum in Coraiânâ expeditione ſub annum*

In Goto, ci. LX, diu inſulâ,

ſub Ludouico I. Reſſu.

AVCTORE I.B.

CIↃIↃXCV *extincto, id Augustini fauore, Taicosamâ annuente, recuperauit.*

A

natus Ioannes parentibus Christianus,

113 *Ex Goto ortum ac nomen* B. Ioannes Goto *duxit; Ludouico* I *regnante, in aliquâ earum insularum (nam tres sunt, vix mediâ leucâ inuicem distantes) parentibus Christianis natus, anno* CIↃIↃLXXVIII. *Verùm cùm Ludouico vitâ functo, regnum (vt iam dictum) frater occupasset, capitaliter religionem nostram exosus, multi solum vltro vertêre statim ipso initio, quos ille truculenter exagitabat; & Nangasacum, inq; alia Ximi loca migrarunt. In his Ioannis parentes fuisse probabile sit, quia & educatus illis locis, & ibi parentes reperit, cùm agendus in Crucem eò venit.*

cum ita bimulus exulat:

114 *Fuerit necne in seminario alitus, ac litteris Latinis imbutus, haud pronuntiem: fuit certè catechismi doctrinâ in nostrâ ede à primâ ætate egregiè eruditus. Quare ex insulâ Xico, quæ vicina est Amacusæ, (diuersâ ab illa quatuor regnorum insulâ, de quâ suprà) Ozacam, longo sanè interuallo distantem vrbem, missus est, vt* P. *Petrum Morcgionum, siue Morejonem iuuaret, Catechistæ fungens munere, ac Missam facienti ministrans. Erat candidâ indole, moribus integris, forti animo: poterat certè, priusquàm Ozacanæ nostræ domui apponerentur custodiæ, periculo se subducere; noluit tamen, ac summâ fide sacrarij, quod curabat, in tuto locauit supellectilem.*

doctrinâ Christianâ imbutus, Catechistam agit in Xico, & Ozaca,

ac sacristam; nec vult fugere:

B

115 *Admissus demum in Societatem, quod obnixè antè orauerat, sub ipsum quo comprehensus est tempus, vnà cum* B. Iacobo, *siue* Didaco, Kisai. *Queris ad quem gradum? Ad quem eos deinde Præsides idoneos censerent; interea* Indifferentes, *vt appellamus, permansuri. Vota tamen posteà vtque, annuente Prouinciali, concepit, vti Froës cap.* 13 *nu.* 99 *refert. Nam quòd* vota renouasse *is scribit, de solo* B. *Paulo Miki accipiendum est. Aliorum vota fuêre, quæ* Deuotionis *dicimus, quibus vt se priuatim obstringant, nondum exacto tirocinij tempore, probatioribus quibusdam permittitur, quamuis per ea verè Religiosi non efficiantur, sed per illa solum apud nos, quæ biennio integro probationis elapso faciunt.*

admittitur in Societatem cum Iacobo Kisai, Indifferens: vterque vota deuotionis emittit:

116 *Cùm iam affigendus esset Cruci, videt parentem suum vt valedicat aduentare, itaq; eum prior affatur: Vide, ni pater, vt intelligas nihil saluti æternæ præhabendum; neque tibi in eâ procurandâ vlla socordia subrepat. Rectè mones, fili, ait parens. Fac tu quoque, forti magnoq; animo nunc sis, atque alacriter perferas mortem, cùm eam pro diuini Numinis cultu subeas. Ego quoque ac mater tua parati sumus eam oppetere Dei causâ, si ita opus fuerit. Collaudat patrem Ioannes, ipsiq; dat Rosarium benedictum, quod habebat; matri verò vt deferat in sui memorem, panniculum, quo texerat caput. Antonius Franciscus Cardim è Societate Iesu, prouinciæ Iaponiæ ad Vrbem Procurator, in libro Romæ an.* CIↃIↃCXLVI *edito, quem* Fasciculum è Iaponicis floribus *inscripsit, ita habet:* Genitor ipsemet, dolore superato, filij supplicio interfuit, rediitque ditior atque illustrior, aspersus cruore eius. *Ipsum verò Martyrem,* S. Ioannem Soan, aliàs Goto *appellat.*

patri valedicit,

eiq; ac matri dat mnemosynon:

C

117 *Conspicatus notum quemdam Christianum, rogat vt cùm Meacum redierit, plurimam à se salutem dicat Patribus Societatis, nominatim* P. *Petro Morejoni, (cuius annis aliquot comes fuerat) eiq; referat, se Dei misericordiâ, ipsiusq; sanctis consiliis & doctrinâ, cæleste brauium, quod iam propè manu tenebat, assecutum. Vt crucem sibi paratam vidit, magnâ animi alacritate vltro ad eam accessit. Ei verò adstrictus, adeò stabili firmoq; animo perseuerabat, vt obstupescerent spectantes. Exhortabatur inde ad constantiam eos qui vtrimque pendebant, hinc Paulum Ibarchi, nuper admodùm adiunctum Christo, illinc Ludouicum Pauli eiusdem nepotem, præstantem planè adolescentem. Dum ipsummet* P. *Ioannes Rodericius hortaretur, forti ac generoso esset animo, neque vlli negligentiæ iam locum daret; respondit, de se vt esset nunc securus. Demum lanceâ ictus,* IESVM *ac* MARIAM *inclamans, animam exhalauit.*

curat salutari PP. Meacêses:

ex Cruce socios adhortatur.

118 Iacobus Kisai LXIV annorum, Christianus perantiquus & boni exempli, *inquit Froës,* receperat se in domum nostram, vt totum se dederet Deo: in quâ magnâ caritate, rerum externarum curam gesserat: singulariter autem meditationi Passionis D. N. valdè erat addictus. *Colassus* Coadiutorem *facit: Cardim ait,* fuisse laicæ professionis: *dissimulat Nierembergius, sed fatetur gessisse munus accipiendi ad nos ventitantes, vtpote domus nostræ ianitorem, omnes pijs sermonibus ædificare, & quotidie Passionem Christi lectitare solitum, Iaponicè descriptam vernaculis characteribus, (quos eleganter efformabat) inq; libello, quem assiduè secum gestabat, compactam. Relatio Romana, ex litteris* P. *Gomij, tradit illum, itidem vt* Ioannem, *per annos aliquot instruxisse eos qui baptismo erant initiandi.*

Iacobus Ghisai, vir pius,

D

ianitor PP. Societatis,

quotidie Passionem legit:

instruit baptizandos:

119 *Cooptatus in Societatem, perpetuò de vtroque hoc munere gratias Numini agebat, quòd ex ianitore frater nostrorum euasisset, mox etiam martyrij consors futurus. Beatum prædicantibus eum Christianis quibusdam, seq; ei inuidere profitentibus, ac summâ cum reuerentiâ eum alloquentibus; ipse magnâ modestiâ & humilitate, respondit, esse se magnum peccatorem. Petentibus dari sibi quod ad zonam gestabat linteum, pro Reliquiis asseruandum, turbato vultu penitùs abnuit: perspecto eius studio humilitatis, extorsêre id tamen, vt pignus fidelis famuli Iesu Christi. Quemadmodùm plerique sociorum,* IESV *ac* MARIÆ *nomina inclamando, aliasq; pietatis indices voces proferendo, expirauit. Cardim natum scribit* in Bigensi regno, *quod est in Niphone insulâ.*

gaudet se admissum:

laudatus se humiliat:

non vult sua vt reliquias seruari:

E

§ XII *De ceteris* XVII *laicis Martyribus, præsertim Thoma, Ludouico, Antonio pueris.*

120 *Aponum laicorum, qui eamdem martyrij palmam adepti sunt, nouem erant à Patribus Franciscanis baptismo abluti, octo à Nostris. Omnes in carcere aut itinere à S. Petro Baptistâ Commissario in tertium ordinem, vt loquuntur, S. Francisci adscriptos, quidam ipsorum historici tradunt, vti & Cardosus in Lusitan. Martyrologio: Breue Apostolicum infrà recitandum, solùm* familiares & coadiutores eorundem sex professorum *vocat. De singulis præter ea quæ memorat Froës, parum admodùm reperimus.*

XVII alij MM. Tertiarij, aut certè familiares PP. Minorum.

121 *Nomina quorumdam & conditio variè à Scriptoribus expressa.* Franciscus *vnus è duobus Adauctis, qui vt* PP. *Franciscanis subueniret, Meaco eos erat comitatus, in baptismo* Caij *tulerat nomen, in Confirmatione* Franciscus *est appellatus. Qui Froio est* Cosmus Tachegia, *Eusebio Nierembergio est cognomento* Zaquiya; *Barezzo* Taquia, *prædicator; Arturo à Monasterio in Martyrologio Franciscano,* Tagnia. Petrus Suchegirus, *Eusebio* Suquexirus; *Barezzo* Xuquexicus. Michaël Cozachi, *Eusebio & Barezzo* Cosaqui. Paulus Ibarchi, *Eusebio* Iuariqui; *Barezzo* Ibariqui, *prædicator.* Ludouicus, *famulus Barezzo dicitur fuisse & Clericus* P. *Commissarij, vti &* Antonius, *quem Eusebius* Dogicum, *siue Catechistam facit.* Matthiæ *Barezzus ait priùs* Martino *nomen fuisse, ex euentu* Matthiam *dictum. Arturus vocat* Martinum, posteà Matthiam cognominatum. Leo Carasumarus, *Barezzo* Carasuma, prædicator; *Eusebio* magnus Dei seruus Leo Carasuma. Ventura, *Barezzo famulus, Eusebio* Bonauentura, *Dogicus.* Thomas Cozachi *Barezzo est Clericus* FF. *Minorum, &* XII *dumtaxat annorum; cùm Froes ei* XV *tribuat.* Ioachimus Saccachibara, *Eusebio* Sanchier, *Barezzo* Saquier. *Idem Barezzus* Franciscum *medicum, prædicatorem fuisse ait, vti &* Thomam *alterum, cui Froës* Danchi, *ipse* Xico *cognomentum tribuit; Eusebius Dogicum facit.* Ioannes Chimoia, *Barezzo & Eusebio* Quizuya *dicitur.* Gabriel, *Barezzo famulus, Dogicus Eusebio est.* Paulus Suzuqui, *qui interpres erat* PP. *Minorum, Barezzo* Suziqui *est, & prædicator; Arturo* Sauziquius. *Ista, quamuis tenuia, sedulò contulimus, ne quid neglexisse videremur.*

Eorum nomina & conditio variè exprimitur.

F

122 *Mirabilis fuit adolescentum trium* Thomæ Cozaki, Antonij *ac* Ludouici *constantia. De* Ludouico *multa memorat Froës infrà.* Thomam *scribit Eusebius, præcisâ sibi ab Gentili lictore auris particulâ, dixisse, altiùs etiam amputaret, si vellet, ac se Christiano sanguine penitùs satiaret.*

Thomæ Cozaki constantia.

123 *De* Antonio *plura narrat Barezzus, quædam iis similia quæ de Ludouico alij. Illum, inquit, quia bonâ indole præditum*

A *præditum animaduertit P. Petrus Baptista, peculiari studio complexus est. Ipse ac Ludouicus rei diuinæ operantibus ministrabant: cumq; facilè possent, priusquàm caperentur, fugâ elabi, Magistros sequi ad vincula & mortem maluerunt. Cùm iam abducerentur, ceteris præcurrebant, reuinctis licet post tergum manibus, eamq; præ se ferebant alacritatem ac feruorem spiritus, vt spectantibus stuporem inuterent. Neque quidquam de eo animi ardore remiserunt; intendere eum potiùs visi, quò longiùs procedebant, insigni cælestis gratiæ argumento.*

Ludouici & Antonij pueroru alacritas.

124 *Appropinquanti ad triumphi locum* Antonio *parentes occurrere, quippe Nangasaco oriundi, & Christiani: qui licet haudquaquàm dolerent obtigisse filio sortem tam beatam, amore tamen quodam humano instincti, suadere cœperunt, ne in flore adolescentiæ vltro adiret mortem, sed in maturiorem ætatem differret; nec enim tunc defuturam occasionem: addebant verbis lacrymas, vt sanctum filij propositum expugnarent. Ille, nihil puerile aut immaturum sapiens, virili iudicio, gratiâ Diuinâ mentem illi collustrante, perspexit quas sibi insidias teterrimus hostis, parentum operâ, strueret: itaque respondit, vt illas diaboli technas penitùs dissolueret. Nam confidere se dixit, diuinitus sibi constantiam suffectum iri, per quam ex hac luctâ victor euaderet. Superfederent igitur ipsi inanibus illis suasionibus, neque sacrosanctam fidem nostram irrisioni ac ludibrio Gentilium exponerent: nam sibi certò deliberatum esse pro illius defensione mori.*

Antonius parentes mortẽ dissuadentes refellit,

B

ac soluitur:

125 *Iudex colloquentes cum filio parentes ac lacrymantes conspicatus, & ipse eorum commiseratione motus, propiùs accessit, atque Antonium, ne ideò parentum desideria refutaret, quòd pauperes essent, admonuit: ei se in ædes suas recepto, vt proprio filio consulturum, curaturumq; vt ab Taicosamâ honorè ac rerum copiâ augeretur. Ea velut explodens Antonius; Magna profectò foret insania, ait, pluris momentanea ac vana, quàm æterna bona æstimare. Tamen, quæ polliceris, cedo an impertiri ea velis in coniuctu & consortio P. Petri eiusq; sodalium? Minimè verò, inquit Iudex, tibi soli ea tribuam. Breui igitur, ait Antonius, intelliges, quàm nihili tua promissa vitamq; ipsam æstimem. Neque enim aut crux percellit, aut martyrium terret. Vnicè potiùs id expeto, eius amore, qui pro me in Cruce mortuus est. Simul se à Iudice, quocum loquebatur, auertit, &* Quicimon *(ita acinacem vocant ad solum vsque dependentem) exuit, eamq; dans matri, Hoc te solare, inquit. Pro te Deum in cælis precabor. Ne plange meâ causâ, sed horum potiùs miserorum Gentilium. Ego ad Deum tendo, æternùm eius aspectu fruiturus: illi in suâ permanent cæcitate. Ne sentiant hi, non placere vobis, vt moriar Dei causâ. Nec æquum est sanè, vt non placeat, cùm ipse prior mortuus sit pro nobis. Inuenta dein in Antonij vestimentis epistola est, ab eo ad parentes scripta, plena diuini cuiusdam spiritus; quâ eos solabatur, adhortans vt in susceptâ semel fide constantes permanerent.*

Iudicis promissa eludit:

matri mnemosynon relinquit & solatium:

C

anteà ad parentes epistolam scripserat:

126 *Demum cruci alligatus dum vulnus fatale expectat, psalmum* Laudate pueri Dominum, *vt secum concineret, S. Petrum Baptistam, ad cuius læuam ipse pendebat, inuitat: eo sanctâ quadam extasi in diuina absorpto, nec respondente, eum ipse orditur cælesti quodam canore planeq; Angelico, ac totum penè decurrit: priusquàm tamen ad* Gloria Patri, *quo psalmi terminantur, pertingeret, exturbatus è vitâ, illud cum Angelis recinuit in cælo. Hæc ferè Barezzus. Si, quæ narrat, verè oblata à Iudice sunt, bis eadem spreta à pueris, Ludouico primùm, vt refert Froës, tum Antonio. Verùm an acinace accinctus, manibus tamen (vt antè dictum) post tergum ligatis, ductus ad supplicium videatur, alij disquirant.*

in Cruce canit psalmũ. Laudate pueri Dominũ.

127 *Illustris duorum Adauctorum caritas, ipsi quoque Taicosamæ posteà admirationem mouit, eamq; nostræ gentis commendationem expressit, Christianos verè viros fortes esse, & inter se arctè deuinctos.* Caij Francisci *clarus cumprimis ardor extitit, vt Confirmationis paullò antè ab eo susceptæ fructum & efficacitatem posses agnoscere. Cùm in custodiam coniecti sunt* PP. Minores, *ipse se quoque Christianum esse vltro professus est: in carcere positos visit, ad circumuectos per compita se adiunxit; ipsaq; subiit carrucas. Tanta illi cupido erat martyrij. Neque fustibus aut lictorum securibus submoueri vnquam potuit, vires ei ac constantiam suggerente Deo. Ozatam, Sacainumq; comitatus, perpetuò iis in carcere ministrauit. Ei tandem ac Petro lictores iniecêre manus, sed priùs vtriusque peculio, vnde sumptum in leuamen Martyrum promebant.*

Adauctos miratur Taicosama.

Caij Francisci feruor, & martyrij desiderium.

Avcto-RE I.B.

D

§ XIII *Sanctorum Martyrum post mortem miracula. Reliquiæ.*

128 *Qui in Christianis ac Gentilibus, post glorioſorum Martyrum triumphum, motus animorum extiterint, breuiter vltimo capite perstringit* Froës. *Ipse Episcopus, quem è domus suæ fenestris spectasse omnia* Barezzus *scribit, sub vesperam illius diei ad locum, in quo stabant eorum affixa crucibus corpora, venisse traditur, eaq; cum vniuersâ suâ familiâ, positis humi genibus, veneratus.*

Episcopus corpora Martyrũ veneratur.

129 *Fazamburum, minimè rudem mysteriorum nostrorum, (quippe qui baptismum olim petierat, eo potiturus, nisi terreni honoris quàm æterni auidior, fauorem mortalis Imperatoris Dei mandatis prætulisset) Fazamburum, inquam, auctor est* Eusebius, *obortis lacrymis, cùm cerneret ita atrociter trucidari eos qui ab omnibus sancti habebantur, inde abscessisse, vrbano Prætori, qui aderat, reliquæ rei executione commissâ. Iaponius quidam, cùm vidisset quantâ lætitiâ cuncti vitam terminassent, Deum pro salute Imperatoris aliorumq; suorum inimicorum orantes, & iis qui ipsos Cruci affixerant ignoscentes; adstantem Lusitanum, magno sensu animi ac multis cum lacrymis amplexus est, profitens se Christianum, ac iam olim baptizatum esse, ipso patrini munus subeunte, sed perfidè defecisse, atque ad horum etiam Martyrum cædem operam contulisse.*

martyrio illacrymatur Fazamburus:

E

apostata resipiscit.

130 *Multis dein illustrata miraculis eorum gloria est. Permansêre exanima corpora adeò amœnâ specie ac gestu, quædam oculis in cælum sublatis, alia demissis decorè capitibus, omnia absque deformitate vllâ, vt Iaponij rem planè insolitam mirarentur ac prædicarent. Cumq; aliorum, qui acti in crucem sunt, quarto die fœtere soleant corpora; & à coruis, qui isthic plurimi, eorum configi rostris oculi, ac vorari; neque fœtoris ab his quidquam expiratum, neque oculos corui læserunt, aut omnino propiùs adolarunt. Quadragesimo quarto post die soluturi Macaum versùs Lusitani, visitauêre Martyrum corpora, vt certiùs testari omnia possent, visaq; iis digna admiratione quæ adhuc inerat forma, vti refertur in iuridicâ informatione quam generalis Chinæ Vicarius Macai confecit.*

Corpora formosa manent,

sine fœtore nec læsa à coruis,

ad 44 dies integra.

131 *Asseruêre testes quidam, biduo post mortem, morsu præcisum à quopiam S. Petro Baptistæ pedis pollicem fuisse, ac multum sanguinis effluxisse, perq; plures horas stillasse. Ex aliâ informatione, solenni ritu Manilæ institutâ, testibus oculatis legitimè interrogatis, constat, post* LXII *à morte dies, eiusdem* P. Commissary *corpus, è cruce dependens, candidum adhuc, ter contremuisse; magnamq; vim cruoris è latere, lanceâ, cùm crucifigeretur, confosso, denuò promanasse: atque vbi id Nangasaki auditum, Christianos quosdam eò venisse linteaq; complura, & papyri folia eo tinxisse.*

è corpore B. Petri Baptistæ post 2 dies sanguis fluit,

iterum post 62 dies.

F

132 *Admirabilius haud paullò id fuit. Venerat eò cum Lusitanis miles Italus, Ioannes Baptista nomine, ipso tempore quo in crucem sunt acti beati Martyres: is pileo sanguinem excepit* BB. *Pauli Miki, Petri Baptistæ, Martini de Ascensione, atque alterius Iaponis: quem deinde in fictili Chinicâ ampullâ (quales Porcellanas dicimus) condidit, atque asseruauit. Nono post mense coram Vicario generali Episcopi Chinæ ac Iaponiæ, præsentibus viris religiosis sex è S. Francisci, vno è S. Dominici familiâ, duobus è Societate, atque aliis testibus, quorum vnus medicus erat, confractum est vasculum, inuentaq; sanguis omnino liquidus, ac velut recenter fusus & calens, nihil mali odoris exhalans, cum omnium admiratione.*

Sanguis BB. Pauli Miki, Petri Baptistæ &c. post 9 menses recens.

133 *Primâ post eorũ agonem feriâ VI per noctem conspecti sunt in cælo, ad eam partem quâ pendebant Martyres, tres ingentes radij, ac velut ignea columnæ, dante quodammodò cælo ipsorum gloriæ testimonium, ac portendente eos, licet vitâ iam functos, lucem Iaponiæ fore. Harum columnarum media cùm duabus horis fulsisset, supra ecclesiam Societatis nostræ consti-*

lumen cæleſte ſupra corpora MM. ſupra eccleſiam Societatis,

ARCTO-RED. B. *ſtitit, ac diſſoluta eſt: & nox quæ antèà obſcurâ caligine horrebat, clara ac lucida extitit. In quem locum ea ſubſidere viſa erat columna, multæ conſpectæ ſcintillæ ſtellis conſimiles: Per longum temporis ſpatium, quauis feriâ ſextâ, ſupra campum martyrij multæ apparuerunt ſtellæ, candelarum inſtar, quæ ad ritum quemdam ſupplicationum motæ, ſubſidebant ad noſocomium S. Lazari, quæ prima ſanctorum Patrum Minorum ſedes fuit, cùm Nangaſacium venerunt: inde verò ad locum qui* Eremus Deiparæ *dicitur, ferebantur.*

A *& ſtellulæ:*

ſtellæ ſupra locũ martyrij ſæpius, inde motæ.

134 *Hæc ex authenticâ Informatione Euſebius. Barezzus paullùm diuerſa narrat. Nam quæ ſextis feriis omnibus apparebant ſupra Martyrum cruces lumina, inſtar columnarum fuiſſe ait, ac gemina ſupra S. Petri Baptiſtæ Crucem. Circa medium Martij, itidem feriâ ſextâ conſpectam ingentem igneam columnam; eam deinde in tres diuiſam, ac poſt duas horas, quæ media erat, ſupra ædem Societatis delatam, diſſolutam, vti iam retulimus, ac noctem antèà tenebroſam, diurno lumine clariorem factam. Modico pòſt tempore apparuiſſe ad ortum velut ſagittam igneam, mox ſimilem ad Occaſum; dein ad Arctum ſupra caſam eremiticam Deiparæ conſpectas plures ſtellas varij coloris, ac numquàm viſi: hoc prodigium ad horas quatuor, ſpectantibus Iaponiis ac Luſitanis, ac præ terrore, Dei miſericordiam, confuſo clamore, implorantibus, duraſſe.*

Id lumen omnibus diebus Veneris

aliud item lumen, cũ omnium horrore.

B 135 *At ſtupendum eſt quod idem addit: Corpus S. Petri Baptiſtæ die ferè integro diſparuiſſe, ab horâ* XIII *ad mediam noctem; attonitis & metu conſternatis cuſtodibus, ob intentatã, ſi quod horum ſanctorum corporum, ipſorum negligentiâ, ſublatum eſſet, ſupplicia: tandem vltro, ipſis cernentibus, ad crucem reuerſum. Coniectat Auctor, forſan iuiſſe tunc eum vt fideli ſuo ſubdito ac Fratri ſuccurreret,* Hieronymo de IESV, *quem iuſſerat Iapone non excedere. Eo enim ſub idem ferè tempus portam vrbis Meaci tranſeunte, ſaga quædam præſentibus Iaponiis exclamauit, hunc vnum eſſe ex iis qui* Nanuan, *id eſt, Deum, prædicant. Nemo tamen ei manum iniecit. Aut certè opem tuliſſe tunc beatum Martyrem putat Barezzus, amico ſuo* Colmo Gioyæ, *quem dæmon ac domeſticos eius, poſtquàm in ædes ſuas Fratrem illum Hieronymum receperat, miris terriculamentis exagitabat.*

Corpus B. Petri Baptiſtæ ad tempus diſparet;

fors vt periclitanti ſuccurrat,

aut à dæmone vexatum liberet.

136 *Teſtati quoque ſunt Iaponij, vt idem ſcribit, vidiſſe ſe crebrò B. Petrum Miſſam celebrantem, quibus visus ſolebat locis, cum inſigni multorum Muſicorum concentu, multiſq; luminibus. Quare negabant illum in Cruce mortuum, quem ſacris operantem cernebant, ſed faſcinatos tunc fuiſſe ſpectantium oculos vt mortuum crederent: faciliùs quippe ſenſum vnum fallì, quàm plures; etiam audiri eum hìc, non ſolùm, vt illic, videri.*

Viſus idem ſæpius poſt mortem celebrare.

137 *Addit idem ſcriptor, trimeſtri toto poſt martyrium elapſo, corpora adhuc putredinis expertia fuiſſe, alba, mollia ac flexibilia: ſæpius eorum viſos vultus inſolito ſplendore coruſcare; præſertim B. Petri, huiuſq; arrectos in cælum oculos, referentes ſpeciem extaſis, quâ defixus tunc erat, cùm lanceæ ictus excepit. Demum memorat Barezzus, imaginem Seraphici Patris Franciſci, in Meacenſi ipſorum cœnobio, ſanguinem antèà ſudaſſe; atque ita portendiſſe, copioſè ſanguinem ab eius ſpiritualibus filiis fuſum iri.*

Corpora poſt 3 menſes integra.

C 138 *Quàm religioſè ſanguis Martyrum collectus, veſtes decerptæ, expetitæ reliquiæ, partim ex dictis hactenùs patet, partim refertur infrà à Froio duobus poſtremis capitibus. Solerius noſter lib. 11 cap. vltimo tradit, cùm putrefactis ac ſiccatis iam Sanctorum corporibus, oſſa aliqua in terram decidiſſent, Chriſtianos ea religioſè collegiſſe, & partim Arimam, partim Nangaſacum, ad noſtram ædem attuliſſe.*

Reliquiæ poſteà collectæ.

139 *Venit poſtremò legatus à Prætore Philippinarum, oblatiſq; de more Taicoſamæ muneribus, ſciſcitatus eſt, cur interfici Religioſos illos iuſſiſſet? cur merces galeonis S. Philippi diripuiſſet? poſtulauitq;, efferre ſibi occiſorum corpora liceret, vtq; diplomate regio caueretur, immunes ab iniuriâ fore, ſi quæ ſimili caſu ad oram Iaponiæ proiectæ deinceps naues eſſent. Reſpondit Tyrannus, interemptos eſſe Religioſos, quia edicta ſua violaſſent, prohibitam à ſe Legem prædicando: ſpoliatam nauim, quia ſui iuris eſſent, more totâ Iapone recepto, quæ ſic in littus tempeſtate appellerentur labefactatis naubus merces. Nolle ſe huic iuri, dato cuipiam commeatu, derogare. Corpora occiſorum, ſi reperirent, ſinere ſe vt ſecum auehat. Ita Guzmannus. An reperta, auectaq; ſint, non indicat. Cardoſus in Notis ad Martyrol. Luſitanicum ſcribit, chlamydem B. Petri Baptiſtæ aſſeruari Manilæ; manumq; dexteram, quâ ſociis Cruci affixis benedixit, retinentem etiamnum figuram ſitumq; benedicentis. Antonius Franciſcus Cardim in Faſciculo antèà citato, de S. Paulo Miki ſcribit:* Sacra eius ipſiſſima Macai ſunt iam in omni veneratione præcipuâ. *De S. Ioanne Soan:* Illius cineres apud Macaum in collegio Societatis IESV iam inſtar theſauri habentur. *De S. Iacobo Kiſai:* In Macaënſi collegio eius reliquiæ ſeruantur.

PP. Minorum vt ferãtur Manilam corpora, permittit Taicoſama.

D

Noſtrorũ reliquiæ ſunt Macai.

§ XIV *Sancti Martyres Eccleſiaſtico officio & Miſſâ publicè honorati.*

140 QVæ retulimus diuinitus facta miracula, pleraque legitimis teſtimoniis, iuridicâ informatione, probata, Romæ grauiſſimo Rotæ (vt vocant) iudicio examinata, Vrbano VIII Pont. Max. exhibita ſunt. Qui, vt Eccleſiæ Iaponicæ, tot Martyrum rigatæ ſanguine, etiamnum atrociſſima perſecutionis procellâ exagitatæ, aliquod impenderet in terris ſolatium, patrocinium in cælis; Ordini PP. Minorum ac Societati IESV, anno CIↃIↃCXXVII, *conceſſit facultatem* celebrandi Miſſam & recitandi officium V *die Februarij, huic quidem* de tribus Martyribus Paulo Michi, Ioanne de Goto, & Didaco Quizai è Societate IESV; *illis autem,* de XXIII Martyribus ex Ord. Min. S. Franciſci de obſeruantiâ prouinciæ Diſcalceatorum S. Gregorij, Philippinarum & Iaponiæ. *Breue Apoſtolicum, PP. Minoribus indultum, ita habet:*

Vrbanus VIII permittit eos publicè ſacro & officio honorari,

E

141 VRBANVS PAPA VIII ad perpetuam rei memoriam.

Saluatoris & Domini Noſtri IESV Chriſti, qui milites ſuos inclytos, quorum mors pretioſa eſt in conſpectu eius, immortalitatis coronâ donat in cælis, vices quamquàm immeriti gerentes in terris; pia Chriſti fidelium, præſertim Catholicorum Regum, vota, per quæ eorumdem ſanctorum militum veneratio promouetur, & laudatur Dominus in Sanctis ſuis, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, fauoribuſque & gratiis proſequimur opportunis. Cùm itaque, ſicut dilectus filius Petrus Baptiſta Procurator Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantiâ, Diſcalceatorum nuncupatorum, prouinciæ S. Gregorij Philippinarum & Iaponiæ, Nobis nuper exponi fecit, Venerabiles Fratres noſtri S.R.E. Cardinales ſacris Ritibus præpoſiti, in cauſâ Canonizationis viginti trium Martyrum, videlicet Petri Baptiſtæ, & ſociorum eius ex dicto Ordine, quorum nempe ſex profeſſi, ceteri verò laici, familiares & coadiutores eorumdem ſex profeſſorum erant, quique omnes pro Chriſti nomine, in oppido Ciuitate nuncupato Nangaſaqui, extra muros, in regno Iaponiæ, Cruci affixi, & tranſuerberati fuerunt, in ſacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato noſtro ab eiſdem Cardinalibus, referente dilecto filio noſtro Tiberio tituli S. Priſcæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, diſcuſsâ, cenſuerint conſtare de martyrio, & miraculis; Ideoque ad actualem illorum Canonizationem quandocumque deueniri poſſe; Superiores verò dicti Ordinis, pro eo, quem erga eoſdem Martyres gerunt, deuotionis affectu, Officium & Miſſam de illis, donec ad ſolennem eorum Canonizationem (pro quâ non ſolùm dictus Petrus, eorumdem Fratrum nomine, verùm etiam cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Catholicus, ac cariſſima in Chriſto filia noſtra Iſabella Regina Catholica Hiſpaniarum, nec non vniuerſa Ciuitas Manilenſis, & Chinenſis, ſeu Machanenſis, aliique, Nobis, per eorum litteras ad nos tranſmiſſas, humiliter ſupplicarunt) deueniatur, vt infrà, recitari poſſe plurimùm deſiderent; Nos piis eorumdem Superiorum votis huiuſmodi,

per hoc Breue Apoſtolicum,

quo

cẽſentibus Cardinalibus Congreg. Rituum,

F

cauſsâ in Rota auditorio diſcuſsâ,

conſtare de martyrio & miraculis,

Rege & Reginâ Hiſpan. & ciuitatibus Manilâ & Macao ſupplicantibus vt canonizentur,

A di, quantùm cum Domino poſſumus, annuere, illoſque ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſsâ, latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes; Supplicationibus dicti Petri, eorumdem Superiorum nomine nobis humiliter porrectis, inclinati; De eorumdem Cardinalium conſilio, Vt de eiſdem Martyribus, tam ab omnibus dicti Ordinis S. Franciſci Religioſis vbique exiſtentibus, quàm etiam aliis Eccleſiaſticis & ſecularibus perſonis, Manilenſis Diœceſis dumtaxat, vbi præcipui dictorum Martyrum pro Chriſti fide laborantes valdè profecerunt, Officium & Miſſa de Communi plurimorum Martyrum, die eorum Natalis, videlicet die quintâ Februarij, recitari & celebrari reſpectiuè, liberè & licitè poſſit & valeat, Apoſtolicâ auctoritate, tenore præſentium, licentiam & facultatem concedimus & impertimur: Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quòd præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die XIV Septembris CIↃIↃCXXVII, pontificatus noſtri anno quinto.

ſtatuit vt de 6 profeſſis, & 17 laicis officium & Miſſa dici poſſit

ab omnibus Religioſis Ord. Minorum vbique. ab aliis quibuſuis in diœceſi Manilẽſi, 5 Februarij.

B

M. A. Maraldus.

142 *Quemadmodùm Paulus Miki, vti Froes cap. 7 narrat*, PP. Franciſcanis magnas gratias egit, quòd ſub eorum vmbrâ *martyrij* beneficium à Diuinâ miſericordiâ *ipſe & ſocij* conſecuti eſſent; *ita nos par eſt eiuſdem ſanctiſſimi Ordinis Patribus gratias habere, quòd eorum præcipuè diligentiâ ac ſollicitudine factum ſit, vt tribus Noſtris ſolennes honores deferrentur. Cùm enim de aliis pluribus in numerum beatorum Martyrum auctoritate Apoſtolicâ referendis, pridem eſſet actum à Noſtris, de hiſce verò, vt recentioribus (quàm alij iſti eſſent, Rudolphus Aquauiua, Ignatius Azebedius, aliiq;) & minùs celebribus, peculiariter cogitatum non eſſet; Patres Minores ſuorum cauſſam, quæ cum tribus Noſtris & XVII Iaponiis erat communis, ita peregêre, vt de aſſenſu Pontificis Maximi haud admodùm dubitaretur. Tunc & Noſtri moniti ſunt, vt rem ipſi quoque eam adiuuarent. Ergo libellum ſupplicem Pontifici offerunt: à quo hoc deinde Indultum impetrarunt.*

Cauſsâ hac, ſollicitatione PP. Minorum, penè peractâ,

C

etiam Societas libellũ ſupplicem offert, & hoc Breue obtinet; quo Vrbanus VIII

143 VRBANVS PAPA VIII ad perpetuam rei memoriam.

Saluatoris & Domini Noſtri IESV Chriſti, qui milites ſuos inclytos, quorum mors pretioſa eſt in conſpectu eius, immortalitatis coronâ donat in cælis, vices quamquàm immeriti gerentes in terris, pia Chriſti fidelium, præſertim Catholicorum Regum, vota, per quæ eorumdem ſanctorum militum veneratio promouetur, & laudatur Dominus in Sanctis ſuis, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, fauoribuſque & gratiis proſequimur opportunis. Cùm itaque, ſicut dilecti filij Præpoſitus Generalis & Presbyteri Societatis IESV nobis nuper exponi fecerunt, venerabiles Fratres noſtri S.R.E. Cardinales ſacris Ritibus præpoſiti, in cauſsâ Canonizationis trium Martyrum, videlicet Pauli Michi, ac Ioannis de Goto, & Didaci Quizai, ex dictâ Societate, qui PRO CHRISTI NOMINE, in oppido Ciuitate nuncupato Nangaſaqui, extra muros, in regno Iaponiæ Cruci affixi & tranſuerberati fuerunt, in ſacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato noſtro ab eiſdem Cardinalibus, referente dilecto filio noſtro Tiberio tituli S. Priſcæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, diſcuſsâ, cenſuerint conſtare de martyrio & miraculis, Ideoque ad actualem eorum Canonizationem quandocumque deueniri poſſe; Præpoſitus verò & Presbyteri prædicti, pro eo, quem erga ipſos ſanctos Martyres gerunt, deuotionis affectu, Officium & Miſſam de illis, donec ad ſolenniorem eorum Canonizationem (pro quâ non ſolùm iidem Præpoſitus & Presbyteri, verùm etiam cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Catholicus, ac cariſſima in Chriſto filia noſtra Iſabella Regina Catholica Hiſpaniarum, necnon vniuerſa Ciuitas Manilenſis, & Chinenſis, ſeu Machatenſis, aliique Nobis, per eorum litteras ad nos tranſmiſſas, humiliter ſupplicarunt) deueniatur, vt infrà, recitari poſſe plurimùm deſiderent; Nos piis ipſorum Præpoſiti & Presbyterorum votis, quantùm cum Domino poſſumus, annuere, illoſque ſpecialibus fauoribus & gratiis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione vel cauſsâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, Supplicationibus Præpoſiti & Presbyterorum prædictorum nomine, Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de eorumdem Cardinalium conſilio; Vt de eiſdem Martyribus, ab omnibus dictæ Societatis Religioſis vbique exiſtentibus, Officium & Miſſa de communi plurimorum Martyrum, die eorum Natalis, videlicet die quintâ Februarij recitari & celebrari reſpectiuè, liberè & licitè poſſit & valeat, Apoſtolicâ auctoritate, tenore præſentium, licentiam & facultatem concedimus & impartimur. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem vt præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris, die XV Septembris MDCXXVII, pontificatus noſtri anno quinto.

Cardinalibus Congreg. Rituum,

& in Rotâ, & ab ipſis diſcuſsâ,

M. A. MARALDVS.

Angelus Iuſtinianus Not.

144 *Biennio pòſt ampliatum eſt hoc priuilegium ſacri officiiq; legendi, & cùm omnibus Sacerdotibus ad eccleſias Societatis confluentibus communicatum à ſacrâ Rituum Congregatione, cuius hoc eſt Decretum:*

Iàm conceſſum omnibus Sacerdotibus confluentibus ad eccleſias Societatis.

D

Decretum Sacræ Congregationis Rituum, de facultate dicendi Officium & Miſſam de tribus ſanctis Martyribus, Paulo Michi, Ioanne de Goto, & Didaco Quizai è Societate IESV, in Iaponiâ pro Chriſti fide crucifixis, conceſſa omnibus Sacerdotibus tam ſecularibus quàm regularibus, confluentibus ad Eccleſias Societatis IESV vbique exiſtentes, ipſâ die eorum martyrij, quæ eſt V Februarij.

Cùm aliàs ſub die III Iulij MDCXXVII, ſacra Rituum Congregatio, annuente Sanctiſſimo, conceſſerit, vt de tribus ſanctis Martyribus è Societate IESV Paulo Michi, Ioanne de Goto, & Didaco de Quizai, in Iaponiâ pro Chriſti fide cruci affixis, Officium ac Miſſa de Communi plurium Martyrum, ipſâ die eorum martyrij, nempe V Februarij, ab omnibus Presbyteris eiuſdem Societatis, vbique exiſtentibus, recitari & celebrari poſſet; Inſtante Generali Patrum Societatis IESV, Indultum prædictum, ad omnes Sacerdotes, tam ſeculares quàm regulares, ad eorum eccleſias confluentes, extendi poſſe, eadem Sacra Congregatio cenſuit: facto verbo cum Sanctiſſimo, Sanctiſſimus annuit die XXVI Septembris MDCXXIX.

Io. Baptiſta Cardinalis Detus.

F. Fuluius Benignus Secr.

Meminit huius indulti ad omnes Sacerdotes, vt dictum eſt, extenſi;

de iiſdem tribus MM. Miſſam & officium legere poſſint 5 Febr.

E

F

Auctore I. B.

conſentibus de BB. Pauli, Ioannis, Iacobi martyrio & miraculis conſtare, ſupplicatibus pro eorum canonizatione Rege & Reginâ Hiſpan. ciuitatibus Manilâ & Macaõ &c.

Avctori I. B.

tensi, *Augustinus Barbosa in* Summâ Apostolicarum Decisionum, *Collect.* 58 *nu.* 9.

Martyres hi Martyrologio inscripti,

145 *Porrò ab Georgio Cardoso consignata in Hagiologio Lusitano memoria est horum* XXVI *Crucifixorum. Quamuis enim plerique gente Lusitani non erant, tamen quia Lusitanorum industriâ patefactus Euangelio aditus in Iaponiam est, Lusitani etiam quos alij illic triumphos retulêre, ad se meritò existimant pertinere.* Beatos *autem hosce pugiles nuncupat Cardosus. Inscripti quoque Martyrologio Franciscano ab Arturo de Monstier sex illi Sancti Minores, dein &* XVII *alij eorum familiares, siue* Tertiarij, *omnesq;* Beati *appellati.*

& absolutè Sancti appellati,

146 *Editus est Romæ liber an.* CIↃIↃCXLVI; typis hæredum Corbeletti, *auctore Antonio Francisco Cardim Societatis* Iesv *prouinciæ Laponiæ ad Vrbem Procuratore, hoc titulo:* Fascieulus è Iapponicis floribus, suo adhuc madentibus sanguine. *Dicatus liber Innocentio* X *Pontifici Maximo; approbatus non solùm à Præposito Generali Societatis Vincentio Carrafa, sed & ab Episcopo Comaclensi Vicesg. & P. Raymundo Capisucco Magistri Sacri Palatij Apostolici socio. In eo libro* Elogium VI S. Pauli Michi *prætitulatur.* VII S. Ioannis Soan, aliàs Gotò. VIII S. Iacobi Kisai.

B

147 *Liber alius eodem anno Romæ ab eodem auctore editus hoc titulo:* Catalogus Regularium & secularium qui in Iapponiæ regnis, à fundatâ ibi à S. Francisco Xaverio, gentis Apostolo, Ecclesiâ, ab Ethnicis in odium Christianæ fidei, sub quatuor tyrannis, violentâ morte sublati sunt. *In eo Catalogo paginâ 6 ista habentur:* Anno CIↃIↃXCVII, Februarij V, sex & viginti acti in Crucem, & transuersis hastis confixi, Nangasachi: quos Vrbanus VIII Pont. Max. Sanctorum Martyrum numero, X Iulij CIↃIↃCXXVII adscripsit. Ij sunt:

nominibus paullò aliter expressis.

S. Paulus Miki,	} Iappones è Societate Iesv.
S. Ioannes Soan, nuncupatus Gotò,	
S. Didacus Kisay,	
S. Petrus Cozàki, ipsorum familiaris.	
S. P. F. Ioannes Baptista,	} è Seraphicâ Diui Francisci familiâ.
S. P. F. Martinus de Luines,	
S. P. F. Franciscus Albus,	
S. F. Philippus de Casis,	
S. F. Franciscus de Parilha,	
S. F. Gundisaluus Garzia,	

C

S. Paulus Saſuki,	} Patrũ S. Francisci Catechistæ & familiares.
S. Cosmus Taqueya,	
S. Leo Carasumaru,	
S. Bonauentura,	
S. Antonius Deyan,	
S. Ioannes Kinuya,	
S. Franciscus Medicus,	
S. Ioachimus,	
S. Franciscus,	
S. Thomas Ixè,	
S. Paulus Yabaraki,	
S. Thomas Deycan,	
S. Matthias,	
S. Gabriel,	
S. Michaël Conzaki,	
S. Ludouicus, puer XII annos natus,	

MARTYRII HISTORIA

auctore Ludouico Froës Soc. Iesv.

EPISTOLA DEDICATORIA,

Ludouicus Froës admodùm Reuerendo P. N. in Christo, P. Claudio Aquauiua, Præposito Generali Societatis Iesv.

1 QVantus fructus in Iaponiâ ex Gentilium conuersione & Christianorum institutione collectus, quisque rei Christianæ status anno ab hinc vno supra dimidium fuerit, *a* litteris annuis, hac naui ad V. P. missis, exponitur. Quibus & aliæ litteræ peculiares de aduentu Reu^mi Episcopi D. *b* Petri Martinez adiunctæ sunt: quæ agunt, tum de professione eius, visendi Taicosamæ Iaponum Regis caussâ, institutâ, tum de operâ & studio, pro ratione Pastoralis officij, ab eo hactenùs in grege suo pascendo fructuosè collocato. Verùm, vti res Iaponiæ, cùm felicissimo tranquillissimoque loco esse videntur, de improuiso variis tempestatibus & inopinatis calamitatibus agitari & perturbari solent; sic noua nunc multoque antè præuisa in nos persecutionis procella exorta est. De quâ, & simul de gloriosâ morte XXVI Christianorum, qui ex mandato Regis, partim quòd Euangelium prædicassent, partim quòd Christo nomen dedissent, in crucem acti sunt, deinceps agemus.

a Auctoris alia narrationes,

b Primus Iaponia Episcopus.

E

2 Scopus autem in hac narratione non alius propositus est, quàm nudam & simplicem percensere veritatem: quæ veritas, omnis historiæ non modò primarium ornamentum, sed etiam necessarium, quo nitatur, fundamentum esse debet. Et idcircò non aliud commemorabo, quàm quod ab hominibus fide dignis, partim è Societate nostrâ, partim secularibus, qui Meaci, vbi primùm orta est persecutio, & Nangasachi, vbi supplicium peractum est, præsentes fuêre, & per litteras vel coràm disertè patefecerunt, accepi. Distinxi autem totam relationem in capita, tum vt adimerem lectori fastidium, quod gignere solet nimia prolixitas, tum vt commodiùs & clariùs particularia quædam, quæ in hanc persecutionem, voluptate & ædificatione pleniſſima, inciderunt, perstringerem.

quantâ fide hæc scripta.

F

a *Bina edita extant;* De rebus à PP. Societatis Iesv gestis durante persecutione, *data exportu Nanganſacano 13 Decemb.* 1596; *&* de Legatione Regis Cinensium ad Taicosamam, *indidem,* 28 *Decemb.* 1596.

b *Primus Iaponia Episcopus à Pio* V *designatus* P. Andreas Oviedus *an.* 1566, *quia in Æthiopiâ exigua tum spes fructus affulgebat: noluit tamen nigram illam sponsam suam deserere, cuius caussâ multas pertulit aerumnas vsque ad an.* 1597, *quo sanctè obiit mense Septembri. Secundus fuit* P. Melchior Carnerus, *Nicænus Ep. qui Macai mortuus, cùm esset in procinctu vt solueret in Laponiam. Tertius* P. Sebastianus Morales, *an.* 1587 *Vlyssippone consecratus, obiit Mozambici in itinere. Quartus* P. Petrus Martinez, *an.* 1591 *Goæ consecratus, inde soluit an.* 1595, *appulitq; Nangasacum* 13 *Aug.* 1596, *afferens à Prætore Indiæ ad Taicosamam munera, & litteras, quibus fidem faciebat priorem legationem, quâ functus erat P. Valignanus, minimè à nostris fictam fuisse, sed à se illis impositam. Meacum peruenit* 16 *Nouemb. inde Fuximum, vbi Taicosama erat. Ozacâ discessit* 7 *Decembris Nangasacum versùs.*

CAPVT

CAPVT I

De ſtatu, in quò Iaponij Chriſtiani fuerunt ante hanc perſecutionem, & quæ illius fuerit origo.

3 QVò perfectiùs recentis huius perſecutionis principium atque origo intelligatur, ſciendum eſt, cùm Taicoſama Iaponiæ monarcha ante decennium ob Legis Euangelicæ prædicationem nos omnes ſub pœnâ mortis toto Iapone excedere iuſſit, viſum eſſe Viceprouinciali aliiſque Patribus, minimè id temporis deſerendos eſſe Chriſtianos, ac proinde nulli prorſus regno excedendum. Tamen vt aliquo modo iræ regiæ cederetur, nec contemni eius edictum videretur, atque ita mala omnia à Dominis Chriſtianis, adhuc ſtatum ſuum obtinentibus, auerterentur; ordinauit idem Viceprouincialis, ne palliis vel ſuperioribus, quas vocant, veſtibus, ſed prælongis tantum togis, more apud Iapones recepto, dum ſuo ritu ſeculo renuntiant, vteremur; atque hac ratione in colendâ vineâ Domini, vt antè, perſiſteremus. Planè enim confidebamus, Regem, vbi didiciſſet nos hoc habitu rematiſiſſe, ac proinde quadantenùs ſuo edicto paruiſſe, totam rem diſſimulaturum. Eamdem ob cauſſam Meaci & Ozacæ, vbi poſt hoc edictum *a* Reſidentiæ ſiint fabricatæ, nullam tamen excitauimus publicam eccleſiam, ſed tantùm priuatum ſacellum ad ſacrum Miſſæ faciendum, & B ſancta Sacramenta adminiſtranda: adiunctâ forinſecus aulâ, in quâ cum populo ageremus. Hac moderatione cautioneque, atque imprimis quòd deliteſceremus, effectum eſt, vt inimunes hactenùs fuerimus ab omni periculo; tantaque hoc decennio ad fidelium numerum acceſſio facta ſit, vt plura quàm ſexaginta quinque hominum millia (vti liquet ex litteris hactenùs miſſis) ſacris baptiſmi aquis ſint abluta: excluſis infantibus, qui parentibus iam Chriſtianis orti fuerunt.

4 Neque ignarus erat Rex, nos omnes in Iaponiâ remanſiſſe: ſed factum ſibi ſatis declarabat, quòd lateremus, & mandati ſui præuaricatores videri reformidaremus. Imò iam annus agitur quartus, quando animaduertens, quantum emolumenti ex naui Luſitanorum, quæ quotannis è Chinâ redit, in totam redundet Iaponiam, quâque auctoritate Patres, vtpote eorum concionatores & directores, apud eos valeant, quorum etiam operâ pax & quies in mutuis Luſitanorum Iaponiorumque commerciis hactenùs alatur & conſeruetur; confirmauit poteſtatem, duobus antè C annis, ad P. Viſitatoris preces conceſſam; nempe vt decem è Patribus ob cauſſam dictæ nauis commorarentur Nangaſachi, cum additamento, vt reædificatent eccleſiam, quam ipſe vno anno antè iuſſerat ſolo æquari. Adhæc, in argumentum animi in nos reconciliati, Patri cuidam ad ſe aditum permiſit; quem & honorificè recepit. Hac itaque de cauſsâ, & ratione illorum decem, quibus Nangaſachi ſedes conceſſa eſt, cum mediocri quiete in Iaponiâ è Societate viximus triginta quatuor ſupra centum: multaſque eius prouincias luſtrauimus, verbum Dei diſſeminando, noſtriſque miniſteriis Chriſtianos adiuuando: ardoremque noſtrum ita temperauimus, vt ſemper, quod Superiores optabant, plus boni communis, hoc eſt, vt hæc Eccleſia tot laboribus & ſudoribus plantata ſarta tecta conſeruaretur, quàm priuatæ conſolationis, in profundendo pro Chriſto ſanguine, rationem haberemus; quod tandem longè facilius videbatur futurum: ſatius enim ſit ſemel iugulum præbere carnifici, & occumbere, quàm quotidie mori inter tot pericula & ærumnas, quas pro ſeruando vel augendo Chriſtianorum numero ſuſtinere oportet.

5 Atque hic erat rei Chriſtianæ ſtatus; quando ex primariâ vrbe inſularum Philippinarum, dicta Manilâ, quatuor Patres è S. Franciſci familiâ, vocati nudipedes, tamquam Legati à Philippinarum Gubernatore ad Regem Iaponiæ miſſi, appulerunt. Fuêre Patres illi à Rege, quemadmodùm Legatis conueniebat, recepti perhumaniter: ac tandem indicauit illis, vt ad D ſuas Philippinas reuerterent: nolle ſe diuulgari Legem noſtram in ſuo imperio: ideò & homines de Societate noſtrâ ex ſuo mandato exulare; nec niſi ob nauem Chinenſem ſe paucis quibuſdam Nangaſachi ſedem permiſiſſe. Verùm cùm Patres vrgerent, ſibi minimùm copiam fieri à ſuâ Excellentiâ, velut externis omnibus, ſpectandi magnifica & ſplendida vrbis Meacenſis opera, vt ad ſuos reuerſi ea prædicare poſſint; ſubiecit vaniſſimus Taicoſama, ſibi vehementer id arridere, imò libenter attributurum ſumptus ad eam profectionem neceſſarios. Hac ergo poteſtate freti, ſe in viam Meacum versùs dederunt: vbi aliquot menſes diuerſati ſunt in ædibus cuiuſdam Equitis Gentilis, qui vnà cum alio quodam amico illis fauebat, eò quòd ambo authores illis fuiſſent, vt in Iaponiam venirent.

6 Tempore hac ratione elapſo, quoniam in hoſpitio multa patiebantur incommoda, tandem Patres poſtularunt tantum loci, quantum ſatis eſſet ad domicilium aliquod excitandum, ſibi adſignari: adſignatus eſt percommodus, ſed cum adiunctâ cautione, ne ſanctum Euangelium prædicarent. Verùm iuuantibus quibuſdam Chriſtianis, non dubitarunt poſteà & eccleſiam fabricari, &, quia id putabant ad maiorem Dei gloriam fieri, nullis amicorum conſiliis potuêre ab inſtituto ſuo reuocari. Probè enim amici illi norant, Patribus illis nullam à Rege fabricandæ eccleſiæ poteſtatem factam eſſe, ſatiuſque facturos ſi ſacellum tantùm aliquod commodum, ſed à conſpectu hominum remotum, extruerent, ne res tandem ad aures Taicoſamæ permanaret. Eductâ deinde ad culmen eccleſiâ, cœpêre dicti Patres publicè, perinde atque ſi plenam facultatem à Rege obtinuiſſent, annuntiare Euangelium, permoti deſiderio & zelo miſeras has animas iuuandi, accenſiſque quinque *b* ſanctorum eiuſdem ordinis Patrum exemplo, qui dum incredibili fortitudine per Africam doctrinam Chriſti prædicarent, à Miramolino Rege Marocceano propriis manibus fuêre contrucidati.

7 Ceterùm noſtri, cùm animaduerterent hac ratione non ipſos modò, ſed Societatem totam, atque omnes Chriſtianos in ſummum capitis fortunarumque diſcrimen adduci; nec aliò inclinare res, quàm vt vno momento peſſum irent, quæ tantis ſudoribus & tot annis erant ædificata; propoſuerunt iam dictis Patribus (quod caritas ab iis poſtulabat) vt ſedulò expenderent, conueniátne publicè religionem Chriſtianam, poſt regiam prohibitionem, etiam ex mero martyrij deſiderio, diuulgare: cauſſamque Taicoſamæ præbere nouam perſecutionem contra Chriſtianos Meacenſes moliendi, quorum multi erant genere nobiles & recenter conuerſi. Quod reuerà futurum plus quàm probabile erat, ſi ad eius aures perferatur, nullam edicti ſui rationem haberi. Idem eis indicarunt duo illi Equites, qui Manilâ eos adduxerant, ſubueriti nimirùm, ne & ipſi in diſcrimen capitis venirent, quòd Patres illos in regnum ſuum adduxiſſent. Imò primarij Domini, atque adeò ipſi Aulæ Gubernatores, benevolè eos commonefecerunt: eò quòd modus ille agendi (aiebant dicti Domini) eſſet exoticus & inſolitus in Iaponiâ. Nec parum occaſione huius rumoris creuit ingens ille conuerſionis ardor in omni genere hominum, qui à noſtris doctrinæ Chriſtianæ rudimentis erant imbuti, & ſacris aquis eluti. Quod obſeruarant quidem Gubernatores, ſed quia animaduertebant, nos rationem aliquam habere poteſtatis ſecularis, diſſimulabant; interdum nos benignè commonentes, vt cautè & conſideratè in conuerſionem Chriſtianorū procederemus.

8 Hæc

Patres Societatis Iesv proſcripti è Iapoñ.

in eâ manent mutato habitu.

priuatim ſacra curantes.

multos ad conuertunt.

Imperatore diſſimulante.

& permittente ædificari Nangazachi eccleſiam.

AVCTORE LVD. FROIS.

PP. Franciſcani ab eo, vt Legati, benè excepti, prohibiti prædicare.

permiſſi viſere Meacum.

ibi ſubſiſtunt.

obtento loco.

eccleſiam ædificant.

a

b

impetrantibus amicis.

in eâ paulùm prædicant.

monentur à Noſtris.

& Protectoribus.

AVCTORE LVD. FROES.

8 Hæc prima fuit huius procellæ occasio. Alteram non inferiorem præbuit Iacuinus Regis medicus, insignis Epicureus, & omnium diuinarum humanarumque legum hostis capitalis, ac imprimis earum quæ acriùs pugnant cum carne & sensibus. Dæmon itaque hoc homine tamquàm instrumento in hâc nouâ persecutione, vti & toto superiore decennio, vsus est; qui nullam passus est elabi occasionem hactenùs, nostris omnibusque Christianis extremam perniciem machinandi. Peruersam eius voluntatem auget Regis fauor, apud quem admodùm est gratiosus; deindè facultates amplæ, quæ continenter nouis & splendidis muneribus cumulantur. Aluit hoc odium amor sectæ, quam, licet fictè, profitetur. Fuit enim è numero Bonziorum. Vnde & magnam opum suarum partem constituit expendere in reparando quodam loco, olim à Nobunangâ deuastato, dicto *c* Figenoiama, qui Meaco abest sedecim passuum millibus, & magnum quondàm templorum Bonziorumque numerum continebat. Dum igitur laborat in nouis ædificiis dæmoni excitandis, & simul reformidat, ne propagati Euangelij luce aliquando sectarum Iaponicarum tenebræ discutiantur; fit vt acerbum illud odium, in nos semel conceptum, altiùs semper pectori infigat. Dum igitur ex vnâ parte Patres Franciscam pergunt palàm, vt diximus, Euangelium annuntiare; & ex alterâ multi etiam à nostris Baptismi sacramento initiantur, ac generatim totus populus in sanctam fidem nostram propendere intelligitur; Iacuinus, stimulatus ab eo qui omnibus nostris inuidet bonis, non potuit amplius venenum, quo cor eius rodebatur, supprimere, sed arreptâ occasione tanto studio quæsitâ, Christianorum nomen apud Regem detulit, non sine magno fidei detrimento.

9 Tertia caussa nouæ persecutionis fuit, quam iam subiiciam. Anno superiore nonagesimo sexto in regno *d* Tozzâ (insula è tribus Iaponiæ maximis vna est, *e* quò nondum lux Euangelij penetrauit) appulit nauis, quæ ex Philippinis tendebat in Hispaniam nouam, vel Mexicum, destituta malo, temone, aliisque necessariis instrumentis, ac demum tota præteritis tempestatibus conquassata, rimisque fatiscens. Vix nauis aduenerat, cùm illicò Dominus loci certiorem per litteras reddit Taicosamam, eamque illi offert mercibus opulentis refertam. Qui, ne tam opima præda vnguibus suis eriperetur, confestim vnum è primariis Aulæ suæ Præfectis *f* nomine, Gemonogium, amandauit, qui nauem inspiceret, & cameræ Regiæ nomine omnes merces inuaderet. Mos siquidem vetus Iaponum est, vt Domino loci tantùm cedant nauium ligna. Abiit Gemonogius, omnibusque in Tozzâ quæ imperata erant perfectis, cum prædâ ad Taicosamam eo temporis puncto rediit, quo Iacuinus deterrima quæque in Christianum nomen erat molitus. Cumque Gemonogius, iam alter iniquitatis minister, nouis suspicionibus & falsis informationibus Christianorum caussam ob nauis illius vectores grauaret; ac speciatim commemoraret, esse inter eos *g* Religiosos quosdam, qui, velut Principum Christianorum exploratores, Legis suæ diuulgandæ caussâ aduenissent; factum est, vt Rex, iam sponte incitatus, iram omnem effuderit in Christi fideles.

10 Verùm Pater cælestis, benignus omnium, qui ob nomen suum affliguntur, protector, prospiciens impendentis persecutionis initia, diuinâ prouidentiâ suâ, quâ suauiter omnia disponit, constituit vt sub illud tempus Iaponiæ Episcopus Meacum se conferret, vt præsentiâ suâ solaretur illam Ecclesiam, & sacræ Confirmationis sacramento aduersùs omnes hostiles incursus communiret. Ac profectò nouum quoddam robur ac viuus fidei ardor in Christianorum pectoribus sensibiliter posteà apparuit, vt ex historiæ decursu liquebit: talisque & tanta fuit Christianorum in dicto Sacramento suscipiendo religio; vt nec interdiu nec noctu bono illi Prælato quietem indulserint. Tanto numero ex variis longeque remotis partibus aduolabant. Multumque operæ positum est, in cohibendo omnium ardore, ne vel minimus rumusculus ad aures Regis vel intimorum eius perferretur. Atque hæc de caussa coactus est Episcopus primo quoque tempore Aulam deserere. At non potuit dictus ardor ita comprimi, quin suboleret medico: qui quoque apud Taicosamam non conticuit.

11 Atque hæc fuerunt tria primaria puncta, ex quibus præsens afflictio originem traxit, & ad octauum Decembris, vt sequenti capite dicemus, Meaci tandem in apertum erupit. Cuius rumor & fama Nangasachum delata non est, nisi ad diem eiusdem mensis vigesimum sextum, quo festum agitur D. Ioannis. Primus autem nuntius allatus est per litteras quorumdam mercatorum Sacaianorum Gentilium, qui suos, quos vocant, Agentes in illo emporio commonefaciebant, vt nauis Chinensis merces celeriter coëmerent, quòd admodùm probabile esset, insequenti anno non redituram: Regem enim grauiter commotum in Patres, & iam mandasse, vt omnibus nares auresque præciderentur, ac quotquot Meaci essent, è medio tollerentur; ceteri verò extra Meacum degentes Iaponiâ excederent. Literis autem his quia non apertè declarabatur, num nostris an Patribus Franciscanis (vtrique enim Meaci degebant) Rex infestus esset; multos dies anxij & suspensi hæsimus, orationibusque & sanctis sacrificiis rem Deo commendauimus, vsque ad decimum quartum diem Ianuarij anni nonagesimi septimi, quo à variis Christianis litteræ allatæ sunt, quibus significabatur Patres Societatis decreto regio minimè contineri. Sed nec sic animi nostrorum, qui Nangasachi degebant, acquieuerunt; donec ab ipsis Patribus nostris Meacensibus litteræ afferrentur ad diem Ianuarij septimum decimum, ac deinde aliæ recentiores à quodam Fratre nostro in hanc rē datâ operâ à P. *h* Organtino amandato, vt tamquàm oculatus testis minutè omnia, quæ accidissent, commemorare posset.

Persecutio mota à Meaci,

nuntiatur Nangasachum, cum auxesi:

dein verò, per expressum.

b

a *Nempe postquàm mitigatus paullùm fuit Taicosama furor, qui ecclesias nostras in iis vrbibus euerti iusserat, vti anteà diximus.*

b *Fuerunt hi*, Berardus de Carbio, Otto *Presbyter*, Petrus à S. Geminiano, Adiutus, Accursius; *quorum Acta dedimus 16 Ianuarij.*

c *De hoc Franciscus Sacchinus par. 3 hist. Societ. lib. 7 nu. 172.* Excelsus mons proximus Meaco Fyenoyama est, multiplici sinu modicas in se nouem valles complectens. Arx illa Iaponicarum religionum, atque princeps disciplinarum gymnasium habebatur. Ter mille Bonziorum domicilia vetustis temporibus dorsa ac iuga montis & vallis sinus implerant. Et quamquàm aliquantùm frequentiæ iam bella detraxerant; tamen amplis vectigalibus instructi Bonzij, auctoritateque & sagacitate armati, Meaco ipsi terrori erant. Intra fines eorum neque fœminam penetrare, neque inuehi carnem aut piscem licebat: cùm tamen à Bonziorum neque animis neque corporibus vllum vitiorum abesset genus. *Hæc ille, qui deinde* tartareatum illa bestiarum cubilia, *vti appellat, qua excidendi caussa fuerit Nobunanga, exequitur. Multa de hoc monte, Franc. Solerius lib. 1 cap. 13 qui* Fœnoxamam *&* Frenoiamam *vocat, aitque 4 leucis distare Meaco.*

Fyenoiama, *seu* Fœnoxagymna *mons, sedes Bonziorum.*

d Xicoci *insula, de quâ § 1 nu. 1 egimus, primarium regnum* Tozza *est, siue* Tosa, *quo nomine & tota insula quandoque appellatur, licet quatuor complectatur regna.*

e *Imò vno & viginti annis antè Rex Tozzæ, gener Francisci Regis Bungensis baptismum susceperat*, Paulus *in eo dictus, populorum tumultu regno pulsus: in quod deinde reuocatus, ecclesiam in vrbe regiâ, hospitium quoque Patribus Societatis accipiendis, tum in eâ, tum in aliis regni sui præcipuis vrbibus construxerat; dumque eos parat accersere, nouâ ideò motâ seditione in Nangaximam arcem profugere est coactus. Narrat id Solerius lib. 6 cap. 6 nu. 43. Diuersus nunc ab illo Rex erat.*

Paulus Rex Tozzæ Christianus.

f Maxita Yemondonus *appellatur à Solerio lib. 11 cap. 15 num. 120. Opem certam allaturum se fuisse* Genisoia *affirmauit, si ad se primùm adissent, aut saltem antequàm versùs* Vrandum *(quo in portu nauis erat) Maxita abiret.*

g *Erant 4 Religiosi Ord. S. Augustini, vnus Dominicanus, duo Minores Discalceati ex eodem Manilensi cœnobio, è quo priores in Iaponiam anteà venerant.*

h Organ-

d

e *nauis Hispanâ in fiscum redactâ,*

f

g *nouis calumniis grauantur Christiani:*

ab Episcopo Confirmatione roborantur, Meaci & Oxaca.

à Iacuino medico,

homine peruerso,

Regi gnosci,

c *hosti fidei,*

B

apud eum accusantur.

C

D

E

F

A h Organtinus, *cognomento* Soldus *alijs*, *alijs* Graecus, *natione Brixiensis, an.* 1556, *ætatis suæ* 25, *in Societatem admissus, in Indiam an.* 1567 *mense Martio profectus, in Iaponiam peruenit an.* 1570, *obiit Nangasaki an* 1609. *Multa de eo memorantur à Sacchino, & Alegambe in Bibliotheca.*

P Organtinus Brixiensis.

CAPVT II

Quo tempore, quoque modo in itium datum fuerit persecutioni.

Episcopus Ozacâ discedit 7 Dec. 1596.

12 CVm Episcopus ad septimum Decembris Ozacâ discessisset, & iam sex milliaria nauigando in flumine quodam confeciſſet, coactus est in eius faucibus hærere, donec secundus ventus afflaret. Sed mora diuturna non fuit; nam postero die, qui sacer erat immaculatæ Conceptioni purissimæ Dei Matris, fauente aurâ & mari, vela fecit versùs Nangasachum. Ante hunc Episcopi discessum, P. Organtinus aliique de nostris Ozacam, eius visendi, sanctâque benedictione fruendi causâ, profecti fuerant, & ideò Ozacæ remanserunt. Vbi alterâ Conceptionis eos conuenit Paulus Ochinda, cognatus Ciunagondoni trium regnorum Domini, retulitque P. Organtino, se audiuisse à quodam medico qui inuisebat quemdam consanguineum suum ægrum, quidnam Iacuinus regius medicus paullò antè Ciunagondono narrasset: Christiani,

B *Iacuinus Regem in Christianos incitat.*

aiebat ille, quemadmodùm cognoui, atque ipsi Patres magnâ libertate & licentiâ hoc tempore vtuntur in propagandâ suâ lege: quod certè intolerabile est, & in magnum præiudicium Iaponicorum regnorum, quæ diis Chami & Fotochi consecrata sunt, cedit. Dum ergo omnem vetor & capto occasionem eos Regi nostro deferendi, vt seuerè eos castigaret, heri omnino per opportuna se obtulit occasio, Regemque nullâ morâ interpositâ de totâ re certiorem reddidi. Erat, fateor, tunc quidem multis implicitus negotiis, sic vt ad sermonem meum nonnihil cunctaretur, nec responsum daret: sed non dubitabo, secundò ei eumdem inculcare sermonem, & credo, pro meritis eos castigabit. Verè tibi confirmo me toto pectore ab istâ Lege abhorrere. Hoc colloquium fuit Iacuini, Paulo Ochindæ, vt dicebamus, à medico enarratum. Qui medicus posteà subiecit, plurimùm se dolere, Iacuinum talia in Christianos moliri; se enim inter illos permultos habere amicos.

13 Hac re cognitâ P. Organtinus illicò misit Fratrem nostrum ad Ioſephum Augustini fratrem, tum Ozacæ agentem, rogatum, num Regi quippiam dictum esset de nostris. Cumque responderet, nihil sibi constare; Frater ei retulit quæ à Paulo Ochinda narrata erant P. Organtino. Et mox subiecit Dominus

C Ioſephus, fieri posse, vt hæc acciderint: se enim superioribus diebus audiuisse ipsum Iacuinum dicentem,

dolet de Augustini constantiâ.

Dum perpenderet res fratris mei Augustini, vehementer dolere sibi, Ducem belli tantâ virtute præditum, rebusque præclarè gestis tam illustrem, quo tempore summis eum conueniebat à regiâ Maiestate affici præmiis, *a* infelicissimos contra omnium expectationem habere successus: certò autem sibi constare, nullam aliam eius rei causſam esse, quàm quòd per summam obstinationem nollet renuntiare Christo, plurisque faceret Euangelium, quàm deos Iaponios; quorum vltrice pœnâ factum sit, vt superiorum annorum omnium officia & beneficia iam à Rege pro nihilo habeantur.

a

14 Eodem die sub noctem Dominus Ioſephus è *b* propugnaculo reuersus, venit ad ædes nostras: & dum, vt fit, colloquitur cum Patribus, ecce interuenit famulus Christianus Farimondoni Ozacensis Gubernatoris, indicatque Dominum suum mandasse cuidam è famulis, vt quæreret ædes Patrum, easque fidâ custodiâ muniret: paullò antè Regem sibi dixisse, se velle

b

Iubentur ædes nostræ custodiri.

omnes è medio tollere: Ad hunc sermonem Ioſephus lacrymas tenere non potuit, videnſque alia consilia quærenda, cœpit cum dirâ obtestatione compellere nostros, vt ante aduentum ministrorum Farimondoni domo excederent, & se in locum aliquem retrusum abderent, donec de voluntate Regis manifestiùs constaret. Domine, respondit P. Organtinus, desiderium nostrum & gloria nostra est, pro prædicatione doctrinæ Christi Saluatoris nostri qualemcumque contumeliam, imò mortem ipsam, sustinere, & ideò omni horâ parati sumus ad mille mortes pro Domino, cui seruimus, & pro salute Christianorum, quorum causâ ex tam remotis orbis partibus per tot discrimina rerum aduenimus, fortiter perferendas. An ergo existimas latebrarum beneficio de fugiendam nūc mortem, quam Dominus noster per tam sanctam tamque gloriosam occasionem nobis offert? mortem, inquam, quæ paullò antè, à nobis tantoperè desiderata, fugiebat? Verùm cùm Ioſephus vna cum aliis Christianus vehementiùs pergerent vrgere discessum nostrum, adderentque, si ministri Farimondoni inueniant simul quatuor Patres, Regem, si id resciuerit, non nostris modò, sed etiam omnibus Christianis grauiter succensurum, eò quòd hactenùs existimârit in toto regno Meacensi vnum tantùm Patrem iam ætate confectum inueniri: deinde Patres facilè de crimine contumaciæ posse fugillari, quòd contra expressum edictum vixerint Ozacæ. His, inquam, rationibus nostri conuicti, tandem cessêre, & P. Organtinus cum P. Francisco Rodriguez in domum Augustini, Pater verò Petrus Moregion, cum P. Francisco Perez in domum *c* Sachendoni secessit.

Auctore Lvd. Frois.

D

Princeps quidam nostros inuitos in amicorum Principum domos abducit.

c

15 Dum autem P. Organtinus in ædibus Augustini commoratur, aduertit quemdam è pueris honoratiis domus, esse consanguineum cuiusdam musici, qui semper, vti gratissimus, assisteret Regi. Hunc ergo amandauit ad musicum, vt totius negotij summam expiscaretur. Abiit puer, & ex consanguineo cognouit verissima esse omnia quæ dicerentur: qui addidit, sibi quoque paullò antè à Rege idem dictum; occasionem autem fuisse huiusmodi: Hodie, inquiebat musicus, Tozzâ rediit Gemonogius cum Cioſugamo Domino illius patriæ, & schedulam attulit mercium nauis. Inter cetera autem Gemonogius Regi retulit, omnes illâ naui aduectos esse Christianos, & inter eos multos Religiosos: remque hoc magis debere esse suspectam, quò pauciores merces, & plura arma aliaque instrumenta bellica deferret. Videtur autem id dixisse, vt hoc prætextu plures merces sibi vsurparet. Tum Taicosama irâ & furore æstuans respondit, se iam dixisse, pessimi exempli rem esse, si Legi Christianæ publicandæ locus detur in Iaponiâ: cumque prohibuerit omnem publicationem, tamen Fascegauam Patribus, qui è Philippinis aduenerant, eousque fauisse, vt & Legem suam annuntiarint, & ecclesiam etiam contra edictum suum fabricarint. Aderat tum præsens vnus è Fascegauæ filiis, Regis aulicus, nomine Vfioio, & ad purgandum Patrem suum dixit: Excellentia Vestra rectè dicit. Et ideò Pater meus minimè ignarus hæc displicitura Vestræ Excellentiæ sæpius eos monuit, vt à prædicatione abstinerent. Sed quia admonitioni non paruerunt, parens meus omnes eorum fautores annotauit.

Fabulatione de Raul Mediolanâ.

furit Rex in PP. Franciscanos,

16 Non solùm, subiunxit Rex, Philippini Patres Legem à me vetitam, sed alij quoque prædicarunt, & inter eos senex quidam, (indicabat P. Organtinum) qui, vt mihi narratur, sub specie curandorum quorumdam morborum, in hac aulâ homines baptizat. Certum est, vtrosque luituros pœnam suo sanguine: illos quoque Nangasachanos curabo agi in crucem. Aderat id temporis præstò Cicugendonus, qui cupidus mitigandi furorem regium, magno animo & humiliter dixit: Excellentia Vestra iustas iræ causſas habet, fateor;

& nostros,

AVCTORE LVD. FROIS.

tamen hac vice etiam atque etiam rogo, vt benignitatem & clementiam ſuam erga Patres demonſtrare velit, & vitâ eos donare. Quando tibi ita videtur, reſpondit Taicoſama, tollam è medio tantùm quinque vel decem, reliquos, poſt præciſas nares & aures, vbi in carris per vrbem tractis omnium ludibrio expoſiti fuerint, in ſuas regiones, vnde venerunt, amandabo. Deinde conuerſus ad Vſioium dixit: Hac nocte ſimul atque in horizonte apparuerit Luna, celerrimè contende Meacum, & mandata mea exequere. Hæc ſunt quæ muſicus ſuprà nominatus noſtro puero honorario retulerat.

A ſtatuitq; aliquos occidere.

17 Ceterùm, vt rectiùs intelligatur inſtitutum Regis, ſciendum eſt, noſtros, in partibus maximè Meacenſium, præcipuam operam collocaſſe in conuertendis hominibus genere nobilibus: iis enim ad Deum conuerſis, facilè conuertuntur reliqui. Quod animaduertens Iacuinus, credidit nos hoc quaſi ſtratagemate vti ad occupandam potiùs Iaponiam, quàm ad ſalutem animarum procurandam, & idcircò ex Europâ in Iaponiam veniſſe. Nam, vt ſuprà inſinuauimus, immortalitatem animæ, inter alia falſa dogmata, habet loco ſomnij, impieque & abſurdè credit, perinde hominum ac brutorum animas cum vitâ extingui. Hac eadem ſuſpicione nixus, quam auxerat iam olim, antequàm exulare iuberemur, ſingulare ſtudium Iuſti Vcondoni

Falſa de iu ſuſpicio Iacuini.

B inculcata Regi.

incitandâ ad fidem nobilitate, idem inculcârat in aures Regis: qui tamen tunc declarauit ſe nihili hanc accuſationem facere. Vt autem peruenit in regnum

d

Scimo aduersùs Regem Saſſumanum, & animaduertit multos Dominos cum aſſeclis ſuis factos Chriſtianos, coſdemque magnâ inter ſe concordiâ deuinctos, & Patribus vehementer addictos; cœpit memoriâ repetere ea, quibus Iacuinus eius aures quondam oppleuerat; & intelligere (quod tamen falsò augurabatur) propagationem fidei incolumitati Imperij obfuturam. Atque hæc eſt vera cauſſa auerſionis, quam iam declarat, non autem vel Legis Chriſtianæ odium, vel zelus erga idola: notum enim in vulgus eſt, quàm parui faciat Cami & Fotochi, vti idiomate Iaponico appellantur. Nihil quoque dubitat, alteram vitam, eſſe rem merè commentitiam, ac proinde leges eò ſpectantes non eſſe niſi hominum decreta, ad gubernationem regnorum excogitata, vt terrore ſuppliciorum alterius vitæ, mortales, tamquam fræno iniecto, à ſceleribus arceantur.

& credita, vt vidit caritatem Chriſtianorum inter ſe, ipſe admiratus:

18 Verumenimuerò Taicoſama tandem ſe colligens, & perpendens, noſtrâ in Iapone commoratione, ſalua permanſura Luſitanorum commercia; intelligens quoque, quam ingenuè & ſincerè, remoto omni ambitionis opumue congerendarum ſtudio, res ſuas agerent; ac denique legatione P. Viſitatoris ab Indiæ Orientalis Prorege ſuperioribus annis ad ſe, tunc Quabacundonum, imtitutâ, permotus, nonnihil ſuam in nos indignationem temperauit, eoque ampliùs nobiſcum diſſimulauit, quò cognouit nos minùs in publicum prodire, minoreque libertate Euangelium prædicare, atque ita rationem aliquam ſui Edicti habere. Poſteà autem videns paullatim & alios Religioſos ex Philippinis, nomine ſpecioſo Legatorum aduolare, & ſic in Iaponiâ ad diſſeminandam Legem à ſe vetitam permanere; ac prætereà certior factus à Iaponiis negotiationes ſuas in Manilâ exercentibus, Hiſpanos hoc ſeculo noua regna ſibi ſubieciſſe; priſtinam ſuſpicionem renouare cœpit de Patribus, quaſi iſthuc veniſſent, vt tandem totam Iaponiam in ſuam redigerent poteſtatem.

C cur tamen cum noſtris diſſimulâuit?

19 Iam, vt redeamus, vnde diſceſſimus, cùm puer honorarius P. Organtino ſententiam Regis narraſſet, multis Chriſtianis, qui præſtò erant, viſum fuit, Patribus quærendas latebras, & Taicoſamæ miniſtris, ſi veniant, reſpondendum, eos Nangaſachum cum Epiſcopo profectos. Sed P. Organtinus clarè exponens ſuam ſententiam; Quod, inquit, ad alios Patres attinet, ſequantur conſilium, quod placuerit; ego quid affectæ huic meæ ætati conueniat probè noui. Viginti & ampliùs annos Chriſtianitatem harum partium Meacenſium vtcumque foueo & ſuſtento, & nunc, cùm tempus eſt in publicum prodeundi, viliter conliciam me in latebram? cùm ſumma incumbit neceſſitas, me meoſque derelinquam? Abſit à me: ſic enim nec diuino honori, nec vinculo quo Societati ſum obſtrictus, vnquam ſatisfecero. Quocircà Deo propitio cras ſummo diluculo me do in viam Meacum versùs, vt in crucem agar, vel certè vt naribus auribuſque mutiler, aut certè, vt mecum, tamquàm cum Euangelij prædicatore, id agatur, quod ils collibitum fuerit. Hæc audiens P. Rodriguez, certum ſibi fixumque eſſe ſubiecit, ſe comitari Patrem, & eamdem periculi aleam ſubire.

D P. Organtinus ſtatuit Meacum redire ad martyrium:

20 Mirati ſunt circumſtantes tantam virtutem, religioſorum pectorum propriam, & propoſitum collaudarunt. Atque ita vterque Patrum ingreſſus eſt conclaue quoddam, in quo cum multis nobilibus mulieribus agebat Domina Iuſta coniunx Auguſtini, ante annos complures à P. Organtino ſalutaribus aquis tincta. Quæ vt intellexit Patrem venire cauſsâ extremum precandi vale, & ad mortem Meacum properandi, ſic repentè indoluit, vt ne verbulum quidem, voce lacrymis & ſingultu interclusâ, effari potuerit. At Pater contrà tendere nullum hîc eſſe iuſto dolori locum, &, vti conueniebat, oratione caritatis plenâ eam cum ſociis in omnes futuros euentus animare inſtitit. Vidiſſes hîc bonos illos Chriſtianos, alios ex vehementi amore in Patrem tam antiquum, veſtes eius contrectare, alios vultu mœrorem, quo eorum pectus oppreſſum erat, exprimere; alios dolorem intimis animi ſenſibus incluſum crebro gemitu prodere. Nec deerant, qui animoſiores reliquis ſe comites Patri offerrent, &, vt apparebat, ex corde dicebant, Eamus & nos, & moriamur cum illo. Rebus omnibus in hac domo peractis, Pater rediit ad domum noſtram, & confeſtim curauit aduocari duos alios Patres, qui erant in ædibus Sachendoni: quibus cùm paucis verbis expoſuiſſet, quid intellexiſſet, quidque apud animum ſuum conſtituiſſet, vtrumque magnâ amoris ſignificatione complexus, poſterâ luce, hoc eſt nono Decemb. iter Meacenſe cum P. Rodriguez, comitante Fratre noſtro Paulo Amacusâ, aliiſque Chriſtianis, ingreſſus eſt. Fidelibus, qui Ozacæ degunt, hoc conſilium partim magnum conciliauit mœrorem, dum vident ſe deſtitui Patre ſine ſpe vllâ ampliùs eum videndi, partim etiam attulit gaudium, dum ſibi perſuadent Dominum noſtrum hac viâ aditum ſibi patefacturum ad illuſtriorem coronam, qualem ſolet generoſis ſuis militibus pro ſuâ diuinâ voluntate impartiri.

valedicit vxori Auguſtini, & aliis ac noſtris

E

F

21 Ceteri duo Patres cum Fratre Paulo Michi, aliique nonnulli Chriſtiani, qui remanſerant Ozacæ, confeſſione generali ſe ad idem compararunt, ſimulque rationem modumque præſcripſerunt, quemadmodùm Eccleſiæ ornamenta ſupellexque domeſtica in tuto eſſe poſſint. Dum hæc agitantur, ecce nouus nuntius affertur, iram furoremque Regis in ſolos Patres Franciſcanos conuerſum. Sub noctem verò eodem die prætereà cognouimus Farimondi miniſtros veniſſe quidem ad dictorum Patrum ædes, ſed vnum tantùm inueniſſe, nomine Martinum de Aſcenſione, qui hoc ipſo anno è Philippinis aduenerat. Annotarunt igitur huius Martini nomen, & alterius cuiuſdam Chriſtiani, qui inſeruiebat ſacris Miſſæ, ac prætereà duorum puerorum: relictâ autem ibidem cuſtodiâ, venêre ad noſtrum diuerſorium, quibus obuiàm proceſſit Chriſtianus quidam, nomine Andreas Ongaſauara, cum aliis quibuſdam, affirmans ædes illas eſſe ſuas; etiamſi certa quædam earum cubicula adſignaſſet P. Ioanni Rodriguez, ſuæ Excellentiæ Interpreti, in quibus commoratus fuiſſet Epiſcopus, cum per

Diſponitur de noſtrâ ſupellectile, Ozacæ

apponitur cuſtodia Domui PP. Franciſcanorũ

Ozacam

A Ozacam iter haberet: nunc autem non esse ibi nisi tres, nempe Fratrem illum Paulum Michi, alium qui inseruiret Missæ, & tertium qui rem domesticam curaret. Duos reliquos Patres, qui inibi erant, non nominauit, licet ante ministrorum aduentum obnixè rogassent Andream eiusque socios, vt liceret ipsis comparere, tamque fortunatam cum reliquis aleam periclitari: Si enim, inquiebant, constitutum est apud Taicosamam vitâ nos exuere, frustrà cogitamus de latebris. Adiungebant, in hunc finem se relictos à P. Organtino. Verùm dicti Christiani nullum his precibus dedêre locum: vnde & tribus tantùm nominatis, dimisêre ministros Gubernatoris, qui in digressu mandarunt vicinis, vt illas ædes custodirent.

Nostra, trium nominibus descripsit,

committitur vicinis:

22 Noctu deinde ad domum nostram venit Sachendonus cum quodam Domino Christiano, aliisque duobus, qui binos adduxerant equos cum obfirmato animo per vim abducendi vtrumque Patrem, & deportandi Sacaium, nouem passuum millibus Ozacâ dissitum, donec furor deferbuisset. Cumque in re tam graui non satis suis famulis confiderent, ipsi in comitatu Patrum esse decreuerant. Hîc vehementer resistere nostri, & allegare, perferre ignominiam pro Christo, non esse aliud, quàm sempiternam venari gloriam:

alij 2 PP.

B se non aliâ de causâ patrio excessisse solo, quàm vt in simili causâ occumberent. Adhæc, si Regi certum foret, nos debere in eius manus venire, nullum humanæ arti superesse effugium: quocircà domo illâ exire, non fore aliud, quàm in discrimen capitis coniicere, non modò qui eos recepissent, sed etiam qui in procurandâ fugâ operam suam collocassent.

Inuiti,

23 Hoc responso sic commoti sunt supradicti Domini, vt Diuini honoris zelo accensi, promiserint se nullâ re à fide, quam suæ diuinæ Maiestati deberent, & ab officiis Christiani hominis præstandis, recessuros: nequaquàm tamen se permissuros, vt Patres ibi manerent, quandoquidem tota persecutio videretur conuersa in Patres Franciscanos: nec mora nostrorum in domo illâ ad aliud valeret, quàm ad augendam Regis indignationem in omnes Patres, omnesque totius Iaponiæ Christianos. Quare neque rectæ rationi consentaneum esse, propter particulare bonum paucorum, in apertum periculum coniicere omnes. Denique rationibus adiungentes preces, coëgerunt Patres in suam descendere sententiam, sed eâ conditione, vt quando certò constaret Taicosamam causâ Euangelij Patres è medio tollere, ipsi quoque, vbicumque locorum essent, prodire in publicum possent & morti se offerre.

à 2 Proceribus Christianis

noctu abducuntur Sacaium.

C Itaque exemplo B. Pauli, qui in re non dissimili Damasci permisit se à Fratribus in sportâ demitti per muros; tandem domo egressi, equos ascenderunt, comitantibus illis Dominis, qui iter illud pedites, vestibus, quæ pallij loco sunt Iaponiis, breuiariisque in humeros reiectis, ingredi voluêre Sacaium vsque: vnde post dies aliquot Ozacam reuerterunt.

Augustinus Eucunocamindonus.

a *Postquàm plurimas maximasque reportârat de hostibus victorias, & legatos vltro à Sinu de pace misti (quod vehementer optabat Taicosama) procurârat Augustinus Eucunocamindonus; quòd nescio quæ propugnacula auerti ij Legati postulassent, & ipsos Tyrannus indignè eiecit, & Augustinum primùm è regiâ exturbauit, deinde iussit in Coraianum regnum reuerti: vbi tamen multa adhuc præclarè gessit, magu reputans quid Christianum Ducem deceret, quàm quid ingratus Imperator mereretur.*

b *Ampla & valida arx erat, intra quam palatium Taicosama, de quo antè egimus, sed hoc anno 1596, 4 Septemb. horribili terræmotu conuulsum ac destructum erat, supellectilu ac thesaurorum eâ iacturâ, quæ trecentis æstimaretur auri millionibus.*

c Paulus Sachendonus, *alias* Sacondonus, *filius primogenitus erat* Genifoini. *De vtroque iterum infrà, & de Paulo quidem hoc ipso capite.*

d *Eam expeditionem suscepit Taicosama an. 1586 rei maritimæ Augustino, Iusto Veondono omnibus terrestribus copiis præfecto. Hic* Scimus *dici videtur, quæ passim* Ximus, *nouem regnorum insula.*

CAPVT III.

De iis, quæ hoc tempore tam Meaci, quàm Fuscimi acciderunt.

AVCTORE Lvis. FROIS. D

24 POrgantinus simulatque ex puero honorario Farimondoni cognouit mandatum Domini ipsius, Christianum quemdam deditâ operâ amandauit Meacum, vt duos Fratres nostros in illâ Residentiâ degentes redderet certiores: cumque postero die, qui erat nonus Decembris, sub meridiem illuc peruenisset, peracerbum hunc nuntium eis attulit. Verùm illi pro iucundissimo exceperunt, seque mutuò animantes, in omnes futuros casus se communierunt, atque idem Iusto Veundono aliisque quibusdam Christianis significarunt; qui illicò ad ædes nostras aduolarunt, vt vnà cum Fratribus tam honorificam mortem præstolarentur. Ac breui temporis spatio horum numerus accreuit. Nam quàm primùm rumor inter Christianos percrebuit, mutuis exhortationibus accensi magnâ celeritate ad nos accurrêre.

Meaci, Nostri se inuicem & alios animant ad mortem:

25 Intereà quidam è nostris Fratribus, spiritu caritatis in proximum, cuius damnum plus eum premebat quàm proprium, impulsus, prospiciensque in huiusmodi casibus multa arcana prodi per scripta, & ideò posse multorum Nobilium baptizatorum nomina patefieri, si ministri iustitiæ in domo litteras aliquas reperissent, curauit diligenter omnes, quotquot inueniri poterant, ad nostros ab externis scriptas, quæri & comburi. Paullò pòst nostri cognouerunt Gibonoscium vnum ex Aulæ Gubernatoribus & administratorem Meaci, dicti Inferioris, vbi nostra est Residentia, custodes misisse ad obsidendam domum Patrum Franciscanorum, qui etiam in Meaco inferiore habitabant.

litteras externorum comburunt. E

PP. Minorum domus custoditur.

26 Dum hæc aguntur Meaci, eodem die, qui fuit nonus Decembris, appellit P. Organtinus, cumque tribus milliaribus tantùm distaret Meaco, ex Christianorum consilio præmittit Paulum Amacusam exploraturum, quo loco res essent. Paulus colloquio habito cum diuersis Christianis redit ad Patrem, eodem loco vbi eum dereliquerat expectantem; commemorat, quid intellexerit, nempe iram Regis omnem potiùs in Franciscanos Patres quàm in nostros directam: itaque consultum fore, vt Reuerentia sua inibi nonnihil cunctetur, donec magis liqueat rei exitus.

P Organtinus 3 lucu à Meaco subsistit:

27 Atque hîc rursum Christiani renouare cœperunt & preces & rationes, vt Pater ibi hæreret, non modò ob caussam allatam, sed quia considerare deberet, quantùm ipsi eius operâ in tali aduersitate indigerent: atque ita varia media & opportunitates proponebant, quibus delitescere posset. At bonus Pater, qui nihil minùs quàm vitæ desiderio ardebat, omnes reiecit, dicens: Vel hæc noua tragœdia procuditur in caput nostrum, vel non. Si non, quid me potest absterrere, quò minùs in apertum prodeam? Si verò in nos cuditur, si nos ad necem designat, an decet vt me abdam, vt velut mercenarius fugiam? Longè sanè id abest à meo desiderio, quod non est aliud, quàm ex pastoris Euangelici officio animam meam pro ouibus Christi ad gloriam Dei ponere. Deinde, si Rex omnino me quærit ad necem, quæ potest tam retrusa esse cauerna in totâ Iaponiâ, in quâ non à rabie Taicosamæ inueniar? Non ignoro hæc consilia vestra proficiscì ex singulari caritatis affectu, quo in me flagratis: sed ideò satis mihi est, gratias magnas agere pro optimâ in me voluntate. Adiunxit & alias rationes, quibus probabat, iam aduenisse tempus, quo conueniret ad Dei gloriam, Legis nostræ sanctissimæ honorem, & Reipub. Christianæ salutem, Patres tandem vexillum Christi expromere, & pro prædicatoribus doctrinæ de cælo in terram allatæ se palàm ostentare: nec debere

fundentibus vt lateat, generosè respondet, F

AVCTORE LVD. FROES.

se abhoc instituto aut vano vllo metu aut angustiâ retardari, cùm hoc desiderium diuinæ Maiestati sit acceptissimum. Atque hâc ratione P. Organtinus dictorum Christianorum animis exemit omnem cogitationem redimendi vitam suam, si fortè daretur occasio: quoniam id non esset aliud, quàm defugere martyrium, quod Dominus Deus noster pro summo beneficio illi offerret. Id nihilominùs inter eos conuenit, non debere ipsum priùs prodire in publicum, aut aliud quippiam palàm moliri, quàm de Regis voluntate certò & exploratè constaret: atque hac moderatione Christiani stêre contenti.

nec vult se redimi:

tantisper tamen ibi moratu-rum spondet.

28 Eodem die Meacum aduenit Vfioius à Rege missus, vt nomina eorum Christianorum, qui Patribus Franciscanis fauerent, annotaret: nullâque morâ interpositâ inquisitionē instituit, & omnium Christianorum, quotquot Meaci erant, nomina descripsit. Quorum primus fuit Iustus Vcundonus, qui nunc ibi sedem suam habet. Hoc perfecto, animaduertens ædibus dictorum Patrum adhibitos custodes à Gibonoscio, & non nostris, adiit ipse Gibonoscium, eique dixit: Si custodes attributi sunt illis Patribus, ideò quòd diuulgent Legem suam; attribuantur & Patribus Societatis, quia eiusdem culpæ rei sunt. Atque vt faciliùs id homini persuaderet, nomina quorundam principum virorum edidit, qui à nostris essent baptizati: affirmauitque nostros in prædicandi baptizandique officio longè esse diligentiores, quàm Patres Philippinos.

Vfoius nomina Christia-norum describit:

vult nostra domui custodes apponi:

B Duabus autem de caussis Vfoius hanc rem vrsit; prima erat, vt si in nostris aliqua culpa hæreret, minor appareret culpa (si modò culpa vlla erat) Patrum Franciscanorum: altera erat, quia cùm pater eius, protector eorum esset, videbat in magnum suum dedecus cessurum, si illi ob noxam aliquam castigarentur, quæ nullo modo in nostris castigata esset. Obtulit insuper illi omnium Christianorum catalogum, postulauitque vt omnibus custodes attribuerentur, ne Rex suæ incuriæ adscriberet, si fortè quis odoratus scriptorum nominum caussam fugâ elaberetur.

29 Diuinâ certè prouidentiâ factum est, vt Vfoius priùs nomina Christianorum in album referret, quàm Gibonoscium certiorem redderet: nam, cùm ipse esset Meacensis Gubernator, ægrè tulit, Vfoium, se non commonito, implicare se suæ gubernationi, eoque ampliùs, quòd ipso esset inferior: itaque homini vehementer succensuit, vtpote quia res attingebat iurisdictionem. Itaque omnibus modis eius acta rescindere conatus est, ac pro imperio illi respondit: Nescis prorsus, quid loquare; multò autem minùs intelligis voluntatem Regis: nec enim Regi in mentem venit,

obiurgatur à Guber-natore

C omnes Christianos trucidare; hoc enim esset ingentem hominum multitudinem è medio tollere. An tu certò cognoscere potes, qui sint Christiani, nécne? tam multi enim hoc tempore occultè sunt Christiani, vt nec ego sciam, num tu sis Christianus; nec tu scias, num ego sim: itaque vide ne rem tam absurdam prosequare. Neque hîc quieuit Gibonoscius; sed longiùs progressus subiecit: Et cur, quæso, in catalogum tuum retulisti nomen huius? Iusti scilicet, qui erat primus omnium. Num res noua est, illum esse Christianum? an latet nos, nondum decennium elapsum, cùm Rex ipse Facatæ illi mandari iussit, vt ciuraret Baptismum, & quoniam non paruit, voluit illi vitam adimere, nisi propter officia varia Regi olim præstita vitam impetrasset, atque ideò tantùm status eius in fiscum redactus est? Prætereà, nónne constat, Regem sæpius eum, in signum beneuolentiæ, admisisse in suum conspectum? Quid ergo noui adferes Regi, si nunties Iustum esse Christianum? Certè numquàm rem hanc tolerabo, numquàm subscribam tali consilio. Ædibus Patrum custodes adsignare non conuenit, quia sunt ædes a Interpretis suæ Excellentiæ, nunc agentis Nangasachi. Fateor, respondit Vfoius, ædes esse illius Interpretis; sed semper in iisdem degunt alij Patres, qui di-

quòd tot Christia-norum nomina de-scripserit,

etiam Vcondoni, Regi sat noti:

a custodiri domum nostram

uulgant suam Legem: atque ideò illis idem fieri debet, quod Franciscanorum ædibus. Verùm non defuerunt Gibonoscio multa, quæ in fauorem nostrum contrà obiectaret; & ideò finem dicendi faciens, clarè ei indicauit, quandoquidem Taicosama sibi gubernationem vrbis Meacensis & iustitiæ huius executionem commisisset, abiret vias suas. Scio enim, inquit, & probè intelligo, quid facto opus sit. His verbis auditis, nullo responso dato, Vfoius totus confusus & pudefactus domum abiit.

D *cur nolit Gubernā-tor:*

30 Insequenti die, qui fuit decimus Decembris, Gibonoscius, accuratiùs & animo minùs obstinato expendens rem totam, existimauit custodes quoque attribuendos domui nostræ, non tam pro iustitiâ, quàm pro cæremoniâ: licet enim præterito die de eâ re arguisset Vfoium, declarando Regis mentem; tamen ne suspectus videri posset in caussâ nostrâ, putauit ita faciendum. Eam ob rem quemdam nepotem sui Vicarij misit ad domum nostram, rogatum, quis in eâ domo habitaret, & cuius curæ subiecta esset? Aduentanti prodit obuiàm vnus: Ego hîc cum alio quodam (is erat Frater noster curam domus gerens) habito, quem quæris? Voca, respondit ille, socium tuum: volo enim illi loqui. Venit Frater; & hilari vultu, vt solet; illum salutauit. Tum iuuenis, Dominus, inquit, Vicarius, ex mandato Gibonoscij, iussit custodes huic domui apponi. Verùm quia vultum hominis fidi præ te fers, qui

iubet id dein fieri.

E me non sis fraudaturus, non videtur mihi opus externis custodibus: tantùm mandabo vicinis, vt eius curam habeant. Descripto autem Fratris nostri sociique nomine, digressus, imperauit vicinis, vt hanc domum custodirent.

per vicinos descripti duorum nomi-nibus:

31 Morabantur in eâ quinque de nostris; sed, Deo ita volente, vnus tantùm ex iis in scriptum relatus est. Nam quidam diuerterat in ædes vicinas: vbi, dum cum quibusdam Nobilibus Christianis ardenter disputat de martyrio, eosque, dissolutis eorum in hoc argumento quæstionibus, ad tam illustre certamen fortiores reddit, Deo omnium rerum prouisore ita disponente, in catalogum militum Christi relatus non est. Alij item tres, tunc fortuitò aliis distenti negotiis, coronâ martyrij excluſi sunt. At vbi didicerunt, duos antè nominatos in album relatos, non patùm indoluêre, quòd tantâ felicitate excidissent: ac vnus quidem sanctâ quadam inuidiâ stimulatus, pro omnibus à P. Organtino postulauit, num expediret sponte adire Gubernatorem, & nomen suum prodere. Et respondit Pater, patienter expectarent: caussam enim, quâ Rex moueretur ad hanc executionem, adhuc esse incertam & dubiam. Si autem res verteretur in confessione fidei faciendâ, non ipsos modò, sed vnumquemque certatim ad brauium coronæ in stadio decursurum. At si ratione nauis Tozzanæ hæc tragœdia excitata foret, maturiore consideratione opus futurum: cui responso dicti Fratres acquieuerunt.

omissi volunt sua nomina deferre:

sed id illis dissuade-tur:

F

32 Vicini, vt mandato Vicarij facerent satis, custodes domui nostræ adhibuêre. Verùm sicut languidè illa custodia erat imperata, ita seruata est languidiùs: nam cùm interdiu vnum alterumue tantùm, noctu verò paullò plures gladio & hastâ armatos excubitores adhiberent, placidissimè tamen cum nostris egerũt.

domus lan-guidè cu-stoditur:

33 Rex hoc ipso die cùm ageret *b* Fuscimi, eique præstò esset Gibonosscius & Gemonogius, amboMeacenses Gubernatores, (superioris partis alter, alter inferioris) Fascegaua quoque cum filio Vfioio, aliique permulti; cœpit inuehi in vtrumque Gubernatorem ob nimiam licentiam in annuntiandâ Lege Christianâ, baptizandisque multis hominibus, contra edictum suum, à Patribus Philippinis & nostris vsurpatam. Ipsi verò, vt se purgarent, & extemplò vindicarent se contra Fascegauam & Vfioium, qui Regi inculcarant à nostris magnam hominum turbam sacris aquis expiatam, responderunt, id verum quidem esse de Patribus Franciscanis, sed non de Patribus Societatis: se, quo-

b Guberna-tores à Re-ge obiur-gati,

PP. Mino-res & eorũ fautores culpant,

niam

A niam libertas tanta eis videretur insolita, dictos Franciscanos commonefeciſſe, licet frustrà: eos respondisse per Fascegauam facultatem prædicandi à suâ Excellentiâ se impetrasse: itaque cùm ille patrocinium illorum suscepisset, sibi quoque visum fuisse hoc probabile, atque ita totum onus in Fascegauam transtulisse. Quod autem ad Patres Societatis attinet, aiebant, se certò scire, nihil eos contra suæ Excellentiæ edictum molitos. Studiosè quidem sæpenumerò se in illos inquisiuisse, sed nihil admodùm deprehendisse. In huius rei testimonium (licèt esset falsum, tantumque purgandi causâ prolatum) Gibonoscius produxit epistolam à *c* Tarazauandono Gubernatore Nangasachano missam, in quâ scribebat Patres Societatis in illis partibus in propagandâ suâ fide esse admodùm parcos & quietos. Quâ epistolâ auditâ, ostendit se nihil habere contra Patres in iis regionibus degentes, credebatque P. Organtinum esse, qui, vt Fascegaua & Vsioius affirmabant, contra legem suam deliquisset, & Tarazauondonus idem in dictâ epistolâ innuebat his verbis: Quod ad me, inquit, attinet, omnem operam impendo, ne Euangelij cursus suum habeat processum. Vos autem curâ istâ vacui cursum illius non inhibetis. Verùm Gubernatores, hoc postremum dictum, quod erat B contra ipsos, non probarunt: probarunt autem, quod faciebat pro ipsis: atque ita nos culpâ omni liberando, omnem culpam (impiè vocantes culpam, studium sanctum disseminandi diuinum Euangelium) in humeros Patrum Franciscanorum reiecêre, tum sui, vt dicebamus, tuendi, Fascegauamque & Vsioium accusandi causâ, tum quia in accusationem dictorum Patrum coniurarant, vt è Iaponiâ pellerentur.

nostros excusant,

c

etiam litteris Nangasacani Gubernatoris,

34 Caussa autem hanc epistolam scribendi Tarazauondono hæc fuit: Superiori anno, cùm versaretur in aulâ, & intelligeret Patres Franciscanos liberè prædicare & baptizare, visum erat ei eâ de re commonefaciendum Regem, maximè, quòd iam quidam parati essent ad eos accusandos; quæ res non poterat non in damnum quoque nostrum cedere. Et ideò ex amore, quo nos prosequitur, conatus est periculum nobis impendens auertere: & primùm admonuit ipsos Patres, viderent, quid agerent; deinde videns se nihil effeciſſe, dictam epistolam dedit ad Gibonoscium, vt datâ occasione is eam legeret Regi. Et ideò eâ oblatâ Regi quoque nunc prælegit.

obsistentiâ P.P. Minoribus,

vt nostris consuleret.

35 Deinde vndecimo Decembris, hoc est, die sequenti, Rex, cùm distineretur in spectandis sui palatij ædificiis, aduocauit Gibonoscium, eique mandauit, vt morte multaret omnes Patres: qui respondit se promptè imperata facturum, & sic recessit.

Iubet Rex Patres omnes occidi.

C

36 Tunc Iaponio cuidam, qui præstò aderat, in mentem venit, auiam quamdam suam Christianam, nomine Mariam, huius rei reddere certiorem; veritus, ne illa etiam è medio tolleretur: Gentiles enim nullum diserimen faciunt inter Patres & Christianos, sed quemque Christianum appellant Patrem. Atque ita Fuscimo, vbi ipse erat, Meacum, vbi illa degebat, trium millium interuallo disiunctum, hanc exarauit epistolam. Hodie, dum ædificia sua spectaret Rex, magno furore imperauit, vt Patres omnes, nullo excepto, interimerentur. Miseret me tui, quæ Christiana es, & idcircò voluri tibi id hac epistolâ patefacere: Mulier fortis hoc nuntio nihil turbata est, sed hilari vultu Deo gratias egit, animoque inuicto se ad tam illustrem coronam comparauit: ac vestes etiam quasdam, vnà cum filiolâ adoptiuâ decenni, nomine Gratiâ, (cui, ceu pia mater, omnia bona optabat) seposuit, quibus decenter indui posset, si quando agenda esset in crucem. Et certè illa non modò eâ in re animi sui robur demonstrauit, sed etiam studiosè procurauit, vt desiderio effectus responderet. Nam Christianis quibusdam ibi præsentibus dixit hæc verba: Ego sum parata mori pro sanctâ nostrâ fide: verùm quia

Christiani omnes appellantur Patres.

Pia mulier ideò sibi ad martyrium vestes parat:

fœmina sum, (quæ à naturâ timidior est) haud scio, AVCTO-
num animum sim, aspectu nudæ crucis, abiectura: RE LVD.
quare vos obnixè obtestor, ne lapsum talem in me FROES.
toleretis, sed etiam renitentem vi pertrahatis ad car- D
nifices, vt cum reliquis Martyr hac vitâ excedam.

37 Eadem Maria deinde periculum facturа, num desiderium filiolæ Gratiæ, quæ optabat eamdem subire aleam, esset solidum, & non puerilis potiùs ardor, dixit ei, se velle ipsam amandare ad suum Patrem, (qui tunc in aliâ quadam vrbe degebat) vt extra omne periculum esset. Illa autem vberrimè cœpit lacrymari, dicens: Quid hoc est? nónne ego sum baptizata? Certè si Christiani omnes moriuntur, egóne velim viuere? Ex quo responso Maria non solùm cognouit Gratiæ constantiam, sed summam quoque percepit consolationem. Ac certè cùm paullò pòst à suo Patre reuocaretur, numquàm à Mariâ diuelli potuit. Tantum cælestis gratia efficit in animo etiam tenero, quando semel illum occupauit.

explorant filiolæ constantiam.

38 Fortè aderat Paulus Amacusa, cùm hæ litteræ traderentur: iisque acceptis adiit alium quemdam Fratrem nostrum, hunc, vt diximus, colloquium instituentem de martyrio cum quibusdam Nobilibus, eique, remotis arbitris, in aurem dixit, quæ noua Fuscimo allata essent, ea Nobilibus illis patefaceret, si putaret eos nos conturbandos; sin secus, taceret. Tum ille: Mihi hæc cura incumbat: nam ita sensim rem instillabo illis, vt timori nullus sit futurus locus; nec restinguam ardorem sponte ardentium, sed potiùs adaugebo. Paulus verò abiens reuertit ad Patres, qui in aliâ quadam domo versabantur, eisque eadem nuntiauit. Quo facto, amplexus Patres Fratresque, non sine omnium lacrymis, abiit ad ædes nostras, quibus excubitores erant attributi: nec aliud ibi expectabatur, quàm vt lictores aduolarent, & omnes ad necem raperentur. E

Nostri mortem expectant.

39 Interea P. Organtinus de omnibus certiorem reddendum putauit P. Vice-Prouincialem, cui scripsit in hunc modum: Epistola, quam ad R. V. nunc transmittimus, magnum & generale gaudium, tum pro ipsâ, tum pro Reuerendissimo Episcopo, tum pro omnibus Societatis hominibus denuntiat. Heri sub noctem Fuscimo venerunt litteræ ad Mariam de Giuan, à quodam eius nepote scriptæ, in quibus habebatur, illo ipso die Gibonoscio à Rege mandatum, vt omnes Patres interficeret. Paulus Amacusa insolitâ quadam lætitiâ exultans hoc nuntio cognito ingressus ædes nostras dixit: Tandem, Patres & Fratres carissimi, tempus illuxit profundendi sanguinem pro illo Domino, F
qui amore nostri profudit suum. Quo audito, magnâ consolatione cœpimus interioris hominis præparationi attendere. Quoad exteriorem verò, exemimus ex arcis certas tunicas, pallia, & lineas vestes cum stolis, vt cum hoc habitu in theatrum, velut germani Societatis filij, & veri Christi serui, ac Diuinæ Legis prædicatores prodiremus. Tantaque omnes incessit lætitia à Domino communicata, vt verbis eam nequeam exprimere. Ac fanè agnoscimus hunc vnum esse effectum gratiæ, quam continuis orationibus & sacrificiis, quæ P. N. Generalis & R. V. hoc tempore in Diuinæ Maiestatis gloriam pro hac prouincia fieri curauit, impetrauimus. Multò autem maior ad hoc gaudium nostrum facta est accessio, dum animaduertimus, omnes hos quoque Christianos, tam paruos quàm magnos, paratos ad nos imitandos, & ponendam vitam pro illo, qui suâ positâ redemit omnes. Id modò verebamur (quod alij quidam dictitabant) ne apud Deum indigni palmâ tam gloriosâ haberemur. Omnes autem excelluit vetus ille athleta Christi Iustus Vcondonus. Aderant quoque ibi alij generosi Equites, vt filij *d* Genoíoin, qui est vnus è quatuor Aulæ Præfectis; & minimus filius, nomine Constantinus, hucusque à nobis

& ad eam se parant:

d vri & Vcondonus ac alij Nobiles

AVCTORE LVD. FROES.

non diſceſſit. Alij prætereà, & inter eos multi Nobiles, continenter ad nos mittunt epiſtolas & nuntios, promittentes ſe promptos ad ſuccurrendum nobis, vti Patribus & Magiſtris ſuis, quando opus erit. Magnam huius feruoris in iſtis neophytis partem attribuimus ſancto Sacramento Chriſmatis, quo paucis antè diebus à Reuerendiſſimo Epiſcopo ſunt conſignati. Non poſſum hìc ſilentio prætermittere petitionem Iacobi & Ioannis, qui opellam ſuam præſtant nobis inſeruiendo ſacris. Hi enim quia firmiter decreuerunt idem nobiſcum vitæ diſcrimen adire, petiuerunt à me in Societatem noſtram priùs admitti. Quibus reſpondi, ſi contingeret eos mecum occumbere, ſortem eorum fore feliciſſimam: ſi non, me cum R.V. de illorum deſiderio acturum. Hęc eſt ſumma epiſtolæ P. Organtini.

ab Epiſcopo confirmati.

Ioannes & Iacobus petunt Societatem.

40 In regno *e* Giamaco, quod vnius diei interuallo abeſt Meaco, vrbs *f* Nara, in his regionibus percelebris, ob ſectas diabolicas, quæ in eâ florent. Ad huius vrbis academiam, mandato P. Vice-Prouincialis, miſſus eſt è Fratribus noſtris Vincentius, vnus ex optimis concionatoribus & interpretibus huius prouinciæ, vt pleniorem ibi hauriret gentilitiorum errorum notitiam, ac deinde de omnibus Concionatores noſtros accuratiùs informaret, atque ita faciliùs mendacij magiſtrum omnes redarguerent. Dum verò in hoc ſtudium incumbit, ecce affertur ad eum epiſtola, quâ à Fratre noſtro quodam certior fit, ſi cum ceteris Patribus velit eſſe particeps martyrij, primo quoque tempore aduolet. Hoc nuntio cognito Vincentius, licèt à naturâ puſilli & anguſti animi, mox ſeſe collegit, ac nullâ morâ interpoſitâ omnia ſua ita componit, vt primâ luce ſequentis diei præſtò eſſe poſſet.

e

f

Vincentius Naræ ſtudens,

ſpe martyrij,

41 Hoſpes id videns, qui magno eum amore complectebatur, omnibus modis nititur ei perſuadere, ne Meacum antè ſe conferat, quàm exitum cognorit tragœdiæ: temeritatis quippe magnæ eſſe, ſe in fauces mortis immittere, quando facilè declinari poſſunt. Frater gratias homini egit, pro ſingulari in ſe amoris affectu: eumque docuit, mori pro Lege Chriſtianâ, quam annuntiaret, non modò non ſibi vllum afferre faſtidium, ſed voluptatem animi tantam, vt beatum ſe reputaret, ſi pro eâ ſanguinem profundere poſſit: quoque notior eſſet ſua profeſſio, hoc maiorem ſe meriturum ignominiam, ſi omnes alij de Societate cum palmâ martyrij hac vitâ excederent, ipſe verò ſolus in vitâ ſupereſſet, & alicubi deliteſceret. Atque ideò, ſi Rex prædicatores Euangelicos morte afficeret, ſe meritò debere eſſe primum. Denique hoſpes, videns eum tam conſtantem in ſuo propoſito, equum cum aliquot ſociis, qui comitarentur, illi attribuit. Diſceſſit itaque ſummo manè, cum animo tam confirmato pro Chriſto vitam profundendi, vt quotquot in itinere milites occurrerent, eos ſui capiendi cauſsâ exiſtimaret emiſſos. Denique cùm ad villam Meaco proximam peruenisſet, poſt actas mille gratias, ſocios cum equo ad hoſpitem remiſit: iter deinde ſuum perſecutus, ſub veſperam duodecimi Decembris attigit Meacum, cumque rectà per medios excubitores tendere vellet ad domum noſtram, ab amicis impeditus eſt, & quaſi vi deductus in ædes, in quibus degebat P. Organtinus.

frustrà diſſuadente hoſpite,

Meacum aduolat.

42 Hoc eodem die nuntiatum eſt Patribus Franciſcanis, Regem in ipſos mortis dictaſſe ſententiam: qui eo puncto temporis præclarè demonſtrarunt, quantos in ſanctæ religionis ſchola progreſſus feciſſent: neque enim ſolùm non mœſto animo hunc funeſtum nuntium excepêre, ſed ingenti gaudio cum quibuſdam aliis Chriſtianis ad mortem ſe comparârunt. Quod meliùs intelligetur ex parte vnâ litterarum, quas Pater F. Petrus Baptiſta, Franciſcanorum Commiſſarius, Meaco dedit ad P. F. Auguſtinum agentem Nangaſachi. Circumdati ſumus, inquit, intus & foris cuſtodibus, & ſententia mortis in Chriſtianos noſtros lata eſt: & ideò nomina eorum annotata ſunt. Primo die, quo cuſtodes nobis attributi ſunt, confeſſi ſunt de peccatis; ſic vt totam noctem Frater Franciſcus & ego in audiendis confeſſionibus conſumpſerimus: nam ex primario quodam Chriſtiano cognoueramus nos omnes poſtero die vitâ priuandos. Ante ortam lucem dixi ſacrum Miſſæ, & communionem Fratribus aliiſque quinquaginta Chriſtianis porrexi, arbitratus eam eſſe extremam: deinde omnes nos præparauimus, acceptâ in manus cruce, ad ponendam vitam pro Chriſto. Eo die ante prandium multi Iaponij aduenêre, & per totam domum diſcurrêre, & poſt eos quidam Gibonoſcij Gubernatoris Meacenſis Subſtitutus, educens ſecum Leonem, Paulum, Thomam, Venturam, & Gabrielem, noſtros prædicatores, eoſque domi ſuæ detinuit. Ignoro, quis exitus rei ſit futurus. Aiunt, quòd vel trucidabit nos, vel remittet ad Philippinas. Sed nos, gratiâ Diuinâ adiuuante, paratiores ſumus ad vitam deſerendam pro Chriſto, quàm ad repedandum in Philippinas, etſi ego tanto bono dignus non ſim. Frater noſter F. Martinus eiuſdem eſt animi & ſpiritus. Sit Deus benedictus.

egregiè ad mortem ſe parant.

a *Erat is* P. Ioannes Roderiguez, *qui P. Valignani Legati interpres, à Taicoſamâ inter obſides retentus, procq; interprete deinceps habitus, & iuſſus commorari Meaci. Taicoſamam infirmum viſit & ad cogitationem ſalutis excitauit; ſed fruſtrà, cùm is in ſuis peccatis obduruiſſet: benignè tamen ab eo acceptus, donisq; honoratus, & iuſſus filiolum ſuum* Fideyori *ſalutare. Verùm, vt hìc dicitur, Nangaſacum tunc ierat, interfuitq; XXVI Crucifixorum martyrio.*

b *Intentus erat Taicòſama reſtaurationi ſuperbi palatij, aliorumq; ædificiorum, quæ initio Septembris eiuſdem anni terræmotu penitùs proſtrata erant. Hinc infrà nu.* 36 dum ædificia ſua ſpectaret, *dicitur tuliſſe in Patres ſententiam.*

c *Viſus quandoque* Tarazaua, *ſiue* Tarazauandonus, *Gubernator Nangaſacanus, fauere noſtris ac ceteris Chriſtianis, vt plurimùm tamen iis aduerſabatur, quibus in rebus poterat. Eamq; ipſam ob rem gubernatione à Dayfuſamâ deiectus an.* 1603. *ſubſtituto* Antonio Marayama *viro prudente ac pio, cui & quatuor Aſſeſſores Chriſtianos dedit.*

Tarazauandonus Gubernator Nangazakenſis.

d *Erat hic vnus è* 4 *Aulæ Præfectis, ac domus* Sabucondoni, *nepotis Nobunanga, curam gerebat, noſtris addictus; procuraratq; vt P. Organtino Meaci commorari liceret: viſus & ipſe aliquando in Catholicam religionem propendere, quam duo eius filij, vti hìc ac rurſus infrà dicitur, complexi erant. Aliquando ſimpliciter* Foin *appellatur.*

Genifoin. Aulæ Præfectus.

e *Alij* Yamato, *& Xamaco ſcribunt.*

f *De hac vrbe, plurimiſq; in eâ idolorum templis ac Bonziorum domiciliis, fusè agit Solerius noſter lib.* 1 *cap.* 12 *&* 13. *Diſtat ea vrbs non longè Sacaio, Euronotum verſùs.*

Nara vrbs.

CAPVT IV

Quomodò Rex declarauit in ſententiâ contra Patres latâ, non comprehendi Patres Societatis.

43 DVm noſtri cum ceteris Chriſtianis in ſingulas horas præſtolantur miniſtros iuſtitiæ, ipſamque mortem; Dominus noſter arcano ſuo conſilio immiſit in cor Gibonoſcij efficax deſiderium liberandi Societatis homines, eorumque diſcipulos: & ideò ſponte, à nemine noſtrorum aliorumue impulſus, ad duodecimum Decembris diem Regi locutus eſt in hanc ſententiam: Heri Excellentia V. mihi mandauit, vt de medio tollerem omnes Patres: nunc aueo cognoſcere, quos nomine Patrum comprehendat, num illos quoque qui cum naui Luſitanorum aduenêre. Et, ſi placet, rationem quoque noxæ ab iis commiſſæ publicandam præſcribat. Reſpondit Rex: Neſcis tu, ab illis hominibus, qui cum naue Tozzanâ appulêre, Hiſpaniæ ſubiugatum eſſe Mexicum & Philippinas? Iam, vt eadem viâ & ratione Iaponiam in ſuam redigant ditionem, præmiſêre hos ſuos Religioſos, ad explorandas has regiones, & deuincendos ſibi per prædicationem

Gubernatore rogante.

declarat Rex edicto comprehendi ſolos PP. Minores,

A nem populos, deinde ſecuturi cum ingenti & validâ claſſe, vt per antè ſubornatos ſequaces Chriſtianos aperto Marte omnia regna inuadant. Decem iam anni exacti ſunt, quòd Legem illam prohibuerim; & illi de Societate meo edicto parent. Vnde ergo hi noui homines prodeunt, & prædicare audent, quod nolo, & ſtatum Iaponiæ euertere & labefactare? Numquid hoc patiar? Reſpondit Gibonoſcius, iuſtas eſſe ſuæ Excellentiæ rationes, ac verum eſſe, quod de Societatis Patribus dixiſſet: addens præterea ex induſtriâ alia quædam, quæ facerent ad mitigandum Regis animum in Societatem. Quoniam igitur Taicoſama tunc apertè demonſtrauit, ſe nullâ re offenſum à Societate, mox ſubiunxit: Quia Interpres noſter (is eſt, vt diximus, P. Ioannes Rodriguez) nouo hoc nuntio fuerit commotus, ex noſtrâ parte celeri nauigio cures ei ſignificari, vt curâ omni ſolutus ſit; & ſeni illi, qui Meaci degit, vt ſit animo tranquillo & quieto. Ignouit quoque Patribus Nangaſachanis, Epiſcopo, omnibuſque iis, qui cum illo in eius conſpectum veneránt.

non noſtros ſuiſſe id noſtrum ſignificari.

44 Hoc reſponſo accepto Gibonoſcius illicò curauit aduocari Chriſtianum quemdam, nomine Iacobum, quem informatum de rebus à ſe apud Regem actis amandauit Meacum, cum mandato vt omnia exponeret P. Organtino; & ſuo Subſtituto imperaret, ne ampliùs ad domum noſtram vllæ haberentur excubiæ: Inde Iacobus Nangaſachum abiiſſet, ad reddendum certiorem P. Ioannem Rodriguez, & reliquos, de rebus à Rege ordinatis: ſed cùm deprecaretur Nangaſachanam profectionem, ſubiunxit Gibonoſcius, vt rem commendaret alicui alteri ſibi æquali: cùm enim negotium ſit à Rege commendatum, nihil eſſe cunctandum. Iacobus, vt Meacum tenuit, Gibonoſcij mandata Patribus expoſuit. Qui obſtupefacti, mirari cœpêre Diuinam prouidentiam, quà nimirùm perfectum ſit, vt homo Ethnicus noſtrorum patrocinium coram Rege ſuſceperit. Ac mox cuſtodia omnis ab ædibus noſtris ſubmota eſt. Pater autem Organtinus Iacobum cum litteris ad Gibonoſcium remiſit, quibus pro humanitate tantâ immenſas gratias egit, qui, vt gratas ſibi fuiſſe indicaret, nuntiari iterum nobis mandauit, vt omni curâ & metu vacui viueremus. Cetertùm, cùm Societatis homines exploratam haberent inconſtantem Taicoſamæ naturam, in omnem euentum ſe omnes comparabant.

Gubernator id illi nuntiat;

qui ei gratias agunt.

B

45 Poſſet hîc aliquis à me ſciſcitari cauſſam, cur Rex comprehendere noluerit nos in hac ſententiâ, cùm tamen prædicemus Euangelium, & cùm tot collegiis & reſidentiis trecenta millia animarum in Chriſti fide & verâ pietate foueamus & alamus. Huius quæſtionis ſolutio etſi colligi queat ex ſupradicto colloquio Regis cum Gibonoſcio inſtituto, tamen vt clariùs intelligatur, addo principalem cauſſam fuiſſe Dei prouidentiam, qui ſuos theſauros diſtribuit, iuxta profundum & impenetrabile ſuæ ſapientiæ iudicium; cognoſcenſque quid conueniat ad ſalutem ſuorum electorum, pro benignitate paternâ omnia dirigit ad maiorem ſuam gloriam. Vnde ſua diuina Maieſtas ſciens ſeminatorem zizaniorum per occaſiones ſuprà allatas fideles perturbatione quadam affeciſſe, voluit omnipotenti manu ſuâ hoc bonum inde elicere, vt bonâ voluntate laboribuſque Patrum Franciſcanorum remuneratis, (nempe vt ſex agentibus in Meacenſi regno aditum daret ad palmam martyrij; atque ita eorum & quorumdam aliorum ſanguine hæc noua Chriſti vinea irrigaretur; quinque verò reliquos permitteret regno pelli) vt, inquam, hoc conſilio modicum diſcordiæ ſemen, quod poterat magnum adferre Eccleſiæ huic detrimentum, extingueretur. Magna quoque Dei prouiſio liquet in eo, quòd ſententia mortis in nos lata executioni mandata non ſit: quia quantùm coniicere licet ex promptitudine plerorumque omnium Chriſtianorum pro fide occumbendi, deinde ex affectione eorumdem ad Patres Societatis, ſi Rex idem tentaſſet cum noſtris, magna rerum omnium conuerſio ac tumultus inter Chriſtianos extitiſſet.

Cauſſa mutationis Regis.

C

1 Dei prouidentia,

quibus dã palmã donatu,

impedientia diſſensiones:

AVCTORE LVD. FROES.

D

46 Si autem rem totam ad humanæ rationis calculos exigere volumus, aio tribus rebus Taicoſamam reuocatum fuiſſe à ſententiâ in nos proferendâ; Primum eſt modus, quem noſtri continenter tenuerunt, vt dictum eſt, ne illum irritarent, qui animum eius eouſque mitigauit, vt Domini quidam in ſuis ſtatibus Reſidentias conſtitui voluerint, non ſecus atque ſi prorſus eſſemus cum Taicoſamâ reconciliati. Alterum eſt aduentus Epiſcopi ad viſitandum illum, & reſponſum Proregis Indiæ Orientalis ab eo allatum: quo, quantùm intelleximus, manus eius omnino ſunt ligatæ, ſicut & ipſe faſſus eſt Gibonoſcio, quando ei ſententiam ſuam de ſupradicto Regis decreto expoſuit. Tertium fuit commercium, quod habet cum Luſitanis, quo exiſtimauit tanta commoda inferri Iaponiæ, vt hac de cauſâ poteſtatem dederit noſtris commorandi Nangaſachi, & eccleſiâ ædificandi. Aduertebat autem facilè hanc negotiationis ſocietatem abruptum iri, ſi noſtros omnes eodem condemnationis telo confodiſſet. Atque hæ ſunt cauſſæ, quas Rex ipſe ore ſuo commemorauit Gibonoſcio, itaque & ad Tarazauandonum Nangaſachanum Gubernatorem miſit informationem: quamuis & aliam ex mandato Regis ad eumdem miſerint Præfecti Aulæ.

modeſtiâ.

3 honor à Legato,

4 lucrum à Luſitanis

E

47 Etſi negandum non eſt, plurimum opis in hanc rem contuliſſe induſtriam, quâ P. Vice-Prouincialis vtitur cum Dominis Aulæ, ad conſeruandam eorum in nos beneuolentiam: nam, vt apparuit in Cicugendono & Gibonoſcio, Dominus Deus illis tamquàm inſtrumentis ſubinde vtitur ad defenſionem noſtri.

5 Proceres conciliati.

CAPVT V

Quid acciderit Nangaſachi, eiuſque territorio, poſtquàm Rex mentem ſuam declarauit.

48 CVm Rex mentem ſuam in hoc negotio, modo iam dicto, aperuiſſet, miſit ad Fazamburum Gentilem & ſubſtitutum Tarazauandoni fratris mandatum, vt Patres Franciſcanos intrà paucos dies Meaco abducendos *a* Nangoiam, vbi ille ſedem ſuam habebat, inde porrò duceret Nangaſachum, in crucem agendos. Cum hoc mandato allatum eſt & decretum Præfectorum Aulæ, in quo Fazamburo animus Regis exponebatur, mandabaturque ne vllum Patrem prædicandi Euangelij cauſsâ ſineret Nangaſacho proficiſci Meacum; multò autem minùs permitteret intrà fines ſuæ gubernationis eiuſmodi prædicationem inſtitui. Acceptis his litteris Fazamburus curauit vocari ſubſtitutum, P. Ioannem Rodriguez, & alios duos eiuſdem regionis, omnibuſque voluntatem Regiam patefecit: mandauit quoque duobus Nangaſachanis, vt ſeuerè prohiberent, ne vllus Iaponius eccleſiam adiret; nulli item cœtus à Chriſtianis vel aliæ res externæ inſtituerentur, quæ ab Ethnicis notari poſſint. P. Ioanni deinde etiam atque etiam inculcauit, ne noſtri prædicandi gratiâ varia loca obirent, nec tumoribus cauſſam darent: alioquin apud Regem tum noſtros tum omnes Chriſtianos periculum capitis fortunarumque omnium facilè adituros. Denique commiſit ſubſtituto, moneret tres Patres Franciſcanos Nangaſachi degentes, vt breuiſſimo quoque tempore, Collegio Societatis etiam omiſſo, reciperent ſe in nauem Luſitanorum: ſic enim expedire ipſis Patribus, Gubernatori, & vrbi; & ſi libentes volentes nollent parere, accerſeret Capitaneum, ſi quis eos vellet recipere. Quòd ſi verò aliquis fugâ elaberetur, eùm curaret inquirendum, conſignandumque Domino loci, in quo inueniretur.

Eazãburus iubetur PP. Minores dedere morti;

a

F

impedire concionis:

vetat Iaponios tẽpla noſtra adire:

ſuadet noſtri moderationem:

7 PP. Minores naui imponit, vt latẽant.

AVCTORE LVD. FROES.

49 P. Ioannes Nangoiâ reuerſus informauit P. Vice-Prouincialem, & ceteros de noſtris; qui moleſtiùs, quàm cogitari poteſt, hoc mandatum excepêre. Fuit enim Vice-Prouincialis coactus inſtructione in omnes Iaponiæ angulos tranſmittere, quemadmodùm cum fidelibus agere debeant, reuocareque illis in mentem, hoc eſſe tempus, quo in omnes futuros caſus armati eſſe debeant; eoque applicarent magnum aliquem numerum ſacrificiorum quotidianorum, ieiuniorum, & diſciplinarum, ad impetrandum à Domino robur viriliter reſiſtendi hoſtium conatibus.

noſtri pijs operibus Deum propitiant.

50 Subſtitutus Fazamburi mandata de PP. Franciſcanis eſt executus: ſimulque ſub pœnâ vitæ cauit, ne vllus nauta eos reduceret in terram. Præterea Vice-Prouincialis curauit agi cum Domino Amurenſi & Omurano, vt viderent, quâ prouiſione opus eſſet hoc tempore circa noſtros in eorum ditione agentes. Reſponderunt dicti Domini, ſibi videri, tempori nonnihil ſeruiendum: expedire, vt pietas Chriſtiana intra priuatos parietes nonnihil deliteſcat, modò ne omittantur quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem Chriſtianorum. Nec voluit Dominus Arimenſis (in cuius ſtatu extat ſeminarium) conſentire in mutationem à P. Vice-Prouinciali

Reges Arim. & Omur. tenſent ſeruiẽdum tempori:

B deſignatam, nempe, vt domus illa centum eoque ampliùs alumnorum transferretur Amacuſam, locum longiùs remotum, & Nouitiatus (qui triginta habens tirones intra ſex menſes erat diſſoluendus) Amacusâ tranſferretur ad ipſius ſtatum. Neque ab hoc propoſito, in tam præſenti periculo, potuit diuelli. Tantoperè autem ſemper complexus eſt illud ſeminarium, vt abiens Coraium, patruo ſuo, qui gubernationem ſtatus ſuſceperat, commendârit, vt ſi nouum aliquod edictum à Taicoſamâ veniret, præ omnibus ſeminarij incolumitatem tueretur.

ille ſeminarium fouet.

51 Auguſtinus agens in regno Coraiano, ſimul atque rumor de hac perſecutione ibi increbuit, certum hominem ad Vice-Prouincialem amãdauit, qui ei operam omnem & ſtudium ſuum offerret; & certiora ab eo cognoſceret. Idem fecêre Domini Nangaſacho finitimi, tam Gentiles quàm Chriſtiani, mittentes datâ operâ quoſdam, qui P. Vice-Prouincialem ſolarentur, eique omnia ſua officia & auxilia offerrent.

Proceres multi opẽ addicunt.

a *Vrbs eſt regni Figenſis* Nangoia, *portu commodo, in Ximo.*

CAPVT VI

Quemadmodùm ſecundò nomina Chriſtianorum, qui cum Patribus Franciſcanis agebant, deſcripta ſint.

52 GIbonoſcius, perſpectâ voluntate Regiâ, Subſtitutum ſuum Meaco euocauit, eique præcepit, vt in ſchedulam vnam referret omnium Chriſtianorum nomina, qui cum Patribus D. Francifci familiariter agerent. Is Meacum regreſſus, nomina eorum à Patribus exegit, & in ſcriptum relata ſunt ſeptuaginta capita ſupra centum, è quibus non erant, quos Gibonoſcius volebat. Et quia Subſtituto illi videbatur numerus magnus, rurſum curauit exigi tantùm nomina eorum, qui cum ipſis Patribus agerent: vnde ad Gibonoſcium non eſt allatus catalogus niſi capitum quadraginta ſeptem. Qui numerus cùm iterum ei videretur æquo maior, voluit ab iſipſis, quorum nomina conſcripta erant, inquiri; verúmne eſſet, ipſos Patribus Franciſcanis eſſe familiares, & ſi negarent, deleri eorum nomen; ſi faterentur, manu ſuâ nomen proprium exararent.

Deſcribitur familiares PP. Minorum:

53 Miniſter quidam, cùm, neſcio quo caſu, vtramque ſchedulam à Subſtituto nactus eſſet, cœpit nomine Gibonoſcij promiſcuè à ſingulis petere, num eſſent Chriſtiani: Chriſtiani, exiſtimantes ſe quæri ad martyrium, intrepidè omnes reſponderunt, ſe eſſe, ſubſcri-

certatim Chriſtiani dant nomina:

bendo more in Iaponiâ vſitato. Quæ non obſcura fuit fidei eorum probatio: credebant enim, ne vnum quidem ex iis, qui ſubſcripſiſſent, necem euaſurum. Denique Subſtitutus ſchedis receptis, ex omnibus ſelegit tantùm duodecim.

D *ſelecti 12,*

54 Nihil aliud in hoc negotio vſque ad trigeſimum Decembris actum eſt. Cuius rei cauſſa alia nulla fuit, quàm quòd Gibonoſcius aliique in Aulâ confidebant ſe Regi perſuaſuros, vt Franciſcani Patres nece exempti tantùm exilio multarentur. Verùm Iacuinus medicus id minimè ferens, die iam nominatâ aditum quæſiuit ad Regem, iam profectionem Ozacam parantem, eique perſuaſit rationibus multis, non Philippinorum modò Patrum, ſed eorum quoque, qui illis familiariter adhæſiſſent, caſtigationem non eſſe longiùs prorogandam. Quare Rex iterum Gibonoſcio commiſit executionem latæ ſemel ſententiæ. Qui ſuo Subſtituto præſcripſit, vt quinque Patres Franciſcanos cum XII diſcipulis domi ſuæ in vincula conijceret, quò aliis Ozacâ venientibus edicto regio fieret ſatis.

Gubernator conatur omnes liberare:

impedit Iacuinus.

55 Abiêre miniſtri ad comprehendendos iam dictos in domum Franciſcanorum Patrum, & dum ordine ſingulos è duodecim annotatis euocant, abeſt fortè vnus, nomine Matthias, qui agebat dictorum Patrum obſonatorem. Cùm non appareret, cœperunt E miniſtri vndique clamare: Vbi eſt Matthias? Prodeat Matthias. Proximus oſtio Patrum habitabat quidam Chriſtianus eodem nomine: qui audito nomine Matthiæ, extemplò ſe obtulit miniſtris, dicens: Ecce tibi Matthiam. Etſi non ſim, quem quæritis, ſum nihilominùs Chriſtianus, & horum Patrum amicus. Hoc ſatis eſt, reſponderunt miniſtri; nec enim opus eſt perdere oleum & operam in quærendo altero. Et ſic eum ſocium abduxêre. De quo cum ſanctâ quadam inuidiâ videtur dici poſſe: Cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum vndecim. Atque ille cum magnâ gratiarum actione tam felicem fortunam & conditionem ſuſcepit. Alter verò Matthias ampliùs quæſitus non eſt.

Matthias pro alio cognomini captus:

56 Vltimo Decemb. Rex, vt Ozacam peruenit, iuſſit Patrem Franciſcanum eiuſque ſocios, ibi retentos, vt diximus, amandari Meacum. Nondum Ozacæ ſubmoti erant ab ædibus noſtris excubitores: nam cùm Gubernator à Rege acriter reprehenſus eſſet, ob nimiam libertatem Chriſtianis conceſſam, non auſus fuerat ſine eius licentiâ ſubmouere, etiamſi declaraſſet, non eſſe ſibi propoſitum quidquam moliri in noſtros. Quâ de cauſsâ Gubernator putauit Meacum quoque mittendum Fratrem Paulum Michi, cum Iacobo & Ioanne, qui erant duo illi, quos ſuprà diximus fuiſſe in F album relatos. Non conſtat, an Gubernator id fecerit, ne videretur à nobis pecuniâ corruptus, an certè impulſu magni amici ſui Faſcigauæ, qui volebat noſtros eamdem ſubire aleam.

Ozacenſes captiui mittuntur Meacum;

etiam noſtri, præter mentem Regis.

57 Primo igitur die Ianuarij anni MDXCVII omnes iam nominati ſe in viam dedêre versùs Meacum: quò cùm peruenisſent, P. Organtinus certos homines ſubmiſit ad Gibonoſcium, ſi quâ viâ noſtri liberari poſſent: exiſtimabat enim hanc curam ſe illis debere, quòd per errorem Ozacenſis Gubernatoris contra voluntatem Regis in vincula conjecti eſſent. Reſpondit Gibonoſcius, dolere ſe de infelici hoc caſu, ſed non videre medelam. Nam, inquit, ſi alloquar Regem, exiſtimantem nullum de Societate fuiſſe Ozacæ, fortè irâ inflammatus iterum omnes iubebit agi in crucem.

nititur eos liberare P. Organtinus,

58 Quidam nihilominùs Chriſtiani, conſcij contra voluntatem Regiam tres illos noſtros rapi cum aliis ad necem, miniſtrum quemdam Ozacenſis Gubernatoris conati ſunt ſuapte ſponte magnâ auri argentique largitione in ſuam ſententiam trahere. Sed Dominus Deus, qui decreuerat hoc beneficium præſtare iis, quos pro ſuâ occultâ ſapientiâ elegerat, non paſſus eſt, eorum diligentiam ſuum conſequi effectum. Atque ita

& alij.

dictus

A dictus minister, contra similium officialium morem, qui conspectu donorum facilè molliuntur, semper se declarauit inexorabilem & silice duriorem. P. Organtinus, vbi id cognouit, dictos Christianos reprehendit, ne assuescerent ad hanc rationem agendi: licet ex aliâ parte admiratus sit eorum studium & pietatem. Paulus quoque, hæc omnia intelligens, magnas Deo gratias egit, hunc conatuum nostrorum exitum fuisse, eoque ardentiùs cœpit se comparare ad martyrium. Et post dies aliquot iisdem Christianis scripsit, dolere se ob labores ab eis ad se liberandum impensos, idque in hæc verba: Hiccine amor est, quo me complectimini? Fierine potest, vos me hoc immenso Dei fauore, de quo exultare & collaudare infinitam Dei bonitatem debebatis, velle priuare?

frustrà.

Paulus martyrij cupidus:

CAPVT VII

Quomodò omnibus aurem vnam præciderint, & in carro per ludibrium circumduxerint.

59 ALterâ Ianuarij, sub noctis crepusculum, epistola à Gibonoscio allata est ad Substitutum; quâ
B mandabatur, vt postero die edictum Regis contra Franciscanos eorumque socios exequeretur: tribus verò illis de Societate non se implicaret, relinquens eos in potestate ministri Gubernatoris Ozacensis, qui eos adduxerat. Paulus Frater optans reliquum vitæ tempus impendere in verbo Dei prædicando, quod iam multis annis fecerat, cœpit in carcere sermonem instituere cum custodibus & Gentilibus incarceratis, de sanctæ fidei mysteriis, ac singulari quodam sensu de Domini nostri Passione & martyrij excellentiâ. In his autem sanctis sermocinationibus totam consumebat noctem, omnibus auditoribus stupore attonitis ob zelum & efficacitatem dicentis: ac duo ex ipsis conuersi, se baptismum susceperos promiserunt.

concionatur in carcere,

& quosdam conuertit.

60 Deinde sequenti die manè omnes, numero XXIV manibus post terga reuinctis pedites deducti sunt ad plateam quamdam Meaci superioris, vbi omnibus abscissa est particula ex aure sinistrâ. Quod Gbonoscius fortè fieri procurauit (etsi Rex mandasset vtramque aurem præscindi cum naso,) quòd nonnullâ spe teneretur liberationis omnium. Cumque particulæ aurium, quæ erant nostris resectæ, à quodam
C Christiano, (cui nomen erat Victoris, & Ozacano Gubernatori erat à secretis, ipsosque Ozacâ digressos comitatus fuerat) cùm à carnificibus in terram abiicerentur, sunt collectæ, & ad P. Organtinum allatæ. Quibus conspectis, & in manus sumptis, multas lacrymas, partim ex commiseratione, partim præ gaudio profudit, dicens: Ecce tibi primitias Societatis in Iapone. Ecce laborum fructum. Ecce flores nouæ huius Ecclesiæ, quos Domino humiliter offero. adiunxit & alia, quæ præsentibus magnam vim lacrymarum excusserunt.

Omnibus abscissa particula sinistra auru:

quæ nostris lata ad P. Organtinum.

61 Auribus resectis, iussêre omnes reos, secundùm priscum Iaponiæ morem, ascendere carros, sic vt terni in singulis carris essent: nostri verò erant in postremo cincti militibus Gubernatoris Ozacensis. Spectantis populi numerus erat infinitus, non in viis modò, sed etiam in fenestris & tectis. *a* Præferebatur carris in oblongâ perticâ tabella, quæ continebat reorum crimen & sententiam, hac verborum forma: Quoniam hi homines ex Philippinis venêre quasi Legati, & tamen remanserunt Meaci, vt legem Christianam diuulgarent, quod ego superioribus annis illis seuerè prohibueram; mando, vt omnes vnà cum Iaponiis, qui Christianæ Legi nomina dederunt, è medio tollantur. Itaque hi vigintiquatuor crucifigentur Nangasachi. Et quoniam rursum dictam Legem in futurum tempus prohibeo; omnes hoc norint: & mando, vt fiat exe- AVCTO-
cutio. Si quis autem edicto meo non paruerit, cum RE LVD.
vniuersâ familiâ suâ multabitur. Anno primo Cheicij, FROBS.
D ad decimum vndecimæ Lunæ.

circumducuntur in carris, a prælatâ sententiâ.

62 Pater F. Petrus Paptista Commissarius, horum Christi militum fortissimus Dux, tum ad suos animandos, tum ad solandos Christianos, qui ad hoc spectaculum concurrerant, elatâ voce, nunc Hispanicè, nunc Iaponicè, quantùm poterat, adhibito quoque corporis gestu & motu, concionabatur. Frater autem Martinus & F. Franciscus magnâ cum modestiâ & humilitate, atque si coram Dei tribunali consisterent, procedebant, Diuinæ misericordiæ se multâ deuotione commendantes. Illud verò spectatoribus partim lacrymas elicuit, partim magnam admirationem attulit, videre in hoc numero tres adolescentulos (qui Patribus Franciscanis in sacrificio Missæ inseruierant, ac maximus quidem erat quatuordecim circiter annorum, minimus vndecim) plenos gaudio, vultu angelico, manibus, vt diximus, à tergo colligatis, clarâ & hilari voce accinentes Dominicam orationem, & salutationem Angelicam, aliasque orationes. Ac minimus quidem, nomine Ludouicus, cùm ad eum adhuc in carcere agentem Gentilis quidam primarius venisset, spopondisseteque, se eum liberaturum, si vellet renuntiare baptismo, audacter respondit: Imò tu etiam debes fieri Christianus, siquidem aliud medium non est ad salutem consequendam. Dum verò hi Dei serui in hunc modum per Meacum circumducuntur, nonnulli Chri-
stiani accensi desiderio eamdem cum illis ignominiam mortemque perferendi, rogabant milites, vt & ipsi
E coniici possent in carros; sed neutiquam assenserunt.

Zelus & pietas P. P. Minorum,

& trium puerorum

Ludouici constantia.

cupiunt & alij iu iuigi.

63 Tandem ad carcerem, vnde excesserant, reducti sunt: cumque è carris desiliissent, Paulus adiungens se Patribus Franciscanis, eosque amplectens, magnas gratias egit, quòd sub eorum vmbrâ tantum beneficium à Diuinâ misericordiâ consecuti essent. Quâ ex re obstupefacti milites & aurigæ, inter se dictitabat: Vnde hoc genus hominum talia agentium? Vbi terrarum possent inueniri; qui perindè ac isti exultent in probris & contumeliis?

Paulus PP Minoribus gratias agit.

64 Posterâ luce ex mandato Regis hæc prænobilis cohors imposita iumentis, traducta est Ozacam, ibique per vias ignominiosè ad spectaculum proposita: sic prorsus, vt Gentiles ipsi commiseratione moti tenere lacrymas non possent, sed inter se admurmurantes dicerent: O rem ab omni ratione alienam! O
F iniustitiam magnam! Ozacâ denique delati sunt Sacai, vbi quoque contumeliosè per vrbem sunt deuecti. Posteà rumor peterebuit Meaci, P. Organtinum etiam cum Sociis à Rege ad cædem designatos: qui rumor tantos motus inter Christianos, flagrantes desiderio nobiscum occumbendi, excitauit, vt Ginoboscius metu impendentis tumultus coactus fuerit certum hominem amandare, qui singulos Christianos Meaci degentes suo nomine certiores redderet, Regio edicto non comprehendi nisi Franciscanos, eorumque familiares, & nullos præterea alios. Quo nuntio Christiani conquiuerunt.

Ozaca circumducuntur, & Sacaij.

a *Quidam Gentiles in præcipuis vrbis viis, per quas erant transituri, arenæ multum sparserunt: quod non nisi in triumphali Imperatoris ingressu fieri solet; numquàm in cuiusquam supplicio, etiam maximi Principis. Lictores quoque, ritu in triumphalibus pompis vsitato, turbam submouebant. Ita Euseb.*

CAPVT VIII

De feruore Christianorum, hoc tempore in Ozacanâ vrbe degentium.

65 ANtequàm agam de profectione nostrorum incarceratorum versùs Nangasachum, operæ prerium

AVCTORE LVD. FROES.

pretium mihi facturus videor, si indicem, quis fructus, Deo auctore, ex hac persecutione fuerit consecutus. Percensebo tantùm quosdam peculiares: nam generales facilè colligi possunt ex supradictis. Prætermisso autem Paulo Sachendono cum aliis quibusdam Dominis, quorum antè mentionem fecimus, venio ad Victorem Gubernatoris Ozacani Secretarium. Hic homo bonus, vt cognouit paucos quosdam de nostris ad cædem descriptos, non solùm ipse se adiungere voluit nostris, sed etiam laborauit, vt vxor cum filiis in eamdem societatem asciscerentur: & idcircò ex ædibus suis, longiùs disiunctis, immigrauit in alias nostris vicinas: cumque illi quidam dicerent, satis esse, si solus ipse se in discrimen vitæ coniiciat, respondit, nec coniugi nec liberis vllum maius bonum contingere posse, quàm si huius vitæ vsuram pro Christo contemnant. Imò cùm Pater quidam noster auctor illi esse conaretur, vt superstes in vitâ remaneret, propter alios tirones & teneriores, quos in fide Christianâ confortare posset, sic animo turbatus est, ac si magnâ iniuriâ ab eo affectus esset. Breuiter, tantum zelum & ardorem declarauit erga nostros hoc rerum statu, vt inde ab initio ad ædes nostras venerit, & in iis diu noctuque continenter quasi manserit, donec Meacum abiit, comes Fratris nostri Pauli Michi, vbi illi præstò fuit in carcere, & extra illum.

A *Victor vult nostris iungi,*

sequitur Meacum:

B

66 De *a* Andrea Ongasauara iam dictum est, quantâ promptitudine confestus fuerit se nostri hospitij esse dominum, coniiciens se suumque familiam in certum vitæ fortunarumque discrimen, si ministri iustitiæ duos Patres in domo eius deprehendissent. Cùm nuntius adferretur, vnà cum nostris quosdam Iaponios mortem oppetituros, admodùm exultauit, arbitratus horam adesse, quâ suo desiderio faceret satis. Ortàque inter ipsum & Victorem iam nominatum contentione sanctâ, vter eorum inter paucos illos esse deberet, probauit rationibus quibusdam, sibi iure felicem hanc sortem deberi.

Andreas Ongasauara martyrij cupidus,

67 Nec minùs iucundum fuit, quod illi accidit cum suo patre: vnde colligi facilè potest familiæ illius mira pietas & religio. Habitabat hic Dei seruus cum dicto patre ferè octogenario, homine naturæ candidæ, & multis donis prædito, qui, vti recenter diuinis aquis ablutus, nondum habebat magnam Christianarum legum cognitionem. Quamobrem Andreas constituit illi dextrè patefacere rumores, qui per Ozacam ferebantur, vt ipse quoque in omnem euentum paratus esset: atque in hæc verba eum est allocutus:

at pater octogenarius priùs vult nostros ferro defendere,

C Pater mi, tu nescis adhuc, quid sit martyrium. Ego autem tibi exponam. Inter omnia dona & beneficia spiritualia, quæ Dominus noster impertit suis cultoribus, palmam obtinet nomen martyrij; hoc est, si quis nullis probris, nullisque cruciatibus, sed nec morte ipsâ, à Christianæ doctrinæ professione deduci queat. Qui ergo ad hunc tam sublimem aspirant gradum, meritò comparare se debent, vt amore IESV Christi incensi, magnâ patientiæ significatione comparati sint ad tolerandos omnes insultus, damnum omne, omnemque iacturam. Ad hæc verba senex expallescens: O puerilis homo, inquit, túne ista mihi audes occinere? An ergo patiar me tam leuiter mactari ab hominibus sceleratis? Numquid, cùm videro violentam inferri manum Patri spirituali, manus cingulo implicitas tenebo? Nonne hæc foret insignis vecordia? Ferebat bonus senex ex vsu patriæ semper pugionem, sed hoc sermone adiunxit & gladium, atque ita instructus & irâ inflammatus cœpit sursum deorsumque ambulare, & in hæc verba erumpere: Veniant, veniant peruersi illi homines, & contrucident Patres; ego tuebor eos his armis, donec & ensem & brachium mihi confringant: & tunc si vitam mihi ademerint, Martyr post generosam pugnam esse meruero. Deinde, cùm paullulùm consedisset, iterum erigens se in pedes, nunc ensem stringebat, nunc brachia nudabat, nunc in vtrumque latus se agitabat, aliosque gestus hominum ad conflictum se parantium edebat. D

68 Andreas animaduertens bonum senem parùm esse suæ doctrinæ capacem, alias consilij sui rationes iniuit, nempe vt in alias ædes cum transferret, ne contingeret aliquid ab eo fieri Christianæ patientiæ non satis consentaneum: ac denique cum debitâ reuerentiâ ei dixit: Non ignoras, mi Pater, familiam nostram in Iaponiâ esse notissimam propter officium, quod gerit in institutione morum rituumque aulicorum. Atque ideò, quia ego certò decreui vitam pro Christo profundere, rogo te, vt cum minimo meo filiolo recipere te velis in locum magis securum, vt neque disciplina nostra, neque progenies fortè extinguatur. At senex grauiùs hac oratione offensus institit: O hominem omnis iudicij expertem! Itáne? túne hæc mihi obtrudere audes consilia? Numquid iuueni priùs moriendum, quàm decrepito? Quâ fronte coram hominibus id tolerabo? Quomodò vitam traducere potero cum tantâ ignominiâ? Tu, per me licet, seruandæ familiæ ergò abdas te in angulum: ego non nisi post contritum hostium caput, Martyr esse decreui. Hoc responsum magno mœrore affecit Andream; sed Deus E tandem cum consolatus est: nam senex, animaduertens quanto studio nurus pro se & socru suâ consueret vestes quasdam, quarum vsus decentior esset, si quando agerentur in crucem: quamque alij in familiâ ardenter se occuparent in reparandis Rosariis & reliquiarum sacrarum thecis; sæpius quoque inaudiret voces illas iterari, Benedictus sit Dominus, qui ad hoc temporis punctum nos deduxit, tandem petiit, quid sibi vellet hic apparatus? Et cùm omnes responderent, se hæc ornamenta parare pro sancto martyrio, subiunxit senex: Et mihi constitutum est vobiscum occumbere; abiectoque ense, arripuit Rosarium, pieque recitauit. Hæc fuit actionis istius catastrophe.

neque vllo praetextu iuuat;

tandem se parat ad martyriũ, vt ceteri.

69 Omitto iam, breuitatis caussâ, multos alios genere nobiles, qui ore & nuntiis sanctum animi sui propositum moriendi pro Christo, si quando in nos vel fideles omnes persecutio excitaretur, nobis aperuerunt: id tantùm dico, eò vsque ardorem illum tum in viris tum in fœminis progressum, vt Societatis homines coacti fuerint obtestari illos, vt rem silentio premerent, donec opus esset, & rogarentur: si enim secus fiat, verendum ne re cognitâ Rex maiore irâ efferuescat, si videat tam multos genere nobiles Christianæ se aggregasse Ecclesiæ. Itaque non priùs, quàm à ministris F Taicosamæ quæsiti essent, profiterentur liberè se esse Christianos, & ad seruiendum suæ Excellentiæ faciles & promptos in iis omnibus, quæ cum fide Christi & vero Dei cultu non pugnarent.

Alij continendi suæ vel, ne Regem suo seruore irritarent.

a *Anno 1589 cùm* Constantinus *Rex Bungensis à fide defecisset, &* Iotamum *honoratum senem Funaiensem die 27 Septemb. in odium religionis trucidari, ac deinde (cruce aut thecâ reliquiarum, quam gestare consueuerat, ad collum suspensâ) affigi corpus Cruci iussisset;* Andreas Ongasauara *(de quo hic sermo) crucẽ illam aut thecam sustulit. Quo cognito Rex inquirit in auctorem mandat, morte multaturus: sed deprehendi non potuit. Imò corpus ipsum Martyris biennio pòst Arimam transtulit: ac demum Ozacam cum familiâ migrauit.*

Ioram 8.

CAPVT IX

Quid hoc tempore actum sit Meaciâ singularibus quibusdam Dominis.

70 PAter Organtinus simul atque Ozacâ peruenit Meacum, misit Fratrem quemdam ad Iustum, qui eum commonefaceret de edicto Regis. Quo ex nuntio tantam cepit voluptatem Iustus, vt præ gaudio vix se caperet, dum videret tandem oblatâ occasionem vnà cum Patribus moriendi. Itaque confestim eques

Fuscinum

A Fuſcimum abiit, vt *a* Cicugendonum, à quo habuerat ſuſtentationem, conueniret. Quò vt peruenit, in cubiculum ſecretum cum Domino illo digreſſus, mentem ſuam patefecit, eique obtulit duo vaſa, *b* continentia liquorem dictum CIA, in Iaponiâ nobiliſſimum, (æſtimabantur autem vaſa illa quatuor vel quinque ſcutatorum millibus) vt pro ſuo arbitrio poſt mortem ſuam de iis ageret quod libuiſſet. Hoc ſermone attonitus Cicugendonus, tandem dixit: Miror equidem tuam conſtantiam; ſed ſcias me præſentem fuiſſe, quando Rex irâ inflammatus fuit in Patres: omnis autem eius indignatio ferebatur tantùm in illos Philippinos, eorumque fautores: ex quibus ſi es, ægrè poteris liberari, ſed non ſub nomine hominis Chriſtiani. Fortè, inquit Iuſtus, Dominatio Veſtra ita loquitur conſolandi mei cauſsâ. Ne dubita, reſpondit Cicugendonus; nam ſuo ore Rex diſertè dixit ſe non velle procedere contra Patres Societatis. Ad hoc reſponſum conquieuit Iuſtus; rebuſque confectis ab eodem Domino deductus eſt in primam aulam palatij, vbi in multorum præſentiâ idem repetiuit, & circumſtantibus plurimùm Iuſti virtutem, prudentiam, & fortitudinem collaudauit.

a Iuſtus Vcondonus lætus mortì ſe accingit,

b

ac Cicugẽdono Aulæ præfecto valedicit.

71 Scriptum fuit anno proximo ſuperiori, inter Aulæ Principes, duos filios Præfecti Genofoin, Regi

B cariſſimi, ſacramento Baptiſmi initiatos fuiſſe: qui diuinâ opitulante gratiâ ita corroborati ſunt in fide, vt à Chriſtianis pro columnis Chriſtianæ religionis habeantur. Eorum maximus, nomine Paulus Sacandonus, vigeſimum ætatis annum agens, voluntate Taicoſamæ adiit ſtatum Patris, ac prætereà à Rege obtinuit præcipuum propugnaculum regni *c* Tamba cum amplis redditibus. Cùm ergo hic Paulus, in dicto propugnaculo agens, intellexiſſet à Rege Patres omnes in carcerem compactos, (fama ſiquidem creſcit eundo) Epiſcopum quoque ex itinere reuocatum; famulos duos, cognoſcendæ veritatis cauſsâ, amandauit; alterum Ozacam, alterum verò Meacum, quod quinque leucis aberat, cui commiſit, vt ibi hæreret, & quotidie ſe de omnibus rebus accuratè certiorem redderet. Poſteà autem animo reuoluens, quemadmodùm remoto omni obſtaculo ad coronam martyrij aſpirare poſſet, conſultum fore putauit ſibi, cum octo famulis à fide & animi robore magis probatis, adeundum patrem Fuſcimi degentem, dicendumque illi, ſe cogitare Ozacam viſendi ſoceri ſui ergò, qui erat Dominus vnius regni; atque inibi, ſi de veritate famæ conſtaret, domum aliquam incolere, & totius tragœdiæ exitum expectare.

Paulus Sacandonus, audito noſtris moriendum,

c

ſtatuit & ſe offerre,

72 Deinde verò longiùs cogitando progreſſus, ac ſubuereri incipiens, ſe voto ſuo minimè potiturum, ſi

C cum ordinario corporis cultu ſe martyrio offerat (licèt enim ſe profiteatur noſtrorum diſcipulum, nullum tamen miniſtrorum auſurum iniicere in ſe manus) itaque conſtituit ſe radere, & habitum aſſumere Clerici, confiſus famulos, quòd omnes Chriſto nomen dediſſent, exemplum ſuum ſecuturos. Quoniam verò vnus eorum recenter, hoc eſt à viginti tantùm diebus, ſalutari aquâ perfuſus erat, de cuius conſtantiâ nonnihil dubitari poterat, Paulus clanculùm illi dixit, quandoquidem nondum ſatis ei exploratum eſſe poſſet, quid ſit pro Chriſto mori, ſe poteſtatẽ illi facere domum reuertendi. Reſpondit famulus: Quid ais Domine? fateor, non multos abiiſſe dies, quòd ab Epiſcopo ſim factus Chriſtianus; ſed per gratiam Dei ſatis intelligo, quanti facienda ſit animæ ſalus. Quare ſi via martyrij omnium ad cælum breuiſſima eſt, non pluris hanc vitam, quàm pauxillum cineris, fecero. Sacandonus vehementer hoc reſponſo gauiſus, famulo illi donauit centum & triginta aureos ſcutatos ad inopis familiæ ſubſidium. Hinc in cubiculum ſecretum digreſſus, & ante ſacram imaginem proſtratus toto corde ſe Domino commendauit, diuinam Maieſtatem interpellans, vt inter inuictos eius athletas annumerari poſſet.

& ad id habitum Clerici aſſumere:

neophyti famuli cõſtantiam explorat, & muneratur:

73 Hoc ipſo tempore litteras ſcripſit ad parentes ſuos & nutricem; quarum ſumma erat; Quandoquidem Patres Societatis occidẽdi eſſent pro Chriſti Euangelio, ſe quoque, vti Chriſtianum, conſtituiſſe eamdem ſubire fortunam. Et ne quis exiſtimaret, ipſum temerè & leuiter morti ſe obieciſſe, has litteras dare voluiſſe, etiam atque etiam obteſtantem eos, vt loco exequiarũ, quas fortè pro ſe inſtituturi eſſent, ipſi quoque ad Chriſti cœtum ſe adiungerent: & tunc ipſos verè huius facti ſui cauſſam intellecturos.

AVCTORE LVD. FROES.

D *indicat id parentibus, & ad fidem eos inuitat.*

74 Ad hæc, vt confeſſionis quoque beneficio meliùs ad hoc certamen pararetur, occultè ſe contulit Meacum vbi Fratri noſtro, à P. Organtino ad eum inuiſendi cauſsâ miſſo, cùm ſermo de hoc argumento incidiſſet, dixit: In hanc vſque horam nomine potiùs fui Chriſtianus, quàm re ipsâ: ſed ſpero me Diuinâ adiuuante gratiâ in poſterum ſeriò emendaturum vitam meam, & quemadmodùm conuenit, rationes meas inſtituturum: quod ſi non fecero, rogo vos, vt ſeuerè in me animaduertatis. Meaco recedens voluit vnum è Societate (cùm nondum conſtaret, an liberum noſtris foret in illâ vrbe remanere) ſecum abducere, vt frequentatione ſacramenti pœnitentiæ rectiùs in inchoatâ illâ piè & Chriſtiane viuendi conſuetudine perſeuerare poſſet. Intereà Ozacâ reuerſus eſt famulus, eò miſſus, ex quo cùm Paulus veritatem totius negotij didiciſſet, non minore mœrore, quàm priùs lætitiâ, affectus eſt, vti ipſe litteris ad Vice-Prouincialem alioſque noſtros datis ſignificauit. Atque hæc ſatis ſint de Sacandono. Veniamus nunc ad fratrem eius *d* Conſtantinum, & vtriuſque conſanguineum Michaëlem.

ſtatuit magis piè viuere.

ac ſæpius confiteri:

E *dolet deprætá ſpe martyrij.*

d

75 Quo die Ozacâ Meacum ad noſtros nuntius delatus eſt, regio edicto omnes noſtros addictos neci, Conſtantinus & Michaël iam nominati, tendentes ad propugnaculum Tambanum, in noſtrum ſimul hoſpitium diuerterant: reque intellectâ gratulabundi dixere: O quàm opportunè huc aduenimus! Operam certè hac vice omnem dabimus, vt, quantumuis tanto bono indigni, in numerum Martyrum accenſeamur. Itaque depoſitò conſilio pergendi Tambam, vbi erat Sacandonus, vel Fuſcimum, vbi erat Genofoin, contulerunt ſe Meaci in abiectam quamdam domunculam ædibus noſtris vicinam, præſtolantes occaſionem propoſito ſuo ſatisfaciendi. Cùm verò in eâ cum aliquot aliis Nobilibus delitеſcerent; miſit P. Organtinus vnum è noſtris ad illos in pio ſuo inſtituto confirmandos. Cuius exhortatione ſic accenſi ſunt, vt coniectis in cælum oculis immenſas Deo gratias agerent, quòd palmæ tam nobilis conſequendæ occaſio ſe obtuliſſet.

Conſtantinus eius frater martyrij ſpe Meaci venit;

animatur à noſtris.

76 Paullò pòſt, vt ſolet fieri in eiuſmodi rerum ſtatu, alius rumor peruagari cœpit, nondum in Chriſtianos ſententiam latam: timeri autem ne ab æmulis nomen Genofoin hac occaſione ad Regem deferatur, quòd duos haberet filios Chriſtiana ſacra complexos. Quod audiens Conſtantinus, decreuit palàm patri ſuo, cui nondum certò id innotuerat, patefacere ſe Chriſtianum eſſe, ſimulque indicare ſibi certum eſſe, vnà cum ſuo magiſtro P. Organtino occumbere morti pro Chriſto. Quare manè Fuſcimum iter inſtituens, eò peruenit, cùm Genofoin domo ſuâ egreſſus tenderet ad palatium: vbi patri ſoli ſeparatim breuiter rem totam aperuit. Ille autem, quia ſummo iuuenem amore complectebatur, totus ad hunc ſermonem conſtitit attonitus, & in domum retracto dixit: Mihi certò non conſtitit te Chriſtianum eſſe. De P. Organtino potes nunc eſſe ſecurus; ille enim non eſt in catalogo eorum, qui deſignati ſunt ad cædem. Id verò tibi confirmo, ſi à prædicatione & baptiſmo ſuo non abſtinet, haud longè à periculo abeſſe. Imò, vbi Rex mandârit omnes Chriſtianos occidi, cogitare debes, me tibi non parciturum: ſatis enim multis, tum veteribus tum recentibus, abundamus exemplis parentum, qui edicto regio in proprios filios deſæuierunt. Ad quæ Conſtantinus, Hoc ipſum, inquit, eſt quod ego deſidero. Quòd

F *indicat patri ſe Chriſtianum eſſe.*

& parat ſe ad martyrium.

AVCTORE LVD. FROES.

Quòd enim tibi patefeci me eſſe Chriſtianum, non eò feci, quò me neci eximeres, ſed vt à te omnia damna futura auerterem. Hoc reſponſo audito Genofoin, A ſubiecit, nonnihil exſpectaret, ſe poſteà longiorem câ de re ſermonem habiturum. Ingreſſus ergo palatium, ſedulò ex reliquis tribus Aulæ Præfectis expiſcari conatus eſt, in quo rei totius cardo tunc verteretur: cumque nihil certò cognoſcere poſſet, domum rediit, & coniugi ſuæ adhuc harum rerum ignaræ, ſeparatim Conſtantini mentem detexit, & addidit; ſi Rex mactari omnes Chriſtianos mandârit, ſe ſuâ manu iugulaturum filium: itaque ipſa quoque omni muliebri trepidatione depoſitâ animum virilem demonſtraret.

pater dolet, vti & mater,

Vix verba hæc Genofoin protulerat, cùm ab amore paterno, victus cœpit amariſſimè lacrymari & conqueri de filio, appellans eum inhumanum & crudelem.

77 Interim Michaël, qui Meaci manſerat, tædio affectus moræ longioris Conſtantini ſui conſanguinei, ipſe quoque contendit Fuſcimum ad ædes Genofoin: vbi ſtatim ab auiâ retractus eſt in ſecretum cubiculum, quæ ipſi conqueri cœpit de filio, quòd ſacris baptiſmi aquis ſe ablui permiſiſſet: mariti quoque iras & B minas commemorauit, & denique expoſuit quanto in mœrore & dolore ob hanc rem ex materno affectu iaceret. Quæ vita mea erit, inquiebat illa, ſi cariſſimis meis deſtituar filiis, tantoperè ab ingenuis moribus omnique ciuilitate laudatis? Et ſi mea voluptas meumque ſolatium eouſque ab illis pendet, vt noctu diuque mihi, velut venuſtiſſimi quidam flores, ob oculos obuerſentur, quid miſella agam ſine illis? quis doloris aculeus tranſuerberabit pectus meum, cùm audiero paternis manibus amantiſſimorum liberorum profundi cruorem? Heu me, quomodò hic ſpiritus vitam incolumitatemque tueri poterit in corpore? Inter hæc verba, multum lacrymarum profundens imbrem, viribuſque defecta, corruit in Michaëlem, cui ex hoc ſpectaculo tam miſerabili non potuerunt non oboriri lacrymæ. Sed tamen mox ſe colligens, dixit auiæ: Sis æquo animo Domina, ſententia regia non attinget tuum filium. Tum illa: Idem mihi meus maritus affirmauit, & ideò ſpe adhuc aliquâ ſuſtentor. Quibus verbis, vt Michaël vidit eam aliquantùm erectam, ſubiunxit: Etiamſi inter viuos eſſe deſineret Conſtantinus; non eſſet tamen, mi Domina, iuſta tibi cauſſa tantoperè dolendi: quia cùm id fieret non ob crimen vllum admiſſum, ſed tantùm ob amorem Dei Creatoris, deberet tibi conciliare magnam voluptatem. Nimis certè verum eſt, reſpondit illa, & res citra controuerſiam C omni laude digna, hunc adoleſcentem in ætate tam floridâ tanti facere vitam futuram, vt aſpernetur præſentem: vbi ego iam cano capite ne rudimenta quidem ſalutis æternæ percepi. Verùm, dic mihi, obſecro, cur ille peregrinæ potiùs doctrinæ & legi à Rege vetitæ adhæreſcere voluit, quàm tot patriis religionibus, in Iaponiâ receptis? Quia, inquit, illa affert ſalutem, hæ præcipitant in ignes æternos. Denique ait auia, Æquo ero animo, modò ille in vitâ ſuperſtes ſit: & roga eum, quæſo, vt cùm ſuo fratre contineat ſe Tambæ, donec hæc procella conquieſcat. Ego intereà apud Genofoin continenter adlaborabo, vt P. Organtinus Conſtantini magiſter immunis ſit ab omni periculo.

quam immodicè ob hoc lamentatur.

conſolatur Michaël eius nepos.

fide Chriſtianâ cõfidatâ:

78 Hisita tranſactis, vterque, Conſtantinus & Michaël, Meacum redierunt, vbi confeſſione P. Organtino factâ, ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſuſceperunt: & cùm aliquot dies ibi commorati eſſent, animaduerterentque non eum eſſe negotij exitum, quem putabant, Tambam profecti ſunt: vnde ambo ad Vice-Prouincialem ſcripſerunt, ſe non parùm dolere de hoc infelici rei exitu, eumque rogarunt, vt in precibus ſuis ſe apud Deum commendatos habere velit: vt ſuæ diuinæ Maieſtati placeat aliâ opportunitate ipſos in album ſuorum glorioſorum militũ adſcribere.

ambo cõfitentur & communicant:

79 Alij duo Nobiles, qui eodem diuerſorio cum ſuprà nominatis vſi fuerant, & quatridui iter confece- D rant ad accipiendum ſacrum Chriſma, dum itidem vident ſe ſuo deſiderio vitam ponendi pro Chriſto fraudatos, ad ſuos reuertêre, relictâ apud Meacenſes cautione, vt ſi noua aliqua tempeſtas in Patres exſuſcitetur, illicò certiores reddantur, vt eiuſdem felicitatis participes eſſe poſſint. Ac alter quidem horum, vt patriam attigit, mandauit domi ſuæ pro noſtrorum afflictionibus orationem quadraginta horarum inſtituit: cumque confluxiſſent omnes eius loci fideles admodùm multi, præclarè & ſtudium ſuum in Societatem & zelum boni communis declararunt. In hac trepidatione fortitudinem quoque ſuam demonſtrauit Ioannes, XVI annorum adoleſcens, Conſtantini cognatus; ſicut & in Chriſtianarum legum obſeruatione, nullâ re ei cedit. Is cognito Patrum noſtrorum periculo, extemplò ad ædes noſtras venit, vt in illuſtri hoc certamine ſe reliquis ſocium adiungeret.

alij à Meacum venîût martyrij ſpe:

vnus pro noſtrũ preces 40 horarum indicit.

80 Eodem tempore Meaci agebat quidam bonus Chriſtianus, habens filium XVI annorum, nomine Thomam, tridui interuallo inde diſiunctum. Huic pater ſcripſit, ſe conſtituiſſe vitam ponere pro Chriſti Lege: & idcircò ſe teſtamento (erat enim ſatis copioſus) ipſi relinquere certam pecuniarum ſummam, & E alia quædam. Placuit iuueni ſanctum propoſitum patris, magnâque eum voluptate affecit: ſed id non congruebat illi, hæredem conſcribi in terrâ, poſthabito cælo: quocircà reſpondit; Si Gentiles ſecundùm morem Iaponiæ ingens dedecus reputant, filium, ſi ita occaſio poſtulet, non occumbere cum patre; quo, inquam, prætextu deſerere te potero in obitu, ex quo vtrique pateat aditus ad hæreditatem cæleſtem?

alteriùs fernor:

item duorum patris ac filij.

81 Poteſt quoque iam commemoratis adiungi Cangiurodonus, qui licèt non multo tempore Chriſti doctrinam profeſſus fuiſſet, tamen admirando quodam ardore declarauit ſe promptiſſimum ad moriendum pro illâ. Deinde eius coniunx & alij domeſtici ab Epiſcopo baptizati, qui ſe compararunt ad mortem, etiam in cruce ſubeundam. Prætereà quidam Eques, qui ſimiliter cum vxore & filiolis ſtatuerat venire Meacum ad moriendum vnà cum noſtris, vel certè ad comitandum eos, ſi exilio mulctarentur. Tum *e* Gratia Tangi Domina, quæ cum ſuo gynæceo parabat veſtes neceſſarias ad mortem Crucis, & tam virili animo illam præſtolabatur, quòd quacumque horâ certò ei innotuiſſet de Patrum Societatis interitu, etiam intempeſtâ nocte nudis pedibus vnà cum ſociis fœminis ſtatuerit curriculò contendere ad ſupplicium.

alij ſe ad mortem generosè parant.

e præcipuè Gratia Tangi Regina:

82 Sed his prætermiſſis vnum tantum litterarum Patris F. Franciſci Blanci caput adiiciam, qui cuſtodibus ad hoſpitium ſuum iam collocatis, in hæc verba Meaco ad quemdam amicum ſcripſit: Quotidie expectamus mortem amore Domini noſtri ſubeundam, eâque ex re ingentem capimus conſolationem; maximè cùm videamus Chriſtianis tantum ineſſe animi, vt etiam carnificum moram moleſtè ferant. Id verò longè maiorem nobis affert ſtuporem, quòd & Fuſcimo & ex montibus longè remotis accurrant, & dicant: Si Chriſtiani, quia Chriſtiani ſunt, mortem oppetant propter Chriſtum, ſe quoque in illam ſocietatem adſcribi debere, quandoquidem & ipſi Chriſtiani ſint. Nobis autem fas non eſt, cum illis ſermonem illum habere. Pudet me mei, dum video homines in fide tam nouitios non expaueſcere mortem. Huc vſque ille. F

alij Meacum idcircò adulant.

63 Fateor, eiuſmodi deſiderium moriendi non fuiſſe in omnibus: nec enim defuerunt quidam languidiores: nonnulli etiam in latebras ſe abdunt, ſed tamen nullus deprehenſus eſt, qui in hac tempeſtate, vel minimum ſignum apoſtaſiæ dederit: niſi quòd tres externâ tantùm fugâ periculi impendentis declararint imbecillitatem ſuam, ſed excuſatione dignam, cum fuerint recentes plantulæ in mediâ gentilitatis hyeme plantatæ. Sed redeamus ad captiuos.

Pauci ex timore latent.

a *Erat*

A a *Erat is Rex Canga, vnus è Præfectis Aulæ Taicosamæ*
b *De iis lib. 12 histor Indicar. Maffeius*: Hæc vtique certi generis, quod non nisi peritus eiusmodi rerum inspector intelligat, haud inferiori apud Iaponios habentur lo- (quandoquidem hæc opinione gentium constant) quàm apud Europæos anuli gemmati, & baccata monilia.
c *Meacensis ad Occidentem proximum est Tambæ regnum, cuius arci* Camaiamæ *præerat Paulus* Sacondonus, *cum reditu centum millium facerum orizæ, emnemq; mouebat lapidem, vt totum regnum Christo adiungeret, vti an. 1596 scripsit Froës. Hunc tradit Solerius lib 14 cap. 2 à patre fidei causs: proscriptum, an. 1602 piè obiisse sumptis ante mortem Sacramentis, assistente nostræ Societatis Sacerdote: iusta quoque ei à nostris (etsi corpus, iussu patris, traditum Bonziis erat) persoluta. Xiugendoni frater, idem Christiani, rogatu, qui 200 aureorum stipem nostris donauit: hi in egenos erogarunt.*
d Constantinus Xiugendonus, *Sacondoni frater, Genosoini filius, sub exitum anni 1594 sacris aquis ablutus erat, cùm ageret annum ætatis decimumquintum*, elegantí ingenio, suauissimisque moribus adolescens, *vti 14 Februarij anni sequentis ex Europam scripsit P. Organtinus. Is deinde paternam dignitatem & possessiones adeptus, remissiùs primùm colere pietatem cœpit, voluptatibus indulgere, ac nonnulla apostasiæ signa dare. Ruentem in exitium stetit Diuina prouidentia. Apud Daifusamam accusatus ab famulo Gentili, quòd Christianus esset, iracundiæ percitus singulari accusatorem imperat. Mox facinoris huiusce pœnas metuens, per loca deserta, velut impos mentis, vagari cœpit. Imperator iudicans, qui se ipsum regere non posset, minimè aliis regendis idoneum esse, facultates eius omnes in fiscum redegit, tantillo ei relicto reditu, quantus ad stulti hominis sustentationem sat esset. Tum demum aperti ei oculi sunt, Deiq; agnoscens iustitiam, Sacerdotém nostrum accersiuit, apud eum peccata post baptismum admissa exposuit, & Christianam deinceps vitam vixit. Ita Solerius lib. 16 cap. 17 ad annum Chr. 1609 aut 1610.*
e *Mirabilis fuit mulieris huius conuersio, vita, mors, vt meritò* Gratiæ *nomen sortita sit. Filia erat* Aquecij, *siue* Akecij, *Tangi Regis; nupta verò* Iacundono, *itidem Tangi Regi, quem alij* Iecundonum, Yetchudonum, Hicundonum *appellant. Conuersa est quo tempore maritus cum Taicosama, eiusq; copiarum ductore Vcondono, sibi amicissimo, in Ximum profectus erat, an. 1587. Multa de eâ memorant Froës, Solerius, Guzmannus.* Iacundoni *frater an. 1594 ad fidem conuersus est. Ipse* Iacundonus *post* Gratiæ *mortem, tempore Daifusamæ Imp. & nostris amicus fuit, & non alienus à Christi religione.*

Pauli Sacondoni zelus, & mors.

Constantini eius fratris conuersio,

Lapsus,

Gratiæ Tangi Reginæ sanctissimæ.

B *pœnitētia.*

CAPVT X

Quâ ratione incarcerati Sacaio missi sint Nangasacum, & de molestiis in itinere toleratis.

C 84 POstquàm hi serui Dei cum ignominiâ suprà commemoratâ deducti in equis gregariis fuêre per vias Ozacanæ & Sacaianæ ciuitatis, mandauit Taicosama eos terrestri itinere perduci Nangasacum, cum publicis litteris, vt de loco in locum attribuerentur illis satellites, aliaque necessaria ad iter Nangoiam vsque, vbi Fazamburus eos in suam curam recipere debebat, & perducere Nangasacum. Vt autem Taicosama terrestre iter præferret marino, quod erat breuius, non alia causa fuit, quàm vt maior terror iniceretur regnorum populis, per quæ erat transeundum, (abest enim Meaco Nangasacum sexcentis passuum millibus terræ continentis) vt ne quis in posterum vel aspiraret ad lauacrum sacri baptismi, aut Patres reciperet.

Martyres mittuntur Nangasacū terrâ.

85 Sacaio itaque excessêre ad IX Ianuarij anni CIↃIↃXCVII, continenter stipati hominibus armatis. Præibat vnus tabellam sententiæ, vti suprà dictum est, in longâ hastâ præferens, qui silentio noxam imputatam innoxiis promulgabat. Molestiæ & ærumnæ huius profectionis huiusmodi fuêre, quales pauperibus & malè vestitis, ac damnatis viatoribus summâ hyeme afferre solent ingentia frigora, niues, glacies. Negandum non est Gentiles, quibus ordine commendabantur, omni humanitate eos tractasse, alios commiseratione motos ob eorum innocentiam, alios reformidantes; ne si vel morte vel alio casu aliquis eorum ereptus fuisset, ipsorum incuriâ accidisse putaretur. Itaque

stipati,

incommodo itinere;

equot eis procurabant, vel sedes in Iaponiâ vsitatas, quæ duorum hominum humeris deportantur, si eis opus erat. Nam crebrò, etiam ad augendum moritum suum pedibus iter conficiebant, vti apparebat ex eorum inflatione & vulneribus. *A VOTO-RE l. VD. FROES.*

D 86 In hunc finem P. Organtinus Christianum quemdam, nomine Petrum, insigni virtute præditum, Meaco dimisit, qui tribus Fratribus nostris eorumque sociis necessaria, dum opus esset, è suâ crumenâ submini-straret. Fuit & alius faber lignarius, dictus Franciscus, qui eadem de causâ se adiunxerat comitem Patribus Franciscanis. Hi duo ergo, quia magnâ libertate agere cœperant cum captiuis, eisque inseruire, paucis post diebus pro Christianis & ipsi à satellibus capti sunt, & commissi iis qui ipsis succedebant, vt omnes perducerent Nangoiam. Quam ob causam non solùm nullum ceperunt dolorem (Meaco enim digressi erant cum desiderio tam felicem obtinendi exitum) sed etiam magnâ voluptate affecti sunt, diuinoque Numini pro tanto munere gratias egerunt: quare & reliquum iter eximio cum gaudio prosecuti sunt, ardentibusque ad Deum precibus, aliisque piis exercitiis animum corroborarunt. Vnde & singulari cœpêre teneri desiderio sanctissimo Christi corpore ante obitum communicandi. Quâ de re Pater F. Petrus Commissarius ad E P. Rectorem Collegij nostri Nangasacani, & Paulus Frater noster ad P. Vice-Prouincialem scripsit his verbis: Nullum aliud in hac vitâ desidetium habemus, quàm aliquo die confitendi & communicandi, antequàm perueniamus Nangasacum; nec enim scimus, an posteà oblatura se sit vlla occasio: Patribus enim his Franciscanis, nondum huius idiomatis satis gnaris, non possumus integram conscientiæ rationem exponere. Magno autem solatio nostro id munus obire posset P. Franciscus Pasius.

sed quandoque humaniter habentur. Petrus & Franciscus eos iuuantes,

capiuntur,

magno suo solatio:

omnes optant ante mortem communicare,

& confiteri.

87 Ad hanc animi præparationem porrò accedebant exhortationes, quas nunc Paulus ad Iaponios, nunc Patres Franciscani per interpretem habebant, iisque animabant eos ad offerendum se Domino Deo toto pectore, atque excitabant ad agnoscendam tantam Diuinæ bonitatis gratiam. Quod rectiùs intelligetur ex sermone, quem F. Martinus ad omnes habuit per vias: qui posteà in idioma Iaponicum traductus, in pectore vnius è Crucifixis repertus est, & est qui sequitur: Fratres, cogitare debemus nos magnos esse peccatores, neque cognoscere, quanto beneficio Dominus noster in hac exiguâ afflictione nos afficiat. Multi Sancti, & singillatim S. Franciscus, omni studio ad- F spirabant ad coronam martyrij, verùm concessum eis non est, vt ad eam pertingerent. Hanc ipsam Deus hodie nobis offert, & non quouis modo, sed per instrumentum Crucis. A Christo impensè amabantur Apostoli, & tamen Crucem non concessit, nisi duobus tribusue: ex ceteris quoque Sanctis nonnulli fuerunt decollati, alij in lebetes bullientes demersi, alij assati, alij in stagna gelu rigenti coniecti; hi in mille frusta dilacerati, isti medio corpore secti; multi è montibus præcipites acti, & in rupes ac præacutos scopulos & cautes deiecti, vt omnibus membris dissoluerentur: ac denique alio atque alio genere cruciatuum tormentorumque probati spiritum suum reddiderunt Conditori. At nobis, licèt immeritis, nunc paratum est tropæum, in quo ipse Filius Dei morte suâ mundum restituit. Quod beneficium tam singulare & immensum est, vt Angelicam quoque intelligentiam excedat. Itaque comparemus nos ad perferendos fortiter omnes cruciatus à carnificibus nobis inferendos, armantes nos glorioſæ Christi passionis memoriâ, qui, licet ab omni *ad constantiam excitant,* culpâ alienissimus, tamen pro salute nostrâ promptissimè omnes molestias & tormenta suscepit. Infinita misericordia est, quam nobis declarat Dominus: nam cùm pro vno etiam lethali peccato promeruerimus æternas & intolerabiles inferni pœnas, dignatus est tamen

Paulus eos exhortatur,

& F. Martinus de Ascensione

ostendens huius mortis felicitatem,

AVCTORE LVD. FROES.

men eas commutare in hanc breuem & tranſitoriam. Ceterùm quia homo ſuâ naturâ imbecillis eſt, nec facilè aliquid perpeti poteſt, neceſſe eſt. vt gratiam diuinam de cælo imploremus. Toto igitur corde ad ſanctiſſimam Dei Matrem, peccatorum aduocatam, ad glorioſum D. Franciſcum, ad Angelum cuſtodem, & ad omnes Sanctos in cælo confugiamus, vt intercedant pro nobis. Hæc ſummatim dixit P. F. Martinus cum magnâ audientium conſolatione. Multa alia in hoc itinere acciderunt, ædificatione plena, ſed breuitatis cauſsâ omitto: tantùm id dico, tantam lætitiam animi, patientiam, & humilitatem ab hac ſanctâ ſocietate fuiſſe demonſtratam, vt omnes obſtupuerint; ipſique Bonzij aſſeuerarint, hanc eſſe viam Legis Euangelicæ latiùs dilatandæ & propagandæ.

& gratiâ petendam.

Diſpl: ost Bonzis hoc iter.

CAPVT XI

De quibuſdam perſecutionibus eodem tempore in Chriſtianos excitatis.

88 CVm Taicoſamæ edictum de prædicatione Euangelij omittendâ, adiunctâ pœnâ in tranſgreſſores & omnes qui ad eos attinerent, renouatum eſſet, nonnulli Gentiles Domini, tum metu edicti Regis, (qui etiam ex cauſsâ leui maximos ſæpè Dominos ſuo ſtatu *a* deiicit) tum ex odio, quo religionem Chriſtianam proſequebantur, decreuerunt omnes fideles ſuæ ditioni ſubiectos ad cultum idolorum compellere. Ex horum impiorum hominum numero in primis fuit Gubernator *b* Facatanus, Taicoſamæ admodùm familiaris, qui ſuis Chriſtianis (ij milleſimum attingebant numerum) imperauit, grauibus interpoſitis minis, vt renuntiarent Chriſto, omnia Roſaria ad ſe afferrent, oſtiiſque ædium ſuarum affigerent conſuetam tabellam, in quâ Gentiles ſcribere ſolent nomen idoli, cum nonnullis aliis verbis; ac putant ſtulti illi, has tabellas vim quamdam habere contra ignes, morbos, aliaque huiuſmodi. Infideles itaque, Chriſtianorum conſanguinei, timore Tyranni, impiè iis conſulebant, vt externâ ſaltem ſpecie edicto regio parerent. Verùm illi potiùs ad mortem oppetendam, quàm ad minimum gentilitij erroris indicium dandum parati, reſponderunt, ſe hac in re non obſecuturos, ac mox quemdam ſtudio amandarunt Nangaſacum, qui cognoſceret ex Noſtris, quid citra Diuini numinis offenſionem in ciuſmodi caſu agere poſſint.

Alibi perſecutio

a

b Facata à Gubernatore,

contempta à Chriſtianis.

89 Dominus quoque *c* Firandi, qui maximè ſemper abhorruit à Chriſtianis, non neglexit hac occaſione quoſdam in ruinam ſpiritualem impellere, ſpectatim autem *d* nurũ ſuam, filiam piæ memoriæ D. *e* Bartholomæi. Verùm illa pro ſuâ conſuetâ fortitudine ita ſuſtinuit illius impetum, vt ſocer, depoſitâ vincendi ſpe, ab eâ diuexandâ ſe abſtinuerit. Alij quoque Chriſtiani, iam ad hos inſultus aſſuefacti, forti pectore homini reſtiterunt.

c Firandi à Rege:

d e

90 Nec inferiorem conſtantiæ laudem retulêre incolæ Nozu, quibus præeſt quidam Dux belli: nam vt eò perlatus fuit rumor earum rerum, quæ Meaci agebantur contra Chriſtianos, dictus belli Dux primario cuidam Chriſtiano, iam annis graui, nomine Leoni, imperauit, vt vnà cum aliis renuntiaret fidem Chriſtianam. At bonus ſenex, cui nihil animæ ſalute carius erat, magnâ libertate reſpondit: Occidere me potes, ſed non adigere ad deſerendam fidem Chriſtianam. Cuius conſilium exemplumque ſecuti alij, ſinguli ſibi confecerunt crucem, vt ſi cogerentur abnegare Chriſtum, eâ in humeros ſublatâ egrederentur, quaſi parati in illam ſuffigi: nullâ enim re meliùs impio illi poſſe reſponderi, & declarari ſui animi propoſitum. Hac conſtantiâ ille perterrefactus, ſceleratos conatus ſuos inhibuit, eoſque in religione, quâ vellent, viuere permiſit. Poſt hæc Leo de omnibus noſtros reddidit certiores, petens pro ſimilibus certaminibus Roſaria, imagines, calculos benedictos, aliaque arma ſpiritualia. Sed ſatis ſit nunc de hac materiâ.

Nozui à Duce,

vbi omnes ſibi Crucẽ parant.

D

a *Ita (quod ſuprà dictum) initio occupati imperij fecit: ita poſteà cum pleriſque Ximi Regibus, aliiſq; : quibuſdam pro regno vno aut pluribus, vnius hic partem, alterius alibi, longo inde interuallo, dabat; pares vtcumque prouentus tribuens, noua tamen vſpiam moliendi facultatem præcidens. Secutus tyrannicum morem* Daifuſama, *vt veri anteà Reges veluti Præfecti eſſent, atque officio moueri ad nutum imperantis poſſent.*

b *De hoc, opinor,* Froës *in Relatione menſe Decembri anni 1596 miſsâ:* Facatani hoc anno viſitari nequierunt, propter Dominum ditionis, dictum Caboicaua; ſummum Chami & Fotoki cultorem, & ſanctæ religionis noſtræ hoſtem. *Vrbs eſt maritima regni Chicugeni in Ximo, readificata & ampliata à Taicoſama an. 1587.*

Facata vrbs.

c Firandus *vna eſt ex inſulis Ximo ad Occidentem adiacentibus, olim Regi Figuenſi, qui inter nouem Ximanos potentiſſimus, ſubiecta, vti & Goti inſula: ſed poſteà vtraque proprios habuêre Reges, quemadmodùm Arima quoque & Omura ab eodem Figueno diuulſa regno. Portum habet* Firandus *percommodum, vrbemq; ad eum poſitam, qua ab inſulâ nomen accepit, aut vti ipſa dedit. Hæc ſecunda eſt vrbs, quam poſt* Cangoximam, *Saxumani regni vrbem, fide illuſtrauit S. Xauerius, vt in huius Vitâ lib. 4 cap. 5 refertur, vbi &* Figueni regni oppidum *dicitur.*

Firandus ins. & vrbs.

E

d *Semper Chriſtiana rei inimicus fuit Firandi Rex* Fruyu: *viſus quandoque fauere, (quin & anteà Pater) ne auerteret à ſuo portu Luſitanos, nebe primarios aliquot Procerum, qui fidem ſuſceperant, irritaret. Aliequin Bartholomæo Omura Regi, potiſſimùm quia Chriſto dediſſet nomen, iteratò bellum intulit cum alio coniuratus qui, vt eum ſibi deuinciret, eius filio filiam ſuam* Menciam, *admodùm adoleſcentem, matrimonio iunxit: qua aliqua à marito, plura à ſocero perpeſſa, nulliſq; ad annos complures Sacramenti reuocata, admirabilem tamen in colendâ pietate conſtantiam ſeruauit; per litteras identidem Noſtros Omura commorantes conſulens, in arduis præſertim rebus.*

Mencia Omurani R. filia, Firãdenſi Principi Ethnico nupta. Bartholomæus R. Omura, primus Regum Iaponicorum Chriſtianus.

e Sumitanda, Chegadoni, *ſeu* Xengandoni, *Arima Regis filius, Rex Omura, Reginâ viduâ adoptante; anno 1563 baptiſmum ſuſcepit primus Regum Iaponicorum, &* Bartholomæus *appellatus. Secuta* Camiſama *vxor, & liberi: dein an. 1576 Bartholomæi frater ſenior Arima Rex,* Andreas *dictus: tum huius filij,* Stephanus *iunior 1577, biennio pòſt* Protaſius *ſenior & Rex Arima, cum* Luciâ *vxore. Faſſus eſt paullò ante mortem* Bartholomæus, *angi ſe animo, quòd* Menciam *filiam Firandenſi Principi Ethnico iunxiſſet, licet publica pacis cauſsâ. Ea tamen, amoto à regimine ſocero, mitiùs à marito habita.*

CAPVT XII

Quomodò Fazamburus Nangoiæ intellexerit captiuos non longè abeſſe.

91 POſtremo die Ianuarij, cùm captiui peruenissent Facatam, humanitate conſuetâ recepti ſunt à Gentilibus, quibus magno exemplo fuerunt. Quidam eius loci Chriſtiani eos inuisêre, & ſancta monita ab eis retulerunt. Paulus Frater, vti totum iter conſumpſit prædicando militibus & aliis, ſic noctis partem, quâ hæſit Facaræ, in eodem labore impendit. Interea nuntius ad Facamburum affertur, captiuos breui aduenturos, ſimulque ei offeruntur patentes Regis litteræ, quibus mandabatur, vt ſine cunctatione eos deduceret Nangaſacum. Itaque ſubitò curſorem deſtinauit ad Vicegubernatorem Nangaſacanum moniturum, vt quinquaginta cruces pro reis paratas haberet, breui enim aduolaturos. Dici non poteſt, quanta obmurmuratio inter Luſitanos & Iaponios orta ſit, poſt audita hæc noua: numerus quoque crucium varias cogitationes peperit, cùm longè maior eſſet quàm captiuorum. Quantum autem deſiderium quamque diuturnus ardor obortus fuerit in populo, quòd tam glorioſa occumbendi conditio contigiſſet, res fuit admiratione digniſſima: nam neque intra ædes neque publicè per vias de aliâ re ſermo haberi videbatur, quàm de hac, neque facile eſt omnia narrando perſequi, quæ particulatim accidêre: vnum tantùm alterumúe attingam,

F

Paulus in viâ & Facatæ conciuatur.

parantur Nangaſaki 50 Cruces,

magno populi motu.

A tingam, vnde coniectura fiat de reliquis.

92 Quâ nocte Nangasacum perlatum est mandatum de parandis tot patibulis crucis, primarius quidam vir cum vxore suâ hac illacque discurrebat, parans se ad martyrium. Decumbebant in eodem cubiculo duo ipsorum filij, alter quinquennis vel sexennis, alter vndecim annorum. Hic maior, audito strepitu, exiliens è lecto, cursu contendit ad patrem, sciscitaturus quid rerum ageretur: re breuiter cognitâ, mox percontari pergit; Vbisne, inquiens, pater mi, moriendum? Cùm pater subiiceret, Omnino; O, inquit adolescentulus, quanto exulto gaudio! sic enim & mihi licebit vos sequi. Deinde digito demonstrans fratercu-
lum dormientem, Quid verò, inquit, illo fiet? Respondit parens: Nobiscum vnà erit Martyr. Tum iuuenculus: Iam duplicatum sentio gaudium, quandoquidem omnes simul ab hoc mundo immigrabimus in cælum. A quodam alio puero quinquenni in principe domo Nangasakensi quidam è Patribus nostris percontatus est, quandoquidem iam venirent Gentiles, vt ex Regis voluntate interimant Christianos, quid respondere cogitet, si rogatus fuerit, an sacramentum baptismatis susceperit? Respondebo, inquit puer, me esse Christianum. Sed si, subiecit Pater, eam ob rem
B te velint occidere, quid facies? Respondit: Præparabo me ad mortem. At quo modo? inquit Pater. Respondit puer, cum admirandâ animi fortitudine, manantibus inter verba lacrymis: Vsque ad mortem implorabo Iesu misericordiam. Atque hoc satis sit, ad indicandum horum Christianorum feruorem.

parant se multi ad mortem.

etiam pueri.

quidam quinquennis.

93 Iam, vt ad captiuos redeamus; Calendis Februarij discessum est Facatâ: & ventum est in locum, dictum Carazu, tribus leucis distantem Nangoiâ, vbi Fazamburus cum satellitibus eos præstolabatur. Qui pro amicitiâ veteri salutans Paulum Fratrem nostrum, eius casum miseratus est. At Paulus, Mori, inquit, pro Lege Diuinâ, & doctrinâ cælesti hominibus traditâ, non est commiserationis materia. Vnam tantùm rem à te contendo, quantis queo precibus, vt Nangasaki breue mihi tempus confitendi & communicandi ante mortem indulgeatur. Idem petierunt PP. Franciscani. Omnia omnibus promisit Fazamburus, sed promissa non præstitit, vt posteà liquebit.

Paulus sortem suã felicem ostendit.

94 Accedens deinde ad Ludouicum, de quo suprà egimus, videns eum in tam tenerâ ætate constitutum, dixit: Vita tua in meo arbitrio est & potestate; si mihi seruire velis, te liberabo. Respondit Ludouicus: De me nihil statuo: id faciam quod visum fuerit Fratri Petro. Qui respondit, Acciperet conditio-
C nem, modò Christiano ei esse liceat. Non, inquit Fazamburus, fides Christiana ab eo deserenda erit. Tum Ludouicus: Hac conditione, respondit, non cupio viuere, quia pro hac vitâ miserâ & momentaneâ facerem iacturam beatæ & æternæ.

Ludouici constantia iterum tentata;

sed frustrà.

95 Progressi denique longiùs, ingressi sunt regnum Figen, & peruenerunt ad locum dictum Zucasachi, vnde sequenti manè discesserunt. Et quia in singulas horas videbant se viciniores morti, maluerunt reliquum iter pedites in magno frigore, licèt itineris incommodis fracti, conficere vsque Sononchum, quod est in ditione Omurandoni, & Nangasacho octo vel nouem abest leucis.

pedibus vltimum itineris cõficiunt.

CAPVT XIII

Quid Sononchi acciderit, & de reliquo itinere vsque ad locum supplicij.

96 AD quartum Februarij sub meridie Sinonchum appulêre captiui, eodemque tempore præstò ibi fuêre duo è Societate Patres, Franciscus Pasius & Ioannes Rodriguez, à Vice-Prouinciali missi, vt san-

ctum hunc cœtum sacramentis Confessionis & sacræ Synaxeos munirent. Sed quia iam Fazamburus præcesserat, & illicò discedendum erat, non potuit eorum
D voluntati fieri satis: sic prorsus, vt P. Rodriguez pro se vix à satellitibus obtinere potuerit, vt eos salutaret & amplecteretur. Incredibilis vtrimque extitit consolatio, nec vacua lacrymis mutui amoris, dum in conspectum prodiit dictus Pater: qui omnibus nomine P. Vice-Prouincialis peramanter cõsalutatis, verbis ad tempus accommodatis, egregiè ad glorioſum certamen eos animauit; & sub finem addidit, se venisse, vt eis, dicto sacro Missæ, diuinum Christi corpus porrigeret; sed iam non posse, quòd maturandus sit discessus: atque idcircò se Nangasachi compensaturum pro eorum consolatione, quantùm posset. Paulus Frater complexus Patrem voce submissâ respondit, plurimùm se confidere in misericordiâ Diuinâ per hunc persecutionem Ecclesiam in Iaponiâ magnum incrementum sumpturam. Cuius rei hoc haberet argumentum, quòd in ipsis persecutionis foribus, dum Gentilibus maximè erat respuenda Christi fides, ipse Ozacæ in carcere, ab iisdem coactus, sex eorum capita sanctissimis aquis perfuderit.

Auctore Ludouico Frosio.

Occurrit ipsi P. Rodriguez.

eos sibi animat.

Paulus pãdem Ecclesiã ominatur.

97 Deinde Pater amplexus est F. Petrum, qui, E cùm summatim totius itineris acta perstrinxisset, seorsim ei magnâ animi submissione dixit: Facilè fieri potest, nos tam citò rapi ad necem, vt nulli actioni futuris sit locus: itaque meorum sociorum nomine, vti eorum Superior, ab hac horâ rogo P. Vice-Prouincialem, & reliquos de Societate, ex toto corde, vt nobis condonent molestias, quibus eos affecimus. P. Rodriguez, excusans piam eorum mentem & scopum, similiter ex parte Societatis veniam petiit à F. Petro, si fortè aliquâ in re ab eâ offensus fuisset. Quo facto, rursum cum multo lacrymarum imbre repetiti sunt amplexus. Denique ad Iaponios conuersus P. Rodriguez, cùm illos quoque breuiter commonefecisset, quanto in pretio habere deberent tam felicem è vitâ excessum, abiit, & cum P. Pasio celerrimè Nangasacum versùs properauit, ad agendum cum Fazamburo de Sacramentis cœtui captiuorum, conuenienter eius promissioni, porrigendis.

F. Petri humilitas.

98 Sub vesperam deinde, dum descensus fit in nauem, (mari enim septem leucarum itinere proficiscendum erat vsque in Tonchizu) ministri collo captiuorum iniecêre funem, omnibusque manus post terga reuinxêre, præterquàm Patribus Franciscanis; breuique tempore portum Tonchizanum tenuêre: sed nocte in
F naui, ingens perpessi frigus, permansêre. Parauerat Fazamburus Nangasachi pro omnibus viginti sex diuersorium, sed veritus tumultum, quòd locus esset refertus Christianis, mutatâ sententiâ, decreuit eos extra Nangasacum insequenti luce, quæ S. Agathæ sacra erat, extremo supplicio afficere. Itaque crucibus aliisque omnibus ad locum supplicij deportatis, omnia in ordinem digessit, vt momento vno omnia absoluerentur. Ortâque luce tempestiuè curauit certiores reddi nostros, vt illicò ad se mitterent P. Pasium, se adiunc-turum ei ex suis vnum, qui comitaretur vsque ad locum patibulo proximum; vbi, postquàm turba tota iussa esset consistere, posset trium de Societate, & non aliorum, Confessionem audire; aliud se nunc non posse concedere. De Communione aiebat ille, non videri necessariam, cùm enim propter Christum occumbant, non indigere alio viatico.

vincti in naui pernoctant, magno frigore,

eos extrà vrbem ducunt.

Nostris solis permissa confessio: at non cõmunio.

99 P. Pasius cum P. Rodriguez & famulo Fazamburi mox adiit Vcacamum, vbi erat xenodochium incurabilium, ibique expectauit. At P. Rodriguez longiùs processit, vt obuiàm iret, moneretque post paucas horas moriendum. Quo audito hilari vultu omnes Domino nostro gratias egerunt, & speciatim bonus Pater F. Petrus, qui aduenerat eques, recitans diuinum Officium. Vt verò peruentum est ad locum, in quo

AVCTORE LVD. FROES.

expectabat famulus Fazamburi, P. Paſius milites ſubſiſtere iuſſit,& Paulo Fratre deducto in xenodochium, confeſſionem eius de totâ vitâ audiuit. Hunc ceteri duo ſecuti ſunt: & perfectâ confeſſione omnes vota Societatis noſtræ conſueta *a* renouarunt,complectendo Patrem nomine P.Viceprouincialis.

vota renouant: a

100 Dum P. Paſius aures præbet tribus Fratribus noſtris, nonnulli è ſociis, qui in plateâ remanſerant, nixi genibus, recitabant Roſarium: alij ſedentes Domino ſe commendabant, alij denique ſe inuicem ad martyrium animabant. In his occupationibus eos relinquens P.Paſius, illicò contendit ad Fazamburum, qui iam ad ſupplicij locum peruenerat, vt ab eo facultatem poſtularet, vt poſſet eoſdem ad fortiter moriendum hortari; quam, licèt ægrè, impetrauit. Interea P.Rodriguez operam ſuam locauit quibuſdam breuiter Deo reconciliandis,piiſque monitis ad conſtantiam eſt cohortatus. Tandem cùm Fazamburi mandatum, quod expectabant, allatum eſſet, mirum dictu & viſu digniſſimum fuit, quantâ celeritate ſe coniecerint in pedes, & obuiàm crucibus proceſſerint. Fazamburus autem videns eos cum tantâ hilaritate appropinquare, prorſus obſtupuit: cumque cauſſam coniicere non poſſet, petiit à P. Paſio, vnde hæc hilaritas in tam funeſto ſpectaculo? Expoſuit ille homini cauſſam, ſed quia non capiebat quæ ſunt ſpiritus Dei, reſpondit: Cauſſam quidem eſſe optimam, ſe tamen ob eam,nullam hac vice electurum crucem.

parant ſe omnes ad mortem:

quidàm breuiter noſtro conſtentur:

hilares ad Cruces prouolant.

101 Agens deinde idem Pater de liberatione duorum, qui capti erant in itinere, & ſententiâ Regiâ non erant comprehenſi, reſpondit Fazamburus; Etſi comprehenſi in eâ non ſint; tamen non poſſe ſe eos dimittere, hoc ipſo quòd ſibi à miniſtris Regiis adiuncto ſcripto traditi eſſent. Cùm verò ſubiungeret Pater, minimùm expectaret, quoad à Gibonoſcio haberetur reſponſum. Nec hoc poſſum, inquit Fazamburus; venirem enim facilè in ſuſpicionem acceptorum munerum. Itaque media omnia ad liberandos illos duos, quos meritò vocare poſſumus *b* Adauctos, tentata ad irritum reciderunt,ita diſponente Diuinâ,à quâ omnia reguntur, prouidentiâ.

Noſtri laborant pro liberatione 2 Adauctorum

b fruſtrà.

102 Degebat ſub hoc tempus Reuerendiſſimus Epiſcopus Nangaſaci, qui, dum cùm bonâ Fazamburi veniâ in loco ſupplicij comparere non poſſet, per quemdam omnibus dedità operâ, nominatim autem Patribus Franciſcanis, ſuam impertiuit, adiunctis verbis amoris plenis,benedictionem. Cui viciſſim P.Commiſſarius omnium nomine magnas gratias referri iuſſit; ſimul etiam deprecatus veniam, quòd ſuæ Reuerendiſſimæ Dominationi non perinde, ac par fuerat, obſecuti fuiſſent. *c*

Epiſcopus per internuntium omnibus dat benedictionem.

C

c

a Paulus *quidem propriè vota renouauit, vti quoque ſemeſtri ſpatio fieri in Societate conſueuit. Alij duo, adhuc tirones, vota emiſerunt, quæ* Deuotionis *dicimus.*

b *Ita illum in Martyrologio ad 30 Auguſti S. Felicis Presbyteri & Martyris ſocium, eius* nomen ignorantes Chriſtiani, Adauctum appellauerunt, eò quòd S. Felici auctus eſſet ad coronam. *Horum tamen non ignorabantur nomina.*

c *Luſitani obuiàm ierant, vt cibo, potu, cupediis oblatis recrearent. Illi gratias egêre, omniaq; in carnifices & cuſtodes diſtribuêre; quippe aperturos ſibi aditum æternæ felicitatis.*

CAPVT XIV

Quomodò illi viginti ſex ſuffixi ſint Cruci.

103 DEcreuerat Fazamburus hos homines è medio tollere in ordinario ſupplicij loco, in quo& tunc extabant nonnullæ cruces, ſed Luſitanorum interpellatione coactus eſt mutare ſententiam. Ex alterâ viæ parte versùs mare eminebat collis cum planitie viginti ſex crucium capace, cum ſuis, inſtar Caluariæ montis, ad aſcendendum quaſi gradibus. Huc ergo Fazamburus curauit in gratiam Luſitanorum,vt dicebamus, deportari cruces; qui cogitabant ſuo tempore in benedictorum horum athletarum Chriſti memoriam ibi excitare eccleſiam, eamque vocare S.Mariam Martyrum.

In loco peculiari occiſi.

D



104 Cruces, apud Iaponios in multandis hominibus facinoroſis vſitatæ, duo habent ligna tranſuerſaria, alterum ad brachia, alterum ad pedes: mediæ item cruci affixum breue lignum eſt ponderi corporis ſuſtinendo, cui reus inſidet velut equo. Quælibet igitur crux conſtat quatuor lignis, vt liquet ex effigie hîc ſubiectâ. Non vtuntur clauis, ſed manus pedeſque alligant aut funibus,aut manicis ferreis,quæ lignis tranſuerſariis clauis ſunt affixæ. *a* Collum quoque conſtringunt neruo ferreo ligno infixo. Funibus item aſtringunt cruci & cingulum & brachia inter ſcapulas & cubitum, ſic prorſus, vt totum corpus benè ſuſtentetur. Deinde dimittunt crucem in foſſam, lapidibuſque iniectis & terrâ obfirmant. Mox ſuccedit carnifex lanceâ præacutâ, machæræ ancipiti non abſimili,armatus, eamque tantâ vi adigit in latus dextrum crucifixi, vt penetret in ſiniſtrum vſque ad cor. Nonnumquàm duo ſunt carnifices, qui dum ſimul vtrumque latus confodiunt, tranſuerſo obiectu lancearum quaſi Crucis formam exprimunt. Ità fit vt rei, vno tantùm ſanguinis fluxu, minimo temporis puncto ſpiritum Deo reddant. Quòd ſi non ſtatim moriantur, duplicat ictum carnifex: atque ita finem faciunt.

Iaponicè Crucis forma.

a

ei alligatus occidêdus.

E

105 Cùm ergo fortes Chriſti milites ad hunc locum peruenisſent,Fazamburus curauit collem omnem à ſclopetariis & lanceariis circumdari, ſpatio tantùm ſeptem vel octo paſſuum inter ipſos & cruces interpoſito, nec paſſus eſt quemquam propiùs aſſiſtere præter iuſtitiæ miniſtros,P.Paſium & P.Rodriguez. Ingreſſu in ſeptum facto, noua lætitia oborta eſt militibus Chriſti ex conſpectu crucium. Pater F.Martinus elatâ voce cecinit canticum,Benedictus Dominus Deus Iſraël. Pater F. Petrus, oculis cælo infixis, ſtabat quaſi contemplatione quadam profundâ abſorptus. Ludouiculus illicò petiit, quænam ſua crux eſſet; eaque demonſtratâ, magnâ deuotione & feruore ad eam accurrit. Fuerunt autem omnes quaſi puncto temporis acti in crucem: eò quòd quilibet ſuum haberet attributum miniſtrum, & omnia neceſſaria ſingulis ad manum parata.

Cincto à militibus loco,

lætiomnes,

celerrimè crucibus alligantur.

106 Hic autem erat crucifixorum ordo: Alter ab altero tribus vel quatuor diſtabat paſſibus vultu Nangaſacum conuerſo. *b* Ad dexteram P. Franciſcanorum erant decem Iaponij, & alij decem, annumeratis tribus è Societate, ad ſiniſtram. Ac ab Orientali quidem parte primus erat Franciſcus, is qui iuuandorum P.Franciſcanorum cauſâ comitatus fuerat,& à milite, vt diximus, in numerum relatus, qui baptiſmi ſignaculum ante octo menſes primùm acceperat. Secundus erat Coſmus Tachegia, ex regno Oari, recenter item baptizatus, qui artem profitebatur acuendi machæras. Captus fuerat Ozacæ cum F.Martino, agens illorum Patrum interpretem. Tertium locum tenuit Petrus Suchegirus, alter ille, qui comitatus fuerat, vt operam ſuam locaret captiuis. Quartus erat Michaël Cozachi ex regno Iſce, cuius ars erat conficere ſagittas. Quinto loco ſequebatur Iacobus Ghiſai è Societate noſtrâ ſexaginta quatuor annorum, Chriſtianus perantiquus, & boni exempli. Is receperat ſe in domum noſtram, vt totum ſe dederet Deo: in quâ magnâ caritate rerum externarum curam geſſit; ſingulariter autem meditationi Paſſionis D.N.valdè erat addictus. Proximus huic erat Paulus Michi Iaponius trium annorum ſupra triginta, à puero ſacris aquis tinctus,

F

b Ordo, ab Oriente:

1 B. Franciſcus.

2 B. Coſmus Tachegia.

3 B. Petrus Sukegirus.

4 Michael Cozachi.

5 B. Iacobus Ghiſai.

6 B. Paulus Mikì

Actus, & ante vndecim annos priùs in Societatem receptus. Concionator erat, magnoque ardebat zelo iuuandi proximum, velut ex eo, quod iam dicam, colligi potest. Decem vel duodecim diebus ante attributas Ozacæ ædibus nostris excubias, obuiâ n fortè factus turbæ ex Magistratus edicto deducenti hominem Ethnicum, ob nescio quod scelus, ad supplicium, magno animo factâ viâ per confertam multitudinem penetrat ad reum, concionatur homini vsque ad locum vbi capite erat multandus, cedentem veritati baptizat, & inuocantem nomen IESV & MARIÆ in cælum mittit.

zelosus concionator.

107 Septimus erat Paulus Ibarchi ex Oari, qui recenter adiunctus erat Christo. Octauus fuit Ioannes oriundus Goto, decem & nouem annos natus, à primâ pueritiâ in fide institutus, & denique, vt suprà diximus, Societati adscriptus. Nonus erat Ludouicus puer XI vel XII annorum, qui paucis mensibus fuerat Christianus, à naturâ viuax, & Pauli Ibarchi antè nominati nepos. Decimus erat Antonius Nangasachanus, adolescentulus item annorum tredecim, candidæ admodùm naturæ. Vndecimus sequebatur P. F. Petrus ex Episcopatu Hispaniæ Auilano, vir quadraginta octo annos natus, admodùm religiosus, doctus, Concionator ardens zelo animarum. Duodecimus, F. Martinus de Ascensione ex Varanguelà Cantabriæ, trigesimum ætatis annum agens, qui anno MDXCVI cum F. Francisco Blanco in Iaponiam venerat. Decimus tertius erat F. Philippus de Iesu Mexicanus, qui captus in naue diffractâ ad Tozzam, venerat Meacum, vt sacros ordines acciperet ab Episcopo, & posteà rediret Manilam: vnde à Superiore missus erat eadem de causâ in nouam Hispaniam. Decimus quartus erat F. Gonsaluus Garzia ex Bazaino Indiæ Orientalis, qui è Iapone transiens Manilam, ibi ordini S. Francisci nomen dederat, & magno spiritu Iaponicè concionabatur. Decimus quintus erat P. F. Franciscus Blancus ex Monteregio Galliciæ, triginta circiter annorum. Decimus sextus F. Franciscus de S. Michaële ex Parilià non longè à Vallisoleto, agens annum LIII, vir bonus & humilis, vti præclarè vsque ad mortem demonstrauit.

7 B. Paulus Ibarki.
8 B. Ioannes Goto.
9 B Ludouicus.
10 B. Antonius.
11 B. P. F. Petrus Baptista.
12 B. P. F. Martinus.
13 B. F. Philippus à Iesu.
14 B. F. Gonsaluus Garzia.
15 B P. F Franciscus Blancus.
16 B. F. Franciscus de S. Michaële.

108 XVII Matthias, qui haud multo tempore exstiterat Christianus: de quo satis multa suprà. XVIII Leo Carasumarus ex Oari, septem octoue annorum Christianus, Patrum Franciscanorum interpres primarius, & caritatis operibus apprimè deditus, maximè erga incurabiles. Erat autem frater minimus Pauli Ibarchi supradicti, & patruus Ludouiculi. XIX Ventura, Meacensis, qui in tenellâ suâ ætatulâ fonte baptismatis erat elutus, deinde pupillus relictus in Bonziorum ordinem descciuerat: sed quodam die memoriâ repetens se baptizatum, per Patres Franciscanos Ecclesiæ sanctæ restitutus est; quibus inseruiens tam felicem meruit fortunam. XX erat Thomas Cozachi, filius Michaëlis Cozachi suprà nominati, qui decimum quintum annum agebat. XXI Ioachimus Saccachibara annorum quadraginta. XXII Franciscus medicus Meacensis, XLVI annorum. XXIII Thomas Danchi, vetus Christianus, item Franciscanorum interpres. XXIV Ioannes Chimoia. XXV Gabriel ex regno Isce, annorum XIX. Vltimus fuit Paulus Suzuchi ex Oari, etiam Franciscanorum interpres.

17 B. Matthias.
18 B. Leo Carasumarus.
19 B. Ventura.
20 B Thomas.
21 B. Ioachimus.
22 B Franciscus.
23 B. Thomas Dachi.
24 B Ioannes Kimoia.
25 B. Gabriel.
26 B Paulus Suzuki.

109 Crucibus ergo hoc ordine defixis, mirabile fuit videre omnium constantiam, ad quam eos hortabantur, partim P. Pasius, partim P. Rodriguez. Pater Commissarius semper constitit quasi immotus oculis in cælum coniectis. F. Martinus ad agendum Diuinæ bonitati gratias concinebat quosdam psalmos, adiuncto versiculo, In manus tuas Domine. F. Franciscus Blancus etiam clarâ voce Deo agebat gratias. F. Gonsaluus admodùm elatâ voce dicebat Dominicam orationem, & Salutationem Angelicam. Paulus Michi

in cruce orant.

Frater noster, videns se consistere in suggestu omnium quos vnquam habuerat, honoratissimo, primùm circumstantibus aperuit se Iaponium & de Societate IESV esse, moriique propter annuntiatum Euangelium, & gratias Deo ob beneficium tam eximium agere, deinde hæc verba subiecit: Cùm ad hoc temporis punctum peruenerim, è vobis neminem esse opinor, qui me credat velle parcere veritati. Declaro itaque vobis, nullam esse ad salutem viam, nisi quam tenent Christiani. Quæ cùm doceat me ignoscere inimicis, & omnibus qui me offenderunt, ego libenter Regi omnibusque meæ mortis auctoribus ignosco, eosque rogo vt Christiano baptismo initiari velint. Hinc oculis in socios conuersis cœpit eos in hoc extremo conflictu animare: in quorum omnium vultibus lætitia quædam apparebat, sed in Ludouico singularis: cui cùm alius quidam Christianus acclamaret, breui eum futurum in Paradiso, digitorum totiusque corporis gestu gaudij pleno omnium in se spectantium oculos conuertit. Antonius, qui Ludouici claudebat latus, oculis cælo infixis, post inuocatum sanctissimum nomen IESV & MARIÆ accinuit Psalmum, Laudate pueri Dominum, quem didicerat Nangasachi in institutione Catecheseos: in eâ enim dedità operâ pueris quidam Psalmi hanc in rem ediscendi traduntur. Alij denique repetebant, IESV MARIA, serenâ facie: nonnulli etiam exhortabantur circumstantes ad vitam Christiano dignam; hisque & aliis similibus actionibus promptitudinem moriendi demonstrabant.

AVCTORES LVD. FROES. D *B. Paulus Miki concionatur.* *omnes lætitiâ gestientes, (præcipuè Ludouicus)* E

110 Tum carnifices quatuor cœpêre vaginis (quæ Iaponiis vsitatæ sunt) eximere lanceas: ad quarum horrificum conspectum omnes fideles acclamarunt IESV MARIA, &, quod plus, est complotatio secuta miserabilis ipsos feriens cælos. Carnifices quemque eorum vno alteroque ictu breuissimo tempore exanimarunt. c Si quis signum adhuc vitæ daret, eum iterato ictu confodiebant. Atque hîc licuit cernere Christianorum circumstantium ardorem, qui per medios satellites, fustuario eorum neglecto, ad cruces accurrêre, alij vt sudaria sua Martyrum sanguine imbuerent, alij vt ex vestium limbo aliquid detraherent, alij vt reliquiarum loco aliud aliquid auferrent. Hic fuit militum Christi felix exitus, qui fortiter dimicantes glorioſam ex hoste retulêre victoriam. Vt autem innocentia eorum omnibus patefieret, permisit Deus, vt Fazamburus curaret hîc erigi hastam, in quâ descripta erat mortis sententia. F

trucidantur. c *Christiani vi irrumpunt vt sanguinem colligant.*

a *Scribit Eusebius numquàm antèà adhiberi solita collo, manibus, pedibus vincula, sed brachia dumtaxat, tibias ac medio corpori: in hisce Martyribus primùm illa vsurpata.*

b *Petiêre à Fazamburo Lusitani, vt in medio denùm vtrimque Iaponum collocarentur Religiosi Europæi.*

c B. Petrus Baptista *dum ceteri trucidarentur, iis manu, inquantùm eam mouere poterat, benedixit; ipsisque lictoribus ad se mactandum accedentibus. Ipse omnium postremus interfectus est, pronuntians hæc verba:* In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. *Ita Euseb.*

CAPVT XV

De pietate à Christianis post dictam necem declaratâ.

111 QVamuis Fazamburus non parùm succenseret iis, qui sanctâ quadam vi reliquias quasdam è seruis Dei eripuissent, ideoque mandasset satellitibus, vt fustibus cogerent omnes ad repetendum Nangasachum; tamen postquàm domum rediit, tam multi vndique confluxêre, vt aliquid de vestibus Martyrum abscinderent, vt multi in crucibus manserint non satis decenter contecti, & singillatim nouem religiosi. Quare prouisor confraternitatis Misericordiæ eorum corpora certis storeis, loco vestium, operiri curauit. Eadem

& inuiti Fazãbur. *vestes diripiunt.*

A dem religione multi, etiam è remotis regionibus, tantò numero concurrêre, vt Fazamburus compulsus fuerit duplicatis custodibus aditum eis præcludere; ipsisque militum ducibus sub vitæ amittendæ pœnâ iubere, ne vllum Crucifixorum corpus finerent auferri. Verùm nec hac seueritate cohiberi potuit eorum pietas: permulti enim, prætextu aliorum negotiorum transigendorum, versùs collem illum deflectebant, tantùm vt reliquias seruorum Dei venerarentur.

Avctore Lvd. Froes. iu seuerè iubet corpora custodiri.

112 Multa alia in hoc argumento adiungi possent, quæ breuitatis caussâ prætermitto. Id tantùm dico, ex glorioso hoc martyrio illum extitisse fructum, quòd omnes Christiani, tam veteres quàm noui, egregiè in sanctâ fide sint confirmati, viuumque æternæ salutis desiderium in se excitarint, ac firmiter apud animum suum constituerint pro confessione Christiani nominis vitam dare. Iamque animaduertunt huius martyrij prognosticon fuisse cruces miraculosè repertas alteram in *a* Obamà anno MDLXXXIX, alteram in *b* Faconda, anno MDXCII. Quare & firmissimâ spe tenentur vberrimæ messis consecuturæ. Ipsi quoque Gentiles, qui spectaculo interfuerunt, vehementer commoti sunt ex gaudio, quo viginti illi Dei serui crucem conscenderunt, & fortitudine, quâ, certi de cælesti præmio omnem humanam intelligentiam longè excedente, mortem tolerarunt. Et iam nonnulli Nangasachum, recipiendi sacri lauacri caussâ, quod obnixè postulant, aduenerunt.

Nouus ardor additus Christianis.

a
b

Ethnicis stimulus.

B

a Obama *vicus est tribus leucis distans Arimâ. Hic Michaël Leonis F. an.1589, 24 Decembris cum* Taræ *arboris (sacræ la-*

ponius, quippe vim habere contra malignos spiritus vanè credita) truncum diffidisset, interiùs omnia pro naturâ illius arboris candida reperit, sed crucem subnigram in vtraque dississi trunci parte, ita expressam, vt insita quodammodò videretur, & vna quidem paullùm intra reliquum truncum velut capsam depressa, altera tantumdem extans, lauis vtraque ac si delabrâ esset perpolita. Protasius *Rex semestri antè in somnis visus sibi erat videre duos ad se è cælo venientes, & audire monentes, quòd leui de caussâ festis diebus sacra omitteret, neque satis idoneâ curâ ac pietate sese ad obeundam confessionem præpararet: cæterùm sciret, breui in suis terris signum Iesu, non manu factum, detectum iri; id ipse haberet in pretio. Attonitus somnio Rex, postridie id P. Petro Gomio retulit. Postquàm hoc euentum Arimam postea perlatum; profectus Obamam cum vxore & liberis Rex, crucemq; contemplatus, hoc esse* IESV *signum dixit, tantò antè sibi prænuntiatum; Arimamq; asportauit, atque elegantis thecæ inclusit, crystallo anteriùs oppositâ, vt spectari posset. Vulgatâre per Iaponiam: multi Arimam, etiam Amangucio ac Meaco, aliisq; ex regnis, concurrêre: certatim experita ex arbore illâ assula, aut certè crucis imagines; atque etiam hu morbi curati, pulsi è corporibus dæmones, atque anno vnico proximè insequenti in vrbe Arimensi baptismo expiati* 11500.

Facunda in simili trunco an. 1592 quaterna crucis:

E

recondita metu Tyranni.

b Facunda *vicus leucâ vnâ ab vrbe Omurâ distat. Huius incola Matthias quidam, Simonem filium suum iubet 7 Februarij an.1592 in horto* cakinocum *arborem (haud pomo absimilem, sed molliori fructu, qui, vt in Europâ ficus, recens siccusq; comeditur) præcidere, quia biennio fructum non tulisset, & ferè sicca videretur. Paret Simon, ac dein truncum in plures partes seruâ dissecat: harum vnam seuri & cuneo findit, focoq; struendo: cùm ecce, bina in singulis partibus intrinsecus albicantis trunci nigra cruces apparent, aptè efformata, geminus singulis brachiis, pede, titulo. Res ad Nostros delata, ac sedulò examinata. Facti vndique, vt ad Obamanam, concursus. Hos reprimi oportere, cruce reconditâ ac reuerenter asseruatâ, censuerunt P. Alexander Valignanus ac Sanctius Omura Rex, ne Taicosamâ exasperaretur furor.*

D

Obama in dississâ arbore crucis gemina inuenta, prænuntiata in somnis Regi,

concursu populorum celebrata

& miraculis.

VI FE-

VI FEBRVARII.

SANCTI QVI VIII ID. FEBRVAR. COLVNTVR.

SAnctus Bucolus Ep. Smyrnenſis in Aſiâ.
S. Vitalis Mart. Abulæ in Hiſpaniâ.
S. Antholianus Mart. Claromonte in Galliâ.
S. Saturninus, } Martyres.
S. Theophilus, }
S. Reuocata, }
S. Dorothea Virgo, } Martyres, Cæſareæ in Cappadociâ.
S. Theophilus Scholaſticus, }
B. S. Chriſte, }
S. Calliſte, }
S. Dorothea Virgo, Alexandriæ in Ægypto.
S. Siluanus Ep. } Martyres, Emeſæ in Phœniciâ.
S. Lucas Diac. }
S. Mucius Lector, }
S. Iulianus, medicus, Martyr Emeſæ in Phœniciâ.
S. Mel, } Ardachadenſes, } Epiſcopi, fratres, in Hiberniâ.
S. Melchus, }
S. Munis, Fornagienſis, }
S. Riocus, Inisbouindenſis, }
S. Vedaſtus, Ep. Atrebatenſis in Belgio.
S. Amandus, Ep. Traiectenſis, Elnone in Belgio.
B. Andreas, Abbas Elnonẽſis in Belgio.
S. Finianus Ab. Mellifonte in Hiberniâ.
S. Ina, Rex Occidentalium Saxonum in Britanniâ.
S. Guarinus, S. R. E. Cardinalis Ep. Præneſtinus. E
B. Hildegundis Comitiſſa Marenſis, Ord. Præmonſtrat.
S. Aldericus ſubulcus Fuſſeniaci.
S. Brynolphus Ep. Scarenſis in Sueciâ.
B. Angelus à Furcio, Ord. Eremit. S. Auguſtini, Guaſti-Amonij in Aprutio.
B. Franciſca, tertij Ord. S. Franciſci, Eugubij.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

SAnctus Fulgentius, Carthaginis Spartariæ in Hiſpaniâ Epiſcopus, *refertur hoc die à Philippo Ferrario. De eo agimus* XIV Ianuar.
S. Auiti Ep. *nomen hoc die Martyrologio Aquiſgranenſi inſcriptum, huc tranſlatum à* V Februar.
C Commemorationem animarum cognatorum & benefactorum, *hoc die in ſuo Martyrologio indicit Franciſcus Maurolycus.* Sancta & ſalubris *eſt* cogitatio pro defunctis (*præſertim benefactoribus*) exorare, vt à peccatis ſoluantur. *2 Machab.* 12. 43
Sanctæ Crucis *ſtata ac ſolennis eſt* veneratio, *Pontificis Maximi auctoritate firmata, hoc die* Ceruariæ; *quod oppidum eſt Celſonenſis diœceſis in Cataloniâ, vulgò* Ceruera. *De eâ agit Antonius Vincentius Domeneccius, & miracula iſthic facta narrat.*
S. Siagrius, Sagericus, Sangericus, *vel* Gangericus, *diſcipulus S. Dionyſij Pariſiorum Apoſtoli ab aliquibus ſtatuitur Epiſcopus Cameracenſis, & quidem ſub Traiano Imp. ac frater* S. Taurini *Ep. Ebroicenſis. Hic* XI *Auguſti colitur, vnà cùm* S. Gaugerico *Ep. Cameracenſi, qui* VI *ſeculo vixit. Vide illius ſenioris* Gangerici, *ſiue* Sangerici, *qui* Taurini *æqualis fuerit, confingendi occaſio nata; vti infrà, hoc ipſo die, ad Vitam* S. Vedaſti Ep. § 1 *oſtendemus.*
S. Felix, Romæ. *Ita Martyrol. Aquiſgranenſe. Multi fuêre hoc nomine Martyres, quatuor Pontifices Maximi. Sitne hic eorum vnus, an alius quiſpiam, nos latet.*
S. Saturninus, } *in Chronico quod Dextri dicitur, atque*
S. Theophilus, } *ex eo in Martyrologio Ioannis Tamayi de*
S. Reuocata V. } *Salazar referuntur,* Vianæ in Galliâ *hoc die, anno* CCLX *martyrium paſſi: atque alij iiſdem omnino nominibus, niſi quòd* Reuocatæ *virginitatis aureola non tribuitur) anno* CCC Argenteolæ in Aſturibus. *Cur dubitemus, num iidem ſint, quos Martyrol. Romanum hoc die celebrat, infrà indicabimus, tùm de relatis in Romano agentes.*
F S. Diogenes, *vel* Giogenes, natione Græcus, à Romano Pontifice miſſus in Gallias, à S. Nicaſio Ep. Remenſi ordinatus Atrebatenſium & Cameracenſium Epiſcopus, à Wandalis, *vel* Hunnis occiſus, *ac* Martyr, *traditur à Maſſæo, Locrio, Miræo, Molano, Rayſſio, aliiſq;. De quo, in omnium Martyrologiorum, & veruſtiorum Scriptorum ſilentio, nihil certi à nobis poſſe ſtatui dicemus ad Vitam* S. Vedaſti § 1.
Multi ſerui Dei, ſub Attilâ Rege Hunnorum *anno* CDL Atrebatum ferro & igne vaſtante, circa altaria altiſſimi Regis ſanguinem fudiſſe *dicuntur in Vitâ S. Vedaſti num.* 14. *Baldericus Ep. in Chronico Cameracenſi & Atrebatenſi lib.* 1 *cap.* 5 quadam vetuſtatis obſcuritate *memoriam eorum abolitam deplorat. Hinc necdum in vllo Martyrologio eorum legimus conſignatum natalem.*
Dominicus, } *qui* S. Vedaſto *in epiſcopatu Atrebatenſi &*
Vedulphus, } *Cameracenſi immediatè ſuccеſſerunt, à Maſſeo in Chronico mundi, & Rayſſio in Belgicâ Chriſtianâ,* Sancti *appellantur. Colvenerius in catalogo ante Balderici Chronicon, ſoli Vedulfo* Beati *titulum tribuit. Agit de vtroque Baldericus lib.* 1 *cap.* 12 *vbi in geſtis S. Gaugerici tradi ait, Vedulfum* rebus humanis exemptum ad meliora tranſiiſſe, cui *ipſe meritò addit* præmia pro innocentiâ reddita. *Si quid certius occurrat, proferemus*

A XI *Augusti ad Vitam S. Gaugerici, vel alibi.* Vedulphus *porrò Sedem Episcopalem Atrebato Cameracum transtulit: quod factum arbitramur, quando defuncti apud Austrasios Theoderico, Theodeberto, & Theodebaldo Regibus, Chlotarius Austrasiam, in quâ Cameracum erat, regno suo adiecit, post annum Christi* DLV.

Nicasius monachus Elnonensis, *qui sanctis* Amando *Ep. Traiectensi, &* Humberto *Abbati Maricolensi, comes fuit itineris Romani anno* DCL *tempore* S. Martini *Papæ, in antiquis chartis monasterij Elnonensis, siue Amandini,* Beatus *dicitur. De eo infrà agitur ad Vitam S. Amandi. Haud tamen remur publicum ei cultum impendi.*

Chrodobaldus discipulus S. Amandi, & Præpositus Marchianensis, *paralysi ob inobedientiam percussus, à S. Amando sanatus, vir sanctus habitus, & miraculis celebris,* & Beatus *à Raissio appellatur. De eo infrà agimus in Vitâ S. Amandi, vbi plura in Notationibus ad cap.* 14 *Vitæ per Philippum Abbatem.*

S. Ronanus Scotus, *qui in Synodo Pharensi, siue in* Strenes-healh, *nunc* Withbie, *anno* DCLXIV *habitâ, strenuè Catholicam Paschæ obseruationem contra* Finanum *Ep. defendit, vti memorat Beda lib.* 3 *histor. Anglic. cap.* 25. *refertur ad hunc diem à Dauide Camerario, dicturq; post eam Synodum in Scotiam rediisse, inq; vnâ Hebridum insularum, cui iam ab* S. Ronano *nomen, sanctè obiisse, circa annum* DCCLXXVIII. *Quis credat ita longæuum fuisse?* B *Insula quidem ab S. Ronano nomen obtinuit; quo, nobis compertum non est: neque an* Ronanus *ille Paschæ legitimi defensor, sit in Diuos relatus. Nam quod Colganus* VIII *Ianuarij, ad* S. Finani *Vitam, ait in Galliâ Armoricâ coli* I *Iunij, probatq; ex Vitâ; quam Gallicè Albertus Magnus Morlaix edidit, haud nobis id persuadet, cùm ea Vita nil simile referat. Camerarius Regij Kalendarium citat, & Breuiarium Aberdonense, in quo quidam* Ronanus VII *Februarij: an idem, non liquet.*

Commemoratio *fit hodie* Traiecti ad Mosam omnium Sanctorum illius vrbis Episcoporum: *& quidem (vt ex veteri Breuiario Ecclesiæ S. Seruatij patet)* ritu duplici. *Eam consignarunt in suis Martyrologijs Galesinius, Canisius, Ferrarius, Molanus in additis ad Vsuardum & Natalib. SS. Belgij; etiam monasticis, Wion & Dorganius, propterea quòd nonnulli eorum vulgò existimentur monachi Benedictini fuisse. De omnibus hæc recitatur Oratio, quæ etiam apud Molanum extat:* Propitiare nobis, quæsumus Domine, famulis tuis, per sanctorum Confessorum tuorum, Seruatij, Monulphi, Gondulphi, Martini, Valentini, Candidi & Amandi, & aliorum, qui in præsenti ecclesiâ requiescunt, merita gloriosa, vt eorum piâ intercessione ab omnibus semper protegamur aduersis. *Numerat ea Ecclesia* XXXI *sanctos Epi-* C *scopos, quotquot isthic, & anteà Tungris pontificiâ fulsêre dignitate. Et Tungris quidem* IX *fidem prædicasse, administrasse sacra, Cathedram Episcopalem obtinuisse traduntur.* XXI *Traiecti sederunt, à* S. Seruatio, *(qui Attuatucæ Tungrorum Episcopus fuit, Sedemq; inde transtulit Traiectum) vsque ad* S. Floribertum, *cuius decessor* S. Hubertus *Leodium migrauit.* S. Candidum *fatentur, Traiecti quidem in fide ac pietate propagandâ laborasse, sed alterius Sedis fuisse Episcopum. Bartholomæus Fisen noster in Floribus Ecclesiæ Leodiensis scribit, hunc sextum Februarij diem omnibus simul ab eâ Ecclesiâ consecratum,* quòd quo die plerique diem obierint, ignoretur. *Quæ nobis ratio non probatur. Nam Tungrensibus, (quos ipse Treuirenses Antistites fuisse certum habet) anniuersarium singulis diem ex Treuirensi Breuiario ipsemet assignat: nos ceteris quoque, plerisque ex Breuiariorum, aliis ex quorumdam Martyrologiorum fide, vti suis locis patebit. Priores porrò illi hoc ordine ex Tabulis Treuirensibus apud Browerum & Fisenum recensentur:*

I	S. Maternus	XIV Septemb.
II	S. Nauitus	VII Iulij.
III	S. Marcellus	IV Septemb.
IV	S. Metropolus	VIII Octobr.
V	S. Seuerinus	XXIV Octobr.
VI	S. Florentius	XVI Octobr.
VII	S. Martinus	XXI Iunij.
VIII	S. Maximinus	XX Iunij.
IX	S. Valentinus	XVI Iulij

Sed mirum est, si illi omnes vnà Treuirorum Episcopi fuerunt, cur qui inter S. Maternum, tertium à S. Euchario, & S. Nauitum vndeuicesimum, Treuirensem rexêre Ecclesiam, non etiam Tungrensibus assignentur, siue proprij Episcopi, siue Apostoli: nisi dicantur nomen illi præcipuo studio, sacra Tungris præ reliquis curasse. Illud item mireris, horum plerosq; martyrij laureâ coronatos, quibus retulimus diebus, celebrari ab Ecclesiâ Treuirensi; ab Traiectensi Confessoribus annumerari, & serè aliis diebus, vt suis locis dicemus. Post eos Tungris, at nentiquam Treuiris, Episcopus fuit

X	S. Seruatius, *qui Sedem Traiectum transtulit, colituq;*	XIII Maij.
	S. Candidus Ep. *aliunde aduenisse Traiectum narratur, ad venerandas S. Seruatij Reliquias, ibiq; episcopalia aliquamdiu munia exercuisse, decessisse*	VII Iunij.
XI	S. Agricolaus	V Febru.
XII	S. Vrsicinus	I Octobr.
XIII	S. Designatus	XIII Ianuar.
XIV	S. Resignatus (*Fiseno* Renatus)	I Decemb.
XV	S. Sulpitius (*Fiseno & alius quibusdam* Supplicius)	XVIII Ianuar.
XVI	S. Quirillus	XXX April.
XVII	S. Eucherius,	XX Febru.
XVIII	S. Falco, *siue* Fulco, *aut* Folco	XX Febru.
XIX	S. Eucharius	XXVII Febru.
XX	S. Domitianus	VII Maij.
XXI	S. Monulphus	XVI Iulij.
XXII	S. Gondulphus	XVI Iulij.
XXIII	S. Perpetuus	IV Nouembr.
XXIV	S. Euergisus, *siue* Ebregisus	XXVIII Martij.
XXV	S. Ioannes Agnus	XXV Iulij.
XXVI	S. Amandus	VI Februar.
XXVII	S. Remaclus	III Septembr.
XXVIII	S. Theodardus M.	X Septembr.
XXIX	S. Lambertus M.	XVII Septembr.
XXX	S. Hubertus, *qui, relicto Traiecto, Sedem Leodium transtulit,*	III Nouemb.

S. Amandus, *seu* Marcus Amandus *Episcopus Castellonensis, siue Castulonensis, in Catalaniâ, vel Baticâ, memoratur in Iuliani Petri Chronico & Martyrologio Hispanico, colituq; officio duplici in diœcesi Gerundensi: Sacras etiam Reliquias* S. Amandi *adseruari prope Perpinianum scribit Domenechus de Sanctis Catalaniæ hoc die. Eum verò hi esse putant, qui Episcopus Traiectensis nobis est; quod infrà ad* F *huius Vitam* § XXII *refutabimus.*

Ethelburga Regina, vxor S. Inæ, *relicto coniugio & regno, facta sanctimonialis, dein Abbatissa monasterij Berkingensis in Comitatu Essexiæ prope Tamesim fluuium, beato illic fine quieuit; vt infrà* § 7 *ad Vitam* S. Inæ *dicitur.*

S. Mathildis Virgo & Abbatissa *in Germaniâ, memoratur hoc die à Francisco Lubierio in Magno Mendologio Virginum, nullâ vel gestorum mentione, vel Fastorum Scriptorumue auctoritate. De variis eius nominis Virginibus agemus alibi.*

S. Gerwis Virgo in Siluiolde *refertur in MS. Florario, & Hermanni Greuen addit. ad Vsuard. Necdum de eâ certi quidquam comperimus.*

Leo, *siue* Leonius, *primùm Lobiensis, deinde Bertinianus Abbas* XLIII, de nobilioribus terræ Furnensis, *vti in Bertiniano Chronico scribit Ioannes Iperius, hoc die anno* MCLXIII *mortuus,* Beatus *indigetatur à Ferreolo Locrio in Chronico Belgico, Guilielmo Gazeo in histor. Eccles. Belg. Hugone Menardo in Martyrol. Benedictino;* Sanctus *ab Andrea Saussaio in Martyrol. Gallicano.* Beatum *quoque facit Arnoldus Raissius, sed ad* XXVI *Februarij refert, & cùm* vigesimum ageret annum *seculo nimium remisisse, fuisse autem* XL *in numero Abbatum. Refellit*

ista

A *iſta Iperius, & ipſe Abbas, qui* XXII annos ætatis excedentem, Curialium officiis ſeculoque relictis, in monaſterio Aquicincti monachum effectum *ſcribit: anno deinde* MCXXXVIII *Abbatem Bertinianum* XLIII honorabiliter inthronizatum; *atque ex eius epitaphio diem mortis indicat:* Februi ſexta, ſuprema tui. *In eius laudem iſta addit:* Cuius memoriam Sithienſes habere debent in ſecula, ſibi reddentes orationum pia ſuffragia. Nam multa in libertatibus & poſſeſſionibus acquirendis, ampliandis & defenſandis, libris, ornamentis & aliis modis pluribus eis multa tribuit beneficia. *Verùm nulla ei publica habetur in Sithienſi, ſiue Bertiniano, cœnobio veneratio.*

Godefridus ex Comite Palatino monachus Hirſaugienſis, vir quondam in ſeculo ſtrenuus & illuſtris, in religione autem feruens & deuotus .... poſt multa bona opera in Domino quieuit VIII Id. Februar. anno MCLXXXVI, ſepultus non ſine opinione ſanctitatis in medio Fratrum ſuorum. *Ita Trithemius in Chronico illius cœnobij. Eum Wion, Dorganius, Ferrarius, Menardus, abſolutè* S. Godefridum, (*Wion* Godofridum) *ſuis Martyrologiis inſcripſere. Si in numero Sanctorum habitus fuiſſet, non id ſanè reticeret Trithemius.*

F. Simon, Miniſter Turoniæ, ad cuius os Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ viſus eſt, (*vti eum celebrat Bartholomæus Piſanus lib.* I *Conformitatum, fructu* 8, *parte* 2, *in prouinciâ Turoniæ*) *recenſetur à Franciſco Gonzaga inter* Beatos *Ord. Seraphici, cum eodem elogio: eiuſq; natalis ab Arturo in Martyrol. Franciſcano* VI *Februarij aſſignatur. Verùm neque eius vſpiam in Gallicano Martyrol. Sauſſaij, quamquàm amplißimo, mentio fit; neque aliunde quidquam de eius veneratione comperimus.*

B

S. Alto Confeſſor. *MS. Florarium. De eo nos* IX Febru.

S. Soteris V. M. Romæ. *Martyrol. S. Hieronymi, Beda, Rabanus, Notkerus, Maurolycus, & alij; quorum quidam in Oriente paſſam ſcribunt. De eâ agemus* X Februar.

S. Zoticus, S. Irenæus, S. Iacinctus, S. Amantius, } Martyres Romæ, *reſeruntur hoc die in vulgato Bedæ Martyrologio. De iis agemus cum Romano Martyrol. & aliis* X Febru.

S. Scholaſticæ V. depoſitio *hoc die annotata eſt in Martyrol. Aquiſgranenſi. De eâ dicemus* X Februar.

S. Relindis, *quæ &* Renula, Virgo, *hac die colitur Maſecæ. Fuit poſt* S. Harlindem *ſororem ſecunda Abbatiſſa Alteikenſis (vt nunc vocant) cœnobij. Porrò* S. Harlindis, *quæ hîc quoque à multis cum ſorore refertur, peculiare feſtum habet* XII Octobris. *Sed præcipua vtriuſque ſolennitas agitur* XXII Martij.

Feſtum Reliquiarum Atrebatenſis Eccleſiæ *annotatur hoc die (occaſione, opinor,* S. Vedaſti) *à Molano in Natalib. SS. Belgij: qui tamen oſtendit feſtum id peragi Dominicâ 2 poſt Paſcha, & Dominicâ intra Octauas Corporis Chriſti; vti oſtendemus ad* V Aprilis, *&* XXIV Maij.

C

S. Quirini M. *aduectas Coloniam hoc die* Reliquias *oſtendit in Faſtis Agrippinenſibus Gelenius. Alij pridie, vt diximus; eam Tranſlationem locant. De eâ agemus ad* XXX April.

B. Ladiſlaus Gielnouius Ord. Minorum *hoc die refertur ab Arturo in Martyrol. Franciſcano. At Vincentius Moraweskius in eius Vitâ tradit obiiſſe* IV Maij.

S. Odo Cantuarienſis Archiepiſcopus *refertur hoc die à Ferrario. Vitam dabimus* IV Iulij.

S. Pantaleonis M. *tranſlatas Coloniam* reliquias *hoc die annotant Martyrol. Coloniæ editum an.* MCCCCXC, *Hermannus Greuen, Gelenius, Florarium, Doctrinale Clericorum: alij pridie ponunt. Nos de eâ tranſlatione agemus ad eiuſdem Sancti natalem* XXVII Iulij.

S. Helena Auguſta *refertur hoc die in MS. monaſterij S. Martini Treuiris, MS. S. Mariæ Vltraiecti. Natalis eius agitur* XVIII Auguſti. *Tranſlatio à pluribus ponitur* VII Februar.

Merinus *memoratur quidam ab Hectore Boëtio lib.* 6 *hiſtor. Scotorum, monachus extitiſſe,* inſigni pietate vir, *quo tempore* S. Regulus *Abbas dicitur* S. Andreæ Apoſtoli *Reliquias in Britanniam, ex Achaiâ attuliſſe.* Merinus (*inquit Georgius Conæus lib.* I *de ſtatu religionis apud Scotos*) aut ſecutus venientem, aut inuentum in monaſticâ vitâ imitatus eſt. *Regulum tradunt Adamus Regius, Dauid Camerarius aliiq;,* XVII Octobris *coli,* XXX *Martij Breuiarium Aberdonenſe. Ferrarius* VI *Februarij* S. Merinum *refert, ex Martyrol. Scotico, vt ait; non Regij certè, nec aliud vidimus. Quod addit, teſtari Boëthium, monachum S. Baſilij fuiſſe* Merinum, *ac reliquias S. Andreæ attuliſſe Patris in Scotiam; id de eo Boëthius non refert, vt; cùm de Regulo erit ſermo, dicemus. Dempſterus lib.* 12 *hiſt. Eccl. Scot. cap.* 909 *ait* homilias de Sanctis ſcripſiſſe. *Alius* Merinus Abbas & Ep. (*Dempſtero ibidem cap.* 859 Mirinus) *colitur, vt ex Breuiario Aberdonenſi patet,* XV Septembr.

D

S. Fauſta, S. Euilaſius, S. Maximus, } Martyres Cyzici in Propontide. *Menæa ac Menologium Græcorum, Galeſinius aliiq;. De iis cum Martyrol. Romano agemus.* XX Septemb.

Garinus Abbas Altæ-cumbæ, Ep. Sedunenſis, *refertur hoc die in Kalendario Ciſtercien. Diuione edito: à Chryſoſtomo Henriquez* VI Ianuarij *cum titulo* Beati: *ab Hugone Menardo in alterâ appendice Martyrol. Benedictini, recenſetur in Catalogo SS. & BB. Ord. Ciſtercien. ex veteri Miſſali an.* MDXXVI *Pariſiis edito, nullo adſcripto die. Henricus Murerus in Heluetiâ ſanctâ inter* XII *Sanctos Valeſiæ numerat* X *loco* Garinum, *ſiue* Guarinum: *ſed videtur alius eſſe ab illo S. Bernardi coætaneo, facit enim eum* CC *annis S. Bernardo ſeniorem. De eo agemus ad* XXIII Septemb.

E

S. Vrſicinus Ep. Traiectenſis, *in Kalendario SS. prouinciæ Leodienſis, hoc die, & cum ceteris Epiſcopus Traiectenſibus, vt diximus, & iterùm ſeorſim refertur. De eo agemus* I Octobr.

S. Lubentius Presbyter, S. Maximini II Ep. Treuirenſis, diſcipulus, *hoc die refertur à Caniſio, Hermanno Greuen, MS. S. Maximini, & Kalendariis quibuſdam. Colitur* XIII Octobr.

S. Amandus Ep. Argentoratenſis *interfuit Concilio Colonienſi an.* CCCXLVI. *Eius & S. Amandi Epiſcopi Traiectenſis res geſtæ confunduntur, vti infrà ad huius Vitam obiter dicemus, pleniùs de eo acturi quo die Eccleſia Argentoratenſis ſuum* Amandum *celebrat* XXVI Octobr.

S. Iuſtinus, *ſiue* Iuſtus, S. Maximinus, S. Valentinus, S. Solarius, } Epiſcopi Argentinenſes, *poſt S. Amandum, vti dicemus ad Vitam* S. Amandi Ep. Traiectenſis *hoc die.* S. Iuſtinum *inter viros Apoſtolicos & Patronos Argentinenſium cenſent Acta S. Deicoli, quæ dedimus* XVIII *Ianuarij. Eum quoque, &* Maximinum *ac* Valentinum *appellant Wimphelingus & Guillimannus* Sanctos: *addunt* Solarium *Bruſchius & Democharis. Si alius, quo colantur, non occurrerit proprius dies, poterunt cum S. Amando Argentoratenſi referri* XXVI Octobr.

F

S. Amandus Epiſcopus Wormatienſis *eius nominis* II, *floruit tempore Dagoberti* I, *cuius ſacra pignora adſeruantur in æde primariâ; eiq; templum parochiale dicatum eſt in ſuburbio: at Lectiones ad Matutinum recitantur ex Vitâ* S. Amandi Epiſcopi Traiectenſis, *de quo hoc die agimus; quando & Wormatienſes Commentationem faciunt* S. Amandi: *at ſolenni cultu eiſmi celebrant* XXVI Octobr.

B. Didacus, Oxomenſis in Hiſpaniâ Epiſcopus, VI *Ianuarij, quo die Ciſtercienſi Kalendario Diuione edito inſcriptus erat, in* VI *Februarij fuit à nobis reiectus, quòd hic eum Menolog. Ciſtercienſe Chryſoſtomi Henriquez locaret.* Sanctus *quidem appellatur à Petro de Natalib. lib.* II *cap.* 72, *cuius titulus eſt,* De S. Didaco Ep. *vti & à Ioanne Marietta lib.* 6 *de SS. Hiſpaniæ cap.* 83. *item à Conſtantino Ghinio in Natal. SS. Canonicor. ad diem* XII *Nouembris.* Beatus *verò dicitur ab Hugone Menardo in appendice alterâ ad Martyrol. Benedictinum. Et fuit planè vir ſanctus*

AVCTORE I.B.

A

ctus & Apoſtolicus, vti ex citatis auctoribus patet, & iis omnibus qui geſta contra Albigenſes, ac Vitam S. Dominici ſcripsére; præſertim verò ex Thomæ Maluendæ Annalibus Ord. Prædicatorum, & Angeli Manrique Annal. Ciſtercien. to. 3. qui duo tamen poſtremi Scriptores, accurati comprimis, Beatum *eum non appellant, etſi aliàs illius tituli dignatione minimè parci. Ioannes Tamayus de Salazar in Martyrol. Hiſpan. ad hunc diem Vitam eius refert ex peruetuſto Legendario Eccleſiæ Vxamenſis, ſub cuius finem iſta habentur:* Eius corpus ſanctiſſimum in Crucifixi ædiculâ tumulatum, deinceps claruit miraculis: cuius tantâ ſuæ Eccleſiæ conciuium & vicinorum accolarum veneratione colitur, vt abſque eius deprecatione nullus opus etſi minimum aggredi audet, vt propoſiti ſucceſſus optimus conſequatur à Deo. *Quæ tamen non videntur vllum publicum cultum, vel Eccleſiaſticâ auctoritate ſancitum, vel publico aliquo monumento teſtatum ſignificare: nec eleuatio facta aliqua vel Tranſlatio memoratur. Quare tantiſper hîc eum omittimus, dum certiora aſſequamur. Et ſanè cùm, vt ex illius epitaphio* D *conſtat, Æræ* MCCXLV, *ſiue anno Chriſti* MCCVII, *obierit, exiſtimat Maluenda non niſi ſub anni eius finem decedere potuiſſe; licet citata ex Tamayo Vita ponat* VIII Id. Febr. *obiiſſe. Si quid certiùs de publico aliquo cultu,* Beatiúe *titulo nobis poſteà conſtiterit, licebit cum Ghinio eum dare* XII Nouembr.

S. Anſani Martyris reliquiæ *hoc die* Senas *à loco martyrij ſolenniter* tranſlatæ *ſunt, vti tradit in Vitis SS. Etruriæ Seraphinus Razzius: eaq; tranſlatio hîc à Ferrario annotata. Vitam dabimus* I Decembr.

S. Lucia, Virgo Martyr, Syracuſis. *Martyrol. S. Hieronymi, MSS. S. Lamberti Leodij, Aquiſgran. S. Maximini. De eâ agemus* XIII Decembr.

S. Gelaſius Confeſſor *in Martyrol. Coptico memoratur hoc die. An fortè* ſanctus Papa Gelaſius *ſit, de quo agemus* XXI *Nouembris, haud ſcimus: an potiùs* Gelaſius Abbas, *qui &* Anaſtaſius *appellatus reperitur in Vitis* PP. *videturq; referri in Menæis Græcorum* XXXI Decembr.

DE S. BVCOLO

EPISCOPO SMYRNENSI,

I. B.

Commentarius præuius.

CIRCA AN. CHR. C.

1 *Myrnæ in Aſiâ primus Antiſtes fuerit* S. Bucolus, *an* Stratæas, *Eunices filius, in ambiguo eſt. Pionius enim in S. Polycarpi Vitâ, quam* XXVI *Ianuarij dedimus, tradit,* poſtquàm Smyrnâ diſceſſit Paulus Apoſtolus, ſuſcepiſſe munus docendi Stratæam & alios quoſdam cum ipſo. *Deceſſor certè quidem Polycarpi fuit* Bucolus. *Ita Menæa ibidem à nobis in Prolegomenis* § 1 *nu.* 3 *relata:* Fuit hic *(Polycarpus)* Ioannis Theologi & Euangeliſtæ, vnà cum Ignatio Theophoro, diſcipulus, & poſt Bucolum ſanctiſſimum Smyrnæ Epiſcopum, qui prædixerat ei ſacerdotium, ab Epiſcopis eſt conſecratus. *Suidas quoque, ibidem* § 2 *nu.* 15 *citatus,* Polycarpus, *inquit,* Ioannis Euangeliſtæ & Theologi auditor, Bucoli autem primi Eccleſiæ Smyrnæorum Epiſcopi ſucceſſor, qui & poſt ipſum ſecundus tenuit epiſcopatum.

deceſſor S. Polycarpi.

S. Bucolus Smyrnæ Ep.

VI FEBR.

2 *Natalem* S. Bucoli *ita conſignauit hoc die Molanus in addit. ad Vſuardum:* Die ſextâ, ſancti Patris Buculi, Epiſcopi Smyrnæ. *quæ ſunt ex Horologio Græco ſumpta. Et* C *Ferrarius:* Smyrnæ in Aſiâ S. Bucoli Ep. diſcipuli S. Ioannis Apoſtoli. *Gadeſinius in Notat. ad* VI *Februarij:* In Græciâ S. Bucoli, Smyrnæ Ep. vt in Menologio & Horologio ſcriptum eſt. Fuit is Ioannis Apoſtoli diſcipulus, habuitque in epiſcopatu ſucceſſorem B. Polycarpum.

colitur 6 Febr.

3 *Res à S. Bucolo præclarè geſtas, à Pionio traditas eſſe literis, coniicere licet ex iis quæ idem ſcribit in vitâ S. Polycarpi cap.* 1 *nu.* 3: Suſcepit, *inquit,* docendi munus Stratæas & alij quidam cum ipſo, quorum nomina, prout reperire potuero, & qui qualeſúe extiterint, exponam. *An is vſpiam extet commentarius, necdum comperimus. Dabimus hic Vitæ eius epitomen ex nouo Anthologio, quod Romæ an.* CIↃIↃXCVIII *excudi curauit, & Clementi* VIII *dedicauit, Antonius Arcudius: deinde ea ſubiungemus quæ in Vitâ S. Polycarpi ſparſim de illo dicta.*

quæ egit, vnde deſcripſit

4 *Celebrem fuiſſe miraculis, ſiue factis in vitâ, ſiue ad eius tumulum diuinitus patratis, oſtendit Nicephorus Calliſtus lib.* 3 *cap.* 34 *ita ſcribens:* Apoſtolorum ſectator Polycarpus martyrio eſt defunctus, qui poſt Bucolum Thaumaturgum, *ſiue mirandorum operum effectorem,* Smyrnæorum Eccleſiæ præfuit. *Huc facit quod de eo canunt in Menæis Græci:* Sacerdotij luce micans populos illuminaſti, ô Hierarcha, idolorum tenebras diſſipa-

miraculis clarus,

in vitâ

ſti; ac per ſplendorem curationum, nebulâ paſſionum diſcuſsâ, tranſiſti ad inacceſſum iubar, plurimùm intercedens pro nobis, qui te veneramur, Beate Bucole. *Quod de miraculis in vitâ factis dictum videtur: illud de iis quæ ad ſepulchrum contigerunt, canunt eadem Menæa:* Vt palma germinans in aulâ Dei, debito iuſtis ſomno conſopitus es, ô Bucole Dei præco. Nam ante diuinum tuum monumentum plantam producis miraculum videntibus. Terrâ quidem beatum tuum corpus obtegitur, medelas & gratias manifeſtè ſcaturiens, ô glorioſe Bucole, ſed animam tuam ſimul cum electis, verè diuinis refulgentem ſplendoribus, cælum obtinet.

& poſt mortuus

5 *Quo is obierit anno, quantoúe tempore Eccleſiam Smyrnenſem tenuerit, nuſquam diſertè traditum eſt. Sed cùm ex S. Polycarpi Vitâ conſtet, iam tum Epiſcopum fuiſſe, quando is admodùm adoleſcens Smyrnam adductus eſt; tamdiúq; protraxiſſe vitam, vt iam canis reſperſum ſacerdotio initiârit; meritò in eadem Vitâ* longum pietatis ſtadium percurriſſe dicitur. *Si, quod quidam ſcripſerunt, à S. Ioanne Euangeliſtâ Epiſcopus conſtitutus eſt Polycarpus; neceſſe eſt* Bucolum *deceſſiſſe non ſerius, quam* LXVIII *poſt Paſſionem Domini anno, cùm Ioannes eo ipſo anno mortuus ſit, vti S. Hieronymus teſtatur lib. de illuſtr. Eccleſiæ ſcriptorib. cap.* 9. *Is autem eſt* F *annus Æræ vulgaris nonageſimus nonus, Traiani ſecundus. At priùs etiam obiiſſe* Bucolum oportet, *ſi verè adoleſcens ille, de quo ad Polycarpi Vitam* § 4 *nu.* 32 *egimus, ab Ioanne commiſſus ei fuit, & non cuipiam alteri circa Epheſum Epiſcopo: multoq; magis, ſi Polycarpus eſt* Angelus *ille* Eccleſiæ Smyrnæ, *cui Ioannes è Pathmo ſcripſit Apocalypſeos* 2. *Nobis neutrum liquet: multoq; magis eò inclinamus, vt Bucolum fuiſſe iſtum* Angelum *credamus.*

diu in epiſcopatu vixit:

circiter annum Chr. 90 mortuus.

6 *Fortaſſis etiam non aliter conſtitutus Epiſcopus ab Ioanne eſt Polycarpus, quàm quòd Epiſcopum futurum prædixerit: quod & Bucolus, ſi non verbis, certè actione ipſâ moribundus deſignauit, & ipſe cælitus edoctus: licet abeo ipſo conſecratum Græci aſſerant in Anthologio infrà, & in Menæis, vbi præterea alia, S. Bucolo iſta decantantur:* Poſtquàm egregiè adminiſtraſti ſacram Smyrnæorum Cathedram, ô prorſus benedicte Bucole, Spiritus Polycarpum poſt te Paſtorem manu tuâ conſecrandum adducit. *Et,* Cognitâ per Spiritum euocatione tuâ, ô ſapiens Bucole, ſucceſſorem tuum, in gratiâ rationalium ouium ducem, ad altare adducis, virtutum fulgoribus coruſcantem. *Refellit hoc Pionij narratio, in quâ Ioannis eum vel conſecrantis,*

Polycarpũ conſecraſſe, perperàm aſſeritur:

A *ſecrantis, vel ſuffragio ſuo deligentis, nulla mentio.*

7 *Quædam in iiſdem Menæis de S. Bucolo pronuntiantur, quæ ad S. Polycarpum verius ſpectant:* Tuis ſacris concionibus, ô glorioſe Bucole, execrandus Marcion impugnatus eiectuſque eſt, omnis abſurditatis ſordes veluti rabidus eructans. *Nam Marcion (vti S. Epiphanius hæreſi 22, aliàs 42, ſcribit) non niſi circa Hygini Papæ, atque Antonini Pij Imp. tempora hæreſim ſuam procudit; vixq; natus adhuc erat, cùm Bucolus deceſſit. Pugnauit tamen S. Bucolus aduersùs hæreſes, Ebionis præſertim ac Cerinthi. Hinc eâ illi laus in citatis ſæpius Menæis tribuitur,* quòd Dominicum gregem bonus paſtor ad paſcua pietatis deduxerit, omnemque hæreſim, vt immanes feras, abegerit: ſuâque doctrinâ ex intelligibilis lupi faucibus populos extraxerit, & hæreticorum ora, oſtio carentia, obtuſârit, diuinâ ſuâ eruditione.

reſtitit hæretico, ſed non Marcioni

forſitan nondum nato.

VITÆ EPITOME

ex a nouo Anthologio Græco.

a

Bucolus à S. Ioanne Epiſcopus ordinatur:

HIc à primâ ætate innocentiæ atque integritati animum dedidit, factuſque eſt domicilium Spiritus ſancti. Quem celeberrimus ille Chriſtoque dilectus Ioannes Theologus, probatum digniſque præditum moribus reperiens, Epiſcopum ac paſtorem vtiliſſimum Eccleſiæ Smyrnæorum conſecrauit. Is initiatus & à Spiritu ſancto *b* velut in publicam
B lampadem erectus, ſedentes in errorum tenebris cæleſti luce perfudit, & per baptiſmum *c* filios lucis conſtituit, ab innumeris ac immanibus inferorum monſtris liberatos. Priuſquàm verò migraret è vitâ, B. Polycarpum in eadem vrbe paſtorem ac doctorem ratione pollentium ouium *d* conſecrauit, ac demum ipſe ex humanis exceſſit. Tumulato autem corpore *e* plantam oriri Deus fecit, quæ huc vſque plurimis morbis curationem præbet.

b

Polycarpum Epiſcopum deſignat:

d

e

miraculis à morte clarus.

a *Eadem habentur in Menæis.*
b *Λαμπαδοφορεῖσθαι*: *quâ voce ſæpè vtuntur Menæa.*
c *υἱὸς φωτὸς*, filios lucis. *ita etiam Menæa.*
d *Aliter id narrat Vita S. Polycarpi, eâ; eâ nos infrà.*
e *Myrtum vocat Pionius in eadem Vitâ S. Polycarpi, ſiue μυρσίνην.*

ALIA VITA

ex actis S. Polycarpi, XXVI *Ian.*

C

S. Bucolus Epiſcopus

1 CVm Smyrnæ Epiſcopus eſſet Bucolus, *Polycarpus* puerulus, ex Oriente genus ducens, *Smyrnam adductus eſt: quem* mulier religioſa ac Deum timens, boniſque aſſiduè vacans operibus, Calliſto nomine, *Angelico monitu, emptum* domum duxit, & gaudebat honeſtè illum educans, & cæleſti erudiens diſciplinâ: *cap. 1 nu. 3.*

Polycarpum aduenam

2 Bucolus *Polycarpum* vnicè diligebat, & maximi ſemper inde à primâ ætate fecerat, & quam de eo conceperat, ſpe exultabat, vti lætari filiorum probitate parentes conſueuerunt, quòd prudentes nacti ſint ſuarum facultatum hæredes. Ipſe quoque mutuum Bucolo affectum rependebat: cum vt parentem reuerebatur, non fucatis ſermonibus, nec omnino vnâ vice ac ſubitò conciliatâ inuicem caritate, ſed ſenſim ac tacitè. Aſpernabatur enim eos qui dicunt: Nouerat tempora opportuna, vt neque faſtidium afferret, neque ſemper eadem placitura exiſtimaret. Domum quidem aut munus aliud neque hic illi, valenti etiam aliis ſubuenire, largiri ſtuduit, neque Bucolus accipere. Nam proprium hic lucrum cenſebat, adoleſcentis erga ea gentes promptitudinem: is verò Domini Ieſu præceptum decenter exequebatur, tribuens non valentibus remunerari: cùm quidam artificio quodam honorem venentur, maioremque minori quodammodò mercari appetant. *cap. 3 nu. 10.*

vnicè diligit,

amicitiâ non temerè contractâ,

ſed mutua æſtimatione virtutis:

Aveiro-
RE I.B.
D

3 Multa quoque ab eo rectè geſta ipſe ſuis oculis vidit Bucolus. Intelligens igitur verè eum Eccleſiaſtico ordine dignum eſſe, propter ætatis necdum ſatis proiectæ imbecillitatem, in Diaconorum gradu primùm eum conſtituit, vniuerſâ ſuffragante Eccleſiâ. Beatus ipſe reuerâ, qui dignus fuerit manum imponere ſancto illi capiti, & ſuo ore benedicere tali animæ. Eſt enim ritè electorum ordinatio probata & legitima, apud homines irreprehenſibilis, conſcientiæ innoxia, cauſſaque tranquillitatis & lætitiæ, quæ fit ab iis qui ſunt in diuini officij munere collocati, per fidem in Deum. *ibid. nu. 11.*

Diaconum eum ordinat:

4 Crebrò autem eum admonens & adhortans Bucolus, vix tandem perſuaſit vt Chriſtianam fidem publicè doceret, & in eccleſiâ catecheſeos ſermones haberet, (hic eſt enim traditus à Chriſto, velut principium rectæ doctrinæ, Eccleſiaſticus Catholicus canon) & myſteria ſufficienter interpretaretur, quæ multis occulta. *ibid. nu. 12.*

catecheſin ei imponit:

5 *Cæterùm cùm in dies ætate* proueheretur *Polycarpus*, vt iam etiam ſenij prænuntia floreret canities, atque albi in temporibus ridere capilli cœpiſſent, ... cernens Bucolus & maturam Polycarpo eſſe ætatem, & maturiorem quàm pro numero annorum compoſitionem vitæ totius, intellexit poſſe eum ſibi optimum
E conſiliarium eſſe in iis quæ ad Eccleſiam pertinebant, & ſocium doctrinæ. Confirmauit autem quaſique conſignauit Dominus hanc eius ſententiam, idem ei per viſum præcipiens. Itaque cum Presbyterum ordinauit, omni Eccleſiâ vnanimiter eum cum magno gaudio ſuſcipiente; cùm ipſe contrà id munus vehementer refugeret: dicebat enim vix ſe pro loco vno, deque vno officio reddendæ rationi ſufficere, nedum de pluribus. addidit deinde: Si quis indignus honore, ſuſcipere eum audet, iudicium habet: ſin dignus eſt, at priorum mercedem recipit; ſuſcipiens veluti præmium quoddam benefactorum, ſacerdotij dignitatem. Cùm non ſineretur plura dicere, Dei voluntati & piorum conſilio ceſſit, initiari ſe ſacerdotio paſſus, viſione quoque diuinâ, & plurimis adhortationibus permotus. *cap. 4 nu. 17*

tam canescentem,

diuino mònitu,

licèt diù reluctatum;

Sacerdotem conſecrat:

6 Cum longum pietatis ſtadium perculriſſet Bucolus, ac ſæpenumerò edoctus eſſet cælitus qualem eſſet ſucceſſorem habiturus, gaudens & exultans, atque veluti in ſapiente diſpenſatore acquieſcens, ita deceſſit, vt imminente iam morte, Polycarpi manum caperet, & primùm quidem pectori ſuo eam apprimeret, dein vultui; oſtendens quòd quæcumque munia
F ac chariſmata illis ſenſuum facultatibus & inſtrumentis adminiſtrantur, corde quidem intelligendo, videndo oculis, auribus audiendo, naribus Chriſtum aſpirando, ore Deum Patrem & Filium eius Ieſum prædicando, ea omnia illi eſſent commiſſa. Quæ cùm egiſſet Bucolus, Gloria tibi Domine, inquit, itaque obdormiuit. Polycarpus verò nihil eorum tunc cogitabat: ſemper enim illi ſolùm futurorum ſpes ſtudiumque inerat. At qui præſentes circumſtabant & hæc videbant, mutuos de iis ſermones priuatim conferebant, ſpe pleni fore vt talis ſibi Paſtor obtingeret.

diuinitùs intelligit eum ſibi ſucceſſurum;

idq; ſignis patefacit:

piè moritur:

7 Efferentes verò B. Bucoli corpus ad cœmeteſium baſilicæ Epheſiacæ dictæ, *a* iuxta Smyrnam ſitæ, illud condiderunt, vbi nunc *b* myrtus creſcit, poſt tranſlationem corporis S. *c* Thraſcæ Martyris: peractiſque omnibus, obtulerunt panem pro Bucolo & ceteris: vna verò omnium ſententia fuit, vt Polycarpus offerret. Ille verò vt ſemper modeſtè & circumſpectè ſe gerebat, quæ ad honorem ſuum ſpectabant reſcindere conabatur: illi verò præoccuparant, ne aliter fieret. Ceſſit ergo voluntati eorum, ſacrificiumque peregit. *cap. 5 nu. 20.*

ſepelitur:

a

b

c

planta ſalutifera ad ſepulchra ſanata:

celebrat in exequiis Polycarpus.

a *Halloix*

AVCTORE I. B.

a *Halloix ita exponit:* Delato igitur in vrbem Smyrnam Bucoli corpore (quippe in suburbanis mortem oppetierat) atque in cœmeterio non procul ab Ephesinâ portâ tumulato. *Vnde didicit foris eum obiisse? Erant certè olim extra vrbes sepulchra plerumque ac cœmiteria.*

b *De hac suprà dictum.*

c *Colitur* S. Thrasea, *Eumenia in Phrygiâ Pacatianâ Episcopus & Martyr, 5 Octobris.*

D

DE S. VITALE MARTYRE

ABVLÆ IN HISPANIA.

I. B.

VI FEBR.

Tres in Hispaniâ SS. Vitales M.

I *Res reperio, celebre apud Hispanos obtinentes nomen,* Vitales. *Primus est, qui cum* SS. Zenone *&* Feliculâ, *Romæ* XIV *Februarij, fecisse martyrium legitur. Alter, qui à* S. Sebastiano *Romæ, cum* Tranquillino *& aliis, Christi fide imbutus, martyrio deinde in Campaniâ coronatus est die* II *Iulij: hunc volunt* SS. Iusti *&* Pastoris *parentem fuisse. Tertius S. Agricolæ famulus & socius martyrij fuit, colituráq; cum eo* IV *Nouembris; sed eorum Reliquias in vrbem Najaram translatas, isthic* XXVII *Nouemb. celebrari scribit* Ioannes Marietta *lib.* 2 *de SS. Hispaniæ cap.* 98.

vnus colitur Abulæ,

2 *Colitur Abulæ* VI *Februarij, ritu duplici,* S. Vitalis *Martyr, vti ex* Ordine recitandi officium Diuinum, *excuso Matriti an.* MDCXXXV, *patet. Sit necne è tribus illis vnus, haud equidem facilè pronuntiem. Clemens* VIII *Pontifex Maximus eius corpus an.* CIↃIↃXCV *ad Sanctium de Auila misit, Carthaginis Spartariæ tunc Episcopum, qui deinde ad Giennensem, post ad Seguntinam, ac demum ad Placentinam promotus est tiaram. Is, quia & Abulâ oriundus, & primùm isthic Canonicus fuerat, Abulensem Ecclesiam eo pignore, anno* CIↃIↃC, *honorauit: vti Ægidius Gonsalez. Dauila to.* 2 *Theatri Ecclesiastici Hispaniarum, in catalogo Episcoporum Placentinorum, testatur: eiusq; iterum meminit, cùm de Sanctorum corporibus Abulæ quiescentibus agit. Ipsemet Sanctius de Auilâ lib.* 3 *de veneratione sanctarum Reliquiarum cap.* 8 *nu.* 3 *testatur corpus sibi* S. Vitalis *M. à Clemente* VIII *donatum, illudq; se Ecclesiæ Abulensi, vti & quas plurimas in suo oratorio habebat Sanctorum reliquias, relicturum, in sacello, quod construi curabat, collocandas.*

quò eius translatū Româ corpus

3 Vitalem *hunc Sanctio Antistiti & Hispanis aliis eum coniicio haberi, qui, vt antè dictum,* Zenonis *&* Feliculæ *socius fuit. Nam, vt auctor est Franciscus Biuarius Commentario in Dextri Chronicon, Sanctius* idem, non minùs doctrinâ & scriptis, quàm sanguinis claritudine decoratus, cùm Gienni degeret Præsul, in lucem edidit *specialem librum de vitâ martyrioque* S. Vitalis, primi Toletanorum Archipresbyteri. *Eum librum videre adhuc nobis non licuit. Suspicamur tamen Sanctium eius celebrare gesta ac memoriam* Vitalis *voluisse, cuius Româ corpus acceperat.*

Scriptus de eo liber à Sanctio de Auilâ.

4 *Addit Biuarius, illum eo in libello,* Dextri testimonio narrationem suam confirmare. *Dexter autem tum ad an.* 105 *nu.* 6. *consultum* Vitalem *alios q; viros sanctos à S. Eugenio de primatu Hispaniæ scribit, tum ad an.* 110 *nu.* 6 *ista habet:* S. Vitalis primi Toletanorum Archipresbyteri, (ex his quos venisse scimus) qui cum Zenone & Feliculâ venerant Toletum, Romamque ex Chersoneso reuersi, mirificum certamen fuit, quod ad Ecclesias totius Occidentis scribitur. *Quæ ita interpretatur Biuarius:* Is cùm Toleti aliquamdiu quieuisset, ex Chersoneso (hoc est, Peninsulâ, seu Peniscola Valentiæ) soluens, Romam cum sociis contendit, vbi martyrij palmas acceperunt.

credit Hispani Archipresbyterum Toletanum fuisse.

Roma martyrio coronatū.

5 *Plura de* S. Vitale *Hieronymus de la Higuera Noster in Diptycho Toletano, ac tandem hæc:* Credo (& ita narrat historia) à S. Marcello Eugenio fratrem nomine Vitalem, Archidiaconum suum, missum ad eos (*Nereum nempe & Achilleum*) consolandum, reficiendum, & recreandum: in quo pietatis officio aliquod tempus transegit S. Vitalis frater S. Marcelli & Archipresbyter: quo transacto, rediit ad fratrem & Episcopum S. Marcellum. Posteà negotiorum grauissimorum causâ misit eumdem Parisios, ad conueniendum S. Dionysium: inde adire iussit Clementem Papam, vt rationem ei redderet legationis suæ, & progressus prouinciæ in fide & religione. Interea S. Clemens mittitur in exilium: fuit comes exilij Vitalis, eoque defuncto rediit Romam, & sub Traiano patitur cum Feliculâ Diaconissâ, & alio socio, præclarum pro fide martyrium. *Hæc omnia neque confirmare neque refellere animus aut otium est: quare ea citatorum auctorum fidei relinquimus.*

DE S. ANTHOLIANO MARTYRE,

CLAROMONTE IN GALLIA,

Commentarius historicus.

I. B.

CIRCA AN. CH. CCLV. VI FEBR.

S. Antholiani nomē in Martyrologiis,

I Aruernis in Gallia S. Antholiani Martyris VIII *Id. Februarij triumphum recoli tradunt Martyrol. Romanum, Beda, Ado, Vsuardus, Notkerus, Bellinus, Maurolycus, Galesinius, Petrus de Natalibus lib.* 11 *cap.* 130 *nu.* 51, *ipsumq; antiquissimum Romanum Martyrol. quod S. Hieronymi appellamus. Beda vulgatus, & MS. Adonis ex monasterio S. Laurentij Leodij,* Anatholium *vocant; quædam MSS.* Antholium, *Canisius* Anatolianum; *Labbeus noster ex MS. monasterij S. Laurentij Bituric.* Ancolianum; *MS. Florarium,* Antholianum vel Anatolium; *MS. monasterij S. Maximini Treuiris,* Amilianum. *Galesinius isto eum elogio celebrat:* Aruernis, S. Antholiani Martyris; qui in eâ vrbe, pro Christo sanguine profuso, illustre fidei testimonium dedit. *In Notis (nisi mendum sit ab incuriâ typographi)* passim in codicibus, rectè exaratis, Anthoënum legi *scribit. Nos certè quidem in nullo exarato codice, quales plures habemus, ita scriptum reperimus. Neque Episcopum appellari, præterquàm in vnico monasterij Centulensis, Bedæ nomen præferente, in quo ita habetur:* Aruernis S. Antholiani Ep. & Mart. *Ad marginem tamen Martyrologij Vsuardi à Molano editi, adscripserat, nescio è quo exemplari, Andreas Scottus noster:* Aruernis S. Antolini Episcopi & Martyris.

varièscriptum:

non fuit Episcopus:

2 *Acta* S. Antholiani *S. Præiectus Aruernorum Episcopus scripsit. Ita huius Vitæ secundæ auctor* XXV *Ianuarij, cap.* 1 *nu.* 9. Passiones Martyrum Cassij, Victorini, Anatoliani & Astrebodij, ac ceterorum Sanctorum, qui in eadem vrbe sanguinem fuderunt pro Christo, glorioso elucubrauit stylo. *Eas nondum videre contigit. Si non interciderunt, proferet atque illustrabit Ignatius Iosephus à Iesu Mariâ, doctus vir & pius, ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum, qui dudum sacram Aruernorum historiam meditatur.*

Acta descripta à S. Præiecto:

3 *Prioris S. Præiecti Vitæ scriptor coætaneus cap.* 1 *nu.* 5 *de S. An-*

A S. *Antholiano & ſociis iſta refert:* Opinio vera habetur, quòd in eadem vrbe, ſub paganis Principibus, legio ſancta occubuerit Sanctorum, qui pro Chriſti nomine proprium ibi fuderunt ſanguinem. Huius legionis Principes Caſſium & Victorinum, Anatolianum quoque fuiſſe confirmat antiquitas. *Si de militari legione agit auctor, refutatur ſanè quidem, quod ad* Caſſium *&* Victorinum *attinet, verbis S. Gregorij Turonenſis, quæ mox proferemus: ſin verò de turmâ Chriſtianorum ſimul palmam adeptâ illi ſermo eſt, veriſſima videtur prædicare.*

Claromõte martyriũ ſubiit.

4 *Liceat autem non temere ſuſpicari, non à Romanis Galliarum Præſidibus, ſed ab Chroco Alamannorum Rege,* S. Antholianum *ſocioſq; fuiſſe interfectos. Nam S. Gregorius Turon. lib.* 1 *hiſt. Francor. cap.* 30 *ita ſcribit:* Viceſimo ſeptimo loco Valerianus & Gallienus Romanum imperium ſunt adepti, qui grauem contra Chriſtianos perſecutionem ſuo tempore commouerunt. Tunc Romam Cornelius, Cyprianus Carthaginem felici ſanguine illuſtrarunt. Horum tempore & Chrocus ille Alamannorum Rex, commoto exercitu, Gallias peruagauit. Hic autem Chrocus multæ adrogantiæ fertur fuiſſe. Qui cùm nonnulla iniquè geſſiſſet, per conſilium (vt aiunt) matris iniquæ, collectam (vt diximus) Alamannorum gentem, vniuerſas Gallias peruagatur, cunctaſque ædes, quæ antiquitus fabricatæ fuerant, à fundamentis ſubuertit. Veniens verò Aruernos delubrum illud, quod Gallicâ linguâ Vaſſo Galatæ vocant, incendit, diruit atque ſubuertit.....

ſub Chroco Rege Alamannorum, Gallieni tempore

Gallias populato;

B

5 Iuxta hanc vrbem Liminius Antholianuſque Martyres requieſcunt. Ibi Caſſius ac Victorinus in dilectione Chriſti fraterno affectu ſociati, per effuſionem cruoris proprij, cælorum regna pariter ſunt adepti. Nam refert antiquitas, Victorinum ſeruum fuiſſe antè dicti templi ſacerdotis. Qui dum plerumque vicum, quem Chriſtianorum vocant, ad perſequendos Chriſtianos adit, Caſſium reperit Chriſtianum. Cuius prædicationibus atque miraculis motus, credidit Chriſto: relictiſque fanaticis ſordibus, ac baptiſmo conſecratus, magnus in virtutum operatione exiſtit. Nec multò pòſt per martyrium, vt diximus, in terris ſociati, ad cæleſtia pariter regna migrauerunt.

ſub quo & SS. Caſſius ac Victorinus,

6 Inruentibus autem Alamannis in Gallias, S. Priuatus Gabalitanæ vrbis Epiſcopus..... *de quo* XXI *Auguſti*.... ſpiritum exhalauit. Chrocus verò apud Arelatenſem Galliarum vrbem comprehenſus, diuerſis adfectus ſuppliciis, gladio verberatus interiit; non immeritò pœnas, quas Sanctis Dei intulerat, luens.

S. Priuatus Ep. Gabalit. Mimate,

7 *Cur illi de Chroco narrationi interiecta* Antholiani *ſociorumq; mentio, niſi quia ab eo vel militibus eius interfecti, æque ac* S. Priuatus *Gabalitanus? Nam licet ob delubrum illud Aruernicum euerſum, cuius ſacerdoti famulatus anteà* S. Victorinus *fuerat, illius, atque vnà* Caſſij *meminiſſe potuerit; at non* Liminij *&* Antholiani. *Deinde cùm barbarus pœnas luiſſe,* quas Sanctis Dei intulerat, *dicatur; videntur ij indicari Sancti, qui immediatè vnà cum* S. Priuato *erant nominati. Denique id ſuo iudicio confirmat doctiſſimus Andreas Sauſſaius in Martyrol. Gallicano ita ſcribens:* Claromonte Aruernorum, natale S. Antholiani Martyris, qui pro fidei teſtificatione à Chroco tyranno impio, Galliarum vaſtatore, capitis damnatus, ibi erecto tropæo immortali, cum S. Liminio glorioſi certaminis conſorte, prope mœnia vrbicain loco vbi nunc eccleſia S. Galli condita cernitur, ſepultus eſt. *Eadem ferè* XXIX *Martij de cæde* S. Liminij *prædicat. Plura de ceterii* Antholiani *ſociis,* (*nullâ factâ temporis, quo occubuerint, mentione*) XV *Maij:* Claromonte Aruernorum, *inquit,* natalis SS. Caſſij & Victorini, qui in Chriſti dilectione fraterno affectu ſociati, per effuſionem cruoris proprij, cælorum regna pariter ſunt adepti. Quibuſcum Maximus, Anatholianus & Auſtremonius, aliique ſex mille ducenti tres ſexaginta (quorum nomina Deus ſcit) hac truculentâ ſtrage proſtrati, præclarâ pro Chriſti fide & gloriâ concertatione, nec ſpiritu nec corpore ſciuncti, occubuerunt, *&c. in Indice notat hoc die Martyres* 6663, *ſic nimirùm interpretatus legionem, quam iſthic occubuiſſe auctor Vitæ S. Præiecti ſuprà citatæ aſſerunt.* Auſtremonium *certè Kalendis Nouembris longè ab his ſeiungit, quem S. Petri Apoſtoli diſcipulum facit. Lib.* 1 *de Eccleſiis Claromont. apud Sauaronem, cap.* 10, *dicuntur in eccleſiâ S. Venerandi,* ſex millia ducenti in corpore quieſcere: *de quibus ad* XII *Maij agemus.*

S. Liminius,

& alij 6200 Aruernu paſſi:

AVCTORE I. B.

D

8 *Neque tamen hic reticendum, alium ab hoc* Chroco *eſſe illum Alamannorum Regem, itidem* Chrocum, *quo* auxilij gratiâ cum Conſtantino comitato, ac præcipuè annitente, *imperium ille cepiſſe memoratur lib.* 11 *hiſtor. Miſcellæ cap.* 2. *At ſeniorem illum cum gente Wandalorum, Sueuis quoque & Alanis, Gallias depopulatum ſcribit Aimoinus hiſtor. Franc. lib.* 3 *cap.* 1, *tandem variis euerſis vrbibus,* Arelas expugnare niſum, à quodam milite, Mario nomine, captum, per ciuitates quas euerterat ductum, pœnis excruciatum, interiiſſe. *Marius miles, fortaſſis ille eſt, qui ſeptimus inter* XXX *Tyrannos memoratur à Trebellio Pollione,* vir ſtrenuus ac militaribus vſque ad imperium gradibus euectus. *Militauit certè is in Gallia, ſub Poſthumio primùm,* Tranſrhenani limitis Duce, *qui* per annos ſeptem *Imperatorem ſe geſſit, &* Gallias inſtaurauit, ſubmotis omnibus Germanicis gentibus; *ac* iam nutante Gallieni luxuriâ in veterem ſtatum Romanum reformauit imperium. *Deiñ Lolliano Poſthumij interfectore interempto, ſub Victorino,* militaris induſtriæ viro, *atque* aſſertore Romani nominis, *quemq; Poſthumius* in participatum vocârat imperij, *idem Marius meruit, & ab huius matre* Victorinâ, *vel* Victoriâ, Auguſtâ *&* Matre caſtrorum *appellatâ, poſt Victorinum, admotus ipſe imperio eſt, ſed tertio die à quodam milite occiſus. Hæc de Chroco tyranno, Sanctiq;* Antholiani *martyrio, de quo plura fortaſſis & certiora ex S. Caſſij Vitâ, quam manu exaratam Sauaro citat, erui poſſent.*

ipſe Chrocus captus necatuſq; à Mario.

vno è 30 Tyrannis.

E

9 *De eccleſiâ illius honori initio ſexti ſeculi conſtructâ, iſta tradit S. Gregorius Turon. lib.* 1 *Miracul. cap.* 65. Antholianus autem Martyr apud vrbem Aruernam martyrium conſummauit. In cuius honore Alcima ſoror, & Placidina coniux Apollinaris Epiſcopi, templum ædificare cupientes, multa Sanctorum corpora, dum fundamenta iacerent, remouerunt; neſcientes cuius meriti eſſent, quorum ſepulchra reperetant: quæ cùm viritim ſepelire ea vt poſſent, propter aliorum ſepulchrorum multitudinem, quæ locum illum ab antiquo repleuerant, non haberent, congregatam oſſium maſſam in vnam proiicientes foueam, humo operuerunt. Ideoque quòd Deo vel ſancto Martyri acceptabile non fuiſſet, per viſum cuidam apparuit, viditque homo ille conquerentem B. Antholianum cum reliquis Sanctis atque dicentem: Væ mihi, quia propter me multi Fratrum meorum iniuriati ſunt. Verumtamen dico, quia qui hæc cœperunt, ad effectum perducere non poterunt. Quod ita geſtum eſt. Erectis tamen parietibus ſuper altare ædis illius, turrim, à columnis, pharis, heracliſque tranſuolutis arcubus, erexerunt, miram cameræ fucorum diuerſitatibus imaginatam adhibentes picturam. Nam ita fuit hoc opus elegans & ſubtile, vt per longa tempora rimarum frequentatione diuiſum, penè in ruinam pendere videretur.

S Antholiano templum ædificatum,

(temerè congeſtis in vnũ multorum SS. corporibus,

quod illi diſplicuit)

F

turri vel cupulâ eleganti ornatum,

10 Quod periculum Auitus Pontifex cernens, anticipans futuram columnarum ſtragem, iuſſit tigna, aſſeres vel tegulas amoueri: quibus ſubmotis, nec adiutoriis columnis appoſitis, nutu Dei, deſcendentibus de machinâ ſtructoribus, vt cibum caperent, recedentibuſque & reliquis à baſilicâ, dato columnæ immenſo pondere cum magno ſonitu ſuper altare, & circa altare diruerunt; completaque eſt ædes nebulâ de effractæ calcis puluere. At Sacerdos exanguis, duorum damnorum detrimenta ſuſpirans, ne & marmora confregiſſent, & aliquis deperiſſet è populo, ſcire non poterat quid damni acceſſiſſet. Nullus enim propter nebulam puluueris illuc poterat accedere. Poſt duarum verò horarum ſpatium recedente nebulâ, ingreſſi ſunt vel

quæ poſteà corruit,

nec hominibus læſis, nec altari, quod ſub eâ erat.

Avcto-res I.B.

vel defunctorum colligere corpora, vel columnarum fragmenta rimari. Nullum hominem periisse cognoscunt: altare quoque mirantur inlæsum, in quod è tantâ altitudine impactæ columnæ nihil læsionis intulerint. Quid plura? inuenerunt omnia integra, cuncta contemplantur esse saluata: glorificant Martyrem: conspiciunt Dei virtutem, qui sic altare columnasque seruauit inlæsas.

11 *Hactenùs Gregorius ex MS. S. Laurentij Leodij, collato cum Colonienſi editione Materni Cholini. In hac tamen quædam aliter legebantur. Imò vtrobique pro illis verbis*, Alcimœ soror & Placidina coniux *erat*: Alchima soror Placidinæ, coniux Apollinaris Episcopi. *Legitimam lectionem nos docuit Sirmondus noſter in Notis ad Sidonij Apollinaris lib.3 ep.13. Fuit verò* Apollinaris, *cui coniux* Placidina, Sidonij Apollinaris *filius, vti idem oſtendit auctor; æquè ac parens, Diuorum adſcriptus tabulis, ad Septembris menſis* XXV *filius, pater ad* XX, *quo & natalis agitur* S. Auiti *Ep. qui hîc narratur fatiſcentem* S. Antholiani *ædem ſuſtentare aint reſtaurare voluiſſe. At quod Gregorius Turonenſis ait, (ſi rectè aſſequor)* à columnis transuolutos arcus pharis heracliſque; *id ſic interpretor, vt arcus Telamonibus, ſiue athlantibus, quos* heraclas, *quaſi* Hercules *appellat, aut certè columnarum maiori coronidi, innixi, ac tranſuerſariis ſiue tignis (ſi lignei erant) ſiue lapidibus, in faſtigium fornicis κωνοειδως concurrentibus, itaq; decuſſatis, vincti inuicem fuerint: atque ea tigna* phari *dicta ſint, quia phari in modum aſſurgant. Clariùs eum locum explanabunt, qui tectonicæ artis periti ſunt.*

Heraclæ & phari in fornice.

12 *In libello de Eccleſiis Claromontanis à Ioanne Sauarone edito, ſcripto verò, vt ipſe cenſet, circa annum* IↃCCCCL, *nulla fit ædis* S. Antholiani *mentio; vt quæ penitùs euerſa anteà fuerit. At libello priori cap.* 8 *dicitur in eccleſiâ S. Galli, intra altare S. Mariæ* requieſcere *cum aliis* S. Antholianus. *Alibi tradit Sauaro, euerſâ S. Galli eccleſiâ,* S. Antholiani *reliquias ad S. Illidij eſſe tranſlatas.*

S. Antholiani reliquiæ.

à S. Apollinaris Ep. ſorore & vxore id ſtructum templum.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
SATVRNINO, THEOPHILO, REVOCATA.

I.B.

VI Febr. I B

Horum SS. nomina in Martyrologiis,

Ntercidérunt, vt innumerabilium aliorum, aut latent certè etiammum, horum Martyrum Acta. Ita eorum meminêre plurima MSS. Martyrologia, pleraque Vſuardi prætitulata nomine, Pariſinis exemplaribus demptis; excuſa quoque, Lubecæ an. MCCCCLXXV *& Coloniæ* MCCCCXC, *Bellinus item, Florarium, Maurolycus, aliiq;*: Ipſo die ſanctorum Martyrum, Saturnini, Theophili & Reuocatæ. *Refert eos quoque Petrus de Natalib. lib.11 cap.130 nu. 52. At Martyrolog. Romanum, Molanus atque Hermannus Greuen in addit. ad Vſuardum, & Galeſinius, pro* Reuocatâ Reuocatum *habent: Maurolycus* Theophilam *pro* Theophilo; *MS. monaſterij Albergenſis* Theopholum. *MS. S. Hieronymi duos* Saturninos *refert, ſed cuncta intricatè:* In Achiâ (*opinor* in Achaiâ *legendum*) Saturnini. alibi Reuocatæ, Dorotæ, Theophili ſcholaſtici. Siracuſſa paſſio S. Luciæ Virg. alibi Antholiani, Saturnini. *Achaiæ quoque eos attribuit vetus MS. Eccleſiæ S. Mariæ ad Gradus Coloniæ, his verbis:* In Achaiâ nat. SS. Reuocatæ, Theophili. *omittit* Saturninum: *quem ſolum memorat Martyrol. Aquiſgranenſe, ſed nullo adſcripto loco. Galeſinius* Romæ *paſſos ſcribit: ſed familiare eſt illi auctori, vt quos è Græcorum Menæis in ſuum Martyrologium transfert Sanctos, ſi nullus adſcriptus eſt locus,* in Græciâ *paſſos addat;* Romæ, *ſi è Martyrologio Romano.*

varièexpreſſa.

C an in Achaiâ falſi,

2 *Vulgatum Fl. Dextri nomine Chronicon Hiſpanienſe, bis eos refert, ſed ad loca ac tempora diuerſa; nam ad annum Chriſti* 260 *nu.* 2 *ita habet:* Vianæ in Gallæciâ prope Tudem ciuitatem, paſſi ſunt ſancti Martyres, Theophilus, Saturninus & Reuocata Virgo, ſub Iulio Mineruio, in perſecutione Imperatoris Valeriani, quæ ſeptima eſt, eadem quæ ſub Decio: ſexta verò quæ ſub D Maximino Cæſare, anno à natali Domini CCXXXIX. *Extat quidem in Luſitaniâ vrbs maritima* Viana *circa oſtia* Limij *amnis, iuxtaq; eam, vt Franciſcus Biuarius Dextri commentator ſcribit, Septemtrionem versùs, in monte, veteris* Vianæ *ruinæ cernuntur. Eam ab Chronici auctore* Vianam *hîc deſignari veroſimilius eſt, quàm alteram ad Bibeium amnem in Gallæciâ, cuius meminit Licentiatus Molina: nam & propiùs abeſt à Tudenſi vrbe maritima illa Viana, & olim intra Galleciam erat, cuius nunc angustiores ſunt fines. Prudentius Sandouallius in libro de Epp. Tudenſibus, huic eidem Vianæ dictos Martyres tribuit; vti & Antonius Vaſconcellius noſter in Deſcriptione regni Luſitan. pag.* 452. *Ludouicus dos Anjos de fœminis ſanctitate claris in Luſitaniâ; Georgius Cardoſus in Hagiologio Luſitaniæ.*

an Vianæ,

nunc Luſitaniæ vrbi

3 *Idem Dextri Chronicon ad annum Chr.* 300 *Comment.* 2 *nu.* 20 *iſta habet:* Argenteolæ in Aſturibus ſancti Chriſti Martyres, Saturninus, Theophilus & Reuocata, pro Chriſto paſſi. *Monet Biuarius, itidem vt ad ſuperiorem locum, & in Martyrol. Hiſpan. Ioannes Tamayus de Salazar, de his agi in Martyrol. Romano & in Catalogo Petri de Natalibus: diuerſos tamen hos ab illis eſſe ex vrbis temporumq; differentiâ demonſtrari autumant. De neutris habemus, quod pronuntiare certò poſſimus. Idem Biuarius Argenteolam nunc* Auiles *dici ait, alij* Medules: *Tamayus, non liquere.*

an in oppido Aſturiæ Auiles?

S. Reuocata an Virgo?

4 *Dextri auctoritatem ſecutus Lahierius noſter in Menologio Virginum,* S. Reuocatam Virginem & Martyrem *nuncupat: cui priorem aureolam nec tribuunt, nec detrahunt, citata antè Martyrologia.*

D E

DE SANCTIS MARTYRIBVS
DOROTHEA VIRGINE, THEOPHILO SCHOLASTICO, CHRISTE ET CALLISTE,
CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA,

Commentarius præuius.

I. B.

§. I. *SS. Dorotheæ, Chriſtes, Calliſtes, Theophili publica veneratio.*

Sub Dioclet. VI Febr. *S. Dorotheæ ignota Græcis.*

1 CAPPADOCIÆ PRIMÆ *metropolis* Cæſarea, *multis nobilitata eſt Martyrum tropæis; vel hoc ipſo die* SS. Dorotheæ *Virginis*, Theophili *Scholaſtici*, Chriſtes & Calliſtes: *quorum nomina mirum eſt*
B *nuſquam in Græcorum Menologio & Menæis extare. Extant autem in Latinis omnibus Martyrologiis. Ac vetus quidem Romanum ab Roſweydo noſtro editum, ita habet:* Apud Cæſaream Cappadociæ, S. Dorotheæ Virginis, & Theophili Scholaſtici. *Antiquius Romanum, quod ſolemus ſub S. Hieronymi nomine citare, die* VI *&* XII *Februarij eos refert ſexto quidem his verbis:* Et alibi Reuocatæ, Dorotæ, Teofili Scolaſtici. *Duodecimo verò:* Et alibi Dorotæ, Teofili. *Solet hoc die in quibuſdam Eccleſiis commemoratio* S. Dorotheæ *fieri: ſexto autem, Officio ſimplici (vt vocant) ab Romanâ Eccleſiâ colitur; ab aliis quibuſdam ſemiduplici, vt patet ex Breuiario Herbipolenſi; duplici ab alijs, inter quas Bruxellenſis S. Gudilæ, & ſacer Ordo Prædicatorum.*

celebris apud Latinos.

2 *Vſuardus monachus hoc eam elogio ornat:* Apud Cæſaream Cappadociæ, natalis S. Dorotheæ Virginis, quæ primùm equuleo vexata, dein palmis diu cæſa, ad vltimum capite punita eſt. In cuius confeſſione quidam Theophilus Scholaſticus conuerſus, & mox equuleo idem (*paucula quædam MSS.* eodem) acerrimè tortus, nouiſſimè gladio cæſus eſt. *Eadem habet Bellinus de Padua, aliiq;. Romanum Martyrologium modernum addit:* ſub Sapricio illius prouinciæ Præſide. *Quod eidem Præſidi nomen tribuit Notkerus, & MS. Martyrologium Centulenſe.* A-
C pritium *vocant Rabanus, Ado, Beda vulgatus, Galeſinius, Maurolycus, MSS. S. Maximini, Vltraiectinum, Brugenſe, Bruxellenſe Eccleſiæ S. Gudilæ, aliaq;, cum Florario.* Fabricium, *Doctrinale Clericorum Lubecæ an.* CIↃCCCCXC *excuſum, Viola SS. Hymnus antiquus, ſiue ſequentia, in veteri Miſſali Herbipolenſi & Cracouienſi.*

in Martyrologijs Vſuardi, & aliis.

ſub quo Præſide paſſa?

3 *Plura ſcribit Ado Epiſcopus, quæ, quia ad Actorum explicationem faciunt, hîc dare, operæ fuerit.* Apud Cæſarcam Cappadociæ, *inquit*, natalis S. Dorotheæ Virginis, quæ ſub Apricio prouinciæ ipſius Præſide, primùm equulei extenſione vexata, dein palmis diutiſſimè cæſa, ad vltimum capitali ſententiâ punita eſt. Cumque egrediens de prætorio duceretur ad mortem, Theophilus quidam Scholaſticus ait ad eam: Eia tu ſponſa Chriſti, mitte mihi mala de paradiſo ſponſi tui. Quæ ſtatim promiſit ſe eſſe miſſuram. Vbi ergo ventum eſt ad locum in quo iugulanda erat, paulliſper oratione factâ, protulit orarium ſuum; & vocato ad ſe quodam puero annorum ſex, miſit Theophilo, dicens: Dorothea ancilla Dei mittit tibi mala de paradiſo ſponſi ſui Chriſti. Accipiens ille, & gratias agens quòd petitionem eius impleſſet, cœpit ſibi faciem tergere, tantâque repentè ſuauitate perfuſus eſt, ita vt totâ mente mutatus, cum grandi exultatione & clarâ voce ſæpius replicaret:

Actorum compendiũ ex Adone,

Benedictum nomen Domini mei IESV Chriſti. Ob quam confeſſionem mox & ipſe tentus, ac ſuſpenſus in equuleo, tantâ crudelitate tortus eſt, vt omnes circumſtantes horreſcerent: nouiſſimè cæſo capite martyrium conſummauit. *Eadem habent MSS. Martyrologia, Morinenſe, S. Maximini, (quod alioquin alibi cum Rabano ferè congruit) & Pragenſe; ſed ille hoc puer ad Theophilum miſſus quatuor annorum fuiſſe dicitur.*

4 *Rabanus paullùm diuerſa habet:* In Cæſareâ Cappadociæ, paſſio S. Dorotheæ Virginis, & Theophili ſub Apricio Præfecto: quæ cùm duabus ſororibus, id eſt, Chriſtæ & Calliſtæ, quæ à fide nuper apoſtatarant victæ doloribus, commendata eſſet, vt eam auerterent à Chriſto; eas iterum conuertit ad Chriſtum, ita vt in cupam miſſæ per Præfectum incenſæ ad martyrij palmam peruenerint. Poſteà verò Dorothea ducta ad locum pœnarum, vbi & paſſa eſt, cùm à Theophilo quodam ſcholaſtico derideretur, quòd à ſponſo ſuo Chriſto & poma & roſas florentes ſibi mitteret, hoc citiùs impetrauit. Quod cùm vidiſſet Theophilus, mox Chriſtum confeſſus eſt verum Deum, & martyrizauit ſub eodem Præfecto, capite plexus. *Priora habentur & in Bedæ vulgato Martyrologio, vſque ad illa verba,* roſas & mala ei mitteret. *Nam quæ in eo ſequuntur, ſumpta ſunt ex Adone. Vnde manifeſtum eſt (quod & ſæpè monuimus) illud à Bedâ ita collectum non eſſe. MS. Centulenſe, ſiue S. Richarij, quod Bedæ præfert nomen, ita habet:* Apud Cæſaream Cappadociæ S. Dorotheæ Virginis ſub Sapricio Iudice, & Theophili ſcholaſtici. *Wandelbertus metrico ſuo Martyrologio ita eam inſcripſit:*

E *& Rabano.*

Idibus octonis Martyr Dorothea coruſcat.

5 Chriſten & Calliſten, *quarum in Actis S. Dorotheæ certamen memoratur, vnà hoc die conſignant tum citati Beda, Rabanus, Notkerus, tum Maurolycus & Caniſius; Molanus quoque & Hermannus Greuen in addition. ad Vſuardum.* F Chriſta & Calliſta *à Maurolyco, Caniſio & aliis appellantur;* Χρηστή, Optima, benigna, ſuauis; & Καλλίστη, Optima, formoſiſſima. *Chriſten Baronius to. 2 ad an. 304 nu. 70. in Actis* Chriſtenam & Chriſtinam; *in Notis verò ad Martyrol. à Beda* Chriſtianam ſeu Chriſtetam, *ait appellari: ſolùm* Chriſtæ & Calliſtæ *ſororibus commendatam ſcribit Beda, ſeu quiſquis illius Martyrologij auctor eſt. Octauius Panciroli us in Theſauris abſconditis vrbis Romæ reg. 8. eccl. 18, vnam* Chriſtianam, *alteram* Cæleſtenen *vocat. Has Dorotheæ ipſius fuiſſe ſorores tradunt Martyrol. Colonienſe an. 1490 excuſum, Viola SS. Caniſius, Laherius in Menologio, qui &* Virgines *aſſerit fuiſſe: neutrum ex Actis ſatis liquet.*

SS Chriſtes & Calliſtes.

an eius ſorores?

6 *Molanus Annotat.* I *ad Martyrologium Vſuardi hoc die, cenſet S. Theophilum rectiùs* Aduocatum *quàm* Scholaſticum *appellari: hoc enim nomen non niſi ſemel, idq;* per contemptum *in Actis vſurpari; eſſe enim Scholaſticum,* declamatorem verſatum ſolùm in fictis cauſſis & otioſis, non in veris litibus. *Meliùs Baronius Annot. b. Eà voce ſignificari ait* Rhetores & declamatores litium fictarum, qui deinde tranſirent ad tractandas veras: *atque* ipſos etiam Aduocatos, Scholaſticos *appellatos. Vtrumque ex veteribus*

S. Theophilus Scholaſticus, ſiue Aduocatus.

AVCTO REI. B.

veteribus legibus & aliis auctoribus confirmat: & quid sit scholasticè dicere, qui scholares, ac scholæ, eruditè disserit. Plura etiam Rosweydus in Onomastico ad Vitas PP. de Scholaribus & Scholasticis: & notat scholasticum sæpè vsurpari pro viro erudito & eloquente, etsi nec fictas causas ageret, vt declamator, nec veras vt aduocatus. Ita S. Hieronymus de illustr. Eccles. Scriptorib. cap. 99 de S. Serapione loquens, qui XXI Martij colitur, Serapion, inquit, Θμέως Ægypti vrbis Episcopus, qui ob elegantiam ingenij, cognomen Scholastici meruit.

A

§ II *Acta S. Dorotheæ, & sociorum.*

Acta vnde hic edita?

7 Acta S. Dorotheæ ex quodam egregio MS. codice edidit Laurentius Surius, stylo hinc inde modicè (vt ait) emendato. *Nos primigeniam phrasim restituimus ex Cornelij Duinij MS. codice, qui olim fuit* Fratrum sanctæ Crucis in Horen, *exaratus à c. c. ferè annis* per F. Theodoricum Poll, Venlonensis Conuentus Crucigerum. *Contulimus verò ea cum MS. imperialis monasterij S. Maximini Treuiris, haud paullo antiquiore, sed in quo multa Sanctorum Acta, vt sæpius obseruauimus, aliquantùm interpolata. Hic certè Hornanus codex propius ad Surianam editionem accedit. Vsi sumus & MS. S. Martini Vltraiecti, in quo tamen S. Theophili certamen deerat. Breuiùs eadem Acta perstringit Vincentius Bellouacensis lib. 12 Speculi historial. cap. 47. & Boninus Mombritius, apud quem quòd* regnante Augusto *passa dicitur S. Dorothea, restituendum,* Diocletiano Augusto.

alibi eorum epitome.

B

Agit de eadem Petrus de Natal. lib. 3 cap. 101. Thomas à Kempis 3 parte sermonum ad Nouitios ser. 8 nu. 9, vbi ait, Theophilum per martyrij palmam in paradisum lætum intrasse, sicut eidem egregia sponsa Christi Dorothea promiserat. *Omitto quæ variis linguis edita sunt eiusdem Acta, è Surianis pleraque deprompta.*

Alia suspecta in Autâ Legendâ: vbi dicitur, Româ oriundâ,

8 *Alia Acta exhibet Iacobus de Voragine, in quibus hyperbolicè exaggerata quædam, vt propterea haud multùm absimilia apocryphis videri possint. Eorum hæc ferè est summa. Dorus & Thea senatoriâ ambo familiâ Romæ orti, vt sæuientis vim persecutionis declinarent, amplis relictis possessionibus, vltro in Cappadociam cum Christe & Callistæ filiabus exulatum abiêre. Deinfixo Cæsareæ domicilio tertiam genuêre filiam, quam baptismo tinctam Episcopus de patris matrisq; nomine Dorotheam appellauit. Hæc cùm honestis artibus, ac præcipuè Christianis virtutibus esset prædita, liuorem in se dæmonis prouocauit. Quia enim eximiâ floreret forma dignitate, in eius amorem Fabricium prouinciæ Præsidem tartareus Cupido succendit. Oblatas ab eo cum coniugio opes luculentas, Christi auersata est sponsa. Præses vt contemni se sensit, amore in odium verso, in bullientis olei lebetem mergi Dorotheam imperat. Illæsam Christi virtus, ac veluti balsamo perunctam, eduxit. Hinc multis Ethnicorum amplectendæ Christianæ religionis occasio data.*

amata à Præside,

olea bullienti immersa, innoxiè,

C

In fame pasta ab Angelo;

precestatuam euertisse, vlulantibus dæmonibus; torta equuleo, flagru, vncinis, facibus, conuersis & coronatis sororibus, baculis verberata, innoxiè;

9 *Tum nouem ipsos dies inclusa carceri, vt fame interiret, annonam cælitus, Angelorum ministerio, percepit. Speciosior inde producta, minis nequidquam intentatis ad deorum venerationem sollicitatur. Verùm eâ precante, solumnam à Præside erectam, impositumq; dæmonis simulacrum, Angeli penitùs contriuêre. Simul impurorum geniorum auditi vlulatus, vocesq; ferales: Dorothea, cur nos sic dissipas? Multa Ethnicorum millia hoc prodigium Christo adiunxit, qui deinde martyrio coronati. Interea Virgo equuleo distenditur: corpus omne flagris vncinisq; dirè laniatur: vbera faculis vstulantur. Semianimis in custodiam recluditur. Postridie corpore integerrimo educta, miraculo intuentibus fuit. Anteà binæ illius sorores Christe & Callistæ, victæ tormentis, à Christo defecerant. His Dorothea traditur peruertenda: quas ipsa contrà ad fidem reuocauit. Eas propterea Fabricius colligatas cremari iussit, Dorotheæ faciem baculis conuerberari. At fessis iam labore carnificibus, nullum in eâ verberum cernere erat vestigium. Posterâ luce fertur capitis in eam sententia.*

innoxiè;

10 *Cùm foras ad triumphi sui arenam ducitur, Theophilus Aduocatus occurrit, petiitq; irridens, vt cùm in sponsi sui, cuius Sepius meminerat, paradisum venisset, rosas sibi inde mitteret.*

At Dorothea inter cetera precata est Deum, vt cunctis, qui sui memores certaminis essent, propitius fieret, eosq; in aduersis consolaretur, ac sub vitæ exitum gratiam iis largiretur, quâ ad suorum pœnitudinem fidelium excitarentur: mulieribus quoque prægnantibus, summiq; implorantibus patrocinium, subueniret. Voxq; è cælo audita: Veni electa mea; quæ postulasti, omnia euenient. Iam terenderat cernicem lictori; cùm puer adstitit eleganti formâ, purpurâ stellis aureis vestersâ indutus, nudis pedibus, crispâ cæsarie; mala tria, rosasq; totidem appertans in Orario: quod Auctor non rectè sportulam *interpretatur, licet alioquin in sportulâ alij illuinos illos fructus, alij in orario seu sudario, alij in sinu vestimenti à puero allatos velint. Huic Dorothea: Obsecro te, Domine mi, defer ista hæc Theophilo scribæ. Ipsa plexa capite est. Venit mox in prætorium puer ad Theophilum; &, Has, inquit, rosas ac poma tibi soror mea Dorothea è sponsi sui paradiso mittit. Atque ea effatus, videri desiit. Prorupit in Christi laudes Theophilus, tantoq; animi sensu & verborum efficaciâ virtutem ac diuinitatem eius prædicauit; vt reliquus ferè omnis populus Christiana sit sacra complexus. Varia ei irrogata à Præside supplicia, tandemq; (sed prius baptismo lustratus, ac corporis Christi sumptione recreatus) fustibus cæsus, in cælos abiit victor.*

D

precata pro sui memoriam agentibus,

Deo preces ratas habente;

per Angelum rosas & poma misisse Theophilo.

Eadem alibi relata.

11 *Hæc ferè Genuensis Episcopus, nescio quæ secutus antiquiora monumenta. Eadem in Legendam Coloniæ an.* CIↃ. CCCCLXXXIII, *& Louanij an.* CIↃCCCCLXXXV *excusam, transscripta sunt. Eadem ferè in magnum Menologium Virginum retulit Franciscus Laherius noster, qui patrem eius* Theodorum, Theodoram *appellat matrem.*

E

quando obierit martyriũ?

12 *Anno Christi* CCLXXXVII *contigisse S. Dorotheæ & sodalium martyrium arbitratur Iacobus de Voragine; Alfonsus Villegas* CCLXXXIX. *MS. Florarium* CCXCII. *Canisius* CCC. *Ribadeneira, Rosweydus, Baronius,* CCCIV. *Nil certi est, nisi sub Diocletiano, aut durante adhuc eius persecutione, passam.*

creditur laudata à S. Basilio:

13 Tam præclarum certamen haud putat à S. Basilio silentio prætermissum, *Baronius to. 2 ad an. 304 nu.* 70. Sed, vt aliæ complures Martyrum, qui itidem Cæsareæ passi sunt, laudationes, vnà cum aliis plerisque scriptorum monumentis viri sanctissimi periêre; ità quoque eius de ipsâ encomium excidisse.

à S. Aldhelmo, ante ferè 1000 annos.

14 *S. Aldhelmus Occidentalium Saxonum in Angliâ Episcopus, qui an.* IↃCCIX *vitâ functus traditur, ac fuit proinde plerorumq; Martyrologiorum, quæ hactenùs excusa sunt, scriptoribus antiquior, libro de laudibus virginitatis cap. 25. ita S. Dorotheæ meminit:* Porrò Scholastica ac Christina, simulque Dorothea apud Cæsaream oriunda in prouinciâ Cappadociæ, licet dispari seculorum serie sequestrarentur, pari tamen integritatis gratiâ à Christo coronabantur. *Et paullò inferiùs:* Tertiam verò cùm Sapricius, Orthodoxorum cruentus carnifex, non solùm ad nuptias, sed ad nefandas quoque idolorum culturas, & ineptas gentium cæremonias cogere nequiret; confestim furibundus cataftarum crudelitatem exercuit, liuidas palmarum vibices exhibuit, torrentes lampadum flammas applicauit. Duabus quoque fœminis, quæ nuper à fide naufragauerant, & à Christi consortio apostataueranit, eamdem tradidit deprauandam. Sed versâ vice, earumdem probrosas apostatarum cicatrices, pœnitudinis medicamento ita salubriter curauit, vt statim ordine præpostero doctricem propriam ad martyrij palmam præcederent. Verùm cùm egrederetur crudele prætorium, Theophilus cum cachinnanti cauillatione flagitauit, vt de paradiso sponsi cælestis, ad quem properare fatebatur, grata fructuum munuscula mitteret: quod cum contumeliâ prolatum, in veritate completum est. Nam pridie quàm pateretur, & cruentis mucronibus truncanda subderetur; tria mala cum purpureis totidem rosis ad eumdem Theophilum destinasse describitur: qui huius rei gratiâ, propriæ occasionem salutis adeptus, rubicundis martyrij sertis est coronatus. *Hæc S. Aldhelmus.*

F

§ III *Reliquiæ S. Dorotheæ.*

15 OCtauius Pancirolus loco antè citato tradit, *Romæ in Transtiberinâ regione eâdem spectari* S. Dorotheæ, *ita appellatam fortassis, postquàm in eam glorioſæ huius Virginis illatum est corpus, cuius index inscriptio est Confessioni superpositæ. Addit, mala illic quotannis sexto die Februarij benedici, ad quæ accipienda mortales confluunt, & aliquod offerunt vicissim donarium, ceu gratitudinis argumentum. In Indice reliquiarum, ait in eâ quidem æde Virginis corpus, particulas tamen eius in aliis Vrbis ecclesiis asseruari. Masinus in Bononiâ perlustratâ tradit, in pluribus illius vrbis Ecclesiis aliquas* S. Dorotheæ *reliquias extare; atque ab sodalitio SS. Simonis & Iudæ festum eius celebrari, cum reliquiarum veneratione, pomorumq; benedictione ac distributione.*

S. Dorotheæ corpus Romæ,

vbi anniſaria pomorum benedictio; vti & Bononiæ:

Reliquiæ Arelatæ:

16 *Arelate in Galliâ, extra muros vrbis, in campis qui* Elysij *dicebantur, vulgò* Aliscamps, *in ecclesiâ S. Honorato dicatâ, tum eiusdem sancti Antistitis, tum aliorum Diuorum, ac nominatim* S. Dorotheæ Virginis & Martyris *cultæ olim reliquiæ fuerunt; vti* XVI *Ianuarij in Historiâ Translationis S. Honorati ex Vincentio Barrali Salerno retulimus. Huc respexit Saussaius: cùi ad* VI *Februarij ita scripsit:* Arelati susceptio corporis S. Dorotheæ Virg. & Mart. cuius hodie natalem Ecclesia, tropæumque vbique celebrat glorioſum. *Ea sit necne Translatio, quæ* XXVIII *Martij consignata in vetusto Martyrologio monasterij S. Laurentij Leodij, haud equidem pronuntiem: ita habet:* Item Dorotheæ
B Virg. & Mart. *Eadem leguntur in Florario; & in alio quodam MS. disertè additur.* Translatio S. Dorotheæ V.

Translatio 28 Martij an earum?

17 *Verùm & alibi extant* S. Dorotheæ, *siue huius, siue Alexandrinæ, reliquiæ. Duas enim particulas Vlyssipponem an.* CIↃIↃLXXXVII *allatas è Germaniâ à Ioanne Borgia, Viro illustri, donataſq; Domui professæ Societatis Iesu ad S. Rochum, diximus* XXV *Ianuarij. In Rutilensi quoque Carthusiâ, oppido Sirk propinquâ, Treuiros inter & Theodonisvillam seruari, cum alijs quamplurimis,* S. Dorotheæ Virg. Mart. *reliquias aliquas testatur Arnoldus Raysius in Hierogazophylacio Belgico; in eo corrigendus, quòd ad Mosam flumen sitam eam Carthusiam scribat, quæ est ad Mosellam.*

alia Vlyssipponæ.

Ratisb.

18 *Ægidius Gelenius V. CL. lib.* 3 *&* 4 *de Coloniæ Agrippinensis magnitudine, testatur in pluribus eius vrbis ecclesiis aliqua S. Dorotheæ pignora exstare; in collegiatis* S. Gereonis; S. Seuerini, S. Andreæ; *parochiali* S. Pauli; SS. Ioannis & Cordulæ, Widenbacensi, Horto S. Mariæ *Cisterciensium Virginum; in* S. Michaëlis *Virginum Regularium, in* Monte Mariæ *Carmelitissarum; sed præstat ceteris, quæ in Carmelitarum virorum ecclesiâ visitur,* Mandibula S. Dorotheæ Virg. & Martyris, hermæ argenteæ inclu-
C sa: *quam, vt idem scribit, Carmelo Colonienſi transmisit Bartholomæus Raccolius, Generalis illius Ordinis Præses, qui deindè Episcopus Massilienſis fuit. Sacræ huius mandibulæ meminit quoquè in Sacrario Agrippinæ Erhardus Winhêimius. Sed cùm vna è sodalibus S. Vrsulæ S. Dorothea Virgo fuerit; (vti in Hermanni Crombachij nostri historiâ Vrsulanâ pag.* 636 *videre est) meritò ambigi potest, an non aliquæ ex modò relatis Colonienſibus reliquiis, illius Dorotheæ fuerint.*

Coloniæ multiplices:

caput in Bohemiâ.

19 *Pragæ olim, vel Carelsteinij, in Bohemiâ asseruatum ferunt S. Dorotheæ caput, à Carolo* IV *Imp. vt reor, isthuc allatum.*

ACTA
ex tribus MSS. codicibus.

CAPVT I
S. Dorotheæ confessio, tormenta.

Dorothea, Virgo Cæſaream.

1 IN prouinciâ Cappadociæ, apud Cæsaream ciuitatem, erat quædam puella, nomine Dorothea: hæc quotidianis diebus, in castitate & sobrietate & puritate, Deo sedulum exhibebat offi-

cium; & cum humilitate & manſuetudine, ieiuniis & orationibus insistebat. Erat autem ita prudentissima, D vt vix eam pauci imitari possent viri. Omnes autem qui eam nosse potuerant, magnificabant nomen Domini nostri Iesu Christi, qui talem habebat famulam; cuius & aspectus gratus, & vita & sapientia incomparabilis erat, & immaculata virginitas. Quia ergo intantùm extitit in caritate Christi perfecta, vt ad eius thalamum perueniret, duplicauit certaminis sui palmam; & vnam virginitatis coronam tenens, alteram martyrij, cum gaudio peruenit ad Christum. Quo autem ordine passa sit, gestorum euidens pagina edocet.

Ex MSS.

& sapiens,

2 Cùm fama sanctitatis eius per aures hominum curreret, peruenit ad Præsidis persecutoris auditum. Qui ingressus ciuitatem memoratam, id est, Cæsaream, famosissimam Christianorum præcepit Dorotheam Dei famulam coarctari. Cumque fuisset illi sedenti pro tribunali intromissa, inclinato capite orans Deum suum, stetit ante Præsidem. Tunc interrogauit eam Præses, nomine Sapricius, dicens: Dic, quæ vocaris? At illa respondit: Dorothea nomen est mihi. Sapricius dixit: Ideò exhibere te volui, vt diis immortalibus immoles, secundùm imperium Principum Augustorum nostrorum. Dorothea dixit: Deus, qui in cælo est Augustus, imperauit mihi, vt ipsi soli seruiam. Sic denique scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et iterum: Dij qui non fecerunt cælum & terram, à terrâ pereant. Videndum ergo est, cui Imperatori obtemperare debeamus; terreno, an cælesti; Deo, an homini. Quid sunt enim Imperatores, nisi homines mortales, sicut fuerunt & isti dij, quorum effigies adoratis?

comprehensa

sistitur à Præside

nec ipse diis immolare: E

Matth. 4. 10 Ierem. 10. 11

3 Sapricius dixit: Si vis euadere & reuerti sana & immaculata & illæsa, pone animum tuum & sacrifica diis. Sin, aliàs legibus acta amaris, dabis timoris exemplum. Dorothea dixit: Omnibus dabo Dei timoris exemplum, vt hi timeant Deum, homines rabidos non timeant. Hoc enim faciunt, quod canes rabidi; laniant enim homines innocentes: & quia ratio in illis nulla est, insaniunt, desæuiunt, irascuntur, latrant, & suis morsibus lacerant transeuntes. Sapricius dixit: Tu, quantùm video, perseuerare disposuisti in istâ ineptissimâ professione, & vis cum ceteris mori. Audi me & sacrifica, vt equulei pœnas euadas. Dorothea dixit: Equulei tui pœnæ, temporales sunt; gehennæ autem tormenta, æterna sunt. Vt ergo æternam pœnam euadere mihi liceat, temporalia timere non debeo. Memor sum, dixisse Dominum meum: Nolite, inquit, timere eos qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere: sed potiùs eum timete, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.

minas temporalium pœnarum contemnit;

Matth. 10. 28 F

4 Sapricius dixit: Ergo timere debes deos; ne irati & animam tuam & corpus tuum perdant, si non eis sacrificaueris. Dorothea dixit: Iam tibi dixi, Saprici, quia nullo modo poteris persuadere, vt sacrificem dæmoniis, quæ habitauerunt in his vanis hominibus, qui sic vixerunt, vt turpe sit etiam dicere; qui sic mortui sunt, sicut animalia, quia, cùm viuerent, non cognouerunt eum qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Horum ergo animæ in igne ardent, quorum per varia metalla adoratis effigies. Et necesse erit, vt cum ipsis etiam illi in ignem æternum mittantur; quicumque relicto Creatore suo horum voluerint esse cultores.

deos videt:

5 Cumque hæc audisset Sapricius, vehementer iratus est, & conuersus ad tortores dixit: Sistite eam in catastâ, vt videns se constitutam in pœnis, vel sic consentiat diis se exhibere cultricem. Dei verò famula, cùm se vidisset erectam in catastâ, constanter, intrepida & non interrogata, ait ad Iudicem: Quid a me tr- a
cas? fac quod facturus es; vt possim eum videre, pro cuius amore mori non timeo, & torqueri non paueo. Sapricius dixit: Et quis est, quem desideras? Doro-

extensa in catastâ,

ex MSS. thea dixit: Chriſtus filius Dei. Sapricius dixit: Et vbi
A est Chriſtus? Dorothea dixit: Quantum ad omnipotentiam eius attinet, vbique est; quantum ad humanam capacitatem, quia ſenſus humanæ fragilitatis vanum quidem putat, quod non in aliquo loco eſſe didicerit, & ideò confitemur Filium Dei aſcendiſſe in cælum, & ſedere ad dexteram Patris ſui Dei omnipotentis: qui vnitatem diuinitatis obtinens cum Patre ſuo & Spiritu ſancto, inuitat nos ad paradiſum deliciarum ſuarum, *b* vbi nemora omni tempore pomis ornantur, omni tempore lilia albeſcunt, roſæ floreſcunt, campi virent, montes virent, colles ornantur, fontes dulcorantur, & Sanctorum animæ in Chriſto iocundantur. Hæc ſi crediderís, Saprici, liberaberis, & ingredieris paradiſum deliciarum Dei. Sapricius dixit ei: Oportet te relinquere vanitatem, & ſacrificare, & accipere virum, & lætari in vitâ tuâ, ne taliter intereas, ſicut & patres tui perierunt propter ſtultitiam ſuam. Dorothea dixit: Nec ſacrificabo dæmoniis, quia Chriſtiana ſum; nec virum accipiam, quia Chriſti ſponſa ſum. Et hæc eſt fides mea, quòd me introducat in paradiſum ſuum, & ad ſuum thalamum me faciat peruenire.
B

Chriſtum liberè confitetur.

b eiuſq; paradiſi delicias deprædicat.

eumq; ſolũ ſponſum optat.

a *MS. Vltraiect.* me terres? *Max.* moraris?
b *Deeſt hæc deliciarum paradiſi amplificatio in MS. S. Maximini.*

CAPVT II

SS. Chriſtes & Calliſtes conuerſio, martyrium: alia Dorotheæ tormenta, ac cædes.

6 TVnc Sapricius iuſſit eam duci ad duas ſorores Chriſten & Calliſten, quæ nuper apoſtatauerant; & commendauit eam illis Sapricius, dicens: Sicut vos, relictâ vanitate & ſuperſtitione Chriſtianâ, diis ſacrificaſtis inuictis, & remunerari vos feci; adhuc melioribus donis honorari vos faciam, ſi iſtam potueritis ab iſtâ ſtultitiâ reuocare. Cumque ſuſcepiſſent eam in domum ſuam, & dicerent ei, Conſenti iſti Iudici, & libera te de periculo pœnarum, ſicut & nos fecimus: melius eſt tibi agere, vt lumen iſtud non conſumas in pœnis, & ante tempus tuum non pereas; reſpondens Dorothea dixit: O ſi audiatis conſilium, & vos idolis ſacrificaſſe pœniteat! Bonus eſt enim Deus & copioſus in miſericordiâ iis qui conuertuntur ad eum ex toto corde ſuo. Dicunt ei Chriſte & Calliſte: Iam ſemel periimus à Chriſto: quomodò poteſt fieri vt reneri poſſimus? Dorothea dixit: Peius peccatum eſt, deſperare de Domini miſericordiâ, quàm vanis idolis immolare. Nolite ergo deſperare de medico bono & peritiſſimo, quia poteſt curare vulnera veſtra. Non eſt aliquod vulnus, quod curare ſe non conueniat: nam ideò Saluator dicitur, quia ſaluat; ideò redemptor, quia redimit; ideò liberator, quia liberare non ceſſat. Vos tantùm ex animo ad pœnitentiam conuertimini, & ſine dubio ad indulgentiam peruenietis.
C

traditur Chriſto & Calliſte peruertenda:

quas, ſe ad apoſtaſiam inuitãtes,

ipſa ad pœnitentiam

& ſpem excitat:

7 Tunc miſerunt ſe ad pedes eius, flentes ac precantes, vt oraret pro eis; quatenùs poſſent pœnitentiam ſuam per ipſam Deo offerre, vt indulgentiam diuinam perciperent. At illa cum lacrymis miſit voces ad Deum dicens: Deus, qui dixiſti, Nolo mortem peccatoris, ſed volo vt conuertatur & viuat; Domine Ieſu Chriſte, qui dixiſti, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente plus gaudij haberi in cælis ab Angelis, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non peccauerunt; oſtende pietatem tuam in iſtis, quas diabolus tibi conatus eſt rapere. Reuoca oues tuas ad gregem tuum, vt exemplo earum redeant ad te, qui receſſerunt à te.

pro iis pœnitentibus

Ezech 33. 11

Deũ orat:

Luc. 15. 7

8 Cumque hæc & his ſimilia diceret, ecce Præſes miſit, & ad domum ſuam eas cum Dorotheâ fecit venire. Quas cùm tuliſſet in partem, cœpit eas inquirere, ſi Dorotheæ animum inclinaſſent. At illæ vno ore reſponderunt, dicentes: Errauimus & ſatis iniquè egimus, timentes pœnas & dolores tranſitorios, quia ſacrificauimus idolis vanis: & ideò rogauimus eam, & dedit nobis pœnitentiam, vt poſſimus ad Chriſti indulgentiam peruenire. Tunc Sapricius ſcidit veſtimenta ſua, & in furore nimio iuſſit, vt dorſum ad dorſum ligatæ mitterẽtur in cupam, ſi ſtatim ſacrificare noluiſſent. At illæ clamantes dixerunt: Domine Ieſu Chriſte, accipe pœnitentiam noſtram, & da nobis indulgentiam tuam. In iis verbis & in iſtâ confeſſione durantes in cupam miſſæ ſunt, & incenſæ in conſpectu S. Dorotheæ. Gaudebat autem Dorothea in horâ exitus earum, & clamabat eis dicens: Antecedite me ſecuræ de indulgentiâ criminis veſtri, & ſcitote quoniam palmam martyrij, quam perdideratis, ſine dubio inueniſtis, & in amplexu veſtro occurrit Pater, qui in filio perdito & recuperato lætatur.
D

illa Chriſtum confeſſa,

comburũtur,

animanos eas Dorotheâ:

9 Tunc Sapricius iuſſit S. Dorotheam iterum in cataſtâ leuari. Cumque leuata eſſet, tanto gaudio exhilarata eſt, vt probaretur verè ad deſideratum peruenisſe ſuæ deuotionis *a* effectum. Dicit ei Sapricius: Quid eſt, quòd ſic vultu tuo ſimulatâ lætitiâ mendacem oſtendis, & in ſupplicio poſita exultationem te habere fingis? Dorothea dixit: Numquàm in omni vitâ meâ ſic lætata ſum ſicut hodie; primò omnium de his animabus, quas diabolus per te tulerat Deo, & per me recepit Chriſtus: hodie in cælo epulæ ſunt: de iis gaudent Angeli, lætantur Archangeli, ſimul omnes Apoſtoli & Martyres & Prophetæ exultant. Feſtina ergo, Saprici, & fac quod facturus es, vt poſſim ad iſtam exultationem Sanctorum occurrere, & ſimul cum ipſis gaudeam, cum quibus fleui in terris. Tunc Sapricius fecit circa latera eius *b* lampades applicari. At verò Dorothea magis ac magis faciem ſuam Iudici hilarem & inſultantem oſtendens, dicebat ei: Miſer ad nil redactus es cum idolis tuis.
E

que in cataſtâ exultat:

a

lampadibus vſtulatur:

b

10 Iterum depoſitam de cataſtâ fecit diu in faciem palmis cædi, dicens: Ipſa facies cædatur, quæ mihi inſultat. Cumque diu multumque cæſa iterum gauderet, & cædentes eam fatigati deficerent, hoc ordine Sapricius dictauit ſententiam: Dorotheam ſuperbiſſimam puellam, quæ ſacrificare noluit diis immortalibus vt viueret, ſed voluit abſolutè mori propter neſcio quem hominem, qui dicitur Chriſtus, iuſſimus gladio percuti. Ad hæc Dorothea cum clamore dixit: Gratias tibi ago, amator animarum, quia me ad paradiſum tuum vocaſti, & ad thalamum tuum inuitas.
F

palmis cædit ur:

morti adiicitur:

11 Et cùm egrederetur prætorium Iudicis, dicit ad eam irridiculè quidam Aduocatus, nomine Theophilus: Eia tu ſponſa Chriſti, mitte mihi de paradiſo ſponſi tui mala aut roſas. Et Dorothea dixit: Planè, quia ita faciam. Cùm ergo veniſſet *c* in ictu percuſſoris, rogauit carnificem, vt eam modicùm permitteret orare. Quæ dum compleſſet orationem, ecce puer ante ipſam apparuit, *d* ferens in orario tria mala optima, & tres roſas. Cui illa dixit: Obſecro te, vt feras ea Theophilo, & dicas ei: Ecce quod à me petiſti, vt tibi de paradiſo ſponſi mei tranſmitterem. Ipſa autem percuſſa gladio, cum triumpho martyrij perrexit ad Chriſtum, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Theophilo promittit è paradiſo roſas & poma,

c

d

mittit ſuper Angelum:

a *MS. Horuenſe.* affectum.
b *MS. Vltr.* ignem apponi.
c *Sur.* ad ictum. *MS. S. Max* ad locum vbi decollanda erat.
d *Addit MS. Vltrai.* purpurâ indutus, diſcalceatus, criſpo crine, in cuius veſte ſtellæ aureæ ſparſæ fuerunt. *Quæ iuxta ex Antiquâ Legendâ tranſcripta, vt ſuprà diximus.*

CAPVT

A

CAPVT III

S. Theophili Aduocati conuerſio, tormenta, mors.

12 GItur Theophilus Aduocatus Præſidis, irridens promiſſionem S. Dorotheæ ſuis ſodalibus referebat, dicens: Hodie cùm à percuſſore duceretur Dorothea, quæ ſe ſponſam Chriſti dicebat, & ad eius paradiſum pergere memorabat, ego dixi illi eunti: O tu ſponſa Chriſti, dum peruenieris ad paradiſum ſponſi tui, mitte mihi exinde roſas aut mala. At illa ait: Planè, quia ita faciam. Cùm autem hæc narraret, irridens ſanctæ Virginis promiſſionem; ecce & puer ante eum cum orario, in quo ferens tria mala mirifica & tres roſas floridiſſimas, dixit ei: Ecce ſicut petenti tibi promiſit Virgo ſacratiſſima Dorothea, tranſmiſit hæc tibi de paradiſo ſponſi ſui.

qui apud ſocios promiſſionem ridenti

ea offert:

13 Tunc Theophilus accipiens exclamauit voce magnâ, dicens: Verus Deus Chriſtus eſt, & non eſt ſimulatio vlla in eo. Dicunt ei collegæ ſui: Inſanis, Theophile, an iocaris? Dicit illis Theophilus: Non inſaniam patior, nec iocantis animum gero; ſed eſt in me rationabilis fides, vt credam verum Deum eſſe Ieſum Chriſtum. Dicunt ei: Quæ ratio te repentè in iſtam vociferationem conuertit? At ille, Dicite mihi, inquit, quis menſis nunc eſt? Dicunt ei: Februarius. Dicit eis Theophilus: Cùm totam Cappadociam glaciale frigus tegat, & nulla penitùs virgulta iã foliorum ſuorum tegmine veſtiantur; vnde iſtas roſas aut iſta mala mirifica cum ſuis frondibus adeſſe æſtimatis? Dicunt illi: Hoc nos nec ſuis temporibus vidimus. Dicit eis: Me quem videtis, irridens allocutus ſum euntem Dorotheam ad accipiendam ſententiam percuſſoris. Cui quòd quaſi fatua eſſet, quæ diceret ſponſum ſuum Chriſtum, & quòd peruenire ad paradiſum eius, inſultans quaſi ſtultæ, dixi ei: Dum peruenieris ad paradiſum ſponſi tui, mitte mihi exinde roſas & mala. At illa dixit: Planè faciam. Et ecce repentè, poſteaquàm pro nomine Chriſti paſſa eſt, venit ad me infantulus pulcher, breuiſſimus, non plus quàm quatuor annorum, quem ego putabam loqui non poſſe præ ipsâ infantiâ. Hic pulſauit *a* latus meum. Quem cùm reſpexiſſem, tulit me in partem, & cœpit mecum ita perfectè loqui vt me putarem ruſticanum in conſpectu eius. & proferens mihi orarium hoc cum his malis & roſis, dixit mihi: Virgo ſacratiſſima Dorothea, ſicut te petente promiſit, tranſmiſit tibi hæc munera de horto ſponſi ſui. Cùm accepiſſem & clamarem, ille infans nuſquam comparuit: quem ego non dubito Angelum Dei fuiſſe. Et hæc dicens clamabat: Beati qui credunt in Chriſtum, & qui patiuntur pro nomine eius. Ipſe eſt enim verus Deus; & omnis qui fidem ſuam ipſi committit, verè ſapiens eſt.

a

ũ Chriſtũ confitetur,

B

& ſociis illa oſtẽdit,

C

14 Cumque hæc & his ſimilia diceret, ingreſſi ſunt quidam ad Præſidem, & dixerunt ei: Scholaſticus tuus Theophilus, qui vſque hodie poſtulabat contra Chriſtianos, & perſequebatur eos vſque ad mortem, hic pro foribus vociferatur, laudans & benedicens nomen illius neſcio cuius IESV Chriſti, & multi crediderunt per prædicationem eius. Tunc Præſes iuſſit eum introduci ad ſe. Cui intromiſſo ait: Quid eſt, quod foris loquebaris? Theophilus dixit: Laudabam Chriſtum feliciter, quem vſque hodie infeliciter denegabam. Dicit ei Præſes: Miror te hominem prudentem, hoc nomen iam nominare voluiſſe, quod hucuſque quicumque nominauit perſecutus es. Dicit ei Theophilus: In hoc apparet verum Deum eſſe, qui me conuertit ab errore ad viam rectam, & fecit me agnoſcere, quia ipſe eſt verus Deus. Dicit ei Præſes: Omnes in ſapientiæ ſapore creſcunt, vt de ſapientibus ſapientiores fiant: tu ex ſapiente inſipiens repentè effectus es, dum Deum dicis, quem à Iudæis crucifixum, ab ipſis Chriſtianis audiſti. Dicit ei Theophilus: Hunc & ego crucifixum audiui, & errorem paſſus, putabam Deum non eſſe, & blaſphemaui quotidie nomen eius. Nunc autem pœnitentiam gerens de præteritis criminibus & blaſphemiis, hunc Deum eſſe confiteor. Dicit ei Præſes: Et vbi aut quando factus es Chriſtianus, qui vſque hodie ſacrificaſti? Dicit ei Theophilus: Eâ horâ quâ Chriſtum confeſſus credidi, ſenti me Chriſtianum effectum. & ideò ſic ex toto corde meo immortali Chriſto Dei filio credens, prædico nomen eius verum, nomen ſanctum, nomen immaculatum, nomen in quo nulla eſt ſimulatio, nulla impoſtura, quæ in idolis regnat.

defertur ad Præſidẽ:

eorum eo Chriſtum confitentes,

ex MSS.

D

priorem errorem deteſtans:

15 Dicit ei Præſes: Ergo impoſtura in diis noſtris regnat? Dicit ei Theophilus: Ergo non regnat in omnibus his ſimulacris, quæ homo dolauit in ligno, conflauit in ære, limauit in ferro, conſtabiliuit in plumbo; quæ noctuæ cuſtodiunt, quæ araneæ texunt, quorum concaua muribus & ſoricibus plena ſunt? Mentior, ſi iſta probari non poſſunt. Sed quia non mentior, iuſtum eſt vt veritati conſentias, & à falſitate animum tuum tollas. Decet enim, vt qui alios iudicas mentientes, teipſum à mendacio auferas, & ad veritatem, quæ eſt in Chriſto, conuertas. Præſes dixit: Ergo dij non ſunt viui? Theophilus dixit: Interim effigies videmus ſine ſenſu: Dei autem ſenſus eſt inuiſibilis. Iſti cuſtodiuntur: ille cuſtodit. Si ita non eſt, conuinci debeo ratione. Si autem de poteſtate agitur, conſtat te ratione ſuperatum.

deos irridet:

E

Præſidi conatur ſuã ſuadere:

16 Præſes dixit: Ego video, infelix Theophile, quòd malâ morte interire deſideras. Theophilus dixit: Ego verò bonam vitam inuenire deſidero. Præſes dixit: Scias quia ſi iniſtâ ſtultitiâ perſeuerare volueris, primùm tibi adhibeo diuerſa ſupplicia, & ita demum crudeliter interfici iubebo. Reſpondens Theophilus dixit: Hoc ego deſiderare iam cœpi. Dixit ei Præſes: Conſulere te oportet tibi & tuis & domui tuæ & patrimonio aut filiis aut affinibus tuis; & non ita præcipitem te tradere in mortem publicam, quam ſtulti & criminoſi & incauti merentur. Theophilus dixit: Summa ſapientia hæc eſt, vt philoſophiam geram de omnibus affectibus meis, & de omnibus cruciamentis tuis nihil penitùs timeam. Nec hoc irrationabili temeritate, ſed rationabili conſideratione diffiniſſe me approbo, cùm omnibus temporalibus rebus æterna præfero, & labentibus præpono perpetua. Præſes dixit: Magis tormenta eligis, quàm requiem, & mortem magis quàm vitam deſideras. Theophilus dixit: Ego & tormenta timeo & mortem horreſco: ſed illa tormenta timeo quæ finem non habent, & illam mortem timeo quæ æternas pœnas habet. Iſtas autem pœnas tu potes inferre, quæ in breui tempore finem accipiunt: tormenta verò quæ idolorum cultoribus irrogantur, acriùs ſubinde deſæuiunt, & finem nullum inueniunt.

eius minas contemnit,

F

docens, æterna potiùs timẽda ſupplicia:

17 Præſes dixit; Appendatur in equuleo vir diſertus Theophilus, vt verba vana acrioribus verberibus derelinquat. At vbi in equuleo ſuſpenſus eſt, dixit: Ecce modò factus ſum Chriſtianus, quia in cruce ſuſpenſus ſum. Equulei enim factura crucis ſimilitudinem gerit. Gratias tibi, inquam, Chriſte ago, quia me in ſigno tuo leuari permiſiſti. Dicit ei Præſes: Infelix, parce carnibus tuis. Cui reſpondens Theophilus ait: Infelix, parce animæ tuæ. Ego verò carnibus meis temporaliter non parco, vt animæ meæ in æternum parcatur. Tunc in furorem directus Præſes vngulis latera eius attrectari præcepit, & lampadibus ardentibus exuri. At verò Theophilus nihil aliud in tormentis clamabat, niſi hoc: Chriſte fili Dei, te confiteor; adiunge me in numero Sanctorum tuorum. Erat autem intrepidus in vultu, & conſtans in vultu, ita vt non putaretur ipſe torqueri.

in equuleo exultat:

raditur vngulis: lampadibus uritur:

nec videtur ſentire

AVCTORE I.B. 18 Cumque torrores inter ipsa tormenta deficerent, hanc impius Præses dictauit sententiam: Theophilum, qui nunc vsque diis immortalibus sacrificauit, A *morte dãmnatur.* & cultor eorum extitit, nunc verò præuaricator inuentus est, ita vt ab iis discederet, & sectæ se traderet Christianæ, iussimus capite plecti. Theophilus dixit: Gratias tibi ago, Christe. & gaudens pergebat ad coronam supernæ vocationis: qui horâ vndecimâ conductus, meritus fuit cum iis æquam portionem, qui à primâ horâ vsque ad vndecimam operati sunt, per gratiam eius qui glorificat Sanctos suos: cui est honor & imperium cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen. D

a *MS. S. Max.* ad ostium meum.

DE S. DOROTHEA
VIRGINE DEO SACRATA,
ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO,
Commentarius historicus.

I. B.

INITIO IV SEC. VI FEBR. *S. Dorothea Alexandrina colitur 6 Febr.*

I *Ltera hæc est* Dorothea, *cuius cùm fortassis ignoraretur natalis, hic cum Cæsarienſi illâ nomen adscriptum Martyrologiis, ab Richardo Wytfordo primùm ante ferè* CXL *annos, deinde Francisco Maurolyco, Petro Galesinio, Petro Canisio, Philippo Ferrario. Meminêre quoquè eius Molanus in Notationib. ad Vsuard. & Baronius in suis ad* B *Martyrol. Romanum, licet hic alibi* Catharinam *eam fuisse coniectet, de quâ re infrà. Galesinius his eam verbis prædicat, quibus ceteri ferè congruunt:* Alexandriæ, Sanctæ item Dorotheæ: quæ Maxentium & Maximinum Imperatores, Christianæ pudicitiæ & fidei hostes, fugiens, in solitudinem se abdidit: vbi in orationibus & ieiuniis assidua, complures alias exemplo ad illud sanctissimæ vitæ genus adduxit. *Maximinum Galerium Cæsarem fugit Dorothea, non Maxentium; hic enim Romæ, non Alexandriæ, pari tamen atque ille vesaniâ, & Christianam religionem, & Virginum matronarumq; pudicitiam expugnabat. Wytfordus* Maximum *vocat pro* Maximino.

vixit non sub Maxentio,

2 *Huius sanctæ Virginis nomen, ab Eusebio omissum, ad posteros transmisit Russinus, paullò aliter quoque rem ipsam, quàm ille, complexus, lib.* 8 *hist. Eccleſiast. cap.* 17 *his verbis:* Vincebatur sæpius, *Maximinus,* non solùm à viris, sed etiam à fœminis, quæ verbo Dei & fidei calore succensæ, vt fœminæ quidem comprehendebantur, sed vt viri fortes in certamine coronabantur: mortem quippe promptiùs subire, imò verò & vltro expetere, quàm corporis maculam recipere malebant. Verùm cùm duobus grauissimis dominis, libidine & crudelitate, C præceps ageretur, fuit apud Alexandriam Dorothea quædam, satis nobili orta familiâ, ingentibus diuitiis, & propinquis nobilibus pollens. Sed in eâ ingenij atque industriæ bonum, certarumque honestarum artium studia, magis quàm hæc vigebant. Formæ verò & decoris gloria tanta ei fuit, vt mirum ac speciale in eâ Dei figmentum crederetur. Sed illa, quæ religione animi & honestate vitæ pulchriori quàm vultu corporis esse studeret; æquissimo mentis iudicio, quod pulchrum & decorum inter homines videbatur, id potiùs Deo consecrare, quàm vsui humano statuit indulgere, & Virgo Deo sacrata persistere.

sed Maximino Galerio,

nobilis, diues, docta, formosa,

Deo deuota:

3 At ille qui Diuina atque humana, libidine simul & crudelitate, fœdaret; cognito solius formæ, non etiam ingenij ac propositi, bono, ad temerandam Virginem, ac polluendam eius castitatem animum intendit. Comperto verò quòd Christiana esset, quæ secundùm sua edicta pœnæ magis quàm libidini subiicienda videretur, in ambiguo positus æstuare cœpit, & in quam se partem verteret ignorare. Sed vbi dubios animos libido, quæ ei latiùs dominabatur, obtinuit, & expectantem Virginem pro martyrio ad supplicium rapi, per occultos nuntios de stupro interpellauit; illaque nefas sibi esse respondit, templum corporis sui, quod semel Deo consecrauerat, idolorum cultu aut libidinis contagione polluere: proinde se quidem ad mortem paratam esse; à crudeli verò tyranno non decere blandum aliquid aut molle proferri, nec esse dignum resolui erga se truces animos, quos quotidie vndatim Christianorum profusus cruor duraret.

à tyranno interpellata de stupro,

4 Ad quæ responsa cùm ille libidine accensus acriùs incalesceret, &, nisi verbis acquiesceret, vi agere decerneret; omnibus Virgo pudicissimâ facultatibus suis, domoque & familiâ derelictâ, noctu clàm cum paucis fidissimis famulis, & cum amicissimâ sibi comite castitate, discedit, atque illusum tyrannum vanum amentemque derelinquit. Sed & alias plurimas nobiles mulieres simul ac Virgines exemplo illius adortus, sed exemplo nihilominùs illius patiores ad mortem, quàm ad seruitutem libidinis nactus, crudelibus suppliciis afficiri iubet. Quæ multò promptiùs & lætiùs, quàm ceteri omnes, mortem subibant, eò quòd duplices sibi coronas à Domino præparandas, non solùm pro pietate verùm etiam pro castitate, credebant.

E *vim minante,*

clàm profugit:

alia pro castitate martyrium subeunt.

5 *Hæc Russinus in editione an.* CIↃCCCCLXXIX, *per Ioannem Schallum accuratiùs. Eadem ex illo refert Vincentius Bellouacensis Speculi historial. lib.* 13 *cap.* 10. *Agit quoquè de hac S. Dorothea Petrus de Natalibus lib.* 3 *cap.* 102, *vbi post alia sic scribit:* Dum igitur Virgo Christi ab eodem (*Maximino*) pro adulterio impetitur, acceptâ dilatione, timensque virginitatem amittere, nocturno silentio clàm aufugit: & eremum petens, orationibus & ieiuniis multo tempore vacans, in pace quieuit. Cuius exemplum multæ Virgines imitatæ sunt.

ipsa in eremo sanctè viuit:

6 *Eusebius lib.* 8 *cap.* 27 *ita scribit:* Mulieres verò, F non minùs quàm viri, Diuini verbi doctrinâ corroboratæ, aliæ quidem eadem quæ viri certamina subeuntes, paria quoque virtutis præmia reportarunt, aliæ ad flagitium pertractæ, vitam priùs morti subiicere quàm dedecori corpus maluerunt. Vna quidem certè Alexandrina mulier, cùm aliæ tyranni libidini cederent, nobilissima splendidissimaque cùm esset & Christiana, intemperantiâ ac lasciuiâ furentem Maximini animum virili constantiâ superauit. Illustris illa quidem rebus ceteris erat, diuitiis, nobilitate, doctrinâ, sed decora isthæc omnia longè posthabuit pudicitiæ. Eam multis frustrà tentatam blanditiis, ac morti potiùs patratam, interficere tamen tyrannus non potuit, cupiditate magis animum eius occupante: eam igitur relegat, omnibus spoliatam facultatibus. Aliæ verò innumeræ, quia stupri minas, quas præfecti prouinciarum intentabant, ne audire quidem sustinebant, genus omne tormenti, conuulsionis, mortiferique cruciatus, tolerarunt: dignæ illæ quidem profectò admiratione.

dicitur multis blanditiis à tyranno tentata, relegata, & bonis spoliata:

7 *Franciscus Laherius noster in magno Menologio Virginum, eadem ferè quæ Russinus memorat: sed interpellatam à tyranni satellitibus, dissimulatione vsam ait, ac biduum postulasse, quia tunc aptè comparata non esset: itaq;* acceptâ (*vt Petrus de Natalibus ait*) dilatione, *clam profugisse. Coniectat verò*

mortua circa an. 320,

A verò circiter annum CCCXX obiisse, ac VII Februarij eius natalem locat.

8 Baronius to.3 Annal. ad an. 307 nu.31 putat Heroidem, quam diximus, esse Catharinam Virginem ac Martyrem, quæ XXV Nouemb. colitur: quæ cùm Hecaterina diceretur ab Hecate, in baptismo Dorothea sit appellata: cùm tamen apud omnes esset celeberrima, priori nomine notior etiam apud posteros extiterit. Præcipuum eius argumentum est, quòd non videatur quietura fuisse impotentis tyranni ira ac libido, vt non eam curaret retrahi è fugâ: imò suspicatur, ipsam fugâ lapsam montes Arabiæ petiisse, quo se Christiani Alexandrini recipere persecutionis tempore consuerint; eamque fido comitatu Christianorum, conscendisse verticem Sinæ montis: sed &.... perquisitam denuò, inuentamque, atque tormentis exagitatam, fuisse martyrio coronatam; eoque corpus (vt tradunt) diuinitus translatum, vbi latebras nacta fuisset in fugâ.

Quidâ putant eam esse S. Catharinam;

AVCTORE I. B.

9 Solertem viri magni coniecturam, nullâ tamen vetustiori auctoritate, aut solidâ satis ratione firmatam, haud est cur leuiter amplectamur. Demus enim ab Hecate Hecaterinam duci posse, & non potiùs Hecatæam, aut simile quid; vbi legit Hecaterinam dici? In Menologio Latinè edito Catherina est, in Menæis ac Menologio Græco αἰκατερίνα. quid hoc ad ἑκάτην? Henricum Adamum nostrum, Græcè Hebraicè, doctissimum, meminì ante annos XXXV differere de hoc nomine, ac contendere cum ἡκαθάρινα pro ἡ Καθάρινα scriptum legisset quispiam, Hecaterinam fecisse. At Menæa forsan non viderat, quæ aliter longè efferunt. Sed de Catharinâ alibi. Dorotheam Eusebius exilio multatam scribit, Russinus, qui primus prodidit nomen, quod Ægyptum obeundo fortassis didicerat, non ignorasset si è fugâ retracta fuisset, itaq; immaniter excarnificata.

parùm probabiliter.

D

DE SANCTIS MARTYRIB. EMESENIS,

SILVANO EPISC. LVCA DIAC. MVCIO, SIVE MOCIO, LECTORE,

Commentarius historicus.

I. B.

AN CHR. CCCXII. VI FEBR. *Emesa Episcopus S. Siluanus,*

I Meſæ, in Phœnicia Libani, Epiſcopus fuit S. Siluanus, glorioſo martyrio cum Luca Diacono, ac Mucio, ſiue Mocio, Lectore, perfunctus ſub Maximino Galerio Cæſare, Maximiani Armentarij Imperatoris ſororis filio. Eum primus, Gregorij XIII Pontif. Max. auctoritate, Martyrologio Romano inſcripſit Cæſar Baronius ad VIII Idus Februarij his verbis: Emeſſæ in Phœniciâ S. Siluani Ep. qui cùm eidem Eccleſiæ annis XL præfuiſſet, ſub Maximino Imperatore vnà cum aliis obiectus feris, membratimque diſcerptus, martyrij palmam accepit. Nupera editio Martyrologij, Vrbani VIII auctoritate recognita, habet ſub Maximiano occiſos eſſe. Infrà ex Euſebio oſtendemus potiùs ſub Maximino id videri contigiſſe. Græci ad Numeriani tempora referunt, perperàm: licet Numeriano imperante Eccleſiam illam, inde ab Aureliani primis imperij annis, Siluanus adminiſtrârit.

Febr.

ſub Maximino Galerio,

non Numeriano:

2 Citat Baronius Menologium Græcorum, quod Lucam Mociumque adiungit: Eodem die, inquit, ſancti Martyris Siluani Epiſcopi, Lucæ Diaconi, & Mocij Lectoris; qui Imperatore Numeriano, ex regione Emeſenorum, martyrium paſſi ſunt. Galeſinius quoque, Emeſſæ, ait, in Phœniciâ, ſanctorum Martyrum, Siluani Epiſcopi, Lucæ Diaconi, & Mocij Lectoris. Ij Numeriano Imperatore, cùm Chriſti Ieſu fidem palàm prædicarent, ab idolorum cultoribus ad vrbis Prætorem vincti perducuntur: quos ille, perſpectâ eorum cæleſti conſtantiâ, primùm grauiter excruciatos, feris obiici iuſſit; quarum morſibus tandem necati Deum ſanctè precando, ad præmium abierunt in cælum.

cum Luca & Mucio,

C

feris obiectus;

3 Menæa ad XXIX Ianuarij prolixiori eos elogio celebrant, quod mox dabimus. Infrà quoque ad XX Februarij memorantur in plurimis Martyrologiis S. Siluanus, dicturque Tyrios Martyres, qui an. CCCIV coronati ſunt, ad conſtantiam animaſſe, vnà cum S. Tyrannione Tyri Epiſcopo & aliis.

vel 29 Ianuarij:

laudatus 20 Febr.

4 Euſebius lib.8 hiſtor. Eccleſiaſt. cap.25. recenſens illuſtriores Martyres, qui circa annum octauum perſecutionis Diocletiani, id eſt, Chriſti CCCX, palmam obtinuerunt, Siluanum quoque nominat: Ex Martyribus Phœniciæ, inquit, longè illuſtriſſimi, omninoque ſanctiſſimi, rationalis Chriſti gregis paſtores, Tyrannio Epiſcopus.... Siluanus etiam Epiſcopus Eccleſiarum quæ erant Emiſæ: Græcè eſt, τῶν ἀμφὶ τὴν Ἔμισαν ἐκκλησιῶν Ἐπίσκοπος: Epiſcopus Eccleſiarum quæ circùm Emiſam: quia nempe non vnius vrbis, ſed totius ciuitatis Emeſenorum Epiſcopus erat. Pergit Euſebius: Sed hîc quidem beſtiis eſca, vnà cum aliis in ipsâ vrbe Emisâ factus, choris inſertus Martyrum eſt. Eadem habet Nicephorus Calliſtus lib.7 cap.16. vbi eum ait ἐν Ἐμέσῃ τῆς ἐκκλησίας ἄξιον ἐπίσκοπον χειμαπόν. Eccleſiæ Emeſenæ optimum Epiſcopum præfuiſſe. Ruffinus quoque lib.8 cap. 14. Et Siluanus Emeſſanorum Eccleſiæ Epiſcopus, qui in ſuâ ciuitate beſtiarum morſibus abſumptus, Martyrum ſociatus eſt choris.

& relatus inter paſſos ſub Galerio Maximiano:

5 Neque tunc tamen id contigit: ſed cùm perſecutio primùm repreſſa fuiſſet, etiam Galerij Maximiliani Armentarij edicto; Maximinus Galerius Cæſar poſt ſex menſes eam denuò ſuſcitauit, non nouo quidem edicto, ſed Præſidibus vrbium & prouinciarum clàm inductis vt in Chriſtianos ſeuirent: id quod fusè & dilucidè enarrat Euſebius lib. 9 cap. 2 & ſequentibus; Nicephorus quoque lib. 7 cap. 25 & ſeqq. ac Ruffinus lib. 9 Maximino cap. 2. vt mirum ſit Baronium to.3 an.311 nu.48 negare hæc perſecutio ab Euſebio eſſe ſcripta, ſed ab alio adiecta. Ita porrò de S. Siluani cæde ſcribit Euſebius lib.9 cap.5. In nos autem denuò exilia & crudeles perſecutiones commouentur: acerbi Præfectorum ſingulas prouincias obtinentium, contra nos tumultus rurſus cientur: vſque adeò, vt nonnulli ex iis qui in verbi Dei propagatione multùm pollebant, ex improuiſo comprehenſi ſententiam mortis inexcitabilem exciperent. Quorum tres, Emiſæ vrbe Phœniciæ, cùm ſe Chriſtianos liberè profiterentur, beſtiis deuorandi obiiciuntur: quorum vnus Siluanus Epiſcopus erat, grandis natu, qui annos quadraginta ſacerdotio functus eſſet. Eadem habet Nicephorus lib. 7. cap. 27.

non tum occiſus, ſed renouatâ à Maximino perſecutione,

admodum ſenex,

F

6 At Ruffinus lib.9 cap.6 ita ea vertit: Noſtrorum verò rurſum fuga, rurſum perſecutio & ſupplicia renouari. Iudices prouinciarum, tamquàm gratum aliquid ex hoc Imperatori exhibentes, in noſtros atrociùs deſæuire. Igitur apud Tyrum Phœnicis vrbem, tres quidam iuuenes correpti, cùm ſe Chriſtianos eſſe profiterentur, beſtiis ſubiguntur. Cum quibus & Siluanus Epiſcopus, XL annis functus ſacerdotio, vir manſuetudine animi & ipsâ iam ſenectute venerabilis. Ita Ruffinus. At qui tunc cùm illa gererentur, & octo annis priùs Tyriorum Martyrum certamini adfuerat Euſebius, diſertè tres ait fuiſſe, interq; eos Siluanum, & Emiſæ paſſos.

Emeſa non Tyri.

ACTA EX MENÆIS GRÆC.

SIluanus, Lucas & *a* Mocius cruciatibus
Obtulêre corpora, animas Deo.

b Numeriano imperante mota eſt aduersùs Chriſtianos perſecutio. Relatum eſt ad Emeſenorum ciuitatis Præfectum, de ſancto Patre noſtro Siluano Epiſcopo eiuſdem ciuitatis. Ac ſubitò comprehenſus eſt Sanctus, cumque eo Lucas Diaconus, & Mocius Lector: ac vincti omnes Præfecto ſiſtuntur. Quos ille diligenter examinatos, vt audiuit Chriſtum ſolum ac verum Deum confitentes, atque idola & qui hæc venerarentur execrantes, cùm blanditiis eos emollire non potuiſſet, ingenti iracundiâ percitus atque in rabiem actus, flagris eos atrociter cecidit, ac deinde in carcerem coniectos longâ inediâ torſit. Deinceps per multos dies identidem interrogatos, flagellari, vinculis coërceri, fame ac ſiti emaciari, tandem feris obiici præcepit. Producti verò in ſtadium, variis iam in eos immiſſis belluis, orauerunt vt iſthic finire certamen poſſent. Statim ſuorum famulorum vota audiens Deus, eorum animas ſuſcepit. Belluæ autem eorum corpora reueritæ, iis omnino intactis receſſerunt. Nocte deinde ingruente, Chriſtiani quidam clam eorum reliquias ſubripientes, magnâ curâ ſepelierunt, gratias Deo agentes.

a

b Sancti capti,

D *poſt varia tormenta, feris obiecti, & ab iis intacti, moriuntur.*

a *Μάξιμος quoque appellatur à Græcis qui 13 Maij à Latinis colitur* S. Mucius *Presbyter M. At* Mucios *Romanos Munios vocat Plutarchus aliiq;.*

b *Suprà monuimus non ſub* Numeriano, *(qui exiguo tempore cum patre Caro imperauit, & non multò poſt huius mortem menſibus Aprì ſoceri inſidiis oppreſſus eſt an. 284.) ſed ſub* Maximino Galerio *Cæſare, an. Chriſti 312, occiſos eſſe hos Martyres.*

DE S. IVLIANO MEDICO
MARTYRE EMESÆ IN PHOENICIA.

I. B.

AN. CHR. CCCXII. VI FEBR.

B

S. Iuliani M. Emeſeni & medici nomen in Martyrologiis.

IGnotum *Faſtis Romanis* S. Iuliani medici Emeſeni *nomen, primus adſcripſit Petrus Galeſinius è Græcis, atque ex eo Molanus retulit in Diarium Medicorum totidem verbis:* Hoc ipſo die, ibidem *(Emeſæ, nam de S. Siluano immediatè egerat, de quo & nos)* S. Iuliani Martyris. Hic ab adoleſcentiâ medicus, illud in adhibêdâ corporibus medicinâ ſpectabat, vt Chriſti fidê docendo, animis ſalutare medicamentũ afferret. Is autem cùm illos, de quibus mox ſupradictum eſt, Martyres è carcere in theatrum, vbi à beſtiis conficerentur, vinculis adſtrictos duci videret, fidei ardore accenſus accurrit: Sanctos oſculatur, idque ſupplex precatur vt fortiter agerent. Quamobrem comprehenſus, in ſpeluncam includitur; vbi capite clauis confixo, & manibus pedibuſque item, animam Deo reddidit. *Breuiter Ferrarius:* Emeſæ in Syriâ S. Iuliani M. *Menologium Græcorum ab Henr. Canifio è bibliothecâ Sirleti Cardinalis editum:* Sancti Martyris Iuliani Emeſeni. *Fuſiùs Menæa, è quibus ſua Galeſinius accepit.*

ACTA EX MENÆIS GRÆC.

E

CHriſto manus pedeſque vulnerati ſunt clauis: Iulianus adiicit etiam caput.

Is ex Emeſâ ciuitate ortus, ab ipſo flore ætatis Diuinarum rerum ſtudio deditus fuit, profeſſus verò artem humanis corporibus medendi, maiorem tamen animarum curam geſſit: erat enim artis vtriuſque apprimè gnarus. Captis igitur, tempore *a* Numeriani Imperatoris, Siluano Epiſcopo, Luca Diacono, & Mocio Lectore, atque à cultoribus idolorum damnatis ad beſtias, dum abducerentur occurrens Iulianus eos amplexus eſt. Quare & ipſe apprehenſus, poſtquàm ij ſublati de medio fuêre, clauis per caput, pedes ac manus traiectis, in quodam antro ita vt erat confixus, incluſus eſt, Deoque ſpiritum reddidit.

curat is corpora animaſque

a

ac Martyres ſaluatis

fit ipſe Martyr.

a *Idem quod de S. Siluano hic dicendum, non ſub* Numeriano, *ſed ſub* Maximino Galerio *martyrio defunctum.*

DE SANCTIS HIBERNIS EPISCOPIS
MELE, MELCHO, MVNE, RIOCO,
Commentarius hiſtoricus.

I. B.

§ I *Horum* IV *fratrum natalis. SS. Mel & Melchus Epiſcopi Ardachadenſes.*

C

SVB PRIMVM SECVLI. VI FEBR. *Coluntur hi 4 fratres, 6 Febr.*

1 QVatuor *hoſce fratres Martyrologio Sarisburienſi ad* VI *Februarij Richardus Wytfordus inſcripſit, ſeu quia ita in Faſtis Hibernicis reperiſſet, ſeu quia vno editos thoro, iiſdem laboribus vnanimi conſtantiâ perfunctos, anniuerſariæ memoriæ celebritate diſiungi inuicem non cenſeret oportere. Eum ſequitur tomo 2 de Actis Sanctorum veteris Scotiæ Ioannes Colganus, & de* Mele *quidem ac* Melcho *aliorum quoque Hibernienſium Martyrologiorum teſtimonia profert;* Munem *verò ab aliis ad* XVIII *Decembris,* Riocum *ad Kalendas Auguſti fatetur referri: quamquàm alibi dubitat, an non alius Decembri menſe* Munis *colatur, huius conſobrinus. Wytfordi porrò verba ſunt:* In Hiberniâ feſtum S. Melis, S. Melki, S. Munyli Epiſcoporum, & S. Rioki Abbatis: fuêre hi quatuor fratres, nepotes S. Patricij ex S. Darercâ ſorore, omnes ſingulari ſanctimoniâ & magnis miraculis clari.

F

2 *Qui vulgò* Mel, *ſiue* Melus, *is ſuprà in 4 Vitâ S. Brigidæ ex MS. codice Hugonis Wardæi, lib. 1 cap. 1 nu. 5* Maol *appellatur. & Colganus Notat. 9 ad eamdem Vitam mauult* Maol, *ſeu* Mael, *dici, (eumdem enim eſſe vtriuſque illius Hibernicæ diphthongi ſonum) Latinè* Mælum. Mel *paſſim in geſtis S. Patricij & aliorum ſcribitur. At* Melchus, *vulgò* Melchu, *in citatâ S. Brigidæ Vitâ* Maolchu, *in Metricâ nu. 12* Melchon, *paſſim apud Colganum* Melchuo, *ab Wytfordo* Melke *vocatur.*

Melis & Melchi variè expreſſum nomen.

3 *Eos autem S. Patricij ſorore genitos, ex iiſdem S. Patricij geſtis liquet: nam Iocelinus monachus cap. 50 in editione Colgani ita ſcribit:* Darerca ſororum vltima, mater erat Epiſcoporum ſanctorum, Mel, Rioch & Munis; quorum pater dicebatur Conis. Hi ſimiliter in prædicatione & itinere B. Patricium comitabantur, & in locis diuerſis pontificalem dignitatem ſortiebantur. *Eiuſdem quoque Sancti Vita tripartita lib. 2 cap. 21 apud eumdem Colganum:*

Omnes S. Patricium comitantur in Hiberniam.

A *ganum:* Cùm S. Patricius ex Britanniâ in Hiberniam traiecisset; S. Munis Episcopus ipsum suosque germanos fratres, S. Melem Episcopum, & S. Riochum de Inisbofinne, secutus est. Hi erant filij Conis & Darercæ, quæ fuit S. Patricij soror, vt referunt Ecclesiarum S. Patricij rectores. *Horum fratrem fuisse* Melchum, *siue* Melchuonem, *ibidem cap. 26 indicatur:* Profectus S. Patricius in australem Teffiani, conuertit & baptizauit Manium Nielli filium, Regis Laogarij fratrem. Exstruxit ibi in loco Ardachadh nuncupato ecclesiam, quæ in hunc vsque diem Sedes est episcopalis; cui & præfecit Melem Episcopum, suum ex sorore nepotem: & cum eo reliquit Milchuonem Episcopum, eiusdem Melis fratrem germanum.

Mel Ep. Ardachadensis,

4 *Est* Ardachadh *in Longfordiæ Comitatu haud procul à Regio lacu, vrbs episcopalis: quam post* S. Melis *obitum* S. Melchus *rexit, antea quidem Episcopalem Ordinem adeptus, vt eo æuo, nullâ ei certâ Cathedrâ adscriptâ, sed fratris in omnibus indiuiduus comes & adiutor; nusquam enim illius fieri mentionem legi, quin vnà* S. Melis *fieret. Monasterio fortassis sub fratre præerat, de quo in Vita primâ S. Brigidæ suprà cap. 4 num. 26.* Episcopi sancti Mel & Melchu cum S. Brigidâ perrexerunt in Campum Tehtfe, quia illi Episcopi monasterium grande ibi habuerunt. *Huius monasterij partem, aut certè contiguam ei domum,* S. Mel *incolebat cum materterâ suâ* Lupitâ, *quæ fortassis rem illius familiarem curabat. Verùm ex huius simplici quidem, tamen imprudenti, facto, vtrique suspicio incestus à quopiam malenolo aspersa. Rem totam ita narrat Iocelinus in Vitâ S. Patricij cap. 102.*

ibi bic magnum monasterium cum Melchoregis:

B

5 Magni vir meriti Mel suprà memoratus, qui cum fratribus suis viris sanctissimis, Munio & Riocho de Britanniâ in Hiberniam aduenit, ab ipso S. Patricio in Pontificalem gradum promotus, ipsi in prædicatione coadiutor extitit. Hic ex proprio labore manuum suarum, more Apostoli Pauli, studuit victitare; & quod ei à diuitibus datum fuerat, solebat egenis erogare. Cum isto beato viro, vtpote nepote suo, commanebat in vnâ domo, modo primitiuæ Ecclesiæ, S. Lupita soror Patricij, vt eius verbo & exemplo proficere posset in exercitio Diuini obsequij. Euoluto verò aliquanto tempore, cùm sanctus Sacerdos, iuxta morem, mediâ nocte surgeret ad confitendum Domino, sancta illa fœmina solebat se ad soporandum collocare, pellibusque cooperire in sancti Præsulis lecto. Nihil siniistræ suspicionis ex hoc facto fingi suspicabatur, quia ex conscientiæ propriæ puritate aliorum mentes metiebatur. Comperiens consuetudinem mulieris quispiam, nefandam fore familiaritatem ipsius cum Episcopo denotabat, denotatam in vulgo disseminabat. Et quoniam infamiæ dilatandæ ianua lingüis vulgi reserata patuit, res latere Patricium diutius non potuit.

Labore manuum vixit: 1 Cor. 4. 12

cohabitat ei S. Lupita materterа:

suspicionem incestus incurrunt:

C

6 S. Patricius, si sic res se haberet, euidentiùs voluit experiri: conuertit gressus ad habitaculum præfati Episcopi. S. Mel melius arbitrabatur, innocentiam suam probare signo quàm iuramento: arans tellurem in quodam colle, pisces multos & magnos cepit ex vomere in sicco, ipso etiam vidente Patricio. Taliter enim captos obtulit Sancto Dei, quasi pro miraculo; vt nulla suspicio remaneret in cordibus hoc videntium, dum tale signum fieri non soleat ab incestuoso. Soror etiam S. Patricij, collectam vestem in gremio viuis carbonibus implcuit; quos sufficienter portans, & excutiens in conspectu fratris, absque vllo vstulationis vel læsionis stigno, innoxiam se comprobauit.

purgant se, Mel piscibus in sicco captis,

Lupita viuis carbonibus illata vestè gestatis:

7 S. Patricius innocentiam signis tam euidentibus probatam approbans, illos mundos & immunes pronuntiauit: attamen quod ipsis aliisque multis salubre foret, palàm edicere curauit. Inprimis ergo Episcopum conueniens admonuit, vt in terrâ araret, in aquâ verò piscaretur, ne tentare Dominum suum videretur: denique ne gloriari præsumeret in aliquo miraculo ex Diuinâ gratiâ in se patrato. Denique sanxit Sanctus, vt à mulieribus viri sequestrarentur, & vtrique sexui ædificia & oratoria distincta construerentur. Sic profectò, vt ait idem Patricius, nomen Dei per eos inter gentes, quibus illud prædicabant, non blasphemarc-tur; nec infirmis scandali occasio vlla in casu tali, vel detrahendi materia tribueretur. Quod ergo S. Patricius edixit, & statuit, obseruari fecit.

S. Patricius iubet eos non tentare Deum edendis miraculis,

AVCTORES I. B. D *& seorsim habitare,*

8 *Idem narratur in S. Patricij Vitâ tripartitâ lib. 2 cap. 29, vbi non inter arandum pisces cepisse S. Mel dicitur, sed* in terrâ paullò antè aratro fissâ, & imbre humectatâ, inter sulcos cœpisse piscari, & pisces, eosque salmones, capere. *Ac post pauca:* Et in perennem vtriusque memoriam, locus in quo primum à S. Mele patratum est miraculum, vulgò AN CHORA THIRIM, id est, Piscina sicca; & secundùm AN MAOIL-TENÈ, id est, fatuus ignis, nuncupatur. *Ac deinde:* Et sic reliquit eos *S. Patricius* in diuersis domiciliis locisque, montis interiectu separatos. Melum enim reliquit ad Ard-achadh ad Orientem, sororem in Druimcheo ad Occidentem montis Bri-leith nuncupati inter vtrumque locum iacentis. *Porrò* S. Lupita *Virgo colitur* XXVII *Septembris, sepulta, vti Iacobus Vsserius de Britannicar. Ecclesiar. primordiis pag. 858 tradit, in* Fearta, quæ est in orientali plagâ ciuitatis Ardmachæ.

in domicilia domicilius.

§ II. *SS. Melis & Melchi cum S. Brigidâ familiaritas.*

E

9 MAgna *sanctis Episcopis* Meli & Melcho *cum* S. Brigidâ *Virgine intercessit necessitudo: quippe qui eius nondum natæ diuinitus cognouerunt futuram sanctitatem, & plurimùm deinde prouexerunt. Ita prima S. Brigidæ Vita cap. 1 nu. 3.* In illis autem diebus, Deo instigante, duo sancti Episcopi ex Britanniâ venientes, intrauerunt in domum Dubtachi, quorum alter vocabatur Mel, & alter Melchu. Dixitque Mel ad vxorem Dubtachi: Quare tristis es? Famulæ tuæ partus præcellet te & semen tuum. Sed tamen illam ancillam sicut filios tuos ama; quia progenies illius tuo semini multùm proficiet. *Idem in 4 Vitâ cap. 1 nu. 5 refertur, & cum amplificatione in 5 nu. 3.*

SS. Mel & Melchus ad ædes patris S. Brigidæ veniunt: S. Mel eius nondum natæ sanctitatem prædicit: Confirmationem postea ei confert:

10 *Idem deinde* S. Mel *Episcopus sacram Confirmationem sanctissimæ Virgini contulit, vti ex Calendario quopiam narrat Colganus Appendice 5 ad Vitam S. Patritij, cap. 4 nu. 7. & to. 2 ad 6 Febr. in Vitâ* S. Melis *cap. 6.*

F

11 *Eadem postea Brigida, annos (vt vulgò tradunt)* XIV *nata,* acceptis secum tribus puellis, *vt in eadem primâ eius Vitâ cap. 3 nu. 16 dicitur,* perrexit ad fines Neporum Neil, ad duos Episcopos Mel & Melchu, qui discipuli S. Patricij fuerunt; & in oppidis Medi illi habitauerunt, & habebant quemdam discipulum, nomine Maccalle, qui dixit ad Mel: Ecce Virgines sanctæ foris sunt, quæ volunt velamen virginitatis de manu tuâ accipere. Tunc introduxit eas ante Episcopum; intuensque illas Episcopus Mel, subitò apparuit columna ignis de vertice Brigidæ. Lectis ergo orationibus, Brigida capite submisso pedem altaris ligneum manu suâ tenuit, & ab hac horâ pes ille viridis sine vllâ putredine, & sine defectu manet in æternum: oculusque eius sanatus est, dum velamen acciperet. Aliæ verò VIII Virgines acceperunt velamen simul cum S. Brigidâ. *Fusè in Prolegomenis ad Vitam S. Brigidæ § 4 à quo ea & vbi velum acceperit, quia recentiores quidam scriptores iam dictis refragantur, disputauimus.*

deinsacrum velum, cum Melcho & Maccallo,

non sine miraculis:

12 *Melem certè & suum Episcopum appellauit & venerata est Brigida. Vitæ eius primæ cap. 4 num.* 24. Aliâ autem die, postquàm consummata est sep timana Paschæ, dixit S. Brigida puellis suis: Si deficit cereuisia, quam parauimus solennitati Paschæ? Sollicita enim sum de Episcopo nostro Mel, & de hospitibus Christi. Responderunt puellæ dicentes: Deus mittet. Et cùm hæc dixissent, venerunt in domum puellæ, vas aquâ plenum

excipitur ab eâ conuiuio, aquâ in vinum beneditione mutatâ:

AVCTORES I.B.

plenum in humeris portantes, & dederunt illud Brigidæ, vt benediceret ſolito more. At verò Brigida putans quod cereuiſia eſſet in vaſe, ait: Deo gratias agimus, qui dedit cereuiſiam iſtam Epiſcopo noſtro. Et ſic conuerſa eſt aqua illa in cereuiſiam, adinſtar vini optimi facta fuit ſtatim.

ducit eam oculis dolentem ad medicum quærendum.

13 Eodem tempore S. Brigida dolore oculorum cruciabatur. Hoc audiens Epiſcopus Mel miſit ad eam, vt veniret ad ſe, quatenùs ambo ad quærendum medicum pergerent, qui curaret eam. Cui Brigida dixit: Corporalem medicinam quærere nolo; ſed tamen quod tu vis faciemus. Factum eſt autem, dum Epiſcopus Mel & Brigida iter agerent ad quærendum medicum, cecidit S. Brigida de curru ſuo in vado cuiuſdam fluminis, & vulneratum eſt caput eius lapide, & ſanguis vehementer fluebat..... Accidit autem poſt hæc, vt ille medicus, quem quærebant, occurreret eis in viâ. Qui cùm manu tetigiſſet caput Virginis, dixit: O Virgo, medicus caput tuum ſanauit, qui multò melior me eſt: nullum locum inuenit, ex quo effunderet ſanguinem. Illum medicum ſemper quære, qui poteſt morbum ex te repellere. Tunc Epiſcopus ad eam dixit: Nequaquàm iterum hortabor te, medicum quærere temporalem.

ſed in viâ, miſſo ſanguine ſanatur,

nec deinceps medico eget.

B

ducunt eam Mel & Melchus Ardachadæ:

14 Poſt hæc autem Epiſcopi ſancti Mel & Melchu cum S. Brigidâ perrexerunt in campum Tehtfe, quia illi Epiſcopi monaſterium grande ibi habuerunt. Cumque Sancta cum ſuis ibidem moraretur, quadam die Rex Tehtfe haud procul ab eis fuit in conuiuio; & ruſticus quidam acceſſit, vt tolleret de menſâ Regis vas quoddam prætioſum, facturæ mirabilis, & materiæ prætioſæ: & hoc vas apud veteres vocabatur Septiformis calix. Illud autem vas cecidit de manu ruſtici, & confractum eſt. Tunc iratus Rex iuſſit eum alligari vt occideretur. Hoc audiens Epiſcopus Mel, perrexit vt rogaret pro miſero. Sed Rex non dimiſit eum. Tunc Mel portans fragmenta vaſis confracti, venit ad S. Brigidam; & illa rogauit Deum, & reſtauratum eſt vas, & redintegratum eſt, & miſer liberatus eſt.

Mel pro reo intercedit, fruſtrà; quem Brigida miraculo liberat:

ducunt eam ad S. Patricium.

15 *Ibidem cap.* 5 *nu.* 34. Tunc ſancti Epiſcopi Mel & Melchu ad S. Brigidam dixerunt: Vis vt nobiſcum pergas in Campum Breg, ad S. Patricium ſalutandum? Brigida reſpondit: Ego volo ipſum alloqui, vt benedicat me. Tunc perrexerunt in viam ſancti Epiſcopi & Brigida. Subrogauit eos quidam Clericus, habens multam familiam & vaccas & currus & onera multa, cùm irent in campum Breg: ſed nolebant Epiſcopi, ne tardaret iter eorum de multitudine pecorum eorum & onerum. Dixitque ad eos Brigida: Ite ante nos. Nam & ego remanebo, & compatiar iſtis, *&c. Porrò illi ad Concilium properabant, vt ex ſequentibus patet, vbi tauſſa* S. Broni *Epiſcopi agitata.*

C

Mel acta S. Patricij ſcribit, adhuc viuentis:

16 *Idem* S. Mel *geſta S. Patricij auunculi ſui mandauit litteris. Ita Iocelinus cap.* 186 *apud Colganum, & citatur ab Vſſerio cap.* 27 *pag.* 816. De his quæ mirificè geſſit in mundo, libelli vel tractatus referuntur conſcripti ſexaginta ſex numero; quorum pars plurima principantibus Gurmundo & Turgeſio conſumpta periit incendio. Quatuor tamen codices de virtutibus & miraculis eius, partim Latinè & partim Hibernicè conſcripti reperiuntur: quos diuerſis temporibus quatuor diſcipuli eius, videlicet B. Benignus ſucceſſor illius, & S. Mel Epiſcopus, & S. Lumanus Pontifex nepos eius, & S. Patricius filiolus eius, qui poſt deceſſum patrui ſui Britanniam remeans in fata deceſſit, & in Glaſconienſi eccleſiâ ſepultus eſt honorificè, conſcripſiſſe referuntur. *Melem citat idem Iocelinus cap.* 3. Sufficiat ergo miraculum memorâſſe, *inquit*, quod S. Mel Epiſcopus teſtatur ſe ſæpius conſpexiſſe.

moritur S. Mel an. 488.

17 *Videtur autem Patricij adhuc ſuperſtitis Acta* Mel *ſcripſiſſe, ſi verum eſt, quod habet Vſſerius in Indice chronologico ad annum* CCCCLXXXVIII. Hoc anno, vt Vltonienſes Annales indicant, mortem obiit S. Mel, primus Ardachadenſium Epiſcopus. *At Patricius anno denum* CCCCXCIII *deceſſit.* S. Melchum *Mele mortuo veriſimile eſt Sedem Ardachadenſem ſuſcepiſſe: ſed nihil de eo deinceps reperimus.* D

§ III *S. Munis Ep. Fornagienſis.*

18 *Melis Melchiq; ſater* Munis *& ipſe Darerice Coniſq; filius, cum germanis ſuis (vt* § 1 *dictum eſt) S. Patricium auunculum in Hiberniam comitatus, ei diutiſſimè adhæſit. De eo auctor Vitæ tripartitæ S. Patricij lib.* 2 *cap.* 23. Poſtquàm in Hibernià appuliſſent, S. Munis reliquit baculum ſuum, cuidam arbuſto innixum, in loco in quo meram traxerunt: nec eius fuit recordatus, donec ad locum remotum peruenerint. Ibi autem coram ſancto Antiſtite conqueritur ſe baculum amiſiſſe. Patricius autem ſuauiter eum admonens, vt in Domino confidat, ait baculum eſſe ſerui Dei, ſeruorum ſuorum neceſſitatibus potentis & (quando expedit) ſemper volentis ſuccurrere. Sermones autem tales vix finiunt, cùm ecce baculum ſuper alio arbuſto iacentem & præſentem conſpiciunt. Tunc etiam ſanctus Antiſtes ait: Baculos commutemus; ego tuum habeam, & tu teneas meum. Et ita factum eſt. Et baculus ille inter reliquias, quæ Fornagiæ apud S. Munem aſſeruantur, recenſetur.

S. Munis comes S. Patricij,

baculum amiſſum

proculinde, eius meritis, recuperat,

& cum eius baculo commutat: mittitur ab eo Romam

E

19 Cũ eſſet S. Patricius in monte de Cruachanaigle, cuiuſdam conſultationis gratiâ deſtinauit S. Munim ad Romani Antiſtitis præſentiam, qui & ſacras dedit ei reliquias. *Contigiſſe dicitur ea legatio* XXX *annis antequàm naſceretur S. Keranus artificis filius: hic autem natus eſt an.* ID XVI, *vti in Indice Chronologico tradit Vſſerius, & nos ad eius Vitam* IX *vel* XXIX *Septembris dicemus: ergo anno* CCCCLXXXVI *vel* CCCCLXXXV, *Romam profectus eſt* Munis, *cùm S. Felix* III *Eccleſiæ præeſſet. In Vita tamen* Kierani, *quam habemus imperitè & negligenter ſcriptam, neque leproſi (vt hîc mox) neque reliquiarum mentio fit, & dicitur annus* L *priuſquàm naſceretur, à S. Patricio prædictus: vnde conſequens eſſet, hæc anno* CCCCLXVI *eſſe geſta, cùm Romæ ſederet St Hilarus.*

an. 486 vel 466

20 *Dum in itinere eſſet* Munis, *obiit in Hibernià leproſus quidam, S. Patricij alumnus, cuius ſanctitas* Muni *reduci cæleſtibus oſtentis declarata eſt. Mortem eam breuiter auctor Vitæ tripartitæ S. Patricij lib.* 2 *cap.* 24 *ita perſtringit:* Contigit aliqua occaſio, ob quam S. Patricius in regione Vmhall exiſtens, eiuſque leproſus fuerint ab inuicem ſeparati. Leproſus autem ſe contulit ad locum in quo Cluainmhucnoiſia eſt hodie. Ibi reperit arborem quamdam concauatam, duoque eius brachia ex vnâ radice versùs Orientem proteſa: inter quæ & ipſe ſedem ſibi fixit. Cùm ibi eſſet, venit ad eum quidam, à quo petiit an eſſet Chriſti fidelis. Qui & reſpondit, ſe Chriſtianum eſſe. Tunc ab eo humiliter petiit leproſus, quatenùs è vicinis iuncis faſciculum radicitus euulſum; & in vaſe mundo hauſtum de aquâ, ibidem mox erumpente, vellet ſibi adferre: Ille iuſſa exequitur. Denuò leproſus petit, quatenùs velit adferre inſtrumenta fodiendi terram, vt ſuum corpus ibi ſepeliat: quod & alter deuotè fecit. Et leproſus ille eſt primus, qui ſub humo Cluanenſi ſepultus eſt.

interea leproſus

F

in Cluanmicnois moritur,

21 *Iocelinus cap.* 113 *ſeceſſus à S. Patricio cauſſam, & vt corpus exangue à leprâ emundatum ſit, ita narrat:* S. Patricius, ſanctâ conſuetudine ductus, quemdam leproſum ſecum detinebat, cui cum magnâ deuotione cuncta pro Chriſto neceſſaria miniſtrabat, vlcera manibus propriis lauit, vtrumque ipſius hominem quemlibet cibo competenti, reficere conſueuit. Leproſus enim corporali ſoſpitate penitùs perditâ, ſaluti animæ omnibus modis inuigilare ſtuduit, orationi iugiter incumbere, in omnibus agere ſemper Deo gratias. Cùm autem lepræ ſqualore ſucciſus, fœtorem commanentibus ingereret; timuit ne ceteris eſſet horrori, ac clam & humiliter à conſortio ceterorum ſeceſſit, & in quadam arbore

diu à S. Patricio alitus.

vir ſanctus;

A arbore concauâ, fortuitò inuentâ, ſolitarius ſecum habitauit. *ac paullò poſt* : Ad petentis igitur, vel potiùs adiurantis, vocem pergens ad locum homo, iuncum exſtirpauit, & confeſtim perſpicuus fons erupit : faſcem autem de iunco ad leproſum attulit, & de noui fontis ſcaturigine quòd accidit, retulit. Ille gratias & laudes Deo reddidit, deindè homini dixit : Noueris, frater cariſſime, quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus huc te adduxit, vt in fontis illius aquâ corpus meum abluas, & in eo loco ſepelias. His dictis, oculos ac manus in cælum leuans, expirauit : corpuſque illius præfatus vir in fonte diluit : nullumque lepræ veſtigium in eo videns, ſed ſuauiſſimum repertum ibidem ſepulturæ tradidit & diſceſſit.

cuius meritis elicito fonte

corpus eius ablutum à lepra mundatur,

22 *Pergit idem Iocelinus* : Euolutis aliquantis diebus S. Munis, multarum reliquiarum Sanctorum deuotus baiulus, de Româ reuertebatur, & neceſſitate coactus in loco prædicto de nocte morabatur. Sub noctis autem ſilentio vidit lucem magnam circumfundere locum iſtum, & Angelos pſallentes audiuit excubias agere vſque manè circa tumulati ſepulchrum. Hæc omnia narrauit ille S. Patricio, dicens ſe velle amouere corpus illud ſanctum à loco illo deſerto. S. Patricius prohibuit hoc fieri, prædicens ibidem habitaturum quemdam filium vitæ, nondum natum, Kieranum nomine,

& ab Angelis noctu honoratur:

volentem id auferre S. Munæ,

B qui locum illum repleret præclaro Sanctorum examine, & corpus illud ſanctum multo ſublimaret honore. Quod enim prædixit, proceſſu temporis euenit. Eſt enim locus ille inter Mediam & Connactiam, in quo ſita eſt ciuitas Cluanenſis, in quâ habetur hodie Sedes Epiſcopalis.

iubet S. Patricius S. Kieranо nondum nato relinqui ;

23 *Aliud prodigium memorat auctor Vitæ tripartitæ lib. 2 cap. 25 quod ad locum illum* Cluain-mic-nois *S. Muni contigit. Nam iſthic pernoctaturus*, depoſuit ſuam thecam cum incluſis reliquiis in viciniæ arboris concauo ſinu : quam & arbor ambiiſſe, obductâque cortice, omni cauitate abiectâ, vndique concluſa craſtino manè reperta eſt. Mirâ miraculi nouitate attoniti, ſecures aliaque ferramenta arripiunt, arborem diſcindere caſſo conantur labore. Et cùm fatigati nihil proficerent, quæ contigerunt S. Patricio referunt. Patricius ad eos ait : Eſt quidam filius vitæ, nondum natus, qui illis reliquiis indigebit, nempe S. Kieranus Fabri filius ; cui, Diuinæ prouidentiæ ſpeciali fauore, ita reſeruatæ ſunt, idcircò relinquendæ.

reti & reliquias Româ allatas,

ſed intra arborem nocte vnâ penitùs occluſas.

24 S. Munis memoratus (*inquit idem Iocelinus cap.* 114) de Româ reuerſus, ex itineris longi fatigatione faſtiditus vſum vlteriùs itinerandi, precabatur S. Patricium, vt ſicut fratribus ſuis, Eccleſias habentibus, requiem prouidit, ſic ſibi procuraret locum habitationis contemplationi congruum. Sanctus igitur Patricius illum, licet internæ quietis dilectorem, ſaluti tamen plurimorum profuturum ſciens, obtulit illi locum aptum & optimum, dicens : Ecce collis, ecce vallis ; ædifica & inhabita, vbi gratius videatur oculis tuis. Illud autem ſcito, quòd ſi in valle habitaueris, plures ad Dominum animas producere poſſis : ſi autem in colle manſeris, pauciores acquires, ob vanitates & amœnitates oculis obiiciendas, & alias cauſſas eâſuſque complures. Præmonitus & præmunitus Munis à Spiritu ſancto, reſpondiſſe fertur S. Patricio : Non conqueror de colle ſeu de valle, ſed de ſtagno proximo ; quoniam inibi regalis exiſtat habitatio. Crebra namque aulicorum aliorumque ſecularium frequentatio fiet mihi moleſta, mentiſque meæ ſabbato ingeret impedimenta. Confirmans illum S. Patricius, aſſerunt facile fore Deo, huic moleſtiæ mederi : recedenſque paullulùm, preces deuotas & efficaces effudit in conſpectu Dei. Nocte igitur ſequenti ſtagnum illud, cum habitaculis & habitatis in eo, tam remotè tranſtulit Dominus, vt nullam moleſtiam aut grauamen inde ſuſtineret ſeruus eius.

C

S. Munis, amore quietis,

monaſterium Fornagia ædificat,

ſtagno, precibus S. Patricij, Diuinâ vi ſubmoto:

25 Sanctus enim Munis manens illic eccleſiam exſtruxit, cui S. Patricius de reliquiis ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & aliorum Sanctorum perplurium, ac inſignia quædam ad Eccleſiaſticum miniſterium neceſſaria dedit. Ipſe poſteà, licet inuitus, virtutibus clareſcentibus, ad officij pontificalis promotus faſtigium, ſignis etiam cotuſcans multis, migrauit tandem ad Dominum. *Hæc ibi.* Eſt verò Fornagia, *ſiue, vt dicitur in Vitâ tripartitâ S. Patricij lib. 2 cap. 2.* Forgnuidhe, in regione Cuirene, in Boreali parte Midiæ, ad ripam Auſtralem fluminis Ethne.

Auctores I. B.

reliquias & ornamenta ei donat S. Patricius.

§ IV *S. Riocus Abbas Inisbouindenſis, & Epiſcopus.*

26 Q*Vartus ſanctorum horum fratrum fuit* S. Riocus, *qui in* Inisbouinde *colitur, ſiue in* inſulâ albæ vitulæ. *Duæ porrò erant eiuſdem nominis inſulæ apud Hibernos, vna* quæ ad Occidentalem plagam ab Hibernia procul ſecreta, *vt ſcribit Beda lib. 4 cap. 4 atque ex eo, Vſſerius pag. 825 & meminit Cambdenus in deſcriptione Comitatus* Galway : *altera in* Rigio, *ſiue* Regito, *lacu Sinei fluminis, inter Mediam & Conactiam. In illa monaſterium condidit S. Colmanus Lindisfarnenſis Ep. vti cap. citato Beda refert, ſed ducentu poſt Riocum annis. Huius tamen monaſterium in eadem inſulâ extitiſſe cenſet Vſſerius. Colganus in hos Rigienſi; quod longè veriſimilius eſt.*

Inisbouinde duplex, vbi ſita?

27 *Pauca de hoc ſancto viro tradita litteris reperimus. Vnum illud memorant, eximiâ præditum fuiſſe oris corporiſq; totius dignitate. Ita Iocelinus in Vitâ S. Patricij cap. 84.* Fuit quidam ex Hiberniæ Magnatibus, Eugenius vocabulo, qui diu prædicanti ſibi reſiſtebat Patricio : ſed verbi viui & efficacis ratione tandem circumſeptus & conſtrictus, ac ſignis irrefragabilibus conuictus, credidit, atque vitalis vndæ lauacro lotus in Chriſto renouari meruit. Erat idem diues & potens in regno, ſed vultu membrorumque habitudine cunctis deformior, qui fuerunt ſub eius conſtituti dominio. Hic multoties ſuper deformitate ſuâ S. Patricio conqueſtus, precabatur illum, vt precum ſuarum obtentu, ſuæ larualis faciei horrorem exterminaret ; vt ſic Dei ſui omnipotentiam, in quem omnis populus credit, experiri poſſet. Quadam vice S. Patricius precibus pulſatus hominis, de ſeipſo ſic verecundati & confuſi, ſciſcitabatur ab eo, cui in formâ optaret aſſimilari. Ille verò circumſpectis cunctis in circuitu poſitis, præelegit ſpeciem Riochi Eccleſiaſtici, cuſtodis codicum S. Patricij. Erat ipſe natione Brito, gradu tunc Diaconus, ſancti Præſulis conſanguineus, ſpecioſus formâ præ filiis hominum in finibus illis degentium. Erat nihilominùs homo vitæ ſanctiſſimæ, vt dicere poſſet illud Pſalmiſtæ ex ſententiâ : Domine, in virtute tuâ prælitiſti decori meo virtutem, Sanctus verò Patricius fecit eos in vno lecto ſub vno amictu ſomnum capere : ſtanſque ſuper eos leuauit puras manus in oratione. Res mira & valdè inuſitata. Cùm excuſſo ſopore à ſtrato ſurrexiſſent, nulla in vtriuſque vultu apparuit diſtantia ; diſcreuit illos tantummodò tonſura. Cunctos ergo hoc agnoſcentes admiratio percuſſit : ſed hoc in ſe ſignum experti copioſior lætitia pectus perfudit.

E

Eugenius, Nelli filius deformis,

S. Riocо formoſiſſimo,

Pſal. 29. 8

precibus S. Patricij, ſimilis efficitur,

28 *Idem in 4 Vitâ S. Patricij apud Colganum cap. 71, & in Vitâ tripartitâ lib. 2 cap. 116 narratur, ac ſimul quâ ratione idem Eugenius, S. Patricij benedictione, longiorem corporis ſtaturam adeptus ſit. Erat autem tunc ætate prouectus Eugenius hic Nelli filius, quippe multorum iam liberorum parens, e quibus Mitrédachius ei ſucceſſor fuerat, vt Chriſti fidem complecteretur, vt in citatâ tripartitâ Vitâ lib. 2 cap. 114 narratur. S. Patricius autem adeo ei erat familiaris, vt Conallo Endæ Cromij filio, Amalgadij Regis Connactiæ nepoti, Ængusij patrui ſui fraude aditu aulæ Temorienſis excluſo, ne patris cauſſam agere coram Laogario Rege & Eugenio, aduersus regni competitores poſſet, ita vir ſanctus præſcripſerit* : Ingredere nunc ianuis apertis, ad Eugenium filium Nelli,

& altior,

S. Patricio admodùm familiaris.

A amicum meum fidelem, qui te adiuuabit: capiesque occultè annularem eius digitum, quod signum est inter nos semper. Eugenius autem hæc aduertens, petiit quid placeat S. Patricio. *Ita lib. 2 Vitæ tripartitæ cap.* 78. D *At de S. Rioco nihil aliud comperimus.*

DE S. VEDASTO

EPISCOPO ATREBATENSI IN BELGICA II,

G. H.

Commentarius præuius.

§ I Episcopatus Atrebatensis & Cameracensis quondam vniti. An alij istic ante S. Vedastum Episcopi?

CIRCA ANNVM DXL. VI FEBR. *In Belgicâ II Atrebatum*

1 ATrebates, Πτολεμαίῳ Ατρεβάτων, *quibusdam* Atrabates *&* Atrauates, *notissimi Belgicæ secundæ populi; quibus quondam caput fuit* Nemetocenna, *seu* Nemetocerna, *deinde* Nemetacum *&* Nimetacum, *dictum: quo postea abolito nomine, ab ipso populo,* Ciuitas Atrebatum, *vel* Atrebatta *appellata est. Ptolemæus* Atrebatiorum caput *censuit* Origiacum, *quod alteri eius ferè tractus oppido, vulgò* Orchies, *videri potest nomen adhæsisse. Cùm deindè, seu Romano imperio inclinante, seu potiùs sub primis Francorum Regibus, per Gallias imperio potitis, regiones in varios pagos distinguerentur, hæc vrbs Atrebatum pago* Adertiso, *aut* Adarteso, *inclusa: vnde incolæ* Adàrtesij, *&* Artesij *dicti sunt: estq; etiamnum inter Belgicas prouincias celebris Comitatus* Artesia, *latè per Morinos extensa. Quà Atrebatibus Neruij contigui erant, horum extat præclara vrbs Cameracum, antiquo etiamnum nomine*

B

& Cameracum, Sedes Episcopales olim vniti. *appellatum. Vtrique vrbi iidem diu fuerunt Episcopi vsque ad annum Christi* CIↃXCIV, *quo proprius Ecclesiæ Atrebatensi datus est Antistes. An vtrique præfuerit S. Vedastus, infrà inquiremus. Vtriusque Chronicon conscripsit Baldericus, dein Nouiomensis Episcopus, antè à secretis Gerardo* I, *Lietberto & Gerardo* II, *vltimis vnitæ adhuc Sedis vtriusque Episcopis. Præfatur hic auctor, illud à se Chronicon contextum esse* ex Annalibus atque historiis Patrum, seu etiam ex gestis Regum, sed & ex chartis quoque, quæ adhuc in archiuo ipsius Ecclesiæ sunt: *nec vllum reperisse se ostendit harum vrbium Episcopum, aliumue diuini verbi præconem, S. Vedasto, de quo hîc agimus, antiquiorem. Nam, vt inquit lib.* I *cap.* 5, primos earum Ecclesiarum Patres quædam vetustatis obscuritas à nostrâ secluſit memoriâ, imò ea, quæ peccatis exigentibus Galliarum Ecclesias Paganorum persecutio subuertit: quæ adeò in Christianorum populum efferbuisse legitur, vt Christiani, qui eâ tempestate fuerant, per latibula Diuina celebrarent mysteria. *Hac Baldericus.*

C

Sub Romanis non fuit istic Episcopus Sagericus. 2 *Inter hos Patres primos alij statuunt* Sagericum. *seu* Gangericum, *&* Diogenem, *seu* Giogenem, *Episcopos. Liber Chronicarum cum imaginibus anno* MCCCCXCIII *Nurimbergæ excusus, refert folio* CVII sub Traiano floruisse Irenæum Episcopum Lugdunensem, Lucianum Bellouacensem, discipulum B. Petri, Santinum Episcopum Meldensem discipulum Dionysij, Taurinum Episcopum Eboracensem, (*imò Ebroicensem*) Sagericum Episcopum Cameracensem discipulum Dionysij; *& alios. Centuriatores Magdenburgenses centuriâ* 2, *cap.* 10; *inter Gallicanos Doctores relatis fere eisdem Episcopis,* Taurinum *eodem errore* Eboracensem Episcopum *statuunt, eiq; iungunt* Gangericum, *quem illius* fratrem *faciunt,* Episcopum Cameracensem, cùm antè fuisset discipulus Dionysij. *Coluntur die* XI *Augusti &* S. Taurinus Episcopus Ebroicensis, *&* S. Gaugericus Episcopus Cameracensis, *quos illi antiquitatis Ecclesiasticæ perturbatores, coniunxerunt tamquàm fratres & simul Episcopos ordinatos, cùm pluribus seculis inuicem distent. Nam* S. Gaugericum Clerus, populusque Cameracensis à Childeberto Re-

qui S. Gaugerius est.

ge Austrasiorum sibi ordinari postulauit; *quorum* votis confestim voluit Rex satisfieri missis ad Ægidium Remensem litteris. *vt Acta illius docent.* Cœpit *autem dictus* Childebertus regnare vix lustro ætatis vno peracto, *vt tradit Gregorius Turonensis lib. 5 histor. Franc. cap.* 1, die Dominici natalis, *anni* DLXXV; *vitâ functus, anno* ID-XCVI. *At verò memorato Ægidio, iussu Childeberti anno regni eius* XV, *Christi* IↃXC, *in exilium pulso, ordinatus est Remensis Episcopus Romulfus, vt idem Gregorius refert lib.* 10, *cap.* 19. *De S. Irenæo suprà memorato, qui sub initium seculi* B *tertij martyrij palmam adeptus est, agemus* XXVIII *Iunij: & de S. Sanctino* XXII *Septemb. De S. Luciano Bellouacensi egimus* VIII *Ianuarij; vbi plura de tempore martyrij eius atque aliorum Galliæ Apostolorum: pleniùs rursum acturi ad Vitam S. Dionysij* IX *Octobris.*

Christiani fuerunt hi populi sub Romanis, 3 *Non defuisse interim arbitramur viros Apostolicos, qui in ditionibus Atrebatensi & Cameracensi, etiam cùm Gentiles Imperatores dominarentur, fidem Christi plantarint, quandoquidem Morinis & Ambianis, inter quos medij erant Atrebates, Christum prædicauerint SS. Fuscianus & Victoricus, postmodùm apud Ambianos* XI *Decembris martyrio coronatis quo etiam tempore SS. Piatus, Eubertus & Chrysolius, in ditionem versùs Lisam fluuium sitas, Christi nomen atque Euangelium intulerunt: estq; Chrysolius sepultus Cominij, Piatus & Eubertus Siclinij. Postquàm verò fides Christi sub Christianis Imperatoribus florere cœpit, tum Notitia Prouinciarum & Ciuitatum Galliæ ordinata est, iuxtà quam in Prouinciâ Belgicâ secundâ, sub* Metropoli ciuitate Remorum, *leguntur* Ciuitas Atrabatum, *&* Ciuitas Camaracensium. *Sed ea Notitia ciuilis potiùs à viris quibusdâ eruditis censetur quàm Ecclesiastica: Baldericus lib.* I *ca.* 7 *eam Notitiâ S. Dionysio Papæ attribuit, & Ecclesiasticam credidit, quâ Sedes Episcopales indicentur.* *potissimum Imperatoribus Christianis*

4 *Interea* Wandali & Alani *secundùm Prosperi Chronicon,* Arcadio VI & Probo Coss. *anno Christi* CDVI, Gallias traiecto Rheno pridie Kalendas Ianuarias ingressi: *à quibus aliisq; barbaris, vt deplorat S. Hieronymus in Epistolâ* XI *ad Ageruchiam viduam,* Moguntiacum, nobilis quondam ciuitas capta atque subuersa est, & in ecclesiâ multa hominum millia trucidata. Vangiones longâ obsidione deleti: Remorum vrbs præpotens, Ambiani, Atrebates, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetes, Argentoratus, Aquitania, Nouemque populania, Lugdunensis & Narbonensis prouincia, præter paucas vrbes populata sunt cuncta: *idque annis potissimùm* CDVII *& sequenti. Nam* Honorio VIII *&* Theodosio III Coss. *anno* CDIX, *secundùm idem Prosperi Chronicon,* Wandali Hispanias occupauerunt: *Wandalis hisce iungit Idatius* Alanos *&* Sueuos. *Hac incursione barbarorum S. Nicasium Remensem Episcopum, cum Eutropiâ sorore aliisq; Christianis, à Wandalis interfectum esse tradit Flodoardus lib.* I *historiæ Remensis cap.* 6. *Verùm quòd asserat cum eo* inter Episcopos in Galliis renituisse glonosos viros beatissimum Aurelianensium Pontificem Anianum, Sanctum quoque Lupum Trecassinum, & B. Seruatium Tungrensem, aliosque nonnullos virtutibus insignes; *videri potest vixisse S. Nicasius ad Hunnorum inundationem, vt in eius Actis legitur, quod accuratiùs inquiretur ad dictorum Episcoporum natalem S. Nicasij* XIV *Decembris, S. Aniani* XVII *Nouemb. S. Lupi* XXIX *Iulij quibus S. Seruatius malè iungitur, multò antè vitâ functus.* XIII *Maij. In posteriore illâ persecutione, vt infrà in Actis num.* *passi persecutionem à Vvandalis,* F *& ab Hunnis anno* 450.

A num. 14 *dicitur*, Hunnorum, Rex Attila vrbem Atrebatum ferro vaſtauit & igne, & circa altaria altiſſimi Regis ſanguinem ſeruorum Dei effudit *&c. Anno hæc Chriſti contigerunt circiter* CDL. *Cæſis anno ſequenti Hunnis Franci deinceps ſub Meroueo & Childerico ſuum in hiſce regionibus ſtabiliuerunt regnum, ſub quibus adhuc Paganis nequiuerunt Chriſtiani ad florentem religionis cultum redire: atque ita prædictorum* Atrebatenſium Martyrum geſta, *imò & nomina* à noſtrâ memoriâ (*vt Baldericus ingemiſcit*) vetuſtas obſcura ſecluſit.

§ *Vnus ab recentioribus profertur* Diogenes, *in aliquâ Barbarorum irruptione occiſus. Primus, quem reperimus eius meminiſſe, eſt Chriſtianus Maſſæus, qui anno* CIↃIↃIX *à Iacobo Crojo Epiſcopo Cameracum euocatus, ibidem ſcholis publicis ad iuuentutem erudiendam præfuit. Hic in Chronico mundi à ſe conſcripto adnotat lib.* 13 *ad annum* IↃCXV *inter* Epiſcopos Cameracenſes, *quorum catalogum interſerit*, primum omnium eorum, qui memoriæ traditi ſunt, fuiſſe Diogenem, Martyrem Wandalorum temporibus. *Extat eiuſdem nomen in Gallico MS. catalogo Epiſcoporum Cameracenſium vſque ad dictum Iacobum Crojum, vt illius aut idem Maſſæus fuiſſe auctor videatur, aut certè alius ex eius Chronico illum excerpſiſſe. Ferreolus Locrius, ad S. Nicolaum apud Atrebates Parochus in ſuo Chronico Belgico, ad annum* CIↃIↃC *perducto, tradit eumdem in* tabulas Eccleſiæ Cathedralis relatum, *his verbis:* Quidam Diogenes, natione Græcus, tempore Vandalicæ perſecutionis, quæ crudeliter graſſata eſt in regno, & in Eccleſiis eiuſdem regni Francorum, à Romano Pontifice in Galliam gratiâ prædicationis eſt directus, & à quodam temporis illius Remorum Archiepiſcopo Epiſcopus conſecratus. Hic primùm prædicauit Atrebati. *Sic illæ tabulæ, in quibus perperàm ſtatuitur* regnum Francorum tempore Vandalicæ perſecutionis *fuiſſe* in Galliâ, *quam Clodio, qui ab anno* CDXXVIII *ad annum* CDXLVIII *Francos rexit, primus ad Somonam vſque fluuium occupauit: contra quam incurſionem Atrebates defenſi videntur à Romani exercitus Ducibus Aëtio & Maioriano, à quibus* Francos apud vicum Helenam profligatos *fuiſſe tradit Sidonius Apollinaris carmine* V, *ſiue Panegyrico huic Maioriano dicto. Quis locus fuerit* Helena, *aliis* Hedena, *diſceptatur: quibuſdam* Lendium *eſt, quod oppidum* Lenenſe caſtrum *dixit Baldericus lib.* 2 *cap.* 22: *aliis* Houdaing *aut* Olhain *pagi: nonnullis* Heſdinum *oppidum. Ceterùm primâ Francorum irruptione Cameracum interceptum fuiſſe conſtans ſcriptorum conſenſus eſt: eam irruptionem refert Sigebertus ad annum* CDXLV.

An eorum Epiſcopus Diogenes,

natione Græcus,

Româ miſſus; at non ad Frãcos:

C 6 *Secundò, eaſdem tabulas, in quibus in Gallias dicitur* Diogenes tempore perſecutionis Wandalicæ directus, *quo S. Innocentius Papa Eccleſiam regebat, refutant idem Locrius, Raiſſius in Belgicâ Chriſtianâ, Coluenerius in Notis ad lib.* 1. *Balderici cap.* 5, *& alij dum Româ à Siricio Papâ anno* CCCXC *miſſum volunt. At Guilielmus Gazæus in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Belgij, miſſum tradit circa annũ* CCCLXVIII *aut* CCCLXX, *quo Eccleſiæ præerat S. Damaſus Papa. Tertiò, quod ſilent tabulæ prædictæ, martyrium ipſi adſcribunt omnes, & ferè* in Wandalicâ perſecutione: *addunt̃q;* S. Nicaſium Epiſcopum Remenſem; *à quo* Diogenem & Epiſcopum ordinatum, *&* ad Atrebates delegatum *ſcribit idem Locrius. Molanus ad* VI *Februarij in elogio S. Vedaſti ait* proditum eſſe, Diogenem, vel Giogenem, Atrebatum Epiſcopum martyrij coronam Hunnorum ferociâ percepiſſe. *In ſilentio Flodoardi, Balderici aliorum̃q; antiquorum, nihil certi de hoc Diogene pronuntiare poſſumus, veriti aliquam hîc confuſionem, quam antè in Sagerico vel Gangerico oſtendimus. Hunc tamen Sagericum Epiſcopum primum ſtatuit Franciſcus le Bar in ſuis collectionibus monaſticis MSS. tomo* 5, *par.* 2, *ac ſecundum ſubiungit* Diogenem. *Vtrumque recenſent ac* Sanctum *appellant Vinchantius lib.* 1 *Annalium Hannoniæ cap.* 22 *& Catullius in Tornaco Syntagmate* 2. *Coluenerius priorem reiicit, quem repererat* S. Siagrium *dictum in lib. MS. monaſterij Henniacenſis, &* ab S. Euariſto Papâ directum vrbi Cameracenſi Epiſcopum. At S. Diogenem *ait* conſtare ex traditione, *quam iam diſcuſſimus*, præfuiſſe Eccleſiæ Atrebatenſi. *Nos ſi aliquid certius nacti fuerimus, iterum de eo agemus* XIV *Decemb. quo die ad elogium S. Nicaſij addit Molanus*, quoſdam in eadem tempora referre Diogenem quemdam Epiſcopum & Martyrem Atrebatum. *Sigebertus* primum Atrebatenſium Epiſcopum *ſtatuit* S. Vedaſtum.

an tempore perſecutionis VVandalorum?

num ſub iis Martyr.

an ſub Hunnis?

AVCTORE G. H. D

§ II *Ætas SS. Remigij & Vedaſti, vtriuſque Epiſcopatus. Francorum ad fidem conuerſio.*

7 *FRancorum originem, ſedes, migrationes, & in varia regna diuiſionem, cum accuratâ epochâ temporum deduximus* 1 *Februarij ad Vitam S. Sigeberti, eorumdem Francorum ex primâ Merouingorum ſtirpe Regis; & in Diatribâ de Epiſcopis Traiectenſibus. Antequàm hi Franci Gallias occuparent, iam natus erat circa annum* CDXXXV, *futurus illorum Apoſtolus, S. Remigius: ordinatus deinde anno ætatis ſuæ* XXII *Remenſis Eccleſiæ Epiſcopus circa annum* CDLVII, *cùm alterum iam annum Francis imperaret Childericus, vitâ functus anno* CDLXXIX; *cui tum filius Chlodoueus ſubrogatus, primum regni annum numerat Chriſti* CDLXXX. *Natus iam pridem S. Vedaſtus, eo tempore in virum eximium euaſerat, de quo & S. Remigio, huiuſ̃q; fratre, ita ſcribit Sigebertus in Chronico ad annum* CDLXXXVI: Clarent in Galliis Remigius Remenſis, & Principius frater eius Sueſſionum Epiſcopus, & Vedaſtus pòſt Epiſcopus Atrebatenſis. *Hunc Richardus Waſſenburgius lib.* 2 *Antiquitatum Belgicarum, eumq; ſecutus Locrius ad annum Chriſti* CDLXXXVI, *aiunt fuiſſe* nepotem S. Firmini Epiſcopi Virdunenſis, *cui dies* IV *Maij ſacer eſt, quibus vt firmiter valeamus aſſentiri, vetuſtiora proferenda eſſent monumenta. Raſiſius in Belgicâ Chriſtianâ ſcribit eumdem* S. Vedaſtum *primùm* à S. Remigio fuiſſe conſecratum Epiſcopum Tullenſem; *quod prorſus improbamus. Erat Tullum in Belgicâ* 1 *ſub Metropoli Treuirenſi. Nec vlla Vedaſti mentio eſt in catalogis Epiſcoporum Tullenſium: atque infrà in Actis num.* 5 *dicitur* ſanctus Dei Sacerdos, & Prædicator Euangelicus, *qui nu.* 7 laudabili religione ſoli ſeruiebat Deo, & dulciſſimos contemplatiuæ vitæ carpebat fructus; *quiq; diu poſteà, vt mox dicemus*, ordinatus eſt Atrebatenſibus Epiſcopus. Conſecratus *quoque* Atrebatenſi Eccleſiæ Epiſcopus à S. Remigio *dicitur in antiquis Martyrologiis infrà citandis; non ergo Tullenſi. Interim* Rex Chlodoueus, *cùm anno* CDXCIV *victoriâ de Alamannis obtentâ rediret*, apud Tullum oppidum *eum* agnouit: *eoq;* ſocio itineris aſſumpto, *ad* S. Remigium *baptizandus properauit, quod feſto Natalis Chriſti factum eſſe docuimus* V *Februarij ad Vitam S. Auiti* § 4.

S. Remigius natus anno 435,

fit Epiſcopus anno 457:

E

cum eo floret S. Vedaſtus Sacerdos anno 486:

non fuit Epiſcopus Tullenſis

ducit Chlodouei baptizandum ad S. Remigium.

F

8 *S. Vedaſtus à Rege, cui admodùm carus erat, commendatus S. Remigio, ad Epiſcopatum Atrebatenſem promotus eſt, ſed quo tempore variant Auctores. Sigebertus, qui eum* ad annum CDLXXXVI clariſſe *dixerat, ſui non ſatis memor* ad annum DXXXI *ſcribit* primum Atrebatenſium Epiſcopum ordinatum à S. Remigio. *Eumdem annum aut præcedentem* DXXX *ſignant quàm plurimi auctores, Maſſæus lib.* 13 *Chronici, Meierus lib.* 1 *Annalium Flandriæ, Locrius, aliiq;. Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum, hoc* VI *Februarij, differt eius ordinationem ad annum Chriſti* DXLII. *Lectiones Breuiarij Atrebatenſis. cum Officiis propriis Feſtorum eiuſdem Eccleſiæ Duaci anno* CIↃIↃCXXXII *recuſæ, ſtatuunt* S. Vedaſtum ordinatum Epiſcopum, vbiq; Atrebatæ directum, cùm S. Remigius vices Hormiſdæ Papæ per regnum Francorum obtineret. *Quidquid ſit de hac Vicarij dignitate atque auctoritate S. Remigio conceſſâ, quam ſuſpectam habet Carolus à S. Paulo Epiſcopus Abrincenſis lib.* 5 *Geographiæ ſacræ num.* 12, *hoc certum nobis atque indubitatum eſt, ante Pontificis Hormiſdæ tempora ordinatum eſſe Epiſcopum S. Vedaſtum. Sedit S. Hormiſda à* XXVI *Iulij ann.* IↃXIV *vſque ad annum* IↃXXIII, *quo vita functus eſt* VI *Auguſti: vt rationes adferendæ multò magis oppugnent antè*

ordinatus Epiſcopus Atrebatenſis, non anno 531, ſi quis 530.

neque tempore Hormiſdæ Papæ, facti anno 514.

AVCTORA G.H. *nominatos auctores diu post S. Hormisdæ obitum eius consecrationem differentes.*

A *sed sub Rege Chlodoueo, defuncto anno 509,* 9 *Factus est aliquot annis antè Episcopus S. Vedastus, quàm è vitâ migraret Chlodouæus, defunctus anno* IↃIX, *die* XXVII *Nouembris, vt alibi accuratè probatum. Nam, vt in breuiore Vitâ legitur,* actum deinceps, *cùm diu Episcopus fuisset,* vt mortuo Chlodoueo, Chlotharius filius eius, in locum patris suffultus à Francis, regnaret, & egregiè regni regimina regeret *&c. Quæ Alcuinus in Vitâ repetit num.* 17, *vbi contiuio cum S. Vedasto dicitur adfuisse* Rex Chlotharius prædicti Regis Chlodouei filius, qui tunc temporis regni regebat sceptrum, *in tetrarchiâ scilicet fratrum, sede eius regiâ apud Sueßiones constitutâ. Ob hanc causſam recentiores plurimi Scriptores, anno proximo post baptismum Chlodouei inchoarunt Episcopatum S. Vedasti. Ita Buzelinus noster lib.* 1 *Annalium Gallo-Flandriæ refert in annum Christi* CDXCVI *& victoriam Chlodouei de Alemannis, & suscepto baptismo eius ad fidem Christi conuersionem, ac deinde in annum sequentem* CDXCVII *confert consecrationem S. Vedasti in Episcopum Atrebatensem. Coluenerius in scholiis ad Flodoardum lib.* 1. *cap.* 13 *baptismum Chlodoueo censet collatum anno* CDXCIX, *secutus Baronium; & in Catalogo Episcoporum Cameracensium & Atrebatensium, quem Balderico præfixit,*

non post baptismũ eius anno proximo,

B *aut secundo,* S. Vedastum *tradit* Episcopum factum circa annum quingentesimum. *Miræus in Chronico Belgico, relato baptismo Chlodouei in annum* CDXCVI, *biennio post statuit Episcopatum S. Vedasti, anno* CDXCVIII *ita scribens:* Sub hoc tempus S. Remigius Remorum Archiepiscopus religionem Christianam in Belgicâ restituit; Atrebatensibus & Cameracensibus S. Vedastum, Tornacensibus Theodorum, Morinensibus Antimundum, Episcopos dedit. *Hæc ibi. Nos plures etiam annos inter conuersionem Regis Chlodouei, & initium Episcopatus S. Vedasti interponendos arbitramur, quòd medio tempore, vt in Actis legitur num.* 10 *&* 11, moratus apud S. Remigium, *dicatur* vitæ meritis & virtutum claruisse exemplis, à multis visitatus ob celeberrimam sanctitatis famam, *ob eamq; latè* celebratam ordinatus Episcopus. *Quæ eadem habet Baldericus cap.* 7, *ac tandem addit S.* Vedastum cum B. Remigio *ita* detentum, fauente Rege Chlodoueo ordinatum esse Episcopum *&c. Requirimus ergo moram quinque circiter annorum interpositam, & qui baptismum Chlodouei referimus in finem anni* CDXCIV, *verosimilius ex anno obitus infrà assignando statuimus consecratum esse Episcopum circa annum quingentesimum: quem cum Coluenerio etiam amplectuntur Claudius Robertus in Galliâ Christianâ, Raissius in Belgicâ Christianâ, Miræus in Fastis Belgicis aliiq;.*

sed ferè sexto circa annũ 500:

C 10 *Baldericus vbi exposuit cap.* 7 *libri* 1, *quo Zelo S. Vedastus iam Episcopus ecclesiam Cathedralem, quam istic olim fuisse arbitratus est, in nouum sinceræ religionis vigorem renouarit, & cap.* 8 *quomodò circumiacentis prouinciæ populos à falso deorum cultu ad veram Christianæ fidei notitiam perduxerit, subdit hæc eodem capite* 8: Huius temporibus habita Synodus Viennâ vrbe describitur; ad quam Galliarum Episcopi à B. Mamerto conuocati, penè omnes conuenerunt: vbi & ipsi B. Remigium, vtpote diuinis eloquiis eruditissimum, & præstantioris gratiæ priuilegio facundissimum, venire petierunt. At vir sanctus senio grauis, cum corporis imbecillitate detineretur, beatum illuc Vedastum vicariæ sollicitudinis cooperarium direxit: *vbi* Episcopi communi consilio decreuerunt seruari ieiunium, quod triduò ante Ascensionem Domini vsque nunc per omnes Galliarum Ecclesias agitur. *Hæc Baldericus, nescimus quâ in errorem eum occasione abductus. Quæ etiam ex Tabulis Ecclesiæ Vedastinæ refert Locrius ad annum* DXXX. *De S. Mamerto nonnulla disputauimus ad Vitam S. Auiti Episcopi Viennensis* V *Februarij* § 1, *qui eum habuerat in sacro baptismo patrinum, eiq; post S. Isichium patrem suum in Episcopatu successerat: ibiq; diximus S. Mamertum Episcopum circa annos* CCCCLX *&* CCCCLXX *floruisse. Reliqua accuratiùs discutiemus* XI *Maij ad eius Vitam. Ado Episcopus etiam Viennensis, cùm vno loco de Litaniis ab eo institutis egisset ante obitum S. Martini* (*quem* 1 *Februarij ostendimus conuenire in annum* CCCXCVII) *altero loco, relatâ ad fidem Christi conuersione Chlodouei, subdit:* Hoc tempore beatissimus Mamertus Viennensis Episcopus cladem imminentem lacrymis & precibus suis à Viennensium vrbe remouit . . . concepit animo Rogationes *&c. Quo tempore si aliqua Synodus habita fuisset, non incommodè à S. Remigio viro sexagenario, seu morbo, siue alijs negotijs maioris momenti ob Regem conuersum impedito, in eius locum Vedastus magnâ tum sanctitate celebris Sacerdos potuisset mitti. Verùm id non factum est in dictâ antè Synodo Viennensi, tum quòd non tantùm S. Mamerto, sed & S. Isichio mortuis, iam aliquot annis Ecclesiam eam rexerat S. Auitus, cuius litteras ad Chlodoueum Regem Christianam religionem amplexum, dedimus ad huius Vitam* § 4; *tum etiam quòd Vienna subiecta Regibus Burgundionum esset, à quibus, Arianæ hæresi addictis, non facilè fuisset permissum, vt Episcopi è regno Francorum aut Gothorum, qui reliquis Gallis imperabant, ad Synodum inuitarentur. Egimus ibidem* § 8 *de Synodo Epaonensi sub S. Sigismundo Rege Catholico celebratâ, ad quam nulli præter eius subditos fuerunt euocati. Quid si Synodus* 1 *Aurelianensis sub Chlodouico anno Christi* DVIII *aut sequente habita cum Viennensi à Balderico confundatur? Certè in eâ* Canon XXVII *præscribit,* Rogationes, id est, Litanias cùm triduano ieiunio ante Ascensionem Domini ab omnibus Ecclesiis celebrandas. *Ibi loco S. Remigij, & nomine suo potuit interfuisse S. Vedastus, cuius tamen nomen, quod catalogus mutilus sit, subscriptum non reperitur.*

sub Regibus Burgundionũ.

an fuerit in Synodo Aurelianensi

D E

11 Pars magna *interim* Francorum, *ait Flodoardus lib.* 1 *Historiæ Ecclesiæ Remensis cap.* 13, necdum ad fidem Christi conuersa, cum quodam Raganario Principe trans Somnam fluuium pòst aliquamdiu in infidelitate versata est, donec supernâ disponente gratiâ, præfato Rege Ludouico (*ita Chlodoueum appellat*) glorioſis potito victoriis, idem Raganarius, flagitiorum sectator ac turpitudinum, vinctus à Francis traditus est & interemptus, omnisque Francorum populus ad Christi fidem per B. Remigium conuertitur ac baptizatur. *Hæc Flodoardus, cuius historiâ recitatâ addit Baldericus lib.* 1 *cap.* 4, eos potiùs credi per B. Vedastum conuersos ac baptizatos. Numquàm enim, *ait,* S. Remigium in nostris partibus verbum Dei populo prædicasse audiuimus; sed ab illo & à Rege nouiter baptizato huic nostræ vrbi ad conuertendam gentem directum B. Vedastum cognouimus: quare illum huius negotij auctorem credimus. *Hæc Baldericus. Fuit autem* Ragnacharius, *secundùm Gregorium Turonensem lib.* 2 *Histor. Franc. cap.* 42, Rex apud Camaracum, propinquus Chlodouei: quo aliisque Regibus interfectis, Chlodoueus *paullo ante obitum* regnum suum per Gallias dilatauit. *Quo tempore potuit à S. Remigio Ecclesia Cameracensis S. Vedasto commendari: quî tamen de re silent auctores suo vtriusque viciniores. De Optimatibus sub Chlothario necdum ad Christum conuersis infrà agemus.*

An datus Episcopus Cameracensibus,

occiso Rege Ragnachario

F

§ III *Annus obitus SS. Remigij & Vedasti.*

12 *Mortuo Chlodoueo* XXVII *Nouembris anno Christi* DIX, *quatuor eius filij regnum inter se partiti sunt, quorum senior Theodericus in regno Metensi, quod posteà Austrasiorum dictum est, obtinuit Remos, & Cameracenses; Chlotharius verò apud Sueßiones sedem regiam habuit, & simul imperauit Atrebatibus: apud quos S. Vedastus suum Zelum sub eo exercuit. Anno horum Regum primo,* Christi DX, *scripsit epistolam S. Remigius ad tres Episcopos, Leonem, quantùm colligimus, Senonensem, Haraclium Parisiensem, & Theodosium Autißiodorensem, de Claudio Presbytero, in cuius causſâ spretum se ab illis fuisse conqueritur.* Præsidebat tum S. Remigius Sedi Episcopali, *vti de se testatur,* quinquaginta & tribus annis, *qui ab anno* CDLVII, *quo Episcopum diximus consecratum fuisse, ad hunc* DX *congruè numerantur, quando*

S. Remigius scribit epistolam ad 3 Episcopos anno 510, Episcopatus 53.

adfuncto sæculo 5,

A *quando poſt obitum Chlodouei has ſe litteras dare ſignificat, dum* Claudium *à ſe* Presbyterum factum *eſſe ait* præcellentiſſimi Regis teſtimonio, qui erat non ſolùm prædicator fidei Catholicæ, ſed defenſor; *vbi vocabulo* erat *illum tum obiiſſe innuit. Sirmondus eam Epiſtolam retulit inter Concilia Galliarum, ad annum Chriſti* DXXIII; *quo ſolùm intuitu Petauius parte* I *Rationarij temporum lib.* 6 *cap.* 19 *&* *lib.* 7 *cap.* 4, *&* *Miræus in Chronico Belgico ad annum* 535 *inferunt S. Remigium circa annum* CDLXXI *ad Epiſcopatum Remenſem promotum fuiſſe. Verùm eadem epiſtola legitur apud Andream du Cheſne tomo* I *Scriptorum Hiſtoriæ Francorum abſque vllâ anni à Sirmondo præpoſiti mentione; vt eum hic annum videatur elegiſſe, morti vtcumque modo vicinum. Præterea duo Epiſcopi, ad quos S. Remigius ſcripſit, Heraclius Pariſienſis, & Theodoſius Autiſſiodorenſis interfuerunt Synodo Aurelianenſi* I, *ſub Chlodoueo anno* DVIII *aut ſequente habitæ; cùm tamen ſecundùm tabulas Eccleſiæ Autiſſiodorenſis apud Baronium in Notis ad* XVII *Iulij, & Sauſſaium in Martyrologio Gallicano S. Theodoſius, qui eo die colitur,* VIII *tantùm annos, cum aliquot menſibus, illi Eccleſiæ præfuerit, nec potuerit vixiſſe vſque ad annum* IↃXXIII. *Imò ſi tempus illorum, qui viginti poſt S. Theodoſium annis eidem Autiſſiodorenſi Eccleſiæ præfuerunt Epiſcopi, diligenti tractatu examinetur, non videtur vltra annum* IↃX *diu ſuperfuiſſe. Nam qui ei ſubrogatus eſt S. Gregorius,* XII *annis & menſibus* VI *ibidem Epiſcopus ſedit, vt ex eiſdem credo tabulis, aſſerit* XIX *Decembris ad diem eius natalem Sauſſaius. Succeſſerunt deinde SS Optatus, & Droctoaldus ob illuſtria patrata facinora Celitibus adſcripti, vt ſingulis aliquot etiam anni ſint concedendi. Colitur S. Optatus* XXX *Nouembru, S. Droctoaldus* VIII *eiuſdem Nouembris. Et qui huic ſubrogatus eſt S. Eleutherius, (cui dies* XXVI *Auguſti ſacer eſt) interfuit Synodo Aurelianenſi* II, *anno Childeberti & fratrum Regum* XXIII; *Chriſti* IↃXXXI.

13 *His poſitis ae eiuſdem S. Remigij obitu facilius certi quid ſtabilitur. Hincmarus in eius Vitâ, & Flodoardus lib.* 1, *cap.* 16 *tradunt illum* curſum ſancti certaminis conſummaſſe, poſtquàm ſeptuaginta quatuor annos in Epiſcopatu Domino miniſtrauerat, nonageſimo ſexto ætatis ſuæ anno; *Chriſti aut* IↃXXIX, *aut, ſi eos completos ſumamus, & quòd* Idibus Ianuarij *ad cæleſtem coenam euolârit, anno potius* IↃXXX. *Annos eius Epiſcopatus confirmat Gregorius Turonenſis libro de Gloriâ Confeſſorum, cap.* 79, *aſſerens illum* ſeptuaginta & eò amplius annos expleuiſſe. *Eundem etiam Chriſti annum eius obitu illuſtrem colligimus ex eiuſdem Epitaphio ab Hincmaro poſito, in quo dicitur ſacri eius corporis Tranſlatio facta Kalendis Octobris anno* IↃCCCLII, *cum*

—ter centenus octauus tangeret annus,
Hic Iuſtus Domini quo petit aſtra poli:
Ter centum fuerant tres & dehi quater anni,
Quo vitæ Francos gurgite lauit ouans.

Vbi à calculo Hincmariano, vt ad rectam alibi ſtatutam Chronologiam deducatur, tollendi ſunt anni quindecim. Baptizatum diximus Chlodoueum anno Chriſti CDXCIV, *quod Hincmarus additis quindecim annis ſtatuit factum anno* IↃIX, *cui dum iungit annos in Epitaphio expreſſos* CCCXLIII, *efficit annum* IↃCCCLII, *quo ſacræ reliquiæ fuerunt tranſlatæ. Ita vice verſa ſi ab eo anno* IↃCCCLII *detrahantur* CCCVIII, *ſupererit annus* DXLIV, *cui aſcripſit obitum S. Remigij; ſi autem, vt clarè demonſtratum eſt fieri oportere, alij quindecim anni in calculo Hincmariano ſuperſtui etiam auferantur, dictus ante annus* IↃXXIX *ſupererit. Verùm quia menſis October ab Idibus Ianuarij ſequentis anni minùs diſtat, ad eum iudicamus obitum S. Remigij potiùs referendum, quem ſuprà ſtatuimus anni Chriſti* IↃXXX. *Præclarè hanc correctionem quindecim annorum contra Hincmarum confirmant S. Remigij ſucceſſores* S. Romanus, Flauianus, *&* Mappinius. *De S. Romano agimus* XXVIII *Februarij, eius Sedi aſſignantes triennium aut ſummum quadriennium, obitumq; eius referentes ad annum* IↃXXXIII, *aut ſequentem. Qui huic ſubrogatus eſt Flauius, interfuit Aruernenſi Synodo ſub Theodeberto Rege* V *Idus Nouemb. poſt Conſulatum Paulini iunioris habitæ, is eſt annus* IↃXXXV. *Aſt à Flauij ſucceſſore Mappinio miſſus*

Protadius Archidiaconus ſubſcripſit Aurelianenſi Concilio V, *anno Regis Childeberti* XXXVIII, *Chriſti* IↃXLVII.

14 *Quod S. Remigius condidit teſtamentum, cum reliquâ Vitâ daturi ſumus* I *Octobris, in quo nulla S. Vedaſti mentio eſt: illud ex duplici codice MS. erutum communicauimus Ioanni Iacobo Chiffletio; qui in diſquiſitione de Ampullâ Remenſi vulgauit cap.* 3. *Quod antè extabat apud Flodoardum lib.* I *cap.* 18, *Briſſonium lib.* 7 *de Formulis & ſolennibus populi Romani verbis, Miræum in Codice Donationum cap.* 1, *aliosq;, plurimis interpolatum eſt, cui ſecundus ſubſcripſit S. Vedaſtus his verbis:* Vedaſtus Epiſcopus, cui pater meus Remigius maledixit, maledixi; & cui benedixit, benedixi: interfui quoque, atque ſubſcripſi. *In eo teſtamento dotatur Eccleſia Atrebatenſis hac formulâ:* Eccleſiæ Atrebatenſi, cui Domino annuente Vedaſtum fratrem meum cariſſimum Epiſcopum conſecraui, ex dono iam dicti Principis villas duas in alimoniis Clericorum deputaui. Ortos videlicet & Sabucetum, quibus etiam pro memoriâ nominis mei ſolidos viginti dari iubeo. *Eſt autem* Ortos villa, *vulgò* Ourton, *pagus in meditullio Arteſiæ inter pagum* Houſdain *& oppidum* Pernes, *cuius eccleſia S. Vedaſto eſt dicata.* Villa verò Sabucetum, *vulgò* Souche, *pagus tertio lapide Atrebato diſtat, quâ Bethuniam abitur, haud procul à monaſterio Montis S. Eligij. Vtriuſque pagi decimas poſſident Canonici Atrebatenſes. Fortè aliâ particulari donatione hæc loca S. Vedaſto ſunt conceſſa. Quod huc facit, clarè inde demonſtratur, multùm à vero abeſſe eos, à quibus ſuprà diximus referri annum conſecrationis S. Vedaſti in Epiſcopum Atrebatenſem, aut* DXXX, *aut* DXXXI, *aut etiam* DXLII.

15 *His poſitis facilis via ſternitur ad deſignandum obitum S. Vedaſti; quem Acta infrà num.* 18 *docent* annis circiter quadraginta Eccleſiam Chriſti rexiſſe, *Epiſcopum ſcilicet* prædictæ vrbis Atrebatenſis, *vt addit Baldericus cap.* 9, *& omnes prorſus conſentiunt ſcriptores. Qui eadem Acta in Lectiones Eccleſiaſticas, ad Matutinum decantari ſolitas, atque in Breuiario Atrebatenſi excuſas, diſtribuit, dum Lectione quintâ diei* VI *intra octauam refert* S. Vedaſtum ſacroſancto Corporis & Sanguinis Chriſti confirmatum viatico, inter manus lacrymantium ſpiritum emiſiſſe, *vti in Actis repererat,* anno, *vltro addit* Dominicæ Incarnationis quingenteſimo ſeptuageſimo. *Quo eum etiam anno è vitâ migraſſe ſcribunt Baronius ad* VI *Februarij, ſtatuens Epiſcopum ſolum annos* XXVIII *fuiſſe; Maſſæus lib.* 13 *Chronici, Meyerus lib.* I *Annalium Flandriæ, Lotrius in Chronico Belgico, & paſſim alij, ſecuti chronicon Sigeberti, mirè, vt ſuprà notauimus, hîc confuſum: vtpote in quo traditur anno* CDLXXXVI *floruiſſe, anno* IↃXXXI *Epiſcopus Atrebatibus datus, atque anno* IↃLXX *vitâ functus, qui iuxta eam epocham, quamuis* XVI *anno ætatis diceretur cum SS. Remigio & Principio floruiſſe, quod nemo facilè admiſerit, tamen centum vitæ annos peregiſſet: cuius decrepitæ ſenectutis nulla vſpiam mentio eſt, vt miremur à tot illuſtribus Scriptoribus id non fuiſſe animaduerſum. Annos ergo illius Epiſcopatus* quadraginta *in Actis expreſſos, extendimus ab anno Chriſti circiter quingenteſimo, ad* IↃXL, *quo cum Coluenerio, Claudio Roberto, Arnoldo Raiſio aliiſq; eum è vitâ migraſſe iuxta calculum annorum hactenùs probatum ſtatuimus: eum annum infrà probaturi, dum narrabimus corpus eius à S. Autberto anno* IↃCLXVII *tranſlatum, & quidem poſt obitum eius* CXXVIII. *Buzelinus noſter vti Epiſcopatûm initum ſuprà tradidit anno* CDXCVII, *ita obitum refert ad annum* IↃXXXVII.

§ IV *Dies natalis S. Vedaſti ſacro cultu celebris.*

16 *Annum obitus S. Vedaſti apud auctores intricatum diſcuſſimus: dies, quo è vitâ migrauit, vnanimi omnium conſenſu aſſignatur* VIII *Idus Februarij: quo die ſacra eius memoria in omnibus ferè Eccleſiaſticis Faſtis celebratur. Antiquum Martyrologium MS. ſub Bedæ nomine, quod olim Centulenſis monaſterij S. Richarij, nunc Vedaſtini apud Atrebatis*

AVCTOR RE G. H.

D *Mappinius,* § 47.

An S. Vedaſtus ſubſcripſerit teſtamento S. Remigij.

an acceperit ab eo

villam Ortos,

& Sabucetum?

E

rexit Epiſcopatum 40 *annos:*

obiit non anno 570;

F

ſed anno circiter 540:

6 Februarij.

A S. Remigio obit anno 530,

13 Ianuarij,

pridem antè defuncto S. Theodoſio Epiſc. Autiſſiodorenſi, cui ſcribit:

huius ſucceſſores

SS. Gregorius,

B

Optatus, Droctoaldus,

& Eleutherius Epiſc. anno 531.

S. Remigius obit anno 530,

13 Ianuarij,

C

(error 15 annorum in Epitaphio)

ſuccedunt S. Romanus,

Flauius, Epiſcopus anno 535,

AVCTORES GH.

tes cœnobij, breuiter de more sic habet: Atrebas S. Vedasti Episcopi & Confessoris. *Beda excusus, Rabanus, Notkerus:* In Gallià, ciuitate Aderato, depositio S. Vedasti Episcopi & Confessoris. *Henricus Canisius ad Rabanum & Notkerum margini adscribit pro* Aderato *reponendum esse* Atrebato. *At quidni vrbs illa eo etiam appellata sit nomine, ac vulgarem Gallis dederit nomenclaturam, quâ eam solent* Arràs *nuncupare? Martyrologium MS. cœnobij Tornacensis S. Martini:* Eodem die Atrebato depositio S. Vedasti Episcopi & Confessoris. Hic, dum plurimorum miraculorum signis rutilaret, diuersis diuersas impertiens sanitates, gentem Francorum barbaricam, ad fidem paullatim vocauit Catholicam. *Eadem leguntur in Martyrologio MS. Latiensi, atque ex Martyrologio Ecclesiæ S. Vedasti referuntur in Natalibus Sanctorum Belgij à Molano editis: in his tamen,* Atrebatis, *vel* Atrebatâ ciuitate, *hæc* depositio *facta scribitur. Plura etiam ex sacris Fastis cœnobij Vedastini traduntur ab eodem Molano, his verbis:* Apud Atrebatam ciuitatem depositio B. Vedasti, qui Pontifex à S. Remigio Remorum Archiepiscopo consecratus, & ab eodem huic ciuitati, gratiâ Saluatoris ordinante, destinatus; per quadraginta annos Ecclesiam Dei verbo prædicationis & exemplo vitæ strenuè gubernauit. Ad cuius merita declaranda columna nitri splendoris è cælo super domum illius ægrotantis irradians obitum eius præsignauit. *Eadem leguntur in Martyrologio Romano Galesinij, Germanico Petri Canisij, & in Auctario Molani ad Vsuardum.*

A refertur in Martyrologiis, seorsim,

B

17 *Hoc eodem* VI *Februarij vitâ functus est sub finem seculi septimi alter Belgarum Doctor S. Amandus, de quo infrà agemus. Hunc & S. Vedastum plures sacri Fasti coniunxerunt. Martyrologium MS. monasterij S. Maximini prope Treuiros:* Eodem die Vedasti & Amandi. *MSS. Vltraiectinum Ecclesiæ S. Mariæ, & Treuirense S. Martini:* In Galliâ Vedasti & Amandi Episcoporum & Confessorum. *Eadem ferè traduntur in Appendice Adonis apud Rosweydum. Vsuardus MS. in vetustioribus codicibus:* Eodem die sanctorum Episcoporum Vedasti & Amandi, quorum & vita & mors plurimis extitit miraculis glorioſa; quorum prior Adartensium, sequens verò Traiectensium rexit Ecclesiam. *Posteriores loco* Adartensium *repositi* Vsuardus *Atrebatensium nomen, quo modo in Martyrologio Romano, apud Bellinum de Paduâ, & in plurimis MSS. ad vsum Ecclesiarum Belgicarum auctis legitur. Similia sunt in MSS. Martyrologiis Adonis monasteriorum Lobiensis & Leodiensis S. Laurentij, in Florario Sanctorum MS. apud Maurolycum, Constantium Felicium, alios, quorum nonnullos infrà referemus, cùm de S. Amando agemus. Fusiora elogia contexunt Saussaius in Martyrologio Gallicano, Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij, Miræus in Fastis Belgicis.*

& cum S. Amando Episcopo:

C

18 *Solenni etiam cultu, prohibitis operibus seruilibus, honorant hoc* VI *Februarij suum Patronum Atrebatenses, quem particulari officio per integram Octauam prosequitur Clerus. Nec huiusmodi cultus eius diœcesi intluditur: Bellioli Flandriæ Occidentalis oppido, inhibito etiam plebi opere seruili, honori S. Vedasti sacer hic* VI *Februarij hactenùs fuit dies. Pleraque etiam antiqua Belgij Breuiaria eius festum recolunt, aut seorsim, aut cum S. Amando: Ita Cameracense, Mechlinense, Brugense, Blandiniense in vrbe Gandensi, Leodiense, Vltraiectinum, Corisopitanum etiam in Britanniâ Armoricâ, & Sarisburiense in Angliâ. Appellatur autem Anglis Vedastus* S. Zawster: *vt in Martyrologio Sarisburiensi Richardi Wythfordi videre est. De variis aliis diebus S. Vedasto dicatis infrà agemus, cùm Translationes sacri eius corporis referemus. Celeberrima est S. Amandi memoria pluribus in locis ad* XXVI *Octobris, vt infrà ad eius Acta dicemus: quo diu de vtroque hæc leguntur apud Adonem:* Commemoratio agitur ipsâ die sanctorum Episcoporum Vedasti & Amandi, quorum vita & mors plurimis extitit miraculis glorioſa. *Vterque illo die refertur in Calendario Breuiarij Treuirensis MS. & Moguntini anno* CIↃIↃVII *editi.*

colitur festo publico:

& in variis Breuiariis:

refertur etiam 26 Octob.

D

§ V. Corpus S. Vedasti translatum à SS. Autberto & Audomaro. Horum obitus assignatus.

19 *Atrebatum vrbs duplex etiamnum est, intermedio nuper adhuc distincta muro, iam ad maiorem vtriusque partis securitatem deiecto. Huius altera, minor quidem, sed antiquissima est à S. Vedasto exculta, templo pulcherrimo, Deiparæ Virgini sacro, exornata, ac Sede Episcopali illustrata. Altera, eaq; præcipua, suam originem debet S. Vedasto, qui inibi ad ripam Crientionis fluuioli oratorium extruxit, in quo iuxta altare aut sepultus fuit, vt nonnulla MSS. Acta persuadent, aut certè sepeliri se voluit; licet postea suis obnixè poscentibus, passus sit se in basilicâ Cathedrali tumulari: vnde tamen postea est ad idem oratorium reportatus. Successit ei in episcopatum Dominicus; huic Vedulfus, qui Atrebato relicto Sedem Cameracum transtulit. Ambo passim Sancti habentur, sed quo die aut obierint, aut cultu sacro honorentur, necdum legimus. Licebit, ni verus natalis eruatur, de iis agere* XI *Augusti, quo Vedulfi successor Gaugericus colitur. Post Gaugericum sedcrunt Bertoaldus, seu Bertrandus, tum S. Ablebertus, siue Emebertus, qui & frater S. Gudilæ pro vno eodemq; habentur, cùm is potius fuisse videatur Hildebertus, quem præcesserunt post Emebertum SS. Autbertus & Vindicianus, vt ad illius Vitam* XV *Ianuarij diximus. Verùm, quia* à die depositionis S. Vedasti vsque ad tempus B. Autberti sex fuêre Episcopi, quibus ipse septimus ad Pontificij culmen successit: *vt infrà in Historiâ Translationis ex antiquis Actis S. Autberti desumptâ dicitur, videtur nomen alicuius Episcopi intercidisse; nisi, quod hactenùs nulli probatur, diuersus Ablebertus ab Emebertо statuatur. Coluntur S. Autbertus* XIII *Decembris, S. Vindicianus* XI *Martij, qui in Actis S. Maxellendis* XIII *Nouembris* octauus à S. Vedasto *habetur* Episcopus.

Atrebatũ duplex vrbs.

S. Vedasto succedit post alios sex Episcopos

E

S. Autbertus,

20 *Septimus ergo post depositionem S. Vedasti Episcopus Cameracensis Autbertus, corpus illius ex templo S. Mariæ extrà antiquam vrbem translatum, in oratorio à S. Vedasto extructo, in quo ab initio sibi sepulturam elegerat, solenni cum apparatu deposuit. Annus passim huic Translationi assignatur* IↃCLVIII, *ad quem hæc leguntur in Chronico Sigeberti:* Theodardo Episcopo martyrizato, S. Lambertus filius Apri Comitis Episcopatum Traiectensem illustrat gloriâ nobilitatis & gratiâ sanctitatis. *Hæc Sigebertus, cui a posteriore aliquo adiuncta vult Miræus sequentia:* Atrebatis dum corpus S. Vedasti transferretur ab Autberto Episcopo, præsentibus Lamberti Tungrensi, & Audomaro Taruanensi, aliisque sanctis Episcopis, Audomarus, qui præsenio cæcus erat, dum precibus præsentium Episcoporum & meritis S. Vedasti illuminatus esset, ægrè ferens se liberatum esse à cæcitate, quam pro salute suâ sibi à Deo immissam esse gaudebat, rursus ad votum suum excæcatus est. Obiit Ioannes Abbas Blandinienſis, cui successit Baudemundus. *Hæc siue à Sigeberto, siue ab interpolatore scripta magnam afferunt ἀτοπίαν, infrà ad Vitam S. Amandi accuratius emendandam: vbi demonstrabimus, primò S. Remaclum dicto anno* IↃCLVIII *præfuisse Traiectensibus Episcopum, sicuti & Blandinienſi monasterio S. Florbertum. Colitur hic Kalendis Nouembris, Remaclus* III *Septemb. Secundò S. Theodardum, qui S. Remaclo suffectus est anno* IↃCLX, *vixisse ad annum circiter* IↃCLXXVI, *illiq;* X *Septembris occisso successisse sub initium anni sequentis S. Lambertum. Tertiò S. Autbertum circa annum* IↃCLXXV, *longè antè quàm S. Lambertus consecraretur Episcopus, decessisse diximus etiam* I *Februarij ad Vitam S. Sigeberti num.* 53. *Hinc quartò inferimus S. Lambertum non interfuisse huic Translationi corporis S. Vedasti: quod ante Sigebertum eiusue interpolatorem non reperimus ab vllo scriptum fuisse; secuti illum plurimi, Massæus, Miræus, Locrius, ac prolixè Fisen lib.* 4 *Historiæ Leodiensis, num.* 4 *& 5 & cap.* 4 *Vitæ S. Lamberti inter Flores Ecclesiæ Leodiensis editæ. Colitur is* XVII *Septemb. Fortè huic elevationi interfuit S. Amandus, & dedicationi ecclesiæ Vedastinæ S. Lambertus, vt infrà dicetur.*

& corpus S. Vedasti transfert

cùm S. Audomaro,

F

non cum S. Lamberto, necdum Episcopo,

21 *In*

A 21 *In Hiſtoriâ miraculorum à S. Vedaſto diuerſis tempo-*
anno poſt obitū 118, *ribus patratorum num. 2 dicitur* beatum cadauer in eccle-
ſiâ beatæ Dei genitricis Mariæ iacuiſſe circiter centum
viginti & octo annos. *In Chronico Sigeberti ad an. 697*
apud Miræum ex Lipſiano MS. hæc leguntur: Tranſlatio S.
Vedaſti poſt annos obitus ſui CXXVIII. *Quos annos mox*
non an. Ch: 697. *oſtendemus optimè Chronologiæ noſtræ congruere. Malè Sige-*
bertus eiuſdē interpolator eos numerat ab anno DLXX, *ad*
DCXCVII, *ſed priore mendo admiſſo in obitu eius aſſignando,*
alterum neceſſariò conſequebatur. Locrius in Chronico Belgico
decem hinc ſuſtulit, aitq; annos circiter CXVIII *legi in ta-*
bulis Eccleſiæ Atrebatenſis, quas § 1, *cùm de Diogenè ageremus,*
oſtendimus correctione ſæpiùs indigere. Ex illis Locrius in-
fert Tranſlationem corporis S. Vedaſti anno IↃCLXXXVII *factam fuiſſe:*
aſſignato antè obitu eiuſdem ad annum DLXX, *productis itidem*
tabulis Atrebatenſibus firmatum; veritus præterea vt ad annum
vſque IↃCXCVII *in Sigeberti Chronico notatum viuerint SS. Autbertus*
& Audomarus, è quibus illum tradit obiiſſe anno IↃCXC, *iſtum verò*
IↃCXCV;
neq; 687. *vtrumque poſt* IↃCLXXXVII, *cui anno ipſe eam Tranſlatio-*
nem aſſignat. Verùm fallitur & ipſe Locrius: contra quem
alioſq; ſuprà demonſtratum eſt S. Vedaſtum circa annum DXL
vitâ functum. Deinde nec S. Autbertus vltra annum DC-
B LXXV *vixit, vt iam dictum; nec eum attigiſſe videtur*
S. Audomarus. Nam ſuſcepit *hic* Taruanenſis Epiſcopi
Sedem & dignitatem agentibus Rege Dagoberto &
S. Aichario Nouiomenſi Epiſcopo. *vti Acta eius ad* IX
Septembris habent: ergo factus Epiſcopus ante annum IↃC-
XLIV, *quo vitâ functus eſt* XIX *Ianuarij Rex Dagobertus. At*
verò poſtquàm Morinenſis, ſiue Taruanenſis Eccleſia,
iuxta eadem Acta, triginta annorum ſpatio tanto fuiſſet
potita Præſule, *deceſſit* V Idus Septemb. *Non ergo vltra*
annum IↃCLXXIV, *ſuperſtes fuit, ſi non etiam priùs obiit.*

22 *Vt autem* Tranſlatio S. Vedaſti poſt obitus ſui an-
ſed anno 667, nos CXXVIII *contigerit iuxta ea, quæ ſuprà diximus, annum*
cenſemus accipiendum eſſe IↃCLXVII, *quo, aliquot menſibus a*
Februario ad Octobrem elapſis, vltimus annus maximâ ſui par-
te præterierat. Viuebant eo tempore ambo Epiſcopi, qui huic
Tranſlationi præfuerunt, S. Autbertus ſcilicet & S. Audomarus,
tum ſecundum Acta Tranſlationis infrà danda, ſenio preſſus
& amiſſione oculorum debilior factus. *Hac ſe laboraſſe*
recitate illo anno teſtatur S. Audomarus in quodam diplomate,
quo donat S. Bertino baſilicam Sithiuenſem S. Mariæ, apud
Malebrancum noſtrum lib. 4 de Morinis cap. 3 in ſcholiis, vbi di-
S. Audomero tum laco. *ploma integrum exhibetur cum hac clauſulâ.* Actum in ba-
ſilicâ ipſâ ſub die XVIII Maij, anno VI regni Domini
noſtri Chlothacarij Regis, In Chriſti nomine quam-
uis peccator ego Audomarus nomine, abſque merito,
Epiſcopus, hanc epiſtolam voluntarius dictaui, &. re-
C cenſere audiui, & qui ſubteriùs ſubſcribere deberent
rogaui. Hæc abs cellis feci, vt alius manum meam
tenens ſcripſit & ſubſcripſit. *Huius diplomatis & alterius*
eodem anno dati meminit Ioannes Iperius Abbas Sithiuenſis in
Chronico Bertiniano MS. capitulo 1, *parte* 10, *additq;* hæc
duo priuilegia data fuiſſe anno VI Chlotharij; ſignum
enim regium nec fallere, nec falli. *Quibus verbis innuit*
ſe primigenia diplomata coràm inſpexiſſe, ac diligenter exami-
naſſe. Iam annum Chlotharij VI *incidere in annum Chriſti*
IↃCLXVII *conſtat ex dictis ad Vitam S. Sigeberti* § 9. *quo*
etiam anno hanc Tranſlationem arbitramur factam: atque
ex S. Audomari ſenio excitateq; reiicimus prius allatam ſen-
tentiam eorum, qui anno IↃCLVII *aut ſequente illam contigiſſe ſcribunt.*

23 *Celebritas huius Tranſlationis peragitur quotannis apud*
Atrebatenſes Kalendis Octobris, & quidem officio Eccleſiaſtico
ſub ritu duplici, vt vocant: quem diem indicat Auctor Mira-
1 Octobru celebratur Tranſla-tionis me-moria, *culorum S. Vedaſti ſeculo nono celebrari ſolitum: quo etiam*
die plurimis nomen S. Vedaſti inſcriptum eſt Martyrologiis.
MSS. Vltraiectinum S. Mariæ, & Treuirenſe S. Martini. Atre-
batis Vedaſti Epiſcopi & Confeſſoris. *quæ etiam legun-*
ſeorſim; *tur apud Bellinum. In antiquiſſimo Vſuardi MS. exemplari,*
quod penes nos eſt: Apud caſtrum Atrabetis S. Vedaſti
Epiſcopi. *In aliis fit mentio Tranſlationis. MS. Ceruleben ſe:*
Atrebas Tranſlatio S. Vedaſti Epiſcopi & Confeſſoris. D
Vſuardus MS. monaſterij S. Germani Pariſiis: Tranſlatio Avcto-
S. Vedaſti Epiſcopi. *Martyrologium antiquum Colonienſe.* Atrebati tranſlatio S. Vedaſti Ep. & Confeſſoris, qui
Atrebatenſem & Cameracenſem rexit Eccleſias. *ad li-*
tur in MS. Bruxellenſi: qui à B. Remigio ordinatus, VIII
Idus Februarij migrauit ad Chriſtum. *In MS. Florario*
dicitur hæc Tranſlatio facta anno ſalutis IↃCLVIII ab
Autberto ſeptimo ſucceſſore ſuo & S. Audomaro Epi-
ſcopo. *Eſtus annus ab interpolatore Sigeberti traditus, ex*
cuius augmento non tamen accurate deſcripta hæc leguntur in
Auctario Hermanni Greuen ad Vſuardum; & Martyrologio Ca-
niſij: Atrebati tranſlatio S. Vedaſti Epiſcopi, cui inter-
fuerunt S. Lambertus Tungrenſis, Ausbertus Rotoma-
genſis, & Audomarus Taruanenſis, qui lumen oculo-
rum amiſerat, cumque precibus ſanctorum Epiſcopo-
rum & meritis viſum recuperaſſet, moleſtè tulit, atque,
vt iterum obcæcaretur, obtinuit. *Qui hic cum S. Autber-*
to Cameracenſi confunditur, eſt S. Ansbertus anno IↃC-
LXXXIX *S. Audoëno mortuo factus Epiſcopus Rotomagenſis,*
de quo agemus IX *Februarij. S. Lambertum huic Tranſlationi*
non interfuiſſe, necdum etiam fuiſſe Epiſcopum, antè dictum
eſt. Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij ad VI *Februarij hæc*
addit: Calendis Octobris Tranſlatio corporis S. Veda- E
ſti de loco ſepulturæ in eum, in quo nunc requieſcit.
Tranſtulerunt autem beati Confeſſores Autbertus &
Audomarus. *Plurima ex Vitâ & Hiſtoriâ miraculorum con-*
geruntur in Martyrologio Adonis MS. monaſterij S. Laurentij
Leodij.

24 *In alijs Martyrologiis coniungitur cum variis Sanctis,*
qui eo die fetè coluntur. In Adonis appendice apud Roſwey- *& cum SS. Bauone, Piato,*
dum: Eodem die SS. Vedaſti Epiſcopi, & Bauonis
Confeſſoris. *In MS. S. Maximini:* Alibi Vedaſti, Bauo-
nis, & Piatonis. *S. Bano quieſcit Gandaui, huius vrbis Pa-*
tronus: de eo ac Plato, ſeu Piatone, illo die agemus. In pluri-
bus MSS. Vſuardi ad vſum Eccleſiarum Belgicarum auctis:
Ipſo die tranſlatio ſanctorum Confeſſorum Germani *Germano Autiſſio-doren ſi,*
& Vedaſti quorum primus Autiſſiodorenſem, alter
verò Atrebatenſem & Cameracenſem rexit Eccleſias.
S. Germani Acta dabimus XXXI *Iulij. Ad MS. monaſterij Lo-*
bienſis: Eodem die Tranſlatio corporum ſanctorum
Confeſſorum Remigij Remenſis Epiſcopi, & Vedaſti
Atrebatenſis. *MSS. Letienſe & Tornacenſe S. Martini.* In
Galliâ Tranſlatio corporum SS. Remigij, Germani, *& Remigie:*
Vedaſti. *Martyrologium noſtrum MS. ſub nomine Bedæ:* Eo-
dem die Tranſlatio ſanctorum Confeſſorum & Epi-
ſcoporum, Germani, Remigij & Vedaſti, quorum
prior Autiſſiodorenſem, alter verò Remenſem, tertius
verò Attrabatenſem rexit Eccleſiam: *additur in Vſuardo* F
Lubecæ excuſo, & Armeracenſem. Cameracenſem *ſupra*
appellat MS. exemplar Vſuardi: ſed, vt vel inde colligi poteſt,
a poſterioribus auctum. Maiore mendo adiungitur in Mauro-
tyco: Germanum tralatum eſſe de Rauenna Autiſſio-
dorum, reliquos, *Remigium & Vedaſtum,* ad vrbem Re-
menſem.

25 *Demum* XXX *Septembris, ſeu pridiè Kalendas Octo-* *vti ſeorſim 30 Sept.*
bris, eandem Tranſlationem referunt Molanus in Auctario Vſu-
ardi, eumq; ſecutus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum:
Atrebati Tranſlatio S. Vedaſti Epiſcopi. *Sauſſaius*
in Martyrologio Gallicano: Atrebati Tranſlatio corporis
S. Vedaſti facta per ſanctos Confeſſores Autbertum &
Audomarum, qui orbatus oculorum lumine, viſum
tunc inexpetitum recepit, opeque ipſius Cælitis implo-
ratâ, ſibi recludi lucis meatum ad exercitium patien-
tiæ impetrauit.

§ VI. *Monaſterium Vedaſtinum. Templa S. Vedaſto erecta.*

26 *Apud Sauſſaium in elogio S. Vedaſti* VI *Februarij hæc*
traduntur: Quieſcit *Vedaſtus* Atrebati in ſui no-
minis monaſterio, cuius ipſe fundamenta iecit ad ripam

AVCTORE G.H.

rituali Crientionis. Sanctus verò Autbertus, ſeptimus Epiſcopali ſerie ſucceſſor, illud auxit, ac demum Theodericus Rex Chriſtianiſſimus, qui ibidem ſub auſpicijs tanti Confeſſoris iacet cum Dodâ coniuge, munificentiſſimè dotauit. Locus primò, *vt infrà Acta num.24 habent*, pro nobilitate ſui Nobiliacus eſt appellatus, *præclaro præſagio, vbi nobiliſſima & opulentiſſima S.Vedaſti Abbatia(quâ vix alia toto Belgio illuſtrior) extruenda eſſet. Poſt tranſlatas ergo ſacri corporis reliquias, & in oratorio, ab ipſo Vedaſto ædificato depoſitas*, S.Autbertus, *qui dein octo adhuc vixit annos*, monaſterium conſtruxit, Fratres in obſequia diuini cultus deputauit, *vt infrà ex Actis eiuſdem S. Autberti referemus. Verùm iuxta Chronicon Vedaſtinum*, non potuit morte præuentus *anno* DCLXXV, mauſoleum D. Vedaſto ſatis illuſtre erigere, ſed tantùm extructâ monachorum æde, ſucceſſorem habuit S. Vindicianum, qui Theodericum Regem Franciæ, *occiſo fratre Childerico anno* IↃCLXXX *reſtitutum*, conſcium necis D. Leodegario *anno* IↃCLXXXV illatæ, ac ſententiâ Præſulum Gallicorum damnatum, ſibique commiſſum pœnitentiâ mulctandum, adduxit ad perficiendam, ornandam, locupletandam, & ad iuſtam amplitudinem euehendam hanc inſignem ac percelebrem Abbatiam Vedaſtinam. *Hæc ex Chronico Vedaſtino Locrius ad annum* 690, *Malebrancus lib.*4, *de Morinis cap.*26, *& Franciſcus le Bar in Tractatibus monaſticis necdum editis. Omittimus hîc varia prædia conceſſa, priuilegia immunitatis indulta, aliaq; beneficia à Theoderico Rege huic monaſterio collata, quorum aliqua* XI *Martij ad Vitam S. Vindiciani referentur. Chronologicas tricas, quæ circa annos regni Theoderici plurimæ ſunt, ad Vitam S. Sigeberti diſſoluimus, diximuſq;* Hattam *conſtitutum* Abbatem *anno* IↃCXC, *ac* IↃCXCI, à S.Vindiciano ſolenniter benedictum. *Huic ſucceſſit S. Hadulphus, poſteà Epiſcopus Atrebatenſis, cuius natalis celebratur* XIX *Maij. Reliquos Abbates recenſet in ſuo Chronico Locrius, è quibus adſcripti Cælitibus ſunt Fulco, dein Archiepiſcopus Remenſis, & Poppo: de illo agemus* XVII *Iunij, huius edidimus ad* XXV *Ianuarij Vitam.*

27 *Extructâ S.Vedaſti æde, noua adornata eſt corporis eius eleuatio, cuius vnà cum dedicatione Eccleſiæ mentio fit in perantiquo Martyrologio MS. Tornacenſi S. Martini ad Kalendas Octobris:* Eodem die in Galliâ Tranſlatio corporum, & dedicatio Eccleſiarum SS.Remigij, Vedaſti & Germani. *Verùm, vt ad* VI *Februarij Molanus de Natalibus SS. Belgij obſeruat, ea dedicatio celebratur* XXI *Februarij:* Nono Kalendas Martij, *inquit*, Nobiliaco monaſterio dedicatio eccleſiæ S. Vedaſti Epiſcopi & Confeſſoris, quæ per reuelationem Angelicam B. Autberto eſt manifeſtata, *ſcilicet extruenda, quam ſucceſſor eius S. Vindicianus & Theodericus Rex abſoluerunt. Idem S. Vindicianus, quemadmodùm, euocato S.Lamberto Epiſcopo Traiectenſi*, conſecrauit, *teſte Balderico lib.* 1 *cap.* 26, eccleſiam in villâ Hunolcorth *prope Cameracum, ita eumdem S.Lambertum adhibuiſſe ſocium huius dedicationis eccleſiæ Vedaſtinæ videtur, qui ideo creditus Tranſlationi corporis ſub S. Autberto interfuiſſe: imò in Gemblacenſi & Lipſiano MS. Chronico Sigeberti refertur ad annum* IↃCLVIII *ea Tranſlatio* à Vindiciano *facta, quæ in MS. Aquicinctino, & Orteliano, nunc Domus Profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpienſis, rectè tribuuntur S. Autberto: ſed temporibus confuſis, facilè perturbantur etiam geſta ipſa Sanctorum.*

28 *Antiquiſſimum extat in Hannoniâ haud procul Malbodio monaſterium Altimontenſe à S. Vincentio Comite, Madalgario dicto, extructum, vbi à primâ ſuâ origine fuit* oratorium quoddam in honore & reuerentiâ S. Vedaſti dedicatum, *in quo* S.Aldegundis *(cuius ſoror S.Waldetrudis nupta fuit dicto S. Vincentio)* benedictione ſacerdotali cùm à SS.Amando & Autberto in ſponſam Chriſti conſecraretur, Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ velum beatiſſimæ Virginis capiti impoſuit: *vt tradit Huebaldus in Vitâ S. Aldegundis* XXX *Ianuarij, cap.*4. *Coluntur S.Vincentius* XIV *Iulij, S.Waldetrudis* IX *Aprilis. Idem* S. Autbertus, *ſecundùm Baldericum lib.* 1, *cap.* 18, aſſumpto ſecum Amando, eccleſiam, quam S. Giſlenus conſtruxerat, in honore Apoſtolorum conſecrauit. *Colitur S.Giſlenus* IX *Octobris. Vtriuſque huius eccleſiæ dedicatio contigit ſub Chlothario Rege Francorum, quando etiam ab eodem S. Autberto tranſlatum fuit corpus S.Vedaſti, cui ſolennitati forte interfuit S. Amandus; quò expuncto, cùm alij ſcriberent eum anno* IↃCLXI *deceſſiſſe, potuit ſubſtitui, qui ab eo quartus Traiectenſem rexit Eccleſiam S. Lambertus. Quæ coniectura infrà ad Acta S. Amandi* § 14 *temporibus vitæ eius accuratè digeſtis confirmabitur.*

29 *Eodem tempore* Renticæ *in Arteſiæ parte eâ, quam olim Morini incoluerunt*, Wambertus Comes *eiuſq;* coniux Homburga, *vt dicitur in Actis S. Bertulphi* V *Februarij cap.*1, *num.*4, *præter cœnobium*, conſtruxerunt tres eccleſias, vnam Principi Apoſtolorum, aliam beatiſſimo Martino, tertiam S. Vedaſto. *At* tempore illo, quo S. Vindicianus à S.Vedaſto octauus, Cameracenſi Eccleſiæ præſidebat, S.Maxellendis, *vt huius Acta teſtantur* XIII *Nouemb.* martyrij palmam adepta *eſt*, & corpus in proximo pago, quem Pomeriolas vocant, terræ mandatum; *vnde* poſt tres annos ad locum cædis Chauldericum à S.Vindiciano reportatum eſt conſtitutis illic viris Clericis, & religioſis fœminis ad debitum omni tempore officium perſoluendum. *Addit Baldericus lib.* 1 *cap.* 23, conſtructam eſſe baſilicam in honore omnium Sanctorum, præcipuè quidem S. Vedaſti, nec non & veneratione ipſius ſacræ Virginis Maxellendis. *Eſt autem* Calderiacum, *vulgò* Caudri, *in ditione Cameracenſi, inter vrbem & caſtrum Cameracenſium.*

30 *Bethuniæ illuſtri in Arteſiâ oppido duæ paroeciæ ſunt, altera S.Bartholomæo dicata, altera S.Vedaſto, ex ſuburbiis, vbi eiuſdem eccleſia viſitur, tranſlata. In vicino Decanatu oppidi Baſſæi extat ſacellum eiuſdem S.Vedaſti. At Cameraci, vbi* SS. Autbertus & Vindicianus *eorumq; ſucceſſores Sedem Epiſcopalem habuerunt, eccleſia Parochialis eſt* S. Vedaſto *dicata, ad quam ſub Carolo* V *Imperatore, cùm hic arcem conderet, vbi ædes fuerat S.Gaugerici, Canonici huius ædis cum ſacro eius corpore inducti, eccleſiam S.Vedaſti, nomine S.Gaugerici, auxerunt.*

31 Tranſmarus *ex monacho Vedaſtino Epiſcopus Nouiomenſis factus anno* IↃCCCCXXXVII, dedicauit in Hereem in oppido Gandenſi inter Scaldim & Legiam fluuios capellulam in honore S.Ioannis Baptiſtæ, nec non SS. Bauonis & Vedaſti, Kalendis Maij anno IↃCCCCXLI. *Ita legitur in codice MS. cœnobij Blandinienſis, de rebus potiſſimum Gandauenſibus ſcripto: quam* capellulam, *perperàm Cathedralem Eccleſiam S.Ioannis interpretatur Sanderus lib.* 5 *rerum Gandauenſium cap.*1, *quaſi tum extructam, quam multò poſt ibidem condidit quidam* Lauſus, *peregrinationis in Paleſtinam ad ſepulchrum Domini aliaq; loca ſanctæ ſocius S. Popponis Abbatis, vti* XXV *Ianuarij in huius Vitâ legitur cap.*2, *num.*6. Einhami *prope Aldenardam ad Scaldim, antequàm fundaretur monaſterium Benedictinorum, exſtitiſſe eccleſiam S.Vedaſti traditur in diplomate Balduini Inſulani Flandrorum Comitis anno Chriſti* CIↃLXIII *ſignato, apud Miræum in Notitiâ Eccleſiarum Belgij cap.*92. *Illuſtris* eccleſia S. Vedaſti collegiata *viſitur* Auguſtæ Sueſſionũ, *cui varia olim indulta diplomata edidit Melchior Regnault in Hiſtoriâ Sueſſionenſi: inter ea vnum eſt* Ludouici VII Regis Francorum, *datum* Siluanecti anno CIↃCLXXVII, *in quo teſtatur ſe* pro remedio animæ ſuæ & Philippi filij & prædeceſſorum, Eccleſiæ S.Vedaſti Sueſſionenſi & Canonicis ibi Deo ſeruientibus in perpetuum donare duos modios vini & vnum modium frumenti *&c. De aliis eidem in Galliâ, ditione Leodienſi, & Scotiâ, erectis eccleſiis infrà agemus.*

32 *Denique tam celebris olim erat cultus S.Vedaſti, vt eidem non templa ſolùm ſint dicata, ſed integri* à S. Vedaſto *pagi appellati, quales duo viſuntur in Hannonia inter oppida Bauacum & Queſnoium. In diœceſi Atrebatenſi duæ etiam paroeciæ ſunt* à S. Vedaſto *appellatæ, harum altera* de Marij *altera* de Neuueuille *cognominatur, illa in Decanatu Bapalmenſi, iſta in Heninenſi. In diœceſi Ambianenſi ſunt pagi* S. Ve-

Avctore G.H. — *Monaſterium S. Vedaſti in loco Nobiliaco* — *cœpit extruere S. Autbertus.* — *perfecit S. Vindicianus.* — *datauit Theodericus Rex:* — *eius Abbates aliquot Sancti.* — *Dedicatio Eccleſiæ* 11 *Februarij.* — *facta à S. Vindiciano,* — *& fortè S. Lamberto;* — *In oratorio S.Vedaſti Altimontenſis.* — *S. Aldegũdis Chriſto deſponſatur.* — *Templa S. Vedaſti Renticæ.* — *Chauldericiaci.* — *Bethuniæ.* — *Cameraci.* — *Gandaui.* — *Einhami.* — *in vrbe Sueſſionenſi.* — *varia loca à S.Vedaſto nomen ſortita.*

A S.Vedasti in Calceia, & S.Vedasti Daron *dicti. At plures apud Normannos, vbi in diœcesi Rotomagensi ad mutuam distinctionem cognominantur* de Seneuille, Esquiqueuille, Guillemecourt *&c. Alia etiam loca à* S.Vedasto *appellata sunt in diœcesibus Constantiensi, Suessionensi aliisq;.*

§ VII *Vita S. Vedasti conscripta. Rado Abbas* XI *Vedastinus.*

Rado Abbas Vedastinus,

33 INter *Abbates Vedastinos ordine successionis vndecimus fuit* Rado, *seu* Raddo, *monasterij, templi & cultus S. Vedasti magnus instaurator: cui ob res præclarè gestas in Chronico Vedastino apud Locrium & Franciscum le Bar in monumentis MSS. hæc relicta est memoria:* Rado ad res instaurandas Diuino munere datus anno IↃCCXCV, expectationi omnium cumulatè respondit: qui ambustum fœdatumque incendio templum magnificè instaurauit, ornauitque omnibus suis partibus: inprimis magnâ vi auri argentique fusi & cælati in calices & thecam S. Vedasti & consimilia, tum aulæis & * vestibus byssinis, impensis sanè quàm maximis, parsimoniâ idoneum vectigal suppeditante. Missale implicatum satis (vt ferebat temporis conditio) examini venerabilis Alcuini subiecit: cuius descriptæ etiamnum apud nos extant duæ ad Radonem epistolæ, atque aliquot versus, quibus operâ eiusdem posteritati commendat. E quibus videre est, magni admodùm nominis fuisse Radonem, qui extremâ ætate, rebus actis, pietate, & canitie venerabilis, anno ex quo Christus natus IↃCCCXV mortem obiit, cùm viginti annos præfuisset: post mortem ob vitæ innocentiam in terris * vnus indigetum habitus.

cultum S. Vedasti promouet.

** Locrius clarâ veste.*

familiaris Alcuino:

** Locrius felix habitus.*

34 *Epistolarum Alcuini altera ad Radonem, Vitæ S. Vedasti, de quâ inox agemus, præfixa; altera verò, vt auctor est Locrius,* communis fuit Abbati & monachis, de versuum compositione & Missalis emendatione: *quæ inter epistolas Alcuini tertiâ parte operum editas non habetur. Ast inter versus eiusdem extat poëma* LXVI *de instauratione templi Vedastini à Radone Abbate factâ, vbi ista leguntur:*

ob hoc laudatur.

Hæc domus alta Dei flammis crepitantibus olim
Arsit, & in cineres tota redacta ruit.
Sed miserante Deo, Rado venerabilis Abba
Construxit melius, ac renouauit eam:
Plurima præsenti domui ornamenta ministrans,
Exornans totam muneribusque sacris.
Cancellos, aras voluit vestire metallis,
Vedasti fabricans sarcophagumque Patris.
Pallia suspendit parietibus, atque lucernas
Addidit, vt fieret lumen in æde sacrum.
Officiis Domini fecit quoque vasa sacrata
Argento, nec non aurea tota quidem.
Induit altaris speciosâ veste Ministros,
Vt foret egregium semper vbique decus.
Omnia mellifluo Christi deuotus amore,
Restaurans opera vir pius in melius.
Pro quo, quisque legas titulos, rogitare memento,
Adiuuet vtque illum gratia summa Dei.

ob templi post incendia renouatum

& ornatum,

Cultum verò sacrum in aræ S. Vedasti à Radone ornatâ poëmatè LXVIII *celebrat idem Alcuinus his versibus:*

Pontificalis apex, meritis viuacibus aram
Vedastus sanctus hanc regit ipse Pater.
Hanc Abbas humilis vestiuit Rado metallis,
In Domini laudem, ductus amore Patris.

& altare S Vedasto erectum:

35 *Huius Alcuini stylo extat Vita S. Vedasti in gratiam Radonis Abbatis emendata, vt initio epistolæ dedicatoriæ ad eumdem Abbatem præfatur. Quæ verò fuerit antè conscripta Vita, & Alcuini correctioni submissa, non satis constat. Andreas Chesneus tomo* I *Scriptorum historiæ Francorum inter Fragmenta, quæ gesta Chlodouei* I *exornant, edidit decerpta* ex antiquâ, *vt præfatur,* & rudi Vitâ MS. S. Vedasti Atrabatensis Episcopi & Confessoris, quam posteà Alcuinus, petente Radone Abbate, emendauit. *Extat ea Vita Atrebati inter MSS. monasterij Vedastini, quam hîc priore loco damus, ac breuiorem Vitam appellamus. Nulla in eâ fit mentio Translationis corporis à SS. Autberto & Audomaro anno* DCLXVII *factæ, vt ante illud tempus videatur conscripta. Quod tamen plurimùm differat à Vitâ alterâ ab Alcuino emendatâ, non improbabile nobis videtur aliquam aliam vberiorem extitisse. Hanc autem Vitam ab Alcuino emendatam edimus secundo loco, iam antè excusam apud Surium, & ab Andreâ Chesneo ex vetustis codicibus MSS. insertam operibus Alcuini. Eamdem & nos contulimus cum MSS. exemplaribus Ecclesiæ Audomarensis, & monasteriorum Marchianensis & S. Maximini prope Treuiros, ac duplici codice nostro. Extat eadem MS. in monasterio Vedastino, & Collegio Duacensi Societatis Iesu.*

Huic dedicat Alcuinus Vitam S. Vedasti emendatam: ei præponitur breuior Vita, vtraque in MSS. exstat.

AVCTORE G.H. D

36 *Differre inter sese plurimum antiqua MSS. circa ea, quæ ad sepulturam S. Vedasti pertinent, infrà ad Acta annotauimus: imò suspicamur eadem Acta post obituni Alcuini aucta circa ea, quæ initio num.* 24 *referuntur post Translationem corporis, his verbis:* Porrò & miracula, quæ & tum *in Translatione* gesta sunt, & quæ iam *ab eo tempore* per annos fermè centum sexaginta per merita B. Vedasti patrata sunt, nullo sunt stylo memoriæ mandata: *qui anni abeâ Translatione, anno* IↃCLXVII *factâ ad obitum vsque Alcuini non intercedunt. Mortuus is est anno* IↃCCCIV *ipso die Pentecostes* XIX *Maij, vt ex eius Vitâ à discipulo conscriptâ probauimus* IV *Februarij ad Vitam B. Rabani: neque etiam ab obitu S. Vedasti iidem anni numerari possunt, quòd ab anno* DXL *elapsi sint ducenti sexaginta anni, vt annus octingesimus habeatur, circa quem Vita hæc videtur emendata fuisse. Eadem Vita paucis omissis distributa est in lectiones sacras, quæ per octauam eiusdem in diœcesi Atrebatensi ad Matutinum in Officio Ecclesiastico recitantur; sed quòd suprà correximus temporis notâ vitiosè insertâ: vt & ordinatus tradatur Episcopus,* cùm vices Hormisdæ Papæ per regnum Francorum obtineret S. Remigius; *& vitâ functus* anno Dominicæ Incarnationis quingentesimo septuagesimo, *& demum à SS. Autberto & Audomaro translatus,* cùm corpus in ecclesiâ S. Mariæ iacuisset circiter centum octo & decem annis: *qui prioribus annis adiuncti, annum Chr.* DCLXXXVII *aut sequentem conficiunt: ante quod tempus SS. Autbertum & Audomarum obiisse suprà diximus. Eamdem vitam in suum vsum contraxerunt Baldericus lib.* I *Chronici cap.* 6. 7 *&* 9, *Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij, Haræus, Lippelous, & passim alij in suis operibus de Vitis Sanctorum, quorum plerique obitum eius retulerunt in annum* IↃLXX. *Petrus de Natalibus lib.* 3 *cap.* 99 *ait,* circa annum Domini DC in pace requieuisse. *Quæ suprà satis refutata sunt.*

An altera Vita post obitum Alcuini facta.

vti eadem in Lectiones Breuiarij distributa.

37 *Subiungimus huic Vitæ adhortationem ab eodem Alcuino conscriptam, quâ inculcat imitationem virtutum S. Vedasti in Actis propositarum. Deest ea adhortatio, sine homilia parua, inter opera à Chesneo edita, quam hîc damus ex MSS. monasterij Vedastini, & nostro, seu Domus professæ Societatis Iesu Antuerpiæ. Addimus ab eodem Alcuino conditum S. Vedasto epitaphium, quod inter illius carmina extat poëmate* LXVII. *Ad pleniorem præterea notitiam rerum in Translatione corporis gestarum, referimus eamdem ex Vitâ S. Autberti auctore Fulberto, iubente Gerardo Episcopo Cameracensi, conscriptâ, vt tradit Baldericus lib.* I *cap.* 77. *Ex S. Autberti Vitâ lectiones Ecclesiasticæ ad Matutinum recitantur in Octauâ S. Vedasti* XIII *Februarij, & in Translatione corporis* I *Octobris. Possent addi variâ diplomata à Theoderico Rege, Ioanne Papâ, & S. Vindiciano super rebus ecclesiæ S. Mariæ & monasterij Vedastini concessa: verùm ea commodiùs ad Acta S. Vindiciani* XI *Martij discutientur.*

Adhortatio eiusdem Alcuini.

& epitaphium S. Vedasti.

Fulbertus de Translatione corporis.

38 *Alcuini discipulus habetur Haiminus Presbyter, cui Milo monachus Elnonensis dicauit Acta S. Amandi Episcopi carmine à se descripta: cuius ibidem additur ad eumdem Milonem responsum. De quo ad calcem Vitæ ita canit Vulsaius Milonis condiscipulus:*

Haiminus Presbyter, discipulus Alcuini.

Hæc tuus, hæcque meus Hajminus iure Magister,
Quo duce firmauit, deuia nemo petit.

Quod hîc spectat, de eo Valerius Andreas in bibliothecâ Belgicâ ita scribit: Hayminus Ordinis S. Benedicti, monachus ad

AVCTORE G. H. ad S. Vedaſtum in ciuitate Atrebatenſi, reliquit librum de Miraculis S. Vedaſti, cuius initium: Sanè quæ nuper & oculis probauimus &c. Legi is per Octauam in choro baſilicæ Cathedralis Atrebatenſis ſolet. Item ſermonem de virtutibus eiuſdem Sancti; incipit: Excitentur, obſecro, filij lucis, corda veſtra. Fuit Alcuini diſcipulus, Caroli Magni condiſcipulus. Obiit anno Domini 834: *vbi numeris tranſuerſis reponimus annum* 843. *Nam ſuperfuiſſe vltra annum etiam* IↃCCCXXXV, *quando Hincmarus factus eſt Archiepiſcopus, conſtat ex elegiâ memoratiſuprà Vulfaij, vbi ambo Milonis carmina perlecta dicuntur approbaſſe, & hoc apponitur de Hincmaro diſtichon:*

Hæc Archipræſul toto notiſſimus orbi
Hingmarus verbis ſuſtulit eximiis.

Scribit mi racula S. Vedaſti;

Miracula ea ferè coràm obſeruauit Haiminus eccleſiæ S. Vedaſti ædituus, quæ damus ex MSS. Audomarenſi, & duplici Antuerpienſi Domus Profeſſæ Societatis Ieſu. Extant eadem in monaſterio Vedaſtino: ex cuius codice MS. addimus eiuſdem Haimini ſermonem de duobus paruulis, meritis S. Vedaſti ſanatis: eumq; ſermonem contulimus cum MS. Antuerpienſi noſtro.

hîc editi ex MSS.

39 *Eiuſdem Haimini diſcipulus fuit Hubertus Presbyter, qui eidem inſcripſit hiſtoriam apparitionis S. Vedaſti factæ moribundo, & valetudinis huic reſtitutæ: eam edimus ex eodem MS. noſtro. Extat etiam in monaſterio Vedaſtino.*

vti Hubertus diſcipulus Haimini;

40 *Sequuntur deinde miracula alia à S. Vedaſto diuerſis temporibus patrata, atque à monachis Vedaſtinis collecta, occaſione Eleuationis corporis S. Vedaſti anno* DCCCLII *factæ; idq; ſaltem vſque ad finem capitis tertij, vbi prior pars concluditur: cui ſequentia poſteà ſunt adſcripta ante annum* IↃCCCLXXX,

& alij Vedaſtini eodem ſeculo.

B *quo tranſlatum eſt Bellouacum S. Vedaſti corpus, cuius tranſlationis in iis miraculis nulla mentio fit. De horum aliorumq; miraculorum auctoribus ita ſcribit Locrius in Catalogo Scriptorum Arteſiæ:* Vedaſtini cœnobitæ anonymi Vitam D. Vedaſti ab Alcuino accuratè conſcriptam, magnopere auxerunt & locupletarunt, additis quàm plurimis miraculis, quæ precibus & meritis D. Vedaſti patrata fuerunt, potiſſimùm verò illuſtribus adiectis hiſtoriis, quibus manifeſtè conſtat, quàm rigidam Dei vindicis manum experti ſunt iſti, qui bona & iura monaſterij Vedaſtini violare attentarunt. *Proferimus hæc miracula ex MSS. Eccleſiæ Audomarenſis & Collegij Duacenſis Societatis Ieſu, & duobus codicibus noſtris: atque ex horum altero præfigimus prologum, qui etiam cum reliquâ hiſtoria extat in monaſterio Vedaſtino.*

Tranſlationem & Relationē corporis ſcripſit auctor coæuus,

41 *Proximum locum exigit Hiſtoria Tranſlationis S. Vedaſti Bellouacum, & Relationis Atrebatum, auctore anonymo, ſed monacho Vedaſtino, qui interfuit dictæ relationi: adiungitq; miracula apud Bellouacenſes ope S. Vedaſti patrata, quæ iſtic à fide dignis hominibus acceperat. Eam hiſtoriam damus ex MS. Vedaſtino & duplici codice noſtro. Epitome eiuſdem hiſtoriæ recitatur* XV *Iulij Lectione* VI *ad Matutinum, quam exhibent officia propria Eccleſiæ Atrebatenſis. Extat ſermo in Relatione corporis B. Vedaſti habitus hoc exordio:* Gaude plebs

ac poſteà Ioannes de Bruxellâ,

C Attrebata hodiernâ die gratuitâ munerum Diuinorum munificentiâ, per relationem glorioſiſſimi corporis Patroni tui & Doctoris beatiſſimi Vedaſti oppignoratâ *&c. Reliqua omittimus, ne moles, nimiùm excreſcat, cùm nihil in eo ſermone hiſtoricum contineatur, præter pauca infrà referenda.* Compilatus & ſcriptus *dicitur* anno CIↃCCCLXXVIII die Veneris ante feſtum Relationis ipſius. *Deinſubſcripſit* Ioannes de Bruxellâ, *auctor, vt videtur, illius ſermonis.*

vti poſteriora miracula Baldericus & duo alij.

42 *Succedunt alia miracula à tribus auctoribus, & ferè oculatis teſtibus, ſed diuerſis temporibus conſcripta. Extant ea MSS. in monaſterio Vedaſtino; quæ tamen ſecundo loco referuntur, habent auctorem Baldericum, in cuius Chronico Cameracenſi & Atrebatenſi ſunt excuſa lib.* I *cap.* IO *&* II. *Vltima contigerunt ſeculo* XIV, *quando memoratus Ioannes de Bruxellâ vixit, fortè eorum auctor. Illuſtrarunt etiam Vitam S. Vedaſti celebres ſuperioris ſeculi Poëtæ, Antonius Meierus & Panagius Salius: ille libros tres de rebus D. Vedaſti edidit typis Pariſienſibus anno* CIↃIↃLXXX, *eoſq; Vrſum appellauit: iſte libros quinque vulgauit Duaci anno* MDXCI *excuſos ſub titulo* Vedaſtiados, *ſeu* Galliæ Chriſtianæ: D *quos noſtro inſtituto minimè neceſſarios omittimus.*

§ VIII *Tranſlatio corporis S. Vedaſti Bellouacum, & Relatio Atrebatum.*

43 *Bellouaci vrbe antiquâ atque illuſtri Belgicæ* II *in regno Francorum, nono Chriſti ſeculo cultus S. Vedaſti celebris erat in primâ ac præcipuâ vrbis paræciâ eidem Sancto dicatâ, quam tamen apud vulgus frequentiùs appellari S. Stephani, monet Antonius Loiſelius in ſuis de Bellouaco commentariis cap.* 2 § 9. *Quod in dictâ S. Vedaſti eccleſiâ eſt collegium Canonicorum, ius patronatus habet variorum huius diœceſeos locorum, vti quinque aliarum vrbis eccleſiarum parochialium. Tam celebris autem S. Vedaſti ibidem extitit memoria, vt creditus ſit vno eodemq; tempore Atrebatenſi & Bellouacenſi Eccleſiæ præfuiſſe Antiſtes: vt infrà dicitur in Hiſtoriâ Tranſlationis: vbi & miracula referuntur tum ab ipſo adhuc viuo, tum poſteà, potiſſimùm ſeculo Chriſti nono, ibidem patrata: ob quæ hiſtoria Tranſlationis corporis apud recentiores quoſdam ſcriptores videtur confuſa eſſe, quaſi miracula in templo ipſi dicato facta, exegiſſent præſentiam corporis tranſlati.*

Bellouaci paræcia S. Vedaſti,

celebris eiuſdem miracula.

44 *Petrus Louuetus in Hiſtoriâ Bellouacenſi aſſerit corpus S. Vedaſti duabus vicibus fuiſſe Bellouacum tranſlatum; ſed quo tempore prior contigerit tranſlatio, ſilet. Relationem tradit lib.* 3 *cap.* 12 *factam ſub Herminfrido Epiſcopo, poſtquàm ope S. Vedaſti in eius eccleſiâ Bellouacenſi dæmoniacus fuiſſet liberatus: quæ infrà traduntur abſque vlla Reliquiarum aut corporis S. Vedaſti mentione.*

Non eſt corpus S. Vedaſti hîc Bellouacis tranſlatū.

E

45 *Sub Abbate Vedaſtino Adalardo auctoritate S. Theoderici Epiſcopi Cameracenſis, ob perſecutionem Normannicam eleuatum eſt anno* IↃCCCLII *die* VI *Nonas Iulij corpus S. Vedaſti. Eam diem Atrebatenſes huius rei memoriæ conſecraſſe, obſeruant Molanus ad* VI *Februarij, & Locrius ad dictum annum. In Florario MS. Sanctorum hæc eo die traduntur:* Atrebatis tranſlatio & eleuatio S. Vedaſti Epiſcopi & Confeſſoris. *Vbi plura annectuntur de priore tranſlatione ſub S. Autberto factâ. Anno ſequenti eadem ſacra S. Vedaſti oſſa,* IV *Iunij repoſita ſunt, quo die in eodem Florario MS. hæc leguntur:* Apud Atrebatum depoſitio S. Vedaſti Epiſcopi & Confeſſoris anno ſalutis IↃCCCLIII.

Eleuatio facta an. 852, recolitur 2 Iulij.

repoſitio 4 Iunij facta an. 853.

46 *Sauſſaius in Martyrologio Gallicano vnicam ad Bellouacenſes conſtituit tranſlationem S. Vedaſti ac relationem: ſed inter vtramque vuls elapſos* annos ferè quinquaginta, *vt mox dicetur. Hinc quia Atrebatum ſacra hæc pignora anno* IↃCCCXCIII *relata ſunt, Bellouacum deberent anno* IↃCCCXLIII *fuiſſe aſportata, quo tempore adhuc latebant Atrebati, anno dein* IↃCCCLII *eleuata, ac ſequenti repoſita, vt antè dictum, idq; tunc ſcripta hiſtoria miraculorum confirmat. Illam autem tranſlationem memorat* V *Iulij Sauſſaius his verbis:* Apud Bellouacum ſub ſecundæ Belgicæ capite, tranſlatio S. Vedaſti Epiſcopi Atrebatenſis & Confeſſoris, quando ob Normannicæ incurſionis metum ſacra eius gleba eam ad ciuitatem, quæ munitiſſima erat, delata, in eccleſiâ primùm S. Stephani Protomartyris, ac poſteà in ædiculâ ad ſancti ipſius Confeſſoris cultum conſtructâ, condignâ honorificatione repoſita eſt: vbi miraculis præclaris emicuit; in quibus illud memorabile narratur, quòd lampas ante hierothecam poſita, exhauſto oleo ſine vllo pabulo ardere & rutilare viſa eſt. *Hæc Sauſſaius, ſed cum extenuatione miraculi, cùm* lampas *tradatur infrà* cælitus puriſſimo repleta oliuo, & diuino accenſa lumine. *Secundò quia S. Hildemannus Epiſcopus Bellouacenſis, eiuſq; ſucceſſores illo oleo vſi fuerunt in ſacro Baptiſmate, & Extremâ vnctione, non contigit illud miraculum præſente iſtic corpore, etiamſi Bellouaci integros annos quinquaginta quieuiſſet, cùm S. Hildemanno tum mortuo, iam iſtic eſſet Herimenfridus Epiſcopus, qui ſubſcripſit priuilegio monaſterij Corbeienſis in Concilio dein Pariſienſi anno* IↃCCCXLIV *confirmato. Præterea eccleſiam S. Stephani vocat, quæ propriè S. Vedaſti eſt, & huic ſolùm ædiculam tribuit: quæ in hiſtoriâ Tranſlationis non leguntur. Denique diem* V *menſis Iulij*

Non fuit corpus Bellouaci 50 annis, neque tranſlatū circà an. 843.

F

neque 5 Iulij.

A *Iulij huic Translationi assignat, quo nec die neque mense contigit.*

47 *In Gestis Normannorum ante Rollonem Ducem, ab auctore coæuo ad annum* ıɔcccxcvi *deductis, hæc leguntur:*

sed anno 880 Anno Domini ıɔcccLxxx Northmanni incendiis & deuastationibus inhiantes, sanguinem humanum sitientes, ad interitum & perditionem regni mense Nouembrio in Gandauo monasterio sedem sibi ad hiemandum statuunt: & mense Decembrio corpus S. Vedasti Vallis supra Summam in villa sua refertur, *& inde Bellouacum. Consentit auctor historiæ Translationis, vti ad hunc obseruamus. Diem huic Translationi sacrum necdum in vllo Martyrologio legimus annotatum, qui fuit* xxii *Decembris aut aliquis vicinus dies, vt mox è tempore relati corporis constabit. Præerat Vedastinis* Rudolphus Abbas xx, *anno* ıɔcccLxxvii *electus, qui, vti ex Chronico Vedastino edidit Locrius*, onus obiuit iniquissimo tempore, cùm fractis Christianorum viribus, omnis penè patria prædæ esset barbaris. Vedastini fugâ salutem sibi quæsiuêre, profecti Bellouacum, asportato secum B. Vedasti corpore, & quidquid erat, quod minùs perditum vellent. Sed vnà ferè fuit omnibus fortuna. Quidquid hæserat domi, direptum à barbaris; ipsa domus incensa: solum templum inustum mansit. Quidquid tutò creditum erat loco Bellouaci, fortuito tius vrbis incendio xv Kalendas Octobris anno ıɔcccLxxxvi, parum abfuit, quin totum perierit: ad B. Vedasti reliquias dumtaxat non pertinuit ea clades.

anno 886 illæsum ab incendio;

B 48 *Solennitas corporis S. Vedasti Bellouaco Atrebatum relati hactenùs perseuerat. Illius dies ita describitur in Historiâ Relationis num.* 4: Tandem quarto die egressionis à Bellouago, in Dominicâ die, Idibus mensis Iulij, Domini misericordiâ nos adiuuante, Atrebatum ingressi sumus. *Hæc testis oculatus. Conueniunt hi characteres in annum Christi* ıɔcccxciii, *quo, Cyclo Solis* vi, *& litterâ Dominicali G, primus & decimus quintus Iulij inciderunt in diem Dominicam. Idem Auctor coæuus tradit num.* 3 *corpus fuisse Bellouaci* bis senos semis & eò amplius annos. *Molanus in Additionibus ad Vsuardum ex propriæ Ecclesiæ Martyrologio hæc scribit:* Atrebati anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo nonagesimo tertio, Relatio corporis S. Vedasti à Bellouago ad proprium locum, post annos duodecim, menses nouem, dies viginti quatuor. *Quæ eadem leguntur in Martyrologio Germanico Canisij. Verum idem Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij ad* vi *Februarij eadem repetit omissis mensibus & diebus: veritus fortè ne quis subesset error; quòd auctor historiæ & testis oculatus menses tantùm sex addat & eo amplius, scilicet diebus* xxiv, *nempe à Decembri anni* ıɔcccLxxx, *quo Atrebato Bellouacum corpus translatum diximus.*

relatum an. 893, die Dominicâ, 15 Iulij:

C 49 *Eamdem relationem referunt* xv *Iulij MS. Martyrologium Centulense, quod & Vedastinum:* Atrebas relatio S. Vedasti ad proprium locum. *Antiquum Colonienſe & Auctarium Hermanni Greuen ad Vsuardum:* Item relatio S. Vedasti Atrebatensis Episcopi & Confessoris. *Florarium MS.* Translatio S. Vedasti Episcopi & Confessoris; cùm de Beluaco Attrebatis reuectus est. *At pluribus Saussaius:* Attebati reuectio corporis S. Vedasti Episcopi eiusdem Sedis & Confessoris ex vrbe Bellouacensi, vbi ferè quinquaginta annis quieuerat in ecclesiâ S. Stephani proprio in sacello, cum multorum signorum coruscatione, ab eo scilicet tempore, quo ob metum Normannorum fuerat illuc ad custodiam delatum. *Hæc Saussaius, cuius opinio singularis in quinquaginta illis annis corporis apud Bellouacenses relicti constituendis; anteà est refutata.*

Martyrologia inscripta relatio 15 Iulij.

& 14 Iulij, 50 *Pridie Idus Iulij apud Bellinum hæc leguntur:* Eodem diè S. Vedasti Episcopi & Confessoris: *quæ de eadem sunt Translatione accipienda: In sermone Ioannis de Bruxellâ, anno* ıɔcccLxxviii *de hac translatione scripto, hæc traduntur sub finem:* Relata fuerunt glorioſissimi Patris nostri Vedasti pretiosissima ossa Idibus Iulij, anno ab Incarnatione Domini octingentesimo nonagesimo tertio, à Bellouago ad proprium locum & Ecclesiam suam, quæ ei ab Angelis iussa est fieri nominibus, vbi per eius merita, beneficia orationum plurimâ sanitatesque diuersæ ægrotantium fiunt vsque in hodiernam diem.

Auctores G. H. D *miracula.*

§ IX. *Reliquiæ S. Vedasti in æde B. Mariæ Atrebatensi & Cameracensi: aliæ Duaci & Bætiis.*

Reliquiæ Sanctorum inuentæ in æde B. Mariæ Atrebati post annum 1012.

51 *Perius in MS. Chronico Bertiniano capitulo* 35, *tradit* Hemfridum eius loci *Sithiuensis* Abbatem xxxv incepisse sedere temporibus Regis Roberti Francorum, ac Imperatoris Henrici primi, anno Domini ıɔxii. In Atrebatensi ciuitate inuentas esse multas Sanctorum reliquias, ibique multa miracula prouenisse. *Baldericus, non diu post ea tempora natus, hæc refert lib.* 2 *cap.* 13: Ibi verò, *inquit de templo B. Mariæ cathedrali,* iuxta altare Dei genitricis Mariæ, quod B. Vedastus suis diebus consecrauerat, anno quidem secundo Gerardi Episcopi, multæ & multùm pretiosæ Sanctorum Reliquiæ inuentæ sunt, ad quarum illustrationem diuersa miracula, per tres circiter annos Diuina clementia operata est. Leprosi enim mundati, contracti humanis vsibus solidati, multique à diuersis languoribus curati, sospitate donantur. *Acta Gerardi* i *Episcopi prosequitur toto ferè libro tertio, ab initio ad caput vsque* xxiii. *& cap.* 4 E *hæc de inuentis Reliquiis repetit:* Tunc etiam temporis in monasterio S. Mariæ Atrebatensium iuxta altare multorum Sanctorum Reliquias pretiosas contigit inueniri. Ad quarum quidem merita propalanda Diuinâ clementiâ diuersi generis signa & prodigia operante, non solùm ex vicinis sed etiam longè positis regionibus, per totum ferè biennium, multitudo maxima confluebat.

alia post combustam ecclesiam anno 1030

52 *Deinde cap.* 32 *refert epistolam Gerardi Episcopi ad Beduinum Abbatem S. Vedasti, quâ inter cetera deplorat* ecclesiam S. Mariæ Atrebatensium, igne de cælo adueniente, videntibus cunctis, iii Kalend. Augusti totam combustam esse, *anno* ıɔxxx, *vt margini adscripsit Colitenerius, & confirmat Locrius citato Ludouico Bresinio tomo* i *Chronici MS. Artesiæ & Flandriæ. Iterum Baldericus cap.* 58 *de reliquiis S. Vedasti aliorumq; Sanctorum hæc tradit:* Dominus Gerardus Episcopus dedicationem ecclesiæ in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ facturus, remouit altare à proprio loco; & effossâ terrâ, quæ circa erat, multæ Sanctorum Reliquiæ ibidem repertæ sunt. Insuper brachium Confessoris Christi Vedasti, & non modica pars de capite eius & de quibusdam membris. Consecrata est igitur ipsa ecclesia ii Nonas Ianuarij, apportato S. Vedasti corpore cum aliis Sanctis à monachis eiusdem loci. *Hæc Baldericus, qui deinde cap.* 60 *recitat epistolam Gerardi ad Henricum* iii *Imperatorem, in quâ testatur se* triginta *tum* annos *Episcopum esse: vnde colligimus eam capitis S. Vedasti inuentionem contigisse circa annum* ıɔxl. *Locrius refert eam inuentionem capitis ad annum* ıɔxiv: *quòd monumenta MSS. Ecclesiæ Atrebatensis addant:* Inter cetera fuisse brachium S. Vedasti cum capite eius, & quibusdam membris ipsius *&c. sed ex tertio Balderici loco, cuius non meminit Locrius, ea sunt desumpta.*

inuenta circa annũ 1040, *cum brachio, parte capitis, aliisq; S. Vedasti.* F

53 *Arnoldus Raysius in Hierogazophylacio Belgico agens de S. Mariæ ecclesiâ Cathedrali Atrebatensi, refert autographum veteris membranæ MS: post chori ambitum in tabulâ appensæ, in quâ inter cetera ita legitur:* Anno Domini ıɔccLxxxvii, Dominicâ quâ cantatur Misericordia Domini, (*ea est secunda post Pascha*) fuit facta translatio reliquiarum, quæ sequuntur, in ecclesiâ Atrebatensi à Reuerendo Patre Domino Guilliermo Atrebatensi Episcopo, præsentibus venerabilibus Patribus, Abbate Montis S. Eligij, Abbate Aquicinctensi, Abbate Marchianensi, Abbate Hannoniensi, Abbate Arrosiensi, Abbate

Alia istius facto Translatio reliquiarum anno 1187.

AVCTORE G H.

Abbate Igniacenſi, Abbate de Mariolo, Abbate de Viconiâ, Abbate de Mortagniâ, Abbate de Caro-campo, A ac multis aliis tam Decanis, Prioribus, quàm aliis perſonis Eccleſiaſticis, Religioſis & ſecularibus. Omnibus viſitantibus Eccleſiam Atrebatenſem die dictâ ſolennitatis, ac per omnes octauas, Dominus Remenſis Archiepiſcopus, & omnes ſui Suffraganei, quibuſlibet eorum quadraginta dies de pœnitentiis ſibi iniunctis contulerunt. *In ſubiuncto dein Catalogo Reliquiarum valdè amplo leguntur quaſi ſimul iunctæ* Reliquiæ SS. Vedaſti, Remigij, & Hilarij. *De hoc egimus* XIII *Ianuarij. Feſtum hoc Reliquiarum dictâ ſecundâ poſt Paſcha Dominicâ etiamnum Atrebati quotannis colitur officio, vt vocant, Duplici maiori.*

inter quas S. Vedaſti,

54 Eccleſia noua B. Mariæ Cameracenſis, *teſte Balderico lib. 3 cap. 49, vetere dirutâ, à memorato antè* Epiſcopo Gerardo ſeptennij ſpatio rœdificata eſt, & die XVIII Octobris anno CIↃXXX ſolenniter dedicata, ordinatis circa altare Sanctorum corporibus, beatiſſimi Gaugerici in cathedrâ Pontificali, iuxta quem medium ſanctorum Pontificum Autberti, Vindiciani, Hadulfi altrinſecus ſtatutorum, interpoſito etiam baculo S. Vedaſti cum reliquiis ſuis. *Hæc pluribus Baldericus. Colitur S. Hadulphus* XIX *Maij: de aliis ſæpius actum.*

vti & Cameracenſi anno 1030

cum eius baculo.

55 *Idem Raiſſius trădit in Hierogazophylacio, varias Duaci in eccleſiâ S. Amati repoſitas eſſe reliquias in particulari feretro cum duobus inſtrumentis publicis, quorum alterius datum anno* CIↃCCXXV, *alterum verò* CIↃCCCIX. *Inter illas ſeorſim reſeruntur* reliquiæ S. Vedaſti, *tum* SS. Vedaſti & Benedicti Aldegauenſis Epiſcopi, *qui ſedit ſub Ludouico Pio, ſed hactenùs latet, die eius natali incognitâ. Demum reſeruntur* de veſtibus SS. Martini & Vedaſti *iſtic eſſe partes. Dies harum Reliquiarum venerationi attributus eſt primus Aprilis, quo recondítæ fuerunt. Denique inter reliquias, quas aureis ferè aut argenteis concluſas hierothecis religioſo cultu ſeruat monaſterium Lætienſe S. Lamberti in Hannoniâ ad Helpram fluuium, ipſi coràm venerati ſumus aliquas S. Vedaſti particulas, quarum etiam meminit dictus Raiſſius. Reliquias eius aliquas Brugis in eccleſiâ cathedrali aſſeruari tradit Sanderus in Flandriâ.*

Duaci,

B

Latiô,

Brugis.

56 *Quæ hactenùs de cultu & veneratione S. Vedaſti dicta, concludimus prolatis ex Officio Atrebatenſi, Hymno, Antiphonâ & Oratione de S. Vedaſto; ne quis ea quoque deſideret. Euangelium ex Communi Euangeliſtarum legitur ex capite* X *S. Lucæ.* Deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos *&c.*

Hymnus

Hymnus de S. Vedaſto,

Voce iucundâ reſonemus omnes,
Laudibus ſacris ſtudium ferentes,
Atrebatenſem modulando Patrem
Laude Vedaſtum.

C

Hic pius paſtor gregis atque tutor,
Lux fuit cæcis, baculuſque claudis,
Signa patrauit, miſerante Chriſto,
Plurima terris.

Obuio cæco comes ipſe Regis
Lumen ablatum citius rependit,
Vnde cernentes meruêre cordis
Sumere lumen.

Summa virtutum viguit per ipſum,
Caritas cunctum ſuperans chariſma,
Vaſe nam ſicco dederat amico
Gaudia vitis.

Luſtra beluarum dedit Angelorum
Eſſe concentum, Dominique templum
Ac decachordo reboare pſalmum
Nocte dieque.

Laus Deo Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar vtriuſque ſemper
Spiritus alme, Deus vnus omni
Tempore ſecli.

Verſ. Confeſſor ſancte, & Sacerdos magne,
Reſp. Beate Vedaſte, intercede pro nobis.

Antiphona. Hic eſt beatus Vedaſtus, quem fama celebrior verbum Dei prædicaturum Chlodoueo Regi ſocium itineris adſciuit.

Antiphonæ,

Oratio. D

Deus, qui nos deuotâ B. Vedaſti Confeſſoris tui atque Pontificis inſtantiâ, ad agnitionem tui ſancti nominis vocare dignatus es; concede propitius, vt cuius ſolennia colimus, etiam patrocinia ſentiamus. Per Dominum noſtrum *&c.*

Oratio.

VITA BREVIOR

Ex MSS. Vedaſtinis, & Andreâ Cheſnæo.

IMnium ſanctorum Præſulum gloriâ potiſſimùm ſemper ac ſollicitâ inquiſitione, vel imitando exemplo, vel litterarum ſerie, memoriæ eſt commendanda: vt clarâ prorſus luce reddità, ad ſui cultus imitationem, delinquentium animos ſtudeant prouocare; quatenùs non ſolùm ſibi mercede lucri abundè, verùm etiam aliorum profectu vnà congaudeant. Eritque æquus arbiter rerum Sator æternus: vt, qui illis ſolamina ad augendam religionis copiam tribuit, imitatoribus ſuppleméntum proficiendi præbere non abnuat. Nec faſtidire quiſpiam audeat, in aliquibus rebus, quæ exiguæ hominibus videantur, ſuperuæ virtutis ſuffragia poſtulare: cùm crebrò in magnis ac minimis rectus Arbiter & penſando ſubueniat, & ſubueniendo, vt in maioribus conualeſcant, auxilium præſtet. Venerandi ergo viri Vedaſti, Pontificis Atrauatum vrbis, memoriam poſteris commendare ratum duximus, vt, vnde originem duxerit, vel qualiter ſanæ vitæ curſum peregerit, quemque finem habuerit, proſequi ſtuduimus verbo.

Prologus Auctoris.

E

2 Igitur cùm inclytus Francorum Rex Chlodouius, omni induſtriâ ſolers, Francis regnauit, cuenit, vt quodam tempore inter incendia bellorum, aduersùs Alamannos gentem ferocem bellaturus pergeret. Quò cùm veniſſet ab vtroque acies, & niſi obuium hoſtem habuiſſet *a* Rheni, tam Franci, quàm Alamanni ad mutuam cædem inhiarent. Commiſſo prælio, ita vehemens terror Chlodouij animum obrepſerat, vt in eâ pugnâ ſe viuendi finem horrendâ anxietate trutinaret. Cumque ergo ſuos penè ad interneciónem opprimi cerneret, tandem Diuino fultus auxilio in animo, oculoſque in cælum eleuatos attollit: Vnicæ, inquit, poteſtatis ac maieſtatis Deus, quem Chrotildis collateranea mea confitetur, quemque humili prece die noctuque ſupplicare non ceſſat, tu mihi hodie de his hoſtibus concede victoriam, vti & ego te deinceps corde credendo teneam & adorem. Cumque is huiuſmodi precibus rerum Auctorem pulſaret, ceſſit tandem hoſtis, terga vertendo, victoriam Chlodoueo. Victos deinde Alamannos cum Rege in ditionę cepit, ouanſque ad patriam feſtinus rediens ad Tullum oppidum venit.

Rex Chlodouęus,

a

inuocato Chriſto,

F

Alamannos cadit:

3 Et cùm iam deſiderium, vt celer ad baptiſmi gratiam confugeret, ſciſcitando comperit inibi B. Vedaſtum ſub religionis cultu vitam degere, quem mox ſibi itinere iunxit. Dum pariter pergerent quadam die venerunt in pago Vongiſe ad locum, qui dicitur Grandeponte iuxta villam *b* Rilugiago ſuper fluuium Axona... Deinde ad Remorum vrbem ad Pontificem Remigium, qui tunc inibi ſacerdotalem Cathedram regebat, perduxit. Quò tantiſper moratus, ſacræ Trinitatis fidem Chlodoueus profeſſus, baptiſmi gratiam recipit. Indeque progreſſus victor ad patriam rediens, iam dictum Vedaſtum B. Remigio commendauit.

à S. Vedaſto ductus Remos,

b

baptizatur.

4 Qui cùm apud eum moraretur, & in præfatâ vrbe Remorum vitam duceret, accidit, vt in quodam tempore aliquis ex illuſtribus viris ad cellulam eius veniret. Erat enim mitis animo, alloquioque ſuauis. Nouerat enim opem ferre miſeris, mœſtoſque verbis fouere, ac ignauos ad ſobrietatis normam reſtringere, omnemque

A nemque religionis cenſuram, & exemplo monſtrare, & verbis ſtudebat edocere. Cùm ergo, vt diximus, quidam de illuſtribus viris ad eum veniſſet, ille ex induſtriâ miniſtro iuſſit, vt concito gradu poſt ſalubria effamina huic poculum vini afferret. Ille ait, nequaquàm in vas, quo haurire ſolitus fuerat, quidquam vini remanſiſſe. Quo audito gemens cælum aſpicit, ac mentem ad ſuperna attollit, vt citò clemens pietas ſubueniret, illud recordans miraculum, quo in Canâ Galilææ aquas in vini mutauit ſaporem, huius neceſſitatis tribuat viciſſitudinem. Poſt impletam orationem miniſtro vrgens imperat, vt ad vas feſtinus properet, & quæ Dominus tribuerit, afferre feſtinet. Mox obediens miniſter celeriter venit, vaſque, à quo vinum haurire ſolitus fuerat, ſuperfluens reperit. Repletus gaudio imperatum munus apportat, ac de affluente munere lætus renuntiat. Quod ille ſtatim audiens, ne fauor patratæ virtutis mentem macularet, miniſtro iubet, vt nulli hoc in propatulo iactitando denuntiet. Sed quoad vſque inter ſuperos degerit ſilendo tegi iubet.

S. Vedaſtus precibus vinum impetrat:

¶ Cumque iam celebertima fama in præfatâ vrbe Remorum eſſet, & B. Remigius eum venerationis cultu attollere niteretur; fuit tandem conſilij, vt Atrebatum vrbis eum Pontificem faceret, qui Francorum gentem ad baptiſmi gratiam paullatim docendo ac de induſtriâ monendo attrahere curaret. Suſcepto itaque Pontificalis Cathedræ onere ad vrbem Atrebatum venit, dumque muros intrare vellet, obuiàm habuit cæ-
B cum & claudum alimoniam poſtulantes. Cumque ille
Act. 3 de Apoſtolico fonte hauriens, verba depromeret, ac diceret ſe nequaquàm ſupplemento auri & argenti onerari; illi attentiùs petebant, ac de induſtriâ pecuniam ab ipſo extorquere nitebantur. Ille importunè opem petentibus ait: Pro auri argentique munere, ſi veſtra fides meo committeretur affectui, Diuini muneris vberiùs affluentiâ abundaretis. Illi, aiunt, ſeſe ad omnia paratos. Inquit: Si fides veſtra meis committatur dictis, priſtinam ſanitatem vtrique veſtrûm Omnipotentis pietas largietur. Manuque mox oculis ſuperpoſitâ, ac debilibus membris attrectatis, ſigno Crucis facto, ſurſum cælos aſpiciens, quæ popoſcit, impetrauit. Nam cæcus viſum, claudus greſſum recipiens, ouantes ad propria remearunt.

ſigno Crucis cæcum & claudũ ſanat:

6 Contigit ergo vt Eccleſiam introiret, quam cernens incultam, ac negligentiâ ciuium Paganorum prætermiſſam, veprium denſitate oppletam, ac ſtercoribus beſtiarumque habitaculis pollutam, memoriter cordi ſubdidit, omnique triſtitiæ colla ſubmiſit. Hæc proiſus hominis habitatio vrbem frequentabat. Quæ olim ab Attilâ *c* Necaronorum Rege diruta, turpi fuerat ſquallore relicta. Ibique habitatione vrſi repertâ, cùm
C cum animi dolore à vallo vrbis eiecit, & ne Crientium
c fluuiolum, qui ibi fluit, vltra progrederetur, imperauit; nullatenùs illuc viſus rediiſſe. Erat gratus penes aulam regiam, nec valebat Francorum viros à profanis erroribus ex integro retrahere: ſed paullatim, quos per dulcia effamina religioni ſubdebat, Eccleſiæ recipiebat ſinu.

Atrebati ſqualorem templi deplorat,

vrſo obitum imperat:

7 Actumque deinceps eſt, vt mortuo Chlodouæo Chlotharius filius eius in locum patris ſuſceptus Francis imperaret: & cùm egregiè regni regimina regeret, euenit, vt aliquis vir Francus, nomine Hozinus, Regem Chlotharium ad prandium vocaret, & inter aulicolas Regis venerabilem virum Vedaſtum Pontificem inuitaret. At ille, non quòd eis conſentiendo gulæ faueret, ſed quò coadunatam ad Regis prandium turbam ſuis ſalubribus doctrinis edoceret, ac per Regis auctoritatem plenè ad ſacrum vſque Baptiſmum prouocaret, venit. Cùm ergo bis ille ad prandium vocatus veniſſet, domum introiens conſpicit *d* gentili ritu vaſa plena ceruiſiæ domi aſtare. Quod ille ſciſcitans quid ſibi vaſa in medio poſita vellent; reſponſum eſt, alia Chriſtianis, alia Paganis appoſita ac gentili ritu ſacrificata. Cùm ita ſibi denuntiatum fuiſſet, omnia vaſa ſigno Crucis ſacrauit, & omnipotẽtis Dei nomine inuocato, cum fidei adminiculo cælitus auxiliante dono benedixit. Cumque benedictionem Crucis ſigno ſuper vaſa, quæ gentili ritu fuerant ſacrificata, præmiſiſſet, mox ſoluta ligaminibus cunctum ceruiſiæ liquorem, quem capiebant, in pauimentum deiecerunt. Vnde Rex miraculo perculſus, ab omni Procerum caterua ſciſcitaretur, quæ geſtæ rei cauſſa fuerit, vt in propatulo ſibi narraret venerandus vir Vedaſtus, ſummuſque Pontifex ait: O Rex, tuorum decus Francorum, cernere potes, quanta ſit diabolicæ fraudis aſtutia ad animas hominum decipiendas. Numquàm putas hic dæmonum fuiſſe conſecturam, quæ per hunc liquorem corda hominum Dei per præuaricationem ſuffocata mortiæternæ ſubdere ſtudebant? Sed nunc virtute diuinâ pulſatâ, & effugatâ dæmonis arte, ſcire cunctis neceſſarium eſt, qualiter ad ſalubria medicamenta veræ fidei Chriſtianæ queant confugere, & ſuperſtitiones Gentilium omni niſu ſtudeant prætermittere. Quæ cauſſa multis, qui aderant, profuit ad ſalutem. Nam multi ex hoc ad gratiam baptiſmi confugerunt, & ſanctæ religioni colla ſubmiſerunt.

vaſa gentilis ritu fœdata, d

& multos conuertit:

8 Erexit ergo ſupradictam Eccleſiam multa per ſpatia temporum, annos circiter quadraginta, curſum vitæ conſummans. Cùm iam vellet eum Dominus de E huius vitæ ærumnis ad cæleſte prouocare regnum, febris corripuit, ac exitum ſuum denuntiauit. Nam cùm in eadem vrbe in quadam cellulâ iaceret, ignea columna cælo delapſa ſuper cellulæ tegumenta, per longa noctis ſpatia pluſquàm duarum horarum immobilis ſtetit. Quod cùm vir venerabilis audiſſet, ſuum exitum denuntiauit, ac omnibus valedicens poſt monita ſalubria animam Creatori reddidit octauo Idus Februarij: felicemque de hac vitâ exitum agens, ſolum deſiderium viuentibus reliquit. Multi in hac horâ pſallentium voces audierunt in cælo. Cùm hoc ſumus omnes audiſſent, aduenerunt Clerus & plebs non ſolùm de illo oppido, ſed etiam de vicinis vrbibus Pontifices & Sacerdotes, vt ſeruum Dei Vedaſtum Pontificem, ſicut dignum erat, traderent ſepulturæ. Beatum corpus in medio poſitum, vt mos eſt, omnibus accipientibus feretrum cum ipſo ſancto corpore, nullatenus de loco potuerunt mouere. Interrogatum eſt à viro venerabili Scobilione Archipresbytero loci illius, quem ipſe Pontifex enutrierat, quidnam eſſet. At ille ſe neſcire dixit. Vtique vnum ſcio, quia cùm eſſet in corpore, ſæpiùs audiui eum dicentem, quia infra muros ciuitatis nullus defunctus requieſcere deberet. Nam ipſe Pontifex in oratorio, quod ſuper littus Crientij fluuiolum ædificauerat, requieſcere diſponebat. Sed tamen neque locus ſic delectus nec monumentum paratum eſſe videbatur. Dum hæc ad inuicem loquebantur, & quid de ipſo ageretur dubitabant, venerabilis vir Scobilius, mœrore cordis repletus, commouetur in lacry-
F mis, & ſuper corpus B. Vedaſti prouolutus in vocem
precibus fuſis mouetur: erumpit, dicens: Heu me, heu me, beatiſſime Pater, quid vis vt faciam? quia iam dies declinat ad veſperum; & omnes qui conuenerunt, remeare ad propria feſtinant. Iube te ergo portare, dulciſſime Pater, ad locum quem olim tibi præparauimus. Cùm hæc dixiſſet, accepto feretro, in quo gleba ſancti corporis iacebat, leuauerunt in humeris ſuis, nullum onus ſentientes, & cum magno ſilentio deferentes canebant: Ambulabunt Sancti in viam quam elegiſti: feſtina ad locum qui præparatus eſt tibi. Tradiderunt enim ſepulturæ, ſicut decuit ſeruum Dei, in eccleſiâ à dextro cornu altaris, vbi ipſe pontificalis cathedræ fungebatur officio. Nam actum eſt aliquanto tempore poſt, vt cùm eadem domus, in quâ vir ſanctus vitam finierat, ignis incendio cremaretur, & pars domus conſumeretur, vna ancillarum fideliſſima, nomine Habita, B. Vo-

Auctore Anonymo, ex MSS.

ſigno Crucis frangit.

obiit 6. Febr.

ſepeliendus nequit reperiri:

ſepelitur in ade Cathedrali:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

daſtum cerneret, & ignem à cellulâ in quâ defunctus fuerat expelleret: quæ ſola cum lecto incombuſta remanſit. Quam propterea rerum Sator vrere non permiſit, vt virtutis ſuæ munere memoriale viuentibus relinqueret.

origine creditur Aquitanus.

9 *e* Nunc ſicut ſuperiùs memoranimus, vnde originem duxerit, ratum ducamus. Aquitania montem habet, qui æqualibus penè ſpatiis Petragoricam & Lemouicam ciuitates dirimit. Mons ille magnus, & ſui quantitate multum terræ occupans, longè lateque altitudine ferè nubes penetrans ſi graues ſint. Super cacumen eius antiquis & præteritis ætatibus, incertum an ciuitas an caſtrum ſitum fuit, cuius enormitatem & munitiſſimam magnificentiam ruinarum indicia & moles dirutæ ſatis demonſtrant, quanta fuerit res ipſa: nomen montis ex tunc & nunc Leucus eſt, ex nomine montis caſtrum illud etiam nomen ſortitum eſt: ſed & populus regionis illius Leuci ſunt dicti maxima pars Aquitaniæ vſque in Oceanum. Teſtes ſunt perpetua fama & plures ſcripturæ iam hodie, quòd illa omnia ita nuncupantur. De Leucis ergo B. Vedaſtus oriundus fuit, nobilibus procul dubio natalibus, proſapiâ ſicut ingenuâ, ita inſigni & famoſâ, prædiorum affluentiâ, & abundantiâ diuitiarum locupletiſſimis, vt nihil de ſeculari defuerit gloriâ. Puer ſtudio litterarum felici auſpicio mancipatus eſt: nam omnia quæ ad inſtitutum ſtudium attinebant, Diuino ſuggerente ſuffragio, pleniſſimè hauſit. Verùm in his omnibus nullo abuſus eſt, ſed gradatim ad ſumma aſpirans, verè ſecundùm Deum, & quæ illius ſunt, demum philoſophatus eſt, vt ſolum Deum & voluntatem eius, & præcepta amplecteretur, certus de repoſito fructu. Demum Beatiſſimus pluſquàm adoleſcens parentes fugit, diuitias contempſit paternas, & gloriam & ampliſſimas prædiorum poſſeſſiones ita ſpreuit, ac ſi breuiſſimæ eſſent, ita patriam euaſit. Applicuit tandem ita ſolitarius, ita vacuus ad fines qui Alemannos proſpiciunt. Ibi de loco ad locum pauper exulauit pro amore Dei & vitæ æternæ. *f* Et quia tanto tempore in partibus illis conuerſatus fuit, incolæ illius patriæ exiſtimauerunt illum, & adhuc exiſtimant, in Tullo, tunc oppido, nunc ciuitate, fuiſſe natum.

in ſtudiis ſanctè educatus.

verſus Alamanniam profectus eſt.

a *Videntur deeſſe duæ voces*, ad ripam *vel* circa ripas, *vt in ſequenti Vitâ legitur; ad quam plura.*

b *Deeſt nomen alibi. In alterâ Vitâ dicitur* Rege pontem tranſeunte obuiaſſe cæcus, *ibidem* à S. Vedaſto illuminatus; *quæ hic à deſcriptore videntur omiſſa. Vti etiam in Cheſnei Fragmento.*

c *Imò* Hunnorum, *vt in ſequenti Vitâ dicitur.*

d *Hæc* maleficiis *attribuuntur in ſequenti Vitâ.*

e *Hæc poſt prologum iuxta partitionem ibidem factam videntur fuiſſe, ſed quòd minùs certa ſint, hùc relata. Alibi pro alio prologo ſeorſim leguntur.*

f *Sequentia deerant in altero MS. Vedaſtino.*

ALIA VITA

ab Alcuino emendata,

ex Cheſneo, Surio, variis MSS.

a PROLOGVS ALCVINI.

1 DIlectiſſimo dilectionis filio *b* Radoni Abbati, humilis Leuita Albinus ſalutem. Dilectionis veſtræ venerabile præceptum ſecutus, Vitam S. Vedaſti Patris veſtri & Interceſſoris noſtri, *c* emendare ſtudui: non quòd aliquid illius excellentiſſimis meritis dignum valuiſſem, ſed quòd nihil tuæ Reuerentiæ iuſſis deniegare ratum putaui. Idcircò ad te maximè pertinet harum laus vel vituperatio litterarum. Vtinam tibi & Fratribus, qualeſcumque ſint, placeant. Deprecor autem, vt meum laborem orationum veſtrarum ſolatio remunerare dignemini; & vnus merear eſſe veſtrum in caritatis communione: illius ſemper memores mandati, qui dixit: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem. In hoc enim mandato omnium ſalus conſiſtit. Hoc cunctis perneceſſarium eſſe conſtat, & maximè iis, qui gregem Chriſti regendum accipiunt. Quapropter tu, Cariſſime, gregem, quem accepiſti regendum, fraterno amore diligenter erudire ſtudeto, & ſanctis admonitionibus eum per paſcua vitæ deducere ſatage. Habes in omni opere bono Chriſtum adiutorem, Sanctum quoque Vedaſtum interceſſorem. Sicut magno labore domum Dei optimè habes ornatam, & largiſſimis donis decoratam; ita tibi ſubiectos bonis moribus ornare contende, & eos in diuinâ laude deuotiſſimè fac conſiſtere, & quod Angeli ſemper agunt in cælis, hoc Fratres iugiter faciant in eccleſiis. Tuum eſt præcipere, illorum obedire. Tuum eſt præire, illorum ſubſequi. Omnium itaque in ſeruitio Dei vna debet eſſe voluntas, vt vna fiat in regno Dei remuneratio. D

Abbati in caritate regendi ſubditi. Ioan. 15. 12

2 Nullus horis canonicis ſe diuinis ſubtrahat laudibus, ne propter aliquam negligentiam cuiuſlibet locus in conſpectu Dei vacuus inueniatur: & verba Dei in eccleſiis intimo cordis affectu proferantur, & cum magnâ reuerentiâ Dei omnipotentis officia celebrentur. Omne verò miniſterium Chriſti humiliter & deuotè impleatur. Omnis itaque obedientiâ in ſeculi neceſſitatibus fideliter & ſtrenuè peragatur. Fiat equidem inter omnes concordiſſima pax & ſanctiſſima caritas, & deuotio vitæ regularis. Seniores bonis exemplis & ſedulâ admonitione erudiant iuniores, illoſque diligant vt filios, & illi, quaſi patres, eos honorificent, illorum cum omni alacritate obediant præceptis. Tua verò, venerande Fili, conuerſatio omnibus ſit exemplum ſalutis. Caue, vt nec minimus quis in tuâ ſcandalizetur vitâ, ſed ædificetur & roboretur in viâ veritatis: quia tibi ex illorum ſalute merces iudicabitur æterna. Cani capilli, extremum denuntiant properare diem. Quapropter paratus eſto omni horâ in occurſum Domini Dei tui. Dilectio fraterna, & eleemoſynæ miſerorum, & vitæ caſtitas præparent tibi gradus in cælum. Diligenter elabora tibi æternos dies felices. Honor ſecularis, quem habes, ſpiritualem tibi abundet in gloriam. *curâ habendâ officij diuini.* E *caritatis fraternæ.*

3 Feſtiuis diebus veniente ad eccleſiam populo, fac eis prædicari verbum Dei: & quocumque vadis, Clerici, qui ſeruitium Dei pleniter peragant, tecum eant; ſobrietate ornati, non ebrietati aſſueti: quorum honeſtas vitæ, aliis ſit doctrina ſalutis. Curamque vbique habeas maximè pauperum, viduarum, & orphanorum, vt audias in die tremendo à Domino Chriſto cum aliis eleemoſynam facientibus: Quamdiu vni ex his minimis feciſtis, mihi feciſtis. Eſto miſeris vt pater, & cauſſam ad te clamantium diligenter diſcute, & parce in te peccantibus, vt Deus tuis parcat peccatis. Eſto iuſtus in iudiciis, & miſericors in debitis, magiſter virtutum, moribus honeſtus, verbis iucundus, vitâ laudabilis, in omni opere Dei deuotus. Fratres quoque cohortare, vt ſanctas diligentiſſimè legant Scripturas. Non confidant in linguæ notitiâ, ſed in veritatis intelligentiâ, vt poſſint contradicentibus veritati reſiſtere. Sunt tempora periculoſa, vt Apoſtoli prædixerunt, quia multi pſeudodoctores ſurgent, nouas introducentes ſectas, qui Catholicæ fidei puritatem impiis aſſertionibus maculare nitentur. Ideò neceſsè eſt, Eccleſiam plurimos habere defenſores, qui non ſolùm vitæ ſanctitate, ſed etiam doctrinâ veritatis, caſtra Dei viriliter defendere valeant. *ædificationis,* F *eleemoſynarum.* Matth. 25. 40 *& ſtudij Scripturarum.* 2 Tim. 3. 1 2 Petr. 3. 3

4 Has verò piæ admonitionis litterulas non quaſi neſcienti direxi, ſed vt veræ caritatis in meo pectore fidem oſtenderem. Quid facit amicus, ſi ſeipſum verbis non oſtendit? Si diuites pauperum munuſcula non ſpernunt,

A spernunt, cur & vestræ sapientiæ flumina, nostræ riuulos intelligentiæ respuere debent? Nam & maiores amnes riuulis augentur influentibus, & ipse Dominus viduæ laudauit duo minuta, quæ ex inopiâ suæ paupertatis largâ manu Deo, quod habuit, obtulit. Et ego, quamuis scientiâ inops, tamen fraterno fidelis amore, vestræ hæc munuscula direxi pietati: obsecrans, vt tam humili fraternitatis ea intuitu respicere dignetis, quàm nos piâ deuotionis caritate illa vobis dirigere studuimus, Omnipotens Deus te tuosque carissimos Fratres in omni bono proficere faciat, & ad beatitudinem æternæ gloriæ peruenire concedat.

monita amicè suscipienda.

Luc. 21. 3

a *Prologus deest in MSS. S. Maximini & Marchianensi, & altero Antuerpiensi, in altero Actis postponitur.*
b *Surius* Rodani. *de eo iam egimus.*
c *Scilicet, vt monuimus, ante Alcuini tempora scriptam.*
d *Surius breuius:* Omnes vtique obedientiam in seculi necessitatibus fideliter & strenuè peragunt.

CAPVT I

Doctrina Christiana Regi Chlodoueo explicata à Vedasto.

Luc. 19. 4

B 5 POstquàm Deus & Dominus noster Iesus Christus ouem quærere perditam de cælis in hunc mundum per virginalem venerat vterum, & totâ suæ dispensationis & nostræ salutis peractâ plenitudine, cum triumpho gloriæ ad sedem paternæ maiestatis reuersus est, vt *a* tetricas ignorantiæ tenebras toto depelleret orbe; multa sanctorum lumina Doctorum; Euangelicæ prædicationis luce fulgentia, toto diuiserat mundo: vt, sicut cælum fulgentibus ornatur stellis, quæ tamen omnes ab vno illustrantur sole; sic & lata terrarum spatia sanctis splendescerent Doctoribus, qui tamen ab æterno sole illuminati, Diuinâ præeunte gratiâ, cæcas ignorantiæ tenebras veræ fidei fulgore & glorioso Christi nomine illustrarent, vt eis ministrantibus, longa ab initio mundi esuries, æternæ vitæ epulis satiaretur. De quorum numero sanctus Dei Sacerdos Vedastus & Prædicator egregius, temporibus fortissimi Regis tunc temporis Francorum *b* Clodouei, in has, Diuinâ dirigente gratiâ, ob multorum salutem peruenit regiones: quatenùs supernæ pietatis suffultus auxilio, populum diabolicâ fraude deceptum, & errorum laqueis captiuum, in viam dirigeret salutis æternæ, & veræ, quæ in Christo est, libertati restitueret.

4

Inter Doctores Ecclesiæ claret S. Vedastus:

b

C Sed vt hoc acceptabili, secundùm Apostolum, fieret tempore, qui ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; Dominus Iesus, qui vult omnes homines saluos fieri, competentem suo famulo præuidebat caussam, quoniodò opportunè ad ministerium verbi Dei peruenire valuisset.

2 Cor. 6. 2

1 Tim. 2. 4

6 Contigit verò præfatum Francorum Regem Clodoueum *c* Alemannis bellum inferre, qui tunc *d* temporis regno suo per se potiti sunt: sed non eos ita offendit imparatos, vt voluit. Nam fortissimâ collectâ manu, Regi circa ripas *e* Rheni fluminis obuiauerunt, vnanimes bellicâ virtute patriam defendere, vel liberâ manu pro patriâ mori: & fortissimè vtrinque decertatum est: hi, ne triumphi gloriam, illi, ne patriæ perderent libertatem, in mutuam corruentes cædem. Igitur Rex nimio turbatus terrore, dum inimicos vidit fortiter pugnare, & suos penè *f* ad internecionem vinci, magis cœpit de salute desperare, quàm de victoriâ sperare. Etsi autem necdum *g* voluntate renatus esset in Christo, tamen necessitate cogente, ad Christi confugit auxilium. Et quia Reginam habuit religiosam, baptismique Sacramentis initiatam, nomine *h* Clotilden, *i* oculos cum hac voce ad cælum leuauit: O Deus vnicæ potestatis, & summæ maiestatis, quem Regina Clotildis colit, confitetur & adorat; concede mihi hodie de inimicis meis victoriam. Nam ex hac die tu solus mihi eris Deus, & veneranda potestas. Tu mihi triumphum præsta, & ego tibi seruitium promitto sempiternum. Mox Diuinâ operante pietate, terga verterunt *k* Alemanni, victoria cessit Regi & Francis. O mira omnipotentis Dei clementia! ô ineffabilis bonitas! qui sic exaudit, & numquàm derelinquit sperantes in se. Quantâ fide Christiani nomen illius & misericordiam inuocare debent, dum paganus Rex ad vnius precis effectum tantam promeruit victoriam. Cui ex antiquis huius diuinæ pietatis adæquare auxilium debemus, qui ob vnius momenti lacrymas tam celebrem venturo suo seruo contulit triumphum, nisi Ezechiæ Regi, qui in angustiâ tribulationis vnâ tantummodò petitione promeruit, non solùm à præsenti vastatione ciuitatem supernâ protectione defendi, sed etiam in eadem nocte, quâ preces in diuinas effuderat aures, centum octogintaquinque millia hostium lætus & liberatus occidi viderat?

c
d
e

f *Chlodoueum, positum in Christi nomine victoriâ,*

g
h
i

4 Reg. 19

7 Hæc verò victoria, de quâ antè diximus, Regi populoque suo caussa fuit salutis æternæ: & ne lucerna, Sanctus videlicet Vedastus sub modio lateret absconditus, sed supra candelabrum positus, exemplis vel prædicationibus, in domo Dei lucens, ab errore idololatriæ & caligine ignorantiæ in viam plurimos educeret veritatis. Igitur superatis hostibus & rebus in pace compositis, & Alemannis suæ subiectis ditioni, Rex ouans cum laude triumphi ad patriam rediit. Et vt fidelis tantæ sibi gloriæ Largitori sponsor appareret, *l* festinauit seruorum Christi sacrâ imbui prædicatione, & E sancti baptismatis ablui Sacramentis. Venit autem ad *m* Tullum oppidum, vbi Sanctum agnouit Vedastum laudabili religione soli seruire Deo, & dulcissimos contemplatiuæ vitæ carpere fructus. Hunc verò ad S. Remigium, Christi clarissimum Sacerdotem, ad Remorum properans ciuitatem, sibi socium assumpsit: quatenùs per singulos itineris sui gressus saluberrimis ab eo imbueretur doctrinis, & Catholicæ fidei firmis initiaretur fundamentis: vt paratus fide & virtutum scientiâ, à tanto Pontifice spirituali abluueretur lauacro, & ab illo donis cælestibus confirmaretur, quod ab isto Diuinâ priùs præueniente *n* gratiâ euangelicis cœptum fuerat prædicationibus. Hic ad fontem vitæ festinantem deducebat Regem: ille in fontem salutis æternæ venientem abluebat. Ambo propemodùm pari pietate Patris: hic doctrinâ fidei, ille baptismatis vndâ: vtrique æterno Regi Regem temporalem munus obtulerunt acceptabile. Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia, à quibus Rex præfatus in viâ Dei eruditus & à diabolo cæteris erutus, miserante Deo, portam perpetuæ lucis ingressus, cum fortissimâ gente Francorum credidit Christo, & facta est gens sancta, F populus acquisitionis, vt annunctientur in eo virtutes illius, qui eos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum.

instruit, l

ad S. Remigium deducit baptizandum. m n

a *MSS. Marchian. & alterum Aniuerp.* tetras.
b *Imperauit Chlodoueus à fine anni 479 ad 509, quo obiit 27 Nouemb.*
c *Alamanni, siue Alemanni, ξυνάλιδες εἰσιν ἄνθρωποι καὶ μιγάδες, καὶ τῶν Νινατῶν ἀυτοῖς ἡ ἐπωνυμία,* Conuenæ sunt & miscellanei homines; quod & appellatio eorum linguâ indicat. *Ità lib. 1 de rebus Iustiniani Imperatoris Agathias, secutus Asinium Quadratum hominem Italum, accuratum rerum Germanicarum, vel ipso Agathiâ teste, scriptorem. Et certè ipsum nomen* Alleman *Germanis Belgisque* omnem virum *significat. Habitarunt olim hi Alamanni inter fluuios Mœnum, Rhenum & Danubium: quem prætergressi pristinum locum cum Suebis & Francis Orientalibus reliquerunt. Hincmarus in Vitâ S. Remigij ait pugnatum Francos inter & Alamannos Suenosque. De singulis actum 1 Februarij ad Vitam S. Sigeberti.* *Alamanni unde dicti* *eorum sedes:*
d *Alamannos passi Romanorum, quibus subiecti antè fuerant, excussum imperium, pro libertate suâ vindicandâ, acerrimos fuisse hostes decet Ammianus Marcellinus, potissimum lib. 28 in Valentiniano & Valente cap. 6. De hoc Chlodouei cum iis bello agunt Gregorius Turonensis lib. 2 cap. 30. Aimoinus lib. 1 cap. 15. Hincmarus aliique antiqui Scriptores gest.* *Romanorum imperium excutiunt:*

AVCTORE ALCVINO, EX MSS.

AVCTORE AXCVINO, EX MSS.

gestum id est anno regni eius 15, Christi 494.

c *Ita etiam in Vitâ priore* obuius hostis *dicitur factus ad* Rhenum. *Circa partes Argentorato vicinas pugnam contigisse arbitrámur, primò quod ab alterâ Rheni parte sedes Alamannorum fuerit. Secundò ac potissimùm, quòd, cùm* Remos Suessionesque *festinans repeteret, transierit* Tullum *vrbem, ac* pagum Vongisum *ad* fluuium Axonam, *qua loca inter Argentoratum & Remos interiacent. Recentiores scriptores praelium hoc assignant* Tulpiaco, *vulgò* Zullich, *oppido Ducatus Iuliacensis; sed itinere dici à Rheno distat, & erat tum sub regno Sigeberti Regis Colonienſis, qui istic secundum Gregorium Turonensem lib. 2 cap. 37* pugnans contra Alamannos percussus in geniculum claudicauit: *quod in aliâ hostium irruptione factum fuerit: nec enim ad sedem regiam rediturus Clodoueus Tullum veniſſet.*

A victi à Clodoueo circa Argentoratum, non Tulpiacum:

f *Turonenſis*, exercitus Chlodouei valdè ad internecionem ruere cœpit.

g *Idem:* Compulsus est confiteri necessitate, quod priùs voluntate negauerat.

h *Colitur 3 Ianij* S. Clotildis, *aliis* Chlotildis, Crotildis, Hlotild, Rothilt, Rothildis.

i *Greg. Turon.* Eleuatis ad cælum oculis, compunctus corde, commotus in lacrymis, ait: Iesu Christe, quem Crothildis prædicat esse filium Dei *&c. Hincmarus addit Regem antè monitum ab Aureliano Consiliario id feciſſe. Quæ etiam leguntur in Gestis Regum Francorum.*

k *Hincmarus addit*, Alamannos, videntes Regem suum interfectum, potestati Chlodouei se subdidisse, *qui eos* & terram eorum sub iugo tributario constituit. *Ast in Vitâ priore* Chlodoueus victor Alamannos cum Rege in ditione cepit: *quod verosimilius credimus.*

an eorum Rex occisus?

l *Ita secundùm Vitam priorem*, festinus rediit, vt celer ad baptismi gratiam confugeret. *Ergo non procul circumiuit: quod factum esset, si Tulpiaco per vrbem Tullensem rediisset.*

B m *Tullum ad Mosellam vrbs Episcopalis. Aimoinus lib. 1, cap. 16;* Victor Chlodoueus regrediens, Tullo ciuitatem deuenit, repertumque inibi B. Vedastum, posteà Adartensium Episcopum, comitem sui adsciuit itineris.

Tullum vrbs.

n *MS. March.* clementiâ.

CAPVT II

Miracula & virtutes S. Vedasti. Baptismus Chlodouei Regis.

8 SAcra igitur Euangelicæ auctoritatis narrat historia, Dominum Iesum Hiericho pergentem ad confirmanda in fidem suæ maiestatis corda populi præsentis, cuidam cæco ad se clamanti lumen reddidisse oculorum, vt per corporale vnius illius cæci lumen, spiritualiter multorum illuminarentur pectora.

Luc. 18. 41

S. Vedastus cæcum obuium,

Ita & S. Vedastus, Deo Christo donante, per cuiusdam illuminationem cæci, fidem, quam verbo prædicauit, in corde Regis miraculo confirmauit: vt Rex ipse intelligeret, tam sibi esse necessarium cordis lumen, quam cæco oculorum illustrationem: & quod Diuina operata est gratia, per preces famuli sui, in oculis cæcâ nocte castigatis; hoc per sermones eiusdem famuli, eâdem operante potentiâ, per spiritualis intelligentiam lucis in suo pectore perficeretur. Nam dum regia excellentia condigno comitatu cum multitudine maximâ iret populi, iter agentibus illis, venerunt in quemdam pagum, qui incolarum terræ illius consuetudine *a* Vungise pagus dicitur prope *b* Reguliacam villam, quæ sita est super floriferas Axonæ fluminis ripas. Et ecce eiusdem fluminis *c* pontem Rege transeunte cum multitudine populi, obuiauit illi cæcus quidam, huius diutissimè solaris expers luminis: fortè nec suâ cæcatus culpâ, sed vt manifestarentur opera Dei in illo, & per illius illuminationem præsentem, plurimorum illuminarentur corda spiritualiter. Qui cùm intellexisset à prætereuntibus S. Vedastum Christi seruum in eodem iter agere comitatu, clamauit: Sancte & electe Dei Vedaste, miserere mei, & supernam pio pectore diligentiùs deposce potentiam; vt meæ subueniat miseriæ. Non aurum posco, nec argentum, sed vt mihi lumen per sanctitatis tuæ preces restituat oculorum. Sensit itaque vir Dei virtutem sibi adesse supernam: non ob illius cæci tantummodò, sed plus propter præsentis *d* populi salutem, tò D tumque se in sacras effudit preces, in Diuinâ fidens pietate, & dexteram cum signo Crucis posuit super oculos cæci, dicens: Domine Iesu, qui es lumen verum, qui aperuisti oculos cæci nati ad te clamantis, aperi oculos & istius, vt intelligat populus iste præsens, quia tu es Deus solus, faciens mirabilia in cælo & in terrâ. Mox ille cæcus lumine recepto, gaudens perrexit viam suam. In quo loco tempore sequenti à religiosis viris ædificata est ecclesia, in testimonium miraculi istius, in quâ orantibus & credentibus vsque *e* hodie beneficia præstantur diuina.

d

signo Crucis illuminans:

e

9 Igitur Rex à viro Dei Euangelicis apprimè imbutus doctrinis, & hoc præsenti miraculo in fide firmiter confortatus, nil moratus in viâ, nil dubitans in fide, sed magnâ alacritate animi, magnâ festinatione itineris, sanctissimum Pontificem Remigium videre properauit, vt illius sacratissimo ministerio, Spiritu sancto operante, in remissionem peccatorum, & spem vitæ æternæ, Catholici baptismatis viuo ablueretur fonte. Cum quo aliquantis moratus est diebus, vt Ecclesiasticis satisfaceret sanctionibus, & pœnitentiæ, secundùm Apostolicum præceptum, priùs ablueretur lacrymis, dicente B. Petro Principe Apostolorum: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine Domini nostri Iesu Christi; & sic in nomine sanctæ Trinitatis, cælestis mysterij baptisma suscipere. Sciens verò beatus Pontifex Apostolum dicere Paulum, Omnia vestra *f* honesto cum ordine fiant: constituit *g* diem, quo Rex Ecclesiam intraret ad suscipienda diuinæ pietatis Sacramenta. Quale fuit tunc *h* Sanctis Dei gaudium, qualis in Ecclesiâ Christi lætitia, cùm viderent Regem Niniue ad prædicationem Ionæ de solio maiestatis suæ descendisse, & in cinere sedisse pœnitentiæ, & sub piâ Dei Sacerdotis dexterâ, suæ Excellentiæ caput humiliare! Baptizatus est itaque Rex cum optimatibus suis & populo, qui Diuinâ præueniente gratiâ, salutaris lauacri gaudebat suscipere Sacramentum.

à Clodoueo

E

1 Cor. 14. 40

f

g

h

post baptismum Ion. 3.

10 Vtriusque & victoriæ ex hostibus, & suæ salutis voti compos, ad sceptra regni gubernãda reuersus est, Sanctumque Vedastum beato Pontifici commendauit Remigio. Qui ibi moratus, vitæ meritis & virtutum claruit exemplis, omnibus amabilis & venerabilis factus est. Fuit enim morum dignitate religiosus, caritate præcipuus, fraternâ dilectione iucundus, humili pietate eximius, orationum vigilantiâ assiduus, sermone modestus, corpore castus, ieiunio sobrius, miserorum consolator. Non de crastino cogitans, sed semper de Dei confidens clementiâ, omnes ad se venientes, æternæ vitæ pascebat alimento. Nullum in suâ despiciebat angustiâ, sed piæ consolationis verbo reficiebat mœstos. Nemini vel verbo nocuit, sed fraterno amore cunctis prodesse satagebat. Vnde & à quam plurimis illustribus frequentabatur viris, vt illius sacratissimo alloquio vel in tristitiâ cuiuslibet sollicitudinis susciperent consolationem, vel in religione Ecclesiasticæ exercitationis puram ab eo audirent veritatem. Vnde & illius piâ deuotione multi à diaboli laqueis liberati sunt, & viâs vitæ perpetuæ, supernâ adiuuante pietate, ingressi sunt. Scilicet multi, vt suprà diximus, ob celeberrimam sanctitatis famam eius nobilium vel plebeiorum virum Dei visitare solebant, vt consolarentur per gratiam, quæ abundabat in labiis illius, & quia ex abundantiâ cordis os loquitur, & quia fraterno amore omnes diligebat, omnibus se affabilem præstabat. Aliorum salutem suum reputans lucrum, nec Dominicæ talentum pecuniæ pigritiæ obruit humo, sed quotidiano caritatis sudore multiplicare studebat, ne vacuus reueniente Domino suo, in conspectu illius *k* appareret.

commendatur S. Remigio:

F

omni virtute excellit:

i

ecclesias instituit:

k

11 Igitur quidam vir nobilis & religiosus inter alios famulum venit visitare Christi, vt per eum cælestis doctrinæ

A doctrinæ reficeretur melle. Et dum sermo dulcissimæ allocutionis in longum traheretur, & sol medium cæli transiens centrum, crescentes duplicaret vmbras, nolebat vir Dei hospitem suum absque caritatis dimittere viatico: sed mandauit puero, vt si quid illi remansisset vini, caro pocula portaret amico, quatenus in vtroque & animâ refectus, & corpore confortatus, domum rediret. Sed propter hospitum frequentiam, & viri Dei largam erga omnes munificentiam, non aridâ patris caritate, aridum inuenit vasculum, in quo vinum seruari solebat. Mox tristis, tacito murmure, hoc ipsum puer paternis intimauit auribus. Qui verecundiæ rubore perfusus, caritatis tamen dulcedine abundans corde, in diuina confisus suffragia, tacitus paulisper Deo preces effudit: nil de diuino dubitans auxilio, nil de suæ petitionis hæsitans effectu, totus in eius credens clementiâ, qui de aridâ petrâ sitienti populo fontem aquæ viuæ produxit, vel in Canâ
l Galileæ aquam *l* in mirabilis vini conuertit saporem; dixit puero: Vade in Dei confidens bonitate, & quodcumque inueneris in vasculo, non cunctéris nobis adferre. Qui celer paterno obediens præcepto, cucurrit, & vas vino optimo superaffluens inuenit: gratias Deo agens, alacri animo venienti & suis sociis propinauit amico. Qui duplici roboratus caritate, remeauit in propria. Sed famulus Christi, ne vanis iactantiæ verbis vel rumigero populi celebraretur fauore, sub magnâ attestatione præcepit puero, omnibus vitæ suæ diebus hoc tacere miraculum, plus Deo soli cognitus esse cupiens,
B quàm hominibus, certò sciens, omnium esse virtutum veram in humilitate custodiam, & hanc esse, quæ caritatis gradibus altissima cæli regna conscendit, ipsâ docente Veritate: Omnis qui se humiliat, exaltabitur.

Precibus vinum obtinet.

Matth. 23. 12

a Vungise, *siue* Vogise; *alii* Vungilus pagus: *in Itinerario Antonini* Vongus vicus. *In Capitulo Caroli Calui ad annum 853 dum pagi per Missaticos ordinati describuntur* Vonziso; *in præcepto Ludouici pro Ecclesiâ Remensi* castrum Vonzense: *& apud Flodoardum* municipium Vongum; *vulgò* Vouzy, *quod pago suæ ditioni subiecta nomen dedit.*

Vungisus pagus.

b *In Vitâ priore* villam Rilugiaco.

c *Ibidem*, locus qui dicitur Grandeponte.

d *In MS. March.* seculi.

e *Baldricus testatur adhuc suâ tempore extitisse eam* ecclesiam in testimonium virtutis huius constructam; *id est, seculo Christo vndecimo. Consuli potest caput 6 libri* 1.

f *MS. March.* honestè & ordinatè. *In Vulgatâ editione legitur:* Omnia autem honestè & secundùm ordinem fiant.

g Diem, *inquit S. Auitus in epistolâ ad Chlodouæum Regem*, quo natum redemptionis suæ cæli Dominum mundus accepit, & quo Christus ortus est mundo. Vnde, *addit*, nos iam securos vestri sacra nox reperit, *quâ videtur baptizatus.*

Chlodouæus baptizatus nocte natiuitatis Christi.

h *Suum gaudium exprimit S. Auitus:* Nobiscum tractabamus sacrâ illâ nocte, quale esset illud, cùm adunatorum numerus Pontificum, manu, sancti ambitione seruitij, membra regia vndis vitalibus confoueret: cùm se Dei seruis inflecteret timendum gentibus caput: cum sub casside crines nutritos salutari galeâ sacræ vnctionis indueret: cùm intermisso tegmine loricarum immaculati artus simili candore fulgerent, *&c.*

i *MS. March.* admonitione.

k *Idem* inueniretur. l *idem*, vertit in vinum.

CAPVT III

S. Vedasti episcopatus Atrebatensis.

12 CVmque viri Dei celeberrima vulgaretur fama, & caritatis in eo munificentia, & religio vitæ,
a & verbi Dei instantia *a* longè lateque ab omnibus celebraretur, visum est beatissimo Pontifici Remigio, tam præclaram Christi lucernam melius esse suprà candelabrum ponere, vt splendidissimo suæ sanctitatis fulgore latius ad salutem luceret multorum, quàm sub
b vnius loci *b* latebris propemodùm absconditâ lateret. Diuinâ igitur dispensatione & salubri Sacerdotum consilio, ordinauit eum Episcopum, & ad prædicandum verbum vitæ Atrebatensi eum direxit vrbi, quatenùs populus diu in antiquis malæ consuetudinis erroribus iacens, Deo auxiliante, per assiduam sacræ prædicationis instantiam, per illum in viam veritatis, & agnitionem Filij Dei deduceretur. Qui pontificatus gradu & prædicationis officio susceptо, concitus ad iam præfatam perrexit vrbem: sed in auspicium futuræ prosperitatis & salutis, Deus cuiusdam miraculi testificatione eius patefecit ciuibus introitum.

Ordinatus Episcopus in Atrebatum:

Auctor. Vitæ S. Remigij ex MSS.

D

13 Igitur in ipsâ ciuitatis portâ duos habuit sibi obuiàm egenos & infirmos, cæcum scilicet & claudum, miserabili à viro Dei voce *c* stipendia postulantes. Mox *c*
sacerdos Christi, illorum condolens miseriæ, secum tractabat, quid illis solatij præstare posset. Et cùm Apostolicus prædicator pecuniam in sacculis se non habere sciret, in Diuinâ confidens clementiâ, & sanctorum Apostolorum Petri & Ioannis confortatus exemplo, ait: Aurum & argentum non est mecum: quod Act. 3. 6
autem habeo, id est, caritatis officia, & *d* pietatem orationis ad Deum, hoc vobis præstare non differo. Et *d*
post hæc verba vir Dei ex intimo cordis affectu pro illorum miseriâ fudit lacrymas, & cùm fidei puritate opem illis poscebat Diuinam, vel pro illorum corporali, vel pro populi præsentis salute spirituali. Nec tam piæ & necessariæ preces inefficaces esse potuerunt, sed ab illo, qui per Esaiam inquit Prophetam: Tempore Isa. 49. 8
opportuno exaudiui te, & in die salutis adiui te: mox ambo in conspectu multitudinis optatam receperunt sanitatem, hic luminis claritate ditatus, ille pedum velocitate lætatus. Ambo supernæ gratias agentes pietati, E
maiora quàm sperauerãt munera reportantes, domum reuersi sunt. Sed & hoc miraculum sanitatis in illis, plurimis causa fuit salutis æternæ. Videntes enim cæ- *multos conuertit:*
lestem virtutem verba consequi Sacerdotis Dei, relictis idololatriæ sordibus, in Christum credentes, viuo sacri baptismatis fonte purgati sunt.

precibus cæcum & claudum sanat:

templi antiqui ab Attilâ vastati.

14 Præfati verò miraculi testificatione, vir Dei fautore populi suffultus, singula ciuitatis loca peragrans; quæsiuit inter ruinas ædificiorum, si quod ecclesiæ signum inueniri valuisset. Nam in antiquis fermè temporibus, sacræ in illis locis fidei floruisse religionem agnouit; sed propter peccata habitatorum terræ illius, occulto Dei iudicio, sed iustissimo, tradita est cum ceteris Galliæ vel Germaniæ ciuitatibus, pagano & perfido Hunnorum Regi *e* Attilæ, vrbs quoque illa deprædanda. Qui propter nimiam animi sui sæuitiam, nec Sacerdotibus Dei honorem, nec Ecclesiis Christi reuerentiam impendere sciebat: sed omnia, quasi tempestas immanissima, ferro vastauit & igne. Tunc in similitudinem Hierosolymitanæ vastationis, quæ ab impio Babyloniæ Rege facta est, venerunt gentes in hæ- 4 Reg. 25.
reditatem Dei, & pollutis manibus profanauerunt sa- F
craria Christi, effundentes sanguinem seruorum Dei circa altaria altissimi Regis. Non hæc paganorum fecit fortitudo, sed populi Christiani promeruerunt peccata. Inuenit verò famulus Christi antiquæ ruinas ecclesiæ inter murorumque fragmeta, veprium crescere densitates: vbi quondam psallentium chori, ibi lustra & latibula ferarum visa sunt, stercoribus & immunditiis omnia plena, ita vt vix vestigium aliquod remansisset murorum. Hæc cernens, intimo cordis dolore ingemuit, dicens: O Domine, hæc omnia venerunt Psal. 105. 6
super nos, quia peccauimus cum patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus. Sed tu Domine memor esto misericordiæ tuæ, & nostris parce peccatis, & ne obliuiscaris pauperum tuorum in finem.

reperit vestigia:

15 Dum hæc itaque lacrymosis murmuraret querelis, ecce subitò, ex ruinosis speluncis vrsus prosiliuit. Cui vir Dei cum indignatione præcepit, vt in deserta secederet loca, & sibi commoda inter condensa siluarum quæreret habitacula, nec vltra illius fluminis ripas transiret. Qui mox tali territus minatione, fugit, nec vnquam postea illis visus est in partibus. O mira omnipotentis Dei in Sanctis suis potentia, quibus bestiæ ferocissimæ

vrso abitum imperat:

AVCTORE ALCVINO, EX MSS.

rociſſimæ obedire ſciunt. O miſerabilis hominum audacia, qui ſalutiferæ prædicationis verba, à ſanctis prolata Doctoribus, contemnere non metuunt. Irrationabilis beſtia, in obtemperando Sanctorum præceptis, quodammodò ratione vtitur humanâ: homo verò ad imaginem Dei conditus, ratione prædituſ, honorem ſuum non intelligens, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

A Pſal. 48. 13

16 Dum verò comperiſſet vir Dei eccleſias Chriſti deſertas, cor populi idololatriæ erroribus infectum, ignorantiæ tenebris obcæcatum, gemino ſe pietatis ſubdidit labori. Populum ſedulâ intentione ad agnitionem veri luminis perduxit, eccleſias ad culmen ſummi decoris erexit, Presbyteros & Diaconos ſibi in adiutorium per diuerſa Eccleſiarum diſpoſuit loca, & vbi priùs ſpeluncæ fuerunt latronum, ibi orationum domos conſtruxit: magiſque diuinis intendit cas ornare laudibus, quàm pompaticis ſeculi diuitiis comere. Fuit verò pauperibus largus, diuitibus affabilis, quatenùs omnes vel largitate munerum, vel iucunditate verborum in viam deduceret veritatis. Sciens itaque nullatenùs ſuperba ſecularis potentiæ colla ad Chriſtianæ religionis humilitatem conuerti vel inclinari poſſe, niſi per ſuauiſſimas pietatis admonitiones, Apoſtolico inſtructus exemplo, omnibus omnia factus eſt, vt omnes lucrifaceret, ſeniores honoribus præueniens, iuniores paternâ dilectione admonens, vbique per officia caritatis, non ſua quærens, ſed quæ Dei ſunt, Chriſti ſequutus veſtigia, potentium conuiuia non contempſit, non luxuriæ cauſsâ, ſed prædicationis obtentu, vt familiaritatis concordiâ, facilius verbum Dei conuiuantium infunderet cordibus.

conſtituit ſacras ædes,

B 1 Cor. 9. 22 *omnibus omnia factus.*

17 Igitur quidam nobilis Francus, potentiâ clarus, Ocinus nomine, Regem *g* Clotharium, prædicti Regis Clodouei filium, qui tunc temporis Francorum regni nobiliter regebat ſceptrum, vocauit ad prandium, quod magno apparatu in domo ſuâ Regi & ſuis parauerat *h* Optimatibus. Rogatus quoque eſt Sanctus ad conuiuium Vedaſtus. Qui domum intrans, more ſibi ſolito, dexterâ extentâ, omnia ſanctæ Crucis vexillo ſignauit. Quædam verò vaſcula ibi ceruiſiâ adſtabant plena, ſed malè gentili errore dæmoniacis incantationibus infecta. Quæ mox ob potentiam ſanctæ Crucis deſtructa crepuerunt, & quicquid liquoris habuerunt, in terram effuderunt. Territus verò Rex & Optimates illius, huius viſione miraculi, ſciſcitabatur Pontificem cauſſam repentini prodigij. Cui ſanctus reſpondit Epiſcopus: Per quaſdam maleficorum incantationes, ad decipiendas conuiuarum animas, diabolica in his latuit liquoribus potentia: ſed virtute Crucis Chriſti territa, ſic inuiſibiliter de domo effugit iſtâ, ſicut viſibiter conſideraſtis, liquorem effundi in terram.

g

h *In conuiuio, Rege præſente, ſigno Crucis*

frangit pocula maleficiis infecta.

C Hæc verò res multis proficiebat in ſalutem. Nam plurimi, occultis diabolicæ fraudis catenis abſoluti, auguriorum vanitate ſpretâ, incantationum conſuetudine relictâ, ad veræ religionis *i* conuolauerunt puritatem, intelligentes Diuinæ potentiæ efficaciam in ſuo famulo facere ſigna, nihilque contra eius ſanctitatem antiqui ſerpentis valere machinamenta. Et quod ille ad perditionem parauerat aliquorum, hoc Chriſti gratia ad redemptionem conuertit plurimorum.

a *MS. S. Maximini*, magis magiſque excreſceret.
b *Surius* lateribus. c *idem* ſtipem.
d *MS. S. Maxim.* pietatis orationem.
e *Anno Chriſti 450 & ſequenti. De Attilâ Sidonius Apollinaris in Panegyrico Auiti, carmine 7, verſu 327 ita canit:*

Attila.

Et iam terrificis diffuderat Attila turmis
In campos ſe, Belga, tuos.

f *Baldricus addit*, inuentam aram ſanctæ Dei genitricis Mariæ inter ſtragem murorum illæſam diuinitus ſeruatam. *Raiſſius in Belgicâ Chriſtianâ ait eam* à S. Diogene erectam, & à S. Vedaſto templo conſtructo incluſam. *De Diogene in ſilentio antiquorum nihil ſuprà § 1 auſi ſumus affirmare.*

g *Chlodoueo anno 509, die 27 Nouemb. defuncto ſucceſſerunt quatuor filij, inter quos Chlotharius 1, apud Sueſſionas ſedo poſitâ, præfuit Atrebatibus.* D

h *Plures ex his Paganos fuiſſe, eiſq; pocula ſuperſtitione gentili conſecrata fuiſſe indicat Vita prior.*

i *Surius* conualuerunt.

CAPVT IV

S. Vedaſti obitus, ſepultura.

18 RExerat igitur præfatus Dei Sacerdos Eccleſiam Chriſti, Diuinâ auxiliante gratiâ, annis circiter *a* quadraginta, ſub magnâ Euangelicæ prædicationis deuotione, ſub magno pietatis amore, ac per id temporis multitudinem populi Catholico dogmate ad Chriſtianæ fidei conuertit ſanctitatem. Claruit vbique Diuinæ cognitio legis, ſanctiſſimum Chriſti nomen cunctorum audiebatur in óre, floruit in moribus caſtiſſimæ vitæ honeſtas, ardebat in pectoribus ſingulorum cæleſtis patriæ amor, populus ſtatutis diebus ad eccleſiam concurrebat, feſta cum magno gaudio noſtri Saluatoris opportunis celebrabantur diebus, eleemoſynæ circa domos vberrimè pauperibus diſpertiebantur, verbum Dei quotidie per loca ſingula populis prædicabatur, hymnidicas laudes Deo horis canonicis chorus cantabat in eccleſiis. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt: beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Omnes enim in pulchritudine pacis quieſcebant, in agnitione veritatis gaudebant, in ſanctitate Chriſtianæ religionis lætabantur.

a *S. Vedaſtus excolit 40 annis diœceſim,*

vberrimis fructus:

E Pſal. 143. 15

19 Poſtquàm verò pius prædicator & ſanctus Dei Sacerdos, meritis maturus & annis, præmia ſui laboris accipere debuit, Deo diſpenſante, in eadem Atrebatâ ciuitate validæ infirmitatis febre correptus eſt, Diuinâ prænidente miſericordiâ, vt, vbi plurimùm in Dei ſudauit ſeruitio, inde ad palmam æternæ beatitudinis peruenirет, & inter cariſſimorum manus filiorum animam ſuo redderet Creatori. Vt verò ſui famuli obitum Deus deſignaret, viſa eſt nocte quadam clariſſimæ columna lucis, à culmine domus, in quâ ſanctus iacebat Sacerdos, vſque ad ſummum cæli, horarum fermè ſpatio duarum, ſtare faſtigium. Quod cùm viro Dei diceretur, intellexit ſtatim, hoc ſignum ſuum demonſtrare obitum. Vocauit igitur ſuos ad ſe filios, vt eorum precibus ſuam fideli conditori commendaret animam. Et poſt dulces paternæ pietatis admonitiones, & extrema caritatis verba, ſacroſancto Corporis & Sanguinis Chriſti confirmatus viatico, inter manus lacrymantium ſpiritum emiſit. O dies ſancto lætiſſima Sacerdoti, ſed cuncto mœſtiſſima populo, quem tantus ſubitò corporali vitâ deſeruit Paſtor, quem tamen ſpirituali numquàm deſerit interceſſione, ſi ſacræ illius admonitionis verba, & probatiſſimæ vitæ veſtigia ſequi non deſiſtat.

columnâ lucidâ apparente, obitum ſuum prædicit:

ſumptâ Euchariſtiâ obit:

F

20 Conuenerunt itaque ad vltimas venerandi viri exequias Clerus & populus copioſus, aliarumque Eccleſiarum Sacerdotes, Presbyteri & Diaconi. Sed mirum: inter lacrymantium voces in terrâ, pſallentium (vt fertur) à quibuſdam religioſis viris cœtus audiebantur in cælo: & dum digno honoris officio feretrum, in quo iacebat corpus, paratum ſtaret in medio, accedentes mouere, illud non valebant. Quid verò agerent, ambigebant; quò ſe verterent, neſciebant. Sciſcitabantur à Scopilione Archipresbytero, viro equidem religioſo, qui ſecretarius fuerat ſermonum Sancti *b* Dei, ſi aliquid de ſuâ eum teſtari ſepulturâ memoraret: timentes, ne fortè illis hoc ideò accidiſſet, quia intra murum eiuſdem ciuitatis illum ſepelire diſponebant. Quibus ille reſpondit, ſæpiùs eum ſe audiſſe dicentem, quòd nullus *c* intra muros ciuitatis ſepeliri debuiſſet: quia omnis ciuitas locus debet eſſe viuorum, non mortuorum *d*. Volebant ſiquidem illum in eccleſiâ beatæ ſemper Virginis Mariæ, vbi Sedi pontificali præſederat,

ſepeliendus nequit moueri.

b

c

d

rat, tumulari. Ipſe verò ſepulturæ ſuæ locum in oratorio, quod paupere ſumptu, id eſt, ligneis tabulis prope litus e Crientionis fluuioli ædificauerat, fieri diſpoſuiſſe cognoſcitur. Quod licet ipſe pro humilitate, quâ ſemper vſus eſt, fieri voluiſſet, omnes tamen, qui aderant, attendentes meritorum eius inſignia, indignum ducebant tanti viri corpus in loco humili debere ſepeliri; præſertim cùm nec locus ipſe habilis eſſet tanto monumento, nec palude obſitus, foret acceſſibilis populo.

(petierat in oratorio extra muros ſepeliri)

21 Dum talia inter ſe quererentur, venerabilis vir Scopilio, doctus virtute precum, ad ſolita ſibi credidit arma currendum; vt videlicet oratio fidei obtineret, quod multa hominum manus viribus nequiuiſſet. Vnde cunctos hortans ad precem, ipſe prior illacrymans, ſuper corpus ſacratiſſimum incumbens orationi, in hanc vocem, mœrore cordis affectus, erupit: Heu mihi, inquit, ô beatiſſime Pater, quid vis vt faciam, quoniam & dies in veſperum declinat, & omnes, qui ad tuas exequias conuenerunt, ad propria iam remeare feſtinant? Permitte, obſecro, te perferri ad locum, qui tibi filiorum curâ præparatus exiſtit. Et his dictis, accipientes capulum, in quo ſancti viri corpus iacebat exanime, nullum onus ſentientes, portauerunt eum ſubiectis humeris cum alacritate animi ad ſepulturæ locum. Sepelieruntque eum in eccleſiâ iam dictâ beatæ Dei genitricis ſemper Virginis Mariæ, in dexterâ parte altaris, vbi quondam pontificalis Cathedræ fungebatur officio, nobilem terræ abſcondentes theſaurũ.

factis precibus mouetur.

B

ſepelitur in ædo B. Mariæ,

22 In quo loco per aliquod iacuit tempus, quouſque Domino reuelante, ad locum, vbi nunc fulget eius memoria, eſt à viris ſanctis, Autberto & Audomaro Epiſcopis felici mutatione tranſlatus. Nunc autem, quid in eodem epiſcopio poſt eius exceſſum viſum eſt dignum memoriæ, referatur. Superueniente igitur tempore, domuncula, in quâ Deo dilectus diem obiit, flammis arrepta, ardere cœpit. Sed videnti quadam religioſâ fœminâ, Abitâ nomine, Sanctus aduenies Vedaſtus, flammas à domo diſcuſſit, & ita incolumis remaniſit cum lectulo, in quo vir Domini ſanctam ad cæleſtia regna animam emiſit: vt omnes agnoſcerent, quanta illius eſſet beatitudo in cælis, cuius lectuli domicilium in terris ardere non potuit.

Incendium apparens diſcutit.

a *Ab anno circiter 500 ad 540, vt ſuprà docuimus.*
b *MSS. Marchian. & S. Maxim.* à S. Phyleone.
c *MS. March.* infra muros, *phraſi eo ævo obuiâ, pro* intra muros.
d *Vita ita concluditur reliqua omiſſis ab MSS. Marchianenſi & S Maximini*: Conſilioque ab eo accepto foras ciuitatem in oratorio, quod ſibi ipſe parauerat, ſepelirent Patrem. Qui mox facillimè leuantes feretrum portabant ſanctum corpus cum luminibus, laudibus & hymnis ad locum ſibi placitum, ſepelientes eum cum magno honore iuxta altare eiuſdem oratorij nobilem terræ condentes theſaurum. In quo loco diuinâ præſtante pietate vſque hodie ſolent miracula fieri, quæ magis cernentium ore narrantur, quàm dictantis ſtylo ſcribantur. Superueniente itaque tempore, domus, in quâ Deo dilectus diem obiit, flammis arrepta ardere cœpit. Sed videnti religioſâ fœminâ, Abitâ nomine, Sanctus aduenies Vedaſtus, flammas à domo diſcuſſit, & ita incolumis remanſit cum lectulo, in quo vir venerabilis ſanctam ad cæleſtia regna animam emiſit, vt omnes agnoſcerent, quanta illius eſſet beatitudo in cælis, cuius lectuli domus in terris ardere non potuit: pro cuius meritorum quoque ſanctitate Diuinâ operante pietate quotidie vel vetera narrantur miracula vel noua videntur. Felix equidem Atrebata ciuitas tam excellenti munita Patrono, & ſi ruinis murorum vileſcat, illius tamen meritorum nobilitate clareſcit. Totus itaque populus pro eius ſanctitatis interceſſione gaudeat & omnipotenti Deo æternas deferat laudes, qui tam clarum illis perdonauit Doctorem: cuius prædicatione viam veritatis agnouit, cuius precibus ſi in firmitate fidei & vitæ ſanctitate conſiſtit, ab omni aduerſitate ſecura permanebit, & vſque ad perfectam beatitudinis gloriam perueniet, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cũ Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

C

An initiò ſepultus in oratorio ſuburbano?

e Crientio, *alias* Trientio, *vrbem perluit. Eius meminit Carolus Caluus apud Miræum lib. 2 Diplomatum Belgicorum, cap.*

Crientio fluuius.

11. vbi concedit Stephano Epiſcopo legalis iuſtitia diſciplinam in ciuitate Atrebatenſi.

CAPVT V

Tranſlatio corporis S. Vedaſti.

A VOTORE ALCVINO, EX MSS. D

23 IAcuit autem in loco eodem vſque ad tempus B. Autberti, qui ſeptimus ei in Sede pontificali ſucceſſit Epiſcopus. Is autem, vt maiorum relatione cognouimus, & vt in innumerabilium hominium ore verſatur, & quod oculis etiam factum probamus, dum quadam die poſt hymnos matutinos in a mœnianis conſiſtens, rubente aurorâ, Orientem versùs intenderet, vidit eminus trans fluuiolum, qui Crientio vocatur, virum præfulgidum, virgam manu tenentem, baſilicæ locum metiri. Quod ille cerniens, reuelante Deo, viſionem cognouit Angelicam: oſtenſumque eſt illi, Beatum illuc Vedaſtum, annuente Chriſto, ſine dubio transferendum. Quâ reuelatione certior factus, inuitauit ad tantum opus B. Audomarum, qui eâ tempeſtate Taruennæ Morinorum vrbis Epiſcopus, in Dei rebus magnificus habebatur. Qui licèt iam ſenio preſſus, & amiſſione luminum videretur debilior factus, animum tamen vt arcum habens ſpirituali ſtudio intentum, illicò promptus, Chriſto greſſus regente, feſtinus ad venerabilem peruenit Autbertum. At ille quid animo gereret, & quid ſibi diuinitus eſſet oſtenſum, referens, pari voto communique conſilio cum magno populorum gaudio, qui vndique confluxerant, ad locum deſignatum beatiſſimum tranſtulerunt Vedaſtum. In quâ tranſlatione perhibetur B. Audomarus lumen recepiſſe oculorum, ſed illicò precibus eamdem, quam vltroneus ferebat, reimpetraſſe cæcitatem. Paruipendebat quippe lumen carnalium oculorum, qui lumen meruit ciuium ſupernorum.

In viſione admonitus

a

S. Autbertus tranſfert eius reliquias.

E

B Audomarus recepto viſu, impetrat denuò cæcitatem.

24 Porrò autem miracula, quæ & tunc geſta perhibentur, & quæ iam per annos fermè centum ſexaginta per merita B. Vedaſti patrata ſunt, nullo ſunt ſtylo memoriæ tradita, excepto, quòd vocibus cantorum huiuſmodi canitur antiphona: Hic eſt Beatus Vedaſtus, cui templum fieri ab Angelis iuſſum eſt hominibus. Eſt autem locus ipſe non longè ab eadem vrbe, qui pro nobilitate ſui Nobiliacus primò eſt appellatus: ſed procedente tempore tam inſignis effectus, vt vrbis nomine, quæ iam ruinis crebrioribus penè obſoluerat, vocitetur. Eſt hamque & largitione fidelium ſublimatus, & agmine monachorum, & aliorum Deo deuotorum grege refertus: vbi inceſſanter quotidie Diuina celebrantur præconia, & frequenter cæleſtia facta ſunt, & fiunt miraculorum ſigna, quæ iam magis cernentium ore narrantur, quàm dictantis ſtylo ſcribantur. Felix equidem Atrebatum ciuitas, tam excellenti munita Patrono: & ſi murorum ruinis vileſcat, illius tamen meritorum nobilitate clareſcit. Totuſque pro eius ſanctitatis interceſſione gaudeat populus, omnipotentique Deo æternas referat laudes, qui tam clarum illi perdonauit Doctorem, cuius prædicatione viam agnouit veritatis. Cuius precibus, ſi in fidei firmitate & vitæ ſanctitate conſiſtit, ab omni aduerſitate ſecura permanebit, & vſque ad perfectam beatitudinis gloriam perueniet. Obiit autem idem Sacerdos Chriſti Vedaſtus VIII Idus Februarij regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

F

Felix Nobiliacus & Atrebatum reliquiis, miraculis, interceſſione S. Vedaſti.

a *Surius* humanis. *Fulbertus infrà ex Vita S. Autberti*, ſtans in mœnibus.

A

ADHORTATIO

ad imitandas virtutes S. Vedasti, in Actis descriptas,

AVCTORE EODEM ALCVINO,

Ex MSS. Vedastino & Antuerpiensi.

1 GAudete, dilectissimi Fratres in Domino, qui ad sanctissimi Patris & protectoris nostri, Sancti scilicet Vedasti, solennia conuenistis, & spiritali iucunditate lætamini, & ex intimo cordis affectu Clementiam Domini nostri Iesu Christi collaudate, qui nos ab idololatriæ erroribus ad agnitionem sui sancti nominis per huius sancti Sacerdotis prædicationem perducere dignatus est. Sequamur vnanimiter tam sancti Doctoris vestigia: non simus tanti Patris degeneres filij: sed sanctitatem vitæ illius morum nobilitate imitemur. Abiiciamus à nobis opera tenebrarum, & induamus nos arma lucis, sicut in die honestè ambulemus: quia nox ignorantiæ recessit, & veræ scientiæ nobis lumen illuxit: vt filij lucis in omni castitate & pietate ambulemus. Non sint alicuius nequitiæ vel malitiæ occulta in cordibus nostris semina: quia homo videt in faciem, Deus autem corda, considerat, nec aliquid illius Omnipotentiæ oculis occultari potest. Præparemus nos in omni bonitate, vt præclarus Pontifex, & pius prædicator noster Vedastus, gaudens nos ante tribunal summi Iudicis in die vltimo deducat, quatenùs ex numerositate filiorum illius cumulemur gloriâ, & nos cum illo desiderabilem audire mereamur sententiam. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Ille de cælesti patriâ piis orationibus nostrum quotidie agonem adiuuare non desistit, desiderans * nos carissimos filios, quos paternâ pietate genuit in Christo, ad gloriam perpetuæ peruenire beatitudinis. Quapropter, carissimi Fratres, vnusquisque in suo ordine secundùm virium facultatem, fortiter diabolicis resistat suggestionibus, vt æternam triumphi coronam cum pio parente nostro accipere dignus efficiatur. Non sunt enim condignæ, vt ait Apostolus, passiones huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Igitur breue laboris tempus Diuina nobis voluit esse pietas, & agonis nostri retributionem esse perpetuam, & pro temporali tribulatione, permanentis gloriæ mercede gaudere.

Ad fidem à S. Vedasto cõuersi,

imitari debent virtutes illius,

B

Matth. 25. 34

Rom. 8. 18

C

2 Audiuimus itaquè, cùm Deo dilecti Sacerdotis Vita legeretur, quantam in omni bonitate habuit deuotionem, quomodò per abstinentiæ rigorem suum castigauit corpus, qualiter per caritatis officia omnibus prodesse contendit. Incedamus cum omni alacritate mentis & totâ virium facultate illius vitæ vestigia, vt beatitudinis, in quâ regnat cum Christo, consortes effici mereamur. Nulla carnalis concupiscentia, nulla secularis ambitio impediat iter nostrum. Curramus per opera pietatis ad cælestis patriæ portas. Expectant nos ciues æternæ ciuitatis, & Rex ipse, qui vult omnes homines saluos fieri, nostram cũ Sanctis suis vehementer desiderat salutẽ. Decet enim nos illius esse cooperatores in salute nostrâ, qui nos in tantùm dilexit, vt proprio Filio suo non parceret, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Diligamus eum, quia ille prior dilexit nos: faciamus illius voluntatem, quia voluntas illius felicitas est nostra. Habeamus semper in mente, quod ipsa Veritas cuidam diuiti respondit in Euangelio: Si vis vitam ingredi, serua mandata. Quæ sunt mandata, nisi caritas Dei & dilectio proximi? In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Dilectio itaque proximi in operibus misericordiæ comprobatur: Qui seculi habet substantiam, auxilietur non habenti. Qui doctrinæ habet scientiam, corrigat errantem, dicente Apostolo Iacobo: Qui conuerterit peccatorem ab errore viæ suæ, cooperit multitudinem peccatorum suorum. Scire debemus, carissimi Fratres, quòd quantas animas quisque lucratus fuerit Deo, tantas accepturus erit mercedes à Deo. Quantam gloriam habere putatis S. Vedastum in cælesti regno cum Christo, qui tam innumerabilem populum sedulâ prædicatione Christo in terris adquisiuit. Vel quanta sit gloria animæ illius speratis inter Angelos, dum tantum honorem habet corpus illius inter homines? Vel quid non potest pietatis precibus impetrare in cælis, qui tantis in mundo claruit miraculis? Sed omnibus miraculis maior est Euangelicæ prædicationis instantia, & sanctæ caritatis in corde flagrantia. Valdè enim viriliter accepta Dominicæ pecuniæ talenta multiplicare studuit; ideò feliciter sibi Dominum audiet dicentem: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Parua sunt præsentis vitæ bona in comparationem futurorum bonorum. Sed qui in his fideliter laborat, in illis fideliter requiescet.

in Vitâ illius descriptas:

maximè caritatem Dei,

Matth. 19. 17

D

Iacob. 5. 20

& zelum salutis proximorum;

Matth. 25. 23

3 Iste Sanctus, ad cuius concurrere festa voluistis, E pro multorum laborauit salute, ideò plurimorum præmia in die iudicij susceptus erit. Seipsum per abstinentiæ macerauit rigorem, aliis prædicationis profuit sedulitate, ideò laudabilis omnibus extat, iuxta vocem sapientissimi Salomonis: Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Dum vita iustorum laudatur, iniquitas impiorum quasi stercus detestatur ab omnibus. Quid est felicius, quàm in bonâ conuersatione à Deo perpetuæ promereri beatitudinis gloriam, & omnium ore laudari? Cogitemus quotidie, quâ fiduciâ veniamus ante tribunal summi Iudicis, quid boni operis nobiscum deferamus. Æquitas illius nullius accipiet personam; sed vnicuique reddet secundùm opera sua: & qui plus laborat in opere Dei, plus mercedis accipiet in regno Dei. Vnusquisque in quâ vocatione vocatus est, in eâ viriliter suam operetur salutem. Omnibus cælestis regni ianua patescit, sed meritorum qualitas alium introducit, alium expellit. Quàm miserum est hominem à gloriâ excludi Sanctorum; & æternis cum diabolo deputari flammis! Peccatorum sarcina animam submergit in Tartara: iustitiæ abundantia ad cælestem euehit gloriam. Frequentemus sæpius ecclesiam Christi, audiamus in eâ diligentiùs verba Dei: &, quod aure percipimus, hoc corde retineamus, vt fructum boni operis feramus in patientiâ, & fraterno amore vnusquisque alium adiuuare studeat. Habemus præclara sanctissimi Patris nostri abundanter exempla in omni caritatis officio, in fidei feruore, in spei longanimitate, & perseuerantiâ totius bonitatis illius, quem tantâ celebramus laude, & tanto diligimus amore, totâ mentis intentione in omni conuersatione sancta sequamur vestigia eius, quatenùs viam vitæ illius currentes, æternæ beatitudinis cum illo gloriam accipere mereamur, auxiliante nos Rege æterno Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

præmium cælestè cum illo accepturi,

Prouerb. 10. 7

F

VERSVS ALCVINI

ad Radonem Abbatem.

Noli, quæso, Pater, munuscula spernere nostra.
Paruula si videas, magna hæc dilectio mittit.

EPITA-

EPITAPHIVM S. VEDASTI,

auctore eodem Alcuino.

HIc Pater egregius Vedaſtus corpore pauſat,
Cuius honore ſacro hæc domus alta micat,
Fulcitur & tanti meritis per ſecla Patroni,
Per quem multa Deus ſigna ſalutis agit.
Qui ſacra cœlithroni viuens veſtigia Chriſti
Linguâ, mente, manu namque ſecutus erat.
Multiplicauit opes bis quinis fortè talentis,
Nec data marſupiis lucra migrauit opes.
Audiet ideireò vocem mox Iudicis almi :
Intra nunc Domini gaudia ſancta tui.

HISTORIA TRANSLATIONIS S. VEDASTI,

Ex Vitâ S. Autberti Epiſc. Camerac.

auctore Fulberto.

B 1 RErum neceſſitas vrgebat, vt venerabilis Pater
a Canonicos ſuos, qui Atrebati in B. Mariæ
monaſterio famulabantur, viſitaturus adire
deberet: qui locus olim & ambitu murorum, & fre-
S. Autbertus quentiâ ciuium celeberrimus fuerat, ſed Gentium in-
teſtatione à priſco ſtatu deformatus, crebris ruinis huc-
uſque conſiſtit. Vbi cùm de rebus Eccleſiæ ſatis ad
tempus tractaſſet, quadam nocte, vt illi ſemper erat
moris, Fratribus adhuc quieſcentibus, ſurgens, nocturnæ orationis tempus, vſque in lucis crepuſculum con-
tinuauit. Necdum verò curſum orationis expleuerat,
ægrè ferens ſepulturâ S. Vedaſti minus honorari, cum ſe foràs, quaſi pro refocillandis aliquo releuamine artubus, ſuſpenſâ interim oratione, contulit: &
ſtans in mœnibus, cœpit piæ meditationis motibus pul-
ſari, quamobrem Vedaſtus, tantorum ſpatio annorum
vilis ſepulcri ceſpite clauſus, debito honore careret,
quem iam ſupernorum ciuium conſortio exultantem,
cæleſtis Hieruſalem ceu gemmam virtutum fulgore
micantem adſciuiſſet. Etenim à die depoſitionis eius,
b vſque ad tempus B. Autberti, *b* ſex fuêre Epiſcopi, qui-
bus ipſe ſeptimus ad pontificij culmen ſucceſſit, cùm
c tot labentibus *c* annis gemma Dei pretioſa ſubterraneo
d adhuc ſpecu claudebatur, cuius ſepulcrum haud longè
à dextro cornu *d* altaris B. Mariæ diſtabat. Cùm verò
tot egregios Chriſti Confeſſores illis fuiſſe temporibus
audiamus, meritis ſublimes, virtutibus illuſtres, mini-
mis in rebus ſolicitiores; proculdubiò manifeſtum eſt,
in viſione diſcit C non eorum ignauiâ negligentiùs iacere tantum theſau-
rum, ſed Diuino iudicio & voluntate B. Vedaſti, hoc
exequendi muneris miniſterium B. Autberto reſerua-
tum. Cœpit igitur animo æſtuare, quonam transferri
ſanctus Confeſſor debuiſſet, reputans ſecum, incon-
gruum fore, duo luminaria magna, anguſtâ vnius do-
corpus aliò transferendum eſſe: mûs ſede cohiberi: videlicet, ne vbi præclara Dei Ge-
nitricis memoria primatum nominis tenebat, tanti Pa-
tris gloria obſcurior videretur: cùm repentè aurorâ
tubente, Orientem versùs intendens, videt eminùs
e trans fluuiolum, qui *e* Trientio vocatur, virum ſplen-
didum, virgam manu tenentem, baſilicæ locum meti-
ri: ceu quondam Ezechiel ſecus fluenta Babylonis
corpore poſitus, in ſpiritu venit ad terram Iſraël, vbi in
viſionibus Dei, templum Domini mann hominis vidit
metiri. Quod ille cernens, reuelante Spiritu, viſionem
cognouit Angelicam. Intellexit igitur vir Dei B. Ve-
daſtum illuc, annuente Chriſto, transferendum.

S. Audomarus ad id euocatur 2 Beatus igitur Pontifex tali reuelatione certior fa-
ctus, B. Audomarum, qui eâ tempeſtate Taruanenſis
vrbis gregem curâ peruigili regebat, ad tam ſolenne
tranſlationis officium inuitandum æſtimauit. Qui licet
ſenio preſſus, & amiſſione luminum debilior factus, imbecillioris tamen corporis tantùm non formidabat laborem, quantùm B. Autberti mandato ſatisfacere gaudebat. Difficultatem igitur corporis ſuperabat caritas mentis, Chriſtoque greſſus regente, deuotus ad venerandum peruenit Epiſcopum. At ille, cùm quid animo gereret, & quid ſibi diuinitus eſſet oſtenſum, referret, congratulabatur viſioni, & ſe fraternæ ſedulitatis ſtudio obedienter accinxit. Iam verò æſtimari non poteſt, quanta confluentis populi turba eo die ad eum locum conuenerit; Clerus videlicet, & vtriuſque ſexus non ignobile vulgus. Parato igitur feretro, & omnibus, quæ neceſſaria videbantur, detecto ſepulcro, & impoſitâ antiphonâ, cum magnâ reuerentiâ ſanctum theſaurum ſuſtulerunt, paratiſque Crucibus & cereis, & omnigenis ſolennis pompæ ornatibus, cum magnâ plebis exultatione ſanctum corpus ad locum deſtinatum transferre cœperunt. Tranſeuntes autem prædictum fluuiolum, cùm iam ſuburbanos fines contingerent, & B. Audomarus S. Autberti veſtigia pedetentim proſequeretur, ſtatim ſupernæ operationis in ſe agnouit virtutem: vt ei aperte daretur intelligi, quanti eſſent meriti, & is qui portabatur, & is, quem portando ſequebatur. Nam depulsâ longæ cæcitatis nocte, ſtatim oculorum lumen recipit, in loco videlicet, vbi in memoriam B. Autberti *f* eccleſia conſtructa, à præſentibus adhuc cernitur in teſtimonium præſentis miraculi. Sed E quia venerandus vir Audomarus paruipendebat lumen *ſed dein obtinet cæcitatem priorem.* carnalium oculorum, qui lumen certè ciuium deſiderabat ſupernorum, illicò precibus eamdem, quam vltroneus ferebat, rurſus impetrauit cæcitatem. Quâ in exhibitione miraculi non latet virtus operantis, ſed ſupereſt quærere meritum optatæ virtutis. Verùm ſubtiliùs ſpeculantibus dubium eſſe non poteſt, quia præeuntibus meritis S. Vedaſti, fides, vt efficeretur, obtinuit B. Autberti. Stupentibus autem, qui aderant, vario euentu miraculi, beatum corpus ad locum ab Angelo deſignatum honorificè tranſtulerunt. Quo in loco venerabilis Epiſcopus monaſterium conſtruxit, &. *Monaſterium exſtruitur.* ex rebus ſui Epiſcopij in vſum famulantium pro rerum opportunitate donauit: vbi iuxta congruam rerum facultatem Fratres in obſequia Diuini cultus deputauit.

Aveto-re Fvl-BERTO. D

& in ſolennis S. Vedaſti tranſlatione

viſum recipit f

a *Baldricus lib. 2, cap. 13 ſcribit ſuo tempore fuiſſe* Canonicos quadraginta, *annotat Coluenerius* totidem hodie eſſe, & Capellanos 52, perſonatus 12, regique diœceſin per 12 Decanos rurales. *Canonici Atrebati*

b *An hinc inferri poſſit S. Ablebertum diuerſum ab Emeberto videri, nolumus aſſerere.* F

c *Annis* 128 *ab anno* 540, *ad* 667 : *vt ſuprà probatum.*

d *Erat illud altare à S. Vedaſto conſecratum, teſte Baldrico antè citato.*

e Crientio *alias dicitur.*

f *Eccleſiam illam S. Autberti, dein parochialem factam, adhuc extare, monet Coluenerius ad cap.* 19 *Baldrici, vbi de hac Tranſlatione agitur.* *eccleſia S. Autberti.*

MIRACVLA S. VEDASTI

auctore Haimino Presbytero,

Ex MSS. Antuerpien. & Audomarenſi.

1 *a* SAnè, quæ nuper & oculis probauimus, & ab his qui illa experti ſunt audiuimus, pauca de multis referemus. Ego ſiquidem, qui iſta nunc ſuppleo, interfui his qui viderant mutum & ſurdum ante paucos annos, meritis B. Vedaſti, ſubito percepiſſe & auditum aurium, & linguæ ſolutionem. Poterat denique loqui curatus pauper ille; ſed ignorabat penitùs, quid diceret, niſi quod ab aliis audiſſet: quippe qui numquàm antè non modò humanum eloquium, ſed nec fragorem potuit audire tonitruorum.

a S. Vedaſti meritis ſanantur,

mutus & ſurdus:

2 Me

AVCTORE HAIMINO EX MSS.

2 Me ſiquidem Æditùo Eccleſiæ eiuſdem, in quâ nunc pignora Sancti Dei ſeruantur, contigit miraculum, quod narro. Pauper quidam, cuius oculi iudicio legis ſeculi fuerant effoſſi, dum longâ maceratione carceris ac neruo teneretur pedibus obſtrictis, adeò pede vtroque claudus effectus eſt, vt neruis contractis non plantis inſiſteret, ſed repens potiùs genibuſque innitens, magis ſe manibus, lignea tenens inſtrumentula, traheret, quàm ambularet. Is dum quotidie pro foribus vel intra limen eccleſiæ Beati reſideret Vedaſti, quatenùs ab introeuntibus eleemoſynam potiùs acciperet, quàm ſalutem ſperaret, ſuffragio Sancti Dei & ſtipem quotidianum promeruit, & priſtinam ſanitatem pedum recepit. Nam, ſicut ipſo referente cognouimus, nocte quadam, quâ Theophaniæ feſta celebrantur, apparuit ei quidam in ſomnis, hortans eum, vt ad eccleſiam, ad agendas vigilias, properaret; nec vbi anteà iuxta valuas templi, ſed cancellis quam proximè recubaret. Quod audiens miſellus ille æſtuare cœpit, qualiter id faceret, conqueſtus ſe non habere, qui ei manum pro ducatu præberet. Sed modo quo potuit, quæ illi fuerant imperata, compleuit. Prætereà populo eccleſiam replente, Clero autem diuina cantica perſonante: & ecce ſubitò claudus ille exclamans, à compedibus diutinæ implicitatis ſe ſolutum, extendit, ſed humi extentus, proceriorque factus, nondum ſuis fidem præbens greſſibus, audebat ſe propriis attollere pedibus: ſed aliorum fultus auxilio erexit ſe, & firmis deinceps vſque hodie greſſibus lætus incedit. Manuum verò illius ſuſtentacula, cùm manibus inreperaret, poſtibus eccleſiæ, quoniam recens factum eſt, viſuntur ſuſpenſa.

claudus,

in ſomno monitus,

eccleſiam ingreſſus:

3 Similiter etiam vidimus paullò antè quemdam, omnibus ciuibus vrbis illius notum, pedibus diutiſſimè debilem, meritis Patris Vedaſti priſtinæ redditum ſanitati.

alter claudus:

4 Non ſolùm ergo animabus humanis & corporibus fidelium vir Domini opem curationis impendit; ſed etiam animalibus brutis pro ſolatio hominum eſt dignatus medicari. Ante hoc fermè triennium, facta ſunt hæc miracula fide poſcentium, quæ narro. Dum itaque quadam die per eccleſiam vadens, vt templi æduuus negotij quid acturus, obuium me habuit quidam ruſticus dicens, ſe velle mecum pauliſper fabulari: vnde ſecedens in exedram nobis proximam, requiſiui quid vellet. At ille, quaſi ſatisfacturus, volens in terram ruere, dixit, ſe voti reum, ac grauiter obligatum. Anno, inquit, præterito, dum circumquaque per viciniam noſtram peſtis animalium graſſata, pænè armenta omnia perſorberet, accidit iuuencos, quos habere poteram, morbo correptos, mihi deſperationem ſubſidij vitæ huius inferre: quoniam præter ipſos, nulla mihi ſpes reſtabat in rebus terrenis. Intereà incidit mihi cogitatio, vt Domino meo pro eis ſupplicarem Vedaſto. Quâ de re obligans me voto, pollicitus ſum iugeri, quod primum ex his eſſem araturus, prouentum, ſeruitio famulatum iri eccleſiæ B. Vedaſti, imponenſque iugum bobus ægerrimis, in campum araturus proceſſi. Quibus ſubitò conualeſcentibus araui, ſeui, meſſui, & frumentum, auenam ſcilicet, vendidi: & ecce pretium attuli, quantum inde nundinatus accepi. Sed ex hoc nimis trepido, & indulgentiam poſco, quia non ſtatim adimpleui promiſſum. Neceſſitate quidem compulſus, familiaris curæ neceſſitatibus illud tunc pretium expendi, quod nunc eiuſdem quantitatis perſoluo. Nam de boum meorum ſoſpitate & fortitudine totus hilareſco.

curantur à peſte

iuuenci voto S. Vedaſto facto,

5 Simile quid euenit cuidam hominì, qui vota perſoluens, mihi ipſi narrauit huiuſmodi factum, dicens: Ad mercatum, inquit, veni; ſed quem ſedi equum, quadraginta ſolidis præſtantem, ſubitò moribundum amiſi. Cui, cùm iam deſperans, etiam capiſtrum à capite mœſtus nimis auferrem, quidam circumſtantium me confortans, ait: Animæquior, inquiens, eſto, & pollicere luminaria B. Vedaſto: tunc fidens in eius meritis, ipſo eodem, quo veniſti equo, peruentum ire poteris domum. Quod audiens, actutùm vota promiſi. Et ecce, dicto citiùs, equus ille ſurrexit, & pabula repetiuit. Quapropter recipe ceram quam voui. Nàm maſſam ceræ non modicam protulerat. Quo facto gaudens, ſanato caballo, quo aduectus fuerat, perlatus eſt domum.

equus moribundus,

ceram promiſſam;

6 His igitur diebus quibus hæc geſta ſunt, *b* venit quædam mulier vili quidem habitu, ſed pauper ſpiritu, diues autem fide, & vt ſtatim comperi, ſimplicis naturæ. Quæ, cùm ſolenniter vota, prout poterat, apud ſepulchrum B. Vedaſti perſoluiſſet, meam adiens mediocritatem, *c* exenia, quæ manus eius inuenire potuit, mihi quidem obtulit, dicens: Quoniam te huius ſacræ domus miniſtrum cognoui, dignum duxi tibi etiam poſt vota peracta aliquid offerendum. Quibus non libenter adeò ſuſceptis, delectatus eius ſimplicitate, petenſque eius receſſum: aliquantiſper cœpi cum eâ, paucis aſſiſtentibus, ſermocinari. Nam humanitatis aliquid illi impenſum eſt. Sed inter loquendum, huiuſcemodi proferens dicta: Licet, inquit, tam pauper videar, quoniam duris & inmitibus dominis premor, pro quibus non audeo cultioribus indui veſtimentis, non ſum tamen adeò inops & mendica, vt putas. Paſtor ſiquidem meus Vedaſtus, meique pecoris cuſtos, non ſinit me paupertate confici, ex die quâ ei mea pecora commiſi. Eſtne, inquam ego ſubridens, ille armenti tui præfectus? Eſt plane, inquit, mihi armentarius, iam olim fidiſſimus. Nam ex tempore, quo illi armenti mei curam ex fide tradidi, nec peſtilentiâ conſumptum, nec captum à beſtiâ pecus iuris mei cognoui vel vnum. Et, ſi quando peſtis animalium ſæuit, non tamen medicamina, vt quidam, in eis requiro: quia peſtem in meum pecus valere non formido. Quâ de re, ſemper quotannis meum Dominum non ceſſo frequentare Vedaſtum. Eſto, inquam ego, in eâ fide fixa, & manere poteris tuta. Sum plane, inquit illa, nec poſſum eſſe de illius ſuffragiis dubia, quæ iam per tot annos eius experta ſum beneficia.

& pecora eius cuſtodia commiſſa.

a *Hinc coniicere eſt, præfixum fuiſſe huic narrationi Prologum, quem nondum vidimus.*

b *MS. Audomar.* inuenit.

c Xenium. *munus hoſpitibus dari ſolitum, pro quo Galli è præpoſito more ſuæ linguæ* exenium *ſcribunt, & pro quocumque dono accipiunt.* *Exenium.*

SERMO HAIMINI IN NATALI S. VEDASTI, de 11 paruulis, meritis eius ſanatis,

Ex MSS. Vedaſtino & Antuerpienſi.

1 EXcitentur, obſecro, filij lucis, corda veſtra pro collatis beneficiis ad diuina præconia. Erumpat, quæſo, in vocem, quod iam ardet in mente; vt, quos fides illuſtrat, confeſſio pura confirmet. Præſtò eſt igitur materia laudis, in promptu eſt cauſſa iubilationis. Oculis cernitur, manu tenetur, vtilitate ſentitur: teſtimonium reddunt, qui fallere neſcierunt. Iam ſunt diſerti, qui necdum perfectè didicêre loqui. Ex ore, inquit Pſalmiſta, infantium & lactentium perfeciſti laudem. Omnium idem Dominus diues in omnes, qui inuocant illum, linguas infantium facit eſſe diſertas. Docent fide, etſi nondum poſſunt ſermone: imò Chriſtus per illos docet, quibus tantam gratiam præbet. Ipſe enim interius illuminat, qui foris per miracula coruſcat. Mira fiunt omnimodis

Pſal. 8.3

Sap. 10.21

Interceſſione S. Vedaſti cæcus à natiuitate illuminatur.

A dis & ſtupenda, & quò rariora, eò ſunt ampliùs prædicanda. Priſca redeunt, antiqua recurrunt, frequenter audita pateſcunt. Quæ namque in ſacris Pagimis legimus, oculis repetita videmus: Cæcus à natiuitate videt. Operatur etenim Chriſtus in Eccleſiâ, quod iam olim geſſit in Synagogâ: illum ſiquidem & corde illuminauit & corpore; hunc, quia renatus erat, illuminauit in corpore, vt fidem torpentium reſuſcitaret in mente. Noſtis planè, qui adfuiſtis, quæ hodiernâ die Dominus Ieſus per merita ſerui ſui, beati Patris noſtri Vedaſti, opera fecit; imò imperfecta ſupplcuit. Duos ſcilicet ægrotos ſanauit, vni lumen oculorum dedit, non reddidit: alteri quia claudus erat greſſum reſtituit:

Ioan 9

claudus greſſum recipit.

2 Mira dicturus ſum, quod omnes mecum pariter noſtis. Ipſe Pater noſter, ſacer Vedaſtus adhuc præbet è tumulo, quod viuens in carne operatus eſt in mundo: & præclarus Senator, de cæleſti curiâ ſalutem filiorum decernit. Per exteriora denique miracula oſtendit, quòd in ſecreto Sanctorum pro animabus noſtris intercedat. Id ipſum, vt dixi, repetit, quod olim geſſit. Meminiſtis, Fratres cariſſimi, & meminiſſe poteſtis, quod directus à S. Remigio, Beatus ipſe Vedaſtus ad prædicandum Gentibus Dei verbum, in introitu vrbis Atrebatum duos egenos curauerit ægrotos, cæ-
B cum videlicet & claudum, quatenùs offenderet miraculo, quod acturus erat in verbo: quoniam ſicut oculos corporis aperuit ad videndum mundum, ita corda hominum ſemine verbi Dei per fidem illuſtrauit ad cognoſcendum Deum. Et ſicut reddidit greſſum pedis, ita direxit greſſus fidelium ad iter operationis. Sed quia (prô dolor!) iam corda noſtra torpeſcunt à bono opere, excitanda ſunt miraculorum exhibitione. Attendite, quæſo, Fratres dilectiſſimi, quæ facta ſunt, & in quibus ſunt geſta. Nam non ſolùm prouidit Dei clementia, quæ per ſerui ſui merita ageret, ſed quibus tanta medicamina ſalutis adhiberet. Solent namque minùs Dei beneficia conſiderantes, ſi quando ſanationes fiunt per merita Sanctorum in corporibus hominum, (heu!) quia ſolent dicere, non ſanatos eſſe, quoniam credunt eos debilitates non pertuliſſe. Quid dicent de iſtis, quorum ætas non ſinit eos ſimulare? quibus illos poterunt criminibus accuſare? Ecce ſunt nutrices & matres, quæ debiles attulerunt, & ſanos reduxerunt. Quorum vnus de *a* Corbeienſium villâ, quæ *b* Walgiacus dicitur, alter colonus ipſius Eccleſiæ B. Vedaſti; viſu ſcilicet donatus Corbeienſium, qui claudus fuerat, B. Vedaſti famulorum: vterque paruulus, vterque innocens, vterque humilis & *c* rectus.

a *b* horum patria. *c*

C Quia eſt Dominus noſter paruulorum, id eſt, humilium ſalus, paruulos nunc ſanauit, vt nos eſſe humiles, id eſt paruuli eſſe diſcamus. Adhuc enim clamat: Sinite paruulos venire ad me, talium enim eſt regnum cælorum. Ecce amplexatus eſt, & ſanauit, accepit à parentibus, benedixit & reddidit.

Marc. 10. 14

3 Agamus ſinguli, agamus omnes gratias Omnipotenti, qui nos reuiſitare, & paterna viſcera Pontificis ſacratiſſimi nobis manifeſtare dignatur. Excitemur de ſomnio pigritiæ, & per ea quæ foris miranda cernimus, interiùs ad formam pietatis imprimamur. Aperiamus oculos mentis noſtræ, vt æternum lumen mereamur videre. Lauemur lacrymis, vt purificari mereamur. Curramus dum lucem habemus, ne tenebræ nos comprehendant. Mundemur ab omni inquinamento montis & corporis, ſit lucerna pedibus noſtris verbum Dei, ſit nobis indeſinenter in deſiderio lumen indeficiens. Quæramus & faciamus opera lucis, non tenebrarum & iniquitatis. Curramus viam mandatorum Dei, dicamus ore & corde Deo noſtro: Dirige me Domine in veritate tuâ & doce me, & greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum, vt non dominetur noſtri omnis iniuſtitia. Imploremus *d* clementiam Domini per interceſſionem tanti Patroni. Omni cuſtodiâ ſeruemus cor noſtrum, quoniam ex ipſo vita procedit. Humili corde & ſupplici voce præueniamus faciem Domini in confeſſione, vt experiamur in mente, quod modò paruuli meruerunt in membrorum reformatione. Redeamus ad conſcientias noſtras, conueniamus noſmetipſos, puniamus mala quæ fecimus. Cogitemus quid in die iudicij magni Dei dicturi ſumus, quid excuſationis habebimus, cùm Doctor noſter B. Vedaſtus cum iudicantibus Apoſtolis ſedebit, cum miniſtrantibus Angelis apparebit, pro ſaluatis filiis exultabit. Nam qui eum audire noluerunt, iam vlteriùs non curabit. Quid amplius exhibere potuit? Viuens nocte dieque audientibus verba Dei miniſtrauit: nam & verbis pluit, & miraculis coruſcauit. Et nunc in cælis cum Chriſto regnat, & adhuc noſtram ſalutem curare non ceſſat. Non negligamus tanta Dei beneficia, ne nobis veniat ad cumulum damnationis, quod impenditur ad cauſſam ſalutis. Imploremus miſericordiam Domini per interceſſionem ſancti Patris, quatenùs & hîc maneamus in eius doctrinâ: & illic gaudeamus de æternâ & communi glorià. Sic ergo in hac vitâ monitis eius obedientes ſimus, vt communi retributione inibi lætemur. Paremus hîc in viâ, quod poſſideamus in patriâ. Dominus Ieſus, qui vult omnes homines ſaluos fieri, faciat nos ad tantum Patronum benè operando venire, & in æternâ lætitiâ ſemper cum illo gaudere. Amen.

d Adhortatio ad virtutem.

Auctore Haiminone, ex MSS. D E

a *De Corbeiâ egimus* 1 *Ianuarij ad Vitam S. Adalardi primi Abbatis, & 3 Febru. ad Vitam S. Anſcharij iſtic in adoleſcentiâ monachi. Oppidum eſt Picardiæ ad Somonam fluuium.*

b *MS. Antuerp.* Valgiacus. c *MS. Vedaſt.* erectus.

d *MS. Antuerp.* miſericordiam.

APPARITIO S. VEDASTI,

ET VALETVDO RESTITVTA MORIBVNDO,

auctore Huberto Presbytero ad Haiminum Præceptorem;

Ex MS. Antuerpienſi.

1 PRæceptis tuis ſatisfacere, peritiſſime Præceptor, ſatagens, barathrum propriæ imperitiæ vſquequaque nudabo, videlicet deſcribens cuidam nuper homini, tignario pauperculo, nomine Dagoberto, viſionem reuelatione ſanctiſſimi Vedaſti euidenter oſtenſam: tibique cauſsà ſublimandi à ſtylo proprio in melius exornandam contradens; malens ſiquidem imperitiæ incurrere culpam, quàm tibi, Domino meo, quſppiam, quod æquum fore videtur, F abnegare præſumam. Audiat ſiquidem per ſubſequentia ruſticitatis meæ verba, omnem rei geſtæ ordinem Paternitas tua: & tunc, ſi quid dignum forſitan fuit memoriæ, hinc obtentu ſumpto, ſtylo rudi, propriis vt libitum fuerit inſerat membranulis.

Prologus.

2 Quartâ namque feriâ iam tertiâ diei horâ imminente, meſſores Imbodi Sacerdotis, patrui ſcilicet mei, ab agro reuertentes, iuxta tuguriolum cuiuſdam prædicti tignarij, videlicet Dagoberti, tranſitum fortè habuerunt: cuius equidem muliercula præ foribus ſtans, tundebat pugnis crebrò miſerum pectus, crineſque manibus dilacerans, eiulabat, nimio quippe dolore confecta. Quam cùm vnus eorum percunctatus fuiſſet, quo dolore ſic afficeretur; reſpondit, ob immane viri ſui periculum, qui iam in vltimo vitæ exitu erat detentus: addehſque, ob hoc ſe maximè fore afflictam, quòd ſine pœnitentiâ & communionis gratiâ idem vir ſuus ex hac eſſet luce ſubitò migraturus. Quod ille audiens, ad me feſtinus vſque peruenit, & hæc mihi ignoranti miſeranter innotuit. Quibus illicò auditis, obſtupui, formidans, ne fortè ſine pœnitentiâ & viatico æui præſentis excederet metas, foremque reus pro creditâ ouæ

Dagobertus tignarius

periculosè ægrè

in

AVCTORE HVBERTO, ex MSS.

in die vltimâ magni iudicij Domini: fidens tamen ſit Dei clementiâ, ſurrexi properè, ſumenſque mecum myſterium viuifici corporis ac ſanguinis Domini, concito gradu in domum perueni facentis: qui prolixâ ægritudine tabefactus, non ſolùm loqui nempe ſed nec oculos ad videndum attollere vel paullulùm valebat. Sedens verò ante ſtratum eius mœſtus fermè duarum ſpatio horarum; cœpit oculos diu clauſos tandem aperire parumper, hac illacque aciem ſollicitus euoluere luminum. Quod ego cernens, interrogaui eum, ſi me aliquatenùs recognoſceret. Reſpondit, ſe benè vtique noſſe me. Cui ego: Viſne ergo ſecundùm morem ceterorum hominum pœnitentiam ſumere, & antequàm hinc recedas Dominico roborari viatico? ait: O Domine, omnia quæ iuſſeris, ſi tantùm dignus fuero, libenter adimplebo. Quam vocem dum auribus hauſiſſem, lætior animo effectus, dixi vxori eius: vt paullulùm aquæ ori eius immergeret, quatenùs faciliùs aliqua verba exprimere poſſet. Quod protinus actum eſt. Denique pœnitentiâ ſumptâ, & Dominico edulio ſecundùm conſuetudinem accepto, ita grauis in momento extitit, vt non ſolùm craſtinam lucem, ſed nec ipſius diei limitem ſoliſue occaſum poſſe pertingere videretur. Hoc ergo ita dimiſſo repedaui domum, nullatenùs ſpem recuperationis eius omnimodò habens.

poſt extrema Sacramenta ſumpta,

2 Facto autem veſpere, & quadam iam parte noctis exactâ, cernens cum vxor ſua tali immobilitate ſepultum, conata eſt eum blandiloquis compellere ſermonibus, vt confortaret eum, & ſui memor aliquatenùs foret. Tunc verò ille tandem ab intimo pectore longa trahens ſuſpiria, anniſu tamen omni, quo poterat, ait: O gratiſſima quondam coniux, vt quid me tantùm inquietas? Cur tantæ me gloriæ efficis expertem? Numquid non cernis omne hoſpitiolum noſtrum infelix claritate inenarrabili enitescere? Deſine me, precor, tuis ampliùs ſollicitare querelis: & aliquamdiu his intereſſe gaudiis permitte, quibus nunc per modicum ſum, antequàm à te excitarer, potitus. Ad hæc verba mulier conticuit. Ille autem prædictam iterum ſumens pauſam, quæ ſibi diuinitus ſunt oſtenſa, euidenti relatione hactenùs propalare non ceſſat. Dicit, præuiſum ſibi B. Vedaſtum, Patronum noſtrum, adſtitiſſe, & quid ageret, in quoúe ſpem collocatam haberet, ſtudioſiſſimè requiſiſſe. Cui, cùm reſpondiſſet, quòd iuxta poſſibilitatem propriam ageret, & in miſericordiâ Dei, & in auxilio Patroni ſui Vedaſti, fortiter confideret, ait: Benè. Sumenſque proprij oris ſaliuam digitis, vt ipſi iam dicto viro viſum fuit, intulit ori eius, dicens: Caue deinceps, ne Sacerdotis, Senioris, Iudicis, aut magiſtri te metus terreat vllus: quin potiùs interritus refer omnia, quæ à me tibi ex ordine iuſſa fuerint: & ne credas audaciæ tuæ moneo, vt vel vnum ſilentio proprio tegas verbum: ſed vnicuique perſonæ prout fuerit, rei veritatem, quam audis euidenter, præcipio pandas.

In extaſin raptus,

B. Vedaſto monita accepit,

dicenda Huberto Presbytero,

3 Primò omnium iuniori huius Eccleſiæ Huberto Presbytero huiuſmodi celer ſtude edicta referre: Præcaue ſolerter, ne aliquando à cœptis làſſeſcas, & ad ea quæ non proſunt olim diuertas: ſed cœptum iter tantâ induſtriâ perſeueranter conficere ſatage, vt ad metas eius irreprehenſibiliter vſque pertingere queas. Demum patruo eius, Imbodo ſcilicet, etiam hæc innoteſce: Vacas enim ſollicitudine in exterioribus rebus, & paruipendis noſtræ vtilitatem Eccleſiæ: ſed niſi te ab huiuſmodi ſollicitudine properè correxeris, & quæ ſunt apta Eccleſiæ noſtræ reſtaurare ſtudueris; ſcias te Domini & noſtrâ vſquequaque gratiâ carere, & maius tibi ſignum, quàm quod ad præſens poſſides, adfuturum.

Imbodo Sacerdoti,

Adalgiſo villæ Domino,

4 Adalgiſo autem, huius Domino villæ, etiam ne iſta quidem formides ſummâ cum diligentiâ referre: Dagobertus etenim inclytus quondam Rex Franco-

rum, & conditor villæ iſtius, portiunculam quamdam terræ videlicet & vernaculorum ſub *b* chartulâ & ſigillo proprio noſtræ contradidit Eccleſiæ: quæ vſque ad improbi Echardi ævum, qui huic villæ præfuit, intemerata permanſit: qui tandem ductus inuidiâ, quòd talis Eccleſiæ huic attributa foret donatio, auxit proprium ſcelus: & præfatam portiunculam diuidens, vnam partem ſibi temerè retinens, alteram verò eidem Eccleſiæ reliquit. Sed audacis huius facti haud longè pòſt meritam ſubiit vltionem. Nam ſubitò Domini ſui Regis priuatus gratiâ, villâque amiſsâ, omniumque ſolatio deſtitutus eſt. Ad extremum verò, dum tentaret iam ſenior equeſtrem exercere ludū, equo terræ tenus deiectus, fregit ſibi infelix propriam coxam: ab illo etenim die vſque nunc ſuſtentaculo ligni proprium conficit iter. Quocircà & tu memor illius, ne ſimilia quandoquidem ſubeas, omnia, quæ noſtræ fuerunt, ſtude velociter reſtituere Eccleſiæ. Non enim ob id paupertate afficieris aliquâ, ſi noſtris in hoc parere tentaueris edictis: ſed magis ditaberis, & lætior quippe quandoque efficieris. De calcis autem fornace, quam iuſſit contiguo loco in ſiluâ fieri, & de vicinorum auxiliis efflagitandis ad opus aliquod peragendum, & laquearibus nouis ponendis, & de ædificio peragendo, quod Herradus perficere conditor eiuſdem eccleſiæ morte præuentus nequiuit, nihil tuæ Paternitati ſcribere iudico: ne fortè prolixitas ipſa faſtidium gignat.

VVinfrido Iudici,

5 Intulit etiam iſta: Sic & verbum ad Winfridum Iudicem edicito meâ ex parte: Vt non familiam loci huius immeritò excruciet: ne fortè eamdem, quam Gillebertus olim expendit, qui eodem diu functus eſt officio, habeat pœnam. Nam & ipſe, vt Echardus, præſidio ligni morte tenùs proprium conficit iter. Reddat itaque & nummos vndecim, quos ab Ebruino immeritò ſumpſit: qui ſcilicet Ebruinus, quia & ipſe noſtram auſus fuit iniquè proprio ſeruitio ſubiugare familiam, intelligat ſe dextri luminis amiſiſſe virtutem, filiamque propriam ita vnâ corporis parte eſſe debilem, vt vix iam recuperationem adipiſci ampliùs queat vllam. Nam & pro eiſdem quippe mancipiis admodùm iam dictus Hubertus, quando ab iſto loco amota ſunt, mœſtus extitit, haud ſecùs & Imbodus priùs: nam poſteà ne Ioannes, qui eius neptem in matrimonio habebat, & aliquos ex eadem proſapiâ vernaculos, quos tenere videbatur, amitteret, aſſenſum dedit. Suadente quidem Orico maiore, qui malitiæ huius, aliarumque complurium caput extitiſſe probatur; qui & ipſe pro huiuſmodi infeliciter mulctatus, quotidie ſceleris ſui pœnas expendit meritas. Præcipe etiam ex eiſdem Sacerdotibus iam ſæpe dictis, vt eos, quos ſacramenti occaſio ſubrepſit, per quam noſtra ſunt auulſa mancipia, ſub arctâ pœnitudine coërceant, & ad reconciliationis remedium quandoque reducant: ne fortè ſimili ſuaſione aſſenſum aliquando præbere, & ad tam nefandum manus proprias extendere præſumant ſacramentum. Tu vero deinceps omnia, quæ tibi præcepta ſunt, euidenti narratione pandere ſollicita: nec iam alicui ampliùs, niſi domui noſtræ aliquid ſeruitij impertire præſumas. Si enim Dominus huius loci iam præfatus, te noſtræ etiam proprio reddiderit Eccleſiæ manſo, debitum caue quantum valet ſeruitium. Si autem in hoc non euenerit, matricula tibi tantùm ſufficiat noſtra. Non enim indigebis neceſſariis victus quamdiu noſtris fueris ſubiectus miniſtris. In hæc quidem verba finem tandem fecit loquendi.

& Sacerdotibus

Ægre poſt to cibo

6 Iam verò aurorâ diei ſplendente cœpit idem ægrotus, Dagobertus videlicet, propriam alloqui leniter vxorem, interrogans eam, ſi haberet aliquid, quod comedi poſſet. Quæ cùm ſe partem caſei recentis habere reſpondiſſet, inquit ad eam: Affer mihi, obſecro, ſimul cum eo & paullulùm cereuiſiæ, ſi habes, vt hauriam. Quibus apportatis, comedit parumper. Quâ quippe comeſtione confortatus, ad alterius diei, id eſt, ſextæ

A sextæ feriæ auroram incibatus vsque peruenit: quâ plenius radiante, ait vxori suæ: Affer mihi, obsecro, solita calceamenta. Durum quidem mihi videtur, quòd tam prolixo spatio ego & paruuli mei hîc sine igne consistentes, frigore nimio quatimur. Nam si planum alicubi cum trionibus inuenire quiuero, citò me, onerato eo materiâ siluarum, huc affore videbis. Super quo illa admirans ac nimiùm stupefacta, sedibus hærebat in propriis. Ille autem cernens eam stupefactam, ait: Ne mireris, ó coniux. Nam, quod dico, misericordiâ Domini adiutus, & auxilio Patroni mei B. Vedasti, qui me præteritâ nocte confortauit, suffultus, protenùs impletum videbis. Quod & ita mox actum est. Nam, indutus solitis vestibus, sumptoque baculo, ac vicini sui carpentum mutuans, perrexit siluam: &, sicut prædixi, onerato plaustro, mox domum celer repedauit ad propriam. Quod tamen omnibus, qui hoc videre & audire potuerunt, valdè mirabile visum est: quòd is, qui tam prolixâ ægritudine debilitatus, & antè triduum ad vltimum fuerat deductus, tam subitò conualuerit, & tale quid vltra vires agere tentauerit: nec postea aliquid incommodi sustinuerit. Hoc tamen & ille, vt certum est, non suis viribus, sed clementiâ & suffragio B. Vedasti se profitetur egisse.

in vestibus,

ligna è siluâ adfert,

ope S. Vedasti sanatus,

B 7 Nec tamen silentio & hoc tegendum autumo, quod idem vir priùs cùm tardiloquus & blæsus extiterit, sed in hac reuelatione tantâ ditatus est copiâ fandi; vt plura nunc vnâ queat horâ rectè exprimere verba, quàm priùs per totam vnquam aliquatenùs valuisset diem.

& ex blæso factus eloquens.

8 Audax & modicos Haimino pandere versus,
Incipe charta Patri, cuius tu rustica iussu
Mirandæ caussæ promisit, nempe notamen.
Ingenio non fulta licet; non arte salubri:
Nec studio quoquam tamen aude dicere tandem:
Viue valeque diu, Pater inclyte, munere Christi
Saluatus, semper tendens ad gaudia vera,
Noli, quæso, Pater, munuscula spernere nostra:
Paruula si videas, magna hæc dilectio mittit

Epilogus.

a *Duo fuerunt Dagoberti Reges, quibus Atrebates fuerunt subiecti, de quibus agimus 1 Februar ad Vitam S. Sigeberti Regis, nati patre Dagoberto seniore, qui forsan benefecit Ecclesiæ Cathedrali Atrebatensi. Monasterium extructum est à Theoderico Regis eius nepote: cuius itidem nepos fuit Dagobertus vltimus, qui regnauit ab an. 711 ad 715.*

b *Diploma illud nectum lucem videre.*

C a MIRACVLA S. VEDASTI, FACTA DIVERSIS TEMPORIBVS, à Monachis Vedastinis collecta: *ex quatuor MSS. codicibus.*

PROLOGVS.

b 1 b Vce clarius patet, dilectissimi Patres, Iesum Saluatorem à cunabulis mundi, per Patriarchas prædictum, puericiam orbis lege illustratam, adolescentiam sæculi à Prophetis vaticinatam, iuuentutem, vt ità dicamus, omnium elementorum ab ipso Redemptore de diaboli faucibus erutam, & instar imaginis incorruptibilis ad similitudinem Dei transformatam: & quod ipse per se gessit, quatuor mundi partibus per sua membra diffudit. Vnde nouerint Caritas dilectionis vestræ, beatissimum Vedastum nobis à Deo destinatum, virtutibus floruisse, religione viguisse, prodigiis coruscasse, & cuius meriti vixerit in mundo, quotidie signis demonstrari à Christo. Sed negligentiâ scriptorum, & desidiâ imperitorum, plurima videtur obnubilata, quæ fuerant ab Omnipotente collata. Nam ferrugine puerorum rodente stylum, inertia scabiosas reddidit adolescentium linguas.

AVCTORIBVS MONACHIS VEDASTINIS EX MSS.

a *Varius titulus præfigitur: in altero MS. Antuerpiensi:* Incipiunt miracula S. Vedasti Episcopi in Translatione eiusdem legenda. *In altero:* Incipit præfatio de Virtutibus S. Vedasti diuersis temporibus ostensis, sed nuper à Fratribus eiusdem cœnobij in vnum collectis. *In Ms. Duacensi hæc præfiguntur verba:* Sequitur translatio beatissimi Vedasti Episcopi & Confessoris, & miracula quædam. *In MS. Audomarensi coniungebantur absque vllo titulo miraculis ab Haimino descriptis.*

b *Præfatio solùm extabat in altero exemplari Antuerpiensi. Est etiam in cœnobio Vedastino, quod non vidimus.*

PARS I

Eleuatio Reliquiarum S. VEDASTI.

Beneficia collata ægris Pœna inflicta maleuolis.

2 SAnctissimus igitur Vedastus postquàm commune mortis debitum soluens, veteri suum Adæ chirographum reddens, ac Domino Iesu animam commendans, cælestia regna petiuit; iacuit beatum cadauer in ecclesiâ beatæ Deigenitricis Mariæ annos circiter *a* centum viginti & octo. Dehinc trànslatum est à BB. Autberto & Audomaro in locum, vbi nunc seruantur beata illius pignora. Sed tempore Caroli gloriosissimi Regis, filij Imperatoris Ludouici, peccatis nostris promerentibus, influderunt se Nortmanni intra Galliam *b* Comatam, vastantes vniuersa, quæ sibi iusto Dei iudicio tradita sunt, & vsque ad *c* nos irrumpere volentes, prohibiti sunt auctore Deo & precibus B. Vedasti. Sed quia nemo Deum tentare debet; cœnobitæ, nostri monasterij meruentes similia vicinis nostris, cùm essent sub potestate Adalardi Comitis, adierunt venerabilem Antistitem *d* Theodericum, supplicantes ei, vt suâ freti auctoritate, perquirerent vbinam essent pignora tanti Patris recondita, vt si, quod absit, vastarent locum, spes reliquiarum nobis maneret. & maximè quia ferebatur à majoribus neminem nosse, quonam in loco sepultus esset. Itaque auctoritate tanti Pontificis vsi, statuerunt quæsitum iri vbicumque reperiri potuisset. Et præstante eo, qui suis pollicitus est: F Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis, tandem inuenerunt thesaurum, vbi spes habebatur. Profectum est ad Episcopum. At ille, vt erat benignissimus & summæ mansuetudinis vir, gratias agens Deo, actutum peruenit ad cœnobium. Quid dicam, quantus populorum conuentus? quanta vtriusque sexus confluentia nobilium vndique & plebialium concurrerant? Quid plura? Leuatus est ille nobilissimus de cinere thesaurus, sexto Nonas Iulij, Dominicæ Incarnationis anno octingentesimo quinquagesimo secundo, cuius anima lætatur in cælis cum Christo. Venerabilis itaque Theodericus Deum laudans, & sacris sanctas tractans reliquias manibus *e* exultabat, quòd patefecerit seruulis suis Christus, quod diu occultauerat seculis. Cuius patrocinio munimur non solùm à *f* Germanicis hostibus, sed & diaboli insidiis: cuius precibus credimus peruentum ire ad indulgentiam peccatorum & æternorum perceptionem præmiorum. *g* Repositæ autem sunt reliquiæ beati viri sub sigillo Episcopali in eadem basilicâ, quoad fabricaretur crypta tantis pignoribus apta, vt, si similis nos tempestas, peccatis nostris promerentibus, occupauerit, facilius possint leuari. (quod Christus auertat) & comites fieri, imò duces fugæ & latibuli nostri.

CAP. I.

E

a Corpus S. Vedasti à S. Autberto translatum.

b

c elevatur,

d à S. Theoderico Episc.

e

f

g

3 Transactis autem fermè vndecim mensibus, con-

A VETORIBVS MONACHIS VEDASTINIS ex MSS.

uentus iterum fidelium populorum, vt reponerentur reliquiæ Patris in ſuum locellum: concurrerunt, & occurrerunt vndique. Videres totam florere prouinciam, & quaſi poſt diluuium *h* Getarum tripudiare Franciam. Gaudebant omnes, lætabantur vniuerſi, ac
A ſi conſpicerent in corpore veniſſe Vedaſtum. Adeſt & Deo dilectus Antiſtes Theodericus cum Clero, fit lætitia, omnibus inſultant hoſtibus, quibus auxiliatur Chriſtus. *i* Reponuntur iterum membra venerandi Patris Vedaſti, in ſuum digno cum honore locum ſecundo Nonas Iunij anno ab Incarnatione Domini octingenteſimo quinquageſimo tertio. Quis dicturus eſt, quanta inibi ſunt collata à diuitibus, à ſecularibus oblata, à deuotis promiſſa.

h

i *reponitur 4 Iunij anni 853.*

4 Superueniente verò anniuerſario tranſlationis die, fit conuentus totius prouinciæ, & nocturnas agentibus monachis vigilias, in medio vulgi aderat quidam pedibus debilis, ita vt calcanei natibus adhærerent. Et ecce ſubitò, quaſi à duobus tractus fuiſſet viris, ſoluuntur nerui, tenduntur venæ, fitque prolixus qui fuerat curuus. Adeptus eſt Vedaſti precibus, quod non habuerat ex vtero matris. Clamor populi attollitur, laudantium Deum & benedicentium Dominum. Non credant his, qui negant Chriſtum de Virgine natum.

Sanantur incurui.

k

5 Supereſt ſanctimonialis ſeruientibus Deo Fratribus deſeruiens in ſarciendis veſtibus, quam vidimus deferri contractam manibus ſuorum ad limina S. Vedaſti, Kalendis Octobris tranſlationis eiuſdem Patris die, quæ ita reddita eſt incolumis, vt vſque hodie membris omnibus videatur ſana, & cicatricum non deſint indicia. Et hoc dicimus propter eos qui dicunt (ſed
B abſit vt dicant) hæc mendaciter ficta.

contracta.

CAP. II.

6 Olim geſtum eſt, quod modò recitatur *l* Aminiacus dicitur fundus almi Vedaſti ſuper fluuium *m* Iſarn, in pago *n* Laudonenſi. Quæ villa, quia procul erat à monaſterio, omnes circùm habitantes, ſicut de Madianitis legitur, cum pecudibus, & quæcumque habere poterant, gregatim veniebant, vaſtantes & diripientes vniuerſa vſque ad ſolum, nullo eis præbente auxilium. Quâ neceſſitate quidam ſeruulorum compulſus, ſumpto victu venit ad monaſterium, conquerens ſuam ſuorumque calamitatem. At poſtquam nil ſolatij ſuarum reperit querelarum, cucurrit ad tumbam Patris Vedaſti. Ridiculum eſt, quod narro, fuit tamen verum. Exclamanſque; Heus, inquit, Vedaſte, ſi moraris hîc in corpore, vt omnes fatentur, & habes aliquid honoris in cælis, cur nos deſeris? cur fruges tuas alieni diripiunt, & tua hoſtes paſcua vineaſque deuaſtant? Nullus tibi defert. Nos tuos famulos, ſi panis fuiſſemus, forſitan abſorberent. Et quoniam hîc clauſus es, longè non potes videre; non tibi moleſtum videatur, ſi vili geſtatorio fruaris, atque hunc intra follem, vt vi-
C deas lacrymas miſeriarum noſtrarum. His & aliis querelis peractis, expandit peram coram ſepulchro, reſoluenſque, Intra, inquit, ne moreris: humeris meis deferens illæſus, & poſteà reuerteris ſecurus. Cerneres follem inflari, & quaſi carnibus & duriſſimis oſſibus fortiter impreſſis vtrem impleri. Quod videns ruſticus fide diues, credens ſe adeptum quod petierat, concito gradu ad ſua reuertitur. Proiicienſque vtrem in medio camporum inclamauit: Ah, ah, Sancte Vedaſte, vidéſne, quomodò deripiunt aduerſarij, quæ tua fuêre? Nullus tui nec tuorum miſeretur. Cerne cunctos contra te confluentes. Mirum dictu, ſed horrendum factu! Omnia pecora *o* concurrunt in ſe, & impetu facto tum dentibus frendentes, cornibus ſe appetentes, necnon pedibus totoque corpore vindicauêre in ſua viſcera, quod admiſerant in hereditate aliena; ſicque dum vaſtauerunt, à ſemetipſis vaſtata ſunt. Paſtorum quoque quidam debiles redditi ſunt, alij diuerſis cladibus attriti. Nam deinceps nullus incolarum voluit depopulari S. Vedaſti prædia atque vineas, quæ tanta habebant præſidia.

villico ad ſepulchrum eius peregrinato,

l

m

n

Iudic. 6. 5

Depopulati agros S. Vedaſti,

o

puniuntur variè.

7 *p* Anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo ſeptuageſimo quinto, contigit miraculum meritis Patris noſtri Vedaſti, quod narro. In Britannico mari, quod nobis vicinum eſt, ſoliti ſunt piſcatores ſimul proficiſci piſcatum, ad capiendam balenam. Et accidit altercatio prioratus inter noſtros & aliarum poteſtatum nautas, recuſantibus illis conſortium noſtrorum, niſi darent ſolidos contubernij. Negantibus hoc noſtris, conglobati omnes, qui de diuerſis Eccleſiis illiciti erant ad piſcandum, ſubſannauerunt noſtros, ſicut pueri Bethel Heliſeum caluum dicentes: En veſtra apparebit piſcatio: capietis integrum cete, quod præſentetis monachis veſtris, quod hactenùs non ſunt contemplati, qui nec decimam partem adipiſci meruerunt, & hoc ipſum noſtrâ donatione. Mox itaque intrauerunt mare, fidentes in multitudine nauium & numeroſitate ſociorum, ſed ſpes in hominibus fruſtra eſt: cuia non ſolùm piſcium nihil adepti ſunt, verùm cum magno euaſerunt periculo. At noſtri commendantes ſe Deo & beato Patri Vedaſto, cum voto & duabus nauiculis, non dubitauerunt vitam committere ventis. Et qui ſemper adeſt inuocantibus ſe in veritate, quique Petro piſcanti adduxit piſcem cum auro, piſcem ſeruis ſuis dedit immanem. Tunc partes, quæ vnicuique piſcantium ex more debebantur, miſerunt vt vouerant, Fratribus & B. Vedaſto argenti ſolidos duos, quot ſtatuerant. Et, ne cui incredulum videatur, geſtum eſt *q* primo Imperij anno glorioſiſſimi Karoli, filij Imperatoris Hludouici, regni autem eius trigeſimo ſexto, E Indictione nonâ. Non credant iſtud, qui negant Ionam inobedientem *r* ventre ferino vectum ad regiones, quas ignouerat.

p *Piſcatores irridentes S. Vedaſtũ.*

4 Reg. 2. 23

nihil capiunt.

colentes, copioſam hâlent piſcatu.

q

r

CAP. III.

8 Interceſſione meritorum S. Vedaſti etiam Britannia, quæ, vt ſcriptum eſt, nihil aliud nouerat, niſi barbarum frendere, olim cœpit & Chriſtum venerari, & Sanctos illius debito cum honore ſupplicare. Accidit autem, vt quidam Scottigena adiens monaſterium, in quo venerabile corpus Beatiſſimi diem præſtolatur & horam, quâ remeante ſpiritu Sanctus in terrâ ſuâ poſſideat duplicia, petiuit humiliter, vt ſibi reliquiæ darentur, in quarum memoriâ conſtrueret baſilicam in Scotiâ. Quod cum negaretur vt aduenæ, & vt impoſter haberetur, acceſſit cum fidei puritate ad altare Dei & tumulum Patris Vedaſti. Tunc pauimenti colligens cineres & pulueres, qui ſcopantium effugerant manus, reuertitur ad ſua. Quid plura? Fabricat Eccleſiam pro viribus ſuis & collatione fidelium. Habebat itaque idem bonus vir aluearia plena mellis & apum pro foribus baſilicæ B. Vedaſti. Et ecce ſubitò noctis initio, cùm ſibi mortales iudulſiſſent quietem ſoporis, adeſt fur, irrumpit locum, vult ſibimet poſſidere, in quo noluit laborare. Et dum ſtuduit prædari, præda factus eſt. Stat miſer, onuſtus honore alieno, non honoratus propriâ calliditate: fit latro immobilis, nec latere poterat. Videres hominem velut ſimulachrum exanime, dum nec ſine rapinâ nec cum ipsâ greſſum mouere poterat. Cumque galli cantus inſtaret, ſurgit ſenior ad pulſanda matutinorum ſigna: inuenit quod volebat, & nolebat. Cognitâ autem re præcepit latroni, vt cum ipſo mellis vaſe operiretur, quo ad vicini congregarentur; volens miſerum Iudicibus tradere puniendum. Dein cùm cubitum iſſet Scottus, apparuit illi ſenex pulcherrimi vultus & venerabilis ſ caluitiei, dicens: Nil pœnarum inferas illi miſello, Chriſtus illum *t* vinxit, non tu: & ego abſoluo eum in nomine Ieſu. Noueritis quoque me non vocari Badaſtum, ſicut veſtra barbaries ſolita eſt nuncupare, ſed Vedaſtum. Et ecce ſubitò, ſoluta ſunt dicto citiùs vincula, quibus tenebatur reus occultè ligatus. Dimiſſoque vale, diſceſſit illæſus. Et ſi quis curioſè ſeu peruicaciter ſcire deſiderat, vnde nos iſta ſciſſe contigerit, reſpondemus: Nobiliſſimus illius indigena *u* ſoli, nomine Echo, relictis parentibus, abdicato patrimonio, voluntariam

Ablatis à ſepulchro puluèribus in Scotiam.

ereſtâ S. Vedaſti eccleſiâ.

F

fit immobilis factus.

ſ

t

u

adgreſſus

A adgreſſus eſt peregrinationem. Nam pater illius ex regiâ proſapiâ ortus, inter primores prouinciæ ſecundus poſt Regem extiterat. Quod non ſolùm ab illo comperti ſumus, qui quantò generoſior habebatur, cò vilior & pauperior videri volebat, ſed & ab omnibus accolis Scoticæ telluris audiuimus. Nam & hodie cognatus Fratris *x* Echonis nobiliter Scottorum ſceptrà gubernat. Ipſe quoque religioſiſſimè in noſtro viuens cœnobio, triginta circiter annos, Chriſto vitam finiuit. Ipſe nobis ſæpiſſimè faſſus eſt, hanc virtutem in iſtiuſmodi veriſſimè peractam.

x

9 Omiſſis Britanniæ vel marinorum fluctibus, reuertamur ad Francigenarum agros. Dominus Vedaſtus quantò ſuauis eſt mitibus, tantò ſeuerus apparet pertinacibus. Temporibus *y* Hlotarij Imperatoris, filij Hludouici Cæſaris, deuenit abbatia Patris Vedaſti in manibus Adalardi Comitis. Et dum *z* villas Sancti ſuis impertiret, quidam prædiues fundus, nomine Yburius, mancipiis nobilior ſuis, & paſcuis vberrimis, traditus eſt cuidam *aa* Lethardo vſu beneficij. Qui adeò graſſatus eſt in familiam, vt minaretur vniuerſos ad mendicitatem perducendos, & qui maiores in eis videbantur, pannis ſuarum vxorum operiendos. Vxor quoque eadē tenebatur acerbitate crudelitatis, & quia, ſicut Propheta dicit, à plantâ pedis vſque ad verticem non fuit in eis ſanitas, vltio diuina ſubſecuta eſt. Nam iuſſerat cunctos adire locum, quo propriam videbatur

y

z *Tyrannicus villa S. Vedaſti poſſeſſor, aa*

B habere poſſeſſionem. Quod reuentes, non propter ſuperbiam, ſed ne in conſuetudinem haberetur, furibundus interminatus eſt, id acerbiter vindicandum. Tunc omnes mœſti confugerunt ad limina Sancti, conferentes cereum miræ magnitudinis. Quadam igitur die dum ſederet, & ſatellites ſibi aſtarent, horribili voce clamauit: Eheu, quis me interficit? ſuccurrite, adiuuate, ferte præſidium, En quidam aduerſarius in figurâ Clerici, appetit me mortificare. Et mox cunctos tantus pauor inuaſit, vt relicto Domino fugarentur, præter villicum eiuſdem loci, nomine Rimunduni, quem nullus occupauerat horror, à cuius hauſimus ore, quod notamus calamo. Ipſa quoque torua inclamatio repetita eſt tertiò. Eadem tempeſtate mortua eſt ſoboles, quam habebat vnicam. Poſt hæc vxorem tantæ crudelitatis adiutricem languor inuaſit, ita vt, (fama eſt) cruſtæ lardi ſuperponerentur linguæ oris illius, & exponerentur quaſi carbones nigræ: hoc dicitur cruciatu vitam finiuiſſe. Tunc iſdem Lethardus febre correptus, ſed mente correptus iniit fugam, quaſi non eſſet reperturus mortem, imò reperiendus à morte. Fatebatur iam dictus noſter villicus iuſtatus cateruatim coiſſe coruorum multitudinem, & cornicum ſuper illum crocitantium. Canes quoque ferebat immenſos dediſſe latratus ad illius diſceſſum ad vnam vſque leugam. Vtrùm diabolica fuerit ſubſannatio, an fortuitò fuerit auditum, non eſt noſtrum iudicare. Tandem perueniens, quò tendebat, cœpit indies fieri debilior. Tunc, vt alter Pharao, obduratus mente, non proſpiciens inſtare ſibi vltionem Diuinam, iuſſit parari conuiuium ſolenne, trigeſimum vt putabat celebraturus vxoris diem. Adeſt dies ſtatutus, & ecce moritur Lethardus ſecundùm nomen ſuum, ſi ita volueris compoſitum *bb* ex Latino & Tendiſco, mors dura, quam non ſibi optamus, & prandium, quod parauerat, in ſuis exequiis expenſum eſt. Sicque factum eſt, vt vſque hodie ipſa villa omnibus ſit Dominis reuerenda, ſcientibus B. Vedaſtum Pontificem ſuorum fore defenſorem, adiuuante Chriſti gratiâ, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorū, Amen. *cc*

punitur morte proles & vxor eius.

C

propriâ.

bb

cc

a *Ita MS. Antuerp. quos annos ſuprà § 5 probauimus. In Duacenſi annos* centum decem & octo. *Audomaren.* centum quadraginta nouem.

b Gallia Comata *tribus diſtincta populis, Aquitanis, Celtis & Belgis; in hu erant Atrebates.*

c Normanni anno 851 monaſterium S. Bauonis Gandaui in-

cenderunt, venientes vrbem Rotumum vſque, *(ea eſt Rotomagum)* ad Beluacum pedeſtri pede peruenerunt: quâ in censâ cùm redirent, aliquâ ex parte profligati ſunt. *Ita Annales Bertiniani. Erant autem Atrebates medij inter dictarum ciuitatum populos.* AVCTORIBVS MONACHIS VEDASTINIS EX MSS.

d *Colitur* S. Theodericus *Ep. 5 Auguſti. Agit de eo Baldericus lib. 1 cap. 41 & ſequentibus.*

e *Ita MS. Antuerp. quæ in aliis plurimùm contorta erant.*

f Dania, *vnde Nordmanni venerant, Germaniæ magnæ pars erat, illiq; fere Germanicâ linguâ loquebantur. De Normannis eorumq; incurſionibus egimus 3 Februarij ad Vitam S. Anſcharij, & alibi ſæpe.*

g *Baldericus cap. 42 ait,* Theodericum quæſiuiſſe & inueniſſe, *ſcilicet facultate ad id monachis conceſſâ:* inuentum verò ita paraſſe, vt ſi fortè metus Danorum cogeret, fugientes aliorſum deferrent.

h Getæ *accolæ Danubij, vicini Dacis, quos imperiti cum Danis confundunt, vti alibi Getas cum Gothis. Hic pro Normannis accipiuntur, quorum vicini, ſi non pars, erant Gothi. De eâ confuſione iterum agimus 12 Februarij ad Vitam S. Benedicti Abbatis Aniane & Indenſis.*

i *MS. Audomar. interponit hoc epiphonema:* Pro nihilo habent Normannos, quos fouet ipſe Vedaſtus. *deeſt in aliis MSS.*

k *Idem MS. addit:* qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis.

l *Ita MS. Antuerp. at Duac.* Amaſiacus. *Audom.* Antimacus.

m Iſa *fluuius, aut fortè* Iſara; *(quo nomine duo illo appellabatur* Aiſia, *ſine* Oeſia,) *aut fluuiolus aliquis vicinus.*

n Laudunum, *ſeu* Lugdunum Clauatum, *vrbs Epiſcopalis Picardiæ ſuperioris in confinio Campaniæ inter Laudunenſes & Atrebates interiacens Veromandui.*

o *MS Duac.* corruerunt.

p *Piſcationis huius in MS. Antuerpienſi nulla mentio.* E

q *Coronatus eſt Carolus Caluus Imperator à Ioanne Papa* VIII *ipſo Natalis Chriſti die exeunte anno* 875.

r *MS Duac* vento ſereno. ſ *Idem,* canitiei.

t *MS. Audomar.* iunxit *Duac.* vexat.

u *Duac.* poli. x *Idem MS.* S. Ethonis.

y Lotharius *præfuit Imperio ab anno* 840 *ad* 855.

z *Alii* Yburius, & Iburius.

aa *Alii* Letardus, Leotardus & Liethardus.

bb Letum *ſcilicet Latinis* mors *eſt, &* hardt *Teutonibus* durum.

cc *Hîc finit prior collectio, cui videntur poſteà reliqua acceſſiſſe.*

PARS II

Alij iniurij S. Vedaſto puniti. Miracula Bellouaci facta.

10 TEmporibus *a* Pippini & Karolomanni Principum *b* Adalrico eiuſdem monaſterij Abbate, Comes Atrebatenſis prouinciæ, nomine *c* Theutbaldus, ambiebat Fratribus auferre quamdam culturam cum horto; quia ſedes comitatus videbatur in *d* Domonicâ curte, cui villæ proxima erat ipſa cultura & hortus, ſicut & vſque hodie permanet. Quæ poſteà induſtriâ *e* Adalrici Abbatis, qui fuerat probatiſſimus illis temporibus *f* medicus, tradente *g* Karlomanno Principe, ceſſit vſibus Fratrum. Cumque mœrentes conuolarent ad Deum & ſuum Vedaſtum, non ſunt fraudati deſiderio, quod petierunt cum voto. Nam iſdem Comes dicitur adiiſſe *h* Principem, rogans mitti viros à latere ſuæ auctoritatis, qui pauperibus vim Fratribus infetrent, & ſuæ ſatisfacerent cupiditati. Iuſſuſque eſt *i* Remenſis prouinciæ Comes his intereſſe altercationibus. Quadam igitur die cùm poſt quietem æduituus baſilicæ S. Remigij, vir bonus & iuſtus, inibi ſolus excubaret, audit quemdam voce flebili Sanctum inclamaſſe Remigium. Quo interrogante, Quis es? Frater, inquit Vedaſtus: Miſiſti me, Pater ſancte, verbum Dei prædicare Gentibus incredulis, quod & feci gratias Deo: & ecce conglobati palatij Proceres auferunt matricularijs, quod collatum eſt à fidelibus. Vade dixit S. Remigius, conuoca Fratres & cooperatores verbi diuini vicinos tibi, *k* Audoënum ſcilicet & Audomarum vt audiant, Bertinum cum Vulmaro & reliquos *l* maritima poſſidentes loca. Nec relinquas *m* Amandum; Quintinum accerſi, Gaugericum ſuade cum gaudio venire, electus Eligius noſtro non deſit placito,

a *Comes Theutbaldus. hortos monaſterij ablaturus,*

e

fg

b

i

obſiſtentibus Sancti vicinis.

k

l m

AVCTORIBVS MONACHIS VEDASTINIS EX MSS.

to, Lucianus cum *n* luce veniat. Ipſe mihi aſſumam B. *o* Martinum, cum Sanctis Aquitaniam incolentibus, necnon *p* Medardum ſuos medentem. *q* Sutores quoque Auguſtæ Sueſſionum vtroſque adſciſcam germanos, *r* Dionyſium cum ſuis aduocabo, atque ita properabimus in occurſum tui. Quibus auditis cuſtos Epiſcopo nuntiat manè. Adeſt & Comes, ſocij ſatisfacturus precibus. Pontifex refert Comiti quod audierat à Fratre. At ille ſtomachans ſubſannat, monachum vino ſepultum narraſſe ſomnium, & cum ſuis iter decreuit carpere. Et conſcendens equum, vt peruenit ad ædem, in quâ viſio apparuit, cecidit & fracto crure manibus ſuorum perlatus eſt domum. Aſt Theutbaldus, delator Fratrum, auctor tot querelarum, ſtatuto die ſeſſurus ſonipedem, muſca nares intrauit & tam diu calcitrauit, donec dominum terræ deiiceret, & mox fracto collo mortuus eſt. Sicque Fratres vſque in hodiernum diem, ſuas res ſine moleſtiâ quietè poſſident.

A
n
o
p q
r
dimore punito.
collapſus moritur.

Matth. 18. 16.

11 Diuinâ ſanctitur auctoritate, duorum teſtimonio vel trium verbum fieri ratum. Beatiſſimus noſter Vedaſtus non contentus ſuis ſubuenire, ſed & longè, vt dictum eſt, lateque peragrans, Chriſto largiente, famam ſuæ liberalitatis diffundens; Bellouagum adiit, ſ atque quadriuium occupauit more ſibi ſolito, cùm t nuſquam ſibi inuenias *t* circuitis Galliis baſilicam ſuo B dedicatam nomine, niſi in publico aggere. Cumque multo tempore veneraretur ab incolis, & maximè religioſis monachis & Canonicis, necnon ſanctimonialibus memoria venerandi Patris, qui de ſilice produxit aquam, & ex nihilo vinum, ad laudem ſui nominis oleum inibi manare præcepit. Cumque omnibus id foret admirationi, quidam ſuperuenientes pro nihilo ducentes, cœperunt, habere contemptui. Et dum hæc gererentur, videntibus cunctis & qui mirabantur, & qui dubitauerant, exiliuit vſque ad ſolum quidquid olei videbatur haberi in lampade, & ſtatim cælitus putriſſimo *u* repleta eſt oliuo, & diuino accenſa eſt lumine, vt nulli dubitarent verum fuiſſe, quod anteà dicebatur. Vnde factum eſt, vt Dominus *x* Hildemannus, & vniuerſi ſucceſſores Bellouacenſis Eccleſiæ inde ſumerent oleum, tam ad baptizandum, quam ad infirmorum vnctionem, adiuuante gratiâ Dei Amen.

Bellouaci in templo S. Vedaſti
ſ
t
B
oleum & lumen diuinitus datum:
u
x

12 *y* Quædam mulier inibi degens vouerat beato Pontifici Vedaſto linteum valdè bonum. Cumque ſibi finem vitæ cerneret imminere, præcepit illud filiæ loco deferri deſtinato. At illa cupiditate ducta, vt mos eſt fœminis, deterius, *z* imò comparatione illius peſſimum altari ſuperpoſuit. Cumque cum ſuâ egrederetur fraude, linteolum diuino nutu proiectum eſt ab altari. Videres cum impetu volaſſe rem inſenſatam, ac propriam requirentem dominam. Cumque tertiò repoſitum eſſet altari, & tertiò reiectum, conuenta eſt C mulier, & publicè confeſſa, reddidit Sancto, quod abſtulerat furto.

ſ
linteum voto deterius oblatum, ter ab altari auolat:
z
C

13 Naturale ſcitis eſſe, cuncta vetuſtate conſumi. In eadem baſilicâ Bellouagi in honore B. Vedaſti conſecratâ, paries lapideus ab vnâ perè decidens fronte ſpatio vnius cubiti quotidie lapſum minabatur. Conueniunt quibus locus fuerat commiſſus. Nam pauperum hoſpitale totius Epiſcopatus inibi ſummâ cum diligentiâ cuſtoditur. Et cùm ſollicitè quæritur, vtrùm-ne deſtruatur murus, & ex integro reædificaretur, an cuneis & arte mechanicâ fulciretur, dormitum eſt. Et craſtino paratis omnibus quæ forent neceſſaria tantis impenſis, cernunt firmiſſimè parietem, qui labebatur, erectum & ſuis compactum greſſibus cohæſiſſe parietinis ſociis.

paries ſubtùs firmatus:

14 Rodente temporum antiquitate, deciderat tectum baſilicæ S. Vedaſti, in eadem vrbe poſitum. Colſatum eſt vndique ac reſabricatum, quod fluminis more defluxerat. Superfuit materies perquirenda, cuius longitudo non erat facilè reperienda. Et ecce quidam opibus pauper, fide locuples, dixit ſe habere quod quærebatur, impoſitoque plauſtro aduexit illò. Menſuratum à fabris & inuentum eſt breue. Tunc mœſti, qui videbantur lætabundi, tandem reſpiciente corda illorum, qui reſpexit Petrum negantem, purâ fide ad materiem præparandam acceſſerunt. Et, ſicut teſtantur hodie per Deum & S. Vedaſtum, qui præſentes affuerant, inuenta eſt creuiſſe pluſquàm neceſſarium illi foret loco. Præterea multas Dominus operatur virtutes meritis B. Vedaſti, in illâ baſilicâ, fide poſcentium. Cuius & nos precibus adiuuari credimus, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vnà cum Patre & Spiritu ſancto, qui viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

D
tecto reſficiendo materia
mirè accreuit.

---

a *Mortuo Carolo Martello anno 741 ſucceſſerunt duo filij Pipinus & Carolomannus, ſeluſo fratre Griſone natu minore, Suanihilde matre nato. At Carolomannus anno 747 in Italiam profectus, inſtitutumq; monaſticum amplexus eſt. In MS. Audomar. nullâ factâ Carolomanni mentione habetur:* Temporibus Pipini Regis *qui in eâ dignitate vixit ab anno 752 ad 768.*

b *Videtur legendum* Romano Abbate: *qui præfuit Vedaſtinis ab anno 744 aut ſequenti, ad 747, quo Carolomannus imperium depoſuit.*

c *Alias* Theobaldus, & Theodbaldus.

d *Franc. le Bar in Tractatibus monaſticis MSS. ex Chronico Marchianenſi refert an. 745, quo* Romanus *erat Abbas,* Dominicam curtem à Carolomanno traditam B. Vedaſto. E

e Adalricus, *alias* Adalericus, *vt habet Chronicon Vedaſtinum apud Locrium, præfuit ab an. 747 ad 763.*

f *In Chronico Marchianenſi MS. hæc ſequuntur ad an. 747:* Adalricus, artè medicinali peritiſſimus, Atrebatenſium Abbas efficitur.

g *MS. Audomar.* Pipino Rege.

h *Idem MS. iterum* Regem: *at alia MSS.* Principem *vbique habent.*

i *Flodoardus in Hiſtoriâ Remenſi plurimorum Comitum meminit, qui ei prouinciæ præfuerunt.*

k *Coluntur hi Sancti.* Audoenus 24 *Auguſti* Audomarus 9 *Septembris,* Bertinus 5 *eiuſdem,* Vulmarus 20 *Iunij.*

l *Alcuinus in Vitâ S. Richarij Abbatis* maritimam Franciam *ſtatuit* à Scaldâ fluuio vſque ad Sequanam, *atque ſeta reliquet à S. Vedaſto conuocandos inclùdit Sanctos.*

m *Coluntur & hi Sancti,* Amandus *hoc 6 Februarij,* Quintinus 31 *Octobris,* Gaugericus 11 *Auguſti,* Eligius 1 *Decembris,* Lucianus 8 *Ianuarij.*

n *MS. Audomar.* cum Lucio veniat: *potiùs ſi ſocius adfuiſſet,* Maximianus Presbyter & Iulianus Diaconus *ſocij S. Luciani fuiſſent.*

o *Colitur* S. Martinus 11 *Nouembris. Turones Aquitanis vicini, cum illis ſubfuerunt Gothis.*

p S. Medardus *Epiſc. Nouiomenſis colitur* 8 *Iunij.*

q *Sunt hi* SS. Criſpinus & Criſpinianus, *Patroni ſutorum, apud Sueſſiones martyrio affecti: coluntur* 25 *Octobris. Hinc liquet* F *Nouiomenſes & Sueſſiones non cenſeri inter maritimos Francos.*

r *De* S. Dionyſio & *ſociis agemus* 9 *Octobris.*

ſ *In MS. Audomar. interponebantur hæc verba:* Allatæ ſunt reliquiæ ipſius: *quæ melius deſunt in MSS. Duacenſi & Antuerpienſi.*

t *MS. Duacenſe,* in cunctis.

u *Sauſſaius ad* 5 *Iulij ait,* lampadem ante hierothecam poſitam exhauſto oleo ſine vllo pabulo ardere & rutilare viſam eſſe. *Vbi malè præmittit corpus S. Vedaſti tunc Bellouaci adfuiſſe, quòd poſt* 50 & *amplius annos eò primùm tranſlatum ſit.*

x *Adfuit* S. Hildemannus *S. Adalardo morienti an.* 826, *vt dictum* 2 *Ianuarij ad huius Vitam, & ſubſcripſit depoſitioni Ebbonis Archiepiſcopi Remenſis anno* 833: *colitur* 8 *Octobris.*

y *Reliqua deſunt in MS. Antuerpienſi: poſteà adiuncta.*

z *MS. Duacenſe* nimio.

HISTO-

HISTORIA
TRANSLATIONIS S. VEDASTI
BELLOVACVM, DEIN ATREBATVM,
auctore monacho coæuo,
Ex MSS. Vedaſtino & duplici Antuerpienſi.

PARS I

Narratio rei geſtæ.

1 VAldè dignum eſt, Fratres cariſſimi, vt in hac præſenti ſolennitate beatiſſimi Confeſſoris Chriſti, ac cariſſimi Patris noſtri Vedaſti, omnipotenti Deo deuotas laudes & gratias perſoluamus: ne fortè, ſi eius beneficiis ingrati fuerimus, pro tali tantâque contemptus inſolentiâ, necnon veternosâ negligentiâ, ab illo grauius iudicemur. Magnum ſiquidem beneficij munus nobis hodie Dominus præſtitit, quando ſanctiſſimum Vedaſtum Patronum noſtrum diu ſublatum, diuque deſideratum, nobis reſtituendo reddidit: Quis, rogo, ſermo, quæue mens concipere poteſt, quanta tunc hilaritas, quanta tunc iocunditas omnibus hoc in loco fuerit; cùm proprius Dominus, Sanctus ſcilicet Vedaſtus, ad proprium locum, vnde (prò nefas,) per aliquot tempus peregrè oxulauerat, per relationem ſui corporis iam iamque reuerti dignaretur? Nulli prorſus dubium eſt, quin (heu, prò dolor!) vnum pro peccatis noſtris accidit, aliud verò nihilominùs miſeratione ac tandem repropitiante Deo, nobis ſeruis ſuis diuinitus contigit. Quod autem ſublatus eſt, noſtra fecit miſeria, quòd verò receptus, miſerentis Dei factum eſt miſericordiâ. Sed vtinam, atque ô vtinam, numquàm deinceps tam grande tamque graue malum permittat prouenire Omnipotens. Verum iam ſummatim ac breuiter dicatur, quâ neceſſitate cogente idem terque quaterque beatiſſimum corpus Bellouacum delatum ſit.

Solennitas recepti corporis S. Vedaſti recolenda.

2 Igitur poſtquàm diuæ memoriæ *a* Carolus Rex, & ad vltimum Imperator Auguſtus, qui fuit filius Ludouici æquè Imperatoris, filij videlicet Magni Caroli Regis & Imperatoris, ex hac vitâ diſceſſit; *b* Ludouicus filius ſuus ei in regnum, nullo obſtante hæreditario iure, ſucceſſit: qui etiam paullò plus vno anno vitales auras carpens, hominem celeriùs exuit. Quo terris ſublato, &, quod minimè decuit vel debuit, Principibus inter ſe & contra ſe pro conſtituendo Rege *c* diuiſis, audientes Northmanni hanc regni deſolationem (nam fama, malum quo non velocius vllum mobilitate viget, hanc illis nuntiauerat) omnes penè de ſuis finibus egreſſi, atque mare Oceanum trangreſſi, *d* Gallias intrauerunt: ſed fines noſtros, quia marinis littoribus proximiores erant, primitus inuaſerunt. Quibus cuncta ferro & igne depopulantibus, neminem viuere ſinentibus, monaſteria & cetera loca ſancta euertentibus; hoc monachi pauore conſternati, & futurum proſpicientes periculum (præſertim cùm adhuc locus monaſterij huius afforet immunitus, nec muris eſſet circumſeptus, nec ſaltem vallo circumdatus) aſſumpto in humeris locello, in quo oſſa ſancta recondita erant, actutùm fugæ præſidium inierunt, & Bellouagum petierunt: quò deuenientes, non *e* modicum temporis ſpatium ibidem exegerunt. Denique vt hæc profectio, ſi id neceſſitatis incumberet, abſque alicuius moræ dilatione liberiùs atque expeditiùs poſſet peragi; iam pridem hoc futuri mali prælegâ mente monachis præuidentibus; Antiſtes illorum venerabilis vir ac totius ſanctitatis Pater, nomine Theodericus, eadem ſancta oſſa de nobiliſſimo mauſoleo foſſa humo elata *f* expoſuerat; atque in ipſo, iam dicto locello eumdem theſaurum omni auro Arabico pretioſiorem, honorificè commutando poſuerat: ſuſceptas ergo apud Bellouagenſem ciuitatem has ſanctas reliquias, cum ſummo gaudio & debitâ veneratione glorioſiſſimus *g* Odo tunc eiuſdem Sedis Epiſcopus, quondam verò Corbeienſis monachus & Abbas, & dum Carolus Rex vixit, glorioſiſſimus in palatio.

Poſt mortem Caroli Calui, *b* *& Ludouici filij.* *c* *d* *Nordmannis ſtrumpentibus,* *deſertur corpus S. Vedaſti Bellouacum:* *e* *Auctores coæui ex MSS.* *f* *honorificè ab Odone Epiſc. excipitur:* *g*

3 Poſteà euoluto aliquanto tempore, hoc eſt, poſt biſſenos ſemis & eò ampliùs annos, iam monaſterio muris circumſepto, turribus affirmato, vallorum ambitu circumdato, monachis etiam ex diuerſis partibus ad illud reuertendo coadunatis, quærebatur, tractabatur, conſiliabatur; quatenùs S. Vedaſtus ad ſuum reportaretur locum & proprij iuris prædium. Quoniam illo abſente nil boni, nec ſpes cuiuſquam boni ibi videbatur haberi: imò indies omnia retrograda erant, & in deterius cuncta diffluebant. Itaque cœnobitæ pro hoc exercendo negotio adierunt proprium Pontificem, non minùs bonum quàm doctum, nomine Dodilonem (qui olim eiuſdem monaſterij monachus atque Præpoſitus ab omni Clero & populo electus, velut alter *i* Gregorius, de monaſterio *k* expellitur, dehinc canonicè Epiſcopus ordinatus, gregis Chriſti Paſtor efficitur) qui deſiderium monachorum perpendens, ac preces illorum benignè ſuſcipiens, vt erat benigniſſimus & in Dei rebus valdè ſtrenuus, votis precantium minimè abnuit, imò magis conſenſit, fauit, conſuluit, atque ſuum iter non diſtulit. Quapropter certatim vndique ſecùs Bellouagum itum eſt. Vt autem illò peruentum eſt, excepit eos honorificè & affatim humanè *l* Honoratus, eiuſdem vrbis honorabilis Epiſcopus. Sanctum pignus, quod repetebatur, negare non potuit, retinere nequiuit, ideoque licet inuitus reddere non diſtulit. Voluiſſet tamen ſi potuiſſet, numquam tanto in ſuâ vitâ carere bono. Hoſpitium verò illis præbuit, hoſpitalitatis iura non denegauit, obſequio iuuit. Porrò illius tanti Sancti, ſæpè & ſemper cum honore & amore nominandi, Vedaſti, prout potuit, ceſſit honori: quin minùs, quàm quòd dignum erat, circa eius honorem explere ſatagere demum cum regredientibus egreſſus eſt, cum repatriantibus longiùs comitatus eſt. Tota etiam ciuitas cum hymnis & laudibus illos proſecuta eſt, cantantibus & dicentibus omnibus: Via iuſtorum recta facta eſt, iter Sanctorum præparatum eſt. Deinde quando venerabilibus Epiſcopis ſibi in viâ vale mutuò dicentibus, Honoratus Epiſcopus cum ſuis ad ſua reuerſus eſt, noſter verò Pater & Paſtor Dodilo cum ſuo comitatu cœptam carpebat viam.

reſertur poſt annos 12 *& aliquo uſque comitante.* *h* *à Dodilone Epiſc. Camerac. enſi,* *i* *k* *permittente Honorato Epiſc. Bellouacenſi.* *l*

4 Videres ergo illud confici iter ſine labore, abſque difficultate, ſine vllo impedimento, cum magnâ animorum alacritate, cum iocundâ lætantium iubilatione, cum ſuauiſſimâ aëris tranquillitate. Quid plura referam? Præ amore illius dulciſſimi Patris, qui portabatur, cuncta dulcia & ſuauia erant, nec aliquis grauabatur labore. Tamdem quarto die egreſſionis à Bellouago, in Dominicâ die, Idibus menſis Iulij, Domini miſericordia nos adiuuante, Atrebatum ingreſſi ſumus, deferentes S. Vedaſtum benigniſſimum, amantiſſimum Dominum, atque deſideratiſſimum in ipſum venerabile & auguſtum templum, quod ſibi fieri ab Angelis iuſſum eſt hominibus. Sed quis enarrare, quis æſtimare poſſit, qui concurſus & occurſus populorum illic fuerit? Quot millia plebis illuc conuenerint? Quæ facies rerum, qualis dignitas vel pulchritudo notis tunc viſa ſit? quæ ſi ab infante Maro emeriſſet; & noſter Auguſtinus, ille Doctor egregius, orator facundiſſimus, flumen eloquentiæ, quod de cæleſti Paradiſo profluens, omnem terram irrigat imbribus ætheriis:

Recipitur Atrebati *maxima omnium concurſus.*

AVCTORE COÆVO, EX MSS.

reis : ſi, inquam, ille & ille affuiſſet, ad talem tamque admirandam gloriam depromendam, vterque elinguis obſtupuiſſet, atque obſtupeſcendo ſubriguiſſet. Quippè aderat, non parua monachorum caterua, aderat & A multiplex conuentus Canonicorum, Presbyterorum, reliquorumque Clericorum, aderant viri cum mulieribus & paruulis, iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus, ibi laudabant nomen domini. Iam de agris & villis, per quas commeauimus, nemo ſubſedit, qui non cum lætitiâ ſanctum ſequeretur feretrum. De totâ etiam ipsâ parochiâ nullus ſe ſubduxit, qui ad hanc tam *& gratiarum actiones:* glorioſam non conueniret ſuſceptionem. Omnes pariter excelsâ voce Deo gratias cum Kyrie eleiſon referebant, Gloria in excelſis Deo cantabant, Te Deum laudamus perſonabant. Nihil ibi niſi laus Dei audiebatur. Credo quidem (nec vana fides) quoniàm nunquàm & nuſquam illo die lætior dies eluxit in terris. Præ nimio ſiquidem gaudio à plurimorum oculis fontes defluebant lacrymarum, nec tanto gaudio explere mentem valebant. Quis enim, rogo, tam ſaxei pectoris, vel quis tam ferinæ mentis eſſe poterat, qui in his & de his non compungeretur, atque in dulciſſimas lacrymas non deflecteretur? O quanta rerum immutatio! Pro certo tunc in nobis completum eſt illud Da- Pſal. 125.5 uidicum: Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metent. B Nimis quidem ægrè & nimis diu doluimus, lacrymatuimus, triſtati ſumus: at nunc ex ſententiâ res nobis cunctæ geruntur.

5 Tali modo talique iubilatione cum exultantibus *eo in aræ poſito,* Angelis, qui ſine dubio ſemper aſſiſtunt Diuinis officiis, cum hymnis & laudibus ad ſidera vſque perſonantibus (nam totum cælum ita plenum erat dulciſono iubilo, ſicut nudatum fuerat omni mœſtifero nubilo) in iam dictum templum illud ſanctiſſimum corpus referebatur, ac perferebatur: de quâ re ſic tripudiabant cuncti, quaſi viuus adeſſet B. Vedaſtus. Sed venerabili feretro, vt decebat, ſupra altare poſito, omnibus ritè *ſub Miſſâ* ac ſolenniter compoſitis, reuerendus Pontifex adorſus eſt Miſſas, qui deinde perueniens ad prædicationis locum, ſermonem fecit ad populum, imò magis omnibus viuentibus atque viuere quærentibus amplectendum; locutus eſt de Deo, loeutus eſt de regno Dei, lo- *concionem habuit Epiſcopus,* cutus eſt de fide Catholicâ, locutus eſt de vitâ æternâ. Propoſuit etiam exemplum cunctis Chriſticolis imitanduu beatiſſimum Vedaſtum: in quo licet omnes virtutes placidam ſedem habuerint, tamen caritas in illo magis eminuit, quæ à puero eius vernula virtus fuit. De quâ & de totâ vitâ eius, nec non & mira- *de virtutibus S. Vedaſti,* culis, vt affatim affabilis erat, retractans, nonnulla C ſancta & vtilia proſecutus eſt, & euntem plura loquendo detinuit ſermone diem. Quæ verò ſuſpiria, qui ſingultus, quæ vbertas fletuum illic tunc fuerit, nemo eſt qui ſufficienter dicere poſſit. Deus enim omnium illorum corda viſitauerat, & ad tam piam exhortationem benigniſſimi Doctoris, cui lacrymanti conlacrymabant, reſpectus Diuinus illos interiùs inflãmauerat.

6 Præterea quando in huiuſmodi ſermocina- *& ſtatuit diem Relationis Idibus Iulij recolendã,* tionis epilogo exhortatus eſt, ſuaſit & admonuit Dominus Pontifex, vt hic dies Relationis corporis B. Vedaſti ad proprium locum omnibus annis celeberrimus ageretur, atque in prædicto die, Idibus Iulij menſis, vt ab omnibus ſublimiter & ſolenniter hæc feſtiuitas obſeruaretur, diuinâ & Epiſcopali auctoritate ſanxit & ſtatuit. Quod vt fieret, ore omnium ſe velle conclamatum eſt. Præcipuè tamen ipſos monachos ſuper hoc negotio compellatus eſt, ne vllo genere hoc ſtatutum negligerent, quos de tam pij Patris præſentiâ ſemper gaudere oportebit: qui eius nunquã adminiculo carebunt, ſi eorum nimium grauis reatus non fuerit.

7 Poſt hanc verò allocutionem & Miſſæ celebra- *ac datâ benedictione dimiſit populum.* tionem Dominus Epiſcopus datâ benedictione, dimiſit in pace populum, qui omnes cum magno gaudio reuerſi ſunt ad propria laudantes & benedicentes Dominum in honore beatiſſimi Vedaſti, ſenioris & Pro- D tectoris noſtri: cuius ſanctitatis digniſſimis precibus apud Dominum promereri totâ deuotione depoſcimus, vt numquàm ab eodem Patre ſemoti illuc perue- *Epilogus.* niamus, quò cum peruentum ire cognoſcimus, videlicet ad beatiſſima ac feliciſſima æternæ vitæ gaudia, atque immarceſſibilia ſemper virentis Paradiſi amœniſſima paſcua: vbi in florigeris ſedibus collocati, omnique ſpiritalium aromatum flagrantiâ delectati, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei, pro nobis hominem factum, cum Patre ſuo & Spiritu ſancto, laudare, benedicere, glorificare, miſericordias eius in æternum cantando, valeamus: atque de eiuſdem omnipotentis Dei dulciſſimâ, exoptatiſſimâ, ſuauiſſimâ continuâ viſione, quem tum facie ad faciem videbimus, cum Angelicis choris & omnibus Sanctis ſine fine gaudere mereamur: cui ſoli eſt honor & gloria, laus & iubilatio, poteſtas & imperium, decus & omne bonum, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

a *Mortuus eſt Carolus Caluus an. 877, menſe Octobri.*
b *Ludouicus Balbus obiit an. 879, 4 Id. Aprilis in Paraſceue Domini.*
c *De hac Principum alteratione videndi hiſtorici illius temporis, ac potiſſimùm Annales Bertiniani. Tum euocatus ab aliis Ludouicus Rex Germaniâ patruelis Ludouici Balbi. Hugo Lotharij Regis ex Valdradâ filius Lotharingiam inuaſit. Boſo etiam, Richildis uxoris Caroli Calui frater, ab uxore incitatus, inhiabat regno reliquo: quo recto inter Ludouici Balbi duos ſenioris filios ex Anſgarde ſuſceptos, anno 880 regnum diuiſum eſt: Ludouico Francia & Neuſtria, Carlomanno Burgundia & Aquitania obtigit.* E
d Normannos anno 880 in Ganto, *ſiue Gandaui*, reſediſſe *tradunt Annales Bertiniani: at Fuldenſes addunt eos* in Galliâ prædas & incendia exeruiſſe, & plurima loca & monaſteria depopulatos eſſe.
e *Ab anno 880 ad 893.*
f *De hac elevatione, ſub S. Theoderico Epiſcopo Cameracenſi factâ, ſuprà egimus.*
g Odo Belgiuagorum Epiſcopus an. 870 miſſus eſt à Carolo Calùo ad *fratrem eius* Ludouicum Regem Germaniæ, vt ad regnum Lotharij diuidendum conuenirent: *vt tradunt Annales Bertiniani. In Synodo apud Pontigonem anno 876 vltimo Iunij cum aliis Epiſcopis confirmauit Imperium Carolo Caluo collatum.*
h *Dodilo, teſte Baldrico lib. 1 cap. 60*, Epiſcopus Cameracenſis & Atrebatenſis factus XVI Kalend. Aprilis anno 887. *quem an. 900* interfuiſſe ordinationi Heriuei Archiepiſcopi Remenſis *refert Flodoardus lib. 4 cap. 9.*
i *Scilicet vt S. Gregorius Magnus, qui in Romanum Pontificem electus, alieno veſtitu in ſpeluncâ delituit, ne id onus ſubiret; vti pluribus dicitur in Vitâ 12 Martij.*
k *Sed potiùs, inuitus extrahitur.*
l *Flodoardus lib. 4 cap. 6 refert, quæ Fulco Archiepiſcopus Remenſis, cui dictus antè Heriueus ſucceſſit, diuerſis ſcripſerit Epiſcopis: inter quos fuerunt Dodilo Cameracenſis, & Honoratus Bellouacenſis, cum præclarâ huius narrationis confirmatione.* F

PARS II

Energumenus ope S. Vedaſti liberatus. Virga arida in ſiluam excreſcens.

8 IGitur miraculum quoddam, quod Deus omnipotens per Beatiſſimum Vedaſtum in vrbe Bellouacenſi operatus eſt, *a* huic noſtræ paginulæ inſerere decreuimus: quoniam eadem die, quâ vrbem cum eiuſdem Sancti pignoribus egreſſi ſumus, illud à monachis, Canonicis ſeu laicis, viris religioſis veraci narratione didicimus; & quod maioris certitudinis eſt, ipſi ſe vidiſſe teſtati ſunt. Denique fuit quidam adoleſcens, *Quidam poſt ſcelera punitus.* vnius Canonicorum eiuſdem loci famulus, lubricus atque laſciuus: qui etiam pro quodam grauiori commiſſo, à Domino ſuo ſæpe numerò redargutus, cùm nequaquàm monitis illius adquieſceret, ſed (heu prô dolor!) in ſuâ iniquitate perduraret, pedetentim ad aures plurimorum eius culpam contigit peruenisſe. Vnde palàm ac publicâ inuectione correctus atque verbera-

A verberatus est. Quâ confusione in magnam delapsus est tristitiam, non illam tristitiam, quæ salutem operatur, sed tristitiam seculi quæ *b* mortem ingerit. Quem ita sesè agentem, nec ad Deum conuerti volentẽ, iusto Dei iudicio inuasit immundus atque malignus spiritus; nec vno tantùm, vti res postea innotuit, sed multiplici dæmone antrum pectoris eius repleuit: & iustè quidem satis, vt qui noluit Deo subdi volens, diabolo traderetur inuitus & nolens.

b

à dæmonibus obsidetur:

9 Deinde cùm tantis furiis ageretur infelix, vinctus durissimis loris atque catenis ducitur ad monasterium S. Luciani Martyris, ibique præsentatur Domino *c* Episcopo: nam tum erat eiusdem Sedis Episcopus Venerabilis vir Ermenfridus. Tunc congregatâ multitudine Cleri & populi diutiùs & deuotiùs pro liberatione iam dicti arreptitij in psalmis, supplicationibus, Litaniis, & orationibus plurimùm laboratum est. Additi sunt exorcismi iuxta morem, adiurationes & increpationes. Quibus cùm necdum cederet inimicus, *d* indixit Episcopus, fontes baptisterij impleri aquâ, in quam benedictam atque sanctificatam iussit immergi hominem. Cuius præcepta implere volentibus, velut pelagi rupes immota restitit fluctibus ac procellis, sic ille restitit, atque vtroque pede super marginem fucri B vasis altrinsecùs positio, ita immobilis hærebat fixusque manebat, vt nullâ virtute, nullo ingenio nulloque conamine, non solùm immergi, sed nec moueri potuisset.

in aula S. Luciani

c

ab Hermẽfrido Episc. exorcisatus,

d

aqua benedicta immergi nequit:

10 Tunc ille pestifer serpens antiquus insultans Episcopo dixit: Quid frustrà laboratis? Nescitis cuius potestatis cuiusue virtutis simus? Nam ego sum ille, qui interrogatus à Domino Iesu, sicut legitis in Euangelio, quo nomine censerer, respondi, Legio. Ego enim sum Legio: plurimi enim sumus in vnum collecti. Multiplex enim potestas mea & diffusa per omnes gentes, & omnium illarum lingua mihi adeò cognita est: quod Iudæi, quibus plurimæ linguæ cognitæ sunt, experiri possunt. Tunc vocati Iudæi, diuersisque linguis alloquentes eum, in vnaquaque linguâ, facilè & planè ab eo responsum est eis. Post hæc iactando & gloriando sè adiecit: Hodie enim fui Constantinopoli, & innumerabilium hominum stragem peregi: & ecce in prato tuo inter tuos & Comitis homines magnam discordiam seminaui, & iam iamque se interficient: & melius esset illuc ire, quàm hic inaniter fatigari. Quod audiens Episcopus, iussit ire illuc. Quantocyùs perrectum est, & inuentum est ita esse, vt ille fallax gloriando de suis dolis dixerat: sed statim per Dei gratiam omnia parata sunt.

diabolus se Legionem vocat, Mat. 5 9

variis linguis loquitur:

absentia referri.

C. 11 His ita gestis, quia iam tardior hora imminentis vesperæ incubuerat, omnes ab ecclesiâ, licet cum dolore, ad propria redierunt. Remansit ibidem homo iussu Episcopi: vt, si fortè Deo placeret, ibi sanaretur meritis eiusdem sancti Martyris, interuenientibus pro hoc ipso ipsius loci beatissimis monachis. Sed cùm per aliquot dies ibi moraretur; cuidam viro religioso reuelatum est diuinitus in somnis, vt ille malè sanus ab eodem loco recedens, ad ecclesiam S. Vedasti, quæ non longè ab vrbe posita erat, velociùs properaret: quia in eâ, miserante Deo, & ille sanandus, & in hoc miraculo amabilis Deo beatissimus Pontifex Vedastus honorandus erat. Cuius reuelationi propinqui eius fidem accommodantes, perduxerunt illum ad eamdem ecclesiam. Quò cùm peruentum esset, repentè cœpit illum immundus ac ferox spiritus solito atrociùs vexare, ac totum discerpere. Cumque hoc diutiùs faceret, ille saltu se proripuit extra ædes ecclesiæ, & tanto se pondere præcipitauit in terram, vt eadem terra concuti videretur. Tunc mirum in modum sanguis plurimus effluebat ex ore eius, quem subinde non modica nigredo fellis cum magno fœtore subsequebatur.

Obsessus cælesti reuelatione

ad ecclesiã S. Vedasti ducitur,

& dæmonibus instar vespertilionũ exeũtibus,

12 Tunc demum his expletis, quod numquàm & nusquam nostris temporibus auditum, vel visum fuerat, visi sunt erupisse ab eiusdem ore calui sorices, qui etiam vespertiliones dicuntur, ita vt nullum examen apum ex suis aluearijs densius contingat erumpere: vnde & totum impleuerunt inane aëris, quorum velamine & cælum obductum & splendor solis obscuratus est, & nihil aliud per aliquantas horas, nisi ipsâ nigredo volantium, desuper apparebat. Idem verò homo quasi exanimis iacebat, nec aliquod signum vitæ in eo remanserat. Tunc sui, qui aderant, existimantes illum esse mortuum, exequias funeri peragentes, & in medio Ecclesiæ ponentes, excubias noctis celebrauerunt. Circa quartam verò Vigiliam noctis cœpit corpus moueri, manus foras loculum extendere. Cucurrit mater (nam mater illi adhuc erat) interrogauit si viueret. Respondit: Deo gratias & S. Vedasto, quia viuo & viuam: & eius meritis & precibus donata est mihi vita: & liberatus sum à tam graui periculo, in quo fueram: ablata est mihi morbosa pernicies, & concessa est sanitatis optata libertas. Postulauit bibere, & bibit: ac protinùs de capulo surgens, per omnia sanus & alacer extitit: nec vlteriùs huius incommoditatis quidquam sustinuit. Vnde cum omnibus, qui audito huius facti rumore, vndique secus longè latèque concurrerant, misericordias Domino & S. Vedasto decantans, ac hymnidicas laudes, vt dignum erat, cum gratiarum E actione referens, lætus & gaudens reuersus est ad propria.

Avctore anonymo, Ex MSS.

D

mortuus creditur,

subitò sanatur.

13 Dicitur quoque idem beatissimus Sacerdos Dei Vedastus, vno eodemque tempore & huic Atrebatensi atque pariter *e* Beluacensi pastorali cura præfuisse & profuisse Ecclesiæ. Quod veris signorum & operum indiciis, eiusdem loci atque regionis testantur indigenæ: apud quos plus miraculorum quàm apud nostros viuens in carne fecisse narratur. Interque omnia vnius mentionem agere commodum duximus. Denique cùm quadam die esset in itinere, & iam pausandi hora, ac reficiendi corporis incumberet; huius rei gratiâ declinauit ad quemdam amicum, scilicet in villam quæ vocatur *f* Wardara in pago *g* Vilcasino: & ipse vir & potentissimus & nobilissimus erat; cuius etiam filium iam pridem de fonte lauacri idem Sanctus susceperat: vnde & familiarissimi inter se esse videbantur. A quo cum magno honore & amore cum suis susceptus, postquàm cibo & quiete refecissent corpora, inter diuina spiritualium sermonum colloquia dixit vir Dei ad suum hospitẽm: O carissime consodalis, & pars animæ meæ, volo & hortor, vt meis assertionibus assensum præbeas. Cerno siquidem hunc locum amœnissimum, & necessitatibus seruorum Dei aptissimum, & Diuinis rebus congruentissimum: quâ de re benefeceris, si saluti tuæ consulens, illum Deo deuouendo, Senodochium cum ecclesiâ in eo construxeris: pro quo iuxta pollicitationem Domini nostri, & in præsenti centuplum accipies, & in futuro vitam æternam possidebis.

e

S. Vedastus

f g

amico & hospiti suadet,

vt xenodochium extruat,

F

14 Ille verò hæc audiens, cùm paullisper hæsitans hæreret, Quid, inquit Sanctus, dubitas? Ecce virgam omnimodis aridam atque decorticatam, quam manu teneo, huic terræ infigam, & si de illâ arbor prouenerit, experiri poteris absque vllâ cunctatione vera esse, quæ dico. Quâ terræ infixâ valedicens amico, cœptum aggressus est iter. Nam Parisius ad Reginam *h* Hlotilt, Deo ac sibi deuotissimam, quæ tunc ibi morabatur, profectum iri contendebat. Igitur virga actutùm & virideſcere, & cortice circumdari, & frondescere in ramos & folia, & in parùo spatio temporis facta est arbor procera, referens naturam virgæ, de quâ pullulauit, nam de tiliâ fuit. De quâ arbore processu temporis ingens silua & pulcherrima exorta est. Nam, vt ferunt incolæ eiusdem loci, quia si quid ramorum illius tiliæ, aut impulsu venti, aut auis deportatu alicubi decidisset, & deorsum mittebat radicem, & sursum in arborem succrescebat.

infigit terræ baculũ,

h

accrescentem in arborem & siluam:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

15 Verùm iam dictus illius prædij possessor ac dominus ammonitus verbis spiritalibus amici, atque huiusmodi miro ac nimis mirando miraculo confortatus, dedit Domino totum illud prædium, & construxit in eo xenodochiale monasterium ad susceptionem peregrinorum & pauperum: in quo multas animas per multa tempora Deo adquisitas non dubium est. Verùm postea nactâ opportunitate, beatissimus Vedastus reuertens illuc, immensas gratiarum actiones iam dicto amico retulit: videlicet quia sibi paruit & Domino Deo suarum rerum patrimonium spontaneus contulit. Deinde ipsum locum ad vtilitatem seruorum Christi, & necessitates pauperum, ordinatè disponens, suâ benedictione consecrauit, & ecclesiam Episcopali auctoritate dedicauit. Vbi deinceps totius bonitatis sanctitas floruit, omnium virtutum copia exuberauit. Nullus quippe pauperum inde eliminatus est, nullus peregrinus exclusus: omnes recipiebantur, sanabantur, reficiebantur: & inerat omnibus gaudium & lætitia in Spiritu sancto, ad laudem & gloriam sanctæ Trinitatis & memoriam beatissimi Vedasti Confessoris sui, per quem tanta bona & tam insignia miracula Deus operabatur in mundo.

extruitur xenodochiale monasterium,

cum ecclesiâ à S. Vedasto consecratâ,

16 Præterea sciendum est, quia idem Dei Sacerdos, vbicumque opportunum fore viderat in illis partibus, & in totâ Neustriâ vsque ad fines Britannici soli, xenodochia fieri constituit. Nam Regia potestas, & Principum ei in omnibus operibus suis fauorem præstabant. Huius rei gratiâ omnia illa xenodochia, cum ipsis ecclesiis in viis siue iuxta *i* vias positis, quia ostium eius semper viatori patuit, in eius memoriâ & honore consecrata esse cernuntur, vbi laus & gloria Dei peragitur, & meritum sancti viri ab omnibus honorificè celebratur.

vti plura in Neustriâ.

i

a *MS. Antuerp.* non prætermittere decreuimus.
b *MS. Vedast.* morte mulctatur.
c *In MS. altero Antuerp. hæc breuius ita dicuntur:* Episcopo venerabili vitâ Hermenfrido: *qui fuit decessor Odonis, sub quo ha reliquiæ Bellouacum sunt delatæ.*
d *Idem MS.* in aquam baptismi sanctificatam iussit Episcopus hominem immergi.
e *Non numeratur inter Episcopos Bellouacenses: quare arbitramur eum Sede vacante, ipsi dictioni etiam iussu S. Remigij Archiepiscopi inuigilasse.*
f *Infrà dicitur esse* villa S. Vedasti.
g *In Capitulis Caroli Calui coniunguntur* Vircasinum & Belluacense *suspicamur hoc tempore* Vulxinum & Vexinum *dici, quod duplex est Normannicum & Francicum.*
h *Est hæc S. Chlotildis, siue Crotildis, vxor Chlodouei I., quæ colitur 3 Iunij.*
i Quadriuium *dicitur suprà vbique occupasse.*

MIRACVLA ALIA

Auctore anonymo teste oculato,

Ex MS. Vedastino.

Misericordiâ Dei illuminati,

1 MIrabilis Deus in Sanctis suis, & respectus misericordiæ eius in filios hominum: in nobis scilicet peccatoribus ostendens diuitias bonitatis suæ; in electis autem suis iam summâ pace profunctis gloriam magnificentiæ suæ. Nullius enim mortalium est meriti, quòd nobis dona suæ benedictionis impendit: neque etiam nostri est muneris, quòd ad cognitionem sui sancti nominis perduxit, & viam veritatis ostendit. Exuit siquidem nos vetustate antiquâ perditionis, & induit nouitate suæ redemptionis: abstulit errorem profanæ superstitionis, & dedit cultum veræ religionis: ostendit per seipsum, quid nobis sit faciendum atque sequendum: docuit verbis, quid sit vitandum atque fugiendum: ostendit vbi sit vita & mors: ostendit, quia rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt per eas. Ergo scrutemur purâ mente semitas eius, & inoffenso pede iter mandatorum eius curramus; vt de nobis rectè dicatur: Beati immaculati in viâ, qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Si itaque fideliter in stadio hunc cursum itineris conficiemus, de munere retributionis in prouentione gaudebimus. Nam quod fidelibus suis promittit præmium est ineffabile: quod verò iubet, volentibus est leue & facile. Sic namque monemur Dominicâ iussione: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Et Apostolus de præmij magnitudine, Non sunt, inquit, condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Enimuerò nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se: O quàm pia cælestis patriæ gaudia Christi fidelibus præparata! Sed si nos tantæ visionis delectat gloria, non deterreat contra crudelem hostem aspera pugna. Habemus siquidem Dominum nostrum adiutorem: si perfecto pugnauerimus animo aduersus huius mundi principem. Si ergò ad obtinendam victoriæ palmam fuerit perseuerans sancti propositi voluntas, conscientia munda, sancta simplicitas, Domino opitulante, nulla erit difficultas. Nam, Veritate teste, credenti & in nullo hæsitanti omnia possibilia sunt. Incredulis verò & inuitis omnia possibilia rediguntur ad impossibilia. Neque enim quidquam tam leue aut facile est, quin id fiat graue & difficile homini inuito facienti. Quæ autem sit pœna impiis & incredulis denuntiata, insinuat Propheta: Flamma, inquit, eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. Et Psalmista: Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes. Et iterum: Introibunt in inferiora terræ. O quàm dura & crudelia erunt illorum tormenta, qui viuentes descenderunt ad laci inferiora! Itaque omni horâ vitæ nostræ his nobis est valdè timendum, qui nullum de actibus nostris habemus iudicium, quorum sumus habituri consortium. Verùm, quia sanguis Christi est pretium nostrum, ipse verò Redemptor noster nihil aliud à nobis, quàm nos ipsos requirit; præcepta autem vitæ æternæ seruemus, quæ nobis dedit, & in ipsis viuemus, sicut promisit.

D *seruare mandata eius debent,* Psal. 118. 1

Matth. 11. 29

Rom. 8. 18

accepturi præmium cœleste, 1 Cor. 2. 9

P

Marc. 9. 22

& tormenta æterna sustinenda: Isai. 66. 24 Psal. 54. 16 & 62. 10

2 Habemus namque, vbi, & vnde, quæ præcepit, faciamus, & quomodò vestigia eius sequamur. Ipse denique mandauit mandata sua custodiri nimis, proponit nobis materiam pugnæ, Sanctorum scilicet suorum triumphos de sæuissimo persecutore. Hi etenim, abiectâ omni carnis cupiditate, florentem mundum spreuerunt, expediti mente & corpore, sicque omnia diabolicæ fraudis machinamenta fortiter eorum deuicit inuictissima patientia. Succensi igne diuini amoris, extinxerunt ardorem illicitæ persuasionis. Ideò ergo puluis eorum in terrâ animatur, cùm animæ in cælis perpetuâ lætitiâ perfruantur. Reddunt cæcis visum, claudis gressum, mortuorum luci restituunt animata, & eorum iussioni omnis famulatur creatura. Hæc autem tua sunt munera, Christe, quæ semper agis pro tui nominis gloriâ & honore, ac Sanctorum tuorum dignâ veneratione. Inter hos ergo tuum pretiosissimum Confessorem assiduis donans miraculis, ostendens mundo, quàm sit tibi carus cælo, qui verè dicitur Vedastus. In huius itaque deuotione & memoriâ, quia debitores sumus eius, sub quadam exhortatione mandamus posteris scripto aliqua signa, quæ nostris temporibus, vel etiam nobis præsentibus, à Domino, ipsius intercessionis meritò mirabiliter sunt gesta.

b diuuandi à Sancto;

F

& S. Vedasto, miracula parante.

3 Igitur in comitatu Baduano, in villâ S. Vedasti, quæ dicitur *a* Wlfara, hæc res accidit noua. Erant illi duo vicini compatres, quorum vnus alteri furtim vnam subripuit oiculam: sed pauper sicut de magno sæpe

a Oue furto sublatâ

S. Veda-

A S. Vedaſtum precibus inclamat damno. Presbyter autem in eccleſiâ, ſi quis huius rei eſſet conſcius, quærit in populo, & interdicit verbo, ſeque pollicetur excommunicare ſi proximo. Sed nemine confitente, iterumque Dominicâ die, Presbytero de eadem re populos admonente, cùm reus ſceleris præſens inter reliquam multitudinem aſtaret; ſubitò de ſinu ipſius, chirothecæ quaſi balatum dederunt. Quo ſigno populus viſo, Dominum voce in altiſſimis glorificat, qui ſecreta renelat, & Sanctum veneratur Vedaſtum, cuius meritis hoc miraculum affirmat factum. Satis planè inanimatæ rei ipſe potuit dare balatum, qui aſinæ Balaam dedit loquendi vſum.

Chirotheca fürs balanum edit:

4 Quidam etiam de eius familiâ, Witrannus nomine, quondam contractus & debilis, in hac morabatur ciuitate, qui ſe manibus & natibus per terram trahebat miſerrimè. Idibus verò menſis Iulij, quando ad proprium locum eſt Relatio corporis Sancti; inter alios, vt potuit, ad ſepulchrum viri Dei properauit, cum magnâ deuotione preces fudit: ſed ſubitò miſeratione Antiſtitis in pedes conſtitit erectus: ac cunctis qui hoc videre poterant, mirantibus apparuit ſanus. Per omnia benedictus Deus.

ſanatur ad Sancti reliquias

contractus.

cæca,

5 Sic etiam, dum ſequenti tempore continuum orbis reduceret annum, in eadem feſtiuitate venit quædam mulier cæca ad viuificos Sancti cineres orationis
B cauſsâ, & per ipſius ſuffragia recipere meruit oculorum lumina.

6 Per idem quoque temporis ſpatium venerat in hanc quidam *b* Theotiſcus ciuitatem, nomine Gerardus, toto corpore ita tremulus, vt nullo modo in ſuo ſtatu valeret eſſe, vel vno momento immobilis. Hic ergo cœpit eccleſiam Sancti frequentare, ac Miſſarum ſolenniis intereſſe. Quadam verò Dominicâ die, dum ad locum orationis ex more conueniret, antequam ſanctum legeretur Euangelium, ſurrexit ire ad capitium, quaſi per corrigiam ſui veſtimenti Sancto ſe ipſum dediturus. Vt autem à loco voluit redire, multis exagitationibus fatigatus, vt nobis eſſet mirabile intuentibus, in terram concidit, ſed inde poſt paullulum quaſi nil mali fuiſſet aliquando perpeſſus, ſanus ſurrexit. Sic denique, vt in magnis & paruis, ſemper eſt Deus mirabilis.

b

tremulus corpore,

7 Eadem verò tempeſtate paruulus quidam amborum incurrerat cæcitatem oculorum. Hunc itaque amita ſua ſæpe deferebat ad limina Confeſſoris Chriſti, & proſtrata ante eius tumulum lacrymis rigabat ſolum. Vnde reſpectu Diuinæ pietatis & interceſſione almi Pontificis, præſentis recepit gaudia luminis.

cæcus,

C 8 Alio quoque tempore Scottus quidam cæcus Româ rediens, in hanc peruenit ciuitatem, & à ſuis eſt comitibus deſertus: quem Abbas & Fratres huius loci aliquamdiu ſecum morari caritatis gratiâ fecerunt. Sed dum hic aſſiduis orationibus & vigiliis inſiſteret, & glorioſum Confeſſorem Chriſti Vedaſtum ſibi adeſſe inuocaret, amiſſum recuperauit lumen oculorum.

alius cæcus.

9 His atque aliis quamplurimis Dominus militem ſuum inſignit titulis, decoratque cotinuis virtutum miraculis, & nobis inſinuat quorum ſequi debeamus veſtigia. Sic namque nouit nutrire populum ſuum, vt non deficiat in æternum, ſed potiùs proficiat per ſingulos dies ad cæleſtis vitæ augmentum. Verbis hortatur ad ſpem, miraculis informat ad fidem. Sed non tantopere ſunt ſimpliciter attendenda miracula, quin magis miracula facientium vita. Nam multùm nobis eſt cauendum, ne in hoc præſenti ſeculo non tantum proſint vtentibus ad ſuffragia, quantùm in futuro ſint ad opprobria. Signa enim, vt Paulus ait, ſunt non fidelibus ſed infidelibus. Et Dominus: Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis. Ergo qui ſigna & merita Sanctorum dignâ celebratione venerari deſiderant, oportet vt deuotæ mentis imitatione mores & actus eorum ſequantur. Illi namque non deſidiâ &

Vera miraculis vitæ Sanctorum imitanda.

1 Cor. 14. 22 Ioan. 4. 48

nitatibus huius mundi ac carnalibus concupiſcentiis vacando, meruerunt accipere, quæ modò videntur facere poſſe, ſed ieiuniis & vigiliis atque orationibus operam dando, æternæ gloriæ conſecuti ſunt dignitatem. Igitur & nos his exemplis inſtituti, Domino & Patrono noſtro Vedaſto fideliter ſeruiamus, vt conſortes cæleſtis regni eſſe mereamur, quod nobis ipſe tribuat, qui ſine fine viuit & regnat, vt eius gratiâ de nobis etiam dicatur: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis.

AVCTORE ANONYMO, Ex MS. D

a *Suprà in pago Vilcaſſino ſita dicitur.*
b *Gallicè* Theois, *id eſt Teuto, ſiue Germanus.*

MIRACVLA ALIA

Auctore Balderico Epiſcopo,

Ex lib. 1 Chronici Cameracenſis, & Atrebatenſis cap. X *&* XI.

1 *a* PAuca verò, quæ noſtris diebus meritis huius beati Confeſſoris à videntibus facta accepimus, nequaquàm prætereunda æſtimauimus. In Derienſi namque territorio quemdam ex familiâ S. Vedaſti hominem, mali rapinatores alienæ ſubſtantiolæ inhiantes, prauis inſimulationibus adorti ſunt, E
& ob hoc ſuum aduocatum in ius quærentes, ipſum quidem hominem ad *b* ſingulare certamen, quod ruſticè dicimus campum, prouocauerunt. Qui aduocatum ſuum affuturum pollicitus, intra huius legis diſſiniendæ terminum, ſumptâ perâ cum baculo, ad cœnobium viri Dei pergere feſtinauit, cauſſamque proclamans, Abbatis aduocatiam implorauit. Abbas autem pro difficultate longi itineris detrectauit ferre ſuffragium, imò diuinum monuit expectare auxilium. Omnino itaque deſolatus, ad ſua reuertitur, ſolâque in Domini fiſus clementiâ, ſuſceptam legem refeſſere nequaquàm æſtimauit. Ergo præſcriptâ die iudicio ſe repræſentans, aduocatiam Dei & S. Vedaſti profuturam aſſumpſit, nullumque aliud ſcutum, quàm peram ſibi opponendam fiducialiter ad dirimendam pugnam exclamauit. Factumque eſt Diuinâ operante clementiâ, quòd, vbi obluctator alter diligenter armatus, congreſſu habito, illius inermis peram ingenti ictu percuſſerit, tanta & tam denſa nebula inter eos de ipsâ perâ ſtatim exoritur, vt neuter alterum videre potuiſſet.

b

In duellis vocatis,

patrocinium S. Vedaſti

nebulâ offuſâ, liberatur,

2 In vnâ quoque eccleſiâ, quæ in Epiſcopio Leodecenſi ſita, in honore S. Vedaſti colitur, raptor quidam peſſimus, compoſitis fraudulenter calumniis, hominem cepit, nexiſque poſt tergum manibus, & funeaſcellis ſuppoſito, torqueridum duriùs abducebat. Quem mox cælitus emancipatum reſpiciens, equo deſiliit, illumque per ſe fore ſolutum, quoquo modo exiſtimans, malè verberatum, iterum arctiùs vinculauit: equoque aſcenſo, repentè quoque laxatum intuitus, cum furore etiam per comam arripuit, verberibuſque affectum tertiò per genitalia ligauit. Nec longum verò, diſſolutum reſpexit, ſicque tandem deuictus, Diuinæ potentiæ cedendum æſtimauit, hoc autem meritis S. Vedaſti à Deo conceſſum, nemo eſt qui dubitat. F

alius trinâ vinculis ligatus,

vltro ter abſolutus.

Egerat Baldericus cap. 9 de obitu S. Vedaſti, ac corporis eius tranſlatione factâ à SS. Auberto & Audomaro: atque ita caput illud concludit: Huius poſt obitum miracula aliàs diligens lector inueniet: *quæ hactenùs retulimus, actum hac profert.*

b *Duella olim à barbaris inducta, legitimæ probationis vim habuiſſe, vti ferrum candens, aquam frigidam vel calidam, alibi ſæpius diximus. De iis hîc agit Colmenerius, ad quem remittimus Lectorem.*

MIRA-

AVCTORE ANONYMO, EX MS.

MIRACVLA ALIA FACTA SECVLO XIV.

A 1 ANno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptimo, Ioannes Burſarij, qui pro tempore inter Scabinos villæ Atrebatenſis principalior habebatur, maligno ſpiritu agitatus, velut alter Saul, Scabinos præfatæ villæ, vnà cum communitate eiuſdem, contra eccleſiam B. Vedaſti & perſonas eiuſdem monaſterij, deuotè Domino famulantes, diſſenſionem commouit intantùm, quòd Scabini prædictæ villæ Atrebatenſis multas iniurias, violentias, oppreſſiones prædicto monaſterio intulerunt: &, vt prædictam eccleſiam exhereditarent, totis viribus nitebantur. Et, vt pauca de multis ſumamus, aliquos exceſſus, quos contra prædictam eccleſiam commiſerunt, breuiter exprimemus. Primò ſiquidem cùm villa Atrebatenſis ſit ſituata in fundo Eccleſiæ B. Vedaſti, & in illo fundo eccleſia præfata talem dignoſcatur libertatem habere, quòd non licet cuicumque fodere in dicto fundo villę pro quocumque muro vel ædificio conſtruendo, nec etiam licitum eſt cuicumque infra prædictum B fundum puteos vel cellaria conſtruere, nec feneſtras qualeſcumque vel alias aperturas ſine Dominorum dicti monaſterij B. Vedaſti ſcitu, licentiâ, beneplacito & aſſenſu: non obſtante libertate prædictâ, præfatus Ioannes, qui in malitiâ alios excedebat, voluit quòd in præiudicium eccleſiæ B. Vedaſti quædam Crux conſtrueretur, in paruo foro, ipſorum Dominorum aſſenſu nullatenùs requiſito. Inſuper per Scabinos fuit inhibitum, ad ſuggeſtionem eiuſdem, omnibus qui perſonis præfati monaſterij neceſſaria victui miniſtrabant, quòd nullo modo eis victualia venderent, vel aliquatenùs miniſtrarent, licet fuiſſet lata ſententia excommunicationis contra omnes, qui talem inhibitionem facerent quibuſcumque. Quam quidem ſententiam præfatus Ioannes contempſit animo indurato.

2 Item inhibuit ne aliquis ligna vel carbones præfato monaſterio duceret cum vecturâ, & quòd nullus prata ad monaſterium pertinentia ſecundum exigentiam temporis adaptaret: quia prata appropriata, eccleſiæ B. Vedaſti intendebat communibus paſcuis applicare. Et quia aliqui operarij ſuæ iniuſtæ inhibitioni noluerunt parere, fecit eis iniurias & moleſtias irrogari. Verum quia Religioſi viri monaſterij B. Vedaſti procurauerunt apud Regem, vt eorum prata ſub protectione regiâ pararentur, præfatus Ioannes ad augmentum ſuæ nequitiæ miſit aliquos in habitu incognito, C & laruatos, qui operarios monaſterij antè dicti verberibus & contumeliis affecerunt. Inſuper ad procurationem eiuſdem Ioannis aliqui de communitate villæ Atrebatenſis, piſces in aquis prædicti monaſterij degentes, furtiuè ceperunt. Vnde licet prædictus Ioannes plures haberet complices, tamen ipſe ſolus, velut ille, qui principalior erat, & qui alios induxerat ad talia enormia committenda, promiſit omnibus aliis, quòd de omnibus exceſſibus præmiſſis eos immunes redderet & indemnes.

3 Et cum proceſſu temporis Religioſi monaſterij B. Vedaſti ſuper præmiſſis depoſuiſſent querimoniam apud Regem, vt iuſtitiâ ſuadente ipſi in ſuis libertatibus remanerent; licet nondum eſſet adhuc per diffinitiuam ſententiam determinatus proceſſus, nihilominùs tamen, quia manifeſta peccata non ſunt occultâ correptione purganda, Deus, qui non permittit, quòd exceſſus finaliter remaneant impuniti, ſed iuſtè, occultè vel manifeſtè, ſecundùm merita vel demerita retribuit vnicuique, voluit exceſſus iſtius manifeſtè punire, vt futuris temporibus poſteris cederet in exemplum, & vt omnes timerent contra iura & libertates Eccleſiæ B. Vedaſti de cetero attentare. Vnde ſciendum eſt, & diligenter memoriæ commendandum, quòd prædictus Ioannes Burſarij timens, ne iuſtè ex decreto Regis pro præmiſſis grauibus exceſſibus & iniuſtis oppreſſionibus puniretur, ſeceſſit per modum refugij ad quamdam eccleſiam, extra muros ciuitatis & villæ Atrebatenſis, quæ eccleſia S. Vincentij nominatur. Vnde iſte, Iudæ ſimilis proditori, quia ille loculos habebat, & iſto cognomine Burſarius dicebatur, cùm inſuper eſſet eidem ſimilis in aliquibus actibus vitioſis, conſimilem vitæ exitum eſt ſortitus, quia manibus propriis ſe ſuſpendit, & execrabilis execrabiliter ſibi ipſi vitam corporalem extorſit in eccleſiâ B. Vincentij ſupradictâ, & in tali ſtatu fuit oſtenſus per duos dies omnibus, qui ipſum voluerunt videre. D

4 Ex quibus manifeſtè apparet quòd euidens iudicium reliquit perſecutionis iniuſtæ, & fuerunt omnia bona prædicti Ioannis, de mandato Regis, in recompenſatione grauaminum eccleſiæ illatorum, eidem eccleſiæ & monaſterio applicata, & quia Prouerbiorum XIX habetur, quod flagellato peſtilente, ſtultus ſapientior erit; Scabini villæ Atrebatenſis in prædicto Ioanne vltionem Diuinam conſiderantes attentè, ſupplicauerunt humiliter Eccleſiæ B. Vedaſti, quòd dicta Crux in prædicto loco fieret, & recognouerunt per litteras ſuis ſigillis munitas, quòd illa Crux eſt in fundo Eccleſiæ ſituata, & in ſpecialem recognitionem quolibet anno in feſto Relationis B. Vedaſti ab illis de villâ Atrebatenſi vna columba alba deportatur in eccleſiâ B. Vedaſti, horâ quâ Miſſa ſolennior celebratur, cum decenti ſolennitate & magnâ, & cum hoc in ſpecialem recognitionem dominij dicti fundi eccleſia B. Vedaſti determinatam quantitatem pecuniæ de omnibus rebus venalibus, quæ ſuper gradus illius Crucis venduntur, accipit: & gaudet pacificè eccleſia B. Vedaſti de omnibus, quæ eis ſubripuerant Scabini villæ Atrebatenſis, de fraudulento conſilio Ioannis Burſarij ſuprà dicti. E

5 Fuit quidam in villâ Atrebatenſi, qui Bertoldus de Beughij ſuo tempore vocabatur, in temporalibus diuitiis valdè potẽs, & quia, vt dicitur Eccleſiaſtici XI, Si diues fueris non eris immunis à delicto; hic auaritiæ laqueo irretitus, multas fraudulentias adinuenit, per quas poſſet damnificare eccleſiam B. Vedaſti, &, vt obtineret intentum, ſpecialiter, modo quo ſequitur, ſuas augeret diuitias, cupiditatis fræna laxauit. Nam idem falſas compoſuit litteras, quibus falſorum ſigillorum falſa appoſuit munimenta, nec non & falſa compoſuit publica inſtrumenta, per quæ deceptione proponebat & conabatur probare, quòd Domini monaſterij S. Vedaſti, ratione mutui in magnâ quantitate F pecuniæ tenebantur eidem, & cum hoc quòd in magnâ quantitate reddituum ad vitam ſuam & liberorum ſuorum erat prædictum monaſterium obligatum. Sed Deus, qui eſt ſimplex veritas, cui nulla falſitas eſt admixta, quoniam vt Pſalmo X Pſalmiſta concludit: Iuſtus Dominus & iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius, illius nefandi doloſitatem & falſitatem detexit. Nam à peritis examinatis eius litteris & publicis inſtrumentis, cùm in eis eſſent falſa continentia deprehenſa, omnia illa fuerunt iuridicè reprobata & ſententialiter condemnata. Ipſe autem ſibi ipſi conſcius, timens incidere in manus iuſtitiæ ſecularis, ſe Clericum eſſe dixit. Vnde à ſuo Iudice ordinario tamquàm criminoſus in a priſione detentus, ibidem non poſt multos dies vitam ignominioſè finiuit, & poſt iſtius infelicem deceſſum illi de ſuâ poſteritate in magnâ paupertate diem clauſerunt extremum. Nec eſt in dubium reuocandum, quin præmiſſa incommoda illi & ſuæ poſteritati euenerint, eò quòd contra libertates & iura Eccleſiæ B. Vedaſti iniuſtè attentare præſumpſerat & doloſè.

6 b Anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſeptimo, Ægidius dictus Hakins, Gubernator caſtellaniæ Inſulenſis, multa damna intulit, & multas moleſtias b

Ioannes Burſarius incitatu Scabinus,

priuilegia monaſterij Vedaſtini peſſumdat,

excommunicationem latam contemnit,

ſubminiſtrari neceſſaria vetat,

operarios monaſterij affligit:

at iuſto Dei iudicio,

veritus ſententiam Regu, in templo ſuburbana

ſemet ſuſpendit.

Vedaſtinis ex bonis illius reſtitutio fit,

Scabini reliqua priuilegia cõfirmant,

& obſeruant.

Alius Vedaſtinorũ bona jurepturus,

falſa conficit inſtrumenta:

is dolo detecto,

in carcere extinctus.

a

Alios ſubditos eorũ iniuſtè affligens,

Aleſtias fieri procurauit ſubditis Eccleſiæ B. Vedaſti, qui in Caſtellaniâ Inſulenſi in territorio, quod Allodia S. Vedaſti dicitur, morabantur. Nam eos compellere nitebatur, vt eſſent ſuæ iuriſdictioni ſubditi contra tenorem priuilegiorum eidem Eccleſiæ conceſſorum, à tanto tempore quòd de oppoſito memoria non exiſtit, in quibus continetur expreſsè, quòd ſubditi Eccleſiæ B. Vedaſti in certis caſibus debent ad Bailliuum Ambianenſem, qui fuerit pro tempore, habere recurſum, & cùm fuerunt eidem oſtenſæ litteræ Regiæ, quæ de prædictis expreſſam faciunt mentionem. Sed omnibus præmiſſis non obſtantibus, ipſe in ſuperbiâ eleuatus, fultus caterùâ ſatellitum, qui erant in malitiâ ſibi pares, de Inſulâ per Duacum venire Atrebatum diſponebat, cum intentione deliberatâ inferendi grauamina Eccleſiæ ſupradictæ tam in caſu propoſito, quàm in aliis quibuſcumque: & cùm eſſet in viâ inter Atrebatum & Duacum, velut alter Saulus, furiis inuectus versùs villam, quæ *c* Gauerelle dicitur, ſubitò de equo cecidit, & fuit cæcitate percuſſus, ita vt nullis ſenſibus corporis vteretur. Tunc deportauerunt eum aliqui de comitiuâ ſuâ extra territorium ſupradictũ. Et cùm eſſent in territorio *d* de Fampous, tranſacto aliquo temporis interuallo rediit ad ſenſum, & petiit ab illis, qui ſibi aſtabant, vbi erat: quo cognito, ipſe reatum ſuum aliqualiter recognoſcens, aliqua verba protulit, quæ conſimilem ſententiam continebant illis verbis, quæ dicta fuiſſe ab Antiocho recitantur ſecundo Machabæorum IX cap. Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo. Et cùm poſteà intraret in territoriũ de Hâties & de Haruaing, quod eſt de iuriſdictione B. Vedaſti, iterum de equo cecidit, & cæleſti eum iudicio perurgente, priſtinæ eum debilitas corporis apprehendit, & in propriâ domo monaſterij B. Vedaſti, quæ Haruaing dicitur, dies ſuos obitu miſerabili conſummauit. Vnde ex præmiſſis manifeſtè apparet, quòd facinus illius dilationem non habuit vltionis. Eo igitur ſublato de medio, ſubditi B. Vedaſti in prædicto loco commorantes, à tempore illo & deinceps vſque in præſentem diem abſque calumniâ in ſuis libertatibus remanſerunt.

c ſenſibus deſtitutus;

d

miſerè mòritur.

7 Anno Domini milleſimo trecenteſimo nono, Ioannes dictus Coſſet, inſecutus à Dominis eccleſiæ B. Vedaſti, eò quòd ipſis inuitis, in viuariis dictæ eccleſiæ furtiuè piſces acceperat, in indignatione ſui ſpiritus, contra præfatam eccleſiam malè motus, magnam partem communitatis villæ Atrebatenſis commouit, exhortando & mendaciter aſſerendo, quòd Domini monaſterij B. Vedaſti ſibi appropriauerant terras, arbores, ripariam & aquas adiacentes eidem, quæ ad communitatem dictæ villæ pertinere debebant. Vnde aliqui de communitate prædictâ, ſuis fraudulentis exhortationibus concitati, ſcluſas viuariorum dicti monaſterij ruperunt, inde piſces traxerunt, ſuis vſibus propriis indebitè applicantes, arboreſque quàm plurimas euerterunt, & multos exceſſus alios commiſerunt. Inſuper prædictus Ioannes ſubditis eccleſiæ B. Vedaſti intulit minas graues, & his qui morabantur in domo dictæ eccleſiæ, quæ nemori eſt coniuncta, & Domus nemoris nuncupatur, irrogauit iniurias corporales. Et quia, vt ab antiquis temporibus eſt compertum, & in ſcriptis diligenter redactum, Deus qui diu non patitur contra eccleſiam B. Vedaſti quorumcumque malignorum inſultus, hunc impunitum noluit remanere. Prædictus igitur Ioanes à ſeruientibus Comitis Atrebatenſis captus, & in priſione detentus, eò quòd treugas fregerat, vt imponebatur eidem, licet multi ad eius expeditionem totis viribus laborarent, poſt modicum temporis interuallum fuit morti ſententialiter condemnatus. Vnde cùm egrederetur de caſtello Comitis, & ad extremum ſupplicium duceretur, & videret campanile eccleſiæ B. Vedaſti, conſimilia verba protulit, audientibus fide dignis: Ego ſum ſententialiter condemnatus, cùm tamen non perpetrauerim illud, quod mihi eſt impoſitum. Sed ego firmiter teneo, quod propter forefacta & damna, quæ ego contra eccleſiam B. Vedaſti feci ſine cauſâ rationabili, & fieri procurani, iſtam pœnam recipio: & ſupplico Deo quòd omnia illa, quæ contra dictam Eccleſiam iniuſtè commiſi, mihi benignè remittat.

agnoſcit ex al. à impoſitâ culpâ ſe morti adiudicatum

ideò puniri.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D *Alios populari commotione in Vedaſtinos concitatâ;*

B

a *Gallico idiomate* priſon *carcerem ſignificat: ita Beka in Chronico Vltraiectino in Epiſcopis Conrado 22, Hereberto 26, Theoderico 31, & VVillebrando 35* priſionem *& priſonem dixit.*

b *Ioannis Buzelinus noſter lib. 7 Annalium Gallo-Flandria hæc refert ad an. 1307. citatis monumentis MSS. monaſterij S. Vedaſti, ex quibus tamen hæc damus.*

c *Buzelinus* Cauerellam *ſcribit*, membrato cœnobio parentem.

d *Idem*, Fampouſij alterius vici.

DE S. AMANDO

EPISCOPO TRAIECTENSI

ELNONE SIVE AMANDOPOLI IN BELGIO,

Commentarius præuius.

G. H.

§ I *Aquitania S. Amandi natalibus, vitâ monaſticâ, prædicatione illuſtratâ.*

AÑ. CHR. DCLXXXIV VI FEBR.

S. Amandus famâ virtutum celebris,

I Sanctum Amandum *prædicat Hucbaldus, monachus Elnonenſis, vir eruditus, in Vitâ S. Aldegundis Virg.* XXX *Ianuarij*, penè toti notum orbi fuiſſe famâ celeberrimâ virtutum: qui, tamquàm in meſſe Dei ſtrenuus operator, & multas nationes ad fidem perduxit Catholicam, & multa cœnobia virorum ancillarumque Dei conſtruxit. *Conſimilia tradit alter Vitæ S. Aldegundis ſcriptor, Hucbaldo ſenior: Ea nos ſingillatim hìc exequemur. A patriâ & primâ monaſticâ inſtitutione ordimur. Dein lacores in Aquitaniâ ac reliquâ Franciâ ab eo ſuſceptos proſecuti, ad Belgicæ prouincias veniemus, in quibus antiquiora monaſteria pleraque S. Amandum aut venerantur fundatorem, aut fundatorum adiutorem agnoſcunt.*

natus in Aquitaniâ 11

2 *Patriam ei* Aquitaniam *dant Harigerus ac Milo infrà producendi Verùm id latiùs patet nomen, quàm vt Garumnâ fluuio, velut æuo Cæſaris, terminata intelligatur Aquitania: Nam* XII *adiunctis populis, ab Celticâ diuulſis, ad Ligerim fluuium extenta dein fuit, atque in Notitiâ Imperij in* Primam, Secundam, Tertiam, *diſtincta. Baudemundus, S. Amando coæuus, ei patriam aſſignat* Aquitaniæ partes, haud procul à maris Oceani littore. *Sed à montibus Pyrenæis ad Ligerim vſque, Oceano partes Aquitaniæ* II *&* III *alluente, vaga nimium ea deſcriptio. Auctor anonymus Vitæ ex MS. Cheſnæi, quem Aquitanum ortu arbitramur, affirmat eum* traxiſſe originem in pago Herbaſilico, non longè à littore Oceani Galliæ. *Quæ Philippus Abbas ita explicat:* Herbatilicus loco nomen eſt, qui titulo natiuitatis eius inſignis,

parte maritimâ.

AVCTORE G. H. insignis, ſicut ab Oceano non plurimùm diſtat, ſic Aquitanicæ collimitat regioni; *ex parte ſcilicet Britanniæ Armoricæ adiunctus, dum hic auctor viueret ſeculo Chriſti duodecimo. SS. Benedictus Epiſcopus & Viuentius Presbyter, vt huius Acta referunt* XIII *Ianuarij cap.* 3, Herbedilicam vrbem *ſeculo Chriſti quarto* attigerunt. *Verùm, quòd ciues prædicatione S. Martini, Vertauenſis monaſterij fundatoris, noluerint ad fidem Chriſti conuerti, vrbs Herbadilla terræ hiatu abſorpta traditur. Colitur hic Martinus* XXIV *Octobris, aliquot ante natiuitatem S. Amandi annis mortuus. Sunt autem & Vertauum & lacus Herbadilla, vulgò Herboge & Grand-lieu, in agro Namnetenſi, duabus circiter à Ligeri leucis, iam Britanniæ Armoricæ, olim Aquitaniæ* II *annumerata.*

A *pago ſeu Comitatu Herbadilico:*

3 *Vrbe Herbadillâ euerſâ, nomen cum dignitate Comitum diffuſæ circumquaque ditioni adhæſit. Ibi teſte Ademaro inter Normannicos ſcriptores edito, variiſq; monumentis à Ioanne Beſlio in hiſtoriâ Comitum Pictauenſium & Ducum Aquitaniæ erutis*, Rainaldus Arbatilicenſis Comes anno IↃCCCXXXV cum Northmannis dimicauit in Herio inſula: *&* congreſſus anno IↃCCCXLIII cum Lamberto Comite Namnetenſi IX Kalendas Iulij occiſus eſt: *quem conflictum pluribus deſcribit Adrenaldus lib.* I *miraculorum S. Benedicti cap.* 33. *Ab hoc Rainaldo prognati ſunt Duces Aquitaniæ & Comites Pictauorum, quorum vltimus*

an parentes habuerit Comites Herbadilicos?

B *fuit Guilielmus à ſchiſmate Anacleti Antipapæ per S. Bernardum Abbatem conuerſus, de quo alibi plura. Sed ad S. Amandum redeamus: cuius* parentes *vocant Baudemundus & Auctor Aquitanus* inclytos, claros ſanguine *Philippus*, ſecundùm ſeculi dignitatem *addit Harigerus. Miloni Poëtæ* nobilis eſt genitor, *&* egregia genitrix. *Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij & Yepez in Chronico Benedictino ad an.* 630 *opinantur* patrem Ducem Aquitanorum *fuiſſe. Aquitaniæ* Comitem *appellat Ioannes Ooghius in Vita S. Amandi, Belgico ſermone editâ.* Comitem *potiùs* Herbadilicum, *ſi coniecturæ locus ſit, dicamus, ſed pro eius æui more beneficiarium, árbitrio Regum abdicandum, vti nunc Gubernatores ſolent.*

fit monachus in inſulâ Ogiâ, ſiue Oyem prope Rupellam,

4 *Adoleſcens Amandus, vitæ monaſticæ ſtudio ſeceſſit in* inſulam Ogiam, *auctori Aquitano* Oyem, *in Breuiario Spirenſi an.* 1477 *edito* Oye, *eodem etiamnum nomine appellatam, è regione Rupellæ, adeò inſulæ Rezco, vulgò S. Martini, propinquam, vt æſtu maris defluente ex vnâ in alteram ſiccus pedibus tranſeatur. Eſt nunc* inſula Oyem (*vnde aliquod antiqui monaſterij veſtigium eruitur*) *ſub ditione monaſterij S. Michaëlis in eremo diœceſis Lucionenſis, non procul diſtantis. Inde Amandus, quòd pater quietum in Ogiâ rebus Diuinis vacare haud pateretur, ad S. Martini Turonenſis ſepulchrum profectus, precatus eſt Deum,* vt numquàm, *inquit Baudemundus*, eum Dominus ad ſolum proprium re-

C meare permitteret, *aut ſicut ipſe apud Milonem Poëtam,*

Ne repetam natale ſolum, notoſque relictos,

diſtinctâ ab Augiâ è regione Normanniæ:

einſmodi ſolum innuens etiam Ogiam inſulam eſſe, fortaſſis Comitatu Herbadilico ad eam vſque pertingente. Auctor miraculorum S. Wandregiſili XXII *Iulij*, inſulam Augiam, *quæ vox ab* Ogiâ *non multùm diſcrepat*, à gente Britonum excultam, *ait* adiacere pago Conſtantino: *quam* Augiam *attribuunt inſtitutioni monaſticæ S. Amandi Maſſæus lib.* 14 *Chronici, Yepez, aliiq;*: Ogiam *appellant Lambrechtus Epiſcopus Brugenſis, & Roſweydus in Vitâ Belgicè editâ, & ſitam tradunt* circa Conſtantiam & Maclouiopolim, *vrbes maritimas, illam Normanniæ, hanc Britanniæ Armoricæ: vbi inſulæ aliquot ſunt, & ferè Anglis ſubiectæ. Verùm ea coniectura ex hactenùs dictis ſatis refellitur.*

alius à S. Amando Ep. Burdegalenſi:

5 Aquitaniæ Epiſcopus *appellatur* S. Amandus *à Ferrario in Topographia ad Martyrol. Rom.* Burdegalenſis *in Breuiario Spirenſi an.* 1509 *excuſo. Sed ſenior Amandus is eſt, qui colitur* XVIII *Iulij, ad quem ſcriptæ aliquot à S. Paulino, quæ extant, epiſtolæ. Facilis error in eodem nomine fuit, præſertim ob iunioris Amandi ad has ditiones profectionem, & populorum circumquaque in fide, pietate, ac Chriſtianis moribus inſtitutionem. Vltra Garumnam Aquitania* III *eſt, aliàs Nouempopulania dicta. Hanc ſeculo Chriſti ſexto Vaſcones occupare cœperunt: quos ſenſim imualeſcentes, ac nouo dominatu elatos, Franci ſæpius domuerunt: Charibertus Aquitaniæ* D *Rex, anno Chriſti* IↃCXXXI *repreſſus, etiam regno ſuo adiecit. Ad hunc Regem fugit S. Amandus, à Dagoberto ob eius incontinentiam caſtigatam in exilium miſſus. Tunc, inquit Hucbaldus in Vitâ S. Rictrudis* XII *May*, libentiſſimè pro Chriſto optabat proprium fundere ſanguinem, per diuerſa loca ſerendo diuini verbi ſemen: tandem inter cetera genuinam B. Rictrudis aggreſſus eſt patriam, ſcilicet Vaſconiam, vt illic & plures, & hanc pulchram ſibi cælitus infuſo, quo ardebat, irradiaret lumine ſtellam: reputans etiam ob illius gentis ſæuitiam ſe inibi poſſe martyrij palmam adipiſci. *Additur infrà in MS. Cheſnæi, eum etiam* ad loca maritima perrexiſſe, *& mare* Britannicum tranſire voluiſſe ad gentes Saxonum: vt eis Euangelium prædicaret, & in prædicatione cunctis diebus vitæ ſuæ permaneret. *Cœperant hi eo ipſo ferè tempore, in Britanniâ, dudum occupatâ, ad fidem Chriſti conuerti.*

Vaſconès docet tempore exilij,

6 *Baudemundus ſolùm tradit*, S. Amandum *tempore huius exilij* remotiora perquirentem loca, verbum Dei Gentibus prædicaſſe: *at deinde alterum eius iter tempore Chlotharij* III *ſuſceptum num.* 18 *deſcribit, aſſeritq;* Vaſcones, gentem circa Pyrenæos ſaltus per aſpera atque inacceſſibilia loca diffuſam, auguriis deditam, idola pro Deo coluiſſe. *Auctor quoque Geſtorum Dagoberti cap.* 36 *tradit*, Vaſcones eſſe de intermontium rupibus egreſ- E *ſos: vbi ſubſecutis temporibus Baſcones, linguâ, moribus & vitæ inſtituto à reliquis Vaſconibus diuerſos, vixiſſe diximus* II *Februarij ad Vitam S. Adalbaldi mariti S. Rictrudis* § 4. *Petrus de Marca lib.* I *Hiſtoriæ Bearnenſis cap.* 25 *num.* 9 *omnem ab Vaſconibus conatur idololatriam remouere, quaſi extollendæ virtutis S. Amandi ſtudio illis à Baudemundo & Hucbaldo affictam. Opponit Epiſcopos Aquenſes, Benarnenſes, Oloronenſes: addat etiam, ſi libet, Bigorritanos & Vico-Iulienſes Concilijs Agathenſi, Autelianenſi* IV *&* V, *Matiſconenſi* II, *imò & Pariſienſi* IV, *interfuiſſe, ſiue omnes, ſiue illorum aliquos; ſed antè habitis, quàm Vaſcones in illis ditionibus conſederint. Agnoſcit idem Petrus de Marca totius Aquitaniæ Epiſcopos Agathenſi conſilio ſubſcripſiſſe, Ariano tamen Regi Alarico ſubiectos: quidni igitur, maximè in locis maritimis illi, ad quos Anglo-Saxones aliiq; à fide Chriſtianâ alieni appellebant, paganicis erroribus inhærere potuerint? Ita infrà Gandenſes, Antuerpienſes aliiq; populi in cultu idolorum perſtiterunt, etſi Tornaci, Cameraci, Traiecti, vrbibus vicinis, eſſent Epiſcopi, doctrinâ vitæq; ſanctitate clari.*

adhùc idololatras

in locis maritimis

7 *Auctor Aquitanus infrà num.* 16 *narrat* S. Amandum (*quem, nomine non multùm diſcrepante*, Alanum *appellat*) à Rege Sigeberto impetraſſe locum in Galliâ, qui Vaurum dicitur, ibique cœnobium ædificaſſe. *Eſt* Vaurum, *vulgò* Lauaur, *in Aquitaniâ* I *vrbs anno Chriſti* CIↃCCCXVII *Epiſcopalis facta, ex Prioratu Ordinis Auguſtiniani anno* CIↃXCVIII *per Iſarnum Epiſcopum Toloſanum extructo: in cuius fundationis diplomate, apud Catellium lib.* 2 *Hiſtoriæ Occitaniæ cap.* 16, *dicitur* eccleſia S. Elani olim à fidelibus conſtructa. *quam Iſarnus reſtaurârit* ad honorem Dei genitricis Mariæ & S. Elani. *Meminit huius Sauſſaius in Supplemento Martyrologij Gallicani* XXV *Nouembris his verbis:* In agro Toloſano S. Elani, ſeu Alani, Epiſcopi, Vaurenſis Eccleſiæ ad Agotum amnem in pago Lauracenſi Patroni. *Celebratur &* XXVII *Nouembris* S. Alanus *in antiquo Breuiario Coriſopitano in Britanniâ Armoricâ, eâdem S. Amandi Vitâ in Lectiones* IX *ad Matutinum diſtributâ: in quâ traditur* locum, vbi cœnobium ædificauit, obtinuiſſe à Rege Aldeberto: *qui fortè Charibertus eſt, in cuius regno Vaurum fuit, vicinum Toloſæ, regiæ ſedi: vt veriſimilius videatur aliquod iſtic cœnobium tempore exilij inchoaſſe S. Amandum. Potuit tamen* Vaurum *confundi cum* Vabrio, *vbi & Sedes Epiſcopalis ex Abbatiâ Benedictinâ eodem anno* MCCCXVII *erecta eſt, in cuius diœceſi extat* municipium Nanto, *quod eum* à Rege Childerico ad conſtruendum monaſterium *impetraſſe aiunt Baudemundus, Milo aliiq;. Extat etiamnum illud monaſterium S. Petro dicatum in ſuperiori Rutenorum Marchiâ, prope fontes Darbij, non procul inde ad Milialdim vrbem ſeſe in Tarnim fluuium exonerantis.*

an Vauri condiderit monaſterium?

extruxit Nantenſe apud Rutenos:

A rantis. Habere autem Abbatem plenum municipij & castri satis muniti dominium, tradit Ranchinus tomo 11 Generalis descriptionis Europæ à Petro Dauitio editæ. Qui tum obstitit S. Amando Episcopus Mummulus, Sedem Vcetiæ habuit, vrbe itinere bidui distante. Fuisse verò Vsecios & Rutenos vicinosq; Aquitaniæ 1 populos sub Regibus Austrasiorum diximus 1 Februarij § 3 ad Vitam S. Sigeberti, decessoris Childerici. In Lectionario MS. monasterij Moyssiacensis in diœcesi Cadurcensi ad VI Februarij Vita breuior S. Amandi refertur, sed qui per errorem habetur Episcopus Rutenensis, pro Traiectensi, occasione aberrandi sumptâ, quòd istic Episcopus fuerit S. Amantius, qui IV Nouembris colitur. Simili errore alij dictum monasterium Nanto, cum Nantuâ, seu Nautuaco, abbatiâ Comitatus Beugij, Geneuam inter & Lugdunum sitâ, confundunt; quos commodiùs sub finem huius Commentarij § XX & XXI refutabimus, vti & XXII illos, qui S. Amandum volunt in Hispaniam transgressum, ibiq; Episcopum Castellonensem obiisse.

diuersus à S. Amatio Episcopo Rutenensi.

§ II Francia à S. Amando piis exercitationibus, conditisque monasteriis, exculta.

8 AMandum per quindecim annos cellæ inclusum apud Bituriges egisse, omnes tradunt. Auctor Aquitaniæ Bethoricas ciuitatem terræ Burgundionum adscribit. Fuerat à morte Chlodouei 1 Aurelianensi subiecta Regi, dein sub Gunthramno, Childeberto & Theoderico 11 regno Burgundionum annumerata, nomine istic Aquitaniæ, cuius metropolis erat, ferè oblitterato. In eâ parte agri Borbonij, quæ ad Bituricensem diœcesim spectat, visitur ad Carim fluuium oppidum ab hoc S. Amando appellatum: cuius Ecclesiæ beneficia conferuntur à Priore de Monteto, seu Monticulo-monachorum, diœcesis Claromontanæ; ad cuius etiam nominationem ibidem exstat Prioratus. In quo loco, quantùm coniecturâ assequimur, à S. Amando extructum est monasterium, num. 20 à Baudemundo indicatum: Cùm, inquit, è Vasconiâ in fines remearet Francorum: eò vsque enim regnum Aurelianense pertingebat. Quæ eadem innuit Milo lib. 4 cap. 2.

Biturigibus cellæ inclusus vixit, 15 annos:

in agro Borbonio an monasterium cõdiderit?

9 Inter loca apud Francos virtute doctrinâque S. Amandi illustrata, fuit vtraque aula regia; tam Austrasiorum Metensis, quàm Neustrasiorum Parisiensis. Cùm ex primo itinere Romano in Galliæs veniret, coactus, inquit Baudemundus, à Rege & Sacerdotibus, Episcopus ordinatus est. Sedem illi Parisiensem assignat Ioannes Serranus in Inuentario Historiæ Francicæ in Dagoberto; quasi alioquin huius incontinentiam redarguendi ei defuisset potestas. Verùm, teste Harigero, iuxta morem illius æui ad prædicandum est ordinatus Episcopus: & benè exponente poëtâ Milone,

Episcopus Factus,

non Parisiensis,

Non Sedem propriam suscepit Pontificalem:
Sed veluti Paulus populos aggressus Eoos,
Sic iste Occiduas partes transmissus adiuit;
Gentibus & sparsis sparsit pia verba salutis.

sed ad Apostolicam prædicationem;

C degit Parisiis,

Parisios interim sæpius regressus, Reges conuenit, aut facultatem varia per regnum monasteria condendi impetraturus, aut eorumdem literis muniendus, vt verbum Dei maiore cum auctoritate prædicaret; aut ipsos etiam Reges, eorumq; aulicos viam salutis edocturus. Ab exilio redux in veterem Regis Dagoberti gratiam restitutus est Clypiaci, villâ regiâ, in agro Parisiensi, vltra Montem-Martyrum. Eodem tempore baptizauit filium eius S. Sigebertum, Chariberto Rege eum Aurelianis de sancto lauacro suscipiente, vt refert Fredegarius cap. 62 Chronici: Carus inde S. Sigeberto Regi Austrasiorum fuit, quo vrgente Episcopatum Traiectensem suscepit; eoq; permittente se illo abdicauit. Ad eumdem Regem Sigebertum, Metis habitantem, S. Martinus Papa legatum misit S. Amandum; vt eum consultissimè admoneret, precareturque, vt Episcopos Romam dirigeret &c. quæ infrà apud Philippum num. 49 leguntur.

Clypiaci,

Aurelianis,

Metis:

10 Fuit S. Sigeberto Regi vxor, nomine Imnechildis, quæ marito anno DCLXIII vitâ functo superstes, Childerico, adhuc adolescentulo, Rege constituto, Austrasios rexit: perperam verò ipsa, & vxor Bildechildis in vnam eamdemq; constantur ab Hieronymo Vignerio in Tabulis Genealogicis Alsatiæ pag. 2, Philippo Labbeo in Genealogiâ domus regiæ Francorum, tabulâ 1 num. 10, aliisq;. Ab hoc Childerico Rege, & Imnechilde Reginâ (de quâ plura diximus in Analectis post Vitam S. Sigeberti § 1) S. Amandum obtinuisse in agro Laudunensi Barisiacum, leucâ à Couciaco, alterâ ferè ab Oesiâ fluuio oppidoq; Calnico remotum, legitur in antiquo MS. nostro, vbi sub finem Vitæ S. Amandi, post varia monasteria enumerata, dicitur:

Cellulam quoque, quæ vocatur Barisiacus, quem locum cum adiacentibus sibi appendiciis illi Hildericus Rex & Ymnechildis Regina visi sunt condonasse: cuncta legimus ab ipso diuino viro ædificata fuisse. Eadem leguntur apud Chesnæum tomo 1 historiæ Francorum pag. 647. Donationis diploma edidit Miræus lib. 1 Diplomatum Belgicorum cap. 3, vbi tamen nomine Reginæ Imnechildis expuncto, substituitur Bildechildis, quæ illi postea, cùm virilem attigisset ætatem, vxor fuit. Philippus Labbeus in Miscellaneis curiosis cap. 4 § 3 propter pueritiam Regis in diplomate indicatam ratus abesse debere nomen Bildechildis, iudicauit reponendam Baldechildem matrem Childerici. Sed ea cum Chlothario, seniore filio, etiam puerulo, rexit Neustrasios, nec propter Optimatũ æmulationem potuisset vel minimùm Austrasiorum regimini intendere. Ipsam diploma genuinum subiicimus.

impetrat Barisiacũ in agro Laudunẽsi,

AVCTO. REG H. D

11 Childericus Rex Francorum & Imnechildis Regina, viro illustri Bertuino Comiti & Bertelando Vicario. Meritò largitatis nostræ munere subleuantur, qui pro parentibus nostris, vel etiam pro adolescentiæ nostræ ætate famulantur. Proinde cognoscat magnitudo vel vtilitas vestra, quia nos propter nomen Domini vel amorem cælestem, Apostolico Patri nostro Amando Episcopo, villam nostram, nuncupatam Barisiacum, sitam in pago Laudunensi, quam vsque nunc fiscus noster tenuit, promptissimâ deuotione cum vniuersis villulis ad se adspicientibus, & cum omni integritate ad se pertinente concedimus & concessam esse volumus. Quapropter auctoritate nostrâ præsenti decernimus ac volumus, quod in perpetuum volumus esse mansurum, vt ipsam villam memoratam Barisiacum cum omnibus ad se pertinentibus, tam in terris, domibus, vineis, siluis, pratis, pascuis & mancipiis ibidem commanentibus, sicut fiscus noster ibidem tenuit ac possedit, & ipse Dominus Amandus ad opus monachorum suorum absque vllâ contradictione vel diminutione teneat ac possideat. Sic igitur in integrum hoc nostræ concessionis beneficium firmum esse volumus, vt iam dictus Pontifex de ipsâ villâ Barisiaco, & de rebus ad eam pertinentibus, habendi, tenendi, freda exigendi, mansiones faciendi, dandi, commutandi, vel, quidquid elegerint, faciendi, liberam ac firmissimam per nostram auctoritatem habeat potestatem. Insuper omnes successores nostros, per nomen Domini adiuramus, vt nullus eorum ipsam villam, cùm omnibus ad se pertinentibus, Domno Patri Amando vel suis monachis auferre præsumat, vel vllam inquietudinem faciat. Quod, quicumque est ille, fecerit, iudicium portet, & sententiam damnationis incurrat. Et vt hæc auctoritas circa ipsum Pontificem & monachos eius firmior habeatur, & per tempora succedentia perpetuò conseruetur, & ego, dum propter imbecillam ætatem minimè potui subscribere, manu propriâ subterfignaui, & Regina subterscripsit. Signum Childerici Regis. Imnechildis Regina subscripsi. Datum sub die Kalend. Augusti, anno 11 regnante Domino nostro Childerico Rege. Philippus Abbas infrà in Vitâ num. 60 addit, monasterio dispositione congruâ collocato præfectum esse Andream, dein Abbatem Elnonensem: cui monasterio etiamnum subiectum est Barisiatum.

datio hoc diplomate.

E

F

12 Resbaci non procul à Matronâ fluuio, in diœcesi Meldensi, & saltu Brigensi, extructum est à S. Audoeno monasterium, cuius ecclesiæ dedicationi interfuisse S. Amandum narrat idem Philippus num. 22. Rotomagi extat præclarum monasterium S. Amandi, vbi an. CIↃCVII altare extabat, in quo olim S. Amandus Missas celebrare consueuerat, vt infrà testatur Abbatissa. Est in eadem diœcesi Rotomagensi pagus

Resbaci ecclesiam dedicat.

Rotomagi est monasterium S. Amandi,

AVCTORE G. H.

S. Amandi de Guillemecourt *dictus*, *cum eccleſiâ parochiali. Vicinus eſt ager Bellouacenſis, & cæcâ muliere à S. Amando illuminatâ, & verbo diuino prædicato ab eo excultus: in quo etiamnum extat prioratus S. Amando dicatus.*

A *Prioratus apud Bellouacos.*

§ III *In Belgio Elnonenſe monaſterium à S. Amando conſtructum: diplomatis Regio & Pontificio munitum. Menapiis ſedes vindicata.*

13 SAnctus Medardus, *vt eius Acta habent* VIII *Iunij*, dolens ciuitatis Viromandenſis, quam regendam ſuſceperat, factam deſtructionem, verituſque iterandam Paganorum irruptionem, ſano ſatis conſilio Sedem Epiſcopalem conſtituit Nouiomi, *in agro Sueſſionum; apud quos antiqua tamen permanſit Cathedra Epiſcopalis. Huic Sedi Nouiomenſi tunc adiuncta eſt Tornacenſis ad Scaldim fluuium, cuius diœceſin S. Amandus aſſumpſit excolendam; inq; ipsâ vrbe cellam ſibi ſociisq; habuit, vbi fauore Diuino adſpirante magnam ſibi conciliauit auctoritatem, cùm hominem ſuſpenſum, à morte ſuſcitaſſet. Tunc paſſim, teſte Baudemundo*, fana deſtruebantur, monaſteria eccleſiæque conſtruebantur. *Quid præſtitum fuerit vrbi Tornacenſi, non æquè commodum eſt in ſilentio antiquorum coniectare: fortè molitus eſt S. Amandus benè inchoare, quod opere compleuit S. Eligius Epiſcopus, dum illuſtre S. Martini monaſterium ibidem extruxit, degente tunc in diœceſi Traiectenſi S. Amando. Cum vrbe Tornacenſi, & Tornaceſio, ſeu Caſtellaniâ, aut Baliuagio, vt vocant, Tornacenſi, vnam quodammodò prouinciam conſtituit tertium membrum Amandopolis: quod oppidum ex monaſterio Elnonenſi excreuit, octo vicinos pagos ſub ſuâ iuriſdictione complectens. Inter monaſteria quàm plurima à S. Amando condita, eminet maximè Elnonenſe, in quo & vitam in ſenectute ſanctâ peregit, & ſepultus è cælo adfuit hactenùs benignus Patronus, ac miraculorum patrator: vt eius propterea nomine iam tantùm manſerit notum. Nomen Elnoni dedit amnis paruulus: ita Milo infrà lib.* 4 *cap.* 12,

— Locus eſt de flumine dictus,
Quod recipit largoque ſinu Scarb purior effert.

Influit Elno in Scarpum ad finem pomarij ſeu prati versùs Septemtrionalem plagam ædificiorum monaſterij. Scarpus autem in Arteſiâ exortus, primò Atrebatum, tum Duacum alluit, inde illuſtriora monaſteria, Marchianenſe, Haſnonienſe & Elnonenſe præterlapſus, prope Mortaniam ſupra Tornacum Scaldi miſcetur.

Nouiomẽſi Sedi Tornacenſem vnitam, excolit S. Amãdus;

14 *Philippus Abbas infrà num.* 31 *tradit* vrbem Menapiorum eſſe, quæ vulgato nomine Tornacus dicitur, *& num.* 64 Elnonem *aſſerit* intra Menapiorum poſitum fines, Propontiis Neruiiſque conterminum. *Vbi mana exarato codici noſtro adſcriptum eſt:* Menapios eſſe Tornacenſes, Propontios Bracbatenſes, Neruios Hainonienſes. *De biſce duobus populis etiam à S. Amando excultis infrà agemus. At diœceſis Tornacenſis continet præterea cum agris ſuis vrbes, Inſulas & Cortracum, & iam abſtractas Gandauum cum Aldenardâ, Brugas cum Aldenburgo, Sluſâ viciniſq; opidis. Vnum qui fecerit populum, Menapios dixerit, & ad Morinos vſque extendet. De vtroque populo egimus* III *Februarij ad Vitam S. Anſcharij* § 5. *Menapios Morinis adiungunt Cæſar de bello Gallico lib.* 2 *cap.* 4, *lib.* 3 *cap.* 9, *lib.* 4 *cap.* 38 *& alibi, Plinius lib.* 4 *cap.* 17: *ita ὁμορῶντας τοῖς Μενάπιοις Μορίνους ſtatuunt Strabo lib.* 4 *& Dio Caſſius lib.* 39. *Adſtipulantur poſteriores Scriptores: nam iuxta Geſta Normannorum ante Rollonem Ducem*, Normanni, Tornaco ciuitate omnibuſque monaſteriis ſuper Scaldem fluuium anno DCCCLXXXX ferro & igne deuaſtatis, & Cortriaco caſtro ad hiemandum conſtructo, Menapios & Sueuos vſque ad internecionem deleuerunt, omnemque terram iuxta flumina *Scaldim & Legiam* conſumpſerunt. *De Sueuis infrà agemus. Eodem modo apud Auctorem ineditum, à Vredio cap.* 1 *veteris Flandriæ citatum*, Normanni Taruannâ vrbe Morinorum vaſtatâ, omnem terram Menapiorum perambulando ferro & igne vaſtant. Poſthæc Scaldem fluuium intrant, & omnem Brabantionum terram incendio & ferro delent. *Idem* Normanni, *iuxta fragmentum hiſtoricum de Corbeiâ deſtructâ, tomo* II *Scriptorum Franciæ*, deſtruxerunt ferro & igne vrbem Taruennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brachatenſium, omne quod circa Scaldum flumen erat. *Similia refert Sigebertus in Chronico ad an.* 882. *Ludouicus Pius Imperator in Præcepto diuiſionis Imperij inter filios faciendæ, videtur hanc Menapiorum ditionem diuidere in* Menapiſcon, Medenenti *& fortè* Franderes, *ſiue* Flandram, *quibus contiguas adiungit regiones*, Bragbentum, Ainau, Auſterban, Adertenſem *&* Teruanenſem. *At Flandros tum incoluiſſe loca maritima Brugas inter & fretum Zelandicum, Medenatenſes partim agri Inſulenſis, diximus ad Vitas SS. Adalbaldi & Anſcharij. Menapiſcis reliqua igitur ad Scaldim & Legiam eſt ditio attribuenda. De aliis ab hoc populo diſtinctis Menapiis, ſeu Genapiis, Iulij Cæſaris, & Dionis, qui à Tacito Gugerni, iam ferè Cliuij dicuntur, alibi agemus. Ptolemæus dum hos Menapios confundit, multos in errorem induxit. Hunc* mirum vbique Germaniarum turbatorem *appellat Cluuerius lib.* 3 *Germaniæ cap.* 1, *eumq; in Galliâ antiquâ paſſim emendat Brietius noſter.*

B

condit monaſterium Elnonenſe, nunc Amandinũ dictum,

in antiquâ Menapiorũ ditione latè diffusâ,

Morinos inter

& Bracbantos,

C

15 *Ceterùm Elnonenſe monaſterium ex diplomate S. Martini Papæ mox dando conſtat, cuo S. Amandi fuiſſe in Francorum Auſtraſiorum finibus, vbi vicinum Auſterbantum à limite Auſtraſiorum appellatum eſſe alibi diximus. Addit Philippus Abbas*, Elnonem, ſicut regni Germanici & Romani finis eſt Imperij, ſic Belgicæ Remenſis portionem, ſic limitem dignoſci eſſe Francorum: *ſcilicet Occiduorum, vbi poſteri Caroli Calui Francorum nomen retinuerunt. Ita auctor chronici Marchianenſis & Sigebertus ad an.* 812, *dum elevationem corporis S. Amandi referunt*, Elnonenſe cœnobium in Franciâ *collocant: at vicini Cameracenſes, Hannones, Brachanti, qui olim ſub Auſtraſiis Regibus, dein ſub Lothario Imperatore fuerant, Romano-Germanico Imperio ſunt annumerati. Cenſetur & Elnonenſis ditio*, Belgicæ Remenſis portio, *cum eâ ab Auſtraſiis ad Francos occiduos tranſlata: cui, tunc Belgicæ ſecundæ metropoli, ſuberant vicini Epiſcopi, Tornacenſis, Cameracenſis, Teruanenſis, Atrebatenſis: ſed nouis erectis in Belgio Epiſcopatibus, Tornacenſes Epiſcopi ſubiiciuntur Archiepiſcopo Cameracenſi, vti & alij, à Francis ſeparati. Demum Pabulenſi ditioni attribuitur monaſterium Elnonenſe in eiuſdem loci Martyrologio infrà citando: vnde etiamnum, teſte Buzelino lib.* 1 *Gallo-Flandriæ cap.* 17, monaſterij Amandini Antiſtes intra Pabulanam ditionem Comes appellatur, *imò & Flandriæ Gallicanæ annumeratur. Duo extant diplomata pro hoc Elnonenſi monaſterio data S. Amando, quorum alterum eſt Regis Dagoberti; alterum vulgò S. Martini Papæ eſſe volunt. Prius eſt huiuſmodi.*

D *ſub variâ appellatione,*

in regno Auſtraſiorum,

dein Francorum occiduorum,

ſub Archiepiſcopo olim Remenſi,

nunc Cameracenſi,

in Pabulẽſi ditione.

Gallo-Flandriæ.

E

F

16 In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Dagobertus Diuinâ ordinante clementiâ Rex. Deum nobis fore propitium credimus, ſi ad reformandum & confirmandum religionis cultum præcipuam curam impendimus, & religioni deſeruientibus munificentiæ & liberalitatis noſtræ manum aperimus. Proinde tam præſentium quàm futurorum ſolertiam ſcire volumus, quòd venerabilis vitæ Amandus Epiſcopus, qui per gratiam Dei filium noſtrum Sigebertum baptizauit, iam quibuſdam eccleſiis ſeu monaſteriis ad augmentum diuini cultus conſtructis ac benè diſpoſitis, Excellentiam noſtram adierit, & vt non deficiens Dominicæ vineæ cultor, confidens autem de noſtræ largitatis beneficio, locum ſitum inter duos fluuios Scarp & Elnonem à noſtrâ liberalitate ſibi concedi humiliter petierit. Qui locus licet eſſet propter multam ſiluæ denſitatem ad extirpandum difficilis, tamen labori ſuo, imò poſt laborem ſuum, quieti & vſui Deo militantium, quos ibi ſe iam præmeditabatur per Dei gratiam ordinaturum, videbatur opportunus. Nos igitur conſiderantes dignam reuerendi Pontificis petitionem, tum propter totius regni noſtri, ac prolis noſtræ ſtabilitatem ac pacem, tum propter animarum noſtrarum ſalutem, locum

S. Amãdo

Elnonem donatum

A cum quem petierat, cum vtrâque aquâ & siluâ circumquaque succrescente, pronâ animi deuotione concessimus, & concessionem nostram ratâ legum sanctione stabilimus. Præcipimus igitur, & ex auctoritate regiâ iubemus, vt nulla secularis vel Ecclesiastica persona de loco suprascripto cum aquâ & siluâ præfato Pontifici à meâ liberalitate concesso; ipsi Pontifici seu successoribus eius vllam inquietudinem, aut refragationem, vel præiudicium siue violentiam facere tentet; sed potiùs hoc regalis munificentiæ beneficium tam ipse Pontifex, & quos ipse ordinauerit, quàm qui ei successerint sine vllâ diminoratione absque vllâ calumniâ & contradictione securè ac perpetualiter habeant & possideant. Quòd si Diuina pietas locum ipsum per industriam huius amabilis viri ac successorum eius, & per deuotam largitionem bonorum hominum meliorari & amplificari voluerit, quidquid exinde siue in causis, siue in fredis, siue in pratis, siue in terrarum diuisionibus & redibitionibus, siue aliquo modo ius fisci exigere poterat, in integrum tam præfato Patri quàm successoribus eius concedimus. Ipsum verò locum & res ad eum pertinentes, quidquid etiam largitas Principum vel deuotio quorumlibet fidelium deinceps addiderit, sub tuitionis & immunitatis nostræ defensione consistere volumus. Et, vt hæc regalis auctoritas firB ma ac inconuulsa perpetuò perseueret, præsens præceptum manu propriâ subterfirmauimus, & annuli nostri impressione signauimus; successores etiam nostros, vt in hoc ipsum morem nostrum imitentur, commonemus. Datum Kalendis Maij, Indictione * 11, anno XI regni Domini Dagoberti. Actum Parisius ciuitate feliciter, Amen. Gerardus Notarius ad vicem Dadonis Cancellarij recognouit. *Huc vsque diploma. Annus* XI *Dagoberti conuenit in annum Christi* IↃCXXXVIII, *quo erat Indictio* XII *non* II *neque* VII, *quæ melius abest more eius aui, à posteris adiuncta. Alterum diploma S. Martini Papæ est huiusmodi:*

17 Martinus Episcopus, vltimus seruorum Dei, omnibus diligentibus Deum salutem. De quotidiano sanctæ matris Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ profectu ac multiplicatione gaudere debemus, atque in vineâ Domini pro mercede laborantibus auxilium ferre debemus. Vnde notum fore volumus sanctæ vniuersalis Ecclesiæ filiis tam præsentibus quàm & futuris; qualiter sanctæ dilectionis nostræ filius Amandus cum consensu & petitione carissimi filij nostri .... memoriæ Dagoberti Francorum Regis, siue filij eius Sigeberti priuilegium auctoritatis nostræ expetierit de quodam cœnobio, cui Helnonis indidit nomen, quodque etiam ab ipso consecratum est in honore beatissimi Apostolorum Principis Petri, Doctorisque Gentium, Pauli intra decursum duorum fluminũ Scarp & C Helnonis Priuilegium quidem sanctæ auctoritatis nostræ, nostris futurisque temporibus memorato loco indulgemus. Ordinamus itaque atque firmamus de stabilitate ipsius loci, de villis & facultatibus, de ecclesiis & ecclesiarum decimis, siue familiâ & de quibuscumque stipendiis specialiter inibi Deo seruientium. Interdicimus autem in nomine Domini nostri Iesu Christi, & ex auctoritate B. Petri Apostolorum Principis prohibemus, cuius vice huic Ecclesiæ Romanæ, auctore Deo, præsidemus: vt nullus Episcoporum vltrà præsumat de reditibus, rebus vel chartis eorum, vel villis quocumque modo qualibet exquisitione minuere, nec dolos vel intermissiones aliquas facere, nec illorum ingredi monasterium, neque placita, nec aliud quid facere. Sed si quâ causâ fortè inter terram venientem ad partem ... ecclesiæ & monasterij euenerit, & pacificè non potuerit ordinari, apud electos Abbates & alios Patres timentes Deum sine voluntariâ dilatione, mediis sacrosanctis Euangeliis, finiatur.

18 Defuncto verò Abbate non extraneus, nisi de eadem congregatione, quem sibi conoors congregatio elegerit, & qui electus fuerit, sine dolo & venalitate aliquâ ordinetur. Pariter autem custodiendum est, vt inuito Abbate ad ordinanda alia monasteria, aut ad Ordines sacros vel Clericatus officium tolli exinde monachi non debeant. Sed si abundantes fuerint, qui ad celebrandas Dei laudes, vel vtilitates loci complendas sufficiant, de his, qui superfuerint, offerat Abbas coràm quos dignos potuerit. Quisquis autem ex monasterio ad Ecclesiasticum ordinem peruenerit, vlteriùs illic nec potestatem, nec licentiam habeat habitandi. Missas quoque publicas ab Episcopo in eodem cœnobio fieri omninò prohibemus, ne in seruorum Dei recessibus, & eorum receptaculis vlla popularibus præbeatur occasio conuenticuli; nec audeat cathedram ibi collocare, vel quamlibet potestatem imperandi, nec aliquam ordinationem, quamuis leuissimam, faciendi habeat: nisi ab Abbate eiusdem loci fuerit rogatus; quatenus monachi semper maneant in Abbatis sui potestate. Hanc ergo scriptorum nostrorum paginam, omni in futuro tempore, ab omnibus Episcopis firmam statuimus illibatamque seruari: vt & iam suæ Ecclesiæ, iuuante Domino, suo tantùm sint iure contentæ, & Abbas iam dicti monasterij atque monachi Ecclesiasticis conditionibus, seu angariis, vel quibuslibet obsequiis secularibus nullo modo subiaceant, nullis laicis viris deseruiant; sed remotis vexationibus E ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum summâ animi deuotione perficiant. Quicumque in Apostolicis constitutionibus sincerâ dilectione obseruator extiterit, benedictionem & misericordiam à Domino percipiat. At qui ea, quæ Apostolica Sedes stabiliuit, pro nihilo ducere atque violare tentauerit, B. Petri Apostolorum Principis, nostrique Apostolatus auctoritate, anathematis vinculis irretitus, vt sacrilegus à sinu matris Ecclesiæ, & participatione corporis & sanguinis Christi separatus, cum diabolo & angelis eius sententiam damnationis accipiat. Scriptum per manus Stephani Notarij & Regionarij & Sacrisrinij sanctæ Romanæ Ecclesiæ in mense Ianuario, Indictione 11. Datum XIV Februarij, per manum Amandi Episcopi, bibliothecarij sanctæ Sedis Apostolicæ. *Huc vsque diploma S. Martini Papæ, in quo Indictio* II *cum tempore Sedis eius non conuenit;* IX *potiùs ponenda, vt anno* IↃCLI, *quo infrà probabimus S. Amandum Romæ fuisse, videri datum queat, ac* XIV Kalendas Februarij, *qui dies infrà legitur in alio diplomate pro monasterio Gandensi impetrato.*

§ IV *Ecclesiæ & monasteria à S. Amando erecta in Belgio, ad Scarpum, Legiam & Scaldim fluuios. Flandri, Antuerpienses aliique instructi.* F

19 EX *monasterio Elnonensi S. Amandum adiisse vicina loca, obseruat Buzelinus lib.* 2 *Annalium Gallo-Flandriæ:* Promptum erat, *inquit*, inde quoslibet Pabulæ locos obire, vt populus, quod maximè gnauus Pater optabat, Christi legibus ad salutem animorum excoleretur. Inde facilis etiam erat Valentianas & Tornacum eumdem in finem excursio. *Et paullò inferius:* Ex eo quippe loco, postquàm Vrsum ei præfecisset, nunc Tornacum adire, nunc Pabulæ regionem peragrare, nunc Martianas, Duacum, Insulas, aliò tendere; vbique modò concionari, modò priuatim de rebus diuinis colloquia instituere; eò etiam conatus appellere, vt plerosque opulentos & nobiles viros ad pietatem vehementiùs impelleret, certum aliis ad virtutem incitamentum futuros. Inter viros magni nominis iis temporibus ab D. Amando piis alloquiis ad virtutem incitatos, non dubito tres fratres numerare, Erchenaldum videlicet, Adalbaldum, & Sigebertum. *De iis egimus ad Vitam S. Adalbaldi* II *Februarij, & de Erchenoaldo Præfecto*

confirmat,

& à iure fisci eximit.

monasterium Elnonense SS. Petri & Pauli

exemisse à iurisdictione Episcopi;

liberam Abbatis electionem,

Avcto. R. G. H.

ac promotionem ad Ordines sacros,

aliaq; pro quiete monasterij concessisse;

apposita anathemate in repugnantes.

S. Amandus ex monasterio Elnonensi vicinas regiones excolit;

AVCTORE G. H.

palatij Chlodouei II ad Vitam S. Sigeberti. De Adalbaldo, addit Buzelinus, id certum habeo, fundum hoc ferè tempore D. Amando in Pabulensi ditione dediſſe, condendo illic monaſterio. Ad flumen Scarpum is iacet, haud procul Hamagiâ in extimis Pabulæ finibus. Parùm cultus tunc erat is locus, multiſque paluſtribus aquis, atundinibus, arenâ, nemoribus horrebat. Verùm ideò S. Amandus continendis hominibus, quos relicto ſeculo diuina contemplandi ſtudium incendebat, aptiſſimum iudicauerat.

à S. Adalbaldo fundum Marchianenſem obtinet;

20 *Hic ergo, vt legitur in Chronico eius monaſterij*, Marchianenſem eccleſiam in honorem S. Petri Apoſtoli in Adalbaldi Ducis allodio conſtruxit. *Imò &* monaſterium, *vti Hucbaldus auctor eſt in Vitâ S. Rictrudis:* Porrò locum, vbi hæc, *inquit*, ſpiritualibus daret exercitiis operam, cum conſilio & auxilio ſæpè dicti Antiſtitis Amandi, valdè ſibi congruum delegit, nempe monaſterium, quod Martianas vocant, ab eodem Antiſtite ad fluuium Scarbum exædificatum, cui diſponendo & conſtituendo vir ſanctus Abbatem præfecerat S. Ionatum venerabilem virum, cuius adhuc in eodem monaſterio corpus conditum habetur. Et Amandus quidem monachos illic haberi voluit; ſed Ionatus ſanctimoniales ibi congregauit. Hunc ergo locum ſatis opportunè ab hominum ſtrepitu remotum, Dei famula Rictrudis expetiit, & B. Amando non ſolùm conſentiente, ſed etiam inter Regem & ipſam pacem conciliante, cùm maieſtatis regiæ priuilegio obtinuit, vt illic ſe totam rebus diuinis manciparet. *Additur in Chronico Marchianenſi:* quoniam ſua bona B. Rictrudis huic loco conſecrârat, ibique Deo deſeruire ſtatuerat, ſanctimoniales inter ſeruos Dei collocatas, primatus ordinem ſuſcepiſſe. *Aſt anno Chriſti* CIↃXXVIII, *vt habet Meierus in Annalibus, ſub Balduino Barbato Comite Flandriæ, & Gerardo* I *Epiſcopo Atrebatenſi & Cameracenſi, in locum ſanctimonialium introducti monachi Benedictini ex monaſterio Atrebatenſi S. Vedaſti, quibus huius Abbas Leduwinus præfuit annis nouem.*

ibi fundat monaſterium condit,

ſanctimonialibus datum,

B *præfectâ iis S. Rictrude,*

nunc virorum eſt:

21 *Quæ ſuprà dicitur* Hamagia villa, *eſt hodie Prioratus Marchianenſi abbatiæ annexus, olim monaſterium à S. Gertrude auctâ S. Adalbaldi conſtructum, apud quam educata, & ad vitam monaſticam informata eſt eius proneptis S. Euſebia, filia SS. Adalbaldi & Rictrudis: à quâ* Euſebiâ *illud* monaſterium ex rebus ſuis hereditariis conſtructum *ſcribit Baldericus lib. 2, cap. 27. Quæ conſilio atque operâ S. Amandi præcipuè peracta arbitramur. Ad eiuſdem Scarpi alteram ripam, inter oppidum Amandinum & Marchianas, viſitur cœnobium Haſnonienſe; quod à Ioanne viro nobiliſſimo, locique illius toparchâ, eiuſque ſorore Eulaliâ, cùm S. Amandus in vicino Elnonenſi monaſterio ſenex degeret, vtriuſque ſexus religioſis conſtrui*

in iuuerit in condendo Hamaticenſi,

& Haſnonienſi ad Scarpum;

C *cœpit; ac primus creditur Ioannes præpoſitus monachis Abbas, ſanctimonialibus Abbatiſſa Eulalia. Hi quoque exemplo, auxilio, conſilioque, quantùm coniicere obloſi vicinitatem licet, à S. Amando adiuti. Eccleſiam Deo & ſancto Apoſtolo Petro dedicauit S. Vindicianus Cameracenſis & Atrebatenſis* II *Kalendas Maij anno Theoderici Regis* IV, *quo infrà probamus S. Amandum defunctum eſſe. De origine huius cœnobij plurima traduntur in monumentis monaſticis ineditis Franciſci le Bar tomo 6 par. 2.*

Contracti monaſterium S. Amandi.

22 Contracum *vrbs ad Liſam, ſeu Legiam, fluuium, fidem Chriſti acceptam refert SS. Eligio & Amando.* Fertur, *inquit Meierus tomo* I *rerum Flandricarum*, S. Eligius Contracenſibus pietatis rudimenta tradidiſſe, eorumque templum feciſſe auguſtum, *S. Martino ſacrum. At quæ iſtic extat* præpoſitura S. Amandi *cum* capellâ S. Mariæ, *olim prædiues, ſpectat ad abbatiam Elnonenſem, à Flandrorum ſanctiſſimo Apoſtolo Amando erecta, vti ex Elnonenſium relatione tradit Sanderus in Flandriâ illuſtratâ. Idem* S. Eligius, *vt lib. 2 Vitæ eius cap. 3 refertur à S. Audoëno*, Flandrenſibus, Andouerpenſibus, Friſonibus, Sueuis, & barbaris circa littora maris degentibus verbum Dei prædicauit. & multùm *vti cap. 8 dicitur*, in Flandris laborauit, iugi ſtantiâ Andouerpis pugnauit, multoſque erroneos Sueuos conuertit; fana deſtruxit, idolo- D latriam funditus ſubruit. *Quæ eadem de S. Amando iure meritoque dici debent.* Sueuos *inuniſtum* Menapiis *populum ſuprà oſtendimus: eorum veſtigia exhibent pagi celebres*, Sweueghem *leucam vnam Cortraco diſtans*, & Sueueſalia *medio itinere ferè Cortracum inter & Brugas, in Decanatu Thorholtano: de cuius oppidi monaſterio egimus* III *Februarij ad Vitam S. Anſcharij* § IV: *quod adiutorio S. Amandi nobis veroſimilius videtur conditum; quando* S. Bauo *eius diſcipulus, vt in huius Vitâ* I *Octobris, legitur*, quocumque diuini ſator germinis ibat Amandus, illuc ſtudens ſubſequi, & indiuiſibiliter adhærens Magiſtri lateri, ardebat ſanctæ prædicationis adipe repleri, *& familiarem notitiam contraxit cum* Domlino Torholtenſis Eccleſiæ Presbytero, *quem Angelus Domini ad eum adduxit moribundum: de quo pluribus agemus ad Kalendas Octobris, quo Sanderus lib. 3 Hagiologij Flandriæ Domlinum coniungit S. Bauoni.*

Sueuis in Flandri à pradicat:

Thorholti monaſterium extruit,

23 *Flandrorum olim caput fuit vrbs* Rodenburgum, *quam* Ardenburgum *hodie nominant, in quâ poſt alios Flandricarum rerum ſcriptores tradit Sanderus, eccleſiam fuiſſe Deiparæ Virgini à S. Eligio dicatam, monaſterium per D. Amandum conſtructum, eique aliud à S. Vrſmaro adiunctum; de hoc agemus* XVIII *Aprilis.* Friſij *ad eam Flandriæ partem, quâ brachio maris interni (Hontum appellant & Scaldim Occidentalem) à Zelandiâ ſeparatur, eo æuo habitabant; in quatuor ambacta, ſeu præfecturas, diſtincti; qui cum oppidis Hulſto, Axelâ, Saſſo, Bierulito, ſicut reliqui Friſij, ſub Epiſcopis vrbis Vltraiectinæ, quæ Friſiorum metropolis erat, ad annum vſque Chriſti* MDLIX, *quo noui in Belgio erecti fuerunt Epiſcopatus, permanêre: qui, in diuiſione regni Lotharij anno* DCCCLXX *factâ, videntur cum vicinis Zelandis tertiam partem Friſiorum feciſſe, à Carolo Caluo cum Taxandro & Brachanto obtentam; Ludouico Regi Germaniæ duabus Friſiorum partibus cis vltraque Rhenum, cum Comitatu Tiersterbanto & Batuâ relictis. His Friſiis adiuncta in Scaldis fluuij æſtuariis* Calloa, *Baudemundo* Chauelaus, *Philippo Abbati* Canelaus, *Harigero* Chanalaus, *Miloni Poëtæ* Calolo, *quæ metatheſis eſt ſcioli ſcriptoris ex* Calloo, *quod etiamnum loco nomen. Calloanæ Eccleſiæ, vniuſque capellaniæ patronatus ſpectat etiammum ad Abbatiam S. Petri, à S. Amando Gandaui, vt mox dicemus, extructam.*

& Ardenburgi:

præcat Friſius vicinus, E

& Calloanis.

Antuerpiæ eccleſiam conſtruit.

24 *Diſtat Calloa alterâ circiter leucâ ab vrbe Antuerpienſi, cuius expreſſo nomine omnium primus meminit Audoënus. Hæc Apoſtolos ſuos, à quibus fidem edocta, agnoſcit colitque, SS. Eligium & Amandum: eiſque aliquantò iuniorem Willibrordum Epiſcopum Vltraiectinum, cui plurima bona contulit Rohingus Antuerpienſium Princeps duobus datis diplomatis, in quibus præclara quædam S. Amandi illic opera memorat. In priore ita ad t:* Ego in Dei nomine Rohingus, & coniux mea Bebelina, donamus Apoſtolico Domino & Patri noſtro Willibrordo Epiſcopo, donatumque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt, eccleſiam, quæ conſtructa eſt F infra caſtrum Antwerpis, ſuper fluuium Scalde, quam Dominus Amandus Pontifex in honore SS. Petri & Pauli Apoſtolorum Principum, vel ceterorum Sanctorum conſtruxit, & nos pro ipsâ eccleſiâ, vel quidquid ibidem aſpicere videtur, venerabili viro Firmino Abbati de monaſterio Quercolodorâ locellum noſtrum nuncupatum Tumme in concambio dedimus. ... Actum publicè eſt hoc Weimodo regiâ villâ cùm fecit October dies viginti, regnante Theodorico Rege anno ſexto. *id eſt anno Chriſti* DCCXXVI. *In ſecundo diplomate ferè eadem repetit his verbis:* In nomine Dei ego illuſter vir Rohingus, & coniux mea Bebelina, donamus ad ſacroſanctam eccleſiam Petri & Pauli Apoſtolorum, quam Dominus Amandus in Antwerpo conſtruxit, vbi Willibrordus Epiſcopus præeſſe videtur, donatumque in perpetuum eſſe volumus *&c. Integra diplomata exhibet Miræus in Codice Donationum cap. 6 & 7. Ceterùm, ſicuti* S. Eligius *ab Audoëno in eius Vitâ non dicitur tantùm* Epiſcopus Nouiomenſis *aut* Tornacenſis, *ſed etiam* Veromandenſis, Corturiacenſis, Gandenſis & Flandrenſis, *quòd ſingulæ hæ vrbes ditioneſque à propriis Comitibus aut Marchionibus regerentur; ita* S. Amandus

ad honorem SS Petri & Pauli,

videtur

A *videtur & dici potuisse* Episcopus Antuerpiensis; *vti* S. Willebrordus Episcopus Vltraiectinus, *in memorato diplomate etiam dicitur* Ecclesiæ Antuerpiensi præfuisse, *eâ tunc vrbe sub Principe Robingo constitutâ: cuius donationum meminit in suo testamento idem Willebrordus:* Robingus, *inquit*, mihi condonauit, vel tradidit ecclesiam aliquam, quæ est constructa in Antuerpo castello super fluuio Scalde, in pago Renensium, cum appendiciis suis *&c.* Castrum *seu* castellum *vulgò adhuc* burgum *appellatur, vti* ecclesia burgensis, *quæ posteaquàm* ciuitas anno ıɔ.c.c.c.xxxvi, *vt tradunt Annales Fuldenses*, incensa est à Nordmannis, *sub honore sanctarum Virginum Catharinæ & Walburgis dein est restaurata. Iam ferè solius Walburgis nomine agnoscitur, vt plenius ad huius Vitam* xxv *Februarij dicetur.*

nunc S. Walburgæ.

25 *Socium S. Amando in conuertendis Antuerpiensibus fuisse S. Humbertum Abbatem Maricolensem indicat carmina à Molano in Natalibus Sanctorum Belgij* xxv *Martij edita, quæ sic incipiunt:*

Inclyte, qui meritis fulges, Humberte, coruscis;
Cuius ad exemplum vitæ ac moderamina, quondam
Barbara doctrinam nacta est Antuerpia Christi.

De eiusdem Humberti cum S. Amando itinere Romano agemus infrà. Quod suprà in donatione Robingi Querquelodora appellatur Firmini Abbatis monasterium, Durini fuisse videtur, siue Turnini, *qui pagus est vulgò* Deurne, *Antuerpiâ leucâ vnâ distans. Et verò suspicari licet, illud ipsum monasterium à S. Amando constructum ad firmamentum recens plantatæ isthic fidei, ac propagationem.* Querquelodoram *autem, seu* Kerckelodoram *dictum, quasi* Kercke-loo-dor; *ab aquâ (quæ* dor *aut* dur, *vel* deur, *veteri Belgicâ linguâ dicebatur) fluente iuxta siluam, seu* loo, *apud quam siluam templum erat,* Kercke, κυριακόν. *Aquâ autem illa est* Scenda *amnis, qui Durninum pagum alluit. Qui huic monasterio primus creditur præfuisse S. Fredegandus, Durmensium hactenùs Patronus, colitur* xvii *Iulij, cui forsan memoratus suprà Firminus successit. Magna huic Querquelodoræ coniunctio fuit, & quædam bonorum communicatio, cum altero monasterio à S. Amando ad Sabim fluuium, vt dicemus infrà, extructo: quò translatum est corpus S. Fredegandi, cùm Nordmanni omnia circa Antuerpiam vastarent.*

in pago Deurne

monasterium Querquelodora.

B

§ V. *Gandenses à S. Amando ad fidem conuersi. Tria ibi monasteria extructa.*

26 *Gandauum nobilissimam hoc tempore Flandrorum vrbem, maximis Europæ vrbibus amplitudine parem, Baudemundus, qui istic seculo Christi septimo vixit: infrà num.* 12 Gandauum pagum, *&* locum *vocat, non* vrbem, *vt num.* 13 Tornacum *agnoscit. S. Audoenus Baudemundo aliquantò senior, in Vitâ S. Eligij Episcopi.* Tornacum regalem ciuitatem *nominat*, Gandauum *verò &* Cortracum *censet inter* municipia, *Comitis alicuius præfecturæ subiecta, & tamquàm diœceses distinctas à S. Eligio administratâ. Auctor Aquitanus in MS. Chesnei infrà* pagellum *vocat* in confinibus Francorum & Gentilium. *Inter hos Gandenses, licet Francis subessent, constituendi sunt, qui, teste Baudemundo,* fana atque idola adorabant, *adeò* feroces, *vt* nullus Sacerdotum auderet *illis* verbum Domini annuntiare. *S. Amandus, contempto mortis periculo, zelo Apostolico hos aggressus, mysteria nostræ religionis edocuit: nec ob sæuitiam eorum, animo fractus, etiam comitibus ad propria remeantibus, solus perstitit; & post longos sæpiusq; resumptos labores fidem Christi plantauit: ac secundùm Chronicon Bauonianum,* idolo Mercurij contrito, arâque eius subuersâ, ecclesiam construxit: *atque in honorem S. Petri Apostolorum Principis ac reliquorum Apostolorum consecrauit.*

Gandenses idololatras conuertit S. Amandus;

C

ecclesiam S. Petri & omnium Apostolorum construit: excipit S. Bauonem;

27 *Ibidem S. Bauonem ex Hasbaniâ ad se venientem excepit, doctrinâque & pietate instructum, in Clericum attondit, & tandem sanctissimè mortuum sepulturæ mandauit: Monasterij tum conditi meminit S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus in Vitâ S. Liuini Episcopi & Martyris* xii *Nouembris:* Cùm plurima, *inquit*, perlustrasset loca, conuenit cum discipulis suis ad quoddam cœnobium, à vico vocabulo Gandauum nominatum, quod beatus Pontifex Amandus, extirpatis Gentilium sanis, fecit fundari, quod & ipse dedicauit ad honorem S. Petri Apostoli, & omnium Apostolorum, congregatis ibidem cultoribus, quibus præposuit Abbatem nomine Florbertum, sanctæ religionis Rectorem, dignis moribus compositum, & totius honestatis exemplo refertum. A quo etiam & à ceteris Fratribus monasticæ caritatis officio susceptus est. Ibi quoque inuenit mirificæ sanctitatis virum, & egregium Confessorem Christi Bauonem recentinâ morte in Domino pausantem, & in monasterio S. Petri sanctorumque Apostolorum à B. Amando & Abbate Florberto & deuotis Fratribus condigno honore humatum; atque glorioso miraculis coruscantem. *Hinc posteà* monasterium S. Bauonis *dictum est.*

nunc S. Liuinum in cœnobio,

quod dein S. Bauonis dictum.

D

28 *Inde* S. Liuinus, in terram, Deo disponente, properauit Brabantiam: *cui ditioni hoc monasterium adscribit Ludouicus Pius diplomate, per Miræum in Notitiâ Ecclesiarum Belgij cap.* 27 *vulgato, his verbis:* Ludouicus Diuinâ ordinante prouidentiâ Imperator Augustus. Npuerit omnium fidelium solertia, quòd vir venerabilis Einhardus Abbas ex monasterio, quod dicitur Ganda, quod situm est in pago Brachbatensi, constructum in honore S. Petri Principis Apostolorum, vbi etiam S. Bauo Confessor Christi corpore requiescit, detulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis Domini & genitoris nostri Caroli, bonæ memoriæ præstantissimi Imperatoris; & postulauit, vt paternæ auctoritati nostram quoque superadderemus. Cuius petitioni libenter assensum præbuimus. Data Idibus Aprilis anno, Christo propitio, Imperij nostri vi, Indictione xii. Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter, Amen. Signum Ludouici serenissimi Imperatoris. *Annus is fuit Christi* ıɔccc xix. *Abest octo annis antè, teste ipso Eginhardo in Annalibus,* Carolus Magnus ad Scaldim fluuium veniens, in loco, qui Ganda vocatur, naues ædificatas aspexerat: *quo tempore potuit dictam immunitatem huic monasterio contulisse.* Anno ıɔcccl Normanni monasterium S. Bauonis in oppido Gandauo incendunt. *Dein* ıɔcccl xxx, *quo suprà diximus à Normannis Cortriacense castrum constructum, iidem* Normani mense Nouembrio in monasterio Gandauo sedem sibi ad hiemandum statuunt, *vt Chronicon de Gestis Normannorum refert. Addit antiquus auctor Anglo-Saxo, cum Bedâ Cantabrigiæ editus,* exercitum Normannum apud Gaent in Francis annum moratum esse.

in pago Brachbatensi situm.

E

à Normannis combustum,

29 *Illud deindè monasterium ab Arnulpho Comite Flandriæ, eiusq; filio Balduino, operâ S. Gerardi Abbatis Bronensis, instauratum, suâ auctoritate firmat Lotharius Francorum Rex, anno regni primo, Christi* ıɔccccliv, *in cuius diplomate apud Miræum in Codice donationum cap.* 26 *dicitur* monasterium in vico Gandauo positum, vbi Legia & Scaldis flumina confluunt, in honore S. Petri constructum, in quo etiam S. Bauo corpore quiescit humatus. *Vt etiam ab Imperatoribus defenderentur cœnobij eius priuilegia, adlaborasse monachos colligere est ex diplomate S. Henrici anno Christi* c ıɔ iii *signato, cuius hæc pars est:* Henricus Diuinâ fauente clementiâ Rex ....: Nouerit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet & futurorum industria, quòd vir venerabilis Eremboldus Abba ex monasterio Gandensi, quod est situm, vbi Scaldis fluuius Legiæ fluuio iungitur, constructum à B. Amando Pontifice in honore S. Petri Principis Apostolorum, vbi etiam insignis Bauo Confessor Christi corpore requieseit, obtulit nobis auctoritatem immunitatis Domini antecessoris nostri, scilicet Ottonis inuictissimi Imperatoris. *Integrum refert Miræus in libro Donationum Belgicarum cap.* 17: *Omitto alicrum Principum diplomata. Tandem anno Christi* c ıɔ ıɔ-xxxvii, *auctoritate Pauli* iii *Pontificis Romani, monachis S. Bauonis veste mutatâ in Canonicos assumptis, & triennio post in Parochialem S. Ioannis Baptistæ basilicam Gandensem.*

à S. Gerardo Bronensi restauratum, confirmatum à Lothario Rege Francorum;

F

Ottone & S. Henrico Imperatoribus:

destructum an. 1540.

AVCTORE G.H.

nunc Cathedralem, tranſlatis, Carolus V Imperator loco monaſterij arcem ad vrbis cuſtodiam extruxit.

A *S Amandus ibidem extruit monaſterium Blandinium,*

30 *Aliud eſt nobiliſſimum ampliſſimumq́, impenſi à S. Amando apud Gandenſes laboris monumentum, excitatum in monte Blandinio ad honorem SS. Petri & Pauli monaſterium: de cuius ſitu atque ædificatione agitur in diplomate S. Martini Papæ quod S. Amando coràm Romæ conceſſum volunt. Illud ita habet:* Martinus Epiſcopus, vltimus ſeruorum Dei, omnibus diligentibus Deum ſalutem. De quotidiano ſanctæ matris Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ profectu ac multiplicatione gaudere debemus atque in vineâ Domini pro mercede laboris operantibus auxilium ferre debemus. Vnde notum fore volumus ſanctæ vniuerſalis Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quàm & futuris, qualiter ſanctæ dilectionis noſtræ filius Amandus cum conſenſu & petitione cariſſimi filij noſtri diuæ memoriæ Dagoberti, Francorum Regis, ſiue filij eius Sigeberti, priuilegium auctoritatis noſtræ expetierit de quodam cœnobio, quod ipſe deliminatis Gentilium ſpurcitiis fundo tenus extruxiſſe dignoſcitur, cui nomen Blandinium indidit: quodq́ue etiam ab ipſo conſecratum eſt in honore beatiſſimi Apoſtolorum Principis Petri, Doctoriſq́ue gentium Pauli; ſitum inter decurſum duorum fluminum Scaldis & Legiæ. Priuilegium quidem ſanctæ auctoritatis noſtræ, noſtris futuriſq́ue temporibus, memorato loco indulgemus, ordinamus atque firmamus de ſtabilitate ipſius loci, de villis & facultatibus, de eccleſiis & eccleſiarum decimis, ſiue familiâ, & de quibuſcumque ſtipendiis ſpecialiter inibi Deo ſeruientiũm, & eccleſiæ ornamentorum atque luminariorum ac matriculariorum, hoſpitum atque pauperum, iuxta petitionem carorum noſtrorum præcellentiſſimorum Regum Dagoberti atque filij eius Sigeberti, noſtrâ Apoſtolicâ auctoritate ſtabilimus, corroboramus, atque inconuulſa ſtatuimus.

dicatum SS. Petro & Paulo,

bonis dotatum,

B

diſpoſitioni Abbatum traditum.

31 Decreuimus itaque, vt liceat regulari Abbati Florberto ad præſens inibi ſubrogato vel conſtituto à filio noſtro Amando, tam ipſi quàm in reliquum futuris Abbatibus, ſn vniuerſis vtilitatibus loci, diuino ſolatio, ita omnia diſponere & ordinare, abſque vllius contradictione vel refragatione, vt liberè inuigilent mandatis Domini, ſecundùm regulam S. Benedicti. Si quis verò (quod non optamus) temerario auſu contra huius noſtri priuilegij Apoſtolici publica ſcripta agere præſumpſerit, reum ſe Diuino iudicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, ac à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque perinde in æterno examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco

C ius ſeruantibus & de ſuis bonis locum ditantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis recipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmium æternæ pacis inueniant. Scriptum per manum Stephani Notarij & Regionarij & Sacriſcrinij S. Romanæ Eccleſiæ, in menſe Ianuario, Indictione II. Datum XIV Kalendas Februarij per manum Amandi Epiſcopi Theatrapi ſanctæ Sedis Apoſtolicæ.

S. Martini Papæ de eo diploma expendi-tur.

32 *Hactenùs diploma S. Martini Papæ: cuius aliud ſuprà dedimus monaſterio Elnonenſi indultum, in quo Indictionis numerus idem vitium habet: cui iſtic* IX *ſubſtituendam diximus, vt anno* IↃCLI *fuerit datum. Deinde* Amandus *iſtic* Bibliothecarius, *hîc* Theatrapus *dicitur. Num, fortè eius curæ commiſſum, vt codices in biblithecâ inſpicerentur non verò auferentur? θέα Græcis* viſio, inſpectióue *eſt, & ἀτρεμὲς, ſiue ἀτρεμόπλοϛ*, immobilis. *Miræus relato diplomate in libro Donationum Belgicarum cap.* I, dubitat an *hæc verbà*, ſecundum regulam S. Benedicti, gloſſema ſint à poſterioris æui manu. *Idem in Chronico Belgico ad annum 653 meminit ſolius diplomatis, à S. Martino Papâ Elnonenſibus conceſſi. Cenſuit fortaſſis Blandinienſe illud dubium eſſe. Certè nomen* Sigeberti Regis Auſtraſiorum *bis repetitur, omiſſo* Chlodouco II *eius fratre, in cuius regno erat* Blandinium, *cuiuſq́*, cum imperio conſilium *habitum* D *tradit Audoënus, dum* S. Eligius Tornacenſis, Gandenſis, Flandrenſis *&c.* Epiſcopus *eligeretur. Nomen monaſterio à S. Amando inditum dicitur* Blandinium, *quo vocabulo* à priſcâ gentilitate vocari conſueuiſſe *tradit Philippus Abbas infrà num.* 30, *cuius proinde ad notitiam non videtur diploma veniſſe.*

Eius monaſterij priuilegia confirmata à Carolo Magno & Ludouico Pio,

33 *In diplomate Caroli Magni apud Sanderum* monaſterium *hoc* vocatur Blandinius, à S. Amando in vico Gandenſi conſtructus, in honore SS. Petri & Pauli conſecratus. *Ludouicus Pius dato priuilegio bene de eodem monaſterio meritus eſt: illud integrum edidit Miræus in Notitia eccleſiarum Belgij, quod ita habet:* Ludouicus Diuinâ prouidentiâ Imperator Auguſtus. Nouerit omnium fidelium ſolertia, quia vir venerabilis Abbas Ainhardus ex monaſterio Blandinio, quod eſt conſtructum in honore ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quod eſt ſitum in pago Gandenſi ſuper fluuium Scaldem, obtulit obrutibus noſtris auctoritatem Domini & genitoris noſtri Caroli bonæ memoriæ piiſſimi Auguſti, & poſtulauit: vt eamdem auctoritatem noſtrâ quoque confirmaremùs auctoritate. Cuius petitioni libenter acquieuimus, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri iuſſimus. Signum Ludouici ſereniſſimi Imperatoris. Helizachar recognoui & notaui. Datum IV Nonas Iunij, Chriſto propitio, anno II Imperij E Domini Ludouici piiſſimi Auguſti, Indictione VIII. Actum Aquiſgrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen. *Annus is erat Chriſti* IↃCCCXV. *Plurima diplomata ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum Galliæ, Comitum Flandriæ, aliorumq́, Principum & virorum illuſtrium huic monaſterio conceſſa videri poſſunt in Auctario Flandriæ illuſtratæ Sanderi: inter quæ eſt Wicmanni Comitis ab Ottone I conſtituti, in quo monaſterium à S. Amando extructum dicitur.*

Aliud S. Mariæ in pago Mempiſco,

34 *Tertium ibidem monaſterium à S. Amando erectum traditur apud Sanderum lib. 3 rerum Gandauenſium cap. 7.* Primam, *inquit*, huius loci eccleſiam in pago Mempiſco ſuper fluuium Legiam, Deiparæ Virgini ſacram à S. Baſino Regulo & Martyre conſtructam & dotatam, B. Amandus Traiectenſis Epiſcopus & Gandauenſium Apoſtolus collegio Canonicorum, ſiue, vt veteres loquebantur, monaſterio Clericorum in communi viuentium decorauit. *Hæc Sanderus ex MSS. monumentis eiuſdem cœnobij, quod* Altum *dicitur in Chronico Blandinienſi, &* monaſterium S. Mariæ ſuper ripam Leyæ à Normannis *cum* monaſterio S. Bauonis anno DCCCL incenſum. *Nunc Trunchinium dicitur à Præmonſtratenſibus reſtauratum. S. Baſinus colitur* XIV *Iulij.*

nunc Trunchinium dictum.

F

§ VI *Monaſteria in Bracbanto antiquo, & Hannoio, à S. Amando extructa. Diœceſis Cameracenſis exculta.*

S. Amandus in antiquo Bracbanto.

35 EX *diuiſione regni à Ludouico Pio Imperatore in filios factâ* Menapios Bracbanto *coniungi; imò ſolo Scaldi fluuio diſtingui, ex fragmento Corbeiano & Sigeberto aliiſq́, ſuprà oſtendimus. In diuiſione regni Lotharij anno* IↃCCCLXX *inter Carolum Caluum & Ludouicum Regem Germaniæ factâ*, quatuor in Brachanto (*alias* Bracbanto) *aſſignantur* Comitatus, *cum his vicinis Comitatibus*, Hanoio, Lomenſi, Hasbanio, Taxandro, *& tertiâ parte Friſiorum ſuprà indicatâ. Eam Bracbanti regionem fluuiis Hainâ, Scaldi, Rupelâ, Diliâ & Sennâ ferè concluſam arbitramur. Vltra Scaldim pago Bracbantenſi adſcribi monaſterium Gandenſe S. Bauonis antè retulimus. Quod idem de agro Teneramundano dicendum eſt; in quo ad dexteram Scaldis ripam viſitur pagus* S. Amandi, *in ſcriptis antiquis* Baſſeroda S. Amandi *vocari ſolitus, cui* Baſſeroda *alia contigua eſt. Illi* anno CIↃCCLXVI à Roberto Guidonis Comitis Flandriæ primogenito, Abbate S. Amandi in Pabulâ, & Leonio Domino de A *præſcriptas* leges *exhibet* Dadid

agrum Teneramundanum videtur excedunt.

Lindanus

A *Lindanus lib.* 3 *Tenenemundæ cap.* 2, *additq; Comitem Veldenſem & Sponheimium ex Comitibus Palatinis Rheni & Ducibus Bauariæ, ſed ſub dientelâ Abbatis S. Amandi, eo potiri loco: quem Gandauum inter & Antuerpiam ſitum prædicatione S. Amandi olim excultum arbitrantur.*

36 *In agro Aloſtano eiuſdem Brachanti, iam Flandriæ attributo, extant vici* Eſcha & Hauthem, *martyrio & ſepultura* S. Liuini Epiſcopi *illuſtrati, ambo in ditionis huius meditullio, à S. Bonifacio in huius Vitâ* Brachanto *adſcripti. Quà inde Aldenardam abitur, oppidum* Rotornacum, *ſiue* Rotnacum, *viſitur; de quo Baldericus lib.* 2 *Chronici Cameracenſis cap.* 44 *ita ſcribit:* In vico Rotnaſce eſt monaſterium Canonicorum S. Amando in honore eorumdem Apoſtolorum *Petri & Pauli* conſtructum, vbi martyr Dei pretioſus Ermes quieſcit. Hoc autem demiramur, quòd hunc locum tam antiquum & tam opulentum Ludouicus Pius Endenſi cœnobio ſubiacendum donauit. *Illud monaſterium cuidam Heridago Presbytero à Carolo Magno, cùm Sedem Archiepiſcopalem, cui ille præficeretur Hamburgi erigere ſtatueret, collatum fuiſſe; eâque ſpe dilatâ à ſe Indenſi monaſterio attributum, teſtatur idem Ludouicus Pius in diplomate, quo Archiepiſcopatum Hamburgenſem S. Anſchario confirmat. Integrum dedimus* III *Februarij, ad Vitam S. Anſcharij; in quo inter alia de Carolo Magno patente hæc ita refert:* Delegauit etiam eidem Presbytero *Heridago* quamdam cellam Hrodnace vocatam, quaB tenùs eidem loco periculis vndique circumdato fieret ſupplementum. Sed quia conſecrationem iam dicti viri velox ex hac luce tranſitus pij genitoris noſtri in diebus eius fieri prohibuit; ego autem, cùm in multis regni diſponendis negotiis inſiſterem, hoc quoque prædicti patris mei ſtudium regni in finibus peractum, minùs cautè attelid erem, ſuadentibus quibuſdam, iam dictam cellam ad Indam monaſterium contuli. *Hæc Ludouicus Pius, qui* S. Benedicto Abbati *ex monaſterio Aniani in diœceſi Magalonenſi, quæ nunc Montis-Peſſulana eſt, in Narbonenſi Galliâ ſito, Aquiſgranum euocato,* hoc monaſterium, mutuato de riuulo vallis vicinæ nomine Indam vocatum, à palatio ſex millibus paſſuum diſtans, miro opere conſtrui iuſſit; eccleſiæ dedicationi adfuit, eamq; de ſuis copioſiſſimè ditauit fiſcis; *vt in huius S. Benedicti Vitâ* XII *Februarij ſcribit S. Ardo Smaragdus eius diſcipulus. Hinc Balderico eodem lib.* 1, *cap.* 75 *referente*, B. Hermes Martyr Chriſti, Danis furentibus, & ſanctas Dei caſas incendentibus, de Rotnaſce villâ Brabatenſe, de monaſterio videlicet, quod B. Amandus conſtruxit ad monaſterium villæ Ende, quæ iuxta Aquiſgranum ſita eſt, aſportatur. Inda *illa, ſiue* Enda, *iam* monaſterium S. Cornelij *appellatur: cuius Abbas Rainardus anno* CIↃCCLXXX *ſuum in Rotnacenſes ius vendidit Guidoni Flandriæ Comiti. Colitur S. Hermes Martyr* XXVIII *Auguſti.*

C 37 *Quæ Brachanti pars à Rotnaco ad Hainam vſque fluuium interiacet, nunc Hannoniæ annexa, â Philippo Abbate infrà in Vitâ cap.* 44 Ptopontiorum *ſedes vocatur, nomine accepto à* Ponte-Scaldis, *cuius & meminerunt Itinerarium Antonini, tabulæq; Peutingerianæ; & veſtigium præbent ruderа antiquæ viæ Romanæ. Certè inter vias, quas etiamnum oſtentant Bauacenſes,* ſexta, *inquit Miræus in Chronico Belgico ad an. Ch.* 613, à Bauaco ducit ad Pontem-Scaldis, obſcurum hodie vicum primo lapide à Condato, tranſitoque Scaldi ſiluam Abbatiæ S. Amandi à ſiluâ Martanienſi ſeparat. *In eadem Hainoenſi* Lutoſa, *ſeu* Leuza, *oppidum exiguum eſt, ſed laboribus S. Amandi decoratum: Nam apud ſæpè laudatum Baldericum cap.* 43 *libri* 2, monaſterium Canonicorum in honore Apoſtolorum Petri & Pauli eſt in vico, qui dicitur Lutoſa, quod conſtruxit B. Amandus, & eſt diues Abbatia, vbi vir Dei venerabilis Baidilo requieſcit, *colituruque* VIII *Octobris. De hiſce duobus locis Rotnaco & Lutoſâ ita legimus in meniorato ſuprà MS. noſtro inter* monaſteria ab ipſo Amando, diuino viro ædificata, eſſe illud, cui ipſe ſanctus vir Lotoſa nomen impoſuit, ſeu Rothnace, quod præfato penè eſt contiguum. Luitoſæ *præterea mentio fit in diuiſione regni Lotharij anno* IↃCCCLXX *factâ, de quâ ſæpius egimus.*

38 *In eodem Brachanto ad fluuium Sennam, ſeu Sinnam, qui, vbi Hallas, Bruxellas, & Vilfordiam perluit, infra Mechliniam, Diliæ mox miſcetur*, pagus Senonagus *eſt, ex quo Samò Francus, Rex Sclauorum, de quibus agit Baudemundus infrà in Vitâ num.* 13, *oriundus dicitur apud Fredegarium in Chronico cap.* 48, *Prope hunc Sennam non procul Bruxellâ eſt* Foreſtum, *vulgò* Vorſt, *opulentū ſanctimonialium inſtituti Benedictini monaſterium, cultu S. Alenæ Virginis & Martyris celebre: in cuius Actis MSS.* XIX *Iunij dicitur* S. Amandus Epiſcopus domum lapideam, quam Foreſti diues Chriſtianus habebat, creſcente fidei Chriſtianæ religione, in eccleſiam permutaſſe, & in honore Dei & B. Dionyſij ſolenniter dedicaſſe. *Addit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij ad* VI *Februarij*, S. Amandum inter occidentales Brabantos ſæpius prædicaſſe, potiſſimùm in Comitatu Bruxellenſi, ibique Alenam Martyrem, & in Niuellenſi Gertrudem cum matre diſcipulas habuiſſe. *De S. Gertrude eiuſq; parentibus & conſanguineis infrà agemus, vbi de Epiſcopatu eius Traiectenſi actum fuerit. Prope eiuſdem Sennæ fontes oppidum Sogniacum accreuit ex monaſterio, quod iſtic* S. Vincentius Comes, Madalgarius *dictus, extruxit; qui* mundo renuntians viuificæ prædicationis S. Amandi inſtinctu, iuxta beati Pontificis ſalutarem doctrinam . . . factus eſt voluntariæ municeps paupertatis, & ſanctitatis laudabile propoſitum glorioſæ conſummationis exitu coronauit: *de quo iterum infrà num.* 34 *Philippus Abbas. Baldericus lib.* 2 *cap.* 46 Sungeias *vocat*; Sumniacum *monaſterium dictum in diuiſione regni Lotharij: de quo, eiuſq; fundatore S. Vincentio accuratior differendi locus erit ad huius Vitam* XIV *Iulij.*

39 *Præterea idem Philippus Elnonenſi S. Amandi monaſterio vicinos aſſignat* Neruios, *quos ſuprà indicatus Interpres intellexit* Hainonienſes, *quorum regio in diuiſione regni tam Ludouici Pij, quàm Lotharij* Ainau, *&* Hanoium *dicitur, à deſcripto modò Brachanto diremptum fluuio* Haina, *ſeu* Hagnâ, *vt vocat Fulbertus in Vitâ S. Autberti* XIII *Decemb.* ſupra quem *ait à* S. Giſleno monaſterium extructum, *atque à* S. Autberto & beato ac venerabili Dei cultore Amando, cum magnâ circumfuſæ plebis exultatione ad laudem Domini & honorem Apoſtolorum Petri & Pauli conſecratum. *Quæ etiam referunt Baldericus li.* 1, *ca.* 18, *Otto* I *Imperator in Notitiâ Belgicâ Miræi cap.* 62, *& infrà Philippus num.* 34, *qui iterum de alio S. Amandi ad monaſterium S. Giſleni aduentu agit num.* 54. *Quod huic monaſterio circumadiectum oppidum, veteri lege ac iure agnoſcit Eccleſiaſticum ciuilemq; Dominum huius loci Abbatem.*

40 *Altero à Giſlenopoli lapide extant Montes Hannoniæ,* F *Comitatus totius metropolis;* Caſtrilocum *veteres dixerunt, in quo illuſtre Canonicarium nobilium extat* cœnobium, à S. Waldetrude *dicti S. Vincentij coninge*, quæ, *iſtic* ſacri velaminis habitum ſumpſit, ex prædiis propriis & dotalibus beneficiis in honore S. Mariæ conditum: *vti poſt alios tradit Baldericus lib.* 2, *cap.* 39. *At* S. Vincentius Altimontenſe monaſterium, *teſte Philippo Abbate*, ex proprio ſumptu fundauit, *quò S. Aldegundis ſoror S. Waldetrudis*, cùm audiſſet (*verba ſunt Hucbaldi in huius Vitâ cap.* 4) adueniſſe S. Amandum atque venerabilem Autbertum Epiſcopos, illuc properauit, ad veſtigia eorum ſeſe proſtrauit . . . Tunc B. Amandus ita puellæ fatigatum roborauit animum, vt non ſolùm ipſum reſpueret mundum, verùm etiam parata fieret ſubire martyrium. Deducta à ſanctis Epiſcopis in oratorium quoddam eiuſdem cœnobij, in honore & reuerentiâ S. Vedaſti dedicatum, benedictione ſacerdotali ab ipſis dignè conſecrata, ſponſoque ſuo Domino Ieſu Chriſto deſponſata, ſacræ religionis velamen ſuſcepit & habitum, Spiritu ſancto in ſpecie columbæ velum beatiſſimæ Virginis imponente capiti: quòd illa beatorum Chriſti Sacerdotum merito adſcribens, Deo gratiarum actiones innumeras reddidit . . . largas poſſeſſiones pauperibus Chriſti conſilio BB. Amandi atque

AVCTORE G.H.

eius conſilio extruit monaſteria, Foreſtanum

S. Alenæ,

Sogni ſcenſe S. Vincentium,

apud Neruios

ad Hainam fl. Cellenſe S. Giſleni,

S. Waldetrudis Montenſe Caſtriloci,

S. Vincentius Altimontenſe;

S. Aldegundis, à S. Amando in ſponſam Chriſti ſacrata,

à Ludouico Pio Indenſi monaſterio,

prope Aquiſgranum,

in agro Aloſtano

extruit monaſterium Rotnacenſe,

à Carolo Magno donatum Heridago,

apud Proponties

conſtruit monaſterium Lutoſanum:

nupe S. Cornelij dicti:

AVCTORE I.G. H.

Autberti Episcoporum distribuit. *Illud Altimontense cœnobium hodieq; à monachis Benedictinis inhabitatum distat milliari vnò à Malbodio oppido ad Sabim itidem sito, quod sua initia debet illustrium Canonicarum monasterio, cui* consilio beati Præsulis Amandi, *vt prosequitur idem Huebalbus,* S. Aldegundis cum duabus sororis suæ B. Waldetrudis filiabus semetipsam contradidit. Harum vna Madalberta, altera vocabatur Aldetrudis. *Coluntur illa* VII *Septembris, hæc* XXV *Februarij, vtriusque mater Waldetrudis* IX *Aprilis: omnes ad eminentem pietatis ceterarumq; virtutum gradum obtinendum à S. Amando adiutæ.*

A *Malbodiense.*

41 *Demum individuum itineris Romani comes, cùm tertiò limina Sanctorum Apostolorum S. Amandus inuiseret, factus* S. Humbertus, *fundator monasterij Maricolensis in eodem Neruiorum agro, altero à Landreciaco oppido vix distantis milliario. De mutuâ visitatione, & S. Amandi hospitandi gratiâ ad domum B. Humberti declinantis, & huius post alterum suum ab vrbe reditum,* ad virum Dei Amandum descendentis Elnonem, *agit infrà Philippus num.* 65 *vt huius monasterij extruendi auctor & consiliarius S. Humberto videatur fuisse S. Amandus. De eo agemus* XXV *Martij.*

S. Humbertus Maricolensis,

42 *Sunt præterea in eadem ditione quatuor tunc extructa monasteria, si non auxilio aut consilio S. Amandi, certè eius exemplo. Fundatorem agnoscunt S. Landelinum, ab Episcopo Autberto, familiari S. Amandi amico, ex nefario prædone ad Christum conuersum. Sunt autem monasteria Laubiense, Alnense, Waslariense, & Crispinium, de quibus* XV *Iunij ad Vitam S. Landelini agemus. Et hæc de excultâ à S. Amando diœcesi antiquâ Cameracensi, latè diffusâ per Nervios, & Neruiorum clientes (quos Iulius Cæsar Centrones, Grudios, Leuacos, Pleumosios, & Gordunos dixit, & Nerviorum nomine comprehendunt Tacitus, aliiq;) ευο S. Amandi ferè Brabantos appellatos, nunc partim sub Hannoniâ, partim Flandriâ, partim adhuc Brabantiâ constitutos. Habebat eosdem Episcopos & Cameracensis & Atrebatensis diœcesis. In hac extructum est ab Autberto, eiusq; successore S. Vindiciano celebre Vedastinum monasterium, vt suprà hoc die diximus. Quid illis auxilij à S. Amando præstitum sit, in silentio antiquorum non liquet. Illustri certè zelo atque exemplo præiuit. Distat Atrebato sesquimilliari versùs montem S. Eligij Mareolum, antiqua Abbatia Canonicorum Regularium, à Fulberto Episcopo Cameracensi & Atrebatensi circa annum* DCCCCXL *constructa, quam Lotharius Rex in diplomate an.* DCCCCLXXVII *dato, appellat* monasterium S. Amandi & S. Bertiliæ, *vti ad huius Vitam* III *Ianuarij in Appendice dictum est, vbi & in Historia miraculorum cap.* 1 ecclesia *dicitur* S. Amando *dicata, & in Historiâ Translationis mentio fit* Curiæ B. Amandi *apud Mareolum.*

B *an alia ibidem S. Landelinus extruxerit adiutus à S. Amando?*

quid præfitum Vedastino?

Mareoli in Artesiâ

monasterium, ecclesia & Curia S. Amandi.

C

§ VII *Traiectensis S. Amandi Episcopatus. Cathedra Traiecto vindicata.*

43 *Quæ ante annos aliquot pararam de Episcopatu Traiectensi, hoc & sequenti § edenda, nuper singulari Diatribâ seorsim vulgaui, suadentibus ita vrgentibusq; viris aliquot primarijs: vt, quia operis nostri vasta moles non ita celeriter, atque ipsi nobiscum optant, vel à nobis perpoliri, vel à typographis procudi potest, aliquid opponeretur recentioribus quibusdam scriptoribus, ausis prodire, numquàm* Traiecti Cathedram Episcopalem fuisse, ac nullos verè Traiectenses Episcopos extitisse. *Contra hanc Diatribam mox prodiit exile quoddam & nullius momenti scriptum hoc titulo:* Veritatis & Ecclesiæ Tongrensis breues vindiciæ. *In quarum conclusione auctor, qui prodere nomen aut non est ausus, aut certè noluit, hoc effatum pronuntiat:* Dehinc licebit, vt Episcopi sui ab Traiectensibus Traiectenses nominentur, modò eo nomine habitationem, non Sedem caputue gentis ac diœcesis intelligant. *Ad quæ refutanda, repetimus testimonia auctorum antiquorum, grauium, integrorum, incorruptorum, quorum nullus est Traiectensis: quibus tamen* olim licuit, Veritatem, *quam indaganus,* proferre, *eosq;* Episcopos, *de quibus*

De Episcopatu Traiectensi Diatriba à nobis edita.

hic contra obtrectatores paucis vindicatur.

controuersia est, Traiectenses *appellare, pleroſque* à Clero ciuibusque Traiectensibus electos *dicere*: licuit Traiectum *nuncupare* vrbem Episcopalis Sedis, vrbem propriam Episcoporum; *illiq; vrbi, vti verè intelligebant, attribuere* Sedem, Cathedram, Solium Episcopale, Episcopium, Pontificium, Prouinciam, Ecclesiam, dignitatem Episcopalem: *vt non videam quâ verborum formulâ clariùs, quod nos affirmamus, efferre potuerint; aut quid aliud hîc intelligere aduersarius possit, nisi Latinarum vocum velit nouas effingere notiones.*

D

44 *Auspicati sumus sententiæ nostræ confirmationem lib.* 3 *Diatribæ cap.* 3 *à S. Seruatio anteà Tungrensi, deìn primo Traiectensi Episcopo. Eius Vitam, factaq; post mortem miracula primus breuiter attigit S. Gregorius Turonensis, qui ante mille ac sexaginta annos vixit, S. Gregorij Magni æqualis. Is lib.* 2 *Historiæ Francorum cap.* 5 *cùm ea narrat, quæ gesta à S. Seruatio, priusquàm Tungris relictis Traiectum migraret, ita inripit:* Erat tunc temporis apud Tungros oppidum Seruatius eximiæ sanctitatis Episcopus *&c. Vbi autem miracula refert ad eius tumulum facta cap.* 72 *libri de Gloriâ confessorum, ita loquitur:* Seruatius verò Traiectensis Episcopus, tempore Chunorum, cùm ad irrumpendas prorumperent Gallias, fuisse memoratur: qui & sepultus refertur iuxta ipsum pontem aggeris publici, circa cuius sepulchrum quamuis nix defluxisset, numquàm tamen marmor, quod super erat positum, humectabat. *Hæc ipsa forma est & ratio loquendi, quam & ab aliis obseruatam ostendimus, vbi, cùm de Episcopatibus ab vnâ in aliam vrbem traductis agunt, posterioris titulum Episcopis tribuunt. Hunc tantâ antiquitate, nobilitate generis, vitæ sanctimoniâ, rerum diuinarum ac humanarum scientiâ clarum Episcopum, errare hîc fatetur aduersarius; præclarâ nempe aduersùs tantæ auctoritatis scriptorem reuerentiâ. Quid ergo tandem de primis Francorum gestis certum erit, cùm pleraque ab eo solo ceteri scriptores acceperint? Sed ne longum hîc faciam, cùm in Diatribâ probatum sit de singulis, Traiectenses Episcopos verè habitos à coætaneis, aut ceteroquin perantiquis scriptoribus; duos hîc dumtaxat ex toto eorum Antistitum numero seligam, S. Amandum, cuius Sedis occasione hæc nata disputatio est, & S. Lambertum ortu etiam Traiectensem, Ecclesiæq; Leodiensis & diœcesis vniuersæ Patronum primarium. Ostendam autem vel eumdem erasissimis antiquis monumentis, ex placito aduersarij nihil sciri de iis posse; aut stabilitis iisdem monumentis, eos fuisse verè Episcopos Traiectenses, sedemq; seu Cathedram Episcopalem Traiecti fuisse.*

S. Seruatius Episcopus Traiectensis appellatus à S. Gregorio Turon.

E

45 *Baudemundus discipulus S. Amandi, atque ab eo Abbas Blandinienſis constitutus, de morte S. Ioannis Agni, suffectoq; ei S. Amando, ita scribit:* Treiectensium Episcopus migrauit ad Christum. Rex ad regendum Treiectensium Ecclesiam Amandum proposuit. *Auctor Aquitanus ex MS. Andreæ Chesnæi,* Contigit, *inquit,* vt Traiectensium Episcopus moreretur. Tunc vir Dei Amandus, à Rege coactus, & à Sacerdotibus iussus, & à populo electus, Traiectensium Ecclesiam regendam suscepit. *Milo Poëta lib.* 3 *sub hoc titulo,* Vbi Sanctus Ecclesiam Treiectensium ad regendum suscepit, *ita cecinit ante annum Chr.* 1 5 CCC XL.

S. Amandi Episcopi Ecclesia Traiectensis.

F

Angelus euexit celsi trans sidera cæli
Pontificem, cuius Sedem Treiectus habebat.
Quo Rex comperto, Sanctum accersiuit Amandū:
Plurima Pontificum conducens agmina secum,
Præsulis ad tanti solennia, iungit honores.
Interea Sanctus sacrâ sublimis in arce
Ducitur ac trahitur iam dictâ in Sede locatus.

Sedes Traiectensis.

Similia habent Harigerus Abbas Lobiensis, & Philippus ab Eleemosynâ Abbas Bonæ-Spei in Actis S. Amandi. Eumdem venerabilem virum Amandum, Treiectensium vrbis Episcopum, *appellant monachus S. Dionysij in Gestis Dagoberti Regis cap.* 24 *& Aimoinus lib.* 4 *Histor. Franc. cap.* 20. Eumdem Amandum Traiectensium Episcopum *dixerunt Huebaldus, monachus Elnonensis in Vitâ S. Aldegundis* XXX *Ianuarij cap.* 1 *Stephanus Abbas Leodiensis ad S. Iacobum in Vitâ S. Modoaldi Episcopi Treuirensis* XII *Maij, Rainerus in Vitâ S. Gisleni*

Episcopatus Traiectensis.

A *S. Giſleni Abbatis* IX *Octobris aliiq;. Vſuardi omnia exemplaria typis excuſa & manu exarata ad* VI *Februarij coniungunt* SS. Vedaſtum & Amandum, quorum prior Adartenſium, ſequens verò Traiectenſium rexit Eccleſiam.

approbante Eccleſiâ in Martyrologio Romano. *Verba Vſuardi hactenùs retinet in Martyrologio Eccleſia Romana, ſed* Atrebatenſium Epiſcopum *facit, qui Vſuardo* Adartenſium *eſt, mutatâ voce vnâ claritatis cauſſâ; eâ retentâ, qua priſca auctoritas Eccleſiaſtica ſtabilitur. Ipſa Martyrologij Romani verba hæc ſunt:* Eodem die ſanctorum Epiſcoporum Vedaſti & Amandi, quorum vita & mors plurimis miraculis extitit glorioſa, è quibus prior Atrebatenſium, alter verò Traiectenſium rexit Eccleſiam. *Eadem leguntur in Adonis MSS. exemplaribus monaſteriorum S. Laurentij Leodij & Lobienſis, & in antiquo Martyrologio monaſterij Elnonenſis, vbi ſepultus Amandus eſt.*

46 *Bartholomæus Fiſen lib.* 3 *Hiſtoriæ Leodienſis & in Floribus Eccleſiæ Leodienſis* VI *Februarij in Vitâ S. Amandi, ſtudioſè nomen vrbis Traiectenſis declinat; cuius nè in ſolo quidem titulo meminit, & vbique ſubſtituit Tungros, citatis etiam hiſce auctoribus, qui* Tungrorum *non meminerunt. Sed proferatur, qui integris quatuor ſeculis ab obitu S. Amandi eum aliter, quàm Traiectenſem Epiſcopum ſcripſerit. Ipſe Notgerus Epiſcopus Leodienſis, ordinatus anno* IↃCCCCLXXI, *vitâ functus* CIↃVII, *ita loquitur in Vitâ S. Remacli ſucceſſoris S. Amandi:* Inclytus Rex S. Amandum fecit in Traiectenſium Cathedrâ ſublimare; *ſiue vt Surius edidit:* in Traiectenſi Cathedrâ collocare. *& in Vitâ S. Landoaldi,*

ciuſdem Amandi Cathedra Traiectenſis,

B *Pontificiũ Traiectenſe.* Traiectenſium Cathedræ præſidere fecit. *Notgerianus ſcriptor eſt Harigerus, cuius in Vitâ S. Remacli, cap.* 49 *Geſtorum Epiſcoporum Tungrenſium & Traiectenſium verba ſunt:* Beato igitur Ioanne à corpore decedente, Beatus ei Amandus in Pontificio Traiectenſi ſucceſſerat. *En teſtimonia grauium, integrorum, & tantùm antiquorum auctorum, quorùm nullus (quod ſciatur) Traiecti vixit. Hi autem non ſolùm appellant* S. Amandum Epiſcopum Traiectenſem, *ob ſolam in eâ vrbe habitationem, ſed clarè pronuntiant eumdem* in Traiectenſi Cathedrâ ſublimatum *& collocatum fuiſſe, & in Sede dictâ locatum,* in Pontificio Traiectenſi ſucceſſiſſe, Cathedræ Traiectenſium præſediſſe, *&* Traiectum Sedem Pontificis habuiſſe. *Denique* S. Amandum Traiectenſium rexiſſe Eccleſiam *poſt Baudemundum, Milonem, Vſuardum, alioſq; confirmat Eccleſia Romana, quam propugno: a cuius ſenſu quâ cauſſâ alij diſcedant, ipſi viderint.*

Eadem confirmant ſcriptores Vitæ S. Lamberti Ep. Traiectenſis, Godeſchalcus Diaconus Leodienſis,

47 *Venio ad S. Lambertum Epiſcopum Traiectenſium, at Leodienſis vrbis prouinciæq; tutelarem Diuum. Vitam eius primus ſcripſit Godeſchalcus Eccleſiæ Leodienſis Diaconus, iuſſu Agilfridi Epiſcopi anno* IↃCCLXI *ordinati. aſſeritq; deceſſorem eius* ſummum Pontificem Theodardum oppidi Traiectenſis Cathedræ Pontificali præſediſſe. *Quo* interfecto, S. Lambertus per totius plebis in Spiritu ſancto vnum conſilium, & ſimul Regis imperium, fauente Domino, ſubrogatus eſt, vt præeſſet Eccleſiæ Traiectenſi. *At* S. Lamberto de Sede Pontificali *depoſito,*

C Pharamundum in Cathedrâ illius conſtituerunt, *qui* poſt ſeptem annos de Sede Pontificali & Prouinciâ Traiectenſi depoſitus atque repulſus eſt, *&* S Lambertus cum magno honore ad propriam Sedem reuocatus, *&* ad Vrbem propriam regreſſus. *Cuius* corpus *à morte* defertur Traiectum, quæ vrbs Epiſcopalis Sedis apud ſe cum repoſcebat ex debito humandum; *quem* populus Traiectenſis vt Paſtorem bonum lamentis proſequebatur. *Hæc Godeſchalcus, qui eodem, quo ſanctus Martyr Lambertus occubuit, vixit ſeculo, fortè etiam ante eædem illius natus. Si quæ tamen Godeſchalco, quia Diaconus ſolùm Leodienſis nominatur, deſit auctoritas, eam firmabit ſuſtentabitq;* Stephanus affinis conſanguinitati Caroli Simplicis Regis Francorum (*vt in huius diplomate lib.* 3 *Diatribæ cap.* 8 *oſtenditur*) Epiſcopus Leodienſis, *circa annum* IↃCCCCIII *ordinatus, vitâ functus anno* IↃCCCCXX, *& ipſe ſcriptor Vitæ S. Lamberti. ex quâ hæc ſummatim excerpo:* S. Lambertum plebs Traiectenſium pariter congregata, Spiritus ſancti præeunte clementiâ, Epiſcopum fieri elegit, & in loco Magiſtri *S. Theodardi* ſuccedere acclamauit: Lambertus noſter Epiſcopus fiat, Lamberte noſter Epiſcopus eris. Ita Epiſcoporum benedictione conſecratus, in Traiectenſis Eccleſiæ faſcibus Pontifex inſtitutus eſt, in Solio Pontificali ſublimatus, & Eccleſiæ Traiectenſis Paſtor ſupereminens habetur. *Verùm* S. Lamberto de Pontificali Cathedrâ eiecto, ſuggeſtum Traiectenſis Eccleſiæ latro Pharamundus inuaſit. *Poſt* infelix inuaſor Eccleſiæ Traiectenſis expulſus eſt à Pontificali Cathedrâ, & ab eadem eiectus Prouinciâ. Hinc beatiſſimus Confeſſor Lambertus ad propriam Sedem eſt reuerſus, Gregem ſuum recepit, & in Cathedrâ Traiectenſium decenter relocatur. *Hæc Stephanus Epiſcopus Leodienſis.*

AVCTORE G.H. D

Renerus monachus Leodienſis,

48 *Tertiam Vitam S. Lamberti ſcripſit Renerus ad S. Laurentium monachus: ex illâ hæc ſeligo:* S. Amandus Traiectenſium Epiſcopus, S. Remaclus Cathedram Traiectenſium Eccleſiæ ſuſcepit. S. Theodardus Traiectenſium Epiſcopus ſubſtitutus. S. Lambertus Traiectenſium Eccleſiæ ſubſtitui debet Epiſcopus, Epiſcopatu Traiectenſium *ceteris* dignior. Pharamundus ad Epiſcopatum Traiectenſem contra ius & fas promouetur: tandem non tantùm ab Eccleſiâ Traiectenſi, ſed etiam à totâ Prouinciâ expellitur. Lambertus pius Pater Traiectenſium, Paſtor quibus reſtituitur, & in Cathedrâ Traiectenſium decenter relocatur. *Anſelmus Canonicus Leodienſis poſt Harigerium ſuam à S. Theodardo hiſtoriam exorditur, & hæc tradit:* B. Theodardus in Sede Traiectenſi ſuccedit: huic Lambertus Patronus noſter ex nobiliſſimâ Traiectenſium ſtirpe, *quo* à Sede Cathedrali expulſo, deuotio filiorum Eccleſiæ Traiectenſium, Paſtoris damnum reminiſcitur Lambertum ad Sedem Epiſcopij reducunt, rurſus in Cathedrâ Pontificali ſublimant. *Denique* S. Lamberto ſucceſſit Hubertus. Hic cum oſſibus B. Lamberti Leodium tranſtulit Sedem Epiſcopij, quæ eatenus habebatur Traiecti. *Hæc ille. Similia tradit in additionibus ad Anſelmum Ægidius à Leodio monachus Aureæ-Vallis:* B. Theodardus, *inquit,* in Sede Traiectenſi ſucceſſit: huic venerabilis Patronus Lambertus, *quem* filij Eccleſiæ Traiectenſis ad Epiſcopij Sedem reducunt. Venerandus Præſul Hubertus à Clero & populo Traiectenſi honorificè ſuſcipitur, & in Cathedrâ Pontificali inthronizatur. Ipſe eſt, qui ab oppido Traiectenſi tranſuexit Leodium Sedem Epiſcopij. *Hæc ibi, quæ lib.* 3 *Diatribæ cap.* 7 *prolixius enarrantur. En clariſſima teſtimonia non Traiectenſium, ſed quinque Leodienſium, virorum antiquorum, grauium, incorruptorum. Contra quos tamen exceptionem dari ſibi poſtulat auctor Vindiciarum: ſi aliter* Epiſcopos hoſce Traiectenſes appellent, quàm vt eo nomine habitatio, non Sedes caputque gentis ac diœceſis intelligatur. *Quid ergo ſignificant ab iis, qui res geſtas Epiſcoporum ex profeſſo tractarunt, toties repetitæ eæ voces,* Traiectum Vrbs Epiſcopalis Sedis, Vrbs propria, Sedes propria Epiſcoporum, Traiecti Cathedra Epiſcopalis, Cathedra Pontificalis, Sedes Cathedralis, Sedes Pontificalis, Sedes Epiſcopij, Solium Pontificale, Epiſcopatus Traiectenſis, Prouincia Traiectenſis, Epiſcopi Traiectenſium, Epiſcopi Eccleſiæ Traiectenſium, Pontifices Eccleſiæ Traiectenſis, Paſtores & Patres Traiectenſium, ab Traiectenſibus Epiſcopi electi? *Producantur, qui hiſce contraria tradant, aut hæc negent, aut certè nomine* habitationis, hoſpitij *aut* domicilij *vſi ſint.*

Anſelmus Canonicus Leodienſis, E.

Ægidius à Leodio:

horum ſententia clariſſimè repetitur. F

49 *Opponit Vindex* § 2: Contrariam opinionem tuentur apud nos, *id eſt, Leodienſes,* quicumque antiquitatem & verum amant. Pro eâ ſcripſit Chappauillæus, *nuper Canonicus & Vicarius Leodienſis,* cumque ſecuti varij. *Hæc ibi. Veneratur antiquitatem Chappauillæus, eamq; ſinceram atque intactam tradit. Vtinam alij eum ſecuti eſſent! Inſpiciatur pagina* VII *Florum Eccleſiæ Leodienſis, vbi Vitæ S. Lamberti ſcriptores Leodienſes referuntur à nobis laudati, Godeſchalcus, Stephanus, Renerus, Anſelmus, Ægidius, quorum verba ex Chapauillæo protuli: at longè diuerſa ſubſtituit Flo-*

An Chappauillæus nuper Vicarius Leodienſis negarit, & primus quidem, Sedē Traiectenſem

rilegus

AVCTORES G. H.

rilegus ille. Chapauillanus repertum in MSS. codicibus hunc titulum edidit: Gesta Pontificum Tungrensium, Traiectensium, & Leodiensium: *Qui eum secuti sunt, expunxerunt nomen* Traiectensium.

50 *Alios illius opinionis auctores protuli lib.* 3 *Diatribæ cap.* 2, *qui noluerunt cum antiquis suis Episcopis, aliisq; religiosissimis atque integerrimis viris Leodiensibus, eum honorem, quem à nongentis annis tribuerunt antiqua monumenta, S. Lamberto concedere. Sed quid opponent Martyrologio Romano? In eo illustre hoc elogium, quo antiquũ à nobis indicati approbantur auctores, refertur* XVII *Septembris:* Apud Leodium B. Lamberti Episcopi Traiectensis, qui cùm regiam domum zelo religionis increpasset, à nocentibus innocens occisus, aulam regni cælestis perpetuò victurus intrauit. *Hactenùs* lux meridiana, adeò larga ac pura splendet, *vt* quicunque antiquitatem & verum amant *etiam* apud Leodienses, *hanc* non opinionem, *sed* claram veritatis demonstrationem *non possint non amplecti; nisi malint fateri,* de S. Lamberto nihil sciri, *erasis, vt dixi, euulsisq; antiquis monumentis.*

S. Lambertus Episc. Traiectensis dicitur in Martyrologio Romano.

51 *At* nostra, *inquit aduersarius* § 8, pro veritate tuendâ vnica peremptoriaque ratio est, in Conciliis, & à Summis Pontificibus Episcopos nostros Tongrenses vocatos esse. *Agimus hîc de* XXI *sanctis Episcopis Traiectensibus, quorum primus S. Seruatius est, vltimus S. Hubertus: de quorum Sede nullus Pontifex, qui secus ac nos statuerit quidquam, adfertur. De nomine Tungrorum post translatam Traiecto Leodium Episcopalem Cathedram vsurpato egimus lib.* 3 *Diatribæ cap.* 8. *ostendimusq; Stephanum exactissimum scriptorem, à quo* SS. Theodardus *&* Lambertus *appellantur* Episcopi Traiectenses, *&* Sedes, Cathedra, Solium Episcopale *attribuitur* vrbi Traiecto, *semet in Epistolâ dedicatoriâ scribere* humilem Tungrorum Episcopum, *resumpto nomine* Tungrorum *pro* Leodiensi, *non verò* Traiectensi. *Sint ergo Episcopi Leodienses à Summis Pontificibus ad annum vsque* IↃCCCCXXI *appellati Episcopi Tungrenses, vti etiam Stephanus se Episcopum Tungrensem scribit: nihil inde conficitur contra* XXI *Episcopos Traiectenses, quos Ecclesia in SS. Amando & Lamberto agnoscit,* Episcopos Traiectenses *extitisse, &* Traiectensium rexisse Ecclesiam.

Episcopi Leodienses à Pontificibus dicti Tungrenses, non Traiectenses.

52 *At* § IX *hic titulus præfigitur:* In Conciliis, quæ peremptoria est auctoritas, vocati Tongrenses. *Proferantur Conciliorum decreta, canones, aliaque statuta, & liti finis imponetur.* De D. Seruatio, *inquit,* quin Tongrensem se ipse vocarit, ambigi non potest ex Sardicensi, Ariminensique Conciliis & Agrippinensi Synodo, in quibus solis nomen eius legitur. *At quâ fide isthæc ita inculcantur? Fuerunt ea Concilia habita* XX *aut* XXX *annis, antequàm in Imperium Romanum irrumperent Chuni, ob quorum ferociam cælesti monitu S. Seruatius Sedem Episcopalem Tungris Traiectum transtulit: qui ergo potuisset in iis conciliis se Traiectensem scribere? Pergit Vindex:* A D. Seruatio ad Diuum vsque Domitianum in Synodis nomina Episcoporum nostrorum non leguntur, adeoque inde nil possumus statuere. Nisi forsan, *additur,* Epistolam Diui Remigij producamus in tomum primum Conciliorum Galliæ relatam ad annum IↃXXIV, & inscriptam ad Falconem Tongrensem Episcopum. *Sed eius Epistolæ titulus est:* Domino verè sancto & in Christo beatissimo fratri Falconi Episcopo Remigius Episcopus, *non addito Episcopatus nomine, adeoq; inde in alterutram partem nihil confici potest.* Malè ergo aduersarius pro titulo Epistolæ producit inscriptionem argumenti per librarium præfixi, *vti hisce verbis sibi applicandis vtitur aduersarius* § 10. *Sed inscriptiones illas non moramur.*

In Conciliis nihil scitur de Sede Traiectensi decretum.

Sequus S. Remigium appellauit Falconem Episc. Tungrensem.

53 De Diuo, *inquit,* Domitiano res aperta est. In Aruernensi enim Synodo ad annum IↃXXXV ex vulgatâ Chronologiâ est hæc subscriptio: Domitianus in Christi nomine Episcopus Ecclesiæ Tungrorum, quod est Traiectum, subscripsi. Vbi discrtè vocat se Episcopum Ecclesiæ Tongrorum, non autem Ecclesiæ Traiectensis, licet Traiecti nomen addatur ad exprimendum habitationis locum, *Hæc ibi, sed procùl hinc, cum suo habitationis loco, nuper excogitato, & antiquis prorsus incognito. Traditur* Episcopi Domitiani *in Concilio subscriptio, additurq; hæc antiqua interpretatio à Sixto* V *Pontifice Maximo in suâ Conciliorum editione approbata: scilicet ideò Traiecti nomen addi, quia* à Tungris Sedes Episcopalis in Traiectum translata est, atque inde *postea* ad vrbem Leodiensem. *Et ita intellexerunt proximè secuti auctores, Baudemundus, Godeschalcus, Milo, Vsuardus, Hucbaldus, Stephanus, Notgerus, aliiq;, quorum auctoritatem cum Sixto Pontifice Maximo tuetur Ecclesia in Martyrologio, dum agnoscit eos* Traiectenses Episcopos *&* Traiectensium rexisse Ecclesiam; *non verò* Tungrensium, *nisi addatur* quod est Traiectum. *Quæ verba in Aurelianensi Concilio subintelligenda sunt, licet disertè non exprimantur. Idem proinde dixi & dico de Concilio* V *Aurelianensi iudicium esse debere. Occlamatur hoc à me fieri non bonâ fide. Quoties ea verba contorquere in aduersarios potui in meâ Diatribâ! at modestiæ causâ tacui. Certè plenam solutionem dedi, imò vltrà quàm ipse requirere aduersarius posset, qui cum quadam contumeliâ,* superuacuam Diatribam, *&* superuacuas quæstiones *nuncupat. Dico ergo iterum, S. Domitianum Episcopum Traiectensem interfuisse Conciliis Aruernensi & Aurelianensi cum Episcopis quàm plurimis Aquitanis procùl à Germaniâ* II *degentibus, qui tum lege Romanâ Theodosij vtebantur, ac Romani appellabantur, quibus vt clariorem Sedis suæ cognitionem daret Domitianus, subscripsit secundùm Notitiam antiquam Prouinciarum ac Ciuitatum Galliæ, illis maximè notam, cui tamen Sedis Traiectensis, quam tunc tenebat, & sub quâ Tungri nuper euersi erant, nomen adiunxit. Est ergo* Traiectum, *non* Aduatuca, *caput* Ecclesiæ Tungrensis *in istis Conciliis nominatum. Verùm opponitur* dici posse, voces istas, Quod est Traiectum, assumentum esse alicuius interpolatoris. *Hoc vltimum aduersarij effugium est, scilicet hactenùs bene insita atque ædificata euellere ac destruere. Quidni potiùs dicat librarios,* has voces, Quod est Traiectum (*cùm viderent similes aliis Episcopis in Aurelianensi non appositas, neque enim necesse erat*) *tanquàm superfluas expunxisse? Id enim facilius à stupidioribus fieri potuit, quàm ita aptè apponi. Et hoc siluit, quâ fide? Fateatur ergo* rem de Diuo Domitiano apertam non esse, *imò sententiæ suæ eam aduersari.*

& antiquâ interpretatione.

Traiectum caput Ecclesiæ, olim Tungrensis.

§ VIII *Diœcesis Traiectensis latè diffusa: monasteria in eâ extructa, aliaque à S. Amando præclarè gesta.*

54 *Diatribam de Episcopatu Traiectensi à nobis excusam in tres distinximus libros: horum primus ipsum veluti Episcopatus corpus ostendit, populos videlicet ad eum pertinentes, eiq; subiectos. Exordimur ab ipsâ Sedis Traiectensis distinctione, quia aliqui hanc & Vltraiectinam ad Rheni antiquum alueum pro vnâ eademq; habuerunt. Capite* II *indicantur antiqui Eburones, Sunici, Condrusi, Pæmani, Segni, Cæresi populi diœcesis Traiectensis, finitimi Colonienses, Treuirenses, & Remenses Episcopatibus, vti capite* III *Aduatici, Tungri, Bethasij, Taxandri, finitimi antiquæ diœcesi Cameracensi. De quibus breuitatis studio nihil hîc repeto, contentus indicasse curioso lectori, & Belgicæ antiquitatis studioso, istic ea à me examinata esse, & Philippum Cluuerium atque alios cui nostri Geographos emendatos.*

Diœcesis Traiectensis, latè diffusa.

55 *Capite* IV *protuli Masacos, Masegauos vel Maselandos, ad fluuium Mosam, quam accolæ* Masam *dicunt, & borum primariam fuisse Traiectum probaui: ex quâ vrbe Masacorum, siue in districtu Mosegauiæ, primariâ, extra ditionem Tungrorum, cùm Sedes Episcopalis à S. Huberto Leodium transferretur, resumptum est nomen Tungrorum, trecentis & amplius annis ab Episcopis Traiectensibus non vsurpatum. Erat namque, teste Godeschalco Leodiensi, auctore coætaneo,* Leodium villa non magni nominis: *hinc ab illâ nomen Episcopatui imponere minùs honorificum videbatur. Placuit ergo à ditione Tungrorum, in quâ Leodium, eiusdemq; tractus vicinâ vrbe, in quâ olim Sedes Episcopalis fuerat, nomen Episcopale*

Traiectum Masacorũ, seu Maselandia, vrbs primaria.

A *pale repetere, potißimùm quia, ſi verum Florilegus Leodienſis narrat*, Leodium prædium erat Eccleſiæ Tungrenſis. *Ne ergo ſucceſſoribus reditus ad priorem Sedem Traiectenſem foret ita facilis, relicta eſt illius Sedis appellatio; quòd vrbs ea extra Tungros eſſet in ditione Maſacorum, ſeu Maſegauiâ aut Maſelandiâ. Rancida hæc aliis viſa nomina, quæ Regia ſunt & Imperatoria.* Traiectum in comitatu *ſeu* pago Maſclandiæ *fuiſſe confirmant in ſuis diplomatis Arnulphus Rex, poſteà Imperator, Zuendeboldus Rex illius filius, Carolus Simplex Rex Francorum. Ea diplomata exhibent Miræus in Notitiâ Eccleſiarum Belgij cap. 44, 46 & 49. Chriſtophorus Brouwerus lib. 9 Annalium Treuirenſium, vti ſuſiùs diximus citato cap. 4 Diatribæ noſtræ. In diuiſione regni Lotharij inter Ludouicum Regem Germaniæ & Carolum Caluum Regem Francorum, omnis ea Maſacorum ditio diſtincta eſt in duos Comitatus*, ſuperiorem & ſubteriorem Maſau, *ſeu* Maſegau.

agnita in diplomatis Regum & Imperatorum:

pagus Moſanus apud Eginhartum,

& tempore Epiſcoporum Traiectenſium

56 *Eginhartus Caroli Magni Imperatoris Cancellarius, vir ſcientiâ, doctrinâ virtuteq; eximius, lib. 4 Hiſtoriæ tranſlationis SS. Marcellini & Petri cap. 8 apud Surium 2 Iunij*, Gangluden, *vulgò* Gangelt, *oppidum prouinciæ Iuliacenſis, aliquot à Moſâ leucis diſtans*, fundum regium in pago Moſano *eſſe tradit. Quo tempore floruerunt SS. Lambertus & Hubertus Epiſcopi Traiectenſes, præerat Auſtraſiis Pipinus Herſtallius, pater Caroli Martelli, de quo Brouwerus lib. 7 Annalium Treuirenſium pag. 435 hæc habet:* Diploma vetus inſpeximus, quo ipſe, *Pipinus* in villâ Bagoloſo, regnante iam tum Dagoberto, iacens ex morbo S. Willibrordum prædio Suueſtrâ donat, quod prædium ipſe ad

pagus Moſariorum in diplomate Pipini Herſtallij:

B rium cognominem in pago Moſariorum ſitum eſſe confirmat, atque vt in nepotum Grimoaldi & Drogonis filiorum ſit tutela, cauet. Denique cùm propter morbi magnitudinem ſubnotare non potuiſſet ipſe, Pliectrudi coniugi dat negotium, vt ipſa donationem ſubſcribendo corroboret. *Quæ Theofridus in Vitâ S. Willibrordi ita confirmat:* Idem munificus Princeps ſub chirographi conſcriptione anno IV Regis Dagoberti VI Nonas Martij tradidit illi *Willibrordo* villam in pago Moſariorum ſitam, & à præterfluentis fluuij nomine Sueſtram nuncupatam, & egregiæ Blittrudis ſagaci induſtriâ, ab ingenuis viris pecuniæ impendiis comparatam. *Eſt Sueſtra, ſiue Suſtera, illuſtre nobilium virginum monaſterium cum oppido adiuncto, circiter ter mille paſſus à Moſa remotum, è regione ferè Majaci, ſeu Maſecæ oppidi, Traiectum inter & Ruremundam. Nec procùl ab Suſtera diſtat relatum antè* Gangluden. *Demum oſtendi lib. 1 Diatribæ cap. 5 Tacitum lib. 4 Hiſtoriarum eoſdem Maſcos appellare, & Sunicis, Tungris, Bethaſiis & Caninefatibus ſimillimis populis coniungere: quæ hîc nil opus eſt repetere. Caput ergo gentis Maſacorum, Moſariorum, Moſanorum, ſeu Maſclandorum, fuit Traiectum, quam totius prouinciæ vrbem maximam dixit Ægidius à Leodio; vbi & Reges ſolitos fuiſſe commorari colligimus ex diplomate Childerici Regis, quo donationes monaſteriis Stabulenſi & Malmundarienſi confirmat.* Datum, *id eſt*, quando fecit menſis September dies VI, anno VIII regni Domni Childerici Regis, Traiecto feliciter. *Annus is erat Chriſti* IↃCLXXII, *quo S. Theodardus Eccleſiæ Traiectenſis Epiſcopus loca monaſteriis donata cum Hodone Domeſtico & foreſtario regio iuſſus eſt determinare: non ergo anno* IↃCLV *occiſus, vt tradunt Bucherius, Miſen, atque alij, quorum opinionem auctor Vindiciarum Eccleſiæ Tungrenſis* vulgatam Chronologiam, *vocat, ac* Belgis Galliſque ſequendam ſtatuit. *Sed quomodò hi manifeſtè in tempore Sedis horum Epiſcoporum errant, ita idem inferre cogitur eos in vrbe Sedi aſtronandâ errare potuiſſe. De Chronologia infrà agemus.*

Maſacipopuli apud Tacitum.

C 57 *Quantùm S. Amandus in hac diœceſi Traiectenſi excolendâ laborârit, hîc paucis inquirimus. Inter familias illuſtriores, quas arctiori vinculo ad virtutem excitatas Chriſto coniunxit, prima cenſeri poteſt S. Bauonis, diuiſimi apud Hasbanos Principis, cuius mater & filia, quibus idem dicitur nomen Adeltrudis fuiſſe, & ſoror Adilia habitæ ſunt conſpiciendâ ſanctitate fœminæ. Altera fuit & ipſa nobiliſſima familia B. Pipini Ducis, qui apud Auſtraſios Maior-Domus palatio Dagoberti I eiuſq; filij S. Sigeberti præfuit. Huius vxor S. Itta, ſiue Iduberga, filiæq; SS. Gertrudis & Begga Eccleſiaſtico cultu honorantur. Hic* Pipinus ſacrum corpus S. Hermelindis Virginis leuauit è tumulo, & ſacrarum Virginum monaſterium Meldariæ *in præfecturâ Cumptichenſi prope Thenas oppidum* inſtituit, prædiis multis locum ditans. Quibus Virginibus vt diuinum ſacrificium Presbyteri, ex monaſterio S. Bauonis, quod in vicino monte, Teutonicè Calfmont, ſitum erat, adiuncti ſunt. Sed neutrum monaſterium nunc ſubſiſtit. *vt allatis verbis ſcribit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij* XXIX *Octobris. Quin ea iſtic conſilio impulſuq; S. Amandi à SS. Bauone & Pipino erecta ſint monaſteria, vix fas ambigere eſt.*

S. Amandus ad pietatem inſtituit familias SS. Bauonis & Pipini,

Auctore R. G. H.

D *fundatorum monaſteriorũ Meldariæ & Caluimontis:*

58 S. Gertrudis, *vt in eius Vitâ legitur* XVII *Martij, patre* Pipino humanis exempto, inhærens matris in viduitate permanentis veſtigio, cùm quotidie multimodis ſanctitatum incrementis famula Dei proficeret, venerabiliſque mater eius maximas curas animo reuolueret, quatenùs cogitata ad effectum perduceret, contigit venerabilem Epiſcopum Amandum ad eius domum aduentare, qui tunc in Dei rebus Magnus habebatur. Tunc venerabilis Itta depopoſcit, vt ab eo ſibi ſacrum velamen imponeretur, & ex ſuâ domo monaſterium conſecraret. Quod & factum eſt. Nam non ſolùm ſe, ſed & omnia, quæ habere potuit, libentiſſimè Domino deuouit. *Illa fuêre celeberrimi monaſterij Niuellenſis exordia, cui poſt S. Iduberga matris obitum filia* Gertrudis, *ab illâ olim attonſa, præfuit Abbatiſſa*, totumque regimihis pondus in ſe ſolam recepit. *Eadem beatiſſima Gertrudis magnâ cum veneratione peregrinos ſuſcepit SS. Foillanum Epiſcopum & Vltanum fratres S. Furſei, eiſq; in villâ hæreditatis ſuæ monaſterium Foſſenſe ſupra Namurcum, inter amnes Sabim & Moſam, extruxit. Coluntur S. Foillanus Martyr* XXXI *Octobris*, 1 *Maij S. Vltanus. Hanc Foſſenſem Abbatiam pago & Comitatui Lummenſi attribuit, & Stephano Epiſcopo Leodienſi confirmat anno* IↃCCCCVII *Ludouicus Rex, Arnulphi Imperatoris filius.*

monaſterium Niuellenſe conſecrat,

eius Abbatiſſa SS. Iduberga & Gertrudis,

E 59 *Otto primus Imperator diplomate anno* IↃCCCCLXVI *dato, in Notitiâ Eccleſiarum Belgij à Miræo cap. 62 relato, confirmat* Niuellenſibus hæreditatem S. Gertrudis, ſitam in pago Teſſandriâ, ſuper fluuio Struonâ, in villâ quæ dicitur Bergom. *Hilſundis Comitiſſa Strienſis, vxor Anſfridi Comitis, ſed ab eius thoro ſeparata, illoq; Epiſcopo Vltraiectino ordinato, fundatura monaſterium Thorenſe, nobilium Virginum, prope memoratum antè oppidum Maſecam, in quo ipſa filiaq; eius Benelicta monaſticam amplexæ ſunt vitam, pro dote inter alia* donauit eccleſiam de Stryen, quæ eſt conſecrata in honore Mariæ Virginis, Montem-littoris, vbi beatiſſima Gertrudis corporaliter conuerſata eſt, & cellam habet à S. Amando conſecratam. *vti in diplomate anno* IↃCCCCXCII *ſignato refertur apud eumdem Miræum cap. 73. Dictum* Bergom, *ſeu* Mons-littoris, *nunc* Berga *ſeu* Mons-S. Gertrudis *dicitur, eſtq; oppidum prouinciæ Hollandicæ, quamuis in vlteriori Brabantiæ ripâ non procul Bredâ ſitum, olim Traiectenſis, ac poſteà Leodienſis, nunc Siluæducenſis diœceſis. Eſt ibidem vltra fretum Bisboſſium inſula, cuius regiunculæ caput eſt antè indicatum* Stryen.

eiusdem S. Gertrudis Oratoriũ conſecrat S. Amandus in oppido Gertrudis-Bergâ,

F 60 *Altera Pipini & Idubergæ filia fuit S. Begga, primò nupta Anſegiſo Duci, filio S. Arnulphi Epiſcopi Metenſis (ex quorum ſtirpe prognati Pipinus Herſtallius, Carolus Martellus, Pipinus Breuis Francorum Rex, Carolus Magnus Imperator) tum mortuo marito vidua, acceptis è Niuellenſi S. Gertrudis ſororis monaſterio ſacris Virginibus, nouum monaſterium ad Moſam infra Namurcum, Adanæ, ſiue Andennæ, condidit, quòd* Ad-ſeptem-eccleſias (*tot enim ab eâ iſtic extructæ hodieq; viſuntur*) *ſolet appellari. Quæ omnia vti ſanctorum parentum ſororiſq; Gertrudis glorioſam famam honoremq; amplificant, ita non minima pars laudis debetur S. Amando ſanctiſſimæ huius familiæ in rebus diuinis Doctori ac Magiſtro.*

S Gertrudis ſoror S. Begga monaſterij Andanenſi fundatrix.

61 *Eidem familiæ* ſanguine copulata S. Gudila Virgo, *vt in huius Vitâ dicitur* VIII *Ian. cap.* 1. ex ipſo fonte à Gertrude ſanctâ eius nepte ſuſcepta, ad eius pedes adulta, ſaleque diuinæ legis litterarum imbuta eſt. *Imò* & S. Pharaildis, *cuius Vitam dedimus* IV *Ianuarij*, à B. Ger-

Harum conſanguinea SS. Gudila,

Pharaildis,

trude

AVCTORE G.H.

trude cognatâ ſuâ de ſacro fonte leuata, litteriſque inſtructa pietatem à teneris annis egregiè coluit. *Habetur ea S. Gudilæ ſoror à Molano aliiſque. Fuit certè Gudilæ ſoror*

A *Raineldu, Amelberga.* *Raineldis Virgo & Martyr, quæ* XVI *Iulij colitur. Earum mater S. Amelberga à dicto Pipino nuptui tradita Witgero Comiti, ſed aliquot procreatis liberis, maritus Lobienſibus monachis adiunctus, ipſa velamine ſacro ornata, totam ſe Deo dedicauit Malbodij apud S. Aldegundem, quam ſuprà diximus à S. Amando in ſponſam Chriſti ſacratam. De S. Alenâ in Comitatu Bruxellenſi, diſcipulâ S. Amandi habitâ, iam antè egimus.*

Ad Sabim Monaſterium à S. Amando conditum. 62 *Ad Sabim fluuium, ſecundo ab vrbe Namurcenſi lapide, monaſterium idem Amandus extruxit, atque ad honorem S. Petri Apoſtoli Deo conſecrauit, vbi antiquitus fuiſſe congregationem ſub regulâ monaſticâ viuentium nomen loci* Mouſtier, *ſeu* Monſtier, *indicat.* Adſeruantur *iſtic* in eccleſiâ collegiatâ Monaſterienſi Reliquiæ S. Fredegandi, *illuc* tempore Normannorum tranſlatæ *è monaſterio Quercolodorâ prope Antuerpiam, cui illum præfuiſſe Abbatem ſuprà diximus. De hac Tranſlatione agitur in Officiis propriis* XVII *Iulij, ad quem diem,* monaſterij illius conditorem fuiſſe S. Amandum, *teſtantur Molanus in Natal. SS. Belg. Miræus in Faſtis Belg. & Piſen in Floribus Eccl. Leod. qui eadem repetit cap.* 3 *Vitæ S. Amandi. Eſt nunc monaſterium nobilium Virginum Canonicarum* XVII, *& collegium* X *Canonicorum.*

Templa S. Amandi Gela, 63 *Ex antiquioribus Brabantiæ Baroniis eſt Gela apud antiquos Taxandros oppidum cum territorio ſatis amplo, vbi altera parochialis eccleſia ſanè elegans S. Amando dicata eſt, altera S. Dympnæ Virgini & Martyri, quæ* XV *Maij colitur. Aliud*

Traiecti, B *S. Amandi antiquum ſacellum Traiecti fuit, nunc intra ſepta collegij Societatis Ieſu. Plurimi ipſum S. Amandum huius oratorij auctorem faciunt. In agro Iuliacenſi prope Marcodurum*

Girbertzroda. *Patronus eſt S. Amandus eccleſiæ ſiue ſacelli Girbertzrodenſis, vt conſtat ex antiquo loci huius Miſſali anno* CIↃCCCCLXXXVIII *renouato.*

§ IX *Sclauis ab S. Amando in Carinthiâ prædicatum Euangelium. Apud VVormatienſes, & Argentoratenſes antiqui Epiſcopi: aliqui* AMANDI *appellati, & Sancti.*

S. Amandus Sclauis in Carinthiâ prædicat. 64 *Sclaui anno* XIII *belli Gothici, Chriſti* IↃXLVII; *& ſequentibus, tranſito Danubio inter alias prouincias Carinthiam obtinuerunt, diu ſine Rege: gratiâ dein ab Hunnis ſeruitute oppreſſi, Regem elegerunt Samonem, natione Francum, cuius induſtriâ libertatem recuperarunt. Fuit hic Samo*

C *ex pago Senonago in antiquo Bracbantô ad Sennam fluuium, (vt ſuprà coniectauimus) oriundus, in Regem electus anno Chlotharij* II *Regis Francorum* XL, *Chriſti* IↃCXXIII, *regnauit annis* XXXV, *vt ex Procopio, Fredegario aliiſq; diximus ad Vitam B. Domitiani Ducis Carinthiæ* V *Februarij* § 4. *Acceptâ horum Sclauorum, eorumq; Regis Samonis, notitiâ, S. Amandus, inſtructus etiam fortaſſe litteris conſanguineorum Regis; in eodem pago Senonago religione Chriſtianâ iam antè inſtitutorum, vltra Rhenum, Danubiumq; profectus eſt, æſtuans deſiderio aut hanc gentem, eiuſq; Regem, ad fidem Chriſti adducendi, aut martyrij palmam conſequendi. Quid præſtitum ſit ab eodem Sancto in reliquâ Germaniâ, prorſus ſilent antiqui. Recentiores Epiſcopatus Wormatienſem & Argentoratenſem ab eo adminiſtratos tradunt: ſed veremur, ne ſimilitudines nominis decepti ei attribuerint, quæ ab aliis ſanctis Epiſcopis, etiam Amandis appellatis, præclarè ſuêre geſta.*

VVormatiæ olim inter primos Epiſcopos Amandus. 65 *Wormatiæ Vangionum vrbe Sedem olim Epiſcopalem fuiſſe manifeſtum eſt ex Synodo Agrippinenſi* ſub Conſtante *Conſtantini Magni filio,* poſt Conſulatum Amantij & Albini, IV Idus Martias, *anno Chriſti* CCCXLVI, *habitâ. Interfuit huic Synodo* Victor *Vangionum Epiſcopus, qui, cùm alij, ſi qui fortè ante eum fuerint, ignorentur, paſſim in Catalogis primus Wormatienſis Epiſcopus ſcribitur.* II Amandus, *qui* cum innumerâ ciuium multitudine ad portam S. Scruatio, *Epiſcopo Tungrenſi,* obuiam ruit Wormatiam intranti; *vti in huius Vitâ* XIII *Maij tradit Iocundus Presbyter. Ægidius in additionibus ad Harigerum de Epiſcopis Tungrenſibus & Traiectenſibus cap.* 26 *ſcribit* S. Seruatium Wormatiæ appropinquantem, magnificè à B. Amando vrbis Præſule ſuſceptum eſſe. *Quæ totidem ferè verbis in aliis Actis MSS. S. Seruatij referuntur. Mortuus eſt S. Seruatius Traiecti, quò Sedem Epiſcopalem Tungris tranſtulerat, anno* CCCLXXXIV *cùm aliquot annis antè elapſis limina Apoſtolorum inuiſiſſet, eâque occaſione Wormatiam veniſſet.* III *Vangionum Epiſcopus habetur* Carolus. IV Crotoldus. VIII S. Rudpertus, *ſiue* Rupertus, *quem Acta eius antiqua* XXVII *Martij tradunt* anno II Childeberti Regis Auſtraſiorum, *Chriſti* IↃLXXVII, in Wormatiâ fuiſſe Epiſcopum, ſed magnâ iectum iniuriâ, primum Salisburgenſem Epiſcopum factum. *Aliorum quatuor ſequentium Antiſtitum, qui eam Eccleſiam rexerunt, nomina intercidiſſe in tantâ Chunorum, Gothorum, Wandalorum, Alamannorum, aliorumq; Chriſtianæ religionis hoſtium perſecutione tradunt Bruſchius, Demochares, Cratepolius, Claudius Robertus, aliiq; Catalogorum Epiſcopalium ſcriptores.*

D *S. Seruatium hoſpitio excipit:* 66 X *Epiſcopus habetur* S. Amandus *eius nominis ſecundus, qui, teſte Bruſchio,* tantâ religione ac tantis miraculis etiam claruit, quibus doctrinam Chriſtianam confirmauit Deus, vt ei ſenatus populuſque vrbis Vangionum, templum gratitudinis ac pietatis ergô poſt mortem ſtatuerent, quod hodie adhuc in ſuburbio ſitum, S. Amandi parochia dicitur. *Præerat Eccleſiæ Wormatienſi S. Amandus* anno VI regni Dagoberti I *apud Auſtraſios, is eſt Chriſti* IↃCXXVI *aut ſequens, quando* II Kalendas Octobris Dagobertus Rex è conſilio procerum, Pipini Maioris, Arnulfi Metenſis Epiſcopi, & Chuniberti Colonienſis Archiepiſcopi donauit Eccleſiæ Wormatienſi ciuitatem Laudemburgenſem. *Quam donationem approbarunt poſteà* Childericus Rex Auſtraſiorum, Pipinus Rex Francorum, eiuſque filius Carolus Magnus, *vti ex huius priuilegio conſtat, ſignato* anno XXX regni *illius. Hoc deinde priuilegium confirmarũt* Ludouicus Rex, Otto Imperator, Henricus Rex, Rudolphus Rex Romanorum: *quæ diplomata referuntur à Marquardo Frehero in libro de Lupoduno, poſteris Laudemburgo dicto. Teſtatur & Bruſchius in S. Amando, X Epiſcopo Wormatienſi,* originale diploma Dagoberti Regis *ſuo tempore* adhuc integrum fuiſſe, in archiuis Epiſcopi Wormacienſis. *Bertramus Limburgius, collegij Societatis noſtræ olim apud Vangiones Rector, de Sanctis vrbis Wormatienſis à nobis interrogatus, reſpondit anno* CIↃIↃCXXXVIII, corpus S. Amandi huius nominis II, Epiſcopi Wormatienſis, adſeruari in Cathedrali æde, in eiuſque honorem extructum templum parochiale extare in ſuburbio, dictum S. Amandi, eiuſque feſtum

E *alter ibidem Amandus Epiſcopus,*

F *colitur* 26 *Octobris.* celebrari XXVI Octobris; ac Lectionem in Breuiario Wormatienſi recitari de S. Amando Belgij Apoſtolo, nullâ factâ Sedis Wormatienſis mentione. *Hæc ille. Sed diuerſus planè eſt S. Amandus* II *Wormatienſis ab S. Amando Traiectenſi, & hoc ſenior, iam tum Epiſcopus, cùm iſte apud Bituriges incluſus degebat, tiro adhuc vitæ ſpiritualis.*

Argentorati Amandus Epiſc. an. 346: 67 *Eſt ibidem ad Rhenum fluuium nobiliſſima Argentoratenſium Eccleſia, ſub Imperatoribus Romanis Sede etiam Epiſcopali exornata. Certè in ſuprà indicatâ Synodo Agrippinenſi, anno Chriſti* CCCXLVI *habitâ, condemnationi Euphratæ Epiſcopi Colonienſis ſubſcripſit* Amandus Argentinenſium Epiſcopus, *faſſus ſe ſuis epiſtolis ad eum deponendum antè etiam conſenſiſſe. Num aliqui ante eum ibidem Epiſcopi fuerint, & quinam, defectu ſcriptorum ſciri nequit. Auctor Vitæ S. Deicoli, Lutrenſis in Burgundiâ Abbatis, quam* XVIII *Ianuarij ex Lutrenſibus membranis edidimus, de S. Amando aliiſq; vrbis Argentoratenſis Patronis circa annum* IↃCCCCLXV *hæc ſcripſit cap.* I: Ciuitas Argentina, quæ vulgarico vocabulo Strasburch vocatur, exceptis Reliquiis principalibus, proprios ſe gaudet habere Patronos, quos à Domino ſuſcepit veræ fidei fundatores, & Diuini verbi prodigos ſeminatores, id eſt, Amandum, Iuſtinum, Arbogaſtum, Florentium, & alios nonnullos, quorum nomina in beati ordinis albo ſuperna

eius iſtic olim Reliquiæ adſeruatæ:

A na illa regio ſine fine tenet coaxata. *Hæc ibi, agitq; de ſanctorum Patronorum reliquiis toto capite innuitur: in quo Floriaci monaſterij dicuntur Patroni* SS. Benedictus & Scholaſtica, *vrbis Sueſſionis* S. Sebaſtianus Martyr, *& ſic de reliquis. Primus ergo fidei apud Argentoratenſes fundator dicendus eſt ſenior Amandus, qui aliquot ſeculis vixit ante S. Amandum Epiſcopum Traiectenſem, cuius ſacras Reliquias ſemper magnâ cum veneratione fuiſſe apud Elnonenſes aſſeruatas, ex infrà dicendis certò conſtabit. In antiquo Breuiario Argentinenſi, anno* CIↃCCCCLXXVIII, *&* CIↃCCCCLXXXIX *excuſo, celebratur* XXVI *Octobris feſtum* S. Amandi Epiſcopi Argentinenſis, *Lectionibus, quæ ad Matutinum recitantur, ex Vitâ S. Amandi Epiſcopi Traiectenſis decerptis: vnde aliis errandi occaſio data eſt, maximè quòd eodem die etiam colatur S. Amandus Epiſcopus Traiectenſis ob Reliquias eâ luce tranſlatas.*

colitur 26 Octob.

68 *Iacobus Wymphelingus in Catalogo Epiſcoporum Argentinenſium, anno* CIↃIↃVIII *excuſo, de origine huius Epiſcopatus hæc refert:* Dagobertus Auſtraſiorum & Alſaticorum Rex, cognitâ ſanctitatis & virtutum Amandi famâ, ipſum, vt ex Traiecto vocatus, primis Argentinenſis Eccleſiæ Antiſtes præficeretur, effecit anno IↃXCVI. *Scilicet cum bimulus eſſet Amandus, vtpote anno* IↃXCIV *natus, quinquaginta demum pòſt annis Eccleſiæ Traiectenſi præfectus; cùm Dagobertus* I, *Francorum Rex, aliquot antè annis obiiſſet, diu licet poſt aſſignatum annum* IↃXCVI *& ipſe natus. Franciſcus Guillimannus in Commentario de Epiſcopis Argentoratenſibus, errorem Wymphelingi chronologicum correcturus, tradit* S. Amandum ab Dagoberto Magno, Francorum Rege primum Argentinenſium inſtitutum Epiſcopum circiter annum Domini noſtri IↃCXL, *atque in eius Epiſcopatus fundationem* quidquid iuris aut regiæ ſuperioritatis in Alſatiâ ſibi aut ſuis quocumque modo competeret, in Amandum & eius in præſulatu legitimos ſucceſſores liberrimè transfudiſſe. *Quæ verba, tamquàm* ex vetuſto ſcriptore (*ſed qui ignoratur*) *deprompta, magni æſtimat Iodocus Coccius in Dagoberto Rege cap.* 14: *additq;* ad diem VIII Idus Februarij, quo S. Amandus migrauit, ei publicè in Faſtis Argentoratenſibus honorem haberi. *Quo* VI *Februarij in citato Breuiario perantiquo Eccleſiæ Argentoratenſis ſolenni ritu Officium de S. Dorotheâ Virgine & Martyre peragitur, nulla factâ S. Amandi mentione. Molanus verò in additionibus ad Vſuardum* XV *Nouemb. hæc habet:* Argentinæ S. Amandi Epiſcopi & Confeſſoris. *Addit Galeſinius: qui* illius ciuitatis primus Epiſcopus, ſanctè factis Euangeliiq́ue propagatione, fidelem Chriſto Domino Eccleſiæq́ue operam præſtitit. *Hæc illi, quæ Wion & Dorganius, in ſui Ordinis honorem, de S. Amando Traiectenſi intelligunt. Wionem ſequitur Ferrarius in Catalogo Sanctorum, & in nouâ Topographiâ, vbi* ex tabulis Eccleſiæ Argentinẽſis, *quas antè citârat Galeſinius, aſſerit* Amandum primùm Aquitaniæ, deinde Argentorati fuiſſe Epiſcopum, eò à Dagoberto miſſum. *Sed quas hi tabulas Argentinenſes velint, non exprimunt. In citato anteà Breuiario Argentinenſi Officium dicto* XV *Nouembris de Feriâ ſimulq;, de S. Martini Octauâ fieri debere præſcribitur, abſque vllâ S. Amandi mentione. Nec alibi de S. Amando à Rege Dagoberto Argentoratum miſſo apud antiquos ſcriptores quidquam reperimus. Imò qui præcipuas poſſeſſiones donauit Eccleſiæ Argentoratenſi, non Dagobertus ſenior eſt, ſed eius nepos filius S. Sigeberti, & ipſe Dagobertus appellatus, vti alibi pluribus oſtendemus.*

perperam iſthic S. Amandus Traiectenſis dicitur Epiſcopus primus fuiſſe.

Antiqui Epiſcopi Argentoratenſes

69 Amandus *ergo, qui primus Epiſcopus Argentoratenſium habetur, vixit ſeculo Chriſti quarto, atque, vt diximus, interfuit anno* CCCXLVI *Synodo Agrippinenſi. Secuti illum in eadem Sede Epiſcopi,* II Iuſtus, *ſiue* Iuſtinus. III Maximinus. IV Valentinus. *quos* Sanctos adpellari pingiq́ue cum diadematibus, & credi inter Diuos receptos eſſe, *tradunt Wymphelingus & Guillimannus.* V Solarius, *quem etiam* Sanctum *nominant Bruſchius & Democharis.* VI Biulfus *Solarij ſucceſſor à Bruſchio ſtatuitur.* VII Magnus. VIII Goarinus, *ſeu* Garoinus. IX Landebertus. X Rodobaldus. XI Magnebertus. XII Labiolus, *alias* Vbio-

lus. XIII Gundoaldus. XIV Aldus, *ſi tamen aliis, tempore* Heraclij Imperatoris, *inquit Wymphelingus, id eſt, tempore Chlotharij* II, *à quo Dagobertus filius Auſtraſiæ Rex datus eſt.* XV Gando (*ſortè S. Amandus Traiectenſis creditus*) vir clari ingenij, *vt ait Wymphelingus.* XVI Vtho. *Addit Wymphelingus,* de horum patriâ, genere, vitâ, morte, ſepulchris nihil penè ſe offendere potuiſſe. XVII Anſoaldus, *teſte Bruſchio,* à Rege Childerico conſtitutus: *attigerit fortè primos eius annos.* XVIII Rodtharius *teſte eodem Bruſchio,* Ducali origine & ſtemmate natus, ex regiæ curiæ Magiſtro ac ſtrenuo equeſtris ordinis viro à Childerico Rege Epiſcopus conſtitutus, extruente tunc S. Deodato monaſterium Vallis Galilææ, *in confiniis Alſatiæ & Lotharingiæ. Huius Deodati in Voſagi eremo ſocij fuerunt SS. Arbogaſtus & Florentius: ex his* XIX *Epiſcopus fuit à Dagoberto filio Sigeberti creatus* Arbogaſtus, *cui* XX *ſucceſſit* S. Florentius, *quorum tempora alibi ſtabilimus.* XXI Wigernus. Hic cellam monachorum quę iam Etenheim-munſter vocata eſt, de rebus B. Mariæ fundauit, de quo in teſtamento Heddonis. *Ita Wymphelingus.* XXII Wandelfridus. XXIII Heddo, *ſiue* Etho, *aut* Ethico, *filius Ethiconis, fratris S. Odiliæ Virginis, Alſatiæ Comitis, nati patre Adalrico, ſiue Athicone, & matre Ereſuindâ, ſorore Reginæ Bilichildis, vxoris Childerici Regis.*

AVCTORE G. H.

70 *Eſt autem dictus* Heddo, *ſiue* Etho, *factus Argentoratenſium Epiſcopus anno* IↃCCXXXIV, *quo etiam anno Carolus Martellus Friſiam vaſtauit, vti illa apud Hermannum Contractum coniunguntur. Zacharias Papa inter Epiſcopos Galliæ & Germaniæ, quibus epiſtolam* VI, *à Sirmondo tomo* I *Conciliorum Galliæ relatam, ſcripſit circa an.* IↃCCXLIV, Heddum Strateburgenſem *numerat. En viginti tres Epiſcopi, qui ab anno* CCCXLVI *vſque ad annum* IↃCCXLIV *per quatuor ſecula Eccleſiæ Argentoratenſi ab S. Amando vſque ad Heddonem præfuerunt. Nec plures aliarum Sedium Epiſcopi reperiuntur, inter illos, qui dictæ Synodo Colonienſi anno* CCCXLVI *cum S. Amando Argentinenſi interfuerunt, eoſq; qui in citatâ Epiſtolâ Zachariæ Papæ memorantur. Nam Rotomagenſes referuntur Euſebius & Reginfridus; inter quos fuerunt Epiſcopi* XXI. *A S. Seruatio vltimo Tungrenſi ac primo Traiectenſi, ad S. Hubertum Traiecti ſederunt* XX, *poſt eum Leodij S. Florebertus, ac dein Fulcarius in epiſtolâ Zachariæ memoratus. Apud Ambianenſes inter Eulogium & Rambertum quindecim ſolùm Epiſcoporum ſuperſunt nomina, vti quinque tantùm inter Ieſſen & Dauidem apud Spirenſes. Eadem ferè reliquorum Epiſcopatuum ratio eſt, quorum Epiſcopi Synodo Agrippinenſi ſubſcripſerunt, & ad quorum ſucceſſores Epiſtola Zachariæ miſſa eſt. Expenſa nobis accuratè ſingulorum ſucceſſio: at ne cui faſtidium creet, hic omiſſa. Vdonem ſiue Vthonem Epiſcopum Argentoratenſem, quem tradunt Poſſeuinus, Voſſius, aliique ſeculo Chriſti decimo ſcripſiſſe Vitam S. Amandi Epiſcopi Argentoratenſis, necdum licuit videre.*

viginti tres ab an. 346 ad 744.

71 *Habent ergo & Wormatienſes & Argentoratenſes ſuum vtrique Amandum Epiſcopum, quem anniuerſario cultu celebrant* XXVI *Octobris: qui itidem dies in Breuiario Spirenſi anno* CIↃCCCCLXXVII *&* CIↃIↃIX *excuſo S. Amandi Epiſcopi veneratione dicatus eſt, quando in Officio Eccleſiaſtico tres Lectiones ad Matutinum recitantur ex Vitâ S. Amandi Epiſcopi Traiectenſis. Eodem die in Breuiario Moguntino anno* CIↃCCCCXCV *&* CIↃIↃVII *vulgato recolitur memoria S. Amandi Epiſcopi. Et hæc hactenùs dicta ſufficiant de regionibus, per quas* Dominicæ vineæ cultor Amandus, Traiectenſium Epiſcopus, velùt imbrifera nubes circumquaque pluendò diſcurrit, *vti prædicat totidem verbis Hucbaldus in Vitâ S. Aldegundis cap.* I.

Cultus celebris S. Amandi Epiſc. 26 Octob. Spirę & Moguntiæ.

§ X Chronologia ſtabilita a natiuitate S. Amandi vſque ad annum Chriſti IↃCXXXVI.

Chronologia ęui S. Amandi.

72 *QVod Kalendis Februarij ad Vitam S. Sigeberti Regis probatum eſt, eius hîc iubemus meminiſſe lectores, ſcilicet Francorum Regum ſtirpis primæ Merouingicæ temporibus diſcer-*

AVCTORE G. H.

discernendis non fuisse adhibitos annos Christi, Pontificum, Imperatorum, Consulum Romanorum, aut etiam, nisi in quibusdam Conciliis Indictionum: sed solis annis Regum indicem succedentium indicatis, solita tum dirimi discrimina temporum. Reges autem Francorum, sub quibus vixit S. Amandus, sunt hi: Chlotharius II, Dagobertus, S. Sigebertus apud Austrasios, eiusq; frater Chlodoueus II apud Neustrasios, tum huius tres filij, Chlotharius III, Childericus primò solùm Austrasiæ, dein etiam Neustriæ moderandis habenis adhibitus, ac Theodericus: quorum regni tempora accuratè demonstrauimus 1 Februarij ad Vitam S. Sigeberti Regis §§ IX, X, XI & XII, & in Diatribâ de Episcopatu Traiectensi lib. 2.

solâ Regum successione nixa.

A

73 *Character temporis certissimus in testamento S. Amandi proponitur, dum* annus *signatur* Theoderici Regis II, dies XV Kalendas Maij: *post quem infrà probabimus S. Amandum* VI *Februarij vitâ functum esse anno Christi* IↃCLXXXIV. *Hîc nodum implexissimum apprehendunt, qui tribus & viginti annis priùs, eius obitum referunt ad annum* IↃCLXI: *quos infrà suo loco refutabimus, postquàm pari passu ostenderimus & natiuitatem eius & reliqua gesta serius reponenda. Annos eum vixisse vniuersim nonaginta plerique cum Milone censent, ac proinde natum anno* IↃLXXI. *Nobis verosimilius videtur, natum eum esse anno* IↃXCIV, *dies* VII *Maij. Natiuitati illius dicata est in antiquo MS. Martyrologio Tornacensi monasterij S. Martini, his verbis:* Nonis Maij in pago Aquitaniæ prouinciæ Herbatilico, natiuitas S. Amandi. *Ita mensis tres ad complendum nonagesimum ætatis annum requirentur. Hic annus natiuitatis à nobis constitutus, mox in eius ad S. Austregisilum Archiepiscopum Bituricensem accessu*

Nascitur S. Amandus circa annũ 594.

B *firmabitur.*

74 Ab infantiâ, *inquit Baudemundus*, sacras Amandus litteras edoctus, cùm iam adolescentiam transiens in robur migraret virile, Ogiam insulam petiit, vbi viso miræ magnitudinis serpente perterritus puer est, sicut ipsa patiebatur ætas. *At deinde* blandis à patre sermonibus irretitus, vt rursus secularem sumeret habitum, relicto solo parentibusque Turonos petiit, vbi ad sepulchrum S. Martini, comâ capitis abscisâ, adeptus est Clericatus honorem. Posthæc Bituricas ciuitatem petiit, à S. Austregisilo, ciusque Archidiacono S. Sulpitio, clementissimè susceptus. *Hæc Baudemundus, quem in eundem modum Milo exponit. At Harigerus Abbas*, Dum puer, *inquit*, adhuc esset, Ogiam insulam expetiuit, & *viso serpente* pro puerili ætate extimuit. *Et* post modicum *tempus* pater eum tentauit à monasterio abstrahere; sed negotio imperfecto puerum sanctum nolens reliquit. *Philippus narrato ad S. Austregisilum aduentu*, Agebat, *inquit num.* 15, pubertatis annos B. Amandus in adolescentiæ flore primæuo, feruorem spiritus ab ætatis feruore non diuidens. *Quæ ante annum Christi* IↃCXII, *cùm ætatis* XVIII *expleret S. Amandus, fieri non potuisse satis est manifestum; vt sic, quo tempore in Ogiâ insulâ vixerit, facilè statui possit:*

degit adolescens in Ogiâ insulâ:

Bituricas venit:

C

75 *Decessores Episcopos Bituricenses habuit Austregisilus SS. Sulpitium Seuerum, Eustasium, & Apollinarem, quorum primus è vitâ migrauit anno Christi* IↃXCI, *id est*, Childeberti Regis XVI, & Gunthramni XXX, *vt qui non inde procùl tunc Episcopus viuebat, scribit Gregorius Turonensis lib.* 10 *Historiæ Francorum, vbi annis Regum cap.* 24 *propositis, hæc cap.* 26 *subdit:* Obiit & Sulpitius Bituricæ vrbis Pontifex, cathedramque eius Eustasius Augustidunensis Diaconus est fortitus: *quæ ad diem* XXIX *Ianuarij, Sulpitij natalem, explanata. Ioannes Chenu Bituricensis, in Notitiâ Archiepiscoporum & beneficiorum diœcesis Bituricensis describendâ diligens, tradit S. Eustachium eam Ecclesiam annos* XII *rexisse, extremumq; diem obiisse pridie Kalend. Ianuar. anno iuxta computum positum secundo & sexcentesimo ad exitum dilapso. Huius successorem S. Apollinarem tradit idem Chenu annos* IX *sedisse, ac* III, *(alij* II*) Nonas Octobris obiisse: ergo anno Christi* IↃCXI, *assignato vtrique tam Eustasio quàm Apollinari anno vltimo imperfecto: vt citiùs non potuerit ordinari S. Austregisilus, in cuius Vitâ auctor synchronus* XX *Maij ista scribit:* Mortuo Bituricensi Episcopo Apollinari, suffectus est Austregisilus, quam functionem duodecim annis præclarè administrauit, quemadmodùm ab Angelo ei hocte illâ fuerat prædictum, cùm primos fines vrbis esset ingressus, & diluculo *narrauit* Sulpitio Diacono, qui ei posteà in Episcopatu successit, *anno scilicet Christi* IↃCXXIV. *De S. Sulpitio Pio egimus* XVII *Ianuarij, ex cuius Vitâ cap.* 2 *constat, S. Austregisilo Episcopo facto, Theodericum Regem Burgundionum, cui suberant Bituriges, adhuc vixisse. Vbi is anno Christi* IↃCXIII *profluuio ventris extinctus est, Chlotharius* II *monarchiam Francorum occupauit, magno statutæ à nobis Chronologiæ firmamento. Venerit ergo S. Amandus ad Austregisilium Episcopum anno Episcopatus eius primo, Christi* IↃCXII, *quo seu* puer, *fuerit* in adolescentiæ flore primæuo, annos agebat pubertatis, *& sic* adolescentiam transiens in robur migrabat virile, *annos, vt diximus* XVIII *natus. Quàm procul ab hac ætate absunt alij, secundum quos S. Amandus anno* DLXXI *in lucem editus; Bituricas dici deberet venisse quadraginta & vnum natus annos!*

cuius vrbis Episcopi obierunt, S. Sulpitius Seuerus anno 591,

S Eustachius anno 602,

S. Apollinaris 611:

D *succedit S. Austregisilus.*

hunc adit S. Amandus circa an. 612.

76 *Hoc posito fundamento progredimur.* Bituricis, *teste Baudemundo*, cellulæ inclusus, tribus fermè militans lustris, pane & aquâ corpus suum sustentauit: *quibus lustris annos quindecim exprimunt Anonymus Aquitanus, Milo Poëta, Harigerus & Philippus Abbates.* Sic *ergo, inquit hic,* annis ferè quindecim viro Dei viuitur, *sub* SS. Austregisilo & Sulpitio Pio, *ad annum vsque Christi* DCXXVII, *quo Romam prosectus: hîc à S. Petro sibi apparente admonitus, in Gallias ad verbum Dei prædicandum est reuersus. Milo hoc itinere Romano relato librum primum concludit his verbis:*

ibi cella inclusus ad 15 annos:

deinde Romam circâ an. 627.

E

Volui hoc complere libello,
Quæ iuuenilis adhuc, sed non iuueniliter, egit:
Aptum opus, vt iuuenis iuuenem laudare mererer.

Annum tum ex nostrâ supputatione agebat Amandus ætatis suæ quartum & trigesimum, quo maturam satis iuuentutem complerat: Secũdùm alios necessariò egisset annum ætatis LVII, *omnemq; iam pridem prætergressus iuuentutem, seniles dudum attigisset annos, tantis laboribus, quos hactenùs enarrauimus, perferendis minùs aptos.*

77 *Philippus Abbas infrà in Vitâ num.* 20, Regem Chlotharium *designat, à quo aliisq;* Sacerdotibus S. Amandus *Româ regressus, dicitur* coactus in Episcopum ordinatus. *Verùm quia eius in conuertendis ad fidem Christi hominibus peritia ratioq;, agendi Regi ceteriq; innotescere primùm debuit, vix hæc ante annum* IↃCXXVIII, *quo Chlotharius succedente Dagoberto, defunctus est, peragi potuisse arbitramur. Huic ordinationi sacer est* XXVI *Octobris, ad quem diem MS. Kalendarium Benedictinum ita habet:* Ordinatio S. Amandi Episcopi Traiectensis superioris & Abbatis Elnonensis. *Martyrologium MS. Treuirense S. Martini:* Treueris ordinatio & translatio Amandi Episcopi Confessoris. *Degebat Dagobertus Rex apud Austrasios, & frequenter Treuiris, vt istic potuerit contigisse dicta ordinatio, cui ab aliis adiuncta est Translatio Elnone facta. Aſt vrbem Traiectensem substituunt Molanus, Wion, Menardus:* Traiecti ordinatio episcopatus S. Amandi, & Elnone cœnobio translatio corporis *&c. Ferrarius in Catalogo:* Traiecti ad Mosam S. Amandi Episcopi: *annotatq;* ordinationem intelligi aut translationem. *Omissâ vrbe ita legitur in antiquo Martyrologio MS. Lætiensi:* Elnone monasterio translatio corporis S. Amandi, & ordinatio eius, & dedicatio basilicæ ipsius, & dedicatio basilicæ S. Mariæ perpetuæ Virginis. *At sequenti die hæc apud Wionem & Molanum leguntur ex Martyrologio Elnonensi:* Sexto Calendas Nouemb. Elnone Commemoratio ordinationis S. Amandi Episcopi, quæ licet præcedenti die, sicut & translatio corporis & dedicatio facta fuisse credatur, tamen hac die specialiùs recolitur.

ordinatur Episcopus circa an. 628.

F

78 *Quid quoque anno Episcopus consecratus gesserit, quamuis tam exactè demonstrari nequeat, ex multis tamen certisq; instrumentis reliqua eius acta probabili indicio ad sua conabimur tempora reuocare. Ac primò*, accepto Pontificatus honore, *inquit Baudemundus*, cœpit Gentibus verbum Domini euangelizare: *interq; alia pietatis opera*, pueros transſ-

Gentibus prædicat circa an. 629:

A transmarinos captiuos pretio dato redimebat, ac spiritali regeneratos lauacro, litteris imbui præcipiebat. *Theodericus Abbas in Vitâ S. Bauonis* 1 *Octobris, tradit,* Gandauensibus *tum* euangelizasse verbum Dei; sed videntem parùm se proficere, Romam abiisse: *apud* Papam de infructuoso in infructuosam gentem suo labore conquestum; iterum ab eo in opus Euangelij animatum, Gandam *à reditu* rursus aggressum esse. *Chronicon etiam Bauonianum, sed multis post seculis scriptum, apud Sanderum lib.* 4 *rerum Gandauensium cap.* 3 *tradit, quinto antè anno* Gandaui à S. Amando prædicatum, *atque* arâ Mercurij subuersâ, ecclesiam constructam esse, *sed* ab incredulis *biennio antè* destructam, *quàm* S. Amandus auctoritate Aicharij Nouiomensis Episcopi, litterisque Dagoberti Regis munitus, Gandauum redierit. *Anno ergo* XXIX *supra sexcentesimum Gandenses aggressus, eos videtur aliquamdiu excoluisse: inde anno eius seculi* XXX *Romam iuisse, reuersusq; intellexisse oratorium, fortè in priuatis ædibus antè erectum, à* feroci illâ gente, *à quâ* omnes Sacerdotes, *teste Baudemundo,* se subtraxerant, *deiectum fuisse: tum* miseratus eorum errorem, *impetratis per* S. Aicharium episcolis Dagoberti Regis, intrepidè illuc *anno* IↃCXXXI perrexisse. *Ibi plurimas* perpessus iniurias, cæsus, in flumen præcipitatus, à sociis relictus, alimentum propriis acquisiuit manibus: *ac* captiuos innumeros redimens, sacro baptismate emundauit.

Romam an. 630.

Gandaui predicat an. 631.

B 79 *Hæc Gandaui. Tornaci interim sibi sociisq; cellam habebat; in quam mortuum patibulo detractum curauit deferri, precibusq; ad Deum fusis, ad vitam illum reuocauit. Quo miraculo diuulgato, ecclesiæ monasteriaque circumquaque extrui cœpta. Fortè Lutosanum & Rotnacense intelliguntur in antiquo Bracbanto, non procùl Tornaco sita. Notitia tunc quoque inita in reliquo Bracbanto, pago Senonago, ac vicinâ Hasbaniâ, in quibus locis degebant B. Pipinus Dux, pater SS. Gertrudis & Beggæ; Walbertus parens SS. Waldetrudis & Aldegundis; Witgerus, à quo progenitæ SS. Gudila & Rainildis, omnes viri Principes, & magno in honore habiti in aulâ Dagoberti Regis, qui circa annum* IↃCXXXII, *vt scribit Fredegarius in Chronico cap.* 58, tantâ prosperitate regale regimen regebat, vt etiam gentes, quæ circa limitem Auarorum & Sclauorum consisterent, cum promptè expeterent: vt ille post tergum illorum iret feliciter, & Auaros & Sclauos ceteraque Gentium nationes vsque manu publicâ suæ ditioni subiiciendum fiducialiter spondebat. *Præfuisse tunc Sclauis Samonem Francum ex pago Senonago oriundum, suprà diximus: quem eâ occasione S. Amandus ad fidem Christianam allecturus, vltra Danubium in Carinthiam vicinasq; prouincias profectus, annum* IↃCXXXIII, *quantum colligimus, in eam expeditionem insumpsit.*

Tornaci mortuum suscitat:

monasteria constituit an. 632:

Sclauos adit an. 633:

C 80 *Interea Rex repudiatâ Gomadrude vxore, Nanthildem monacham coniugem acceperat, imò, teste Fredegario cap.* 60, luxuriæ supra modum deditus, tres habebat ad instar Reginas, & plurimas concubinas. *Hanc Regis incontinentiam simul atque redarguit S. Amandus, eo iubente è regno eius fuit expulsus circa annum* IↃCXXXIV. *Præerat tum Charibertus, Dagoberti frater, magnæ parti Aquitaniæ, Hispaniis viciniori: quò tunc se recepisse S. Amandum, notitiamque cum S. Rictrude contraxisse suprà ex huius Vitâ auctore Hucbaldo diximus. Ibi tum Vasiones in fide & pietate instituti: ac fortè Vauri monasterium conditum.* Dagobertus *interea* anno regni sui VIII, *Christi* IↃCXXXV, Ragnetrudem stratui suo adsciuit, de quâ eo anno habuit filium, nomine Sigibertum. *Ita non sine hactenùs statutæ Chronologiæ firmamento testantur Fredegarius cap.* 59, *Monachus S. Dionysij in Gestis Dagoberti cap.* 24, *Aimoinus lib.* 4 *cap.* 20. *Tum S. Amandus, qui ad loca maritima Aquitaniæ perrexerat, ad Anglo-Saxones conuertendos in Britanniam insulam nauigandi opportunitatem expectaturus, ab exilio à Rege Dagoberto reuocatus,* S. Sigebertum baptizauit Aurelianis, Chariberto Rege *eum* de sancto lauacro excipiente: *& quod multùm renuerat S. Amandus,* suscepit in filium sibi spiritualem,

incontinentiâ Dagoberti culpatâ, in exilium relegatur an. 634:

S. Sigebertum baptizat an. 635.

Illum docturus diuinâ lege Magister.

Quæ pluribus Fredegarius cap. 62, *Baudemundus & Milo infrà in Vitâ prosequuntur. Nec diu superfuit Charibertus Rex, anno sequente, regni Dagoberti* IX, *Christi* IↃCXXXVI, *vitâ functus. Quæ omnia prolixè exponuntur* 1 *Februarij, ad Vitam S. Sigeberti* § 9. AVCTORE G.H. D

§ XI *Chronologia S. Amandi firmata ab anno* IↃCXXXVI *vsque ad* IↃCL. *Triennium Episcopatus Traiectensis.*

81 *Beneuolum Dagoberti Regis animum nactus Amandus, ad pristinas rediit stationes, ac potissimùm Gandauense reuisit sacellum, vbi dein monasterium conditum, S. Petro & reliquis Apostolis dicatum, quod posteà S. Bauonis appellatum est. Aliqua etiam iacta fundamenta monasterij in Blandinio, SS. Petro & Paulo posteà sacrati. Hoc* cœnobium, *teste Chronographo Blandinienſi,* S. Amandus in propriâ personâ, vnà cum capellâ Gandensi, quæ posteà S. Bauonis nuncupabatur, octo annos rexit, *idque, vt ex successorum tempore constabit, ab anno* IↃCXXXVI, *post baptismum S. Sigeberti pace quieteque restitutâ. Certè annis octo sequentibus S. Amandum Gandaui sæpius fuisse arbitramur, indeque crebriùs vicinos populos inuisisse, tam ad dextram Scaldis ripam Antuerpienses, Bracbantos, Hasbanos, Neruios, quàm ad alteram Flandros, Sueuos, Cortracenos, Tornacenses, & fluuij Scarpi accolas, eosque frequenti pabulo diuini verbi sanctorumque Christi Sacramentorum refeciſſe,* quibusdam ecclesiis seu monasteriis ad augmentum Diuini cultus constructis ac benè dispositis. *Quo tempore* non deficiens Dominicæ vineæ cultor, *locum designauit Elnonensi monasterio exstruendo, eumq; à Rege Dagoberto impetrauit* anno regni XI, *Christi* IↃCXXXVIII, *quo is* filium suum Sigebertum in regno Austrasiæ, *teste Fredegario aliisq;,* sublimauit. *Locum concessit Rex* tum propter totius regni ac prolis *ad regnum promotæ* stabilitatem, tum propter animarum salutem, *vt verba diplomatis suprà dati declarant. Florebant eo tempore sancti coniuges Adalbaldus & Rictrudis, quatuor sanctorum liberorum parentes: è quibus S. Clotsendem de sacro fonte suscepisse S. Amandum circa annum* IↃCXL *diximus ad S. Adalbaldi Vitam* II *Februarij* § 4. *Huius auia S. Gertrudis istic quoque viuebat, Hamaticensis monasterij fundatrix & Abbatissa, consilio S. Amandi in rebus suis constituendis vsa. S. Autbertus anno* IↃCXLIII *Cameracensibus Episcopus datus, annos tres & triginta ei Sedi præfuit: cui fidelem operam nauasse S. Amandum alibi ostensum.*

Gandaui cœpta monasteria octo annos regit,

ab anno 636:

Elnonense extruit anno 638:

S. Clotsendem de sacro fonte suscipit anno 640.

82 *Dagoberto Rege rebus humanis exempto* XIV *Kalendas Februarij anni* IↃCXLIV, *successit in Neustriâ & Burgundiâ Chlodoueus* II. *at S. Sigebertus Austrasiorum integrum adeptus est regnum. Eodem anno S. Florbertum vtrique monasterio Gandensi præfecit Abbatem Amandus, vt ipse liberiùs apud vtrumque Regem rem Ecclesiasticam coràm promoueret, tum vt Elnone sæpius commorari posset, ac vicina monasteria vel erigere, vel fouere erecta. Fundum etiam, in quo Marchianense monasterium extrueretur, à S. Adalbaldo acceperat. Postquàm autem* ecclesiam S. Petri in Blandinio constructam S. Florberto Abbati commiserat, Marchianensem *quoque,* in honore eiusdem beati Apostoli, in præfati Ducis Adalbaldi allodio conditam esse, *refertur in Chronico Marchianensi: quod sub initium regni Chlodouei circa annum* DCXLV *& sequentem factum est.* Huic monasterio perficiendo & ornando, *teste Hucbaldo in Vitâ S. Rictrudis,* idem Præsul Amandus discipulum suum præfecerat S. Ionatum venerabilem virum, *ordine monachorum colligendorum præscripto. Defuncto interim S. Aichario Episcopo Nouiomensi* XXVII *Nouembris anni* IↃCXLV, *subrogatus est S. Eligius, atque anno* III *Chlodouei,* XIV *Maij, Dominicâ ante Rogationes siue Ascensionem Domini, anno Christi* DCXLVI, *cum S. Audoëno Episcopo Rotomagensi consecratus.*

Chlodoueo II *& S. Sigeberto regnantibus,*

S. Florbertum facit Abbatem Gandensem, anno 644.

monasterium Marchianense extruit anno 645.

83 *Quo eodem anno vitâ functus est S. Ioannes Agnus Episcopus Traiectensis* XXV *Iulij, qui dies sacro eius cultui dicatus: de eius electione hæc scribit Harigerus cap.* 39: Regnum Au-

S. Ioanni Agno defuncto anno 646

AVCTORES G. H. A

ſtraſienſis Franciæ Dagobertus adoleſcens adminiſtrabat. Lotharius pater eius quatuor regnorum monarchiam ſolus regebat. Regia verò præcepta edicuntur, B. Ioannem Traiectenſem fore Epiſcopum à cunctis acclamatur: conſentiunt omnes, vniuerſi lærantur: rapitur, inthronizatur. *Quod factum ante annum Chlotharij* XLII, *Chriſti* IↃCXXV, *quo* Dagobertus adoleſcens, *necdum ductâ vxore Auſtraſiam tantùm ſeptemtrionalem, in quâ Traiectum, regebat. Annos Ioannem minimùm viginti eam Eccleſiam adminiſtraſſe perſuadet morientis ſenectus ab Harigero indicata:* B. Ioannes, *inquit*, curſum vitæ præſentis explens, in bonâ ſenectute vitâ deceſſit. *Huius S. Ioannis Agni tempora innuit Sigebertus Gemblacenſis in Vitâ S. Theodardi, de quo infrà agemus, vbi tunc, antequàm S. Amandus illum Epiſcopatum ſuſcepit, ait,* Eccleſiam Traiectenſem magnâ poſſeſſionum ſuarum quantitate fuiſſe mutilatam: *in eo ſcilicet Epiſcopi ſenio. In vulgatâ Chronologiâ Bucherij, Fiſeni aliorumq; S. Ioannes Agnus dicitur ſex tantùm annos Epiſcopus fuiſſe, idq; ab anno* IↃCXXXI *vſque ad annum* IↃCXXXVII, *ſed nullâ additâ ratione. At noſtram epocham ſequentia firmabunt. Mortuo ergo die* XXV *Iunij anni* IↃCXLVI *Ioanne Agno,* S. Amandus à Rege & Sacerdotibus coactus ad regendam Treiectenſium Eccleſiam, Pontificalem ſuſcepit Cathedram, & per triennium vicos & caſtra circumiens verbum Domini conſtanter omnibus prædicauit. *Hæc Baudemundus, quem*

B *Anonymus ex MS. Cheſnæi ita explicat:* Tunc vir Dei Amandus à Rege coactus, & à Sacerdotibus iuſſus, & à populo electus, Traiectenſium Eccleſiam regendam ſuſcepit. Caſtra, vicos, villas circumiens, prædicando, arguendo, obſecrando, per triennium viam Dei populo demonſtrabat, multiq; ad viam pœnitentiæ ſunt conuerſi. *Harigerus etiam tradit,* ipſum ſuſcepto paſtorali officio, commiſſorum ſibi ſollicitudinem gerentem vicos & caſtra per triennium circumiiſſe, ac verbum vitæ annuntiaſſe. *Triennium illud, quo hanc Eccleſiam rexit S. Amandus, terminamus annis Chriſti* IↃCXLVII *& duobus ſequentibus. Rex autem Auſtraſiorum Sigebertus, annos decem natus, ex ſuo erga S. Amandum Patrem ſpirituali affectu, eiuſq; conſiliis intimus S. Chunibertus, Epiſcopus Colonienſis vrbis, ac Germaniæ II, in quâ Traiectum erat metropolis; S. Modoaldus Epiſcopus Trenirenſis, Amandi gentilis, ex eadem nempe oriundus Aquitaniâ, frater S. Iduberga, de quâ mox agemus; S. Autbertus Epiſcopus Cameracenſis; quorum omnium diœceſes Epiſcopatum Traiectenſem circumcingunt aliiq; Sacerdotes perſuaſerint, vt Traiectenſem Cathedram ſuſciperet.*

C 84 *In hac diœceſi* B. Pipino *Duce* XXI *Februarij anno* IↃCXLVI humanis exempto, *S. Itta, ſiue Iduberga vidua, ſoror S. Modoaldi Epiſcopi Trenirenſis,* ſecundum vitans matrimonium, à S. Amando Traiectenſi Epiſcopo diuinitus ad eam directo, ſacrum velum ſanctæq; religionis habitum ſuſcepit, *vt in Vitâ S. Modoaldi legitur* XII *Maij. imò* ex domo eius conſecrauit monaſterium Niuellenſe, *vt ſuprà diximus ex Vitâ S. Gertrudis: cui* cellam conſecrauit *etiam* in Monte-littoris, *iam Monte ſeu Bergâ S. Gertrudis dicto. Tum* Franciæ monarchiam Chlodouco gubernante, *cum Sigeberto fratre,* degebat in Hasbaniâ Bauo, *qui in coniugio* animum ad ſuperna inflectebat, mundiq; deliciis ſpretis virtuti egregiè ſtudebat, & monachum viuebat laicus, *vt in eius Vitâ refert Theodericus Abbas. Quòd autem poſteà mortuâ vxore S. Amandum ſecutus fuerit, vt infrà dicetur, innuit anteà quoque eius præceptionibus ad illa virtutis ſtudia fuiſſe informatum. De Calfmontano S. Bauonis monaſterio, alteroq; ad Sabim in eadem Traiectenſi diœceſi à S. Amando extructo ſuprà actum. Præfectus ab eodem* Marchianenſi cœnobio S. Ionatus Abbas, *loco monachorum,* ſanctimoniales, prout ſibi viſum fuerat, aggregauit, *occupato tunc ſui Epiſcopatus Traiectenſis adminiſtratione S. Amando, à quo Elnonenſibus tum datum fuiſſe Vrſum Abbatem tradit Buzelinus lib. 2 Annalium Gallo-Flandriæ. Quæ omnia confirmant impenſos hoc triennio labores Hasbanis, Taxandris, ceteriſq; diœceſis Traiectenſis populis.*

Eam autem Eccleſiam ac diœceſim ne priùs exiſtimetur gubernaſſe, faciunt quæ plurima antè ad Scaldim, Scarpumq; ſtatuios, vt diximus, geſta ab eo præclarè. Bucherius, Fiſen aliique præfuiſſe Amandum Eccleſiæ Traiectenſi, vel vt loqui malunt, Tungrenſi, annis IↃCXXXVIII *& duobus ſequentibus tradunt.* D

85 *Verùm, quod præcipuum ſtatutæ hactenùs Chronologiæ robur eſt ac præſidium, quo tempore Eccleſiam Traiectenſem adminiſtrabat Amandus, Eccleſiæ vniuerſæ præfuit* S. Martinus Papa, Româ *per* Theodorum Calliopam *auctus, vt ipſe epiſtolâ* XV *teſtatur,* feriâ quartâ XIII Kalendas Iulias. *Imò præcedentem* Dominicum diem *ait conueniſſe in* XVI Kalendas Iulias, *ergo anno Chriſti* IↃCLIII, *cyclo Solis* XVIII, *litterâ Dominicali F. Ante quod tempus, teſte Anaſtaſio Bibliothecario; viro in Actis exilioq; eiuſdem indagandis ſtudioſo, rexerat Eccleſiam annos ſex, creatus anno Chriſti* DCXLVII. *Ab hoc Pontifice S. Amandum epiſtolâ miſsâ petiiſſe onere Epiſcopatus Traiectenſis liberari, conſtat ex ipſius Martini ad eum reſponſo. Quæ epiſtola Actis Concilij Lateranenſis, anno Conſtantis Imperatoris* VIII, *die* III *Nonas Octobris, In dictione* VIII, (*ergo anno* IↃCXLIX) *habiti ſubiuncta eſt, editaq; à Philippo Abbate infrà in Vitâ cap.* 5. Ex relatione, *inquit S. Martinus,* iuxta tenorem tuæ Fraternitatis epiſtolæ, præſentium latoris, laborum tuorum certamen cognouimus. Suggeſtum eſt namque nobis, eò quòd Presbyteri ſeu Diaconi, aliiq; ſacerdotalis officij, poſt ſuas ordinationes in lapſu coinquinantur: & propterea à nimio mœrore Fraternitatem tuam adſtringi, velleq; paſtorale obſequium pro eorum inobedientiâ deponere, & vacationem ab Epiſcopatus laboribus eligere *&c. Quæ Baudemundus paucis his verbis expreſſit:* Multi etiam, quod dictu nefas eſt, Sacerdotes atque Leuitæ prædicationem illius reſpuentes, audire contempſerunt. *Eadem narrant Auctor Aquitanus, Harigerus, Milo, cuius hi ſunt verſus:*

Triſte nefas, qui debuerant agnoſcere primi,
Ac verbum Domini plebi monſtrare ſequendum,
Eccleſiæ gradibus prælati ritè Miniſtri,
Reiiciunt, ſpernunt, contemnunt, deſpiciuntq;e,
Poſtponunt pellũtq;e probum per probra Patronũ,
Quo ſibi nil lucri, ſed maxima damna tulêre.

86 *Plura iſta huc congerimus, quò clariùs liqueat de eodem tempore agere & S. Martinum Papam, & hos Vitæ S. Amandi ſcriptores: ac perperàm hæc transferri ab Harigero & Philippo ad regnum Dagoberti aliquot annis vitâ functi, ad cuius tamen regnum, vnde aberrandi occaſio data eſt, S. Martini Pontificatum retulit Hucbaldus* XXX *Ianuarij cap.* 1 *Vitæ S. Aldegundis: at magis à vero abreptus Chronographus Blandinienſis apud Sanderum* annum V Pontificatus S. Martini *enormi mendo coniecit in* annum Chriſti IↃCX, regni Dagoberti XIV. *Decepti forſan fuêre hi auctores, viſitatâ Baudemundo tranſitionum formulâ, quâ indicato S. Sigeberti baptiſmo pergit:* His ita geſtis, adueniente obitus ſui die, Treiectenſium Epiſcopus feliciter migrauit ad Chriſtum. *Verùm idem Baudemundus regnum Childerici, quod* XIX *annis ab obitu Dagoberti diſtat, mox Epiſcopatui Traiectenſi annectit, his ſolùm tribus interpoſitis connexionum formulis,* Nec multò pòſt, his ita peractis, & eodem ferè tempore vir ſanctus Domini Amandus Childericum adiit Regem: *neque vllâ expreſſâ temporis morâ, ſed his ſolùm poſitis verbis,* aliquantis diebus. *An ergo etiam ſub Childerico Rege Traiectenſem Eccleſiam rexiſſe Amandum dicemus? Sed his obiter indicatis ad epiſtolam S. Martini Papæ redeamus, in quâ de Sigeberto Rege, non Dagoberto, hæc præſcribit S. Amando:* Sigebertum præcellentiſſimum filium noſtrum, Regem Francorum proſuæ Chriſtianitatis remedio conſultiſſimè admone, atque precare: dirigere nobis ex corpore Fratrum noſtrorum dilectiſſimos Epiſcopos, qui Sedis Apoſtolicæ legatione fungi debeant. *Miſit vnà S. Martinus Acta Synodi Romanæ cum epiſtolâ encyclicâ, vt ab Epiſcopis regni Sigeberti congregatâ Synodo confirmarentur: quod etiam eum egiſſe apud Chlodoueum fratrem eius liquet ex Vitâ S. Eligij, in quâ dicitur* S. Marti-

ſubſtituitur S. Amandus, *regit* *per tres annos* *conſecrat monaſterium Niuellenſe,* *S. Bauonem inſtruit,* *S. Ionato Marchianenſium, Vrſo Elnonenſium, tunc Abbatibus.* *A S. Martino Papâ,* *anno 647 electo,* *petit liberari onere Epiſcopatus Traiectenſis an. 649,* E *ob Cleri inobedientiam.* *Tempore Dagoberti nec S. Martinus Papa ſedit nec Traiecti S. Amandus* F *ſed Sigeberti R. Auſtraſiæ.*

A Martinus Papa fidem omnibus orthodoxis conſentientibus contra hæreticos in Concilio editam cum ſubiunctâ epiſtolâ Galliarum partibus deſtinaſſe, mandans & obteſtans Regem Francorum *Chlodoueum*, vt viros eruditos Catholicos ſibi adminiculum ob hæreſim comprimendam faceret deſtinari: vbi tum Eligius cum ſodali *Audoëno* libentiſſimè perrexiſſet, niſi ei quædam cauſſa impedimento fuiſſet. *Ita Audoënus in Vitâ S. Eligij. Eadem ferè leguntur in Vitâ S. Audoëni* XXIV *Auguſti.*

& Chlodoueo II. Neuſtriæ.

§ XII. *S. Amandi tertium iter Romanum. Datus ei ſucceſſor, non S. Landoaldus, ſed S. Remaclus.*

87 H*Ac vſus occaſione S. Amandus, dum Sigeberto Regi indicaret ſanctiſſimi Papæ voluntatem, vnà ab eodem Romam eundi impetrauit facultatem. Tum* ab introitus ſui tempore (*verba ſunt Philippi num.* 51) triennio taliter euoluto, cùm ſuam prorſus circa eos (*diœceſanos*) videret operam profligari, receſſit ab eis; priuatus eligens habitare in domo Dei, quàm inter tranſgreſſores titulo dignitatis excellere. *Et, vt refert Baudemundus*, pulueremde pedibus excutiens, ad alia properabat loca. *Quæ etiam in poëmate expreſſit Milo. Tunc* beatus Confeſſor Amandus (*verba ſunt Raineri in Vitâ S. Giſleni*) amabilis Deo & hominibus, quem . . . per triennium ferè inuitum tenuit Traiectenſis Epiſcopatus, cùm de eodem Epiſcopio reuerteretur, zelo Dei, vt quondam Elias zelatus, contigit, vt viſitandi & conſolandi gratiâ adiret locum, quem incolebat S. Giſlenus. A quo vir ſanctus cùm honorificè eſſet ſuſceptus, more ſolito mentes fidelium, qui aderant, recreabat documentis ſalutaribus, inflammans eas igne Spiritus ſancti. Qui imbuti pabulo ſanæ doctrinæ, & accenſi geminæ dilectionis ardore, ditati inſuper cæleſti benedictione deducunt ſanctum Epiſcopum tendentem ad Elnone. *Ac interpoſitâ narratione piſcis è fluuio proſilientis, ac prandij ſumpti, pergit*: His ita peractis, miraculorum patrator Amandus, Elnonenſes Fratres reuiſit.

S. Amandus relicto Traiecto,

inuiſit S. Giſlenum:

B

88 *Conſentit Chronicon Elnonenſe apud Buzelinum lib.* 1 *Gallo-Flandriæ cap.* 45, *his verbis:* Ionatum Marchianis inſtituerat B. Amandus primum Abbatem. Verùm cùm Epiſcopalem curam renuntiaſſet, & limina Apoſtolorum pro tertiâ vice, adiunctis ſibi SS. Humberto de Maricolis & Nicaſio Elnonenſi monacho & diſcipulo, petere decreuiſſet, prædicto Ionato Marchianenſi Elnonenſe cœnobium ſimiliter duxit commendandum. *Quæ in Actis S. Humberti* XXV *Martij ita confirmantur:* Cùm Humbertus, *inquit auctor*, ad quemdam locum ſuæ ditionis peruenisſet, ſuperuenit ibi S. Amandus Epiſcopus cum venerabili viro Nicaſio, qui peregrinationis gratiâ ad Apoſtolorum limina pergebant. Cùm ergo à B. Humberto hoſpitio recepti & conſolati fuiſſent, ipſe S. Humbertus eadem deuotionis gratiâ peregrinationem cum ipſis accepit. *Hæc ibi; quæ anno* DCL *facta ſunt.*

præficit S. Ionatum Elnonenſibus: aſſumptis Nicaſio Elnonenſi,

C

& S. Huberto Abb. Maricolenſi,

Romam an. 650 proficiſcitur:

89 *Romæ aliquamdiu morati ſunt, vt codices, quos antè à S. Martino Papâ ſibi mitti petierat Amandus, maiore otio ſibi ſuiſq; monaſteriis procuraret. Iſtic etiam traditur immunitatem aliaq; priuilegia Elnonenſi monaſterio impetraſſe, diplomate menſe Ianuario ſignato, manuq; Amandi Epiſcopi, bibliothecarij ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſubſcripto; anno igitur* IDCLI. *Ex altero S. Martini diplomate, quod ſibi tum Blandinienſes indultum volunt, conſtat S. Florbertum illorum Abbatem ab Amando conſtitutum anno, vt diximus,* IDCXLIV, *adhuc eo tempore ſuperſtitem floruiſſe, quem Chronographus Blandinienſis Abbatem anno* IDCXVIII *ordinatum tradit, diemq; extremum anno* IDCXXXIX *obiiſſe.*

priuilegia à S. Martino Papâ impetrat Ianuario an. 651.

Secum inde ducit S. Landoaldum,

90 De *reditu S. Amandi ita ſcribit Notgerus Epiſcopus Leodienſis in Vitâ S. Landoaldi* XIX *Martij*: Romam, *inquit*, deliberauit S. Amandus iteratò adire. Romanum vni-

uerſalem Pontificatum Martinus Papa tum adminiſtrabat. Cui B. Amandus votum, cuius obtentu venerat, exprompſit: qui, vt ſibi ad id opus peragendum ſuppetiæ mitterentur, popoſcit. Deſtinati ſunt ei plures, quorum nomina exciderunt, adiutores: inter quos S. Landoaldus Archipresbyter, Amantius Diaconus, quos etiam comitatæ ſunt ſanctæ Virgines Vinciana & Adeltrudis cum aliis viris & mulieribus ſeptem. *Ita Notgerus, qui hæc ad regnum Dagoberti transfert:* Per idem ferè tempus, *inquit*, B. Ioannes Tungrenſium & Traiectenſium feliciter regens Pontificatum, mortem occubuit. Dagobertus Rex, qui patre defuncto *anno Chriſti* IDCXXVIII, rerum potitus auſpicabiliter ſucceſſerat, B. Amandum euocauit, Traiectenſium Cathedræ præſidere fecit. *Ac mox indicatâ eius poſt triennium inde migratione, addit:* Incompertum eſt deinde, quantâ temporis intercapedine plebs Traiectenſium fuerit vſque ad B. Remaclum ſine paſtorali benedictione, niſi quia famâ ad nos vſque perferente, (*poſt* CCCL *annos*) accepimus B. Landoaldum illic remanſiſſe, & per nouem annos vices Pontificis adminiſtraſſe. Cui opinioni illud nos facilè facit accedere, quòd refertur idem B. Landoaldus ſpecialem Patronum noſtrum, Sanctum ſcilicet Lambertum primâ pueritiâ nutruiſſe. *Idem Notgerus, ſui non ſatis memor, ita ſcribit in Vitâ S. Remacli* III *Septembris:* Incompertum deinde eſt, quantâ temporis intercapedine plebs Traiectenſium fuerit

male Vicarium Sedi vacanti Traiectenſis exiſtimatum à Notgero.

E

ſine Paſtore: donec Sigebertum pater Regem Auſtraſiis *anno* IDCXXXVIII præfecit, & in Mediomatricum vrbe ſedem habere inſtituit. Cui plebs Traiectenſium cum electione communi Sacerdotum, cum frequentiâ & audientiâ Magnatum, cum vociferatione etiam & acclamatione omnium ordinum obtulit tale precum ſuarum votum, neminem ſibi debere niſi Beatum præeſſe Remaclum *&c. Quæ iiſdem ferè verbis repetit idem Notgerus in Vitâ S. Hadelini* III *Februarij cap.* 1, *vbique coniungens Papatum S. Martini, cum regno Dagoberti: vt mirum non ſit Harigerum Abbatem, qui ſuam Hiſtoriam collato cum eo ſtudio concinnauit, ab eodem Rege Dagoberto referre, S. Amando Epiſcopatum eſſe collatum.*

an inſtituerit Landoaldus S. Lambertum puerum,

91 *Non defuerunt deinde, qui Notgerum imitati, nouem annos Eccleſiæ Traiectenſi S. Landoaldum præfuiſſe vellent: inter quos Theodericus Abbas, integro ſeculo Notgero iunior, in Vitâ S. Bauonis hæc refert:* Sanctum Papam Martinum adiit Amandus . . . animatur datis ſuppetiis, venerabili Archipresbytero Landoaldo, & Amantio Diacono Emenſis igitur Alpibus Galliam ingreſſi ſunt: cumque videret Amandus meſſem quidem multam, operarios verò paucos, Landoaldum Traiecti reliquit, vbi & per nouem annos vices Pontificis (nam Ioannes Epiſcopus nuperrimè obierat) adminiſtrauit vſque ad tempus S. Remacli. *Ita Theodericus alios errores congereris, quaſi Ioanni, non Amando Epiſcopo, ſucceſſiſſet Vicarius Landoaldus. Similia habet Gemblacenſis in Vitâ S. Theodardi Epiſcopi Traiectenſis, Renerus & Nicolaus in Vitâ S. Lamberti, Ægidius cap.* 49 *ad Harigerum: quos ſequuntur Bucherius, Fiſen & alij: addunt̃q;*, Landoaldo S. Lambertum ſtudio litterarum initiandum, à patre commiſſum fuiſſe. *Cuius inſtitutionis non meminêre Godeſchalcus Diaconus & Stephanus Epiſcopus Leodienſis auctores præcipui Vitæ S. Lamberti, Nicolao & Renero multò antiquiores: quorum ille refert cap.* 1 traditum eum à primâ ferè ætate viris ſapientibus & hiſtoricis, ſacris litteris edocendum: *at* pueritiæ annos excedentem, commendatum eſſe Theodardo Epiſcopo Traiectenſi, *anno* IDCLX *ordinato*, diuinis dogmatibus & monaſticis diſciplinis eruditendum: poſtquàm autem ipſe adoleſcens per doctrinam Theodardi ſapiens effectus eſt; virtute adultum . . . tam cum Pontifice, quàm in domo regiâ militare cœpiſſe. *Hæc Godeſchalcus, quibus ſimilia memorat Stephanus Epiſcopus. Vnde conſtat non videri ante annum* IDCL *natum eſſe S. Lambertum, potuiſſeq; inter viros ſapientes, quorum diſciplinæ puer commiſſus fuit, numerari Landoaldum à S. Martino Papâ in*

Theodericus Abbas.

alibi ſub 1

natum circa annum 650?

AVCTORE G. H.

Belginm ſocium adiutoremq́, S. Amandi miſſum. Non tamen continùo probamus, quod poſt Ægidium cenſent Bucherius in tabulis Chronologicis, & Fiſen lib. 4 Hiſtoriæ Leodienſis cap. 1, & in Vitâ S. Lamberti cap. 4 hunc annum ætatis XXI agentem inauguratum eſſe Epiſcopum: *quod infrà docebimus non ante annum* IↃCLXXVII *factum fuiſſe.*

A

92 *Quid interim Epiſcopatu Traiectenſi, cùm inde abiret S. Amandus, factum fuerit, ſilent Baudemundus & Milo. Aderat eo tempore* in palatio S. Sigeberti Regis Remaclus, infulas Sacerdotales adeptus, vt præſulatus officium gerens omnibus in neceſſitate ſuâ ſubueniret: *vti teſtatur monachus Stabulenſis in libello Vitæ eius; quem Notgerus integro ſeculo iunior*, quod breuiùs, quàm vt rogitaret, conſcriptus eſſet, ſe extendiſſe *fatetur in Præfatione Vitæ à ſe editæ, in quâ diximus nullam Epiſcopatus Traiectenſis à S. Landoaldo per annos nouem adminiſtrati fieri mentionem. Hic ergo* vir Dei S. Remaclus, *vt in eius Vitâ dicti auctores referunt*, ſubrogatur *S. Amando*, ordinante Dei prouidentiâ, & rogante Regem plebe, Clero, ſenatuque Traiectenſi: *ipſo etiam, vt veriſimile eſt*, S. Amando *Regi perſuadente, vt eam dignitatem illi imponeret, & S. Remaclum hortante, vt ſuſcipere dignaretur: ſe Romæ, vt Martinus Papa rata eſſe omnia velit, effecturum. Suffectus ergo S. Amando Remaclus anno* IↃCL, *ſedit annos circiter decem, quos exprimi in Chronico MS. cœnobij Trudonenſis, planeq́, ſupponi in Vitâ S. Trudonis* XXIII *Nouemb. à Theoderico Abbate illius monaſterij ſuprà memorato conſcriptâ, demonſtrauimus ad Vitam S. Sigeberti Regis* § X, *occaſione monaſteriorum Stabulenſis & Malmundarij ab hoc Rege anno* VI *Epiſcopatus S. Remacli, Chriſti* IↃCLV *extructorum, & triennio pòſt ab eo adhuc Epiſcopo Traiectenſi dedicatorum, vt mirum ſit à Bucherio, Fiſeno, aliiſq́, annos illi tres quatuorue ſolùm attribui. Eius quandoque apud Regem fortaſſe procul à diœceſi agentis, aut ceteroquin monaſteriorum illorum ædificatione occupati vices ſupplere potuit S. Landoaldus, ſi nouem annis; vt traditur, Traiecti ſub eius Epiſcopatu Archipresbyter vixit.*

S. Remaclus antè Epiſcopus,

Succedit S. Amando Traiecti,

anno 650.

regit eam Eccleſiam 10 *annis:*

B

§ XIII *Res à S. Amando præclarè geſtæ ab anno* DCLI *ad* DCLXIV.

93 IN *Belgium redux anno* IↃCLI *S. Amandus, & ſatis vegeto corpore, annos ſolùm* LVII *natus, non, vt plures alij ſtatuunt*, LXXX; *& ad rerum maximarum molitionem egregio præditus animi robore; S. Landoaldo Traiecti relicto, monaſteria antè extructa, potiſſimùm Gandenſia, reuiſit: cuius* famâ longè lateque diffusâ, S. Allouuinus, *Bauo dictus*, Gandam venit (*verba ſunt Theoderici in eius Vitâ*) Amandum inuenit, Clericum ait ſe eſſe velle. Gauiſus Amandus, vbi videt eum nihil cunctari, ſed ad

C

omnia ſuſtinenda paratiſſimi eſſe animi, gratias agens Deo, quaſi cariſſimum amplexatus filium, inducit in Dominici ſcholam ſeruitij, atque in eccleſiâ Gandenſi ante aram B. Petri Apoſtoli, militiam Chriſti profeſſum, barbâ & capillo tonſum, aſſumit in Clericatum: qui, quocumque diuini ſator germinis ibat Amandus, illuc ſtudens ſubſequi, & indiuiſibiliter adhærens Magiſtri lateri, ardebat ſanctæ prædicationis adipe repleri. *Imò* conſenſu ſui Amandi, & loca Sanctorum & vicinos cœnobitas accingitur circuire, ſi fortè contingeret aliquid antè inexpertum vel intentatum inueſtigare, ad quod agendum meritò ſe animare deberet. *Quo tempore etiam ſibi* familiarem *fecit* Domlinum Thurholtenſis Eccleſiæ Presbyterum.

S. Amandus Româ reuerſus an. 631,

S. Bauonem Clericum ordinat,

94 *S. Adalbaldum, itinere in Vaſconiam arrepto, inſidiis conſanguineorum S. Rictrudis vxoris, anno* IↃCLII *in agro Petragorico interemptum fuiſſe diximus* II *Februarij. Quâ occaſione, fortè adhuc eodem anno labente, S.* Rictrudis, *vti, tradit Hucbaldus in eius Vitâ*, init cum philochriſtis ſibi familiaribus, maximeque cum Amando ſanctiſſimo Dei Pontifice & capit conſilium ſalubre. Cui ille verus conſultor propoſuit *vitam monaſticam.* Vſa *ergo* conſilio ſui Symmiſtæ, Deiferi ſcilicet Amandi, ad opiparum conuiuium Regem cum Optimatibus inuitat, & inter

D

prandendum ſecundùm ſalubre ſui Conſiliatoris Amandi inclyti Præſulis conſilium, ex ſinu ſuo prolatum capiti ſuperponit ſam benedictum ab eodem Pontifice velum, & locum, vbi ſpiritualibus daret operam exercitiis, cum conſilio & auxilio ſæpè dicti Præſulis, qui eidem erat à ſecretis, elegit valdè congruum; monaſterium ſcilicet Martianas vocatum, quod ab eo-

S. Adalbaldo anno 652 *occiſo,*

S. Rictrudi ſuadet caſtitatem,

ac virgines monaſticam;

dem Pontifice ſuper fluuium Scarp fuerat conſtructum. Rictrudis poſt profeſſam Deo viduitatis continentiam, & poſt ſumptum ſanctum ſanctimonialis habitus indumentum, tres quoque filias vni deſpondit Chriſto in ætate adhuc tenerâ. *Ex quibus S. Adalſendis in iuuentute diem extremum obiit* XXIV *Decembris. S. Euſebia annos nata duodecim, circiter annum Chriſti* IↃCLVII, *poſt obitum proauiæ S. Gertrudis monaſterij Hamatici facta Abbatiſſa, colitur* XVI *Martij. S. Clotſendis verò matri in regimine monaſterij ſubrogata, habet ſuo dicatum cultui* XXX *Iunij.*

aſſumptam ab eâ & tribus filiabus:

95 *Interea, vt tradit Rainerus in Vitâ S. Giſleni*, cùm *Cellæ* oratorium eſſet fideliter peractum, deprecatione *eiuſdem* B. Gilleni à ſanctiſſimis Chriſti Epiſcopis Autberto *Cameracenſi* atque Amando, cum maximo Cleri plebiſque tripudio, *ſub annum Chriſti, quantum colligimus*, IↃCLIII, in honore Apoſtolorum, Eccleſiaſtico more decentiſſimè eſt dedicatum: *Ibi* populo paſto prædicatione, nec non corroborato in fide, donato inſuper Epiſcopali benedictione, quidam Comes nobi-

oratorium S. Giſlani circa an. 653 *conſecrat:*

E

lis, nomine Madalgerus, (*qui S. Vincentius eſt*) prædicantibus Epiſcopis, Diuinâ inſpiratione compunctus, fallaci mundo renuntiato, capite eſt tonſus, præfati Cameracenſis Epiſcopi manibus, ac quia crucem Domini tollendo, veſtigiaque illius ſequendo, mundo volebat eſſe mortuus, in Alto-monte, (*quod cœnobium tunc extructũ*) ſub regulari habitu eſt recluſus. *Cuius* vxor S. Waldetrudis *marito conſentiens*, cùm in ſeculari habitu *aliquamdiu* caſtè degiſſet, proles & prædia ſtrenuè gubernans, S. Giſleno exhortante Cameracum maturauit adire, atque benedicente S. Autberto Pontifice, ſacro induta eſt velamine, omnibus norma ſalutis & ſpeculum ſanctitatis *facta, monaſterium Caſtrilocenſe, quod eſt Montibus Hannoniæ, extruxit. Nec ſolùm adfuit S. Amandus Autberto Epiſcopo Cameracenſi, eumq́, iuuit in variis ſuprà indicatis monaſteriis ædificandis, ſed etiam ſæpius adiit S. Eligium Epiſcopum Nouiomenſem, à quo ait S. Audoenus* Flandrenſes atque Andouerpenſes, Friſones quoque, & Sueuos, & barbaros quoſque circa littora maris degentes, quos velut in extremis remotos, nullus adhuc vomer prædicationis impreſſerat, magnâ parte populi relictis idolis ad verum Deum conuerſos eſſe Chriſtoque ſubiectos. *Quarum rerum nonnulla Sancti quidem Eligij auſpiciis, ab Amando tamen geſta, in illius diœceſi, videntur.*

laborat in diœceſi Cameracenſi & Tornacenſi:

F

96 S. Bauo *poſt vitam aliquamdiu ſolitariam, ac ſub S. Florberto monaſticam actam*, accerſito ſancto Pontifice Amando & venerabili Abbate Floreberto, integram corpuſculi reclusionem obſecrat, ac vix aliquando impetrat; recluditurque manibus ſancti Pontificis v Idus Nouembris, *anno Chriſti* IↃCLV: *à quâ reclusione necdum biennio elapſo*, die primâ Kalendarum Octobris *anno* DCLVII, Angelorum præſentiâ delectatus, ſpiritum efflauit, à S. Amando *dein* ſepultus: *& quidem ſecundùm Chronicon Bauonianum*, anno Abbatis Floreberti XIII: *cuius initium retulimus ad annum* IↃCXLIV. *Aliter ſentiunt de hiſce annis Chriſti appoſitis & Theodericus Abbas in Vitâ S. Bauonis, & auctor Chronici Bauoniani, qui plurimorum iam ſæpius indicatum errorem ſecuti,* Florebertum *tradunt* Abbatem anno IↃCXVIII conſtitutum à S. Amando (*quem tum apud Bituriges incluſum vixiſſe ſuprà oſtendimus*) & S. Bauonem anno DCXXIX incluſum, *atque* anno IↃCXXXI ſanctè mortuum: *& quidem* Martino vniuerſalem adminiſtrante Pontificatum, *quem poſt ſedecim demum annos ſuſcepit. Sed plura magiſq́, enormia alibi menda. Nam dicitur* Bauo vxorem duxiſſe Chlodouco Franciæ

S. Bauonem anno 655 *includit:*

mortuum ſepelit anno 657.

non 631.

A Franciæ monarchiam gubernante; *cùm numquàm integram tenuerit, ſed ſolius Neuſtriæ imperium adeptus ſit, & quidem puer adhuc, an.* IↃCXLIV *à morte Dagoberti patris, Deinde vxore mortuâ,* Gandauum vſque S. Amandum quæſiuit *Bauo,* Româ reuerſum, acceptus à S. Martino Papâ ſociis Landoaldo aliiſque. *Præterea* apparuit felix anima S. Bauonis, in ipsâ exitus ſui horâ, longè manenti in monaſterio Niuellenſi, ſanctæ Virgini Gertrudi, vt mitteret liniteamina condendo funeri neceſſaria. *Ita Theodericus, qui tamen* animum obitus S. Bauonis *adſtruit* ſexcenteſimum trigeſimum primum; *quo natus eſt S. Gertrudis, quæ B. Pipino patre anno* IↃCXLVI *morientе adoleſcebat, ac quatuordecim erat annorum: igitur quando mortuus eſt Bauo ſecundùm calculum noſtrum anno* IↃCLVII, *pertigerat ad annum ipſa ætatis* XXVI, *tandemq;* XVII *Martij anno Chriſti* IↃCXLIV *ætatis ſuæ* XXXIII *piè deceſſit. Conſobrinos fuiſſe SS. Bauonem & Gertrudem tradit Othelboldus, anno* CIↃXIX *creatus S. Bauonis apud Gandenſes Abbas, in epiſtolâ ad Otgiuam Flandriæ Comitiſſam, Balduini Barbati coniugem, editâ à Miræo in Notitiâ Belgicâ cap.* 82, *vbi meminit libri Vitæ S. Bauonis, quam dolemusmodò non extare; niſi à Theoderico Abbate S. Trudonis multo iuniore non rectè annis Chriſti adiunctis interpolatam.* Bauone egregio Chriſti Confeſſore recentinâ morte in Domino pauſante,

B atque à B. Amando & Abbate Florberto condigno honore humato, miraculiſque coruſcante, venit ad monaſterium Gandenſe S. Liuinus, & accipiens ab officio monaſterij ſumptus, qui in itinere neceſſarij ſunt, profectus eſt & in terram properauit, Deo diſponente, Brabantiam, *vbi* apud Eſcham vicum multis plagis irrogatis decapitatus eſt pridie Idus Nouembris, *vti teſtatur in eius Vitâ S. Bonifacius Archiepiſcopus Moguntinus. Annus martyrio eius celebris eſt* IↃCLIX, *biennio ſecundùm Chronicon Gandenſe poſt obitum S. Bauonis elapſo.*

97 *Sæpiùs S. Amandum viſendorum Antuerpienſium ac fidem Chriſti docendorum cauſſâ, in caſtrum, ſiue oppidum, Antuerpiam veniſſe non dubitamus; ſed ad hæc tempora, tertium nempe ab obitu S. Bauonis annum referimus eccleſiæ iſtic in honorem SS. Petri & Pauli extructæ dedicationem, ad annum ſcilicet Chriſti* IↃCLX, *quo S. Eligius* XIV *Epiſcopatus ſui annum explebat. Eodem tempore cum S. Liuino aliiſq; viris Apoſtolicis in Belgium venit fortaſſis S. Fredegandus ab S. Amando Durinenſi monaſterio, vt ſuprà diximus, præfectus. Calloanis à S. Amando poſt Traiectenſes abdicatas inſulas, verbum Dei prædicatum eſſe tradunt Baudemundus, Milo aliiq;: poſtremis nimirùm, quos iam retulimus, annis. Inter diſcipulos S. Liuini numeratur S. Foillanus Martyr, à quo, fratreq; eius Vltano monaſterium Foſſenſe, Sabim inter & Moſam, in villâ*

C *S. Gertrudis hæreditariâ, extructum eſſe ſuprà diximus. Eodem quoque forſan tempore Trunchinij, Ardenburgi, Cortracæ condita, quæ anteà retulimus, ab S. Amando monaſteria, quorum eccleſiæ traduntur à S. Eligio conſecratæ.*

98 *Extructis monaſterijs Altimontenſi à S. Vincentio, & Montenſi ab eius coniuge S. Waldetrude; S. Aldegundis, huius ſoror, Bertilæ matris, nuptias ſuadentis, illecebras aſpernata, à ſorore ad monaſterium ſuum euocata eſt, inq; propoſito ſeruandæ virginitatis confirmata. Inde poſteà ad SS. Amandum & Autbertum, quos ad Altimontenſe monaſterium veniſſe intellexerat, profecta, ſuſceptoq; ab iis ſacræ religionis velamine in ſponſam Chriſti ſacrata, Malbodienſe monaſterium conſtruxit. Quæ Regibus Chlodoueo & Sigeberto fratre adhuc regnantibus contigiſſe videntur. Chlodoueo poſt annos regni octodecim, anno Chriſti* IↃCLXII *vita functo, Chlotharius filius primogenitus, eius nominis* III *ſubſtitutus, per annos circiter quatuordecim apud Neuſtraſios Burgundioneſq; regnauit: vti demonſtratum eſt ad Vitam S. Sigeberti Regis Auſtraſiorum, qui & ipſe anno* IↃCLXIII *piiſſimè mortuus eſt. Intruſus inde in ſolium fertur Childebertus, filius Grimoaldi fratris S. Gertrudis: eo expulſo, adſcitus ad ſceptrum Childericus, alter Chlodouei* II *filius, qui ad obitum vſque fratris Chlotharij ſolis Auſtraſiis imperauit.*

99 Chlotharío III *regnante, mortuus eſt S. Florbertus monaſteriorum Gandenſium Abbas, anno regiminis* XXI, *Chriſti* IↃCLXIV, *Kalendis Nouembris. Subſtituti ſunt in monaſterio S. Bauonis Aldebertus, apud Blandinienſes Ioannes, qui ambo teſtamento S. Amandi ſubſcripſerunt. Chronologiam ſtatutam egregiè confirmant Acta Ioannis ex archiuo Blandinienſi à Sandero edita. Ibi* Ioannes vas Domini electum, mundum, ſanctum, temporibus Chlotharij Regis iunioris in hoc tabernaculo Dei cuſtos vaſorum Dei efficitur, à S. Amando Abbas Blandinienſibus præpoſitus: *cui* obtulit munus omni ſanctitate plenum, id eſt phylacterium, quod à S. Martino Papâ impetrauerat, & cucullam omni veneratione dignam, quâ ipſe pro Pontificali cultu & honore indui ſolitus erat, cùm ad diuina myſteria celebranda ſeſe præſentaret: & pedum paſtorale incuruum, quod tempore deambulationis ſiue peregrinationis ſuæ portabat. *Quorum aliqua tunc forſan donata, cùm S. Amandi teſtamento Ioannes ſubſcripſit.* Cœpit tunc temporis, *pergit Auctor,* Gandenſis pagi territorium, quod primò Apoſtolicus Pater Amandus, velut cæleſtis agricola excoluit, & vomere verbi diuini exarauit, ſub ſanctiſſimo Patre atque ſucceſſore ſuo Ioanne ramos germinis expandere, & fructus vitæ perpetuæ facere. *Hæc ibi. Sub Chlothario* III *mortuus etiam eſt S. Eligius Kalendis Decemb. anno circiter* IↃCLXV. *Ei in Cathedram Nouiomenſem ſubrogatus S. Mummolenus: qui & ipſe teſtamento S. Amandi ſubſcripſit.*

Avctor. G.H.

D *Abbatis creat Aldebertum S. Bauonis, Ioannem Blandinienſium, & huic varia donat.*

E *S. Eligio ſubrogatur S. Mõmelinus an.* 665.

§ XIV *Chronologica diſtributio rerum ab S. Amando ſummâ iam ſenectute geſtarum; ab anno nimirùm Chriſti* IↃCLIV *ad* IↃCLXXXII; *ætatis ipſius* LXXXVIII. *Tempus Epiſcopatus SS. Theodardi, Lamberti, Huberti.*

100 A Mandus annos natus ſeptuaginta, *auctoritate longâque prudentiæ & ſanctitatis famâ celebris, totâ Galliâ peragratâ, Vaſcones ſub Pyreneis montibus habitantes iterùm adiit, ſiue rogatu S. Rictrudis, vt corpus S. Adalbaldi, aliquot annis ante in agro Petragoricо interempti, Elnonem ad ſuum monaſterium, vbi dein ſepultum fuit, adueheret (quod ad huius Vitam inſinuauimus nobis non improbari) ſiue vt quos olim tempore exilij Vaſcones cœperat inſtruere, iam fidei morumq; ſuæ doctrinâ perpoliret. Verùm* illis in cæcitate permanentibus, *teſte Baudemundo,* ad alia demigrauit loca: *atque in itinere, cæcus aquâ, quâ manus Antiſtes abluerat, aſperſus, viſum illius meritis recepit. Ad fines deinde Francorum venit, monaſteriumque extruxit, vt ſuprà coniecta uimus in agro Borbonio, ſub Bituricenſi diœceſi, vbi etiamnum oppidum S. Amandi nomine extat. Quo* eodem tempore, *ſecundùm Baudemundum,* in loco Nanto, *apud Rutenos* à Rege Childerico donato, *cœnobium condidit, paſſuſque multas iniurias ab Vceticenſi Epiſcopo, ſingulari Dei fauore innoxius euaſit: Ab eodem Rege Childerico anno regni* II *Kalendis Auguſti,* F *anno Chr.* IↃCLXVI *impetrauit Bariſiacum in Laudunenſi agro, vbi extructæ cellulæ præfecit Andream, vt ſuprà diximus. Ad Belgica ſua monaſteria ferè rediit, ſub annum Chriſti* IↃCLXVII; *quo Atrebati corpus S. Vedaſti ex templo S. Mariæ Cathedrali ad oratorium ſuburbanum, quo loco nunc in alterâ ciuitate monaſterium S. Vedaſti viſitur, à SS. Autberto & Audomaro ſolenni pompâ tranſlatum eſt: cui tranſlationi fortè S. Amandus, vt ſuprà oſtendimus, videtur interfuiſſe, ſed eius nomine expuncto, quidam, rati eum aliquot annis antè mortuum, S. Lambertum ſubſtituerunt, decennio integro priùs quàm hic Epiſcopus fieret. Ita adfuit S. Amandus eidem Autberto oratorium S. Vedaſti in Alto-monte conſecranti: quando ſacrum velum iſtic S. Aldegundi collatum.*

Ab anne 665 *S. Amandus Vaſtones inſtruit: monaſteria adiſcat, an in agro Borbonio.*

aliud Nãnto apud Rutenos:

aliud Bariſiaci an. 666.

an anne 667 *tranſlationi S. Vedaſti adfuerit*

101 Elnonenſe *monaſterium in ſiluâ extructum, ac procul ab hominum turbâ ſemotum, præcipuè adamauit S. Amandus, ibiq; ſedem ſenectutis ſuæ, ac ſepulturam elegit. Inde tamen ad conſtituta à ſe monaſteria viſitanda, aut noua erigenda ad finem vſque vitæ aliò identidem profectus eſt: ideoq; ferè*

Elnone degit:

AVCTORI G.H.

nonagenarius in ſuo poſteà teſtamento cauit, vt, ſi in itinere, aut vbi vbi finis *vitæ* peruenisſet, Fratres vel Abba de
A ipſo monaſterio licentiam haberent, corpuſculum *eò* reuocandi. *Inde rogatu S. Rictrudis ad Marchianenſe monaſterium profectus, vidit* caput S. Mauronti *eius filij* apibus cingi, *qui ab eo* decisâ comâ in Clericum attonſus, *dein* Leuita factus, Regiâ honoratus eſt bullâ, Notarius regalium præceptorum conſcribens edicta : *vt tradunt Hucbaldus in Vitâ S. Rictrudis & Philippus infrà num. 37. Colitur S. Maurontus v Maij. Itinere ad Bellouacos inſtituto, cæcam iſtic illuminatam eſſe inter poſtrema S. Amandi geſta recenſent Baudemundus, Milo aliiq;. Chlothario* III *anno* IↃCLXXVI *mortuo ſucceſſit primum Theodericus tertius fratrum eoq; mox pulſo monarchiam Francorum adeptus eſt Childericus, poſtquàm annos* XII *apud ſolos Auſtraſios regnaſſet. Mortuo etiam anno* IↃCLXXV *die* XIII *Decembris S. Autberto Epiſcopo Cameracenſi ſubrogatus eſt anno* IↃCLXXVI *S. Vindicianus, qui teſtamento S. Amandi etiam ſubſcripſit.*

S. Maurõtum Clericum ordinat.

S. Autberto ſuccedit S. Vindicianus an. 676.

IO2 *Præerat hactenùs Eccleſiæ Traiectenſi S. Theodardus Epiſcopus ab anno Chriſti* IↃCLX *vſque ad annum* IↃCLXXVI, *quo apud Nemetes* X *Septembris interemptus, martyrij lauream obtinuit. Bucherius in Tabulis Chronologicis, Fiſenus lib. 3 Hiſtoriæ Leodienſis & in Vitâ eiuſdem, aliiq; eorum*
B *Chronologiam ſecuti, eius Epiſcopatum biennio circumſcribunt, quaſi S. Remaclo Stabuletum anno* IↃCLIII *ſecedenti ſuffectus, & anno* IↃCLV *martyrio foret coronatus. Extat illuſtre diploma* Childerici Regis Auſtraſiorum, *ſignatum* Traiecti VI Septemb. anno regni VIII, *Chriſti* IↃCLXXII, *in quo Rex confirmat monaſterijs Stabuleto & Malmundario collatas à S. Sigeberto patruo varias poſſeßiones.* Vnde, *inquit Rex*, iuſſimus pro hac re Domno & Patri noſtro Theodardo Epiſcopo, vel inluſtri viro Hodoni Domeſtico, cum foreſtariis noſtris, ipſa loca menſurare & deſignare per loca denominata *&c. Integrum diploma alibi dedimus, cui Regina Bilichildis Childerici coniux etiam ſubſcripſit.* S. Theodardo *anno* IↃCLXXVI interfecto, conſilio totius plebis & imperio Childerici Regis ſubrogatum eſſe S. Lambertum, *tradunt in huius Vitâ Godeſchalcus cap. 2, Stephanus Epiſcopus cap. 4. Anſelmus in geſtis Epiſcoporum Traiectenſium cap. 5 & 6, omnes æuo eius propinqui. Annos tum natus erat S. Lambertus circiter ſeptem & viginti, nuper* adoleſcens *iuxtà eoſdem auctores* à S. Theodardo Epiſcopo diuinis dogmatibus & monaſticis diſciplinis eruditus. *Auctor Vitæ S. Theodardi, à Sigeberto Gemblacenſi meliori ſtylo adornatæ, dum ab Epiſcopatu S. Amandi anno* IↃCXLVI *inchoato, ad martyrium vſque S. Theodardi* triginta circiter annos *interponit* (*quibus* Eccleſia Traiectenſis, poſſeſſionum ſuarum quantitate mutilata, atque irruentibus vndique procellis agitata eſt) *neceſſariò necem S. Theodardi ad annum vſque* IↃCLXXVI *reiicit. Ordinatus aliquot poſt illius martyrium menſibus S. Lambertus ſub initium anni* IↃCLXXVII, *ſub* Childerico Rege, qui eum *ſecundùm Godeſchalcum alioſq;* præ omnibus Pontificibus & Optimatibus diligebat, *illam Eccleſiam triennio adminiſtrauit. At* Childerico ab impiis carnificibus *anno* IↃCLXXX *in æſtate* interfecto, *& Theoderico fratre eius aſſecuto regnum, iuſſu Ebroini Palatio eius præfecti,* de Sede ſuâ *anno* IↃCLXXXI depoſitus eſt, & honore debito priuatus, ac Pharamundo in Cathedrâ illius conſtituto, in monaſterio, quod vocatur Stabulaus, ſeptem annos peregit. *Dein Pipino Herſtallio apud Auſtraſios anno* IↃCLXXXVII *in Maiorem-Domus, vt vocabant, aſſumpto, atque Ebroino à quodam Hermenfrido anno ſequente* IↃCLXXXVIII *interempto*, Pharamundus de Sede Pontificali & de prouinciâ Traiectenſi depoſitus atque repulſus eſt : Dominus autem Apoſtolicus S. Lambertus ad propriam Sedem reuocatus, magnâ vniuerſi populi exultatione ſuſceptus eſt. *At tum, cuius anteà nulla apud vllos auctores mentio eſt*, pedes ſuos ad euangelizandam pacem dirigens, populum ſibi commiſſum omnimodis ſacræ doctrinæ cibis reficere curauit, innumeras infidelium turmas de gentilitate vocauit ad Chriſtianitatem.

S. Theodardus Epiſc. Traiectẽſis adeſt Childerico Regi an. 672,

martyrio ſubit anno 676, 10 Sept.

ſuccedit ei S. Lambertus an. 677.

anno 681 expulſus,

reſtitutus anno 688.

D

IO3 *Bucherius cap. 6 Diſputationis hiſtoricæ de Epiſcopis Tungrorum ſeu Traiectenſium num.* 100, *tradit ab eo tempore, quo* S. Amandus à Martino Papâ impetrârit veniam decedendi Epiſcopatu, *id eſt, ab anno* IↃCL, nullum definitum Epiſcoporum Traiectenſium Characterem apparere ante mortem S. Huberti primi Leodienſium Epiſcopi, *ſiue* annum Chriſti IↃCCXXVII, per annos omnino ſeptuaginta ſeptem, quo interuallo quatuor tantùm concluduntur Epiſcopi, Remaclus, Theodardus, Lambertus, Hubertus, omnes Sancti. *Ex his* LXXVII annis concedit S. Huberto triginta, *eiuſq;* ingreſſum componit cum vere anni IↃCXCVII, S. Lambertum *tradit* cœpiſſe ineunte anno IↃCLVI, *ac* labente Epiſcopatus ſui anno XLI cæſum, XVII Septembris : *atque ita* SS. Remacli & Theodardi Pontificio *ſimul* quinque ſolùm annorum ſpatium relinquitur : *idq; vt fatetur*, abſque vllo apparente charactere. *Et hæc eſt vulgata illa Chronologia, quam Belgas Galloſq; ſibi ſequendam ſtatuiſſe clamitat auctor Vindiciarum. At contra eam dedimus characterem, expreſſum annis quinto, octauo, decimo, Epiſcopatus* S. Remacli, *quem proinde oſtendimus ſediſſe ab anno* IↃCL *ad* IↃCLX. *Protulimus dein* diploma Childerici
E anno regni VIII, *Chriſti* IↃCLXXII, *datum, cùm Eccleſiæ Traiectenſi præeſſet* S. Theodardus : *quem ex altero charactere oſtendimus ad annum vſque* IↃCLXXVI *vixiſſe, quo* X *Septembris cæſus eſt. Demonſtrauimus etiam* S. Lambertum *anno* IↃCLXXXI *è Cathedrâ Traiectenſi pulſum (quod ſub prioribus Sedis annis factum eſt) & anno* IↃCLXXXVIII *eidem Eccleſiæ redditum, occiſo tum Ebroino, cuius cædem idem Bucherius retulerat ad annum* IↃCLXXV, *quo oſtendimus Chlotharium* III *adhuc regnaſſe. Nos Epiſcopatui SS. Lamberti & Huberti annos integros quinquaginta aſſignamus, ab anno ſcilicet* IↃCLXXVII *ad annum* IↃCCXXVII. *Sed quot anni ſint horum ſingulis aſſignandi, non æquè liquet. Annorum numerum Epiſcopatui S. Lamberti adſcripſit Renerus cap. 27 Vitæ eius in Epilogo :* Paſſus eſt, *inquit*, S. Lambertus XV Kalendas Octobris, anno Epiſcopatus ſui quadrageſimo ſub Rege Francorum Hildeberto Theoderici Regis filio. *Verùm ex calculo noſtro tum ſediſſet S. Lambertus Epiſcopus ab anno* IↃCLXXVII, *vſque ad annum* IↃCCXVI : *ante quem non ſolùm obierat Rex Childebertus, ſed etiam filius eius Dagobertus iunior. Non eſt adeò exactus Renerus in annis computandis, qui cap.* 8 *tradit* S. Lambertum emicuiſſe inter ſanctos ſui temporis Epiſcopos, Auſtrigiſilum Biturigenſem, Eligium Nouiomenſem *alioſq;, quorum ille anno* IↃCXXIV, *iſte* IↃCLXV *mortuus eſt, quando S. Lambertus necdum Epiſcopus erat imò, circa annum* IↃCL *tantùm natus. Regnauit Childebertus ab anno* IↃCXCVIII *ad annum* IↃCCXI, *quo tempore Pipinus Dux cum ampliſſimâ poteſtate regno potiſſimùm Auſtraſiorum præerat : à cuius* familiari, nomine Dodone, de Primatibus Palatinis vno S. Lambertum telo transfixum, animam Deo tranſmiſiſſe *ſcribit Godechalcus in eius Vitâ.*
F

Perperàm negatur 77 annis ad Epiſcopos Traiectẽſes vltimos ordinandos nullum reperiri characterem,

Non fuit S. Lãbertus 40 annos Epiſcopus,

neque tẽpore 55. Auſtrigiſili & Eligij:

IO4 *Mortuus eſt Pipinus anno* IↃCCXIV, *à quo poſt obitum filij Droci, ſiue Drogonis, magis amatus eſt filius Carolus Martellus, eiuſq; mater Alpais inſtar vxoris habita. Ob hanc Principis incontinentiam reprehenſam, S. Lambertus ab Alpaidis fratre Dodone interfectus eſt. Qui iuſſu Childebrandi Comitis, Chronico Fredegarij partem vltimam à capite* XCVII *adiunctam auctor coæuus de Pipini familiâ ſcripſit, hæc ita narrat cap.* 102 *& ſeqq.* Poſt hæc Drocus filius Pipini à validâ febre correptus, mortuus eſt, & ſepultus in baſilicâ B. Arnulfi Confeſſoris in Mettis vrbe. Grimoaldus quoque ex quadam concubinâ genuit filium, nomine Theudoaldum. Igitur præfatus Pipinus aliam duxit vxorem nobilem & elegantem, nomine Alpheidam, ex quâ genuit filium, vocauitque nomen eius linguâ propriâ Carolum. Creuitque puer elegans atque egregius factus eſt. Mortuus eſt his diebus Childebertus Rex, & ſepultus Cauciaci in baſilicâ S. Stephani Martyris. *Hæc auctor ille iuſſu Childebrandi, dicti Caroli Martelli fratris, vltimis iſtis annis ex Alpaide nati, quam in huius fauorem*

an poſt obitum Drogonis filij Pipini,

aſſumptâ quaſi in vxorem Alpaide,

A *rem* aliam vxorem Pipini *appellat. Ità* Dagobertus I tres ſimùl habebat ad inſtar Reginas, *vti tradit Fredegarius cap.* 60. Drogonem, *ſeù* Drocum, filium Pipini mortuum eſſe anno IↃCCVIII *habent Annales breues in monaſterio S. Nazarij ad Rhenum ſcripti, atque à Frehero & Cheſnæo editi. Imò* tempore veris obiiſſe *addunt Annales ab eius obitu cœpti, atque ex MSS. Viliano & Petauiano ſub initium tomi* II *Scriptorum Galliæ à Cheſnæo vulgati. Mortuum eſſe Childebertum Regem anno* IↃCCXI *ſuprà diximus. Quæ autem inter obitum Drogonis & Childeberti Regis narrantur geſta de ductâ ſiue aſſumptâ Alpaide in alteram quaſi vxorem, quidni referantur ad annos interpoſitos* IↃCCIX *aut* IↃCCX? *Eo namq́, tempore accreſcebat Carolus Martellus puer, fortè* X *aut* XII *annorum. Ad eoſdem circiter annos referri cædes S. Lamberti poſſe videatur: ſaltem, dum illius occurrat character. Certè non ante annum* IↃCCVII, *quo triginta in Epiſcopatu explerat annos, deceſſiſſe arbitramur.* S. Willibrordus Epiſcopus Vltraiectinus & S. Lambertus maximo ſeſe inuicem videndi deſiderio inflammati, conuenerunt referentes, quæ & quanta per eorum miniſterium Diuina gratia operata eſt in Gentibus. *Vti cap.* II *Vitæ S. Lamberti tradit Nicolaus: quibus multi vtrimque anni in Epiſcopatu peracti innituntur: & tamen à Bucherio,*

B *Fleno, Ioannè Roberti aliiſq́, traditur antè occiſus S. Lambertus, quàm S. Willibrordus conſecratus Romæ Epiſcopus, rediiſſet in Belgium. Quæ refertur reuelatio martyrij S. Lamberti facta Sergio Papæ, quia antiquis ſcriptoribus incognita eſt, alibi inter apocrypha eſſe reponendam probauimus. Et hæc de ſucceſſoribus S. Amandi in Sede Traiectenſi dicenda putauimus, ne vel inde ſemita aliqua deuia ad Chronologiam ſtatutam infringendam aliis panderetur.*

occiſus poſt an. 708? *non videri ſaltem ante an.* 707.

105 *Sed ad tempora Childerici Regis, facti iam Francorum monarchæ, redeamus.* S. Leodegarius Epiſcopus Auguſtodunenſis, *teſte Vrſino auctore coæuo in huius Vitâ,* ſuper omnem domum Childerici in Neuſtriâ confirmati, ſublimatus erat, & Maior-domus in omnibus factus: *qui* præſente Rege Childerico *cum* S. Niuardo Epiſcopo Remenſi, & S. Mummoleno Nouiomenſi *ſubſcripſit* epiſtolæ S. Bercharij Abbatis, *quâ hic* cœnobio Deruenſi *à ſe condito è propriâ ſuâ hæreditate plures villas largitur. Cui* Berchario *idem* Rex Childericus priuilegium dedit in Compendio palatio *regni Neuſtriæ,* IV Nonas Iulij, anno III regni, *Chriſti* IↃCLXXIX, *ſubſcribentibus eodem* Leodegario, Attelano Epiſcopo Laudunenſi, & S. Reolo Epiſcopo Remenſi, *poſt obitum S. Niuardi qui Kalendis Septembris anno* ↃCLXXVIII *contigit, ordinato. Hic eſt* S. Reolus III *Epiſcopus, qui teſtamento S. Amandi ſubſcripſit: de eo agemus* XXV *Nouembris, de S. Berchario Abbate* XVI *Octobris: cuius epiſtola ac priuilegium Childerici referuntur à Nicolao Camuzato in Promptuario Tricaſſino poſt Acta eiuſdem S. Bercharij. De S. Leodegario poſt reſumptum à Theoderico anno* IↃCLXXX *regnum Francorum, ab Ebroino in exilium miſſo, & anno* IↃCLXXXV *interfecto, egimus ad Vitam S. Sigeberti Regis; prolixius acturi* II *Octobris die eius natali.*

Sub Childerico fuit Maior domus S. Leodegarius. S. Niuardo anno 678 *mortuo, ordinatur S. Reolus Epiſcopus Remenſis.*

C

§ XV. *Tempus conditi à S. Amando teſtamenti, eiuſque obitus.*

106 SAnctus Amandus, *quod erexerat* Elnone templum, *teſte Chronologo Elnonenſi apud Buzelinum lib.* 2 *Annalium Gallo-Flandriæ,* inſigni pompâ dedicauit in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, conuocatis Epiſcopis in monaſterio Elnone, Reolo Archiepiſcopo Remenſi, Mommoleno Tornacenſi & Nouiomenſi, Vindiciano Cameracenſi & Atrebatenſi, Abbate Bertino, Aldeberto, Ioanne, quibus ſubſcribentibus teſtamentum ſuum confirmauit: *idq́, vt ipſi teſtamento adſcribitur,* anno ſecundo regni Domini noſtri Theoderici glorioſi Regis, ſub die XV Kalendas Maij. *Cùm autem* S. Leodegarius poſt Paſcha *anni* IↃCLXXX Luxouium profectus, aliquanto temporis ſpatio cum Ebroino inter monachorum contubernia pœnitentiam agens tam ſtrenuè ſe geſſerit, vt perpetuò illic in monaſtico inſtituto manſurus videretur; *antequàm* Childerico inter venandum occiſo, Theodericus ad regni ſceptra perueniret; *arbitramur diem* XVIII *Aprilis, quo teſtamentum S. Amandi ſubſignatum eſt, referri debere ad annum Chriſti* IↃCLXXXII, *quo ſolennitate Paſchatis peractâ* XXX *Martij potuit Eccleſia dedicata fuiſſe feriâ quartâ aut quintâ, die* XVI *aut* XVII *Aprilis, ac deinde ab illis inductus, teſtamentum S. Amandus confeciſſe* XVIII *Aprilis feriâ ſextâ poſt Dominicam* II *à Paſchate. Subſcriptores noſtram Chronologiam confirmant: ac primò Epiſcopi ordinati, vt ſuprà demonſtratum eſt, Reolus Remenſis anno* IↃCLXXIX, *Mummolenus Nouiomenſis* ↃCLXVI, *Vindicianus Cameracenſis* IↃCLXXVI. *Deinde præter S. Bertinum (qui quòd vltrà quinquaginta annos Sithiuenſi à ſe condito monaſterio præfuerit, neutrius partis luminibus præſtruit) ſunt Abbates Gandenſes, Aldebertus monaſterij S. Bauonis, & Ioannes Blandinienſis; cui* ſub die Nonarum Martiarum anno regiminis XX, *Chriſti* IↃCLXXXIII. defuncto, Abbas à B. Florberto tertius, ordinante ſanctiſſimo Patre Amando, efficitur Baudemundus magnificæ ſanctitatis vir: cuius Abbatis tempore ſanctiſſimus Pater Amandus vniuerſæ carnis viam ingreſſus eſt. Scripſit idem Baudemundus teſtamentum S. Amandi eiuſdem viri iuſſu, *tam ſcilicet necdum Abbas. Hæc ex Chronico Blandinienſi: quæ ad proximum Februarium anni ſequentis cogunt differre obitum S. Amandi. Eodem etiam, aut præcedenti anno B. Andream Bariſiaco euocatum præfecit Amandus Elnonenſibus Abbatem, qui quo tempore teſtamentum factum ibi necdum erat.*

Chriſti 682. *ſubſcribentibus* 3 *Epiſcopis, & 2 Abbatibus poſt annũ* 663 *ordinatis: conſtituit anno* 684. 7 *Martij Baudemundum Blandinienſem Abbatem*

D E

107 *Hoc rerum geſtarum ordine in ſingulos fermè annos producto, annum obitus S. Amandi ſtatuimus* IↃCLXXXIV, *quo anilo ætatis nonageſimo, cæleſtem gloriam ingreſſurus,* VI *Februarij mortalem hanc vitam reliquit, ſeſqui anno circiter priùs quàm S. Leodegarius* II *Octobris anni* IↃCLXXXV *occideretur. Hinc* ad Theoderici Regis vſque tempora, *ait Auctor Elnonenſis, & ſequenti edendus,* vixiſſe B. Amandum chartarum inſtrumento, quæ apud nos hactenùs habentur, docemur. Quibus etiam diebus Ebroinus Maior domus nefandas regno Francorum inferens calamitates, B. Leodegarium diuerſis tormentorum pœnis excruciatum, Chriſti Martyrem fecit. *Hæc ibi, quæ noſtram Chronologiam maximè confirmant, produntq́, inſcitiam auctoris, dum annum Chriſti* IↃCLXI *adſcribit. Idem morienti S. Amando aſſignat* diem Dominicam, *Philippus Abbas* noctem Dominicam, *Maſſæus lib.* 4 *Chronicorum* Sabbatum. *Silent auctores antiquiores. Anno* IↃCLXXXIV, *quo ſtatuimus S. Amandum è vitâ deceſſiſſe, in Sabbatum conueniebat dies* VI *Februarij ante Dominicam Septuageſimæ, quæ à Sabbatinis Veſperis, dum ſolenne canticum Alleluia omittitur, poteſt cenſeri inchoata: ſub cuius noctem ſi obierit S. Amandus, alij dixerint mortuum eſſe Sabbato, alij* nocte Dominicâ, *aut etiam cum quadam ampliatione* die Dominicâ, *maximè ſi tum ſepultus fuerit. Nam diem depoſitionis multi à die obitus non diſtinguunt, vt alibi non ſemel adnotauimus.*

moritur anno 684. *altero anno S. Leodegarium anno,* *Sabbato ante Dominicã Septuageſimæ.*

F

108 *Hanc diem Dominicam obſeruant nonnulli, quia infrà in Hiſtoriâ Tranſlationis; ex MS. Inſulenſi & Surio editâ, dicitur num.* 1 S. Aldegundis nocte Dominicâ in ipsâ, quâ B. Amandus tranſiit horâ, in ecſtaſi mentis vidiſſe virum ſenem, cygneo capite reuerendum, Sacerdotalibus & præclaris veſtibus indutum, baculum in manu tenentem, ad ſuperna quaſi tranſire. *Similia referuntur à Philippo num.* 74, *& ab Hucbaldo Elnonenſi monacho in Vitâ S. Aldegundis num.* 25, *additq́, ea* in Vitâ B. Giſleni plenius inueniri: *innuens ſcilicet illum auctorem potiùs à ſe deſcribi, quàm eo ſeniorem in Vitâ eiuſdem Aldegundis, ex veteribus MSS. primo loco à nobis edita, vbi cap.* 2 *vitæ legitur:* Illo in tempore erat inibi in proximo B. Amandus Epiſcopus multis fulgens virtutibus, qui plurimas per circuitum nationes prædicationis verbo & vitæ meritis ad Chriſtianitatis perduxerat titulum: multaque monachorum cœnobia, & Canonicorum collegia puellarumque

S. Aldegundis vidit gloriam S. Amandi, non tamen mortui,

S. Amandus conſecrat templum Elnonenſe,

& condit teſtamentum anno Theoderici 2,

AVCTORE G. H.

rumque congregationes ad ſummos prouexerat honores. Oſtenſum ſiquidem eſt Aldegundi, quaſi S. Amandus tranſiret ad Dominum, & multitudo populi, quæ per eum crediderat Chriſto, ſequeretur illum: ipſa quoque Virgo Chriſti in eodem * habere comitatu. Beatus itaque Amandus percipiebat à Domino Ieſu coronam numeroſitatis virorum, quos Chriſto lucratus fuerat: benigniſſima verò Aldegundis brauium multitudinis puellarum à ſuo meruerat ſponſo. *Hæc ibi, quæ nobis vt veriora probantur. Potuit ea viſio accidiſſe nocte Dominicâ, quam alij ad horam, quâ S. Amandus mortuus eſt, cuius hîc nulla fit mentio, inconſideratè tranſtulerunt.*

ſed adhuc viuentis.
** fortè haberi.*

Corpus S. Amandi tranſlatũ anno 698, non à S. Eligio, anno 665 defuncto;

109 *Simili errore referunt Milo infrà, aliiq;*, venerandum Chriſti Confeſſorem Eligium corpuſculum ſancti Patris Amandi ſexto decimo poſt tranſitum anno, reperiſſe incorruptum, ac VII Kalendas Nouembris, tranſtuliſſe: *quod factum eſt anno Chr.* DCXCVIII: *quaſi vti in Vitâ S. Audomari* IX *Septembris legitur*, poſt deceſſum Aicharij Mummolinus illi in Nouiomenſis Eccleſiæ Cathedrâ ſucceſſiſſet, ac ſex & viginti annos ſtrenuè ſe geſſiſſet, *atque illi tum fuiſſet ſubrogatus S. Eligius, qui in Chronico Gandenſi ſimili mendo dicitur* circa tempora Baudemundi & Ferreci Abbatum *ad annum vſque* DCC prædicaſſe verbum Dei in Flandris, Blandinium amplificaſſe, eccleſiam S. Martini Cortraci dedicaſſe, Brugis item & Aldenburgi, Rodenburgi & in Ooſtburg templa conſtruxiſſe. *S. Mommoleno anno* DCXCI *ſucceſſit Guidonius vel Gunduinus, eoq; mortuo Geralphus vel Guarulphus, quorum Acta magis obſcura ſunt, & fortè aliqua S. Eligio adſcripta. Aliud mendum pluribus commune additur, ſcilicet* corpus S. Amandi, Lothario ſacri templi ædituo, eſſe eleuatum XII Kalendas Octobris anno Chriſti DCCCIX, *poſtquàm* in imis terræ viſceribus vſque ad annum ſui obitus centeſimum quinquageſimum occultatum iacuiſſet. *Qui idem annus à Milone tam in ſermone de hac Eleuatione corporis quàm in poëmate exprimitur. In hoc Milo, vbi* iuuenis S. Amandum laudare meretur, *hos promit verſus:*

ſed à S. Mommoleni ſucceſſore.

eleuatum anno 809,

ab obitu non 150,

Curricula annorum centum vergente recurſu
Tranſierant, numerus pariter partitus & idem,
Tranſiit ætheream quo vir venerandus ad aulam:
Cùm corpus tumuli diſiectâ mole leuatum,
Incolume inuentum eſt, & dens ſublatus ab ore
Fudit ſanguineas vt viuo gutture guttas.

In his verſus ſecundus, vt ab anno DCLXXXIV *perueniatur ad annum* DCCCIX, *ita legendus foret,* numerus quartò partitus & idem. *Interfuerunt enim anni* CXXIV, *menſes ſeptem & dies* XIV, *à ſextâ ſcilicet Februarij ad* XX *Septembris: at dum exprimitur annus ab obitu centeſimus & quinquageſimus, vnà indicatur mendo communi annus obitus* DCLXI, *apud Elnonenſes, ne oblitterari poſſet, lapidibus inſculptus, vt ex ſequentibus conſtabit.*

ſed 126,

malè inde illato anno obitus 661.

C *§ XVI Scriptum Elnonenſe de anno obitus S. Amandi excuſſum.*

110 *QVamquàm hactenùs iis qui obitum S. Amandi ad annum* DCLXI *referunt, abundè ſatisfactum eſſe videatur; tamen, ne aliquem in monumentis MSS. latentem theſaurum exiſtimemur neglexiſſe, addimus ex MSS. Elnonenſi & Marchianenſi*, Argumentum, quo tempore beatus Chriſti Confeſſor Amandus vel natus vel defunctus ſit: *vti illud ſub hoc titulo proferens Auctor Elnonenſis, hæc ita diſputat.* De tempore natiuitatis & curſu vitæ atque obitu beati Pontificis Chriſti Amandi aliqua lectioni inſerere ad plenam cognitionem legentium neceſſarium duximus. Qui, ſicut probabili argumento hiſtoriis ac chronicis ſibi concinentibus inueſtigamus, anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti DLXXI, Nonis Maij menſis, in prouinciâ Aquitaniorum, & pago præfatæ regionis vocabulo Herbatilico, ex patre Sereno, matre Amanciâ, natiuitatis initium habuit, an-

Anonymus Elnonenſis

ſtatuit S. Amandũ vixiſſe ab anno 571 ad 661

no ſcilicet ſeptimo, quo Iuſtiniani ſucceſſor minor cum Sophiâ coniuge in Republicâ arcem imperij tenebat: quo videlicet tempore Ioannes Pontifex Romanæ Eccleſiæ in ordine Pontificum LXIII Cathedram eiuſdem Vrbis anno ſui Præſulatus VII ſtrenuè gubernabat. Computantur autem ab anno natiuitatis præfati viri Diui Amandi vſque ad obitum ipſius, Pontifices Romanæ Sedis ſedecim, à Ioanne ſcilicet incipientes numerare, cuius octauo anno * Pontificatus natus eſt, hoc modo. Primus idem Ioannes, ſecundus Benedictus, tertius Pelagius, quartus mirabilis Doctor Eccleſiæ Gregorius, in cuius ordinationis initio vir Domini Amandus XXII ætatis agebat annum, in obitu verò ipſius Papæ XXXV, qui erat annus à Natiuitate Domini DCV, regni autem Phocæ Cæſaris annus II, ſicut Beda venerabilis Presbyter in Chronicis ſuis refert. Et vt cœptum perſequar calculum, ſucceſſor Gregorij Pontificis quintus Sabinianus, ſextus Bonifacius, ſeptimus alter Bonifacius, octauus Deuſdedit, nonus Bonifacius, decimus Honorius, vndecimus Seuerinus, duodecimus Ioannes, tertius decimus Theodorus, quartus decimus Martinus B. Amando familiariſſimus, quintus decimus Eugenius, ſextus decimus Vitalianus, cuius tertio anno Pontificatus B. Amandus eſt defunctus VIII Idus menſis Februarij, atque ita computati ab anno dicto Incarnationis Dominicæ DLXXI, qui erat annus octauus Præſulatus Ioannis Papæ, vſque ad annum Domini DCLXI, qui erat annus Epiſcoparus Vitaliani Papæ tertius, inueniuntur anni vitæ præfati Patroni XC, quibus præſentis vitæ munus expleuit.

ſub his Pontificibus Romanis

**Eln. Præſulatus.*

111 Simili etiam modo, ſi Reipublicæ Imperatores reuoluas, ſeptem in tempore vitæ præfati Patris Amandi regio officio functos inuenies hoc ordine. Primum Iuſtiniani ſucceſſorem Iuſtinum iuniorem, cuius ſeptimo anno regni natus eſt: ſecundum Tiberium, tertium Mauritium, quartum Phocam, (cuius ſecundo anno Imperij, vt iam diximus, qui erat annus Domini DCV, Gregorius Papa obiit: poſt quem B. Amandus vixit annis LVI) quintum Romani Imperij Principem Heraclium, ſextum Conſtantinum, ſeptimum eiuſdem nominis Conſtantinum, cuius anno regni XXIII, qui erat annus Dominicæ Incarnationis DCLXI, vltimum præſentis æui tempus ſæpè dictus Pater expleuit. Quod ſi & Principes regni Francorum, qui tempore vitæ eius ius regium tenuerunt, aliquis quærere voluerit, (quamquàm enim id non facilè propter hiſtoriarum ſemiplenam indaginem videatur fieri poſſe) diligentiùs animi viuacitate perſpiciens, reperiet tempore vitæ eius, hos apud Francos honore functos regio, hoc ordine. Primùm Hilpericum, ſecundum Lotharium, tertium Dagobertum, quartum Sigebertum, eiuſque fratrem Hlodoueum quintum, cuius filij fuerunt hi, Lotharius, Hildericus, ac Theodericus. Sed Lotharío in iuuentute mortuo, ac deinde Hilderico à Francorum Primatibus interfecto, regalem, quam nuper tonſoratus amiſerat, Theodericus excepit dignitatem. Ad cuius vſque tempora Beatum vixiſſe Amandum, chartarum inſtrumento, quæ apud nos hactenùs habentur, docemur. Quibus etiam diebus Ebroinus Maior-domus nefandas regno Francorum frendens inferebat calamitates, augens de die in diem vſque ad feram ſcelerata piacula mortem. Qui Regibus cum omni populo perturbatis, ad vltimum omnium malorum ſuorum cumulum, B. Leodegarium diuerſis tormentorum pœnis excruciatum Chriſti Martyrem fecit.

Imperatoribus in Oriente,

& Regibus Francorum:

mortuum eſſe ſub Theoderico Rege, & Ebroino Maiore domus, circa tempus martyrij S. Leodegarij.

112 Si quis verò hunc ſermonem ab exiguitate ingenioli noſtri depromptum quaſi minùs idoneum ac veritate ſuffultum probabili argumento inueſtigare voluerit, hunc monemus; vt primò annum obitus præfati Confeſſoris Chriſti Amandi, qui fuit à natiuitate Domini DCLXI, diligenter memoriæ figat: quia in eo, ſicut priores noſtri non ſolùm in libris, ſed etiam lapidibus, ne oblitterari poſſet, ſcriptum reliquerunt, ab

Error in lapidibus inſculptus.

A ab hoc mundo ad Dominum transiit. Vnde hoc numero, quasi fundamentum, in animo stabiliter collocato: ab ipso demum ad superiora calculando, xc annorum, quibus vixit, numerum computet, & sic ad DLXXI natiuitatis Dominicæ annum, quo natus est sæpè dictus Pater, gradatim perueniet. His igitur duobus calculis vno ortus & altero obitus diligenter animo commendatis, adhibeat sibi historias Regum, qui eo tempore ius regium tenuerunt, insuper & chronicas venerabilium Patrum, nec non & librum de Pontificibus Apostolicæ Sedis editum, eosque quasi antè & retro oculatus, hinc & inde sensus vtilitate circumspiciat, atque, qui Apostolici, quiue Imperatores vel Principes B. Amando in corpore adhuc viuente fuerint, solerter consideret. Et, si post nonnullam laboris operam, rei veritatem inuenire quiuerit, nequaquàm hæc nostra dicta, qualiacumque sint, vt opinor, reprobabit. *Hactenùs Auctor Elnonensis, totus in colligendis Pontificibus Romanis, ac Imperatoribus Constantinopolitanis, quasi muris illis atque propugnaculis procùl extrà Galliam sitis, hæc controuersia foret defendenda. Imò quasi hæc non sufficerent, additur epocha illius anni* IↃCLXI, *quæ tunc veluti firmissimo, præsidio munita ea sententia nequiret deinde expugnari. Ita ergo in MS. nostro adiungitur sub titulo* de obitu B. Amandi: Anno Incarnationis Domini nostri Iesu Christi
B IↃCLXI, Indictione IV, Epactâ XV, Concurrente IV, Termino XII Kalendas Aprilis, Pascha V Kalendas Aprilis, Lunâ XXI, VIII Idus Februarij, die Dominicâ, Lunâ I, obiit S. Amandus annorum circiter nonaginta. *Hæc ibi, quæ, exceptâ die Dominicâ, conueniunt in illum annum* IↃCLXI, *Cyclo Lunæ* XVI, *Solis* XVI, *litterâ Dominicali* C, *vti etiam ex Concurrente* IV *constat, ergo* VI *die Februarij in Sabbatum incidente. Quid si epocha anni* CIↃIↃCLXI *eodem modo apponeretur, num inde conficeretur S. Amandum mille annis seriùs vitâ functum esse? Sit potiùs, nomine asserentium annum obitus eius* IↃCLXI, *hæc proposita conclusio, atque ex intimis historiæ visceribus deducta.*

Conclusio aliorum de anno 661 obitus.

113 *S. Amandus antè Episcopus Traiectensis, Elnone in monasterio à se extructo, ab his auctoribus mortuus dicitur anno Christi* IↃCLXI, *ergo Sabbato ante Dominicam Quinquagesimæ, cyclo Solis* XXVI, *litterâ Dominicali* Ç, *& cyclo Lunæ* XVI, *Paschate deinde celebrato* XXVIII *Martij: anno ætatis* LXVII, *ordinationis Episcopalis* XXXIII, *suscepti Episcopatus Traiectensis* XVI: *regni Chlodouei* II *apud Francos Neustrasios anno* XVII, *S. Sigeberti fratris apud Austrasios* XXIII, *antequàm in Neustriâ Chlotharius* III (*sub quo tamen Ioannem Blandinienſium constituit Amandus Abbatem*) *regnum auspicaretur, integro anno, at biennio antè quàm regnum Childericus apud Austrasios capesseret, qui tamen ei fundum donauit, & apud Rutenos in quo monasterium Nantense extruxit;*
C *& Barisiaci in agro Laudunensi: ac demum anno* XX *antequàm Childerico occiso Theodericus, (sub quo testamentum condidit) regnum Francorum accepit. Eadem ratione secundùm illos auctores mortuus est anno* XVII, *antequàm S. Reolus consecraretur Archiepiscopus Remensis, anno* XV *ante Episcopatum S. Vindiciani, anno* V *ante Episcopatum S. Mummoleni: & anno* III *priusquàm Abbates crearentur Adelbertus apud Gandauenses S. Bauonis, & Ioannes Blandinienſium; qui tamen omnes tam Episcopi quàm Abbates eius testamento post S. Amandi propriam signaturam subscripserunt. Demum anno* XXIII, *antequàm ab eo Baudemundus constitueretur Blandinienſium Abbas; anno* XVII *ante martyrium S. Theodardi Episcopi Traiectensis, & successionem S. Lamberti, & anno* XXV *ante Eedem S. Leodegarij, qui* eisdem ferè diebus, *vt traditur ab Auctore Elnonensi,* martyrium passus. *Postremò anno S. Vitaliani Papæ non tertio, vt illi volunt, sed quinto, vtpote sub finem Iulij anni* IↃCLVI *creati: & anno non Constantini* XXIII, *sed Constantis patris Constantini Pogonati, de quo mox agemus anno* XXI. *Horum interim annorum tam Pontificis quàm Imperatoris nulla mentio fit apud Baudemundum, Auctorem Aquitanum, Milonem, cæteroſq; æuo S. Amandi magis propinquos.* Constantis, qui & Constantinus, *meminit Harigerus, eiusq;* annum XXIII, Christi IↃCLXV *exprimit: cui Constanti adiungit* annum ætatis S. Amandi nonagesimum, *quem etiam cum Imperio Constantini, vt vocant, & pontificatu Vitaliani tradunt Auctor Elnonensis, & Philippus Abbas, asserentes ambo mirabili temporum confusione, tunc* in Franciâ Theodericum regnasse. *Quare de eius sub hoc Rege obitu sit etiam opposita alteri hæc nostra conclusio.*

& temporum confusiones.

Auctore G. H. D

114 *Amandus anteà Episcopus Traiectensis, Elnone in monasterio à se constructo mortuus est anno* IↃCLXXXIV, *ergo Sabbato ante Dominicam Septuagesimæ, cyclo Solis* XXI, *litteris Dominicalibus* C B, *ac cyclo Lunæ* I, *Paschate deinde celebrato* X *Aprilis; anno ætatis* XC, *ordinationis Episcopalis* LVI, *à suscepto Episcopatu Traiectensi* XXXVIII, *anno regni Theoderici* III, *Episcoporum Lamberti Traiectensis* VII, *Reoli Remensis* V, *Vindiciani* IX, *Mummoleni* XIX, *Abbatum Adelberti monasterij S. Bauonis* XX, *Baudemundi Blandinienſis* I, *altero anno labente ante necem S. Leodegarij Martyris, Leone* II *Pontifice Romano, & Constantini Pogonati Constantis filij, Imperatoris anno* XVI. *Ab hoc Imperatore aliquos occasionem perturbandi hanc Chronologiam hausisse non dubitamus. Nam Regino Abbas Pruniensis, qui sub finem noni atque initium decimi seculi floruit, tempore huius* Constantini Pogonati *tradit* Dagobertum Regem *vixisse*, ciusque filium Sigebertum, dum à S. Amando catechumenus fieret, non amplius quàm quadraginta dies natum, cunctis audientibus AMEN respondisse. *Præterea* annum Christi *filio ab eodem Reginone, siue ab alio, vt ad Vitam S. Sigeberti diximus, potiùs intrusum, apponi* IↃCV; regnasse XVII annos, *ac tamen* Iustinianum *eius* filium *successisse* anno Christi IↃCXII, *decennio integro ab immemore sui siue interpolatore siue Reginone magnâ cum socordiâ absorpto. Verùm hic* Iustinianus, *ab præcisis deinde naribus* Rhinotmetus *posteris dictus, Constantino patri successit anno Christi* IↃCLXXXV: *sub cuius imperio tradit idem Regino* S. Sigebertum Regem in regno Austriæ sublimatum, Chlodoueum II, *illi* Lotdouuicum natum, *eorumq; patrem* Dagobertum Regem mortuum esse, & in basilicâ S. Dionysij sepultum. *Hos Reginonis errores exprimit Chronologus Gandensis, dum asserit* monasterium Blandinium cœptum anno Dominicæ Incarnationis IↃCX, Indictione I, Dagoberti XIV, *qui idem annus reperitur in Chronico Sigeberti, & vulgaribus his versiculis confirmatur:*

In lexcenteno deno fundauit Amandus
Annio Blandinium, Patronum dans ibi Petrum:
Rexit Florbertus, dotauit Rex Dagobertus.

Quia autem circa illud tempus natus baptizatusq; est à S. Amando Sigebertus Rex secundùm Chronicon Reginonis, illud principium fonteinq; omnium errorum prorsus iudicamus. Inde mendum hausium à Theoderico Abbate, statuente S. Bauonem F
anno IↃCXXXI *mortuum esse. Inde Elnonenses reliquam ætatem S. Amandi supputantes obituni eius coniecerunt in annum* IↃCLXI, *quem mox lapidibus insculptum, sacrosanctum existimarunt Elnonensis Chronologus, Sigebertus in Chronico, Philippus Abbas in Vitâ: secuti posteriores cæco quasi impetu nullum dubitandi aut examinandi locum relictum esse censentes: sufficere correctionem Imperatorum, quos errore nimium crasso à suo tempore remotos esse luce clarius videbant: relinquis posse S. Amandum, vt hominem priuatum ab exteris scriptoribus neglectum:*

Elnonenſis,

plurimas continet contradictiones,

non tempore Dagoberti Regis,

aliisq;.

115 *Inter præcipuos Scriptores, qui vltimo hoc seculo Historiam Belgicam scripserunt, sunt primò Molanus & Meierus, qui ex Elnonensibus tabulis annum Christi* IↃCLXI *seruarunt: Molanum describunt Rosweydus noster in Historiâ Ecclesiasticâ Belgicâ, in Annalibus Baronius, aliiq;. At Doctores Duacenses in suis ad Molanum notationibus fauent Placentio mortem eius referenti ad annum* IↃCXLV: pro quo facit, *inquiunt,* quòd S. Lambertus (qui ei post Remaclum & Theodardum successit) legatur interfuisse elevationi S. Vedasti, quæ, teste Sigeberto, facta est anno IↃCLVIII. *Sed ea satis reiecta sunt tum hîc, tum ad Vitam S. Vedasti. Tantum cum pace veniâque Religiosissimorum Patrum monasterij Elnonensis liceat nobis, adhibito diligenti studio veritatis ab hac intrusâ traditione recedere, quam nullâ propè causâ*

Ab Elnonensi traditione recedunt Doctores Duacenses ad annum 645,

Doctores

AVCTORE G.H.

Doctores Dnacenſes reiiciendam iudicarunt. Bucherius, Ioannes Roberti, Buzelinus, Fiſen ſæpius citati, aliiq; tradunt obiiſſe S. Amandum anno IↃCLXII. *Tunc, inquit Bucherius,* S. Amandus moritur VI Februarij, die Dominico. Meierus. Ergo hoc anno, etſi ipſe cum Sigeberto vocet IↃCLXI, quod & verum eſt; nam tunc à Paſchate primùm inibant anni. *Aſt* ab Chriſti natiuitate *cœptos tunc annos infrà dicemus. Addit Meierus* Indictionem IV, *quàm Bucherius vſtatuit. Demum recedit ab Elnonenſibus tabulis Ioannes Cognatus lib. 2 Hiſtoriæ Tornacenſis cap. 34, & Malebrancus lib. 4 de Morinis cap.* 10, *ſtatuentes obitum S. Amandi incidiſſe in annum* IↃCLXXII, *eumq; fuiſſe Regis Theoderici* IV. *Quæ ſuprà ſatis refutata ſunt. De anno* IↃCLXXI *à Guichenono morti eius attributo agemus infrà* § XXI.

Bucherius aliíh ad annum 662

& alij ad annum 671 & 671.

§ XVII. *S. Amandi publica variis diebus veneratio. Eius Reliquiæ.*

Celebratur S. Amandus 6 Februarij, quo obiit,

116 *Hactenùs anni vitæ S. Amandi vniuerſi diſcuſſi, ac tempus obitus ſtabilitum eſt. In die ac menſe vnanimis eſt conſenſus omnium, qui eum ab aliis Amandis diſtinxerunt. Dies is eſt* VIII *Idus Februarij, ſacrâ eius memoriâ in pleriſque tabulis Eccleſiaſticis celebris. Eo certè quidem die inſcriptum eius nomen Calendario antiquo ante annum* IↃCCXLI *ſcripto, & martyrologio S. Hieronymi adiuncto. Martyrologium MS. Centulenſis olim, nunc Vedaſtini monaſterij ſub nomine Bedæ:* Cœnobio Helnone S. Amandi Epiſcopi & Confeſſoris. *MS. Leodienſe S. Lamberti ſub Bedæ quoque nomine:* Eodem die natale S. Amandi Epiſc. & Confeſſ. *Beda excuſus, Rabanus, Notgerus:* Et in Ellone, *ſiue* Helone, *corrige* Elnone, depoſitio S. Amandi Epiſc. & Confeſſ. *MS. Tornacenſe S. Martini & Latienſe primo loco hæc habent:* Elnone monaſterio, depoſitio S. Amandi Epiſc. & Confeſſ. qui multorum miraculorum virtutibus pollens, inter alia fertur, quòd reum, cui ante mortem à ſæuo Iudice non potuerit vitam impetrare, poſt mortem à pio Iudice Deo vitam impetrauit & ſalutem. *Quæ eadem referuntur in Martyrologio Elnonenſi apud Molanum in Natalib. Sanctorum Belgij, præpoſitis his verbis:* In Pabulâ; *cuius ditionis Comitem haberi Abbatem Amandinum ſuprà diximus: dein* Epiſcopus Traiectenſis *nominatur vti ſuprà etiam inſinuauimus. Galeſinius hoc eum elogio exornat:* Traiecti S. Amandi Epiſcopi & Confeſſoris. Hic illuſtri genere in Aquitaniâ natus, monaſticæ vitæ diſciplinam à puero amplexus, parentis rogatu ab eâ amoueri nullo modo potuit: ſicque annis quindecim omni admirandæ abſtinentiæ genere corpus macerauit. Religionis cauſsâ Romam peregrinatus, cæleſti admonitu in Galliam rediit: vbi multis locis fidem prædicauit, complures habuit diſcipulos ſanctitatis laude præſtantes, & ab impietate innumerabiles ad Chriſtianæ religionis cultum perduxit; ſicque in omni vitâ ſanctiſſimè verſatus, fideique cauſsâ multis laboribus piè perfunctus, quieuit in Domino. *Caniſius in Martyrologio Germanico inſigne quoque eius habet elogium, in quo dicitur* ſuis precibus obtinuiſſe Dagoberto Regi filium, à ſe dein baptizatum, atque AMEN reſpondentem, *qui fuit* S. Sigebertus: *quem eius precibus obtentum alibi non leginus. Longioribus eumdem encomiis celebrant Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij, Miræus in Faſtis Belgicis & Sauſſaius in Martyrologio Gallicano, qui volunt illum &* Argentoratenſem ad Rhenum condidiſſe Epiſcopatum, & primum fuiſſe vrbis illius Epiſcopum. *Quæ ſuprà reiecimus.*

in variis Martyrologiis,

aut ſeorſim,

117 *Hoc eodem* VI *Februarij egimus de S. Vedaſto Epiſcopo Atrebatenſi, altero Belgarum Doctore, quem cum S. Amando in pluribus ſacris Faſtis coniunctum iſtic diximus, allatis verbis Martyrologiorum MSS. Treuirenſium S. Maximini & S. Martini, Vltraiectini Eccleſiæ S. Mariæ, ac potiſſimùm Vſuardi ex vetuſtioribus codicibus. Huic ferè conſentit Martyrologium Romanum, cuius verba ſuprà* § 7 *dedimus. In MS. Martyrologio Bruxellenſi S. Gudilæ, clauſulâ adiectâ dicitur* Traiectenſem ſupra Moſam rexiſſe Eccleſiam. *Aſt in Martyrologio Colonienſi, Florario MS. aliiſq; compluribus MSS. ſub nomine Vſuardi ad vſum Eccleſiarum Belgicarum auctis dicitur,* Traiectenſium tribus annis rexiſſe Eccleſiam: ſed infructuoſum inibi cernens laborem ſuum, vitam eremiticam eligens in quadam cellâ iuxta ciuitatem Turonicam quindecim annis cilicio ſemper tectus (*aliis MSS.* ſupertectus) & aquâ & pane hordeaceo ſuſtentatus permanſiſſe. *Quæ cum Vitæ hiſtoriâ non conſentiunt, neque Turonis, ſed Biturice* XV *annos in cœleſtium rerum contemplatione exegit, neque poſt relictam Traiectenſem Sedem, ſed ſub ipſa conuerſionis initia. Aliter hæc efferuntur in Martyrologio MS. Leodienſi S. Laurentij, quod eſt Adonis, ſed auctum:* Eodem die depoſitio SS. Vedaſti & Amandi Epiſcoporum, quorum actus, & miracula & vitæ conſummatio in Eccleſiis clara & celebria habentur (*eratque antiquâ manu additum*) Vedaſtus Atrebatenſem rexit Eccleſiam, in quâ etiam requieſcit. Amandus verò Traiectenſem tribus annis Eccleſiam rexit; ſed infructuoſum inibi videns eſſe ſuum laborem, vitam eremiticam elegit, in ſaltum tranſiens Beuium: vbi nunc honorificè requieſcit ſuper fluuium, qui Scarbs nominatur. *Apud Molanum in Auctario ad Vſuardum additur, eum,* benedictione ab Aichario Epiſcopo acceptâ, in pago præter fluenta Scaldi fluuij, cui vocabulum eſt Gandauum, verbum Domini intrepidum annuntiaſſe. *Mauroſycus addit eum* Traiectenſem rexiſſe Eccleſiam tempore Heraclij, *qui imperauit ab anno* IↃCX *ad annum* IↃCXLI: *poſt quem regnarunt eius filij Conſtantinus, tum Heracleonas, ſinguli aliquot menſibus tantùm; dein Conſtans, Conſtantini filius, Heraclij nepos; ſub cuius imperio S. Amandum tribus annis rexiſſe Eccleſiam Traiectenſem ſuprà probatum eſt. Annus obitus additur Martyrologio Germanico* DCLIII, *Florario MS. aliiſq;* IↃCLXI: *qui error ſuprà confutatus eſt.*

aut cum S. Vedaſto,

118 *In Eccleſia Traiectenſi hoc* VI *Februarij colitur S. Amandus ſimul cum reliquis Epiſcopis Traiectenſibus; officio duplici, vt videre eſt in antiquo Breuiario S. Seruatij. Eamdem omnium Epiſcoporum commemorationem recolunt Sauſſaius, Galeſinius, Caniſius, Ferrarius, Molanus, aliiq; ac nos ſuprà hoc die inter Sanctos in alium diem remiſſos de eâ ſusè egimus. De eadem omnium Pontificum Traiectenſium celebritate agunt Wion in Martyrologio Monaſtico, & Dorganius in Calendario Benedictino, quòd nonnulli eorum vulgò exiſtimentur monachi Benedictini fuiſſe, eâq; de cauſsâ ſeorſim de S. Amando agunt iidem Wion & Dorganius; vti etiam Menardus, & Kalendarium MS. Benedictinum his verbis:* S. Amandi Epiſcopi Traiectenſis ſuperioris, priùs Abbatis Elnonenſis, cui cùm quidam Epiſcopus cauſsâ humilitatis & hoſpitalitatis aquam in manibus daret, ex loturâ cæcus eſt illuminatus. *De die natiuitatis & ordinationis Epiſcopalis ſuprà egimus.*

aut cum reliquis Episcopis Traiectenſibus.

119 *Milo in hiſtoriâ Tranſlationis corporis S. Amandi num. 4 tradit,* VII Kalendarum Nouembrium, *ſeu* XXVI *Octobris,* triplicem S. Amandi memoriam, numeroſo populorum cœtu, debito cum honore celebrari, videlicet Dedicationem ſacræ baſilicæ, Tranſlationem B. Amandi, & Epiſcopalis honoris aſſumptionem. *Antiquum Martyrologium MS. Tornacenſe S. Martini ea ita refert:* Traiecti ordinatio Epiſcopatus S. Amandi, & in pago Tornacenſi Helnone cœnobio Tranſlatio corporis ipſius ab eccleſiâ ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli in baſilicâ S. Stephani Protomartyris, agente B. Eligio Pontifice; atque Dedicatio eiuſdem baſilicæ. *Eadem habent (omiſſis ſolùm verbis,* in pago Tornacenſi) *Wion, & Menardus in Martyrologio Benedictino, & Molanus ex Martyrologio Elnonenſi in Natalibus Sanctorum Belgij atque in poſteriore editione additionum ad Vſuardum. Fuſius Florarium Sanctorum MS.* Tranſlatio S. Amandi Traiectenſis ſuperioris Epiſcopi & Confeſſoris: cuius corpus cùm in cœnobio à ſe condito, cui Elnonis (*imò Elnonis*) nomen adhæſit, manſiſſet ſedecim annis ſepultum, poſt tantum temporis à S. Eligio Nouiomenſi Epiſcopo,

Memoria Ordinationis, Tranſlationis & Dedicationis eccleſiæ 26 Octob.

A Epiſcopo, qui floruit anno ſalutis 1 C XI. IX, repertum eſt incorruptum: qui gratias egit ſummæ Deitati, quod ſanctitas, quæ in viuente claruerat, in mortuo non latebat. *Quæ verba ex Hiſtoriâ tranſlationis à Milone ſcriptâ ſumpta: qui etiam S. Eligium adhuc ſuperſtitem fuiſſe dicit, quod ſuprà refutauimus. Aliqua Martyrologia eodem die referunt S. Amandum, nullâ additâ ſolemnitatis cauſâ: ita Beda excuſus, Viola Sanctorum, Bellinus, quædam ſub nomine Vſuardi excuſa & MSS.* Ipſo die S. Amandi Confeſſoris. *Alia MSS. ſub Vſuardi nomine:* Ipſo die Eleuatio S. Amandi Confeſſoris. *Hermannus Greuen, & Martyrologium Colonienſe antiquum:* Tranſlatio S. Amandi Epiſcopi Traiecti ſuperioris & Confeſſoris. *MS. S. Richarij:* Cœnobio Helnone Tranſlatio S. Amandi Epiſcopi & Confeſſoris. *Alij addunt* S. Vedaſtum, *illi* VI *Februarij iunctum ſocium. Ado à Roſweido editus:* Commemoratio agitur ipſâ die ſanctorum Epiſcoporum Vedaſti & Amandi, quorum vita & mors plurimis extitit miraculis glorioſa. *Habentur eadem in primâ editione Auctarij Molani ad Vſuardum, in Martyrologio Germanico, in MS. Treuirenſi S. Maximini, ac ferè in Galeſinio. De vtriſque ita cecinit Wandelbertus:*

Pontifices famâ, ſignis, tumuliſque coruſcos
Septimus oſtendit, vero de nomine Amandum,
B Vedaſtumque ſimul meritis & tempore iunctos.

Plurimæ Eccleſiæ dicto XXVI *Octobris hanc ſolennitatem celebrant, vti videre eſt in antiquis Breuiariis Cameracenſi, Leodienſi, Vltraiectenſi, Brugenſi, Antuerpienſi, Bruxellenſi, Tornacenſi, Atrebatenſi, Blandinienſi, Colonienſi &c. in quorum aliquibus agitur feſtum duplex, in aliis ſolùm Commemoratio. De celeberrimo S. Amandi cultu eodem* XXVI *Octobris apud Argentinenſes, Spirenſes, Wormatienſes actum ſuprà* § IX: *quo die colitur & S. Amandus Wormatienſis Epiſcopus, aliuſq; Amandus Epiſcopus Argentoratenſis. Martyrologium MS. Leodienſe S. Lamberti pridie, id eſt* XXV *Octobris, hæc habet:* Item Tranſlatio vel Ordinatio, ſiue Dedicatio S. Amandi Epiſcopi & Confeſſoris. *Poſtridie, ſiue* XXVII *Octobris, commemorationem Ordinationis S. Amandi ſpecialiùs recoli ſuprà diximus.*

aliquibus 25 aut 27 Octob.

Eleuatio nis 10 Septemb.

alias 19 Septemb.

Repoſitio nus 3 Octobris.

Alius cultus 1 Octobris.

129 *Altera S. Amandi eleuatio, quæ anno Chriſti* IↃCCCIX *à Lothario cuſtode facta eſt, celebratur* XX *Septembris: quo die in Martyrologiis Elnonenſi & Tornacenſi S. Martini hæc leguntur:* Duodecimo Calendas Octobris, Elnone Eleuatio corporis S. Amandi Epiſcopi & Confeſſoris, cuius corpus poſt centum quinquaginta à tranſitu annos integrum inuentum eſt, atque de oris eius geminis ab inuentore dentibus ablatis, ſtillæ ſcribuntur fluxiſſe cruoris. *Eadem habet Molanus in Auctario Vſuardi, Wion & Menardus. Meminit eiuſdem Ferrarius & MS. Martyrologium Bruxellenſe S. Gudilæ. In Florario MS. hæc Eleuatio pridie, ſeu* XIX *Septemb. refertur his verbis:* In Franciâ apud cœnobium Elnonenſe Eleuatio S. Amandi quondam
C Traiecti ſuperioris Epiſcopi, conſecratoris S. Gertrudis Virginis Niuellenſis, facta à Lothario cuſtode anno ſalutis IↃCCCXII, à depoſitione eius anno circiter C-LII, cuius corpore adhuc inuento integro, cùm eius capilli & vngues, qui excreuiſſe videbantur, ſucciderentur, & de ore dentes adhibitâ forcipe extraherentur, ſanguis inde profluxit, qui ad memoriam poſterorum adhuc ſeruatur. *Hæc ibi, numeris pleriſque mendosè expreſſis: dies fuit* XX *Septemb. annus* IↃCCCIX, *qui Miloni aliiſq; eſt à tranſitu eius* CL, *nobis* CXXVI, *vt ſuprà probatum eſt. Manſit tum corpus omnium aſpectibus & venerationi expoſitum duos & triginta dies, ac deinde ſepoſitum, ſeu ſacræ ſepulturæ reſtitutum,* XXIII *Octobris. qui dies in Martyrologio Elnonenſi apud Molanum celebris habetur:* Decimo Calendas Nouembris, Helnone reſtitutio corporis S. Amandi Epiſcopi & Confeſſoris. *Eadem habent Wion & Menardus. Demum Dominicâ poſt Aſcenſionem Domini celebratur vltima eius Reliquiarum tranſlatio.*

121 *Kalendis Octobris, quo die colitur tranſlatio Reliquiarum S. Vedaſti, in quodam Martyrologio MS. Benedictino, ſed nec admodùm antiquo, neque accurato, iſthæc leguntur:* Tranſlatio S. Amandi Abbatis Elnonenſis & Epiſcopi Traiectenſis. *Gemeliacum, modò Gemblacum, vetus eſt Brabantiæ oppidum cum monaſterio: in quo S. Amandi, (ob templum fortè olim ibi erectum, populoſq; fide virtuteq; inſtructos) cultus annotatur* XXV *Iunij, quo die Molanus in Auctario Vſuardi:* In Gemeliaco natalis SS. Amandi & Domnoleni Confeſſorum. *Sauſſaius ſocium* Domnelum *appellat. MSS. antiquæ Leodienſe S. Laurentij & Treuirenſe S. Maximini:* In Gemiliaco Natale S. Amandi. *Florarium* In Genuliaco S. Amandi. *Hæc ibi. An qui Domnelus vel Domnolenus eſt, cenſendus ſit Domlinus Torholtanus, de quo egimus num.* 22, *non conſtat. In Auctario MS. Carthuſiæ Bruxellenſis non antiquo ad Vſuardum, refertur eodem* XXV *Iunij,* Eleuatio S. Amandi: *ſed quænam ea fuerit necdum legimus. Ferrarius* XXIV *Iunij, citatis tabulis Eccleſiæ Lemouicenſis ad ſe tranſmiſſis, hæc ſcribit:* Lemouicis SS. Amandi & Domnoleni Confeſſorum. *Infrà ad caput* V *Vitæ per Baudemundum litteris h dubitamus, num Lemouici cæcus ab eo fuerit illuminatus. Corpus S. Amandi Elnone, inde Amandopoli dictâ, ſeruatur thecæ inauratæ artificioſiſſimè elaboratæ incluſum. At magnam eiuſdem cranij partem habere Patres Recollectos in Cortracenſi conuentu, aliquas etiam reliquias eſſe in nobili monaſterio ſanctimonialium Broucburgenſium, ac de ſudario & veſtibus eius obtentis gloriari Maricolenſes monachos ſcribit Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico. Coloniæ in Eccleſia B. Mariæ Virginis ad Gradus ſpectari aliquas reliquias S. Amandi tradit Gelenius lib.* 3 *Coloniæ Agrippinenſis ſyntagmate* 7. § 4, *num.* 17. *Delatæ fuerunt reliquiæ S. Amandi & aliorum Sanctorum* XIX *Ianuarij anno* DCCCXCIV *in villam Nemmicum pagi Veromandenſis, ad contractum firmandum, vt dicitur* IV *Ianuarij in Tranſlatione S. Rigoberti cap.* 5. *Et* XVII *Ianuarij fit commemoratio S. Amandi in veteri Breuiario Præmonſtratenſi.*

AVCTORE G.H.

D

25

& 24 Iunij.

Corpus Elnone.

aliquæ reliquiæ alibi.

E

§ XVIII *Vita S. Amandi à variis conſcripta.*

122 *Quod S. Amandus teſtamentum, ſiue coniurationem de ſuâ ſepulturâ, fecit die* XV *Kalend. Maij, anno Theoderici Regis* II, *Chriſti* IↃCLXXXII, *ſcripſit Baudemundus eius tum diſcipulus, vti indicat ſub finem his verbis:* Ego Baudemundus peccator, iubente Domno meo Amando, hanc epiſtolam deliberationis ſuæ ſcripſi, & ſubſcripſi. *Hic ſecundùm ea, quæ ex Chronico Blandinienſi ſuprà num.* 106 *dicta ſunt,* Ioanni Abbati Blandinienſi, *qui dicto teſtamento ſubſcripſit, Nonis Martiis anno* DCLXXXIII *mortuo, ſucceſſit, tertius à B. Florberto Abbas, ordinante S. Amando, anno ſequente* DCLXXXIV *vitâ functo. Quamdiu ſuperfuerit Baudemundus, dubium eſt; tabulis Blandinienſis cœnobij corruptis, in quibus cum Ferreco ſucceſſore traditur rexiſſe annis* XCV: *quos ſolùm* XXIII *cenſemus fuiſſe. Nam Hatta primus monaſterij Vedaſtini apud Atrebates Abbas, vt traditur in Chronico Vedaſtino, anno Chriſti* IↃCCVI *etiam Blandinienſibus, è quibus aſſumptus fuerat, datus eſt Abbas; è viuis dein ſublatus Kalendis Februariis anno* IↃCCX: *vt ex eo Chronico ſcribit Locrius. Qui Hattæ ſucceſſit Celeſtinus, expulſus fuit à Carolo Martello, quòd Raginfrido anno* IↃCCXVII *ab eo deuicto adhæſiſſet. Hæc de tempore, quo Baudemundus eiuſq; ſucceſſores Blandinienſi monaſterio præfuerunt. Quam primo loco damus Vitam S. Amandi, hic Abbas Baudemundus ſcripſit: de quo in Martyrologio Elnonenſi hoc* VI *Februarij ita legimus.* Baudemundus, qui Vitam S. Amandi ſcripſit, dicit quemdam Bonum Presbyterum ſibi narraſſe, quod præſens erat, cùm Amandus Tornaci à Iudice non obtinebat furis liberationem, quem ſuſpenſum ad vitam reuocauit. *Ea num.* 13 *relata ætatem auctoris produnt. Eodem modo num.* 22 *ait ſe* Erchengiſilo Presbytero venerabili atque fideli viro narrante didiciſſe. *& num.* 3 *ex ore S. Amandi ſcribit,* ſicut idem vir Dei narrare conſueuerat. *& num.* 20 *ait ſe* ex Fratribus *in monaſterio à S. Amando excultis* plures poſteà Abbates ſeu honorificos vidiſſe viros. *Videtur autem Baudemundus hanc Vitam compoſuiſſe ante primam corporis S. Amandi eleuationem,*

Baudemundi ſcriptor teſtamenti S. Amandi.

Abbas Blandiniēſis creatus an. 683.

F

ſcripſit eiuſdem Vitam,

ante annum 699.

AVCTORE G. H.

nem, factam ab obitu eius anno XVI, Christi IↃCXCIX: quam alioquin non ita tacitus præteriisset, imò nec ipse Baudemundus fortè tam diu vixit: Omittit idem auctor quæ per Belgicas prouincias extruxit plurima cœnobia ac templa, quasi iis, quibus scribebat, sat nota. Surius eam Vitam edidit, & quidem, vt præfatur, à Baudemundo, vt habent codices ad S. Amandum, scriptam; fortassis autem meliori stylo redditam à Milone monacho S. Amandi, qui huic historiæ alium librum subiunxit. *Est hic liber de visione S. Aldegundis, eleuatione corporis S. Amandi, eiusq; discipulis Sanctis, à Surio huic Vitæ adiunctus: quem hîc seiungimus, infrà cùm de Translationibus agemus, datturi, atque ostensuri non à Milone, de quo mox agemus, sed ab aliquo recentiore auctore, non absque variis mendis, vt dictum est num. 108 & 109, editum. Hanc ergo à Baudemundo scriptam Vitam damus collatam cum peruetustis codicibus MSS. duobus Domus professæ Societatis Iesu Antuerpiæ, tum monasteriorum Blandiniensis, Elnonensis, Marchianensis, S. Maximini, Rubeæ vallis, tum Guilielmi Lindani, & Cornelij Dainy. Contulerat & Rosweydus noster cum alio MS. Extat etiam in codice Vltraiectino S. Martini, sed phrasi passim mutatâ.*

hîc editam ex variis MSS.

123 *Aliam perbreuem Vitam Parisiis ab Andreâ Chesnæo accepimus, sed sub nomine S. Alani; cuius ipse partem aliquam edidit tomo 1 Scriptorum historiæ Francorum pag. 657. Quæ eadem extat in MS. Tragensi Bernardi Guidonis; atque etiam edita est in Breuiario antiquo Corisopitensi ad XXVII Nouemb. vt suprà diximus. Auctorem arbitramur aut Aquitanum, atque ad distinctionem ita appellamus; aut certè Britannum Armoricum. Nonnulla habet ab aliis non relata, adeoq; digna, quæ hîc adiungatur. Simile compendium in Gestis Episcoporum Tungrensium & Traiectensium edidit Harigerus Abbas Lobiensis creatus anno* IↃCCCXCI: *quod hîc vel ideò magis adiungimus, vt veritas rerum suprà discussarum clariùs appareat. De Harigero suprà sæpiùs actum est.*

Iunguntur compendia, aliud ex MS. Gallico.

aliud Harigeri ex Gestis Episc. Traiectensium.

124 *Vitam eiusdem S. Amandi eleganti stylo descripsit Philippus Haruengius, vulgò ab Eleëmosynâ dictus, monasterij Bonæ-Spei apud Binchium in Hannoniâ Ordinis Præmonstratensis secundus Abbas, S. Bernardi æqualis & familiaris. In elogiis Abbatum Elnonensium hæc de eo traduntur:*

Non mihi facundi laus est reticenda Philippi,
Eloquij cuius vndique serpit odor,
Hugonisque ætate fragrat: quo principe gestis
Admouit calamum, Præsul Amande, tuis.

Philippus Haruengius, ab Eleemosynâ Abbas Bonæ-Spei

Huic Hugoni scripsit Philippus priorem Epistolam Vitæ S. Amandi instar Prologi præpositam, eoq; anno Christi CIↃCLXIX *mortuo, scripsit alteram Epistolam Abbati Ioanni eius successori: sub quo Vitam S. Amandi in lucem edidit circa annum* CIↃCLXX. *Obiit tandem anno* CIↃCLXXXIII, *cùm aliquot mensibus antè regendi monasterij onere se abdicasset. Illius hoc legitur epitaphium:*

Marcescit florum flos Philippus, via morum:
Sub me Sanctorum sit consors, Christe, tuorum.
Christe Iesu non da Philippo morte secundâ
Lædi, sed tribue viuere perpetuò.

circa an. 1170 scripsit Vitam S. Amandi,

De Philippo hoc tribus locis agit Vossius in libris de Historicis Latinis, ac lib. 2 cap. 49 vocat Philippum ab Eleëmosynâ Abbatem Bonæ-Spei: dein lib. 3 par. 2 litt. P, refert Philippum Abbatem Bonæ-Spei, quasi à superiore diuersum: ac mox Philippum Abbatem Elnonensis cœnobij profert scriptorem Vitæ S. Amandi, à Meiero citatum ad annum 661 in Annalibus Flandriæ. Possevinus quoque Elnonensem velut ab Abbate Bonæ-Spei diuersum tradit. Iosias Simlerus vnicum habet, & Elnonensem Abbatem facit, nisus & ipse auctoritate Meieri: cuius hæc verba sunt. Philippus Abbas de situ eius (*Elnonensis*) cœnobij: Locus est, inquit, inter Menapiorum fines Propontiis Neruiisque finitimus. *Quæ verba habet Philippus infrà num. 64. Hanc Vitam ex MSS. monasterij Blandiniensis, & Nicolai Belfortij descripsimus, contulimusq; cum editione Duacenâ operum Philippi Abbatis, & alio vetusto codice MS. cœnobij Elnonensis: extat etiam MS. in bibliothecâ Vedastinâ. Meminerunt Vitæ huius à Philippo scriptæ Miræus in Fastis Belgicis & de scriptoribus Ecclesiasticis, Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ, sed qui in primâ huius editione S. Amandum scribit* Episcopum Vltraiectensem, *in secundâ* Leodiensem: *quo satis innuit eam sibi Vitam non fuisse cognitam. Philippi chronologiam non satis accuratam suprà cœpimus corrigere, plenius ad ipsam Vitam emendaturi. Alia ad Milonem spectant sub nomine Philippi edita.*

hîc editam ex MSS. & operibus excusis.

125 *Succedit Milo monachus ac Sacerdos Elnonensis, Harigero & Philippo multò antiquior: sed ordo rerum ab eo scriptarum hunc locum deposcit: ac primò damus, ex codice MS. Antuerpiensi domus Professæ, Societatis Iesu, alteroq; Amaisdino, quam stylo soluto exaratit Baudemundus Vitam S. Amandi, carmine redditam libris quatuor, ac versibus Heroicis vniuersim* CIↃCCCXVIII: *in quorum vltimo libro innexuit miraculum sanguinis è dente fluentis in eleuatione corporis factâ anno* IↃCCCIX. *Meminit huius poematis Sigebertus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 106 his verbis:* Milo monachus S. Amandi, scientiâ litterarum clarus, scripsit metrico stylo Vitam S. Amandi. Scripsit etiam ad Carolum Regem metricè librum de Sobrietate. *Ad quem locum annotat Miræus, eum* virum eruditissimum, scripsisse Vitam S. Amandi versu & prosâ. Hanc Surium ad diem VI Februarij publicasse. *Quæ iam reiecimus, neque etiam, vt Surius ait, eam* meliore stylo reddidit, *sed* metrico. *Eiusdem metricæ Vitæ meminêre Trithemius, Possevinus, Gesnerus, Vossius, Valerius Andreas, aliiq;, quorum aliqui cum Miræo Vitam à Surio editam ei perperam etiam attribuunt. Opus illud à se iuuene conscriptum esse indicat sub finem libri primi:*

Milo Presbyter Elnonensis,

carmine Heroico edidit eiusdem Sancti Vitam,

Aptum opus, vt iuuenis iuuenem laudare mererer.
Dicauit illud Magistro suo Haimino, monacho Vedastino, Alcuini quondam discipulo, anno DCCCXLIII *vitâ functo, vt diximus ad Vitam S. Vedasti, vbi aliquot eius tractatus dedimus. Approbauit illud poëma Wlfaus monachus in subiunctâ Elegiâ relatis viris illustribus, quorum iudicio satis factum fuisse ostendit. Sunt autem Episcopi Hincmarus Remensis, Theudericus Cameracensis, & Emmo Nouiomensis, Adalardus Abbas, ac monachi Haiminus, & Teudingus, de quorum ætate infrà agimus ad hanc elegiam: indeq; colligimus circa annum* DCCCXL *poëma suum absoluisse Milonem, qui etiam testes eleuationis anno* IↃCCCIX *factæ fuisse superstites indicat his versibus.*

ante annum 840.

Si quæris testes, fidei virtute vacillans,
Huc venias, moneo: aspicies diuersa virorum
Agmina, multiplicesque senes ætate verendos.

§ XIX. *Historia translationum & miraculorum S. Amandi à variis conscripta.*

126 SCripsit idem Milo *solutâ oratione historiam Translationis corporis S. Amandi factam quindecim ab obitu eius annis. Hanc se per traditionem* à Patribus fideliter referentibus *acceptam* referre *num. 1 attestatur: additq; se* alterum de eleuatione incorrupti cadaueris eius sermonem habuisse. *In hoc sermone, siue historiâ Eleuationis, ait num. 12, se hæc* à Patribus, qui his interfuêre, & numerosi supersunt, audiuisse: *vti antè ab eodem in poëmate dictum vidimus: atque ita vtroque loco sanguinem, qui è dente euulso manauit, comparat cum pretioso sanguine lateris Christi. In hac eadem historiâ num. 9 se* Elnonensis monasterij filium, quamuis degenerem, inenarrabili pietate existere, *asserit. Demum miraculo cereî diuinâ virtute accensi se adfuisse ait num. 16:* Ego ipse, qui hæc qualiacumque sunt, describo, coràm positus, & auribus audiui, & ignem oculis vidi: hos etiam versiculos in ipsis concentibus tanto Pontifici dixi, *vbi se Poëtam ostendit, atque antè num. 13 refert miraculum illud contigisse anno* IↃCCCLV: *vt mirum sit sub nomine Philippi Abbatis eam historiam editam esse, quam cum codicibus MSS. contulimus: ex quibus historiam Translationis hactenùs ineditam adiunximus, potissimùm ex MS. Vltraiectino S. Saluatoris, & duplici codice, quem vtrumque ne lacerarentur, pretio à bibliopegis redemimus: ex quorum altero etiam damus Milonis poëma. In eo quoque continetur eiusdem Milonis carmen hexametrum de Cruce in modum sphæræ ingeniosissimè factum, cum hoc ad Carolum*

Scripsit idē Milo Historias Translationis & Eleuationis corporis S. Amandi.

cum miraculo cereî celitus accensi, an. 855, à se spectati.

A *Carolum Calum Regem initio:*

Accipe, Karle, precor, carmen pietate ſerenâ.

Milonis in rebus Chronologicis errores ſuprà refutauimus; & ſuis locis indicamus. Annum obitus S. Amandi iudicauit DCLXXI *& S. Eligium interfuiſſe Tranſlationi corporis eiuſdem, vti in vtraque hiſtoriâ & Tranſlationis & Eleuationis narrat.*

127 *Extat alia Tranſlationis corporis S. Amandi hiſtoria, ex relatione Milonis ferè excerpta, adiunctâ ſub initium viſione S. Aldegundis; de quâ ſuprà egimus* § XV *num.* 108. *Enumerantur à num.* 6 *diſcipuli S. Amandi virtute ac ſanctitate illuſtres: inter quos recenſetur S. Landoaldus, cuius reliquiæ &* Gandauum *traduntur* tranſlatæ (*quod ſub finem decimi ſeculi factum eſt*) & populis fidelibus beneficia impendere: *circa quæ tempora ea increbuit opinio, quòd idem* Landoaldus, *vti hic etiam narratur,* vice S. Amandi curam paſtoralem in Epiſcopio Traiectenſi egerit. *Hiſtoriam hanc damus ex MSS. Inſulenſi Societatis Ieſu & Blandinienſi, quam Vitæ S. Amandi à Baudemundo ſcriptæ etiam ſubiunxit Surius, tanquàm alium librum, vti præfatur à Milone ſcriptum, qui Auctore illo hactenùs ignoto, duobus circiter ſeculis antiquior eſt. Huic hiſtoriæ adiungimus parvum fragmentum Chronici Elnonenſis, in quo aliqua ad hiſtoriam Eleuationis corporis S. Amandi pertinentia attinguntur, atque ex eo initium anni tum à Natiuitate Chriſti ſeu* XXV *Decembris ſumi ſolitum confirmatur.*

B 128 *Sequitur Hiſtoria miraculorum S. Amandi à Gillebertо deſcriptâ: de quo hæc traduntur apud Le Bar ex monumentis Elnonenſibus:* Gillebertus Sacerdos venerabilis, primò S. Andreæ Elnone Decanus, & poſteà Elnonenſis factus monachus, vir in diuinis Scripturis eruditus, vitâ quoque & ſanctitatis conuerſatione inſignis, qui contrà vitiorum tumultus & verſutias viriliter dimicauit, & qui tam Clero & populo quoad viueret, Doctor egregius & Prædicator eximius enituit. Opuſcula non ſpernendæ lectionis edidit de incendio monaſterij ſui Elnonenſis, de deportatione S. Amandi per Franciam, de miraculis per Amandum in viâ patratis, de reparatione eiuſdem cœnobij, ſtylo ſoluto & proſaico. *Quæ omnia in Hiſtoriâ miraculorum ſæpius auctâ continentur, & hìc eduntur ex MSS. Gandenſi & Belfortij, atque editione operum Philippi ab Eleemoſynâ. Extant etiam MSS. in bibliothecâ Vedaſtinâ. Præfatur Auctor nihil ſcribi, niſi quæ euidenter obtutus probauêre ſcriptoris, teſtimonium ei reddentibus eiuſdem temporis monachis, Clericis, atque etiam venerandæ memoriæ & inſignis famæ laicis. Quæ de priore parte ſtylo ſoluto conſcriptâ intelliguntur: at vbi carmine deſcribit hominem è carcere liberatum, præmonèt id eſſe*

C Geſtum Cocceij, poſtquàm remeauimus ipſi:

Quod iã non oculis, ſed fonte probauimus auris.

Tum de ſuſpenſo olim à S. Amando ſuſcitato agens, hac cautelâ miraculum, ſicut quorumdam relatione didicit, legere volentibus qualicumque ſcripto notificare curat. *Quo autem vixerit tempore, conſtat ex incendio, quo monaſterium conflagrauit anno* CIↃLXVI. *An deinſuperſtes fuerit ad annum* CIↃXC, *& quæ vltimo capite ſubiunxintus, etiam ſcripſerit, dubium eſt. Ab aliis eiuſdem cœnobij viris eruditis potiùs addita ſuſpicamur.*

129 *Alia in iiſdem MSS. additur Hiſtoria miraculorum S. Amandi corpore anno* CIↃCVII *per antiquum Bragbantum delato: quo tempore vixit* Gunterus monachus S. Amandi, *qui, teſte Sigeberto de Scriptor. Eccl. cap.* 166, ſcripſit martyrium S. Cyrici metrico ſtylo: *cuius & hæc hiſtoria calamo potuit concinnari. Vtraque hæc Hiſtoria miraculorum edita fuit ſub nomine Philippi de Eleemoſynâ cum reliquis eius operibus, ſed vti prior auctorem habuit Gillebertum Amandinum, ita poſterior potiùs referenda eſt ad dictam Gunterum, aliumue monaſterij Elnonenſis alumnum. Quæ ſubiicitur Hiſtoria mulieris ſuſpenſæ anno eodem* CIↃCVII *Rotomagi ad vitam reuocatæ, editur ex MSS. Elnonenſi, Inſulenſi, aliiſq;, & operibus Philippi ab Eleemoſynâ, ſcripta à Marſiliâ monaſterij Rotomagenſis S. Amandi Abbatiſſâ, fortè nitidiori ſtylo reddita à dicto Guntero, alioue vltimorum miraculorum ſcripto-*

re. Demum laborem hunc noſtrum concludimus duplici Hymno olim in honorem S. Amandi cani ſolito, & in codice noſtro MS. Vitæ S. Amandi per Milonem carmine editæ ſubiuncto. Aucta. ex G. H. D

130 *Præter ea quæ de S. Amando damus, extant nonnulla, quæ conſultò prætermittimus; oratione ſolutâ ſub variis titulis congeſta. Horum primum in MS. Elnonenſi & Blandinienſi eſt huiuſmodi:* Suppletio quæ addita eſt libello Vitæ S. Amandi à Milone monacho & Sacerdote cœnobij ipſius: *quaſi huius ſuppletionis auctor eſſet Milo. Eſt in noſtro codice MS. cui primâ folia recenti manu ſuppleta ſunt, ita legitur:* Supplementum Vitæ S. Amandi à Milone monacho conſcriptæ, & editæ à Laurentio Surio, tomo 1 die 6 Febr. *Vitam S. Amandi per Baudemundum, perperam Miloni attributam ſuprà oſtendimus: quo aliquot ſeculis iunior fuit auctor Epitomes tranſlationis & Eleuationis corporis S. Amandi ſimul cum Vitâ à Surio excuſæ. Incipit illud ſupplementum his verbis:* Prælato libello de virtutibus S. Amandi edito, ſciendum eſt quantùs vir idem & cuius honoris apud homines habitus eſt, licet ipſe declinare honores mundi ſemper deſideraret. *Deinde poſt indicata breuiſſimè aliquot monaſteria ab eo extructa, amicitia eius cum S. Martino Papâ explicatur, atque huius contra hæreſim Monothelitarum vigilantia laudatur. Subiungitur ſub titulo nouo Epiſtola Martini Papæ ad S. Amandum, quæ infrà datur in Vitâ per Philippum Abbatem. Tituli ſequentes ſunt* De obitu B. Amandi. Quo tempore beatus Chriſti Amandus vel natus vel defunctus ſit. *Hoc ſcriptum ſuprà* § 16 *datum eſt excuſſumq;, in quo cùm Auctor colligat ſcrupulosè Pontifices Romanos atque Imperatores Orientis, quos in ſuprà memoratis operibus ne ſemel quidem attingit Milo, alius ac multò recentior auctor eſt, qui obitus S. Amandi annum à maioribus inſcriptum libris, & lapidibus inſculptum tradit: quod partim à Milone, partim eius tempore factum eſt.* E

Omittuntur hic alia Supplementum MS.

131 *Adiungitur* ſermo legendus in tranſitu ſiue depoſitione ter beati atque glorioſi Pontificis Chriſti Amandi: *in cuius exordio* diem depoſitionis in Sanctis *tradit dici* diem natalem; *tum mortem Sanctorum comparat cum tranſitu Iſraëlis in terram promiſſionis; eòſq; dum viuunt, enutriri in deſerto mannâ cæleſti corporis Chriſti. Prolixè dein oſtendit exemplo S. Amandi patriam, parentes diuitiaſq; contemni debere: tum adoleſcentiæ eiuſdem in Oglâ inſulâ peractæ adiungit gloriam in cælo collatam: ad eamq; alios imitat, inculcatâ fide, ſpe, caritate cum operibus miſericordiæ, concluditq; ſententiâ extremi Iudicij. Quis huius ſermonis auctor fuerit, nos latet. Aliquis Milonem imitatus eum conſcripſit, vt die Natali legeretur, ſicut huius tractatus legebantur in Tranſlatione & Eleuatione corporis S. Amandi: in quibus nuſquam iſtius Sermonis meminit, ſed Vitæ per Baudemundum ſcriptæ:* Quia, *inquit,* Vitæ ter beati ac Deo dilecti Confeſſoris Chriſti Amandi libellus ſatis plenè ſufficienterque diſſeruiſſe cognoſcitur. *Nos hìc eum ſermonem, quia nihil in eo, quod ad hiſtoriam pertineat, omittimus, indicatis ſolùm primis verbis, quæ ſic habent:* Quia ad anniuerſariam ac ſacroſanctam ſolennitatem beatiſſimi Patris Amandi, Fratres dilectiſſimi, religioſo deuotionis ſtudio conuenitis, opportunum eſſe arbitror, vt exhortatione noſtri ſermonis operum illius inſignia cognoſcatis, *&c.* F

& Sermo MS legendus die natali.

132 *S. Amandi res geſtas plures alij ſcripſêre, Vincentius Bellouacenſis lib.* 21 *Speculi Hiſt. cap.* 119 *&* 120, *S. Antoninus par.* 2 *tit.* 12 *cap.* 8 § 9, *Iacobus de Voragine in Legendâ Aureâ, qui præter alios errores tradunt eum Turonis ad ſepulchrum S. Martini in quadam cellulâ incluſum* XV *annos vixiſſe, quod apud Bituriges factum eſt. Petrus de Natalibus lib.* 3 *cap.* 100 *& Georgius Wicelius, qui eum ſcribunt ſub Heraclio obiiſſe anno* DCXX. *Franciſcus Haræus, Cornelius Graſſius, & linguis peregrinis quam plurimi: tum varij antiqui in Actis aliorum Sanctorum, quos pleroſque ſuprà attigimus.*

Alij Vitæ ſcriptores.

133 *Euerhelmus Abbas in Vitâ S. Popponis* XXV *Ianuarij cap.* 9 *viſionem à S. Amando apparente B. Adelwinæ matri eius factam ita deſcribit:* Adelwina in Elnone monaſterio ad S. Amandum vnà cum filio ſuo perducta, ibidem deſiderij ſui ex cæleſtis viſionis oraculo fecunditatem eſt adepta.

B. Adelwina mater S. Popponis

Additur Epitome

poſt annũ 1000 ſcripta,

cum fragmento Chronici Elnonenſis.

Gillebertus teſtis oculatus ſcripſit Hiſtoriam miraculorum prioris,

poſterior fortè Gunterus, auctor coætaneus,

miracula Marſiliæ Abbatiſſæ.

AVCTORE G. H.

adepta. Nam ante B. Cyrici lipſanas, eadem in vigiliis precibuſque pernoctante, atque poſt paullulum ex diutinâ ſui defatigatione ſemi-vigilante, quia eam ſuperna reſpexerit exauditio, huiuſmodi ad ſe diuinitus perlata patefecit viſio. Nouâ rerum certè facie quamplures Chriſti Sacerdotes in conſiſtoriis dealbatos vidit, quos in modum coronæ diuina oſtenſio altrinſecus poſitos ſpectaculo ſibi dedit: inter quos etiam B. Amandus, vtpote eiuſdem loci primus, præ ceteris promotiùs honeſtiuſque reſidere videbatur, atque ad ſententiam ipſius, ſicut eum eò loci tunc decebat, omnium intuitus ſuſpendebatur. Sed & B. Cyricum ſerico, gemmiſque totum videbat nituiſſe, elegantiſque pueri vultum imitatum fuiſſe, tum cum ſingulis Sacerdotum ſermonem conſeruiſſe, procque ſe ibidem in medio proſtratâ preces fudiſſe. Cui S. Amandus vnà cum pari conſidentium ſibi conſenſu, Eia, inquit, bonæ indolis puer, tuum eſt pietatis dextram cum precibus etiam huic viduæ porrigere, quæ ante ſacroſanctas lipſanas tui continuas non deſiſtit preces admittere. Quâ auctoritate venerabilem puerum Cyricum certiorem factum, ad ſe appropinquaſſe, totamque ſe quaſi de terrâ, vbi iacuerat proſtrata, vidit leuaſſe. Atque huiuſmodi viſio hîc finem ſui habuit, ipſique B. Popponis mater mox expergefacta ad ſe redit. Quæ hanc quidem viſionem filio retulit, cum quo etiam ipſa eadem viſionis fide animæquior facta, Virdunum ſe contulit, veloque piæ conuerſationis ex conſilio beati viri ſibi impoſito, iuſtitiâ & moribus iam cœnobialis vitæ arriſit propoſito. *Colitur S. Cyricus ſeu Quiricus* XVI *Iulij.*

A

à S. Amãdo in viſione appa-rante.

commendata S. Cyrico,

B

ſit ſanctimonialis.

§ XX *Nantua in Beugeſiâ monaſterium an à S. Amando conſtructum?*

134 *ADhuius Commentarij finem duplex reiecta diſputatio: ſitne S. Amandus, Belgio procùl, in veterum Burgundionum Oris, an verò & apud Hiſpanos mortuus? Beugeſij ad Breſſiam nunc ſpectant populi, S. Amandi æuo, intra Burgundiam numerati: ac nuper cum ad Sabaudiæ Duces anteà pertinuiſſet, Saluſſiarum marchionatu commutata eorum ditio, & ad Coronam Gallicam tranſlata. Gentis eius hiſtoriam, etudito æquè ac laborioſo commentario illuſtrauit Samuel Guichenonus: qui in continuatione partis 2 pag. 75 & ſequentibus, agit de Nantuâ, vel Nantuaco, Ordinis Benedictini cœnobio, in mediâ ſito Beugeſiâ, quà Lugduno, in cuius diœceſi eſt, iter eſt Geneuam atque in Heluetiam. Hoc monaſterium autumant accolæ, ab S. Amando ædificatum, ibiq; eum & in fata conceſſiſſe, & conditum tumulo eſſe. Neu vana fides queat cuiquam videri, Vita antiqua proferetur, à Baudemundo ſcripta, ſed fœdè corrupta. Eam ex duobus codicibus Nantuacenſibus deſcriptam ſubmiſit nobis Diuione Petrus Franciſcus Chiffletius noſter: quam & Guichenonius in probationibus ad hiſtoriam Breſiæ & Beugeſiæ pag. 210 & ſeqq. edidit ex Nantuacenſi Breuiario.*

In Beugeſiâ, Breſſiæ adiunctâ,

Nantua monaſterij origo perperàm S. Amando attributa,

C

135 *Quæ Baudemundus narrat cap. 6, ita hîc amplificata:* His ita peractis, *inquit Baudemundus,* idem vir Domini Amandus in fines remeauit Francorum, elegitque ſibi locum prædicationi aptum, in quo cum Fratribus, qui cum eo per diuerſas prouincias, multas pro nomine Chriſti perpeſſi ſunt paſſiones, ædificauit cœnobium: atque ex eiſdem Fratribus plures poſteà vidimus Abbates ſeu honorificos viros. *Et hæc quidem verè Baudemundi ſunt: dein ita pergit:* Eodem ferè tempore *&c. Quæ ita in codice Nantuacenſi leguntur:* Temporibus igitur Mauritij & Phocæ Cæſarum, rediens à præfatis Vaccenſibus & Pyrenæis montibus Sanctus Dei Amandus, luſtratis penè finibus Francorum, flagitans ſecretum reperire locum, in quo ſolitariam vitam ducere poſſet, liberiuſque Deo vacaret; tandem deuenit in quamdam ciuitatulam, nomine Ozindinſem, ſitam in finibus Lugdunenſium, decentiſſimè turribus eminentibus circumſeptam, quæ deinceps à

In Vitâ S. Amandi eiusdem interpolatâ,

affixa Beugeſiæ Ozindinſis vrbs Epiſcopalis,

Sarracenis & Vandalis & Gottis, vſque ad ſolum deſolata atque diruta eſt. Habebat autem hæc vrbs à Septemtrione montem quemdam, nomine Helnon, ex cuius nomine omnis circa regio Helnonenſis vocabatur: in cuius cacumine caſtrum inſigne quadrato lapide & polito conſtructum habebatur, munitio & defenſio vrbis: circa cuius ambitum apparet grata planities, fœcunda paſcuis atque irrigua, nemoribus conſita, ſaltu decora, venationi atque piſcationi commoda: in quam influunt duo aluei Onix & Lengis. Ab Aquilonali verò parte mons Dunicus circumcingebat eam, ſimili modo copioſo munimine oppugnatus. Extrà cuius gyrum quidam collis proſpiciebatur, quem reducto paullulum ſinu, in æquo complanabat natura; per quam fluuius diſcurrens planitiem, vocabulo Merulus, ab Alpibus progrediens, bifido curſu nando meat in quoddam ſtagnum iuxtà poſitum, præſtans incolis piſcium non modicum quæſtum: quæ etiam triiugis montium cacuminibus protegebatur, ſcilicet Dunico, Ibico, & Heenco. Præterea fons prælucidus ab rupibus profluens, ſaluberrimis vallem irrigat aquis: cuius vocabulum hactenus vicus omnino retinuit. Quem locum vir ſanctus, quaſi à Deo ſibi cælitus offerretur, amplectens, citato gradu in Franciam rediens, Childericum adiit Regem, petens humiliter, qualiter hoc præmemoratum municipium, ad conſtruendum habitaculum monachorum, largiri dignaretur. Nam adeò remotus & ſecretus erat commeantibus vel itinerantibus, vt, niſi venandi gratiâ, nullus ibi diuerteret hoſpes, præter paucos ruricolas inibi degentes, qui ex contignatis lignis iamdudum baſilicam in honorem Andreæ Apoſtoli inibi ædificauerant. Quod Rex libentiſſimè annuit, deditque ei Rex Childericus filius Lodouici, & frater Theoderici poſtulatum locum Nantuacum, qui & alio vocabatur nomine ſecundùm regionis nuncupationem, videlicet Helnone, in quo vir Dei ſagaci ſtudio cœpit ædificare cœnobium, non ambitionis gratiâ, ſed ob animarum ſalutem. Mummulus autem præfatæ Ozindinſis ciuitatis Antiſtes valdè ferebat moleſtè, quòd idem vir Dei eumdem locum impetrauerat à Rege *&c.*

D

mons Helnon, & regio Helnõnenſis:

etiã Helnone dicitur appellata:

136 *Hæc Nantoacenſis interpolator, pro quibus paucula hæc habet Baudemundus:* Eodem ferè tempore vir ſanctus Domini Amandus Childericum adiit Regem, eumque humiliter poſtulauit, quatenùs ei aliquod municipium ad conſtruendum monaſterium, non ambitionis gratiâ, ſed ob animarum ſalutem, largiri dignaretur. Deditque præfatus Rex ei locum, nuncupatum Nanto: in quo vir Domini ſagaci intentione cœpit ædificare cœnobium. Mummulus autem quidam Ozindinſis vrbis Antiſtes valdè ferebat moleſtè, quòd idem vir Domini eumdem locum impetrauerat à Rege *&c. Hæc Baudemundus, quem loqui de monaſterio Nanto, apud Rutenos prope fontes Darbij amnis à S. Amando extructo, & de Mummulo Epiſcopo Vceticenſi ſuprà num.* 7 *oſtendimus. Aſt hic interpolator ſuo monaſterio Nantuaco ea applicaturus, ingeniosè excogitauit vrbem Epiſcopalem Ozindinſem iſtic vicinam, hactenùs reliquis ſcriptoribus incognitam, quam nempe dirutam à Vandalis & Gothis aſſerit: ſed quo tempore? Num anno Chriſti* CCCCVI? *quando ſecundùm Proſperi Chronicon,* Arcadio VI & Probo Coſſ. Vandali & Alani Gallias traiecto Rheno pridie Kalendas Ianuarias ingreſſi. *& triennio poſt,* Honorio VIII & Theodoſio III Coſſ. Hiſpanias occupauerunt. *Subſecuti Vandalos* Gothi, *&* Honorio IX & Theodoſio V Coſſ. Rege Athaulpho Gallias ingreſſi ſunt *anno* CCCCXII. *Anno ſequenti Burgundiones hanc Galliæ partem, in quâ Breſſia etiam & Beugeſia ſunt occuparunt. Sed hæc tempora æquè potuerit ſcriptor ille confundere, quàm quæ tradit, temporibus Mauritij & Phocæ Cæſarum ſuum Nantuacum à S. Amando facultate à Childerico impetratâ conſtructum eſſe. Imperium adeptus eſt Mauritius anno Chriſti* IↃLXXXII, *quod ei anno* IↃCII *Phocas extorſit; & ipſe anno* DCX *interfectus: quando S. Amandus*

E

Nanto monaſterium apud Rutenos.

fictæ vrbis Ozindinſis à Vandalis & Gothis diruta:

temporibus confuſis

F

fingitur epistola S. Gregorij Magni ad Childericum Regē,

A *mandus natus circa annum* DXCIV, *adolescens in Ogiâ insulâ degebat, & Chlotharius* II, *dicti Childerici proauus, Francis imperabat. Hanc tamen quidemcumque chronotaxim (aut chronotaxin potius) Nãtuacenſes tuentur duplici diplomate in archiuo ſuo ſeruato, atque inde à Guichenono in Probationibus pag.* 212 *& ſequenti edito. Prius eſt S.Gregorij Magni, Phocâ regnante anno* DCIV *mortui, cuius hæc iſtic verba referuntur:*

137 Gregorius ſeruus ſeruorum Dei, Childerico Francorum Regi. Quoniam innumerabilibus mundus procellis quatitur ... quid autem in aliis mundi partibus agatur, ignoro. Solummodò à Beato Amando noſtro Coëpiſcopo didicimus, in omnibus rebus ſpiritalibus honeſtiſſimo veſtro regimine regnum veſtrum præ ceteris pace & tranquillitate, Chriſto tribuente, pollere. Retulit quoque veſtrâ munificentiâ ſibi olim conceſſum cœnobium in finibus Francorum poſitum, quod Helnone, ſiue Nantuacum nũncupatur, nunc à vobis affluentiſſimè de veſtris reditibus & prædiis & fiſcis ad Fratrum victualia dotatum atque locupletatum: de quo vobis gratiarum dona cum benedictione miſimus. Ipſum namque præfatum cœnobium, dum reſponſis Eccleſiæ deſeruirem, & ob hoc ad venerabilem prædeceſſorem noſtrum illuc cùm regrederer, poſcente memorato Patre Amando atque Abbate Latercenio cum multis religioſiſſimis viris ſanctitate præditis, baſilicam ipſius loci in honorem Petri & Pauli omniumque Apoſtolorum honorificè conſecrauit, ipſique loco tale priuilegium conceſſi, vt nullis Princeps, nec Epiſcopus, neque vlla iudiciaria poteſtas ibidem præſicere audeat Abbatem, niſi quem concors congregatio pari conſilio & voluntate ſecundùm Deum elegerit, ſicut Benedictus Pater præcepit. Poſtquàm electus fuerit ab illis, priùs Sedis Romanæ munus accipiat, ipſiuſque benedictione fungatur, niſi aſſenſu eius concedatur alicui licentia. Sed neque ipſi Archiepiſcopo Lugdunenſi, neque vlli Epiſcopo committimus illi Eccleſiæ vim excommunicationis inferre vllo modo, niſi Apoſtolicâ deliberatione. Sed & ſi quis fidelium Romam ire diſponens, ſumptuſque ei defuerint; ipſum memoratum locum adeat, & ibidem pro poſſe eleemoſynam Fratribus impendat, eadem formâ benedictionem Apoſtolicam ſine dubio inibi percepturus, ſicuti ſi limina Apoſtolorum peruenilet. Statuimus de cetero, vt nullo modo quis hunc locum violare audeat, nec vim inferre: quod ſi quis temerario auſu infregerit, anathematis vltione damnetur, ita vt deinceps intiolata, illibataque hæc noſtra præceptio ſiue interdictio conſeruetur.

quaſi ſi rogante S. Amando,

Nantuaci ab illo fundati

B ecclesiam in honorē SS. Petri & Pauli dedicaſſet,

C priuilegia,

immunitates

& indulgentias cõceſſiſſet,

138 *Secundum diploma eſt Childerici Regis, eiuſdem omnino momenti, quod ita incipit:* Rex Childericus, filius bonæ recordationis Clodouei, Amando Præſuli atque Abbati. Gaudeo, Frater cariſſime, ſanctitatem tuam opinionemque tuæ religioſæ vitæ toto orbe dilatari. Suprà namque cùm ad ciuitatem Pariſius deueniſſemus, delata ad nos ſcripta Beati Gregorij Papæ, in quibus cœnobium à te conſtructum Nantuacenſe mirificè exornat, ſuiſque præconiis exaltat. Quod ideò tuæ ſanctitati mittere curauimus, vt pro magno munere ibi conſeruetur. Ipſe quoque ſupradictus Papa omnino petiit, vt ea quæ ipſe auctorizauit, nos more regio laudaremus atque confirmaremus..... Omnia prænominata tibi & Fratribus in dicto cœnobio commorantibus, tam præſentibus quàm futuris per noſtri priuilegij firmitatem tribuimus, quatenùs pro ſalute noſtrâ, vel regni noſtri proſperitate, inceſſanter Dei omnipotentis clementiam exoretis. Hoc autem donum frater meus Theodericus ob amorem tui laudauit atque conceſſit. Actum eſt hoc donum ſiue priuilegium in ciuitate Pariſius anno quinto Childerici Regis. *Hæc ibi. Regnauit apud Neuſtrios & Burgundos Childericus ab anno Chriſti* IↃCLXXVI *ad* IↃCLXXX, *interemptus anno regni* IV. *Frater eius Theodericus tum regno pulſus, ac mona-*

Ipſe q; Childericus cũ epiſtolam miſiſſet S. Amando,

omnia approbans,

vti & Theoderi cus frater:

ſterio S. Dionyſij incluſus, inter monachos attonſus degebat, cuius approbatio in hac diſſenſione fruſtrà conficta eſt. Sed quàm procùl hæc tempora diſtant ab ætate S.Gregorij Magni, & quidem necdum ad Pontificatum euecti, vt, cùm pro deceſſore ſuo Pelagio Papâ II *reſponſis Eccleſiæ deſeruiret, baſilicam huius monaſterij conſecrare potuerit? &, quod conſequens eſt, ante annum* DXC, *quo Pelagius mortuus eſt?*

AVCTORE G.H.

D *integro ferè ſeculo iuniores S. Gregorio.*

139 *Claudius Robertus in Gallia Chriſtianâ* Nantuam fundatam *ſcribit* tempore Gregorij Magni Papæ, Childeberto Rege dotatore, *qui cum eſſet Rex Auſtraſiorum, S.Guntrammo patruo ſuo anno Chr.* DXCIII *mortuo, in regno Burgundionum ſucceſſit, vitâ regniſq; functus anno* DXCVI, *huiuſce regni quarto vix inito, vt diploma fundationis non potuerit datum eſſe anno regni quinto, multò minùs Pariſiis, vbi tuin agebat Rex Chlotharius* II: *quæ tamen verba ex ſuperiori diplomate Regis Childerici à Claudio Roberto tranſlata ad Childebertum fuerunt. Ad hæc porrò S. Gregorij Magni tempora fundationem huius monaſterij referendam eſſe perſuadet diploma Lotharij Imperatoris, ex archiuo Nantuacenſi à Guichenono in probationibus pag.* 214 *excuſum, cuius hîc partem damus:* In nomine Domini noſtri Ieſu Dei æterni. Lotharius, Diuinâ imperante prouidentiâ Imperator Auguſtus. Omnibus fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris præſentibus videlicet & futuris notum ſit, quia monachi Nantuacenſis monaſterij noſtræ retulerunt Celſitudini, quòd à quibuſdam peregrinis Abbatibus aliunde venientibus, res eccleſiæ illorum, vnde victum veſtitumque habere continuatim debebant, ſeu vnde familia eiuſdem loci ſeruitium illis impendere ſolita erat, expoliabantur & conſumebantur... Quare interrogauimus, quid inde vellent, & flexis poplitibus noſtra deoſculantes veſtigia, vnanimiter exclamauerunt ex ſeipſis velle habere Abbatem. Quorum petitionibus ob B. Petri Apoſtolorum Principis venerationem, in cuius honorem memoratum cœnobium conſtat eſſe à B. Gregorio Papâ dedicatum, aſſenſum præbentes; hos Serenitatis noſtræ apices fieri iuſſimus, *&c. En vt monaſterium tunc crediderint, tempore S. Gregorij fuiſſe ædificatum. Quam opinionem firmant relata ſupra* tempora Mauritij & Phocæ Cæſarum, *eidem ædificationi aſſignata. Quæ dum omnia ab Actis S. Amandi abſunt, propria huic monaſterio fuiſſe exiſtimamus: quibus reliqua aſſuit auctor Nantuacenſis, arbitratus ſuum Nantuacum monaſteriũm eſſe illud; quod Baudemundus ſcripſerat à S. Amandõ conſtructum eſſe, vocabulo Nanto, ſed ſitum apud Rutenos, populos cum vicinis Aruernis, Gabalis, Cadurcis, Albigenſibus & Vceciis, Auſtraſiorum regno, cui tum præerat Childericus, ſubiectos.*

Nãtua an fundata à Childeberto Rege Burgũdiæ

E

F

§ XXI *Obitus S. Amandi aſſictus Nantuæ. An ea monaſterium S. Amandi dicta?*

140 *Alterum addi monaſterio eidem ornamentum debuit, quo plurimi circumquaque gloriabantur monachi: ſcilicet vt fundator eius Sanctus fuiſſe, inq; ſuo monaſterio migraſſe è vitâ diceretur, & in eo magnificè ſepultus; eiuſq; patrocinio ibidem multa fieri miracula. Quæ quia Baudemundus attribuit loco, cui vocabulum eſt Elnone; qui antiquitates iſtas Nantuacenſes coagmentauit, nomen illud monti vicino affinxit, in eiuſq; cacumine extructo caſtro; vnde omnis circa regio Helnonenſis dicta ſit, ipſumq; etiam Nantuacum ſecundùm regionis nuncupationem Helnone appellatum. Verùm aut non viderat ille, aut negligenter tranſcurrerat, quæ Elnonem in Belgio locant antiqua & certa monumenta, maximeq; inuicem congruentia; inter quæ ſunt diplomata Dagoberti Regis ac S. Martini Papæ. Quæ ſi ille viſiſſet, non montem Elnonem, ſed fluuium, alterumq; Scarpum ex eo monte elicuiſſet.* Locum *Amando datum, aſſerit Dagobertus* inter duos fluuios Scarp & Elnonem ſitum. *& S. Martinus Papa ſtatuit* cœnobium, cui Helnonis inditum nomen, intra decurſum duorum fluminum Scarp & Helnonis. *Inclamant Nan-*

S. Amandus Elnone in Belgio obiit,

eius eccleſia dedicata à S. Gregorio.

AVCTORE G. H.

tuacenſes, ſuo Martyrologio inſcriptum S. Amandi Patroni ſui nomen, in hunc modum: VIII Idus Februar. In diœceſi A Lugdunenſi, monaſterio Nantuacenſi, ſanctiſſimi atque omni laude digniſſimi, almi Amandi, qui dictum monaſterium fundauit; cuius mors pretioſa & vita inclyta virtutibus & miraculis in cælo & in terrâ effulſit: qui quondam Vltraiectenſium Epiſcopus fuit; poſteà verò dicti monaſterij Abbas, vbi beato fine quieuit. *Hæc ibi, amplificata ex Martyrologio Vſuardi, in quo ita legitur:* Eodem die ſanctorum Epiſcoporum Vedaſti & Amandi, quorum & vita & mors plurimis extitit miraculis glorioſa: quorum prior Adartenſium, ſequens verò Traiectenſium rexit Eccleſiam. *Quod autem tempore ſcriptoris illius Nantuacenſis, non eſſet Traiecti Sedes Epiſcopalis, olim Leodium tranſlata, appoſuit Vltraiectum, vrbem Epiſcopalem, poſterioribus temporibus valdè celebrem, quæ erat quidem, dum viueret S. Amandus, metropolis Friſiorum, ſed adhuc à fide Chriſtianâ abhorrentium.*

non Nantuæ:

141 *Annum mortis & ſepulturæ S. Amandi apud Nantuacenſes* IↃCLXXI *aſſignat ex Martyrologio Nantuacenſi idem Guichenonus. Sed quot eum tunc oportet annorum fuiſſe, ſi cœnobium illud grandis natu condiderat, quod minimùm* LXXX *ante eius deceſſum annis Magnus dedicârat ante pontificatum* B *Gregorius? Teſtamento quoque S. Amandi (nam & illius meminit) an ſubſcripſerint euocati è Belgicâ* II *S. Reolus Archiepiſcopus Remenſis, pro Lugdunenſi? & Epiſcopi S. Mummolenus Nouiomenſis, & S. Vindicianus Cameracenſis, vice propinquorum, Bellicenſis, Matiſconenſis aut Geneuenſis? & Abbates S. Bertinus Sithiuenſis, & Gandenſes duo Aldebertus monaſterij S. Bauonis, & Ioannes Blandinienſis, loco Abbatum iſtarum ditionum? An tum ab his Antiſtitibus templum iſtic Elnonenſe dedicatum, quòd apud Belgas Elnonenſes factum diximus? An corpus eiuſdem Sancti iſtic etiam tranſlatum anno* IↃCXCVIII, *& eleuatum anno* IↃCCCIX? *An, vt reliqua omittamus, idem ſacrum corpus inde Tornacum, Gandauum, & per alia loca Flandriæ & antiqui Brabanti, anno* CIↃCVII *delatum? Certè affictum Nantuaco nomen Elnonenſe ignorârunt antiqui. ita Rex Pipinus in priuilegio eidem monaſterio dato anno* VI *regni,* Siagrium *appellat* Abbatem monaſterij Nantuaci. *Ludouicus Pius in* conſtituto de monaſteriis, quæ Regi militiam, dona vel ſolas orationes debent, monaſterium Nantuadis *in ſecundâ claſſe ſtatuit, dona abſque militiâ conferentium. Lotharius Imperator in memorato diplomate* monachos Nantuacenſis monaſterij *dixit. Albitius & Odda Comites Geneuenſes ſeculo decimo varias donationes conferunt* ſacroſancto S. Petri Nantoadis monaſterio. *Baſchalis* II *Papa anno* CIↃC *inter alia monaſteria Cluniacenſibus ſubiecta in Prioratum redigit* Nantuacum. *Eugenius Papa* III *anno* CIↃCXLVI *Bullâ inſcriptâ* C Priori Nantuacenſis monaſterij, *priuilegia confirmat. Quæ omnia exhibet Guichenonus in Probationibus: aſt in iis nuſquam* Elnonis *aut etiam* Amandi *nomen; vt perſpicuum ſit, omnem illam fabulam ex ſolâ voce* Nanto *extudiſſe poſteros. Extat apud eumdem Guichenonum epitaphium Caroli Calui Regis Francorum & Imperatoris, in monaſterio Nantuacenſi, tempore Helmedj* VIII *Abbatis, ſepulti. Quod quâ occaſione contigerit, ita refertur in Annalibus Francorum Bertinianis:* Carolum in viliſſimo tugurio mortuum II Nonas Octobris aperientes, qui cum ipſo erant, ablatis interaneis, & infuſum vino & aromatibus, quibus poterant, & impoſitum locello, cœperunt ferre versùs monaſterium S. Dionyſij, vbi ſepeliri ſe poſtulauerat. Quem pro fœtore non valentes portare, miſerunt eum in tonnâ interiùs exteriuſque picatâ, quam cotius inoluerunt: quod nihil ad tollendum fœtorem profecit. Vnde ad cellam quamdam monachorum Lugdunenſis Epiſcopij, quæ Nantoadis dicitur, vix peruenientes, illud corpus cum ipsâ tonnâ terræ mandauerunt.

Teſtamentum S. Amandi, variaq; corporis Tranſlationes oſtendunt

Nantuam non eſſe Elnonem dictam.

Nantuæ Carolus Caluus ſepultus.

142 *Edita eſt in Bibliothecâ Cluniacenſi columnâ* 313 Charta Lotharij Regis *de monaſterio S. Amandi Cluniacenſi Abbatiæ tempore S. Maioli Abbatis ſubiecto: quod monaſterium Guichenonus Nantuacum eſſe ratus, eamdem Chartam à Petro Franciſco Chifletio noſtro ex archiuo Cluniacenſi deſcriptam, ſi-*

Diploma Lotharij Regis,

biq; communicatam vulgauit in Probationibus pag. 216: *quam hîc damus.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Lotharius Dei gratiâ Rex. Prædeceſſorum noſtrorum conſuetudines Regum obtinemus, ſi familiariter congruis in petitionibus fideles noſtros exaudimus. Quapropter vniuerſæ ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque omnium fidelium, tam præſentium quàm & futurorum, animis notum eſſe volumus: quoniam Domina mea mater gloriosiſſima Gerberga Regina, per conſenſum ſuorum noſtrorumque fidelium, acceſſit noſtræ præſentiæ ſerenitatem, maternis cum iuſſionibus rogans: vt monaſterium, quod eſt ſitum in Comitatu * Vareſino, in honore S. Amandi dicatum, eò quòd abſque Rectoribus, etiam veluti in inhabitabilibus locis, monaſterio Cluniacenſi ſuiſque Rectoribus ſubderemus, cum ſuis omnibus ad ſe pertinentibus, tam in villis quàm in prædiis omnibus, cum mancipiis vtriuſque ſexus, pratis, vineis, ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, & egreſſibus & exitibus. Cui aſſenſum præbentes, quod æquum fuerat, petitiones in hac iuſſione vt in aliis ſuſcepimus, præfatumque monaſterium S. Amandi cum omni integritate, vt iam dictum eſt; iam dicto Cluniacenſi monaſterio ſubdendo conceſſimus coſtatu, vt inquantùm Deus illis ſuppeditauerit auxi- E lium, eum conſtruant, locumque habitabilem, prout potuerint, reddant; quatenùs cunctipotens Deus ibi iugiter laudetur cum Sanctis, Dominaque mea glorioſiſſima nobiſcum mater, quæ hoc ſtatuit, æternæ felicitatis præmio, Chriſto largiente, donetur. Et quò firmiùs credatur, ſtabiliuſque poſſideatur, manu propriâ ſubterfirmauimus, & annulo noſtræ auctoritatis inſigniri iuſſimus. Signum Domni & glorioſiſſimi Lotharij Regis. Gebo humilis Quæſtor ad vicem Artoldi Archiepiſcopi ſummique Cancellarij cognouit. Datum IX Kalend. Decemb. regnante glorioſiſſimo Lothario Rege anno V Indictione III Actum Diuionenſi in palatio feliciter, Amen. *Hæc ibi. Lotharius anno Chr.* DCCCCLIV, *ab Artoldo Archiepiſcopo Remenſi pridie Idus Nouembris in Regem inunctus eſt: adeoq; ſi ſequens annus integer primo regni anno attribuatur, annus quintus conueniet in annum Chr.* DCCCCLIX, *quo Indictio* III *ab Octobri numerari cœpta. Annum regni omiſit Guichenonus, ratus fortè eum cum Indictione* III *minùs congruere.*

de monaſterio aliquo S. Amandi

* *al.* Taheſino

Cluniacenſibus ſubiiciendo.

143 *Sed maior difficultas eſt apud eumdem, vt probetur, quo ductus argumento ſcribat, memoratum latum, monaſterium S. Amandi appellatum, non diſtingui à Nantuaco, quod tamen in diplomate Lotharij Imperatoris dicitur* à B. Gregorio Papâ in honorem B. Petri Apoſtolorum Principis eſſe dedicatum; *imò in inſtrumento donationis ab Albitio & Oddâ circa tempora Ludouici Tranſmarini, quo patre Lotharius Rex natus eſt, factæ, appellatur* ſacroſanctum S. Petri F Nantoadis monaſterium, *& poſteà* monaſterium S. Petri, *cui tum præerat Abbas Alranus, antè Epiſcopus Matiſconenſis. Nec facilè intelligi poteſt, quomodò mox illud monaſterium eſſe potuerit,* abſque Rectoribus, & veluti in inhabitabilibus locis, *vt de monaſterio S. Amandi dictum eſt, cùm iſti pro ſolis* luminariis, ſacrificiis & pſalmodiâ *à dictis Comitibus Geneuenſibus donati ſint reditus plurium villarum ſiue pagorum, & quinque in iis eccleſiarum. Præterea inter celebriora monaſteria habitum fuiſſe Nantuacum, colligimus ex vndecim Prioratibus illi immediatè ſubiectis, qui enumerantur in* Catalogo Abbatiarum Prioratuum & Decanatuum mediatè & immediatè monaſterio Cluniacenſi ſubditorum. *Quando autem Nantuacenſes hanc Cluniacenſem reformationem ſuſceperint, non conſtat. In ſuprà indicatâ Bullâ Paſchalis Papæ* II *poſtponitur Nantuacum monaſterio S. Martini de Campis, interiectis Siluiniaco, Virgeno & Gimniaco. Fuiſſe autem monaſterium S. Martini de Campis ab Henrico* I *Rege Francorum anno Chr.* CIↃLX *fundatum, docet ipſum fundationis diploma vnà cum reliquâ huius monaſterij hiſtoriâ editum à Martino Marrierio. Aliquot dein elapſis annis S. Hugo Abbas Cluniacenſis ad Eccleſiam Nantuacenſem tranſtulit corpus S. Maximi, aſſiſtente Odone Epiſcopo Oſtienſi tunc in Galliis miſſo*

non conuenit Nantuæ dicatâ S. Petro,

tum valdè celebri,

Cluniacenſibus poſteà ſubiecta.

A *missa à B. Gregorio Papâ* VII, *qui præfuit Ecclesiæ ab anno* CIↃLXXIII *ad* CIↃLXXXVI. *Mentio Odonis est in veteri inscriptione posita an.* CIↃLXXXV, *apud Vghellum in Italiâ sacrâ. Post reformationem ab S. Hugone inductam primus istic Prior fuit Franciscus, qui traditur apud Guichenonum aliquam bonorum commutationem anno* CIↃXCIX *cum Amato Genevensi Comite iniuisse. Eodem anno creatus est Papa Paschalis* II, *qui, abdicato Abbatum nomine, voluit eos omnes, qui præessent monasteriis Cluniacensi subiectis, Priores appellari. Denique in prælicto Catalogo Cluniacensi hæc de Nantuaco habentur:* Prioratus Nantuaci Lugdunensis diœcesis, vbi debent esse viginti quinque monachi, & debent ibi celebrari tres Missæ cum notâ, & debet fieri eleemosyna ter in qualibet septimanâ omnibus venientibus, & debent dari tredecim præbendæ tredecim pauperibus, in festo B. Mariæ Magdalenæ & S. Petri, *scilicet Patroni.*

Seculo II.

144 *Postremò etiamsi omnia in Lotharij Regis tempora convenirent, & nomen S. Amandi dicto monasterio Nantuacensi proprium foret, vnde huic Regi ius erat de illo monasterio extra suum regnum sito statuendi? Suberant eo tempore Bressia & Beugesia Conrado Regi Burgundiæ, Alamanniæ & Prouinciæ, cui nupta soror Lotharij Regis in dotem contulerat vrbem & ditionem Lugdunensem. Fuit is Conradus filius Rudolphi* II, B *nepos Rudolphi* I, *itidem Regum Burgundiæ. De iis agunt Chesnæus lib.* 2 *Historiæ Regum & Ducum Burgundiæ capp.* 22, 23 *&* 24, *& Guichenonus par.* 1 *Historiæ Bressiæ & Beugesiæ cap.* 9. *Imposuit fortasse huic scriptor Nantuacensis, Lotharij diplomate ad suum etiam monasterium aptato.*

tempore Lotharij Regis subdita Conrado Regi Burgundiæ;

145 *Cur autem in catalogo monasteriorum Cluniacensi Abbatiæ subiectorum non legatur vllum S. Amandi monasterium, nil certi, quod respondeamus, occurrit: Forsan postea destructum, aut aliud obtinuit nomen. Quid si reclamantibus monachis reformationem Cluniacensem non admisit, aut postea ad priorem institutionem redijt? Hactenus etiam situm Comitatus Trabesini, siue Varesini certò assecuti non sumus.*

vbi illud monasterium S. Amandi fuerit?

§ XXII Episcopatus Castellonensis an à S. Amando administratus?

146 *FAma virtutum S. Amandi per omnem ferè Europam celebritas fuit, vt post aliquot secula complures eum sibi olim fuisse Episcopum aut Abbatem optarint. Quapropter noua ab Hispanis quæstio mouetur, in hunc commodius locum à nobis reseruata, vtpote apud alios Scriptores intacta, atque ex suprà dictis, potissimum ratione chronologicâ, dissoluenda. Fundamentum sternitur in Chronico Iuliani Petri Archipresbyteri S. Iustæ, in quo hæc leguntur ad annum* 660, *num.* 336. S. Amandus Episcopus Castellonensis in Hispaniâ per id tempus floret, ad quem litteras mittit S. Martinus Papa. Contrahitur Amando impulsore Concilium contra Monothelitas anno Domini IↃL, *mendosè.* Anno IↃCL *legit Tamayo Salazar, de quo mox agemus. At pergit Iulianus num.* 337. Florebat S. Ildefonsus Toletanus Antistes, qui primâ die Decembris anni IↃCLIX accipitur ad Sedem Toletanam loco S. Eugenij III, qui mortuus, est ad Superos relatus die XIII Nouembris. Sed succedit Ildefonso Toletano Iustus in regimine monasterij SS. Cosmæ & Damiani. Sanctus verò Ildefonsus VII Idus Nouembris hoc anno Concilium Toleti contrahit contra quosdam hæreticos malè sentientes de virginitate B. Mariæ, quòd dilatatis virginalibus claustris, vt ceteræ mulieres, peperisset sine nouo quodam miraculo. Anno Domini IↃCLXVI, *vt num.* 338 *pergit*, Hæreticos Gallos Theudium & Helladium loquentes de parturiendi modo beatæ Virginis Mariæ editis libris, quos ad moniales Deliuiensis (*alias Deibiensis*) monasterij in agro Toletano positi dedicârat, confutat. Concilium multorum Episcoporum contrahit, inter quos fuit VRSVS S. Amandus, primus Episcopus Traiectensis, deinde verò Castellonensis in Hispaniâ, vir doctus & sanctus.

S. Amandus Episc. Castellonensis in Chronico Iuliani

C

anno 670

& 666,

147 *Ita Chronicon Iuliani: cuius auctoritate motus Ioannes Tamayo Salazar* S. Amandum *Martyrologio Hispano inscripsit his verbis:* Apud Castellonenses Hispaniæ populos S. Amandi, primò Traiectensis Episcopi, pòst Castellonensis, qui peragratis Italiæ, Galliæ & Germaniæ prouinciis, Hispaniam adiuit, Ildephonso Toletanæ Sedis Episcopo carus, cuius exhortationibus beatus Præsul Toletanus Concilium contra Monothelitas indixit, cui interfuit Amandus, pòst in patriam reuersus glorioso fine quieuit. *Adiungit deinde Acta ex variis Scriptoribus collecta, in quibus postquàm Episcopatum Traiectensem ab eo relictum narrauit, hæc addit:* Episcopalis ergo oneris diruptis compedibus, vt Pontificis placitum vbiuis adimpleret, Aquitanos suos, illis deposcentibus, inuisit. Ibidem quantis Vaccea gens, quæ hodie dicitur, citra & vltra Pyrenæos viuens, implicaretur erroribus agnoscens, eorum miseratus excidium, illo quo æstuabat fidei zelo in illorum populos descendens, illis prædicare aggreditur, vt ab idolorum fœdâ abstraheret seruitute: demum in Castellonensem deuenit populum, vbi mirabilia patrans, Euangelici verbi semine, innumeram Christo obtulit frugem. Ex quo Castellonensis Episcopus factus, totam Hispanicam Vasconiam lustrauit. At auditâ famâ, quòd Theudius & Helladius hæretici, ex Galliâ Hispanias ingressi, virus sui erroris in tenera credentium viscera diffundere decer- E nebant, B. Ildephonsum Toletanum Antistitem litteris interpellat, vt contractâ Synodo aduersùs hæreticos gladius Ecclesiasticæ vltionis acriter eluceseat. Ildephonsus, qui etiam à Genesio Episcopo Aruernensi fuerat admonitus, continuò Concilium indixit Toleti, cui itidem Amandus interfuit, in quo damnatis hæreticis Gallis & aliis ex Concilij Lateranensis decretis, quorum Amandus Apostolicus executor extiterat, facilè turbulenta illa hæreticorum seditio sedata est. His in Hispaniâ peractis, in Galliam reuersus, Childerici Regis munificentiâ illustre Elnone condidit cœnobium, quod postquàm monasticis institutionibus vitæque exemplo stabilisset, eiusque dedicasset basilicam, ad promeritam tot laboribus coronam in cælum euolauit, sub annum vitæ nonagesimum, VIII Idus Februarij anno Domini IↃCLXXI.

AVCTORE G. H. D *apud Tamayum Salazarium in Martyrolog. Hispano,*

& Alios adiunctis,

148 *Hactenus Tamayo Salazar, qui prorsus de S. Amandi apud Castellonenses Episcopatu ab anno* IↃCL *ad* IↃCLXVI, *atque eius tum ad Concilium Toletanum aduentu securus, prolixè Sedem illam Castellonensem inquirit; ac triplicem* Castellonem, *seu* Castulonem *assignat, aliam in Catalaniâ ad radices Pyrenæi, aliam in Nauarrâ, ac tertiam in Beticâ, quæ hodie Episcopatui Giennensi paret. Ideò nuper Episcopus Cardinalis de Moscoso & Sandoual, Giennensis tunc Episcopus, dein Archiepiscopus Toletanus, præcepit ab omnibus illius diœcesis Clericis, tam secularibus quàm regularibus, qui* F *ad Diuinum officium legendum obligantur, illud de S. Amando Confessore Pontifice, ritu duplici, die* VI *Februarij recitari: datis litteris* III *Iulij anno* DCXL, *cùm aliquot antè annis Franciscus de Rus-Puertâ edidisset historiam Ecclesiasticam regni & diœcesis Giennensis, in eâque seculo* 7 *cap.* 2 *scripsisset S. Amandum istic fuisse Episcopum Castulonensem. Verùm opponit Tamayo Salazar hoc Cardinalis Baronij dictum in Notis ad* X *Decemb.* Coluntur vbique sancti Martyres, (*idem dicendum de aliis*) quorum Deus omnia in omnibus, & dies in omnes, qui inuocant eos. *Dein reiicit hunc Beticam* Castulonem, *quam Hispanicè* Cazlona *vocant, quòd* Marcus Episcopus Castellonensis *Concilio Toletano* X *anno Christi* DCLVI, *Æræ Hispanicæ* DCXCIV, *celebrato subscripserit: cùm iam antè S. Amandus esset Episcopus Castellonensis.*

eius officium Duplex recitatur in Giennensi diœcesi,

149 *Sed quidni potiùs hîc Marcus fuit Episcopus Castellonensis in Catalaniâ, quam in Beticâ, cùm velit vrbem Cataniæ olim* Castulonem *dictam? Secundò quidni binominis, & Marcus Amandus appellatus? Ita Laurentius Ramirez de Prado in Notis ad Luitprandi Chronicon, in quo ad an. Æræ Hispan.* 687, *Christi* 649, *traditur num.* 85 *tum habita* Synedus Hispalensis contra Monothelitas. *vbi ita addit:*

in Catalaniâ statuitur Marcus Amandus à Ramirez de Prado,

AVCTORE G. H.

A Quod vt melius intelligatur, oportet obseruare, sanctum Pontificem Martinum Papam 1 litteris ad M. Amandum Episcopum Castellonensem (Castellon de la Plana vulgò) in regno Cataloniæ significare inuentionem librorum à Taio petitorum, sed non expectasse, vt scriberentur Moralia.... Circa materiam huius Concilij sic scribit ad dictum Episcopum S. Martinus .... Marcus Amandus acceptis litteris à S. Martino Papâ mittitur ad Reges, qui iubeant Eugenio, vt congreget Synodum Toleti. Hæc est contra Monothelitas, vt videamus, quanta sit Hispanorum Regum obseruantia erga sanctam Sedem Romanam, & Episcoporum obedientia, qui habitâ Synodo Toleti, vbi recepta est honorificè Synodus Lateranensis, & abiurantes ac detestantes hæresim Monothelitarum, mittunt Romam hanc Synodum cum Taio & M. Amando Episcopis. Et mirum est, quomodò hæc Synodus interciderit, quamquàm eius vestigia in Onuphrio & Roderico, ac Iuliano Toletano, clara expressaque reperimus. *Hæc Ramirez de Prado de binominis Marco Amando, insertâ parte epistolæ S. Martini Papæ ad S. Amandum Episcopum Traiectensem datæ: emissâque priore parte ad Sedem Traiectensem pertinente, incipit ab his verbis:* Credimus autem ad vos peruenisse, quomodò à conturbatione verę fidei & Catholicæ Ecclesiæ cõculcatione ante hos plus minùs XXIV (*alij* XXV) annos à Sergio falso Episcopo Constantinopolitano, in auxilio habente Imperatorem Heraclium, execranda & abominanda hæresis pullulauit. *A quibus verbis infrà in Vitâ S. Amandi per Philippum Abbatem incipimus numerum* 48. *Omittuntur aliqua num.* 49 *de Rege Francorum Sigeberto interpositâ; prępositis sequentibus, quæ num.* 50 *de reliquiis Sanctorum donatis, ac codicibus describendis referuntur. Extátne vspiam codex aliquis Conciliorum, in quo hæc seorsim tradantur? Cur non citatur si extat? Si non extat, vnde ista hoc modo protruduntur in lucem? Apud Onuphrium Panuinium ab eo citatum hæc verba,* Synodus Hispalensis contra Monothelitas *ex Luitprando repetuntur ad annum Christi* IↃCL. *At Rodericus Toletanus lib.* 2 *Historiæ cap.* 22, *in Concilio Toletano sub Eugenio Metropolitano, mysterium sanctæ Trinitatis traditum asserit absque vllâ mentione S. Amandi Episcopi Castellonensis: quo impulsore ea Synodus habita scribitur in Chronico Iuliani.*

applicatâ huic epistolâ S. Martini Papæ ad S. Amandum Traiectensem.

Non fuit noster S. Amandus in Hispaniâ anno 649 aut seqq.

B 150 *His positis, censemus si aliquis eo tempore fuit in Hispaniis S. Amandus Episcopus Castellonensis, necessariò aliùm statuendum ab S. Amando tunc Episcopo Traiectensi, ad quem S. Martinus Papa illustrem epistolam, ad finem Synodi Lateranensis anno* IↃCXLIX *habitæ hactenùs excusam misit. Hic relictâ Sede Traiectensi, vt demonstratum est* § 12, *Romam petiit, non cum Taio quopiam Hispano, sed assumptis sibi sociis Nicasio Elnonensi, & S. Humberto Abbate Maricolensi. Dein Româ non in Hispaniam, sed in Belgium rediit anno* IↃCLI *acceptis adiutoribus SS. Landoaldo Archipresbytero, Amantio Diacono, Vincianâ & Adeltrude Virginibus, aliisq; viris & mulieribus septem. Ac mox S. Bauonem ordinauit Clericum, eumq; anno* IↃCLV *cellæ inclusit, ac sanctè mortuum anno* IↃCLVII *sepeliuit: S. Adalbaldo anno* IↃCLII *occiso, suasit S. Rictrudi continentiam vitamq; monasticam: prædicatione verbi diuini, dum oratorium S. Gisleni cum B. Autberto consecrat, S. Vincentium Madalgerum ad vitam cœnobiticam induxit. Dein circa annum* IↃCLX *dedicauit Antuerpiæ ecclesiam à se extructam, ac varia in Belgio monasteria condidit, Calloanis prædicauit ad Scaldim, quorum oppidum* Chauelaus *apud Baudemundum, frustrà Castulonem seu Cazlonam in Bæticâ sitam somniarunt quidam. Demum mortuo apud Gandenses Kalendis Nouemb. anno* IↃCLXIV *S. Florberto, Abbates creauit Amandus monasterij S. Bauonis Aldebertum & Blandinienſis Ioannem. Quæ omnia suprà* § XIII *firmantur.*

inuasit Vascones, dein Ruscenos post an. 664.

151 *Post hæc tempora, vti* § XIV *indicamus, Vascones instructurus versùs Pirænęos saltus profectus est. Verùm illis in ciuitate permanentibus, ad citeriorem Franciam reuersus, monasteria extruxit, aliud, quantùm ex coniecturâ assequimur, in agro Borbonio, aliud Nanto clarè expressum apud Rutenos populos prorsus vicinos Aruernis, quorum* Episcopus S. Geneſius, *vt tradit Luitprandus in Aduersariis num.* 220, S. Ildefonsum anno DCLXV admonuit per epistolas de hæresi Iouiniani per quosdam excitatâ, qui dicebant beatam Virginem in partu corruptam mansisse *&c. de S. Genesio agemus* III *Iunij. Potuit S. Amandus aut collato cum S. Genesio studio, aut suâ sponte ac zelo excitatus scripsisse S. Ildefonso, & sic occasionem dedisse confundendi res gestas huius & alterius Amandi Episcopi Castellonensis, vt suprà factum diximus cum S. Amando Episcopo Burdegalensi, S. Amantio Episcopo Rutenensi, S. Alano, siue Elano Episcopo, Vaurensis Ecclesiæ Patrono, S. Amando Episc. Argentinensi, & S. Amando Episc. Wormatiensi; quamuis aliqui horum aliquot seculis distarent à S. Amando Traiectensi.*

D

Cuius Amandi reliquiæ seruentur Perpiniani?

152 *Antonius Vincentius Domeneccus libro de Sanctis Cataloniæ ad sextum Februarij tradit,* sacras S. Amandi Episcopi & Confessoris reliquias magnâ cum veneratione adseruari in Ecclesiâ Eulanâ vrbis Perpiniani in Helenensi diœcesi: *quod de parte non minimâ è Belgio eò translatâ conatur explicare Tamayo Salazar. Verùm vti aliorum, qui S. Amandi dicti sunt, Reliquiæ adseruatæ fuerunt apud Argentinenses & Wormatienses, licet officium Ecclesiasticum de S. Amando Episcopo Traiectensi istic recitetur; ita alterius S. Amandi in Cataloniâ, vbi S. Amandus traditur Castellonensis Episcopus fuisse, prorsus opinamur Reliquias adseruari. Meminit Amandi Episcopi Castellonensis Franciscus Portacarrero noster cap.* 14 *Vitæ S. Ildefonsi, cuius Sedem in Bæticâ statuit in loco iam* Cazlonâ *dicto.*

E

VITA

auctore Baudemundo eius discipulo, Abbate Blandinienſi,

Ex XI *codicibus MSS. & Surio.*

PROLOGVS AVCTORIS.

a Scripturis vitam B. Amandi, habitatorem eius inuocò Spiritum sanctum: vt, qui ei virtutes largiri dignatus est, mihi etiam eas sermonem tribuat narrandi: quatenùs & caritati vestræ debitum seruitutis impendam officium, & ne is lateat, qui omnibus modis est imitandus. Licet enim *b* tantæ rei sim impar ingenio, atque nugacitatis vel desidiæ pondere opprimar; ad illum tamen spem erigo, qui dixit: *c* Aperi os tuum, & ego adimplebo illud: maximeque vestris *d* fretus suffragiis, vt, quod meritis meis obtinere non valco, orante pro me beatitudine vestrâ, opus tam arduum atque difficile, à meque hactenùs indiscussum, supernâ opitulante gratiâ, possim aggredi. Priùs enim scire vos cupio, me ad omnes virtutes, quas per eum Dominus operari dignatus est, attingere minimè posse. Et quamuis ad omnia illius peruenire nequeam, tamen, prout Dominus vires infuderit, pauca è pluribus curtim succinctèque, & vt ità dicam, breuiter aggredi conabor. Indignum est enim, vt de tanto viro silere quis audeat, dum pius rerum Arbiter talem in Ecclesiasticæ culturæ campo cultorem instituit, per quem, agrum ipsius intentâ operatione fidei rastro *e* colenti, ad centeni numeri redditum Christi seges excresceret. Satis enim sunt solicita circa humanum genus immensæ Diuinitatis prouisura remedia, dum talem ad illuminationem patriæ dignata est dirigere, misericordiâ consulente. Et licet longè latèque se per rumigerulos fauores diuulgare noluerit, tamen, vt ait ipsa veritas, ciuitas in monte posita, *f* latere non potuit. Et quod mihi pace Sanctorum omnium liceat confiteri, nulli est secundus in meritis eorum, quorum agnouimus virtutes. Igitur ne prolixa oratio horrorem incutiat, generetque, vt assolet, legenti fastidium, vitam S. Aman-

a

Auctor pauca de S. Amando seligit,

b

c

Psalm. 80. 11

d

F

e

f

Matt. 5. 14 *quem nulli Sanctorum arbitratur secundum.*

A S. Amandi, qualiter à pueritiâ vſque perfectam vixerit ætatem, qualiterúe ante epiſcopatum vel in epiſcopatu geſſerit, aut circà beatum finem qualis extiterit, vel qualiter rigorem mentis atque propoſitum tenuerit, licet ruſtico ac plebeio ſermone, propter exemplum tamen vel imitationem, memoriæ, contemptâ verecundiâ, tradere curabo. g

a *Hoc exordio vtitur S. Hieronymus in Vitâ S. Hilarionu, 21 Octob. & ala eius imitatione.*
b *MSS.* tanti ſim impar ingenij.
c *In lectione vulgatâ,* dilata os. d *MS. Latienſe,* fultus.
e *Surius,* colentem. f *In lectione, vulgatâ* abſcondi.
g *Subiunguntur in multis MSS.* capitula de virtutibus S. Amandi Epiſcopi, *qua vt à poſteru appoſita neglimus, Acta more noſtro diſtinctiori. Illa tamen, ſi quis forte requirat, hic apponimus.*

Capita diuiſionis à poſterioribus facta.

1 De initio conuerſionis illius.
2 De ſerpente ex Ogia inſulâ orationibus illius fugato.
3 De reſponſo ad patrem, qui eum ſecularem rurſus cogebat aſſumere habitum.
4 De aduentu ipſius ad S. Martini ſepulchrum, & de clericatus honore.
5 De eo, quòd ciuitate Biturigas ad S. Auſtregiſilum petiit, & de conuerſatione eius.
6 De abſtinentiâ ipſius, & qualiter Romam petierit.
7 De eo quòd ſedente eo in extaſi mentis, Sanctus eum alloquitur Petrus.
8 De reuerſione ipſius in Gallias, & de aſſumpto Epiſcopatu.
B 9 De pueris emptis, & inſtructione eorum.
10 De reuerſione ipſius à Româ, & de puero in Centumcellenſi loco à dæmone erepto.
11 De tempeſtate in pelago ortâ, & oratione illius ſedatâ.
12 De eo, quòd in naui reſidens, Sanctus eum alloquitur Petrus.
13 De pago, cui vocabulum eſt Gandauus, ab errore liberato.
14 De mortuo ſuſcitato.
15 De fanis deſtructis, & Gentilibus conuerſis atque baptizatis.
16 De eo, quòd prædicationis gratiâ ad Sclauos perrexit.
17 De eo, quòd Dagobertus Rex Sanctum Dei virum petiit, vt filium eius de ſacro exciperet fonte atque enutriret.
18 De eo, quòd Eccleſiam Traiectenſium ad regendum ſuſcepit.
19 De inſulâ repertâ, & militatione ipſius in eâ, & de contemptoribus verbi Dei.
20 De eo, quòd dum gentem Waſcanorum verbum Dei admoneret, ab eis repulſus ſit, & de mimilogo à dæmone arrepto.
21 De cæco, ex aquâ, in quâ vir Dei manus abluit, illuminato.
22 De reuerſione ipſius in fines Francorum cum monachis, & de cœnobio ædificato.
23 De comitatu ipſius ad Childericum Regem, & municipio impetrato, & de Mummulo, qualiter eum voluit interficere.
24 De muliere cæcâ in pago Beluacinſe illuminatâ & deſtructo fano.
25 De monacho propter inobedientiam ſoluto paralyſi, & oratione ipſius ſanato.
26 De obitu vel ſepulturâ ipſius, atque virtutibus reliquis.

CAPVT I

C *Vita S. Amandi, in patriâ, inſulâ Ogiâ & Biturigibus.*

a S. Amandus ortu Aquitanus, *b c*

2 AMandus igitur ſanctiſſimus atque religioſiſſimus, *a* Aquitaniæ partibus haud procùl à maris Oceani litore ex Chriſtianis atque inclytis parentibus *b* editus puer eſt. Pater eius *c* Serenus nomine, genitrix verò Amantia vocabatur. Sed cùm iam adoleſcentiam tranſiens, in robur migraret virile, & immodicis deſideriis in Chriſti flagraret amore, patriam parenteſque relinquens, ad *d* Ogiam inſulam, quæ à litore Oceani maris quadraginta diſtat *e* millibus, felici nauigans curſu, tandem portum monaſterij petiit, ibique à Fratribus ſpiritualibus cum magno receptus eſt gaudio: & quia ſacras ab infantiâ didicerat litteras, ex hoc maiori ſuccenſus deſiderio, ampliùs quotidie in Dei rebus creſcebat.

d
e *Inter monachos Ogia inſulæ exercetur:*

3 Quadam igitur die, dum ei à Fratribus imperatum fuiſſet, vt obedientiæ cauſâ per inſulam deambularet, fit ei repentè obuiàm miræ magnitudinis ſerpens, ſicut idem vir Dei narrare conſueuerat, ita ingens atque immanis, qualis nec poſt, nec anteà in eâdem viſus eſt inſulâ. Quo viſo, perterritus puer, ſicut ipſa patiebatur ætas, quid ageret, ignorabat. Tum ſubitò ſuperná reſpectus gratiâ, ad orationum confugit auxilia. Statimque ſolo proſtratus, cùm aliquantiſper orationi incubuiſſet, ſignum Crucis contra immanem oppoſuit anguem, potentique virtute verborum, vt ad latebras quantocyùs rediret, imperat. Qui dicto obediens, atque ad ſignum viri Dei fugiens, rapidoque curſu ad latebras remeans, in eâdem inſulâ vlterius nuſquam comparuit. Sicque eamdem inſulam per orationem beati viri Amandi omnipotens Deus ab imminenti liberauit periculo. Hoc initium ſignorum eius, ad nos multorum famâ volitante perlatum eſt.

AVCTORE BAYDEMVNDO. Ex MSS. D *immanem ſerpentem videns, terretur: ſigno crucis pellit:*

4 Dein, *f* cùm adhuc in puerili eſſet ætate, cœpit pater eius blandis eum ſermonibus irretire, vt quantocyùs de monaſterio egrederetur, & rurſus ſecularem aſſumeret habitum. Cumque his atque huiuſcemodi perſuaſionibus animum illius conaretur euertere, obteſtans, niſi citiùs aſſenſum daret, vt de monaſterio egrederetur, iam paternâ priuaretur hæreditate; reſpondiſſe fertur: Nihil mihi, Pater, tam proprium videtur, quàm vt Chriſti aſſumam ſeruitium, qui eſt pars B & hæreditas mea. De paternis enim ſubſtantiis nihil adipiſci cupio: ſolummodò, vt Chriſto militem, permitte.

f patri habitum ſecularem ſuadenti reſiſtit:

Turones ad S. Martinũ abit: *g*

5 Sicque in eodem permanens deſiderio, relicto *g* ſolo parentibuſque, Turonis ad ſepulchrum ſanctiſſimi petiit Martini. Ibique proſtratus, & profuſis in oratione vberrimè lacrymis, ex toto cordis petiit affectu, quatenùs vir ſanctus oratione ſuâ apud Deum obtinere mereretur, vt numquàm eum Dominus ad ſolum proprium remeare permitteret, ſed omnem vitæ ſuæ curſum in peregrinatione expenderet. Cumque ab oratione ſurrexiſſet, ſtatim comam capitis ſui abſcidit, adeptuſque Clericatus honorem, omnem gratiam tranſcendebat in Clero.

in Cleri ell tondetur e

6 Poſt hæc verò ab Abbate ipſius loci, & à Fratribus benedictione perceptâ, ciuitatem Biturigas, ad Sanctum *h* petiit *i* Auſtregiſilum, qui tunc in Dei rebus magnificus atque inſignis habebatur. Cumque ab eo, & ab eius Archidiacono, ſanctiſſimo videlicet *k* Sulpitio, qui poſteà Epiſcopus claruit, clementiſſimè ſuiſſet ſuſceptus, omni ei humanitate exhibitâ, cellulam iuxta eccleſiam in ſuperiori ciuitatis muro conſtrui fecerunt, in quâ cellulâ multis diebus ob amorem æternæ vitæ, cilicio tectus & cinere, ieiuniis attritus atque inediâ, hordeaceo tantùm contentus pane atque aquâ perpaullulùm corpus ſuum ſuſtentauit potiùs quàm aluit. Sicque ibidem *l* tribus fermè militans luſtris, à vino & ſicerâ omnino abſtinuit.

h i apud SS. Auſtregiſilum & Sulpitium Pium ſolitarius degit 15 annu. *i* *k* *l* F

a *In pago Herbatilico verſus Ligerim fluuium: vt ſuprà* § 1 *diximus.*
b *Anno* 594, *die* 7 *Maij. vt dictum.*
c Serranus *Guillimanno de Epiſc. Argentoratenſibus: eum alij* Ducem, *alij* Comitem Aquitanorum *appellant: potiùs* Comes Herbatilicus *dicatur.*
d *MS. Rubea vallis* Orgiam. *MS. Vltraiect.* Egiam. *Buzelinus* Ogiacam. *Yepez* Augiam. *at melius MS. du Cheſne,* Oyem. *Adiacet inſula Reaco, ſiue S. Martini non procùl Rupella.* *Oyem inſula.*
e *Alij* milliaribus: *tot enim diſtat* Ogia, *ſine* Oyem, *à portu S. Benedicti.*
f *Deſunt ſex verba hæc Surio, & nonnullis MSS.*
g *Scilicet* natali, patrio, *aut* proprio, *vt expreſſit Milo. & mox hîc explicatur.*
h *Circa annum Ch.* 612, *ætatis* 18.
i *Colitur* S. Auſtregiſilus 20 *Maij De tempore Epiſcopatus illius & deceſſorum* S. Euſtachij & Apollinaris *actum eſt* § 10.
k *Hic eſt* S. Sulpitius Pius, *ſucceſſor S. Auſtregiſili, cuius Vitam dedimus* 17 *Ianuarij.*
l *Sine* quindecim annis, *vt Milo, Auctor Aquitanus, Hariulfus & Philippus habent.*

CAPVT

AVCTORE BAVDEMVNDO, EX MS.

CAPVT II

Iter S. Amandi Romanum duplex. Ordinatio Epiſcopalis. Tempeſtas ſedata.

A 7 HIs ita geſtis, cæleſti iterum inflammato deſiderio, incidit ei cogitatio, vt ad limina beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli properare deberet. Aſſumptoque ſecum vno tantummodò comite, ſqualida atque deuia luſtrans loca, tandem Romam *a* peruenit. Ibique ſancto ſatiatus deſiderio, prædulcia in liminibus Apoſtolorum figens oſcula, diebus eccleſiarum Dei circuibat loca, nocte verò ad ſancti Petri reuertebatur eccleſiam.

It Romam: a

loca ſacra inuiſit;

8 Quadam namque die iam appropinquante veſperâ, cùm cuſtodes iuxta morem in eccleſiâ feciſſent diligentiam, ſanctus vir Domini Amandus, egredientibus cunctis, in eccleſiâ paullulùm ſubſtitit, ibi ex deuotione totâ nocte vigilare cupiens. Tum verò vnus ex cuſtodibus eum inuentum, contemptibiliter affectum iniuriis, eiecit extra eccleſiam. Sedente autem eo in ecſtaſi mentis in gradibus ante fores eccleſiæ, ſubitò ei Sanctus apparuit *b* Petrus, blandè leniterque eum alloquitur, & vt in Gallias ad prædicationem exercendam reuerti deberet, admonuit. De quâ viſione ſanctus vir Amandus hilarior redditus, acceptâ benedictione Apoſtoli atque patrociniis, feliciter remeauit in Gallias.

eiectus ex eccleſiâ,

b

à S. Petro apparente in Gallias remittitur:

B

9 Cùm interim paucis pòſt tranſactis diebus, coactus à Rege ac Sacerdotibus, *c* Epiſcopus ordinatus eſt. Acceptoque pontificatus honore, *d* Gentibus verbum euangelizare cœpit Domini, atque ſeipſum in omnibus exemplum præbere bonorum operum. Erat autem piiſſimus, atque omni bonitate repletus, vultu ſerenus, eleemoſynis largus, ſenſu ſobrius, corpore caſtus, atque inter diuites & pauperes medius: ita vt pauperes illum quaſi pauperem adſpicerent, diuites quaſi ſuperiorem ſe æſtimarent. Vigiliis atque orationibus deditus, ſermone cautus. Si quos etiam captiuos vel pueros *e* tranſmarinos inueniſſet, dato pretio redimebat, ſpiritalique eos regenerans lauacro, litteris affatim imbui præcipiebat, præmiſſàque libertate per diuerſas *f* diſtribuebat Eccleſias. Plureſque ex his poſtea Epiſcopos, vel Presbyteros, ſeu honorificos Abbates fuiſſe audiuimus.

c

d

ordinatur Epiſcopus Apoſtolicus,

omni virtute præditus:

e

captiuos redimit, & inſtruit:

f

10 Illud etiam non eſt prætermittendum, quòd idem vir Dei Amandus à Româ ſecundò *g* rediens, aſcensâ naui, peruenit ad *h* Centumcellenſem locum. Quadam igitur nocte dum ſolus, vt illi mos erat, oraret, immundus ſpiritus vnum è famulis apprehensâ manu trahebat ad mare, volens eum ibi *i* demergi. Sed idem puer, qui trahebatur, magnis cœpit vocibus clamare, dicens: Chriſte, adiuua me: Chriſte, adiuua me. Mox malignus ſpiritus eidem puero inſultando reſpondit: Qualis Chriſtus? Sed dum puer, qui trahebatur, minimè reſponderet, ait S. Amandus: Dic illi fili: Chriſtus filius Dei viui, crucifixus. Statimque ad vocem illius inimicus vt fumus euanuit.

in altero à Româ reditu

g

h

i

C

famulo à diabolo, ſubmergendo ſuccurrit:

11 Nec multò pòſt, cùm quadam die per medium pelagus nauigaret, nautaſque verbum moneret Domini, ſubitò apparuit illis miræ magnitudinis piſcis. Nautæ verò, miſſo in pelagus rete, eumdem piſcem ceperunt. Cumque epularentur, mutuiſque plauſibus exſultarent, ſubitò inopinata orta tempeſtas eſt, quæ omne gaudium eorum in luctum conuertit. Cœperunt autem, quicquid in naui habebant, tam ad ſtipendia cibi quàm omne ſubſidium, vel etiam armamenta nauis, in pelagus proiicere, vehementerque labori inſiſtere, vt ad terras egrederentur: ſed nihil omnino proficere valebant. Nauis verò quaſſata, huc illucque à fluctibus ferebatur. Itaque omnes de vitâ ſpem, nullam habentes reddiderat, ſtatimque nautæ ad ſeruum Dei cucurrerunt Amandum, rogantes vt Dominum deprecaretur, quatenùs eos per orationem ipſius de imminente liberaret periculo. Vir autem Domini Amandus blandè eos conſolatus, confidere iuſſit, & vt de Domini miſericordiâ fiduciam haberent, fideliter admonuit. Nautæ verò nimio feſſi labore, huc illucque in naui iacebant ſopore depreſſi. Ipſe etiam Sanctus in puppi nauis reſidens, quieſcebat. Tum ei ex improuiſo Sanctus apparuit Petrus, tranſiens per puppim nauis: excitanſque eum ac blanditer alloquens, ait: Noli timere Amande: non peribis, neque qui tecum ſunt. Mox verò ad verbum illius ſedatâ tempeſtate, tranquillitas reddita eſt magna. Et facto manè, omnes, qui in naui cum viro erant Dei, ſani atque incolumes ad terras egreſſi ſunt.

D

ſolatur nautas;

apparente S. Petro,

impetrat tranquillitatem.

a *Circa annum Ch.* 627. *ætatis* 34.
b *Hinc ſummè erga S. Petrum affectus, omnia ferè monaſteria ac templa à ſe extructa ad honorem eius dedicauit.*
c *Circa annum* 628. *Ordinationi huic dicatus dies* 26 *Octob.*
d *Tum etiam Gandauum uenisse, Mercurij aram euertisse tradunt ſuprà* § 10 *relati.*
e *Anglo-Saxones tum uendi ſolere liquet ex Actis S. Bathildis Reginæ* 26 *Ianuarij, S. Gregorij Magni* 12 *Martij & aliorum.*
f *MS. Latienſe*, relinquebat. g *Circa an. Ch.* 630.
h *Notus Etruriæ portus, quem celebrat Plinius iunior lib.* 6 *epiſt.* 31.
i *MS. Elnonenſe*, demergere.
k *Surius*: quæ ad cibum pertinebant, quàm reliqua ſubſidia omnia.
l *Idem*: cunctoſque de vitâ ſpem omnem abiicere cogebat. Mox igitur nautæ.

E

CAPVT III

Verbum Dei à S. Amando prædicatum Gandenſibus. Mortuus Tornaci ſuſcitatus.

12 PEr idem autem tempus, cùm loca vel diœceſes ob animarum ſollicitudinem vir Domini circumiret Amandus, audiuit pagum eſſe quemdam præter fluenta *a* Scaldi fluuij, cui vocabulum eſt *b* Gandauum. Cuius loci habitatores antiquitas diaboli eò circumquaque laqueis vehementer irretiuit, vt incolæ terræ illius, relicto Deo, arbores & ligna pro Deo colerēt, atque fana vel idola adorarent. *c* Propter ferocitatem enim gentis illius, vel ob terræ infœcunditatem, omnes Sacerdotes à prædicatione loci illius ſe ſubtraxerant, & nemo audebat in eodem loco verbum annuntiare Domini. Quo audito, vir ſanctus magis eorum miſeratus errorem, quàm de vitæ ſuæ periculo pertimeſcens, *d* Aicharium Epiſcopum, qui tunc *e* Nouiomenſis vrbis cathedram præſidebat ſacerdotalem, adiit, eumque humiliter poſtulauit: vt ad Regem *f* Dagobertum quantocyùs pergeret, epiſtolaſque ex iuſſu illius acciperet, vt, ſi quis ſe non ſponte per baptiſmi lauacrum regenerare voluiſſet, *g* coactus à Rege, ſacro ablueretur baptiſmate. Quod ita factum eſt. Perceptâ namque à Rege poteſtate, & benedictione à Pontifice, illuc vir Domini Amandus *h* perrexit intrepidè. Vix enim quis dignè enarrare ſufficiet, quantas ibidem pro Chriſti nomine perpeſſus ſit iniurias, & quàm frequenter ab incolis loci illius cæſus ſit, nec non & à mulieribus vel à ruſticis non abſque iniuriâ ſit repulſus, verùm etiam & in flumen ſæpè præcipitatus. Quæ omnia vir ſanctus pro nihilo deputans, verbum Domini non deſtitit monere, memorans illam ſancti Euangelij ſententiam, quæ ait: Maiorem caritatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Comites etiam illius, qui eum fuerant germanâ caritate ſecuti, ob inediam vel ſterilitatem loci ad propria remeantes, eum ibidem ſolum reliquerunt. Ipſe verò in prædicationis permanens officio, alimentum propriis acquirebat manibus. Sanè captiuos innumeros redi-

a b Gandenſes à fide alienos adit,

c

d e

f

F

g

h multa patitur ab incredulis:

Ioan. 15. 13

captiuos redimit.

A redimens, ſacro baptiſmate emundabat, & vt in operibus bonis perſiſterent, fideliter hortabatur.

13 Illud etiam operæ pretium huic ſchedulæ annectendum putauimus, quod viro venerabili Presbytero, nomine Bono, narrante didicimus: qui teſtabatur ſe præſentem fuiſſe, quando hæc geſta res eſt. Aiebat namque, quòd Comes quidam ex genere Francorum, cognomine *i* Dotto, congregatâ non minimâ multitudine Francorum, in vrbe Tornaco, vt erat illi iniunctum, ad dirimendas reſederat actiones. Tum ſubitò à lictoribus ante eum præſentatus eſt quidam reus, quem omnis turba acclamabat dignum eſſe mori. Erat namque idem fur plagis iam crudeliter affectus, vehementerque cæſus, & corpore etiam ſemiuiuus. Cumque præfatus Dotto decreuiſſet, vt eum patibulo deberent affigere, vir Domini Amandus adueniens, obnixâ prece poſtulare cœpit, vt ei vitam concedere dignaretur. Sed vt erat ſæuus, atque omni belluâ crudelior, nihil apud eum obtinere potuit. Tandemque à miniſtris vel apparitoribus idem fur affixus patibulo eſt, atque extremum exhalauit ſpiritum. Dotto igitur domum reuerſus eſt, populi conſtipatus cateruâ. Sanctus verò vir Domini Amandus citiùs ad patibulum cucurrit, hominemque iam mortuum inuenit: depoſitumque de ligno, ad cubiculum, in quo familiariter orare conſueuerat, deferri fecit, fratribuſque cellulâ egreſſis, ipſe ſuper defuncti membra, orationi tam-

B diu incubuit, lacrymis ad Dominum profuſis ac precibus, donec iubente Deo anima in corpus rediit, atque cum viro Dei loqui cœpit. Adueniente itaque matutinali tempore, conuocatis Fratribus, aquam iuſſit afferri. Suſpicantibus autem illis, vt corpus ad ſepeliendum, ſicut mos eſt, abluere deberet, ſubitò cellulam ingreſſi, viderunt eumdem hominem, quem mortuum reliquerant, ſanum cum viro Dei ſedentem, atque incolumem colloquentem: mirariſque vehementer cœperunt, quòd viuum videbant, quem paullò antè mortuum reliquerant. Tunc igitur ſanctus vir Domini Amandus aſſiſtentes cunctos vehementiſſimè obteſtari cœpit, vt ne cuiquam vnquam proderent: hoc videlicet quod per eum Dominus operari dignatus eſt; aſſerens, non ſuæ hoc eſſe aſſcribendum virtuti, ſed miſericordiæ Domini, qui in ſe ſperantibus vbique dignatur adeſſe. Loto itaque omni corpore atque cicatricibus, carnem carni reſtituit, ita vt de plagis, quas antè pertulerat, in eius corpore nullum indicium appareret. Sicque eum ad propriam remittens domum, parentibus reſtituit incolumem.

14 At vbi hoc miraculum longè lateque diuulgatum eſt, ſtatim incolæ regionis illius curſu celeri ad

C eum cucurrerunt, &, vt eos faceret Chriſtianos, humiliter poſtulabant. Fana etiam, quæ ante adorare conſuêrant, propriis deſtruentes manibus, ad virum Dei omnes vnanimiter peruenerunt. Nam, vbi fana deſtruebantur, vir Domini Amandus tam ex munificentiâ Regis, quàm ex collatione religioſorum virorum, religioſarumque feminarum, ſtatim *k* monaſteria aut eccleſias conſtruebat: verbique ſacri pabulo populum reficiens, omnium corda mandatis cæleſtibus illuminabat.

i cognomine

furem ſuſpenſum

à morte ſuſcitat:

petit celari miraculũ:

templa & monaſteria extruit.

k

a *Ita habent MSS. Elnon. Blandin. Duinij, Lindani. at* Scaldæ *MS. Rubea vallis: paſſim* Scaldis *vocatur, fluuius notiſſimus, corruptis litteris* Tabuda *Ptolemæo dictus.*

Scaldis.

b *De Gandauenſium conuerſione ac monaſteriis iſtic tribus à S. Amando extructis actum § 5.*

c *De ferociâ vicinorum populorum agitur in Vitâ S. Eligij 1 Decemb.*

d S. Acharius, Aycharius, Achārius, *Ypezio* Ycarius, *deceſſit S Eligij, colitur 27 Nouemb. vitâ functus anno 645.*

e *Notiſſimum ſedi vnius tunc erat Epiſcopatus Tornacenſis, cui ſuberat Gandauum.*

f *Tenuit monarchiam Francorum ab obitu Chlothatij II, patris ſui anno 628 defuncti, vſque ad an. 644.*

g *Quid poſſint Principes Chriſtiani circa ſubditos infideles, diſputant Theologi. Veriſimile eſt, S. Amandum litteras ſolùm re-*

gias petiiſſe, ad conciliandam ſibi apud eos populos auctoritatem, & vt ad prædicationem Euangelij audiendam inuitarentur, nec ne eam impedirent.

h *Circa an. Ch. 631.*

i *In MSS dicitur* Dotto, Docto, Docco, *apud Ypez* Doto, *in MSS. Chronicu Epiſcoporum Traiectenſium* Otto. *In Vitâ S. Eligij memoratur* Atto Comes Tornacenſis. *fortaſſis idem.*

k *De variis monaſteriis tum cœptis extrui ſuprà actum.*

AVCTOR BAVDEMVNDO. EX MSS. D *Dotto Comes Tornacenſis.*

CAPVT IV

Iter ad Sclauos. Exilium S. Amandi. Baptiſmus S. Sigeberti.

15 CVm iam vir ſanctus videret prædicatione ſuâ quoſdam ad Deum conuerti, ex hoc maiori æſtuabat deſiderio, quatenùs adhuc alij conuerterentur. Audiuit denique, quòd *a* Sclaui nimio errore decepti, *b* à diaboli laqueis tenerentur oppreſſi. Illicque *c* martyrij palmam ſe aſſequi poſſe confidens, tranſfretato Danubio, eadem circumiens loca, liberâ voce euangelium Chriſti Gentibus prædicabat. Paucis verò ex eis in Chriſto regeneratis, videns etiam ſibi non ſatis accreſcere fructum, & martyrium, quod ſemper quærebat, nondum ſe adepturum, ad proprias iterum reuerſus eſt oues, curamque gerens earum, ad cæleſtia regna prædicando perduxit.

a

b

c

Sclauis Chriſtum prædicat:

16 Interea Rex Dagobertus, *d* amori mulierum pluſquàm oportebat; deditus, omnique ſpurcitiâ libidinis inflammatus, ſobolem minimè videbatur habere: ſed tamen ad Domini confugit auxilium, deprecabaturque ſedulò, vt ei filium dare dignaretur, qui poſt eum regni ſui gubernaret ſceptra. Quod ita dante Deo factum eſt. Cumque ſibi nuntiatum fuiſſet, quòd ei Dominus filium dare dignatus eſſet, magno mox repletus gaudio, cogitare cœpit, cui ipſum puerum traderet, qui eum ſacro baptiſmate regenerare deberet. Statimque accerſitis miniſtris, vt Sanctum perquirerent Amandum, ſagaci intentione præcepit. Nam dudum ipſe Pontifex, dum pro capitalibus criminibus, *e* quod nullus ex Sacerdotibus facere auſus eſt, ipſum redargueret Regem, iubente eo, non abſque iniuriâ de *f* regno eius *g* fuerat expulſus. Ille verò remotiora perquirens loca, verbum Dei Gentibus prædicabat.

d

E

redarguens inconſtantiam Regis Dagoberti, relegatur:

e

f g

reuocatur:

17 Cumque à miniſtris tandem fuiſſet repertus, &, vt ad Regem ire deberet admonitus, memorans illud Apoſtoli præceptum, Poteſtatibus ſublimioribus ſe ſubdi debere, tandem peruenit ad Regem, qui in illis diebus in villâ, cui vocabulum *h* Clypiaco eſt, morabatur. Viſoque Rex beatiſſimo Amando, magno repletus eſt gaudio: proſtratuſque pedibus beati viri,

F deprecabatur vt tanto ſceleri, quod in eum perpetrauerat, veniam largiri dignaretur. Sed ille, vt erat mitiſſimus, atque ſupra modum patiens, citiùs eum eleuauit à terrâ, facinuſque in ſe perpetratum clementiſſimè indulſit. Tunc Rex ad Sanctum ait Amandum: Pœnitet me valdè, quod ſtultè aduerſum te egerim. Precor igitur, ne memineris iniuriæ, quam tibi irrogaui, atque preci meæ, quâ ſummoperè poſtulo, ne dedigneris annuere. Dedit mihi Dominus filium, non meis præcedentibus meritis, precorque, vt eum ſacro digneris abluere baptiſmate, atque in filium tibi ſpiritualem ſuſcipere. Quod vir Domini vehementer renuens, ſcilicet ſciens eſſe ſcriptum, militantem Deo non oportere implicari ſecularibus negotiis, & quietum atque remotum, palatia non debere frequentare regia, è conſpectu Regis abſceſſit. Statim igitur Rex miſit ad eum virum illuſtrem *i* Dadonem, atque cum eo venerabilem virum Eligium, qui tunc in palatio Regis ſub ſeculari degebant habitu, quos tamen *k* poſteà egregios ſacerdotes, atque præclaros in meritis, ſignis quoque atque virtutibus fuiſſe plurimis compertum eſt. Hi verò humiliter virum Dei petierunt, vt precibus

Rege veniam petente,

Rom. 13. 1

h

1 Tim. 2. 4

SS. Audoëno & Eligio deprecantibus,

i

k

AVCTORES BAVDEMVNDO. EX MSS.

bus Regis daret assensum, atque filium ipsius sacro dignaretur diluere fonte, & vt cum enutrire, atque lege imbuere diuinâ quantocyùs assentiret, dicentes, quòd si hoc vir Dei non renueret, per hanc familiaritatem A liberiùs in regno ipsius vel vbicumque eligeret, haberet licentiam prædicandi, seu nationes complures per hanc gratiam se posse conquirere fatebantur. Tandem fatigatus precibus amborum facturum se esse promisit. Audiens autem Rex, quòd preces suas Sanctus non *l* renueret Amandus, statim ipsum puerum *l* afferri præcepit, qui fatebatur non plus à natiuitate habere, quàm *m* dies circiter quadraginta. Accepit igitur vir sanctus in manibus puerum, & benedicens eum, catechumenum fecit. Cumque finitâ oratione, nemo ex circumstante multitudine respondisset, Amen: aperuit Dominus os pueri, atque audientibus cunctis, clarâ voce respondit, *n* Amen. Statimque eum regenerans sacro baptismate, impositoque nomine Sigeberto, Regem atque omnem eius exercitum tunc S. Amandus magno repleuit gaudio.

baptizat S. Sigebertum, respondentem Amen.

a *De Sclauis Corinthiam incolentibus, atque S. Amandi ad eos accessu suprà actum* § 9 & 10.

Sclaui infideles.

b *De Sclauorum Rege Samone, qui duodecim ex VVinidis vxores habebat, agit Fredegarius cap.* 48 & 68, *vbi Samo Rex Sichario Dagoberti Regis legato ita respondit:* Si vos estis Dei serui, & nos sumus Dei canes; dum vos assiduè contra ipsum agitis, nos permissum habemus, vos morsibus lacerare. *Et mox* eiectus est Sicharius de conspectu Samonis.

c *Refert ibidem Fredegarius,* multitudinem plurimam Francorum negotiantium à Sclauis Winidis in regno Samonis interfectam fuisse. *Hinc Sicharius missus repetundarum agens, ac tandem triplex à Dagoberto exercitus Austrasiorum, Alamannorum, & Langobardorum expeditus est anno regni huius* 9 *Ch.* 636: *vt cades mercatorum aliquot annus antè contigerit, quando etiam istic fuit S. Amandus circa an. Ch.* 633.

B *Francos mercatores occidunt.*

d *Repudiatâ legitimâ vxore, assumptis tribus Reginis, & plurimis concubinis, teste Fredegario cap.* 60.

e *Hucbaldus in Vitâ S. Rictrudis tradit eum* super hoc scelere à Pontificibus, maximeque à sanctissimo viro & mirabilium patratore operum Præsule Amando, redargutum esse.

f *Eum tum in Vasconiam abiisse, subiectam Chariberto fratri Dagoberti, diximus* § 1 *num.* 4.

g *Circa annum* 634.

h *In agro Parisino vltra Montem-Martyrum: in quâ villâ regali Dagobertum in coniugem accepisse Gomadrudem tradit Fredegarius cap.* 53.

i *S. Dado, sine Audoënus, colitur* 24 *Augusti, S. Eligius* 1 *Decemb.*

k *Anno Chr.* 646, 14 *Maij Dominicâ ante Rogationes ordinati Episcopi.*

l *Aurelianis S. Sigebertus baptizatus est anno* 635. *Plura* 1 *Februarij dicta nil attinet hîc repetere.*

m *Aimoinus lib.* 4 *cap.* 20 triginta.

n *Miraculum hoc primus retulit hic Baudemundus: quod plurimi dein Scriptores tradiderunt. Simile infantis responsum apponimus, quod Viennâ perscriptum his ferè verbis: Anno* 1650, 4 *Februarij in Saxan pago ditionis Archiepiscopi Strigoniensis, Stephanus infans quinque horarum Parocho benedicenti his verbis:* Stephane vade in pace, & Dominus sit tecum, Amen; *distinctè respondit:* Deo gratias, Deo gratias. *Cunctisque admirantibus cùm Parochus solennem illam post baptismum benedictionem repeteret, subiunxit infans tertiùm,* Deo gratias. *Res iussu Cæsaris examinata per Archiepiscopum Strigoniensem, & auditis legitimè testibus authentice approbata est.*

infans ter respondet, Deo gratias.

C

CAPVT V

Episcopatus S. Amandi Traiectensis. Fidei doctrinâ instituti Calloani & Vascones.

a 18 HIs ita gestis, aduenientе obitus sui die, *a* Traiectensium Episcopus feliciter migrauit ad Christum. *b* Rex igitur, huius viri venerabilis compe-

b Fit Episcopus Traiectensis.

riens obitum, Sanctum accersiri fecit Amandum. Congregatâque multitudine Sacerdotum, populique turbâ non modicâ, ad regendam Traiectensium Ecclesiam eum præposuit. Illo verò renuente, atque se indignum vociferante, omnes vnâ voce clamabant, dignum eum esse sacerdotio, atque ob animarum sollici- D tudinem Ecclesiam magis, quàm pecuniæ quæstum debere suscipere. Coactus igitur à Rege ac Sacerdotibus, pontificalem suscepit cathedram. Sicque per *c* triennium ferè vicos, vel castra circumiens, verbum *c* Domini constanter omnibus prædicauit. Multi etiam (quod dictu nefas est) Sacerdotes atque Leuitæ, prædicationem illius respuentes, audire contempserunt. At ille secundùm Euangelij præceptum, puluerem de Matt. 10. pedibus in testimonium excutiens, ad alia properabat 14 loca.

19 Igitur tandem paruam reperiens insulam, cui vocabulum est *d* Chauclaus, iuxta Scaldum fluuium, *d* *prædicat Calloanis,* aliquantis diebus cum Fratribus spiritualibus ibidem Christo militare studuit. Sed verbi Dei contemptores per biennium ferè ingens attriuit plaga, ita vt cuersæ domus & agri in solitudinem essent redacti: necnon etiam vici vel castra destruerentur, nullusque penè in *(punitis Tra ectens.)* his regionibus remaneret, qui virum Dei contempserat prædicantem.

20 Nec multò pòst, cùm à Fratribus, quos ob animarum curam per diuersa reliquerat loca, rogaretur, vt eos præsentiâ suâ visitaret, & vt verbi sacri pabulo reficere dignaretur; tandem prece acceptâ peruenit ad eos, audiuitque ab eis, gentem, quam *e* Vacceiam ap- *e* pellauit antiquitas, quæ nunc vulgò nuncupatur Wascoma, nimio errore deceptam, ita vt auguriis vel omni errori dedita, idola etiam pro Deo coleret. Quæ E gens *f* erga Pyrenæos saltus per aspera atque inaccessibilia diffusa erat loca, fretaque agilitate pugnandi, frequenter fines occupabat Francorum. Vir autem Domini Amandus eorum miseratus errorem, enixè elaborare cœpit, vt eos à diaboli reuocaret seruitio. Dum *& Vasconibus:* autem eis verbum prædicaret Diuinum, atque Euangelium annuntiaret salutis, vnus è ministris assurgens, leuis ac lubricus, nec non & superbus, atque etiam apta cachinnans risui verba, quem vulgus *g* mimilogum vocat, seruum Christi detrahere cœpit, Euange- *g* liumque, quod prædicabat, pro nihilo ducere. Sed eadem mox horâ arreptus à dæmone miser, propriis se cœpit manibus laniare, atque coactus publicè confiteri, quòd ob iniuriam, quam Dei irrogauerat seruo, hæc perpeti mereretur. Sicque in ipso constitutus tormento, spiritum exhalauit extremum.

21 Illis autem adhuc in eorum cæcitate permanentibus, dum vir sanctus ad alia demigraret loca, peruenit ad *h* ciuitatem quamdam. Vbi cùm ab Episcopo *h* ciuitatis illius honorificè fuisset susceptus, & ei hospitalitatis more Episcopus aquam in manibus funderet, secretiùs præcepit ministro, vt eamdem aquam, in quâ vir Dei manus abluerat, diligenter in sacrario ecclesiæ custodiendam deportaret. Quod ità factum est. Præ- F fatus namque ciuitatis Antistes satis fidens exstitit, quòd eadem viri Dei benedictio salutem fidelibus restituere posset. Eodem quoque tempore homo quidam cæcus sedebat ante fores templi mendicans, qui multo iam tempore corporalem amiserat visum. Ad quem ciuitatis ipsius Episcopus ait: O homo, si habes fidem, ablue oculos tuos ex aquâ, in quâ vir Dei A- *cæco visus restituitur aquâ, quâ lauerat manus.* mandus abluit manus. Confido enim, quòd per ipsius sanctitatem, pristinam consequaris salutem. Cumque idem cæcus oculos ex eadem aquâ abluisset, statim iubente Deo pristinum recepit visum, ita vt omnia clarè videret.

a *S. Ioannes Agnus obiit anno* 646, 25 *Iulij.*

b *S. Sigebertus, mortuo patre Dagoberto, vt probatum est* § 11.

c *Ab anno circiter* 647 *ad* 550.

d *MS. Duinij* Chanalaus. *Surius & nonnulla MSS.* Chanelaus: *melius MS. Rubea-vallis* Chauelaus, *vnde* Chalelaus, & Calaus. *Milo* Calolo, *aut rectius Calloo, quod vocabulum etiamnum loco manet, de quo dictum* § 4. *Calloo.*

e *MS. S. Maximini* Vaceiam. *MS. Duinij* Vaclam. *Sunt autem* Vaccæi, *interioris Hispaniæ ad Durium fluuium populi, quorum metropolis* Pantia *fuit, nunc, vt censent viri eruditi,* Vallisoletum. *Vaccæi à Vasconibus diuersi.*

oletum. *At* Vascones *degebant antè Iberum fluuium inter & Pyrenæos montes, secundùm Isidorum Hispalensem ab vrbe* Vaccâ (*quam alij* laccam *nominant*) *ita appellati.*

f *Surius* circa Pyrenæos saltus: *desunt ea verba in MSS. S. Maxim. Rub. & Rosuveydi, & sic legitur:* Quæ gens montibus per aspera.

g *MS. Vltraiect. Vinc. Bellouac. S. Antoninus aliiq; iocularem vocant*

h *In Aquitaniâ sitam: an Lemouicum? in huius diœcesi plures pagi à S. Amando nominantur.*

CAPVT VI

Monasteria à S. Amando extructa. miracula patrata.

22 His ita peractis, idem vir Domini Amandus in *a* fines remeauit Francorum, elegitque sibi locum prædicationis aptum, in quo cum Fratribus, qui cum eo per diuersas prouincias, multas pro nomine Christi perpessi fuerant passiones, ædificauit *b* cœnobium. Atque ex eisdem Fratribus plures posteà Abbates seu honorificos vidimus viros. Eodem ferè tempore vir sanctus Domini Amandus *c* Childericum adiit Regem, eumque humiliter postulauit, quatenùs ei aliquod municipium ad construendum monasterium, non ambitionis gratiâ, sed ob animarum salutem, largiri dignaretur. Deditque præfatus Rex ei locum, nuncupatum *d* Nanto. In quo vir Domini sagaci intentione cœpit ædificare cœnobium.

a Monasteria extruit Amandinum

b

c

B

d & Nantoënse:

e

23 Mummulus autem quidam, *e* Ozindinsis vrbis Antistes, valdè ferebat molestè, quòd idem vir Domini eundem locum impetrauerat à Rege: inuidiæque facibus accensus, eumdem virum Domini extinguere conabatur. Missisque agilibus viris, iussit vt eumdem virum Dei à loco ipso contemptibiliter iniuriis affectum elicerent, aut certè in eodem punirent loco. Venientesque ad eum ministri, simulato dolo dixerunt, quòd ei locum aptum ad construendum monasterium ostendere deberent: tantummodò cum illis illuc properare deberet. Sed eorum fallacia, reuelante Deo, latere non potuit. Cumque eum ad prædictum locum ducere simularent, non erat insçius vir Domini Amandus, quo in loco eum interimere disponerent. Tandem igitur peruenerunt ad supercilium montis, vt eum ibi capite truncarent. Vir tamen Domini suis hoc antè indicare noluit, quia ad martyrium libentissimè properabat. Sed subitò ortâ tempestate pluuiæ grandinisque, omnem illius montis locum tenebrosæ obtexerunt nubes, ita vt apparitores, qui ad interficiendum eum fuerant missi, amisso lumine, nihil penitùs viderent. Spemque vitæ iam nullam habentes, prostrati pedibus sancti viri, veniam postulabant, &, vt eos viuos abire sineret, humiliter deprecabantur. Tunc vir Domini ad consueta recurrit præsidia, scilicet ad orationum auxilia, profusisque vberrimè lacrymis, tam diu orationi incubuit, donec redditâ serenitate, lumine etiam apparitores recepto, non absque metu vel stupore ad propria reuerterentur. Talique perculsis timore ministris, vir Domini mortem incolumis euasit.

abducitur, dolo interimendus,

liberatur immissâ tempestate & cæcitate latronibus;

C

hos precibus sanat:

24 Nec illud quoque prætereundum putaui, quod Presbytero quodam, nomine Erchengisilo, venerabili atque fideli viro narrante didici. Quadam die, dum vir Domini Amandus in pago *f* Beluacensi verbum Domini prædicaret, peruenit ad quemdam locum, cui vocabulum est *g* Rossonto, secus *h* Aronnam fluuium. Eratque ibi mulier quædam cæca, quæ longo iam tempore amisso lumine, nihil præter tenebras nouerat. Ingressus autem vir Dei domum illius, cœpit percontari ab eâ, qualiter ei hæc cæcitas euenisset. Respondit illa, quòd non ob caussam aliam ei ipsa cæcitas euenisset, nisi quòd auguria vel idola semper coluerat; insuper ostendit ei locum, in quo prædictum idolum adorare consueuerat, scilicet arborem, quæ erat dæmoni dedicata. Ad quam vir Domini ait: Non miror, si pro hac stultitiâ cæca facta sis: sed admiror clementiam Domini, qui te tam diu expectando sustentat, vt, cùm Factorem & Redemptorem tuum adorare debeas, adores dæmones & idola muta, quæ nec tibi nec sibi possunt prodesse. Nunc igitur accipe securim, & hanc nefandam arborem quantocyùs succidere festina, per quam lumen amisisti corporis, & animæ perdidisti salutem. Confido enim, quòd, si firmiter credideris, lumen pristinum à Domino consequi possis. Deducta autem mulier puellæ suæ manibus, ad arborem citiùs peruenit, atque eam excidere conabatur. Tum vir Domini Amandus eam ad se aduocans, signumque Crucis super oculos eius imprimens, inuocato Christi nomine, pristinæ reddidit sanitati. Instructam qualiter se agere deberet relinquens: omnibus diebus vitæ suæ castè atque sobriè se exhibuit, & correctiorem vitam deinceps gerens, mores commutauit in melius.

f g h mulierem, quòd arborem dæmoni dicatam coleret, factam cæcam,

Auertit Barbarum vndo, ex MSS.

D

iubet succidere arborem,

& signo Crucis illuminat.

a *Hos fines in diœcesi Bituricensi locauimus supra § 1.*

b *Illi accreuisse oppidum S. Amandi in agro Borbonio ibidem conjectauimus.*

c *Childericus factus Rex Austrasiorum anno 664 ac totius Francia an. 676, occisus anno 680.*

d *Apud Rutenos Aquitaniæ populos: De eo monasterio actum § 2.*

e *MS. Antuerp.* Ozidensis. *Philippo Abb.* Osindensis. *Est autem* Vceticensis *in Galliâ Narbonensi vicinâ, in antiquâ Notitiâ prouinciarum & ciuitatum Galliæ* Vcetinsis, & Vceensis.

Ep. Vcetiscensis.

E

f *Bellouaci Iulio Cæsari noti Belgicæ* 11 *populi, eodem adhuc nomine appellantur, inter Picardos, Normannos & Francos.*

g Ressontum, & Ressonium: *à quo Archidiaconatus seu Decanatus Ecclesiasticus diœcesi Bellouacensis (quæ in nouem Archidiaconatus rurales diuiditur) etiamnum appellatur.*

h Aronda *dicitur, atque Oesiæ fluuio prope Compendium miscetur.* Arondæ *adiacentia loca pertinent ad Decanatum Ressonensem.*

CAPVT VII

Inobedientia punita. Obitus S. Amandi.

25 Hoc quoque, quod ad cumulum laudis eius Dominus ostendere dignatus est, non videtur silentio contegi. Quodam itaque tempore cùm cuidam monacho, videlicet Præposito *a* monasterij sui Chrodobaldo nomine, per quemdam missum iussisset, vt vehicula ad vinum in vsibus Fratrum monasterio deferendum præparare deberet, dicitur inobediens extitisse. Sed cum nocte eadem vltio diuina subsecuta est. Nam eo iter agente, vt ad virum Dei pergeret excusationis caussâ, quod vehicula minimè haberet, ita dicitur omni corporis compage paralysi dissolutus, vt nec manum quidem vel pedem posset mouere. Omnique iam carne velut mortua in solo pectore vitalis anhelabat spiritus. Tenuique flatu confiteri, vt valebat, nitebatur, quòd ob inobedientiam & contumaciam hæc perpeti merebatur. Igitur præfatum monachum Fratres mittentes in nauim ad monasterium, cui vocabulum maiores indiderunt Elnonem, ad virum Dei adduxerunt Amandum. Cumque iam vesperascente die, finitis Missarum seu vespertinarum solemniis, vir Domini ad reficiendum iuxta morem isset, subitò ei nuntiatum est, qualiter idem monachus ægrotatet. Leniterque, vt aiunt, subridens, dixisse fertur: Adhuc maiora sustinebit pericula, quia valdè iactantiæ atque inobedientiæ deditus erat. Sed tamen Presbyterum quemdam, fidelem virum, ad se vocari præcepit, eidemque monacho calicem vini & fragmen panis per eumdem transmisit Presbyterum, eique mandauit, dicens: Vade, & dic monacho illi, vt sumat partem panis istius & vini, & cras, iubente Deo, cùm ad eum visitandum perrexero, obuiàm mihi procedat, & in lectulo iacere non patiatur. Quod ita factum est. Acceptâ itaque idem monachus Patris benedictio-

a Monachi inobedienti paralysi percussum;

misso pane & vino sanat:

A benedictione, ita totius corporis recepit sanitatem, ac si nullam vnquam pertulisset læsionem. Aduenientе igitur sancto viro, obuiàm ei processit, atque cum eo loqui cœpit. Mirariqúe vehementer Fratres cœperunt, quod viuum & incolumem videbant, quem mortuum ferè suspicabantur. Vir autem Domini Amandus indultâ Fratri veniâ, vt mores deinceps in melius commutaret, admonuit, atque eum sanum ad monasterium direxit.

Auctore Bavbemvndo. ex MSS.

multa patrat miracula:

26 Alia quidem sunt multa, quæ per eum Dominus operari dignatus est, nobis quidem incognita, Deo autem nota. Sed quantum ad nostras, fidelibus narrantibus viris, perlatum est aures, si omnia cupiam persequi, dies, vt opinor, antè, quàm sermo, cessabit. Nam quas per eum Dominus virtutes non edidit, cùm & mortuis vitam, cæcis visum, paralyticis gressum, leprosis munditiam, surdis auditum, à dæmonibus oppressis restituit sanitatem?

sanctè moritur:

27 Igitur sanctissimus Domini Amandus, cursu fideliter peracto, repletusque omnium bonorum operum fructu, aduenientе sanctissimi obitus die, feliciter migrauit ad Christum. Sepultusque est cum magnifico honore in loco, cui vocabulum est Elnone. In quo loco multa fiunt orationibus eius beneficia, & laudatur ibi ab omnibus nomen Domini Iesu Christi: cui est cum æterno Patre & Spiritu sancto virtus & honor, gloria & imperium, laus & potestas per infinita seculorum sæcula, Amen. *b*

B

Elnone sepelitur.

b

a *Marchianensis, vt infrà dicetur ad Vitam à Philippo scriptam.*

b *Quæ addebatur apud Surium Historia de Visione S. Aldegundis, Eleuatione corporis S. Amandi, ac sanctis eius discipulis, ab homine minùs perito scripta, hìc omittitur, infrà, cum de Translationibus agetur, referenda.*

ALIA VITA

Auctore Aquitano anonymo,

Ex MS. Andreæ du Chesne.

a b S. Amandus oriundus ex pago Herbatilico,

1 BEatus *a* Amandus in pago *b* HERBASILICO non longè à littore Oceani Galliæ, ab inclytis & Catholicis parentibus traxit originem: cuius pater Serenus nomine dictus est, mater verò Amantia nuncupata est. Hic ab infantiâ litteris eruditus, inspirante sibi diuinâ gratiâ, relictis parentibus & patriâ, vitam cœnobiticam eligens, nauigauit insulam, nomine *c* Oyem, quæ distat à littore Galliæ XL

C

c Lignagus,

milliaribus: ibique in quodam monasterio religionis habitum assumens, cum gaudio est susceptus. Quadam verò die dum per insulam ambularet, vidit quemdam serpentem seu colubrum miræ magnitudinis. Quo viso territus puer S. Amandus, in oratione prostratus, signum Crucis contra serpentem opposuit, & ad latebram suam, vt inde numquàm exiret, fugere compulit, nec ex tunc apparuit. Et sic habitatores illius insulæ à serpentino periculo liberauit. Parentes verò eius voluerunt eum ad propria reducere, quibus minimè acquieuit.

signo Crucis serpentē fugat:

2 Post hæc Amandus licentiam & benedictionem à Patre monasterij, quod erat propè mare, postulans, causâ peregrinationis solus in terrâ *d* Burgundiorum in ciuitate Berthoricas multis diebus, annis videlicet XV peregrinauit, & à S. Austregisilio illius ciuitatis Episcopo benignè susceptus est. Vbi constructâ cellulâ iuxta ecclesiam, cilicio indutus, & pane hordeaceo & *e* sicerâ sustentatus, vitam austeram duxit. Dum autem quadam die ad quẽdam orationis locum ire desideraret, horâ diei quasi sextâ radio clarissimo perfusus, per momentum horæ totus orbis terrarum quasi sibi apparuit.

d includitur apud Biturigas:

e

3 Deinde assumpto vno comite, *g* asello sedens, per deuia Alpium Italiam penetrans, ad visitanda sanctorum Apostolorum ac Martyrum limina & patrocinia, ad vrbem Romam peruenit. Vbi deambulans per loca Sanctorum diebus, ad ecclesiam S. Petri noctibus reuertebatur. Sedente autem eo in gradibus ecclesiæ in extasi mentis, Sanctus Petrus apparuit ei sereno vultu, & blando sermone dixit, vt causâ prædicationis reuerteretur. Gaudensque de visione, cognouit inuenisse gratiam Dei, quam quæsiuit.

D

g Rotâ.

à S. Petro visitatur.

4 Post hæc Amandus in Gallias remeauit, prædicans Euangelium regni Dei. Erat autem vultu serenus, corpore castus, vigiliis & orationibus deditus, sermone cautus. Sic inter Gentes anachoretarum gerebat vitam. Hic verò pueros transmarinos comparauit plurimos, & per baptismi lauacrum emundauit.

prædicat in Galliis:

5 Rursum cum *h* officio Clericorum ad vrbem Romam perrexit, & ab Apostolico honorificè est susceptus. Pueros verò, quos duxit, per loca Sanctorum donauit. Codices diuinos vtriusque Testamenti & tractatus, rediens Galliam, secum tulit. Cùm autem pelago Sardiniæ nauigasset, nautis de pace & caritate prædicauit. Illis verò bibentibus & manducantibus apparuit piscis ingens, qui arte piscatoriâ captus est, vnde nautæ gauisi sunt. Ortâ autem magnâ tempestate, de vitâ desperantes, omnia quæ habebant, iactabant in mare. Tunc omnes seruum Dei Amandum deprecabantur, vt per orationem eius Deus illos de mortis periculo liberaret. At ille consolans eos, verbum Dei intrepidus prædicabat. Beatus verò Apostolus viro Dei Amando apparuit, dicens: Noli timere; non enim peribis tu & qui tecum sunt. Facto autem manè reddita est tranquillitas, & omnes ad portum incolumes peruenerunt.

h Romam adit:

E

redimit in tempestate à S. Petro recreatur:

6 Transacto autem aliquanto tempore, audiuit S. Amandus esse in confinibus Francorum & Gentilium vnum pagellum, cuius vocabulum est *i* Gaudens, iuxta *k* Sotaldis fluenta: qui propter ferocitatem gentis & terræ infœcunditatem, prædonibus derelictus est, sed profanus & idololatriæ deditus. Propterea Amandus exposuit se periculo, vt habitatores loci illius à laqueo diaboli liberaret, & Deo duce illuc perrexit, vbi multas tribulationes pro nomine Christi perpessus est, & sociis suis propter inopiam victus & vestimenti ad propria remeantibus, solus remansit: & propriâ manu *l* molam vertebat, & panem cinere mixtum, quem edebat, faciebat. Sæpe etiam dum fana destruebat, à fœminis virisque percussus in flumine iactus. Captiuos tamen nihilominùs de seruitute redimens, ad baptismi gratiam perduxit.

Gaudēsibus prædicat: i k

multa patitur: l

F

7 Dum autem quadam die ad *m* Francorum curiam cultor Dei Amandus aduenіens, vt Francis in vnum venientibus Euangelium prædicaret, adduxerunt illi Comites vnum vinctum semiuiuum, grauissimis vulneribus percussum. Deprecatus est vir Dei pro ipso, vt religiosam vitam haberet, si de illis vulneribus euadere potuisset: nihilque potuit cum illo Principe obtinere; iussitque Comes illum hominem in ligno suspendi. Igitur suspenderunt eum, mortuumque relinquentes, domum sunt reuersi. Seruus autem Dei Amandus ad stipitem cucurrit, & corpus eius ad suam cellulam portari præcepit, vbi more solito solus soli Deo pro se & omni populo preces fundere solebat. Iussitque Fratres quiescere, & cellulæ ostia claudere. Totamque noctem in vigiliis, lacrymis, & orationibus deducens, facto signo ad Matutinas, aquam portari iussit, quam Fratres more humano ad illum hominem sepeliendum putabant necessariam. Cumque cellulam fuissent ingressi, inuenerunt hominem illum, quem mortuum dimiserant, sedentem atque loquentem, super quo plurimum admirari cœperunt. Amandus verò manibus suis plagas illas oleo fouit, & carnem ad alteram coniunxit, & cum cælesti medicinâ sanum

m

hominem suspensum

à morte suscitat.

& vi-

A & viuum ad domum ſuam ire permiſit.

8 Audito autem tanto ac tali facto, ad baptiſmi gratiam & pœnitentiæ lamenta populus vtriuſque ſexus currere cœpit, & idola atque fana ipſorum igne concremauit, & in illis locis, vbi inimicus humani generis habitabat, S. Amandus monaſteria conſtruxit, eccleſias fundauit, & ad cultum Chriſti populum induxit, & animas errore cæcas lucis veritatis illuminauit.

monaſteria & templa extruit:

9 Deinde trans Danubium ad terras, vbi Chriſtus non nominabatur, prædicare perrexit, ad martyrij palmam animo præparatus, vbi liberâ voce Euangelium ſalutis prædicans, aliquos ad baptiſmi gratiam adduxit; ſed adhuc peccatis exigentibus alij verbum Dei audire noluerunt.

Sclauis prædicat:

10 His itaque geſtis, contigit vt Traiectenſium Epiſcopus moreretur. Tunc vir Dei Amandus à Rege coactus, & à Sacerdotibus iuſſus, & à populo electus, Traiectenſium Eccleſiam regendam ſuſcepit. Caſtra, vicos, villas circumiens, prædicando, arguendo, obſecrando, per triennium viam Dei populo demonſtrabat, multique ad viam pœnitentiæ ſunt conuerſi. Sacerdotes verò & Leuitæ vocabulo, non officij merito, virum Dei prædicantem, & eis viam ſalutis demonſtrantem, audire contempſerunt. Sanctus verò Amandus excuſſo puluere à pedibus ſuis, in teſtimonium illis, in ſolitudinem perrexit, ibique in paruâ inſulâ aliquanto tempore habitauit. Ingens autem plaga diuinitus illos verbi Dei contemptores ſubſecuta eſt. Vnde per biennium inopinatâ peſtilentiâ caſtra deſerta ſunt, vacuæ domus, agri in ſolitudinem redacti ſunt. Per illam omnem regionem, vbi prædicare ipſe voluit, penè vllus remanſit qui eius prædicationi contrarius fuit.

fit Epiſcopus Traiectenſis:

diſcedit, contumacibus diuinitus punitis

11 Poſt ſpatium verò temporis viſitatis Fratribus, quibus per diuerſas prouincias monaſteria & eccleſias regendas commendauerat, audiuit eſſe quandam gentem ferociſſimam errore deceptam, quæ nunc Waſconia appellatur. Quæ gens per ſaltus Pyrenæos, per aſpera & inuia diffuſa eſt loca: quæ crebris eruptionibus, pugnandi agilitate, Francorum fines longè lateque vaſtando contriuit. Illuc itaque cauſsâ prædicationis acceſſit, vt eos ab idololatriâ & rapinis & à fallaciâ huius mundi eriperet. Cùm quadam autem die prædicaret, ſurgens vnus ex eis, verbis riſui aptis, Euangelium Chriſti & ſeruum Dei Amandum detrahendo irriſit, & populum poſt ſe illâ vanâ lætitiâ attraxit. Eadem horâ, Diuinâ vltione, angelus ſathanæ miſerum inuaſit, ſtatimque omnia membra eius contraxit, & inter pœnas confitens quòd ideò patiebatur, quia ſeruum C Dei Amandum irriſerat, miſerabiliter expirauit.

predicat Vaſconibus,

irriſor ſubitò extinctus:

12 De finibus autem Vaſconum egrediens, dum ad ciuitatem quamdam veniſſet, Epiſcopus illius illum ſuſcepit, & pro reuerentiâ hoſpitalitatis, aquam ad lauandum manus S. Amando detulit, iuſſitque miniſtro vt ipſam aquam ſeruaret. Erat autem illic homo, qui lumen amiſerat oculorum: cui Epiſcopus ille ait: Si habes fidem crede, & laua oculos tuos in illâ aquâ, in quâ Amandus lauit manus ſuas, & lumen recipies. Cumque lauiſſet oculos, aperti ſunt oculi, vt videret clarè.

lotis aquâ manibus eâ cæcum illuminat

13 Venerabilis autem ſenior Amandus, Chriſto duce, reuertens in extremas Francorum regiones ſe direxit, egitque ibidem prædicationem apertam propter Chriſti nomen, & per diuerſas prouincias multas perpeſſus eſt iniurias. Conſtruxitque cœnobium, & ſicut paſtor filios in Chriſto quotidie verbis Diuinis inſtruens, quoſdam docebat verbo, alios proprio erudiebat exemplo. *n*

docet vbique in regno Francorum

n

14 Quadam die Dominicâ dum S. Amandus Palatinis Proceribus prædicaſſet, rogatus ab Epiſcopis & à Rege Dagoberto Miſſarum ſolemnia celebrauit: finitâ verò oratione, priuatim colloquium à Rege ſecretius expetiit, ipſumque Regem de capitalibus criminibus arguere cœpit. Rex verò typho ſuperbiæ elatus, verba viri Dei audire noluit, ſed iratus de finibus eius exire iuſſit. Cumque ſeruus Dei Amandus gaudio repletus à conſpectu Regis o . . . . ad locum maritimum nauem inuenire volens perrexit, & mare Britannicum tranſire voluit ad gentes Saxonum, vt eis Euangelium prædicaret, & in peregrinatione cunctis diebus vitæ ſuæ permanere volebat.

Regi Dagoberto arguit:

15 Poſt hæc Rex correptus febribus culpam, quam in virum Dei Amandum commiſerat, recognoſcens, miſit celeriter pro eodem, vt ad ſe rediret: rogans humiliter, vt ſibi indulgeret, & filium Sigebertum, qui ei natus erat, baptizaret. Sanctus verò Amandus benignè Regi offenſam remiſit, ſed timens ſecularibus negotiis implicari, puerum baptizare primitus renuit, ſed tandem per S. Eligium & S. Audoënum, qui tunc in curiâ Regis morabantur, precibus & inſtantiâ flagitatus, puerum filium Regis baptizauit. Finitis verò collectis & orationibus catechiſmi & baptiſmi, cunctis tacentibus, infans ille Regis filius XL diebus, clarâ voce reſpondit, Amen. Quod pater audiens, repletus eſt gaudio, & compatrem ſuum cunctis diebus vitæ ſuæ habuit in magnâ reuerentiâ & fauore.

reuocatur:

baptizat S. Sigebertum,

reſpondente Amen.

16 Sanctus autem Amandus impetrauit à Rege Sigiberto locum vnum in Gallia, qui dicitur *q* Vaurum, & ibi cœnobium ædificauit. Sed Epiſcopus proximæ ciuitatis hoc moleſtè gerens, iuſſit famulis ſuis, vt inde eum eiicerent, aut certè occiderent. Beatus verò Amandus eorum malitiam, Deo reuelante, cognoſcens, iuit cum eis ad cacumen montis, vbi eum occidere cupiebant, nec ſuis ſociis hoc reuelauit, quia martyrium affectabat; ſed ſubitò ortâ tempeſtate, pluuiæ & grandines ità montem obtexerunt, quòd maligni, qui eum volebant occidere, nihil viderent. Tunc ſanctus Amandus tamdiu orauit, donec redditâ ſerenitate & viſu recepto ad propria redierunt. Multa quidem & alia miracula fecit Deus meritis ſancti Amandi, quæ hîc ſcripta non ſunt. Hic quoque plenus dierum & operibus bonis migrauit ad Dominum.

E

q Vauri monaſterium condit:

occidendus, cælitus protegitur:

facit obit.

AVCTORE AQVITANO ANONYMO.

D

O ih exilium pellitur:

a Alanus *vbique erat, ſubſtituimus* Amandum.
b *Alij* Herbatilico *De eo actum* § 1.
c *Hinc oſtendimus eſſe contiguam inſula Reaco, ſeu S. Martini prope Rupellam. In Breuiario Coriſopitano dicitur* Oyam, *alibi* Ogia.
d *Bituriges cum regno Aurelianenſi ſubfuiſſe Burgundionibus diximus* § 2. *Et patet ex Concilio Matiſconenſi* 2, *vbi Gunthramnum Regem ſuum agnoſcunt Epiſcopi; inter quos erat Sulpitius Seuerus Bituricenſis.*
e Siceræ *non meminerunt alij.*
f *Viſio hæc ab aliis etiam intacta.* g *Silent alij de puella.*
h *Et hic multa particularia narrantur ab aliis neglecta. Nihil etiam de* officio Clericorum *habetur in Breuiar. Coriſop.*
i *Imò* Gandens, Gandenſis, *aut* Gandauum *legendum.*
k *Mendum etiam à librariis, corrigendum* Scaldis.
l *Nihil alij de melâ, & pane cinere mixto.*
m *Tornaci ad Scaldim.*
n *Sequentia num.* 14 *& 15. ante numerum* 10 *referenda.*
o *Deeſt verbum* abiret, *aut quid ſimile.*
p *Silent alij de hu Anglo-Saxonibus.*
q *De Vauro accuratè diſputatum* § 1 *num.* 7: *alij* Childericum Regem *& monaſterium* Nanto *appellant: Breuiarium Coriſopit.* Regem Aldebertum *vocat, & loci nomen omittit.*

F

ALIA VITA

auctore Harigero Abb. Lobien.

Ex geſtis Pontificum Tungrenſium & Traiectenſium.

CAP. 41 *S. Amandus nobilibus & Chriſtianis parentibus natus,*

I POſt hæc S. Amandus, viceſimus ſextus ſubrogatur Epiſcopus, de cuius vitâ, quia plena virtutibus habetur deſcripta, placuit hinc inde decerpere pauca, & ipſa ante Epiſcopatum eius

AVCTORE HARIGERO ABBATE.

eius gestorum repetere initia. Igitur in *a* Aquitaniâ oriundus, patrem habuit Serenum, mater Amantia est nominata: non solùm secundùm seculi dignitatem inclyti, verum Christianissimi.

a in Ogiâ insulâ monachus,

2 Dum puer adhuc esset, patriam parentesque reliquit: Ogiam insulam ad occidentem maris Oceani expetiuit. Illic à Fratribus gaudenter susciptur: &, cùm litteratus esset, Dei seruitium frequentabat ardenter. Primum autem signorum eius hoc fuit initium.

CAP. 41

Eunti per viam die quadam magnitudinis nimiæ serpens occurrit. Et primùm quidem pro pueili ætate extimuit, demum post fusam orationem surgens, Crucis signum opposuit, &, vt ad latebras redeat, indicit. Statim iussis obtemperans serpens, ocyùs rediit: & in eamdem insulam deinceps non comparuit. Post modicum tempus pater eum insecutus, à monasterio tentauit abstrahere; sed negotio imperfecto, puerum sanctum nolens reliquit.

signo Crucis serpentem fugat:

3 Deinceps Turonicam expetens ciuitatem orationis causâ, B. Martini Antistitis inuisit sepulchrum, vbi & comam capitis abscindens, Clericatus adeptus est honorem. Inde Bituricas deueniens à S. Austrigisilo ciusdem ciuitatis Episcopo, & eius Archidiacono S. Sulpitio, posteà Episcopo, deuotè susciptur. Quorum suasu cellam sibi illic construxit, quam per quindecim ferè annos inhabitauit, cilicio tectus & cinere, vigiliis assuetus & ieiuniis, hordeaceo pane contentus, à vino abstinuit, aquâ corpus sustentauit.

inuisit Turones,

& Bituricas,

B

vbi ad 15 annos cellæ includitur:

4 Posthæc sancto tactus desiderio, Romam profectus est, vt beatorum Apostolorum limina expeteret. Et, cùm quadam nocte egressis custodibus, ipse in ecclesiâ delitescens, & orans *b* pernoctasset, sequenti die repertus, iniuriis afficitur, & ab ecclesiâ propellitur. Hac de causâ in foribus sedenti & præ cordis mœstitiâ extasi detento, Sanctus apparuit Petrus Apostolus, blandeque delinitum, vt Gallias prædicandi causâ repetat, hortatur. Ipse verò redditus hilarior, ad Gallias est reuersus.

it Romam:

b à S. Petro apparente iubetur in Gallias redire:

CAP. 42

5 Nec morâ, coactus à Rege & Sacerdotibus iuxta morem ad prædicandum est ordinatus Episcopus. At ipse commissum sibi strenuè implens officium, circumquaque positis verbum Dei annuntiabat, *c* monasteria construens, religionem ampliare curabat: ipsaque cœnobia à prædiis & opibus, à Rege sibi & Principibus collatis, ditabat. Captiuos pretio redimebat, nudis vestimenta præbebat, esurientes cibis reficiebat.

Episcopus ordinatus,

c proximos iuuat:

6 Item subiit animus Romam proficisci, contigitque inde reuertentem Centumcellis hospitari. Cumque illic esset, diabolus vnum de famulis arripiens, ad mare necandum trahebat. Qui cùm Christum ad suam liberationem inuocaret: diabolus autem irridendo, quis esset Christus, inquireret; *d* ait B. Amandus: Filius Dei viui pro salute hominum crucifixus. Ad hanc vocem, disparente diabolo, ereptus est homo. Per idem pelagus, nauigantibus eis, captus est piscis; cuius captura gaudium cumulauerat nautis. Sed hanc eorum lætitiam orta subitò turbauit tempestas; quæ eos de vitâ desperantes, ad virum Dei confugere compulit. Orante Sancto, B. Petrus per puppim nauem transiens, apparuit, confidere iussit, saluandos omnes promisit. Sedata est mox procella, tempestas fugata. Facto manè omnes ad terram incolumes exiere.

iterum Româ rediens,

C

submergêdũ liberat,

d

tempestatẽ precibus,

apparente S. Petro sedat.

CAP. 43

7 Ingressus intereà Gandense oppidum, Scaldi fluentis insitum, diabolicis laqueis sic inuenit irretitum, vt eius loci homines pro Deo colerent ligna & arbores. Ceteris circumquaque positis Christi fidei subiectis isti vel propter efferos mores, vel propter infœcundos cespites adhuc idolis seruiebant. Igitur fauente Aichario Nouiomensi Episcopo, regiâ insuper auctoritate incumbente, tanto se discrimini opposuit, nimis succensus animi feruore. Quoties iniuriatus, quoties flagris est cæsus, quoties *e* ab inhonestis mulieribus est deturpatus? Quàm sæpè in fluuium est præcipitatus? Ad vltimum, fugatis sodalibus, solus remansit prædicationi assiduus. *f* S. Petri cœnobium illic ædificauit: *g* S. Bauonem ex Hasbaniâ prædonem conuertit, & trans fluuium factâ cellulâ pœnitentem inclusit. *h*

Gandensibus prædicat:

e

D

f

S. Bauonẽ conuertit.

g

h

8 In eodem pago reus quidam iudicandus est præsentatus. Superueniens sanctus vir, pro eo, ne moreretur, Comiti preces humiliter satis effudit. Obduratus ille, beati viri precibus non intendit, quin potiùs damnatum hominem, primò cædi iussit, deinde ligno præcepit affigi. Posteà, discedentibus cunctis, defuncti iam corpus in patibulo relinquitur; sed sanctus vir visitaturus miserum, post modicum regreditur. At, vbi iam defunctum reperit, depositum de ligno ad cubiculum, vbi orare consueuerat, secum facit deferri. Et, cùm iuxta corpus orans pernoctasset, manè Fratres conuocans, aquâ lotum, viuum restituit, ita vt ne vulnerum quidem eius saltem cicatrix appareret. Cuius miraculi nouitas *i* loci illius incolis intantùm profuit, vt ad eum vndique concurrentes, idola sua, propriis manibus diruerent, & ea in ecclesiis construendis expenderent.

suspensum

à morte suscitat.

i

multos conuertit.

9 Post horum conuersionem, transito Danubio, Gentibus prædicare dispositit, sed pluribus ex eis in infidelitate persistentibus, paucos tamen Christo regenerauit, ac deinde ad propria regressus est.

Slauis prædicat:

B

CAP. 44

10 Contigit intercà Dagobertum Regem ex coniuge susci pere filium: &, quià idem Rex subità præuentus irâ, beatum virum cum iniuriâ regno dudum expulerat, quòd pro quodam crinine corriperetur ab eo, ductus pœnitudine, ex occasione baptizandi pueri sibi eum voluit reconciliare: & idcircò directis honestioribus viris, Eligio scilicet & Audoëno, ex commisso in eum, primùm quidem veniam precabatur, deinde vt ad baptizandum filium suum veniret, obnixe rogabat. Tandem repertus vir Domini Amandus, regiæ petitioni veniendo paruit, noxam remisit, sed tantæ Maiestatis filium baptizare, quasi indignus, humiliter recusauit. Sed Rege in prece perseuerante, puerum quadraginta à natiuitate dies habentem, catechizauit. Circumstantibus in alia occupatis, & non respondentibus, puer clarâ voce respondit: Amen. Sicque baptizatus, Sigebertus est nominatus, cunctis qui aderant mirantibus pariter & gaudentibus.

ob Regem monitum exul,

reuocatur

baptizat S. Sigebertũ

respondentem Amẽ.

11 Posthæc B. Ioanne Traiectensi Episcopo ad superna translato, Rex *k* Dagobertus conuocatis Sacerdotibus plurimis, S. Amandum Traiectensibus præfecit. At ipse, susceptopastorali officio, commissorum sibi sollicitudinem gerens, vicos & castra per triennium circumiuit, verbum vitæ annuntiauit. Sed nihil se proficere cernens; quin potiùs Sacerdotes & Diaconos insultare sibi perpendens, dimissis eis, ad alia se loca transmisit.

k

fit Episcopus Traiectensis:

F

12 Chanalaus posteà, insulam Scaldi fluminis, deuenit: ibique cum Fratribus religiosis aliquamdiu mansit. Contemptores autem verbi Dei plaga crudelis per biennium attriuit, ita vt in eo loco nullus remanserit ex his, qui sanctum virum prædicantem spreuerant. Posteà in Wasconiam secedens, Gentilibus populis verbum salutis prædicabat. Mimilogus quidam seruum Christi derisit, Euangelium annullauit, protinus à dæmone arreptus, propriis se lacerans manibus, miserabili obtutu vitam finiuit. Sed & illic minimè proficiens, cùm reuerteretur, ciuitatem quamdam hospitandi gratiâ intrauit. Illo ab Episcopo ciuitatis honorificè suscepto, aqua manibus eius infusa, iubente Episcopo, seruiata est: de quâ cæcus quidam, dum oculos intingeret, lumen recepit.

CAP. 45

Calloniã prædicat,

& Vasconibus:

cæcum illuminat:

13 Posteà Franciam redlens, cùm illic habitare decerneret, Hildericum Regem popposcit, vt sibi locum monasterio construendo aptum largiri dignaretur: quem protinùs impetrauit. Sed Mummulus Oxidinsis Episcopus hoc ægrè tulit, qui mox contra virum Dei ardentissimâ stimulatus inuidiâ in mortem eius aspirauit.

CAP. 46

monasterium Nẽnto extruit:

Auit. Illicò misit apparitores, qui locum alium conuenientiorem sibi simulatè ei ostenderent: vt, dum ab hominibus eum abstraxissent, clanculò perimerent, & corpus in abdito loco proiicerent. Quo Beatus ille, Spiritu sibi reuelante, cognito, sitiens tamen martyrium, ad montem quemdam secutus est illos: illicque cæcitate feriuntur inimici; sed pœnitentes, orante Sancto, curantur.

à periculo mortis,

excæcatis hostibus, eripitur:

14 Reuertens autem Beluacum, in pago ciuitatis apud cæcam quamdam mulierem hospitatus est. Scisscitatus caussam cæcitatis, didicit eam adorasse arborem dæmoniis dicatam: mox illam incidi præcepit, & mulier lumen recepit.

cæcam illuminat:

15 Præposito monasterij cuiusdam, vt ad euehendum Fratribus vinum plaustra pararet, indixit. Ille plaustra se non habere mendaciter respondit, & iussioni eius parere ad horam distulit. Mox paralysi dissolutus, crimen inobedientiæ suæ recognouit, & naui impositus, Elnonense monasterium viro Dei deducitur, à quo vinum & panem accipiens, mox vt gustauit, in integrum sanitati restituitur, & de suis prauis moribus in reliquum emendatur.

inobedientem paralysi percussum

sanat:

16 Alia multa miranda peregit, innumera cœnobia construxit, & opibus ditauit. Ad vltimum Elnonense monasterium inhabitauit: vbi & vitæ finem accepit, octauo Idus Februarij, anno *l* Constantis, qui & Constantinus, XXIII, anno Domini *m* DCLXV, anno ætatis suæ nonagesimo.

Elnone sanctè moritur.

B

l

m

a *Adscripsit Ægidius margini, teste Chappeauillæo*; ex pago Berbantico, *imò* Herbatilico, *vt suprà dictum.*

b *Baudemundus*, totâ nocte vigilare cuperet.

c *Hæc post secundum iter Romanum & mortuum suscitatum facta.*

d *Imò puer iussus à S. Amando respondit secundùm Baudemundum & alios.*

e *Baudemundus ait*, à mulieribus vel à rusticis non absque iniuriâ repulsum.

f *De monasterijs Gandani extructis actum § 5, & de tempore, quo condita sunt, § 11.*

g *Hic inuerti ordinem rerum gestarum constat ex dispvtatis § 11 & 13.*

h *Imò Tornaci.*

i Regionis illius, *vt vicini Gandenses potissimùm intelligantur, vbi ideò contigisse putauit Harigerus.*

k *Imò* Sigebertus. *Dagoberto aliquot antè annis mortuo, vt probatum est § 11.*

l *Sub Constantino Pogonato Constantis filio obiisse S. Amandum suprà probatum est § 16.*

m *An errore typographico? alij annum legunt 661, qui fuit 684.*

ALIA VITA

Auctore Philippo Haruengio de Eleemosynâ, Abbate Bonæ-Spei Ord. Præmonstrat.

Ex 11 *MSS. collatis cum edit. Duac.*

Epistola dedicatoria ad Abbatem Hugonem.

a 1

Euerendo in Christo Patri *a* Hugoni, Dei gratiâ venerando monasterij Elnonensis Abbati, & congregatis ibidem in Domino Fratribus, Frater Philippus de Eleemosynâ, in semine computari, cui benedixit Dominus.

Sanctorum meritis flores adhibere sermonum, & officio scriptionis electi generis ornare præconia, difficile probatur & arduum: maximè vbi nec vita conuenit, nec scientia suffragatur. Qui enim Beatorum prædicare mores, explicare vitam, retexere gesta dispo-

nit, sic expedit viuat, vt loquitur, & factis ornet, quod oratione commendat: ne vocis propriæ testimonio redargutus, imitatione non approbet, quod assertione prosequitur. Ab vniuersitatis vestræ desiderabili sanctoque collegio, ad corrigendum mihi Amandi beatissimi Vita porrigitur, vt exercitio vigili recipiant obscura lucem, modum superflua, hiantia iuncturam, minùs habentia, supplementum. Sed quis ego, aut quid ego, cui nec meritum vitæ, nec sapientiæ condimentum, nec eruditionis cultus, vsusue scribendi, tam clari spondet operis paritatem? Laudo quidem scriptoris primi diligentiam, veneror antiquitatem: placet industria: si stylus iacet, ordinem non refello. Sed facilè noua cudentibus accedit inuidia, nec æstuans liuor detractionum caret aculeis: maximè cùm in sugillatione veterum nouitas induci sæpiùs videatur. Sicque antiquorum deploratur iniuria, tamquàm pereat illis, quidquid nouis accesserit. Sed expectatur securiùs iudicium veritatis, quàm murmur timeatur inuidiæ, quæ locum non habet in atrio caritatis. Hæc est, quæ nostræ præstat imperitiæ fulcimentum, vires suggerit, ministrat audaciam; & in procellosum pelagus nauiculam timidæ sedulitatis impellit. Cui tamen si nauta detur humilitas, clauus obedientia, veritas malus, antenna discretio, remex sedulitas, auctoritas velum, quod gratiæ cælestis fauorabilis aura sustollat; facilè turbidi sali vndosa cacumina, & tristes commotionis inuidæ sinus secundo cursu poterit enatare. Quia igitur sinceritati vestræ caritatis teneor deuinctus affectu; negare nequeo, si quid iniungitis, maximè cùm debeat honestis imperiis executio comes semper assistere, & iocunditatis afferre fructum sancta mandantibus. Nec enim debet esse, quod honestas imperat, importunum; quod dictat amor, difficile; quod persuadet vtilitas, onerosum.

AVCTORE PHILIPPO HARVENGIO ABBATE, EX MSS.

D

Auctor rogatus ab Amandino.

inuidiæ aliorũ contemptæ,

E

scribit vitam S. Amandi:

2 Quid autem iudicari potest vtilius, quàm spiritualibus exercitiis exempla formare, serere moribus disciplinam, Sanctorum celebrare virtutes, & tradere posteris, quæ sequantur in sanctitate & iustitiâ coram Deo? Sanè quid est aliud Deo digni vita Pontificis, quàm benè viuendi lumen eximium, speculum sanctitatis, iustitiæ titulus, magisterium pietatis, forma doctrinæ, disciplinæ *b* sanctio, religionis exemplum? Habet omnis in eo sexus, ætas, conditio, gradus, ordo, statusue, quid eligat: & in omnes abundanter emanat luminis huius sancta serenitas. Inuenit in eo puericia quid imitetur, quid imitetur adolescentia, robur virile quid appetat, quid sequatur vigilantia senectutis. Instruitur in eo nobilitas, plus animæ quàm carnis affectare delicias, & ornare natalium dignitatem decore virtutum. Humiliari & obedire status ordinis edocetur, ne peruersi turbinis aurâ supra se raptus inaniter animus, elatione gestiens intumescat, & ad eius sortem pertinere videatur, qui est rex super omnes filios superbiæ. Potestas eruditur non altùm sapere, sed timere: & terrenæ sublimitatis eminentia, cælestibus imperiis humiliter subiici, nec Diuinam refellere voluntatem. Informatur Pontificalis auctoritas in delinquentes sic zelo rectitudinis erigi, ne mansuetudinis deserat lenitatem; sicque iudiciorum studeat æquitati, ne dissolutionem redoleat indulgentia, vel vindicta sæuitiam. Conuenitur prædicatorum vita, non in doctis humanæ sapientiæ verbis Euangelium ponere, sed in ostensione spiritus & virtute: ne gloriam quærens ab hominibus, gloriam, quæ à solo Deo est, non obtineat; & foris effusa, mercedis internæ munere vacuetur. Componitur populorum status, non recedere à fidei fundamento, persistere in lege Testamenti, principalibus edictis esse subiectus, nec publicis executionibus aduersari. Sic fructificatur omnibus vnius exemplo, & in omni eius opere, pietatis cultus & semita veritatis elucet.

b

quâ instruuntur omnes,

F

nobiles,

Principes,

Episcopi,

Concionatores,

populisti

3 Laudemus Dominum, qui fecit illum, qui sicut in Sanctis suis semper est & vbique mirabilis, sic est in

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

Amandi beatiſſimi virtute mirandâ laudabilis. Ipſe in illo nomini ſuo dat gloriam, qui magnificauit eum in laude, qui fecit eum excelſum in verbo gloriæ, & in verbis eius monſtra placauit. Orationum itaque veſtrarum patrocinante ſuffragio, de imperitiâ quidem timidus, ſed de caritate præſumens, obedientiâ duce, quod mandaſtis aggredior, ſatisfaciens pro viribus imperio caritatis. Ad corrigenda tamen quæ primò ſunt poſita non aſcendo, ne antiquitatis reuerentiam videar minus reuerenter infringere, neu ſtyli varietas opus proferat inconcinnum, quæ ſenſuum pondus, & materiæ gloriam, in capacis iunctura non conferat vnitatem. Thematis igitur tenore ſeruato, diſpoſitiſque certâ ſub aſſignatione *c* capitulis, ſub diuinæ pietatis & veſtræ deuotionis adiutorio, cum gratiâ ſancti Spiritus opus ordior imperatum.

Agit gratias Deo datori ſanctitatis:

c Implorat eius gratiam.

a *Fuit hic Hugo, vt patet ex monumentis Elnonenſibus, gente Burgundus, eloquentiâ, conſilio, morumq; ſuauitate perſpicuus: antè Prior monaſterij Laudunenſis S. Ioannis, deinde Abbas Humolarienſis, poſteà Gualtero II ob inertiam amoto, factus Abbas Amandinus XLII, & ſui nominis II, anno 1150. Turrim incendio collapſam à ſuperioribus feneſtris in ſublime eduxit: duas piſcinas effodit: clauſtrum reparauit: triclinium extruxit: poſſeſſiones ampliauit: è vita abiit anno 1169. Eius laudes celebrat Philippus in ſequente Epiſtolâ.*

Hugo II Abbas Elnonenſis.

b *MSS.* ſatio.

c *Hanc ab auctore diſtinctionem Capitum factam margini apponimus.*

Epiſtola eiuſdem ad Ioannem Abbatem.

a 4 DIlecto in Chriſto Patri & amico *a* Ioanni, Dei gratiâ monaſterij Elnonenſis Abbati, & ſancto eiuſdem loci conuentui, Frater Philippus de Eleemoſynâ, ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Ritu perpetuo iubetur ignis ardere iugiter in altari: cui per ſingulos dies Sacerdos ligna ſubiiciens, alimenta ſuggerit conſummationibus hoſtiarum. Excubat ante fores tabernaculi litteræ legalis auctoritas, hoc interiùs ſignificante Spiritu ſancto, quod igne caritatis debet ſemper ara cordis igneſcere: cui velut quotidianum fomitem, continua debet pietatis opera ſuppeditare fidelis & ſedulus operator. Quia non eſt holocauſti forma laudabilis, ſi non in conſpectu Domini mutuæ dilectionis incenſum in odorem ſuauitatis aſcendat. Hæc mihi conſideratio in amore veſtri non permittit vitabilem *b* fruticare defectum, ſed piæ deuotionis affectibus circa obſequium veſtrum mens ſtudioſa motu ſinceræ caritatis inuigilat, vt coram Deo rationabile ſit obſequium noſtrum, & vtrimque proficiat oblationis huius hoſtia ſalutaris. Sed & ad veſtræ ſanctitatis occurſum nuper aſcendere proponenti factus eſt mihi leo in viâ, ceraſtes in ſemitâ: duræ ſubitationis acceſſus. Audiui & conturbatus eſt venter meus, à voce contremuerunt labia mea, confuſi ſunt ſenſus, & ſtatus mentis emarcuit: quia tam repente ſublata eſt de medio columna ſublimis, ſummi artificis manu potenter expreſſa ſigno ſanctitatis, gloriæ & honoris. Receſſit Paſtor bonus, decus ordinis, pietatis exemplum, diſciplinæ ſator, religionis ornatus, domicilium virtutum, conſilium pacis, rectitudinis via, metator vtilitatis publicæ: pauperum *c* ſolutor, & arbiter æquitatis. Cuius vberem ſapientiam, cuius induſtriam celebrem, monaſterij ſtatus in cultu iuſtitiæ coram Deo, & in conſpectu hominum pleniùs ædificia præclara teſtantur. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum; vt plangam non cæſos gladio filios populi mei, ſed Patris communis exceſſum, diſſidium triſte prædulcis amici, lamentabilem publicæ deſolationis ærumnam. Articulus nobis huius neceſſitatis impingitur, vt lacrymas funebribus dependamus obſequiis: lacrymabile nihil eſt illi, qui palcâ carnis exutus, feliciter in horreum cæleſte demigrat. Cuius etſi careamus iocundâ præſentiâ, recondere tamen debemus in theſauro memoriæ de illo quid *d* miremur: quid dulce ſit imitari, quid aliis proponere gratioſum. D

Luget Hugonem Abbatē mortuum:

e

b

c

d

5 Benedicta gloria Domini de loco ſuo, quæ in tanti luminis occaſu, locum veſtrum vendicauit à tenebris, diuiſionum turbines in tantâ turbatione compeſcuit: & conſolationis piæ gratiam retulit poſt dolorem. Gaude Paſtor, in electi gregis vnitate laudabili, fideli conſtantiâ gratiâ ſingulari. Gaude in proiectibus ordinis & exercitio diſciplinæ, gaude in cultu iuſtitiæ & operibus ſanctitatis. Gaude ſacer conuentus de noui ſubrogatione Paſtoris, qui non per cancellos Simonis, vel cuniculos falſitatum, tamquàm mercenarius introiuit: ſed veſtrâ famulante concordiâ vocatus à Domino tamquàm Aaron, Petri miniſter & Amandi ſucceſſor effectus eſt. Quem firmum cum Petro, & amabilem cum Amando deſidero feliciter inueniri. Cuius ætatem ſi quis minùs ſincerè iudicat vel oneri diſpatem, vel honori; audiat Apoſtolum Timotheo dicentem: Adoleſcentiam tuam nemo contemnat. Legat & intelligat quia Ieremias ad prædicandum puer vocatus eſt, Daniel puer contra ſenes impudicos, in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris diſtrictè & humiliter erectus eſt. Circa id ætatis Dauid à Domino electus eſt & vnctus in Regem, Ioannes Euangeliſta in Apoſtolatus ordinem ſublimatus. Vtilior eſt multoque probabilior adoleſcentia cum moribus ſenectutis, quàm ſenectus annoſa iuuentutis implicita luſibus & obnoxia leuitati. Cani enim ſunt ſenſus hominis, & ſenectus vtilis vita immaculata. Gratulamur in Domino, Fratres, quod ſic vniti eſtis fœdere ſpirituali, vt & caritatis veſtræ zelus in alterutrum ferueat, honeſtatis lumen præferens & pietatis exemplum. E

gaude: Ioannem ei ſuffectū.

cuius iuuenilem ætatem excuſat. 1. Tim. 4. 12. Ierem. 1. 6 Dani 13. 45 1. Reg. 16.

6 Et ecce ad manum eſt quod quæſiſtis; quod iuſſiſtis, implerum eſt; quod mandaſtis, exhibitum. Non quidem, vt decuit, exaratum eſt, nec vt Patroni tanti reuerentia vel materiæ dignitas exigebat; ſed vt pauperis ingenij tenuitas, & occupatio multiplex indulſerunt. Et nunc os meum patet ad vos, cor meum dilatatur ad vos; ſed præſentiam meam vobis inuidet neceſſitatum mearum fœcunda progenies, quæ ſic me trahit & diſtrahit, vt non quod volo, hoc faciam, ſed plerumque, quod odi, cogar exoluere. Communis filius noſter Frater Albertus, vice noſtrâ, quod caritati veſtræ dirigimus, exhibebit. Benè valete ſemper in Domino, & orate pro nobis. *e*

Acta S. Amandi mittit à ſe conſcripta.

e

a *Ioannes II, Abbas XLIII, anteà Supprior eiuſdem monaſterij, poſt annos 14 coactus Atrebati præſente Guilielmo Archiepiſcopo Remenſi ſeſe abdicare; ſucceſſorem habuit Euſtachium Blandinienſis Eccleſiæ Theſaurarium, virum egregium.*

F *Ioannes II & Euſtachius Abbates Elnon.*

b *Ita MS. codex. alter* fructicare. *excuſa,* fructicarum.

c *MS.* ſolator. d *Ita MSS. Aſt excuſa,* meremur.

e *Hic indiculus Capitulorum adiunctus erat in MSS. & excuſis. Ea in margine indicamus. Vitam autem more noſtro in capita longiuſcula diſtinximus. Ipſorum tamen capitulorum hic breuiaria adnotamus.*

1 DE natiuitate & inſtitutione beati Amandi.
2 De conuerſione eius.
3 De dracone.
4 Qualiter voluit eum pater reuocare à conuerſione.
5 De peregrinatione viri Dei.
6 De reclusione eius apud Bituricas.
7 De itinere Romano.
8 De iniuriâ viro Dei ab ædituo illatâ.
9 De apparitione & ſolatio beati Petri Apoſtoli.
10 De ordinatione viri Dei in opus prædicationis.
11 De conſolidatâ menſâ altaris, quæ per incuriam fracta erat.
12 De inſtantiâ prædicationis.
13 De ſecundâ peregrinatione ad Vrbem.
14 De puero liberato à dæmone.
15 De piſce & tempeſtate.
16 De ſecundâ apparitione beati Petri Apoſtoli & ſedatâ tempeſtate.
17 De profectione viri Dei ad Gandauos.
18 De duritiâ Gandauorum & conſtantiâ viri Dei.
19 De effectu prædicationis.
20 De reſuſcitatione mortui apud Tornacum.
21 De fructu gratiæ ſequente miraculum.
22 De colloquio beati Giſleni & conuerſione Vincentij.

23 De

A 23 De beatâ Aldegunde.
24 De beatâ Rictrude & filio eius Mauronto.
25 De prædicatione Sclauis factâ.
26 De excessu Dagoberti Regis, & exilio viri sancti propter correptionem eius.
27 De renouatione viri sancti.
28 De infante cuius linguam Dominus aperuit in verbo præsignationis.
29 De electione beati viri in Traiectensi Ecclesiâ.
30 De malâ conuersatione Clericorum.
31 De morte Regis Dagoberti, & de missâ legatione ad Vrbem ad beatum Martinum Papam.
32 Epistola Martini Papæ ad beatum Amandum.
33 De recessu beati Amandi à Traiecto.
34 De conuersione beatæ Ittæ.
35 De fil à eius sanctâ Gertrude.
36 De aduentu sancti Amandi ad monasterium beati Gisleni, de miraculo piscis.
37 De contemptoribus prædicationis viri Dei, qui pestilentiâ graui mulctati sunt.
38 De blasphemo correpto à dæmone.
39 De cæco illuminato.
40 Quomodò vir sanctus ortâ tempestate manus euasit apparitorum.
41 Quomodò Rex Hildericus dedit viro Dei Barisiacum.
42 De muliere cœcâ illuminatâ.
B 43 De tertiâ peregrinatione ad Vrbem.
44 De ædificatione Elnonensis monasterij.
45 Qualiter sanctus Humbertus ab Vrbe rediens venit Elnonem ad sanctum Amandum.
46 De Præposito Elnonensis monasterij propter inobedientiam percussо & sanato.
47 Qualiter Blandinienses monachi elegerunt sanctum Amandum post mortem beati Floreberti.
48 Qualiter Elnonensi monasterio beatus Amandus præfecit sanctum Andream discipulum suum Abbatem Barisiaci.
49 De testamento quod fecit ante transitum.
50 Petitio seu adiuratio sancti Amandi de corpore suo.
51 De transitu eius & sepulturâ.
52 Visio beatæ Aldegundis virginis de transitu sancti Amandi.

CAPVT I

S. Amandi ortus, pueritia, vita monastica.

CAP. I. *S. Amandus genere nobilis,*

7 GLoriosus igitur Christi Confessor Amandus, fide claris & sanguine parentibus ortus, natalium dignitatem vitæ meritis illustrauit: Pater eius Serenus, mater Amantia, nuncupatione tam celebri sobolis sanctæ nomen & gloriam felici denuntiauere præsagio. Herbatilicus loco nomen est: qui titulo natiuitatis insignis, sicut ab Oceano non plurimùm distat, sic Aquitanicæ collimitat regioni. Agente itaque circa susceptum filium paternæ circumspectionis industriâ, præceptoris diligentiæ sacris traditur litteris imbuendus:
C vt ætatis primæuæ rudimenta prima, liberalium studiorum cultus insignis erigeret: & doctrinam gratiâ condiente, ab vberibus sapientiæ, diuinæ legis sugeret intellectum. Iam in id temporis rutilabant in puero futuræ sanctitatis insignia: & secuturi fructus vbertatem lucidi floris circumferebat aspectus. Etenim manus Domini erat cum illo; cuius operante potentiâ tanquàm vitulus nouellus promouendus ad aratrum, cornua producebat & vngulas: quibus antiqui hostis calcaret immunditiam, malitiam ventilaret. Vigebat in eo cælestis exercitium disciplinæ, & in castris mens deuota certatura regalibus, ignem & gladium ad victimam deferebat. Erat sermo fidelis, fides affectuosa, affectio sincera, sinceritas firma, firmitas constans, constantia perseuerans, perseuerantia non aberrans. Agebat sanè quemdam senectutis ornatæ moribus castigati operis cælibatum; & in fragili corpore virilis animus & consilia matura conuenerunt. Et, quia semper vanitatem reprimit æstimatio veritatis: &, vbi spiritus Domini, ibi libertas; in libertatem gloriæ Filiorum Dei reformari pius animus affectabat. Iamque salutis partus, quem à timore Domini mens sancta conceperat, in lucem gestiebat erumpere: & ad fugam seculi fidelis præsuspirabat affectus.

signa sanctitatis futuræ ostendit:

seculum deserere statuit:

8 Sacro igitur animum stimulante desiderio, relictis parentibus & domo paternâ, in Ogiam insulam, quæ ab Oceani littore quadraginta ferme millibus distat, secundâ nauigatione deuehitur. Ibi Deo seruientium Fratrum iocundâ deuotione susceptus, conceptæ propositionis arcanum celebri concludit effectu: & mundi gloriam cælestis philosophiæ conterit argumento. Abdicat generis claritatem, vt abiectus viuat in domo Dei; carnis fugit illecebras, abiicit præstigia vanitatis: renuntiat infulis dignitatum, ponit modum cupiditatibus, curiositati metas affigit: indicit vitiis bellum, famulatum virtuti prærogat, & corde non ficto viam veritatis insumit. Pauperem Christum pauper factus insequitur, & regularis disciplinæ cultum totâ sedulitate nouus cœnobita complectitur. Pascitur ieiuniis, vigiliis recreatur: laboribus hilarescit, oratione respirat, lectionum ferculis saginatur. Vincit occupationibus tædia, fastidium varietate detergit, ornat meditatione silentium, motus stabilitate componit, Fratrum studiis delectatur, imitatione proficit, ignescit exemplis, adhortationibus informatur. Iustitiæ viam caritatis illustrat obsequiis, & operis gratiam salubris obedientiæ decorat ornamento. Stupet Fratrum fidelis vniuersitas, in ætate tam fragili tantæ perE fectionis ornatum, & tamquàm noui sideris miratur exortum: ac de tanti commilitio bellatoris apud eos in conspectu Domini gratiarum resonat actio, & vox laudis.

Auerò. ex Pitt. LIPPO ABBATE, ex MSS. D CAP. II *fugit in monasterium insula Ogiæ: sanctè obseruat institutum monasticum,*

9 Solet profectibus alienis tabescere mordax inuidia, & iniquitatis est proprium, non sereno vultu processus innocentiæ contemplari. Videt peccator & irascitur, fremit dentibus & tabescit: & ad gloriam sanctitatis turbidâ indignatione confunditur. Reparat antiquæ fraudis insidias, & per familiare sibi organum, radiantem noui luminis flammam, vel extinguere nititur, vel turbare. Agebat absque arbitris iter solitarium puer sanctus aliquando per insulam, præsidentium citatus edicto: nec detrectabat obsequium, quo gratiam mereretur. Ibat igitur sibi totus incumbens, & cælestia merite contrectans, ante altare aureum, quod est in conspectu Dei, piæ deuotionis adolebat incensum. Constituebat diem solennem in cordensis vsque ad cornu altaris: de mensâ propositionis epulabatur exultans, & delectabatur in lætitiâ. Fit plerumque iocunda quies, origo discriminis: & exortâ est de messe gaudiorum, planta tristitiæ. Liuoris exagitatus aculeis, humani generis affuit inimicus: eamdem formam referens eamdemque naturam, quâ protoplastis intulit plagam mortis; & sponsionis fraudulentæ fractos illecebrâ, iugo miseræ captiuitatis addixit. Subitò namque serpens immanis corpore, formâ terribilis, horrendus F aspectu, sese sacris iniecit obtutibus: & mentis sabbatum transtulit in stuporem. Facilè rudes animos improuisa concutiunt, & animi statum leuiter repentina subuertit accessio. Ad occursum monstri puer Domini timore corripitur, sollicitatur angustiâ, trepidatione confunditur, fugam meditatur anxius, sed draconis horret instantiam; nec apud eum constat, fugitare sit; an restare securius.

CAP. III

solus ambulans per insulam,

obuio serpente territus:

10 Respectus Domini semper est in electos, nec derelinquit Sanctos suos in die malorum, & in tempore superborum sine adiutorio. Reparat subitò Diuina miseratio fluctuantem, trepidum reficit: & æstuantis animi motus confidentiæ subleuat in profectum. Conuersus igitur ad cor, in feruorem pristinum recalescit. Spei lætioris armamenta recolligit: & felicis insignie victoriæ de promptuario diuinæ pietatis expectat. Itaque solo prostratus, de priori quidem turbatione compungitur, de visitatione gratias agit: pro subuentione breuis & efficax ad thronum gratiæ deriuatur oratio. Auditur in excelso clamor eius: & de cælesti propitiatorio munus exauditionis in auxilium reportatur. Illicò surgit intrepidus, & in hostem fidei signo Crucis edito,

fiduciâ in Deum confirmatus,

signo Crucis eum fugat.

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

edito, pòtenti verborum virtute imperat vt à finibus
A insulæ malitia draconis emigret; nec se deinceps damnis afferat incolarũ. Velut *a* baleari percussa tormento, potentis imperij virtute virtus serpentis eliditur: submisso capite confusus abscedit; nec edicto recalcitrat imperantis. Vincitur in serpente diabolus, & induitur tamquàm diploide confusione suâ: pro ingesto timore recipit doloris anxietatisque manipulos, &, quò videtur ætas victoris infirmior, eò grauiori pulsatur insaniâ: turbatur vehementiùs, & ampliùs erubescit.

a

CAP. IV

11 Non capit infrunitus animus de præteritis coniecturam: iugiterque tabernacula calumniæ procax irreuerentia confrequentat. Quem frangere terrore non potuit, tentat aduersarius eneruare blanditiis: & à sancto nititur reuocare proposito *b* captiosæ satellitio pietatis. Ad vilitandum eum cor patris euerberat: iam tepentes in eo recidiuat affectus. Nouis suggestionibus antiqua suscitat desideria: *c* nouumque generat in animo genitoris ardorem. His aspersa tenebris mens Sereni patris deficit à sereno: tam dulci pignore carere non sustinet: & quasi post cineres sepulchri, viuente se filio credit orbatum. Proinde respectu diuini timoris abiecto, disponit à monasterio diuellere, quem paternæ auctoritatis votiua non assignârat oblatio: & in
B ius hæreditatis contemptæ reuocare deliberat profugum successorem. Enauigato igitur mari descendit in insulam, veniens in monasterium gratanter excipitur: consalutatisque Fratribus, à Priore loci colloquium filij postulat & meretur. Quo in partem secretiùs euocato, post dulcia oscula, sermonesque promiscuos de abiiciendo sacræ religionis accinctu, de reditu in patriam, de repetendâ hæreditate, consilia matura procedunt, & persuasio seria subinfertur. Proponitur paternæ titulus orbitatis, teneritudinis maternæ continuus & anxius dolor, nobilitatis iniuria, contribulium querimonia frequens, generalis commanentium de reuersione voluntas.

b

c parentis eũ inde abstrahere conantis,

12 Velut auræ tenuis sibilus à puero Domini reputantur hæc omnia, reiiciuntur paternæ preces, respuuntur blanditiæ, consilia prædamnantur. Indignationis nubem Serenus induit non serenam: contumescit animo, & in iram totus attollitur, minas congerit ad terrorem, nec contemptum suum valet æquanimiter sustinere. Tactus itaque dolore cordis intrinsecùs, abdicat filium, successionis iura conuellit: & exhæredationis indicit *d* elogium. Ille in altâ mentis speculâ constitutus, mundo altior, quasi nihilum & inane ducit hæc omnia: vultuque ac mente immobilis, blandientem pariter ac minantem despicit patrem: sic tamen vt non reuerentiæ iura confundat, nec pietatis infringat officium. Moderationis nempe retinens internæ temperiem, disponit sermones suos in iudicio; Tibi sit,
C inquiens, pater, hæreditas tua: Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, ipse est qui restituet hæreditatem meam mihi. Dignior est cælestis generatio quàm terrena. Mortali patri, patrem præferre condecet immortalem. Spe frustratus pater, ad hanc vocem turbatus egreditur, profligatâ operâ vacuus cedit & refertur ad propria. Hoc iam secundò mirificauit Dominus Sanctum suum, timentem se glorificans: & in conspectu eius ad nihilum deducta est impostoris antiqui maligna peruersitas.

respuit blanditias, minas,

d

hæreditatem:

CAP. V

13 Non est turpe cum re mutare consilia: nec improbabile causis vrgentibus adhibere consensum. Motus, vt creditur, hoc impulsu seruus Domini, peregrinari disposuit: vt, & laboris instantiâ castigatio carnis assumpta præstanter augesceret, & similes in reliquum vitaret incursus. Sicut enim fugienda sunt cum suis vitia caussis, sic declinanda est ingestæ tentationis occasio. Ad malum namque faciliùs necessitudinum carnalium motus, quàm gladiorum terror aut sæuitia potestatis inclinat: & humana natura sequi, quàm trahi solet semper esse paratior. Igitur ad vrbem Turonicam votiuæ peregrinationis primi deriuantur incessus: vt beati Martini patrociniis sic destinata dirigatur intentio, & Sanctorum suffragiis opus promoueatur inceptum. Ad sepulchrum sanè glorioſi Confessoris in spiritu humilitatis accedens, inter deuotos sacræ confessionis ascensus, hoc specialiter sibi Patris sancti meritis apud Deum postulat obtineri, vt omnis sibi in reliquum redeundi in patriam præcludatur accessus, occasio præcidatur. Quia, sicut non est tutum vicino serpente dormire; sic inter notos & affines secularibus deditos, non est secura conuersatio profitentibus pietatem. Aliquantisper in loco eodem demoratus, primitias capitis obtulit Deo, regalis sacerdotij susceptens signum, & ecclesiasticâ tonsurâ initiatus in clerum.

D *Turones peregrinatur, ad sepulchrum S. Martini.*

in Clerum assumitur;

14 Petitâ postmodùm à Fratribus loci benedictione progreditur, & iter repetit interciſum. Inde Bituricas, Domino ducente, peruenit: & ad vrbis Antistitem hospitandi gratiâ declinauit. Eo tempore præsidebat ecclesiæ vir vitæ venerabilis beatus Pater Austrigisilus, cuius ornabat celebri sanctitate collegium Sulpitius archidiaconij Confessor insignis, vitæ merito & morum gratiâ post sanctum virum Pontifex mox futurus. Hi venientem ad se feruum Dei debito susceperunt humanitatis officio: & ex beneuolentiâ caritatis, congrua necessitati subsidia ministrarunt.

it Bituricas,

vbi à SS. Austregisilo & Sulpitio Pio excipitur:

E

CAP. VI

15 Agebat pubertatis annos Beatus Amandus, in adolescentiæ flore primæuo, feruorem spiritus ab ætatis feruore non diuidens: vt caperet virtus animi cum corpore pariter incrementum; & in azymis sinceritatis & veritatis deuotam consecraret Domino iuuentutem. Intellexit hic vir Deo plenus, sibi secretiùs aliquid exequendum: quò arctiori custodiâ, promptiori studio, vigilantiâ puriori, rudes ætatis lubricæ motus, & genuinos carnis impetus subneruaret. Ad æterna namque tendentibus circa motus domesticos seueræ castigationis est adhibenda censura: ne miserè seruiat animus, qui nobiliter debuit imperare. Desiderio desiderabat hoc pascha cum perfectis edere vir electus, & de hoste victoriam, conflictu quærere singulari; iuxta verbum Sapientis quo dicitur: Beatus homo cùm portauerit iugum Domini ab adolescentiâ suâ, sedebit solitarius & tacebit, & leuabit se super se. Successus congruos sancta facilè sortitur intentio: & vix affectum possibilitas deserit, quem pietatis studia suscitarunt. Ad petitionem eius, à viris misericordiæ, sancto Pontifice & fideli Archidiacono, supra murum ciuitatis instantiâ celeri cella construitur, vbi felici peregrinationis genere, peregrinus à mundo, peregrinus à
F carne, peregrinus à sensibus, & contubernio vanitatum, soli Deo liberiùs adhæreret, vacaret ardentiùs, fideliùs obsequeretur, fructuosiùs militaret. In hoc voluntariæ necessitatis ergastulum, vir Dei caritatis compede vinctus ingreditur, contra vitia carnis ac spiritus, contra mundi gloriam, contra spiritales nequitias circumspectione modestâ & humili pugnaturus.

carnẽ spiritui subiecturus.

Thren. 3. 27. & 28

cella inclusus dicitur:

16 Fit pugnanti cilicium vestis, hordeaceus panis edulium, potus vnda communis: reclinatorium terra vilibus constrata segmentis. Fit abstinentia iugis, vigiliæ frequentes, indefessa oratio, fidele silentium, meditatio sacræ legis assidua, efficax diuinæ studium lectionis. Sicque libratur occupatio multiplex, vt non inueniret otiositas inimica progressum, & hosti callido deesset accessus, & clauso aforis ostio, diuina custodia contra turbines externos intra arcam sapientiæ, iustum seruaret absconditum. Sic annis ferè quindecim viro Dei viuitur, & in talibus vita spiritus eius virtutum ducens ab æternâ vite propagines, & de stillicidiis gratiæ germinans sanctitatem, post affectati carceris labores egregios, post conflictationis eximiæ fideles excubias, post assiduos macerati corporis cruciatus, ætatis incessibus potenter edomitis, tractu temporis, quem diximus, euoluto, votiuæ peregrinationis recrudescit affectus: & ad iter primò dispositum, propositi prioris memoriâ non segnis erigitur.

corpus affligit:

diuina cõtemplatur.

annos 15.

a *Ita*

A a *Ita MSS. alij excusa*, grauiori. b *MSS.* cautiosa.
c *Excusa*, nonnumquàm. d *In altero MS.* eloquium.

CAPVT II

S. Amandi primum iter Romanum. Verbum Dei prædicatum.

CAP. VII 17 DEscritur solitaria mansio, secreti dulcis negotiosa otia laxantur in publicum: conuersationis occultæ latebra, sub aspectum solis educitur. Non hîc tamen vsum leuitate credimus seruum Dei, vel absque familiari processisse mandato, quod paginæ cordis calamus scribæ velociter scribentis impresserat. Spiritualis quidem omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur, & cum Sanctorum semper imitanda sit virtus, non tamen semper imitabilis actus: & eorum pleraque opera non viuendi formam, sed priuilegium diuini muneris eloquuntur, in quo sunt admirationi tradita, non exemplo. Mirari liceat super hoc Dei seruum, non libeat imitari: quia non in generale transit edictum priuata concessio: nec in omnes diffunditur gratia specialis. Spiritus enim sanctus non vbique, sed vbi vult, spirat, & vocem virtutis prærogat voci suæ: vt, qui docetur interiùs, audiat, quid loquatur: & à mandatis intelligat, semitas eligens veritatis. Taliter, vt dignum est credi, vir sanctus, vno tantùm comite contentus, egreditur: & aggreditur viam, quam, Spiritu sancto dictante, conceperat, spiritalis emolumento

Spiritu Dei incitatus, cellam deserit:

B gratiæ munerandus. Emensoque itinere, post Alpium horridam & arduam viam, post anfractuosos & lubricos vertices Appennini, post naufragosos & difficiles fluminum commeatus, Apostolici culminis Vrbem iocundâ peruentione lætus ingreditur. Ibi ad B. Petri confessionem, cum lacrymis & oratione reuerenter affusus, obsecrationibus sacris mente deuotus indulget, ad reliquum vitæ tempus & ordinem postulat profutura, pietati diuinæ totus innititur, & in iubilo cordis de subuentione gratuitâ gratiarum replicat actionem. Inde ad memorias Martyrum & Sanctorum *a* titulos auiditate sedulâ circumfertur, & eorum suffragiis operi suo fructum à Patre luminum flagitat assignari.

Romam pernenit:

sacra loca inuisit:

a

CAP. VIII 18 Sicut studet exequi iustitia, quod suum est; sic à ferali proposito liuor improbus non recedit. Iustorum namque semitas obsidet sathanæ malitia peruicax, & insidiando circumuolat: vt conuertat studia pietatis in scandalum. Reuersus erat in vnâ dierum B. Amandus, sicut consueuerat à visitationis sacræ votiuo circuitu, vt in B. Petri basilicâ consummaretur dies, & continuaretur oratio. Cumque post vespertinam synaxim, recedentibus aliis, vellet ibi solus huius rei gratiâ demorari; affuit ex ædituis vnus, loca sancta per-

pernoctare volens in oratione,

C scrutans in ordine vicis suæ, ne quid accideret, quod seruitutis suæ turbaret obsequium. Hic cùm non agnitum sibi Dei seruum in loco abdito reperisset; repentino turbatus impulsu, minùs ciuiliter attrectatum, non sine verbis contumeliæ, violenter à templi ambitu & irreuerenter extrusit. Ille intra patientiæ claustra se continens, in spiritu mansuetudinis portat iniuriam, calumnias despicit, molestiæ reluctatur. Non recedit ab opere sanctitatis excitatus opprobriis; sed in hymnis, & psalmis, & canticis spiritualibus, cordis & vocis ministerio consonante, seruitutis suæ pensum Domino cum omni humilitate dependit. Retunditur & hic antiquus illusor, & illuditur ei iudicio veritatis: quia reportat humilitas allisa solatium, & in desiderio cordis sui fraudulenta non requiescit impietas.

à templo pellitur.

Idq; patienter fert.

CAP. IX 19 Cum ergo sic exclusus, in gradibus ascensionis pro foribus ecclesiæ resideret; post orationis cursum, post pietatis lacrymas, & amoris intimi sancta suspiria, subitò raptus, in excessu mentis B. Petrum videt propter assistere, aspectu læto, serenâ facie, claritatis habitu renitentem. Hic post visitationis piæ munus exhi-

S. Petro iubente.

bitum, post communionem suauis alloquij, post familiaritatis sanctæ lene solatium, reflectendum denuntiat iter in Gallias; vt in agro Domini laboret attentiùs, & super messem, quæ multa succreuerat, promptus minister inuigilet. Ille cælesti certificatus oraculo, & Apostolicæ vocis roboratus hortatu, viam conuertit in Gallias: & quod à mandatis intelligat, opere protestatur.

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

D *in Gallias reuertitur:*

CAP. X 20 Regnabat in Galliis eâ tempestate *b* Lotharius, vir strenuus in rebus bellicis, non minor virtute quàm gloriâ, & Christianæ fidei propugnator insignis. Hic quartus à Clodoueo (quem *c* B. Remigij constat ministerio baptizatum) præferebat in potestate clementiam, morum titulos in eminentiâ dignitatis, in abundanti rerum prosperitate gratiam mansuetudinis exigebat. Colebat in reuerentiâ Pastores Ecclesiæ, donariis frequentibus & prædiis ornabat Ecclesias: & regni gloriam continuis propagabat augmentis. Ad eum cùm beati viri celebris emanasset opinio, glorioso viris *d* Audoëno & Eligio non segniter adnitentibus, qui inter aulicos Principes adhuc in seculari habitu non mediocriter eminebant, euocatur ad Regem: & Pontificali auctoritate præmissâ, voluntate Principis, & Magnatorum probante consensu, in officium prædicationis ordinatur Episcopus, sicut mos illius temporis exigebat, & ad disseminandas in Gentibus euangelicas sanctiones, ad propalandum Christi nomen incredulis, ad ponenda fidei fundamenta, cùm omnium fauore & gratiâ destinatur.

b sub Chlothario II.

c

d clarantibus SS. Audoëno & Eligio, Episcopus ordinatur:

E *verbum Dei prædicat:*

21 Vir sanctus impositum suscipiens reuerenter officium, studet opus Euangelistæ diligenter implere: studet omnibus verbo proficere, pariter & exemplo: studet ad lucra spiritualia talentum sibi creditum fideliter erogare: studet annonam fidei, fidem nescientibus dispensare cum gratiâ: & ab idolorum cultibus ad veritatis viam reuocare satagit aberrantes. Et, quia redemptionis æternæ gratiam prædicat, captiuorum redemptioni miseranter insistit: vt in eis mundanæ pariter & diabolicæ iugum seruitutis absoluat, & prædicationi sanctæ pondus & gratiam conferat æstimatio pietatis. Si quos autem infra pueritiæ terminos redemptioni casus assignat, purificatos vndâ baptismatis, studiis applicat litterarum, ne confundat indisciplinatio renascentes, vel obruat ignorantia promouendos. Ex his postea nonnulli, beati Patris adnitente subsidio, facti sunt veritatis assertores egregij, Sacerdotes electi, Doctores Ecclesiarum, & prælati monasteriis sancti vitæ monasticæ professores.

captiuos redimit,

eos quos educat in viros præclaros:

CAP. XI 22 Dum commerciis talibus vir beatus ordinationis suæ coronat initia, ab illustri viro, quem suprà memorauimus, Audoëno ad consecrationem monasterij, quod iussu prædicti *e* Regis instruxerat, inuitatur. Vocatur *f* B. Faro Meldensis Episcopus, & ad opus destinatum cum B. *g* Agilo fideli operâ consummandum diligentiùs elaborat. Cumque omnibus ritè peractis ad altaris consecrationem sancti Pontifices accessissent; inæquali positione locatum superpositum marmor apparuit: differunt ad horam sancta mysteria, correctionem parant inæqualitatis inuentæ; & ad reformandum mensæ decliuis statum vigiliter intendunt. Quam loco motam sancti viri dum sustentarent manibus, & inconsideratiùs attrectarent; defluxit in terram subitò marmor elapsum, & allisum vehementiùs in duas partes subitâ diuisione dissiliit. Turbati & conterriti venerabiles viri, non mediocriter contristantur, & casus vrgentis incommodum verbis cæremoniæ prosequuntur. Tunc B. Amandus cum Beatis Farone, & Agilo, spe de Domini pietate præsumptâ, cum lacrymis in orationem procumbunt: & affectu penetrante cælestia, solatium tristis incommodi, de Patris æterni clementiâ præstolantur. Surgentesque ab oratione, signo super lapide viuificæ Crucis emisso, *h* reconsolidatum memor, in integritatem pristini tenoris aspiciunt;

e

f

g

F *in consecratione altaris*

marmor lapsu fractum

signo Crucis redintegrat.

h

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

ciunt; ſed ad ſignum virtutis, ſignique memoriam, virgula ſubtilis in medio loco ſciſſuræ, tamquam lineare diſcrimen apparuit. Fit de diuino munere ſolennis gratulatio, conſecrationis opus in gaudio conſummatur, & aguntur vberes gratiæ tam celebris miſericordiæ
A Præſtitori. Audoënus igitur vir illuſtris, ne tam dignum opus, vel vetuſtas abſumeret, vel occultaret obliuio, prædictum marmor litteris iuſſit eminentibus inſigniri, certo ſenſu continentibus, altare præſens B. Amandi fuiſſe miniſterio conſecratum. Locum præterea *i* Ieruſalem præcipiunt ſancti Patres ab incolis
i appellari, propter crebras reuelationum ſpiritualium viſiones, & aſſidua miraculorum beneficia, quæ dignabatur in ſeruis ſuis diuina pietas ibidem multipliciter operari.

CAP. XII 23 Inde, ne quid à titulo gloriæ, ne quid à cumulo mercedis excideret; ad loca remotiora, & irretitas idolorum cultibus Gentes, dilectus Deo & hominibus
Gentibus prædicat verbũ Dei. B. Amandus egreditur, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi Domini in remiſſionem peccatorum eorum: vt lumen Chriſti ſplenderet in tenebris, & notum fieret ſalutare Domini, & reuelaretur infidelibus iuſtitiæ cultus, & gratia veritatis. Hic labor, hoc ſtudium viri Dei, huic operi diebus inſiſtit & noctibus, & lucris ſpiritualibus ampliatur, Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

a *Edita*, tumulos.

B b *Hic eſt Chlotharius* II, *cui anno* 628 *mortuo ſucceſſit filius Dagobertus, ac ſub hoc ſequentia potiùs peracta.*

c *Quartus à Chlodoueo* I *non ordine regendi, ſed naſcendi, habuit enim eum proauum, Chlotharium* I *auum, & Chilpericum patrem.*

d *Colitur* 1 *Octobris. De eius ætate & baptiſmo Chlodouei egimus hoc die ad Vitam S. Vedaſti; vti & de baptiſmo Regis* 5 *Februarij in Vitâ S. Auiti Epiſc. Viennenſis.*

e *Imò à Dagoberto Rege poſt obitum Chlotharij, petiuit S. Audoënus & impetrauit locum, extruxitq; monaſterium, vt conſtat ex Vitâ S. Agili primi Resbacenſis Abbatis* 30 *Auguſti cap.* 11 *&* 12.

f *Colitur S. Faro* 28 *Octob.*

g *In altero MS.* Agaſilo, *minùs rectè.*

h *Idem miraculum in Actis S. Agili cap.* 15, *& S. Faronis narratur, & in vtriſque* S. Amandus *adfuiſſe dicitur.*

i *Aimoinus lib.* 4 *hiſt. Franc. cap.* 41 *ſcribit*, B. Audoënum fabricaſſe monaſterium intra Brigenſem ſaltum, quod Hieruſalem quidem eſt nominatum, ſed à fluuiolo, ſuper quem eſt ſitum, Resbacenſe dici cœnobium.

CAPVT III

S. Amandi ſecundum iter Romanum. Gandenſes aliique inſtructi.

CAP. XIII 24 NVmquàm de ſe vera præſumit humilitas, &
C quò altiùs in arcem virtutis euehitur, cò arctiùs ſua in ſe excrementa recolligit, & his exiſtimat ſe minorem, quorum dicitur æſtimatione ſublimior. Poterat ſufficere viro Dei cæleſtis auctoritas, & Apoſtoli Petri fidelis indictio: quo mandante, prædicationis
Romam redit: onus opuſque ſuſceperat. Sed ne præſumptionis notam liuoris ei genius infligeret, ſi abſque Vicario Chriſti, Chriſtum euangelizaret in Gentibus, iterato Ro-
Papæ votum prædicationis aperit: mam tendit itinere: & apud ſummum Pontificem, laboris & intentionis ſuæ ſummam, cum ſubiectionis humilitate depromit, cordis affectum verbo ſcintillante proſequitur: & ſancti deſiderij flammam, ſummi Patris ingerit ſanctitati. Dominicæ meſſis opulentiam docet operariis indigere, & ſubuentione paternâ ſuam
laudatur: poſtulat indigentiam ſubleuari. Deo dignus Antiſtes, viri Dei miratur zelum, probat induſtriam, doctrinam commendat, propoſitum veneratur, laudat inſtantiam, labores extollit, compatitur periculis, profectibus delectatur. Ad ſupplementum igitur conſortij vel laboris, probabiles & induſtrios viros, *a* Landoaldum Archipresbyterum, & Amantium Leuitam, ſegregatos in
ſocios impetrat: *a*

opus miniſterij ſancti, cum aliis quorum nomina non D
tenemus, auctoritate Apoſtolicâ cum B. Amando delegat in Gallias. Ille voti compos, cum benedictione Patris ab Vrbe digrediens, Centumcellis ſubuectione nauticâ deportatur, ſpe magna concipit & fidelis collegij plenitudine gloriatur.

25 Lætis ſemper imminet tranſgreſſor antiquus; CAP. XIV
& aſpergine fæculentâ maculare nititur gaudia beatorum. Orationi circa veſperam more ſolito vir Domini ſecretiùs incumbebat; cùm ſubitò malignus ſpiritus, *puerum à* vnum de pueris arreptum, concuſſione validâ trahebat *dæmone* in pelagus ſuffocandum. Ille timore noctis & hoſtis *ſubmergendum* horrore circumdatus, ſtridore tetribili, quoad poterat, Chriſti nomen frequentiùs inclamabat, Chriſti flebiliter implorabat auxilium, Chriſto ſe fideliter commendabat. Inſultatoriè *b* peruaſor iniquus clamanti reſpon- *b*
dit: Quis eſſet hic Chriſtus, cui ſe tam ſedulò commendaret? Quo tacente, ad hanc vocem vir beatus infremuit, & clamore valido puero ſubintulit dicens: Reſponde fili: Chriſtus qui natus eſt de Virgine, qui *confeſſione* pro nobis paſſus eſt, & reſurrexit à mortuis. Ad vocem *Chriſti liberat.* confeſſionis dæmon confuſus euanuit, & merito ſanctitatis puer ab imminenti naufragio liberatur.

26 Aſcensâ dehinc naue, Thyrreni legit æquoris CAP. XV
plagas, & ſinuoſos littorum prætercurrit anfractus. Cumque ſecum in naui reſidentibus, vt moris habebat, tamquàm pincerna cæleſtis, diuini verbi nectar in- E
funderet, improuisò piſcis magnus occurſu nauigantium ſe conſpectibus intulit, & vicinis incurſibus naui cœpit inſiſtere. Quem gnara piſcandi turba diligentiùs intuens, verſationis æquoreæ circumuoluit & extulit armamentis. Læta igitur diuino muneri gratias a- *inter epulas hauſtarum.*
git: & in commune de tam ſolenni prædâ, refectionis ſubſidia præparantur. Epulantur & gaudent, & ducunt in lætitiâ diem feſtum, iocundi ſucceſſus grata ſtipendia celebrantes. Incerta ſui eſt ſemper mortalis infirmitas, & ſicut cauſſas, ſic rerum minimè comprehendit euentus. Inter epulas & verba lætitiæ, ſubitò facies maris inhorruit, cælum triſte ſole ſubducto migrauit in tenebras: & vehementiùs incumbens ſpiritus procellarum, violentiâ turbinis, & vndarum crebris in- *tempeſtatem ſedaturus, erati* curſibus, lætantium mentes & ſtatum ſecuritatis abſorbuit. Deuoluitur in pelagus, quicquid ad victualia ſeruabatur, iactantur ſarcinæ, vaſa cum vtenſilibus exponuntur, vacuatur nauis omnibus, vt vndoſa cacumina ſaltu leuiore ſupernatet, & rebus perditis ſola ſaltem poſſit vita ſeruari. Vbique metus, vbique mortis imago plurima, nec niſi ſuprema cogitat miſeriarum comes deſperatio. Supplicant igitur viro Dei, vt partes ſuas apud miſericordiam Iudicis interponat: & pro com- F
muni periculo, precum victimas offerat Redemptori. Conſolatur attonitos vir beatus, & toto corde conuerti monet ad Dominum, & ſalutis euentum de Omnipotentis ſperare clementiâ. Inde ad orationem conuertitur, familiare in omni tribulatione refugium, & pro ſuâ ſuorumque ſalute, preces ſummæ porrigit Maieſtati. Cælum pulſat affectibus, deuotione tranſcendit excelſa: & valido mentis inceſſu, patrem miſericordiarum, & totius conſolationis Deum, ad remedia ſolitæ pietatis inuitat.

27 Inter orandum vir Domini ſubitum rapitur in CAP. XVI
ſoporem, & in labore ſpiritus vehementi, carnis ſubſidit infirmitas. Adeſt cæleſtis clauiger quieſcenti, & in *S. Petro apparente cõfirmatus,* ſecretarium miſericordiæ, per oſtium blandæ conſolationis inducit, dicens ei: Surge Amande, ne timeas, non peribis: & euadent periculum, quos tibi neceſſitatis huius ſocietas aggregauit. Hoc dicto ſomnus pariter & procella diſpergitur, & tranquillitatis optatæ *ſerenitatem impetrat:* refulget læta ſerenitas. Mane itaque facto, naue dimiſſâ, refunduntur omnes in aridam, & de liberatione ſuâ gratias exhibentes, ad propria diriguntur. Glorioſus Deus in Sanctis ſuis, qui clamantem ad ſe ſeruum ſuum, tam miſericorditer audiuit, adiuuit potenter, efficaciter

ficaciter liberauit. Dignus & ipſe præconio, cuius inſigne meritum, vita laudabilis, opus egregium, tantum de Domini ſui gratiâ meruit obtinere; vt non ſibi tantùm, ſed & aliis proficeret ad ſalutem, & exurgens in exitium commune triſte periculum, orationis ſanctæ beneficio propulſaret.

CAP. XVII c

28 Interea viam vniuerſæ carnis ingrediente *c* Lotario Rege, ſucceſſor ei conſtituitur Dagobertus, ſicut reginminis, ſic virtutis & pietatis paternæ ſtrenuus imitator. Quo regnante, B. Amandus ab Vrbe regrediens, miniſterium verbi, ſicut aſſuetuerat, cœpit diligentiùs exercere, & animarum lucra profectu diuini muneris operari. Huius rei gratiâ, Gandauum progreditur, & ſterilitatem gentis incredulæ, fœcunditate diuini germinis ſatagit adimplere. Hic, vt liberiùs ſecuriuſque poſſit in euangelicæ ſationis opus aſſurgere, interueniente ſanctæ recordationis Aichario Nouiomenſi Pontifice, à præfato Rege ſuſcepit epiſtolas, vt nullius verbum vitæ, iugum fidei, ſacramenta gratiæ detrectaret: ſicque Regi cæleſti Rege militante terreno, velociter curreret ſermo ſanctus, & in exitium mortis, iugulumque diaboli, duo gladij conuenirent: quia felix eſt & iocunda communio, cùm ad claſſicum militiæ ſpiritualis, erigitur terrenæ ſatellitium dignitatis.

Gandauū uenit,

Regis Dagoberti litteris mutuitur:

CAP. XVIII

29 Populus autem ille, ſicut vbere glebæ, ſic vbertate gratiæ ſterilis & ieiunus, fanatici erroris cultibus & idolorum ſacrificiis inſiſtebat. Sicque inſtigante ſalutis aduerſario, durâ fronte, & indomabili corde, pacis æternæ conſilium reſpuebat, & ſalutaribus monitis, ceruicoſo reluctabatur anniſu. Satagebat nihilominùs vir Domini, ſtudio pertinaci & iugi operâ, vt in diuerſoria mortis inductos, in regnum vitæ per gratiam ſanctificationis educeret. Renitebatur impietas pietatis obſequiis: & miniſtrum vitæ frequentibus ad mortem trahere moliebatur inſidiis. Ille ſpretâ ſui corporis morte, ſæpenumerò cæſus, affectus contumeliis, pulſatus iniuriis, opprobriis laceſſitus, frequenter præcipitatus in flumen, ab ipſis etiam mulierculis, perſecutionis iniuriam ſuſtinebat. Quarum quantò eſt fragilior ſexus, tantò eſt nequior ſenſus, tantò affectus improbior, & procacior ſolet eſſe malitia. Fratres itaque qui eum, nimiâ eius deuincti caritate, ſecuti fuerant, & in opere Dei præſtabant familiare contubernium, timore mortis, & inediæ ſqualore compulſi, fracti animo receſſerunt, relicto eo ad propria remeantes. Ille, ne quem grauaret, & ſine ſumptu poneret Euangelium, propriis manibus laborabat, vnde viueret, &, vt pro facultate miniſtraret neceſſitatem patientibus.

B

Ob Gandenſium duritiam,

multa aduerſa patitur,

atque à ſocio deſeritur:

victum labore conquirit:

CAP. XIX

30 Nihil eſt tam arduum, tamque difficile, quod non expugnet opera pertinax, & frequens lima complanet; maximè cùm diligentiæ comes gratia ſuffragatur. Aperitur tandem laboribus ſanctis oſtium grande, & Magnatis ad fidem cùm populo confluentibus, vir ſanctus in virtute Dei confringit idola, templa deſtruit, altaria demolitur, cultum miſeræ ſuperſtitionis excludit, & abdicat deceptæ gentilitatis errores. Ad laudem igitur & gloriam nominis Dei viuificæ Crucis erigitur triumphale vexillum: mutato ritu, pro fidelibus offeruntur hoſtiæ ſalutares: & carnificini libaminis cruore ſublato, religioſiis Catholicæ cultus eucharis inſtauratur. Ædificatur in eodem loco fidelium ſumptibus fabrica celebris, quæ in fidei domicilium ſolennibus edita ſacramentis, ſub Apoſtolorum Principis honore & nomine, B. Amandi miniſterio conſecratur. Conſtruitur item altera cultibus diuinis eccleſia, in loco quem Blandinium vocare conſueuerat voluptatum ſectatrix priſca gentilitas: eò quòd blanditiis lenis, & amœnitate præcipuus videretur. Vbi Deo ſeruientium probata conſtituens officia Clericorum, curæ paſtoralis officium, diſcipulo ſuo viro venerabili tradidit Floreberto. Sub illius felici magiſterio, S. Bauo ſecretum votiuæ recluſionis intrauit, poſtquàm à vanitate ſeculi B. Amandi prædicatione conuerſus eſt,

populum conuertit:

idola deiicit:

eccleſias conſtruit:

diſcipulos habet SS. Florbertum & Bauonem:

& eccleſiaſtico ritu, benedictionis gratiâ tonſuratus. In quâ, vigiliis, ieiuniis, orationibus conuenienter intentus, ſeipſum Deo patri hoſtiam viuam, ſanctam, beneplacentem, iuxta inſtitutionem viri Dei ſatagebat fideliter exhibere.

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

D

CAP. XX d

31 Glorioſa ſemper & efficax circa ſuos Diuina dignatio, bonis meliora *d* ſuppONit, & optima perfectionis coronat acceſſu. Magna & admirabilis Amandi gloria in ſalutari ſancto: gloriam & decorem magnum poſuerat Dominus ſuper eum; ſed, quanta fuerit virtutis eius, ſanctitaiſque perfectio, ſequentis atteſtatione miraculi declaratur. Ad vrbem *e* Menapiorum, quæ Tornacus vulgato nomine dicitur, vir beatus aſcenderat, patriam gloriâ ſanctitatis illuſtrans, & gratiam ſuauitatis infundens populo iam credenti. Reſidebat ibi Comes Dotto Iudex à Rege delegatus in prouinciam, vt publicis actionibus ordinem, finem controuerſiis, iudiciis formam, culpis ſupplicia, iuſta merentibus exhiberet. Sedente eo pro tribunali, vir à lictoribus exhibetur, corruptus infamiâ, correptus in culpâ, miſerabilis pœnâ: cui mortis ſententiam populus terribiliter inclamabat. Iudex, ſicut paullò truculentior & indulgens iræ iuſto ampliùs erat, ad clamorem plebis, in miſerum, ſuſpenſionis ferale iaculatur edictum. Sed vir beatus, qui totus ſemper in Domino miſericordiæ viſceribus affluebat, miſeratus addictum, partes ſuas apud Iudicem ſuppliciter interponit: preces pro abſolutione porrigit perituri: & dari ſibi poſtulat animam, quam ſententia ſupremæ damnationis intoluerat. Obſtinationem plerumque parit elatio, & immitis naſcitur de obſtinatione contemptus. Immobilis manet animoſitas iudicis, nec meritum ſanctitatis aduertit; ſed precum ſupplicatione reiectâ irreuocabiliter manere decernit, quæ ſemel fuerat indicta damnatio. Igitur ad patibulum miſer trahitur, miſerabilior cruciatu, quàm diffinitione crudeli; ſicque iam totus ferè plagis abſumptus, vt non homo, ſed cadauer ereptum beſtiæ videretur.

d

e

adiudicatum mortis liberari petit, nec impetrat:

E

32 Mens humilis non confunditur ad repulſam: ſed in illius miſeratione reſpirat, qui non derelinquit in finem, nec precem pauperis auerſatur. Mox à facie iudicis vir ſanctus egreditur, & ad locum ſupplicij cum feſtinatione procedit; ſed miſericordiæ greſſus, manus apparitorum violentâ præceſſerat, & extorta laqueo vita, carnis ac ſpiritus obiecerat triſte diſſidium. Deponit itaque de ligno corpus exanime, & ad cellam, in quâ orare conſueuerat, iubet aſſiſtentium manibus deportari. Hinc amotis omnibus, orationi totus incumbit, prodit ab intimo pectore ſancta ſuſpiria: rigat faciem piarum profluuio lacrymarum, & totis animæ viribus, in occurſum Diuinæ miſerationis exurgit: vt ad vitam redeat ſic extinctus, & ad ſalutis remedia denuò reparetur. Non præciditur à fonte riuus, nec vena beneficio propriæ fraudatur originis. Pius affectus in amplexum pietatis, obuiâ benignitate colligitur, & petitionem filij non auertit paterna dignatio. Redit transfuga ſpiritus in ius poſſeſſionis ereptæ, & redituis donata ſenſibus, caro mortua ſuſcitatur, excluſis tenebris lumina reuoluuntur in lucem, & corporis ingeſti rigore laxato, in priſtini ſermonis lingua, renouatur officium. Manè itaque facto, conuocatis Fratribus, aquam vir ſanctus iuſſit afferri, vt vulnerum ſordes, vt fluxi cruoris aſperginem, miniſter deuotus abluеret, ne quid pietatis deeſſet officio. Credunt ad obſequium funeris, ablutionis exigi famulatum, & donandum corpus exiſtimant beneficio ſepulturæ. Sed ingreſſi cellam, colloquentem pariter, & aſſidentem viro Dei, quem defunctum reliquerant, non ſine ſtupore, & admiratione conſpiciunt, magnificantes in opere tam ſolenni miſericordiam redemptoris. Quos vir ſanctus humiliter obſecrat & obteſtatur in Domino, ne publicent hoc ſecretum; ſed ſilentio ſupprimant cautiori, quod non de merito fragilitatis humanæ, ſed de indulgentia

ſuſtentatus in cellam ſuam deferri curat:

F

precibus reſuſcitat:

miraculum celare petit:

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

gentiâ fuerat Diuinitatis exceptum. Mens etenim ſancta, numquàm ab humilitatis tenore diſſiliens, nihil aliud in operibus ſuis, niſi Diuini nominis claritatem, niſi cæleſtis regni gloriam requirebat; humani fauoris illecebras & hominum laudes, tamquàm virus execrabatur horrendum. Loto igitur corpore, ſic carnis ſciſſuras, & hiantia vulnera ſolidauit: vt nullum ſupereſſet de priſtinâ corruptione veſtigium. Muneratum taliter remittens ad propria, ſanum parentibus & incolumen reſignauit.

CAP XXI

33 Fruſtra quæritur latebra, cùm fama loquatur in publicum, nec caret ornamento gloriæ, quem glorificare Maieſtas æterna diſpoſuit. Creſcit in dies, lateque diffunditur amabilis Amandi nomen & gloria, & tamquam de promptuario luminis, glorioſus emicat de tanti admiratione miraculi magnificentiæ clarioris ſincera ſerenitas. De tantæ virtutis eminentiâ gratiam recipit ampliorem: rigore depoſito Gentilium, colla pridem dura molleſcunt, odiorum ſepultis aculeis, perſecutionis inuidia defluit in amorem: & malitiæ vepres dulcorem referunt caritatis. Ceruices ſpontaneas ſubiiciunt fidei ſacramentis: & profligatis ſedibus idolorum, ſicut erroris terminum, ſic exterminium deferunt feritati. Erigunt præclara dominicæ paſſionis inſignia: & in honorem Saluatoris eccleſias, & altaria ſancta conſtituunt, ac fideli obedientiâ ſancti Patris monita proſequuntur.

ab Ethnicis honorantur:

templa ab eis & altaria erigi impetrat.

a *S. Landoaldum ſocioſq; à S. Martino Papâ adiutores datos S. Amando in tertio eius itinere Romano oſtendimus § 12.*

b *In altero MS.* peruenſor.

c *Philippus tradit S. Amandum obiiſſe anno 661: hinc anticipat, quaſi ſub Chlotharios II facta, quæ ſub filio Dagoberto & nepotibus Chlodoueo II & S. Sigeberto contigerunt.*

d *Ita MSS. aſt edita,* ſuperponit.

e *Hanc Menapiorum ſedem vindicauimus § 3.*

CAPVT IV

Conuerſio variorum ad vitam monaſticam. Exilium & reditus S. Amandi. Baptiſmus S. Sigeberti.

CAP. XXII

34 ERat ex multo tempore deſiderans videre eum a B. Giſlenus, qui tamquàm ſidus eximium, cuius rutilans ſplendor ab oriente paret in occidentem, cæleſti ductus oraculo, à Græciæ finibus migrarat in b Gallias. Hic cùm viri Dei viſione pariter & c alloquio fuiſſet inſtructus, & in opus ſanctum continuâ fructificatione proficeret; occaſione ſumptâ pro dedicatione monaſterij ſui, quod de nouo conſtruxerat, ſeruum Dei diligentius ſtuduit euocare: vt cum d B. Autberto Cameracenſi Epiſcopo, noui operis fabricam, in gratiæ cæleſtis habitaculum conſecraret. Hic dum ſacris myſticis ambo pariter inſudarent, & formæ viſibilis exemplar fidelium mentibus ſatagerent conuenienter imprimere, pio conuentus auditu Madelgarius Comes, qui & e Vincentius, à ſeculi vanitatibus ad diuinæ conuertitur obſequia pietatis. Hic, cùm inter Palatinos Principes clarus & nobilis, Regique gratiſſimus haberetur; mundo renuntians, viuificæ prædicationis inſtinctu, iuxta beati Pontificis ſalutarem doctrinam, didicit à voluntatibus ſuis cor auertere, reſiſtere carnis f affectibus, proprium nil habere: factuſque eſt voluntariæ municeps paupertatis, & ſanctitatis laudabile propoſitum, glorioſæ cor ſummationis exitu coronauit.

a *Viſitatur à B. Giſleno:*

b c

d

e *S. Vincentium Madelgarium conuertit:*

f

CAP. XXIII

35 Laudatur arbor à fructibus, & ex odore ſuo balſama comprobantur. Pretium mercibus ſpecies & vſus aſcribunt, venuſtas operis commendat artificem; ſeruo Dei celebrem compingit ornatum, quam in Chriſto per euangelium genuit ſuſceptæ ſobolis generoſa fœcunditas. Inclyta virgo g Aldegundis, quam formæ dotibus & dignitate natalium, morum gratia fecerat & fidelis inſtitutio digniorem, pudicitiæ procos & copulæ nuptialis illecebras fugiens, in incorruptionis æternæ thalamum peruenire cum titulo virginitatis ardentiùs affectabat. Hæc clandeſtinæ fugæ, ſilueſtriſque latibuli beneficio, de manibus elapſa quærentium, vbi ad h Altimontis monaſterium præfatos comperit aduentaſſe Pontifices; deſiderium morâ corporis non tardante, feſtinanter ad eos tamquàm ad vrbem refugij conuolauit. Ad Sanctorum itaque procumbens veſtigia, quid timeret, edocuit, aperuit quid optaret, quid expediret, petiit eruditi. Cuius animum fluctuantem B. Amandus diſerto ſermone reficiens, in arcem propoſiti celſioris euexit: & impoſito ſacri velaminis vſu, ſponſo virgini, ſponſam virginem i conſecrauit. Quæ voti compos roborata feliciùs, k Malbodium rediit, vbi primùm latuerat. Ibi ſancto annitente Pontifice, & l Dagoberti Regis munificentiâ ſuffragante, monaſterium conſtruxit Deo ſeruientium fœminarum.

g *S. Aldegundem*

nuptias fugientem,

h

Deo conſecrat:

i

k

l

CAP. XXIV

36 Simili m B. Rictrudis cum filiâ S. Euſebiâ exemplo, glorioſi Pontificis monitis animata, munita conſiliis, adiuta precibus, euecta ſuffragiis, n Martianis monaſterio, quod ſanctus Pater antè o fundauerat, ſub eiuſdem diſcipulo p Ionatho Abbate, vouit & exſoluit Domino ſalutaris continentiæ cælibatum.

m *SS. Rictrudem & Euſebiam in monaſterio collocat*

r

n

o

p

37 Filius eius q Maurontus, ſancto Patre diuina celebrante myſteria, cùm ſacris aſtaret reuerenter altaribus; vidit idem ſanctus Pontifex apis volatu caput girante circumdari. Concipit hic altiùs aliquid perſpicax animus viri Dei, & quia miniſtra dulcoris eſt, & caſtitatis mater apicula, fideli coniectat auſpicio, perpetuæ ſuauitatis in eo gratiam caſtimoniæ merito propagari. Dehinc adoleſcentem ſecretiùs euocans, quid viderit, indicat: quid viſio portendat, ediſſerit: & ad formam propoſiti r ſanctioris inuitat. Ille, licet amicis ſuadentibus, & matris conniuente conſilio, & hereditatis orbatæ prouocante defectu, propenſiùs ad coniugij copulam traheretur; ruptis neceſſitatum vinculis, ſalutaribus monitis animum pariter & caput inclinat: & præſtito ſolenniter continentiæ voto, iuxta morem Eccleſiaſticum, beati Pontificis miniſterio tonſuratur, & diuinis efficaciter totus mancipatur obſequiis.

q *S. Maurontum apibus circumuolitare videt:*

E

r

monachum facit:

CAP. XXV

38 Nihil relinquit intentatum ſancta ſedulitas, nec difficultatis obiectus affectum veræ pietatis elidit, vel amori ſancto generat diffidentiam res timoris. Vir itaque, ne quid ſibi apud Dominum meriti defluat aut fauoris, non ſibi parcere proponit, vt ſaluti conſulat aliorum, & vt congreget percuntes, offerre proprij ſanguinis hoſtiam non recuſat. Igitur ad Sclauos iter s dirigit, quibus necdum fuerat annuntiatum de Chriſto: vt in caſtra fidei colligat alienos, & ad gloriam Regis æterni ſub ſignis doceat militare cæleſtibus, & tyrannicis ſathanæ legibus reluctari. Sed non eſt omnium fides, nec obediunt omnes Euangelio: quia non capiunt tenebræ luminis ſacramentum; nec ſementi congruit terra, quæ non humoris proprij fœcundatur impendiis. Paucis tamen ad fidem conuerſis, verbi diuini curam delegat, & miniſteria ſacra diſponit, ne quid poſſet deeſſe ſaluandis. Ipſe verò ad proprias oues reuertitur, cùm pertinaciter & promiſcuè cetera turba in errorum ſuorum iaceret inuolucris: nec ſibi videretur idoneum, ſi margaritas Domini mitteret ante porcos, & ſanctum canibus erogari. Excuſſo itaque in eos iuxta Domini præceptum puluere pedum, commeatu felici euocatur in Gallias, & prædicationis opus repetit interciſum.

s

ad Sclauos prædicandi Euangelij cauſſâ tendit:

F

pauca conuerſis redit in Gallias

CAP. XXVI

39 Intereà Dagobertus ingentibus victoriis, & rebus ſupra fidem proſperis factus elatior, à viâ iuſtitiæ cor deflectit in facinus, & flagitiis inquinat regiam dignitatem. Coniugij violat ſacramentum: & t reiectâ vxore legitimâ, in aſſumptæ pellicis demigrat amplexus. Quod vbi ad ſancti Pontificis proceſſit auditum, mœrore conficitur, innocentiæ ſtatum, ruinam virtutis, regiæ maieſtatis iniuriam, notam feralis exempli, mentis anxietate proſequitur. Et quia iuſtus, vt leo, confidit,

Dagobertum Regē luxuriæ deditum

t

corripit: A dit, & probata virtus corripit insipientes; ingreditur audacter ad Regem, sicque hominem corripit, vt gradui deferat, & sic verbum reprehensionis exponit, vt nec offensæ locum perquirat aut gratiæ. Leonis feritas non verbere, sed blanditiis regitur; regia dignitas non reprehensione corrigitur, sed prosilit in furorem. Ad *in exilium pellitur:* monita viri Dei, Regis animus contumescit in iram: Diuinitatis honore calcato, pietatis eliminato respectu, iubet à regni sui finibus ministrum veritatis excedere: confusionis sæ reputans inuenire solatium, si viri Dei remoueat crudelis vindicta præsentiam. Ille vocis Diuinæ non immemor: Si vos persecuti fuerint in vnâ ciuitate, fugite in aliam, dat iræ locum, & ad interminationem Regis egreditur, remotiora *u* penetrat loca, reclinatorium pacis exilio quæritans & labori.

Matth. 10. 23

u

40 Numquam tamen animus exulat à Diuinis: sed verbum præstat Dominus euangelizanti virtute multâ, & in die nubis & caliginis seruum solatur insontem. *Rege puni-to* Nocenti pœnas ingerit, & fructu ventris priuat adulteram: quia iuxta verbum Sapientis: Spuria vitulamina non dabunt radices altas, & semen ab iniquo thoro exterminabitur. *Sapien. 4. 3* Rex igitur de successione diffidens, repudium mandat adulteræ, & totus in alios transit affectus: hoc specialiter affectans, & sedulis expetens votis, ne careant sceptra regentibus, nec regia dignitas liberorum posteritate fraudetur. Tertius aptatur thalamus, & secundùm Regis voluntatem virgo B nobilis inducitur & fœcunda: quæ maritum sobole, regnatore subditos, regnum muneret successore. Inter *dein pœnitentiâ;* hæc Dagobertus non immenior prævaricationis admissæ, ad Dominum conuertitur ab ærumnâ delicti, dum cordi eius infigitur terribilis spina iudicij. Eleemosynis peccata redimit, obsecrationibus cælum, donariis altaria confrequentat. Respicit Dominus humilitatem serui sui, & datur ei diuino munere filius, *ei & filio nato,* parentum gloriatio, reparatio generis, spei bonæ titulus, gaudium subditorum. Delibetat ergo lætus & anxius pater, cui potissimum committere paruulum debeat, ad suscipienda regenerationis sanctæ salutaria Sacramenta: quem tanti muneris velit esse custodem, quem tutorem spei suæ, quem regiæ successionis ministrum præparet & alterum.

CAP. XXVII 41 Subit animum multa cogitantis Sancti memoria, solusque apud eum non dubiæ æstimationis iudicio dignus quàm maximè reperitur, cui iure debeat tantæ reuerentiæ tam dulcis fasciculus assignari. Protinùs ex ore Regis emissis circumquaque cursoribus, *vocatur,* quæritur seruus Dei, multoque repertus labore, cum gaudio & exultatione reducitur. Regredienti Dagobertus hilaris & iocundus occurrit, & iniuriæ memor, & regiæ dignitatis oblitus, ingredientis vestigia pronus amplectitur, delicti veniam postulat, & errorem suum C confessione humili detestatur. Pretiosus Domini Confessor, sicut mitis semper erat, & humilis corde, plusque veniam paratus *x* exerere, quàm vindictam, præuenit humilitatis obsequio sic prostratum, iacentem subleuat, & gratiam compensat iniuriæ. Factus ille de viri Dei benignitate securior, quid postulet, aperit: &, vt indultum sibi cælitus paruulum cælestibus innouet *manusuetè Regem suscipit,* Sacramentis, multâ supplicatione depoſcit. Vir Domini, qui nihil in mundo nisi Domini voluntatem, nil *x* nisi cæleste requirebat imperium, ne terreni Regis familiaritatem tali videretur vsurpare voluisse commercio; primò quidem renuit: sed agente supplici Regis instantiâ, & idipsum suadentibus gloriosis viris, Audoeno & Eligio (quos adhuc regia familiaritas inter Palatinos Principes, dilectionis & fidei speciali celebrabat exemplo) reuerenter annuit postulatis, & pium regiæ voluntati spopondit obsequium. *& baptismum filij addicit:*

CAP. XXVIII *y* *S. Sigebertum baptizat,* 42 *y* Conuenientibus itaque Aurelianis in vnum Magnatis & Primoribus regni, iuxta Regis edictum, deportatur ad baptisterium paruulus sancti Pontificis ministerio sacris mysteriis innouandus. Cumque præ-

signatione solenni, iuxta morem Ecclesiasticum, catechumenum cum faceret, quantæ apud Deum virtutis esset & gratiæ, Diuina pietas in conspectu hominum mirabili declarat iudicio. Puer namque quadraginta fermè ab ortu habens dies, cùm, oratione finitâ, non D esset in multitudine tam frequenti, qui locum suppleret idiotæ, clarâ voce respondit, Amen, & omnium *respondentem,* Amen. qui audierunt iri se oculos & corda conuertit. Mirantur & stupent tam insolitum, tamque solenne miraculum: beatum prædicant Regem de tam felici susceptæ prolis auspicio: puero futuræ probitatis vaticinantur insignia, commendant in rei nouitate bonitatem Dei, meritum viri sancti, gratiam Sacramenti. Renouatur itaque paruulus salutaribus Sacramentis, & in nouam transfertur diuino munere creaturam. Fit omnibus communis exultatio, referuntur ab omnibus gratiæ tanti muneris Largitori, & cum lætitiæ manipulis singuli reuertuntur ad propria. Sic serui Dei fauor & gratia glorioſiùs augmentatur, & quo diffusiùs circumfertur, dulciùs enitescit.

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, ex MSS.

a *Colitur S. Gisletus 9 Octobris.*
b *Belgicam scilicet, vbi ad Hainam fluuium, à quo Hannonia Comitatus appellatur, monasterium condidit, cui oppidum ab eo Gislenopolis dictum, accreuit.*
c *Hunc inuisit, relicto Episcopatu Traiectensi, anno 650.* E
d *Fulbertus in Vitâ S. Autberti 13 Decemb. refert etiam hanc consecrationem à SS. Autberto & Amando factam. Contigit circa an. 653.*
e *Colitur 14 Iulij: in cuius Vitâ & S. Autberti eadem referuntur.*
f *Alterum MS.* voluptatibus.
g *Triplicem S. Aldegundis Vitam dedimus 30 Ianuarij.*
h *De Altimontensi monasterio egimus 16 Ianuarij ad Vitam S. Marcelli Papæ, cuius Reliquiæ illuc sunt translatæ.*
i *Hæc suprà retulimus, facta circa an. 661.*
k *De oppido Hannoniæ Malbodio, à quo haud dissitat monasterium Altimontense, egimus ad eius Vitam.*
l *Imò S. Sigeberti, quem tum Austrasiæ Regem fuisse, & quàm plurima monasteria condidisse, diximus 1 Februarij.*
m *De iis egimus ad Vitam S. Adalbaldi thaumat. S. Rictrudis 2 Februarij.*
n *De Marchianensi, seu Martianensi, monasterio egimus ibidem & suprà § 4. Eleganter id describit Buzelinus lib. 1 Gallo-Flandriæ cap. 41.*
o *Anno 645.* p *S. Ionatus colitur 1 Aug.*
q *Hanc eamdem historiam refert Hucbaldus in Vitâ S. Rictrudis. Id § 14 in senectute S. Amandi contigisse diximus.*
r *Alter codex,* arctioris.
s *Circà annum 633, vt dictum § 10.*
t *Gomadrude, quòd sterilis esset.*
u *Regnum Chariberti fratris Dagoberti adiit exul anno 634.*
x *In altero MS.* exercere. y *Anno 635.*

CAPVT V

Episcopatus S. Amandi Traiectensis. Epistola S. Martini Papæ.

CAP. XXIX *a* 43 SAnè post decessum beati *a* Ioannis Traiectensis Episcopi, feruente circa virum Dei *b* Dagoberti Regis affectu, electione Cleri, petitione populi, F honoratorum assensu, comprouincialium voto, seruus Domini reuerenter & instanter expetitur, renitens & *Episcopus Traiectensis eligitur:* inuitus trahitur ad Cathedram, & pastorali curâ dignus, omnium voce & desiderio conclamatur. Ille se honore indignum constanter edicit, oneri se fatetur imparem, non satis vtilem curæ, minùs idoneum dignitati. Sed pietatis subnixa zelo multorum studia conualescunt, & in Cathedrâ pontificali, generali omnium assensu fauorabiliter collocatur. Indignum siquidem iudicatur ab omnibus, si tam clara Sedes, tanti patris solatio non ornetur, si tantus Pater tanto tempore, sine titulo debeat militare, si tam fideli dulcique consilio domus regia defraudetur. Tam sinceræ deuo- *Episcopatum initus suscipit:* tionis instantiæ vir beatus, querulus, tristis & anxius acquiescit, & quo indigniorem se clamitat, dignior ab omnibus æstimatur, dignoque vniuersitatis præconio,

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

sanctæ humilitatis exhibitio commendatur. Peractis igitur, quæ in ordinatione Pontificis solent & debent solenniter exhiberi: vir sanctus omni sagacitate, & studio satagit honorare ministerium suum, praua corrigens, debilia sustentans: consolidans fracta, sana conseruans, dispersa recolligens. Non exerit typum dominantis in Clero; sed forma factus gregis, omnibus se præbet humilitatis exemplum, iustitiæ viam, innocentiæ speculum, castimoniæ decus, titulum sanctitatis. Æquabilem se præstat humilibus, in elatos rectitudinis erigitur zelo: corrigit in mansuetudine delinquentes: rebelles piæ seueritatis animaduersione concludit. Colit diligentiâ subditos, pares obsequiis, reuerentiâ summos, recreator pauperum, mœrentium consolator, plebis deliciæ, gloriæ Magnatorum: salutis in omnes & gratiæ propagator.

omni virtutum genere excellit:

CAP. XXX 44 Sed, quemadmodùm scriptum est: Ecce, qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatē; reperta est in ministris altaris tristis & ærumnosa calamitas, & inuenta est eorum misera conuersatio ad pondus sanctuarij minùs habens. Sacerdotes namque & Leuitæ, qui cælestibus cæremoniis arctiùs deberent & sinceriùs obligari, respectu diuini timoris abiecto, commessationibus & ebrietatibus, cubilibus & impudicitiis deseruiebant, curam carnis agentes in desideriis, desideria patris sui diaboli, voluptatis obscenitatibus adimplentes. Angariatur animo vir beatus, & in fortitudinis zelum iustà seueritate se subrigens, constanter insistit errantibus, arguit, increpat, obsecrat opportunè & importunè, prædicat innocentiæ viam, & correctionis sarculo de vineâ Domini densitatem veprium conatur auellere. Non facilè medicamini desperatæ cedit infirmitas, nec libenter verbum veritatis recipit indurata malitia. Flammis edacibus salamandra conuiuit, &, quæ in exitium dantur homini, vitam præstant venena serpenti. Sic in fœcibus suis malesana requiescit impietas, & præuaricationum frutices radicis malæ germinat infausta fœcunditas. Deprehensus in sphæram se conuoluit ericius, & attrectantis manum spinarum cruentat aculeis. Sic malignantium rebellis & fraudulenta congeries, non solùm monitis salutaribus non obaudit; sed machinationibus noxiis appetit innocentem: & pro subuentionis sanctæ beneficio, persecutiones excitat & offensas.

Cap. xxx Iob 4. 18 conuersationem malam Clericorū Traiectensium

corrigere studet.

CAP. XXXI 45 Rex interea Dagobertus *c* diem claudit extremum, regnantibus pro eo filiis suis Clodoueo in *d* Francia, & in Austria Sigeberto, quem B. Amandus de sacro fonte susceperat. Considerans idem vir Domini, suam nihil industriam proficere, nil conferre solicitudinem, beneuolentiam nil mereri, nisi contradictionum stimulos, & cuniculos odiorum, latere disposuit, & exire de medio nationis prauæ & peruersæ, ne vel illis de rebellione delicti pondus accresceret, vel eorum culpis exigentibus, labor suus infructuosior appareret. Sed quia sapientis est examinare consilia, & non citò ad noua facili volubilitate prolabi, sicut per Salomonem dicitur: Omnia fac cum consilio & post factum non pœnitebis, directâ ad Vrbem legatione, laboris suscepti molestias, & desiderium cordis sui B. *e* Martino tunc Romano Pontifici, signatis direxit apicibus, eius volens vti consilio, cuius suberat potestati. Quos plenis veneratione oculis vir Apostolicus, pio perlegens intellectu, plenam consolationis & reuerentiæ rescripsit epistolam, cohortans eum ad perseuerantiæ virtutem, quâ fidelium omnium merita coronantur. Iam enim famæ discurrente præconio, vitæ sanctitas, prædicationis instantia, gratia virtutum beato Papæ innotuerant, & quem Deus perfuderat gratiâ, sinceriùs ab eo & ardentiùs amabatur. Destinauit præter hoc ei Sanctorum pignora, quæ postulauerat, & synodalium decretorum volumen egregium, quod *f* quinque partitum tomis ipse *g* descripserat, & mandata Regi Sigeberto perferenda transmisit. Vnde datur intellígi B. Amandum magni meriti, & nominis extitisse: quem tantus Confessor, fidei columna, & vniuersalis Ecclesiæ Pater, tantæ dignationis muneraúit insignibus, cuius absentem præsentiam familiari recolligebat intuitu, quem digniùs eâ sui parte recolebat & dulciùs, quia fideliùs atque iocundiùs amicitiæ ratio possidetur. Vt verò prædictæ locutionis nostræ assertio, detersо dubietatis nubilo, confirmetur, præfatam epistolam eiusdem Papæ ad B. Amandum directam, huic nostro sermoni subiungere placuit, cuius iste modus est:

munera ab eo accipit.

f g

CA. XXXII 46 *h* Dilectissimo Fratri Amando Martinus. *h*

Fraternitatis tuæ, studio pietatis congestam epistolam *i* suscipiente, animus noster releuari cognoscitur: quippe quoniam huius seculi fluctiuagas, atque transitorias, despiciens oblectationes, illa quæ perpetua & sublimia dona pro Domini Dei nostri obsequiis tribuuntur, appetere certum est. Ex relatione igitur, iuxta tenorem tuæ fraternitatis epistolæ, latoris præsentium, laborum tuorum certamen cognouimus, ex quibus cælestis patriæ ascensum humiliatis mentibus, atque contritis corporibus, vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Nam, cùm sit nulli omnino comparationi coæquandum, quod à Creatore nostro pro bonis seruitiis compensatur, dum breui atque paruo temporis spatio finiuntur labores, quos pro dilectione ipsius sustinemus; consideratione refrigerij nos oportet libenti animo tolerare præsentis vitæ angustias. Sed, quantùm nobis laborum vestrorum operatio magnam gaudij vbertatem inducit, tantùm pro duritiâ Sacerdotum gentis illius conterimur, quòd postpositis salutis suæ suffragiis, atque Redemptoris nostri contemnentes seruitia, vitiorum fœderibus ingrauantur. Quibus ad præparandam salutem, quandoquidem tantò nos necesse est importunis prædicationibus imminere, quantum perfectæ negotiationis, creditorum nobis talentorum duplicat assignatio, atque Dominicæ vocis ad suscipiendam eius requiem persuadet assertio. Suggestum est namque nobis eo quòd Presbyteri, seu Diaconi, aliique sacerdotalis officij post suas ordinationes, in lapsum inquinantur, & propterea à nimio mœrore fraternitatem tuam adstringi, velleque pastorale obsequium pro eorum inobedientiâ deponere, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere, & silentio atque otio vitam degere; quam in his, quæ tibi commissa sunt, permanere: dicente Domino, Beatus qui perseuerauerit vsque in finem. Vnde namque beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? Quia secundùm apostolicam prædicationem omnes qui voluerint in Christo piè viuere, persecutiones patiuntur. Ideoque, frater carissime, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis vestræ proposito coarctet recedere, considerans quanta pro absolutione nostri, & liberatione, Creator Dominusque noster pertulerit, quibusque contumeliis afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret.

i

S. Martinus Papa laudat eius labores.

à Deo remunerandos:

hortatur ad perseuerantiā

47 Propterea nullatenus in huiusmodi peccato delinquentibus, ad destructionem *k* canonum, compassionem exhibeas. Nam qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit; deinceps iam depositus erit, nullumque gradum sacerdotij poterit adipisci; sed sufficiat ei lamentationibus, fletibusque assiduis quoad vixerit, in eâdem pœnitentiâ perdurare: vt commissum delictum diuinâ gratiâ extinguere valeat. *l* Si enim tales quærimus ad sacros ordines promouendos, quibus nulla ruga, nullumque vitæ contagium præpediat; quantò magis; si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & præuaricationis peccato deprehendatur obnoxius, omnimodò prohibendus est, cum manibus lutulentis atque pollutis, mysterium nostræ salutis tractare? Sicque huiusmodi semper iuxta sacrorum canonum statuta in hac vitâ depositus, vt ab illo qui mentis interiora scrutatur, nullumque

k

monet Clericos lapsos nonpromouendos esse ad sacros ordines:

l

Ecclī. 32. 24 *Legationē mittit ad S. Martinum Papam:*

e

Matth. 10. 22. & 24. 13

2 Tim. 3. 12

D E F

Aque de quibus errare congaudet, dum aſpexerit ſinceram pœnitentiam eius, in terribili iudicio habeat reconciliatum. Ideoque iterum hortamur caritatem tuam, exemplo eius qui pro nobis pati & mori voluit, promptos vos in cunctis eius ſeruitiis permanere. Neque nos pigeat temporales cruciatus pro Chriſti nomine ſuſtinere: ſed emolumenta futuræ remunerationis, huius ſeculi vexationes tolerare perſuadeant. Scriptum namque eſt: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Tantum enim à nobis exigitur, quantùm poſſumus famulatus noſtri obſequia commodare. Cumque cuncta quæ nobis, ad confortandos fraternitatis veſtræ animos, poterant miniſtrari, largiente ſupernæ maieſtatis clementiâ, vobis ſint procul dubio manifeſta; reſtat vt de aliis, quæ nos per ſua ſcripta conſuluit, fraternitati veſtræ ſignificemus.

Pſal. 115. 12. 13

48 Credimus etenim ad vos peruenisſe, quomodò in conturbatione rectæ fidei, & catholicæ Eccleſiæ conculcatione, ante hos plus minus *m* quindecim annos, à *n* Sergio falſo Epiſcopo Conſtantinopolitano, in auxilio habente *o* tunc imperantem Heraclium, execranda & abominanda hæreſis pullulauit *p* Apollinariſtarum, & *q* Seuerianorum, *r* Eutychianiſtarum, atque *ſ* Manichæorum errorem renouantem. Quam ſucceſſor eius *t* Pyrrhus, idemque Epiſcopus, qui ambitionis faſtu Conſtantinopolitanam Sedem arripuit, in deterius auxit. Pro quâ re ſæpiùs *u* Apoſtolica Sedes perſuaſionibus, conteſtationibus, atque increpationibus plurimis, ammonuit eos; quatenùs ab huiuſmodi errore recederent, & ad lumen pietatis, ex quo lapſi ſunt, remearent. Et non ſolùm hoc facere nullatenùs voluerunt; ſed & nunc ſucceſſor eius *x* Paulus, temerator fidei, Epiſcopus Conſtantinopolitanus aliud nequius excogitauit in præiudicio catholicæ fidei conamen: quaſi quæ à deceſſoribus ſuis hæreticè expoſita fuerant deſtruens, & imperialem *y* typum, ſacrilego auſu, totius plenum perfidiæ, à clementiſſimo Principe noſtro *z* fieri perſuaſit, in quo promulgatum eſt, vt omnes populi Chriſtiani credere debuiſſent. Ideoque neceſſe habuimus, ne pro quadam negligentiâ, & animarum detrimento, quæ nobis commiſſæ ſunt, culpâ reatitudinis adſtringamur: cœtum generalem fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum, in hac Romanâ ciuitate congregare. Quorum præſentiâ memoratorum hæreticorum ſceleroſa conſcripta examinata, atque deriudata ſunt, & Apoſtolico mucrone, Patrumque diffinitionibus, vno ore, vnoque ſpiritu condemnauimus, vt cognoſcentes vniuerſi errorem, qui in eis continetur, eorum pollutione nullatenùs maculentur. Vnde præuidimus volumina geſtorum ſynodalium in præſenti vobis *aa* dirigere, vnà cum Encyclià noſtrâ, ex quorum ſerie omnia ſubtiliter poteſtis addiſcere, & tenebras illorum nobiſcum, vt filij lucis, extinguere.

m
n
o
p
q r
ſ
t
Indicat hæreſim Monotheliterum Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum.
u
x
y
z
in Concilio Romano damnatam eſſe:
aa
B
C

49 Idcirco ſtudeat fraternitas tua omnibus eadem innoteſcere, vt tam abominandam hæreſim nobiſcum execrentur: quamque ſuæ ſalutis ſacramenta indiſcere valeant, atque ſynodali conuentione, omnium fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum partium illarum effecta, ſecundùm tenorem Encycliæ à nobis directæ, ſcripta, vnà cum ſubſcriptionibus veſtris nobiſmet deſtinanda concelebrent: confirmantes, atque conſentientes eis, quæ pro orthodoxâ fide, & deſtructione hæreticorum veſaniæ nuper exortæ à nobis ſtatuta ſunt. Et Sigebertum præcellentiſſimum filium noſtrum Regem Francorum, pro ſuæ Chriſtianitatis remedio, conſultiſſimè ammone atque precare, dirigere nobis ex corpore fratrum noſtrorum, dilectiſſimos Epiſcopos, qui Sedis Apoſtolicæ legatione, diuinâ concedente propitiatione fungi debeant, & quæ in noſtro concilio peracta ſunt, cum his ſynodalibus apicibus *bb* noſtris, ad clementiſſimum Principem noſtrum ſine dubio aſportari *cc* faciemus, vt noſtrorum laborum particeps effectus, mercedis cumulum adipiſci valeat, & ſui regni protectorem inuenire eum, cuius cauſſa flagitari dignoſcitur. Hoc namque & in eius epiſtolâ exhortari eum cognoſcimus.

petit ſubſcribi ab Epiſcopis Francia:
& horum aliquos à Sigeberto Rege Romam mitti:
bb
cc

50 Reliquias verò Sanctorum, de quibus præſentium lator nos admonuit, dari præcepimus. Nam codices iam exinaniti ſunt à noſtrâ bibliothecâ, & vnde dare ei nullatenùs habuimus: tranſcribere autem non potuit, quoniam feſtinanter de hac ciuitate regredi properauit. His igitur ita prælibatis, quæ à nobis per epiſtolam vobis ſcripta ſunt, effectui mancipari fraternitatem veſtram hortamur. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime frater.

Auerto, RE PHILIPPO ABBATI, IN MSS.
D
Reliquias ei mittit.

a *Anno 646, 25 Iulij.*
b *Imò S. Sigeberto, triennio poſt mortem Dagoberti.*
c *Anno 644, 19 Ianuarij.*
d *In Neuſtriâ ſeu Franciâ Occidentali, vt antiquiores loquebantur.*
e *S. Martinus creatus anno 647, in exilium deportatus anno 653: colitur 12 Nouemb.*
f *Acta Synodi Romæ ſub S. Martino Papâ habitæ anno Conſtantis 8, III Nonas Octobr. Indictione 8 tum cœptâ, Chriſti 649, diſtincta habentur quinque ſecretariis, actionibus, vel ſeſſionibus.*
g *In Actis S. Martini dicitur*, faciens exemplaria: *quæ deſcribi curauerat: infrà enim ait:* Præuidimus vobis dirigere volumina.
h *Extat ea Epiſtola in fine dictæ Synodi, & tomo 1 Conciliorum Galliæ à Sirmondo editorum. Eamdem contulimus cum MSS. Elnonenſi, Blandinienſi, & quatuor aliis.*
i *Alij* ſuſcipiens, *&* ſuſcipientes.
k *Hæc Pontificis verba retulit Gratianus in Decretum diſt. 50 cap. 2*, Qui ſemel poſt.
l *Hæc quoque recitat Gratianus diſt. 50 cap. 12.*
m *Ergo circa annum Ch. 634, Heraclij Imp. 24, quo Patriarchâ creatus fuit Hieroſolymitanus Sophronius orthodoxus, ſub quo hæreſis Monotheliterum, quæ anno Heraclij 20, Chriſti 630 cœperat, fuit damnata.*
n *Creatus eſt* Sergius, *anno Phocæ Imperatoris 7, & anno vno ante Imperium Heraclij, ergo Chriſti 609: mortuus verò Indictione 8 apud Nicephorum in Breuiario, anno 636.* *Sergius Conſtantinopol.*
o *Dein mortuum anno imperij 31, Chriſti 641. octo annis antequàm hæc epiſtola ſcriberetur.*
p *Ita in dictâ Synodo ſecretario; S. Martinus Papa tradit* Sergium *vnam, ſecundùm impium Apollinarem, in Chriſto voluntatem & operationem inſtituere. Cœpit ea hæreſis ſub Imperatoribus Valente & Valentiniano, damnata à S. Damaſo Papâ Romæ in Synodo anno 373: agit de eâ Sokomenus lib. 6 cap. 25.*
q Seuerus *ſub Zenone Imperatore vixit. S. Martinus Papa loco citato ait*, Cyrum Alexandrinum ad ſimilitudinem Acephalorum hæreticorum vnam operationem in Chriſto prædicaſſe. *Seuerus hæreticus.*
r Eutyches *naturarum in Chriſto omne diſcrimen ſuſtulit, damnatus in Chalcedonenſi Synodo Oecumenicâ.*
ſ *Manichæi plurima de Chriſto fabulas commenti erant, quas refert Timotheus Presbyter apud Combefis in Hiſteriâ Monotheliſtarum paginâ 451.*
t *Succeſſor Sergij electus eſt ſub Conſtante anno 642.*
u *Potiſſimùm S. Martini deceſſores* Ioannes IV & Theodorus.
x *Sedit* Paulus *ab anno 1 Conſtantis Imperatoris ad annum 11, ab anno Chriſti 641 ad 652.*
y Typum *auctor Vitæ S. Martini appellat* morbum inuentæ hæreſeos, quo Catholicum dogma deſtruitur, & omnes omnino voces ſanctorum Patrum enectuantur; & nec vnam nec duas voluntates aut operationes in Chriſto Domino licet confiteri. *Typus.*
z *Indictione 6 anno Chriſti 648.*
aa S. Martinus, *vt in eius Actis legitur*, exemplaria per omnes Eccleſias Orientis & Occidentis direxit, & per manus orthodoxorum fidelium direxit.
bb *Sirmondus in Concilio Galliæ*, veſtris.
cc *Ita MSS. at Sirmondus omittit* faciemus.

CAPVT VI

Variorum inſtitutio. Miracula à S. Amando patrata. Monaſteria extructa.

51 SVſceptis tanti Patris admonitionibus, perſtitit in miniſterio ſuſcepti regiminis vir beatus, de ſubditorum tranſgreſſione graues ſuſtinens doloris aculeos

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

culeos, & ad ſalutis remedia ſagaci reuocans inſtantiâ detrectantes. Sed ſicut per Prophetam dicitur, Curauimus Babylonem & non eſt ſanata, ſanctæ medicationis antidotum refugit indurata peruerſitas: vt merito poſſet dicere vir beatus, Totâ die expandi manus
A meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi, qui ambulant viâs non bonas, ſed poſt peccata ſua. *a* Triennio igitur ab introitus ſui tempore, taliter cuoluto, cùm ſuam prorſus circa eos videret operam profligari: receſſit ab eis, priuatus eligens habitare in domo Dei, quàm inter tranſgreſſores titulo dignitatis excellere. Tutior eſt enim innocentia paupertatis, & priuati ſeceſſus abiectio; quàm peccatricis opulentiæ luxus, & tumentis extollentia poteſtatis. Ibat igitur amarus animo, in indignatione ſpiritus ſui, malitiam miſerans improborum, perditioni timens, & exhibens triſti periculo ſanctæ compaſſionis affectum. Verumtamen manus Domini erat cum illo, confortans eum, quæ proſterilitate derelictâ, fructus pretioſi redderet vbertatem.

CA. XXXIV

52 Erat in eadem regione matrona nobilis, *b* Itta nomine, natalium gloriam conuerſationis & morum titulis antecedens. Hæc glorioſi Ducis *c* Pipini recens defuncti viduata conſortio, felicis copulæ triſte diuortium, mente lugubri ſuſtinebat. Fit plerumque moleſtia temporalis, propoſiti ſanctioris læta progreſſio, & aliquando in vſum virtutis transformatur
B dura neceſſitas. Ad arcæ ſinum reuolat columba, cùm diluuio regnante non inuenit, vbi pedes porrigat in quietem. Cogitabat & hæc ſancta mulier inter angores ſuos, maritali deſtituta ſolatio, quomodò Chriſto ſoli placere poſſet, & votiuum caſtimoniæ decus, theſauri cæleſtis inferre ſacrario: quia ſecunda poſt naufragium tabula eſt in virginitatis amiſſæ ſolatium vidualis continentiæ merito reparari. Diuertit ad eam conſolationis gratiâ vir beatus, initæ dudum familiaritatis ſanctæ ſuadente commercio. Exhibetur ingredienti comis hilaritas, depromuntur obſequia congrua ſanctitati, conferitur modeſti ſermonis inuicem grata communio. Vir Domini vbi ad intimæ voluntatis eſt admiſſus arcanum, & deprehendere potuit ad quid ſanctæ viduæ pia ſuſpiraret intentio, congratulatione fouet, erigit admonitionibus, confirmat exemplis deſiderij ſancti fideſe propoſitum. Illa ſancti Pontificis hortatu facta robuſtior, voto ſe caſtitatis aſtringit, & benè viuendi arctioribus obligat inſtitutis. Et quia non poteſt eſſe amor otioſus, ſed quantus ſit, opere proteſtatur, Beata Itta facultates & prædia cæleſti ſponſo conſecrat quem elegit, & domum ſuam cæleſti purificatam ſacramento, rogat in Eccleſiam conſecrari.
C Ibique inter ſacra Miſſarum ſolennia, de manu ſancti Pontificis, humilitatis & caſtimoniæ ſignum, ſacrum velamen accepit. Aggregato deinceps ibidem cœtu Deo ſeruientium mulierum *d* locum ipſum poſſeſſionibus ampliauit, & multiplici diuerſi generis decorauit ornatu, ſtudens omnibus fieri obedientiæ & humilitatis exemplum.

CA. XXXV

53 Erat ei vnica filia, Gertrudis nomine, quæ generis & formæ dotibus clara, cõpetitores ſibi plurimos excitabat, quam pia mater de corruptionis voragine cœnulentâ cupiens liberare, crinibus attonſis, & habitu demutato, ſacris applicauit altaribus, & obtulit ſancto Pontifici conſecrandam. Affectabat enim quàm maximè, vt, quod emarcuerat in radice, germinis integritas exhiberet: &, quod in ſe non poterat, virginitatis in filiâ titulum poſſideret. Sacris igitur initiata myſteriis, & myſtico redimita velamine, cœpit inter ceteras virgines excellere plurimùm conuerſatione, gratiâ, fide, moribus, diſciplinâ. Nec multò pòſt, diuinâ operante clementiâ, Niuiallenſi monaſterio præficitur, & electionis canonicæ trahente cõcordiâ, Virginum Mater, diſpoſitione ſancti Pontificis ordinatur. Vbi poſtmodùm plena bonis operibus, & merito virtutum celeberrimâ, beato *e* fine quieuit in Chriſto.

pietati deditam inuiſit:

pia eius propoſita confirmat:

ſacrum ei velum confert: d

S. Gertrudem Chriſti ſponſam conſecrat:

D

54 Inde digreſſus vir Domini, ad monaſterium B. Giſleni, de quo actum eſt, lætâ profectione dirigitur, ſuſceptuſque gratanter à Fratribus, ſalutis annonam poſcentibus, hilari diſpoſitione communicat. Hiatus ſæpe graues patitur angusta paupertas: & quæ ſibi non ſufficit, alteri ſufficientiam præſtare non poteſt. Non habentibus illis, quod dignum menſâ tanti hoſpitis iudicarent, ſanctus Pontifex impranſus egreditur, non ſine multiplici Fratrum querimoniâ, cùm penuriam ſuſtineret diues affectus: nec inueniret manus, quod animus geſtiebat. Deducitur ergo ad nauem *f* Hainæ fluuium tranſiturus, ſicut neceſſitas poſtulabat itineris. Iamque ſibi inuicem, valedicentibus viris ſanctis, Amando atque Giſleno, *g* ſubitò piſcis magnus, quem lucium vocant, de flumine vltro proſiliuit in terram, qui ſui magnitudine multos poſſet reficere conuiuantes. Ad ſpectaculum nouæ rei omnes cum exultatione conueniunt, & auctorem muneris Deum gratiarum actione, & laudum præconio proſequuntur. Releuatur hoc beneficio priſtinæ confuſionis anguſtia, pia compaſſio ſancti Pontificis hilaratur, tollitur de medio ieiunij dura neceſſitas, conuiuium præparatur, & ad monaſterium vir Domini cum lætitiâ reuocatur. Facta eſt ibi inter ſanctos Patres humilis & pia contentio, dum Giſleni meritis munus hoc ſanctus Pontifex imputaret, & aſcriberet idem ſancto Pontifici B. Giſleni ſimplex & deuota ſententia. Fit altercatio ſine rancore, diſſenſio ſine moleſtiâ, ſine tranſgreſſione certatio, & variatur vtrimque iudicium ſine præiudicio veritatis: quia ab animorum pace ſemper eſt aliena diſſenſio, nec ab idem ſapientibus voluntatis vnitas violatur. Poſtquam igitur Diuini muneris eſt peracta refectio, cum gaudio reuertuntur ad fluuium, & ſe inuicem ſalutantes in oſculo ſancto, famulante nauigio, per decurſum fluminis ab aſpectu mutuo ſeparantur. *h* Subiectus igitur in inſulam, quæ vulgò *i* Canclaus nuncupatur, Scaldo proxima, nec multùm differens à Gandauo, laboris ſui reclinatorium breue, cum timentibus Deum viris ibidem habitantibus habere diſpoſuit.

CA. XXXVI

e

S. Giſleni monachos adhortatur:

f

piſcis vltro ſe offerens reficitur:

g

h i

Calloam venit:

55 Poſt aliquanti temporis moram, poſtquàm nomen eius proceſſit in publicum, veritatis viam cœpit annuntiare finitimis, & doctrinæ ſalutaris beneficio, ab errore viarum ſuarum ſatagebat auertere delinquentes. Sed perit officioſitas medici, cum ſanari detrectat ægrotus, & mente captis ad correctionem verba ſapientiæ non proceduut. Appetitum negant incolæ vitalibus alimentis, & velut triſtem vomicam paſſi, potum ſalutis ſtomacho languente reiiciunt. Contemnitur Dei ſeruus ab impiis, imò in ſeruo ſuo Chriſtus abiicitur, qui in illo venerat quærere & ſaluare quod perierat. Mandat eis libellum repudij Dominus pro repulsâ, & in limo profundi deſerit contempta clementia deſertores, & quia ſicut humilitas veniam, ſic pœnam contumacia promeretur; tamquam in reos maieſtatis, cæleſtis vindicta progreditur, continuoque ferè biennio, de populatrix in eos peſtilentiæ plaga deſæuiit, donec abſumerentur omnes, qui ſuperbè viri Dei felicibus reſtiterant documentis.

C. XXXVII

prædicat verbum Dei,

contemptoribus peſte mulctat:

56 Nec multò poſt, cum Fratres ſuos, quos ob animarum ſalutem, per diuerſa reliquerat loca, vir Domini circumſpectione ſedulâ viſitaret, Vaſconum fines ingreſſus eſt, quos idolorum cultibus, & auguriis audierat & variis erroribus occupari. Cùm igitur in conuentu publico, verbum veritatis, & ſalutis ordinem perfidæ multitudini prædicaret, extollens vocem ſuam quidam de turbâ, leuis, ac lubricus, de peruerſi cordis abundantiâ cœpit turpes effutire blaſphemias, & in ſeruum Dei, fideique doctrinam non ſine cachinno, plena conuitiis verba nimis abſona iaculari. Qui ſtatim correptus à dæmone, ſeipſum propriis morſibus cœpit inceſſere, & lanio factus corporis ſui, oris hiatum,

C. XXXVIII

prædicat Vaſconibus,

blaſphemiæ à dæmone correpto.

A tum, quem in ſanctum Pontificem irreuerenter extulerat, in ſui pernitiem cœpit horribiliùs aperire. Confitebatur nihilominus inter ipſa ſui tormenta, ſe ob iniuriam ſerui Dei talia ſuſtinere, ſicque ad extrema deductus, procacem ſpiritum pœnis vrgentibus exhalauit.

& miſerè extinctus.

CAP. XXXIX 57 Inde cùm in vnam ciuitatum cauſsâ prædicationis intraſſet, ab Epiſcopo loci illius hoſpitio reuerenter exceptus eſt. Cuius manibus cùm deuotæ hoſpitalitis obſequio aquam prædictus miniſtraſſet Epiſcopus, iuſſit quod ſuſceptum fuerat, in ſacrario reſeruari. Sedebat ad portam eccleſiæ vir multo tempore cæcus & mendicans, ad quem Pontifex fidelis accedens, ait: Fili ſi credere potes, confide in Domino, & ablue oculos tuos aquâ, vnde vir Dei Amandus abluit manus ſuas, & viſum recipies, liber ab incommodo cæcitatis. Ille verbo Pontificis animatus in fide, ſpem concipit ampliorem, & oppreſſos nube caliginis oculos ablutionis vndâ perfundens, de tenebris reuocatur in lucem, & ſolis miniſterio fungitur, quod primitùs ignorabat. Sic humiles ſpiritu ſaluat Dominus, & in virgâ furoris malitiam comprimit improborum. Iuſtoque Dei iudicio, nec à vindictâ maledicum liberat confeſſio veritatis. & fidelis à vinculo cæcitatis abſoluitur. Sic ſerui ſui Dominus clarificat vitam, clarificat opus, meritumque commendat, & ſe in Amando viuere, certis demonſtrat indiciis.

quâ manus lauerat aquâ,

vi cæcus illuminatur.

CAP. XL 58 Relictis interim vir Domini Vaſconum finibus, remeauit in Franciam: venienſque ad Hildericum Regem Francorum, locum poſtulauit, vbi conuenienter poſſet ædificare cœnobium. Qui ſecundùm regiam magnificentiam, prædium contulit ei nomine *k* Nanto: Ibi vir ſanctus alacritate promptâ, ſtudio pertinaci, diligenti operâ, nouæ plantationis cæpit ponere fundamentum, & congregantis in eâ filiis gratiæ apta ædificia præparare. Mummulus autem quidam *l* Oſindenſis Epiſcopus, moleſtè ferens liberalitatem Regis, & ſancti viri propoſitum, veneno peſtiferi liuoris infectus, filios Belial delegauit ſegregatos in opus malum, qui demolirentur opera ſanctitatis, & à prædicto loco ſeruum Dei crudeliter exturbarent. Venientes igitur ad eum loquuntur verbis pacificis in dolo; & locum in quo aptiùs ædificaret, ſe demonſtraturos in proximo repromittunt. Sequitur miniſtros nequitiæ ſancta ſimplicitas, & licet reuelante ſpiritu, molitionis impiæ machinam non ignoret; corde tamen & animo ad martyrium deuotus aſpirat, & affectat effuſione ſanguinis diu protenſi laboris exitum coronare. Noluit tamen hoc indicare diſcipulis, ne vel impedimentum facerent ad extrema tendenti, vel de inſtanti periculo grauiùs turbarentur.

k Nanto monaſterium extruit:

l ab Epiſcopo Mummulo

præſcit inſidias ſibi parari:

59 Cùm igitur ad montis ſupercilium peruenisſent; vbi diſpoſuerant carnifices trucidare ſeruum Dei, in C iudicium conuerſa iuſtitia de cælo proſpexit, flagellans impios, & iuſtum protegens piæ defenſionis auxilio. Exoritur repentina tempeſtas, cæli facies denſatur in tenebras, aër caliginis horrore perfunditur, & ſolis ſplendorem turbo procelloſus inuoluit. Abſconditur rerum facies, & vniformi confuſione conuoluitur, apparitoribus eripitur lumen, & ſubitâ cæcitate percuſſi, mortis proximæ diſcrimen horreſcunt, crudelitas vertitur in timorem, tranſit in ſupplicationem ferocia, in abiectionem ceruicoſitas inclinatur, & quem trucidare venerant, humili poſcunt inſtantiâ, vt abire liberi permittantur. Mouetur ad indulgentiam pietas viri Dei, & multo lacrymarum fluore perfuſus, orationi fidenter incumbit, & abſolutionem culpæ poſtulat miſerorum. Aperitur pulſanti ianua miſericordiæ, redit erepta ſerenitas, ſublatis turbinibus ſtatus aëris reparatur, & reſolutis ad lucem luminibus, in vſum diurni ſplendoris, cæcitate ſemotâ miſeri reformantur. Igitur pœnitentiâ ducti de liberatione ſuâ gratias agunt, ſeruum Dei dignâ admiratione venerantur: &

ſubitâ aëtu tempeſtate

perculſos inſidiantes

precibus fuſis

liberat.

in pace reuertentes, ad propria, magnalia Dei, quæ viderant, pleniùs eloquuntur. Sic Dominus à ſeductoribus tutauit illum, & velut aqua decurrens, ad nihilum coram eo deducta malitia, nec flagellum dignæ ſeueritatis euaſit, nec à miſericordiæ beneficiis extitit aliena. D

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

60 Anno itaque circiter *m* quinto, iam prædicti Regis Hilderici, dum *n* Laudini moraretur, venit ad eum beatiſſimus Pater Amandus, & agente Deo, gratiam inuenit in oculis eius. Ad dilatandum itaque diuini cultus obſequium, & propagandum regularis ordinem diſciplinæ, nobile prædium Bariſiacum nomine, cum omnibus eius pertinentiis, regiâ liberalitate, & debitâ libertate beato viro contradidit, quod benignè cum gratiarum actione ſuſcipiens, pro loci & temporis opportunitate, monaſterium inibi diſpoſitione congruâ collocauit; congregatiſque in eo Deum timentibus viris, & Chriſti profeſſis militiam, venerabilem & Deo dignum *o* Andream diſcipulum ſuum prouidâ diſpenſatione præfecit, ſucceſſorem ſibi in Elnonenſi monaſterio mox futurum.

CAP. XLI

m

n

Monaſterium Bariſiaci conſtruit,

o eiq; Andream præficit:

CAP. XLII

61 Cumque, vt moris habebat, euangelizandi gratiâ loca finitima circuiret, Reſſumthum venit, quod in pago Beluacenſi, ſuper Aronam fluuium ſitum eſſe dignoſcitur. Erat ibi mulier infidelis, quæ perfidiæ pœnas, cæcitatis ſuſtinebat incommodum: & propter opera tenebrarum, tenebris addicta, plenam mortis imagine vitam ducebat inutilem. Ingreſſus ad eam vir Domini, cauſſas infortunij ſciſcitatur, quod ſibi iuſtè accidiſſe pro dæmonum cultu & auguriorum obſeruatione mulier anxia confitetur. Dehinc ſigno quo præualet, oſtendit arborem, ſub quâ profanis ritibus imbuta, dæmoni conſueuerat immolare. Cui vir ſanctus, Si vis, inquit, priſtinam recipere ſoſpitatem, prima in contemptum ſuperſtitionis, ad excidendam arborem mitte ſecurim, & à cæcitatis horrore ſanaberis. Credula mulier viro Dei, puellæ ſuæ deducta miniſterio, prompta ferrum librat in arborem: & quod propriâ virtute non expedit, adſtantium manibus monet & gratulatur impleri. Stans igitur ſuper eam vir domini, inuocato Dei nomine, Crucis ſigno, luminis tetigit officinas, & ad lucis officium diuina gratia reformauit. Dehinc qualiter amodò viuere deberet inſtructam, docuit in timore Dei, omni cuſtodiâ ſeruare cor ſuum, & actus vitæ ſuæ diligentiùs cuſtodire: vt ſicut exterius lumen in capite, ſic interius ſplendor veritatis radiaret in mente. Mulier igitur ad monita ſancti Pontificis edocta fideliter, & in omnibus facta correctior, in ſanctitate & iuſtitiâ viuebat coram Deo omnibus diebus vitæ ſuæ. F

mulierem cæcam, E

reiecto diabolico cultu,

Crucis ſigno illuminat.

a *Auctor intra triennium Epiſcopatus Traiectenſis concludit regnum Dagoberti, & Pontificatum S. Martini: quæ ſuprà refutata ſunt.*
b *De B Ittâ, ſiue Iddâbergâ, agemus 8 Maij.*
c *Anno 646, 21 Februarij.*
d *Monaſterium Niuellenſe.* e *Anno 664, 17 Martij.*
f *Iuxta Hainam iacet monaſterium S. Giſleni: ab eo* Hannonia Hainan. *& Henegau dicta.*
g *Idem refertur in Vitâ S. Giſleni 9 Octob.*
h *Philippus in Vitâ S. Giſleni ait inde Elnonem profectum, quod ſuprà § 12 probauimus.*
i *Calloa intelligitur.*
k *Apud Rutenos in Aquitaniâ 1.* l *Imò Vceticenſis.*
m *In diplomate Regis ſuprà relato exprimitur annus 2. Chriſti 666.*
n *Laudunum, ſeu Lugdunum Clauatum, vrbs Galliæ ad Picardiæ Campaniæq; confinia.*
o *De B Andreâ infrà hoc die agemus.*

NOTA in capite VII ſequenti litteras *d e f* malè poſitas debere tranſferri ad ſequentes *g h i*, & has ſequentium loca occupare.

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

CAPVT VII

Tertium iter Romanum S. Amandi. Laus Elnonenſis monaſterij.

CAP. XLIII

62 CIrca *a* idem tempus, diſponebat vir ſanctus, Romam iam tertiò proficiſci: vt labore peregrinationis, & orationum fructu, ſicut initia ſua dedicauerat, ſic extrema vitæ tempora promoueret. Aggreſſus iter, ad *b* domum B. Humberti hoſpitandi gratiâ declinauit. Suſceptus ab eo eſt cum omni reuerentiâ caritatis, & omnis humanitas in procuratione diligenter exhibita. Requirit inter conuiuandum vir ſanctus ab hoſpite, ſi cum eo velit ſuſcepti laboris pondus inſumere, ſi laboris velit communicare mercedi, & apoſtolicis ſe præſentare liminibus. Annuit B. Humbertus, & ſequitur ſancti Pontificis cum omni hilaritate conſortium.

a *Tertiò Romam profecturus,*

b *S. Humbertum ſibi adiungit:*

63 Quadam verò die, ſicut mos eſt itinerantium, dum prandendi cauſsâ iuxta ſiluam viæ proximam conſediſſent, egrediens vrſus, animal illud decerpſit, quo ſarcinas deportare conſueuerant. Quem virtute diuini nominis alligatum deducunt ad ſarcinas, & loco iumenti vtuntur, in ſuppellectilis domeſticæ ſubuectione, & vectorem faciunt de raptore. Sic accedentibus ad Vrbem viris Dei, familiari colloquio Romanus Pontifex, edoctus ab Angelo, miniſterio curſoris occultè denuntiat, vt abſoluant ab hoc miniſterio feram: ne pompaticè magis, quam religiosè videantur ingredi ciuitatem, quæ religionis & honeſtatis caput eſſe debet in gentibus: neúe ſpectaculi nouitate concurſus moueant populorum, & omnium in ſe voces & ora conuertant. Apoſtolicæ iuſſioni ſancti Patres obediunt, & abſolutam ab iniunctâ obedientiâ feram, ad ſaltuum latebras redire permittunt, ſubinde reſpectantem, & obſequium ſuum ſignis, quibus poterat, exhibentem. Indè ciuitatem ingreſſi, dignè ac reuerenter excipiuntur à ſummo Pontifice: peractiſque omnibus ad quæ venerant, & perquiſitis Sanctorum ſuffragiis, ad propria cum gaudio reuertuntur.

vrſum onera iumenti, quod occiderat, ferre iubet,

dein liberum dimittit:

redit:

CAP. XLIV

64 Diuertente Beato Humberto Maricholas, vir Domini Amandus ſeceſſit Elnonem, quem ſibi locum Dagoberti Regis munifica manus *c* dudum conceſſerat; & ad amplificandum diuinitatis cultum, donatione ſolenni liberaliter aſſignârat. Locus ipſe intra *d* Menapiorum poſitus fines, Propontiis, Neruiiſque conterminus, ſicut regni Germanici, & Romani *e* finis eſt imperij; ſic Belgicæ Rhemenſis portio, ſic limes dignoſcitur eſſe Francorum. Hic duobus in vnum conuenientibus fluuiis, *f* Elnone & Scarpo, ſpatioſus in medio diſtenditur angulus, circa quem fluentis irrigua prata, paſcualis vbertas, & piſcatio fœcunda porrigitur; dehinc apta venatibus ſilua, receſſus productioris offertur. Gleba nec adprimè fertilis, nec ieiuna; lactis & mellis copiam prærogat vſibus incolarum. Huc Dei ſeruus aduenies, præſagio mentis intuitu, reclinatorium laboris, pacis domicilium, quietis habitaculum, titulum conſummationis habere diſpoſuit. Sed quia religioni congrua nondum illic ædificia collocârat, ſollicitè conſiderare cœpit, vbi ædificationis nouæ fundamenta diſponeret. Ingreſſus itaque prædictæ intercapedinis angulum, cœpit dumeta præcidere, conuellere frutices, eradicare carecta, & fluuialium demetens arborum ſtipites, & arundineta demoliens, natiuo terram vellere ſpolians, priſtinæ denſitatis horrorem complanauit in aream, & regularibus officinis locum præparauit aptiſſimum. Iactis itaque fundamentis, in honore Apoſtolorum Principis Petri fundauit eccleſiam, quem præcipuum ſuæ prædicationis auctorem, laboris ducem, moleſtiæ conſolatorem, frequenter habuerat. Extruxit hîc ardenti ſtudio conuenientes monaſtico ordini officinas, quæ nec ſuperfluæ curioſitatis ambitum, nec attritæ paupertatis anguſtiam redolerent. Inde retia laxat piſcator ſedulus in capturam, & ſtrenuos vndique colligit cœpti operis adiutores, & inſtitutionum regularium prouiſores fidiſſimos. Conueniunt ad eum viri ſpiritu feruentes, zelantes legem Domini, mandata vitæ propenſiùs amplectentes, & erectam diuini ſeruitij ſcholam celebri proſequentes inſtantiâ. Gaudet paſtor fidelis de boni gregis augmento, & inuicem grex deuotus ſub tanti Patris regimine, de bonorum communium profectibus hilareſcit. Inde nouam à fundamentis in honore Beati Andreæ Apoſtoli fabricari iuſſit eccleſiam: quam dignis Deo famulantium decorauit obſequiis. Ipſe tanquàm diſpenſator egregius, nunc exteriorum ſuſcipit turbines actionum, nunc ad interiora velaminis non ſine orationis incenſo, & ſancti feruoris igne progreditur, vt audiat quid in eo loquatur Dominus Deus, & in ſeruos eius pacem poſtulet & profectum.

c *Elnone exſtruit monaſterium,*

d

e

f

& eccleſiam.

CAP. XLV

65 Non multo poſt hæc elapſo tempore, ſecundò rediens ab Vrbe S. Humbertus, ad viſitandum virum Dei deſcendebat Elnonem. Cumque iam loco propinquaret, acceſſit *g* Angelus Domini ad B. Amandum, monetque, vt egrediatur obuiàm ſeruo Dei, & quanti ſit apud Deum meriti, ſigno, quod vertice prætendit, agnoſcat. Egreditur vir beatus, & de tanti hoſpitis gratulatur aduentu, & dato pacis oſculo, caput eius retegens radiare conſpicit in vertice ſignum Crucis, quod non tamen dabatur omnibus intueri, niſi quorum diuina virtus oculos illuſtraret. Fit communis inter eos, ingenſque lætitia, quæ non adulationis fucum, ſed ſinceritatis ſanctæ ſpiraret indaginem; nilque referret inſolitum, quod non vtriuſque propoſito, quod non ſanctitati, non ordini conueniret, nec poſſet hoſpitalitatis ſanctæ legibus reluctari. Perendinato apud eum, quanto libuit ſpatio, poſt exhortationis mutuæ collationes ſacras, poſt dulcia pietatis ſanctæ colloquia, datâ inuicem benedictione, B. Humbertus cum gaudio refertur ad propria.

g *ab Angelo de aduentu Humberti ſit certior:*

Crucem in capite eius radiare videt:

CAP. XLVI

66 Erat in cœnobio *h* Elnonenſi, Præpoſitus quidam, Chrodobaldus nomine, Fratrum deputatus obſequiis, & exteriori curæ ſancti Patris aſſignatus imperio. A quo mandatum ſuſcipiens, vt potum Fratribus tempore congruo iuxta ſolitum miniſtraret, iuſta mandantis contempſit edictum. Sed vindictam iuſti Iudicis non euaſit. Ad excuſandas excuſationes in peccatis, ad virum Dei parabat aſcendere, vt obductionis velo contumaciam ſui reatus obnuberet: cùm ſubito paralyſis horrore conuoluitur, profligantur ſenſus, hebeſcit memoria, viſus caligat, liebetatur auditus, omnibuſque in illo præmortuis membris, vitalis adhuc ſpiritus in ſolo pectore palpitabat. Voce tamen & riſu, quo poterat, confitebatur inſtanter, quòd inobedientiæ culpa tantis illum malis ingeſſerat. Impoſitus igitur naui miniſterio Fratrum, curſu *i* fluminis deportatur Elnonem. Nuntiantur hæc viro Dei, qui ſubridens dixiſſe fertur: Adhuc ſuſtinebit maiora, quia iactantiam ſequitur, & obedientiæ gratiam non attendit. Dehinc per fidelem Presbyterum fragmen panis, & modicum vini datâ benedictione dirigit, & vt his reficiatur edicens, mandat vt obuiàm ſequenti die, ſe viſitaturo ſine cunctatione procedat. Guſtatâ Præpoſitus benedictione Patris, priſtinæ redditur ſanitati, & reparat obedientia vires, quas inobedientiæ reatus abſtulerat. Sequenti die, venienti ad ſe ſeruo Dei, læto ſe repræſentauit occurſu, poſtulatis veniam pro delicto, & beneficio gratias referens. Miratur vniuerſitas Fratrum, quòd ſanum vident, & vegeto corpore, quem quaſi exanimem alienis manibus illatum viderant miſerè decumbentem. Agitur in commune laus Deo, & ſancti Patris virtus ac meritum glorioſius prædicatur. Ipſe autem correptum blandè ac leniter fratrem Martianas remittit, & hortatur, vt in reliquum ſibi caueat,

h *monachũ inobedientem,*

paralyſi percuſſum,

i

datâ benedictione ſanat:

& actus

A & actus ſuos ſatagat vtiliùs reformare.

CA.XLVII 67 Intereà Beatus Florebertus, quem Blandinienſi monaſterio iam dudum ipſe præfecerat, k appoſitus eſt ad Patres ſuos, ingreſſus in gaudium Domini ſui, immortalitatis regnum ſortitus & gloriam. Fratres autem loci pari voto, & vnanimi voluntate legatione tranſmiſsâ, ſupplicatione quâ præualent & obſecratione non fictâ, pulſant paternæ pietatis affectum, vt ad eos declinet vir ſanctus, prouideat monaſterio quod fundauit, enutriat filios, quos de ſpiritali generatione ſuſcepit, riget vberiùs arbuſta quæ poſuit, nec gregem deuotum patiatur in diſperſionis abire iacturam. Beatus Amandus filiorum petitione concuſſus, timoris pariter & amoris ſubito tranſfixus acceſſu, nec Elnonem relinquere, nec ſine conſilio remittere volebat filios ſupplicantes. Sic ex ſtudio pietatis diuiſus in partes, poſt multos ſanctæ deliberationis motus, & exquiſita conſilia petentibus blandâ humilitate reſpondit: Nolite, filij, nolite Patris veſtri ſollicitare quietem, nolite de portu reuocare in pelagus, ſufficit mihi paupertas mea, vt diuitiæ computentur, hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hîc habitabo quoniam elegi eam. Vobis non deerit, propitiante Deo, virtus cæleſtis auxilij, vel noſtræ ſollicitudinis adiumentum. Hac voce Fratres à

k à Gualdē-ſibus, mortuo Florebertо, in Patrem requiritur,

dignitatē illam detrectat,

B curſu propoſitæ intentionis excluſi, ne vacui reuertantur implorant, & ſancti Patris conſulunt cum omni deuotione ſollertiam, quid de Blandinienſis monaſterij ordinatione ſentiat, quid cenſeat adimpleri. Sanctus Pater Amandus, qui nec ſuos Elnonenſes deſerere, nec gregi deeſſe poterat deſolato, probatæ conuerſationis virtum, moribus inſignem, moderatione præcipuum, *l* Ioannem, diſcipulum ſuum tradidit eis: cui Fratrum curam datâ benedictione commiſit, & remiſit cum exultatione Blandinium.

l Ioannem in præficit,

CA.XLVIII 68 Sentiebat iam ex tunc beatus Pater Amandus corporis ſui defectus, laboribus confectus & ſenio, nec abeſſe longiùs exitus ſui diem ſecretâ inſpiratione præſenſerat. Euocatum igitur ad ſe venerabilem Andream, quem Bariſiaco prius Abbatem præfecerat, conſtituit *m* ſuper familiam ſuam, quam Domino iuuante collegerat, vt in manu eius virtus ordinis, & ſcueritas diſciplinæ, prouidâ moderatione floreret, & ipſi vacandi Deo ſecretior ac liberior pateret introitus. Reuocari tamen decreuit in ius Elnonenſis monaſterij poſſeſſionem perpetuam, quidquid Bariſiaci antè poſſederat, de munificentiâ Regis Hilderici, quod vſque in hodiernum diem ſecundùm viri Dei diſpenſationem

m B. Andreā Elnonenſibus:

C irrefragabiliter conſeruatur.

a *Imò relicto Traiecto anno 650, vt dictum § 12; ergo annis 26 ante conditum Bariſiacum monaſterium.*
b *Muricolenſe monaſterium.*
c *Anno Dagoberti 11 Chriſti 638.*
d *Hæc ex Vitâ S. Humberti 25 Martij excerpta ſunt.*
e *Imò* Marchianenſi, *de quo hæc tradit Gualbertus Marchianenſis monachus apud Buzelinum lib. 1 Gallo-Flandriæ cap. 41.* Quinto loco beato Abbati Ionato vicinum & iuxta poſitum Sanctum Chrodobaldum celebri memoria atquè dignum, meritis glorioſum, ſanctiſſimi Confeſſoris atque Pontificis Amandi monachum & Præpoſitum, percuſſum tamen à Deo ob contumaciam, iactantiam atque peruicaciam, ſed humiliatum ſcilicet ab eodem Pontifice, coniunctâ compage membrorum, paralyſis morbo diſſolutâ propter inobedientiæ vitium, erga beatum virum commiſſum, præcipiente Magiſtro & non obaudiente diſcipulo caritatis obſequium; per virtutem Domini ſanatum atque correptum. Pro cuius merito poſteris demonſtrando de eo tale miraculum innotuit in Marcenienſi cœnobio. Quando enim priſco tempore combuſtum eſt eiuſdem cœnobij templum, tapete eius ſarcophago ſuppoſitum, pruuis ardentibus vndique coopertum, flammâ vndique feruente per totum monaſterium, ſicut ab antiquis Patribus relatum eſt, omnino permanſit illæſum. Ad cuius miraculi inſigne oculis tam futurorum quàm præſentium quotidie innoti-dum, tapetum adhuc reſeruatur reconditum vel potiùs in reueſtiario, vbi ſuperponuntur albæ, cappæ, & cetera ornamenta, extat appoſitum. *Eiuſdem miraculi meminit Raiſſius in Hieroga zophylacio,* & Beatum *appellat.*

Chrodobaldus Sanctus habitus,

miraculo illuſtratus.

f *Scarpi, cui adiacent Marchianenſe & Elnonenſe monaſteria.*
g *Anno 664 1 Nouemb. quo Vitam eius dabimus. De eius obitu actum ſuprà § 13.*
h *Præfuiſſe Ioannem vſque ad annum 683 diximus ibidem.*
i *Anno 683 vt dictum § 15.*

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

D

CAPVT VIII

S. Amandi teſtamentum, obitus, ſepultura.

69 SOlet circa poſteriùs genitam ſobolem paterna pietas eſſe propenſior, & genuinæ caritatis ardorem ſemper extremis reſeruat affectibus. Sic Magiſter pietatis, cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, & infirmis adhuc rudibuſque diſcipulis vitalem ſuæ mortis exhibuit medicinam. Huius imitator beatus Pater Amandus, cùm ſciret articulum ſui tranſitus imminere, conuocatis ad ſe Fratribus, poſt exhortationis verba poſt piæ conſolationis blanda colloquia, poſt inculcata ſalutis æternæ mandata, vocationis ſuæ tempus indicat propinquare; &, quantùm eos viuens dilexerit, manifeſtis declarat indiciis, cùm nec in morte ſuſtineat ab eorum dulci collegio ſeparari. Facto igitur eis teſtamento, ſicut in archiuis huius

CAP. XLIX

mortem ſuam prænuntiat:

E

monaſterij continetur, ſtabile de corpore ſuo confirmat edictum, idemque conſtanter adiurat, precatur, monet, hortatur, & imperat, vt inuiolabiliter obſeruetur. Conuenerant ad eum famâ ſanctitatis, opinione virtutum, meritorum fructibus, & operum ſignis illecti, reuerendæ auctoritatis, & inſignis excellentiæ Patres, *a* Reolus Metropolita Remenſis, Mummolenus Nouiomenſis Epiſcopus, Cameracenſium Pater Vindicianus, Bertinus & Aldebertus Abbates, Ioannes Blandinienſis cœnobij Paſtor *b* egregius, cum aliis Deum timentibus viris, quorum auctoritate & conſilio diſpoſitionis ſuæ roborauit effectum. Diſpoſuit igitur ſub horribilis interminatione ſententiæ, ne cuiquam liceret Eccleſiaſticæ ſecularique perſonæ, corpus ſuum ab Elnonenſi remouere cœnobio, vel transferre cuiuſlibet occaſionis obtentu; ſed cum Fratribus, qui eius inductu mundum vicerant, depoſitionis ſuæ locum præſentiâ ſui corporis immobiliter poſſideret: & reſurrectionis vltimæ diem cum eis fideliter expectaret, quos nec viuens deſerere ſuſtinebat, nec admittebat moriens aliquatenùs dimoueri. Vt ergo omnem ambiguitatem huius rei ſcire volentibus auferamus, teſtamentum pij Patris nobis placet vt huic operi inſeramus.

a

b

de ſepulturâ ſtatuit:

70 *c* In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ego Amandus miſerrimus, & peccator. Credimus vbique Diuinam nos pietatem regere, & clementer ſaluare velle, quia & ingreſſum noſtrum in mundum, & exitum de mundo, ante ſecula ipſe prænoſcit. Proinde omnibus non habetur incognitum, qualiter nos longè lateque per vniuerſas prouincias, ſeu gentes, propter amorem Chriſti ſeu verbum Dei annuntiare, vel baptiſmum tradere, diſcurſum habuimus: & nos de multis periculis pietas Dei eripuit, & vſque tempore iſto perducere dignatus eſt. Sed, dum iam corpore feſſo & multis laboribus fatigato, iam in ſummâ ſenectute penè corpore præmortuo, exitum de hoc mundo in proximo habere ſperamus, & quia nos Deus *d* in iſtum locellum, qui vocatur Elnonis, perducere dignatus eſt, quem ſuper largitate regiâ, proprio labore viſi fuimus conſtruxiſſe; ſi nos ibi Deus de hoc mundo decreuerit emigrare, peto & coram Chriſto Ieſu filio Dei coniurare præſumo, vt nulli Epiſcoporum vel Abbatum, ſeu ſecularium virorum, aut quibuſlibet poteſtatibus hoc contrarium ſit, vt corpuſculum meum in ipſo monaſterio, quod ſuperiùs diximus, Elnone, inter illos Fratres requieſcat, vbi iam nos ad ipſos Fratres & corpore & animâ commendauimus.

CAP. L

c teſtamentū condit:

F

d

ſepulturā eligit apud Elnonēſes:

71 Et ſi in *e* itinere, aut vbivbi finis noſter pro-

AVCTORE PHILIPPO ABBATE, EX MSS.

neuerit, ad ipſum locum, quem ſuperiùs memorauimus, corpuſculum noſtrum licentiam habeant Fratres vel Abba de ipſo monaſterio Elnone ibidem reuocare. Siquis verò contradicere, aut de ipſo monaſterio
A corpus meum per fortia abſtrahere, aut temerario ſpiritu contradicere voluerit; imprimitus ſanctæ Trinitatis incurrat offenſam, & ab omnibus Eccleſiis Catholicis excommunicatus appareat, & à ſocietate Sanctorum extraneus efficiatur: & damnationem, quàm Dathan & Abiron ſuſtinuerunt, quos infernus viuos abſorbuit, ipſe ſuſtineat, & ſit anathema maranatha, quod eſt perditio, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et nec ſic noſtram voluntatem mutare valeat; ſed hæc deliberatio noſtra in perpetuo firma, & inuiolata permaneat. Et vt certiùs credatis, manu propriâ ſubſcripſi: & omnibus hominibus Deum timentibus vt ſubſcribant ſupplicamus & rogamus. Quam epiſtolam fratri noſtro Baudemundo Presbytero fieri rogauimus. Facta epiſtola in monaſterio Elnone anno ſecundo regni domini noſtri Theodorici glorioſi Regis ſub die decimâ quintâ Kalend. Maij. Ego Amandus peccator hanc epiſtolam à me factam conſenſi & ſubſcripſi. Ego in Chriſti nomine Reolus ac ſi peccator ſubſcripſi. Ego in Chriſti nomine Mummolenus epiſcopus ſub-
B ſcripſi. Ego in Chriſti nomine Vinditianus ac ſi peccator Epiſcopus hanc epiſtolam, rogante Domno Amando, conſenſi & ſubſcripſi. Ego Bertinus Abba ſubſcripſi. Ego Aldebertus Abba ſubſcripſi. Ego Ioannes rogatus à Domno Amando, conſentiens hanc epiſtolam ſubſcripſi. Ego Baudemundus peccator, iubente Domno meo Amando, hanc epiſtolam deliberationis ſuæ ſcripſi & ſubſcripſi.

fert anathema in tranſgreſſores.

ſubſcribit cum variis aliis.

CAP. LI

72 Laudabilis zelus, inuictus amor, delectabilis gratia, iocunda ſuauitas, mirabilis vnio caritatis, quæ ſic animam viri ſancti vinculo pietatis indiſſolubili colligarat: vt in propriæ diſſolutionis exceſſu, diſſociari à Fratribus iacturam ſancti fœderis æſtimaret. Igitur glorioſi Pontificis imminente reuerendi tranſitus die, cùm eſſet in oratorio B. Andreæ, poſt orationum munus, poſt ſuſcepta cæleſtis Sacramenta myſterij, inter diſcipulorum manus, finito vitæ curſu migrauit ad Dominum; & appoſitus eſt ad Patres ſuos cum gloriâ. Felix operum merito, felix gratiâ ſanctitatis, felix conſummatione laudabili, cui diuinitus conceſſum eſt, vt ante altare beatæ Virginis vltimum redderet ſpiritum, cuius ſe meritis adiuuari deuotiſſimè poſtubat, cuius ſacra veſtigia toto mentis anniſu ſtuderat imitari. Nullius enim apud Deum familiarior interuentus, nullius efficacior poteſt eſſe gratia, quàm illius
C quæ mater eſſe meruit, cuius pater eſt Deus. In quâ ſancti Spiritus operatione mirabili deitatis, virginitatiſque complexus naturarum proprietate ſeruatâ, æterni Verbi communicat genituram.

moritur

ante altare B. Mariæ:

& ibi ſepelitur.

73 In quartum ſanè diem differtur exequiarum ſancta ſolennitas, vt religioſis vndique conuenientibus viris, iuſta ſoluantur ſancto funeri & pretioſi theſauri depoſitio fauorabiliùs celebretur. Excitati famâ finitimi, concurſu frequenti pariter, ex oppidis, viciſque conueniunt, vt tanti Patris venerentur exequias, &, quem viuentem dilexerant, exanimem pietatis officio proſequantur. Adeſt de diuerſis euocata partibus diſcipulorum eius ſancta frequentia. Adſunt pietatis filij Clerus & populus adiacentes: & elatam de loco tranſitus ſanctiſſimi corporis glebam, vſque ad locum ſepulcri, pſalmis, hymnis, & canticis canora cæleſtibus fidelis turba proſequitur. Quæ licet de tanti Patris felici victoriâ ſentiat eſſe gaudendum, lacrymas tamen doloris, pietatis extorquet affectus: & de vno eodemque fonte, pari tenore ſcaturiens, diſparibus excitata cauſſis, mæroris & gaudij vena progreditur; dum triumphanti pietas debet, vt gaudeat, & funebribus obſequiis exhibere decet, vt doleat. Sepultus eſt igitur in oratorio B. Petri, quod ipſe fundauerat: vt, qui præ-

magno concurſu

in oratorio S. Petri.

dicationis auctor, adiutor in opportunitatibus, in tribu- D
lationibus conſolator extiterat, in extremis promptus adſiſteret, portas iuſtitiæ reſeraret intranti, & foueret in terræ gremio quieſcentem. Præſtantur ad ſepulchrum eius beneficia præclara poſcentibus, quæ Patris ſancti meritum pleniùs atteſtantur, & Confeſſorem ſuum coruſca miraculis viſitatio diuina commendat, & in ſeruo ſuo Chriſtus ſe viuere glorioſis demonſtrat oſtentis. Qui cum Deo Patre, & ſancto Spiritu viuit & regnat Deus: per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

CAP. LII

74 Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum eius, quæ licet minùs capacibus iter exterminij videatur, magnificat tamen eos cæleſtis auctoritas, & reſurrectionis æternæ gloriam prædicat in defunctis. Depoſito carnis onere B. Amandus, dum *f* nocte Dominicâ migraret ad Dominum, inclyta virgo Aldegundis, in monaſterio Malbodienſi, ante venerandum altare ſanctæ & perpetuæ Virginis; vigiliis & orationibus ardentiùs inſiſtebat. Cùm *g* ſubitò raptâ in exceſſu mentis, videt reuerendâ canitie virum, clarum ſacerdotalibus indumentis, virgâ paſtorali ſubnixum; cum ingenti gloriâ coruſcæ lucis ad ſuperna conſcendere. Præcedebat; & ſubſequebatur cuntem cuneus E
innumerabilis albatorum, quos è veſtigio ſequi, quorum dulci ſociari collegio, quorum felicibus intereſſe gaudiis affectabat, & niſu quo poterat veſtigia ſequebatur. Interrogatur ab Angelo itineris duce, ſcirétne, quis eſſet ille tantæ reuerentiæ & gloriæ ſenex, quem ſtiparet tam ſolennis candidatæ multitudinis comitatus. Quod cùm ſe neſcire virgo Domini fateretur; Hic eſt, inquit, ſeruus Domini Amandus, qui curſu vitæ præſentis laudabiliter & innocenter expleto, in gaudium Domini ſui, cum lætitiæ manipulis intrare feſtinat, vt ſic ei iocunda quietis manſio poſt labores, & de ſpe tranſlatus ad ſpeciem manifeſtæ contemplationis gloriâ ſatietur. Spectabilis autem illa dealbatæ multitudinis turba, quæ ponè ſequitur aut præcedit, ij ſunt qui ſacris eius inſtitutionibus eruditi, Diuinâ ſententiâ præordinantur ad vitam: ſignum apoſtolatus ipſius in Domino, pro imitatione ſanctâ gloriæ comites & mercedis.

f

g

B. Aldegundem eum in cælos deduci videt.

ſtipatum pluribus Sanctis ab eo inſtructis:

75 Virgo Domini tegens ſilentio viſionem nulli ſuorum voluit indicare, ſed deſtinato ad ſororem ſuam B. Waldetrudem nuntio, ad colloquendum ſibi cum eâ, vitum Dei S. Giſlenum pariter euocauit. Quibus ad locum qui *h* Meruius vocatur, occurrens, familiari colloquio myſterium ſacræ viſionis ediſſerit. Quod vir ſanctus prudenter aduertens, Gratias, inquit, age Deo virgo fidelis, cui dignatio & ſerui ſui meritum, & exitus tui proximum diem voluit indicare. Proinde quod cœpiſti, conuenienter & ſolerter exequere, vt cuius exhortationis es amplexata conſilium, eius, in æternitatis gloriâ, collegio ſocieris. His dictis ab inuicem receſſerunt, & fidem verbis fidelis exitus applicauit.

id indicat SS. VValdetrudi & Giſleno;

h

F

76 Tranſiit autem B. Amandus nocte Dominicâ octauo Idus Februarij, anno ab incarnatione Domini *i* ſexcenteſimo ſexageſimo primo, præſulatus Vitaliani Papæ *k* tertio, imperij *l* Conſtantini viceſimo tertio, qui ab Eracleo tertius rempublicam gubernauit. Regnante in Francia *m* Theoderico. Anno vitæ beati pontificis nonageſimo. Præſtante Domino Ieſu Chriſto: cui cum Patre & Spiritu ſancto eſt honor & gloria per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

quo anno iuxta hunc auctorem obierit

i

k l

m

a *Coluntur Reolus 15 Nouemb Mommolenus 16 Octob. Vinditianus 14 Martij, Bertinus 5 Septemb.*

b *Hunc Molanus 1 Nouemb. in S. Florberto* omnium morum probitate comptum *vocat: eumdem recenſet Sanderus in Hagiologio Flandriæ.*

c *Conſuluimus teſtamentum hoc cum MSS. Elnonenſi. Blandinienſi & aliis tribus. Edidit illud Miræus in Faſtis Belgicis.*

d *MS. Elnonenſe,* in iſto locello. e *Idem,* ab ipſo loco.

f *Obiiſſe S. Amandum Sabbato ante Dominicam Septuageſimæ dictum eſt* § 15.

g *Imò*

A g *Imò viuente S. Amando hanc potiùs visionem contigisse diximus suprà.*

h *Rainerus* Meinrtuum *vocat.* 1 *Anno* 684.

k S. Vitalianus, *de quo egimus* 27 *Ianuarij, pontificatum iniit anno* 656, *ergo tertius illius annus fuit, Christi* 659, *& quintus* 661.

S. Vitalianus Papa

Constans Imp.

l *Imò* Constantis: *qui nepos Heraclij, & filius Constantini, cœpit regnare anno* 641, *cuius annus* 20 *conuenit in annum Christi* 661: *fuit Constans pater Constantini Pogonati, sub quo è vitâ decessit S. Amandus. De errorum causâ actum* §. 16.

m *Theodericus cœpit regnare anno* 680. *eius filius meminit testamentum S. Amandi.*

Theoderici tus Rex

ALIA VITA METRICA

auctore Milone monacho Elnon.

ex MSS. Antuerpien. & Elnonen.

a a EPISTOLA MILONIS LEVITÆ,

postea Presbyteri, ad venerabilem Patrem b Haiminum Christi Sacerdotem directa.

b

Fretus amicitiâ Haimini,

REuerentissimo Patri Haimino Milo deuotissimus filiorum indelebilem æternæ felicitatis iocunditatem.

Perfruitus quondam vestræ mansuetudinis benignissimo affatu, eo scilicet tempore, quo susceptus à vobis vestrâ immeritus merui iocundari allocutione, ac mellifluâ perfoueri dulcedine, gratiarum actionem persoluo. Siquidem erga exiguitatem meam tanta vestræ excellentiæ benignitas viguit, vt deinceps non cessaret, quod inflammatum erat in corde meo vestri amoris ardere incendium. Et non immeritò: quippe melle pleni sincerissimæ dilectionis cordis ac corporis gesta eructantes, quæ interiora vestri pectoris habebant cubilia, facilè obtinuistis, ne de fibris meis vllo vnquam tenore vestra labatur amabilis mentio; sed æternaliter innouata conseruetur & perduret flore immarcescibili. Quâ de re fidens in tam laudabili paternitate vestrâ, ceu filius indidi manibus vestris ineptas meæ imprudentiæ nænias,

poëma de Vitâ S. Amandi

præexercitamen scilicet ingenioli mei in vitâ beatissimi Amandi, suppliciter obsecrans, vt si in his aliquid fidei Catholicæ minùs consonans, vel incongruum legi metricæ inueneritis, ad certæ normam regulæ misericorditer, more paterno reducatis: nec me meo dimittatis errori, contestor & obsecro per sanguinem Christi, qui susus est pro salute populi Christiani. Quod si, misericordiâ supernæ maiestatis præeunte, æquas textus carminis mei obtinuerit partes; tunc vnà mecum huius doni largitori, sancto scilicet Spiritui, gratiarum laudes debitâ exultatione persoluite: cuius munere tantum opus quiui vtcumque compingere. Rusticitati autem meæ veniam dare necesse est, quia rusticatio, vt quidam ait, ab Altissimo creata est. Et quamuis difficilioribus vti potuerim aliquibus in locis verborum ambagibus, ne id facerem sum prohibitus, quia etiam credidi futurum opus istud gratius, si omnium Fratrum pateret auditibus. Faueat ergo excellentia vestra non vitiis meis sed laboribus; vt illud percipiatis in cælestibus, quod mortalis non vidit oculus. Valere vos optamus ad omnium fidelium profectum æternaliter.

eius cẽsura subiicit, C

humili cõscriptum stylo.

a *Ita codex noster MS.* Incipit Epistola Milonis Leuitæ *&c. at codex Amandinus:* Incipit Epistola Milonis Philosophi ad venerabilem Patrem Haiminum *&c.*

b *De Haimino Sacerdote & monacho Vedastino egimus ad Vitam S. Vedasti.*

AVCTORE MILONE, ex MSS. D

RESCRIPTVM HAIMINI AD EVMDEM.

INfimus seruus Christi Haiminus Miloni suo salutẽ. Carmen quod mihi, Frater amantissime, porrexisti, auidâ mente perlegi: sed quia non satis est legisse semel, iuuit vsque videre. Vnde repetens à principio non sine iudiciali censurâ, quod antè summotenus tetigi, totum ex integro legens & inculcans, omnes in eo intentionis meæ vires impendi. Nam primò putaui me fateor in planum posuisse pedem; sed vt comperi meam exiguitatem non modò poculo fontis irrigari, sed fluctibus eloquentiæ obrutum iri, non sine cautelâ deinceps totum id flumen Fratribus, qui mecum sunt, quomodò sit nauigandum ostendi. Et, quia in eo nec scopulum, qui fidei obstet, offendi, nec, quod legi metricæ refragetur, inueni; horror Fratres nostros, qui à talibus studiis non abhorrent, munus hoc libenter suscipere, & obsecro, vt satius velint ad simile studium prouocari, quàm inuidiæ facibus concremari. Nouimus siquidem semper ciues ciuibus inuidere, & secundùm Saluatoris dictum, neminem Prophetam, siue, vt tu solitus es dicere, nullum Poëtam acceptum esse in patriâ suâ. Sed quia paruulum occidit inuidia, minor esse cognoscitur qui inuidet, quam ille, cui inuidetur. Papæ! miror opiparum valuisse diuitibus præparare conuiuium, quem putabam vix posse pauperibus exhibere vel gustum. Planè amantissimi Amandi ego quidem id meritis imputo, de cuius præconiis exsultare ac Christum laudare non cesso. Est igitur eloquium suaue & carmen salibus dulce, leni lapsu & plano sermone decurrit oratio. Quid ampliùs? Dicant & iudicent sodales vt velint: ego autem arcanum cordis mei peruulgo: quia præconia tanti Patris, mi dilecte, satis abundeque tuo carmine illustrasti. Noli tamen, obsecro, ab incepto desistere, noli desidiæ aut inerti otio succumbere; noli gratiam, quæ tibi adiacet, negligere; sed, dum vacat, semper te bonis studiis exerce; & noli quod gratis accepisti, aliis denegare: noli solus bonum commune possidere velle. Hæc sola pecunia est, quæ nouit expensione augeri: hæc sola est, quæ sparsa crescit, & erogata emolumenta capit: hæc est etiam, quæ absconsorem suum pœnis addicit, & bonum dispensatorem æterni muneris gloria insignit.

Haiminus poëma probat.

commendat, & alium

Luc. 1. 24

à stylo excusat.

incitat auctorem ad similes lucubrationes.

Macte nouâ virtute, vale Milo optime vates,
Haiminique tui, dic, miserere Deus

a PROOEMIVM OPERIS SEQVENTIS.

a

FEsta propinquabant nostri veneranda Patroni, F
Instabatque dies terrigenis celebris.
b Ornabat nitidi præcelsa habitacula templi b
Peruigili curâ sancta caterua gregis. *Alia trium Natalia parabantur,*
Candentes tunicas atque ornamenta per aras
Ponebant textâ staimine purpureo.
More parabantur solito pauimenta decenter
Marmore commixtis ordinibus variis.
Pars aliqua aptabat redolentia lumina ceris,
Formabatque chorus cantica mellifluus.
Pars & oliuiferis appendens vasa coronis,
Fundebat lucem corde, manu rutilam.
Tunc me solicitum, ne in tantis munere turmis
Parerem vacuus, istud opus rapuit, *Auctor poema hoc scribit,*
Laudibus apta piis, florentia gesta venusti
Præsulis vt metro dulcisono canerem.
Dulce decus, pietatis opus, compingere versu
Pontificis vitam suasit amor fidei.
Quorumdam monitis Fratrum compulsus, enorme
Suscepi pondus viribus exiguis.
Antiquos proh non puduit reticere poëtas,
Quis doctrina inerat vana, caduca, leuis.
Fallendi studium quos cunctum lusit in æuum,
Totaque vita fuit dedita criminibus. *non Gentilium more.*

Carmine

A VETORE MILONE. EX MSS. LIB. I

Carmine diſtincto verborum ferre cothurno,
Ac nomen laudis quærere per facinus.
Dumque per errores variis anfractibus irent,
Perfecêre aliud nil, niſi mortis opus.
A Aquâ decepti, inferno tumuliſque repoſti,
Fletibus aſſiduis talia facta luunt.
Muta mihi & ſicco languebit lingua palato,
Falſaque qui damno, vera tacere queo.
Nam meliore viâ Chriſti celebrare tropæa
Muneris intuitu ſpes benè fida monet.
Laus vt ſumma Deo, veneratio debita Sancto,
Exemplum populis ſit quoque Chriſticolis. *ſed amore Dei & S. Amandi*
Et mihi ſuccreſcat cumulato fœnore merces,
Transferar & Iuſti huius ad aſtra prece.
Intentata tamen priùs iſto ſchemate res eſt,
Et quæ non didici, conor amando loqui.
Ergo Dei fidens bonitate & munere ſancti
Flaminis aggredior inſcius iſtud iter.
Quiſquis erit, noſtrum qui carmen rodere mauult,
Verme fero iuſtæ roditur inuidiæ,
Et qui tam iuſto cupit aggaudere labori,
Patre Deo genitus, patris amator hic eſt.
B Ergo euangelicum primò percurrere textum,
Illius & ſeptem ſacra ſigilla iuuat.
Tunc melius Sancti potero properare per actus,
Principium tale ſi pia membra habeant. c

a *Hæc præponebantur*: In nomine Domini incipit Vita S. Amandi Confeſſoris Chriſti, de prosâ oratione in Heroicum carmen metrico ſtylo transfuſa, habens libellos IV, edita à Milone monacho cœnobij ipſius.

b *Eo ornatus ad celebranda Sanctorum feſta ab annis octingentis & amplius adhiberi ſolitus.*

c *Hæc capita margini adſcribimus, ac more noſtro diſtinguimus: Illa hic indicaſſe ſufficit.*

Capitula libri 1. ab auctore præfixa.

1 HVmana Chriſti natiuitas, & quòd hunc omnia elementa Dominum fore cognouerint exponitur.
2 Apoſtolorum electio, paſſio ac reſurrectio & ad cælos Chriſti aſcenſio, Spiritus quoque ſancti emiſſio breuiter indicatur.
3 Quibus in locis Apoſtoli euangelium prædicauerint.
4 Commemoratis Apoſtolorum ſucceſſoribus B. Amandus ſubnectitur.
5 Editor operis confitens inſcientiam, ſancti Spiritus poſtulat gratiam.
6 Patria parenteſque Beati commemorantur.
7 Vbi Sanctus cognatos relinquens, Ogiam petiit.
8 Vbi ſerpentem validum prece & Crucis vexillo fugauit.
9 Reſponſio ad patrem.
C 10 Quod ad ſepulchrum S. Martini orans caput ſibi totondit.
11 Qualiter Biturigas adiit, & de abſtinentiâ & conuerſatione ipſius.
12 Vbi Romam fidei ardore proficiſcitur.
13 Vbi à cuſtode de eccleſiâ pellitur.
14 Apparente Petro ammonetur ad Gallias redire.
15 Reditus Sancti refertur, ſimulq; libellus cum prece finitur.

LIBER PRIMVS

CAPVT I

Introductio Poëtica, à Chriſto & Apoſtolis ad S. Amandum. Huius ortus.

1 ARbiter omnipotens, hominum rerumque Creator,
Errorum tenebris mundo pereunte, miſertus,
Virginis intrauit thalamum, intactumque parauit
Chriſtus Incarnatus Hoſpitium ſibimet, clauſæ quo nomine portæ
Hezechiel ſignat quam nullus conditus intrat,
Ezech. 44. 2. Ni ſolus, cui clauſa patent habitacula, Chriſtus.
Vtque magis ſtupeas quodque eſt mirabile dictu,
Cæleſtis clauſam penetrauit ianua portam:
Vnde Maria ſui genitrix effecta parentis,
Virginis antiquæ delictum deluit. Euæ, D
Protulit & mundo verum ſine ſemine fructum.
Ergo vbi conſpicuo proceſſit honore Redemptor, *agnoſcitur ab omni creatura;*
Et mundo effulſit Phœbo rutilantior ipſo;
Paſtores pecorum primi, preſſique pauore,
Conſpicuos ciues carmen cæleſte canentes
Audiuêre aſtris arrectis auribus: Auctor
Ad terras rerum quòd venerit & Reparator,
Cuius in exortu cæleſti gloria regno
In terriſque foret homini pax ſancta volenti.
Aſtra poli ſenſêre, ſuus quòd Conditor eſſet,
Ad cuius cunas ſtellam miſêre coruſcam,
Hunc que ſuum Dominum pelagus cognouerat eſſe,
Se plantis cuius calcabile præbuit. Almus
Sol quoque condoluit, cùm fixum ſtipite vidit
Flens famulus Dominum furuo velatus amictu.
Terraque cognouit, quando eſt concuſſa tremore
Horribili fractis Sanctorum ritè ſepulchris.
Infernuſque pauens tremuit, cùm clauſtra reuulſa
Vidit, conſpicuo contractis lumine valuis.
2 Sed quia terrigenæ Regem ſuper omnia necdum
Hunc fore credebant, ſimulacra nefanda putantes,
Pro dolor, eſſe Deos; non ampliùs iſta manere
Paſſus, & antiquæ nec damna videre ruinæ, *eligit Apoſtolos.*
Elegit quoſdam, quos gratia ſola beauit:
Per quos quadrifido mundi ſub cardine gentes E
Saluaret; quibus oſtendit miracula magna,
Defunctis vitam tribuens, dans lumina cæcis.
Venerat & quoniam ſuperâ de ſede Redemptor,
Vt proprio totum ſaluaret ſanguine mundum,
Illuſus, cæſus, damnatus, diſpoliatus,
Iudicio iniuſto Iudex iuſtiſſimus, index *moritur.*
Iuſtitiæ, extremò crucifixus, & inde ſepultus,
Multimodum ſuperas ſpolium releuauit adauras. *reſurgit.*
Inde polum penetrans, iam dictis dona remiſit
Diſcipulis promiſſa ſuis, quîs Spiritus ignis *mittit Spiritum ſanctum:*
Affuit in ſpecie ſanctus, dans munia linguæ,
Quâ poſſent mundo magnalia viſa referre:
3 Hi quoque peruigili complentes iuſſa labore,
Partitas ſibi terrarum partes adierunt,
Lumine conſpicuo rutilantes more lucernæ *Apoſtoli Chriſtum prædicant variis per orbem populis:*
Præcelſi Proceres Petrus, Pauluſque priores
Ardua Romuleæ properant ad mœnia Romæ;
Romanoſque lauant meliùs quam gurgite Tibris;
Atque ibi conſtituunt primi fundamen honoris.
Hinc petit Andreas properando virilis Achaiam
Ac nomen proprium patrando viriliter implet.
Hinc Iacobi geminis Iudæam legibus ornant.
Priſca docent ſimili reſonare tenore nouellis.
Inde Aſia accedit monitis conuerſa Ioannis:
Quam paradiſiaco ſitientem flumine potat.
Lampadis & Scythiæ reſplenduit ore Philippus, F
Atque ibi compleuit proprio quod *a* nomine ſignat. *a*
Mattheus Æthiopas torrente ardore crematos
Vt *b* Geon eximius ſacrato diluit amne, *b*
Et facit in ſpeciem lotos candere niualem.
Indorum tenebras diſcuſſit Bartholomeus,
Fecit & egregiâ ſplendoris luce coruſcos.
Parthos ſollicitus cognato more beatis
Explorat Thomas digitis, & vulnera narrat
Quæ Domini vidit poſt mortem in corpore viui.
Simon Perſidem dulci comitatus Iuda,
Bellica quæ fuerat, verbi mucrone ſubegit.
Ægyptum terram, meliùs quàm Nilus inundans,
Fruge euangelij complet quoque Marcus opimâ,
Semina ſancta ferens. Sanctus ſermone ſuperno
Viuifico mundat populos baptiſmate Lucas,
Hos quoque poſt miſſi Doctores ritè ſequentes, *ſecuti variÿ Doctores;*
Per mundum ſparſi ſparſerunt verba ſalutis:
Actus proſaico quorum ſermone notati,
Et nunc vſque manent, & in omnia ſecla manebunt,
Carmine quin etiam quorumdam facta canuntur:
Verſibus & breuibus numquàm breuianda ligantur:

4 De quorum numero Confessor fulsit Amandus,
ex his S. Amandus, Ad cuius modò gesta manum calamumque nouellum
Mittimus, & nisu prægrandia tangimus arcto,
Inspirante Deo: quia magna est portio laudis,
Illius calamo varios replicare labores:
Ac genus & patriam seu fortia scribere gesta
Ad laudem Domini, hæc cuius virtute peregit.
Quidquid enim animus seruorum in laude bonorum,
Respicit ad Dominum; cuius hoc munere sumunt,
Cùm benè quid produnt iustum & laudabile Sancti
Mente, manu, linguâ, meditando, operando, loquendo;
Quo sine puluis homo est; quo cum nil carius extat.
5 Nam quantus fuerit, cuius describitur actus;
Qualis in hoc virtus, pietas, deuotio qualis,
Centenis nullus poterit depromere linguis,
Gutture millesono tonitrus si more boarit:
Poëta, tum dignè laudare non valenti Quin minùs hæc gracili sermone referre valebo,
Qui rudis existens, apicum primordia vix nunc
Addidici, doctrinâ & verbi flumine siccus,
Quid faciam? loquar an taceam pia gesta Patroni?
Hæc quia non possum compingere carmine digno,
Sed trepidum spes illa iuuat, fiducia firmat,
Quòd Sanctus mihimet poterit præbere loquendi
Vires, qui valuit mutis conferre loquelam
uderit,
B Sacratis precibus, cùm spes hanc firma rogaret,
Cuius & in manibus speciosis c Regius infans
Sermonem didicit, quem nunquàm corporis vsu
Respondit, modicumque fuit proferre latina
Verba, sed Hebraicæ deprompsit faminæ linguæ
Amen dulce, viri complens pia vota precantis.
Ergo, vt ritè queam laudes ac gesta notare
Pontificis magni, diuini postulo supplex
Flaminis auxilium, quod continet omnia, complens
procuratâ ope Dei. Astra, polum, pelagus, terras; quo cuncta reguntur:
Cum quo lingua valet; sine quo facundia muta est.
Si tua sunt quæ narro, Deus, nunc oro precanti
Elingui mihimet da linguæ munus honestæ
6 Sed priùs arce genus rutilâ celebrabile cretum
d d Pangere gestit amor, cursimque notare beatam
Progeniem Iusti, primoque referre priora,
Quatenùs infixam radicem pagina seruans
Arboris eximiæ, demum præcelsa propago
Ramorum & celsum tollatur ad astra cacumen.
Oriundus ex Aquitaniâ. Est regio antiquis Aquitania dicta colonis,
Bellipotens, & frugiferax, populosaque tellus:
Fertilior tamen & multùm fœcundior hinc est,
Quòd talem fructum venerando protulit ortu.
Hæc tibi, ritè celis quem Gallia, misit Amandum;
C Nobilis huic genitor fuerat, qui iure Serenus
patre Sereno, matre Amantiâ; Est dictus, quoniam meruit generare serenum.
Egregia & genitrix est cuius, Amantia dicta.
Rem stupidus miror diuino munere gestam,
Quòd sibi conueniunt genitor, genitrix, genitusque
Nominibus dignis donorum munera fantes:
Namq; Serenus ouans, genitrix & Amantia pollens,
Non mirum est generent si talem iure puellum,
Nomine qui sancti memoretur amoris Amandus.
O felix regio, quæ talem promeruisti
Cernere, ferre virum, nutrire! hunc si tenuisses,
Non tantæ quaterent te nunc hinc inde procellæ.
Ergo Serene pater tali pro pignore salue:
Inclyta mater aue, quæ claro germine flores.

a Φίλιππος significat amantem equorum. at bellicosum, & generosum intelligit Milo.
b Gehon, secundum inter 4 flumina Paradisi, Genes. 2 v. 13 circumit omnem terram Æthiopiæ.
c S. Sigebertus, vt suprà & 1 Februarij dictum.
d Aliud MS. Tangere.

CAPVT II

AVCTORE MILONE, EX MSS. LIB. I.

Vita S. Amandi monasticè in insulâ Ogiâ. Serpens fugatus. Promissa patris contempta.

D
7 QVi puer à cunis primordia fortè minora
Sumere detrectans, signum dedit, imperfectum
Se nil velle sequi: summam subuexit ad arcem
Iustitiæ gressum, crescens ætate Beatus.
Immodico feruens cùm Christi arderet amore,
patriâ relictâ, Deseruit patriam, sicut venerabilis Abram,
Cognatosque suos linquens peregrina petiuit.
Est locus Oceani distans à littore magni,
Nempe quater denis, vt fertur, millibus æquè:
Ogiam insulam petit, Insula quò præbet venientibus Ogia portum;
Quò veniens agnus lanis candentibus albis,
Excipitur niueo grege congaudente benignè:
Emicuitque breui meritis in tempore summis.
Et quia scripturas curauit discere sacras,
sacram Scripturâ eductus, Quis labor est primò, sed post pretiosa laboris
Præmia, multiplici virtutum fruge replenda;
Quæque cibant animas mortali carne grauatas,
E Sanctificant, curant, saluant, vegetantq;, perorriant;
Non sancto desiderio protectio Christi
Defuit; ad summum sed vexit culmen honorum
Talia quærentem, sitientem, & amantem Amandum.
8 Hinc maiora sequens operum miracula, dicam
Qualia principio Domini deuotus amator
Præsia pertulerit, & quantos inde triumphos
Corporis ac mentis superato sustulit hoste.
Fortè dies aderat quædam, quâ instabat agenda
* Editur in obedientiâ,* Caussa monasterij iam dicti, quâque benignum
Eximij Fratres puerum complere volentes
Iniungunt caussas operis; quod protenùs ille
Impiger exequitur, cunctis seruire paratus,
Subditus obsequio famulus celeranter in omni.
Sed dum fortè minùs loca Sanctus cognita lustrat,
Obuiat immanem horrendi corporis anguem
Sæuum, squamigerum, dirum, vastum, truculentum;
serpentem omnium Quem puer aspiciens, pariterque horrore pauescens
Terretur, stupet, admiratur, & anxius hæret,
Attonitusque tremit, quò gressum verteret, *a* angit.
a Cælica sed Domini mox hunc vt gratia fulsit,
Corruit in faciem, terram quoque corpore pressit,
Suppliciter stratus, sed mente ad sidera vectus.
F Hinc quoque vexillum, nostræ quo summa salutis
Cruci signo fugat, Consistit, validâ oppositi virtute chelydro:
Iussit & ad notas illum remeare latebras.
Letifer ast hydrus signi virtute repulsus,
Effugietis rediit, notumque relapsus ad antrum,
Vlteriùs hominum nusquam compauit vlli,
Ereptusque locus tanto iam dictus ab hoste est.
b Fama est serpentes *b* Marsos turbare suetos
Exiguâ sibimet vallum tellure parare,
Quod nequeat transire cohors numerosa nocentum.
Sed meliore viâ multùm præstantiùs iste
Reppulit ignitos diuino famine rictus
Serpentis, Sanctus prostratus in aggere terræ
Per vexilla crucis, digitis quæ pinxit in aruis.
Hoc primum patrauit opus; quod ritè notatum
Linquimus; hoc aliis post narret scheda futuris:
Ergo humili voto te, Pastor Amande, precamur,
pulsum posteà diabolum. Antiquum vt pellas anguem, qui corpora nostra
Non curans laniare, animis magis optat acerba
Vulnifico nostris infundere dente venena,
Flammiuomus flammas & spirans igneus ignes:
Qui tibi, sancte Pater, proprium transmisit aluminum
Serpens serpentem sæuum (sed sæua serendo
Sæuior aduenit, cuius fuit ille minister)
In Gentucellensem vrbem: quod tunc duce Christo

Ordina

AVCTORE MILONE. EX MSS. LIB I.

Ordine ritè ſuo, cum illuc peruenero, pangam.
Nunc iter inceptum gradior, hydrumque relinquo,
Creſce puer virtute nouâ, ſic ibis ad aſtra.
9 In pueriliſ adhuc ætatis flore Beatus
A Succreſcens, ſtudiis virtutum intentus honeſtis,
patri è monaſterio retrahere conanti Corpore erat iuuenis, ſenior ſed canus in actu:
Quem genitor verbis compellans pluribus ambit,
Ammonet, hortatur, blanditur, poſtulat, orat,
Sacra monaſterij quò linqueus atria ſancti,
Vertat iter retro, & mundana negotia curet:
Quîs labor omnis inest, quo ſint ſine cuncta quiete,
Fraus, furor, inuidiæ, violentia, cura, tumultus,
In varios caſus hominum mergentia mentes.
Verba patris Sanctus, ceu ſpicula toxica, temnens,
Reiicit, oppoſito fidei munimine fretus.
Anxius at genitor caſſo conamine fuſa
Cernens verba, minis homo vincere talibus inſtans:
Ni cœptum, teſtatur opus, habitumque relinquat.
Mundanoſque citus ſeſe conuertat ad actus,
Iam cunctis rebus, fuerant quæ more paterno
Præbendæ, heredem faceret contemptus inanem.
Sed ſacer iſta puer verborum verbera ſpernens,
Doctrinâ plenus diuini flaminis, inquit:
egregiè riſp. nidet: Nil, pater, eſſe mihi proprium tam, care, memento,
Quam ſummo ſeruire Deo dum vixero; quique
B Pars mea cùm fuerit, pars illius eſſe merebor,
Sacrâ euangelici memoratur voce libelli,
Matth. 19. 27. & 28 Promiſiſſe Deum quærenti talia Petro:
Omnibus abiectis vos, qui mea iuſſa ſequentes,
Cuncta caducorum ſpreuiſti culmina honorum,
Cùm Deus æthereum mundi ſub fine tribunal
Sederit, & rapidus cunctum ſubuerterit orbem,
Exurens ignis terras, pontumque, polumque,
Tunc vos biſſeni reſidere in ſedibus, atque
Iudicio faciet recto diſquirere mundum.
Omnis enim, quicumque meo conductus amore
Poſtponit mundum, ſeu homina cara parentum,
Centuplicata gerens capiet, vitamque perennem.
Inde, Serene pater, non auribus audio ſurdis,
Egregij memorat quæ pagina ſancta libelli,
Pſalmicani tibimet breuiter quoque dicta citantur
Pſal. 118. 57 Illa, quibus recinit: Dominus mea portio ſolus,
Numer. 18. 20 Lex inſcripta iubet tabulis de rupe reciſis
diuitias ſpernit. Leuitas inter fratres non tollere partem.
Vnde, pater, curo proprium nil, nilque requiro
Terrenum, candens ac fuluum ſperno metallum:
Terrigenæ teneant terras tellure tenendi.
Quid mihi cum mundo, genitor, cui mortuus exto.
C Alma Maria Deum velatum tegmine carnis
In cunis texit vilis velamine panni;
Et veſtis mihimet fuluo texenda metallo eſt?
Vulpibus eſt fouea, cælique volucribus vmbra;
Ac Dominus noſter, qui totam condidit orbem,
Non habet exiguum tectum, quo membra reclinet;
Et mihi magna domus vario pingenda colore eſt?
Namque bonus non miles hic eſt, qui iure colendum
Deſerit aërio ſolum ſub tegmine Regem,
Et petit ipſe fugax vmbroſa cacumina tecti:
Vrbibus ille decem præferri nempe nequibit,
Palma & quæ fuerit capulo ſine palma neganda eſt.
Rex meus eſt Chriſtus, regnumque illius Olympus;
Aſt ego ſum miles numquàm vincendus Amandus,
Militiam ſi ſeruo meam; complector at illum,
Illum & iure ſequor, cuius cognomine dicor:
Inuideas mihi ne tantos, pater, obſecro honores,
Eſt mihi Chriſtus amor, veſtis, poſſeſſio, victus,
Et domus, & patria, & locus, & ſubſtantia, & aurum,
Viuenti mihi vita eſt, ac lucrum morienti;
Quo ſine nil cupio, & quocum bona cuncta tenebo.
Hæc patri attonito referebat verba Beatus,
More apis excerpens Scripturæ germine flores.
Plurima prætereiens ſtudio breuitatis omitto,
Adque ea quæ reſtant veloci famine curro.

a Angit *neutraliter poſitum pro* angitur.
b Marſis *Italiæ populus (quos à Circes filio ortos ferunt) vim ineſſe contra ſerpentes naturalem olim creditum. Plinius lib. 7 cap. 2. Hic pro incantatoribus accipi à Milone videntur.*
c Teſtatur, *pro* deteſtatur.

D *Marſi.*

CAPVT III

S. Amandi clericatus. Vita anachoretica. Iter primum Romanum.

10 HInc deſiderio quo cœperat ampliùs aucto,
Sanctus Amandus adit Turones, ſacrumque ſepulchrum
Martini petit, ac ſacris proſtratus in aruis,
Affectu cordis lacrymans, & pectus honeſtum
Orat ad ſepulchrum S. Martini. Verberibus tundens, ſuſpiria longa trahendo,
Has oranſ imò fundebat pectore voces:
O Martine ſacer, quem cœlica regna retentant,
Obſecro vt obtineas apud illum, cuius haberis,
Cuius & obſequiis iugiter copulatus adhæres,
Ne repetam natale ſolum, notoſque relictos;
Dirigat vtque meos greſſus in calle ſalubri,
Vt cœptum peragam curſum peregrinus & exul,
Finetenùs carnis donec de carcere ſoluar.
Hæc Sanctus tumulo ſacrati corporis hærens,
E Promebat multis vario & ſermone querelis,
comâ depoſitâ, fit Clericus. Ex oculis lacrymas fundens, ex ore loquelas.
Inde comam capitis ferro decidit ibidem,
Mutauitque habitum cleri ſortitus honorem.
Atque velut miles terreni Regis in aulâ
Cingula ſuſcipiens, pondus perferre laboris
Ferratâ ſub veſte ſolet, ſic belliger iſte
Ingrueret quodcumque malum laturus in orbe
Sultulit arma Crucis victricia ſignifer almus:
Corporis & mentis contrà hoſtes fortis vtrimque
Multimodos reuehens hinc atque hinc ritè triumphos.
Atque vt apes prudens intendens floribus almis
Exquirit violam, quæ terræ proxima ſurgit.
Sed tamen egregium præbet tingendo colorem,
Purpureoſque facit Reges, populiſque tremendos.
Sic humilem tenuit mentem, quæ proxima terræ eſt,
virtutibus ſplendet: Sed tamen Angelicum præſtat ſeruata decorem:
Comit & eximium cæleſti in ſede ſenatum,
Quâ ſacer hic cordis penetralia pulchrùs ornans,
Lilia luſtrabat hinc, inde roſaria adibat,
Alternis vicibus per ſingula caſtra recurrens:
Quidquid conſpicuo virtutum flore vigere
Vidit, hoc proprios ſitientem traxit ad actus.
11 Dumque iter inceptum felici tramine adiret,
F Vrbis Bituricæ quo pollent mænia venit:
adit SS. Auſtrigiſilum Epiſc. Bituricenſem & Sulpitium eius Archidiac. In quâ conſpicuo vernabat pontificatu
Sanctus ſanctificans plebem Auſtrigiſilus illam,
Magnificus Præſul, rebuſque inſignis honeſtis
Cuius & obſequiis ſociatus in æde vigebat
Sulpitius, qui tunc erat Archidiaconus, & poſt
Extitit illuſtris meritis atque ordine Præſul,
a Nouerat hic digitis ignes placare furentes,
Ingenteſque Crucis ſigno compeſcere flammas.
Qui Sancti pariter Sanctum clementer Amandum
Suſcepêre, piè pietatis amore colentes:
Vrbis & in muro cellam ſtruxêre benignè,
recluſus degit In quâ vir Domini concluſus propter amorem
Perpetuæ vitæ degebat ad ardua tendens,
Cilicio tectus, cineris conſperſus aceruo.
Quales tunc poteras vrbs formidare ruinas
Tam validis ſueras quæ ſuſtentata columnis?
Qualia bellantum quibus tunc tela pauere,
Quæ præfulgebas tantis defenſa Patronis?
Quid fecêre alij tu ſcis: nam belliger iſte
Fortis in arce tuâ quindenis conſtitit annis; *xv annos,*
Firmauitque tuos eius conſtantia muros.
At ſi conſpicuis renites confiſa magiſtris

Non

A Non nos præcellis: micat hîc ſpecioſus Amandus
Candidior Phœbo, cuncto rutilantior auro,
Qui in te concluſus pepulit vini ore liquorem,
In magnâ abſtinentiâ: Non ſomno ſatur & non vllis vitæ alimentis,
Hordea qui ſeram ſumebat pabula in eſcam,
Pòſt ſiticis tenuis hauribat pocula lymphæ;
Cæleſtemque ſolo vitam conſtanter agebat;
Et corpus crucians, animam paſcebat honeſtis
Virtutum dapibus, Chriſti præcepta ſequutus:
Pro quo multiplices terrâ pelagoque labores
Anxius, afflictus, contemtus, egenus, anhelus,
Suppliciter Chriſto laudum præconia reddens,
Pertulit, atque ideò fruitur modò luce perenni:
Qui ſæpe eſuriit, modò cæli pane cibatur:
Crebriùs & ſitiens, potatur fonte ſuperno:
Ac quondam nudus, nunc agni eſt vellere tectus:
Qui olim pauper erat, modò regni munere diues,
Qui memor vt noſtri ſit, corpore, corde precamur.
12 Et quia ſanctus amor ſemper ſuccreſcere nouit,
Multiplicesque ſuo cumulare labore manipios;
Vir Domini ſemper magno flagrabat amore,
Romam proficiſcitur: Corpore laſſatus, ſed mentis robore fortis:
Quatenùs ad celſæ properaret mœnia Romæ,
Quo Petrus Paulusque ſolo cæloque venuſti
Celſa ſepulchra tenent, mundo ſplendentia toto,
B Eccleſiæ Proceres fulgentes more lucernæ:
Quorum lingua valet reſerare & claudere cælum.
Ergo iter aggreſſus, quodam comitante miniſtro,
Squalida perluſtrans, & deuia quæque peragrans,
Romam peruenit miro flammatus amore.
Aſpice nunc quales ſocios curauit habere;
Generatur SS. Petrũ & Paulũ: Petrum, ſidereæ eſt cui clauis tradita portæ,
Ac Paulum mundi egregium per ſecla Magiſtrum.
O ſi deſcribi poſſent incendia amoris,
Littera vel ſciret cordis ſuſpiria fari!
Dicere conarer quantùm dilexerit illos,
Poſtibus in quorum ſacratis oſcula fixit.
Quid credas faceret, ſi illos in carne videret?
Omnibus intereà per ſingula templa diebus
Currebat, plures ſocians ſibi honore ſodales.
Principis & Petri ſed in ædem intrabat anhelus;
Cùm ſol lucifluos pelago tingebat amictus.
13 His ita decurſis, ſuperant quæ geſta canamus:
Ad finem tendit quia iam pars prima libelli.
Feruens ergo fide dum ſacras circuit ædes,
Intrauit Petri perpulchram cernuus aulam:
Sol quoque flammicomus iam magnum innare parabat
Oceanum, & rutilo fulgebat Heſperus ortu.
C Intereà templi cuſtodum cura repellit
Ex templo pulſus, Commixtam plebem, foribuſque patentia claudit:
Subſiſtenſque parum vir ſanctus in æde remanſit,
In precibus noctem cupiens deducere totam:
Sed cuſtos templi dum ſacra altaria luſtrat,
Peruigilem inuenit pſalmis precibuſque beatum:
Felle igitur motus mitem violentiùs vrgens
Cædibus inſanis, patienter cuncta ferentem
Expulit, atque ipſum portis emiſit apertis.
Nec valuit turbare virum dulcedine plenum
Ira tumens hominis, tulit hæc quia cuncta libenter.
14 Intereà ante fores templi reſidente Beato
Mentis in exceſſu, & ſolium penetrante ſupernum;
A S. Petro apparente Ianitor æthereæ mox Petrus Apoſtolus aulæ
Veſte alacris, vultu dulcis, ſermone ſuauis,
Apparens, blandis ſolatur vocibus illum;
Hortaturque ſuum verbis pietatis amicum,
Vt repedaret iter, quo venerat inde reuertens,
Gallorum & populis æternæ ſemina vitæ
In Gallias redire iubetur, Diuinis ſereret verbis, coleretque, rigaret,
Conuerſoſque ſacri baptiſmatis amne lauaret.
Quatenus ad Dominum tanti mercede laboris
Frugifer accedens, meſſis portando maniplos
Sumeret vberiùs cæleſtis præmia regni.
15 Sanctus Apoſtolico tandem ſermone potitus,

Inſignem Romam præcelſo culmine linquens, AVCTORE MILONE, EX MSS. LIB. I.
Deſeruit, Galloſque adiit medicina ſalubris.
Quæ ſpes, oro, fuit diuerſo limite clauſas
Gentes tam ſæuas vnum indubitanter adire,
Vaceeios, Gallos, Sclauos penetrare feroces?
D In tantâ fecit quid meſſe operarius vnus, *barbaros doctorum.*
Apparet: veniens etenim per multa laborum
Argumenta, malum tulit, impia quæque reuellens.
Sic populos euangelicos aptauit ad vſus,
Verbaque ſancta ferens in cælos lucra reuexit:
Quo fruitur meritis æterna in ſecula donis.
Cuius geſta canens quamquàm ſermone poëma
Conficiam ſtolidum, volui hoc complere libello,
Quæ iuuenilis adhuc ſed non iuueniliter egit.
Aptum opus vt *b* iuuenis iuuenem laudare mereter, *b Eius precibus*
Criminis immenſi ſi magnâ mole carerem,
Quâ tamen à Domino me fidens poſſe leuari
Pontificis huius precibus, meritiſque beatis,
Qui ſibi non ſolùm, ſed cuncto profuit orbi,
Obſecro, poſco, precor, iugibuſque expoſtulo votis
Suppliciter ſupplex, minimum vt miſeratus alumnum, *remitti ſibi peccata petit Poëta.*
Ignoſcendo meæ diſrumpat vincula culpæ
Chriſtus cunctipotens hominum Reparator & Auctor,
Aurea, poſco priùs, propriæ quàm tænia vitæ
Effluat, & funis fugiendo argenteus vnam E
Confringat carnis, cunctum effundatque liquorem.
Iuſtitiam metuo: ad pietatem curro benignam.
Sit pius oro mihi, & iuſtis iuſtiſſimus extet.
Ergo boni meritam teneant in munere palmam.
At mihimet flammas ſatis eſt tranſiſſe gehennæ,
Et veniam multo pro crimine promeruiſſe.
Nigra per albentes diffundens ſemina campos,
Laſſus faſce graui completâ luce diei
Spargere iam ceſſo, factoque hîc fine repauſo. *c*

a *Hæc fuſiùs explanata in eius Vitâ* 17 *Ianuar. cap.* 5.
b *Hîc ætatem, quâ hæc ſcripſit Milo, indicat.*
c *Addebatur*: Finit liber I, habet verſus CCCCL. *ac ſequebantur capita hæc libri* II.

1 VIribus ſuis ſcriptor poſthabitis, pro communi vtilitate dicit ſe ſuos diuiſiſſe libellos, & nænias poëtarum abominatus, libelli ſui curſum & Spiritus ſancti humili prece depoſcit ingreſſum. *Capitula libri* II
2 Vbi ſanctus Epiſcopus ordinatur.
3 Editor huius operis Galliam alloquitur.
4 De pueris emptis & inſtructione eorum.
5 Scriptor huius metri Sanctum cum laude affatur.
6 Puerum Sanctus à diabolo in Centumcellis ſaluauit.
7 Auctor operis iſtius increpato hoſte ad geſta narranda reuertitur.
8 De tempeſtate in pelago ortâ Sancto nauigante.
9 Apoſtolus Petrus in naui eum alloquens pelagus commotum ſedat. F
10 Gandauum pagum Sanctus pergit.
11 Deuicto per ipſum erroris principe, populus credit.
12 Mentio Beati Bauonis diſcipuli illius debitâ cum laude agitur.
13 Scriptor huius libri plebem regionis illius exhortans, ſe etiam commendat.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I

Ordo Epiſcopalis S. Amando collatus. Ab eo redempti captiui, & inſtructi.

1
Iribus exiguis canerem cùm, Lector Amandi
Inclyta geſta pij, communi hinc inde labori
Proſpiciens pariter ſcribentis, ſiue legentis,
Quattuor in paruis partiri ritè libellis
Hæc eadem volui, capias quo fine leuamen,

AVCTORE MILONE, EX MSS. LIB. II.

Et breuies tantùm partito fasce laborem.
Lector enim prudens poteris cognoscere, si vis,
Quòd non grammaticâ decurrit lege loquela,
Rustica sed stolidis texuntur carmina verbis.
A Non opus hoc orbis recitandum mitto Magistris,
Carmen hoc non arianus philologus, Quorum sermo fluit torrentis gurgitis instar,
Grandia qui oritoni ructantes verba Maronis
Vocis olorinæ concentum gutture promunt:
Quique suum carmen dum musis suauibus æquant,
Offendunt vanum, nullisque aptabile lucris.
Non his ergo meos versus transmitto citandos,
Sed monachis, quorum requiescit in ore salubris
sed pius monachus scriptum. Thesaurus, psalmi & hymni seu cantica, Christo
Quæ per templa canunt tonitrus velut ore boantes.
Petrus piscator populos piscando Poëtis
Præfertur cunctis, qui sancto Flamine plenus,
Vertit multiplices vno sermone cateruas.
Quo facto docuit, quod non sermone paretur
Regnum, sed Domini solidum virtute leuetur.
I liber, i carmen. Tu Spiritus alme venito,
Pectoris & nostri penetralia pleniter intra,
Digno quo valeam, quæ sunt pangenda, relatu
Scribere gesta viri, mundum spargenda per omnem.
Româ in Galliam regressus Amandus, 2 Romanâ intereà vir Sanctus ab vrbe reuertens,
Gallorum ad populos directus cælitus iuit.
Et ceu sub modio rutilans contecta lucerna
Humanis nullum profectum visibus infert;
B In base sed posita splendoris luce tenebras
Decutit, intrantique domum sua munera pandit;
Sic sic hic Christi resplendens lumine Amandus,
Illius vt cunctis fulgeret in æde ministris,
Exueretque homines tetrâ caligine multos,
consecratur Episcopus Principis imperiis compulsus, Pontificumque
Deuictus monitis, est factus Episcopus; & quod
Iam pridem meritis fuerat, tunc ordine sumpsit.
ad conuersionẽ Gentilium. Nec Sedem propriam suscepit Pontificalem,
Sed veluti Paulus populos aggressus Eoos,
Sic iste Occiduas partes transmissus adiit,
Gentibus & sparsis sparsit pia verba salutis.
3 Gallia gaude alacris, præclarus Apostolus iste est
Donatus tibimet. Dominus cùm mitteret orbi
Lumina Doctorum, ceu stellas luce nitentes;
Galliæ lauandum Tunc tibi sorte piâ nostrum seruauit Amandum:
Quo radiata pio virtutum lumine facta es
Splendida terrigenis quadro sub climate clausis.
Per quem celsithrono credens in secula Regi,
tantum nacta Patronum, Semper eris sanctum, speciosum, & nobile regnum:
Qui te, conspicuus cùm Iudex venerit orbis,
Vndique collectam, ceu pastor ouilia, ducet
C Ad Christi solium; veniens quò, munera magni
Percipies Domini, tanto præeunte Patrono:
Audiet & summi vocem Pastoris Amandus:
Euge serue bone, æternis lætare tropæis;
Et mihi qui quondam fueras in pauca fidelis,
Multa super statuam te, ad gaudia nostra perintra.
Tuncque tibi caro populo Rex talia dicet:
Grex benedicte veni, regnum iam sume paratum,
Quæsitum sacris meritis ab origine mundi.
Gallia tanta tui sumes tunc munera Regis,
Actus magnifici si nunc imiteris Amandi:
Qui docuit quodcumque suo compleuit & actu,
Qui iugiter sacrum seruans pietatis amorem,
Et quâ plenus erat vultum bonitate serenans,
huic sese singulis accommodat. Visu prodebat, quæ pectoris arca teneret.
Sobrius & sensu, renitebat pectore castus,
Largaque pauperibus præbebat dona benignus:
Hinc atque hinc medium dum se conformat ad omnes,
Diuitibus dines, pauper sociatur egenis.
Qui vigil & vigilans orandi deditus omni
Tempore, parcus erat sermone, animoque suauis.
4 Qui Sanctus hominum dissoluens ritè catenas,
pueros captiuos redimit, Si pueros aliquos captiuos fortè videret;
Aut mare transuectos venales cernere quiret,
Mox pretio cupidus redimebat miserifer amplo, D
Vinctorum duras rumpens miserendo catenas.
Nec tamen hic studio cœptoque labore carebat;
Sed quorum vinclis soluebat corpora, cunctis
Internas cordis tenebras radiando fugabat, *infirmis,*
Pellebatque omnes sacro baptismate sordes.
Ac vasis nitidis sanctum infundendo liquorem,
Dulcia rorigeris indebat mella canistris,
Perfundens natos doctrinæ fonte nouellos;
Hosque per Ecclesias linquebat Sanctus amicas,
Libertate tamen permissâ more salubri: *Ecclesiæ præfici,*
Ex quibus eximias plures tenuêre cathedras
Pontifices, sanctosque viros actu, ore venustos,
Abbatesque almos audiuimus auribus auctos.
Talia dona omnem spargebat Sanctus in orbem.
5 O memorande Pater, quâ te nunc laude celebrem
Nescio, tantarum mirans insignia rerum.
Largiris pretium, captorum vincula soluis,
Ad cælumque hac arte facis conscendere numos: *æternâ sua laude*
Et pretium & captos pretio super astra reponis.
Et vacuas saccum, dum comples munere cælum,
Et quia mercator fueras, talem esse decebat.
Nam tibi dona viri si mittunt relligiosi,
Non maiora paras seruandis claustra crumenis:
Nec te, sancte Pater, solum seruire supernis E
Obsequiis satis est, gentesque hinc inde vocatas
Collegisse, sacro viuoque & fonte nouasse:
Nec speciosa tuum iam Francia complet amorem,
Angusta & tibi terrarum venatio facta est.
Quin pelago allatos ac vasta per æquora vectos
Colligis, & pretij cupidus non tardat auarus
Te, celebrande Pater, neque carus venditor vllus.
Ille capit Regis signatam nomine dragmam;
Dragmam tuque refers, quam Christi nomine signes.
Venditor ille suam lucra ad terrena reportat; *& cælestis lucro:*
Emptor tuque tuam lucra ad cælestia seruas.
Ille suam perdit, vel clausis abdit in arcis,
Tuque tuam Regi Christo seruando coronam
Egregiam fabricas, celsoque in vertice ponis.
Crudelesque lupos mites conuertis in agnos,
In cauliscque iubes sacris astare *a* melodos, *a*
Prædonesque feros, quibus olim vita rapinæ
In studio fuerat, dulces sine felle columbas
Efficis, vt propria expendant, qui aliena vorabant.

a Id est Cantatores. sic Ausonius in Professoribus Burdegalensibus carm. 16 ad Nepotianum:

Te fabulantem non Vlysses linqueret,
Liquit canentes qui melodas Virgines,

id est, Sirenes cantatrices. Ita Sidonius lib. 9 epist. 15 Melodis insonare pulsibus. *Prudentius hymno 9 Cathemerinon:* *Melodi.* F

Da puer plectrum, choreis
Vt canam fidelibus
Dulce carmen & melodum,
Gesta Christi insignia.

CAPVT II

a S. Amandi iter 11 *Romanum. Puer à submersione liberatus. Tempestas sedata.* *a*

6 TE neq; prætereo, vrbs, sed carmine visito nostro,
A Centumcellis tali cognomine dicta:
Quæ pelagi solita es discrimina sæpè leuare,
Et nautas reparas, & lassos erigis artus.
Nec te præteriit, dum Sanctus ab vrbe secundò *ad Centumcellas*
Digreditur Româ, naui progressus ab illâ,
Ad te peruenit, solitos laturus agones,
Atque ibi more suo tenebris cùm noctis opacæ
Oraret solus, iam, credo, aduertis IESV *erans noctu,*
Exemplo similem famulum portasse laborem.
Nox horrorifera & tetrâ caligine noctis
Tetrior aduenit, Domini fulgore lucernam
Splendentem fumo cupiens fuscare nociuo.

Et

A Et quamquàm ſolitâ ſemper feritate rebellet,
Et cupiat radios reparare ſceleſtus iniquos;
Tunc tamen egregium non auſus tangere Amandũ eſt.
Fortè memor fuerat, quòd quondam miſerit hydrum
Ad puerum, celeriſque fugâ conſpexerit illum
Aligeris pedibus tremulum repedare retrorſum;
Cùm digitis geminis traheret ceu ſpicula Sanctus
puerum ſubmergendum, Signum fortè Crucis cunctis penetrabile muris.
Ergo vnum ex famulis temerarius arripit hoſtis,
Et trahit ad pelagus, quæris cur? mergat vt illum;
Ac lupus vt ſæuus niteo cùm de grege raptam
Lanigeram pecudem trahit atrâ fauce vorandam,
Non ſecus hic raptor dum prædæ arderet amore,
Ferret & arreptam ſæuæ ad diſcrimina mortis;
Ille dabat puer hac repetitam voce loquelam:
Chriſte iuua me: Chriſte iuua. Mox ille proteruus,
Qualis Chriſtus? ait, nec verbum reddere victus
Audebat iuuenis; donec bellator Amandus,
Se præſente, ferâ non paſſus fauce vorari,
diabolo pulſo, Diſcipulum pelagiſque vndis ſubmergier atris,
Corripit arma, capit pharetram, iactatque ſagittam.
Saluificam puero, Satanæ ſed ritè ſuperbo
Vulnificam, victor vi vincens verbere verbi,
Fili qui traheris, dic hoſti, dixit Amandus:
Filius ipſe Dei eſt viui Chriſtus crucifixus.
Quem ſonitum ſummo extimuit horrore paueſcens
Hoſtis iners, nec ſtare loco præſumpſit in illo;
B Sed vagus in vacuas fugiens euanuit auras.
liberat, Et præda incolumis pulſo procul hoſte remanſit.
Belliger inſignis ſic Sanctus in orbe triumphat.
7 Hoſtis iners, maledicte, ferox, crudelis, iniquę,
Cuius nunc nomen ſolitâ feritate rebellans
Deſpicis, is quondam tulerat tibi, ſæue tyranne,
magnâ infamiâ diaboli Imperium mundi, quod captum fraude tenebas.
Nec locus eſt cælo, tibimet quoque terra negatur:
Tartara ſola patent, intranti limina aperta
Quæ fuerant, nunc clauſa manent exire volenti.
Quo tu flammiuomi ſine fine ardore camini
Horrore in picco vinclis religatus acerbis
Vreris, Væ væque gemens plorando ſonabis.
Et ſi nunc aliquos deceptor callidus auges,
æternùm cruciandi, Conſociaſque feræ torrendos ignibus ollæ,
Quot creſcis lucris, tantas tibi creſcere pœnas
Scito, tibi plus noxię, ter maledicte vorator.
Ille locus tibi condignus, ſint præmia digna hæc.
Hæc ſibi regna parant, qui non tibi fortiter obſtant.
Et quamquàm iugibus tecum contendere bellis
Debitor exiſtat, qui cælum ſcandere curat;
Ne tamen hoc noſtro inlaudatus carmine abires,
C Condignas tibimet prompſi carbone camœnas.
Et meritò: quia carbo manes per ſecla peruſtus.
Effuge, regna parata petens ab origine mundi.
Hactenùs ergo, Pater, communi ingeſſimus hoſti
Probra, alapas, riſus, iras, maledicta, cachinnos:
Ac ſputa, non verſus dedimus. Nunc quæ ſumus omnes,
à quo liberandi ſumus Vt quondam pueri protector, vbique tuorum
Seruorum ſic ſis ſemper ſaluatio ſaluans.
Paſtor noſter ades, grex deuotiſſimus iſte eſt,
patrocinio S. Amandi. Protege, fer curam, cuſtodi, dilige, ſerua
Nos de dente lupi, priſci de fauce chelydri;
Et, quia te fretum Domini virtute nequiuit
Vincere, terrere, proſternere, habere, vorare;
Eripe, Paſtor, oues, quas in præſepe verendo
Paſcis ab inſidiis, qui caulas circuit iſtas,
Ne quondam per te victor vincaris ab illo
In nobis, ſi nos imbelles deuoret hoſtis.
8 Nauigio quondam medium ſulcando per æquor
Ibas, ô benedicte Pater, diuina monendo
Inter nauigandum. Verba dabas nautis, & ſemina ſancta ſerebas
Per mare fluctiuagum, neque tunc operando vacabas:
Eſſe imitanda tui credens exempla Magiſtri,
Qui quondam reſidens turbas de puppe docebat.
Talibus intento geſtis, velut Acta loquantur,

Apparens piſcis nautarum viſibus ingens
Lætitiam ſtupidis infudit mentibus amplam,
Retibus & iactis fluidam cepere rapinam.
Quis piſcis, Pater alme, tuos non iret ad vſus?
Cœtus fortè prior gaudens procurreret omnis
Obſequium præbere, ſuum ſi crederet aptum,
Felix ille foret: maculis concluſus in amplis,
Gaudet nauta, vorax ſibi ſit quòd præda reperta;
Exultatque tuam piſcis quia venit in eſcam.
Lætantur remi, depromit gaudia rete;
Nullus non alacer, quia nullus parte carebat.
Liuidus aſt hoſtis non paſſus, vt illa manerent
Lætitiæ pia vota viris; turbare tridenti
Aggreditur pelagus, fundoque reuoluit ab imo;
Tempeſtas inopina ruit, magnuſque tumultus
Ingruit, aſſurgunt vndæ, quatiturque carina:
ſubita tempeſtas turbat, Nauta volat ſurſum, fluctu portatur ad aſtra,
Inde profunda petit, bibulaſque reſulcat arenas.
Gaudia triſtitiâ mutant, lætoque propinqui
Omnia diſpergunt, iactant ampluſtria nauis,
Corpora nituntur ſaltem ſubducere morti.
Seruatum Sancto ſed hoc pro munere donum eſt;
Illius vt virtus meritumque niteſceret amplum;
Et quamquàm validis turbentur motibus omnes,
Ac *b* proreta ſuis & quaſſæ impendere cymbæ *b*
Auxilium nequeat; non perdunt funditus omne
Conſilium, Sanctum ſed enim celeranter Amandum
Vnanimes adeunt, & opem ſibi ferre precantur; E
Famine qui dulci pauidos animare ſuetus
Solatur nautas, promittens experiendum *ſolatur A mandus,*
Clementem Dominum, pellendum pace periclum.
Laſſati tandem ſomno ſternuntur inerti.
Ipſe etiam iuſtis reſidens in puppe quieſcit.
9 Ne tamen, immenſis ſubmerſus in æquoris vndis,
Fortè minor meritis, caruſque lateret in aſtris;
Inclytus ætherea mox Petrus clauiger aulæ
Se ſine non paſſus fluctus portarier illos,
exhilarat S. Petrus, In puppi recubum fraternâ voce ſalutans
Affuit, in tanto ſecurior inde periclo
Naufragio ſimili quod iactus, ita orſus amico:
Frater Amande, tuo Regi per ſecula care,
Ne timeas, quia turpe tibi eſt timuiſſe timore.
Nam, quamquàm tumidi tollantur ad æthera fluctus,
Non te ſubmergent, nec nunc, mihi crede, peribis
Tu neque nauta tuus, qui præſens nauigat æquor.
Dextera, ſed quondam quæ me ne mergerer vndis,
Eripuit, te nunc iſto diſcrimine ſaluat.
Mox quoque ventus abit, tempeſtas pellitur omnis;
Placaturque ſalum citò miſſâ pace per æquor,
ſerenitatem reducens. Lætaque tunc redeunt, cùm nox tenebroſa recedit.
Incolumes vdas nautæ celeranter arenas
Impreſsêre ſuis plantis: Celeuma canentes,
Voce Deo plaudunt, famulique in laudibus almi
Magnificant illum, quo præcipiente procellæ
Ceſſerunt validæ, pontus ſteterit, vnda quieuit.
Quod ſi cœrulei perterruit vnda profundi,
Sorbuit ex illis quemquam non fauce voraci.

Avctore Milone, ex MSS. Lib II.

capto in eſcam piſce,

lætos nautas

a Iter Romanum non explicat, ſed quæ in reditu mira contigerunt.
b Proretæ anteriori nauis parti præfixi.

CAPVT III

Gandenſes à S. Amando ad fidem conuerſi. Eius diſcipulus Bauo ſanctitate celebris.

10 INde ſalutiferis dum Sanctus greſſibus iret,
Spargebat verbum populis, & ſancta docebat,
Gentibus inſinuans æterni præmia regni:
Chriſticolis turmis quæ dona parentur in aſtris;
Atque malis pœnæ quæ conſeruentur in antris.
Sicque plagas alacer diſcurrens ibat in omnes,

S. Amandus zelo ſi dei propagandæ ardet.

AVCTORE MILONE, EX MSS. LIB. II.

Sedulus vt quæſtus animarum ferret Olympo:
Hæc ſua lucra putans, has ſecum ducere curans.
Ergo auidus horum dum circuit arua Beatus,
Gandauum pagum, quem Scald præterfluit amnis,
A Audiuit vinclis hoſte innectente teneri
Gandenſes Criminis, & nimiâ peccati mole grauari:
Nec lumen verum, quod mundùm fulſit in omnem,
Cæcatos tenebris quiuiſſe agnoſcere priſcis.
Robore de nemorum flammantibus apta caminis
idololatras Idola compta manu artificum & ſimulacra colebant
Supplicibus votis diuini nomine honoris.
Heu pudor eſt coluiſſe deos, quos flamma crematos
In prunas mutare valet cineresque peruſtos:
Arboris & rigidis ramis flexiſſe verenter
& hoſtes Apoſtolico rum virorum, Colla ſuperba Deo, hoſti ſubſtrata maligno.
Nullus enim hanc terram fidei ſulcauit aratro;
Nullus in hac iecit diuini ſemina verbi.
Namque ferox regio & terra infœcunda remouit
Pontifices cunctos, nec quiſquam eſt auſus adire
Siluicolas apros, ſæuas feritate cohortes.
aditurus, Sed labor iſte grauis noſtro ſeruatus Amando eſt.
Quærens ergo modum, quo tantos tollere poſſet
Hoſtis ab inſidiis populos ſæuoque tyranno
B Qualiter excuteret prædam, ſpoliumque referret;
auxilio S. Aicharij Epiſcopi Dantem iura gregi Nouiomi ex vrbe regendo
Aycharium petiit, quò cernuus iret in aulam
Regis, tunc etenim validis tractabat habenis
& Dagoberti Regis Francorum regnum Dagobertus Rector opimum,
Illius & iuſſu ſibimet mandata referret:
Quatenus in ſacro qui ſe non fonte lauare
proteſtus, Ex illis vellet, compulſus diluueretur.
Dante Deo citiùs ſua vota meretur Amandus.
Gandauum properat fretus virtute ſupernâ.
11 Qualibus ergo queam ſcriptis monſtrare labores,
Quos ibi, dum Verbum turbis crudelibus infert,
Pertulit, immerſus fluuiorum crebriùs vndis?
Nec tamen, vt cœptis vnquàm deſiſteret ille,
Compelli potuit, populoque furente fugari,
Vulnera non curans, nec verbera ferre recuſans;
Donec æthereâ depulſis luce tenebris
Viuifico gentem vice versâ in fonte lauaret.
aggreditur diabolum iſtic reſidẽtem, Nam ſi Sanctus ouans, correptis fortiter armis,
Expetiit hoſtem ſæuum, fortemque tyrannum
Iam dicto in caſtro, quo tunc caput arcis habebat;
Quò pulſus cunctis Gallorum finibus olim
A ducibus Ieſu variis multiſque tropæis
Venerat, vt muris, fluuiis ſic vndique ſeptus;
Non tamen ille ſuâ fraudatus funditus arte eſt.
C Innumeris etenim lectis hinc inde maniplis,
Principibuſque quater geminis comitatus & ipſe,
Extulit arma foras, læuamque cruore madentem
Oſtentans, cecinit ſæuus fera claſſica cunctis
Viribus, & pugnam victus vincendus adiuit,
Promptus ad omne malum. Bellanti cominus atrox
Exiit hinc bellis manifeſtis obuius hoſtis,
Inde dolis variis & mille coloribus anguis
Confuſus, tremulus, laſſus, deiectus, anhelus
Obſtitit; abſconſis per terga reflexa venenis,
Inſidiis ſua bella gerens, quò fortè latentes
a *a* Subripiens lætum per ſpicula cæca pararet.
Quid maiora loquar? ſubſtratis vndique bellis,
& vincit: Hoſtibus & tantis Chriſto moderante ſubactis,
Victor Amandus agens captiuum nobilis agmen
Exiit, & ſatanæ pereunte tyrannide plebem
baptizat incolas, Deluit æterno meliùs baptiſmate quàm Scald
b Flumine ſuppletus læuâ de parte meanti.
b Et ne fortè iterum rediuiuus ſurgeret hoſtis,
Cerberus vtque trifaux feruens ardore vorandi
Contra Chriſticolas caput exitiale leuaret;
& inſtruit: Loricâ fidei veſtitos, ſpe galeatos
Imbuit, inſtruxit, firmauit, conſolidauit,
Vrbem conſtituit, turresque erexit opimas
Præſcius, & ſacra in medio vexilla parauit,
Non ignes flantem patulâ de fauce draconem,
Sed Crucis impreſſit digitis in fronte figuram;
Proque tubæ ſonitu ſignorum copia facta eſt,
Rex vbi Chriſtus habet ſeruos, ſanctoſque fideles.
12 Hæc quoque caſtra ſuo pòſt cõmendauit amico,
Feſtinans alias ad partes belliger ire,
Fortis vbi populis ductor non deforet illis.
Bauo beate Dei, te præſens pagina ſignat:
A Duce tu Domini quondam conductus Amando,
Spreuiſti mundum, calcaſti labile ſeclum,
Sumens arma Crucis, propero pede bella petiſti,
Ac multum ſpolium truculento ab hoſte tuliſti:
Inter quæ prædam, quam gaudens abſtulit, atque
In regno proprio cupiit, ſi fortè fuiſſet
Poſſibile, igniſluis concludere carceris antris:
Sanctas tu lacrymas fundens, pia vota, preceſque,
Belligerando boans bellis, benedicte, beatis
Saluaſti, & Regi ſummo tua dona dediſti.
Quod loquor, agnoſcis; quoniam tua geſta canuntur.
Scilicet ille hoſtis, cùm telum miſſile vibrans
Impoſitum plauſtro iecit, proſtrauit & *c* vnum
Ex famulis, canibuſque feris venatio facta eſt.
Sed tamen incaſſum ſua tunc tentamina fudit;
Tramite nam reduci quia pòſt orando reductum
A mortis tenebris reuocaſti in luce bubulcum.
Multimodis aliis cum ſanctis artibus vſus
Hoc vno didicit vincendum te fore numquàm.
O quàm magnificus fuerat tibi, Sancte, magiſter,
Qualibus ac ſignis præceptor fulſit Amandus
Ille tuus! qnæ te talem fecêre miniſtrum!
Namque tuis geſtis Doctorem cernimus almum,
Egregium, pulchrum, mirandum, glorificandum.
Eſt mihi dulce tuæ textum percurrere vitæ;
Sed retrahit complenda meum modulatio greſſum.
Ne tamen hi verſus tibi ſint ſine fœnore fuſi;
Redde vicem, precibuſque tuis me, quæſo, gubernans,
Obtineas veniam mihimet miſerando reatus,
Atque tuo Regi iunctus per ſecla valeto.
13 Tuque locus felix, regio fulgentior auro,
Illuſtrata pio iuſtorum lumine, ſalue:
Plebſque decora ſatis, multo collecta labore
Patribus à geminis, dignum eſt vt amando ſequaris,
Quos tibi Cunctipotens dulces pietate Patronos
Attribuit, taleſque dedit miſeratus amicos;
Et ſi te noſter migrans huc corpore Amandus
Deſeruit, meritis, ſi credis, vbique gubernat.
Nos quoque dum precibus ſacris meritiſque tuetur,
Te memorans etiam, portas tibi pandit Olympi.
Plaudite dulciſonos tantis Paſtoribus hymnos;
Ne ingratum reliquis gregibus videaris ouile.
Carmina commiſcens chartis, currente camœnâ,
Vobiſcum recinam, præbens inſignia amoris
Erga illos monimenta mei ſine fine manentis,
Quos quia conſpicuos virtutum penna leuauit
Sidereum ad regnum, vobis properantibus illuc
Poſſe patere piæ monſtrarunt oſtia vitæ.
Aſt ego delictis, vt ſetis horridus hircus,
Tegminis & nitidi candenti vellere nudus,
Sæua trahor miſeræ miſerandus ad atria mortis.
Tendite, poſco, manus, & me de fauce vorantis
Tollite; raptus enim propriâ virtute redire
Non valeo; & quamquàm patulum maxilla foramen
Huius habet, forſan per hoc procedere poſſum,
Si iuuer auxilio veſtro precibuſque reducar,
Hoc quoque pro Chriſti faciendum nomine poſco.
Vt cùm veſtra ſagax induſtria iuncta ſupernis
Sedibus extiterit, pauitans ego, quæſo, requirar
Vltimus, & Petri concludar claue Beati,
Quo cum vita, ſalus, & perpes gloria palmæ
Vobiſcum fuerit feliciter omne per æuum,
Tunc mihi ſit miſero, precor, indulgentia ſaltem
Per Chriſtum Dominum, qui ſecla per omnia regnat. *d*

D *crucem erigit.*

S Amandi diſcipulus S. Bauo,

mortuum ſuſcitat.

E

Vtrumque Gandenſes colunt Patronum

F

Poëta eorum precibus iuuari optat.

d

a Forte

A a *Forte* ſubrepens *ſcripſit Milo.*
b Legiâ *adſcriptum margini explicationis gratiâ:* Legia, *ſeu* Liſa, *fluuius Cortracum alluit, & Gandaui Scaldi miſcetur.*
c *Hic eſt Artimus precibus S. Bauonis ſuſcitatus, de quo agitur in huius Vitâ* 1 *Octob.*
d *Addebatur.* Finit liber II, habet verſus CCCCXVIII. *& ſubiungebantur capita libri* III.

Capitula libri III.

1 MEdiam ſe poëta lætatur carminis ſui tetigiſſe viam; ſeque arduum opus ſcribere oſtendens; lectorem ſuum, vt viuifica præcepta Chriſti meditetur, & hortatur eloquio & docet exemplo.
2 De mortuo ſuſcitato.
3 Quòd factum illud celare voluerit.
4 De fanis deſtructis & gentibus conuerſis ac baptizatis.
5 Quòd cauſsâ prædicationis ad Sclauos perrexerit.
6 Sermo laudis ad ipſum.
7 Qualiter Regem increpans repulſus ſit.
8 Eidem Principi veniam poſtulanti facinus indulſit.
9 Quòd iſdem Rex filium ſuum Sancto commendare volens impetrare non potuerit.
10 Eiuſdem Regis paruulus dum à Sancto catechizatur eloquitur.
11 Res eadem laude celebratur.
12 Vbi Sanctus Eccleſiam Treiectenſem ad regendum ſuſcepit.
13 Quod ab eadem repulſus inſulam Calolo petiit.
14 Ad contemptores Sancti ſermo dirigitur.

LIBER TERTIVS

B

CAPVT I

Mortuus à S. Amando ſuſcitatus.

1 ASpirante Deo deſcribens carmine vitâ
Præſulis egregij ſanctam celeranter Amandi;
Quæ longis fuerat periodis iure notanda:
Si fandi mihi larga foret ſeu magna facultas.
Iam mediam breuiore viâ feſtinus eundo
Tranſgredior, binoſque pedes ponendo viciſſim
Computo ter geminos, dum per compendia curro.
Sic iter emenſum eſt; reliquæ & præconia laudis,
Rhetoricus cui ſermo iacet, facundia marcet,
Hinc conor breuibus temerarius arbiter horum
Pangere verſiculis, nullo complenda relatu;
Orbis verbifluus ſi iſtos conſpiret in actus,
Conueniantque omnes vnâ ſub ſede poëtæ,
Inuitantur Poëtæ. Argumententur, modulentur, philoſophentur.
Vera quidem fateor, non omnes promere verſu
Virtutum laudes, vt dignum eſt, credo, valebunt;
C Ac, ſi vtcumque queunt extrinſecus acta referre,
Confiteor, nullo poterunt modulamine vocis
Promere pro meritis, quæ ſumpſit præmia in aſtris.
Altiùs ille volat, quàm garrula lingua recurrat.
vt figmenta reliqua En figmenta canunt lyrico ſermone poëtæ;
Quæ relegis cur, lector amans, cùm nulla ſalutis
Luera gerant animis, labor oris, paſtio venti?
Quid tibi pugnaces poterunt præſtare phalanges?
Quâ te veſte teget pallâ diſcordia ſciſsâ?
Cur doleas illâ cæſas ſub clade cateruas?
Functi functa canant, viuens vitalia pange.
En meliora meo narrantur carmine geſta:
Non gladios, nec tela refert pharetramque Camillæ;
Sed memorat victam Chriſto ſub Præſule mortem:
canant à morte Et quæ dona dedit caro dignanter amico.
Qualiter & quondam Domini dilectus Amandus
ſuſcitatum. Mortis adhuc ſub lege manens, & carne grauatus,
Mortis iura tulit; clauſum quoque carcere Auerni
Eripuit, vitæque hominem de morte reduxit,
Commemoro ſtupidus tanti formidine facti.
2 Vrbs fuerat quondam, quod adhuc veſtigia monſtrant,
a Tornaci Tornacus, nunc multiplici *a* proſtrata ruinâ
Funditus, ah turres deflet cecidiſſe ſuperbas.

Eſt tamen inde frequens, quod aquis & merce redundat; *Auctore Milone, ex MSS. Lib. III.*
Nititur & geminis iam non lapſura columnis, *b*
Namque arce in mediâ templo ſurgente venuſto
Pontificale tenet ſolium: nec longè remotâ
D *c* Nicaſius recubat pretioſâ Martyr in vrnâ *b*
Remorum Præſul, felix cui vita coronam *c*
Præbuit, & rutilam fuſo pro ſanguine palmam.
Quid? multo ad caſtrum Francorum milite ſeptus,
Dotto Comes rigidus, regali miſſus ab aulâ,
Venerat; & querulis impleta eſt curia turmis.
Ecce trahebatur magnâ ſtipante cateruâ
furtum Fur vinctus multis multo pro crimine nodis,
Conclamant cuncti; plebs omnis cominus aſtans
Concinit eſſe reum: nihil his veniale fatetur.
His turbis Sanctus medium ſe iniecit Amandus:
Flet, gemit, implorat, dolet, eiulat, obſecrat, orat:
Quatenùs huic miſero miſereri & parcere vellent:
Illis cunctipotens miſereri vt Chriſtus haberet.
Sed non obtinuit Sanctus, quod flendo rogabat.
Dotto Comes tumidus quoniam crudelior omni
Belluâ erat, iuſſitque ſuo pro crimine furem
Stipite confixum meritas exoluere pœnas.
ſuſpenſum Intereà eſt ductus, ſuſpenſus; mox quoque victus
Morte *d* ferâ tetras animam tranſmiſit ad vmbras.
Quid tu, ſancte Pater, totum memorande per orbem,
e Tunc agis? agnellus pedibus proſtratus adhæres *e*
Sæui nempe lupi, fuge ne te ſorbeat ipſum. E
Erigere ad Dominum; nam quæ petis, ipſe verenter
Concedens ſtabilem tribuet dignanter honorem.
Ergo domum Dotto eſt populo comitante reuerſus:
Ocyùs ad hominem Sanctus celerauit anhelus,
Atque vbi defunctum miſerum miſeratio vidit
deponit S. Amandus Viuifici mentem firmans ſpiramine flatus,
Depoſitum properè cognatam vexit ad ædem:
Quo fuerat ſolitus portam pulſare ſupernam,
Sternitur hinc aruis, magis inde propinquior aſtris:
Atque preces ſimul & lacrymarum flumina fundit:
& precibus Quæ quamuis vicina rigent confinia terræ,
Altiùs ad celſum volitant ſcandendo tribunal;
Angelico plaudente choro ſuper æthera vectæ.
Dicta hæc facta probant; verbum completio firmat.
Sanctus enim incubuit precibus, proſtratus in aruis:
à morte ſuſcitat. Nec priùs ad finem felix oratio venit;
Donec ambo ſimul diuerſis cominus horis
Surgentes ſtarent iuncti (mirabile viſu)
Mortuus à morte, & Sanctus de puluere terræ.
3 O quàm conſpicuum Dominus dilexit alumnum,
Cui tam multa ſui tribuit ſignacula amoris. F
Denique ceu præſens nobis ſcriptura reuelat,
Præualuit precibus ſacris meritiſque beatis
Reddere diſtractam multo pro crimine vitam
Defuncto, atque *f* animæ iam iamque in tartara lapſæ *f*
Obtinuit veniam, Chriſto miſerante, ſalubrem.
Sit laus ſumma Deo, qui dona fidelibus addens,
Vt poſſint exire animæ de carcere Auerni,
Tartara diſrumpens, obſtacula cuncta reuellit.
Intereà madido diſcuſſis rore capillis
Præuia venturum iam poſt ſua lumina Phœbum;
Terrigenis aurora ſuo monſtrauerat ortu.
At virtus complens rediuiui corporis artus,
Addiderat reduces ſolidato robore vires.
Ergo ſuos læti victor, vitæque reductor,
Confeſſor Domini ſignis inſignis honeſtis
Poſcit aquas; currunt celeres, tumulanda putantes
Membra viri, peteret lymphas quòd more lauacri:
Ingreſſi incolumem inueniunt (mirabile dictu)
Ordine conuerſo cernunt reſidere verenter.
Quis ſtupor hic fuerit, facti excellentia prodit.
Fur rediuiuus enim vitam veniamque reſarrat:
g Largitumque ſibi Sanctus lætatur honorem. *g*
Tunc igitur Fratrum ſub Chriſti nomine plebi
Ne populis prodant factum, obteſtatur Amandus,

AVCTORE MILONE, EX MSS. LIB. III.

Donec completo decedat tempore vitæ.
Cuius sancta manus dum singula vulnera palpat,
Restituit celerem felix medicina salutem;
Nec remanet sulcus, digitus quo currit honestus.
A Dicite doctiloqui, depromite digna diserti.
attactu vulnera sanat. Qualis est medicus? quo contingente, cicatrix
Nulla patet plagis, conclusis vndique cunctis.
Quo meat ista salus? quo manat ab vnguine virtus?
Cessa lingua loquax: opus est hoc Omnipotentis:
Per quem tanta valet quisquis famulabilis illi est.

a *Factum id videtur superioribus bellis ipsorum inter se Francorum. Quamquàm postea quoque à Normannis & monasterium S. Bauonis in oppido Gandensi anno 850 incensum fuisse, tradunt Gesta Normannorum ante Rollonem; & eorum partem (Menapios, quorum caput Tornacum fuit, Tatuinos id est Teruanos, aliosque maritimos) eo anno 850 depræ datam esse referunt Annales Bertiniani. Sed hæc Milo non attigit, nisi fortè poëma suum post obitum Haimini, qui id dicauit, emendarit & auxerit.*

Tornacum cambustũ.

b *In MS. Amandino margini adscriptum erat:*
Excidit ab eâ iam, proh dolor! ipsa columna.

c *Molanus ad 14 Decemb. in Nicasio ita scribit:* Huius Martyris pignora quædam Nouiomagensis quidam Episcopus obtenta, ad suam pertulit ciuitatem. Quæ tam apud Nouiomum, quàm & apud Toruatum castrum, vbi nunc etiam seruari perhibentur, claris referuntur illustrata miraculis. *De iis nos ad illum diem.*

S. Nicasij reliquiæ Torn.

d *Aliud MS.* ferè. e *MS Elnon.* Nunc.

B f *Non quasi refigatur semel lata damnationis sententia: sed in similibus casibus non erat absoluta.*

g *Id est, se à Deo exauditum gaudet, non verò quòd honore sibi à Fratribus idcò impenso lætaretur.*

CAPVT II

Fides per S. Amandum propagata. Sclaui aditi. Exilij pœna irrogata.

4 ERgo vbi fama volãs sparsit memorabile signum,
Fit populi subitò multus concursus ad ipsum;
Feruere vt miraris apes per prata, per hortos
Erga purpureos flores, ac carpere morsu
Quod referant pedibus cara ad præsepia curuis.
Non secùs has videas gentes insistere Amando;
Conspicuo flori, hyeme atque æstate virenti;
Gentiles, Quo sacrosanctum valeant baptisma referre,
Virtutumque dapes vt dulcia mella reportent,
Quîs mundi Dominus prædulci pascitur haustu.
idolũ destructio, Fana dehinc vacuo nudantur honore profana,
Illorumque cadunt, quorum creuêre labore.
Inde vbi fana ruunt, vir sanctus templa reformat,
Basilicas statuens & claustra monasteriorum:
Perfidiam fidei contundit acumine fido.
O quàm magna viro concessa est gratia iusto,
C Multiplicem meruit fructum qui germine ab vno!
Baptizat: Incola viuifico sacratur fonte renascens,
Præclara Ecclesiæ præcelsæ mœnia surgant.
Felix ille obitus, moritur quo plurima pestis;
Sed tamen illa salus multùm felicior extat,
Quâ surgente vno plures in corde resurgunt.
Hæc est, ni fallor, celsæ mutatio dextræ.
Crescit amor Sancto, laudum celebratio Christo,
Cuius in auxilio dum verbum prædicat omni
In populo, fœcunda seges de cespite surgens,
Reddit centuplicem virtutum gramine frugem.
5 Te neque Apostolicâ numquàm purgata securi,
Ac fidei sulcis, vllo neque vomere culta,
Pertransisse virum doleas, Sclauinia tellus.
Sclauos adit, Sicut auaro etenim cùm multa pecunia crescit,
Crescit amor, summamque famem completio gignit,
Sic hic, si liceat fatuis conferre benigna,
Crescere, quo creuit, virtutum lucra bonarum
Accumulare parans, & auarior ampliùs extans,
Partibus & multis cùm sparso semine verbi
Surgeret hinc atque hinc feliciter inclyta messis, D
Comperit astrictos Sclauos errore inimici:
Quò se martyrium pro Christo posse mereri. *spe martyrij:*
Confidens Sanctus, glacialem transiit *a* Istrum. *&*
Inciipit & glebas duræ proscindere terræ,
Inde Euangelij semen dispergit vbique,
Per loca, perque domos, per rura & compita iactans;
Fundit aquas siccis superis de fontibus aruis,
Suggerit, immittit, concludit, compluit, ambit. *multum laborat,*
Nil facto superest, quod dignum duxit, agendum.
Is tamen vt segetem pleno non gramine votis
Respondere videt propriis, cassumque laborem
Se saxis inferre dolens, resilire retrorsum
Cernens conspicuum ferrum sulcantis aratri:
Per vacuumque tuens in spinis quærere messem,
Martyriique piam nec palmam prendere posse;
Ad proprias iterum Christo est comitante reuersus *paruo fructu.*
Pastor & agnus oues, ouium dux ipse suarum:
Ne tamen incassum tantos fudisse labores
Pœniteat, longumque iter properanter adisse.
Nec quiuisse aliquem, vel paruum, sumere fructum;
Paucula grana legens cælestibus indidit horreis.
6 Te quoque, sancte Sator, dum nos comitamur euntem, E
Atque tuum sequimur felicem carmine cursum:
Ignotum transimus iter, sermone meantes, *multùm laudandus*
Quò nullus missus milleno ex agmine Iesum
Viuificam iecit cornu curuante sagittam.
Non Petrus, Paulus neque seminuerbius olim,
Propter opus solitum veraci errore vocatus.
Nemo alius validis quamquàm confisus in annis
Cuspidis eximiam iactauit acumen in illam.
Seruatum tibimet sed hoc certamen, Amande, est:
Quoque iugo Regis rigidos non subdere quisti, *ob primum accessum*
Ille amor hæc tenuit: hæc duxit honesta voluntas.
Quatenùs ad Dominum perfusus fonte cruoris
Victus morte quidem, sed victor amore redires.
Qualis fortè tuum texit constantia pectus?
Qualis & inuictum retinens audacia robur
Fecit in ignotam regionem tendere gressum?
De quâ pro donis veniebant vulnera Francis,
Rex quibus armorum valido munimine septus
Terga dabat fugiens Franco comitante feroce;
Tu socio sine per *b* inarkas *c* clusasque ruebas. *sine socio. b c*
Sed mihi parce, precor, quod seruulus audeo supplex
Suppliciter tecum querulam conferre loquelam.
Ac votiua tui deuoti sumito vota;
Inde palatinam quia nunc intramus in aulam,
Respice, Sancte, precor me nunc miseratus euntem.
Dirige tu calamum, ne promat inania, nostrum,
Ne, dum ritè tuos cupimus narrare triumphos, F
Offensa inueniat regalis virga locellum;
Huc fraterna cohors precibus concurre canenti.
7 Rex Dagobertus erat, Francorum, & iura tenebat:
Sed tumidus rigidâ populos ditione premebat,
Quique potestatis præcellens culmine cunctos, *Regem Dagobertum*
Qui ante ipsum sceptrum gentem tenuêre per illam:
Principibus durus, vitiis subiectus alumnus,
Turpiter obsceno luxu maculatus vbique
Infusum Veneris portabat in ossibus ignem. *in luxuriam effusum*
Ne tamen in messe hac spinæ compunctio surgat,
Ac cœptum deturpet opus, cassatio cesset:
Non tulit hos similesque modos constantia nostri
Pontificis, querulam sed prompsit mota loquelam:
Nec timuit renitens sæui mucronis acumen;
In multis didicit quia victor fidere bellis;
Nec pauitare ferum terreno in Rege furorem: *mouet,*
Quem his aggressum studuit pulsare loquelis.
Scilicet æterni si limina tangere regni
Curaret, meliora suæ commercia vitæ
Crimine semoto faceret, ne fortè repulsus
In chaos inferni scelerum tormenta subiret.
Et quia sunt stimuli iustorum verba malignis,

Mox

A Mox vt dicta furens arrectis auribus hausit;
petitur in exilium: Iure licere sibi cupiens, quidquid libuisset,
Derisum grauiter Doctorem iusta monentem
Reppulit; ac tali viduauit hospite regnum.
Quiq; repulsus abit, Dominũ quoque Gentibus infert.

a *Id est, Danubium. De Selano suprà actum.*
Marka b *Marka, Teutonicum vocabulum, limitem prouincia significat: quod sæpiùs legitur in Annalibus Fuldensibus ann. Milonu scriptu: videlicet ad annos 788, 827, 861. &c. Quod vocabulum extensum ad totam ditionem vel prouinciam significandam: hinc plures Marka, seu Marca in Germaniâ & Italiâ: & Præfecti limitanei Marksi & Marchiones dicti.*
& Markisius.
c Clusæ *sunt angustiæ adituum, quà regionem aperiunt & claudunt. Apud Eginhardum in Annalibus ad an.* 817, Bernardus Rex Italiæ omnes aditus, id est, clusas, quibus in Italiam aditur, præsidiis firmauit.
Clusa.

CAPVT III

Reditus S. Amandi ab exilio. Baptismus S. Sigeberti.

8 ET quamquàm Princeps regalia semina iactet
In triuiis, tamen huic prolis non surgit arista;
Ni veniant sicco stillæ de nubibus aruo.
natò S. Sigeberto, Quod tamen vt tandem potuit cognoscere, supplex
Auxilium superis à sedibus expetit, orans
B Vt sibi nascatur, quo pòst sua sceptra regantur.
Dante Deo meruit, quod mens deuota petiuit.
Nuntius vt gaudens regalibus intulit aulis,
Quod puer ad lucem maternâ prodiit aluo;
Laudibus & votis auctorem prolis adorat.
Illa tamen mentem lætam cunctatio adurit,
Debeat in sancto qui fonte lauare puellum.
Vt redit ad semet captiua memoria Regis,
Discurrere iubet celeres per regna ministros:
Ac Sanctum merito adduci demandat honore.
reuocatur: Qui tandem inuentus, monituſque palatia adire,
Regis iam dicti sese conspectibus infert,
Quique vt adesse virum cernit, mox desilit alto
E solio, rutilumque caput diademate terræ,
Stabat fortè Pij quâ pes tunc pacifer, æquat,
Inflectens frigidum sancta ad vestigia collum;
Purpura pulchereis prosternitur inde faullis,
Linguaque, quæ variis dictabat iura phalangis,
Regi veniam petenti ignoscit: Poscit, vt ignoscat scelus indulgentia sancta.
At mitis fuerat, cui dulce, ignoscere probra,
Felle carens, placidâ iugiter dulcedine feruens,
Ocyùs à terrâ prostratum in puluere Regem
Eleuat, & citiùs commissa piacla relaxat.
C 9 Alloquiturq; dehinc hoc Princeps famine Sanctũ:
Pœnitet, alme, tuam, Doctor, spreuisse loquelam:
Displicet, atque meo quod iussu iniuria facta est.
Sed nunc illa, precor, pietatis viscera cedant:
Est quoque dante Deo immerito mihi filius vnus,
Quem tua consecret sancta vt benedictio, posco,
Viuifico ac Christi digneris fonte nouare,
filium educare renuit: Vtque illum doceas diuinâ lege Magister.
Tuque Pater pueri meritò dicare secundus,
Dum gignis sobolem præclaro germine fontis.
Sed Sacer his dictis summo conamine fusis
Obstat, commemorans sibi iussum vt semina verbi
Spargeret, & gentes baptismatis amne sacraret,
Non vni tantùm sed multis affore missum.
Egreditur, remanet cassata petitio Regis.
Qui quia non valuit contemptus iura mereri,
Credidit à proprij lateris custodibus ipsum
Flectendum, misit socialis amoris amicos,
Vnam animam gemino sub pectore vt esse putares,
inductus à SS. Audoëno & Eligio, Dadonem illustrem Eligio comitante benigno,
In laicali habitu quos Principis aula tenebat.
Sed pòst sub pedibus sternentes labile seclum,
Ecclesias geminas stabiles texêre columnæ.
Inditus ille prior, sub cuius pontificatu
Floruit in titulis Rotomagus celsa beatis:
Compar & Eligius diuino munere lectus,
Quo Nouiomus vt vrbs viuente Antistite fulsit,
Sic micat & tumulo multis virtutibus aucto.
Salua fidafides, felix concordia aueto,
Pontifices sancti meritorum luce coruſci,
Non mihi tam tenuis de vobis sermo mearet,
Ni vos conspicuos scirem nutrisse Poëtas,
Qui possunt trimodâ vobis *a* pipare Camœnâ,
Nobile & auratis carmen cantare cicutis.
Vos tamen ô nostros petimus releuate labores,
Et cœptum repetat iam linguæ guttula cursum.
10 Ergo preces missi deuoto pectore fundunt,
Principis vt sobolem sacrato deluat amne,
Educet atque illum per libros rore nigrantes.
Qui si fortè preces non Principis abnuat istas,
Huius amicitiæ tribuat coniunctio multum:
Errante in populo vt liceat conquirere lucrum,
Gentibus & multis diuinum spargere verbum.
Assentit tandem carorum famine victus:
Iiitrat & inuitus præcelsam Regis in ædem,
b Clypiac: qui illo residebat tempore villâ.
Offertur puer huic alienis vectus in vlnis
Ille, quater deno cui sol iam fulserat ortu.
Quem manibus sacris vt sumpsit Episcopus almus,
Et fusa est præstans oratio more suëto,
Ac consignatus catechumenus extitit infans,
Et precis in finem nullus responsa referret.
Non confusa sonans alliso verba palato;
Sed labiis patulis & clarâ voce boando
Insonuit populis mirantibus ocyùs: Amen.
Inde salutiferi baptismatis amne nouatus,
Viuificis retulit Sigeberti nomen ab vndis,
Ac pòst Austrasias domuit ditione cateruas.
11 Hic mecum Lector laudum concurre relatu,
Dicito sermonis si fons tibi largus abundat,
Et guttis pluuiæ se linguæ comparat imber.
Quis docuit puerum, quis sensus quæso suasit
Hebraico sonitu ignotos proferre *c* fritillos?
Quis pedagogus eum hac iussit voce boare,
Quem vagitus adhuc puerili ætate tenebat?
Enarra mihi quæso, dedit quæ schola loquelas
Ignaras? docili quo floruit ille magistro?
Scutica non teneros vnquam vlla lacessiit artus,
Nec graciles digiti paruam tenuêre tabellam:
Et iam grandiloquos superat ratione sophistas.
Vocibus externis loquitur, spernitque Latinas.
A natura docet. Men quæ suggestio fundit?
Hoc musto, ô Iudæa solens errare, calebant
Qui cunctas didicêre breui sub tempore linguas,
Hic, etymologia, tuus confunditur ordo,
Infans dum fatur, nomen tibi tollitur istud;
Ne dubites asinam stolidum increpuisse Balaam,
Huc ades, hoc opus est celebrandum laude perenni.

a Pipare *præcipuè de gallinâ dicitur.*
b *Imò* Aurelianis, *vt dictum suprà & ad Vitam S. Sigeberti.*
c Fritillus *tabula est lusoria. Hic videtur Milo pro sono accipere.*

CAPVT IV

Episcopatus Traiectensis S. Amandi.

12 HIs ita decursis, obeuntem missus ab alto
Angelus euexit celsi trans sidera cæli
Pontificem, cuius Sedem Traiectus habebat:
Constituitur Episcopus Traiectensis. Sumeret vt rectis meritorum præmia libris.
Quo *a* Rex competto Sanctum accersiuit Amandum,
Plurima Pontificum conducens agmina secum,
Præsulis ad tanti solennia iungit honores.
Interea Sanctus sacrâ sublimis in arce
Ducitur ac trahitur, iam dictâ in Sede locatur.
Obstat & indignum se tali clamitat actu.

AVCTORE MILONE, EX MSS. LIB. III.

Sed cùm more ſuo luſtraret luce venuſtâ
Oppida, rura, caſas, vicos, caſtella peragrans,
Triſte nefas, qui debuerant agnoſcere primi,
Ac verbum Domini plebi monſtrare ſequendum,
A Eccleſiæ gradibus prælati ritè Miniſtri;
Obſiſtente ſibi Clero, Reiiciunt, ſpernunt, contemnunt, deſpiciuntque,
Poſtponunt, pelluntque probum pèr probra Patronũ,
Quo ſibi nil lucri, ſed maxima damna tulêre.
diſtedit Puluis enim pedibus iuſtis excuſſus in illis
Accuſator erit, cùm tempus venerit illud,
Præmia quo capient dextri, pœnaſque ſiniſtri.
b 13 Inſula dicta niter *b* Caloio de vertice Sancti
ad inſulam Calloam: Scald iuxta & gyris curuo ſinuamine flexis
Præbet ſeceſſum, nauis gratiſſimus amnis,
Quem Sanctus, dictis cùm pulſus abiret ab oris,
Reperiens, ſibimet tam mœſto in tempore credens
Sufficere, & mentis purum renouare vigorem
Secretus cupiens, aliquanto manſit in illâ
Tempore, multiplices ſtuduitque leuare labores.
Dum tamen ille pio frueretur cælitus actu,
Atque polum iugibus cuperet conſcendere votis,
Alba velut geminis alis innixa columba;
Æqua repulſores non diſtulit vltio dictos
Traiectenſes poſt eius abitum Pro meritis pulſare feros, ac digna rependens,
Qui voluêre magis habilem quàm reddere honorem.
Preſſi multimodis vt poſſent ſcire flagellis,
B Quàm carus Chriſto fuerit, qui ſpretus abiſſet.
Plaga etenim cælo veniens, & terra reſultans,
Proterit, inclinat rigidâ ceruice rebelles,
Euertitque domos, mores cecidiſſe ruina
grauiter puniti, Teſtatur ſonitu labens & pondere grandi:
Ac vidúatus ager ſegete & nudatus ariſtâ,
His mentum ſpinæ pungentis reddit acumen
Cum tribulis. Referunt commercia talia terræ,
Quæ tanto cultore carent, nec veſcitur illis
Incola, ferre cibum quia matris in vbere tempſit.
14 Tu quoque plebs, libeat ſi curſim tangere priſca,
Antiquis damnis prolata hæc vulnera ſentis.
Cladibus immenſis non obſtant mœnia firma,
vrbe labefactatâ, Sed ſternuntur humi ceu puluis flamine venti,
Labunturque domi, quæ non cuſtodia fulcit.
Nec mirum, compago ruat ſi turribus altis
Funditus euulſa, ſtabilis quam linquit Amandus,
Eccleſiæ noſtræ defenſio, celſa columna,
Tabificos contra fremitus protectio perſtans.
Quo offenſo, tibi mors; nobis ſaluatio venit
6 *c* Seruatio ſeruata tuo dum viueret; inde
Flebile ne funus ſeu mœſtum corde dolorem
Sumeret extremas in te cernendo fauillas,
C Tranſit ad Dominum, nudam te in morte relinquens:
Qui tibi pòſt noſtrum miſeratus miſit Amandum,
Vt ſolem radiis operum fulgore micantem.
Sed tu lippa tuos oculos dum vertis ab illo,
Et denſas repetis noctis horrore tenebras,
In manibuſque lutum retines, dum lumina tergis,
Ac luci adſcribis quòd tu magis inde tueris,
Sic votis dimiſſa tuis in carcere cæco es.
in pœnitentiam inuitat Poëta. Ni tamen hinc redeas, & lúmen amando requiras,
Quod tibi depellens, nobis miſerando dediſti.
Non hinc probra tibi, nec iurgia reddimus vlla,
Illius reditu ſed congaudemus ouantes.
Nunc nunc ergo tuam detergant carmina culpam,
Laudibus eiectum dignis reuocare memento.
Laudem S. Amandi, Pœniteat te iam ſceleris, medicamina ſunt hæc.
Ac ſi, vt credo, tuam placarunt vulnera noxam,
Et Sancti pietas crimen conceſſit enorme;
Aſtipulare meis, quia non ſunt carmina, rhythmis.
Tu cantare vales, tu docta es plaudere verſu:
Tu noſti lyrico chordas contingere plectro,
Tuque potens metrum centum reboare camœnis:
Retia ceu filis ſic libros texere verbis.
Aſt mihi vix tenuis decurrit ab ore ſuſurrus:
Dum tamen alma tuis aptatur muſa libellis,
Ne taceam laudare Deum, cùm debitor extem, D
Noſter honore Dei claudatur, poſco, *d* libellus. *d*
Laus, decus, imperium, benedictio, gloria, palma, *& honorem Dei.*
Maieſtas, & honor, veneratio, gratia, virtus:
Sit Patri & Genito cum Flamine viuificante,
Et nunc & ſemper dum ſecla futura manebunt:
Pro meritis Sanctum qui glorificauit Amandum
Clarè comes, curam clauſtris concludito cannam.
Sat fitiens etenim potauit, tollito rorem,
Flebilis & ne iam rumpatur anhelitus, iſtinc
Fige gradum, digitos dum tendo, quieſce parumper. *e* *e*

a *Rex Sigebertus, Dagoberto aliquot tum annis mortuo, vt ſuprà oſtenſum.*
b *Hanc lectionem ſuprà probauimus, vbi de Caloanis actum § 5.*
c *Colitur S. Seruatius 13 Maij: a imminente ab aliis barbaris Belgij vaſtitate obiit. ad quod hic alludit Poëta.*
d *MS. Elnon.* libellis.
e *Addebatur.* Explicit liber III. habet verſus CCCCXXXVI. *& iungebantur hæc capita libri IV.*

Capitula libri IV.

1 SCripturus vates, quo fine Sanctus aſtra petiuerit, admodùm contremiſcit, ſuoſque libellos quatuor Euangeliorum libris ſubdens, ad finem ſancti Amandi ſuique operis & prece tendit & carmine.
2 Qualiter Vaſconibus verbum Dei prædicans Sanctus repulſus ſit, & de mimilogo à dæmone arrepto.
3 De cæco ex aquâ, in quâ vir Dei manus lauit, illuminato.
4 De reditu ipſius in Gallias & cœnobio ædificato. F
5 Quomodò pro eo quòd municipium Nanto à Rege impetrauerit, Mummulus inſidias illi parauerit.
6 Quomodò carnificibus diuinitus cæcatis vir Dei mortem euaſerit.
7 Conuerſio laudis per energiam ad Sanctum.
8 De muliere cæcâ illuminatâ.
9 Allegoricè eadem res repetitur.
10 De monacho pro inobedientia paralyſi diſſoluto & verbo Sancti ſanato.
11 De obitu vel ſepulturâ ipſius.
12 Laus loci & de eleuatione corporis ipſius.
13 Oratio auctoris huius operis.
14 Clauſula finalis cum prece completur.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I

Vaſcones à S. Amando edocti. Cæcus illuminatus.

1
ACtenus eximios Sancti verſatus in actus
Præſulis, &, quamquàm pede claudo, currere quiui. F
Sed nunc res metuenda nimis tractanda, nec vllis
Viribus euolitare facit, ſuper aſtra petendum eſt:
Vt ſermone ſequar, quò non licet ire pedeſtrem.
Primi namque mei properant hac lege libelli,
Vt labor & meritum Sancti noſcatur Amandi:
Quartus hic eſt nũc, qui in manibus cudendus habetur;
Quos Euangeliis ſubiecit ritè quaternis. *Poëma quadripartitum 4 Euangeliis compatur.*
Mattheus effudit donatus munere primus
Carne Deum natum, qui Virginis vbera ſuxit.
Hîc quoque dum noſtræ penetrat præcordia mentis,
Scripſi hominem genitum, qui matris vbera linxit,
Perfectum, purum, iuſtum, dignum, immaculatum.
Excelſúſque dehinc mandati famine Marcus,
Vox clamantis, ait, deſerta per arua leonis Marcii. §
Inſonuit, qui in morte oculis dormiuit apertis.
Hunc ſequens, quantum valui, ſub carmine dixi,
Quadrifidum verbum ſanctum ſparſiſſe per orbem.
Conſurgenſque dehinc quod ſignat nomine Lucas
Iura ſacerdotij veteris ſermonibus *a* infert, a
Quo crucis, vt vitulus, Chriſtus mactatur in arâ.
Quo lecto, Sedem monſtraui pontificalem,
Conſcendiſſe virum, fuerat qui victima viua.

Flaminis

A Flaminis & ſacri quia gratia fuſa Ioanni eſt,
Euolat vt pennis aquilæ ſuper æthera vectus,
Principium canit, atque ante omnia tempora Verbum.
Eſtque viâ ſimili me nunc properare neceſſe:
Inſtat enim memorare itiner, quo Sanctus Amandus
Iuerit ad Dominum, meritos ſumpturus honores:
Viſerit & requiem cæleſti in culmine partam:
Quò me nulla leuat factorum penna bonorum.
Velle meos animos vrit; ſed poſſe retentat.
Currere lingua cupit; ſtridet ſed neſcia fari.
Cordis in aure tamen ſi ſibilus ille reſultet,
Impleat & mentem, calamum quo tingo liquore,
Qui facit humanas aſinam formare loquelas,
Indocilemque virum querulo confundere rhythmo;
Carmine ſuccincto quæ reſtant geſta notabo.

2 Eia, age, Vacceiam latè, mea Muſa, vagantem,
Fidentem frenis, torquentem tela lacertis,
Pande, rogo, & vulgò vulgari voce notato:
Vaſcones Si demas muteſque apices, Waſconia fertur.
Quæ gens dura ſatis, variis incurſibus inſtans,
Ictibus ac crebris hoſtilia tela rependens,
ſibi Extremis fuerat Francorum finibus hoſtis.
Sed nunc vulnificis ſubſtrata eſt pacifica armis,
Frenaque conſilio tandem conducta ſalubri
b Non laniat morſu, ſed *b* pacis in oſcula tractat.
Illis temporibus, quîs Sanctus in orbis manebat,
Vt Gallis fuerat ſæuâ feritate rebellis,
Sic erat & Chriſto, reliquum qui ſtrauerat orbem:
B Relligionis enim nudata decore iacebat
In noctis tenebris, nullâ illuſtrata lucernâ,
Horrendumque ſcelus, cui cuncta nocentia cedunt,
Quo gignente ſolent reliquæ concreſcere peſtes,
Cultu Chriſto habilem muta ad ſimulachra reflectens,
idololatras Idola credebat numen Deitatis habere.
Hos vbi veſanos errorum comperit actus
Præſul Amandus, ab his, quos Fratrum nomine dignos
adit S. Amandus, Fecerat, accenſus, horum celeranter adiuit
Belliger inſignis terras: vt prælia Chriſti
Bellaret, pariterque ſui ſignacula Regis
Inuictus miles præfatis inderet aruis.
Vt ſi multiplices non poſſet iure cateruas
ac multos conuertit, Vincere, vel pulchram caperet per vulnera mortem:
Dumque ibi viuificis inferret ſpicula contis,
Et multos æquaret humo, falſamque deorum
Sterneret ad terram conſtanter relligionem;
Vnus iners, facilis, malè lubricus, atque ſuperbus,
obſiſtente mimo, Turpis & impurus ſcurrilia probra ſuſurrans,
Quem merito vulgus vocitat cognomine mimum,
Obſtitit infelix ſtolido bacchante cachinno.
C Sed mox arreptus miſer atro dæmone, plenus
mox à dæmone obſeſſo Quo fuerat pridem, cùm vitæ riſit alumnum,
Ipſe ſuis manibus malè ſano membra furore
Diſcerpit, ſcindit, diſrumpit, diripit, vrit,
Anteque quàm patulos Erebi tranſcurrat hiatus,
Dat certum indicium, duce quo deductus abiret.
Ore vno ſtupeas millenas currere linguas.
& extinctus. Tandem diſtortus vacuatus & hoſpite & hoſte,
Qui ingratus rediens animam violenter abegit,
Abducenſque facit ſecum penetrare gehennam.
Qui fuit incentor culpæ, fit tortor in igne.
Et quia ſunt non læta ſatis quæ ſcribimus, hinc iam
Triſtibus omiſſis ad dulcia pergat arundo.

3 Ergo vbi gens ſancto vacuata decore relicta eſt
Antiquis tenebris, voluit quia ſpernere lumen
Tranſiniſſum ſibimet, quàm ſe ſubſternere luci:
Aquâ, quâ Sancti lota manus, Lucifer ille nitens, cùm iàm repedâret ab illis,
Peruenit quamdam tandem laſſatus ad vrbem,
Cuius honorificis excepit Epiſcopus illum
Obſequiis, meritoque colens reuerenter honore,
In manibus ſacris latices perfudit, & ipſos
Cuſtodem monuit clauſis inferre ſacellis.
Antiſtes namque is ſat fidens extitit, illis
Optatam inualidis præberi poſſe medelam.
Spes neque tam firmos animos certiſſima luſit.
Tempore quo quidam reſidebat ad oſtia templi
Mendicus, rebus pauper, ſed lumine frontis
Pauperior, quem hac affatur voce Sacerdos:
O homo, ſi fidei retines in pectore lucem,
Ablue aquâ clauſos oculos, quâ Sanctus Amandus
Abluit ille manus: hoc ſpondeo te renouandum
Vnguine, lux rediens cæcis infuſa feneſtris
Monſtrabit, Sancti quantùm benedictio digna eſt:
Nec vacuus credens fidei virtute redibis.
Hæc promiſſa, carens mox pauper lumine, credens
Sumpſit aquas, faciemque lauit, medicina lauacro
illuminatur. Eſt comitata pio. O rerum conuerſio! Cæci
Dum ſplendent oculi, fera mortis imago repulſa eſt.
Dic, rogo, quiſquis ades, quantâ virtute Beatum
Hunc fulſiſſe putas, cùm præſens corpore adeſſet,
Ac prece quàm celerem quiuiſſe referre medelam,
Cuius lympha manus lucis largitur honorem?
Cede loco, medice, trito cum puluere, quid ſtas?
Puluere enim cæcari oculos res notior extat.
Hæc ſi credis, aquæ ſuperant collyria cuncta,
Quam mundæ ſordes. O quàm purgatio pura!
Quàm doctus medicus, quo cuncta obſcura refulgent,
De cuius digitis ſtillant medicamina pulchris! E
Talia ſigna ſui produnt veſtigia Regis.
Quod ſequitur, perpes hinc Chriſto gloria ſummo,
Dignus honor Iuſto. quo non pretioſior alter
Ad cæli regnum ſociorum ex agmine venit.
Obuius ornatâ dum ſponſo lampade pergit,
Manat oliuiferis mox igneus ardor ab vlnis,
Accendens propriâ reliquorum de face tædas,
Fulſerit & quanto demonſtrant facta decore.

a *Codex Elnon.* effert.

b *Vaſconiam, quo Milonis Regibus Aquitania ſubiectam, explicat Petrus de Marcà ſub finem libri 1 & initium ſequentis Hiſtoriæ Bearnia.*

CAPVT II

Monaſteria à S. Amando extructa. Periculum mortis cælitus depulſum.

4 DVmque iter inceptum variis virtutibus iret,
Francorum ad regnum felici tramite venit,
Elegitque locum, quo verbum ſpargeret aptum,
In quo, deuotâ Fratrum comitante cohorte,
Qui varias Chriſti tulerant pro nomine pœnas,
Sacra monaſterij conſtruxit clauſtra nouelli.
Felix illa fuit ſub tanto ſchola magiſtro,
De quâ multiplices procedunt iure Sophiſtæ,
Pontificum numeroſa cohors, doctique Patroni
Eccleſiæ, verbis puri, geſtiſque nitentes.
Gallia, iam rediit Sanctus, lætare, benignum eſt,
Sparge alacri flores, tibimet ſaluatio venit.
Hac etenim non parte cadis, quâ turris olympo
Contra ſanguineas acies & bella Damaſci
Fortè tulit caput, vltra & ſidera conſtitit ipſa.
Nam ſi perualidæ Oceani de parte procellæ
Irruerint, nullo quibunt tranſcendere pacto,
Paſſibus egregiis quà greſſum fixit Amandus:
Si tamen egregij ſecteris iuſſa Magiſtri.
Eſt neque, quòd timeas feruenti in turbine, freta
Hoc ductore tuo, qui non debellat iniquos
Armis, ſed meritis hinc vſque ad ſidera notis.

5 Tempore quo Princeps regnũ Hildericus agebat,
Inuaſaſque graui bello tractabat habenas,
Dum fremerent reliquæ Martis certamine gentes,
Et gladij gladios, vmbones redderet vmbo;
Ac frater fratrem, genitus premeret genitorem,
Sæuaque vaſtaret populos populatio multos,
Tempeſtate graui totum graſſante per orbem;
Non turbo hic tenuit, Iuſtique ligamine vinxit
Brachia, nec tantâ rerum vertigine victus,

Monaſterium extruitur:

item aliud, concedente Hilderico Rege.

Liquit

AVCTORE MILONE, EX MSS. LIB. IV.

Liquit opus cœptum, lucris fidelibus ardens.
Sed Regem petiit iam dictum cernuus ille,
Quatenus illi aliquem præberet iure locellum.
Sacra monasterij structuret quo cœpta venusti;
A Quem mox vt petiit Princeps dedit; inde repentè
Talibus in rebus quoniam fuit impiger ille
Ecclesiæ iecit fundamina more sagaci.
impedientè Mummulo Episcopo; Dumque ibidem cœptis perstaret Iustus in illis,
Mummulus inuidiæ facibus flammatus acerbis,
Vrbs Ozidinsis cuius subiecta, sedile
Ornabat celsum variorum gramine florum.
Indignans grauiter Sanctum impetrasse locellum,
Euomuit furiis conceptum mente venenum,
Direxitque suos stimulante furore ministros
Audaces animis atque armis ampliùs auctos:
Illi acuens gladios, qui pacis lator in omni
Orbe fuit, superi qui prompsit pascua regni.
in quem inuehitur Poëta. Hunc, inimice ferox, cur tali fraude repugnans
Persequeris, carumque Deo insectaris aluminum?
Audieras, tibi quæ scansurus ad astra magister
Pacificus dederit seruandæ fœdera pacis:
Cur pignus hoc, dum meditaris inania, scindis?
Cur te tanta tenet sceleris scelerata cupido?
Nonne decens fuerat sudores tergere tantos,
Ac commune bonum sociali ornare labore?
Quid facient alij, dum quæris Episcope bella,
Ac humana tuum si non natura reatum
B Comprimit, ordo, gradus, neque te dilectio frænat?
Suspice, fulminei venient de nubibus imbres,
Placabitque tuos cælestis turbo furores.
Angelicas acies, armatas, auxiliantes,
Ferre videbis opem signis victricibus amplam.
Ferre necem telis cui nunc minitaris iniquis.
Carnifices quoque pulso loquens, qui iussa volebant
eiusq; ministros, Patrare, & sceleris pariter consortia ferre:
Quos aliena reos adduxit missio noxæ,
Qui callente dolo se fallere posse putantes
Illum, plenus erat qui puri fluminis haustu.
Fingebant falso fallaces famine falsa,
Aptaque rura satis se Sancto ostendere posse:
Si comitetur eos caussâ studioque tuendi.
fraudulentos, Callidus & quamquàm miles simulauerit ore,
Finxerit & tanto mendacia dicta Prophetæ,
Quem monstrante Deo nil clausum, nilque latebat
Occultum fibris, nil tectum pectoris antris.
Auribus in cuius sic mens vt lingua sonabat;
Non tamen iniustis scelerum latoribus ipse
Obstitit, aut sæuis monstrauit terga ministris.
Tanta nec inuictos animos formido pererrans
C Dispulit, aut stabilem liquit constantia mentem:
martyriũ illaturos S. Amando, Martyrij iugiter quoniam feruebat amore.
Et quamquàm dederit nunc temporis optio votum
Martyris, emerito non est fraudatus honore.
Hinc superis magis est laudanda potentia Christi,
Quòd dedit huic palmam gratis sine vulnere mortis.
6 Iamque supercilium montis pia victima adiuit,
Percussorque ferus, ceu quondam sanctus Isaac,
Vtque maligna manus nimiùm crudelis Iesum
in montem abducto, Quando furore calens, ad montis culmina nostræ
Auctorem vitæ pertraxit præcipitandum,
Si tunc posse, velut furibundum velle, habuisset.
Haud secus hic Iustus, cùm staret mitis, vt agnus,
Subuacuis pietate lupis, mox cælitus atræ
Collectæ nubes oculos clausêre malorum,
Nec phœbea patet digno satis ordine lampas:
sed cælesti miraculo seruato. His retrahit iubar & radios conuertit in vmbras,
Qui rutilo spoliare student splendore lucernam;
Lucida diffugiunt oculis, nox ingruit ampla:
Tempestasque ruit commixto grandine grandis.
Ergo solo strati culpam iustumque fatentur
Supplicium, veniam rogitant: curuatur adorans
In terram Iustus, pietatis amore repletus:
Ac membra herbigeris prosternit in aggere glebis;
Nec priùs absistit studio votoque precandi, D
Donec ætherei se submisêre furores,
Nimborum tonitrusque etiam cessêre fragores.
Dumque serena illis se reddunt æthra ministris,
Noscunt quàm merito sit Sanctus honore verendus.
Ite domum missi, factumque referte Patrono,
Carnifices alios ne post vos mittat Amando.
7 O nimiùm dilecte Deo, cui militat æther,
Cuius in auxilio cælestis machina frendens
Bella parat, lumen retrahit, letumque minatur.
Pro lituis tonitrus, pro telis igneus imber,
Pro parmis quassans immurmurat arduus axis.
Quid mirum est seruisse tuis terrestria iussis,
Quando elementa simul quatiuntur, feruet Olympus,
Cum tibi, fida tuis spes, mors iniusta paratur.
Et quamquàm sint magna satis, quæ gesserit antè,
Plus tamen ista nitent, quæ cæli ex arce refulgent.
Pulcher vbique, polo, terrâ, pontoque coruscans,
Respice diffusos iam iam miserendo fideles;
Hisque iugem precibus factis deposce salutem;
Quatenùs inuictas retinentes pectore vires,
Nec mala nos frangant, nec mentem prospera raptet.

CAPVT III

Cæcitate & paralysi puniti, sanantur ope S. Amandi.

8 INstat iter, iam iamque sequentia gesta retorquent E
Carminis excursum, canitur res digna relatu.
Mentio namque viri venerandis laudibus apta est,
Namque Euangelium populo dum prædicat omni,
Nescius incepti curam laxare laboris,
Lassatosque artus modicâ reparare quiete, *Apud Bilouacenses*
Perlustrans pagi confinia Bellouacensis;
a Rossontes locus est, quo Sanctus venit anhelus *a*
Quà modicus ripis refluit, sed massus opimis *b* *b*
Vbere frumenti copiosi & munere Bacchi:
Nec procul à tractu, quem cursus complet *c* Oronnæ. *c*
Hîc fuerat mulier geminis viduata lucernis:
Fronte subobscurâ noctis simulatio vera, *mulier augurijs idololatricis dedita,*
Haud breuibus spatiis densâ caligine durans.
Cuius nempe modum dum Iustus cominùs instans
Scrutatur, didicit caussas tempusque negatæ
Lucis, & augurijs iustas quæsisse tenebras,
Frondicomæque Deæ se deseruisse renarrans.
Ducit eam rigidis ramorum flexibus arbor,
Quo caput extulerat peruersâ fruge colonis F
Noxia lætiferum gignens radice venenum,
Rustica plebs prisco quàm consecrauerat hosti.
Fudit & vt mulier plangens lacrymansque querelas,
Reddidit his Sanctus miseranti pectore voces:
Non miranda refers, mulier cæcata reatu
Cùm proprio plangis discrimina crimine creta. *sit cæca.*
Magna sed admiror quàm sit clementia Christi,
Cuius larga nimis te iam patientia portat,
Cuius ad offensam proprio famulabilis hosti
Emeritum retines damnum iustumque pudorem.
At tibi si superest amissæ cura salutis
Assensum nostris iam nunc præbete loquelis.
Ocyùs audacter Dea quo stat pestifera, ito,
Spe stabili confirma animum, dextramque bipenni,
Arbor vt ad terras iam proruat acta securi, *sublatâ superstitione,*
Quam veneraris: enim citiùs promitto futurum
Credula si fueris, felicia vota reportans,
Quòd capies celerem membrorũ animæque medelam.
Nec mora dum properat mulier ducente puellâ,
Arboream truncare Deam, frondensque cacumen
Relligione carens succisum tradere flammis;
Perspiciens Sanctus fidei venerabile lumen
Interiùs fulgere, Crucis celebrabile signum *Crucis signo illuminatur.*
In frontis medio gemina inter tempora sculpsit.

Mox

A Mox quoque conſpicuus delatus cælitus ignis
Splenduit, & clauſæ patuêre in fronte feneſtræ.
Sic veneranda manus iubar infert, atque relinquit
Nox oculos, exulque dies illuminat orbes,
Ac mediis tenebris aurora crepuſcula fundens,
Miratur radios frons illuſtrata ſerenos,
Quam tamen inſtructam veteres contemnere culpas;
Noxia quîs pridem creuerunt vulnera in illâ,
Incolumem linquens, reliquos viſurus amicos,
Dimiſit Sanctus, tanti largitor honoris.
9 Hiſtoriæ manifeſta fides, ſed myſticus illi
Intellectus ineſt ſiluis vmbratus opacis,
Quem tentabo loquens feſtino pangere verſu:
Vt reſonans antiqua nouo ſymphonia flatu
Impleat arentes ſupero ſpiramine verſus.
Arbor priſca fuit, quâ vitam perdidit Eua, Arbor priſca fuit, quâ vitam perdidit Eua,
vti Eua culpa Nomen habens vitæ, ſi culpis abſtinuiſſet.
Prô dolor! anguino nimium decepta ſuaſu
In letum lapſa eſt, vetitum dum ſumpſit edendum,
Ad certum per lucra ruens malè credula damnum.
Cruce Chriſti ſublata eſt. Sed Crucis in ligno Vitâ moriente, piati
Sunt ſcelerum morbi, & vetiti tranſgreſſio pomi
Aſpicis antiquam præſenti in ſtipite formam,
Auguriis mulier cui dum famulatur ineptis,
Scire futura volens, & iam præſentia perdit,
Ac meritas cæcata capit pro luce tenebras.
B Sed Sanctus veniens errores diſpulit atros,
Arboris & docuit flexus ſuccidere ferro,
De quo magnificus cecinit Baptiſta Ioannes,
Arboris eximiam radici inſtare ſecurim
Fulgenti nocuos quæ truncat acumine ſuccos,
Et reparat celerem pia per collyria viſum,
Vnguifer & medicus ſic lumina reddit Amandus,
10 Hocque quòd accumulans laudum præconia Iuſtus,
Magnificis geſtis compleuit, ritè canamus.
In grege multiplici Domini quem fecit alumnus
Diuium portare iugum, ſeruire Tonanti,
Vnus erat reliquis prælatus honore cateruis,
Monachus inobediens, Vt victum ſociis & congrua cuncta pararet:
Qui dum monte tumens iuſſis parere Magiſtri
Deſpicit & vinum plauſtris portantibus vtens
Ad Fratres deferre ſuos, Sanctoque negare,
Quòd ſibimet deeſſent quæſita vehicula, pergit;
Sternitur infelix ſubiti diſcrimine morbi,
punitur paralyſi: Et fera paralyſis vaſtans crudeliter artus
Occupat, & laxis in membris regnat habenis;
Elatâque nimis ſumptos ceruice rigores
Ocyùs excutiens herbis flaccentibus æquat:
C Ac miſerum corpus letali clade grauatum
Peſtis acerba feris ſtringit hinc inde catenis.
Sanguinis arebant ſiccato flumine venæ,
Languida & attractis marcebant brachia neruis:
Ac tenuem flatum de nare frequentiùs efflans,
Singultus miſeros mutus ſermone iterabat.
Iam quoque progrediens animæ calor oſtia vitæ
Tranſibat; ſed adhuc medicus viuebat Amandus,
Cuius erat meritis ægro tribuenda medela.
Is monaſterio Fratrum famulante cohorte,
Nauigio deductus erat, cùm ritè peractis
Officiis, menſis reſideret Sanctus, edendis
Eſuriens epulis, dapibus ſed paſtus olympi.
Diſcipulique Pater noſcens miſerabile vulnus,
Leniter arridens miſeranti pectore fatur:
Magna quidem patitur, ſed adhuc potiora meretur,
Hunc quoniam nobis iactantia vana rebellem
Contemptuſque facit, nimiùm quîs deditus extat.
Dixit & electum Fratrum de plebe benignâ
Presbyterum, optatæ gerulum iubet eſſe medelæ,
miſſo pane & calice Parte datâ panis, calicis quoque pocula læti,
Vade, ait, & monacho fer hæc mandata iacenti.
Hauriat vt calicem cum miſſi fragmine panis,
Craſtina cumque dies nocturnas ſparſerit vmbras,
Et ſol flammicomus puro rutilauerit ortu,
Viſuruſque illum celeri properauero greſſu;
Excuſſus propriis pulſo languore grabatis;
Incolumis ſurgat ſolidatis, impero, neruis,
Obuius ac ſano procedat corpore nobis.
Quid ſermone morer, cùm non medicina moretur?
Miſſa etenim monacho Patris benedictio vitam
Reddidit, & vires medico mandante recepit.
Hinc celer exiliit ſummo conamine (tellus
Iam prope iuncta, ſuis eniſa adſtare columnis)
Nec cunctatus iter iuſſum properare viator,
Aduentante viro procedens obuius almo
Occurrit ſanus, grateſque rependit opimas:
Linguaque percuſſo dum format verba palato;
Inſonuit ſermo clarâ de fauce loquentis,
Surrexiſſe dehinc vitâ remeante cadauer.
Admirans Fratrum cecinit cum laude caterua:
Qui tamen admonitus mores mutare proteruos *emendatur.*
Soſpes cum veniâ ſociis mirantibus iuit.
Materiæ locus eſt triplicatum texere funem,
Pagina ſed multo verſu completa redundat.
Nec capit vlteriùs finalis clauſula libri,
Pluribus & quamquàm ſtuduiſſem pangere verbis
Geſta viri, quiuiſſe tamen non cuncta notare
Confiteor: nec enim tam parua peregit, vt vllis
Dicere ſufficiam ſcriptis aut promere metris;
Quod fidei donum, meritum moreſque benigni, F
Quanta per ægrotos curatio, gratia quanta,
Virtus, bella, labor, patientia, palma, triumphus.

a *Ita MS Elnon. alterum habet* Roſſomtus. *at* Reſſontum, *ſeu* Reſſonum, *poſteriùs dicti ſuprà notauimus.*
b *Margini alterius MS. adſcriptum erat,* fluuiolus.
c *Imò,* Arondæ, *vt ſuprà adnotatum.*

CAPVT IV

S. Amandi mors, ſepultura. Eleuatio corporis. Epilogus.

11 HActenus ad finem celeranis oratio ducta es
Tramite difficili, ſed nunc per deuia cœptum
Flectis iter, tumidis & te conuertis habenis:
Forſan ob hoc, ſubtriſte aliquid quia geſta loquuntur,
Prô *a* dolor! eſt rutilo comptum fulgore beatum, *a*
Egregios cuius mores deſcripſimus vſque huc, *Moritur S. Amandus.*
Qualiter ad vitam per mortis limen eundo
Tranſierit, ſuperi ponendus in ætheris aulâ,
Diffugere, & finem lacrymoſo pangere cantu,
Calcetenus ductum metuens concludere textum.
Si refugis functum, vel dic per ſecula viuit:
Viuit enim angelicis ſociatus ritè cateruis. F
Triſtitiam liquit moriens, planctumque per arua:
Lætitiam fecit cæleſtibus arcibus amplam:
Terra tenet terram, concreſcit puluere puluis,
Mortuus in tumulo recubans perdona coruſcat. *ſepelitur.*
Aſt ſpecioſa choris anima eſt coniuncta ſupernis.
12 Nempe monaſteriis per rura per oppida ſparſis
Celſior & melior ſeſe ſtructura leuauit
Helnonis noſtri. Locus eſt de flumine dictus,
Quod recipit largo que ſinu Scarb purior effert: *Elnone.*
Qui fonte ex gemino Iordanis more meantes,
Dulcia commixtis coniungunt baſia labris.
Quo tumulum retinet Sanctus virtutibus auctum,
Qui locus immenſo decoratus honore niteſcit,
Pax ibidem, pietas, bonitas, concordia pollet,
Speſque, fides, fraternus amor, dilectio ſumma.
Omne bonum retinens, ad cœli culmina tendit:
Omne malum vitans, diſcrimina noxia pellit.
Nulla pericla pauens, vbi debilis omnis & æger *elatet miraculu:*
Vota petita, fide in medium currente, reportat.
O locus ô felix fecundo germine ceſpes!
Cunctis macte bonis æterna in ſecula ſalue.
Veſte, oue, meſſe, boue, alite, melle, ape, flumine, piſce,
Glande,

AVCTO. RE MILONE, EX MSS. LIB. IV.

Glande, ſue, flore, fronde, imbre, gramine, vite,
Omnibus his polles tali moderante colono.
Omnibus his retines hoc fœcundate Patrono.
Flumina dant piſces, ſegetes terreſtria ſoluunt:
A Eſcis nempe cares nullis, quia fruge redundas.
Incola namque famem non ore ſed auribus haurit.
Rem canimus miram, quæ credula corda requirit,
Viuere poſt mortem poteris hac ſcire Beatum.
b Curricula annorum centum vergente recurſu
Tranſierant, numerus pariter partitus & idem,
Tranſiit ætheream quo vir venerandus ad aulam,
à corpore poſt 150 annos leuato ſanguis fluit. Cùm corpus tumuli diſiectâ mole leuatum
Incolume inuentum eſt, & dens ſublatus ab ore
Fudit ſanguineas vt viuo è corpore guttas.
Abneget hoc facile eſt, quiſquis de corpore Ieſu,
In cruce confixi percuſſo militis haſtâ,
Non credit manaſſe ſacras cum ſanguine lymphas.
Si quæris teſtes, fidei virtute vacillans,
Huc venias, moneo; aſpicies diuerſa virorum
Agmina multiplicesque ſenes ætate verendos:
Vas quoque ſuſceptos poterit monſtrare cruores.
13 O genitor, paſtor, doctor, nutritor, amator!
Quò locus iſte nitet tantorum diues honorum,
Poëta implorat patrocinium S. Amandi Quem cæli regnum venerandâ pace receptum
Exaltat, decorat, collaudat, honorat, adornat:
Intercede piis veniæ commercia ſeruis,
Ac largire tuis conſortia lucis alumnis.
Cumque Deus veniens cunctum concuſſerit orbem,
Cùm tremulam terram velox exuſſerit ignis,
Et ſol detractà ceu ſaccus luce carebit,
B Lunariſque globus furuo claudetur amictu,
Sulphur, pix, horror, tortor, tormenta, caminus
Affuerint, Iudexque ſedens iuſtiſſimus illic,
Sanctorumque cohors oriata ſedilia habebit,
Inter & hos Proceres cùm celſum iure tribunal
Conſulibus iunctis confederis arbiter orbis,
in iudicio extremo, Iudicium & iuſtum libris pandetur apertis,
Eheu quid faciam tunc? me quis Sanctus ab irâ
Conteget inſtanti? quæ me defenſio tantis
Cladibus eripiet? cuius ſub tegmine montis
Abſcondendus ero, flammis ne exurar acerbis?
Quod me tunc operis iuſti velamen opertum
Eximet & tanti ſecernet ab igne camini?
Oro, tui tunc, ſancte Pater, miſerere poëtæ,
Dextris atque tuum turmis coniunge Milonem.
Extremum ſat erit vel commeruiſſe locellum.
Eſt etiam mihimet fiducia magna miſello,
Hoc opere horrendos extingui poſſe furores,
Schemate quod vili ſcriptum eſt ſed vate fideli.
Paruus honor carmen ſtolidum eſt, ſed grandia amoris
Sunt mihi vota tuis in laudibus, optime Paſtor.
C Et ſi reſpicias animi præcordia noſtri.
In his quàm fuerit nobis deuota voluntas,
Non damnanda aderit, velut æſtimo, parua facultas.
Orbis honor, noſtrumque decus, Pater alme, valeto,
Ante tuum tumulum iugiter recinemus, Aueto;
Tu dignus ſalue, nobis præbeto valere.
14 En opus, alme Deus, hominum Sator atque Redemptor,
Ad laudem obtulimus præclari Præſulis iſtud,
Acceptumque tuis vt ſit conſpectibus oro.
& poëma Deo offert. Omnis in eccleſiam mundus ſua munera defert,
Ille nitet ſenſu velut auro, munus & alter
Argenti eloquio portans candeſcit honeſto,
Cantorumque chorus vocali concinit ære,
Fertur ab hoc coccus gemino bis tinctus amore,
Offert & tortam carnis maceratio byſſum,
Lignum incorruptum hic corpus gerit immaculatum,
Actibus ille piis ceu pulchro ſplendet oliuo,
Perfuſuſque bono vt thymiamate fragrat odore.
Aſt ego munificis commixtis cœtibus aſſum
Pauper, egenus, inops, trepidans, confuſus; & angens:
Qui fero nil placitum, quod in aram ponere fas ſit.
Pellis ob hoc mihi rubra genas verecundia pingit. D
Hoc carmen textum caprinis offero pilis,
Meque ſimul hircum pro crimine mortificandum.
Sed qui pro minimo viduam quadrante beaſti,
Munera quæ ſoluo placato ſuſcipe vultu,
Et tua laus noſtro perduret in ore per ævum,
Qui ſolium regnumque tenes per ſecla ſupernum.
Care, meum completur iter, requieſce, viator. *c*

a *MS. Elnonenſe*, pudor.
b *Hanc elevationem contigiſſe annis 123 poſt obitum eius diximus* § 15.
c *Addebatur*: Explicit Vita B. Amandi Confeſſoris Chriſti, de proſâ oratione in Heroicum carmen metrico ſtylo transfuſa, habens libellos IV, in quibus continentur verſus MDCCCXVII.

VERSICVLI *a* WLFAII *d*

in confirmatione operis.

CArmina ſidereos meritò ſcandentia campos,
Vt vigeant noſtro, Milo, fauore petis.
Quorum vis tanta eſt, talique refulget honore, *Carmen Milonis probant*
Vt nequeant noſtro dicier eloquio.
Aurea materies argento cingitur albo,
Ornat & eloquium lucida maſſa ſuum.
Non opus vt noſtri decorentur famine verbi.
Eius honore vigent, cuius amore nitent.
Hæc Archipræſul toto notiſſimus orbe E
b Hingmarus verbis ſuſtulit eximiis. *Epiſcopi*
Hæc Pater & Dominus Cameracæ gloria plebis *b Hincmarus Remenſis,*
c Teudricus tali laude beauit ouans: *c Teudericus Camerac.*
Carmina dulciſono nimiùm currentia plectro,
Digna manete polo, macta valete Deo.
Præbuit his ſtipulam præclarus Epiſcopus *d* Emmo, *d Emmo Nouiom.*
Affigens digitis pulchra elementa ſuis.
Hæc Pater & Paſtor Clero gratiſſimus omni *e Adalardus Abb.*
Mitis *e* Adalardus extulit ore pio.
Hæc tuus hæcque meus *f* Haiminus iure magiſter, *f Haiminus,*
Quo duce firmauit deuia nemo petit.
Corpore præmodicus, ſed mentis acumine magnus, *g Teudingus,*
g Teudingus dextram præbuit ipſe ſuam. *VVlfaius.*
Quæ domus, oro, ruat tantis ſuffulta columnis,
Flumina nulla pauet, flamina nulla timet.
Sed tamen vt numerus ſeptenus ſit perfectus,
Septima ſum tecto, Milo, columna tuo.
Sunt equidem noſtro tua carmina digna Patrono,
Iudicio noſtro, cuius honore micant.
Virgilij pulchro ſuras iam cinge cothurno;
Sed ſupera falſum vera canendo virum.

a *VVlfaius monachus, aliis* Wlfagus, *condiſcipulus antè Milonis ſub Haimino. Subjecutu mox temporibus fuiſſe aliquem Vulfadum Abbatem monaſterij Resbacenſis tradit Claudius Robertus agens de eo monaſterio: ac alium Vulphadum, ſeu Vulphandum, Archiepiſcopum Bituricenſem proferunt idem Robertus & Ioannes Chenu: quos ab hoc diuerſos arbitramur.* F
b *Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis ſedit ab anno 835 ad 882.*
c *B. Theudericus Epiſcopus Cameracenſis ab anno 832 ad 863. Agemus de eo v Auguſti.*
d *Emmo, vel Immo, Epiſcopus Nouiomenſis, interfectus à Normannis anno 859 aut ſequenti.*
e *Varij eo tempore fuerunt Adalardi Abbates.* Temporibus Lotharij Imperatoris deuenit Abbatia S. Vedaſti, in manus Adalardi Comitis. *& quidem* anno 851 ſub eius poteſtate cœnobitæ *erant, vti dictum ſuprà in hiſtoriâ miraculorum S. Vedaſti. Præerat &* Comes Adalardus, cœnobio S. Quintini, regni Caroli Calui 13, *apud Heremaum. Alius fuit Adalardus Abbas monaſterij S. Bertini apud Sithiuenſes, in monaſterio Elnonenſi mortuus anno 864. De eo agit Iperius in Chronico Bertiniano MS. capitulo 13, 14 & 15. Eodem tempore Elnonenſibus præfuiſſe Adalardum Abbatem, ac deceſſiſſe an. 864 ſcribit Ioannes Cognatus, lib. 2 hiſtoriæ Tornacenſis ex Chronico Elnonenſi, vt, niſi per errorem aliquibus tabulis ſit intruſus, ſuſpicemur eumdem eſſe. Paullò his antiquiores fuêre,* S. Adalardus *Corbeiæ Francicæ Abbas, cuius Vitam dedimus 2 Ianu. eiuſque diſcipulus Adalardus, Corbeiæ Saxonicæ primus Abbas.*

A [f] *Haimino discipulus Alcuini, monachus Vedastinus, cuius calamo dedimus superà descripta miracula S. Vedasti: vbi diximus obiisse anno* 843.

[g] *In antiquo Chronici Blandinensis fragmento infrà de eo agitur, & traditur,* anno 850 Teutingus ordinatus VIII Idus Martij.

DE TRANSLATIONE CORPORIS S. AMANDI, EIVSQVE ORDINATIONE, ET DEDICATIONE TEMPLI,

Sermo Milonis monachi Elnonensis.

Ex III *codicibus MSS.*

Diem solenniorem reddunt Acta cognita,

1 DIem hodiernum sacrosanctæ festiuitatis solenni deuotione religiosorum conuentui celebrabilem ipse reuoluti temporis cursus indicit. Et quoniam plurimi in hac plebe huius penitùs expertes adhuc extant rationis, non otiosum duximus, eis notitiam tantæ ac tam gratæ pandere celebritatis. Dignum igitur, imò necessarium credimus, vt, qui ista celebrant, & quare celebrent ignorant, cognitionem huius rei capiant, & qui hactenùs minùs nota festiuo studio honorabant, gloriosiùs ac rectiùs iam nota excolere atque venerari discant. Quia ergo Vitæ ter beati ac Deo dilecti Confessoris Christi Amandi *a* libellus satis plenè sufficienterque disseruisse cognoscitur, qualis quantusque isdem, dum adhuc mortalitatis istius ærumnis teneretur, extiterit, qualibusque inter *b* caligosos huius seculi anfractus virtutum signis claruerit, nec non & quàm immenso miraculorum iubare terrarum tractus tam propè quàm longè sitos illustrauerit, atque de tenebrosâ huius seculi Ægypto, columnâ legis diuinæque gratiæ protectione præeunte, per varias piorum profectuum mansiones ad terram repromissionis, per quam patria viuentium figuratur, qualique fine migrauerit. His interim posthabitis ad indaganda aliqua de multis Diuinorum operum magnalibus, quæ circa ipsum eiusque corpusculum post eius obitum Diuina clementia præstiterit, quamquàm impolitum, dirigamus sermonis officium. Ergo ea, quæ referimus, à Patribus fideliter referentibus audiuimus, quorum fidem omnipotenti Deo committimus, apud quem etiam peracta quasi instantia & pro præsentibus haberi futura credimus: cui mendacium, quia ex malo est, displicere cognoscimus. Non enim beati viri merita, vt clara hominibus appareant, mendaciis egent adstrui; sed ampliora, quàm explicari verbis queant, remotâ omni ambiguitate debent credi. Sed quia de his non pro sui, quòd impossibile est, dignitate; sed pro nostri pauperate ingenioli aliquid præloquendo tetigimus, nunc, Diuinâ nos præeunte clementiâ, propositum nobis iter carpamus.

à Patribus accepta.

B

C

a

b

2 Anno igitur Incarnationis Dominicæ *c* DCLXI, quâ Conditor & Redemptor mundanos miseratus errores humanæ dignatus est vniri naturæ, Deo bonisque cunctis amabilis Amandus, post multa bonorũ actuum insignia, ad cæli aulam perenniter cum Christo, cui deuotè seruiuit, regnaturus ascendit. Nec immeritò ei introëunti cælestia patuêre palatia, pro quibus ipse in terris positus voce cantauerat indefessâ, Quàm amabilia sunt, inquiens, Domine virtutum, tabernacula tua: concupiscit & deficit in iis anima mea. Requieuit verò anno ætatis suæ *d* nonagesimo, mense Februarij, febris tactus incommodo, die quoque *e* Dominicâ: cui mors via ad patriam, ac præsentis vitæ exitus, sequentis ac numquàm finiendæ factus est introitus. Ad quam

S. Amandus

c

d

e

multiplicibus huius mundi ærumnis absolutus, sui Domini obtutibus, plenis oleo lampadibus, virtutum scilicet piarum fertilitate, meruit apparere coruscus. Sepultus sanè est debito fidelium honore in cœnobio à se ædificato, cui ex nomine fluuioli ibi decurrentis Elnonis vocabulum hæsit: quem videlicet locum quondam ipsi viro Dei Francorum Princeps Dagobertus, siluestri *f* comâ non indignum, pronâ animi contulit deuotione, ratâ *g* legum sanctione stabilitum. Cuius licet crebrâ plurimorum opinione didicerit sanctitatem, ampliùs tamen, vt in libello Vitæ eius legitur, eamdem isdem Princeps in filij sui Sigiberti contra naturam mirabili propter infantiam locutione, sub suâ præsentiâ Christo Sanctum suum mirificante, meruit cognoscere manifestam. Prædicto igitur in loco, quia ampliùs ipsum ceteris à se constructis diligéndo excoluit, etiam corpusculum ipsius discipulorum suorum obsequio tumulum sumpsit: sicut etiam *h* testamento terribili scripto pro hac re, quod in archiuo nostri monasterij hactenùs seruatur, decreuit. Non tamen in ipsâ, quâ nunc requiescit, positus est basilicâ, sed in alterâ, quæ adhuc superest Principis Apostolorum Petri nomine dedicata. Quæ quoniam pro sui paruitate tanti Præsulis tumulo vila fuit incongrua, atque etiam secundo sexui propter monachorum habitacula inaccessa; frequenti religiosorum virorum conuentui visum est, aliam magnitudine præstantem debere ædificari, quæ & vtrique sexui ac confluenti illò sufficeret multitudini populari. Completo itaque Deo deuotorum sumptu opere illius ædificij, tempus aderat quo illò deberet transferri.

Auctore MILONE, ex MSS.

D *Elnone sepultus*

f

g

h

in ecclesiâ S. Petri.

E

3 Illis igitur diebus supererat adhuc humanis rebus venerandus Christi Confessor mirabiliumque operum patrator *i* Eligius, qui beatissimo Pontifici Amando dum ad viueret, fuerat familiarissimus, ac sanctitatis ipsius non ignarus. Hic itaque ad dedicationem nouæ Ecclesiæ atque ad transferendas in illam sacri corporis Reliquias, ab vrbe Nouiomagensi venerat, plurima quippe in suæ diœcesis sollicitudine sagacitatis industriâ pollebat. Vbi verò tumulo sacro remouit coopertulum, reperit insperatum diuinæ virtutis miraculum, corpusculum videlicet sancti Patris, vt ibi ante sedecim annos positum fuerat incorruptum. Tunc demum tam inopinati stupefactus nouitate miraculi, gratias egit summæ Diuinitati, quia sanctitas, quæ in viuente claruerat, in mortuo non latebat. Ne cui fortè hoc pro sui magnitudine prodigium videatur incredibile, non desunt adhuc qui mirabilius aliquid in ipsius sancti viri sacratissimo corpore nostrâ iam ætate miraculum esse confirmant vidisse, quod etiam in *k* altero de eleuatione incorrupti cadaueris eius sermone habito, qui voluerit nostra qualiacumque sint legere, poterit cognoscere. Si enim aromata pigmentariorum arte confecta, humana nequaquàm post mortem sinunt putrescere cadauera, multò magis credi decet tanti Patroni merita mirabilium operum indiciis declarata, seruare potuisse membra, vascula videlicet sua, in quibus habitauerant, incontaminata. Deportatum itaque beati Pontificis Amandi corpusculum sibi præparatæ, eademque die dedicatæ, basilicæ intrauit habitaculum. Ibique vsque in sequentem diem famulantium est obsequio custoditum, donec completâ à præfato Antistite Eligio Missarum solenni celebratione ingens spectaculum vniuersæ plebi præbuit ad has exequias congregatæ. Collocatum etenim in medio templi atrio coram altario corpus honorificum omnibus circumstantibus præbuit contemplandum, eiusdemque venerabilem vultum detectum cupientibus turbis monstrauit intuendum: paciferos insuper ipsius sancti pedes atque manus concessit osculari virtutum operatrices. Qualis quantusque ibi stupor gaudio mixtus fuerit, excellentia tam mirabilis facti prodit. Inenarrabile etenim tunc Christicolis populis inerat gaudium, cum gemini Sa-

Corpus post 16 annos incorruptum.

k

F

transfertur in nouam Ecclesiam tum dedicatam.

AVCTORE MILONE, ET MSS.

cerdotes Amandus atque Eligius ordine & merito inclyti, velut duo luminaria mundi, cæleſtia meritis & terrena complentes virtutum radiis, coram diuino altario poſiti, ſuffragia orationum ſuarum largirentur turbæ circumſtanti. Vnus horum ſuperatâ antiqui hoſtis tyrannide iam cum Chriſto, Rege ſcilicet ſuo, in cæleſti gloriâ triumphans; alter inter varia huius mundi certamina pro eodem vt inuincibilis *l* agonitheta deſudans. Vnus ex his vt emeritus miles iam ſine labore præmia indefectiua recenſens; alter contra numeroſos huius vitæ labores ac multiplicia pericula ſudoris grauatus anxietate perſiſtens. Vnus horum iure pontificali, more videlicet ſuo, peracto officio repauſans; alter necdum terminatis ſolenniis, vt Pontifex Chriſtum, Pontificum Pontificem, ſiſterpellans. Flagrante igitur in ſacratiſſimo famuli Dei Amandi corpuſculo incorruptione membrorum & meritorum, ſi qui intererant, qui eo viuente de ſignorum ipſius magnitudine dubitauerant, *m* in mortuo, quòd multiplici timoris anxietate paueſcerent, videbant. Qui autem eo audito non obtemperaſſe ſe eius ſalubribus monitis meminerant, *n* ſe hæc paruipendiſſe ſummo mœroris lamento plangebant. At qui eius magiſterio præceptâ vitalia nuntianti inhæſerant, ſe hæc & auribus audiſſe, & actibus exercuiſſe gaudebant. Vt verò turbis quamuis adhuc deſiderantibus prædictus Antiſtes Eligius duxit ſatisfactum, pretioſiſſimum depoſiti corpuſculi theſaurum altiùs telluri, vt tunc moris erat, credidit abſcondendum, videlicet vt omnibus non piè quærentibus, inueniendi illud negaretur facultas.

l agonitheta

ſummo omnium gaudio:

m

n

4 Illius itaque tranſlationis ac ſepulturæ decus & qui aderant votis celebrauêre ſolennibus, atque ſuis poſteris celebrandum decretis ſtatuêre ſalubribus, ſacræ ſcilicet encænias baſilicæ, atque die eadem deportati cadaueris prodigium memorabile, quod hactenus à nobis numero ſopopulorum cœtu ad hæc ſolennia confluente, anniuerſario ſeptimo Kalendarum Nouembrium die, debito celebratur honore. Ordinatis itaque omnibus atque vniuerſis, quæ ad ornatum loci ſiue ſtipendia ordinis monaſterij pertinebant, pro facultate ſuâ benè congruenterque diſpoſitis, ſinguli quique fidelium ad propria repedarunt, gaudentes gratias ſanctæ & indiuiduæ Trinitati ſuper inenarrabilibus eius agentes muneribus, quibus ab initio ſeculi omnibus ſe in veritate quærentibus eſt miſereri dignatus. Rationem, vt credimus, hodiernæ feſtiuitatis reddidimus, ac quid in eâ colimus, vtcumque his pauciſſimis ſermonibus explicauimus, ſacræ videlicet Dedicationem baſilicæ atque Tranſlationem in ipſam Pontificis Chriſti Amandi memorabilem. Præterea vt etiam veneranda huius ſolennitas diei trino non indecora ſit calculo, tertia ſupradictæ celebritati cauſſa concurrit, Epiſcopalis ſcilicet honoris aſſumptio, quia reuerendum Patronum noſtrum hodiernâ die venerabiliter recolimus ordinatum, atque ſaluti plurimorum ſupernâ dirigente clementiâ, Pontificem cælitus datum. Hæc ergo ſummo deuotionis officio honeſtiſſimè celebremus, eundemque orationum noſtrarum adiutorem & ſuffragatorem quæramus.

inſtituitur ſolennitas dedicationis eccleſiæ, tranſlationis corporis,

& Ordinationis in Epiſcopū.

5 Plurimum quippe in cæleſtibus ſedibus obtinere poſſe creditur iam cum Chriſto poſitus, cui in terris conuerſatus in omnibus bonis actibus ſeruire ſtuduit indefeſſus. Ab ipſis ſiquidem pueritiæ ſuæ crepundiis diuinis famulari elegit obſequiis, ac toto corde viuificis Domini ſui obedire mandatis. Nec immeritò pòſt Apoſtolico vocabulo viuens meruit inſigniri, quorum exempla concupiuit imitari. Siquidem excelſis eorum meritis dignus habitus eſt particeps fieri, qui patriâ, parentibus, ac omnibus mundi poſſeſſionibus ſpretis, Chriſti elegit diſcipulus effici, vt hæres ipſius mereretur inueniri, quo quo vniuerſas voluptates caduci contemſperat mundi. Nec tamen Apoſtolicis tantùm dignus eſt laudibus adæquari, ſed etiam Angelicis ſpiritibus ac vniuerſis agminibus cæli; cum Archangelis, ſummis videlicet nuntiis, ſumma cæleſtis regni præmia Gentibus nuntians: cum Angelis ſacro ſacerdotio Angelus Domini exercituum, vt legitur, effectus, communia mortalibus viuendi præcepta diſpenſans: cum Thronis, ſeſſorem habens Deum: cum Dominationibus in motibus membrorum carnalium ſciens tenere dominium: cum Principatibus fratribus & diſcipulis ſpiritali diſciplinâ principari non ignorans: cum Poteſtatibus, Regibus vel aliis quibuſlibet prauè agentibus pleniſſimâ libertate contraire poteſtatem habens: cum Virtutibus mundum penè totum ſanitatis, ac variis virtutum prodigiis complens: cum Cherubim plenitudinem ſcientiæ, quantum humana poteſt comprehendere natura, retinens: cum Seraphim ardens ipſe diuino amore, & incendens alios geminæ dilectionis ardore. Hic etiam cum Patriarchis multorum nutrimento filiorum pater ſummus, cum Prophetis cæleſtium præmiorum atque infernalium tormentorum prænuntius, cum Apoſtolis ſua relinquens ac Chriſtum ſequens, eumdemque Gentibus variis prædicans Apoſtolus, cum Martyribus mortificatione corporis ac perſecutionibus plurimis preſſus Martyr, cum Confeſſoribus ſummo ſacerdotio Confeſſor eximius, cum Virginibus, virginitate cordis ac corporis virgo mundiſſimus. Quod etiam patefecit incorruptione membrorum ſuorum incontaminatum inuentum honorabile eius corpus. Ipſe etiam cum Euangeliſtarum figuris participium habens, dum Verbum diuinum aliis euangelizat, cum homine rationabilis homo, cum vitulo viuens hoſtia, cum leone fremitu prædicationis rugiens, cum aquilâ ad cæleſtia animi puritate conſcendens.

Comparatur S. Amandus

Apoſtolis,

Angelicis choris,

ac reliquis Sanctis:

6 Ipſe etiam cum diuitibus Chriſti diues, monaſteria plurima conſtruens & captiuos redimens, cùm pauperibus Chriſti peregrinus & pauper, illum Pſalmi verſiculum iugi modulatione decantans: Incola ego ſum apud te & peregrinus, ſicut omnes patres mei: nec non & illum ipſius Domini ſermonem, quem cum diſcipulis in monte ſedens habuit continuâ meditatione atque opere conſectans: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Illam ergo paupertatem, id eſt, mentis humilitatem ſanctiſſimus Pater Amandus concupiuit, & ad huius beatitudinis initia primò feſtinanter peruenit, ac deinceps ad reliquarum plenitudinem virtutum perfectè ſublimiterque conſcendit, & idcircò percipere dignus fuit cælorum regnum talibus à Domino promiſſum. Id, quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis cum Apoſtolo Paulo patienter ferens, ſupra modum æternum gloriæ pondus operatum eſt in ipſo, vt id in mercede mereretur, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ Deus diligentibus ſe præparauit. Huius etiam beati Patris perſoniæ illud conuenienter aptari poteſt, quod Dauid Propheta ingemiſcendo clamabat: Pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute. Pauper quippe in hoc ſeculo B. Amandus eſſe delegit, qui omnia caducorum culmina honorum, ſimulque hæreditatem paternam, ipſamque patriam cum parentibus deſeruit, & ipſius Domini præceptum cuidam adoleſcenti dictum, Veni, ſequère me, feſtinanter impleuit. Illud verò quod dictum eſt, In laboribus à iuuentute meâ, ſi opera huius diligenter à principio conſideremus, non ab his eum vacaſſe cognoſcemus. Quos enim ille in hac miſerabili vitâ, quæ tota ærumnis ac miſeriis plena eſt, non pertulit cruciatus? Præterea in vilitate veſtium vel etiam nuditate, nec non & parſimoniâ ciborum quàm aſperam & arctam viam inceſſit, cui hordeacei panis eſca, & abſtinentia fuit à vino cum omni ſicerâ. Recluſus inſuper quaſi eremita in cellâ arctiſſimâ, cilicina non horruit indumenta, recubans quaſi delectabiliter in cinere, ſuumque corpuſculum fame, frigore, nuditate caſtigans, & in ſeruitutem redigens, inextinguibili iugiter

diues in Chriſto & verè pauper, Pſ. 18. 19

Matth. 5. 3

inediâ,

& vitâ ſolitariâ:

1 Cor. 4. 17

in laboribus. Pſal. 87. 16

Matth. 19. 21

Pſal. 87. 16

A giter Diuinæ dilectionis amore flagrauit, viamque vitæ, quam agendo didicerat, aliis nuntiauit, talentumque ſibi creditum multiplicare ſtuduit, Dominoque ſuo duplicatum ſuâ ſuorumque ſalute veridicus ratiocinator reportauit.

7 Hunc itaque tantum ac talem non immeritò noſtræ prouinciæ Apoſtolum credi decet, nobiſque reſeruatum fore dicendum, cùm Dominus cuncto orbi miniſtros verbi ſui dirigeret, qui tam immenſis Diuinorum donorum prærogatiuis refulget: quique in terrâ poſitus, cæleſti factus eſt conuerſatione glorioſus. Illum ergo humilibus animorum noſtrorum votis obſecremus, vt, quoniam ipſe iam nunc in cæleſti curiâ thronum iudiciariæ poteſtatis eſt adeptus, nobis cùm ante illud terribile omnipotentis Dei tribunal venerimus, rationem reddituri de vniuerſis noſtris actibus, dignetur fieri propitius, ac pro noſtris erratibus in tam tremendo examine aſſurgat cauſidicus. Minùs ſanè, quàm oportet, ibi ſecuros nos futuros timemus, ſed hac in ſpe fiduciam habemus: quia, quod in nobis minus habemus, ipſius ſuppleri poterit meritis ſacris ac precibus interuenientibus, reddetque nobis ex irato Domino Patrem ſereniſſimum, atque repræſentabit nobis ex Iudice terribili Defenſorem, Saluatorem videlicet noſtrum, cuius beneficiis & muneribus æternis ſit laus iugis, & indeficiens gratiarum actio in omnes æternitates ſeculi ſeculorum. Amen.

datus Apoſtolus nubis,

& interceſſor apud Chriſtum Iudicem.

B a *A Baudemundo ſcriptus; & ab Milone carmine expoſitus.*
b *Ita MSS. pro* caliginoſos.
c *Hanc chronologiam ſuprà accuratè correximus.*
d *Hos ætatis annos ſeruamus, minùs errori obnoxios.*
e *Imò Sabbatino, aut fortè nocte ante Dominicam, quam poſſe Dominicam dici ſuprà oſtenſum.*
f *MS Vltraiect.* culinâ.
g *Diploma Dagoberti dedimus § 3 num. 16.*
h *Legitur in Vitâ per Philippum Abbatem num. 70 & 71: & confirmat noſtram chronologiam.*
i *De hoc mendo ſuprà egimus § 16, ac diximus ſucceſſorem S. Eligij S. Mummolenum ante hanc tranſlationem obiiſſe, ac tum fuiſſe Epiſcopum Guidonium, ſiue huius ſucceſſorem Gerulphum. Non mirum ergo eſt Milonem obitum S. Amandi quam plurimis annis præuertiſſe, vt anno XVI poſt illum adhuc ſupereſſet S. Eligius: quem oſtendimus anno 665 vitâ functum.*
k *Huic à nobis ſubiuncto.*
l *Impropriè pro* pugile, *cùm agonotheta præmium victoribus ſtatuat & largiatur.*
m *MS. Vltraiect.* In mortuo quoque multiplici timoris anxietate paueſcere videbant.
n *Idem MS.* ſed hoc.

DE ELEVATIONE
CORPORIS S. AMANDI,
c Sermo Milonis monachi Elnonenſis,
Ex III *MSS. collatis cum editione Philippi ab Eleemoſynâ.*

CAPVT I
Miraculoſa corporis conſtitutio.

Tob. 12. 7 *Prologus Auctoris.*

1 QVia opera omnipotentis Dei enarrare, fore honorificum, per Raphaëlem Archangelum cæleſtis medicinæ docemur baiulum, dignum arbitramur, imò neceſſarium, eleuationem corporis ſacratiſſimi Pontificis Chriſti Amandi memorabilem non tacere. Eſt quippe in eâ, & diuini miraculi portio non minima, & eiuſdem beati viri laudis ac ſanctitatis materies infinita.

2 Igitur anno Verbi carnem-facti, ſcilicet filij Dei pro ſalute ac redemptione humani generis incarnati, octingenteſimo nono, qui erat annus à tranſitu viri Dei Amandi *a* centeſimus quinquageſimus, plurima vltra ſolitum aquarum inundatio facta, multis in locis metas ſuas exceſſerat, atque circumiacentes fluminibus agros damnoſâ ſegetum vacuatione nudauerat. Quod periculi malum adeò vſque excreuerat, vt etiam incolæ fluminibus proximi habitacula auita cogerentur deſerere, & in ſublimibus colliculis, donec decreſcerent, mutatis tabernaculis habitare. Hæc verò excreſcentium aquarum copia de die in diem, augmento imbrium intumeſcens, etiam oras fluuij vocabulo *b* Scarp nimietate ſuâ impleuerat, qui beatiſſimi Patroni noſtri Amandi tumulo penè contiguus, non ampliùs ab eo quam viginti paſſibus diſtabat. Qui quotidiano cremento ſuperefluens, intantùm excreuit, vt ad ſacroſanctam ſacratiſſimi corporis ſepulturam accederet, atque omne illud ædiculæ ipſius ſpatium, quod circa pedes adiacet, ſuperfuſis aquis impleret, ſiccumque pergentibus ibi gradiendi iter negaret.

Avotore Milone, ex MSS. D

a *Anno 809 factâ inundatione aquarum,*

b *vſque ad ſepulchrũ ferè S. Amandi;*

3 Huius itaque incommoditatis triſtis euentus, monachorum animis mœrorem non modicum intulit, præcipuè verò venerabilem *c* Lotharium, ſacri templi illo in tempore ædituum, non mediocriter perculit. Cuius ſagacis animi induſtriam, operumque efficaciam, & corpora librorum noſtro archiuo indita, ac totius cœnobij in melius augmentata, etiamſi humana E lingua taceat, fabricæ ſtructura clamat. Hic igitur inſoliti permotus nouitate diluuij ſecum cœpit pertractare mente ſagaci, quibus modis imminenti ſuccurreret periculo, aut tali ac tantæ perniciei quali obſiſteret ſuffragio. Sollicitus enim erat, ne vſque ad pretioſiſſimi theſauri depoſitum, ſacri videlicet Patris corpuſculum, altiùs telluri, vt in altero ſermone diximus, à beatæ memoriæ Antiſtite *d* Eligio defoſſum, eadem aquarum affluentia penetraret, atque ipſum circumfluâ humectatione, & improbo auſu contingendo violaret. Tandem ergo ancipiti dubietate ſubmotâ ad hoc ſe ſalubre conſilium ſuſtulit, Diuino, vt credi decet, inſtinctu animatus, quatenus ipſum ſacri corpuſculi vrnam de inferioribus ad altiora ſubrigeret, eamdemque deinceps ab omni hac alluuione tutiſſimam, limosâque palude ſecretiſſimam, ſuâ prouiſione redderet.

c *à Lotharii aditmo,*

d

4 Die igitur conſtitutâ Clericorum cateruâ ad tantum opus congregatâ, foſſores neceſſarios adhibuit, atque ſarcophago eleuando, plurimam diligentiam impendit. Quod ſummâ cautelâ, vt dignum erat, leuatum, in ſiniſtrâ parte deponi fecit, ac feſtiuâ celebritate, per ampla ædis ſpatia lychnis relucentibus, Miſſarum ſolennia pro tanti Præſulis honore deuotiſſimè exorſus, ſuper eumdem tumulum impleuit. Et F quamuis in circuitu ipſius ſepulchri, aquatilis humor extrinſecus fuerit, non tamen intrinſecus lutulentis ſordibus, ſeu aquæ guttulis introitus patuit. Nec immeritò credibile eſt Deum, qui omnium creaturarum naturas, pro ſuo arbitrio in quaſcumque vult rerum ſpecies transformat, ac tumeſcentia maria proprio nutu, arenis, quaſi habenis fortiſſimis frænat, etiam dilecti ſui cadaueri, tanti honoris beneficium præſtare potuiſſe: vt intra ipſius vrnæ vaſculum, quo pretioſum tenebatur depoſitum, nihil intraret ſordium: vt cunctis fieret eiuſdem venerandi Pontificis meritum manifeſtum.

valdè ſollicito,

elevatur corpus eius 20 Septemb.

ab aquâ intactum,

5 Expletis igitur Miſſarum ſolenniis, paucis ſecum quos voluit, ex monachis retentis, ceteros abſcedere fecit, ac non tam temerario auſu, quàm fidelis animi deuotione feruens, explorare diligentiùs amicâ curioſitate duxit congruum, quid ſub oculis poſitum intra vterum ſuum teneret vaſis receptaculum: ſimulque æſtimans neceſſarium, vt ad deuotionem honorandam quærentium, de puluere carnis, ſiue de oſſibus illius tolleret aliquantam portiunculam reliquiarum. Interea & in omni dubietate ſubmotâ, idem archicuſtos ad tumulum

& integrum reperitur,

AVCTORE MILONE, EX MSS.

lum iam in ſuperficie pauimenti poſitum humiliter acceſſit, atque operculo lapidis quo tegebatur remoto, diligentiùs introſpexit. Et ecce obtulit ſe obtutibus illius vir cano capite reuerendus, abſtinentiæ ac ieiuniorum macore, quibus comitibus vixerat, pallidus, ſanctitate morum, meritorumque præcipuus, incorruptione quoque membrorum ſuaue fragrantium quaſi aromaticus, ac toto corpore incontaminatus, hoc ſolo quòd in ſepulchro iacebat dormienti ſimillimus, veſtimentis pontificalibus honeſtâ pulchritudine adornatus. Res raritate ſui valdè mirabilis, atque pro ſui magnitudine humano ſermone vix explicabilis. Qui enim putauerat ſe putrefactæ carnis, vti in mortuis fieri aſſolet, reliquias inuenturum, reperit vltra æſtimationem, inuiolati corporis memorabile prodigium. Quali hæc viſio digna miraculo, quamque immenſo ſtupori proxima fuerit, eloquentia humani ingenij effari nequit, quin minùs ariditas noſtri ſermonis, hæc explicare, vt decet, tenuiſſimis valeat verbis. Stupefactus igitur, vt par erat, tam inopinati viſione portenti, omnipotenti Deo debitis laudibus benedixit, tantorumque donorum largitori gratias egit. Congaudens etiam tanti inuentione theſauri, non modico iterum cœpit ſollicitudinis angore cruciari, multa animo voluens, quid ex ipſo ad commemorationem ſequentium pro munere deberet auferri.

incorruptum, benè olens:

6 Vbi verò fluctuantem animum anchorâ conſilij ſtabiliuit, caſulam, quâ erat indutus, à ſacratiſſimo eius collo abſtulit, eumdemque in latus vtrumque verſans, cannas arundinum fluuiales, quæ ſub ipſo olim poſitæ fuerant propter humorem aquatilem, ſubduxit Idque ſuis deſideriis minus eſſe perpendens, niſi etiam ex corpore aliquam tolleret inuiolatorum portionem membrorum, vertit audaces, vt ita dicam, ad cadauer venerabile manus, vngueſque ſpiritualis vituli cornua producentis & vngulas, ſecuit. Quæ poſt obitum illius, contra naturam ita excreuerant, vt etiam manicas manuum eius cremento ſuo penetrarent. Necnon & barbam Pontificis, noſtri ſcilicet Aaronis, poſt ſepulturam ipſius recreſcentem totondit.

tollitur caſula:

vngues ſecantur:

raditur barba:

7 Hæc verò omnia ſibi ſummo deuotionis obſequio recondens, nec ſibi tamen, ſuiſque deſideriis ſufficere credens; ad os ſacratiſſimum, per quod diuinæ pietati, crebræ orationum preces fuerant fuſæ, ac variis populis frequentes prædicationes directæ, auſus eſt manum mittere, atque ſi aliquem de dentibus illius poſſet eximere, ſtuduit pertentare. Sed & cùm hoc, pro eorumdem firmitate, nequiret perficere, fabrili inſtrumento, tenaci videlicet forcipe vſus, de gingiuis pulcherrimi oris duos dentes eduxit, rubicundo ebore, vt credi decet, ac antiquo ſapphiro pretioſiores. Mirum dictu, fidelem quærens auditorem, quod contra naturam eſt, mortui cadaueris de dentibus eductis ſtillæ fluxerunt cruoris, huiuſque monimenti vſque in diem hodiernum teſtimonium acerra præbet eborea, adhuc eodem quo infuſa fuerat ſanguine, cùm ibi ſeruandi mitterentur, mirabile dictu, cruentata.

dentes duo vi extrahuntur;

vnde ſanguis fluit,

8 Renouatum ſanè in hoc facto, immò iteratum Diuinæ maieſtatis opus veneramur, quod in primo mundanæ conditionis exordio editum legendo recordamur, quando de primi parentis latere in paradiſo dormientis coſtam eductam legimus, eamdemque in muliebrem formam effigiatam audimus. Necnon & illud quod eodem actu figurabatur myſterium, de latere videlicet Chriſti in cruce dormientis cum aquâ ſanguinem eductum, quando patefacto vitæ fonte, mucrone militis, manauit pretium noſtræ redemptionis, atque conſciſſo theſauri ſacculo, ſponſalis margariti egreſſa eſt plenitudo. Dotalis etiam pacti ſupra crucem ſcripti ſtipulatio, in pulcherrimo, Hebraicis, Græcis, Latiniſque expreſſa litteris, apparuit *e* albo. De quibus Eccleſia ad ſui Conditoris ac Redemptoris ſimilitudinem reformata, omnium credentium mater

compara-tus cùm ſanguine lateris Chriſti,

e

vitalis videlicet Eua eſt, remotâ priori calamitate, effecta. Non penitùs incomparabile per omnia, de quo anteà diximus, nobis videtur miraculum, quando à-perto ore noſtri Patris, nos in Chriſto per Euangelium generantis, pretioſiſſimi ſtillæ fluxerunt cruoris, quo omnis huius eccleſiæ conuentus amabilis, augmentum verè percipere meruit credulitatis, caſtoque coniugij fœdere digna effecta eſt & fidelis.

9 Dormiuit igitur vetuſtus ille in paradiſo Adam, & ex oſſe proprio fabricatam ſuſcepit *f* coniugale contubernium Euam. Quieuit poſteà Adam nouus illius antiqui protoplaſti protoplaſtes, in crucis ſupplicio, & ex cruore ſui lateris ſubarrhatam ſibi aptauit Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, ſed corpore & ſpiritu immaculatam. Repræſentauit verò quadam ſimilitudine nobis illos vtroſque noſtræ plebis Pater & parens iſte de proximo poſt centum quinquaginta annos ſui obitus dormiens in ſepulchro, primi Adæ ſimilitudinem referens in oſſe exempto, ſecundi Adæ, id eſt, Chriſti imaginem præbens in cruore effuſo. Quibus vtriſque geſtis mirabilibus, præſentem ſibi Eccleſiam ad ſua ſolennia congregatam, quaſi veram dilectionis ac fidei puritate coniugem, omnium noſtrum matrem videtur acquiſiſſe. Quæ illi propriâ aluo, fonte videlicet ſacro filios generans, mirabile dictu, & mater perſeuerat & virgo. De quorum collegio etiam ego, qui iſta nunc ſuppleo, quamuis degener, eius inenarrabili pietate exiſto.

f coſtâ Adami,

10 Sanè illa quæ verax priſcorum Iſraëliticæ nationis Iudicum narrat hiſtoria, huic, de quo loquimur, non longè videbuntur diſſimilia. Samſon fortiſſimum omnium Ducum quærentem coniugium, rugientem in ſemitâ obuium habuiſſe leunculum, atque de eiuſdem violenter necati maxillâ, cum regrederetur, mellis ſumpſiſſe fauum, ſuiſque conuiuis ænigma propoſuiſſe obſcurum. Iſtis hæc aliquâ ſui portiunculâ conueniunt, porrò ad credendum titubantium animos inſtruunt, in quibus adhuc fides frigeſcente caritate vel viuit, vel potiùs, vt ita dictum ſit, mortua viuere ſe credit.

Iud. 14 *& fauo mellis in maxillâ leonis à Samſone reperto.*

Non itaque inſanientium more poëtarum, inanes & à veritate vacuas fingimus fabulas, neque iuxta Mantuani vatis figmentum, Æneio exemplo, de tumulo Polydori auri ſacrâ fame necati, haſtilia cruenta extrahimus; ſed ad laudem Domini, meritum & nomen amabile Amandi Præſulis ſancti adornare deſideramus. Porrò ſi illa meretricio ſermone, & cultu compta perſuaderi quaſi vera potuerunt paganis, quæ redargutio digna inueniri poterit Chriſtianis, ſi minori fide dubitent de certis, quàm illi de mendacibus & incertis? Superest itaque vt aut omnipotentiam Dei negent, aut de ſanctitate tanti viri dubitent, & hac inſaniâ etiam paganis deteriores extent. Sed de his iam ſatis dictum ſit.

3. Æneid.

11 Igitur ablatas de corpore viri Dei Amandi ſupramemoratas reliquias, congruo loco, debito honore depoſuit: lapidum etiam cæſores, necnon & cæmentarios adhibuit, aliaque perplura, quæ ad hoc opus apta videbantur, exquiſiuit. Corpus verò venerabile à die duodecimo Calendarum Octobrium, quibus eleuatum eſt, vſque ad decimum Calendarum Nouembrium, quibus reſtitutum eſt, per triginta duos dies ſupra terram manere permiſit, ac die eodem, magno Cleri, populique conuentu congregato, in loco præparato recollocauit: vrnamque ſepulchri, non, vt anteà fuerat, in profundioribus poſuit, ſed in ſuperioribus, ita vt fundamentum illius videri, & lumen ſub illo accendi poſſet, collocauit atque in eo illum pſalmi verſiculum, Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hîc habitabo, quoniam elegi eam, ſupraſcripſit. Vtramque verò, eleuationem videlicet corporis, atque reſtitutionem, celebrem eſſe fecit, ſuis etiam ſucceſſoribus honorabilem in perpetuo fore ſanxit. Quod hactenùs nos deuotiſſi-

Corpus altiori loco repoſitum

22 Octob.

Pſal. 131. 14

mè

A mè hodiernâ celebritate colimus, ac noſtros vt ea maneat cura poſteros monemus.

12 Hæc nos cùm à Patribus qui his interfuêre, & adhuc numeroſi *g* ſuperſunt, audiſſemus, frequenti ſermone narrantibus, ſilentio nequaquàm infructuoſo tegere permiſſi ſumus: ſed ad laudem Chriſti Pontificiſque ipſius, licet vili dictatu, poſteris tranſmiſimus. Talibus & tantis vſque in præſens virtutibus, eius celebrabilis honoratur tumulus. De ſanitatibus verò in baſilicâ eius, quâ requieſcit, ipſius interuenientibus meritis patratis, aliqua hîc commemorare ſuperſedimus: quoniam de his ſatis in libello vitæ illius expreſſa cognoſcimus. Siquidem ad eius memoriam *h* cæcitas viſum, ſurditas auditum, debilitas greſſum, & taciturnitas linguæ recipit officium. Hæc nempe quaſi communia Sanctorum dona referre omittimus, quia ad ignem in eius memoriâ diuinitus accenſum ſtylus feſtinat ſtolidus, cui hebes pronâ deuotione concurrit animus.

Varia ad eius tumulum fiunt miracula.

a *Hunc eumdem annorum numerum expreſſit in carmine, ſcilicet ab anno 661, quo putabat eum obiiſſe.*
b *MSS. Elnon. Blandin. & Antuerp.* Iſcarb.
c *Alij* Hlotharium *ſcribunt.*
d *Eodem errore intrudit iterum* S. Eligium.
e *MSS. omnia,* pulcherrima albo.
f *Ita MSS. aſt editus liber,* in coniugale.
g *Eadem expreſſit in carmine Milo.*
h *Ea referuntur apud Baudemundum num.* 24.

CAPVT II

Ignis diuinâ virtute accenſus.

13 DEnique ab Incarnatione Domini octingenteſimo quinquageſimo quinto, à tranſitu verò beatiſſimi Amandi *a* centeſimo nonageſimo quinto, atque ab eleuatione corporis ipſius quadrageſimo ſeptimo, die vigeſimo menſis Septembris, celebritas anniuerſaria ſæpe dictæ eleuationis illius imminebat, quæ minùs digno deuotionis ſtudio ſolennis extabat. Siquidem *b* quotidianis diebus conſueto contenta officio, nullo feriali honorabilis erat obſequio. Quam negligentiam diuino correctam prodigio, ſequenti manifeſtiùs liquebit eloquio. Non enim, vt aliquid etiam in tranſcurſu dicamus, Dei omnipotentis miracula, ſiue per ipſum ſiue per miniſtros ſuos acta, tantùm ad ſtrepitum & plauſum, fauoremque vulgi excitandum credimus patrata; ſed ad fidem corroborandam credentium, correctionemque animarum errantium, cæleſtia terrigenis monſtrari opera tenemus certiſſimum: vt, quia quotidianis præceptorum ſacrorum admonitionibus non emendamur, portentis quibuſdam, quaſi ſtimulorum aculeis, corrigamur. Et quia more generorum Loth obdurati, vt perituræ Sodomæ terga fugiendo præbeamus, atque ad montem virtutum aſcendamus, obedire nolumus, fit vt nobis ſermonem diuinum, qui per Loth figuratur, quaſi per luſum loqui videamus, terribiliaque præcepta mortem, ac perditionem minantia, iuxta Prophetam, in canticum oris noſtri vertamus.

14 Quid itaque iſto, de quo loqui incipimus ſigno, ignis videlicet diuini accenſione, nos admonitos putare debemus, niſi vt flammam geminæ dilectionis, Dei videlicet & proximi, in noſtris cordibus accendamus, quâ in conſpectu ſummæ maieſtatis lucere valeamus, vitiorumque rubiginem de actibus noſtris ardore illius ignis, quem Dominus noſter in terram, hoc eſt, terrena corda miſit, ad purum expurgemus: vt depulsâ plumbi, id eſt, iniquitatis & peccati, à nobis grauedine, ad cæleſte diadema noſtri Regis, quaſi aurum puriſſimum nos præparemus? Sed de his ſatis, quamuis præpoſtero ordine dicenda fuerint, præoccupando diximus: nunc ad ipſius ſigni magnitudinem, linguæ plectro & calamo ſcribæ accedamus.

Auctore Milone. ex MSS.

15 Die igitur, qui iam dictam eleuationem ordine temporis præcedebat, terminatâ ſynaxi veſpertinæ celebritatis, non ita pleno, vt dignum erat, apparatu luminis, neque etiam feſtiuo conuentu, vt decebat, turbæ popularis, ſoluebat ſol iam à curru flammeo igneos quadrupedes; ac fraterno amore ſorori Cynthiæ vicariam functionem præbebat: hacque viciſſitudine alternante, æmula nox cæruleo circumamicta peplo veniebat. Completoriiſque completis, tenebrarum horror iam lucernis egebat, ac quoniam quieſcendi tempus iam venerat, monachorum ſinguli lectiſternia petierunt, cuſtodibus in aulâ baſilicæ relictis. Qui more ſibi ſolito, lucernis, nocturnis horis ardere ſuetis, accenſis, atque vniuerſis per tota ædis ſpatia cereis extinctis, dum vnus eorum, poſt paruiſſimi interapedinem temporis, diligentiam templi obſeruans, rediſſet, cereum ad Sancti veſtigia ardere ſolitum, ac paullò ante extinctum, fuſo cælitus ignis candore reperit radiantem. Quem dum ab aliis æſtimat illuminatum, iteratò credidit extinguendum. Sic à ſingulis viciſſim ſibi ſuccedentibus tertiò extinctus, tertiò nihilominùs apparuit cæleſti igne coruſcus. Quâ de re quod ſupererat in vnum conuenientes, ac ſinguli ſe eumdem extinxiſſe memorantes, & quis ipſum reaccenderit conquirentes, ita eumdem denuò extinguendum putauerunt, vt etiam carbonem, qui ex filo remanſerat, emunctoriis digitis adimerent, probare volentes vtrum rurſus repetito luminis candore radiatilis appareret. Necdum quippe rem tanti miraculi pleniter agnoſcebant, quamdam tamen animò ſollicitudinem de hoc facto iam omnimodis capiebant. Quâ de re dum ipſum cereum quartò reaccenſum conſpicerent, ſtupefacti, immò perterriti, quòd quaſi temerariò, vt ita dixerim, auſit, eidem prodigio obuiare extinguendo tentauiſſent, ipſum totiens euindicatum à lumine, ipſi conceſſerunt. Quid multis? Permiſſus eſt eius eſſe iuris, cuius virtutis maieſtate tantis vicibus apparuit inuincibilis. Diu itaque ſuper hac repentini nouitate miraculi gaudio ſummo attoniti, tandemque dormitum euntes, ſtupidos oculos ſoporiferæ tradidêre quieti.

Cereus quadrotiès extinctus, quartò reaccenditur.

16 Iamque nox ipſa tanto illuſtrata lumine propè tranſierat, & aurorâ rubeſcente matutinorum ſolennitas propinquabat; cùm interea cuſtodes grabatis, quibus quieuerant, ſurrexerunt, ac de cereis ſeptem maximis, qui ad caput viri Dei ſub ipſo mauſolæo, iſtra cancellos ſub conclani poſiti ſtabant, duos gemino candore, flagrantes repererunt. Ex illo autem ad pedes poſito, quem paullò antè accendi viderant, vnde iſti ad caput ſtatuti accenſi fuerint, non dubitabant. Finitis verò matutinorum ſolemniis, ac die iam clareſcente, vulgatâ facti famâ, omne monachorum agmen in baſilicam venit, atque ſummæ ſanctæ & individuæ Trinitati, excelſis laudibus, vocibuſque iubilantibus benedixit: Miſſarum deinde ſolennia, pro eiuſdem honore Patris, vltra ſolitum deuotiſſimè impleuit. Cuius inexplicabilis melodiæ cantilenam diutius protelatam, ego ipſe, qui hæc, qualiacumque ſunt, deſcribo, coram poſitus & audiui auribus, & ignem oculis vidi, atque hos etiam verſiculos in ipſis concentibus tanto Pontifici dixi.

Alij cereus diuinitus accenſus.

Lumen, in æthereo quo clarus haberis olympo,
Monſtraſti monachis, Præſul Amande, tuis.
Da famulis ambire tuæ conſorria vitæ.
Vt valeant donis participare tuis.

Hoc igitur geminum diuinorum beneficiorum munus, eleuationem ſcilicet ſacri corporis admirabilem, ac dationem ignis de cælo miſſi memorabilem, ſummo deuotionis tripudio, qui affuêre, celebrarunt, atque, vt à poſteris eorum honoretur, decreuerunt, credentes leuamen adepturos æternum, qui eius memoriam cum debitâ habuerint actione gratiarum.

a *Pergit Milo conſtanter in computu antè aſſumpto.*
b *Ita MSS. aſt editum* cotidianis diebus contempta, officio nullo *&c.*
c *Ita MSS. quorum loco editum* nox propinquabat.

EPITOME HISTORIÆ

Tranſlationis & Eleuationis corporis S. Amandi,

AVCTORE ANONYMO,

Ex MSS. Blandinienſi & Inſulenſi, ac Surio.

S. Aldegundis videt in cælum deduci S. Amandum.

1 BEata Aldegundis, in timore ſancto ab ipſis infantiæ annis Domino ſeruiens virgo, & corpore Angelicam in terris vitam peragere ſtudens, inter reliquas viſiones ſibi frequentiùs à ſupernis oſtenſas, dum nocte Dominicâ vigiliis & hymnis in eccleſiâ Malbodienſis cœnobij ante altare S. Mariæ incubaret, in ipsâ quâ B. Amandus tranſiit horâ, in ecſtaſi mentis eleuata, & ab Angelo per amœna iocundæ habitationis loca deducta, vidit virum ſenem, cygneo capite reuerendum, ſacerdotalibus & præclaris veſtibus indutum, baculum in manu tenentem, ad ſuperna quaſi tranſire, turbamque copioſam albatorum ante & poſt eum iter habere. Cumque quis eſſet requiſita, neſcire ſe diceret, ab Angelo ſancto ita ei reſponſum eſt: Vir, inquit, Dei Amandus *b* migrauit à ſeculo: & quia Sacerdos in vitâ extitit dignus, ſeque ipſum bonæ voluntatis obſequio atque ſanctarum virtutum exercitio Diuinæ maieſtati ſacrificauit, tam glorioſus nunc ad gaudia ſui Domini pertranſiit. Turba, quam vides albatorum, hi ſunt, qui per inſtantiam prædicationis ipſius ad exemplum tanti Magiſtri feliciter informati, digni Deo & Sanctorum claritati iudicantur aſſcribi in cæleſtibus. Quibus pro eo, quòd Paſtor extitit idoneus, in regno Sanctorum & terrâ viuentium ſuper eos Princeps in æternum apparebit omnimodis gratioſus.

b comitatum hominibus à ſe edoctis:

c è baſilicâ ſeminis inacceſsâ,

2 Hac itaque viſione diuinitus ita manifeſtatâ, *c* corpus ſacroſanctum B. Amandi in cœnobio, quod idem Sanctus ædificauerat, atque Elnonis vocabulum indiderat, debito fidelium honore ſepultum eſt; non tamen in ipsâ, quâ nunc requieſcit baſilicâ, ſed in alterâ, quæ adhuc ſupereſt, Principis Apoſtolorum Petri nomine dedicatâ. Quæ quoniam pro ſui paruitate tanti Præſulis tumulo viſa fuit incongrua, atque etiam ſecundo ſexui propter monachorum habitacula inacceſſa, frequenti religioſorum virorum conuentui viſum eſt, aliam magnitudine præſtantem debere ædificari: quæ & vtrique ſexui, ac confluenti illò ſufficeret multitudini populari. Ad quam venerandus Chriſti Confeſſor, qui tunc ſupererat, *d* Eligius corpuſculum ſancti Patris ſextodecimo poſt tranſitum anno, integrum & omnimodis incorruptum, ſeptimo Calendas Nouembris tranſtulit, &, vt tunc moris erat, altiùs telluri commendauit.

d tranſfertur corpus S. Amandi, poſt annos 16 incorruptus

eleuatur anno 809, inuiolatus:

3 Quod ibi vſque ad annum ſui obitus centeſimum quinquageſimum in imis terræ viſceribus occultatum, longo temporis ſpatio iacuit: ſed anno Incarnationis Domini octingenteſimonono ſarcophagum, in quo quieuerat, Lotharius, ſacri templi ædituus, eleuari faciens, reperit inſperatum magni gaudij theſaurum, inuiolati videlicet corporis prodigium. Obſtupefactus, vt par erat, tam inopinati viſione miraculi omnipotentem Deum debitis laudibus benedixit, tantorumque donorum largitori gratias egit.

4 Congaudens etiam tanti inuentione theſauri, non modico cœpit ſollicitudinis angore cruciari, multa animo voluens, quid ex ipſo ad commemorationem ſequentium pro munere deberet auferri. Vbi verò fluctuanteni animum anchorâ cõſilij ſta biliuit, caſulam, quâ erat indutus, à ſacratiſſimo eius collo abſtulit, eumdemque in latus vtrumque verſans, cannas arundinum fluuiales, quæ ſub ipſo olim poſitæ fuerant propter humorem aquatilem, ſubduxit. Idque ſuis deſideriis minùs eſſe perpendens, niſi etiam ex corpore aliquam tolleret inuiolatorum portionem membrorum, vertit audaces, vt ita dicam, ad corpus venerabile manus, vngueſque ſpiritualis vituli cornua producentis & vngulas ſecuit, quæ poſt obitum illius contra naturam ita excreuerant, vt etiam manicas manuum crementó ſuo penetrarent. Necnon & barbam Pontificis noſtri Aaronis, poſt ſepulturam ipſius recreſcentem totondit.

D *caſula tollitur:*

vngues ſecantur:

barba tondetur:

5 Hæc verò omnia ſibi ſummo deuotionis obſequio recondens, nec ſibi tamen ſuiſque deſideriis ſufficere credens, ad os ſacratiſſimum, per quod Diuinæ pietati crebræ orationum preces fuerant fuſæ, ac variis populis frequentes prædicationes directæ, auſus eſt manum iniicere, atque, ſi aliquem de dentibus illius poſſet eximere, ſtuduit pertentare. Sed & cùm hoc pro eorumdem firmitate nequiret perficere, fabrili inſtrumento, tenaci videlicet vſus forcipe, de gingiuis pulcherrimi oris duos dentes eduxit, rubicundo ebore, vt credi decet, ac antiquo ſaphiro pretioſiores. Mirum dictu, fidelem quærens auditorem, quod contra naturam eſt mortui *e* hominis, de dentibus eductis ſtillæ fluxerunt ſanguinis. Huiuſque monumenti vſque in diem hodiernum teſtimonium acerra præbet eburnea, adhuc eodem, quo infuſa fuerat, ſanguine, cùm ibi ſeruandi mitterentur mirabile dictu, cruentata. Facta eſt igitur eleuatio iſta mirabilis XII Calend. Octobris: ſignis etiam in eâ per ſupernam virtutem patefactis, fideli populo conſtituta eſt ferialis. *f*

dentes cruenti in corpore exanimi.

E *e*

f

6 Sanè Sanctorum memoriâ, qui per B. Amandum Domino famulari elegerunt, ſuperiùs generaliter prælibatâ; reſtat nunc quorumdam nomina ad laudem præcipui Doctoris intimare, vt eorum ſi quis legere geſta voluerit, ex illorum virtutibus tanti Patris & idoneæ legionis ſigniferi merita quodammodò penſare præualeat. Cuius tam beatæ cateruæ pars quædam & honorabilis extitit *g* Andreas ſanctus, ab ipſo Pontifice in monaſterio Elnonenſi conſtitutus Abbas: Ionatus etiam in Marcianis cœnobio delegatus, ſanctuſque Florebertus cum egregio viro Ioanne, vnus poſt alterum congregationi, quæ Blandinium appellatur, præpoſiti: necnon Leuita præcipuus, quem idem vir ſanctus per reuelationem detotondit, beatus videlicet Confeſſor Maurontus, vnà cum iuſto & magnifico viro Humberto, qui Angelo reuelante, tam ſibi quàm B. Amando coronam in cælis præparatam cognouit, atque ad indicium rei certæ, eodem Angelo imprimente ſignum in oſſe, Crucis in modum implicato, viſibiliter vſque ad mortem deportauit.

Diſcipuli eius Sancti.

g Andreas, Ionatus, Florebertus, Ioannes, Maurontus, Humbertus.

F

7 Non elongatur à cœtu iſto Beatorum Gertrudis, Virgo ſancta, ab ipſo fidei initiis inſignita, & ſacro velamine conſecrata: quæ fideliter vſque ad obitum mandatis cæleſtibus obtemperans, & in vitâ & poſt exitum multis ſe miraculis manifeſtauit. Iuxta ſeculi etiam dignitatem nobilis Allouinus, qui S. Bauo eſt omnium vocibus appellatus, ex paganorum ritu ad Dei cultum per Pontificem prædictum conuerſus, & in viâ præceptorum ſalubriter introductus, per Diuinæ inſpirationis gratiam in tantum celſitudinis apicem conſcendere meruit, vt etiam mortuum ab inferni faucibus reuocaret, & palam omnibus vitæ reconſignatum exhiberet. Cumque Reliquiis felicibus in eadem, quâ venerantur, eccleſiâ S. Landoaldus Archipresbyter Sancti Amandi, hoc eſt, curam paſtoralem vice ipſius agens in Epiſcopio Traiectenſi, *g* ſanctuſque Amantius, poſt multum obitus ſui tempus tandem *h* reuelante Deo manifeſtati, atque illuc vſque perlati, modo in pace

Gertrudis;

Bauo;

Landoaldus, Amantius.

g h

A pace quietis conſociati, beneficia populis fidelibus impendunt aſſidui. Quod ita cunctis in hac regione cognitum ſcimus, vt ad præſens ſcribi neceſſe non ſit: cùm ibi cæci viſum, claudi greſſum, debiles etiam & multi variis infirmitatibus detenti, noſtris temporibus ſaluti congruæ ſint reſtituti.

8 Sunt verò complures & alij, quos ſtudiò breuitatis intermittere horum Sanctorum ſpecialis quodammodò refulgens apud homines gratia ſuaſit: qui & ipſi inuenti ſunt in fide & reſpectione Domini noſtri Ieſu Chriſti multipliciter gratioſi. *i* Ecce quàm bonum
Pſal.132.1 & quàm iucundum, ait Pſalmiſta, habitare fratres in vnum. In vnum enim habitant, qui vnum niente ſimplici adorando Deum, vniùs felicitatis, hoc eſt, æter-
Eccli.44. 2 næ beatitudinis gaudia ſimul adipiſci meruerunt. Laudemus ergo viros glorioſos, quibus multam gloriam fecit Dominus magnificentiâ ſuâ. Hi ſunt enim viri miſericordiæ, quorum iuſtitiæ obliuionem non acceperunt, corporaque eorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuet in generationem & generationem. Vt igitur nos, vltimo adhuc poſiti gradu, de virtute in
& Auctor earum ſuffragia implorat. virtutem Sanctos Dei aſcendentes aliquatenùs imitari, eorumque lætitiæ in parte mereamur fieri participes, amabilis Deo & hominibus Amandus Confeſſor magnus & Pontifex egregius, ſimulque ſancta multitudo diſcipulorum ipſius, orationibus aſſiduis nos ad bona virtutum eleuent, & quod pratum eſt, diluere
B piè dignentur, meritiſque ſanctis in numero fidelium Chriſti conſocient: vt in æternum nomen ipſius benedicatur in nobis, noſque eius populus fieri valeamus, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

a *In MS. Blandinienſi habetur hic titulus:* Viſio, quâ S. Aldegundis eum ad cæleſtia tranſire cognouit, & commemoratio ſepulturæ, tranſlationis atque etiam eleuationis, ſed & memoria quorumdam diſcipulorum ipſius. *In MS. Inſulenſi:* Tranſlatio corporis S. Amandi.
b *Contigit hæc viſio potiùs viuente S. Amando. Eadem tamen ita ferè narrat Hucbaldus in Vitâ S. Aldegundis.*
c *Sequentia ex Milone contracta ſunt, cuius etiam errores adſciti.*
d *Imò ſucceſſor* Mummolenus, *qui ſubſcripſit teſtamento S. Amandi, obierat.*
e *Surius,* cadaueris.
f *Hinc Auctor ſua addit de variis diſcipulis: de quibus & nos ſapius egimus.*
g *MS. Inſulenſe,* Sanctaque Amantia.
h *Anno Ch* 980. *vt ad eius Vitam dicemus.*
i *Reliqua deſunt in MS. Inſulenſi.*

FRAGMENTVM BREVIS CHRONICI monaſterij Elnonenſis,

Ex MS. Blandinienſi.

C *a* ANno DCCXLII Carolus natus eſt.
a DCCLX *b* Eclipſis ſolis.
b DCCLXIV Eclipſis ſolis.
c DCCLXVIII Carolus regnum *c* ſuſcepit.
d DCCLXXI Carlomannus *d* obiit.
e DCCLXXXII *e* Gyllebertus Epiſcopus obiit.
DCCLXXXVIII Carolus Rex ..... tus eſt Idus Octob.
f DCCXCVI Adrianus Papa *f* obiit.
g *g* DCCCI Carolus Imperator factus.
DCCCVII Eclipſis ſolis.
DCCCIX Eleuatum eſt corpus S. Amandi.
DCCCX Eclipſis ſolis.
DCCCXII Eclipſis ſolis.
h DCCCXIII Carolus Imperator obiit *h* v Idus Octob.
i DCCCXVIII Teutingus *i* promiſſionem fecit.
DCCCXX Eclipſis Lunæ.
k DCCCXXVIII *k* Lotharius cuſtos obiit.
l DCCCXL Hludowicus Imperator *l* obiit
m DCCCXLV *m* Adalleoldus obiit.
n DCCCL Teutingus *n* ordinatur VIII Id. Martij.
DCCCLV Hlotharius Rex obiit.

a *In MS. Blandinienſi poſt Vitam S. Amandi ſequentia adiiciebantur, cum Indictionibus, Epactis, Lunis Paſchalibus, ab anno Ch.* 741 *vſque ad* 911. *Nos ſolùm hiſtorica excerpſimus.* D
b *Omnes hîc obſeruatæ Eclipſes, apud antiquos & recentiores notantur.*
c *Sueſſione* 9 *Octobris.* d 4 *Decembris.*
e *Nouiomenſis, vir doctrinâ & ſanctitate celebris, ante Abbas Elnonenſis* 14.
f *Obiit* 26 *Decemb. anni* 795, *quem annum auctor more illius temporis incipit à Natiuitate Chriſti.*
g *Infeſto Natiuitatis, à quo annum incipit. Ita reliqui coæui Scriptores Eginhardus in Annalibus, Annales Francorum ex MS. Loiſeliano, Poëta Saxonicus, aliiſq; apud Du Cheſne tomo* 2, *Chronicon Moiſſiacenſe, Annales Bertiniani, Metenſes & alij tomo* 3, *Regino aliiſq; annum incipientes à Natiuitate Chriſti vocant annum* 801, *qui more iam vſitato adhuc erat* 800.
h *Imò* v *Kalend. Febru. anni* 814. *quo die eius Vitam dedimus.*
i *Id eſt profeſſionem, vt modò loquimur. De Teudingo agitur ſuprà in carmine Vulfadi.*
k *Hic eſt qui corpus S. Amandi tranſtulit.*
l XX *Iunij.*
m *Abbas Elnonenſis, Ludouico Pio, vt ferunt, familiaris.*
n *An Abbas Elnonenſis? Eius nomen in ſerie Abbatum non reperitur.*

HISTORIA MIRACVLORVM S. AMANDI CORPORE PER FRANCIAM DEPORTATO,

auctore Gilleberto monacho Elnonenſi,

Ex MSS. Gandenſi & Belfortij,

collatis cum editione operum Philippi E
ab Eleëmoſyna,

PROLOGVS AVCTORIS.

1
Icet interdum humana mens phantaſticis viſionibus fallatur; ſed non miraculorum ſignis falli poteſt: quæ virtutum operator Dominus in fidelibus ſuis operari dignatur. Ab Ægyptiis namque magis illuſione phantaſticâ Rex captus eſt Memphiticus cum vniuerſâ Ægypto, falſa & imaginabilia habens pro vero: ſed, poſtquàm diuinitus oſtenſa ſunt portenta virtutum, magi etiam ipſi cum
Exod.8. 19 ceteris, quamquàm primùm increduli, poſtmodùm tamen profeſſi ſunt hoc eſſe digitum Dei. Cæli nempe, hoc eſt, quique fideles gloriam Dei loquuntur, & in omnem terram virtutum ipſius ſonus progreditur. Vn-
Auctor miracula ſcribit de pro modulo noſtræ poſſibilitatis, impolito quidem ſermone, ſed non ignobili materie, quædam inſignia F
ad notitiam conabor mittere poſterorum, qualiter in terris noſtrâ ætate Rex patefecerit immortalis militem ſuum, Beatum videlicet Amandum, glorioſæ in cæleſtibus dono immortalitatis à ſe muneratum. Si quis autem obſtinatâ mente noſtrum in hoc ſtylum ſtuduerit redarguere, arbitrans nos niſi vulgares rumores ſequi velle; huic iaculum opponimus, quod quondam
aut viſa refutantibus veritatem obiecit Paſtor & Primipilaris
Act.4.20 Eccleſiæ. Non poſſumus, inquit, quæ audiuimus & vidimus, non loqui. Nil namque hic calumus aperit
aut à fide dignis acceptæ. turrentibus articulis, niſi quæ euidenter obtutus probauere *a* ſcriptoris, teſtimonium ei reddentibus eiuſdem temporis monachis, Clericis, atque etiam venerandæ memoriæ & inſignis famæ laicis. *b*
a *b*

a *Hinc conſtat de Scriptoris ætate.*
b *Capitulis deinde margine indicatis Hiſtoriam more noſtro diſtinguimus. Eà autem ita legebantur*

Capitula Gilleberti.
1 DE campanis ardendo ſonantibus, nemine pulſante.
2 De inſenſato Cameraci ſenſui reddito.
3 De muliere languidâ ſanitati redditâ.
4 Muti os & lingua reſerantur.
5 De puero debili ſanato.
6 De inſenſato Laudunij ſenſui reddito.
7 De contractâ muliere ſub feretro S. Amandi erectâ.

AVCTORE GILLEBERTO, EX MSS.

8 De cæcâ viſui reſtituta.
9 De mutâ à natiuitate ibidem loquente.
10 De puero aperto oculis non vidente per S. Amandum illuminato.
A 11 De cæcâ Nouiomi illuminatâ.
12 De contracto ſanato.
13 De muliere Duaci repente contractâ, & coram feretro S. Amandi erectâ.
14 De carcerato Coceij per inuocationem S. Amandi liberato.

CAPVT I

Incendium Elnonenſe. Miracula ad Reliquias S. Amandi Cameraci & Coceij facta.

CAP. I

2 IGitur anno ab Incarnatione Domini MLXVI, à tranſitu verò Amandi *a* CCCCVI ſub III Iduum Februariarum, Elnone *b* accenſæ ſunt domus in foro horâ ferè tertiâ, vnde & in ipſam prædicti Pontificis Eccleſiam plumbeis tabulis tectam, per tegulas ſub ipſis tabulaticis flamma prorupit, antiqui hoſtis, vt credimus, inuidiâ. Quæ ipſa cum omnibus clauſtris ſuis ſtatim eſt incendio deuaſtata, nec non & Apoſtolorum Principis, ſed & alia *c* germani ipſius eccleſia. *d* Campanæ fundendo in puluerem ſunt redactæ: diruta etiam quæque ornamenta eccleſiæ, columnas dico de pario lapide cum *e* analogio honeſtæ fabricæ.

a *b* *Conflagrante eccleſiâ,* *c* *d* *e*

B Vbi quiddam contigit relatu digniſſimum, quod ſicut videntes & audientes in ſtuporem vertit non minimum; ita lecturis, vt reor, erit veluti monſtrum. Nam mox vt ipſæ campanæ à flammâ ſunt inuaſæ, cœperunt inſimul, nullius niſi ſolius Dei impulſu reſonare, ac ſi diuinitus monerentur plangere ruinam ſui & eccleſiæ, donec, vt prælibatum eſt, in puluerem ſunt redactæ.

campanæ miraculosè ſonant.

3 Cuius habitationis reſtituendæ gratiâ, Fratres cum *f* Abbate ipſius loci, ex conſulto *g* Marchionis terræ, atque Epiſcoporum, petitione quoque Francorum obnixâ, feretrum, quo corpuſculum venerandi Patris recubabat, per Galliam detulerunt, quos cum tanto theſauro Galli vbilibet locorum honorificè & ſummâ cum deuotione ſuſceperunt. Exceſſimus ſanè monaſterio ſeptimo Idus Iunij: repedauimus in idem ſub die quarto Nonas Iulij. Quid autem hac intercapedine quattuor hebdomadum, meritis ſæpè dicti Pontificis coram immenſitate vulgi, in ipsâ regione ſit geſtum, non ducit mater Eccleſia reticendum: quæ filios ſuos orthodoxos, filiationemque ſuam in bonâ perſeuerantiâ quaquauersùm conſeruantes lætatur functos honore polorum. Sed hæc omittentes, iam ad ea quæ decreuimus notanda, ac memorię commendanda, ſtylum, quamquàm ſtolidum, vertamus.

f g *Corpus S. Amandi per Galliâ circumferunt:*

C CAP. II

4 Quædam itaque peragrantes loca, Cameracum vrbem deuenimus cluentem pontificali Cathedrâ. In quâ propter valuas quidam inſenſatus conſtrictis arctiſſimè in neruo pedibus reſidebat, qui, vt ab incolis palàm factum eſt nobis, ob nimiam inſani capitis amentiam, quamdam propinquarum ſuarum ſauciauerat. Vbi cùm honorificè ab Antiſtite *h* Lietbertho, cunctoque ipſius loci Clero recepti, hoſpitandi gratiâ commaneremus, illum miſerum donari S. Amando interpellauimus, quatenùs ſolutum vinculis corporalibus, Sanctus, cui donaretur, apud Diuinam clementiam obtineret dæmoniacis abſolui nexibus. Quod & ita factum eſt. Nam & Pontifex noſtris aſſenſum præbuit petitionibus, & ille Pontifex noſter, cuius corpus deportabatur, liberam mentem eatenùs captiuato à ſummo Pontifice Chriſto impetrauit; ita vt inde nobiſcum progrediens, nullum malè ſani capitis indicium vltrà prætenderet.

Cameraci *h* *inſanus ad mentem reuocatur.*

CAP. III

5 Ab ipsâ quoque vrbe veſtigia detorquentes cum immenſo comitatu ciuium, tendebamus verſus oppidum, cui vocabulum eſt i Coceium, vbi multæ aucſionés ab oppidano, ſeu iudice eiuſdem loci, familiæ D inferebantur S. Amandi, quæ circa ipſum degebat oppidum. Sed vbi loco, quò diſpoſitum erat tendere, propiauimus, ecce quemdam Presbyterum eccleſiæ in honore S. Remigij extructæ, Milonem nomine, cum plebe promiſcui ſexus non modicâ, obuium habuimus, humiliter obſecrantem, vt thecam tanti Pontificis in ipſam S. Remigij eccleſiam deferri, ibique paullulùm requieſcere permitteremus. Eſt autem ab hoc loco, non multùm diſtans quidam viculus, quem dicunt *k* Vetnulium. In hoc iacebat mulier, ſtratu recubans ob immenſum languorem membrorum, quæ à lecto nequiuerat egredi per curricula bis quinque annorum. Hæc vbi aure percepit ſonos & cantus plebis eò diuertentis, cauſſam percunctatur. Cumque didiciſſet corpus S. Amandi à fidelibus turmis illò transferri, continuò in hæc verba prorupit: O ſi daretur me ſaltem manibus reptantem, quaſi quadrupedem ei obuiam fieri! implorarem Sanctum, quatenùs interuentione ſacrâ meæ ſuffragaretur imbecillitati. Sed cùm inhianter arderet, quæ optauerat completum iri, interuentu tanti Patris, eius vota clemens præuenit Diuinitas, cui, quæ mortales nec optare audent, promptum eſt præſtare. Confeſtim denique ſanguis diſcurrens circa neruos membra languidæ firmauit, languore exhauſit, robore conſolidauit. Sicque lecto, cui clinica diuturno languore incubuerat, leniter exiliens, exorſa E eſt pedetentim progredi vſque ad limen domus, inde non contenta incedere, vt eſt mos mulieribus, rapto curſu accurrens arripit feretrum, narrans cum idoneis teſtibus, quæ circa ſe, & quanta ſuo egerit patrocinio ille miraculorum operator egregius. Tum corrigiam ceruici ſuæ, quaſi ſeruile iugum impoſuit, ſeque, vt erat libera, dominio Sancti mancipauit. Nec immeritò, quippe qui eam, quæ quaſi quadrupes vitio naturæ decreuerat exire, ſibi bipedem naturali vſu fecerat ouanter occurrere.

Coceij *k* *mulier languida 10 annos* *subitò ſanatur*

CAP. IV

6 Huius etiam conſobrinus quidam iuuenis, liber & ipſe, ſex luſtra & eo ampliùs habens, mutus à natiuitate, auditum tamen & intelligentiam plenè capiens adducitur, qui ob linguæ officium ſibi diuinitus concedendum multas Sanctorum eccleſias inuiſerat: ſed, vt dictum ſit pace eorum, tanti Patris meritis iſtud ſeruabatur donum. Antiqua in hoc renouantur miracula, & alterius Zachariæ imaginaria agnoſcimus ſurrexiſſe tempora. Illi innuebant cognati, quod nomen vellet filio imponi; huic itidem innuebant propinqui, quâ lege vellet ſe ſubiugare ſeruitio Sancti. Ille nutu poſtulauit pugilarem ſibi præberi, vt quod lingua nequiuerat, notarent articuli; iſte nutu æquè indicabat ſe bis binos argenteos pro capitis cenſu eidem Sancto ſoluturum ſingulis annis. Illi quod paginæ indere voluit, reſtituto mox linguæ officio, aperto ſermone pronuntiauit; videamus & in hoc quam iſte iocundo miraculo imitatus ſit eum, vbi coram feretro aſſiſtens corrigiam ceruici ſuæ circumpoſuit. Continuò denique accedens Milo Presbyter, cuius ſupra meminimus, in cuius & hic diœceſi natus perhibebatur & adultus, compendioſè eum eſt allocutus: Quid, inquit, præſtoſaris frater? Si nequis ſermone, ſaltem digitorum indicio ſub teſtimonio præſentiũ exprime, quod tenes in mente. Conticuere omnes, intentique ora tenebant. Tunc ille, vt bis binis conatus eſt digitis totidem argenteos notificare, clarâ ac primâ voce proteſtatus eſt, quod articulis moliebatur exprimere. O quem & quantum, ſi adeſſes, cerneres plauſum turmarum cateruatim vndique confluentium, Deũm hymniſonis vocibus nobiſcum collaudantium, præ ingenti lætitiâ malas effuſione lacrymarum humectantium! Quid proferam de hac ipsâ ætate, ſub quâ informatus eſt ſermone? Chriſtus mortuum in peccatis hominem, atque in Dei laudibus mutum, paſſione ſuâ hoc eodem æuo vitæ reſtituit, in laudes Diuinas os eius aperuit, & B. Amandus inter-

mutus *voto facto S. Amando* *loquelâ donatur*

A interuentione ſacrâ hunc famulum ſuum, qui quoquo pacto æquiparandus erat mortuo, quaſi locutione viuificauit, cunctique laudes Dei extollere fecit, atque in gratiarum actiones Deo ſoluendas verba formare apud Diuinam clementiam obtinuit.

CAP. V 7 Nec minùs & illud cenſeo prædicandum, quod in ipſo limine portarum caſtri prælibati vidimus mirabiliter geſtum. Simul namque vt ipſa ſancti cadaueris lectica obliquè tenebatur tranſpoſita, quatenùs plebs ceruices ſuas ei ſubmitteret deuotione humillimâ; mulier quædam approperans debilem filium vlnis ferebat, qui infra vnius anni penè orbitam, terram calcare nequiuerat. Hic itaque, vbi eum genitrix feretro ſuppoſuit, clamitare cunctis audientibus cœpit. Depone me, mater, quantocyùs ab his, quibus vehor vehiculis, quia videor mihi iam poſſe tibi pediſſequus fieri. Ne velis, obſecro, meæ obuiare ſaluti, tuæ quoque lætitiæ aduerſari. Tum illa credens cum verbis hæc proferre puerilibus, aut etiam erroneis, Noli, inquit, fili mi, noli, ne ab imminenti turbâ comprimaris; dum non poſſis ad exitum rei perducere, quod effaris. Et puer, Poſſum, ait, mater, poſſum. Poſt hæc non præſtolans reſponſum genitricis, ab ipſius continuò ſe extorſit lacertis, paulatimque tentatâ viâ, in curſum ſe hilariter proripuit. His & huiuſmodi clemens Pontifex perpo-

B tratis circa ipſum caſtrum miraculorum ſignis, maluit, credo, oppidanos à vexatione ſuæ familiæ blanditiis compeſcere, quàm minis terrere. Sed quia hæc pro capacitate ingenioli noſtri taxauimus, iam ad ea, quæ reſtant luce clariùs nitentia, calamum transferamus, eius, ad hæc explenda, inuocantes patrocinium, cuius credimus meritis reputari tanta inſignia geſtorum.

debilis puer ſanitati reſtituitur.

a *Sequitur Miloni Chronologiam.*
b *Monumenta Amandina tradunt incendium illud accidiſſe die Sabbati, in quem incidit eo anno* 11 *Februarij. Ioannes Buzelinus refert idem cum miraculo adiunctis lib.* 4 *Annalium Gallo-Flandriæ.*
c *S. Andreæ, cuius Decanus fuit Gillebertus ſcriptor.*
d *Numero* 17 *iuxta monumenta Amandina & Buzelinum.*
e Analogium *eſt locus altior, ſeu pulpitum, vnde leguntur ſacræ Lectiones. S. Benedictus in regulâ cap.* 9. Legantur viciſſim a Fratribus in codice ſupra analogium tres Lectiones.
f *Lambertus, qui & Fulcardus dicitur, anno* 1063 *Abbas conſtitutus, vitâ functus anno* 1076, *iacto fundamento maioris baſilicæ.*
g *Marchio Flandriæ, Balduinus Pius, ſius Inſulenſis.*
h *Obiit B. Liethertus Cameracenſis Epiſcopus anno* 1076. 23 *Iulij.*
i Coceium, *vulgò* Couſſy, *inter Aiſnam & Axonam fluuios iuxta abbatiam Nogentum.*
k Vernulium *pagus vicinus in diœceſi Laudunenſi, vulgò Vernuil.*

CAPVT II

C *Miracula Lauduni, Calnici, Nouiomi & Duaci facta.*

CAP. VI *a Laduni b*

8 POſterâ denique aurorâ finem dante, montem *a* Laudunij acceſſimus, ipſumque ſtatim conſcendimus, atque ibi ab Epiſcopo *b* Elenando, vniuerſoque eiuſdem loci Clero, cum ingenti veneratione recepti eo die quieuimus. Interea ſol vergebat ad occaſum, & ecce quemdam inſani capitis adducunt, manicis pediciſque ligatum. Nox fuit Oceano, cùm interim pretioſiſſimi illius theſauri thecam circumuallantes pueri, innuptæque puellæ, iuuenes cum ſeſſioribus, incipiunt deuotè excubias, cum facibus & lychnis ardentibus. Num verò iam nox medium orbem tenebat, ſuadebantque cadentia ſydera ſomnos: cùm ille de repente iacens ſub feretro in hæc verba prorupit: Cur meos lacertos hæc aſtringant ligamina, aut vbinam deiectus iaceam, poſco pandatis qui circumaſtatis. Tunc illi ſtupore attoniti, rati eum erratica, vt antè, verba proferre, tamen quæ ſciſcitabatur edocentes: Ob nimiam, inquiunt, tui capitis amentiam, ligaminum nodis obſtri-

Infanus mentis compos efficitur,

ctus ad patrocinium S. Amandi adductus es, cuius corpus in præſenti S. Mariæ eccleſiâ noueris recubare. Deo, inquit, gratias mecum habetote, vis immanis abſceſſit dementiæ: abſcedant iam nunc oro catenæ. Qui ſimul ac ab omni nexu immunis factus eſt, conſignans ſe ſignaculo ſanctæ Crucis, ſi quod, diabolo inſtigante, verbum aduerſus fidei puritatem, in ipſo errore fuderat, pectus contundens, reum ſe profeſſus eſt. Inde ſeruum ſe S. Amando tradidit, cuius precibus ſuæ mentis columen indeſinenter reputabat. Et meritò eius ſe ſubdidit ſeruitio, cuius ſuffragio ſe eatenùs mentis impotem à ſæui tortoris nouerat eliminatum ergaſtulo.

Auero- REG L. LEBERTO, EX MSS.

D *in eccleſiâ S. Mariæ*

9 Illa quoque non ſunt ſilentio prætereunda, quæ CAP. VII die Dominicâ inde nobis remeantibus, habentur ſupra ipſum montem cunctis cernentibus geſta. Dum itaque portas vrbis in ſupercilio montis poſitas, cum ingenti cohorte promiſcui ſexus, ipſo feruore meridiei poſthaberemus, ecce mulier perplexis tibiis, ſerpens manibus, vultu terræ infixo acceſſit, cunctiſque viam pandentibus feretro propinquauit. Res mira, & admodùm ſtupenda. Vbi ſe baiulis immiſcuit, reſolutis neruis ſe erigens, ipſum geſtatorium, mirabile dictu, conſtanter arripuit. O quis fremitus ab ore vulgi reſonabat, quantuſque fragor monachorum, Clericorum, atque laicorum in Dei laudes reſultabat! Tunc erat cernere turbas vndique ad hoc inſigne confluentes, intantùm ipſos baiulos gratiâ videndæ mulieris opprimentes, vt vix quiſpiam eorum poſſet mouere pedes. Enimuerò E ſapienti vſi conſilio, fecimus ſanctum corpus per ſpatium circiter trium horarum, ſuper quamdam rupem in eodem requieſcere loco, vt vel ſic aliquantulum reſpirantes, dein ab ipſo deſcenderemus ſupercilio.

claudi erigunt:

10 Rem ſtupidus refero, miraque, fidelem quæ- CAP. VIII tens auditorem, enarro: ſed non niſi quæ probante viſu hæc titulantis acta ſunt, ferè ſub vnius horæ ſpatio. Continuò namque quædam ſecundi ſexus perſona acceſſit, quæ ſeptem annorum rotam euoluerat in mœrore cæcitatis: hæc ſimul vt oculis loculum tetigit, detersâ caligine, amiſſi luminis diſpendia reparauit. Quæ luci priſtinæ reſtituta, inde nobiſcum progrediens, cœpit erga ſe geſta Chriſti propalare magnalia.

cæca illuminatur:

11 Quædam quoque puella ab vtroque adducitur CAP. IX parente, quam vti materna fuderat aluus, perhibebant linguæ officio ad ipſam vſque diem caruiſſe. Hæc paritèr vbi venerandi corporis receptaculum deoſculatur; plectro linguæ reſoluto, vocis organa in laudem Dei ſuſtolluntur. His & huiuſmodi quampluribus plebs Laudunenſis exhilarans corda miraculis, quæ obtutibus noſtris cernenda abſtulit inexplicabilis concio promiſcui ſexus & ætatis, quæ etiam poſtmodùm nobis relata ſunt à fidelibus viris, grates ſoluebat Maieſtati celſitonantis. Non ſolum huius, ſed & cæterarum vr- F bium indigenæ ad hæc confluentes ſpectacula, Deo ſoluebant ora vocibus hymnidicis, Diuino numini laudem dicentes, quòd cauſsâ Sanctum illac deportandi accidetit, credentes, quoniam numquàm à tanto Patrono talia ſuis emanarent oculis, niſi Eccleſiam ipſius incendium deuaſtauerit. Quippe quia nec ipſum ſuis allatum gauderent confiniis.

muta à natiuitate loquelam accipit.

12 Inde vtique cum immensâ vulgi alacris preſſurâ CAP. X detorquentes veſtigia, proceſſimus tendentes verſus Nouiomi mœnia. Iam *c* currum immergere ſol Oceano parabat aureus, cum caſtellulum, quod vocant *d* Calneium, aduenimus, ibique hilariter hoſpitio recepti, noctu quieuimus. Vbi de manè poſt vigilias nocturnas quamdam vidimus matronam, quæ in gremio confouebat puerum, geſtantem abſque lumine lampadem, ocellos dico in capite nullam in ſe habentes lucernam. Hæc itaque accedens incipit effari, mediâque in voce reſiſtit, ſingultu quatiente dolorem, exprimens quo afficiebatur ſuper glaucomate filij à natiuitate cæcutientis. Cum hoc, inquit, puero noctem hanc peruigilem duxi, excubans ſub feretro S. Amandi. Hunc ſine cuius

c
d In caſtello Calneio

cæcus fuer

AVCTORE GILLEBERTO, ex MSS.

sum mundo absque lumine naturali, & ad hoc eum huc detuli, vt radiis meritorum istius illuminaretur Sancti. Sed quia nondum voti compos effecta sum, aliquibus huius Sancti reliquiis tangite obsecro loca lucernarum, si quo modo Diuina pietas mihi condescendat supplici, ad hunc suâ gratiâ illustrandum. Tunc dentem sæpedicti Patris, fabrili opere, auro decenter politum, baculum quoque sumentes, quo prædicationis suæ rexerat præsulatum, posuimus, vt poposcerat genitrix, super loca luminum. Paruoque expleto interuallo, mox pueri ocelluli suo vtuntur officio, nullâ penitùs obstante caligine clarescentes numine Diuino. Tunc verò quique adstantes, genitor in primis cum genitrice, volentes hoc ad certam fidem experimento deducere, offerebant ei monilia, atque candelulas, ceteraque quibus puerilis animus solet arridere, & ipse prout clarè diiudicans cuncta celeriter arripiebat, mox quoque ludendo porrigentibus sibi vicissim reiiciebat. Digitis etiam innuebant, & ipse contra similiter faciebat. Nec mora Canonici prosiliunt ad campanas, nos autem cum populo in laudes prorupimus diuinas.

A tactu reliquiarum S. Amandi illuminatur.

CAP. XI *Nouiomi obuiàm allato corpore S. Eligij.*

13 Dehinc Nouiomum, quò ire pergebamus, peruenimus, ibique S. Eligij quondam S. Amando, dum vterque aduiueret, familiarissimi loculos geminos, alterum cum monachis, alterum verò cum Clericis obuiàm habuimus. Vbi ex diuersis quibusque ordinibus
B suburbani, oppidani, Clerici cum monachis affuêre, qui nostri Patroni thecam cum immensâ susciptentes veneratione, ac summâ deuotione in ipsam Pontificalis Cathedræ ecclesiam detulêre. Tenso itaque in plateâ vrbis nostro papilione, iidem haud sine ipsius loci
e Antistite *e* Baldewino reuerenter recipientes, eò asportauêre, tanto gaudentes hospite. Vbi nocturnis de more expletis vigiliis, matutinorum quoque nostratim peractis solenniis, en mulier affuit oppressa enormi dolore vertiginis, intantùm vt sursum, aut dextrorsum, siue sinistrorsum non valens caput deflectere, foret gaudio cassa luminis. Quæ secus feretrum astans, ad ipsam vsque mediantem lucem diei, ita reddita est incolumis, vt his, quibus præ dolore capitis priuata erat remediis, lætificaretur coram cunctis. Nam & visu pristino statim redimita suspexit cælos, ad gratiarum Deo soluendas actiones, & circumferens oculos respiciebat hinc inde ad circumstantes, Domini circa se mirabiliter enucleatas narrans virtutes.

caca illuminatur,

CAP. XII *f distortus pedibus curatur,*

14 Quo facto statim per ora vulgi dispersò, quidam *f* sedens pede distorto adducitur, qui propria non credens humo vestigia, iuuamine fulciebatur alieno. Vnde factum est, vt sanctissimi Confessoris requirens auxilium, ipsius exploraret gratiam meritorum. Nam diutiùs coram eius manens tremebundus præsentiâ, tanti
C Antistitis inuocabat precamina apud Diuinam clementiam sibi profutura. Tandem igitur quod quærebat, reperit, & qui alienis venerat, suis vestigiis rediit, patrociniumque Sancti sibi non defore persensit. Hæc & huiusmodi quàm plurima non modò his, verùm & aliis vrbibus in Galliâ, per nostrum hunc Patronum, vt prælibauimus, ostensa sunt virtutum insignia, quæ acici nostræ non valuerunt pertingere notitiam, præ immensitatis popularis pressurâ; sed quia noluimus excedere promissa, ad præsens ea scribimus dumtaxat, quorum nostros oculos non latuerunt insignia.

CAP. XIII *g Duaci contracta mulier sanatur.*

15 Sed & illud reticere non ducimus commodum, quod *g* Duaci perspeximus insigniter perpetratum. Quædam namque inter alias incolumis processit nobis fœmina, sed, nescio cui reatui obnoxia, non est inuenta Sancto occurrere digna, fortassis in eum alicuius blasphemiæ rea; quam necdum dignâ punierat pœnitentiâ. Iudicia enim Domini abyssus multa. Vnde factum est vt statim, vbi domum rediit, pedes eius natibus, manus quoque pectori quasi clauis infixæ hærerent, ac sic semimortua iaceret. Hanc vtique vidimus ipsi ad perfugium nostri Patroni, quasi mortuam, atque
D nullum penitùs in se vitæ spiraculum prætendentem, quodam deferri vehiculo; sed non multò pòst vidimus eam pedibus resolutis ac manibus versâ vice coram ipso erectam adstare feretro. Hæc sunt, quibus per Gallicam prouinciam beatissimi Amandi merita, *h* eâ *h*
tempestate declarare dignatus est Dominus. Cum quibus & alia, quæ ab ipsis infirmis sanitate redintegratis sub testimonio fidelium nobis sunt relata. Qualia tamen ista, quanta & illa; in omnibus operibus suis sit nomen Domini benedictum in secula, Amen.

a *De Lauduno, seu Lugdano-Clauato, suprà actum.*
b *Elenandi huius Episcopi mentio fit in Miraculu S. Huberti 3 Nouemb.*
c *Ita MSS. editum,* cursum.
d Calneium, *Massono* Calnicum, *vulgò* Chaulny, *oppidum non procul ab Aisiâ fluuio, è quo deductus riuus prope muros fluit inter Feram & Nouiomum.*
e Balduinus Nouiomensis Episcopus, postquàm, *teste Buxelino lib. 4 Annal. Gallo-Flandriæ,* multos Ecclesiæ Christianæ gratiâ labores admodùm fortiter collocasset.
f *Fortè,* incedens.
g *Vrbs hæc nunc præclaram habet Academiam.*
h *MSS. & excusa habebant, &.*

CAPVT III

a Ope S. Amandi carceratus liberatur, & suspensus suscitatur. E *a*

CAP XIV

16 MOs fuit antiquis, necnon manet vsque modernis,
Scriptoris calamum varios percurrere sulcos.
Sic variat mentem dictantis prosa, metrumque:
Vnde metro canimus quiddam mirabilis actus
Gestum Coceij, postquàm remeauimus ipsi.
Quod iam non oculis, sed fonte probauimus auris.
Terræ culturæ se condonabat abundè
Quidam Landricus, hic quem ditauerat vsus: *Landricus à messe*
Solibus æstiuis is cum messoribus ipsis,
Tempore quo flauas segetes iam demetit æstas,
Stans lætos fructus proprios sumebat in vsus:
Cùm præmissus eques manuum calcaribus vrgens,
Concitus à castro venit, suprà memorato
Landrico missus, & ei vim ferre paratus;
Qui nitens aliquos ab agro sibi ferre maniplos. *raptorem arcens,*
Mox ibi sensit agri possessorem dominari:
Denique ridiculum commisit vterque duellum;
Iste negando sua, sed & ille petens aliena.
Tum raptor missus, rapiendi iure potitus,
Conatu cassus proprio repedat pudibundus.
Cumque statim factum foret Albrico manifestum,
(Sic castellanus per nomen erat vocitatus)
Adducatur, ait, vinctis post terga lacertis. F
Landricus dirum gestans sub gutture nodum
Carceris ima simul dignè satis experiatur. *includitur carceri:*
Ad cuius verbum fera vincula carceris illum
Vallant & vexant, scrobis ac horrore retentant.
Hoc igitur castrum, sic est meritò vocitatum:
Nam fera plebs eius barathri se trudit ad actus,
Cuius fluminibus se commiscendo *b* Cocytus, *b*
Post se Coceium trudit per praua suorum.
17 Qualiter hic tetro sit carceris erutus antro,
Pandimus, auctores vt deprompsêre fideles.
Nempe catenatus, vallante crepidine clausus,
In diuersa trahi cœpit: mentique reuenit,
Quod nuper titulis insignis Amandus honestis *inuocato S. Amande,*
Patrârat, mutis dans verbum, lumina cæcis.
Tunc orans lacrymis, & dans suspiria cordis,
Edidit ad tantum, sic clamans, verba Patronum:
Pontificale decus, operumque patrator opimus,
Præsul Amande, tuos nunc affore posco triumphos,
Non aliquem quæris verbis vti *c* cameratis: *c*
Simpliciter dico, iam nunc mihi proximus esto;

Si

A Si verum de te nuper deprendimus esse;
Quod per te tanta, circa confinia nostra,
Extent completa; non naturaliter acta;
Exige iam verum clemens ex hoste tropæum
Qui nimis immeritò retinet me carceris antro,
Ac in me rerum coaceruat quæque malarum.
Oro iuues precibus, ne squallor carceris huius
Me vexando diu subigat, mortemque minetur.
Pondera mox ferri posit eius verba resolui
Liberatur. Sic cœpêre simul, quod fit mirabile dictu,
Ceu quis eum ferro manibus eleuaret ab ipso.
Tum tractans sensim, capiens & iter pedetentim,
Egressusque foras venit, Iudex vbi causas
Exercendo, latus stipante satellite sultus,
Vanos sermones referebat & vndique fontes;
Coram quo positus, cunctis cernentibus exit
Landricus, post se nec quemquam surgere cernit.
Sic cuius clemens miseratio vociferantem
Audiuit pridem, nunc ipsum munit euntem.

CAP. XV 18 Præcipuum quoddam miraculum in pago Noiomensi, à B. Amando factum, sicut quorumdam *d* relatione didicimus, legere volentibus qualicumque scripto notificare curabimus. Beato igitur Amando cum duodenis Fratribus in pago Laudunensi, loco qui dicitur *e* Baresetum, commorante, contigit vt Rex Francorum *f* Dagobertus die quadam *g* Compendium deB ueniret, cuius aduentu comperto Beatus illuc Amandus pergere dispposuit. Qui cùm ad villam Melincotum appellatam peruenisset, in domo cuiusdam viduæ, quæ vnicum habebat filium, hospitandi gratiâ diuertit. Interea quidam raptores ex Beluacensi regione venientes, quamdam inde prædam furto abductam ante se deducebant. Qui cùm ab incolis eiusdem regionis se insequi perniciter cominùs aspexissent, opaciore siluâ sese cum prædâ suâ protinus immerserunt, nec tamen de vitâ securi, aduersarios se insequentes pernici gressu fugiebant. Fortuito iam casu filius mulieris viduæ, in cuius hospitium Beatus diuerterat Amandus, per eundem saltum solus deambulabat. Cùm cauillam penitùs ignoranti prædam suam latrones quasi custodiendam reliquerunt, & ipsi semet tantùm saluare volentes, expeditiùs iam fugere cœperunt. Porrò viri qui prædam de manu latronum festinabant eripere, iuuenem solum cum prædâ à latronibus dimissâ in saltu repererunt. Quem quia vnum ex latronibus fuisse existimauerunt, comprehensum illic ò suspenderunt. Nec mora, rumor excitatur, clamor attollitur, filius mulieris viduæ suspensus atque iam mortuus esse nuntiatur. Ab omnibus penè incolis circumquaque manentibus curritur ad videndum, mater etiam suspensi miserandis clamoribus eiulans cum Beato, quem hospitio susceperat, accurrit C Amando. Quid plura? Intantùm vir beatus super compassione mulieris indoluit, vt humi prostratus tamdiu orationi plenus lacrymis incubuerit, donec iuuenem viuum & incolumem propriæ matri gaudenti & exultanti, Deo propitiante, restituerit. Ob hoc ergo paradoxi dignam & venerabilem memoriam quædam capellula exiguo sumptu in eodem loco constructa est in honore beati Pontificis Amandi, ad laudem Dei Saluatoris nostri Iesu Christi, Sanctum suum in cælo & in terrâ mirificè glorificantis: qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

d *e* *fg*

Diuertit S. Amandus apud viduam, *cuius filium suspensum à morte liberat.*

a *Titulus huius capitis excussus erat in elencho suprà dato: at carmina deerant.*
b Cocytus *fluuius infernalis*, ἀπὸ τῦ κωκύειν, lugere, plorare.
c *Id est tecto, seu inuolutis. Camera veteribus fornix, Belgis cubiculũ, cœnaculũ, hinc camerare. Aliud MS. habebat* cameracis.
d *Dum istic cum reliquiis S. Amandi esset Auctor; quod à reliquiis miraculis tum factis seiunxit.*
e *Seu Barisiacum, de quo egimus § x.*
f *A Childerico Rege nepote Dagoberti i hunc locum donatum fuisse S. Amando ibidem diximus. An Dagobertus filius S. Sigeberti intelligendus?*
g *Oppidum elegans ad confluentes Axonæ & Aisiæ fluminum.*

CAPVT IV

Periculum mortis amotum. Clinica sanatur.

AVCTORE GILLEBERTO, ET MSS. D

19 STyli pandat obsequium, succedens his miraculum
Vt quod claret præsentibus, pateat subsequentibus.
Processu namque temporis, dum structurâ fundaminis
Ecclesia *b* resurgeret, ac valenter proficeret, *b*
Variè operarij occupabantur plurimi.
Quorum mittuntur gemini terram fodere fabuli
Willebertus vocabulo, Alberto sibi socio.
Hi ergo facti compares ad operandum agiles,
Exequebantur gnauiter opus iniunctum pariter. *Fossuri fabulum.*
Qui vnius articulo diei cum fossorio
Intrantes opificium, mortis incurruht laqueum.
Quos si cepit, non tenuit, sed laxum sinum præbuit:
Et quos Sathanas terruit, Præsul noster eripuit.
Quos turbauit sæuitia, fouit misericordia.
Nam locus erat concauus iacens illis sub pedibus,
Terraque cum lapidibus imminebat ceruicibus.
Quid multis? Moles corruit, hosque fermè comminuit. *obruuntur terrâ & lapidibus,*
Willebertus pubetenus detinetur intrinsecus; E
Albertus autem penitùs ad ima scrobis truditur.
Quò concurrens vicinia, membra quærebat mortua.
Nam quis viuere crederet, quem tanta moles sterneret?
Tamen viuebat merito sancti Præsulis inclyto.
Per quem mirum apparuit, quod seruum morti sustulit.
Terram enim quæ ruerat, lapidumque volumina
Amouentes finitimi, vix caput semimortui,
Quod penè iam contriuerant, vt petras illic iecerant,
Repperientes, extrahunt quasi cadauer mortuum.
Nullum vitæ spiraculum in eo nec anhelitum
Percipientes viuidum. Nam ab horâ iam tertiâ
Vsque ferè ad septimam in tenebris horrentibus *mortui creditis,*
Iacuerat sic obrutus. Inde trahentes pallidum
Mortuoque simillimum, cùm tractarent de loculo
Et faciendo tumulo; cernentes hunc rubescere,
Intellexerunt viuere. Hic quoque multo tempore
Pòst sanus vixit corpore cum illo suo compare, *superfuerunt.*
Et post illum certissimè perseuerans seruitio.

20 *c* Anno ab Incarnatione Domini CIↃXC cuidam *c*
monachorum S. Amandi, per somnum vitio apparuit
tamquam dehiscens cælum, ardorem igneum flammantem emiserit. Et ecce è vestigio *d* clades ignea ho- *d*
mines inuasit, quæ contemptoribus Creatoris ardorem *Dum preces contra ignem sacrum instituuntur,* Ierem. 23. 15
præconaretur Diuinæ animaduersionis. Hic est enim
calix iustæ damnationis, qui per Prophetam Hieremiam propinatur sanctæ religioni contrariis. Quod
ipsâ re dignatus est Dominus euidenter declarare.
Nam ardentes ad loca deferebantur *e* Sanctorum, & *e*
extinguebantur meritis ipsorum. Quid hoc in facto
vtrorumque voluerit mortalibus prænonstrare, nisi F
quòd inobedientes iustè mereantur ignem gehennæ,
iussis verò Dominicis obtemperantes, misericorditer
adipiscantur refrigerium quietis perpetuæ? Vnde quibusdam in ecclesiâ S. Amandi quadam dierum datis
refrigerio, dum signis concrepantibus astarent monachi cum cordium ac vocum iubilo, iacebat mulier foris in domo languore clinica diuturno. Quæ auribus *clinica in templo S. Amandi sanatur.*
sonitum percipiens signorum, dicensque hoc fieri pro
remedio ardentium, filiam, quam domi habebat, &
quemdam vocans sibi domesticum rogabat se baculo
sustentandam, ab eis deduci ad oratorium. Fatebatur
enim se fideliter credere, quòd S. Amandus etiam ipsi
valeret salutis emolumentum meritis suis diuinitus impetrare. Quod & factum est. Denique ad Ecclesiam
talibus sustentaculis cum graui perueniens labore simul
ac dolore, prostrata implorabat sibi tanti Patris suffragia succurrere. Cùm non multò pòst paulatim erigens
se, aliquantulùm meliorata, & de augendâ sibi iam
confisa salute, dans manum alteram filiæ, altera baculum

Atrebatis Gilleberto, ex MSS.

lum tenens peruenit ad altare. Vbi orans cum fide, ex integro ſanitati reſtitùta eſt priſtinæ. Quod ſentiens ſurrexit, atque lætabunda remeare cœpit. Cumque dexteram ei porrigeret filia, monens eam aſſumere virgam in viâ regendâ; illa exiliens & circa altare diſcurrens, proclamabat, ſe vltrà ad ſuſtentandum non egere baculo, nec alicuius amminiculo; quippe cui S. Amandi beneficiis optatæ ſaluris commodum diuina conceſſerit miſeratio. Quod tripudium monachorum ſiue clericorum Deum collaudantium, atque laicorum vtriuſque ſexus eò confluentium, ibi tunc fuerit, tanti facti excellentia prodit. Tunc temporis agens in concilio *f* Antiſtes Metropolitanus Remenſis Eccleſiæ, audienſque conſumi homines tam grauidâ luc, *g* triduanum ieiunium conſtitùit agi, Niniuitarum more: quatenùs diuini examinis cenſuram placaret humilitas pœnitentium, quam offenderat contumacia inobedientium. Tantam igitur gratiam auctor omnium ſuo indulſit populo, vt etiam pueri parui tam fide quàm deuotione, huic ſe manciparent conſtituto. Qui cernens iniquitatem verti in æquitatem, quam iuſtè hominibus exaggerauerat, miſericorditer remouit vltionem; qui in Trinitate perfectâ viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

a *Hæc duo capita continentur in MS. Amandino, poſteà adiuncta, ſiue ab eodem Gilleberto, ſeu potiùs alio.*

b *Ergo poſt obitum Lamberti, ſeu Fulcardi Abbatis, ſub Rouone, aut primis annis Hugonis.*

c *Præponebantur hæc verba inſtar tituli:* S. Amandi de Bizo.

d *De igne ſacro illis annis graſſante & cælitus denunciato pluribus egimus 17 Ianuarij ad Vitam S. Antonij tractatu particulari poſt tranſlationes, de miraculis eiuſdem § 1.*

e *SS. Piatonis, Rictrudis, Martini, Deiparæ Virginis, & S. Antonij, vti ibidem diximus ex Buxelino & alijs.*

f Raimoldus, *ſiue* Rainaldus, Contractus, *Gallicè* Retiré, *qui Atrebatenſem Epiſcopatum ex mandato Vrbani II Papæ diuiſit à Cameracenſi: mortuus Atrebati anno 1095, 21 Ianuarij, quo die eius anniuerſarium adhuc agit Eccleſia Atrebatenſis.*

g *Eodem tempore aliæ ab Epiſcopis inſtitutæ publicæ preces. Ita Muierus lib. 2 Annalium Flandriæ ad annum 1092 ſcribit:* Tornaci religioſa inſtituta ſupplicatio ab Rabodone Epiſcopo die Exaltationis ſanctæ Crucis, ob peſtem quam vocabant igniariam, hoc eſt, ſacrum ignem. Magnâ religione ſacris vbique operatum, ad procuranda quæ fiebant prodigia, placandamque Dei iram. Nam alij inſtar carbonum nigreſcentes, alij exeſis morbo viſceribus tabeſcentes, pars truncati miſerabiliter membris, incredibile eſt dictu, quam multi mortales ſacro illo igni ſint abſumpti.

Ignis ſacer.

HISTORIA MIRACVLORVM S. AMANDI CORPORE PER BRABANTVM DELATO,

auctore fortè Guntero monacho Elnonenſi,

Ex iiſdem MSS. & operibus Philippi ab Eleemoſynâ.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 MVltis & frequentibus modis, ſi curamus aduertere, gratia diuina viſitare nos, & ignauiæ torpore depreſſos excitare dignatur; & modò terroribus minatur, modò paternis blandimentis infirmitatem humanam conſolatur. Terroribus, vt reſipiſcant, peccantes increpat; blandimentis benè agentes exhortatur, vt in melius proficiant. Aliquando internâ inſpiratione nobiſcum agit; aliquando ſenſibus exterioribus inſolita miniſtrando defidiam excutit. Videns enim querelas aliquorum, quòd, ſicut antiquitus faciebat, prodigia nulla noſtris offendat temporibus murmurantium, renouat aliquando miracula, per corpora vel cineres etiam defunctorum Patrum, quæ viuentibus ipſis conceſſit operari ſigna foris apparentia interiorum virtutum. Quid enim aliud prætendunt ſenſibus noſtris opera diuina, quæ per Sanctos ſuos operatur omnium creatrix Sapientia, niſi quòd in eis habitantem intelligamus, tamquàm in templo ſuo, cunctorum opificem, & loquentem, & facientem? Quamquàm etiam vt ſuam demonſtret omnipotentiam, per iniquos operetur ad vtilitatem ſuorum, & ad confutandam infidelium improbitatem, multa miracula, quas virtutes figuratè ſolet appellare Scriptura; vt ipſa veritas atteſtatur in Euangelio: Multi dicent mihi, Domine, Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Cùm autem ad corpora Sanctorum diuinitus miracula fiunt, quid aliud inde nobis cælitus innuitur, quàm vt ad imitationem ſaltem illorum, ad benè operandum accingamur, quorum meritis talia fieri non dubitamus? Euigilent itaque mentes hominum mortifero torpore dormientium, & admota ſenſibus ſuis opera Diuinitatis intelligant: vt ſanitates corporum, cauſſæ fiant ſalutis animarum. Ad hoc enim frequenter in corporibus morituris ſanitates reparantur, vt vel occaſione tali, videntium animæ numquàm morituræ ab interno languore ſuſcitentur. Benignitas etenim Creatoris omnibus conſulit, pro capacitate ſingulorum, beneficia ſingulis congruentia moderanter impertit. Sic prudentes & fide robuſtos, ad contemplanda cæleſtia erigit, vt ſimplices tamen & infirmos non deſerat: & ſenſibus carnis deditos viſibilia quædam & carnalia eis admouendo, ad maiora & inuiſibilia & ſpiritualia nutriendo ſuſtollat. Iam veniamus ad rem, propter quam iſta prælocuti ſumus, ne fortè longiori præfatione legentibus oneroſi videamur. *a*

Miracula indicant Deum in Sanctis habitare,

Matth. 7. 22

& horum virtutes imitandas eſſe.

a *Sequebantur hæc capita, quæ hic indicaſſe ſufficit.*

Capitula miraculorum.

1 PRincipium narrationis rei geſtæ & de muliere ſanatâ.
2 Item de aliâ muliere à contractione manus ſanatâ.
3 Item de tertiâ muliere à totius corporis debilitate ſanatâ.
4 De circulo ſupra ſancti corpus in aëre viſo.
5 De puellâ à natiuitate cæcâ meritis Sancti illuminatâ.
6 De puero contracto & erecto.
7 De puellâ aliâ cæcâ à natiuitate & ſurdâ, & meritis Sancti ſanatâ.
8 De ſurdo in occurſu Sancti auditum recuperante.
9 De muliere apud Tornacum ſanatâ.
10 De brachio mulieris contracto & ſanato, & quòd non omnia miracula quæ in Sancti deportatione geſta ſunt, in hoc opuſculo ſint digeſta, & quod animarum remedia per ea diuinitus procurata, magis quàm corporum ſint amplectenda.

NARRATIO.

CAP. I

Corpore S. Amandi in Brabantum delato,

2 SIcut inſpiratione diuinâ compuncti multi fideles, pro remiſſione peccatorum ſuorum, de ſuis rebus & prædiis, eccleſias aut monaſteria ſolent ædificare; ſic homines nequiſſimi, diabolo ſuadente, res eccleſiis & monaſteriis à fidelibus traditas inuadere, diripere quotidie moliuntur, & auferre. Huiuſmodi cauſsâ neceſſitatis vrgente, ſcilicet ea quæ dudum à Regibus & religioſis Principibus, ob ſalutem animarum ſuarum, Deo & S. Amando collata fuerant in pago Brabanti, malignis hominibus auferre cupientibus, & iam violenter ablata retinentibus, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptimo, cœnobio Elnonenſi præſidente Domino Abbate *b* Hugone, *c* vigeſimo ſecundo anno ordinationis eius, feriâ ſecundâ Pentecoſtes deportatum eſt corpus Sancti in Brabantum. Ventum eſt ad prædium Sancti, quod dicitur *d* Anduennium, & ad aliud, quod dicitur, Ad *e* ſanctum Saluatorem. Populus vnde multus accurrit. Ibi quædam mulier ægra per decem & octo annos, in lecto decumbens, corporis infimâ parte, id eſt cruribus & tibiis debilitata, audiuit Sanctum tranſire, facit illuc ſe deportari, ponitur ſub feretrum Sancti. Vbi per aliquot horas, præ-

b c

d *in itinere*

e *cruribus debilis erigitur.*

nimio

A nimio dolore volutata, populis aſpicientibus repentè ſubrigitur, aſtat ſana, clamor popularis exoritur, laudes Creatori communiter referuntur.

CAP. II 3 Cum de Anduennio ad *f* Geraldi montem deportatum corpus Sancti, de Geraldi monte ad *g* Herlengouam defertur, ſiti iuris villam; tranſeuntibus nobis riuulum, nomine Lotam, acceſſit vniuerſo mixta populo mulier quædam, manum dexteram neruorum contractione ſic habens debilitatam, vt nullum opus inde poſſet agere, acceſſit, inquam, ad feretrum Sancti, manum debilem fideliter applicuit, rediit, in redeundo ſanitatem manus integram recepit.

f

g Herlengoua alia à contractione manus ſanatur.

CAP. III 4 Peruentum eſt ad prædictam villam. Sequenti die iuxeſcente, corpus Sancti, propter confluentem populi multitudinem, ab Eccleſiâ, quia minùs erat capax, elatum eſt; ac ſub aëre nudo, ligneâ ſtructurâ cortinis circumpendentibus decenter aptatâ, ſuper collocatum. Ibi rurſus alia mulier toto corpore debilis, & cruribus miſerè contractis, allata ſubter feretrum Sancti deponitur, & priùs æſtuans, & deficiente ſpiritu penè bis exanimata præ doloris angustiâ, tandem extenditur, atque domum proprio iam greſſu ſana rediit, quæ delata fuerat alieno.

alia contracta erigitur:

CAP. IV 5 Cumque circa tertiam horam, ante ſacratiſſimum
B corpus inciperent Miſſam celebrare (mirabile dictu) vt cunctis euidenter appareret cuius meritis hæc ſigna fiebant, ſereno puroque ſine craſſitudine nubium aëre, viſus eſt in cælo circulus candidi coloris, ſupra corpus Sancti reſplendere, tamque diu permanſit, donec Sacerdos Miſſam expleuit. Aderat non modica populorum frequentia, res inſolita mirantium oculos perſtringebat, in ſuperioribus aëris partibus cunctis apparens occultari minimè poterat.

circulus candidus ſuper corpus S. Amandi ſplendet:

6 Prudens lector apud ſe intueatur, quid per illud ſignum in cordibus intuentium Diuina bonitas operabatur: ſuſpiria certè lacrymæque cum gaudio mixtæ, deuotionem populorum illud cum ſtupore cernentium teſtabantur. Inde perlatum eſt idem pretioſum corpus ſuper terram, vnde ſibi violenter à quibuſdam malignis hominibus iniuria fiebat, per ſiluas & terras quas illi per iniuſtitiam inuaſerant: hos quoque Sanctus æquiſſimè nullo reſiſtente ſubiiciens mancipauit. Atque in præſentiâ ſancti corporis, cui viuenti S. Petrus Apoſtolus poteſtatem ligandi dedit atque ſoluendi, omnes qui deinceps de terris illis ac ſiluis aliquam Sancto præſumerent iniuriam inferre, Fratrum qui Sanctum comitabantur, & circumſtantis populi conſenſu, voluntate, oris & vocis proclamatione ſunt excommunicati.

excommunicantur inuaſores bonorum Eccleſiæ:

CAP. V 7 Eodem die veſperaſcente Sancti corpore iam in
C eccleſiam reportato, quibuſdam è Fratribus Sanctum comitatis iam quieſcentibus, quibuſdam adhuc vigilantibus, puellula quinquennis à natiuitate cæca deducitur à matre ſuâ, iuxta feretrum ſtatuitur, meritis Amandi Patris oculorum depulsâ caligine ſubitò diuinitus illuminatur. Quæ cùm ſe videre matri proclamaſſet, & infantiæ ſimplicis hilaritate nimis exultaret; talis etenim ætas aut ſimulare quod non eſſet, ne ſciebat, aut diſſimulare quod eſſet, nequibat, rerumque circumpoſitarum formas, quas anteà numquam viderat, admirans valdè ſtuperet; mater eius prima ſentiens quæ filiæ contigiſſet, exclamat: populus dicto citiùs quid factum eſſet audiens, rei nouitate perſtrepit, curritur ad eccleſiam, campanæ reſonant, Fratres ocyùs accurrunt, puellam vltrà quàm dici poſſit gaudentem mirantur. Experientiæ cauſſa panem, aliaſque res oculis eius admouent, illa manus extendere, quacumque res oblatæ ſibi circumferebantur, vultu brachiiſque ſequi. Quid ad hæc aliud dignius agerent, quàm vt inde largitorem omnium bonorum Deum laudarent?

cæca à natiuitate illuminatur:

CAP. VI 8 In craſtino parantibus Gandam adire, puer fermè quindecim annorum, de villâ, quæ *h* Niniue dicitur, filius cuiuſdam diuitis, vtrâque tibiâ contractus, vt

h

ſuræ retro cruribus adhærerent, intantùm vt vna cutis vtrorumque facta eſſet membrorum; delatus & loculo Sancti ſubterpoſitus, repentè ſuris ac cruribus diſiunctis horrendùm exclamauit, ſanguis à loco diſruptionis, ac ſi ferro membris ſectis, vbertim diutiùs emanauit. Ipſe greſſibus erectis, ſuper pedes ſanus conſiſtens ambulare cœpit.

AVCTORE FORSAN GVNTERO, EX MSS.

D *contractus puer erigitur:*

CAP. VII 9 Sequente feriâ ſecundâ poſt octauas Pentecoſtes, dum corpus Sancti deportatum fuiſſet ſuper quamdam terram, de quâ miles quidam Razo Demonto, Sancto faciebat iniuriam, quædam puella de Gandâ circiter duodennis à natiuitate cæca & ſurda, deducitur à parentibus; coram feretro Sancti ſtatuitur, miſeratione Diuinâ tanti Patris exigentibus meritis, auditu & viſu donatur. Quod miles cernens, diuino timore corripitur, culpam de iniuriâ fatetur, emendat Sancto quod deliquerat, poſtulat indulgentiam, veniam promeretur.

puella cæca & ſurda curatur:

pœnitentia Militis viſo miraculo:

CAP. VIII 10 Iam reuertentibus & cum immenſâ iocunditate tanti pretij theſaurum domum reuehentibus, tranſire per Tornacum habebamus. Inter innumerabile vulgus quod de villis circumiacentibus occurrebat vndique Sancto, quidam de rure *i* Rungico, priuatus vtriuſque auris auditu, cum ſuis vicinis Tornacum aduenit, aduentum Sancti cum aliis præſtolari cœpit. Cùm autem aliqua mora fieret, diuertens cum ſociis, prandere cœpit, cùm ſubitò ſigna Eccleſiæ, in aduentum Sancti perſonuêre, audientibus aliis inprimis ſe clamauit audire, ſuffragantibus ipſius Patris verè digneque Amandi meritis, confeſſus eſt auditum ſe recepiſſe. Vota poſtmodùm, ceræ ſcilicet ligaturam circa ſuum caput deferens, ad monaſterium nobis videntibus deuotè perſoluit.

Tornaci

i

ſurdo auditus redditur:

E

CAP. IX 11 Cumque per ciuitatem tranſeuntes iam portas egreſſi fuiſſemus, repentè ſequentis populi clamor poſt tergum noſtrum extollitur, mulier debilis quam poſt Sancti feretrum deportabant, erecta conclamatur; corpus Sancti violentiâ populi retro portatum ad locum, vbi ſanata mulier ſtabat, ſubſiſtere compellitur; in laudem Creatoris omnium ora conuertuntur.

debilis ſanatur:

CAP. X 12 In hac ſancti Patris per viam, ſeu per rura deportatione, facta ſunt & alia quædam nobis quidem abſentibus, ſed fidelium relatu poſteà nobis comperta, quæ partim tacemus, vnum autem notamus: ſcilicet de quadam muliere, quæ apud Anduennium manebat, cuius brachium per debilitatem, ad ſcapulas ita retortum adhærebat, vt nullatenus illud mouere, vel ad os applicare valeret. Allata eſt ei aqua, quam ad remedium infirmorum ad Sancti loculum admouebant. Brachium inde lauit, extendit, colum & fuſum, opus femineum vt operaretur, quod anteà nequibat; efficaciter apprehendit. Mirentur alij ſenſibus carnis admota ſigna talia virtutum, ſanitates videlicet corporum, nos magis amplectamur curationes inde factas animarum. Quis enim ſapiens non magis gaudeat animos diſſidentium in pacem reconciliatos, odia mortifera ſedata, videlicet animas à morte reſuſcitatas, quàm paruo tempore duraturam ſanitatem carnis reparatam? In omnibus autem, corporis animæque Creatorem ac reparatorem laudemus, glorificemus, benedicamus. Amen.

contractus brachij curatur.

F

a *De Brachantè antiquo egimus § 6.*

b *Hugo I nepos Lamberti Fulcardi, perfecit eccleſiam, & dedicari fecit ad honorem SS. Stephani Martyris & Amandi Confeſſoris.*

c *Quo eodem anno obiit ſexto Idus Septemb. die Dominicâ litterâ Dominicali F.*

d Aunaing *pagus ad Ronnam fluuiolum.*

e S. Sauueur *pagus inter Anduennium & Rotornacum, ſitus Ronze.*

f Geraldi-mons *oppidum Flandriæ ad confinia Hannoniæ & Brabantiæ, vt noſtro ævo ſumitur. De ſolibros tres edidit Ioannes VVaesbergius.*

g Herlingoua *vicus prope Ninouiam, habet Patronum ſacelli ſui S. Amandum, ſubiacetq; Paſtori Ninouienſi.*

A h Ninouia *oppidum Flandriæ cum illuſtri ordinis Præmonſtratenſis monaſterio.*
i *Vulgo* Kongy, *inter Tornacum & Amandopolim.*

HISTORIA MVLIERIS SVSPENSÆ

ad vitam reuocatæ,

deſcripta à Marſiliâ Abbatiſſâ Rotomagenſi.

Ex MSS. Elnonenſi, Inſulenſi, aliiſque.

i DEſideratiſſimo & in Chriſti membris valdè
a venerando *a* Bouoni, Elnonienſi Abbati, Eccleſiæ, omniq́ue beato à Deo ſibi credito conuentui, Marſilia Abbatiſſa ancillarum Chriſti vltima, & vniuerſa Sororum congregatio in vrbe Rotomagenſi Deo & ſancto Præſuli Amando ſeruiens, ita de virtute in virtutem prouehi, vt Dominum Dominorum in Sion valeat contemplari. Virtutibus & miraculis à Deo nobiſcum per ſanctum & communem Patrem noſtrum perpetratis, quoddam præclarum nobis præſentibus in eccleſiâ noſtrâ, meritis eiuſdem
b Patris noſtri, geſtum inſerendum eſt miraculum, *b* quod breuiter ſtylo exaratum veſtræ ſanctitati dignum duB ximus inſinuare. Congruum eſt enim, vt ſicut in caſtris Regis æterni, etſi ſexu diſſimiles, propoſito tamen æquales, ſub vno eodemq́ue Patrono militamus; ita de virtutum eius triumphali præconio ad honorem Dei vnanimiter congaudeamus.

Hiſtoria miraculi Rotomago tranſmiſſa

Anno 1107

2 Anno igitur Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptimo, in pago Lyſiacenſi quædam illuſtris fœmina, non tam ſuis exigentibus peccatis, quàm vt gloria Dei in Sancto ſuo latiùs clareſceret, tantam antiqui hoſtis incurrit ſæuitiam, vt primò malignis & variis cogitationum phantaſmatibus deluſa agitaretur; poſtremò naturali ſenſu perdito, hoc ſolummodò agendum deliberaret, qualiter abſentibus cunctis, manus ſibi iniiceret, vel laquei ſuſpenſione, aut fluminis ſubmerſione, quoquo modo vitam abrumperet. Quod & feciſſet, niſi ſæpiùs mariti ſui repentinus occurſus obſtitiſſet. Seducta enim fuerat à quadam mulierculâ, quæ inquieta & garrula, per domos, per agros, per plateas eam deceptoriis colloquiis adiit, aſſerens, quòd vir eius odio eam haberet, & alteram magis diligens, ſibi in carnali copulâ præferret. Mox illa credula mentienti, quemadmodùm olim Eua ſerpenti, in triſtitiam, quæ mortem operatur, incidit, & immemor Dei & Chriſtianæ fidei hoc ſemper machinabatur, ad hoc laborabat modis omnibus, vt qualicumque arte diaboC licâ miſeram vitam finiret. Sed diuina miſeratio, quæ neminem vult perire, ad multiplicandam ſancti Confeſſoris ſui Amandi laudem & gloriam, ne hoc fieret, prohibuit. Cumq́ue maritus ſuus tantam inſaniam intelligens, crebrò eam blandis deliniret verbis & conſolationibus, vt ab hoc diabolico intellectu reſipiſceret, & ſe ſuamq́ue familiam tali incommodo triſtem exhilararet, illa ad verba exhortationis tale reſponſum dabat miſeræ deſperationis, Hoc, inquit, nullatenùs fieri poteſt, ſed ſinite me ire in infernum cum diabolo, cui prædeſtinata & data ſum. Hoc nequam verbum nullis blandimentis, nullis promiſſionibus vel minis, ab eius ore potuit auelli.

fœmina ex zelotypiâ triſtis & deſperabunda,

in eccleſiâ S. Amandi ſeruatur,

3 Tunc inito ſalubri conſilio maleſanam mulierem, ad eccleſiam B. Amandi adducunt, cui hoc ſpecialiter genus virtutum à Saluatore collatum creditur, vt ei nulla vis dæmoniaca valeat reſiſtere. Quapropter meritum illius inter cæleſtium poteſtatum numerum ſortiri nullo modo ambigimus, quarum ditioni virtutes aduerſæ ſubiiciuntur. Cùm autem mulier à nonnullis ſanæ fidei, & vtriuſque ſexus, qui ad eam gratiâ viſitationis & exhortationis confluebant, obnixè deprecaD retur, vt ſe ſalutiferæ Crucis ſigno muniret, minimè acquieſcebat, ſed illud ſuperiùs dictum infelicitatis elogium repetens, conquerebatur attentiùs, cur tantas moras ageret eundi ad interitum perditionis. Inter quos etiam cùm quidam religioſi viri, & e ſagacioris ingenij propiùs acceſſiſſent, & eam ſecretiùs alloquerentur, compoſito ſatis ſermone reſpondebat, infernalibus flammis & ſulphureis pœnis ſe omnino eſſe traditam, quarum etiam portionem in hoc mundo detenta ſenſerat, & quod eſt reſiduum, expectabat non multò poſt ſibi adeſſe futurum. Tunc ab his, qui integræ fidei & intellectu perſpicaciores erant, decretum eſt, vt aqua dolio infuſa benedicèretur, & in craſtino *dolio aqua benedicta imponenda,* per manus Sacerdotum, cum inuocatione nominis Chriſti, & eius virtutis ac poteſtatis, ibidem deponeretur. Quibus illa ſagaciter auditis & intellectis vehementer obſtupuit, & acriùs vrgeri ac crebra trahere ſuſpiria cœpit.

4 Dehinc circumſpectis omnibus, calliditate diabolicâ exteriùs modeſtiam ſimulabat, cùm interiùs inimici fureret inſaniâ. Veſpere autem facto extra chorum educitur, & coram ſacro altari, in quo S. Amandus Miſſas celebrare conſueuerat, ſtatuitur. Deinde ingruentibus noctis tenebris, cuſtodibus ad eam ſeruandam deputatis, receſſerunt qui eam adduxerant. O verE ſutia diaboli! O doloſitas ſerpentis antiqui in perniciem generis humani! Extemplò enim infelix mulier, vbi opportunum neci tempus reperit, fraudulenter vigiles ammonet, vt poſt tot excubias & labores, quos in eam impenderant, amodò quieſcant, & tantâ incommoditate feſſi iam ſomno indulgeant. Fingit etiam ſe cum illis nimiùm fatigatam velle quieſcere. Siquidem iam ſeptem dies, totidemq́ue noctes fluxerant, ex quo illuc adducta fuerat. Cumq́ue ſtratui parato, & ſatis honeſtè compoſito, paullulùm ſe velut ad dormiendum dediſſet, & per gyrum circumſpiciens, neminem adfore ſenſiſſet, camiſiâ tantum induta, parietem, qui eminentior videbatur, furtim aſcendit, & partem pepli, *dæmonis fraude ſe ſuſpendit:* quo caput tegebat, in ſummitate columnæ eiuſdem parietis connexuit, de reliquâ verò parte laqueum curſorium miro modo parauit, in quem collum iniiciens, & cum impetu proſiliens, cum tantâ vi collum flexit, vt radius ſanguinis de gutture *d* exiliens, parietis obſtantis partem maculaſſet. Iam medium noctis tranſierat, & quidam de cuſtodibus expergefactus ſurrexit: qui eam in lectulo non inueniens, luſtratâ omni eccleſiâ, tandem vbi pendebat locum reperit, & ingenti horrore perculſus, corpus rigidum & penitùs exanimatum intellexit. *d*

5 Qui illicò magno clamore perſtrepens, quid conF tigiſſet, vociferando indicauit. Quibus auditis fit vndique ſanctimonialium concurſus, clamor circumquaque exoritur, miſera defuncta miſerè plangitur, S. Amandus multis gemitibus & lacrymis inuocatur, ne loci *inuocato S. Amando,* ſui dignitatem deperire patiatur, ſed ad ſe currentibus clementer ſubuenire dignetur. Tunc accenſo lumine, pendentis collum à laqueo auellitur, & cadauer exanime ſuper templi pauimentum deiicitur. Deinde tres ex ſororibus, quæ audaciores vel prudentiores eſſe videbantur, quia nox erat, Archidiaconum expetunt, & quid facto opus ſit flentes inquirunt. Quibus ille tale reſponſum atque conſilium dedit, vt, antequàm illuceſceret, cadauer de eccleſiâ abſtraheretur, & quamlibet in foueam proiiceretur. Quas redeuntes & ipſe Archidiaconus ſubſecutus eſt, & cum clamantibus & circumſtantibus tantam diabolicæ fraudis ammirans verſutiam attitit. Interea dum quædam ſanctimonialium propiùs acceſſiſſent, vna earum palpitantem in pectore ſpiritum ſenſit rediuiuum, & interdum paulatim ru- *reuocatur ad vitam.* bere faciem, interdum verò paulatim oculos aperire, & ima ſuſpiria interdum trahere intellexit. Circumſtantes autem hoc diligentiùs explorantes, ingenti clamore

ſancti

A ſancti Patroni ſui Amandi auxilium inuocant, & pectora ſua percutientes, orationum vota multiplicant. Dum hæc agerentur, cognouerunt ſubitò Dei omnipotentis virtute, & ſui glorioſi & admirandi Antiſtitis Amandi interuentione, animam ad corpus rediſſe. Illâ tamen die ac ſubſequente nocte, poſtquàm reſuſcitata fuit, ſine vocis officio manſit. Tantum enim ſibi inerat robur fortitudinis, vt vix à quatuor hominibus teneri poſſet. In craſtino verò aurorâ illuceſcente, prima vox eius fuit: Sancta Domina, pia Dei genitrix Maria, adiuua me; ac deinde ad laudem noſtri Saluatoris, & eius dilecti Confeſſoris os aperuit, & multimodâ congratulatione omnipotenti Domino gratiarum vota perſoluit. His ita geſtis, accerſito quodam Sacerdote, confeſſionem de præteritis peccatis ſuis plenariam fecit, & abſolutionem humiliter aſſecuta eſt.

confitetur peccata,

6 Ac deinde ſubiungit: Gratias ago tibi Domine Ieſu Chriſte, qui me tuâ gratiâ & S. Amandi Domini meis meritis reſuſcitaſti, & de manibus pernicioſiſſimi hoſtis & inferni voragine liberaſti. Te cum Patre & Spiritu ſancto fideliter credo, te adoro, & omnibus ſatanæ pompis & inſidiis abrenuntio. Hoc vbi mirificum longè lateque perſonuit miraculum, glorioſus &

gratias agit Chriſto & S. Amando.

B mirabilis Deus in ſancto Præſule ſuo magnificatur, per quem tot ſigna mirabiliter operatur. Sicut enim quondam in mundo poſitus, latronem affixum patibulo & extinctum oratione reſuſcitauit, ſic & nunc in cælo viuens cum Chriſto, miſeram mulierem, quæ ſuſpendio interiit, ſuis pretioſis meritis ad vitam reuocauit, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſolus & vbique cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

a *Eſt Boue* 11 *Hugoni* 1 *ſubrogatus anno* 1107, *quo hoc miraculum contigit.* Bauo *dicitur in MS. Inſulenſi, in quo hæc inſcriptio miraculo ſubiungitur.*

b *MS. Inſulenſe ita concludit:* Quod veſtræ ſanctitati inſinuauimus, vt de communi noſtro Patrono S. Amando vnanimiter congaudeamus. Valete.

c *Idem MS.* ſacratioris.

d *MS. Antuerp. & excuſum,* exiens.

HYMNVS ANTIQVVS

Ex MS. Antuerpienſi.

C A Mande, Præſul optime,
Amando Chriſtũ congruũ,
Audi tuorum dulcia,
Quę concinunt, gratiſſimo
Dum floruiſti corpore,
Dignus tuo qui nomine,
Sortitus es vocabulum.
Vernaculorum carmina
Præcordiorum gaudio.
Mundum repleſti lumine
Aſtrum poli nunc ſplendidam
Pater pius, paſtor bonus,
Has recreando flumine,
Frater pupilli flebilis,
Patrem vocauit orphanus,
Cæcis ocellus lucidus,
Periſque ligno pendulus,
Quid plura, miles inclyte,
Quicumque venit debilis,
Nunc Abrahæ reſnantibus
De Ieſu dulci corpore,
Iam copulatus inclytis
Vertex rubeſcit gemmulis,
Noſtri memor Sanctiſſime
(Tuus popellus adſumus)
Vt quando Ieſus venerit
Non ſegregemur à tuo
Deo Patri ſit gloria,
Candore vincis Cynthiam. D
Multis fuiſti gentibus:
Illas docendo famine,
Soror gementis exuliſt
Matremque ſenſit languidus.
Claudiſque pes tutiſſimus,
Vitam recepit mortuus.
Noſtro canamus carmine?
Nullus receſſit flebilis.
Lætus quieſcit ſedibus,
Mandis, bibiſque ſanguine.
Archangelorum gaudiis,
Et colla candent infulis.
Hîc exulantum corpore,
Succurre nobis, quæſumus:
Cum carne, quâ hinc abiit,
Clemens Pater conſortio.
Eiuſque ſoli Filio &c.

HYMNVS ALIVS

Ex eodem MS.

A Ve Pater, Paſtor noſter,
Aue carus amor noſter,
Aue Præſul glorioſe,
Iure tibi laudum melos
Sed condignas tanto Patri
Corde tamẽ quod geſtimus,
A primæuo nempe flore
Moribus æuum ſenile
Multis & normam præbere
Mox ſignorum glorioſis
Triumphalis ſigno Crucis
Verbique virtute pellis
Virtutes excoluiſti
Ipſe ſed occuluiſti
Fauor ne daretur tibi
Hinc factus Præſul mactuſq;
Vt lucerna ardens fide,
Iure celſo candelabri
Tu redemptor captiuorum,
Tuque patet pupillorum,
Vigor paralyticorum,
Tu ſurdis auditum præſtas,
Lurida tu membra purgas,
Verbis ſimul & exemplis
Noſtra laus ſuccumbit tantæ
Dũ mundũ reples doctrinæ
Famam diffundens & terræ,
Nunc precamur Pater alme,
Et Ieſum benignum poſce,
Ac poſt huius finem vitæ,
Annue votis poſcentum,
Eſſe credimus quem trinum
Manet quem laus ante æuum
Pontifex egregie,
Dulce nomen, Amande.
Semper amantiſſime,
Concinendo pangimus.
Ferre laudes nequimus,
Plectro linguæ promimus. E
Sacræ puericiæ
Viſus es attingere,
Perfectæ iuſtitiæ.
Muneratus titulis,
Anguem ſæuum proteris
Ogiæ de terminis.
Studio peruigili,
Mente ſemper humili,
Sed ſuperno numini.
Deitatis munere,
Claro lucens operę,
Subleuaris ſtipite.
Conſolator pauperum,
Tu mater orphanorum,
Effugator dæmonum,
Tu cæcos illuminas,
Mortuum reſuſcitas.
Animas viuificas.
Tibi datæ gratiæ,
Virtutumque munere.
Et cæli per cardines,
Vota noſtra ſuſcipe.
Nobis ſemper parcere.
Tecum ſemper viuere,
Deus factor omnium.
Atque vnum Dominum,
Nunc & in perpetuũ. Amen.

DE B. ANDREA F

ABBATE MONASTERII ELNONENSIS,

AMANDOPOLI IN BELGIO, G. H.

Commentarius hiſtoricus.

CIRCA AN. CHR. DCXCIII VI FEBR.

B. Andreas inter Sanctos Amandi diſcipulos, olim relatus.

I *Diſcipulus magni Amandi fuit B. Andreas, atque illius virtutum ſtrenuus imitator, de quo Auctor Elnonenſis in Epitome Tranſlationis & Eleuationis corporis S. Amandi ſuprà editâ, atque etiam à Surio ſimul cum Vitâ eiuſdem per Baudemundum excusâ, ita num. 6 ſcribit:* Sanè Sanctorum memoriâ, qui per B. Amandum Domino famulari elegerunt, ſuperiùs generaliter prælibatâ, reſtat nunc quorumdam nomina ad laudem præcipui Doctoris intimare, vt eorum ſi quis geſta legere voluerit, ex illorum virtutibus tanti Patris & idoneæ legionis ſigniferi merita quodammodò penſare valeat. Cuius tam beatæ cateruæ pars quædam & honorabilis exſtitit Andreas Sanctus, ab ipſo Pontifice in monaſterio Elnonenſi conſtitutus Abbas. *Subduntur SS. Ionatus, Florebertus, Maurontus, Humbertus, Gertrudis, Bauo, Landoaldus, Amantius, omnes in Sanctorum album relati. Lippelous in Vitâ S. Amandi à ſe editâ eoſdem Sanctos ferè omnes recenſet, atque ita de B. Andreâ incipit:* Quorum vnus, S. Andreas ab ipſo Pontifice in Elnonenſi monaſterio conſtitutus Abbas. *Eodem modo Antonius Vincentius Domenecius de Sanctis Catalaniæ* VI *Februarij in Vitâ S. Amandi diſcipulos*

AVCTORE G.H. *ſcipulos huius Sanctos enumerans,* à S. Andreâ Abbate Senonenſi (*legendum* Elnonenſi,) *incipit: vt & alij paſſim.*

A 2 *Bariſiacum in agro Laudunenſi à Childerico Rege Francorum donatum S. Amando diximus ad huius Vitam, producto* § 2 *ipſius Regis diplomate, ſcripto* Kalendis Auguſti anno

præfuit Bariſiaco monaſterio extructo anno 666, regni 11, ſubſcribente Imnechilde Reginâ, *viduâ S. Sigeberti Regis. Annus is erat Chriſti* DCLXVI, *vt ibidem probatum eſt* § 14. *Donum regium S. Amandus, (vt in huius Vitâ proſequitur Philippus Abbas num.* 60) benignè cum gratiarum actione ſuſcipiens, pro loci & temporis opportunitate monaſterium inibi diſpoſitione congruâ collocauit, congregatiſque in eo Deum timentibus viris & Chriſti profeſſis militiam, venerabilem & Deo dignum Andream diſcipulum ſuum prouidâ diſpenſatione præfecit, ſucceſſorem ſibi in Elnonenſi monaſterio mox futurum. *& num.* 68: Sentiebat iam ex tunc beatus Pater Amandus corporis ſui defectus, laboribus confectus & ſenio, nec abeſſe longiùs exitus ſui diem ſecretâ

dein Elnonenſis inſpiratione præſenſerat. Euocatum igitur ad ſe venerabilem Andream, quem Bariſiaco prius Abbatem præfecerat, conſtituit ſuper familiam ſuam, quam Domino iuuante collegerat, vt in manu eius virtus ordinis & ſeueritas diſciplinæ prouidâ moderatione floreret, & ipſi vacandi Deo ſecretior & liberior pateret introitus. Reuocari tamen decreuit in ius Elnonenſis monaſterij poſſeſſionem perpetuam, quidquid Bariſiaci antè poſſederat de munificentiâ Regis Childerici; quod vſque

B in hodiernum diem, ſecundùm viri Dei diſpenſationem, irrefragabiliter conſeruatur. *Hæc Philippus Abbas capitulo* XLVIII *iuxta eius diuiſionem, cui hunc titulum ſub*

anno 683, *initium Vitæ præfixit.* Qualiter Elnonenſi monaſterio B. Amandus præfecit S. Andream diſcipulum ſuum Abbatem Bariſiaci: *quod factum eſſe anno* DCLXXXIII *diximus* § 15.

3 *Eadem ex Chronico Elnonenſi referuntur tomo* 8 *par.* 1 *rerum monaſticarum à Franciſco le Bar collectarum; addituráq; ſub finem:* Iſte Andreas (*quem* ſanctum virum *antè appellârat*) eccleſiam S. Martini ſupra Scarp conſtruxit. Hic ſepultus eſt in medio Eccleſiæ S. Amandi an-

mortuus circa an. 693. inſcriptus Martyrologiis no DCLXX, *id eſt, iuxta computum eius, annis nouem poſt obitum S. Amandi ad annum* DCLXI *relatum; adeoq; iuxta Chronologiam noſtram vixit ad annum* DCXCIII. *Refertur in Martyrologio Gallicano Sauſſaij;* V *Februarij his verbis:* Elnonenſi cœnobio in tractu Tornacenſi, S. Andreæ Abbatis, diſcipuli S. Amandi, qui poſtquàm cœnobium ſuum ad Diuinum beneplacitum gubernaſſet, magnamque ſanctitatis laudem ob merita adeptus eſſet, D morte in conſpectu Dei pretiosâ placidè conquieuit. *5 & 6 Februarij:* *Eodem die iſta ſcribit Menardus in Martyrologio Benedictino:* Elnone in Belgio S. Andreæ Abbatis diſcipuli S. Amandi. *At* VI *Februarij referunt alij. Ferrarius:* In Hannoniâ B. Andreæ Abbatis Elnonenſis. *Villotius noſter in Appendice ad Martyrologium Romanum à ſe Gallicè editum, cùm egiſſet de S. Amando addit:* Eodem die in dicto S. Amandi oppido colitur S. Andreas Abbas & ſucceſſor dicti Sancti, mortuus anno DCLXX. *Scilicet & ipſe mortem S. Amandi ibidem retulerat ad annum* DCLXI. *Ghinius in Natalibus ſanctorum Canonicorum,* Claruit etiam, *inquit,* Elnone B. Andreas, primùm Abbas Bariſiacenſis in Cellâ Apoſtolorum, deinde Elnonenſis, diſcipulus eiuſdem S. Amandi, qui numeratur inter Sanctos Elnonenſes, etſi eius Natalis non celebretur: extatq; de eo ibidem in tumulo Epitaphium.

4 *Quæ eadem verba antè dederat Molanus in Indiculo Sanctorum Belgij, & deinde in Natalibus Sanctorum Belgij cum ipſo Epitaphio, quod huiuſmodi eſt:*

Hunc tumulum quique non irreuerenter adite,
Andreæ Sancti loculum quia claudit & artus.
Qui pius & prudens, humilis fuit, & venerandi
Diſcipulus Patris, ſimul & ſucceſſor, Amandi.
Hunc Paſtor caulæ, præſentis conditor aulæ *corpus eleuatum,* E
Hugo leuans, lymphâque luens, thecâq; recondens,
Mundato tumulo, ſolenniter hîc relocauit.
Febre fatiſcentes ibi conualuêre frequenter.

Hugoni Abbati inſcripſit Philippus Vitam S. Amandi, quem ibidem obſeruauimus vitâ functum eſſe anno MCLXIX. *Aliud* *circa an. 1160.* *carmen adiungit Franciſcus le Bar, quod & hîc addimus:*

Eximi vt humanis venerandum rebus Amandum
Contigit, adiungi Cælituumque choris;
Barriſio accitur, vbi tecta monaſtica ſurgunt,
Hilderice, impenſis ædificata tuis.
Aduolat Elnonem Andreas, poſſeſſaque dudum
Barriſij dono Principis Hilderici
In ius Elnonis reuocantur: Amandus vt ore
Iuſſerat, & ſcriptis ſanxerat antè datis.
Occupat Andream non tantùm cura peculi,
Quantùm Diuinæ relligionis amor.
Vnde piam Diuo Martino ſuſcitat ædem,
Quà fluit irriguis Scarpus amœnus aquis. *Febricantes adiuti,*
Mortuus haud caruit virtutibus: eius ad oſſa
Febre malè affectos conualuiſſe ferunt.

De Elnonenſi monaſterio abundè actum ad Vitam S. Amandi.

DE S. FINIANO ABBATE,

MELLIFONTE IN HIBERNIA.

I. B.

C VI FEBR. *Mellifonte in Hiberniâ*

1 *Mellifons inſigne olim Ordinis Ciſtercienſis in Hibernia monaſterium fuit, in Comitatu Louthiano, vltra Bouindum amnem, haud procul Droghedâ vrbe; fundatum à Donaldo Rege Vrielis, per eum tractum dominante. Primus illic Abbas fuit Chriſtianus, S. Bernardi cum Eugenio* III *Papâ in Claraualle diſcipulus, ac poſteà Liſmorenſis in Momoniâ Epiſcopus, Legatuſq; Apoſtolicæ Sedis,* de Eccleſiâ Hibernicâ optimè meritus, *vti Cambdenus fatetur in Comitatus Waterfordienſis deſcriptione, qui & in Vltoniâ* Mellifontis *meminit, vti & Iacobus Wareus in Cœnobiis Ciſtercienſibus Hiberniæ.*

colitur S. Finianus Ab. 6 Febr. 2 *Illic publicam olim venerationem obtinuit* S. Finianus *Abbas die ſexto Februarij. Ita auctor Vitæ S. Finiani Liſmorenſis Epiſcopi, qui* XVI *Martij colitur:* Fuit & alius, *inquit,* S. Finianus Abbas, qui apud Mellifontem dicitur eſſe ſepultus; cuius feſtum colitur VIII Idus Februarij. F *Eius ita meminit Richardus Wytfordus in Sarisburienſi Martyrologio an.* 1516 *Londini excuſo:* In Hiberniâ S. Fyniani Abbatis, genere clari, at multò ſanctitate clarioris.

3 *Agit de* S. Finiano *ad hunc eumdem diem Ioannes Colganus, citatq; Hibernienſes aliquot Scriptores non editos: ſed de rebus ab eo geſtis, deq; eius ætate, nil certi extricat: neque* Mellifonti *aſſignat, ſed* Inſulæ S. Patricij, *quam in Bregiorum regione, Bouindo amne irriguâ, inq; interiora Mediam versùs, ſupra Droghedam, recedente, locat; cùm alibi fateatur (& verè)* Inſulam S. Patricij *obiectam littori Fingalliæ, quæ inter Liffium & Bouindum amnes, vrbeſq; Dublinium ac Droghedam iacet.* *cuius ætas Actaq; ignota,*

D E

DE S. INA
REGE SAXONVM OCCIDENTALIVM
IN BRITANNIA I,
Commentarius historicus.

G. H.

§. I. S. Inæ regium genus: sorores sanctæ: monasteria Abbendonense & VVinburnense ab eo extructa.

POST AN. DCC. XXVIII. VI FEBR. *In Heptarchiâ Britannicâ*

1 *Saxones, Germaniæ borealis populi, in Britanniam venerunt, ad propulsandas barbarorum incursiones ab incolis primò acciti; paullatim verò ipsis Britannis pulsis, præter Walliam, reliquas ditiones occuparunt; Heptarchiâque constitutâ inter se distribuerunt. Ex his* Cerdicus *tritauus* S. Inæ, *illiusq; filius* Cynricus *huius atauus, cùm anno Christi* CCCCXCV *in Britanniam appulissent, post varias de Britannis victorias, regnum occiduorum Saxonum fundarunt, in eâ Britanniæ primæ parte, quam tempore Romanorum possidebant Damnonij, Durotriges, Belgæ, Atrebatij; quamq; Angli posteri in has distribuêre provincias, Cornwalliam, Deuoniam, Dorsetiam, Somersetiam, Wiltoniam, Southamptoniam, Bercheriam, ferè omnes ex opposito Galliarum sitas. Fuit autem hic Cerdicus filius* Elesæ, *nepos* Eslæ, *pronepos* Gewisi. *Cumq; Beda lib.* 3. *Historiæ Ecclesiasticæ Anglorum auctor sit* Occidentales Saxones antiquitus Geuisse vocatos esse, *ab hoc proauo Cerdici id nomen eos traxisse arbitramur. Ab hoc autem Gewiso ad proauum eius* Wodenum *stirps deducitur in Chronologiâ antiquâ Anglo-Saxonicâ, cum Historiâ Bedæ Cantabrigiæ editâ. De huius porrò* Wodeni stirpe multarum prouinciarum regium genus originem ducere *tradit idem Beda lib.* 1 *cap.* 15. *Cerdico anno* DXXXIV *vitâ functo, filius Cynricus vsque ad annum* DLX *superstes regnauit, cui filius* Ceaulinus *abauus S. Inæ in regnum suffectus, anno* DLXXVII *Britannis bellum intulit cum filio suo* Cuthwino *proauo S. Inæ. Anno* DXC Ceola, DXCVII Ceolvulfus, DCXI Cinegelsus, *ex eâdem omnes stirpe, regnarunt.*

Geniſſe dictorum.

Cerdicus tritauus S. Inæ auſticatus, quod dein tenuêre Cynricus atauus, Ceaulinus abauus, alij eiuſdem ſtirpis.

regnum Occiduorũ Saxonum,

2 *Cinegelsus primus Christianam religionem amplexus, à* S. Birino *Dorcestrensi Episcopo anno* DCXXXV *baptizatus est, suscipiente eum è sacro lauacro* S. Oswaldo *Rege Northumbrorum. Agit Beda de hoc baptismo lib.* 3 *cap.* 7. *Huius Cinegelsi filius senior* Cuichelmus, *cum parente consors regni paterni, anno post baptismum mortuus est, relicto filio* Cuthredo *anno* DCXXXIX *baptizato, dein* DCLXI *vitâ functo. Alter autem Cinegelsi filius* Kenwalchius *patri successit anno* DCXLIII, *& ipse triennio post baptizatus, vsque ad annum* DCLXXII *vixit. Quo mortuo, inquit Beda lib.* 4, *cap.* 12, acceperunt Subreguli regnum gentis, & diuisum inter se tenuerunt annis circiter decem. *Quot autem* Subreguli *simul istic imperitarint, non exprimit. Eorum vestigium adhuc tempore regni S. Inæ fuisse infrà constabit. Qui inter hos auctoritate præualuerunt, ab aliis in serie Regum numerantur. Ita in Chronologiâ Anglo-Saxonicâ proximus ab obitu Kenwalchij Regis annus attribuitur* Sexburgæ *Coniugi; dein ab anno* DCLXXIV Escwinus, *ab* DCLXXVI Centuinus *ex eadem stirpe Reges censentur. At Beda, nullâ horum mentione factâ,* deuictis, *inquit,* atque amotis Subregulis Ceadualla suscepit imperium: & cùm duobus annis hoc tenuisset, tandem superni regni amore compunctus reliquit, ac Romam abiens, ibi vitam finiuit. *Quæ distinctius idem Beda refert lib.* 5, *cap.* 7: *scilicet* S. Ceaduallam anno DCLXXXIX, Sergij Papæ II, imperante Iustiniano Augusto, anno Consulatus eius IV, Indictione II, die sancto Sabbathi Paschalis (*is tum incidebat in* X *Februarij*

Cinegelsus primus Christianus,

Kenwalchius,

S. Ceadualla deceſſor S. Inæ:

Tom. I.

3 *Apud Malmesburiensem lib.* 2. *de Gestis Pontificum Anglorum,* Abendoniæ cœnobium in Berkensi pago fundauerunt Cissa pater Inæ, mox ipse Ina Rex Occidentalium Saxonum, multiq́ue ab origine Reges. *Malmesburiensem describit Harpsfeldius seculo* 7 *Historiæ Ecclesiasticæ Anglicanæ, cap.* 19. Abingdonense, *inquit,* monasterium quoque hoc seculo natum est beneficio Cissæ patris Inæ. *Est autem Abbendoniæ oppidum elegans & frequens ad Isim fluuium, qui inde paullùm digressus ab Oxonienſibus Tamem recipit: vnde compositio vocabulo Tamesis celeberrimus fluuius dictus.* Ipsa ciuitas Abbendonia, *vt ex vetusto libro Abbendonensi scribit Cambdenus in Atrebatiis,* famosa, aspectu desiderabilis, diuitiis plena, agris circumdata vberrimis, vernantibus pratis, diffusis campis, & gregibus lactifluis, Sheouesham olim dicta. Hîc sedes regia: huc, cùm de regni præcipuis & arduis tractaretur negotiis, concursus fiebat populi. *Addit Cambdenus:* Quamprimùm autem Cissa Occidentalium Saxonum Rex, monasterium siue Abbatiam construxerat, deposito paullatim vetustiore nomine Abbandun, & Abbington, id est, Abbatiæ oppidum dici cœpit. *En qui pater aliis* Inæ *est,* hîc Occidentalium Saxonum Rex *habetur, inter* Subregulos, *qui iuxta Bedam* diuisum inter se regnum tenuerunt, *fortè numerandus,* & patruus *vel* patrinus *potiùs quàm pater Inæ censendus, nisi binominem agnoscamus Kenredum, quem cum Chronologiâ Saxonicâ, Wigornienſi, Cestrensi, Westmonasterienſi, Huntindonienſi, aliisq; ipse Ina suum scribit patrem esse. Hoc ergo Abbingtonense monasterium primum numeramus, quod post Cissam hunc fundauit S. Ina. Hic regiam aulam in australi Somersetiæ parte ad Pedredum fluuium; qui nomen illi fecit* Pedridan, *in Vitâ S. Indracti* V *Februarij num.* 3 Pedret, *nunc secundùm Cambdenum in Belgis,* Pedderton, foro tantùm & nundinis celebre, quæ Henricus Daubeny à Rege Henrico VI impetrauit.

huius proauus Cuthwinus, auus Ceowualdus,

pater Kenredus.

S. Ina conditor monasterij Abbendoniæ,

eum Cissâ, Rege

ac patrem eius habito, fortè patruo, vel patrino,

aulam habuit in Somerſetiâ, & Hampeniâ.

4 *De huius Inæ fratre & sororibus hæc traduntur in Chronologiâ Anglo-Saxonicâ ad annum* DCCXVIII. Hîc Ingelsius Inæ frater obiit; quorum sorores erant Cuenburga, & Cuthburga: hæc autem Kutburga in vitam monasticam monasterium apud Winburnam instituit. Hæc data nuptum fuit Northanhymbrorum Regi Alfrido: sed ab illo adhuc viuente, vitæ monasticæ studio seiuncta fuit. *Eadem habent Wigornienſis, & Westmonasterienſis, & vtramque sororem* Sanctam *appellant.* Colitur S. Quenburga, *alias* Cuenburga, Cneburgha, Kineburga XII *Septemb.* S. Cuthburga, *siue* Kutburga, XXXI

frater ei Ingelfus, ſorores, SS. Quenburga & Cuthburga:

AVCTO-RE G. H.

Auguſti. De huius nuptiis ita legitur in eius Vitâ apud Capgrauium: Rex Northanhumbrorum Alfridus miſit legatos ſuos ad Regem Ine Weſtſaxonum, rogans, vti ei ſuam ſororem Cuthburgam daret in coniugem. Aduocans igitur Rex ſororem ſuam, Regis legationem indicauit ei. Cui Virgo reſpondit: Si mihi ad votum meum viuere licet, nullus certè in totâ Britanniâ Rex mihi placere poteſt. Sed, quia Scriptura dicit, quòd, qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, quæcumque tua maieſtas de me ordinauerit, me ſibi obedientem, quamuis non voluntariè, inueniet. In Domino enim confido, quòd humilitatem ancillæ ſuæ reſpiciet, nec patietur violari clauſtra pudicitiæ meæ; neque vnquam ſequeſtrabit me à caſtis complexibus dilectionis ſuæ. Potens eſt Dominus & Sponſus meus me ſibi etiam ſub matrimonio cuſtodire incorruptam, &, quamuis alicui ſecundùm leges hominum nubam, poteſt tamen me ſibi conſeruare inuiolatam.

hanc reſpondet Alfrido Regi Northumbrorum: Rom. 13. 2

5 *Fratris interea Regis Inæ imperio, aut certè conſilio cedens,* Alfrido Regi nuptui tradita (*verba ſunt Malmesburienſis lib. 1 de geſtis Regum Anglorum cap.* 2) ſed non poſt multum coniugio diducto, primò apud Berkengum ſub Abbatiſſâ Hildelidâ, mox ipſa magiſtra regulæ Winburnæ Domino placitam vitam tranſegit, *&, ſecundùm Wigornienſem ad annum* 718 *alioſq;*, monaſterium Virginum Deo deuotarum conſtruxit. *Colitur S. Hildelida* XXII *Decemb. Eſt autem* Winburna, *Anglis à monaſterio* Winburnminſter, *oppidum amplum & magnâ habitatorum multitudine refertum; quod Romanorum putatur fuiſſe* Vindogladia, *cuius meminit Antoninus in Itinerario, ſita in Comitatu Dorſetiæ, ad fluuium Stourum: quò S. Ina ſororem ſuam ex monaſterio Berkengenſi (quod infra Londinum, non procul à Tameſi fluuio, in Comitatu Eſſexiæ, ſub Regibus tunc Orientalium Saxonum fuit) ad proprium regnum euocârit, eiq; Winburnenſe monaſterium, aut extruxerit, aut anteà inchoatum perfecerit. Id colligimus ex Vitâ S. Liobæ Virginis & Abbatiſſæ, quam Rudolfus Presbyter & Ludouici ſenioris Regis Germaniæ Confeſſarius ſcripſit;* imperio, *vt præfatur,* venerandi Patris ac præceptoris ſui Rabani Abbatis *Fuldenſis* prouocatus, *vt dictum ad B. Rabani, dein Archiepiſcopi Moguntini, Vitam* IV *Februarij* § 1. *Colitur S. Lioba* XXVIII *Septembris. In huius ergo Vitâ hæc referuntur:* In Winbrunno duo monaſteria antiquitus à Regibus gentis illius conſtructa ſunt, muris altis & firmis circumdata, & omni ſufficientiâ ſumptuum rationabili diſpoſitione procurata: vnum ſcilicet Clericorum & alterum fœminarum. Quorum ab initio fundationis ſuæ vtrumque eâ lege diſciplinæ ordinatum eſt, vt neutrum eorum diſpar ſexus ingrederetur. *En monaſterium Winbrunnenſe non tam à* S. Cutburgâ, *quàm à* Regibus gentis illius, *S. Inâ ſcilicet aliiſq;, ſaltem Subregulo, adiuuante Cutburgâ, extructum. Nam, vt idem Rudolfus addit,* huic loco

dein ſan-timoniali facta,

poſt Abbatiſſa,

extruit monaſteria Winburnenſia,

C poſt nonnullas Abbatiſſas & ſpirituales Matres, prælata eſt Virgo religioſa, nomine Tetta (*aut* Tecla, *vt in codicibus MSS. appellatur*) vniuerſis ſanctimonialibus, quæ tum ferè quingentæ aderant: *inter quas* adultam Liobam mater Deo conſecrauit, & ſupradictæ Tettæ Diuinis ſtudiis imbuendam tradidit: *quæ, poſtquàm* cæleſtis vitæ ſtudiis in monaſterio floruerat, à S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, directis ad Tettam Abbatiſſam cum epiſtolis Legatis, *euocata in Germaniam eſt circa annum Chriſti* DCCXLVIII, *vt dicetur* XXV *Februarij ad Vitam S. Walburgis Virginis, quam cum S. Liobâ in Germaniam veniſſe veroſimilius eſt. Eſt hoc ſecundum monaſterium, quod collatâ operâ S. Inæ extructum. Colitur S. Tetta* XXVII *Septembris.*

500 ſanctimonialium.

§ II. *Glaſtonienſe monaſterium innouatum, regiâ S. Inæ magnificentiâ dotatum, priuilegio munitum.*

6 IN *Chronologiâ Anglo-Saxonicâ initium regni S. Inæ his verbis deſcribitur:* Anno DCLXXXIX Ina Weſt-Saxonum regnum capeſſit, tenuitque annos triginta & ſeptem: Monaſterium autem Glaſtonenſe extruxit. *Eſt illud ſitum in Somerſetenſi Comitatu, de quo Malmesburienſis lib. 2 de geſtis Pontificum Anglorum, cùm egiſſet de Epiſcopis Wellenſibus, hæc ſcribit:* Omnis tractus Epiſcopatus illius in ſolo Somerſetenſi pago iacet, habetque tres abbatias virorum, Glaſtonienſem, Adelingenſem, Miclanienſem. Glaſtonia eſt villa, in quodam receſſu paluſtri poſita, quæ tamen & pede & equo aditur, nec ſitu, nec amœnitate delectabilis. Ibi primò Rex Ina conſilio beatiſſimi Aldelmi monaſterium ædificauit, multa illic prædia, quæ hodieque nominantur, largitus. *Cambdenus antiquitatis Britannicæ diligens inueſtigator, deſcriptâ inſulâ Glaſtoniâ, hæc addit:* In hac floruit monaſterium Glaſtenbury, quod admodùm antiquam repetit originem, à Ioſepho ſcilicet Arimathenſi illo, qui Chriſti corpus ſepulchro mandârat, quemque Philippus Gallorum Apoſtolus in Britanniam miſit, vt Chriſtum prædicaret. Hoc enim & antiquiſſima huius monaſterij monumenta teſtantur, & Patricius Hibernienſium Apoſtolus, qui XXX annos vitam monaſticam hîc egit, in ſuâ prodidit epiſtolâ. Vnde hic locus à maioribus noſtris dictus, Prima terra Dei, Prima Sanctorum terra in Angliâ, Origo & fons totius religionis in Angliâ, Tumulus Sanctorum, Mater Sanctorum, Ab ipſis Domini

D *De nouo condit Glaſtonienſe monaſterium,*

quod cæptum ædiuit à S. Ioſepho ab Arimathiâ,

E diſcipulis ædificata. Nec eſt, cur hac de re ambigamus, cum anteà docuerim Chriſtianam religionem in primâ enaſcentis Eccleſiæ infantiâ huic noſtræ inſulæ eluxiſſe *&c. Ea monumenta exhibentur in codice MS. Glaſtonienſi, de quo infrà agemus, eorum nonnulla profert Henricus Spelmannus ante Concilia Britannica in apparatu de exordio Chriſtianæ religionis in Britannia num.* 8 *& ſequentibus: de quibus accuratiùs agendum erit ad Vitam S. Ioſephi ab Arimathiâ* XXVII *Iulij, & S. Patricij* XVII *Martij. Sed ad Cambdeni relationem reuertamur:* Cùm antiqua, *inquit,* illa ædicula à Ioſepho poſita, vetuſtati tandem aliquando cederet, Deui Meneuenſis Epiſcopus (*alius* Dauid, *qui tum Cerdico proauo S. Inæ vixit, cuius natalis incidit in Calendas Martias*) nouam eo loci conſtruxit, quæ cùm iam æuo fatiſceret, duodecim viri à boreali Britanniæ parte profecti, eam inſtaurarunt: tandemque Ina Rex, hac demolitâ, magnificum admodùm Chriſto, Petro & Paulo conſtruxit templum. In cuius ſupremâ præcinctione hos verſus deſcribi curauit:

& reparatum à S. Dauide Meneuenſi, aliiſq;

verſus in templo deſcribi curat,

7 Siderei montes, ſpecioſa cacumina Sion,
A Libano geminæ, flore comante, cedri:
Cælorum portæ, lati duo lumina mundi,
Ore tonat Paulus, fulgurat arce Petrus.
Inter Apoſtolicas radianti luce coronas,
Doctior hic monitis, celſior ille gradu. F
Corda per hunc hominum referantur, & aſtra per illum:
Quos docet iſte ſtylo, ſuſcipit ille polo.
Pandit iter cæli hic dogmate, clauibus alter:
Eſt via cui Paulus, ianua fida Petrus.
Hic Petra firma manens, ille Architectus habetur:
Surgit in his templum, quò placet ara Deo.
Anglia plaude lubens, mittit tibi Roma ſalutem,
Fulgor Apoſtolicus Glaſconiam irradiat.
A facie hoſtili duo propugnacula ſurgunt,
Quot fidei turres vrbs caput orbis habet.
Hæc pius egregio Rex Ina refertus amore,
Dona ſuo populo non moritura dedit.
Totus in affectu diuæ pietatis inhærens,
Eccleſiæque iuges amplificauit opes.
Melchiſedech noſter meritò Rex atque Sacerdos
Compleuit veræ religionis opus.
Publica iura regens, & celſa palatia ſeruans,
Vnica Pontificum gloria, norma fuit.
Hinc abiens, illinc meritorum fulget honore:
Hic quoque geſtorum laude perennis erit.

Integro antè ſeculo, quàm S. Ina regnum capeſſeret, mortuus erat in Gallia apud Pictones Epiſcopus Venantius Fortunatus, eximius *ex Fortunato ſumptor:*

A *eximius ſui temporis Poëta, è cuius carminibus hi verſus paucis immutatis deſcripti ſunt, at priora ſex diſtichа ita integra leguntur lib. 3 Poëmatum, num. 7: tum duobus omiſſis ſequens ita legebatur.*

Gallia plaude libens, mittit tibi Roma ſalutem:
Fulgor Apoſtolicus viſitat Allobrogas.

At ſequens diſtichon apponitur immutatum. Agebat iſtic Fortunatus de Eccleſiâ Namnetenſi. Reliqui verſus ex carmine de Eccleſiâ Pariſiacâ lib. 2, cap. 11, deprompti; ſolùm vbi Rex Childebertus *in primo verſu legebatur, hic* Rex Ina *refertus ſupponitur.*

ſtipendiis regiis ſanctos viros alit:

8 *Sed pergit Cambdenus:* Primis his temporibus viri ſanctiſſimi hîc Deo inuigilarunt, & præcipuè Hibernici, qui ſtipendiis regiis alebantur, & adoleſcentes pietate, ingenuiſque artibus inſtruebant. Solitariam etiam vitam amplexi ſunt, vt maiore cum tranquillitate ſacris litteris vacarent, & ſeuero vitæ genere ad crucem perferendam ſe exercerent. *Hæc Cambdenus, cui iungendus eſſet Stous Annalium Anglicorum auctor, qui in Vitâ S. Inæ Regis, ex publicis archiuis diligentiſſimè inſpectis, multa excerpſit, Latinè edita à Clemente Reynero in Apoſtolatu Benedictinorum in Angliâ, tractatu 1, ſect. 1, § 12: ſed nos primæuo ſtylo, ex MS. Glaſtonienſi eadem damus, vbi hoc titulo exſtant:* De Capellâ argenteâ, quam ibidem fecit Ina

B cum vaſis ſuis. Fecit etiam idem Rex conſtruere quam-

Capellam auream argenteamque ſupellectile ornat:

dam capellam ex auro & argento, cum ornamentis & vaſis ſimiliter aureis & argenteis, ac infra prædictam vetuſtam eccleſiam collocauit. Ad capellam illam itaque conſtruendam duo millia & ſexcentas & quadraginta libras argenti donauit. Et altare ex ducentis & ſexaginta quatuor libris auri erat. Calix cum patenâ de decem libris auri. Inceníurium de octo libris & viginti mancis auri. Candelabrum ex duodecim libris & dimidiâ argenti: coopertoria librorum Euangelij de viginti libris & quadraginta mancis auri: vaſa aquaria & alia vaſa altaris ex ſeptemdecim libris auri. Pelues de octo libris auri: vas ad aquam benedictam ex viginti libris argenti: imago Domini, & B. Mariæ & XII Apoſtolorum ex centum & ſeptuaginta quinque libris argenti, & viginti octo libris auri: pallæ altaris & ornamenta ſacerdotalia vndique auro & lapidibus pretioſis ſubtiliter contexta. Hunc ergo theſaurum, ob amorem ſanctæ Dei genitricis & Virginis Mariæ, monaſterio Glaſtoniæ dictus Rex contulit deuotiſſimè. Inſuper ſcripto regio terras, poſſeſſiones & libertates eiuſdem Eccleſiæ confirmauit. *Sunt iſtic enumeratæ libræ ſeu pondo argenti* MMDCCCXLVII *cum dimidiâ, auri verò* DCCLV *cum* LX *mancis ſeu marcis, de quibus infrà num.* 20 *agemus.*

C 9 *Extant aliquot priuilegia Inæ Regis, huic monaſterio conceſſa, in codice antiquo MS. eiuſdem monaſterij, per Walterum de Monitoun iſtic quondam Abbatem collecto, in quo contineri perhibentur omnes copiæ monumentorum Eccleſiæ Glaſtonienſis, & vocatur* Secretum Abbatis. *Horum primum priuilegium hactenùs typis cuſum necdum viditmus, verba inde aliquot excerpta profert Vſſerius libro de Britannicarũ Eccleſiarum primordiis cap. 6. Integrum ergo hîc damus, cuius hic titulus eſt:* Prima charta Regis Inæ. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ego Ina Rex decreto & conſilio Præſulis noſtri Aldelmi, ſimulque cunctorum Dei Sacerdotum ſuggeſtione, & monachorum petitione, qui in parochiâ Weſt-Saxonum conuerſantur, hanc libertatem monachis, qui in Eccleſiâ beatæ Dei genitricis Mariæ, & B. Patricij, omnipotenti Deo ſub Abbate Hemgiſlo famulantur, in priſtinâ vrbe, quæ dicitur Glaſtingay, impendo, & hanc priuilegij dignitatem ſuper altare pono, vt ſine impedimento ſecularium rerum, & abſque tributo fiſcalium negotiorum liberis mentibus ſoli Deo ſeruiant, & monaſticam diſciplinam, Chriſto ſuffragium largiente, regulariter exerceant, & pro ſtatu & proſperitate regni noſtri, & indulgentiâ commiſſorum criminum, ante conſpectum Diuinæ maieſtatis preces fundere dignentur, & ora-

diplomate ſuo

monaſterium omnibus tributis liberat.

tionum officia frequentantes in eccleſiis pro noſtrâ fragilitate interpellare nitantur. Si quis verò contra huius decreti ſyngraphum venire tentauerit, ſciat ſe coram Chriſto, nouemque Angelorum ordinibus, in tremendo examine rationem redditurum. Et pro ampliori firmitatis teſtamento Principes & Senatores, Iudices & Patricios ſubſcribere fecimus. Actum publicè & confirmatum in ligneâ baſilicâ anno ab Incarnatione Domini DCCIV. Ego Aldelmus ſubſcripſi. *Reliquæ ſubſcriptiones deſunt. In diplomate Cnutonis Regis, quo donationes S. Inæ aliorumq; Regum confirmantur in dicto MS. Codice & apud Malmesburienſem lib. 2 de Geſtis Regum Anglorum cap. 11 ſimilia clauſula adhibetur:* Scripta eſt huius priuilegij donatio & promulgata in ligneâ baſilicâ ſub præſentiâ Regis Cnutonis anno ab Incarnatione Dominicâ MXXXII. *De hac ligneâ baſilicâ ita ſcribitur in codice eodem MS. Glaſtonienſi & apud memoratum antè Vſſerium:* Anno Domini DCXXV, S. Paulinus Northanhumbrorum Archiepiſcopus Glaſtoniam ad perendinandum venit. Hic muros vetuſtæ Eccleſiæ ligneo tabulatu conſtruere fecit, & extrà à ſummo vſque deorſum in terram plumbo vndique cooperire fecit: & ſic illud ſanctum oratorium in eadem facturâ vſque ad combuſtionem eiuſdem eccleſiæ perdurauit. *Colitur S. Paulinus X Octobris: at S. Aldelmus Epiſcopus Schireburnenſis XXV Maij. De hoc ſæpius infrà agemus.*

AVCTO-RE G H. D

§ III. *Priuilegia alia à S. Ina eidem Glaſtonienſi monaſterio data.*

10 A *Liud ac præcipuum S. Inæ priuilegium editum eſt à Clemente Reynero loco antè inditato, & à Spelmanno inter Concilia Britannica ad annum Ch.* DCCXXV. *quod cum codice MS. collatum hîc damus: cui hunc titulum præponit Spelmannus:* Charta Inæ Regis Occidentalium Saxonum Glaſtenburiæ monachis conferta, in quâ prædia, immunitates, & exemptiones ab Epiſcopo, conceduntur. *Et ſic incipit:* Adiuua nos Deus ſalutaris noſter. Quæcumque ſecundùm decreta Canonum, atque Eccleſiaſtica inſtituta ſalubri conſilio definiuntur, quamquàm ſermo tantùm abſque textu ſufficeret, tamen, quoniam plerumque noſtris temporibus tempeſtates & turbines ſecularium rerum, etiam portas Eccleſiæ pulſant, idcircò operæ pretium cenſuimus ob cautelam futurorum, ea quæ definita ſunt, paginis ſcripturarum annectere, ne in poſterum obliuioni tradita ignorentur. Quapropter ego Ina regali à Domino fretus dignitate, cum conſilio Edelburgæ Reginæ, & licentiâ Beorthwaldi Dorobernienſis Eccleſiæ Pontificis, & omnium Suffraganeorum ſuorum, nec non etiam hortatu Baldredi & Athelardi Subregulorum, eccleſiæ vetuſtæ, quæ eſt in loco, qui dicitur Glaſteie (quam magnus Sacerdos ac Pontifex ſummus Angelorum Chriſtus obſequio ſibi ac perpetuæ Virgini Mariæ & B. Dauid, multis & inauditis miraculis olim ſe ſanctificaſſe innotuit) ex his quæ paternâ hæreditate poſſideo, & in dominium peculiare teneo, locis continuis & congruentibus, concedo ad ſupplementum vitæ regularis, & ad vſus monachorum, Brente decem hidas, Sowij duodecim hidas, Pulton viginti hidas, Dultinge viginti hidas, Blédeneie vnam hidam, cùm his omnibus, quæ anteceſſores mei eidem Eccleſiæ contulerunt: Kenewalchius, qui, S. Theodoro Archiepiſcopo interueniente, Ferlingmere, Beokerie, Godenie, Martineſcie, Edredeſcie: Kentwinus Rex, qui Glaſtingie matrem Sanctorum vocare ſolitus fuerat, & eam ab omni ſeculari & Eccleſiaſtico obſequio immunem ſtatuit, & hanc priuilegij dignitatem conceſſit, vt haberent Fratres eiuſdem loci poteſtatem eligendi & conſtituendi ſibi Rectorem iuxta regulam S. Benedicti: Hedde Epiſcopus, qui, Cedwallâ annuente, & propriâ manu licet Paganus, confirmante, Lantocai,

E

Altero diplomate

Laudat ſanctam loci antiquitatem,

F

concedit prædia,

quæ, antè à data cõfirmat,

AVCTORE G.H.

id eſt, Lenge; Baldred qui Pennard ſex hidas; Atholard qui Pohelt ſexaginta hidas, me annuente & confirmante dederunt. Quorum ego deuotioni & benignæ petitioni aſſentio, & contra malignantium hominum & oblatrantium canùm inſidias regalium munimine inuigilo litterarum: quatenùs Eccleſiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, & perpetuæ Virginis Mariæ, ſicut in regno Britanniæ eſt prima & fons & origo totius religionis, ita & ipſa ſupereminentem priuilegij obtineat dignitatem, nec vlli omnino hominum ancillare obſequium faciat in terris, quæ ſuper choros Angelorum dominatur in cælis.

11 Igitur ſummo Pontifice Gregorio annuente, & vt matrem Domini ſui in ſinum & protectionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ me licet indignum, cum ipsâ ſuſcipiente; conſentientibus etiam omnibus Britanniæ Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus atque Abbatibus, ſtatuo ego atque confirmo; quatenùs omnes terræ & loca & poſſeſſiones B. Mariæ Glaſteie ſint quieta, & ab omnibus regiis exactionibus & operibus, quæ indici ſolent, videlicet, expeditione, & pontis arciſue conſtructione, & ab omnium Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum promulgationibus & perturbationibus, ſicut in antiquis eiuſdem Eccleſiæ chartis ratum eſſe inuenitur; & à prædeceſſoribus meis Kenewalchio, Kentwino, Cedwalla, Baldredo, confirmatum eſſe dinoſcitur, inconcuſſa & illibata permaneant: & quæcumque immerſerint cauſſæ in homicidiis, ſacrilegiis, veneficiis, furtis, rapinis, in diſpoſitione Eccleſiarum, & deſcriptione, in ordinatione Clericorum, in conuenticulis ſynodalibus, & in omnibus iudiciariis examinationibus, abſque vllius hominis præiudicio, Abbatis & conuentus diſpoſitione diffiniantur. Sed & omnibus regni mei Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, & Principibus, ſuper honorem ſuum & amorem meum præcipio, & omnibus tam eis quàm eorum miniſtris ſuper ſalutem corporis ſui præcipio, ne vllus eorum, inſulam Domini noſtri Ieſu Chriſti, & perpetuæ Virginis Mariæ Glaſteie, nec eiuſdem Eccleſiæ poſſeſſiones cauſsâ placitandi, perſcrutandi, rapiendi, præcipiendi, interdicendi, vel aliquid faciendi, quod ibidem Deo famulantibus poſſit eſſe in ſcandalum, audeat intrare.

& priuilegia indulta:

12 Illud autem omnino omnipotentis Dei & perpetuæ Virginis Mariæ & BB. Petri & Pauli & omnium interceſſione Sanctorum, interdictione interdico in ipsâ Glaſtingenſi Eccleſiâ, nec in Eccleſiis ſibi ſubditis, videlicet Sowy, Brente, Merlinge, Schapwike, Strete, Budecaleth, Poultone, nec in earum capellis; ſed nec in inſulis, aliquâ interueniente occaſione, Epiſcopus Cathedram ſibi Epiſcopalem ſtatuere, nec Miſſas ſolennes celebrare, nec altaria conſecrare, nec eccleſias dedicare, nec ordines facere, nec aliquid omnino diſponere præſumat, niſi ab Abbate vel Fratribus inuitatus fuerit. Quod ſi ad hæc inuitatus fuerit, nihil de rebus Eccleſiæ, nec de ipſis oblationibus ipſe ſibi aliquid vſurpet. Duobus in locis ex ipſius Eccleſiæ poſſeſſionibus duas ei delegamus manſiones, vnam in Pohelt, alteram in villâ, quæ Poultona dicitur, vt habeat, vbi aduenies hoſpitetur, vel inde veniens ſeſe recipiat: neque enim ei ibi, niſi importunitate temporis, aut moleſtiâ corporis detentus fuerit, aut ab Abbate, vel à Fratribus rogatus fuerit, nec ampliùs, quàm cum tribus aut cum quatuor Clericis pernoctare licet. Hoc etiam prouideat idem Epiſcopus, vt ſingulis annis cum Clericis ſuis, qui Fontanetum ſunt, ipſam matrem ſuam, Glaſtonienſem videlicet Eccleſiam, feriâ ſecundâ poſt Aſcenſionem Domini cum Letaniâ recognoſcat: quod ſi ſuperbiâ inflatus eam diſtulerit, & quæ ſuperiùs dicta & confirmata ſunt, præuaricauerit; manſiones ſibi ſuperiùs delegatas amittat. Abbas vel monachi, à quocumque voluerint Epiſcopo, qui Paſcha canonicum celebret, Eccleſiaſtica Sacramenta

eximit illud ab Episcopi iurisdictione.

in Glaſtonienſi Eccleſiâ, aut in eccleſiis ſibi ſubiectis, aut in earum capellis percipiant.

13 Quiſquis autem huius meæ munificentiæ & libertatis teſtamentum, quouis deinceps tempore, aliquâ occaſione cuiuſlibet etiam dignitatis vel profeſſionis vel gradus peruertere, vel in irritum deducere tentauerit, ſciat ſe cum Iudâ proditore, æternâ confuſione edacibus ineffabilium tormentorum perituram flammis. Scripta eſt autem huius donationis & priuilegij pagina anno Dominicæ Incarnationis DCCXXV, Indictione IV, ſub præſentiâ Inæ Regis, & Beorthwaldi Dorobernenſis Pontificis, venerandorumque Antiſtitum Danielis, atque Fordredis, & aliorum quorum nomina inferiùs annotantur. Ego Ina Rex propriæ manus ſubſcriptione hanc donationem & libertatem ſub ſigillo ſanctæ Crucis ratam fieri decerno. † Ego Edelburga Regina conſenſi. Ego Baldredus Rex confirmaui. Ego Adelard frater Reginæ conſenſi. Ego Beorthwaldus Dorobernenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Inæ Regis donationem & libertatem ſub ſigillo ſanctę Crucis corroboraui. † Ego Daniel plebis Dei Inſpector acquieui. Ego Fordredus Epiſcopus ſignum Crucis impreſſi. Waldhere Præfectus. Bruta Præfectus. Ethelheardo Vinmingæ Præfectus. Winchelni Comes cum præſentiâ populationis conſenſerunt & firmauerunt.

anathema adiungit:

subſcribit cum aliis.

14 *Hactenus illud S. Inæ priuilegium Glaſtonienſibus monachis datum, ex quo colligimus primò, eam* eccleſiam *illo tempore* in regno Britanniæ primam *habitam fuiſſe, imò* totius religionis fontem atque originem; ac Sanctorum matrem. *Ita etiam Eadgarus totius Angliæ monarcha in diplomate anno Chriſti* DCCCLXXI *dato cenſet* Eccleſiam Glaſtonienſem ex antiquo principalem in eo regno obtinuiſſe dignitatem; *ſcilicet reſpectu habito ad ea, quæ ſuprà de S. Ioſepho Arimathæo innuimus. Secundò colligimus confirmari traditionem antiquam, quâ Glaſtonienſis Eccleſia dicitur primitus conſecrata à Chriſto, tum S. Dauidi Menenenſi Epiſcopo illam Eccleſiam à ſe innouatam dedicare diſponenti apparente, quod ad huius Vitam examinandum. Tertiò reperimus S.* Patricij *celebrem iſtic memoriam fuiſſe, vt vetuſta illa* Eccleſia B. Mariæ *ſimul & S.* Patricij *nomen acceperit, vti ex priore diplomate S. Inæ liquet. In chartâ Baldredi Regis, locum* Pennard *indicatum* concedit Baldredus Rex Hamgiſlo Abbati ad ſupplementum honorabilis eccleſiæ B. Mariæ & S. Patricij. *Ita* ſub teſtimonio Regis Edgari optimatumque ſuorum vndecim tridæ de Clitan *conceſſæ ſunt* Eccleſiæ beatæ Dei genitricis & S. Patricio *à quodam* Ealredo. *Colitur S. Patricius* XVII *Martij, cuius apud ſe corpus quieſcere contendebant olim monachi Glaſtonienſes. Verùm vt Iocelinus atque alij tradunt, alius iſthic videtur* Patricius filiolus eius, qui poſt deceſſum patris ſui Britanniam remeans in fata conceſſit, in Glaſconenſi eccleſiâ ſepultus honorificè. *Dies huic natalis aſſignatur* XXIV *Auguſti: Potuit ab hoc aliiſq; Hibernis, qui iſtic alebantur, cultus alterius Patricij promoueri, quâ occaſione ſepulturam vtriuſque Glaſtonienſes confuderint. Quæ die vtriuſque natali plenius diſcutientur: nonnulla ſuprà* 1 *Februarij ad Vitam S. Brigidæ dicta ſunt.*

Sancta Glaſtonia antiquitas:

ecclesia à Christo dedicata?

celebris ibi S. Patricij memoria;

alter S. Patricius Glaſtonia ſepultus:

15 *De S. Inâ reſtauratore ita habent monumenta MSS. Glaſtonienſia ſub titulo,* De fundationibus Eccleſiarum in inſulâ Aualloniæ, *ita enim antè à pomis Britannicè dictam volunt:* Quartam & maiorem conſtruxit Ina Rex, in honore Domini Saluatoris & Apoſtolorum Petri & Pauli, in Orientali parte aliarum, atque primam & vetuſtiſſimam de nouo reparauit. *Quartò indicantur in eodem priuilegio Subreguli Baldredus & Athelardus, quorum prior inter antecedentes* Reges, *poſt S. Ceaduallam ſtatuitur, &* Rex *tum adhuc ſuperſtes ſubſcribit: qui rurſum cum S. Ina memoratur in diplomate Regis Cuthredi, anno Chriſti* DCCXLVII *Glaſtonienſibus dato, quo confirmat donationes* priorum Regum Kentwynes, Baldredes, Ceadwallan, Ines & Athelardes. *Meminerunt* donationum Kentwines & Ines, *etiam alij Reges, Edmundus anno* DCCCXLI

ecclesia Saluatoris, ac SS. Petri & Pauli ab Ina extructa: Subreguli, Reges habiti:

& Cu-

A *& Canutus anno* MXXXII: *vtriuſque chartam edidit Spelmannus in Conciliis Britannicis: apud quem in chartâ quoque Eadgari Regis ſuprà memoratâ recenſentur prædia locaq́, ab Inâ & aliis Regibus donata, vbi* Bekeria, *hîc* Beokerie, *cognominatur* parua Hibernia. *De coniuge Reginâ, Archiepiſcopo & Epiſcopis, qui priuilegiis ſubſcripſerunt, infrà agemus. Demum non conuenit annus Chriſti cum Indictione. Vſſerius parte huius diplomatis editâ cap. 6 potiùs legit annum Chriſti* DCCXXI, *qui cum* IV *Indictione congruit: aut certè annus retinendus* DCCXXV *cum Indictione* VIII, *vt in ſequenti Inæ chartâ legitur.*

16 *Tertium ergo priuilegium Inæ Glaſtonienſibus datum proferimus ex eodem Codice MS. cui hic præfigitur titulus:* Charta Regis Inæ de manerio de Sowy data Eccleſiæ. Siquidem ſalutaribus inſtruimur eloquiis, amicos nobis de Mammonâ iniquitatis faciendos eſſe, qui nos in æterna recipient tabernacula. Vnde ego Ini Rex Weſtſaxonum, vnà cum coniuge Ethelburge, portiunculam terræ, quæ nobis diſpenſatione collata eſt, Dei ſeruorum mancipare vſibus decreuimus, quo nobis amplior in hæreditate iuſtorum portio tribuatur; terram videlicet, quæ ſic appellatur, Sowy, duodecim manentium, Chriſti familiæ, quæ in Glaſtenburi omB nipotenti Domino voluntariæ deuotionis obſequium impendit, liberali munificentiâ collatam, cum conſcientiâ ac conſenſu venerandi Pontificis Fortheres, inconuulsâ collatione donauimus poſſidendam, atque, vt certioribus documentis præfata conceſſio roboretur, propriis ſubſcriptionibus ipſius donationis titulum firmamus.... Scripta eſt hæc chartula anno ab Incarnatione Domini DCCXXV, Indictione VIII ... Ego Ina ſubſcripſi † Ego Fortherus Epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

Alia S. Inæ charta Glaſtoniẽſibus data.

Alia extat eiuſdem Inæ charta de Brente *Glaſtonienſibus donato, in quâ annus Chriſti magno errore annotatur* DCLXIII, *qui corrigendus* DCXCIII, *relictâ Indictione* VI *quæ vtrique congruit. Subſcripſerunt* Hedda *tum* Epiſcopus, Baldredus Rex, Athelbaldus Rex, *Subreguli ambo, quorum hic fortè* Athelardus *ſuprà dicitur: demum donatio facta eſt Hemgiſlo tum Glaſtonienſi Abbati. Et ſic ea charta prima omnium conceſſa fuit.*

§ IV *Epiſcopatus tempore S. Inæ erecti. Auſtrales Saxones cum inſulâ Vectâ ſubiecti. Leges latæ.*

C 17 *VNiuerſo Occiduorum Saxonum regno Epiſcopus primus fuit S. Birinus, à quo Cinegelſum Regem fidei Chriſtianæ myſteria edoctum, & ſacro baptiſmate ablutum fuiſſe ſuprà diximus. Sedem is Dorceſtriæ, (ſiue vt Beda habet, Dorciniæ) locârat, vrbe in Oxonienſi ſitâ Comitatu ad Tamam fluuium. Eâ dein vrbe ad Merciorum regnum tranſlatâ, Sedes Viſi-Saxonum Epiſcoporum poſita Vintoniæ, clariſſimâ Britannicorum Belgarum ciuitate, in Hamptoniæ Comitatu, quæ Ptolemæo & Antonino* Venta Belgarum *dicta. Hîc quintus illius regni Epiſcopus erat S. Hedda, cùm Ina regimen auſpicatus: cuius priuilegio vltimo loco relato ſubſcripſit: in altero verò eiſdem Glaſtonienſibus dato, hic Epiſcopus, Ceaduallâ Rege confirmante, prædium aliquod eidem monaſterio conceſſit: cuius donationis in Codice MS. Glaſtonienſi charta peculiaris extat facta anno* DCLXXX *pridie Nonas Iulij. Huius ſe conſilio vſum dicit Ina in legibus ſuis condendis. Colitur S. Hedda* VII *Iulij.*

Sub Inâ Rege

Epiſcopus Occidentalium Saxonum S. Hedda:

18 Quo defuncto, *inquit Beda, lib. 5, cap. 19,* Epiſcopatus prouinciæ illius in duas parochias diuiſus eſt, vna data eſt Danieli, quam vſque hodie *(cùm ſcriberet Beda)* regit: altera Aldhelmo, cui annis quatuor ſtrenuiſſimè præfuit; ambo & in rebus Eccleſiaſticis & in ſcientiâ Scripturarum ſufficienter inſtructi. *Conſultius hoc Inæ viſum.* Rex Ina, *inquit Huntindonienſis lib. 4,* viceſimo anno regni ſui diuiſit Epiſcopatum Weſt-Saxoniæ in duo, qui vnus eſſe ſolebat. Partem orientalem à ſiluis tenuit Daniel, occidentalem Aldelmus. *Annus eius regni viceſimus conuenit in annum Chriſti* DCCIX *primo regni anno ad Chriſti* DCXC *aſſignato: vt infrà dicemus Huntindonenſem in reliquâ Inæ vitâ numerare: illumq́, annum morti S. Aldelmi attribuendum eſſe. Et ſic hæc diuiſio citiùs facta eſt ob diploma S. Inæ,* conſilio decretoque Præſulis Aldelmi *Glaſtonienſibus monachis conceſſum* anno Domini DCCIV, *cui etiam* Aldelmus ſubſcripſit. *Huic diplomati conſentit Chronologia Anglo-Saxonica, ſecundum quam* Hedda Epiſcopus anno DCCIII diem obiit, & Epiſcopatum in ciuitate Wintonienſi viginti ſeptem annis tenuit. *Nam* anno DCLXXVI, *vt in eadem legitur,* Hedda accepit Epiſcopatum. *Wigornienſis initium Epiſcopatus eidem anno attribuit, ſed obitum reiicit in annum* DCCV, *ſecutus Bedam loco ſuprà indicato, vbi hæc tradit:* Anno Dominicæ Incarnationis DCCV Alfridus Rex Nordam Humbrorum defunctus eſt, anno regni ſui viceſimo necdum impleto. Cui ſuccedens in imperium filius ſuus Oſredus puer octo circiter annorum regnauit annis vndecim. Huius regni principio Antiſtes Occidentalium Saxonum Heddi cæleſtem migrauit ad vitam. *Hæc Beda, qui obitum Heddæ Epiſcopi Oſredi principio adſcribit. At Chronologum Anglo-Saxonem ſequitur Weſtmonaſterienſis. Hæc de tempore diuiſionis: quam his verbis deſcribit Malmesburienſis lib. 2 de geſtis Pontificum Anglorum:* In diuiſione Weſtſaxonici Epiſcopatus hoc obſeruatum palàm eſt, vt qui Wintoniæ ſederet, haberet duos pagos Hamptonenſem & Sudreienſem; alter, qui Schireburniæ, haberet Wiltunenſem, Dorſetenſem, Beruchenſem, Somerſetenſem, Domnonienſem, Cornubienſem. Schireburnia eſt viculus, nec habitantium frequentiâ, nec poſitionis gratiâ ſuauis, in quo mirandum & penè pudendum, Sedem Epiſcopalem per tot duraſſe ſecula. *Eadem ſcribit Weſtmonaſterienſis.*

Annus Inæ regni AVCTORE G. H. D

anno 704

aſſignata prouinciæ: E

19 *Hanc Sedem Schireburnenſem accepit S. Aldelmus ex regiâ Saxonum Occidentalium ſtirpe oriundus, ex Abbate Malmesburienſi Epiſcopus ordinatus à S. Brithwaldo Dorouernenſi Archiepiſcopo. Hic* Aldelmus cùm eſſet adhuc Presbyter & Abbas, *teſte Bedâ,* ſcripſit iubente Synodo ſuæ gentis librum egregium aduersùs errorem Britonum, quo vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia perplura Eccleſiaſticæ * caritati & paci contraria gerunt: multoſque eorum, qui Occidentalibus Saxonibus ſubditi erant Britones, ad Catholicam Dominici Paſchæ celebrationem perduxit. *Quæ certè Synodus prima eſt, cuius ſub Inâ Rege habitæ notitia extet. Vitâ functum S. Aldelmum anno* DCCIX *ſcribunt Chronologus Anglo-Saxo, Wigornienſis, Ceſtrenſis, Weſtmonaſterienſis, aliiq́, cum auctore Vitæ eiuſdem, quam dabimus* XXV *Maij.* Quo defuncto, *ait Beda,* Pontificatum pro eo ſuſcepit Forthere, qui vſque hodie *(dum ſcriberet)* ſupereſt, vir & ipſe in Scripturis ſanctis multùm eruditus. *Hic Fortherus duobus antèa relatis S. Inæ priuilegiis ſubſcripſit: alteri etiam S. Daniel Epiſcopus Wintonienſis, cui ſacer eſt dies* X *Decembris.*

Schireburnenſis Epiſcopus S. Aldelmus, cognatus S. Inæ,

** al caſtitati, perperàm.*

cui ſucceſſit Fortherus:

VVintonienſis S. Daniel, F

20 *Deſierat iam pridem regnum Auſtralium Saxonum, adiunctum hoc tempore Occidentalibus Saxonibus. Hinc Comitatus Surreiæ, ex regno Auſtralium Saxonum in diuiſione Epiſcopatus antè relatâ, cum Hamptoniâ attributus Danieli Epiſcopo VVintonienſi. In alterâ autem prouinciâ, quæ ab iis Suſſexia appellatur, vixerat S. VVilfridus è Northumbriâ pulſus, eiuſq́, incolas ad Chriſti fidem perduxerat, conditoq́, monaſterio in peninſulâ Selſey reuocatus ad ſuos, tandem eodem anno* DCCIX, *quo S. Aldelmus, migrauit è vitâ. Colitur S. VVilfridus* XII *Octobris. Poſt huius obitum iterum ſub S. Inâ Rege Synodus habita de Epiſcopo Saxonibus Auſtralibus dando, vt proſequitur Beda antè citatus, his verbis.* Quibus, *Daniele & Forthero,* Epiſcopatum adminiſtrantibus ſtatutum eſt Synodali decreto, vt prouincia Auſtralium Saxonum, quæ eatenùs ad ciuitatis Ventanæ, cui tunc Daniel præerat, parochiam pertinebat, & ipſa Sedem Epiſcopalem & proprium haberet Epiſcopum. Conſecratuſque eſt eis primus Antiſtes Eadbertus, qui erat Abbas in monaſterio beatæ memoriæ Wilfridi Epiſcopi, quod dicitur

etiam Auſtralium Saxonum ſub S. Inâ:

Epiſcopatus diuiſus

(hîc datus Epiſcopus Eadbertus,

AVCTORI G. H. dicitur Seleſeu. Quo defuncto, Ceolla ſuſcepit officium Pontificatus. Ipſo autem antè aliquot annos ex
A hac luce ſubtracto, Epiſcopatus vſque hodie ceſſauit.
dein Ceolla) *Hæc Beda: & ex eo Viteſtmonaſterienſis ad annum Chriſti* DCCXI. *De tempore anteriore idem Beda lib.* 4 *cap.* 15 *hæc ſcribit:* Qui poſt Ceaduallam regnauit, *vt eſt Ina*, ſimili prouinciam illam afflictione plurimo annorum tempore mancipauit. Quare factum eſt, vt toto illo tempore Epiſcopum proprium habere nequiuerint, ſed reuocato domum Wiltrido primo ſuo Antiſtite, ipſi Epiſcopo Geuiſſorum, id eſt Occidentalium Saxonum, qui eſſent in Ventâ ciuitate, ſubiacerent. *Ibidem, vt ait Beda capite ſequente.* Inſula Vecta ſita eſt contra medium
& Vecta inſula, Auſtralium Saxonum & Geuiſſorum, in quâ nemo gradum miniſterij ac Sedis Epiſcopalis ante Danielem, qui nunc Occidentalium Saxonum & Geuiſſorum eſt Epiſcopus, accepit, ob ærumnam externæ ſubiectionis: *quâ ſibi primus Ceaduallа Vectam anno* DCLXXXVI *ſubegit.*

21 *S. Willibaldus Epiſcopus Eyſtadienſis in Germaniâ, in Vitâ S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini* V *Iunij, Synodum ſub Inâ Rege habitam refert cap.* 4 *his verbis:* Regnante In
S. Ina adeſt Synodo Eccleſiaſticæ ſui regni: Weſtſaxonum Rege ſubitanea quædam incubuerat, nouâ quadam ſeditione exortâ, neceſſitas, & ſtatim ſynodale à primatibus Eccleſiarum, cum conſilio prædicti Regis, ſeruorum Dei factum eſt Concilium:
B moxque omnibus in vnum conuenientibus, ſaluberrima de hac recenti diſſenſione conſilij quæſtio inter Sacerdotales Eccleſiaſtici ordinis gradus ſapienter exoritur, & prudentiori inito conſultu, fideles in Domino legatos ad Archiepiſcopum Cantuariæ ciuitatis, nomine Berechwaldum, deſtinandos deputarunt, ne eorum præſumptione aut temeritate adſcriberetur, ſi
mittit S. Bonifacium ad Archiepiſcopum Cantuarienſem: quid ſine tanti Pontificis agerent conſilio. Cumque omnis Senatus, & vniuerſus Clericorum ordo tam prouidenti peractâ collatione conſentirent, conſeſtim Rex cunctos Chriſti famulos allocutus eſt, & cui huius præfatæ legationis nuntium imponerent, ſciſcitatus eſt. Tunc repentè ſummus in Chriſto Archimandrita, qui prædicto præerat monaſterio, nomine Wynberch; & Wintra, qui monaſterio, quod dicitur Diſſesburg, præſidebat; & Beorwald, qui diuinâ cœnobium gubernatione, quod antiquorum nuncupatur vocabulo Gleſtingaburg, regebat, nec non & alij multi huius ſancti propoſiti Patres, ſanctum hunc virum accitum adduxerunt ad Regem, cui & nuntium Rex & legationis notitiam impoſuit, & adhibitis ſecum ſociis direxit in pace. Qui etiam nuntio ſibi impoſito iuxta mandatum Seniorum, proſpero itinere peruenit ad Cent, &
C Archiepiſcopo ſummi Pontificatus infulâ prædito ſapienter cuncta, quemadmodùm edoctus erat à Rege,
reſponſum accipit. per ordinem reuelauit: & ſic ſpontaneo accepto reſponſo, poſt non multos dies reuerſus eſt ad patriam, præfatoque Rege & prædictis ſeruis Dei ſecum aſſiſtentibus, à venerabili Archiepiſcopo ſpontaneum ſcienter detulit reſponſum, & magnum vniuerſis contulit gaudium. *Hæc S. Willibaldus à S. Bonifacio ordinatus Epiſcopus, natus ſub Inâ Rege, cum fratre S. Wunibaldo Abbate Heydenheimenſi, & ſorore S. Walburga Virgine, vt dicemus ad Vitam S. Richardi illorum parentis* VII *Februarij Succeſſit Beorwaldus Abbas Glaſtonienſis ſuprà memorato Hemgiſlo. At Wynbertus Abbas præfuit monaſterio nouo, ſeu Nuiſcellenſi in Hamptoniâ, & vrbe ſortè Wintonienſi, in quâ hæc Synodus habita eſt, & altera erat ſedes Regia S. Inæ. Ex eo monaſterio Romam abituro S. Bonifacio litteras commendatitias ad Gregorium* II *Papam dedit memoratus antè S. Daniel Wintonienſis Epiſcopus, qui Wynberto mortuo monachis præfecit Stephanum Abbatem; & ſolam interim habuit Hamptoniam ex regni huius Saxonici prouinciis in ſuâ diœceſi.*

22 *Erat apud Cantuarienſes Archiepiſcopus S. Theodorus, cùm Ina regnum auſpicaretur, cui anno* DCXC *vitâ functo ſubrogatus eſt Bertualdus: vtriuſq; celebris fit mentio in præcipuo diplomate S. Inæ Glaſtonienſibus monachis dato: in quo prædia eis concedit aliaſq; immunitates atque exemptiones,* D
cum licentiâ Beorthwaldi Dorobernenſis Eccleſiæ *Subiectos Reges habet:* Pontificis, & omnium ſuffraganeorum ſuorum. *Sed &* omnibus regni ſui Regibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus & Principibus præcipit, ne vllus audeat intrare inſulam Glaſteie cauſâ præcipiendi, interdicendi *&c. Demum appoſitâ cruce ſubſcribit Beorthwaldus, & donationem Inæ Regis corroborat, ſub ſucceſſore eius anno* DCCXXXI *extinctus. Beda lib.* 2, *cap.* 5, *enumerat ſeptem Reges, qui aliis etiam Regibus Anglo-Saxonibus imperarint, quorum vltimus fuit S. Oſwius Rex Nord-Humbrorum anno* DCLXX *vitâ functus. Quidni octauum illis adiungamus* S. Inam Regibus, præcipientem? *Sub Regibus Orientalium Saxonum erat comitatus Middelſexia, cuius tamen Epiſcopum Londinenſem* S. Erkenwaldum ſuum Epiſcopum *in proœmio legum ſuarum nominat: vbi etiam in Comitatu Eſſexiâ S. Cuthburga ſoror eius & Ethelburga coniux Berkengenſe monaſterium ingreſſæ ſunt. Colitur S. Erkenwaldus* XXX *Aprilis circa annum* DCXCVII *mortuus, vt ante iſtum annum leges illæ à S. Inâ fuerint latæ, ex quibus aliquas hîc recitabimus, ad res Eccleſiæ pertinentes, è ciuilibus aliis decerptas ex regio codice & Iornalenſi à Spelmanno editas: quæ ſic incipiunt.* *Leges ferè,*

23 Ego Ine Dei gratiâ Weſt-Saxonum Rex, exhortatione & doctrinâ Cenredes patris mei, & Heddes Epiſcopi mei, & Erchenwoldes Epiſcopi mei, &
E omnium Aldermannorum meorum, & ſeniorum & ſapientum regni mei, multâque congregatione ſeruorum Dei, ſollicitus de ſalute animarum noſtrarum, & ſtatu regni mei, conſtitui rectum coniugium, & iuſta iudicia pro ſtabilitate & confirmatione populi mei benignâ ſedulitate celebrari: & nulli Aldermanno, vel alicui de toto regimine noſtro conſcripta liceat abolere iudicia.

I Inprimis præcipimus, vt miniſtri Domini rectam diſciplinæ ſanctæ regulam iuſtè cuſtodiant. Poſteà vo- *de miniſtris Dei,* lumus, vt totius populi coniugia ſint & iudicia deuotè conſeruata.

II Puer infra triginta noctes baptizetur: ſi non ſit, XXX ſolidis emendetur. Si moriatur ſine baptiſmo, *baptiſmo,* emendetur totâ pecuniâ.

III Si ſeruus operetur die Dominicâ per præceptum Domini ſui, ſit liber; & dominus emendet triginta ſolidis. Si ſeruus ſine teſtimonio Domini ſui operetur, corium perdat. Si liber operetur ipsâ die ſine iuſſu *Dominicâ die,* Domini ſui, perdat libertatem ſuam.

IV Cæricſcatta reddita ſint in feſto S. Martini. Si quis hoc non compleat, reus ſit LX ſolidorum, & duo *eccleſiæ cenſus* decuplo reddat ipſum Cyricſcattum.

V Si quis ſit mortis reus, & ad eccleſiam confu- F giat, vitam habeat & emendet, ſicut conſulet. Si quis *& azyla.* corium ſuum forisfaciat, & ad eccleſiam incurrat, ſit ei verberatio condonata.

VI Si quis pugnet in domo Regis, totius pecuniæ ſuæ reus ſit, & ſit in arbitrio Regis, vtrum vitam ha- *pugnâ in eâ,* beat vel non habeat. Si quis in eccleſiâ pugnet, CXX ſolidis emendet &c.

VII Si coram Epiſcopo teſtimonium ſuum & vadium mentiatur, CXX ſolidis emendet. *periurio.*

Cetera extant Saxonicè cum verſione Latinâ Guilielmi Lambardi integrè cum hiſtoriâ Bedæ excuſa: alibi manca titulis. Omnia hîc producere nihil attinet. Qui hîc Aldermanni, *id eſt ſeniores viri lingua Saxonicâ & Germanicâ; ij in Lambardi editione Senatores appellantur. Quodq; hîc dicitur,* corium perdere, *&* corium forisfacere, *apud Lambardum eſt,* verberibus cædi, *&* verbera promereri. Cyricſcattum, *aut* Cæricſcattum, *ſunt* primitiæ ſeminum *ſcilicet pro tributo Eccleſiæ debitæ.* Kyrick *vel* Kerck *eccleſiam ſignificat; ab Græco forſan* κυριακὸν. Set, *vel* ſact, *ſemen eſt.*

A

§ V. *Bella S. Inæ cum Regibus vicinis. Fabula de VValliâ ei ſubiectâ iure hæreditario, aut nuptiarum.*

24 CEdwallâ Romam abeunte, *inquit Malmesburienſis lib. 1 de geſtis Regum Anglorum cap. 2*, regnum per Inam nouatum, qui magis pro inſitiuæ virtutis induſtriâ, quàm ſucceſſiuæ ſobolis proſapiâ in principatum aſcitus, fortitudinis vnicum ſpecimen, prudentiæ ſimulacrum: religione parem neſcias. Quibus artibus vitam componens, domi gratiam, foris reuerentiam mercabatur. Adeò annis duobus de ſexaginta (*imò* quadraginta, *vt infrà dicetur*) poteſtate functus, ſine vllo inſidiarum metu ſecurus incanuit, ſanctiſſimus publici amoris lenocinator. Prima illi in Cantuaritas expeditio, in quos nondum de incendio Mollonis ira deferbuerat. *Nam anno* DCLXXXVI, *vt habet Chronologia Anglo-Saxonica*, Rex Cadualla, *eiuſq;* frater Mollo Cantium vaſtarunt. *Quare anno ſequenti*, Caduallâ rurſus Cantium vaſtante, Mollo fuit in Cantio combuſtus, aliíque viri duodecim. *Vnde Ina regnorum hæreditate à S. Ceaduallâ ſuſceptâ, vindictam de Cantuariis erat ſumpturus. Verùm, vt ſcribit Malmesburienſis*, prouinciales parumper reſiſtere auſi, mox omnibus tentatis & viribus in ventum effuſis, cùm nihil in pectore Inæ, quòd ignauiæ conduceret, reperiſſent, diſpendiorum ſuorum intuitu, deditioni conſulere * tentant regium animum muneribus, ſollicitant promiſſis, nundinantur pacem triginta millibus auri marcis: vt pretio mollitus, bellum ſolueret; metallo præſtrictus, receptui caneret. Quâ ille pecuniâ ſuſceptâ, delicti gratiam fecit, in regnum reuerſus. *Hæc ibi. Matthæus Pariſius in hiſtoriâ Anglicanâ, ad an. 1235, tradit* tredecim ſolidos & quatuor ſterlingos pro marcâ qualibet computari. *VVigornienſis ad annum* DCXCIV *oblatas Inæ ſcribit* ter mille ſeptingentas quinquaginta libras. *VVeſtmonaſterienſis refert, (ſed perperàm) ad annum præcedentem* DCXCIII, Inam Regem, caſtrorum aciebus terribiliter ordinatis, combuſtionem Mollonis cognati ſui vindicare diſpoſuiſſe: Regem verò Cantiæ Withredum humiliter obuiàm venientem, magnam pecuniæ ſummam pro nece iuuenis dediſſe. *Polydorus Vergilius lib. 4 Hiſtoriæ Anglicanæ* à Withredo Cantiorum Rege grandi auri pondere Inam reconciliatum *tradit. At Chronologus Anglo-Saxo* anno DCXCIV *aſſerit &* Withredum regnum Cantuariorum ſuſcepiſſe, & Cantuarios cum Inâ interceſſiſſe, donatis

C triginta viris, quoniam Mollonem priùs cremauerant. Rex Withred, *inquit Huntindonienſis*, obuiàm ei adfuit, non cum feroci arrogantiâ, ſed pacificâ ſupplicatione, non cum frendentibus minis, ſed rhetorici mellis dulcedine; quâ Regi fero perſuaſit, vt, armis depoſitis, mulctam pecuniæ à Centenſibus acciperet pro cæde iuuenis, & ſic lis finita ruit, pax confirmata reuixit. Rex verò Centenſis abhinc ſemper in pace regnauit.

25 *Aliud Ina bellum cum Britonibus, ſeu Wallis, geſſit anno Chriſti* DCCX. *Ita Chronologus Anglo-Saxo:* Ina autem & Nun propinquus eius, cùm Gerente Rege Wallorum bellum geſſit. *& VVigornienſis:* Gewiſſorum Rex bellicoſus Ina & Nun ſuus proximus cum Gerente Britonum Rege bellum geſſêre, victumque in fugam vertêre. *Huntindonienſis lib. 4 Hiſtoriarum relato obitu S. VVilfridi Epiſcopi, quem ſuprà anno* DCCIX *è vitâ migraſſe diximus, ſubiungit:* Anno huic proximo pugnauit Rex Ine & Nun cognatus eius contra Gerente Regem Wales. Cuius pugnæ principio occiſus eſt Dux Higebald, ad vltimum verò Gerente cum ſuis faciem ab Anglis auertit, & fugiens ſpolia & arma ſequentibus reliquit. *Eadem refert VVeſtmonaſterienſis, ſed ad annum* DCCVIII. *Quis hic Nun fuerit, non additur: an ſortè Subregulus? vti ſub eodem Inâ fuerunt Baldredus & Adelardus ſuprà relati.*

26 *Hinc primò reiiciendus eſt Galfridus Monumetenſis, qui lib 12 cap. 18 Inam à Britonibus oriundum tradit:* Tunc Alanus, *inquit*, ſuggeſſit Caduallador, vt diuinæ diſpenſationi pareret, & Britanniâ poſtpoſitâ, quod Angelicus ei præceperat monitus, perficeret. Filium ſuum Iuor, ac Ini nepotem ſuum, ad reliquias Britonum regendas in inſulam dirigeret, ne gens antiquo illorum genere edita libertatem barbaricâ irruptione amitteret. Tunc Caduallador, abiectis mundialibus, propter Deum regnumque perpetuum venit Romam & à Sergio Papâ confirmatus; inopino etiam labore correptus, duodecimâ autem die Kalendarum Maiarum anno ab Incarnatione Dominicâ DCLXXXIX à contagione carnis ſolutus, cæleſtis regni aulam ingreſſus eſt. *Quæ eadem narrat Beda lib. 5, cap. 7, de S. Ceaduallâ deceſſore S. Inæ, qui Pontifice Sergio, die, menſe & anno indicato Romæ ſanctè ex hac vitâ migrauit. Sed pergit Galfridus cap. 19.* Cùm autem Iuor & Ini naues ſibi collegiſſent, quos potuerunt, aſſociauerunt ſibi, & appliciuerunt in inſulam, atque XLIX annis gentem Anglorũ ſæuiſſimâ inquietatione affecerunt: ſed non multùm profuit.... Barbarie etiam irruente, iam non vocabantur Britones, ſed Gualenſes, vocabulum ſiue à Gualone Duce eorum, ſiue à Guales eorum Reginâ, ſiue à barbarie trahentes.

27 *Hæc VValliæ Regina vxor dicitur S. Inæ in auctario ad leges Edouardi Regis canone 35: vbi hæc adduntur æquè fabuloſa:* Rex Ina cepit in vxorem ſuam Gualam nomine, propter quam vocata eſt Wallia illa terra, quæ quondam vocabatur Cambria: bigamus enim fuit. Cepit autem cum vltimâ vxore ſuâ Cambriam, & Cornubiam, & coronam benedictam Britanniæ, quæ fuerat vltimo Cadwaladro Regi Britanniæ. Et vniuerſi Angli, qui tunc temporis extiterunt, vxores ſuas ceperunt de Britonum genere, & Britones vxores ſuas de illuſtri ſanguine & genere Anglorum, hoc eſt de genere Saxonum. Hoc enim factum fuit per commune concilium & aſſenſum omnium Epiſcoporum, & Principum, Procerum, Comitum & omnium ſapientum, ſeniorum, & populorum totius regni, & per præceptum Regis Inæ prædicti. Multi verò Angli ceperunt vxores ſuas de ſanguine & genere Scotorum. Proceres verò Scotorum, & Scoti ferè omnes ceperunt vxores ſuas de optimo genere & ſanguine Anglorum Germaniæ, & ità fuerunt tunc temporis per vniuerſum regnum Britanniæ duo in carne vnâ. Et taliter conſtituit rectum coniugium (& deleuit fornicationem & immunditiam à regno) & recta iudicia pro ſtabilitate regni, & confirmatione populorum, benignâ ſedulitate: & tali modo effecti fuerunt gens vna & populus vnus per

F vniuerſum regnum Britanniæ miſeratione Diuinâ. Deinde vniuerſi vocauerunt regnum Anglorum, quod anteà vocatum fuit regnum Britanniæ. Vniuerſi prædicti ſemper poſteà pro communi vtilitate coronæ regni inſimul & in vnum circiter contra Danos & Noruegienſes ſemper ſteterunt, & atrociſſimè vnanimi voluntate contra inimicos pugnauerunt, & bella atrociſſima geſſerunt. Erat enim prædictus Rex Ina optimus, largus, ſapiens, prudens, moderatus, ſtrenuus, iuſtus, animoſus, & bellicoſus pro loco & tempore, & in Diuinis legibus, & in ſecularibus inſtitutis, ſcriptis, & bonorum operum exhibitionibus irradiauit glorioſus, rexitque regnum, confœderauit, & conſolidauit, & in vnum pacificauit ſapientiâ & prudentiâ magnâ, & vbi locus adfuit, vi & manu armatâ. *Hæc ibi: quæ dum iis contraria ſunt, quæ ex antiquis optimæq; fidei atque auctoritatis probatæ hiſtoricis proferimus, quiuis vt futilia diſſlabit. Inter fabulas quoque cenſemus ſecundum S. Inæ coniugium cum Gualâ, ſeu VValliâ, Regis Britonum Cadwaladri filiâ, cuius nulla apud alios mentio. Fuit illi coniux* Ethelburga, *ſubindè in Codice MS. per errorem* Sexburga *dicta, è Saxonibus Occidentalibus, vti & ipſe, oriunda, ſoror Adelardi Subreguli: quam cum illo regnum reliquiſſe infrà dicemus.*

28 *In heptarchiâ Britannicâ illuſtre fuit regnum Merciorum,*

Rex prudens, fortis, & religioſus,

Cantuariis bellum illaturus,

** ſupple voleates, pacem admittit,*

pecuniâ à VVithredo Rege oblatâ,

anno 694:

bellum gerit contra Regẽ Britonum anno 710,

AVCTORE G. H.

D *& perperã fingitur ab iis oriundus.*

nepos Caduualladri cũ S. Ceaduallâ cõfuſi:

& Rex VValliæ Anglos oppugnaſſe:

E *non cùm vxore VValliâ Cambriâ accepit:*

neque mutua coniugia Anglorum, Britonum & Scotorum præcepit:

neque oppugnatus à Danis & Norvvegis,

regnum defendit.

AVCTO-RE G. H

rum, *de quo agemus* XIII *Februarij ad Vitam S. Erminildæ Reginæ, vxoris Regis Wulfheri: huic ſucceſſerunt S. Ethelredus*
A *illius frater (cuius natalis incidit in diem* IV *Maij) tum Centredus, quo Romam abeunte anno* DCCIX *regno potitus eſt* Ceolredus, patriæ, *inquit Huntindonienſis*, & auitæ virtutis hæres. Ine anno regni ſui XXVI pugnauit contra Ceolredum Regem Merciorum, filium Edelredi Regis Wonebirih: adeò autem horribiliter pugnatum eſt vtrimque, vt neſciatur, cui clades deteſtabilior contigerit. *Ita Huntindonienſis. Idem prælium ad annum Chriſti* DCCXV, *referunt Chronologus Anglo-Saxo, VVigornienſis, Ceſtrenſis, ad annum ſequentem Weſtmonaſterienſis. Locus pugnæ vocatur illis* Wodnesburh, Wodnesbirch, Wodnesbeorh, Wodemobirgh. *Silentio prætermittit hoc bellum Malmesburienſis, eiuſq; loco tradit* Orientales Anglos hæreditarium excepiſſe odium, omni nobilitate primò pulsâ, pòſt etiam bello fusâ. *Sub finem huius ſeculi occiſo Rege S. Ethelberto, qui colitur* XX *Maij, Angli Orientales Regibus Merciorum ſubiecti ſunt. Agit de bellis hiſce etiam Ethelwerdus lib.* 2 *cap.* 12.

pugnat cũ Rege Merciorum anno 715:

29 Anno DCCXXI Ina Kineulfum occidit. *Ita Chronologus Anglo-Saxo, & VVigornienſis, qui* Clitonem Kineulfum *nominat: quo indicari obſeruat Spelmannus Regis filium fuiſſe. Pergit Chronologus:* Anno DCCXXII Ethelburga Regina caſtrum Tantun deſtruxit, quod
B priùs extruxit Ina; & Aldbrihtus in Suthriâ & Southſexiâ exul periit. Ina autem contra Suthſaxonas pugnabat. *Ea paucis perſtringit VVigornienſis. Copioſiùs Weſtmonaſterienſis*, Ina, *inquit*, exercitum grandem in Southſexiam promouit, & in eodem prælio Eadbertum, quem priùs fugauerat à caſtro, quod Tantona dicitur, interfecit: eò quòd Ina conſtruxerat caſtellum prædictum. *Hiſtoricus Anglo-Saxo eadem eius refert ad annum* DCCXXV. Et Ina, *inquit*, contra Suthſaxonas pugnabat, ibique Aldbrihtum fudit. *Aliquam confert lucem Huntindonius:* Ine, *inquit*, anno XXXVI regni eius exercitum in Sudſexe promouit, pugnauitque contra Sudſexas potenter & victoriosè, & interfecit in eodem prælio Ealdbrith, quem priùs fugauerat à caſtro, quod vocatur Tantúne, quod quidem Rex Ine conſtruxerat; ſed, quia iuuenis prædictus Ealdbrith caſtrum introierat, qui regius hoſtis erat, Edelburh Regina vxor Ine caſtrum cepit armis, captumque deſtruxit, & cum fugere compulit in Sudrei. Eadbertum *hunc Polydorus Vergilius* Aldinium Auſtralium Saxonum Regem *appellat.*
C *Eſt autem* Tantona *elegans hoc tempore oppidum in Comitatu Somerſetenſi, ad fluuium Thonum, qui illi nomen peperit.*

& cũ Saxonibus Auſtralibus.

§ VI *Varia Inæ opera pia in regno & Romæ.*

30 *CVm corpora SS. Indractí & ſociorum Martyrum, de quibus* V *Februarij egimus, in profundâ quadam foueâ à latronibus abſcondita eſſent*, Rex Yne, *inquit Auctor Vitæ*, nocte quadam reſpiciens in cælum, vidit columnam quaſi ignis perſpicuam, à loco, in quo corpora ſancta abſcondita erant, in cælum tendentem, cuius ſplendor ſuos oculos, quocumque eos verteret, ſequebatur. Cumque per tres noctes eamdem viſionem perſpexiſſet, quibuſdam ſecum aſſumptis, venit ad locum, & inuentis Martyrum corporibus cum magno honore apud Glaſtoniam ea ſepeliri fecit. *Hæc ibi.*

Corpora SS. Indractí & ſociorum Mart. diuinâ reuelatione inuenit,

ac trãſfert:

31 Inas vir magni conſilij & virtutis, (*verba ſunt Polydori Vergilij Archidiaconi VVellenſis*) domi foriſque clarus, bonis artibus vacans, ac iuſti æquique per omnia amans, cùm animaduerteret per adminiſtrationem publicarum rerum non licere ſibi eſſe quietum, Crucem ſuam ſuſcepit, ac Chriſtum ipſum ſecutus eſt. Ceterùm, antequàm id faceret, voluit religionem ſuis fortunis iuuare: quippe vir ſapientiſſimus ducebat viliſſimum ſtultiſſimumque eſſe, in alterius fidem permittere opes in varios vſus erogandas, quas ille, qui acquiſiuiſſet poſſet ipſe largiri. Itaque Welliæ ædem ædificauit magnifico apparatu, eamque D. Andreæ Apoſtolo dedicauit: in quâ Sedem Epiſcopalem collocandam curauit, & eam poſteà multis locupletauit poſſeſſionibus. Wellia vrbs in eâ inſulæ parte, quæ ad occidentalem ſolem ſpectat, ſitâ eſt ad radices montis, quem Mendepium vocant. *Hæc Polydorus. Verùm quæ de Epiſcopali Sede tradit, non ſatis firmâ & ſolidâ fide nituntur. Certè aliter ſentit Malmesburienſis lib.* 2 *de geſtis Pontificum Anglorum:* Tertius, *inquit* Epiſcopatus Weſtſaxonum fuit apud Wellas, villam in Somerſetenſi pago. Ibi à tempore Regis Edwardi ſenioris fuerunt Epiſcopi. *Addit Harpsfeldius ſeculo* 8, *cap.* 8 conſtare ante Edouardi ſenioris tempora nullum ibi ſediſſe Epiſcopum. *Cambdenus in Belgio*, templum *ait* habere & Collegium ab Inâ Rege in S. Andreæ honorem conditum. *Anno deinde* DCCLXVI Kinewulphus Occidentalium Saxonum Rex, *vt in eius chartâ apud Godwinum legitur*, aliquam terræ partem, cum conſenſu Epiſcoporum & Satraparum, Dei Apoſtolo atque miniſtro eius S. Andreæ humiliter adſcribendo donauit, ad augmentum monaſterij, quod ſitum eſt iuxta fontem magnum, quem vocitant Wielea. *Conſentiente Inâ Rege Danielem Britonum Epiſcopum iſtic ſediſſe tradit ex Chronico Glaſtonienſi Wſſerius cap.* 5.

D *VVellis templum S. Andreæ extruit,*

& collegiũ

ſeu monaſterium.

E

32 *Ex fide codicis MS. Glaſtonienſis bis Romam profectus eſt S. Ina. De primo itinere hæc iſtic traduntur:* Dehinc *poſt diplomata data monaſterio Glaſtonienſi*, prædictus Rex Ina litteras regali ſignaculo ſignatas ſummo Pontifici direxit, in quibus hæc omnia prædicta cum poſſeſſionibus & libertatibus Glaſtonienſi Eccleſiæ continebantur ſcripta, ſimulque cum quodam ſcypho ex auro puriſſimo, & cum aliis regalibus donis, quæ idem Rex prædicto Pontifici tranſmiſit, ſupplicauit, & ſupplicando obtinuit, vt Glaſtonenſem Eccleſiam cum pertinentiis & libertatibus ſuis in ſinum & protectionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſuſciperet, & ipſam Apoſtolicâ auctoritate in perpetuum confirmaret. His autem omnibus à ſummo Pontifice acceptis, eoque annuente & ſuſcipiente, regiam penſionem per Apoſtolica ſcripta gloriosè confirmauit. Et eodem anno idem Rex Romam perſonaliter adiuit, & priuilegium Apoſtolico ſignaculo corroboratum redeundo Glaſtoniam apportauit.

Papæ Romano donat ſcyphũ aureum,

Glaſtonienſibus priuilegia confirmata

Romã rediens adfert:

33 *Tum forſan Ina celeberrimam eleemoſynam, quam* Denarium S. Petri *vocant, Pontifici obtulit.* Rex Ine, *inquit Ceſtrenſis*, primus omnium Regum denarium ex ſingulis domibus regni ſui B. Petro fertur conceſſiſſe, quod diu ab Anglis Romeſcot, Latinè verò Denarius S. Petri appellatur. *Polydorus ait ſe* eius muneris obeundi cauſâ primùm in Angliam veniſſe, & hanc aliquot per annos quæſturam geſſiſſe. *quam ita exponit:* Officia autem, eius Regis (*Inæ nimirùm*) pietatis plena infinita produntur: & illud in primis, quòd regnum ſuum Romano Pontifici vectigale fecerit, ſingulis argenteis numis, quos denarios vocant, in ſingulas domos impoſitis. Fecit idem eius exemplo, vt opinor, ductus Offa Merciorum Rex, qui non multò poſt id tempus regnauit. Fuit is annus ſalutis DCCXL. Hoc vectigal, prout quidam ſcribunt, auxit poſthac Etheluolphus, ſeu Athulphus Rex, qui totius ferè inſulæ imperium obtinuit. Omnis Anglia hoc tempore iſtud vectigal pietatis & religionis cauſâ Romano Pontifici pendit domeſticatim collectum, & numi illi argentei vocantur vulgò, Denarij D. Petri, quos Pontificius quæſtor, quem non inſcienter Collectorem nuncupant, exigit. *Quid præterea Ina hac ſuâ eleemoſynâ ſpectârit, ex VVeſtmonaſterienſi addimus:* Fecit Ina Rex, *inquit ad annum* 727, *Romæ domum, conſenſu &* voluntate Gregorij Papæ, quam Scholam Anglorum appellari fecit. Ad quam Reges Angliæ & genus regium cum Epiſcopis, Presbyteris, & Clericis in doctrinâ & fide Catholicâ erudiendi venirent, ne quid in Eccleſiâ Anglicanâ ſiniſtrum aut

F

Denario S. Petri Pontifici oblato,

regnũ illi ſubiicit:

Scholam Anglorum Romæ extruit:

Aut Catholicæ vnitati contrarium doceretur, & ſic in fide ſtabili roborati, ad propria remearent. Erant enim doctrina & ſcholæ Anglorum à temporibus S. Auguſtini per Romanos Pontifices interdictæ propter aſſiduas hæreſes, quæ in aduentu Anglorum in Britanniâ emerſerant, dum pagani Chriſtianis permixti, ſanctæ conuerſationis gratiam corruperant fidei Chriſtianæ. *templũ S. Mariæ.* Fecit præterea, iuxta domum præfatam, eccleſiam in honorem beatæ Virginis Mariæ fabricari, in quâ Anglis Romam aduenientibus Diuina celebrarentur myſteria: & in quâ poſſent, ſi quem ex Anglis Romæ mori contingeret, ſepeliri. Et hæc omnia vt perpetuæ firmitatis robur obtinerent, ſtatutum eſt generali decreto per totum regnum Occidentalium Saxonum, in quo prædictus Ina regnabat, vt ſingulis familiis denarius vnus, qui Anglicè Romeſcot appellatur, B. Petro & Eccleſiæ Romanæ mitteretur, vt Angli ibidem commorantes vitale ſubſidium inde haberent. *Hæc VVeſtmonaſterienſis: quæ in primo eius in Vrbem aduentu concipi diſponiq, potuerint, in ſecundo verò ad perfectam executionem deduci.*

§ VII. Regnum à S. Inâ abdicatum. Vita ſanctè finita Romæ.

B 38 INterim Ethelburga vxor *eius*, fœmina ſanè regij generis & animi (*verba ſunt Malmesburienſis lib. 1 de geſtis Regum Anglorum cap. 2, & Continuatoris Bedæ lib. 1, cap. 3*) dum crebrò viri inſtillaret auribus, vt mundanis rebus vel extremis annis valefaceret, & ille hortantem de die in diem differret; aſtu tandem vincere parat. *A Reginâ coniuge pio quodâ aſtu,* Cùm enim quadam vice apud villam ingenti tumultu regales luxus explicuiſſent, poſterâ die cum diſceſſiſſent, villicus ex Reginæ conſcientiâ palatium quantâ potuit deformitate, tam fimo pecudum, quàm aggere ruderum infamat. Poſtremò in lecto, vbi cubuerant, porcam nouiter enixam collocat. Intereà cùm iam plùs milliario proceſſum eſſet, illa maritum vxorius delinimentis aggreditur, rogans, vt illuc, vnde abierant, neceſſariò pedem referant; magni diſcriminis rem fore, ſi non exaudiat. Re non difficulter impetratâ, Rex videns locum pridie Sardanapalicis deliciis parem, nunc fœdâ ſolitudine deformem, miratur, tacitoque iudicio oculi rem examinantes, ad mulierem redière. Tunc illa occaſionem aucupata, lætumque ſubridens: Et vbi ſunt, ait, Domine conitus, heſterni ſtrepitus? vbi aulæa Sidoniis * fucis ebria? vbi paraſitorum diſcurrens petulantia? vbi Dædala vaſa pondere metallorum menſas ipſas onerantia? vbi terrâ marique exquiſita ad gulæ lenocinium obſonia? Nónne omnia fumus & ventus? nónne omnia tranſierunt? & væ his qui hæſerint, quia ſimul tranſibunt. Nónne omnia ſicut fluuius præceps & currens in mare? & væ his qui hæſerint, quia ſcilicet trahentur. Cogita, quæſo, quàm miſerabiliter defluent carnes, quæ modò in deliciis nutriuntur. Nónne nos, qui ingurgitamur vberiùs, putreſcimus miſerius? Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior inſtabit cruciatio.

& perſuaſione efficaci
al. ſuccis
C
docetur vanitatem rerũ mundanarum:

39 Nec plura locuta, maritum compulit in ſententiam exemplo, quam multis annis fruſtrà infuſurrauerat verbo. Nam poſt triumphales bellorum manubias, poſt multarum virtutum gradus, ſummum culmen perfectionis meditatus, Romam abiit. Ibi, ne pompam ſuæ conuerſionis faceret, non publicis vultibus expoſitus, crinem depoſuit; ſed vt ſolius Domini oculis placeret, amictu plebeio tectus clàm conſenuit: nec deerat tanti dux fœmina facti: quæ, cùm anteà virum ad hoc audendum incitaſſet, tum mœrentem verbis lenire, & labantem exemplis erigere, prorſus, quod ad ſalutem eius ſpectaret, nihil dimittere. Ita mutuâ caritate connexi, temporibus ſuis viam hominum ingreſſi ſunt. Non ſine magnis miraculis, vt accepimus, quibus Diuina dignatio felicium coniugum ſæpè reſpondet meritis. *Hactenùs Malmesburienſis.* Sanctiſſimè cum magnis miraculis ex hac vitâ migraſſe *traditur in Codice MS. Glaſtonienſi.*

Romam abit:
vbi ignotus, vili habitu, Deo ſeruit:

Arcto. reg H.
D
miraculis clarus obiit:

40 *Eadem attingit Beda lib. 5 cap. 7.* Abeunte autem, *inquit*, Romam Ceadwallâ, ſucceſſit in regnum Ine de ſtirpe Regiâ, qui cùm triginta & ſeptem annis imperium tenuiſſet, & ipſe, relicto regno ac iunioribus commendato, ad limina beatorum Apoſtolorum, Gregorio Pontificatum tenente, profectus eſt: cupiens in vicinià ſanctorum locorum ad tempus peregrinari in terris, quò familiariùs à Sanctis recipi mereretur in cælis. Quod his temporibus plures de gente Anglorum, nobiles, ignobileſque, laici, Clerici, viri ac fœminæ certatim facere conſueuerunt. *De S. Gregorio Papa 11, infrà agemus XIII Februarij. Iuniores, quibus Beda ait regnum ab Inâ commendatum, ſunt Ethelhardus eius ſucceſſor, & Oſwaldus Clito, contra quem eodem adhuc pugnauit anno Ethelhardus. Huntindonienſis de Inâ & ſucceſſore ita ſcribit:* Ine Rex potens & felix, relinquens Adelardo cognato ſuo regnum, Romam petiit, & ibi peregrinans in terris, ſtipendia meruit in cælis. *Ac recenſitis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus Francorum, & variis Sanctis, qui eo regnante floruerunt, ſubiungit:*

reliquit regnum cognatis,
ex quibus ſucceſſit Adelardus.

41 Reges verò contigui Cedwalla & Ine, magni viribus, quod commune fuit eis cum belluis; maiores verò ſanctitate, quod proprium eſt Angelorum, & hominum, ſed paucorum, egregiè fecerunt. Vnde Beatos dicent eos omnes generationes. Sicut & duo Reges contigui fecerunt, ſcilicet Edelred & Cenred, qui, relictis omnibus bonis fallis, verum & ſummum bonum, quod eſt Deus, adepti ſunt. Reges ergo terræ præſentes imitamini Reges prædictos ſapientes & beatos, non furioſos & infelices: quorum diſtinctionem opera & finis operum in præſenti tractatu demonſtrant. Quatuor ergo Reges prædicti luminaria ſunt omnibus Regibus terræ: vt boni, quos imitentur habeant; mali, vnde excuſentur, non habeant. Vos etiam, qui Reges non eſtis, Reges prædictos imitamini, vt cæli Reges efficiamini. Si enim, cùm illi maiora reliquerunt, vos minora relinquere nolueritis, ſancti Reges prædicti veſtræ damnationis iudices erunt. Adelhard Rex Weſtſaxe primo anno regni ſui pugnauit contra Oſwald iuuenem de regiâ ſtirpe regnum idem ſibi acquirere conantem. *Traditur hic* Oſwaldus *filius* Ethelbaldi, *fortè Subreguli, inde Clito agnominatus, & eodem, quo S. Ina, proauo Cuthwino prognatus.*

E
Ina Angelis comparatur,
Beatus habitus,
cum aliis Regibus Anglo-Saxonibus,
& Sallus.

42 *Ferrarius Catalogo Sanctorum Inam adſcribit VI Februarij:* In Angliâ S. Inæ Regis. *Menardus in Martyrologio Benedictino,* Romæ, *inquit*, depoſitio B. Inæ Regis occidentalium Saxonum. *Edouardus Maiheu in Natalibus Sanctorum congregationis Anglicanæ Ordinis Benedictini eum pluribus encomiis exornat:* Commemoratio, *inquit*, B. Inæ potentiſſimi & piiſſimi Occidentalium Saxonum Regis qui ... regno ipſe ſuo omnique mundi gloriæ valedicens, Romam profectus eſt, ibique vitam monaſticam amplexus & profeſſus eſt ... Obiit ſanctiſſimè Romæ monachus anno circiter Domini DCCXXVII, ſepultuſque ad introitum baſilicæ S. Petri, vt Eccleſiæ illius tabulæ teſtantur. *Eadem ferè referuntur in Martyrologio Anglicano. Wion lib. 4 Ligni Vitæ cap. 6,* S. Inas, *inquit*, Rex Saxonum Occidentalium XI in Angliâ, artibus belli & pacis inclytus, Romam pietate motus adiens, ac regno ſe exuens, monaſticam vitam cum magno animi feruore, habitu à Pontifice ſumpto, anno Chriſti DCCXXVI, regni verò ſui XXXVII aggreſſus, in eâ ad finem vſque permanſit, in Sanctorum catalogo poſteà relatus. *Eumdem Sanctis annumerat Hieronymus Porterus in Floribus Sanctorum Britanniæ VI Februarij, vitæ compendio ex Harpsfeldio potiſſimùm deſcripto. Hic, ita de eius monachatu ſentit:* Beatorum Apoſtolorum, *inquit*, limina inuiſere, illiſque & illorum ſe patrocinio ad Dei facilius gra-

F
Martyrologiis inſcriptus.
relatus in Sanctorum catalogo:

AVCTORE G. H.

tiani promerendam, atque ibi, vndè gens ſua primam fidem hauſerat, reſiduum vitæ, feriato, quieto, atque tranquillo à rebus omnibus terreſtribus animo, inter monachos traducere voluit. Quod & præſtitit, monachumque ſe non palàm, aſtanteque, vt fit, populi concione (quæ frequens ſine dubio ad tam inſolens ſpectaculum accurriſſet) ſed clàm in ſolo Deo, eiuſque aſpectu acquieſcens, profeſſus eſt. *Hæc ille, citatis ad marginem Malmesburienſi & Ceſtrenſi. Illius verba dedimus, quem iſte ferè deſcribit:* Romam, *inquit*, vbi non Principis vultibus expoſitis, crinem depoſuit, & plebeio cultu amictus, inter mendicos conſedit. *Ita reſpectu regiæ maieſtatis depoſitæ habitus & vita monaſtica æſtimatur. Florebant tum apud Anglo-Saxonas monachi Benedictini, ex quibus erant Glaſtonienſes, quorum monaſterium à S. Inâ magnificentiâ verè regiâ reſtauratum oſtendimus, quibus etiam confirmauit conceſſam à Kentwino Rege priuilegij dignitatem, quâ poſſet ab iis eligi & conſtitui Abbas iuxta regulam S. Benedicti. Ex ſimili Abbate in Epiſcopum aſſumptus erat* S. Aldelmus cognatus *eius*, cuius ille præcepta, *teſte Malmesburienſi*, audiebat humiliter, ſuſcipiebat granditer, adimplebat hilariter.

an monachus factus Romæ,

& Benedictinus?

43 *Sub eadem S. Benedicti regulâ vitam monaſticam profeſſæ erant eius ſorores S. Cuthburga & Quenburga. Demum quæ à cunctis laudatur tanti dux fœmina facti, erat coniux eius Ethelburga Regina, mulier prudentiſſima & religioſiſſima, quæ Rege Romam proficiſcente, &* ipſa (*verba ſunt Baronij ad annum Chriſti* 740, *num.* 14) haud imparem fortitudine ſuo viro, licet in ſexu fragili, ſe exhibens, de contemptu mundi peregregium ſpecimen dedit. Monaſticam ſiquidem vitam amplexa, perpetuo ſe ergaſtulo mancipauit, cùm monaſterium monialium ſanctarum ingreſſa, ibidem ex Reginâ ſe in ancillam conuertit, atque tantùm ſibi imperare delegit, probè ſciens verè eſſe illum Regem, qui Chriſti amore aliis ſubditum ſe conſtituit, & verè imperare, qui ſuis paſſionibus dominatur. *Spelmannus ad annum* 725 *annotat* Reginam *hanc* Edelburgam primò monialem factam eſſe in cœnobio Berkingenſi *ſuprà memorato, in Eſſexiâ iuxta Tamiſim fluuium*, deinde illic Abbatiſſam *fuiſſe. Quod etiam tradunt Harpsfeldius; Maiheu aliiq;. Alia iſtic priore ſeculo præfuerat Ethelburga, ſoror S. Erconwaldi Epiſcopi Londinenſis, ab Regibus Anglorum Orientalium progenita, quæ ſanctis Virginibus adſcripta colitur* XI *Octobris. Ceſtrenſis ait* Ethelburgam *coniugem S. Inæ* ad Berginſenſe monaſterium receſſiſſe, vbi ſoror eius Abbatiſſa fuerat & ipſa poſtmodùm Virginibus illis prælata, beato fine quieuit.

ſanctimonialis,

Regina Ethelburga eius vxor

dein Abbatiſſa in monaſterio Berkingenſi, beato fine quieuit.

44 *In annis regni Inæ ordinandis hæc obſeruanda. Initium ad annum Chriſti* DCLXXXIX *cum antiquis auctoribus retulimus; qui tamen annus, vtpote non completus, in computum non refertur. Hinc qui Huntindonienſi eſt annus regni* XXVI, *alius eſt Chriſti* DCCXVII, *quo pugna eius cum Ceolredo Merciorum Rege refertur: qui eidem eſt annus* XXXVI *regni, à Chronologo Anglo-Saxone traditur annus Chriſti* DCCXXVII, *illuſtris victoriâ de Saxonibus Auſtralibus relatâ. Annos regno eius vniuerſim attribuunt Beda aliiq; triginta ſeptem, quos ſecundùm calculum datum finimus anno Chriſti* DCCXXVI, *& ſic Weſtmonaſterienſis*, Anno gratiæ, *inquit*, DCCXXVII Ina Rex felix & potens, Æthelhardo cognato ſuo regnum ſuum relinquens, Romam petiit, vt pro regno temporali commutaret æternum. *Alij tamen hæc referunt ad annum ſequentem* DCCXXVIII, *fortè propter aliquod interregnum, cuius tempus illi attribuitur. Ita Chronologus Anglo-Saxo ad eum annum:* Hîc Ina Romam adiit, ibique ſpiritum efflauit. *Wigornienſis:* Relicto imperio, ac Æthelhardo de proſapiâ Cerdici Regi ſoriundo commendato, Rex Ina ad limina beatorum Apoſtolorum, Gregorio Pontificatum agente profectus eſt, cupiens in vicinià ſanctorum locorum ad tempus peregrinari in terris, quo familiariùs à Sanctis recipi mereretur in cælis. *Quæ vltima ex Bedâ antè relato ſumpta. Ille cum eodem capite deſcripſiſſet S. Ceadwallam Romæ repentinâ morte ſublatum eſſe, S. Inæ tempus aliquod peregrinationis concedit: atque ita eum* Romæ clàm conſenuiſſe *ſcribit Malmesburienſis, aliquandiu poſt annum* DCCXXVIII *ſuperſtitem.*

Anni regni eius,

tempus peregrinationis eius.

& vita Romæ acta.

DE S. GVARINO

S. R. E. CARDINALE

EPISCOPO PRÆNESTINO,

Commentarius præuius.

I. B.

ANN. CH. MCLIX. VI FEBR. *S. Guarinus Ep. Præneſtinus, Bononiæ natus,*

CVm Præneſtinam Eccleſiam (*cuius Præſul, vti to. 1 Italiæ ſacræ ſcribit Ferdinandus Vghellus*, ab immemorabili, vnus eſt è ſeptem purpuratis Epiſcopis, qui propiori dignitatis gradu Pontificium thronum circumſtant) *ſub exitum anni* CIↃCXLIV *moderandam ſuſcepit* S. Guarinus, *Bononiæ natus, nobili familiâ, ſiue* Guariniorum, *vti Carolus Sigonius lib. 2 de Epiſcopis Bononienſibus; Vghellus loco citato, & in Hiſtoriâ Pontificum Alphonſus Ciacconius, tradidêre; ſiue* Fuſcariorum, *vti vel idem Ciacconius vel qui eius opus interpolauêre, & Gabriel Pennottus in Hiſtoriâ tripartitâ Clericorum Canonicorum; ſeu denique* Fuſcarariorum, *vti Onuphrius Panuinius in Romanis Pontificib. Cherubinus Ghirardaccius lib. 2 hiſtoriæ Bononienſis, & Officia Canonicorum regularium Lateranenſium anno* CIↃIↃCXXXIV *excuſa, habent. Pro Guarinis affert Vghellus S. Guarini* inſignia gentilitia, bouem erectum, anhelantemque, ac collum mille circumdatum. *Alia certè illi Ciacconius tribuit, etiam in poſtremâ editione, cui accurandæ ipſe quoque Vghellus operam impendit. Forſan paternum illi ex vnâ harum familiarum genus fuit, maternum ex alterâ; & ſi non vna eſt Fuſcaria ac Fuſcararia, è tertiâ illi auia fuerit; vt omnes ad ſe partem decoris, quod ex eius dignitate ac ſanctimonia in agnatos redit, trahere meritò poſſint. Lucij* II *Papæ, qui & ipſe Bononienſis erat, Gerardus Caccianimicus antè dictus, conſanguineum fuiſſe aiunt Pennottus & Ciacconius.*

non ſat cōſtat quâ familiâ:

2 *Fuit primùm Guarinus Clericus Eccleſiæ Bononienſis. Sed maioris perfectionis ſtudio, inſtitutum Canonicorum regularium complexus eſt: quo in loco, non ſatis inter ſcriptores conuenit. Sigonius, Ghirardaccius, Ciacconius, volunt in cœnobio S. Mariæ ad Rhenũ amœni ſito, tribus ab vrbe Bononiâ milibus paſſuum, id cõtigiſſe. Officia propria Canonicorum regularium, Ciacconij editio poſtrema anni* 1630, *&* Pennottus *lib. 3 cap. 50 aſſerunt Mortariæ in ditione Mediolanenſi id factum. Quî dioquii ita innoteſcere virtutem eius Ticinenſibus potuiſſe, ſi iuxta Bononiam, tanto inde interuallo, habitaſſet? Vghellus to. 1 Ital. ſacræ, ſcribit* ex Canonico S. Mariæ Rhenanæ, ſiue, vt alij volunt, ex monaſterio ſanctæ Crucis Mortariæ ad epiſcopatum vocatum. *Pennottus Notat. 8 in Officia Canonicorum regularium, ita diſſidentes Scriptorum ſententias conciliat:* Hunc nonnulli monaſterij Rhenani prope Bononiam Canonicum faciunt: quod parùm retulerit, cùm eſſent tunc Canonici Mortarienſes, Lateranenſes ac Rhenani eiuſdem profeſſionis, ſi non eiuſdem congregationis. Quam ob cauſſam, qui vnius erant, in alterius congregationis Necrologiis & Menologiis notabantur.

fit Canonicus regularis Mortariæ,

vel (vt quidã volunt) iuxta Bononiam:

3 *Cùm*

A 3 *Cùm Ticinenſem Epiſcopatum, ad quem vi ferme rapiebatur, fugâ ac latebris declinaſſet; poſteà à Lucio* II *Pap. â, an.* CIↃCXLIV, *menſe Decembri, Cardinalis Prænestinus conſtitutus eſt, inuitus, &* (*vt in poſtremâ Ciaconij editione dicitur*) impoſitâ ei obedientiæ neceſſitate. *In priori verò anni* 1601 *de eo iſta habentur:* Eius etiam pietatis in miſeros clarum extat monumentum, Hoſpitale in patriâ erectum, quod Sancti Iob appellant. *Ghinius id illum de paternis bonis conſtruxiſſe ac fundaſſe ſcribit. Ghirardaccius lib.* 2 *ad annum Chriſti* MCXLI *ita id narrat:* Eodem anno Guerrinus Cardinalis Fuſcararius, Bononiæ hoſpitale conſtruxit, quod nunc S. Iobi nuncupatur, aſſignatis reditibus, per quos Chriſti pauperibus ſubueniretur: vti in eius Vitâ, quæ penes Canonicos S. Saluatoris extat, memoratur. *At necdum eo anno Cardinalis erat Guarinus, quem ipſemet poſteà Ghirardaccius primùm anno* CIↃCXLIV *in eum ſenatum cooptatum tradit. Si id ex bonis paternis, vti Ghinius auctor eſt, fundatum, multò antè factum fuiſſe oportet; pòſt. ſi à Cardinale. Antonius Maſſinus in Bononiâ perluſtratâ, anno* CIↃCXLI *ex paternis bonis illud condidiſſe noſocomium ſcribit.*

Cardinalis an. 1144

fundat Bononiæ hoſpitale:

moritur an. 1159.

4 *Deceſſit tandem meritis plenus anno* CIↃCLIX *ſeptuagenario maior, exactis in Vitâ canonicâ annis* XL, (*vti affirmant Ghirardaccius, Ciacconius, & alij à Pennotto l.* 3, *c.* 50 *citati*) XV *in epiſcopatu, in ſeculo non multò pluribus* XX, *qui dicatur* ingenuæ indolis & probatæ virtutis iuuenis, *laxiorem ſociorum vitam aſpernatus, regulare inſtitutum amplexus. Vnde refutes Ciacconium, Ghinium, Maſſinum ſcribentes eum anno ætatis* CX *obiiſſe. Cui hoc credibile videatur,* XCV *natum annos, fractumq; ſenio, admotum denique infulis eſſe?*

B

quoto ſuæ ætatis?

canonizatur ab Alexandro III.

5 *Inter Sanctos dein Pontificiâ auctoritate relatus eſt, & quidem (ſi Philippum Ferrarium audimus) ab Alexandro* III *Pontifice Maximo, qui & ipſe Canonicus regularis Lateranenſis fuerat, vti Panuinius memorat, atque eodem quo Guarinus obiit anno, Pontifex renuntiatus eſt, menſe Septembri, mortuus* XXVI *Nouembris, an.* CIↃCLXXXI.

colitur 6 *Febr.*

6 *Colitur* S. Guarinus *à Canonicis regularibus Lateranenſibus, vti ex propriis eorum Officiis patet,* VIII *Id. Februarij, ritu duplici. De eo MS. Florarium:* Item S. Narrini Epiſcopi Cardinalis & Canonici regularis. *Caniſius, & in addit. ad Vſuard. Molanus:* Prænestæ ſancti Epiſcopi & Confeſſ. Garini. *Martyrologium Romanum:* Bononiæ S. Guarini Epiſcopi Cardinalis Prænestini, vitæ ſanctitate conſpicui. *Pluribus de eo agit, ſæpius antè citatus, Conſtantinus Ghinius in Natalibus Sanctorum Canonicorum, & Ferrarius in Catologo SS. Italiæ.*

inſcriptus Martyrologiis.

C

eius Vita à quo ſcripta?

7 *Auguſtinus Ticinenſis, Canonicus congregationis Lateranenſis, qui vixit an.* CIↃIↃ *& deinceps, inter alia ſcripſit Vitam* S. Guarini, *quæ & à Surio edita; è quo eam hîc damus. Pennottus in Notat. ad Officia Canonicor. regular. de ſancti huius Præſulis Vitâ hæc teſtatur:* Vidi etiam eamdem illius Vitam, cum nonnullis libris D. P. Auguſtini editam Parmæ an. CIↃCCCCXCI, curante Seuerino Calco ſanctæ Crucis Mortariæ Præpoſito, cuius, quæ eſt apud Surium, compendium videtur. *Nobis adhuc maiorem illam videre non licuit.*

VITA

auctore Auguſtino Ticinenſi,

à Laur. Surio ex MS. edita.

S. Guarinus nobilis Bonon.

1 BEatus Guarinus, Chriſti Confeſſor, genere præclarus, Bononiæ oriundus, ad huius mundi caliginem illuſtrandam, velut ſplendidiſſimum ſidus, emicuit. *a* Ex ſuæ proſapiæ ſtirpe fuit quidam *b* Septimus Epiſcopus, qui doctrinâ & religione, miraculorum patrator, Catholicam illuſtra-

a

b

uit Eccleſiam. Cùm autem Hieruſalem proficiſci decreuiſſet, vt inde apud Ægyptum eremiticam duceret vitam; & Romæ parumper eſſet immoratus, ab Apoſtolico detentus, in Reatinâ Eccleſia Epiſcopus ordinatur. Vbi verò paruo tempore admirandæ religionis vitam duxit, iterum in priori perſeuerans propoſito, in Ægypti partibus eremiticâ auſteritate, in vaſtâ & optatâ ſolitudine, potitus eſt.

AVCTORE AVGVSTINO TICINENSI.

D

2 Præclarus itaque vir Guarinus, parentum diligentiâ ab incunte ætate nutritus, & moribus educatus, non laſciuiis, ſicut aſſolet puerorum ætas, ſed ſacris literis intentus, ſicut aſſiduè, ita ſtrenuè quoque ſciuiis, orationibus, ac diuinæ contemplationi inhærebat. Itaque in dies excreſcens nouella plantatio, cæleſti irrigata doctrinâ, ſub ſancti Spiritus diſciplinâ ad religionis & vitæ Canonicæ perfectionem tendens, informis adhuc & tenera ætas formabatur. Spiritus namque pietatis deuoti mentem pueri ſubarauit, & in cordis eius tabulâ timoris Dei pariter & amoris rudimenta depingens, ad humilitatis & obedientiæ culmen mentis eius aciem inſtruxit, & Diuinæ gratiæ conceſſum ſibi talentum, bonorum operum meritis continuè augere promeruit.

à puero pietati deditus,

3 Factus deinde iuuenis B. Guarinus, inuitis *c* conſanguineis, qui de ipſo poſteritatem peroptabant, totis viſceribus Chriſti veſtigia complectens, maiori in Eccleſiâ Bononienſi Clericus honorificè fuit ordinatus. Verùm cùm ingenuæ indolis & probatæ virtutis iuuenis ſocios mollibus veſtitos cerneret, non quæ Ieſu Chriſti erant, ſed propria quæque ſequentes, ipſe pauper ſpiritu cœpit arctiùs ſe diuinis mancipare obſequiis: & puro ac ſincero Dei famulatu, deſpectis calcatiſque terrenis illecebris, forti animo cæleſtia quærens, ad amabilem diuini amoris perfectionem venire ſatagebat. Vtque omnipotenti Deo ad huiuſcemodi confirmandum propoſitum preces aſſiduas ardenteſque effunderet, ſolitaria loca frequentabat, tantoque ſublimiùs tranſeuntis mundi gloriam deſpexit, quantùm in culmine mentis agnouit nil eſſe in Dei amore quod poſſit auferri.

c

fit Clericus:

E

ad perfectionem aſpirat:

4 His igitur ſanctiſſimis inſtructus ſtudiis, ad Canonicam ſanctæ Crucis de *d* Mortariâ aduolans, ibique ſecundùm D. Auguſtini Regulam Canonicorum habitum ingenti deſiderio indutus, breui tempore perfectionis culmen attingere meruit. Virtutum ſiquidem ſtudiis annis plurimis intentus, ad vlteriora progreſſus eſt: elegitque optimam partem cum Mariâ, & ſedens in ſpeluncæ oſtio, diuinis ſuſpenſus deſideriis ad æterna, ſibilum ſenſit auræ tenuis ſuo cordi ſine ſono inſonantem. Ad ſolatium peregrinationis, & ad ærumnas temporalis exilij demulcendas, accuratiſſimè fodit Scripturarum puteos, in quibus viuam aquam indeſinenter hauriret: & nocte mortalitatis huius tres ab amico panes exegit: quò ſic refectionis aquâ potatus, & panis ſoliditate cibatus, ad montem denique Dei Oreb, ſicut viriliter, ita feliciter diuinæ contemplationis ſecreta penetraret.

d

fit Canonicus regularis:

F

vacat contemplationi.

5 Deſtinatus autem ad S. *e* Frigdiani Eccleſiam, in eâ à concanonicis perbenignè & reuerenter excipitur. Erat enim inter Fratres humilitate & obſequenti famulatu vti miniſter, doctor verbo, magiſter exemplo. Mortem ſibi quaſi quotidie imminentem intentus meditabatur: quæ quidem meditatio eſt peccatorum omnium peremptoria, iuxta quod ſcriptum eſt: In omnibus operibus tuis meditare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Vbi enim non eſt timor mortis, ibi diſſolutio vitæ: vbi verò diſſolutio vitæ, ibi peccatorum abundantia: vbi denique peccatorum abundantia, ibi & perditio animæ. Timor enim ſemper emendat, tollit ſecuritatem, parit ſollicitudinem, fugat torporem, animum excitat, ſuperbiam deiicit, humilitatem nutrit, caritatem auget, & virtutes multiplicat. Timens Deum, abdicat peccata in verbo, facto, cogita-

e

mortem aſſiduè meditabatur Eccli. 7. 40

AVCTORE AVGVSTINO TICINENSI, EX MS.

tione, & in omnibus motibus ſuis: peccatorum occaſiones euitans, ſe, corpus totamque animæ ſuæ vitam à malo cuſtodire ſtudet illæſa. Hæc S. Guarinus aſſiduè mente reuoluens, ad Dei ſeruitutem ſe præparabat, & contra carnis concupiſcentias indeſinenter pugnabat.

A Poſtremò ſanctæ obedientiæ iugo ſponte & humiliter colla ſubiiciens, cælesti Domino in ſanctitate & iuſtitiâ ſeruire ſtudebat.

6 Contigit autem, cùm poſt paucos annos ad Canonicam Mortarienſem reuerteretur, ibique aliquamdiu moratus, compertâ iamdiu antè eius famâ, in dies coram Deo & hominibus clariſſimis polleret virtutibus, vt nutu diuino *f* Papienſis Eccleſia proprio priuaretur Pontifice: ſicque, inſpirante Deo, communi omnium voto, tam Clerus, quàm populus vniuerſus B. Guarinum Epiſcopum *g* elegerunt. Cumque factus eſſet Cleri & populi concurſus, vt eum leuantes manifeſtarent electionem, cœpit B. Guarinus totis reluctari viribus, dicens indignum eſſe eum fieri Epiſcopum, qui priùs non fuerit doctrinâ & virtutum moribus probatus. Cumque nullâ ratione acquieſcere vellet, cuiuſdam Archidiaconi occaſione præſtitâ, qui ad eum anhelabat Epiſcopatum, deceptis cuſtodibus, vir ſanctus, qui antè fuerat in arcto loco detentus, per feneſtram dimittitur: ſicque tamdiu latuit, donec alter ibi conſecratus fuit Epiſcopus. Atque ita denique B. Guarinus ſuo potitus deſiderio, ad Fratres ſuos concanonicos rediens, veluti ſimplex animal inter eos conuerſabatur. Domini namque Ieſu Chriſti B. Guarinus fidelis imitator factus, qui cùm eum turbæ facere Regem voluiſſent, noluit; etiam ipſe per hoc imitationis exemplum præbuit, ne ſub prælationis occaſione, elationis tumore mentis eius cymba periclitaretur.

7 Poſt aliquantulum verò temporis, felicis memoriæ Papa Lucius II, natione Bononienſis, famâ eius creſcente, quantâ potuit inſtantiâ egit, vt B. Guarinus ad ſe veniret. Dei veri amicus in humilitatis cuſtodiâ perſiſtens, piè renuit Pontificis inſtantiam, aſſerens ſupra meritum ſuum eſſe, quod ab illo petebat: & qui in monaſterio quadraginta annos egerat, reuerti ad temporalem ſollicitudinem timebat. Victus tandem Pontificis inſtantiâ, & Prælati ſui hortatu, Romam profectus in Prænestinum Epiſcopum eſt conſecratus.

8 Cumque equitatum pretioſum, alioſque Epiſcopales apparatus à Pontifice dono recepiſſet, mox venditis omnibus, pauperibus pretium erogauit. Fit interea exultatio & plauſus generalis in populo, Chriſti fauor & gloria tollitur in immenſum, & S. Guarini nomen ſummis in vrbe præconiis celebratur. Clerum inſuper & populum ſalubri reficiebat pabulo, pauperibus alimenta & indumenta propriis manibus erogabat. Conuerſabatur autem in loco apud eccleſiam Prænestinam, ieiuniis & orationibus plenè vacans, & ceteris C omnino ſtudiis pietatis inſiſtens, Euangelicus negotiator vitæ perpetuæ margaritam pretioſis opibus præponebat. D

9 Denique iam ſenectute grauatus, cupiens diſſolui & eſſe cum Chriſto, depoſitionem quoque ſui tabernaculi *h* præuidens, vniuerſum ad ſe Clerum conuocauit: Quamquàm autem ſemper ei fuerit temporalis vita faſtidio, tunc tamen ardentiori mentis inceſſu ad Chriſti pulchritudinem contemplandam rapiebatur. Tandem poſt ſalubria monita, voluit eum Deus iter vniuerſæ carnis ingredi, communi mortalium lege. Sequenti namque nocte totus aër immenſo refulſit lumine: tanta poſtremò emicuit claritas, vt ſereno aëre iubar ſolis appareret. Appropinquante verò ſolis aurorâ, S. Guarinus cum claritate, carnis vinculis expeditus, ad vitam, quæ fine claudi non poteſt, cum gaudio migrauit, ſexto Februarij die. Tunc Chriſti Confeſſor omnibus carus, virtutum ſignis coruſcans in tertis, & meritis in cælis viuens, in ſepulchro & eccleſiâ beati Martyris *i* Agapiti, Sacerdotum manibus, debitâ veneratione reconditur.

10 Gloria ſancti viri & ſolennitas vicinas circumquaque regiones, longè latèque diſperſæ, confeſtim ad ſui deuotionem attraxêre. Eadem autem die mulier quædam dæmonio vexata, Albanenſem vrbem circuiit, loquebaturque per eam diabolus, ſic dicens: Hodie Præſul migrauit ad cælum, cuius precibus ego miſer expellar. Statim obſeſsâ muliere beati viri ſepulchrum attingente, cœpit per os eius in ſanctum virum conturnelias dæmon euomere: ſed precibus eius erepta mulier, Confeſſoris ſepulchrum feſtina amplexa eſt, & ei, cuius miniſterio ſic ſanata erat, gratiarum vota perſoluit. Vnde factum eſt, vt viſo miraculo, ſuſpenſis ante ſepulchrum lampadibus, confeſtim ſine ignis appoſitione, cernentibus omnibus, luminaria accenderentur, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. E

creatur Epiſc. Prænestinus:

amans paupertatis, munus ſanctè gerit:

liberalis in pauperes:

g oblatum Epiſcopatum Papienſem vt declinet, latet:

Energumenæ eius meritis ſanata:

lampades ad ſepulchrum diuinitus accenſæ.

a *Surius fatetur ſe locum hunc, in exemplari, quo vnico vſus eſt, obſcurè expreſſum, nonnihil illuſtraſſe.*

b *Vghellus to. 1 Ital. ſacra parte 2. in catalogo Epiſcoporum Reatinorum,* Septimium Quarinium *vocat, aitque an.* 1182 *Epiſcopum factum.*

c *Offic. propr. Canonicor. Lateran.* parentibus.

d *Iacet* Mortaria, *ſiue* Mortarium, *vulgò* Mortara, *Nouariam inter & Ticinum. De nominis origine dicemus ad Vitam SS. Amici & Amelij* 12 *Octobris.*

e *Colitur* S. Frigdianus *Lucæ* 18 *Nouembris. Eius eccleſia, cuius hîc fit mentio, fuit aliquando peculiaris congregationis Canonicorum regular. caput.*

f *Suſpicatur Vghellus hoc contigiſſe ſub annum* 1139, *mortuo Petro Epiſcopo* LXVI.

g *Ghirardaccius ſcribit à Papâ illi oblatum Epiſcopatum. Ferrarius addit, etiam alios Epiſcopatus accipere eum noluiſſe.* F

h *Officia Canonicor: regular.* cùm diuinitus præſciret, appropinquare ſibi depoſitionem ſui tabernaculi. *Conſentit Vitalellus in addit. ad Ciacconium.*

i *Colitur* S. Agapitus *Prænestinus Martyr* 18 *Aug.*

DE B. HILDEGVNDE COMITISSA,

FVNDATRICE COENOBII MARENSIS

ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS,

I. B.

Commentarius præuius.

POST AN. CHR. MCLXXXIII. VI FEBR. *Marenſe cœnobium*

OEnobium eſt Marenſe, in ditione Colonienſi, infra Noueſium vrbem, nobilium Virginum inſtituti Præmonſtratenſis: quod, multa licet aſpera perpeſſum nuperis bellis ac ſeculi ſuperioris, floret tamen etiamnum morum honeſtate cultuque religionis. Conditum ab annis ferè 10, *in* Meer, *ſiue* Mehre, *arce ad lacum ſitâ, vnde nomen, quod noſtrate Teutonicâ linguâ* mare *vel* lacum *ſonat: ſpatioſius deinde ac commodius extra arcem, haud tamen ab lacu procul, edificatum.*

2 *Id* B. Hildegundis *conſtruxit, ac poſſeſſionibus ſuis liberorumque dotauit. Ea* Hermanno *ac* Hadewige *Lidtbergæ Comitibus prognata fertur, nupta* Lothario *Comiti Arenſi, cuius videtur in Eyfliâ ditio fuiſſe, ac circa* Atam *flumen, vbi etiam.*

fundat B. Hildegundis.

A *etiammum præter Arenbergam, super Ducatus titulo decoratam,* Nouæ-Aræ, *vulgò* Nieuenar, *Comitatus,* Ar-villare *quoque, & Aldenaer, seu* Vetus-Ara, *& fortassis* Ara Vbiorum *olim. Eodem tractu* Sibodo ab Hochstaden Comes de Are *Steinfeldiam altero ante ortum Præmonstratensium seculo fundasse traditur. Peperit Lotharío Hildegundis* Hermannum *&* Theodoricum, *filiamq;* Haduigem. *At viro, filioq; Theodorico mortuis, Deo se cum filiâ consecrauit, ac Marense cœnobium condidit: matris, sororisq;* Gertrudis *exemplum imitata, quæ, Hermanno Comite vita functo, in* Dunwaldense *ordinis Præmonstratensis cœnobium, supra Molheimium, Colonâ haud procul, secesserant Deo famulatura: Pia Hildegundis consilia promouit* Hermannus *eius filius, qui iam antè eidem Ordini dederat nomen in monasterio Cappenbergensi, quod posteà per annos* XL *laudabiliter rexit. Vnde Reinoldus Archiepiscopus Colonienſis in primo suo Diplomate inferiùs recitando ait, B. Hildegundem,* adiunctâ sibi filiarum venerabilis filij sui Hermanni, quem tunc vnicum habebat, *Deo bona sua obtulisse. Et Alexander* III *Papa in Bullâ itidem paullò pòst proferendâ,* iuxta constitutionem, *inquit,* Hermanni Cappenbergensis Præpositi, cuius iuris castrum Mere noscitur extitisse. *Quare idem Hermannus* fundator Marensis *habitus. Ita* XIII *Ianuarij* § 10 *ad Vitam* B. Godefridi *Cappenbergensis nu.* 53 *in Catalogo Præpositorum Cappenbergensium:* IV B. Hermannus Comes Arensis, ex Lothario & B. Hildegundo natus,

B fundator cœnobij Marensis, summâ cum laude præfuit annis XL. *Et mox in alio Catalogo:* Quartus Ecclesiæ nostræ gubernacula suscepit D. Hermannus Abbas, Merensis cœnobij fundator: qui cùm annis XL adhuc laudabiliter præfuisset, beato fine quieuit.

filio in ea Religiosa,

exemplo matris,

filio imitante:

3 *Alios Marensi fundatrici parentes, nomen aliud ipsi filiæq;, tribuunt MSS. Chronica Cliuiæ, Iuliæ, Gelriæ:* Arnoldus, *inquiunt,* Theodorici germanus, Comes Cliuensis XVII, annis rexit XLVII, temporibus Henrici V, Lotharij II atque Conradi II Romanorum Imperatorum; tantarum quippe virtutum Princeps, quòd Margaretam Suauiæ Ducis filiam, & Frederici I Imp. sororem, in coniugem accipere meruerit: ex quâ genuit Theodoricum successorem, Aleydam Comitissam de Altena, siue Marca, & Margaretam Comitissam de Meer & Aere; quæ singulari deuotione permota, post mariti, viri vtique bellicosissimi, necem, ex castro suo Meer prope Nussiam, abbatiam fundauit Ordinis Præmonstratensis, tunc à nouo incipientis: in quâ ipsa, vnà cum filiâ Margaretâ, seculi pompis despectis, sanctimonialis effecta, post paucos annos in Abbatissam consecrata fuit anno Domini CIↃCLXVIII. Quæ & in Christo defuncta, in Choro eiusdem ecclesiæ cum miraculorum gloriâ sepulta requieſcit. Insuper Arnoldum Cliuiæ Comitem, eius genitorem, matremque Margaretam, grauissimis suis moribus & vitæ sanctitate

C adeò pellexit & inflammauit, quòd ex oratorio Comitum in Bedberch erecto, abbatiam insignem eiusdem Ordinis erigerent & magnificè dotarent.

alibi filia Comitis Cliuiæ dicta.

nomine Margaretæ:

4 *Eadem ferè scribit VVernerus Teschenmakerus, qui Arnoldi Cliuensis liberos enumerat,* Theodoricum & Arnoldum filios, mutuos vicissim successores, Aleidem Comitissam de Marcka, & Margaretam Comitissam de Aere & Meer prope Nouesium. Ex eâque, *inquit,* præter filium Theodoricum Comitem Meerensem maturè mortuum, duæ filiæ vicissim prodierunt, Elisabetha Randeradia, & Hildegundis Meerensis: quarum postrema, diuisione cum sorore institutâ, castrum suum Meerense in cœnobium ordinis Præmonstratensis Vestalium anno CIↃCLX conuertit: inque eo cum Matre monachatum professa, ipsaque Abbatissa prima renuntiata, post mortem in templi Choro sepulta est.

alibi eius mater Margareta appellata,

5 *Dissimulat hic auctor heterodoxus miracula B. Hildegundis, sed & alia (vti parùm curiosus est) peccat, vt cùm anteà Arnoldi Cliuensis vxorem* Idam, *quæ aliis* Margareta *est, facit* Conradi filiam, Frederici Barb. Imper. sororem, *cùm constet Frederici Imp. patrem non* Conradum *fuisse, sed* Fredericum, *Conradi* II *Imp. fratrem: Suggerit tamen quo citata Cliuiæ Comitum Chronica corrigi posse videantur: nimirùm, vt dicatur Arnoldi filia non* Margareta *aut* Hildegundis *fuisse, sed* Haduigis, *quæ* Hildegundem *deinde genuit. Eam enimuerò* Cliuensem *fuisse tradit in Annalibus breuibus Ordinis Præmonstratensis Mauricius du Pré, ita scribens:* Fridericus Archiepiscopus Colonienſis Dunewaldense Virginum cœnobium dotat cum Arnoldo Comite Montensi: moxque illic Hadewigis Comitissa Cliuensis, & Gertrudis eius filia iunior, disciplinæ regulari se subiiciunt. *At nullus eo tempore* Montensis *Comes* Arnoldus. *Cliuensis autem Arnoldus, vt ex* Aleyde *filiâ, Adolpho* I *Comiti Marcano nuptâ, nepotem habuisse dicitur* Brunonem II, *anno* CIↃCXXXII *Colonien. sem Antistitem creatum, ita ex alterâ filiâ* Haduige *neptem* Hildegundem *facile est vt nactus credatur: quæ si nupta est eo anno, quo eius consobrinus* Bruno *Episcopus obiit* CIↃCXXXVII; *potuerunt sanè circiter annum* CIↃCLX, *aut etiam priùs, filij eius eâ fuisse ætate, vt alter Imperatorem in Italiam comitaretur, alter Præmonstratensi familiæ se adiceret. Quod de* Arnoldo *dicitur ad studium pietatis pellecto, valuisse ad id filiæ* Haduigis, *neptiumq;* Gertrudis *& Hildegundis, proneptisq;* Haduigis *exempla, verisimile est.*

sed Cliuensis:

6 *Diutius genealogias hisce eruendis firmandisq; inhærere haud opus. Cur aliter atque Chronica illa & VVernerus sentiamus, facit Ægidij Gelenij antiquitatum sacrarum ac profa-* E *narum scientissimi viri auctoritas, qui & diplomata è primigeniis Actis transcripta, quorum sanè est fides quàm vulgarium genealogiarum longè certior, & ita consentientem* B. Hildegundis, *quam hic damus, Vitam ex tomo primo collectaneorum scriptorum suorum nobis singulari humanitate communicauit. Idem ex iisdem diplomatis lib.* 1 *de Coloniæ Agrippinensis magnitudine, syntagm.* 7 *tradit* Reinoldum *Archiepiscopum inter alia Ecclesiæ Colonienſi* acquisiuisse à B. Hildegunde de Mehre Comitatum infra Nouesium, consentientibus sanctissimis Hildegundis liberis, & sorore Elisabethâ Comitissâ de Randeradt & Litberg.

B. Hildegundis Vitæ vndè hic editæ

7 Hildegundem *porrò* Beatæ *titulo honestat Chrysostomus vander Sterre, monasterij S. Michaëlis in ciuitate Antuerpiensi Abbas, in Natalibus SS. Ordinis Præmonstratensis, quos ante* XXX *annos edidit. Plus illi tribuitur in libello an.* CIↃDCXXXV *Matriti excuso, qui* Ordo recitandi Officium Diuinum *inscribitur; ita enim habet:* VI S. Hildegindis Comitissæ, duplex. *Verùm, extra Sanctos Hispanos, non est istius libelli apud nos auctoritas magna. Consignat enim nonnullos veluti duplici aut semiduplici officio celebrandos, qui ne illis quidem in locis, vbi eorum corpora asseruantur, vllam obtinent in publicis precibus commemorationem.*

Non colitur Officiis Diuinis.

8 Beatam *etiam appellat Ioannes Pagius Bibliothecæ Præmonstrat. libro* 2, *vti &* Haduigem, *de quâ agemus* XIV *Aprilis. Eam quoque &* Hadwigem *filiam eodem honore condecorat in Fastis Agrippinensibus iam citatus Ægidius* F *Gelenius, sed eò solidiùs, quòd è propinquo explorare omnia potuit: & in Vitâ, præter miracula quibus est à Deo honorata, traditur corpus bis, cùm esset in Conuersarum (vt vocant) Choro sepultum, nocte fuisse virtute Diuinâ exhumatum, atque Hermanni Præpositi Cappenbergensis aliorumq;, consilio ante summum altare conditum: posteà inde etiam sublatum; & in tumbam bellè sculptam honorificè repositum. Demum subditur:* Eam iam olim Beatam & Sanctam appellarunt, consuetoque Sanctorum aliorum more pinxerunt; imò & inuocarunt, vetustâ ad eam oratiunculâ teste. Cingulum eius parturientibus, & pectinem cephaleâ laborantibus, ad optatum effectum profuisse, certum est. *Ita illic. Et suprà relatum ex Chronicis MSS.* miraculorum gloriâ *mortuum refulsisse.*

Beata tamen appellata,

translata,

picta, inuocata:

eius reliquiæ, miracula.

VITA

auctore Petro Roſtio

Ord. Præmonſtr. Steinfeldenſi Canonico.

B. Hildegundis parentes,

1 BEata Hildegundis, Marenſis cœnobij fundatrix, Hermannum Comitem Lidtbergenſem habuit patrem, matrem verò Hadewigem itidem Comitiſſam nobiliſſimam; quæ marito defuncto vnà cum Gertrude filiarum tertiâ, Deo ſeruitura in Dunwaldenſe Præmonſtratenſis Ordinis monaſterium ſeceſſit, cui prædium egregium, Zulhouen appellatum, contuliſſe dignoſcitur.

maritus, filij.

2 Piæ matris ſuæ exemplum ſecuta B. Hildegundis, Lothario Comite Arenſi marito ſuo & Theodorico filiorum altero mortuis, alteroque Hermanno in Kappenberg monaſticè profeſſo; circa annum MCLXV, poſtquàm ad limina Sanctorum Apoſtolorum fuiſſet

peregrinatio,

peregrinata, Chriſtum omnium bonorum ſuorum conſtituit hæredem, & in caſtro ſuo Meer ſacrarum Virginum fundat monaſterium. Pios eius conatus &

cœnobij fundatio,

cœpta nonnihil remoratur Eliſabetha ſoror eius, primam bonorum inter eas initam diuiſionem retractans,

a

& aliam ſibi adiudicari à *a* Reinoldo Archiepiſcopo petens & obtinens. Celebratur igitur multis Prælatis,

bonorum cum ſorore diuiſio,

Comitibus, Baronibus, aliiſque præſentibus diuiſio ſecunda: retinetque B. Hildegundis caſtrum Meer cum omnibus miniſterialibus, hominibus, poſſeſſionibus &

B

iuſtitiis eius; itemque prædium in Burich, Seiſt, Creueldt, olim Crinfeld, & Qülrinfelt, Barmen, Hulſen, Watſcherd, Winteren, Wülſtorp, Ouermandt iuxta Moſam, Doueren & Bendert, cum omnibus pertinentiis eorum. Eliſabethæ verò obtingit caſtrum Lidberg cum omnibus miniſterialibus, hominibus, poſſeſſionibus & iuſtitiis eius; adhæc prædium in Steinfale, Steinfurt prope Lidberg, Scheterhuſen, Zoppoldisbroig, & Prumere, cum omnibus pertinentiis ſingulorum. Sorori iam ſuâ portione contentæ, & omni in perpetuum renuntianti importunationi, B. Hildegundis ex

in ſ. eam liberalitas;

conſuetâ pietatis liberalitate, ſuperaddit & donat prædium ſuum in Ouermundt, in Doueren, & in Bendert; miniſteriales quoque ſuos in Barmen (non autem prædium ibidem) & beneficium ſuum in Brüche.

b c d cœnobij præfectura:

3 Monaſterij recens fundati curâ in ſpiritualibus venerabili viro M. *b* Vdalrico *c* Præpoſito *d* Steinfeldenſi, ſacræ Theologiæ Doctori, eiuſque ſucceſſoribus commiſsâ; B. Hildegundis, vnà cum Hadewige

C

filiâ ſuâ, in eo ordinem & habitum aſſumit Præmonſtratenſium: ac non multò pòſt Virginum ad eam confluentium Præfecta, ſiue (vt eo tempore huius inſtituti Antiſtite vocabâtur) *e* Prioriſſa prima deſignatur.

e

nouæ cœnobij fabrica,

4 Animarum creſcente numero, ipſa commodiore loco non procul à mari, ſeu lacu caſtrum alluente, modernum condit monaſterium: cuius eccleſia S. Laurentij (cui & ſacellum iam antè erectum ſacrum eſt) anno MCLXVIII extruitur, turrim habens mirabili

turris,

ſchemate, & (vt aiunt) ad imitationem Laurentianæ extra muros vrbis Romæ factam. Ferturque Theodoricus in Italiâ militiæ vacans, huius ſancti Martyris templum incendiſſe, ac ideò, quamuis de peccato dolens, à Deo ſubitaneâ morte punitus, & in Vrbe honorificè ſepultus eſſe.

ſpiritualia profectus,

5 Porrò B. Hildegundis pluſculis annis ſuperuiuens, plantationem ſuam cum incredibili gaudio florere videt, & fructificare ſuauitatem odoris: & ſingulari deuotionis ſpiritu perfuſa, non diebus neque noctibus à laudibus Diuinis & oratione ceſſat: fuiſque in Chriſto filiabus vitæ ſanctimoniâ præluceat, quibus vlteriùs ac meliùs de temporali ſubſidio prouidere pergit ſollicita, multùm eam iuuante Theodorico Comite ab

D

Are & Hochſtede, ſui quòdam mariti (vt aiunt) fratre.

& temporalia,

6 Nouellum hoc collegium Reinoldus, eiuſque in archiepiſcopatu ſucceſſor *f* Philippus benigno fauore proſequuntur: quorum hic varia ei conceſſit priuilegia; ille fundatrici, Reliquiarum conquirendarum ſtudioſæ, duo donat brachia *g* SS. Felicis & Naboris Martyrum, *h* iam pridem vnà cum ſanctis tribus Regibus Mediolano Coloniam per eum tranſlatorum.

f Reliquiarum theſaurus,

g

h

i priuilegia:

7 Alexander Papa III anno *i* MCLXXVIII B. Hildegundis fundationem confirmat, ampliſſimaque cœnobio Marenſi largitur priuilegia. Anno MCLXXXIII riuus, qui per vicinos agros aliorſum labebatur, per

riuum illum deductus:

conuentum ipſum ab eâ deducitur.

k corpus B. Hildegundis

8 Poſt mortem claret miraculis, quæ monaſterij libris *k* bello Colonienſi direptis intercidiſſe videntur. Defunctæ corpuſculum (vt maiorum traditione accepimus) cùm in Conuerſarum choro bis terræ mandatum eſſet, vtraque vice ſequenti die reperitur exhumatum, & versùs ianuam ad presbyterium ducentem vtcumque directum: ideoque filij Hermanni Præpoſiti Kappenbergenſis aliorumque conſilio, ante ſummum altare tertiò ſepelitur. Eius ſacra oſſa ſucceſſu temporis ſunt eleuata, vt vocamus, & ipſo ſepulturæ loco in

non ſine miraculo, honorificè poſitum, eleuatum:

E

tumbam bellè ſculptam ac depictam honorificè collocata.

eius vt Sanctæ imago, inuocatio, Reliquiæ

9 Eam iam olim Beatam & Sanctam appellarunt, conſuetoque Sanctorum aliorum more pinxerunt, imò & inuocarunt, vetuſtâ ad eam oratiunculâ teſte. Cingulum eius parturientibus, & pectinem cephalcâ laborantibus ad optatum effectum profuiſſe certum eſt.

filius & filia Beati.

10 Hermannum filium quoque Beatum habitum fuiſſe, eius olim in eccleſiâ Marenſi ad matris dextram picti teſtatur effigies. Quin & oſſa Hadewigis filiæ (quæ matri in regimine ſucceſſit, ac prima Magiſtræ nomen accepit) reuerenter inuoluta prope ſummum altare vſque ad Truchſeſianæ deſolationis tempora aſſeruata fuerunt.

a *Huius de eâ tranſactione Diploma infrà dabimus.*

b Vlricum *vocat Cæſarius lib. 4 cap. 62 & virum magnæ litteraturæ ait fuiſſe, ac præclara de eo narrat.*

c Nondum enim, *inquit idem Cæſarius,* in Ordine Præmonſtratenſi erant Abbates.

d Steinfeldia *abbatia eſt celebris, in Ardennâ, loco ſaxoſo, vt nomen indicat. Ædificata traditur (vt ſuprà indicauimus) à* Sibodone Comite de Are, *circa tempora Henrici Aucupis, primùm ſanctimonialibus Virginibus longo tempore habitata: ijs deinde ob ſolutam diſciplinam amotis, data Canonicis regularibus, qui non multò pòſt Præmonſtratenſium inſtitutum recens exortum amplexi ſunt. Primus iſthic Præpoſitus fuit* Euerwinus. *ſecundus hic* Vdalricus.

Steinfeldia monaſt.

F

e *Hinc corrige non ſolùm Teſchenmakerum & Chronica Cliuia ſ. Hildegundis data, quæ* in Abbatiſſam conſecratam *tradunt, ſed & eos qui* Præpoſitam *vocant. cautiùs Vander Sterre & ex eo Pagius* Antiſtitam *dixêre.* Prioriſſam *appellat Alexander III infrà.*

S. Hildegundis Prioriſſa, non Abbatiſſa.

f *De hoc infrà agemus ad Bullam Alexandri III.*

g *Coluntur 12 Iulij, vbi Nos de eorum tranſlatione.*

h *Imò paullò antè, anno nimirùm 1164,* in vigiliâ S. Iacobi *Coloniam eas Reliquias attulerat* Reinoldus, *vti habent Godefridi monachi S. Pantaleonis Annales.*

i *Infrà ad ipſius Alexandri Bullam oſtendemus anno 1179 datam.*

k *Id ante annos ferè 70 ab* Gebhardo Truchſeſio *motum, cùm Sede eſſet deiectus, quòd* Agnetem Mansfeldiam *ſibi coniugem ſumpſiſſet, eiuratâ fide Catholicâ. Bellum illud breuiter deſcribit Famianus Strada de bello Belgico dec. 2 lib. 5.*

DIPLO-

DIPLOMA REINOLDI ARCHIEP. COLON. de donatione B. HILDEGVNDIS, & fundatione collegij Marenſis,

Ex MS. codice ÆGIDII GELENII.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ego Reinoldus Dei gratiâ ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus vniuerſis Chriſti fidelibus in perpetuum.

1 QVæ ad excellentem Domus Dei decorem, tempore noſtri præſulatus, & per noſtrum miniſterium dignatio ſuperna ordinauit, viuacitati ſcripturarũ neceſſarium duximus committere; ne impoſterum in re ordinatiſſimâ, & ad exemplum virtutis digniſſimâ, obliuio errorem, error turbationem poſſit inducere. Ideò vniuerſis præſentis æui B ac futuri, Eccleſiæ Dei fidelibus, per præſentem paginam cupimus innoteſcere, quòd illuſtris matrona Hildegundis Comitiſſa de Are Diuino inſpirata conſilio, dum Coloniam, *a* ſecundò ab Italiâ, Deo duce, remeaſſemus, caſtrum ſuum Mere & vniuerſa prædia ſua, quæ ex iure hæreditario in dominium & vſum eius ceſſerant, miniſteriales quoque ſuos, & numeroſitate & honeſtate valdè commendabiles, adiunctâ ſibi manu venerabilis filij ſui Hermanni, quem tunc vnicum habebat, Deo in manibus noſtris obtulit, ac pro remedio animæ ſuæ & prædilecti filij ſui Theodorici quondam Comitis Arenſis, totiuſque generis ſui, Deo & B. Petro in Coloniâ, nobiſque & ſucceſſoribus & ſanctæ Colonienſi Eccleſiæ perpetuò donauit.

a B. Hildegundis Mere caſtrum dat Eccleſiæ Colon.

in fundationem cœnobij Marenſis

2 Tam honeſtam autem donationem, honeſtiſſima & (vt ſperamus) Deo gratiſſima, præceſſit conditio, vt iuxta beatum deſiderium prædictæ matronæ, noſtro & Eccleſiæ Colonienſis conſenſu ac patrocinio, idem caſtrum Mere in ſortem Religionis cederet, & ſacræ caſtitatis habitaculum fieret: vt vbi quondam terrenæ viguit exercitium militiæ, nunc ſpiritualis militia ſub B. Auguſtini Regulâ per collegium ſacrarum Virginum & ancillarum Domino deſeruiret: eſſetque cura ſpiritualis prouidentiæ, & regimen ordinis in manibus venerabilis viri Magiſtri Vdalrici Steinueldẽſis Præpoſiti, & eius ſucceſſorum temporibus ita ſibi ſuccedentibus in perpetuum.

ſub ſpirituali direction Steinfeldenſium.

C

b

3 Prætereà conceſſione noſtrâ & *b* Priorum ordinatum & firmatum eſt, vt omnem fructum & iuſtitiam ex prædiis eiuſdem matronæ prouenientem, ſiue in agris, ſiue in vineis, ſiue in nemoribus & foreſtis, ſiue piſcationibus & paſcuis, vel in quibuſlibet penſionibus & mancipiis, Merenſis Eccleſia ſub dominio B. Petri in integro poſſideret; & ſub noſtro ſucceſſorumque noſtrorum patrocinio in ſuſtentationem ſacri illius collegij omnia cederent. Prædictâ autem Comitiſsâ concedente & conferente omnem reſpectum miniſterialium, & omne ius proueniens ex beneficiis eorum, manibus noſtris & ſucceſſorum noſtrorum, liberè conſeruauimus: hoc tamen ipſi tantùm Comitiſſæ permiſimus, ſi quod vulgò dicitur Hergewede, ipsâ viuente de miniſterialibus Merenſibus vacauerit, ipſa illud ex noſtro mandato recipiat: omneſque eidem miniſteriales, ſicut ante hanc donationem, ipſi Do. Comitiſſæ ſer-

Epiſcopus Colon. omnia confirmat.

uiant ex noſtro præcepto, quamdiu ipſa ſuperſtes fuerit. Inſuper ſi qua perſona ex miniſterialibus illis ad ſacrum illud collegium ſe transferre, vel aliquid beneficiorum, quæ quondam de caſtro Mere tenebat, Eccleſiæ Mereñi, ſeu ſponte ſeu pro pecuniâ, liberè reſignare voluerit, hoc ei omni tempore ſit licitum. Prætereà ſtatuimus, & ſub anathemate interdicimus, vt nullus vnquam Aduocatus, vel ſubaduocatus, Eccleſiæ de Mere ſe audeat ingerere: quia tuitionem loci, & ius aduocatiæ, nobis noſtriſque ſucceſſoribus omnibus ſpecialiter reſeruamus. AVCTORE ÆGIDIO GELENIO.

D *& alia dá. tri finit: cauet cœnobij immunitati:*

4 Si quis autem diſtinctè noſſe voluerit prædia noſtro dominio & vſibus ſacri collegij collata, numeret in ſubſcriptis: primũ eſt in Mere, ſecundũ in Budicke, tertium in Seiſt, quartum in Creinueldt cum quartâ parte Eccleſiæ, quintum in Barmen, ſextum in Hulſen, ſeptimum in Wertſcheit, cum integrâ Eccleſiâ, octauum in Wintre, nonum in Wulkeſdorp. Vt autem Colonienſi Eccleſiæ tam grata donatio, & Merenſi Eccleſiæ tam prouida, tam ſancta ordinatio, inconuulſa & omnino intacta permaneat, banno B. Petri Principis Apoſtolorum, & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, & omnium cæleſtium virtutum, & noſtro, quæ facta ſunt & ſtatuta, firmiſſimè communimus: ita ſiquis vnquam temerarius his obuiare attentauerit, niſi citò reſipiſcat, omnipotentis Dei iram, & totius cæleſtis curiæ vindictam incurrat. Et vt de veritate factorum vel dictorum nullus ex poſteris dubitare queat, paginam præ- E ſentem, omnem ſeriem geſtorum exponentem, ſigillo noſtro, quaſi veritatis ſpeculo, ſignauimus. *enumerat bona data,*

5 Hæc autem ſunt nomina teſtium, qui huic interfuerunt donationi: Herimannus Præpoſitus maioris Eccleſiæ, *c* Philippus Decanus eiuſdem Eccleſiæ. Gerhardus Præpoſitus Bonnenſis. Hugo frater eius, Præpoſitus in Gradibus. Bruno Præpolitus de S. Georgio. Herimannus Præpoſitus Kuetſtedein. Gernodus Præpoſitus de Hauenbruno. Nicolaus Abbas de S. Martino. Hermannus Comes de Saffenberg, maioris Eccleſiæ Aduocatus. Adolphus frater eius. Henricus de Vorburgh, Vice-Comes. Henricus Comes de Gelren. Wilhelmus Comes Iuliacenſis. Vlricus Comes Arenſis. Theodoricus Comes de Hoeſtaden. Euerhardus Comes de Seina. Engilbertus Comes de Berge. Henricus Comes de Kuick. Gozuinus Comes de Heineſbergh. Gerhardus de Mulisfütt, Conradus de Linepo, Hermannus de Hengebach, Theodoricus & Florentius de Kempenich, Herimannus de Diedichem, Engelbertus de Harnẽ, Euerhardus de Hymbere, Rabodo & Conſtantinus frater eius de Berge Euerwinus de Holze, Arnoldus Vice-Comes caſtri Mere, Hermannus de Werbe, Giſelbertus de Berge, Arnoldus de Heiliſlo, miniſteriales S. Petri. Gerhardus Aduocatus Colonienſis, Herimannus de Alfetra, Henricus de Folmuteſtein, Henricus de Alphein, Herimannus Camerarius, Hermannius de Happendorp, Godefridus de Zulpecho, Gerhardus Albus de Coloniâ, Conradus de Burgele, & multi alij tam miniſteriales, quàm Comites & liberi, qui teſtes interfuerunt. Acta ſunt hęc anno Dominicæ Incarnationis MCLXVI, Indict. XIIII, regnante Romanorum victorioſiſſimo Friderico, anno Pontificatus noſtri *d* primo. Data VIII Calen. Martij, apud Nuſſiam. *& alij Donatio nis.*

d

Sigillum Reinoldi conſuetum.

a *Tũ Fredericum I Imp. in Italiam comitatus eſt* Reinoldus. *Secundâ vice rediit, vt ſuprà indicauimus, an.* 1164, 24 *Iulij. Anno* 1165, 2 *Octobr. conſecratus eſt à Philippo Ep. Oſnabrugenſi. Anno* 1166 *iterũm in Italiam profectus, anno* 1167, 14 *Auguſti obiit, vir ſapientiâ & induſtriâ mirabilis, teſte Godefrido monacho; ſed in hoc dignus reprehenſione, quòd in gratiam Imperatoris legitimo Pontifici Alexandro* III *aduerſarius ſit*

b *Ita appellari iſthic ſoliti Decani, vt nos eruditiſſimus Geleniut docuit: Ita in* 2 *Diplomate:* Coram nobis & Comite Hermanno de Saffenberg, cunctiſque Prioribus Eccleſiæ, & Nobilibus terræ. Prior *pro Decano.*

Ex MS. Ægidii Gelenii.

c Philippus Heinsbergius *Reinoldi ſucceſſor fuit, vt ſæpè dicemus.*

d *Quia animum hîc an. 1165 conſecratus primùm erat, licet diu antè electus.*

DIPLOMA II

eiuſdem Reinoldi Archiepiſcopi,

de diuiſione bonorum

inter B. HILDEGVNDEM & ſororem.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Reinoldus Dei gratiâ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, vniuerſis in Chriſto renatis in perpetuum.

1 SVadet prouidentia, requirit neceſſitas, vt obliuionis moleſtiæ, quam mundanorum actuum multiplicitas, & humanæ vitæ patere conſueuit fragilitas, viuacis remedio ſcripturæ occurramus. Ideoque præſentis ſcripti ſuffragio vniuerſis tam
B præſentibus quàm futuris notum fieri cupimus, quòd Dominâ Eliſabeth de *a* Randerode, priorem diuiſionem, quæ inter ſororem eius Comitiſſam de Meire, Dominam videlicet Hildegundem, & inter ipſam facta fuerat, iniuſtam fuiſſe conquerente, Dominorum nobilium, qui præſentes aderant iudicio, ſecunda ei adiudicata eſt diuiſio. Vtræque ergo ſorores, ex noſtro mandato, rurſum conuenientes in noſtri præſentiâ nuntij, ſub alterno conſenſu, conſentientibus etiam filiis Dominæ Eliſabet, partitæ ſunt. Ceſſit ſiquidem Dominæ Hildegundi caſtrum Mere, cum omnibus miniſterialibus ceteriſque hominibus, & cunctis poſſeſſionibus ac iudiciis eidem caſtro pertinentibus. Prætereà allodium eius in Budrecke & in Seiſt, in Crinuelt, & in Barmen, & in Hulſen, & in Wateſcheite, in Wintre, in Wulkeſtorp, in Ouermunte iuxta Moſam, in Doueren, & in Benderth, cum omnibus eorum pertinentiis. E contrà Dominæ Eliſabet in hac diuiſione ceſſit caſtrum Litberg, cum omnibus miniſterialibus ceteriſque hominibus & cunctis poſſeſſionibus ac iuſtitiis eidem caſtro pertinentibus. Prætereà allodium in Steinfale & in Steinfurte prope Litberg, in Schetershuſen, in Zopoldersburg, cum omnibus eo-
C rum pertinentiis. Vtrâque ergo conſentiente & diuiſionem hanc approbante, interpoſitâ reconciliatione ſinceriſſimâ, vtrâque *b* exfeſtucante in portionem alterius in perpetuum; tunc Domina Hildegundis, ex conſuetâ pietatis liberalitate, & vt reconciliatio hæc permaneret indiſſolubilis & diffinitiſſima, quæ vulgò dicitur Duraſuna; de portione, quæ ipſam contigerat, prædictæ ſorori ſuæ ipſa ſuperaddidit, ſcilicet allodium ſuum in Ouermunte iuxta Moſam, in Doueren & in Benderth, & miniſteriales ſuos in Barmen, (ipſum verò allodium ſibi in Barmen reſeruauit) inſuper & beneficium ſuum in Bruchen ſuperaddidit, ita vt ipſa ſuperſtes medietatem eius obtineat, reliqua verò medietas prædictæ ſorori ſuæ deſeruiat; poſt obitum verò Dominæ Hildegundis idem beneficium ad Dominam Eliſabet, eiuſque hæredes, integraliter deueniat.

2 Nomina verò eorum qui huic diuiſioni interfuerunt, hæc ſunt: Wilhelmus Comes Iuliacenſis, & frater eius Gerhardus. Albertus Comes de Nouenich. Euerhardus Comes de Seina. Gozwinus ſenior de Heinesberg, & filius eius Godefridus. Theodericus de Milendunc, & Hermannus de Dicke. Gerhardus de Sneida, & filius Walteri de Hengebag iunior. Reinardus de Stalburg. Gerhardus de Mulesfurt. Goderamus de Freden aldenhouen. Gerardus de Randenrade, & frater eius Wilhelmus. Gerhardus Aduocatus Colonienſis, quem nos, vice noſtrâ vt eidem diuiſioni intereſſet, delegaueramus. His itaque iam dicto modo peractis, in loco qui dicitur Paffencich, prope Nuſſiam conuenerant, & hanc patrimonij earum diuiſionem ſub vtriuſque beneplacito, & conſenſu filiorum ac filiarum Dominæ Eliſabeth, factam eſſe, coram nobis & Comite Hermanno de Saffenberg, cunctiſque Prioribus Eccleſiæ & Nobilibus terræ qui aderant, publicè confeſſæ ſunt. Ne verò (quod abſit) ſecundæ huius partitionis certitudo quantalibet temporis prolixitate denuò in incertum deuolui valeat, placuit ex conſilio Prælatorum Eccleſiæ noſtræ, Nobiliumque & miniſterialium noſtrorum, præſentem pagiham ſigilli noſtri impreſſione firmari, & quemlibet contra eam aliquid temerario auſu molientem perpetuo à nobis anathemate damnari: inſuper etiam nomina eorum, qui prædictæ confeſſioni earum intererant, placuit ſubſcribi, quorum nomina hæc ſunt: Hermannus Comes de Saffenberg, & omnes prænominati; præter ipſos etiam alij qui in ſubſcriptione denotati ſunt; Theodericus Comes de Cliuis. Engelbertus Comes de Monte. Ludolfus de Daſſele. Reinerus de Frudesberg. Godefridus de Eſperode. Harpernus de Helpenſtein, Chriſtianus de Wiuenlinchoueri. Richardus de Schidreke. Arnoldus de Troſtorp. Sibodo de Hoingem. Arnoldus Roggo. Arnoldus de Mere. Giſelbertus de Berge. Fridericus de Battenburg. quidam de Brunchurſt. Ewerwinus de Hohe, & cognatus eius Brutio Spede. Conſtantinus de Monte. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLXVI, Indictione XIIII, regnante Imperatore glorioſiſſimo Romanorum Friderico, anno pontificatus noſtri primo. Data VIII Kalendas Martij apud Nuſſiam.

Inferius pendet ex filis ſericis rotundum ſigillum Reinoldi, in quo Epiſcopus in ſede, dextrâ tenens pedum, ſiniſtrâ librum Euangeliorum. Epigraphe circum ſigillum:

RENOLDVS DEI GRATIA COLONIENSIVM ARCHIEPISCOPVS.

á Secundâ diuiſione bonorum cum ſorore factâ.

b B. Hildegundis gratuei aliqua donat.

a *Caſtrum olim fuit, à Friderico II Ep. Colonienſi, Reinoldi deceſſore, expugnatum ac funditus euerſum, vt habent Chronica Coloniënſia, quæ* Randeroide *vocant. Oppidum nunc eſt, habuitq; arcem appoſitam, cuius, à Carolo V Cæſare deſtructa, viſuntur veſtigia. Extinctis Eliſabethâ, de quâ hîc agitur, poſteris, ad Iuliacenſes deuenit eius dominium.*

b Exfeſtucare *verbum eſt feudale, & ſignificat abdicare ius aut poſſeſſionem, feſtuca aut virga traditione. Plura exempla reperies apud Ioannem Gerardum Voſſium de variis gloſſematis lib. 4 cap. 7.*

Diuerſi testium nomina.

D

E

F

BVL-

BVLLA

ALEXANDRI III PAPÆ

confirmans fundationem Marenſem.

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus Hildegundi Prioriſſæ Eccleſiæ S. Mariæ de Meree, eiuſque Sororibus, tam præſentibus quàm futuris, canonicam vitam profeſſis.

1 B CVm infirmioribus membris, ſicut Apoſtolus dicit, maiorem demus honorem, ordo exigit caritatis, vt dicatis Deo fœminis, quæ mundanis ſpretis illecebris veri ſponſi Domini Ieſu Chriſti ſe vinxerunt amplexibus, tantò fortiùs Apoſtolicæ Sedis cura ſubueniat, quantò pro imbecillitate ſexus minùs ſibi contra tempeſtates mundi ſufficiunt prouidere. Eapropter Dilectæ in Domino filiæ, Venerabilis Fratris Noſtri *a* Philippi Colonienſis Archiepiſcopi precibus inclinati, & veſtris deſideriis annuentes, Eccleſiam veſtram à Nobili & Deo deuotâ matronâ Hildegundi, diuinitatis amore in prædio ſuo fundatam, & per Steinfeldenſem Præpoſitum in ſacræ religionis obſeruantiâ inſtitutam, ſub B. Petri & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus; ſtatuentes ſiquidem, vt ordo canonicus, qui ſecundùm Deum & B. Auguſtini Regulam, & obſeruantias Præmonſtratenſis Ordinis in Eccleſiâ ipsâ per iam dictum Præpoſitum noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Ita quidem vt Steinfeldenſis Præpoſiti magiſterio Merenſis Eccleſia ſemper intendat, & ab eo viuendi formam, emendationis recipiat diſciplinam: nec aliqua ibi Prioriſſa ponatur, niſi quam prædictus Præpoſitus cum maturitate conſilij ſecundùm Deum præuiderit ordinandam. Aduocatus etiam, vel ſubuocatus nullus vnquam Eccleſiæ veſtræ ſe ingerat, vel ab alio præponatur; ſed eius tuitio & aduocatiæ præſidium, in manu eiuſdem Archiepiſcopi & poteſtate conſiſtat. Addicimus etiam, vt iuxta conſtitutionem Hermanni, Cappenbergenſis Præpoſiti, ſi quis vllo tẽpore aliquod beneficium eius Eccleſiæ veſtræ, cuius iuris caſtrum Mere noſcitur extitiſſe, aut vendere aut ſponte conferre voluerit, liberam recipiendi licentiam habeatis. Prætereà quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, & eis quæ vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Mere, Budreke, Seiſt, Langenſeiſt, Niderſeiſt cum Eccleſiâ ipſius loci, Barmen, Hulſen, Waleſcheit cum Eccleſiâ ipſius loci, Wintre, VVlkeſdorp, & Luppe cum omnibus ſuprà dictorum pertinentiis. Sanè noualium veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis decimas præſumat exigere. Liceat quoque vobis perſonas à ſeculo fugientes, liberas & abſolutas, ad conuerſionem recipere, & eas ſine contradictione aliquâ retinere. Cùm autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſsâ voce Diuina officia celebrare. Prohibemus inſuper, vt nulli Sororum veſtrarum, poſt factam in eo loco profeſſionem, fas ſit de eo loco diſcedere: diſcedentem verò abſque communium litterarum cautione, nullus audeat retinere. Sepulturam ipſius loci liberam quoque eſſe decernimus; vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſaluâ autem iuſtitiâ illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paternâ ſollicitudine prouidere volentes, auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, vt infrà clauſuras locorum vel grangiarum veſtrarum, nullus violentiam vel rapinam ſeu furtum committere, aut ignem apponere, ſeu hominem capere aut interficere audeat. Adhæc ne ad turbationem quietis veſtræ aliqua occaſio ſecularibus hominibus præbeatur, auctoritate Apoſtolicâ prohibemus, ne aliqua vnquam ſecularis perſona, maſculus ſiue fœmina, infra ſepta monaſterij, videlicet infra ambitum exterioris atrij, ſiue interioris clauſtri, vllam faciat manſionem: quòd ſi fecerit & velociter non deſtiterit, ſicut inuaſor ſacrorum locorum, anathemate feriatur. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum fas ſit, præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſeruentur, earum, pro quarum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus commodis profutura: ſaluâ tamen Apoſtolicæ Sedis auctoritate, & diœceſani Epiſcopi Canonicâ iuſtitiâ. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſue perſona hanc noſtram conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò tertioue commonita, niſi reatum ſuum dignâ ſatisfactione correxerit, poſteritatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Diuino iudicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine Diuinæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti; quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant.

a Alexãder 3 rogante Archiepiſcopo Colon. confirmat fundationem Marenſem.

tributum immunitatem C

in bonis ea ſibi acquirendis,

à decimis,

& interdicto generali

Sigillum.

SIS SIS PETRVS. PAVLVS. ALEXANDER PP. III

In circuitu ſigilli iſthæc habentur: † Vias tuas Domine demonſtra mihi. F

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus SS.
† Ego Hubaldus Oſtienſis Epiſc. SS.
† Ego Ioannes Presb. Card. tit. SS. Ioannis Lat. Pumachij.
† Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Chryſogoni.
† Ego Cencius Presb. Card. tit. S. Cæciliæ.
† Ego Hugo Presb. Card. tit. S. Clementis.
† Ego Arduinus Presb. Card. tit. ſanctæ Crucis in Ieruſalem.
† Ego Matthæus Presb. Card. tit. S. Marcelli.
Ego Rainerius Diac. Card. tit. S. Georgij ad velum aureum.
Ego Gratianus Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.
Ego Rainerius Diac. Card. S. Adriani.
Ego Bernardus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Dat. Tuſculi, per manum Alberti S. Rom. Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarij, XVI Kal. Februarij, Indict. XII, Incarnationis Domini anno *b* MCLXXVIII, pontificatus verò Domini ALEXANDRI PP. III anno XX. 6

a Philippus Heinsbergius, *Metropolitanæ Eccleſiæ Colonienſis Decanus, vt ſuprà indicatum, mortuo* Reinoldo, *abſente ſuc-*
ceſſor

Ex Mſ. Ægidii Gelenii.

D *ſanciens ſtabilitatẽ ſanctimonialium,*

& ius ſepulturæ,

prohibens cuiũ turbationem ac vexationem,

E

ſub grauibus pœnis.

cessor electus est an. 1167, obiit 13 Augusti 1191. Meminit illius honorificè Cæsarius variis locis; ac nominatim lib. 4 cap. 64 illud profert ipsius sapientissimum pronuntiatum: Vtinam esset in qualibet villâ d œcesis meæ conuentus iustorum, qui & Deum iugiter laudarent, & tam pro me quàm pro mihi commissis orarent! Puto quia tunc melior multò esset status Ecclesiæ meæ, quàm modò sit.

A *monasteria publico vtilia.*

b *Hic est annus Æræ vulgaris* 1179, *vt patet ex* 12 *Indictione, & quia quidam ex subscriptis Cardinalibus non nisi mense Decembri an.* 1178 *in sacrum collegium fuerunt cooptati, vt non potuerint præcedente Ianuario istis Bullæ subscribere, vt* Rainerius *Diac. S. Adriani,* Bernardus, Gratianus, Arduinus *&c.* Hugo *quoque, siue* Hugutio, *Decembri eiusdem anni ex Diacono Cardinale S. Angeli factus est Presbyter Cardinalis S. Clementis.* Cynthius *Presbyter tit. S. Cæciliæ ex Diacono S. Adriani. Sed solent Romani Pontifices in suis Constitutionibus signare annum* ab Incarnatione Domini, *siue à die Annuntiationis; ita vt tum signent annum qui in vsu vulgari inchoatus est die Natiuitatis Christi, vel Kalendis Ianuarij: pergunt autem Ianuario, Februario, & initio Martij, præcedentem annum annotare.*

D

DE S. ALDERICO SVBVLCO,

FVSNIACI IN DIOECESI COLONIENSI,

I. B.

Commentarius præuius.

CIRCITER AN. MCC. VI FEBR. *Fusniaci, in diœcesi Coloniensi,*

1 FVsniacum *eadem tempestate, quâ memoratum iam antè Marense B. Hildegundis cœnobium, sanctimonialibus instituti Præmonstratensis, nobili stirpe ortis, fundatum: cui imminet* Tolbiacum *oppidum, Marcoturum inter & Coloniam Agrippinam, huius Archiepiscopo parens, nisi quòd Iuliacensis Regulus quandam illic habet, titulo Aduocatiæ Imperialis, vti loquuntur, iurisdictionem. Vicum cœnobiumq; ind genæ* Fussenich *appellant, eruditi quidam* Vulpiacum, *quando & nobilis olim familia, dicta de* Fussenich (*vti nos Ægidius Gelenius, eximius humanitate & scientiâ vir, edocuit*) *sese* de Vulpe, *&* de Vulpiaco *denominauit.*

B

olim subulcus S. Aldericus, nunc colitur 6 Februarij.

2 *Huius cœnobij quondam subulcus fuit, nunc Diuus tutelaris est* S. Aldericus, *ab harâ ad aram merito virtutum ac miraculorum ab immemorabili æuo translatus. Anniuersaria eius memoria agitur* VI *Februarij, vti infrà clariùs patebit.*

non 9,

3 *Nescio quem secutus auctorem Chrysostomus vander Sterre, monasterij S. Michaëlis Antuerpiæ Abbas, in Natalibus SS. Ordinis Præmonstratensis, quos dudum publicauit cùm Prior esset,* IX *Februarij natalem* S. Alderici *consignauit.*

vt quidam scripserũt:

Eum secuti Ioannes Pagius lib. 2 Bibliothecæ Præmonstrat. Andreas Saussaius in Martyrol. Gallico, Ægidius Gelenius in Fastis Agrippinensibus. Quo eodem die libellus Madriti cuius anno CIↃIↃCXXXV, *iam antè à nobis sæpius perstrictus, (quippe ex Chrysostomi Natalibus concinnatos à quopiam, non sine nimiâ amplificatione, supra elogia eleganter in iisdem Natalibus expressa, illius sanctissimi Ordinis exhibens Fastos) is ergo*

C *libellus ad* IX *Februarij ita habet:* S. Alderici Confessoris duplex. *Cuiusmodi de eo fiat Officium ex Vitâ liquet cap.* 3 *nu.* 14.

4 *Pagius ex citatis Natalibus, &* segregatis Wissenich (*vt scribit, ac postea* Wissenich) monasterij & Ordinis MSS. codicibus, *de Alderico ista scribit:* B. Aldericus ex illustrissimâ Principum Franciæ prosapiâ ortus, à pueritiâ suâ euidentibus virtutum signis futuræ sanctitatis indicia dedit: & integritatem mentis & corporis incorruptam conseruans, & ad sanctum solitudinis otium anhelans, post visitata Sanctorum limina, seculi vanitatum pertæsus, & mundi gloriâ pro Christo conculcatâ, suaui Christi iugo collum in cœnobio Wissenich, nobilium Virginum Præmonstratensis Ordinis, Colonien sis diœcesis, subdidit. In quo factus Frater (vt vocant) Conuersus & subulcus, vitam admirandæ sanctitatis & Angelicæ conuersationis duxit, & velut alter S. Alexius mundo incognitus latuit. Grauissimis tentationibus exagitatus, fortiter contra communem hostem decertauit; à quo vir beatus sæpè flagellis cæsus durissimè excipiebatur. Horrenda phantasmata, velut alter anachoreta S. Antonius, conspexit: sed fortis Christi athleta semper constans & immotus, nequissima hostis tela viriliter superauit, & eum in fugam vertit. Tandem post longum & arduum in religione agonem, feliciter ad æternam euolauit requiem, die nonâ Februarij. Cuius corpus communi loco sepultum, tertiò exhumatum inuentum est: quod demum in ecclesiâ Virginum, loco illo quem cælesti luce Deus aliquoties designauerat, conditum fuit: vbi nunc in tumbâ eleuatâ honorificè quiescit, & miraculis claret.

peregrinatus dicitur,

& multa à dæmonibus passus.

E

5 *De terriculamentis ei obiectis, flagrisq; inflictis à dæmonibus, nihil traditur in Vitâ: nedum vt* longum in religione agonem *habuisse dicatur, qui ex ossium, quæ supersunt, magnitudine, vix annum ætatis vicesimum attigisse, aut certè superasse, iudicetur. Composuit eam Vitam ex monumentis & relatione Fusniacensium,* Iacobus Polius, prouinciarum nationis Germanicæ Ordinis Minorum regularis ac strictioris obseruantiæ viginti per annos, atque etiam plures, Chronologus, *religiosissimus & humanissimus vir, qui & Tolbiaci, vbi puer litteras didicit, & Marcoduri in patriâ, vbi & sanctimonialibus Virginibus, quas Annuntiatas vocant, à confessionibus fuit, & sui Ordinis monasterium Guardianus rexit, & habuit cum Fusniacensibus peculiarem notitiam, eruere accuratè omnia potuit.*

Vita à quo scripta?

6 *Idem nobis per litteras significauit, antiquitus cantilenam Teutonicam de* S. Alderico *compositam, in publicis supplicationibus, recepto gentis more, cani solitam: sed nunc omnino exoleuisse. Idem de* S. Alderici *imagine ad nos ista scripsit:* In veste communi eum exhibet vitrea fenestra conuentus Seraphici in Bethaniâ Marcoduri, vbi & porci aliquot vt subulco adpicti. At magis genuino sanctioriq; schemate instar peregrinantis cum baculo & orbiculari humerali eum expressit vetus pictura ad interiorem fontem clausti Fussenich, nouissimis annis antiquata. Nec omnis antiquitas, quæ præcessit, aliud nos docuit. *Ita ille; qui & in Vitâ nu.* 11 *cap.* 3 corpus *eius,* velut simplicis famuli, extra ecclesiæ septa, communi cœmeterio illatum scribit.

de eo cantilena:

eius imago.

F

VITA

auctore Iacobo Polio

Ordinis PP. Minor. strictioris obseruantiæ.

CAPVT I

S. Alderici ortus, peregrinatio, officium subulci.

1 SEculo post Christi ortum duodecimo exeunte, alto parentum sanguine mundo editus est Aldericus: Regis Galliæ filium fuisse tradidit antiquitas, idque ipsummet sub mortem fassum. Hinc ducit vir quidam eruditus coniecturam, Telewinum

S. Aldericus regio genere ortus,

A Telewinum vulgo, quaſi Delphinum, appellarit. At nec Delphinatus, ſeu Viennenſis dynaſtia, Alderici ævo, ad Regum Franciæ ditionem ſpectabat, nedum vt regni hæres Delphinus nuncuparetur, inoleuerat conſuetudo: *a* neque Telewinus aut Delwinus indigetatur: Vrbaniores enim Sant Alderich vocant, vulgus, accolarum Sant Telerich. Porrò ſeu regiâ, ſeu quâ aliâ Principum ſtirpe procreatus, maiorem ſpretis auitis honoribus, quàm alij amplificatis, ſplendorem ac gloriam meruit.

2 Solent Regum ac Principum liberi à teneris inescari hiſtoriâ, temporum teſte, non minùs hilariter quàm fructuosè; dum eadem omnis æui decurſum, ceu in totius vniuerſi theatro quodam, contemplandum repræſentans, vitæ humanæ periodum ob oculos ponit, mundi vanitatem, Deique prouidentiam & iudicia iuſta docet. Alderico, felicibus orto natalibus, illuſtrium perſonarum imagines vel à nutritoribus inculcatas, vel lectione piâ hauſtas, nullus in dubio ponet. *variorum Regum & Principum exemplo.*

b Didicerit ergo, inter alios, *b* S. Lucium Britannum Regem, ſpretâ mundi pompâ, in ſanctâ peregrinatione, regnum terrenum cæleſti commutaſſe: S. Iudocum Armoricorum Regis filium, clàm vili amictum indumento, poſt ſacra Apoſtolorum limina viſitata,
B vitæ ſe eremiticæ addixiſſe: S. Richardum Anglicum Regem, aut regij ſanguinis Principem, peregrinum Lucæ in Etruria obiiſſe: S. Adelardum Caroli Magni conſanguineum in Corbeiâ Gallicâ monachum fuiſſe factum.

3 Talibus exemplis prouocatus, vel certè eodem, quo illi permoti fuerant, Spiritu inſtigatus, animum à terrenarum rerum curis ad cæleſtia fortiùs inflectens, gloriæ immortalis amore mirabiliter incenſus, luxum, dignitates & voluptates terrenas aſpernatur, fugam capeſſens, è Galliâ clàm ſecedit: ac variis viſitatis, religione aut Sanctorum habitatione ac miraculis celebribus locis; dein Coloniæ Vbiorum lipſanis Sanctorum ſalutatis, Tolbiacum diuertit. *c* Vicus is quondam, nunc oppidum; in citeriori versùs Rhenum Ardennâ, ſecundo ſupra Marcodurum milliario, amœni loco poſitum: quod hodie communiter Tulpetum, & populari voce *d* Zulpig indigetatur; Francorum Regum memoriâ, haud ſemper honeſtiſſimâ, celebratum ad poſteros. Nam Sigebertus Rex, qui poſteà Clodouæi I fraude, infami paricidio, interiit, pugnans contra Alamannos apud Tulpiacenſe oppidum, percuſſus in geniculum deinceps claudicauit, vti S. Gregorius Turonenſis tradit lib. 2 hiſtor. Francor. cap. 27. Eò euocatus, datâ fide, à Theodorico Clodouæi filio Herminfredus Rex Thoringorum, dum quadam die per murum ciuitatis Tulbiacenſis confabularentur, à neſcio quo impulſus, ſed Theodorici dolo, de altitudine
C muri ad terram corruit, ibique ſpiritum exhalauit; vti memorat idem auctor lib. 3 cap. 8. Denique Theodebertus, Childeberti filius, Theodorico fratri, Burgundiæ Regi, gentium multarum robore vallatus, ad Tulbiacenſe caſtrum pugnaturus occurrit, vti Ionas ſcribit in Vitâ S. Columbani: ibi prælio inito, innumeræ hominum phalanges ex vtroque exercitu perierunt; victus Theodebertus &c. Nec deſunt viri docti, qui iſthic adeptum de Alemannis victoriam, *e* voto Chriſtianitatis nuncupato, Clodouæum I velint.

4 Tolbiacum vt venit Aldericus, ſiue illa maiorum facta norat, ſiue à Deo, ne paria experiendo aliquando noſſet, agebatur, alium inire ſtatuit, multò glorioſiorem, cum mundo ac dæmone conflictum. In conguam vallem progreſſus, ad nobilium Virginum, inſtituti Præmonſtratenſis, in amœnâ planitie ſitum, diuertit, tacito quodam ſenſu efflorescentis ſanctimoniæ illectus. Fuſſenich eſt loco nomen, quod Latinâ voce Vulpiacum haud abſonè appellâris. Id Ardennæ ſilueſtri ſchemate plus ſatis iam tunc adhuc conſitum, ortu ſuo cum monaſteriorum Maris infra Nouſium & Lanquaden ſupra Noueſium fabricarum primordiis, ſub Arnoldo I Colonienſi Archiepiſcopo, planè D coæuum: quæ tria loca ſacra ſub S. Norberti ſanctiſſimâ diſciplinâ hodieque laudabiliter perſeuerant. Erat autem modò dicti Archiepiſcopi annus regiminis nonus, Conradi Romanorum Regis octauus, incarnati Verbi MCXLVII, atque Indictio X, dum idem Antiſtes eccleſiam *f* S. Nicolai in Fuſſenich exemit, liberamque inſtituit, quatenùs religioſa vita iuxta Regulam B. Auguſtini canonicam, & ſecundùm Ordinem Præmonſtratenſem, Domino cooperante inibi inchoaretur ac iugiter conſeruaretur.

Avctore Iac. Polio. recens fundato.

f

5 Aldericus itaque in loco Fuſſenich, nouellâ Dei plantatione, ſe ſurculum Paradiſo cæleſti inſerens, mundoque incognitus manens; ex admirandâ cordis ſubmiſſione ſubulci munus modeſtiſſimè elegit, à Spiritu virtutis edoctus, quòd ad humilitatem ceteræ virtutes confluunt, humilitate exornantur & conſeruantur, ne marceſcant. Illa enim veriſſima vallis eſt, ad quam fluenta gratiarum decurrunt, omnium virtutum varietate implendam. Atque hîc, ab alto ortus faſtigio, ad haram deiectus eâ functione pretium temporis redemit: ſiquidem à turbis ſequeſtratus, pluſculum otij nactus, à cæleſtibus contemplationibus orationiſque ſtudio inuictum numquàm remiſit ſpiritum. E

ſubulcum agit

inſigni humilitate:

a *At quomodò, ſi verè primogenitus Regis, aulâ & patriâ talibus abſceſſiſſet, tanta rei non meminiſſent hiſtorici? Si Regis filius fuit, Philippi Auguſti, qui Ludouici* VII *patri an.* 1180 *ſucceſſit, obiitq;* 1223, *filius aut frater fuit. Non omnium vtriuſque Regis liberorum traduntur homina, præſertim eorum qui non fuerunt ex legitimo coniugio ſuſcepti.*

b *Coluntur hi*, S Lucius 3 *Decemb.* S. Iudocus 13 *eiuſdem*, S. Richardus 7 *Febru.* S. Adelardus 2 *Ianuarij.*

c *Ita Itinerarium Antonini*, Tolbia vicus Supenorum: *alibi* Tulbiacum, Tulpiacum, Tolpiacum.

d *Et vulgò* Zulg, *& in quibuſdam Teutonicis inſtrumentis* T'Zulge, *Latinè quoque alibi mentio fit* Zulpiaci pagi, *quo diſtrictus ille, opinor, indicatur, in quo nunc* Tolbiacum, *ac vici* Geich *&* Fuſſenich. *Et ſuprà tranſactioni inter B. Hildegundem Marenſem & ſororem Eliſabetham Rondorfadenſem adfuit cum aliis Proceribus* Godefridus de Zulpecho.

e *De quâ fuerè hoc ipſo die ad Vitam* S. Vedaſti *Ep.*

f *Conſtant hæc ex monumentis archiui Fuſniacenſis. Ædificatum fuit monaſterium ad veterem S. Nicolai eccleſiam.*

CAPVT II

S. Alderici fons miraculoſus.

6 COntigit vt cum febribus colluctatus, ab humanis ſplendidi ortus ſolatiis ſponte propter Deum elongatus, in campis iuxta porcos reſideret, ac calidæ F febris paroxyſmo recurrente, ſiti vehementer excruciatus, à fœminâ tranſeunte hauſtum frigidæ ex hydriâ, quam in prædio Dirlo Ad ſaltum dicto, ſiue Fur dem wald, recenter repleuerat, ſupplex deprecaretur: repulſam paſſus cum improperio & imperio, vt fortis & iuuenis ciſternam longiùs diſſitam, vnde ipſa hauſerat, adiret, ſitique ſuæ faceret ſatis. Proinde Aldericus ab imo pectore longa ducens ſuſpiria, ad Deum omnis boni fontem illicò conuerſus, ſibi, ſed & pecoribus creditis, quæ corpore imbecillis longiùs ducere haud poterat, potum tribui poſtulauit confidenter. Et ecce Angelus Domini conſolator aduenens, iubet humo, quam calcabat, pedum ſeu baculum paſtoralem infigere: (exemplo euentuque conſimili, vti olim *a* S. Iudoco contigit) atque continuò fons omni cryſtallo limpidior erupit ac largiſſime promanauit, hodieque venâ perpeti, è ſcrobiculo in quadro adhuc apparente, vnde fodiendo fontem elicuerat, iugiter perſeuerans, deriuatione canalium, tam officinis dicti monaſterij Fuſſenich, quàm toti diſtrictui, ſaluberrimas aquas ſubminiſtrat: cum ante exortam eius venæ ſcaturiginem adaquatio pecorum remotiſſimè petenda, moleſtiſſimè obueniret, ſed & humanis viribus aquâ longiori diſtantiâ

exfebri ſiticns

Deil orat,

& Angeli iuſſu,

a pedo elicit fontem.

etiamnum manantē,

& commodiſſimum,

in Fuſſenich. monaſterio Ord. Præmonſtrat.

AVCTORE IACOBO POLIO.

tiâ aduchi ſeu baiulari ſolita, carò ſtetiſſet. Vnde clariſſima S. Alderici fama omnem regionem peruolabat.

7 Fons ipſe ſacer & miraculoſus, in perenne largitatis Alderici teſtimonium, nullo vnquam tempore fornice concamerato, aut lignorum circulo occludi, aut ſequeſtrari potuit, (licet tentatum ſæpius) quin poſtero manè, ſimili obſtaculo Angelicis manibus diſiecto, hominibus pecoribuſque largifluus ſemper præſtò eſſe poſſet. Aqua eius non tantùm puriſſima ac dulciſſima vitæ alendæ, ſed & in ſolamen languentium hauſta iiſdem præſentiſſima exhibet ſanitatum munera, aſthmaticis præſertim ac febribus infectis.

omnibus ſemper patentem,

ſalubrem contrà aſthma & febres,

8 Anno circiter MDCXXV, dum veneficio peſſimorum hominum fons idem, toxico infectus, quaſi in ſpeciem concreti lactis degeneraſſet; incolis ſacri monaſterij ac vicinis iacturam dolentibus, Presbyter venerabilis Adamus Leufgen, ſano conſilio liturgiam ſolennem ad fontem deduxit: vbi dum ſacræ hierothecæ baſis ſiue pes immerſus, viuificæ Crucis ſignum aquæ impreſſiſſet, mox eidem priſtina claritas ſalubritaſque adfuêre.

nuper à toxico per eius reliquias repurgatum.

a *Vitam, in quâ id narratur, dabimus* 13 *Decemb.*

CAPVT III

S. Alderici ſepultura, Reliquiæ, veneratio.

B 9 CONflagratio Tolbiaci, & quolibet ſeculo exundantes Bellonæ turbines, monumenta litteraria abſumpſerunt, vt de vitæ tramite aut miraculis nil aliud reliquum manſerit, præter ea quæ de ſanctitate, ſacro fonte, natalibus & conditorio S. Alderici maiores noſtri conſtanter annuntiauerunt nobis. Hodieque ad oculum patet, quomodò arca quernea cærulea, vinculis ſuperne & inferne vecti colligatis, eximi, & in ſacris olim liturgiis circumferri conſueuerit.

S. Alderici acta deperdita:

10 Sanè, Deo vitæ eius curſum moderante, conſummatus in breui expleuit tempora multa: nam placuit Altiſſimo citiùs eum de medio tribulationum educere. Agonem quippe concluſit, annos circiter XX natus, vti argumento ad oculum ſunt ſacra corporis lipſana, in ſuo ordine & dimenſione requieſcentia, ſtragulo ſerico colligata; caput verò ſolutum, byſſo decenter ornatum viſitur.

moritur anno ætatis 20.

11 Ante clauſulam vitæ Confeſſario aperuit, ſe Franciæ Principem natum: quod dum Confeſſarius tegeret, multiplici Deus miraculo illuſtrauit. Corpus namque ſacrum, velut ſimplicis famuli, extra eccleſiæ ſepta, communi cœmeterio, apparatu humili, illatum.

corpus in cœmiterio ſepultum,

C Sed dum diebus continuis tribus funus inibi inhumatum fuiſſet, toties ecce altero diluculo ſupra terram inuentum fuit: ſimulque die noctuque viſa eſt ardere candela, nullius hominis concurrente miniſterio, ibidem loci intra eccleſiam, vbi mox in ſarcophago ſeptem pedes longo, & ad quatuor pedes pauimento altiùs eleuato, iuxta dextrum inferioris Chori introitum, ex ſecto lapide decenter adornato ſacrum pignus conditum, ſub tegmine vitreo & clathris ferreis ſitum, communis Iuſtorum, fidem integram ſeruantium, Retributoris lætum præſtolatur aduentum.

ter reiectum, loco diuinitus indicato

honorificè conditum,

12 Memorant Fuſniacenſes, accepiſſe ſeſe à maioribus, Gallos Proceres, &, qui iſthac exercituum ducebant, Præfectos regios, conatos, oblatâ ingenti auri ſummâ, inducere ſanctimoniales, vt corpus reuehi in Galliam, maiori honorificentiâ venerandum, paterentur: eas verò conſtantiſſimè pugnaſſe, ne dato ſibi diuinitus theſauro ac præſidio ſpoliarentur.

Gallis potentibus negatum,

13 Suecis nuper Germaniam crudeli bello vaſtantibus, Galliæ Regis, ipſis fœderati, auſpiciis, hæretici milites Haſſi Nouefium occupârant, indeque agrum Colonienſem ac vicinas ditiones exagitabant. Expilatum ab iis Fuſniacum, ſanctimonialibus ſeſe Coloniam recipientibus. Ibi Antiſtitam Adrianam Bodbergiam D ſubiit ſollicitudo exuuiarum S. Alderici in tutiorem locum transferendarum. In eam rem Catharinam Modershemiam, robuſtam Virginem, clauſtri interioris coquam, Fuſniacum remittit. Oſſa ſunt tenelli adoleſcentis, vt iam diximus, nec omnia, (nam variis Eccleſiis quædam antehac donata) eaque decenter compoſita, vt non ſanè ponderoſa exiſtimari potuerint. Neutiquam tamen iis geſtandis Catharina ſuffecit. Viros duos, fortes ac validos, adhibuit, qui haud leui labore Tolbiacum ea tulerunt. Quod illud fuerit omen, haud temerè affirmauero. Depolitus in alterâ Tolbiacenſium baſilicarum ſacer theſaurus. Illic nocte quadam ortum incendium, vicina quæque ſacris reliquiis depaſtum, iis tamen pepercit, haud dubio cæleſtis præſidij argumento: Geſta hæc anno MDCXLII.

Tolbiacum magno labore deportatum,

ibidq; ab incendio ſeruatum.

14 Vetuſtiſſimum monaſterij Miſſale, charactere ſat antiquo, ad diem VI Februarij ſic loquitur: Alderici Confeſſoris, cuius memoria ſolenniter agitur cum vigiliis IX Lectionum. Collecta: Deus qui animæ famuli tui Alderici &c. Conuentus poſt Miſſam cantat Reſp. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas &c. Collecta, vt ſuprà. Nec ea res mira videatur, cùm in Præmonſtratenſi Ordine pro B. Norberto, eiuſdem Religionis Inſtitutore, intra hominum memoriam ſimile Officium perſolui conſueuerit.

S. Alderici feſtum.

eiuſdq; officium.

15 Calendarium Sanctorum diœceſis Colonienſis E in Commendationum vetuſtis tabulis ſolenni charactere depictum, die VI Februarij ita habet: ALDERICI CONFESSORIS, VEDASTI ET AMANDI. Antiquiſſima etiam Cantualia duodecim, ſimiliter conſcripta, in Litaniis loco competenti conformiter habent: S. ALDERICE ORA PRO NOBIS.

publica inuocatio.

CAPVT IV

S. Alderici miracula.

16 ANno ſalutis circiter MDL loci ſanctimonialis oculis capta, B. Alderici meritis viſum pleniſſimè recepit.

eius merito viſus recuperatus.

17 Anno MDCXXXII famulus nobilis matronæ Gartzen, Dominæ in Zeuel, febricitans miſit pro fontis prædicti potu ſalutari: quo delibato, mox conualuit, peregrinationeque in Fuſſenich poſtmodùm inſtitutâ, dans gloriam Deo, publicâ id proteſtatione confeſſus eſt.

febre pulſa,

18 Anno MDCXXXIII Nonis Februarij, hoc eſt, pridie natalis S. Alderici, ſanctimoniales, pietatis motu, cereum libræ dimidiæ ſupra tumbam Sancti locarunt; qui duobus diebus & noctibus continuis arſit: quod omnibus Virginibus conteſtantibus naturali curſu fuiſſet impoſſibile.

cereus longo ſpatio non conſumptus,

F

19 Anno MDCXXXV menſe Ianuario, Venerab. Pater Hugolinus Moguntinus Ordinis Minorum ſtrictioris obſeruantiæ, conuentus a Hammonenſis, prouinciæ Saxoniæ Vicarius, atque alibi non ſemel Guardianus, ob inuaſionem Suecorum, in eiuſdem Ordinis prouinciæ Coloniæ Marcodurano conuentu exul, vir doctus & pius, acutâ febri diu multumque laborans, poſt humana præſidia euentu irrito tentata, multo feruore expetiit ſepe memorati fontis aquam: quâ per interpolationes, firmâ ſpe reſtituendæ ſanitatis, abſumptâ, cùm nil vltrà ſuppeteret, nocte ſequenti febris euanuit. Qui non diu poſt, vt Deo in Sanctis glorioſo ſacrificium laudis & gratitudinis offerret, S. Alderici conditorium inuiſit, peruigilio natalis eius in ieiunio tranſacto, diem feſtum VI Februarij cum gaudio celebrauit, atque duce obedientiâ, per me pro tempore Marcoduri in Bethaniâ Guardianum impoſitâ, præmiſſa omnia fideliter conſignauit.

febres, aquâ fontis eius pulſa,

20 Menſe Ianuario vertentis anni MDCXXXVIII, egomet, qui hæc ſcribo, grauibus catarrhis & noxiis humo-

Auctor morbo molesto exhaustus,

humoribus caput pectusque infecta vix sustinens sensim defeci, tussiendo fractus adeò vt totius corporis membris dolores accresceret, stomachus officium pernegaret, decubando quies quæreretur, & tandem A genuinus color sanguineus faciei ac manuum in pallorem maciemque instar cadaueris abiissent,& oculi intrà reconditi concauam quamdam fossam exhiberent. Itaque spe sanitatis, ex iudicio ipsius medici, abiectâ, sabbato ante Dominicam primam Quadragesimæ,ægrè halitum trahens,post confessionem Sororum Annuntiationis Beatæ Virginis Marcoduri, quarumdam auribus ingessi, quatenùs Deus vltimum mihi punctum in gratiâ suâ constitueret, ac in actualem peccatricis vitæ expiationem morbum extraheret aggrauaretque,ab eo precibus vnicè contenderent.Insuper nocturnâ suffocatione stamen vitæ abrumpendum timens, serâ vesperâ,sacrâ exegesi animam serenaui.Intereà, sic Diuino expositus arbitrio,altiùs rem voluens cœpi religioni ducere, quòd festum S. Alderici sciens & volens neglexissem;quod etiam ingrauescente,quo affligebar, morbo, piâ Patrum Societatis Iesu collegij Marcodurani instantiâ, Vitam Sancti firmâ fide extrahens, fidei tamen bonæque spei actus, ad interuentionem eiusdem Sancti, (quem olim puer, ex senum traditione, languidis tutelarem didiceram) nullos direxissem : proinde stimulis internis actus, cœpi errata huiusmodi corrigere, vota de vigiliâ & festo S. Alderici annuè celebrandis Deo offerre; & posterâ die pro fontis aquâ asportandâ sociumFratrem emittere.Nec mora. Pacatior solito quies successit;fames stomacho, totique corpori sanitas subitò , supra opinionem omnium, redière. Id cùm firmâ fide teneam,Deo non ingratus, ingenuè confiteor & præsentibus testatum facio.

AVCTORE IAC. POLIO. D

voto ei facto, sanatur.

a Hammona, *vulgò* Hamm , *ad Lupiam amnem sita vrbs, sæpius hisce* XXX *annis expugnata; ac nominatim (quod huc spectat) an.*1642 *à Luneburgicis & Hassis, Suecorum fœderatis.*

DE S. BRYNOLPHO

EPISCOPO SCARENSI IN SVECIA

Commentarius historicus.

G.H.

AN.CHR. MCCC-XVII. VI FEBR. *Scaræ, vrbe Suecia.*

1 *Damus Bremenses in Sueciæ descriptione, historiæ Ecclesiasticæ subiunctâ, tradit ex* ipsis Suediæ populis proximos Danis habitare Gothos,quorum alij sint Orientales, alij Occidentales:horum regionem Westergothiam confinem esse prouinciæ Danorum Sconiæ, à quâ ferant diebus septem perueniri vsque ad ciuitatem Gothorum magnam Scarane. Deinde Ostrogothiam protendi iuxta mare , quod Balthicum dicitur vsque ad Birkam. *& infrà de* Sueoniâ *agens, addit* per terram *iter esse* à Sconiâ per Gothorum populos & ciuitatem Scaranen , Telgas & Birkam, & completo mense peruenitri Sictonam. *De Birkâ, Telgâ & Sictonâ egimus* III *Februarij ad Vitam* S. Anscharij § 11 *num.*43.*Idem Adamus de primâ in Scarane exstructâ ecclesiâ hæc scribit lib.*2 *Historiæ cap.*41:Olaph Rex, in Occidentali Gothiâ , Ecclesiam Deo Sedemque fundauit Episcopalem.Hæc est ciuitas Scarane maxima, in quâ petente Christianissimo Rege Olaph primus ab Vnwano Archiepiscopo Thurgot est ordinatus Episcopus, qui strenue legationem suam agens in Gentibus, duos nobiles Gothorum populos Christo suo lucratus est labore. *De Olaph seu Olao Rege agitur* XV *Februarij in Vitâ S. Sigfridi. Præfuit Ecclesiæ Bremensi Vnwanus ab anno* CIↃXIII *ad* VI *Kalend. Februar. anni* CIↃ-XXIX. *Successit Turgoto Godescalcus,huic Adalwardus,quem* virtutum claruisse miraculis *tradit idem Adamus.Hos tres Sanctis Confessoribus magnæ Scandinauiæ annumerat Ioannes Vastouius in Vite Aquilonià,quorum diem natalem necdum vspiam in sacris Fastis legimus.*

erecta Sedes Episcopalis:

primi Episcopi:

C

2 *In eadem vrbe* Scarane, *quæ posterioribus* Scara *&* Scaræ *dicta, floruit* S. Brynolphus Episcopus, *cuius obitum incidisse in* VI *Februarij , tradit idem Vastouius in Vite Aquilonià, & ex eâ Abrahamus Bzouius ad annum Ch.* 1317 *num.*39,*vbi dicitur* consummatus VIII Idus Februarij. *Quo die Balinghemius noster in Kalendario Mariano;* Nascitur, *inquit*,cælo anno MCCCXVII B.Brinolphus Vastonius Episcopus Scarens in Suecià. *ast vnde* Vastonius? *Fortè apud* Vastouium scriptorem *dicere voluit. Idem Balinghemius refert* XVII Aprilis, S.Brinolphum in cælitum numerum repositum esse:*quod* V Kalend.Maij *seu* XXVII *Aprilis factum scribit Vastonius. In pluribus Martyrologiis refertur* XXX *Iulij. Eo die Florarium Sanctorum MS.* Item Brunulfi Episcopi, & Helenæ militissæ. *Molanus in Additionibus ad Vsuardum :* In Suetiâ S. Brunolphi Episco-

S. Brynolphus colitur 6 Febr.

17 *&* 27 *Aprilis,*

& 30 *Iulij:*

Scripsit Vitas SS. Æschyli & Helenæ:

3 *Floruit in Episcopali functione S. Brynolphus sub Magno* II *Sueciæ Rege, Ladalos cognomento, qui Waldemaro fratri (quem nonnulli Stockholmiæ conditorem faciunt) substitutus anno* CIↃCCLXXVII,*vixit ad annum* CIↃCCXC:*contra quem, ob sororem cuidam Ingemaro Dano iunctam matrimonio, maxima traditur rebellio à nobilitate Suetiicâ excitata, in eâque à primariis Ducibus ex Folchungorum familiâ, & Ingemarus occisus,& Ionacopensis arx occupata. Qui tamen Duces, dolo ad Regem inuitati, omnes miserè capite plexi,aut bonis omnibus in ærarium regium redactis vitam redimere coacti sunt.* Ex hac illustri Folchungorum stirpe, patre Algotho Sture S.Brynolphus oriundus,in Galliam missus, Parisiis duodeuiginti annis magnâ cum laude sacras litteras hausit & alios docuit, *vt scribunt Ioannes Magnus lib.*3.*de Vitis Pontificum Vpsalensium in Iacobo Erlandi* X *Archiepiscopo, & Ioannes Vastouius, qui addit,* Brynolphum ex opulentâ studiorum messe in patriam reuersum, Ecclesiastico ordini adscriptum,& in primis Canonicâtu Scarensi, de hinc Decanatu Lincopensi exornatum. atque non multò pòst vniuerso populo expetente, in Episcopum Scarensem electum esse : quo in munere, vti erat omni genere doctrinæ ac pietatis instructissimus,multos in vineâ Domini labores libens sustinuit, atque eximia sanctitatis opera edidit.

ex Folchungorum familiâ pro-gnatus,

Parisiis studet, docet,

F

fit Episcopus:

4 *Ioannes Magnus lib.*20 *Historiæ Sueonum cap.*7.*de Magno Rege & S.Brynolpho hæc scribit* :In Clerum & Ecclesiæ libertatem pio atque integerrimo studio ferebatur Rex Magnus, summoperè contendens Christianum sacerdotium per omnes terminos imperij sui adeò felix efficere, vt nec Dani, nec Teutones, aut aliæ terræ liberaliores in Christi Ecclesiam videri potuissent.Fatendum tamen est,inter eum & Diuum Brynolphum Scarensem Episcopum, ex illustri Folchungorum familiâ natum, aliquando grauem controuersiam incidisse. Sed cùm Rex multis argumentis considerasset eius sanctimoniam, & vitæ integritatem,prostratus ad pedes eius, suppliciter veniam impetrauit. *Eadem aliquantò exactiùs narrat Olaus Magnus lib.*16 *historiæ gentium*

Regis odiũ incurrit:

AVCTOR G. H.

Septemtrionalium cap. 29. Sæpiſſimè, *inquit*, Reges & Principes Aquilonares, offenſos Epiſcopos & Prælatos ob vitæ ſanctitatem & admirandam fidei conſtantiam, ne illatæ iniuriæ Deo vltore vindicentur, recipere ſolent ad gratiam & fauorem: quemadmodùm potentiſſimus Rex Suetiæ Magnus, cognomento Ladalaas, cum ſanctiſſimo Antiſtite Brynolpho Scarenſi, ſeditioſis procurantibus pro hoſte reputato, atque pluries ad mortem quæſito, celerrimè cunctis admirantibus & congratulantibus in gratiam venit. Die etenim Aſſumptioni beatiſſimæ Virginis dedicato circa annum Domini CIↃCCLXXXV, ſolenni Miſsâ Pontificis auditâ, depoſitiſque à ſe & ſatellitibus ſuis omnibus armis, ante pedes altaris & Præſulis ſe proſternens, humillimè ſcelerati propoſiti veniam ſub Eccleſiæ diſciplinâ petiuit, & accepit, Pontificem in arcem ſuam regiam honorificè, vt ſecum pranderet, adducens: indeque ſecutum eſt, vt ſerenior conſcientia Regis fieret, & Epiſcopo ac Clero eius vbique daretur tranquillitas maior. Quod exemplum neceſſitate per occaſionem exortâ, quantò magis & Reges & Præſules, ſecluſis ſuſurronibus, in mutuam gratiam redeuntes, ſecuti fuerint, tantò quietiùs & amœniùs vtriuſque gubernia ſolidantur & creſcunt. *Hæc Olaus. Magno Regi defuncto circa annum Ch.* CIↃCCXC *ſucceſſit Birgerus filius, quem inter & fratres perniciosa ac diuturna diſcordia fuit: in eâque ſubditi plurima aduerſa ab alterutrâ parte perpeſſi.*

ei reconciliatur:

5 *De S. Brynolphi obitu & miraculis iſta ſcribit Vaſtouius*: Quinque Scaris Eccleſiaſtica fundauit, dotauitque ex hæreditariis bonis beneficia, & cùm in dies maiora pro Eccleſiæ Dei patriæque ſalute aggrederetur, tandem felici curſu vitam præſentem conſummauit VIII Idus Februarij, anno CIↃCCCXVII, cùm ſediſſet in Epiſcopatu annos XXXVIII, miraculis in vitâ & poſt mortem clarus. *Et Ioannes Magnus lib.* 20 *Hiſtoriæ Sueonum cap.* 24: Nec ſilentio implicandum eſt, quòd anno Chriſti CIↃCCCXVII ille ſanctiſſimus Eccleſiæ Scarenſis Pontifex Brynulphus, poſt multos labores, atque eximia ſanctitatis opera, hoc tranſitorium ſeculum felici curſu conſummauit. Sepultus in ſuâ eccleſiâ Scarenſi, & tandem miraculis clarus, in numerum Sanctorum digniſſimè eſt relatus.

obit an. 1317 miraculis clarus.

Deipara Virgo ſanctitatẽ eius indicat S. Birgitta:

6 *Quo tempore S. Brynolphus mortuus eſt, adoleſcebat eximium Sueciæ ornamentum S. Birgitta, in cuius Reuelationibus cumulata huius Brynolphi laus extat: nam capite* 108 *in Reuelationibus extrauagantibus ſub hoc titulo*, De B. Brinulpho Epiſcopo Scarenſi, quàm acceptabilis erat Deo & Virgini Mariæ *hæc leguntur*: Accidit quòd cùm in die Purificationis B. Birgitta eſſet in eccleſiâ Scarenſi, tunc ſenſit odorem ſuauiſſimum & inſolitum. Admirans igitur de hoc, rapta fuit ſtatim in ſpiritu, & videbat tunc beatam Virginem Mariam, & cum eâ quemdam virum miræ pulchritudinis, indutum pontificalibus ornamentis. Tunc verò ait Virgo Maria ad eam: Scias filia, quòd iſte Epiſcopus honorauit me in vita ſuâ & honorem opere confirmauit. Cuius vita quàm acceptabilis fuit Deo, demonſtrauit odor, quem ſenſiſti. Nunc autem licet anima eiuſdem eſt in conſpectu Dei, tamen corpus eius iacet hîc in terrâ ſine honore. Et ſic iſta margarita mihi dilecta locata eſt inter porcos. De eodem Epiſcopo, (*vt ſubditur ibidem*) habetur in ſecundo libro cap. 30. *vbi nomine eius non expreſſo, hic titulus eſt*: Deprecatio Matris Dei ad Filium pro ſponsâ & alio Sancto; *pro quo deinde* Maria loquitur Filio dicens: Hic Sanctus, cùm temporaliter vixit, fuit in fide ſanctâ, ſicut mons ſtabilis, quem non fregit aduerſitas, nulla retraxit delectatio. Fuit & flexibilis ad voluntatem tuam, ſicut aër mobilis, quocumque eum impetus Spiritus tui traxit. Fuit inſuper in caritate tuâ ardens, quaſi ignis calefaciens frigidos & conſumens iniquos. Nunc autem anima eius tecum eſt in gloriâ, vas autem inſtrumenti eius depreſſum eſt, & in humiliori loco iacet quàm decet. Ideò, Fili mi, da corpori eius altiorem eleuationem: honora illud, quod te pro modulo ſuo honorauit: eleua illud, quod te labore ſuo, quo potuit, eleuauit.

petitq; à Chriſto filio eleuationẽ corporis eius:

7 Reſpondit Filius: Benedicta ſis tu, quæ nihil relinquis intactum, quòd ad amicos tuos pertinet. Non decet, Mater, vt vides, vt lupis detur cibus optimus: non conuenit, ſapphirus membra conſeruans ſana, & corroborans infirma, ponatur in luto: non etiam decet, vt cæcis accendatur lumen. Iſte quippe homo, ſicut in fide fuit ſtabilis, & in caritate feruentiſſimus; ſic & in continentiâ optimè fuit ad voluntatem meam diſpoſitus: propterea ſapuit mihi, ſicut cibus optimus, optimè decoctus in omni patientiâ & tribulatione: dulcis denique & bonus in bonâ voluntate & affectu, melior in conatu & virili progreſſu: optimus & dulciſſimus in laudabili conſummatione. Propterea non decet, vt ante lupos talis exaltetur cibus, quorum cupiditas neſcit ſatietatem, quorum delectatio refugit herbas virtutum, & ſitit carnes putridas, quorum & vox aſtuta omnibus eſt nociua. Fuit etiam quaſi ſapphirus in annulo per famam & vitæ claritatem, per quam oſtendit ſe eſſe Eccleſiæ ſuæ ſponſum, Domini ſui amicum, fidei ſanctæ conſeruatorem, & mundi contemptorem. Propterea, Mater cariſſima, non decet, vt tantæ caritatis amator tamquàm mundus ſponſus tangatur à tam immundis; tantæque humilitatis amicus à mundi amatoribus contingatur. Fuit etiam tertiò tamquàm lumen poſitum ſuper candelabrum, per omnium mandatorum meorum executionem: per hanc muniuit ſtantes, ne caderent: per hanc eleuauit cadentes: per hanc etiam futuros poſt ſe ad me excitauit. Hoc lumen indigni ſunt videre obcæcati amore ſuo: hoc lumen diſcernere neſciunt qui habent albuginem ſuperbiæ: hoc lumen attrectare non valent ſcabioſi manibus: quia hoc lumen cupidis & ſuam voluntatem amantibus, eſt nimis odioſum. Ideò priuſquàm eleuetur iuſtum eſt, vt illi, qui immundi ſunt, purgentur, & qui cæci ſunt, illuminentur.

eam is tum negat ob peccata viuentium.

comparat S. Brynolphum cibo

ſapphiro,

luminis:

8 *Hæc Chriſtus de S. Brynolpho.* Conſtare autem ex Chronico Epiſcoporum Scarenſium *ait Vaſtouius*, ita eueniſſe, vt S. Birgittæ in viſione illâ reuelatum fuit. Nam octoginta poſt annos oſſa eius ab altero eiuſdem nominis atque etiam vitæ æmulo Brynolpho Epiſcopo Scarenſi è tumulo ſubleuata, atque condigno collocata fuêre loco. *Demum, vt ſuprà ex Ioanne Magno diximus*, in numerum Sanctorum digniſſimè eſt relatus. *Quod factum eſſe ait Vaſtouius* in Concilio Conſtantienſi V Kalend. Maij anno CIↃCCCCXVI, Canonizationem illius ſollicitè conſtanterq; perurgente Erico XII Sueonum Rege, totoque regni ſenatu. *Eſt Ericus ille Pomeranus Daniæ ſimul, Norwegiæ & Sueciæ Rex à materterâ ſuâ Margaretâ Reginâ adoptatus, cui anno* MCDXII *defunctæ ſucceſſit, & auctor habetur Chronici ſeu Hiſtoricæ narrationis Regum & gentis Danorum, quæ poſt Adamum Bremenſem à Lindebrogio edita primùm, & ab aliis recuſa extat.*

poſteà eleuatũ corpus:

ipſe canonizatus.

Michaël O Wexionius lib. 10 *epitomes deſcriptionis Sueciæ cap.* 7 *refert catalogum Epiſcoporum Scarenſium, & hæc interſerit*: XXII S. Brynolphus D. Algothi Stwre Equitis & Legiferi Weſtgi filius: qui poſtquàm XVIII annis Pariſiis diligentiſſimè ſtuduiſſet, Canonicum Scarenſem & Decanum Lincop. egiſſet, tandem Epiſcopus Scarenſis eſt ſalutatus: quam ſpartam annos XXXIII laudabiliter exornauit, quinque præbendas erexit, hiſtoriam S. Æſchilli & B. Helenę Schoduikenſis compoſuit. Obiit anno CIↃCCCXVII. Poſt LXXXXIX annos in Concilio Conſtantienſi Sanctorum catalogo inſertus.

DE B. ANGELO A FVRCIO

ORD. EREMITAR. S. AVGVSTINI,

GVASTI AMONII IN APRVTIO,

Commentarius præuius.

AN. M. CCCXXVII VI FEBRV.

1 Istonium *Frentanorum oppidum fuit, Plinio memoratum lib. 3 cap. 12 in regione quartâ Italiæ, atque aliis scriptoribus.* Guastum Amonium *nunc vocant, aut* Vastum Aymonis, *vulgò* Guasto d'Amone, *inter Asinellam Triniumq́, citerioris Aprutij amnes; vbi* antiquorum operum vestigia supereſſe, maximeque sumptuosi prætorij ac perpulchri theatri *Leander scribit. Hic* VI *Februarij festum celebrari* B. Angeli de Furcio, *nobis testatus est Antonius Beatillus noster, doctus vir ac sanctus, litteris anno* CIↃIↃCXXXVIII *Neapoli datus. Eum quoque recenset Philippus Ferrarius in generali catalogo SS.* VIII *Id. Febr. his verbis:* Furci, pago Teatinæ diœceſis, B. Angeli Ordinis Eremitarum.

Guasti Amonij in Aprutio

colitur 6 Febr. B. Angelus:

B habitauit Neapoli.

2 *Eum hoc encomio prædicat Cæsar Engenius Caracciolus in Neapoli sacrâ, de S. Augustini monasterio loquens:* In hoc quoque loco habitauit B. Angelus de Furcio, (id castellum est exiguum Aprutij citerioris) eximius Theologus, qui à B. Clemente Auximano, Ordinis Generali, professor primarius constitutus studij publici hoc in cœnobio, post diuturnos labores, multis miraculis vitæque sanctitate clarus, hîc beatam animam exhalauit, conspectu fruituram sui Creatoris. Quiescit nunc eius corpus sub arâ sacelli, Præsepis dicti. Cernitur autem marmor diffracti eius sepulchri, in altari, iuxta minorem ianuam, quâ ad clausſtrum itur, cum hac epigraphe: HIC IACET B. ANGELVS DE FVRCIO ORDIN. S. AVG. LECTOR. . .

ibiq; sepultus.

3 *Hæc Engenius, qui in margine ista adiicit:* Vita B. Angeli est penes auctorem. *Eam nos Vitam per Antonium Beatillum antè citatum accepimus* ex codicibus sanctuarij Neapolitani S. Augustini. *Ex quâ ætas beati viri cognoscitur, quam non satis in Alphabeto Augustiniano expedit Thomas Herrera, qui ab nonnullis traditum scribit, monachum fuisse anno* CIↃCCLVI, *ab aliis* CIↃCCC, *ac demum à quibusdam an.* CIↃCCCCIX. *At constat è Vitâ, Parisiis vixisse cum* Ægidio Romano, *Neapoli docẽdæ Theologiæ admotum à* B. Clemente Auximano: *quorum hunc Nicolaus Crusenius in Monastico Augustiniano, parte 3 cap. 4 scribit an.* CIↃCC-

C LXX *Generalem renuntiatum, anno deinde* CIↃCCLXXV *magistratu volentẽ abiisse, sed coactum anno* CIↃCCLXXXIV *denuò eum capessere, è vitâ excessisse anno* CIↃCCXCI. *Cui subscribit Herrera: Clementi autem subrogatum iidem asserunt Ægidium Romanum an.* MCCXCII, *quadriennio post Bituricensem Archiepiscopum esse factum. Beatum verò* Angelum *anno* MCCCXXVII *decessisse Vitæ auctor tradit. Ferrarius ait* LXXXI *annos vixisse. Quædam horum infrà in Notis expensa.*

Vitæ vndo hic editæ

obiit an. 1327.

4 *Binæ Orationes & Hymni bini adduntur in Beatilli MS. quæ operæ fuerit hîc attexere. Oratio prior:* Quæsumus, omnipotens Deus, vota humilium respice, & B. Angeli Confessoris tui, vitam & mores eximij Doctoris Augustini Angelico spiramine feliciter imitantis, interuentione placatus, concede, nos corde terrena cuncta despicere, & cælestium semper participatione gaudere. Per Christum. *Altera:* Deus qui per B. Angelum de Furcio multos ab infirmitatibus oppressos liberasti, & varios per eum morbos abstulisti, tribue, quæsumus, vt & nos eius patrocinio omnia nostra delicta plangere valeamus, & tandem ad eius consortium peruenire mereamur. Per Dominum nostrum.

Oratio, de eo:

alia:

5 *Hymnus ad Matutinum.*

hymnus,

Postquàm immensus alter Baptista,
Homo cælestis, Angelus terrestris,
Vacans diuinis eremum petisti
Religionem.
Tu qui præclari Patris Augustini
Vitam imitans, Regulamque seruans,
Cuncta caduci mundi despexisti,
Cælica quærens.
Te deprecamur nos tui conciues,
Gaudio plenos detegas ex hoste,
Per te saluemur etiam ex aduerso
Ac gubernemur.
Per eumdem Iesum, qui in perpetuum
Cum sancto Spiritu viuet in secula seculorum, Amen.

Hymnus ad Vesperas. E *alter.*

Angele de Furcio, Angelus tu pacis,
Natus Adalipti, genitus Albatiâ,
Mente te album, opere te celsum,
Erige pressos.
Præfata proles sacri Augustini,
Meritis nos tuis super Flumen triste,
Tristes ne simus, sed tui conciues,
Deprecamur omnes.
Te colant omnes, patria sed tua
Lacrymanter oret, preces effundat,
Et tibi semper concinendo laudes
Rogat deuotas.
Qui liberasti multos infirmos,
Libera tu Furcium populosque omnes,
Et nobis dones fontem lacrymarum,
Deo plangamus.
Manè quæramus, vesperi te quoque,
Sextâ & Nonâ semper orando,
Cælicos nos reddas, Christo deuotos,
Precibus tuis.
Per te reddamus nostras à morte
Animas Christo, Deo summo Patri,
Spiritui sancto, qui in perpetuo
Regnat honore, Amen. F

6 *Atque hi quidem hymni & antiqui sunt, quippe ab huius & superioris seculi elegantiâ longè remoti; & pro Furciensi Ecclesiâ compositi. Nam & in primo, strophâ tertiâ, & in secundo strophâ secundâ,* conciuem *appellant; & strophâ tertiâ* patriam *eius nominant, vti & secundâ* Flumen triste, *quo nunc vocabulo Furcium nuncupari principio Vitæ dicitur. Est* Furcium, *siue* Flumen triste, *vt suprà Engenius,* castellum, *siue, vt Vita MS.* castrum: Furcas *vocat Herrera, & oppidulum facit, Ferrarius* Furcum, pagum Comitatus Montis Oderisij. *Est autem Leandro Alberto teste,* iuxta flumen Asinellam, eius in dexterâ, modicum castellum Mons Dorisius, insigne tamen nomine Comitatus.

ambo veteres & impoliti.

decantarì soliti Furcij.

7 *Præter ergo, quod suprà diximus, monumentum Neapolitanum, vetustumq́* Beati *titulum, marmori insculptum; præter celebrem in oppido Guasti Amonij veneration em; Furcij quoque ei* sacellum ædificatum est, *Ferrario teste,* in quo eius reliquiæ seruantur. *Meminit* B. Angeli de Fursis (*vt scribit*) *Philippus Elsius in Encomiastico Augustiniano, vbi & alios citat.*

vbi eius aliqua reliquiæ.

VITA EX MS. NEAPOLIT.

auctore anonymo.

CAPVT I

B. Angelus ſterilibus parentibus cælitus promiſſus.

a b c

1 IN regni *a* Siciliæ prouinciâ *b* Aprutinâ, in *c* Teatinâ diœceſi, caſtrum eſt quod quondam Furcium dictum, nunc Flumen-triſte vocatur: in quo quidam vir fuit, nomine Adaliptus, cum ſuâ vxore, nomine Albatiâ. Ambo autem fuerunt ſecundùm patriæ & ſeculi dignitatem non infimi, mundi ſubſtantiâ rerumque abundantiâ fulti, copiâ & potentiâ genere coniunctorum vallati, ſed maximè Dei timore ornati, caritatis erga Deum & homines igne ſuccenſi, morum honeſtate fulgentes, orationibus, pauperum inopumque miſericordiis inſiſtentes, eccleſiarum limina viſitantes, ieiuniis, vigiliis B & peregrinationibus ſemetipſos macerantes, deuotionis cunctis actibus vacantes, & nihil aliud præmeditantes, niſi qualiter Deo placere mererentur.

B. Angeli parentes honeſti & valdè pij.

2 Verùm cùm iam mundum ex corde ſpreuiſſent, eorum flore iuuentutis areſcente, Diuino ſpiramine cogitare cœperunt, ne tamquàm infructiferæ arbores præcidi mandarentur vel areſcerent, ſicut ficulnea, cui maledixit Deus. In hoc ergo ſe Dei gratiam & miſericordiam aſſecuturos putabant, ſi ex eorum corporibus, velut ex arboribus virentibus, ſuiſque temporibus fructibus rutilantibus, ſurculus prodiret in fructum ſuauiſſimum Deo. Hoc ergo orantes dicebant: Inclina Deus aures tuas, & audi preces ſeruorum tuorum, confidenter totoque corde clamantium; & aperi theſaurum miſericordiæ tuæ. Magnifica, quæſumus, nomen tuum ſuper nos, noſtrorum corporum fructum concedendo. Aufer, oramus, à nobis ſterilitatis opprobrium. Neque hoc ad animi iactantiam, nec pro ſucceſſorum ſubſtantiâ, ſeruis tuis concedi optamus; ſed ſolùm vt ipſe apud te fructus noſter fulgeat, & à tuo famulatu numquàm diſcedat. Viſita nos, quæſumus, in ſalutari tuo, ſicut es dignatus viſitare Annam Elcanæ vxorem ſterilem, quæ genuit Samuelem tuum Prophetam fidelisſimum.

Matth. 21.19 *ſed ſteriles,*

filiũ à Deo precantur.

eius ſeruitio dicandum.

1 Reg. 1

C

3 Sic ambo orabant: verumtamen quia ſe putabant indignos à Deo audiri, decreuerunt ſuum præcipuum Patronum Michaëlem Archangelum ſuper hoc poſtulatum donum inuocare toto mentis affectu. Ergo vota offerunt, ac ad eius limina ad montem *d* Garganum pergunt: ibique preces fundunt, ac lacrymas multas emittunt, atque in ſingultus & ſuſpiria medullitus prorumpunt, hoc meditantes in corde & linguâ pronuntiantes: Ah Michaël ſancte, ſuſcipe vota flentium, & noli deſpicere preces tuum poſcentium patrocinium, in hoc loco celebri venerabilis tuæ memoriæ, tibi magno cordis feruore porrectas. Poſce pro nobis noſtræ poſteritatis fructum, Diuinis ſemper obſequiis mancipandum: ipſum enim ex nunc coram te & tuo ſancto altari ſpondemus Deo dicandum. Intret in conſpectu tuo oratio noſtra, & per te aures Diuinas noſtræ lacrymæ ſubeant. Confortati itaque & confiſi ſe exaudiendos tanti patrocinij fauore, ad propria remeabant gaudentes.

ad id in mõte Garganopatrocinium S. Michaëlis implorant;

d

4 Nocte igitur ſequenti, cùm nec ex toto vigilarent, nec ex toto dormirent; ecce Angelus Domini aſſiſtit iuxta eos, nimiâ claritate perfuſus, blandus in aſpectu, iucundus in verbo & gratioſus ſolatio: ad cuius dexteram adſtabat quidam venerabilis Epiſcopalibus inſignibus inſignitus, ſub cuius Epiſcopali chlamyde habitus Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini apertè patebat. Quibus ſtupentibus viſione tam nouâ, Angelus ipſe ſic ait: Nolite timere; ego enim ſum protector veſter Michaël Archangelus, qui adſto ante Deum ſemper. Ego ſiquidem, cùm me deprecaremini, lacrymas veſtras obtuli ante Deum: & nunc miſſus ſum nuntiare vobis, veſtras preces eſſe exauditas. Naſcetur namque vobis filius, & vocabitur Angelus. Hic erit magnus coram Domino: per ipſum enim Altiſſimus magnalia operabitur. In ſuis etiam tenellis annis ſcientiæ Diuinæque diſciplinæ vacabit. Ego denique eius cuſtos & protector ero ſollicitus. Mundum ipſe deſpiciet, & huic meo comiti adhærebit. Hic autem, de quo dixi, meus comes in hoc miniſterio, eſt *e* Auguſtinus Epiſcopus & Doctor eximius, cuius ſub Regulâ militabit veſter futurus filius. Et nunc ex hoc ad vos ſimul venimus, quoniam ipſius curam nobis commiſit Altiſſimus. Ab ipſo itaque Patre veluti fonte luminum, ſcientiarum omnium & ſapientiæ aquam exhauriet, quâ irrigabit orantium corda & florere faciet in agro Diuino. His autem finitis ſermonibus, cum lumine immenſo ab eorum aſpectibus ambo pariter euanuerunt, cælum petentes. Vnde venerunt exhilarati vltrà quàm exprimi valeat de tanto viſo & audito myſterio. Surgunt & ſe proſternentes in ſolo deuotione profundâ atque humili mente Deo, B. Michaëli Archangelo, & B. Auguſtino laudes referunt, firmâ ſponſione vouentes peramplius vacare operibus Diuinis.

D

Auguſtinianum futurum

e

& doctum.

E

a *Ita vulgò* duæ Siciliæ *ſtatuuntur*, cis & vltra Pharum, *ſiue fretum, quod Siciliam ab Italiâ dirimit: idq; quia ante ſecula aliquot tenuêre Siculi Reges, vti & nunc tenent Hiſpani, prater Siciliam, etiam in Italiâ prouincias quæ vulgò regni Neapolitani nomine comprehenduntur.* Siciliæ duæ.

b Aprutium, *quod veteribus* Samnium *fuit, vnde nouum illud nomen acceperit, diſputat Leander Albertus in Italiæ regione duodecimâ.* Aprutiũ.

c Teate, *quæ Graci* Τεατέα, *Italis* Tieti, *& vſitatiùs* Chieti, *vrbs fuit antiqua Marrucinorum. capta & incenſa an.* IↃCCCI *à Pipino Caroli Magni filio, pòſt reſtaurata; ſita eſt ad* Aternum *flumen, ſiue* Piſcariam. Teate.

d *De apparitione S. Michaëlis in monte Gargano, ibiq; ædificatâ eccleſiâ agemus 7 Febr. ad Vitam* S. Laurentii *Ep. Sipontini.*

e *Colitur ſanctiſſimus Doctor 28 Auguſti.*

CAPVT II

B. Angeli educatio, ſtudia litterarum.

5 COncepit ergo Albatia, mentè peralbiſſima, Adelipti copulata coniugio, tunc vſque fœcunditatis priuata ſolatio, totâque mente gaudebat, munere ſe ditari diuino: concepit mater & peperit. Angelus procedit ad ortum. Dicunt hoc non humanum, ſed Diuinum eſſe myſterium. Etenim ipsâ horâ, quâ ex matris prodiit aluo, ſuo ab Archangelo inſignitus eſt nomine, & vocatus eſt Angelus, ſicut Michaël Archangelus prædixerat. Super quod ſtupent parentes, mirantur adſtantes, & lætantur hoc audientes vicini, congratulantur cognati, & in laudes Dei prorumpunt. Lactat puerum mater, donec puer expers fiat lactis, & tunc offerant illum Deo.

F

Naſcitur Angelus: nomen ab Archangelo accipit:

6 Completo ablactationis tempore, diuini myſterij non immemores, tradunt eum litteris imbuendum cuidam monacho Ordinis S. Benedicti, Abbati monaſterij S. Angeli in *a* Cornaclano, diſtantis ab eorum dicto caſtro per millia duo. Erat autem ipſe vir maximæ ſanctitatis, vocatus nomine Mons, & frater vterinus matris eiuſdem Angelici pueri. in quo monaſterio indeſinenter permanſit ſub doctrinæ ferulâ ſui auunculi, Montis dicti, & Abbatis illius loci, quouſque vir ipſe ſanctus Abbas vixit. Infra quod tempus nil puerile, vt mos eſt pueris talis ætatis, agebat: ſed nunc ſui ſancti auunculi ſtringebat complexus, nunc ſequebatur

a litteras diſcit in monaſterio Ord. S. Benedicti, ſub auunculo Abbate,

qui iis apparet cum S. Auguſtino,

grauis & ſerius in puſ ritiâ,

A quebatur inceſſus; nunc tacitus vitam illorum monachorum & mores contemplabatur; nunc, vtcumque ætas permitteret, deuotionis operibus inſiſtebat, adeò vt ſuum auunculum, ſingulos monachos & cunctos alios verteret in ſtuporem. Non ſolùm enim ſecularium puerorum, verùm etiam monachorum ſuæ ætatis ſpernebat conſortia. Infantia ſiquidem computabatur in annis, ſed erat ſenectutis mente mirabilis.

in ſtudiis diligentiſſimus,

7 Tantùm etiã litterarum ſtudia diligebat, quòd vltra humanam conſuetudinem, & talis ingenij capacitatem, futuri ſui Patris Auguſtini more, ab ipſo ſuo patruo & libris quos legere poterat, ſapientiam & omnem ſcientiam & virtutem ſitibundè ſugebat, & tenaci corde ſeruabat. O mira & inexplicabilis humani ingenij capacitas! Nondum XVIII annos peregerat, &

ſit Clericus:

virtutibus & ſcientiâ Clericalem in Eccleſiâ ordinem meruit obtinere. Non tantùm enim Grammaticæ doctrinæ atque Logicæ fines & metas attigit, profundæque philoſophiæ mediis extitit non ignarus; ſed etiam

ſtudet philoſophiæ:

naturalium omnium fines & metas poſſedit, vt doctus philoſophus. Cùm autem XVIII annos compleuiſſet, enixè deſiderabat aliis liberalibus artibus inſudare. Cuius deſiderio non ſtatim annuit eius ſanctiſſimus magiſter patruus, volens cautiùs experiri, vndè eſſet in etiã

ad altiora ſtudia aſpirat,

B tenello puero tanta morum grauitas, in litterarum ſtudiis anxietas, orationum aſſiduitas, cibi potuſque parcitas, nullus mundi amor, affectus diuinorum, compaſſio egenorum, vitiorũ deteſtatio, & virtutum dilectio, intantùm vt religionis omnis perfectio vigeret in

bona augurante auunculo;

eo. Hæc autem cuncta cùm infra ſui pectoris clauſtra crebrò reuolueret ſuus ipſe patruus, decreuit omnino Diuinis fore obſequiis & Deo ſub regulari vitâ, & Regulâ quam eligeret, dedicandum, vt Deo vacare & ſcientiis inſudare valeret liberiùs. Iuxta quod tempus appropinquauit dies finis vitæ ipſius ſanctiſſimi Patris

quo mortuo, redit domum:

Abbatis, qui plenus virtutibus migrauit ad Chriſtum. Adoleſcens autem Angelus, patruo ſuo humanitatis, morte interueniente, debitum exoluente, parentum domum repetiit.

a *Ita Beatilli ſcriptum.* Comaclum *alibi, ſed procùl ab eo tractu, circa Ferrariam. Quæ in Samnio Cornacla aut Comacla, non memini.*

CAPVT III

B. Angeli deſiderium religioſæ vitæ capeſſendæ.

C 8 DIffuſa eſt autem eius fama ſcientiæ & virtutis eximiæ, ac longè lateque per patriam nomen eius præ cunctis eius ſodalibus vulgabatur in laudem: erat enim in verbo blandus, in opere rectus, egenis & inopibus pius, cunctis benignus; omnes ſibi præferebat,

optimè moratus,

nemini ſe præponebat, honeſta quærebat, laſciua ſpernebat, plateas horrebat, eccleſias viſitabat, cunctis humilis, cunctis affabilis, omnes honorabat & neminem deſpiciebat.

expetitur à pluribus in generum.

9 Omnibus his virtutibus in ipſo fulgentibus, multi & plures parentum aures pulſare non deſierunt, ipſum ſibi affinitate ſociare cupientes, interueniente copulâ coniugali. Quibus tale, non aliud, præſtabatur reſponſum: Id fiet quod Deus diſpoſuit, & filio noſtro

reſponſum.

placebit.

pater infirmus

10 Appropinquante autem termino humanæ cõditionis debiti perſoluendi Adelipti genitoris Angeli, decidit in lectum: ipſeque Adeliptus ægrotans vocauit ad ſe Angelum filium ſuum, accerſitâ vxore, dicens ei: Ecce, mi fili dulciſſime, lumen oculorum noſtrorum, & baculus ſenectutis, atque columna domus noſtræ, ſcio & cognoſco, te ſenſu & omni induſtriâ virtutis fulgere. Viginti annorum ætate completâ, tempus ad-

ad illi proponit,

uenit, quo te latere non decet vlterius. Requiſiti ſumus, ſi te volumus coniugali copulâ ſociare. ad quod noſtrum fuit reſponſum, quòd id facere volumus, quod Deus ordinauit, & filio noſtro placebit. Et hoc pro tanto, mi fili dulciſſime, diximus, quoniam grandi myſterio, Michaële mediante Archangelo, à Deo te impetrare meruimus: & ex tunc te dedicauimus Deo, & B. Auguſtino. Ab eodem Michaële ſumus edocti, qualiter in Religione ipſius B. Auguſtini, nobis ſimul cum Archangelo Michaële apparentis, Deo tu debeas militare. Nunc ergo, mi fili dulciſſime, elige de duobus vnum quod placet. Te certè violentare recuſamus, conſulere autem cogitamus. Deum tibi, fili, præponimus. Noſtrum fuit fundere vota, tuum eſt implere promiſſa. Audi, fili, & ſolue vota parentum tuorum, vt addatur gratia capiti tuo.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

ſed horta: turvt potiùs votũ ipſorũ impleat, quo diuinitus obtẽtum:

11 Auditis his verbis, deuotiſſimus Angelus Deum glorificauit, & oſculatus eſt pedes ſuorum parentum, hilarique vultu locutus eſt ad eos blando ſermone & animo gaudente: Sciat reuerentia veſtra & paternitas honoranda, quoniam ſicut qui inuenit magnum theſaurum, & ſicut qui tenet quod diu concupiuit, ſic & ego lætatus ſum in his quæ mihi narraſtis. Clareat ergo vobis & ſcitote cor meum, quoniam ex quo diſcretionis fines attigi, penitùs decreui vacare diuinis, inſudare ſcientiis, & Deo placere toto conatu. Ergo vos totis affectibus precor & oro ſuppliciter, ſi gratiam in-

Angelus id ratũ habet.

E ueni in oculis veſtris, in his mihi conſulite, ad hoc me animate, meam arguite pigritiam, & puſillanimitatem repellite; ac de cetero coniugium mihi non nominetur. In hoc autem me grauiter Deum offendiſſe conſpicio, quoniam à primis meis tenellis annis tale mihi oraculum non reſeraſtis. O mè miſerum! quale &

dolẽs quòd non priùs ſciuerit:

quàm longum tempus amiſi! Ah Deus! quomodò reſtaurabo deperditum? O quàm infelix ſum tantis bonis priuatus! O quàm crudeles parentes fuiſtis, me priuantes tam optimâ parte! Ah Deus, ſi merear tantæ Religionis gremio effici dignus! O ſi proſperum faciat Deus iter meum, & in tanto conſortio merear aggregari! Non aliam cupio vxorem, nec aliud eorum quæ ſunt in mundo quæro: tranſit enim mundus & concupiſcentia eius.

patre mortuo.

12 Quibus auditis, pariter parentes eius glorificauerunt Deum & Michaëlem Archangelum, Doctorique Auguſtino immenſas referunt gratias & laudes. Et oſculans filium Adeliptus, vinculis carnis exutus, gaudens migrauit ad Chriſtum, qui ſemper miſereatur nobis. Poſt mortem denique Adelipti ſui patris, remanſit Angelus cum ſuâ matre & fratribus ſuis & ſororibus per integrum annum, ad matris curandam ſubſtantiam, vt cum eo conſiliaretur de ſuorum filiorum ſtatu iam adultorum, ipſamque & domum totam

per annum adeſt matri:

gubernaret.

F

dein parat votum exequi:

13 Poſt quem temporis circulum, ne Deo fauente diutius ſui deſiderij fraudaretur effectu, dicebat matri: Dimitte me, dulciſſima mater, ne in viâ hac per quam ambulo, ſuperabſcõdat inimicus laqueum mihi. Tempus eſt enim vt vadam ad eum qui me conceſſit tibi, & congreger indignus ad populum alterum, & in Dei famulatu altiſſimi. En me Deus expectat; Archangelus Michaël vocat, Pater Auguſtinus inuitat. Non eſt æquum vltrà diſſimulare: impium eſſet vltrà tardare, nequiſſimum me ipſum retrahere. Vadam ergo & videbo viſionem tam grandem. Siue enim comedam, ſiue bibam, ſiue dormiam, ſemper meis auribus inſonat tuba terribilis vocis mecum loquentis: Surge qui dormis; exurge à mortuis: & illuminabit te Chriſtus. Surgam ergo & vadam ad Patrem meum Auguſtinum, & dicam: Pater, peccaui in cælum & coram te: tam longam moram contraxi. Te quæſo, miſerere mei, quoniam pius es & miſericors. Perficiam & complebo, quod præcepiſti oraculo tam mirando.

14 Et conuocans ſorores, vterinos fratres, atque ſui generis cunctos, in hæc Angelicâ voce verba prorupit:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

rupit: En, fratres mei, vobis ſecretum aperiam cordis mei. Decreui & decerno à vobis corpore ſeparari, iturus quò me dirigit Deus, cui diſpono ſeruire. Vos de me omnem ſollicitudinem deponatis: intantùm ſolùm mei mementote, vt pro me ſemper preces fundatis. Eſt enim & erit continuè vobiſcum Deus: ipſum ſemper timete & diligite Dominum, Matrem communem, vt conuenit, honorate: alterutrum diligite, pacem & dilectionem cum omnibus habete, caritatis operibus inſiſtite, & cunctis diuinis operibus vacate.

A *aperit id fratribus, ſororibus, amicis,*

15 Tunc irruens in eum Spiritus Domini ſanctus, Valete, dicens omnibus, maternis pedibus oſculatis, ſignaculo ſanctæ Crucis munitus, diſceſſit à cunctis. Orans autem in ſui pectoris clauſtro, dicebat: Vias tuas, Domine, demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me: dirige me Domine in veritate tuâ, & doce me iuſtificationes tuas, quoniam in te Domine ſperaui. Tu enim, Domine, abſtraxiſti me de ventre, & ab vberibus matris meæ in te proiectus ſum. Da ergo lucernam pedibus meis, & lumen ſemitis meis, ne dominetur mei omnis iniuſtitia.

iiſq; & matri valedicit:

CAPVT IV

Religioſæ vitæ tirocinium. Studia Theologica.

16 IPſe autem Domini Spiritus eum direxit, & duxit ad terram, *a* Vaſti Aymonis vocatam; vbi *b* locus Fratrum Eremitarum S. Auguſtini conſtitutus dignoſcitur, cultui Diuino aptus; in quo copia Fratrum ipſorum erat, moribus, ſcientiâ, mirâque ſanctitate fulgentium. Cuius cùm loci clauſtrum, ipſius ducatu Spiritus, intrauit; diuino inſtigante Spiritu, ipſius loci Prior occurrit primus. Quem cùm Prior, poſt mutuam ſalutationem, vt moris Religionis talis eſt & deuotorum fidelium, interrogaret, Vnde eſſet, quâ illuc ex cauſsâ veniſſet, & quo nomine vocaretur; columbinâ ſimplicitate & Angelicâ voce, profundâ cum reuerentiâ, vt doctus fuerat; Angelus ego, inquit, de Furciis ſum origine: huc à Deo miſſus ſum, licet indignus, vt veſtrâ merear caritate in huius ſanctæ Religionis habitu Deo & B. Auguſtino dignè deſeruire. Iuraui enim & ſtatui tanti Patris cuſtodire mandata, & ab eius non declinare inſtitutis. Hoc itaque eſt quod quæro, hoc eſt quod totis viſceribus concupiſco. Obſecro, Domine, exaudi preces ſerui tui, & precibus meis annue: quæſo, nec me precantem deſpicias: & fac ne redeam inanis, ſed contentus & conſolatus.

a b it Vaſtum Aymonis, ad monaſterium Auguſtinianũ.

petit admitti:

C 17 Cùm autem ipſe Prior audiret, confortans eum in Dei & B. Auguſtini amore; conuocato conuentu, locutus eſt ſuper deuotionem huius adoleſcentis tam miram. Quibus omnibus auditis, verè mirantibus Fratribus cunctis atque gaudentibus, in Fratrem tunc eſt receptus, traditus eſt denique nouitiorum & Fratrum magiſtro, moribus, pſalmodiâ & doctrinâ ornato, Eccleſiaſticum officium more Religionis docendus. In ipſo autem ſuæ Religionis introitu probationis tempus renuere voluit, ac tunc profiteri. Tanto vigebat diuino feruore, & hoc inſtanter petebat. Cuius in hac parte deſiderio non annuit Prior ac dictus Conuentus, vtpote iuri ex eorum ſanctorum Patrum inſtitutionibus repugnanti, ac vt in illâ vitâ & moribus informaretur, & poſteà vbi comperiſſent eius mores reſpondentes verbis, vberiùs atque deuotiùs ipſum ſuſciperent iam profeſſum. In ipſo itaque nouitiatus tempore ad tantam peruenit complacentiam diuinam, vt cunctos ibi Fratres exiſtentes excederet, & inter profeſſos iam numerari poſſet. Completo autem probationis termino, anno videlicet & die, auidiſſimè à Priore & à Conuentu in profeſſum Fratrem, ipſo de hoc plurimùm gaudente, eſt ſuſceptus.

admittitur:

poſtulat ſtatim profiteri,

quod ei negatur:

expleto tirocinio profitetur:

18 In ipſo verò poſt factam profeſſionem perampliùs ſuam miſericordiam Deus mirificauit, vt iam inter homines, vt alter Daniel, vir deſideriorum, appareret; micanſque, vt alter Baptiſta, Angelus terrenus & homo videretur cæleſtis. Semper enim aut orationi aut lectioni vacans, cellam & ſcholas ſectabatur, quas non deſerebat, niſi cùm horis ſtatutis eccleſiam viſitabat, vel cibum ſumere expediebat. Quo ad tantum ſcientiarum lumen peruenit, vt infra quadriennium à ſuo Religionis ingreſſu, temporis ſpatium, omnium ſeptem artium liberalium ac philoſophiæ fines penetraret, ac ſcientias poſſideret perfectè, ac ſacræ exiſteret non expers Theologiæ. Cunctis autem miſeris erat benignus, ſibi ſolùm auſterus, macerabat ſe ieiuniis, caſtigabat vigiliis & domabat diſciplinis. Creuit ergo eius fama ſcientiarum intantùm, vt gaudio repleretur patria, & exultaret ſuæ Religionis prouincia: quæ gaudere poterat, & non immeritò debebat, cùm firmaretur Angeli ſanctitate, & eius priùs polleret ſcientię claritate. D

ſeduld ſtudius & pietati vacat,

omni virtute clarus:

19 Poſt hæc ad Pariſienſe ſtudium mittitur anno ſuæ ætatis XXV. Tunc enim temporis magiſtratus honore fungebatur F. Ægidius Romanus Doctor luculentiſſimus, cui complacuerant ſcientia, vita & mores Angelici Fratris; qui ſibi mox eum recepit in ſocium, & in ſuum pariter hoſpitium: erat enim locus ipſius ordinis in ipſâ Pariſienſi ciuitate nimis diſtans à contratâ ſeu parte ciuitatis vbi ſtudium regebatur; quâ de re cuncti tunc temporis pro ſtudio accedentes, per conducta hoſpitia propriis in omnibus ſumptibus permanebant. Permanſit Pariſiis ipſe B. Angelus per integrum quinquennium notabiliter adiutus in ſtudiis ſumptibus & ſcientiâ ab eodem Doctore præ cunctis edoctus pariter & amatus. Valdè etiam ipſum gerebat in corde, ac conabatur idem Doctor ad fructum plenæ notitiæ omnis ſcientiæ ipſum perducere, videns eumdem plenum Dei timore, & totâ mentis acie ſtudij cultum diligere. Extitit denique continuè Doctoris eiuſdem in ſcholis omnibus ſcholaſticorum cunctorum actuum egregius, vt moris eſt ſtudij, recollector & fideliſſimus. E

mittitur Pariſios:

cohabitat Ægidio Romano per 5 annos.

& egregiè proficit.

a *De hoc loco dictum ſuprà. Nominis etymon à Teutonico* Gaſt, *deducit Camillus Peregrinius hiſtoria Principum Longobard. lib.* 2 *par.* 1 *pag.* 87. *Id verò* hoſpitem, *aut* peregrinum, *ſiue* externum, *ſignificat. Vnde* Gaſtaldus, *ſiue* Caſtaldus, *qui præturam peregrinam adminiſtrat, ſiue qui externis, & non domeſticis Principis, ius dicit. De quâ voce agit Gerardus Ioannes Voſſius de vitiis ſermonis lib.* 2 *cap.* 8 *pag.* 111. *Atque ita* Gaſtum Aimonis, *erit quaſi dicas* prætorium Aimonis. *At Godefridus VVendelinus in Gloſſario Salico vocum Atuaticarum vult* Gaſti *vocabulum idem eſſe quod* Dominum *aut* topparcham; *probatq; ex titulo legis Salicæ.*

Gaſtum;

Gaſtaldus.

b *Hic eſt* Conuentus Vaſtinus *prouincia Aprutinæ apud Cra-ſenium.* F

CAPVT V

Officia in Religione adminiſtrata. Recuſatus Epiſcopatus.

20 COmpleto verò integro luſtro, Doctor præclarus Ægidius cernens ipſum nedum Lectoris officio & honore digniſſimum, verùm & magiſterij culmine mereretur dotari; congregatis cunctis, ſeruatâ ſtudij formâ, cum ipſius examinatione, ſolenne ad Lectoris officium licentiauit eumdem. Poſt itaque Lectoriæ onus ſuſceptum, versùs regnum & ſuam prouinciam ſuos greſſus direxit: &, vt præditus bonitate, & Dei timore repletus, omnique manſuetudine & deuotione munitus, ſicut in eundo, ſic Pariſiis remeando, pedeſter ſemper fuit.

fit Licentiatus:

redit in patriam,

& pedibus iter facit:

21 Cùm verò veniſſet, vt comperit Priorem Generalem eiuſdem Ordinis ſanctæ memoriæ B. Clementem

A mentem eſſe *a* Neapoli, ex maximâ deuotione illicò ad ipſum acceſſit: à quo eſt paternè ſuſceptus,& perampliùs cùm ipſius viſitationis vitæ & famæ eſſet conſcius. Eodem autem tempore Neapolitanum ſtudium magiſtro & Theologiæ Profeſſore carebat, eratque ſtudentium numero & virtute repletum. Importunè igitur ſingulis diebus expoſcebant, ne tempus illud ad ſcientias & virtutes capeſſendas amitterent. & vt verè cultor ſtudij & ſcientiarum auidè ab eodem Generale Priore opportunè prouideri iiſdem de Doctore petebat. Aliquibus tranſactis diebus, beatus ipſe Prior Generalis Clemens, expertus vera eſſe, quæ in Angelo dudum Pariſiis viderat, & quæ de eius famâ didicerat tunc oculatè conſpiciens, eum in principali loco Magiſtri Theologiæ Lectorem Neapolitani Conuentus & ſtudij inſtituit & præfecit, conferens ipſi omnem dignitatem, immunitatem ac auctoritatem, quibus inſigniri conſueuerunt in Theologiâ profeſſi Doctores.

a Neapoli B. Clementem Generalem ſalutat:

ab eo Profeſſor Theologiæ conſtituitur:

22 Gaudent ex hoc cuncti & lætantur Neapolitani conciues, exultant ſtudentes, congratulantur denique vniuerſi Scholarum Rectores, omnes pari voce dicentes: Euge, euge, en Deus viſitauit plebem ſuã, quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, qui dignus eſt accipere librum & ſoluere ſignacula eius. Ipſe autem profunda fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem: lux autem nedum ſtudij Neapolitani arentia corda, verùm & totius Apuliæ regnum, ac totius Italiæ omnium mentes, patulâ ſuauitate, luciferàque immenſitate ſuæ ſcientiæ fœcundauit. Nec mirum, quia ipſe Angelus ille dicitur, de quo in figurâ locutus eſt Ioannes in Apocalypſi, qui habebat poteſtatem magnam, & terra illuminata eſt glorià eius, Eſt & ille Angelus, de quo *b* ſequitur, qui deſcendit de cælo amictus nube, & Iris in capite eius; facies eius erat vt ſol, pedes eius tamquàm columna ignis, & habebat in manu ſuâ libellum apertum, & Euangelium æternum, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram.

magno omnium gaudio:

Apoc. 18.1

b Apoc. 10.1

& c. 14. 6.

23 Creſcebat autem & multiplicatum eſt ſub eius doctrinâ ſtudium, & ſtudentium numerus replebatur: vnuſquiſque ſcientiæ fructu ac lumine illuſtratus, feruentius accendebatur auiditate ſcientiæ. Nec immeritò; quia ipſe eſt ille fluuius, vt eius Pater prædixerat Auguſtinus, in quo & elephas natat, & agnus prædicat, ac decus illius vitæ ſanctiſſimæ partes cunctas replet Italię. Quapropter deuotiſſimè rogatur à deuoto Neapolitano Clerò, populo, ſimulque toto eius ſtudio, vt ſcribere dignaretur ſuper Euangelium Matthæi, aſſerentibus eis, quòd licet Euangelium ipſum multifariè & ſufficienter ſit expoſitum, ex ſpeciali tamen deuotione, quam ad eius gerebant doctrinam, cupiebant ex eodem Euangelio, ſtylo tanti Patris pabulo ſaginari. Quorum deuotioni & deſiderio iuſtiſque precibus quod poſcebatur decreuit implere. Cœpit ergo & aggreſſus eſt opus tam altum, & Diuino fultus auxilio, ad finem perduxit.

promouet ſtudia:

rogatu Neapolitanorum.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

ſcribit in Euangeliũ S. Matthæi.

24 Tertio verò anno ſui doctoralis regiminis, compertâ eius ab vnoquoque Fratre ſuæ Religionis, eius ſanctitate, zelo iuſtitiæ, animi manſuetudine, caritatis feruore, & omnis virtutis vigore, perfectionis, Chriſtianæque religionis profeſſionis nitore eumdem eſſe fultum, pari voto omnes in Priorem Prouincialem Regni prouinciæ ipſum eligunt & expoſcunt in eorum prouinciali Capitulo, vbi interfuit dictus Prior *c* Generalis, Frater, imò Sanctus, Clemens: cuius præcepto licet inuitus prouincialatus onus ſuſcepit; remanente eidem, ſicut priùs, ſtudij ſæpedicti doctorali curâ & regimine.

ſit Prouincialis:

c

25 Eius autem vitæ cælicæ fama ſimul & ſcientia regnum impleuit Apuliæ: tantoque munere ditatus ad præſulatus apicem eligitur, & duplicem *d* Acerrarum & Melfiæ Eccleſiam, quas refugit omnimodè. Tandem vitæ numerum complens, diem clauſit Neapoli vltimum, in conuentu ſui Patris Auguſtini, anno ſalutis MCCCXXVII, VI die Februarij: cuius poſteà ſacrum ſepulchrum multa languentium corpora ad ſanitatem reſtituit priſtinam.

recuſat epiſcopatum: d

E

moritur an. 1327, 6 Febr.

a *Id contigiſſe oportet an. 1274 vel 1275 priuſquàm Generalatum poneret* B. Clemens; *ſi enim 81 annos vixit B. Angelus, & 1327 deceſſit, ſequitur an. 1246 vel potiùs 1245 natum eſſe, 1270, ætatis ſuæ 25, profectum Pariſios, poſt quinquennium veniſſe Neapolim.*

b *Non ſequitur, ſed præcedit. vt patet ex locis indicatis.*

c *Si vera eſt relata potiùs quàm aſſerta antè chronologia, debet priuatus interfuiſſe huic Capitulo* B. Clemens. *Viderint qui Annales Ordinis contexuêre: quamquàm Ferrarius quod ſcribit 81 annos vixiſſe, non probat. Quid ſi ſolùm 71? Tum verò hæc in tempus ſecundi generalatus cadent. Sed quomodò verum erit quod nu. 21 dicitur,* expertum vera eſſe quæ in Angelo dudum Pariſiis viderat? *Niſi quis dicat eum abdicato magiſtratu, Pariſios aduiſſe, ibiq; Angelum vidiſſe.*

d *Seorſim adſingulas electus videtur; neque enim aut cauſſa appareret aut modus, quo Acerrana ad Clanim amnem, haud Neapoli procul, ſita Eccleſia, cum Melphienſi vltra Auſidum in Baſilicatâ, ſiue Lucaniâ, coniuncta fuerit. Neque Ferdinandus Vghellus, cùm de Melphienſibus Epiſcopis agit, huius coniunctionis meminit: qui tamen aliam Eccleſiam cum Melphienſi in perpetuum vnitam à Clemente VII ſcribit, Rapollà videlicet, vix mille paſſus, vt ait, à Melphiâ diſtantem.*

DE B. FRANCISCA

TERTII ORD. S. FRANCISCI

EVGVBII IN VMBRIA.

I. B.

AN. CIↃ CCCLX VI FEBRV. *B. Franciſca, ſiue Fraciſchina,*

1 EVgubij, *epiſcopali Vmbriæ vrbe, in veneratione eſt* B. Franciſca, *ſiue* Franciſchina, *è tertio Ordine S. Franciſci: quamquàm ſecundo Ordini eam Petrus Rodulphius adſcribit, lib. 1 hiſtoriar. Seraph. Religi. fol. 139 vbi hoc eam elogio ornat:* B. Franciſchina de Eugubio, miraculis clara, iacet in vrbe Eugubij, in ecclenâ. S. Franciſci: cuius oſſa aſſeruantur in capsâ ligneâ. Quidam peregrini Hungari experti ſunt ſanctitatem ſponſæ Chriſti: deinde Eugubini cœperunt eam habere in veneratione. *Eadem, ſed amplificata aliquantùm, non minùs re quàm verbis, refert Wadingus Annal. Minorum to. 2 ad an.* MCCLV. Moritur Eugubij hoc anno, *inquit,* B. Franciſchina ibidem nata, mirâ abſtinentiâ & miraculis perquàm celebris. Aſſeruantur reuerenter eius oſſa in capsâ ligneâ ad ædem S. Franciſci, cuius tertium inſtitutum ſuſcepit. Inculta & neglecta per aliquot deliuit annos; donec Hungari quidam peregrini, patenti miraculo eius virtutem experti, dignis laudibus mirificam celebrarunt. Hinc Eugubini eam in pretio habere cœperunt. *Idem to. 4 ad an.* MCCCLX *nu.* 3 B. Franciſcam *indigetat.*

à tertio ordine S. Franciſci.

2 *Marcus Vlyſſipponenſis Chronic. Ord. Minor. 2 parte cap. 54 eadem habet, ſed, vt ſuprà Rodulphius, S. Claræ inſtitutum amplexam ait, & oſſa ſub altari aſſeruari, claui obſerata, vt oſtendi petentibus queant: imaginem eius in eadem pictam altari, votiuis circùm anathematis è cerâ ornatam, quæ appenſa in argumentum publicæ pietatis ac miraculorum. Neque ob vetuſtatem aliud de eâ compertum. Horatius Diola Marci Italicus interpres, & Gallicus Ioannes Blanconus, non ſolâ è cerâ, ſed ex argento quoque & aliâ materiâ poſita anathemata ſcribunt, teſtantia reſtitutã multis, eius patrocinio, ſanitatẽ.*

reliquiæ in altari, & imago cum anathematis.

AVCTORE I. B.

A 3 *Certior nobis illius ſanctitatis, publicis argumentis decoratæ, teſtis eſt Ludouicus Iacobillus Fulginas in Vitis SS. Vmbriæ, vbi illa, cum iis quæ relata ſunt congruentia, ſcribit*: B. Franciſca, vulgò Franciſchina appellata, aſſumpto tertij Ordinis S. Franciſci habitu, magnâ ſanctimoniæ opinione vixit, orationi, pœnitentiæ, mortificationi dedita. Coætanea fuit B. Delphinæ ſponſæ S. Eleazari, ac BB. Luciæ Venetæ, & Ioannæ de S. Mariâ à Balneo, quæ & ipſæ Tertiariæ fuerunt. Deceſit è vitâ Eugubij in patriâ ſuâ, VI Februarij, anno MCCCLX. Corpus in ligneâ thecâ, piè efformatâ, reuerenter collocatum eſt intra altare, in eccleſiâ S. Franciſci, in eodemque altari picta eius imago, anathematis circùm appenſis. Multa autem Deus, meritis dilectæ huius ſuæ ſponſæ, miracula fecit: ac comprimis Hungaris quibuſdam, qui illius corpus viſitatum aduenerant, benignè ſuccurrit. Quare illud Eugubini in maiori deinceps habuêre venetatione.

virtutes,

miracula,

D 4 *Citat deinde Iacobillus Rodulphium & Arturum. Et illius quidem verba retulimus; hic autem bis eam Martyrologio natalio ſuo Franciſcano inſcripſit*; VIII *Id. Februarij*, & IV *Nonas Martij; primo die his verbis*: Eugubij B. Franciſcæ Eugubinæ Tertiariæ, quæ ſanctitatis famâ vbique refulſit. *altero verò*: Eugubij in Vmbriâ B. Franciſchinæ Virginis, cuius ſanctitatem miraculorum gloria exornat. *Verùm ex Annotationibus vtrobique additis ſatis liquet, vnam eamdemq; eſſe. Hinc error forſan offuſus ſcriptori, quòd nunc* Franciſca *dicatur, nunc diminutiuo nomine* Franciſchina: *eademq; ab aliis Tertio Ordini, ab aliis ſecundo tribuatur. Ipſe Wadingus cùm to. 2 ſcripſiſſet, eam anno* MCCLV *obiiſſe; to. 4 ait non potuiſſe ſe* certum, quo vixerit, tempus inuenire. *Marcus Vlyſſipponenſis Chronicor. par. 2 lib. 9 cap. 23 ſcribit* ex. ms. *floruiſſe circa annum* MCCCLIX, *quo B. Delphinam ait deceſſiſſe.*

TRANSLATIO RELIQVIARVM SS. MARTYRVM,

THEODORI, TROSIMI, EVELLII, TARCITII, FELICIS, CANDIDI, THEOPHILI,

FOSSANI IN DITIONE PEDEMONTANA.

I. B.

AN. MDCXLI. VI FEBRV.

I *Oſſanum prouinciæ Pedemontanæ oppidum eſt, ante circiter* CCCC *annos conditum, ad Sturam fluuien, noſtrâ memoriâ titulo Ciuitatis, Epiſcopaliq; ſolio à Clemente* VIII *Pontifice Maximo, rogante Carolo Emmanuele Sabaudiæ Duce, ornatum. Cathedralis baſilica illuſtribus Diuorum reliquiis* S. Iuuenalis *Narnienſis Epiſcopi, Martyrumq; Thebæorum* Aluerij & Sebaſtiani *aliorumq;, locuples eſt. Aliæ quoque illic religioſæ ædes ſimili decore præſidioq; nuper celebres factæ. Tres ab Ioanne Nigro illius Diœceſis Vicario Generali editi Italicè libri ſunt de origine eius vrbis ac Præſidibus Diuis, & ciuibus ſanctimoniâ claris. Atque ſecundi quidem libri capite item ſecundo, allatas illuc nonnullas reliquias ſcribit, quas è ſanctis locis vrbis Romæ eductas, anno* MDCXXXVIII, XXVIII *Februarij obtinuerat Clemens Aſcanius Sandrius Trottus, tabuliſq; legitimis & quo par erat apparatu communitas; patruo ſuo Federico Sandrio Trotto Foſſanenſi Epiſcopo donârat. Hic auidè amplexus, quod ad ſuæ vrbis ornamentum populiq; ſalutem ſpectare ſentiebat, tribus illas Eccleſiis contulit, S. Mariæ Angelorum, congregationis Somaſcæ, & S. Catharinæ Virginum ſanctimonialium: ad quas eccleſias an.* MDCXLI, *die* VI *Februarij (qui dies anniuerſarius erat aditi ab Federico anno* MDCXXVIII *Epiſcopatus) inſigni pompâ ac religione plauſuque populi tranſferendas ſolenniter curauit.*

Foſſanum Româ miſſa an. 1638,

C

variis Eccleſiis donata 6 Febr. 1641,

2 *Erant autem horum Martyrum illæ reliquiæ:* S. Theodori *capitis ſiue cranij dimidium, corporiſq; pars magna.* S. Troſimi *tibiæ os craſſum. Tibiæ item* S. Euellij *os integrum, & ſimile alterum* S. Tarcitij. *Et hæc Patribus Somaſcis donata. Sanctimonialibus autem cœnobij S. Catharinæ, os brachij* S. Felicis. *Eccleſiæ autem ſuæ Cathedrali reſeruauit pius Antiſtes dimidium cranij* S. Theophili, *atque os craſſum tibiæ* S. Candidi.

hæ reliquiæ,

SS. Theodori,

3 *Qui porrò hi fuerint Sancti, non eſt nobis exploratum.* Theodori *Martyres variis locis plurimi fuêre: Romæ etiam nonnulli, vt qui* XVII *Martij inſcriptus Martyrologio cum* Alexandro; *qui* XXIX *Iulij cum* Lucillâ; *qui* XV *Decembris cum* Irenæo. *Horum alicuius ſint memoratæ exuuiæ, an cuiuſpiam alterius, ignoramus.* Troſimum *alium nullum nouimus.* Trophimi *alibi plures, non Romæ.* Euellius *Romanus Senator* S. Torpetis *conſtantiâ impulſus, Chriſto nomen dedit, ac Romæ adeptus eſt coronam martyrij. Piſis aſſeruari corpus tradit Ferrarius, agiq; illius anniuerſariam ſolennitatem* XI *Maij, licet in Actis* S. Torpetis, *quæ* XVII *Maij dabimus, v* Kalendas Maij, *ſiue* XXVII *Aprilis, agonem conſummaſſe dicatur.* S. Tarcitius (*ita expreſſo nomine*) *nullus: ſed illuſtris eſt* S. Tharſitius, *qui Martyrologiis inſcriptus* XV *Auguſti. Sepultus is fuit in cœmeterio S. Calliſti: reliquiæ, vt auctor eſt Octauius Pancirollus in Theſauris abſconditis almæ Vrbis, quædam in baſilicâ S. Petri Vaticanâ, aliæ in S. Silueſtri ad Campum Martium, ſiue in* 5 *Eccleſiâ regionis* 4.

Troſimi. Euellii. Tarcitii. *ædi Somaſcorum:*

F

4 SS. Felices *plurimi, nec fas diuinare, cuiuſnam potiſſimùm fuerit ſacrum illud os, quod ædi S. Catharinæ Foſſanenſi donatum.* S. Candidum *ſuprà* II *Februarij in Martyrologiis memoratum: at* III *Februarij eiuſdem* S. Candidi, *alteriuſue potiùs, ab Vrbano* VIII *Pont. Max. donatum Ducis Bracciani vxori, ab hac Æmilio de Feis Equiti Volaterrano retulimus pag.* 330, *conditumq; corpus in S. Auguſtini æde, ac capellâ propriâ familiæ Feorum: caput ad Cathedralem delatum, inq; argenteâ thecâ poſitum. Ab huius* Candidi *corpore auulſum os illud, quod Clementi Aſcanio donatum, ſuſpicari quis poſſit: ego potiùs alterius cuiuſpiam eſſe exiſtimo.* S. Theophilus *Cæſareæ palmam poſt S. Dorotheam adeptus, hoc ipſo die colitur: alij tamen alibi eo nomine inſigniti Martyres.*

S. Felicis, *cœnobio S. Catharinæ:* SS. Cãdidi & Theophili *Cathedrali.*

5 *Horum porrò Martyrum an hoc die in tribus illis Eccleſiis memoria recolatur; an ſeorſim ſingulorum diuerſis diebus, nos præterit. Id ſolum comperimus, quod eſt ab Ioanne Nigro litteris traditum, hoc die, anniuerſario inaugurationis Federici Epiſcopi, earum omnium reliquiarum ſplendido apparatu factam tranſlationem.*

Eorum SS. anniuerſaria memoria.

APPEN-

APPENDIX
TOMI PRIMI FEBRVARII,
SIVE
ADDENDA, EMENDANDA, ANNOTANDA
AD SEX PRIORES DIES.

AD KALENDAS FEBRVARII.

Aginâ 2. *columnâ* 1. *poſt lineam* 14 *ante* S. Eubertum Ep. *adde :*
S. Polycarpus, } Epiſcopi.
S. Seuerianus, }
Ibidem poſt lineam 30. *ante* S. Cinniam, *adde:*
S. Seuerus miles, Protector Montis-Falci in Italiâ.
Ibidem columnâ 2. *lin.* 2 *adde:*
S. Galla, Virgo Deo deuota, in Galliâ.

Eadem paginâ expunge quæ in Prætermiſſorum ſyllabo, col. 1 *lin.* 5 *habentur de* S. Polycarpo Epiſc. *Et quæ pag.* 4 *litt. A, de* S. Seueriano Epiſcopo.

DE S. IGNATIO EPISC. ANTIOCH. M.

Pag. 35 *col.* 1 *circa medium poſt iſta verba* : temporibus eſſet peracta, *reliquis deletis, hæc ex ſequenti lineâ iungantur:* [*ex cuius Homiliâ Euagrius confirmat &c.*

DE SANCTIS EPISCOPIS POLYCARPO ET SEVERIANO

Hæc reponenda pag. 47

animaduerſio hiſtorica.

I. B.

1 FEBRV. 1 *Veneration*em *publicam olim obtinuêre Kalendis Februariis ſancti Epiſcopi* Polycarpus *&* Seuerianus. *Ita ante annos ferme* CCC *Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus in Catalogo Sanctorum lib.* 11 *cap.* 130 *nu.* 45 *ſcripſit :* Polycarpus & Seuerianus Epiſcopi : quorum feſtum colitur Calendis Februarij. *Congruunt non pauca Martyrologia, partim manu exarata, partim typis excuſa. In iis eſt quoddam è Lotharingiâ Campaniâue Gallicâ allatum, quantumq; ex characteris modo valeo colligere, ætate Equilini aliquantò vetuſtius, in quo eorum hiſce verbis conſecrata hoc die memoria eſt:* Ipſo die ſanctorum Epiſcoporum Polycarpi & Seueriani. *Eadem habet MS. collegij Louanienſis Societatis Ieſu, itemq; MS. Florarium. Hermannus Greuen in auctario ad Vſuardum, & MS. Eccleſiæ S. Gudilæ Bruxellis :* Ipſo die SS. Polycarpi & Seueriani Epiſcoporum. *Codex MS. Carmeli Colonienſis,* Pontificum. *Martyrologium Coloniæ editum an.* MCCCCXC, *aliudq; cum Doctrinali Clericorum anno eodem, & ſeorſim anno* MCCCCLXXV, *Lubecæ vtrumque; itemq; complura MSS. Vſuardi nomine inſignita, ſed interpolata :* Ipſo die ſanctorum Epiſcoporum Polycarpi & Seueriani Confeſſorum.

Coluntur 1 *Febr. SS. Polycarpus & Seuerianus Epp.*

2 *Qui verò hi fuerint ſancti Antiſtites, quâ ætate vixerint, quas tenuerint Eccleſias, minimè in codicibus citatis exponitur. Quidam, Bracchareæ vrbis fuiſſe altero poſt Chriſtum ſeculo Epiſcopos autumant. Hauſtum è Iuliani Petri Chronico, quod tamen non omnes eruditi probant. In eo ad annum* 107 *nu.* 41 *iſta habentur :* Bracharæ poſt S. Ouidium S. Polycarpus Epiſcopus Bracharenſis, ad annum 130. *Ad annum deinde* 252 *nu.* 80 *iſta leguntur :* Floret memoria S. Fabiani Epiſcopi Bracharenſis ſucceſſoris Sereriani, qui ſucceſſit Polycarpo : obiit x Kalend. Septembris anno CCXXX. *Georgius Cardoſus in Hagiologio Luſitano, ad* XXVI *Ianuarij, Polycarpum Eccleſiæ Bracharenſis Præſulem prædicat doctrinâ & ſanctitate præcellentem, quibus gradibus ad eam Cathedram conſcenderit, quando nondum in ciuſmodi officiorum petitione ambitio inoleuerat. An martyrio finierit vitam, quaſue res alias egerit, ait penitùs ignorari. In commentariis deinde addubitat, num is fortaſſe ſit, qui illo die ab Eccleſiâ Romanâ colitur, Smyrnenſis in Aſiâ Epiſcopus, fueritq; Brachârâ Smyrnam, vti, quod quidam ab eo citatus. arbitratur, Melito Sardibus Bracharam tranſlatus. Rudericus Acunha Archiepiſcopus Bracharenſis in Tractatu de illius Eccleſiæ primatu paginâ* 209, *de S. Ouidio & duobus ſucceſſoribus ita ſcribit :* III S. Ouidius Romanus, creditus Martyr, obiit ad annum CXXX vel circa. Natalitia illius celebrantur in hac Eccleſiâ die III Iunij. IV S. Polycarpus pontificatum obtinuit per idem tempus : quando verò interierit, incertum. V Serarianus, S. Polycarpi ſucceſſor, anno quo obierit ambiguum. *Verùm quibus ex monumentis iſta hauſerit, non indicat, neque an colatur* Polycarpus, *aut quo die, quem alioquin Sanctum appellat, non item ſucceſſorem.*

incertum qui:

an ſors Bracharenſes, Polycarpus 4, *& Sereriamus* 5,

ſiue Serenianus,

3 *Ioannes Tamaius Salazar, ignoratum Bracharenſibus, diem tranſitus Epiſcopi vtriuſque eruiſſe ſe ex Equilino putat : coli quippe, ex eius ſententiâ, feſtum vtriuſq; Kalendis Februarij;* & Serenianum *vocandum, quem Bracharenſes cum Iuliano* Sererianum *appellent : imò Acunha* Serarianum, *vt diximus. Recitauimus Equilini verba : nec Bracharenſes ait fuiſſe,* & Seuerianum *alterum vocat, non* Serenianum. *Illud ſanè quàm à meo genio abhorret, quorum acta fateatur ignorari, ea ex ſuopte ingenio contexere. Tamaium reuereor, virum pietate, eruditione, humanitate eximium: ſed mihi id licere nullâ ratione cupiam, vt ab Sanctis geſta narrem, quæ nec ipſe viderim, nec vllius ſcriptoris teſtimonio aut ſolido monumento*

aut Serenianus,

Baron. to. 2. A. B. quorũ acta conficta,

mumento antiquitatis firmare possim. Polycarpum *ait natione Græcum fuisse, in Sicilia educatum, imbutumq; litteris: Ouidio isthuc ob conspirationem Pisonianam relegato adhæsisse, cumq; eo profectum in Hispaniam fidei mysteria initiatum, Archidiaconum ab eo iam Præsule ordinatum: ei denique laureã martyrij sub annum* CXXX *coronato, suffectum, demum anno* CLXXX *vel circiter decessisse: senem profectò, qui anno Christi* LXV *Ouidium Romã pulsum, in Sicilia coluerit, non omnino puer, sed ætate talium officiorum capace, puta* XV *aut* XVI *annorum, planè vt ab anno* XLIX *aut* L *ad* CLXXX, *annos* CXXX *explesse dicendus sit. Quid* Serenianus? *Ita enim vocat. Samone Galliæ oppido, nobili Serenorum familiã natus, Brachare* Polycarpum *audiuit, religionis Christi arcana edoctus, Archidiaconus creatus, & post Polycarpi decessum Episcopus: quo in munere annis* L *exactis, Kalendis Februarij obiit. Ista Tamaius.*

4 *Si constaret testimonijs minimè dubijs extitisse Brachare Episcopos* Polycarpum *&* Seuerianum, *& vtrumque in Cœlitum tabulas relatum, etsi dies esset natalis eorum incertus; non reprehenderem tamen illos qui de ipsis agi in Martyrologijs, quæ citauimus, diuinarent. Sed incerta illa, nullo q; modo nobis explorata: nec quem memorant,* Sererianus *aut* Serarianus, *aut certè, vt Tamaius perperàm citato Equilino corrigit,* Serenianus, *in Martyrologijs notus, sed* Seuerianus. *An ergo hi Antistites diuersi ab iis omnibus sint, quorum in sacris tabulis extant nomina, sed ipsorum vt acta & ætas, ita & Sedes ignotæ scriptoribus; an ex eorum numero qui alibi commemorantur, censendi, in incerto relinquimus. Et sanè vt hoc postremũ videri cuipiam probabilius possit, vt & visum nobis antèà, vetustissima Martyrologia momentum haud leue afferunt.*

quatenùs suspicari liceat esse?

5 *Antiquissimum Martyrol. Romanum, quod S. Hieronymi nomen præfert, ita habet:* In Smyrnâ ciuitate, nat. Polycarpi Episcopi, & Pœnis, & aliorum VII. Item, Pœnis & aliorum quinque. *Beda, Rabanus, Notkerus, & MS. S. Maximini:* In Græciâ S. Polycarpi Episc. *Alij titulo Episcopi abstinent. MS. monasterij S. Cyriaci Romæ:* In Græciâ SS. Polycarpi, Dionysij MM. *MS. Philippi Labbei nostri peruetustum:* Alibi Polycarpi, Pœnis, Publij, Seueri Confessoris. *Martyrologium Ecclesiæ Aquisgranensis:* Natalis S. Dionysij & Polycarpi. *Fortassis ergo in aliquibus Ecclesijs quapiam ex caussâ in hunc diem à* XXVI *Ianuarij translata* S. Polycarpi *Smyrnensis Episcopi & Martyris celebritas; atque alibi* S. Seueriani *Gaualitani Episcopi à* XXV *Ianuarij: itaque inscripta singulorum nomina illarum Ecclesiarum Fastis, è quibus qui Martyrologia contexebant, ea transcripsêre. Sed dubias hasce coniecturas nolim pro certis accipi. Qui certiora compererit, gratiam à nobis inibit, si ea communicet.*

farsan S. Polycarpus Ep. M. huc à 26 Ian. translatus,

& S. Seuerianus Ep. Conf. à 25 Ian.

DE S. PAVLO EPISC. TRICASTINO

Pag. 93 col. 2 post num. 6 hæc addantur:

6 *Sammarthani tomo 3 Galliæ Christianæ in Episcopis Tricastinis hæc de eo tradunt:* S. Paulum, qui vrbi Tricastinæ nomen dedit, memorant diptycha, Remis natum, ac vitandæ persecutionis caussâ per Rhodani fluenta, territorium Auenionis appulisse, prope monte[m] Macerium, vbi nomine ipsius basilica insignita olim extructa fuit. Defuncto B. Torquato inauguratus est Antistes. De eo tradit fusiùs Proprium Ecclesiæ Tricastinæ, diuinitus reuelatum fuisse, inquiri debere quemdam Paulum electum à Domino, vt summo fungeretur sacerdotio. Cùm ergo fuisset circumquaque quæsitus, tandem prouidente cum sibi vaselectionis futurum Diuinâ clementiâ, inuentus est. Et post nonnulla, quæ in eius promotione portenta facta narrantur, vti virgæ, quæ in terram infixa miraculo efflorvit, hæc subdit: Tunc Paulus intelligens erga se Dei bonitatem, & metuens deteriùs eius contra se prouocare seueritatem, continuò colla submittens, omnipotentis Dei clementiam, cui talia in se placuit operari, deprecatus est, & ab eo postulauit sapientiam ad rectè regendum populum sibi à Deo commissum. Postquàm autem Dei seruus compleuit orationem, cuncta quæ circa se acta fuerant, sponsæ suæ adhuc in virginitate manenti dixit, quæ gaudenter accedens ad amorem virginitatis petiit, vt claustris monasterij se includi permitteret: ipse eam pro voluntate in Arelatensi monasterio congregationi sanctimonialium adiungi curauit. Tunc ordinationi Dei se ex toto committens, qui dispensat & ordinat omnia prout vult, pontificali ductus est sublimandus cathedrâ. Eius vita illustrata fuit multis miraculis, propterea ipsa ciuitas Tricastina eum sibi elegit Patronum, ac festum celebratur primâ Februarij. Sacrum corpus diu requieuit in ecclesiâ Cathedrali Tricastinâ thecis argenteis inclusum, vnumque ex ipsius brachiis seorsim à dicto corpore separatum, cui festum solenne dedicatum fuerat. Quod quidem sacrum corpus anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo, die vicesimâ quartâ Decembris, nouatores hæretici prædictam ecclesiam violenter ingressi, profanatâ diui Confessoris memoriâ, cum reliquiis sanctorum Antistitum Amantij & Eusebij concremarunt. Hæc notantur in archiuis capituli eiusdem ecclesiæ. *Hactenùs Sammarthani, qui dein agunt de* SS. Amantio *&* Eusebio, *asserunt q; illum coli* VI *Februarij, hunc* XXIII *Martij. S. Torquatum adiungimus S. Paulo secuti Saussaium, cuius alioquin festũ celebrari* XXXI *Ianuarij obseruant iidem Sammarthani.*

D Vita ali. qua epitome.

E

DE S. TORQVATO EPISC. TRICASTINO

Pag. 93 in fine col. 2 ista addantur,

5 *His excusis prodiit Gallia Christiana à Sammarthanis edita, in quâ de sancto hoc Episcopo ista referuntur:* S. Torquatus festum habet in antiquo Viuariensis Ecclesiæ Breuiario XXXI Ianuarij, & in Proprio Ecclesiæ Tricastinensis, in quo nihil de vitâ eius specialiter notatur. Quiescit in monasterio S. Mariæ de Crudacio: vbi à nouatoribus hæreticis sacrum eius corpus combustũ. Extat adhuc sacellum antiquum eius nomini dedicatum in territorio Suzæ-Ruffæ, Tricastinæ diœcesis, sed ignoratur, quis fuerit eius fundator. *Hæc illi: è quibus colligimus illum ipsum esse* S. Torcacum Ep. & Confess. *à Greueno* XXXI *Ianuarij relatum.*

Cultus 31 Ianuarij.

sacellum.

Repone pag. 96 ante S. Ginniam.

DE S. SEVERO

IN MONTE-FALCO OPPIDO VMBRIÆ,

I. B. Commentarius præuius.

CIRCA AN. CCCC-XLV. 1 FEBRV. *S. Seuerus in Monte-Falco colitur:*

1 MOns-Falcus oppidum est *Vmbriæ*, in amœnis collibus, *vt Leander scribit*, nouo quidem nomine, sed frequentissimum. *Id Ferdinandus Vghellus to. 1 Italiæ sacræ, parte 2 col. 172*, ex Corcoroni ruinis post annum MCC ædificatum *fuisse scribit. Ludouicus Iacobillus to. 1 de SS. Vmbriæ pag.* 180, *anno* MCCIL *constructum ait, ipso loco vbi anteà steterat Corcoronum, sed breuiore clausum circuitu.* Hîc præcipuo honore, *vti tradit Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ*, colitur S. Seuerus Confessor, *alter (vt Iacobillus ait) ipsius oppidi Protector.*

A 2 *Acta illius damus ex MS. Vitâ* S. Fortunati *Presbyteri, quam ad diem* 1 *Iunij edemus. Italicè eadem, sed prolixiùs aliquantò, compoſuit Iacobillus: attigit Ferrarius ad* XXIII *Octobris, & Vghellus loco citato cùm de* S. Speo, *ſiue* Spe *agit, Epiſcopo Spoletino: nam is, quam* S. Seuerus *S. Fortunato Presbytero ædificârat ædem, dedicauit. Quâ peractâ dedicatione, illic dies octo ſanctus idem Antiſtes ſubſtitit, varioſq; Presbyteros ac Clericos ibidem conſecrauit.*

eius Vita:

ædem ſtruit S. Fortunato:

3 *Cùm autem nocte quadam in eâ æde preces funderet* Seuerus, *vidit idem Spes (nam & ipſe illic aderat) in ædem per patentem feneſtram aduolare candidiſſimam columbam ſupraque* Seueri *caput aſſiſtere, chartulam roſtro tenentem; dein eâ dimiſſâ, quà venerat abſcedere, in cælumq; euolare. Accedit Epiſcopus, ſumptâque reuerenter in manus chartâ, perlegit quæ in eâ erant ſcripta, hæc verba:* Corona ſuper capite tuo pretioſa eſt, quâ induet te Dominus. *Continuò ad* Seueri *pedes procidit Epiſcopus, ad huius* Seuerus: *inuicem dein magnâ caritate complexi, ſilentium aliquamdiu tenuêre, tum Deo bonorum omnium auctori gratias ambo reddidêre. Epiſcopus precibus matutinis cum Clero ſuo decantatis Spoletium reuertit, datis Seuero ad ea quæ ædi illi opus forent, quinis auri libris, quas* Seuerus *pauperibus diſtribuit; quæ ad templi illius ornatum neceſſaria eſſent, de ſuo curaturus.*

dedicat eâ S. Spes Epus

cognoſcit S. Seueri ſanctitatem ex columbæ ſcriptis cæleſtis indicio:

B 4 *Ferrarius non ſuprà S. Seueri, ſed S. Spei caput ſtetiſſe columbam innuit, ita de hoc ſcribens:* Claruit etiam miraculis; nam dum eccleſiam S. Fortunato à S. Seuero dicatam conſecraret, columbam ſuper eum cælitus aduolaſſe, ſcriptumq; reliquiſſe ferunt: Corona hodie ſuper caput eius pretioſa. *Idemq; Vghello viſum ſcriptumque:* Dum beatus Epiſcopus conſecraret eccleſiam in honorem S. Fortunati Presbyteri & Confeſſoris, qui apud oppidum Corcoroni in eccleſiâ Turritanâ virtutibus & miraculis & Angelorum colloquio claruit, illi à Seuero milite erectam; Spiritus ſanctus ſuper eum viſibilis in ſpecie columbæ apparuit: corpus S. Fortunati recondidit, & Clericos ibidem ſacris initiauit *&c. Quæ omnia de* S. Speo *dicta. Ambiguè loqui videtur Iacobillus in* S. Spei *Vitâ* XXIII *Nouembris.*

quod ipſimet S. Speo contigiſſe quidam putant:

5 *Ceterùm quid poſt illius ædis dedicationem egerit S. Seuerus, ita narrat idem ſcriptor:* Commoratus eſt S. Seuerus annis aliquot in eadem eccleſiâ ad ſepulchrum S. Fortunati, cuius meritis plurima Deus miracula faciebat: illic precibus, vigiliis, corporis maceratione, aliiſque ſanctis operibus, diuinum aſſiduè Numen propitiabat. Die quodam, cùm de more orationi illic vacaret, vidêre circumſtantes aliquot, in eccleſiam iterum aduolare columbam fulgentibus plumis, quæ & ſuper caput eius haud exiguo ſpatio temporis immota conſtitit: ac demum ſurſum ſe attollens, iſtæc eloqui Dei nutu audita eſt verba: Aſpice viam, quâ in cælum eo: tu intra biennium eodem perduceris comitantibus Patriarchis, vbi ſocietate S. Fortunati frueris: itaque in altum auolauit, ac videri deſiit.

Seueri ſanctitas.

miraculis, atque iterato oſtento columbæ

& voce declaratur:

C 6 Seuerus infinitis Deo actis gratiis, quòd tot tantiſque donis cæleſtibus ſeſe cumulaſſet, eo fauore penitùs indignum; ſeceſſit in locum Baranum dictum, ſiue Varanum, ex aduerſo Martanæ vrbis, in colle quodam ſitum, ad radices montis Martani, ſexto lapide ab vrbe Spoletinâ. Illic ſubterraneum ſacellum, cum cubili, ad honorem Matris Dei conſtruxit: atque in hoc annos fermè duos ſanctè vixit. Quo tempore noua illius meritis cuenêre diuinitus prodigia. Anno tandem CCCCXLV Kalendis Februarij exceſſit è vitâ. Corpus à Chriſtianis in eodem ſacello religiosè tumulatum: poſtmodùm iuxta illud eccleſia parochialis poſita, illius honori dicata: caſtellum quoque conſtructum, quod S. Seueri etiamnum appellatur, in territorio ac diœceſi Spoletinâ. Tranſlatæ hinc poſteà eius exuuiæ ad eccleſiam S. Fortunati, quem is tam ſeduiò venerari conſueuerat, eiuſque corpori iunctæ: at deinceps ſub arâ quadam illius eccleſiæ ad honorem ipſius erectâ collocatæ ſunt. Cuius Tranſlationis anniuerſaria memoria illic die XXIII Octobris celebratur: at

secedit Baranum,

iâ Caſtellum S. Seueri *dictâ: 1 Febr. mortuus inde ad eadem S. Fortunati refertur 13 Oct.*

primaria ſolennitas die primo Februarij, quo & Seuerus alter Rauennas Epiſcopus colitur. AVCTORE I. B.

D 7 *De primâ S. Fortunati à* S. Seuero *conſtructâ eccleſiâ, & de vtriuſque reliquiis ac veneratione, Franciſcus Gonzaga de Origine Seraphicæ religionis parte* 2, *prouinc. S. Franciſci, conuentu* 31, *qui eſt* S. Fortunati Montis Falcij, *ita ſcribit:* Conſtitit olim non procul ab oppido Monte-Falco Italicè nuncupato, ædicula quædam ſub titulo S. Fortunati, derelicta quidem, ſed redditibus vtcumque abundans, cuius cura Reuerendiſſimo Domino Latino Tranenſi Archiepiſcopo incumbebat. Hanc igitur in iuſtum monaſterium promouere cupiens deuota Communitas, Martino V Summo Pontifici, vt id ſibi ex reditibus inde prouenientibus, atque in præfati reuerendiſſimi Latini emolumentis cedentibus liceret, quàm humiliter ſupplicauit: & acceptâ pro votis facultate, cui Eugenius IV Pontifex quoque Maximus ſubſcripſit, tum ex præfatis redditibus, tum quoque ex quibuſdam aliis bonis à deuoto Almerico de Mont-Falcio, ad id opus ex teſtamento relictis, hoc monaſterium, ſub antiquiore S. Fortunati inuocatione, circa annum à lætabundâ Chriſti natiuitate MCCCCXLIII, eleganter ſatis conſtruxit, Franciſcaniſque Obſeruantibus, quorum XII ibidem impræſentiarum vſque perſeuerant, in habitationem conceſſit. E

vbi monaſterium Franciſcanis conditâ.

8 Tribus Beatorum corporibus ſacra hæc ædes decoratur, Fortunati ſcilicet, in cuius honorem antiquius ſacellum à Reuerendiſſimo quoque Spoletano Epiſcopo conſecratum fuerat; Seueri à Martanis, viri ſanctiſſimi, eiuſdem ſacelli auctoris atque fundatoris, & Patris Franciſci à Stronconio Franciſcani, cuius ſanctitas tanta extitit, vt Deus Opt. Max. plura per eum miracula operari dignatus ſit. Licet tertius hic beatus Pater in magnâ ſit veneratione apud Montis Falcij accolas; primi tamen duo tamquàm peculiares Patroni & Aduocati, peculiari quodam deuotionis atque honoris genere ab iiſdem coluntur.

in quo SS. Fortunati & Seueri corpora,

& B. Franciſci de Stronconio.

9 *Hæc Gonzaga. Natalem* B. Franciſci de Stronconio, *ſiue* de Stroncone, *recoli die* XV *Aprilis tradunt Arturus à Monaſterio & Iacobillus: narratq; hic, eum corpora S. Fortunati Presbyteri ac* S. Seueri Equitis *in honorificentiorem locum tranſtuliſſe; ſolitum frequenter eorum ſepulchra viſere ac venerari, eorumq; patrocinio ſe & oppidum Montis Falci, cuius ſunt Protectores, commendare. Non arbitror hanc eſſe* S. Seueri *Tranſlationem, quæ* XXIII *Octobris celebratur; ſed priorem alteram, cùm Varano aſportatum illius corpus ad ædem S. Fortunati.*

à quo priora duo corpora honorificentiùs repoſita.

10 *Ferrarius in generali Catal. SS. ita de eo agit ad illum* XXIII *Octobris diem ac ſi natalis eius eſſet:* Apud Montem-Falcum in Vmbriâ, *inquit,* S. Seueri Confeſſ. *Itemq; in Catal. SS. Italiæ, vbi & illud addit, Iacobillo quoque poſteà memoratum:* Erat *S. Seuerus* aſpectu eleganti & placido venerandoque, vt antiquæ illius imagines depictæ declarant. *Meminit tamen ibidem Tranſlationis: ſed celebretur ea illo die, necne non affirmat:* Apud Montem-Martanum, *inquit,* loco à Spoletio ad IV M. P. diſtante, in ædiculâ ſibi conſtructâ, vitam degit ſolitariam. . . . Cùm diem ſuum ibi obiiſſet, miraculis clarus, ad Montem-Falcum tranſlatus, ibi honorificè ſepultus eſt. F

S. Seueri effigies.

ACTA S. SEVERI

ex Vitâ S. Fortunati Presb. 1 Iun.

1 AVidam vir, Seuerus nomine, cuius *a* Martanus, militiæ gerens officium, dum operaretur in agro ſuo, qui erat ſecus viam Salariam, iuxta Martam, occultum theſaurum ei omnipotens Dominus palàm fecit. Qui illicò arrepto gladio, bouem, cum quo arabat, in fruſta concidens, eius ventriculum emundatum auro repleuit: & id quod ſuperfuerat

a Seuerus miles partẽ reperti theſauri fert Cæſari:

A fuerat detulit Romam, ſuoque *b* Imperatori dedit. Tunc ij qui aderant miniſtri Auguſti dixerunt: Quid dignum huic rei recompenſandum eſt? Et accepto conſilio fecit eum Imperator Magiſtrum militum.

ex MS. *b ornatur nouo officio:*

2 Tunc ille acceptâ poteſtate, cœpit de hoc quod fuerat ab Imperatore honoratus, ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti *c* baſilicam conſtruere. Cumque *d* opere perficeret, *e* creuit fama eius per cunctam Italiam. Patricius quidam, *f* qui reſidebat Rauennæ, auditâ huiuſmodi famâ, inflammatus eſt ſpiritus eius aduersùs eum. Miſit itaque milites ex Officio ſuo, vt vbicumque eum reperiſſent, abſque honore eum ſuis præſentarent aſpectibus. Exeuntes autem illi, fecerunt vt eis fuerat imperatum.

ſtruit templa: *c* *d e* *f emuli Patricij iuſſu capitur:*

3 Qui comprehendentes eum, vinctum ducebant per viam Salariam: & venientes ad *g* Pontem-fractū, *h* dimiſerunt viam errantes, & ceperunt ſemitam, *i* quę duxit eos vſque ad locum vbi S. Fortunatus *k* ſepultus quieſcebat. Et viderunt ibi multitudinem Chriſtianorum ad orationem procedere. Seuerus autem ſciſcitatus eſt vnum ex accolis loci illius, dicēs: Cuius hîc Sanctorum merita veneramini? Cui reſpondentes dixerunt: Fuit hîc quidam ſanctæ conuerſationis Presbyter, Fortunatus nomine, ipſe hîc multa mirabilia oſtendit, duos cæcos illuminatos, tres leproſos mundatos, vnum puerulum à dæmonibus liberatum: ideoque nos eum hîc adoramus. Tunc Seuerus hoc audiens, eleuans oculos ſuos ad cælum, expanſis manibus ait: Sancte Fortunate, ſi de vinculis his liberatus fuero, & in pace reuerſus fuero, non priùs domum meam ingrediar, niſi hîc in nomine tuo baſilicam ædificauero.

g *h i* *k* *intelligit S. Fortunati miracula,*

B *eiq; eadem vouet:*

4 Pergentes ita milites cum eodem viro, certum iter aggreſſi ſunt, & peruenerunt *l* Luciolis, vbi & pauſauerunt. Eadem autem nocte, quando Seuerus ipſum votū vouerat, venit S. Fortunatus *m* ad Patricium illum, qui iuſſerat eum ligari, dicens: Niſi Seuerum Magiſtrum militum dimitti iuſſeris, non te patiar viuere. Quo audito, ſtatim direxit alios milites, qui vbicumque eum obuiarent, ſtatim dimitterent. Qui exeuntes inuenerunt eum in Luciolis, qui & dixerunt ei: Miſit nos Patricius, vt dimiſſus reuertaris in pace ad domum tuam. Ille verò poſtquàm dimiſſus eſt, voluntariè perrexit Rauennam. At vbi vidit eum Patricius, pronus in terram corruit, dicens: Ignoſce mihi, Pater, & ne memineris iniquitates meas, quas in te exercui, quia tu iuſtus es, ideoque peto vt indulgeas mihi. *n* Et dimiſit eum *o* cum magno honore.

l ab hoc increpitus in ſomnis Patricius, *m eam dimitti iubet,* *& ad ſe vltro veniētem honorat:* *n* *o*

5 Qui cùm cœpiſſet capere iter, peruenit ad locum, vbi vouerat votum: & ibi ſtetit, donec à fundamentis ibi fabricaret baſilicam S. Fortunati, quæ *p* vſque hodie cū omni veneratione poſita conſtat. *q* Spes autem Spoletanæ ciuitatis Antiſtes abiit cum Sacerdotibus & Clero ſuo, & ipſum ſanctum corpus cum omni diligentiâ condidêre, & in nomine beati Confeſſoris ipſam baſilicam conſecrauerunt, vbi exuberant beneficia eius vſque in præſentem diem, cuius natalis celebratur Kal. Iunij, regnante Domino IESV Chriſto *&c.* D

S. Seuerus S. Fortunato ædem ſtruit, *p* *q dedicat S. Spes Ep.*

a *Scribit Iacobillus* Martanam, *ſiue* Martulam, *vrbem Vmbriæ antiquam fuiſſe, inter Tuderti Spoletiiq; territoria, ad radices montium Martanorum, eo ferè loco ſitam, vbi nunc ædes viſitur S Mariæ in Pantanâ, diœceſis Tudertinæ: à barbaris poſteà exciſam, eiuſq; ruderibus ædificata oppi.la* Maſſam *&* Aquam-ſpartam. Martulæ *meminere Martyrologia 9 Iulij. Ita Ado:* In ciuitate Martulanâ, S. Brictij Epiſc. & Confeſſ. *Vſuardus:* Ciuitate Martulâ, S. Brixii Epiſc. & Confeſſ. *Martyrol. Rom.* Martulæ S. Brictii Epiſc. *Meminit & Ferrarius in Topographiâ Martyrol. Romani, mauultq;* Martam *ſeu* Martanam *dici, quàm* Martulam. Martula. *ſiue* Martana, *vrbs Vmbriæ.*

b Valentiniano 3, *inquit Iacobillus. Is à 23 Octobris an. 425 vſque 455 imperauit.*

c *MSS. Lectiones de S. Fortunato,* Sanctorum baſilicas conſtruere. *Iacobillus,* altaria & eccleſias, ad Dei honorem ac Sanctorum, variis locis ædificare. *Ac deinde ſubdit, vnam in patriâ eccleſiam ædificaſſe, in quam ſæpe orationis cauſâ ſecedebat.*

d *Ita Lectiones. at Vita MS. S. Fortunati,* opera.

e *Lectiones,* venit. f Vaccum, *ſiue* Guaccum *vocat Iacobillus.*

g *Omittit hunc locum Iacobillus. Videtur horum militum iter longiùs ab eo ponte fracto receſſiſſe, de quo Leander Albertus in Vmbriæ deſcriptione iſta tradit:* Ad exitum dein viæ Flaminiæ pons ex latere cocto Naris ad Narniam tranſitum iungit: nec procul eodem in amne grandiſſimis innixi palis arcus quidam ingentes apparent nobilis ac vetuſti pontis, mirabili arte facti ex lapide quadrato prægrandi, quo à collis, qui citra flumen eſt, radicibus, per amnem ad Narniam commeabatur. Maximum equidem & ingens id opus fuiſſe, quæ adhuc eius pars ſupereſt, indicat. *Plura de eo ponte ſubnectit idem ſcriptor, & alij, ac nominatim Raderus noſter in Martialis lib. 7 ep. 92, vbi de eo, nondum fracto, vanum poëta votum:*

Pons fractus ad Narniam. E

Sed iam parce mihi, nec abutere, Narnia, Quincto.
Perpetuò liceat ſic tibi ponte frui.

h *Lectiones:* duxerunt eum viâ publicâ errantes.

i *Addit Iacobillus:* ad latus montis Martani.

k Non multò antè, *inquit idem. Fuerat is, vt in Vitâ eius dicitur,* Turritanæ Eccleſiæ Presbyter, quæ à Spoletanâ vrbe vel parùm plùs minùs XII milliaria poſita eſt. *Dicitur nunc* S. Maria in Turrita, *teſte Iacobillo.*

l Lucioli, *vel* Luceoli, *oppidum fuit, inquit idem ſcriptor, Eugubium inter & Callium, vrbes Epiſcopales Vmbriæ in Ducatu Vrbini, nunc euerſum. Extabat adhuc tempore Ottonis 1 Imp. vt ex eius diplomate, quod anno 962 datum recitat Baronius to. 10 Annal. ad eum annum nu. 3, vbi inter alia numerantur,* Vrbinum, & territorium Balnenſe, Calles, Luciolis & Eugubium, cum omnibus finibus & territoriis ad eaſdem ciuitates pertinentibus. Lucioli *opp.*

m Stolâ candidâ indutus, *inquit Iacobillus.*

n *Scribit Iacobillus ex aliis MSS. monumentis,* S. Seueri *conſilio petiiſſe à Pontifice Maximo Sacerdotem doctum, à quo Chriſtianæ fidei myſteria condiſceret: miſſum ei Conſtantium Sacerdotem doctum & ſanctum, qui eum cum totâ familiâ baptizauit. Pontificem ait fuiſſe Sixtum 3, qui creatus 27 Aprilis, 432, obiit an. 440, 28 Martij, quo & colitur.*

o Poſt 25 dies, *inquit Iacobillus, qui addit multa ei dona obtuliſſe Patricium, quæ omnia renuit accipere, præter poſſeſſionem quampiam in Spoletinâ diœceſi, quæ partem impenſarum ad S. Fortunati ædificandam ædem ſuppeditauit.* F

p *Extare etiamnum aſſerit Iacobillus, extra oppidum Montis-Falci.*

q S. Spes, *ſiue* Speus, *Epiſcopus Spoletinus fuit, ab anno (vt Vghellus ſcribit) 420 ad 453, quo deceſſit 23 Nouembris.*

DE S. VRSO PRESBYTERO

Pag 99 poſt nu. 11 iſta adde:

12 HÆc de S. Vrſo *Presbytero commentati eramus, coniecturas ſepius, quàm certæ fidei monumenta ſecuti, eaq;, iam prælo erant excuſa; cùm Taurino ad nos Ioannes Iacobus Turinettus collegij Societatis Ieſu in eâ vrbe Rector, geminum Vitæ* S. Vrſi *exemplar, ſed mutilum alterum, vtrumque ex Auguſtæ Prætoriæ archiuis, vt remur, depromptum, miſit. Non viderant eam Vitam, neque* Pennottus, *cùm quæ ex eo citauimus, ſcripſit; neque* Franciſcus Auguſtinus *ab Eccleſiâ, cùm anno* MDCXLV *Hiſtoriam Chronologicam Pedemontanæ regionis edidit; neque* Ferdinandus Vghellus, *cùm tomum quartum Italiæ ſacræ anno* MDCLII. *Nam hi* Ploceanum *inter Auguſtæ Prætoriæ Epiſcopos non recenſent, cuius tamen hîc luculenta, etſi parùm honorifica, mentio: & Pennottus diſparata de* S. Vrſo *ſcribit. Qui eam autem Vitam compoſuit, ex famâ hauſiſſe videtur quæ litteris traderet. Ita cap. 1 nu. 1:* Vt res geſta apertiſſimè probat, & illius loci ciues aſſerunt. *Et cap. 2 nu. 5:* Quod tamen hominibus loci illius notiſſimum eſt. *Nullam autē Chronologicam notam expreſſit, ex quâ de S. Vrſi ætate ſtatuere certi quid liceat. Fortè etiam poſtmodùm interpolatam ſuſpicabitur, qui ab altero exemplari abeſſe illud reputauerit quod nu. 1 dicitur:* natione Scotus, Patronus contitularis Eccleſiæ, ciuitatis & burgi Auguſtæ. *Primarios Auguſtæ Patronos eſſe ſcribit Ferrarius* S. Gratum *Ep. qui* VII *Septembris colitur, &* S. Iocundum *Ep. qui* XXX *Decembris.*

Vita S. Vrſi necdum edita. *ex famâ compoſita.* *forte interpolata:*

A *Decembris. Tradit tamen Vghellus poſt Franc. Auguſtinum,* Sanctorum lipſana, Grati & Iucundi Epiſcoporum, & Vrſi Presbyteri; ſummâ veneratione coli illic in eccleſiâ Cathedrali.

13 *Ex eadem hac Vitâ fraus patefit eorum, qui ſub nomine Maximi Cæſarauguſtani Epiſcopi Chronicon à ſe fabricatum in lucem emiſerunt, in quo ad annum Chriſti (qui character temporis exprimi ſuo Maximi nequaquàm ſolebat) ad annum, inquam, 560 iſta ſcripſêre:* Eodem tempore floret S. Vrſus, domo Aruernus, Epiſcopus Pacis Auguſtæ in Hiſpaniâ, rarus fidei cultor. *Legerant* S. Vrſum *Auguſtæ coli, & ab nonnullis Epiſcopi titulo ornari: obſeruarant etiam fortaſſis ab aliquibus qui catalogos Epiſcoporum Auguſtæ Vindelicæ contexuerunt, prætermitti: ergo velat in vacuam poſſeſſionem inuolant, & Paci Auguſtæ Epiſcopum ſtatuunt, qui Presbyter Auguſtæ Prætoriæ fuit. Georgius Cardoſus, diligens alioquin ſcriptor, in Hagiologio Luſit. mico, Chronico illi fide adhibitâ, Epiſcopum eum conſtituit vrbis Luſitanæ, quæ Beia dicitur, quam ait olim* Pacem Auguſtam *nuncupatam, nec hoc fortaſſis facilè Hiſpanis perſuaſurus.*

non fuit Pacis-Auguſtæ Epiſcopus.

VITA AVCTORE ANONYMO,

ex veteribus MSS. eruta à Ioanne Iacobo Turinetto Soc. Iesv.

CAPVT I

S. Vrſi Chriſtianæ virtutes, miracula.

1 IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, hîc ſubter inſertũ eſt, qualiter beatiſſimus Vrſus Confeſſor Chriſti, & Sacerdos Dei excelſi, *a* natione Scotus, Patronus *b* contitularis Eccleſiæ, ciuitatis & burgi Auguſtæ, nocte ac die Chriſto famulans, curam gerebat officij ſui in Eccleſiâ, quæ in honore S. Petri Principis Apoſtolorum ædificata, & dedicata eſt, extra ciuitatem, quæ nuncupatur Auguſta, quæ priſcis temporibus Prætoria dicebatur, id eſt, *c* vrbs iudiciaria. *d* Fuitque in illo tempore in eadem vrbe Præſul quidam, nomine Ploceanus: ſed, vt res geſta apertiſſimè probat, & illius loci ciues aſſerunt, ob perfidiam ſuam nimiamque crudelitatem, non Pontifex paſtoralis curæ, ſed ſub veſte ouis lupus rapax, & crudeliſſimus inuaſor, atque tyrannus potiùs extitit, quàm Pontifex vel paſtor. Memorata vrbs hinc inde magnis & altiſſimis eſt montibus circumſepta: ſed ipſa gratâ & irriguâ ædificata planitie. Campis namque, & pratis, ſiluiſque, necnon & vineis egregia. Circumcingitur enim à duobus fluminibus, quorum iſta ſunt nomina, Duriae videlicet, & *f* Bauthegius. Sed omittentes iſta, glorioſiſſimam beatiſſimi memorati Confeſſoris Chriſti Vitam aggrediamur: quia indignum valdè eſt iudicandum, vt ſileat lingua carnis pandere miracula, quæ per electos ſuos operatur Domini virtus, & vſque nunc per ſeruos ſuos, Martyres videlicet, Virgineſque & Confeſſores vtriuſque ſexus, immenſa maieſtas Domini operari non deſinit, ſicut in huius ſancti viri Vitâ & geſtis manifeſtiſſimè comprobatur.

a *b*

c d

Auguſtæ Prætoriæ ſecũdarius Patronus S. Vrſus

C

e f

Thaumaturgus:

2 Fuit igitur vir Dei cultor beatiſſimus Vrſus Confeſſor Chriſti in memoratâ ciuitate Auguſtâ, vitâ degens quaſi agnus manſuetiſſimus: vultu namque ſimplex, ſed in opere diuini cultus omni ſtudio promptus, memorans Domini præceptionis ita dicentis: *g* Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Tantam etenim gratiam Dei virtus diuinaque clementia concedere illi dignata eſt, vt eum nullus vnquam iratum, vel animo commotum videre vel ſentire potuiſſet. Semper ex ore & labiis eius pax & patientia ſunt egreſſæ; non immemor iuſſionis Apoſtoli præcipientis: Patientes eſtote ad omnes. Humilitas verò & miſericordia ſemper inuentæ fuerunt in eo, iuxta Saluatoris vocem dicentis: Beati humiles, beati miſericordes. Et beati Apoſtoli iuſſi ſurdus non erat auditor, qui ait, Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. Mundumque propterea, & concupiſcentias eius calcans deſpiciendo, & vincendo ſuperans, ad gaudia properabat paradiſi; attendens prædicatorem egregium, qui ait: Mundus tranſiet, & concupiſcentia eius. Et, Quicunque voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituetur. Et, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Cupiens ſemper enim adhærere & coniungi Sanctorum cœtibus, qui iam deuicto mundi caduco amore, cum Chriſto triumphant in cælo; ſedulâ mentis intentione in corde figebat, quod idem Magiſter gentium dixit: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Et, Quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur ab eo. Dei enim moniti auditor libentiſſimus, ſecundùm vires viſitabat infirmos, alebat egenos, conſolabatur lugentes atque dolentes, ſubueniebat oppreſſis, viduas & aduenas confortabat. Si enim aliquem iraſcentem, vel animo commotum inueniſſet, mitiſſimo eum ſermone tamdiu alloquebatur ex Diuinis oraculis, quouſque animum illius in manſuetudinem verteret; attendens illud Prophetæ, Beati pedes pacem portantes: & quod ait Dominus, Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur: illius quoque memorans, quod per Iſaiam Dominus dixit: Super quem autem requieſcam, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem verba mea? Dicebat enim cum Paulo Apoſtolo: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror?

Avctore anonymo, ex MSS.

D

mundi cõtemptor,

miſericordiæ operibus deditus.

E

3 Inſtanterque curſum pſallendi peruigili intentione cuſtodiens, pſallebat cum Prophetâ dicens: Benedicam Dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Apoſtoli non immemor præcepti, qui ait, Sine intermiſſione orate; centies per diem, centieſque per noctem ſedulâ omni deprecabatur oratione. Aſſiduè enim per noctem loca Sanctorum perluſtrans fortiſſimus miles Chriſti, vexillo ſanctæ Crucis armabat frontem: corpus quidem humo proſternens, mentem ad alta ſuſtollens, & nihil de terrenis cogitans. Seipſum & omnem Catholicum populum Domino commendabat, ſecundùm monita S. Iacobi Apoſtoli, Orate pro inuicem, vt ſaluemini: multùm enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Ad quamcumque enim veniebat eccleſiam, ſtatim patebant ei ianuæ. In die verò ſecundùm Apoſtolum manibus laborabat, & exinde egẽtes alebat; credens Prophetam dicentem, Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit. Et, Qui non laborat, non manducet. Quid plura? Plantauit inde idem Beatiſſimus vineam manu ſuâ propriâ iuxta tugurij ſui veſtibulum: cui creſcenti, & portanti vinum, tantam virtutem concedere dignata eſt Dei gratia, vt ſi quis infirmus pro quacumque ægritudine ex liquore eius potaret, ſtatim priſtinam reciperet ſanitatem.

aſſiduè orat: nocte viſitat eccleſias,

vltropatefcentes: die laborat.

F

vineam plantat ægris ſalutarem:

4 Quodam verò tempore in locis illis inundatio fuit aquarum magna, intantùm, vt ſitum loci illius vis fluuij extra ripas alueorum ſuorum redundaret. Iam verò fluuius, quem anteà Bauthegium nominauimus, qui ex Alpibus *h* Penninis deſcendit, ex Orientali parte ipſam vrbem circumcingit, & validiſſimo curſu infeſtus tantâ creuit magnitudine, vt muros ciuitatis validiſſimo curſu arctaret, inuaderet agros, vineas campoſque, & prata repleret arenâ & petris, ita vt homines qui ibidem aderant, penè cum ipsâ vrbe periclitarentur. Circa eccleſiam verò S. Petri, vbi vir Dei Vrſus fungebatur officio, tanta inundatio fuit, vt nullus eam ingredi, aut egredi valeret. Tunc miles Chriſti, & athleta Dei fortiſſimus; quid ageret, quò ſe verteret neſciens, ad auxilium confugit Diuinum, fronte armatâ ſigno fidei, dicens: In tribulatione inuocaui

fluuium horrendè inundantem h

viuens omni virtute Chriſtianâ floret,

g

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

Dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus. Dominus mihi adiutor est, ideò hunc cataclysmum non timeo. Intrepidus tamen & securus, fidens in misericordiâ viuentis Dei, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; vt incredu-
A li qui ibidem aderant conuerterentur, hanc orationem ad Dominum fudit, dicens: Domine Deus, mundi creator, atque gubernator totius creaturæ tuæ, qui hominem, seminaque creaturarum in diluuio per Noë saluasti, & seruasti; qui liberasti populum tuum filios Israël de Pharaonis manu, & exercitu eius, & de profundo rubri maris, & abyssi gurgitibus; Ionam verò de ceti vtero, & de tempestatibus abyssi & maris, & ex eorum profunditatibus saluum & illæsum per verbum tuum ad aridam reduxisti; qui per petitionem Prophetæ tui Heliæ imbrem de cælo descendere prohibuisti annis tribus & mensibus sex; qui Petro discipulo tuo, ne mergeretur, manum porrexisti; qui in naui excitatus imperasti ventis, & mari tumescenti, & tempestatibus, & fecisti tranquillitatem magnam; adesto ad inuocationem serui tui, & ne derelinquas sperantes in te: sed præcipe huic flumini inuadenti hanc ciuitatem, & templum tuum, agros, prata, & vineas nostras, ad alueum suum remeare. Hac oratione peractâ ad
B Dominum, eadem horâ fluuius ipse ad alueum suum reuersus est, vt videretur quidem quasi nec vna vnda extra ripas suas fuisset egressa. Omnia enim in circuitu loci illius vir Dei oratione suâ à periculo cataclysmi liberauit, tamquàm bonus præliator Christi. Cui autem hunc talem militem assimilabimus? Moysi profectò & Iosuæ, & Heliæ, quorum vnus mare diuisit, alius Iordanem retrorsum conuertit, tertius verò aquas
i de cælo descendere prohibuit.i

precibus reprimit.

a *Desunt hac vsque* nocte ac die, *in secundo exemplari.*

b *Ferrarius* SS. Gratum *&* Iucundum *Patronos vocat, non* S. Vrsum. *Franciscus Augustinus ab Ecclesiâ in Historiâ Chronologicâ regionis Pedemontanæ cap.* 43 *Cathedralem Augustæ Prætoriæ Ecclesiam scribit* D. Grato Episcopo suo & ciuitatis Protectori dedicatam.

c *Passim omnes à Prætorianis militibus Prætoriam appellatam affirmant. Prætor alioquin ab Augusto constitutus dicitur, qui circumiacenti regioni ius diceret.*

d *Desunt hæc in altero exemplari, vsque* Memorata vrbs. *Porrò neque Fran. Augustinus ab Ecclesiâ, neque Vghellus Ploceanum in Augustæ Episcoporum catalogo, qui apud vtrumque valdè imperfectus, recenset.*

e *Hic* Duria maior *est, vulgò* Doria: Duria minor, *siue* la Dorietta *non procul Taurino in Padum influit: maior longè inferiùs.*

f *Alterum exemplar sine aspiratione* Bautegium *vocat.*

g *Loca Scripturæ hic citata, obuia sunt, ideoq; ea non adnotauimus, ne totum marginem opplerent.*

C h *Duria ex Alpibus Graiis oritur, atque ex occidentali parte vrbem alluit.*

i *Desunt sequentia in altero MS.*

CAPVT II

Alia S. Vrsi miracula, prædictiones, obitus.

Segetem cũ pauperibus & auibus diuidit,

5 REstat autem adhuc & aliud miraculum, quod per ipsum Domini virtus operata est, quod mihi visum est non prætermittere, quod tamen hominibus loci illius notissimum est. Emit igitur idem vir Dei campum quemdam, cum segete suâ desuper stante. Qui, cùm ad maturitatem venisset, partem quidem aliquã ex eâ metens, partem verò alteram pauperibus & auibus relinquens; memorans impleuit oraculum Prophetæ dicentis: Tibi enim derelictus pauper, pupillo tu eris adiutor. Euangelij verò instructus monitis dicebat: Considerate volatilia cæli, quoniam non laborant, neque seminant, quibus non est horreum, & Pater vester cælestis pascit illa. Conueniebantque ad eum ipsa volatilia, non quasi siluatica, sed vt domestica, & residebant super caput eius, & super humeros illius, & pascebat ea manibus suis, postea illæ-

has vt ciceres pascens:

sa sinebat abire. Numquàm enim sine egenis, & orphanis edebat, attendens Domini promissa, qui ait: Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. &c. D

6 Cumque aues superiùs nominatas aleret, & resideret ante ianuam ecclesiæ, vbi sedulò Deo seruiebat; aspiciens vidit iuuenem quemdam equum domini sui equitantem, & amarissimè flentem: qui cùm assiduè hic idem custos equorum ante iam dictum templum transiret, numquàm tamen ad orationem descendit, nec caput suum Sanctorum reliquiis inclinauit. Tunc beatissimus Vrsus hæc intuens frequenter agentem, vocauit eum ad se, cui & dixit: Dic, inquit, mi fili, quâ de causâ vociferaris, & ante ianuas huius templi tam frequenter iter carpens, nec ipsam intras ecclesiam, nec etiam ceruices tuas ad Deum inclinas? Indica mihi tamen, quid quæris, aut quò vadis, vel cur fles? & omnia secreta tua mihi fac manifesta. Tunc eiulans ille, ait ad virum Dei: Heu mihi, Domine, hodie cùm transirem per hanc viam, ablatus est à me equus domini mei optimus, quem nimio diligebat amore, vnde nimio coarctor timore: quid faciam nescio. Vnde non aliud peto, nisi tuam beatissimam ora- E
tionem pariter & consolationem. Tunc idem vir Dei *cuidam equũ, quem amissum flebat licet insideret,*
in Domino confisus, cum magnâ fiduciâ dixit adolescenti: Vade, fili mi, ingredere in hanc domum Domini, in quâ anteà non fuisti: flagita misericordissimum & amatorem omnium benignissimum Deum de salute tuâ: posteà verò venies ad me, & quicquid necessarium fuerit pandam. Quibus ille iussis libentis- *post preces ostendit,*
simè obediens, ad virum Dei concito gradu reuersus est. Dixit ad eum S. Vrsus: Dic mihi iuuenis, quanti tibi in custodiendo, curam gerendo, commendati sunt equi? Respondit: Sex. Dicit ei S. Vrsus: Quantos ad pabula dimisisti, quando hunc, quem quærere cœpisti? Aut quis tibi talem dedit equum tam pulchrum, tamque formosum & honestum? Tunc pauefactus puer ille, videns se captum in interrogationibus S. Vrsi, prosternens se ad pedes eius cum lacrymis dixit: Miser ego, ipsum, quem equito, & quæro lugens, ipsum sedeo. Ipse verò à domino suo nullam de hoc passus est *doceq; dũ templum præterit, ingredi, & orare:*
iniuriam, quia S. Vrsus satisfecit eius desidiæ. Tunc demum castigauit eum S. Vrsus, dixitque ad eum: Aliâ vice, si reuersus hac eadem viâ in pace fueris, noli præterire Sanctorum limina, sed pro salute tuâ Domini misericordiam deprecare, vt prospera tibi, & commoda cuncta concedat.

7 Eodem tempore in quò prædicta gerebantur, & Domini virtus inuicta per seruum suum Vrsum F
hoc operabatur, Ploceanus, vt dictum est, in eadem vrbe Pontifex esse videbatur. Contigit autem eiusdem Ploceani ministerialem quemdam incurrisse crimen. Vnde valdè pertimescens, præsidium fugefecit ad ec- *propuero apud Episcopum intercedit.*
clesiam S. Petri, vbi S. Vrsus custos erat. Cumque more solito in ecclesiam fuisset ingressus, vidit eum iuxta altare stantem, cui & dixit: Quid nam, inquit, peccasti, fili? Cumque puer singulas retulisset admissionis suæ culpas, cœpit eum rogare, vt apud dominum suum pro se intercederet. Egredienſque S. Vrsus venit ad Episcopum in ciuitatem, & prosternens se ad pedes eius dixit: Mi Domine Pater, quidam ex pueris vestris sciens se grauiter deliquisse in vos, confugium fecit ad S. Petrum: vnde peto, vt in eius amore, ad quem confugit, absolutionem criminis ei concedatis, & vestræ domesticitatis concessionem. Ploceanus verò fallens in virum Dei, dixit: Vade, frater, dic ei, vt securus cum *qui veniã sollicitus,*
gratiâ veniat ad præsentiam nostram, nulla pertimescens mala. Tunc vir Dei ad puerum reuersus, dixit: Vade fili mi, quia ex hac re impedimentum tibi nullum erit. Ploceanus enim Episcopus clàm quibusdam sibi astantibus dixit: Nisi eum, cum exierit de ipsâ ecclesiâ, in quâ nunc latitat, mihi vinctum præsentaueritis,

A ritis, eius ſententiæ vos ſubiacebitis. Qui iuſſa complentes, ante eũ adductus eſt. Qui frẽdens & tabeſcens in eum, tamquàm crudeliſſima beſtia, tamdiu à dorſo & ventre flagellatus eſt, quouſque expirare crederetur. Tunc capite eius tonſo, iuſſit tyrannus viſcoſum bitumen ſuper illud fundi, vt vix euaderet vſque ad virum Dei morte vicinâ. Quis autem hunc talem dicere audebit paſtorem? Verùm, vt dignum eſt, nec Chriſtianum, ſed lupum rapacem, & tyrannum ſæuiſſimum. In eo inuentum eſt & completum, quod prædixit Propheta: Peccator videbit, & iraſcetur; dentibus ſuis fremet, & tabeſcet. Et alibi: Iuſtus autem meus ex fide viuit. Veſpere periit deſiderium Ploceani, & mane iuſtitia & fides ſanctiſſimi Vrſi ſemper permanſit.

poſteà crudeliter eum cædi curat:

8 Cumque idem puer cæſus, verberatus, & decaluatus capite, & bituminatus, ſemiuiuus foras à carnificibus fuiſſet eiectus; vix ad virum Dei peruenit, cui & dixit: Quid, inquit, facere in me voluiſti, Pater mi, vt me per illuſionem quaſi latronem aut homicidam egredi de hac domo Dei iuberes? Non fuit hæc excuſatio ex iuſto, ſed traditio ex iniquo. Iudicet Dominus inter me, & te. Tunc beatiſſimus Vrſus ingemiſcens, & quaſi ſuper filio vnigenito, paternâ pietate commoto viſcere, dixit: Quidnam, inquit, contigit, fili? Tunc re-

S. Vrſus re cognitâ,

B tulit ei puer quæ geſta fuerant per ſingula, & oſtendit ei omnia vulnera corporis ſui, lateris, dorſi, ventris, omnia cæſa & decorticata, inſuper & iam caput decaluatum, & bituminatum. Tunc ingemiſcens vir Dei, grauiterque ſuſpirans, reputans in ſe quaſi grandi ſcelere culpas admiſiſſet, dixit: Heu, heu, ſuper nomen quidem Paſtoris, vel Epiſcopi hoc nomen fallaciter vſurpantis! Tunc ait ad puerum: Vade citò fili mi, dic Ploceano: Notum tibi ſit, quia poſt paucos dies tolletur anima tua à te, & à dæmonibus, vt dignus es, ſtrãgulaberis, & à tetris ſpiritibus ſuſceptus ſepelieris in infernum; vt quibus nunc vſque ſeruire ſtuduiſti, ab his recipias meritum ſeruitutis; ſicut ſcriptum eſt: Serui e-

prædicit malâ mortem Epiſcopi,

C ritis, cui obediſtis. Quare non timuiſti miſer Apoſtoli minantis ſententiam? Quicumque enim templum Dei violauerit, vt ait Apoſtolus, diſperdet illum Deus. Tu ergo, fili mi, præpara iter tuum, quia & tu migrabis citò de hoc mundo pergens altercaturus cum eo. Ego autem ſubſequens ero iter veſtrum, vt ſim audientiæ veſtræ aſſiſtens, cùm in ratione ſteteritis ante tribunal Iudicis magni. Mira res, ac veriſſima, quia quicquid in illâ horâ prædixit, in vtroque poſteà rei probauit euẽtus. Eadem verò nocte, in quâ migraturum Epiſcopum prædixit, proiectus eſt de ſtratu ſuo à dæmonibus in humum, & ſic miſerabiliter expirauit. Puer verò ſecundùm ſermonis viri Dei ſententiam, migrauit de hac luce.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

tum pueri, ac ſuam:

9 His ita peractis, viriliter & conſtanter intrepidus & lætus incedebat ſanctus athleta Dei, ieiuniis & vigiliis inceſſanter pernoctans, Domini præcepta memorans dicentis in Euangelio: Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes; amen dico vobis, quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere ad menſam regni ſui, & tranſiens miniſtrabit illis. Tali modo Confeſſor Domini in timore Chriſti perſeuerans, iuxta prophetiam oris ſui feliciter migrauit ad Chriſtum: ſociatuſque, & adiunctus Sacerdotibus Chriſti *a* Seuero, & Iulio, inter vernantes, & immarce-

ſanctè moritur.

a

E ſcibiles choros adeptus eſt gloriam Dei, de quâ Apoſtolus ex Sanctorum perceptione dixit: Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quanta præparauit Deus his qui diligunt eum. Occurrerunt ei Angeli Dei, eum ſuſcipientes, Martyres triumphantes, Confeſſores exultantes, Virgines lampades accendentes cum gratiâ & miſericordiâ Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

a *Aliquot* SS. Seueri *hoc ipſo die coluntur, alij aliis diebus. Arbitror hîc Rauennatem Epiſcopum intelligi, qui longè celeberrimus. Nam* S. Seuerus *Martulanus, qui Montis-Falci Patronus eſt, Sacerdos non fuit.* S. Iulius *autem is eſt cuius Vitam dedimus* 31 *Ianuarij.*

DE S. GALLA

VIRGINE DEO DEVOTA,

IN BAGENO VICO AGRI VALENTINI, VT VIDETVR.

Pone, vt hìc, poſt S. Vrſum.

I. B.

1 FEBRV. C

I *Lurimi olim in Galliâ, Hiſpaniâ, Italiâ, Sancti vixêre omnis conditionis ac ſexus, miraculorum gloriâ ac publicâ veneratione celebres; quorum deinde res geſtæ ac nomina ipſa in hominum ignorationem deuenêre. Quàm multos S. Gregorius Turonenſis in libro de gloriâ Confeſſorum ad notitiam publicam reuocauit, de quibus nulla alibi memoria! Quoriumdam commendata quidem litteris acta erant, ſed latebant vel in priuatorum ſcriniis, ipſis etiam ſæpe ignota qui poſſidebant, vel in ignobilium eccleſiarum tenebris. Alia autem eorum, vaſtatione hoſtili, incendio, ſitu ipſo, perîêre; nonnulla eruuntur ſubinde, ac proferuntur in lucem. Quorum de numero eſt* S. Gallæ *Virginis Vita, quam deſcripſimus ex vetuſto optimæ notæ codice Ser.mæ Reginæ Sueco-*

S. Galla V. obſcura dudum memoria,

Vitæ unde editæ?

rum Chriſtinæ, Sanctorum illuſtriorum, à XXV *Decembris ad* XVI *Februarij occurrentes Vitas complectente. Extrinſecus numero* 5 *ſignato codici præfixa hoc exordio præfatio eſt:* Omnia quæ à Sanctis geſta ſunt vel geruntur, ſi quis voluerit ſtudiosè perquirere, & ſibi & plurimis ædificationis exhibere fructum, & quaſi arbor fructifera non ſine cauſsâ terram probatur occupare dum viuit, cùm & ipſa ſuis pomis ornatur, & omnis qui ex eâ fructũ perceperit, ſaginatur. Scribimus vt in geſtis inuenimus, quid egerint, quid locuti ſint, quid paſſi ſint Sancti. *&c. Et meritò ſcribere ſe,* vt in geſtis inuenit, *profitetur: recitat enim Vitas vt à priſcis compoſitæ ſunt ſcriptoribus, vtq; nos iam anteà pleraſque edideramus.*

2 *Huius autem* Gallæ *Virginis in nullis adhuc Faſtis reperimus nomen. Vixit ea, vt videtur, in diœceſi Valentinâ, ſepulta in Bageno vico. Pluribus in eadem Galliâ Sanctis* Galli *nomen fuit, genus etiam illuſtre.* Gallæ *duæ præter hanc, & Romanas aliquot, nunc occurrunt. Vnius S. Gregorius Turonenſis de gloriâ Confeſſorum cap.* 36, *in baſilicâ S. Venerandi Aruernis ſepultæ, meminit his verbis:* Habetur enim ibi tumulus huic à læuâ contiguus, longitudine, latitudine, altitudine, omnique poſitione conſimilis. In huius fronte ſuperiore habetur ſcriptum: Sanctæ memoriæ Gallæ. *Altera* S. Galla *S. Conſortiæ Virginis mater fuit, vt in huius Vitâ* XVI *Nouembris traditur, quæ ita incipit:* Fuit quidam vir ex ordine Senatorio, Eucherius nomine, habens vxorem nobilibus ortam natalibus, nomine Gallam: quos quidem ampla poſſeſſio & numeroſa familia, theſaurorumque copia, claros in ſeculo fecerat; ſed timor Domini, qui eſt initium ſapientiæ, in conſpectu Conditoris omnium clariùs exornabat. *Huius Gallæ Eucheriique, & filiarum Conſortiæ & Tullie meminit Ado ad* XVI *Nouembris.*

F *patria in diœc. Valentinâ.*

Alia S. Galla Aruernis ſepulta:

alia SS. Conſortia & Tulla mater,

3 *At non ea eſt, vti Baronius exiſtimauit ſcripſitque* Notat. 1 *ad*

AVCTORE I.B.

tat. 1 *ad 5 Octobris*, cuius ſepulchri meminit Gregorius Turonenſis de glor. Confeſſ. cap. 36. *Nam ea, vt diximus, Aruernis in S. Venerandi æde ſepulta: altera in ſpeluncâ* A *ſuper Druentiam, viro ad Epiſcopatum vrbis Lugdunenſis euecto*, illic omne vitæ ſuæ tempus in ſtudio religioſis exegit. *At Druentia in Alpibus ortus in Rhodanum ab læuo latere circa Auenionem influit, procul Aruernis. Et Gregorius adoleſcens nouiſſe hanc potuit, cuius filia* Conſortia *temporibus Sigeberti Auſtraſiæ Regis, poſt annum Chriſti* DLXI *non admodùm ætate prouecta videtur fuiſſe, eâ certè formæ elegantiâ, vt Hecca vnus è Primoribus Palatij ſibi eam coniugem importunè ambiret. Aruernicæ autem Gallæ ita meminit Gregoriæ, vt cuius ob vetuſtatem ignota ætas eſſet, ac ſepulchrum tãtùm extaret.*

longè diuerſa ab Aruernẽſi.

S. Gallæ ætas.

4 *Hæc autem* S. Galla *Virgo heroicis illis vixiſſe temporibus videtur, ſeculo Chriſti ſexto, aut forſan quinto: nulla certa temporis nota exprimitur.*

VITA AVCTORE ANONYMO,

ex MS. Ser.mæ Reginæ Sueciæ.

1 B IN Ta pietas Diuina omnes Chriſtianos commonet, vt quicquid Deo deuotæ animæ in mundo pro Chriſti nomine egerunt, cuncto populo in notitiam deponatur; vt dum leguntur aut audiuntur virtutes Sanctorum, maior fides Chriſtianis adcreſcat. Ergo vt ad nos Vita ſanctæ ac beatiſſimæ Gallæ peruenit, caritati veſtræ ruſtico ſermone narrabo. Sed peto ab omnibus veniam, quòd præſumptuoſus exiſto. Nam ſi taciturnitati ſtudere voluerimus, vereor ne tantas ac tales virtutes, quas Chriſtus per ancillam ſuam Gallam operatus eſt, in obliuione remaneant, & cauſſa mercedis depereat.

Cur Vita hæc ſcripta?

2 Nam ipſa beatiſſima Galla ex illuſtribus parentibus orta eſt. Tanta in eâ elegantia & affectus fuit, vt ab omnibus honor illi præſtaretur. Nam cùm à parentibus nimio amore & affectu diligeretur, voluerunt eam viro tradere, à quo ei plurimæ facultates offerebantur, quas illa vt ſtercus recuſabat, dicens: Mihi maior eſt Chriſtus, cui me totâ mente deuoui. Et ſic parentes ſuos blando ſermone alloqui cœpit, dicens: Domini parentes, obſecro clementiam veſtram, ne me vlli viro coniugio copuletis: quia ex toto corde me Chriſto deuoui, & ipſi opto eſſe ancilla. Nam ſi me volueritis poſt Chriſti amorem ſeculo tradi, potiùs meum funus vultis exſpectare, quàm gaudia. Cumque hæc & his ſimilia parentibus enarraret, conſilio diuino accepto, parentes eius permiſerũt eam agere quæ vellet.

S. Galla nubere recuſat:

C 3 At illa ardentiſſimo amore Chriſti permota cœpit dicere. Gratias tibi ago, Domine Ieſu Chriſte, Fili Dei viui, quòd non permiſiſti famulam tuam luporum morſibus laniari, nec virginitatem meam amittere. Sed tu noſti quia integritatem corporis mei tibi reſeruo: tibi me totâ mente & toto corde deoui. Te quæſo, vt protegas me, ne inueniat in me draco antiquus locum, & ne me ab amore tuo ſepãret: ſed tu filius Dei, qui omnia noſti, ita iudicio tuo iube me venire, qualem me eſſe in hoc ſeculo vis. Et cùm multam orationem feciſſet, quod ſatis longum eſt enarrare, ita diuinâ potentiâ permota, ad ciuitatem Valentinam perrexit, ibique à ſeptem Epiſcopis velata eſt.

Chriſto virginitatẽ ſuam commendat:

velum Valentiæ accipit: *a*

4 Vnde regreſſa, tanto amore Chriſtum dilexit, vt non die neque nocte ab eccleſiâ Dei recederet, & nec cibum ſumeret vſque ad Solis occaſum. Nam quantas eleemoſynas faciebat, aut quantum erogabat pauperibus, longum eſt enarrare. Cùm enim multi infirmi ad eius veſtigia prouoluerent ſe, oratione ſuâ tantùm, ſani reuertebantur ad propria. Nam quanta corpora obſeſſa à dæmone, quæ diabolus obligauerat, Chriſtus ſuâ oratione & virtute curauit, mirum & valdè longum eſt ſingula reticere. Cùm enim vna de famulabus ſuis ad hauriendum aquam pergeret, quam præ ceteris diligebat, caſu faciente pedem impegit: & cùm corruiſſet in terram, lapis ſtomachum ſuum eliſit, ita vt omnes puellam eſſe mortuam adclamarent. Et cùm ſanctæ ac beatiſſimæ Gallæ nuntiatum fuiſſet, flere cœpit, & iuſſit eam ad ſe adduci. Et cùm deportata fuiſſet, in formulâ, quâ orabat, iuſſit puellam deponi: & oratione factâ, adprehendens manus puellæ, cœpit Dominum deprecari, dicens: Domine Ieſu Chriſte, redde illi ſpiritum & reſtitue ſanitati. Statimque puella conſurgens ita ſana effecta eſt, vt omnes mirarentur qui aderant, quantas virtutes per ipſam Chriſtus operabatur.

ſanctè viuit:

oratione ægros ſanat, dæmoniacos liberat,

exanimem vitæ reſtituit:

5 Accidit autem, vt vnus Diaconus armatus à diabolo famulam ſanctæ ac beatiſſimæ Gallæ, quæ peculiariùs ei miniſtrabat, auſus fuiſſet adulterij cauſſâ appetere. Nam cuius fuerat incitamento permotus, eius voluntatem faciens perexpleuit. Cumque hoc ex reuelatione diuinâ ſanctæ ac beatiſſimæ Gallæ fuiſſet oſtenſum; in eccleſiâ ipſum Diaconum adſe euocauit, & arguere cœpit, dicens: Cur tantum malum operatus es, vt cum famulâ meâ adulterium exercuiſſes? Et cùm multâ excuſatione Diaconus ipſe denegaſſet, etiam & ſacramenta præbuiſſet; egreſſus foras, ſuadenti immundo ſpiritu, in loco quo ſolebat ſancta ac beatiſſima Galla requieſcere poſt orationem, aut cibum ſumere, adulterium cum ipsâ puellâ exercuit. Vnde regreſſus, cùm quaſi lætus pergeret, flammâ deſcendente de cælo in modum lanceæ exuſtus eſt. Ita diuina vltio ſuper ipſum deſcendit, vt factis vicem reciperet.

Diaconi ſtuprum diuinitus cognoſcit:

eum increpat:

qui id inficians ſacra adminiſtrat. ac fulmine percutitur:

6 Poſt non longum tempus, cùm meſſium tempus adueniſſet, nuntiatum eſt S. Gallæ ab actore ſuo, cùm in eccleſiâ in oratione eſſet proſtrata, quòd *b* ſon da nimam ſuam quidam Presbyter cum ſegete tuliſſet. At illa dixit actori ſuo: Egredere foris. Et ille reſpondit: Quid nobis proſunt orationes tuæ? Quem illa per capillos adprehendens, ſignaculum ſanctæ Crucis in frontem ipſius actoris faciens, dixit ad eum: Recede à me, & nunc videbis gloriam Dei. Cumque ſe in orationem proieciſſent, mox omnibus videntibus qui in circuitu erant, tres auiculæ paruulæ in modum hirundinum ſuper tres molas, quæ ex ipsâ ſegete ſuâ fuerant *c* factæ conſederunt. Vbi dum non longum habuiſſent ſpatium, igne deſcendente de cælo, meſſis ipſa conſumpta eſt, ita vt nec puluis ex ipsâ appareret: & campus ipſe à tonitruo & fulgore ita eſt redactus, vt nomen ſuum amitteret, & nunc Aruinolus vocetur.

b

S. Gallæ ſeges ſublata

c

eâ orante fulmine abſumitur:

7 Dein poſtmodùm Presbyter ille pœnitentiam F agens, duobus de famulis ſuis baptizatis, cum Crucis neophytis, viduis & Clericis. At illa veniens in eccleſiam, & ipſe proiiciens ſe pedibus ſuis veniam poſtulabat, dicens: Indulge mihi, famula Dei, & dimitte mihi hoc peccatum. Si verò nolueris, non recedam à veſtigiis tuis. At illa reſpondens dicebat Presbytero: Tu mihi indulge, ſancte Sacerdos; quia iſtud non mea virtus, ſed Chriſti fecit voluntas. At Presbyter rogabat eam dicens: Accipe quantum tua habet *d* exiſtimatio, vt veniam à te promerear. Illa reſpondens dicebat Presbytero: Abſit à me, iam ſufficit mihi: quia Chriſtus iudicauit cauſſam meam. Indulgeat tibi Chriſtus, & mihi peccatrici. Tunc Presbyter lætus abſceſſit, dicens: Parce mihi, Chriſte, quia læſi famulam tuam, quam tibi video placere. Illa verò Dominum deprecabatur dicens: Domine Ieſu Chriſte, gratias ago tibi, quia non deſpicis ancillam tuam.

auctori culpam deprecanti,

pretium quidem offerenti, condonati *d*

8 Accidit vt iuxta domum ſuam cuiuſdam pauperis hoſpitium caſu ab igne concremaretur. Cui cùm nuntiatum fuiſſet, quòd flamma ipſius foci iam domum ſuam vehementer valido vento incumberet; ſtatim in orationem ſe ſancta Virgo proſtrauit. Et illicò viden-

precibus incendium reſtinguit:

A videntib us cunctis ita extinctus eſt ignis, vt vbi conflaſſet, nullatenùs appareret.

9 Et quantò magis illi Diuinitas æterna præſtabat effi caciam cuiuſque bonæ rei, tantò maior in ipsâ fides creſcebat. Cùm enim die Dominico Presbyter Eccleſiæ ipſius celebrare ſacra myſteria ad altare acceſſiſſet, per Diaconum ſuum ipſam beatiſſi nam Gallam ad conuiuium euocauit, dicens: Obſecro te, famula Dei, vt digneris hodie hoſpitium meum intrare, vt viſitatione tuâ ſaluetur. At illa rememorata ſancti Pauli Apoſtoli verbis, vbi dicit: Omnibus me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem. Et non negauit, ſed acceſſit, quò fuerat inuitata. Cùm enim fuiſſent expleta diuina myſteria, & iſſet *e* cum famulis ac famulabus ſuis, vnus ex populo, Petrus nomine, non *f* pro abiectus in perſonâ dumtaxat, cœpit deteſtari ac dicere: Quò iſta, quæ ſe ſanctam eſſe dicit, properat? Non credatis eam cauſsâ caritatis, ſed cauſsâ adulterij pergere. Cùm enim quaſi inſanus multùm clamaret, & diceret iniurias ſanctæ ac beatiſſimæ Gallæ ſtatim à dæmonio corripitur.

1 Cor. 9. 19

e

f maledictis à quodam impetitur,

qui à dæmone arripitur:

10 Antequàm peruenisſet ad domum Presbyteri, à quo fuerat euocata, nuntiatum eſt ei, quòd ancilla Dei aduenisſet. Tunc ille extenſis manibus laudabat

B Dominum, quòd Virgo beata veniret ad eum. Cumque diſcubuiſſet, multi infirmi veniebant ad eam: & ipſa tantùm faciens ſignum ſanctæ Crucis, ac ſtatim ſani effecti ſunt, ita vt omnes admirarentur tantas virtutes, quas Dominus per ancillam dignatus eſt efficere ſuam. Inter ceteros imbecilles erat quædam puella ab annis quatuor muta & ſurda: & cùm ei fuiſſet oblata, ſtatim proſtrauit ſe in orationem. Et cùm ſurrexiſſet ab oratione, aſpexit in cælum, & flere cœpit: ac deinde aquam benedixit, & dedit ei bibere: ſtatimque puella, quæ fuerat muta, loqui cœpit, & auditum recepit. Tunc Presbyter clamare cœpit: Gloria in excelſis Deo, & in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis. Tunc omnes qui erant in conuiuio, laudes & gratias Deo dixerunt.

agros ſanat ſigno Crucis,

mutam & ſurdã aquâ à ſe benedictâ,

11 Inde regrediens, ille qui ei crimen obiecerat, cùm adhuc à dæmonio vexaretur, obuiàm illi occurrit, multùm ſe diſcerpens. Et cùm eum S. Galla à longè vidiſſet flere cœpit, ac dicere: Domine Ieſu Chriſte, reſpice eum, quia imago & ſimilitudo tua eſt. Recedat, obſecro, ab eo draco antiquus, quia tu eum, Domine, ſanguine tuo redemiſti. Et ſignaculo ſanctæ Crucis ſe conſignans, acceſſit ad dæmoniacum, &

dæmoniacũ conuiciatorem precibus:

C ait: Præcipio tibi, immunde ſpiritus, per nomen Patris & Filij & Spiritus ſancti, vt recedas ab homine iſto. Qui corruens in terram, ſtatimque ſanus effectus eſt, non ſolùm corpore, ſed etiam mente.

12 Contigit autem, vt multitudo barbarorum patriam illam, vbi S. Galla habitabat, circumuallaſſet: & cùm omnes ad quoddam caſtrum fugerent, ecce duæ mulieres cæcæ cognoſcentes B. Gallam eſſe in illorum comitatu, rogabant eam, dicentes: Obſecramus te, famula Dei, vt digneris oculos noſtros tangere. Et cùm ab omni populo deprecaretur, & ſe excuſare non poſſet; orationem fecit, & ſignans illarum oculos per inuocationem Ieſu Chriſti; ſtatim aperti ſunt oculi earum. Atque omnes hæc videntes humiliauerunt ſe veſtigiis ſuis, dicentes: Gratias tibi agimus,

barbaris irruentibus fugit:

2 cæcas precibus & ſigno Crucis illuminat:

Domine Ieſu Chriſte, qui tantam virtutem conceſſiſti famulæ tuæ: & ſic grates agentes peruenerunt ad caſtrum. AVCTO. RE ANONYMO, EX MSS.

13 Eſt baſilica in eodem conſtructa in honorem S. Petri Apoſtoli, à quâ die nocteque B. Galla non recedebat. Cùm enim prædicta gens barbarorum patriam deuaſtaſſet, & ad obſidendum caſtrum, vbi S. Galla manebat, penè conuolaſſet omnis, & iam muros irrumpere tentaſſet; venit fidelis populus ad S. Gallam, dicens: Succurre nobis famula Dei, quia omnes perimus. Dicebat eis S. Galla: Nolite timere, quia S. Petrus in noſtro adiutorio eſt. Et cùm ſe in orationem proiecciſſet S. Galla, ſtatim omnibus videntibus, abſque manu hominis maxima pars montis cum lapidibus magnis ſuper hoſtes corruit, & multitudo auium inter ſaxa ipſa ſuper inimicos conuolabat: qui timore perterriti terga verterunt. Tunc conuocans omnem populum beatiſſima Galla, dixit eis: Currite poſt eos, neminem nocentes; quia Deus pugnabit pro vobis, & pauor Domini irruet ſuper eos. Vos ergo perſequimini eos, portantes ſpolia quæ reliquerant fugientes, & reddite illis. Et ita fecerunt, ſicut præceperat eis. Et cùm reuerterentur, canebant laudes Deo, qui tanta miracula per ancillam ſuam B. Gallam operabatur. D

S. Petro inuocato,

barbaros fugat;

14 Et cùm adunati fuiſſent omnes, locuta eſt ad eos: Rogo vos, dilectiſſimi filioli vt diligentiſſimè corpus meum ſepeliatis, quia iam approquinquabit dies mortis meæ. Tunc cœperunt omnes flere. Et ait ad illos: Nolite flere, Fratres, Ecce hodie ſunt anni *g* xc ..... quòd numquàm dolui, nec etiam capillo capitis mei. Vos ergo confidite in Domino. Et cùm eos docuiſſet de verbo Dei, nullum dolorem in ſe ſentiens, migrauit ad Dominum. Statim locus ille commotus eſt, vt omnes admirarentur. Tunc omnes flentes & vlulantes tulerunt corpus eius, & portauerunt illud Bageno vico, in baſilicam S. Stephani Protomartyris. Cùm enim deportaretur corpus eius per viã, multi infirmi aduenientes tangebant corpus eius, & ſani reuertebantur. Inter aduenientes erat quædam mulier, qua patiebatur fluxum ſanguinis: cùm ſub feretro tranſiſſet, ſtatim ſanitatem recepit. Nam quantas virtutes ad ſepulchrum eius Chriſtus oſtendat, mirum & valdè longum eſt per ſingula ſcribere. Celebratur autem dies depoſitionis eius Kalendas Februarij: regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cuius eſt honor ac laus cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti per infinita ſeculorum ſecula, Amen. E F

obitum ſuũ prædicit:

g

moritur, loco diuinitus moto:

Bageni ſepelitur: multa ad eius reliquias fiunt miracula:

colitur 1 Febr.

a *Nobilis Galliæ ciuitas* Valentia *ad ſiniſtram Rhodani ripam, in prouincia Viennenſi. Hanc enim potiùs intelligi Valentiam, quàm quæ in Hiſpaniâ peculiari regno nomen dedit, reor, quòd & codex è Galliâ ad Sereniſſ. Reginam deuenit, vt qui olim Petauiorum fuerit, & plurium Gallicanorum Sanctorum Vitas continet,* Genouefæ, Macræ, Luciani, Hilarij, Remigii, Viuentii, Boniti, Sulpitii, Launomari, Præiecti, Bathildis *&c. nullius Hiſpani, præterquàm* S. Vincentii, *cuius etiam in Galliâ celebris veneratio, ac reliquiarum pars ſpectabilis.*

b *Scriptum erat,* conda nimam. *Non aſſequor quid ſit.*

c *An* fartæ, *ſiue impletæ?* d *An potiùs* æſtimatio?

e *Hinc patet, quod in titulo monuimus, non monacham fuiſſe, ſed familiam aluiſſe, Deo tamen deuotam, virginitate illi conſecratã.*

f *Ita ſcriptum erat. videtur mendum aliquod ſubeſſe.*

g *MS. habebat:* c. xc. *Suſpicor ſolùm* xc, *ſiue 90 legendum. Quid poſt hunc numerum deſit, non coniicio.*

DE S. BRIGIDA VIRG.

Aginâ 112 *quæ nu.* 72, 73, 74 *referuntur, in vnicum numerum* 72, *ſiue paragraphum, redigenda: ac poſt illa verba,* S. Vrſulæ, S. Gregorij Thaumaturgi, *hæc addenda.*

73 *Scribit Gregorius Cardoſus in Hagiologio Luſitanico ad Kalendas Februarij, in loco, qui* Lumiare *dicitur, leucamq; vnam Vlyſſippone diſtat Boream ver-*

sùs, caput S. Brigidæ *Virginis ſummâ religione aſſeruari, in ade S. Ioanni Baptiſtæ olim dicatâ, ſed quæ S. Brigidæ nomine nunc potiſſimùm celebretur. Attuliſſe illud in Luſitaniam tres Hiberni equites feruntur, ad Dionyſium Regem, qui die ſexto Ianuarij, anno* MCCXXV *mortuus eſt, cùm* XLVI *regnaſſet annos. Is tunc Odiuellas, in agro Vlyſſipponenſi celebre monaſterium, ſanctimonialibus Ciſtercienſibus ædificabat. In eo repo-*

Cuiuſdam S. Brigidæ caput in Luſitaniã ante annos ſerè 450. allatum,

tiendum

A nendum esse sacrum illud pignus statuit. Numen obstitit, incertum qua causâ; nisi forte, vt quò propiùs ab vrbe regiâ abesset, hoc maiore vi concursu populi honoraretur. Odiuellas tendentibus cælestis thesauri baiulis nox incubuit, atque admirabili portento ipse ius diuinitus sublatus: postridie tamen in summâ pinu, quæ ante ædem Lumiarensem stabat, conspectus, coruis duobus velut ad custodiam illius excubantibus. Persuadere illis nitebatur ædituus, vt in eâ reliquias illas æde collocarent, cui eas destinare Deus videretur. Illi, quod sibi placere Rex ostenderat, exequi parant, piè eas reuerenterq; sumunt & asportant. Res mira! Oliuellis depositæ, nocte insequenti ad priorem locum cæleſti virtute relatæ sunt. Eo attoniti prodigio, neque Diuinæ auſi resistere voluntati, Lumiarensi templo eas donauerant, ibidemq; quod fuit vitæ reliquum religiosè exegerunt. Visitur in eâ æde vetus pictura, quæ huic narrationi fidem astruit, inq; pariete ad triam horum Equitum tumulum posita inscriptio. Eò autem non Vlyssippone solum, ex eiusq; territorio, sed ex remotis etiam locis, atque ab exteris gentibus, plurimi concurrunt mortales, propter innumera quæ Deus illic edit miracula: neque solum morbis remedia hinc petunt, sed quibuscumque aliis molestiis tenentur. Custoditur porrò sanctum illud cranium perquàm religiosè in ædis illius sacrario: sed in duas partes dissectum, quæ in singulis thecis argenteis conditæ. Id propterea factum aiunt, quòd cùm die primo Rogationum, siue Litaniarum, publicâ supplicatione ad cœnobium
B Oliuellense (cuius Lumiare Prioratus est) deportetur, ibiq; vsque ad diem Ascensionis Christi relinquatur; qui interea Lumiare peregrini aduentant, fructu suæ pietatis frustrari quodammodò viderentur, non inuento, quod veneratum veniebant, sacro pignore.

74 Ista ferè Cardosus: quæ cùm picturâ antiquâ, miraculis, traditione accolarum, indulgentiis Pontificum sat superq; testata sint; consequens videri, ait, vt quod ab Rudolpho II Cæsare donatum Ioanni Borgiæ, in S. Rochi professâ domo Societatis Iesu asseruatur S. Brigidæ Virginis caput, alterius cuiuspiam esse existimetur, & non illius celeberrimæ. Sanè quidem in Lumiarensi æde S. Brigidæ caput extare testatur Philippus Osulleuanus Bearnus Patricianæ decadis lib. 10 cap. 3 pag. 142 hisce verbis: Diuæ Brigidæ Virginis ... caput, quod Lumiare non procul ab Vlyssippone vrbe Lusitaniæ regni coronâ, seruatur, innumera miracula edit. Non inficior quoque, plurimas, præter hanc nostram Thaumaturgam, extitisse Brigidas Virgines, etiam publicâ veneratione dignatas. Sed quo argumento ostendet Cardosus, harum alicuius potiùs esse caput, quod ædes S. Rochi possidet, quàm quod Lumiare? Asseruerunt nimirùm Hiberni Equites illud esse S. Brigidæ caput. At cuius? Quæ regio genere orta, Benchorense
C in Scotiâ cœnobium construxit. Nego eam esse, cuius hîc Vitam damus, celeberrimam illam Thaumaturgam. Fuit hæc Dubtachi, viri nobilis, ex ancillâ filia. Plurimi quidem erant quondam in Hiberniâ Reguli: quorum ab aliquo genus ducere Dubtachum asserit Ioannes Colganus, quem infrà ad cap. 1 Vitæ 2 citabimus. Sed cùm multa monasteria hæc Brigida condiderit, nullum eorum Benchorense dictum. Erat eo nomine apud Britannos cœnobium virorum in Flintensi Comitatu antiquissimum, in quo olim impium Pelagium, hostem Gratiæ Dei, vixisse quidam asserunt: sed dubium id ante S. Brigidæ ætatem conditum, neque ipsa habitasse traditur in Flintensi prouinciâ, neque hæc in Scotiâ erat. Aliud fuit apud Hibernos in Vltoniâ cœnobium Benchorense longè celeberrimum, sed XXXVI circiter annus post S. Brigidæ huius obitum à S. Congallo S. Columbani magistro fundatum, vt ad illius Vitam x Maij dicemus. D

Pag. 116 *num.* 105 *lin.* 1 *post dabimus adde* [XII Decembris, vti ad Prætermissos monuimus.

ædi in Lumiare destinatum, duplici miraculo.

peregrinorum concursu frequentatiũ, clarũ miraculis, in 2 partes diuisum.

An quod in Domo S. Rochi, sit alterius Brigidæ,

an hoc potiùs,

ob ea quæ de illâ traduntur?

DE S. SORO EREMITA.

Pag. 199 *nũ.* 2 *lin.* 4 *post*, Ecclesiastica, *adde*: *Eadem Vita nuper ex eodem Bibliothecæ Thuanæ MS. codice* 652 *edita est à Philippo Labbeo nostro inter* Vitas Sanctorum aliquot ad Aquitaniam spectantium *pag.* 667.

Pag. 200 *post cap.* 1 E, *dele Notationem a, & pro eâ hæc repone*:

Colitur hic S. Amandus *Eremita, vnà cùm* S. Domnoleno, in Gemeliaco, *siue* Geneliaco, *aut* Genuliaco, 25 *Iunij, vt patet ex variis Martyrologiis perantiquis. Eius Vitam, sed mutilam, edidit in citato opere de Vitis aliquot SS. ad Aquitaniam spectantium Philip. Labbeus pag.* 481. *In eâ & loci eiusdem &* S. Sori *ita mentio fit*: Ab his digressus montibus, relictis facultatibus, omnem monasticam normam est nactus. Nam humilia expetens, à montibus sublimibus ima vallium adiens, descendens agello Petragorico, nuncupante Genoliaco, vbi tunc agmina monachorum degebant sub Abbate Saualo, & Rege Clotario; iuncto sibi Soro Aruernico viro sanctissimo, atque Cypriano Dei electo, vnâ deuotione vnanimes, vno dici articulo comam capitis deponentes, sanctæ religionis sese mancipauerunt in obsequium *&c. In Vitâ* S. Cypriani, *quam 9 Decembris dabimus, ista de loco eodem in Petragoricâ regione sito habentur*: Metuens verò mundi gloriam & pompam, Geneliacum veniens, ab eiusdem loci Fratribus affectuosè accipitur. *Ac paullò post*: Pater verò suus venerabilis, sicut diu desideraverat, Geneliacum veniens, rogauit eum, vt in Hispaniam rediens, patriam parentesque suos visitaret. *Fit* S. Amandi *honorifica mentio in Vitâ S. Iuniani Eremitæ* 16 *Octob.*

Geneliacum *vel* Geneliacum, *monasterium in Petragorico.* E

DE S. SIGEBERTO REGE FRANC. AVSTR.

Pag. 211 *col.* 1 *lin.* 2 *adde* [*Ita dictum* Castrum Vabrense *apud Gregorium Turonensem accipi tradunt Claudius Robertus & Sammarthani in Episcopis Vabrensibus. Verùm* Castrum Vabrense *fuisse potiùs in Belgicâ* 1 *Mosam inter & Mosellam fluuios adiuncta indicant, & confirmant* Comitatus Vabrenses *ibidem collocati apud varios scriptores, & in Diuisione regni Lotharij anno* 1 DCCCLXX *inter Ludouicum Regem Germaniæ & Carolum Caluum factâ.*

Ibidem post num. 25 *adde* [*Cadurcensibus contigui sunt Aginnenses, de quibus Acta MSS. S. Vincentij Martyris Aginnensis* IX *Iunij danda*: In Aginnensis quondam vrbis territorio, regione Metensium, Præses Paganorum cum ciuibus præfatæ vrbis & populus aliunde confluentibus conuenerat, cæremonias falsæ seductionis infe- F
ctans. *Auctor Vitæ innuit se scripsisse, cùm regio illa, quæ quondam fuerat Agennensi vrbi, Metensi regno subiecta foret.*

Ibidem col. 2 *lin.* 10 *post*, libri 9, *adde*: [*Auenioni vicina est Cabellio vrbs Episcopalis, quæ præcipuum Patronum colit* S. Veranum *suum Episcopum à Sigeberto* I *Rege Metensi ad Cobellicensem Sedem promotum, qui famâ sanctitatis compertâ eum antè ad se euocârat, cùm ipse Chlothario* I *patre suo vitâ functo illud regnum obtinuisset, vti Acta MSS.* XI *Nouembris illustranda habent, & nos indicauimus* VIII *Februarij ad Vitam* S. Honorati *Episcopi Mediolanensis num.* 25.

Pag. 218 *num.* 65 *lin.* 16 *pro* lib. 6 *corrige* lib. 5 *& lin.* 17 *pro* cap. 18 *corrige* cap. 28.

ADDENDA AD II FEBRVARII.

Pagina 267 *col.* 2 *litt.* F *ante* S. Apollonij Martyris eleuationem, *isthæc repone*: S. Pigmenius Confessor *ad hunc diem à Georgio Cardoso inscriptus Hagiologio Lusitano. Eum olim Cælitum honoribus dignatum fuisse colligitur ex Synodo Toletanâ* XII, *habitâ* Erâ DCCXIX, *siue anno Christi* DCLXXXI, Regis Eruigij primo. *In eâ enim, tit.* 4 *ista habentur*: Prosequente venerabili & sanctissimo viro, fratre nostro, Stephano Emeritensis Sedis Episcopo, res nobis nouellæ præsumptionis vsurpatione sese intulit pertractanda; tantò communionis nostræ iudicio euellenda, quantò & priuatis noscitur ausibus perpetrata. Dixit enim, violentiâ Principali se impulsum fuisse, vt in monasterio villulæ Aquis, in quâ venerabile corpus sanctissimi Pimenij Confessoris debito quieſcit honore, nouam Episcopalis honoris ordinationem

S. Pimenius Confessor Talancræ sepultus.

A nem efficeret. *Quis verò hic* Pimenius? *Sub Dextri nomine publicatum Chronicon ad annum Christi* 130 *ista habet*: Aquis prope Toletum nimis Eugenio familiaris S. Pimenius vir egregiâ virtute multaque pro Christo passus. *Plura post Dextrum sub nomine Luitprandi edita in lucem. Nam in Chronico nu.* 131 *ad annum Christi* DCLXXVI *ista leguntur*: Wamba Rex. . . in oppido Aquenti (quod nunc Talauera, olim dicebatur Elbora) Sede Episcopali subiectâ Emeritensi, in villulâ Aquis, nunc Cazalegas, Sedem constituit Episcopalem, consentiente Emeritensi Metropolitano, in honorem S. Pemenij, Martyris antiquissimi, ibidem quiescentis: quod nunc diu permansit. *Exponit ista Laurentius Ramirezius del Prado vir illustris, quòd positus sit Episcopus* in villulâ circa Elboram, vel Talaberam, in monasterio S. Pimenij. *At in Aduersariis eidem Luitprando adscriptis nu.* 103 *ista leguntur*: Creditur, iussu Regis Wambani Catholici, Quiricum Toletanum, in villulâ prope Aquas, oppidum Carpetaniæ, à Mauris Talaueriam dictum, in honorem S. Pimenij Pontificis & Martyris eiusdem terræ, Cathedram erexisse Emeritensi subditam. Villula illa dicta fuit à Saracenis pòst Vicus Cazalegas. S. Pimenius colitur 1 Nouembris: creditur passus sub Adriano, paullò
B post mortem S. M. Marcelli Eugenij, anno XVI Adriani, Christi CXXXV, Hibero & Silano Coss. anno 1 S. Sixti, sub S. Hermolao Toletano Pontifice & postmodùm Martyre: creditur grauissimos passus esse cruciatus in monasterio suo Cazalegas, Q. Matidio Gratiliano Præside citerioris prouinciæ. *Ita quem* Confessorem *habitum esse constat* S. Pimenium. *supposititius hîc Luitprandus* Martyrem *vocat*: *Dexter ambiguè loquitur, nam quòd* multa pro Christo passum *scribat, innuere ait Commentator Biuarius, non* fuisse Martyrem, *nec* in passione ipsâ vitâ finisse. *Necdum procusa erant illa subditicia Luitprandi opera, cùm Biuarius scriberet. Rudericus Carus ad citatum Dextri locum, notat* SS. Epigmenium & Pigmenium Presbyteros Martyres *recenseri in Martyrol. Romano ad* XXIV *Martij*, sed natales ibi taceri quoad locum. *Disertè asseritur* S. Pigmenius *Romæ passus: de* S. Epigmenio *inde colligitur, quòd* S. Crescentius, *quem is haptizauit*, viâ Salariâ gladio percussus occubuisse *dicitur in eodem Martyrologio ad diem* XIV *Septembris*, *idq; sub Diocletiano*, S. Pigmenius *sub Iuliano Apostatâ: neuter Adriani tempo-*

an is antiquus Martyr.

& sub Adriano passus?

ribus. Malè igitur ad Dextri Chronicon, qui ibi Pemenius
D *vocatur, dicitur esse* S. Pigmenius, de quo Baronius 24 Martij in Martyrol. *Georgius Cardosus de Dextro & Luitprando liberè pronuntiat*, cùm inuicem pugnantia tradunt, suspicione non carere, propterea quòd MSS. exemplaria, priusquàm prælo committerentur, per variorum manus ierè, & quisque quod ad patriæ suæ honorem facere videretur inseruit. *Id si ita est, non modò cùm inuicem dissident, sed ceteris quoque in rebus nieritò suspecti esse debent. Existimat ergo Cardosus* Pimenium, *cuius* venerabile corpus in monasterio villulæ Aquis debito quiescebat honore, *eum esse, qui concilio* VI *Toletano*, Erâ DCLXXVI, *siue anno Christi* DCXXXVIII, *subscripsit* Ecclesiæ Dumiensis Episcopus. *Idem sensisse Garsias Loaisa videtur, qui ad tit. 4 concilij* 12 *Toletani, vbi corporis* S. Pimenij Confessoris *mentio fit, in margine istud annotat*: Erat Pimenius Dumiensis monasterij Abbas & Episcopus, qui subscribit in 6 Toletano. *Non est tamen id certum, cùm alij quoque* Pimenij *in eadem Hispaniâ fuerint, vt ille* Assidoniæ Episcopus, *quem anno* DCXXX *ecclesiam quamdam dedicasse ex veteri inscriptione probat Biuarius pag.* 229. *Etsi autem daremus Confessorem illum* Pimenium *fuisse Dumiensem Episcopum anno* DCXXXVIII; *non tamen affert argumentum vllum Cardosus, quo probet hoc die illius natalem celebrari. Quòd porrò laborant quidam, vt pro* Pimenio, *vel* Pemenio, Pigmenius *reponatur, frustrà sunt. Nam à Græco* Ποιμὴν (*quo nomine celebris est in Vitis PP. Abbas, qui &* Pastor *Latinâ voce appellatur*) *fit* Ποιμένιος, *quod Latinè* Pimenios *efferimus. Vide* Pœmenius, *&* (*diphthongo oi in i mutatâ, cùm eumdem sonum habeant*) Pimenius. *Colitur Brixiæ* XVIII *Februarij* S. Epimeneus, *vel* Pimenius, Presbyter Martyr, *vt illic dicemus. At de Romano* Epigmenio, *siue* Pigmenio, *forsan & hoc* S. Pimenio *Lusitano, si de eius natali certius nihil eruatur, agemus* XXIV Martij

Dextri & Luitprandi Chronica suspecta.

An S. Pimenius Ep. Dumiensis?

E

Post paginam 279, *numeri paginarum turbati sunt, & pro* 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, *restituendi* 280, 281, 282, 283 284, 285, 286

Paginâ 287 DE S. APRONIANO *Martyre, col.* 2 *post nu.* 4, *Adde hæc: Masinus in Bonouiâ perlustratâ testatur, aliquas* S. Aproniani Martyris *reliquias asseruari in eâ vrbe, coiiq; hoc die, in æde S. Ioannis in Monte.*

DE S. ADALOGA VIRGINE

C *Pagin.î* 304 F. *nu.* 5 *lin.* 7 *post* Haldelogoda, *adde in prolixiori Vitâ, siue Encomio*, Hadelauga, *&* Hadelaugis.

Paginâ 306 D *lin.* 5 *post* Paderbornensis in Westphaliâ, *adde*: *Hæc cùm esset prælo mandata, aliam ab eodem Ioanne Gamansio nostro accepimus ex duobus codicibus Carthusiæ Herbipolensis in Franconiâ descriptam, quorum prior exaratus erat anno* MCCCCLXXX, *titulo hoc insignitus*: Vita diuersorum SS. *Alter prægrandis codex, quocum eam Vitam accuratè contulit Gamansius, scriptus erat anno* MCCCCLXXXIII *præfixusque titulus* Passionale. *Est ea Vita, Encomium quoddam S. Hadelogæ, siue tractatus in anniuersariâ eius celebritate coram cœtu sanctimonialium recitandus, vt ex fine capituli* XIII *colligere est. Fuit auctor, pius vir ac doctus. Alia scripsisse videtur, nam in Præfatione nu.* 2 *ita loquitur*: Cuius auxilij (*precum videlicet*) eò vos mihi esse obnoxias præsumo, quòd & antè iam qualibuscumque scribendi studiis, deuotionem meam vestro mancipaui ministerio. *In secundo exemplari post hunc tractatum sequitur minor altera, quam iam edidimus, Vita, hoc præfixo titulo*: LIBER SECVNDVS. *At in priore MS. post tractatum illum, siue Vitam, hæc erant à librario adiecta*: Nota. Est adhuc quidam alius, licet paruus, libellus de

Vita maior S. Hadelogæ.

Vitâ B. Hadelaugæ: sed quia quædam in eo prædictis F
contraria reperiuntur, propter ignorantiam eius qui scripsit eum, magis ex vagâ relatione, quàm scripturæ alicuius attestatione; ideò ipso relicto, tria tantùm exempla satis notabilia ex eo, ad beatæ Virginis laudem, hîc addenda putaui.

Eadem paginâ F *lin.* 2 *post*, in magno Menologio Virginum, *hæc adde*: *Erat ad initium Præfationis Encomij, seu Vitæ maioris, scriptum in margine*: III Cal. Aprilis. *At cap.* 8 *nu.* 35 *dicitur*: Dies namque victoriæ, dies solennitatis & lætitiæ, decimotertio Calendas Aprilis, ei miserante Domino illuxit. *At neutro die nomen eius in vllis Martyrologiis inscriptum reperimus.*

Ibidem ante breuiarem Vitam, ponenda istlhæc.

VITA SIVE ENCOMIVM S. HADELOGÆ

ex duobus MSS. Carthusiæ Herbipolen. descriptum à Ioan. Gamansio Soc. Iesv.

a PRÆFATIO AVCTORIS.

Pauperum Christi humillimus, Deo dicatis Virginibus.

1 SCio, filiæ Ierusalem, scio quis sim, & vbi sim, quòd videlicet captiuus in medio captiuorum, Babylonio assidens flumini, cantare nequeam canticum, quo vos iugiter delectamini. B Vnde ad suscipiendum, quod iniungere mihi curastis onus, diu fateor hæsitaui trepidus, timens nimirùm illius incidere opprobrium, qui cœpit ædificare & non potuit consummare. Cogitis enim me in laudem B. Hadelaugæ Virginis libellum edere memorialem, vt quod hactenùs de nomine eius *b* fama peruulgauit celebris, ad augmentum gloriæ vel certitudinem tenacioris memoriæ commendetur etiam scriptis. Pium quidem in hoc vestræ dilectionis laudo studium, quæ pro ædificatione fidelium, & maximè Virginum, beatæ Virginis propagari desideratis præconium. Ad hùiusmodi enim obsequia beatitudini eius meritò impendenda, maiorum vos cohortantur exempla. Omnes quippe Deo dilectæ Virgines, in monasterio vestro religiosè conuersantes, hanc vt Matrem, procuratricem ac fidelissimam apud sponsum suum interuentricẽ, debito semper reuerebantur honore, dulcissimo amplectebantur amore, gaudentes crebris ad sacra eius ossa excubiis vacare, ac ipsius suffragiis se suaq́ue omnia suppliciter commendare.

Luc. 14. 30 *Auctor à sanctimonialibus rogatus,*

2 Sed quibus ego laudibus filiam Sion attollere potero, qui hymnum illi de canticis Sion, vt iam dixi, congruâ modulatione personare non sufficio. Duplici ergo coarctor angustiâ: titubo nimirùm, eò quòd non sim idoneus; excusare penitùs pertimesco, ne inobediens iudicer & indeuotus. Vestra sanè in his efficaciùs exerceri poterat diligentia, quibus pro puritate cordis largior affluit ingenij vena, virtutum exuberat gratia, naturalis præterea ineſt eiusdem sexus vel propositi notitia. Quia verò altioribus & vtilioribus occupatæ negotiis, inferiori ista mandastis, imbecillitatis meæ conatum piis orationum fulcite suffragiis. Cuius auxilij cò vos mihi esse obnoxias præsumo, quò & antè iam qualibuscumque scribendi studiis, deuoticnem meam vestro mancipaui ministerio.

suâ tenuitate excusatâ.

earum imploratis precibus,

C

3 Mediante quoque ipsâ beatâ Virgine, cuius præconiis in præsenti libello pro posse meo statui deseruire, exaudientur orationes vestræ. Talis fiduciæ pignus ab ipsâ me arbitror accepisse: nam cùm petitioni vestræ in commendandâ eius memoriâ obtemperare decreuissem; iamq́ue necessarios hinc inde floſculos ad cõtexendam sanctimoniæ ipsius coronam perquirere cœpissem; quadam nocte, eadem fatigatus meditatione, ad repausandum in lectulo me collocaueram. Et ecce oculis vix in somnum resolutis, videre mihi visus sum quamdam reuerendi habitus sanctimonialem Virginem, quasi pendulo per aërem corpore desuper venientem, meq́ue hac voce consolantem: Pete, inquit, & dabitur tibi. Statimq́ue, vt intelligerem dæmoniacam non esse illusionem, idcircò citiùs ad superiora, vnde venerat, redire visa est. Ego quoque sine morâ somno me discutiens, tamquàm etiam corporeis eam sequi possem oculis, supplex ad cælum suspexi, optauiq́ue iuxta illius sponsionem prosperum à Deo petitionibus meis præstari effectum: ex hoc iam pio credens effectu me ab ipsâ beatâ Virgine visitatum, vtpote quæ suum eo tempore in me recognosceret famulatum. Cuius etiam deinceps necessariam affore mihi sperans interuentionem, in eius nomine qui dat lãsso virtutem, ad differendam accedo virginalis vitæ laudem. Adstipulantur mihi certissima quædam rerum ab eâ gestarum indicia, quæ tamquàm vberrima totius præconij dispergere aggredior semina. Quibus ipse, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum est, dare dignetur incrementum, vt in cordibus fidelium, tamquàm in agro cælitus benedicto, iustitiæ proferant fructum. Amen. *c*

D

ab ipsâ Sãctâ in sõnis animatus,

operis aggreditur.

a *MS.* Præfatio in Vitam S. Hadelaugæ Virginis. *alterum MS.* De S. Hadelauge Virgine Prologus.

b *Videtur ergo minor Vita posteà conscripta.*

c *Sequebantur in MSS. Capitulorum tituli, qui rursum ad singula annotabantur, vt & nos adscribemus.*

CAPITVLVM I

Inuitatorium ad contemplandam & laudandam beatam Virginem Hadelaugam.

4 EGredimini filiæ Ierusalem, & venite: egredimini, inquam, & videte Virginem inclytam, verè filiam Sion: venite, & contemplamini B. Hadelaugam, dilectam Regis æterni filiam & sponsam: considerate Virginem in semitis iustitiæ vos præcedentem, & viam vobis, quâ sine offendiculo gradiamini, complanantem. Egredimini ergo, & videte: egressu enim opus est & accessu, pro tam iucundo contuitu. Specialiter enim vos speculari oportet primam monasterij vestri fundatricem, & præcipuam religionis vestræ metatricem. Vos igitur egredimini egressu salutari, ipso ducente, cui dictum est: Egressus es in salutem populi tui, *a* vt saluos faceres Christos tuos. Porrò animalis homo, qui non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, istum ignorat egressum, neque contemplari valet admirabilem in Sanctis suis Deum. De hoc namq́ue scriptum est: Et si ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem sibi: egrediebatur foras & loquebatur in idipsum. Quid iste videbit in Sunamite nisi quod videri potest ab homine secundùm carnem sapiente? De talibus enim dictum est: Quia excæcauit illos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei, nec mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem sanctarum animarum. Verumtamen potens est Deus, qui iustificat impios, ad contemplandam Sanctorum suorum gloriam de limo profundi euocare etiam istos, iterans potentem illum misericordiæ suę clamorem, quo ait: Lazare veni foras. Nos interim prętereuntes attendamus magis ipsos Ecclesiæ filios, ab infidelitate per regenerationem aquæ & Spiritus egressos: an post egressum istum fidei gressibus, & virtutum profectibus veniant, & accedant, vt in Sunamite choros castrorum videant. Nam multi (prô dolor!) etiam ex his vitam fidei agentes contrariam, nec requirunt quidem Sunamitem nostram: tantaq́ue est ignorantium vel negligentium multitudo, vt meritò audiant à Spiritu sancto: Mulierem fortem quis inueniet? (Quis enim pro raro & difficili ponitur) illicoq́ue adiungitur: Procul & de vltimis finibus pretium eius.

imitat monachas, vt S. Hadelogam spectent:

Psal. 40. 7 & 8

F

Sap. 2. 21 & 22

non vt terreni homines,

Ioan. 11. 43

Prou 31. 10

5 Heu me miserum! qualem fortissimæ huius mulieris elegistis præconem? Cæcum vtique ducem. Numquàm enim à me gloriabor inuentam, vt vobis eam quasi præuius ostendam? Absit: procul enim à me pretium illius, longè iaceo sub pedibus eius. Pretium, id est, dignitas & sublimitas meritorum eius, quibus appre-

A appretiata & glorificata est in conspectu Domini, in meis nequaquàm reperitur moribus. Verumtamen, qualiscumque sim ego, vos, vt iam dixi, egredimini & videte. Nam & me ipsum, eisdem quibus vos alloquor verbis, ad similem hortor egressum, ad inueniendam mulierem fortem, meum pariter excito affectum. Scio quidem iam dudum vos cum Abraham de terrâ & cognatione vestrâ egressas, eam aliquatenùs inuenisse, mihique ad inuenienda eius vestigia ducatum præstare posse; mallem tamen humilitatis gratiâ audire, quàm docere. Nisi enim virtutum eius gratiam ex parte in vos transfusam prægustassetis, nequaquàm mihi pro describendis eius laudibus tanto operè insisteretis. Sed si iam, vt dictum est, salutari egressu, de vitiis ad virtutes, eius transmigrastis exemplo, quid est, quòd denuò, ad considerandam eam, egredi tantâ vobis importunitate persuadeo? Hoc nimirùm quod etiam his, qui perfecti videntur, necessariò est attendendum, Phil.3,13. & 14 quod Apostolus nobis insinuat dicens: Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei. Itaque & vos, dilectissimæ, licet ad quædam huius beatæ Virginis exem-
B pla, ducente Deo, profeceritis, ad maiora nihilominùs contendite, ab his quæ retro sunt egredientes, & ad contemplandum mecũ anteriora procedite. Sed cùm de vestrâ certus sum deuotione, quis mihi det vt veniat petitio mea, & quod exspecto tribuere dignetur Deus? vt & is, quem paullò antè commemoraui, animalis homo, qui hactenùs ad spectacula vanitatum egredi solebat, ab his tandem egressus, vobiscum veniat, & noui spectaculi vestri iucunditate condelectari discat. Veris vtique constare probabit experimentis, licet sibi vsque modò incognitum, quod canimus in Psalmo: Narrauerunt mihi iniqui *b* delectationes suas; Psal.118. 85 sed non vt lex tua, Domine. Adsint senes & iuuenes huius spectaculi participes: hîc decrepiti onerosa senectutis tædia obliuiscantur: isti verò lasciui inania hîc deponentes ludicra studiis melioribus occupentur.

b

6 Adesto beata Mater, mater, inquam, assiduo partu grauida, & Virgo sine rugâ, & gratulare de hâc filiâ tuâ. Scimus quidem, quod collidentibus se inuicem in tuo vtero infantibus, frequenter concussis visceribus adeò fatigata sis, vt cum Rebeccâ, quæ in typo tuo præcesserat, gemens dicere potueris: Si sic mihi Gen.25. 22 futurum erat, quid necesse fuit concipere? Sæpe enim
C te à iuuentute tuâ expugnauerunt hi, qui honorem potiùs & reuerentiam maternæ tuæ pietati deferre debuerant: sed ipso, qui te dilexit, pro te dimicante, non præualuerunt. Sunt & alij tibi filij, quorum solatio gemitus & doloris tui obliuiscaris, filij pacis & caritatis, filij iustitiæ & pietatis, qui in circuitu mensæ Dominicæ, oliuarum comparantur nouellis. Sunt & filiæ verè compositæ, non tantùm vt similitudo templi circumornatæ, sed vt Spiritus sancti honorabile templum omnium charismatum affluentiâ dedicatæ. Inter quas & hanc beatam Virginem Hadelaugam computamus, pro cuius beatitudine tibi meritò congaudemus. Hæc enim cum reliquis & filiis & filiabus tuis, facta est spectaculum huic mundo & Angelis & hominibus. Omnes ergo incundemur in Domino ad laudem & honorem nominis eius, virginali vacantes præconio, tamquàm desiderabili astantes & inhiantes spectaculo.

eius exẽpla imitentur:

Ecclesiæ gratulatur quòd tales filias habeat, qualis S. Hadelouga.

a *Vulgata versio ita habet Habacuc* 3, 13: Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo.

b *Vulgata*, fabulationes, *id est, nugas, vana & mundana gaudia: vel nugaces sermones de me sparserunt.*

CAPITVLVM II

Laus S. HODELAVGÆ ab Humilitatis gratiâ.

7 SIcut sponsâ fidelis ordinatam in se à Dilecto suo fatetur caritatem; ita nihilominùs ordinandam in nobis diuinam credimus laudem. Ordinata est caritas, cùm in proximi amore discimus qualiter Deum amemus *a* omnipotentem. Quòd si sic ordinata in nobis caritas est, & iuxta Apostoli præceptum, omnia nostra in caritate fiunt; omnia procul dubio benè ordinata sunt, quæ per caritatem ordinatam geruntur. Ergo & inde laudanda est Creatoris potentia, & quia ex caritate laudamus, ordo quidam est obseruandus: priùs enim in Sanctis suis, postmodùm verò secundùm multitudinem magnitudinis suæ laudandus est. Nam quasi primordia quædam & rudimenta sunt diuinæ laudationis, laudes istæ, quibus honoramus eum in Sanctis suis, quibus tamquàm lacte quodammodò educati, ad laudandum eum secundum multitudinem magnitudinis suæ, quasi ad solidum cibum, & ad Angelorum conuiuium, proficiamus. Quantam enim in summâ & ineffabili laudatione illâ suauitatem sperare debeamus, hîc aliquatenùs prægustamus. Proinde tantò feruentior in primordiis his nostra fiat deuotio, quantò desiderabilior est consummatæ laudis exspectatio.

a

Oratio ad caritate laudatur Deus in SS. 1 Cor.16. 14 dein in se.

8 Quod idcircò breuiter prælibare volui, vt in laudandâ B. Hadelaugâ Virgine, imò in magnificando per ipsam & in ipsâ Redemptore, cœptâ vigilantes progrediamur alacritate. Procedat ergo iam, & ipsa vitæ suæ consideranda nobis proponat insignia: ad quorum nos imitationem Diuina prouehere dignetur clementia. Procedat, inquam, & regnet. Equidem ad conregnandum cum Christo iam dudum processit: sed & nobis nunc procedat, & regnet, id est, qualiter regnare cœperit, insinuet. In præsenti enim regnare incipiens, futuri regni iam pignus accepit, cùm initium omnis peccati superbiam declinans, ipsum qui rex est super omnes filios superbiæ, humilitate deiecit. A quâ virtute sumendum mihi videtur præconij eius principium, iuxta quod Dominus in Euangelio primum constituere voluit eumdem in beatitudine gradum, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Matth.5.3

S. Hadelouga prima virtus humilitas,

F

9 Hæc igitur eius humilitas tantò celebriori inter homines commendanda est memoriæ, quantò ei apud Deum maioris causa fuit gloriæ. Sicut enim ipse occultorum cognitor, non quantum in eius sacrificio, sed ex quanto offeramus, pensat, adeò vt duo viduæ minuta amplis diuitum muneribus præponat; ita etiam non tantùm, quòd humiliamur, sed & quales quantique fuerimus, qui humiliamur examinat. Ista quippe Deo dilecta Virgo ex imperiali illo *c* Pipini famosissimi Francorum Regis sanguine orta, & ad regnum nata, de tanto regij fastus culmine ad sectandã Christi humilitatem spontaneâ deuotione descendit. Cognatis & amicis, vt fieri solet, ad sibi familiaria excellentiæ insignia eam reuocare volentibus, diuinâ se prosequente gratiâ, in arrepto modestiæ proposito perseuerauit. Quod spiritualis prophetiæ studium quantæ fuerit difficultatis, quàm plenum tentationibus & angustiis, ipsi penè soli scire possunt, qui in tali sæcularium dignitatum sublimitate positi, imò in tantâ maris altitudine periclitati, ad portum humilitatis prosequente Deo euadere potuerunt. Quantùm tamen coniicere possumus nos, qui humiliori loco nati & educati, altitudinem Sathanæ non cognouimus, quidquid beatæ Virginis oculis de huiusmodi altitudine occurrebat, quidquid auribus obstrepebat, oneri erat;

c

quò ipsa nobilior,

oppugnata ab amicis,

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

erat, carnis quidem affectum illiciens, animum verò, tamquàm inflicto quodam vulnere, afficiens. Aliis laudantibus, aliis verò detrahentibus, aut etiam irridentibus, varij in eius corde mouebantur tumultus, & velut
A quidam obstrepentium bestiarum fremitus. Prætereà clientela, quæ austeritate regi consueuerat imperiosâ, videns Dominam mitiùs agentem, verbo, habitu & incessu, nil nisi mansuetudinis & humilitatis indicia præferentem, insolescebat: maximè tamen importuna, vt assolet, ancillarum garrulitas eam mouebat.

ac famulæ,

10 Inter hæc ipsa iuxta Psalmistæ vocem turbata quidem, sed non locuta, in semetipsam citiùs reuertebatur, recolens Dauid, qui cùm iam vnctus esset in Regem & Saulis, quem proiecerat Dominus, ne regnaret super Israel, pateretur persecutionem, quàm vilia quamque indigna de semet ipso senserit, adeò vt persequenti se dixerit: Quem persequeris, Rex Israël? quem persequeris, canem mortuum & pulicem vnum. Esther quoque Regina frequenter eius occurrebat animo, de cuius humilitate, quâ Mardochæo subdi non dedignabatur, ita scriptum est: Quidquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther, & ita cuncta faciebat, vt eo tempore solita erat, quo eam paruulam
B nutriebat. Cuius memor B. Hadelaugis, & ad preces conuersa, Deum humilitatis suæ conscium inuocabat,

imitata Dauidem & Esther,
1 Reg. 24. 15
Est. 2. 20
& c. 14. 16

dicens cum ipsâ: Tu scis, Domine, quòd abominer signum superbiæ & gloriæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & quòd lætari non soleat ancilla tua, nisi in te, Deus Abraham. Deus fortis super omnes, exaudi precem eorum, qui nullam aliam spem habent, & libera eos de manu iniquorum. Facilè igitur æstimari valet, quàm acceptum Deo fuerit humilitatis huius sacrificium, inter tot difficultatum certamina, quasi aurum in fornace approbatum. Huius enim beatitudinis gratiam longè faciliùs pauperes quàm diuites, ignobiles quàm nobiles assequuntur, cùm & istis in despectu generis vel tenuitate rei familiaris, occasio desit elationis. Illos autem ab humilitatis proposito multa impediant obstacula, tum diuitiarum abundantia, tum obsequentium ministeria, & familiaris nobilitati iactantia, aliaque huiusmodi paupertati Spiritus nimis aduersa.

& 19

11 Vnde vos, ô filiæ Ierusalem, si aliquando asperiores vobis in viâ humilitatis occurrerint aduersitates, non citò moueamini, neque deficiatis, quasi noui aliquid acciderit, cùm non alia electis omnibus, nisi per angustam portam, via esse possit. Salutaria huius sanctæ Virginis exemplа plus vobis conferant ædificationis, quàm viuæ vocis documenta, vt susceptum
C Christi iugum mansueto & humili corde feratis, nil de nobilitate carnis, caducâ mundi gloriâ præsumatis. Per exterioris hominis habitum tamquàm per speculum interiora vestra reluceant, & ad glorificandum Patrem, qui in cælis est, intuentium corda accendant. Prudentibus Virginibus loquor. Vos ipsæ iudicate, si decet sponsas Christi pretiosarum vestium cultus & ornatus. Considerate ipsum speciosum formâ præ filiis hominum, ad cuius properatis thalamum, & ipsius reformamini exemplo, cuius subarrhari meruistis annulo. Describat eum vobis Isaias: Non èst, inquit, species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem. Et,

imitanda sacris Virginibus,

quæ Sponso suo Christo similes in cultu corporis esse debent,

Isa. 53. 2 & 3
Heb. 11. 37

Quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. Videamus & ipsius Sponsi amicos, an aliis incesserint vestigiis? Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Et ipse, quo inter natos mulierum maior nemo surrexit, Ioannes Baptista, vestitus erat pilis camelorum, & zona pellicea circa
& SS. alii. lumbos eius. Hæc & alia huiusmodi sanctæ humilitatis exempla cum lacte matris ab vberibus Ecclesiæ suxistis; hæc diurnâ vel nocturnâ meditatione frequentare non cessatis. Ipse igitur Magister bonus, qui docet ho- D
minem scientiam, tribuere dignetur eriam operationis efficaciam, vt fiat in vobis beatitudo, quam ipse promisit, dicēs: Si scitis hæc, beati eritis, si feceritis ea. Vellem autem eadē veræ nobilitatis insignia, eorum nihilominùs insinuare auribus, qui pro nobilitate carnis vel potentiâ licere sibi putant omnia, si fortè Apostolicum istud præceptum (quo ait: Diuitibus seculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum) ex tantæ Virginis imitatione persuaderi eis posset. Quis enim ex his glorioſior imperiali prole Regis Pippini? Cuius igitur affectant æqualitatem in generis nobilitate, vel seculi dignitate, multò ampliùs optent & adipisci laborent sanctitatis consortium ex deuotionis imitatione.

Ioan. 13. 17
1 Tim. 6. 17

a *Deest in* 2 *MS.* omnipotentem. b *MS.* 2, hinc nos.
c *De S.* Hadelogæ *prosapiâ anteà actum.*

CAPITVLVM III

Laus S. HADELAVGÆ à virginali pudicitiâ.

12 EX quo electa Dei Hadelauga Virgo florem E
mundi calcare cœpit tamquàm aridum, in semet ipsâ consequenter ex colere studuit flores & germina virtutum, quarum perpetuâ viriditate florere mereretur apud Dominum. Contemptâ quippe nobilitatis gloriâ, quam hæreditario iure clarissimâ in se transfuderat parentelâ, ad primæ originis dignitatem, id est, ad bēatam illam Angelorum aspirat societatem. Proinde angelicam in terris cupiens agere vitam, cælitus inspirato virginitatis voto semetipsam sponte obstrinxit, vt etsi postmodùm (vt est humana fragilitas semper incerta, futuri) nubere voluisset, obstante illâ primæ sponsionis necessitate, iam quod antè licuerat, non liceret. Suspecta quoque ei esse poterat parentum voluntas, ideoque ne violentâ eam ad nuptias cogerent potestate, maturiùs arbitrij sui libertatem voti huius obligare voluit necessitate. Ita sanè hoc se deuinxit proposito, non quò nuptiis vllatenùs derogaret, sed quò sine vinculo maritali Conditoris sui seruitio liberiùs vacaret. Audierat vt Virgo prudens quia tribulationem carnis habebunt huiusmodi, & Solliciti sūt pro his. quæ sunt huius mundi, quomodò placeant inuicem, & diuisi sunt: sed mulier innupta & Virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu. Æstimandum quoque aliam ei eligendæ virginitatis fuisse causſam præcedentem vi- F
delicet in eâ humilitatis gratiam, quæ tamquàm virtutum mater, hanc ei primogenitam peperit & aluit filiam, id est, virginalem pudicitiam. Nisi enim verè humilis fuisset, ad propagandam sobolem & dilatandam sui generis gloriam, matrimonio iungi consensisset.

S. Hadelaga Deo vouet virginitatem,

1 Cor. 7. 28 & 34

quæ ex humilitate nascitur:

13 Videntur autem inter alia tres præcipuè causſæ maximam ei in huius ardui propositi aditu difficultatem generasse, quas, etiam me non commemorante, facile vobis est perpendere. In deliciis regalibus enutrita, pretioso vestium cultu adornata vt tantæ congruebat nobilitati, omni varietate circumdata fuerat: magnam obsequentium sibi vtriusque sexus turbam sustinebat, quibus longè alia mens contrariumque dominæ suæ propositum inerat. Horum tamen audire vaniloquia, videre lasciuiam, quantam putamus castis auribus & columbinis obtutibus fuisse iniuriam? quàm grauem variarum tentationum materiam? Quàm onerosa animo eius ista fuerit vexatio, vos nonnumquàm proprij laboris didicistis experimento: quas pro necessariis monasterij causſis progredientes in publicum, ineptias secularium & visu & auditu contra votum perpeti oportet. Hæc ergo ei prima videtur difficultatis causſa fuisse, à quâ tamen tali se refouebat consolatione,

ea illi difficilis, amicis contraria sapientibus.

A latione, vt ab exterioribus moleſtiis ad ſecretarium refugeret conſcientiæ, gaudens alienum à ſe intrinſecus, quod renitenti obſtrepebat extrinſecus. Secunda verò, quâ grauari poterat, cauſſa huiuſmodi fuit: vniuerſa, vt noſtis, hominum ſtudia, ſiue in diuinis ſiue in humanis rebus coaleſcere ac roborari ſolent ex conſortio coæqualium. Ideoque in omni arte vel profeſſione ſimilis ſimili quærit adhærere, & non parum emolumenti ex ipsâ ſibi ſocietate credens conferri. Vnde penſandum quantum & hæc beata Virgo à ſuis coæqualibus conſilij, quantum ſolatij, frequenter aſſumpſiſſet, ſi adiacentia ſibi aliqua Virginum Chriſti monaſteria habuiſſet. Sed rara erant adhuc in omnibus Teutonicæ terræ partibus non ſolùm ancillarum Dei, ſed & monachorum conuenticula: poſtmodùm per diuinam gratiam longè lateque propagata. Quod hinc liquidò colligitur, quia vbi veſtrum nunc ſitum eſt monaſterium, quod penè omnibus in hac regione antiquius videtur, eo tempore illic nemoroſa fuiſſe ſolitudo cognoſcitur.

deſtituta ſolatio aliarũ Virginum,

nullis adhuc fundatis in Germaniâ cœnobiis:

14 Nam (vt breuiter aliquid de eiuſdem loci antiquitate per exceſſum dicam) Fuldenſi quoque cœnobio antiquius videtur. Quod, vt ex veracibus hiſtoriis adnotare potui, hac ratione colligitur. Anno Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo quadrageſimo *a* quinto, regnantibus in gente Francorum duobus fratribus Carlomanno videlicet & Pipino, filiis Caroli, per B. *b* Bonifacium Archiepiſcopum Fuldenſis cœnobij fundamenta initiata ſunt. Porrò cùm Fratres ſub Abbate *c* Sturmo nouiter inibi collecti, ad monaſticæ diſciplinæ normam corpora menteſque toto anniſu inclinaſſent, conſiliũ vtile inierunt, vt videlicet aliqui ex ipſis ad magna alicubi mitterentur monaſteria, vbi Fratrum concordiam & regularem plenius addiſcerent conuerſationem. Quod cùm Sancto indicatum fuiſſet Epiſcopo, prudens probauit conſilium, & ſtudioſo Sturmi talis induſtriæ iniunxit negotium. Qui præparatis itineri neceſſariis, duobus quoque Fratribus aſſumptis, Romam profectus eſt, & luſtratis in terrâ illâ cunctis monaſteriis, peracto illic biennio eſt regreſſus. Cumque ad orientalem Franciam peruenifſet, morbo correptus, hoſpitandi & quieſcendi gratiâ in monaſterium diuertit noſtrum, ibique per quatuor hebdomadas cogente ægritudinis neceſſitate manſit. Hinc ergo antiquius veſtrum videtur cœnobium, & antè iam regularibus diſciplinis inſtitutũ, vbi inter ipſa Fuldæ primordia tantis hoſpitibus, tam larga hoſpitalitatis impenſa ſunt officia.

nam etiam Fuldenſi antiquius Kitzingęſe,

a

B

b

c

in quo S. Sturmio exceptus:

C

15 Proinde illorum quoque opinio refellitur, qui B. Hadelaugam ab hoc Pippino Carlomanni germano, generis originem duxiſſe ſuſpicantur. Eo enim tempore, quo Fuldenſe fundatum eſt cœnobium, ad nutum Carlomanni, qui maioris erat ætatis, omnia paterni regni diſponebantur iura: & quâ ratione monaſterij noſtri fundatrix Pippini iunioris genere creditur exorta, quæ, vt dictum eſt, iam antè in hæreditariâ poſſeſſione habitationis veſtræ iecerat fundamenta? Nam cùm idem Pippinus, *d* necdum pro immaturâ ætate ad ſuſtentanda regni gubernacula idoneus eſſet, quâ conſequentiâ filiam tantæ maturitatis habuiſſe credatur, quæ de paternâ hæreditate aliquid huiuſmodi ordinare poſſet? Altiùs ergo computanda videtur beatæ huius Virginis genealogia, Sanctę Gertrudis ac *e* Pippini ſenioris propinquitate glorioſa. Sed his pro demonſtrandâ cœnobij noſtri antiquitate interpoſitis, ad exequenda, vt cœpimus, beatæ Virginis præconia redeamus. Cui tamen, etſi pro paucitate cœnobiorum, vt ſuprà dictum eſt, exteriùs defuerint ſpiritualium àmicorum verba bona, verba conſolatoria; aderat tamen intrinſecus Sponſi cæleſtis præſentia, de cuius allocutione veraciter proteſtatur dicens: Anima mea liquefacta eſt, vt Dilectus locutus eſt.

non fuit S. Hadeloga Pipini Breuis filia:

d

e

16 Tertia ſanè, quæ maximè vrgeret cauſſa, talis æſtimari poteſt. Puella tantæ nobilitatis titulo inclyta, diuitiarum pollens abundantiâ, pudicitiæ quoque teſtimonio prædita, à quot putamus procis ſeſe certatim præuenientibus eſt expetita? Regum ac Principum filij talibus ſe nuptiis inſigniri ſperabant, dotes ampliſſimas, pro ſuâ quique magnitudine, proponebant, ampla terrarum ſpatia, familias infinitas, auri verò & argenti ac lapidum pretioſorum inæſtimabilem ornatum ſpõdebant. Quæ tametſi licitè fieri ſoleant legitimarum obtentu nuptiarum; nulli tamen dubium, quòd & hoſtis iſte antiquus plurimas contra eam excitauerit inſtruxeritque inſidiarum tendiculas; ſolitas nimirùm contra virginalem integritatem exercens inimicitias. Occultis quoque tentationibus carnales ei ſuggerebat illecebras, vt, iuxta Apoſtolum, foris pugnas, intus haberet timores. Sed in his omnibus ſuperauit propter eum, qui ipſam dilexit, & ſponſam ſibi prælegit. Plus tamen fatigata mihi videtur pugnis, quæ forinſecus mouebantur, maximè pro parentum compaſſione, qui pro ipsâ ſollicitabantur. Qui aliquid horum ad gratiã me loqui æſtimat, is proculdubio, ea quæ quotidiano vſu inter homines actitari ſolent, vel ignorat, vel ſcire ſe diſſimulat. Nonne hæc & maiora horum, etiam circa ignobiliores quaſque Virgines, pro ſolâ carnis pulchritudine frequenter agi videmus? Nonne contentiones bellicas, incendia & homicidia pro huiuſmodi zelo plerumque committuntur? Apoſtatæ namque angeli angelicam in hominibus vitam, à quâ ipſi per ſuperbiam lapſi ſunt, præcipuè oderunt, & ab hac eos præcipitare, vniuerſis malitiç ſuæ artificiis contendunt. Cumque generali contra quoſlibet exerceantur pugnâ, ſpeciali tamen aduersùs nobilem hanc Virginem ferebantur inuidiâ, eò quòd & illa, in quibus ſibi ad ſubuerſionem eius maximas æſtimabant opportunitates, nobilitatem ſcilicet, formam & diuitias, forti animo calcaret. Hæc ita ſe habere, vos, ô filiæ Ieruſalem, non verbo tantùm, ſed grauium experimentorum argumento didiciſtis, quæ ad euincendum cum ſeculo ipſum etiam ſexum ab ineunti ætate vſque in præſentem diem decertare non ceſſatis.

Auctoreano-nymo, ex MSS.

D

à multis procis expetita,

2 Cor. 7. 5

non ſine moleſtâ pugnâ,

E

quæ etiam minùs clarè accidit.

a *Alij anno 744 Fuldenſe monaſterium fundatum ſcribunt, vt videre eſt in Brouweri noſtri antiquitatibus Fuldenſibus, & Bucelini Annalibus.*

b S. Bonifacii *Ep. & Mart. Vitam dabimus 5 Iunij.*

c *In MS.* Sturmo. Sturmus *eſt & apud Brouwerũ in ſubſcriptione* Chartulæ S. Bonifacii de finibus & terminis Fuldenſis monaſterii: *ipſi Brouwero nunc* Sturmis, *nunc* Sturmius; *aliis etiam* Sturmio. *Dabimus 16 Decembris Vitam eius, vbi eadem quæ hic de profectione Italicâ, & morbo, inq; Kitzingenſi cœnobio curatione, narrantur.*

F

c *Germanicæ quidem prouinciæ B. Carolomanno parebant, in quibus Franconia & Buchonia, atque in hac Fulda, in illâ Kitzinga.*

d *Falſum hoc eſt: patre Carolo Martello mortuo, ambo filij gubernandum regnum Francorum ſuſceperunt, ſed titulo Maiorum-Domus regiæ; ac ſimul bella geſſerunt. Patet ex Annalibus à Cheſnaeto. 2 Francorum editis è MS. Ioan. Tilij, vbi ad annum 742 iſta habentur:* Carlomannus & Pippinus Maiordomus duxerunt exercitum contra Hunoldum Ducem Aquitanorum, & ceperunt caſtrum, quod vocatur Lucias. Et in ipſo itinere diuiſerunt regnum Francorum inter ſe, in loco qui dicitur Vetus-Pictauis. *Et anno 743.* Tunc Carolomannus & Pippinus contra Idolonem Ducem Baioarium inierunt pugnam. *Item anno 744:* Iterum Carlomannus & Pippinus perrexerunt in Saxoniam. *Non potuit tamen* S. Hadeloga, *fundatrix Kitzingenſis monaſterij, Pippini huius filia fuiſſe.*

Pippinus Breuis ſtatim à morte patris cum fratre Frâciam regit:

e S. Gertrudis, *quæ 17 Martij colitur, filia fuit B. Pippini Ducis & Maioris-Domus Regum aliquot Auſtraſiæ: huius filia altera, Gertrudis ſorore, S. Beggâ, natus eſt* Pippinus, *qui* Craſſus *cognominatur, &* Herſtallius, *ac quandoque* ſenior, *qui pater fuit Caroli Martelli, patris, vt creditur,* S. Hadelogæ.

CAPI-

CAPITVLVM IV

Laus S. HADELAVGÆ ab orationis instantiâ.

17 AVribus audiendi audiens beata Virgo Hadelauga loquentem sibi Dilectum, ac dicentem: Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis; efficaciùs de die in diem in se curabat exprimere, quod ex his intellexerat verbis, vt cuncta honestati & virgineo pudori congrua gereret; ne quando ipsum, cui desponsata erat, offenderet. Nam non contenta in solis genis, id est, in reuerentiâ virginalis castimoniæ similitudinem exhibere turturis; sed exprimere etiam eam satagebat in reliquis. Sicut enim auis hæc gemitum pro cantu habet, sic & ipsa mundo gaudente lugebat, sponsique præsentiam æstuanti desiderio requirens, solo lacrymarum refrigerio gaudebat. Quantò enim variis vrgebatur tentationibus, tantò continuatis incumbebat precibus; ne torpente perderet incuriâ, quod magni laboris quæsierat industriâ. Filij huius seculi, qui prudentiores filiis lucis in generatione suâ sunt, suis eam studiis, licet ex contrariâ parte, ad meliora incitabant, vt esset in virtutibus excolendis feruentior, in custodiendis vigilantior; cùm illi ad congreganda & seruanda ea, quæ etiam congregata & seruata pereunt, tam infatigabili labore insistant. Attendens enim auaros circa quæstum temporalem tam peruigiles agere excubias, tamque periculosas perpeti angustias, ipsa immortalitatis intra se custodiens thesauros, solitò prolixiores in orationibus peragebat vigilias. Videns etiam filias suas, scilicet illas, quas Isaias describit eleuatas extento collo ambulare & pedibus suis composito gradu incedere, faciesque ipsarum adulterini coloris fuco depictas renidere, genas suas turtureas, multò largioribus lacrymis infundens, spontaneo obducebat squalore, cum Apostolo gloriari cupiens & dicere: Si adhuc hominibus placerem, Christi ancilla non essem. Denique maiorem fuisse orationis eius instantiam, quàm ego incircumcisis labiis eloqui valeam, ipse qui vsque in hodiernum diem omnibus manifestus est earumdem precum & laborum eius fructus protestatur: de quo in sequentibus Domino largiente dicetur.

S. Hadelauga ad profectum attenta,

Isa. 3. 16 assiduè orat, cum lacrymis:

Gal. 1. 10

18 Nunc verò qualiter ad commendandum in eâ orationis studium commontus fuerim, quod tamen etiam sine illâ commonitione nequaquàm neglexissem, vestræ non piget insinuare Caritati; licet nouerim quosdam de diuerso protinùs mihi obuiantes, qui dicant: Ecce somniator venit; venite & percutiamus eum linguâ, & non attendamus ad vniuersos sermones eius; sed videamus quid illi profint somnia sua. Atque vtinam cũ vero illo Ioseph dicere mererer: Quoniam propter te sustinui opprobrium, &, Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Vt ergo ipsius Ioseph verbis vtar, audite somnium meum, quod vidi. Putabam me vetustum quemdam libellum de vitâ & virtutibus beatæ huius Virginis conscriptum reperisse; auido desiderio reuolutum legendo percurrere, vbi inter alia iucundum quoddam de orationis eius perseuerantiâ capitulum denotauerim. Cumque lectionis huius quantum dormiens poteram suaui refectione diu delectari mihi videret, tandem euigilans, quid viderim vel legerim, recapitulare volebam, nec quidquam præter solum illud capitulum de orandi instantiâ annotatum reminisci valebam; quòd tamen ex integro, vt per somnum intellexeram, vigilans memoriter obtinui. Huiusmodi enim fuisse videbatur: Beatam videlicet Hadelaugam, præter generale orandi studium, quo frequenter occupabatur, hanc specialem habuisse consuetudinem, vt cùm quis familiarium suorum, qui eius se commendâsset orationibus, vitâ excederet, tam diu infatigabiles pro illius animâ preces effunderet, quoad vsque locis pœnalibus ereptam & in requie collocatam ex diuinâ reuelatione cognosceret. At si quando culpis eius, pro quo supplicabat, obsistentibus, tardiùs præsentialiter exaudiretur, solitam nihilominùs alios quosque spiritales secum pariter ad intercedendum assumere. Ipsos quoque Pontifices missâ legatione conuenire, ac pro defuncti absolutione humiliter flagitare, vt in communibus Ecclesiæ conuentibus factâ eius commemoratione, iunctis totius populi adiuuaretur precibus.

Gen. 37. 6 Auctor in somnis edocetur eius orationis studium:

& solitam pro amicis mortuis orare, donec saluatos intelligeret:

19 His pro deuotionis meæ affectu simpliciter hîc insertis, ad vos redeo, ad vos, inquam, ô filiæ Ierusalem, oculos reflecto. De vestris potiùs testimoniis præsumo, quæ ad sacra eius ossa excubatis, quæ virgineis choris tumulum eius cingitis, debito obsequio honorificè frequentatis. Quid enim ipsa viuens gesserit in corpore, quàm crebra fuerit in oratione, vos circa sepulchrum eius piarum precum ostenditis assiduitate. Huius ergo capituli textus viuaciùs legitur in operibus vestris, quàm imperitiæ meæ explicari possit verbis. Nunc quippe publicas, nunc secretas ibi offertis orationes: ad salutandam eam & alloquendam, tamquàm visibili præsentiâ vobis cohabitantem, certatim alterutrùm præuenientes, vt tam rebus quàm verbis protestari videamini, & dicere: Hæc est Virgo amatrix Virginum & populi sui. Hæc est quæ multùm orat pro populo & vniuersâ ciuitate istâ. Solita igitur deuotionis huius obsequia feruentiùs de die in diem exercentes, ad posteros vestros quasi hæreditario iure transmittite. Et confidenter dico, quòd efficaciùs proderunt oculis subiecta tantæ religionis exempla, quàm auribus infusa huius præconij verba. Assit ipsa & laudatoribus suis & imitatoribus, meritorum & precum interuentione obtinens apud Deum, vt quos delectat suauitas laudationis, labor non grauet imitandæ religionis.

ad eius sepulchrum assiduè orãtes moniales laudat,

vtq; pergãt hortatur.

CAPITVLVM V

Laus S. HADELAVGÆ à conuersatione solitariâ.

20 BEata Virgo Hadelauga cordis sui secretarium semper paratum exhibere curabat ad offerendum Deo puræ orationis holocaustum. De quo ipse ait: Tu autem cùm orabis, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio tuo, ora Patrem tuum in abscondito. Verumtamen non hoc contenta, iuxta similitudinem turturis, cuius suprà meminimus, soliuaga gemere consueuerat; quærens etiam extrinsecus secretum liberiùs immolandis precum hostiis opportunum. Audierat quippe cum Abraham, præcipientem sibi Dominum & dicentem: Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque offer eum ibi in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi. Quid vobis videtur? numquid Virginem tali prole fœcundari posse ambigitis? Imò quantò fuerit castior, tantò huic conceptui erit aptior. Isaac enim risus vel gaudium interpretatur. Spirituale igitur gaudium gratamque Deo iubilationis hostiam de simplici cordis eius puritate rectè dixerim progenitam, pro quâ iugiter offerendâ diuinitus eam frequentissimè credimus admonitam. Sanè in quacumque terrarum regione moraretur, à terrâ visionis non recedebat, quæ relictis peccatorum tenebris in luce virtutum conuersabatur: sed ad perquirendum specialem quemdam magnæ visionis locum diuinæ aspirationis instinctu ducebatur. Nobiliter etenim nata, & magnis diuitiarum copiis onerata magis quàm ornata, obliuisci festinabat populum suum, & domum patris sui: sic tamen vt possessiones hæreditario sibi iure subiectas diuinæ manciparet

Matt. 6. 6

Gen. 22. 2

Sancta semotum à turbis locũ quærit,

A manciparet ſeruituti, Chriſtum diligens, & ipſum eligens hæredem depoſiti ſui fideliſſimum cuſtodem. Per omnes itaque prædiorum ſuorum fines indagare ſatagebat locum ab humanâ quidem conuerſatione aliquantiſper ſemotum, quieti verò ſpiritualis propoſiti opportunum, vbi & voluntariæ paupertatis & continuæ orationis vacaret exercitio, aliiſque virginalis voti æmulatrices ſuo prouocaret exemplo.

vbi orat. ac cœnobiũ ediſicet,

21 Præceſſiſſe creditur, vt ſupradictum eſt, in præclarâ generis eius lineâ B. Gertrudis Virgo, quam ſacro velamine ad immortalis ſponſi nuptias ornandam mater memorabilis *a* Hytta B.*b* Amando Epiſcopo miræ ſanctitatis obtulit viro: cuius ſalutaribus conſiliis roborata, monaſterium conſtruxit, vitamque inibi regularem, cui filiam præficeret, magnâ prædiorum copiâ inſtituit. Præceſſerat etiam in eadem genealogiâ, neptis veneranda Virginis Gertrudis, nomine *c* Wulfruda, ſub iugo ſanctæ regulæ ſecus pedes eius verbi Domini lacte nutrita, & ad ipſius monaſterij regimen illâ adhuc viuente, & ordinante prouecta: aliæque ſpirituales Dei ancillæ in eodem cœnobio, ex antiquo & nobili Francorum genere aggregatæ. Quarum auditâ religione B. Hadelauga in Dei amore vehementer accenſa, quotidianis profectibus ad augmenta meritorum anhelabat, formamque pietatis & iuſtitiæ, quaſi hæreditariâ lege ab illis ad ſe tranſmiſſam, omni ſtudio excolebat.

a b S. Gertrudem initiata,

c

B

22 Erat eo tempore inter reliquas poſſeſſiones eius nemus ſolitarium, feris dumtaxat peruium, ipſo videlicet in loco, vbi veſtrum nunc ſitum eſt monaſterium: quam ipſa ſolitudinem frequenter luſtrare ſolebat, optatum quærens locum, & proſperari, ordinante Deo, exſpectans deſiderium ſuum. In quâ ſeculi fugâ & eremi indagatione ſollicitâ non mediocrem currenti ſuperaddere poterat ſtimulum memorabile Beatæ illud *d* Gertrudis exemplum. Quæ cùm in virginitatis propoſito permanere decreuiſſet, pater autem, licet inuitam, marito eam tradere voluiſſet, auxilio matris, quamdiu potuit, in regno paterno deliuit: ſed cùm diutius latere non poſſet, fugiendo diuertit in partes Orientalis Franciæ, in locum qui *e* Karleburg in Ducatu Herbipolenſi dicitur: ibique de facultatibus ſuis in honorem beatiſſimæ Virginis Mariæ monaſterium conſtruxit, quod vſque in præſentem permanet diem, vbi *f* Attalongum Presbyterum, & Bernahardum Diaconum, quos ſecum adduxerat, miniſtrare conſtituit. Credebat enim viuum illud & ſanctum habitaculum, quod in virginitate ſuâ Deo conſecrauerat, per beatæ Genitricis eius interuentum ſine contaminatione permanſurum: ideoque in veneratione eius etiam exterioris templi dedicari fecit ædificium.

quæ nuptias fugiens in Franconiã veniſſe dicitur.

d

e

& monaſterium ædificaſſe:

f

C

23 Eodem modo & beata Virgo Hadelauga viſibiles & inuiſibiles animarum fugiens corruptores, ſtatuerat in corde ſuo, imò iurauerat cum Prophetâ dicens: Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei, ſi dedero ſomnum oculis meis & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Cumque in ſupradictâ ſolitudine continuatis precibus diuinæ pietatis aures pulſare non ceſſaret, vt aliquo indicio cælitus ſibi oſtenſo conſolari & de affuturâ voti ſui efficaciâ certificari mereretur; tandem prælectum à Domino locum manifeſtâ reuelatione deſignatum inuenit. Fertur quippe cùm ſola ibidem demoraretur, poſt peractas nocturnæ orationis excubias, quodam tempore primo diluculo, in ipſo, quo orauerat, loco tantum ſpatij, quantum ad iacienda monaſterij fundamenta ſufficeret, tam cuidentibus terminis vndiq; diſtinctum atque ſeparatum reperiſſe, vt erigendi ædificij lineas angelico ſibi miniſterio præfixas nullatenùs poſſet ambigere.

Pſal.131. *Hadeloga diuinitus deſignatur locus monaſterij.*

a *Alterum MS.* Hitta: *vulgò* Ytta, *& Iduberga, de quâ agemus 8 Maij: mater fuit SS. Gertrudis Virg. & Begg æ.*

b *Colitur S. Amandus Ep. Traiecten. 6 Febr. ad quem diem multa de eo traduntur.*

c *Hæc in Vitâ S. Gertrudis 17 Martij* VVlphetrudis *appellatur, vbi & de aliis eius ſpiritalibus filiabus agitur.*

d *Hæcne fuerit BB. Pippini & Ittæ filia, S. Gertrudis Niuellenſis ſoror, an eius ſororis Begg æ neptis, filia Pippini Herſtalli. quæſitum hic § 3 & 10 Febr. ad Vitam S. Scholaſticæ per Hieronymum Duñgersheimium cap 5 Notat. e.*

e *Alterum MS.* Karelburg.

f *Idem MS.* Attholongum, *de eo itidem actum.*

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

D

CAPITVLVM VI

Laus S. HADELAVGÆ à Caritate vel munificentiâ.

24 GAudendum eſt omnibus nobis, præcipuè autem vobis, filiæ Ieruſalem, quia vox turturis, cuius paullò antè meminimus, audita eſt in terrâ noſtrâ, Beatæ ſcilicet Hadelaugæ, quæ gemitum pro cantu edidit, noſque ad lugendum luctus ſui exemplo informauit. Hîc namque inuenit nidum, vbi poneret ac nutriret pullos ſuos. Abſit autem, vt indignè feratis ac pro iniuriâ deputetis, ſi eius vos dici pullos à me audiatis, quæ magis illi detrahere videmini, ſi non idipſum etiam abſque meâ aſſertione confiteamini, Namque cùm corporales indigentias veſtras collatis prædiorum ſuorum beneficiis abundanter ſubleuat, ſpiritualeſque vitalibus exemplorum dapibus iucundiſſimè recreat, nonne quaſi pullos turturis vice, in tranquillitate nidi piâ nutrimentorum ſaturitate refocillat? Quis verò dignè explicare valeat, quantum iucunditatis & lætitiæ beata Virgo, quam turturis nomine typicè appellamus, tunc conceperit? quantas Deo gratiarum actiones perſoluerit, cùm exaudito cordis eius deſiderio tam anxiè quæſitum ei locum oſtendit? Hîc immolare meruit Iſaac filium ſuum, quem tamen retinuit viuum, ſicut & is quem Abraham obtulit, & hoſtia fuit & incolumis euaſit. Quod qualiter fieri poſſit, Apoſtolus manifeſtè docet dicens: Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Hoſtia quippe occiditur vt offeratur: ſed hoſtia viuens eſt corpus pro Domino afflictum, quod & hoſtia dicitur & viuens; quia viuit in virtutibus, & eſt à vitiis occiſum. Hoſtia videlicet, quia etiam huic mundo à prauis actibus eſt mortuum, viuens autem, quia cuncta, quæ prævalet, bona operatur. Quis verò locus ad immolandam hanc hoſtiam aptior inueniri potuiſſet tertâ viſionis, quietâ manſione ſolitudinis? Solitudinem verò non vniformem dico ſed duplicem, exteriorem & interiorem, loci videlicet & animi. Vnde Pſalmiſta, vt excluſis à ſe tumultibus, abſolutâ libertate immolare poſſet hoſtiam hanc, optabat, dicens: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? Recordabatur fortaſſis columbæ illius diluuij tempore de arcâ Noë emiſſæ, quæ cùm non inueniſſet, vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad Noë in arcam. Cuius exemplo vſus, conceſſum ſibi, quem concupierat, quietæ ſolitudinis locum, gratulatur, dicens: Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Et alibi de oblatione ipſius hoſtiæ expreſſiùs loquens: Dirupiſti, inquit, vincula mea, & ſacrificabo hoſtiam laudis. Ita & beata Virgo Hadelauga inæſtimabili replebatur iucunditate pro inuentâ dilectæ ſolitudinis opportunitate, ſciens hunc locum ſuæ aptiſſimum hoſtiæ. Vnde cum Abraham appellauit nomen loci illius, Dominus videt, & vſque in hodiernum diem dicitur, In monte Dominus videbit. Verè enim locus iſte pro illuminatione, quam beata Virgo hîc aſſequi promeruit, hoc nomine honorari debuit: & ſemper in monte, id eſt, in tali virtutum celſitudine, Dominus videbit,

E

ipſa volens monachas vt pullos congregare,

Rom.12.1

& hoſtiam viuam, vt Iſaacii, per mortificationem offerre,

F

Pſ.54.7

ibid.8

Pſ.115.17

latatur apto ad vtrumque loco reperto:

Gen.22. 14

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

videbit, quia oculi Domini ſuper iuſtos. Et ſic quidem in electo ſolitudinis loco, laudis hoſtiam immolando, in dilectione Dei ſuos exercebat affectus.

A 25 Verùm quia duobus præceptis diſtinguitur caritas, vt nec ſine Dei amore proximus, nec ſine amore proximi rectè diligatur Deus, etiam in proximi caritate miro ſe ſtudio dilatare cœpit: nàm iactis in eodem loco baſilicæ fundamentis, congrua nihilominùs ancillarum Dei habitacula circumquaque erigi fecit. Semetipſam quoque talem in Dei ſeruitute exhibuit, vt præclara nominis eius fama plures eò Virgines, Deo ſub regulari tramite famulaturas, in breui congregauerit: quibus pietate maternâ in omnibus conſulens, tantam prædiorum contulit abundantiam, vt licet nil proprium haberent, ex communibus tamen redditibus omnem earum ſuppleret indigentiam. Sed quid vobis nota, velut incognita replico? Antiqua enim illius largitas vobis etiam hodie recens eſt; quodque alij de illâ ſolis aſſerunt ſermonibus, vos quotidianis probatis vtilitatibus.

habitacula monialibus ædificat,

eaſdẽ ſanctitatis famâ congregat,

26 Quantâ caritate circa ſubleuandas proximorum neceſſitates inſeruierit, ex tunc & deinceps non tantùm vobis, ſed etiam omnibus qui in cœnobio veſtro à generatione in generationem ſucceſſerint, eadem ſemper munificentiâ declarare non ceſſabit. Hoc liberalitatis eius memoriale inculcandum eſſet auaro, qui theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea; qui in incerto diuitiarum ſperat, nec in Deum diues eſt. Sed parſimoniæ eius exemplum audire oportuerat prodigos; qui ad abuſionem munerum diuinorum ſemetipſos adhortantur, dicentes: Venite & fruamur bonis quæ ſunt, & vtamur creaturâ tamquàm in iuuentute celeriter. Vino pretioſo & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis, antequàm marceſcant. Nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra, nemo noſtrûm ſit exors luxuriæ noſtræ, vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra. Dicant è contrario Virgines, B. Hadelaugæ Virginis imitatrices; dicant, quod præclaris eius didicerunt exemplis: Venite & fruamur bonis, quæ verè bona ſunt, nec cum tempore tranſeunt: bonis ſcilicet cæleſtibus, quæ numquàm deficiunt. Præguſtemus ea interim in ſpe, vt tandem ſatiemur in re, affluamus deliciis innixæ ſuper Dilectum, qui parauit inconſpectu noſtro menſam, aduersùs eos qui tribulant nos, impinguabitque in oleo capita noſtra: & poculum eius inebrians quàm

B *iiſq; neceſſaria curat,*

vt Deo ſẽper adhærere poſſint.

C præclarum eſt, poculum ex vino condito & muſtum malo granatorum ſuorum. Non prætereant nos virtutum flores, nihil in nobis marcidum, nihil ſit aridum: ſed in ipſo, qui flos eſt campi, & lilium conuallium, omnia noſtra vireſcant, omnia floreant.

Sap. 2

CAPITVLVM VII

Laus S. HADELAVGÆ à familiâ.

27 POſtquàm beata Virgo Hadelauga locum illum à Deo ſibi reuelatum, Bethel, id eſt, domum Dei appellare meruit, eòquòd cum Iacob lapidem ibi in titulum erexerit oleumque deſuper fuderit, vt tam opere quàm voce veraciter profiteri poſſet, dicens: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, ipſum locum omni diligentiâ interiùs & exteriùs adornare ſtuduit. Exteriora quidem, vt matrona potens & imperiali genere vel poteſtate pollens, affluenti poſſeſſionum ſuarum adminiſtratione, propinquorum etiam tuitione procurabat; interiora verò maximæ humilitatis ac modeſtiæ documentis ac exemplis roborabat, contra illos deteſtandæ ciuitatis auctores, qui pro ſaxis lateres & pro cæmento bitumen vſurpantes, dixerunt: Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen noſtrum, antequàm diuidamur in vniuerſas terras. Ad quorum imitationem omnes hodie mundi amatores carnalis vitæ conſtruunt municipium, quod ad vim ventorum & impetus fluminum facili impulſu velociter eſt ſubruendum. Hi enim ab Oriente, id eſt, à Chriſto recedentes, in latitudine vitiorum, tamquàm in campi planitie, de lateribus ciuitatem ædificant, quia terrenis dediti, de fragili materiâ, mentis munitionem attollunt.

D

28 Quò contrà beatæ huius Virginis ſectatrices lateres in lapides commutarunt, quæ contemptâ terrenarum rerum cupiditate, & abdicatis carnalis vitæ illecebris, virtutum in ſemetipſis ædificia erexerunt, non in arenâ humanæ confidentiæ, ſed in petrâ fidei, quæ Chriſtus eſt. Talis denique Deo largiente fuit omnium profectus, vt quod generaliter prophetatum eſt de Eccleſiâ, ſpecialiter quoque dici potuerit de ſolitudine illâ virgineæ habitationi deputatâ: Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium, germinans germinabit & exultabit lætabunda & laudans. Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli & Saron. Sciſſæ ſunt enim in hoc deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine, & quæ arida erat in ſtagnum, & ſitiens in fontes aquarum. Iſta quippe inuia quondam ſolitudo, nunc autem frequens & iucunda fidelium habitatio, meritò lætatur & exultat in Domino: quia floret ſicut lilium, florido Virginum vernans contubernio, quæ dicere poſſunt cum Apoſtolo: Chriſti bonus odor ſumus Deo. Quas & ipſe Saluator lilio cõparat, dicens, Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Gloria Libani data eſt ei, ſcilicet candor virtutum: quia Libanus dealbatio interpretatur. Habet etiam decorem Carmeli & Saron. Carmelus mollis vel tenellus interpretatur. Noſtis quòd dura illa & obſtinata Chaldæorum filia merebatur audire: Non vocaberis, inquit Propheta, mollis & tenera: tolle molam & mole farinam. Conſtat nimirùm, quòd teneræ ſuæ filiæ parentes parcunt, nec duris atque ſeruilibus hanc operibus affligunt: Omnipotens ergo Deus, quaſi teneram filiam vocat, quando dilectam vniuſcuiuſque animam à laborioſis huius mundi ſeruitiis reuocat, ne dum exterioribus actibus afficitur, ab internis deſideriis obduretur. Sed Chaldæorum filia tenera & mollis non vocatur, quia mens prauis deſideriis dedita, in eo, quem anxiè appetit, huius mundi labore relinquitur, vt foris mundo velut ancilla ſeruiat, quæ intus Deum

E

F

vt filia nequaquàm amat. Carmelus verò ſcientia circumciſionis interpretatur. Vbi verò plenior hæc inuenitur ſcientia, quàm in mente virgineâ? Quis ad maiorem munditiæ profectum ex circumciſione non manu factâ peruenire valeat? Quoniam cogitans quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu, quæ non gloriatur de incorruptâ carne, niſi fidei ſinceritas & integritas animæ adfuerit. Vnde non immeritò Saron, id eſt, Princeps appellatur, quæ contra vitiorum barbariem principali dignitate dominatur.

inſignis illic virtutum profectus. Iſa. 35

2 Cor. 2. 15 Cant. 2

Iſa. 47. 2

29 Tali decore locum iſtum per B. Hadelaugam fundatricem eius Dominus illuſtrare voluit, cùm vos de nationibus congregatas vnanimes in hac domo habitare fecit. Proinde primas illas tantæ Virginis imitatrices oculis fidei contemplamini, quæ ſcilicet corporali eius præſentiâ confortari, viſibilibus admirandæ conuerſationis exemplis informari, vocis viuæ alloquio eruditi meruerunt. Has, inquam, vobis proponite, in quibus antiqua illa religionis forma, ſicut à Sanctis præcedentibus, & ab ipſâ monaſterij veſtri fundatrice tradita fuerat, illibata creditur viguiſſe. Procul ab illis pretioſarum cultus veſtium, procul omnes illecebræ deliciarum: nam, vt & ſuprà dictum eſt, rara erant adhuc tam monachorum quàm ancillarum Dei monaſteria: quantoque pauciores, tantò perfectiores fuiſſe

præcipuè in primis eius imitatricibus:

locum exteriùs firmat bonis, & perentium tutelâ,

interius documentis & exemplis ornat:

A fuiſſe conſtat, arctioris propoſiti ſectatores vel ſectatrices. Sed quis exprimendis eorum virtutibus inueniatur idoneus? quibus dignus non erat mundus: imò quorum munditiam ipſe abhorrebat immundus. Quis denique vel ſolam hanc B. Hadelaugæ Virginis virginalem familiam recenſeat, vt de his ſaltem, quæ feruentiores ſe ceteris in ſancto exhibuêre propoſito, congruũ ſanctitatis perhibeat teſtimonium, & proprias ſingularum virtutes digno laudis præconio efferat?

30 Verùm ego vel vnius ex multis mentionem facere volens, capituli illius, quod de orationis inſtantiâ paullò antè præmiſi, reminiſcor, & quamdam ex diſcipulabus ſpecialem in hac virtute talis Magiſtræ ſectatricem intueor. Hæc ergo, vt frequenter me audiſſe memini, inter reliquas monaſterij veſtri Virgines, religioſis ornatam moribus vitam ducebat, quam quotidiano lacrymarum holocauſto à ſurrepentium delictorum maculis emundare ſatagebat. Cumque à Matre cœnobij ac reliquis Sororibus, ad parcendum oculis crebrò commoneretur, ne cæcitatis quandoque damnum ex intemperantiâ pateretur; tandem reſponſum memoriâ dignum reddidiſſe fertur, dicens: Breues ſunt huius cœnobij viæ, notiſſimæ mihi omnes officinæ: ſi igitur is qui cæcos illuminat, me in præſenti B excæcari permiſerit, ad vias iſtas & officinas ductor mihi alius præter baculum neceſſarius non erit. Credo tamen certiſſimè quia veritatis non priuabor lumine. Hæc non præſumptuosè, imò plenâ dicens fide, in eâ, quam dudum cœperat, flendi & orandi permanſit ſedulitate.

qualis illa, quæ cæcitatis periculũ ex aſſiduis lacrymis, contempſit:

31 Quid etiam illam commemorem, quæ ante paucos annos, vt vobis referentibus agnoui, cùm ingraueſcente languore ad mortem perducta fuiſſet, manifeſtum de ſe bonæ conſcientiæ teſtimonium dedit? Nam cùm vltimum ageret ſpiritum, iamque corpus ab extremâ fuiſſet parte præmortuum, collectis in vocem viribus, ſubitò clamare cœpit, ac dicere: Teſtor Deum, in cuius conſpectu ſum, quia vera monacha ſum. Cumque voces eaſdem iterato clamore ſæpius replicaſſet, ſolemni modulatione Kyrie eleiſon canere cœpit: ſicque in diuinis laudibus ei, cuius teſtimonium appellauerat, animam reddidit. Et rectè iuxta hoc, quod Pſalmiſta ait: Qui ſeminãt in lacrymis, in gaudio metent. Virgo hæc læto fine, Deo adiuuante, diem clauſit extremum, quæ priùs non ſolùm in oratione, ſed & in communi collocutione vix ſe temperabat à lacrymis: frequenter enim inter læta Sororum colloquia, vbi gaudentibus congaudere videbatur, repentè auersâ facie lacrymis infundebatur, vt per hoc patenter clareſceret, quòd in hac peregrinatione ſolo corpore conſtituta, conuerſationem in cælis haberet. Multa huiuſmodi ſanctæ religionis indicia, de venerandis cœnobij veſtri Virginibus, iam ab hac vitâ trãſlatis, dicere poſſem, niſi breuitate ſpontaneâ ingrati lectoris faſtidium excludere cogitarem.

& alia in morte cantans,

Pſa. 125.5

ſolita in vitâ lacrymari:

& alia multa.

C

CAPITVLVM VIII

Laus S. HADELAVGÆ à miſericordiâ & iudicio.

32 LÆtare igitur dilecta Deo familia, ex tam nobili B. Hadelaugæ Virginis, Matris vtiq; tuæ, germine propagata, eius videlicet religione inſtituta, & largitate ſuſtentata. Lætare, inquam, & exulta pro gloriâ Domini, de cuius munere talem habere Matrem ac procuratricem meruiſti. Hæc enim tibi lætitia de ipſius prouenit miſericordiâ, de cuius percepiſti largitate, vnde te cum gaudio indefeſſas illi oporteat gratias agere. Miſericordiam ergo *a* cantas, miſericordiam ſuper exaltas, gratuitam largitionis gratiam prædicans. Sed *b* quid de iudicio faciendum putas? Nam vtrum-

Cantanda Deo miſericordia & iudicium;

a

b

que ſe cantare Pſalmiſta pollicetur, dicens: Miſericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine. Vtrumque ſe decantare fortis ille athleta oſtendit, qui rebus perditis, filiis quoque pariter extinctis, ait: Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala autem quare non ſuſtineamus? Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum. Miſericordiam ergo, vt iam dictum eſt, Dominus tibi prorogauit, dum per conceſſam Matrem & magiſtram beatam Virginem Hadelaugam neceſſitatibus tuis piè conſuluit. Iudicium verò exhibuit, cùm eamdem, expleto diſpenſationis eius tempore, per mortem ſubtraxit. Equidem miſericordia illa dulcis fuit omnibus atque cantabilis: iudicium verò ſolis cantabile perfectis; lamentabile etiam videbatur infirmis tantæ nimirùm Matris ac defenſatricis morte deſtitutis. His enim quantò gratior atque iucundior fuerat præcedentis miſericordiæ ſuauitas, tantò amarior eſt viſa ſubſequentis iudicij ſcueritas. Cuius miſericordiæ quis æſtimare valeat ſuauitatem, niſi priùs ipſius beatæ Virginis conſideret ſanctitatem & eminentem beatitudinis eius dignitatem? Cui pro poſſibilitate virium mearum in ſingulis, quæ iam præmiſſa ſunt, capitulis, teſtimonium perhibere ſtuduiſſed necdum, vt ſentio, pro meritorum eius gloriâ ſatisfacere potui. Sed illi ſoli, qui præſentiæ eius beneficia ſentiebant, gratiam vtilitate probabant, eius vtique inſignia loquendo efficaciùs exprimere poterant. Horum quippe aures audientes beatificabant illam, oculi videntes teſtimonium reddebant, eò quòd liberaſſet pauperem vociferantem & pupillum, cui non erat adiutor.

AVCTO. REANO. NYMO. ex MSS. D

Pſ. 100. 1

miſericordia, quòd talẽ dederit matrem,

Iob 2. 10 & c. 42

E

33 Itaque ad compendium philoſophica, imò diuina, B. Ambroſij verba in huius Virginis præconium non incongruè vſurpata, tarditati ſubueniant meæ; quibus ipſe electam Dei ſponſam pro adoleſcentularum exhortatione deſcribit, dicens: Virgo erat non ſolùm corpore, ſed etiam mente, quæ nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum. Cordè humilis, verbo grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior; non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperis ſpem reponens: intenta operi, verecunda ſermonibus, arbitrum mentis ſolita non hominem, ſed Deũ quærere; nullum lædere, benè velle omnibus, aſſurgere maioribus, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, rationem ſequi, amare virtutem. Quando iſta vel vultu læſit parentes? quando diſſenſit à propinquis? quando faſtidiuit humilem? quando vitauit inopem? Eos ſolos ſolita cœtus virorum inuiſere, quos miſericordia non erubeſceret, neque præteriret verecundia. Nihil tortum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum, non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non vox petulantior, vt ipſa ſpecies corporis ſimulachrum fuerit mentis, & figura probitatis. Bona quippe domus in ipſo veſtibulo debet agnoſci, ac primo prætendit ingreſſu, nihil intus latere tenebrarum, tamquàm lucernæ lux intus poſita foris luceat. Quid ego exequar ciborum parſimoniam, officiorum redundantiam, alterum vltra naturam ſuperfuiſſe, alterum penè ipſi naturæ defuiſſe? Illic nulla intermiſſa tempora, hîc congeminati ieiunio dies: & ſi quando reficiendi ſucceſſiſſet voluntas, cibus plerumque obuius, qui mortem arceret, non delicias miniſtraret. Huc vſque B. Ambroſij verba. Verùm vt de miſericordiâ, quam commendare cœperam, breuiter cõcludam, ad perhibendum ſuauitati eius non inconuenientis teſtimoniũ, germinantem ex eâ vſque in hodiernum diem ſufficere autumo fructum. Nam & Pſalmiſta ait: Etenim Dominus dabit benignitatem & ſuauitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. Fructus iſte apud vos & in vobis eſt: vnde ſi quis noſtris ſermonibus non credit, veniat ad vos, & efficaciùs ipſis doceatur rebus. Proclamet igitur huius ſanctæ familiæ vnanimis deuotio: Miſericordias Domini in æternum cantabo. Sed

lib. 2 de Virginib.

cuius ſanctitatẽ Auctor laudat: verbis S. Ambroſij de D. Virg.

F

& operibus ipſarũ monialium;

Pſ. 84. 13

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

A

abſit, vt de iudicio contriſtetur; illo, inquam, iudicio, quo miſericordia iſta per B. Hadelaugam ad tempus exhibita, interueniente ipſius morte, ſubtracta videtur. Nam & qui miſericordias Domini in æternum ſeſe cantaturum promittit, protinus etiam de iudicio ſubdens adiungit: In generatione & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

Pſ.88.1 & 2

34 Reſtat igitur conſiderare vobiſque demonſtrare, quare iudicium hoc, non tam lamentabile fuerit, quàm cantabile: quia duo hæc ſemper indiuidua, miſericordia videlicet & iudicium Domino decantanda ſunt. Sanè quantùm ad ipſam beatam Virginem attinet, de quâ agimus, ſatis ei deſiderabile ac iucundum videbatur hoc iudicium, vt, quod ſemper concupierat, diſſolui & eſſe cum Chriſto meretetur. Deſiderium eius in bonis repletum fuerat, locum Domino & tabernaculum Deo Iacob, ſicut vouerat, iam dudum intus & foris inuenerat, & conſecrauerat, plures religionis ſuæ ſectatrices Deo dicatas in propoſito ſuo confirmauerat. Contemptis diuitiis pauper deſeruierat pauperibus, eorumque etiam in poſterum prouidâ pietate conſuluerat neceſſitatibus: denique humilitatis ac ceterarum virtutum recondito intrinſecus abundabat theſauro, oleum indeficiens cum lampadibus aduenienti præparans Sponſo. Sed ne diutius his

iudicium cătandum, ob mortem B. Hadelogæ,

quam ſemper optárat,

B immorer, dicam breuiter, quod ſolum ſanctitatis ſufficeret titulo, quia Mater veſtra virginitatis ac voluntariæ paupertatis longo coronata eſt martyrio. Non ſemel deuotam Chriſto ceruicem perſecutoris oppoſuit gladio, ſed in arâ cordis hoſtiam viuam, ſanctam, Deo placentem, ſemetipſam quotidiano mactare ſolebat holocauſto.

35 Itaque filiæ Ieruſalem, venite & videte, Dei filiam & Martyrem cum coronâ, quâ coronauit eam Dominus in die ſolennitatis & lætitiæ. Dies namque victoriæ eius & coronæ, dies ſolennitatis & lætitiæ, decimo tertio Calendas Aprilis, ei, miſerante Domino, illuxit. Hac die vocem Dilecti ſeſe inuitantis audire meruit, dicentis: Veni de Libano ſponſa, veni de Libano, veni, coronaberis. Hodie beata Virgo ex huius vitæ liberata anguſtiis ſociari meruit choris Angelorum, quorum vitam imitari ſtuduerat in terris. Hodie

ſanctè obiit 20 Martij,

factus eſt in pace locus eius, & in Sion cæleſti habitatio eius: plena dierum, plena illuſtratione fidei & veritatis, viam ingreſſa eſt vniuerſæ carnis, & appoſita ad populum ſuum. Populus iſte eſt non ſolùm Sanctorum omnium, ab hac peregrinatione ad patriam illam cæleſtem redeuntium; verùm etiam Angelorum, qui

Hebr.12.22

populus ſunt ciuitatis illius. Vnde Apoſtolus, Acceſſiſtis, inquit, ad Sion montem, & ciuitatem viuentis Dei,

C Ieruſalem cæleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cælis. Huic populo apponuntur, qui pleni meritorum gratiâ, mox ac ab hâc peregrinatione & vitâ emigrauerint, in requiem & ſocietatem Angelorum aſſumuntur. Tunc enim dicuntur apponi, cùm nulla iam remanet ſollicitudo vel periculum peccati. Quod intuens *d* Apoſtolus, ait: Ante mortem ne laudes hominem quemquam.

d

36 Cùm ergo huic populo apponenda beata Virgo Hadelauga, ſecurâ conſcientiæ fiduciâ profiteretur dicens: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quid ei triſtitiæ de ſententiâ ſortis vltimæ ineſſe poterat? Sociarum tantummodò Virginum,

pro filiabus ſuis Deum deprecatura in cælis,

quas iam derelicturа erat, piam ſollicitudinem gerebat: ſed hanc ei, cui de omnibus cura eſt, fideliter committebat. Ipſis enim, vt ſuprà dictum eſt, triſte videbatur hoc iudicium, neque continere poterant piam inundantiam lacrymarum. Verumtamen etiam ipſis cantabile fuit iudicium iſtud potiùs, quàm lamentabile; quo tam fidelem ad Dominum interuentricem præmittere meruerunt, non amittere. Ibi enim poſita, conſtantiùs pro nobis ac ſinceriùs interpellat, vbi iam nullum D ſupereſt corporeæ fragilitatis obſtaculum, quod ab intentione perfectæ contemplationis animam Deo inhærentem vllatenùs præpedire valeat. Cùm adhuc mortalitatis pondere premeretur, humiliter cum ceteris electis confitebatur, dicens: Nam quid oremus, ſic- Rom.8.
vt oportet, neſcimus; ſed ipſe Spiritus poſtulat pro no- 26
bis gemitibus inenarrabilibus; ibi autem in ipſo fonte ſcientiæ hauit, quid noſtris neceſſitatibus congruat. Proinde, filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper illam, ſed ſuper vos ipſas flete, & flentes atque orantes ipſius vos patrocinijs commendate. Deſiderium cordis eius iam olim exaudiuit Dominus, vt iſte, quem incolitis, per eam ſublimaretur locus: quantò magis pro templo ſancto ipſius, quod eſtis vos, piis interuenientem precibus exaudiet propitius? Quo autem pacto quantocyùs Sanctorum pro nobis preces, exaudiantur, cuiuſdam venerandi Patris forti ſententiâ compendiosè inſtruimur: quem cùm in horâ tranſitus ſui frequens diſcipulorum circumſtetiſſet turba, quidam ex illis in hæc proruperunt verba, Pater, inquiunt, non ambigimus, te ad Dominum quantocyùs migraturum, & ad vitam æternam peruenturum. Quapropter paternita- *modò ſe dignas exhibeant.*
tem tuam deprecamur, vt noſtri memor eſſe digneris, & ibi preces pro dilectis tibi fundere diſcipulis, quia multùm nobis confidimus profuturum, quòd talem E
præmittimus Patronum. Qui ſubitò eos intuens, Exhibete, inquit, voſmetipſos dignos, & tales eſtote in moribus, vt ritè valeam orare pro vobis, & ita faciam quod poſtulatis. Idipſum etiam à vobis beatam Matrem veſtram exigere noueritis, ac ſi eamdem exhortationem ab ipſius ore ſuſciperetis.

a *Ita 2 MS. al.* cantans, ſuperexaltans &c.
b *Idem,* de iudicio quid ſentis.
c *MS. 2,* Nam hi.
d *Non Apoſtolus id ait, ſed Eccleſiaſticus c.11.v.ea.*

CAPITVLVM IX

Laus S. HADELAVGÆ à glorioſo ſepulturæ eius loco.

37 DIgnè admirari & laudare non ſufficio diſciplinam & ſapientiam beatæ Virgini Hadelaugę à Domino collatam, quâ primùm excolere ſtuduit ſemetipſam, deinde electam diuinitus & ſuâ facultate & ſolicitudine fundatam congregationem veſtram. Hîc ſibi ſpiritualem, quamdiu in corpore viueret, prouiderat requiem: hîc etiam optabilem exanimato corpori ſuo pauſationem, dicens exultante ſpiritu in Deo F
ſalutari ſuo: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hîc habitabo, quoniam elegi eam. Idem quoque athleta Dei B. *a* Gallus Confeſſor Dei dixiſſe memoratur, re- *a*
perto inſolitudine loco humanis habitationibus opportuno, vbi cum aliis Deo ſub regulari tramite ſeruientibus, vſque ad mortem conuerſari, & poſt mortem honorificè ſepeliri mereretur. Etiam ſimili ſtudio prudens Virgo hæc & ſibi & vobis in hoc proſpicere voluit, vt eo loco ſacra eius oſſa tumularentur, vbi frequentibus orantium & pſallentium Virginum choris cingerẽtur. Et per ſubiectum oculis mauſeolum ipſius quotidie memoria innouaretur. Ipſæ hoc meliùs recognoſcitis, quæ tanto ſtudio eius tumulum frequentatis; quòd religioſa huius deuotionis ſedulitas & ipſius proficiat gloriæ, & ædificationi veſtræ. Nonne cùm tumulo eius aſtatis, merita ipſius recolitis, ſingularum virtutum gratiam ſollicitè retractatis, atque ad imitationem eius Deo adiuuante peruenire optatis? Ita meritorum eius gloria ſemper accipit incrementum, dum & defuncta diſciplinæ vobis quodammodò exhibet magiſterium. Quod enim aliis cum eâ, dum adhuc *corã altari.*
viueret, conuerſantibus aſpectus contulit exterior, id

ſepulchrum eius à monialibus honoratũ, cum fructu ſpirituali.

ipſum

A ipſum vobis & multò amplius fidei acies interior. Et rectè coram ipſo altari accipere meruit ſepulturam, vbi in precibus & lacrymis ſemetipſam Deo viuam offerre conſueuerat hoſtiam.

38 Eſt & aliud quoddam indicium, imò quaſi priuilegium, quòd eumdem ſuæ ſepulturæ vendicauerit locum, innocentem quemdam puerulum, Rachand nomine, ſuis manibus de fonte baptiſmatis ſuſceptum, & poſt modicum in ipſis albis defunctum, ibidem ſepeliri fecerat, vt is tamquàm impollutus metator eius ſepulturæ locum anticiparet, cui ſancto & innocenti ipſa poſtmodùm ſancta & innocens congruè ſuccederet. Ita Iacob Patriarcha in terrâ repromiſſionis, vbi lapidem erexerat in titulum, ſepeliri deſiderabat, cùm in Ægypto moriturus filium ſuum, ſcilicet Ioſeph, iuramento aſtringeret, dicens: Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuam ſub femore meo, & facias mihi miſericordiam & veritatem, vt non ſepelias me in Ægypto, ſed dormiam cum Patribus meis, & auferas me de hâc terrâ, condaſque in ſepulchro maiorum. Idipſum etiam deinceps coram omnibus filiis ſuis ad ſe congregatis, cùm iam obiturus eſſet, confirmauit dicens: Ego congregor ad po-

B pulum meum, ſepelite me cum patribus meis in ſpeluncâ duplici, quæ eſt in agro Ephron Ethæi, contra Mambre in terrâ Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Ethæo, in poſſeſſionem ſepulchri: & ibi ſepelierunt eum & Saram vxorem eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebeccâ coniuge, ibi & Lia condita iacet. Paullò antè quoque ipſi filio Ioſeph commemorare voluit, quòd in Ephrata, loco videlicet Dominicæ Natiuitatis gloriâ conſecrando, matrem eius tumulauerit. Poſtremò ipſe Ioſeph in horâ ſuæ mortis fratribus quòd poſt mortem ſuam viſitandi eſſent à Deo prædicens, adiurauit eos: Aſportate, inquit, vobiſcum oſſa mea de loco iſto: quod & factum eſt in exitu Iſraël de Ægypto. Nequaquàm verò arbitrandi ſunt tam ſancti Patriarchæ fruſtrà tantam geſſiſſe curam pro ſepeliendis corporibus ſuis, cùm fidelium ſit iſta ſecuritas, non ideò minùs integram vel glorioſam corporum ſuorum futuram reſurrectionem, ſi vel negligenter in abiecto quolibet loco ſepeliantur, vel etiam inſepulta, ob inimicorum rabiem, relinquantur, vel pro eorum libidine à feris alitibus dilacerata abſumantur. Magis ergo conſiderandum eſt in eis pium ſanctumque deſiderium, quòd in eâ potiſſimùm terrâ ſepeliri optabāt, quâ ipſius Saluatoris ſanguinem effun-

C dendum, corpuſque eius tumulandum, ſpiritu prophetico præuiderant. Videtur tamen in hoc & illud nihilominùs penſandum, quòd in tantâ ſollicitudine corporum ſuorum, non tantùm ſibi, ſed & filiorum ſuorum poſteritati in hac parte voluerint proſpicere. Vt enim gens illa abſque conſilio & ſine prudentiâ aliquando ſaperet & intelligeret ac nouiſſima prouideret, vnde meliùs commoneri poterat, quàm tantorum Patrum exemplis? Quæ verò efficacior eſſe poſſet exhortatio auribus infuſa, ad recolenda vel ſequenda virtutum exempla, quàm oculis ſubiecta eorum, quos ſequi debuerint, ſepulchra? Sāctorum ergo Patrum monimenta fidelibus & obedientibus ſunt in adiutorium, tamquàm pium quoddam æmulandæ religionis incitamentum: rebellibus autem ſolummodò ad damnationis teſtimonium, veritate atteſtante, quæ talibus ait: Luc. 11. 47 Væ vobis, qui ædificatis monimenta Prophetarum, patres autem veſtri illos occiderunt. Profectò teſtificamini, quòd conſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam quidem ipſi eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum ſepulchra. Qui quorumdam Iuſtorum ſepulturam venerando exornant, ſed aliorum vitam odijs inſectantur; per obſequium quidem quod defunctis impendunt, eorum à quibus perſecutionem paſſi ſunt, iniquitatem abhorrere videntur; quam tamen ipſo odij liuore imitari conuincuntur. Ac per hoc & ipſi vt homicidæ, niſi reſipuerint, in eadem erunt damnatione. Abruptâ quippe ſententiâ pronuntiatum eſt: Quia omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, & omnis homicida non habet partem in regno Dei, nec vitam in ſe manentem. AVCTORE ANONYMO, EX MSS. D 1 Ioan. 3. 15

39 Sed inter hæc, tamquàm dicatur mihi, Redi præuaricator ad cor, memetipſum conſiderare compellor, dum enim venerandam Virginem, ac Virginis Hadelaugæ memoriam, verborum foliis exornare ſtudeo, inter folia ipſe fructum in memetipſo requirens, ſed dignum non inueniens, grauiter ingemiſco. Sicut enim poſt flores & folia fructus arboris conſequenter requiritur; ſic inter verba, operationis bonæ & conſcientiæ mundæ fructus à nobis exigitur. Præuaricatores primi perdito vitæ fructu, ad ſola folia confugerunt; vnde ſibi perizomata ad contegendam turpitudinem, id eſt, argumenta ad excuſandas excuſationes in peccatis, contexentes, à paradiſo voluptatis pelli meruerunt. Ficus quoque, in quâ eſuriens Dominus folia ſine fructu reperit, ipſius maledictione aruit. De ligno autem illo, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, priùs dicitur, quia fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & deinde, quòd folium eius non defluet: quia profectò melior eſt fructus foliis: priùs eſt facere E quàm docere; qui enim fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cælorum. Vobis itaque, ô filiæ Ieruſalem, anguſtias cordis mei commendo, vt ad ſepulchrum beatæ Virginis, vbi frequenter orare ſoletis, mei quoque benignè memineritis, quò tandem ipsâ interueniente, ad cuius laudem verborum folia offero, fructum illum aliquâ ex parte attingere merear, quem Apoſtolus commemorat dicens: Fructus autem Spiritus ſunt, caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia & caſtitas. Ipſe enim, de quo ſpecialiter dictum eſt, Erit ſepulchrum eius glorioſum, quique glorificantes ſe glorificat, etiam eius memoriam longè ante noſtra tempora glorificauit, & glorificare non ceſſat: ſicut è contrario contemptores ſuos non ſolùm in vitâ, ſed & in ſepulturâ ignobiles oſtendit. Superbo quippe, cui Deus reſiſtit, exprobratur & dicitur: Omnes Reges gentium dormierunt in gloriâ, vnuſquiſque in domo ſua: tu autem proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis, pollutus & obuolutus, cum his qui interfecti ſunt gladio, & deſcenderunt ad fundamenta laci, quaſi cadauer putridum. Non habebis conſortium cum eis, neque in ſepulturâ. Vbi enim nunc Regum & tyrannorum Chriſtianæ fidei ad- F uerſantium ſepulchra, ſuperſtitioſè quondam à Gentilibus conſtructa? Ecce in eccleſiis & eccleſiarum cœmiteriis religioſâ deuotione procuratur fidelium ſepultura, & immortalis eſt electorum memoria, apud Deum & apud homines nota: illorum verò periit recordatio, nec replicatur aliquando, niſi in maledicto. Ad piſcatorum ſepulchra mundus certatim confluit, illos in inferno ſepultos abominatur & horreſcit. Matth. 5. 19 Ifa. 11. 10 & c. 14. 18

a S. Galli *Vitam, in quâ id refertur, dabimus 16 Octobris.*

Auctor prāces monialium implorat, vt non ſolis foliis verborū, ſed fructibus boni operis Sanctæ honoret.

Patriarchæ in terrâ ſanctâ ſepeliri voluerunt.

vt eorum monumēta poſteris prodeſſent.

Gen. 47. 29 & c. 49. 29

Gen. 50. 24.

CAPITVLVM X

Laus S. HADELAVGÆ à Tranſlatione ſancti corporis, & ſignorum gloriâ.

40 DIcturus aliqua breuiter de tranſlatione B. Hadelaugæ Virginis, cogitare mecum cœpi de priore eius ſepulturâ, cur videlicet talis ac tanta Mater, quæ congregare ſemper ſtuduit filias populi ſui, quemadmodùm gallina congregat pullos ſuos ſub alas, humiliore priùs & obſcuriore loco, id eſt, in cryptâ oratorij, fuerit tumulata, quæ potiùs in editiori aliquâ parte baſilicæ, quam ipſa fundauerat, dotauerat atque ditauerat, ſepelienda fuiſſe videtur. Sed fortaſſis

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

Virgo Deo dicata, priuatiſque precibus aſſueta, locum hunc ſecretiorem ceteris, ideoque otio huiuſmodi, imò laborioſo negotio, aptiorem ampliùs dilexerat ac frequentare conſueuerat. Et ita, quem viuens piâ diuinæ ſeruitutis aſſiduitate ſpecialiùs ſibi vendicauerat, ſepeliendo etiam corpori ſuo non incongruè dedicauerat. Tantùm quoque in electorum cordibus feruet ſanctæ humilitatis deſiderium, vt plerique cadauera ſua eadem vilitate atque abiectione ab aliis tractari optent atque præcipiant, quâ ſemetipſos, dum adhuc viuerent, atterere conſueuerant. Vnde *a* B. Arſenius, cùm vicinam agnoſceret horam obitus, ait diſcipulis ſuis: Iudicari habeo vobiſcum ante tribunal Chriſti, ſi permiſeritis quempiam de corpore meo facere aliquid. Et illi dixerunt: Quid ergo faciemus, quia neſcimus mortuum veſtire vel ſepelire? Et dixit ſenex: Neſcitis mittere funem in pedem meum, & trahere me in montem? Diuus etiam Hilarion *b* cùm ægrotare cœpiſſet, multique ad eum de Papho viri religioſi conueniſſent, maximè quia dixiſſe eum audierant, iam ſe ad Dominum migraturū, & de vinculis corporis liberandum, omnes adiurauit, ne puncto quidem horæ poſt mortem reſeruaretur: ſed ſtatim eum in eodem hortulo, in quo habitauerat, terrâ operirent, ſicut veſtitus erat, in tunicâ cilicinâ, cucullo, & ſago ruſtico. Poterat ergo etiam Mater veſtra eiuſdem humilitatis voto deſideraſſe atque ordinaſſe, vt cùm defuncta fuiſſet, in loco illo humili & obſcuro ſepulturam acciperet.

A S. Hadeloga in cryptâ ſepulta, quia ibi orare ſolita, vel ex humilitate, vt alij Sancti.

a

b

B

41 Siue autem ipſa hæc diſpoſuerit, ſiue ab aliis, abſque eius petitione, geſtum fuerit; conſtat ſine omni ambiguitate, diuinâ prouiſum ordinatione, vt hîc primo exequiarum tempore poſita, poſtmodùm ad eminentiorem locum, tamquàm lucerna ſuper candelabrum ponenda, fidelium transferretur deuotione. Nam cùm in eadem cryptâ multis iam annis ſanctum requieuiſſet eius corpuſculum; ſed beatitudinis eius laudabile meritum ſemper acciperet incrementum; inter alias quæ monaſterio veſtro præfuerunt Matres ſpirituales, electa eſt matrona venerabilis, nomine *c* Swanehildis, ad ſupportandum eiuſdem pondus regiminis. Quæ dum cogitatione intentâ & collocutione aſſiduâ B. Hadelaugæ retractaret merita, extolleret præconia, diſplicere tam ipſi, quàm cunctis Sororibus cœpit, quòd ab oculis hominum in depreſſo illo cryptæ loco abſcondita eius ſepultura fuerit, cuius vita ſplendida totam Eccleſiæ domum illuſtrauit. Itaque ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, pro ædificatione ſanctæ Eccleſiæ, prudenti conſilio de eius meditabatur tranſlatione, ſuæ potiſſimùm, omniumque filiarum ſuarum ſaluti hoc ſtudio cupiens prouidere: ſperabant enim certiſſimè interceſſionis eius ſpeciale promereri ſuffragium, cui deuotionis ſuæ ſpecialem famulatum impenderant. Deinde continuatis precibus diuinæ clementię religioſa vota commendat, quatenùs beneplacitum voluntatis eius, optatum effectum gratiæ huius conſequatur. Sacerdotibus etiam Eccleſiæ conceptum inſinuat deſiderium, quorum ſuppliciter efflagitat auxilium, reuerenterque expectat decretum. Quibus concorditer annuentibus, & cum gaudio cooperantibus, præmiſsâ communi oratione, beatæ Virginis tumulus aperitur, collecta in vnum diſſoluti corporis oſſa egeruntur, & ſecus altare, vbi nunc recondita ſunt, venerabiliter collocantur.

Suanechildis Abbatiſſa,

C

aliorum conſilio

in templum tranſfert:

42 Loculum autem illum ligneum prioris ſepulturæ, tam ipſæ monaſterij veſtri Virgines, quàm ceteri fideles pro benedictione reliquiarum per particulas inter ſe diuiſerunt. In quo ad declaranda beatæ Virginis merita, tale remedij genus humanæ infirmitatis diuinitus indultum eſt. Febricitantes plerique inde ſanabantur, hoc videlicet ordine, vt lignum ipſum poculo, quo reficiendi & refocillandi erant, immitteretur. Et ita ſalutari guſtu, ſedato febris ardore, incolumitati priſtinæ redderentur. Nam & lignum ipſum ad eiuſdem medicinę vſum à compluribus longo dicitur tempore conſeruatum.

ligno ſepulchri curata febres.

D

43 De ipſis etiam virginei corporis reliquiis, auidâ fidelium deuotione, multa quidem clàm detracta; ſed quædam ex his hoc modo ſunt reuelata, ſuoque mauſoleo reſtituta. Nam quidam, qui hæc ſubripuerat, in foramine muri, ſecus altare proximum inuoluta diligenter & obtecta abſconderat, ſed Deo, vt creditur, ordinante, ne ea tolleret, inhibitus reliquerat. Deinde cùm res exigeret, vt operis quippiam in eadem ſanctuarij parte fieri oporteret, quidam ex operariis reliquias, quæ obuolutæ & reconditæ fuerant, reperiens, in ſinu ſuo lætus abſcondit; æſtimans videlicet inueniſſe ſe rem aliquam proprio vſui neceſſariam. Domum autem reuerſus, vbi quod detulerat furtum detexit, ecce domus tota velut ex odore pretioſiſſimi repleta vnguenti fragrare cœpit. Vnde palàm intellexit ſancti alicuius corporis has eſſe reliquias, adienſque Matrem monaſterij, quæ inuenerat reſtituit, & rem ex ordine patefecit. Ipſa igitur, cuius eſſent reliquiæ indubitanter agnoſcens, mirabilem in Sanctis ſuis Deum debitâ gratiarum actione glorificat. Nam & vnum ex digitis beatæ Virginis, quem furtim ſubtractum ſciebat, inter cetera inuentum recognouerat. Ex tunc & deinceps apud omnes, qui hæc & alia eius inſignia cognouerunt, magis magiſque in veneratione habita eſt memoria eius ſignis declarata & virtutibus. Religioſâ, inquam, deuotione fidelium vſque in hodiernum diem celebre eius frequentatur mauſeolum: occurrunt turbæ ſexus vtriuſque vota ferentes, & optata illic beneficiorum ſuffragia impetrantes. Nec ambigo nominis eius gloriam à generatione in generationem ſuauiſſimo ſemper bonæ operationis odore diffundendum, vt filij qui naſcentur & exſurgent narrent ea filiis & nepotibus ſuis.

aliqua eius reliquiæ ſublatæ,

reſtituta:

E

in maiori dein ſunt veneratione:

44 Senſerat veneranda Mater Swanehildis commēdandam poſteris beneficiorum eius gratiam, quam tanti æſtimauit vt, licet in loco ſancto priùs tumulata eius oſſa, in editiorem tamen ac celebriorem tranſferri curauerit. Vos quoque nihilominùs de illâ magnificè in bonitate ſentitis, & in ſimplicitate cordis eam imò ipſum Dominum per illam quæritis, teſtimonium perhibentes, quia contra omnia humanæ fragilitatis pericula multùm valeat deprecatio eius aſſidua. Exauditum eſt pium Swanehildis deſiderium, vt debitum maternæ reuerentiæ mereretur exhibere famulatum. Præſtitit & vobis miſerator & miſericors Dominus, vt veſtra quoque, ad impendendam ei honorificentiam, ſemper inuigilet ſeruitus. Nam præter ſolita quotidiani famulatus officia, mauſeolum eius operoſo atque decoro ambitu cinxiſtis, & nunc ſuper omnia, etiam ſcriptis commendari eius præconia voluiſtis. In quo tamen opere hoc ſolum meæ imputatur temeritati, quòd maiora viribus præſumpſi, & materiam hanc digniori & eloquentiori conſeruandam, indignus & impeditioris linguæ, mihi præcipiendo vſurpaui. Verumtamen ſincera voluntas veſtra ſuo non priuabitur premio, tametſi mea tarditas veſtro ſatisfacere non potuerit deſiderio: ſed ſicut in veneratione beatæ huius Virginis veſtra nititur induſtria vel coæquare, vel etiam ſuperare deuotionem præcedentium; ita nimirùm ſupererit & vobis in hac parte, in quo exercere ſe debeant ſubſequentium ſtudia. Quid enim mirum, ſi vſque in finem mundi glorificetur in terris, quæ etiam poſt finem eius ſine fine glorificabitur in cælis? Deum autem laudantes in Sanctis eius, vt ſcriptum eſt, quantumcumque potuerimus, ſuper valebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes igitur Dominum, exaltemus illum, quantùm poſſumus: maior eſt enim omni laude: exaltantes, inquam, illum repleamur virtute, ne laboremus, nō enim perueniemus.

honorificētius repoſita:

F

ſepulchrum ornatum.

a *Narratur hoc lib. 3 de Vitis PP. nu. 163. & lib. 5 libel. 15. num. 9. Vitam S. Arſenii dabimus 19 Iulij.*

A b *Habetur sub finem Vitæ* S. Hilarionis, *quam dabimus* 21 *Octob.*

c *Alterum MS. habet*, Svvenchildis. *In margine prioris MS. ista a lscripta erant: Nota.* Ista Abba dicta, scilicet Svvanehildis, non est mater B. Hadelogæ, quæ dicebatur Chunehildis. *De matre egimus* §3 *nu.*13 *pag.*306. *Gaspar Bruschius in Chronologia monasteriorum Germaniæ, fol.* 77 *verso, decimam à* S. Hadelogâ *statuit* D. Schvveinhildem: *at* xxvi. D. Barbaram Comitissam de Castel obiisse *scribit* an.1304. *Vnde cõiicere liceat, vixisse Suanehildem, & corpus S. Hadelogæ transtulisse, seculo* 10, *siue inter annum Christi* 900 *&* 1000.

Translatio S. Hadelogæ quo tempore facta?

CAPITVLVM XI

Laus S. HADELAVGÆ à disciplinæ zelo etiam post obitum eius ostenso.

45 NOstis filiæ Ierusalem, multisque iam dudum longè lateque innotuit, quantis bonis beata Virgo hactenùs nobis commendata cœnobium vestrum cumulauerit, quàm certa præsentis vitæ stipendia Deo hîc militantibus ex abundanti prædiorum suorum collatione prouiderit: hoc nimirùm intendens, vt quibus tantum solatij subministrauit in viâ, pro eis & cum eis lætificetur in patriâ. Ad hæc beatæ & gloriosæ Virginis Mariæ locum ipsum dedicari voluit, vt
B intemeratæ virginitatis eius exemplo, virginalis hîc semper pudicitia germinet, noua de die in diem sanctæ religionis gratia pullulet. Ipsum ergo locum, in quo peruigili curâ maiestati diuinæ quotidiana obsequia præparauit, & vbi sacra eius ossa venerabiliter recondita sunt, frequentiùs visitat, iucundiùs illustrat, iugi precum suarum tuetur instantiâ. De se iam quidem secura, vestri gerit sollicitudinem, contemplans & videns vestræ conuersationis ordinem, disciplinæ vigorem, morum maturitatem, vigiliarum & orationum instantiam, & paratam ad omne opus bonum industriam. Si enim in talibus vos studiis inuenerit, specialius præ ceteris Sanctis habere creditur gaudium, eò quòd irrigari diuinitùs videat hortum plantationum suarum, & inebriari partus sui fructum, laudans & glorificans ipsum bonorum omnium largitorem in
Psa.64.10 hymnis & confessionibus, dicens: Visitasti terram & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam: & tam-
Phil.4.1 quàm assumptâ voce Apostolicâ ad vos conuerti videtur, ac dicere: Gaudium meum vos & corona mea, sic state in Domino carissimæ. Quæ est enim mea spes, aut gaudium aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? Vos enim estis gloria mea & gaudium.

sanctitate monialium augetur eius gaudiũ & gloria:

46 At si, quod absit, à viâ mandatorum Dei de-
C clinantes, & his contraria agentes vos inuenerit, procul dubio offenditur, fragilitati vel ignorantiæ compatitur, temeritati verò irascitur? Adeò quippe capiti membra concordant, sicque diuinæ inhærent iustitiæ, vt cùm ipsum Dominum, qui caput est Electorum, peccando offendimus, illorum nihilominùs offensam incurramus: quodque illius æquitati aduersatur, eorum iniuriæ deputetur. Quod licet cunctis fidelibus certâ semper ratione constet atque constiterit, nonnumquàm tamen ad eruditionem infirmorum, Sanctis post transitum suum visibiliter apparentibus & delinquentes quosque redarguentibus, palàm innotuit. Cuius rei cùm perplura in Sanctorum gestis inueniantur exempla, videtur etiam huic capitulo hîc aliquid huiusmodi de hâc beatâ Virgine, pro sanctitatis eius testimonio, inferendum. Fuit antiquitus in monasterio vestro Virgo quædam ceteris negligentior, nec animum adhibens disciplinæ studiis, quæ Seniorum venerabilium proponebantur verbis, ostendebantur exemplis. Cumque frequentiùs admonita, & regulari correptione castigata, nequaquàm leuitatibus suis grauitatis manum imponeret, ipse magistrorum optimus qui quos amat arguit & castigat, per istã anti-

immodestiori moniali apparet & alapâ eam corrigit:

quã Magistram vestrã B. Hadelaugam à solitâ eam lasciuiâ corrigere dignatus est. Nam cùm nec in oratorio Dei vel Angelorum præsentiam cogitans sese cohiberet, die quadam solito irreuerentiæ motu ad tumulum eius incautè processit: & ecce ipsa subitò visibiliter ei obuians, extensâ manu alapam in faciem eius dedit: sicque eam tam terrore visionis insolitæ, quàm ictu dextræ, à lasciuiâ restrinxit, vt deinceps semper modestior fuerit. Ecce quomodò & qualiter sibi concinunt Sanctorum gesta! quàm simili efficaciâ præualent! Monachus ille beati Patris *a* nostri Benedicti, qui tempore orationis ad euangadum de oratorio nigrum puerulum sequi videbatur, ab eodem Patre pro cæcitate cordis sui virgâ percussus, nil vltrà persuasionis à nigro puerulo pertulit, acsi ipse antiquus hostis eodem verbere percussus fuisset. Nihilominùs & Virgo lasciuiens à Matre vestrâ alapam accipiens, ita postmodùm disciplinæ patiens conquieuisse dicitur, tamquàm ipse lasciuiæ spiritus, qui eam instigare solebat, eamdem plagam sustinuisset. *a*

47 Quidam Frater in eadem ecclesiâ mansionarij fungebatur officio, qui licet quotidie deseruiret in sanctuario, inconsideratè tamen viuens ipsum Dominum, cui per exterius ministerium obsequi videbatur, peruersis moribus & immundis cogitationibus de cor-
E dis sui *b* proturbabat habitaculo. Prætereà ad offensionis cumulum, iuxta prædictæ Virginis sepulchrum temerè sibi collocauerat lectum, vt illic lasciuiens ipse pausaret, vbi virginea illius ossa in somno pacis conquiescunt. Eadem quippe contemptus sui temeritate, quâ Deum ipsum irritare non timebat, electæ etiam sponsæ eius merita parui pendebat. Sed non in longum sine vltione malè vsurpatâ abuti permissus est licentiâ; nec beata Virgo tumulum suum impunè tali exhonorari iniuriâ pertulit. Nam cùm quadam die in eodem se loco, velut securam habiturus quietem, collocasset; ecce adest ipsa, cuius tumulum contempserat, adest, inquam, seuera petulantiæ castigatrix, studiosa disciplinæ propagatrix, & graui cum indignatione inutilem illum ac temerarium arguens ædituum, tam vehementi plagâ palmam ei in faciem misit, vt longo pòst tempore illâ parte capitis vel faciei, quâ percussus fuerat, non modicum dolorem sustinuerit. Sed in se reuersus, & maiorem vanitatis ac præsumptionis metuens vindictam, de correctione suâ cœpit esse sollicitus: longeque remoto à parte sepulchri lectulo suo, eam, cuius semel tantùm sensserat manum, debito semper venerabatur honore. Simile mihi videtur ex parte hoc miraculum isti, quod de *c* S. Equitij Abbatis tumulo B. Gregorius in Dialogorum libro refert: cuius corpus dum in B. Laurentij Martyris oratorio esset hu-
F matum, super sepulchrum illius rusticus quidam arcam cum frumento posuit, nec quantus qualisque vir illic iaceret perpendere ac vereri curauit. Cùm repentè turbo cælitus factus, rebus illic omnibus in suâ stabilitate manentibus, arcam, quæ superposita eius sepulchro fuerat, extulit longeque proiecit; vt palàm cuncti cognoscerent, quanti esset meriti is, cuius corpus illic iaceret. In hoc quidem similia sibi videntur hæc signa, quòd in vtrisque à contemptorum iniuriâ, Sanctorum defenditur sepultura; in hoc verò, quod apud vos gestum est, manifestior atque districtior disciplinæ seueritas est demonstrata. Nam etsi lectus iuxta sepulchrum irreuerenter positus turbine veniente desuper subitò non deiicitur, ipsâ tamen, quæ contempta videbatur, apparente contemptor in lecto redarguitur, plagâ punitur, sicque lectum suum propriis manibus remouere compellitur. Viderit auditor, de his quid sentiat, quia vnusquisque in suo sensu abundat: ipse quid sentiam breuiter dico. Supradicta duo tantùm signa ad sepulchrum B. Hadelaugæ Virginis ostensa, etiamsi alia deessent, sufficere mihi videntur ad commonitionem fidelium, pro exhibendâ sanctitati eius

b adituum circa sepulchrum irreuerẽter cubantem arguit, & cadit

c

AVCTORE ANONYMO, EX MSS. D

AVCTORE ANONYMO, ex MSS.

congruâ ſempet honorificentiâ, totius infidelitatis ambiguitate remotâ.

48 Nuper quoque eadem Virgo negligentem quemdam Fratrem ad orationis inſtantiam per viſionem commonuit nocturnam: qui licet ex monaſterij veſtri non fuerit familiâ, pro neceſſitate tamen paupertatis ſuæ ex largitate veſtrâ temporalis vitæ percipiebat ſtipendia. Sed cùm ex eleemoſynis pauperum Chriſti viueret, nec tamen in paupertate ſpiritus debitam bonorum omnium largitori ſeruitutis ſuæ deuotionem exhiberet, Sancta hæc ſæpe iam dicta per viſionem ei apparens, redarguit eum dicens: Quid inerti ſopore deprimeris, & pro eis, quæ temporaliter te ſuſtentant, perſoluenda orationum officia negligis? Quā cùm ille humiliter percunctaretur, quænam ipſa eſſet, quæ ad orationem eum hortabatur; Ego ſum, ait, loci illius fundatrix, vnde tu ſuſtentaris: ego ſum, inquam, illa, de quâ frequenter audiſti, Hadelaugis nomine, cuius iuri per Dei gratiam & locus ipſe & omnia ad eum pertinentia rectè aſcribuntur.

alium negligentem monet.

a *Hinc coniicere licet, auctorem fuiſſe Benedictinum. Quæ hic narratur monachi emendati hiſtoria, ſcripta eſt à S. Gregorio lib. 2 Dial. cap. 4, relata etiam 15 Ianuarij in Vitâ S. Mauri cap. 2 nu. 10 pag. 1041.*

b *Ita legendum videtur. MS. habebat,* perturbabat.

c S. Equitii *Vitam dabimus 7 Martij ex S. Gregorij Dial. lib. 1 cap. 4, vbi hæc punitio irreuerentiæ erga eius ſepulchrũ narratur.*

CAPITVLVM XII

Laus cantici à recapitulatione virtutum.

49 MEminiſtis, filiæ Ieruſalem, quòd in principio huius opuſculi tamquàm ad gratiam vos noui cuiuſdam inuitauerim ſpectaculi; in quo electam Chriſti ſponſam beatam Virginem Hadelaugam in veſtitu deaurato, circumamictam varietate, præſentandam ſpopondi. In cuius promiſſionis executione etſi ſatis feciſſe non videor exſpectantium capacitati, imperantium tamen obediens fui auctoritati. Ecce enim quātùm potui in hoc contemplari ſpectaculo, veſtro propoſui iudicio, ſciens pro certo, pauca hæc peruigili ſanctæ meditationis veſtræ multiplicanda ſtudio. Si enim oculis lippientibus meis tantum ſublucere potuit, quantum Dilectus ipſe, cuius annulo ſubarrhari meruiſtis, ſereno cordium veſtrorum aſpectui reuelabit? Nā vbi frequentior dilectio, ibi nimirùm eſt & purior cōtemplatio. Si ergo vel ex his, quæ à me vel dici, vel à
C vobis latiùs excogitari potuerunt, accenſus eſt in diuinis laudibus veſtræ beatitudinis affectus; omnes quotquot in hoc ſpectaculo cordis oculos aperuimus, quotquot auſcultando beatæ Virginis præconio aures audiendi adhibuimus, finem dicendi audiamus: imò vnitis vocibus ac mentibus, ipſius, quam hactenùs laudauimus, laudem laudando conſummemus, dicentes: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij? Recapitulatis igitur breuiter eius virtutibus, quas huc vſque latiùs digeſſimus, qualiter verba cantici huius iuxta eaſdem virtutes ei conueniant, attendamus. Gaudet enim in hoc Mater noſtra Eccleſia, ſi quod de ipsâ generaliter intelligitur, dilectæ filiæ ſuæ ſpecialiter adſcribatur. Miſantur ita Angelicæ Virtutes Virginem aſcendentem, id eſt, in virtutum gradibus proficientem: quia ſicut Sanctorum Patrum teſtatur auctoritas, hoc obtinere Virgo nititur viribus cum gratiâ, quod habet Angelus ex naturâ. Magis ergo miratur Angelus in Virgine meriti dignitatem, quàm in ſemetipſo naturæ felicitatem. Angelicæ itaque admirationi nos fragiles multò maiori ſtupore perculſi, voces noſtras adiungere optemus, dicentes: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum? Licet terram deſertam, inuiam & inaquoſam, quâ mundus D iſte intelligitur, B. Hadelauga virtutum profectibus ſupergreſſa myſticè dicatur, nil tamen obſtat etiam ad litteram deſertum illud hîc accipi, quod, vt ſuprà dictum eſt, primùm incolere, & in quo veſtrum fundare cœnobium meruit. Aſcendit tunc per hoc deſertum, quia hîc ſepè conuerſationis ſtudia exercens, in perfectionis culmine fixit animi greſſum. Hic tamen etiam hodie aſcendit, ac deinceps aſcendere non deſinit, vbi inchoata per eam ſanctæ religionis opinio quotidianis incrementis promouetur, vbi nomen eius debitis laudibus attollitur, & memoriale eius vſq; ad cōſummationem ſeculi non derelinquitur. Qualiter autem aſcendere cœperit, apertè innuitur cùm protinus ſubditur: Sicut virgula fumi. Per virgulam, quæ nec robur habet, nec altitudinem, rectè accipimus humilitatem, in quâ primus eſt gradus aſcendere volentibus ad ſapientiæ altitudinem. Qui enim verè eſt humilis, nudam habet fiduciam fortitudinis, ſed depreſſis totius præſumptionis conatibus. In Deo, inquit, ſalutare meum & gloria mea. Deus auxilij mei & ſpes mea in Deo eſt. Eamdem virtutem etiam ſuprà in ſpectaculo beatæ Virginis præuiam conſtituimus. Id notandum, quaſi virgula fumi dicitur. Et quare virgula fumi dicitur? Fumus cùm nequaquàm habeat ſplēdorem, non- E numquàm habere poteſt bonum odorem. Eius itaq; humilitas fumo ſimilis, id eſt, tetra & deſpicabilis viſa eſt inſipientium oculis; ſed tanti odoris fragrantiam Dilecto exhibuit, vt verè dicere potuerit, Cum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuū. *ex aromatibus myrrha &c.* Vnde & eiuſdem fumi ſuauitas exprimitur, cùm protinus adiungitur: Ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij. Quia mater virtutum eſt humilitas, non poteſt eſſe ſolitaria, ſed cohærētium ſibi & de ſe progenitarum earumdem virtutum pigmentis condita; vt licet præſentis vitæ amatoribus obſcura videatur, ſemper tamen odorifera apud Deū inueniatur. Signanter autem & ordinatè ſpeciales quædam hîc inſinuantur virtutes per denominatas aromatum ſpecies. Primò enim myrrha, deinde ponitur thus, & fortaſſe pro eadem ordinis ratione puluis pigmentarij eſt vltimus. Generalem itaque de his priùs quæramus intelligentiam, poſtmodùm verò ſpecialē, huic beatæ Virgini coaptandam. Per myrrham, quæ vermibus & putredini reſiſtit, continentia vel mortificatio carnis; per thus, quod in Dei ſacrificio adoletur, ſtudium orationis; per puluerem pigmentarium, fructus eleemoſynarum intelligitur; quæ benè puluis dicuntur, quia de terrenâ ſubſtantiâ fiunt; pigmentarij, F quia ſuauiſſimum odorem reddunt. Hinc eſt quòd Cornelio miſericordiæ operibus & orationi inſiſtenti ab Angelo dicitur: Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ acceptę ſunt in conſpectu Dei. Hoc de myſterio, nunc videnda ipſius ordinis ratio. Continentiam vel mortificationem carnis, præparationem quamdam, vel, vt ita dixerim, idoneum eſſe inſtrumentum ad expeditam orationis inſtantiam Apoſtolus oſtendit; qui de inſtituendo virginitatis propoſito loquens, dicit: Porrò ad vtilitatē veſtram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, ſed vt id, quod bonum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento obſecrandi Domino. Et ad coniugatos: Vxori, inquit, vir debitum reddat, ſimiliter vxoribus viri faciant. Et deinceps de conſequendâ orandi libertate: Nolite, inquit, fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi. Pri- 1 Cor. 7 5
or ergo myrrha thure; quia per continentiæ propoſitum, ad puræ orationis peruenitur ſtudium. Vtraſque verò has virtutes priores eſſe eleemoſynis manifeſta docet ratio, cùm iſtæ intra nos, illæ verò ſint extra nos. Minus quippe vnicuique eſt honorare Dominum de ſuâ ſubſtantiâ, & de primitiis frugum ſuarum, quæ ex terrâ gignuntur, quàm de bonis interioribus, quæ de cordis theſauro proferuntur. Nam & Cain, qui ex

maligno

Per deſertū aſcendit S. Hadeloga Cant. 8. 5

vt virgula fumi

A maligno erat, & occidit fratrem ſuum, de fructibus terræ ſacrificium Domino offerre conſueuerat. Sed quia de radice cordis pullulantem caritatis ac iuſtitiæ non habuit fructum, diuinæ dignationis non meruit reſpectum.

50 Et his generaliter præmiſſis, ad ſpecialem intellectum B. Hadelaugæ Virgini congruentem nunc redeamus. Ipſa equidem primò myrrhæ fumum de ſe reſperſit, cuius mirâ ſuauitate delectatum ſibi ſponſum attraheret, & adoleſcentulas ad eius amorem incitaret, cum virginitatis ei votum obtulit, & fideles quoſque ſuæ caſtitatis exemplo irradiauit, ac ſi tam opere quàm voce profireretur, dicens: Surrexi, vt aperirem Dilecto meo: manus meæ diſtillauerunt myrrhã, & digiti mei pleni myrrhâ probatiſſimâ. Et verè probatiſſimâ: nam & aliæ fideles animæ, etiam poſt carnis lapſum, per pœnitentiam reſipiſcentes in ſe myrrham reparare ſatagunt continentiæ. Sed iſta eſt myrrha electa, myrrha probatiſſima vbi gaudium eſt de incorruptione, non remedium poſt corruptionem. Sciens autem iuxta quod in libro Sapientiæ dicitur, quoniam aliter non poſſet eſſe continens, niſi Deus daret, (& B hoc ipſum erat ſapientię, ſcire cuius eſſet hoc donum) adiit Dominum, & deprecata eſt illum ex totis præcordiis ſuis; quod eſt ſuauem obtuliſſe fumum thuris, & vt iuge fieret hoc boni odoris ſacrificium, elegit ſibi in ſolitudine locum offerendis precum hoſtiis opportunũ. Nouerat enim duo hæc, id eſt, mortificationem carnis & orationem cordis, inſeparabiliter ſemper exercenda, & alterum ſine altero, aut parum aut nihil prodeſſe. Nam ſi quis carnem mortificet, ſed orare diſſimulet, ſuperbiæ arguitur: ſi autem ſolis tantùm orationibus contentus carnem mortificare neglexerit, præuaricationis culpâ condemnatur, dicente Domino, Quid vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quę dico? Alterutrùm ergo ſibi iſta ſuffragantur, dum conſtet quòd alterum ſine alterò reprobatur. De puluere autem pigmentarij, id eſt, eleemoſynarum fructu, quantus fuerit & ſit, veſtrũm, ô filiæ Ieruſalem, teſtimonium ſufficit, quæ locum ipſius, quem talibus illa exercitiis primùm dedicauit, hæreditarium poſſidetis, & de collatis munificentiæ eius beneficiis quotidiana præſentis vitæ ſolatia habetis.

caſtitatis exemplo, vt myrrha odore, Virgines traxit.

Sap. 8. 21

thus orationis mortificationi iungens:

CAPITVLVM XIII

Clauſula laudis S. HODELAVGÆ.

C 51 ECce hæc eſt Mater veſtra: ſi tamen propriè deſcribendo vobis illâm præſentare valuit paruitas mea. Hæc eſt illa Eſther veſtra, quæ pro liberatione populi ſui non pepercit animæ ſuæ, non apud Principem terrenum, ſed apud Regem Regum pro ſalute filiarum ſuarum, imò & omniũ fidelium ſolita fiducialiter interpellare. Hæc Aman ſuperbum Iſraeliticæ gentis aduerſarium, principem videlicet tenebrarum, potenter expugnauit, omniaque fraudis eius machinamenta præualentibus prudentiæ ſuæ conſiliis euacuauit. Ecce Iudith veſtra exẽplar caſtitatis & totius ſpeculum virtutis, quæ gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei, viriliter dimicãs, caput principis militiæ præcidit. Ecce Debbora Prophetis veſtra per quam Dominus noua elegit bella, quæ virorum bellatorum aciem pręceſſit, vt in manum mulieris traderetur Siſara. Ecce benedicta inter mulieres, victrix illa Iahel, quæ percuſſit Siſaram, quærens in capite vulneris locum, & tẽpus validè perforans: cuius quanta fuerit fortitudo, quâ boni Ducis ac propugnatoris more ſemper ex aduerſo aſcenderet, murumque pro domo Iſraël opponeret, hinc liquidò patet, quòd prima in regionibus noſtris, vt fidelis tradit antiquitas, virgineæ habitationis fundamenta iecit, & quaſi Angelorum caſtra, virginalis militiæ coadunauit agmina. Solet in congreſſu præliantium quiſque fortiſſimus & ad omnem periculi euentum imperterritus, ad hoc præ ceteris eligi, vt in ipsâ ordinatæ aciei fronte ſigna præferens, ab incurſione hoſtili ſequentem muniat exercitum, & magnanimitatis ſuæ exemplo corroborare poſſit etiam trepidum. Hic igitur ſi præualuerit, ſequentes ſe triumphare facit, ſi ceſſerit vel corruerit, reliquos plerumque in fugam conuertit. Huiuſmodi ducatus electio tantò magis in ſpirituali obſeruatur prælio, quantò inſtantior eſt inuiſibilis militiæ pugna, & atrocior victoria. Multò quippe facilius ei reſiſtitur, qui cominus dimicans, manifeſtè cernitur, & humanæ fragilitatis pondere laſſatur, quàm ei, qui inuiſibiliter & infatigabiliter ſine corporeæ molis obſtaculo colluctatur. Proinde quis æſtimare valeat, quantâ fortitudine beatam hanc Virginem ipſe Dominus virtutum corroborauerit, quæ ad debellandum fortis armati principatum & confirmandum Virginalis militiæ tirocinium in primâ fronte conſtituitur? Quantas tunc contra illam antiquus ille aduerſarius artificij ſui machinas credendus eſt erexiſſe, videns eam non ſolùm manu factum Deo templum ſemel extruxiſſe, ſed viua ipſius templa verbo & exemplo inceſſanter extruere, atque roborando inſtaurare? Cùm enim magnæ ſit difficultatis duram & raſtro eatenùs intactam proſcindere terram, quanti eſt laboris nouam ſanctæ religionis complanare viam, & verbo ædificationis carnalium emollire duritiam? vnde & ipſa glorioſiùs triumphauit, quò primos illos tentationum impetus in ſolitudine, quam elegerat, ſibi occurrentes, difficiliori labore tolerauit, ceteriſque ſequacibus ſuis deinceps planiorem viam dereliquit. Ad anniuerſarium itaque depoſitionis eius diem ſolenniter agendum vnanimi deuotione aggregamini: ad huius iucunditatis gratiam annuâ reuolutione celebrandam voſmetipſas mutuâ alacritate adhortamini. Et omni quidem tempore tam in corde quàm in ore veſtro quaſi mel indulcabitur eius memoria, & vt benè ordinata muſicæ harmonia; in hac verò potiſſimùm die, quâ primùm gaudiis cæleſtibus meruerat aſſociari, vos quoque ſpecialiùs ipſius tripudio congratulamini: hodiernâ die pro veneratione debitâ Matris & Dominæ veſtræ certatim confluentem monaſterij familiam cum gaudio excipite: largioribus eleemoſynarum ſtipendiis pauperum viſcera recreate, viduas & orphanos conſolationis veſtræ participes facite. Talibus enim fructibus iuſtitiæ ipſa præcipuè abundare ſolebat: ideoque meritò iucundatur, ſi eadem in vobis ſtudia recognoſcat, ſi maternæ conuerſationis forma in filiarum reſplendeat vitâ. F

fortis contra tentationes.

Auctore Reanonymo, ex MSS.

D

E

Comparatur antiquis Heroidibus. Iudic. 5. 8 & 26

CAPITVLVM XIV

Oratio laudantis.

52 ECce verè Sion filia illuſtris & beata Virgo Hadelauga, ciuis Sanctorum & domeſtica Dei. Ecce iſti ſunt paupertatis meæ floſculi, quibus glorioſum ſepulturæ tuæ locum aſpergere volui: quos tamen non ita obtuli, quaſi te dignos vel beatitudini tuæ neceſſarios, aut perfectioni quidquam collaturos; ſed vt noſtris ſenſibus tui aliquatenùs odoris gratiam infuſuros. Ceterùm tu poſt floresiſtos, iam ad matũritatem fructus, Domino ducente, perueniſti: iam non vt quondam langues amore, ne dicas: Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo: ſed ipſo, quem amaueras & amas, ſine omni languore feliciter perfrueris. Sub illius vmbrâ, quem deſideraueras, iam conſediſti, & fructus illius dulcis gutturi tuo: iam Agnum, quocumque ierit, ſequeris: iam canticum illud ſõlis eius comitibus conceſſum, iucundiſſimè concinis. Ibi ergo iam ſecura de propriâ beatitudine, peregrinantium

Auctor gratulatur eius felicitati:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

tium æstumnis compatere, tuis deditos præconiis & congaudentes gaudiis, sereno vultu conspice, illamque Sponsi tui faciem, ipsis etiam Angelis desiderabilem, pio nobis interuentu effice placabilem. Memor esto specialiter specialis familiæ tuæ, memor esto congregationis tuæ, ab initio à te per misericordiam Dei fundatæ atque possessæ, semperque orabis pro populo hoc & pro ciuitate istâ, sed & pro vniuersâ Ecclesiâ, cuius electa & specialis esse meruisti filia. Hanc etenim & ad contemplandam & laudandam, imò ad dandam ipsi Sancto Sanctorum magnificentiam & gloriam in primordio sermonis inuitaueram; gauisuram vtique de prospero partus sui prouentu; eò quòd talem genuerit filiam. Sed exacto iam spectaculo, in quo fidei nostræ oculis eras proposita, vnusquisque reuertatur in sua: non quòd satietas spectandi spectatoribus fastidium genuerit, sed quòd nostræ quoque domui, id est, conscientiæ prouidere ac consulere grauis nos necessitas perurgeat. Vereor enim, ne plures è nobis, qui spectaculo aderant, non alacres, sed pectora sua percutientes, ad se redeant, eò quòd bonorum, quæ hîc ostensa sunt, gratiam in semetipsis minimè recognoscant. Verumtamen miserator & misericors Domine, patiens, & multæ misericordiæ, vincens in fortibus, compatiens fragilibus, iustorum via, peccatorum venia, illis præparans gloriam, his prærogans misericordiâ; in te potissimùm sermo claudendus est, qui aperis & nemo claudit, claudis & nemo aperit. Multa quidē, vt aliquis sapiens ait, dicimus & deficimus verbis: consummatio autem verborum tu es in omnibus, cui soli est omnis gloria, honor & imperium per infinita secula seculorum. Amen.

eam inuocat.

Post illud Encomium sequitur brevior Vita in Passionali Herbipolensi: pars solùm in altero MS.

Eius Vitæ cap. 1 *nu* 1. *ista verba lin.* 3, quem Agnum sine maculâ sequitur. . . rex stolâ circumamictus candidâ. . . laudem huius Virginis Virgo mater Ecclesia deuotè suscipiat; *ita restitue*: quem Agnum sine maculâ sequitur grex Beatorum stolâ candidâ: laudem verò Virginis huius mater Ecclesia deuotè suscipiat.

Paginâ 307 *nu.* 2 *B lin.* 9 *ad* amicam suam, *adde hanc notationem: c Addit MS. Herbipolense*: Sanctam videlicet Gerdrudam, quæ tunc temporis in Niuilensi monasterio præfuit. *Quod parum congruit iis quæ anteà scripsimus.* D

Ibidem nu. 3 *C lin.* 10 *post*, in impatientiâ furoris, *adde: Subdit MS. Herbipolense*: vt videlicet, quam emollire nequibat ad faciendam voluntatem patris, stimulis incitaret aduersùs patrem malitiosæ simultatis. *Dein sequentes litteræ mutandæ d e f.*

Eadem paginâ nu. 5 *E lin.* 7 *post* Kuccingus, *adde, g MS. Herbipolense*, Kiczingus, vel secundùm alios Kigs.

DE SS. MARTYRIB. EBBECKESDORPIEN.

Pag. 316 *in fine adde*

§ VII S. Gosberti Ep. Osnabrugensis Vitæ epiteme ex Officiis propriis eiusdem Ecclesiæ.

35 GOsbertus, quartus in ordine, Osnabrugensi Ecclesiæ præficitur Episcopus: qui gente Suecus, cùm S. Anscharius, præstantissimus illius populi & aliorum Apostolus, Euangelium prædicaret, eius discipulus & insignis collaborator fuit in conuertendis paganis, vir pius ac doctus, nec non mirè sanguinem suum pro fide Christi profundere anhelans. Itaque cùm Ericus Rex Daniæ, magnus Christianorum persecutor, in Saxoniam ad damna Ecclesiis inferenda, magno exercitu instructus, properaret; Gosbertus pro Ecclesiâ sibi commissâ & grege suo vigilans, ipsemet ad defensionem eorum in aciem progressus, ab infidelibus Danis, cum aliquot aliis Episcopis, pluribus Ducibus ac Comitibus, pro fide Christi trucidatus, martyrio, quod diu desiderauerat, glorioſus occubuit. *S. Gosberti Ep. Osnabrugensis epitome Vitæ.* E

36 *Hæc pro Lectione* IV *ad Matutinum recitantur: reliqua desumuntur ex Officio de Communi vnius Martyris & Pontificis. Colitur autem* III *Februarij sub ritu duplici. Sunt ea Ecclesiæ & diœcesis Osnabrugensis officia typis mandata auctoritate & iussu Reuerendissimi & Illustrissimi Principis ac Domini, D. Francisci Guilielmi Ecclesiarum Osnabrugensis, Ratisbonensis, Mindensis ac Verdensis Episcopi, cùm Præfatione ad Clerum Vrbis ac Diœcesis Osnabrugensis, signata* III Nonas Februarij, S. Gosberto Episcopo in hac Sede prædecessori ac Martyri sacro anno Christi M DC LII. *cultus sacer 3 Febr.*

ADDENDA AD III FEBRVARII.

DE S. BLASIO EP. SEBASTENO MAR.

PAginâ 333 *col.* 2 *post num.* 16 *adde* [*Verùm hæc omnia ad Dagobertum Regem Austrasiorum, filium S. Sigeberti referenda potiùs videntur. Consule ad huius Vitam dicta* 1 *Februarij pag.* 231 *num.* 1.

Pag. 334 *col.* 2 E *ante* Addendum *lin.* 4 *ante finem nu.* 23 *adde*: *Extat Bononiæ templum parochiale* S. Blasio *dicatum, vbi digitus eiusdem Sancti asseruatur, & catenulæ, quibus sese flagellasse, macerandæ carnis gratiâ, traditur: eæq; volentibus osculandæ exhibentur. Ædes item nosocomij S. Mariæ Seruorum,* S. Blasij *appellatur, picturis eximiæ artis ornata. Alia item, vbi Pepolæ familiæ altare. In S. Petri basilicâ præcipua pars capitis* S. Blasij *asseruari dicitur, inq; S. Ioannis in Monte aliquæ reliquiæ. Duæ illic congregationes opificum Patronum sibi eum adoptarunt, eiusque ædem cum muneribus religiosè adeunt hoc die: qui ex pellibus pecorum membranam conficiunt; quique lanam carminant. Ita Masinus in Bononiâ perlustratâ.* *S. Blasij reliquiæ Bononiæ.*

Ibidem nu. 24 *lin.* 13 *ante*, In Sicilià, *adde: In eadem Lusitaniâ castrum est* Beluèr *diœcesis Guardiensis, vbi inter alias Diuorum illustres reliquias digitus* S. Blasij *asseruatur intra ædem anachoriticam, quæ à* S. Blasio *nomen habet, vbi Sancti eiusdem ope miracula fieri testatur, & quoddam narrat, Georgius Cardosus in Hagiologio Lusitano ad hunc diem pag.* 338. *in castro Beluer,*

Idem duas alias in Lusitaniâ eremiticas mandras S. Blasij *nomine celebres memorat, vnam in* Macedo do Matto *territorij Brigantini; alteram in* Bombarrali *pago Diœcesis Vlyssipponensis: inq; illâ caput sancti cuiusdam pastoris seruari, in hac sancti item agricolæ caput, vtrumque miraculis clarum scribit: verùm vtriusque ætatem, res gestas, nomen, festum, sese assequi non potuisse, ideoq; existimare, neque coli officio Ecclesiastico, neque nota vulgò nomina.* *aliquot in Lusitaniâ ei mandræ dicatæ:*

Pag. 359 *col.* 1 *lin.* 7 *pro* Dierstorfius *corrige*, Sierstorpfius, *& adde*: *Gymnasij Laurentiani Regens, ac Facultatis Theologicæ, necnon Capituli Metropolitani & S. Cæciliæ Senior.*

DE S. LAVRENTIO ILLVMINATORE EPISC.

Pag. 362 *col.* 2 *post nu.* 8 *hæc adde:*

9 FArfarēsis monasterij Annales scribebat anno MDCXLIII Gregorius Romanus Abbas S. Matthæi, qui an typis excusi prodierint necdum comperimus. Quædam ex autographo nobis communicata. Duos sese alios sequi Gregorios profitetur, qui Chronica eiusdem monasterij concinnarunt, primus anno DCCCLX; alter, cognomento Catinensis, anno MXC. Ipse S. Laurentium è Syriâ in Italiam venisse scribit anno vltimo Iuliani Apostatæ, cum Susannâ sorore, Ioanne & Isaaco discipulis, ac circa annum CCCCXXX Farfarense monasterium ædificasse, atque XXV annis administrasse: successisse ei Isaacum,

Quando is dicatur in Italiam venisse,

A *Isaacum sed post annos aliquot Spoletium migrasse, ibique cœnobium S. Marci ædificasse: hunc admodùm senem visum fuisse* S. Gregoriæ *Virgini, quæ adhuc viuebat, cùm S. Gregorius Dialogos scriberet. Quæ ratio temporum haud facilè nobis probari potest. Annus Iuliani secundus, qui & vltimus, fuit Christi* CCCLXIII. *Demus* S. Isaacum *tunc annorum* XV *fuisse, (neque enim multò adolescentior censeri potest è patriâ peregrè abiisse) natus igitur fuerit anno* CCCXLVIII. *Ab eo anno ad* DXC *Christi, quo S. Gregorius Pontifex creatus est, anni numerantur* CCXLII. *Quis credat duorum hominum ætatem tantum expleuisse spatium temporis? imò* S. Isaacum *Abbatem quis supra* CLXXVIII *annos vixisse? Scribit de eo S. Gregorius lib.* 3 *Dial. cap.* 14, *quem locum ad* XXIII *Ianuarij pag.* 494 *citauimus cùm de* S. Gregoriâ *ageremus*: Prioribus quoque Gothorum temporibus fuit iuxta Spoletanam vrbem vir vitæ venerabilis, Isaac nomine, qui vsque ad extrema Gothorum tempora peruenit, quē nostrorum multi nouerunt, & maximè sacra Virgo Gregoria, quæ nunc in hac vrbe Romanâ iuxta ecclesiam B. Mariæ semper Virginis habitat. *Sed de* S. Isaaco *plura ad* XI *Aprilis. Verosimilius est, quod iam statuimus, seculo sexto, sub annum fortè* DXVI *venisse eum in Italiam: & quidem non admodùm adolescentem, vt ex iis quæ*

cuius comes ad extrema Gothorum tẽpora peruenerit:

B *deinceps de eo narrat S. Gregorius, coniicere licet. Nec priora Gothorum tempora, quibus floruisse* Isaacus *dicitur, intelligi ea debent, quibus Alaricus & Athaulphus Italiam vrbemq; Romam populati sunt, sub annum* CCCCX; *sed postquàm Ostrogothorum Theodorico Rege firmatum est in Italiâ regnum anno* CCCCXCIII *vsque ad eius mortem* DXXVI. *Quæ verò extrema dicantur Gothorum tempora, inde patet, quòd extinctum sit regnum illorum à Narsete eunucho anno* DLIIII.

10 *S. Laurentium scribit idem Gregorius Abbas Episcopum Sabinensem fuisse, nullâ factâ mentione Episcopatus Spoletini.* Cùm autem, *inquit*, aliquando suam diœcesim inuiseret, peruenit ad casalem Turrianum, sic à fluuiolo dictum, qui nunc prope monasterium Farfense fluit, Rianus nuncupatus. Et in fundo Acutiano, sub monte Mutellâ (vbi tunc erat immensâ silua nemini peruia, & à teterrimo dracone custodita) delectatus tantâ solitudine, se dedit contemplationi & orationi. Inde

draconem precibus fugat:

cœnobium Farfarense edificat

suis orationibus dracone fugato, paruum oratorium construxit in honorem beatissimæ Virginis Mariæ, cuius imaginem (quæ nunc extat in tabulâ ligneâ depicta, &, vt creditur ex continuatâ traditione, à S. Lucâ Euangelistâ) secum è Syriâ portauerat: & ædificatis aliquot cellulis, prima huius cœnobij fundamenta iecit.

& ditat:

C Hîc ergo per annos circiter XXV sanctissimè viuens, monasterium auxit, non solùm spiritualiter, multis ad Diuinum seruitium sub eius magisterio confugientibus; sed etiam temporaliter, pluribus acquisitis tam emptu, quàm sub piâ largitione fidelium. Vbi ergo dæmon sub specie draconis habitabat, Virgo, quæ caput draconis contriuit, honorari cœpit.

moritur:

11 Interim Susannâ obeunte, & in dicto oratorio à Laurentio sepultâ; paullò pòst idem Laurentius meritis clarus obdormiuit in Domino, & prope sororem suam à discipulis fuit sepulturæ traditus. De S. Laurentio hæc habentur in bullâ Ioannis VI Papæ:

Laudatus à Ioanne 6 Papâ:

Laurentius quondam Episcopus venerabilis memoriæ, de peregrinis veniens, in fundo, qui dicitur Acutianus, territorij Sabinensis, venerabile monasterium sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ cõstituit: & propter religiosam eius conuersationem, & Diuini seruitij sedulitatem ibidem secum conuersantium, loca quædam tam emptu, quàm ex oblatione fidelium acquisiuit *&c.*

12 *Ac post pauca ita scribit idem Abbas*: Quòd autem Laurentius fundator, sicut & Thomas restaurator, fuerint Sancti, apparet ex antiquissimâ traditione, & ex quibusdam fragmentis antiquissimi Breuiarij manu Longobardicâ descripti. Insuper vsque ad annum MDCXXXVI nos celebrauimus dies festos dictorum Sanctorum, recitantes eorum officium. Sed cùm quidam Prior, nomine Gregorius à Perusio, tulisset dictum officium, asserendo non esse ex Apostolicâ auctoritate; rursum illud reassumere non valuimus, respondente sacrâ Rituum Congregatione, nos non debuisse illud dimittere: cùm autem dimissum sit, non esse reassumendum. *Hæc ille.* D

olim cultus vt Sanctus.

Pag. 363 *col.* 2 D *lin.* 5 *dele Annotationem* 1, *& hæc substitue*: 1 *Hic à Iacobillo inter Sanctos Vmbriæ ad* XVIII *Februarij refertur, vt illic in Prætermissorum syllabo monebimus.*

DE S. WEREBVRGA VIRG.

Pag. 387 *col.* 2 *Notat.* 2 *lin.* 3 *post* coluntur, *ita lege*: [S. Earcongota 25 *Februarij & S.* Ethelburga 7 Iulij.

DE S. ANSCHARIO ARCHIEP. HAMBVRG.

Pag. 394 *col.* 1 *lin.* 7 *à fine, post*, Martyrem Pastor: *adde*: [*Vtramque Vitam* S. Anscharij *cùm Originibus Hamburgensibus nuper edidit Petrus Lambecius Hamburgensis: cuius etiam operâ & studio in lucem edita sunt typis Regiis Parisiensibus Georgij Codini & alterius cuiusdam anonymi excerpta de Antiquitatibus Constantinopolitanis, ac Latinâ versione, & Animaduersionibus necessariis adornata. Hic autem ad has* S. Ancharij *Vitas præfatur se eas Parisiis descripsisse* ex peruetusto codice membranaceo manuscripto monasterij S. Germani, *eò, vt opinatur, ex Corbeiâ Gallicâ delato. Cùm hac editione Vitam vtramque iterum contulimus. Priorem etiam exhibuit nobis alter codex MS. Monasterio Westphaliæ à Bernardo Rottendorffio* V. CL. *nobis amicissimo transmissus: sed hic plerumque cum eâ Vitâ quam Philippus Cæsar edidit, congruebat.* E

Pag. 408 *col.* 2 *lin.* 27 *pro*, præsentiâ, *lege* clementia

Pag. 409 *col.* 1 *lin.* 19 *pro* voluntatis, *lege* societatis

Pag. 410 *cap.* 2 *lin.* 4 *lege*, secretiùs precibus insistere.

Pag. 411 *col.* 1 *lin.* 10 *à fine pro* contentione, *lege* conuentione

Pag. 412 *col.* 1 *lin.* 3 *à fine pro* Nonnum Witmarum, *Lambecius edidit*, nomine Witmarum.

Ibid. col. 2 *num.* 17. *lin.* 15 *post* legationi fauebant, *adde* [& doctrinam Domini libenter audiebant.

Ibidem lin. 17 *post* mysteriis, *adde* [Diuinis.

Pag. 414 *col.* 1 *lin.* 10 *post* Quorum quosdam, *adde* [hîc secum retinuit, quosdam

Pag. 417 *cap.* 9 *lin.* 13 *pro* alteri, *lege* atteri.

Pag. 418 *num.* 40 *lin.* 14 *pro* Remensis, *lege* Bremensis.

Pag. 419 *num.* 42 *lin.* 2 *post* perfecit: *adde* [& consecratâ ecclesiâ in honorem sanctæ Dei genitricis, Mariæ.

Ibid. num. 44 *lin.* 16 *à fine post*, At ille subiunxit: *adde* F [Et nunc hæc dicit Dominus, formans te ex vtero seruum, Dedi te *&c.*

Pag. 421 *col.* 1 *in fine sic lege, & adde* [districtè iudicabit, sicut scriptum est: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus.

Pag. 422 *num.* 55 *lin.* 10 *post*, conuersatus, *adde* [infirmitatis molestiâ correptus.

Ibid. lin. 16 *post* Sleswic, *adde* [in quo naues cum negotiatoribus, qui cum eo ituri erant, constabant,

Ibid. lin. 3 *à fine lege*, concupiscerent, neque peterent:

Pag. 423 *num.* 56 *lin.* 3 *à fine pro* initium, *Lambecius* meritum *habet.*

Pag. 425 *num.* 63 *lin.* 19 *pro* Cuius, *lege* Cur.

Pag. 428 *col.* 1 *lin.* 17 *pro* Innuit, hæc *lege*, hac.

Ibid. col. 2 *lin.* 3 *pro* Nec coniues, *lege*, Nec cohibes.

Pag. 429 *cap.* 1 *lin* 8 *post* Horrendumque nefas, *pro* sub *lege* vice

Ibid. post lin. 11 *à fine interpone titulum post* faueto. *c.* 1 [Libri principium lacrymas & gaudia miscet.

Ibid. col. 2 *lin.* 12 *pro* Vt tenet, *lege*, Vt tener.

Ibid. lin. 17 *pro* Sperne leuitatem, *lege* Sperne voluptas.

Ibid.

A *Ibid. lin* 22 Principis introitus, *lege*, Principis interitus.

Ibid. lin. 22 *à fine pro* Flamminomo, *lege* Flammiuomo.

Pag. 430 *col.* 1 *lin.* 3 *pro* potui retinere, *lege*, potuit retinere.

Ibidem versu vltimo, pro Per Crucis meritum *lege*, Per Crucis introitum.

Ibid. col. 2. *nu.* 10 *lin.* 4 *pro* Hoc Pater, *lege*, Hîc Pater.

Pag. 431 *num* 13 *pro* Mittere quis, *lege* Mittere quem.

Ibid. nu. 14 *lin.* 5 *pro* proferre paratum, *lege* perferre paratum.

Ibid. nu. 17 *lin.* 6 *pro* . . . viti *lege* Vineti.

Ibid. nu. 18 *lin.* 8. *pro* nobilitatis origo, *lege* nobilitaret origo.

Ibid. nu. 18 *in titulo pro* legatur vtrique, *lege* legauit vtrique.

Pag. 432 *col.* 1 *lin.* 3 *pro* torpendo, *lege* intorquendo.

Ibid. lin. 20 *pro* illius, *lege* illectus.

Ibid. nu. 21 *lin.* 5 Quotquot diebus erat, *lege* erant.

Ibid. col. 2 *nu.* 23 *post lineam* 2 *&* amore, *interpone*

B *versum*

Omne bonum ratus inuigilare lucris animarum.

Ibid. lin. 15 Æthere delapso splendore, *lege* splendere.

Ibid. num. 24 *lin.* 3 *pro* te Gisilemare, *lege*, Regi de more

Pag. 433 *col.* 2 *lin.* 2 *pro* Præcepto pelagi præcursu. *lege*, Prærepto pelagi procursu

Ibid. lin. 7 *post* qui sint, *adde* Regi.

Ibid. post. cap. 5 *lin.* 4 *pro* lumina, *lege* limina.

Ibid. col. 2 *lin.* 19. consultiùs ageret *transpone*, ageret consultiùs.

lin. 27 *supple. . . hoc verbo* [sedesque

nu. 29 *lin.* 4. Cùm medius tectis, *lege* Cùm medius Hetti. D

Pag. 434 *col.* 1 *lin.* 6 *à fine pro* redimit, *lege*, redemit.

col. 2 *nu.* 36 *lin.* 7 *pro* Protulit, *lege* Perculit.

Pag. 435 *num.* 38 *lin.* 7 *pro* crebrò paternis, *lege* crebrò proteruis.

num. 39 *lin.* 28 *pro* Centum pro viro, *lege* Centum pro vico

lin. 34 *post* Sacris, *adde* quid.

lin. 39 *pro* numera vouit, *lege* munera vouit.

num. 42 *lin.* 4 *post* Mater *adde*, vt

lin. 10 *pro* pecunia, sacrum, *lege*, pecunia, saccum.

lin. 16 *pro* protulit, *melius* pertulit.

Pag. 436 *col.* 1 *lin.* 5 *à fine pro* squaminosum, *lege* squamosum.

col. 2 *lin.* 1 *pro* dissoluerit iste, *lege* dissoluerit esse.

lin. 22 *post* Pontificem, *adde*, nobis.

Pag. 437 *col.* 2. *lin.* 12 *à fine sic versus incipit*: Illum nosque simul.

Pag 438 *col.* 2 *num.* 62 *versus* 5 *sic incipit* : Ieru fortè Salem,

num. 63 *versus* 2 *sic incipit*: Natio continuit.

Pag. 439 *col.* 1 *num.* 67 *lin.* 8 *pro* diuum monitu, *lege* Ducum monitu. E

num. 68 *lin.* 5 *pro* assuetum, *lege* assultum.

Pag. 440 *col.* 1. *num.* 74 *versus* 4 *sic incipit*: Mansit apud populos.

Pag. 442 *col.* 1 *lin.* 5 *pro* Fur est, *lege* Fas est.

lin. 18 *pro* parere, *lege* pareret.

num. 90 *lin.* 16 *pro* rebus opertis, *lege* rebus apertis.

col. 2. *num.* 94 *lin.* 23 *pro* quæ morte, *lege* quas morte:

lin. 16 *pro* terribilis, *lege* horribilis.

lin. 18 *pro* blanditus, *lege* blanditiis.

lin vltimâ. pro rapit auernum: *lege* rupit auernum.

ADDENDA AD IV FEBRVARII.

Paginâ 447 *col.* 1 *post* S. Eutychium *Mart. Romanum, adde:*

S. Firmus Martyr, Genuæ.

Pag. 448 *col.* 1 *lin.* 5 *à fine, adde: Multa quoque de* S. Ancirado *eremitâ Martyre, qui in Lusitaniam ex Germaniâ venerit,* C *cò reuertens à latronibus sit trucidatus, memorat in Hagiologio Lusitanico Georgius Cardosus, citatos hîc à nobis auctores secutus. Fatetur tamen eumdem sibi videri, qui* Meinradus *alibi appellatur: nec mirum esse, ab aliis coli* XXI *Ianuarij,* (*ad quem diem illius Vitam dedimus*) *ab aliis* IV *Februarij; id enim sæpius euenire ob Translationes aliasque causas.*

Ardinga Martyr, *Lamecensis in Lusitaniâ Regis filia, hoc die ab eodem Cardoso inscripta est Hagiologio Lusitanico. Ea vt* Thedoni, *regij sanguinis Principi, virtutis bellicæ famâ celeberrimo, nubere posset, patrem Maurum reliquisse, cumq; collactaneâ puellâ confugisse ad Christianos, & eorum mysteriis imbuta, tinctaq; baptismo fuisse traditur: quod vt comperit parens, clàm eò venisse, eamq; suffocasse traditur. Eius in Descriptione regni Lusitaniæ pag.* 559 *vbi Sanctos illius regni enumerat, Antonius Vasconcellius noster nu,* 26 *ita meminit* : Vrbs Lamacensis, Principis Ardingæ interitu nobilis est: quam Rex pater (quòd relictis Maurorum deliriis, Christianorum ritus amplexa esset) furore percitus suffocauit. *Eius alij quoque meminêre; Angelus Manrique to.* 2 *Annalium Cisterc. ad annum* 1170 *cap.* 8 *nu.* 5 *pag.* 505; *Ludouicus de Anjos in Vitis Sanctorum Lusitaniæ, atque alij: sed nemo coli eam scribit, aut disertè* S. Ardingam *appellat. Vixisse ea dicitur circa annum* CMXCV.

Paginâ eadem col. 2 D *post* Simonem Abbatem, *adde:*

B. Felicianæ Virginis *memoria extat Conimbricæ in Lusitaniâ, in cœnobio sanctæ Crucis Canonicorum regularium. Iuxta hoc olim gynæceum extitit, quod nouem incolebant eiusdem instituti fœminæ, pleræque illustri, aut etiam regio, genere ortæ. Hîc* Feliciana *obiisse traditur anno* MCXCII *magnâ sanctitatis opinione: eiusq; reliquiæ ad nostram vsque memoriam auratæ thecæ inclusæ inter alias Diuorum exuuias cum veneratione asseruatæ, nuper intra basim Crucifixi in aræ sacrarij repositæ sunt. Ita ferè Georgius Cardosus in Hagiologio* F *Lusitanico. Meminerunt illius Gabriel Pennottus in historiâ Canonicorum regularium parte* 2 *cap.* 59 § 10, *& Angelus de Anjos libro de sanctis fœminis Lusitanis* § 64 *pag.* 171. *At neque* Beatam *appellant, neque hoc die obiisse tradunt, & nomen reticent, quod ex alio scriptore expressit Cardosus.*

Pag. 449 *col.* 2 D *ante* S. Simeonem senem, *ista pone:*

S. Goldrophes *Prior fuit Canonicorum regularium monasterij S. Petri de Folques, quod septem circiter leucis distat Conimbricâ. Eius res gestæ interciderunt, at plurima ad eius reliquias fieri miracula scribit in Hagiologio Lusitanico Georgius Cardosus. Isthic solùm os tibiæ asseruatur, vt ait, reliqui corporis exuuiis à quodam Episcopo Conimbricensi, qui eius ope sanitatem recuperârat, asportatis, incertum quò. Sed Folquesium ingens hominum multitudo, è longinquis etiam locis, confluit hoc die, sed multò etiam maior (quando de eo forsan plura dicemus)* VII Septembris.

DE S. VERONICA MATRONA.

Pag. 453 *col.* 1 *lin.* 8 *ad finem* § 3 *adde:*

Masinus in Bononiâ perlustratâ coli prætereà S. Veronicam *scribit in æde S. Christinæ, vbi proprium habet altare; inque S. Pauli Barnabitarum, in sacello Crucifixi. Nicolaus Guerrosius de sanctitate Christianâ Ecclesiæ Trecensis, ad annum* 50 *nu.* 23 *fol.* 12 *testatur* Os tibiæ S. Veronicæ adseruari

A seruati in diœcesi Trecensi in monasterio Belliloci: *quod ad Albulam fluuium situm, se unt primitus Augustiniani fuisse instituti, at circiter annum* MCXL *Præmonstratensem regulam accepisse. Consule Sammarthanos to.4 Galliæ Christianæ pag.155.* D

& Belliloci in Galliâ.

DE S. FIRMO MARTYRE

GENVÆ IN LIGVRIA.

Hæc repone pag. 458 post S. Eutychium.

POst Officia propria Sanctæ Genuensis Ecclesiæ, ex Apostolicâ concessione, Eminentissimi & Reuerendissimi Domini D. Stephani Cardinalis Duratij Archiepiscopi Genuensis iussis recognita, & iterum edita *Genuæ anno* MDCXL, *adiectum est* Kalendarium Sanctorum, qui in particularibus Genuę ecclesiis celebrantur. *In hoc ad* IV *Februarij annotatum est, coli in æde* S. Sebastiani, *quæ sanctimonialium est*, S. Firmum Martyrem, *cuius ibi extent reliquiæ. Quis hic fuerit, nos latet. Forsan Româ Genuam allatæ reliquiæ Sancti illius* Firmi, *qui Romæ* 2 *Februarij cum* Fortunato, Feliciano, *multisq; aliis consummasse martyrium traditur, vti pag.*295 B *retulimus: forsan alterius, qui tamen idem ille existimatus sit, & cùm dies secundus Februarij festo Purificationis duplici secundæ classis occupatus esset, tertius fortassis S. Blasij; in hunc diem illius reiecta celebritas. Plures certè in Martyrologiis* Firmi *memorantur.*

S. Firmi reliquiæ Genuæ.

DE S. GELASIO MARTYRE

*Pag.*459 *col.*2 E *post num.* 6 *adde:*

7 *Asinus in Bononiâ perlustratâ testatur, coli Bononiæ in æde S. Mariæ de Caritate* S. Gelasium Martyrem, *cuius illic sint reliquiæ. Alterius è Forosempronienſibus Gelasiis hîc commemoratis eas esse arbitramur potiùs, quàm* S. Gelasij *Placentini, qui hoc ipso quoque die colitur, sed Martyr non fuit.*

S. Gelasij reliquiæ Bononiæ.

DE S. GELASIO PVERO PLACENTINO

*Pag.*465 *col.*1 *num.*3 *lin.* 2 *post* SS. Italiæ, *adde: Petrus Mariæ Campus Ecclesiasticæ historiæ Placentinæ parte* I *lib.*5 *ad annum* 429 *scribit, cubiculum illud* S. Opilij *fuisse in ecclesiâ S. Antonini, à quâ is numquàm recedebat. Gelasium autem, vt propiùs intueretur insolitum illud spectaculum Angelorum cum fratre colloquentium, conatum in eius cubiculum ingredi, cuius ostium apertum repererat; sed vi occultâ primùm sibi pedes à limine repelli sensisse: dein tamen ingresso* E *conspectum esse in medio Genitorum cælestium Christum Saluatorem, cum splendidissimis signis suæ sacræ Passionis, considentem à dextris Patris æterni: cumq; vultum suum gloriosum ad* Gelasium *vertisset, eiq; contemplandum aliquamdiu præbuisset, pronuntiasse tandem verba illa,* Sinite paruulos venire ad me. *Vnde innocenti puero spes salutis iniecta, animusq; ad sublimiora excitatus: sed consummatus in breui expleuit tempora multa.*

S. Gelasius puer Christum videt.

*Post pag.*469 *interturbati sunt numeri paginarum, incuriâ typothetarum. Pro* 480 *igitur, &* nouem *sequentibus, reponendi* 470,471 *vsque* 479.

AD V DIEM FEBRVARII,

DE S. AGATHA VIRG. MART.

*Pag.*609 *col.*2 *post nu.*98 *adde: Alibi in iisdem Menæis* Τῆς πατρίδ& λύτρωσις patriæ redemptio *vocatur: ac mox, ne dubitetur quæ illa sit patria, istud accinitur:* Στολίζεσθω σήμερον ἡ ἐκκλησία πορφυρίδα ἔνδοξον καταβαφεῖσαν ἐξ ἄγνων λύθρων λγάθης τῆς μάρτυρ&, χαῖρε, βοῶσα, Κατάνης τὸ καύχημα. Ornetur hodie Ecclesia gloriosâ purpurâ, tinctâ puro sanguine Agathæ Martyris, Salue, exclamans, Catanæ gloria.

C

*Pag.*632 *col.*1 *post nu.*10 *ista adde:*

Quas ad Acta S. Agathæ, *atque inferiùs vbi de eius miraculis agitur, citauimus MSS. Annotationes Michaëlis Monachi Canonici Capuani, ex dein editæ à Francisco Antonio de Aiosiis Canonico itidem Capuanæ, sacræ Theol. professore, atque inter alia hæc ad calcem adiecta. Ea ecclesia nunc monachorum est Montis Virginis: cùm autem vetustate fatisceret ac ruinam minaretur, restaurata nuper est Eminentissimorum Cardinalium Francisci & Antonij Barberinorum curâ & impensis: nã inuicem in eius Ecclesiæ titulum successerunt. Supra fores ista legitur inscriptio:*

ÆDEM SANCTÆ AGATHÆ
MAGNO OLIM GREGORIO
VENERABILEM,
INCLYTIS DE CÆLO PRODIGIIS
ILLVSTREM,
NVPER VETVSTATE SQVALLENTEM
CARDINALIS ANTONIVS BARBERINVS
IN HANC SPECIEM REDEGIT,
ANNO VRBANI VIII PONT. MAX.
PATRVI XIII.

Ast hæc supra templi ianuam in ipso exarata lacunari:

ÆDEM FRAN. CARD. BARBERINVS
AVRATO LACVNARI CONTEXIT
ANNO M DC XXXIII.

Tertia supra ipsum maius altare itidem in lacunari:

AGATHÆ
VIRGINIS SANCTISSIMÆ
MARTYRISQVE FORTISSIMÆ.

*Pag.*634 *col.*1 *post nu.*24 *adde: Luxemburgi quoque Belgicæ primæ celebri vrbe, suisq; Principibus apprimè fideli, extant in æde Societatis* IESV *aliquæ* S. Agathæ *Virginis ac Martyris reliquiæ. Eas* Alexandro Wilthemio, *qui nunc Rector est illius collegij, ante duos annos donauit* Carolus Rachtius *Pastor oppidi Machariaci, quod ad læuam Mosellæ amnis supra Treuiros, tertio lapide ab ipso Luxemburgo, situm, vulgò,* Greuemachera, *siue* Comitis Machera, *aut* Comitum Machra *appellatur, quòd olim à Comite quopiam Luxemburgensi muris circumdatum credatur. De iis reliquiis idem Wilthemius præclaram, planeq; suâ dignam eruditione dissertationem edidit, septem capitibus distinctam: quæ hîc profectò tota inseri mereretur, nisi esset iam in doctorum hominum manibus, & multa contineret fusiùs disputata, quàm ad propositum nostrum necesse sit. Sunt ex reliquiis in vitreâ phialâ, siue lenticulâ, eâque perexiguâ, inclusæ: &, quod consequens est, non magnæ molis, sed pretij quantiuis, vt cap.* 7 *egregiè disserit scriptor. Est ergo puluis ossium, quantulum ferè capere Auellanæ nucis putamen queat, & frusta ampullæ, seu lagunculæ vitreæ, incrustata sanguine, quem copiosum in plurimis atrocissimisq; cruciatibus inuicta Virgo fudit, collegerunt de more, quà per carnifices licuit, Christiani, saltem cùm extinctæ corpus tumulo condiderunt, in quo ea quoque laguncula ac fortè plures, repositæ tunc fuêre: at cùm postea sæpiùs apertus, atque vt fit succussus, idem tumulus est, earum aliquæ fractæ sunt, sed particulæ nonnullæ in exilem, quem diximus, lenticulam* F

Luxẽburgi in Belgio

intra lenticulam vitreã pulueris ossium S. Agathæ & sanguis.

A *inſertæ ſunt, titulo hoc appoſito,* DE S. AGATHA VIRGINE. *Videtur autem, vt idem coniectat* Wilthemius, *iam ante quatuor minimùm ſecula in Belgicam noſtram ſacrum illud pignus allatum.*

DE SS. XXVI CRVCIFIXIS.

PAg.739 col.2 ad § XIII *iſta præpone: Cùm hic paragraphus pridem eſſet excuſus, moniti ſumus Romá à viro graui & erudito, ne, quæ de ſanctorum horum Martyrum miraculis ab nonnullis auctoribus mandata ſunt litteris, temerè in opus noſtrum tranſſcriberemus. Nam quædam eorum, præſertim de incorruptis corporibus, luminibus noctu ſupra eadem corpora ac Nangaſakenſem noſtram ædem apparentibus, B. Petri corpore ad diem vnum ex hominum oculis ſublato, &c. plurimis iiſque grauiſſimis teſtimoniis infirmata eſſe. Id ſi nobis* D *anteà compertum fuiſſet, totum eum paragraphum omiſiſſemus, Nunc cùm expungi, niſi aliud ſubſtitueretur, non poſſet; nec facile nobis eſſet, niſi longo temporis ſpatio, quæ ſolide reuicta eſſent, quæ probanda viderentur, aſſequi; ea quæ in variis ſcriptoribus reperiſſemus, ita vt impreſſa iam erant, proponi lectoribus poſſe exiſtimauimus: ſed quatenùs ea ſuſcipi debeant, hic prænonitis. Ex nempe mortalium animos tenebræ occupant, vt quæ ab leuibus etiam hominibus acceperint, ea auidè complectantur, & mox illinere chartis geſtiant.*

Pag.747 col.1 C *dele Annotationem* C *poſt cap.2 & hæc repone: Diuerſus hic* Paulus Sachendonus *videtur à* Paulo Sacondono *Camaianæ arcis Præfecto, Genifoini filio, de quo fusè cap.9 ac præſertim Annotat* C *agetur.*

AD DIEM VI FEBRVARII

B PAginâ 763 *in ſyllabo Sanctorum, quorum eo die agitur memoria, poſt* S. Iulianum *medicum & Martyrem, col.1 adde:*

S. Amantius, Epiſcopus Tricaſtinus in Galliâ.

Ibidem col.2 poſt B. Franciſcam, *adde:*

S. Theodori,
S. Troſimi,
S. Euellij,
S. Tarcitij,
S. Felicis,
S. Candidi,
S. Theophili,
} Martyrum Tranſlatio, Foſſani in Pedemontanâ ditione. E

DE S. AMANTIO
EPISCOPO TRICASTINO IN GALLIA.

Reponenda hæc ſunt pag. 778, poſt Acta S. Iuliani.

G. H. SECVLO V. VI FEBRV.

QVæ in Galliâ Narbonenſi, & hodiernâ Delphinatium prouinciâ extat vrbs S. Pauli Tricaſtinorum, *Epiſcopum habet Iacobum Adhemarum anno* CIↃIↃCXLV *à fratre ſuo Franciſco Adhemaro Archipræſule Lugdunenſi conſecratum: cuius induſtriâ Sammarthani accuratiorem ſeriem Epiſcoporum nacti tomo 3 Galliæ Chriſtianæ ediderunt: in quâ decem primi* Sancti *appellantur hoc ordine:* Sulpitius, Euſebius, Torquatus, Paulus, Reſtitutus, Bonifacius, Amantius, Maximinus, Caſtorinus, Michaël.

Epiſcopi 10 *Tricaſtini Sancti:*

C *Ex his maximè celebris eſt* S. Paulus, *qui vrbi Tricaſtinæ nomen dedit: de quo egimus ſuprà Kalendis Februarij, eiq; iunximus* S. Torquatum, *imitati Sauſſaium, cuius tamen feſtum* XXXI *Ianuarij celebrari dein didicimus.* S. Reſtitutus *colitur* VII *Nouembris, ac* S. Amantius *hoc* VI *Februarij: ſex aliorum dies natalis ignoratur. De* S. Amantio *iſta ſolùm habent Sammarthani:* S. Amantius feſtum habet in Proprio Eccleſiæ, quod celebratur VI Februarij: ſed nihil de eo ſpecialiter annotatur. *De reliquiis eiuſdem iſta traduntur ibidem in elogio S. Pauli ex archiuis Capituli eiuſdem Eccleſiæ:* Sacrum corpus *S. Pauli* anno CIↃIↃLXI, die XXIV Decembris nouatores hæretici prædictam eccleſiam *Cathedralem* ingreſſi, profanatâ diui Confeſſoris memoriâ, cùm reliquiis ſanctorum Antiſtitum Amantij & Euſebij concremarunt. *De tempore, quo decem hi ſancti Epiſcopi floruerunt, nihil certi conſtat. Num* S. Paulus *ſubſcripſerit Concilio Valentino* I Gratiano Aug. II & Equitio Coſſ. *anno* CCCLXXIV, *addubitauimus ad eius Acta. Secuti dein* SS. Reſtitutus & Bonifacius, *poſt quos ſedit* S. Amantius, *Chriſti quinto ſeculo: ſubrogati dein* SS. Maximinus, Caſtorinus & Michaël: *poſt eos* Florentius Epiſcopus, *qui anno* IↃXVII *Epaonenſi Concilio ſubſcripſit.*

ex his S. Amantius colitur 6 Febru.

Reliquiæ ſunt à Caluiniſtis combuſtæ.

floruit 5 ſeculo.

DE S. VEDASTO EP. ATREBATENSI

PAg.792 *ex Vitâ accuratiùs deſcriptâ, & ad nos ex ipſo monaſterio Vedaſtino ſeriùs ſubmiſſâ, paucula emendanda.*

Num.2 lin.2 pro regnauit, *lege* regnaret.

Ibid. lin.5 ita emenda [Quò cùm veniſſet, ac vtraque acies ſibi obuium hoſtem habuiſſet, Rhenique alueũ tranſire vellet; cumque vtrimque hoſtium cunei aſtarent, & tam Franci, quàm Alamanni ad mutuam cædem inhiarent; commiſſo prælio *&c.*

Ibidem num.3 lin.1 poſt deſiderium, *adde* [reſtaret.

lin.6 pro Rilugiaco, *legitur* Reguliacam.

lin.7 poſt Axiona *adde* [obuiumque habens cæcum, multorum annorum ſpatia ab hac luce damnatum, petiit à B. Vedaſto, vt pro ſe immenſæ pietatis poſtularet auxilium, vt lumen, quo carebat, ipſo impetrante recipere denique mereretur. Illc fiſus de miſericordiâ Domini, dexteram leuauit, ſuper oculos cæci ſignũ Crucis impoſuit, ſtatimq; lumen oculorum recepit: ibique à Chriſtianis hominibus baſilica conſtructa eſſe videtur, vbi in eius honore multa miracula fiunt. F

Pag.793 col.1 lin.4 à fine pro bis ille, *lege* Beatus ille.

DE S. AMANDO EPISC. TRAIETENSI

PAg.836 *colum.1 lin.17 à fine pro* IↃCLXXX, *lege* IↃCLXXIX. *Qui error de anno cædis Childerici Regis in ſequẽtibus reperitur. Accuratiùs ea Chronologia texitur ſuprà ad Vitam S. Sigiberti, & in Diatribâ meâ de Tribus Dagobertis Regibus, in quâ lib.4 cap.7 anni Sedis* S. Lamberti *Epiſcopi Traiectenſis, eiuſq; exilium ſub Dagoberto* II, *& cædes ſub Pippino Herſtallio deducuntur, examinata denuò cùm hæc pars Februarij eſſet excuſa.*

Pag.837 col.2 lin.7 poſt, debere, *ſequentia reliquis deletis ſic legenda:* [*ad annum Chriſti* IↃCLXXXI, *quo ſolennitatè Paſchali peractâ* XIV *Aprilis, potuit Eccleſia dedicata fuiſſe feriâ tertiâ aut quartâ ſequente, ac deinde ab illis inductus teſtamentum ſuum confeciſſe* XVIII *Aprilis feriâ quintâ poſt ſolennitatem Paſchalem. Subſcriptores &c.*

INDEX

INDEX HISTORICVS
IN VITAS SANCTORVM
TOMI I FEBRVARII.

APposita est † nota iis, quibus alibi Sancti *aut* Beati *titulus tribuitur. Poterat S aut B præfigi; sed fors oculo quidpiam peruestiganti litterarum diuersarum occursus moram iniecisset.*

Quia autem Sancti *illi, quorum in hoc tomo memoria aut res gestæ illustrantur, peculiari Indice anteà propositi sunt, de illis hîc non agitur.*

Compendiarias status, laureolæ, temporis, aut locorum notas facilè quiuis perspiciet, scilicet R. Rex, Com. Comes, M. Martyr, V. Virgo, Ep. Episcopus, Hisp. Hispanus, 5 sec. quinto seculo *&c. significare, quæ ad maiorem perspicuitatem adduntur.*

A

† *Aaron Britannus Armoricus* 250 *b*
† *Aaron & Iulius MM.* 385 *b*
Abagarus Rex Edessæ epistolâ Christi notus 62 *e* 63 *c d*
Abba, Amba disc. S. Ephræmi 64 *f* 77 *e*
† *Abdalas mon.* 449 *b*
† *Abel Ab. Lobien. Arch. Remen.* 500 *a e*
† *Abidellas Presb.* 467 *e*
† *Abilius Ep. Alexandriæ* 15 *e f* 16 *a*
† *Ablebertus Ep. Cameracen.* 786 *d e*
† *Abrahami Patriar. memoria* 594 *d*
† *Abraham eremita* 54 *c d*
Abraham disc. S. Ephræmi 64 *f* 77 *è*
Abrahamus Ep. Ostracinæ 471 *e*
† *Abundius Diac. Spoletij* 362 *a*
Acephali hæret. 276 *e* 277 *e*
† *Acepsimas Ep. M.* 467 *b*
Achillas Hegum. Studitarum 549 *b fit Archiep. Nacoliæ* 549 *d*
† *Adalardus Ab. Corbeien.* 419 *e* 427 *f* 429 923 *b* 437 *d*
Adalardi Abbates SS. Quintini, Vedasti, Bertini, Amandi 888 *e f*
Adalardus Comes Ab. Vedastinus. 790 *e* 807 *a*
Adalbertus Archiep. Hamburgen. 402 *d* 557 *e f* eius laus 428 *c d e* 429 *b*
Adaldagus Archiep. Hamburgen. 393 *c* 446 *a d*
Adalgardis, Hildegardis Abbat. Successiones. 690 *c* 691 *d e*
Adalgarius Ab. Corbeiæ Saxonicæ 312 *d e* *Archiep. Hamburgen.* 393 *b c* 407 *d* 408 *a* 555 *f* 556 *a* 558 *b* 562 *f* 563 564 *a* 565 *e* 566 *d*
Adalgarius Diac. mon. Corbeiæ Saxon. 556 *a*
Adalgisus Comes Ludouici Pij 90 *d*
Adalgisus in Arteſiâ 9 sec. 804 *c*
Adaliptus pater B. Angeli de Ferrcio 928 *a f*
Adalleoldus Ab. Elnonenſis 895 *c d*
Adalricus Ab. Vedastinus 807 *e*
† *Adalsendis V. filia S. Rictrudis* 295 *b* 299 *e* 300 *b f* 301 *e* 302 *c* 303 *d*
Adami & Euæ eiectio è Paradiso 449 *e*
Addo Proph. pat. S. Azariæ 319 *b c*
Adela filia Dagoberti II R. Austrasiorum 232 *a*
Adelardus R. Occident. Saxonum 913 *d* 914 *d*
Adelbero III Ep. Metensis II sec. 715 *d* 716 *a*
Adelbodus Ep. Vltraiecti 368 *f*
Adelgisus Dux S. Sigeberti R. Austras. 228 *f* 234 *b* 235 *a e*
Adelhardus mon. Fuldæ diu in purgatorio detentus 9 sec. 532 533
† *Aderitus Ep. Raunennas* 83 *c*
Adelstanus R. Angl. 676 *a* 682 *d* 683 *d*
† *Adelwiua mater B. Popponis* 843 *f*
Adolphus Ep. Leodien. 367 *f*
† *Adrianus M. Cæsareæ.* 318 *f*
Adriani Imp. idolum Anazarbi in Ciliciâ sub Diocletiano 657 *b f*
Aduentitius Ab. & Ep. Metensis 511 *c*
† *Aduinus Ep. in Galliâ* 449 *d*
† *Adulphus Ep. Cameracen.* 378 *b*
Æganus Maior-domus Chlodouei II 297 *a*
Ægidius Arch. Remensis 209 *c d* 782 *d*
Ægidius Ep. Abrinc. 188 *a*
Ægidius Hakins Gubernator Castellanæ Insulensis 14 *sec.* 814 *f*
Ægidius Romanus Ord. S. Augustini 930 *d e*
Ægidius Ord. Min. in Basilicatâ prou. 3 *e*
Ægil Ab. Fuldæ 503 *a* 529 *f c* 530 *c*
Æneas à S. Petro sanatus 281 *e*
Ængus, Æneas è stirpe regiâ Hibern. 155 *f* 157 *c*
† *Æschylus Ep. M.* 927 *e* 928 *f*
† *Ætherius Ep. Barcinon. I sec.* 6 *b*
† *Africanus Ep. Lugdunen.* 360 *e*
† *Agapitus Ep. Rauennas* 80 *c d e* 83 *c*
† *Agapitus M. Prænestinus* 916 *d f*
† *Agapiti rel. Fuldæ* 515 *e* 518 *d e*
† *Agathio Ep. Liparitanus* 287 *c*
† *Agathodorus Ep. Tarraconen. I sec.* 6 *b c*
† *Agathodorus M. in Chersoneso* 285 *a*
† *Agathodorus M. Sardibus* 285 *a*
Agilius, Agiulfus, Episc. Metensis 291 *f*
† *Agilulfus Ep. Colonien.* 372 *e*
† *Agilus Ab. Resbacen.* 861 *e f* 862 *b*
Agnellus Ep. Acilij 671 *a*
Agnellus Ep. Equilinus 593 *c*
Agnellus Ep. Trident in. 593 *b* 669 *f* 671 *a* 672 *d*

Agnes Blæſenſis Com. filia 5 ſec. 479 *a*
Agricolaus Præſes Licinij 331 *b c* 337 *a e* 339 *e* 345 *a* 346 *a d* 347 *e* 348 *f* 349 *b e f* 350 *a* 351
Agricius Ep. Treuir. 373 *c* 374 *a*
† *Aichardus Ep. Nouiomen.* 850 *e* 880 *b*
† *Aida filius Degilli Hibern.* 114 *a*
† *Aidanus Ep. Hibern.* 116 *e f*
† *Aidus filius Bricci* 117 *a b c* 183 *a*
Aimoinus Floriacenſis ſcriptor 215 *b*
Aiſtolfus Ep. Moguntinus 391 *f* 393 *a*
Alabingus Italus 9 ſec. 513 *c d*
Alamanni vnde dicti, eorum ſedes, Romanum imperium excutiunt 795 *f* *victi à Chlodoueo R. Fran. circa Argentoratum, non Tulpiacum* 796 *a*
Alanus Arch. Auenion. Cardin. 695 *e*
Alanus III Dux Britan. Armor. 251 *e*
Alaricus R. Gothorum cæſus 217 *c*
† *Albæus Ep. in Mumoniâ* 114 *b*
† *Albanus M. Moguntiæ* 90 *f* 97 *f* 98 *c*
Albatia mater B. Angeli de Furcio 928 *a f*
† *Albericus Ep. Vltraiectinus* 232 *b* 315 *a*
Albericus Romæ dominans 10 ſec. 710 *f*
Albertus Archiep. Hamburg. 267 *b* 313 *b*
Albertus I Ep. Trident. 13 ſec. 694 *c*
Albertus II Ep. Trident. 14 ſec. 694 *c d*
Albertus Brandeburg. Arch. Moguntinus & Magdeburg. 500 *f* 501 *a* 522 *f* 523
Albertus Palatinus Carinthiæ 722 *d e*
Alcima ſoror S. Apollinaris Ep. Aruern. 769 *e* 770 *a*
† *Alcuinus Flaccus magiſter B. Rabani* 502 *b c* 503 504 507 *e* 525 *f* 526 *ſcriptor Vitæ S. Vedaſti* 789
Aldebertus Ab. S. Bauonis 7 ſec. 835 *d* 872 *b*
Aldebertus Comes Auſtrobantiæ 298 *b*
† *Aldegundis V.* 788 *c* 823 *f* 835 *c* 837 *f* 864 *c* 872 *d* *corpus* 48 *d*
Aldegundis mater B. Rabani 524 *b*
† *Aldelmus Ep. Schireburn.* 909 *c d e* *educatus in monaſt. S. Maildulphi* 596 *c d*
† *Aldricus Archiep. Senonen.* 506 *e*
† *Alena V. M.* 823 *d*
Alethrus Ep. Cadurcen. 355 *d*
† *Alexander fundator Ord. Acæmetorum* 538 *c*
† *Alexandri I Papæ reliq. Fuldæ* 512 *e* 513 *e f* 514 515 *c d*
Alexander II Papa 687 *f* 688 *d*
Alexander III Papa 568 *b* 612 *e* 656 *a* 921
Alexander VI Papa 575 *d* 577 *f*
Alexander Patriar. Alexand. Iacobita 3 *b*
Alexander Ep. Lincolnien. 557 *e* 568 *a* 571 *a b*
Alexander Imp. Orient. 10 ſec. 707 *d*
Alexander Valignanus Soc. Ieſu in Iaponiâ 730 *e f*
Alexander Wilthemius Soc. Ieſu 961 *f*
Alexander circumforaneus Smyrnæ 3 ſec. 43 *f* 44 *a*
Alexandrini Patriarchæ Iacobitæ 3 *b c*
Alfridus R. Northumbriæ 906 *a* 909 *d*
Algothus Stwre pater S. Brynolphi 926 *f*
Alildus R. Hibern. 154 *c*
Alipius Ep. Sellæ in Ægypto 471 *e*
Alotus Neronis Iudex in Hiſpaniâ 10 *d*
† *Alnotus armentarius* 389 *a b*
† *Alpinus Ep. Catalaunenſis* 474 *b*
Alphonſus VI R. Caſtellæ 7 *f*
Alphonſus VII R. Caſtellæ 253 *c d*
Alphonſus VIII R. Caſtellæ 254 *c*
Altfridus Ep. Hildesheim. 311 *d* 312 *e* 505 *d e* 511 *b* 527 *f* 534 *a* 558 *f*
† *Altini M. rel. Trecis* 476 *a b*
† *Alto Conf.* 763 *b*
Aluerat ſor. S. Adelheidis 715 *d* 716 *b*
† *Amalberga V.* 388 *f* 389 *b* 676 *d e* 684 *f* 685 *a d* 686 *e f* 687
† *Amalberga mater S. Gudilæ* 379 *a* 500 *e* 828 *a*
† *Amalbergæ tres in Belgio* 685 *d*
Amalharius Ep. Gal. ſub Carolo Magno 413 *b* 433 *c*
Amalarius Ep. Trenirenſis 391 *f*
Amalarius ſcriptor 391 *f*
† *Amandus Ep. Argentoratenſis* 765 *e* 828 *f* 829 *a b f*
† *Amandus Ep. Burdegalenſis* 355 *d* 816 *c*
† *Amandus Ep. Wormatienſis* 765 *f* 828 *d* 829 *f*
† *Amandus, Amantius, in Aquitaniâ* 199 *e* 200 *a e* 202 *f*
† *Amandi Ep. reliquiæ prope Perpinianum* 764 *f* 848 *d*
Amandus Ep. Caſtulonenſis Hiſp. 764 *e* 847
Amandus Ep. bibliothecarius Papæ 7 ſec. 819 *e* *Theatraptus dictus* 822 *c*
Amantia mater S. Amandi 859 *b* 875 *c*
† *Amantius Ep. Rutenen.* 817 *a*
† *Amantius Diac.* 833 *d e* 894 *f*
† *Amati templum Duaci* 302 *d* 303 *d* *corpus* 48 *c*
† *Amator maritus S. Veronicæ* 453
† *Ambroſius vidit in ſpiritu obitum S. Martini* 87 *a e* 216 *d*
† *Ambroſij Ep. Mediolanenſis obitus* 216 *d*
† *Ammonius Presb. M. Alexand.* 460 *f* 462 *d*
† *Amnichadus recluſus Fuldæ* 2 *f*
† *Amolwinus Ab. Lobien.* 500 *a e*
† *Amphilochius Ep. Iconij* 270 *a*
Amphilochius Ep. Sidæ Pamphil. 270 *b*
† *Amſilionis rel. Latiniaci* 319 *a*
† *Anacletus Papa* 16 *e* 17 *a*
† *Anaſtaſiæ V. M. rel. Fuldæ* 521 *c*
† *Anaſtaſius Sinaita Patr. Antiochiæ* 35 *c*
† *Anaſtaſius M. in Italiâ* 361 *c f* *alius ab eo colitur 5 Dec.* 361 *f*
Anaſtaſius tortor ſub Leone Armeno 544 *c e*
† *Anathaſius Ep. in Oriente* 15 *a*
† *Anatolius Patriar. CP.* 357 *e f* 358 *a b*
† *Anatolius Ep. Laodiciæ* 357 *b c d f*
Anatolius Ep. Adanæ in Cilicia 358 *b c* 359 *f*
Anatolius Hegumenus Studitarum 539 *a* 545 *b*
Anaundus R. Sueciæ exul 9 ſec. 402 *a* 415 *d* 435 *b*
† *Anciradus Erem. M.* 448 *b*
† *Andreas Apoſt. Achaiæ* 874 *e* *eius ordinatio* 594 *b*
† *Andreas Archidiac. Faſulanus* 243 *c* 244 *a* 246 *a b*
Andreas an Coptis, qui aliis Iſidorus Peluſiota 473 *e f*
Andreas Cardinalis Ord. Minorum 3 *e*
Andreas Fremottus Archiep. Bituric. 579
Andreas Ep. Atrebaten. 295 *d*
Andreas Ouiedus Soc. Ieſu 742 *f*
Andreas Ongaſauara Iapon 746 *f* 754 *b c d*
Andreas Siluius Archiprior Marchianenſis 295 *c d*
Anfridus in Sueciam miſſus 9 ſec. 401 *e* 422 *e* 440 *b*
† *Anianus Ep. Alexandriæ* 15 *f*
† *Anianus Ep. Aurelianenſis* 288 *d e* 782 *f*
† *Anianus Archidiac.* 700 *a*
Anmchadius, Animoſus, Ep. Kildarien. an ſcriptor Vitæ S. Brigidæ 102 *c* 142 *a*
Anna R. Orient. Saxonum 386 *e* 387 *a f*
† *Anna Propheriſſa fil. Phanuelis* 319 *a*
Annafil. Romani Imp. nupta Bladimero Principi Ruſſorum 708 *f*
Anna hæres Britanniæ Armor. nupta Ludouicio XII R. Franc. 575 *c d*
Anna ſoror B. Ioannæ Valeſiæ 575 *a b* 587 *e*
Anomij hæretici, alijs Eunomiani 69 *a d*
Annulo R. Daniæ 9 ſec. 399 *b c*
Anſalogus Ep. Salisburgen. 3 *a*
† *Anſani M. reliq. Senis* 766 *d*
Ansbertus Dux 296 *e* 302 *b*
Anſemundus Dux Viennæ 6 ſec. 365 *b*
Anſgerius Ep. Catanen. 655 *c f*
Anſigiſus maritus S. Beggæ 229 *d* 235 *a*
† *Anthimus Ep. Nicomediæ M.* 460 *e f*

† *Antonius*

† *Antoninus M.Placentiæ* 465 *a*
† *Antonius Cauleas Patr. CP.* 707 *b*
† *Antonius Ab.* 259 *b* 261 *d*
Antonius Barberinus Cardinalis 961 *c*
Antonius Archiep.Pragen.16 ſec. 36 *e f*
Antonius Anicien.Ep. 206 *d*
Antonius Ep.cum S.Chryſoſtomo 358 *c*
Antonius Meierus Poëta 790 *c*
Antonius Studita 339 *a* 551 *f*
Aphrodiſia Ethnica Sicula cum S.Agathâ 615 *e* 619 *b* 621 *e* 626 *c* 647 *a*
Apollinaris Ep.Bituric. 830 *c*
† *Apollinaris Ep. Rauennas* 6 *b* 82 *f*
† *Apollinaris Ep.Aruernor.* 769 *e f*
† *Apollinaris Ep.Valentin.* 660 *c* 661 *d* 667 *f*
Apollinaris hæreticus 69 *a c* 71 *f* 276 *e f* 277 *d* *eius libri* 72 *a* 867 *a e*
† *Apollonius M.* 267 *f*
† *Aquilæ & Priſcillæ reliq.Fuldæ* 518 *f* 521 *b c*
Aquila matrona Belg.8 ſec. 376 *a*
Arbo, Erbo, Dux Carinthiæ 702 *c*
† *Arbogaſtus Ep.Argentorat.* 829 *d*
Arcadius Ep.CP. 470 *a*
† *Arcadius Ep.Iuliobrigenſis Hiſp.1 ſec.* 6 *b*
Ardgarius Presb. in Sueciâ 318 *b* 401 *a* 414 *f* 415 *a* 416 *c d f* 435 *a d*
† *Ardinga M.in Luſitaniâ* 960 *c*
Ardingus Ep. Florentinus 259 *c*
† *Ardo Smaragdus mon.Anianæ* 510 *b*
† *Aredius Ab.Gal.* 203 *b*
Ariani hæretici 65 *c* 68 *f*
† *Arnaldus Ab.Patauinus* 264 *a*
Arno Ep.Salisburg. 699 *a*
Arnoldus I Archiep.Colonien. 923 *d*
Arnoldus II Archiep.Colonien. 713 *c*
Arnoldus Com.Cliuiæ 12 ſec. 917 *b c*
Arnoldus pater S.Arnulphi 296 *d f*
† *Arnulphus Ep.Metenſis* 296 *e* *ſecedit in eremum* 219 *f* 227 *d*
Arnulphus Presb.9 ſec.è Purgatorio liberatur 561 *e*
Arnulphus ſen. Com. Flandr. 676 *a* 682 *b* 683 685 *b e f*
Arnulphus iunior Com.Flandriæ 685 *e*
Arouandran hæreticus 4 ſec. 54 *e* 65 *c* 77 *e*
Artaxerxes R.Perſ.4 ſec. 467 *e* 468 *a*
Artemius Ep. Senonen. 365 *c f*
Artoldus Archiep.Remenſis 846 *e*
Aſa R.Iudææ 319 *c e f* 320
Aſer Patriar.memoria 594 *e*
Aſclepiades cum S.Pionio captus 40 *b e* 42 *f* 44 *c* 46 *a*
Aſpida cognata S.Auiti 593 *b*
Aſterius Sopiſta Arianus 276 *e* 277 *d*
† *Aſtrebodij M.Aruern.* 768 *f*
Atalongus Presb. 306 *b* *cum S.Gertrude fugit* 949 *b*
† *Athanaſius Ep.in Oriente* 15 *a*
Athanaſius Ep.Cæſarauguſt. 4 *f* 6 *b c* 7 *c*
Athanaſius Ep.Troadis 284 *e*
Athanaſius Studita 542 *a b*
Athelardus Subregulus Angl. 907 *f* 909 *b*
Attelanus Ep.Laudunenſis 235 *a b*
† *Atticus Ep.CP.* 469 *f*
Atticus vir Conſularis ſub Traiano 18 *f* 19 *c*
Attila vaſtat Atrebatum 797 *e*
Attila in Pannoniis 696 *f*
† *Atto Ep.Piſtorienſis* 256 *a*
Atto Ep.alius ſcriptor Vitæ S.Verdianæ 256 *a* 257 *d*
Attola, Attelanus Ep. Laudunen. 209 *d*
Audentia mat.S.Auiti 593 *b* 661 *a*
† *Audoenus Ep. Rothomag.* 228 *b* 807 *f* 861 *d e f* 883 *c*
† *Audoëni Ep.Rotomag.Tranſlatio* 4 *d*
† *Audomarus Ep.Taruanenſis* 807 *f* *transfert corpus S. Vedaſti* 786 787 799 801 *obit* 787 *b*
† *Audomari corpus* 48 *c*
Aufridus Ep.Vltraiecti 267 *b* 313 *b* 315 *a*
† *Auitus Ep.Aruern.* 769 *f*
Auitus Imp. 660 *c*
† *Auguſtinus Arch. Cantuariæ* 290 *d e f* 291 292 293 294 *e* 386 *d*
Auguſtus Ep.Concordien. 672 *d*
Auguſtinus Ticinenſis auctor Vitæ S. Guarini Ep. 915 *c*
Auguſtinus Rodericius Ord. S. Franciſci in Iaponiâ 732 *f*
Auguſtinus Dux in Iaponiâ 731 *b* 745 *c e*
† *Aurelianus M.Romæ 3 ſec.* 267 *f*
† *Aurelius Ep.Armenus* 533 *f*
† *Aurelius M. Romæ* 267 *f*
† *Aurelius Conf.Aſer 3 ſec.* 324 *f* 325 *a*
† *Auſtrabertæ corpus* 48 *b*
Auſtraſiorum Francorum origo, magnitudo Imperij ac limites 208 209 210
Auſtrechildis vxor S. Gunthrammi 366 *a*
† *Auſtremonius M.* 769 *c d*
† *Auſtregiſilus Ep.Bituric.* 371 *e* 830 *d* 849 *e* 854 *c* 856 *b* 860 *d* 876 *f*
† *Autbertus Ep.Cameraci* 378 *a b* 381 *a b* 864 *c*
† *Autbertus Ep. Cameracenſis obit* 787 836 *a* *transfert corpus S.Vedaſti* 786 787 801 805 *extruit monaſterium S.Vedaſti* 788 *reliquiæ* 792 *a*
Autbertus mon.Corbeienſis ſoc.S.Anſcharij 411 *b c* 431 *d e* 432 *c*
Autharis R.Longobard. 670 *a* 673 *f*
† *Auxentius erem.* 6 *e*
† *Aychardi Ep.corpus* 48 *d*

B

Baaſas R.Iſraël 320 *e f*
Babylonius Diac.Conf.Pictauis. 593 *d*
Bacchenus, Baithenus, fr.S.Brigidæ 177 *e*
Baduradus Ep.Paderbornæ 510 *e*
Baldredus Subregulus Angl. 907 *f* 908 *e*
Balduinus Caluus Com.Flandr. 682 *c*
Balduinus Barbatus Com.Flandr. 685 *c e* 686 *d*
Balduinus Pius Comes Inſulas muro cingit 48 *d*
Balduinus Belga 8 ſec. 375 *a*
† *Barattalis M.Spoletij* 362 *a*
Barbara Com.de Caſtel in Germaniâ 955 *a*
Barbatus Pontifex Gentilis 1 ſec. 283 *c*
Bardas Cæſar 548 *d f* 549 *e* 550 *a*
Bardeſanes hæreticus 77 *e* 78 *e*
† *Bartholomæus Apoſt. Indiæ* 874 *f*
Bartholomæus Rodericius Ord. S. Franciſci in Iaponiâ 732 *d*
† *Baſilides M.in Cretâ* 540 *d*
† *Baſilius Magnus* 49 *f* 70 *d* 74 *f* 75 *e* 76 77 *an Carmelita* 469 *a b*
† *Baſilius Ep.Bracaren. 1 ſec.* 6 *b* *c* 7 *c*
† *Baſilius Ep.Carthagin.Hiſp.1 ſec.* 6 *b*
Baſilius Ep.Cæſareæ Capp. 10 ſec. 706 *d*
Baſilius Macedo Imp. 539 *e* 549 *e* 550 *a* 551 *f*
Baſilius Imp.fil.Romani Imp. 708 *d e f* 711 *f*
† *Baſillæ V.& M.rel.Fuldæ* 515 *a* 521 *b c*
Baudemundus Ab. Blandinien. 837 *d* *ſcriptor Vitæ S. Amandi* 841 *e f* 872 *b*
Baugulfus Ab.Fuldenſis 517 *e* 524 *d f* 530 *c*
† *Bauo* 787 *e* 820 *d* 821 *d* 827 *c* 832 *c* 834 *c f* 863 *f* 880 *d* 894 *f* *corpus* 48 *b d*
Bauo, Bouo, Ab Corbeiæ Saxon. 556 *b* 558 *b*
Bebelina Domina Antuerpiæ 8 ſec. 820 *e*
† *Beda* 501 *f* 502 *a b*
† *Begga* 229 *d* 827 *f*
Beliſarius Catanum liberat 653 *b*
† *Benedictus Ab.* 258 *a*

Benedictus V Papa Hamburgi mortuus 315 b
Benedictus de Toco Ep. Vicenſis 659 b
Benedictus Ep. in Aquitaniâ 4 ſec. 816 a
Beneuenutus laicus Ord. S. Franciſci 593 f
† Benignus Ep. Podienſis 205 d
† Benignus diſc. S. Patricij 780 c
Beniamin Patriarchæ memoria 594 f
Beo Belga 8 ſec. 375 a
Beorthwaldus Archiep. Cantuar. 907 f 908 d 810 b d
Beorwaldus Ab. Glaſtonien. 910 b c
Berengarius Ab. Corbeiæ Gall. 10 ſec. 196 d 197 e f
Berengarius R. Italiæ 685 e
Berengarius Comes ſub Carolo Caluo 396 d
Berennice mater Herodis Agrippæ 451 d
Berillus Ep. Boſtrenus ſcriptor 459 a
Bern, Biorn R. Sueciæ 9 ſec. 402 a 412 433 a
Bernahardus Diac. cum S. Gertrude fugit 249 b
Bernardinus Rheginus Capucinus 649 c
† Bernardus familiaris S. Gilberto 568 a 570 d 572 e pro S. Ioanne de Craticulâ agit 250 d e 251 c
Bernardus Ab. Hirſfeld. diſc. B. Rabani 527 e
Bernardus Colnagus Soc. Ieſu 605 f
Bernarius Comes, Præfectus Hamburgi 9 ſec. 414 a 434 d
Bernoldus Ep. Argentorati 406 b e 413 c 433 f
† Beronicus M. Antiochiæ 451 e
Berſelanus Domeſticus S. Sigeberti 235 a
† Berta Abb. Blangiacen. 296 d 302 b
Berta vxor S. Ethelberti R. 386 e 387 a
Berta ſor. S. Wolphelmi ſcripſit Vitam S. Adelheidis V. 714 a e
Bertefridus Ep. Ambianen. 428 f 429 b
† Berthaldi rel. in Caluo-monte Gal. 361 c e
Bertholdus Patriar. Aquileien. 722 d
† Bertinus Ab. 807 f 837 d 872 b corpus 48 d
Bertoaldus Ep. Camerac. 786 d
Bertolfus mon. Fuld. diſc. B. Rabani 527 e
Bertolphus Ab. Mediolacenſis 511 c
Bertrada V. ſoror S. Adelheidis 593 e 713 f
Bertrandus de Molin Ab. Caduini 456 e
Bertrudis Reg. Chlotharij II vxor 296 f 297 a 303 b
Bertulfus Ep. Trecenſis 93 d
† Beryllus Ep. Catan. 617 d 655 c
Bertondus, Bertrendus, Ep. Catalaunen. 209 d
Bilichildis vxor Childerici R. Franc. 231 e 235 e 236 a
† Birgitta vidua 4 e 926 b c e reuelationes 113 e f 114 a
† Birinus Ep. Dorceſtrenſis 905 b 596 d
Biſo Ep. Paderbornæ 314 f
Blanca vxor Martini R. Siciliæ 648 e
Blandinus mon. ſcriptor Miraculorum S. Agathæ 613 a 643 a 644 f
Blatha coqua S. Brigidæ 133 e
Bletmacus R. Hibern. 7 ſec. 448 a
Blithildis filia Chlotharij R. 296 e 303 b
Bobo Dux S Sigeberti 234 b 235 a e
† Bonifacius fundator Fuldæ monaſt. 513 a c 517 e Arch. Mogunt. 209 f 304 f 910 b c 947 b
Bonifacius IV Papa 292 f
Bonifacius Marchio Etruriæ 11 ſec. 80 a 87 f
Bonifacius Conuerſus in Claraualle 267 b
† Bonitus Ep. Aruernorum 210 d 211 d
Bonoſus Naiſſitanus Ep. hæret. 664 b
Bonzij Sacerdotes Laponiæ 727 d 758 a
Borboriani hæretici 65 c 66 a
Boruth Dux Caranthanorum 698 d e
Bouo Ab. Elnonen. 902 a
† Brandanus fil. Neimi 114 c d
† Brandanus fil. Finlogæ 114 c 117 c d f
Braudubius R. Hibern. 101 d e f
Brenni populi 673 a
† Briccius Ep. Turonen. 217 b f
† Briccius Ep. Vmbriæ 362 a
† Briga familiaris S. Brigidæ 182 a b
† Brigida Abernethi in Scotiâ mortua 108
† Brigida iunior diſc. S. Monennæ 107 a b c
† Brigida V. M. Vrſulana 4 e
Brigida V. Hiberna à S. Brigida ſanata 121 e 122 d
Brigitta Abb. Ratiſponæ 3 c
Briſſo frater Palladij exul 358 c
Broon Ep. diſc. S. Patricij 122 f 130 d
Broetſech, Brocca, mater S. Brigidæ 118 b f 119 a 135 e
† Broganus Cloën Hibern. 102 d e
Brudeus, Brideus, R. Pictorum 108 b c
† Bruno Archiep. Colon. 311 f
Brunuart Ab. Hirſfeld. diſc. B. Rabani 257 e f 507 b 511 c
† Burchardus Ep. Herbipol. 268 a
Burchardus Comes ad Danos miſſus 9 ſec. 422 e 440 a
Bugecinus Presb. Harlebecæ 686 a b
Buo Scotus 593 d

C

Cadruelis Rex Britonum 493 a b e 494 f 495 a
Cadualadrus fil. Cadruelis R. Britonum 493 e f
Caduualladrus R. Walliæ 911 d
† Cæcilia V. rel. Fuldæ 518 d e 521 a c
† Cæſarius Ep. Arelat. 662 e
Caij Caligulæ anni Imperij 18 c
Caldonius Ep. Afer 3 ſec. 326 f
† Calliſti Papæ rel. Fuldæ 516 a 521 c
Calliſtus II Papa 557 f
† Calocerus Ep. Rauennas 83 c
Calpurnius Afer 3 ſec. 323 e
Caluiſianus Conſularis in Siciliâ ſub Diocletiano 598 e f 599 a b
† Camelianus Ep. Trecenſis 92 f 434 b d f 476 c e
† Candidæ V. reliq. Fuldæ 521 b c
Candida Afra 3 ſec. 323 c
† Candidus Ep. Traiecti degit 764 d
† Canicus Hibern. 117 b c e
† Capito Ep. Lucen. Hiſp. 1 ſec 6 b
† Carolomannus Princ. Franc. dein Monachus Rex appellatus 499 e 947 f 513 a
† Carolus Borromæus 567 d 634 f
† Carolus Magnus 504 a vincit Nordalbingos, & pro eorum conuerſione laborat 391 c e 405 b c 413 a 433 c 559 e eius diploma pro monaſterio Bandinio Gandani 822 d obitus 409 b 429 e
Carolus IV Imp. 36 c d e
Carolus Caluus R. Franc. 436 d 438 b Nantuæ ſepultus 846 c
Carolus Simplex R. Franc. 682 a
Carolus VIII R. Franc. frat. B. Ioannæ Valeſiæ 574 f 575 c 577 a 579 e
Carolus Martellus Princ. Francorum 225 c e pater S. Hadelogæ 306 c d 307 a
Carolus Dux Valeſius, è quo Reges Valeſij 574 f
Carolus Arch. Mogunt. fil. Pippini R. Aquitaniæ 91 d 393 a 505 a b c 527 f
Carolus mon. Fuldæ diſc. B. Rabani 505 b c 527 f 537 a
† Carpus, Papylus, Agathonice MM. 39 d
† Carterius Presb. M. Cæſareæ Cappad. 187 d
† Caſſianus Ep. Sabionen. 669 b 674 f
† Caſſianus monachus 472 e
† Caſſius & Victorinus MM. 768 f 769
† Caſtor Presb. 449 a
† Caſtuli M. pes Fuldæ 515 c 521 c
Caſyn filius Naiman Hibern. 116 d
† Carpophorus Presb. Spoletij 362 a f
† Carthagus Hibernus 447 f 448 a
† Cataldus Ep. Tarentinus 639 b
Cataphryges hæretici 39 a b 44 e 45 e
Cathanus Ep. Hibernus 4 d
Cathari, Nouatiani hæretici 65 c f 69 d

Catharina Riccia Ord. Prædicat. 267 e
Catla Sueca 9 ſec. 416 d 435 d e
Cauadonus Princ. Iaponiæ 724 d e
Cauchitæ hæretici 165 c
† Ceadwalla R. Saxon. Occident. 493 e f 905 c 908 f 911 a d
Celer Dux contra Cabadem Perſam 663 c
† Cellacus Ab. Kildar. 110 c
Ceolla Ep. Auſtral. Saxonum 910 a
Ceolredus R. Merciorum 912 a
† Cerealis M. corpus Antuerpiæ 329 e f
Cethuberia V. à S. Patricio conſecrata 97 b e
Chamus è diis Iaponiæ 745 b 746 b
Chararicus R. à Chlodoueo occiſus 217 e
Charibertus R. Pariſiorum obit 218 e
Charibertus R. Aquitaniæ 219 e 220 a b 228 c
Chartenius Ep. Gall. 665 c d
Chetimarus Dux Caranthanorum 698 d e f 700 a
Childebertus R. Pariſiorum obit 218 c
Childebertus R. Auſtraſiorum aulam Metis habuit non Argentorati 213 a tempus regni ſtabilitum 218 e f 219 a R. Burgundiæ 219 c 845 d obitus 219 c
Childebertus filius Theoderici R. Franc. obit 225 b
Childebertus fil. Grimoaldi intruſus R. Auſtraſiorum & pulſus 221 e f 230 d
Childericus pater Chlodouei I quamdiu regnarit 208 c
Childericus filius Chlodouei II Rex Auſtraſiorum 221 b d 223 a b c d dat S. Amando Bariſiacum 817 869 d & Nanto 816 f 835 a b 856 f 869 b 885 f non Nantuam 845 a c cedit Dagoberto II partem regni 231 b dat diploma pro Stabulao & Malmundario 235 fit R. Neuſtriæ 223 b occiditur 223 c d
Childericus vltimus R. Franc. in monachum attonſus 225 e f 499 e f
Chilienus mon. ſcriptor Vitæ metricæ S. Brigidæ 102 a 141 e
Chilperici I R. Neuſtraſiorum tempus regiminis ſtabilitum 218 e f obitus 219 a
Chilpericus, Daniel dictus, filius Childerici R. fit R. Francorum 225 d
Chlodericus F. Sigeberti Claudi R. Colonien. 217 e
Chlodomeres R. Aurelianenſium obit 218 b
Chlodoucus I R. Franc. 208 à S. Vedaſto inſtructus 783 e 792 e f 795 baptizatus 662 663 Conſul & Auguſtus 207 d obit 217 e f
Chlodouei II regni magnitudo 211 e f tempus regni 220 e f 221 a obitus 221 a
Chlodouei III R. Francorum regnum & obitus 225 b
† Chlodulphus Ep. Meten. 233 d Domeſticus S. Sigeberti 235 a d e
Chlotharius I R. Francorum obit 218 d 296 f proceres gentiles habet 793 c d 798 b
Chlotharius II R. Francorum 296 f 303 b c anni regni, obitus 219 d e
Chlotharij III Regis Franc. anni 14 regni vindicati 221 f 222 223 a
† Chlotildis Regina Franc. 711 f 792 b 795 c
Choſroës R. Perſarum 482 a
Chriſtianus Stabulenſis ſcriptor 8 ſec. 372 d e 374 f
Chriſtianus mon. Heiſterbacen. 448 d e 646 d e
Chriſtina Abb. Gundersheim 311 d
Chriſtophorus Ab. Milſtadij 705 c e
Chriſtophorus Papienſis laicus Ord. S. Franciſci 593 f
Chrocus R. Alamannorum 3 ſec. Gallias vaſtat 769 a occiditur 769 d
Chrodobaldus diſc. S. Amandi Præpoſ. Marchianenſis 764 a 853 e 870 e 871 c
Chryſogonus an S. Iacobi diſcip. 6 c 7 c
† Chryſolius M. 47 c e
Chunehildis mater S. Hadelogæ 955 a
† Chunibertus Archiep. Colonien. 209 227 d 228 b 230 c 234 b 235 a e
Cicugendonus Iapon 745 f 755 a
Ciſſa R. Occid. Saxonum 905 e
Claudij I anni Imperij 18 c e
† Clemens I Papa 16 e 17 451 b f 452 a
Clemens VIII Papa de ſcriptis Granatæ inuentis 10 f 11 a
† Clemens Presb. Volaterranus 330
Clemens Auximanus Generalis Ord S. Auguſtini 927 b 931 d e
Clemens Hegumenus Studitarum 539 a 551 e f
Clodebergis filia S. Gunthramni 366 a
Clodehildis fil. S. Gunthramni 366 a
Clodio R. Francorum 208 b
† Clodoaldus fil. Chlodomiri R. 552 b
† Clotſendis Abb. Marchiani 295 b 299 e 500 b f 301 e 302 e f 303 d 831 e 834 d
† Coalianus Ep. Hibernus 124 c f 150 f 151 d
Coënredus R. Merciorum 384 b
Cogitoſus ſcriptor Vitæ S. Brigidæ 101 135 141 e
† Colmanus Ep. Duacen. Hibern. 319 d
† Columba Ab. Hienſis 117 e 164 a f corpus Duni 109 f 110 b c e inuentio 111
† Columba Ep. in Dunkel 107 a
† Columbanæ V. reliq. Fuldæ 518 d
† Columbanus Ab. Luxouij 292 f 293 f
† Columbanus miſſus ad Slauos 699 e
† Columbanus Ab. Gandaui mortuus 267 e
† Conidrius Ep. Monæ inſ. 104 c
† Comgallus Hibern. 117 e
Comites temporarij 297 f
† Compagnus Patauinus 264 b c
Conaldus R. Hibern. 127 a b d 165 a
Conallus R. Hibern. 126 f 127 d 164 d e f 165 a b
Conanus III Dux Brit. Armoricæ 249 d
† Concordiæ M. caput Fuldæ 515 c 521 b c
Cond, Cuind Conſtans, Conſtantinus, Keuchchatthadi R. Hib. 155 f 157 b 161 a e
† Conlaidus Ep. Kildarien. 116 a b 133 e f 141 a 170 b
Conradus Arch. Mogunt. & Salisburg. 703 c 705 a b
Conradus Graſis Ab. Ital. 84 c
Conranus R. Scotiæ 497 a
† Conſtantinus Imp. 339 d 344 e ſouet Chriſtianos in Perſide 466 c f Capuæ templum erigit 633 d
Conſtantinus Copronymus Imp. 338 c
Conſtantinus Porphyrogenneta Imp. 538 f 545 b
Conſtantinus Imp. fil. Leonis Sapientis 706 b 708 b c 711 f
Conſtantinus Imp. filius Romani Imp. 708 f 711 f
Conſtantinus Monomachus Imp. 635 e
Conſtantinus Romanus Placentiæ 465 d
Conſtantinus Laſcaris interpres Vitæ S. Agathæ 600 f
Conſtantinus illuſtris Iapon. 749 f 755 e f 756 a c 757 a
Conſtantius Ep. Octodoren. 665 c
Conſtantius Ep. Sabionenſis 593 c 674 f
Conſtantius Ep. Vapincen. 665 c
Corberenus Prin. Gal. 188 e f conuertitur ad fidem 189
Cornelia Afra 3 ſec. 323 e
† Cornelius Papa à Nouatianis patitur 326 c d rel. Fuldæ 516 a 521 c
Cornelius Dubenius Ep. Dunenſis 3 f
Corpreus Regulus Hibern. 127 a d
Coſrhoës R. Perſarum Antiochiam vaſtat 35 d
† Creſcens Ep. Viennen. I ſec. 8 e
† Criſpinus & Criſpinianus 808 f reliq. Fuldæ 521 c
Criſpus Ep. Leontinus 288 a
† Cteſiphon Ep. Vergij Hiſpan. 4 5 6 7 9 c 10 a 12 f
† Cuanna, Cuona, Cuannachæus, Ab. Hibern. 447 f
Cubus Quinquenindonus Præfectus Iaponiæ 724 d
Culcianus Præſes Alexandr. ſub Diocletiano 463 e f 464
Cunhildis mater S. Hadelogæ è Carolo Martello 306 d 307 a
† Cuthburga ſor. S. Inæ Regis 905 f 906 a
† Cyriacus, Largus & Smaragdus MM. 287 b e

† *Cypriani & Iuſtinæ reliq. Toloſæ* 200 *e*
† *Cyrillus Ep. Alexandr.* 468 *e f* 469 *c f* 470 *a b c* 473 *e*
† *Cyrillus Ep. Hieroſol.* 269 *a*
† *Cyrini M. corpus Antuerpiæ* 329 *e f*
† *Cyprianus Ep. Carthaginen.* 322 323 324 *reliq. Moiſſiaci* 200 *e*
† *Cyprianus Ab. Gal.* 200 *a e* 203 *f*
† *Cyprianus magus M.* 489 *f*
† *Cyprianus & Sauinus MM.* 200 *e*
Cyprianus Studita 9 ſec. 545 *d*

D

Daci Scythis annumerati 25 *a*
† *Dado Cancellarius Dagoberti I* 819 *b* 851 *f*
Daganus Ep. Scotorum 292 *f*
Dagoberti I R. Franc. geſta quando ſcripta 215 *a tempus regni Auſtraſiorum* 219 *e f* 227 *d obitus* 220 *c d* 229 *a bellum cum Armoricis* 493 *c d f* 494 *f* 495 *f circa S. Amandum geſta* 850 *e* 851 *e* 855 *c* 864 *d f* 865 *b f* 882 *f diploma Elnonenſibus datum* 818 *f* 819 *a b*
Dagoberti II ætas 221 *e* 230 *d regnum* 224 *a* 231 232 *eius filius, & plures filiæ* 231 *c* 232 *a*
Dagobertus III R. Franc. obit 225 *c*
Dagobertus tignarius 803 *f* 804 *f*
Daiſuſama R. Iaponiæ 724 *b*
† *Dalmatius Ep. Rutenorum* 210 *e*
Dan Patriar. memoria 594 *e*
Dangmarus frater S. Brunonis Ducis Saxoniæ 312 *a*
Dani irrumpunt in Brabantiam 381 *f*
† *Daniel Ep. Wintonienſis* 908 *d* 909 *c e f* 910 *c*
† *Darerca ſoror S. Patricij* 107 *b mater SS. Melis, Melchi, Munis, Rioci Epp.* 778 *& ſeqq.*
† *Daria Hiberna* 134 *c* 170 *f*
† *Daria mater S. Vrſulæ* 105 *e*
† *Datus Ep. Rauennas* 83 *c*
† *Dauid Ep. Meneuenſis* 115 *b* 906 *e* 907 *f* 908 *e*
Decij Imp. tres Conſulatus ordinati 595 *e* 615 *d* 616 *c*
Decius & Gratus Coſſ. 39 *f* 42 *d* 46 *f*
Demetrius Præfectus Scepſeos I ſec. 282 *c d conuerſus* 283 *an Sanctus* 284 *b* 285 *a*
† *Deodati Ep. corpus Latiniaci* 319 *a*
Deruianus Dux Vrbiorum Sclauorum 698 *b c*
† *Deſiderius Archiep. Vienn. M.* 290 *e*
† *Deſiderius Ep. Cadurcenſis* 210 *e* 211 *a* 232
† *Deſignatus Ep. Traiectenſis* 764 *d*
Deuſdona Diac. Romanus 513 *e* 514 *e*
Didacus Ep. Oxomen. in Hiſpaniâ 765 *f*
Didacus Velaſquez Hiſp 12 ſec. 253 *e f* 254 *a*
† *Didius Presb. M. Alexandr.* 460 *f* 462 *d*
Diedo Ab. Fuldæ 503 *e* 504 *e* 526 *a d*
† *Digna V. Cordubenſis M.* 646 *c d*
† *Dignæ & Emeritæ VV. reliq. Fuldæ* 518 *d*
Diocletiani perſecutio 462 *e f* 463
Diogenes an Epiſcopus Atrebatenſis & Cameracenſis? an Martyr ſub Wandalis aut Hunnis? 783 *a b c*
Diogenianus Ep. Albigæ 355 *d*
† *Dionyſius Ep. Pariſien.* 808 *a*
Dionyſius Briſſonettus Ep. Maclouij 248 *f*
Dionyſius Exiguus Ab. Romanus Æræ Chriſtianæ introductor 18 *a*
Dioſcorus hær. 276 *e* 277 *e*
Dodilo Ep. Cameracen. 809 *d* 810 *e f*
Dodo Ep. Mimigardeuorden. 313 *b* 314 *e*
† *Dominici mon. M. corpus Burani* 98 *c*
Dominicus Ep. Atrebat. 763 *f* 786 *d*
Dominicus Meliten. Ord. Minorum 3 *e*
Dominicus Ord. Prædic. Hiſpanus 448 *f*
Dominicus Scalabitanus Ord. Præd. 646 *e*
† *Domitianus Ep. Traiectен.* 764 *e* 826 *c d e*
Domitiani anni Imperij 18 *d e f*
Domlinus Presb. Torholtanus 820 *d* 841 *d*
† *Domninus Diac. Placentiæ* 465 *a c e* 466 *a*
Domneua mater S. Mildredæ 386 *e f*
† *Donatiani corpus* 48 *c*
† *Donatus Ep. Feſulanus* 243 *c* 244
Dorothea ancilla S. Hildegardis 721 *c*
† *Dorotheus M. Nicomediæ* 462 *f*
Dotto Comes Tornaci 7 ſec. 851 *a* 863 *d* 881 *d*
† *Drauſius Ep. Sueſſionen.* 593 *f*
† *Droctoaldus Ep. Autiſſiodoren.* 785 *b*
Drogo Ep. Oſnabrugen. 313 *b e*
Drogo Ep. Metenſis 391 *e* 406 *b* 413 *c* 433 *e* 522 *c e*
Druogo Ep. Mimidomen. Minden. 407 *e* 408 *b*
Druthmarus Stabulenſis 8 ſec. 372 *f*
Duces olim temporarij 297 *f*
Dudo Ep. Paderbornen. 267 *b* 313 *b* 314 *e*
Dulcidius Ep. Podienſis 204 *f*
Duptacus pater S. Brigidæ 103 *a* 118 *b f* 119 *a* 120 136 *e* 156 *a c*
Durandus Ep. Leodien. 368 *f*
Dynamius Ep. Engoliſmen. 355 *d*

E

Adbaldus R. Cantij 293 *a*
Eadbertus Ep. Auſtral. Saxonum 909 *f*
† *Eanſwyda Angla* 386 *e*
† *Earcongota V.* 386 *f* 387 *d*
Ebbo Ep. Remenſis 391 *e f* 404 *c* 406 *c* 413 *c d f* 422 *e* 423 *a* 433 *e f* 434 *a b c* 440 *d factus Ep. Hildeſheym.* 510 *e*
Ebion hæreticus 276 *f* 277 *e*
Ebroinus Maior Domus 223 *f* 224 *b occiditur* 224 *c*
Ecelinus tyrannus Patauij 265 *d*
Echehardus Ord. Minor. 13 ſec. 315 *d*
† *Echenus Hibern.* 133 *d f* 183 *a*
† *Edburga fil. S. Ethelberti* 386 *e* 387 *b*
Edgarus R. Angl. 682 *c*
† *Edwinus R. Northumbriæ* 386 *e* 387 *b* 493 *b c*
Egbertus R. Cantij 386 *e* 387 *d*
Egbertus Archiep. Eborac. 502 *b*
Egbertus diſc. B. Rabani 527 *e*
Egbertus Com. Hamburgi ſub Carolo Magno 405 *b f*
Egebertus Ab. Fuldenſis 527 *f*
Egilmarus Ep. Oſnabrug. 407 *e* 408 *b*
Eilbodo Præſes Coritaci 11 ſec. 685 *e*
Einhardus Ab. Selgenſtettenſis 511 *b c* 512 *b*
† *Eldadus Gloceſtriæ* 448 *b*
† *Eleranus Sapiens ſcriptor Vitæ S. Brigidæ* 101 *a* 142 *a*
Elenandus Ep. Laudunenſis 897 *c*
† *Eleucadius Ep. Rauennas* 83 *c*
† *Eleutherius Ep. Autiſſiodor.* 785 *b*
† *Elias Patriar. Hieroſol.* 667 *d*
Elias Ep. Aquileien. 670 *e* 671 *f*
† *Eligius Ep. Nouiomen.* 228 *b* 371 *f* 807 *f* 835 *e* 838 *a* 835 *f* 861 *d* 883 *a* 894 *c* 898 *a*
† *Eliſabetha vidua* 304 *d*
Eliſabetha mater Caroli I V Imper. 36 *c d*
Eliſabetha vxor Petri II R. Siciliæ 654 *e*
Eliſabetha Com. de Randeradt 917 *e* 920 *b*
Eliſabetha Ord. S. Franciſci Ameriæ 448 *f*
Eliſabetha 3 Ord. S. Franc. Panormi 448 *e f*
Eliſacharus Ab. Centulenſis 505 *d*
Eliſſa corpus S. Blaſij ſepelit 339 *b d* 353 *d*
Elladius Presb. 4 ſec. exul 358 *c*
Elſtrudis filia Edgari R. Angl. 682 *c* 683 *c*
† *Elpidius Ep. Toletan. I ſec.* 6 *b c*
Elpidius Diac. Lugdun. 5 ſec. 668 *f*
† *Emebertus Ep. Cameracen.* 786 *d e*
† *Emerentianæ V. M. rel. Fuldæ* 515 *c* 521 *b c*
Emerita Aſra 3 ſec. 323 *e*
Emma vxor Eadbaldi R. Cantij 386 *e* 387 *a*
† *Emmeramnus Ep. Ratiſpon.* 675 *d*
Emmo Ep. Nouiomenſis 838 *e*

Encratius pictor in Asiâ 5 sec. 284 e
† *Engelmundus M. in Hollandiâ* 4 d
Engesus R. Hibern. à S. Patricio baptizatur 161 b c
Engilscalcus Comes sub Carolo Caluo 396 d
Eochadius, Echu, R. Hiber. pater S. Cinniæ 96 c 97 a
à S. Patricio resuscitatus 97 d e
Eochaid Fioan filius Regis Hibern. 155 f 156 a 157 b
Eogan è stirpe regia Hibern. 155 f 157 c
Ephraim Patriar. memoria 594 f
Ephraim Ep. Hierosolym. 2 f
† *Ephrem Ep. Asturic. 1 sec.* 6 b
† *Epiphane M. Sicula* 287 c f
† *Epiphanius Ep. Ticinen.* 662 d
† *Equitius Ab.* 955 e
Erbo Princ. Carinthiæ 12 sec. 693 f 694 a b 695 a 702 c
Erchenoaldus Maior-Domus 220 e *an frater S. Adalbaldi* 296 d 302 b c 303 b d
† *Erconwaldus Ep. Londinen.* 107 c d 910 d
Ercombertus R. Cantij 386 e
Ericus Pomeranus R. Daniæ & Suetiæ 926 f
Ericus, Horicus R. Saxonum in Deos assumendus 420 b 437 f *vide* Horicus.
Ercus Ep. Hibern. disc. S. Patricij 128 b e 165 f
Erimbertus Presb. in Sueciam missus 401 e 421 a 438 d
Erkengarius Comes Bononiensium 682 a
Erlafridus Comes Calbæ 9 sec. 533 f
Erlarius Diac. 9 sec. 88 c 90 c
Erluinus Ep. Cameraci 295 c 368
Erlulphus Apost. Islandiæ 267 b
Ermenberga Angla 386 e
† *Ermenburga Angla* 386 e
Ermenfridus Ep. Bellouacen. 811 a
Ermengida Angla 386 e
Ermenredus fil. Eadbaldi R. Cantij 386 e
Ermentrudis soror S. Adelheidis 715 d 716 a
† *Erminilda Regina Merciorum* 384 b 385 c f 386 388 e
† *Erminus Ep. & Ab. Lobiensis* 498 f 499 d e 500 e
Ernulfus fr. S. Adalbaldi 296 d 302 b
† *Esicius Ep. Cartesæ Hisp. 1 sec.* 4 5 6 7 9 c 10 a
Eth Ep. Hibern. 122 c 182 e
† *Ethelbertus R. Cantij* 291 292 293 386 d 387 a
† *Ethelburga V. Abb. Angla* 305 b e
† *Ethelburga vxor S. Eduini R.* 386 e 387 b
Ethelburga vxor S. Inæ Regis in Angliâ 764 f 907 e 911 f 912 b 913 b 914 a b d
† *Etheldreda* 384 c f 385 e f 387 f
† *Ethelredus R. Merciorum* 386 f 387 d
† *Ethelredus & Ethelbrictus frat. MM.* 386 e
Etheria Abb. Sueßion. 690 c
Etherius Ab. Lugdunensis 290 e 291 c
Ethne Huachach Regina Hibern. 161 b
Euanthia à S. Cornelio Centurione conuersa 283 c d e
† *Eubulus M. Cæsareæ* 318 f
† *Eucharius Ep. Bituric.* 830 c
† *Eucharius Ep. Traiecten.* 764 e
† *Eucherius Ep. Lugdunen.* 360 e
† *Eucherius Ep. Traiectensis* 764 e
Euchitæ hæretici 65 c
Eudæmon Præsul Decij Smyrnæ 45 e f
Eudocia vxor Basilij Macedonis Imp. 550 b
Eudoxius Arianus Ep. CP. 276 e 277 d
† *Euerardi corpus* 48 d
Euerardus Ep. Placentiæ 465 c e f
† *Eugeniæ V. reliq. Fuldæ* 518 d 521 c
† *Eugenius Ep. Valentiæ Hisp. 1 sec.* 6 b
† *Eugenius Ep. M. in Africâ* 4 b
Eugenius III Papa 251 c d f 252 d 568 a 571 b 572 e *fauet S. Gilberto*
Eugenius Hegum. Studitarum 549 d
Eugenius Hibernus Nelli fil. 5 sec. 781 e f 782 a
Eugenius in Asiâ 5 sec. 284 d e
Eulogius Ep. Sebastenus 331 b
Eunomiani hæretici 65 c 69 d *auctor Eunomius* 276 e 277 d
† *Euodius Ep. Antiochiæ* 16 a 17 18 c 24 d
Euphemius proditor Siciliæ 636 a
† *Euphrasius Ep. Illiturgi Hisp. 1 sec.* 4 5 6 7 c 9 c 10 a 457 a
† *Euphraxius M.* 317 f 329 d
† *Euplij Diaconi M. Acta* 598 e f 599 a b c
† *Eusebia Abb. Hamaticensis* 820 b 864 d
† *Eusebia Abb. filia S. Kictrudis* 295 e 296 c 299 e 300 301 302 c f 303 d *corpus* 48 d
† *Eusebius Ep. Tricastinus* 934 e 954 b c
† *Eusebius mon. Placentiæ* 465 d
Eusebij historia & Chronicon explicata 39
† *Eustasius disc. S. Columbani* 699 e
† *Eustochius Ep. Turonen.* 217 b f
† *Eustorgius II Ep. Mediolan.* 662 d
† *Eustratius M. Sebastenus* 332 c d
† *Eutropiæ V. reliq. Fuldæ* 521 b c
Eutropius Ep. Ptolemaidos 471 e
Eutyches hæresiarcha 275 c
Eutychiani hæretici 867 a e
† *Eutychianus Papa M.* 594 d
Eutychianus scriptor Vitæ S. Theophili Pœnitentis 481 f
Eutychianus ex Cataphrygibus Smyrnæ 3 sec. 44 e
† *Eutychius Patr. CP.* 481 f
† *Eutychius Ab. Ital.* 364 e f
Euthymius Patriarcha CP. 707
† *Euergisus, Ebregisus Ep. Traiecten.* 764 e
† *Euurtius Ep. Aurelianensis* 288 e
† *Exuperius Ep. Tolosæ* 355 d

F

† *Fabianus, aliis Flauianus, Papa* 83 f 84 d *rel. Fuldæ* 515 c d
Fabricius Ep. Placentiæ Ital. 465 c 466 d
† *Falco, Fulco, Folco, Ep. Traiecten.* 764 e 826 c
Faramundi R. Franc. tempus 208 b
† *Farannanus Hibern.* 448 a
Farimondonus Gubernator Ozacæ in Iaponiâ 745 c 747 d
† *Faro Ep. Meldensis* 861 e f 862 b
Faroaldus Dux Spoletinus 364 c f
Fascagnua Iapon. 745 f 748 f 752 f
† *Fausta V. & Euilasius Mart.* 765 d
† *Faustus Presb. M. Alexandr.* 460 f 462 d
Faustus Senator Romanus 5 sec. 666 b e
Fazamburus Iapon 739 d 751 e 752 a 758 f 760 a b c 761 e f
Feidlimidh R. Hiber. 155 f 157 b
† *Felicia V. Casalitana M.* 593 a
Feliciana V. Conimbricæ in Lusitaniâ 960 c
† *Felicitatis matris 7 filiorum reliq. Fuldæ* 515 a 521 b c
† *Felicissimi Diac. brachium Fuldæ* 515 c d f
† *Felix 1 Papa M.* 594 d
† *Felicis rel. Fuldæ* 521 c
† *Felicis & Naboris brachia 2 Maræ* 918 d
Felix Ep. Belicensis 318 a 329 a 360 f
Felix Ep. Carthag. Hisp. 329 a
Felix Ep. Tarnisinus 672 d
Felix Presb. furatur reliq. SS. Seueri, Vincentiæ & Innocentiæ 90 c d e
Felicis Consulatus an synodo Aurelianensi 1 adscribendus 218 a b
† *Ferdinandus R. Hispan.* 457 b c
Ferdomnach Ep. Kildariæ 102 a
Ferrandus Ep. Septensis 575 d
Ferrecus Ab. Blandinij 838 a
† *Ferreolus Ep. Vceciæ* 210 f 296 d f
Fiacha, Fiacus, Suighe filius R. Hib. 155 f 157 b
† *Fiacrius* 101 a 454 b d
† *Fidolus Ab. 6 sec.* 474 d e f 475 a b c
† *Fiecus Archiep. Lageniæ* 101 d e

† Finanus Lobhar 116 f 117 a
† Findanus incluſus Rhinouien. 336 d
Fingenius Hibern. 593 e
† S. Finianus Ep. Liſmorenſis 904 c
Finianus Cluanenard. 116 c
† Finianus auditor S. Gildæ 115 e
† Fintanus Ab Hiber. 4 a
† Fintanus mon. Rheinouien. Hibern. 115 f
† Firmilianus Ep. Cæſareæ Cappad. 268 a
† Firminus Ep. Virdunenſis 783 e
† Firminus Ep. Vceciæ 210 f
† Firminus Ab. Durnæ prope Antuerpiam 820 f 821 e
Flauius Ep. Remen. 785 c
Flauius Ep. Carnoten. 479 a
Flodulfus Domeſticus S. Sigeberti 235 a
† Florbertus Ab. Ganden. 821 d 831 d 835 c 863 c 894 e
† Florebertus Ep. Leodien. 372 d e 378 b 380 c
† Florentius Ep. Treuir. & Tungren. 764 d
† Florentius Ep. Argentorat. 829 d
† Florus Diac. Lugdunen. 664 b
Folcardus Ab. Gandenſis 677 a c 687 f
Folciardus ſub S. Sigeberto 235 e
Focchungorum familia in Suellâ 927 e f
† Folquinus Ep. Terouanenſis 298 a 396 d e
Fonteius Ep. Feltrien. 593 b 671 a 672 d
Fordredus Ep. Schireburn. 908 d 909 e
Formoſus Papa 407 d 408 a
† Fortunatus Ep. Tudertinus 258 a b
† Fortunatus Presb. in Vmbriâ 935 946
Fortunatus Ep. Afer 3 ſec. 326 f
Fotadus Ep. Scotus 318 c
Fotochus è diis Iaponiæ 745 b
† Franciſcus Xauerius 724 c d 758 d
† Franciſcus de Stroncone Ord. Minor 935 e
Franciſcus I R. Franc. 575 f
Franciſcus Dux vltimus Britan. Armor. 575 a b
Franciſcus Barberinus Cardinalis 961 c
Franciſcus Arch. Rotomag. 17 ſec. 196 d
Franciſcus Paſius Soc. Ieſu in Iaponiâ. 757 e 759 c f 760 a b e
Franciſcus Perez Soc. Ieſu in Iaponiâ 745 e
Franciſcus Rodriguez Soc. Ieſu in Iaponiâ 745 e 746 d e
Franciſci de Roſieres diplomata ſuſpecta 233
Franco Ep. Leodienſis 369 a 407 e 408 b
Francorum origo, nomen, ſedes, migratioues, potentia contra Romanos 206 207 208.
Freculphus Ep. Lexouien. 505 c d 508 c 522 b 526 d
† Fredegandus Ab. Durnæ prope Antuerpiam 821 b 828 a
Fredegarius Chronicon vſque ad cap. 90 ſcripſit 214 d e f 215 a Diſcrimen vnius anni cum Greg. Turonen. 219 a
† Fredericus Ep. Vltraiecti. M. 508 d e 522 b
Fredericus Ænobarbus Imp. 571 d
Fredericus II Imp. 653 e f 654 b
Fredericus Dux Lotharingiæ inferioris 11 ſec. 715 d 716 a
Fredericus Com. fr. S. Hartuici 694 d
Fridericus II R. Siciliæ 648 b
Fridericus Arch Salzburgen. 704 c
Fridericus Archiep. Colonien. 917 d
Fridburgis Sueca 9 ſec. 416 c 435 d e
† Frigidianus 915 f 916 e
Friſij in hodiernâ Flandriâ 820 e
Frithewaldus pater S. Oſithæ 107 c d
Frodobertus Ab. Cellenſis 93 b d
Frumoldus fr. S. Wolphelmi 714 a
Fulcardus Præpoſitus Inſulen. 15 ſec. 48 e
Fulcuinus Ab. Lobienſis 369 a
† Fulberti rel. Latiniaci 319 a
Fulbertus Ep. Cameraci 494 f 496 b
Fulbertus ſcriptor Vitæ S. Autberti 789 f
† Fulgentius Ep. 763 b
† Fuſcianus & Victoricus MM. 782 e
Fuſcina ſoror S. Auiti 593 b 661 b c
Fuſcina ſenior cognata S. Auiti 593 b 661 c

G

Gabriel Maria Confeſſarius B. Ioannæ Valeſiæ 576 e 577 d 578 d
Gad Patriarchæ memoria 594 e
Gais, Guais, Huais Hibern. 123 d 124 b 159 a
Galerius Maximianus 344 f
† Galla mater SS. Conſortiæ & Tulliæ 939 f
† Galla Aruernenſis 939 f
Gallenius an cum S. Ignatio paſſus 2 f
† Gallus Ab. 952 f
Ganardus R. Pictorum 108 b c d e
Garcia Lopezius Padilia Mag. Ord. Calatrauæ 15 ſec. 255 a
Garibaldus Dux Baioariorum 697 c
Garinus Ab. Altæ-cumbæ Ep. Sedunenſis 765 d e
Garipertus Domeſticus S. Sigeberti 235 a e
Garſias I Magiſter Ord. Calatrauæ 254 b
† Gaudentius Ep. Nouarien. 317 c
Gaufridus Ep. Carnotenſis 3 d
Gaufridus ſecretarius S. Bernardi 251 b
† Gaugericus Ep. Cameracenſis 782 c 786 d 807 f
† Gausbertus Ep. Oſnabrug. 2 Febr. & pag. 413 f 414 c 419 c d 421 a 422 c 434 b c 437 b
Gebehardus Ep. Spiræ 510 e
Gelaſius Papa 449 e
† Gelaſius Conf. 766 d
† Geminianus Ep. Mutinenſis 78 e 79 b 84 e 87 a
† Geminianus M. 317 f 329 e
† Geminus Ep. Niſibenſis 593 b
Geminus Presb. Antiochiæ, ſcriptor 459 a
Gemonogius Præfectus aulæ Iaponiæ 744 c 755 e 748 f
Genoſofin Præf. aulæ Iaponiæ 749 f 755 f 756 a
† Gentianus M. 198 b
† Georgius M. Patronus Melitæ 604 e Eius Ordo à Friderico III Imp. contra Turcas inſtitutus 694 d 695 a
vel. Fuldæ 518 d
Georgius Albericus ſcriptor hiſtoriæ Tranſlationis S. Sigeberti 241
Georgius Maniaces Dux II ſec. 635 636 b 637 f
† Gerardus Ab. Bronienſis 676 b 684 b c e 821 e
† Gerardi Com. Auriliacen. reliq. Podij 205 a
Gerardus I Ep. Cameracen. 791 d e
Gerardus Comes ſub Carolo Caluo 396 d
Gerardus Notarius Dagoberti I 819 b
Gerardus Voſſius interpres & ſcholiaſtes operum S. Ephræm 49 52 f 55 e 58 d 60 d
Gerberga Abb. Gundersheim 311 d
Gerberga vxor Lotharij R. Franc. 845 d
Gerberta mater S. Adalbaldi 296 c 299 d 300 a d
Gerberta, Girberga, mater S. Adelheidis 593 e 713 f 714 b 715 c d
Gerente R. Walliæ 911 c
† Gereon M. 721 a d
† Germanus Patriar. CP. 318 f vel. Burſij in Gal. 361 d
† Germanus Ep. Autiſſiodor. 787 e 788 b
† Germanus Ep. Capuæ 633 d
† Germanus Ep. Monæ inf. 104 c
Geroldus Archidiac. palatij 9 ſec. 522 b
Geroldus Com. ſub Ludou. Pio 406 b e 413 c 433 f
† Gertrudis V. Abb. Niuell. 229 c 303 e 306 a 377 e 520 c 686 e 688 a 782 e 827 d 835 a 868 c 947 c f 949 a d
† Gertrudis in Franconiam fugit 306 b
† Gertrudis vidua Abb. Hamatici 295 299 d 300 a d 820 b 834 d
† Gertrudis rel. Podij 205 a

Geruaſius Ricobaldus Canon. Rauen. ſcriptor 501 f 502 a
† Gerulphus M. 687 b
Gerungus Ab. Hirſaugien. 531 b
† Gerwis V. in Siluolde 764 f
† Getulij M. reliq. Trecis 476 a b
Gibonoſcius adminiſtrator Meaci 747 e 748 b c f 749 a 750 d 751 752
† Gildas Sapiens vnus, Albanus & Badonicus dictus 114 115
† Gildæ corpus Glaſtoniæ 689 e
† Gilbertus Ep. Meldenſis 449 a
† Gilbertus Ab. Nouemfontium 449 d
† Gilberti Ab. corpus Toloſæ 449 e
Gilberti varij in Angliâ 567 b
Gillebertus Elnonẽſis ſcriptor miraculorum S. Amandi 843 b 895 d
Gillebertus Iudex Atrebat. 9 ſec. 804 e
Giſla vxor S. Stephani Reg. Hungar. 4 b
Giſlebertus Ep. Nouiomen. 895 c d
Giſlebertus corpus S. Agathæ Catanam refert 638 639
† Giſlenus Ab. 367 d 823 e 833 a 834 d 864 b 868 d e 872 e corpus 48 d
Giſlocardus Ep. Virdunenſis 209 e 235 a b e
† Goar Presb. 373 c 374 b c
Godebaldus, Egorbaldus, Ep. Herbipoli 510 e
Godefridus R. Daniæ contra Carolum M. 399 c
Godefridus Dux Daniæ gener Lotharij R. 400 b c 558 f
Godefridus Dux auus S. Adelheidis 715 c
Godefridus fr. S. Adelheidis 716 b f
Godefridus mon. Hirſaugien. 12 ſec. 765 a
Godiua Comitiſſa Angla 11 ſec. 385 e
Godo Ep. Metenſis 234 b
Goedermundus Ep. in Iſlandiâ 3 d
† Goldrophes Prior Canonic. Regular. in Luſitaniâ 960 b
† Gondulphus Ep. Traiectenſis 764 e
Gontherus Ep. Salisburgen. 368 f
† Gorgonius M. Nicomediæ 462 f
Gormon R. Daniæ 8 ſec. 399 b
Goſcelinus ſcriptor Vitarum Sanctorum 288 f Vitæ S. Wereburgæ 384 c
Goſelinus iuuat in corpore S. Agathæ referendo 638 639.
Goteſchalcus hæreticus à B. Rabano condemnatus 511 a 535 b
Gothi alij à Vaſconibus 298 d 302 c
Gozwinus ſenior de Heinesberg 920 c
Gramatius Ep. Vindoniſſæ 210 b
Gratia Regina Tangi in Iaponiâ 756 e 757 b
Gratia puella Iaponia 749 c d
† Gratianus Ep. Turonenſis 215 d
† Gratus Ep. Auguſtæ Prætoriæ 5 ſec. 98 d f
† Gregorius Magnus 671 c 672 a d e 674 a b 845 a e 908 a mittit viros Apoſtolicos in Angliam 290 291
† Gregorius II extruit templum S. Agathæ 632 d
Gregorij IV Papæ decretum pro S. Anſcharo 406 413 c 418 a 436 e
† Gregorius VII Papa 7 f
Gregorius XV Papa 578 a
Gregorius Patr. Antiochenus in locum S. Anaſtaſij exulis ſubſlituitus 35 c d
† Gregorij Nyſſeni oratio de S. Ephræmo 69 & ſeqq.
† Gregorius Ep. Autiſſiodor. 785 b
† Gregorius Spoletinus Presb. M. 449 e
† Gregorius Ep. Turonenſis contra obtrectatores defenſus 824 d e
† Gregorius Vltraiectinus 232
Grimoaldus Maior-Domus S. Sigeberti 221 e 229 e 230 c d 234 b c d 235 a b
Gualdo mon. Corbeiæ, ſcriptor Vitæ metricæ S. Anſcharij 394 a 427 d 428 f
† Gudila V. 377 f 379 a 827 f
† Gudualus Ep. 676 a c d e 683 f 684 c
Gudurm Danus pirata 9 ſec. 399 f
† Guibertus Gemblaci 449 d
† Guilielmus Roſchildenſis 251 d
Guilielmus Archiep. Rotomagen. 11 ſec. 194 a
Gulielmus Com Eſſexiæ 13 ſec. 569
Gundanus an Beatus 318 e
Gundobadus R. Burgund. 663 664 667 f
† Guniſortis & Guiniboldus fratres 186 b
Güntharius Arch. Colonien. 9 ſec. 393 a 417 e
Guntherus Ep. Gurcenſis 701 c
Guntherus Elnonenſis an ſcriptor miraculorum S. Amandi 843 c 900 c
† Gunthramnus R. Burgund. 365 c e 366 a peccata, virtutes, à leprâ liberatio 201 f 202 anni regni diſcuſſi 218 e f 219 a b obitus 219 b c
† Guthlacus Erem. Angl. 688 e f

H

HAdeboldus Ep. Colon. 391 f 411 e
Hadelinus Bietlot ſcriptor Vitæ metricæ S. Hadelini Presb. 370 c
Hadewigis filia B. Hildegundis 917 f 918 c e
Hadewigus Comitiſſa Lidtbergen. 916 f 918 a
† Hadrianus M. Cæſareæ Palæſt. 449 b
Hadrianus Ep. Polenſis 593 c 671 a
† Hadulphus Ab. & Ep. Atrebaten. 788 b
† Hadulphi reliq. Cameraci 792 a
Haiminus mon. Vedaſtinus ſcriptor miraculorum S. Vedaſti 789 f 790 a 801 f 802 e 803 e 805 b 873 a d e 888 e
Haiſtulphus Archiep. Moguntinus 522 a
Halitgarius Ep. Cameracen. 400
Halpdanus Danus 8 ſec. 399 b
Harigerus Ab. Lobienſis 369 b f 370 a 841 b 855 f
Harmonius hæreticus 77 e f 78 e
Haroldus R. Daniæ 10 ſec. 446 e vide Heriolaus.
Haroldus Ep. Sleſuici 446 a
Hartmundus Ab. S. Galli 507 c
† Hartuicus Ep. Salisburgen. 694 d
Hathomuda Abb. Gundersheim. 311 d
Hatto, Haddo Arch. Moguntiæ 408 a
Hatto Ab. Fuldæ 503 f 504 e 509 d 510 b
Hatto Ab. Vedaſtinus 788 b
† Haimeranus Ep. Ratiſpon. 675 a
Haymo Ep. Halberſtadij 503 e 504 e 510 b e 511 b 526 a b 537 b
Haymo Ep. Virdunen. 368 f
† Hedda Ep. Saxon. Occiden. 907 f 909 c d
† Hedwigis 304 d
† Helena Auguſta 765 c
† Helena in Sueciâ 927 e 928 f
† Helena V. M. Vrſulana 4 e
Helena Auguſta fil. Romani Imp. 707 b
Helena vxor Manuelis Patricij 9 ſec. 550 c
Heligandus Ep. Verdenſis 313 c 413 c
Heliſea corpus S. Blaſij ſepelit 339 d 353 d
Helizachar Cancellarius Ludouici Pij 822 e
† Helladius Commentarienſis M. in Ciliciâ 656 c d 657 c d
Helinandus Ord. Ciſterc. 318 d
Helpericus diſc. B. Rabani 507 c
† Helueus Ep. in Momoniâ 114 b
Heluidiani hæretici 205 c e
Hemgiſius Ab. Glaſtonien. 907 c 908 a
Hemmingus R. Daniæ 9 ſec. 399 c
Hemmingus Danus in Walchrâ occiſus 399 b
Henricus Magnus Archiep. Remen. 295 d
Henricus Ep. Bellouac. frat. R. Galliæ 251 b
† Henricus Imp. 716 f maiores 311 e f diploma pro monaſterio Gandenſi S. Bauonis 821 f.
Henricus Auceps Imp. 717 c maiores 311 d e f

Henricus

Henricus III *Imp. fil. Conradi Salici* 557 *e f* 715 *c*
Henricus V *Imp.* 557 *f*
Henricus VI *Imp.* 654 *a*
Henricus II *R. Angliæ S. Gilbertum defendit* 568 *e f* 571 *b d*
Henricus Dux Bauar. pater S. Henrici 311 *f*
Henricus Com. Ponthemuren. 12 *sec.* 251 *e*
Henricus Hezelo frater S. Cunegundis 716 *a*
Heraclitus scriptor 3 *sec.* 267 *a*
† *Herculanus Ep. Perusinus* 362 *a*
Herdwicus Com. Carinthiæ 702 *c*
† *Heraclianus Ep. Pisaurien.* 84 *f*
Heraclides Ep. Heracleæ Arcadiæ 471 *e*
† *Heribertus Arch. Colonien.* 718 *e* 719 *ef*
Heribertus Ab. Andaini 369 *a*
Heribertus Comes Viromanduorum 682 *a*
Heridachus Presb. Hamburgi 405 *c* 413 *b* 433 *d*
Herigarius Suecus à S. Anschario conuersus 318 *c* 412 *f* 433 *b* 435 *a b c e miraculis illustris* 415 416 417 *a*
Herimbertus Ep. Mindensis 401 *d*
Herioltus R. Daniæ 8 *sec.* 399 *b*
Herioltus R. Daniæ 9 *sec.* 399 *b d f baptizatur* 410 *f* 411
Herlolfus Presb. Germ. 9 *sec.* 521 *a*
Hermannus Arch. Colonien. 9 *sec.* 393 *b* 407 *e* 408 *a*
Hermannus Præp. Cappenberg. 917 *a b* 918 *d*
Hermannus Comes Litbergensis 916 *f* 918 *a*
† *Hermelindis V.* 827 *d*
Hermenburga filia Henrici III *Imp.* 360 *a d*
† *Hermetis M. reliq. Rotnaci* 822 *a b Salingenstadij* 512 *e*
Herminfridus Ep. Bellouacen. 790 *d*
Hermogenes Ep. Rhinocoruræ 471 *e*
† *Heron Ep. Antiochenus* 18 *c* 19 *b*
† *Hesychius Ep. Ægypti M.* 459 *c* 460 *f* 461 *a* 462 *d*
Hetti Epi Treuirensis quando sederit 391 *e f* 413 *c* 511 *b*
Heyngerus Didascalus Belga 10 *sec.* 369 *f*
Hezelo Ep. Tullen. 368 *f*
† *Hidulphus Dux* 500 *e.*
† *Hieronymus Presbyter in solitudine degit* 52 *b c*
† *Hieronymus de Iesu Ord. S. Francisci in Iaponiâ.* 732 *f* 740 *b*
Hieronymus Setinus Italus 256 *a* 257 *d*
† *Hilarius Ep. Gabalorum* 210 *e*
† *Hilarij reliq. Atrebati* 792 *a*
Hilarius Hegumenus Studitarum 339 *a* 551 *f*
Hildebertus Ep. Cameracen. 786 *e*
Hildeboldus Archiep. Colonien. 511 *b*
Hildegrinus Ep. Halberstadij 314 *f* 504 *f*
† *Hildelitha Angla* 305 *b e*
† *Hildemannus Ep. Bellouacen.* 790 *f* 808 *b f*
Hildi, Hildiwinus, Ep. Virdunen. 9 *sec.* 90 *d*
Hilduinus Ab. S. Dionysij 509 *a* 512 *d* 522 *b* 537 *a*
Hincmarus Archiep. Remensis 535 *b* 888 *e*
† *Hinna V. Hiberna* 116 *d* 134 *a*
Hinna, Hymna V. Hiber. 5 *sec.* 97 *a*
† *Hippolyti M. reliq. Fuldæ* 518 *e*
† *Hippolytus Bostrenus* 449 *d* 458 *f* 459 *a*
Hippolytus Ep. Carthag. Hisp. 329 *a*
† *Hiscius, Esicius Hisp.* 1 *sec.* 12 *f*
Hogerus Archiep. Hamburgen. 393 *c*
Homburga Comitissa Teruanæ 677 *f*
Honoratus Ep. Bellouacen. 809 *e f* 810 *f*
Honorius III *Papa* 455 *e*
Horicus R. Daniæ fil. Godefridi 399 *a e* 418 *f* 420 *a c* 422 *c* 436 *f* 437 *e* 439 *b*
Horicus iunior R. Daniæ 399 *a e* 407 *a* 422 *c* 439 *f*
† *Hormisda Papa* 666 *f* 667 *a b* 783 *f*
Horuntinus Ep. Vicentinus 671 *a* 672 *d*
Houi, Houib Comes Slesvici 9 *sec.* 422 *d* 439 *f*
† *Hoyldis V. reliq. Trecis* 476 *b*
Hubertus Archiep. Cantuar. 569 *e f*
† *Hubertus Ep. Traiect.* 372 *d* 764 *e*
Hubertus Presb. scriptor miraculorum S. Vedasti 790 *a* 803 *e* 804 *c*
Hucbaldus mon. Elnonensis scriptor Vitarum SS. 295 *b*
Huelus ab Arturo R. occisus 115 *a c*
† *Hugonis corpus* 48 *d*
Hugo Capetus R. Franc. 574 *f*
Hugo II *Arch. Turonen.* 12 *sec.* 251 *c*
Hugo Archiep. Vesontionen. 360 *a*
Hugo Ab. Elnonen. 12 *sec.* 857 *c* 900 *f*
Hugolinus Moguntinus Ord. Min. 924 *f*
Hugo Lupus Comes Cestriæ 385 *e f*
† *Humbertus Ab. Maricollen.* 821 *a* 824 *a* 833 *b* 870 *a b d* 894 *e*
Humbertus Ep. Herbipol. 508 *f* 519 *d* 520 *a* 521 *a* 522 *b*
Humbertus Dominus Salinarum 360 *a*
Hunni Constantinopolitanos vexant 542 *c*
Hunni pro quibuscumque barbaris 377 *f* 378 *a* 379 *b*

I

† *Iacobi Patriar. memoria* 594 *e*
† *Iacobi Maioris Apostoli discipuli habiti* 4 *f* 5 *an ab eo Episcopi in Hispaniâ ordinati* 5 6 *corpus in Galleciam adnectum* 5 *c e* 6 *c, prædicatio, martyrium, translatio, inuentio, miracula, cultus, discipuli* 7
† *Iacobus Apost. fil. Alphæi* 449 *b*
† *Iacobi App. Iudæam excolunt* 874 *e*
† *Iacobus Patauinus M. Ord. Minor.* 265 *d*
Iacobus Raymeres de Gosman Ep. Catanæ 636 *f*
Iacobus Amanatus Ep. Papien. Card. 695 *e*
Iacobus de Trecis Capellanus Vrbani V 456 *c*
Iacobus Tirinus Societatis Iesu 329 *b*
Iacuinus Medicus Iapon 728 *e* 729 *c d* 744 *a* 745 *b c* 752 *d*
† *Ianuarij & Magni Diac. reliq. Fuldæ* 518 *e* 519 *b* 520 *a c e f*
Ibarus, Yborus, Eburius Ep. Hibern. 124 *e f* 125 *a* 162 *e* 184 *b* 185 *c*
Ibas Ep. Edessenus 670 *c*
† *Idubergâ, Itta vid.* 827 *d* 868 *a* 949 *a d*
† *Ignatius Patriar. CP.* 243 *a d* 548 *a e*
Ignatius an Ep. Moguntinus 36 *b*
Illandus R. Hibern. 154 *c* 161 *b c*
Imbobus Presb. Atrebaten. 804 *c*
Imma, Immacin Matrona Cortraci 11 *sec.* 685 *e* 686 *d*
Immo Ep. Noviomensis 298 *a*
Imnechildis vxor S. Sigeberti R. 231 235 *e* 236 *a*
† *Ionatus Ab. Marchianensis* 820 *a* 832 *c* 833 *b* 864 *d* 894 *e*
† *Indalecius Ep. Vrci Hisp.* 1 *sec.* 4 5 6 7 9 *c* 10
Indrecti illustres in Hibernia 688 *b*
Ingo Dux Carantanorum 698 *f* 700 *b*
Ingela V. 593 *e*
† *Innocentis M. corpus Merbecæ* 9 *sec.* 382 *d*
† *Innocentius* I *Papa* 357 *e*
† *Innocentij Papæ* I *reliquiæ in Saxoniâ* 311 *d e*
† *Innocentij Subdiac. M. corpus Antuerpiæ* 329 *e f*
† *Innocentij Thebæi inuentio* 98 *f*
Innocentius III *Papa* 455 *e*
Innocentius Ep. Rutenorum 210 *e*
Ioachimus Princ. Brandeburgicus 523 *d*
Ioceſinus, Iocelinus, pat. S. Gilberti 570 *f* 572 *b*
S. Ioannis Bapt. manus CP. 708
† *Ioannes Euang.* 766 *b* 767 *a Apostolus Asiæ* 874 *e ab eo ordinarit SS. Ignatium, Polycarpum Papiam Episcopos* 17 *e f eius discipuli* 13 *a* 24 *e Martyr* 427 *b obitus* 87 *d* 260 *f*
† *Ioannes Chrysostomus* 469 *c d f* 470 *Eius concio de reliquiis S. Ignatij Antiocheni* 33 *f* 34
† *Ioannes Eleemosynarius* 317 *c*
† *Ioannes Agnus Ep. Traiecten.* 764 *e* 831 *f* 832 *a*
† *Ioannes* I *Ep. Spoletinus* 362 *a* 363 *e*

† *Ioannes*

† *Ioannes Penarienſis* 362 *a b f* 363 *d*
Ioannes VII *Papa* 455 *c*
Ioannes Ep. Hieroſolymitanus 52 *b*
Ioannes Archiep. Toletan. 12 *ſec.* 253 *e*
Ioannes Ep. Rauennus 7 *ſec.* 671 *a b*
Ioannes Vixitellus Ep. Catanen. 637 *a*
Ioannes Ep. Gurcenſis 705 *c*
Ioannes Ep. Parentinus 670 *f*
Ioannes Ep. Tornacenſis 456 *d*
Ioannes Zimiſces Imp. 711 712
Ioannes de Curſi Vlidiæ Princ. 12 *ſec.* 111 *e*
Ioannes Com. Caſtroduni 5 *ſec.* 479 *a*
Ioannes Comes ab Hiberniâ 113 *a*
Ioannes Abb. Blandinij 7 *ſec.* 835 *d* 872 *b* 894 *e*
Ioannes Conwerburgius Abbas Blandinien. 676 *e*
Ioannes Ab. Elnonen. 12 *ſec.* 858 *b*
Ioannes I *Ab. Haſnonienſis* 820 *b c*
Ioannes Ab. Ciſtercien. in Britanniâ Armoricâ 11 *ſec.* 249 *e*
Ioannes Trithemius ſcriptor Vitæ B. Rabani Mauri 500 *f* 523 *a*
Ioannes Standoncus Doctor Pariſ. 575 *e*
Ioannes Hegumenus Ord. Acœmetorum 538 *c*
Ioannes Iunior aſceta in Siciliâ 593 *d*
Ioannes mon. Elnonen. poëta 295 *b*
Ioannes mon. Fuld. diſc. B. Rabani 527 *e*
Ioannes Bonus de Leuwis in Viridi-Valle 594 *b c*
Ioannes Pauper Zamorenſis Ord. S. Franciſci in Iaponiâ 733 *a*
Ioannes Nangoia Soc. Ieſu in Iaponiâ 752 *a*
Ioannes Rodriguez Soc. Ieſu in Iaponiâ 746 *f* 751 *a f* 759 *c d e f* 760 *e*
Ioannes Burſarius Scabinus Atrebati 14 *ſec.* 814 *a*
Ioannes de Bruxellâ ſcriptor ſermonis de S. Vedaſto 790 *c*
Ioannes fr. SS. Solennis & Auentini Epp. 479 *a c d*
Ioannes Æthrius 4 *ſec. exul* 358 *c*
Ioramus an. 1589, *M. in Iaponiâ* 754 *f*
† *Ioſeph & Aithala MM.* 467 *c d*
† *Ioſephi Patriarchæ memoria* 594 *e*
† *Ioſephus ab Arimathia an Glaſtonienſe monaſterium in Britanniâ condiderit* 906 *d e*
† *Ioſephus Ep. Theſſalonicæ* 542 *a b* 547 *d*
Ioſephus Princ. Iapon. 745 *b c*
† *Irenæus Ep. Lugdun.* 28 *a* 33 *a* 782 *c e*
† *Irmina filia Dagoberti* II 232 *a*
† *Iſaac Syrus in Italiâ* 362 *a b f*
† *Iſaaci Patriarchæ memoria* 594 *d*
Iſſachar Patriarchæ memoria 594 *e*
Iſdandula in Perſide 4 *ſec.* 467 *d*
† *Iſichius Ep. Viennen.* 660 *c f* 661 *a b e* 667 *f*
† *Iſidorus Alexandrinus M.* 594 *a*
Iudæ Patriar. memoria 594 *e*
† *Iudicaël R. Britan. Armoricæ.* 493 *c d* è *Rege monachus* 251 *e*
Iuditha Imperatrix vxor Ludouici Pij 509 *b*
† *Iudocus* 923 *a*
† *Iulianæ V. M. reliq. in Bohemiâ* 36 *f*
† *Iulianæ V. M. Vrſulanæ oſſa in Bauariâ* 248 *a d*
† *Iulianus M. Aruern.* 202 *d f*
† *Iulianus mon. Edeſſæ* 54 *a b c*
† *Iulius* I *Papa* 80 *c* 83 *f*
Iulius II *Papa* 577 *f*
Iunior Ep. Veronen. 593 *b* 671 *a* 672 *d*
Iuſta Iaponica vxor Auguſtini 746 *d*
† *Iuſtiniani M. reliq. Trecis* 476 *a b*
Iuſtinianus Imp. 670 *e* 673 *e eius bellum Perſicum* 481 *e*
† *Iuſtinus. Iuſtus, Ep. Argentorati* 765 *e*
† *Iuſtinus Ep. Teatinus* 658 *b*
† *Iuſtus Archiep. Cantuarien.* 291 *d e* 292 *c e* 293
† *Iuſtus Ep. Volaterranus* 330 *c*
Iuſtus Vcondonus Princ. Iaponiæ, Chriſtianus 724 *e f* 727 *b c* 728 *e* 729 *b* 731 *b* 747 *d* 748 *a* 749 *f* 755 *a*

†

K

Karaſtus Dux Caranthanorum 698 *d e*
Kenredus pat. S. Inæ Regis 905 *d*
† *Keranus Hibernus* 780 *e* 781 *b*
† *Keranus Sagerenſis* 113 *c*
† *Kertenus Ep. Clochoren. Hibernus* 116 *b*
† *Kyneburga Angla* 386 *f* 387 *d*
† *Kyneſwida Angla* 386 *f* 387 *d*
Kygibertus Ep. Moguntin. 8 *ſec.* 333 *d*
† *Kylianus M.* 519 *a*

L

Ladiſlaus Gielnouius Ord. Minor. 765 *c*
† *Lambertus Ep. Traiect.* 372 *d* 374 *f* 764 *e* 786 *e f* 788 *c* 825 826 833 *f* 836 837 *a* 954 *f*
† *Lamberti rel. Latiniaci* 319 *a*
Lambertus Com. Namnetenſis 9 *ſec.* 816 *a*
Lampetius Ep. Caſſij in Ægypto 471 *e*
Lamprotate loculum S. Ephræmo curat 67 *a*
† *Landelinus* 498 *f* 824 *a corpus* 48 *d*
Landina mulier Etruriæ 262 *f*
Lando Archiep. Remenſis 296 *d* 302 *b*
† *Landoaldus Archipr.* 369 *d e* 833 *d e f* 894 *f*
Lanto Ep. Auguſtanus 510 *e*
Laodicius Præfectus Maximiani 287 *b*
† *Lafra V. Hibern.* 123 *c* 158 *f*
† *Laurelianus M. Romæ* 267 *f*
† *Laurentius Ep. Hibern.* 268 *a*
† *Laurentius Ep. Sipontinus* 633 *c*
† *Laurentius Patronus Montaone.* 257 *a*
Laurentius Ep. Bellunen. 593 *b* 671 *a* 672 *d*
Laurentius Dunelmenſis an ſcriptor Vitæ S. Brigidæ 102 *c d*
† *Lazarus in Gallias venit* 450 *f*
† *Leo* IX *Papa* 684 *f* 685 *d*
Leo X *Papa* 577 *f*
Leo Philoſophus Ep. Theſſalonic. 242 *f*
Leo, Leonius Ab. Lobienſis & Bertinianus 764 *f*
Leo Iſauricus 542 *c*
Leonis Armeni, perſecutio 539 *d* 542 543 544
† *Leodegarius Ep. Auguſtodun.* 837 *b e* captus, occiſus 224 *b c* corpus transfertur 224 *d*
Leofricus Com. Angl. 11 *ſec.* 385 *e*
† *Leonardus Patronus Montaone in Etruriâ* 257 *a*
† *Leonianus Ep. Viennen.* 365 *b*
Lepidus Smyrnæ ſub Decio 45 *e f* 46 *a*
Leudericus Ep. Eremenſis 392 *f*
Leui Patriar. memoria 594 *e*
Leuterius Dux Alamanniæ 7 *ſec.* 229 *f*
Lia vxoris Iacobi memoria 594 *e*
† *Liberius Ep. Rauennas* 83 *c*
† *Licinius Ep. Andegauen.* 292 *a*
Licinius Ep. Turonen. 217 *c f*
Licinius Imp. 339 *d* 344 *e* 348 *f*
† *Lidorius Ep. Turonenſis* 215 *d*
Liemarus Archiep. Hamburg. 393 *c* 557 *e f*
Lietbertus Ep. Cameracen. 486 896 *e*
† *Limonius M. Aruernæ* 769 *b c*
Lintbertus Ab. Hirſaugi diſc. B. Rabani 507 *b d* 511 *b* 526 *d*
Lindwardus Ep. Paderborn. 312 *d*
† *Linus Papa* 16 *e* 17
Linus, Lininus Presb. cum S. Pionio captus 40 *b e* 42 *f* 44 *e*
† *Lioba V. Angla in Germaniâ* 305 *b* 906 *b c* *oſſa Fuldæ* 521 *c*
† *Luinius M.* 687 *b* 821 *c d* 835 *b*
† *Longinus Ep. M. in Africâ* 4 *b*

Loth memoria 594 d
Lotharius I Imper. 509 c d e
Lotharius R. Lotharij Imp. filius 417 e 436 b
Lotharius Imp. 8 sec. 90 d
Lotharius R. Franciæ 846 c d 847 a
Lotharius R. Cantij 386 e 387 d
Lotharius Com. Arensis maritus B. Hildegundis 916 f 917 a b 918 a
Lotharius edituus Elnonen. 891 d 895 c
† Lucas Euang. 874 f
† Lucanus Ep. Sabionen. 669 b c
† Lucia V. M. 766 d ad sepulchrum S. Agathæ 630 f 631 a corpus CP. 636 c
Lucia Veneta 3 Ord. S. Francisci 932 a
† Lucianus Ep. Bellouacensis 782 c e 808 e 811 a
† Lucianus Ep. Leontinus 288 d
† Lucianus Presb. Nicomediæ M. 460 e f
Lucianus in Africâ profide captus 323 324 329 d
† Lucius R. Britannus 923 a
Lucius II Papa 252 b d
Ludericus Ep. Brem. 511 b
Ludolphus Dux auus Henrici Aucupis 717 a
† Ludouicus R. Franc. 574 f
Ludouicus Pius Imp. 90 d 509 b 510 a 130 c acta pro S. Anschario 404 405 406 410 411 412 413 431 432, 433 436 e 559 f Acta pro conuersione Danorum 410 f 411 d 431 pro Conuersione Suecorum 412 432 diploma pro monasterio Gandensi S. Bauonis 821 d e Blandinio 822 d
Ludouicus II Imp. R. Italiæ 244 d e f
Ludouicus I R. Germaniæ 30 c 311 b 393 a 406 f 407 b 417 b c f 420 a 426 c 436 b 509 b f 534 b e f 535 e 537 b
Ludouicus II R. Germaniæ 556 a 557 c d 558 a 562 e f
Ludouicus III Rex Germaniæ 311 c
Ludouicus Balbus R. Franc. 809 b
Ludouicus XI R. Franc. pater B. Ioannæ Valesiæ 574 f 577 a b 579 e
Ludouicus XII è Duce Aurelianensi, R. Franc. maritus B. Ioannæ Valesiæ 575 a c d 577 a 579 e 587 c d e
Ludouicus XIII reliquias SS. expetit 195 a
Ludouicus R. Siciliæ 654 e f
Ludouicus Ep. Albigiorum 575 d
Ludouicus Froës Soc. Iesu in Indiis & Iaponiâ vixit, scriptor martyrij XXVI Crucifixorum in Iaponiâ 732 d 733
Luidolfus Ep. Heidelsheim 9 sec. 312 e
Luidolphus Presb. scriptor Vitæ S. Seueri Ep. Rauenn. 80 a 81 b 88 c d
Luitbertus Arch. Mogunt. 312 d 314 f 362 f
Luitdolphus Dux Saxoniæ 9 sec. 311 c d
Luitgardis vxor Ludouici II R. Germ. 311 c
Luithardus Ep. Paderborn. 558 b 562 f 563 e
† Lullus Archiep. Moguntinus 536 d f
† Lumanus Ep. Hibern. scriptor Vitæ S. Patricij 780 c d
Luparia Christiana in Hispaniâ 1 sec. 9 c e f
† Lupita soror S. Patricij 779 b
† Lupus Ep. Cabilonensis 291 f
† Lupus Ep. Trecensis 434 b f 782 f
Lupus Ab. Ferrariensis disc. B. Rabani 506 e f 509 d 522 b
Lupus Seruatus Germanus 507 b 511 c 537 b
Lutharius Ep. Paderbornen. 314 f
† Lutrudis, Luttendis rel. Corbeiæ Saxon. 563 a
Lysius Dux Licinij Imp. 331 b 339 d 349 b c

M

† Macarius Alexandrinus 267 e
Macarius Ep. Metelitarum 471 e
Macarius Afer 3 sec. 323 e 328 a
† Maccalleus Ep. dat velum S. Brigidæ 104 f 105 a 120 e 136 a b
† Machaldus Ep. Monæ inf. 104 d
† Maclouius 249 b c
Macedonia cum S. Pionio capta 40 b e 42 f 44 c
† Magdalenæ reliq. Podij 205 a
Magnebertus socius S. Vodali 692 f
† Magnus Ep. Mediolan. 662 d
Magnus Ladalaas F. Sueciæ 928 a
Mathtilda Abb. Zellingæ 519 c
† Maildulphus in Angliâ 596 d
† Malachias Archiep. Hibern. 572 e
Malachias Ep. Dunensis 111 b c d
† Maldegarius 319 a
† Mamertus Ep. Viennæ 354 a 784 c d patrinus in baptismo S. Aniti 661 d e
Manassis Patriarchæ memoria 594 f
Manegoldus Præpos. Ebbeckestorpij 315 e
Manichæi hæretici 65 c 867 a e
Manuel Patricius sub Basilio Imp. 550 c 551 b
Manziorum familia Patauij 264 a 265 d
Mappinius Ep. Remen. 785 c
Maras disc. S. Ephræmi 65 a 77 e
Marbodus Ep. Redonensis scriptor Vitarum Sanctorum & poëmatum 482 d e
† Macduachus Ep. Duacen. Hibern. 319 d
† Marcellini & Petri reliq. Salingenstadij 512 d
† Marcellinus Ep. Rauennas 83 c d
† Marcellus Papa M. 48 c 287 b e
† Marcellus Ep. Trenir. & Tungren. 764 c
† Marcellus M. Cabillone 202 e
† Marcellus Ord. Acœmetorum 538 c
Marcellus Consul sub Traiano 18 f 19 c
Marcellus Ribadeneira Ord. S. Francisci in Iaponiâ 732 f
† Marcianus Ep. Rauennas 83 c
† Marcianus M. Lucæ 2 c
Marcion hæreticus 2 sec. 767 a
Marcionistæ hæretici 65 c
† Marcus Euang. in Ægypto 15 e f 874 f
† Marcus eremita apud Schetim 267 e
Marcus Villalua Ab. Fiterij 255 b
Marcus mon. discip. S. Chrysostomi 469 c d
† Margarita Regina Scotiæ 294 c f
† Marta neptis Abrahæ erem. 54 c d e
† Mariæ V. reliquiæ in Gallia 453 b c e
Maria Afra 3 sec. 323 e
Maria à Balneo 3 Ord. S. Francisci 932 a
Maria Cassiobolitis 22 d e
Maria matrona in Iaponiâ 749 c d
Maria Manrica vxor Cancellarij Bohemiæ 38 e f 37 a
Maria Victoria Fornera Fundatrix Annuntiatarum Genuensium 575 f
Marianus Valguarnera Eques Panormitanus 605 f
† Marinus Ep. M. 700 a
Marsilia Abb. Rotomagensis 902 a
† Martha & Magdalena in Galliis 450 f
† Martha an profluuio sanguinis liberata à Christo 454 f 455
† Martialis Ep. Lemouicen. 453 a b c f
† Martiniani Ep. Remen. rel. in Holsatiâ 402 c
† Martinus Papa 232 e f
† Martini Papæ diploma Elnonensibus datum 819 Gandensibus 822 835 c epistola ad S. Amandum 866
† Martinus Ep. Turon. 380 a 808 a ætas digesta 215 216 217
† Martinus Ep. Trenir. & Tungren. 764 d
† Martinus Ep. Dumen. 593 f
† Martinus Vertauensis 816 a
† Martini reliq. Podij 205 a
Martinus Peresius Magister Ord. Calatrauæ 254 b
† Martyres 29 in Palæstinâ 449 b
† Maternus Ep. Tungr. 660 d 764 c
Mathilda vxor Henrici Aucupis 311 f
† Mathildis V. Abbat. German. 764 f
† Matthæus Æthiopas docet 874 f
† Maura Viu Campaniâ Gall. 475 f

† *Maurentius M.Foroſempronij* 459 *d*
Mauritius Imp. 671 *e* 672 *d*
Mauricius Ep.Catanen. 612 *e* *ſcriptor hiſt. Tranſlationis S.Agathæ* 637 639 *c* 643 *f*
† *Maurontus* 295 *a* 297 *f* 299 *e* 300 *b* 301 *e f* 836 *a* 864 *d* 894 *e*
† *Maurorum Mart.reliq.Trecis* 476 *a b*
† *Maurus Ep.Placentiæ in Italiâ* 465 *a c*
† *Maurus Ab.* 592 *f*
† *Maxellendis* 786 *e* 788 *d*
Maxentius Ep.Iulienſis 593 *b* 671 *a* 672 *d*
† *Maximinus Ep.Treuir.* 373 *c* 374 *c*
† *Maximinus Ep.Argentorat.* 765 *e*
Maximinus Imp. 344 *f*
Maximinus Galerius Imp. 776 777
† *Maximus M.Cyzici.* 765 *d*
† *Maximi M.rel.Fuldæ* 518 *d*
Maximi Imp.congreſſus cum S.Martino 215 *c*
Maximus diſc.S.Iacobi 7 *c*
Maximus Presb.3 ſec. 327 *c d f* 328 *a b*
Maximus ſcriptor 3 ſec. 267 *a*
Mechtildis Dagoberti II vxor 231 *c*
Mechthildis ſoror S.Hedwigis 304 *d*
† *Medardus Ep.* 808 *a*
Meginfridus mon. Fulden. ſcriptor 501 *a* 526 *d* 527 *f* 537 *c*
† *Megengoſus pat. S.Adelheidis* 713 *a* 714 *b* 715 *c d* 717 *e f*
Meinhardus Comes Goritiæ 722 *d e*
† *Mel & Melche Epp.Hiberni 6 Febr.&* 119 *b* 120 *e* 121 *b c d e* 156 *c* 157 *f*
Melantius Arch.Rotomagen. 292 *a*
† *Melchiſedechi memoria* 594 *d*
† *Mellitus Archiep. Cantuarien.* 291 *d e f* 292 *a c e* 293 294 *e*
Menapij latè diffuſi inter Morinos & Brabantos 818 *c d e* 863 *d* 870 *b* *eorum ſedes in Flandriâ* 206 *f* 207 *a*
Mennas Arch.Toloſanus 291 *f*
Mercurius puer an Martyr Calari Sard. 3 *a*
Mereuinus puer Anglus 386 *f* 387 *d*
† *Merinus Ab.Ep.Scotus* 765 *d*
Merinus mon.Scotus 765 *c*
Meroueus R.Franc.quamdiu regnarit 208 *b*
Merwalus pater S.Mildredæ 386 *f* 387 *d*
Meſſaliani hæretici 65 *f*
† *Methodius Patriar. CP.* 243 *a* 547 *c* *eius oratio de S. Agathâ & aliis* 602 603 624
Methodius iunior Patriar.CP 603 *b*
† *Methodius Ep.Pataræ,Olympi,dein Tyri M.* 268 *c*
Metrodorus Marcioniſta Smyrnæ 3 ſec. 42 *c d* 46 *e f*
Metrophanes Arch.Smyrnæ 336 *c*
† *Metropolus Ep.Treuir.& Tungren.* 764 *c*
† *Meuennus* 251 *e* 252 *b*
Michael I Curopalates Imp. 542 *c* 547 *c f*
Michaël II Balbus Imp. 539 *e* 545 *a* 546 *f* 547 *b* 635 *f*
Michael III Imper. 548 *c* 549 *e* *eius deprauati mores* 243 *a d*
Michaël Paphlago Imp. 635 *c*
Michaël Calæphatus Imp. 635 *d*
Michaël Studitæ ſcriptor Vitæ S.Theodori Studitæ 539 *b*
Michaël illuſtris Iapon. 756 *a b c*
† *Milburga Anglæ* 386 *f* 387 *d*
† *Mildreda Anglæ* 386 *f* 387 *d*
† *Milgida Anglæ* 386 *f* 387 *d*
Milo Presb. auctor Vitæ metricæ S. Amandi 842 *d* *& miraculorum* 842 *e f* 873 *a d e* 888 *d* 889 *a*
Miſdates R.Perſarum 467 *e*
† *Modericus Ep.Areſitenſis* 296 *d f*
† *Modeſtus Ep.Salisburg.* 700 *c d*
† *Modoaldus Ep.Treuiren.* 232 *f*
Modwena V.Hiberna 107 *c*
† *Moedhog Hibernus* 101 *f*
† *Molingus Ep. Hibernus* 116 *e f*
Mollo fr.S.Ceadwallæ R. 911 *a b*
† *Mommolenus Ep.Nouiomen.* 835 *e* 838 *a* 872 *b*
† *Monenna Hiberna* 103 *f* 104 *a* 107 *b* *alia iunior* 107 *c*
† *Monitor Ep. Aurelianenſis* 288 *e*
Montanus Afer 3 ſec. 323 *b*
† *Monulphus Ep.Traiectenſis* 764 *e*
Mouricus R Britonum 494 *d*
† *Moyſes Conf.Romæ* 326 *f* 327 *d* 328 *b*
Mummulus Ep. Veticenſis 853 *b d* 856 *f* 869 *b* 886 *a*

N

Naitfrohic Presb.Hibernus 123 *a c*
Nanthildis Dagoberti I vxor 299 *e* 300 *b* 302 *f*
Narciſſus Ep.Neroniadis,ſiue Irenopolis 466 *b e*
Narſes,Narſæus R Perſarum 467 *e f*
Naucratius Studitæ 539 *b* 542 *a b* 547 *c* 551 *e*
† *Nauitus Ep.Treuir.& Tungr.* 764 *c*
Nectanus R.Pictorum 108 *f*
† *Nennidius Hibernus* 130 *a* 168 *d e f* 169 *a*
† *Neophyta & Iſidora MM.* 287 *c*
† *Neophytus Ep.Leontinorum* 287 *c*
Nephthali Patriarchæ memoria 594 *e*
Nepus Nepos Ep.Abrincenſis 187 *e*
† *Nerei & Achillei reliq.Fuldæ* 516 *a* 521 *c*
Neronis anni Imperij 18 *d e*
† *Neſtor Ep.Palentiæ I ſec.* 6 *b*
Neſtorius 275 *b c*
Neuhal Ab.in Scotiâ 318 *e*
Neuſtraſiorum Francorum origo 208
Neyll R. Hibern. 97 *a e*
† *Nicaſij Ep.Remen. reliq. Fuldæ* 521 *c* *Tornaci* 881 *d* 882 *a*
Nicaſius Elnonen.diſc.S.Amandi 764 *a* 833 *b*
† *Nicephorus Patriar.CP.* 539 *c* 542 *e f* 545 *a b*
Nicephorus I Imp. 545 *b d e f*
Nicephorus Phocas Imp. 709 710
Nicephorus Ep.Heracleæ 10 ſec 706 *d*
† *Nicolaus Ep.Myræ* 550 *c*
† *Nicolaus I Papa* 539 *c* *eius decretum pro S. Anſchario* 406 417 *f* 418 436 *b c*
Nicolaus Patriar.CP. 611 *c* 707 *b c*
Nicolaus Archiep.Veſontionen. 360 *a*
Nicolaus Sfondratus Ep.Cremonen. 634 *f*
Nicolaus de Biedma Ep.Giennen. 457 *b*
Nicolaus Sacchetus Ep.Volaterranus 330 *c*
Nicolaus Tudeſcus Ab.Panorm. 612 *f*
Nicolaus Nicoſienſis Ord. Prædic. 649 *f*
Nicolaus mon.Clarauall.12 ſec. 250 *f* 251 *b* 252 *b*
Nicoſtratus Ep.Nouatianus 327 *d*
† *Nilus diſcip.S.Chryſoſtomi* 469 *c d*
† *Niuardus Ep.Remen.* 837 *b*
Nobunanga R.Oaris in Iaponiâ 724 *d e* 725 *b* 729 *c*
Nona an ſoror S.Amandi 377 *c* 378 *e* 379 *b*
Norfridus mon.Corbeien.9 ſec. 417 *f*
Normanni varios martyrio afficiunt in Saxoniâ inferiore 310 *f*
Notgerus Ep.Leodien. ſcriptor Vitarum S. Hadelini 368 *e f* 369 *a b* *S.Remacli* 369 *c* *S. Landoaldi* 369 *d e*
Nothelmus Ep.Cantuarien. 318 *a*
Notingus Ep.Veronen. 510 *a*
Nouatianus ſchiſmaticus deſcriptus 325 326. *Antipapa creatus* 326 327
Nouatus Afer adhæret ſchiſmati Nouatiani 63 *a d* 326 327 *d*
Numeria Afra 3 ſec. 323 *c*
† *Numerianus Ep.Treuiren.* 235 *e*

O

Odelbaldus Ep.Vltraiecti 408 b
Odelardus Com.pater S.Berlendis 377 c e 378
† Odilo Ab. 684 f
† Odo Ep.Cantuarien. 765 c
Odo Ep.Bellouac. 809 d 810 e
Odo Ab.S.Victoris Parisiis 12 sec. 251 d
Odoacer in Pannoniis 696 f
Offa R.Merciorum 912 f
Oleph, Olaus,R.Sueciæ 9 sec. 402 a 420 a 437 e
Olido Hibernus 5 sec. 161 c d
Ommatius gener Anitii Imp. 660 f
Onastancius Ep. Londriarum in Cambriâ 494 b f 495 b f
Ophitæ hæretici 65 c
† Opilius Placentiæ in Italiâ 465 a b e 961 d
Opinianus Romanus Placentiæ 465 d
† Optatus Ep.Autissiodoren. 785 b
Orestes Protospatharius Siciliæ 636 c d
† Oreslis reliq.Sebastiæ 332 d
Organtinus Soc.Iesu in Iaponiâ 744 e 745 746 747 a e 748 a e 749 e 751 752 753 756
Orontius Ep.Vicentinus 593 b
Ortholphus Comes in Bauariâ 11 sec. 248 a
† Ositha 7 sec. 107 c d e f
Ostaua vxor Ermenredi Angli 386 e
† Oswaldus Rex Northumbr. 493 b f
Oswenda soror S. Wolphelmi 714 a
Otfridus Presb.disc.B.Rabani 505 e
Otgarius Ep. Moguntinus 81 b 90 d e 391 e 413 c 433 e 507 d 510 d 514 f 522 b 530 c 533 f 534 c d
Otgerus,Otgarius Ep. Aistadij 510 e
Otho baiulus S.Sigeberti 229 e f
† Otto Ep.Bambergensis 557 f 558 a
Ottonis I Imp.maiores 311 e f
Otto III Imp. 716 f
Otto Ab. Milstadien. 694 c d 695 e 701 f
Otto Dux Saxoniæ 9 sec. 311 e
† Oudoceus Ep. Landauensis 494 d
† Ouidius Ep. Bracharen. M. 933 f

P

† Pachomius Ep. Ægypti M. 462 d
† Pamphili Presb. M. rel. Fuldæ 515 c
Panagius Salius Poëta 790 c
† Pantaleon M. 594 a reliq. Coloniæ 765 c
Papianilla fil. Anitii Imp. 660 f
† Papias Ep. Hierapolit. 13 a 17 e
† Papias, Diodorus, Claudianus MM. Attaliæ 449 b
† Papiæ & Mauri rel. Fuldæ 515 c 521 c
† Papolenus Ab. Stabulensis 372 d e
Pappolus Ep. Carnotensis 478 f
Parthi sub Persarum nomine relati 25 a
† Paschalis Papa 404 b c 413 d 434 a
Pasqualina socia B.Angelæ Fulginatis 449 a
Paternus erem.Gal.6 sec. 187 e Ep.Abrinc. 195 e
† Patiens Ep.Lugdunen. 360 e
† Patricius Ep. & Apost. Hiber. 122 125 126 163 689 a b annunculus SS.Melis,Melchi Munis,Rioci 778 & seqq. conuertit Monam insulam 104 c baptizat S.Machaldum 104 d sepelitur Duni 109 f 110 d 126 e inuenitur corpus 110 111
† Patricius filiolus S.Patricij 780 c
† Patricius iunior Glastoniæ quiescit 106 e 689 c
† Patricius an Martyr Hispaniæ 2 f 10 d 12 e
Patricius Præses Rauennæ 5 sec. 936 a b
Patricius Larchranus Hibernus 3 f
Patroclus Archiep.Arelaten. 354 c
Paulliani hæretici 65 c 66 a
† Paulinus Archiep.Eboracen. 291 d e 907 d
† Paulinus Ep.Treuiren. 373 c 374 b
Paulinus Ep.Antiochenus 52 c
Paulinus Presb.disc.S.Ephræm 54 e f
Paulinus Presb.5 sec. 355 d
Paulonas apostata 4 sec. 54 a 65 b 77 e
† Paulus Apost.an in Hispaniâ fuerit 7 e 8 b c d
† Paulus Ep.Narbonensis 1 sec. 8 d
† Paulus an Trecensis Ep.9 sec. 92 93
† Paulus M. Afer 3 sec. 323 f
Paulus IV Papa 658 b
Paulus V Papa 578 a
Paulus Patriar.CP.hæret. 867 b c
Paulus R.Tozzæ in Iaponiâ 744 f
Paulus Ep.Corinthi 611 c
Paulus Comes Palatinus Carinthiæ maritus S. Hildegardis 721 b
Paulus Diac.Neapoleos Latinè vertit pœnitentiam S. Theophili 482 a b
Paulus Samosatenus 276 f 277 e
Paulus Amacusa Iapon Soc.Iesu 746 e 747 e 749 e f
Paulus Ochinda Iapon 745 b 746 b
Paulus Sachendonus Iapon 745 e 755 b c 757 a
Peada Rex Middelenglorum 386 f 387 d
Pegasius Ep.Petracorij 355 d
† Pelagia Antiochena V.M. 14 d e
† Pelagia Tarsensis meretrix M. 14 e
Pelagius Ep.Ouetensis 7 c
Pelagius Iudex Ciliciæ sub Diocletiano 657 a
Penda Rex Merciorum 386 f 387 d
† Peregrinus Placentiæ in Italiâ 465 c 466 a
† Peregrinus M.Autissiodori 331 d
† Perpetua V.Mart in Africâ 3 a
† Perpetua & Felicitas MM. 4 b
† Perpetuus Ep.Turonen. 217 c f
† Perpetuus Ep.Traiectensis 764 e
Perpetuus Ep.Abrincensis 187 e
Pertaritus R.Longobardorum 654 f
† Petronilla filia S.Petri 260 f
† Petrus Ap. conuertit S. Cornelium Centurionem & alios 281 282 Pontificatum cœpit Antiochiæ 15 d 24 d an constituerit S. Ignatium Episcopum 15 16 17 Ordinat primos Hispaniæ Episcopos 5 a 7 d destinat in Hispaniam 4 f fundat Ecclesias Occidentis & Africæ 8 f apparet S.Amando 850 b 854 e 861 c 862 f 876 c 879 e instar medici apparet S.Agathæ 616 f 619 f 622 f 627 e
† Petrus & Paulus Apostoli Romam excolunt 874 e
† Petrus Ep. Alexandr.M. 459 c 460 e 462 d
† Petrus Thaumaturgus Ep. Argiuorum an auctor Vitæ S Athanasij Ep. Methonensis 610 611 b eius Vita 611 c d
† Petrus Ep.Bracaren.1 sec. 6 b d 7 c
† Petrus Ep. Spoletinus 363 f
Petrus Bembus Cardinalis 601 a
Petrus de Castro Arch.Granaten. 11 a
Petrus Ep.Altini 593 c
Petrus Ep.Atrebaten. 295 c
Petrus Subertus Ep.S.Papuli 453 b
Petrus senior Ep.Rauennas 6 sec. 82 b
Petrus Ep. Sebastenus 332 e
Petrus II R. Siciliæ 654 d
Petrus Cellensis 249 a 252 a
Petrus Siculus Legatus Basilij Imp. 611 a
Petrus Sys Prior Dunensis 318 e
Petrus Hieremias Panormit.Ord.Prædic. 6.18 f
Petrus Ferrer. Ord.Minorum 3 f
Petrus Martinius Soc.Iesu dein Episcopus Iaponiæ 731 c 742 d f
Petrus Moregion Soc. Iesu in Iaponiâ 745 e
† Pharaildis V. 687 b f
† Philippus Apost.Scythiæ 874 f
Philippus Arch.Colonien. 918 d 919 c 920 a 921 d
Philippus I R. Galliæ 687 f 688 b

Philippus

Philippus Luxemburgius Cardin. 575 *d*
Philippus Spinellus Nuntius Clementis VIII *in Bohemiâ* 36 *e* 37 *a*
Philippus Haruengius Ab. Bonæ-Spei ſcriptor Vitæ S. Amandi 842 *b* 857
Philippus Coptis, aliis Theophilus Ep. Alexandrinus 473 *e f*
Philippus Villarus auctor Vitæ S. Andreæ Archidiac. Faſulani 245 *f*
Philoſtorgius Ep. Scepſeos 284 *e* 285 *d*
† *Phocas M. in Ponto* 4 *d*
Photius Patriar. CP. 548 *e f* 549 *c*
† *Piatus Apoſt. Tornacenſis M.* 47 48 *b c* 748 *e*
Picti, num iidem olim, qui Britanni 690 *f*
† *Pimenius Ep. Dumienſis* 943 *d e*
† *Pimenius Conf. Talaueræ ſepultus* 942 *f* *an Martyr* 943 *a b*
Pilatus ob Chriſtum condemnatum à Tiberio Cæſare in exilium actus 451 *a* *eius Acta de Paſſione Chriſti qualia* 450 *d*
† *Pippinus Dux pater S. Gertrudis* 227 *d* 228 *e* 229 *d* 827 *c*
Pippinus Herſtallus ſit Maior-domus Auſtraſiorum 224 *c* *obit* 225 301 *f* *Rex dicitur* 306 *a* *S. Hadelinum inuiſit* 375 *a c*
Pippinus Breuis Princ. Franc. ſit Rex 225 517 *d* 947 *e f*
Pius Ep. Hiſpali 1 *ſec.* 6 *b* 7 *c*
Placidina uxor S. Apollinaris 769 *e* 770 *a*
† *Plato Hegumenus Saccudeonis* 538 *f* 547 *d*
Plinius ad Traianum de Chriſtianis 19 *f* 20 28 *b c*
Ploceanus Ep. Auguſtæ Prætoriæ 937 *b* 938 *f* 939 *b*
Polemius, Polemon, hæreticus 276 *f* 277 *e*
Polemon Ædituus Smyrnæ Decij Imp. 40 *f* 41 *a* 42 *f* 43 *a f* 44 *a b c d* 45 *e*
† *Polycarpus Ep. Smyrnæ* 2 *c* 13 *a b* 16 *f* 17 *e f* 21 *d e f* 22 23 24 28 *a* 33 *a* 39 42 *f* 766 767
Polycarpus Ep. Bracharen. an Sanctus 933 *c e*
† *Polychronius Ep. Virdunen.* 434 *b*
† *Priſcus Ep. Lugdun.* 365 *c f*
† *Poppo* 843 *f*
† *Præiectus Ep. Aruern.* 768 *f*
Priamus an Rex Francorum 208 *a*
† *Primi & Feliciani reliq. Ticini* 655 *b*
† *Priuatus Ep. Gabalitanus* 769 *b*
† *Probus Ep. Rauennas* 83 *c*
† *Proceſſus & Martinianus MM.* 632 *e f*
† *Proculus Ep. Rauennas* 836 *e*
† *Proculus Ep. Corſulanus & Interamnenſis* 362 *a*
Proculus Ep. Maſſilien. 354 *c*
Promotus Ep. Dunenſis 478 *e*
† *Proſper Ep. Aureilanenſis* 288 *e*
Protaſius Ep. Aquienſis 290 *e*
Protaſius Ep. Octodorenſis 98 *f*
Protaſius R. Arimæ in Laponiâ 730 *d*
† *Proti & Hyacinthi rel. Salingenſtadij* 512 *e*
† *Prudentius Ep. Trecenſis* 92 *f* 475 *f*
Ptolemæus Lucenſis ſcriptor Ord. Prædicat. 501 *f* 502 *a*
Pupaquius Calaritanus an Martyr. 593 *a*
Pyrrhus Patriar. CP. hæret. 867 *a c*

Q

† *Quenburga ſor. S. Inæ Regis* 905 *f*
† *Quintianus Ep. Aruernorum* 210 *d*
Quintianus Iudex Siciliæ pro Decio 595 *e d* 600 *c d* 615 *d f* 616 617 618 619 620 621 622 623
† *Quiricus* 844 *a b*
† *Quirinus M.* 594 *a* *reliq. Coloniæ* 765 *c*
Quintilianus Proconſul Smyrnæ ſub Decio 46 *c d f*
† *Quintinus Veromanduenſis* 188 *d* 807 *f*
† *Quirini Ep. M. rel. Fuldæ* 516 *a* 518 *a b d*
† *Quirillus Ep. Traiectenſis* 764 *e*

R

Rabulas Ep. Edeſſenus 670 *c*
† *Rachelis memoria* 594 *e*
† *Radbertus Ab. Corbeiæ* 427 *f* 429 *a*
Radbodus Ep. Nouiomen. 684 *f* 685 *f* 687 *f*
† *Radegundis V.* 317 *c*
Rado Ab. Vedaſtinus 789 *a b c* 794 *c* 800 *f*
† *Radulphus Ab. Sueſſion. Ep. Bituric.* 511 *c*
Radulphus Ep. Morinenſis 456 *d*
Radulphus Dux Thuringiæ 7 *ſec.* 229 *f*
Raganarius Princ. Cameraci 784 *e*
† *Ragenfredis corpus* 48 *d*
Ragimbertus Presb. 9 *ſec.* 422 *f* 440 *c*
Ragnacharius R. à Chlodoueo I *occiſus* 217 *e*
Ragnerus, Raginarius, Dux Normannorum in Galliâ 9 *ſec.* 399 *e*
Rainaldus Com. Arbatilicenſis 9 *ſec.* 816 *a*
† *Raineldis V. M.* 378 *a* 379 *a* 828 *a*
Ramoldus Ep. Atrebatenſis 900 *b*
Raphaël Volaterranus ſcriptor 330 *f*
Rapotho Comes de Tauris in Bauariâ 11 *ſec.* 247 *f*
Ratbodo Ep. Nouiomagi 48 *c*
Ratharius Ab. Fulden. 503 *a e f* 504 *b* 505 *b* 525 *f* 526 *a f* 527 *a* 529 *f* 530 *f*
Ratherius Lobienſis 369 *a*
Ratoldus Ep. Sueſſionenſis 406 *b e* 413 *c* 433 *f*
Raynerius Ep. Aurelianen. 48 *c*
Rebeccæ memoria 594 *e*
Regentrudis Dagoberti II *R. filia* 232
† *Reginæ corpus* 48 *d*
Reginarius Comes ſub Carolo Caluo 396 *c* 425 *b* 442 *e*
Reginbaldus Chorepiſcopus 9 *ſec.* 515 *d* 518 *a* 521 *b* 537 *b*
Reginbertus Baro Seldenburen. 333 *e*
Reginfridus fil. Halpdani R. Daniæ 9 *ſec.* 399 *b*
Reginfridus R. Daniæ fil. Godefridi 399 *d*
Reginharius Ep. in Germaniâ 9 *ſec.* 91 *b*
Regino Ab. Prumien. ſcriptor 501 *b* *eius Chronico anni Chriſti intruſi* 226 *c d*
Reginoldus Aiſtettenſis Ep. ſcriptor Vitæ S. Blaſij 332 *b*
Reginoldus fr. Regum Daniæ 399 *c*
Reginolfus Presb. Germ. 9 *ſec.* 519 *d*
Reinbrandus Ep. Arhuſæ 446 *a*
Reinoldus Archiep. Colonien. 917 *e* 918 *d* 919 920
† *Relindis V. Maſecæ* 765 *b*
† *Remaclus Ep. Traiectenſis* 319 *a* 369 *c d* 370 372 373 *a* 374 *f* 594 *a* 764 *e* 834 *a* *Epiſcopatus* 221 *c* 230 *c*
† *Rembertus* 4 *Febr.* & 312 *d e* 313 *Scriptor Vitæ S. Anſcharij* 393
Rembertus Danus Presb. in Sueciâ 401 *f* 422 *f* 440 *c*
Rementrudis ſoror S. Adelheidis 715 *d* 716 *a*
† *Remigius Ep. Remorum* 807 *f* *quo anno natus, & Epiſcopus factus* 783 *d e f* *Chlodoueum baptizat* 792 *f* 796 *S. Vedaſtum Ep. Atrebaten. ordinat* 793 *f* 797 *c d* *obit* 784 *b c* *reliq. Atrebati.* 792 *a* *Bremæ* 402 *c* *cultus ſacer* 787 *f* 788 *b*
Remigius Ep. Bituric. 365 *c f* 366 *a*
Renula Anſemundi Ducis filia 6 *ſec.* 365 *b*
† *Reolus Ep. Remen.* 837 *b* 872 *a*
† *Reſtituta V. M. Neapolitana* 4 *d*
Reſtituta V. an Mar. Calari in Sardiniâ 4 *b*
Reſtituta mater S. Euſebij Ep. Vercel. 4 *d*
† *Reſtitutus Ep. Tricaſtinus* 954 *b c*
† *Renocatus, Satyrus, Toruilus, Secundus MM.* 4 *b*
Ricardus Lauynham Carmelita 113 *f*
† *Richardus R. Angloſaxonum* 6 *Febru.* & 449 *a* 923 *b*
Richardus I *Dux Normanniæ* 187 *f* 193 *a* 195 *e*
Richardus Penbrochiæ Comes, expugnator Hiberniæ 113 *c e*
† *Richarius Ab.* 299 *e* 300 *b* 302 *f*
† *Richildis V.* 248 *a b d*
Richolfus Arch. Moguntin. 536 *d e*
Rickomeres an auus S. Adalbaldi 297 *b*

† *Rictrudis* 295 *& seqq.* 820 *a b* 834 *c d e* 864 *d corpus* 48 *d*
Ripuarij Franci 207 *c d lex eorum* 212 *d*
Robertus Archiep. Rotomagen. 187 *f*
Robertus Bloet Ep. Lincolnien. 567 *e*
Robertus de Querceto Ep. Lincolnien. 168 *f*
Robertus R. Franc. 685 *e*
Robertus Friſius Com. Flandriæ 685 *a d* 687 *f*
Robertus de Gondelcort Præpoſitus Duaci 295 *f* 296 *a*
Rodericus Didacus Mag. Ord. Calatrauæ 254 *c*
Rodulphus fil. Heriolti R. Daniæ 340 *a b*
Rogerius Archiep. Eboracen. 568 *e*
Rogerius Comes Siciliæ 655 *c e*
Rohingus Dominus Antuerpiæ 8 *ſec.* 820 *e* 821 *a*
Rollo Dux Normanniæ 400 *c*
† *Romanus Ep. Remen.* 785 *c*
† *Romani mil. M. rel. Fuldæ* 516 *a* 521 *c*
Romanus Imp. fil. Conſtantini Imp. 708 *d*
Romanus Lacapenus Imp. 706 *b* 707 *a b* 711 *f*
† *Romulus Ep. Monæ inſ.* 104 *d*
Romanus Scotus 7 *ſec.* 764 *a*
Rorue frater Heriolti R. Daniæ 340 *a b* 399 *b*
Roſſa, Roſſæus è ſtirpe regia Hibern. 155 *f* 157 *c*
Roſwithæ ſanctimonialis poëmata 482 *f*
Rotgerus Præpoſ. Sempringami 571 *e*
Rothardus Ep. Sueſſionen. 535 *d*
Rothardus Ep. Cameracen. 368 *f*
Rozala Comitiſſa Flandriæ 11 *ſec.* 685 *c e* 686 *c*
Rualenus Prior Clarevallis 250 *f*
Rubeni Patriar. memoria 594 *e*
Rudolphus Wets Ab. Milſtadij 704 *b*
Rudolfus Presb. Fuldæ 527 *d f* *ſcriptor Actorum B. Rabani Mauri adhuc Abbatis* 501 *c d* 512 *b* *& Vitæ S. Liobæ* 501 *d.* *Confeſſarius Ludouici Regis Germaniæ* 501 *e*
Ruſinus miniſter Decij Imp. Syryrnæ 41 *f* 46 *a*
† *Rufus & Zoſimus MM. Philippis* 28 *a c* 33 *a*
† *Rupertus Ep. Salisburgen.* 698 *e* 699 *f* *& Wormatien.* 828 *d*
Rupertus Ep. Barbbergen. 558 *a*
† *Ruſticus Ep. Lugdunen.* 360 *e*
Ruſticus Ep. Taruiſinus 593 *c* 671 *a*
Ruthardus pater B. Rabani 524 *b*
Ruthardus diſc. B. Rabani Epiſcopatum Halberſtadienſem renuit 505 *f* 527 *d*

S

S *Abbas* 8 *ſec. Hegumenus Studitarum* 538 *f*
Sabbas à Calliſtrato Hegumenus Studitarum 9 *ſec.* 549 *d*
Sabbatinus è ſociis S. Franciſci 267 *c*
Sabellius hæreticus 68 *f*
Sabelliani hæret. in Galliâ 205 *e*
Sabina cum S. Pionio capta 40 *b e* 42 *f* 44 *c* 45 *f* 46 *a*
† *Sabinus Ep. Placentiæ in Italiâ* 465 *a c d f* 466 *a*
Sagericus non fuit ſub Romanis Ep. Cameracenſis 782 *c*
Salij Franci 207 *c e f* *eorum lex* 212 *c d*
Salome ſoror Herodis 451 *d*
Salomon Ep. Conſtantienſis 406 *f* 407 *b* 417 *f* 436 *b d*
† *Salonius Ep. Genuenſis* 360 *e*
† *Saluator Ep. Belunenſis* 317 *c*
† *Saluij corpus* 48 *c*
Samo Francus R. Sclauorum Winidorum, an Belga? 697 *d e* *bella gerit contra Dagobertum* 1 *& S. Sigebertum* 697 *f* 698 *a b*
Samuel Ep. Dublinen. 102 *a*
Samuel Ep. Wormatien. 510 *e*
† *Samuel à Pythoniſſâ reductus* 41 *c d e* 45 *c d*
† *Sanaſolas Presb.* 448 *c*
Sancius III R. *Caſtellæ* 253 *d e f* 254 *c* 255 *b*
Sanctius IV R. *Aragoniæ* 7 *f*
† *Santinus Ep. Meldenſis* 782 *c e*
Sapientia V. M. Vrſulana 4 *e*
Sapor ſenior R. Perſarum 467 *d*
Sapor R. Perſarum perſecutor 466 *f* 467
Sapor R. Perſarum à S. Cyriaco conuerſus 467 *e*
Sapricius Præſes Diocletiani in Cappadociâ 771 *b e* 772 *e* 773 774 775
† *Saræ memoria* 594 *d*
Sarabertus Præſes Belgæ 10 *ſec.* 369 *e*
† *Saturnini reliq. Vodij* 205 *a*
† *Satyrus M. in Africâ* 4 *b*
Saxones occidentales in Angliâ, & eorum primi Reges 905 *a b c d*
Saxonum in Germaniâ ſedes 207 *b c e*
† *Scholaſtica V.* 765 *b*
Sclaui Winidi 229 *b*
Sclaui à S. Amando inſtructi 828 *b* 831 *b* 851 *d* 856 *d* 864 *e* 882 *c* *quando ad fidem conuerſi* 392 *b c*
Scobilio Archipresb. Atrebaten. 793 *e* 798 *f* 799 *e*
Scoti quinis externi apud Gallos dicti 356 *f* 357 *a* 359 *f*
† *Scupilio erem. Gal. 6 ſec.* 187 *e* 195 *e*
Scythis Daci annumerati 24 *e* 25 *a*
† *Sebaſtiani dens Fuldæ* 515 *c* *rel.* 521 *c* *reliq. Sueſſione* 512 *d*
Seberthus R. Orientalium Saxonum 293 *a*
† *Secundus Ep. Abulæ* 1 *ſec.* 4 5 6 7 8 9 *c* 10
† *Secundus M. Ameriæ* 458 *d*
† *Secundus M. in Africâ* 4 *b*
† *Senanus Ep. Hibernus* 133 *f* 134 *f* 170 *c d*
Septemtrius an Martyr in Hiſpaniâ 2 *f* 10 *d* 12 *e*
Septimius Quarinius Ep. Reatin. 915 *c* 916 *e*
† *Serenus Ep. Maſſilien.* 290 *e* 291 *f*
Serenus pater S. Amandi 859 *b* 875 *c*
Sererianus Ep. Bracharen. an S. Seuerianus 933 *c f*
Sergius II *Papa* 510 *b*
Sergius Ep. CP. hæret. 867 *a e*
† *Seruatius Ep. Tungren. & Traiectlen.* 660 *b* 628 *d* 764 *d* 782 *f* 824 *d e* 826 *c*
Seueriana cognata S. Auiti 593 *b*
Seueriani hæretici 847 *a e*
† *Seuerianus Ep.* 4 *a*
Seuerianus Aſer 3 *ſec.* 323 *d*
† *Seuerinus Ep. Colon.* 380 *a*
† *Seuerinus Ep. Treuir. & Tungren.* 764 *d*
† *Seuerus Ep. Treuir.* 434 *b*
† *Seuerus Presb. Conf.* 4 *a*
† *Seuerus M. Rauennæ* 2 *c* 79 *an Epiſcopus* 79 *e* 81 *a* 83 *c*
Seuerus Ep. Antioch. hæret. 276 *e* 277 *d* 362 *e* 363 *a c*
Seuerus Ep. Aquileien. 670 *f* 671 *a b c* 672 *a d*
Seuerus an Ep. Rotomagenſis fuerit 187 *b*
Seuerus Sulpitius Presb. 2 *c*
Seuerus 4 *ſec.* 469 *f* 470 *a*
† *Sexburga* 384 *c f* 385 *a e* 387 *a f*
Sichardus Ab. Stabulenſis 372 *e*
† *Sidonius Apollinaris Ep. Aruern.* 660 *f*
Sidonius relictis Nouatianis conuerſus 327 *d e* 328 *a*
Sigebertus I R. *Auſtraſiorum aulam habuit Metis, non Remis* 213 *a* *obit* 218 *e*
Sigebertus II *à Chlothario* II *occiſus* 219 *d*
Sigebertus Claudus R. Colonien. occiſus 217 *e*
Sigebertus Gemblacenſis *ſcriptor Vitæ S. Sigeberti Regis* 213 *f* 214 *a*
Sigefridus R Daniæ 8 *ſec.* 399 *b* *alius R. Daniæ* 9 *ſec.* 399 *c*
Sigefridus Danus Gallias vaſtat 400 *c* 558 *f*
Sigefridus Comes maritus S. Berthæ 296 *d f* 302 *b* 303 *c*
Sigericus fil. S. Sigiſmundi 665 *a*
† *Sigiſmundus R. Burgund.* 663 *d e* 664 665 668 *a e*
† *Siluanus Ep. Troadenſis* 281 *c* 284 *a c*
Siluanus Ep. 4 *ſec. exul* 358 *d*

Siluanus Consiliarius Siciliæ sub Decio 617 *f* 620 *c* 623 *c*

† *Siluester eremita Trainensis* 636 *e*

Simeonis Patriarchæ memoriæ 594 *e*

† *Simeon Ep. Hierosol.* 16 *f* 19 *b c*

† *Simeon Ep. Seleucien. M.* 467 *a b*

† *Simeon senex* 267 *f* 319 *d* 449 *d*

Simeon disc. S. Ephræmi 64 *f* 77 *e*

† *Simeonis Metaphrastæ sanctitas, doctrina, Vitæ SS. expolitæ, variis modis* 601 602. *Iis an Latina Acta præferenda* 598

† *Simon & Iudas App. in Persidę* 874 *f*

Simon Ab. Præmonst. in Lotharin. 267 *c*

Simon Ab. Alciacen. & Bertinianus 448 *d*

Simon de Cassiâ 267 *d*

Simon Minister Turoniæ Ord. S. Francisci 765 *b*

Simplicius Ep. Parisius 292 *a*

Sinan Dux Solymani 653 *b c*

† *Sinerius Ep. Abrincensis* 188 *a* *reliq. Parisius* 195

† *Sinicij Ep. Remensis reliq. Hamburgi* 402 *b*

† *Sisinnius & Saturninus MM.* 287 *b c*

† *Sixtus Ep. Remensis* 405 *e* *reliq. Hamburgi* 402 *b*

† *Sixti & Sinicij Epp. Remen. rel. Fuldæ* 521 *c*

Smaragdus Ab. S. Michaëlis Lotharing. 510 *b*

Smaragdus Patric. Rauennæ 670 *f* 671 *b f*

Societas Iesu excolit sola pacificè per annos XL *Iaponiam* 724 *c* *honoratur à Taicosama R.* 723 *dato amplissimo priuilegio* 728 *a*, *proscribitur* 729 *c* *innocens declaratur* 729 *b* *occultè functiones peragit* 729 *f* *protegitur à Regibus Christianis* 730 731 *c* *multos tempore persecutionis conuertit* 721 *c d* *aucta ad* 134 *religiosos* 731 *aduenientes Minoritas humanissimè excipit* 732 *e*

† *Solas* 517 *b*

† *Solarius Ep. Argentorat.* 765 *e*

† *Solennis Ep. Carnoten.* 477 *f* 478 *a b c* 479 *a b*

† *Sophronius Ep. Hierosol.* 269 *d*

Sophronius Hegumenus Studitarum 548 *b c*

† *Soteris V. M.* 765 *b*

† *Speus Ep. Spoletinus* 935 *a b* 936 *c f*

† *Speus Ab. in Italiâ* 364 *c f*

† *Stactei rel. Fuldæ* 516 *a*

† *Stephanus apparens* 382 *f* *rel. Capuæ* 633 *d*

† *Stephanus Ep. Lugdun.* 360 *e* 665 *c*

Stephanus IV *Papa an colatur* 3 *b*

Stephanus Patr. CP. fr. Leonis Sapientis Imp. 706 *e f*

Stephanus Ep. Leodiensis 825 *c d* 826

Stephanus Com. Ponthenurensis 12 *sec.* 249 *c* 251 *e*

Stephanus Officialis S. Sigismundi R. 665 *d* 668 *a*

Stephanus Notarius S. Martini I 819 *e* 822 *c*

Stephanus Bolanus Ord. Prædic. 649 *f*

Stephanus mon. Gandensis 9 *sec.* 295 *c*

Stephanus Tuccius Soc. Iesu 605 *e*

Strategius Ep. Atribidos 471 *e*

Studius fundator monasterij Acœmetorum CP. 538 *c*

† *Sturmo Ab. Fulden.* 524 *d* 530 *c* 947 *b e*

Sueui populi hodiernæ Flandriæ 818 *c* 820 *c d*

† *Sulpitius Pius Ep. Bituric.* 371 *e* 830 *d* 849 *e* 856 *b* 860 *d* 876 *f*

† *Sulpitius Seuerus Ep. Bituric.* 831 *c*

† *Sulpitius, Supplicius, Ep. Traiectен.* 764 *e*

Susanna soror S. Laurentij Ep. Spolet. 364 *c f*

† *Syagrius Ep. Augustodunen.* 290 *f* 365 *c f*

† *Symmachus Papa* 666 *a b e* *extruit templum S. Agathæ* 632 *d*

Symmachus Senator Romanus 666 *b e* 668 *a*

† *Symphorianus M. Augustoduni* 360 *a*

T

† *Tabitha resuscitata* 281 *e*

† *Tabra & Tabrata Mart.* 97 *f*

Taicosama imperium Iaponiæ occupat, è vili ortu enisus ad summa 723 725 *regendi artes, tyrannicæ plerumque* 725, 726, *sanct Christianis ad quinquennium* 727 *mouet persecutionem* 728 729 730 745 746 *sententiam mortis fert* 750 751

Tanquardus fr. S. Brunonis Ducis Saxoniæ 312 *a*

† *Taraghta V. in Angliâ* 449 *a*

† *Tarahata V. Hiberna* 318 *f*

Tarazauandonus Gubernator Nangazachi 749 *a b* 751 *e*

† *Tarsitia V.* 296 *e f*

Tassilo Dux Baioariorum 697 *b c*

† *Taurinus Ep. Ebroicensis* 782 *c*

Telephon Gentilis 1 *sec.* 283 *b*

† *Teliaus Ep. Landauensis* 494 *d*

Terentius Smyrnæ sub Decio 46 *a*

† *Ternanus, Ternanus, Ep. Pictorum* 294 *b e*

† *Tetta V. Abb.* 906 *c*

Teudingus mon. 9 *sęculo* S88 *e* 889 *a* 895 *c*

Thadiocus Ep. Eboracensis in Cambriâ 494 *c*

† *Thecla V. Angla in Germaniâ* 304 305

† *Thecla V. M.* 338 *d f*

Theobaldus an auus S. Adalbaldi 297 *a*

Theodradus Presb. Harlebecæ 684 *a e* 685 *b f*

† *Theoctisti varij* 466 *a d*

† *Theodardus Ep. Traiect.* 235 *f* 372 *d* 373 *e* 374 *f* 764 *e* 824 *b* 833 *f* 836 *b*

Theodebaldus R. Austras. 673 *e* *obit* 218 *c*

Theodebertus I *R. Austras.* 673 *e* *obiit* 218 *c*

Theodebertus II *R. Austrasiorum fil. Childeberti* 290 *f* *obit* 219 *c d*

Theodefridus Ep. Tullensis 235 *a b*

Theodelinda Regina 674 *a*

Theodericus I *R. Austrasiorum* 212 *d e* *obit* 218 *c*

Theodericus II *R. Burgundianum & Austrasiorum* 290 *f* *obit* 219 *d*

Theodericus fil. Chlodouei II *R. Franc. pellitur* 223 *a b* *recipit regnum* 223 *e f* *anni regni stabiliti* 224 *obitus* 225 *a* *dotat monasterium S. Vedasti* 788 *a*

Theodericus II 8 *sec. R. Francorum* 225 *e*

Theodericus filius Childerici vltimi R. Francorum Clericus Fontanellensis 225 *f*

Theodericus Ab. Dunensis 456 *d*

Theodericus R. Italiæ 666 *a c*

† *Theodoricus Ep. Mindæ* 2 *Febr. &* 558 *b* 562 *e f*

† *Theodoricus Ep. Cameracen.* 790 *e* 805 *e* 806 *a* 809 *d* 888 *e f*

† *Theodoricus Ab. Andaini* 267 *f*

Theodoricus I *Ep. Metensis* 318 *c*

Theodoricus Ep. ad Slauoniæ conuersionem 699 *a* 701 *b c*

Theodoricus Comes ab Are 918 *d*

Theodoricus de Cellis è Canonico Leodiensi Crucigerorum Huius fundator 366 *f*

Theodoricus à Monasterio Ord. Minor. 268 *a*

† *Theodora Imperatrix* 538 *d* 539 *e*

Theodoretus Ep. Cyri 469 *d* 670 *d*

† *Theodorus Arch. Cantuar.* 384 *f* 907 *f*

Theodorus Ep. Cyzici 9 *sec.* 707 *b* 708 *c*

† *Theodorus Ep. Ægypti M.* 459 *c* 460 *f* 461 *a* 462 *d*

† *Theodorus Studita sit Abbas* 541, *eius exilium* 542 *verbera* 543 544 *libertas reddita* 545 *mors, translatio* 547

† *Theodorus & Theophanes frat. Conf.* 547 *b*

† *Theodori templum Rauennæ* 84 *b*

Theodorus Ep. Mopsuestenus 670 *c*

Theodorus Hegumenus Studitarum 549 *d*

Theodorus discip. S. Iacobi 4 *f* 7 *c*

† *Theodosius Ep. Autissiodor.* 784 *f* 785 *a*

† *Theodosius in Scopulo* 592 *c*

Theodosij Magni anni Imperij digesti 215 *f* 216 *a c*

Theodosius Hegumenus Studitarum 549 *d*

† *Theodulphus Ep. & Ab. Lobien.* 499 *f* 500 *a e*

† *Theodulus Ep. Sedunen.* 98 *e*

Theoduuinus Ab. Lobien. 8 *sec.* 499 *e f*

Theofredus Ep. Tullensis 209 *e*

† *Theonestus Ep. Augustæ-Prætoriæ* 97 *f* 98

Theopemptus Ep. *Cabaſorum* 471 *e*
Theophanes Ep. *Cæſareæ Capp.* 9 *ſec.* 706 *f*
Theophanes Studitæ 539 *d*
† *Theophanon vxor Leonis Sapientis Imp.* 707 *b* 708 *f* 709 *a c* 711 712
† *Theophilus* Ep. *Cæſareæ Palæſt.* 280 *c*
Theophilus Imp. 539 *e* 547 *b c*
Theophilus Ep. *Alexandr.* 468 *e* 469 *f* 470 *a c* 473 *e f*
Theophilus Epheſius Romæ docet 528 *e* 529 *b*
Theophilus Magiſter equitum Decij Smyrnæ 45 *e*
Theophilus Lydiates 9 *ſec.* 550 *d* 551 *c*
Theophylactus Patriar. CP. 706 *b c* 710 *f*
† *Theudilas, Iſaac, Laurentius MM.* 362 *a*
Theon Ep. in Ægypto 5 *ſec.* 471 *e*
Theonus Londonienſium Ep. in Cambriâ 494 *c*
Theutbaldus Com. Atrebatenſis 807 *e* 808 *a*
Thomas Apoſt. Parthos docet 874 *f*
† *Thomas Archiep. Cantuar.* 568 *e f* 571 *e* 572 *b* 573 *a*
† *Thomas Ab. Farfenſis* 364 *b f*
Thomas Stubbs Dominicanus Anglus 113 *f*
Thomas tyrannus CP. 9 *ſec.* 546 *f*
† *Thraſeas* Ep. *M.* 767 *f* 768 *d*
† *Tibba Angla* 386 *f* 387 *d*
Tiberius Imp. cupidus videre Chriſtum 450 *c f* 451 *b f* 452 *a anni Imperij* 18 *c*
† *Tiburtij, Valeriani, Maximi rel. Fuldæ* 518 *d* 521 *a c*
† *Tigernacus* Ep. *Clunenſis Hib.* 116 *a b*
Tihardus Presb. Gal. 10 *ſec.* 197 198
† *Timotheus* 282 *c*
Timotheus Studitæ 542 *a b*
Titi anni Imperij 18 *d*
Titus fr. S. Nicolai Studitæ 541 *f*
Tongri, Toringi dicti 208 *a*
Tonantius Ferreolus Præf. Prætorio Gall. 661 *a*
† *Torculus M. in Africâ* 4 *b*
† *Torquatus* Ep. *Acci Hiſpan.* 4 5 6 7 9 *c* 10
Toxoguſama R. Iaponiæ 724 *b*
Traiani anni Imperij 18 *f* 19 *a perſecutio mota* 19 *b c fuit Antiochiæ* 19 *b d epiſtola ad Plinium de Chriſtianis* 20 *c* 32 *f*
Triclinus Belga 8 *ſec.* 375 *a*
† *Trophimus* Ep. *Arelaten.* 8 *e* 354 *d e* 594 *f*
Trophimus à S. Cornelio Papâ receptus 326 *d*
† *Trudonus ſtudia, ſacerdotium* 221 *c*
Trutmannus incluſus Erfurti 8 *ſec.* 333 *c*
† *Tryphon M. ſocius S. Reſpicij* 4 *e* 268 *a* 319 *d* 546 *f*
† *Turturini reliq. Fuldæ* 516 *a*
† *Tyrannio* Ep. *Tyri* 777 *c*

V

Valentiniani hæretici 65 *c* 66 *a*
† *Valentinus* Ep. *Argentorat.* 765 *e*
† *Valentinus* Ep. *Treuir. Tungren.* 764 *d*
† *Valeria & Polena VV.* 449 *e* 494 *b* 495 *a*
† *Valerius M. Lucæ* 2 *c*
Vaſcones 7 *ſec. idololatræ à S. Amando inſtructi* 816 *d e* 835 *e* 852 *e* 855 *b* 868 *f* 869 *a* 885 *a*
† *Vdalrici capella* 695 *f* 696 *a*
Vdalricus Ab. Milſtadij 703 *c* 704 *d f*
Vdalricus Com. Celeiæ 695 *d*
Vdalricus Præpoſ. Steinfelden. 918 *b e* 919 *c*
Vedulphus Ep. *Atrebat.* 763 *f* 786 *d*
† *Venantij M. Ariminenſis corpus Fuldæ miraculis ſplendet* 516 517 518
† *Venerandus* Ep. *Aruern.* 355 *d*
† *Venica aut Veniſa an Veronica?* 454
† *Veranus* Ep. *Lugdun.* 360 *e* 665 *c* 668 *a*
† *Veranus* Ep. *Vencienſis* 360 *e*
Varus Ep. *Turonen.* 217 *c f*
Veſpaſiani anni Imperij 18 *d*
Vſioius Iapon 745 *f* 748
† *Victor* Ep. *Placentiæ in Italiâ* 465 *c*
† *Victor Diac. Placentiæ in Italiâ* 465 *a c e* 466 *a*
† *Victoris rel. Fuldæ* 515 *c*
† *Victor, Victorinus, Nicephorus, Claudius, Diodorus, Serapion, Papias MM.* 4 *a*
† *Victoriæ Abb. Placentiæ* 465 *c*
† *Victoria vidua à Wandalis occiſa* 447 *f*
Victoriana Capuana ſanctimon. 646 *f* 647 *a*
Victorinus Ab. Placentiæ 465 *e*
Victorinus Ep. Gratianopolit. 665 *b*
Vigo an pater S. Adalbaldi 297 *a*
Vincentij M. reliq. Fuldæ 518 *d*
† *Vincentius Comes* 788 *c* 823 *d f* 834 *e* 864 *c corpus* 48 *d*
Vincentius Ep. Cracouiæ. Ord. Ciſter. 267 *c*
Vincentius Iapon Secretarius Gubernatoris Ozacani 754 *a*
† *Vindemialis, Eugenius, Longinus* 4 *b*
† *Vinciana & Aldetrudis VV.* 833 *d*
† *Vindicianus* Ep. *Cameracen.* 786 *e* 788 836 *a* 872 *b*
Vingbertus diſc. B. Rabani 527 *e*
† *Virgilius Arch. Salisburg.* 695 *a* 698 *b c e* 700 *a b* Inuentio corporis 704 *f*
Virgilius Archiep. Arelatenſis 290 *e* 291 *f*
† *Vitales* 3 *Martyres in Hiſpaniâ* 768 *a*
Vitalianus ſub Leone I *Imp.* 663 *c*
Vitaliani hæretici 65 *c* 66 *a*
† *Vitus M.* 559 *d* 566 *d*
† *Viuentiolus* Ep. *Lugdun.* 360 *e* 665 *c e* 668 *a*
Viuianus Cardin. 11 *ſec.* 111 *e f*
† *Vltanus* Ep. *Ardbrecanus ſcriptor vitæ S. Brigidæ* 100 *f* 101 *a* 102 *d* 142 *a*
Vnwanus Archiep. Bremen. 925 *b*
Vodelbaldus Ep. *Vltraiectinus* 407 *e* 408 *b*
† *Voluſianus* Ep. *Turonen.* 217 *c f*
Voluſianus ſub Tiberio I *Imp.* 451 *c*
Vraranes Seganeſma R. Perſarum 467 *e*
† *Vrbani Papæ rel. Fuldæ* 515 *c* 518 *a b e*
Vrbanus II *Papa* 612 *d* 655 *c d*
Vrbanus IV *Papa* 456 *c*
Vrbanus VIII *Papa prohibet ſcripta circa Granatam reperta* 10 *f*
Vrbanus relictis Nouatianis conuerſus 327 *d e* 328 *a*
Vrias Propheta 6 *e*
† *Vrſicinus* Ep. *Traiectenſis* 764 *d* 765 *c*
† *Vrſmarus* Ep. *& Ab. Lobienſis* 498 *f* 499 *b c d* 500 *e*
† *Vrſulanæ* 3 *Brigida, Helena, Sapientia* 4 *e*
† *Vrſulanæ V. corpus Maricoli* 594 *b*
† *Vrſus* Ep. *Trecenſis* 92 *f rel. Trecis* 476 *a b*
† *Vrſus & Victor Mart. Solodori* 98 *c d*
Vrſus Ab. Elnonenſis 832 *c*
Vulfolendus Ep. *Bituricen.* 232 *d e*
† *Vulmarus* 807 *f*

W

Wala Ab. Corbeienſis 411 *a f* 431 *b*
Walafridus Strabo ſcriptor 501 *b Vitæ epitome* 506 527 *d* 530 *d*
† *Walburgis V.* 386 *f* 449 *b*
Walburgis V. Weſtphalica 564 *e*
Walcuno Dux Caranthanorum 698 *e f* 700 *b d*
† *Waldetrudis vidua Abb.* 318 *f* 449 *b* 788 *c* 823 *f* 824 *a* 834 *e corpus* 48 *d*
Waldo Ab. Fuld. 511 *b c*
Waldgarius Ep. *Verdenſis* 313 *c* 417 *d e* 436 *a* 510 *e*
Wallacus Dux Winidorum Sclauorum 698 *c*
Walterus Ep. *Tornac.* 13 *ſec.* 48 *e*
Wambertus Com. Teruanæ 677 *f* 678 *e* 679 680 681
Wandali quiuis externi milites dicti 357 *a*
† *Wandreſigilus Ab.* 676 *e corpus* 48 *b c*
Warinus Comes Ludouici Pij 90 *d*
† *Waſnulfi corpus* 48 *b*
Werembertus Ab. S. Galli 507 *c*
Werenfridus Ab. Stabulen. 369 *a c*
† *Widekindus*

† *Widekindus Dux Saxoniæ* 311 f
Wigbertus Ep. Verdenſis 313 c
Wigbertus Ep. Hildesheimen. 312 f
Wilfredus Ep. Morinorum 676 a 682 e
† *Wilfridus Archiep. Eboracen.* 223 f 224 a 909 d f 910 a
† *Willehadus Ep. Bremenſis* 392 f 403 c d f 566 d
Wilhelmus Com. Iuliacenſis 920 c
Willelmus Ep. Noruicen. 586 c e
Willelmus II Dux Normanniæ 194
Willelmus Præpoſitus Caſletanus 13 ſec. 48 e
Willelmus Ab. Laudenſis 13 ſec. 48 e
Willericus Ep. Bremenſis 392 f 413 c
† *Willibrordus* 686 e 688 a 820 f 821 a
Wiltburga filia Pendæ R. Merc. 107 c d e
Winandus Ord. Prædic. Traiecti 3 d
Winfridus Iudex Atrebat. 9 ſec. 804 e
† *VVinnoci corpus* 48 b
VViſa matrona Belg. 8 ſec. 376 a
† *VViteburga V.* 384 c 386 b
VVitgerus pater S. Gudilæ 377 e 379 a
VVithredus R. Cantiorum 911 b
VVitmarus mon. Corbeiæ Gallicæ 318 b 410 c *in Sueciam abit* 412 c d 432 e
VVlfaius monachus poëta 9 ſec. 888 d
VVoſelmus Ep. Mimigardeuord. 407 e 408 b
VVolfoaldus Maior-Domus Auſtraſior. 224 a
† *VVolphelmus Ab. Bruwilleren.* 714 a
VVomarus Ab. S. Bauonis 369 d
VVratiſlaus Pernſtain Cancellarius Bohemiæ 38 e f
† *VVulfhadus & Ruffinus MM.* 384 b
VVulfheri R. Merciorum liberi 384 385 e f 388
† *VVulfrannus Ep.* 676 e *corpus* 48 b
VVynbertus Ab. Nuyſcellen. Angl. 910 b c

X

Xoguſuma R. Iaponiæ 724 b

Y

† *Yborus Ep. Hibern.* 124 e f 125 a 184 b 185 c
Yuenus Ep. Catanen. 644 f

Z

Zabulonis Patriar. memoria 594 e
† *Zacharias Papa* 513 a
Zacharias S. Franciſci ſocius 318 d
† *Zacchæus Ep. Cæſareæ Paleſtinæ* 16 a 280 c
Zaram R. Æthiopum 319 e f
Zegerus Ord. Prædic. 3 e
† *Zeno Ep. Veronæ* 262 d
† *Zenonis Diac. reliq. Fuldæ* 518 e
Zenobius diſc. S. Ephræmi 65 a 77 e
† *Zephyrinus Papa* 15 a 83 f 84 c
† *Zoſimus Papa* 354 e
† *Zoticus, Irenæus, Hyacinthus, Amantius MM.* 765 b

INDEX

INDEX TOPOGRAPHICVS
IN VITAS SANCTORVM
TOMI I FEBRVARII.

VBi loca Sancti alicuius morte, reliquiis aut ſingulari cultu nobilitata ſunt; iis Sancti illius adſcriptum nomen, ſed eâ ſæpe paginâ ſolùm expreſsâ, quâ de Sanctis ſingulis, lociſue agi cœptum, licet frequenter eorum mentio fiat.

Omiſſa ſunt ea regionum & vrbium nomina, quæ paſſim, etiam pueris, nota, vt Italia, Hiſpania, Gallia &c. Roma, Conſtantinopoli, Hieroſolyma.

A

Abdonia monaſt. Angliæ 905 d e
Abernethum vrbs regia Pictorum 108 a d f
Ablaton pagus Galliæ 299 c
Abrinca vr. Galliæ. *S. Seuerus Ep.* 187
Abula vr. Hiſpan. *S. Vitalis M.* 768
Acci vr. Hiſpaniæ vbi ſita 9 d e
Acerrana vr. Ep. Campaniæ 931 d e
Acheruntium vr. Italiæ 710 f
Acrita promont. Bithyniæ 546 f
Adana vr. Ciliciæ 358 b 359 f *S. Theophilus pœnitens* 480 483 f
Adartenſis pagus 297 d 303 c
Adranum op. Siciliæ 649 b
Æthnæ incendium à S. Agathâ reſtinctum 623 f 639 647 648 649 650 651
Africa. *SS. Publius, Saturninus, Maurianus, Liboſus, Vincentia & 24 ſocij MM.* 37 *SS. Victor, Marinus, Perpetua, Iulia & alij* 74 *MM.* 286 *SS. Felix, Felicitas & alij MM.* 328 *Reuocatus, Saturus, Felix, Saturninus, Gelaſius MM.* 658
Agaunum monaſt. innouatur à S. Sigiſmundo 665 b d 668 e
Aguntum op. Tirolis 697 c
Alamannia gentilis 7 ſec. 677 c ſub Auſtraſiis 210 a lex tum ſubditis data 212 d
Alatrium vr. Ital. 364 e
Alba Heluiorum vr. Gal. 93 f
S. Albani monaſt. Moguntiæ. *reliquiæ S. Vincentiæ vxoris S. Seueri* 90 f 91 e
Albiga vr. Gall. ſub Auſtraſiis 210 d
Albis Albia flu. 406 f 413 a b 417 c d 432 b 434 a
Aldenarda op. Flandriæ 48 d
Aldenburgum Sedes Epiſcopalis, Lubecam tranſlata 392 c
Alethum vr. Britanniæ Armoricæ. *S. Ioannes de Craticulâ Ep.* 248 c 249 e 250 c
Alexandria. *S. Phileas Ep. Thmuitarum, Philoromus Tribunus militum & alij Mart.* 457 *S. Dorothea V.* 776
Alta-ſpecula arx Bauariæ 247 c
Altum-monaſterium Moguntiæ. *reliq. S. Innocentiæ fil. S. Seueri* 91 d e
Altus-mons monaſt. Hannoniæ 823 f 864 d
Amacuſa vr. Iaponiæ 752 b
Amandopolis in agro Borbonio 817 b 835 e
Amandopolis in Belgio 818 819 831 e
Ambianum vr. Gall. 197 f 198 b e
Amura vr. Iaponiæ 752 a
Anazarbus vr. Ciliciæ 481 a *SS. Theodula, Boëthus, Euagrius, Macarius & alij MM.* 656
Andenna monaſt. ad Moſam 827 f
Andernacum vr. Germaniæ 213 b
Anduennium pagus Belg. 900 f
Anicium vr. Gal. *SS. Agrippanus Ep. & Vrſicinus MM.* 24
Antegia pagus Belgij 376 a f
Antiochia. *S. Ignatius Ep. M.* 13 *templum Fortunæ, Tychæum* 34 35 prope Antiochiam *S. Petrus Galata exemita* 94 Antiochiæ *terræmotus an.* 526 *factus* 363 a d
Antonium pagus Belgij 377 b
Antuerpiæ *eccleſia à S. Amando extructa* 820 e f 835 b *Corpus S. Fortunati M.* 329 *reliq. S. Agathæ* 634 *a reliq. & ſacellum S. Blaſij* 334 f 335 a
Anzuquiama vr. Iaponiæ 727 e
Apolloniadis lacus in Myſiâ 543 a c
Aprutium ditio Ital. 928 a e
Apulia vr. Curlandiæ 421 e 422 c 439 a
Aquiſcinctum monaſt. Belg. *rel. S. Blaſij* 335 c
Aquiſgrani non fuit ſedes regia S. Sigeberti 213 b
Aquitania 794 a 808 a e 849 c ſub Francis, Legem Romanam Theodoſij ſeruauit 212 c d
Aquitania III, Nouempopulonia 298 d
Araria, Lugdunum dicta 290 f
Arbela vr. Perſidis. *S. Abramius Ep.* 466 467 b c
Ardachadh monaſter. vr. Hibern. 121 d 122 d *SS. Mel & Melchus Epp.* 779 a
Ardenburgum op. Flandriæ 820 d 838 a
Arelate vr. Gal. *rel. S. Dorotheæ V. M.* 773 *a*
Argenteola in Aſturibus 770 e f
Argentoratum vr. Germaniæ 796 a 828 f non fuit ſedes regia Childeberti Auſtraſij 213 a *Primi* XXIII *Epiſcopi* 829 c d e
Argeus mons Cappadociæ 337 a c 349 f
Arida-Gamantia ſilua Belgij 492 a
Arima vr. Iaponiæ 729 f 752 b
Ariſidium Sedes Ep. Gall. ſub Auſtraſiis 210 f
Armenia 29 b
Aroaſia monaſter. Belgij. *reliq. S. Ignatij Antiocheni* 35 f *S. Agathæ* 634 a
Aronda fl. Gall. 853 c e 886 e
Arteſia prou. Belgij vnde dicta 782
Aruernia ſub Auſtraſiis 210 d *S. Anatholianus M.* 768 c
Aſcum pagus Belgij 379 a e
Aſnitha, nunc Eſſendia, monaſt. & opp. Weſtphaliæ 716 e 717 b
Aranum, Atenſe monaſt. Gal. 203 b
Atrebatum in Belgicâ 11 *S. Vedaſtus Ep.* 782 *ſub VVandalis & Hunnis* 782 e Atrebatenſis Epiſcopatus vnitus Cameracenſi 782 b ſeparatus 900 b

IN VITAS SS. FEBRVARII TOMI I INDEX TOPOGRAPH.

Au campus Hibern. 531 e
Auaricum littus, eius Comites & Præſides 699 b c
Audomaropolis vr. Belgij 48 a *rel. S. Blaſij* 335 c
Augia inf. prope Normanniam 816 c
Auguſta Prætoria. *S. Vrſus Presb.* 97 937
Auguſta Vindelicorum 637 d
Auguſtamnica prou. Ægypti 468 b c
Aurelianum vr. Galliæ 817 c 852 b 883 e *S. Floſculus Ep.* 288 *S. Sicharia V.* 288
Aureus mons Burgundiæ 359 a e
Auſterbantum ditio Belgij 209 e 297 d 303 c 818 e
Auſtria ad Danubium, alia ad Mœnum olim 208 f
Auſtria, Auſtraſia, Auſter regnum Francorum 209 ditiones varias continet Belgij, Germaniæ, Galliæ 209 210 211 212
Autiſſiodorum vr. Gal. *S. Iulianus M.* 331
Axona fl. Gal. 296 c 692 c 693 d 792 f

B

BAckum monaſt. Saxoniæ infer. 558 b c
Bacum locus Etruriæ 245 e 246 f
Baduanus Comitatus Gall. 812 f
Bagenus vicus Galliæ. *S. Galla V.* 939 941 e
Baioca vr. Gal. 188 d f
Banna fluu. Hibern. 146 f 147 c
Baranum, iam Caſtellum S. Seueri, op. Vmbriæ, 935 c
Bardena monaſt. Angliæ 388 b c
Bariſiacum monaſt. Franc. extructum 817 c d e f
Barium. *rel. S. Blaſij* 334 c
Barolis. *rel. S. Blaſij* 334 c
Barſena circa Albim 403 c
Baſconiæ ditiones 298 d
Baſſeroda S. Amandi ad Scaldim 822 f
Bauaria olim ſub Auſtraſiis 210 c lex tum ſubditis data 210 d
Bauthegius fl. Pedemontij 937 c
Begardum, Begarium monaſt. Britanniæ Armoricæ 249 c d
Belgica I & Belgicæ II pars ſub Auſtraſiis 209 e
Bellipratum monaſt. Belg. *rel. S. Agathæ* 634 a
Bellouacum vr. Gall. 790 808 b c 809 810 811 853 c 857 a 886 a
Beluer caſtrum Siciliæ. *Reliq. S. Blaſij* 958 c
Berkingum monaſt. Angl. 305 b 906 a
Berlinum vr. Germaniæ 524 a
Berua flu. Hibern. 151 c d
Bethunia vr. Arteſiæ 788 d
Beuera pagus Fland. *rel. S. Blaſij* 335 e
Beugeſia prou. Galliæ 844 b c
Beuronia fl. Gal. 188 c
Birca vr. Sueciæ regia 411 f 412 e 415 d 420 e 433 a 437 e 441 a
Birra monaſt. Hibern. 114 c d
Bithynia prouincia Prætoria 20 e f *S. Vindemianus eremita* 99
Biturica vr. Aquitaniæ 476 c 830 c 849 e 856 b 860 b 876 d *S. Carterius Presb.* 177 *B. Ioanna Valeſia Regina Franciæ Fundatrix Ord. Annuntiarum* 574 vrbs Burgundionum habita & Bethorica dicta 817 a 834 c 835 e
Blandinium monaſt. Gandenſe 682 b c 683 f 684 b 685 b c f à S. Amando extructum 822 S. Martini Papæ & Caroli M. diplomatis munitum 822
Blangiacum monaſt. Belg. *reliq. S. Blaſij* 335 c
S. Blaſij monaſterium antiquum German. 333 d e
Bononia vr. Italiæ *patria S. Guarini Ep.* 914 c 915 c *Reliq. domus S. Veronicæ* 453 *a Reliq. S. Agathæ* 633 f *S. Dorotheæ V. M.* 775 a *S. Aproniani M.* 943 a *S. Blaſij* 958
Bononia vr. Galliæ 675 f 682 b d Epiſcopalis olim 683 b
Borſium op. Gal. *Reliq. S. Remedij Ep.* 361 d
Bragbantum antiquum 818 c d 821 d 822 f 823
Breach *cella S. Brigidæ* 106 c
Brechina vr. Scotiæ 497 f
Breella monaſt. Belg. *Reliq. S. Ignatij Antioch.* 35 f
Breg, Breach in Hibernia 122 d 127 f 139 c 161 b c 164 d 165 c
Brema vr. Saxoniæ inferioris 406 f 407 b *S. Rembertus Archiep. Hambergenſis* 554 Epiſcopatus Hamburgenſi vnitus 392 417 418 d 435 f 436 a
Breonia in Alpibus 672 f
Bride hay *S. Brigidæ inſula*, prope Glaſtoniam 106 f
Briximon monaſt. Saxoniæ inferioris 403 d
Brixina in Alpibus. *S. Albinus Ep.* 712 *corpus S. Ingenuini Ep. Sabionenſis* 674
Brontes op. Siciliæ 649 b 652 b
Brugæ vr. Flandriæ. *Reliq. S. Blaſij* 335 d *S. Vedaſti* 792 b
Brunetteshuſen ſedes Ducum Saxoniæ 311 d
Brunſuicum extructum 312 a b
Buchonia regio Germaniæ 513 a d 517 f
Bulingtona vr. Angl. 571 c 572 b
Buranum apud Venetos, *corpora SS. Vrſi, Albani & Dominici MM.* 98 c
Burburgum op. Flandr. *rel. S. Blaſij* 335 d
Buſaium monaſt. Britan. Armor. 249 d
Buxerias locus Gall. 479 c

C

CAdor regio Hibern. 138 a d
Cadomi monaſterium extructum 194 a d
Caduinum monaſt. Gall. *Imago S. Veronicæ miraculoſa* 456 e f
Cadurcum vr. Gall. ſub Auſtraſiis 210 f
Cæſareæ Palæſt. *S. Cornelius Centurio* 279 280 c 281 b
Cæſarea Cappadociæ 70 d 74 f 75 e 77 b d 706 d e f *S. Blaſius Armentarius* 353 *SS. Dorothea V. Theophilus Scholaſticus, Chriſte & Calliſte Mart.* 771
Cæſarea Philippi 445 a b
Calaffus opp. Catalaniæ. *S. Calamandæ V. M.* 659
Calatraua à Mauris extructa, 253 c d *B. Raimundus Ord. fundator* 252 253 e f
Calderiacum in ditione Cameracenſi 788 d
Calliſtratia vr. Galatiæ 550 a
Calloa prope Antuerpiam à S. Amando exculta 820 e 852 d 856 f 868 e 884 a
Calneium, Calnicum in Galliâ 897 f
Caluimontia loca Gall. 361 b *SS. Oliueria & Liberare VV.* 361
Cambria recepit Epp. exules è Britanniâ pulſos 494
Cambrona monaſt. Belg. *Rel. S. Agathæ* 634 a
Cameracum 896 c à Francis occupatum 5 ſec. 208 a ſub Auſtraſiis 209 d Epiſcopatus vnitus Atrebatenſi 782 b an S. Vedaſtus eius Epiſcopus 784 e eius ibi eccleſia 788 e reliquiæ 792 a *rel. S. Blaſij* 335 c *S. Agathæ* 634 a
Cantuaria vr. Angliæ. *S. Laurentius Archiep.* 289 Eius Epiſcopi apud Britones in Cambriâ exules 494
Capella Ozæ locus Campaniæ Gall. 475 c
Capitolium monaſt. Coloniæ 716 b
Capris inſ. *Reliq. S. Agathæ* 633 e
Capua à Ludouico R. Italiæ capta 244 e f *rel. S. Blaſij* 334 b *S. Agathæ* 633 d e
Carinthia olim Chriſtiana, à barbaris ſubacta 696 e f à Slauis inhabita & Samone R. 697 Duces varij 698 699. Chriſtiana ſub B. Domitiano 699 *S. Agatha Hildegardis Palatina* 721
Caſæcongidunum monaſt. Belg. 371 c à S. Sigeberto R. extructum 233 f 234 a b
Caſtellum Florentinum opp. Etruriæ. *S. Verdiana V.* 255
Caſtello triplex in Hiſpaniâ 847 e
Caſtellonenſis Epiſcopatus non eſt à S. Amando Ep. Traiectenſi

Traiectenſi adminiſtratus 847 848
Caſtri locus monaſt. Montibus 823 f
Caſtrodunum op. Gall. *S. Auentinus Ep.* 477
Catalaunum ſub Auſtraſiis 209 d
Catanæ gloria S. Agatha 595 an in eâ vrbe nata 609 610 611 612 613 614 templum & corpus 635 b vrbs ſeruata 643 b
Catheneſia regio Pictorum 103 a b
Caucoliberis vr. Hiſpan. 10 b
Cella pagus Arduennæ, *S. Hadelinus Presb.* 366 374
Cella S. Gilleni opp. Belgij 367 d 823 a
Celliſclinium monaſt. Hib. 107 c
Centumcellæ portus Etruriæ 364 e 850 b d 875 f
Centumfontes, Cifuentes, opp. Hiſp. *S. Blaſius Ep. Oretanus M.* 321 b c
Ceſtria vr. & monaſt. Angl. *rel. S. Wereburgæ* 385
Chalcis in Græciâ 268 c
Chamum vicus Heluetiæ *corpus & cultus Sancti Epiſcopi Belgæ anonymi* 247
Cherroneſus Thraciæ 549 d f
Chiniacum nunc op. S. Agrippani 204 e 205 f
Chori, Curlandia 421 d 422 b 438 f
Chryſopolis, Veſontio, in Burgundiâ 359 a e
Cilicia duplex 480 c f 481 a
Cirolos prope Toletum 253 f
Claraualla, *reliq. S. Ignatij Antioch.* 36 a
Claromonte vr. Aruernorum *S. Anatholianus M.* 768
Claſſis opp. prope Rauennam 82 b c 87 f 88 a
Cliach monaſt. S. Brigidæ 106 c
Clioch campus Hibern. 129 b f 130
Cluſium opp. in Alpibus 674 a
Clypiacum 817 c 851 e 883 d
Cocceium in Galliâ 896 b 897 d
Colonia Agrippina 411 e 418 d 432 a 436 b c an metropolis regni Auſtraſiæ 213 b *reliq. S. Ignatij Antioch.* 36 a b *S. Brigidæ* 112 d *S. Blaſij* 335 c *S. Agathæ* 634 b c *S. Dorotheæ V.M.* 773 b
Compendium op. Galliæ 229 b c 668
Compoſtella *reliq S. Blaſij* 334 e
Condacum pagus Brabantiæ 379 a e
Condatum opp. Hannoniæ 377 b
Conſtantia vr. Gal. 195 e *patria S. Seueri Ep. Abrincenſis* 188 c
Conſtantia vr. Alamanniæ 210 b
Conſtantinopolis. *S. Nicolaus Conf. Archimandrita Studitarum* 538 *S. Polyeuctus Patriarcha* 706 *Ibi fuit corpus S. Agathæ* 635 636 637
Coraia inſ. Orientis à Iaponibus occupata 731 b
Corbeiâ Gallica 393 f 394 a 397 b eius laus 427 e f 428 a b 603 b *S. Præcordius Presb.* 196 b
Corbeia Saxonica 393 f 394 a 410 e 431 534 a 563 a
Corinthus vr. 611 c d 638 c d
Corneclanum monaſt. Italiæ 928 f
Cortracum vr. Flandriæ 820 c 838 a Comitatus 11 ſec. 685 e f
Cremonæ *tabula ſepulchri S. Agathæ* 634 c d e f
Creta à Saracenis occupata 242 c 540 b c *S. Baſilius Ep. Conf.* 242
Criſpinium monaſt Belg. 499 b *rel. S. Blaſij* 335 c
Crudacium monaſt. Gal. ad Rhodanum *S. Ioſſerandus monachus* 93 f
Cruidbeca pagus Fland. *rel. S. Blaſij* 335 e
Cruthinia regio Hiberniæ 127 b c
Cultui locus Hibern. 122 f
Cydonia vr. Cretæ 530 d
Cygnæus mons 305 f

D

DAcia pars Scythiæ habita 25 a
Damiata vr. Ægypti victoriâ Chriſtianorum celebris. 655 b
Daniæ Reges 9 ſec. 398 399. fides illata 400 410 411 418 419 422 431 436 437 439 440
Daphne ſuburbium Antiochiæ 35 b c
Dentilini Ducatus vbi ſitus 211 e 209 b
Dieſthemum, an Diſpargum 207 f
Ditmarſia 392 a 397 c
Diuodurum vr. Metenſis 212 f
Dorouernia, nunc Cantuaria vr. Angliæ 289 b
Dorſtena ad Lippiam 397 f
Dorſtatum, Duroſtadum ad Rhenum 411 e 532 a
Druimduchan monaſt. Hibern. 97 b
Duacum vr. Flandr. 819 f 898 c ſub Comitibus Hannoniæ, dein Flandriæ 298 b *templum S. Amati* 302 d *reliq. S. Adalbaldi Ducis* 295 f *S. Blaſij* 335 c *S. Agathæ* 634 a *S. Vedaſti* 792 b
Dumbarton arx Scotiæ 497 d 498 e
Dunum op. Hibern. 126 d *S. Brigida ſepulta* 109 e vnde dictum 109 f 110 f
Duria fl. Pedemontij 937 c
Durna pagus prope Antuerpiam 821 a b
Duroſtadium ad Rhenum vrbs olim magna cum variis templis 397 f 398 a

E

EBbeckeſdorpium monaſt. Saxoniæ inferioris. *SS. Theodoricus Ep. Mindenſis, Marquardus Ep. Hildesheimenſis, Bruno Dux,* XI *Comites* XIV *Satellites regij aliique Mart.* 309
Ebolum op. Ital. *rel. S. Blaſij* 334 c
Ebroica vr. Gal. 193 d 194 a
Edeſſa vr. Meſopotamiæ. *S. Ephræm Syrus* 49
Elia monaſt. Angliæ 384 e 387 f
Einhamum monaſt. Flandriæ 788 f
Eliberis vr. Bæticæ 10 a *S. Cæcilius Ep.* 4
Elno flu. 818 f
Elne, nunc Amandopolis, monaſterium Belgij à S. Amando conſtructum, diplomatis Dagoberti I & S. Martini Papæ munitum 818 819 831 e 835 f *S. Amandus* Ep. 815. *B. Andreas Ab.* 903. *Reliq. S. Adalbaldi Ducis* 295 c 303 e
Elſa flu. Etruriæ 258 c 261 b
Embdani Comitatus antiqui incolæ 397 e
Emeſa vr. Phœniciæ *SS. Seluanus Ep. Lucas Diac. Mucius Lector* 777 *Iulianus Medicus* 778
Enneno fluu. Bel. 678 a
Epaona, Epiena, locus in Sabaudiâ 665 d e
Epheſus vr. Aſiæ 21 d e
Epidamnum vr. Græciæ 28 a 29 f 30 a
Erfurtum vr. Thuringiæ. *Corpus S. Seueri Ep. Rauenn.* 91 *templum S. Blaſij* 333 c
Ernus fl. Scotiæ 107 f 108 a
Eſſendia opp. Weſtphaliæ 717 b
Eugûbium vr. Vmbriæ *B. Franciſca* III *Ord. S. Franciſci* 931
Eureceyum an Ebroica 193 d 194 a

F

FAcata vr. Iaponiæ 758 a d f
Faconda vicus Iaponiæ a d
Fæſulæ vr. Etruriæ 245 f *S. Brigida V.* 243
Falcoberga pagus Arteſiæ 680 d f
Fannin. Fortunæ in Piceno 263 e
Farfenſe, Farfarenſe monaſt. Ital. Fundatum 362 c d 364 a b 959 b
Farria, Herlichlandia inſ. 402 e
Femini ditio Hibern. 128 d e 130 a 167 d 168 d
Ferna ſedes Ep. Hibern. 101 e
Ferruge caſtrum circa Alpes 669 f 670 a b
Fionia inſula Daniæ 402 e
Firandus inſ. & vr. Iaponiæ 729 e 758 c d
Fiterium monaſt. Hiſpan. *B. Raimundus Ab. fundator Ord. Calatrauæ*

Calatraue 252 253
Flandriæ antiquæ termini 396 a fide Chriſti cœpta imbui 396 a
Flumen-triſtè, olim Furcium caſtrum in Aprutio 928 a
Eochart villa Hibern. 156 e 157 c *S. Brigida nata* 103 f
Folconſta monaſt. Angl. 386 e
Folkingamium Baronatus Angliæ 567 b c
Foreſtanum monaſt. prope Bruxellas 823 d *rel. S. Agathæ* 634 a
Fornagia monaſt. Hibern. *S. Munis* Ep. 780 d 781 c
Fortha æſtuarium Scotiæ 497 d *SS. Aquilinus, Geminus, Gelaſius, Magnus, Donatus, Gelaſius, Geminus, Donata* 458
Forum-Sempronij vr. Vmbriæ *SS. Laurentius & Hippolytus Mart.* 286
Foſſanum vr. Pedemontij. *Reliquiæ SS. Theodori, Troſimi, Euellij, Tarcitij, Felicis, Candidi, Theophili MM.* 932
Francia, Francorum terra cis Ligerim 373 c 374 b Francia Teutonica 11 ſec. 715 c f Francia maritima 808 e
Frangetius mons Belg. 375 e
Frankenford vr. Germ. 407 e
Friſia an à S. Anſchario conuerſa 397
Fulda monaſt. German. 513 a 947 a b *B. Rabanus Maurus Abbas & Arch. Mogunt.* 500 ſtudia vigent 528
Furcium caſtrum in Aprutio, *patria B. Angeli Ord. Eremit. S. Auguſtini* 928 a
Furioſus fl. Burgundiæ 359 a c
Fuſniacum in diœc. Colonienſi *S. Aldericus ſubulcus* 922
Fucimum vr. Iaponiæ 726 c 748 f 749 c e 755 f

G

GAbalitana ditio Galliæ ſub Auſtraſiis 210 c
Galatia. *S. Petrus eremita* 94
Gandauum 788 c 791 a à S. Amando excultum, monaſterium S. Bauonis erectum 821 830 831 850 854 e 856 c 863 880 e *S. Bertulphus Ab.* 675 676 a b *rel. S. Blaſij* 335 d
Gandauorum Baronatus in Angliâ 567 b
Gandersheimium monaſt. & opp. Brunſwicenſis ditionis 716 e f 717 a
Ganna pag. ditionis Mediolan. *S. Gemmulus M.* 566
Garganus mons 928 c e
Gela in Toxandriâ 828 a
Gelria vr. Belgij vnde dicta 717 e f
Geneliacum monaſt. in Petrogorico 942 d
Geracium caſtrum Siciliæ 641 f
Gerardi-mons opp. Fland. 901 a f *rel. S. Blaſij* 335 d
Germania 1 & 11. & Tranſrhenana ſub Auſtraſiis 209 e f 210 a b
Gertrudis-berga opp. Hollandiæ 827 e
Geſilii locus Hibern. 124 e f
Geuiſſe regnum Occid. Saxonum in Angliâ 905 a
Giamacum regnum Iaponiæ 750 a
Giennum vr. Bæticæ. *Imago S. Veronicæ miraculoſa* 456 e f
Girbertzroda in agro Iuliacenſi 828 b
Glaſtonienſe monaſt. Angliæ creditur à S. Ioſepho ab Arimathiâ conditum, à S. Inâ R. innouatum, dotatum, priuilegiis munitum 906 907 908 *Ibi multi SS. vixerunt* 106 d *& obiit aliquis S. Patricius* 106 c *degit S. Brigida* 106 f *SS. Indractus, Dominica, & 9 ſocij Mart.* 688 c
Glindelachan vr. Epiſc. Hibern. 112 f 113 d
Græcium vr. Styriæ. *reliq. S. Hildegardis* 723 a d
Granata à Mauris condita 10 b c, in eâ ſcripta reperta ſunt prohibita 11 a
Grauina vr. Italiæ 710 f.
Gronlandia 402 b f
Guaſtum. Amonium opp. in Aprutio. *B Angelus à Furcio Ord. Eremit. S. Auguſtini* 927 930 b
Guengempum monaſt. Britan. Armor. 249 c 250 a
Gundersheim monaſt. Saxoniæ 311 d
Gurcum vr. Ep. Carinthiæ 701 c

H

HAina fl. 868 d
Hamatica monaſt. ad Scarpum 820 b
Hamburgum vr. ad Albim 315 b 414 a b 434 d Sedes Epiſcopalis 391 412 413 433 559 diœceſis termini 392 a Epiſcopi ſuffraganei 392 c Bremenſi vnita Sedes 392 d 417 418 d 435 f 436 a *S. Anſcharius Archiep.* 391 *S. Rembertus Archiep.* 554
Hamelburg op. German. 517 e 518
Hamtona prou. Angl. 388 d 389 b
Hannonia ſedes Neruiorum, ſub Auſtraſiis 209 e
Harlebeca in Flandriâ 676 a 683 f 684 a e 685 a b c f
Haſnonium monaſt. ad Scarpum 48 b 820 c
Haſſarodt monaſt. ad Mœnum 517 c 518 f
Hauerholma monaſt. Angl. 567 f
Haurincurtiana ſilua Belg. 492 c
Hay campus Hibern. 159 b monaſt. S. Brigidæ 106 c
Hehamburga monaſt. Angl. 384 f 389 d
Heligenſtad in Holſatiâ 403 c
Heliopolis 95 f
Heraclea Sedes Metropolitæ 706 c d e f
Herbadilla vr. & locus ad Ligerim 816 a
Herbaſilicus, Herbatilicus pagus Aquitaniæ 815 f
Hereſi monaſt. Weſtphaliæ 563 f
Herlengoua pagus Fland. 901 a f
Hibernia Scotorum patria 247 a in plura regna diuiſa 102 f ab Anglis ſubacta 110 e f *S. Cinnia V.* 96 *Mel, Melchus, Munis, Riocus Epp.* 778
Hieroſolyma. *Hypapante Domini, ſiue Purificatio B. Mariæ V.* 268
Hildesheimium vr. Saxoniæ inferioris. *S. Marquardus Ep.* 312 e f
Hirſaugia monaſt. diœc. Spirenſis 533 f 534 f
Hochbuochi, Hamburgum 391
Hohenwartum vicus & monaſt. Bauariæ. *S. Wolfholdus Presb.* 247
Holſatia 391 d 392 b
Holtckircha in Alamanniâ 516 e 517 b 519 b 520 a
Hublinium pagus Belg. *rel. S. Hadelini* 368 a
Humberch pagus Belg. 379 a e
Hunonis-curia monaſt. Belg. *S. Lietphardus Ep. M.* 892 b
Hydruntum vr. Italiæ 710 f

I

IAcium caſtrum Siciliæ 639 c
Iaponia regio trium potiſſimum inſularum in Oriente 723 c f inuenta 724 exculta à Patribus Societatis Ieſu 724 perſecutione Taicoſamæ R. turbata 728 *& ſeqq. Martyres* XXVI 723 *& ſeqq.*
Iendo vr. regia Iaponiæ 723 b
Ienna, Epaona vicus Sabaudiæ 665 c
Ilium op. Helleſponti 280 d
Inda monaſt. Belg. 405 c f 823 b
Inisbouinde duplex in Hiberniâ. *S. Riocus Ab. & Ep.* 781 d
Inſulæ vr. Belg. *corpus S. Euberti Ep.* 47 48
Ioppe vr. Palæſtinæ 281 e 282 b
Irenopolis vr. Ciliciæ. *S. Ioannes Ep.* 466
Iſlandia 402 f
Italica vr. Hiſpan. 279 c f 280 b
Iutiæ prou. Daniæ Sedes Epiſcopales 402 d

K

KArleburgum in Franconiâ 949 b d
Keltra monaſt.Hibern. 102 a 153 c
Kentibrutum in Zurichgauw. 513 e
Kildaria vr. Hib. ſedes Ep. 101 d f vnde dicta 105 d 106 incrementum 101 f *S.Brigida V.* 99 *S. Darlugdacha V.* 176
Kitzingum op.Franconiæ. *S.Hadeloga V.* 303 304 943

L

LAbrati prouinc.Hibern. 130 a e 167 e
Ladenenſis regio Pictorum 103 a bc
Lætiæ monaſt. Hannoniæ 367 d *reliquiæ S. Ignatij Antioch.* 35 f *S.Blaſij* 335 b *S. Vedaſti* 792 b
Lagenia regio Hiber. 101 d *patria S. Brigidæ* 103 a c
Latiniacum monaſt.& opp.Gall. 302 c 303 a 319 a
Laudunum vr.Gall. 817 d e 869 d 897 c 899 a ſub Auſtraſiis 209 d
Legia flu. Flandriæ 686 b 819 820 821
Lemouica vr.Gal. 794 a
Leontini vr.Siciliæ. *S. Rhodippus Ep.* 287
Lerma op.Hiſp.*Caput S.Blaſij Ep.Oretani* 321 c
Leſcia fl.Arduennæ 366 b
Leſſinia opp.Hannoniæ 367 c
Lethglaſſe,nunc Dunum Hibern. 126 a d
Leticus pagus aut ditio Belgij 297 e 303 c
Liba regio prope Cõſtantinopolim 542 c 543 b 549 c
Lichtoluesbah in German. 517 f
Litte Campus Hibern. 114 b 124 e 131 e 136 c 160 b f flu. 123 c 162 b 165 c
Limminga monaſt.Angl. 386 e
Lingonis *reliq.S. Anatolij* 356 a
Lipara inſula 287 c f
Liptinæ palatium 498 c 499 b d
Lobium monaſt.Belg. *S.Vlgiſius Ep. & Ab.* 498. oppidum dicitur 500 b
Lochgarloch in Scotiâ 498 e
Lotharingia pro Auſtraſiâ 379 a
Lua vadum,nunc opp.Hibern. 132 b e 259 e
Lubacum locus Etruriæ 245 e
Luca vr.Etruriæ. *S.Æmilius Dux* 78
Lucioli op.Italiæ 956 b e
Lugdunum , Araria dictum 290 f *S. Lupicinus Ep.* 360
Lugdunum Clauatum 691 b c
Lumiare in Luſitaniâ. *Caput S.Brigidæ* 942 a b
Lutoſa opp.Belg. 367 c 377 b à S.Amando excultum 823 c d
Luxemburgum *dens S.Blaſij* 335 b *rel.S.Agathæ* 961
Lydda vr.Palæſtinæ 281 c 282 b

M

MAcaum in portu Chinenſi. *Reliq. SS. Pauli Miki, Ioannis Goto, Iacobi Kiſai Mart. è Societ. Ieſu* 740 d
Maclouiopolis vr. Britanniæ Armoricæ. *S. Ioannes de Craticulâ Ep.* 248
Magneſia vr.Aſiæ 21 c e
Malbodium op.Hannoniæ 824 a 864 d *Rel. S. Blaſij* 335 b
Malmundarium monaſt.Belg. 372 b 373 e à S.Sigeberto extructum 234 235
Mancha,Macha,locus Hibern. 126 e
Maratea op.Ital.*rel.S.Blaſij* 334 b
Marchianæ monaſt. Belg. 820 a b 831 f 864 d 881 *rel.S.Blaſij* 335 c
Marenſe monaſt.ditionis Colonien. *B. Hildegundis Comitiſſa* 916
Marcolum monaſt.Arteſiæ 824 b
Marianum,Marano,op.Venet. 671 d
Maricolæ monaſt.Hannoniæ 824 a 870 b
Martana,Martula,vr.Vmbriæ 935 f 936 d
Matera,Maceria,vr.Italiæ 710 f
Maſelandia,Maſegauia 826 f 827 a b
Maſſiliæ prouincia ſub Auſtraſiis 211 c d
Meacum vr. Iaponiæ 723 c 724 d e 726 c 732 e f 743 d 744 d 746 e 749 c 751
Mechlinia vr.Belgij. *rel.S.Blaſij* 336 b
Mecklenburgum Sedes Epiſcopalis erecta,ac tranſlata Suerinum 392 c
Medenatenſis ditio 297 e
Mediolanum.*rel.S.Blaſij* 334 e
Meldaria in Brabantiâ 827 d
Melita inſula 604 d e
Mellifons monaſt.Hibern,*S.Finianus Ab.* 904
Melodunum vr.Gal.*rel.S.Blaſij* 334 f
Melphia vr. Lucaniæ 931 d e
Melroſa monaſt.Scot. 502 d
Menapiſcus,Mempiſcus ditio Belgij 818 d f
Merania op. Tirolenſe 693
Merbeca pagus Brabantiæ.*SS.Berlendis, Nona, Celſa VV.* 377
Mercia à Danis ſubiugata & liberata 390 d
Meſſana vr.Siciliæ 639 c
Meſſena monaſt.Flandriæ 383 a
Methaa locus Hibern. 126 b
Methona vr.Peloponneſi 638 d
Metis 817 c Sedes regia Auſtraſiorum 212, 213 *S. Sigebertus R.Franc. Auſtraſ.* 206
Metopa caſtrum Myſiæ 543 a c
Meuenni monaſt.Britan. Arm. 251 e 252 b
Mildorpium in Holſatiâ 392 c 397 c
Milſtadium op. Carinthiæ vnde dictum 693 b c monaſterium ibi extructum,variis ſubiectum 694 695. *BB.Domitianus Dux, Maria coniux & puer anonymus* 602
Mimate vr.Gal.*rel.S.Blaſij* 334 f
Minda vr. Saxoniæ. *S. Theodericus Ep.* 312 c d e
Mitylene vr.Lesbi 549 d f
Mompilerium locus Siciliæ 650 d f
Mons-Falcus opp.*S.Seuerus Miles* 934
Mons-fortis opp.Britan.Armor. 251 f
Monſpeſſulanus vr.Gal.*reliq.S.Blaſij* 334 e
Montao locus Etruriæ 257 a
Moſegauia,Moſanus pagus 826 f 827 a b
Murciæ vr.Hiſp.*monaſt.S.Veronicæ* 452 f
Mummin regio Hibern. 128 b e
Mochlinga vicus Carinthiæ 721 c 722 a
Moguntia metropolis Francorum Orientalium 503 a b *reliq.S.Vincentiæ vxoris S. Setteri* 90 a, *& Innocentiæ filiæ* 90 f 91 a *B. Rabanus Maurus Archiep.* 500
Mona inſula à S.Patricio conuerſa 104 b c
Monaſteriolum,Monſtreuil op.Gal. 683 f 684 d
Monaſteriolum in diœc.Laudunenſi.*Sudarium S.Veronicæ miraculoſum* 456 c
Montes vr. Hannoniæ 823 f
Morſella pagus Belgij. 377 f 380 a d
Mottaria op.ditionis Mediolan. 914 f 915 c

N

NAcolia vr.Phrygiæ 549 d
Nanceium. *corpus S.Sigeberti* 240 f
Nangaſachum vr. Iaponiæ. *SS. Petrus Baptiſta & ſocij, Ord.S.Franciſci.Paulus Miki, Ioannes Goto, Didacus Kyſai Societatis Ieſu. & XVII Iapones Mart.* 723
Nangoſama vr.Iaponiæ 725 e
Nanto monaſt. Aquitaniæ 816 f 844 f 853 b 869 b
Nantua monaſt. Beughesiæ non eſt à S. Amando conſtru-

constructum 844 845 non est ibi S. Amandus mortuus 846 b Cluniacensibus quando subiectum 846 f
Nara vr. Iaponiæ 750
Natolia regio Asiæ vnde dicta 549 f
Nauplia vr. Argiuorum. 611 d
Neapoli *reliq. S. Ignatij Antiocheni* 35 f *S. Blasij* 334 c
Neapolis in confiniis Thraciæ 27 c f 29 f
Neostadium v. Austriæ. *caput S. Brigidæ* 112 a b
Neronias, aliter Irenopolis vr. Ciliciæ 466 b
Neustria Fraucorum regnum, vnde dicta 208 f limites 209 b 211 e f 212 a b.
Nicopolis vr. Asiæ 240 e 345 f
Nienheersen monast. Westphaliæ 554 e
Nili ostia 468 b c
Niuella monast. & op. Brabantiæ 827 d 832 c
Niniue opp. Flandr. 901 c
Niphon ins. Iaponiæ 723 c
Nisibis à Persis occupata 467 f *an ibi natus S. Ephræm* 51 d c
Nobiliacus monast. S. Vedasti 788 a 799 f 801 e
Nordalbingia, Saxania antiqua, Holsatia 391 b 407 a 425 d à Carolo Magno subacta 391 b 413 b
Nordana ditio Frisiæ Orient. 559 a
Norduicum locus Hollandriæ 559 b
Norwegiæ Episcopales Sedes 402 f
Nouempopulonia, Aquitania III 298 d
Nouigentum op. Galliæ. *S. Probatius Presb.* 552
Nouiomutu vr. Gal. 898 a b
Nozu in Iaponiâ 758 c

O

OBania vicus Iaponiæ 762 a b
Odiuellas monast. Lusitaniæ 941 f 942 a
Oelegia Comitatus 694 d
Ogia insula prope Rupellam 816 b 830 b 849 c 859 d 875 d
Oldesalia opp. 207 c
Olympus in Lyciâ 268 c
Omura vr. Iaponiæ 729 f 752 a
Opacum locus Etruriæ 245 e
Orbetellum op. Etrur. *rel. S. Blasij* 334 c
Orcades Ins. 402 f
Oretum Germanicum opp. Hisp. 253 b c
Oretum vr. Hisp. *S. Blasius Ep.* 321
Origellia ditio Hibern. 96 c
Ortenburgum in Carinthiâ 694 d
Ortos vicus Artesiæ 785 d
Osnabrugum vr. Westphaliæ. *S. Gosbertus Ep.* 313 e f
Osseckum monast. Bohemiæ 36 c e
Ostergaus pagus Frisiæ 397 e 425 c 443 a
Otldeghem pagus Morinorum 682 d 683 a c e
Ozaca vr. Iaponiæ 726 b 727 f 732 f 745 a c 746 e f 747 a. 752 e f 753 e f 754

P

PAbulensis ditio Gallo Flandriæ 297 e 303 c 816 e 819 f 820 a
Pannoniæ vastatæ tempore S. Hieronymi à Gothis & Sclauis 696 e f 697 a
Panormus vr. Siciliæ 654 a *an ibi nata sit S. Agatha* 606. 607, 608. *ecclesiæ & reliq.* 635 *reliq. S. Blasij* 334 c
Papia vr. Ital. 916 a
Parisij 817 c academia 502 b c *reliq. SS. Seueri & Sinerij.*
Patara in Lyciâ 268 c
Parthia sub Persida habita 25 a
Patauium. *B. Antonius Peregrinus* 264
Pedret regia S. Inæ 688 a 690 a 905 f

Q

QVedelenburg. monast. & opp Saxoniæ 716 e 717 a
Quercolodora prope Antuerpiam 820 f 821 b

R

RAguza *reliq. S. Blasij* 334 c
Ramsola monast. in diœc. Bremen. 403 d
Randatium op. Siciliæ 649 b
Randeroda in Iuliacensi ditione 920 b f
Râthesthorph monast. sub Fuldâ 520 f
Rauenna, *SS. Seuerus Ep. Vincentia vxor. Innocentia V. filia* 79
Reate vr. Italiæ 915 d 916 e
Reguliaca in Galliâ 792 f 796 c
Remi sub Austrasiis 209 c non fuit sedes regum Sigeberti I 213 a
Renensis ditio ad Antuerpiam 821 a
Rentica in Artesiâ 788 d *S. Bertulphus* 675 678 a 680
Resbacum monast. Galliæ 817 f 861 e f 864 b
Rhegium vr. Italiæ in Brutiis 30 b
Rhinouia Heluet. *reliq. S. Blasij* 336 d
Rhiustri Comitatus Frisiæ 397 d
Rindorfium monast. diœc. Colonien. 713 c
Ripa vr. Daniæ. ecclesia prima 401 a 422 c 440 b Episcopalis 402 d *S. Liasdagus Ep. M.* 445
Rocca Amatoris in Galliâ 453 d
Roma. *SS Fortunatus, Felicianus, Firmus & alij* XXIV *Mart.* 285 *S. Apronianus Commentariensis M.* 287 *S. Eutychius M.* 458 *S. Ignatius Antiochenus occisus* 27 *reliquiæ* 35 *caput in templo Societatis Iesu* 37 *rel. S. Blasij* 334 b *S. Dorotheæ V. M.* 773 a *Ecclesiæ & reliquiæ S. Agathæ* 631 632 633 a *S. Veronicæ sudarium* 449 c 450 e 455 456
Rosbeca pagus duplex Belgij 382 f 383 a
Rosnethum in Scotiâ. *reliq. S. Modani Ab.* 497 f 498 e
Rossontum op. Gall. 853 c e 886 e
Rotomagum 817 f *corpus S. Seueri Abrinc.* 192 f 193

Rotnacum opp. Flandr. 408 c f monaſt. à S. Amando extructum, datum aliis 823 a b
Runglacum prope Tornacum 901 d
Ruthena vr. Gal. ſub Auſtraſiis 210 c
Rutilæ monaſt. Belg. *reliq. S. Dorotheæ V. M.* 773 *b*

S

SAballinum monaſt. Hibern. 97 d e
Sabinenſis an *S. Laurentius Ep.* 364 d
Sabio, Sauio vr. Rhætiæ. *S. Ingènuinus Ep.* 637 f 669
Sabuccetum pagus Arteſiæ 785 d
Sacaium vr. Iaponiæ 747 c 753 f
Sala, Iſala fluu. 207 c
Salandia, Saliorum terra 207 c
Salinæ vr. Burgundiæ è quæſtuoſis ſalinis dictæ. *S. Anatolius Ep.* 355
Salingenſtadt ad Mœnum 512 c f
Saxonia antiqua, varia migratio 391 b
Scaldis flu. 819 821 856 c 868 c Sotoaldis dicitur 854 e
Scara vr. Sueciæ. *S. Brynolphus Ep.* 925
Scarpus fl. Belg. 818 f 819 f 820 a
Scapwekia *cæde S. Indracti nota* 688 *c* 689 *c* 690 *b*
Scepeia monaſt. Angl. 384 f
Scepſis vr. Helleſponti. *S. Cornelius Centurio Ep.* 279 280 d f 281 a 282, 283
Schireburnum vr. Angl. Epiſcopalis 909
Scodinga in Burgundiâ 355 c 356 c 359 a f
Sconia prou. Daniæ 402 d
Scopetum monaſt. Etruriæ 245 b c d
Scotia pro Hiberniâ 102 f 103 e
Sebaſtia vr. Cappadociæ, aliis Armeniæ, *S. Blaſius Ep. 2 pueri 7 mulieres MM.* 331
Seburgum vr. Curlandiæ 421 d 422 c 438 f
Seclinium op. Belgij. *S. Eubertus Ep.* 47 48
Seiboſtorf vicus Bauariæ 248 b
Selandia inſ. Daniæ 402 c
Seleucia vr. Syriæ 26 b c 29 f
Sempringam monaſt. Angl. *S. Gilbertus Fundator* 567 *Ordinis monaſteria* 569 a
Seſmarus fl. Belgij. 371 d
S. Seueri monaſt. prope Rauennam 87 f 88 a 90 à c
S. Seueri monaſterium Gal. 188 b eius reliq. 194 a
Siciliæ ſitus 639 b Siciliæ duæ 928 a e
Sida vr. Pamphyliæ 270 b
Simæthus fl. Siciliæ 619 b e 620 d
Sinna flu. Hibern. 132 b 153 c 154 d 159 c
Sinonchum vr. Iaponiæ 759 c
Siponti *reliq. S. Agathæ* 633 b c
Siſiacum monaſt. Gal. 195 e
Sleptum vr. Epiſc. Hibern. 101 e
Sleſuicum vr. Daniæ Anglorum ſedes: eccleſia prima 401 a 419 a 422 d 427 d 439 f 566 a
Smyrna vr. Aſiæ 21 a c d e 26 b c 27 c 29 f 544 c 545 a 638 c *SS. Pionius Presb. Dionyſius, alter Pionius & 13 Martyr.* 37 *S. Bucolus Ep.* 766
Solac ad oſtium Garumnæ 453 c d f
Solemniacum monaſt. Aquitaniæ 371 b f 372 a
Soler-Liedus op. Catalaniæ 659 d e
Solium, Saal, opp. Carinthiæ 701 c
Sonniacum op. Belg. 377 b
Spoletium in Vmbriâ. *S. Laurentius Illuminator Ep.* 361
Stabulaus monaſt. Belg. 371 d 372 b 37 d e à S. Sigeberto extructũ 234 235 *brachium S. Hadelini* 368 a
Stada ad Albim 397 f
Steina in Carinthiâ 721 d e 722 c d
Steinfeldia monaſt. Ardennæ 918 b e f 919 c
Sterlinia ditio Scotiæ 497 d
Stowa locus Angliæ 389 a b
Strath-Erna prou. Scotiæ 107 f 108 à
Studium monaſt. CP. *S. Nicolaus Conf. Hegumenus* 158. varij Hegumeni relati 538 & ſeqq.
Sturmaria 392 a
Suerinum Sedes Epiſcopalis 392 c
Sueſſio vr. Gal. 788 f *S. Vodalus Benedictus* 690
Succia. *S. Nithardus Presb.* M. 391 fides illata 8 ſec. 412 413 414 415 416 419 420 422 423 432 434 435 437 438 439 440
Summontorium arx Bauariæ 247 c f 248 b
Symbatha in Iudæâ. *S. Azarias Proph.* 320
Syracuſæ vr. Siciliæ 643 c

T

TAilten locus Hibern. 123 c 158 b d
Talauera. *S. Pimenius* 942 f
Tamerunta locus Angliæ 688 b
Tantona op. Angliæ 912 b c
Tarenti *mamilla S. Agathæ* 638 e f
Taurini Synodus ſub Zoſimo 354 c
Teate vr. Aprutij 928 a c *SS. Legontianes & Domitianus Mart.* 658
Tehtfe regio Hibern. 121 d 122 b d
Telman vicus Perſidos. 468 d
Temoria vr. regia Hibern. 155
Tener, Tenera fl. 382 f 383 a
Teroana, vr. 677 f diœceſis 396 e
Teutonica lingua 716 d f
Theba regio Hibern. 157 c e
Thebais 261 d e
Theſſalonica. *S. Baſilius Ep. Conf.* 242
Thmuis vr. Ægypti. *S. Phileas Ep.* 457 c
Thuringia ſub Auſtraſiis 209 f 210 a an tum lex ſubditis data 212 c
Tiburnia in Noricis 673 d
Tiburnia vr. Carinthiæ 696 f
Ticini monaſt. S. Agathæ 655 a
Timis, Tumnis *reliq. S. Berlendis* 381 b c
Toletum. *cranium S. Blaſij* 321 e
Torholtum monaſterium Flandriæ an à S. Amando extructum 820 d donatum S. Anſchario 396 c 405 e 413 c 433 e eidem ablatum 396 c 417 b 425 c 435 f 436 d 442 d Comitum ſedes 396 d *S. Rembertus educatus* 555 b 557 a 560 a
Tornacum vr. Belgij 47 c e à S. Amando excultum 819 f 851 a b 863 d 901 d *rel. S. Blaſij* 335 c *cultus S. Veniſæ* 454
Toxiandria-locus in Brabantiâ 207 c
Traiectum vr. ad Moſam. Sedes Epiſcopalis aſſeritur & vindicatur 824. 825 826. 827. Sedes regia 827 c. vrbs primaria Maſacgrum 826 f 827 a b c *S. Amandus Ep.* 815 852 864 *S. Agricolaus Ep.* 660 *Omnes Epiſcopi Sancti* 764 d e
Trallis vr. Aſiæ 21 a c d e
Trecæ vr. Gall. *S. Auentinus Presb.* 474
Treſcaltum vicus ad Scaldim 492 a 495 c 496 a
Triburia regia villa Germ. 408 à
Tricaricum vr. Italiæ 710 f
Tricaſtinum opp. Gal. *S. Paulus Ep.* 92 *S. Torquatus Ep.* 93
Tricengeham monaſt. Angliæ 389 d
Troas vr. Phrygiæ 27 c f 29 f 284 a
Trunchinium monaſt. prope Gandauum 822 e
Tullum vr. Belgicæ 1 783 e 795 e 796
Tulpiacum. Tulbiacum opp. 796 a 923 b c 924 b
Tungri metropolis Toringorum 208 a
Turcicum vr. Italiæ 710 f
Turintona vr. Angl. 571 f 572 c
Turonum vr. Gal. 849 c 860 c 876 d primi Epiſcopi 215 d 217
Tyane vr. Cappadociæ. *S. Agathodorus M.* 285

V

VAbrenſe caſtrum 942 e
Vaceia pro Vaſconiâ 300 d 301 c
Valencenæ vr. Belg. *cultus S. Veniſæ* 454 c d e
Valentia

Valentia vr. Galliæ. *S. Galla* V. 939
Valliacū op. Gal. ad Axonani fl. *S. Præcordius Presb.* 196 c
Vapincum vr. Gall. *SS. Tigrides & Remedius Epp.* 360
Vareſinus Comit. Gall. 846 d 847 b
Vareſium op. Lombardiæ 566 c
Vaſconia duplex 298 d 300 c d 301 a d f 302 c
Vaurum opp. Aquitaniæ 1 816 e 855 e
Veecia vr. Gall. 853 b d ſub Auſtraſiis 210 f
Vecta inſ. Angl. 910 a
Velinus lacus Vmbriæ 363 b d
Vellaua vr. Vellaunia reg. Gal. 204 205
Verda vr. German. 406 f 417 c d 436 a *S. Erluſius Ep.* 313 b c d
Verginienſis tractus Etruriæ 262 e
Verniacum prope Sueſſionum vrbem 303 b
Veſontio vr. Burgundiæ 356 f 359 a
Vetus-caſtrum loc. Gal. 188 c
Viana vr. Luſitaniæ 770 c e
Viconia monaſt. Bel. *rel. S. Blaſij* 335 c
Vienna vr. Gall. *S. Simplicius Ep.* 354 *S. Philippus Ep.* 365 *S. Enantius Ep.* 365 *S. Auitus Ep.* 660
Vilcſinus pagus 811 e
Vilica monaſt. dicec. Colonien. *S. Adelheidis V. Abbat.* 713 716 c
Villeſſa monaſt. German. 315 c
Vindoniſſa vr. Ep. Alamanniæ 210 b
Viria fl. & opp Gall. 188 d f 194 a
Viſera, Veſera fl. Gal. 200 b f
Viſetum op. Belg. *rel. S. Hadelini* 367 e f
Viuaria vr. Gal. ad Rhodanum 93 f
Viuium caſtellum Flandriæ 686 b d
Vltraiecti ſchola antiqua 397 a *rel. S. Blaſij* 335 d 942 b c
Vlyſſippo. *caput S. Brigidæ* 112 c *reliq. S. Blaſij* 334 e *S Dorotheæ.* 773 b
Volaterræ vr. Etruriæ. *Corpus S. Candidi M.* 331 *reliq. S. Blaſij* 334 d *pars cranij S. Agathæ* 633 b
Vrbs-Legionum duplex in Britanniâ 385 b
Vrſula Coloniæ. prope Berlinum, vr. Germ. 523 c
Vungiſus pagus Gal. 792 f 796 c 797 b

W

WAgria 392 b
Walchra inſ. Belgij 398 b f
Walgiacus in Picardiâ 803 b
Wallia regio Britanniæ vnde dicta 911
Wandalia 392 c
Wardara in Galliâ 811 e
Weduna monaſt. Angl. 385 a 388 d 389 a b
Wellia vr. Angliæ 912 d
Welna, wenalao prope Hamburgum 403 e 413 d e f 434 a b
Wentica pagus Belgij. 383 f 384 d
Weſtphalia vnde dicta 534 a c
Winburna monaſt. Angl. 305 b 906 a b
Wincella prope Moguntiam 536 a d
Wintonia vr. Angl. 909 f
Wlfara villa S. Vedaſti 812 f
Wodnesburh in Angliâ 912 a
Wormatia 828 c

X

XAmclium locus Thraciæ 549 d
Xicocus inſ. Iaponiæ 723 c f 724 a
Ximus inſ. Iaponiæ 723 c f 724 a 746 b

Y

YErga mons & monaſt. Nauarræ 252 f

Z

ZAcynthus inſula Ionij maris 456 e
Zellinga monaſt. ad Mœnum 519 c
Zandapa vr. Myſiæ 550

INDEX ONOMASTICVS

TOMI I FEBRVARII.

INdicantur breui collectione voces barbaræ, vel minùs vſitatæ atq; etiam tituli dignitatum, potiſſimùm ſi additâ ſignificatione explicentur, vt cui vox aliqua minùs obuia occurret, diſpicere poſſit, num hîc ſimilis exiſtat. Non interim culpamus, qui vocabula ab illuſtribus ſcriptoribus licet ferreis accedentibus ſeculis, vſurpata admittunt, cùm illi potuerint tractatus periiſſe, in quibus auctores etiam aureæ vt vocant, ætatis vſi eiuſmodi fuerunt verbis. Ita Magnus Felix Ennodius dixit, Sacerdotem antiquis & modernis legibus obſequentem. *& M. Aurelius Caſſiodorus* modernos expoſitores *ſcripſit, ac paſſim poſteriores ſcriptores eam vocem vſurparunt: ne quis ſciolus grande nefas conclamet, ſi cui viro alioquin erudito, & adrem magis quàm verba attento, vox eadem ſimiliſúe exciderit.*

A

Abſtultus, *ablatus* 209 *c*
Agonotheta, Agonitheta, *pro pugile* 200 *c f* 890 *a* 891 *b*
Aldermanni, *ſenatores* 910 *e f*
Analogium, *pulpitum ad ſacras lectiones recitandas* 896 *a* 897 *b*
Archimandrita, *pro Epiſcopo* 84 *f* 85 *a*
Archiſterium, *epiſcopalis Sedes* 82 *f*
Auca, *Anſer ſilueſtris* 388 *d*

B

Biothanati, *Chriſtiani dicti* 657 *f*
Bladum, *frumentum* 572 *d* 573 *e*
Blatteum, *purpureum* 142 *b* 143 *d*
Boſtar, *boum ſtabulum* 144 *d* 145 *b*
Braſium, *hordeum vel frumentum maceratum ad coquendam cereuiſiam* 120 *f* 121 *c*
Briſia, *genus herbæ* 167 *c* 168 *d*

C

Cælibatus *pro ſanctimoniâ aut ſacerdotio* 84 *f* 85 *a*
Caldarium, Caldaria, *lebes* 136 *c* 137 *a*
Camerata verba, *tecta, inuoluta* 898 *f* 899 *c*
Càppa, *pro pallio* 692 *d*
Carrotium, *genus vexilli* 573 *f* 574 *a*
Cellæ vnda *pro vino* 142 *c*
Chorepiſcopus, *Vicarius Epiſcopi* 515 *f*
Cicendelum, *vitrea lampas* 693 *a d*
Clocca, *campana* 422 *e* 423 *c* 561 *a c*
Cluſæ, *angustiæ viarum* 882 *c* 883 *a*
Conſolo, *actiuè* 232 *b*
Corium perdere, corium foris facere, *verberari* 910 *f*
Cum reliquos fratres, *cum accuſatiuo pro ablatiuo* 232 *d*

D

DE conditiones veſtras *cum accuſ.* 232 *c d*
Digno *actiuè* 232 *d e*
Diœceſis *pro prouinciâ Archiepiſcopi* 535 *b d*
Ducibulum, *epiſtomij pars* 719 *b d*

E

EPidetes, Ependytes, *veſtis monaſtica* 477 *a*
Epiſcopium, *pro diœceſi Epiſcopali* 191 *a c*
Eulogia *varia* 200 *f*
Exenium, *xenium* 802 *d e*
Exfeſtucare, *ius abdicare* 920 *f*

F

FIatur *pro fiat* 232 *e*
Ficones, *genus calceamenti* 132 *f* 134 *e* 186 *f*
Foreſta, Foreſtis *ſilua* 235 *a b f* 236 *a*
Foreſtarij, 235 *f* 236 *a*
Fredum, *compoſitio pacis* 405 *e* 406 *a*
Fritillus, *pro ſono* 883 *e f*

G

GErba, *manipulus ſpicatum* 572 *d* 573 *e*
Getæ, *pro Danis aut Normannis* 806 *a* 807 *d*
Grangia, *horreum* 572 *d* 573 *d*
Grunna, *locus vliginoſus* 140 *a f*
Grympa, Grympia, *velum S. Agathæ* 647 *c d* 650 *a* 652 *c*

H

HEraclæ *in fornice* 770 *d*
Hypapante, *Occurſus Domini.* 268

I

IDoli & imaginis *differentia* 543 *b*

K

Καλλίνικοι, *Martyres, victoriosi* 548 *f*
Kyricſeatum *primitiæ frugum* 910 *e f*
Kytieles *pro Litaniis* 383 *a b*

L

LEudes, *populi* 209 *b c*
Leuua, *leuca* 234 *b*
Libellatici *in Africâ qui*, 326 *e*
Liti, Litones, Lidi, Liddi *homines eidem Principi vt membra obstricti* 405 *e* 406 *a*
Lotharingia, *pro Austrasiorum regno* 379 *a e*

M

MAldradia, *mensura* 713 *e*
Maldruni, *mensura frumenti* 536 *a*
Mansionaticus, *hospitium* 405 *e* 406 *a*
Mansus *domus rustici cum agello* 188 *f* 376 *af*
Markæ *limites prouinciarum* 882 *e* 883 *a*
Marsi, *pro veneficis, incantatoribus* 875 *f*
Mater & Matrix Ecclesia 656 *e*
Mattula, *teges è iuncis* 380 *c e*
Modiolus *in rotâ* 382 *f* 383 *a*
Molinus, Molinum 140 *f* 141 *a*
Morgangeba, *matutinale donum* 211 *a*
Muffula, *chirotheca* 377 *a*

N

NEcys, Netos, *Mars Hispanis* 9 *e*
Necaroni *pro Hunnis* 793 *c* 794 *b*

O

ORarium *pro stolâ Sacerdotali* 572 *e* 573 *c*, *pro linteo* 774 *d*
Orthodoxia *festum Græcorum ob restitutum cultum imaginum* 547 *f*

P

PAlificare *declarare* 82 *d*
Parata, *alimenta hospitum* 405 *e* 406 *a*
Pedules, *lanei calcei* 573 *b a*
Phari *in fornice* 770 *d*
Phrontisterium *pro monasterio* 464 *d* 465 *d*
Pipare *carmine eloqui* 883 *d*
Polyandrum, *sepulchrum* 554 *b e*
Præripium 554 *b e*
Præsulatus *pro diœcesi Episcopali* 191 *a c*
Presbyterium *locus in choro apud Benedictinos* 236 *a* 237 *b c*
Prisio, *carcer* 814 *f* 815 *e*
Pro nos *cùm accusatiuo* 232 *d e*
Protopapa *in Oriente* 709 *o*
Protospatharij *dignitas* 551 *c*

R

ROma *pro Italiâ aut Imperio occidentali* 28 *a*
Rosetus, Roseta, *paxillus, ne rota excidat* 124 *c f* 162 *b*

S

SAcrificati *in Africâ qui* 326 *e*
Sampsia *genus herbæ* 167 *c* 168 *d*
Schola militaris 202 *f*
Scholasticus *pro viro erudito & eloquente* 772
Sciolus *pro non satis erudito*, 677 *c d*
Scopare 203 *c*
Secretarium *explicatum* 622 *c*
Segnum, *signum vestis* 125 *e* 163 *d*
Senior, *pro Principe, hero* 417 *b e*
Sentis *argentea, fibula, gemma* 139 *b f*
Simultas *pro conspiratione* 193 *a*
Sophista, *honoris titulus* 503 *d*
Sparha, *latior gladius* 551 *c*
Spinda, *seu* Spenda, *mensura* 713 *e*
Stirpare *stirpitus euellere* 205 *b*
Synodus collectus *masc. genere* 120 *c*

T

TAbulata *facies, plana* 153 *a f*
Telonius *masc. genere pro vectigali* 235 *c*
Theotiscus, *Germanus, Teuto* 813 *b d*
Tonna, *vas* 202 *c f*
Tonsilla, *palus siue uncinus ad naues detinendas* 554 *b e*
Tripassalum, Τριπάσσουλον *trifurcata pertica* 57 *a d*
Turcasia, Tharcassius, Tarchasius, *pharetra* 638 *b*
Typus *in hæresi adstruendâ* 767 *b f*

V

VAcceia, *pro Vasconia* 300 *d* 301 *c*
Vicedomini *in Ecclesiâ dignitas*, 481 *b*
Vicus, *pro oppido* 376 *f*
Vrceus, *pro sepulchro* 702 *c*

W

WAso, *cespes* 377 *d*
Wantus, *chirotheca* 376 *a* 377 *a*

INDEX MORALIS
IN VITAS SANCTORVM
TOMI I FEBRVARII.

NOn ſola hîc virtutum aut vitiorum nomina expreſſa, ſed rerum omnium vocabula, quarum notitia ad virtutum vitiorumq; tractationem viſa eſt accommodata: vt ſint veluti vniuerſales loci communes, qui poſtmodùm ex toto opere ampliores poterunt confici.

A

ABbates Sancti, *Tuianus in Britanniâ Armoricâ* 198 *Raimundus Fiterij Ord. Ciſterc.* 252 *Modanus in Scotiâ* 497 *Vligiſus Lobiis, ſimul Epiſcopus* 498 *Bertulphus* 675 *Andreas Elnonenſis* 903 *Finianus Hibernus* 904 Abbas *ſanctè viuit B. Râbanus* 530 *c d* Abbas *Catanenſis diplomate Vrbani II ſimul Epiſcopus ordinatur* 655 *d e f* Abbatis *munus deponit S. Auentinus in ſenectute ſolitariè victurus* 475 *c*

Abbatiſſa *S. Adelheidis V.* 713

Abſens *abſentes iuuat S. Brigida* 130 *e*

Abſtinent *vnio & carne Benedictini Fuldenſes* 528 *d S. Modanus* 498 *b B. Rabanus Archiep.* 534 *f* Abſtinentia *S. Ephræm.* 71 *c S. Anſcharij* 423 *f*

Aceto *plagæ S. Ignatij M. perfuſæ* 28 *f*

Actiones *S. Rembertus è vultu apparentis S. Anſcharij dirigit.* 395 *b* Actus *heroicus in tentatione factus quàm vtilis* 132 *f*

Adeps *S. Blaſij poſitus ante digitum eiuſdem liqueſcit, remotus coagulatur* 334 *c*

ab Adoleſcentiâ *pius & mortificatus S. Probatius* 553 *b*

Aduocatus *S. Theophilus M.* 775

Ægrorum *curam miſericors agit S. Ephræm* 78 *b c d* Ægris *ſalutaris vinea S. Vrſi* 937 *f* Ægros *oratione ſanat S. Galla* 940 *c vide* Morborum genera.

Aër *lucidus fulſit nocte quâ in agone fuit S. Guarrinus* 916 *b* Aëris *intemperiem & morbos enaſcentes reliquiæ S. Agathæ compeſcunt* 652 *f*

Æſtu maris *Chriſma S. Brigidæ obrutum in littore non corrumpitur* 130 *e*

Æthnæ *ſaxa ignita altiſſimè eiecta* 651 *a incendia prodigioſa* 648 *c* 649 *a b c* 650 *a b c d e terribilia* 602 *e ius liberatur Catana vr. per velum S. Agathæ* 609 *c* 647 651 *b c d e f*

Afflatu *oris S. Theodula idolum diſrumpit* 657 *b*

in Afflictionibus *& patientiæ occaſionibus totâ vitâ fuit B. Ioanna Valeſia* 577 *a* Afflictos *conſolari Deo perfacile* 130 *e*

Alapâ *inflictâ energumeno, eiicit dæmonem S. Vodalus* 692 *b S. Agatha* 642 *a vocis claritatem S. Adelheydis conſert* 719 *b ſanctimonialis immodeſtiam corrigit S. Hadeloga* 955 *c* Alapis *cæditur S. Agatha* 616 *b* Alapam *ruſticus leuem impingit Duci Carinthiæ in eius inauguratione* 707 *a*

Altare *ſupra corpus S. Iacobi Apoſtoli erigunt diſcipuli eiq; id dedicant* 6 *c* Altare *lapideum à S. Brigidâ luſu puellari extructum, Angelus ſuâ operâ perficit* 131 *a b* Altare *S. Veronicæ ſudario Romæ à Pontifice erectum* 455 *c ſuper* Altare *in templo S. Agathæ nubes cælitus deſcendit* 631 *f ex* Altari *S. Alexandri, ter poſita dona peccatoris ter diuinitus deiecta* 514 *c*

Ambitioſus *Theophilus, vt officium honorificum recuperet, dæmoni ſe deuouet* 484 *c d*

Amor *Beatorum erga hominem pium* 409 *f* Amor *inter Beatos mutuus* 769 *f*

Anachoretæ *nolentem cedere loco laicum cum vxore ventus trans mare proiicit* 129 *a* Anachoretica *vita S. Auentini* 476 *f*

Anates *ſilueſtres vocatæ à S. Brigidâ mulceri ſe ſinunt* 134 *c*

Anathema *ad Reliquias S. Alexandri appenſum, deſiderans emere, contractione membrorum punitus, poſt confeſſionem culpæ, gratis obtinet* 513 *f ob* Anathema *furtiuè retentum ad Reliquias S. Venantij, Clericus à dæmone obſidetur* 516 *f*

Ancillam *Chriſti ſe vocat S. Agathæ* 619 *c* Ancillæ *ſemini poſtponitur ſemen Dominæ* 156 *b c*

Angelus *ſignificat S. Amando, aduentum hoſpitis S. Humberti, iubetq; illum huic obuiàm ire* 870 *e* Angelus *excitat S. Brigidam, vt moneat patrem de aduentu hoſtium* 130 *f* Angelus *S. Brigidam Fæſulanam ex Hibernia in Italiam, cum mensâ cui aſſidebat prandens, transfert* 246 *a b* Angelus *ex incendio extrahit S. Vodalum cincinno verticis* 692 *c* Angelus *S. Cornelium Centurionem ad S. Petrum mittit vt ab eo eruditur in fide & baptizetur* 281 *e* Angelorum *manu, præcipitata S. Hildegardis excipitur & cantu recreatur* 720 *f* Angelicos *cantus frequenter audit S. Vodalus* 692 *d e* Angelos *alternis hymnis SS. Trinitatem laudantes vidit S. Ignatius M. & ad normam illam inſtituit cantum in Eccleſiâ Antiochenâ* 13 *f* Angelos *cum orante fratre Opilio colloquentes videt & audit S. Gelaſius puer* 465 *c* Angelus *vinculis ſoluit S. Cornelium Centurionem* 283 *c d* Angelus *incarceratos duos orante S. Patricio, catenis fractis per aëra tranſportat* 109 *f* Angelus *apparens à febre S. Vodalum liberat* 692 *a* Angelus *iuuat S. Brigidam in ligno oneroſo transferendo* 134 *c* Angelus cuſtos *orationes S. Brigidæ Deo offert* 131 *a benedictione omnem ſaporem tribuit aquæ* 131 *a altare à S. Brigidâ cœptum erigi perficit* 131 *a* Angelus *acceptam à S. Brandano Euchariſtiam defert ad S. Brigidam* 134 *d* Angelorum *præſentiâ recreatus moritur S. Bauo* 834 *f* Angelorum *cantus auditus in morte S. Hildegardis* 722 *a* Angelum *funeri S. Agathæ aſſiſtunt & inſcriptionem cum tabulâ tumbæ apponunt* 618 *b* 620 *c* 623 *d* Angelorum *ferentium animam patris ſui in cælum voces audit S. Berlendis* 377 *c* 380 *b* Angelorum *concentus circa tumulum leproſi* 781 *a*

Anguem *à ſe conculcatum precibus ſanat S. Auentinus* 487 *e*

Animas *baptizatorum nitidas dicit Inguo Dux, non baptizatorum idololatrarum ſordidas ac nigras* 700 *b in* Animâ *Chriſtum circumfert S. Ignatius M. ideò Theophorus dictus* 14 *b* Animæ *morientium in ſpecie columbæ viſæ ad cælos volare S. Blaſij Armentarij* 353 *f & S. Auentini* 480 *a* Anima *S. Amandi cælum aſcendere ſpecie venerabilis Sacerdotis viſa à S. Aldegunde* 837 *f* 838 *a* 873 *e pro* Animabus *defunctorum eleemoſynas debitas non diſtribuens fideliter, grauiter ab vmbris defunctorum verberatus moritur* 732 *c d e f*

c d e f pro Animabus *defunctorũ eleemoſynas debitas expendere negligenti non applicantur orationes, quæ pro eo defuncto fiunt* 533 *a b*

Annuli *ex contactu Reliquiarum S. Agathæ, ſalutares* 652 *c* Annulum *aureum à S. Brigidâ oblatum recuſat S. Finianus : quem dum lauat manus miraculosè reperit* 116 *c d*

Annuntiatarum *duplex Ordo à duplici fundatione* 575 *f* 576 *a*

Anſer *comeſtus, collectis oſſibus & reliquiis reuixit apud S. Wereburgam* 389 *f* Anſerem *captiuum, ceteri clamoribus & volatu per gyrum requirunt* 388 *e f* Anſeres *ſilueſtres, iuſſu S. Wereburgæ, ex agro domum addũcuntur more cicurum auium* 388 *e*

Apis *caput S. Mauronti altari aſſistentis circumuolans continenter caſteq; victurum demonſtrat* 864 *e ideò à S. Amando in Clericum tondetur* 836 *a*

Apoſtatæ *à fide duæ ſoreres, à S. Dorotheâ conuerſæ ad pœnitentiam* 771 *d*

Apparens *S. Petrus ſuadet S. Amando reuerti ex Italiâ in Gallias ad prædicandum* 850 *a* 854 *d* 856 *b* 861 *c* 877 *c* Apparens *S. Blaſius admonet Chriſtianos anachoretice viuentes, ad mundi contemtpum* 333 *e* Apparens *S. Remaclus S. Hadelino, locum ac fontem ei commodum oſtendit* 370 *d* Apparet *horâ mortis animâ S. Bauonis S. Gertrudi, petens linteamina corpori ſepeliendo neceſſaria* 835 *a* Apparet *poſt martyrium ſudore diffluens S. Ignatius M.* 27 *f* Apparet *poſt mortem in gloriâ magnâ S. Megengor* 717 *f* Apparet *S. Agatha inter Angelorum & Virginum choros S. Luciæ M.* 631 *a* 646 *b* Apparens *S. Sigebertus Rex, iubet corpus ſuum ex templo ruinoſo aliò transferri* 236 *d e ab* Apparente *per ſomnium B. Ioannâ Valeſiâ curatus tibiarum dolor* 584 *b* Apparentes *SS. Auguſtinus, Laurentius, Mellitus contractum ſanant* 294 *c* Apparet *defunctus Sacerdos Sacerdoti Miſſam celebranti* 588 *f*

Apoſtoli *habiti Danorum & Suecorum S. Anſcharius* 391 *Flandrorum* Eubertus 47 *Hiſpaniarum Apoſtoli ſeptem* 4 *c An S. Paulus fuerit in Hiſpaniâ dubitarunt aliqui* 8 *b c promiſſum veniendi in Hiſpaniam, ſi non veniſſet, excuſatum à mendacio* 8 *b c*

Aqua *circumquaque exundans, templum S. Verdianæ non eſt ingreſſa, longè altior ipſo limine templi* 262 *d e* Aqua *ab Angelo cuſtode S. Brigidæ benedicta omnem ſaporem continet vt Manna* 131 *a* Aqua *ſalubris variis morbis, ex lapidibus ſepulchri S. Seueri emanat* 88 *b* Aqua *benedicitur cum intinctione reliquiarum S. Blaſij* 336 *c* Aquâ benedictâ 12 *leproſos ſanat S. Brigida* 121 *f* 122 *cæcos & leproſos* 121 *b vxorem marito reconciliat* 123 *d mutam & ſurdam ſanat S. Galla* 941 *b* Aquâ *qua S. Amandus manus abluerat, cæcus viſum recipit* 852 *f* 869 *a* 885 *c d* Aquâ *quâ pedes S. Brigidæ abluti, ægra ſanatur* 121 *f* Aquâ *quâ corpus S. Obitij mortui ablutum, ſanantur infirmi* 574 *d* Aqua *reliquiis B. Raymundi conſecrata medetur infirmis epidemiâ* 255 *a in* Aquæ *feruentis lebete* 5 *dies detinetur illæſus S. Blaſius Armentarius* 353 *c* Aquam in cereuiſiam *conuertit, S. Brigida* 119 *f* 133 *c* 779 *f* 780 *a* in vinum *S. Anſcharius* 403 *f die ſolenni S. Berlindis* 377 *c e* 380 *d* Aquam *frigidam bibit princeps Caunthiæ in ſuâ inauguratione* 701 *a* Aquæ *tantum hauſit demens vt crepuerit* 113 *c in* Aquis *ſicut in aridâ ambulat S. Blaſius* 339 *a*

Aquila *raptum puerum cuidam, qui cedere nolebat locum Anachoretæ, ſaluum dimittit in littore* 129 *a* Aquila *alis expanſis pluuiam arcet à S. Bertulpho* 679 *d e*

Ara B. Mariæ *inter muri ruinas illæſa ſeruatur* 798 *c*

Arbor *quædam apud Iaponios credita vim habere contra malignos ſpiritus* 762 *c d* Arbores *& ligna Gandaui tempore ethniciſmi coluntur* 850 *e f* Arbor *oliuæ diuinitus floret, ad ſepulchrum S. Torquati* 9 *c* Arborem *ex baculo S. Seueri Abrincenſis natam nemo lædere poterat, aut profano contactu impunè violare* 189 *a b* Arborum *cortices in lardum conuertit S. Brigida* 134 *b*

Archimandrita *S. Nicolaus Studita Conf.* 538

Arenam *gentiles ſpargunt, quâ Martyres erant tranſituri inſtar Imperatoris triumphantis* 753 *f*

Argentum *diuinitus accipit, quo reum à morte redimit, S. Brigida* 134 *a* Argenti *maſſa in fluuium proiecta, ad eius manus nando peruenit, cui deſtinatur à S. Brigidâ* 134 *a ab* Arianis *recepto templo cùm Miſſa celebrari cœpiſſet, dæmon in porci ſpecie effugit* 631 *f*

Armentarius *S. Blaſius Cæſareæ Cappad.* 353

Articularis morbus *ope B. Ioannæ Valeſiæ curatur* 579 *b* 589 *f*

Artifices *in Iaponiâ cum Religioſis martyrium ſubeunt* 760 *f*

Arundines *acutæ ſub vngues digitis Martyrum infigunta.* 658 *c f*

Aſtus *ſanctus* 185 *e* Aſtus *Imperatoris & Imperatricis ad rebellium Ducem capiendum* 634 *f* 636 *b c* Aſtus *quo Regina Regem ad mundi contemptum induxit* 913 *b c*

Auctoritas *S. Anſcharij apud diuites & nobiles* 425 *e*

Aues *ſilueſtes ex manu S. Auentini micas edunt* 487 *e* Auis *candida iuſſu pij Sacerdotis, ſuper oſſa S. Bertulphi conſidens, eius eſſe oſſa vera comprobat* 686 *b c*

Aures *Martyribus in Iaponiâ præciſæ* 753 *c* Auribus *S. Theodulæ claui infixi* 657 *c*

Aurum *pro Numine habet Theophilus* 470 *c* Auro argentoque *exornatur locus ſuper Reliquias SS. Ianuarij & Magni* 520 *a*

Auriga *S. Brigidæ ex voluntate S. Patricij, etiam Sacerdotis munus agit* 127 *b*

B

BAculus *S. Vedaſti, inter reliquias poſitus* 792 *a* Baculus *per obliuionem relictus, diuinitus* S. Muni *allatus* 780 *d* Baculum *viatorium porrigit Angelus S. Vodalo ad iter adhortans* 692 *b* Baculus *S. Seueri Abrincenſis humi defixus in arborem creſcit* 189 *a & S. Indracti* 689 *f & S. Vedaſti, in ſignum voluntatis diuinæ de ædificando xenodochio* 811 *e f* Baculo *monitu Angeli terræ infixo S. Adelricus fontem elicit* 923 *f* Baculo *S. Vodali incendium reprimitur* 692 *d S. Amandi cæcus illuminatur* 898 *a*

Balneo *non vſus B. Rabanus Archiep.* 534 *f*

Baptizari *vult filium Dagobertus Rex per S. Amandum* 851 *f* 865 *c inter* Baptizandum *S. Sigebertus* 40 *dierum infans, reſpondet* Amen 852 *a alius infans* Deo gratias 852 *c vt* Baptizaretur *Rex Echu, mortuus reuixit* 97 *c d e.* Baptizatur *victoriâ per Chriſtum obtentâ Rex Clodoueus* 792 *f* 795 *e* Baptizatur *S. Brigida ab aliquibus ſpecie Clericorum comparentibus* 173 *f.* Baptizatorum *animas candidas exiſtimat Dux Inguo* 700 *b inter* Baptizandum *ſanitas collata* 437 *b.*

Barba *S. Amando poſt mortem attonſa* 894 Barbæ *S. Agrippani capilli morbos in facie naſcentes miraculosè curant* 205 *d* Barbam *S. Polyeucto euellens à Deo punitur* 707 *f*

Barbaros *inuocato S. Petro fugat S. Galla* 939 *c d*

Benedicendi *panem, vinum, fructus, ſemina, aquam, dies S. Blaſij Martis formulæ* 336 *c profunt omni plagæ guttu-ris* 336 *a b c* Benedicit *S. Ephræm diſcipulis moriturus* 64 *f* Benedictione *S. Brigidæ Fratres contra ſe inuicem armati, ſe in viâ non agnoſcentes, tamquam alienos ſalutant* 127 *b* Benedictione *S. Brigidæ cæcus illuminatur* 134 *c ne mergatur, ſeruatur* 132 *b c, alij occidi nequeunt* 128 *a b* Benedictionem *S. Brigidæ negligens ſarcinas in viâ amittit* 128 *f*

Benedictini *ſoli quondam in Archiepiſcopos Cantuarienſes aſſumebantur* 494 *b*

ob Beneficium *per S. Agathum acceptum, monaſterium in honorem eius extruit Rex Longobardorum Pertaritus* 655 *a*

à Beſtiis *dilaceratus S. Siluanus Ep. cum ſociis* 777 *b c e f* Belluæ *corpora Sanctorum tangere verentur* 778 *d*

Blanditiis *fœminarum S. Agatha à fide non abſtrahitur* 619 *c*

Blaſphemans *S. Sigebertum punitur ore ad aures retorto: ſanatur oſculo reliquiarum* 239 *c d e* Blaſphemus *in S. Auentinum Ep. ſenſibus deſtituitur: interceſſione eius ſanatur* 480 *a*

Blæſus *à S. Leaſto eloquens factus* 805 *b*
Bona *ſibi oblata acceptando S. Gertrudis, manum è ſepulchro extendit* 379 *d* Bono *publico incommodans, graniter ægrotat* 126 *c*
Bouem, *& porcum cum pane ſufficiente deuorans, à S. Brigidâ ad temperantiam adducitur* 133 *d* Boues *conualeſcunt voto facto ad S. Vedaſtum* 802 *c* Boum *carnes tam vtilium Reipublicæ cur edirentur à Chriſtianis, obiicit offenſus Taycoſama Iaponum Imperator* 728 *f*
Brachium *ſumitur per B. Ioannam Valeſiam* 581 *c* 583 *d* 590 *f* *ad reliquias S. Venantij* 516 *f*
Bubulcus *S. Aldericus in Germaniâ* 922
Butyrum *ex vrticis factum à S. Brigidâ* 134 *b* Butyri *modicâ quantitate magnum vas implet S. Brigida* 120 *b*
Byſſus *veſtis Pontificiæ quid ſignificet* 561 *c*

C

CAdauere *Regis mortui, cui victorias S. Brigida promiſerat, allato ad locum pugnæ, victoria obtinetur.* 131 *e*
Cæcitillum *inati ope S. Vedaſti* 813 *b c* *etiam à natiuitate* 803 *c* *ope B. Rabani* 533 *e* *benedictione S. Brigidæ* 134 *c* *aquâ à S. Brigida benedictâ* 121 *a*, *ramo palmæ à S. Verdianâ benedictæ* 260 *b* *ſigno Crucis à S. Remberto* 557 *c* *ad reliquias SS. Amandi* 898 *b* 901 *d* *Adelheydis* 720 *b* *Domitiani* 696 *d* 703 *c d e* *Agathæ* 639 *f* 642 *e* *Lietphardi* 516 *c f* *Venantij* 516 *c f* *in Tranſlatione S. Lietphardi* 496 *e* *variorum SS.* 518 *f* *ad S. Obitij tumulum* 574 *e* *ex attactu loculi S. Amandi* 897 *e*, *etiam à natiuitate apud S. Amandi feretrum.* 901 *c* *oleo lampadis S. Vodali inuncti* 690 *f* 693 *a* *S. Stephani monitu locum ſuarum viſitans* 382 *f* *à* Cæcitate *liberatus S. Audomarus, eamdem à Deo precibus obtinet* 786 *f* 787 *d*
Cælum *laboribus & meritis acquirendum indicat Sacerdoti* Cælum *petenti S. Brigida & oratione ſuâ impetrat* 185 *e* *in* Cælo *ſedem ſibi poſitam audit orans ante reliquias S. Blaſij* 336 *e* *ad* Cælum *voce cæleſti euocatur S. Cornelius Centurio* 283 *f* Cælos *aſcendentem S. Amandum cum comitatu per ipſum ſaluandorum videt S. Aldegundis* 872 *e* 894 *a b* Cæleſtes *cantus ope Angeli Cuſtodis audit S. Brigida* 131 *a*
Calceis *S. Gilberti pollagricus liberatur* 573 *b*
Calculum *per viſionem apparens B. Wolfholdus eximit grauiſſimè laboranti* 248
Calumniâ *per infantem loquentem liberatur diſcipulus S. Patricij* 122 *f* Caluminiatores *à Deo puniti* 731 *a*
Calumniatrix *in ſaxum conuerſa* 721 *f*
Campanæ *non pulſatæ ſonant moriente S. Verdianâ* 260 *d* Campana *Villelæ, nullius impulſu ſonans, calamitatem Hiſpanis præſagit* 676 *f* Campanæ *ardentes nullo trahente ſonant* 896 *b* Campanæ *pulſatæ, quarum funes ſepulchralem locum B. Raymundi pertingunt, aërem diſcuſſâ tempeſtate tranquillant* 254 *f*
Candela *noctu ardens deſignauit locum ſepeliendo S. Abderico in templo* 924 *c*
Canes *latratus inſuetos dant ad diſceſſum tyranni* 807 *c*
Cani *famelicæ compatitur S. Brigida non ſine miraculo* 175 *e* Canis, *iuſſu S. Hadelogæ, ducit & oſtendit locum in ſilua, occiſi domini* 308 *c* *occultos prodit homicidas, & morſu dilacerat* 308 *d e*
Cantus *Angelorum in cælo, frequenter audit S. Vodalus* 692 *d e* Cantus *forma in Eccleſia Antiochenâ inſtituta ad formam cantus Angelorum SS. Trinitatem collaudantium* 13 *f.* Cantando *Sanctoſq; inuocando, lucidâ nebulâ inter ſe & hoſtes intercidente, euadit S. Molingus* 116 *f* Cantare *in aurem filiæ S. Adelheydis viſus eſt pater S. Megengor*: Ecce quomodò moritur iuſtus 717 *e* Canit, *aquæ feruenti immerſus S. Blaſius Armentarius* 355 *c*
Capræ *ob imprecationem S. Brigidæ non prolificant* 112 *e f*
Capillis *Angelus S. Vodalum ex incendio extrahit.* 692 *c*
Capillis *ſuſpenſa è cupreſſo S. Theodula M.* 656 *f* 657 *b*
Capite plexi *S. Abrahamius Ep.* 468 *d* *S. Agrippanus Ep.* 205 *b* *Apronianus Commentarienſis* 287 *Blaſius Ep. Sebaſtenus, 2 pueri & 7 mulieres* 338 339 *Paulus & Simeon* 353 *Phileas Ep. & Philoromus Tribunus militum* 646 *Theoctiſtus* 466 *Abramius Ep.* 466 *Boëthus Cilix* 657 *Theophilus Aduocatus* 776 Caput *decollatus S. Adalbaldus defert ad templum, in quo humandus* 303 *e* Caput *abſciſſum, ceruici reponit S. Gemmulus & ad Epiſcopum vſque venit* 567 *d* Capitis dolore *laborat S. Brigida* 182 *e* Capitis dolorem *paſſi, ad S. Auentini ſepulchrum conſluunt* 487 *f* *inuocato S. Aido conualeſcunt* 117 *c* *venâ lapſu apertâ, & ſanguine imminuto,* Capitis *ſanitatem S. Brigidæ conſequitur* 182 *f* Caput *S. Candidi M. argenteæ thecæ incluſum* 330 *d*
Captiuum *S. Fidolum redimere S. Auentinus per viſionem admonetur* 474 *e* Captiuos *redimi non permittens, grauiter à Deo punitur* 474 *c* Captiui *ab Epiſcopis redimuntur* 662 *c d* *à S. Anſchario* 423 *f* 424 *d e* *à S. Remberto Eccleſiæ ſuppellectile venditâ* 564 *f* Captiuos *pueros redimit S. Amandus & erudiendos præceptoribus tradit* 850 *b* 861 *e* 878 *c d* *ex iis multi facti Epiſcopi, Abbates, Presbyteri* 850 *c d*
Carbones *pedibus S. Ignatij M. ſubſtrati* 28 *f* Carbonibus *viuis non aduſtæ veſtes oſtenderunt innocentiam ſuſpectæ de inceſtu mulieris* 779 *c* Carbonibus *ignitis inſiſtendo puella S. Brigidæ vicit carnis tentationem* 132 *f*
Carcerem *triennalem pro imaginum defenſione patiuntur SS. Nicolaus & Theodorus Studitæ* 544 *c* 549 *d* *ad* Carcerem *pro fide, lata quaſi ad epulas it S. Agatha* 616 *c* Carcere *aperto, fugientibus cuſtodibus non vult egredi S. Agatha* 620 *b* 633 *b* Carcere *liberatur miraculosè ſolutis catenis ad inuocationem S. Amandi* 898 *c* 899 *a* *ad* Carcerem *S. Agathæ inſtituitur ſupplicatio* 652 *f*
Cardinalis, *S. Guarinus Ep. Præneſtinus* 914
Carmelitarum *Ordinis an S. Baſilius antequàm ſuum ordinem datâ nouâ regulâ fundaret* 469 *b*
Carnem *ſuam macerat variis mortificationibus B. Rabanus* 531 *f* 532 *a* Carnem *propriam lacerant à dæmone poſſeſſi qui S. Indractum occiderant* 690 *d* Carnes *candidam veſtem S. Brigidæ non maculant* 133 *c* Carnes *pro pauperibus multiplicatæ feſto S. Brigidæ à S. Finiano diſtributæ* 115 *f* Carnes *à die conſecrationis S. Berlindis non comedit* 380 *c* Carnibus *abſtinent Benedictini Fuldenſes* 528 *d* *S. Modanus Ab.* 498 *b* *S. Gilbertus* 571 *d* Carnibus *& vino abſtinet B. Rabanus Archiep.* 534 *f*
Caſtitatem *vouent, capillo vno ſibi prociſo S. Hadeloga V.* 307 *b* *B. Itta vidua opibus præpotens & filia S. Gertrudis formâ excellens* 868 *b c* Caſtitatem *nupta Regi B. Oſitha conſeruat & ſumit habitum monaſticum* 107 *e* *ob* Caſtitatis *amorem S. Hadeloga procos Reges Regumq; filios contemnit* 307 *a* *aulâ patris expellitur* 307 *c* *ob* Caſtitatem *periculum mortis incurrens mirè liberatur* 545 *pro* Caſtitate *martyrum habeant Sanctæ* 776 *e* *S. Dorothea domo relictâ in eremum fugit* 776 *e* Caſtratus *à parentibus S. Polyeuctus CP.* 706 *c*
Caſu *in foueam periculoſo lapſus, ſeruatur, meritis B. Ioannæ Valeſiæ* 588 *c d*
Catenæ *vltro ſolutæ duobus captiuis, auxilio S. Sigeborti* 240 *c d e* Catena *argentea pauperibus a S. Brigidâ donata reponitur miraculosè in loco quo orare conſueuerat* 124 *a*
Cathedram *Epiſcopalem pro ſellâ ſibi miſſâ precatur S. Auitus S. Viuentiolo* 665 *c*
Cellam *monaſterij vt paradiſum amat B. Rabanus* 527 *a* Cellæ *incluſus S. Amandus viuit 15 annos* 817 *b* 34 *annos S. Verdiana* 260 *c* *eius* Cella *in ſacellum poſt mortem conuertitur* 261 *d* *ad* Cellam *S. Brigidæ ciuitas magna extructa* 105 *d*
Cerâ *bulliente S. Theodula M. perfunditur* 657 *f*
Cereus *quotannis in honorem Martyrum ſuorum offertur à Foroſempronienſibus* 459 *d* *cum* Cereis & Oblationibus *ad ſepulchrum B. Domitiani excubant Chriſtiani* 702 *b* Cereum *vetat ſibi morienti accendi S. Ephræm* 634 *a* Cereorum *accenſorum vſus in Purificatione B. V. Mariæ apud S. Cyrillum*

Cyrillum Hieroſolym. Epiſc. 269 c Cereos *tres pro Purificatione B. Virginis accendi curat moriturus S. Anſcharius* 426 d Cerei *extincti, diuinitus accenduntur ad tumulum S. Amandi* 893 e *in Tranſlatione corporis S. Liephardi* 466 d

Cereuiſia *ex aquâ facta miraculosè apud S. Brigidam* 121 c *in* Cereuiſiam *aquam ad balnea paratam conuertit pro indigentibus S. Brigida* 179 d Cereuiſiam *auget miraculosè S. Brigida pro* 18 *Eccleſiis* 120 f *pro hoſpitibus* 179 e f Cereuiſiæ *certa menſura ſubditis diſtribuitur diebus Natiuitatis, Epiphaniæ, Circumciſionis, in oppido Milſt.* d 696 c

Ceruſſas *& pictos vultus mulierum arguit S. Petrus Galata pulchro argumento* 95 c

Ceruus *fractâ ceruice concidit ad cellam S. Sori in victus neceſſitate in Deo fiduciam ponentis* 201 c d Cerua *venatores fugiens in antrum B. Auentini ſe recipit* 477 d

Cęremoniæ *quibus Corinthiæ Duces olim inaugurabantur* 700 f

Chirographum *quo ſe diabolo deuouerat, recipit per Deiparam Virginem pœnitens Theophilus* 486 e

Chirotheca *ablata prodigioſo balatu furem prodit* 813 a Chirothecam *manu porrexit mortua Matrona indicans ſe fundos S. Hadelino legare* 376 b

Chriſma *S. Brigidæ ab æſtu maris non corruptum* 130 e

Chorum *pſallentium monachorum, cœlum reputabat B. Rabanus* 527 a

Chriſtiani *ſunt Filij Dei, gentiles verò, canes: ſed malos Chriſtianos, mali canes lacerant* 698 a Chriſtiani *ob peccata ſua ab ethnicis premuntur* 698 a Chriſtiani *Iapones ſponte nomina ſua offerunt Tyranno vt martyrium ſubeant* 752 c e Chriſtianos *Diocletianus totâ ſuâ potentiâ extirpare non poteſt* 459 f

Chriſtus *viſibiliter apparet in hoſtiâ conſecratâ* 722 c Chriſtus *Deiparæ V. petenti negat eleuationem corporis S. Brynolphi ob peccata viuentium* 926 d Chriſtum *in animâ circumfert S. Ignatius Martyr* 14 b Chriſtum *confitetur S. Dorotheâ* 773 f 774 a *S. Theophilus* 775 c Chriſtum *contra maledicos defendit S. Pionius* 45 b c d Chriſti *pueri baiulus & B. Virginis ac S. Ioſephi famulus S. Amator maritus S. Veronicæ* 453 Chriſtum *adeſſe ſibi & ſuis præſentem videt per ſomnium S. Anſcharius Archiep. & re ipſâ id poſteà experitur* 425 e Chriſtum *ad ciuitatem ſuam Edeſſam inuitauit Abagarus Rex* 62 f Chriſtum *quemcumque hoſpitem vocat S. Brigida* 120 a

Cibaria *in ſolennitatem feſti parata pauperibus diſtribuit S. Brigida, pro quibus ſubitò alia dono accipit* 124 f Cibo *vili veſcitur S. Adelheydis carnibus abſtinens* 717 c Cibus *ordinarius S. Berlindis panis & aqua* 380 c Cibum *non ſumebat B. Rabanus niſi priùs vitam Chriſti meditando percurriſſet* 531 d *ſine* Cibo, *ſolâ Euchariſtiâ ſacrâ* 20 *annos viuit puella in Angliâ* 174 b Cibum *per ceruum ad cellam in S. Sori adductum prouidit Deus in ſe confidentibus* 201 c d Cibum *ab Angelis S. Dorothea accepit* 772 c Cibos *diuinitus ſubitò pro hoſpitibus obtinet S. Brigida* 130 b *iterum famenti ſibi & ſuis comitibus* 128 c Cibi *augmentati miraculosè in mensâ S. Brigidæ & S. Patricio extructâ* 123 d f Cibos *magi euomit S. Brigida* 119 d Cibo *comparatur S. Brynolphus à Chriſto* 926 d

Cilicio *veſtitur S. Aſſentinus* 477 a *S. Amandus* 860 f *in* Cinere *& ſacco iacet orans S. Auentinus* 477 a

Cingulum *B. Hildegundis parturientibus prodeſt* 917 f 918 e Cinguli *B. Virginis partes, Pragæ ſeruantur* 274 a

Circulus *candidi coloris ſupra corpus S. Amandi de cœlo reſplendet* 901 b

Citharizandi *ignari pulchrè citharizant iuſſu & benedictione S. Brigidæ* 129 c

Ciuitas *Catanenſis, patrocinio S. Agathæ mirabiliter ab hoſtium inuaſione liberata* 643 c 653 c d Ciuitas *ethnica promiſſis in honorem Chriſti cleemoſynis ab hoſtibus liberatur* 415 f Ciues *obſeſſi ab hoſte, Claues* Ciuitatis *feretro S. Anatollij Ep. imponunt & hoſtem repellunt* 356 e Ciuitates *decorantur & ſublimantur Sanctorum Reliquiis* 646 b Ciuitati *& patriæ S. Agathæ vt offenſus parcat Imperator, miraculosè monetur* 653 e f

Claudi *ſanantur à S. Vedaſto* 803 a b c *B. Rabano* 533 e *ad ſeretrum S. Amandi* 897 d *ad ſepulchrum S. Adelheydis* 720 b *S. Agrippani, ad reliquias S. Venantij* 516 c 517 e *B. Domitiani* 703 c d *in templo S. Vedaſti* 802 a b

Clauis *in mare proiecta in piſce reperta redditur* 168 f Clauibus Ciuitatis *ſalinarum, feretro S. Anatholij impoſitis, ciues ſeruantur* 356 e

Clauis, *caput, pedes, manus, S. Iuliani medici configitur* 778 b Clauis *affixus rogo, viuus cremandus S. Pionius M.* 42 c

Clerum *ſine rugâ ſanctum vult S. Martinus Papa* 866 f *de* Clericorum *inſtitutione ſcribit B. Rabanus* 522 a Clericos *non permittendos trahi ad iudices ſeculares docet S. Auitus* 665 b Clerus *corrupti moris non facilè corrigitur à S. Amando* 866 b Clerici *inſolentes in mortem B. Rabani Archiep. conſpirant.* 535 e Clerici *habitu viſus eſt S. Vedaſtus oppreſſorem ſubditorum Eccleſiæ velle interficere* 807 b c

Clinica, *ad Reliquias SS. ſanatur* 519 e *in templo S. Amandi* 899 f

Cogitabat *ſemper de Deo S. Brigida, ſanctior S. Brendano cogitationem de Deo intermittente* 117 f

Columba *humeris S. Baſilij inſidens dicenda ſuggerit* 70 e *Capiti inſiſtens S. Seueri, Epiſcopatum ei deferendum indicat* 83 d e f *velum capiti S. Aldegundis, dum in ſponſum Chriſti conſecratur, imponit* 787 c Columba *deferens ſcriptum indicat S. Speo ſanctitatem S. Seueri de Monte-Falco* 935 a Columbæ ſpecie *anima S. Blaſij Armentarij viſa eſt ex ore eius euolare in cœlum* 353 f *Reliquiæ S. Blaſij deſignatæ* 336 d Columba *cœlitus delapſa ſuper reliquias B. Domitiani ſedit* 702 c

Columna ignea *vſque ad cœlos alta deſignat S. Baſilium Magnum* 75 d e *viſa ſupra caput S. Brigidæ, cùm ſacrum velamen ab Epiſcopo peteret* 131 b 779 f *vbi corpora S. Indracti & ſociorum iacebant,* 690 b 912 d *eâ viſâ, ethnica obſtinata ad fidem conuertitur* 690 d *ſupra domum S. Vedaſti apparens mortem eius prænuntiat* 786 a 798 e f

Comedens *flet S. Gilbertus, quod adeam neceſſitatem natura humana abiecta eſſet* 571 d

Cometa *ſuper palatium B. Ioannæ Valeſiæ mortem eius deſignat* 589 a b

Comites Martyres *Wigmannus, Bardo & alij* 1x *in Saxoniâ inferiore* 309 Comitiſſa *S. Hildegundis* 916

Commentarienſis, *S. Apronianus M.* 287

Concionatur *B. Rabanus Archiepiſcopus in vicis & pagis* 536 c Concionatur *egregiè & vtiliter in Iaponiâ B. Paulus Miki Soc. Ieſu* 735 e f Concionantem *S. Baſilium, publicè laudat S. Ephræm* 74 f

Confeſſario *mortuo, pœnitens ſine capite viſus eſt S. Brigidæ* 116 e Confeſſarius *caput pœnitentium morale* 116 e Confeſſarium *ſibi eſſe ſumendum ex Ordine S. Franciſci, voce cœleſti B. Ioanna Valeſia docetur* 577 c Confeſſione *factâ perditur ius dæmonis ad obſidendum peccatorem* 513 f *de* Confeſſionibus *negligenter peragi ſolitis Rex Protaſius in Iaponiâ per ſomnium monetur* 762 b d Confiteri *& Communicare cupiunt ad Martyrium deducendi in Iaponiâ* 736 a Confitetur *per viſionem ipſi Chriſto peccata S. Anſcharius, & remiſſionem conſequitur* 410 b Confitetur *publicè peccata pœnitens Theophilus* 486 f

Confirmationis *Sacramento cæcum illuminat S. Rembertus Archiep.* 565 c

Coniuges Sancti *Seuerus Ep. Rauennas & Vincentia* 79 *Adalbaldus Dux & Rictrudis* 295 *Domitianus Dux Carinthiæ & Maria* 693 *monaſticam vitam procreatis liberis amplexi S. Vincentius Comes & S. Waldetrudis* 834 e *S. Amelberga & Witgerus Comes* 828 a Continentes *viuunt poſt quartam prolem parentes S. Auiti* 665 b *parentes*

rentes S. Adelheidis vt deuotioni vacent 716 *c* *per* Coniugia *mutua diuersi populi in vnum coaleſcunt* 913 *e f* Coniugio *Regis relicto, S. Ethelburga Regina, fit ſanctimonialis* 764 *f* Coniugium *recuſat S. Galla V.* 940 *c* *S. Dorothea* 772 *b*

Conſolatur *infirmum apparens S. Agatha* 646 *e*

Conſtans *S. Rembertus nunquàm reſpectu vel perſuaſione humanâ à iuſto propoſito amoueri paſſus* 565 *c* Conſtantia *in tormentis & morte S. Pionij* 41 42 44 *S. Agathæ* 615 *e f*

Contendit *numquàm cum vllo fideli S. Ephræm* 61 *a b*

Contemplationi *locum aëre ſerenum eligebat S. Anſcharius* 403 *f*

Contemptores *prædicationis S. Amandi à Deo puniti* 852 *d* 855 *b*

Contracti *ſanantur ope S. Berlendis* 383 *c e* *à S. Anatolio* 569 *c* *ad fletum S. Amandi* 901 *a d e f*, *à S. Adelheide in viſione apparente* 720 *f* *ad tumulum S. Verdianæ* 262 *f* *ad reliquias S. Amandi* 898 *c* *S. Vedaſti* 806 *a* *aliorum Sanctorum* 519 *c d*

Conuerſationem *cum illegitimo Epiſcopo auerſatur S. Nicolaus Studita* 548 *f* Conuerſationem *cum hæreticis Regi Gundubado diſſuadet S. Auitus* 664 *d*

Conuerſi ad fidem *Dani & Sueci à S. Aniaxio* 410 *f* *Sclaui à monachis Corbeienſibus* 558 *d* *Cretenſes à S. Tito* 540 *c* *Gandenſes à S. Amando* 821 *S. Sigiſmundus R. Burgundiæ receptâ ſanitate per cucullam S. Auiti* 668 *a* *Rex Angliæ viſis verberibus S. Laurentio Epiſc. Cantuarienſi à S. Petro Apoſtolo inflictis.* 293 *e* Conuertit *magum morientem S. Brigida apparens in veſte candidâ* 134 *b c*

Conuertitur *ad fidem irriſor S. Dorotheæ M. acceptis Paradiſi roſis & martyrium ſubiit* 771 *c d* 772 *d* 774 *f* 775 *a b c* Conuertere *in Iaponiâ nobilitatem primò ſtudent* 731 *d*

Cor *volens dare Chriſto B. Ioanna Valeſia, non inuenit* 578 *c* *in* Corde *S. Ignatij Martyris an aureis literis inſcriptum nomen Ieſu* 14 *c* Corda *duo in diſco ſibi offerri & velut ad epulas inuitari à Chriſto & B. Virgine videt B. Ioanna Valeſia* 578 *c*

Corpus *mortificat variè B. Ioanna Regina* 577 *b* Corpus *tremulum à S. Vedaſto ſanatur* 813 *b* Corpora *Sanctorum honorificè tumulata* 141 *a* Corpus *S. Iacobi Apoſtoli tranſlatum in Hiſpanias* 6 *c* *inuentum* 7 *b* Corpus *S. Sigeberti Regis in thecâ argenteâ repoſitum* 239 *c* Corpori *S. Auentini ſepeliendo, temerè & arroganter manum iniiciens, punitur: pœnitens facti ſanatur* 480 *d* Corpora *defunctorum Sanctorum non minùs patriam ſuam tuentur, quàm corpora bellatorum viuorum* 605 *d* Corpus *S. Verdianæ, orantis ſitu inuentum, genibus flexis, oculis & manibus in cælum elatis* 260 *f* Corpus *S. Auentini diuinitus in priſtinum reponitur locum* 480 *d* Corpus *S. Pionij inter flammas illæſum* 46 *f* Corpus *S. Lietphardi iubetur per viſionem monialis cæca viſitare, & ad eccleſiam transferre & in dextrâ parte altaris collocare* 495 *c d* 496 *a b c* Corpora *Sanctorum, barbaris irruentibus, ad tutiora loca adportantur* 682 *a* *ob* Corpus *S. Lietphardi non honoratum, pecora emoriuntur* 456 *a* 495 *c d* Corpus *S. Vrſi circumlatum in ſupplicatione, & pluuiam & ſerenitatem incolis tribuit* 99 *a* Corpus *ſuum, Conſtantinopoli Catanam reuehi iubet S. Agatha* 638 *a*, *& tardantes in viâ apparens admonet* 638 *d* *S. Vvereburgæ miraculosè tranſlatum ad locum ab eâ deſignatum* 389 *e* Corpus *S. Aldelrici in cœmeterio ſepultum ter exhumatum miraculosè: tandem honeſtiori loco ſepultum, permanſit quietè* 924 *c* *S. Hildegundis bis inter* Conuerſus *ſepultum bis miraculosè exhumatum: ante altare ſepultum quieuit* 918 Corpus *S. Seueri Abrincenſis moueri non potuit niſi promiſſo templo ædificando* 193 *d e f* *S. Lietphardi niſi itinere ad locum à Deo deſtinatum arrepto* 496 *c d* *S. Vedaſti, niſi poſt preces præmiſſas* 793 *f* 798 *f* 799 *a b* Corpus *S. Agathæ, ſuauiter fragrat in tumbâ* 637 *a* Corpus *B. Ioannæ Valeſiæ poſt* 58 *annos integrum* 581 *c* *ſanguine manat ab hæretico pugione transfixum* 579 *c* *ex punctura acicula* 581 *c e* *S. Vvereburgæ poſt 9 annos integrum & floridum* 389 *f* *S. Amandi poſt* 150 *annos* 841 *b c* *è cuius ore extracto dente ſanguis ſtillat* 841 *b c* *S. Sigeberti poſt annos* 572 *integrum* 239 *b c* Corpus *B. Ioannæ Valeſiæ ab hæreticis infeſtatum ter ingemiſcere auditum eſt* 579 *d e* 584 *a* *combuſtum* 582 *d*

Coruorum *multitudo congregata ſuper inſanientem tyrannum crocitat* 807 *c*

in Craticulâ *ignitâ extenſa S. Theodula M. pice, oleo, cerâ bulliente perfunditur* 657 *e f*

Crucifixi *Chriſti nomine percellitur dæmon* 850 *c* 862 *d* 879 *a b* Crucis *Chriſti particulam S. Auitus à S. Eliâ Ep. Hieroſolymitano accipit* 667 *d* Crucis *Chriſti laudes ſcripſit B. Rabanus* 522 *a* 529 *e* Crux *erigitur, vbi ſanitas reddita eſt in Tranſlatione S. Lietphardi* 496 *e* Crux *in capite S. Humberti rutilans denotat eius ſanctitatem* 870 *e* Cruces *in meditullio arborum in Iaponiâ inuentæ* 762 *b d e* Crucem *ſibi parant Chriſtiani Iapones, paratiores* Cruci *affigi quàm Chriſtum deſerere* 758 *c* Cruce *ſignatum fluuium tranſit cum ſuis ſine naui S. Brigida* 132 *b*

Crucis ſignum *facere coram dæmonibus, à Mago prohibetur S. Theophilus* 484 *c* Crucis ſigno *dæmon vincitur à S. Verdianâ* 262 *b* *dæmon ſub ſpecie mulieris latitans, pellitur* 489 *e* *ſerpens fugatur à S. Amando* 849 *c d* 859 *e f* 875 *f* *immobiles equites vni loco affixi à S. Brigidâ* 134 *a* *oſtium pauperculæ collapſum reſtauratur à S. Hadelino* 376 *c* *vaſa cereuiſiæ confringuntur à S. Vedaſto & Ethnicorum multi hoc ſigno conuertuntur* 793 *d* 798 *c* Crucis ſigno *benedicens per viſionem S. Agatha infirmas ſanat* 642 *c* *ægros ſanat S. Galla* 941 *b* *immedicabilem oculi morbum tollit S. Petrus Galata* 95 *b e* *cæcos illuminat S. Rembertus* 557 *c* *S. Galla* 941 *c* *cæcum & claudum ſanat S. Vedaſtus* 793 *b* 796 *c d* 797 *d* Crucis ſigno & oratione *mutæ loquelam impertit S. Hadelinus* 375 *f* Crucis ſigno *loquela agonizanti redditur* 734 *f* *tibia à morſu ſerpentis ſanatur* 734 *f* *moritura ſanatur à S. Nicolao ſtudità* 550 *c*

Crumena *zonæ appenſa S. Bertulphi ob eleemoſynas pingitur* 657 *a*

Crus *abſcindendum inſanabile per B. Ioannam Valeſiam curatur* 581 *e*

in Cubiculum *S. Nicolai Studitæ delatus infirmus, ab eodem apparente ſanatur* 552 *a*

Cucullo *S. Auiti Rex infirmus ſanatur* 668 *d*

ad Culinarium *officium, vt coquus non deſit duorum dierum iter, puncto vnius horæ imperio S. Brigidæ conficitur* 124 *e*

in Cunis *grandibus poſitus agitari debuit Paſtor, læſus cerebro* 722 *f*

Curioſitas *dæmonis* 95 *f*

Currebat *energumena per tecta velociter ad inſtar ſeli* 703 *f*

Curru *S. Brigidæ vectus infirmus ſanatur* 122 *b*

Curru *decidens S. Brigida læditur, & auctor lapſus ſubitò moritur* 129 *f* Currus *benedictione S. Brigidæ, ſine paxillis ferreis currit* 124 *c*

Curuum *ſanat S. Brigida* 125 *c*

Cute *ſpoliata Martyrum corpora ſpectanda exponebantur à Tyrannis* 463 *c*

D.

DÆmon *voluntati voluntatem Dei facientium obſequi cogitur* 182 *c* Dæmones *alij aliis ferociores* 645 *c* Dæmoni *ſe tradit Theophilus ambitione excæcatus* 484 *c d* Dæmon *puerum ob matris imprecationem auſert, orantibus ad ſepulchrum S. Verdianæ reddit* 262 *a b* Dæmonem *pigritiæ cauſſam videt S. Brigida* 121 *f* Dæmon *ſub ſpecie mulieris à latronibus ſpoliatæ & fame ac frigore confectæ, tentat intromitti in cellam S. Auentini* 489 *e* Dæmon *equitem præcipitaturus, à tergo equitis ſedens apparet S. Auentino* 487 *d* Dæmon *cruciari ſe à S. Remberto vociferatur* 565 *c* Dæmon *expulſus ſuper templum S. Agathæ ſtrepitum*

tum ingentem excitat 631 *f* Dæmones *canum ſpecie apparent* 645 *a b* Dæmon *ſub porci ſpecie, exiit ex templo Arianorum, cùm introductis SS. Reliquiis in illo Miſſa celebrari cœpiſſet* 631 *f* Dæmones *egreſſi ex energumenis ſpecie muſcæ* 519 *b veſpertilionis, diem obſcurant denſo agmine* 811 *c d* Dæmoniaci, *ſiue* energumeni *liberantur à SS. Petro Galata* 95 *b f. à S. Berlende* 385 *f. ad corpus S. Sigeberti* 239 *f ad ſepulchra S. Guarini* 916 *e S. Verdianæ* 263 *b ad relinquias S. Agathæ* 639 *f* 640 *c* 643 *d e f Alexandri M.* 513 *S. Venantij* 516 *e* 517 *a B. Domitiani* 703 *f Regis filius à S. Remberto Archiep.* 565 *c Iobia filia Regis Perſarum à S. Cyriaco* 467 *f* Energumenus *liberatum ſe per S. Adelheydem annuo ad eius tumulum donario teſtatur* 721 *a d* Energumena *mordens feretrum Reliquiarum liberatur* 519 *c* Energumenus *toto menſe ſine cibo & potu viuens, ad reliquias S Prscordij liberatur* 198 *c d e* Dæmoniacus *hæret nullâ vi mobilis* 811 *a b variis linguis loquitur & abſentia refert* 811 *b* Dæmon *ex vnâ obſeſſâ in aliam migrat* 645 *e* à Dæmone *corripitur maledictis impetens S. Gallam* 941 *a* Dæmon *Suecos à fide Chriſtianâ ſuſcipiendâ abſterret, falſa eis per falſum Prophetam prædicendo* 420 *b*

Debilis *puer ad Reliquias S. Amandi ſanatur* 897 *a*

Decimas *detentas comburi curat S. Gilbertus* 572 *d*

Decimas *redituum dat pauperibus S. Anſcharius* 424 *c*

Decretum *non mutare, & tamen damnatis ad mortem parcere, quo modo potuit Iredeucus* III *Imperator* 653 *e f*

Decretum *Archiepiſcopi ad exigendum iuramentum ſuper miraculis B. Ioannæ Valeſiæ* 580 *c e f*

Dedicata *Eccleſia Glaſtonienſis in Britanniâ à Chriſto* 908 *e S. Agathæ à S. Gregorio Pontifice* 632 *b Eccleſia Antuerpienſis à S. Amando Epiſc.* 835 *b*

Defunctorum *commemoratio in Eccleſiam ex reuelatione diuinâ inducta & à Leone Papâ per omnes penè Eccleſias propagata* 684 *f pro* Defunctis *aſſignatas eleemoſynas detinens auarus Procurator Monachus, à defunctis grauiter verberatus tertiò poſt die moritur* 532 *c d e f*

Denarius *S. Petri ex Angliâ Romano Pontifici quotannis mitti ſolitus* 912 *f*

Dentium *dolori & angnæ patrocinatur S. Blaſius M.* 336 *a* Dentium *dolore liberata monialis à S. Vodalo* 692 *c* Dente *S. Amandi contacto cæcus illuminatur* 898 *a* Dentes *Leonum Molæ vocantur à S. Ignatio M.* 28 *f*

Dei præſentiam *& recollectionem internam vt retineret, oculos amittere voluit S. Daria* 134 *c* Dei præſentiâ *deterrita à peccatis, ad meliorem vitam conuerſa meretrix* 74 *f* Deo *vxoris S. Chlotildis inuocato Chlodoueus R. victoriâ potitus, fit Chriſtianus* 662 *e* 792 *e f* 795 *c d* Deum & Matrem *eius abnegat Theophilus* 484 *c d* Deorum *Ethnicorum ſcelera enumerantur* 25 *e* 30 *d e in* Deorum *numerum Ericum Regem defunctum referendum Odnion per falſum prophetam Suecis promittit* 420 *b* Deos *deridet S. Agatha* 619 *d* Deos *ethnicos, ridet Tayſama Rex Iaponiæ ethnicus* 727 *d*

Deſperans *zelotypa mulier ſuſpendit ſeipſam, ſed interceſſione Deiparæ Virginis & S. Amandi ad vitam reuocatur & ſpem ſalutis æternæ* 902 *c d e f* 903 *a b* Deſperatum *peccatorem conuerſum ad pœnitentiam videns S. Gilbertus flet præ gaudio & alios ad gaudium excitat* 571 *e*

Detrahens *ſanctitati S. Sigeberti amentiâ grauì punitur, & confeſſione culpæ ad ſepulchrum eius ſanatur* 238 *a*

Deuotionem *cum ſtudiis coniungit adoleſcens B. Rabanus* 525 *b*

Diaconi *SS. Ephræm* 51 *f Confeſſor Celerinus* 321 *Martyr Lucas Emeſenus* 777

Digito *S. Brigida petram perforat* 170 Digitorum *vnguibus acutæ arundines infiguntur Martyribus* 658 *f*

Dignitatem *ab Imperatore oblatam ſpernit S. Ignatius M.* 30 *b c*

Diligentia *in ſtudiis B. Rabani* 526 *c*

Diſcipulus *Alcuini B. Rabanus* 525 *f* 526 *a* Diſcipuli *B. Rabani clariores, Epiſcopi, Abbates, alij* 527 *d e f* Diſcipulos *non niſi pios & regulæ monaſticæ obſeruantes ad ſtudia ſacræ Scripturæ admittit B. Rabanus* 528 *c* Diſcipulum *S. Gilbertus in Magiſtrum & Superiorem, cui obediat, eligit* 573 *a*

Diſcordias & zizania *ſerere ſe dæmon fatetur* 645 *c*

Diuites *& docti contemptâ mundi vanitate Martyrium ſubeunt* 460 *c* 464 *c d*

Docendo *ſcientias B. Rabanus, docet ſimul & pietatem* 528 *b* Doctor *in omni ſcibili perfectus primus inter Germanos B. Rabanus* 529 *a*

Dominus *viſis miraculis ad famuli S. Bertulphi pedes ſe abiicit* 679 *f*

Domum *perdere, quàm S. Brigidam domo ſuâ expellere maluit Magus* 157 *b* Domus *ab igne intacta in quâ S. Gilbertus orat* 573 *b* è Domo *S. Ittæ viduæ ſacrum velum ſuſcipientis monaſterium conſecrat S. Amandus* 832 *c*

Dormientem *irreuerenter circa ſepulchrum ſuum arguit S. Hadeloga apparens* 955 *e* Dormientem *S. Hadelinum, ne ſolaribus vratur radiis, obumbrat Angelus* 373 *f*

Dormitura *lapidem mattâ tectam capiti ſupponit S. Berlindus* 380 *c*

Dotem *puellis pauperibus Melitenſes ciues dic S. Agathæ conferunt* 604

Duces Sancti, *Æmilius Lucæ* 78 *Adalbaldus maritus S. Rictrudis* 295 *Domitianus in Carinthiâ* 697 Dux Martyr *Bruno in Saxoniâ* 309 Ducum *Aquitaniæ & Comitum Pictauorum origo* 816 *b*

Duellantem, *S. Vedaſto ſe committentem nebula protegit, & duellum dirimit* 813 *e*

E

Eccleſiæ *in Occidente & Africâ à S. Petro vel eius ſucceſſoribus inſtitutæ* 8 *f* Eccleſia *Chriſtianorum primâ in Britanniâ, Glaſtonienſis* 908 *e ad* Eccleſiæ *Romanæ Ordinem & officium imitat Hiſpaniam Gregorius* VII *Papa* 7 *f* Eccleſiæ *Euphrates dicitur & Ephræm* 68 *b*. Eccleſiarum bona *tuetur S. Sigebertus* 232 *f ab oneribus ciuilibus eximit Ludouicus Imp.* 405 *e* Eccleſiæ *S. Vedaſti ſubditus coram reliquiis auxilium poſcit contra oppreſſores & obtinet* 806 *b c* Eccleſiæ *bona inuadentes puniti à Deo* 804 *d e* 806 *b c* 807 *f alius ſe ſuſpendit* 814 *b c d alius falſis inſtrumentis ſibi deberi probare volens, in carcere ignominioſè moritur* 814 *f* Eccleſiaſticos *caſtè viuere debere docet falco alius S. Brigidæ* 112 *f* Eccleſiaſticis *gradus & Epiſcopatus ſimoniacè venditi* 706 *c* Eccleſiaſticos reditus *Nicephorus Phocas iniquè vſurpat & Eccleſiaſticos vetat augeri fundos* 710 *a b* Eccleſiaſticis *iniurius ex alià cauſâ, falsò ſibi impoſita, agnoſcit ſe à Deo propter* Eccleſiaſticos *puniri* 815 *d e* Eccleſiaſticos *ſubditos iniuſtè affligens, equo cadens excæcatur* 815 *a b*

Educandus, *ad monaſterium ducitur nobilis B. Rabanus* 524 *d* Educatus *piè à parentibus S. Nicolaus Studita* 540 *d e*

Eleemoſyna *data pauperibus non perit danti* 124 *a* Eleemoſynas *in pane, vino & lardo perpetuas fundat S. Hildegardis* 722 *b ob* Eleemoſynâs *diſtribui ſolitas, pingitur S. Bertulphus cum crumenâ zonæ appenſâ* 657 *e vt* Eleemoſynam *ſemper dare poſſit, marſupium ipſe portat S. Rembertus Archiep.* 563 *d* Eleemoſynaria *S. Hadeloga Virgo*, Mater pauperũ *vocatur* 306 *b* Eleemoſynaria *S. Brigida quidquid in domo patris inuenit, dat pauperibus* 120 *c butyrum diuidit in* 12 *partes quaſi pro* 12 *Apoſtolis, vnam maiorem ceteris partibus pro Chriſto faciebat, Chriſtum vocans quemcumque hoſpitem* 120 *a b patrem ſuum & Regem ipſum ſe reddituram Chriſto dixit ſi eos peteret* 120 *c pauperibus tribus datura vas argenteum, vno ictu illud in tres æquales partes diuidit* 184 *e f ex* Eleemoſynis *S. Brigida cum ſociabus viuit* 178 *d* Eleemoſynarium *S. Seuerum Abrincenſem veſtibus ſpoliatum & domo hyeme excluſum, equi habitu ſuo calefaciunt, & nitus circumquaque cadentes eius locum non attingunt* 189 *c pecunia pauperibus diſtributa diuinitus in ſaccum antiquum* Eleemoſynariæ *repoſita:* 416 *f in* Eleemoſynam *diſtributas fabas, miraculosè ſuo hero reddit S. Verdiana* 257 *f voto facto* Eleemoſyna-

rum *in honorem Christi ciuitas ethnica ab hoste seruatur.* 415 *f* Eleemosynæ, *iuuant animas in purgatorio* 533 *a b.*

Energumeni *vide* Dæmoniaci

Epileptici *liberati ad sepulchrum B. Ioannæ Valesiæ* 590 *c d B. Domitiani* 704 *c*

Episcopi SS. Martyres, *Cæcilius Eliberitanus Hisp.* 4 *Ignatius Antiochenus* 13 *Agrippanus Podij in Galliâ* 204 *Theodoricus Mindensis, Marquardus Hildesheimensis* 312 *Erlulphus Ferdensis, Gosbertus Osnabrugensis* 312 *Blasius Oretanus in Hisp.* 321 *Blasius Sebastenus* 331 *Liafdagus in Dania* 445 *Phileas Thmuitarum in Ægypto* 459 *Abramius Arbelorum in Persida* 466 *Lietphardus Britannus* 892 *Siluanus Emesenus* 777 Episcopus Confessor *torme.t i perpessus Basilius Cretensis & Thessalonicensis* 242

Episcopi Sancti, *Eubertus Apostolus Flandriæ.* 47 *Seuerus Rauenn.* 79 *Tricastini Paulus* 92 *& Torquatus* 93 *Seuerus Abrincensis* 187 *Pictus* 198 *Belga anonymus in Helueti.â* 247 *Ioannes de Craticulâ Maclouiensis* 248 *Cornelius Centurio Scepsi* 297 *Rhodippus Ep. Leontinus* 287 *Flosculus Ep. Aurelianensis* 288 *Laurentius Cantuariæ* 289 *Anatolius Salinis* 355 *Lupicinus Lugduni* 360 *Tigrides & Remedius Vapinci* 360 *Laurentius Illuminator Spoletij* 361 *Viennenses Simplicius* 354 *Philippus & Euantius* 365 *Anscharius Hamburg.* 391 *Ioannes Irenopoli in Ægypto* 466 *Auentinus Castroduni* 477 *Vincentius Tricassinus* 480 *Vlgisus Ab. Lobiensis* 498 *Rabanus Maurus Moguntinus* 500 *Rembertus Hamburgensis* 554 *Agricolaus Traiectensis* 659 *Auitus Viennensis* 660 *Ingenuinus Sabionensis* 669 *Polyeuctus CP.* 706 *Albinus Brixinensis* 712 *Bucolus Smyrnensis* 766 *Mel, Melchus, Munis, Riocus Hiberni* 778 *Vedastus Atrebatensis* 782 *Amandus Traiectensis* 815 *Guarinus Prænestinus Cardinalis* 914 *Brynolphus Ep. Scarensis* 925

Episcopatum *sibi deferendum vt effugiat amentiam simulat S. Ephræm* 78 *b* Episcopatum *oblatum recusant S. Theophilus* 483 *f* 484 *a B. Angelus de Furcio* 931 *a amore religiosæ vitæ & studiorum, Ruthardus* 505 *ne vi compellantur fugiunt S. Guarinus* 916 *a Solennis frater S. Auentini* 479 *b* Episcopatum *sibi à S. Petro oblatum in somnio videt S. Anscharius* 424 *ne* Episcopatus *in Angliâ vel ad horam vacaret sine Pastore, S. Augustinus adhuc viuens ordinat successorem S. Laurentium* 494 *c in* Episcopum *ordinatur S. Auentinus fratre electo fugiente* 479 *b c* Episcopus *S. Seuerus Rauennas ex textore pannorum* 82 *f* 86 *e in* Episcopum, *Nouatianus ab ebriis Episcopis coactè manus sibi imponentibus consecratur* 327 *b in* Episcopum *consecrari noluit S. Otto, nisi annulo & baculo pastorali à Pontifice Romano accepto* 558 *a b* Episcopatus *pallium mittitur Româ S. Augustino in Angliam* 291 *e* Episcopatus *duo in vnum coniuncti* 417 *b* Episcopatum *inuitus accipit S. Amandus* 865 *f* Episcopus *nouus solenni processione in vrbem inducitur* 494 *d* Episcopi *debent imitari virtutem Sanctorum antecessorum* 16 *c* Episcopatus *onera spiritualia, per se ipsum visitando diœcesim exercet B. Rabanus* 536 *c* Episcopus *S. Laurentius, ob virtutes & miracula à se facta cognominatus* Illuminator 363 *f ab* Episcopo, *bonum vitæ exemplum, populus requirit* 566 *d e f ab* Episcopis *Theodoricus Rex Francorum ob necem S. Leodegarij, damnatus pœnitens Abbatiam locupletat* 788 *a* Episcopatus *adiutorē assumit senio & morbo afflictus S. Rembertus* 565 *e* Episcopatum *apud infideles subditos deserere volens S. Laurentius à S. Petro durè verberatur* 293 *c* Episcopatum *deserit S. Amandus propter corruptos subditorum mores* 868 *a* Episcopatum *dimittunt amore solitudinis & contemplationis S. Seuerus Abrincen.* 191 *b S. Arnulphus* 494 *b S. Laurentius Illuminator* 363 *f fit monachus & Abbas* 364 *a* Episcopum *S. Anscharium spernens punitur à Deo* 425 *b* Episcopi *ab Frederico 2 Imp partim occisi, partim incarcerati* 654 *b* Episcopi *Græci inhospitales quia pauperes* 710 *b sordidè & parcè viuunt* 710 *b* Episcopi *contumaces & schismatici, auctoritate secularium reprimendi* 670 *f* Episcopus *pœnitens ad communionem tantùm laicorum admissus* 327 *b*

Epistola *Plinij ad Traianum, quâ consulit quid faciendum Christianis* 19 *f* Epistola *Traiani responsoria* 20 *c* Epistola *S. Auiti ad Chlodoueum 1 Christianum factum* 662 *f* 663 *a b c* Epistolæ *decies mille conscriptæ ab S. Isidoro Pelusiotâ* 471 *f* Epistola *adhortatoria S. Remberti Archiep. ad moniales* 564 *a b c ad* Epulas *sacras à Christo inuitatur B. Ioanna Valesia* 578 *c*

Equi *indomiti, dati S. Brigidæ subitò mansuescunt* 122 *a* Equos *fessis viatoribus in viâ occurrens dat S. Brigida & alios dono accipit* 122 *a* Equi *sponte suâ benè currunt aurigâ verbi Dei prædicatione occupato, & vultu eius ab equis ad auditores auerso* 124 *c d* Equus *post iugum currus S. Brigidæ depositum vltro ad currum recurrit, & iugum reinduit* 124 *c d* Equi *halitu calefaciunt S. Seuerum Abrincensem vestibus propter pauperes exutum* 189 *c* Equum *pro redimendâ captiuâ dat S. Rembertus* 565 *b* Equus *loco procedere nequit nisi reliquiis S. Alexandri salutatis* 514 *c* Equus *alligatus & per aspera tractus moritur S. Hippolytus* 518 *f* Equum *consecensurus Sapor Rex Persarum, Valeriani Imperatoris Romani ceruici pedem imponit* 481 *d* Equi *morsu & calicibus Tyrannum in fluuium deiiciunt* 618 *c* 620 *d* Equorum *maiorem quàm Ecclesiæ curam gerens Patriarcha CP. Theophylactus* Equitando *ad murum afflictus lethalem morbum contrahit* 706 *c* 707 *f* Equi & canes *venatorum, qui locum S. Hadelini attigerunt, morte puniti* 375 *b* Equi *subitò suffocantur gustato ex rapinâ frumento* 381 *f* Equi *morbus inuocato S. Vedasto sublatus* 802 *c* Equiti *à tergo assidentem dæmonem & præcipitium ei præparantem precibus suis deiicit S. Auentinus* 487 *e*

Equuleo *torquentur S. Agatha* 616 *f S. Dorothea* 771 *b c*

Eremitæ Sancti, *Petrus Galata in Syriâ* 94 *Vendimianus in Bythiniâ* 99 *Sorus apud Petrocorios* 199 *B. Angelus de Furcio Ord. S. Augustini* 927 *S. Iudocus Armoricorum Regis filius* 923 *a b*

Ethnici *cibos comedere noluit S. Brigida* 158 *e*

Ethnicos *testimonio Socratis redarguit S. Phileas* 459 *f*

Ethnici *à Christianorum legato* canes *appellantur* 698 *a*

Euangelium *prædicat Sclauis S. Amandus* 828 *c ad* Euangelium *prædicandum S. Winfredus peregrè proficiscitur* 497 *b* Euangelium *cælitus demissum accipit S. Brigida pro S. Aydo* 117 *c ad* Eucharistiam *deuota B. Ioanna Valesia* 578 *c in* Eucharistiâ *Corpus Christi sindone, seu Corporali, excipi, docet S. Isidorus Pelusiota* 473 *b* Eucharistiam *misit S. Brandanus per Angelum ad S. Brigidam communicandam* 114 *d* Eucharistiam *diebus Dominicis sumendo sine vllo cibo ad* 20 *annos vixit puella in Angliâ* 174 *b* Eucharistiâ *sacrâ sumptâ vultus S. Theophili sicut sol effulsit* 487 *b c* Communionem *ob leue delictum non negandam docet S. Auitus* 665 *c in* Eucharistiâ *in sacro eleuatâ Christus apparet in Stenensi S. Laurentij Ecclesiâ* 722 *c in* Calice *consecrato sanguinem videt incredulus* 114 *d formam hirci sorto sublati à tenente calicem S. Brigida* 131 *f*

Examinat *suam continentiam frequenter B. Rabanus* 531 *e* Examinis *particularis species quædam fuit in vsu S. Brigidæ & eius sociabus* 178 *d*

Excommunicat *incestuosum S. Nicolaus Studita & ab Ecclesiæ ingressu arcet* 548 *d e* Excommunicati *Acacij nomen iubetur à Romanis Pontificibus ex sacris tabulis expungi* 666 *f* Excommunicatur *Leo Sapiens Imp. à Nicolao Patriar.* 707 *c* Excommunicationem *minatur inobedientibus Vrbanus 2 Papa* 656 *a Diplomati suo repugnantibus S. Martinus Papa* 819 *e ad* Exequias *S. Amandi magnus concursus* 872 *S. Martini ad duo millia monachorum* 216 *e*

Exerci-

Exercitus *ingens Æthiopum à Deo perterritus, fugit & deletur à Rege Iudæorum* 319 *f* Exercitus *Christianorum paruus, magnum ethnicorum Britonum exercitum superat* 493 *c* Exercitus *mutuam stragem videt, ob castitatem à morte liberatus* 546 *d*

Exhæredatur *S. Berlendis à patre ob leuissimam causam* 379 *c d*

Exilium *& peregrinationem voluntariam ad patientiam exercendam suadet S. Brigida Sacerdoti* 185 *e* Exilium pro fide *subeunt parentes S. Dorotheæ* 772 *b Episcopi in Africâ & Sardiniâ* 550 668 *a S. Amandus ob correptæ Regis peccata* 864 *f* 865 *a* 882 *f* 883 *a* Exulat *vltro ne Alexandriæ pax interturbetur, S. Petrus* Ep. 461 *a b in* Exilio *moritur S. Elias Hierosolymitanus* 667 *d*

Existimationem *sui paruam habendam, inter exercitium virtutum docet S. Isidorus Peluſiota* 472 *c*

Exorcistæ *personam ludicrè repræsentantem, dæmon seriò inuadit* 45 *f*

in Extasi *adest S. Seuerus morienti Episcopo Mutinen.* 84 *d e*

ex Externis actibus, *benè iudicat de interioribus Taycosama R. Iaponum* 727.

F

FAciem *S. Verdianæ* XXXIV *annis nemo virorum vidit, nec illa vllius viri* 258 *f* Facie *detectâ videri moniales prohibet S. Gilbertus* 572 *e f* Facies *Theophili pœnitentis post Eucharisticum epulum sicut sol luceſcit* 487 *b c* Facies *SS. Theodori & Theophanis, versibus inciſis fœdatur, ob imaginis cultum* 547 *b* Facies *S. Dorotheæ, baculis verberata* 772 *c*

Fœmina *nobilis, contra legem templum monasticum ingreſſa, à dæmonio correpta moritur* 533 *c* Fœmina *contra prohibitionem S. Seri ad cellam eius veniens, vno oculo priuatur cum omnibus domesticis* 203 *c d* Fœminis *templum S Laurentij Cantuar. Archiep. intrare prohibitum* 294 *c vide* Mulier. Fœminas *ad templum monasterij certo tempore admittit S. Vrſmarus* 500 *d* Fœminarum *conſpectum vitans eremita, etiam S. Brigidam videre noluit. Quare nec pro benedictione obtinendâ ad eam iuit* 128 *f* Fœminarum *conſpectum cauens S. Sorus matrem videre vel ab eâ videri noluit* 203 *a b* Fœminarum *aſpectus ſeruis Dei caucndus* 203 *c d* Fœmina *martyrium forti animo expectat* 748 *c*

in Fame *publicâ per Germaniam* 300 *peregrini aluntur à B. Rabano* 536 *a* Fame *pro imaginum ſacrarum defenſione cruciantur SS. Theodorus & Nicolaus Studitæ* 543 *f* Fame *cruciati SS. Siluanus, Lucas & Mocius MM.* 778 *a*

Famulum *S. Bertulphum, ob ſanctitatem hæredem bonorum dominus inſtituit* 679 *b*

Faſtus *monasticæ vitæ non conuenit* 480 *a*

Fax *à cælo ad terras pertingens fulſit per noctem, orante ſub dio S. Bertulpho* 679 *d* Faces *adhibentur in Tranſlatione manus S. Ioannis Baptiſtæ* 708 *a*

Fundatores *B. Raimundus Ordinis Calatrauæ* 252 *S. Gilbertus Ordinis Sempingramenſis* 567

Febricitantes *ſanati ex ſcypho S. Gilberti bibendo* 573 *b ligno ſepulchri S. Hadelogæ* 956 *c ad corpus S. Agrippani* 205 *f S Probatij* 554 *per interceſſionem B. Ioannæ Valeſiæ* 578 *d* 581 *f* 583 *a b* 585 *f* 589 *d aquâ è fonte S. Alderici hauſtâ* 924 *f ope S. Vodali per Angelum* 692 *a S. Seueri viſi ex ſepulchro ſuo ad infirmum in Epiſcopali habitu prodire* 85 *e* Febris quartana *per S. Vodalum tollitur* 692 *c* Febrilem morbum *S. Gilbertus in alium pro ſe pati volentem transfert* 573 *b*

Femur *curatum per B. Ioannam Valeſiam* 585 *d* 585 *f*

Feræ *dolorem patientes, congregantur ad S. Blaſium, & per impoſitionem manuum ſanatæ, recedunt* 337 *a*

Ferrum, *candelâ deficiente, ardet ad reliquias S. Agrippani* 205 *f* Ferro *vulnerari nequit cliens S. Berlendis* 381 *f* Ferro ignito, *ſecreta fœminarum Martyrum transfiguntur* 658 *c f*

Feſtum *S. Blaſij Raguzæ ad quatriduum prolongatur* 332 *f* Feſtum *labore violanti manus contrahitur* 382 *a* Feſto die *fœnum collectum igne cæleſti combuſtum* 425 *d* Feſto die *SS. Ianuarij & Magni MM. fruges demeſſæ, cæleſti igne conſumuntur* 520 *e* Feſtum diem *violantibus, grauis pœna ab S. Inâ Rege conſtituta* 910 *e*

Fidei *profeſſionem fecit coram Deipara Virgine ſibi apparente pœnitens Theophilus* 486 *b* Fidei *Catholicæ profeſſionem publicam ſuadet S. Auitus, Regi Ariano Gundobado* 664 *c d ob* Fidem Christianam *omnes dignitates & officia iuſtus Vcondonus in Iaponiæ regno relinquere paratus* 728 *e* Fidem Christianam *bello defendere Rex Protaſius in Iaponiâ paratus etſi impar viribus* 731 *d pro* Fide *mortem cum gaudio ſuſcipit B. Paulus Miki* 736 *b c* Fidem Christianam *prædicat in Britanniâ Ioſephus ab Arimathiâ* 906 *d e apud Gandenſes S. Amandus* 863 *c vt in* Fide Catholicâ *erudirentur Angliæ Reges & Epiſcopi futuri, ſchola à S. Inâ Rege Romæ erecta* 912 *f*, *ad* Fidem Christianam *conuerti reſpuens vrbs Herbadilla, terræ hiatu abſorbetur* 816 *a à* Fide *S. Theodulam auertere conati ad eam conuertuntur,* 657 *c d* Fidem *in promiſſis fallens, grauiter à Deo punitur* 474 *c*

Filium *Regi Dagoberto S. Amandus à Deo impetrat* 840 *c B. Angelum de Furcio parentes ſteriles oratione & peregrinatione ad S. Michaëlem, & hoc apparente accipiunt* 928 *b c d Petro Regi Siciliæ S. Agatha* 654 Filios *plebeis ſterilibus cur impetrabat à Deo S. Brigida, & non Magnatibus?* 126 *f* Filium *Rex Sigiſmundus necari iuſſit ſuaſu nouercæ* 665 *a* Filius *patrem à peccato non auertens punitur morte* 470 *f* Filiæ *cauſâ Deus beneſecit matri* 118 *f*

Fimbriæ *veſtis Christi attacta an ſanata S. Veronicæ* 453 *e*

Fimo *repletum à Reginâ palatium, Regem S. Inam ad mundi contemptum inducit* 913 *b c*

Flagellatio *acerrima tolerata à SS. Nicolao & Theodoro Studitis pro imaginum defenſione* 544 *b c d e f* Flagellari *ſe publicè curat B. Franciſcus à S. Michaële, pro conuerſione Iaponum* 735 *a* Flagellis *laniatur S. Dorothea* 772 *c S. Agatha* 619 *d*

Fluuium *ſine nauigio tranſeunt S. Hildegardis cum ancillâ* 722 *a Cruce ſignatum S. Brigida cum ſuis* 132 *b* Fluuium *horrendè inundantem precibus reprimit S. Vrſus* 939 *a b trans* Fluuium *latæ puellæ inuocantes S. Brigidam* 132 *c* Fluuio *ſupernatat cum molâ alligatâ B. Quirinus, oratione obtinet à Deo ſubmerſionem* 518 *e* Fluuium *mutare alueum S. Brigida cogit* 134 *f* 140 *b*

Foco *benè inſtructo Taycoſima ad Imperium viam ſibi aperuit* 125 *a*

Fons *erumpit lapſu capitis S. Agrippani præciſi* 205 *b baculo S. Hadelini* 357 *e f & Adelheydis contra febres ſalutaris* 714 *f* Fontem *eliciunt S. Laurentius Archiep. in arenti loco* 294 *c precibus & Crucis ſigno S. Auentinus* 489 *f precibus S. Auitus* 668 *c* Fontem *ſitientibus vbi fodiendus eſſet oſtendit S. Brigida* 128 *d* Fons *S. Adelrici nequit tegi* 924 *a* Fontes *morbis ſalubres S. Anatolij* 359 *a SS. Oliueriæ & Liberatæ* 361 *f S. Adelrici maximè febricitantibus* 924 *a* Fons *S. Adelrici toxico infectus, inſtar lactis concreſcit: Reliquiis S. Adelrici ſignatus claritatem & vim priſtinam recipit* 924 *a*

ob Formæ *defectum B. Ioanna Valeſia à patre deſpicitur* 577 *c* Formoſum *ex deformi, effecit oratione S. Patricius, eiq; ſimillimus cui ſimilis eſſe volebat deformis* 781 *e f*

in Fornacem *ardentem S. Theodula cum aliis proiectæ* 656 *f*

Fortuna *ſubita & inſpirata S. Seueri* 89 *a b c d Taycoſamæ, ex lignorum ſectore, Monarchæ totius Iaponiæ* 725 *a b c d e* Fortunâ *aduersâ coactus S. Ephræm ad monaſticæ vitæ propoſitum* 57 *f*

Frigore *post cruenta flagra cruciatur S. Nicolaus Studita* 544 *a*
Fronti *S. Theodulæ clauus infixus* 657 *c*
Fruges *festo die SS. Ianuarij & Magni demessæ, cælesti igne conflagrant* 520 *e* Frumentum Christi *se dicit deuorandus à leonibus S. Ignatius M.* 28 *f* Frumento *horreum Episcopi ad aduentum S. Brigidæ diuinitus repletum* 124 *f*
Fulmine *deiicitur statua Iuliani Imperatoris, in loco statuæ Christi posita* 455 *b* Fulmine *absumitur seges S. Gallæ furto sublata* 940 *c* *contra* Fulmina, *tabula S. Agathæ expoui solita* 635 *a* Fulmine *percutitur Diaconus in peccato administrans sacra* 540 *d e*
in Funere *B. Ioannæ Valesiæ arthritis curata* 589 *e f*
Funeri *S. Agathæ Angeli visibiliter assistunt* 623 *d e*
Fures *redeunt ad S. Brigidam cum equis ablatis putantes se domum venire* 125 *f* Furem *chirotheca balatu prodit* 812 *f* 813 *a* Fures *ad B. Domitiani reliquias immobiles* 703 *e* Furatus *mel exuluearibus ex opposito templi S. Vedasti, immobilis hæret, ope S. Vedasti liberatur* 806 *f* Furtiua *lana, dono oblata ad Reliquias S. Venantij euanescit* 517 *d* Furtim *S. Bertulphi corpus sublatum Bononiâ vt venderetur Angliæ Regi* 675 *f* 682 *e*
Furnum *calentem ingressus S. Seuerus Abrincensis non læditur* 192 *a b*
Furore *punitur à Deo oppressor subditorum Ecclesiæ S. Vedasti* 807 *c* Fustibus *cæditur S. Blasius* 346 *b*

G

GEmmis *ornata inter Angelos S. Agatha apparet S. Luciæ* 646
Gentilis *viri cibos comedere noluit S. Brigida, nisi prius ille baptizaretur* 123 *a* Gentilis *S. Cornelius Centurio, fuit vir probus & Deum timens* 281 *e* *pro* Gentium *conuersione sibi inimicarum orat S. Anscharius* 423 *c*
Genua *flectit Horas Canonicas dicens S. Gilbertus ad singula verba* Dei *vel* Domini 571 *a*
ex Germanis, *primus Doctor B. Rabanus* 529 *a*
Gibbus *Volusiani sudario S. Veronicæ sublatus* 451 *c*
Gladij *mensuram excedentes Saxones occidit R. Dagobertus* 227 *d* *inter* Gladios *strictos transire iussi capite damnati, ope S. Agathæ liberantur* 653 *e f* Gladium *nudum gerens in omnem se partem gyrat dux Carinthiæ in primâ inauguratione* 701 *a* Gladio occisi *SS. Theion & 2 pueri* 48 *Dorothea V.* 774 *vide* Capite plexi
Globus *igneus & candelæ quasi accensæ supra templum visæ ante mortem S. Gilberti* 573 *d*
Gollypium *ex contactu Reliquiarum S. Agathæ salubre, & Ætnæ incendium auertit* 652 *a b*
Græcæ linguæ *necessarium studium* 528 *f* Græcam linguam *per Orationem S. Basilij diuinitus didicit S. Ephræm* 76 *a*
Grandinum *tempestas reliquias B. Domitiani auertitur* 702 *e*
Gratias Deo *agens in martyrio S. Theodula moritur* 656 *f*
ob Gulæ, *vitium purgatorium patitur Arnulphus Presb.* 561 *d*
Gutturis *dolorum, & suffocationum ex osse vel spinâ piscium constitutus Patronus S. Blasius* 335 *f* 337 *c* 339 *b*
Gutturis *morbus sanatur ope B. Ioannæ Vallesiæ* 584 *d* 585 *b*

H

HÆreditatis *partem, quæ filium mortuum contingebat, pauperibus pij parentes distribuunt* 716 *c*
Hæreses *à Græcis vt plurimùm ortæ* 711 *b* Hæresim *in Hiberniâ futuram prædicit S. Brigida* 125 *d*
Hæretici *libri, ne vsui* Hæreticis *essent, omnia folia S. Ephræm conglutinat* 71 *f* Hæreticos *peiores dæmone vocat & coruis comparat S. Ephræm* 66 *e f* Hæreticos *iure à se impugnari ostendit S. Isidorus Pelusiota* 472 *d e* *ob* Hæresin *occisi, non coronam fidei sed pœnam perfidiæ capessiunt* 328 *d*
Halecum *duo vasa distribuuntur pauperibus die S. Adelheydis* 713 *c*
Hecticâ *laborantes, ad sepulchrum* Hecticâ *mortui S. Episcopi sanantur* 247 *e*
Herbæ *in pascuis S. Brigidæ vnâ nocte recrescunt* 112 *f*
Herba *ad pedes statuæ Christi enata, vbi crescendo fimbriam attingit, morbis medetur* 455 *b*
Hernia *curatur ad corpus S. Verdianæ* 263 *a f* *per B. Ioannam Valesiam* 583 *b* 585 *a e f*
Homicidæ *excæcati ne S. Amandum occiderent* 853 *c* 855 *e* 857 *a* 869 *c* Homicidij *conscius Rex Theodoricus ab Episcopis damnatus, pœnitentiam agit* 738 *a*
Honor *à Rege, S. Soro Eremitæ exhibetur* 202 *a b*
Honorem *amissum vt recuperet, dæmonum opem implorat Theophilus* 484 *c d*
in Horto *sepulchrum Christi & Crucem curat erigi B. Ioanna Valesia* 577 *e*
Hospites *venturos diuinitus intelligit S. Brigida* 116 *a* *iis tractandis præter consuetudinem lac emulget* 133 *a* Hospitalitas *pauperis S. Brigidam excipientis* 133 *e* *ob* Hospitalitatem *factæ expensæ, diuinitus restituuntur* 133 *e*
Hospitale *extruit Bremæ S. Anscharius* 403 *e* *Bononiæ S. Guarinus* 915 *a*
Hostes *electi Catanâ ope S. Agathæ* 653 *b c* *arcentur à loco vbi erat corpus S. Vedasti* 805 *e*
Humanitas *& caritas, erga domesticos B. Rabani* 525 *c*
Humilis *S. Wereburga Regis filia monasterij officia omnia obit* 388 *a* Humilis *Regina Ethelburga monialibus monasticam vitam amplexa inseruit* 914 *b d* Humilis *S. Anscharius, discipulum S. Rembertum sibi præponit* 562 *b c* Humilitas *S. Ephræm* 71 *d* *B. Rabani* 526 *c* *S. Hadelogæ* 945 *d*
Hyacinthus *vestis Pontificiæ quid significet?* 561 *c*
Hymnum Te Deum laudamus *& S. Athanasij symbolum moribundus S. Anscharius prælegi curat* 426 *e*
Hymnus *S. Damasi de S. Agathâ* 595 *f* *alius S. Isidori Hispalensis* 596 *e* *de sudario S. Veronicæ* 452 *e f*

I

IAnua *templi vltro de nocte aperitur S. Vrso in eo oraturo* 937 *e*
Idololatras *seruos vocat S. Agatha* 619 *c* Idololatris *capitalem pœnam Rex Asa elicit* 320 *c* Idolorum *cultrix excæcata, à S. Amando visum recipit* 853 *c* 869 *e* Idolum *oris afflatu in tres partes disrumpit S. Theodula, & restituit* 657 *b*
Ieiunat *per tres dies nihil manducans S. Auentinus* 477 *a* Ieiunant *in pane & aquâ in profestis Deiparæ Virginis B. Walterus & B. Margarita* 273 *d e* Ieiunanti *spretâ hospitalitate lardum in colubrum conuersum, per S. Sorum restitutum* 200 *e* Ieiunantibus *inobedienter, lardum in serpentes conuersum* 124 *f* Ieiunat *& orat in templo B. V. Mariæ* 40 *diebus pœnitens Theophilus* 485 *c* Ieiunio 40 *dierum, animam ex purgatorio liberat S. Rembertus* 561 *d e f* Ieiunant *Sueci adhuc ethnici ob victoriam Christi auxilio obtentam* 422 *b*
IESVM CHRISTVM *non cessabat inclamare inter tormenta S. Ignatius M.* 14 *c* *vide* Christus
Igne *combusti SS. Cæcilius* 10 *d* *Pionius Presb.* 42 *b* 46 *e* *Theodula, Euagrius, Macarius & alij Cilices* 657 *Christe & Calliste* 774 *d* Igneus globus *visus in loco quo mater S. Brigidam ferens vtero dormiebat* 114 *b* Ignea columna *visa supra domum in quâ erat parnula S. Brigida* 119 *c* Ignis *S. Brigidæ sacer, perpetuò conseruatus* 112 113 *c* *eum violans demens factus* 113 *c* Igne fulmineo *vicus conflagari ob S. Laurentio Archiep. hospitium negatum* 294 *b* *in* Igne, *puer viuus inuentus & illæsus inuocatâ S. Verdianâ* 261 Ignis fornacis.

fornacis, *ne lædantur Martyres, extinguitur* 338 *c* Ignis Ætnæ *inſtar fluuij labitur per agros, obuia etiam ſaxa liquefaciens* 650 *d e f* Ignis ſacer *diuinitus in homines immiſſus ſæuit* 899 *f* 900 *b curatus à S. Berlenda* 383 *f vide* Incendium.

Imaginem *pingere volenti viſibiliter apparens S. Cornelius Centurio, ſeipſum ſpectandum præbet* 284 *f* Imago *S. Blaſij Raguzæ pecuniæ imprimitur* 332 *f* Imago *S. Bertulphi cum crumena Zonæ appenſa, è quâ eleemoſynas diſtribuit* 675 *e* Imago *ſudarij S. Veronicæ Romæ* 455 *in diœc. Laudunenſi* 456 *c d Caduini in Aquitaniâ* 456 *f Gennæ vrbe Bæticæ* 456 *f miraculis clàret* 456 *e* Imaginis *ſacræ & idoli differentia* 543 *c ob* Imaginum *defenſionem Sacerdotes in exilium pelluntur* 542 *e f* Imaginum *cultoribus facies verſibus inciſis cruciatur & fœdatur* 547 *b* Imaginem *B. Virginis curru triumphali Conſtantinopolim inuehit Zemiſces Imp. victoriam de Bulgaris eidem adſcribens* 712 *d* Imago *S. Franciſci Meaci ſanguine ſudat, præſignans martyrium ſuorum Religioſorum* 740 *c*

Imperator *Nicephorus in palatio noctu occiſus, cooperante vxore* 711 *d e* Imperatore *Valeriano Sapor R. Perſarum equum conſcenſurus pro ſcabello vſus* 481 *d* Imperium *deponit Diocletianus, pertæſus, quòd Chriſtianos extirpare nequiret* 459 *f*

in Inauguratione *Principis Carinthiæ quærebatur* Iuſtuſne iudex eſſet & Chriſtianæ fidei cultor 700 *f*

ab Incendio *præſeruatur templum, poſitâ in eo ſtatuâ S. Theoderici Ep. Mindenſis* 315 *f cella in quâ obierat S. Vedaſtus* 793 *f* 799 *b* Incendium *reprimitur interpoſitione Reliquiarum S. Anatolij* 359 *e extinguitur oppoſitis baculo S. Vodali* 692 *d hiſtoriâ paſſionis S. Agathæ* 634 *f precibus S. Gallæ* 940 *f* Incendium Ætnæ *velo S. Agathæ repreſſum* 618 *c* 620 *d* 623 *f*

Incredulus *inſaniâ punitur* 703 *c*

Increpando *infirmas tamquàm otioſam vitam agentes, ſanat S. Adelheydis* 719 *b*

Indulgentiæ *datæ ab Vrbano Rogerio Comiti Siciliæ* 655 *f viſitantibus S. Vdalrici capellam* 696 *a*

Inediâ *torquetur S. Eutychius per* 12 *dies* 458 *b vide* Fames.

Infans 5 *horarum baptizatus, ter reſpondit* Deo gratias 852 *c* 40 *dierum S. Sigebertus* Amen 852 *a* 855 *d* 856 *e* Infans *prodit verum parentem interrogante S. Brigidâ* 122 *f* Infans *mortem S. Verdianæ publicat* 260 *e* Infans *ab S. Indracto apparente librum legere ſubitò diſcit & lecta intelligere* 690 *e*

In Infernum *cadere animas ſicut niuem videt S. Obitius* 574 *b*

Infidelis *puer punitur morte ſuorum fratrum* 128 *c*

Infirmitatis 60 *dies meritis adæquari* 60 *annis ſanitatis indicat S. Agatha apparens* 646 *e* Infirmus *annis* 30 *S. Finanus* 116 *f* Infirmis *cibum miniſtrat S. Adelheydis* 718 *a b* Infirmi *ſanantur à S. Agathâ apparente* 641 *e à S. Vedaſto apparente* 804 *b c* 805 *a*

Infortunium *S. Brigidæ, fortuna fit aliorum* 121 *d* Infortunia *& afflictiones ceſſant, corpore S. Lietphardi honorificè ſepulto* 495 *c d*

Inhoſpitales *Græciæ Epiſcopi* 710 *b* Inhoſpitalitas *quorumdam igne fulmineo punita* 294 *b*

pro Inimicis *tortoribus orat S. Abrahamius M.* 468 *d*

Iniuriam *non pati, ſed facere, malum eſſe docet S. Iſidorus Peluſiota* 473 *b c* Iniuriis *ciuium & preſſuris delectatur Nicephorus Phocas Imp.* 709 *f*

Innocenter *ad mortem damnatus, ope S. Verdianæ liberatur* 263 *f* Innocentia *Chriſtianorum à Plinio declarata Trajano Imp.* 19 20 32 *f* Innocentiam *poſt mortem apparens Regi declarat infamatus ab eo* Clericus 307 *f* Innocentem *percutiens coram S VVereburgâ facie ad tergum reflexâ punitur* 389 *a* Innocens *S. Hildegardis adulterij accuſata, & à marito ex rupe præcipitata, illæſa ſeruatur* 721 *c*

Inobediens *S. Brigidæ puniturleprâ* 125 *e alius ſubito caſu moritur* 170 *e f* Inobediens *monachus paralyſi percuſſus* 887 *c* 853 *f* 857 *a* 870 *f*

Inſanus *donatus S. Amando, vſum rationis recipit* 896 *c alius ad reliquias eius* 897 *c*

Inſidiæ *ab Epiſcopo inuido ſtructæ S. Amando diuinitus impediuntur* 869 *c*

Inſtructores *adoleſcentum regiis ſtipendiis in Britanniâ aluntur* 907 *a*

Iratus *per totam vitam monaſticam numquam viſus S. Ephræm* 78 *a* Iracundiæ *motum nec verbo, nec alio vnquam ſigno oſtendit S. Rembertus* 565 *c* Iracundum *leui ictu S. Sigebertus manſuetum reddit* 571 *c*

Irridet *deos S. Agatha* 616 *a* Irridens *prædicantem S. Amandum à dæmone correptus moritur* 852 *e* 855 *c* 868 *f* 885 *c*. Irridens *S. Patricium ſubitò moritur* 104 *d e*

Iter *diuinitus acceleratum* 641 *e* Iter *diuinitus propter S. Brigidam retardatum* 125 *b*

Iudæus *magus, Theophilum ad deuouendum ſe dæmoni adducit* 484 *c* Iudæos *S. Pionius captus monet* 41 *b* 43 *a b euitandos Chriſtianis docet* 45 *b* Iudæi *ſepulchrum S. Agathæ in veneratione habent* 618 *c*

Iudex *iniquus à Deo punitus teſte S. Vedaſto* 804 *e*

Iudicem *moneri curat S. Vedaſtus, ne hominibus innocentibus noceat* 804 *e* Iudicaturus *vt benè cauſam perſpiciat, monetur S. Cyrillus à S. Iſidoro Peluſiota* 470 *f*

Iudicium *Dei timet S. Ephræm* 60 *e f id futurum probat* 63 *f* Iudicia *hominum erronea* 75 *d e*

à Iuriſdictione *Epiſcopi monaſterium eximitur, curâ S. Inæ R.* 908 *c*

Iuſtitia *Dei in puniendo peccato S. Ephræm & aliorum* 56 *in* Iuſtitiæ *ſignum, cum gladio euaginatum gyrat ſe in omnem partẽ Dux Carinthiæ in inauguratione* 701 *a*

Iuuentutem *in litteris inſtrui curat Notgerus Ep. Leodienſis* 368 *f in* Iuuentute *diſſolutus, tandem religioſus factus & Martyr* 734 *c*

L

LAbore *manuum victum S. Amandus quærit* 863 *b*

Lac *pro ſanguine fluit laceratâ carne SS. Martyrum feminarum* 338 *c* Lacte *abluta eſt, nata S. Brigida* 119 *b c* Lacte *ex aquâ facto & epoto, infirmum ſanat S. Brigida* 121

Lacrymas *aſſiduas* S. Ephræmi Pelagus *vocat S. Gregorius Nyſſenus* 69 *f* Lacrymas *S. Brigidæ, Chriſtus ex oculis detergit* 152 *f* Lacrymas *deuotæ ſanctimonialis cæcus S. Gilbertus videt* 571 *c* Lacrymatur, *quoties vult ex deuotione S. Anſcharius,* Lacrymarum *donum à Deo conſecutus* 424 *& diſcipula S. Hadelogæ orans cum periculo cæcitatis,* 951 *a b*

Lampades *diuinitus accenſæ in templo S. Agathæ* 631 *f ante ſepulchrum S. Guarini* 916 *e S. Seueri Rauennatis* 805 *e S. Vodali* 690 *f* Lampades *ante altare S. Verdianæ diutiſſimè ardent nec oleo affuſo, nec lychno addito* 261 *e* Lampas *ante Hierothecam S. Vedaſti ſine oleo, ardere viſa* 788 *f* 808 *f* Lampas *vitrea ad S. Verdianæ ſepulchrum lapſa nec confracta nec euerſa; nec extinctum lumen* 261 *e*

ſurtiua Lana *ad Reliquias S. Venantij dono oblata, euaneſcit* 517 *d*

Languida 10 *annis ad reliquias S. Amandi ſanatur* 896 *d*

Lapis *veſtigia, quæ orans pro Chriſtianis tempore pugnæ poſuerat S. Rembertus, retinet* 558 *f* Lapides *fontis, in quem S. Gemmuli decollati ſanguis decurrit, rubeſcunt* 567 *d* Lapidem *capiti ſupponit ſomnum captura S. Berlendis* 380 *c ad* Lapidem *ſuper quem nata S. Brigida ſigna patrantur* 103 *f* Lapidibus *impetiti Martyres* 467 *d* Lapides *noctu in domum Conſtantini Imp. coniecti mortem eius præſagiunt* 708 *c* Lapis molaris *S. Brigidæ miraculo conſecratus, in incendio illæſus* 140 *c* Lapis molaris *inuocatâ S. Brigidâ de alto monte præcipitatur illæſus* 140 *c* Lapis molaris *nullâ vi moueri poteſt, vt grana magi infidelis commolat* 140 *c*

Lardum *in panem conuerſum* 120 *f ex cortice arborum*

borum factum 134 *b* *contrà caritatem ieiunanti in ſerpentem conuerſum* 200 *e* Lardum *die S. Hildegardis benedictum, valet ad phreneſim, epilepſim, ſagarum præſtigias tollendas* 722 *b*
Laſciuus *iuuenis à dæmone obſeſſus* 810 *f* 811 *a b* *liberatus in templo S. Vedaſti* 811 *c d e* Laſciuus *Diaconus ſacra adminiſtrans fulmine perit* 940 *d e*
Laterum *dolor ſublatus à B. Ioannâ Valeſiâ* 591 *a*
Latronum *Princeps factus poſteà S. Epiſcopus* 104 *d e*
Latrones *qui S. Indractum occiderant à dæmone poſſeſſi, carnem propriam lacerantes moriuntur* 690 *d*
Laus *Sanctorum vnde ſumenda* 68 *c*
Lecticæ *vſum diſſuadet fœminis S. Ephræm* 67 *b c*
Lector *S. Mutius Emeſenus* 777
Leonum *dentibus velut frumentum ſe commoli optat S. Ignatius M.* 14 *f* *ab iis deuoratur* 27 *e* 32 *e*
Leproſi *ſanantur aquâ benedictâ à S. Brigidâ* 120 *f* 129 *d* 130 *a b* *à S. Soro* 201 *f* 202 *a b* *ad corpus S. Verdianæ* 261 *c* *ad reliquias B. Domitiani* 703 *f*
Leproſum *fratrem ſanat primo occurſu S. Auentinus* 489 *d*
à Leprâ *poſt mortem mundatus* 781 *a*
Libido *cauſa auerſionis Taycoſamæ Iaponum Monarchæ à fide Chriſtianâ* 729 *c d* Libidine *tentatam monialem aſperè arguendo, liberat S. Gilbertus* 571 *c*
Liber *S. Brigidæ, Angelo dictante, conſcriptus* 113 *a*
Libri *inuenti in monte Granatæ Pontificiis bullis ſuſpenſi* 10 *f*
Liber *quo ſignificatur donum ſcientiæ, ab Angelis S. Ephræm oblatus* 70 *f* Librum *Chriſtianum iniquè raptum detinens paganus, grauiter punitur* 414 *d e f* Libri *S. Chryſoſtomi à S. Iſidoro Peluſiotâ comparantur lyræ Orphei* 470 *b* Libros *contra gentiles ſcribit S. Iſidorus Peluſiota* 473 *c* Libros *in nouum & vetus teſtamentum ſcribit B. Rabanus* 529 *f* *& alios plurimos* 533 *e* 537 *a b c*
Libri *Neſtorij, imperiali lege prohibiti* 670 *c*
Ligna *ex ſilua cædere iuſſus, à labore & ſeruitute eripi petit Magnebertus, & obtinet morte impetratâ à S. Vodalo* 692 *f* *ex* Lignorum *ſectore Taycoſama Imperator Iaponiæ* 725 *a f* Lignum *viride ſine putredine manet attactu S. Brigidæ velamen acceptura ab Epiſcopo* 779 *f*
Linguâ *excisâ obit S. Carion* 48 Lingua *S. Leodegario execta* 224 *b* Lingua ignea *S. Baſilij Scripturam legentis viſa* 75 *f* Linguæ rubeæ *in capitibus Chriſtianorum in Iaponiâ die Pentecoſtes* 734 *b* Linguis *variis dæmon per energumenum loquitur* 811 *b*
Linteum *deterius oblatum altari, reiectum ter diuinitus ab altari* 808 *c*
Liquor *ſalubris ex ſaxo, veſtigio S. Agathæ ſignato emanat* 608 *c*
ex Litaniis *nomen S. Sigeberti delens punitus, & ſanatus nomine reſcripto* 237 *d e* Litanias *calceando & lauando ſe cantat S. Anſcharius* 424 *c*
Litteris aureis *miraculosè ſcriptis monetur Imperator, ne in patriam S. Agathæ ſeuiat* 653 *e f*
Locis duobus *vno tempore viſus S. Seuerus* 84 *d e f* *in* Loco ſacro *metentes gramen diuinitus puniuntur* 315 *f* *in eo pecora non paſcenda* 383 *f* Loca ſacra, *vbi quieſcebant Sanctorum corpora, negligi queritur S. Theodoricus* 315 *f* Loca ſacra *adire pro oculorum illuminatione monetur cæca à S. Stephano* 382 *f* Locus orationis *S. Remacli infirmis vtilis* 371 *c* Locum *S. Hadelini, veneratoribus temerè ingreſſus equi & canes extinguuntur* 375 *b* *eodem* Loco *pœnitentiam agit S. Landelinus, quo antè latrocinari conſueuerat* 498 *f* Loco *quo vitam conſeruarat monaſterium extruit Rex Longobardorum* 655 *a b*
Lumen *errantibus viatoribus noctu diuinitus præferri impetrat S. Brigida* 130 *c* Lucc *circumfunditur S. Laurentius Archiep. noctu ad ſæpes cubans* 294 *b* *S. Hildegardis innocenter adulterij accuſata* 722 *a* *S. Blaſius inter tormenta* 339 *a* Luce *fulget carcer S. Agathæ* 620 *b* 623 *b* *cubiculum moriente S. Soro* 203 *f* *& S. Hilario & cum abeunte lumine anima migrat* 92 *a* Lumen & Odor *circa piè morientem fratrem S. Brigidæ Fxſulanæ* 246 *e* Lumine cælesti *illuſtrantur S. Ioanna Valeſia moritura* 578 *f* 589 *c* *& Martyrum corpora* 739 *f*
Lumini *à Chriſto comparatur S. Brynolphus* 926 *e*
Luminaria *in ſui memoriam S. Blaſius iubet accendi & eleemoſynam pauperibus dari* 341 *c*
Lunam *in ſinum deſcendere vidit grauida mater S. Gilberti* 570 *f* Lunatici *curati ad corpus S. Auentini* 480 *d*
Lupus *porcum raptum dimittit propter S. Blaſium* 337 *e*
Lupi *porcos S. Brigidæ donatos ad eam ducunt* 134 *e*
Luſcinia *Eccleſiæ S. Baſilius* 70 *e*
ad Luxuriam *prouocantem fœminam repellens liberatur morte* 546 *a*

M

MAgus *prædicit S. Brigidam mirabilem futuram* 118 *f*
Mago *ſeruiebat cum matre ſuâ S. Brigidæ* 119 *b*
Magum *morientem, conuertit apparens S. Brigidæ* 134 *b c*
Mala punica *pro inſignibus geſtant Granatenſes* 10 *c* *in veſte Pontificia quid ſignificent?* 561 *b c*
Maledixit *nulli vnquam S. Ephræm niſi apoſtatis & hæreticis* 61 *a b* 65 *b c* Maledictio *iuſta morbum cauſſat* 126 *c* 164 *a b* Benedictio *ſanitatem reddit* 126 *c*
Maledictione *S. Brigidæ frater eius oculum perdit* 177 *f*
Maledicente *matre, & inferos filio imprecante dæmon eum aufert, qui ad ſepulchrum S. Verdianæ incolumis redditur* 262 *b* Maledictis *impetens S. Gallam, à dæmone obſidetur* 941 *a*
Mamillæ *S. Agathæ amputantur* 616 *f* 619 *f* *à S. Petro apparente curantur* 617 *a b* 619 *f* 622 *f* *ex* Mamillâ *aridâ, S. Agathæ, lac ſugit infantula* 638 *e*
Mamillæ *ſanatæ per B. Ioannam Valeſiam* 583 *c*
Mancum *ſanat S. Brigida* 120 *f*
Manſuetus *& patiens in perſecutionibus B. Rabanus* 537 *f* Manum *ex quâ Euchariſtiam promiſerat ſe in agone ſumpturam S. Brigida, mundiſſimam ſeruat S. Ninnidius, nihil eâ profanum tangens* 168 *f* Manus *Dominæ aruit, quâ ancillam violenter à S. Brigidâ abſtraxit* 129 *c* 130 *f*
Manum *è ſepulchro extendit S. Gertrudis vt acceptet bona oblata* 379 *d* Manus *S. Ioannis Baptiſtæ Antiochiâ Conſtantinopolim ſolenniter delata* 708 *a* Manus *contracta, ſanatur ad Reliquias SS.* 519 *a* *S. Venantij* 515 *f* *SS. Ianuarij & Magni MM.* 520 *c* Manuum *dolor ſublatus ope B. Ioannæ Valeſiæ* 590 *c* Manum *contritam architecti, manibus ſuis fouens, ſanat S. Obitius* 574 *d*
MARIA *Deiparâ inuocatâ capellam raptam ex ore lupi eripit paſtor* 307 *e* Mariæ *V. encomia breuia* 483 *a b c* Maria *V. monet puerum Anſcharium vt pueriles mores relinquat* 409 *a b* *ſanctitatem S. Brynolphi indicat S. Birgittæ & illius Eleuationem petit à Chriſto* 926 *b c* *S. Cyrilli partes tuetur quòd pro ſuâ gloriâ decertaſſet* 470 *e* Maria *Virgo interceſſionem promittit Theophilo apoſtatæ pœnitenti* 486 *c* *ei veniam peccatorum impetrat & chirographum quo ſe diabolo obſtrinxerat, reddit* 486 *e* *prædicit quinquenni adhuc B. Ioannæ Valeſiæ, fundandum ab eâ ordinem Annuntiatarum* 577 *a* Mariæ *V. victoriam obtentam adſcribit Zemiſces Imp.* 712 *d* *ob amorem erga* Mariam *Franciſcanus Gabriel Maria nuncupatur* 578 *b* Mariæ *V. capilli & lac à S. Veronica in Gallias allata* 453 *b c*
Maris *tempeſtatem ſedat S. Rembertus* 557 *c* *ſuper* Mare *ambulat ſiccis pedibus S. Laurentius Archiep. Cantuar.* 294 *a*
Marmor *fractum Crucis ſigno redintegrat S. Amandus* 861 *f*
Martis *ſimulachrum colebant olim Hiſpani* 9 *e*
Martyrum *celebritas conuiuium à S. Chryſoſtomo dicitur* 14 *d* Martyr *voto & voluntate S. Anſcharius* 426 *b* 427 *c* *ei* Martyrium *incruentum voce cæleſti promittitur* 409 *f* Martyrium *expectans vincula collo ſuo & ſociorum imponit S. Pionius* 40 *e* *ad* Martyrium *animat S. Dignam S. Agathâ* 64 *b c* Martyrij *coronam S. Luciæ prædicit* 631 *a* Martyrium *ſuum impediri vetat S. Ignatius Antiochenus* 26 *d* Martyrium *paſſi*

paſſi profide ad 16000 *ſub Rege Perſarum Sapore, quorum nomina ſciebantur, & alij innumeri* 467 *b* Martyres *alacri animo videns morientes apoſtata conuertitur* 739 *e inter* Martyres *collocatur puer patienter tolerans inflictum vulnus* 410 *c*

Mater *ſepulta, vt filiæ penes ſe ſepeliendæ locum daret, in partem vnam recedit* 85 *b* Matri *ſanitatem impetrat S. Lucia* 646 *b* Mater & filia Sanctæ *Ermenilda & Wereburga* 384

Materia *pro templo S. Vedaſti reſtaurando diuinitus prolongata* 808

Matutini *concentus Chriſtianorum ad ſacros Hymnos decantandos* 32 *f*

è Medico *S. Blaſius M. ſit Epiſcopus* 339 *f*

Mel *diuinitus S. Brigida obtinet* 134 *e*

Membrorum *debilitas depulſa per B. Ioannam Valeſiam* 586 *e*

pro Memoribus *ſuæ paſſionis S. Dorothea Deum precatur* 772 *d*

Mendicus *ſuperbus cum S. Brigidâ altercatur de eleemoſynâ* 129 *f* Mendicato *viuit in patriâ ignotus B. Antonius Peregrinus* 264 *f*

Menſtruos *fœminarum morbos S. Veronica ſeu Veniſa curat* 454 *b c*

Meretricem *ad peccatum prouocantem S. Ephræm conuertit* 69 *f* 70 *d* 74 *f*

Merita *æqualia ſua & S. Remberti diuinitus cognoſcit S. Anſcharius* 395 *b* Merita *in morbo* 60 *diebus, æquantur meritis* 60 *annis in ſanitate* 635 *e*

Miles *S. Seuerus de Monte-Falco* 935 *a* Milites *inhumani & feri, beſtiæ ac leopardi vocantur à S. Ignatio M.* 26 *f* Milites *in bello occiſos voluit Nicephorus Phocas Imp. pro Martyribus haberi* 710 *c*

cum Mimis *& ſcurris occupatus Romanus Imp. Imperium Cubiculario regendum relinquit* 708 *e*

Miracula *fieri ceſſant ad tumulum B. Domitiani, profanis prope eum ſepultis* 702 *c* Miraculo *non credentes à dæmone arrepti* 380 *c* 720 *c* *& ad ſepulchrum S. Adelheydis liberati* 720 *c* Miracula *per Sanctos facta Deum in Sanctis habitare deſignant, noſque ad imitandas virtutes Sanctorum excitant* 900 *d*

Miſericordiâ, *S. Brigida, etiam ſuper brutum animal mouetur* 175 *e* *eminet eâ virtute* 178 *d* *ex* Miſericordiâ *aliquâ carnes cani grauidæ & famenti porrectæ, diuinitus compenſantur* 175 *e* *vt* Miſericordiæ *opus exer eat, pericula mortis contemnit virgo* 544 *d*

Miſſam *abſens quotidiè audit S. Brigida* 131 *a* Miſſæ *inſeruit S. Anſcharius Archiep.* 424 *c* *poſt* Miſſas *decem pro ſe celebratas apparens defunctus mortem B. Ioannæ Valeſiæ prædicit* 588 *f* Miſſam *facit S. Polycarpus pro S. Buculo Ep. Smyrnenſi iuncto* 767 *f*

Mœnia *quaſi a militibus viſa à Turcis Catanam oppugnare volentibus* 653 *c*

Monachi Sancti *Ioſſerandus Crudati* 93 *Iſidorus Peluſiota Presb.* 468 Monachi *olim Scripturæ ſacræ ſcientes* 537 *c* Monaſticam *veſtem & vitam induit, factus Archiepiſcopus S. Rembertus* 563 *a b* Monaſticam *vitam amplexi S. Ethelredus Rex* 388 *c* *S. Ina Rex* 913 *f* *& Regina vxor* 914 *b d* *S. Wereburgæ Regis filia* 387 *f* *S. Cuthburga Reginæ* 906 *a b* *S. Aldegundis, ſanguine & formâ nobilis* 864 *c d* *S. Adelheydis Comitis ditiſſimi filia* 715 *d e* *S. Modanus è regio ſtemmate* 498 *a* *S. Iſidorus Peluſiota diues & doctus* 468 *e* Moniales *videri facie detectâ prohibet S. Gilbertus* 572 *e f* Monaſteria *extruunt* XII *S. Sigebertus Rex* 230 *c* *varia S. Gilbertus* 567 *f* 568 *Hamburgi S. Anſcharius* 403 *d* *Fuldæ S. Bonifacius* 513 *a* Monaſteria *& templa extructa à S. Amando* 821 *c d* 822 *a* 823 *a c d* *eorum priuilegia à Regibus confirmata* 821 *f* 822 *d* *Monaſteria fundat S. Ina Rex* 905 *e* 707 *f* *priuilegia indulget* 908 *a* *eximit à iuriſdictione Epiſcopi* 908 *c* Monaſteriorum *frequentiam cur optat Archiepiſ. Colonienſis* 922 *a*

Moneri *varios de variis iubet S. Vedaſtus apparens morlbundo à ſe ſanato* 804 *b c d e f*

Monſtrolus *à SS. Auguſtino, Laurentio, Mellito, Ep. Anglis ſanatur* 294 *c*

Mores *leues & pueriles relinquere monetur à B. Virgine S. Anſcharius adhuc puer* 909 *a b* Mores *& habitus corporis Nicephori Phocæ Imp. deſcripti* 709 *b*

Mortem *ſæpe recogitant B. Rabanus* 531 *e* *S. Guarinus* 915 *f* *à puero S. Rembertus* 560 *b* Mori *maluit iterum poſt baptiſmum quàm viuere reſuſcitatus Rex Hyberniæ* 97 *c d e* Mortem *præſciunt ſuam S. Brigida* 185 *c f* *B. Ioanna Valeſia* 578 *f* *S. Seuerus Ep. Abrincenſis* 191 *c d* *S. Vrſus* 939 *d* *S. Galla* 941 *e* *S. Sorus* 203 *f* *S. Rembertus* 566 Mortem *prædicit ſuæ puellæ S. Brigida* 134 *f* 185 Mortem *B. Ioannæ Valeſiæ defunctus prædicit Confeſſario eius* 588 *f* Mortem malam *Epiſcopi crudelis prædicit S. Vrſus* 939 *a b* Mortem *impetrat à S. Vodalo, ſeruitutem pertæſus* 602 *f* Morientem *magum conuertit S. Brigida apparens in veſte candidâ* 134 *b c* Moribundus *S. Anſcharius Hymnum* Te Deum laudamus, *& S. Athanaſij ſymbolum curat prælegi* 426 *e* Moribunda *S. Hadeloga cantat, ſolita ſemper ſana flere* 951 *a b* Moriturus *iudicium Dei timet S. Ephræm* 63 *b* *à* Morte *præſeruatur miles ob caſtitatis actum* 596 *c d* Mors *S. Martini, S. Ambroſio reuelatur* 216 *d* Morte *Caroli Magni Imp. compunctus S. Anſcharius ad ſtrictiorem vitam accingitur.* 409 *b* Morte *filij parentes ad ſanctiorem vitam excitantur* 716 *c* Mortua *matrona chirothecam S. Hadelino porrigit ſignificans ei legatos à ſe fundos* 376 *b* Mortuum *reſuſcitat S. Laurentius Archiep.* 294 *c* Mortem *ſimulans coram S. Patricio verè mortuus eſt* 104 *d e*

Mortificatio *heroica plurimi valoris* 169 *b* Mortificatio *heroica carnis continentiam perpetuam à Deo obtinet puellæ S. Brigidæ* 132 *f* Mortificatio *& labores Apoſtolici pro martyrio reputantur S. Anſchario* 427 *b c*

Mulieres *vitandæ Sacerdotibus* 472 *f* *cum* Mulieribus *conuerſari periculoſum* 572 *d* *ſub* Mulieris *ſpecie fame & frigore confectæ, cellam S. Auentini adit dæmon* 489 *e* *propter* Mulieres *Taycoſama Iaponum Imp. Chriſtianam fidem non ſequitur* 727 *e*

Mundi vanitatem *Regina, S. Inæ Regi quo pacto oſtendit* 913 *b c* Mundana *omnia, fumi inſtar habuit rediuiuus à mortuis Rex Hyberniæ* 97 *c d e* Mundo *contempto vitam monaſticam amplexi. Vide* Monachi

Munera *peccatoris ter ſuper altare S. Alexandri poſita, ter ab eo diuinitus deiecta* 514 *c*

in Muſcæ *ſpecie dæmon ex ore energumenæ ad Reliquias SS. eiicitur* 519 *b*

Muſica *ſuauis cæleſtis quaſi ab apibus formata audita, ante Tranſlationem Corporis S. Sigeberti* 237 *b*

Muti *ſanati à S. Vedaſto* 801 *per B. Ioannam Valeſiam* 583 *f* *ſigno Crucis à S. Hadelino* 375 *f* *ad reliquias S. Venantij* 516 *f* *Domitiani* 703 *c f* *S. Agathæ* 637 *f* *aliorum SS.* 518 *f* *SS. Ianuarij & Magni MM. exclamans Kyrie eleiſon* 520 *d* *voto facto ad S. Amandum* 121 *d* *aquâ benedictâ à S. Gallâ* 941 *b* Mutæ 2 *ſanguine è vulnere S. Brigidæ profluente ſanantur* 121 *d* Muta *interrogata reſpondit S. Brigidæ, facta mox eloquentiſſima* 134 *c*

N

NAſci *orto ſole, bonum omen* 159 *d* Nata *S. Brigida in limine impleuit prædictionem; naſcituram eam nec intra nec extra domum* 119 *b c* *ante* Natiuitatem *S. Gilberti vidit Mater lunam in ſinum deſcendere* 570 *f*

Nauis *cum Reliquiis furto ablatis diuinitus detinetur* 334 *d* Nauis *aduerſo fluuio diuinitus acta ad excipiendas S. Venantij reliquias* 517 *f* Nauis *S. Probatij vltro ſine remige tranſuehit homines* 554 *b* Nauis *corpus S. Adelheydis ſuâ ſponte contra fluxum ad deſtinatum locum vehit* 720 *a* Naufragus *inuocato B. Domitiano ad littus eiicitur* 703 *c* Naulum *iniuſtum exigens à peregrinis*

ad reliquias S. Alexandri, neruis & membris obrigeſcit; voto facto ſanatur 514 *f*

Nebulâ *diuinitus interiectâ, S. Molingus ex hoſtibus eripitur* 116 *f duellum dirimitur* 813 *e*

Nephriticus *dolor curatus per B. Ioannam Valeſiam* 585 *a*

Neruis *cæditur S. Blaſius Armentarius* 353 *c* Neruorum contractiones *curatæ per B. Ioannam Valeſiam* 584 *c ad reliquias S. Venantij* 517 *f SS. Ianuarij & Magni* 520 *b vide* Contracti.

Niues *non cadunt, vbi B. Senerus Abrincenſis ob pauperum neceſsitatem veſtibus exutus ſtabat* 189 *c* Niuibus *reaccenduntur cerei in tranſlatione corporis S. Lietphardi* 496 *d*

Nocte totâ *vigilare cupit S. Amandus Remæ in tẽplo* 850 *a ſedet veſtitus S. Gilbertus* 571 *e* Nocturnus *graſſator ſpectris territus infirmatur* 704 *e*

Nomen *B. Angelo de Furcio à S. Michaële datum* 928 *f* Nomen, *in cœlo mutatum, S. Megengor* 717 *f* Nomen *ſuum à Barbaris corruptum indicat S. Vedaſtus* 806 *f* Nomine *S. Brigidæ inuocato plectendus capite miraculosè euadit* 127 *f* Nomine *S. Petri Galatæ audito dolor miteſcit* 96 *c* Nomina *dæmones ſibi vãria imponunt* 645

Nubes *cælitus deſcendit ſuper altare S. Agathæ* 631 *f* Nubecula *candida ſupra templum in obitu B. Ioannæ Valeſiæ* 579 *a* Nubes *craſſiſſima diem obſcurat, cùm ſententia de diuortio B. Ioannæ Valeſiæ ferretur* 575 *e ex* Nubibus *ſanguis fluxit* 673 *a*

Nubere *Regibus & Principibus ob virginitatis amorem recuſat S. Hadeloga* 307 *a* 947 *d ne* Nubat, *oculum vnum tolli S. Brigida petens à Deo obtinet* 120 *d* Nuptias *fugientem puellam inſequentes immoti hærent* 134 *a* Nuptias *iuuenis S. Agrippanus fugit* 205 *b S. Agatha in Melitam inſulam* 604 *d* Nuptias *inceſtuoſas damnat S. Auitus Epiſcop.* 668 *b vide* Coniugium, Caſtitas, Virgo.

O

OBediens *S. Nicolaus Studita videtur voluntatem ſuã non habere* 541 *c* Obedientiæ virtute *præcipiens morbum abire, moribundam ſanat S. Gilbertus* 571 *c* Obediens *S. Adelheydi non impoſito epiſtomio vaſi vinum integrum reperit* 719 *c*

Oculi *feneſtræ animi* 203 *a cohibendi* 70 *d* Oculus *non cuſtoditus cauſſa tentationis eſt puellæ S. Brigidæ* 132 *f* Oculi *armatorum contra ſe diſſidentium fratrum decepti, ne frater fratrem occurrentem agnoſceret* 127 *b* Oculorum *illuſio cumulum ſtipularum pro vrbe incendentium* 127 *b c* Oculis *orbari mauult puella, quàm à præſentiâ & cogitatione Dei abſtrahi* 134 *c* Oculi *eruti S. Leodegario* 224 *a* Oculos *ſibi effodi curat Comes Carinthiæ ob innocentem vxorem ex rupe præcipitatam* 720 *e* Oculorum *dolor & timor tollitur à B. Ioannâ Valeſiâ* 581 *b f* 583 *d meritis S. Alderici* 924 *f* Oculus *redditus S. Brigidæ velamen ſacrum ab Epiſcopo accipienti* 779 *f* Oculorum *viſum recepit S. Audomarus in Tranſlatione corporis S. Vedaſti, quo iterum priuari à Deo impetrat* 799 *e* 801 *d e vide* Cæci.

Odor *gratiſſimus in cubiculo moriente S. Soro* 203 *f ex Corpore mortuæ S. Verdianæ per* 18 *dies* 261 *b ex ſepulchro S. Berlendis* 382 *c in eius eccleſiâ* 383 *d*

Oeconomiæ *curamaliis committit ſpiritualibus vacaturus B. Rabanus* 536 *c*

Oleaſter *precibus S. Agathæ enatus, redarguit incredulitatem* 619 *b* 621 *c*

Oleum *ex Sanctorum oſſibus manat* 315 *c d* Oleo *cælitus repletur lampas & accenditur in templo S. Vedaſti* 790 *f* 808 *b* Oleum *in lampadibus ardentibus non deficit ad reliquias S. Agrippani* 205 *f* Oleo lampadis *B. Raymundi Ab. dolor capitis tollitur* 255 *a S. Vodali, cæci illuminantur* 690 *f* 693 *a* Oleo ſacro *ſanat infirmos S. Anſcharius* 425 *f* Oleo bullienti *S. Theodula perfunditur* 657 *f illæſa exit S. Dorothea* 772 *b*

Olera *aquatica ad fontes ſuos vt creſcant à Deo impetrat S. Brigida* 130 *c* Oleribus *veſcitur B. Rabanus* 532 *a*

Orationes *pro ſe moriturus S. Ephræm poſtulat* 64 *b c* Orat *in ſtagno aquæ gelidæ S. Brigida* 132 *a* Orationes *eius offert Angelus cuſtos Deo* 131 *a* Orat *S. Blaſius pro iis, qui ad ſuum patrocinium recurrent,* 343 *e f* Orationi *eius promittit Chriſtus ſe ſatisfacturum* 339 *b* Orationes, *ſuffragia, ſatisfactiones, iuſto Dei iudicio aliis applicantur animabus, quamuis pro aliis offerantur à viuentibus* 533 *a b* Oratione *ſuſcitat mortuum Regem S. Patricius* 97 *c d e* Orans *S. Opilius cum Angelis viſus & auditus eſt colloqui* 465 *c* Oranti *B. Adeluinæ ad Reliquias B. Cyrici apparent Sancti & B. Cyrico eam commendant* 844 *a* Orante *S. Remberto captiua monialis, catenâ ruptâ euadit* 565 *b* Oratione *ad S. Brigidam ſuſâ, bellua marina periculum euadit* 117 *e f* Orationis *locus S. Remberti pro Chriſtianis contra Normannos orantis perpetuo gramine viret* 558 *f Oraturo S. Vrſo de nocte in templo ianua vltrò aperitur* 937 *f*

Ordo S. Benedicti, *primus in Germaniâ ante omnes alios ordines* 529 *c ex* Ordine Benedictinorum *quot Papæ, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Sancti* 529 Ordinem militarem Calatrauæ *B. Raymundus, Ab. inſtituit* 255 *b* Ordinis Crucigerorum *in Belgio fundator Theodoricus de Cellis* 366 *f* Ordinis Eremitarum S. Auguſtini *B. Angelus à Furcio* 927 Ordo Franciſcanus *per vulnera Chriſti deſignatus* 577 *c huius* Ordinis *Petrus Franciſcus, Martinus de Aſcenſione, Franc. Blancus, Philippus à Ieſu, Gonſaluus Garſia, Franc. à S. Michaële Mart. in Iaponiâ* 723 *Franciſca* 3 *ordinis* 931 Ordo *inter Metropolitas quo ad dignitatem* 707

ex Ore *ſuo enaſci vitem per vniuerſam terram extenſam vidit S. Ephræm* 70 *e f*

Oſculo *materno dignatur S. Adelheydis puellas in ſtudio proficientes* 718 *d* Oſculo *veneratur Sanctos ad martyrium productos S. Iulianus medicus M.* 778 *b* Oſculando *feretrum S. Amandi, muta loquelam conſequitur* 897 *c f*

Oſſa *S. Bertulphi ex medio igne per Angelum erepta* 685 *c in gremio Præsbyteri miraculosè repoſita* 686 *a eius oſſa, ab aue eis inſidente declarata* 686 *b c ob* Oſſa *Sanctorum ab ædificantibus templum temerè effoſſa & in vnum locum congeſta queritur S. Antholianus propter ſe illos iniuriam paſſos* 769 *f vide* Reliquiæ

Otium *Præsbyteri Arnulphi in Purgatorio expiatur* 561 *d* Oues *precibus à Deo obtentæ ſine cuſtode eunt ad paſcua & redeunt* 114 *b c*

P

PAlatina *S. Agatha Hildegardis Carinthiæ* 721 Palatium *Imperatoris in ſtabulum hoſtes conuertunt* 557 *c* Palatium *ſimo repletum & ruderibus deformatum, vanam gloriam mundi S. Inæ oſtendit* 913 *b c*

Pallium Epiſcopale *mittit S. Anſchario Gregorius II* 413 *c Epiſcopo Catanenſi Alexander* 111 *& dies quibus eo vti debeat, præſcribit* 656 *d* Pallio *Conſtantinopolitanus Epiſcopus non vtitur niſi permiſſu Pontificis Romani* 710 *f* Pallio *S. Vodali oppoſito incendium repreſſum* 692 *c d*

Palmæ *benedictæ ramo S. Verdiana cæcæ viſum reſtituit* 260 *b*

Panem Chriſti mundum *ſe vocat S. Ignatius M.* 28 *f* Panis *multiplicatur meritis S. Berlendis ſapore miro conditus* 382 *e* Panes *morbis ſalutares S. Agathæ,* 652 *c S. Adelheydis* 713 *c f* Panis *ex fundatione S. Hildegardis diſtribui ſolitus, ſi candidior pro honoratioribus paretur, in furno miraculosè aduritur* 722 *b* Panis *S. Hildegardis, diu non corruptus manet: ſanat phreneſim, dolores viſcerũ & ſagarũ præſtigians* 522 *b* Panis, *B. Domitiani, iuuat parturientes & laborantes febri & puncturis laterum* 695 *c* Panis, *vinum, fructus, ſemina, die S. Blaſij benedicta, pellunt dolores gutturis & dentium, anginam* 336 *a b c d* Pane & vino *à S. Amando accepto ſanatur paralyticus* 853 *f*

à Papâ *euangelizandi licentiam pij Epiſcopi petunt* 404 *Beati facit S. Amãdus* 862 *c* Papa *Archiepiſcopatum S. Anſchario collatum confirmat & pallium mittit* 406 *b c d* Papæ *munera mittit propenſus ad fidem Horicus Rex Danorum* 9 *ſec.* 407 *b* Papa *conſulendus ſuper Epiſcopatuum permutatione* 417 *f* Papam vniuerſalem Eccleſiæ Paſtorem *S. Auitus agnoſcit* 665 *b* Papam, *iudicio Epiſcoporum Italiæ ſubiectum negat S. Auitus* 666 *c d* Papæ *Eccleſiam à ſe ædificatam*

catum S.Ina Rex commendat,& confirmationem libertatum petit 912 e

Paralytici *ſanantur ope B. Ioannæ Valeſiæ* 586 *b vmbrâ S. Brigidæ* 123 *b lotione S. Brigidæ* 122 *c aquâ & ſale ab eâ benedictis* 121 *e eundo ad Reliquias S. Agathæ* 640 *f ad ſepulchrum S. Adelheydis* 720 *d e B. Domitiani* 703 *b c d e* 704 *f*

Parentes & liberi SS. *Seuerus Ep. Rauenn. & Vincentia, horum filia Innocentia* 79 *Adalbaldus Dux & Rictrudis, liberi Maurontus, Euſebia, Adelſendis, Clotſendis* 295

Paries *in ruinam inclinatus in templo S. Vedaſti vnâ nocte diuinitus reparatur* 808 *c*

Paſſione Chriſti *per viſum oſtensâ, animatur S. Anſcharius ad multa toleranda* 421 *c de* Paſſione Chriſti *quotidie meditatur B. Rabanus* 531 *c d in* Paſſionis Chriſti *memoriam ſcapulare rubrum in Crucis formam ante pectus ferunt Annuntiatæ* 576 *a*

Paſtor equorum *S. Seuerus Abrincenſis Dominum ſuum ad fidem conuertit eiuſq; fit Patrinus* 189 *c d e f*

Pater filium *B. Ioannem Goto ad martyrium conſtanter perferendum hortatur:* patri *filius curam ſalutis æternæ commendat* 738 *b*

Patientiſſima *omnium iniuriarũ B. Ioanna Valeſia* 579 *a eius* Patientiæ *actus inſignis* 587 *f* Patiendi *pro Chriſto zelus S. Ignatij M.* 14 *a* Pati *pro Chriſto quid & quale opus* 421 *c* Patitur *innocens multa S. Ioannes Epiſcopus Maclouienſis* 250 *e f carcerem S. Ephræm* 58 *e f* Patienter *fert expulſionem è templo S. Amandus* 861 *c* Patienter *tolerans lethale vulnus, puer ab altero puero ſibi inflictum, inter Martyres collocatur* 410 *c*

Patriam *& ciuitatem ſuam mundum vniuerſum dicunt ſapientes* 605 *b*

in Patriâ *ignotus mendicato vixit S. Antonius Peregrinus* 264 *f de* Patriâ *S. Agathæ contenditur apud Pontificem Romanum* 605 *f argumenta pro Panormitanâ ciuitate* 606 607 608 *pro Catanenſi ciuitate* 609 610 611 *f* 612 613 614 Patriam *propter barbaros gentilium mores S. Bertulphus deſerit* 677 *f* 680 *a vt* Patriam *numquàm videret orat puer S. Amandus* 849 *e*

Paupertas *S. Ephræm nihil in terrâ poſſidentis, non marſupium, non baculum neque aliud quidquam* 61 *e* 71 *c in* Paupertate *voluntariâ B. Antonius Peregrinus ſuis ſororibus monialibus incognitus ſeruit* 264 *e in* Pauperis *perſonâ Chriſto ſacras veſtes donat S. Brigida* 139 *f* Pauperibus *in Quadrageſimâ pedes lauat S. Anſcharius eoſq; menſæ adhibet* 424 *d* Pauperes *famis tempore trecentos alit B. Rabanus* 536 *a* Pauperes *certo numero alendos præſcribit S. Adelheydis Abb.* 718 *b* Pauperibus *manu propriâ, eleemoſynas dat S. Guarinus Ep. Cardinalis* 916 *c* Pauperibus *diſcum ex ſuo prandio primò implet S. Gilbertus &* diſcum Chriſti *vocat* 571 *d* Pauperibus *iubet ea dari S. Ephræm morituras quæ in funus ſuum daturi erant aliqui* 62 *d ob* Pauperem *S. Vodalum cibo non refectum à nautis, tempeſtas oritur: eo refecto ſedatur* 692 *a* Pauperi *non facilis ad honorem aditus* 89 *b c*

Peccata *arguens Regis Dagoberti S. Amandus pellitur* 851 *e* 864 *f* 865 *a* Peccati *carnalis occaſiones fugit S. Gilbertus* 572 *d ob* Peccata, *ius conceditur dæmoni obſidendi peccatorem* 513 *f* Peccatorum *confeſſione factâ, ius amittitur* 513 *f à* Peccato *per viſionem apparentis ſibi mortui Presbyteri arcetur monialis* 308 *b pro* Peccato *ſororis pœnitentiam agit S. Celerinus* 323 *c* Peccata *mulieris profanæ pœnitentis, oratione S. Baſilij Magni, diuinitus ex chartâ deleta* 76 *e f* 77 *a b c* Peccata *ſibi remiſſa audit, orans ad Reliquias S. Blaſij* 335 *e* Peccatorum *veniam per B. Virginem obtinet Theophilus* 490 *e*

Pecora *S. Vedaſti curæ commiſſa à peſte & feris libera conſeruantur* 802 *d e*

Pectinibus ferreis *lacerantur pro fide mulieres MM.* 338 *c S. Blaſius* 331 *c e* Pecten *B. Hildegundis dolore capitis laborantibus ſalubre* 917 *f* 918 *e*

Pectus *lapide tundit B. Ioanna Valeſia* 577 *e per* Pedem *dextrum deſignatur exercitus Chriſtianus, per* pedem *ſiniſtrum exercitus Scythicus* 54 *b c d* Pedibus *nudis Paulus II Pontifex Romanus ſudarium S. Veronicæ in proceſſione portat* 456 *b* Pedes *clauis confixi S. Theodulæ M.* 656 *f* Pedes *diſtorti curantur ad reliquias S. Amandi* 898 *c* Pedum *debilitas per B. Ioannam Valeſiam* 582 *e*

Pellices *ſubditis prohibet Taycoſama Iaponiæ Imperator Ethnicus* 727 *a*

Pera *duellantis percuſſa, tantam nebulam exhalat, vt vnus alterum non videns, duellum dirimi debuerit* 813 *e*

Perdita *fibula aurea recuperatur in itinere ad Reliq. S. Venantij* 517 *c*

Peregrinantur *ad limina Apoſtolorum B. Hildegundis* 918 *a pœnitens Luydolfus* 88 *d e S. Amandus* 850 *a* 861 *a b Cadruelus filius Regis Britanniæ* 495 *f ad S. Iacobum S. Verdiana* 258 *a & Romam, pro quadrageſimali deuotione* 258 *c ad loca ſacra mendicans B. Antonius Peregrinus* 264 *f* Peregrinanti *ad corpus S. Agathæ vim inferre tentans obmutescit* 641 *b* Peregrinationem *ſeptennem pœnitens Comes Carinthiæ ſibi imponi poſtulat* 720 *e* Peregrinationi *dediti Angli, ad loca ſancta viſenda* 913 *d S. Richardus ei im mortuus* 923 *a b item S. Lucius Rex* 923 *a b*

Perſonarum *reſpectu non ducuntur S. Nicolaus Studita* 548 *f B. Rabanus* 531 *c* Perſonam *variam ſumit S. Anſcharius pro variâ conuerſatione* 425 *c B. Rabanus* 531 *c*

Peſtem *ſedat S. Auentinus* 489 *f S. Agathæ prolatæ Catanæ reliquiæ* 652 *e*

Philoſophus *Philæas M.* 460 *c*

Phthiſicus *ſanatus ad ſepulchrum B. Domitiani* 704 *d*

Pice bulliente *S. Theodulæ perfunditur à tyrannis* 657 *e f*

Pictori *Angelus in ſomnis oſtendit exemplar picturæ pingendæ* 113 *b*

Pigritia *locum dæmoni præbet* 121 *f*

Piſcatores *irridentes S. Vedaſti piſcatores, nihil capiunt: irriſi integrum cete extrahunt* 806 *d* Piſces *viuos in fluuium reiicit ex miſericordiâ S. Auentinus* 487 *e* Piſces *accepti pro S. Indracto numquàm numero minuebantur* 690 *a* Piſces *in ſulcis agri capit S. Mel Ep.* 779 *c* Piſcis *Lucius exilit, S. Amando in prandium* 868 *d* Piſcis *in carnem mutatus S. Berlendi* 377 *c e* 380 *c*

Plebeis *quàm aliis pronior ad ſuccurrendum B. Brigida* 100 *b c*

Pleuritis *per B. Ioannam Valeſiam curata* 582 *f*

Plumbo liquato *perfuſi Martyres* 338 *c* 658 *c f*

Pluuiâ *obtinetur ope S. Geminuli* 567 *à expoſitis reliquiis S. Præcordiæ* 195 *f S. Agathæ* 653 *a S. Calamandæ Reliquiis in agrum elatis* 659 *d e* Pluuia *diuturna, in tranſlatione Reliquiarum S. Bertulphi repreſſa* 686 *f à* Pluuiâ *S. Bertulphum orantem aquila alis protegit* 679 *d e f* Pluuia *meſſores S. Brigidæ non tangit* 133 *a in* Pluuiâ *ſiccus Herigarius manet in ſignum veræ fidei* 414 *b*

Podagra *curatur ope B. Ioannæ Valeſiæ* 582 *c* 586 *a* 590 *e aquâ quâ pedes S. Brigidæ abluti* 182 *b*

Pœnitentiæ *commendatio* 486 *f* 487 *a* Pœnitentia *delet peccatum* 131 *f* Pœnitentium *ſaluatorum exempla* 485 *e f* Pœnitentia *Principis latronum* 104 *d e S. Sigiſmundi Regis* 665 *b Theophili* 487 *b c* Pœnitentiam *peragit S. Landelinus, vbi latrocinatus antè fuerat* 498 *f*

Poma *nolens dare leproſis, maledicit me S. Brigidæ,* pomarium *ſine* pomis *inuenit* 121 *f* Poma *& roſas à S. Dorotheâ promiſſa S. Theophilo Angelus è cælo adfert* 774 *f* Poma *in templo S. Dorotheæ quotannis benedicuntur & diſtribuuntur* 773 *a*

Pons *magnus & firmus corruit ſub perſequentibus S. Cæcilium & ſocios* 9 *c*

Porta *Eccleſiæ ope S. Brigidæ miraculosè extenſa & prolongata* 141 *c* Portæ *Spoletinæ clauſæ, ne S. Laurentius Illuminator ingrederetur, diuinitus aperiuntur* 363 *e*

Poſſeſſionis *transferendæ ritus per chirothecas, cæſpites, feſtucas, baculos* 377 *d* 379 *d e*

Prædeſtinationem *ſuam & S. Remberti poſt triduanam orationem intelligit S. Anſcharius* 395 *b illi retelat* 560 *f in* Prædicationis *ſubſidium eſt corpus S. Iacobi in Hiſpaniam à diſcipulis delatum* 5 *e* Prædicante *S. Brigidâ cum ſuis*

ſuis Virginibus, Rex ad fidem conuertitur 108 *e f* Prædicatores *verbi Dei ſunt aratores, ſeminatores* 125 *d f ad* Prædicandum *gentibus mittitur S. Anſcharius voce cæleſti* 412 *c viſione cæleſti animatur* 419 *e* Prædicandi *munus in Iaponiâ à Romano Pontifice, ſoli Societati Ieſu committitur* 732 *a b*

Prædicitur *voce cæleſti, naſcituram S. Agatham, quæ templa Iunonis & Apollinis per Siciliam deuaſtaret* 604 *b* Prædicit *S. Mel S. Brigidæ nondum natæ futuram ſanctitatem* 779 *e* Prædicit *ſanitatem Imperatrici Eudociæ S. Nicolaus Studita* 550 *b c alteri ſanitatem & varios Magiſtratus* 550 *d e annonam triduo poſt ſuam mortem allaturam* 551 *c d* Prædixit *S. Hildegardis receſſuram Carinthiam ad tempus à Catholicâ fide* 722 *a*

Præfatio Missæ *à S. Ambroſio compoſita de S. Agathâ* 596 *a*

Presbyteri SS. Martyres, *S. Pionius Smyrnæ* 37 *Nithardus in Suetiâ* 390 Presbyteri SS. *Leo Pictauis* 91 *Vrſus Auguſtæ Prætoriæ* 97 *Carterius apud Bituriges* 187 *Præcordius Corbeiæ* 196 *Wolfholdus in Bauariâ* 247 *Hadelinus in Belgio* 366 *Iſidorus Peluſiota monachus* 468 *Auentinus Trecis* 474 *Probatius Nouigenti in Galliâ* 552 Presbyter *pro peccato pœnitens ad communionem tantùm laicam admittitur* 326 *d e* Pretium *S. Brigidæ ſi vendenda eſſet inæſtimabile, iudicio Regis proclamatum* 177 *b*

Prolem *maſculam impetrat S. Agatha Regi Siciliæ* 654 *e*

Promiſſis Dei *firmiter credere, monetur voce cæleſti S. Anſcharius* 426 *c*

Propheta *Azarias* 319 Propheta *S. Patricius Sanctos poſt ſe naſcituros & nomina eorum prædixit* 117 *varia infans adhuc S. Brigida* 119 *d*

Prouidentia Dei *elucet in conuerſo latrone* 104 *d e in perditâ re recuperatâ* 133 *d in cibo S. Soro ſubminiſtrato* 201 *c d*

Prunas *ardentes illæſus in gremio portat S. Anatolius* 356 *d*

Pſalmos *deuotè pro variâ occupatione varios recitat S. Anſcharius etiam retia texens* 424 *b c*

Puella *decennis martyrium affectat* 748 *c*

Pueri *duo cum S. Blaſio martyrium ſubeunt* 339 *c* Pueri *primarijs Iaponis ad martyrium ſe offerunt* 759 *a b c* Pueri *tres in Iaponiâ ad martyrium cantantes ducuntur* 753 *d occiduntur* 761 *a* Puer *cantando* Laudate pueri Dominum *Martyr obit* 739 *c* Puer *S. Ignatius M. an fuerit* paruulus *quem Chriſtus oſtendit diſcipulis de primatu diſputans* 18 *c* Pueros *infidelium coëmit S. Anſcharius & in fide inſtruit* 414 *a* Puer *S. Rembertus ob modeſtiam & deuotionem in templo, clericali habitu induitur à S. Anſchario* 560 *a* Pueritia *S. Verdianæ ſancta* 257 *e S. Gilberti à domeſticis contempta* 572 *c S. Ephræm inſolens, & à Deo punita* 55 *f*

Puluis *à ſepulchro S. Berlendis temerè abraſus in ſanguinem conuertitur* 382 *b* Puluis *è loco, vbi in teſtis & carbonibus volutata eſt S. Agatha, morbis medetur* 652 *c* Pulueres *tumbæ S. Vodali epoto febris curatur* 692 *a* Puluis *ex pauimento tumuli S. Vedaſti pro reliquiis adſeruatur* 806 *e f*

Purgatorij *breues pœnæ, S. Anſchario longiſſimæ viſæ* 409 *c d* Purgatorium *patiens anima S. Remberto ſe commendat, & liberatur ieiunio* 40 *dierum* 561 *d e reuelat ſe liberatam* 561 *f*

Purificationis *Deiparæ Virginis celebritas antiqua, in Paleſtinâ & Phœniciâ* 268 269 *apud Syros, Cyprios, Aſiaticos* 269 *apud Græcos Conſtantinopoli* 270 *apud Latinos* 271 Purificationis *feſto B. V. campanarum ſuâ ſponte ſonantium mirus concentus auditus: viſi cum candelis ardentibus B. Virginem hymnis cæleſtibus collaudare* 273 *pro* Purificationis *feſto Oratio S. Sophronij* 274 *& ſeqq.*

Purpura *veſtis Pontificis quid ſignificat* 561 *c*

Puteus *Martyrum ſanguine plenus* 458 *b*

Q

IN Quadrageſimâ *hoſpitalitatis iure S. Brigida comedit* 124 *f*

Quercus *S. Brigidæ benedictione ſarrata, miraculis clara* 105 *d*

R

RAdius *ſolis in quo ſuſpenſa veſtis S. Brigidæ, ad mediam noctem durat* 131 *e*

Rapinas *comedentibus militibus ſanguis in ore & manibus apparet* 87 *f ex* Rapinâ *guſtato frumento equi moriuntur* 381 *f*

in Raptu, *alibi exiſtens corpore, miſſam S. Brigida Romæ audit* 131 *d*

Reges *ſunt viua lex* 471 *a in* Regem *inauguratur Sapor adhuc in vtero matris* 467 *f* Reges *S. Anſcharius liberè monet* 395 *d* Reges *in Iaponiâ ad fidem conuerſi* 758 *e* Regis *filius S. Vinfredus, peregrè ad Euangelium prædicandum proficiſcitur* 497 *b* Reges Sancti *Sigebertus Francorum Auſtraſiorum* 206 *Ina Saxonum Occidentalium* 905 Regis filia *S. Wereburga* 384 Regina *B. Ioanna Valeſia* 574 *ea monialibus ancillatur* 914 *b d ob* Regnum *cælorum à S. Patricio promiſſum puericæ filiæ, vt Chriſto virginitatem conſecret Rex Hiberniæ permittit* 97 *b ad* Regnum *Dei ſe currere clamat currens ad ingreſſum religionis* 129 *e* Regno *relicto ſit monachus S. Ethelredus* 388 *Romam, vt baptizetur, proficiſcitur Ceaduualla Rex* 493 *f* 905 *c S. Ina Romæ in vili habitu ſeneſcit* 69 *d* Regnum *S. Indractus, virtutis amore cum ſorore relinquit* 689 *d f*

Regulæ *obſeruantes monachos ad ſacræ Scripturæ ſtudium admittit B. Rabanus, non alios* 528 *c* Regula *Annuntiatarum continet decem primarias virtutes Deiparæ Virginis, huius reuelatione ex Euangelio concinnata* 577 *f à Leone X approbata* 576 *e ſupra ægrum poſita ſanitatem cõfert* 578 *a b*

Regimen *monaſterij ſuſcipit puella duodennis S. Euſebia* 299 *b*

Reliquias Sanctorum *partum Chriſtianorum dicit S. Chryſoſtomus* 34 *b c honorandas docet S. Iſidorus Peluſiota* 472 *a iis locus honeſtus quærendus* 513 *c ad loca ab hoſte ſecuriora transferendæ* 494 *d* 809 *c* Reliquias *S. Gregorius Papa in templum S. Agathæ infert* 632 *b* Reliquias *S. Seueri Abrincenſis expetit Ludouicus* 13 *Rex Galliæ* 195 *a* Reliquiæ *transferuntur ſolenniter S. Theodori Studitæ* 547 *d S. Ignatij* 34 *S. Venantij* 516 517 518 *a S. Agathæ* 639 *d e in* Reliquiarum *eleuatione S. Vedaſti ſumma populi lætitia* 806 *a* Reliquiæ *SS. cum cereis, crucibus, cantibus deducuntur ad Eccleſiam* 515 *b ſuper altare reponuntur* 687 *a c cum lacrymis à populo ſpectantur* 687 *c exornantur à B. Rabano* 521 *d e argenteo feretro recluduntur* 500 *e auro & argento ornantur à Carolo* IV *Imp.* 36 *e* Reliquiæ *S. Lietphardi in quo templo eſſent reponendæ diuinitus oſtenſum* 494 *b* 495 *a ad* Reliquias *ſuas viſitandas hortatur S. Agatha* 640 *d ad* Reliquias *inuiſendas Romam proficiſcitur S. Indractus* 689 *c* Reliquiæ *Romæ in Franciam allatæ ſub Carolo Magno* 512 *d ex* Reliquiis *caput S. Sixti ſemper ſecum defert S. Anſcharius* 403 *f* Reliquiæ *S. Præcordij inſtar fulguris noctu coruſcant* 196 *f ad* Reliquias *S. Alexandri ſeruum mutum curatum, eiuſdem Eccleſiæ ſeruitio tradit dominus* 514 *d* Reliquias *ſuas diligentiùs habendas monet apparens S. Domitianus* 696 *d* 702 *f* Reliquias *minùs religiosè attrectans R. Chlodoueus in amentiam incidit:* Reliquiis *auro gemmiſq; exornatis ſanatur* 221 *a* Reliquiæ *furto ſurreptæ, ad priſtinum locum diuinitus tranſlatæ* 334 *d* Reliquias *SS. diſcoopertas S. Carolus Boromæus inſpiciens, tabulam S. Agathæ diſcooperiri præ veneratione noluit* 634 *f ad* Reliquiarum *præſentiam horror inuadit circumſtantes* 90 *e* Reliquias *S. Hildegardis qui loco mouerant omnes vno anno mortui* 722 *f ad* Reliquias *S. Seueri dæmones vires amittunt* 91 *b c* Reliquiæ *in cauitate arboris concluſæ, pro Sancto naſcituro reſeruantur* 781 *b* Reliquias *Caluiniſtæ comburunt* 93 *c in loco vbi combuſtæ nulla herba creſcit* 93 *c f*

Renum *dolor curatur ope B. Ioannæ Valeſiæ* 582 *a* 585 *c ad reliquias B. Domitiani humeris impoſitas* 702 *e*

Respectus *humanos non curans S. Gilbertus, magnatibus neganda negat, simplicibus concedenda concedit* 571 *d*
Restituit *iniquè acceptam pecuniam iudex, iussu S. Vedasti apparentis* 804 *e*
Resurgere *optat in linteaminе à S. Brigidâ contexto S. Patricius* 126 *b* Resurrexerunt *mortui S. Patricius ad aduentum S. Brigidæ* 152 *b c* *puer, ex huius attactu* 156 *e* *suspensa mulier intercessione B. Virginis & S. Amandi* 902 *b c d e f* 903 *a b* *mortuus à patibulo depositus à S. Amando* 850 *a b c* 854 *f* 856 *d* 863 *e f* 881 *f* 899 *b c* *Rex Hibernus alteram vitam testatus* 79 *c d e*
ex Reuelatione *diuinâ omnia agit S. Anscharius* 560 *d*
Reuelatur *S. Ambrosio mors S. Martini* 216 *d* *S. Bucolo successor S. Polycarpus* 267 *f*
Rixas *se concitasse gloriatur dæmon* 811 *b* Rixantium *manus ad percussionem elatæ obrigescunt; ope S. Brigidæ curantur* 122 *b*
Rosas *è paradiso S. Dorothea mittit Theophilo* 771 *c d*
Rosæ & Lilia *sponte prodeunt ex rupe, post præcipitatam S. Hildegardem* 722 *a* Rosas & Lilia *gestans S. Agatha apparet S. Dignæ* 64 *c*
Ruina *templi nemini nocet, patrocinio SS. Martini & Sigeberti* 237 *a* *neque* Ruina *turris templi S. Anatholiani* 769 *f* *in* Ruinâ *templi conseruantur ope S. Cornelij Centurionis* 293 *c* *in* Ruinâ *graui obrutus manet viuus, ope S. Amandi* 899 *d e*
ex Rupe *præcipitata S. Hildegardis, à Deo conseruatur* 721 *c d*

S

Sacerdos *tacita norma viuendi & regula est* 471 *a* *eremitâ sanctior debet esse & cum mulieribus cautè conuersare* 472 *f* Sacerdos *ex voluntate S. Patricij est auriga apud S. Brigidam* 123 *b* Sacerdotium *ex humilitate refugit S. Polycarpus* 767 *e*
Sale *plagæ S. Ignatij M. conspersæ* 28 *f* Salem *ex lapide facit S. Brigida* 133 *c*
Sancti *inuocantes se adiuuant in omni periculo* 127 *c d* *curam habent locorum & personarum à Deo commissarum* 807 *b e f* 308 *b* *inuocantur à SS. Vedasto & Remigio, contra inuasores bonorum Ecclesiasticorum* 807 *f* Sanctitas *etiam in splendore & honore locum habet* 75 *d e*
Sanctitati *S. Sigeberti detrahens amentia punitus ad sepulchrum eius sanatur* 238 *a*
Sanguis *fluit erutò dente S. Amandi* 150 *annis mortui* 888 *a* 892 *c* 894 *e* Sanguine *manant reliquiæ SS. Aquilæ & Priscæ* 518 *f* Sanguinem *S. Blasij colligunt mulieres & eo se inungunt, dein Martyres factæ* 338 *b*
Sanguis *è vulnere S. Brigidæ profluens mutos sanat* 121 *d*
Sanguinis *fluxu laborantes sanantur à S. Nicolao Studitâ* 552 *a* *& S. Veronicâ seu Venisâ* 454 *c* Sanguis *in ore & manibus militum rapinas comedentium apparet* 87 *f*
Sapphiro *comparatur à Christo S. Brynolphus* 926 *d*
Satellites regij Martyres, *Aderamus, Alfuinus & alij* xii *in Saxoniâ inferiore* 309
Saxo *alligatus S. Secundas mergitur* 458 *d* *in* Saxo *vestigia pedum S. Agathæ impressa manent Catanæ* 622 *d*
Schola *pro Anglis in fide erudiendis Romæ erecta à S. Inâ Rege* 912 *f* Scholæ *in Angliâ hæresi pullulante à Pontificibus Romanis interdictæ* 913 *a*
Scientiâ *diuinitus imbuitur Guthlacus ad sepulchrum S. Indracti* 68 *e*
Scriptum *indicans sanctitatem S. Seueri de Monte Falco defert columba S. Speo* 935 *a*
Scyphum *aureum cum aliis bonis S. Ina Rex donat Pontifici Romano* 912 *e* ex Scypho *S. Gilberti bibentes febricitantes sanantur* 573 *b*
Sensus exteriores, *mortis senestras appellat S. Modanus* 498 *d*
Sepeliri *se prohibet in templo aut sub altari S. Ephræm* 61 *e* *aut cum Sanctis, aut splendido funere honorari, aut corpus condiri* 62 *a b c* *sed in cæmeterio inter peregrinos* 63 *c*
Sepulchrum *Christi cum cruce in horto extrui curat B. Ioanna Valesia* 577 *e* Sepulchro *vno conditi SS. Patricius, Columba & Brigida* 110 *a d* *eius violator capite plexus* 112 *a* Sepulchrum *S. Berlendis ligneum, conuersum in lapideum* 380 *f* *vix & ægrè tari aut terram premere videtur* 381 *e* Sepulchrum *S. Cornelij Centurionis subitò enascente rubo circumtegitur* 283 *f* *non visitari conqueritur* 284 *b* Sepulchrum *B. Domitiani cœlesti lumine illustratum columba intrare visa* 703 *e* *corpus profani hominis reconditum noctu eiicit* 702 *c* Sepulchrum *S. Agathæ etiam Iudæi & Ethnici venerabantur* 618 *c* *S. Sigeberti visitare pœnitens à S. Dionysio iubetur* 238 *d* *ad* Sepulchrum *S. Bertulphi strepitus fit imminente publicâ calamitate* 676 *e f* *in* Sepulchro *Cid Ruiz fragor armorum auditus indicat malum imminens* 676 *f* Sepulchrum *Lietphardi incognitum profanans, interitu pecorum punitur* 495 *c* *in* Sepulchro *diu vixit pane & aquâ victitans S. Petrus Galata* 95 *a* Sepulchrum *ingressus orans expirat S. Seuerus Ep. Rauennas* 85 *c*
Sermonem stultum *nunquàm ex orè suo exiisse testatur S. Ephræm moriens* 69 *c*
Serpentes *& S. Verdiana ex eadem patinâ vescuntur,* 258 *c* *eorum caudas præcisas contactu restituit* 259 *d* *ad eius aram* Serpentem *in somno ingressum euomit* 262 *c*
Serpentes *non nocent S. Auentino* 489 *d* *fugantur signo Crucis à S. Amando* 849 *c d* 854 *c* 856 *a* 859 *e f* 875 *f* 692 *f*
Seruitutem *pertæsus, mortem per S. Vodalum impetrat* 692 *f*
Silentij *& cellæ amans B. Rabanus* 525 *c* Silentium *strictius in Quadragesimâ & Aduentu seruat S. Verdiana* 258 *a*
Silua *ex baculo Vedasti arido enata* 812 *f*
Societatis Iesu *SS. Paulus Miki, Ioannes Goto, Iacobus Kisai Martyres in Iaponiâ* 723
Solem *adorare respuit S. Abramius* 468 *d* *à* Solis *radiis, dormientem S. Hadelinum Angelus obumbrando protegit* 373 *f*
Solitudinis *amore, Abbatiam S. Auentinus deponit* 485 *c*
Solitudinem *petit Modanus Ab.* 498 *e* *amat S. Anscharius* 423 *e*
Somnum *longiorem vitaturus clauiculis parieti affixis capite nutante percussus excitatur S. Sorus* 201 *b* Somnum *sedendo capit vestitus S. Gilbertus* 571 *e*
Sorores *nouem Scotæ castè & sanctè viuunt* 108 *c d*
Sorores Sanctæ *Oliueria & Liberata Virg.* 361 *Gudilæ & Rayneldis* 828 *a*
Sors *fauet Christianæ fidei apud Suecos Ethnicos* 420 *e*
Sorte *missâ cognoscunt adfuturum contra hostes Christum* 421 *f* Sortium *casu Turca à Catanensi ciuitate impugnandâ auertitur* 653 *d*
Spectris *nocturnis territus ad B. Domitiani tumbam sanatur* 704 *e*
Spiritus Sanctus *in specie columbæ visus ad os Simonis Franciscani* 765 *b* *vide* Columba.
Sputo *S. Sorus fœminam contra prohibitionem ad se venientem vno oculo excæcat & domesticos eius* 203 *c d*
Stagnum *noctu siccatur, ne S. Brigida in aquis gelidis orans crucietur* 132 *a* Stagnum & Aula *cum habitatoribus in alium locum translata ad preces S. Patricij* 781 *c*
Statua *profana in sacro loco posita fulmine deiecta* 455 *b* Statuam *æneam Syrophœnissæ Christo erexit* 455 *a b*
Statua *S. Agathæ magno cum fragore faciem iam ad Turcas conuertit & perterritos soluere obsidionem cogit: eam nullis iaculis tangere possunt* 604 *f* Statuas *mille Milstadij euertit B. Domitianus* 693 *f*
Stella *exire ex loco, in quo erat S. Agathæ caput, visa est energumeno suoq; capiti assidere* 642 *b*
Strumâ *laborans sanatur per B. Ioannam Valesiam* 581 *d*

Stuprum *facere volens excitate à Deo percuſſus* 96 *b*
Submerſus *ope S. Adelheydis viuus emerſit* 720 *f*
Subulcus *monaſterij S. Aldericus virtutis exercendæ amore* 923 *d*
Subulis *ignitis mamillæ S. Theodulæ perforantur* 657 *b*
Sudarium S. Veronicæ, *vultum Chriſti expreſſum habet* 449 *f* *an triplicatum* 457 *f* *à S. Veronicâ Romam allatum* 450 *f* 451 *a b c* *ſanat Tiberium Imp.* 451 *a b c* *Gibbum Voluſiani* 451 *c* Sudarij *S. Veronicæ ſingulari cultu Ferdinandus Hiſpaniæ Rex, Mauros fugat, Hiſpalim aliáque oppida iis eripit* 457 *c* *ergá* Sudarium S. Veronicæ *pia Germanorum deuotio* 457 *f*
Sudore *diffluens poſt Martyrium apparet S. Ignatius M.* 27 *f*
Surdi *ſanati ope S. Agathæ* 643 *c* *S. Berlendis* 383 *f* *S. Vedaſti* 801 *ad feretrum S. Amandi* 905 *a* *ad reliquias S. Venantij* 518 *a* *B. Domitiani* 703 *c d* 704 *b* Surda *ſit contemnens viſitare S. Agathæ, reliquias eas viſitans ſanatur* 640 *f*
Suffitus *in funere ſuo adoleri prohibet S. Ephræm* 63 *b*
Suſpectus *de inceſtu S. Mel innocens purgat ſe miraculo piſcium in ſicco captorum* 779 *b c*
Suppelectilem *ſacram, auream & argenteam curat S. Ina Rex* 907 *b*
Supplicationes *inſtitutæ Catanæ ad S. Agatham pro beneficio liberationis à peſte* 652 *f*

T

TAbulatum ferreum *ingenioſiſſimè confectum, vbi corpora S. Bertulphi, & aliorum quieſcunt* 676 *e*
Tactu *S. Brigidæ lignum reuireſcit inter flammas illæſum* 178 *c* Tactu *ſepulchri S. Sigeberti ſanantur infirmi* 238 *b c* Tactu *ſuo ſanant grauiter ſaucium S. Verdiana* 260 *a* *infirmos S. Anſcharius* 403 *e* *vulnera S. Amandus* 882 *a*
Talpæ *in agro Auguſtenſi non reperiuntur virtute S. Gratí* 99 *a*
Tapete *Chrodobaldi ſarcophago ſuppoſitum prunis ardentibus coopertum non ardet* 871 *c*
Taureis *cæduntur pro SS. Imaginum defenſione SS. Nicolaus & S. Theodorus Studitæ* 543 *e*
ob Temperantia *S. Nicolaus Studita totâ vitâ monaſticâ, nunquàm iis quæ impinguant ventrem expleuit* 548 *c*
S. Rembertus cum fame à mensâ abibat 563 *c*
Tempeſtate *puniuntur nautæ, qui infirmum ſine cibo famentem neglexerant* 692 *a* Tempeſtatem *maris ſedat S. Petrus apparens S. Amando* 850 *c d* 850 *e* 856 *c* 862 *e* 879 *e f* Tempeſtas *aëris & aquarum inundatio tollitur, quà Reliquiæ S. Venantij feruntur* 516 *d e*
Templo *promiſſo ædicando mouetur corpus S. Seueri, Abrincenſis antè immobile* 193 *d* Templo *promiſſo S. Fortunato, liberatur è carcere S. Seuerus de Monte-Falco* 936 *a b* Templum *certæ figuræ ædificandum ſibi monet S. Cornelius Centurio* 284 *c* Templum *primum in Daniâ extructum* 401 *b* Templum *B. Virgini erectum eius monitu* 7 *a b* Templum *ædificare S. Vedaſto, monetur S. Autbertus, & reliquias in eo deponere* 799 *d e f* 801 *c* Templa *plurima S. Amandus ad honorem S. Petri dicat* 850 *d* Templum *pro deuotione & ſepulturâ Anglorum, erigit Romæ S. Ina Rex Angliæ* 912 Templum *in expiationem delictorum & pro Imperij incolumitate à Cremonenſibus extructum* 634 *e* Templum *Neapoli fundatum S. Blaſio ob anginæ epidemiam ab vrbe depulſam* 333 *c* Templum *domum ſuam vocat S. Agatha* 644 *c* Templum *primus ingreditur, poſtremus egreditur S. Nicolaus Studita* 541 *a* Templi valuæ *vltro aperiuntur oraturo noctu B. Wolfholdo, & poſt abitum vltro claudumtur* 248 *b* *& S. Vrſo* 937 *c* Templum *S. Verdianæ, aquarum inundatio miraculosè intactum reliquit* 262 *d* *ad* Templum *ſuum viſitandum à S. Agathâ æger admonetur & ſanatur* 644 *c d e* Templi *architecti ope B. Ioannæ Valeſiæ illæſi ſeruati cùm terrâ obruerentur, & lateribus ſupra ſe cadentibus* 588 *c* Templum *S. Laurentij Archiep. Cantuar. fœminis ingredi non licitum, ingredi volens S. Margareta Regina Scotiæ ſubito morbo impeditur* 294 *ad* Templum *ſui monaſterij S. Vrſmarus accedere fœminas permittit certo tempore* 500 *b* *nullo tempore B. Rabanus* 533 *c* *in* Templo *monaſterij S. Vrſmarus non permittit mortuos ſepeliri* 500 *c* *ex* Templo *ab Arianis profanato, dum ſacrum fit Catholicum, dæmon in porci ſpecie fugit* 631 *f* *ſub* Templum *S. Agathæ dæmon ſtrepitum excitat* 631 *f* Templi *incenſor quamuis pœnitens, ſubitaneâ punitur morte* 918 *c* Templum *deorum orante S. Cornelio Centurione motu terræ euerſum* 282 *f*
Temporis *puncto iter duorum dierum confecit auriga S. Brigidæ* 124 *e*
Tentato *non compatiens punitur tentatione* 94 *b d* Tentantes *à fide S. Dorotheam abducere fœminæ ad fidem ſunt conuerſæ* 771 *d* 774 *c d* Tentationibus *mulierum S. Agatha ſeduci non patitur* 615 *f* Tentatio *carnis carbonibus ignitis ſuperata à puellâ S. Brigidæ* 132 *f*
Terræ *motus cum mugitu terræ & maris prodigioſo* 243 *b d* *horrendi in Iaponiâ* 728 *c* Terræ motus *fit dum S. Agatha pro fide torquetur* 617 *f* 620 *c* *in loco vbi S. Galla moritur* 939 *e*
Teſtarum *fragmentis torquetur S. Eutychius M.* 458 *a b* *ſuper* Teſtas *acutas & carbones viuos S. Agatha volutatur* 617 *c f*
Textorum *congregatio S. Agatham Patronam ſuam habet* 633 *a* *ex* Textore *Epiſcopus Rauennas S. Seuerus* 89 *a*
Thecâ argenteâ *corpus S. Sigeberti Regis reconditur* 239 *c*
Thecâ aureâ *brachium S. Agathæ* 652 *f*
Theſaurum *repertum indicat Cæſari S. Seuerus miles* 936 *a b*
Tibiarum inflatio *curatur à B. Ioannâ Valeſiâ* 581 *b* *item tumor* 581 *f* *dolor* 583 *c e* *& exulceratio* 584 *e* Tibiæ *dolore inuocato Chriſto, liberatur Heridacius Suecus* 415
Timore *diuinitus immiſto fugiunt Turcæ arma Chriſtianorum* 655 *b*
Tintinnabulum *à S. Gildâ fuſum & proiectum in mare, venit ad S. Brigidam* 114 *e f* Tintinnabula *veſtis Pontificum vetcrum quid ſignificent* 561 *b*
Tormenta *immania Martyrum deſcribuntur* 463 *c d e* *in* Tormentis *exultat S. Agatha* 616 *f* 622 *f*
Traditio *poſſeſſionis vel dominij fit variis inſtrumentis* 377 *d*
Tremor *corporis curatur à S. Vedaſto* 813 *b*
Tribunus militum *S. Philoromus M.* 459
Tributum *quotannis S. Ina colligi in ſuo regno pro Romano Pontifice iubet* 912 *f* *&* Tributis *eximit Monaſteria* 407 *c*
Triſtitia *S. Anſcharij ob Martyrium ſibi denegatum* 426 *b*
Tumba *cum corpore S. Cornelij Centurionis nullo mouente ingreſſa eſt templum illi ædificatum* 284 *d* *ante altare manet immobilis* 284 *e*
Tumor *ventris & corporis ſanatur ope B. Ioannæ Valeſiæ* 584 *c*
Tunicæ *æreæ candentes igne parantur Martyribus mulieribus* 338 *c*
Turcas *cum gladio inuadere viſus S. Paulus* 602 *e*
Tyrannum *S. Agathæ equi morſu & calcibus laceratum in fluuium demergunt* 623 *e* *in* Tyrannum *grandis vltio diuina* 807 *b c* Tyrannicè *opprimens villicos S. Vedaſti, cum vxore & filio moritur, vindicante S. Vedaſto* 807 *b c*

V

VAccam *præter conſuetudinem ter mulget in die in magnâ copiâ lactis S. Brigida* 133 *a*
contra Vanam gloriam *remedium S. Anſcharius diuinitus oſtenſum* 423 *f*

Vas *cum aquâ benedictâ à S. Brigidâ cadens nec concutitur, neque aqua effunditur* 126 *c* *ex* Vase *aperto vinum miraculosè detentum non effluit Cellariâ obediente S. Adelheidi* 719 *c* Vas *pretiosum fractum precibus S. Brigidæ redintegratum* 121 *e* 780 *b* *ob* Vas *casu à rustico confractum, rustico Rex iubet occidi* 121 *e* 780 *b*

Vbera *ignitis subulis S. Theodulæ perforata* 656 *f* 657 *b* *fuculis vstulantur S. Dorothea* 772 *c* 774 *e* *vide* Mamilla

Velum *sacrum ab Episcopo accipiens S. Brigida, oculum recipit* 779 *f* Velum *sepulchri S. Remberti miraculosè ab igne non combustum* 566 *f* Velum *texens S. Agatha, priùs finiendum ait quàm de nuptiis ad quas cogebatur, cogitandum* 604 *e* Velo *S. Agathæ Ætnæ incendium repressum* 609 *c* 618 *c* 623 *f* Vela *byssina applicantur velo B. Agathæ* 652 *c* Velum *S. Aldegundi, dum insponsum Christi consecratur, columbâ cælitus adfert* 788 *c*

Veneficas *adierat dæmoniaca, ideò ante templum S. Verdianæ à dæmone suffocatur* 263 *e* Veneficia, *fascinationes patrocinio S. Agathæ tolluntur* 623 *c* 652 *f*

Ventrem *bestiarum optat sibi sepulchrum S. Ignatius M.* 28 *b*

Verberans *innocentem coram S. Wereburgâ facie ad tergum auersâ punitur* 389 *a*

Verbum Dei *prædicantem S. Patricium, tres dies & noctes audit populus reputans vnam horam* 164 *c* Verbum Dei *semper ante cibi sumptionem audire cupit S. Brigida* 178 *f* Verbis asperioribus *redarguens Monialem à libidinis tentatione liberat S. Gilbertus* 571 *c*

ob Verecundiam *S. Agatha recusat dare sua vulnera curanda S. Petro specie medici apparenti* 622 *f*

Vespertilionum *specie dæmones ex energumeno eiecti totum aerem obscurant* 811 *c d*

Vestigium *pedis S. Agathæ, saxo impressum sudat liquorem morbis salutarem* 608 *c*

Vestes *non plures hyeme, nec pauciores æstate induit S. Gilbertus* 573 *a* Vestes *rusticas indutus Princeps Carinthiæ antiquitus inaugurabatur* 701 *a* Vestem *albam sibi donari postulat S. Adelheydis à paupere muliere, quâ datâ, locupletatur* 720 *e* Vestis *S. Brigidæ in radio solis suspenditur* 131 *c* *carnium semioctarum attactu non maculatur* 133 *c* Vestis *pro duobus pauperibus à S. Brigidâ diuisa, duplex integra redditur* 134 Vestis *scissuram signo Crucis redintegrat S. Vodalus* 692 *d* Vestes sacræ *sacerdotales diuinitus orante S. Brigidâ celebraturo Sacerdoti allatæ* 133 *e* Vestes *parant nobiles in Iaponiâ Matronæ quibus decenter in cruce pro fide pendentes teguntur* 754 *e* 756 *e* Vestes *vltro exuit S. Pionius comburendus* 42 *b* Vestes *Martyribus Iaponensibus pro Reliquiis, à Christianis distractæ* 762 *b d* Vestes *suas vetat pro reliquiis sumi moriturus S. Ephræm* 61 *f* Vestes *Deiparæ Virginis S. Veronica secum detulit* 453 *e f* Vestes *Canonicorum induit Fredericus Imp. vt sudarium S. Veronicæ videat* 456 *d*

Viatoribus *vtilis S. Brigidæ benedictio* 128 *f* *erantibus noctu lumen diuinitus præferri impetrat S. Brigida* 130 *c* Via *diuinitus complanata pro visitatoribus S. Brigidæ beneuolis* 168 *a*

Vices *suas, in custodiendo igne sacro mortua S. Brigida obit* 112 *e*

Victoriam *de Bulgaris relatam B. Virgini adscribit Zemisces Imperator* 712 *d* Victoriam *S. Iacobus Hispanis obtinet de Mauris* 7 *b* *Frisiis S. Rembertus precibus de Normannis* 558 *f* Victorias *perpetuas Regi obtinet S. Brigida* 131 *b c*

Victum *S. Amandus labore conquirit* 863 *b* Victus *austerus S. Modani* 498 *b*

Videt *miraculosè in distanti regione præliantes S. Brigida & aliis, vt* videant, *signo Crucis oculos aperit.* 128 *c*

Viduæ *non asticam vitam amplexæ, velo susceptо à S. Amando Episc.* 832 *B. Hildegundis Comitissa* 917 *a* 917 *b* *Hadewigis Comitissa* 918 *a*

Vigiliis *torquètur S. Eutychius M.* 458 *a b* *eas assumit S. Ephræm* 71 *c*

Vincula *sibi & sociis mox capiendus induit S. Pionius* 40 *e* 42 *f* 43 *a* Vincula *ter diuinitus soluta* 813 *f* Vincula ferrea *ob scelus à pœnitente assumpta diuinitus disrumpuntur ad sepulchra SS. Dionysij & Sigeberti* 238 *c d e*

Vinea *S. Vrsi ægris salutaris* 937 *f* Vinum *cum vasculo cælitus S. Heluco missum* 114 *c* Vino *è tribus granis expresso tria vasa S. Sorus replet* 202 *c* Vino *precibus S. Vedastus vas vacuum replet* 793 *a* 797 *a* Vinum *S. Auentino augetur* 476 *e* Vinum *in aquam conuersum* 678 *f* Vino *abstinent Benedictini Fuldenses* 528 *d* *S. Modanus Ab.* 498 *b* *B. Rabanus* 532 *a* *tribus lustris S. Amandus* 849 *e*

Virgines Sanctæ, *Cinnia* 96 *Brigida* 99 *Darlugdacha* 86 *Brigida Fæsulana* 243 *Verdiana* 255 *Sicharia* 288 *Hadeloga* 303 *Olivieria & Liberata* 361 *Berlendis, Nona, Celsa* 377 *Wereburgâ* 384 *Adelheidis* 713 *Dorothea Alexandrina* 776 *Galla* 939 Virgines Martyres *Agatha* 595 *Calamandi Hisp.* 659 *Dorothea* 771 Virginitas *eximè laudata & soli comparata* 472 *a b* *ob* Virginitatis *florem S. Lucia matri sanitatem impetrat* 631 *a* *eam Christo, S. Agatha denunciat* 646 *b* *in* Virginitatis *S. Brigidæ testimonium, lignum altaris attactu eius fit viride* 100 *d*

Virgis *pro fide cæditur S. Abramius* 468 *d* Virtutes *descriptæ S. Nicolai Studitæ* 541 *c d* *S. Bertulphi* 681 *a* *S. Inæ Regis* 911 *f* *S. Amandi in episcopatu emicantes* 866 *a* Virtutem *iussu S. Brigidæ vnam, vnaquæque eligit Virgo, in quâ se potissimùm exercere debeat* 178 *d* *in* Virtutum *progressu SS. Ermenilda & Wereburga, mater & filia sanctè concertant* 388 *b*

Visio *S. Anscharij de purgatorio, Sanctorum sede, & Deo in lumine* 409 *c d e* *de sanctitate S. Remberti* 561 *a* Visione *cælesti animatur ad prædicandum Gentibus* 419 *e*

Visitando *S. Agathæ reliquias eius exemplo ad martyrij desiderium incitatur S. Lucia* 646 *c*

Vita *bona doctrinæ ac eloquentiæ anteponitur* 472 *c* Vita *laboriosa & austera pro Christo, Martyrium vocatæ à Deo* 409 *f* 426 *b c* 427 *b* Vita *Angelica S. Isidori Pelusiotæ* 469 *f* Vita *austera S. Verdianæ* 258 *f* Vitam *infanti suâ benedictione prædicit S. Nicolaus Studita* 550 *e* Vita *præsens, cælesti futuræ, stultè prælata ab ethnico Rege* 131 *b*

Vlcera *curantur ope B. Ioannæ Valesiæ* 582 *b c* 586 *c* *ea* Vlcera *vngit & ligat* 590 *b*

Vlulant, *dæmones conquerentes dissipari sua simulachra à S. Dorotheâ* 772 *c*

Vmbra *S. Brigidæ paralyticam sanat* 123 *b* 158 *e f*

Vnguenta *infirmis applicata manu B. Ioannæ Valesiæ efficaciora erant, quàm alienâ manu* 590 *b*

Vngulis *raditur suspensus S. Pionius* 46 *c* Vngulis *& lapidibus latera S. Ignatij M. lacerantur* 28 *f*

Voluntatem Dei *facientibus dæmones obsequuntur* 182 *c*

per Vomitum *dæmon eiicitur ad Reliquias SS. Ianuarij & Magni* 520 *c d*

Vorans *bouem integrum in prandio ad iustam cibi mensuram per S. Brigidam reducitur* 133 *d*

Voto facto *ad Martyrum sepulturam sanantur varij* 316 *a d* Voto facto *ad S. Agatham è Siciliâ Sarace nos pellit Comes Rogerius* 655 *c* Votum *persoluere negligens ad pristinum morbum relabitur* 240 *a b* *differens morbo punitur* 591

Vox *rauca curatur alapâ à S. Adelheide, inflictâ* 719 *b* Voce *è cælo auditâ imitatur ad cælum S. Dorothæa* 772 *c* *ad martyrium animatur S. Apronianus* 287 *c* *S. Cornelius Centurio audiens,* Corneli veni ad me 283 *f* Voci *Sanctorum mortui obediunt* 85 *b*

Vrsus *occurrens Martyris peremptores interimit* 458 *d* Vrsi *in cellam admissi pedem saucium curat S. Auentinus* 477 *b* Vrsum *è templo deserto exire iubet S. Vedastus* 793 *c*

793 c 797 f Vrſum, *onerę iumenti occiſi, cogit ſubire S. Amandus* 870 b
Vrticas *in butyrum conuertit S. Brigida* 134 b
Vulnera *diuinitus ſanantur S. Brigidę* 121 d *S. Dorotheę* 772 c Vulnus *ope S. Verdianę curatum* 262 f *& ferro eiecto* 263 Vulnerari *gladiũ nequit cliens S. Berlendis* 381 f
Vultus *illuminatus infantis S. Brigidę* 173 c *ex* Vultu *apparentis S. Anſcharij colligit quid facere, quid non, debeat S. Rembertus* 395 b 565 c
Vxorem, *propinquos, honores contemnit martyrij deſiderio S. Philęas* 464 c d Vxoris *precibus è captiuitate liberatus, maritus B. Ioannę Valeſię* 575 a *eam dirempto matrimonio repudiat* 575 c d *ab* Vxore *Chriſtianâ Vladimirus Dux Ruſciæ conuerſus* 708 f Vxoris *ſanctę monitis, Rex Ina ad perfectionem virtutis quærendam incenditur* 913 b c Vxores *quòd plures duci prohiberentur Chriſtianis, Taycoſama Iaponię Imp. à fide abhorret* 727 e

X

XEnodochium *Rex à leprâ mundatus conſtruit* 202 d Xenodochium *ædificandum placere Deo, indicat baculus in terram defixus efflorescens* 811 e f

Z

ZElus *Iaponenſium Chriſtianorum ad Martyrium ſubeundum* 753 f 754 755 756 758 c d e 759 Zelo *indiſcreto tyrannus offenſus perſecutionem infert* 743 f 745 f
Zonâ *morbi curantur S. Petri Galatæ* 96 e *S. Brigidæ, eâ mendica dives effecta* 123 e

FINIS.